EPISTOLARVM

D. ERASMI ROTERODAMI

Libri XXXI.

ET

P. MELANCTHONIS

Libri IV.

Quibus adjiciuntur

TH. MORI & LVD. VIVIS

EPISTOLÆ.

Vnà cum INDICIBVS locupletiſsimis.

LONDINI.

Excudebant M. FLESHER & R. YOUNG. M. DC. XLII.

Proſtant apud CORNELIUM BEE in vico vulgò vocato *Little Britaine*.

EPISTOLARVM

D. ERASMI

ROTERODAMI

BOUND NOV 19 1918

P. MELANCTHONIS.

LIBRI IV.

Quibus adjiciuntur

TH. MORI & LVD. VIVIS

EPISTOLÆ.

Vna cum INDICIBVS locupletissimis.

LECTORI.

AMice Lector,

Operosâ Præfatione te in limine morari nec volumus, nec opus est. Si enim (ut in more positum est Præfationibus) vel autores ipsos, vel opus commendare satageremus, ridiculi prorsus esse videremur, dum Soli meridiano facem prætendimus. Enimverò nequaquam indigent præconiis nostris hi quos tibi præsentamus, heroes non solùm laude, sed & invidiâ majores: Quorum vel nominibus adeò illustris est hujus libri titulus, ut neminem fore arbitremur, eorum saltem qui literarum amore flagrant, cujus oculos atq; animum non modò non invitabit, sed attrahet protinus arripiétque. Primùm tibi damus celeberrimum illum literarum parentem, eloquentiæ antistitem, barbariei hostem & profligatorem, veterum Patrum repurgatorem, Bataviæ suæ decus, imò Britanniæ nostræ ac nationum penè omnium amorem & delicias, DESIDERIUM ERASMUM, quo vix quicquam ἐγκωμιώτερον vel mundus vidit usquam vel visurus est. Huic proximè succedit PHILIPPUS MELANCHTHON, vir acerrimo judicio, ingenio felicissimo, summâque eruditione suspiciendus, nec tantùm bonarum literarum, verùm (quod longè divinius est) veræ etiam religionis vindex & instaurator. Postremo loco adjecimus THOMAM MORUM & LUDOVICUM VIVEM, ejusdem seculi Viros doctissimos & ERASMO nostro amicos familiarissimos; de quibus hoc tantùm dicemus, Dignissimi sunt qui ERASMO & MELANCHTHONI comites adjungantur. Hos scilicet, amice Lector, tibi exhibemus, nec tamen totos, (quantum enim id esset?) at præcipuam eorum partem, EPISTOLAS nimirum universas, quibus scribendis haud minùs semetipsos videntur superâsse, quàm aliis scribendi generibus reliquos ferè mortales omnes præcelluerint. Hìc præter maximam argumentorum varietatem, quæ te mirificè delectabit, præter elegantiam sermonis ingeniiq; ubertatem, quæ in his potissimùm lucubrationibus elucent, istius tumultuosissimi seculi imago ità clarè & fideliter tibi ob oculos proponitur, ut rerum tam publicè quàm privatim tunc temporis gestarum notitiam puriorem sinceriorémq; hinc haurire liceat, quàm ex ullis forsan historiographorum monumentis. Hi enim, dum commentationes suas publici juris futuras esse cogitarent, adeóq; omnium oculis & calculis subjiciendas, seplerunque vel invidiâ, vel odio, vel favore, vel metu, vel spe transversos abripi patiebantur, id unum agentes, ut quæ omnibus scribebant, omnibus placerent, vel saltem quàm pauciissimos offenderent:

Verùm

Verùm hìc (quod in Epiſtolis privatis fieri ſolet) animi ſenſus & cogitata liberè & ingenuè panduntur, & nuda rerum recèns geſtarum veritas ſine fuco & fraude in amicorum ſinus effunditur.

Jam quid à nobis in hoc Opere præſtitum ſit, paucis accipe. Illis duodetriginta libris Epiſtolarum Eraſmi *à* Frobenio, *anno* CIↃ IↃXL. *excuſis, tres inſuper alios addidimus: Quorum primus, vigeſimus nonus videlicet, Epiſtolas nuncupatorias ſeu Præfationes complectitur: Trigeſimus eas continet quas Cl. Vir* Paulus Merula, *anno* CIↃIↃCVII. *&* Petrus Scriverius, *anno* CIↃIↃCXV. Lugduni Batavorum *evulgârunt: Trigeſimum primum librum ex ix. Tomo Operum* Eraſmi *deſumpſimus.*

Porrò Eraſmi *Vitam, quæ partim ab ipſomet* Eraſmo, *partim ab aliis conſcripta eſt, edendam curavimus. Deniq; nè quid huic noſtræ editioni deſit quod uſui tuo poſſit inſervire, Indicem totius operis congeſſimus, eúmq; adeò locupletem, ut non multa eſſe arbitremur obſervatu & memoratu digna quæ illic non indigitantur. Parem fidem & diligentiam in* Melanchthonis *ac reliquorum Epiſtolis congerendis edendiſq; præſtitimus. Tu Lector, utere, fruere noſtris laboribus: Nos interim eandem operam quam in Epiſtolis* Eraſmi *excudendis inſumpſimus, in Opuſculis ejus excudendis inſumemus. Vale.*

DES. ERASMVS ROTERODAMVS
LECTORI S. D.

ANtehac teſtatus ſum, me nulli mearum lucubrationum minùs favere, quàm Epiſtolarum, & hujus animi mei cauſas recenſui, nec alia mihi nunc mens eſt quàm olim fuit. Attamen quum *Hieronymus Frobenius* aſſeveraret hoc opus totum jam biennium à ſtudioſis efflagitari, recognovi quod fuerat excuſum, & non mediocrem acceſsionem adjunxi. Sic ſum, optime lector, nihil negare poſſum his, quos ex animo charos habeo. Erant quidem inter evulgatas epiſtolas aliquot ad quoſdam, quos tum pro fidis amicis ducebam, amantiſsimè ſimul & honorificentiſsimè ſcriptæ, quos nunc patior improbiſsimos inimicos, ut nihil eſt tutum in rebus mortalium: nullas tamen ſubmovi, ſic exiſtimans, eas magis illis fore dedecori quàm honeſtamento. Nec ordinem mutare viſum eſt, tantùm univerſum opus in libros partitus ſum, quò lector faciliùs inveniat quod quærit. Erant amici qui per literas monuerunt; ſingulas juxta temporum ordinem digerendas eſſe; id etiam ſi fuiſſet in promptu, ob certas cauſas non eſt viſum conſultum: atque adeò nec argumentorum congruentiam ſequi placuit, quòd in hoc ſcripti genere primam gratiam habet varietas. Porrò, ſi quis aliquid tale deſiderat, diem & annum in calce ſingularum adjecimus: ad hæc, præfiximus Indicem, nominibus perſonarum, librorum ac epiſtolarum numeris adjectis, commonſtraturum quis ad quem ſcribat, & quoties ſcribat. Erant epiſtolæ complures, quas adjunctas cupiebam, ſi veniſſent ad manum: ſed migratio fuit in cauſa, ut multa perierint, quæ ſervata mallem: omnia verò ſic confuſa, ut magna pars fruſtra quæſita ſit. Hoc eò monere viſum eſt, ut ſi quis fortè, ubi viderit epiſtolas ad alios inferioris notæ amicos editas, doleat ad ipſum ſcriptas nuſquam extare, nè ſuſpicetur id malitioſo ſtudio factum. Hoc ſeculo neſcio quid ſcribi poſsit, quod non hunc aut illum offendat. Nos tamen pro viribus annixi ſumus, ut quæ multum haberent acrimoniæ, aut prætermitterentur, aut certè lenirentur. A nominibus traducendis libenter abſtinuimus, quod utinam in totum licuiſſet, verùm hoc non erat epiſtolas edere. Titulos ſolennes, non ſolùm ambitioſos, verùm etiam indoctos ac lectori moleſtos, omiſimus: quod obſecro nè quis ſiniſtrè interpretetur, quaſi contemptûs gratiâ ſit factum. Quis enim neſcit Reges eſſe invictiſsimos, ſereniſsimos; Abbates venerabiles, Epiſcopos reverendos, Cardinales reverendiſsimos, Pontifices ſanctiſsimos ac beatiſsimos? Hæc igitur, ut illa, invictiſsima majeſtas, reverendiſsima dominatio, gratioſiſsima celſitudo, & reverenda paternitas, non modò viciant *Latini* ſermonis puritatem, ſed Lectorem etiam ſupervacaneis ac moleſtis onerant. Benè vale. Datum *Friburgi Briſgoæ* ſeptimo Idus Auguſti. Anno M. D. XXIX.

VITA DES. ERASMI ROTERODAMI.

PARTIM AB IPSOMET *ERASMO*, PARTIM AB AMICIS æqualibus exactè descripta.

DES. ERASMI ROTERODAMI EPISTOLA

Secretissima ad M. Conradum Goclenium Latinæ linguæ Lovanii Professorem, cum ipsi Vitæ suæ Compendium (quod subnectimus) mitteret, ex ipsius manu fideliter repræsentata.

M. Conrado Goclenio S. D.

Ἀναγίνωσκε μόνος, καὶ λάθρα.

RElstat extremus actus hujus fabulæ, ad quem peragendum opus est *Pylade*, hoc est tui simili. Nam hanc fiduciam concepi in te, neque quicquam addubito, quin fis eum animum præstiturus, quem hactenus præ te tulisti. Sed hic inprimis opus est profundo silentio, adeo ut nullum habeas tam intimum tibi, cui hoc credas arcani. Vetuissem ipse, sed & longa est via, & parum tuta, & arbitror hunc nuncium satis fidum. *Henricus Eppendorpius*, quem nosti, nebulo natus est ad omnem fucum ac malitiam, excitat nobis hic miras tragœdias, ante hac admissus in intimam familiaritatem, quam fatetur sibi fuisse frugiferam. Certè, ut scribit *Petrus Mosellanus*, primum ex commendatione mea Dux *Georgius* dedit illi centum florenos, ut perficeret studia sua. Is per multa vagatus, tandem venit *Friburgum*. Ibi scortis, vino, & aleâ, decoxit fortiter, & tantum æris alieni contraxit, ut nondum eò redire liceat. Commigravit *Basileam*, ac nobis se ingessit, versans interim in publico diversorio. Nemo hospes me hic invisebat, quin ille sese ingereret. Quum peterem *Constantiam*, ultrò se ingessit comitem itineris. Fingebat meram familiaritatem, quum tamen aliquid moliretur tragœdiæ. Etenim jam tum apud *Joannem Botzemium*, apud quem tum meâ causâ humanissimè complures dies tractabatur, clam effudit aliquid sui veneni. Et hic ab amicis submonebar, quàm aliquando parum amicè de me loqueretur. Interim venit *Huttenus*. Hunc multi quidem *Lutheram* instigaverunt, ut scriberet contra me, sed *Eppendorpius* instruxit aliquot sycophantiis, & subitò *Huttenum* mei reverentiam excussit. Nam semper *Huttenus* me fuerat reveritus. Argumenta partim sumpserat ex familiaritate nostrâ, partim istic hauserat è tragœdia *Alardica* & *Paschasiana*, quæ tibi notissima. Hinc sunt illi tituli *Presbytero Theolo*, *Presbytero* & *Scribæ*, & crimen illud, quod minitatur *Otho Eppendorpium* mihi posse aspergere. Tam verò stultus est, ut quum hic nemo non sentiat illum esse auctorem hujus fabulæ, tamen demirabatur se cuiquam esse suspectum, quum nemo viveret amantior *Erasmi*. Nec interim desinebat apud multos voces quasdam effundere, quibus prodebat animum suum. Et volebat uni mihi ignotum esse, quod nemo nesciebat. Tandem hìc sparsa est quædam Epistola ridicula in me scripta, quæ tamen ad me non pervenit. Ubi *Huttenus* abisset hinc *Milibusium*, quò cum *Eppendorpius* deduxerat, reversus nunciavit *Huttenum* nescio quid scribere, fingens se magnoperè dolere. Et hoc agebat, ut ab amicis extorqueretur pecunia, nè libellus ille prodiret. Mirum autem quibus technis hoc agebat apud me, apud *Erobenium*, apud *Bembum*, *Botzemum* etiam hac gratiâ evocârat *Constantiâ*. Interim *Huttenus* miserat exemplar Epistolæ, sed jam in aliquot exemplaria propagatæ. Ego cogitans, nè, quod res erat, extorta pecunia, tamen post edendum libellum etiam virulentiorem, monui amicos nè quid darent. Egebant autem uterque miserè, ficut hoc hominum genus solet. Debebat utrique animam. *Huttenus* hinc jussus est discedere. *Milibus* tam erat invisus omnibus, ut, ni abisset, cives minarentur se

perrupturos

perrupturos Monaſterium *Auguſtinenſium*, in quo latitabat, favore Secretarii. Mediâ nocte dimiſſus, clanculum aufugit *Thuregium* (quæ civitas addictiſſima eſt doctrinæ *Zuingliana*, quam *Lutherus* nunc damnat; incipiens ſerò meminiſſe à me toties commendatæ modeſtiæ:) & illic paucis diebus latitabat; poſt aliquot diebus, verſatus ut exiret civitatem apud ſacerdotem quendam. Ubique vero amicos multabat pecuniâ. Tandem demigravit in inſulam lacûs *Tygurini*, ubi mortuus eſt. Sed ante mortem epiſtola *Hutenica* etiam procul mittebatur ad *Germanos*; quod non poſſent invenire typographum. Nec inveniſſet, niſi ſceleroſus *Epphendorpius*; quum hic ob æs alienum ac ſuſpiciones hominum non poſſet diutiùs vivere ſub prætextu, quaſi peteret *Thermas Badenſes*, commigraret *Argentoratum*. Ibi vix ægrè perſuaſit typographo, nihil eſſe amaritudinis. Et *Scotus* ille miſerè invidebat *Frobenio*, quemadmodum ferunt planè. Unde amicitia *Frobenii* mihi conflavit magnam invidiam. Tandem prodiit expoſtulatio ſycophantæ, plena mendaciis, ut quiſque in confabulatione ſuggeſſerat *Lutheranus*. Ego mox paraveram reſponſionem, ſed adeo elam, ut neq *Frobenius*, neq *Beatus* ſcirent. Et propemodum decreveram premere. Sed inſtigantibus his omnibus. Quum interea frequenter inter nos ſcriberemus *Huttenus* & ego, venit una epiſtola, quæ palam prodebat *Epphendorpii* perfidiam. Itaque cum gravaretur ſuſpicione *Epphendorpii*, impetravit epiſtolam ab *Hutteno*, qui tum erat *Thuregii*, quæ teſtaretur *Epphendorpium* ſemper diſſuaſiſſe, ne quid ſcriberet in *Eraſmum*. Sed hoc adeo frigidè ſcribebat, ut magis gravaret eum, quem purgabat. Atque interim *Epphendorpius* ſubornabat, qui mihi fictis nominibus redderent fucatas epiſtolas, ex quibus ſciebat, me ſuſpicaturum quid ſibi vellet, nec tamen haberem * cum illo expoſtulandi. Ego diſſimulatis his omnibus in *Spongia* illum civiliter tractavi, quando mentionem illius fieri neceſſum erat. Affinem ſcripſi *Hutteno*. Sic enim mihi perſuaſerat. At *Petrus Moſellanus* lectâ *Spongiâ* reſcripſit: qui affinis ſit, quum conſtet illum eſſe plebeium. At tamen *Corebo Thraſonem* noſtrum offendebat, quod dictus eſſet *Achates*. Et editâ *Spongiâ* expoſtulavit per literas, ſimulans mirum affectum, quum interim ageret ſceleratam fabulam. Et ut perſpicias inſignem hominis malitiam, ex commendatione meâ accepit *Baſileæ* quinquaginta aureos. Dicebatur Dux ad me miſiſſe munus regale, quod tamen non perlatum eſt. Suſpicatus ſum *Epphendorpium* intercepiſſe. Nam fingebat ſuum famulum periſſe in itinere. Hoc præſtruebat, ſi fortè reſciſſem ad me miſſam pecuniam. Nondum quid ſit certum potui cognoſcere. Hoc unum ſcio, nihil illo eſſe ſceleratius. Habet ubique ſuos exploratores juratos, nè quid agat, quod illum fugiat. Judicia *Melanchthonis* de *Hutteno* & *Epphendorpio* miſi *Nicolao Buſco-ducenſi*. Vide ut te ſerves integrum ab hac factione. Metuo cruentum exitum. Si noviſſem ingenia ac perfidias *Germanorum*, citiùs migrâſſem ad *Turcas* quàm huc. De *Capitone* vehementer ſuſpicor, quòd deceptus fumis *Eppendorpii* communicârit illi noſtra arcana. Nam ſi purgat ſeſe, ut auxerit ſuſpicionem. Hoc erat conſilium *Lutheranorum*, ut me minis abſterrerent, nè quid ſcriberem in *Lutherum*. Nam hoc ſparſerat *Joannes Faber*. At nunc *Lutherus* ſcribit in ſeipſum, videns rem aliò vergere quàm putârat, & exoriri populum non Evangelicum, ſed diabolicum, cum interitu omnium bonorum ſtudiorum. Verùm hiſce de rebus jam plus ſatis. Certum eſt hinc aliquò demigrare. In *Galliam* invitor, mirifico ſtudio, magnisque promiſſis: ſed terret hoc ver, quod vereor nè pariat cruentam ſtragem *Gallis*. Adeo eſt implacabilis Cæſaris animus, cui penitùs infixum eſt, τὸ *Plus ultrà*. Pontifex favet, & qui apud Pontificem valent plurimùm. Sed vito gladiatoriam arenam. Et non video quid mihi tutum eſſe poſſit, ubi regnat *Aleander*, quantumvis diſſimulat. Cuperem hyemen agere *Patavii* ac *Venetiæ*. Sed illinc avocarer *Romam*. Hærebimus hîc ad octo dies, deinde ſtatuemus. Interea apparebit, quò ſe res inclinent.

Quum autem ſubinde pericliter de vita, ſupereſt ut tibi amicorum ſinceriſſimo commendem id quod habeo chariſſimum, memoriam mei, quam ſuſpicor multis calumniis fore obnoxiam. Ita totius vitæ meæ compendium tibi mitto, hoc eſt, πάντα κακῶς. Nihil enim unquam me natum eſt infelicius. Sed fortaſſe futuri ſunt, qui multa affingent: Τοῦτο καλῶς ἔχει. Tamen ſi quid mihi contingat humanitùs, volo ut quadringenti Floreni aurei ſint tui: Trecenti Renenſes cedant *Jacobo Ceratino*: Philippici centum, tringinta *Melchiori Viandulo*: Quinquaginta Floreni aurei & quadraginta ſex Renenſes cum dimidiato *Cornelio Grapheo*, quem ſuſpicor egere, virum dignum meliore fortunâ. De reliquis, hoc eſt, de vaſis & annulis nondum ſtatui, ſed ſcribam brevi. Hæc oportet te clam habere, adeo ut nulli mortalium committas, nè is, cui tu credideris, habeat alterum, cui tantum credat, quantum ipſi creditum eſt, & ita res permanet ad plures. Id fieret duplici incommodo: Primùm invaderent pecuniam veteres mei ſodales, & ſunt illo-

rum

rum mores avidi. Deinde si mihi opus fuerit istâ pecuniâ ante mortem, (ut fortassis erit, nam video miras rerum vices,) tum contristarentur hi quos sua spes esset frustrata. Nunc & tutius erit, & beneficium erit gratius, quod præter spem obtigerit. Et tamen adversus Harpyas, si fortè olfecerint prædam, muniam te syngraphâ, quam proferas post mortem meam, si res postulet. Et tamen ea nihil valebit, nisi me mortuo. Vide quàm tibi fidam. Posses enim me fallere, sed nihil tale metuo. Rogabis quid officii à vobis postulem. Non onerabo psalteriis & anniversariis, sed obnixè rogo, ut inter vos partiri operas, omnes lucubrationes meas evolvatis, & in ordinem digestas, & emendatas, committatis *Frobenio* excudendas. Hoc sciebam te tuâ sponte facturum pro tua erga me pietate. Ducatos omnes velim committas *Levino* nostro, si modò videbitur huc citò perventurus; in zona insuat, quemadmodum *Hilarius*. Quòd si quid accidat tibi me vivo, quod omen avertant Superi, concerpes syngrapham, & pecuniam trades *Dorpio*, aut *Ægidio Buslidio*, aut D. *Martino* hospiti meo, aut si quem habes amicum magis fidum. Non hortabor te, mi *Gocleni*, ut huic affectui verè paterno in te respondeas, qui jam filii pietatem ubique præstiteris. De his quæ relinquam alibi, cognosces ex aliis, quid statuerim. Nam & in his tui meminero, certus me quicquid est hoc beneficii, penes hominem memorem & gratum collocaturum.

Jussi ut de mea pecunia numeres *Ceratino* florenos aureos XXV. Id si factum est, *Graphei* summam sarciam ex ea pecunia, quæ est *Antuerpiæ*. Scribam *Petro Ægidio*, ut tibi numeret illos XXV. si tu jam *Ceratino* numerâsti; si non numerâsti, numeret ille, aut tu de pecunia *Petri Ægidii*.

Vellem te committere juveni cuipiam, ut relegat *Adagia* postremæ editionis cum collatione penultimæ. Nam *Michael Bentius* multa depravavit suâ diligentiâ. Ex ὁ μὲν ἥλιος, semper fecit ὁ μὲν. Et contulit quædam loca à me citata ex *Græco Homero* ab *Aldo* excuso, item ex *Cicerone Aldino*, quum *Aldina* sunt depravatissima. Loca quæ notârit juvenis, velim expendi per te, quum erit ocium.

De statu meo, scias eum esse satis perplexum. Hìc mihi res est cum deploratis, ac planè furiis, posteaquam *Huttenus* semel fregit glaciem, insaniens in me. Damnat *Lutherus* factum, sed *Melanchthon* mirè odit *Huttenum*. Et isti stolidi jactant quasi bellum facinus. *Buschius* nescio quid cudebat in me; sed à *Melanchthone* cohibitus est. Si peto *Italiam*, sequentur me sexcentis libellis furiosi Evangelici, clamitantes me prædâ corruptum defeciisse ab Evangelio, quum istud Evangelium nunquam sim professus. Si peto *Galliam*, quæ miro affectu est in me, calumniabuntur me confugisse ad hostem Cæsaris, & subodoror regiam Aulam ἀνασκολοπίζειν. In *Brabantia* scis quibus monstris datus sit gladius. Brevi scies quid statuerim. Rex per literas credentiales significavit sibi esse in animo instituere novum collegium trilingue *Lutetiæ*. Eam præfecturam mihi obtulit, cum ingenti salario. Si recipio me in *Galliam*, & datur occasio commendandi tui, significabo tibi. Et tu interim scribes per *Levinum*, quid habeas animi erga *Galliam*. Et interea dum *Levinus* abest in *Anglia*, scribes per alium tribus verbis, an ille bonâ fide reddiderit literas.

In literis scribendis eris cautissimus. Nam intercipiuntur omnia. Et *Epphendorpius* nusquam non habet suos corycæos. Celabis tamen quod de illo scripsi, nec effuties nisi apud amicos eximios. *Dorpius*, ut videtur, mussat. Est aliquid monstri quod alitur apud Theologos, & ille naturâ timidus est. Scripsi D. Decano, & *Ægidio Buslidio* in commendationem tui. *Carolus Harstius* apud me vivit famuli loco. Nam videtur fidus amicus. Nec video quo modo sese explicet è labyrintho τῶν γάμων, ut causam video. *Hilarius* mihi gratissimus est. *Hovius* agit *Romæ*, nunc demum amaris mel. Hìc me suis moribus intractabilibus penè adegerat ad insaniam. Nec illo multò commodior fuit *Levinus*. Uterque tamen magno suo bono fuit apud me. *Hovium* solum *Erasmi* nomen alit *Romæ*. *Levinus* pulchrè profecit in literis potiùs, quàm in moribus. Cui tamen benefaciam, quanquam nolim illum quicquam horum rerum scire *Levinum*, nec omnino illum mortalium præter nos duos. De fide nihil dubito, tamen ob casus inexpectatos expedierit, ut per *Levinum* mittas syngrapham, quâ testeris syngrapham illam de pecuniis distribuendis nihil valere me vivo, sed ob certas causas id esse confictum.

Quum hæc scripsissem, reddidit *Frobenius* binas abs te literas. Risi nostrum *Egmondanum*: Planè morionem agit. Nondum ex te scire potui, an receperis literas quas misi per *Antonium Minoritam*. Nam is cœpit mihi esse suspectus, posteaquam aiebat se velle invisere *Paschasium*. Nè temere scribas per quemlibet. Nam *Epphendorpius* est *Argentorati*, & per suos corycæos omnes literas intercipit, homo ad omne scelus natus. Bene vale. *Basileæ*, Sabbato post Pascha.

DES. ERASMI *Vita.*

Compendium Vitæ Deſ. Eraſmi Roterodami, cujus ipſe in Epiſtola præcedente facit mentionem.

Æternum illud Naturæ miraculum, *Deſ. Eraſmus*,

NAtus eſt *Roterodami* in vigilia *Simonis & Judæ* Apoſtolorum. Mater ejus dicta eſt *Margareta*, filia medici cujuſdam *Petri*. Ea erat è *Septimontio*, vulgo *Zevenbergé*; Fratres illius duos vidit *Dordraci* pene nonagenarios. Pater dictus eſt *Gerardus*. Is clam habuit rem cum dicta *Margareta*, ſpe conjugii. Et ſunt qui dicant interceſſiſſe verba. Eam rem indignè tulerunt & parentes *Geratdi*, & fratres. Pater erat *Heliæ*, mater *Catarina*; uterque pervenit ad extremam ſenectutem, *Catarina* pene ad nonageſimum quintum annum. Fratres erant decem, nulla ſoror; ex eodem patre & matre, omnes conjugati. *Gerardus* erat natu minimus, uno excepto. Viſum eſt omnibus, ut ex tanto numero unus Deo conſecraretur. Nôſti affectus ſenum. Et fratres nolebant minui rem, ſed eſſe apud quem ipſi convivarentur. *Gerardus* videns ſe modis omnibus excludi à matrimonio magno conſenſu omnium, fecit quod ſolent deſperati, clam aufugit, & ex itinere miſit parentibus & fratribus epiſtolam cum manu manum complexa, addito elogio, *Valete, nunquam vos videbo.* Interim relicta eſt ſperata conjunx gravida. Puer alitus eſt apud aviam. *Gerardus Romam* ſe contulit. Illic ſcribendo (nam tum nondum erat ars Typographorum) rem affatim paravit. Erat autem manu feliciſſimâ. Et vixit inveniliter. Mox applicuit animum ad honeſta ſtudia. *Græcè* & *Latinè* pulchrè calluit. Quin & in Juris peritiâ non vulgariter profecerat. Nam *Roma* tunc doctis viris mirè floruit. Audivit *Guarinum*. Omnes auctores ſuâ manu deſcripſerat. Parentes ubi reſciſcunt eum eſſe *Romæ*, ſcripſerunt illi, puellam, cujus matrimonium ambierat, eſſe vitâ defunctum. Id ille credens, præmœrore factus eſt presbyter, totúmque animum ad religionem applicuit. Reverſus domum comperit fraudem. Nec illa tamen unquam poſt voluit nubere, nec ille unquam tetigit eam. Puerum autem curavit liberaliter educandum, & vix quatuor annos egreſſum miſit in ludum literarium. Ac primis annis minimum proficiebat in literis illis inamœnis, quibus natus non erat. Ubi nonum ageret annum, miſit *Daventriam*: mater ſequuta eſt, cuſtos & curatrix teneræ ætatis. Ea ſchola tunc adhuc erat barbara. Prælegebatur Pater meus: exigebantur tempora: prælegebatur *Ebrardus*, & *Joannes de Garlandia*; niſi quòd *Alexander Hegius* & *Zinthius* cœperant aliquid melioris literaturæ invehere. Tandem ex pueris colluſoribus, qui grandiores natu audiebant *Zinthium*, primum cepit odorem melioris doctrinæ: poſt aliquoties audivit *Hegium*, ſed non niſi diebus feſtis, quibus legebat omnibus. Hîc pervenit ad claſſem tertiam: tum peſtis vehementer ibi ſæviens ſuſtulit matrem, relicto filio, jam annum decimum tertium agente. Quum peſtis indies magis ac magis increſceret, totâ domo, in qua agebat, deſolatâ, reverſus eſt in patriam. *Gerardus*, accepto triſti nuncio, cœpit ægrotare, ac paulò poſt mortuus eſt. Uterque deceſſit non multò ſupra annum quadrageſimum. Tres tutores inſtituit, quos habebat fidiſſimos. Horum præcipuus erat *Petrus Winckel*, tum ludi literarii magiſter *Gaudæ*. Legavit rem mediocrem, ſi tutores bonâ fide adminiſtrâſſent. Itaque ablegatus eſt in *Buſcumducis*, quum jam ſatis maturus eſſet Academiæ. Verùm illi Academiam metuebant, quòd ſtatuerant puerum religioni alere. Illic vixit, hoc eſt perdidit, annos fermè tres in ædibus Fratrum, ut vocant: in quibus tum docebat *Romboldus*. Quod genus hominum jam latè ſe ſpargit per orbem, quum ſit pernicies bonorum ingeniorum, & ſeminaria monachorum. *Romboldus*, qui mirè adamabat ingenium pueri, cœpit eum ſollicitare, ut ſuo gregi accederet. Puer excuſabat inſcitiam ætatis. Hîc exortâ peſte, quum diu laborâſſet febri quartanâ, reverſus eſt ad tutores, jam ſtylo quoque ſatis prompto, ex aliquot auctoribus bonis parato. Unus tutor perierat peſte: cæteri duo, re non admodum bene geſtâ, cœperunt agere de monaſterio. Adoleſcens languens febri, quæ ſupra annum illum tenuerat, non abhorrebat à pietate: cæterum à monaſterio abhorrebat. Itaque ſinunt diem ad cogitandum. Interim tutor ſubornat, qui pelliceant, qui minitentur, qui perpellant animum imbecillem. Atque interea repererat locum in monaſterio Canonicorum, qui vulgo vocantur *Regulares*, in collegio, quod eſt juxta *Delft*, dicto *Sion*: quæ domus eſt principalis ejus Capituli. Ubi dies veniſſet reſpondendi, reſpondit prudenter adoleſcens: ſe nondum ſcire, neque quid eſſet mundus, neque quid eſſet monaſterium, neque quid eſſet ipſe: proinde videri conſultius, ut adhuc annos aliquot agat in ſcholis, donec ſibi notior eſſet. Hæc cum videret conſtanter dici ab adoleſcente, ſtatim infremuit *Petrus*: Ergo, inquit, fruſtra laboravi,

ravi, qui talem locum tibi magnis precibus parârim: tu es nebulo, non habes ſpiritum bonum: abdico tutelam tuam. Vide, unde alaris. Adoleſcens reſpondit, ſe accipere abdicationem, & eâ eſſe ætate, ut non opus ſit tutoribus. Ubi vidit ſe minis nihil proficere, ſubornat fratrem, qui & ipſe tutor erat, negotiatorem. Is blanditiis agit. Accedunt inſtigatores undique. Habebat ſodalem, qui prodidit amicum. Et urgebat febris: nec tamen arridebat monaſterium, donec fortè fortunâ viſeret monaſterium ejuſdem ordinis in *Emaus* ſive *Steyne*, juxta *Gaudam*. Ibi reperit *Cornelium*, quem *Daventriæ* habuerat ſodalem in eodem cubiculo. Is nondum acceperat ſacrum illum cultum: viderat *Italiam*, ſed redierat parum doctus. Hic ſuum agens negotium, cœpit mirâ loquentiâ depingere vitæ genus ſanctiſſimum, copiam librorum, otium, tranquillitatem, ſodalitatem angelicam. Quid non? Trahebat affectus ille puerilis ad veterem ſodalem. Alii alliciebant, alii propellebant. Onerabat febris. Hunc locum delegit, altero faſtidito, lactabatur interim, donec haberet ſacram veſtem. Interea, tametſi adoleſcens, ſenſit quàm non eſſet illic vera pietas. Et tamen totum illum gregem excitavit ad ſtudium. Parantem abire ante profeſſionem partim pudor humanus, partim minæ, partim neceſſitas coërcuit. Tandem per occaſionem innotuit Epiſcopo *Cameracenſi, Henrico à Bergis*. Is ſperabat Cardinalitium galerum; & habuiſſet, niſi defuiſſent præſentes nummi. Ad hoc iter optabat hominem *Latinè* doctum. Itaque per hunc evocatus eſt cum auctoritate Epiſcopi *Trajectenſis*, quæ ſola ſufficiebat. Et tamen ille adjunxit auctoritatem Prioris & Generalis. Conceſſit in familiam Epiſcopi, ſervato tamen habitu. Quum Epiſcopus eſſet deſtitutus ſpe galeri, ſentirétque illum in amore parum conſtantem erga omnes, egit, ut iret *Lutetiam* ſtudii gratiâ. Promiſſum eſt ſtipendium annuum: nihil miſſum eſt. Sic ſolent Principes. Illic in collegio *Montis acuti* ex putribus ovis & cubiculo infecto concepit morbum, hoc eſt, malam corporis, antea puriſſimi, affectionem. Itaque rediit ad Epiſcopum. Acceptus eſt honorificè. Recreatus eſt à morbo *Bergis*. Reviſit *Hollandiam* hoc animo, ut maneret apud ſuos. Sed ipſis ultrò hortantibus rediit *Lutetiam*. Ibi, deſtitutus auxilio *Mecænatis*, vixit veriùs, quàm ſtudùit: & ob peſtilentiam ibi multis annis perpetuam, ſingulos annos redeundum erat in patriam. A ſtudio Theologiæ abhorrebat, quòd ſentiret animum non propenſum, ut omnia illorum fundamenta ſubverteret, deinde futurum, ut hæretici nomen inureretur. Tandem, ubi totum annum ſæviret peſtis, coactus eſt *Lovanium* commigrare: Antè inviſerat *Angliam* in gratiam *Montjoii*, tum diſcipuli, nunc *Mecænatis*, ſed amici veriùs quàm benigni. Id temporis omnium bonorum apud *Anglos* benevolentiam ſibi conciliavit, ob id præſertim, quòd ſpoliatus in littore *Dovarienſi*, non ſolùm non ultus ſit injuriam, ſed mox emiſit libellum in laudem Regis, & totius *Angliæ*. Tandem è *Gallia* magnis promiſſis revocatus eſt in *Angliam*: quo tempore nactus eſt amicitiam Archiepiſcopi *Cantuarienſis*. Ubi promiſſa non apparerent, petiit *Italiam*: cujus adeundæ deſiderio ſemper arſerat. Egit paulò plus quàm annum *Bononiæ*, jam vergente ætate, hoc eſt fermè quadragenarius. Inde contulit ſe *Venetias*, & edidit *Adagia*: indè *Patavium*, ubi hibernavit: mox *Romam*, quò jam fama celebris ac plauſibilis præceſſerat. *Raphaeli*, Card. S. *Georgii*, præcipuè charus fuit. Non defuiſſet ampla fortuna, niſi mortuo Rege *Henrico* VII. & ſucceſſore VIII. amicorum literis ampliſſima pollicentibus revocatus eſſet in *Angliam*. Illic decreverat reliquum ætatis peragere: verùm ubi nè tum quidem præſtarentur promiſſa, ſubduxit ſe in *Brabantiam*, invitatus in aulam *Caroli* nunc Cæſaris, cui conſiliarius factus eſt operâ *Joannis Silvagii*, Cancellarii magni. Cætera ſunt tibi nota. Mutati cultus rationem reddidit in libello primo, quo reſpondet *Leicis* ſycophantiis. Formam ipſi deſcribetis. Valetudo ſemper fuit tenera; unde crebrò tentabatur febribus, præſertim in Quadrageſima ob piſcium eſum, quorum ſolo odore ſolebat offendi. Ingenium erat ſimplex; adeo abhorrens à mendacio, ut puellus etiam odiſſet pueros mentientes, & ſenex ad illorum aſpectum etiam corpore commoveretur. Linguæ inter amicos liberioris, nonnunquam plus quàm ſat eſſet: & ſæpe falſus, non poterat tamen amicis diffidere. Putidulus erat, neque quidquam unquam ſcripſit, quod ipſi placeret: ac nè facie quidem propriâ delectabatur: vixque extortum eſt amicorum precibus, ut ſe pingi pateretur. Dignitatum ac divitiarum perpetuus contemptor fuit: neque quidquam habuit prius otio, ac libertate. Candidus æſtimator alienæ doctrinæ, & fautor ingeniorum unicus, ſi fortuna ſuppetiſſet. In provehendis bonis literis nemo magis profecit, gravémq; ob hanc rem invidiam ſuſtinuit à barbaris & monachis. Uſq; ad annum L. nec impetiverat quenquam, nec impetitus eſt à quoquam ſtylo. Idq; habebat ſibi propoſitum omninò ſtylum incruentum ſervare. A *Fabro* primùm eſt impetitus: nam *Dorpiana* orſa ſuppreſſa ſunt. In reſpondendo ſemper erat * civilitate. *Lutherana* tragœdia oneraverat illum intolerabili invidiâ, diſcerptus, ab utraque parte,

dum utrique ſtudet conſulere. Augebo catalogum operum meorum: ex hoc quoque multa colligentur. Scripſit ad me *Gerardus Noviomagus* quoſdam meditari vitam *Eraſmi*, partim carmine, partim oratione. Ipſe cupiebat inſtrui ſecretò: ſed non cuſus ſum mittere. Si contingat cum illo colloqui, poteris illi communicare. Nec tamen expedit aliquid tentare de vita, niſi res ipſa urgeat. Sed his de rebus fortaſſis aliàs, aut etiam coram.

Hæc ubi ſcripſiſſem, venit *Berckman* omuſtus mendaciis. Scio quàm ſit difficile, continere arcanum; tamen uni tibi credo omnia. Celebravi *Viandulum* noſtrum: *Levinus* exhibebit libellum: hortare *Ceratinum*, ut, ſi quando relegat auctorem, annotet aliqua. Favendum eſt *Frobenio*: ego non poſſum illi ſemper adeſſe. Et ejus cauſâ gravor magnâ invidiâ. Nôſti, quàm ſint ſiguli. Rurſum vale.

Cùm ſuprà annotatum ſit obiter, Eraſmum *à monachiſmo monaſterióve abhorruiſſe; nolim te lateat, elaboratam hujus Compendii Paraphraſin, & præclaram diffuſionem eſſe Epiſtolam V. ſatis prolixam, quæ legitur Libro XXIV. ad* Lamberum Grunnium, *Scribam Apoſtolicum; ubi, ſub nomine* Florentii (*omine haud falſo*) *ſe deſcribit* Eraſmus.

Notat etiam, inter alia, ſequens hæc Epiſtola, quam ob cauſam monaſterio, cui ſe invitus ſatis mancipârat, fuerit egreſſus, imò cujus auctoritate evocatus. Quum enim lapſu temporis eo nomine multorum calumniis vir pius objiceretur, & Servatius *etiam, qui Patris dignitate cœnobio huic præerat, literis eum revocaret, nervoſam ad eum ſcripſit Epiſtolam, quâ ſe vitæ Monaſticæ calamitates ferre non poſſe teſtabatur; rationibus additis, quibus motus, veſtibus ſe exuerat Monaſticis. Eam ideo à clariſſimo viro* Petro Scriverio, Eraſmi *noſtri ſtudioſiſſimo acceptam, hoc loco adponere operæprecium duxi; cùm quòd in* Epiſtolarum *volumine nuſquam compareat, tum quòd univerſæ vitæ rationem, uti ſcribens ipſe mihi loquitur, exponat.*

Reverendo Patri Servatio Eraſmus S.P.D.

HUmaniſſime Pater, Literæ tuæ per plurimorum jactatæ manus, tandem ad me quoque pervenerunt jam *Angliam* ingreſſum, quæ mihi ſanè voluptatem incredibilem attulerunt, quæ veterem illum tuum in me animum adhuc ſpirant. Paucis autem reſpondeo, utpote ex itinere jam ſcribens, & ad ea potiſſimùm quæ tu ſcribis, & ad rem maximè pertinent. Tam varia eſt hominum ſententia, & ſuus cuique eſt avium cantus, ut omnibus ſatisfieri non poſſit. Ego certè hoc ſum animo, ut quod ſit factu optimum ſequi velim, teſtis eſt mihi Deus, nam ſi quid olim juveniliter ſenſi, id partim ætas, partim rerum correxit uſus. Nunquam fuit conſilium vel vitæ genus, vel cultum mutare, non quòd probarem, ſed nè cui ſcandalo eſſem. Scis enim me ad id vitæ genus tutorum pertinaciâ, & aliorum improbis hortatibus adactum magis quàm inductum. Tunc *Cornelii Werdeni* conviciis, & pudore quodam fuiſſe retentum, quum intelligerem, mihi hoc vitæ genus haudquaquam aptum eſſe. Nam non omnibus congruunt omnia. Jejuniorum impatiens ſemper fui, idque peculiari quadam corporis ratione. Semel excitatus à ſomnio, nunquam potui redormiſcere, niſi poſt horas aliquot. Ad literas tantùm rapiebatur animus, quarum iſthic nullus uſus. Adeo ut non dubitem, quin ſi in liberum aliquod vitæ genus incidiſſem, non ſolùm inter felices, verumetiam inter bonos potuiſſem numerari. Itaque cùm intelligerem me nequaquam eſſe idoneum iſti generi vitæ, & coactum non ſponte ſuſcepiſſe, tamen quia receptum eſt (publicâ noſtri ſeculi opinione) piaculum eſſe, à ſemel ſuſcepto vitæ genere diſcedere, decreveram & hanc infelicitatis meæ partem perpeti. Scis enim me multis in rebus infortunatum eſſe, at unum hoc cæteris omnibus gravius eſſe duxi, quòd in hujuſmodi vitæ genus detruſus eſſem, à quo tum animo tum corpore eſſem alieniſſimus: Animo, quòd à ceremoniis abhorrerem, & libertatis amans eſſem: Corpore, quòd etiamſi maximè placuiſſet vitæ inſtitutum, corporis natura non ferebat iſtiuſmodi labores. At objiciet mihi aliquis annum probationis (ut vocant) & ætatem maturam. Ridiculum, quaſi quis poſtulet, ut puer anno decimo ſeptimo, maximè in literis educatus, nôrit ſeipſum,

ipsum, quod magnum est, etiam in sene: An anno uno id discere potueris, quod multi eam nondum intelligunt? Quanquam ipse nunquam probavi, & gustacum jam multò minus, sed iis quas dixi rationibus sum inretitus. Tametsi fateor eum qui verè sit bonus, in quovis vitæ genere bene victurum. Nec dissiteor me ad magna vitia fuisse propensum, non tamen usque adeo corruptâ naturâ, quin si cò mihi accessisset gubernator, & verè *Christianus*, non *Judaicè* superstitiosus, potuerim ad bonam duci frugem. Hoc igitur interim spectavi, in quo vitæ genere minimè malus essem, atque id sanè me assecutum puto. Vixi interim inter sobrios, vixi in studiis literarum, quæ me à multis vitiis avocaverunt. Licuit consuetudinem habere cum viris verè *Christum* sapientibus, quorum colloquiis factus sum melior. Nihil jam jacto de libris meis, quos fortassis vos contemnitis: at multi fatentur reditos eorum lectione non solùm eruditiores, verùm etiam meliores. Pecuniæ studium nunquam me attigit. Famæ gloriâ nec tantillum tangor. Voluptatibus, etsi quondam fui inquinatus, nunquam servivi. Crapulam, ebrietatem semper horrui fugique. Quoties cogitabam de repetendo contubernio vestro, succurrebat invidia multorum, contemptus omnium, colloquia quàm frigida, quàm inepta, quàm non sapientia *Christum*: convivia quàm laica, denique tota vitæ ratio, cui [illegible]. Postremò succurrebat corporis imbecillitas, quæ jam ætate & morbis, ac laboribus aucta est, quæ facit, ut nec vobis satisfacturus essem, & meipsum occiderem. Jam annis aliquot obnoxius sum calculo, gravi sanè morbo & capitali. Jam annis aliquot nihil bibo, nisi vinum, neque quodvis vinum, idque cogente morbo. Non fero quemvis cibum, nec cœlum quidem quodlibet. Nam morbus hic facilè recurrens, maximam postulat vitæ moderationem: & novi cœlum *Hollandicum*, novi victûs vestri rationem, ut de moribus nihil dicam. Itaque si redissem, nihil aliud fuissem assecutus, nisi quod vobis molestiam attulissem, mihi mortem. Sed tu fortassis bonam felicitatis partem existimas inter confratres emori. At fallit & imponit ista persuasio, non solùm tibi, verùm etiam propemodum universis. In loco, in cultu, in victu, in cerimoniolis quibusdam *Christum* & pietatem collocamus. Actum putamus de illo, qui vestem albam commutavit in nigram, aut qui cucullam pileo, qui locum subinde mutet. Ausim illud dicere [illegible] tametsi pio fortassis studio primùm inducta sint. Deinde paulatim creverunt, & in sex millia sese discriminum sparserunt. Accessit summorum Pontificum autoritas nimiùm ad multa facilis & indulgens. Quid enim laxis istis religionibus, [illegible] Jam ad laudatas si te conferas, imò laudatissimas, [illegible] haud scio quàm *Christi* reperias imaginem. Ex his sibi placent, ex his alios indicant & contemnunt. Quanto majus est è *Christi* sententia totum orbem *Christianum* unam domum & velut unum habere monasterium, omnes concanonicos & confratres putare? Baptismi sacramentum summam religionem docere, nec spectare ubi vivas, sed quàm bene vivas. Vis me sedem stabilem figere, quod etiam ipsa suadet senectus. At laudatur *Solonis*, *Pythagoræ*, *Platonis*que peregrinatio. Vagabantur & Apostoli, præcipuè *Paulus*. *D. Hieronymus* etiam monachus, nunc *Romæ* est, nunc in *Syria*, hunc in *Africa*, nunc alibi atque alibi: & canus etiam sacras prosequitur literas. At non sum cum hoc conferendus, fateor; sed tamen nunquam mutavi locum, nisi vel peste cogente, vel studii causâ, vel valetudinis, & ubicunque vixi (dicam enim de me fortassis arrogantiùs, sed tamen verè) probatus sum à probatissimis, laudatus sum à laudatissimis. Nec ulla est regio, nec *Hispania*, nec *Italia*, nec *Anglia*, nec *Scotia*, quæ me ad suum non invitet hospitium. Etsi non probor ab omnibus, (quod nec studeo) certè primis placeo. *Romæ* nullus erat Cardinalis, qui me non tanquam fratrem acciperet, cùm ipse nihil tale ambirem: præcipuè verò Cardinalis *S. Georgii*, Cardinalis *Bononiensis*, Cardinalis *Grymanus*, Cardinalis *Navetensis*, & hic ipse qui nunc Pontifex Maximus est, ut nè dicam de Episcopis, Archidiaconis, & viris eruditis. Atque hic honos non tribuebatur opibus, quas etiam nunc non habeo, nec desidero, non ambitioni, à qua semper fui alienissimus, sed literis duntaxat, quas nostrates rident, *Itali* adorant. In *Anglia* nullus est Episcopus, qui non gaudeat à me salutari, qui non cupiat me convivam, qui nolit domesticum. Rex ipse paulò ante patris obitum, cùm essem in *Italia*, scripsit ad me suâpte manu literas amantissimas, nunc quoque sæpè sic de me loquitur, ut nemo honorificentiùs, nemo amantiùs, & quoties eum saluto, blandissimè amplectitur, & oculis amantissimè obtuetur, ut intelligas eum, non minus benè de me sentire, quàm loqui. Regina conata est me sibi præceptorem ascisscere. Nemo est qui nesciat quin si vel paucos menses velim in aula Regis vivere, quantum libeat sacerdotiorum mihi accumulaturum, sed ego huic otio meo, & studio, & laboribus omnia posthabeo. *Cantuariensis* Archiepiscopus totius *Angliæ* primas

&

& regni hujus Cancellarius, vir doctus & probus, me sic amplectitur, ut si pater essem, aut frater, non posset amantiùs. Et ut intelligas hoc eum ex animo facere, dedit mihi sacerdotium centum ferè nobilium, quod postea volente me in pensionem centum coronatorum mutavit, ex mea resignatione; ad hæc dedit dono supra *CCCC.* nobiles. His pauculis annis, idque nihil unquam petenti, dedit uno die nobiles *CL.* ab aliis Episcopis supra *C.* nobiles accepi gratuitâ liberalitate oblatos. D. *Montjoius* hujus regno Baro, quondam meus discipulus, dat annuè mihi pensionem *C.* coronatorum. Rex & Episcopus *Lincolniensis*, qui nunc per Regem omnia potest, magnificè multa promittit. Sunt hìc duæ Universitates, *Oxonia* & *Cantelbergia*, quarum utraque ambit habere me: nam *Cantelbergiæ* menses complures docui *Græcas* & sacras literas, sed gratis, & ita facere semper decretum est. Sunt hìc Collegia, in quibus tantum est religionis, tanta vitæ modestiâ, ut nullam religionem non sis contempturus, si videas. Est *Londini* D. *Joannes Coletus* D. *Pauli* Decanus, vir qui summam doctrinam cum admirabili pietate copulavit, magnæ apud omnes autoritatis. Is me sic amat, id quod sciunt omnes, ut cum nemine vivat libentiùs quàm mecum: ut omittam alios innumeros, nè sim vobis molestus, & jactantiâ & loquacitate. Jam ut de operibus dicam aliqua: *Enchiridion* opinor te legisse, quo non pauci fatentur se ad pietatis studium inflammatos; nihil mihi arrogo, sed gratulor *Christo*, si quid per me boni contigit illius dono. *Adagiorum* opus ab *Aldo* impressum an videris nescio: Est quidem profanum, sed ad omnem doctrinam utilissimum, mihi certè inæstimabilibus constitit vigiliis. Edidi opus *De Rerum Verborúmque copia*, quod inscripsi *Coleto* meo, opus utilissimum concionaturis; at ista contemnunt ii, qui omnes bonas contemnunt literas. His duobus annis, præter alia multa, castigavi *Hieronymi Epistolas*; adulterina & subdititia obelis jugulavi, obscura scholiis illustravi. Ex *Græcorum* & antiquorum codicum collatione castigavi *Novum* totum *Testamentum*, & supra mille loca annotavi non sine fructu Theologorum. Commentarios in *Epistolas Pauli* cœpi, quos absolvam, ubi hæc edidero. Nam mihi decretum est in sacris immori literis. In hisce rebus colloco otium & negotium meum. In iis magni viri dicunt me valere, quòd alii non valent. In vestro vitæ genere nihil valiturus sum. Cum tam multis doctis & gravibus viris habui consuetudinem & hìc, & in *Italia*, & in *Gallia* neminem adhuc reperi, qui mihi consuleret, ut ad vos me reciperem, aut qui hoc judicaverit melius. Quin & ipse felicis memoriæ D. *Nicolaus Wercerus*, qui te præcessit, semper mihi hoc solitus erat dissuadere, suadens ut alicui Episcopo potiùs me adjungerem, addens se nôsse & animum meum, & fraterculorum suorum mores: nam iis utebatur verbis linguâ vernaculâ. Et in hoc vitæ genere, in quo sum, video quæ fugiam; sed quid potiùs sequar, non video. Nunc restat, ut de ornatu quoque tibi satisfaciam. Semper antehacu sus sum cultu Canonicornm, & ab Episcopo *Trajectino* cùm essem *Lovanii*, impetravi ut sine scrupulo uterer scapulari lineo, pro veste lineâ integrâ, & capitio nigro, pro pallio nigro, juxta morem *Lutetiorum*. Cùm autem adirem *Italiam* viderémque toto itinere Canonicos magnâ veste cum scapulari, nè quid offenderem novitate cultûs, veste nigrâ illic uti cœpi cum scapulari. Postea pestis orta est *Bononiæ*, & illic qui curant peste laborantes, linteum album ex humeris pendens, ex more gestant; hi congressus hominum fugitant. Itaque cum die quodam doctum amicum viserem, quidam nebulones eductis gladiis parabant me invadere: fecisséntque, ni matrona quædam admonuisset Ecclesiasticum me esse. Altero item die cùm Thesaurarii filios adirem, utrinque cum fustibus in me concurrerunt, & pessimis clamoribus. Itaque à bonis viris admonitus, occultavi scapulare, & impetravi veniam à *Julio II.* ut ornatu religionis uterer, aut non uterer, ut mihi visum esset, modò vestem haberem sacerdotalem. Et si quid ante peccatum esset eâ in re, literis id totum condonavit. In *Italia* ergo perseveravi veste sacerdotali, nè mutatio esset alicui scandalo. Postquam autem in *Angliam* redii, decrevi meo solito uti ornatu, & domum accersito amico quodam primæ laudis, & in vitâ, & in doctrinâ ostendi cultum, quo uti statuissem. Rogavi an in *Anglia* conveniret? probavit, atque ita in publicum prodii. Statim admonitus sum ab aliis amicis, eum cultum in *Anglia* ferri non posse, ut celarem, celavi: & quoniam non potest celari, quin aliquando deprehensus scandalum pariat, reposui scrinio, & veteri Pontificis autoritate sum usus usque adhuc. Excommunicant Pontificiæ leges eum, qui religionis habitum abjecerit, quò liberiùs inter seculares versetur. Ego coactus deposui in *Italia*, nè occiderer quidem, deinde coactus deposui in *Anglia*, quia tolerari non poterat, cùm ipso multò maluerim uti. At nunc denuo recipere plus gigneret scandali, quàm mutatio ipsa gignebat. Habes universam vitæ meæ rationem, habes meum consilium. Cupio & hoc vitæ genus mutare, si quod videro melius. Sed in *Hollandia* quid agam, non video. Scio non conventurum

rum cum cœlo, neque cum victu, omnium oculos in me excitabo. Redibo senex & canus, qui juvenis exivi. Redibo valetudinarius. Exponar contemptui etiam infimorum, solitus & à maximis honorari. Studia mea computationibus permutabo. Nam quod polliceris officium tuum in quærenda sede, ubi cum maximo, ut scribis, vivam emolumento; quid sit, non possum cogitare, nisi fortè collocabis me apud monachos aliquos, & serviam mulieribus qui Archiepiscopis, nec Regibus servire volui. Emolumentum nihil moror, neque enim studeo discescere, modò tantum sit fortunæ, ut valeamus, & otio literarum suppetat, & vivam nulli gravis. Atque utinam liceat hisce de rebus coram commentari: nam literis nec satis commodè nec tutò licet. Tuæ enim quamquam per certissimos missæ tunc sic aberrarunt, ut nisi ipse casu in arcem hanc me contulissem, nunquam fuerim visurus, & accepi jam à pluribus inspectas. Quare nè quid scripseris arcani, ni certò cognoveris ubi sim, & nuncium nactus sis fidelissimum. Peto nunc *Germanicam*; id est, *Basileam*, edituros lucubrationes meas. Hâc hyeme fortassis futurus *Romæ*. In reditu dabo operam, ut pariter colloquamur alicubi. Sed nunc æstas fermè præterit, & longum est iter. De morte *Guilhelmi*, *Francisci*, & *Andreæ*, sciebam ex *Rambondo*, & ejus uxore. Dominum *Henricum* resaluta diligenter, reliquósque qui tecum vivunt omnes, in quos habeo eum animum quem debeo. Nam pristinas tragœdias imputo erratis, aut (si ita vis) meis fatis. Literas tuas tertio à Paschæ die scriptas accepi Nonis Julii. Rogo ut salutem meam tuis piis votis *Christo* commendare non negligas. Cui si certò scirem rectiùs fore consultum, si ad vestrum rediero contubernium, hâc die ad iter accingerer. Bene vale quondam sodalis suavissime, nunc pater observande. Ex arce *Hannicusi* juxta *Caletum*, postridie Nonas Julias.

DES. ERASMI Vita, per BEATUM RHENANUM:

Ex Epistola dedicatoria in fronte Operum Origenis, ab Erasmo recognitorum,

Anno cIↃ IↃ XXXVI.

REdierat (*Erasmus*) *Friburgo Brisgavorum Basileam* anno superiori, quum ut *Ecclesiasten* sive operi *De ratione Concionandi* typis *Frobenianis* edundo præsens adesset, ac partem restantem illic absolveret (nam decrat ad finem aliquid) tum ut valetudinem adversam quâ *Friburgi* laborare cœperat, cœli mutatione discuteret. Neque enim discessit quasi non rediturus, quum illic ut in ditione invictissimi *Romanorum*, *Hungariæ*, *Bohemiæque* Regis *Ferdinandi*, qui virum ejus Reipublicæ primoribus per literas accuratè commendaverat, quum primùm illuc se conferret, lubentissimè vixerit, toto septennio non solùm optimo cuique ejus Academiæ charus, verumetiam Magistratibus, civibúsque haud vulgariter amatus atque reverentissimè cultus. Sed quum ab illustrissima *Hungariæ* Regina *Maria* ac aula *Brabantica* iterum ac iterum vocaretur, misso pridem viatico, cogitans ille de fide sua liberanda, quâ reditum in inferiorem *Germaniam* certò foret non semel pollicitus, supellectilem suam omnem *Friburgo Basileam* curavit avehendam, ut illinc in *Brabantiam* quum visum esset secundo *Rheno* navigaret. Hoc molientem & æstatis tempore satis commodè habentem articularis morbus, quo *Friburgi* conflictatus antè fuerat, sic hominem lecto sub autumnum rursus affixit, ut hunc rarò sit egressus, cubiculum semel tantùm. Et tamen in tantis membrorum cruciatibus, si quando vel minimum conquievissent, nunquam scribere destitit. Testis est *Commentariolus De puritate Ecclesiæ*, & hæc *Origenis recognitio*. Tandem viribus paulatim deficientibus, mensem enim fermè integrum dysenteriâ laboravit, quum sentiret jam instare vitæ finem, extantibus, ut semper, claris *Christianæ* patientiæ, & animi religiosi documentis, quibus in *Christum* se spem omnem figere testabatur, assiduè clamans, *O Jesu Misericordia*, *Domine libera me*, *Domine fac finem*, *Domine miserere mei*, & *Germanicâ* linguâ **Lieber Got**, hoc est, *Chare Deus*, quinto Idûs Julias sub mediam noctem vitâ functus est. Nec alias emisit voces, ratione usus integrâ usque ad supremum vitæ exitum. Impatientiam autem in solvendo naturæ debito ostendere, esse debet à *Christiano* prorsus alienum, quum mors piorum nihil sit nisi transitus ad vitam meliorem, & qui moriuntur non moriantur, sed præcedant nos eòdem pervenire cupientes, ut est apud *Septimium Tertullianum*. Paucis antè diebus quàm vitâ defungeretur, quum *Bonifacius Amerbachius*, *Hieronymus Frobenius*, & *Nicolaus Episcopius* amici selectiores, illum officii gratiâ simul invisérent, cubiculum ingressos trium amicorum ad consolandum *Job* venientium admonuit, ubinam scissæ vestes essent, ac cineres

neres capitibus inſpergendi quærens. Hoc autem anno ſe moriturum ante multos menſes vaticinari ſolet, & triduo primùm, deinde biduo mortem prædixit. Quam publicum ſui deſiderium reliquerit, teſtis fuit frequens ad ſupremò viſendum defuncti corpus concurſus. Elatus eſt humeris ſtudioſorum ad ædem Cathedralem, atque ibi juxta gradus quibus ad chorum (ut vocant) aſcenditur in ſiniſtro templi latere, ubi ſacellum fuit D. Virgini ſacrum, honorificè ſepultus. Nam in pompa funebri non Conſul modò, ſed etiam è Senatoribus plerique viſebantur; Academiæ profeſſorum ac ſtudioſorum aberat nemo. Fuit in vita cum in ſtudioſos inopiâ preſſos, tum in cæteros ſubſidio dignos, quoties occurriſſent, admodum liberalis. Nec diſſentit à conſueta benignitate ſuprema hominis voluntas. Teſtamentum enim condidit *Romani* Pontificis *Clementis*, Imp. Cæſ. *Caroli* Aug. ac magiſtratus *Baſilienſis* diplomatibus munitus, in quo clariſſimum virum *Bonifacium Amerbachium* Jureconſ. nominatum hæredem fidei commiſſo de bonis ſuis in pauperes ætate valetudinéve infirmos, in puellas nupturas, ut harum pudicitiæ ſuccurratur; in bonæ ſpei ſtudioſos adoleſcentes, ac in quoſvis hujuſmodi dignos auxilio diſtribuendis collocandísque oneravit, adjunctis eidem duobus executoribus *Hieronymo Frobenio*, *Nicolaóque Epiſcopio*. Quid hoc teſtamento ſanctius eſſe poteſt, aut magis *Chriſtianum*? Alii conſtruendis ornandísve Baſilicis ſua dicant, *Eraſmus* maluit in viva Dei templa ſuperantes à morte facultates conferre. Legata porrò aliquot amicis conjunctioribus reliquit, ad hæredem ipſum certis quibuſdam rebus τὸ τῦ πηγασιανῦ δόγματος τίτλον, quam *Trebellianicam* Jureconſulti hodiè appellant, non æquantibus juſſit eſſe contentum, cui ſanè voluntas tanti viri præceptoris & amici, omni jure eſt antiquior. Vixit ad ſeptuageſimum annum, quem communem humanæ vitæ terminum regius propheta *David* ſtatuit, aut certè non multum eſt ſupergreſſus: nam de anno quo natus eſt apud *Batavos* nobis non conſtat, de die conſtat, qui fuit ad quintum Calend. Novembreis, Apoſtolis *Simoni* & *Judæ* ſacer. Apud *Daventriam* primum poſuit in literis tyrocinium, utriuſque linguæ rudimentis imbibitis ſub *Alexandro Hegio Uveſtphalo*, qui cum *Rudolpho Agricola* recens ex *Italia* reverſo amicitiam contraxerat, & ab eodem *Græcè* docebatur: nam hujus literaturæ peritiam ille primus in *Germaniam* importavit. *Terentii Comœdias* puer non ſecus tenebat ac digitos ſuos, memoriâ námque fuit tenaciſſimâ, ingenio perſpicaciſſimo. Exceptis rudimentis planè dici poteſt in literis αὐτοδίδακτος, nam quòd in *Italiam* jam natu grandior profectus eſt poſt regii apud *Anglos* medici filios, Archiepiſcopi quoque *S. Andreæ* in *Scotia* qui tum *Senis* degebat, aliquandiu præceptor, nobiliſſimæ regionis viſendæ causâ fecit, non ut profeſſoribus operam illic daret. Neque enim *Bononiæ* quenquam publicè prælegentium audivit, ſed *Pauli Bombaſii* qui ſub *Leone* poſtea *Romæ* periit, amicitiâ contentus, domi ſtudiis ſuis invigilabat. *Adagiorum* opus tum colligens, quod paulò poſt *Aldo Manutio* dedit excudendum, quæ res fecit ut *Venetias* adiret, ubi *Marco Muſuro* atque *Scipione Carteromacho* viris doctiſſimis familiariter uſus eſt; quos ambos non ſemel conſuluit ſi quis nodus incidiſſet, horum eruditionem ac candorem apud amicos commendare ſolitus. *Hieronymo Aleandro Mottenſi* trium linguarum peritiſſimo, qui hodie *Brundaſinæ* Eccleſiæ Archiepiſcopus præſidet, longè familiariùs conjunctus fuit, ut puta contubernali in ædibus *Aldinis*, qui ſcit me vera prodere. Præter hos & *Ambroſium Nolanum* medicum, ac *Baptiſtam Egnatium* ibidem amicos habuit. *Romæ* poſtea Cardinalibus *Raphaeli Reario* atque *Joan. Medicæ* qui mox *Julio* II. P. M. ſucceſſit, *Leonis* Decimi vocabulum nactus, gratiſſimus fuit. Docuit *Lovanii*, *Cantabrigiæ* in *Anglia*, *Lutetiæ* etiam privatim, ubi Theologiæ dedit juvenis operam. Pileum deinde Doctoralem quum in *Italiam* iret in *Taurinenſi* Academia accepit. Patronos ac *Mecœnates* habuit *Henricum* à *Bergis* Epiſcopum *Cameracenſem*, *Guilielmum Montjoium*, atque omnium liberaliſſimum *Guilielmum Waramum* Archiepiſcopum *Cantuarienſem*, *Angliæ* primatem, cujus in libris ſuis ſæpe mentionem facit. Amicos, in *Britannia Joan. Coletum*, *Grocinum*, *Latimerum*, *Linacrum*, *Thomam Morum*; *Antuerpiæ Petrum Ægidium*, *Conradum Gochlenium Lovanii*. Corpuſculo fuit ſatis compacto, ſed quod eſſet tenerrimæ complexionis, & minimarum etiam rerum mutatione (puta vini, cibi, cœlíve) facilè offenderetur. In literis aſſiduè verſabatur infatigabili ſtudio. Teſtantur hoc tot ab illo conſcripti libri, quorum nomina recenſere non eſt opus, quum ipſe ſuarum lucubrationum catalogum ediderit annis ſuperioribus ad *Joan. Botzhemium*. *Baſileæ* vixit apud *Joan. Frobenium* aliquamdiu, deinde in alteris ejuſdem ædibus ſeorſum habitavit; tandem *Friburgo* reverſus apud *Hieronymum Ioan.* filium vitâ functus eſt, &c. Ex *Selato*, vulgo *Sletſtad*, anno à partu Virginis matris M. D. XXXVI.

Comitetur

Comitetur & hoc locò superiores, ob argumenti similitudinem. Præfatio ejusdem B. R. *ad Imp. Cæs.* Carolum *V. P. F. Augustum, operibus præposita* Desiderii Erasmi, *quum quadriennio post ejus mortem in IX. divisa, ex ipsius præscripto, Tomos,* Frobenii *Typis ederentur. Hâc enim viri magni vita aliquanto fusiùs, & qualis etiam sub ætatem exitam ad obitum usque fuerit, suis coloribus fideliter delineatur.*

Invictissimo Imp. Cæs. Carolo hujus nominis V. Pio, Felici, Augusto, &c.
Beatus Rhenanus S. D.

QUantæ semper laudi fuerit apud veteres, Invictissime *Carole* Auguste, cives habuisse viros insignes, ad posteros traditum inclytum illud septem *Græciæ* civitatum certamen satis indicat: quarum quælibet, natum apud se præclarissimum vatum *Homerum* contendit. Nec injuriâ. Quod enim majus ornamentum ulli vel urbi vel provinciæ potest accidere, quàm si talem progenuerit, per quem apud omnem posteritatem, illustrem sit laudem consequuta? quæ ex nulla re solidior obveniat atque ex literis, quibus ad æternitatem ipsam nihil magis durat. Hinc igitur moti *Smyrnæi, Rhodienses, Colophonii, Salaminii, Ios, Argivi,* & *Athenienses,* certatim *Homerum* sibi vendicant, ut de *Ægyptiis* nihil dicam, qui illum suæ gentis videri volebant. Quòd si magni fecit *Homeri* natales ingeniosa *Græcia,* ceu omnis doctrinæ parentis & fontis perennis, cur tua majestas non meritò gloriari queat, *Des. Erasmum* illum *Roterodamum* in sui ditione certò natum & educatum, cujus industriâ velut postliminiò revixere pleniùs literæ, non tantùm in ipsis proximis *Germaniarum Galliarúmque* regionibus, in quibus mira barbaries antè regnabat, verumetiam in ipsa nobilissima terrarum *Italia,* cùm instructiùs, tum felicius hujus ope florere cœperunt, ut si fortassis ambitiosum sit cuiti alterum parentem literarum vocare, tamen instaurator ac primarius illustrator dici & possit & debeat. Quis enim à mille annis extitit, qui plura scripserit cùm in sacris, tum prophanis, tantâ humanioris literaturæ peritiâ perpolitus? cujus libri in longinquas provincias frequentiùs exportati sint, & avidiùs lecti? denique quem omnium nationum eruditi magis coluerint observarintque? Nihil hic fingo, sed rem omnibus notam narro. Valebat namque stilo arguto, extemporali, amœno, terso, felicitérque fluente, quem assiduâ juvenis adhuc exercitatione sibi paraverat: nec minùs judicio valebat, quod habebat longè acerrimum. Hoc docti in eo præcipuè sunt admirati veneratíque. Miraculo autem simile videatur, exactum adeo judicium seculo tam rudi. Felicitati raræ perspicacissimi ingenii ferendum acceptum magis quàm ullis præceptoribus, si mutos illos magistros excipias. Natus enim est abavi tui *Friderici* III. Aug. primis imperii annis ad quintum Calend. Novembris, *Roterodami* in *Hollandia* tua inferioris *Germaniæ* provincia, quam olim *Batavi* possederunt: nunc magis notam studiosis omnibus, ob unius indigenæ *Erasmi* incunabula, quàm veterum incolarum memoriâ, quamlibet bellico robore præstantium. Hoc alumno *Roterodamum* oppidum se semper jactabit, & doctis erit commendatum. Proximam sibi laudem vendicat *Daventria,* quæ puellum adhuc ex æde sacra *Trajectensi* cantoculum deductum, ubi præcentiunculas obire solitus phonascis etiam tenuissimæ vocis gratiâ pro more templorum cathedralium inservierat, instituendum suscepit. Præerat illic ludo literario tum *Alexander Hegius Vestphalus,* homo bonarum literarum minimè expers, & *Græcarum* nonnihil peritus, *Rudolpho Agricolâ* communicante, cujus amicitiâ familiariter utebatur nuper ex *Italia* reversi, ubi *Guarinum Veronensem Ferrariæ* profitentem, & alios aliquot eruditione celebres audiverat. Ingenium *Erasmi* mox eluxit, quum statim quæ docebatur, perciperet, & fideliter retineret, æquales suos omnes superans. Erat tum inter eos, quos illic fratres vocant, non quidem monachos, sed contubernii ratione & vestitus simplicioris & uniformis convenientiâ, monachis similes, *Joannes Sintheimius* vir probè literatus, ut illa ferebant tempora, testantur id Commentarii Grammatici quos edidit, inaginum ea tempestate nomen in scholis *Germaniarum* consequutus. Is delectatus *Erasmi* profectu (nam cœnobitæ isti palliati quibusdam scholasticorum classibus præsunt & publicè docent) complexus aliquando puerum, *Macte ingenio Erasme,* inquit, *tu ad summum eruditionis fastigium olim pervenies,* simúlque osculum dedit, & dimisit. Non fefellit hoc augurium, quod omnibus constat. Orbatus autem utroque parente paulò pòst, ut tutor omne procurationis onus discuteret, ejus improbitate in cœnobium Canonicorum, quos additâ *Latinâ* interpretatione *Regulares* appellant, ex *Daventriensi* schola monachorum omne genus fertilissimo seminario,

detrusus

detrusus est. In eo loco *Guilielmum Hermannum Goudensem* literis deditissimum juvenem aliquot annis studiorum sodalem habuit, cujus extat *Odarum Sylva*. Hoc socio adjutus & accensus nullum *Latinorum* autorum volumen non excussit. Diu noctúque erant in literis. Tempus quod æquales alii jocis, somno, commessationibus ignaviter absumebant, hi duo libris evolvendis & exercendo stilo impendebant. Audita *Erasmi* famâ *Cameracensis* antistes *Henricus* ex *Bergensium* regulorum familia prognatus, juvenem jam sacris initiatum ad se vocat, adornans iter in *Italiam Romámque* petiturus. Videbat enim *Erasmum* valere literis, valere eloquentiâ, moribus ingenuis præditum, epistolis eleganter scriptis id docentibus: unde cùm usui, tum ornamento comitatui suo esse posset, si cum Pontifice *Romano*, si cum Cardinalibus agendum foret. Verùm quid intervenerit, quò minùs ea profectio sit ab Episcopo susceptа, mihi non liquet. Certè *Guilielmus* ipse valde doluit ereptum sibi *Erasmum*: sic enim in Oda quadam canit,

At nunc sors nos divellit, tibi quod bene vertat,
Sors peracerba mihi,
Me sine solus abis, tu Rheni *frigora &* Alpeis
Me sine solus abis.
Italiam, Italiam *lætus penetrabis amœnam.* &c.

Quanquam verò de *Roma* adeunda consilium mutavit *Cameracensis* Præsul, tamen *Erasmum* in aula sua retinuit, ingenii suavitate, & præstantiâ ac candore juvenis delectatus. Hicque ille in multorum amicitiam sese insinuavit verè aureo, in primis *Antonii* Abbatis apud divum *Bertinum*, qui ex eadem *Bergensium* gente ducebat origenem, & *Jacobi Batti*, qui senatus oppidi *Bergensis* fuit à secretis, ad quem tot ejus extant epistolæ, qui postea apud *Annam Bersolam Adolphi* Principis *Verienſis* matrem diu vixit in summo honore. At *Cameracensis* felicissimum *Erasmi* alumni sui ingenium contemplatus, haud gravatim cum sumptibus instruxit, ut *Lutetiam* proficiscereturr, & illic Theologiæ, quam *Scholasticam* vocant, daret operam. Ergo *Scotista* factus est, in collegio *Montis* agens; nam inter Theologos disputatores *Joannes* ille *Dunsius Scotus*, ab acumine ingenii maximè prædicatur. Quúmque vitam collegiaticam duriorem experiretur, non invitus emigravit ad *Anglum* quendam generosum, adolescentes duos generosos secum habentem: *Montjoium* alterum ex illis fuisse conjicio. Videbant enim *Angli* inter professores bonarum literarum in tota Academia *Parisiensi* nullum existere, qui vel eruditiùs posset, vel fideliùs docere consuêsset. Nam *Faustus Andrelinus*, alioqui carminibus magnâ curâ pangendis intentus, defunctoriè profitebatur, jocis quibusdam magis festivis quàm doctis plausum rudium auditorum captans. *Gaguinus* obeundis legationibus ad exteros Principes occupatus erat, in istis studiis non ita prorsum absolutus: nec docebat publicè. Atque hinc cœpit *Erasmus* in *Anglia* innotescere. In quam insulam paulò pòst ipse concessit à discipulis illis suis domum regressis invitatus. Ubi quum aliquandiu mansisset, in reditu apud *Dovarienſe* littus à telone fortunis propemodum omnibus exutus est, ac nondum navem ingressus naufragium fecit, quòd compluſculos aureolos ultra præscriptum numerum, & sine regio diplomate (nihil periculi, nisi in *Britannica* moneta à *Montjoio* & *Moro* persuasus, imprudens legum *Anglicarum*) efferre tentâsset. Quæ injuria utcunque mussitanda fuit: nec enim erat ullum remedium obstante lege. Nec tamen hoc damnum vel alienavit animum *Erasmi*, vel deterruit, quò minùs in *Angliam* sæpiùs posteâ redierit. Abundare tum cœperat ea provincia viris doctissimis, *Guilielmo Grocino, Thomæ Linacro, Guilielmo Latimero*, qui in *Italia* literis operam dederant, utriusq; linguæ peritiâ celebres: item *Joanne Coleto, Thomâ Moro, Richardo Pacæo*, & *Cutberto Tonstallo*, à quibus omnibus certatim amabatur: ut de Episcopis nihil dicam, quorum ut quisquis erat literarum callentior, ita pluris *Erasmum* faciebat, & benigniùs tractabat. In Academia *Cantabrigiensi* docuit aliquandiu: idem & *Lovanii* fecit, quum apud *Joannem Paludanum* ejus scholæ rhetorem diversaretur. Demum persuasus ab amicis, quo tandem *Italiam* videret, cujus miro desiderio semper tenebatur (nec immeritò, quando totus hic orbis eâ regione nihil modis omnibus cultius habet) cum filiis *Baptistæ Boeriæ Genuensis*, regii in *Britannia* medici, *Joanne* & *Bernardo Bononiam* profectus est: non ut pædagogus, nam morum curam exceperat, nec ut præceptor, sed ut inspector futurus ac studiorum viam commonstraturus, teste epistolâ ad *Botzhemium*, ubi inter professores *Paulum Bombasium* amicum habuit hominem, nivei pectoris, & eruditum, qui vicissim ingenio ac doctrinâ *Erasmi* mirificè delectatus est. Jam enim obierat *Beroaldus* Professorum sui temporis *Achilles*, & *Baptista Pius* antiquitatem infeliciter æmulatus *Oscos* & *Volscos* somniabat. In itinere cum socio *Anglo Taurini* in *Alpibus Cotiis* Theologiæ doctor factus est. Itaque dignitatem & eruditionem in *Italiam* importavit,

quam

quam cæteri inde reportare consueverunt. Dum *Bononiæ* volumen *Adagiorum* pridem cœptum absolvit, nam breve & rude specimen operis futuri *Lutetiæ* ante multos annos ediderat, cultum Canonicorum cœnobiticum, quo hactenus usus fuerat, hujusmodi de causa mutare coactus est. Mos est ejus urbis haudquaquam reprehendendus, ut si suspicio sit de quoquam infecto peste, chirurgus ad hoc constitutus statim accersatur. Is ut commodiùs ab obviantibus & prætereuntibus devitari possit propter contagium exitiabile, solet albam mappulam, ab altero humero transversim pendentem, gestare, & virgam in manu. Fortè fortunâ die quodam, nescio quid acturus, *Erasmus* per plateam oppidi infrequentiorem solus incedebat in cultu suo canonicali, quemadmodum consueverat. Ibi duo trésve juvenes imperiti obviam veniunt, & omophorio candido conspecto, pestis exploratorem illum rati, quum in via pergeret *Erasmus* nihil hujusmodi suspicans, correptis saxis vim minati sunt, & convitiis impetiverunt, intra verba tamen grassati. Causam indignationis demirans inquirit. Aiunt de ædibus prospicientes, qui rixantes audierant, scapularem illam vestem eos provocâsse nodo substrictam ad latus, deceptos ob cultus similitudinem, qui putârint eum ab infecto aliquo redire, nec de via decedere velle. Proinde nè simile periculum deinceps incurreret *Erasmus*, ad *Julium* secundum Pontificem Max. misit supplicem libellum, quo sibi religiosi cultus utendi aut non utendi gratiam faceret. Id promerentibus suis singularibus virtutibus haud gravatim concessum, modò veste sacerdotali uteretur: quod *Leo* decimus dein accedentibus aliis etiam justis causis, non tam ad vitæ institutum, quàm ad illustrandam *Erasmi* existimationem pertinentibus, in pleniſſima (quod aiunt) forma corroboravit: omnibus & singulis specialiter & expressè derogans, quæ (ut verbo dicam) quomodocunque obstarent, tenores obstantium quorumcunque pro sufficienter expressis enumeratísque habens. Ecquis autem dubitat Pontifices Max. in hujusmodi humanis constitutionibus plurimum posse, quum Juris interpretes iisdem in ea, quæ vel Juris Divini sunt, vel Gentium, interpretanda moderandáque non parum concedant: imò in omnibus, exceptis fidei articulis, liberam ex causa disponendi dispensandíque, ut ipsorum verbo utar, potestatem esse tradant? Ad umbilicum perducto opere *Proverbiorum*, scripsit *Aldo Manutio*, an librum excudendum formis suscipere vellet: Is respondit, id se lubenter facturum. *Venetias* delatus quum in officinam venisset, diu coactus est expectare donec ad colloquium admitteretur, cùm quia *Aldus* recognoscendis archetypis operarum laboribus formulas stanneas tumultuariè concinnantium occupatus erat, tum quia putabat eum esse ex vulgaribus salutatoribus unum, qui magis curiositatis studio, quàm auxilii vel consilii præbendi caussâ, assiduè ventitando homini alii rebus intento nunquam non molesti erant. Ubi cognovit *Erasmum* esse, veniam precatus, suavissimè eum complexus est, & in ædibus *Andreæ Asulani* famigerati illius mancipis, soceri sui, secum tenuit, ubi contubernalem habuit *Hieronymum Aleandrum Mottensem* eruditione trilingui nobilem, nunc Cardinalem: inter alios etiam amicitiâ *Pauli Canalis* Patritii, *Ambrosii Nolani* medici præstantis, *Baptistæque Egnatii* familiariter usus: nec adeò brevi tempore; nam & *Euripidis Tragœdias* duas, *Hecubam* & *Iphigeniam* in *Aulide*, recognitas hìc denuò edidit, & *Terentii Plautíque* Comœdias habitâ carminis ratione castigavit. Sub id tempus *Alexander*, *Jacobi Scotorum* Regis filius, *Patavii* literis operam dabat, *Raphaelis Regii* auditor, & jam Ecclesiæ divi *Andreæ* in *Scotia* Archiepiscopus: is *Erasmum* sibi in rhetoricis præceptorem adscisit, cum quo postea *Senas* commigravit. *Boerios* enim discipulos post unicum cohabitationis annum, dudum dimiserat, ob patris morositatem. *Patavii* doctissimorum virorum *Marci Musuri Cretensis*, & *Scipionis Cateromachi Pistoriensis* usus est commercio, quorum humanitatem sæpe me audiente deprædicare solet, expertus candorem non semel, dum in corruptis *Græcorum* autorum exemplaribus manu descriptis, quorum magnam partem *Aldina* bibliotheca suppeditabat, videlicet *Pausania*, *Eustathio*, *Lycophronis* interprete, *Euripidis*, *Pindari*, *Sophoclis*, *Theocriti*, similiúmque commentariis, horum exquirit judicium. Nihil erat tam reconditum quod non aperiret, nec tam involutum quod non expediret *Musurus* verè Musarum custos & antistes. Omnia legerat, excusserat omnia. Schemata loquutionum, fabulas, historias, ritus veteres ad unguem callebat. Hanc tam consummatam eruditionem etiam insignis pietas commendabat, dum patrem *Græculum* jam grandævum amanter sedulóque fovet. *Scipionem* multiplicis doctrinæ & ingenuitatis dotes exornabant. Uterque *Romæ* periit, sed *Musurus* à *Leone* Pontifice *Monovasiensem* Archiepiscopen jam nactus; dum agit *Senis Erasmus* in ædibus præsulis *D. Andreæ* quem instituebat, cujus indolem sæpe laudavit, & illum vera dixisse magis appareret, nisi cum patre Rege latus ejus claudens in prælio, quo exercitus *Henrici Britanniæ*

tanniæ Regis, cujus soror huic conjunx erat, tum in *Belgica* agentis & *Tornacum* instigante *Julio* II. Pontifice Max. obsidentis, cum *Scotis* irruentibus qui *Gallorum* partes fovebant, concurrit, clarissimis juvenis paulò pòst cæsus esset: dum illic, inquam, in *Etruria* agit *Erasmus*, commeatum impetravit vicinam *Romam* invisendi. Ibi dici non potest quanto plausu, quantòque gaudio literatorum hominum sit exceptus, non mediocrium tantùm, sed & eorum qui Cardinalitiâ dignitate præfulgebant: in quibus præcipuus *Joannes Medices*, qui in *Julii* II. demortui locum suffectus *Leonis* decimi nomen obtinuit, & Dominicus *Grimanus Venetus*, atque *Ægidius Viterbiensis* trium linguarum peritissimus, tres quidem egregii Heroes fovendis studiis nati ac dediti, in quibus adeò non vulgariter excellebant. Vidit, ut audire memini, & *Thomam* illum *Phædrum* facundiâ extemporali incomparabiliter eloquentem, qui Ludis & Comœdiis recensendis priscam antiquitatem repræsentabat. Vidit & alios professores. Oblata est Pœnitentiarii dignitas, si *Romæ* manere vellet, via futura ad altiora conscendendi: nam emolumentum non contemnendum inde esse poterat. Sed redeundum fuit ad Archiepiscopum, cum quo postea denuò *Romam* adiit, quam nobilissimus adolescens videre cupiebat, prius quàm in *Scotiam* suam rediret: nec *Roma* sola, quanquam dissimulatio Archiepiscopi fastigio, nè cuiquam molestus esset: sed ulterior illa pars *Italiæ Cumas* usque perlustrata, ac antrum *Sybillæ* subintratum, quod illic ab accolis etiamnum ostenditur. Post discessum antistitis ecclesiæ divi *Andreæ*, veterum amicorum memoria, quos in *Britannia* reliquerat, in causâ fuit *Erasmo* cur reditum in patriam & ipse maturandum duceret. Itaque per *Alpes Rheticas Curiam* primùm, deinde *Constantiam* ad lacum *Brigantinum* profectus, transitò *Lentiensium* tractu qui sunt ad *Martianæ* sylvæ initium, quod priscis *Orcynium* fuit, per *Brisigavos Argentoratum* venit, unde sequundo *Rheno* in *Hollandiam* vectus est. Mox amicis suis *Antuerpiæ* & *Lovanii* salutatis, *Angliam* adit. Tenebatur desiderio *Joannis Coleti* Theologi, qui *Londini* Decanus erat apud divum *Paulum*, *Grocini*, *Latimeri*, *Linacri*, quorum antè memissimus, & præcipuè *Thomæ Mori*. Vetus *Mecænas* erat *Guilielmus Waramus Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* Primas, & ejus regni Cancellarius, hoc est, judex summus, qui omnes Episcopos ejus insulæ suâ liberalitate vicit. Hic & pecuniam dedit, & præterea sacerdotium Ecclesiæ *Aldingtonensis* in agro *Cantuariensi*: quod quum religione *Erasmus* obstringeretur quò minùs statim acciperet, emolumentis integris potiùs ad pastorem pertinentibus, qui præsens diu noctúque subjectam plebem institueret, id quod nullus inficiari potest, ad cunctabundum *Cantuariensis*, Quis, inquit, te æquiùs ex Ecclesiastico proventu vivat, qui scriptis tuis utilissimis ipsos Ecclesiarum præfectos presbyteros instruis, doces, adjuvas, unus omnes: nec illos tantùm, sed & cunctas ubique terrarum Ecclesias, quibus illi singulis singuli duntaxat præsint & profint. Sanè plus semel *Erasmum* dicere memini, Principum esse debere officium, ut propriâ liberalitate studiosos juvent: sed illos suis impensis parsuros ad sacerdotiorum collationem confugere, ad quæ accipienda sectatores disciplinarum cogi, ut ocium literarium tueri queant. Cæterùm ut *Montjoium* inscriptione *Proverbiorum* honestavit, & *Johannem Coletum*, novæ scholæ *Londini* institutorem, libris *Copiæ* duplicis, *Verborum* & *Rerum*, ad quem ludens aliquando dixit, se pauperem planè factum, emissâ utraque *Copiâ*; ita præstantissimum *Mecænatem* suum *Guilielmum Waramum* recognitione *Hieronymianarum* præcipuè lucubrationum immortalitati consecrare statuit. Opus *Adagiorum Aldum* æmulatus, flagitantibus studiosis, *Joannes Frobenius* typis suis non infeliciter excuderat: quâ arridente editione, simul officinæ diligentioris celebritate motus *Erasmus*, quum alterum *Proverbiorum* exemplar cum accessione pridem *Badio* promissum & destinatum, adjunctis aliquot *Plutarchi* libellis recenter versis, *Francisci Pircmanni* consilio *Basileam* aberrâsse cognovisset, & illic omnes divi *Hieronymi* lucubrationes sub *Frobenianis* prælis esse, ipse quoque eòdem se contulit, simulans iter ad Urbem voti solvendi gratiâ. Nec fuerat vanus rumor. Pridem enim *Joannes Amerbachius* absolutis *Ambrosii Augustini*que libris totum se comparaverat ad castigationem voluminum *Hieronymi*, undique conquisitis vetustis exemplaribus, & doctis viris conductis, qui *Græcas* dictiones passim restituerent: de quorum numero fuit *Joannes Reuchlinus* Jureconsultus, qui è Lexicis vacuas lacunas replere conabatur; cui successit felicior castigator *Joannes Como Norimbergensis*, instituti *Dominicani*, qui meliorem viam sequutus, è vestigiis antiquorum codicum ea, quæ vel deerant, vel depravata erant, diligenter reponebat. Idque poterat homo propemodum *Græcè* quàm *Latinè* doctior, versatus nimirum in optimis autoribus, aliquot annis excellentissimorum in *Italia* professorum *Musuri* & *Scipionis*, quorum antè meminimus, atque

Joannis

Joannis Cretensis minimè pœnitendus auditor. Et jam defuncto patre, *Bruno* & *Basilius* filii unà cum *Joanne Frobenio Hieronymi* informationem aggressi erant, & in Prophetis aliquò usque progressi. *Erasmo* novo hospiti statim in ædes *Frobenianas* recepto placuit editionis nitor, sed inprimis incredibilis fratrum *Amerbachiorum* in castigando sedulâque diligentia. Ipse ergo siquando consulebatur, ubi judicio opus erat propter exemplarium variationem, nusquam deerat. Verum *Epistolarum* volumina sibi peculiariter vendicabat, partim absolvendis scholiis, quæ jam pridem cœperat, partim novis addendis, & argumentis adscribendis occupatus. Hic labor non erat exiguus. Accessit longè major. Desiderabant studiosi *Galliarum* & *Germaniarum* seorsim edi *Novum Testamentum Græcè*, quod cum Veteri *Venetiis* conjunxerant. In id olim scripserat *Annotationes*, *Laurentium Vallam* imitatus. Eas quum reperisset inter schedas suas, tumultuariè recognovit, & auxit inter prælorum strepitus. Nec deerant qui ipsum *N. Testamentum* elimandum putarent, vulgo *Christianorum*, ut videtur, scriptum vel potiùs versum. Et hæc monentibus pro sua facilitate paruit. Hunc verò laborem *Leoni* X. Pont. Max. inscripsit, & quidem meritò, primarium nostræ religionis instrumentum summo ejusdem Præsidi. At *Hieronymianorum* operum recognitionem *Cantuariensi* Archiepiscopo *Waramo* consecravit, æternum observantiæ singularis monumentum. Rediit tum in inferiorem *Germaniam* propter negotia, ac non ita diu post ad nos reversus, commodùm illuc recurrerat, quum Majestas tua *Romani* Imperii fascibus, cujus nobis ab ipsis *Gothis Theodorico* illo *Veronensi* & cæteris antiquitas, apud *Aquas Grani* inauguraretur. Mox *Coloniæ Ubiorum* adfuit sub conventum *Wormaciensem*, in ordine eorum, qui tibi sunt à consiliis spectabilis: nam in horum cœtum jampridem à te prudentissimè erat adscitus, adhuc vivente *Joanne Sylvagio* summíque Cancellarii munus obeunte. Solutis comitiis *Vangionum* & urbe *Tornacensi* receptâ, quum in *Hispanias* ex *Brabantia* Majestas tua esset regressa, *Basiliam* repetiit *Erasmus*, iterum editurus *Adagiorum Chiliadas* & *Paraphrases Paulinas* atque *Evangelicas* absoluturus; quas dubium est, majore nè studiosorum applausu orbis exceperit, an majori alacritate ipse scripserit. *Hic sum*, inquit, *in meo campo*. Et sic erat. Inspiciebat veteres maximè interpretes, ex nostris *Ambrosium*, *Hieronymum*, *Augustinum*, *Hilarium*; ex *Græcis Chrysostomum*, & hujus imitatorem *Theophylactum*, ipse stilum accommodabat tantum. Ex his unam Majestati tuæ inscripsit, nempe primam, quæ est in Evangelium *Matthæi*, & postremam germano tuo Cæsari *Ferdinando*: nam qui te juvenem summopere veneratus est tot regnorum hæredem, qui minùs suspiceret ad fastigium *Romani* Imperii concordibus Principum suffragiis evectum, aulæ tuæ dicatus honestissimóque officio obstrictus? Juveni adhuc *Institutionem Principis Christiani* paravit sanctis cæterùm brevibus Aphorismis comprehensam, libellum ita me Deus amet, in quo velut in speculo destinatus summarum rerum administrationi, vel ipse functiones *Christiano* dignas addiscat, vel huic additus præceptor intueatur qualibus doctrinæ elementis puerilis Regum animus, dum etiamnum tener est, imbui debeat. Siquidem hoc *Erasmus* semper studio habuit, nobilissimam *Austriacam* familiam tot Cæsarum parentem, cujus imperium vix *Alpibus Juliis Rheticis*que & Oceano Septentrionali terminatur, omni obsequiorum genere, quæ literarum sectatori convenirent, colere. Docet hoc *Panegyricus* patri tuo *Philippo* ex *Hispaniis* reduci exhibitus, & ab eodem perquam amanter susceptus: quod ille officium singulari munificentiâ censuit prosequendum, tanquam omine quodam felici primus ostendens quantam olim æstimationem essent habitura hujus viri scripta, ac tantum non exemplum statuens quod cæteri magnates æmularentur. Nec aliter accidit. Etenim similem multorum Regum & Pontificum Max. benignitatem expertus est *Erasmus*, ut tuam inprimis, Imperator Auguste, ut *Ferdinandi* nunc Cæsaris germani tui, ut *Henrici Britanniæ* Regis ejus nominis Octavi, à quo vivente etiamnum parente *Henrico* Septimo literis ipsius manu scriptis salutatus est, ut *Clementis* VII. Pontificis Max. Nec aliâ mente *Hadrianus* Pontifex fuit, si sacerdotium oblatum, vel munus honorarium *Erasmus* accipere voluisset. Quid porro *Erasmo* à *Francisco Valesio Galliarum* Rege non expectandum fuit, si animum spectemus, & quid in eum conferre voluerit? Unis certè literis, longè gratissimum ejus adventum fore, suâ ipsius manu subscribere non est dedignatus. *Paulum* verò Pont. Max. ejus nominis tertium, quàm virtuti & eruditioni *Erasmicæ* judicio & animo, tam etiam affectu ad quamlibet opportunitatem favere fuisse paratum, inde apparet, quòd præterquam de *Erasmo* in collegium Cardinalium cooptando actum fuerat, ipse eidem præposituram *Daventriensem Trajectensis* diœcesis, quæ sexcentorum aureorum reditum tribuere dicitur, ultrò obtulerit: obtulerit autem? imò contulerit, literas non solùm Apostolicas super ea nè expeditionis tædio atque impensâ beneficium comminueretur

meretur promittens, ſed illuſtriſſimam *Ungariæ* Reginam *Mariam* ſororem tuam, *Flandriæ* tuo aſſenſu præſidentem, ut pro ſua erga *Romanam* ſedem filiali obſervantiâ, & regiâ in viros benemeritos benignitate, dictæ præpoſituræ (ut appellant) poſſeſſionem vacuam ab intruſis pro *Eraſmo* conſervari curaret, literis bene amantibus interpellans: quas tamen *Eraſmus* ἀντιγράφως, quod ſacerdotium recuſare inſtituiſſet, penes ſe reſervavit, ſatis viatici ſibi paulò pòſt morituro ſupereſſe dicens. Principum ſanè & Epiſcoporum in *Eraſmum* munificorum catalogum texere perlongum fit. Nec ſolùm à Principibus honoratus eſt *Eraſmus*, ſed etiam à civitatibus *Germaniæ*: ſi quà tranſiret, & magiſtratus reſciſſent, vino donatus, qui honor magnatibus & civitatum legatis more gentis impenditur. Id me præſente contigit *Baſileæ*, *Conſtantiæ* ad lacum *Brigantinum Bartolomæo Plaurero* Jureconſulto & conſule ad convivium ſuâ ſponte venire dignato, *Schefhuſiæ* ab Abbate & magiſtratu, *Friburgi Briſigavorum*, in Monte *Briſiaco*, *Seleſtadii*, *Argentorati*, & aliis item locis. Nam notum erat non paucis eum tuæ Majeſtati eſſe à conſiliis. Equidem ob excellentiam doctrinæ, quàm editis indies libris teſtatiorem cunctis faciebat: dignus alioqui cenſebatur, quem omnes miſſis muneribus nihil tale ambientem certatim ornare, & quovis honoris genere reverenter cuperent afficere. Quòd ſi vulgò videmus eos nullis non militaris gloriæ titulis inſigniri, qui, ſi quando opus fuerit, & incidat neceſſitas, defendere patriam vitæ ſuæ periculo ſunt parati: quando juſtiùs honoratur, qui non breve aliquod tempus, ſed omnem ætatem in literis pro publica utilitate ultrò abſumpſit exercens ingenium, genium ſuum defraudans. Potuiſſet eſſe magnus & indies fieri major apud tuam majeſtatem. An non ad ſummum autoritatis Eccleſiaſticæ faſtigium præceptor olim ille tuus *Adrianus Trajectenſis* evectus eſt? Potuiſſet in ſplendore vivere apud quoſvis Reges: quis enim ſummorum Principum eum non ambiit? potuiſſet in ocio, in voluptatibus verſari: ſed prætulit communem ſtudiorum utilitatem univerſis honoribus & hujus vitæ craſſis delitiis. Veriſimile eſt præter alias cauſas felicem quoq; ſuccreſcentium ſtudiorum ſucceſſum hominem haud parum inflammâſſe ad quidvis perferendum. In *Germania Galliáque* mirè frigebant literæ: vix & unus & alter *Latinè* ſciebat, *Græcè* nullus. Et ecce ſtatim, ut editæ ſunt *Adagiorum Chiliades*, & libri de utraque *Copia*, velut in nebulis coorto ſole, emergere linguarum peritia cœpit. Prodibant alii atque alii libelli ad hanc rem conducibiles, *Theodori Grammatica Inſtitutiones Latinè* verſæ, multorúmque autorum in utraque lingua monumenta *Græcè* citra præceptoris operam diſcere volentibus admodum accommoda. Nam hâc ratione etiam *Hermolaus Barbarus*, immortale decus *Venetiarum*, olim profeciſſe fertur privato ſtudio, collatis doctiſſimi *Gazæ* verſionibus. Jamque quaſi ſigno dato, literarum cauſam in his provinciis optimus quiſque promovebat. Sed omnium maximum ſubſidium attulit Trilingue Collegium illud in Academia *Lovanienſi* inſtitutum ſuadente *Eraſmo*. Magnas opes moriens reliquerat *Arienſis* præpoſitus *Hieronymus Buſlidius*, *Franciſci Veſontini* quondam Archiepiſcopi in *Hiſpania* peregrè extincti frater, quas quum ille ſtudioſorum uſibus deſtinâſſet, *Eraſmus* teſtamentariis autor fuit, ut *Athenæum Lovanii* conſtituerent, in quo ſtipendiis ordinatis tres linguæ publicè docerentur; è quo, tanquam ex equo *Trojano*, innumeri cognitione linguarum inſtructi prodiere hactenus, & faventibus Superis deinceps ſunt prodituri, quo univerſa ditio tua, Cæſar invictiſſime, nihil habet præclarius. Ea res *Franciſcum* quoque *Galliarum* Regem movit, ut ad ſimilis collegii *Lutetiæ Pariſiorum* inſtitutionem animum adjiceret, *Eraſmum* per literas evocando, cujus conſilio omnia diſponerentur. Et jam regium diploma acceperat ad itineris ſecuritatem, ſed intervenêre cauſæ quæ profectionem impedirent. Inſtituti tamen & illic profeſſores. Itaque in confeſſo eſt, literarum in his provinciiis incrementa potiſſimùm *Eraſmo* deberi. Quem enim ille lapidem non movit (quod aiunt) ut ſtudia procederent? Quanto candore tradidit omnia, ab omnibus intelligi volens: quum multi res obſcuras multò obſcuriùs explicent? Editurus *Proverbiorum* opus, à quibuſdam doctis ſaudire coactus eſt, *Eraſme, tu evulgas myſteria noſtra.* Sed cupiebat is omnibus ea aperta eſſe, quo perfectam eruditionem conſequerentur. Hoc candore deſtituebatur ille, qui *Venetiis* olim *Aldo Manutio* commentarios *Græcos* in *Euripidem* & *Sophoclem* edere paranti, dixit, *Cave, cave hoc facias, nè Barbari iſtis adjuti, domi maneant, & pauciores in Italiam ventitent.* Jam nihil tam humile fuit, quo tantus vir ſtudioſorum gratiâ ſe non demitteret. Etiam ipſum *Catonis* carmen juxta titulum, emendare & interpretari dignatus eſt, ut nec in magnis, nec in minutis ejus opera deſideraretur. Adeò vix proferri queat, qui unus ſtudiis communibus plus profuerit. Habet quidem *Gallia Budæum* Principem literarum, quem libenter opponat, qui cùm abſtruſiſſimam rei nummariæ,

quæ

quæ apud veteres fuit, materiam primus doctissimè copiosissimèque explicuit, tum priscas loquendi formulas Jureconsultorum elegantissimè edisserit; maximam (quod negari non potest) nationis suæ gloriam, editis in *Pandectas* Annotationibus: denique Commentarios linguæ *Græcæ* conscripsit, quibus nihil nullius *Græcum* studiosè contingere potest. Sed noster in Theologicis plus operæ posuit. Quam studiorum partem paulò liberiùs tractavit, quòd videret (ut ipsius utar verbis, ad amicum quendam scribentis) plus satis tribui Theologiæ argutatrici, veterem prorsus aboleri: sicque Theologos anguibus *Scyllæ* incumbere, ut non attingant fontes divinæ sapientiæ. Ad hæc, disciplinam Ecclesiasticam longè prolapsam esse à synceritate Evangelica: populum *Christianum* multis modis gravatum esse: conscientias hominum variis tricis illaqueatas. Atque hanc ob rem alicubi quorundam arrogantiam, ambitionem, avaritiam, superstitionemque liberiori stilo subtaxat, nemini hic adulatus quamlibet potenti, quod tamen hodie nimium multi faciunt. Nec alia res plus officit Principibus maximè ecclesiasticis, dum laudamus quod faciunt, non quid facere debeant commonstrantes. In hac ille parte nusquam cessat. Quinquam cum sæpe dictitare memini dum adviveret, si præsciisset tale seculum exoriturum quale hoc nostrum est, se multa non fuisse scripturum, aut isto modo non scripturum. Sed Deo gratia, videmus istarum admonitionum aliquem fructum. Theologorum manus pro *Hilario*, pro *Holcoto*, *Cyprianum*, *Augustinum*, *Ambrosium* & *Hieronymum* suis locis versant. Studium theologicum diffusum *Petrus Lungobardus* in methodum redigere conatus est, collectis *Sententiarum* libris: sic enim appellant. Sed in commentariis recentiorum modus desideratur. Similem rem apud *Græcos* tentavit *Damascenus*. Ex veteribus licet cognoscere nascentis ecclesiæ exordia simplicissima, quæ paulatim ad hanc majestatem increverunt. Absque quorum lectione citra judicium de rebus disseret, qui in neotericis tantùm versatus est, amussis, juxta proverbium, alba ad sacrorum expensionem. Quare veterum cognitio scriptorum futuro Theologo perquàm necessaria, ad quam tantopere studiosos cohortatus est *Erasmus*, emendatis illorum lucubrationibus, & ad exemplaria vetusta collatis. Extant libri, nec est opus nominatim recensere. Addidit plerisque locis censuras, quas ceu singularem dotem ac evidens argumentum præsentissimi perspicacissimique ingenii magis admiror quàm quidvis aliud. Nullum enim arbitror fuisse multis jam seculis, qui judicio plus valuerit, id quod consummatæ eruditioni postremò omnium contingere solet. Quibusdam visus est non satis esse *Ciceronianus*, ad structuram & verba *Tullianæ* dictionis omnia severè exigentibus. Sed ipsum stilum apertum, extemporalem, purum, facilem, & argutum semper amavit: vocabulis quibusdam uti coactus est *Christianæ* Religionis, materiæ quam tractabat servientibus. Itaque enim probabat eorum superstitionem, qui veriùs inanes modulos quosdam antiquitatis referunt, quàm sententias densas & præstantes. Sanè fatemur seculum *Ciceronis* fuisse purissimum & imitatione dignum, ac proinde magnam felicitatem si quis sinceram illius temporis, quo lingua *Latina* maximè nituit, phrasim assequatur. Et quibusdam rem bellè procedere cernimus, nec invidemus. At proferant nobis in medium tot tamque utilia scripta, tam sanctis, tam coloratis, quot ab *Erasmo Christianus* orbis accepit, & cum illis sentiemus, ac *Ciceronianis* etiam à pietate sanctimoniâque prædicabimus. Horum librorum magnam partem *Basileæ* in ædibus *Frobenianis* in monte divi *Petri* sitis, partem etiam *Friburgi Brisigavorum* elucubravit: ad hoc enim oppidum in ditione fratris sui Regis *Ferdinandi* positum, monitu *Bernardi à Cles* Cardinalis *Tridentini*, cum farcinulis suis migrare coactus est, veritus ne quid illi accideret *Basileæ* mutato sacrorum cultu: quæ tamen res longè placidiùs transacta est magistratuum prudentiâ, quàm multi divinabant, nemine ex universo numero sacerdotum per contumeliam attacto. *Friburgi* primùm in ædibus illis magnificis habitavit, quas avus cius divus *Maximilianus* pro senectutis suæ nido per *Jacobum Villingerum* suæ Majestatis à thesauris parari quondam sibi jusserat. Deinde propriam domum emit. At quum ab illustrissimo sorore tua *Maria Hungariæ* Regina, quam tu ab obitu amitæ tuæ *Margaretæ* provinciis inferioris *Germaniæ* gubernandis præfecisti, in *Brabantiam* revocaretur, & *Ecclesiasten* suum prius esset editurus, ut præsens adesset dum excuditur in officina, ac operi colophonem (quod aiunt) adderet: nam nescio quid ad calcem restabat adexcudum, simul ut cœli mutatione reliquias morbi pertinaciores discuteret, revertit domo, *Basileam* cum universa supellectile suâ, quæ libris maximam partem constabat, post septimum annum reversus est, ad *Hieronymum Frobenium* amicum veterem hospes gratissimus divertens, hoc consilio, ut recuperatâ bonâ valetudine, & absolutis iis quæ habebat in manibus, navigio per *Rhenum*, in inferiorem *Germaniam* descenderet. Interim articularis morbus, qui aliquandiu conquieverat, rursus hominem corripit, & miseris modis vexat, ut se loco movere nequiret,

nequiret, fruſtra cœlo mutato. Hic remittentibus cruciatibus ex bipede primùm quadrupes, deinde tripes factus eſt, ſcipionum auxilio ſe ſuſtentans, & ſenſim prorepens. Quumque ſchedas Epiſtolarum, quas annis ſuperioribus à diverſis amicis acceperat, ſigillatim evolveret, novæ neſcio cujus editionis gratiâ, ac plurimæ eorum qui à rebus humanis exceſſerant, in manus venirent, ſubinde aiebat: *Et hic mortuus eſt:* ac tandem, *Nec ego diutiùs vivere cupio, ſi Chriſto Domino placeat.* Sic languentem & viribus deſtitutum, dyſenteria, malum exitiale, ferme menſem integrum vexavit, ac paulatim exhauſtum in ſumma æquanimitate & tolerantiâ tandem extinxit, *Chriſti* miſericordiam extremis ſæpe repetitis vocibus implorantem. Qui *Chriſti* doctrinam vivens tam ſyncerè tractavit, mortuus indubiè mercedem ab illo ſummo Agonotheta amplam accepit. Teſtamentum Majeſtatis etiam tuæ fretus autoritate condiderat, quo pauperum inopiæ relictis à morte facultatibus ſuis trifariam conſultum voluit, invalidis ſenióque confectis, virginibus elocandis, quibus dos deeſſet mariti conciliatrix, & ſtudioſis fovendis. Id *Bonifacius Amerbachius* Juris profeſſor, hæres nuncupatus, redemptis annuis ſtipendiis redditibúsve bonâ fide cum ſociis juxta teſtatoris mentem exequutus eſt, & quæ fieri ille voluit cuncta adamuſſim accuravit. Is ipſe memoriam in æde ſacra cathedrali *Baſilienſi* patrono optimo in columnari ſtructura, cui ſaxum tumulum operiens Termino ſculptili inſigne adjacet, affigendam locavit in marmore *Rhetico.* Staturâ novit Majeſtas tua fuiſſe eum, ut ipſe de *Moro* quadam epiſtolâ ſcribit, infra proceritatem, ſupra tamen prorſus notabilem humilitatem. Corpuſculo ſatis compacto & eleganti, ſed quod eſſet tenerrimæ complexionis, & minimarum etiam rerum mutatione, puta vini, cibi, cœlíve facilè offenderetur, in ſenio crebris quoque calculi doloribus obnoxium: ut de pituita nihil dicam, alioqui perpetuo communique ſtudioſorum omnium malo. Cute corporis & faciei candidâ, capillitio in juventa ſufflavo, oculis cæſiis, vultu feſtivo, voce exili, linguâ pulchrè explicitâ, cultu honeſto & gravi, qui Cæſareum conſiliarium, Theologum & ſacerdotem deceret. Fuit in retinenda amicitia conſtantiſſimus, nullis unquam inſcriptionibus quacunque de cauſa mutatis. Memoriâ feliciſſimâ: nam puer totum *Terentium* & *Horatium* memoriter complexus eſt. In egenos liberalis, quos, ut alibi, ſic à ſacro domum rediens per famulum nunquam non munerari ſolet: maximè verò in bonæ ſpei & indolis adoleſcentes ſtudioſos, ſi qui ad ſe viatico deſtituti veniſſent, largus, benignus, & munificus. In convictu comis & ſuavis citra omne ſupercilium: ubique certè ἐράσμιος, hoc eſt, *amabilis:* quod ille nomen à ſe dolebat non uſurpatum, quum primùm ſcribere cœpiſſet, & editis libellis innoteſcere. *Quis enim,* inquit, *quenquam mortalium* Amorem *audivit appellari,* id quod *Græcis* ſignificat ἐρασμίη. De libris porrò ſuis, quos in omni vita conſcripſit innumeros, quâ, ſacros quâ prophanos, conjunctim & univerſim edundis, vir modeſtiſſimus, nihil moriens ſtatuit, opinatus futurum ut cultioribus quotidie emergentibus iſta ſua ſcripta facilè negligerentur. Cæterùm quum *Hieronymus Frobenius* & *Nicolaus Epiſcopius* Typographi, ſenſiſſent ea à ſtudioſis in eo ordine ſimul collecta deſiderari, quem ipſe quum viveret ad *Joannem Botzhemium*, & poſtremò ad *Hectorem Bœotium* ſuarum lucubrationum Catalogum recenſens, indicavit, videlicet iis primùm conjunctis, quæ vel ad inſtitutionem literarum vel ad pietatem pertinent, tum Moralibus, deinde Apologiis, & ultimo loco recognitis autoribus ſuas partes implentibus, obſequendum ſtudioſis rati, rem auſi ſunt cum magnificam, tum omnium favore dignam, nullâ nec ſumptuum nec laborum magnitudine deterriti, quicunque tandem ſequeretur eventus, modò ut voluminum *Eraſmi* tomos conficerent, autoris Catalogum ad *Hectorem Bœotium*, tanquam recentiorem, potiſſimùm ſequuti: adjectis etiam ab *Amerbachio*, ſuo quibuſque loco iis, quæ poſtea idem ille *Eraſmus* elucubravit: omiſſo tamen Decimo Tomo, non niſi alios autores ab ipſo recognitos complectente: in quibus ſeorſum ſucceſſu temporum excudendis, etiam ſuam operam ſtudioſis iidem chalcographi pollicentur, ſi modò æquum experti fuerint Lectorem. Quæ editio quum ob alia magni facienda eſt, tum ob hoc quòd tanti literarum antiſtitis exiſtimationi conſulit, nè quis aut animo nocendi, aut quæſtûs ſtudio, gratiam videlicet *Eraſmici* genii captans, deinceps aliquid illi tribuat quod ipſe non ſcripſit: id quod vivente eo, factum ſcimus: aut tanquam ſuum non agnovit, aut etiam agnitum, minimè editione dignum exiſtimavit. Quare, Clementiſſime Cæſar, veterum Imperatorum ac Regum exemplum imitatus, qui rem literariam & honeſtas diſciplinas tueri magnificum cenſebant, iſtum *Eraſmicorum* librorum Theſaurum, quo nihil univerſa res literaria vel ornatius habet, vel utilius, vel pium magis, inter monumenta recentiorum, ſartum tectum conſervandum ſuſcipe hominis tot modis tui, ſive patriam *Hollandiam* reſpicias, quæ te Dominum agnoſcit; ſive Conſiliarii dignitatem, quam tibi fideliter obivit; ſive probi pectoris devotionem, quo nobiliſſima iſti familiæ *Auſtriacæ* ſive

Bur-

Burgundiacæ ſemper deditus fuit. Verè enim regia res eſt tueri literas, quibus extinctis miſerabili caligine cuncta confundentur, nec homines à brutis animalibus different. M. *Vitruvium* haud puduit de *Architectura* ſcribere ad *Octavium Auguſtum*, qui in ordine veſtro *Romanorum* Imperatorum ſecundus fuit, *Julii* ut hæres, ita ſucceſſor: Dictionarium ſuum *Pollux Græcus* autor *Commodo Cæſari* dedicat: *Oppianus* τὰ ἁλιευτικὰ *Antonio L. Sept. Severi F.* inſcribit: non quòd architectus eſſet *Octavius*, à quo ſtruendarum ædium conſilia peterentur: aut *Commodus*, Grammaticus: aut phyſiologus, *Antonius*: ſed ut liberalium artium patronos agere meminiſſent tanti monarchæ. Et diſciplinis quidem illi delectabantur ut docti, & à teneris rectè inſtituti, non favebant tantum. Quin florebat ipſum *Romanum* Imperium ab hominibus virtute & eruditione excultis per diverſa officia adminiſtratum. Sume ergo tibi lucubrationes *Eraſmicas* defendendas, verè τὰ τῶν ἀμαθῶν ἄλογα, partim quòd in his quædam tuæ Majeſtati privatim dicata ſunt, velut *Inſtitutio Principis Chriſtiani*, & in *Matthæi Evangelium Paraphraſis*: partim quòd ut tu ſummus es orbis Monarcha, ſic etiam omnium commodis proſpicere debes. Proderit autem orbi talem Theſaurum eſſe conſervatum, nec ſycophantis quibuſdam & ſtudiorum oſoribus vel hujus intercipiendi vel concerpendi fieri poteſtatem, non quòd *Eraſmo* magnopere timendum ſit, quem amare extinctum incipiunt, qui vivum oderant:

Paſcitur enim (ut *Ovidius* ait,) *in vivis livor, poſt fata quieſcit:*

Sed ut malevolis omnis vel calumniandi vel ſiniſtri conatus anſa penitùs amputetur. Id fiet, ſi tuæ Majeſtatis quaſi *Ajacis* clypeum opponas, & reipsâ oſtendas, non ſolùm imminutæ Majeſtatis reos eſſe, qui in te Principem *Romanum*, ſed & qui in Conſiliarios tuos conſpirant: id quod *Honorius* & *Arcadius AA.* cenſuerunt. Quis enim rabularum non obmuteſcet, ſi protegentem *Carolum* viderit? quis illorum aſpectu tui territus, non terga dabit? quem *Afri* congredientem expaverunt, quum depulſum ditione ſuâ *Tunetenſem* Regem ultramarinâ expeditione ſuſceptâ rem maximam atque difficillimam auſus, feliciter & celeriter reſtitueres. Qui *Italiæ* pacem dediſti, inque ea jam diu nobiliſſimam regionem conſervas. Qui proximis diebus *Gandavenſem* tumultum in gravem totius *Flandriæ* perniciem erupturum, dicto citiùs compeſcuiſti. Quem ſpes eſt *Germaniæ* noſtræ priſtinam concordiam reſarturum, lite partium utrinque auditâ, ac per tuam prudentiam quâ vales autoritatémque æqualiter diremptâ. Atque utinam immortalitate dignus *Eraſmus* tantiſper ſuperfuiſſet, dum iſta à te fortiter & præclarè geſta ſuaviſſimo ſtilo ſuo memoriæ æternæ conſecrâſſet! In nulla re ille, certò ſcio, libentiùs fuiſſet occupatus. Denique addam hoc unum, prius quàm finem faciam: Glorientur cæteri Imperatores, hujus vel illius quamlibet magnæ, perſæpe etiam atrocis rei, caſu ſuum principatum factum inſignem, *Caroli* Cæſaris tempora candidiſſimi ſcriptoris *Eraſmi* monumentis illuſtrata nunquam ignorabuntur: nam ſolet eruditiſſimi cujuſque laus etiam in Principem redundare, ſub quo vixerit, ut non dicam in cujus clientela fuerit numeratus. Bene valeat Majeſtas tua, Cæſar invictiſſime, & *Eraſmi* ſui lucubrationes ſibi commendatas perpetuò tueatur. *Seleſtadii*, Cal. Juniis, Anno à *Chriſto* nato M. D. X L.

Teſtamentum extremum ERASMI ROTERODAMI.

In nomine ſanctæ Trinitatis.

DEſiderius Eraſmus Roterodamus *fretus diplomatibus Cæſaris, Summi Pontificis, ac Magnifici Magiſtratûs inclytæ civitatis* Baſilienſis, *hoc meo chirographo renovo ſupremam voluntatem meam, quam quocumque titulo firmam ac ratam haberi volo: irritum verò ſi quid aliud teſtatus ſum. Principiò, certus me nullum habere legitimum hæredem, præſtantiſſimum virum D.* Bonifacium Amerbachium *omnium facultatum mearum hæredem inſtituo: Exequutores verò* Hieronymum Frobenium *&* Nicolaum Epiſcopium. *Bibliothecam meam jam quidem vendidi D.* Joanni à Laſco Polono, *juxta ſyngraphum ſuper hoc contractu inter nos confectam: non tradentur tamen libri, niſi hæredi numeraverit ducentos florenos. Quod ſi ille pactum remiſerit, aut me prior è vita exceſſerit, liberum eſto hæredi de libris ſtatuere quod velit. D.* Lodovico Bero *lego horologium aureum.* Beato Rhenano *cochleare aureum cum furcinulâ aureâ. M.* Petro Vetereo *centum quinquaginta coronatos aureos: tantundem* Philippo Montano. Lamberto Famulo, *ſi mihi morienti adfuerit, ducentos florenos aureos, niſi ego vivus hanc ſummam ei numeravero. D.* Johanni Briſchio *Lagenam argenteam. D.* Paulo Volſio *florenos aureos centum.* Sigiſmundo Telenio *ducatos centum & quinquaginta.* Joanni Eraſmio Frobenio *duos annulos, quorum alter non habet gemmam, alter habet gemmam ſubviridem,* Gallis *dictam* Turquoys.

Hiero-

Hieronymo Frobenio *lego omnes veſtes meas, omnémque ſupellectilem meam, lanteam, lineam, & ligneam: præterea poculum quod habet inſignia Cardinalis* Moguntini. *Uxori ejus annulum, qui habet imaginem mulieris intergum reſpicientis.* Nicolao Epiſcopio *poculum cum operculo, quod in pede habet verſiculos inſculptos.* Juſtinæ *uxori ejus duos annulos, quorum alter habet Adamantem, alter Turquoys minorem. M.* Everardo Goclenio *poculum argenteum, quod in ſummo habet imaginem* Fortunæ. *Si quis legatariorum intercideriſ, quod legatum erat, in hæredis arbitrio eſto. Hæres, præter ea quæ per ſyngraphan deſignavi, ſibi accipiet quicquid ſuperfuerit poculorum, aut annulorum, aut rerum ſimilium; adhæc numiſmata, inſignia, &* Luſitanos *cruciatos, Regis* Poloniæ *&* Severini Boneri *faciem exprimentia, aliáque his ſimilia. Præterea ducatos omnes duplices & quadruplices. Pecuniam apud* Everardum Goclenium *depoſitam, illi in* Brabantiâ *diſpenſandam relinquet, quemadmodum ei mandavi. Si quid apud* Eraſmum Schetium *erit reliquum, ab eo repetet, eámque pecuniam, ac reliquam omnem quæ ſuperfuerit, ſuo arbitrio & ex conſilio Exequutorum diſtribuet in uſus pauperum ætate ac valetudine infirmorum: item in puellas nupturas. In adoleſcentes bonæ ſpei: breviter, quoſcunque ſubſidio dignos judicaverit. Hanc extremam voluntatem meam, quo plenior ſit fides, propriâ manu deſcripſi, ac peculiare annuli mei ſigillum, Terminum, adfixi* Baſileæ *in ædibus* Hieronymi Frobenii, *duodecimâ die Februarii, Anno à Natali Domini M. D. XXXVI.*

EPITAPHIUM
DES. ERASMI ROTERODAMI BASILEÆ.

CHRISTO SERVATORI S.

DES. ERASMO ROTERODAMO, VIRO OMNIBUS MODIS MAXIMO, CUJUS INCOMPARABILEM IN OMNI DISCIPLINARUM GENERE ERUDITIONEM, PARI CONJUNCTAM PRUDENTIA, POSTERI ET ADMIRABUNTUR ET PRÆDICABUNT. BONIFACIUS AMERBACHIUS HÆRES; HIER. FROBENIUS ET NIC. EPISCOPIUS NUNCUPATI SUPREMÆ SUÆ VOLUNTATIS VINDICES, PATRONO OPTIMO NON MEMORIÆ, QUAM IMMORTALEM SIBI EDITIS LUCUBRATIONIBUS COMPARAVIT, IIS TANTISPER DUM ORBIS TERRARUM STABIT SUPERFUTURO, AC ERUDITIS UBIQUE GENTIUM COLLOQUUTURO, SED CORPORIS MORTALIS, QUO RECONDITUM SIT ERGO, HOC SAXUM POSUERE.

MORTUUS EST 4. EIDUS JULIAS, JAM SEPTUAGENARIUS, ANNO A CHRISTO NATO, *M. D. XXXVI.*

In Saxo, quo Sepulchrum integitur eſt TERMINI *Facies, baſi quadratâ, cum his verbis:*

DES. ERASMUM ROTERODAMUM AMICI SUB HOC SAXO CONDEBANT. QUARTO EIDUS JULIAS, *M. D. XXXVI.*

Index Epistolarum, commonstrans quis cui scribat, & quoties.

A

Abbati cuidam lib.19.ep.93.
Abeli Colstero lib.27.ep.17.
Adolpho Princ. Veriano lib.10.ep.16.
Adriano à Rivulo Antuerpiensi lib.19.ep.41.
Adriano Audomarico lib.9.ep.3.
Adriano Barlando lib. 12. epist. 27. lib.19. epist.84. lib. 21. ep. 22.
Adrianus Barlandus Cornelio fratri lib.1.ep.28.
Adriano Papa sexto lib. 18. epist. 20. lib. 23. ep.1.2. lib.28.ep.9.
Adrianus Papa sextus lib.23.ep.3.41
Ægidio Busleidio Catholici Regis àrationibus lib.3. ep.6.40.lib.10.ep.27.lib.30.ep.55.
Æmilio ab Æmiliis Brixiano lib.23.ep.17.
Alberto Carporum Principi lib.26.ep.66.lib. 31. ep.44.
Albertus Romanæ Eccl. tit.S.Chrysogoni, Presb.Card. Mogon. Magdeburg. Archiepisc.Elector Imperii, Primas Germaniæ, Administrator Halberst. Marchio Brandenburg. lib.11.ep.11.l.29.e.29.
Alberto Cardinal.& Archiepisc. Moguntino lib.6. ep.19. li.11.ep.11.li.12.ep.10.li.13.ep.22.42.
Alexandro Comitis à Nassavien. Secretario lib. 30. ep. 13.
Alexio Turzoni Hungariæ Regis à Thesauris lib. 29. ep. 51.
Alfonsus Fonseca, Archiepiscopus Toletanus, totius Hispaniæ primas lib.18.ep.1.li.19.ep.32.34.
Alfonso Fonseca lib.18.epist.2.li.19.epist.33. lib. 28. ep. 1.
Alfonso Manrico Archiepiscopo Hispalensi, de fide inquisitori summo lib.19.ep.42.l.20.e.19.l.25.e.25.
Alfonso Valdesio, Theologiæ Professori, & Ecclesiastæ Burgis, Caroli Imperatoris Secret. lib.19. ep.29.li.21.ep.58.li.25.ep.6.13.35.li.31.ep.49.
Alfonso Vervesio monacho Benedicti lib. 19. ep. 42. lib.27. ep. 4.
Aloisius Marlianus Episcopus Tuden. li.16.ep.12.
Aloisio Marliano lib.13.ep.18.li.16.ep.11.13.
Amblardo & Lodo. Alardetis, fratribus li.20.e.1.
Ambrosio à Gumpenbergo lib.24.ep.28.
Ambrosius Leo Nolanus medicus li.10.ep.28.
Ambrosio Leoni lib.10.ep.29.
Amicis Lectoribus lib.27.ep.42.
Amico cuidam lib.4.ep.28.l.30.ep.58.li.31.e.29.
Andreas Alciatus Mediolanen. Juris professor publicus lib. 27. ep. 30.
Andreæ Alciato lib. 20.ep. 91.lib.21.ep.14.16. 38. lib. 25.ep.27.lib.26.ep. 6.
Andreas Ammonius Lucen. Regis Angliæ Secretarius Erasmo lib.2.ep.7.lib.3.ep.18.lib.8.ep.8. 10.12.23.25.27.31.39.40.41.
Andreas Ammonius Guil. Montjoio lib.7.ep.6.
Andreæ Ammonio lib.8.ep.1.2.3.4.5.6.7.9.11. 13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.24.26.28. 29.30.32.36.37.38.46.47.
Andreæ Cnophæ Ruteno Sacerdoti lib.14.ep.22.
Andreæ Critio, Episc. priùs Premislensi, nunc Plocensi lib.18.ep.16.lib.19.ep.14.lib.20.ep.85.lib.21. ep.64.li.22.ep.5.li.26.ep.31.li.27.ep.23.
Andreæ & Christophoro à Conritz lib.28.ep.22.
Andreæ Hoestrato Jureconsulto lib.12.ep.8.
Andreæ Zebridovio Polono li.19.ep.17.li.20.e.100.
Angelo Andreæ Resendo lib.26.ep.43.
Annæ Borsalæ Principi Veriana, matri Adolphi lib.9. ep. 38.
Antonio, vide Joan. Antonio
Antonio à Burgis lib.9.ep.37.
Antonio à Burgis, Abbati S. Bertini lib. 2. ep.28.lib.6.ep.20.li.9.ep.15.li.10.ep.1.13.24.
Antonio à Marca, Abbati Bellilocæ, nepoti Episcopi Leodien. lib.15.ep. 11.
Antonio Brugnario in monte Pellicardi lib.18. ep.epist.40.
Antonio Clavæ Senatori Gandavensis lib. 1. epist.26.
Antonio Clava lib.1.ep.27.lib.7.ep.26.
Antonio Dalbano Abbati lib.25.ep.15.41.
Antonio Fuggero lib.19.ep. 37. lib.23. ep.14. lib.25.ep.17.lib.29.ep.63.
Antonio Lutzenburgo Cananico apud D. Andomarum lib.5.ep.18.lib.9.ep.17.18.
Antonio Papinio Abbati Gemblacen. lib.11.ep.18.
Antonino Papinino lib.11.ep.19.
Antonio Puccio legato Apostolico ad Electores, nunc Episcopo Pistoriensi lib.5.ep.26.li.18.e.29.
Antonio Salmanca, Episcopo Gurcen. electo lib. 19.ep.24.lib.20.ep.102.
Archidiacono cuidam Alcorano lib.19.ep.53.
Arnoldo Boschio Carmelita lib.5.ep.6.
Arnoldo cuidam lib.5.ep.21.
Augustino Caminado lib.4.ep.33.34.li.5.ep.24.
Augustino Eugubino lib.26.ep.34.
Augustino Mario lib.26.ep.9.
Augustino Scarpinello, Oratori Cæs. lib. 15. epist.12. lib. 18.ep.45.
Augustino Trivultio lib.26.ep.10.41.
Aulico cuidam lib.29.ep.93.

B

Balivo Lutetiæ Regis lib.27.ep.6.
Balthasari Episcopo Hildesheymensi, Episcopi Constantien. coadjutori li.19.ep.27.li.28.e.10.
Baptistæ Egnatio, vide Joan. Baptistæ
Bartolomæus Latomus lib.27.ep.27.
Bartolomæo Latomo lib.27.ep.28.
Beato Rhenano lib.1.ep.1.li.5.ep.25.li.29.e.31.
Benedicto Jovio medico Mediolanensi lib.18.ep.8.
Bernardo Boerio lib.25.ep.19.lib.26.ep.57.
Bernardo Buchenio Phrysio, Decano in Haga Comitis, & Consiliario lib.17.ep.12.
Bernardo Episcopo Tridentino, Ferdinandi Regis summo Cancellario lib. 19. ep.10.25. lib.20. ep. 36.69.103. lib.21.ep.43. lib.24.ep.22.lib. 25.ep.5.lib.26.ep.28.lib.28.ep.5.
Berthramo Domo lib.24.ep.25.
Bilibaldus Perkheymerus Senator, Norember. Cæsaris Consiliarius lib.2.ep.11.li.4.e.12.li.12.e.12.
Bilibaldo Perkheymero lib.4.ep.13.lib.12.ep.13. lib.19.ep.5.50.lib. 20.ep.3 lib.24.ep.10.li.30. ep. 21. 22.23.24.25.26.27.28.29.30.31.32. 33.34.35.36.37.38.39.40.41.42.43.44.45. 46.48.49.50.51.52.
Bonifacio Amerbachio Juris professori publico lib.15.ep.17.lib.24.ep.16.

C

Cardinali Nanetensi lib.10.ep.20.
Carolo Cæsari lib. 20. epist. 5. lib. 29. epist. 67.

Index Epistolarum.

Carolo Duci Sabaudiæ lib.19.ep.16.
Carolo Harsto lib.16.ep.17.
Carolo Mantzio lib.26.ep.17.li.28.ep.15.
Carolo Principi Maximiliani nepoti li.29.ep.59.
Carolo Sucqueto lib.23.ep.12.
Carolo Utenhovio Gandavo lib. 24. epist. 4. lib.26.ep.54.lib.27.ep.5.lib.28.ep.23.
Cassandro Cellismartiali lib.26.ep.61.
Catharina Regina Angliæ lib. 19.ep. 69. lib.29.ep.41.
Celio Calcagnino lib.20.ep.53.
Celius Calcagninus Erasmo lib.20.ep.54.
Christiano lib.4.ep.19.lib.5.e.7.li.9.ep.6.
Christiano Lubecen. Negotiatori lib.4.ep.32. lib.10.ep.2.lib.29.ep.14.
Christophoro à Carlevitz lib.26.ep.65.
Christophoro à Schidlovietz regni Poloniæ Cancellario lib.19. ep.11.75.lib.21.ep.63.lib.22.ep.8.lib. 26.ep.20.lib.29.ep.62.
Christophoro à Stadio Epis. Augustano lib.20. ep.84.96.li.25.ep.28.37.li.28.ep.4.li.29.ep.42.
Christophoro Episcopo Basiliensi lib.3.ep.29.lib. 18.ep.39.li.21.ep.8.15.li.29.e.39.li.31.ep.43.
Christopherus Episcopus Basil. lib.3.ep.28.
Christophoro Eschenveldio telonæ Popardiensi lib.4. ep.5.lib.29.ep.33.
Christophoro Fischerio Protonotario Apostolico lib.4.ep.7.
Christophoro Haco lib.11.ep.20.
Christophoro Hegendorfino Lypsiæ lib.14.e.12.
Christophoro Longolio lib.3.ep.63.
Christophorus Longolius Jacobo Lucæ Decano Aurelian. lib.3.ep.62.
Christophoro Mesiæ, Hispano lib.25.epist.26. lib. 27. ep. 22.
Christophoro Thrucses lib.19.ep.94.
Christophoro Ursewico lib.29.ep.5.
Claudio Cantiuncuæ LL. Doctori lib.17.ep.30.
Claudio Javando lib.20.ep.78.
Clementi Papæ VII. lib. 19. epist. 1. lib. 20. epist. 82.
Collegii Bustidiani professoribus lib.26.ep.38.
Collegio Cavionicorum Metensium lib.10.ep.4.
Collegio Sorbonico Lutetiæ lib.22.ep.19.
Conrado Goclenio lib.17.ep.8.lib.30.ep.8.9.10. 15.16.17.18.56.62.70.74.
Conrado Heresbachio lib.20.ep.38.
Conrado Pellicano lib.18.ep.3.li.19.ep.95.96.
Conrado Peutingero Cæsaris consiliario lib.13. epist. 30.
Conrado Præsuli Uvirtzeburgen. lib.12.ep.22. lib. 22. ep. 1. lib. 25. ep. 36. lib.26.ep.26.64. lib. 29. epist.35.
Conrado Schutterani, & Laurentio Ethonis Monasteriorum Abbatibus Provinciæ Brisgaudiæ lib. 14. ep. 11.
Consiliario cuidam lib.30.ep.73.
Cornelio Aurotino Canonico lib. 4. epist. 17. lib. 7. ep. 2.3.
Cornelio Batto lib.7.ep.25.
Cornelio Bergensi quæstori lib.19.ep.104.
Cornelio Gaudano lib.31.ep.3.9.10.16.17.41.
Cornelio Grapheo lib.20.ep.106.li.30.ep.64.
Cornelio Sceppero lib.30.ep.76.
Cuidam lib.4.ep.29.30.31.lib.19.ep.61.lib.21. ep.23.lib.27.ep.57.
Cuidam ἀθυρογλώττῳ lib.13.ep.26.
Cuidam præpotenti lib.14.ep.13.
Cuthberto Tonstallo Episcopo Londin. li.2.ep.30. li.3.e.3.l.13.e.24.l.18.e.48.l.22.e.23.l.26.e.59.
Cuthbertus Tonstallus Budæo lib.2.ep.29.
Cuthbertus Tonstallus Erasmo li.3.e.2.li.22.e.22.

D

D'Amiano à Goes lib. 27. epist. 19. 38. lib.30.ep.65.66.67.69.71.72.
Danesio lib.20.ep.77.
Danieli Benedicto Mediolanen. lib.19.ep.90.
Danieli Stibaro lib.20.ep.101.l.21.e.2.li.26.e.7.
Danieli Taispillo Episcopo Gebolden. li.16.ep.15.
Davidi Pamgartnero lib.29.ep.44.
Desiderato More lib.27.ep.45.
Dominico Cardinali Grymano tit. S. Marci lib. 2. ep.2. lib.3.ep.11.lib.13.ep.7.
Domino de la Rosche, quondam Cæs. Maximiliani Cancellario lib.21.ep.9.

E

Elizabetha Monali Virgini lib.31.ep.21.
Edingo Audomaro lib.25.ep.21.
Edmundo Sacerdoti lib.9.ep.2.4.
Edvardo Leo lib.17.ep.1.
Eleutherio suo lib.31.ep.48.
Elvetiorum nationi in Concilio Badensi lib. 19. epist. 45.
Ennio Episcopo Verulano lib.21.ep.18.
Eobano Hesso lib. 6. ep. 25. lib. 26. ep. 5. 45. lib. 30. ep. 6.
Epistola pro amico quodam scripta ad medicum lib. 5. ep.8.
Epistolæ Erasmiano fragmentum lib.30.ep.77.
Episcopo Rivensi lib.25.ep.3.
Erardus Episcopus Leodien. lib.3.ep.45.
Erardo Episcopo Leodien. lib.3.epist.46.lib.10. ep.3.lib. 12. ep. 29. lib. 13. ep.2.lib.20.ep.74. lib. 26.ep.22.lib.29.ep.73.
Evangelistæ lib.9.ep.9.
Everardo Advocato vide *Greverardo Advocato.*
Euricio Cordo ludimagistro lib.5.ep.30.
Eustachio Andreæ monacho Cluniacen. li.18.e.38.
Eustathio Chapusio Cæsoratori lib.27.ep.16.

F

Fabritius Capito lib.30. ep. 79.
Fausto Andrelino lib.5.ep.10.12.14.23.
Faustus Andrelinus lib.5.ep.11.13.15.
Felici Delano LL. Doctori lib.21.ep.10.
Felici Episcopo Theatino lib.20.ep.37.
Ferdinando Austriæ Archistratego lib.29.ep.71.
Ferdinando Bohemiæ Hungariæque Regi lib. 20. ep. 23.42. lib. 22. ep.20.21.
Ferdinandus Rex Erasmo lib.20.ep.43.
Federico Saxoniæ Duci lib.28.ep.16.
Ferdinandi quondam medico & præceptori lib. 19. ep. 101.
Ferico Carondileto Archidiacono Besontino lib.21. epist. 59.
Floriano Montino lib.28.ep.25.
Florentio ab Iselstein. lib.12.ep.30.
Francisco Asulano Typographo lib.21.ep.61.
Francisco Bonvaloto lib.27.ep.47.55.
Francisco Card. Ebor. medico lib.22.ep.11.12.
Francisco Calvo Typographo lib.20.ep.57.

Francisco

Francisco Cassandro lib.26.ep.13.
Francisco Chiregato, Episcopo Interamnensi. li.12. ep.36.l.14.ep.14.li.19.ep.103.li.21.ep.32.
Francisco Cigalino lib.21.ep.30.
Franciscus Craneveldius, priùs pensionarius Brugensis, nunc Senator Mechlinien sis lib.15.ep.4.
Francisco Craneveldio lib. 15. ep. 5.
Franciscus Deloinus, Praeses Senatus Parisini lib. 1. ep. 13.
Francisco Deloino lib.1.ep.14.
Francisco Dilfo lib. 19.ep.70.lib.25.e.34. lib. 29. ep. 52.
Francisco Ebredunen. Archiepiscopo lib.19.e.92.
Francisco Galliarum Regi lib.1.ep. 19. lib.21. ep.40. lib.29.ep.69.
Francisco Hasselten. Franciscano lib.19.ep.18.
Francisco Molinio ab Eleemosynis Regis Galliarum lib.20.ep. 41.48.li.21.ep.46.47.l.29.e.30.
Francisco Rupilio lib.27. ep. 20.
Francisco Sylvio lib.18.ep.22.li.19.ep.88.
Francisco Thesaurario Ecclesiae Besontinae lib.20. ep.79.li.26.e.23.
Francisco Theodorico lib.31.ep.6.11.15.36.
Francisco Vergarae lib.17.ep.28.lib. 19. ep.28. lib. 20.ep.15.lib.26.ep.56.
Fratribus Germaniae inferioris lib. 31.ep.59.
Fratribus quibusdam absque observantia l.31. e.54.
Friderico Nauseae lib.18.ep.19.lib.19.ep.21. lib. 20. ep. 55.
Friderico Saxoniae Duci lib.5.ep.35.

G

Gabrieli Ofhusio Cartusiensi lib.1.ep.3.
Gaspari Hedioni lib.21.ep.3.
Gaspar Schalbus lib.6.ep.5.
Gaspari Schalbo lib.6.ep.6.
Gaspar Ursinus Velius lib.6.ep.30.
Gaspari Ursino Velio lib.6.ep.31.
Gasparis Ursini Velii genethliacon Erasmi. lib.1. fol. 82.
Georgio Agricolae lib.24.ep.18.40.
Georgio Commerstadio lib.26.ep.35.
Georgio Episcopo Brixinensi lib.19.ep.60.
Georgio Haloino Caesar. aulae apud Brabantos proceri lib.37.ep.2.lib.12.ep.26.
Georgio Saxoniae Duci li.13.e.19.l.18.e.5.6.li. 18.e.42.l.19.e.9.39.47.58.63.107.li.20.e.27. 31.li.21.ep.7.li.25.e.29. li.26.e.33.l.28.ep.16.
Georgius Saxoniae Dux. lib.30.ep.78.
Georgio Smotzero Doctori lib.19.ep.64.
Georgio Spalatino Saxoniae Ducis à sacris lib.5. ep.35.li.11.e.24.li.13.ep.40.
Georgius Spalatinus lib.11.ep. 23.
Gerardo ab Assendelff. lib.27. ep.14.
Gerardo ab Herema lib.31.ep.57.
Gerardo Lystrio lib.13.ep.9.
Gerardo Noviomago lib.3.ep.35.42.li.6.ep.29. lib.10.ep.25.lib.12.ep.9.17.
Gerardus Noviomagus lib.3.ep.41.
Germanus Brixius Antisiderens. lib.4. ep. 8. lib. 22. ep.27.lib.25.ep.22.
Germano Brixio lib.4.ep.9.li.13. ep.35.lib.19. ep.23. 85.li.20.ep.2.10.76.li.22.ep.28.li.24. ep.24.li.24.ep.23.li.26.ep.14.60.
Gilberto Cognato Canonico Nozerethi in Burgundia lib. 27.ep.50.51.
Godofredo Rhodo Stegrio lib.14.ep.2.
Godschalco Rosemundo li.12.ep.18.li.15.e.3.18.
Gratiano Hispano lib.19.ep.54.
Grace Lingua studiosis lib.28.ep.21.
Greverado advocato lib.5.ep.19.
Grimano Cardinali Veneto lib.29.ep.72.
Guilielmo ab Horion lib.27.ep.15.
Guilielmo Burbanco Anglo ex familia Card. Eboracensis lib.16.ep.3.
Guilielmo Budaeo lib.1.ep.7.8.10.12.16.li.3. ep.51.53.55.56.58.61.67.70.l.13.e.16.l.14. ep.23.li.16.e.2.li.17.ep.16.li.19.ep.89.li.20. ep.9.68.64.li.21.ep.50.
Guilielmus Budaeus Erasmo lib.1.ep.6.9.11.15. lib. 2.ep. 20.li. 3.ep.52. 54.57.59.60.64.65. 66.61.69.71.lib.20.ep.8.
Guilielmo Copo medico Regio li.1.ep.18.l.20.e.4.
Guilielmus Copus lib.1.ep.17.
Guilielmo Archiepiscopo Toletano, Card. de Croy, lib.5.ep.33.lib.11.ep.6.8.
Guilielmus Card. de Croy lib.11.ep.7.
Guilielmo Doncastro Theologo lib.13.ep.13.
Guilielmo Gaudano li.4.e.21.25.li.31.e.1.26.31.
Guilielmo Gonello lib. 3. ep.13. lib. 6. ep.36.37. 38. lib.7.ep.20.37.
Guilielmo Hueo Parisien. Ecclesiae Decano lib. 11. epist. 22.
Guilielmo juniori Clivensi Duci lib. 24. ep.8. lib.26.ep.11.li.29.ep.53.54.66.
Guilielmo Montjoio lib.4.ep.14.20.lib.5.ep.5. lib. 6.ep.10.27.li.7.ep.46.li.8.ep.53.li.9.ep.1. li.13.e.14.l.17.e.26.l.26.e.20.39.li.30.ep.19.
Guilielmus Montjoius Angliae Baro, & aulae Reginalis praefectus lib.4.ep.6.
Guilielmus Latimerus Anglus Theolog. lib.10. epist. 22.
Guilielmo Latimero lib.10.ep.23.li.12.ep.19.
Guilielmo Nesen lib.5.ep.28.lib.10.ep.31.
Guilielmo Pastori civitatis Gruningen. li.16.e.18.
Gulielmo Patri Carthusiae magnae lib.21.ep.19.
Guilielmo Quinoo lib.26.ep.30.
Guilielmo Taleo lib.17.ep.5.
Guilielmo Uvarano Archiepiscopo Cantuarien s, lib. 12.ep. 37. li. 13. ep. 3. li. 14.ep. 7. 19. lib. 18. ep. 32. li. 19. ep. 46. li. 20. ep. 7. 44. lib. 29.ep.2. 24.25.
Guilielmus Uvaramus lib.2.ep.8.li.7.ep.19.
Guolphango Fabritio Capitoni lib.1.ep.4.
Gnolphango Remo lib. 26.ep. 19.

H

Hadrianus vide *Adrianus*
Haioni Caminga Phrysio lib. 17.ep.29.
Haioni Hermanno Phrysio, LL. Doctori, Senatori Senatus apud Leovardian. lib. 20.ep.95. 97. lib. 21.ep.4.
Hector Hoxvirius lib. 27.ep. 29.
Hectori Hoxvirio lib. 24. ep.26.
Helia Marceo Machabaeorum Collegii moderatori lib. 29.ep.40.
Henrico à Bergis, Episcopo Cameracensi lib. 9. epist. 5. 27.
Henrico Afinio Lyren. medico lib.13. ep. 23. lib. 29. ep.15.
Henrico Anglorum Regi lib.3. ep.16.32.li.6. ep.12.li.13.ep.1.li.18.e.51.li.20.ep.35.49.73. li.29.ep.27.49.70.
Henricus Angliae Rex lib.23.ep.16.lib.27.ep.38.

Index Epiſtolarum.

Henrico Bovillo lib.2.ep.10. lib.3.ep.15.
Henricus Bovillus lib.2.ep.9.
Henrico Botteo LL. Doctori lib.19.ep.43.80.
Henrico Caduceatori lib. 19.ep.20.
Henricus Chriſtiano fratri lib.4.ep.35.
Henrici Glareani hecatoſticon lib. 1. fol.77.
Henrici Glareani Elegia ad Oſwaldum Miconium lib.1.fol. 78.
Henrico Glareano lib.3.ep.19.li.15.e.8.li.29.e.60.
Henricus Glareanus lib.1.ep.34.
Henrico Gruningio Decano Embricenſi lib.14.ep.9.
Henrico Guldefordo equiti lib.6.ep.26.li.13.ep.10.
Henrico Stromero Aurbachio Medico lib.3.ep.30. lib.19.ep.4.li.20.ep.29.34.
Hermannus Buſchius Paſiphilus lib.12.ep.14.
Hermanni Buſchii carmen lib.1.fol.76.
Hermanno Buſchio lib.4.ep.2.li.12.e.15.
Hermannus Colon. Archiepiſcopus lib.24.ep.2.
Hermanno Colon. Archiepiſcopo lib.24.ep.1.
Hermanno Comiti à Nova aquila lib.19.ep.59. lib.20.ep.72.
Hermanno Phryſio lib.15.ep.9.li.19.ep.40.
Herneſto Bavariæ Duci lib.3.ep.34.
Hieronymo Agathio lib.20.ep.90.
Hieronymo Aleandro Archiepiſcopo Brunduſino lib.18.ep.53.
Hieronymo Buſlidiano Præpoſito Arienſi lib.29.e.9.
Hieronymi Buſlidiani Epitaphium lib.3.fol.176.
Hieronymo Emſero Georgii Sax. Ducis à ſacris lib. 18.ep.28.l.20.ep.28.
Hieronymo Frobenio lib.17.ep.21.
Hieronymo Ritio lib.21.ep.37.
Hieronymo Viromando lib.22.ep.14.
Hieroſlao à Laſco Poloniæ Baroni lib.18.ep.4. lib.21.ep.62.
Hilario Bertulpho Gandavo lib.18.ep.27.
Hiſpano cuidam Sorbonico lib.19.ep.71.
Huberto Barlando medico lib.30.ep.1.

I

Jacobo Apocello Elvetio lib.18.ep.17.
Jacobo Baniſio Cæſaris Conſiliario li.6.e.21.35.
Jacobus Baniſius lib.6.ep.34.
Jacobo Batto lib.4.ep.24.36.l.5.e.9.l.8.e.48. 49.52.l.9.e.14.19.28.29.30.31.32.33.34.35. 36.l.31.e.18.
Jacobo Cantæ lib.24.ep.27.
Jacobo Cantero lib.31.ep.14.
Jacobo Fabro Stapulenſi lib.3.ep.9.33.l.20.e.70.
Jacobus Faber lib.2.ep.13.
Jacobo Hochſtrato, Theologo Dominicano lib. 16. ep.19.
Jacobo Hornenſi lib.5.ep.32.
Jacobo Landavo Bavaro lib.20.ep.32.
Jacobo Mauritii lib.31.ep.38.39.40.
Jacobo Middelburgenſi, Vicario generali Epiſcopi Cameracenſis lib.9.ep.26.l.11.e.26.
Jacobus Piſo præceptor Lodovici quondam Hungariæ Regis lib.10.ep.12.
Jacobo Piſoni lib.21.ep.65.
Jacobo Sadoleto Epiſcopo Carpentoractenſi lib.19. ep.81.l.20.e.26.l.22.e.25.l.25.e.11.24.l.28.e.7.
Jacobus Sadoletus lib.20.ep.25.l.22.e.26. l.25.e.10.12.l.27.e.35.36.
Jacobo Tuſſano lib.20.ep.107.l.21.e.29.l.26. ep.4.12.
Jacobo Tutori, penſionario Antuerpienſi lib.5. ep.22.l.9.e.20.23.l.28.e.17.
Jacobo Villingero Romani & Hiſpani Regis Theſaurario lib.13.ep.36.
Jacobo Vvimphelingo Theologo lib.18.ep.44.
Jano Cornario lib.24.ep.9.
Joachimus Camerarius lib.19.ep.6.
Joachimo Camerario lib.19.ep.7.
Joachimo Gandavo medico lib.20.ep.67.
Joanni Alexandro Braſſicano lib.26.ep.63.
Joanni Antonio Caſſovienſi, medico nunc in familia Epiſcopi Cracovienſis lib. 19.ep.16.76. lib. 20.ep.56.l.22.e.6.l.29.e.22.
Joanni Baptiſtæ Egnatio lib.10.ep.14.l.18. ep.10.l.20.e.83.l.21.e.39.l.26.e.3.58.62.
Joanni Boerio lib.26.ep.57.
Joanni Bonero lib.24.ep.23.l.28.e.20.
Joannes Borſalus Decanus Verien. lib.6.ep.15.
Joanni Borſalo lib.6.ep.16.l.19.e.19.
Joanni Botzemo Canonico Conſtantien. lib.12. ep.32.l.20.e.33.l.24.e.15.l.30.e.2.
Joanni Bibliopego Dano lib.20.ep.17.
Joanni Briſgoico, Theologo lib.21.ep.49.
Joanni Caſario lib.20.ep.24.l.29.e.1.
Joanni Canio, ſive De Hondt Canonico Curtracenſi lib.19.ep.48.l.30.e.11.12.14.
Joanni Carondileto, Archiepiſcopo Pronermitano, aulæ Brabantiæ Cancellario lib. 20.ep. 47. 75. l.21.e.12.41.56.l.28.e.8.
Joanni Canonico Bruxellenſi lib.4.ep.22.l.9.e.25.
Joanni Cholero præpoſito Curien. lib.24.ep.11. l.29.e.92.l.30.e.20.53.59.63.
Joannis Chryſoſtomi vita fol.1592.
Joanni Cochleio lib.19.ep.49.57.l.23.e.15.
Joanni Claymondo, Theologo lib.4.ep.11.
Joannes Coletus Decanus apud divum Paulum Londini in Anglia lib.2.ep.12.l.5.e.3.l.31.e.45.
Joanni Coleto lib.4.ep.1.l.5.e.4.l.6.e.9.l.10. e.8.9.10.17.18.21.l.12.e.21.l.28.e.28.l.31.e.45.
Joanni Dantiſco Epiſcopo Culmenſi lib.29.ep.91.
Joanni Draconi lib.5.ep.29.l.30.ep.5.
Joannes Eckius, Theologus lib.2.ep.25.l.30.e.80.
Joanni Eckio lib.2.ep.26.
Joanni Epiſcopo lib.22.ep.30.
Joanni Eraſmio Frobenio lib.26.ep.51.l.29.e.18.
Joanni Eutichio lib.29.ep.10.
Joanni Fabro Ferdinandi Regis à conſiliis lib. 6. ep.33.l.21.e.45.51.l.27.e.8.
Joannes Faber lib.6.ep.32.
Joanni Fabro Urbanus regius lib.2.ep.17.
Joanni Falconi lib.4.ep.15.
Joanni Fevino Canonico S. Donatiani Brugis lib.13.ep.8.
Joanni Emſtedio Cartuſian. lib.19.ep.99.l.23. ep.9.l.28.ep.11.
Joanni Gaecho lib.22.ep.29.
Joanni Georgio Paungartnero lib. 25.ep.4.l.27. e.18.l.28.e.26.
Joanni Glapioni Franciſcano, Caroli Cæſ. à confeſſionibus lib.19.ep.110.
Joanni Grolierio apud Inſubres quæſtori regio lib.3.ep.17.
Joanni Henkello Ungariæ Reginæ à concionibus lib.18.ep.25.l.20.e.104.l.26.e.52.
Joanni Hervagio lib.31.ep.55.
Joannes Kirherus lib.7.ep.44.
Joanni Kirhero lib.7.ep.45.
Joanni Klebergero lib.27.ep.56.
Joanni Laſcano præpoſito Gneſnen. in Polonia lib.18.ep.26.l.19.e.13.l.19.e.74.l.28.e.3.

Index Epiſtolarum.

Joanni Laſcari Conſtantinopolitæ lib. 3. ep. 12.
Joanni Longlando, Epiſcopo Lincolnienſi in Anglia lib. 21. ep. 42. lib. 29. ep. 32. 38.
Joannes Lodovicus Vives. vide *Lodovicus Vives*
Joanni Lotharingiæ Cardinali lib. 19. ep. 62. lib. 20. ep. 65. lib. 26. ep. 16. lib. 29. epiſt. 87.
Joanni Lotzero Medico lib. 21. ep. 48.
Joanni Luſitaniæ Regi lib. 29. ep. 83.
Joanni Maldonato Hiſpano lib. 19. ep. 55. lib. 26. ep. 47.
Joanni Matthæo Giberto Datario Pontificis lib. 21. ep. 5.
Joanni Moro lib. 28. ep. 13. l. 29. ep. 26.
Joanni Obrecht lib. 31. ep. 36.
Joanni Oecolampadio lib. 7. ep. 43. l. 13. e. 21. 27. lib. 18. ep. 23. l. 30. ep. 47.
Joannes Oecolampadius lib. 7. ep. 42.
Joanni Paludano Rhetori lib. 29. ep. 8. 56.
Joanni Pauntgartnero lib. 24. ep. 21. 31. lib. 29. ep. 85.
Joanni Phiſcero, Epiſcopo Reſſenſi lib. 6. ep. 8. lib. 7. ep. 9. lib. 12. ep. 24. 25. lib. 13. ep. 4. lib. 18. ep. 47. li. 40. ep. 90.
Joanni Reuchlino ſeu Capnioni lib. 12. ep. 16.
Joanni Rinko lib. 25. epiſt. 2. lib. 26. ep. 32. lib. 29. ep. 45.
Joanni Robino Decano Mechlinien. lib. 13. e. 31.
Joanni Roſino lib. 26. ep. 40.
Joanni Ruſero Novientano lib. 6. ep. 24.
Joannes Sapidus Seleſtadien. lib. 1. fol. 79.
Joanni Sapido lib. 1. ep. 35. li. 31. ep. 53.
Joannes Schlechta Coſtelecius Bohemus lib. 14. epiſt. 20.
Joanni Schlechtæ lib. 6. ep. 28. li. 14. ep. 21.
Joanni Schudelino literatori Memmingenſi lib. 14. ep. 6.
Joanni Selvæ præſidi Pariſini ſenatus lib. 19. epiſt. 86. lib. 31. ep. 50.
Joannes Sixtinus Jureconſultus lib. 2. ep. 21.
Joanni Sixtino lib. 2. ep. 22. li. 5. ep. 1.
Joanni Sucquet lib. 23. ep. 11.
Joanni Sylvagio Cæſaris Cancellario ſummo lib. 7. ep. 11. li. 29. ep. 58.
Joanni Turzoni Epiſcopo Vratiſlavienſi. lib. 5. ep. 34. l. 15. ep. 2.
Joannes Turzo lib. 15. ep. 1.
Joanni Valdeſio Hiſpano lib. 19. ep. 38. l. 22. ep. 15. l. 26. ep. 48. 49.
Joanni Vergaræ Hiſpano lib. 19. ep. 31. l. 20. ep. 14. li. 26. ep. 55. l. 27. ep. 7.
Joanni Vlatteno lib. 19. ep. 68. li. 23. ep. 10. lib. 25. epiſt. 32. lib. 26. epiſt. 37. lib. 28. epiſt. 18. lib. 29. ep. 21.
Joannes Vvatſonus Anglus, Theologus lib. 1. epiſt. 23.
Joanni Vvatſono lib. 1. ep. 24.
Joanni Vverterio lib. 4. ep. 3.
Jodoco Gavero Juriſconſulto lib. 23. ep. 5.
Jodoco Jone lib. 5. ep. 27. lib. 13. ep. 28. lib. 15. ep. 14. li. 17. ep. 18. li. 30. ep. 7.
Jodoco Juſto Sigiſmundi Regis à Secretis lib. 22. ep. 10. li. 29. ep. 46.
Jodoco Nocrio conſiliario Brabantiæ lib. 13. e. 33.
Jodoco Mechlinien. præſidi lib. 19. ep. 112.
Jodoco Sasbouto lib. 24. ep. 17.
Julio Pflug lib. 25. ep. 39. lib. 26. epiſt. 1. lib. 27. ep. 2. 12. lib. 29. ep. 37.
Julius Pflug lib. 27. ep. 1.
Juſto Decio Sigiſmundi Poloniæ Regis Secretario lib. 20. ep. 86. lib. 27. ep. 11.

L

Lambertus Grunnius ſcriba Apoſt. li. 24. e. 6.
Lamberto Grunnio lib. 24. ep. 5. lib. 31. ep. 51.
Laurentio Bartholino Abbati Italo lib. 17. ep. 25.
Laurentius Campegius Card. lib. 12. ep. 2.
Laurentio Campegio lib. 12. epiſt. 1. 3. 35. lib. 14. epiſt. 1. lib. 19. epiſt. 102. lib. 26. epiſt. 15. lib. 29. ep. 74.
Laurentio Puccio Cardinali lib. 28. ep. 6.
Lazaro Bayfio lib. 19. ep. 51. li. 26. e. 2.
Lectori lib. 28. ep. 2. lib. 29. ep. 19. 23. 47. 81. 82. 86. 89.
Leo X. Pontifex lib. 1. epiſt. 28. lib. 2. epiſt. 4. 5. lib. 29. ep. 80.
Leoni X. Pontifici lib. 1. epiſt. 30. lib. 2. ep. 1. 6. lib. 11. ep. 9. lib. 14. ep. 5. lib. 29. ep. 79.
Leo Pontifex Regi Angliæ lib. 2. ep. 5.
Leonardo Caſimbroto Brugen. lib. 18. epiſt. 13. lib. 21. ep. 35.
Leonardo Coxo Anglo lib. 19. ep. 15.
Leonardus Priccardus canonicus apud Aquiſgranum lib. 11. ep. 16.
Leonardo Priccardo lib. 11. ep. 17. l. 19. ep. 105.
Leonardo à Grueriis Officiali Beſontino lib. 18. epiſt. 30. lib. 19. epiſt. 35. lib. 25. epiſt. 40. lib. 26. ep. 42. lib. 27. ep. 54.
Lenardo Rephano lib. 22. ep. 7.
Leontio lib. 15. ep. 6.
Livino Abbati Monaſterii S. Bavonis Gandavi lib. 16. ep. 16.
Livino Algotio Gandavo lib. 15. ep. 13.
Livino Ammonio lib. 20. ep. 94. l. 25. ep. 20.
Lodovico à Prato, præfecto Gandavenſi lib. 14. epiſt 25.
Lodovico Berquino lib. 19. epiſt. 87. lib. 20. epiſt. 88. 99.
Lodovicus Berus Theologus lib. 1. ep. 32.
Lodovico Bero lib 1. epiſt. 33. lib 17. epiſt. 20. lib. 19. epiſt. 38. lib. 20. epiſt. 105. lib. 23. epiſt. 13. lib. 27. epiſt. 52.
Lodovicus Canoſſa Epiſcopus Baiocen. li. 1. ep. 20.
Lodovico Canoſſa lib. 1. ep. 21
Lodovico Carino lib. 11. ep. 25.
Lodovico Coronello Theologo Hiſpano lib. 19. epiſt. 114.
Lodovico cuidam lib. 8. epiſt. 51.
Lodovico Epiſcopo Tornacen. lib. 14. ep. 17.
Lodovico Montis S. Mariæ & Charitatis Abbati lib. 27. ep. 46. 53.
Lodovico Ruſeo Lutetiæ præfecto lib. 6. ep. 18.
Lodovicus Vives lib. 17. ep. 10.
Lodovico Vivi lib. 10. epiſt. 5. lib. 17. epiſt. 11. lib. 18. epiſt. 36. lib. 19. epiſt. 22. lib. 20. epiſt. 20. 87. lib. 21. ep. 20.
Lovanienſibus Theologis lib. 17. ep. 19. lib. 19. ep. 82. lib. 30. ep. 57.
Lovanien. Academiæ moderatori, quare *Godſchalco*
Lubecenſi cuidam lib. 4. ep. 18.
Lucæ Bonfio lib. 25. ep. 33.
Lucas Paluerus LL. Doctor lib. 3. ep. 23.
Lucæ Paluro lib. 3. ep. 24.
Ludulpho lib. 5. ep. 17.

Marco

Index Epiſtolarum.

M

Marco Laurino Canonico apud D. Donatianum Brugis lib.3.ep.21. li.7.ep.27. lib. 17.ep. 27. l. 23.ep. 6.
Margaretæ Reginæ Navarræ lib.20.ep.11.12.
Margaretæ Ropeæ lib. 26.ep. 50. lib. 29. epiſt. 65.
Mariæ Hungariæ quondam Reginæ lib. 26. epiſt. 46.
Martino Bucero lib.19.ep.72.
M. B. amico lib.3. ep. 22.
Martino Davidi Canonico Bruxellano lib. 21. epiſt. 26.
Martinus Dorpius Theologus lib.7.ep.1.
Martino Dorpio lib. 7. epiſt. 7. lib. 27. epiſt. 58. li. 31.ep.42.
Martino Hunno medico lib. 20.ep. 30.lib.31. epiſt. 34.
Martinus Lutherus lib.6.ep.3.
Martino Luthero lib.6.ep.4.li.21.ep.28.
Martino Lypſio Bruxellano lib.3.ep.1.lib.13. ep. 34.lib. 16.ep.5.6.7.8.9.10. lib.22. ep.31.
Matthæo Giberto Epiſcopo Veronenſi l.21.e.31.
Matthæo Card. Sedunenſi lib. 20. epiſt. 39. lib.21.ep.13.li.29.ep.68.77.78.
Matthiæ Kretzero lib.25.ep.42.l.26.ep.18.
Matthiæ Laurino Uvaterulitenſi lib.18.ep.33.
Matthiæ Saxon. Ducis Geor. à decimis lib. 13. epiſt. 20.
Matthiæ Schurerio lib.28.ep.27.
Maximiliano à Burgundia lib. 19.epiſt.65. 66. lib.29.ep.20.84.
Maximiliano Tranſſylvano lib. 19. epiſt. 98. 115. lib.20.ep.51.
Medico cuidam lib.8.ep.31.
Mercurino Gattinario Cancellario Cæſaris ſummo lib.12.ep.11.lib.20.ep.6.63.
Mercurius Gattinarius lib.27.ep.33.41.
Michaeli Budæ Epiſcopo Lingonienſi in Gallia lib.18.ep.24.lib.20.ep.60.
Monacho cuidam lib. 20.ep. 18.
Mutiano Rufo lib.30.ep.4.

N

Natali Beddæ lib. 18. ep. 9. lib. 19.e.77. 83.91.97.106.
Nicaſio Sacellano Cameracenſi lib.4.ep.23.
Nicolao à Burgundia Præpoſito apud S. Petrum Trajecti lib.5.ep.20.
Nicolao Benſerado Juriſconſulto lib.9.ep.21.24.
Nicolaus Beraldus lib.11.ep.12.13.14.
Nicolao Beraldo lib. 11.ep.15.lib.13.e.17. lib.15.ep.10.lib.29.ep.11.
Nicolao Buſcoducenſi lib.17.ep.22.
Nicolao Cannio Amſterodamo lib.24.ep.7.
Nicolao Cleric. Theologo Lutetiano lib.20.e.62.
Nicolao Epiſcopio lib.24.ep.14.
Nicolao Everardo Hollandiæ Præſidi lib.17. ep.6.lib.21.ep.6.
Nicolao Gerbelio Jureconſulto lib.4.ep.4.
Nicolao Hiſpano lib.21.ep.24.
Nicolao Mallario lib.25.e.14.
Nicolao Montenſi, Decano & Cancellario Academiæ Lovanienſis lib.18.ep.7.
Nicolao Olaho lib. 25.ep.31.lib.26.ep.27.
Nicolao Præpoſito Edano lib.13.e.25.
Nicolao Ruterio lib.29.ep.61.57.
Nicolao Vario Marvillano præſidi trilinguis Collegii Lovanii lib.19. ep. 56.li. 24. ep.3.lib.28.ep.24.
Nicolao Veſuvio, Epiſcopo Longonienſi in Gallia à ſacris lib.20.ep.92.
N. Viro Præpotenti lib. 14.ep.13.
Nicolao Uvatenuilo Bernenſi lib. 21.ep.17.
Nicolao Wernero lib. 31. epiſt. 23. 24. 25. 27. 28.
Nicolao Winmanno lib.31.ep.56.

O

Obtrectatori cuidam lib. 12.ep. 31.
Obtrectatori ſuo pertinaciſſimo lib. 16. epiſt. 14.
Omnibus veritatem amantibus lib.31.ep.58.
Origenis Vita fol.1619.
—Ejus doctrina & libri fol. 1624.
Oſualdo Myconio Luceriano lib.3.ep.37.
Otoni Brunsfeldio lib.19.ep.100.

P

Palentino Epiſcopo lib.19.ep.108.
Paludano, Rhetori Lovanienſis Academiæ lib.3.ep.25.
Paſchaſius Berſelius lib.3.ep.43.
Paſchaſio lib. 3.ep.44.
Paulus Bombaſius lib. 2.ep. 23.lib. 11. ep. 4. lib.17.ep.13.
Paulo Bombaſio lib.2.ep.24.lib.11.ep.5.li.17. ep. 14.lib.18.ep.18.lib.21.ep.11.
Paulo Ritio medico lib.13.ep.39.
Paulo Sadoleto lib.27.ep. 21.
Paulus III. Papa Eraſmo lib.27.ep.26.
Paulo Voltzio Abbati Hugonis curiæ lib. 12. ep. 33. li.18.ep.43.lib.21.ep.2.li.23.ep.7.
Petrus Ægidius ab actis Curiæ Antuerpiæ li.7. epiſt. 28.
Petro Ægidio lib. 2. ep. 27. lib. 3. ep. 10. lib. 4. ep. 27. lib. 7. ep. 18. 21. 23. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 38. 40. lib. 10. ep. 15. lib. 17. ep. 17. lib. 21. ep. 21. 60. lib. 29. ep. 17. lib. 30. ep. 75.
Petro Anglebermio medico lib. 6.ep.7.
Petro Barbirio, Decano Tornacenſi Theologo lib. 1. ep. 2. lib. 3. ep. 20. 36. lib. 16. ep. 4. lib. 17. ep. 23. lib.18. ep. 12. lib. 19.ep.111. lib. 20. ep. 40. 46. 58 lib. 21. ep. 1.
Petro Bembo lib. 20.ep.98.lib.25.ep.9.
Petrus Bembus lib. 25.ep.8.l.27.ep.40.
Petro Caraffa, quondam Epiſcopo Theatino lib.7. epiſt. 12.
Petro Caſtellano lib.26.ep.24.l.27.ep.13.
Petro Curtio lib. 30.ep.68.
Petro Daneſio lib. 20. ep. 77.
Petro Decimario lib.19.ep. 44.l.20.ep.89.
Petro Germano ſuo lib. 31. ep. 20.
Petro Kmitha Comiti in Vyſnicze, Poloniæ ſupremo Marſchalco lib. 27.ep.39.
Petro Manio Dominicano lib.13.ep.43.
Petro Meſia Hiſpano lib.26.ep.8.l.27.e.22.
Petro Mornyeo Abbati S. Sulpitii lib. 20.ep. 68.l.21.ep.34.l.22.e.3.l.25.e.16.
Petro Moſellano lib.6.ep.2.l.13.e.5.

Petrus

Petrus Moſellanus lib.6.ep.1.
Petro Natho à Curtenburua lib.8.ep.50.
Petro Rislandio lib.27.ep.49.
Petro Tomitio Epiſcopo Cracouienſi lib. 19. epiſt. 78. lib. 20.ep. 71. lib. 22. ep. 4. lib.25. ep.38. li. 27.ep.25. li.28.ep.12.
Petrus Tomitius lib.27.ep.24.34.
Petro Toſſano lib.20.ep.93.
Petro Vitterio lib. 1. epiſt. 22. lib. 6.epiſt. 17. lib.29. ep.13.
Petro Vuichmano Canonico Anderlac. lib. 17. epiſt. 24.
Petro Vuinkel lib. 30. ep.4.
Petro Vulcanio lib.30.ep.54.61.
Petro Zaupbuio Caſtiletano, œconomo Principis Adolphi Veriani lib.11.ep.21.
Philippus à Burgund. Epiſcopo Trajectenſis lib.3. epiſt. 47.
Philippo à Burgundia lib. 3. epiſt. 48. lib. 29. epiſt. 75.
Philippus Melanchthon lib.5.ep.37.li.19.e.2.
Philippo Melanchthoni lib. 5. epiſt. 38.lib. 19. epiſt. 3. 113.
Philippo Præſuli Trajectenſi lib.29.ep.61.
Philologis omnibus lib.29.ep. 28.
Polydoro Virgilio lib.17.ep. 3. lib.20. epiſt.45. 59. lib. 21.ep.25. 52.

Q

Quintino ſuo lib.26.ep.25.
Quirino Taleſio Haerlemen. lib. 22. epiſt. 24. lib. 30. ep. 60.

R

Raphaeli Card. S. Georgii lib.2.ep.3.
Raphael Cardinalis lib.22.ep.13.
Rectori Scholæ Erphurdien. lib.12.ep.23.
Reginaldo Polo Anglo lib.18.ep.15.li.21.ep.27.
Renato Epiſcopo Carnutenſi lib.29.ep.4.
Richardus Bartholinus Poeta, Canonicus Spoletanus lib. 1.ep.36.
Richardo Bartholino lib.1.ep.37.
Richardo Bero Abbati Glaſconieſi lib.18.ep.46.
Richardo Cutberto Epiſcopi London. à ſacris lib. 3. ep. 26.
Richardo Epiſcopo Vvintonienſi lib. 6.ep. 22. lib.12.ep.20.lib.29.ep.3.
Richardus Pacæus lib.11.ep. 2.
Richardo Pacæo lib. 3.ep. 14. lib. 7. ep. 39. lib. 10. ep. 26. lib. 11. ep. 3. lib. 13. ep. 11. 41. lib. 14 epiſt. 8. 18. lib. 19. epiſt. 67. lib. 26. ep. 53.
Richardus Sampſon Juris Doctor lib.3. ep.4.
Richardo Sampſoni lib.3.ep.5.
Richardo Sbrulio lib. 13.ep.29.
Richardo Sperchefordo lib.21.ep. 54.
Richardo Vvitfordo Guilielmi Monjoii à ſacris lib. 4.ep. 16.lib.29.ep.7.
Rimailo Cæſaris à ſacris lib.7.ep.10.
Roberto Aldriſio, Anglo lib. 21. ep .26. 55.lib. 23. epiſt. 8.
Robertus Gaguinus lib.9.ep.7.8.
Roberto Gaguino lib.4.ep.26.lib.5 ep.16.
Roberto Piſcatori Anglo lib. 5. epiſt. 2. lib. 9. epiſt.10.
Rogerio Vventfordo lib.8.ep.42.43.45.
Rudbarto à Meſham, Decano Patavienſi lib.18. epiſt. 37.
Rutgero in Collegio trilingui Græcæ linguæ profeſſori lib.17.ep.15.lib.20.ep.13.

S

Sabundo lib.31.ep.5.
Scholaſtico Beſantino lib.19.ep.34.
Sebaſtiano de Rotenham equiti lib.14.ep.24.
Senatui Argentinenſi lib.20.ep.21.22.
Senatui Baſilienſi lib.20.ep.50.
Senatui Beſuntino lib.27.ep.43.44.
Senatui Pariſienſi lib. 19.ep.73. lib.21.ep.44.
Servatio lib. 31.ep.2. 7.8.12.13. 19.31.33. 35.37.
Sigiſmundo Poloniæ Regi lib.22.ep.16.18.
Sigiſmundus Poloniæ Rex lib. 22.ep.17.
Sigiſmundo Queſtenbergio lib.25. ep.7.
Simoni Leigniero lib.27.ep. 48.
Simoni Piſtorio, Georgii Saxoniæ Ducis Cancellario lib.18.ep.4.lib.19.ep.26.lib.25.ep.30.
Staniſlao Bonero lib.28.ep.20.
Staniſlao Turzani Epiſcopo Olmucenſi lib.17. ep.4.lib.19.ep.109.li.28.ep.14.li.29.ep.36.
Staniſlaus Turzo lib.27.ep.32.37.
Stephano Broderico Epiſcopo Sirmienſi lib. 22. epiſt. 9.
Stephano Gardinario lib.21.ep.57.
Stephano Poncherio quondam Epiſcopo Pariſienſi jam Archiepiſcopo Senonenſi lib. 1. epiſt. 5. lib. 13.ep.6.
Stephano Pratenſi lib.19.ep.36.
Sylveſtro Prierati ſacri Palatii Romæ magiſtro, Dominicano lib.20.ep.52.
Sylveſter Epiſcopus Vvigornienſis lib.1.ep.29.
Sylveſtro Epiſcopo Vvigornienſi lib. 1.epiſt.31. lib. 12. epiſt. 34.

T

Theobaldo Bietricio lib.29.ep.64.
Theobaldo Fettichio medico lib.19.epiſt.8. lib. 28. ep. 19.
Theodorico Hezio Adriani Papæ dudum Secretario lib. 18. ep. 49.
Theologo cuidam lib. 5.epiſt. 31.lib.13.ep.32. lib.25. ep. 18.
Thomæ Bedellio, Archiepiſcopi Cantuarienſis à ſecretis lib.15.ep.7.
Thomæ Card. Cajetano lib. 25. ep. 1.
Thomæ Cardinali Eboracenſi, Angliæ primati, & regni Cancellario ſummo lib.3.epiſt.31. lib.7.ep.14. lib.8.ep.33. lib. 11.ep. 1. lib. 12. ep. 28. lib. 13. ep.15. lib. 14. ep.10. lib. 18. ep. 52. lib. 21. ep. 33. lib. 29. ep.50.76.
Thomæ Comiti Wiltiſheriæ lib.29.ep.48.
Thomæ Epiſcopo Dunelmenſi in Anglia lib. 6. epiſt. 23. lib. 7.ep.8.
Thomæ Gretio Anglo lib.1.ep.22.lib.6.e.39. lib.9.ep.11.12.13.
Thomæ Halſeyo, Epiſcopo Elphinen. lib.10.e.11.
Thomæ Linacro medico Anglo lib. 10.ep. 6.7. lib. 14. ep. 3.
Thomæ Lupſeto Anglo lib.13.epiſt.12.lib.14. ep.4.lib.17.ep.2.lib.18.ep.11.
Thomas Morus Angliæ Baro Petro Ægidio lib. 3. epiſt. 7.

Thomas

Index Epistolarum.

Thomas Morus Erasmo lib. 2. ep. 16. li. 3. ep. 8. lib 7. ep. 4. 5. lib. 13. ep. 37. lib. 14. ep. 15. lib. 15. ep. 16. lib. 27. ep. 9. 10.

Thomæ Moro lib. 6. ep. 11. lib. 7. ep. 13. 15. 16. 17. 22. 24. lib. 10. ep. 19. lib. 13. ep. 38. lib. 14. ep. 16. lib. 15. ep. 15. lib. 16. ep. 1. lib. 17. ep. 7. lib. 19. ep 79. lib. 26. ep. 21. lib. 29. ep. 55.

Thomæ Parcio, Secretario Senatûs Caletien. lib. 7. epist. 41.

Thomæ Rocheforde Angliæ Baroni lib. 29. epist. 34. 43.

Thomæ Ruthallo Secretario Regio lib. 29. ep. 6.

Tielmanno à Fossa sive Gravio lib. 18. ep. 34. lib. 19. ep. 12. lib. 26. ep. 44.

Tonesio consiliario Cardinalis Eboracensis lib. 18. epist. 41.

Tranquillo Parthenio Dalmatæ lib. 4. ep. 10.

V

Valentino Furstero lib. 21. ep. 53.

Vdalricus Zasius lib. 2. ep. 14. 15. lib. 3. ep. 38. lib. 12. ep. 6.

Vdalrico Zasio lib. 3. ep. 39. 49. 50. lib. 12. epist. 4. 5. 7.

Viglius Zuichemus Phrysius LL. Doctor lib. 20. ep. 80.

Vigilio Zuichemo lib. 20. epist. 81. lib. 24. epist. 30.

Virginibus Franciscanis propè Cantabrigiam lib. 30. epist. 3.

Ulricus Huttenus lib. 6. ep. 13.

Ulrico Hutteno lib. 6. ep. 14. lib. 10. ep. 30. lib. 27. ep. 3.

Ulrico Zuinglio lib. 31. ep. 52.

Urbano Regio lib. 2. epist. 19. lib. 18. epist. 35.

Urbanus Joanni Fabro lib. 2. ep. 17. 18.

Ursevnico Decano lib. 8. epist. 35. lib. 29. epist. 5.

Ursino Velio lib. 20. ep. 66. lib. 26. ep. 36.

Vulturio Nevcomo lib. 31. ep. 47.

Z

Zacharie Deiotaro Phrysio lib. 18. epist. 50.

FINIS.

DES. ERASMI ROTERODAMI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS.

Erasmus Roterodamus Beato Rhenano Selestadiensi S. D.

Epist. 1.

Quod scribis, optime *Beate*, verius esse video quàm vellē. Sed illa demiror, cur ea potissimū efflagitent amici mei *Germani*, quæ me degravant invidiâ. Scis enim quam non dextris avibus exierint epistolæ, quas tu primùm edendas curâsti: at quanto pejoribus illa Farrago, cujus editionem partim extorsit amicorum flagitia, partim ipsa necessitas: cum viderem accinctos, qui quod habebant epistolarum mearum vel invito me essent publicaturi. Atque id facturos sese jam palam literis ad me suis minitabantur. Quod ne fieret, fasciculo ad te misso, delectum atq; etiam emendandi jus tibi credidi, siquid inesset, quod vel offecturum famæ meæ videretur, vel exacerbaturum vehementer cujusquā animum. Nec dubito quin tu sedulò pro tua in nos benevolentia sis amici syncери functus officio. Et tamen illic etiam inventum est, quod apud quosdam planè tragicas iras excitārit. Quare decretū erat in totum ab hoc genere scripti desistere, præsertim cum nunc res undiq; miris tumultibus agitentur, ac multorum animi sic odiis sint exacerbati, ut nihil tam blandè, nihil tam simpliciter, nihil tam circumspectè possis scribere, quod non rapiant in calumniam. Ego quum adolescens atq; etiam virili ætate, plurimas scripserim epistolas, vix ullā tamen in hoc scripsi, ut ederetur. Exercebam stylū, fallebā ociū, nugābar cum amiculis, stomacho morē gerebam: deniq; nihil aliud hic ferè quàm ludebam, nihil minus expectans, quàm ut hujusmodi nænias describerent & asservarent amici. Nam *Senæ* cum essem, humanissimus ille *Piso*, qui tum Regis suo nomine oratorem agebat apud *Julium* Pontificem, reperit apud bibliopolam quendam prostantem codicem Epistolarum *Erasmi*, sed manu descriptum, emit ac mihi misit. In hoc tametsi erant permulta, quæ fortasse nō indigna videri poterant quæ servarentur, tamen offensus tam inopinato casu, totum quantus erat, *Vulcano* dicavi. Huc reversus comperi similes libellos apud complures adservari, in aliquot exemplaria transfusos. Et hìc quicquid à notis impetrare potui, *Vulcano* tradidi. Sed expertus sum tandem mihi rem esse cum excetra. Hoc igitur consilio passus sum exire quasdam, ut vel satiati desinerent flagitare cæteras, vel ipsi certè desisterent ab edendi consilio, cum perspicerent me huic negocio manus admolitum esse. Ad hæc, exirent certè cum aliquo delectu, minúsq; depravatæ quā apud multos habebantur descriptæ: Deniq; minus haberent aloes. Hoc consilio Farraginem recognovi, quædam explicui, quæ quidam siniſtrè fuerant interpretati: quædam expunxi, quibus animadverteram quorundam offensos animos, nimium profectò teneros atq; irritabiles: quædam mitiora reddidi. Ac rursus horum temporū ratio fecit ut me ejus consilii pœniteret. Jampridem magnis odiis flagrabant studia tuentium linguas ac bonas literas, & istorum qui stultissimè sibi persuadent, suis commodis decedere, quicquid accrescit proventui melioris literaturæ. Mox *Lutheriana* trágœdia in tantam exarsit contentionē, ut nec loqui tutum sit, nec tacere. Rapiuntur in diversum omnia, etiam quæ optimo scribuntur animo: nè tempus quidem perpenditur, quo scripsit aliquis, sed quod suo tēpore rectè scribebatur, transferunt in tempus incommodissimum. Proinde scripseram diligenter *Frobenio* nostro, ut hoc operis mei perpetuò premeret, aut servaret in aliud tempus, aut certè in rediturn meum proferret: Paraphraseōn opus acceleraret, quo neminem offendi adhuc comperissem. At ille, ut mihi quidem frequenter est, levæ mentis, omnibus ut scribunt posthabitis, epistolarum opus adproperavit, jamq; me inscio ad quadragesimum primum senionem pervenit, neq; quicquam remoratur editionem, præter præfationem & coronidem. Negat autem se diutiùs pressurum opus, etiam si ipse fortasse graver aliquid addere, citiùs emissurus ἀνέφελον ac μείωτον opus, quàm tantam impendii jacturam acceptarus. Scilicet mos homini gerendus est, & ipse fortasse famæ dispendium aliquod faciam, ut illius compendio consulatur. At quando quod volui obtinēri non potest, tui, mi *Beate*, candoris erit, advigilare ut opus exeat quàm minimā mei nominis invidiā. Non satis memini, quas epistolas miserim. Atque eā gratiā jussi, ut per juvenem eum, per quem misi priorem Novi Testamenti partem, remitteret quod excusum esset ex Epistolis. Quod quo consilio gravatus sit facere, non queo satis conjectare. Hac igitur in re, te per amicitiam nostram obtestor, eruditissime *Beate*, ut quod ego facturus eram, si licuisset, tu facias, verè alter ego: atque omnibus modis sic agas, ne isthic *Erasmus* abfuisse videatur. Neque verò te moveat tantulum damni, quod erit in aliquot chartis mutandis suscipiendum. Mihi totū istud quicquid erit dispendii volo imputari. *Frobenium* immunem esse jubeo. Ego lucrum esse deputo, quoties pecuniæ jactura famæ consulitur.

Pecuniolam illam facilè ſarciem' alicunde. Famæ laboranti, non facilè ſuccurritur. Cui ſi nihil etiam immineret periculi, tamen arbitror animi eſſe Chriſtiani, pro viribus adniti, ut ſic ſtudeamus omnibus prodeſſe, ne quenquam vel imprudentes offendamus. Fit autē hoc neſcio quo meo malo fato, ut ab his ad quæ videbar natura compoſitus, in alium campum longè diverſum me fortuna depellat, ſive vitæ ſpecies inſtitutū, ſive ſtudiorū genus. Etenim ne ſingula commemorē, cum viderer ad ſuſum hoc ac liberum orationis genus eſſe natus, quod in concionibus, conſultationibus, aut etiam declamationibus adhiberi ſolet, in collectaneis proverbiorum, in ſcholiis & annotationibus bonam ſtudii portionem contrivi. Cæterum ad epiſtolas ſcribendas, fortaſſe non ita valdè videri poteram ineptus, verum alioqui multæ res erant, quæ me ab hoc genere deterrebant. Primū ſi epiſtolæ carent veris affectibus, neq; vitā ipſam hominis repræſentant, jam Epiſtolæ nomen non merentur. Quales ſunt *Senecæ* ad *Luciliū*, atq; adeò inter eas quas olim ſcripſit *Plato*, quáſq; ad Apoſtolorum (ut apparet) imitationem, ſcripſerunt *Cyprianus*, *Baſilius*, *Hieronymus*, & *Auguſtinus*, perpaucæ ſunt, quas non libros rectius appellaris quā Epiſtolas. Porrò, quas nobis reliquit, neſcio quis *Bruti* nomine, nomine *Phalaridis*, nomine *Senecæ* & *Pauli*, quid aliud cenſeri poſſunt, quàm declamatiunculæ? Verum autem illud Epiſtolarū genus, quod mores, quod fortunam, quod affectus, & publicū ſimul & privatum temporis ſtatum, velut in tabula repræſentat, cujus generis ferè ſunt Epiſtolæ *Ciceronis*, *Plinii*, & inter recentiores *Æneæ Pii*, aliquantò plus habet periculi, quàm hiſtoria rerum nuper geſtarum: periculoſæ (ut inquit *Flaccus*) plenum opus aleæ. Proinde ſi quid edendum ſit in hoc genere, nulli velim autor eſſe, ut ipſe vivus edat, ſed Tyroni cuipiam hoc det negotii. Quanquam hic in edendis patroni ſui monumentis, plus ſtudii quàm judicii creditur adhibuiſſe. Sive laudes, ſive vituperes aliquem, non deerunt qui offendantur. Ut ne commemorē eſſe quoſdam, qui ne laudari quidem ſuſtineant libris editis: ſive quòd dedignentur à quovis nominari, ſive quòd vereantur, ne cui veniant in ſuſpicionem φιλοκαλακίας. Quo magis admiror divum *Bernardum* Epiſtolas ſuas evulgâſſe, in quibus tot nomina carbone notantur. Nunc ſi quis *Jacobita*, aut *Carmelita* meminerit, vel ſuppreſſo nomine, niſi multa cum honoris præfatione, res videtur digna lapidatione. Jam & illud eſt incommodi, quòd ut ſunt res mortalium, ex amiciſſimis nonnunquam redduntur inimiciſſimi: & contrà, ut & illos laudatos, & hos doleas attactos. Poſtremò, ne famæ quidē autoris ſatis conſulitur, quod pleriq; ex una quapiam Epiſtola totum æſtimant hominis ingenium, cum aliquoties ſcribamus uvidi, nonnunquam dormitantes, interim laſſi, interim etiam ægroti, aut aliud agentes, nonnunquā alieno ſtomacho, frequenter ad ejus cui ſcribimus vel captum, vel judicium, orationis habitum attēperātes. Unde fit ut imperitis veniamus in ſuſpicionem inconſtantiæ, cum ea varietas, ætati, affectui, perſonis ac rebus in diverſum mutatis, ſit imputanda. Hæc cum alium quamlibet felicem ab edendis epiſtolis meritò deterreant, me tamen illud peculiariter dehortabatur, quod cū mihi ſemper fortuna non ſolùm humilis fuerit, verùm etiam conſtanter iniqua, neque is vitæ tenor, ut eam velim aut poſſim ab omni crimine vindicare, non erat cur vellem utriuſq; multa ſupereſſe veſtigia. Atque hæc ratio fortaſſis & illos moveret, ad quos ſcribimus, qui quod per literas, velut in ſinum effutiunt amiculi, nolint omnibus prodi, cum ſint qui nati Gratiis iratis, nihil non interpretentur in pejorem partem. Sæpenumero fit, ut quod in convivio, aut inter candidos homunculos dictum, gratiam habeat, ſi idem loco non ſuo dicatur, atroces excitat tragœdias. Hac quidē de cauſa pauciores admiſcuimus ex his quibus reſpondemus, & tamē aliquot adjecimus, præſertim eruditorum: partim quòd me piguerit laboris, quem *Angelus Politianus* ferè ſumit, in repetendo argumento Epiſtolæ cui reſcribit: partim quòd ut addas argumentum, tamen aliquid lucis ac vitæ videtur deeſſe, ni pri' legas eam, ad quā reſpondetur. Habes totius conſilii mei rationē. Nihil ſupereſt, niſi ut primū te rogē, ut in delectu animū iſtum verè amicum exeras: deinde ſuperos precer, ut tuum judicium, meumq; obſequium velint eſſe felix, non ſolùm mihi, qui ſodaliū affectibus repugnare pertinaciter non poſſum, verumetiam illis, qui hoc obſequii, majore ſtudio quàm judicio à nobis extorſerunt. Bene vale. *Lovanii* ſexto calendas Junias, Anno M. D. XX.

Eraſmus Roterod. Petro Barbirio S. D.

AMantiſſimè tu quidem mi *Barbiri*, ſubinde me provocas ad amicitiam cum Theologis *Lovanienſibus* adglutinandam, ſed planè currentem, quod aiunt, incitas. Nemo me vivit amicitiæ vel cupientior vel tenacior, ſed neſcio quis malus genius in cauſa ſit, ut cum his aut non coeat, aut coeat infirma. Ego meâpte naturâ ſimplici ſum animo, & amicos diligo magis quàm colo. Cujus rei tu potes optimus eſſe teſtis, qui videris quàm indiligenter coluerim eximium illum virū *Joannem Sylvagium*, Cæſaris cancellarium, tibi mecum communem *Mecanatem*. Nec aliter colui *Archiepiſcopum Cantuarienſem*, *Montjoium*, & Cardinales quos habebam *Romæ* faventiſſimos. Et tamen, ſi detur occaſio quæ requirat officium meum, nihil amicorum gratiâ, ſim recuſaturus. Sed ſunt in hoc numero quos longè difficilius ſit coluiſſe, quàm Monarcham aliquem præpotentem: atq; ii ſunt ea vitæ profeſſione, quam ſumma decebat morum facilitas, comitas, atq; etiam candor, ſi mores pallio reſponderent. Cum *Joanne Atenſi*, cúmq; cæteris mihi facilè conveniſſet, ſi placari potuiſſet unus aut alter *Carmelitici Dominicaliſq;* ſodalitii Theologus. Hi ad quāvis levem ſuſpicionem, aut quodvis dictum alicunde ſeu verè ſeu falsò delatum inſtaurant tragœdiam. Et ut ingenuè quod verum eſt fatear, ſum naturâ propenſior ad jocos quām fortaſſe deceat, & linguæ liberioris, quàm nonnunquam expediat. Metior enim aliorum animos ex meo. Nec toties falſus poſſum ab ingenio meo recedere. Quæſo quid habebat editio Novi Teſtamenti, cur in hoc quidam ſic atrociter vociferarentur, ac *Martinum Dorpium* in me ſubornarent, qui ſtylo laceſſeret *Eraſmum*? Commigravi, ut ſcis, *Lovaniū*. Sic enim tum viſum eſt Cæſari. Ego ut omnibus eſſe cupiebam amicus, ita nullius ambiebā amicitiā. *Atenſis* operâ provocatus ſum à theologis ad amicitiā.

Eam

Eam simpliciter amplexus sum, oblit⁹ omniũ quæ prius in me facta dictáve fuerãt. Ita rebus aliquãdiu satis tranquillis, ortum est trilingue Collegiũ. Ea res malè habebat quosdã, præsertim *Nicolaum Carmelitam*. Et omninò meâ sententiâ subversuri fuerant rem tanto ornamento futurã ditioni principis, tanto usui publicis studiis, ni conatus illorũ cohibuisset *Adrianus Card. Dertusensis*. Sic enim accipio. Huic ego negotio certè palam ac liberè favi, nec ob aliud favi nisi quòd faverem publicæ studiorum utilitati. Alioqui nihil istìc mihi metebatur, etiãsi seviſſem aliquid. Quoniam autẽ intellexeram illos potissimùm offensos novo Testamento, multis mensibus in eo sudabam emendando. Tum quoniam videbã *Joannem Atensem*, sic omnes præcellere judicio doctrináq;, quẽadmodũ præminebat autoritate, ut ex hoc uno cæteri possent æstimari, cum hoc egi, teste *Nicolao Montensi*, apud quem tum egeramus prandiũ, ut in eo negotio me suâ curâ fidéq; adjutaret: professus me quidem hoc sedulò agere, ut opus exiret tale, ut null⁹ eruditus ac pius meritò possit offendi, studiũ quidẽ & affectum esse pium, cæterùm vires impares esse tanto negotio. Proinde illum me sibi devinctũrum summo beneficio, si moneret, quæ judicaret esse corrigenda. Id cum multis verbis agerem, respondit ille, sibi jam emptum esse codicem, sed nondum esse perlectum, perlecturum tamen, nec secus acturum mecum, quàm cum proprio fratre: nam hisce verbis tum usus est. Eaq; verba semel atq, iterum repetiit. Ac primo colloquio q mihi fuit cum *Nicolao Egmundano*, rogavi hominem, liberè moneret si quid offenderet in eo opere, initurum apud me summam gratiam. Nihil aliud ille respondit, quàm sibi librum nunquam esse lectum. Idem aliquoties egi cum *Latomo*, frequentiùs etiam cum *Dorpio*. Tandem apperebat tempus ut ob secundam Editionem peterem *Basileam*. Paulò ante *Atensis* ad cœnam vocat. Aderat *Egmundanus* & *Ludovicus Vives*. A cœna indico *Atensi* me intra paucos dies abiturum *Basileam*. Rogo, obsecro, obtestor, ut amanter admoneat si quid judicaret esse mutandum: præsertim si quid officere posset bonis moribus aut fidei Catholicæ. Ille respondit, sibi totũ opus esse lectum, ac videri pium juxtà atq; eruditum. Hic ego, malim, inquã, admoneri quàm laudari. Admonitio proderit, laus ista nihil profuerit. Nũc integrũ est corrigere, posthac non licebit idẽ. Ad hæc cũ ille repetisset laudes ante tributas: Si isthæc, inquam, ex animo dicis, cur tã atrocibus clamoribus quidã infectati sunt hoc opus primùm editum? Tum ille, priusquam, inquit, legissem opus, multa erant ad me delata: sed eo perlecto comperi rem secus habere. Quæ scripsisti mihi magnopere placent, quæ scripturus sis nescio. Ad hæc respondi me non dubitare, quin si primam Editionem probaret, hanc esset multò magis probaturus. Hortatus est deniq; me, ut meis sanctis laboribus (sic enim loquebatur) pergerem provehere religionem Christianã. Hac oratione tanti viri fretus, abii *Basileam*. Absolvo partem operis, in quâ plus erat periculi, nimirum annotationes. Redeo. Accurrit *Atensis*, accurrit *Dorpius*, cum tamen chirurgi judicassent me laborare peste. Hæc erant argumenta constantis adhuc amicitiæ. Trado *Dorpio* partem voluminis excusam, hac lege, ut si quid offenderet, indicaret. Adhuc enim integrum esse mutare, licet cũ jactura pecuniæ; donec opus intra typographi parietes premeretur. Mox manavit ad me rumor de *Leo*, qui trecenta loca taxâsset in novo Testamento, horrenda, periculosa. Evoco hominem ad colloquium, offero præter cæteras hanc conditionem, ut si quid haberet quod esset cum morũ aut fidei periculo conjunctum, communicaret, me correcturum, nondum enim exisse librum in manus hominum, idq; cum honorifica mentione nominis *Leici* qui monuisset. Recusavit ille. Res acta est cum *Atensi*. Is tergiversatus est, suspicans, opinor, rem in tragœdiam exituram. *Leo* respondimus, successit *Latomi* libellus, haud scio quo consilio editus, strophis obliquis me petens. Respondi civiliter, atq; etiam, ut quidam interpretatati sunt, abjectè. Scis quàm non quiverim perpelli, ut cum *Dorpio* descenderem in certamen, cujus ingenium unicè diligebam. Neq; multò secus affectus eram erga *Latomum*, qui tum nec à Gratiis, nec à Musis videbatur alienus. Sed nescio quis malus genius non passus est amicitiam nostram coalescere. Interim in concionibus subinde perstringebar apud promiscuam multitudinem. Tandem *Atensis* in frequentissima schola talibus conviciis lapidavit me, ut planè spes esset *Erasmum* aut dolore moriturum, aut aliquò sese abditurũ. Itum est ad magnates, ut hos in odium mei pertraherent. Emissi sunt qui passim in me deblaterarent. Tantis odiis res acta est, ut quemlibet, etiam lenissimi ingenii, in rabiem posset agere. Tandem malis avibus prodierunt aliquot libelli *Lutheri*. Hic totus est renovatus tumultus. Convenit inter illos suspicio, hos libros mea opera scriptos, ob unam aut alterã præfationem paulò Latiniorem. Datum est negocium Baccalaureis, ut colligerent errores meos. Ac mox errorum plena erãt omnia, totos modios errorum subitò collegerunt. Nec dilli⁹ interim admoneor ego. In Collegiorum cõviviis nullus erat sermo nisi de errorib⁹ *Erasmi*. Dum finis nullus esset, extundo ab *Atensi*, ut ipse cum uno aut altero docto, notet aliquot locos, quib⁹ offenderentur. Notavit perpaucos *Atensis*, sed haud magni momenti: notavit aliquot *Dorpius* minoris etiã momenti. *Atensis* testatus se nihil addubitare, quin optimè sentirem, tantũ petiit ut explicarem, propter infirmos. Explicui, & libellum illi *Dorpióq*, tradidi. Probavit *Atensis* omnia. Tãtùm addi cupiebat. *Confessionẽ hanc, ut nunc exercetur, à Christo fuisse institutã*. Ejus dogmatis, quoniam mihi non constabat, autor esse nolui. Deinde cum *Atensis* recusaret autor fieri ejus negotii, & jam murmur conquievisset, visum est & ipsi ut res silentio transmitteretur. Rursus quum increscente indies tragœdia *Lutherana*, jam palã esset illos aliquid magni mali moliri in me, expostulavi esũ aliquot primoribus, quid esset monstri quod alerent. Solus *Egmundanus*, ut est liberior, nam hoc certè habet boni; fassus est in causa fuisse suspicionem, de libris *Lutheri*. Ego demirans, tales viros, tali fundamento superstruere tam odiosam tragœdiam, doceo id quod erat res, illic ne syllabã quidem esse meam, aut me conscio seu volente scriptam. Interea provolârunt undiq; nugacissimi libelli, quibus mirè sibi plaudunt *Germani*. Nihil prodibat quod non mihi tribuerent. Tandem *Atensis*, opinor, intellecto suspicionis errore, per eum qui tum erat Gymnasiarcha, perq; hospitem meum *Joannem Nevium Hontiscotanum*,

agit de ſarcienda concordia. Præbui me facillimum: tametſi tot modis læſus, quum ne muſcam quidem ipſe læſerim. Coiit fœdus in collegio *Falconis*, hâc lege, ut omnium præteritorum eſſet oblivio. Illi ſarcirent pro ſua virili famam meam, quam tot modis læſiſſent, ego cohiberem calamos amicorum eruditorum, quod quidem eſſet in me. Et ecce paulò pòſt prodiit farrago quædam epiſtolarum, quas è faſciculis aliquot electas ediderant *Baſileæ* quidam amici *Germani*, quorum & fidei ſæpenumero magno meo malo credidi, & ſtudiis avidis verius quàm prudentibus nimium ſum obſequutus. In his inerant verſus aliquot quibus offendebantur, præſertim *Carmelita*. Et ecce ſubitò nova tempeſtas atrocior priore. Atqui volumen illud epiſtolarum ſex ferme menſes excuſum fuerat, antequam de ſarcienda concordia cœpiſſet agi. Vides, optime *Barbiri*, me nequaquã ſpreviſſe judicium Theologorum *Lovanienſium*. Tametſi non erat, cur illos potiùs quàm alios operis mei cenſores facerem. Vides per me non ſtetiſſe quo minùs inter nos conſtiterit amicitia Chriſtiana. Deinde quum *Lutherana* tragœdia ſemper in pejus gliſceret, mirè quidam conati ſunt me illi admiſcere. Ego vulgato etiam ſcripto ante bienniũ teſtatus ſum nihil omnino rei mihi eſſe cum *Luthero*, nullam agnoſcere factionẽ, niſi Chriſtianam, ſi tamen ea dicenda eſt factio. Atq; interim mirâ rabie lapidabar in publicis concionibus, in publicis profeſſionibus, a *Carmelita Dominicalibuſq;* quibuſdam, nonnunquam etiam nominatim. Hæc perpeti judicavi potiùs, quã cum tanto examine colluctari. Porrò quòd ſcribis iſthic ſuſpicionem extinctam, me favere *Luthero*, non miror, ſed miror unquam ortam fuiſſe. Utinam tam immunis eſſem ab omnibus vitiis quàm ſum ab hoc alienus negotio: non dubitarem vel citra confeſſionem emori. Initio dici non poteſt quàm multi qualeſq; viri *Luthero* faverint. Ego è pauculis pagellis deguſtaris, viſus ſum mihi ſubodorari rem exituram in tumultum. Et mihi ſanè adeo eſt inviſa diſcordia, ut veritas etiam diſpliceat ſeditioſa. Primus omnium admonui hominem literis, ut rem Euangelicam, Euangeliea manſuetudine moderationéq; tractaret. Et adeò illi non addidi animos, ut crebris epiſtolis & *Lutherum* ipſum & amicos *Lutheri* deterruerim, ne pergerẽt quâ cœperant viâ. Atq; hac in re tam ſui diligẽs, ut quorundam literis admonitus ſim, ſi mihi non placeret *Lutheri* negotium, certè diſſimularem, ne tot nobilium atq; eruditorum animos ac ſtylum in me concitarem. Si *Lutherus* Euangelico ſpiritu ſcripſit, quod adhuc affirmant plurimi, meus tamẽ metus non fuit impius, qui timuerim publicæ cõcordiæ: Sin ſecus, primus omnium obſtiti pro viribus, ne libri illius evulgarentur. Si tibi narrem, à quibus, & quibus modis ſolicitatus ſim, ut adjungerer negotio *Lutherano*, quibus technis quidã conati ſint me pellicere, quibus odiis quidam huc me conati ſint propellere, tum demũ intelligeres quã mihi diſpliceant diſſidia. Videbã me jacturã facturũ amicorum, quos & plurimos & non vulgariter eruditos habebã in *Germania*. Non ignorabam quã pertinacibus odiis me inſectarentur quidam apud nos, odio bonarũ literarũ. Perſpiciebam eſſe tutius in alteram factionẽ ſecedere. At mihi ſtat ſemperq; ſtabit ſententia, vel membratim diſcerpi potiùs, quã fovere diſcordiam; præſertim in negotio fidei. Occinunt multi, qui *Lutheroſ* favent illud Euangelicum: Non veni mittere pacem, ſed gladium. Equidem ut mihi videre videor eſſe quædam in Eccleſia recepta, quæ magno Chriſtianæ religionis bono mutarentur, ita nihil placet quod hujuſmodi tumultu geritur. Si communicato inter ipſos conſilio docti libellis obſignatis utriuſq; ditionis proceres admoniſſent, quæ judicâſſent ad Euangelicæ doctrinæ ſinceritatem attinere, fortaſſis & ipſe fuiſſem unus, qui ſedulò quod potuiſſem conſuluiſſem. Nunc quid furioſius quàm rem tantam maledicis libellis & clamoribꝰ agi? Quo quidem in negocio primum utrinque peccatum eſt, mea ſententia, nimiùm calidis conſiliis hinc atque hinc res geſta eſt. Nuper exiit liber *Thomæ Card. Cajetani*, in totum abſtinens à perſonis, à conviciis omnibus temperans, nudis argumentis & autorum teſtimoniis rem agens, non minore curâ quàm ingenio. Hujuſmodi volebam vel ſexcentos ſcribi adverſus *Lutherum*: qui rem illuſtrant, non excitant tumultũ. Nullus enim eſt qui non cupiat doceri. Quòd ſi diverſa pars parùm memihit modeſtiæ, noſtrum tamen erat meminiſſe. Imò hoc erat non modeſtiæ, ſed prudẽtiæ, cavere quod noſtrã cauſam læderet adverſariorum adjuvaret. Id ſi fuiſſet initio factum, aut ego fallor, aut res non proceſſiſſet huc tumultus. Nec aliud imputare poſſunt *Eraſmo*, niſi quòd primum improbavit ſeditioſis clamoribus impeti *Lutherum*, præſertim apud populũ: ſed ita tamẽ improbabam, ut illis eſſet liberum quantũ vellent vociferari. Cum eruditis aliquot qui nunc feruntur nõ omnino alieni à *Luthero*, jam mihi interceſſerat ſtudiorum nomine contracta neceſſitudo, priuſquam orbis audiſſet *Lutheri* nomen. Porrò, quòd dicitur quædã hauſiſſe è libris meis, mihi in manu non erat præſtare, ne quis ſcriptis meis in poſterum abuteretur, quando hoc nec Euangeliſtæ, nec Apoſtoli præſtare potuerunt. Scripſi eo ſeculo quæ tum videbantur ad bonos mores conducere: fortaſſis quædã ſcripturus circumſpectiùs, ſi præſciſſem exoriturum hoc ſeculum pluſquam tragicum Loci communes, quibus ferè declamabam, faciunt adverſus eos, qui neglectis fontibus ſacrorum voluminum, nimium inhærent quæſtiunculis ſophiſticis verius quàm theologicis: qui neglectis iis, quæ ſunt veræ pietatis, plus æquo fiderent ceremoniis, & plus haberent *Judaiſmi* quàm *Chriſtianiſmi*: qui præpoſtero judicio, ea plurimi facerent, quæ minimum habent momenti, minimi, quæ plurimum. Frequenter calamo belligerabar adverſus bella, quibus multis jam ſeculis ſubinde mundus colliditur, non minore pernicie morum quã dedecore Chriſtiani nominis. Et hactenꝰ nemo compertus eſt, qui ex meis libris factus ſit pilo deterior. Multi gratias agunt quòd ad guſtum veræ pietatis expergiſci cœperint. Seditionem & obſcœnitatẽ in ſcriptis ſemper diligentiſſimè cavi. Ab aſſeveratione tempero, monitor eſſe malens quàm dogmatiſtes. In his articulis qui damnantur in *Lutheri* libris, nihil video quod illi mecum cõveniat, niſi fortè quod à me moderatè ſuoq; loco dictum eſt, ille dicit immodicè. Quod genus eſt, ſi ego fortaſſis alicubi ſcripſi, minus fructus ex *Dionyſio* colligi, quàm ex *Origene* aut *Chryſoſtomo*, ille ſcribit *Dionyſium* autorem eſſe ineptum ac peſtilentem. Si hoc eſt congruere, congruet vinum aceto. Sed dices, Hactenus non ſcripſiſti quicquam

quam adversus *Lutherum*. Id quo minus fecerim, duo præcipuè fuerunt in causa, ocii penuria, & imperitiæ propriæ conscientia. Distorquebar meis studiis, adeò ut sæpenumero valetudo laboribus immodicis periclitaretur. Et videbam longè aliud esse hortari ad studium bonarum literarum, invitare ad bonos mores, annotare aliquid in lectione sacrorum voluminum: aliud rem fidei in orbis totius theatro tractare. Videbam utrinq; partes sic accensas studiis, ut alteri, nisi magnis vociferationibus satisfieri non posset: alteram sic instructam & copiis & dentatis libellis, ut malim *Elvetiorum* lanceis objici, quã horum stylis confodi. Habent enim multos quorum literæ videantur apud posteros victuræ. Et tamen fateor in causa fidei vitam etiam negligendam, si modò facultas respondisset animo. Certè non concedo *Lutero*, ut illi magis displicuerit hoc orbis dissidium quàm mihi: præsertim cum hoc fermento vitiata sit ubiq; ferè dulcedo studiorum. Ut insanũ sit omnia probare quæ scripsit aut scripturus sit *Lutherus*, ita non placet, autoris odio damnare quæ vera sunt, ea depravare quæ recta sunt. Si scribit adversus *Lutherum*, qui subinde vocat illum asinum, stipitem, bestiam, cacodæmonem, antichristum, nihil erat facilius quàm in illum scribere. Ego ex omnibus illius lucubrationibus vix duodecim legi pagellas. Neq; enim vacat, & si vacaret, malim hoc ocii in vetustis autoribus collocare. Et tamen vix quenquam adhuc reperi, qui se dicat pœnitere legisse libros illius, etiamsi multa displiceãt. Quid multis? Tale negotium est, ut difficillimum sit ita satisfacere hominibus, ut nusquam prodas Euangelicam veritatem. Res non solùm absolutã eruditionem, verumetiam singularem prudentiam, desiderat; non sine autoritate. Et video non defuturos qui provinciã hanc & possint & velint suscipere, Episcopos, Cardinales, Reges denique. Quicquid incendio, quicquid diplomatis Principum effici potest, abundè confectum est. Sed hæc utinam perinde mutarent animos hominum, ut coercent linguas. Si pium est nocere causæ *Lutheri*, fortassis magis illi nocui, quàm quisquã eorum qui odiosissimè reclamârunt, quiq; hominem convicios issimis libellis prosciderunt. Primum, violentum illum ac seditiosum scribẽdi modum, constanter, & ab ipso statim initio, palam & apud amicos & apud inimicos *Lutheri* improbavi. Nõ destiti & sermonibus & scriptis epistolis dehortari plurimos, ut ab ea factione sese abstinerent. Nullis studiis adduci potui, ut vel paululum ipse memet admiscerem. Hæc, opinor, plus fregerũt vires ejus factionis quam quorundam tumultus. Hæc adeò non ignorat *Germania*, ut toto hoc anno null' eorũ qui *Luthero* favere credũtur, verbum ad me scripserit, nemo inviserit, nemo salvere jusserit, cũ antehac officiis hujusmodi ꝑpemodũ occiderint. Quin, ut ex amicorũ literis accipio, *Lutherani* in suis ꝑfessionib' subinde me perstringunt, clamitant *Pelagianũ*. Erat quod mihi succenserẽt, si unquã in castris illorum fuissem, si huj' negotii hortator fuissem. Nũc præter causam succensent, cũ semper ab hac tumultuosa scriptione ad Euangelicã modestiã ꝑvocârim. Nec audio magnos alioqui viros, qui dicunt morbũ fuisse graviorẽ, quã ut levi pharmaco sanari possit: Turbandũ fuisse corpus efficaci remedio, quo mox succederet sanitas. Hoc si verũ est, ego per alios fieri malim quã per me. Si cõmerentur hoc corrupti mortaliũ mores, nõ deerit Deo *Nabuchodonosor*, ꝑ quẽ flagellet populũ suũ. Ut tale nihil video factũ ab Apostolicis viris, ita mihi non placet quicquã ꝑ tumultũ geri. *Christus* ejecit vendentes & ementes è Templo, sed suis idẽ nunquã mandavit: quibus docendi munus delegavit, non pugnandi. In summa, mihi ut semper placet concordia, ita hic quoque malim pacẽ aliquantulũ iniquã, quã bellũ æquissimum. Atq; utinã sedatis animis utrinq; incumbatur in hoc, ut in Euangelica veritate consentiam', priusquã ad propagandam religionem properem'. Verùm ea res non vulgo proditis libellis, sed obsignatis secretisq; consiliis esset agenda. Exquirendum, unde hic effectus tam latè occupârit animos hominum. Fortassè sic facilius tolleretur hoc malum, si fontes unde scatet tollerentur. Verùm hoc à monarchis proficiscatur oportet. Ego perfectis his quæ proximis nundinis exibunt, aggrediar aliquid, non tam adversus *Lutherum*, in quem abundè detonatum est conviciis, si quid his rebus proficeretur, sed magis ad compescendum hoc dissidium. Jam scio dices, *Sic itur ad bellum*. Utinam, mi *Barbiri*, verè posset hoc in me dici. Sed vereor ne propemodũ ante tempus adhuc venerim. Adeò sese condensant, nec loco cedunt conjuratæ phalanges. Næ ego præclarum interim operæ preciũ fero qui utrinq; lapidor? Apud nostros falsissimo titulo traducor *Lutheranus*, apud *Germanos* malè audio, ut *Lutheranæ* factionis adversarius. Sed utinam vel vitæ, non modò famæ jactura queam hãc perniciosissimam tempestatem vertere in tranquillitatem. Ego nullum exitum video, nisi *Christus* ipse velut ἀπὸ μηχανῆς, felicem catastrophen imponat infelici fabulæ. Atq; interim cum propemodũ obsurduerim ad *Lutherani* vocabulum, nondum satis intelligo quid sit esse *Lutheranum*. Si *Lutheranus* est, quisquis *Lutheri* libros legit, legit & *Latomus*. Sin *Lutheranus* non est qui legit ut refellat, aut damnet, quã *Lutheranus* erit qui hoc animo legit, ut si quid insit quod faciat ad bonam mentem, excerpat, si quid erroris, detestetur ac rejiciat? Sin *Lutheranus* est, qui omnia illius & scripta & scribenda, citrà exceptionem tuetur ac probat, talis adhuc nemo mihi compertus est, nec arbitror quenquam esse tam insani cerebri. Ego sanè nec *Hieronymo*, nec *Augustino* sic addictus esse vellem, vix etiam ipsi *Paulo*, ut aliquid dicam ἐξ ἐκκλησίας. Cæterùm ego qui nec lego libros illius, nec defendo quicquã, quo pacto fingor *Lutheranus*? Si orthodoxus est, quisquis maledicit *Luthero*, gratulandũ est populo Christiano. Sed vereor, optime *Barbiri*, ne cõplures sint, qui magnis conviciis insectantur in *Lutheranis* levia quædã: quod genus sit, *Quicquid agit justus, peccatum esse*: cum ipsi non credant, id quod est totius fidei nostræ basis, videlicet animum superesse à morte corporis. Sed tamen video duas rationes, quibus *Lutheranus* videri queam. Primum, si *Lutheranus* est è cuj' libris hausit occasionem erroris, si tamen aliquid hausit ex meis. Sed hac ratione *Lutheranus* erit *Paulus*, è cujus scriptis plura hausit quàm ex meis. Unde enim hæretici veteres hauserunt errorum suorum semina, nisi è sacris libris? Et tamẽ nullus hoc imputat horũ autoribus. Ad hæc, si *Lutheranus* est, qui quocunque modo favet *Luthero*, & favet haud dubiè, qui hortatur ad meliora, qui correctum cupit: hoc nomine planè *Lutheranus*

fui quondam, & ſum adhuc, & eſſe puto quotquot ſunt verè Chriſtiani. Quis enim non malit fratrem ſuum emendatum quàm extinctum? Sed ut ſit tandem harum næniarum finis, Quando tu deſines nos torquere deſiderio tui? Quando reddes nobis tuum conſpectum? Utinam te videam in tua *Paria* mitratum. Diſpeream, niſi malim illic agere inter gentes ignotiſſimas, quàm hìc inter rabioſas obtrectationes. Qui morbus olim monachorum latebris familiaris, nunc in ipſas Regũ aulas penetravit. Nulla eſt compotatio in qua nõ acribus ſtudiis decertetur de *Luthero*. Mox ad *Eraſmum* rixa deflectit. Deum immortalem! quid ibi non dicitur ab iis qui tantum ſapiunt in hoc negotio, quantum de pictura Camelus? Et nulli clamant fortiùs. Hoc mali debeo *Germanicis* amicis. Equidem ex animo faveo *Germaniæ*. Dici non poteſt quàm indies effloreſcat ingeniis feliciſſimis: in me propenſioribus ſtudiis, quàm vel promerebar, vel poſtulabam. Sed optarem quorundam amicitias, mihi aliquantò fuiſſe auſpicatiores quàm fuerunt. *Britannia* vulgo malè audit, quoties de fide agitur. At illic tales amicos, tam fidos, tam conſtantes, tam prudenter faventes reperi, ut meliores ne optare quidem potuiſſem. Bene vale, & cura ut quàm primum ad nos venias *Hiſpanienſibus* ducatis onuſtus. Nam hìc mira auri ſitis. Quãdoquidẽ video glebas illas aureas, quas nobis polliceri ſoles in *Paria*, ſimillimas mõtibus aureis *Perſarum*. *Brugis* Idus Auguſti. Anno M. D. XXI.

Eraſmus Roterodamus D. Gabrielì Oſhuſio Cartuſienſi S. D.

Epiſt. 3. A Studiis ac negotiis vix erat ocium ſcalpendis, ut aiunt, auribus: Tamen mitto tibi tuos verſiculos, nè queri poſſis ulla in re non morigerum animo tuo fuiſſe *Eraſmum*, verè tuum in *Chriſto*. Scio quàm multa mala doceat ocium. Proinde malo te iſtiuſmodi opellis tranſmittere tempus, quod datur à ſacrorum penſis vacuum, quàm ad deteriora prolabi. Attamen longè ſatius erat, è ſacris libris *Chriſti Pauliq́*, imaginem vivam & efficacem pectori tuo penitùs imprimere; quàm plumbo, ære, chartiſve exprimere. Quod ipſum arbitror te facere, mi *Gabriel*, nec iſtam induſtriam tuam aliud eſſe quàm felicis ingenii luxuriem: quam in ſuo *Nepotiano* laudat etiam *Hieronymus*. Non arbitror à *Chriſto* nato ſeculum fuiſſe malitioſius. Quo minùs oportet vos pœnitere inſtituti veſtri, me mea fata in has procellas abripuerunt. Nec tacere mihi licet, nec digna *Chriſto* loqui. *Chriſtus* clamat, *Confidite, ego vici mundum:* Mundus videtur brevi clamaturus, *Ego vici Chriſtum*, adeò pro dotibus Euangelicis palam regnat ambitio, voluptas, avaritia, audacia, vanitas, impudentia, livor, malitia; etiam inter hos qui ſe lucem ac ſalem hujus mundi profitentur. Reviſam vos, ut primùm licebit. Interea ſalutabis optimum patriarchen veſtrum, œconomum, & eum qui nos obiter, magno, ut apparebat, affectu ſalutabat. Bene valentem & ad cœleſtia ſemper anhelantem te ſervet ac provehat Chriſtus, unica ſpes piarum mentium, mi frater in *Chriſto* chariſſime. Ex *Anderlaco*. Pridie Id. Octob. Anno M. D. XX.

Eraſmus Rot. Gualfgango Fabricio Capitoni S. D.

Epiſt. 4. NOn ſum equidẽ admodum vitæ avidus, eruditiſſime *Gualphange*, ſive quòd animo meo jam prope modum vixi ſatis, videlicet annum ingreſſus primũ & quinquageſimum; ſive quòd in hac vita, nihil adeò magnificum aut ſuave video, quod magnopere ſit expetendum, ei cui Chriſtiana fides verè fidem fecerit, qui pietatẽ hìc pro ſua virili fuerint amplexi, hos multò hac felicioré manere vitam: ſed tamen in præſentia penè libeat aliquantiſper rejuveneſcere, non ob aliud, niſi quòd videam futurum, ut propediem aureũ quoddam ſeculum exoriatur. Adeò cernimus ceu divinitùs immutatos Principum animos, ad pacis concordiæq; ſtudium totis viribus incumbere, idq; præcipuis autoribus *Leone* Pontifice, non titulo tantùm maximo; & *Franciſco* Galliarũ rege, non minus egregiis factis, quàm ſolenni cognomine Chriſtianiſſimo. Huic cum & animus, & opes ſic ad bellum gerendum ſuperent, ut nẽmini Principum magis: tamen graviter perpendens, hujuſmodi principum diſſidiis conflictationibuſq; & Chriſtianorum vires, opeſq; maximopere labefactari, & è diverſo noſtræ religionis hoſtibus opes & animos addi: tum quæ major etiam peſtis, quicquid eſt veræ religionis, quicquid bonarum legum, quicquid civilis diſciplinæ, quicquid proborum morum, quicquid honeſtarum artium, militari licentia inter aſſiduos armorum crepitus, aut intermori prorſus, aut certè frigere vehementer: próque his ſemel univerſum malorum & calamitatum agmen inundare in vitã mortalium, nihil non tum facit, tum patitur, ſubmovendi belli paciſque conglutinandæ ſtudio: his quoque ultrò ſubmittens ſeſe, quibus haudquaquam par erat, ſi celſitudinis ac dignitatis ſuæ rationẽ habere maluiſſet, quàm communibus mundi commodis conſulere: hac quidem in re, ſicut in cæteris omnibus, animum verè ſublimem, ac germanè regiũ præſtans. Itaque poſtquam video ſummos orbis Principes, Regem *Galliæ Franciſcum*, *Carolum* Regem *Catholicum*, Regem *Angliæ Henricum*, Cæſarem *Maximilianum*, funditùs reciſis bellorum ſeminariis, pacem ſolidis, &, uti ſpero, adamantinis vinculis aſtrinxiſſe, nimirum certam in ſpem vocor, fore, ut non ſolùm probi mores, pietáſque Chriſtiana, verumetiam purgatiores illæ, ac germanæ literæ, pulcherrimæq; diſciplinæ partim reviviſcant, partim emiteſcant: præſertim cum hoc quoq; pari ſtudio jam agant diverſis mundi regionibus, *Romæ Leo P. M.* apud *Hiſpanos Cardinalis Toletanus:* apud *Anglos Rex Henricus*, ejus nominis octavus, nec ipſe literarum imperitus: apud nos Rex *Carolus*, divinæ cujuſdam indolis adoleſcens: Apud *Gallos Rex Franciſcus* huic negotio veluti natus, qui præmiis etiam ampliſſimis invitat, & allicit undecunque viros virtute, doctrináq; excellentes: Apud *Germanos* cum alii complures egregii Principes & Epiſcopi, tum præcipuè *Maximilianus Cæſar*, cujus ſenectus tot jam bellis feſſa, in pacis artibus decrevit acquieſcere, quod ſimul & ipſius ætati magis fuerit decorum, & orbi Chriſtiano felicius. Horum igitur pietati debemus, quòd paſſim videmus, ceu ſigno dato, excitari, erigiq; præclara ingenia, & ad reſtituendas

optimas

optimas literas, inter sese conspirare. Quid enim est aliud, quod tam multi eruditissimi viri, aliunde alius, operas inter sese partiti, non acriter modò, verùm satis etiam feliciter pulcherrimum hoc negotium aggrediuntur, ut certa penè spes sit, disciplinas omneis multo purgatiores ac synceriores in lucem prodituras. Primùm enim politiores literas pridem ad internecionẽ penè extinctas, jamdudũ & *Scoti*, *Danij*, & *Hyberni* colunt, amplectuntúrq;. Medicinam verò quàm multi vindicant? *Romæ Nicolaus Leonicenus*, *Venetiæ Ambrosius Leo Nolanus*, apud *Gallos Gulielmus Copus*, ac *Joannes Ruellius*: & apud *Britannos Thomas Linacrus*. Jus *Cæsareum* instaurat *Lutetiæ Gulielmus Budæus*, apud *Germanos Udalrichus Zasius*. Mathematicen apud *Basileam Henricus Glareanus*. Porrò in re Theologica pluscũlũ erat negotii, quod hanc ferè professi sunt hactenus, qui à melioribus literis pertinacissimè solent abhorrere, quique suam inscitiam hoc feliciùs tuentur, quòd id faciant prætextu pietatis, ut indoctum vulgus, ab his persuasum, credat religionem violari, si quis illorum barbariem cœperit incessere. Nam isti apud imperitam plebeculam potissimùm solent quiritari, & ad lapides provocare, si periculum viderint, nè quid nescisse videantur. Verùm hoc quoque successurum confido, si trium linguarum cognitio publicitùs in scholas ita ut cœpit, recipi pergat. Nam & hujus ordinis qui doctissimi sunt, minimèque maligni, partim adjuvant, partim favent huic instituto: quo quidem in negotio præter alios, non instituam operam præstitit *Jacobus Faber Stapulensis*, quem tu ut cognomento, ita plerisq; dotibus refers. Nos porro, sicut par est, infimam hujus operis partem sortiti, an aliquid contulerimus nescio, certè iis qui nolint mundum resipiscere, sic stomachum movimus, quasi nostra quoque industriola momenti nonnihil attulisset: quanquam mihi quidem non hâc fiduciâ labor ille susceptus est, quòd confiderem docere me posse præclarum aliquid, sed libuit aliis majora conaturis viam munire, quo minùs offensi salebris ac lamis, speciosa illa ac sublimia faciliùs inveherent. Et tamen hoc quicquid est industriæ nostræ docti candidiq; non aspernantur, nec oblatrant nisi quidam adeò stupidi, ut apud idiotas etiam paulò cordatiores explodantur. Nuper hic quidam apud plebem in sacra scilicet concione, lachrymabili voce deplòravit, actum esse de divinis literis ac Theologis, qui hactenus fidem Christianam suis humeris sustinuissent, posteaquam extitissent, qui sacrosanctum Euangelium, atque adeò ipsam precationem Dominicam emendarent: perinde quasi ego *Matthæum* aut *Lucam* reprehendam: ac non eos potiùs, quorum inscitiâ incuriâve depravatum est, quod illi rectè scripserunt. Apud *Anglos* unus aut alter vociferatur, indignum facinus *Hieronymum* tantum virum à me doceri: quasi mutârim id quod ab *Hieronymo* scriptum sit: ac non magis restituam quod ille scripsit. Et tamen magni Theologi sibi videntur, qui nænias hujusmodi obganniunt, quas & fallones exsibilent, paulò saniores. Sed posteaquam nos provinciam tradidimus, ut multò quàm antè faciliorem, ita non paulò minùs obnoxiam jam invidiæ, age accingere, *Fabriti* optime, & hanc lampadem à nobis traditam accipe. Nos pro nostra infelicitate, quod licuit præstitimus, tibi nihil non egregiè suppetit, quod ad hoc pulcherrimum facinus requiri videatur. Ætas integra, & vigens etiamnum virénsque: corpus vegetum ac laborum patiens: ingenium felix, judicium acre, trium linguarum haud vulgaris cognitio, eloquentiæ tantum, quantum non sustinendo solùm, verumetiam illustrando negotio sufficiat: pectus ardens, nec ullius rei appetentius, quàm bene merendi de mortalium universo genere: fortuna, si non amplissima, certè sufficiens, atq; etiam honesta: autoritas adest, tuis potissimùm virtutibus tibi parta, quippe qui sub ornatissimo præsule *Basiliensi Christophoro* in æde celeberrima, concionatoris munus obeas. Super omnia mores sic integri, fama sic illibata, ut nemo sit tam impudens sycophanta, quem non pudeat malè loqui de *Fabritio*. Nam ut apud *Aulum Gellium* olim, bonam laudatámq; sententiam autoris improbitas elevabat: ita jure optimo studiorum fructum autoris existimatio commendat. Adjuvabit & illud, quod præter istam penitiorem doctrinam tuam, etiam illa in scholis solennia, quæ cæteri sola probant, sic calles tenésq; ut non alius magis, nè quod solent, cavillari queant, te ob id ad diversum studii genus divertisse, quòd illa parum fueris assecutus. Efficacissimè refellit, quisquis errorem optimè novit. Nemo meliùs medetur morbo, quàm cui malum maximè cognitum est. Non quòd optem hoc Theologiæ genus, quod hodie receptum est, in scholis obliterari: sed quòd accessione veteris veræq; literaturæ, cupiam & locupletius reddi, & castigatius. Neque enim hinc vacillabit sacratum literarum, aut Theologorum autoritas, si quædam posthac emendata legentur, quæ hactenus habebantur depravata, aut rectiùs intelligentur, in quibus hactenus professorũ vulgus hallucinabatur; imò hoc gravior habebitur illorum autoritas, quo syncerius divinas literas intellexerint. Primã coitionem, quam *acerrimam* vocat *Terentius*, nos sustinuimus: quanquam huic quoq; difficultati, ut ceu *Geryonis* quispiam, triplici literaturã instructus, imò tot præsidiis armatus fultúsque, maximè poteras esse par. Ad hæc video tibi nec *Theseos* defore, negotiũ hoc semel aggresso. Tum ea est animi tui fortitudo, ut invidiã quæ sic ex virtute eximia nasci solet, quemadmodum ex lumine umbra, facilè contemnas: ea rursum morum tuorum suavitas, ut morosis etiam placere possis. Quid multis? Omnia mihi pollicentur, rem felicissimè successuram: unus adhuc scrupulus habet animum meum, nè sub obtentu priscæ literaturæ renascentis caput erigere conetur Paganismus: ut sunt & inter Christianos, qui titulo penè duntaxat *Christũ* agnoscunt, cæterum intùs Gentilitatem spirant: aut ne renascentibus *Hebræorum* literis, Judaismus meditetur per occasionem reviviscere: quâ peste nihil adversius, nihilq; infensius inveniri potest doctrinæ *Christi*. Sic enim fert natura rerum humanarum, ut nullius unquam boni tanta fuerit felicitas, quin hujus prætextu, mali cuppiam simul conaretur irrepere. Optarim frigidas istas argutias, aut amputari prorsus, aut certè solas non esse Theologis, & *Christum* illum simplicem ac putum penitus inseri mentibus hominum: id quod hâc potissimum viâ fieri posse existimo, si linguarum adminiculis adjuti, in ipsis fontibus philosophemur. Sed utinam sic hoc malo vitemus, ut non incidamus in aliud fortasse gravius. Nuper exierunt in vulgus aliquot libelli meorum

rum Judaiſmum reſipientes. Video quantum ſudârit *Paulus* ille noſter, quo *Chriſtum* à Judaiſmo vindicaret, & ſentio quoſdam eodem relabi clanculum. Tum audio nonnullos alia quædam moliri, quæ ad *Chriſti* cognitionem nihil adferant, ſed fumos tantum offundant oculis hominum. Quo magis optem te hanc provinciam capeſſere, cujus ſyncera pietas nihil aliud ſpectabit, ſat ſcio, quàm *Chriſtum* ipſum, cui uni omnia tua deſudant ſtudia. Reverendo patri *Chriſtophoro* Epiſcopo *Baſilienſi* fac me diligenter commendes. Cæteris item amicis ſalutem meis verbis annunciabis: nominatim autem *Ludovico Bero*, *Henrico Glareano*, *Beato Rhenano*, fratribus *Amorbachiis*, *Guilielmo Neſeno*, LL. Doctori *Lucæ*. LL. Doctori *Gerardo*, *Joanni Fabro* Officiali, cæteriſq; omnibus, quorum cum iſtic eſſem ſuaviſſimâ conſuetudine magnopere delectabar. Bene vale. *Antuerpiæ*, IV. Calend. Martias Anno M. D. XVI.

Eraſ. Rot. Stephano Poncherio Epiſc. Pariſien. Chriſtianiſſimi Regis apud Catholicum oratori S.

Epiſt. 5. QUanquam *Franciæ* regnum totius orbis Chriſtiani longè florentiſſimum eſſe conſtat, ornatiſſime Præſul, mihi tamen hoc nomine præcipuè felix eſſe videtur, quòd Principem nactum ſit, non titulo tantùm *Chriſtianiſſimum*; ſed omnibus verè regiis dotibus eximiè cumulatũ, tum ætate florenti, ut ſpes ſit hanc felicitatem veſtræ *Galliæ* ac nobis vicinis & amicis diuturnam, imò perpetuam fore. Indoles erecta vividáque, animus, non Rege modò, ſed tali quoque Rege dignus, ſic ardens & excelſus, ut tamen ad omnem humanitatem ſit propenſiſſimus: rurſum ſic erectus ac ſimplex, ut ſummâ vigilantiâ prudentiáq; ſit præditus. Siquidem nuper in conflictu cum *Elvetiis* ſatis declaravit ita ſe paratum inſtructúmque ad bellum gerendum, ſi pacem non liceat adipiſci, ut multo tamen pacem malit quàm bellum. Magis enim habet ſtudio, ut regnum ſuum optimis legibus, incorruptis moribus, honeſtiſſimis ſtudiis locupletet, exornet, illuſtret; quàm ut ditionis ſuæ pomœria proferat. Nimirum intelligit hæc demum eſſe vera regni decora, has veras opes, hanc veram & nullis unquam ſeculis ceſſuram gloriam. Proinde parum eſſe putat juſtis præſidiis regnum ſuum muniſſe, niſi idem viris eruditione juxta ac vitæ integritate præcellentibus ditet atque honeſtet: hoc potiſſimùm pacto felicem ac magnum Regem ſe fore judicans, non ſi quàm plurimis, ſed ſi quàm optimis imperet. Quos cum plurimos habeat domi, cum primis autem incomparabilem illum *Guilielmum Copum* Medicinæ vindicem atq; antiſtitem; cuem certatim ſibi vindicant, hinc *Gallia*, hinc *Germania*: præterea *Guilielmum Budæum* certiſſimam *Galliarum* gloriam, qui jamdudum *Italis* utriuſque literaturæ palmam magno eruditorum omnium conſenſu præripuit: ſic cæteros omnes vincens in *Romani* ſermonis eloquentia, ut in *Græca* dictione vincat ſeipſum: tamen aliunde quotidie præmiis accerſit allicítque, veterum ac laudatiſſimorum Regum jamdiu obſoletum exemplum hic quoq; nobis referens. Cæterùm quòd inter hos & noſtri rationem habere non gravatur, equidem video quantum illius animo debeam. Atque utinam is ſim qui tam exi-

A mili Principis judicio reſpondere queam. Onerat me quorundam candor ejuſmodi laudibus, quas nec agnoſcere poſſim, niſi ſim improbiſſimus: nec tueri, niſi longè alius ſim quàm ipſe me novi. Alioqui *Gallia* veſtra cum aliis de cauſis mihi ſemper cordi fuit, tum hâc etiam peculiariter jucunda, quòd illic annos aliquot in optimis literarum ſtudiis ſuaviſſimè ſim ociatus; ſed jam ætas hæc à vertendo ſolo dehortatur, ut etiam ſi non delegiſſem hanc ſedem, tamen ſedendum eſſet, ubicunq;
B ſenectus deprehendiſſet. Ad hæc alligat *Caroli* Principis optimi benignitas, & animus in evehendis optimis ſtudiis, ſic cum tui Regis animo conſentiens, ut hujus laudis certamen cum illo ſuſcepiſſe videatur. Quamobrem nihil eſt quod in præſentia ſuper hac re certò reſpondeam, niſi me & penitùs agnoſcere Regis optimi erga me ſtudium, & gratiam habere, perinde ac ſi delatâ illius benignitate jam uſus eſſem: neq; deſuturum me in poſterum voluntati tanti principis, ultrò ſuâ li-
C beralitate provocantis, ſiquidem id bonâ cum fide cúmque decora licebit: quod ſi non continget, ego me nihilo minus debere putabo *Galliæ*; & vos viciſſim boni conſuletis, ſi non præſto quod non poſſum. Corpuſculum hoc haud poſſum omnibus commune facere, animum animiq; proventus poſſum. Cæterùm quãdo video celſitudinem regiam tuámque amplitudinem id tantopere conari, ut *Galliam* veſtram egregiè probis ac literatis viris exornetis, commodùm mihi ſuccurrit *Henricus*
D *Glareanus*, pridem mihi *Baſileæ* domeſticâ conſuetudine notus, homo meâ ſententiâ ad vota veſtra, ſi quiſquam alius, accommodus. Eum tibi paucis delineabo, ſed veriſſimè. Genere *Elvetius* (nam hæc quoque natio ſtudiorum gloriam cum militiæ laude incipit conjungere) ætate florenti, quippe nondum triceſimum egreſſus annum, valetudine firmiſſimâ, ac laboris tolerantiſſimus, annos jam aliquot verſatus in profeſſione liberalium diſciplinarum, primùm *Coloniæ*, mox *Baſileæ*, nec id ſanè
E ſine ſumma laude. Septem artium, quas vocant, Doctor, non titulo tantùm, quemadmodum vulgus ejus ordinis ſolet, Sophiſtices peritiſſimus, ſed quoniam reſipuit, nunc ejuſdem hoſtis ac perſuga. Theologiam non tantùm à limine ſalutavit, verùm ad ipſa uſque penetralia progreſſus quondam, ſed offenſus partim frigidis illis argutiis, quibus ſolis penè nunc in ſcholis applauditur, partim inexplicabili Theologorũ inter ſe contentione diſſidióque, pedem retulit, & *Chriſtum* ex ipſis fontiF bus, quàm ex illorum lacunis haurire maluit. In hunc uſum *Græcam* literaturam magno ſtudio cœpit amplecti. Poeta non invenuſtus; nam in hoc genere quondam admodum adoleſcens apud *Coloniam Agrippinam* à Cæſare *Maximiliano* lauream meruit. In oratione ſolutâ talis, ut nec ingenium, nec eruditionem deſideres, uſum fortaſſis & exercitationem alicubi requiras. Magna hiſtoriarum cognitio, in Muſica, in Coſmographia, in cæteris item diſciplinis, quas Mathematicas vocant, exerG citatiſſimus. Nam in his præcipue regnat ille. Jam quod in hoc hominum genere rarum eſſe ſolet, moribus eſt adeò caſtis ac puris, ut non animus modò, ſed aures etiam ab omni turpitudinis commemoratione abhorreant, veræ pietatis cultor ardentiſſimus. Nè *Momus* quidem ullum in eo vitium notare poſſit, niſi quòd in ſpinoſos Sophiſtas magnâ libertate debacchari ſolet; ſi tamen hoc

vitio,

vitio, ac non potiùs judicio tribui debet. Nôsti enim quàm sit hoc hominum genus insolens ac procax, nisi si quis ei studio meliores literas adjunxerit. Cum his non minore animo depugnat *Glareanus*, quàm olim cum monstris *Hercules*. Et in hos quantumvis clamosos sufficiunt illi latera, sufficit vox & imprimis animus invictus, verèque *Herculaneus*. Et ob id non admodum illi convenit cum Theologis, non dico eruditis, cum quibus maximè convenit: sed cum quibusdam istis qui præter illiteratas literas, & frigidas aliquot quæstiunculas, nihil didicerunt. Hos eo facilius fundit, conscinditque, quod ipse sit olim in illorum castris versatus. Tametsi hunc quoque fervorem & impetum, ac velut ἐφυπνισμὸν ætas indies reddit moderatiorem. Cæterùm ab omni supercilio fastúq; longissimè abest. Moribus facillimis, & ad omnẽ vitæ consuetudinem appositis. Jusseris canere, nihil contratus canet; malis legere, leget. Libet ludere, jocabitur festivissimè; vis seriis agere, subitò alius erit: atque ita facilis est, ut tamen adulari nesciat. Jam si statum hominis cupis cognoscere, totus est liber: nec libidini deditus, nec admirator pecuniæ, nec uxori alligatus, nec ullis sacris addictus extra baptismum. Is nuper ad me scripsit, fore ut ipsi salarium annuum apud *Gallos* constitueretur ex fisco regio, simul atq; pax coisset inter vos & *Helvetios*, quam nunc coisse vehementer gaudeo: quod si est assecutus, quæso ut tua humanitas hominem velit cognoscere; experturа, num falsam imaginem finxerim: sin minùs, dabit operam ut accersatur, sed honestâ conditione. Scio quid illius dotes promereantur, sed ut est modestissimus, erit opinor contentus quos, mihi crede, non malè collocabitis. Novi quàm rectè moneat *Horatius*, etiam atque etiam aspiciendum, quem cui cõmendemus. At in hoc nihil vereor, ne mox incutiant aliena mihi peccata pudorem. Solent agere gratias, quorum commendatio valuerit: at ego expecto ut mihi agantur gratiæ, postea quàm *Glareanus* meus vobis perinde notus esse cœperit, ac mihi est. Hac in re si quid à nobis fieri voles, impera. Nam meis literis evocatus, & lubentiùs advolabit, & celeriùs, nè nihil interim magnificè de me ipso dicam: maximè, si quemadmodum illum tibi, ita te illi depinxero. Sed heus tu, vacuis Epistolis non est accersendus, viaticum addatur oportet, velut arrabo reliqui promissi. Vide quàm familiariter tecum agam ceu tuæ celsitudinis oblitus: sed ita me tua corrupit humanitas, quæ hanc docuit impudentiam. Quam aut totam ignoscas oportet, aut bonam certè partem tibi ipsi imputes. Bene vale. *Antuerpiæ*, decimo sexto Calend. Martias, Anno M.D.XVII.

Guilielmus Budæus Erasmo Roterod. S.D.

Epist. 6. DIci non potest, inquis, mi *Budæe*, quantopere & tuæ faveam gloriæ, & eruditionem admirer. Istud quoque posterius, bonân' fide? Bonâ certè, inquis. Egóne id credam? Quid ni, inquis? Equidem mihi hoc lubens persuaserim, τῶν γὰρ ἐμῶν, ὡς γε ἀνδρὸς οὐ πάνυ βλακὸς πεπείσμαι. ὃ γὰρ ὅπως ἀθλογυὸν ἐστι, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀληθεστάτη σύνεσιν ἐγγύμαι, τότε παρ' ἐμοὶ πίστιν πεποιήμενος τῆς ἑρμηνείας τῆ χειρισμῆ, τῆ ἐμῆ σοῦ πάλαι ποτὲ ἐκδοθείσης. Ego verò nec dicere inquam, nec eloqui, ac ne proloqui quidem possim. A O noster *Erasme*, major enim esse mihi videre, quàm ut meum te appellem, cum omnibus nostris unus satis esse possis. Quin & usq; adeò publicus scriptis tuis factus es, ut nemo sibi privatim vendicare te possit. Verùm, ut dixi, exprimere nequeo, quàm tuum me nuper feceris, postea quàm epistolam tuam accepi. Reddiderat illam juvenis is, quem mihi commendâsti, *Sorbonæ* nunc agentem, μᾶλλον δὲ ἐν σορβωνίδι λίμνῃ διαβίβοντα, ὅτου γὸ ἂν εἰκότως ἀμφοτερολόγου ἢ ἧβ σοφιστοῦ τετυπὶ διαβεβόν. B Reddita igitur mihi epistola tua, & semel iterúmque lecta, παγχρύσια ἦβ μετὰ χεῖρας ἀριμβ⊙, σχολαίτερον σοι μόνῳ αὐτίκα δὴ μᾶλλα ἐγκείσεσθαι. ἐγὼ δὴ τῇ ὑστεραίᾳ ἐ ὑπόβουτ, ἢ τῇγι ἦν ταύτης ἐξῆς ἐ σύνεγγυς οὖ ἔτυχε διεξέναι ἐξέμην· ὕτω γὰρ σὺ κελεύεις ἐδόκει, εἰ δὲ μὴ πῶς ἂν μαρτυρῶν ἂν δυναίμην τῷ ἐστυκοτὴ τῷ σῷ. τῷ τοίνυν συνέχᾳ ὀπαδοφόρτι μοι, ἰδοὺ δὴ παρεῖναι τὸ ὄργανον τῆς εὐσεβείας ἀπαγγέλλει, τὸ ὑπὸ τῆς Ἐράσμου, τὸ ἀμφίλαλον, τὸ ὀπίδοξον. Nam tu de eo quoq; ad me scripseras, συσήσας μοὶ ἐ τυπόγραφον. C αὖτη ἡ βίβλ⊙ παῖσα, ἐ διὰ χερὸς ἐχόμενον ὅλη σύνεχαν ἐξετέναξεν ὑμῖν. Apologiâ igitur tuâ, & paracleſi, ac præfatione legendis dimidiatum diem Dominicum consumpseram, hujus mensis vigesimum septimum: pridie enim liber allatus erat. A prandio statim cum *Franciscum Deloynum* viserem, hominem doctrinâ & autoritate summâ, curiæ Principem, ut scriptorum tuorum lectorem avidissimum, sic meorum meiq; amantissimum; cujus nomini dicâsse librum *De Asse* mihi videor, cum eum circa finem libri mecum differentem faciam. Sic enim tum tulit mea ratio. Et alioqui ejus dicationis memoriam nunquam nisi cum libro interituram videbam, cum sæpe præfationes pereant. Sed cum ad eum adiissem, ecquidque novi haberem interrogâsset, ut respondi nihil me habere. At ego, inquit, habeo, quod ad te pertineat, quódque tibi jucundum futurum sit. Quid id esset, me rogante; Ecce tibi, inquit, elogium ab ea autoritate profectum, quam tu instar senatusconsulti *Romani* habiturus sis. Solebas enim optare, ut treis aut quatuor *Erasmos* in *Gallia* haberemus (si tamen tot simul *Erasmi* similes una ætas efferre posset) ut tibi animo tuo aliquando obsequi liceret, ingeniique tui mediocritati liberiùs vela pandere. Nihil autem tibi molestius esse, quàm quod inferveſcente stylo, quasiq; Musarum aurâ plenius aspirante, vela tu sæpe contrahere cogerere, atq; ad eum modũ velificandi impetum moderari, quem nostratium hominum ferret captus, ac libenter admitteret. Ecquis enim æquo animo ferre posset, semidoctos homines, intelligentiæ suæ finibus Latinæ linguæ copiam circunscribere? Hunc ipsum igitur *Erasmum* habes operum tuorum non modò lectorem, sed etiam præconem. Quæ cum ille dixisset, & ego suspensus expectarem; promit librum tuum solutum adhuc & recentem ab officina, locúmq; ostendens εἰ τὸ χεῖλος: O virum, inquit, eleganter ac probè amicũ hunc tuum *Erasmum*, cujus tu haud falsò, ut video amicum esse te dictitabas, cuique non gratuitum sæpe testimonium tulisti. Equidem, inquit, cujus antea ingenii præstantiam mirabar, nunc etiam candorem exoscúlor. Videndum tibi, *Budæe*, omninò, nè qui Principum in re literaria virorum æmulatione accensus es, nunc hujusmodi viro officio te provocanti cessisse videare. Hactenus ille. σὺ τοίνυν ἴδε ἄνερ μοὶ σοφιλόγατε,

σατε, ἐκ ἐλαίῳ που ἐσόμενον, ἂν εἰς ἐμὲ ἐχαείσω. Οὐ γὰρ ἂν ἐν τούτῳ γε ἐκπλῆξαι σοι προσφύσαιμι, ὡς μὴ τοῖς ἄσοις ἀμείψασθαι τὴν συμπεπτικότα με φίλον ἄνδρα, καὶ τό γε αὐτῆς μέρος, τὴν μνήμην ἀπηθανατικότα τῆς γένους σῴζει βεβαίαν. Ἄλλως τε πρότερον αὐτὸς ὑπὸ τῆς κρείττονος εὖ πεπονθὼς σύν γε μὴν τύχῃ τὸ χρέος ἀποδώσειν οὐκ ἂν ὑποχάσαι τολμήσω, ὁπηνίκα καὶ τὸ ἀρχαῖον αὐτὸ ὀντίνων, πάνυ τι κεκμηκὼς εὖ οἶδ' ὅτι ἕπομαι. Ἐγὼ μὲν δὴ εἰς στενοχωρίαν τινα αἰδάνομαι ἤδη καθεσὼς πρὸ δὲ ἐξικνοῦμαι, ὦ δὴ ἐλέφαντά φασιν ἐκ μύρμηκος ἀπόδειξας. Οἶδα γὸ δήπου ὡς ἂν μὴ ἀφειδῶς τε καὶ πιστῶς τὰ ὀπισθόλλοντά σοι ἀποδῶ (ὀπισθόλλῃ γάρ τοι ἔκασον τῶν ἀξιεπαίνων) ἐκ ἂν φθάνοιμι ἐγὼ γε ἀντιχαείζεσθαί σοι δοκῶν, πρὸ γε ἂν εἰδῶσι τὰ ὑπὸ σοῦ γεγραμμένα, τετίσι παρὰ πάσι. τίς γὸ ἃ διατελεῖ ἀναγινώσκων τὰ ὑπὸ σοῦ. Αν δ' ἄνδις ἂν τῶν ἐυλαβήμενος ἀσφαλῶς πως καὶ ἀκεραίως ἧς ὧν ἐπαίνων ἧς ἐμμελείας ἅψομαι, τί δὴ ἄλλο, ἢ ἀδικῶν σ' αὐτὸς σε ἄξιον, κακοίδης εἶ) δόξω. Οὐκῦν εἰς τοιαύτην με σὺ σ' ἀπορίαν κατέσησας, ὁ ὑπάρξας τῆς ἐυεργεσίας εἰς φίλον τῆς ἀξιολογωτάτης, δέον αὖ ἀσφαλέστερον με τοῦτό σοι τὸ ἄσμα πεποιηκέναι ἀγχινόστερον ἂν ἀπαλλαχθέντι ταύτης τῆς δυσχερείας. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐλπίζω ἐυρήσειν τε τρόπον τινὰ ἐυπρέπειαν, πρέσν τε ἐυπορήσειν, ἐφ' ᾧ ἀπαλλάξαι πως τυδὶ τῆς ὀφειλήματος, καθάπαξ δὲ ἀπαλλαχθήσεσθαι, ἐκ ἂν διὰ βίου ἐγω γε ἐλπίσαιμι, μέζονος δὴ ὄντος ὡς ἀληθῶς τὸ δανεῖσ, ἢ κατὰ τὰ ὑπάρχοντά μοι. Αλλὰ μὴν παῦ' ἂν μᾶλλον ἀπεδεξάμην, ἢ τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἀχαεισίαν ὄφλειν. Καὶ μὴν δὴ καὶ χαίειν σοι οἶδα καὶ ὁμολογῶ, καὶ συγγνώμης σοι καὶ ἀεὶ τῆς παρακολουθικότι ῥήματος, quàm molli articulo ibi me tractâsti, imò quàm mihi me reprehendendum, emendandúmq; reliquisti? Agnosco, fateor, deprecor, non culpam, sed pœnam; sed ignominiam, quæ fatenti remitti solet. Potuisti jure tuo τὸ σφάλμα μετανορθωτικῶς γε δὴ σημάσασθαι, ut etiam criticâ severitate abstineres, ἔδοξε καιροῖ παρακολουθικότι ἄνωθεν πίσιν. Ego ita locum transtuli, quasi *Lucas* se ἀκολουθεν τοῖς αὐτοπτῶν diceret, cum hic παρακολουθικότι, idem quod ἐφικνουμένῳ significet, ut tu ipse sentire videris, etiam si Latinè assecuto, improbare videris: pro τυχόντι καὶ ἐφικνουμένῳ καὶ κατορθοῦντι. Assecuto ut probem facit *Demosthenes* ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας his verbis, ἵνα ὡς μὴ πλείσης συγγνώμης παρ' ὑμῶν ὁ τὰ τότε πεπραγμένα εἰδὼς ἐγὼ καὶ παρακολουθηκὼς ἅπασι, κατηγορῶ. Hic utrum *Demosthenem* intelligam omnia *Æschinis* flagitia crimináq; comperisse, accuratéq; in eum inquisivisse, quasique omnia ejus gesta factáque è vestigio ita persecutum, ut tandem investigârit: an arbitrum & spectatorem fuisse rerum perperam ab eo gestarũ ut æqualem, ut συμπολιτευόμενον, ut eâdem legatione functum. Idem alibi, ὑμεῖς γὸ δικασταὶ ῥᾴον παρακολουθήσετε πᾶσι τοῖς λεγομένοις. Nihil vos fugiet, sed omnia ut à me dicta erunt, intellectu assequemini. Sic *Galenus*, παρακολουθῆσαί τινι θεωρίᾳ. dixit, animo ita percipere, ut speculamentum non fugiat τὸ ἐνθυμούμενον. Tu ad historiam texentis ordinem retulisti. Quod si rectè sentis, miror cur dixit, καθεξῆς σοι χάλαι. Oportuit enim primùm ordine omnia didicisse, deinde χάλαι. Et tamen utraq; sententia idem dixit: persequi enim dixisti non assequi, id cum tu dicas, non tamen probas. Omnino locus δυσνόητός ὅδε. Ἄνωθεν rectè reddidisti pro ἄνω' ἀρχῆς & retrorsus. Absit autem ut inficiator esse mediter potiùs, quàm ut me ipse profeciſſe fateor. Sed de κατηχεῖν te memoria lapsum scio, cum *Lucianus* tuus in Asino inquit: ἐμὲ δ', inquit, ἀπέδωκεν ἀπελθόντα τινὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων καὶ ἵνα κατηχεῖν ὅσα παιῶν μάλιστα ἐδύνατο, ἐκ ἐλάφῳ που ἐσόμενον, ἂν εἰς ἐμὲ ἐχαείσω. Οὐ γὰρ ἂν ἐν τούτῳ γε ἐκπλῆξαι σοι προσφύσαιμι, ὡς μὴ τοῖς ἄσοις ἀμείψασθαι τὴν συμπεπτικότα με φίλον ἄνδρα, καὶ τό γε αὐτῆς μέρος, τὴν μνήμην ἀπηθανατικότα τῆς γένους σῴζει βεβαίαν. Ἄλλως τε πρότερον αὐτὸς ὑπὸ τῆς κρείττονος εὖ πεπονθὼς σύν γε μὴν τύχῃ τὸ χρέος ἀποδώσειν οὐκ ἂν ὑποχάσαι τολμήσω, ὁπηνίκα καὶ τὸ ἀρχαῖον αὐτὸ ὀντίνων, πάνυ τι κεκμηκὼς εὖ οἶδ' ὅτι ἕπομαι. Ἐγὼ μὲν δὴ εἰς στενοχωρίαν τινα αἰδάνομαι ἤδη καθεσὼς πρὸ δὲ ἐξικνοῦμαι, ὦ δὴ ἐλέφαντά φασιν ἐκ μύρμηκος ἀπόδειξας. Οἶδα γὸ δήπου ὡς ἂν μὴ ἀφειδῶς τε καὶ πιστῶς τὰ ὑπὸ σοῦ. Αν δ' ἄνδις ἂν τῶν ἐυλαβήμενος ἀσφαλῶς πως καὶ ἀκεραίως ἧς ὧν ἐπαίνων ἧς ἐμμελείας ἅψομαι, τί δὴ ἄλλο, ἢ ἀδικῶν σ' αὐτὸς σε ἄξιον, κακοίδης εἶ) δόξω. Οὐκῦν εἰς τοιαύτην με σὺ σ' ἀπορίαν κατέσησας, ὁ ὑπάρξας τῆς ἐυεργεσίας εἰς φίλον τῆς ἀξιολογωτάτης, δέον αὖ ἀσφαλέστερον με τοῦτό σοι τὸ ἄσμα πεποιηκέναι ἀγχινόστερον ἂν ἀπαλλαχθέντι ταύτης τῆς δυσχερείας. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐλπίζω ἐυρήσειν τε τρόπον τινὰ ἐυπρέπειαν, πρέσν τε ἐυπορήσειν, ἐφ' ᾧ ἀπαλλάξαι πως τυδὶ τῆς ὀφειλήματος, καθάπαξ δὲ ἀπαλλαχθήσεσθαι, ἐκ ἂν διὰ βίου ἐγω γε ἐλπίσαιμι, μέζονος δὴ ὄντος ὡς ἀληθῶς τὸ δανεῖσ, ἢ κατὰ τὰ ὑπάρχοντά μοι. Αλλὰ μὴν παῦ' ἂν μᾶλλον ἀπεδεξάμην, ἢ τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἀχαεισίαν ὄφλειν. Καὶ μὴν δὴ καὶ χαίειν σοι οἶδα καὶ ὁμολογῶ, καὶ συγγνώμης σοι καὶ ἀεὶ τῆς παρακολουθικότι ῥήματος, quàm molli articulo ibi me tractâsti, imò quàm mihi me reprehendendum, emendandúmq; reliquisti? Agnosco, fateor, deprecor, non culpam, sed pœnam; sed ignominiam, quæ fatenti remitti solet. Potuisti jure tuo τὸ σφάλμα μετανορθωτικῶς γε δὴ σημάσασθαι, ut etiam criticâ severitate abstineres, ἔδοξε καιροῖ παρακολουθικότι ἄνωθεν πίσιν. Ego ita locum transtuli, quasi *Lucas* se ἀκολουθεν τοῖς αὐτοπτῶν diceret, cum hic παρακολουθικότι, idem quod ἐφικνουμένῳ significet, ut tu ipse sentire videris, etiam si Latinè assecuto, improbare videris: pro τυχόντι καὶ ἐφικνουμένῳ καὶ κατορθοῦντι. Assecuto ut probem facit *Demosthenes* ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας his verbis, ἵνα ὡς μὴ πλείσης συγγνώμης παρ' ὑμῶν ὁ τὰ τότε πεπραγμένα εἰδὼς ἐγὼ καὶ παρακολουθηκὼς ἅπασι, κατηγορῶ. Hic utrum *Demosthenem* intelligam omnia *Æschinis* flagitia crimináq; comperisse, accuratéq; in eum inquisivisse, quasique omnia ejus gesta factáque è vestigio ita persecutum, ut tandem investigârit: an arbitrum & spectatorem fuisse rerum perperam ab eo gestarũ ut æqualem, ut συμπολιτευόμενον, ut eâdem legatione functum. Idem alibi, ὑμεῖς γὸ δικασταὶ ῥᾴον παρακολουθήσετε πᾶσι τοῖς λεγομένοις. Nihil vos fugiet, sed omnia ut à me dicta erunt, intellectu assequemini. Sic *Galenus*, παρακολουθῆσαί τινι θεωρίᾳ. dixit, animo ita percipere, ut speculamentum non fugiat τὸ ἐνθυμούμενον. Tu ad historiam texentis ordinem retulisti. Quod si rectè sentis, miror cur dixit, καθεξῆς σοι χάλαι. Oportuit enim primùm ordine omnia didicisse, deinde χάλαι. Et tamen utraq; sententia idem dixit: persequi enim dixisti non assequi, id cum tu dicas, non tamen probas. Omnino locus δυσνόητός ὅδε. Ἄνωθεν rectè reddidisti pro ἄνω' ἀρχῆς & retrorsus. Absit autem ut inficiator esse mediter potiùs, quàm ut me ipse profeciſſe fateor. Sed de κατηχεῖν te memoria lapsum scio, cum *Lucianus* tuus in Asino inquit: ἐμὲ δ', inquit, ἀπέδωκεν ἀπελθόντα τινὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων καὶ ἵνα κατηχεῖν ὅσα παιῶν μάλιστα

A ψυχαγωγεῖν αὐτὸν ἠναγκάζων: de asino loquens, quem saltationem doctum fuisse narrat, κατηχεῖν αὐτὶ τῆ διδάσκειν dicens, alibi pro commonefacere, id est, νυθετεῖν. Ευσέμεια καὶ μανδὴν εἶπας φαῦλον, ἀλλὰ κατηχήμενον πείθω παρ' ἐμοῦ. Unde & κατήχησις *Dionysio*: deinde κατηχήσης quasi κατάχησις vertis. Cæterum utinam tam tibi placeres, quàm nobis, in istis eximiis & μεγαλοπρεπέσι: jam enim tibi admonitorem me ingeram. Ut enim tecum familiariter agam, πολλάκις θαυμάζειν με ἔρεσθέ σε, τῆ καταχρωμένῃ τηλικαύτῃ καλλιλογίᾳ καὶ ἐυφυΐᾳ εἰς λεπτολογήματά

B τινα, in quibus tu intercniescere soles. Ὥσπερ ἐ σεσῆπνον τὰ μέζω τῆ ξυγγραμμάτων καὶ τὰ μικροπρεπῆ, τοῖς πρὸς ταῦτα ξυμμέτροις ἔχοι καλλιμωμένον. Σὺ μὲν τοι τὰ πρῶτά τε καὶ τὰ σχῖτα καὶ τὰ τότων ἐφεξῆς, πῶ αὐτῷ νῷ σεβάλλων, τῦτο μὲν σεμναπαίζειν τὸ τῆ ἡβώντων τε καὶ μετρίων ἔπαθλα αἰτίαν ἂν ἔχοις. Τῦτο δ' καὶ ὁ Σαυφ' ἐνθυσιασμὸν ἐκ εἰς δέον καλαυλίσκειν, σεσὲ δ' τότοις καὶ τὸ ἀξίωμα τῆ καλλιλεξίας τε καὶ μεγαλονοίας κολοβῶν, quod prisci minuere majestatem appellabant. Postremò quàm te amari à me putas,

C de præfatione illa tua περὶ τῆ ἀρχιερέα, cujus tu τὸ ἀξίωμα ὁτονεί τι φυλακίνειον σεκάπλων τῷ ξυγγράμματι τῷ σῷ σεκάθηκας scitè sanè & solerter, ἐπὶ τῆ ἐπισοβήσει τῆ νυκλικῶν τότων σφηκῶν τῆ ῥόδοθρολόγων. Ac nè quid tibi interim deperiret, δεδωρημένης ἤδη βίβλῳ ἔμοις ἀντιλαβέσθαι τῆ ἀρχιεπίσκοπον τῆ σὺν ἐυεργέτην ἠβελίδης, κομᾷς δὴ δύο τοίχως eadem fidelia, &, ut nostrates aiunt, unica filia, procis quidem pluribus digna, generos tibi duos asciscens. Ohe, in-

D quis; Jam ad calces chartæ tuæ deventum est. Hìc igitur desinam. Scripsisti ad me Laconicè: ego ad te Asiaticè fortasse, vel si qui pejores etiam fuerunt, sed sic sum, si placeo utere. Rarus tardúsq; sum ad scribendũ, multus autem scribendo; ubi incalui, tollere manum nequeo. Simul ἀντε πισέλλειν σε προσδέπομαι εἰ ποτε σχολὴν ἄγοις ut paria facias, chartæ dico dispendio, cui non parcere me

E vides. Certè quidem facies, ut hanc epistolam te recepisse sciam, & me interim ingrati judicio non periclitari: quod non ante credam, quàm à te certior factus, μακαείζω σε τῆ σχολῆς ταύτης καὶ ἀποδῆς τῆ ἀεὶ τὰ δεῖα quam mihi jam diu promitto. Sed œconomico mihi magis esse, quàm φιλοτέφῳ vacat. Πῶς γὸ ἂν τῷ γε ἐξ ὑμῶν σαλείτε καὶ πτορεῖ, ἑνὸς δυσατεῖα ἀδελφῶν; quiq; ὡς φιλοτέρσως ἔχω ἐν τοῖς μάλιστα ὕστω τεῖ ὁμελῶς ἔχων αἰεὶ σεσὲ τῆ διατετέλεκα ἧς σεσὲ τῆ πολυπαιδίαν ἐπιδεῶν. Vale, καὶ με ἀσπῶν διατελῆ.

Parisiis, festo ascensionis Domini, cum ego votivam peregrinationem postridie initurus essem.

F

Erasmus Roterod. Guilielmo Budæo suo S. P. D.

IAm ὁ χαιμαιδρόμος ad iter erat accinctus, quum mihi è Principis aulâ *Antuerpiam* reverso tuæ redduntur literæ, idq; decimotertio Calend. Julias, atque hæ sanè tandem è *Colonia* receptæ. Ad quas ut λακωνικῶς respondeam potiùs, quàm ut nihil respondeam, Quid ego audio? *Budæus* quic- *Epist.* 7.

G quam debet *Erasmo*, εὐτυχέσατος τῷ τῆ ἀνάντων δυσυχεσάτῳ; Quod in annotamentis nostris, *Budæi* feci mentionem, operi nostro è tui splendore nominis nonnihil ornamenti conciliare volui, id captabam: tantum abest, ut quicquam hinc mihi deberi putem. Quod factum si tu boni consulis, tibi ut aliis pluribus, ita hoc quoque nomine debeo: sin minùs, tamen rapto fruar. Sive id feci recto

recto judicio, sive secus, certè feliciter cecidit, posteaquam hâc occasione tam eruditam, tam amicam tam copiosam epistolam, vel promeritus sum, vel extorsi. Nec est quod te solicitum habeat τῆς ἀμοιβῆς ratio. Si quid pro studio in me tuo debebatur, id cumulatissimè, multóq; cum fœnore tua reposuit epistola. Quòd si tuo animo non potes alio pacto satisfacere, quicquid est hoc nostri officii monendo docendoque referas oportet, non laudando. Nam dum ego *Budæum* meum celebro, non simplici fructu id facio. Primùm, quòd videor ma legisse, & eximias ingenii tui dotes agnoscere. Deinde, doctis omnibus meipsum commendo, οὓς ἐγὼ σέβομαι, quorum nullus est, qui *Budæum* non suspiciat. Atq; ipse quoq; *Linacrus*, vir exacti quidem, sed severi judicii, & qui non temerè probet quemlibet, *Budæo* nihil non tribuit. Equidem ceu victor exultabam, cum audirem hominem totum in meam discessisse sententiam, & veteri meo de te judicio plaudebam. Idem evenit apud eum in *Copo*, cujus omnia citra exceptionem probat. Fortasse non obfui bonis studiis, dum tuas lucubrationes commendatiores reddo apud eos, qui *Erasmum*, cum nihil sit, tamen amore quodam hallucinantes, aliquid esse putant. Quandoquidem video te hanc provinciam suscepisse, ut optimas literas ab istorum ἀναισθήτων καὶ ἀναισθησίων tyrannide vindices, & pristinam illam laudem nostræ asseras *Gallia*. Nihil enim vetat eundem ditione *Germanum* esse, & veterum Cosmographorum descriptione *Gallum*. Atque utinam quidam non conarentur ea distrahere, quæ suâpte naturâ conjuncta sunt. Pulcherrimum profectò munus, & cui obeundo unus *Budæus* par esse possit. De his in quibus partim à me dissentis, partim assentiris, partim ἐπέχεις καὶ ἀμφιβάλλεις, non poteram in præsentia respondere, primùm quòd temporis angustiâ excludebar, deinde quòd codex nullus adesset. Nam erant responsuro relegenda loca aliquot. Fiet id alias, idq; brevi. Illud interim in genere dicam, tantum apud me valere *Budæi* judicium; ut si quid illi serio probari sensero, non dubitaturus sim quavis etiam in re παλινῳδεῖν. Quanquam in hoc opere feci, quod in aliis soleo. Decreveram levi brachio rem peragere, ut in minutiis quibusdam versaturus, & locos duntaxat ceu digitulo indicare. Porrò cum jam edendum esset opus, instigarunt quidam, ut Vulgatâ Editionem meâ vel correctione, vel interpretatione mutarem. Ejus sarcinulæ accessionem, cum oppidò quàm levem esse ducerem, longè gravissimam ipsâ re comperi. Deinde perpellebant, ut annotationes adderem, aliquanto locupletiores. Jam protinus, ut scis, retexenda omnia. Accessit & illud oneris, arbitrabar *Basileæ* haberi emendata exemplaria. Ea spes quoniam fefellit, coactus sum præcastigare codices, quibus usuri erant τυπογράφοι. Ad hæc conducti fuerant duo probè docti, alter Jureconsultus, alter Theologus etiâ Hebraicè peritus, qui formis castigandis præessent; at hi quoniam hujus laboris erant rudes, quod susceperant, præstare non poterant: proinde necesse fuit, extremam formarum, quas vocant, recognitionem in me recipere. Conficiebatur simul & excudebatur opus, absolvebatur singulis diebus ternio: sic nunc vocant. Nec interim tamen licebat totum huic vacare negotio. Excudebatur eodem tempore *Hieronymus*, qui sibi bonam mei partem vendicabat: Et stabat sententia, aut immori laboribus, aut ante Pascha ex eo pistrino memet explicare. Postremo, fefellit nos voluminis modus, affirmabat typographus fore, ut ad triginta plus minus terniones accresceret: excessit autem octoginta tres, ni fallor. Itaque maximâ temporis parte consumptâ in his, quæ vel ad me proprie non pertinebant, vel ante destinata non fuerant, delassatus jam ac penè fractus ad adnotationes perveni. Pro temporis modo, proq; valetudine præstiti quod potui. Nonnulla prudens etiam præterii, ad multa sciens connivebam, in quibus mox ab editione à meipso dissensi. Proinde τὴν δευτέραν παρακαλῶ ἐκδοσιν, in qua te magnopere rogo, ut conantem adjutes. A tui similibus etiam objurgari officii loco ducam. Unum illud φυλάξεις, βαλτίστε βασιλεῦ, ne id suboleat τοῖς πολλοῖς, ἵνα μὴ τὰ βέλτια ὀλιγοι μόνοι τῶν ἐντυχόντων. Vehementer grata fuit tam amica admonitio, quanquam quæ dicas λεπτολογήματα nostra, in quibus gaudeam interquiescere, non satis intelligo, nisi quod mihi sanè omnia mea, nugæ videntur: ac sæpenumerò mecũ demiror, quid ibi sit, quod quidam laudibus vehant. Nam faciunt id aliquot etiam magni. Vide quàm arduum sit omnium judicio satisfacere. Sunt qui me in jus vocent ut audaculum, qui tam nihili cum sim, tantas res aggrediar. In *Enchiridio*, quantum ausus sum à seculo nostro dissentire, nullius autoritate deterritus? In *Chiliadibus*, opere minuto, quoties expatior in philosophorum ac Theologorum campos, ac velut oblitus argumẽti susceptI, altius rapior, quàm pro decoro? Id magis liquebit, si legeris Proverbium, *Aut Regem aut fatuum nasci oportet*. Item παῖδα ἢ γλαῦκα, ταύτην κόμει. Item γλαυκὸς ἀτεύχῳ τόλμᾳ. Item *Sileni Alcibiadis*. Nam in Proverbio κνώδαλόν ἐστον μαιδυτικόν, planè lusimus ingenio. In libello *De Principe Christiano*, ea præcipio, quæ nemo Theologorũ ausit attingere, nisi fortè *Luciani* dialogos ac tragœdias *Euripidis*, in quibus exercui me, λεπτολογίας vocas. Nihil *Catone* minutius, in quo diculam absumpsi. At eas quamlibet minutas nugas, ego sanè τῷ σώτῃ quodlibetis antepono. Cæterum in Novo Testamento nec ignoro, nec inficior permulta incidere minutula; sic enim argumenti ratio postulabat. At tamen si quis expenderit, imò si quis experiatur, quid sit ea vertere, quid tractare: is intelliget non ita multo majore negotio justos cõmentarios scribi potuisse, quam quo nobis illæ minutæ minutiæ scriptæ sunt. Atq; hæc qualiacunq; λεπτολογήματα gravissimi Theologi amplectuntur, ex his se plurimum hausisse lucis fatentur, nisi fortè mihi blandiuntur tot integerrimi viri, quorum & nomina recenserem, & epistolas producerem, ni mihi vehementer displiceret αὐτοδοξία. Et alioqui si meipsum meo pede metiri velim, nihil nisi minutum susceperus sim, ac defugiam onus, parvis animis & parvo corpore majus. Denique nescio quo modo magis arridet animo meo in nugis admiscere seria, quàm in magnis rebus nugari. Et mihi videtur nihil nugacius, quàm in his quæstiunculis, quibus Theologi complures sibi dii videntur, argutari, ἐξεστι γὰρ ὅσις εἶναι ἀλαζονικῶς. Jam in hoc argumenti genere video mihi superiores omneis, si non eruditione, certè diligentiâ superâsse. *Hieronymus* in emendatione Psalterii, quàm multa penè frivola adnotavit? Nec mihi deero, si modò vita virésque suppetent.

In

In Psalmum *Beatus vir*, prælusi. *Paulum* aggrediar. *Hieronymus* prodidit totus renatus. Hæc adeò magna sunt, ut ob quorundam invidiam vix subsistam. Quàm tibi magna videantur nescio, certè majora quàm pro meis viribus & fateor, & intelligo. Verti ex *Plutarcho* libellos aliquot, in quo scriptore nihil mihi non gravissimum esse videtur. Non gravaberis igitur explicare, quas λεπτολογίας à me vitari velis: ut certiùs hac in re tuum sequar consilium, quod ubique sequi non secus atq; oraculum est animus. De præfatione, quâ Novum Testamentum *Leoni* dico, nihilominus admiscens *Archiepiscopum Cantuariensem Mecænatem* meum, næ tu probè conjectas. Istuc ipsum spectabam id temporis. Quod gratularis ocio nostro, & tuam deploras fortunam: istâ quidem in re, mi *Budæe*, longè latéque abs te dissentio. Libri tui satis testantur, *Budæo* non omnino deesse ocium: quanquam & alioqui tam singularis ista ingenii tui felicitas ac fœcunditas, quamlibet multis occupationibus sufficere possit. Porrò liberis, uxori, reliquæque curæ domesticæ ego unicam uxorem meam oppono ἀπράγμονα σχολήν, quam nec adhuc humeris excutere possum, adeò τὸν μισθὸν φιλεῖ. Obsecro te per tuam immortalitatem, quæ te, tuósque omnes haud dubia manet, ut magno infractóque animo, quà cœpisti, pergas, & bonis succurrere literis, & tuæ *Galliæ* nunquam intermoriturum decus, eruditissimis tuis lucubrationibus parere. His interim contentus esto. Ad reliqua scribam, simul atque loca relegero. Bene vale, & *Erasmo*, quod facis, fave. Agitur hìc apud principem de inaurando me. Verùm haud scio, quì fit, ut meâ sententiâ nusquam quàm hìc contemptiores sint bonæ literæ: αἴτιοι οἱ ἄρχοντες ἀμισοπάτατοι. Magna tamen spes est in *Joanne Sylvagio*, *Burgundiæ* Cancellario, qui quidem, ut ipse non solùm maximus est, ac prudentissimus, verumetiam eruditissimus, ita impensè favet omnibus, quos insignis eruditio commendat. Hunc heroa, si nobis superùm benignitas diu velit incolumem, spes est fore, ut apud nos quoque proveniant, qui ingenii sui monumentis Principis sui regnum, cætera felicissimum, illustrent & ornent. Rursum vale.

Erasmus Budæo suo S. D.

Epist. 8. NActus codicem inspexi loca. Quod idem esse putas παρακολουθεῖν & assequi, non omninò tibi assentior. Si quis orationem intellectu perdifficilem perceperit, is assecutus rectè dicetur. Cæterùm qui cogitatione sequitur dicentem semper attentus, is demum παρακολουθεῖ. Annotavi multa ex autoribus exempla, quæ in hoc consentiunt. Quin & ea quæ ipse adducis, mecum faciunt. Porrò quòd admones, omnia prius ordine discenda fuisse, deinde oportuisse scribere; Primum sic verto, quemadmodum tu vis, nisi quod typographus pro *persecutus* mutavit *prosecutus*. Cæterùm in annotationibus utrúmque sensum ostendo, ut possimus παρηκολουθηκότι referre, vel ad ordinẽ vestigantis ac discentis, vel ad seriem narrationis. Et utrúmq; video probè posse defendi. Nihil tamen defendo, quum liberum fecerim lectori, utrum volet eligere. Jam de κατηχήθης, quod ita reddidi, quasi κατήχησο scriptum esset, quo videris nonnihil offensus: scis tempus esse indefinitum anceps, ni fallor, ad quamvis præteriti rationem: proinde verti per præteritum plus quàm perfectum, quo magis significarem, illum ante Baptismum hæc didicisse. Quòd exempla profers ex autoribus verbi καλύπτεσθαι, habeo gratiam. Quanquam is non videtur mihi lapsus memoriâ, qui negat se meminisse. Alioqui nemo non labitur memoriâ, quando nullus est, quin quædam non meminerit: verùm qui per oblivionem aliud scribit, & asseverat, quàm res habet, is demùm labitur memoriâ. Hæc paucis attigi, jam ad iter accinctus, & ab aulâ fessus. Nihil mihi potes facere gratius, quàm si ad hunc modum de cæteris item admoneas, ita ut facis, amicè. Bene vale decus *Galliarum*, ac literarum antistes. *Antuerpiæ* pridie idus Julias.

Guilielmus Budæus Erasmo Roterod. S. D.

Epist. 9. ACcepi literas tuas dies abhinc quinque aut sex. Quas avidissimè legissem, nisi mihi πεσσμάλα παρέσχε δυσχερὴς ἀναγνώστης, adeò τὴν ὀλιγόστιχον καὶ παρακεκομμένην epistolam expedieras, tabellario petasato jam, ut conjicio & flagrante. Jam hoc unum habeo familiaritatis & amicitiæ σύμβολον ὑμικρὸν σμικρὸν, te ad me ταχυγράφου τε καὶ ἀπεχθῶς διαστιγμένους scribere longissimam epistolam. Neque enim id fiduciæ tribuo, quam tibi ille scribendi, dicendique magister stylus, ingenerâsse potuit & debuit: sed τῇ ἀφελείᾳ τῇ βόᾳ σοῦ, & candori animi tui nihil sinistræ interpretationis ab amico suspicantis: id est, animum alienum ex sese æstimantis. Illud tamen ὑ συγγνωστὸν, quod sine die, ac consule scripsisti. Vide ut posthàc minùs me torqueas, ἡδέως τὰ πρὸς σὲ ἀναγινώσκων, modò utaris χειρογράφῳ tuo solito in epistolis, quem ego esse pulchrum & dilucidum scio. Sed scilicet, tu schedam ad me pro epistola pura misisti. Vide verò si pergas sic neglectè scribere, ne in fraudem quandam haud spernendam incidas ex hac culpâ. Ego enim epistolas tuas non solùm inter κειμήλια literaria ἀποτίθεμαι, sed etiam hostiatim propemodum circumfero: quòd ita interesse existimationis meæ arbitror, tantam mihi tecum intercedere necessitudinem à multis non ignorari: & præterea istis tuis elogiis contra obtrectationes utar, si ita usus venerit. Multos enim meruisse me obtrectatores scio, etiam si nondum scio, an obtrectatores multos habeam, καὶ ταῦτα μὴ δὴ ταῦτα. De altera tua Editione quòd scripsisti, id apud me μνησικάκως erit. Ita enim epistolas tuas ostentabo, ut id absq; captione tua fiat. Si quid in sinu meo depositũ esse sensero, quódq; clàm esse volueris, id per me nè palàm fiat, haud periculũ erit. Siquidem cum opus est σεμνοτέρῳ τῶν μυσταγωγημένων εἰμί. Quantum succidere temporis mihi imperiosis occupationibus licebit, adjutare te omni ope conabor, ut suggestor structorem, quod nescio an efficere possim. Nam ut præfationem tuam, & apologiam in novum Instrumentum legi, ita annotationes aliquot in locis vidi. Paroemias tuas ultimas hodiè causà tuâ à bibliopola mihi curavi. Antehac enim veteres tuas sufficere mihi existimabam, ita ut etiam non perlegerẽ, sed velut *Sibyllinos* libros, cum usus venerat, adirem: *Silenos* tamen, & alia nonnulla legeram in alienis libris, ut fit, cum apud amicos essem. Hæc enim loca maximè celebrari audiebam. *Linacrum* tuum virum

apprimè

apprimè doctum, ut arbitror, hic allocutus sum non semel, cum invicem viseremus ego & ipse. Visus est mihi vir bonus, benignúsq; ac nihil fastus præ se ferens: Ei exemplar unum *De Asse* misi, quoniam sub ejus discessum liber ab officina exiit. Is mihi inter loquendum dixerat, aliqua eorum, quæ explicuisse me planè confido, illustrari hac ætate non posse, & ego me id facturum receperam, quod ille admirabatur. Hâc occasione ejus amicitiam quæsitam, in calendarium sanctiùs retuli, ubi majusculis literis ERASMUS præscriptus est. Εἰδέναι ἐδόκει ποτὲ παραπολαύειν τινὰς ὥρας, ut attentè quasdã ejus operis partes legisses: egóq; rescisceres alicunde judicium tuum potuissem. In his est locus ubi respondeo vel ὑποβρυαλείσασθαι potiùs, εἰς τοὺς τὰ πάντα τοῖς ἰταλοῖς ἀπονέμοντας. Chartâ duodecimâ ubi causam literatorũ obiter agere, quoquo modo videor. Sed id meliùs chartâ nonagesimâ, ubi contra τοὺς καλαμολεπτοεπεῖς, τόντε βασιλέα, καὶ τοὺς βασιλοεπεῖς, τοὺς ἐν ἀξιώματι δηλονότι taxare non veritus sum. Quanquam hæc etiam tibi haud ægrè remiserim, si modò tu chartam centesimam quadragesimam sextam videas: & deinceps ad finem libri, ubi jam φιλοσοφικῶς obterere τὴν τύχην καὶ τὰ πάντα αὐτῆς δύναμιν, conatus sum, παρακλητόν τι καὶ παρηγορητὴν scribere, τοῖς ἀρρωστήμασι τῆς τοῦ λόγου τοῦ καλλίστου ἀπωδῆς, ut istam philosophiam dedecori eximeremus, quæ meo nomine male audit: ibi tu nonnihil simile invenies iis, quæ in tuis *Silenis* scripsisti. Liber tamen propediem imprimetur, & plenior & emendatior. Tunc enim in manibus habebam, cum hæc ad te scriberem. Ut autem opto te legisse, ita à te hoc petere non ausim, ne improbus aut importunus esse dicar, si hoc commiserim, ut ὑπὸ τοῦ σπουδαίοντος καὶ ἱεροῦ avocare ad meas nugas videar incommodo reip. Sed scitum illud, quod mihi persuadere conaris. Primũ, inquit, videor tua legisse, eximiásque ingenii tui dotes agnoscere. Egó ut credam te nostra legisse? Nisi siquis amicorum tuorum in mentionem libri inter fabulandũ incidit, & tibi ἀναγνώσεις fuit. Venio ad λεπτολογήματα illa, quod verbum nescio quonam modo calamo nostro excidit. Volui enim συγγραμματίδιά τινα dicere, quæ tamen ipsa aliquando ψευσεπιγράφημα posteris videbuntur, ut ingenuè tecum agam: in his unus liber est *De Copia*, qui nec mihi, nec multis ὧν τοῦ τυχόντος & tibi faventium tantum sustinere titulum videtur. *Titulum* voco, non tantùm *Copiam*, sed etiã *Erasmum*. Eum tamen & aliquot alios non diligenter legi. Sed cum alios de his loquentes audirem, dixi interdum me in *Erasmo* animum τοῖς ἀρχαίοις ὑφηγητὰς desiderare. Non enim satis te habuisse videri, & esse πολυίστορα, nisi etiam πολυχάρτην videretur. Id mihi videri obfuisse τοῖς νοήμασί σου τοῖς μείζοσι. Hujusmodi sunt παρεκβολαὶ, & quædam à te tradicta etiam ex quo majores spiritus sustulisti, quæ per se æstimata non carent indicatione, sed cum ipsa ex locis communibus sumpseris, præripuisse ea τοῖς ὕστερον videris. Te enim & istius notæ scriptores ἐν τοῦ ἐξαρίστου, καὶ διατρύχοντος sumere argumentum laudis par esse existimatur. Hæc est meâ sententiâ περὶ τοῦ λεπτολογήματος, quando tu tantopere hoc verbo commotus es. Ego autem exemplar literarum mearum in scheda servavi, nè tu mecum obsignatis literis acerbiùs agas, si quodam fortè in loco ὁ κάλαμός μου παρώλισθε. Hic etiam, si diis placet, *Catũculum* te emendâsse dices; neque te pœnitere laboris diecularis, ad id etiam privatim operulâ dicatâ; quasi verò obsolescere nomen tuum tot libellis non possit. Tu de hujuscemodi statues. Mihi autem à te permitti æquum censeo, ut in hoc à te bonâ tuâ veniâ dissentiam, præsertim cum alios in meam sententiam discedentes habeam. Cæterùm quod de *Budæo* me propemodum βεβαίωσιν facis, ἀσμένως τοῦ εἰρηνεύειν ἀπεδέξομαι, κἂν συνηδῶ μοι χλιανζόμενος. Quid ni enim id faciam? Quando tu utrumque credere me vis, & te virum bonum esse, & me tibi ingenium meum probâsse: verùm cum ad epistolæ finem ventum est, non potui non dolere vicem tuam, meámq; etiamsi tu tuam tantùm doles, in hoc certè officio mihi cedens amicitiæ. Nam cum sis ipse cœlebs, *Penia* quandam nomine uxorem tibi esse conquereris, non tantùm domesticam, sed etiam viatoriam, quam nullâ quantumvis longâ peregrinatione possis à te abigere, usq; adeò ab invisâ uxore adamare. Hujúsq; tædium odiúmq; omnibus œconomicis meis curis, conjugalibúsq; & paternis opponis, perinde quasi *Penia* tuæ loco, ego *Plutum* pusionem jucundum habeam, in quo oblectare me ex sententia animi mei possim. At ego te hoc ignorare nolo, me quidem rivalem esse tibi in amore philologiæ, sed quam tibi uxorem esse dicis, non longè à contubernio meo abfuisse, ex quo hoc insano literarum amore captus sum. Hoc tantùm refert, quod tu eam κατάλληλον συζυγίαν joculariter, ego seriò συζυγίαν, ἐκ δήμου τοῦ voco: usq; adeò omnes verè studiosos, qui rari sunt, ista velut æmula philologiæ comitatur, umbra propè dixerim sequacior: sicq; hujus ætatis moribus comparatum est, ac superiorum etiam ætatum, imò sic philosophiæ fert ratio, ut qui ejus studiosi & cupidi esse cœperint, rem simul ac fidem ignarorum opinione amittant; & qui divites esse cœperunt, aut meditantur, amorem ilicò disciplinarum vel abjiciant, vel deponant, id quod in te vereor nè experiamur, si quando (ut speras) inauratus fueris. Quod autem ad me pertinet, hactenus fatum meum agnosco, & penè compertum habeo, ut me nec literarum amor, nec ejus comes unquam relicturi sint. Quod ut facilè patior, ita cum fortunâ redire in gratiam nequeo, cui jamdudum succenseo, quod cum illa tua *Penia*, συνῆψε καὶ τὴν ἀφροσύνην μου τὴν ὑπηγενῆ injunxit, quæ mihi annos jam unde[illegible] omnium molestiarum, quas multas expertus sum, negotia mihi plurima exhibuit literis incumbenti, cum eam ut à me submoveam, nihil intentatum reliquerim. Utrunq; autem incommodum, adversæ scilicet valetudinis, & imminutæ rei familiaris: ideo mihi amici & cognati objiciunt, & veluti philologiæ vitio vertunt, quod in cunabulis neutram harum comitum novisse mihi contigit. Hæc occupatissimus ad te scripsi, & rus jamjam profecturus, ac viam iniens. Nè autem mihi vacationem esse putes à curis familiaribus, ego nunc duas villas duobus in prædiis ædifico, longè inter se distantibus, sed villas propè *Lucullanas*, ad quas cursitare mihi, ac ultrò citróque commeare necesse est, aut desidiæ culpam dispendio luculento luere. Id quàm facilè sit homini primùm studioso, deinde harum rerum imperito, & quod super omnia est, tenuiter pecuniato, tu ipse æstimabis. Vale, κεχρῆσθαι ἀγαθῇ τύχῃ, ut summam votorum habeas. *Parisiis*, Nonis Julii.

Eraſmus Budæo ſuo S. D.

Epiſt. 10. MIrum in modum delectatus ſum proximis tuis literis, eruditiſſime *Budæe*, erant enim non ſolùm eruditæ, quod quidem ut tibi perpetuum eſt, ita mihi jam novum eſſe non poteſt, verumetiam gratiis, leporibus, ſalibus, ſic undiq; ſcatentes, ut nemo ſit tam ἀγέλαστος, quin his legendis hilareſcat. Adeſt hic *Cuthbertus Tunſtallus* apud *Anglos* ſcriniis præfectus, ſui Regis nomine apud *Carolum* Principem noſtrum orator, vir præter utranque literaturam, quâ neminem ſuorum non ſuperat, judicio excuſſo, ac naris emunctiſſimæ, cum modeſtiâ quâdam inauditâ, poſtremò moribus feſtivis, ac citra gravitatis detrimentũ, amœnis. Huic (quo me beatum duco) ὁμεσπάνιος εἰμι. Itaq; crebrò tuis literis bellariorũ vice reficimur. Nam dici vix poteſt, quantopere vir is ſuſpiciat eruditionem tuam, quam alioqui nemo non admiratur, niſi qui non intelligit. Nam ſanctè dejerat neminem omnium τῶν νεωτερικῶν argutiùs aut elegantiùs ſcripſiſſe Græcè quàm *Budæũ*. At idem non negat tibi *Romanum* ſermonem non ſolùm eſſe puriſſimum, caſtiſſimúmq;, verumetiam uberem ac locupletem. Cæterùm ut paucis jam ad tuas reſpondeam literas, primùm moleſtis quibuſdam ὄκνοις καὶ ἀνηνύτοις negotiolis odiosè diſtentus, deinde ἀῤῥωστίαν ἔχων ob pituitam, næ tu familiariter & amicè facis, quod me ob neglectiùs ſcriptam epiſtolam ſic μαστιγοῖς. At vide quantum profecerim, πολυχρόνιος ὤν, malè ſcribere didici. Quanto tu conſultiùs, qui rectè ſcribendo καὶ τὴν ταχυγραφίαν es aſſecutus: quanquam eſt, quo crimen hoc partim elevare queam, partim in te retorquere, hoc eſt, ἀντικατηγορεῖν; primùm enim vide nè parùm civile ſit ab homine magnis voluminibus deſcribendis occupato, ad hæc cui nonnunquam uno die viginti ſint ſcribendæ epiſtolæ, literas accuratè ſcriptas, velut ab otioſo flagitare. Quòd ſi laborem iterũ mea deſcribere, prorſus impar ſim oneri ferendo: ſin id muneris aliis delegẽ, vix quinq; miniſtri ſuffecerint. Atqui uxor illa mea, in quam tu falſiſſimè ludis, vix unicum ali ſinit, adeò domi regnat imperioſa, domina veriùs quàm uxor. Jam quantopere te torſerit ſcheda ut vocas noſtra, neſcio. Illud ſcio tuam illam puram putam epiſtolam, tantum negotii nobis exhibuiſſe, ut mihi fuerit hiſce digitis denuò perſcribenda, quo poſſet primùm à nobis, deinde ab eruditis amicis legi, ſiquidem antea vix à me ipſo, à cæteris omninò non legebatur. Non tam ob id quod indiligenter ſcripſiſſes, ſed quod tuo more. Quanquam huic incommodo ſic facile medeberis, ſi curaris ut frequentes huc tuæ commeent literæ, ſic enim tua manus nobis reddetur familiarior. Quod λεπτολογήματα vertis in συγγραμμάτια, equidem protinus agnovi, risiq; *Ariſtophanicam* illam ἐπανορθώσεως τρόπον, ὃ κέκλοφας ἀλλ' ἥρπακας. De lucubrationibus noſtris amo te, qui mecum ſentias, tantum abeſt, ut ſim reclamaturus: verũ quod tu de *Copia* ſentis, *Luciani* dialogis, & *Catunculo* reſtituto, id ipſe de cæteris, item omnibus ſentiendum puto. Nam ut eſt majuſculum Adagiorum volumen, ita argumento quid eſſe poteſt humilius? Et tamen ita mihi videor in eo verſatus, ut ſuperiores omneis vicerim: quorum ſanè extent monimenta. Tum quæ functio poteſt eſſe in ſacris literis humilior, quàm ea quam nos in novo ſuſcepimus Teſtamento? Minoribus vigiliis conſtaturum erat nobis longè ſplendidius argumentum. At quid facias ſi his minutiis ſum natus? Neq; enim (ut mihi quidem videtur) tam reprehendi mereor, qui argumenta hujuſmodi ſuſcipiam, quàm laudari, quòd juxta præceptum *Horatianum* expendens,

—— Quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri,——

abſtineam ab his quæ ſuſtinere non queam. Tibi fortaſſis debetur venia, qui ſtudio quodam immodico mei cæcutiens, me poſſe credis quod non poſſum: Mihi laus etiam, qui meipſum meo metiens pede, mecum habitem, & nôrim quàm ſit mihi curta ſupellex. Jam periculum quod oſtendis nè nomen meum tot libellis obſoleſcat, id verò nè tantulum quidem me commovet. Quicquid hoc eſt, famæ veriùs quam gloriæ, quod mihi meæ peperere lucubrationes, æquiſſimo animo lubénſq; poſuerim ſi liceat. Alios alia delectant ſtudia. Et aliis in rebus alii valent. Nec omnium idem eſt genius. Mihi cordi eſt, in hujuſmodi frivolis philoſophari, in quibus & minus video nugacitatis, & aliquanto plus fructus, quàm in magnificis illis, ut ipſis videtur, argumentis. Deniq; qui unum hoc ſpectat, non ut ſeſe oſtentet, ſed ut proſit: huic non perinde refert in quàm ſplendidis verſetur, atque in quàm utilibus. Non refugiam etiam illo contemptiſſimo *Catunculo* contemptiora, modò ſenſero ad provehenda bona ſtudia conducere. Non ſcribuntur hæc *Perſiis* ac *Lalìis*, pueris & craſſulis ſcribuntur. Et vide, doctiſſime *Budæe*, quàm verum eſt illud *Flacci* noſtri,

Tres mihi convivæ prope diſſentire videntur,
Poſcentes vario multum diverſa palato.

Copiam quam nos contemnimus (nam hìc ſanè ὁμολογεῖν ſumus) complures ὑπὲρ τυχόντων laudibus vehunt: aſſeverantes nullum unquam opus à me ſcriptũ, vel æquè frugiferum vel dexterius. Quanquam hac in parte non ſatis video quomodo ſibi conſtet tua ſententia. Incuſas veras quod humiliora ſuſcipere argumenta, eáq; præpiperem inferioris notæ ſcriptoribus: hìc ſuggillas quod argumento ſuſcepto parùm reſponderim. Atqui longè diverſum opinor crimen eſt, ob jacentem, parumq; ſibi notum animum, indigna te aggredi: & ea ſuſcipere, quæ ſuſcepta ſuſtinere non poſſis. Nolim hæc in eam interpreteris partem, mi *Budæe*, quaſi quicquam tuis literis offendar, ſed quod non illiis benter cum amico feſtiviſſimo ſimul & doctiſſimo συμπαίζομαι καὶ συμφιλοσοφῶ. Titulus tibi videtur magnum quiddam polliceri: Cæterùm non probas, quòd ea ex locis ſumpſerim communibus, id ſentiens uti conjecto, è vulgatis ac paſſim obviis autoribus deſumpta. Sed quid facias, ſi præterea nemo quicquam de *Copia* præcepit? *Fabius* paucis attigit modò. *Trapezontius Hermogenis* compilator copioſe pollicetur de *Copia*; at cum pollicitantem uſque ſequenti mihi jam vertigo capitis oboriretur, nihil unquam de *Copia* comperi, quod alicujus eſſe momenti videretur. *Ventius* καὶ τὰ τῆς ἑρμογένους δύλλυδα magis quàm legi. Nec apud hunc reperi, quod uſui futurum videretur. Poſt editum opus, comperi apud *Rodolphum Agricolam* nonnihil: quem virum ſi fatorum invidia ſupereſſe voluiſſet, haberet *Germania* quem *Italis* opponeret, qualem nunc habet *Gallia Budæum*, ſed unum. Equidem videbam exemplis ex optimis

optimis autoribus allegandis permultũ majestatis accessurum operi, verùm partim horrebam voluminum magnitudinem, partim perisset utilitas iis quibus labor ille peculiariter desudabat: quando nunc quoq; passim queruntur literatores, argutius esse opus, quàm ut a mediocriter doctis possit intelligi. Jam verò quod te moveat mediocrium causâ, quibus nolis suam provinciã præripi, eodẽ argumento deterreri poteras, nè quicquam omnino scriberemus. Nam si magna suscipimus, ea præripienius majoribus, si mediocria, mediocribus, si infima, infimis. Quin illud nemo nescit, omnibus in medio palmam esse positã, qui artem tractant Musicam. Liberum est cuivis & post meã editam *Copiam*, de *Copia* præcipere. Mihi sat laudis est, quòd de ea vel primus prodiderim aliquid, vel diligentiùs & exactiùs cæteris, id quod ipse, ni fallor, non inficias ibis. Agè verò quàm falsum illud, quod scribis exemplũ tuarum literarum tibi domi servatũ in schedã, nè quando tecũ, ut ais, obsignatis literis acerbiùs agam. At quid tandem tibi profuerit istã tuo cautio, postquã ad judices ventum erit? Tu chirographũ proferes, ego item αὐτόχαρον, sed tu schedã, ego puram putam epistolam. Negare non potes, talem ipse vis videri: Sed τὸ λεπτολογημάτιον nimiũ fortassis diu λεπτολογεῖσθαι. Cæterùm ut seriis agamus, Agnosco nõnihil optime *Budæe*, meam indiligentiam, vel potiùs infelicitatem. Et tamẽ tuis animati literis fortassis audebim' nonnihil μεγαλορρημονεῖν, quod utinã tam feliciter succedat, quàm tu confidis: ὃ φαντὸς ἀνδρός. Nec omnes *Budæi* sumus. Non sum ex eorũ numero, qui nihil nisi quod ipsi faciunt, rectum putant. Suspicio tuã istam exactam diligentiã, animiq; sublimitatem, & argumentis & ipsa phrasi sese proferentẽ. Rectè hæc suscipit *Budæus*, qui præstare potest, cujusq; virium est, ex *Asse* τοιαῦτα, καὶ τοιαῦτα ἐκ παιδὸς πάλαισμα depromere. Decent hæc eum, qui de *Gallicarum* publica laude cum *Italis* μονομαχεῖ, cui cum *Hermolais* & *Pliniis* concertatio est; deniq; *Gallũ* ista decet μεγαλορρημοσύνη, non *Hollandum*, & ἵνα συλλήβην λέξω, *Budæum* decet, non *Erasmum*. Sed ô deum immortalem, quid ego audio? uxorem nè meam haud longè abfuisse à tuo cõtubernio? quanta felicitas vacare zelotypiâ. Utinam illa jamdudum aliquo demigrasset, non in tuas ædes, in quas optãrim omnes bonas felicitates simul commigrâsse, posteaquam eas tu gratiarum & omniũ virtutum domicilium ac sedem reddidisti: sed vel ad fratres *Franciscanos* hujus procos, vel ad alios, si qui vehementiùs etiam adament. Quãquã (ut jocari desinã) mea tenuitas mihi non admodum displicet. Alioqui licuerat jam olim augerè rem, ni semper hoc animo fuissem, ut mallem expeditã fortunam quàm amplã. Et magnus ille meus *Mecenas Cantuariensis* tantũ suâ benignitate suppeditat, quantum huic ocio, quantum huic animo satis est. Neque quicquam ambio apud benignissimum Principem meum: sed mihi parum humanum videbatur primùm tali Principi, deinde patriæ sic efflagitanti meum hoc qualecunq; obsequiũ pernegare. Illud mihi vehementer molestum, mi *Budæe*, adesse *Peniam*, non item adesse Philologiam, hoc est, umbram adesse, non adesse corpus. Fortunatissimus mihi viderer, si utraq; mihi συνοικοῖ esset. At vide nè cui quod scribis ἀσύμβολον videatur, tibi rem esse cum *Penia*, cum eodem tempore duas ædifices villas: eásque, ut ipse fateris, *Lucullianas*.

Porrò quod jocaris esse periculum, nè quando me deserat literarum amor posthea quàm contigerit inaurari; quod ad hanc sanè rem attinet, in utramvis aurem otiosum te dormire jubeo. Neq; enim aut hujusmodi sunt tempora, aut ejusmodi præsentis aulæ status, ut inaurentur, qui sic ambiunt, hoc est, qui penè fugitant. Hactenus exantamur & exhaurimur largiter, at auri nè tenuissima quidem adhuc accessit bracteola. Quanquam ut nihil unquam accedat, jam nunc omnia me debere sentio, vel optimo Principi Carolo, vel omnibus omnium virtutum numeris absoluto *Joanni Sylvagio Burgundiæ* Cancellario: qui talem quendam heroa præbet nostræ ditioni, qualem pridem ille vel tuo unius præconio futurus immortalis, à rupe forti *Guido* tuæ præstitit *Galliæ*. Τῷ ἐπιτηδείῳ ἀφορίαν διαπίστει ζητῶ ὁ ἀληθομύτης, ὡς ἰσοπέδῳ λέξω, cum meâ sententiâ dignus sis cui contingat τὸ ἐκ τύθου γῆρας. Sed spero fore, ut ætatis progressu commodior sit valetudo. Id quod haud sanè pancis usũ venisse scio. Nos præter ἀφορίαν non crebram modo, verùm penè perpetuã jam pulsat etiam τὸ χαλκοῦν γῆρας, νόσημα φυσικὸν, καὶ τέτε ἄνικα ἀνίατον. Ludis tu quidem totâ epistolâ: quæ res mihi non mediocrĩ voluptati fuit, ut quæ mihi testaretur *Budæum* non tantum incolumem esse, verumetiam alacrem ac lubentem. O te felicem, cui liceat ad istum modum frui literis! At non alibi magis videre mihi ludere, quàm ubi seriò jam agere videri vis. Negas tibi persuaderi posse, libros tuos à nobis legi, nisi si quis amicorum inter confabulandum ortã tui mentione, fuisset anagnostes. Adeón' me aut fastidiosum existimas, ut legere graver tam erudita? aut adeò inhumanum, nè dicam invidum, ut talis amici lucubrationibus parum delecter? Imò nè sis insciens, nihil est omnino tuorũ studiorum, quod non inter præcipuos autores nostra habeat bibliotheca. *Annotationes* tuas in *Pandectas* & *Assem*, oraculorũ instar habeo: ad quæ confugere soleo, si quid ambigo, nec ab istis vulgatis autoribus succurritur. Neq; verò me piget aut pudet, *Budæum* inter probatos jam & ævo consecratos autores testẽ adducere. Cur enim vivis hoc honoris invideamus, si modò promereantur? cur non potiùs id eruditioni tribuamus, quod vulgus tempori,

Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis,

Ut ait *Flaccus*? Loca tametsi jam ante non omnino indiligenter legerã, tuo monitu relegi. Ob primum illum non mediocriter tibi debent bonæ literæ, atq; harum candidati, quarum causam tam gnaviter agis. Vero verius est quod scribis: nulla regio non gignit eximia ingenia, si modò sint, qui foveant provehántq;. At iis quorũ arbitrio res ferè versantur mortaliũ, nihil æquè invisum, ac ea studia sine quib' nec homines sumus. In secundo sæpe demirat' sum tuam istam ὀξυδέρκειαν φραστικὴν παρρησίαν ἀεὶ τῆς ἀρχιερέως ἀνεπαισθήτως, sed primum ἀσφαλίσεως καὶ ἀκινδυνότητος δίκαιον ἐστοβαῖον. Deinde prodest hac quidem in parte, quòd à pancissimis intelligitur τὸ δῖγμα; siquidem cum ubiq; sic intendas eloquentiæ tuæ nervos, ut non *Midæ*, sed *Apollineis* auribus canere videaris, tamen illic datâ operâ λυκοφυΐαν τι miscuisti, *Loxian* quempiam nobis referens. Idque magis etiam facis in priore illa stomachatione: quam nec ipse quivi intelligere, quod res ipsas parum notas habeam, & tu nomina supprimis. Jam in operis calce mirè philosopharis, cum tuo *Deloino*, viro jam

olim mihi cognito ex *Coleti* prædicatione: deinde ex congressu quoque prius *Aurelii*, mox *Parisiis*. At hìc quoq; Deum immortalem, quâ vehementiâ, quâ libertate κεκλαβαχεύσας καὶ ἀσεφίλας εἰς τὰς ἱερὰς τὰς τινῶν. Sed illud quam festivum, exigis, ut de tuo ingenio pronunciem, quasi verò is sim, qui vel assequar rarissimas istas ac penè divinas animi tui dotes. De *Budæo* jamdudum eruditissimorũ hominum senatus magno consensu pronunciavit. Quorum sententiæ si subscripsero, quantulum fuerit hoc momenti, quod unius homunculi plebei possit adferre calculus? Sin dissentiam, quis ferat impudentiam? Cum tua lego, mi *Budæe*, videre videor locupletissimum quendam patremfamilias, non qualis fuit *Lucullus*, cui plura domi erant, quæ fallerent dominum, quemadmodum inquit *Horatius*, & prodessent furibus: sed non minùs diligentem, quàm locupletem, cui suæ opes & probè cognitæ sint, ac singulis in suos digestis nidulos, cuncta in procinctu sint, ac velut in numerato. Præstant hoc tibi partim accuratissimi indices, quos olim in hunc usum ad omnes tuos codices parâsti: partim atq; adeò multo maximè felicissima ista memoria, & quovis indice fidelior: unde fieri video, ut aliquoties insignium rerum hinc atq; hinc sese confertim offerentium copiâ velut obruaris ac degraveris, neq; finaris manum de tabula tollere. Atq; ita accidit fortassis, ut lector ceu conviva fastidiosulus alicubi modum apparatûs in te desideret. Ad hæc cum nihil usquam esse patiaris, nec in rebus, nec in verbis, quod ceu vulgo triviisq; tibi commune sit, hoc est, quod non insigne sit & exquisitum, éque penitissimis Musarum adytis depromptum, nusquam remissus, nusquam oscitans, sed semper urgens, & instans tibi: fieri necessũ est, ut non temerè tuis delectetur, nisi lector egregiè doctus, & idem otiosus, nec minùs interim attentus, atq; is plus propè laboret legendo, quàm tu scribendo. Nam tibi quidem eam facultatem diutinùs jam & exactissimus dicendi, scribendíq; usus peperit, ut ea quoq; tibi citra curam fluant, quæ nobis magno studio videantur elaborata. Jam animadverto te metaphoris ac parabolis impendio delectari: quas habes pleráſq; mirè raras, & insigniter argutas, sed quam semel amplexus fis, ab ea vix unquàm divelli potes: unde fit, ut cum totus sermo gemmeus sit potius quàm gemmis distinctus, nonnihil videatur à naturali simplicitate recedere. Atqui cum in iis quæ constant artificio, alios alia capiant: quod nativum sit, id occultâ quâdam vi tangit & allicit omnes, nec paulò jucundius irrepit & illabitur in animos hominum, veluti cognatum. Nam quod ubiq; πάνυ φιλόπαιγις es, à multis laudi dabitur, à nemine non facilè condonabitur: quanquàm φιλοσοφικώτερον est meâ sententiâ, sic de rebus & hominibus agere, ut mundum hunc communem omnium patriam esse ducamus, etiam si pulcherrimam orbis Christiani partem *Galliã* esse fatear. Ad hæc, dum in παρεκβάσεις eruditissimas simul & amœnissimas crebriùs expatiaris, & in his longulè commoraris, periculum fortassis est, ne quis morosior ita secum cogitet: præclara quidem hæc & splendida, sed ut olim, τί ταῦτα πρὸς τὸ δόγυσον, ita quid ista ad Assem? Cæterùm ego & video, ni fallor, & probo tuum hac in re consilium. Istiusmodi locos aliquot tibi paraveras, usurus simul atque incidisset occasio. Eos non incallidè miscuisti argumento quanquam alieniori: ut hac arte pariter & latèrent fallerentq; τοὺς βαβύλους, & legerentur ab eruditis & candidis, nec unquam intercideret interni ris rebus, vel ob solam utilitatem victuris. Unum illud non satis potui conjectare, quo tandem consilio opus tam eximium, & dubiò procul immortale futurum nemini vòleris dicare nominatim. Neque enim dubito, quin id certo aliquo consilio sit factum. Video quidem jamdudum, quàm sim ineptus, qui de tuo ingenio extrà omnem aleam censuræ posito quicquam judicem. Sed quid facerem? Ita jubet *Budæus*. Minus improbum arbitror, ineptire, quàm tibi parùm esse morigerum. Neque tamen hæc dixerim, quòd ullam ingenii dotem in tuis scriptis desiderem, aut ullo offendar incommodo. Primùm enim admodum sim incivilis, si me in corpore tam speciosо unus aut alter nævus offendat. Deinde sic amo *Budæum*, ut etiam si quis inesset nævus, is meis oculis blanditurus sit. Neque tamen usque adeò amore tui cæcutio, quin illud verè perspexisse me credam, nihil hactenus produxisse *Gallias*, quod cum ingenii tui monumentis in certamen venire possit, & tamen omnibus à tergo relictis, quotidie temetipsũ superas. Bene vale, καὶ καλόμματον ἀγαθῇ τύχῃ, ut summam votorum habeas, & tu mihi aliquando gratulari possis παλιγρύσιον. ego tibi *Lucullo, Bruxellæ*, quinto Calen. Novem. Anno Millesimo quingentesimo decimosexto.

Guilielmus Budæus Erasmo Roterod. S. D.

IDentidem literas tuas repeto, variè enim me affecerunt. Ὅτι μὲν γὰρ ὑφορώμην τὴν ἀληθινὴν τὴν σὴν, τήν τε ἐν τοῖς λόγοις κομψότητα ἀεπῆν, δοκῶ μοι χαλεύοντως ἂν σὲ καλαγελᾶσθαι, neq; enim usq; adeò stupidè mihi faveo, ut non mediocritatem meam agnoscam quam tu inter primæ notæ ingenia ponis. Ὅτε δ' αὖ πάλιν τὴν ὀπέκεινα τὴν πρὸς σε ἐρχαζομένην ἐν τοῖς συγγραμμάτων σῶν, τὴν ἐπιστολὴν δὴ τὴν ἀποδοθεῖσάν μοι παρά σου ἀναγνούς, οὐχ ὡς σπουδαγμένην ἀπεδεξάμην, ἀλλ' ὡσανεὶ ἐσπουδασμένην. Ex hac tamen opinionum alternatione statui mihi faciendum esse, ut vel εὐήθως πεπαίσθαι, homini Theologo potiùs me præbeam, quàm ut animo susp icaci de te malè mereri déque amicitia ipsa videar. Καὶ μὴν δὴ καλαγνῶναί μοι πανοῦργόν τινα ἧττον ἂν ὤφελε βουλαβοίμην ἄν, εἰ ἐνεμόστος χαλόντι χαλᾶσθαι τῷ φίλῳ σοι ἐκ ὀφείλων. Stat igitur sententia ita credere & confidere bonâ te fide scripsisse. Itaque magnopere triumpho legatum illum Regis *Angliæ Cuthertum Tonstallum*, virum (ut mihi fidem feciſti) in primis commendabilem eximiâ & amœnâ utriusque linguæ peritiâ, ultrò etiam mihi tecum testimonium præbere, præsertim quod ad *Græcam* eruditionem attinet: nam vestrâ amborum autoritate fretus, judicio meo ipsius interdum fidem abrogo, ut vel me quoq; Græcè scriptitare epistolia confidã. Ἐ γάμμλλον δ' ἤνδεν ἐμαυτὸν τινδεὶς τὸν αὐτομαθῆ, τὸν ὁμμαθῆ, τὸν ὡς ἔτυχε πεπαιδευμένον, τοῖς δ' νεωτεικῶν ἀνεμαστάτοις καὶ τῆς παιδομαθείας τετυχηκόσι. Id quod libens atq; perlibens fecerim ad te scribens, εὐνομοσύνῃ δήπε τῇ σῇ παβαρρήκεις δ' πάντ' ἀείσω. Totum enim me tibi indicare optimâ fide mihi certũ est: ut qui ante hac in utraq; lingua præceptore me tantum ac præle-

Epist. 11

ctore

ctore usus sum (id quod gemens refero) serò saltem melior censura tua fiam. Atqui si te aliquando feriatum nostris avocamentis sensero, exercebo te sanè frequentibus literis, vel ad odium usque. Καὶ μὴν, καὶ ἐγαγε ἡμᾶν ἠχεῖται ἀμφοῖν ⸀το τολὺ διαφέρειν συχναῖς γὰ ⸀εἰς ἀλλήλους ὁπιστολαῖς, ⸂ ἡμετέραν εἰς τὸπιον φιλίαν εἶναι ἀβεβήτον, καὶ γνώσιμον ὲν τοῖς ⸀πολλοῖς. Αλλ' ὄγαδε amabò te si quid exierit, vide ut sine captione nostra fiat: mihi enim errata ἀξιολοστάτων τυπεχάφων præstare te æquũ est, atq; etiã mea ipsius, si usũ ita venerit: præsertim si Autographis meis errata quoquo modo admissa (ut fit) oculos recognoscentis fefellerint. Quid ni enim id à te exigam, ut sartam tectámq; præstes existimationem meam? etiam si meritò te conquestum esse non inficior: quod uliochira nostra negotium tibi non parvum exhibuissent: quem epistolæ tuæ locũ cachinno effuso prosecutus sum. Ὅς γε αὐτὸς κακῶς χεφοχαφήσας, ὅμως ἐκαλεῖν σε κακοχαφίας ὑπόμνα, quanquam quod in te negligentia est, etiam est in me imperitia. Quare si mihi in posterum in eo indulseris, per me licebit, ut quoquo modo scribas, καὶ δὴ καὶ ἤδη μετα σὲ σωτίθεμαι ἐφ' ὥτε, αυτὸς μήτ' ἐγκαλεῖν ὕστεφον μήτ' ἐγκαλεῖσθ. Epistolam unam meã vidi inter tuas impressam, in qua cum multæ mendæ sunt, tum id molestum fuit, quod in fine *quinq;* legitur pro *quíq;*, id est, ὅστε, non parvo meo dispendio: quippe qui bis trium filiorũ pater & unicæ filiolæ, ad quinq; filios redactus sum, quasíq; jure duplici trium liberorũ imminutus. Proinde criminosam quampiam dicã impressori tuo dicam, nisi id mihi damnũ primo quoq; tempore sarcietur: atq; etiam tecum fortasse experiar, si ab ipso servare indemnẽ me non potuero. Περὶ λεπτολογημάτων jam te conquievisse puto, & nostram satisfactionem accepisse. Quin tu ipse incommodè interpretaris, qui id de scholiis in novum Instrumentũ, & rursùm de paræmiis intelligis, quarum ipsarum volumen tantũ abest, ut λεπτολογηματικὸν esse censeam, ut σεμνήν τινα λοσοθήκην καὶ ἀξιοθέατον esse autumem, utriusq; linguæ deliciis refertam & exornatã: & si verbo *Homerico* uti mihi permittis, σγαλβεοταν, tametsi ⸀παρὰ ⸂ δίοῖ⸃ ⸀πολὺς εἶ μεὶ δοκεῖς ⸀εἰς τὸ ⸀παροιμιολογεῖν, ut obiter te recriminer, qui me eo nomine notâsti, quòd manum tollere de tabula non nôssem. Næ illud perplacet, quod scribis nonnihil te monitis meis extimulatum, ἵν' ὲν τοῖς μετὰ ταὐτα, ὁπχειρήσης τοῖς μείζον⸃ ⸀φεγήμαι⸃ χωρητικοῖς. Agedum, ἀναδέχεμαι τότε ⸂ ἐγχειρήμαι⸃ κίνδυνον ἐφ' ἁπασι μι τοῖς εἰρήμασι. Τί γαρ ἂν ὁ καλοφώσας, ὦ θεῖοι πανάγαθοι, ὧν γε δὴ αἱ ⸀φέλται ἦδ φύσεων, καὶ εἰς ἄκρον τῆς ⸀παιδείας ἐξησκημέναι δυνάσθ' ἂν ἐφικέσθαι. Hìc tu delicias facis, mi *Erasme*, & pede, inquis, meo me metior, nec omnes *Budæi* sumus. Næ cavillatorem quendam facetum & callidum esse te oportet. Quasi verò quicquam mihi incommodius accidere possit, quam si pes meus cum eo pede componeretur, cui vix satis esse *Maximini* calceus possit. Ἡμὼν γεὼν ⸀παρ' ἀλλήλους διαφεμίαν δυσημέλητον ⸀σε φεὶνῆναι ἂν ἐπάναγκες. Enimverò demiror, deosculor, amplector, suspicio tuum istud tam acre, tam exactum, tam celere, tam præsens, tam sibi constans judicium. Ut me uno obtutu totum perlustrâsti, ut excussisti, ut penitùs explorâsti! Certè his literis omnem mihi spem fallendi tui in futurum præcidisti. Usque adeo omnes animi mei sensus velut quodam spècillo pertentâsti judicii acrimoniâ, & tanquam ad manum me absentem inspicis, introspicis, perspicis: mihi adeo notior ipse esse cœpi, ex quo tu me considerâsti, expendisti, æstimâsti. Ὦ ⸂ ὅσῃς ἀγχινοίας ἐυδαιμονεςάτης τε καὶ ⸀πάντων ὁπιλυχόσης ἂν εἰ σύγε ⸀πλεόνων τε καὶ μείζονων ὁπιβάλλοιο: si nostra illa iterum & tertium relegisses, & tu quivis alius, & non *Erasmus* esses, quid tandem ultra animadvertere posses? At ego certo certi⁹ habeo vix tibi vacâsse, quos tibi locos notaveram, vellicatim legere, occupatâ jam mente in urgente negotio. Sed scilicet (ut aiunt) leonem ab unguibus, me verò etiam, ⸀ἀπὸ τῆς τυχόντας à digitis primoribus. Hìc frontẽ perfricabo, καὶ ἐπὶ σῷ δικαςῇ ὑπολογίαν ὁσήσομαι ὑφιαιρήσοντι. Video enim quæ tu vitiò vertas, etiam si id dissimulas. Quæ & si meritò & acutè notâsti (quo nomine ingentes tibi gratias debere me fateor, qui hoc precibus meis dederis) non tamen deterrebor, nec committam, ut mihi vel in mala causa adesse & superesse non potuisse dicar, quippe qui sim unus ex bonis illis viris, qui causam inferiorem, dicendo facere superiorem non didicerunt quidem, sed discere conati sunt. Rem mihi tamen difficilem tu reddidisti, qui ita solerter & clementer officium inter amicum & emendatorem temperâsti, ut de te quidem nec queri possim si velim, ni improbior videri velim omni philocolace, sicque tibi nihilò seciùs utcunque negotium facessam, nè argumentum non habeas epistolæ meæ rescribendi. Ais quæ nativam simplicitatem redolent, meliùs & gratiùs insidere in animos hominum, atq; etiam intentioni magis & labori lectorum lenocinari: à qua simplicitate cum longius recesserim, necessum est, ut non temerè scriptorum meorum lectione delectetur, nisi doctissimus quisque lector, isque intentissimus. Hanc enim arbitror esse verborum tuorum sententiam, quoniam cum hæc scriberem epistola tua penes me non erat, quæ ut *Apellis* tabula quædam visenda per amicos circumfertur, qui mihi eam extorserunt. Cætera addis eodem pertinentia de translationum usu frequenti ac pertinaci: quod ipsum utram in partem acceperis latere me voluisti, certè intelligere non potui, etiam si suspicor. Tum illud addis, τί ταῦτα ⸀πρὸς δίονυσον; Hæc cum inficiari nequeam, reliquum est, ut excusare quoquo modo contendam, cum pœnam deprecari in animum non induxerim: tametsi ea criminosè non objeceris, utpote qui singulari dexteritate emendatoris usus, ea quæ planè vituperare jure tuo poteras, in laude interim ponas reprehendendo, ut hortari me magis certo quodammodo admonens erroris, quàm deterrere videare, & nihilominus circumspectiorem in posterum & emendatiorem reddere, si quandò auscultare meliori didicerim. Quid igitur hìc primum respondeam nescio, nisi si hoc dicam ἐσεπιδεῦδαί μοι ⸂ ἰδίαν τὴν δὲ τῆ λόγα ἦν οὐκ ἂν φὴς ⸀παδέξασθαι τὲς ὑπτιάχοντας τε καὶ τὲς ὑπτιδέξιμένος αὐτῇ βίβλῳ, τός γε μὴ ἄκρος ⸀πεπαιδιμένος, μηδ' ὁπιχόντας τὸν νῦν ἀτενῶς, sic referre mea id temporis existimabam, ut à paucis intelligerer: atque ità intelligerer, ut tamen si res ita tulisset, in vulgus essem inficiando, quod quisque me dixisse pro captu interpretaretur. Quare nonnulla ἀπεμφαίνοντα ὑφιστάδευσα, quæ magna ex parte lucidiora fient alterâ Editione ex persona ⸂ χολιασῆ, ἵν' αὐτὸς ὠπυνεὶ ἀρπιλικῶς ἔχοιμι καὶ ἀσφαλῶς, & nihilò seciùs animo meo obsequerer εἰς τὸ ⸀πρόθυ, id

quod tu ſatis intelligens *Loxian* illum Delphicum imitari me dicis. Noſtin' illud ſcitũ *Solomonis* δόξα θεῦ κρύπτειν λόγον; noluit enim ille ſapiens cum de arduis, & arcanis loqueretur à profanis intelligi, nè à delicatis quidem, ſicut nec cæteri oraculorum autores. At ſunt (inquies) quæ ab omnibus percipi intererat, neq; in iis te ſubmittis ad populare captũ, mirum, quin ad plebeiũ. Nam ne argumentũ quidem libri & explicatio earũ rerum, quæ ab *Aſſe* & partibus ejus manant, niſi à ſemidoctis percipiuntur, ac nè ab ipſis quidem, niſi attentè, iterúmq; legentibus. Nullum intractabilius argumentũ ſuſcipere, οὐδεμίαν πολυπραγμονέστερον ὑπόθεσιν ὑπόθεσθαι quiſquam potuit, & ad extremum proferre & abſolvere. Neq; id mihi primùm in mentem venit, ut aggrederer explicare. Nulla res ferè tot manus irritas experta eſt. Οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν δοκίμων καὶ ἐνδόξων τῶν τε καθ' ἡμᾶς, καὶ τῶν ἄνωθεν ὢν τυγχάνει· ἀλλ', ὡσ' ἂν ἕνα ἕυρωσι μὴ σφαλέντα ὑπὸ τῶν δεμελίων ἄχει τῶν ἀνωλάτω, ὅμως μόγις αὐτὸς τῶν ἀγνώτων σχεδὸν εἰς ὢν, τούτων ὕπως ἁπάντων τετυχηκέναι μοι δοκῶ, δι' ἕλοντε κατορθῶσαι, ὥσ' ἐλέγξαι τις πρεώδως τὰ σωλεταλυμένα ὑπ' ἐμοῦ, ἐκ ἂν φθάνοι πολλὴν ἀναίδειάν τε καὶ παῤῥησίαν ὄφλων. Quod ad reliqua pertinet, ſic ſentio, quòd φιλομελάφρων ἐμὶ id exemplo procerum Latinæ linguæ facio, qui tranſlationi primas partes in elocutione dederunt, iiſq; plurimũ ipſi ſcribendo indulſerunt, quod etiam φιλομείδαρος, ἐκ ἀνώγε τῶν πρέπων id feciſſe videor. Quis enim proborum & laudatorum ſcriptorum non grandia & dignationis, indignationiſve plena, ſublimiter & ſplendidè dicere conatus eſt? niſi ſi quis extandeſcere, & quiritari non grandi voce poteſt. Cum tua lego ἐν τοῖς σχληνοῖς, ἐν τῷ γλυκυς ἀπείρῳ πόλεμος: quem nobis arrabonem antipolemi tui dediſti, idem propemodum argumentum vario nos genere tractâſſe exiſtimo: ego τὰ ἱερατικὰ τοῖς πολεμικοῖς συγκεχυμένα, καὶ τῶν ὁσίων τῶν ἀνθρώπων τάξιν μεταχειρίζεσθαι τὰ εἰς τὸ πλεῖον ἀνήκοντα, ἐδυσέρεστα, δέον αὐτὸς κίνδεσθαι τῶν ἐπ' ἀρετὴν φερόντων: id argumentum à te acceptum videbor, ſi quis utrunq; noſtrũ legerit: cum eâdem de re eadẽ propè dicam. Sed tu ἐυλαβὼς, ὁμιλητικὰς, ἀγελαίας, δημαγωγικὰς, καὶ εἰς τὸπίναν καθεστηκότος, ἁρμοσθόλως δήπεθεν τῷ θεολογικῷ χήματι, ἔπερ σὺ ἀρτίως ἐπανήρησε. Ἐγὼ δ' ἀφελῶς, ἀδέως, ἐνθουσιαστικῶς, νεανικῶς, ὀλιγδεικτικῶς, ἐσχηματισμένως, ἐδδεδ' ἐκ ἀφειδοκάλως. Ταῦτα γὰρ εἶμαι ἐκ ἀσχημονεῖ ὅπῃ τῶν ἐλευθεριάσαιμι. Λέξω γὰρ ὅπῃ τῇ παῤῥησίᾳ εἰλοτιμησαμένε, ἣν σὺ ὡς ἀληθῶς φρασικλῆν ὠνόμακας. Proinde nec tropis, nec numeris, nec reliquo apparatu epidictico parcè uſus ſum: nec trãſlationibus, iis duntaxat, quæ ſe benignè, non quæ gravatè obtulerũt. Nam eas procaciter me accerſiſſe, aut corrogâſſe impudẽter, improbéve, tu ſanè non cõtendes, qui nôris me inſtrumento & ornamẽto non libenter uti *tranſlatitio* & *protrito*: nec morosè tibi videbuntur affectata, quæ ducuntur à me non trahuntur, aut vexantur, niſi me longè fallit opinio. Tu legibus aſtrictior, *Minervæ* tuæ inſervire te cauſaris, quam verè populare eſſe & coronæ jucundã tu rectè interpretaris: ego enim eo amplius & ſenatoriam eſſe dixerim & conſulare, ſiquidem tam populariter apud omnes ordines excipi ſcripta tua video, ut tibi jam invideã. Sed quid facerem? operis blandimentis captus, ut ſemel expaſſis velis abreptus ſum in altum, nec colligere vela, nec tenere modum fortaſſe velificando memini, ventis me permitto, & quò tulit cunq; ἐνθουσασμὸς auferor: interim etiam fortaſſe transverſus agor, ſicubi vehementiùs efferbui. Quod tamen ipſum judicii tui eſſe volo. Id demum meminiſſe videor, ut curſus tenorem eundem ſemper ſervem, ut ſemel cœpi impetum, aurâ utique eâdem à tergo jugiter aſpirante, ut velis maximè, non etiam remis incitari me ſentias, ſi propius acceſſeris, ὑδὲν ὡς εἶδα ἐειώτερον τὸ πνεῦμα ἐκείνε τῶν τῆς δόξης ὁρμαμένε. Hoc flatu (leni quidem ipſo etiam ſi valido) blandiente, jactabundè (ut opinor) & æſtuosè: ſed ſecundo tamen fluctu, minimèq; turbido deferri me judicas. Sed paucos lectorum aſſequi me poſſe dicis, tam procul emicantem ab eorum proſpectu. Sit hoc verum: non enim de eo tecum altercabor, id modò credere mihi permittas, qui ſemel aſſecuti fuerint, libenter in eandem contentionem, rationémque dicendi incubituros, & longè fortaſſe me relicturos. Tu in hoc certamine exercitatior, & artis conſultiſſimus, ita vela tua in poteſtate habes, ut leniter & compositè, & æquabiliter vehare per vada, per alta, per brevia, per ſcopulos, & etiam medio in pelago κὠ κατ' ὄρθν φερόμενος, non tam ſecundo fluctu, quàm flumine deferare. Rara eſt iſta felicitas. Neque tu tamen interim ὦ σεμνολογώτατε eâdem aurâ gloriæ non incitaris, ſed rationem curſus tui noviſti, & modicis commodioribúſq; velis uteris. Quare inter nos hoc intereſt, quòd quæ tu ſermocinantis more, & lepidè & feſtiviter dicis, hæc ego concionabundè quidem, non tamen immani voce, ſed exaudibili effero, vel etiam vociferor. Sicque fortaſſe ego vim affero, tu eblandiris & impetras: ego irrumpo, tu irrepis: ego παντελίαν ὑπομένων τῶν νεανικῶν, tu ἡμίσπλος: tu minore, ſed certo conatu; ego ingenti, reductíſque ſupra modum brachiis, non idem, quod tu, efficio. Denique quod oppugnantem, expugnantem, propugnantem deceat tu melius nôſti, palæſtrámque illam philoſophicam tenes, ego ἀπάλαιστος præ fervore deſtinatum impeto. Sint iſta ſanè vera, nihil, ut arbitror, ulterius de me cenſere potes. Sic apud illos majorum gentium ſcriptores, ſua cujuſque ſemper fuit nota: ſic ſemper natura tulit, ut vel vitiis noſtris indulgeamus, vel invitis nobis ſe proferant. Tutiora iſta, nec proinde exultantia te decent, ſed & grandia decebunt cum voles, & ad ſumma plauſibiliter aſſurges, denique nihil non aſſequere, ſi paulum adnitare; Nec minus ego te novi quàm tu me. Plus ego mihi impero, aut amplius, etiam ſi nihil ultra vires exigo: tu nimium tibi indulges, & intra facilitatem, ac citra impetum incitaris, quare ad nova ſemper capeſſenda integrum te omnes eſſe mirantur, nunquam fatiſcente animo: quippe qui nunquam ſpecimen ſui à ſeſe exegerit, & qui aſſiduo labore potiùs quàm intenſo documentum ſui præbeat, & ſi id alius præter te nemo efficere queat. Equidem calamum deducere meum ad vulgi humilitatem non tam facilè mihi perſuaſerim, cum hæc ἀξιωματικὰ ſcribo, non è medio ſumpta, quàm ad eorum imitationem concinnare, qui admirationem ſui poſteris reliquerunt. Si annotationes jam diu deſitas aliquando reſumpſero, deductiore filo utendum meminero, in ea textura quæ populari trutinâ omnino expendenda eſt, Copiâ neutrobíque deficior, ut arbitror. Sed hæc tibi faſtidium peperiſſe videtur, etiam ſi mihi indulgens, alienum magis judicium quàm tuum interponis. Eodem certe tendimus, niſi conjectura me fallit.

Καὶ

Καὶ γὰρ τοι δίκαιον ἂν εἰκάζειν, ὃ ἢ τυχοῦσαν, ἢ ὡς ἂν τύχοι μέτριον. Σὺ δὲ κἀγὼ μεταδῶς, qui nunquã interquiescis. Ἀμέλει ἐφάμιλλον ἡ ἀγῶνα τιθῶ, ἢ ὃν ἐν ἑξαέτει τῷ τῆς παιδίας μίμησις, ἡμῖν ἡδὺν πᾶν τοῖς γε τῶν καλῶν ἐρασταῖς ἀπέφηνε, κἂν ὦ φιλοσώφρων σὺ redigere te in ordinem non illepidè dudum cœperis, quo Theologum magis agas, aut istis Theologis tuam probes industriam. Id etiam tu (si diis placet) cum ad me scribens placere me mihi jubes. Quod autem τὸ φιλοσόφημα τύμβου τὸ κατὰ τὸ τέλος ἰσχάτως βίβλου, ὑδὲ ἀφυσίκλειον ἀφὶ ἡ ἀπίδιον τῷ ἀναγέιν δοκεῖ, (sic enim sentire videre) qui min' mihi quàm tibi cõnectere res diversissimas licuit? Tu *Silenos* & *Paulos* personas inter se dissidentes, planipedesq; petulantes cum heroica gravitate, & *Liberalia* cum *Eleusiniis* istius facundiæ glutino copulâsti, ad unguem exactâ commissurâ, oculosq; fallente: versatilemque ibidem scenam mundi ostendens, novas rerum facies, & antea inauditas stupentib' nobis edidisti. Τί ταῦτα ἀφὶς ἡ σειλλωὸν; ἢ ἀφὶ αὐτὸν τὸν Διόνυσον; adeò prò aris sanctissimis concionem habiturus non dubitâsti ἡ ἀφορμῶ themáq; (ut aiunt) ipsum ab Ithyphallorum propemodum carminibus mutuari. Idq; in rem tuam haud dubiè vertisti. Quid hujus simile in meo *Asse* legisti? cujus hunc esse scopũ intelligere te volo, ut patefactis prisci ævi conditoriis, claustrisq; omnibus reseratis, Ægyptiorum opes, & Chaldæorum (ut elogia vestra loquuntur) longo intervallo promptas, in publicúmque prolatas, ac ære nobis æquali æstimatas ab uno me collybista, multo majores fuisse ostenderem hominum opinione, & eas tamẽ quamlibet magnas, nihil aliud esse, quàm titionarii cujusdam opulentiam: eosq; qui hæc munera hodie omni ope persequuntur, de asini (quod aiunt) umbra contendere: quo ab errore cum philosophia vindicare studiosos sui possit, verámq; homini gloriam immortalémq; parere, quid in germana philosophia, quóq; ad eam pacto aspirare & evadere studiosissimi literarum possint, explicare dicendo conatus sum. Hæc cum de Tractatu *De Asse*, rebúsq; in eo proditis ita cohærere censeo, ut lumina cum umbris in pictura, si modò decenter & aptè ea, quam vocant harmogen, uti mihi contigit: utrum ista eloqui non totâ contentione potui, aut tantæ contentioni non omni ope, omnibúsq; adeò opibus asservire? Tuum est istud, qui per sublimia volare, aut raptim, aut remisè ita soles, ut alas non quatias: hoc tandem deprecor, ne mihi fraudi sit uno aut altero loco longiusculas digressiones fecisse: eásq; res velut emblemata locis quibusdam bisulcis inseruisse: quæ sibi non pinde opportunũ locũ privatim dicatis operib' invenissent, id quod ipse εὐσύνοπτον existimâsti. Latere tamen te nolo, librum eum *De Asse* alterâ editione publicatum esse: multò locupletiorem, si quando fortè tibi vacet non legere, sed evolvere, & singulis pagellis in quaterniones defungi. Quod sequitur, addubitare me facit. Video te (inquis) parabolis impensè delectari, quas & raras, & insigniter arduas habes: sed quã semel amplexus es, ab ea divelli non potes. Βέλει τετιωῦ τοῖς λόγοις συ πεπεσιδῶ ὃ τοῖς τοῖς ῥήτορας ὕσφ ἀν μὴ χρήσαιτο. Hoc enim rectè uti esse censebam, cum susceptam metaphoram non anteponerem, quã sententiam cœptam ἰμφατικῶς absolvissem: an id censeã, ut potiùs puto ὀρθῶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἰαυτῷ ἐναρμόττειν

μὲ καὶ ἐνδιαιρῖσθαι τοῖς δὲ τοῖς καλλωπίσμασι, ὡς τεκτονικῆ τινὰ κεκαχρώσμενον ἀπειρόκαλος τοῖς ἡ λόγοις ἁρμόσασι. Hujus culpa germana est illa, gemmeam esse potiùs, quàm gemmis distinctam orationem meam, ita ut nulla insignia emineant, cum summi volverint autores distinctam esse potiùs quàm aptam orationem: primum respondere possim si velim, me ita censuisse, digressiones illas libro insertas, & finem ipsius libri, velut insignia quædam etiam esse & lumina obscuri per se tractatus, cum alioquin ponderum & nummariæ rei explicatio, & mensurarum scrupulosa investigatio refractariam lectionem haberet. Juvat apud te, mi *Erasme*, causam dicere, velut reus factus sim apud te literarum censorem: ob exemplum à me proditum prælautæ cujusdam prænitentísq; copiæ ac luxu redundantis, contra morem institutúmque majorum, quorum haud dubiè placitis, pro legibus doctissimorum ordo utitur. Equidem non adeò vitiis meis faveo, ut si ita vel ingenii mei, vel eruditionis ratio tulisset, non culpa carere mallem, quàm culpam deprecari & excusare: verùm cum id mihi non contigerit, secundam esse sortem puto in liberaliorem partem peccare. Quis enim non malit luxus ac munditiæ profusæ, quã sordium aut frugalitatis jejunæ postulari? Scripsi aliquando tibi villas me *Lucullianarum* æmulãs ædificare: tu me etiam cum *Lucullano* quodam patrefamilias componis, sed qui suam suppellectilem nôrit, & promere ad usus quamq; suos didicerit: hanc esse non minorem laudem puto, quã si licentiore hac ætate *Pisonem* quendam frugi me esse dixisses: nihil est omninò quod tibi succenseã ὅτι διαπτύλῳ ἐοικέναι, πλέον μὲν ἀφὶ χάεος, ὑδὲν ἧ ἀφὶ ἐπήρειαν ἀτοφηνάμενον, ὑδαμῶ ἧ παρεγκλίνοντα ἀπὸ ἧ καθάκοντος, δεῖ ἧ ἡ ἀληθείας λόγου ἔχοντα. Ἔξον γάρτοι ἀφεῖναι τινὸς τιμαδικὰ μοι εἰ κειτικὸς γε τῖς ἐμοῖς συγγράμμασι καὶ ἐπιτρασικῶς ἀφορμυλίγξο, φάντα δὴ σὺ τὰ ἁμαρτήματα μοι τῇ φιλίᾳ κατεχαρίσω. Καὶ μὴν ὑδεὶς ἂν ἔτιμα ἧ σπουδαῖον ἀντεῖπε μὴ ἐχὶ δεῖν τῷ σῷ ῥητόματι ἀκολουθεῖν, καὶ ἀφοδίδς, εἰ σοί γε τῶν ἡδέως, τερφθολογίαν τινὰ ἐκμαζόσαν ἐμὲ κατηγορήσει. Νῦν ἧ τῇ σῇ κεχαρισμένῃ ῥίφῃ ἀντὶ ἧ δίκας δίκλω ἧ τολμήματος καὶ δόξαν δὲ ὅσουμι ἐρᾷ τῖς ἡ ἐπιτλῶ ἧ εἰμὶ ἀναγνωσμάτων. Hacten', ut vides, τὰ κατ' ἡ ἀπλεγίαν. Ἤδη γὰρ ἐξίσου σοι κατηλογῶμαι. Custodem equidem mihi me apponere ipsum soleo, & ad scripta mea, quasi aliena accedere ex intervallo: haud dum tamen pœnitere mihi contigit, quòd naturæ servierim & ingenio obsecutus sim: mihi enim quoq; scribo, non tantùm scenæ servio & populo, quanquàm ab Orchestra maximè plausum peto, in quâ tu primarium locũ obtines: & ista hæc me magis capiunt, quæ cum argutè, tum splendidè dicuntur, quæq; primo aspectu, non ita lectori obsequuntur & asserviunt, ut celeri lectione perfunctus ad ulteriora deproperet: cum aculeum nullum in futurum relinquant, sed in præsens tantùm mulceant. Tu mirè mediocritatem illam tuam retines, quam lectores ut avidè devorant, sic diu fortasse non regustant, nec iterata sæpius lectione persequuntur, quasi tu sentias quæ faciliùs manduntur meliùs ad stomachũ facere; sed ego non præsentem tantùm voluptatem attendo, in posterum prospicio, & ad fastidiũ copiæ eximendum acrimoniam pro sale esse puto. Scilicet tu rationibus tuis servis, & vides quid istud χῆμα deceat. Itaq; extra præscriptum palæstræ

ſtræ tuæ non profilis: ego iſtâ rèligione ſolutus & obſervatione, quid ni latiùs exultantiúſq; expatier? Nec tamen unquam ita adnitor, ut ὑπὲρ τὰ ἰσχνμμένα emicare cupiens, virium rationem non habeam impetum capiendo. Geſtientis eſt iſta ingenii culpa, ſtylo nimium indulgentis, ſeſéq; paſcentis opere, non animi vitium ſibi ultra vires imperantis. Id quod tum demum ſentio, cum fervor animi conſedit: id eſt, longo poſt tempore. Neq; verò tu ſemper alienus ab hac animi affectione fuiſti, nec ego non poſſim in alio genere à me operas exigere, ſi id alia poſtulârit ratio. Id quod ex dialogo noſtro cum *Deloino* in fine ejuſdem libri intelligere poteris. Porrò autem aliquando commonefactus à te, vel ætate melior factus, tui ſimiles imitabor κεκελασμένως ῥήτορας καὶ πρὸς ἀκρίβειαν τὴν φράσεως ἐσμιλάμενος, τῷ ἢ τὸ ἐγκατάσκηπτον τοῦ λόγου καὶ τὸ μὴ ἀπλῶν ἀσπάζεσθαι, πρὸς ἡλικίας εἶδος τὴν νεανικὴν ἠγῆσαι, etiam ſi anno duodequinquageſimo proximus eſſe cœpi, οὐδὲ δὴ ἀπεικὸς τοῦτο καὶ ἀφεσηκὸς σύγε εἶδος φήσειας ἄν, ὧν χάριν προσειλόμην. Τῶν γὰρ ἐμοὶ ὁμολογουμένων τὴν καὶ πρὸς πολιτιανοειδῶν οὐκ ἐᾷ ἕκαστος τις ἂν ἀπρεπῶς ταῦτα, ἐάν τε πολυτέλειάν τινα ὑποπτεύουσαν ὑπαλλήλων ὑμῖν οἱ θεολόγοι τε καὶ σεμνοπρεσβευτῶντες. Τέτυφε τοίνυν ἄγαθαι τῆς πολυμαθείας καὶ πρὸς λόγων ἐνθάδε συ. Sed rurſus tu in me apparatus modum deſideras. Ita non genere peccare me cenſes, ſed exuberantiâ. Sic ſum certè, promere religiosè non ſoleo ex copioſa penu: nec tu non habes locupletiorem penum, ſed circumſpecta ſenectus frugi te, non natura fecit: circunciſiorem etiam te indies facit inſtitutũ theologicum: quod adeò credo omnes gloriæ ſtimulos tibi aculeóſq; eximit, ut jam nec famæ, nec exiſtimationi magnificè ſervias, dum modò publicè proſis: ſic mihi omnino credere imperavi, ne non in omnia tibi obſequar. Quanquam exiſtimem alioqui non tam malè te odiſſe *Peniam* illam tuam conjugem, quàm perditè amare pellicẽ ejus *Eucliam*: nec immeritò, cum te velut umbra quoquò ſequatur gentium. Hìc pergis argutari, vel ἀπλικίζεσθαι potius: ſi magna (inquis) ſuſcipimus, præripimus majoribus: ſi mediocria, mediocrib⁹. Quid ſi quædam ſunt, quæ tu unus poſſis abſolvere, & interim dum tu mediocribus operam iſtam navas, aliquid tibi acciderit? (Id quod divi illi avertant ſacroſanctæ diſciplinæ præſides) quis hoc damnum mundo ſarciet? Non manes tandẽ tuos ob hanc culpam pœnas daturos putas, qui talenta iſta tot tantáq; non in rebus primæ notæ & indicationis ſummæ occupas? Id quod Euangelicum dogma præcipit. Equidem ſic contendo: Ὥστε ὁ τῶν τυχόντων δεῖ τῶν μειζόνων ἀπλοῦς, ὁ δὲ δὴ πρὸς ἐρεξῆς τέτων, ὧν αὐτοῖ οὐκ ἐφικοιντ' ἄν, ὅτωτοι δήπου δεῖ τὰς τέτων χειρίνας τάγε αὐτοῖς ἀναλόγως ἔχοντα πρὸ πάντων ἀναιρεῖσθαι, καὶ τὰς δὴ ἂν ἐξοχωτάτας, καὶ τοῖς ἐξαιρέτοις γε καὶ ἐνδόξοις πρὸ συγγραμμάτων ὑπερτεθεῖσθαι, οἷς δὴ σὺ σωτεξιλαζόμενος, ἀτάκλως ἂν δοκοίης τὸ μειζόνων καὶ τὸ κατωτέρω τέτων ἐπιλῆσθαι. Τὸ τόγε οὐκ ὅμοιον εἶδος φαίη τις ἄν, ὡσανεί τις ἄρα ὕπορος ὢν πρὸς εἰς τὸ ζῖον τὸ πολυτελὲς, ὕμως τὰ ἐν τριόδοις ἐγκαταλελειμμένα πρὸ παρατυχόντων ἅρμοια ἀναιρεῖτο. Venio ad illud quod villas *Lucullianas* ædificâſſe me argumentum eſſe dicis, non eſſe mihi *Peniam* tuam familiarem, ἀλλ' ἔγωγε τοῦτο ἐλεγχον εἶδος ἕτοιμ' ἂν εἰπόντος ἐξελέγξαιμ' ἂν τὸ δραπέτης ἐκείνε πλούτε ἐν κόρραις ἀποφυγόντος, τὸ πενίας δηλαδὴ τὸ σῆς εἰς τὸ ἐμὸν εἰκίαν αὐτ' ἐκείνε εὐθέως εἰσρᾳδεσης. Εὖγε τὸ δεινότητος ἐμοῦ. Ὁρῶ ἐλεγτικὴν ἀπεργάζει ἐμὲ ἡ ἐπιστολή σε ἐνδυμημάτων γέμουσα, διαμιλλώμενον δήπου σοὶ πολυῤῥητίᾳ τῇ δυσελέγκτῳ. *Deloinus* noſter, qui jam tibi bonâ ex parte factus eſt, ad te ſcribet (quantum ab eo intellexi) amiciſſime. Literas enim tuas ei pluribúſq; aliis oſtentare ſoleo, tantámq; amicitiam inter amicos deprædicare. Quo maximè nomine fidem meam & autoritatem tueor inter eos homines, qui te *Varronem* eſſe memoriæ noſtræ autumant, niſi quòd plus eloquentiã amplecteris. Ibi ego tametſi aliquantulum tibi invideam, tamen in univerſitatis ſententiam ut eam neceſſe eſt: non pedibus modò, ſed & ore, & omnibus ſenſibus: uſqueadeò iſtâ ſtyli puritate, & ingenii amœnitate omnium puncta emeruiſti. *Ludovicus Ruſæus Pariſinus* ſuppræfectus, quamvis in juris ſtudio verſetur, ob munus judicandi quo fungitur; naturâ tamen totus ad literas amœniores fertur, in quibus jamdiu tyrocinium poſuit, in compoſitione facilis & elegans. Is mihi omni genere officii conjunctiſſimus eſt, ut jam *Deloinus* ipſe noſtræ non ſit familiæ notior & foribus, ac neſcias utrius jam limen magis teram: hos pro *Pomponio* & *Bruto* haberem, ſi aliquâ ex parte *Ciceronis* ſimilis eſſem; totóſq; jam poſſiderem, niſi tu abſens in meorum amicorum poſſeſſionem invaſiſſes, ὦ πάντων τῶν ἐνδόξων πλεονεκτικώτατε, quos tamẽ ipſos cum nec vi, nec clam, nec precario poſſideas (ultrò enim ſeſe ingerentes tibi poſſides, & palã ſeſe addicentes) non eſt quod tibi judicem aut recuperatorem feram, apud quẽ tecum interdicto contendam. Itaq; jam tecum ſocietatem amicorum coeo, ſi per te licet: præſertim cum me etiam ipſum, non meos tantùm, tuum feceris: ut jam ſit illud inter nos pactum non vulgaris amicitiæ, his verbis bonâ fide conceptum: αἱ ἢ σωνθῆκαι ἡμῖν σωτεθείσαν ἐφ' ᾧ τάτε πάντα κληρόμεθα κοινὰ, καὶ τὰς φίλας κοινὰς ἕξομεν. Tametſi video in hac me ſocietate non æquas partes laturum ὐδὲ τὸ δικαίων τελέσομεν. Siquidem illi ipſi jam tuorum ſcriptorum amantiores cupidioréſq; facti ſunt quàm meorum: quapropter tuam gloriam non modò noſtris, ſed etiam omnium propè dixerim æqualium luminibus officere intelligo: uſque adeò ab omnibus adamare & ſuſpicere, ut ne obtrectare quidem hìc tibi quiſquam audeat, ſi maximè cupiat. Quòd librum noſtrum nemini privatim dicavimus, malo te cauſam quamvis ſuſpicari, quàm à me certiorem fieri. Obviã aliquot jam menſibus *Jacobo Fabro* factus ſum, dum villam meam viſerem: is tunc me oravit, ut verbis ſuis te ſalutarem, excuſarémq; adverſam valetudinem ejus, quòd ad te non ſcriberet: tantâ enim infirmitate erat, & adhuc eſt hodie (ad me enim hodie amicum quendam ſuum miſit) ut ne epiſtolam quidem dictare poſſit. Nôſti hominem eſſe non modò doctum, ſed etiam probum. Finem hic, ut arbitror, epiſtolæ faciam: licèt ſummâ voluptate oblecter ad te ſcribens, mœſtitiámq; animi mei ex infirma valetudine fruſtrer: ſed heus tu, literas tuas etiam ultimis longiores, hoc labore paciſcor, ac jure meo poſtulo. Spero autem te ab editis illis *Hieronymi* voluminibus aliquid ſumpturum laxamenti, καὶ μεταξὺ σχολάζοντος ὑμᾶς ἀπολαύσειν σε. Mi *Eraſme*, *Eraſme* mi, imò verò *Eraſme* noſter, πρὸς τὸ φιλοσοφίας, τὸ ἐρωμένης κοινῆς ἡμῶν. Πρὸς τοῦ διὸς τοῦ φιλίε, πρὸς τὸ δόξης σε τῆς θαυμασίης τὸ τῆ ἡλικιωτικῆ εὐκλειαν (ἀπεὶ ἢ φθόνος) ἀφαιρεῖσθαι.

δοκεῖ.

ἡλικιῶται, περὶ ἃ δυσκόλως ἂν ταῦτα ἐνηνέμιαις ἢ ἐν ἐπιτῆδ καὶ χαλόν τι ἀνεζόμενος, μὴ ἀνάγκης, μὴ αἰσχύνης, μὴ ἀφορμιστέρας ἐπιβάλλον τι, καὶ μεγίστης ὧνπερ ἐμοί τε καὶ τοῖς φίλοις μοι, καὶ πολλάκις τοῦτο ποιῶν, ἵνα ὅσον τοιοῦτον καὶ σπουδαῖον φιλογυμνάσιον: sic deniq; ista tua uxor *Pario* invisa tibi, longissimè à te facessat, sic tibi nuncium remittat, sic connubernium renũciet, & semel te tuámq; domum aversetur, ut tu in hoc mihi obsecutus fueris. Ἐκεῖνο δ' ἴσως μὴ ἧττον μαθήσασθε ἐπιχωρῆσαι, ὅτι μοὶ φίλων ἄγαν τὰ εὐδοκιμοῦντα οὐδαμοῦ. Ἥδιον δ' ἀγαθῇ τύχῃ λίχνευε, ἢ τὰ φίλα κεχρῆσθαι γὰρ ἐμοὶ ὃ φιλόχρυσος γάνυται, ἐμοὶ δ' ἡδὺ δοκεῖ τὰ βέλτιστα χρῆσθαι. Χρεία γὰρ τοι τῶν δυσκόλων, χρῆσθαι ἀνδρὶ δίκαιος τύχῃ ἐξήμαδε χρήσιμος, ἄλλως δ' αὐτάρκης καὶ μεγαλόδωρος φιλοσοφία ἴδιον ἐκείνης ἐμοὶ χρείᾳ τοῦ ἐκείνου: juris autem conditores τοῦ δικαστῆρα καὶ εἰκαστῆρα longam possessionem vocant, quâ rerum dominia quæri statuerunt τοῖς κολῦ πέρυ χρόνου. At ego jam annos quinque & viginti bonâ fide servio studio literarum: ὅτε καὶ πολλάκις ἀπορῶ, ἐπίτε ἀδολε ἐν χείρῃ χρῆσθαι μοι δοκεῖ. πίνεις δὲ ἡ ἱερὰν μοι φιλοσοφία τῷ ἐμῷ φρενῶν κεκρᾶσθαι, αὐτάρκης αὐτὴ χορηγέσαι ἐμοί τε καὶ τοῖς φιλτάτοις μοι κατεπαγγελλόμενον. Ἐνθάδε δ' ἂν σῶν ἡμέρας καθ' ἣν ἂν ἐπίλαι τύχῃ ἀφικέσθαι τε καὶ ἐπιτυχεῖν τούτου, τότε δὴ τότε ἀναδήσομαι τὰ ματαιολογίας αὐτῆς (εἰ θέμις εἰπεῖν) ἐπιθυμιδομένης μᾶλλον καὶ φιλοτιμούμενος ἐπὶ τῇ παλαιστρᾷ σοὶ τοῖς ἐπιτυγχάνουσιν. Ἀλλαμὼ ἴσως ὑμῖν τοῖς ματαιολογοῦσι τε καὶ τοῖς ἅ σοφῶν συγγράμμασι ἄπτεσθαι ἀπιστοῦσι, τὰ ἀγωνοβόλια δὴ ἐλπίδων. Ἐν γὰ τῷ βίῳ τοῦτ' ἐνεκάδες ἐρίζουσι. Ἡμῖν δ' τοῖς μὲ ἔτω τὰ φιλοσοφίας κρατῶν ἀπολαύσιον, ἃ τε σωφίσματα γυναικὸς καὶ τὰ φιλτάτων ἀγάπη παρανοχλεῖ. Quod si quando isti inauratores vendicare te sibi institerint (abfit enim ut ultrò in eorũ te servitutem & mancipium addicas) ipsa hominum vel virorum potius assertrix philosophia, quæ mihi hactenus in judicio assertionis affuit, πεφυγέσθαι οὐ δὲ ἔτι τοῦτοι τὸν δολαγωγοῦντας, καὶ τῇ μακρυτάτῃ χείρι ἀμυνομένῃ ἀντιχωμένῃ σὺ δικαιώσεται. Sin tu ἰδιολαλήσῃς αὐτὸ status tui controversiam pati non recusaris, aliudve quippiam in istius doctrinæ suggillationem admiseris, denuncio me tibi obloquutorem acerrimũ futurum, ne dicas non prædictum. Eo die quo hæc scripsi post meridiem, *Ascensius Badius* deducendos ad me curavit nobiles duos viros: alterum *Neapolitanum*, alterum *Hispanum*: quorum nomina si tenerem, huic epistolæ inseruissem: ii amore literarum ducti, ad me se venisse aiebant, famâ (quantulacunq; est) nominis nostri excitati: his literas ad te daturum me spopondi, avebant enim te videre, ut ex iis intellexi: habebam epistolam in scheda compositam, hanc in pura charta iterum mihi scribere necesse fuit: & quoniam postridie manè discessuros se dicebant, post cœnam lucubrare, id quod nunquam soleo, homo scilicet gravedinosus, ut si quis unquam. Si igitur hæ ad te pervenerint, facito ut primo quoq; tempore sciam, ac me laborem perdidisse doleam, & *Deloinum* nostrum qui ad multam noctem literas ad me misit, quæ tabellarium expectabant. Κακοζηλίας σφάλματα non necesse habeo deprecari, cum & noctu & festinatè scripserim, oculis cæcutientibus post cibum. Ἔρρωσο πάλιν φιλέων, qui te non *Budæum* esse dicis, sed *Erasmum*, nec cujusvis esse, id est tui *Corinthum* adire. Vale etiam nunc iterum χὴ διατίνει τὰ περὶ τὸν ἡμαλὸς λόγον χὴ σοφιεῖν διδ-

Datũ Parisiis VI. Calend. Novemb.

Habeo annotatiunculas aliquot in Novum Testamentum, quas annotationibus in Pandectas, quas aliquando editurus sum, inserendas servabam: sed post te verbum nunquam faciam, ne absurdus esse videar, si post *Homerum* errores *Ulyssis* scribam, & alioqui ne improbitatis me damnem. Si tibi igitur usui futuræ sunt, donabuntur ne pereant.

Facito me certiorem post hæc ubi futurus sis.

Erasmus Rot. Guilielmo Budæo suo S. D.

NÆ tu homo πάνυ φιλοπόνως munificus es erudi- *Epist. 124*
tissime *Budæe*, qui pro tam indocta epistola, tam eruditam; hoc est, juxtà *Glaucum Homericũ* pro vix ærea reddideris plus quàm auream, tum pro mediocri tam uberem, tamq; prolixam: imò non epistolam, sed volumen: atque, ut melius dicam, thesaurum. Ὅ φίλαι μοῦσαι, quantum illic eruditionis, haud quaquàm trivialis! quantum eloquentiæ priscæ, nec hujus omnino seculi! Quid non ibi deliciarum? Quid non leporum? Ut prorsus hic *Budæum* agis? Ut insigniter teipsum exprimis? Hanc meam sententiam complurium calculis approbarem, ni tam paucos haberet hæc regio, qui tuas bilingues literas queant assequi, ne μονογλώσσους quidem admodum intellecturi, ni fallor. Certè *Cuthertum Tonstallum*, cujus unius judicium mihi quantumvis frequentium comitiorum instar est, ita rapuit, tenuit, afflavit tua epistola, ut prorsus non legerit, sed devorârit, ut terq; quaterq; relegerit, nec omnino potuerit ea nisi conviciis è manibus hominis extorqueri. Quod ni de repente à Principe *Carolo* ad Cæsarẽ *Maximilianum* fuisset avocatus, magnísq; mox negotiorum undis obrutus, jam adornabat ad te scribere. Nec enim arbitrabatur convenire, ut cum viro non literis tantùm eximio, támq; exquisitæ ubiq; diligentiæ, neglectioribus literis amicitiam auspicaretur, cum ego tuam exaggerans facilitatem, autor essem ut interea scriberet, ὅ τι ἂν ἄχαρι δοκῇ γλῶτταν ἔλθοι. Verùm ille quo doctior est, hoc penitiùs tuas dotes perspicit, atque ob id religiosiùs quàm ego suspicit, ac veneratur. Jam meum judicium quanti fiat ab aliis nescio, tu certè non potes omninò rejicere, qui ultrò efflagitaris, qui τούτῳ τῷ λειτῷ imposueris, ac me tuarum lucubrationum *Aristarchum* feceris. Equidem haud pono meum nomen in eruditorũ albo. Inter tuos autem amicos sic ambio numerari, ut cætera quamlibet inferior, studio tamen tui nemini cessurum me recipiam. Nec tamen usq; adeò sum à Musis ac bonis literis alienus, opinor, ut non aliquo modo perspicia rarissimas istas, ac penè divinas opes ingenii tui, quando quæ insigniter eminent atque elucent, vel à lusciosis cerni solent: nec rursùs intantum tui studio cæcutio, ut amore exoculatus parùm rectè dispiciam, id quod tum accidere solet, quoties judicium ex amore nascitur. Cæterùm ubi contra amor à judicio proficiscitur, tantũ abest, ut oculis captus sit, ut nihil sit oculatius: firq; tum ut quo impensiùs amamus, hoc & perspiciamus acrius, & certiùs judicemus. Jam olim mihi videbar odorari tibi certamen istud susceptum cum *Italia*, pulcherrimum quidem illud, sed idem longè difficillimũ: at ne quid fingam, propemodum desperabam successurum.

cessurum. Nunc adeò successisse video, ut nemi-
nem hâc ætate putem esse apud *Italos*, tam improbum, sibiq; fidentem, qui super ista sanè laude cũ *Budæo* congredi, manúsque conserere sustineat: quod quidẽ & citra invidiam, & cum *Italiæ* pace dictum velim, cui cum faveo multum, tum tribuo plurimum. Quis enim jam in hoc certamen velit descendere, postea quàm videmus egregios illos heroas, & omnium cõsensu prorsus inimitabiles, *Hermolaum Barbarum*, & *Angelum Politianum*, pari utriusq; literaturæ facultate copiáque, longè abs te superatos? O felicem *Galliam*, quas cristas tolleret si suas opes ipsa nõsset? Sed ita ferè est ingenium mortalium, ut inquit *Flaccus*, virtutem præsentem si non odimus, certè negligimus, sublatam ex oculis quærimus invidi. Quod si fiat ut qui nunc meus est sensus, idem est universæ *Galliæ*, nimirum *Budæus* ille in omnibus basilicis ἀλοχευτος staret: quanquam ille quidem, dimius victuris statuis, in omnium eruditorum pectoribꝰ consecratus dicatúsq; semper stabit. Atque hæc quidem aliis adulantiùs, aliis arrogantiùs à me dicta videbuntur sat scio: sed iis modò, qui tuas exquisitissimas lucubrationes, aut nõdum cõgnõrint, aut certè non assequantur. Quorum utrunq; quisquis fecerit, is me protinus utroq; crimine liberabit: Et post hoc jocaris τί γὰρ ἄλλο, nos tuis officere luminibus. Dicam paucis quod sentio, mi *Budæe*. Si quid hactenus obstitit tuæ gloriæ, nihil aliud in causa fuit nisi quod perpauci mortales novam istam ac retrusam eruditionem adhuc assequuntur: quod simul atq; contigerit, dispeream, ni tu protinus nominis tui fulgore, & oculos perstringes omnium: & quotquot sunt usquam, qui nunc illustres habentur, laudem obscurabis. Nec ulla tamen nobis in te competet actio, ut me quoq; interim ponam inter eos qui alicujus sunt nominis, hoc est, ὡς ἀληθῶς τ' κόρχορον ἐν λαχάνοις. Nam in vestro foro qui plus justo tollunt ædificium, suum commodum vicinorum incommodo comparant, & alienis damnis ipsi πλουτεκτῶσιν. Hìc è diverso, & qui lumini officit alieno, beneficio juvat, non damnum dat: & cujus luminibus officitur, non ille quidem minùs habet lucis, ac fortassis aliquanto plus, sed quod habet, id jam minùs eminet. Itaq; nulla hìc damni dati actio, non herculè magis, quàm sit stellis minoribus subitò solis exortu, conditis atq; evanescentibus. Et tamen videas quosdam adeò perversè invidos, ut sibi detrahi judicent, quicquid aliis accreverit. Ego porrò quantúmvis cætera δυσυχῶν, tamen hoc animo mihi videor non omninò infortunat', quòd amicorum gloriâ magis etiam delecter, quã meâ ipsius: & inimicorum celebritate non urar, modò prosint aliqua bonis literis. Atq; utinam is sit jam nunc, quem brevi futurum auguror, meliorum studiorum successus: ut *Erasmus*, cui quidam eruditionis nonnihil tribuunt, eloquentiæ mediocritatem, neq; scire quicquam, & prorsus infans atq; elinguis esse videatur. Jam ut carptim ad aliquot epistolæ tuæ parteis respondeam, Si unquam mihi contingat apud judices de capite periclitari, non alium mihi patronum optem quã *Budæum*: tantum in ista tua Apologia præstas artificem, cui non satis fuit omnia mea ἐνθυμήματα refellere, nisi mea tela protinus in meipsum retorsisses, subitóq; ex judice faceres reum. Sic enim texis totam defensionem tuam, ut aut absolvendus mihi sis, aut eâdem sententiâ ipse me necessario condemnem, quancunq; in te pronunciavero. Vide quantum possit ista tua admirabilis facundia, qua efficis, ut reo securo judex periclitetur, & bene secum agi existimet, si modò liceat reum nullâ suâ fraude dimittere. Hìc verò cùm me tecum componis committísque, confestim mihi succurrit, mi *Budæe*, *Græcorum* illud adagium, μύρμηξ ὁ χάρμῃ: aut si quid is quoq; dissimilius. Quæso quid inter nos simile, aut ullo pacto affine, præter hunc fortassis animum, non abhorrentem ab honestis studiis. Eleva tuam felicitatem quantum libet, ἀντομαδὴς, ὁλμαδῆς, uno certè calculo te vinco, ἀμαθὴς καὶ ἀτεχνῶς ἀναίσθητος. Neque verò crediderim istam collationem abs te hoc animo institutam, quod existimares hanc meam tenuitatem cum ista tua opulentia ullo pacto comparandam, sed ut me propius admoto, tua magis elucescerent: quo nitrarum consilio pictores in tabulis umbras addere dicuntur, si qua velint insignitiùs eminere. Et matronæ quædam callidæ, quo magis commendent oculis intuentium formam suam per se egregiam, pediseguas parùm formosas secum ducere curant. Nec aliud mihi videtur egisse *Politianus*, cum aliorum ad se epistolas suis intertexeret, idq; nullius fermè exemplo. Sunt enim illic quorum impudentiam non aliâ ratione magis potuerit traducere. Sunt rursus quos per se facundos, ad hunc collatos, dicas obmutescere. Neq; hæc dixerim, quasi tutè per te parùm sis illustris, ut meis tenebris debeas commendari: sed hâc arte mihi videris quorundam errori voluisse mederi, simúlq; mihi falsa existimatione gravato succurrere. Sunt enim qui mihi plus nimio tribuant, quorum aliquos & ipse prodidisti, nempe *Deloinum* & *Razæum*, qui me, ut scribis, *Varronem* nostri temporis faciunt, nisi quòd plus amplector eloquentiæ. Nec enim suspicari fas est, ista te de tuo admensum esse, quo mihi illos hoc veluti lenocinio redderes commendatiores. Et sunt rursum qui mihi nihil non adimunt; illis nihil nescio, his nihil omnino scio. Nec adhuc satis mihi liquet, utri pejus de me mereantur, illi ne prodigi, quorum candor me laudibus immodicis onerat, quas nec agnoscere possim, nisi sim aut egregiè φίλαυτος, aut insigniter impudens: an hi quorum malignitas sic me nudat, ut nihil omninò reliquum faciat. Nam quemadmodum non sum tam insolens, ut id haberi postulem in re literaria, quod in re bellica fuit *Achilles* aut *Diomedes*; ita non usq; adeò mei ipsius sim ignarus, ut *Thersiten* mihi patiem anteponendum. Et tamen nonnihil molestum est, quod nec illis irasci possim, amore studióq; mei cæcutientibus, nisi hominis inhumani notam malim incurrere: nec hos refellere, quibus nescio quomodo sum æquior, quod magis ad animi mei sententiam facere videantur. Quo sanè nomine te quoq; amo, mi *Budæe*, quòd ab immodicis illis admiratoribus dissentias: sic enim interpretor quod scribis, te mihi eâ in parte nonnihil invidere. Equidem istam invidiam, hoc est judicium severius malim, quam aliorum effusissimum favorem, qui me verâ onerat invidiâ, hominem omnium potius misericordiâ, nullius invidiâ dignum. Sic enim mihi placeo, ut quod *Socrates* ἐγνωκέναι, id mihi verè atq; ex animo propemodum videar posse profiteri: *Unum hoc scio, me nihil scire*. Fortasse

non

non sim aliis facturus fidem, ac tu certè illud mihi credas velim, *Budæe*, si quid omninò credis, nihil unquam tam feliciter à me elaboratum, quod meo animo arriserit. Hic mihi continuò in os jecerit aliquis, *Quorsum igitur tantum voluminum nobis effundis, si nihil istorum probas?* Primum, nequeo dormire. Nam hoc lemmate se purgat *Horatius*. Deinde, ut aliquid audeam scribere, quorundam insignis facit impudentia: qui cum juxta sint infantes, atq; indocti, tamen miro supercilio docent quod nesciunt. Tibi *Plinius*, *Herwolaus*, *Politianus*, ad scribendum addunt calcar. Mihi animos adjiciunt *Passeratii*, *Hugones*, *Summularii*. Siquidem ad illos plus quàm mutus, tamen ἐν τούτοις ἀμυστάτοις ἐπαινεῖν φθέγγεσθαι τολμῶ κέρμα. Verùm ut ad id quod instituì recurram, tametsi videā id magno existimationis meæ detrimento fieri; tamen interim gaudeo utcunq; conferri cũ *Budæo*: præsertim cum tute id facias; Deum immortalem, quàm eruditè, quàm eloquenter, quã divinitùs, ut non alibi magis declararis, quanto te sim inferior, quàm ubi me tibi nunc parem, nunc superiorem etiam, si Musis placet, facis! Et tamen interim (ut dixi) mihi blandior, hoc certè lucri facturus, ut quamvis victus discessero, tamen cum *Budæo* studiorum antistite collocatus dicar, ceu *Thersites* quispiam cum *Achille*: Quid mea? collatus tamen. Etenim ut sunt quos vicisse pudeat, ita sunt à quibus vinci quoq; abundè pulchrum sit. Hoc laudis animo meo satis est. Cur enim tibi non fatear ambitionem meam ὃ τῇ ἐμῇ φίλτατε, cum tu te mihi totum, ut scribis, bonâ fide indicâris? Negas tu quidem, perinde invisam esse mihi *Peniam* uxorem, atq; adamatam hujus pellicem *Encliam*: quod haud quaquam scripsisses, εἰ ἴδεις ὅτι, si me penitiùs & interiùs nôsses. Etenim ut juvenis nonnihil tangebar gloriæ studio, atq; id sanè leviter: ita nunc nihil malim, quàm quicquid est hoc nominis, quod solum prætmii mihi mea studia retulere: nec id tamen parũ multâ invidiâ corruptum fermẽtatúmque, ut non paulò plus aloes sit quàm mellis: vel deponere si detur vel abjicere, ὅτι δὲ ἥκιστα, νὴ τὴν ὑμῖν κοινὴν ἐσχημένην φιλοσοφίαν, si parum credis injurato. Hic igitur cum prorsus à te dissentiam, tamen haud iverim inficias: magno sensu voluptatis pertentari animum meum, quoties tui similium scriptis aut laudor, aut certè non contemnor: quibus vel notum charúmq. esse, præcipuam quandam felicitatis partem esse duco. Tuam autem eloquentiam seorsim sic amo suspicióque, ut jucundum sit tali ore vel reprehendi, telóq; tam insigni vulnerari. Neq; enim me clam est, quot modis me suggilles in epistola tua, dum tuam causam defendis: ut me sursum ac deorsum salibus tuis exagites, ludósq; facias. Verum ista per me sæpe facias licebit, modò pari facias eloquentia, etiam si nunc tu quidem amicissimè quoq; facis, usq; adeò tuum istud ingenium deamo. Neque verebor posthac quoquo pacto calamum tuum in me lacessere. Postea quàm cœpi, certum est totum animũ meũ effutire. Non ignorabam, optime *Budæe*, morum ingeniũq; tui placabilitatem, & tamen nonnihil metuebam, ne quid offenderet mea tam audax censura lucubrationum tuarum: perinde quasi *Areopagites* aut *Aristarchus* quispiam essem, ac non magis *Erasmus* εὐσεβὴς καὶ ἀνθρώπινος. Verũ postea quàm hæc temeritas tam feliciter cecidit, nihil dubitabo posthac vel quodvis σιωπητήριον, modò quacunq; improbitate tales epistolas liceat à *Budæo* extundere. Sed quando tua illa ἀντιγραφεία me vel ex judice, vel ex actore reum fecit; haud sanè conabor cum tam confertis simul & instructis argumentorum tuorum copiis aperto *Marte* justáq; acie confligere, quod ipse *Xerxes* vix posset: attamen aggrediar, ceu populabundus, incursionibus incessere aliquot agminis tui partes, nunc hàc, nunc illàc affiliens; & caudæ equinæ pilos paulatim vellere. Singulis forsassis negotium exhibuero, quum universis par esse non possim. Primum meam εἰσαγωγὴν, in qua me scribis argutari, vel ἀκκίζεσθαι potiùs: bellè tu quidem ludis, si modò per nos impunè liceat auferre, quod non aliter atq; maxime confessum assumis: videlicet à me præstari posse quippiam quod ab alio nemine possit. Atq; istuc ipsum est, quod ego constanter clareq; nego, atq; etiam pernego; utpote vix mediocribus etiam par argumentis: Quid si quædam sunt, inquis, quæ tu unus possis absolvere? Quid si cœlum ruat? Ad hæc cum orationis meæ mediocritatem cum tua grandiloquentia componis; fortassis erat accuratius explicandum, quibus tandem in rebus istam amplitudinem sitam esse putes. Etenim si in genere argumenti, nihil adhuc à nobis grande susceptum est quod cothurnum requireret: Nec tuus *Assis* per se grande est argumentum, nisi quatenus difficile: sed tua eloquentia grande est. Alioqui mihi videntur maxima, quæcunque sint optima. Sin in ipsa phrasi majestatem sitam esse putas, equidem in hac sum sententia: ut illud orationis genus existimem magnificentissimum, quod efficacissimè persuaserit id, quod est institutum: hac quidem in parte nonnihil à *Quintiliano* dissentiens, *qui negat eloquentiam esse vocandam, quæ non habeat admirationem.* Cum enim bona pars artis sit artem dissimulare, quod dicenti fidem abroget artificii significatio; non video quì possit efficax esse eloquentia, quæ se jactet, ostentétque. Neque enim ut vestis eadem, & splendida potest esse, & nihilominus ad usum accommoda: itidem potest oratio simul ad permovendos animos, & ad ostentationem ingenii esse apposita. Ut optimus est jaculandi artifex, non cui pharetra sit gemmis distincta, cui arcus quàm maximè insignis; sed qui certissimâ manu scopum feriat: ut ingens Philosophus, non qui *Stoicorum*, aut *Peripateticorum* dogmata pulchrè teneat, sed qui philosophiæ rationem virâ ac moribus exprimat, qui proprius est philosophiæ finis: ita summi Oratoris munus absolvit, quisquis quod voluit, persuasit. Alioqui an non videatur ineptus, si qui populum à belli tumultu ad pacis studium revocare instimerit, oratione phaleratâ, atque elaboratâ hoc tantũ persuadeat, se virum esse cum primis eruditum, plurimæq; lectionis? Atqui non hoc agebatur. Ne scenæ quidem, quavis ex re captant admirationem. Damnatur histrio, qui peregrinis opibus oculos populi detinet, cum is actione & argumento fuerit ad plausum invitandus. Ego ad hoc ut grandis sit dictio, verborum apparatum minimum momenti adferre existimo, nec ita multum conferre schematum ornamenta, nisi si qua in rebus sita sint, non in verbis. Neq; parvi refert utrum fabulam miretis, an apparatum. Certè, Rhetorum etiam consensu, illud naturale dicendi genus primam laudem obtinet. An non

aliud

aliud minus eſt admirabile. Quis enim admiretur artem, quum putet natura dici? Ac prorſus δὶς διὰ πασῶν inter ſe differunt, quod illi primum judicant, & quod tu videris amplecti. Ut fileam interim, ſtultiſſimum eſſe admirari quod non intelligas. Unde potiſſimum perſpicuitati ſtudendū eſt ei, quiſquis admirationem eloquentiæ captat. Jam ſcis ipſe totum hoc orationis expoliendæ ſtudium, vix à bonis viris olim fuiſſe receptum: vixq; perſuadent Rhetores alioqui facundiſſimi, utilem eſſe Rhetoricen, aut viro bono dignam. Quo mihi videris iniquiùs facere, qui ſcenicam etiam eloquentiam exigis à Theologo Chriſtiano; cum *Cicero* ab Ethnico philoſopho non requirat omnino ullam: hoc contentus, ſi intelligatur modò. At tui Rhetores, qui (ſicut par eſt) ſuæ profeſſioni impendio favent, non probant tamen iſtas orationis delicias, ac πολυτέλειαν, niſi in uno duntaxat genere; nimirum *Encomiaſtico*. A quo nullum longiùs abeſſe puto, quàm quod totum in docendo verſatur: atq; adeò in docendo, non quaſvis res (nam de fulminum aut terræ motuum cauſis ſplendidè differi poſſit) ſed res per ſe minutas ac tenues; tum ſic impeditas involutáſque, ut quantumvis diſtinctè, quantumvis dilucidè, quātumvis ſimpliciter, aut commodè explices, tamen vix etiam ab attentis capiantur. Quod ſi uſquam alibi, hìc certè videbatur rei difficultas orationis facilitatem deſiderare, ne lector geminâ oneraretur moleſtiâ, primum argumenti, deinde explicationis. Et cum aliud ex alio pendeat, atq; ob id lector avidus ad finem anheler, non videbatur objectis ſalebris ac lamis à curſu retardandus. Ad hęc ſi maximè probatur oratio, quæ maximè congruat rei quam tractat, vide num conveniat quiritari, ut tuo utar verbo, in argumento tam exili. Neque enim continuò quod eſt difficillimum, idem eſt & grandiſſimum: imò contra ferè uſu venit, ut plurimum habeant difficultatis, quæ ſunt minutiſſima. Habet tamen & hoc genus ſuas dotes, ſed meâ ſententiâ quaſvis potiùs quàm δεινότητα aut μεγαλοπρέπειαν. Tuum ipſius animum nunc appello, *Budae*, ferres ne *Euclidem* de figuris Mathematicis iſtoc orationis apparatu diſſerentem? Sed harum rerum haud neſcius, opinor, cum exquiſito undiq; opere, ingenii tui ſpecimen dare velles eruditiorū duntaxat panegyri, callido quodam conſilio *Aſſi* tuo, ceu agro ſenticoſo, digreſſionum aliquot vireta miſcuiſti, ut in his lector argumenti aſperitate laſſus, ſubſideret, ac reſpiraret. Quod idem me in *Chiliadibus* feciſſe criminaturum te minaris, niſi te criminari deſinam, qui inſtituti oblitus in *Sileni* mundi ſcenam agam, in adagio γλυκὺς ἀπέῳ πόλεμος adverſus bellatores iſtos belligerer, in *Scarabeo* ludam ac laſciviam, in proverbio πάσχειν ἃ λαχες, ταῦταν κόσμει, aliiſq; compluribus declamē. Utinam mihi liceat hìc peccatum tecum commune fateri, modò idem mihi pariter ſucceſſiſſet. Quanquam ſi libeat tergiverſari, reſpondere poſſem cauſam tuam non omninò ſimilem meæ. Tuus *Aſſis*, catenæ ritu, ſic totus ſibi cohæret, ut non perinde locus ſit longioribus digreſſionibus. Mearum *Chiliadum* ea ratio eſt, ut ubi ubi quodvis ſinieris adagium, imaginari poſſis jam explicitū volumen. Et incidunt permulta, quæ ad declamandum velut invitent. Age dic mihi πρὸς τῶν μουσῶν, cum ab *Aſſis* partibus exortus πάνυ διδακλικῶς ſub finem operis tam diu cum tuo *Deloino* deſidens confabularis de ſtatu, moribuſq; noſtrorum temporum, an non vereris, ne quis *Momus* tibi *Horatianum* illud occinat,

——— Amphora cœpit
Inſtitui, currente rota, cur urceus exit?

Expatiatur & *Plinius* in hiſtoriâ mundi, ſed in ampliſſimo argumento, ſed breviùs utroq; noſtrum, me etiam rariùs. Expatiatur & *Seneca* in quæſtionibus cauſarum naturalium, ſed infrequentiùs. Vides quanto parciùs id mihi permiſerim, in Novum Teſtamentum, etiamſi nec hoc argumentum ſic inter ſe contextum eſt, ut tuus *Aſſis*. Audio quoſdam idem ſentire de annotationibus tuis in *Pandectas*, quæ quanquam plurimum attulere tibi gloriæ, tamen aliquanto plus laturas fuiſſe, ſi reſectis iis, quæ tu non quaſi diligens promuſcondus, ſed profuſus quiſpiam *Lucullus* è confertiſſimo penu effundis veriùs, quàm promis, ea potiſſimùm in medium attuliſſes, quæ propriè ad inſtitutum argumentum faciebant: veluti ut hoc exempli gratiâ proferam, ſi vindictam enarrans, non ilicò congeſſiſſes, quicquid uſquam apud ullum autorum genus de vindicando, de vindicta, de vindiciis reperiatur: ſed ea duntaxat, quæ peculiariter ad eum locum illuſtrādum pertinebant. Nunc eruditionem nemo quidem deſiderat, cæterum qui aut avidiores ſunt, aut occupatiores, aut etiam moroſiores, cauſantur ingens eſſe volumen, & tamen ex tam multis paucos locos illuſtratos: tametſi quæ inſulcis, eruditiora ſunt, quàm ut otioſum & candidum lectorem pœniteat τῆς παρεγγίας. Verùm ad dicendi genus jam redeo. Scio, ſcio, doctiſſime *Budae*, quæ tua felicitas eſt, quodcunque dictionis genus aſſequi poſſe te, modò volueris, id quod ipſe quoque ſignificas, atq; ob hoc dignus, qui quod optimum eſt velis, cum efficias quicquid volueris. Mihi quidem nunquam placuit balbuties & infantia quorundam qui bonam eruditionis partem videri volunt, elinguem eſſe, aut quod meâ ſententiâ miſerius eſt, ſpurcè prodigioſéq; dicere. Nam ut ſermo præcipua mentis imago eſt, mentem verò decet eſſe puriſſimam, cum vitio detur veſtis immundior, magis arbitror orationis puritatem ac munditiem bono viro præſtandam eſſe. Atque huc quidem ſemper anniſus ſum à puero, quantū noſtra regio, ſeculum, fortuna, deniq; quantum hæc ingenii tenuitas ferebat: & tamen cum viderem artificium dicendi à probatis viris tam gravatim pobari, magis affectavi mundam orationē quàm phaleratam, & ſolidam maſculámq; potius quàm ſplendidam aut ſcenicam, quæ rem oſtenderet citiùs, quàm quæ ſcriptoris ingenium oſtentaret. Votum meum audis, cæterùm an aſſequutus ſim neſcio. Et fortaſſe dum hoc genus ſequor, ita ut fit, in aliud huic finitimum incidi, dilutum, triviale, expoſitum: quod guſtâſſe lectori abundè ſatis ſit, videlicet unedonum ritu: cum nihil illic ſit, quod paulò quis elegantiore palato reguſtare velit: nec ullos aculeos relinquat in futurum, ſed ad præſens tantum mulceat. Nam hujuſmodi fermè coloribus me mihi depingis, mi *Budae*: & haud ſcio an veriſſimè. Plus enim tuo unius judicio tribuo, quàm aliorum complurium. At ego ut phaleratam orationem non ambio, ita puram, aptam, facilem ac dilucidam optārim, ſi contingat: ſed ita facilem, ut tamen neq; nervis, neque aculeis, ubi res poſcit, deficiatur, quam ſi minus aſſe-

assequor, ingenii culpa est, non instituti. Quanquam vide quàm interim iniquè mecum agitur, qui utrinq; malè audio: à vestro, hoc est, doctissimorum ordine culpor, ut citra impetum, ut elumbis, ut remissus fluens: ab hoc meo reprehendor & quidē quotidiè, quod nimium exquisitis schematū & verborum ornamentis plebeium lectorem procul à me submoveam, atq; in ipsis etiam scholiis alia flagitant scholia. Quid facerem? Ita tempero dictionem, ut neutris per omnia obsequar, & tamē utrisq; dem aliquid. Ad hæc non parum assequutus videtur, qui id impetrat à lectore, ut totum librum avidè devoret, & pari contentione ad finem usq; deproperet. Atq; haud scio an tutius etiam sit facilitate transmittere lectorem, quàm difficultate deterrere: & tolerabilius est non regustari, quàm omnino non gustari. Quanquam regustari contingit & iis, qui facilitate cōmendantur. Alioqui quid *Cicerone* facilius, & quis repetitur avidiùs? Quid tribuas *Minervæ* nostræ tu videris, ego quā sit maligna sentio. Nam quod scribis περὶ τῦ θεολογικῦ χήματος, deq; legibus, quibus quòd astrictior sim quàm tu, cogar esse circunspectior, istud quidē eatenus valet, ut mihi minùs peccare liceat quam tibi, cum minùs sit veniæ, non ut cogar pejus dicere. Nam quod ad παῤῥησίαν attinet, ut nusquam vel obscœnus sum, vel seditiosus, quorum utrunq; oportet à bono viro procul abesse: ita multis in locis κατ' ἐξοχὴν παῤῥησιάζομαι, neq; id sine magno meo malo, τοσαύτην τραχυφθαλμίαν μοι ἐκίνησαν οἱ κακοδαίμονες ἔτοι ματαιόλογοι, εἰς οὐδὲν βέλτιστε βυδαῖε, ὑφάλλεις, μήποτε γένοιτο ἀπειπεῖν ἐν τῷ βίῳ, ὧν ἥδιον ζῶον ὅτε ἢ θαλασσίων ὅτε ἢ χδαίων ἐξελέσθαι. Porrò, quòd putas me senectute frugaliorem reddi, nihil repugno, nec adeò mirum, si mihi usu venit, quod *Isocrati*, quod *Lysimacho*, quod ipsi *Ciceroni* videmus usu venisse. Atq; utinam usu veniat, ut quemadmodum illis, ita mihi quoq; accessus ætatis, orationem sic leniorem reddat, ut tamen meliorem. Quanquam si libeat utriusq; nostrum ætatem expendere, haud ita multum interest, nisi aut te aut me fallit supputatio: Siquidem ego jam annum ago primum & quinquagesimum; tu, ut scribis, non procul abes à duodequinquagesimo. Mihi igitur longè plus senii est quàm tibi, senectutis nō ita multum. Sed effundam in sinum tuum, quæ res stilum meum aliquanto facit deteriorē. Scis hunc lectione non secus atq; agrum stercoratione reddi vegetiorem, & novalibus alternis annis vacatio permittitur, ne assidua cultura sterilescant. At ego compluribus jam annis fundum hunc, per se malignū, nec soli admodùm felicis, perpetuo cultu exhaurio: nec intermissionis ullo laxamento succurrens, nec lectionis lætamine. Nam illa tumultuaria lectio quâ *Chiliadum* opus, & annotationes in Novum Testamentum, ac *Hieronymum* congestæ sunt, adeò non reddit ingenium vegeti', ut nō temere alia res æquè officiat, vel memoriæ, vel mentis acrimoniæ. Tum ipsum argumenti genus respuit etiam orationis majestatem. Tu felix *Budæe*, cui contigerit argumentum, ceu campum ac theatrum tibi aptum deligere, in quo raræ istius eruditionis & eloquentiæ specimen orbi dares. Ego in hæc incidi, cum ad nullum omnino scripti genus minus essem naturâ appositus. Et tamen ubi semel incideram, fabulæ scenæq; serviendum fuit. Nonnullas ἀναγκαίας amicorum precibus dedi, ut vix unquam hactenus mihi contigerit in mea versari harena, meóq; ipsius servire genio, si quis omnino meus est genius. Ne querar interim ut nihil honoris esse his studiis, præsertim apud nos, sic judicia perversa. Cui nunc velis placuisse? Ad cujus plausum admittas equos tuos? Jam ne mihi sis impunè sugillatus, quod manum de tabula tollere nequeas, obiter recriminaris, ὅτι περὶ τὸ λίαν εἰμὶ ἐφεῖς τῇ παῤῥησιολογίᾳ. Verùm non satis intelligo, utrum usum adagiorum immodicum reprehendas, an nimis anxiam & morosam collectionem. Memini me & fateor quondam ambitiosius hoc genere ceu meis opibus uti solere: sed post sensi, cœpíque frugaliùs adhibere. Porro, in colligendo, ambitiosiorem me fecit, partim *Robertus Gaguinus*, qui mihi olim sub aliena persona suam indicans sententiam, retulit in hoc me à Criticis reprehensum, quod in primis illis collectaneis opidò quàm jejunus essem, & é tam multis paucula modò recensuissem. Partim *Polydorus Virgilius*, vir eruditus, mihiq; nunc amicissimus, qui passim etiam prædicabat, me suis ingredi vestigiis, æmulum operis alieni, non autorem mei: cum hoc libelli quicquid erat, annos aliquot edidissem, prius quam *Polydori* nomen nôssem. Demum ubi *Polydori* librum essem nactus, ipsa chalcographi inscriptio declarabat, me mensibus aliquot antevertisse: cum ille ederet in *Italia* suum, ego meum *Lutetiæ*. Et tamen *Lucas* quidem *Sauromata*, Theologus *Lovaniensis*, vir non ob aliud, opinor, infensus bonis literis, nisi quod eas annis permultis, sed infeliciter planéq; Musis iratis affectâsset, pertinaciter asseverabat, me alienis inventis ostentare me. Has cavillationes dum avidiùs studeo effugere, in vicinam incidi foveam, ut apparet, próq; jejuno immodicus esse cœpi. Quanquam nec usq; adeò promiscuè, albáq; (quod aiunt) amussi, studium fuit converrere omnia, quin multa rejecerim, quæ tamen in *Græcorum* collectaneis habebantur, quod mihi suboleret quædam è vulgi horum temporum fece hausta, quædā affectata studio majore quàm judicio. Jam quod argumētatus fueram, non ejusdem esse hominis *Peniam* habere domi, & *Lucullianas* substructiones tollere: ita tu quidem ἀντιτέχνως, ut hoc ipsum existimes argumentum, *Plutum* ex ædibus tuis in malam rem aliquò profugisse, & in hujus locum *Peniam* immigrâsse. Rectè sanè istuc si prædia villâsq; in tuis bonis non numeras, cum hinc locupletes potissimùm nomen invenerint. Hæc, optime *Budæe*, cavillari libuit veriùs quàm ἀπολογεῖσθαι: vel quod tu sic jusseras, vel quod dulce est, quidvis cum amico tali nugari: vel quod minus etiam tibi magnificum fore judicabam, ἐμὴν νενικῆναι. Cæterū nihil est tuum, quod non unicè tum probem, tum admirer. Id quod cum antehac semper fecerim, tamen indies quo propiùs te contemplor, quo penitiùs introspicio, hoc & amo, & suspicio magis. Nec enim te solum hominem absolutè doctum, ac divino quodam ingenio, pariq; judicio præditum declarant tuæ lucubrationes, admirabili doctrinarū omnium penu refertæ: verùm & integrum probúmq; virum arguunt, qui tanto animi ardore destomacheris in corruptissimos hujus seculi mores. Quod si quid etiam peccas in phrasi, aut copia, quod ego sanè non puto, sed tamen si quid peccas, primùm vitiis, ut ipse verissimè scribis, honestis peccas: tum adeò feliciter, ut ego sanè non paulò tua malim ἁμαρτήματα, quàm aliorum κατορθώματα. Inter

tot ſcriptorum ſpecies, nullos minus fero,quã iſtos quoſdam *Ciceronis* ſimios, à quo genere non ita multum abeſſe mihi videtur *Pontanus*.Nam *Apuleianos* τερατογλόγως, & pueri rident.Tũ mirâ temperaturâ ſic es elaboratus & exquiſitus,ut nec facilitas deſit,nec perſpicuitas : ſic copioſus & exuberans,ut tui ſemper inſtituti memor: ſic ſplendidus & ingens,ut nuſquam deſint nervi vigórque : ſic picturatus ac floridus, ut magis tamen eruditione quàm ornamentis dicendi commenderis. Hoc uni *Budæo* datum eſt. Sed ut eſt noſtræ mediocritatis non invidere tuæ felicitati nulli prorſus imitabili, ita tui candoris eſt, meæ ſortis ac notæ ſcriptores non faſtidire: præſertim cum fatearis,ut ſuam cuique faciem,ſuam cuiq; vocem,ita ſuum cuiq; ſtylum & inſtitutum ſemper fuiſſe. Tu maluiſti ab eruditis duntaxat intelligi, ego ſi poſſim à plurimis : tibi propoſitum eſt vincere,mihi aut docere, aut perſuadere. Etiam ſi hæc quoq; tu præſtas, ſed non ſola. *Aſſem* abs te locupletatum, jampridem emi juſſeram, nunc tandem cum hæc ſcriberem, extorſi de manibus eorũ, qui libros concinnant: ita tua diligentia duplici precio nos mulctat, ſed ut id crebrò facias,opto. Utranq; editionem à capite uſq; ad calcem, perlegam : ſed adhibito ſynanagnoſta, quo certiùs deprehendam, quid mutandum aut adjiciendum judicaris. Reddet ea lectio me ſi non ſatis diligentem,certè paulò minus indiligentem. Τὸν χολιασλὴ τὸν σὸν, εὐθέως ἐκ τ φρεάτεως ἐπέγνωκα, πάνυ γὸ σφοσφερῆ αὐτ πῳ συγγεφῆ, κλεπλὴν ἢ κλέπλης οἶδα καὶ λύκον λύκ. Pro tam erudita, tamq; honorifica *Deloini* ad me epiſtola, tibi quoq; gratiam habeo,cujus hortatu ſcriptam conjicio. Alioqui qui veniſſet in mentem homini tanto tantis diſtento negotiis, ad nos ſcribere ? O verè deorum vitam,ſi qua uſquam eſt! Quid enim aliud eſt,cum talibus amicis quotidiè in amœniſſimis Muſarum viretis verſari, ludere, oblectari ? O quæ fabulæ, quæ colloquia, quæ commentationes : qui ſales, quales *Cicero* cum ſuo *Bruto Pomponióque* ſolet agitare. Neque enim ego dubitarim *Deloinum*, & *Ruzeum Bruto Pomponióq*, vel anteponere, ſi tu modò te patiaris æquari *Ciceroni*, quem noſtra certè ætate refers. Hìc nihil ſimile, ſed neſcio quo pacto duriùs adhuc habentur bonæ literæ. In cauſa eſt,opinor, quod frigeant *Mecænates*, & regnent meliorum literarum hoſtes. Unus propè clariſſimus vir *Joannes Sylvagius Burgundiæ* Cancellarius, ut patriæ, ſic etiam optimis ſtudiis conſulere ſtudet, ſed cujus bonam partem nobis adimunt publica regni negotia. Scis nullius boni magnopere jucundam fruitionem abſq; conſorte. At ni fortè *Tonſtallus* adfuiſſet, neminem habiturus eram,qui cum,me tuæ mellitiſſimæ literæ delectâſſent. Jam iſtam conditionem quam offers,perlubens accipio : ut invicem poſthac communis ſit inter nos omnis omnium amicorum poſſeſſio. Quod enim lucrum offerri potuit luculentius ? certè quod ad me pertinet,dabo operam,ne cui charus ſit *Eraſmus*, quin idem optimè ſentiat de *Budæo*. *Deloino* ſum auſus ſcribere,ſive quod tam amanter ab ipſo laceſſor, ſive quod tu ſic obteſtaris,ut religio ſit non parere. Alioqui,ne quid mentiar,non aliâ ratione magis à ſcribendo deterrere poteras,quàm iſtiuſmodi literis provocando. Quòd ſi meæ exiſtimationis tantopere mihi ratio haberetur,quantopere tu putas ; profectò nec illa mihi tecũ cõmunis amica philoſophia, nec *Jupiter* amicitiæ præſes,nec mei nominis gloria,quã tu facis admirabilẽ,nec hujus ingenii felicitas, quã mihi propè divinam tribuis, eò impudentiæ me adegiſſent, ut ad tam eruditas epiſtolas reſcriberẽ. Nunc quoniã tuæ gloriæ ſic faveo, ut non poſſim impenſiùs : & ipſe famæ jam penè ſatur ſum,hoc libentius etiam ad te ſcribo, quod augurer fore,ut tuã eloquentiã poſthac vehementiùs ſuſpiciant omnes, poſtea quã animadverterint *Eraſmum*,cui hacten' tribuebant eloquentiã, te loquente,prorſus obmutuiſſe. Totum illum locũ ἀεὶ τ χρυσώτεως, ἀεὶ τ ἰθιλοδυλείας riſu proſequebar. Aut inſigniter ignoras ingeniũ meũ, aut vaſerrimè diſſimulas. Hactenus quidẽ hìc ſementẽ facio, cujuſmodi meſſem facturus,incertus: meo etiamnum ſucco victito, ad cochlearũ exemplũ : imò polyporum in morẽ, arroſis meis ipſius brachiis, meipſum paſco:niſi quod ſalarium promiſſum eſt ex ærario Principis, & una jam data præbenda, quam ipſe verti in annuam penſionẽ : ἐμπέπλωκε μοι ἐνθάδε πάμπολλα πλήματα: ſed hui vulturum immenſa turba, & ego quidvis eſſe poſſim citiùs quã vultur. Si qua res animum meum à literis avocare potuiſſet, aut hæc valetudo jam caduca pridem avocâſſet,aut iſte τοσῦτ φθόν, ὁ καὶ ἐμὲ ἀπαιδάτων ματαιολόγων, quorũ improbitate tantum non lapidatus ſum. Qui te iſthìc adierant, iidẽ me cõvenere *Bruxellæ*,quorum conſpectus mihi partim lætus fuit,quòd illorũ oratio tui memoriam renovaret ; partim triſtis, quòd ſine tuis literis venirent,& ſi ſpẽ tuarum literarũ adferrent. Horũ alter eſt *Marianus Siculus*, priſcam illam gentis ſuæ feſtivitatem referens,vir præter eruditionẽ candidiſſimo pectore,planè ad amicitiã natus,cujus familiaritas mihi non mediocri voluptati fuit. De tuis epiſtolis mendoſiùs excuſis,non injuriâ expoſtulas. Nam idem mihi quoq; non mediocriter ſtomachum moverat, ſed unicum hunc habemus τυπογεφόρον καὶ τοῦτόν γε ἄξιον ἡμῶν. Cæterùm eas epiſtolas *Petrus Ægidius*, ab actis curiæ *Antuerpienſis*,vir doctus & humanus,tuíq; nominis inter primos ſtudioſus, evulgandas curavit : me ſanè non quidem conſcio, ſed tamen nonnihil ſuſpicante,& connivente veriùs quàm volente, quòd cuperem tuas ſaltem ab omnibus eruditis legi : vel ob hoc ipſum quo tua tam inſignis præminentia noſtratium veternum excuteret,& altiſſimum hunc ſomnum tuæ vigilantiæ claritas diſpelleret. De jure trium liberorum adempto, de uno ſex liberorum abducto, mecum agas oportet, cujus errore id factum eſt, ſed brevi tibi ſarcietur hoc damni, id curaturum me recipio,& quidem propediem. At verò quod tuas in Novum Teſtamentum annotationes mihi credere vis,quæſo an non pudebit poſthac iſtos qui ultrò lucubrationes alienas ſibi vindicant ; aut qui ſibi habent non literis, quicquid habent ? O pectus verè candidum atq; amicum,& ab omni invidentiæ morbo alieniſſimum. Rectè dictum eſt,*Scriptores opera ſua non ſecus ac liberos adamare*. Tu non gravaris filium fraudare,quo me dites: & cum pleriq; pro gloriâ, perinde atq, pro vitâ digladientur; tu non recuſas tuam ipſius gloriã in amicum transfundere. Quis hoc ingenium non adamet ? non deoſculetur? Sed cave faxis iſtud mi *Budæe*. Neque enim mei ingenii eſt, alienis opibus venditare me, etiamſi in Hebraicis paſſus ſum, non nihil operæ ſubſidiariæ, ſed id ſanè perparcè, nec diſſimulanter tamen :

tamen: Simul de studiosis pessimè merear, si ea mihi sumpsero, quæ scio feliciùs abs te tractatum iri. Deniq; cùm publica feceris, mea nihilominus erunt quàm tua, licebitq; iis uti, cum *Budæi* mei nomenclatura, quod ego non tam candidè facio, quàm ambitiosè. Illud modò volebam, degustato opere nostro submoneres, si quid desiderares, aut si quid offenderet, ut id in proxima editione quã adorno, sarcire liceret. Nondum scio, an hoc quoque nomine tibi debeam gratias agere, quod omnibus virtutibus multò ornatissimus Præsul *Parisiensis*, qui nunc vestri Regis nomine apud nostrum legatione fungitur, me credat aliquid esse in bonis literis: ac prorsùs agerem, ni istud immodicè fecisses, ut incusandus mihi sis potius, qui tantum virum in tantum induxeris errorem: simúlq; meam inopiam, quam oportebat tibi non ignotam esse, tantâ expectatione oneraris. Sed quicquid hoc est, seu beneficii, seu sedulitatis; hoc est, seu officii, seu culpæ, totum tibi commune est cum *Fabro*, *Copóq;*: sic enim mihi visus sum intelligere ex oratione legati. Certè mihi cum primis gratum fuit, virum tam pium, tam eruditum, tam humanum cognoscere, cui vix eloqui possim quã sim obstrictus: ut qui me non solùm suo præconio, suáque consuetudine, ac mensæ etiam consortio honestarit (scis enim apud poetas deos fieri, quos dii suis mensis adhibere dignantur) verùm etiam *Christianissimi Regis* nomine invitarit ad vestræ *Galliæ* contubernium, si modò per hunc meum *Principem* liceret. De *Jacobi Fabri* adversa valetudine, eáq; diutinâ ac penè perpetuâ, rem mihi nuncias haud sanè mediocriter acerbam. Siquidem is vir est eâ pietate, eâ humanitate doctrinaq; præditus, sic de studiis ac studiosis omnibus meritus, ut indignus sit qui aut senescat unquam aut moriatur: sed tamen Episcopi me recreavit oratio, qui mihi narravit eum jam aliquanto firmiorem esse. Efflagitâras, mi *Budæe*, tua quoque prolixiorem epistolam. En ὄραο, habes non minùs magnam, quàm malam. Nam tuæ parem referre facilè possum, similem qui possim? Vide nunc an posthac expediat *Erasmum* ad prolixas epistolas provocare. Quóq; magis in posterum id metuas, addam & coronidem. Sunt hìc *Itali* quidam, quos offendit ὀπυγραμμάτιον, quod in *Assis* frontispicio addidisti, μωμήσαιτο ταῦτα ῥᾴον ὄστις οὐ μωμήσεται, velut arrogantiùs, nimirum Veneris sandalium calumniantes, eum in ipsa nihil reperiant quod vituperent. Ego negabam operæ precium mihi videri, in eo cavillari, quòd fortasse chalcographus de suo addidisset. Aggrederentur potiùs ipsum opus, in quo si vel unum aliquod cementum convellerent, totam ilicò structuram ruituram. Vide quantum fiduciæ mihi tua præbeat diligentia: qui non metuam quoslibet etiam in te provocare, quo fias illustrior. At idem in me fieri nolim. Jam ad te miseram epistolium velut hujus arrabonem; cui quanquam hæc seriùs successit, tamen propere veniisse dicas, si scieris quàm me complures dies afflixerit pituita: publica penè hìc omnium pestis, à qua vix post mensem revixi. Accessit crebra migratio ac remigratio. Bene vale amicorum doctissime, & doctorum amicissime. *Antuerpiæ*, decimo quinto Calendas Martias. Anno millesimo quingentesimo decimosexto.

A

B

C

D

E

F

G

Franciscus Deloinus Erasmo Roterod.
S. P. D.

MIraberis forsan *Erasme*, vir undecunq; doctissime, quid me potissimũ impulerit, hominem nullâ dicendi facultate præditum, nullâ familiaritate tibi junctum, ut ad te ultrò scriberẽ: quod profecto desines admirari, si te literarum quas haud pridem ad *Budæum*, unicum *Galliæ* nostræ decus, scripsisti, oblivio non cœperit: quibus & *Coleti* prædicatione, & aliis item nominibus, notum me tibi esse affirmas. Quanquam enim literæ tuæ, primùm quòd abs te profectæ, deinde quòd *Budæo* scriptæ, jucundissimæ mihi fuerint: tamen, ut verum fatear, nullâ re magis me oblectârunt, quàm quòd tam amicè, tam benevolè, in *Deloimi* mentionem incidisti: quem & si ipsum totum sibi *Budæus* dudum vendicaverit; tamen non usq; adeò malignè possidet, ut tecum amicam communem habere eum, aut alium quenquam gravetur; ut ipsum erga te affectũ esse video. Jam verò non possum non deamare plurimùm *Coletum* illum tuum, virum doctrinâ, vitæq; sanctimoniâ clarissimum: qui te, ut scribis, veteris amicitiæ, ac consuetudinis commonuit, quæ mihi cum illo non vulgaris olim intercessit, quum *Aureliæ* studiorũ causa ageremus. Tanti ille, quâ est in omnes humanitate, nostram amicitiam fecit: tam constanter servavit, ut ejus perinde ac recentis, nullóq; aut temporum, aut locorum intervallo obliteratæ, apud te meminerit: longè ab eorum moribus alienus, qui novis amicitiis allecti, veteres aut contemnunt, aut negligunt. Porrò autem ecquis tam duro, támq; ingrato animo esse potest, quin tibi libens gratuletur, tot támq; præclara in omnium disciplinarum genere, ingenii atq; industriæ tuæ monumenta contrectans? quibus tu planè cum ipsa antiquitate certare, & omnibus nostræ ætatis scriptoribus palmam præripere videris, doctorum omnium opinione, non nostrâ tantum: dum è mediis ignorantiæ tenebris ingenuas artes, atq; adeò sacras literas vindicas: & longo veluti postliminio redeuntes in suum quodammodo regnum dignitatémq; restituis. Nam *Adagiorum Chiliadas*, *Moriæ encomium*, *Militem Christianum*, *Novum instrumentum*, cæteráque id genus, quæ ex tua officina felicibus avibus profecta, ad nos plausibiliter pervenerunt; jam penè quantum per occupationes nostras licuit, legendo contrivimus. Sunt in manibus divi *Hieronymi* opera, strenuus sanè labor: & non nisi *Herculis* cujusdam, hoc est, *Erasmi* viribꝰ suscipiendus. In quibus ipsum *Hieronymum* mihi videre videor, tuâ curâ, diligentiâ, labore summo in lucem rediisse: & promissum sacris elogiis Anastaseos diem quodammodo præveniisse, ut qui purgatis (quibus undique scatebat) nævis, novâ quadam immortalitatis veste abs te donatus, nativo germanoq; decori restituꝰ est. Succurrunt annotationes tuæ, Deus optime quã eruditæ, quã religiosæ, quã omnibꝰ numeris absolutæ! quibus ita quorundã qui se magnos videri volunt luminibus obstruxisti; & ut dici solet, cornicũ oculos confixisti, ut splendore nominis tui exæcati, & maximis eloquẽtiæ tuæ viribus in ordinẽ coacti, manus tandem dare, & cõmunem temporum suorum inopiam inscitiámq; miserantes, præsentis seculi felicitatem admirari

Epist. 13.

cœperint. Quos etiam videas abjectis craſſis, ne dicam, ſeſquipedalibus verbis; quibus olim tumentibus buccis uti conſueverant, ſummiſſos, & ſuo ſe pede nunc primùm metientes. Perge itaq;, mi *Eraſme*, de literis, de rebus divinis, de Chriſtiana philoſophia, de republica eccleſiaſtica, optimè ſemper, ut facis, mereri. Quâ in re ut perpetuum habebis fautorem *Budæum*, ita me utriuſq; veſtrũ, ſi quid infimi muneris erit, aſſeclam aſſiduum, & laudum honorúmq; veſtrorum præconem, & ſi non vocaliſſimum, at certè animoſiſſimum: quanquam majora omnino merita veſtra eſſe intelligam, quàm ut cujuſquam, nedum noſtro præconio egere videantur. Quod ſupereſt, Deum optimũ maximum precor, ut animos iſtos vobis, hoc eſt, tibi & *Budæo*, nova indies proferendi, animíſque iſtis tempus in hac vita quàm longiſſimum tribuat, ut peractis quæ promiſiſtis, majora concipiatis. Nam quæ ultrò ſpopondiſtis, appellantur quotidiè & flagitantur: ac jam periculum eſt, ut *Plinii* verbis utar, ne cogantur ad exhibendum formulam *accipere*. Vale, & nos ama.

Quum epiſtolam hanc jamjam obſignaturus eſſet *Deloinus* noſter, interveniens ego ſalutem hìc *Deloini* ipſius conſilio propriâ manu adſcripſi tibi, id quod hoſpitalis cujuſpiam teſſeræ loco tibi fuerit. *Lutetiæ*. *Nicolaus Beraldus*.

Eraſmus Roterod. D. Franciſco Deloino S. D.

Epiſt. 14. VIdeo, ſplendidiſſime *Deloine*, quot quantíſq; nominibus debeã *Guilielmo Budæo*, non veſtro modo *Gallia*, quod tu veriſſimè ſcribis, verumetiã totius ævi noſtri decori, atq; ornamento incomparabili: qui non contentus ornare me teſtimonio ſuo apud omnes ubiq; doctos graviſſimo, nobilitare tot eruditiſſimis epiſtolis, inſuper amicis tam multis locupletat beátque, atq; O Deum immortalem, cujuſmodi? An non meritò ſic exiſtimem, ingentem acceſſionem factam meis poſſeſſionib', poſtea quàm *Guilielmus Parvus*, *Franciſcus Deloinas*, *Ludovicus Ruzeus*, amicorum meorum numero additi, in bonis meis eſſe cœperunt? porrò cum tria nomina recenſeo, boni ſuperi, quot egregias dotes, quot ornamenta rariſſima compendio ſum complexus? Nec hos ſolùm illius operâ lucrifacio, quin ille jam verbis conceptis mecum pactus eſt, quicquid uſquam gentium nobis eſt amicorum, id lege Pythagoricâ noſtrum utriq; fore commune. Eſt ille quidem, fide optimâ, ut ſi quiſquam alius: ſed tamen eſt apud me hujus pacti ſyngrapha ipſius digitis deſcripta, ſi quid inficiari velit. Quidvis patiar citiùs quàm ſemel traditam poſſeſſionem tam præclaram interverti mihi. Ad egregias iſtas laudes quas mihi tua tribuit epiſtola: nihil habeo quod reſpondeam, niſi vos de me ſanè, amantiſſimè errare. Jam quòd lucubrationes meas omnes abs te non legi modò intelligo, ſed excuti quoq;, ſed penitus introſpici, utrum ne felicem me dicã, cui à ſummis eruditione pariter atq; autoritate viris, hoc dignationis & honoris habeatur: an infelicem potiùs, qui talis cum ſim, neq; enim meipſum neſcio, in judices tam oculatos inciderim? id quoties mecum reputo, quo pudore me ſuffundi putas? Libet vociferari, non ſcripſimus iſta *Deloinis*, hoc eſt, plus quàm Læliis ac Perſiis, iſta literariæ militiæ Tyronibus parata ſunt, aut certè craſſulis quibuſdam & amuſis Theologis, quibus antehac erat ad Catholicarios, ad Mammetrectarios velut ad *Apollinis* tripodem fruſtra confugiendum. Horum Cymmeriis tenebris conati ſumus quantulumcunq; lucis aperire. Cur vos ſummates viri, patriciiq; ordinis proceres, ad hoc plebeium convivium voſmetipſos ingeritis? Non iſtis palatis hæc parabantur legumina. Video, video, quantum ſolicitudinis mihi ſit adjiciendum operis noſtris, ſi quid poſthac emiſero. Cum ante paucos menſes apud *Coletum* tui facerem mentionem, protinus agnovit nomen *Deloini*, ac recordatione veteris conſuetudinis viſus eſt admodũ delectari. *Nicolaus Beraldus* lepidè nimirum hoſpitalis teſſeræ meminit in ſubſcriptione ſua. Nam memini, cum olim eſſem *Aureliæ Italiam* aditurus, me hominis hoſpitio uſum, atque apud eum dies aliquot ſanè quàm benignè comitérq; habitum. Etiam nunc audire mihi videor linguam illam explanatam ac volubilem, ſuavitérq; tinnientem & blandè canoram vocem, orationem paratam, ac purè fluentem: videre os illud amicum & plurimum humanitatis præ ſe ferens, ſupercilii nihil: mores venuſtos, commodos, faciles miniméq; moleſtos: quin & interulam ſericam velut apophoretum obtulit abituro, víxq; ab homine impetravi, ut liceret recuſare. Hujus igitur teſſeram lubens agnoſco. Salutem hilaris accipio, meámq; multo cum fœnore reſcribo. Si cauſaberis hanc epiſtolam parùm eſſe copioſam, fac eas legas, quas ad *Budæum* miſim', & queri deſines: poſteaquàm enim lex illa placet, ut amicorum omnia ſint communia, ſi quid literarum ad illum datum eſt, id ad te quoq; datum eſſe putabis. Bene vale, patrone incomparabilis, & *Ruzeum* meo nomine ſaluta diligenter. *Antuerpiæ*, nono calendas Martias, M D XVI.

Guilielmus Budæus Eraſmo Roterod. S.

Epiſt. 15. IN magna expectatione eram, cum hæc ſcripſi, ob epiſtolium tuum; quod ita ad me ſcripſiſti, quaſi longiſſimæ ſcribendæ epiſtolæ, brevi nacturus occaſionem: ſimul ſcire geſtiebam, quid ſit quod *Tonſtallus* Britannus regius iſtic orator, homo ſingulari doctrinâ, ut audio, ultrò etiam ad me ſcripturus erat: id eſt, ad amicitiam me provocaturus, hominem ſibi ignotum, ac doctis penè omnibus, niſi qui de facie noverunt. Interim verò dum vices meas ſcribendi nondum veniſſe interpretarer, epiſtolis libens ſuperſedeam. Quod quidem ad te attinet, ut qui ſim ad ſcribendas literas etiam vernaculo ſermone cunctantior, ac planè etiam ceſſator: etiam ſi non ſatis ſcribendo novi epiſtolarum modum, ut tu antehac expertus es. Sed hujuſmodi repentè ſe obtulit occaſio, quem libens arripere debeam. Heri animi cauſâ (id quod rarò ſoleo) tabernis bibliopolarum obeundis, pomeridianas aliquot horas conſumere ſtatueram: ad *Joannis Parvi* tabernam nobilis bibliopolæ offendi *Guilielmum Parvum*, illi, ut arbitror, gentilem: virum eundem magnum in primis, Theologúmq; eximium: eorum ſodalium decus, quos *Dominicales* appellant, cognomento *Prædicatores*, qui nunc eſt à ſacroſanctis confeſſionibus Regi: quod munus *ſacrum oricularium* appellare ſoleo: haud alio concionatore aula ac regius comitatus in magnis celebritatibus utitur, nec

Ludovici

Ludovici Regis tempore uſa eſt: vir omnino ad Eccleſiaſticos panegyriſmos exactè à natura concinnatus. Is cum mihi familiariter amicus eſt, amicóſq; meos amat, tum eo nomine eum præcipuè obſervo, quòd librorum reconditorum conquiſitor eſt, atq; inveſtigator ſagaciſſimus, ac bibliothecarum penè compilator. Sed neſcias utrũ omnia volumina avidiùs corroget, an benigniùs amicis impartiat & commodet. Ad ſummã, cum eum hominem multis de rebus ac moribus amẽ, uno tantum nomine odiſſe eum poſſum, dicam enim liberè, nihilq; aliud ei ſuccenſere quàm q *Eraſmo* nimium favet homini externo, cui ego jam invidere cœpi ob nimiam iſtam gloriam, quã non modo *Germaniam* (de reliquis Provinciis nunc ſilebo) ſed *Galliam* etiam noſtram ita irradiat, ut gloriolam noſtram præradiet, & jam nobis eſſe obſcuris ac videri neceſſe ſit. Et ſi *Budæus* agere cum eo obſtructi luminis ſpecioſe non poſſit, cui ex ejus ſcriptis luminis plus acceſſit. Ut ad rem redeam, *Guilielmus Parvus* ejuſmodi mecũ verba fecit, ut affirmaret nudiùs (ut arbitror) tertiùs ſermonem apud Regem excitatum eſſe de viris literatis. Ibi cum multa de *Eraſmo*, de aliis, de *Budæo* fortaſſe dicerentur, Rex *Minervæ*, ut ſpero, numine afflatus ita inſit: in animo ſibi eſſe lectiſſimos viros in regnum ſuum præmiis opimis aſciſcere; ac ſeminarium, ut ita dicam, eruditorũ in *Francia* inſtituere: quæ verba cum *Parvus* jãdiu occaſioni imminens excepiſſet, eſt enim ut literatorum omnium ſuffragator, ſic doctrinæ induſtriæq; tuæ admirator & commendator, aſciſcendúmq; *Eraſmum* in primis cenſere ſe dixiſſet: ĩdq; per *Budæum* optimè tranſigi poſſe, qui ob commune utriuſq; linguæ ſtudium, & alias ſumma cum illo amicitia devinctus eſſet: ad poſtremum Regem impetu animi egregio eo eſſe productum (aderant enim & alii literarum tuiq; fautores) ut diceret eam per me conditionẽ tibi offerri verbis ſuis vélle, ut ſi iſtinc denigrare in animũ induceres, operãq; literis hìc navare quã iſticconſuesſes, ſacerdotium ipſe tibi ad mille *Francicos*, & eo amplius collaturum ſe ſponderet. Hic fidem meam hactenus intercedere intelligis, ut internuncii, non etiam ſponſoris partes agam, & quæ ab illo accepi, bonã fide deferam. Neq; enim in rem præſentem veni, neque hac Principis voluntate mihi aliquid acceſſit, ac ne acceſſurum quidẽ mihi perſuadeo qui rationes meas diverſas, atque adeò averſas ab aula & hujuſcemodi proceſſibus ſentiã, ac mihi eum eſſe genĩũ divinitus, ut interpretor, datũ, qui nec aulæ, nec ſibi in aula placere poſſit. Atqui huic meo genio, ac planè ingenio vim afferam neceſſe eſt, ſi creſcere ornamentis fortis fortunæ mediter: tametſi hæc mihi multorum votis optantur, de beríq; exiſtimantur, cum quib⁹ non ſentio, ut qui me meli⁹ & explorati⁹ ad manúmq; æſtimârim. Tua omnino fert aliud ratio, à quo nihil exigetur aliud, quàm q tu facilè præſtare, atq; hilariter poſſis. Quòd ſi donorum liberalitatúmq; paginas Reges noſtri profanis nominibus tam luculenter implere, quàm ſacris ac ſpiritualib⁹ poſſent, ego mihi quoq; homini conjugi nonnihil in adventitiis ſpei reponendũ exiſtimarẽ. Nunc autẽ ita fert ratio & inſtitutæ mihi vitæ & ſtudiorum meorũ, ut mihi aulicis in rebus, ac ne in publicis quidem ꝓpemodũ nihil aut ſeratur, aut metatur. Unde fit ut homines multi conſilii mei ignari, ea me colere ſtudia exiſtiment & dictitent, quæ facũda multo magis quã fœcunda eſſe poſſint: nec eo minus tamen inde uberẽ mihi frugem promitto, cum ſenectuti meæ ſuffecturã, tum etiã nepotibus meis ac poſteris ſubſidii nonnihil ad vitã aut exiſtimationẽ allaturam. Sed ſuper omnia eſſe duco, q in animi alimentũ ſuppeditaturum eſt, & ad vitæ æternæ ac ſummi boni adeptionẽ conducturum. Quæres hìc fortaſſe, quid tibi autor ſim? quid aliud potiùs, quã ut hanc conditionem protinus accipias, & amplectaris? Primum, quòd ita te eſſe animatum velim vel meâ unius causâ: Deinde, q ſi eam acceperis, non magis fortunis tuis, quã honori, atq; ŏpinioni conſuleris. Proh Divi immortales, quã id tibi honorificum erit, quã ad omnium doctorum exiſtimationem ſplendidum, & fortunatum, iſtius te doctrinæ commendatione à maximo & illuſtriſſimo Regum in longinquã regionẽ petitum eſſe, & accerſitum? Rex hic eſt, non modò *Francus*, quod ipſum per ſe amplum eſt, ſed etiam *Franciſcus*: nomine hoc primum ab ipſo inter regia relato; &, ut augurari licet, ad magnas res ominoſo. Idem literarum non neſcius, quod ſolenne eſt noſtris Regibus: ſed idiomate facundus, ingenioſus, decens, mollis atq; obvii acceſſus, raris corporis, animiq; dotibus largè à natura prædítus, priſcorum Principum admirator & prædicator, qui quidem unquã animi magnitudine, ac rebus geſtis inclaruerint. His accedit, quod habet omnino quod det, ut ſi quis unquã Regum: & dat nemo largiùs, aut benigniùs. Et quantũ conjicere licet, præclari cupit eſſe conditor inſtituti, ut in poſterũ artes liberales etiam pertinere ad compendiũ videantur, contra quam ſolitũ eſt jamdiu. Quo maximè modo illuſtrare memoriam Principatus ſui poteſt. Verùm ut tibi ſucceſſura omnia ſpondeã, facit quod *Parvum* (ut dixi) oricularium ſacrum Principis univerſa doctorum natio, atque etiã virtute præſtantiũ, habitura mihi videtur quaſi actorem quendam publicum, qui in commune ſtipuletur, aſſiduúmq; veluti admonitorem, qui præclari propoſiti Principem obliviſci non ſinat, in te etiã ipſum, ac tua ſcripta peculiariter propenſum. Deinde antiſtes *Pariſienſis Stephanus Poncherius*, vir ſummâ doctrinâ, ac moribus compoſitis, & emendatis, ut ſiquis alius antiſtitum, ingenio atq; induſtriâ ſingulari, cis alpes, ultra alpes, nuſquã non obeundis legationibus, per omnes vitæ gradus auctus, per omnia Reipublicæ munia exercitatus, literatorum hominũ evocator & amplexator, eóq; nomine & aliàs in *Italia* nobilis & celebratus: qui cum mihi cognationem intercedere prædicandũ eſſe duco, legatus nunc agere *Bruxellæ* Imperatorémq; operiri dictitatur, ad renunciandam legationem: qui jam (ut opinor) te ad ſe accerſivit, ſi *Bruxellæ* fuiſti, quã eſt in te voluntate affectus, ut ab eo intellexi, cum hac ipſe iter fecit, ad legationem properans. Is, ut ex fratris ejus filio audivi, quem ferre in oculis dicitur librorũ tuorũ ſtudioſus eſt, quantum temporis ſuccidere neceſſariis rebus licet. Vidi tuam Novi Teſtamenti editionem apertam in cubiculo ejus remotiore. Nam & ipſe contra iſtos archaiſmi, id eſt, inveteratæ ac deploratæ ignorantiæ patronos & aſſertores, *Saturnias* lemas olentes (ut eſt in proverbio) tui veritatiſq; poſtliminio redeuntis, impugnatores, ꝓpugnare tibi ac veritati ſummâ autoritate ſolet. Ac ne Regis voluntatẽ impetũ eſſe potiùs, quã judicium

propoſitúmque certum ſuſpiceris, idem præſul mihi dixit, cum de te, ac ſummæ notæ ſcriptoribus loqueremur, Cordi eſſe Regi literas altiores, elegantioréſque, ſecúmq; verba feciſſe Regem, de conquirendis viris doctrinæ eminentis. Dixi tum poſſe te honeſto præmio evocari in *Franciam*, idq; me curaturum (ſi res ita tuliſſet) pollicitus ſum, effecturúmque: diu te *Pariſiis* ſtuduiſſe, nec minus te *Franciam*, quàm locum incunabulorum tuorum nôſſe. Is, quantum opinor, ſummè tibi favebit. Summa autem porrò ipſe autoritate apud Principem pollet, ut qui in ſanctius conſilium Principis allectus ſit inter paucos, quos *apoſectos*, & *ſelectos* appellârunt antiqui. Tu hac de re ſtatues, & ad me, aut alium quemvis ſcribes, ſi alium eſſe tibi amiciorem me putas: ut ſi hanc conditionem acceperis, hoc eſt, acceptendâ cenſueris, novâ tibi ſtipulatione, certior éq; caveatur à Principe, ejus præcipuè opera, cuj⁹ hortatu ad te ſcripſi. Ipſe enim maximè velim, ut hoc negotiũ ſine captione ulla tua tranſigatur. Exiſtimo *Guilielmũ Copum* medicum regium, hominem utrâq; linguâ doctum, & tibi amicum, ac benevolum, de hoc ad te ſcripturum, & alios, fortaſſe Principis juſſu, vel ipſum etiam Regem. Mirum quàm tibi *Guilielmorum* natio dedita ſit & literis. Jam enim tres *Guilielmos* in eodem negotio ſtudioſos habes tui: Sed *Stephanus Pariſienſis* (id eſt, corona) ſi tecum (ut ſpero) locutus eſt, magnum omen attulit ad ſummam, felicémque manum imponendam incœpto. Utcunq; ſit, ſi ad Regem ipſum ſcripſeris χαειστείαν ὀπίσταλιὼ, rem ei gratam feceris, & tibi prædicabilem. O quæ jam tellus ſatis ima dehiſcat corniculis iſtis garrulis, quarum tu oculos quotidiè configis! Τετυφὼ τὲς ψαδολόγες φημὶ, τὲς ἐπαναζάντας σοι, ϗ φθονῦντας ἢ δε ἢ ἐυδοξίας, ϗ τῖ πανδήμε κρότε. Καὶ μὶω καὶ ἔμοι γε (εἰ δεῖτ' ἀληθὲς φάναι) ϛασχαίνειν σοι ἔπεισι, καὶ ὡρ ἐυνοικῶς ἢ ϗ ἐυγνωμόνας ωρὸς με διαχειμένε. Καὶ μικρόν τι μεταβῶναι ἐφ' οἷς ἐρθὶω ὑπερπαινέσας σε μεταξὺ διαλεξαμένων ωρὸς σῆ εἰς ἄκρον ἢ καλῆς παιδείας ἐλκυσθέτων. Πὼς γὸ ἂν ἂν ἀγνοεθείλω ἔγωγε ποσότης κροτήμασιν ὑπὸ σῦ παρδοκιμάζο, ϗ ταῦτα βρεβεύοντων τὸν ἀγῶνα τὸν δε σὴν ἡμεδαπῶν ἐνδοξότων. Φεῦ ἢ ἀτυχίας τε καὶ ἢ ἀγνωμοσύνης. Ὁ ἄγαν φιλόπαιξις ἐγὼ (id quod penè mihi vitio vertis) ϗ τοῖς ἐμοῖς φεύγκις νεανικῶς σωιεττὼν, ὃ δ' ὀθὶ ἢ ὁμοτύλων δικαῶν τυγχάνω ἢ δικαίων. Ἀλλ' ὦ βέλτιςε, ὅπως μὴ ἀντιφθονήσης ἐμοὶ σύγε, ὃ καὶ δὴ ὀπίσθονα τ' ἐμοὶ, τῖ μὴ ἐυφησαντ@, ὡς ἐγώ φημι, ὡς ϗ ἢ ἡμετέρων πλείς ὠφελήσαιν ὃ κατ' ἀξίαν ωρεπόντ@, οἷς δὴ σὺ συγκαταθήσεθαί μοι δοκεῖς. Ἀλλὰ μὶω ἤδη τὶω ωενίαν τὶω σὶω ἀποκορωνίδα ὦ μακάρε. Apage tamen jam ab ædibus noſtris. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ὕτω πεπάγχω. Temperare enim mihi nequeo ad te ſcribens, quin te jocis provocem, hominem jocis ac leporibus concretum, videlicet quod aiunt, τὸν ἵππια, εἰς πεδίον ωρεκαλέμ@. Ἐῤῥωσο φίλτατε μοὶ κεφαλὴ, καὶ διατέλει ἐυτυχῶν τε καὶ ἐυδοκιμῶν τῇδε τῇ φιλοπονίᾳ. Pariſiis Nonis Februarii.

Eraſmus Rot. Guilielmo Budæo S. D.

Epiſt. 16. VIx tandem explicaveram me ab illa loquaciſſima epiſtola, quæ quã tibi moleſta futura ſit, vel hinc conjicio, ϗ mihi quoq; ſcribenti tædio fuerit: eam vix dum obſignaveram, cum alteræ tuæ mihi redduntur literæ quibus *Chriſtianiſſimi Regis* animum erga me ſignificas. Ad has λαλητικὰς reſpondeam oportet, ſimul ne te pariter ac me tædio loquacitatis enecem, ſimul quòd eodem tempore ad plures item alios mihi ſcribendum ſit. Regis animum, verè Principe dignũ, atq; adeò tali principe, meritò probo atq; exoſculor. Quòd de nobis tam magnificè ſentit, id potiſſimum vobis amicis debeo, qui me illi depingitis, non qualis ſum, ſed qualem optatis haberi. Atq; id ſanè facitis non mediocri periculo, nec id meo tantùm, verum etiam veſtro. Quanquam eadem de re jam diligenter egerat Regis nomine clariſſimus orator Epiſcopus *Pariſienſis*, quem virũ non minùs verè, quàm graphicè depingis in tuis literis. Perlongum fuerit conſultantium more, quæ res ad hoc invitent, quæ contra deterreant epiſtolâ complecti; tuum conſilium quod ſit video. Id ego feliciùs etiam fore judico, quod datum ſit ab homine, non prudentiſſimo ſolum, verumetiam amantiſſimo. Nam ſi uſquam locum habet *Græcorum* proverbium ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, in conſiliis locum habere puto. Cæterùm ut hac de re fateor me plurimum debere cùm vobis omnibus, tum in primis Regi munificentiſſimo, optimóque: ità non poſſum in præſentia certi quicquam reſpondere, niſi communicato conſilio cum Cancellario *Burgundiæ*, qui nunc abeſt, *Cameracum* proficiſcens. Interea dum & ipſe negotium meo cum animo diligentiùs perpendo, & amicorum ſententiam exquiro, ille, ut ſpero, redierit: cujus animum ſimul atq; cognovero, faciam te certiorem de toto meo animo. Hoc ſolùm in præſentia dicam, mihi *Galliam* multis nominibus ſemper fuiſſe charam; ſed nunc haud alio nomine commendatiorem, quàm quòd *Budæum* habet: à qua non eſt quod me facias alienum, & ut tu vocas, extrernum. Nam ſi Coſmographis credimus, ad *Galliam* pertinet & *Hollandia*. Commodùm admonuiſti, quod ipſe ſæpenumero admiratus ſum, *Guilielmorum* gentem mihi tantopere favere, ſive id fato quodam accidit, ſive caſu. Olim vix decem natus annos, colluſorem amavi *Guilielmum*. Rurſum quindecim annos natus, ſic æqualem quẽdam dilexi, ut mihi eſſet meipſo charior. Huic ſucceſſit *Guilielmus Hermannus*, homo doctus, cujus hymnos opinor vidiſſe te: poſt hunc *Guilielmus Montjoius*, perpetuus & conſtantiſſimus *Mecænas* meus. Deinde *Guilielmus Latamerus*, vir in utriuſq; literaturæ præſtantia *Linacro* non inferior, homo verè Theologus, hoc eſt, integerrimus ſimul & eruditiſſimus, noſtríq; cum primis ſtudioſus. Ad hæc, *Guilielmus Grocinus*, cujus epiſtolam habes ſphæræ *Proculi* additam. Jam quot *Guilielmos* æquat unus ille *Guilielmus* Archiepiſcopus Cantuarienſis? Ad hæc *Guilielmum Copum* ſic totum totus amo, ut ad ipſum etiam hominis nomen recreer. De te verò parciùs dicam in os. Sed ditior ſum, quàm exiſtimâram. Neſciebam inſignem illum & omnium ore celebratum Theologum *Guilielmum* cognomento *Parvum*, virtutum eminentiâ maximum, uſque adeò meum eſſe. Mane, nondum omneis *Guilielmos* meos recenſui. Eſt *Baſileæ Guilielmus Neſenus*, optimarum literarum ardentiſſimus cõſectator, mihi ſic unicè deditus, ut *Pyladem* meũ appellare jure optimo poſſim. Is nihil contetur, quodvis etiã capitis periculũ adire pro ſuo *Eraſmo*. Ex oratore veſtro cognovi *Paulum Æmilium* tandem evulgare rerum *Gallicarum* hiſtoriam. Non enim poterit non eſſe abſo-

abſolutiſſimum opus, quod à viro non minus docto, quàm diligenti, plus annis viginti ſit elaboratum. *Vtopiam Thomæ Mori*, ſi nondum videre contigit, fac cures emendam, neque pigeat per ocium legere. Non pœnitebit operæ inſumptæ. *Thomæ Linacri* lucubrationes ex officina *Badiana* propediem exituras, dici non poteſt, quàm gaudeam. Nihil ab eo viro expecto non abſolutiſſimum omnibus numeris. Deum immortalem, quod ſeculum video brevi futurum, utinam contingat rejuveneſcere. *Petrus Ægidius* hoſpes meus, ut bonarum literarum & admirator, & egregiè peritus: ita tui cum primis ſtudioſus, rogavit ut ſuis verbis tibi ſalutē aſcriberem. Is ſuis digitis prolixam illam ſcripſerat epiſtolam, quanquā alias occupatiſſimus, cum mihi non vacaret reſcribere, & alterum è miniſtris *Lovaniums* ablegaſſem, alter ab oculis laboraret. Bene vale. *Antuerpiæ* nono Cal. Martias. An. MDXVI.

D. *Cuthertū Tonſtallum* à nobis avulſit Imperator *Maximilianus*, cui poſteaquàm orator aſſignatus eſt, ſucceſſore miſſo, qui apud *Carolum* noſtrum ageret, deſiit diutiùs eodem in loco commorari. Quod vitæ genus non omnino diſpliceret, modò Bibliotheca nos quoquò iremus comitaretur. Huc ſi venerit, coram; ſin minùs, abſentem literis appellabo, de literis ad te. Rurſum vale.

Guilielmus Copus Eraſmo Roterod. S. D.

Epiſt.17. QUòd toties provocatus literis tuis nihil reſponderim, nihil aliud cauſæ fuiſſe credas velim, quàm eraſſam hanc meam barbariem, quæ doctis auribus tuis obſtrepere erubuit, id quod vel ſilente me facilè intelligere poteras, ſed cogit me in præſentiarū regia majeſtas ſilentium rumpere. Id quid ſit, paucis accipe. *Guilielmus Parvus*, doctor Theologus, regius confeſſionarius, nominis tui perquam ſtudioſus, *Franciſcus de Rupe forti*, Regis quum in teneris ageret, pædagogus, nunc abbas, qui ſummis te laudibus apud proceres noſtros efferre ſolitus eſt, ambo Regem quum ſacris adeſſet, adierunt, eique multis argumentis, ut te in *Galliam* vocaret, perſuaſerunt. Illicò Rex intellectâ ſummâ iſtâ tuâ eruditione, juſſit ut ad te literas darem, quibus animum tuum explorarem an cum *Gallis* degere, & quâ conditione contineri velis. Pollicetur Rex Chriſtianiſſimus, ſi hìc nobiſcum vivere decreveris, adeo benignè te educaturum, ut nunquam te inſtituti hujus pœnitere poſſit. Proinde reſcribas velim. Nondum videre potui Aphoriſmos tuos. Vale. *Lutetiæ* octavo Idus Februarias.

Eraſmus Roterod. Guilielmo Copo S. D.

Epiſt.18. O Felicem *Galliam* tali Principe! O te fortunatum iſtiuſmodi patrono! O me beatum tanti Monarchæ favore! Cæterùm ad tuas literas quas Regis tui juſſu ſcripſeras ad me, nondum licet certi quippiam reſpondere. Sed brevi ſtatuam, ac renunciabo: interim hujus honoris uſurâ fruar, quòd laudatiſſimorum hominum commendatione, laudatiſſimo Regi placuerim, pro cujus erga me ſtudio quantum debeam, nec diſſimulabo, nec obliviſcar unquam: ejus majeſtati per literas utcunque gratias egi. Sic enim juſſit *Budæus*; ſed tu idem dexteriùs feceris oratione, nec ipſi ſolùm, verumetiam eximio Theologo *Guilielmo Parvo*, & reverendo patri *Franciſco de Rupe forti*, qui quàm errant amanter, tam officioſe ſunt de nobis mentiti Regi. Quod Aphoriſmos noſtros deſideras, cave putes iſtius eſſe generis, cujuſmodi ſunt tui *Hippocratis*; alia res eſt. At ſi libellum poſces *Eraſmi De inſtitutione Principis Chriſtiani*, iſtoc titulo citiùs inveneris. Bene vale. *Antuerpiæ* ſexto Calend. Martias. Anno MDXVI.

Audio ſanè & gaudeo, *Thomæ Linacri* lucubrationes excudi *Lutetiæ*. *Vtopiam Mori*, ſi nondum legiſti, fac requiras, ſi quando voles ridere, imò ſi fontes ipſos inueri, unde omnia ferè Reipublicæ mala oriuntur. Rurſum vale.

Chriſtianiſſimo Galliarum Regi Franciſco Eraſmus Roterodamus S. D.

Epiſt.19. CUm inclytum *Francia* regnum, omniúmque conſenſu longè florentiſſimum plurimos ediderit Principes, pietate, belliq; gloriâ præſtantes, *Franciſce* Regum optime juxta ac maxime, tu tamen in primis ſpecioſiſſimum illud & *Gallorum* Regibus peculiare *Chriſtianiſſimi* agnomen mihi præſtare videris. Etenim cum CHRISTUS ipſe Regum rex, ac Principum princeps, haud alio inſigni, ſymboloq; ſuos dignoſci voluerit, quàm mutuæ inter ipſos concordiæ: tu poſtea quàm bello adverſus *Elvetios* geſto, quàm tibi nec animus, nec apparatus, ad bellum gerendum deeſſet declarâras, tamen huc totis nervis incumbere maluiſti, ut compoſitis in æternum bellorum tumultibus, præcipui Chriſtianæ ditionis Principes perpetuâ jam pace inter ſeſe conglutinarentur: nimirum prudenter illud animadvertens, *Ex Regum inter ipſos diſſidiis ſemel omnium rerum bonarum peſtem, ac perniciem; contra, malarum omnium colluviem, ac mare in vitam mortalium invehi: quorum animos & opes, ſi pax & amicitia ſyncera conjunxerit, mox futurum, ut jam velut aureo quodam ſeculo, pietas, optimæ leges, & quicquid eſt honeſtarum artium, ſimul efflorеſcat: qua ſemper pacis & comites eſſe ſolent & alumnæ.* Intelligit, videt, perſpicit, animus iſte tuus verè regius, ita maximè fore te Principem felicem & eminentem: non ſi quàm plurimis, ſed ſi quàm optimis ac feliciſſimis imperaris. Illud igitur quo magis efficiat vigilantiſſima tua majeſtas, cum tot habeat in regno ſuo viros, omni virtutum ac literarum genere præcellentes: tamen undiq; præmiis ampliſſimis aſciſcit, quo regnum per ſe ornatiſſimum talibus honeſtamentis reddat ornatius, haud ignara iſtiuſmodi decoribus multò veriùs, ac pulchriùs, illuſtrari ditionem ſuam, quàm opibus, trophæis, pyramidibus, aliiſve quantumlibet magnificis ſubſtructionibus. Porrò, quòd inter hos me quoq; tua benignitas dignata eſt honeſtiſſimis præmiis ſollicitare; video ſanè quantopere debeam animo tuo non minus humano quàm excelſo. Atque utinam adſit mihi tanta vis ingenii & eruditionis, ut aliqua ſaltem ex parte tanti Principis expectationi reſpondere queam: tantum autem eloquentiæ, ut heroicas iſtas virtutes tuas, eximiáq; decora dignis aliquando præconiis poſteritati commendem, atq; in primis hoc divinum reſtitutæ pacis beneficium, te cum primis adnitente, partum orbi Chriſtiano. Precor Deum optimum maximum, ut poſtea quàm illi complacitum eſt pulcherrimos iſtos impetus animis

mis veſtris immittere, idem provehat, benéq; fortunet. Verè profecto ſcripſit Rex ille pacificus, *Corda Regum in manu Dei eſſe, & illius arbitrio huc aut illuc impelli.* Quis enim dubitet iſtam mentem hujus afflatu vobis dari? Proinde ſpes eſt fore, ut qui novam hanc felicitatem orbi Chriſtiano largiri cœpit, idque per te potiſſimum, idem munus ſuum veſtrâ pietate, conſtantiáq; quàm maximè diuturnum ac proprium velit eſſe. Is majeſtatem tuam, Rex excellentiſſime, diutiſſimè felicem, ac rebus omnibus florentem regno, imò orbi terrarum ſervet, ac tueatur, cui me totum trado, dedicóque. *Antuerpiæ* nono Calend. Martias. Anno M D XVI.

Ludovicus Canoſſa Epiſcopus Baiocenſis Eraſmo Roterodamo S. D.

Epiſt. 20. EA ſemper mihi voluntas, ea mens, is animus fuit, ut quandocunq; per fortunam aliquantò favorabiliorem liceret, & ſtudiis bonis noſtrum omne ocium applicaremus, & ſtudioſum aliquem, literatúmque hominem domi foveremus. Itaque mihi perſuaſum cum ſit, eum te *Eraſme* eſſe, quem animo ipſe concipio, quémq; unum in primis unà mecum eſſe ac vivere exopto, cujus videlicet & ſingulari ingenio recreari, & literatis colloquiis frui, & multiplici etiam doctrinâ paſci, atq; eruditi valeam: dignum equidem putavi, ſimul atq; Chriſtianiſſimi hujus Regis (apud quem ſummi Pontificis oratorem ago) benignitate ac favore, *Baiocenſi* eccleſiæ me licèt immerentem ſummus ipſe Pontifex præfecit, tibi fortunam hanc noſtrã ſtatim nunciare, téq; inſuper hortari & invitare, ſi commodo tuo ad me demigrare potes, unà mecum deinceps commoraturus, excepturum te me, ſi non omnino ut ipſe mereris, at ſaltem pro virium noſtrarum quantulacunq; facultate: curaturúmq; ut & *Eraſmo* quantum in me erit ſatisfaciam, & *Eraſmum* ad *Baiocenſem* Antiſtitem acceſſiſſe pœnitere nunquam debeat. Quem tantiſper dum beneficiis amplioribus ornavero, annuâ ducentorum ducatorum penſione honeſtabo, præter tuam ac famuli unius, itémq; equorum duorum impenſam. Bene vale, & mihi animum tuum renuncia. *Ambaſiæ*, Idibus Novembris. Anno M D XVI.

R. D. Ludovico Canoſſæ, Epiſcopo Baiocenſi, Eraſmus Roterodamus S. D.

Epiſt. 21. ET felicitatem iſtam tibi gratulor, cujus meritis favore *Leonis* Pontificis verè maximi, contigerit iſta dignitas, & animum tuum erga bonas literas magnopere probo: denique pro tuo de me judicio, vel, ut melius dicam, pro iſto tam amico de nobis errore, gratiã habeo maximã, neq; ſecus debere me puto tuæ benignitati, quàm ſi quod offert (offert autem conditionem liberaliſſimam, ac planè meis meritis ampliorem) jam accepiſſem. Cæterùm quoniam nunc abeſt Cancellarius *Burgundiæ*, cujus operâ pridem aſcitus ſum in famulitium Catholici regis *Caroli*, non habeo quod certum in præſentia reſpondeam, id tamen faciam propè diem. Interea perge favere tuo (ubi ubi terrarum futurus eſt) *Eraſmo*. Bene vale, cui me totum addico. *Antuerpiæ* ſexto Calend. Martias. Anno M D XVI.

Eraſmus Roterodamus Thomæ Grtio & Petro Viterio S. D.

EOdem die mihi veſtræ redditæ ſunt literæ, querelarum plenæ, quòd nihil reſpondeam. *Epiſt.* 22. Præter has poſtremas expoſtulatrices, imò objurgatrices, binas duntaxat à vobis accepi, hoc eſt, à ſingulis ſingulas; quibus hactenus non reſpondi, ſed tamen, niſi fallor, juſſi vos ſalvere in literis ad *Badium* datis. Nec ideò minus vos amo, ſi ſcribo rariùs, qui ſic diſtrahor, partim his aulæ tumultibus, partim iniquitate fortunæ, nonnihil etiã ſtudiis, ut vix ſim apud me. Hæc ſcripſi graviter ægrotus, non pituitâ, ſed veriùs peſte, quæ plurimos hìc jam tenet. Quòd deploras, mi chariſſime *Viteri*, te iſthuc à me miſſum, quo meâ conſuetudine careres; ſcis ipſe te quorundam malitiâ *Caletio* depulſum fuiſſe, quem exitum ego ſemper expectabam. Atq; utinam nunc ea tibi eſſet fortuna, qualem ego optârim. Sed tamen eſt aliquid in patria vivere, præſertim tali. Et ſortem tuam ita reddes tolerabiliorem, ſi quod ſis, eſſe velis. Quòd ſi quid eſt in quo requiras officium noſtrum, fac periculum, num idem ſim *Eraſmus*, qui ſemper fuerim. Literarum officio non poſſim omnibus reſpondere, etiam ſi nihil agam præterea. Tuum, mi chariſſime *Greie*, ſtudium atque animum tam pium, dici vix poſſet, quantopere exoſculer. De filii indole gratulor ex animo. Quòd ipſe ſacra potiſſimum amplecteris, hoc eſt, ea per quæ vivas feliciter, & moriaris feliciùs, prudenter facis, & rectiſſimè tibi conſulis. Quanquam tu quidem ſuperſtes eris in liberis, quibus bis pater es: quippe non contentus in hanc lucem produxiſſe, *Chriſto* parturis eoſdem. Valete ambo, quos ut æquè tum mihi, tum inter vos charos epiſtolâ quoque conjungere viſum eſt. *Bruxellæ*, Idibus Februariis, Anno M D XVI.

Ioannes Watſonus D. Eraſmo Roterod. S. D.

TErtio Idus Auguſti literas, quas Nonis Junii ad me ſcripſeras, accepi, idque mihi crede, *Epiſt.* 23. ſuaviſſime præceptor *Eraſme*, non ſine ingenti lætitia, ut ex quibus intellexerim, tum incolumem te eſſe, tum gratiam & autoritatem nactum apud veſtratem principem *Carolum*. Magno me munere donâſti, ſimul atq; literas ad me dediſti: quandoquidem ita vivam, eo ſum animo erga *Eraſmum*, ut duas tréſve pagellas ejus ad me ſcriptas, propemodum tanti faciam, quanti ſacerdotium etiam opulentiſſimum. At ridens dices, Probè tu quidem addis *propemodum*. Ingenuè fateor extraria hæc me non prorſus contemnere, ſed nec ſic amplecti, ut bonis literis & doctorum familiaritati præponam, modò rationi victus fuerit ſatisfactum. Dubio procul adeò erant mihi gratæ, precioſæq; literæ tuæ, ut ſi rei votiſq; meis par opulentia ſufragetur, ſingulis literis ſingulos aureos redderem. Miror indies magis ac magis *Eraſmum*, quo magis in annos proceſſerit, eo magis grandeſcere, ac quotidie novum & auctiorem ſeſe oſtendere. Celebraris paſſim in *Italia*, præſertim apud primi nominis doctos: incredile dictu eſt, quanto effectu paſſim tuam *Copiam* complectuntur, ſimul & *Moriam*, haud ſecus quàm ſummam ſapientiam. Conveni ego multos, qui mihi videbantur apud

ſe

se videri doctiores, quod te nôssent, apud quos & ego pluris habebar eodem nomine, titulóq;. *Raphael Regius Venetiis* adhuc profitetur *Quintilianum*, impensis & mercede ex publico ærario. Doctus quidem ille, & mediocriter eloquens, sed longè infra alium ibi professorem, qui Græcas literas præcipit etiam publicâ mercede, cujus nomen excidit, qui & te novit optimè, mirisq; effert præconiis. Cum *Ambrosio* medico, cujus meministi in Proverbio Δὶς δυὰ πατῶν, quotidie fermè fabulatus sum in officina aromatarii ad signum corallii, qui me fecit plurimi tuâ causâ: quomodo fecerunt *Petrus Halcionius*, meo judicio egregiè facundus, & alii complures. Socer *Aldi* bibliopola, in signo ancoræ nescio quoties de te locutus, promisit domum suam, & omnem humanitatem, si quando libuerit tibi illuc advenire. Spargitur quaquà versum in toto Christiano orbe fama tua, omnium doctorum uno ore & consensu prædicaris doctissimus, ac utriusque linguæ peritissimus. Cæterùm ut omnes divitias tuas profetant, sive doctrinæ tam variæ, sive raræ cujusdam facundiæ, ego nihil ita stupeo ut modestiam, quâ te omnibus infimum præbes, cum sis omnium calculis undecunq; summus. Solent hujus generis literæ, quibus tu gaudes, inflare possessorem: & sicut singularem reddunt, ita quoque à communi hominum grege & familiaritate separare. Tu tamen totus generosus omnibus te communicas, nullius aspernaris familiaritatem, ut omnibus prosis. Quare & ubicunq; es, ita vivis, uti singulis locis Christiani orbis præsens esse videaris, immortali famâ, egregiisque monumentis deinceps semper victurus. Castigatione Novi Testamenti simul & annotationib⁹ tuis mirum quàm illustrâsti CHRISTUM, optimè meritus de omnibus ejus studiosis. Deus centuplum tibi referat unà cum vita æterna: siquidem meo judicio non potuisti facere quicquam Christiano professore dignius. Incidi ante paucos dies in *Catonem* misorem, quem commentariolis elucidâsti, in quibus non crederes quantum me oblectârim, admirans tam dulcem & uberem frugem, in tam modicâ gleba. Obsecro facias ascribi omnium operum tuorum indicem, uni aut alteri librorum. Nam sicut de hoc libello mihi non constabat, ita vereor nè sint etiam alii quos ignorem. *Hieronymum* obviis ulnis, votísq; omnibus excipiemus, acturi gratiam cultori & reparatori ejus. *Petrum Falconem Elvetium*, quem nos *Angli* agnomento *Magnum* appellavimus, valde diligo. Porrò erat diligentissimus peregrinorum patronus, simul & jucundissimus comes: habebat in triremi caudatam simiam, miro ingenio, quæ gestibus, cachinnis, clamore, saltu, cæterísq; ludicris, quotidie nobis risum Sardonicum movebat: ad hæc rerum novarum & artium ac machinarum curiosus, gestabat subinde ad cingulum suspensam Bombardam, accuratè notabat oppidorũ locorumq; situm, & nomina, atramento ex minio facto oblinebat librum peregrinationis, & de te mecum fabulans, subinde gloriabatur te unas ad se dedisse literas. Rogo si quando ad eum scripseris, hominem meis verbis salutes. Gratulor tibi nobis reddito, imò nobis te redditum, quantum cui maximè. Utinam daretur copia tecum fabulandi, ego arbitror si te totum mihi effuderis, & ego me tibi, nec te *Thrasonem* agere posse, quemadmodum dicere soles, nec me *Gnathonem* si quippiam in laudem tuam dixero: quippe cum nihil tale inter veré amicos esse possit, quin potiùs scelus esset cælare aliquid. Sum avarus visendi tui, si manseris istìc usque ad *Michaelis*, visam te Deo bene juvante: quòd si libebit interea te huc recipere, quod maxime velim, nemini erit optatior acceessus tuus quam mihi. Agemus ferias amœnissimas. Quicquid apud me est, quod aut voluptati, aut usui esse poterit, tuum erit. Bene vale.

Erasmus Roterodamus Ioanni Watsono insigni Theologo S. D.

QUàm mihi rem optimè *Vvatsone* narras? Itáne tecum in ipsam usq; *Syriam* peregrinatus sum? Neq; seciùs ipse, cum amicos omnes, tum in primis *Vvatsonum* meum animo mecum circumfero, quoquo terrarum me recepero, memor suaviſſimæ familiaritatis nostræ, & noctium etiam fabulis jucundissimis citra tædium nobis transmissarum. Quin & illud voluptati fuit, quod veterum amicorum quibuscum *Venetiis* egi consuetudinem, memoriam mihi refricuisti. Cæterùm cujus nomen tibi exciderat, *Marcus* est *Musurus*. Novi candorẽ istorum, sic *Erasmum* onerant suis laudibus, ut si superis placet, sunt qui illi invideant etiam, id quod ego profectò nunquam expectâram fore, ac vix etiamnum mihi persuadeo. Novum Testamentum tibi, hoc est, viro tum integro, tum erudito probari, non molestè fero, de quo tamen ipse nihil ausim profiteri, nisi nos annixos pro virili, ut qualicunq; industriolâ nostrâ, CHRISTI philosophiam bonis mentibus commendaremus. Tuúmq; mi *Joannes*, animum magnopere probo, qui sic in *Scoticis* labyrinthis versaris, ut tamen hæc simpliciora crassioráq; non asperneris, pariter & illis satisfaciens, & tuo nihilominus fruens judicio. Convenit hoc istis tuis moribus ita piis, ut supercilio careant, ita comibus, ut absit levitas, ita severis, ut absit asperitas. Sed desinam, nè hæc videantur οὐκ ἐπαινῶ, ἀλλ' ἀμυβῶ. *Petrus Falco*, vir apud suos primæ autoritatis, domum reversus, multa de duobus *Anglis* scripsit, oblitus opinor nominum. Mihi illicò tetigit animum. At at, hic ille *Vvatsonus* meus. Nam profectum acceperam. Jam equum conscenderam, *Cantabrigiam* aditurus, & ecce quidam nunciat *R.P.* Episcopum *Roffensem* vestræ scholæ cancellariũ, eodem die *Londini* futurum. Hunc dum in singulos dies operior, desedi dies aliquot *Londini*. Nec tuæ literæ mihi redditæ sunt, nisi post menses aliquot. Quod mearum *lucubrationum* indicem petis, jam id inscio me præstiterat *Adrianus Barlandus*, homo venusto ingenio, nec inamœnâ sermonis facilitate. Ipsius igitur epistolam ad te mitto. Salutabis amicos nominatim omnes, & si id ipse nominatim non jubeam. Bene vale amice mellitissime. *Bruxellæ*, Idibus Januariis. Anno MDXVI.

Epist. 24.

Adrianus Barlandus Cornelio fratri suo S. D.

LIteras meas, quas ad literatissimum virum *Petrum Scotum Gandavi* olim præceptorem meum, tuúmq; exaraveram, scribis te per tabellarium publicum transmisisse, quandoquidẽ ipse, ita ut petieram, ferre non potueris, dehortante id, ac propè etiam vetante matre, quæ tui amantior te noluerit longiùs alioqui, & periculosum propter naviga-

Epist. 25.

navigationem, iter arripere. Id quod ego quoque jam non doleo ita eveniſſe. Nam vix ulla urbs eſt, in qua tutò ſubſidere iis quatuor aut quinq; menſibus potueris, quòd morbus peſtifer æſtate ſuperiore, & hoc etiam autumno quibuſdam in locis valdè ſævierit, in multis etiam pullulaverit tantùm, idq; ita occultè ac diſſimulanter, ut nonnulli in tuto atque in vado ſalutis, quod aiunt, rem omnem eſſe putantes, in diſcrimen inciderint ignari. Quòd tantum moleſtiæ in animo tibi eſſe hoc tempore ſcribis, ut nequeas ad me quo ſoles ſtudio, ac diligentia de omni tuo atque amicorum ſtatu literas dare, neſcio quid id ſibi velit, neque unde iſta tibi moleſtia mœſtitiáq; animi orta ſit: quare tuum erit officium quàm primum rem omnem quæ te malè habet ad me tranſcribere, ut te quantum poſſim, vel conſilio, vel re adjuvem. De *Eraſmi lucubrationibus*, quod ſcire vis ordine, tibi nunc perſcribam, quanquam non ſunt hoc tempore ad manum omnia quæ vir ille conſcripſit, quibúſque Latinam linguam ita locupletavit, ut non debeamus hac tempeſtate magnopere queri, ob amiſſos autores per *Gothorum* in *Italiam* incurſionem. Primum igitur ut ad opera ejus veniam, extat *Enchiridion militis Chriſtiani*, opuſculum verè aureum, & omnibus maximè conducibile, qui ſe à corporis voluptatibus abducere, & ad virtutis iter accingere, & ad CHRISTUM, qui eſt veritas & vita, conſtituerint accèdere. Concionator quidam apud *Antuerpienſes* celeber, & primi nominis, cujus mihi non ſuccurrit nomen, tantum tribuit olim in vita huic opuſculo, ut ſæpius in conſeſſu etiam magnorum, judicaverit ex ſingulis pagellis, ſingulas poſſe fieri & haberi conciones. Eſt *Panegyricus ad Philippum Principem Archiducem Auſtriæ*, continens triumphalem illius profectionem in *Hiſpanias*, felicémque in patriam ad ſuos reditum. De quo opere verè mihi videor poſſe dicere, quod de *Cicerone* dixit *Quintilianus*, *elucere in eo immortalis ingenii ejus beatiſſimam ubertatem, nec eum pluvias aquas colligere, ſed vivo gurgite exundare*. Hic *Philippum* adhuc juvenem, propéq; imberbem laudat, objectáque virtutis imagine cohortatur ad honeſta. Reliquit deinde *Precationes* aliquot cum eruditas, tum pietatis plenas, *ad JESUM & virginem matrem*. Penè mihi exciderat alter Panegyricus, ſive, ut ipſe inſcripſit, *epiſtola exhortatoria ad capeſſendam virtutem*, conſcripta dicatáque *Adolpho* Principi *Verienſi*. *Enchiridio*, cujus ſupra meminimus, adjungitur ſubtilis, gravis, ornata *diſputatio de tædio, pavore, ac triſtitia redemptoris noſtri JESV*. Tranſtulit idem ex *Luciano* permultos ac varios dialogos, in quibus mihi terſus atq; elegans maximè videtur. Proinde dignos eos cenſeo, quos omnes literarum ſacra colentes, non modò legant, ſed ediſcant etiam, & omnium peregrinationum comites habeant. Inter dialogos eſt declamatio ejuſdem *Luciani* ab *Eraſmo* verſa cum altera ejuſdem *Eraſmi*, quæ *Lucianicæ* reſpondet. Leguntur ſtudioſè ab eloquentiæ candidatis, pleni bonæ frugis de *Copia rerum ac verborum* commentarii. Circumfertur hìc libellus *Similium*. Ex *Plutarcho* in Latinum ab eodem traducta vidi hæc: *Opuſculum de tuenda bona valetudine. Quo pacto quis dignoſcere poſſit adulatorem ab amico. Quo pacto quis efficere poſſit, ut capiat utilitatem ab inimico. De doctrina Principum. Maximè cum Principibus oportere verſari philoſophum. An rectè dictum ſit ab Epicuro* λάθε βιώσας. *De cupiditate divitiarum*. *Euripidis* poetæ nobiliſſimi duas tragœdias, *Hecubam*, & *Iphigeniam*, carmine vertit elegantiſſimè: altera ab hinc biennium hìc acta & exhibita eſt publicè ab honeſtis aliquot juvenibus, quibus agentibus nos præeſſe meminiſti. Edidit etiam libellum *de ratione ſtudii, & inſtituendâ pueritiâ*: in hoc docet quâ potiſſimum viâ pueri ad doctrinæ ſummam celeriùs emergere poſſint. Eſt etiam in manibus *Concio de puero JESV*: in quâ puer ille pueros ad modeſtiam, tolerantiam, humilitatem, vitæq; caſtimoniam hortatur: hanc orationem non dubito quin aliquando legeris; fuiſti enim à primis annis earum rerum ſtudioſior, quæ ad mores animi tui componendos attinerent: laſcivas verò poetarum fabulas & peſtilentiſſimas *Apulei* facetias, rectè ſemper contempſiſti. Nam quid per Deum immortalem poetæ talibus nugis docent, niſi peccare, niſi à virtutum caſtris ad vitia tranſfugere, atq; deſciſcere? Reliquit & odas aliquot, quales fecit *Horatius*, aut *Prudentius* noſter, quantum illis nitoris, dulcedinis, pietatis inſerit. Idem in oratione proſâ tantus, ut quod de *Platone Quintiliani* teſtimonium eſt, in hunc transferri juſtiſſimè poſſit, *Non hominis eum ingenio, ſed quodã Delphico videri oraculo inſtinctum*. Sed redeo ad ejus opera. Scripſit ab hinc quantum commemini ſexennium *declamationem ſtultitiæ*: quâ multum veræ gloriæ meruit. Eſt enim in eo libello eruditio mira, multa libertas, pluſculum etiam acerbitatis & ſalis. Offenderat libertas quoſdam initio, qui nolebant ſuam ſtultitiam a ſtultitia notari. Docti certè & boni omnes, tam elegantis opuſculi feſtiviſſimâ doctrinâ, ſimul & doctiſſimâ feſtivitate impensè delectati ſunt. Emiſit & *Chiliades* aliquot & *Centurias* proverbiorum: quod opus planè divinitatem quandam hominis præ ſe fert, ob rerum verborúmq; beatiſſimam copiam. Editum, univerſo propè orbi ita placuit, ut intra pauculos annos quater à nobiliſſimis impreſſoribus formis excuſum ſit: Primùm in *Italia* ab *Aldo Manutio* viro propter ſingularem utriúſque linguæ doctrinam, omnium memoriâ ſeculorum digniſſimo; deinde in *Germania* bis à *Frobenio*; *Baſileæ*, ſemel ab *Anſelmo*; *Tubingæ*, præcipuis chalcographis. Circumfertur & libellus concinnus, ac brevis *de conſtructione octo partium orationis*: quem plerique putant illius, nec ipſe in totum negat. Tum *diſticha moralia*, vulgò *dictus Cato*. *Mimi Publiani*. *Inſtitutum hominis Chriſtiani*. Leguntur & *epigrammata* quedam, quæ ille non inficiatur ab ſe ſcripta, ſed in hoc ſcripta negat ut ederentur. Noviſſimè *Novum Teſtamentum Græcè ſimul ac Latinè primus omnium nobis dedit*, illâ ſuâ editione ad veterum exemplarium, & interpretum utriuſq; linguæ collationem diligenter emendatum, unà cum annotationibus; quod opus miro ſtudio docti, candidíque omnes amplectuntur. Mox *Hieronymum* nobis ſic reſtituit *argumentis & ſcholiis* illuſtratum, ut alius videri poſſit, præ eo, quem antehac vulgo legebamus, ſemotis etiam iis, quæ illi falsò inſcribebantur, & adjectis in libros epiſtolarum argumentis & ſcholiis, quæ brevitate, luce, ſuavitate, ac nitore dicendi mirè placent. At legendos utiliſſimòs illos, de quibus ante dixi, commentarios de utraq; *Copia* non puto eſſe opus, ut te pluribus admoneam, cum ultrò in Muſarum ſtadio decurras, neq;

tam

tam caleare quàm freno indigeas. Præter ea, quæ commemoravi, viſuntur paſſim in bibliopolarum officinis *epiſtola* aliquot *Eraſmi* ad illuſtres & horum ad illum. Impreſſæ ſunt hoc anno bis *adnotatiuncula* ejuſdem *in libellum*, qui vulgò *Cato* inſcribitur. Hunc nos diſcipulis noſtris enarravimus, ut ſanctiſſimis præceptis eorum animos ad virtutem, & linguas ad rectam elocutionem formaremus: Nam alterum ſine altero docere, verius corrumpere quàm docere eſt. *Senecam* etiam nuper *caſtigavit*, qui hactenus depravatiſſimus extitit. *Pſalmum primum, Beatus vir, doctiſſimo illuſtravit commentario.* O nos planè felices, quibus adhuc in flore primo, omni ex parte abſolutiſſimas lucubrationes videre, contrectare, ac legere contigerit. Hæc ferè ſunt, chariſſime frater, quæ in manus noſtras pervenerunt; videbis propediem, ſi vixeris, alia. Nam cotidie adhuc nova ſcribit, & veteres autores, vel culpâ temporum, vel inſcitiâ negligentiáq; librariorũ depravatos, recognoſcit: homo nimirum ad reſtituendas literas natus, cujus ſcripta oro ad tuam utilitatem ſemper cum lectione veterum conjungas: Orationem enim tuam ſic pleniorem efficies. Quod mihi ſcribis te *Juſtiniani* Inſtitutiones non ſolùm legere, ſed etiam ediſcere, pergaudeo, mi frater. Nolim enim te in poetarum ſtudio, quod vulgus hominum ſterile vocat, omnem ætatem conſumere. Nam diſcenda etiam ſunt, quibus victum & facultates pares, quibus amicorum controverſias cauſáſque tuearis. Apud *M. Tullium* hoc nomine multum effertur *M. Cato*, quòd eloquentiæ tam abſolutæ juris civilis ſcientiam adjunxiſſet: Laudi datur apud eundem *Tullium* & *Q. Scevola*, quod *juriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium juriſperitiſſimus eſſet.* Sexcentos enumerare tibi poſſem, ſi ſit ocium, qui in utroq; ſtudio clariſſimi habiti ſunt: de veteribus loquor, non quos nunc tenet ſeculum; hodie enim præteritis eloquentiſſimis jureconſultis minuti quidam gloſſatores leguntur, ex quibus ſibi quiſq; leges aptas facit, neque mores legibus, ſed moribus ſuis leges accommodat. Itaque tu, mi frater, in percipienda ſanctiſſimarum legum ſcientia imitare ſaniores homines, hoc eſt, facundos noſtri ſeculi jureconſultos: id ſi feceris, habebit conſtantior ætas tua, quo laborantibus ſuccurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, ut apud *Ciceronem* eſt: in ſenectute verò, ad quam utinam pervenias, juriſcientia uteris ad decus atq; ornamentum: cum omnes tui amici ad te venient, conſilium expetent ſuarum rerum ſatagentes. Eſt enim, ut *Ciceronis* verbo epiſtolam finiam, domus jureconſulti totius oraculum civitatis. Vale mi *Corneli*, & hoc munus noſtrum in amicam partem accipe. Quod ego pro noſtra neceſſitudine (ut qui frater ſim tuus) dono tibi mitto. *Lovanii.*

Antonius Clava Eraſmo Roterod. ſuo S.D.

Epiſt. 26. QUòd nihil hactenus ad te ſcripſerim, eruditiſſime *Eraſme*, acerba mors ſororis meæ, quæ paulo antequam literas tuas acceperam, expiravit, intenſáque hæc frigora fuere in cauſa, méque & alioquin in ſcribendo pigerrimum, adeò inertem, adeò ſqualidum, oſcitabundúmq; reddidere, ut nihil quàm de fera (ut aiunt) comediſſe videri poſſem. Verùm quid tu? recte nè meum tam diuturnum ſilentium accuſas? qui neque antea quicquam literarum miſeris, neque ſalvere ſaltem juſſeris, quod equidem ſciam, *Clavam* tuum, qui tuarum & virtutum & ſcientiarum admirator ſum, adeò ut vix auſim te interpellare à tuis iſtis divinis occupationibus, frugiferiſq; ſtudiis, in quibus te, magno proventu bonarum literarum, quàm feliciſſimè abditum eſſe planè novi. De *Roberto Cæſare* quod petis quid rerum agat, accipe. Jus Cæſareum jam ſtrenuè aggreditur, ut pote ab ipſo impigerrimè, conſtantiſſimèque defendendum. Num hæc tibi magna Cæſaréq; digna videntur? Scripſit quoque, ut mihi retulit jampridem, ad *Eraſmum* ſuum, imò noſtrum, à quo reſponſum, mirum eſt, quantopere deſiderat. Deſideramus feſtiviſſimum illum *Thomæ Mori* libellum, de nova inſula *Utopia*, quem expectamus in horas: nam librario cuidam nobis familiari mandavimus, ut quam primum ad nos tranſmittere curet. Quòd adhuc ſementem modò facis (ut inquis) ignarus quid meſſurus ſis, bene ſperare te jubeo; habes & Cancellarium humaniſſimum virum, & Regem in doctos omnes, ac probos non ſolùm propenſum, ſed etiam munificentiſſimum. Quibus fretus, quid eſt, quod deſperandum putes? Si non tuis reſpondentes meritis, pro ſpiritualibus illis & divinis, quæ ſeminare non deſinis, at mundanos hoſce, at carnales, ut ita loquar cum Apoſtolo, humanóſque fructus ſat uberes copioſóſque, velis nolis, te meſſurum non dubito. Quod reliquum eſt, & Cæſar te plurimùm ſalutat, & *Clava* tuus ſeſe tuæ commendat fidei: útque nos commendare velis communi domino præſtantiſſimo Cancellario regio, non ſolùm petimus, ſed etiam oramus. Vale mi doctiſſime *Eraſme*. *Gandavi*, Octavo Idus Februarii.

Eraſmus Roterodamus Antonio Clavæ Conſiliario S.D.

DE ſororis obitu, conſolarer te, vir ornatiſſime, ni perſuaſum haberem, ægritudinem iſtam, quam in aliis lenit adimítq; tempus ipſum, in te ſingulari tuâ ſapientiâ jamdudum eſſe ſopitam. Nos ita diſtraxerunt, hinc morbus, hinc ſtudiorum non unus labor, hinc crebra migratio, ac remigratio, ut vix apud me fuerim. Nec inter hæc tamen unquam excidit nobis *Clava*, candidiſſimus literatorum patronus, nimirum ipſe literatiſſimus. Scripſimus enim ſemel atque iterum. *Roberti* noſtri πολυτεχνίας probo, opinor omnibus tentatis aliquid ſucceſſurum denique. Is ad me miſit non epiſtolam, ſed ut ipſe vocat, Tragœdiam, ac prorſus ἰλιάδα κακῶν, verùm hanc ipſe comicis ſalibus mirè condierat. At mihi nondum liquet, utri pejorem gratiam debeam, ei nè qui me tam inimice laceravit: an illi, qui me publicitus apud populum nimis amice laudavit, hoc eſt traduxit, & invidioſum reddidit. Nec enim ulla res eſt, quæ acriores invidentiæ ſtimulos excitet inter mortales, quàm ſi quem immodice prædices. Non ferimus id in ſummis viris, & quorum virtus invidia major eſſe debuit. Quo minus mirum, ſi non ferunt in me qui ſum & infra mediocritatem. Imò quod parochus ille ſic in me debacchatus eſt, præconi iſti meo debeo. Ἄκυρος ὄνους, οὐδὲν ἐχθρὰς διαφέρει. Quorſum autem attinebat te nugis ejuſmodi involvi, melioribus occupatum? Nec referebat,

Epiſt. 27.

referebat, quid hi aut illi inter se debacchentur, ad me perscribere. Juxta poetas, nec ipse *Jupiter* placet omnibus, sive pluat, sive serenus sit. Nos quidem dedimus operam, & magis in posterum dabimus, ut placeamus universis: interim tum recti conscientia, tum illo me consolor, quod optimis quibusque certè non improbamur, fortassis omnibus placituri, simul atq; livor ab obitu conquieverit. *Mori Vtopiam* ubi legeris, putabis te repentè in alium orbem translatum esse. Adeò illic nova sunt omnia. De messe non sum anxius, modò nè reditum superent impendia. Est quod huic animo, quod huic ocio satis sit. Et hæc vita mox ἐκτετοξεύσεται. Porrò, famæ sarcinam lubens etiam abjecero, ac propemodum in Epicuri sententiam pedibus eo λάθε βιώσας. Sed heus jam abs te literas expecto semigræcas ὃς σχίτον ἤδη ἔτ' ἐλλωίζεις. Cæsarem meo nomine salutato diligenter. Cancellarius ex animo tuus est. Bene vale. *Antuerpiæ.*

Leo. Pont. Max. dilecto filio Erasmo Rot. S. D.

Epist. 28. DIlecte fili, salutem & apostolicam benedictionem. Vitæ morúmque tuorum honestas, eruditio rara, ac eximia virtutum tuarum merita, quæ non solùm studiorum tuorum monumentis ubique celebratis testatissima sunt, verùm etiam eruditissimorum hominum suffragio, deniq; duorum illustrissimorum Principum *Regis Angliæ*, & *Regis Catholici* literis nobis commendata, faciunt ut te præcipuo ac singulari quodam favore prosequamur. Unde postulationi tuæ libenter annuimus, uberiùs etiam nostram in te pietatem declaraturi, cum occasionem vel ipse ministrabis, vel casus objiciet, æquum esse judicantes sanctam tuam industriam publicæ utilitati assiduè desudantem, dignis præmiis ad majora conandum excitari. Datum *Romæ* vicesimo sexto Januarii. M D XVI. Anno Pontificatûs nostri quarto.

Sylvester Episcopus Wigornienſis serenissimi Anglorum Regis perpetuus apud S.D.N. orator, Erasmo Roterodamo S.D.

Epist. 29. VEnerabilis vir tanquam frater observande, Pergratum mihi fuit datam fuisse occasionem, tibi meâ operâ gratificandi. Mirificè enim singularem doctrinam egregiásque virtutes tuas semper colui. Nec quicquam magis quàm propensissimũ in te animum declarare posse optabã. Itaq; nactus opportunitatem negotiũ tuum libentissimè susceperi, de quo plura diligenter ac studioſe cum S.D.N. egi. Qui profectò tum ob suam bonitatẽ, tum ob præcipuam ac singularẽ benevolentiã, quâ dotes tuas eximias unicè prosequitur, libenter tuis votis annuit. Sed scis hæc negotia plurium operâ confici. Proinde non defuit unus aut alter, qui rem retardarent, sed S.D.N. per omnia favente negotium omne ex animi sententia confecimus: per meam diligentiam non stetit, quin hæc citiùs expedirentur, sed adversa quædam valetudo, necnon perturbationes ducatus *Vrbini*, non parvâ molestiâ S.D.N. affecerunt, & fuerunt in causa, ut seriùs hæc conficerentur, quàm nos volebamus. Quod superest, ago tibi gratias immortales de optimâ opinione, quam te de me concepisse ex tuis humanissimis & gratissimis literis intelligo, quòd humanitati tuæ non meis meritis ascribo. Attamen qualiscunque sum, totum tibi deditissimum esse pro certo habeto. Et quacunque in re tibi, aut amicis tuis me posse prodesse arbitreris, de me æquè atque de fratre tuo germano omnia tibi polliceri potes. Optimè vale, & me ama. *Romæ* tricesimo primo Januarii. M.D.XVI.

Leoni decimo Erasmus Roterodamus S.D.

VT ubique beatissime pater, incredibilis ista tua bonitas pietásq; vincit, non solùm merita nostra, verumetiam vota. Quod meus pudor contractiùs parciúsq; rogabat, tua benignitas largiùs ac prolixiùs indulsit. Nec illud sanè me clam esse voluit; quibus hoc beneficii deberem, cum ipse cuperem in solidum tuæ unius debere sanctitati. Sciebam *Regem Catholicum* me suis literis tibi commendâsse, sed aliâ de causâ, atque id tamen factum est, non solùm absente me, verumetiam inscio. *Anglorum Regi* licet aliis pluribus nominibus deberem, tamen hic calculus me prorsus latebat hactenus. Intelligo, intelligo beatissime pater, quàm gravem, quámque multiplicem sarcinam humeris sustineam. Primum enim manibus pedibúsq; adnitendum est, ut isto munere, quod tua pietas indulsit, sic utar, ut tum dante, tum accipiente dignum est. Deinde conandum est, ut aliqua certè ex parte tantorum Principum commendationi respondeam: quandoquidem his beneficii tui gratiam communem esse voluisti. Postremò danda est opera, ut non dicam officio (quis enim præstet officium, aut *Christo*, aut huic proximo, Pontifici?) sed tamen aliquâ grati animi significatione respondeam accepti muneris magnitudini, quod ipsum jam protinus difficillimum esse video: deinde *Leonis* amplitudini, sic modis omnibus maximi, ut quantum *Romani* Pontificis fastigium inter reliquos mortales eminet, tantum *Leo* inter *Romanos* Pontifices excellat: id quod multò etiam difficilius. Hoc an præstaturus sim nescio, certè sic adnitar, ut omnes intelligant mihi præter vires nihil defuisse, suppetat modò vita, quam mihi non optârim longiorem, quàm quæ posteritati consecrandis *Leonis* Opt. Max. divinis virtutibus ac meritis sufficiat. Minus infeliciter aggredi solet ardua, qui & libenter aggreditur, & susceptí negotii pondus non ignorat. Quod si nos justæ vires destituent, auxiliares eruditorum hominum suppetias implorabimus, quorum nemo est usquam qui non fateatur sese plurimum tuæ pietati debere, pacis publicæ vindici, quæ semper honestorum studiorum altrix fuit. Libet interim, tum mihi privatim hanc gratulari felicitatem, cui contigerit probari, non solùm Pontifici Maximo, sed *Leoni*, inter maximos suis dotibus maximo: tum autem publicè seculo huic nostro, quod prorsus aureum fore spes est, si quod unquam fuit aureum, ut in quo tuis felicissimis auspiciis, tuísque sanctissimis consiliis, tria quædam præcipua generis humani bona, restitutum iri videam; Pietatem illam verè Christianam multis modis collapsam; Optimas literas, partim neglectas hactenus, partim corruptas: & publicam ac perpetuam orbis Christiani concordiam, pietatis, & eruditionis fontem parentémq;. Hæc erunt nunquam intermoritura *Leonis* Decimi

trophæa,

trophæa, quæ doctorum hominum literis, æternæ memoriæ consecrata, tuum Pontificatum, tuámq; gentem semper illustrabunt. Deum Opt. Max. precor, ut istam mentem tibi perpetuam esse velit, te nobis quàm maximè diuturnum, quo rebus humanis ex animi sententia compositis, serò in cœlum redeat *Leo*. *Bruxellæ*. M. D. XVI.

D. Sylvestro Episcopo Wigornicnsi serenissimi Britanniæ Regis apud summum Pontificem oratori Erasmus Rot. S.D.

Epist.31. DUplicasti beneficii tui gratiam, amplissime præsul, dum singulari officio, quo me nihil promeritum es prosecutus, addis literas humanitatis plenas. Multa mihi de singulari tua in doctos bonitate prædicaverant multi, sed nunc omnem famam infra verum fuisse comperio, qui mihi videris huic potissimum rei natus, ut de omnibus bene merearis. Quid enim non præstaturus sis aliis, cum hæc præstes *Erasmo*, vix de facie noto? Proinde mirari desino, quod te pari favore, parique benevolentiâ prosecuti sint pridem *Henricus* ejus nominis Septimus Regum longè cordatissimus, nunc ejusdem nominis *Octavus*, patri simillimus filius, quod te *Leo* Pont. Max. singulari charitate complectitur. Tot rerum similitudo vos conciliat. Utriq; virtus utriusque fortunæ vicibus exercita, factáq; illustrior. Utrique studium bene, merendi privatim, ac publicè de omnibus. Utriq; ingenii lenitas ac benignitas mira. Ipsi per literas utcunq; gratias egi, sed id pér te fiet rectiùs, ut cujus opera factus sum illi obnoxius, per eundem me gratum esse cognoscat. Non gravaberis hoc velut auctarium addere tuis in nos officiis & alioqui maximis. Bene valeat T.R. sublimitas, cui me totum dico dedicóq;. *Bruxellæ*. M. D. XVI.

Ludovicus Berus Erasmo Roterodamo S.D.

Epist.32. QUemadmodum quotidiana lucubrationum tuarum lectio *Erasme* amicorum integerrime incredibili animum meum semper afficit voluptate: ita dici non queat, quàm me oblectârint literæ tuæ, quibus de felici statu tuo me certiorem reddidisti. Itaq; cum amicorum omnia sint communia, mihi equidem gaudeo, tuæque dignitati summæ gratulor, de tam honorifica, & ubere à principe oblata præbenda canonica, déque tam prospero rerum tuarum successu, ut fortuna, literarum & virtutis studiosis semper novercari solita, abs te quemadmodum contempta, ita & victa, & prorsus tibi dedita videatur. Nec obtrectatorum quorundam insania, magis quidem elaborantium, ut accuratissima tua scripta, & exquisitiorem doctrinam, aliqua ex parte falsò calumnientur, quàm ut sanè cum fructu intelligant: felicitatem tuam imminuere poterit, sed augebit potiùs. Quæ enim spes gloriæ, si nulla victoria? Victoriæ autem quis locus esse potest, ubi pugna non est? Sed neque desunt, nec unquam deerunt *Erasmo*, doctissimi & optimi patroni, quanquam ipse sibi abundè & patronus, & semper (Deo duce) futurus est victor gloriosus. Literas tuas, ac item Archiepiscopi *Cantuariensis*, ad reverendum dominum *Basilienses*, ejus reverendæ paternitati diligenter reddendas curavi. Aliarum etiam literarum exempla ad me transmissa, mihi quidem abs te munus gratissimum, communibus amicis nostris (ut decebat) communicavi. Vale semper felix in CHRISTO. Ex ædibus nostris *Basileæ*, pridie Idus Novembres, Anno Domini M. D. XVI.

Erasmus Roterodamus Ludovico Bero S.D.

Epist.33. ANne meritò mihi gratuleris, optime *Bere*, nondum scio: tu certè amantissimè facis, somnians eam fortunam mihi contigisse, qualem amor iste tuus optaret. At qualis qualis est hæc mea sors, si scias quàm ambierim, nova quædã videatur; si merita æstimes, magna; si animum, satis: quanquam eam præbendam vertimus in pensionem, censui detrahentes, nè quid ocio decederet, cujus nobis prior, quàm pecuniæ ratio. Te meritò amo, vir humanissime, qui pari studio procul absentem prosequeris, quo præsentem semper complexus es. Invidiam merebantur fortasse, qui præclarum aliquid profitentur, aut ratâ quâpiam eruditione premunt aliorum gloriam, aut submotis plerisque se jactitant: At quid rei mecum est invidiæ, qui nec profiteor quicquam, & vix mediocri literaturâ, nullius officio luminibus, neq; cuiquam mortalium meipsum antepono, aut æquo etiam. Tantùm meâ qualicunque opellâ, pro viribus adjuvo publica studia. Sed non nullis alicubi videor liberiùs incandescere, verùm iis, qui non perpendunt, quàm indignis modis acceptæ sint sacræ literæ, ac virorum sanctissimorum lucubrationes. Cum in ipso grassarer opere, sæpenumerò stomachum ob rei indignitatem efferveſcentem cohibuit ratio, ubiq; dissimulare non potui. Et tamen posthac moderatiorem fecit mira quorundã morositas. Etenim si qua fieri possit, ita cupiam prodesse studiis, ut neminem omnino mortalium offendam. Id si minus contingit, lenit nonnihil hanc molestiã primùm recti conscientia, deinde quod adhuc probor à probatissimis. Et spes est fore, ut quod nunc placet candidis, mox placeat omnibus. Certè quod indoctum sit, aut impium, absit ut mihi unquam placeat, vel in meis ipsius libris. Bene vale. Apud R.P. Episcopum *Basilienses*, tu fac mihi sis epistolæ vice. Memini, memini, semperque meminero, quantum illi debeam Principi. *Bruxellæ*. Cal. Januariis Anno M. D. XVI.

Glareanus Des. Erasmo Roterod. S.D.

Epist.34. SI quem amas charissime *Erasme*, quod te amat, certè ego maximè amandus tibi: nemo enim est, tuo crede, te mihi charior, atque utinam tam me posses intus introspicere, quàm extra sæpissime vidisti. Videres profectò alterum *Alcibiadem*, ac eum qui *Alcibiadem* longè antecederet, tantum videlicet, quantum vere *Glareanicus* amor vicit *Socraticum*, sive quantum ego plus tibi debeo, quàm *Alcibiades Socrati*. Magnum erat, mores à *Socrate* didicisse, vitam illius monitis emendâsse: atqui ego longè plura à te habeo; nempe, præter alia infinita, præcipuum illud, quòd me *Christum* sapere docuisti; neque sapere solum, sed imitari, sed suspicere, sed amare. Quid quæso homuncioni mihi vel utilius, vel dignius cõtingere potuit? Proinde minimè separati

sumus, beneficia tua in me collata, non sinunt me tui immemorem. Quicquid ago, præstò es, ludit ante oculos meos imago *Erasmi*, itq; reditque frequens, sine te non dormio, non edo, absens ad virtutes stimulas, excitas pigrum, rudem doces, & putas me posse te non amare? sed qui possem? Lachrymor absentiam tuam, id quod mihi minimè vitio dandum existimo: quid enim æquè mihi grave? & jam dixi, non abes, sed certè abes: reverà non abes, loqueris enim mihi quotidie: & tamen absens es, quia te non video, nec suavissimâ tuâ confabulatione fruor: sed & præsens es, quia te audio; nam mihi loqueris, sed ludo, idque ineptè, quia amo, idque audacter, quia amo: & dum ludo, lachrymor, quia te amo, charissime *Erasme*: atque cum te charissimum appello, dum alii infinitis aliis te onerent, ego unico illo titulo unicè te honoro. Quid enim erat dicere, doctissimum, eloquentissimum, eruditissimum, & quæ non amor, sed aliquoties κολακία excogitavit pleraque alia: nullum enim eorum te meliùs decet, aut exprimit, quàm quod proximè *Christum* accedit. Neq; tu tantundem, vel eloquentiæ vel eruditioni me inniti jussisti, quàm amori verè Christiano: ac proinde non modò habeo tibi gratias amplissimas, immortales, ingentes, aut quicquid tale vulgus disertorum sesquipedalibus verbis refert; sed quas *Christus* dignis tuis in me meritis tribuat. Cæterùm ut ad epistolam quoq; tuam respondeam; quæ de fortuna ais, eam mihi si tecum essem, non posse deesse, Doleo hercule me tecum esse non posse, sed differo tamen non absq; causa. Tumultuatur patria: pax cum *Franco* nondum composita, quam *Angli* nè an Cæsarea majestas remoretur, incertum. Legati *Maximiliani* adfuerunt, & item *Anglorum*, non pecuniam, sed aureos montes pollicentes, nè *Gallis Galli* conjungamur. Sunt qui suspicentur rem agi non jussu *Britanni* regis, sed τῇ τῦ αὐτοκράτορος τύχῃ· sic ego pacem spero, quæ si facta fuerit, *Parisiis* salarium ducentorum scutatorum annuè expecto. Præterea habeo mecum domi meæ triginta optimæ indolis juvenes, qui annuè solvunt centum & viginti scutatos, quamvis labori meo non satis respondeat hoc præmium: illud, mi *Erasme*, charissime parens, unicè oro, nè damno sit mihi, vel apud te, vel apud alios dominos, amicos forsitan aliquando futuros, non venisse tam humaniter invitatum. Nam ad *Pentecostes* diem si non erit pax cum *Francis*, & Princeps tuus (quod vehementer opto) salvus fuerit, ausim, me hercule, ad te volare, etiam per medios hostes: interim nè abeam consanguinei & necessarii magnopere rogarunt, nihil tamen certi promitto. *Montjoii* nomen charum esse mihi non poterit, dum *Erasmus* charus esse desierit. Quem ut egregium ac optimum virum credam, & opera tua, & præsens quondam de ejus humanitate confabulatio pervicit. *Berus* cum literæ allatæ sunt, non adfuit: itaq; ex eo nihil cognoscere potuimus. Post discessum verò tuum, adeò sophistæ in me grassati sunt, ut de templorum valvis chartulas diripuerint, publicéq; *Senecam* legi prohibuerint. Ego autem iis invitis legi, nihil magis veritus, quàm nè *Berum* quoq; in suam opinionem traherent: at ipse ut vitaret invidiam, negotio se non magnopere immiscuit. Penè tamen carmen meum non misissem, utpote juvenile & mihi nulla in parte satisfaciens pro tanto viro: aut si hoc tanquam adulatorium spernis, pro tanto amico: sed spero omnia confossum iri à te, quæ spes nisi me tenuisset, eas ineptias in ignem conjecissem. Misi autem & aliud carmen quod de discessu tuo ad *Osvaldum* lusi, hominem tui studiosum, ac accerrimum meum in sophistas *Alcidem*: cujus pugnæ memini, simul & horologii tui gratissimi munusculi: literas ἐφόμῦ γλαφυρῶς bellè incidit *Aurarius*, semper interim sericis incubuit. *Buschii* carmen, quod mihi summè placet, quantâ potui diligentiâ excripsi, ex depravato videlicet codice; quare peto, ut tuâ diligentiâ excutiatur. Salutationem tuam *Osvaldus*, *Rhetus*, atq; omnes discipuli mei gratissimo animo acceperunt, unóque ore te rursus salutari jusserunt, te felicem, salvum, incolumen omnes optant. Jussisti me longum esse cum scriberem, idque feci, sedulò forsitan magis quàm feliciter. Quid enim aliud faciam? λαλεῖν δεῖς Θ, ἀδυνατοῦντα δὲ λέγειν. Vale, charissime *Erasme*, meum sidus, meum decus. *Basileæ* ex pistrino meo. Anno Domini M. D. XVI. ad Nonas Septembres.

Hermanni Buschii Pasiphili in Erasmum Coloniam recèns ingressum.

DIc puer, *Erasmum* cupido quis nunciat illum,
Adveniſſe mihi, quis nam hæc mihi gaudia portat?
O feſtum lætúmq; diem, ſi vera locutus,
Si non hæc vano mendax confinxerit ore.
Quiſquis is eſt tandem, credámne, ut venerit ille?
Ille inquam *Eraſmus*, cui *Roterodamica* tellus
Tam debet, docto ſuâ quàm *Verona Catullo*,
Quàm tribus *Hiſpanis* urbs inclyta debet alumnis,
Auſonio fundata duci, quàm *Bilbilis* alta,
Cornipedum gregibus fœcunda, & fortibus armis
Ingenio debet culti celeberrima civis,
Quàm cantata ſuo debet *Mevania* vati,
Parthenopéq; ſuo, fontes qui carmine *Thebas*
Eruit, & ſylvas plectro modulatus eburno,
Magnanimũ in *Troas*, & in *Hectora* movit *Achillẽ*:
Quàm *Sulmo* tibi *Naſo* tener, quem barbarus *Iſter*
Braccatíq; *Geta*, cygneâ voce canentem
Triſtia, fleverunt: quàm *Mantua* priſca *Maroni*,
Quo duce Muſarum meruit domus ipſa vocari,
Et fama pulſare polos, & ſydera laude,
Omnéq; venturæ ſpacium ſuperare ſenectæ.
Eſtne ille *Eraſmus*, modò quem veniſſe loquũtur,
Ipſis qui ſolus poſſit certare *Latinis*?
Quem probat, extollítq; virum clariſſimus ordo,
Pontificis *Romæ* qui limina ſcandit in oſtro,
Quémq; per *Italiam* paſſim lectiſſima turba,
Cordáq; ſuſpiciunt doctiſſima *Grajugenarum*,
Qui ſibi quæſivit nomen, per *Gallica* regna,
Hiſpanúmq; Tagum, per *Hibernica* litora, pérq;
Orchadas, & noſtro ſemotos orbe *Britannos*:
Terrarum Reges, quem fulvo munere jungunt,
Conciliántq; ſibi, quo fante, ignobile ducunt
Eloquium *Pylia* quod fluxit ab ore ſenectæ:
Quo citharam tendente, & Apollinei peragente
Officium vatis, ſtupet ipſe ad carmina *Phœbus*,
Calliopéq; ſui gemitu reminiſcitur *Orphei*.
Venit, certa fides, vidi, vidi ipſe cupitum
Optatúmq; mihi toties, occurrere vultum
Hoſpitis egregii, dextrámq; amplexus inhæſi.
O blandi mores! ô fandi exacta facultas!
Quanta veteſtatis, linguæq, ſcientia docto

Quanta

Quanta utriusq; viro, quantum discessit ab illo
Barbaries, rudicas, ignava superbia, livor
Degener? imò alios multos secum attulit ipse
Diversos comites, gravitas sine nube renidens,
Ingenuúsq; lepos, *Pitho*, *Charitésq;* sorores,
Pegasidésq; omnes, gressus comitantur euntis,
Florentésq; rosas gestans, positâ ægide *Pallas*.

FINIS.

Ad eundem.

Hæc legit *Erasmus* si carmina fronte serenâ,
Tum longè accepi plus, minus ipse dedi.

Ad Erasmum Rot. Hecatostichon Henrici Glareani Helvetii Poetæ Laureati.

SOmnus iners homines, mutúmq; invaserat orbem,
Pressérat & terram nocte silente quies.
Ipse soporifero ponens mea membra grabato
Occubui, & tenebris penè sepultus eram.
Ecce sub obscuro visa est tua Musa nigrore
Ante oculos volitans protinus esse meos.
Non secus ac nebulis latitet si *Phœbus* opacis,
Aut sub nube nigra, candida Luna micet.
Tum pepulit radiis quodcunq; obstabat amœnis,
Cessit & omne, illâ discutiente, chaos.
Subticui, caput haud tenuem erecturus ad auram,
Expecto sitiens quid velit illa loqui.
Diva verecundo dum me videt ora tacentem,
Auriculam prendens vellicat atq; premit.
Cur meme dixit, cur compellare vereris?
Cur nostros surda negligis aure sonos?
En venio, quia doctiloquus sic jussit *Erasmus*,
Nè tituba, votis præstò erit ille tuis.
Illius ambrosio quanquam frons nectare susa est,
Atq; *Helicon* sacro laverit amne comam:
Nec tamen exiguum parvo de flumine rivum,
Nec tremulæ spernet stamina ranca lyræ.
I celer, optatum invenies, & habebis amicum,
Quem dare non aliud sæcula posse putes.
Dixerat, & sonitus blandâ cum voce recessit,
Inq; levem volitans aera præpes abit.
Excutior somno, video cecidisse figuram,
Cui responderem nemo nisi aura fuit.
Ergo ô præsidium, & spes jucundissima vitæ:
Dux & iter veræ dulcis *Erasme* viæ;
Auscultа, tua Musa meis discessit ocellis,
Illi debueram paucula verba loqui.
At quia discessit, nec sit cui singula dicam,
Hæc jussi Musam verba referre meam.
Scilicet ut dignas tibi vir doctissime grates
Offerat, id quanquam non bene posse reor.
Nanq; ego cui moduli, cui nec sit culta *Minerva*,
Qui possum dignum ludere quæso melos?
Nec tibi pro meritis, quas dicã nosco Camœnas,
Da veniam modulis ingenioq; meo.
Sunt mihi rauciſono stridentia carmina plectro,
Et tenuis surdo murmure vena data est.
Clausérunt placidæ *Dircæis* flumina Musæ,
Et mihi *Parnassi* blanda fluenta negant.
Arida vix mihi *Clitorio* sitis amne levatur.
Vix mihi *Salmacidos* mollia damna patent.
Si tibi rauciduld stridentem voce cothurnum
Percutiam, dices, Heus miser, ito foras.
Si rursus citharam plectro crepitante fatigem,
Nænia inest, dices, carmine barda tuo.
Quid pie *Erasme* canam? nisi garrulus inter olores
Argutos strepitem, corvus & anser iners.

A Omnam *Andus* mihi sit facundia vatis,
Et sint *Pelignæ* carmina docta lyræ.
Te canerem longo vir præstantissime libro,
Nullaq; pars vacuo margine abiret iners.
At longè tua me probitas, tua vivida virtus
Vincit, & est versu non bene picta meo.
Quæ natura sagax intis tenet abdita valvis,
Tota intra ingenium scis posuisse tuum.
Túq; oculis certus cælestia regna subintras,
Tu penetras sutnui limina celsa poli.
B Quot sint, quæ rerum species, quæq; orbis origo,
Utq; locum capiant quæq; elementa suum.
Splendida quo rapido volvantur sydera lapsu,
Unde tuum lateat candide *Phœbe* caput.
Quidq; subobscuram cogat decrescere Lunam,
Unde pluat rosea discolor Iris aqua.
Quæ solidas quatiat violenta potentia terras,
Cur volitent dubio fulmina sæva polo.
Cur scindant piceas horrenda tonitrua nubes,
Unde ruit gelidis stridula grando globis.
C Cur quod non cecidit sydus cecidisse putetur,
Et quæ sint reflui semina cæca maris.
Quæ subsunt casu, quænam fortuna volutet,
Perfida ventosis non bene recta rotis.
Cur Sol *Æthiopes* urat, cur denigret *Indos*,
Cur minuat radios trux *Arimaspe* tibi.
Omnia pernoscis, majore es dignus honore,
Quàm tenui versu commemorare queam.
Roma velut dignè magno *Ciceróne* superbit,
Et *Demosthenetis Attica* turbá sonis.
D Septem urbes certant docto quæ patria *Homero*,
Tres genuit magnos *Corduba* clara viros.
Unum te Solem, quamvis & sydera multa
Protulerint oris *Belgica* regna suis.
O lætum festúmq; diem, qui numine dextro
Te dedit in nostros mitis *Erasme* lares!
Quâ scindit liquidus *Basileis* mœnia *Rhenus*:
Quâ sunt *Helvetiis* fœdera prisca viris.
Est in te gravitas matura, modestia prudens,
Socratici mores, Cæsareúsq; decor,
E Ingenium felix, quo non præstantius ullum
Doctibus hisce tuis *Attica* terra tulit.
Sed te præcocibus jam parcere versibus opto,
O decus, ô *Batavi* gloria prima soli.
Tu dabis omnigenam matura in carmina venam:
Tu dabis ad Musam calcar & arma meam.
Hactenus hæc, *Batava* sydus venerabile gentis,
Lux *Alemannorum* candide *Erasme* vale.

FINIS.

F *Ad Oswaldum Lucernanum Helvetium Elegia Glareani.*

CAndide pars ingens nostrorũ *Oswalde* laborũ,
Seu qualem *Alcides*, *Pirithoúsve* petat.
Surgit *Amazónio* pharetrata caterva flagello:
Et mihi *Centauri* bella cruenta parant.
Huc adeś ô *Theseu*; tuâ ope est opus: accipe tela,
Tela cataphractis objicienda malis.
G Omnia in hoc mundo vincit patientia longa:
Et labor, & probitas, ingeniúmq; sagax.
Laudo tuum ingeniũ, quod & ipse probavit *Eras-*
Pallados ille pater, *Mœniiq;* chori. (*mus*,
Socratici se temporibus *Plato* gaudet *Athenis*,
Natum, atq; exuvias ille triumphus habet.
Dictus *Alexander* felix cognomine *Magnus*:
Cui nasci obtigerit tempore *Aristotelis*.

Lætor ego quod temporibus ſum natus *Eraſmi*,
Gaudeo, & exultans bella trophæa fero.
Ah quoties agro comites affatus amicè eſt,
Pabula quanta animæ contulit ille meæ?
Is docuit mores, meliúſq; inſudit IESUM,
Is docuit cœlum perpetuáſq; domos.
Et docuit penitus ſtultum contemnere mundum,
Vexit & ad ſuperos mentē animúmq; meum.
Quid dare plus poſſet *Cræſus* ve *Cyrus* ve roganti?
Quid *Calaber* dives, quid *Sybaris* ve potens?
Ille hinc degrediens, docta ſciotericon umbra
Dona dedit dextræ munera eburna meæ.
Accipe, ait, noſtri monumentum & gluten amoris,
Accipe *Phidiaca* dona polita manu.
Umbra tibi vitam notat, & vaga gaudia mundi:
Circulus æthereo ſydera clara polo.
Elige utrum malis, utinam tibi ſydera cordi,
Et qui ſyderibus præſidet orbis herus.
Accepi lachrymans, noménq; incidere juſſi,
Oſculáq; inſculpto térq; quatérq; dedi.
Sed redeo, gratare tuis *Oſvalde* Camœnis,
Eſt aliquid tanto complacuiſſe viro.
Plus certè, quàm ſi gelidis mea Muſula metris
Strideat, atq; oneret téq; tuúmq; caput.
Gratulor & patriæ, ventura gaudeo vita,
Quæ *Græios* fontes, *Romuleóſq;* refert.
Helvetios priſcos, gentem in fera prælia natam,
Comperimus *Graio* verba notâſſe ſtylo.
Atq; utinam poſitis etiam nunc refluat armis
Quicquid apud *Græios*, *Romulidúſq;* fuit.
Ecce *Camillus* adeſt, pius & facundus *Eraſmus*:
Quo nil candidius *Romula* terra tulit.
Miles ego, quamvis imbellis, inutilis, æger,
Ære tamen mereo, téq; merere velim.
Nec timeas vulgus nebulonum, & inutile mundo,
Nec *Chryſippæas* fulmina cæca faces.
Chare vale, pharetrata fugit tua tela caterva,
Chare vale *Theſeu*, quo duce tela dedi.

FINIS.

Ad ſodales Eraſmo Roterod. conſuetudine junctiſſimos, Ioannes Sapidus Seleſtadienſis Germanus.

O *Liſtri, Bruno, Baſili, Rhenane, Frobeni,*
Neſene candidiſſime,
Helvetiæ decus æternum *Glereane*, probatis
Tum literis, tum moribus,
Integer interpres divinæ mentis, & idem
Trilinguis *Oecolampadi*,
Tu quoq; *Gerbelli*, gemini laus ſplendida Juris,
Utranq; callens *Pallada*,
Artis *Apollineæ Reti* celeberrime myſta,
Fonteie, vóſq; cæteri,
Dulce ſodalitium, cum veſtro tam bene *Eraſmo*
Vobis, & illi cum ſuis.
Quàm bene ſylveſtri cum lectis eſſe *Diana*,
Nymphiſq; ſcimus cum dea.
Vos adeò conſuetudo devincit *Eraſmi*,
Huicq; veſtra convenit.
Primum aut poſtremū quid dicam aut mirer eorū
Queis læta corda paſcitis?
Si tractat joca, ridetis; ſi ſeria, vultus
Catonianos ſumitis;
Si jubet arrectas, ſuadétve, advertitis aureis:
Si humana quàm miramini,
Si divina docet, mox raptis mentibus, inter
Cœli incolas verſamini:
Si gradítur, comites eſtis, ſtantémq; repentè
Si ſtat corona, cingitis:
Si Genio ad menſam indulget, gaudetis & ipſi
Convivio hoc liberrimo.
Adde quod ingenium, gravitas, facundia, candor,
Honos, decus, modeſtia:
Tot blandæ veneres, charites tot caſti & amores,
Et mille virtutum agmina:
A pede quæ certant imo componere totum
Supremum ad uſq; verticem.
Ceu quod verſicolor, gemmis, auriq; coruſcat
Diadema ſignis aſperum:
Quàm vos alliciant, rapiant, faciántq; ſtupere,
Quibus iſta diſtrahant modis.
Qualem *Anchiſiaden* radiantia dona, labores
Vivi manus *Vulcania*.
Latona ut *Trivia*, ſic *Phœbus* gaudet *Eraſmo*,
Vos inter adſtans neſcios,
Digna, die ſpreta, ô conſortia adire vadatis
Quæ diis ſimul communia.
Hic ſyncer' amor, procul hinc procul atra ſimultas,
Tanti eſt *Eraſmi* gratia.
Aſt majora cano, nullúmq; audita per ævum.
Toti decus *Germaniæ*.
En volſam danteis herbam præcellit *Athenas*
Urbs barbaro ſolo ſita,
Baiona ſecta aurifero *Baſilea Rheno*
Amœnitate amœnior.
Eſtis io nati felici ſydere, quando
Sors tanta vobis obtigit.
Inter at ignarum vulgus ludíq; popellum
Miſeram nimis vitam tero.
Viſendiq; meos quanquàm præberier anſam
Triſtis vetat neceſſitas;
Sed ſolet hoc animos unum relevare dolore
Miſerando alioqui & hoſtibus,
Quod me quæ ſequitur tragicis *Rhamnuſia* fatis,
Meis frui det optimis.
Ergo alacres *Sapidi* memores jam vivite veſtri
Mihi ſodales mellei.
Tu quoq; re quavis ſemper digniſſime *Eraſme*
Germane *Phœnix* unicè,
Vive tuos annos, & me dignare favore
Tuo tuum, ſi ſum meus.

FINIS.

Eraſmus Roterodamus Ioanni Sapido liberalium artium doctori S.D.

CArmen tuum, eruditiſſime *Sapide*, tam unicè placuit toti ſodalitio, quàm tu illi unicè charus es. Mihi ſanè ut non fuit ingratum: ita voluptati eſſe non potuit. Neq; enim unius eſt hominis delectari & erubeſcere: niſi mihi forſitan adeò nihil oris eſſe credis, ut iſta tua præconia citra ruborem legere queam. Verum eſt quod tecum expoſtulem. Tot eruditis juxtáque candidis amicis meam conſuetudinem gratularis: nec mihi viciſſim de illorū gratularis contubernio, quaſi minus ſim ipſe felix hoc nomine, quàm illi. Nam mihi prorſus in amœniſſimo quopiam Muſæo verſari videor: ut nè dicam eruditos tam multos, & eruditos tam non vulgari more. Nemo Latinè neſcit, nemo Græcè neſcit, pleríq; & Hebraicè ſciunt: hic in hiſtoriæ cognitione præcellit; ille callet theologiam; hic mathematices peritus eſt: alius antiquitatis ſtudioſus, ille juris conſultus. Jam hoc quàm ſit rarum ipſe nôſti. Mihi certè hactenus

Epiſt. 35.

hactenus non contigit in æquè felici versari contubernio. Verùm ut hæc sileantur: qui candor omnium, quæ festivitas, quæ concordia? Unum omnibus animum esse jures. Nec est quod complores te ab hac mensa abesse: ut *Platonis* more loquar, tam ades quàm qui maximè. Nullum prandiũ, nulla cœna, nulla ambulatio, nulla consabulatio sine *Sapido* nobis agitur. Porrò, sortem tuam, ut laboriosam esse non negaverim, ita tragicam ut tu vocas, aut deplorandam esse prorsus inficior. Ludi literarii magistrum esse, proximum regno munus est. An tu putas sordidam esse functionem primam illam ætatem tuorum civium optimis literis & *Christo* statim imbuere, tótque probos & integros viros patriæ tuæ reddere? Stultorum opinione humilius est, re longè splendidissimum. Etenim si Ethnicis quoq; semper præclarum magnificúmque fuit, de re publica benè mereri (dicam audacter) nemo melius de ea meretur, quàm rudis pueritiæ formator: modò doctus & integer: quæ duo sic in te paria sunt, ut nesciam utro teipsum superes. Jam quod in salario diminutum est, *Christus* ipse de suo pensabit abundè. Siquidem ipsa virtus satis amplum sui præmiũ est. Neq; verò quicquã moveat animum tuum, quod vides quorundam ignavissimo otio, tantum annui censûs è publico decretũ, qui sibi vivant, vel Principibus inserviant, at non ex usu reipublicæ: ei verò qui communis est omnium liberorum parens, & in re maximè omnium necessaria, tantis sudoribus agit publicũ negotium, tam malignũ stipendium exolvi. Integrum & incorruptũ virum munus hoc requirebat, cuiq; vel gratuita pietas cordi sit. Itaq; magnitudo salarii, dignitásq; proposita sceleratissimum quenq; ad hoc negotii pelliceret. Ipse mi *Sapide* dignitatem addes ex tuis dotibus, muneri, si parum apud homines splendido, certè apud *Christũ* magnificentissimo. Nec est quod hanc sodalitatem invideas *Basileæ*. Habet & *Sletstadium* μυσεῖον suum, fortassis infrequentius; sed quàm multis aliis unum opponere potes *Paulum Volscium Curiensem* abbatem? Deum immortalẽ, quæ mentis puritas, qui candor ingenii, quàm prudens simplicitas, qui studiorũ ardor, quàm nullum omnino in tot dotibus supercilii! Tales tales opinor fuisse priscos illos religionis antistites *Antonium*, *Hilarionem*, *Hieronymum*. Proinde si numeres contubernium, perpauci fateor estis: sin expendas, multi, cum tot homines tibi præstet unus. Majorem in modum te rogo, fac ut is vir intelligat me sui memorem esse. Mellitissimã conjugem tuam, nec leve tuorum laborum solamen, quovis margarito candidiorem *Margaritam*, meis verbis saluta diligenter. Bene vale. *Basileæ*. M. D. XVI.

Ricardus Bartholinus Erasmo Rot. S D.

Epist. 36. VEnissem ad te suavissime *Erasme*, nisi nuncio, qui crastinam profectionem significavit, impeditus fuissem: nolui tamen ut tuis frandareris præconiis, thitto igitur natalem tuum versibus & pluribus & concinnis celebratum: autor est *Gaspar Velius* juvenis tum Latinis, tum Græcis literis non mediocriter eruditus, aulicus noster, ac nominis tui amantissimus. Scripsit ad me, ut lineas subjicerem, si qua forent quæ minus feliciter essent composita. Perlegi omnes cursim, dum iterum attentiùs rem scrutor, quædam in prima statim fronte animadverti: non quia ferulâ meâ digna viderentur, sed ut tuum judicium obvium haberet, si quid correctioni suæ resarciendum esset. Ego provinciam prosequi haud potui, tibi onus incumbit, quoniam in tui natalis laudem scripti sunt, ut quàm candidissimi prodeant. De ingenio autem hoc affirmare ausim, me hominem in *Germania* similem huic reperisse neminem. Vale, & me & *Paulum* literarum tuarum aliquando participes facias.

G. Vrsini Velii Slesii Germani Genethliacon Erasmi.

NAtalis rediit dies *Erasmi*,
Partus conscia lux beata magni,
Fausto sydere, sole gratulante,
Et diis auspicibus favente cœlo
Adsensu genii beatioris
Exultantibus *Aonos* puellis,
Phœbo dulcius accinente carmen.
Ad communia sacra jam frequentes,
Et natalitias adeste pompas,
Quorum frons hedera viret sequaci,
Et *Parnassia* luculenta *Daphne*
Lambit tempora, quósq; semidivos
Virtus nobilitat, manúsq; bello
Non instrenua, quósq; semidivos
Vatum carmina naviter beârunt.
Hâc nil candidius die, *Batavis*
Illuxit, populísq; quos inundant
Ister maximus, auriférq; *Rhenus*,
Quâ lætus puer extulit sub auras
Tam sanctum caput: affuit beatæ
Dextra *Junonis* facillima parenti.
Ter *Lucina* vocata, ter repressit
Ultrò parturientis hæc dolorem.
Extemplo positum est onus süave,
Et felix utero recessit infans,
Vitæ ad munera, luminis sub oras.
Natum prima vocat recens *Erasmum*,
Divorum monitu beata mater,
Rebus nomen & omen auspicarum,
Ut quo nil meliúsque, gratiúsq;
Largiri potuere fata nobis,
Nil concedere dii queunt benigni,
Magis nec dederunt prius, dabúntque.
Nati lanificæ manum sorores
Admôrunt niveis repentè filis,
Et lætos glomerant dies benignæ.
Porrò, limen ad extimum comatus
Magnæ *Cynthius* adstitit parentis,
Vitæ cum cecinit Deus futurum
Divino *Pataræus* ore cursum,
Et sanctam pueri indolem retexit
Fœtúsq; ingenii laboriosos.
Cum *Phœbo* cecinere tum puellæ
Hippocrenides, audiit sub imis
Rhenus fluctibus, extulitq; canum
Rauco fonte caput, simul lacertos
Musœso levat uvidus ab antro.
Insuetæ stupet evocatus amnis
Blanda ad murmura vocis, & novarum
Miratus faciem nimis dearum
Intonsiq; Dei fides canoras,
Mox cursum requievit incitatum,
Cum *Latonius* interim *Phanetes*
Et carmen cecinere tale Musæ,

Sed divinius ore grandiori,
Terris orte puer modò *Batavis*
Accessure meæ novum cohorti
Et primum decus ævitatis hujus
Summis macte bonis. Tibi ecce fontes
Pandit *Cyrrha* suos, & ampliori
Venâ *Pierii* fluunt liquores:
Atq; arces reserat suas *Citheron*,
Et sacrum penetralius recludit
Imis ex adytis. Puer *Latina*
Junges *Pallada Cecropis Minervæ*
Admirantibus omnibus vicissim
Romanis simul, & simul *Pelasgis*.
Quin sub tempus idem, probè rotundo
Ore, atq; eloquio disertiore
Insectabere *Barbaros* magistros,
Incultámq; redargues loquelam,
Insanas & ineptias refelles
Sanâ mente, severitate justâ.
Post idem reducem suis *Philippum*
Regnis usq; ab *Ibericis* profectum
Verbis excipies: & universi
Consensu populique, patriæque
Dices nomine gratulationem:
Casus difficiles, itérq; durum,
Attactúmq; *Britannia* minaci
Tempestate solum: proinde gestas
Tot res egregiè domi forísq;
Ingenti simul explicabis ore,
Regis quo nihil orbis ante majus
Vidisset, propria hæc tibi fuissent
Si *Germania* dona, *Cæsáriq;*
Æquâ mente *Diespiter* faveret.
Verùm heu vocibus usq; luctuosis
Immaturum obitum, necémq; acerbam
Deflebis juvenis, manúmq; duram
Et fati violentiam maligni
Incusabis, & usq; & usq; amaras
Nequicquam querimonias profundes.
Exin majus opus reconditúmq;
Nulli consimili modo priorum
Tentatum aggrediere, quódq; abundè
Diversâ scatet eruditione.
Non calle ingredieris ante trito,
Nec vestigia nota consecutus,
Aut pressa alterius solo meabis.
Et jam *Græca Paræmia & Latina*
Tersâ fronte aperitur explicata.
Dii quantũ est operis? quid hoc librorũ?
Pleno est copia florulenta cornu.
Tum *Graii* generosus *Euripidis*
Assumens tragicam severitatem,
Ad proscenia *Romuli* vocabis:
Cum vates opera tua *Pelasgus*
Fortunas *Agamemnonis* cadentes
Et fletus *Hecubes* amarulentos
Orchestram bene ductus in *Latinam*
Romána gravis intonabit ore.
Plutarchi tetricas subinde chartas,
Necnon scommata salsa *Luciani*,
Queis mores hominum suave carpit,
Illuditq; deis, nihil verendo,
Donabis niveâ Latinitate.
Dein mentes hominum libidinosas,
Necnon pectora cæca pravitate,
Et vitæ tenebras periculosæ
Scitè nomine *Moriæ* notabis.
Scribes milite digna Christiano
A Et quæ vir sapiens bonúsq; vitet
Trades, quæq; sequatur examussim.
Tum verò sua Principes docebis
Quæ sint officia: & quibus regantur
Gentes artibus, & tenentur urbes.
Purgabis veteres Sophôn libellos
Mendis: interitúq; vindicabis
Scripturas *Senecæ* catas severi.
Et sanctos *Hieronymi* labores
Antiquum revocabis ad nitorem.
B Legum deniq; sacra tu novarum
Cunctis biblia rectius legenda
Et *Graiis* dabis, & dabis Latinis.
Tu quicquid rigidâ phrasi per orbem
Ætas prisca rudísq; publicavit,
Pauli dogmata, & irreprensa *Christi*
Edicta, ac monitus benigniores
Trades omnia puriore linguâ
Divinæ bonitate fretus auræ.
Ostendes duce cœlitum favore
C Quanta numinis incitata flamma
Summi buccina patris inter ægros
Tum degens homines, salutis autor
Et vitæ melioris excitator,
Princeps luminis, ore quo profari,
Christus vel potuit, vel est locutus.
Mystes sacrificus Dei subinde
Placabis prece cœlites, & aras
Collustrabis odoribus *Sabæis*,
Semper rite litabis adprecatus.
D Tu decreta Dei atq; jura cœli
Perscrutabere funditùs, perennem
Callebis sapientiam deorum
Supremis animum artibus colendo,
Quæ posthac pius omnibus repandens
Magnis digna diis, loqueris unus.
Sed cum livor edax, & invidendi
Infelix rabies, sibíq; tantum
Importuna lues, & atra pestis,
Summis immineat subinde rebus:
E Nil acti cruciabili furore
Vecordes tibi *Zoili*, tot uni
Vastâ intemperie suâ nocebunt,
Non impunè tibi graves futuri.
Latratus facies pili improborum.
Pelles insidias furentum inanes,
Vim rupturus & impetum malorum,
Et linguas cohibebis impudentes.
Quin plures veluti manu retusi
Convicti rationibus disertis
F *Entello* tibi concident *Daretes*.
Cui pœnas tibi sunt daturi easdem
Quas victus mihi *Marsias* pependit
Detractâ cute, nudus & cruentus.
At longum fuerit, nimísq; longum
Complecti numero tuos labores
Et producere cuncta nominatim.
Ex te, sicut *Hymettiis* ab alveis
Favis *Attica* mella cum *Latinis*
Undabunt locupletiùs per orbem.
G Primas quicquid agas feres, rotundi
In leges bene carminis ligabis
Sermonem, & facies repentè versus
Affines *Lyricis Horatianis*.
Scribes verba modis celer solutis,
Magno cum *Cicerone* fulminabis.
Promes *Socraticis* frequens ab arcis
Præsentes animæ omnibus medelas.

Et

Et sancta dabis instituta vitæ
Ingens sobrietate vel *Platonis*.
Scripturas quoq; temperabis omnes
Festivo sale, Comico lepore.
Hæc tum feceris antequam senectâ
Tanges undecimum gravante lustrum,
Et terras simul exteras adibis.
Primum *Lutetia Parisiorum*
Sectatus sapientiæ magistros
Intrabis penitùs larem Sophiæ.
Mox *Romæ* tereti & potente linguâ
Facundâ *Ciceronis* in Palæstra
Desudabis: & impiger disertis
Libris, *Felsineâ* vacabis urbe.
Vises cæruleos item *Britannos*
Et versabere regiis in aulis
Inter nomina magna, & optimates,
Heroas proceréſq; purpuratos.
Et dignaberis omnium favore
Vitâ mirificè decorus omni,
Purâ mente, suavitate morum,
Et dulci eloquio, ac deæ suasu
Pithûs, omnibus unus adlubescens.
Imprimis, hominum eruditiorum
Ingens præsidium decúsq; rarum
Prætlaris *Guilielmus à Vuaramis*
Nullis non animiq; corporisq;
Fortunæ quoq; dotibus beatus
Te magni faciet. Nec ille solùm
Primas inter erit viros *Britannos*
Sed virtute suâ, sibi hoc vel ipsum
Toto nomen in orbe vendicabit.
Amplexabere candidos politi
Mores ingeniúmq; dulce *Mori*;
Mori, cui fluet undequaq; versus
Conditus sale, melle, felle, risu.
Tunc pro materia rei notatæ
Hic comis popularitate vitæ,
Prudens, ingenuúsque, perspicáxq;
Omnes ante alios placebit unus.
Cui tu credere cogitationes,
Quin & seria liberè jocosq;
Audebis, tibi dedito sodali
Mutam præcipuè fidem colenti.
Illinc deinde reversus adjacentes
Rheno belligeras adibis urbes
Duri ex *Helvetii* jugis profectus.
Hic te CAPNION innocens videbit
Pullati rabie gregis tot annos,
Rictu & mordicus appetitus atro.
Oblectaberis hospitalitate
RHENANI & studiis simul BEATI.
Doctorum tibi quicquid est ubiq;
Applaudet reduci, tibi & *Latinæ*
Assurget bona pars sodalitatis.
Nostri & nominis universus ordo
Inclinet caput omnibus theatris.
Illis culte locis *Erasme* canus
Post quinquennia jam decem peracta
Nocturnas vigilabis ad lucernas.
Hebrææ salebrosa verba linguæ
Exemplum studiosus ad *Catonis*
Edisces. Sitis impotens honesti
Et famæ precium, nihil jubebit
Non tentare boni. Proinde nunquam
Magnorum obsaturaberis laborum.
Porrò, cætera quæ sequetur ætas
Divinis inhiabit apta rebus,
A Humanis moderatiùs vacabit.
Quanquam consiliis senatuíq;
Regum addictus eris, fideliórq;
Et non ultima pars patrum fereris.
Te vitæ tenor innocens, & usus
Commendabit honestior. Tibi usq;
Cordi simplicitas, bonum, pium q;
Et recti studium, inq; taminatus
Vitæ candor erit beatioris:
Et victus sine sorde mundiores.
B Hæc tum *Phœbus Apollo* vera nobis
Olim præcinuit. Deo canenti
Fatorum stabilis statim potestas
Subscripsit. Subitò, O *Erasme*, prodis
In lucem, nova lux tibi tuisq;
Non solùm genitus, sed universo
Orbi nasceris, optimum deorum
Munus: quale nec antea dederunt,
Nec sunt, ut reor, amplius daturi.
Debebunt alii penatibus diis,
C Communi & patriæ, parentibúsque:
Vni patria débitrix *Erasmo* est.
Huic *Germanicus* orbis & *Latinus*
Necnon *Gracia* restituta debent,
Tot propter varios viri labores,
Doctésq; ingenii affluentiores.
Hunc quantum est hominum modo bonorum,
Quantum vivit in orbe candidorum,
Hunc & fœmina, vírque, & hunc puellæ,
Imberbes pueri, senésq. cani
D Exornate diem, dies *Erasmi*
Hic natalitius meretur esse
Toto festus in orbe. Vos *Erasmum*
Et donis, & honoribus deorum
Omnes accumulate. Nunc & omnes
Ante aras bona dicitote verba,
Et linguis animísq; confavete.
Illi nunc bona comprecemur omnes,
Soles ariolemur & beatos.
Quot vixit, numeret tot ille posthac
E Natales celebres & auspicatos.
Hæc illi rata vota dii benigni
Possunt reddere. Vota dii vel ista
Ut justi fuerint, rata exequentur.

FINIS.

Erasmus Rot. Ricardo Bartholino S. D.

MIrum quàm me cœperint hendecasyllabi *Gasparis Velii*, doctissime *Bartoline*. Tam *Epist. 37.*
F eruditâ facilitate fluunt omnia, ut facilè deprehendas ingenii venam, non elegantem esse modò, verùm etiam divitem ac benignam. Sed parcius eum laudem oportet, quòd me tam immodicè laudârit ipse. Utinam hanc operam in argumentum felicius collocâsset. O felicem *Germaniam*, si tandē liceat à bellis conquiescere: id quod Principū sapientiâ brevi cōfore spes est. Etiā si non nullos adhuc habet ignobile vulg⁹, qui belli in *Gallos* suscipiendi faces subjiciant. O cogitationes impias! Christianus orbis adversus Christianæ ditionis purissimam ac florentissimam partem conspirabit? Sola *Gallia* nec hæreticis est infecta, nec *Bohemis* schismaticis, nec *Judæis*, nec semi-*Judæis Maranis*, nec *Turcarum* confinio afflata: quæ ad-
G modum aliæ, quas & citra nomenclaturam suo cuiq; animo agnoscit. Non alibi senatus augustior: non alibi schola vel celebrior, vel sanctior;

ctior: nuſquam major legum autoritas, nuſquam ſimilis regni totius concordia. Qui magis imperio digni, quàm qui imperant optime? Quid quod nobis interim peſſimè conſulunt, qui bellum moliuntur. *Gallis* ſic undiq; finitimi ſumus, ut ipſi potius *Galli* ſimus: jamq; civile bellum futurum ſit, ſi *Galli* cum *Gallis* pugnemus. Ad hæc quid conſultius, quàm cum vicino proximo: tum autem vicino tam potente benevolentiâ conjungi. Atq; iſtis quidem cæcum in *Gallos* odium certam victoriam pollicetur, nec in mentem venit, quot annis, quàm infeliciter luctati ſumus cum *Ghelriis*: nam de *Phriſiis* incertus adhuc eventus eſt. Sed ut contingat victoria, quid æquè votis expetant *Turcæ*, & ſi quibus etiam inviſius eſt nomen CHRISTI, quàm pulcherrimam ac munitiſſimam orbis Chriſtiani partem ferro, igníq; vaſtari, florémq; noſtræ religionis indignis modis proteri. Prohibeat Deus Opt. Max. ut iſtorum amentiæ fortunæ favor, aut Principum calculus accedat: ἀλλὰ ταῦτα ἡμῖν γε πάφεργα. Porrò, carminis editioni favere qui poſſum, doctiſſimi quidem, ſed tamen immodicè de me mentiêtis? quod nihil aliud, quàm illum qui ſcripſit admirabilem, me ridiculum faciet. Faverem illius gloriæ, ſi frontem perfricare queam. Abitum veſtrum utcunq; tulero, ſi propédiem nobis reddamini. Nam & te propiùs introſpicere, & *Velium* nôſſe cupio. Porrò *Paulus Ricius* ſic me proximo colloquio rapuit, ut mira quædam me ſitis habeat, cum homine ſæpius ac familiarius conferendi ſermonem. Præter *Hebræa* linguæ peritiam, quantum ille tenet philoſophiæ, quantum Theologiæ: tum quæ animi puritas, qui diſcendi ardor, qui docendi candor, quæ diſputandi modeſtia? Mihi ſanè vir ille primo ſtatim guſtu placuit olim *Papiæ*; tum illic philoſophiam profiteretur: nunc propiùs intuito magis etiam placet. Is demùm verè mihi videtur *Iſraelitam* agere, ſuóq; cognomini pulchrè reſpondere: cujus omnis voluptas, omnis cura, omne otium ac negotium, in divinis eſt literis. Dignus nimirum animus, cui otium contingat quàm maximè honorificum. Eruditiſſimo eruditorum omnium *Mecænati* Cardinali *Gurcenſi* facito me commendatum. Bene vale. *Antuerpiæ*, decimo Mar. An. M. D. XVI.

DES. ERASMI ROT.
EPISTOLARUM
LIBER SECUNDUS.

Beatiſſimo Patri Leoni Decimo Pontifici verè maximo, Eraſmus Roterodamus S. D.

Epiſt. 1. SI celſitudinis tuæ ratio habeatur, beatiſſime Pater, nemo vel ſummorum Principum inveniatur, qui non veriturus ſit ad te ſcribere. Quis enim non metuat eum compellare literis, qui quanto cæteri mortales pecudibus antecellunt, tanto ipſe mortales univerſos majeſtate ſuperat, & inter homines prorſus cœleſte quoddam agit numen? Attamen ſingularis quædam naturæ tuæ bonitas, & incredibilis humanitas, quâ quidem illam ipſam ſuperas magnitudinem tuam, quâ ſuperas & maximos, non ſolùm publica totius orbis voce prædicata, verùm etiam ipſa, quod aiunt, fronte, totóq; corporis habitu relucens, mihi verò, cum olim agerem *Romæ*, domeſtico etiam congreſſu deguſtatâ, tantum addit fiduciæ, ut nec ipſe, infimæ penè ſortis homuncio, dubitârim ſublimitatem tuam meis interpellare literis. Atque utinam liceat verè beatiſſimis iſtis advolutum pedibus oſcula figere. Video paſſim, audio paſſim, quacunq; patet orbis Chriſtianus, ſummos pariter atq; infimos ſibi de tali Principe gratulari. Quod quidem cum omnes meritiſſimo faciant, nullos tamen æquè id facere par eſt atq; eos, qui veræ pietatis & optimarum literarum ſtudio ducuntur: primum quod nobilis illa & nominis immortalitate ſemper victura *Medicium* familia, cui *Leonem* debet orbis, ſemper excellentium probitate ac literis virorum, & altrix fuerit & ornatrix. Ex quâ nobis, velut ex equo *Trojano*, tot eximii in omni doctrinæ genere proceres, paucis jam annis exilierunt, tot *Ciceones*, tot *Maones*, tot *Platones*, tot *Hieronymi*: ut vel hoc unum omen ſtudioſos omneis ſummam in ſpem debeat erigere, numinum providentiâ *Leonem* orbi datum: ſub quo præclaræ virtutes, ſub quo bonæ artes omnes refloreſcant. Jam verò ab iſto tuo genere adeò non degeneras, ut domus alioqui multò omnium laudatiſſimæ gloriam, tuis ſuperare virtutibus, atq; hoc ipſo reddideris illuſtriorem, quod illius lucem ornamentorum tuorum ſplendore quodammodo obſcuraris. Nimirum ad optimam indolem optima acceſſit inſtitutio: & feliciſſimo ingenii tui ſolo, longè belliſſimus obtigit cultor, politiſſimus ille *Politianus*: cujus opera non ſpinoſis iſtis ac rixoſis literis, ſed veris illis, nec ſine cauſa bonis appellatis, ac manſuetioribus, ut vocant, Muſis es initiatus: quæ ferum etiam ingenium mite placidúmque ſolent efficere. Neq; verò initiatus tantùm, verùm etiam abſolutus. Itaq; duæ res, quas in Principe civitatis requirit *Plato*, naturæ bonitas & rectâ educatio, ſic nobis conſtant in totius Eccleſiæ Principe, ut amplius ne votis quidem concipi poſſit. Neq; verò defuit hiſce tam egregiis primordiis, vel tua ipſius induſtria, vel divini numinis favor. Quibus rebus factum eſt, ut cum *Romanæ* urbis libertas, integerrimos quoq; viros non rarò ſoleat aſpergere: tu ut vitam, ita & famam modis omnibus illibatam ad iſtam attuleris digni-

dignitatem, ad quam usq; adeò nullis pecuniarum, aut factionum præsidiis penetrâsti, ut nec ambiens, nec expectans, non tam hominum suffragiis, quàm divini numinis calculo delectus fueris atq; ascitus. Neq; verò mediocriter illustravit laudum tuarum decus, illa fortunæ sævientis iniquitas, quæ sanè superum permissu videtur incidisse, quo nimirum genuina virtus animi tui, velut aurum igni exploratum, spectatior redderetur mortalibus. Nam ut *Mario* plurimum addidit laudis fortunæ vicissitudo, ita quidam *Alexandri* gloriæ, hoc detrahunt nomine, quod perpetuò penè rerum successu fruerit usus. *Timorbei* verò felicitas, picturis etiam fuit exagitata. Egregium nanclerum adversa tempestas arguit. Insignis sculptor, quo duriorem ac minus obsequentem nactus est materiam, hoc majus artis suæ miraculum præbet. In quovis rerum statu explicat sese genuina illa virtutis vis: nusquam tamen clarior, quàm quoties noverca *Juno Herculem* suum omni genere malorum exercet. Magis illustrarunt *Ulyssem* tot exantlati labores, quàm feliciter excisa *Troja*. Quanquam illud sæpenumerò videmus accidere, ut qui res adversas fortiter pertulerunt, fortunæ blandientis indulgentiâ corrumpantur. At tu quam integritatem in rebus afflictis semper præstiteras, eandem hactenus ad summum rerum apicem evectus præstitisti. Nisi quòd nunc tuam bonitatem magis sentimus, dum nobis expressiùs CHRISTI refers imaginem, cujus haud dubiè vicem geris, posteaquam ad summam bonitatem, summámq; sapientiam, par accessit potentia: ut quantum pro tua bonitate prodesse vis, quantum pro tua singulari sapientia, quâ ratione succurrendum sit rebus humanis, perspicis, tantundem pro summi Pontificii fastigio possis. Ut enim nihil possit accidere pestilentius, quàm si pravitas ac stultitia, summi magistratus armetur autoritate: ita non alia res æquè salutaris à superis dari potest mortalibus, quàm si ad cuncta moderantis Dei similitudinem, tria hæc in Principe copulentur. Porrò quo major est potestas, hoc perniciosior est, si inciderit in hominem vel stultum, vel malum. Sensit ilicò mundus *Leonem* gubernaculis rerum admotum, repente seculum illud plus quàm ferreum, in aureum versum: ac tanta, támq; fatalis subitò rerum omnium commutatio, ut nemini non palàm esset, hæc autore Deo geri. Compositæ bellorum undæ, cohibitæ Principum inter ipsos minæ: acerbis odiis dissidentes maximorum Regum animi in Christianam adacti concordiam: sublatum perniciosissimum illud schisma, & ita sublatum tam ingens malum, ut ne cicatrix quidem supersit. Ut fileam interim, quòd aliquot *Italiæ* Principes suis civibus, quòd complures cives in exilium actos suæ patriæ reddidisti: quòd tuam familiam diu fortunæ injuriâ vexatam restituisti: quòd *Florentiam* civitatem tuam, quæ majorum tuorum prudentiâ diu florentissima fuit, multò reddidisti florentiorem. Hoc nimirum erat gentilitio *Medicis* cognomini respondere, tot tam immedicabilibus penè totius orbis malis subitò mederi: idque non vi, neque severitate, veluti sectionibus, inustis, aut alioqui tristibus pharmacis: sed consilio, sed prudentiâ, sed animi moderatione, sed mansuetudine. Alii laudibus vehant bella à *Julio* secundo vel excitata gnaviter, vel gesta feliciter, victorias armis partas reA censeant, triumphos regaliter actos celebrent: quantumlibet hisce rebus gloriæ tribuent, tamen eam cum multorum dolore conjunctam fuisse, fateantur necesse est. Ut interim fileam, quod ex rei bellicæ gloria, magnam partem sibi vendicant Principes, quorum ductu auspiciisq; negotium agitur: majorem fortasse miles, cujus periculo, manibúsq; res geritur: maximam verò fortuna, quæ nulla in re magis dominatur, quàm in bello. Ad *Leonis* autem gloriam nullus est qui ingemiscat, nemo qui musset: neque periculum est, ne quod in plerisq; fieri solet, damnet posteritas, cui sua applauserit ætas. Accedit huc, quòd tua gloria, præterquam quod nulli non salutaris, nulli non lætissima fuit, tota tibi cœlestiq; numini propria est, ut quæ publico omnium bono, bene fortunante Deo, incredibili tua sapientia contigerit: atq; vel ob hoc ipsum magis est propria tibi, quod illius munere contigerit, qui non favet immerenti. Ut maximum declarârit *Julium* totus penè orB bis ad bellum excitatus, certè majorem testatur *Leonem* pax orbi restituta. Clarius arguit tuam magnitudinem, quòd inclytus *Ludovicus Galliarum* Rex, se suáq; omnia tuo submisit arbitrio; quàm *Julii*, quòd ab eo bello victus est, aut certè vexatus. Magis illustravit autoritatem tuam Serenissimus *Angliæ* Rex, hujus nominis octavus, quod te autore depositi arma; quàm *Julii*, cum illius instinctu susceperit arma: propterea, quod ad capessendum bellum facilè quemvis alliciat victoriæ C spes, nemini non blandiens: & haud scio an illis potissimùm, quibus insidias struit fortuna. At verò efficere, ut tantus Rex, imò ut juvenis excelso atq; invicto præditus animo, ad hæc tanto rerum successu velut exultans, victoriam jam certam amittat è manibus, atq; ex hoste acerrimo in summam transeat concordiam: id verò planè divinitatis cujusdam esse videtur. Denique ut pro tempore necessaria fuerit *Julii* severitas, certè magis salutaris fuit *Leonis* mansuetudo: multóque propiùs ad ejus accedens examplar, cujus locum inD ter mortales occupat *Romanus* Pontifex: nempe *Solomonis* illius pacifici, qui suâ concordiâ cœlum pariter ac terram conciliat atque conglutinat, qui tolerantiâ vicit, non copiis; qui moriendo triumphavit, quique non aliorum sanguine sibi vindicavit imperium, sed suo sanguine nobis regnum cœleste comparavit. Proinde optimo jure sibi gratulatur orbis Christianus, talem *Leonem* in cujus ore reperit mundus plus quàm melleam dulcedinem. Quid enim pace dulcius? præsertim post E graviſſimos ac diutinos bellorum tumultus, quibus inter nos collidebamur, immensâ Christiani sanguinis jacturâ, ingenti bonarum mentium dolore, magno *Turcarum* gaudio. Ad ipsam etiam illorum temporum recordationem inhorrescit animus. Sed cuicunque malum illud acceptum feret posteritas, Medici certè debemus remedium. Quod superest, confidimus fore, ut quemadmodum *Sampsonis* ænigma jam perspeximus, ita Christo F res tuas benè fortunante, mox & illud *Apocalypseos* in te quadret, *Vicit Leo de tribu Juda*. Sapientiæ moderationisque tuæ dulcedinem jam sensimus omnes. Et *Leonem* videlicet illum victorem, brevi spectabimus. Hoc nobis de te pollicentur virtutes istæ tuæ jam incomparabiles: hoc utrunque nomen ominatur, & quòd ad summum Pontificium attulisti, & quod creatus Pontifex G adoptâsti,

adoptâsti. Etenim cum *Joannem* audimus ac *Leonem*, quid aliud intelligamus, quàm eximiam bonitatem cum invicto animi robore conjunctam. Quin illud quoq; felix auspicium habere videtur, quod non solùm *Leonem* habemus: quo nomine nullus adhuc fuit *Romanus* Pontifex, non egregiè laudatus, verumetiam *Leonem* decimum. Nam quicquid ingens esset, id *decimum* appellabat antiquitas. Proinde quicquid virtutum in singulis *Leonibus* excelluit, id totum expectamus à *Leone* decimo: Primi *Leonis* felicem autoritatem; Secundi eruditam pietatem, & sacræ Musices studium; Tertii præter salutarem eloquentiam, animum quoque ad utranque fortunam infractum; Quarti simplicem illam & à CHRISTO laudatam prudentiam; Quinti sanctam tolerantiam; Sexti pacis ubiq; sarciendæ studium; Septimi cœlo dignam sanctimoniam; Octavi integritatem; Noni effusam in omnes benignitatem. Hæc inquam omnia nobis promittunt, non solùm nominum ipsorum haud quaquam contemnenda auguria, verumetiam hæc quæ jam abs te præstita videmus, quæ videmus apparari. Felices rerum ortus, felicem portendunt exitum. Porrò, victoriæ spem hoc nobis facit certiorem, quod optimè perspicit sapientia tua, ut est gemina victoria, ita bellum quoq; geminum esse: alterum cum vitiis, nimirum omnium pestilentissimis, & haud scio an solis Christianæ professionis hostibus: Alterum cum impiis & barbaris Christiani nominis, & *Romanæ* sedis inimicis. Ac prius quidem illud, ut magis necessarium est, ita & longè difficilius, & à nobis maximè pendens, eóq; majore tractandum curâ. Quod simul atq; à nobis ritè confectum fuerit, posterius hoc facilè CHRISTO auxiliante conficietur. Ut ne dicam interim utriusq; belli longè diversam esse rationem. Alterum est ejusmodi, ut à bonis nonnullis improbetur. Alterum uno cunctorum ore laudatum. Nam ad bellum cum vitiis gerendum, haud dubiè, adhortatur CHRISTUS, extimulat *Paulus*: at belli cum *Turcis* suscipiendi, nec autor est CHRISTUS, nec adhortatores Apostoli. Ut demus utrunque gerendum, certè majore studio moliendum, quod indixit Spiritus ille cœlestis, quàm quod instituerunt homines. Et haud scio, an, quemadmodum ipse CHRISTUS, unà cum suis Apostolis ac Martyribus, beneficentiâ, patientiâ, sanctâ doctrina sibi subegit universum orbem, ita rectiùs *Turcas* vitæ pietate subacturi simus quàm armis: ut iisdem rationibus vindicetur Christianum imperium, quibus olim paratum esse constat. Quod si utrunq; probandum est, probandum autem proculdubio quicquid *Romanus* approbarit senatus; neutra certè in re cessat inaudita tua pietas pater beatissime, quæ simul & Christianæ plebis religionem, jam olim multis collapsam modis, & in dies magis ac magis collabentem, salubertimis, ut audio, synodi constitutionibus sarcit ac restituit: & hujusmodi constitutionibus, non quæ quæstum, aut dominandi libidinem, aut tyrannidem oleant: sed quæ verè spiritum referant Apostolicum: quas quivis à patribus, non à dominis profectas possit agnoscere, in quibus piæ mentes ipsum CHRISTUM veluti loquentem venerentur. Hâc igitur viâ molitur sanctitas tua, ut CHRISTI Ecclesia veris ac suis opibus locupletetur, ut suâ præmineat gloriâ, ut suâ polleat ditione: breviter, his cœlestibus donis cumuletur, quæ nonnunquâ tum potissimũ exuberant, cum cæteris illis destituimur maximè. Quanquam nec alteram illam virtutis functionem videris negligere, ut qui conciliandis omnium inter se Principum animis, componendisq; Christianorum rebus, pulchetrimam pariter ac utilissimam struis viam, ad impiam *Turcarum* gentem vel subigendam, vel profligandam. Non ferent aliquando *Leonis* nostri rugitum, immanes illæ belluæ; sentient, sentient invictum illud *Leonis* mansuetissimi robur quantúmvis truculentæ feræ, impares erunt Pontifici, magis pietate quàm copiis armato: ac numen etiam immortale secum in bella trahenti. Video jam dudum, beatissime Pater, quàm ingens laudum tuarum campus se nobis aperiat, sed longè impar est hujus ingenioli vis, rebus tantis explicandis; ad tam divina facinora, nostra non aspirat eloquentia, vel potius infantia. Atq; utinam hoc studium detur eruditis omnibus, ut velint, tum ea facultas, ut possint omniũ seculorum memoriâ dignas *Leonis* decimi virtutes, dicendi viribus exæquare. Me quidem procul absterret tua celsitudo; quem enim illa non absterreat? Et tamen nescio quo pacto, mihi vehementer gestit animus pro virili omnes ingenii nervos in hoc explicare, ut quanta extiterunt *Leonis* in Christianam gentem merita, tanta & posteris habeantur ac celebrentur, nullo unquam tempore intermoritura. Quâ de re diu cogitanti mihi, cum exploratum haberem, nequaquam ingenii nostri præsidio confici posse, propemodum visum est, fieri posse, ut hac ratione utcunque, quod conor, liceat assequi, si ad id efficiendum immortalis alicujus per se nominis adminiculo fuerimus usi. Perspiciebam divum *Hieronymum* sic apud *Latinos* esse Theologorum Principem, ut hunc prope solum habeamus, Theologi dignum cognomine; non quod cæteros damnem, sed quod illustres alioqui, si cum hoc conferantur, ob hujus eminentiam velut obscurentur: denique, tot egregiis cumulatum dotibus, ut vix ullum habeat & ipsa docta *Græcia*, quẽ cum hoc viro queat componere. Quantum in illo *Romanæ* facundiæ? quanta linguarum peritia? quanta omnis antiquitatis, omnium historiarum notitia? quàm fida memoria? quàm felix rerum omnium mixtura? quàm absoluta mysticarum literarum cognitio? super omnia quis ardor ille? quàm admirabilis divini pectoris afflatus? ut unus, & plurimùm delectet eloquentiâ, & doceat eruditione, & rapiat sanctimoniâ! Atqui ut hunc virum unum habemus dignissimum qui legatur ab omnibus: ita unus sic depravatus erat, sic contaminatus, sic conspurcatus, ut nec à doctis posset intelligi. Videbam facinus quidem pulcherrimum, si nostra cura doctor tam eximius orbi restitueretur. Verùm perspiciebam tantum esse in eo negotio difficultatis, ut ea res non unum desideraret *Herculem*: tantum aberat, ut unum me parem esse posse confiderem, adeò non *Hercules*, ut vix etiam homo. Attamen certatim adhortantibus eruditis, efflagitantibus episcopis: nomitim autem unico illo, non meo tantùm sed & omnium literarum, omnis virtutis, apud *Britannos Mecænate*, D. *Guilielmo* Archiepiscopo *Cantuariensi*. Quo quidem viro ut nihil habet illa insula, vel eruditione, vel integritate, vel omnibus deniq; ornamentis episcopalibus absolutius; ita non aliũ habet,

habet, ad provehendum optimarum rerum studium propensiorem: porrò, in omnibus negotiis, quæ ad sedis *Romanæ* dignitatem, amplitudinem, ac majestatem pertinent, eâ pietate, ut majore non possit. Deinde jam veluti restitantem, & ob immensam laboris magnitudinem, susceptæ provinciæ suppœnitentem, Reverendi in CHRISTO Patris *Joannis Petri Caraffæ* Episcopi *Theatini*, qui nunc apud *Anglos* nomine sanctitatis tuæ oratorem agit; denuò redaccendit oratio; suáq; voce & applausu, reddito mihi animo in certamen revocavit. Quid enim non persuadeat illa tam singularis hominis eloquentia? quem non permoveat, tam integri, tam gravis autoritas Præsulis? quem non inflammet, tam rara optimi viri pietas? Nam ad trium linguarum haud vulgarem peritiam, ad summam cum omnium disciplinarum, tum præcipuè Theologicæ rei cognitionem, tantum homo juvenis adjunxit integritatis & sanctimoniæ, tantum modestiæ, tantum mirâ gravitate conditæ comitatis: ut & sedi *Romanæ* magno sit ornamento, & *Britannis* omnibus absolutum quoddam exemplar exhibeat, unde omnes omnium virtutum formam sibi petere possint. Hic tantus tantum tribuit hisce meis laboribus, ut ne, si immodestissimus quidem sim, possim agnoscere. Et tamen nescio quo pacto laudibus illis suis, jam fesso calcar addidit, fatiscentem erexit, deficientem restituit. Horum igitur & his consimilium hortatibus extimulatus, atq; in primis ejus auxilio fretus, qui non solet unquam piis deesse conatibus, veluti novus jam ad intermissum opus redeo. Epistolarum volumina, nam hæc mihi propriè sumpsi, à mendis, quibus extincta fuerant veriùs quàm depravata: partim veterum collatione codicum, partim nostrâpte sagacitate repurgavimus: Græca, quæ vel deerant omnino, vel perperàm erant addita, reposuimus diligenter. Quod idem factum est & in Hebraicis: verùm ὀνὸς σκιὰν, ut Græcum habet proverbium, quòd eas literas ipse primoribus modò labris degustârim. Ad hoc quoniam divus *Hieronymus*, ut est omni genere literarum absolutissimus, ita mirus est opum suarum ostentator: ut qui passim gaudeat insulcire, quicquid usquam apud omnis linguæ scriptores abstrusum ac reconditum habeatur: unde fit, ut eruditus etiam lector ad plerosq; locos, velut ad salebras, restitet: adjecimus commoda suis locis scholia, quoties incurrit, quod lectorem remoraturum esse videbatur. Præterea quoad licuit, in ordinem redegimus omnia. Nothos ac subdititios libellos quos partim casus, partim librariorum quæstus, aut insciția, partim improbissimi cujusdam impostoris temeritas, *Hieronymianis* lucubrationibus admiscuit: non resecuimus quidem, sed ab aliis semotos, ademptis titulis, in suum relegavimus Tomũ: ut neq; sit quod desiderare posset avidus magis quàm elegans lector: neq; rursum tam insulsæ neniæ sese posthac tam incomparabilis viri titulo venditarent. Atq; id ne audacter magis quã judicio fecisse videremur, præfationibus & censurisadditis, quid in his secuti simus, lectorem docuimus. Quid multis? Tantum hic laboris exantlatum est, ut parum abfuerit, quin meipsum enecârim, dum sedulò adnitor, ut *Hieronymus* renascatur. Neque verebor illud vel jurejurando confirmare, minoris ipsi *Hieronymo* constitisse, suas scripsisse lucubrationes, quàm nobis restituisse & illustrâsse. Fervet igitur jampridem ingens opus, & apud inclytam *Rauracorum Basileam*, totus renascitur *Hieronymus*; idq; in officina *Frobeniana*, quâ non est alia vel accuratior, vel unde plus bonorum exeat codicum, præsertim qui ad sacras pertineant literas. Neque verò unius hominis hic labor est, neq; unius hominis impendium. Nam in cæteris *Hieronymi* monumentis, quæ mihi non sumpsi, etiam si pro tempore nonnihil opitulor, à compluribus eruditissimis viris jam pridem est desudatum. Inter quos est eximius ille vir *Joannes Reuchlinus Phorcensis*, trium linguarum Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ penè ex æquo peritus: ad hæc in nullo doctrinæ genere non versatus, ita ut cum primis certare possit. Unde meritò virum hunc ceu *Phœnicem*, & unicum suum decus tota suspicit ac veneratur *Germania*. Neq; parùm attulit momenti *Conon Norenbergensis*, Theologus ex instituto horum, quos vulgò *Prædicatores* vocant, vir ut Græcæ literaturæ callentissimus, ita in adjuvãdis bonis literis infatigabili quadam diligentiâ. Cumq; his *Beatus Rhenanus Selestadiensis*, juvenis tum exquisitè doctus, tum in judicando naris emunctissimæ. Porrò, plurimum attulerunt momenti, fratres *Amorbachii*, quorum & impendiis & sudoribus cum *Frobenio* communicatis, hoc negotii potissimùm peragitur. Quæ quidem domus in hunc usum ab ipsis fatis parata videtur, ut ejus operâ reviviscęret *Hieronymus*. Pater, vir omnium optimus, tres filios in hoc Græcis, Hebræis, ac Latinis literis curarat instituendos. Ipse decedens, liberis suis studium hoc velut hæreditarium commendavit: quicquid erat facultatum, huic negotio dedicans. Atq; optimi juvenes pulcherrimam provinciam, ab optimo parente mandatam, gnaviter obeunt, sic mecum partiti *Hieronymum*, ut quod ab epistolaribus libris supereſt, id ad illorum pertineat curam. At quorsum hæc, inquiet sanctitas tua? Nimirum hùc ibam, beatissime pater, nihil est *Hieronymiano* nomine celebrius, nihil ipso comprobatius, & tamen video quantum huic lucis, quantum ponderis & autoritatis sit accessurum. *Leonis* gloriâ nihil luculentius, & tamen haud mediocris, ni fallor, huic adjungetur accessio, si tam rarum, tam ingens, tam inclytum opus, felicissimo tui nominis auspicio, veluti denuò renatum, in lucem & in hominum manus exeat. Et pulchrè videtur convenire, ut omnes bonæ literæ, quæ pacis alumnæ sunt, per eum Pontificem reflorescant, per quem ocium & pax studiorum altrix, orbi terrarum parta est. Et pulchrè quadraverit, ut primus Christianæ religionis doctor, ejusdem religionis antistiti summo dedicetur: & optimus omnium Theologus, omnium optimi Pontificis titulo commendetur. Equidem haud sum nescius, religiosè quoq; tentandum, ut beatitudini tuæ quicquam dedicetur, dignum numine sit oportet, quod numini consecretur. Attamen si sensero hac in re tuæ quoq; majestatis favorem, non solùm hasce lucubrationes, verùmetiam universum studiorum meorum proventum cupiam *Leoni* consecrare. Ipse ex tantis sudoribus non alium expecto fructum, quàm ut nostrâ qualicunq; industriâ, Christiana pietas ex *Hieronymi* monumentis adjuvetur. Is abundè rependet præmium, in cujus gratiam hoc laboris desudo. A pluribus legetur, si fuerit à pluribus intellectus *Hieronymus*. Sed & libentiùs legetur ab omnibus, si tanti Pontificis calculo fuerit com-

comprobatus. Sanctitatem tuam nobis & universæ reipublicæ Christianæ, quam diutissimè servet incolumem, sempérq; felicibus incrementis in majus provehat, idem qui te donavit orbi *Christus*, Optimus, Maximus. Datum *Londini* tertio Calend. Maias. Anno M. D. XV.

Dominico Cardinali Grymano Erasmus Roterod. S. D.

Epist. 2. QUo minùs à primo illo, & eodem postremo congressu repetiverim amplitudinem tuam, quemadmodum & illa jusserat, & ego me facturum receperam: non mea negligentia, sed tua magis inusitata quædam, & singularis comitas humanitásq; fuit in causa: ac prorsus novo factum est modo, ut quæ res vel maximè debuerat ad reditum invitare, ea sola deterruerit ne redirem. Quid tandem istuc novæ rei fuit, inquies. Dicam equidem simpliciter, &, quod hominem decet *Germanum*, ingenuè. Id temporis omnino decretum erat adire *Britanniam*. Huc me veterum necessitudinũ affectus, huc potentium amicorum amplissima promissa, huc Regis omnium florentissimi propensissimus in nos animus vocabat. Hanc insulam mihi patriæ vice, adoptâram: hanc senecturi meæ sedem delegeram. Invitabar, imò flagitabar crebris literis, modò non montes auri pollicentibus. Quibus ex rebus, homo strenuus alioqui pecuniarum contemptor, tantam auri vim animo conceperam, quantæ vix decem *Pactolos* eluendæ sufficturos crediderim. Proinde verebar, ne si redissem ad tuam celsitudinem, verterem animi decretum. Etenim qui primo statim colloquio, sic labefactâras, sic inflammâras animum meum; quid facturus eras, si diutiùs ac propiùs fuissem congressus? Quod enim vel adamantinum pectus non flectat, tam amabilis ista morum tuorum comitas, tam mellita facundia, tam exquisita doctrina, tam fida juxta & amica consilia? Denique tanti primatis, tam expositus ad bene merendum animus? Sentiebam jam tum sensim labascentem animi sententiam, & cœperat quidem instituti suppœnitere, & tamen pudebat virum parùm cõstantem videri. Sentiebam urbis amorem, quem vix excusseram, denuò tacitis auctibus glisscere: proinde ni me repentè *Roma* divulsissem, nunquam deinde fueram *Romam* relicturus. Abripui me ne rursus afflarer, & in *Angliam* avolavi, magis quàm profectus sum. Quid nunc igitur inquies, num pœnitet consilii? num pœnitet non obsecutum fuisse amanter admonenti? Mentiri sanè non est meum. Varié res hæc afficere solet animum meum: neque enim non possum tangi *Romæ* desiderio, quoties tantus tantarum simul commoditatum acervus in mentem venit. Primum urbis omnium multò celeberrimæ lumen ac theatrum, dulcissima libertas, tot locupletissimæ bibliothecæ, suavissima tot eruditissimorum hominum consuetudo, tot literatæ confabulationes, tot antiquitatis monumenta, deniq; tot uno in loco totius orbis lumina. Speciatim autem quoties succurrit cum aliorum Cardinalium, tum verò præcipuè R. D. *Nanetensis*, mirum quoddam erga nos studium, Card. *Bononiensis* propensissimus favor: divi verò *Georg.* Card. non jam favor modò, verùm etiam benignitas haudquaquàm vulgaris: super omnia felicissimum illud cum tua pietate colloquium. Hæc videlicet faciunt, ut nulla prorsus fortuna tam benigna possit obtingere, quæ *Romæ* semel degustatæ desiderium eximat animo meo. Jam apud *Britannos* tametsi fortuna contigit non usquequaq; pœnitenda, certè meis aliquanto major meritis: tamen ut verum fatear, non omnino respondet nec votis nostris, nec amicorum pollicitis. Quæ res non tam accidit illorum perfidiâ, quàm temporum iniquitate. Nam Regem ipsum, alioqui multò Regum omnium benignissimum, ad hoc optimè de *Erasmo*, tum sentientem, tum loquentem: id quod partim ipsius ad me literis, partim multorum prædicatione compertissimum habebam: subitò ingruens bellorum procella, propè rerum nobis eripuit. Tanto animo, tanto studio, pius ac generosus adolescens bellum apparabat, quod ad Ecclesiæ *Romanæ* dignitatem tuendam pertinere judicabat. Et *Guilielmus Montjoius*, vetustissimus post *Henricum Bergium* Episcopum *Cameracensem*, studiorum meorum *Mecænas*, sic obrutus est belli oneribus, ut magis amaret quàm succurreret, vir antiquæ sanè nobilitatis, & incredibili beneficentiâ erga bonarum literarum cultores, verum ut inter hujus regni Barones, animo magis quàm re beatus. Ut ne quid interim meam ipsius lentitudinem incusem, homo usq; adeò non ambitiosus, ut planè *Timothei* fortuna sit opus, quæ dormientis impleat rete. Attamen quo minùs pœnitere queat aditæ *Britanniæ*, *Guilielmus* Archiepiscopus *Cantuariensis*, totius *Angliæ*, non titulo tantùm, sed omni decorum genere primas, potissimùm fuit in causa: vir modis omnibus incomparabilis ac prorsus unicum ejus regni ornamentum & præsidium, sapientiâ, judicio, doctrinâ, autoritate maximus: sed hoc tamen seipso major, quod ob singularem quandam modestiam, solus ipse magnitudinem suam non agnoscit. Mira vitæ sobrietas, summa dexteritas ingenii, animus impiger, & ab ocio prorsus abhorrens. Magnus rerum usus, ut qui in gravissimis legationibus, maximisq; Regum & regni negotiis, jam olim sit versatus. Unde fit ut tot rebus administrandis, quot aliorum complures vix sufficiant, unus non modò par sit, verùm etiam supersit quod evolvendis bonis autoribus, quod privatis amicorum affectibus impartiat. Nam præter Episcopi functionem, totius regni Cancellarium, hoc est summum Judicem, agit. Is me sic amore complectitur, sic ornat autoritate, sic benignitate fovet, in summa sic ubiq; mirum quendam præstat *Mecænatem*, ut si pater esset, non possit indulgentiùs: si frater, non possit amantiùs. Unde factum est, ut quod *Roma* in tot egregiis Cardinalibus, in tot ornatissimis Episcopis, in tot eruditissimis viris reliqueram, id totum in uno homine mihi viderer recuperâsse. Nunc verò posteaquàm operâ *Leonis* Pontificis verè maximi, pax est orbi restituta, multo quidem commodior est *Britannica* fortuna: & tamen acrius etiam *Romæ* desiderio titillatur animus, dum & passim famæ præconio celebratur, & veri simillimũ est, sub tali Principe veluti signo dato, quicquid usquam gentium est eruditionis eximiæ, quicquid egregiæ virtutis, hoc tempore *Romam* velut in suum theatrum concurrere. Ante biennium igitur adornâram iter, comes futurus R. Patri D. *Joanni* Episcopo *Roffensi*, viro omnium Episcopalium virtutum genere cumulatissimo: & ut compendio laudes

laudes illius explicem, *Cantuariensi* cui subsidiarius est, simillimo. Verùm is ex itinere subitò revocatus est. Rursum anno superiore meis auspiciis *Basileam* usq; processeram. At hìc quoque res quæpiam est remorata, nescio quid alii sensuri sint, at meo judicio maxima: nam maximum fuerit oportet, quod ab urbe potuerit avocare. Jampridem hoc moliebar, haud sanè mediocribus vigiliis, uti divus *Hieronymus* nobis totus quasi renasceretur: quē sic Latini summū habemus Theologum, ut propè solum dicere liceat: sed eundem adeo depravatum, adeo confusum, adeo contaminatum, ut cum non sit alius æquè lectu dignus, tamen unus maximè sit, qui legi non possit, nedum intelligi. Hujus igitur lucubrationes omnes, præsertim epistolares, in quibus plurimum erat negotii, primum in ordinem digessimus; deinde mendas, quibus obrutus erat magis quàm oblitus, veterū auxilio codicum, nostróque ingenio sustulimus. Addidimus cum argumentis commoda in loco scholia, quo possit vel à mediocriter eruditis inoffensiùs legi, qui antehac, dicam audacter, sed verè, nec ab eruditissimis intelligebatur. Nam quemadmodum olim *Romulus* dictus est, non minus magnificus ostentator egregiorum facinorum quàm gestor, ita videre est in divo *Hieronymo* novam quandam & variam eruditionē, cum sancta quadam ostentatione conjunctam. Græca & Hebraica, quæ vel deerant prorsus, vel sic erant ascripta, ut præstiterit nihil ascriptum fuisse, summâ curâ restituimus. Suppositicia & adulterina, quæ quidem bona pars est, in suum relegavimus volumen: ut nec desideraret aliquid avidus magis quàm eruditus lector: nec rursum indoctissima blateramenta tam incomparabilis viri titulo diutius circumferrētur. Equidem perspiciebam *Italiam*, & bibliothecarū auxiliis, & regionis autoritate, ad operis editionem magno usui futuram, sed commodum offendi *Basileæ* quosdam ad id operis accinctos, imò jam aggressos: præcipuè *Iohannem Frobenium*, cujus & arte & impendio magnâ ex parte res agitur, nec non tres doctissimos juvenes fratres *Amorbachios*, Hebraicarum quoque literarum pluchrè doctos. Atque his literis non paucis in locis utitur *Hieronymus*. Ac mihi quidem hac in parte, juxta Græcorum proverbium, *Theseo* quopiam fuit opus, ut qui literas eas vix primoribus (ut aiunt) labris degustâssem. His igitur in laboris partē ascitis, *Herculano* (quod aiunt) animo negotium aggressus sum. Fervet ingens officina, excuditur elegantissimis formulis divus *Hieronymus*, imò renascitur, tantis impendiis & pecuniarum & sudorum, ut minoris constiterit *Hieronymo* sua conscripsisse, quàm nobis restituisse. Mihi certè tantum hic laboris exhaustum est, ut parum abfuerit, quin ipse immorerer, dum studeo, ut ille renascatur. Summa, ni fallor, operis, ad decem volumina sucrescet. Sed quorsum hoc mihi, inquies? Primum sciebam te pro perpetuo quodam tuo erga bonas literas studio, pariter & *Hieronymo* gratulaturū, & nostris futurum conatibus, imò futurum pietati Christianæ, cui plurimum adjumenti ex *Hieronymianis* literis accessurum spero. Atqui hæc res, citra plurimarum & locupletissimarum bibliothecarum auxilia confici, ut dignum est, non potest. Proinde si quid habet vel tua bibliotheca, quâ domi habes ditissimam, & omnijugis omnium linguarū libris refertam, vel summi Pontificis, aut aliorum, pietatis tuæ fuerit, in publicam orbis utilitatem impartire. Deinde mihi visum est vehementer congruere, ut summus Theologus summi Pontificis felicibus auspiciis exiret in manus hominus, ita restitutus, ut antehac nec editus videri possit: útque scriptor omnium eruditissimus, ejus nomine commendaretur orbi, è cujus familia tot literarum proceres nobis prodissent. Sic enim pariter fore, ut tam eximii Pontificis autoritate, multum *Hieronymo* splendoris, ac dignitatis adjungatur, & vicissim ex eminentissimi doctoris celebritate, non mediocris accessio fiat *Leonis* gloriæ. Nec enim video, quonam alio monumento magis possint illius decora immortalitati consecrari. Huic igitur renatum *Hieronymum* consecrabimus, præsertim si nostro judicio tuus accedet calculus. Nam alioqui propemodū erat decretum, dicare Præsuli *Cantuariensi*, cui debemus omnia. Quanquam is quoque lubens ac volens, hoc quicquid est gloriæ, *Romano* Pontifici cessurus est, sat scio. Eo est in istam sedem animo. Et nos hujus memoriam ita cum *Leonis* laudibus copulabimus, optimi cum optimo, primatis cum primo, ut hâc viâ rectiùs etiam consultum fuerit, & *Hieronymo*, & *Mecænatis* mei nomini. Edidimus, præter alia permulta, *Chiliadum* opus à nobis emendatum, & ita locupletatum, ut quarta voluminis pars accreverit. Proximâ æstate emissuri varias, nec infrugiferas (ut opinor) annotationes nostras in novum Testamentum, unà cum Apostolicis epistolis, sic à nobis versis, ut intelligi possint. In quo labore ita puto me versatum, ut non sine causa post *Laurentium Vallam*, post *Iacobum Fabrum*, virum juxta doctum ac diligentem videar hoc negocii suscepisse. Est in manibus libellus de instituendo Principe, quem illustrissimo *Carolo* Archiduci *Burgundiæ*, MAXIMILIANI nepoti destinavimus. His defuncti rebus commentarios, olim in *Psalmum* inceptos, in manus revocabimus. Decretum enim est, quicquid superfuturum est ævi, id totum arcanis dedicare literis. Nec ullus labor ab instituto deterrebit, si tuo tuique similium favore fulciemur. Scis enim jam vetustissimum illud esse, ut invidia, quavis excetrà nocentior, egregiis conatibus semper obsibilet. Id quod nuper in summo illo viro *Iohanne Reuchlino*, non sine summo animi dolore conspeximus. Jam par erat, jam tempus erat, ut homo venerandæ senectutis, suis pulcherrimis studiis frueretur, & ex honestissima juvenilium semente laborum, suavissimam caperet messem. Conveniebat, ut vir tot linguis, tot disciplinis instructus, hoc velut ætatis autumno divitem ingenii proventum in universum orbem effunderet. Ad hoc erat laudibus extimulandus, præmiis invitandus, studio inflammandus. Et exortos audio, nescio quos, qui cum ipsi nihil præclarum efficere possint, perversissimâ viâ gloriam affectent. Deum immortalem, quam frivolis ex nugis quantas Tragœdias concitārunt: Ex libellulo, imò epistolâ, eáq; *Germanicè* scriptâ, quam nec ediderit ipse, nec edendam putārit, tantum excitari tumultūs? Quis unquam vel scriptum novisset

eum libellũ,niſi iſti mundo publicâſſent. Quanto placabili⁹ erat, ſi quid ibi fuiſſet erratũ(ut errãt homines omnes) id vel premere,vel candidè interpretari,aut certè tam eximiis hominis virtutibus cõdonare? Non hoc dixerim,quod illic ullum videam erratũ, qua de re ſanè aliorũ eſt pronunciare:illud dicã,ſi quis ad iſtum modũ maligniùs, & ut *Graeci* dicunt ἀπροσδιόνυσος, excutiat divi *Hieronymi* libros,permulta reperiet à noſtrorũ Theologorũ decretis longè latéque diſcrepantia. Quorſum igitur attinebat virum & literis & ætate venerabilẽ, ob rem nihili in hujuſmodi pertrahi turbas, in quibus jam ſeptimũ,opinor,perdit annum? Utinã hoc operæ,utinã hoc temporis, licuiſſet adjuvãdis honeſtiſſimis literarum ſtudiis impendere. Nunc omnibus dignus præmiis moleſtiſſimis litibus involvitur,non mediocri doctorũ omniũ,imò toti⁹ *Germaniæ* & dolore & ſtomacho. Quanquam his omnibus ſpes eſt futurum,ut veſtra opera vir tam eximi⁹ & orbi reſtituatur & literis.Hyeme proxima *Romæ* nos videbit,ſi modo faverit *Chriſtus* Opt. Max.& regia majeſtas,unà cum Archiep. *Cantuarienſi*,denuò facultatẽ permittẽt abeundi; quam ſi non ipſe, certe divus *Hieronymus* ab illis impetrabit.Te in plurimos annos incolumẽ ac florentem nobis, imò literis & orbi, ſervet optimus ille *Samarites Chriſtus*, cui me totũ addico dedicóque. *Londini*,pridie Calend. Apriles. Anno M.D. XV.

Raphaeli Cardinali Sancti Georgii Eraſmus Roterodamus S. D.

Epiſt.3. QUòd annis jam aliquot meæ ſiluerunt literæ, non tuorum in me meritorũ oblivio fuit in cauſa R.P.quæ ſanè nec deſii, nec deſinã unquam, vel prædicare, vel meminiſſe: ſed partim pudor quidam obſtitit, quòd improbum exiſtimarẽ,tot graviſſimis negotiis diſtrictũ, noſtris inſuper interpellare nugis:etenim aliquoties officioſum eſt, non ſalutare;partim temporũ ipſorum iniquitas, quæ nobis plus quàm ferrea inciderunt.Nam ſi leges ſilent inter arma,quãto magis tum ſilent Muſæ virgines,cum tantis rerum procellis,perſonant, perturbantur,miſcentur univerſa? Verùm poſtea quàm *Leonis* Pontificis,modis omnibus maximi, lætiſſimis auſpiciis, pax tandem eſt orbi reddita, compoſiti Principũ motus,ſublatũ illud omnium pernicioſiſſimũ mundi diſſidium, jam non ſolùm meæ literæ *Romam* ire geſtiunt,verũ ipſe quoque mirâ quadã ardeo cupiditate reviſendi veteres illos meos *Mecænates*. Eſt quidẽ apud *Britannos* fortuna mediocris,ut minor & meis votis,& amicorum promiſſis, ita meritis noſtris major. Siquidẽ Rex ipſe *Henricus* octavus,cujus naturâ,mihi crede,nihil cogitari poteſt,vel melius,vel felicius:ita de nobis & loquitur & ſentit, ut nemo vel amantiùs,vel honorificentiùs.Favent Epiſcopi,cum cæteri ferme omnes,tum præcipuè *Dunelmenſis*,qui Regi eſt à ſecretis. Item *Roffenſis*, vir pietate doctrináq; ſingulari. Ad hæc Archiep. *Eboracenſis*,cujus nunc eſt incredibilis apud regiam celſitudinẽ, tum gratia,tum autoritas.Nam regiis curis ſic adeſt,ut maxima pars publicorũ negotiorũ in hujus inclinet humeros.Porrò R.Archiep. *Cantuarienſis*, totius *Angliæ* primas, in quo vir ſummũ eſt,quicquid eſt optimum in rebus mortaliũ, ſic perpetuâ quadã benignitate,vel(ut veriùs dicã)pietate,nos fovet,tuetur,ornat,ut ſi frater eſſet aut pater, non poſſet amantiùs. Et tamen non poſſum non diſcruciari *Romanæ* urbis deſiderio, quoties animo recurſat,quã libertatẽ,quod theatrũ,quam lucem, quas deambulationes, quas bibliothecas, quam mellitas eruditiſſimorũ hominũ cõfabulationes, quot mei ſtudioſos orbis proceres relictâ *Româ* reliquerim.Atq; adeo nonnunquã ipſe mihi quovis infortunio dignus videor, qui te tantum ac talem *Mecænatẽ*,ſic de me meritũ,ſic ad ornãdũ & evehendũ me modis omnib⁹ propenſum & expoſitũ, cum quavis fortuna commutandũ duxerim. Sed quid facerẽ?Montes aureos,imò plus quàm aureos ſuis literis pollicebãtur amici.Certa promittebat *Guilielmus Montjoius*,& quidẽ ingentia,eáq; rurſum cum ſummo ocio, vitæq; libertate cõjuncta, quã ego ſic amplector, ut ſi quis hanc adimat,vitam eſſe non putẽ. Defuncto Regi ſucceſſerat planè divinæ cujuſdam indolis juvenis, nec inelegãter bonis literis initiat⁹: noſtri verò adeò jam multo ante ſtudioſus, ut paulo ante patris obitũ, cum in *Italia* viverẽ, literas ad me dederit, & ſuopte *Marte* cõditas,& propriis deſcriptas articulis: ſed ejuſmodi, ut vel ex his ſingulare quoddam & regno dignum ingeniũ poſſis agnoſcere. Ex hiſce videlicet rebus totos *Midas*,plus quam *Pactolos* ac *Tagos* animo conceperã. Seculũ quoddã verè aureũ,& inſulas fortunatas ſomniabã,κατ' ἀνηχλιμὸν, ut inquit *Ariſtophanes*. Quanquã,ut verè dicã non tam mihi deſuit fortuna, quã ipſe fortunæ defui, homo ſic abhorrens à cõmunibus negotiis,ſic alienus ab ambitione, imò adeò ſocors, ut planè *Timothei* fortuna ſit opus,quæ dormientis retibus felicitatẽ implicet. Itaq; nihil eſt,quod incuſem amicos, quib⁹ unà mecũ blãdiſſima ſpes impoſuit. Siquidem cum reliquos amicos,tum Regẽ ipſum, aurei ſeculi parentẽ,mox ſecuta bellorũ procella, Muſis omnibus præripuit. Adeo *Iuliana* illa tuba mundũ univerſum ad *Martis* ſtudium exciverat. Cæterùm rebus jam veſtra ſapiẽtia tranquillatis, velut de integro tot⁹ ad literarũ accingor munia. Quanquã nec in mediis illis bellorum tumultibus unquã eſt à nobis ceſſatũ. Emiſim⁹ enim cum alia permulta, tum *Adagiorũ* opus, diligenter à nobis recognitũ, & ita locupletatũ,ut quarta voluminis pars accreverit. Excuditur jam dudũ divus *Hieronymus* tot⁹,imò renaſcitur,ante hac adeò depravatus ac mutilus ut nunc non tam reſtitutus,quã primũ editus videri poſſit. Hunc non æſtimandis ſudoribus,multis collatis exemplarib⁹, iiſq; pervetuſtis,emendavimus, adjectis in loco ſcholiis,quo poſſit inoffenſiùs legi.Scis enim apud hunc paſſim infulciri,quæ lectorẽ obſcuritate remorẽtur.Græca atq; Hebraica vel repoſuimus,vel correximus. Nothos atque ſuppoſititios libros,quorũ alios caſus,alios impoſtor aliquis admiſcuerat,nõ amputavim⁹ quidem,ſed in ſuũ rejecimus Tomũ,néve quid deſiderare poſſit lector avidior quã elegãtior, néve inſulſiſſimi blateronis nugæ,tam excellentis viri titulo diutius ſeſe venditarent.Excuditur ingens opus,ad decem opinor volumina rediturũ:& excuditur tãtis impendiis, tantâ curâ,ut auſim dejerare,his annis viginti,nullũ opus ex ullius exiſſe officinâ,pari ſumptu,pari ve ſtudio elaboratũ.Nec arbitror ipſi *Hieronymo* tantidẽ cõſtitiſſe ſuas lucubrationes cõditas,quãti nobis cõſtabũt reſtitutæ. Ipſe certè in hoc negotiũ tanto incubui ſtudio, ut parũ abfuerit,quin memet labore cõfecerim,dum operã do,ut reviviſcat *Hieronymus*. Verum ita fert animus,tam pio támque frugifero labori,vel immori libet.Nam mihi res quã cordi ſit vide:An-

no

no superiore totos octo mẽses *Basileæ* fumus hac gratia cõmorati, non sine summo rei pecuniariæ dispendio, ut laborem & iter omnium periculosissimũ negligam. Ac proximo rursum autumno, certum est *Italiam* repetere, quo videlicet ditissimas istas lustrem bibliothecas. Nullius unquam laboris me piguerit, modò sensero tuum, tuique similium favorem, nostris aspirare conatibus. Ad hæc, nondum statui, sed ex tuo constituam consilio, cui sit hoc operis inscribendum. Archiepiscopo *Cantuariensi* nihil non debeo. Dignissimus enim est, quem unum omnis mea celebret pagina. Alioqui propè videbam conventurum, ut Theologorum omnium Princeps, Pontificum omniũ Principi consecretur, imò ut omnes bonæ literæ ejus auspiciis reflorescant, per quem pax est rebus humanis reddita, literarum ac studiorum altrix. Video vicissim & *Hieronymo* non parùm accessurum commendationis, ex *Leonis* nomine, & hujus nomini plurimum decoris additurum *Hieronymianarum* lucubrationum dedicationem. Verùm hisce de rebus coram & pluribus & diligentiùs. Interim oro, ut si quid inciderit, eum patronum præstes *Erasmo*, quem *Roma* sum semper expertus. Si qua res exorietur, in qua infimi clientuli obsequio non gravaberis uti, præsertim apud Archiepiscopum *Cantuariensem*, efficiam ut intelligas, omnia mihi defuisse potius quàm fidem ac diligentiam. Sed illud pene exciderat, majorem in modum te, & obsecro & obtestor, per bonas literas, quibus tua celsitudo semper unicè favere solet, ut eximius vir dominus *Joannes Reuchlinus*, in suo negotio æquos vos sentiat & benevolos. Eâdem operâ bene merebimini de literis ac literatis omnibus, quorum ut quisque doctissimus est, ita illi impensissimè studet. Huic omnis debet *Germania*, in qua primus Græcarum & Hebraicarum literarum studium excitavit. Vir est enim complurium linguarum egregiè peritus, variis expolitus disciplinis, jam libris editis clarus, & orbi Christiano notus, Cæsari *Maximiliano* cum primis gratus, ut cui sit à consiliis, gravis & honoratus apud suos, inter quos Triumviri munere fungitur, famæ semper hactenus incontaminatæ. Ad hæc senectute jam & canicie reverendus. Proinde & ille promerebatur, ut hac ætate honestissimorum studiorum dulcissimam meteret messem: & nos expectabamus, ut quod annis compluribus condidit, nunc in communem omnium depromeret utilitatem. Bonis igitur omnibus indignissimum videtur, non solùm apud *Germanos*, verùm & apud *Anglos* & *Gallos*, quibus ex literis notus est, tam eximium virum, tot ornamentis pulcherrimis cumulatum, tam odiosis divexari litibus, idque ex ea re, quæ meo sanè judicio vel ipsam asini umbram superet, in quam jocus extat proverbialis. Principum arma, vestra sapientia, cohibita sunt, eadem & literarum cultoribus suam restituat pacem. Procul ejiciatur, quicquid rancorem, quicquid simultatem sapit. Posteaquam Principes vobis autoribus in concordiam redierunt, absurdum est eruditos viros libris ac jurgiis inter se conflictari, & cum illi tela habeant innoxia, hos se mutuò stilis, veneno tinctis, configere. Quanto præstiterat hunc hominem, quod operæ, quod sumptus, quod temporis his litium tricis impendit, honestissimis literis impartisse. Multis hic gratiosior est *Julii* secundi memoria, quod *Jacobum Vuimphelingum*, virum præter eruditionis & sanctimoniæ commendationem, jam senio quoque venerabilem, suâ ipsius voce ab hujusmodi litibus absolvit, & calumniatoribus silentium indixit. Crede mihi innumeros mortales sibi devincturus est, quisquis *Joannem Reuchlinum* Musis ac literis restituerit. Bene valeat tua pietas, cui me quantus quantus sum, dico consecróque. *Londini*, pridie Calend. Apriles. Anno M.D. XV.

Leo X. Pont. max. dilecto filio Eras. Rot. S.D.

DIlecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Lætati admodum sumus ex tuis ad nos literis *Londini* datis: pertulerunt enim cum amorem tuum, tum præclarum de nobis judicium, quod facis: quorum utrunque nobis gratissimum, hoc etiam erant ambo illustriora, quod non à quovis homine, sed à viro doctissimo & nobis probatissimo, quem & in minoribus cognovimus, illa nobis accidebat gratulatio, quam summa scribentis fides, & summa eloquentia commendaret. Quapropter volumus tibi certo persuasum esse, nos alterum effecturos, ut virtutem & benevolentiam tuam erga nos singularibus nostræ paternæ charitatis, occasione oblatâ excipiamus officiis: in altero conaturos, ut tuis egregiis de nobis judiciis studia nostra consentiant: utinam autor ille summus bonarum non actionum solum, verùm etiam mentium, qui nos nullis insignibus meritis ornatos, solâ suâ liberalitate & providentiâ ad hunc altissimum gradum produxit dignitatis amplissimæ, quemadmodum ea optare nos voluit, quæ ad optimum Christianæ Reipublicæ statum faciunt, & sunt idonea: ita viam muniat, quâ sit nobis expeditus cursus ad veram pietatem, atq; virtutem inter homines instaurandam: & sunt adhuc quidem aliqua inchoata per nos, quæ tu amanter in tuis literis attingis. Sed restant majora multo & difficiliora, ad quæ divino maximè opus est auxilio: quod si affuerit, dabimus operam, ut qui bene de nobis & natura nostra sentiunt, id verò judicio facere videantur. Verùm hæc Deus misericordiæ viderit. Nos & volumina divi *Hieronymi* & Novi Testamenti, tuâ curâ elaborata, jucundâ quadam cupiditate expectabimus, & promissum tuum, quo omnium studiorum tuorum fructus te nobis delaturum affirmas, in maximi muneris loco ducemus, in eóq; gratiam tibi sumus habituri. Amamus autem multum hoc nomine venerabilẽ fratrem Archiepiscopum *Cantuariensem*, quod in tua virtute studiis suis confovenda satis ipse egregium testimonium perhibet, & virtutis & dignitatis suæ. Nos tum communi studio nostro, & amore erga bonas literas, tum præcipuâ quadam opinione virtutis & doctrinæ tuæ desideramus admodum tuis ornamentis & commodis patere aliquâ occasione liberalitatem nostram, sicut & nostra in te voluntas postulat, & virtus tua meretur. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, sub annulo piscatoris, die decima Julii. Anno M.D.XV. Pontificatus nostri anno tertio. *Ja. Sadoletus.*

Epist. 4.

Leo Papa X. Regi Angliæ Henr. ejus nominis 8.

CHarissime in CHRISTO fili noster, salutem & Apostolicam benedictionem. Extat

Epist. 5.

quoddam noſtrum ſtudium erga homines doctos & ejuſmodi literas, quæ & re ſunt ipſa & appellantur bonæ, ac animi affectio propè ſingularis innata quidem nobis à pueris, & domeſticâ diſciplinâ confirmata, ſed ætate progrediente etiam judicio aucta: tum quod homines hoſce, qui optimas artes & literas ſectantur, minime malos eſſe, integerrimáque fide præditos ſæpe jam experti ſumus: tum quod ab hac ſcientia, & ſanctæ Eccleſiæ doctorum eloquentia, ſcimus maxima non adjumenta modò, verùm etiam ornamenta in Chriſtianam Rempublicam profecta fuiſſe. His cauſis adducti, diligimus admodum in Domino dilectum filium *Eraſmum Roterodamum*, quem inter primos hujus ſcientiæ atq; artis eſſe judicamus: notum quidem nobis ex domeſtico congreſſu antea cum in minoribus eſſemus, ſed deinde longè magis ex eis ingenii monumentis quæ literis mandavit, non notum ſolùm, verùm etiam maximè probatum. Is ad nos ex *Anglia*, ubi nunc commoratur, literas miſit pleniſſimas officii; nobis hoc etiam gratiores, quod afferunt ſecum ab illo teſtimonium Regiæ iſtius virtutis & magnanimitatis tuæ, quâ commemoratione nihil nobis eſt pro noſtra ſumma in majeſtatem tuam benevolentiâ jucundius. Eum nobis viſum eſt majeſtati tuæ commendare, neque illi nos nunc certam rem ullam à te petimus: neque verò ipſe hoc à nobis poſtulavit, ſed facimus ſponte noſtrâ, ut quibus nos ex animo bene volumus, eiſdem ab aliis qui poſſunt, ſimilem voluntatem & benevolentiam requiramus. Erit igitur nobis vehementer gratum, ſiquid ipſe majeſtatis tuæ gratiam, favorem, humanitatémve deſideraverit, ut ei præter eam liberalitatem, quam ſponte tua deferres, etiam oſtendas, magnum hâc noſtrâ commendatione pondus acceſſiſſe. Hoc tum pergratum nobis fuerit, tum majeſtati tuæ, ut quidem arbitramur, perhonorificum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, ſub annulo piſcatoris, die decima Julii. Anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ja. Sadoletus.*

Leoni X. Pont. verè max. Eraſmus Roterodamus S. D.

Epiſt. 6. ABundè felix mihi videbar futurus, beatiſſime pater, ſi ſanctitas tua boni modò conſuluiſſet, meam vel temeritatem, vel ſedulitatem, qui non veritus eſſem Pontificiæ majeſtatis celſitudinem, & quod eſt auguſtius, LEONIS incomparabile faſtigium, ultrò meis interpellare literis. Verùm hæc, ut video, audacia mihi longè feliciſſimè ceſſit. Vicit enim & ſpes & vota noſtra, pietas iſta tua plus quàm paterna, ſponte miſſis duobus brevibus, quorum altero me meáq; ſtudia locupletiſſimo ſimul & graviſſimo teſtimonio ornat, altero regiæ majeſtati, non minus amanter quàm diligenter commendat. Summum eſt, numinis æterni ſuffragium promeruiſſe: huic certè proximum eſſe reor, ſummi Pontificis oraculo comprobari: plus etiam LEONIS, hoc eſt ejus, qui ſummam inter omnes dignitatem, omni virtutum ac literarum genere viciſſim condecorat. Ea ſi mihi maturè fuiſſent reddita, *Baſileæ* tum agenti, ne itinerum quidem ulla pericula me deterrere potuiſſent, quo minus ad beatiſſimos iſtos pedes advolâſſem. At nunc in patriam reverſum, cum ætas nonnihil ingraveſcens remoratur: tum verò Principum retinet benignitas, & rarus quidam patriæ in nos affectus alligat. Siquidem illuſtriſſimus Princeps CAROLUS, Rex Catholicus, hujus ſeculi noſtri lumen ac decus incomparabile, in cujus ditione natus ſum, cujúſque patri PHILIPPO, quondam fui non modò notus, verùm etiam charus, & abſentem me annuo ſalario benigniſſimè invitavit, idque nec ambientem, nec expectantem: & reverſo, ac vix etiam reverſo, ſacerdotium, tum amplum, tum honorificum detulit. Cæterùm quantum ſereniſſimi Regis *Anglorum* priſtino erga me favori: quantum reverendiſſimi Cardinalis *Eboracenſis* in me benevolentiæ, & quantum Archiepiſcopi *Cantuarienſis* veteri erga me ſtudio, è commendatione tuæ ſanctitatis acceſſerit, certis argumentis habeo compertum. Ea tum mihi gratior accidit, tum apud illos fuit efficacior, quòd non extorta precibus, ſed ultro præſtita fuerit. Proinde cum perſpiciam me tuæ beatitudini debere permultum, plurimum eidem debere cupio. Imò juvabit omnes fortunas meas ac felicitatis ſummam uni LEONI acceptam ferre. Eſt autem meo quidem animo nonnulla felicitatis pars, debere libenter. Quid id ſit, reverendus in CHRISTO pater, Epiſcopus *Wigornienſis*, invictiſſimi *Anglorum* Regis apud tuam ſanctitatem perpetuus orator, coràm exponet, & *Andreas Ammonius*, tuæ ſanctitatis apud *Anglos* nuncius, literis ſignificabit. Quâ quidem in re, non dubito quin eam bonitatem ſenſurus ſim, quam mihi, tum iſta naturæ tuæ benignitas, quâ vel maximè CHRISTUM, cujus vices meritiſſimò geris, refers; tum ſanctitatis tuæ literæ ultrò pollicentur: præſertim cum ejuſmodi ſit negotium, ut non perinde ad meam pertineat dignitatem, cui candidè faves, quàm ad publicam orbis utilitatem, cui omnes tuæ vigilant ſollicitudines. Poteram ad hancce rem impetrandam ſummorum Principum abuti commendatione, verùm malui quicquid hoc eſt beneficii, in ſolidum, tuæ unius debere benignitati. Quod ſanè quanquam non ignoro fore majus, quàm ut ullis mortaliũ officiis rependi queat, ad hæc eam eſſe fortunæ tuæ magnitudinem, ut à nemine ſibi referri gratiam poſtulet: mei tamen officii fuerit adniti manibus pedibuſque, ne tam eximiam beneficentiam, in hominem, aut omnino indignum, aut parùm memorem parúmque gratum collocâſſe videaris. Novum Teſtamentum, ſimul & Græcè & Latinè editum, à nobis recognitum, unà cum Annotationibus noſtris jampridem in lucem exiit, fauſtiſſimi tui nominis auſpiciis. Quod opus an omnibus probetur, neſcio: certè hactenus à probatiſſimis, ac primariis Theologis probari comperio, cum primis autem ab incomparabili antiſtite CHRISTOPHORO Epiſcopo *Baſilienſi*, quo teſte liber excuſus eſt. Nec enim hoc labore, veterem, ac vulgo receptam editionem convellimus, ſed alicubi depravatam emendamus, aliquot locis obſcuram illuſtramus; idque non ex animi mei ſomniis, nec illotis (ut aiunt) manibus, ſed partim ex vetuſtiſſimorum codicum teſtimoniis, partim ex eorum ſententia, quorum & doctrinam & ſanctimoniam Eccleſiaſtica comprobavit autoritas,

autoritas, nempe *Hieronymi*, *Hilarii*, *Ambrosii*, *Augustini*, *Chrysostomi*, *Cyrilli*: semper interim parati, aut modestè rationem reddere, si quid rectè docuimus, aut libenter corrigere, si cubi imprudentes, ut homines, lapsi sumus. Volumen unum recens adhuc, & ab ipsa etiamnum calens officina, *Romam* hyeme proximâ misimus, quod sanctitati tuæ redditum opinor. Et nunc alterum mitterem, ni scirem nusquam terrarum nõ jam vulgatum opus. In eo tametsi sudatum est à nobis acriter, quantum & temporis modus à Principe indulti, & valetudinis ratio patiebatur; tamẽ haud defatigabor unquam, haud conquiescam, donec ita locupletatum, elimatum, elaboratúmque reddidero, ut *Leone* & præter Pontificii dignitatem maximo, non omnino indignũ videri possit. *Hieronymus totus*, haud malis, ut opinor, avibus renatus, mense Septembre proximo, ingenti doctorum omnium expectatione proditurus est in lucem. Quin posthac nulla ab *Erasmo* proditura est pagina, quæ *Leonis* optimi juxta ac maximi Pontificis præconium non sit habitura. Non postulat hoc tua singularis modestia, verùm id debetur tuis divinis meritis; & totius orbis interest, tam undiq; laudati Pontificis exemplum in posteros transmitti. Sin natura nobis ad hoc efficiendum deerit, tamen ipsa beneficii tui magnitudo, ipse hujus pectoris tibi dediti ardor, ante omnia divinæ istæ tuæ virtutes, ingenii vim, ac dicẽdi copiam suppeditabunt. Bene valeat tua sanctitas quam CHRISTVS Optimus Maximus religioni suæ illustrandæ propagandæque, ac sublevandis rebus mortalium quàm diutissimè servet incolumem. *Londini* quinto Idus Augusti, Anno millesimo quingentesimo decimosexto.

A accepi: binas ad te ejusdem planè exempli, alias ad Regem, quibus ei perquàm diligenter, ut ex earum exemplo intelliges, commendaris. Quæ erant ad te, quoniam quid bonæ spei continerent, scire magnopere avebam, pro nostræ amicitiæ jure mihi sumpsi ut resignarem: unas ad te nunc mitto cum exemplo earum quæ sunt commendatitiæ, ipsas vero literas cum alteris ad te diligenter tibi servo. Si huc non redieris, quid de illis commendatitiis fieri velis, signifi- B cato. Hoc tibi ante deliberatum oportuisse dices, literásque fortè antiquiores judicabis, quàm ut Regi sint reddendæ. Sed crede mihi perinde fore, ac si recèns factum fuisset. Vix enim unquam istiusmodi minutiæ considerantur, quando non ex syngrapha pecunia postulatur. Ascripsit præterea mihi Episcopus *Wigornien sis*, *Leonem* tuis literis mirum in modum fuisse exhilaratũ, ac de te diligenter scisciatum, ubinam esses, quid rerum gereres, & an putaret te libenter ad C se venturum, compluriáque alia amantissimi erga te animi signa: conversúmque postea ad viros quosdam eruditissimos & beatissimos, qui fortè astabant, tuas literas eis tradidisse, adjecto suo præjudicio de tuo raro ingenio, atque eruditione, certatímque in tuas laudes ab omnibus itum: Vetus enim mos adhuc perdurat, Tantum admirari, tantum laudare disertos: quanquam *Leo* noster herculè fovet etiam & beat, spéque studiorum in eo summa. Ad quem curriculo, si tuum commodum spectem, contendere: si meam voluptatem, huc revolare te velim. Deus, quicquid decreveris, fortunet. De D *Hieronymo* ambiguũ non habeo operæ te precium assequutum, valde expecto ut appareat. *Senecam* à te castigatum venalem jam habemus. Vis dicam quid sentiam? *Apellem* in fingenda *Venere* videris imitatus. De Novo Testamento equidem plurimum gaudeo, & tibi gratulor: est enim meâ sententiâ opus ut religiosissimum, E ita & maximè necessarium, quod ab omnibus excolatur, ingeniíque ac doctrinæ capacissimum, dignúmque in primis te, & Pontifice Maximo cui inscribendum destinâsti. Macte animo, sic itur ad astra. De somnio, quo te ab *Eboracensi* fuisse beatum dicis, & ludibrio habitum arbitraris, vellem explicatiùs scripsisses. Cæterùm de ludibrio omnia alia, nihil est à viro alienius, quin scio te ab eo fieri maximi: verùm aliquid accidit, præter ejus quoque voluntatem ac sententiam, quod corrigi fortassis adhuc posset. Hæc F habui quæ de tuis rebus in præsentia scriberem. Addam aliquid de rebus *Britannicis*. Regina scitulam peperit filiolam; tuus *Cantuariensis* eum bona Regis venia, magistratu se abdicavit: quem *Eboracensis*, impendio rogatus, suscepit & pulcherrimè gerit. *Morus* à suis *Belgis* legatione honorificè functus, domum rediit, & palatinos fumos nobiscum frequentat. Nemo tem- periùs eo, matutinum *Eboracensi* portat ave. G *Pacem* ita in istis regionibus se gerit, ut maximè ei gratulandum esse censeam. Mihi res ægrè quidem, sed non pessimè procedit: corporis firmitas adsit modò, cui faciat *Erasme*, ut sedulò inservias. Decimotertio Calendas Martias ex *Londino*, Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo.

Andreas Ammonius Erasmo Roterodamo S. D.

Epist. 7. QUibus victimis hoc expiabo, ut binis *Erasmi* mei literis non antea responderim, quàm ternas acceperim? Malo crimen fàteri, quàm causas ineptas afferre: quanquam nonnullæ sunt haud omnino (ut mihi videntur) ineptæ. Veritus enim sum nè operæ, cujus tantis tricis vehementer impeditus pareus esse cogor, jacturam facerem, quum in incertum scribendum ad te esset, quod tu pertæsus hypocaustorum nidorem, è *Germania* ad Calendas primo Novemb. deinde festis Natalibus peractis, avolaturum te significabas: nondum tamen constituisse videbare *Romam* ne ires, anhue reverteres, seu *Venetias* te conferres. Quamobrem priùs quàm ad te scriberem, ubi constitisses, gnarum me fieri expectabam. Interim tamen si *Romam* petiisses, veteri meo patrono Episcopo *Wigornien si*, nostri illic Regis oratori studiosè te commendavi: ex eo, atque adeò ex ipsis palatinis columnis singularem Pontificis Maximi in te animum protinus cognovisses, raptúsque confestim ad eum fuisses. Sin verò *Britannicam Italiæ* prætulisses, quid literis inter præsentes opus? Nunc autem postquam, ut tu scribis ad Calendas Martias, ut ipse jam conjecto ad Maias, tuum istinc discessum produxisti, periclitari hanc opellam volui. Quare de his quæ putem scire te oportere, hæc accepi. Ternas Pontificis Maximi literas, quas breves votant;

Guilielmus Archiepiſcopus Cantuar.
Eraſmo Rot. S.

Epiſt. 8. QUum non illaudati nominis æternitatem per te ſim conſecutus, quâ multi præclari Reges & Imperatores carent, & à memoria hominum penitus exciderunt, niſi quòd tantum vix nominum eorum Catalogus, & id jejunè quidem fiat, non video, quòd ſatis ſit in hac mortali vita, quod pro immortalitate reddam. Cogito enim quanta mihi tribueris ubique, vel præſens per colloquia, vel abſens per literas, aut communiter per volumina: quæ quidem ſunt majora, quàm ſuſtinere valeam. Judicabis ergo *Cantuarienſem* ingratiſſimum, niſi tui ſit habiturus rationem fideliſſimam & conſtantiſſimam, licèt meritis inæqualem & inferiorem. Quod autem ſexaginta nobiles non ſunt hactenus ad te per commutationem perlati, menſarius in culpa eſt, qui & cætera. Editionem tuam in Novum Teſtamentum aliquot fratribus meis Epiſcopis & Theologiæ doctoribus communicavi: qui maximè operæ precium in ea re te feciſſe uno ore profitentur; quorum judicio adhærens, & omnia ſumma judicans, quæ à tuo divino ingenio, multipliciq; doctrina proficiſcuntur, eam omnibus laudibus effero, perinde ut *Hieronymianam* provinciam, quam, in eo es, ut propediem abſolvas: per quæ opera famæ immortalitatem inter homines, inter ſuperos divinam remunerationem, & à me quicquid commodè & convenienter præſtare potero conſequeris. *Hieronymi* volumina nunquam ſatis laudata à præſentium latore accepi: pro quibus & pro Novo Teſtamento, quod etiam abs te acceepi, gratiam habeo immortalem: hoc eſt, pro ſudoribus, quos in his operibus exantlâſti. Poſtremò rogo uti cures has meas literas ad Reverendum & Optimum fratrem, Epiſcopum *Baſilienſem* perferri, & te valetudine eo diligentiùs liberare ſtudeas, ut quàm primùm te videamus. *Otfordiæ*, viceſima die menſis Julii.

Eraſmo Bovillus S. D.

Epiſt. 9. TUus in *Angliam* reditus, præceptor doctiſſime, eſt omnibus amicis tuis *Cantabrigianis* oppidò quàm gratus: ſuper cæteros tamen mihi longè gratiſſimus, utpote qui aliis omnibus ſum tibi multis partibus devinctior.. Itaq; quàm libentiſſimè te in *Cantabrigia* viderem, ut ſi non detur multiplicibus tuis erga me beneficiis, ut vellem reſpondere; animi ſaltem promptitudinem (quam ſolam fermè poſsim) oſtenderem: ſum enim cupidiſsimus te videndi, ac perpetuò apud te manendi: ſed fatis prohibeor, ac fortunâ adhuc paulo invidentiore; alioqui quocunque gentium abires, certum eſſet perſequi. Hìc acriter incumbunt literis Græcis, optántq; non mediocriter tuum adventum: & hi magnopere favent huic tuæ in Novum Teſtamentum editioni: dii boni quàm eleganti, argutæ, ac omnibus ſani guſtûs ſuavi, ac perneceſſariæ! Sed hæc hactenus. Eſt hic juvenis quidam, qui continuis precibus obtinuit, ut ſe tibi commendarem, *Edmundus Polus* arduus, morum perquàm candidorum, & tui amantiſsimus: hic ſibi perſuaſit ſe futurum felicè, ſi poſsit recipi in tuum famulitium. Igitur ſi reſcripſeris an eum velis & ſignifices, licèt breviſsimè, me illum tibi commendâſſe, quia alias non credet me ſcripſiſſe, ſicut ſæpius ſum illi pollicitus, feceris rem te dignam, & mihi pergratam. Vale hujus noſtri ſeculi decus. Ex *Cantabrigia*, Idibus Auguſti.

Eraſmus Rot. Henrico Bovillo ſuo.

EX tuis literis ſatis intelligo meas, quas apud *Thomam Morum Londini* reliqueram, tibi nondum eſſe redditas. Veterem iſtum erga nos animum, mi *Boville*, libens & agnoſco & exoſculor. Atque utinam liceat ad priſtinam vitæ conſuetudinem, ac multò jucundiſsimam ſtudiorum ſocietatem aliquando redire. *Lovanii* ſumus hyematuri. Tu interim quid è re ſit tua, diſpicito. Novum Teſtamentum noſtrâ inſtauratum induſtriâ, probari iſthìc ab optimis quibuſque, imò ab omnibus, qui (ut ſcribis) ſani guſtûs ſunt, ſanè gaudeo. Quanquam narrârunt mihi quidam, πάνυ ἀξιόπιστοι, unum apud vos eſſe collegium θεολογικώτατον, quod meros habet *Areopagitas*: qui gravi ſenatuſconſulto caverint, ne quis id volumen, equis, aut navibus, aut plauſtris, aut bajulis, intra ejus collegii pomœria inveheret. Obſecro *Boville* doctiſſime, hæc utrum ridenda ſunt, an deploranda? O homines ſtudio pravos, & ſibiipſis iniquos & iratos, ſuis ipſorum commoditatibus invidentes! Quod genus hoc hominum, uſq; adeò moroſum, ut officiis irritentur, quibus manſueſcunt & feræ belluæ: tam implacabile, ut eos nec tam multæ apologiæ lenire poſſint? imò (quod eſt impudentius) iſti damnant ac lacerant librum, quem ne legerint quidem, alioqui nec intellecturi ſi legant. Tantum audierunt inter cyathos, aut in conciliabulis fori, prodiſſe novum opus, quod omnibus Theologis, ceu cornicibus oculos tentet configere: ac mox meris convitiis inſectantur, & autorem qui tantis vigiliis, ſtudiis omnium prodeſſe ſtuduerit, & librum, unde poterant proficere. Iſtuc verò Philoſophicum eſt aut Theologicũ? Peſtilens quædam res ſit oportet philoſophia, ſi tales reddit; inefficax ac diluta, ſi tales non mutat. Jam non refellunt & corrigunt, quæ perperàm à nobis ſcripta cenſeant; ſed hoc ipſum damnant ſcripſiſſe. Fas eſſe negant tentare quicquam hujuſmodi, niſi ex autoritate Concilii generalis. At iſtoc quid iniquius? Ipſi quotidie depravant ſacros codices, ſolâ inſcitiâ ac temeritate in conſilium adhibitâ: nobis non licebit ex veterum ſententia reſtituere quod corruptum eſt, niſi totius orbis Chriſtiani convocato Concilio? Adeò pejorem volunt eſſe conditionem mendum ſubmoventis, quàm invehentis, bene merentis ſuâ induſtriâ, quàm malè merentis ſuâ incogitantiâ. Verùm illud mihi reſpondeant velim, hæc ipſa quæ illis tantopere placet editio, utrum ab interprete ſuſcepta fuerit ex autoritate Concilii generalis: an prius edita, ac deinde judicio Patrum comprobata. Prius ſcriptam opinor, poſtea comprobatam. Atqui idem poteſt in hac mea evenire, quod ipſe tamen, nec ambio, nec poſtulo. Tametſi ne id quidẽ conceſſerim. Mihi magis videtur uſu irrepſiſſe, ac paulatim progreſſu tẽporis collegiſſe robur. Alioqui ſi publico Cõcilii judicio fuiſſet approbata, traditáq;: omnes eâ cõmuniter uſi fuiſſent. Nunc aliud citat *Ambroſium*, aliud *Auguſtinum*, aliud

aliud *Hilarius*, aliud *Hieronymus*. Imò nec hujus ætatis exemplaria consentiunt. Quòd si protinus actum putant de religione Christiana, si quid usquam variet, etiam si nos dormissemus, jam illi periculo eramus obnoxii. At utuntur, inquiunt, hac editione Patrum Synodi. Veteres nè an recentiores? Aut cur minus valere debeat veterum Conciliorum usus, quàm recentium? maximè, quod ad hanc rem pertineat. Quanquam illud erat docendum, ea quæ citantur in Conciliorum actis à nostra emendatione dissidere. Quid quod pleraq; Synodorum acta Græco sermone prodita fuerunt? Deniq; fieri potuit, ut aliter ab illis citata, mutârit aliquis ad hanc nostram editionem, id quod quotidie deprehendimus factum in *Hieronymianis* & *Ambrosianis* Commentariis. Ante annos fermè viginti *Lutetiæ* formis excudebantur sacrificiorum, ac precum horariarum codices, juxta ritum Ecclesiæ *Treverensis*. At opifex qui literas gustârat modò, cum sentiret pleraq; dissonare, correxit omnia ad hanc nostram editionem; idq; ipse mihi confessus est, arbitratus se rem præclaram moliri. Jam non arbitror absurdam, si quid etiam fugiat generale Concilium, in his præsertim, quæ non attinent ad necessitatem salutis. Satis est hoc reprehendi non posse, quod agitur in Synodo. Postremò, quam ob rem magis trepidamus, si quid secus lectum fuerit in divinis libris, quàm siquid secus enarratum? Certè utrobiq; par discrimen. Atqui videmus interpretes non modo diversa, verùm etiam pugnantia dicere sæpenumerò. Quin & illud dilemma, si possint, explicent: Utrum permittunt aliquid novari in sacris libris, an omnino nihil? Si quicquam permittunt, cur non excutiunt potiùs, rectè mutatum sit, nec nè? Sin minus, quid facient illis locis, in quibus mendum inesse manifestius est, quàm ut negari, dissimularive possit? An hic sacrificum illum malunt imitari, qui suum *mumpsimus*, quo fuerat viginti usus annos, mutare noluit, admonitus à quopiam *Sumpsimus* esse legendum? Vociferantur ὦ γῆ καὶ οὐρανέ, ô cœlum, ô terra, corrigit hic Euangelia! At quanto justiùs exclamandum erat in corruptorem, ô sacrilegium, depravat hic Euangelia! Neque enim nos novam prodimus editionem, sed veterem pro virili restituimus, at ita ut hanc novam non labefactemus. Qui pro hac novâ tanquam pro aris ac focis dimicant, habent quod amplectuntur, nihil illis perit, aliquid de lucro accessit. Hanc quam adamant, emendatiùs legent posthac, & rectiùs intelligent. Quid si libros divinos omnes paraphrasi explanâssem, quo possent incolumi sententia & legi inoffensiùs, & percipi faciliùs: num isti dicam mihi scriberent? Laudem etiam promerui *Juvencus*, qui Euangelicam historiam ausus est versibus includere. Quis in jus vocat eximium Theologum *Ægidium Delphum*, qui totum fermè divinæ scripturæ corpus carmine complexus est? Canuntur in templis quotidie, juxta veterem editionem Psalmi: & tamen extat divi *Hieronymi* recognitio; extat ejusdem juxta veritatem Hebraicam interpretatio. Illa leguntur in choris, hæc in scholis aut domi. Neutra alteris officiunt. Atque adeò nuper, *Felix Pratensis* Psalterii totius novam edidit intepretationem, ab omnibus superioribus admodum dissidentem. Quis huic unquam movit tragœdias? *Jacobus Faber Stapulensis* amicus noster, dudum id fecit in *Paulum*, quod ego in totum novum Instrumentum. Cur hic demum tanquam ad rem novam commoventur quidam? An aliis omnibus istud licere volunt, mihi uni non volunt? Atqui *Stapulensis* non paulò plus ausus est, quàm ego. Ille suam interpretationem veteri opposuit, idq; in Academiarum omnium regina *Lutetia*: ego recognitorem modò professus, locos aliquot aut corrigo, aut explico. Nec hoc dixerim, quo *Fabrum* in communem invidiam vocem: nam vir ille jampridem gloriâ superavit invidiam; sed ut palàm faciam, quam iniquè faciunt quidam, qui quod jamdiu est à multis factitatum citra calumniam, in me veluti subitum ac novum calumniantur. Quid decessit *Aristotelicis*, postea quàm *Argyropylus*, *Leonardus Aretinus*, & *Theodorus Gaza* novam editionem produxerunt? Num ideo supprimenda, aut abolenda censebitur horum interpretatio, nè superiores illi *Aristotelicæ* philosophiæ professores quædam ignorâsse videantur? Num ea res *Guilielmum Copum* à vertendis *Galeni* & *Hippocratis* voluminibus deterret, nè mundus intelligat superiores medicos multa perperàm interpretatos? Dixerit aliquis, In humanis disciplinis expedit, in divinis libris idem passim & à quibuslibet fieri, grave periculum est. Principio, nec passim muto, nam summa constat: de locis modò aliquot disceptatio est. Nec omnino opinor, certè quod ad hanc rem pertinet, de media plebe censendus sum. Ostendo locis aliquot lapsum esse *Hilarium*, lapsum *Augustinum*, lapsum *Thomam*: idq; facio, ficut oportet, reverenter, citráq; contumeliam: adeò ut si viverent ipsi, mihi qualicunq; sic admonenti gratiam habituri sint. Summi erant homines, sed tamen homines erant. Demonstrent isti, eos rectè sensisse, méq; refellant argumentis, non convitiis; & apud me magnam inierint gratiam. Qui quicquid *Lyranus* scripserit oraculi instar haberi volunt, tueantur illum in illis locis, in quibus ab eo dissentio. Nam in *Hugone* quærere quod reprehendas stultissimum arbitror. Paucula tantum annotavi; sed insigniter absurda, quo nimirum cautiores redderem eos, qui hujusmodi scriptores, summa fiducia, nullo judicio legunt. Et tamen qui hujusmodi tribuunt omnia, defendant suos amasios, doceant nos hallucinatos, illos attigisse scopum. Sed indignum se judicant, ad istas Grammaticorum minutias descendere. Sic enim vocare solent eos, qui bonas didicere literas, atrox esse convitium existimantes Grammatici cognomen. Quasi verò laudi vertendum sit Theologo, si Grammaticen nesciat. Non facit Theologum sola Grammaticæ cognitio. At multò minus Theologum facit ignorata Grammatica: certè conducit ad Theologiæ cognitionem hujus disciplinæ peritia, officit imperitia. Neque negari potest, *Hieronymum*, *Ambrosium*, *Augustinum* quorum autoritate potissimùm res Theologica nititur, ex hoc Grammaticorum ordine fuisse. Quandoquidem id temporis, nec *Aristoteles* etiamnum in Theologorum scholas erat receptus: & hæc philosophia, quâ nunc in scholis utuntur, nondum erat nata. Quanquam modesti hominis est, à quocunque libenter admoneri. Cæcus uti si monstret iter, tamen aspice, inquit *Flaccus*. Jam nec hi, qui totum hoc negotium non ad judicium, sed autoritatem vocant: multum habent, quod in me desiderent. Siquidem cautum esse constat

in

in hac Synodo *Lateranenſi*, ut liber edatur ab ordinario comprobatus, aut ab iis, quibus ille ſuas vices delegârit. At opus noſtrum, & ſcriptum, & editum eſt, teſte & approbante ejus loci Epiſcopo: neq; quovis Epiſcopo, ſed præter ætatis reverentiam, præter imaginum commendationem, ſingulari vitæ integritate, raráq; doctrinâ inſigni. Nec is verò comprobavit modò, verumetiam nihil non detulit, ſi ſecum manere voluiſſem. Et abeuntem, tantis officiis, tantâ munificentiâ proſecutus eſt, vir incomparabilis, ut me referre pudeat. Ac nè his quidem contentus, ultrò ſcriptis ad Archiepiſcopum *Cantuarienſem* literis tum me honorificentiſſimè commendavit, tum illi meo nomine gratias egit. Itaq; ſi non à Synodo, certè juxta Synodi conſtitutionem approbatus eſt labor meus. Talis eſt autor, ut unus plurimorum inſtar haberi debeat: & hoc plus etiam ponderis habere debet illius ſuffragium, quod nec precibus, nec ullis obſequiis impetratum, ſed ultrò ac penè fugitanti delatum ſit. Quod ſi cui parum gravis eſt unius hominis autoritas, Epiſcopi judicio ſubſcripſere duo Theologiæ profeſſores, ſed omnium longè principes; *Ludovicus Berus*, vir, id quod conſtat, omnibus virtutum ac diſciplinarum ornamentis cumulatus: tum autem in Theologica palæſtra ſic exercitatus, ut apud *Pariſios*, inter eos, qui doctoris titulo inſigniebantur, primum meruerit locum. Huic adeò diſplicuit opus noſtrum, ut fortunas ſuas omnes, quas habet ampliſſimas, mihi communes detulerit. E duabus præbendis, quas habet, alteram ultrò in manum dederit. Ad hæc *Fabritius Capito*, ob inſignem Theologiæ cognitionem in *Baſilienſi* eccleſiæ collegium cooptatus, ubi publicum concionatorem agit, vir præter alias egregias diſciplinas, trium linguarum non vulgariter peritus, Græcæ, Latinæ & Hebraicæ. Deniq; vitâ tam integrâ, moribus tam piis, ut nihil unquam viderim incorruptius. His teſtibus liber eſt editus, quorum judicio nihil addubitaret, quamlibet gravi in re, fidere Epiſcopus, ſi ipſe parum certo eſſet judicio. Neque tamen quiſquam cæterorum Theologorum damnavit opus noſtrũ. Tantum deplorabant nonnulli ſe pueros non didiciſſe Græcè, & ſibi ſerò librum eum prodiſſe in lucem. Referre poteram, quid venerandus ille Prior *Cartuſienſis* apud *Friburgum*, *Gregorius Reiſchius*, cujus ſententia apud *Germanos* oraculi pondus habet: quid eximius ille Theologus *Jacobus Vvimphelingius*, de noſtra ſenſerit editione. Proferre poteram innumeras epiſtolas inſignium virorum, quibus mihi gratias agunt, quod ex meis lucubrationibus, præcipuè, quas in Novum edidi Teſtamentum, & meliores evaſerint, & eruditiores, ni vererer, nè quis hæc à me glorioſiùs dici putare poſſet, quàm veriùs. Et tamen qui in *Germania* mecum egerunt conſuetudinem, & quibus in *Anglia* res omnes meæ perinde ut mihi notæ ſunt, nôrunt quàm parcè hæc attigerim, nimirum invitus: partim quòd à nulla re magis abhorream, quàm à jactantia; partim quòd nolim amicorum cuiquam, quicquam ex me invidiæ accidere. Nam ut de aliis taceam, ſcis ipſe, mi *Boville*, cujuſmodi vir ſit egregius ille præſul *Roffenſis* veſtræ Academiæ Cancellarius, ſive virtutem ac pietatem ſpectes, ſive doctrinam. Et non pudet iſtos tenebriones convitiis inſectari, quòd ille tantus heros approbat ac legit? Imò non pudet σχιοβόλους ἀνθρω-

πίσκους ſuo arbitratu lacerare, quod ipſe ſummus approbat Pontifex? Nam ni mea probaret, non utique ſcripſiſſet ſe maximi muneris loco habiturum, ſi ſtudiorum meorum provenum omnem ſuo dicarem nomini. Plus quàm approbat, qui præmium etiam pollicetur. Oſtenderam illi literis meis quid molirer; exploratũ, num ſibi cuperet inſcribi. Ille protinus unicam epiſtolam duabus penſavit: altera meæ reſpondet, & amanter, & honorificè, & eruditè; altera me, meáq; ſtudia ſereniſſimo *Anglorum* Regi commendat, quàm diligenter, quámque effusè, probabis ipſe. Nam exemplar utriuſq; unà cum hiſce literis ad te miſi. Reſponderat uterque Cardinalis, nimirum *Grymanus*, & *Georgianus*: verùm eas literas *Andreas Ammonius*, præcipuum quoddam veſtræ *Britanniæ* ornamentum, ad *Richardum Pacenum* miſit: qui ſui Regis nomine apud *Helvetios* & MAXIMILIANUM legatione fungitur: ut per eum mihi redderentur, id temporis *Baſileæ* agenti, quas hactenus tamen non recepi. Miſimus hyeme proximâ volumen unum *Leoni*, cui dicatum eſt: quod ſi redditum eſt, nihil addubito, quin ille ſummis præmiis ſit vigilias noſtras proſecuturus. Quid ſupereſt igitur, quod iſti in me deſiderent? Nec primus nec temerè negotium hoc aggreſſus ſum. Secutus ſum Synodi conſtitutionem. Approbant ſi non omnes, certè primi. Si quid illic impium eſſet, diſpliceret piis: ſi nihil eruditionis, rejicerent eruditi. At nulli magis amplectuntur, quàm hi quos & inſignis vitæ ſanctimonia, & eruditio non vũlgaris commendat. Si quem magis movet doctrina, probatur à doctiſſimis. Si integritas, probatur ab integerrimis: ſi autoritas, probatur ab Epiſcopis, ab Archiepiſcopis, ab ipſo ſummo Pontifice. Neque quicquam tamen horum mihi profit ſuffragium: ſi compertum fuerit, me cujuſquam omnium ambiſſe favorem. Quicquid hic datum eſt, rei datum eſt, non homini. Hæc tam multa non impetrant ab iſtis: ut quod malè didicerunt, velint dediſcere. An verentur nè ad hæc avocatis juvenibus, frigeant iſtorum ſcholæ? Cur non illud potiùs perpendunt ſecum. Ante annos fermè triginta, nihil tradebatur in ſchola *Cantabrigienſi*, præter *Alexandrum*, *parva logicalia*, ut vocant, & vetera illa *Ariſtotelis* dictata, *Scoticáſq;* quæſtiones. Progreſſu temporis acceſſerunt bonæ literæ: Acceſſit Matheſeos cognitio: acceſſit novus, aut certè novatus *Ariſtoteles*, acceſſit Græcarum literarum peritia: acceſſerunt autores tam multi; quorum olim nè nomina quidem tenebantur, nec à ſummatibus illis larcis. Quæſo quid hiſce ex rebus accidit Academiæ veſtræ? Nempe ſic efflоruit, ut cum primis hujus ſeculi ſcholis certare poſſit: & tales habet viros, ad quos veteres illi collati umbræ Theologorum videantur, non Theologi. Non inficiantur id majores, ſi qui ſunt ingenio candido. Aliis ſuam felicitatem gratulantur, ſuam complorant infelicitatem. An hoc iſtos malè habet, quòd poſthac & plures legent Euangelicas, Apoſtolicáſq; literas, & attentiùs: & vel hoc temporis his ſtudiis decidi dolent, quibus omne tempus oportebat impartiri; malintq; univerſam ætatem in quæſtionum frivolis argutiis conteri? Atqui hoc ſanè nomine non admodum pœnitet me mearum vigiliarum. Compertum eſt hactenus quoſdam fuiſſe Theologos, qui adeò

nunquam

nunquam legerant divinas literas: ut nec ipsos sententiarum libros evolverent, neque quicquam omnino attingerent, præter quæstionum gryphos. An non expedit ejusmodi ad ipsos revocari fontes? Ego, mi *Boville*, labores, quos certè non mediocres omnibus juvandis suscepi, cupiam omnibus esse frugiferos. Nam præmii summam ab ipso *Christo* expecto, tantum ut promerear: verùm si fieri non potest ut omnibus probemur, hoc interim me consolatur, quod ubiq; fermè probamur à probatissimis. Et spero futurum, ut quod nunc placet optimis, mox placeat plurimis. Aliis gratiam conciliávit novitas, at huic operi novitas invidiã peperit. Proinde diversum opinor accidet. Illis ætas favorem adimit, mihi fortassis apponet. Illud certè præsagio, de meis lucubrationibus, qualescunq; sunt, candidiùs judicaturam posteritatem. Tametsi nec de meo seculo queri possum. Plus mihi tribuit, non dico, quàm postulem, sed quàm aut merear, aut tueri queam. Cum enim sint tam varia, támque fastidiosa mortalium judicia, præsertim in literis, meis tamen scriptis, non impiis quidem illis, sed parum eruditis, si cum aliorum libris conferas, nemo detraxit hactenus; nisi pauculi quidam, sed adeò morosi, ut nihil omnino probent, nisi quod ipsi faciunt: aut adeò stupidi, ut nihil sentiant: aut adeò supini, ut nec legant quod carpunt: aut adeò indocti, ut nihil judicent: aut adeò gloriæ jejuni, avidiq;, ut carpendis aliorũ laboribus sibi laudẽ parent: Et sunt ex hoc numero, qui foris damnant & rejiciunt, quod domi legunt ac probant. Fortasse pudoris est, dissimulare per quos profeceris; sed tamen ingrati pudoris & illiberalis. At eorum in publico lacerare famam, quorum sudoribus domi juvaris, id verò longissimè abest ab omni humanitate. Quanquam hoc quoq; devorandum ei, qui CHRISTO militet. Quòd concionaris apud populũ, probo tuum institutum; quòd succedit, gratulor, præsertim cum CHRISTUM purè doceas, non hominum jactes, aut ostentes argutias. De puero quod scribis, dicã paucis: Mihi uno plus satis est, tantum abest, ut pluribus onerari velim. Salutabis diligenter meis verbis amicos, quos animo mecum circumfero, doctorem *Phaunum*, doctissimum *Joannem Brianum*, humanissimum *Ioannem Vachanum*, officiosissimum *Omfridum*, ac veterem hospitem meum *Gerardum* bibliopolam, nam *Vvatsonum* audio abesse. Bene vale, doctissime *Boville*. *Roffæ*, in ædibus Episcopi, pridie Calend. Septemb. M.D.XVI.

A Οὔτ' ἔμοὶ Ῥήϊα μὲν γλάσσαι Ῥήϊα δ' ἔπεα πάντ' ἔστιν ὑφαρῆσ', χαλκὸν δ' μοὶ ἔπορε ποίη,

Ut poeta inquit. Satius igitur verecundè tacere, quàm laudes tuas minus dignè personare; quas si nimis frigidè tractare videor, non viribus, sed imbecillitati meæ imputandũ erit: sed de his hactenus. Quid verò agas, quàm belle valeas, quid deniq; parturias, admodum scire desidero, & si tibi molestum non erit, rescribe: ut habeam quod amicorum tuorum incognitorum turbæ respondeam, B quandoquidem à me quotidie per literas, quid *Erasmus* noster agat, anxiè perquirũt. Vide, mi *Erasme*, quàm avidi rerum tuarum. nè dicam ingrati simus, qui cum immensa & majora quàm expectare potuissemus, præstiteris: etiam ultra quid quærimus, & quodammodo exigimus. Verùm id virtuti tuæ, non vitio nostro acceptum referas: & bene valeas gloria & splendor humani generis. Ex *Nurenberga* XX. Maii. Anno M.D.XVI.

Salutat te iterum *Stabius* Cæsaris historiographus, vir doctus & bonus. Salutant te geminæ meæ C sorores, Abbatissa sanctæ Claræ una, altera ejusdẽ Regulæ sectatrix, quæ assiduè tua scripta manibus retinent: maximè verò jam novo oblectantur Testamento; quo mirè afficiuntur mulieres, multis viris, qui sibi scioli videntur, doctiores. Scriberent ad te Latinè, nisi indignas suas existimarẽt literas.

Ioannes Coletus Erasmo suo S.D.

D NOn facilè credideris *Erasme*, quantã me lætitiã affecit epistola tua, quam modò ad me attulit unoculus noster. Nam ex ea intellexi, ubinam locorum es, quod ante ignorabam: ex eadem etiam videris mihi reversurus ad nos, quod erit mihi & amicis, quos habes hìc quàm plurimos, gratissimum. Quod scribis de Novo Testamento, intelligo. Et libri novæ editionis tuæ hìc avidè emuntur, & passim leguntur, multis probantibus & admirantibus studia tua, nonnullis etiam im- E probantibus & carpentibus, & eà dicentibus quæ in epistola *Martini Dorpii* ad te scripta, continentur. Sed hi sunt Theologi illi, quos tu in *Moriã* tua, & aliis locis non minus verè quàm facetè describis: à quibus laudari vituperium est, & vituperari laus est. Ego verò ita amo tua studia, & istam tuam novam editionem ita amplector, ut in eadem varie afficiar. Nam nunc dolor me tenet, quod non didicerim Græcum sermonem, sine F cujus peritia nihil sumus: nunc gaudeã in ista luce, quam tu ex sole tui ingenii emisisti. Profectò, *Erasme*, miror fœcunditatem pectoris tui, qui tot concipis, & tanta parturis; & tam perfecta paris quotidie, maxime nullo loco stabilis, nullis certis & magnis stipendiis adjutus. *Hieronymum* tuum expectamus, qui multum tibi debet, & nos quoque qui per te legemus eum, nunc & emendatum & illustratum. Rectè fecisti scribens *De institutione Principis Christiani*. Utinam Principes Christiani sequerentur bonas institutiones. Il- G lorum insaniis interturbantur omnia. Libellum illum valde cupio; propterea quod planè scio, uti alia tua omnia, prodibit libellus ille abs te perfectus. Quod scribis de *Germania*, credo: quod autem mea verba de eadem, & testimonium tam multis ante annis dictum citas, miror te memoriã tenere. De tranquilla sede quod scribis te optare, ego quoque eandem tibi opto, & tranquillam

Erasmo Roterodamo Bilibaldus S.D.

Epist. 11. ANte quatuor fermè menses ad te literas dedi, mi amantissime & colendissime *Erasme*; cæterum quia nullum à te accepi responsum, suspicor vel meas tibi, vel tuas postea mihi literas redditas non fuisse: verùm tamen literarum interim loco, tua clarissima fuit editio, quâ non minus sanctè & fideliter, quàm faustè ac feliciter novum explanatum est Testamentum. Vindicâsti tuum nomen ab omni temporis injuria, peregistiq; rem non minus Deo optimo & maximo acceptam, quàm omnibus *Christi* fidelibus necessaria & utilẽ. Macte igitur virtute, qui negotium cunctis hominibus à mille annis citra, negatum, absolvisti. Sed quid ego verbis tuam extollere doctrinã & eruditionẽ conor, rem viribus meis penitùs imparem?

quillam & felicem. Nam & iſta tua ætas & doctrina expoſcit. Opto etiam ut iſta tua ſedes ultima eſſet apud nos, ſi te tanto viro digni eſſemus; ſed quales ſumus, expertus es ſæpiùs: tamen habes hìc, qui te ſummopere colunt. *Cantuarienſis* noſter cum eram apud illum his diebus de te multa locutus, valde cupivit præſentiam tuam. Is homo abſolutus ab omni negotio nunc degit in ocio feliciſſimo. De philoſophatione Chriſtiana quod ſcribis, verum eſt: nemo eſt (credo) in orbe jam Chriſtiano, ad illam profeſſionem & negotium te aptior ac magis idoneus: propter multifariam tuam doctrinam, quod ipſe non ſcribis, ſed ego hoc dico, quod ſentio. Legi quod in primum Pſalmum ſcripſiſti, & miror tuam *Copiam*: deſidero quæ molitus es in epiſtolam ad *Romanos*. Non ceſſa *Eraſme*. Sed cum dederis nobis novum Teſtamentum Latinis, illuſtra idem tuis expoſitionibus; & ede commentaria longiſſima in Euangelia. Tua longitudo eſt brevitas, creſcit appetitus, modò ſtomachus ſit ſanus: in lectione tuorum amantibus ſcripturas, ſi aperueris ſenſus, quod nemo te melius faciet, magnum beneficium conferes, & nomen tuum immortalitati commendabis, quid dico, immortalitati? nomen *Eraſmi* nunquam peribit, ſed gloriæ dabis nomen tuum ſempiternæ, & ſudans in *Jeſu*, vitam tibi comparabis illam æternã. Quod deploras fortunam tuam, non fortiter. In tanto negotio, videlicet in declarandis ſcripturis, non poterit tibi fortuna deeſſe: modò ſpes in Deo, qui te in primis adjuvabit, ſtimulabitq; alios, ut te in ſanctiſſimis ſtudiis adjuvẽt. Quod me exclamas felicẽ demiror, ſi de fortuna loqueris, ut non eſt nulla mea, ita non eſt ampla, & meis ſumptibus vix ſufficiens. Ego me beatũ putarem, ſi vel in ſumma egeſtate, milleſimã partem tuæ doctrinæ & ſapientiæ poſſiderẽ, quã tu ſine opibus comparâſti, docens doctrinam ſingularem aliâ viâ neſcio quâ; ſed tuâ iſtâ *Eraſmicâ*, & cætera. Applicabo me ſi patieris, & adjungam lateri tuo, exhibebóq; me tibi diſcipulũ etiam in diſcendo Græcè: quanquam jam provectus ætate, & propè ſenex, memor *Catonem* ſenem Græcas literas didiciſſe: agnoſcens etiam te qui es mecum par ætate & annis, nunc Hebraicis literis te dare. Me ut facis ama, & ſi ad nos reverſus fueris, habebis me tibi deditiſſimum. Vale ex rure *Stepneptiano* apud genetricem: quæ adhuc vivit & bellè ſeneſcit, & de te ſæpius hilarem & jucundam facit mentionem. In die ſancti *Edvardi*, in feſto ſuæ tranſlationis.

A
B
C
D
E
F

Eraſmo Roterod. Iacobus Faber S. D.

Epiſt. 13. HEri circa crepuſculum noctis, præſentium tabellarius me convenit, & nomine tuo dixit ſalutem; quæ non niſi gratiſſima eſſe potuit: ſed eo uberiore lætitiâ animum meum opplevit, quo te intellexi in *Germania* inter typographos verſari. Publica enim utilitas (ut continuo concepi) & literarum feliciter propagandarum amor, te *Britannos* deſerere ſuaſit, & nobis quidem oppidò quàm optabiliter ac utiliter. Quid enim aliud faceres, qui plenus es omnium bonarum literarum: niſi non tibi, ſed utilitati publicæ eas ſtudiis ac ſtudioſis propagares, imitator publici ſolis? Sic nanque mundi ſol candidæ lucis pleniſſimus, non intra ſe illam occulit: ſed omnibus mortalium oculis, non ſuo, ſed illorum uſu manifeſtat ac ingerit. Quis non ſuſpiciat, amet, colat *Eraſmum*? Nemo non, qui bonus & literatus fuerit. Ergo qui prorogat vitas, fila vitæ tuæ faciat quàm maximè longæva, ut merita meritis diutius cumulans, ſerus ad feliciora regna, de toto quàm optimè meritus mundo, tranſeas: non ſolùm gloriæ famam poſteris relinquens, ſed vitam jam cum ſuperis vivens heroicam. Vale felix: & vive nobis & noſtro ſeculo, & ama te colentem & amantem. Ex cœnobio divi *Germani*, juxta *Lutetiam Pariſiorum*, X. Calend. Novemb.

Vdalricus Zaſius Eraſmo Roterod. S. D.

VIdeo magne heros ſplendiſſime vir quò tendas, qui inhumanitatis neſcio quam labeculam in te purgare pergis. Cui magne *Eraſme* perſuaderes aliquâ te parùm ſervati officii notâ laborare? qui ſi quiſquam in orbe, tu unus vel omniũ, quæ optima ſunt, nedum humanitatis egregiæ honore præ cæteris decoraris? Sed colligere videor, quid hac tam officioſâ excuſatione, ductu velut figurato pertendas. Mea enim inhumanitas percellitur, mihi dica ſcribitur, qui tot jam tempora te cominùs vicinum nunquam adierim: te virum in literis principem non convenerim. Et eſſet ſanè ea res culpæ nomine cum primis notanda, ſi nullæ mihi in ſtatu aſſumptivo ſuppetiæ ferrentur. Verũ inofficioſus nè culper, ætas defecta excuſat, qui ægrè meum oppidum inambulo, nedum ad aliena loca proficiſcerer. Accedit lectionis civilis ponderoſa & gravitas & aſſiduitas: ſi interim negotia taceam, quæ tamen me vel dividunt, ut facilè veniam homini noxiam deprecari cupienti ſis daturus, & tum faciliùs, quod vir placabilis, amœni ingenii, comis & totus humanus, à noſtro *Amorbachio* in horas prædicaris, qui in meliora vertas, vel quæ nigra ſunt, nedum quæ lucem pati poſſint, improbes, in amico præſertim, erga quem non poteſt ſine piaculo ſiniſtrum eſſe judicium. Vide quo me, tuis illis pulcherrimis rhetoriis cõtrudas: prima tuarum literarum frons permovere me poterat, ut de inhumanitate (ſi diis placeret) te excuſarem. Sed altiùs conſiderans, magnam mei purgandi neceſſitatem mihi impoſitam inveni: proinde occultiorem illam tuam artem, quid enim tuum eſt, quod non artis fœtiſſimæ ſit? niſi perſenſiſſem, parum aberat, quin glorioſulus mihi, tuæ contra ſingulari eruditioni improvidus pãtuiſſem. De morſu quorundam quod ſcribis, noli laborare, *gloriam*, teſte *Æmilio Probo*, *ſequitur invidia comes*. Hoc eſſe veræ & primæ eruditionis, & admirabilis doctrinæ argumentum, ne dubita, ſi in popularis literationis dentes incidas. Hæc tuus te ille *Hieronymus*, ut uno verbo agam, docere poterit. Tandem te per ſacra amicitiæ rogo ad nos venias. Venies expectatus bonis viris, quos non parum multos hìc offendes. Ego tibi hoſpes ero & deſideratus, & præſens, & ad aſſem volentiſſimus, noſtríſque & Gymnaſii pluteis inſcribetur, hìc fuiſſe *Eraſmum*. Valde, & noſtrum *Bonifacium* ama, qui te pro numine colit: utinam ita divina, ita ſuperos, ut *Eraſmum* colat, & jam calculum beatitudinis melioris in urnam conjeci. Vale ornamentum orbis. Ex *Friburgo* VII. Idus Maii. Anno M. D. XVI. Parce rudi calamo, tabellarius humeros preſſit.

Epiſt. 14

Vdalricus

Vdalricus Zasius Erasmo Roterod. S.D.

Epist.15. HOc velut puncto in præsentem tabellariũ, magne *Roterodame*, nostræ ætatis *Varro*, incidi: quem nisi comitibus meis literis, abire non sum passus; licèt jam in cardine obeundæ civilis lectionis, *Bartholus* & *Baldus*, ceteriq; id genus illatini autores auribus circumstreperẽt. Tuis elegantissimis literis, me, si qua est in doctissimorum virorum congressu beatitudo, planè beatum fecisti: & tanta sanè mihi gratificandi simul & respondendi sylva in eis offertur, ut alio ad eam rem, & tempore & loco opus esse existimem. Hoc habe tuam illam, tuam inquam illam mellitulam epistolam, toto nostro Gymnasio circumferti, à scholasticis adpeti, mirari tantos eloquentiæ puros fontes, mirari *Roterodami* numen, de cœlo desumptum ignem: *Zasium* magni fieri, digitis denotari, hunc esse cui *Roterodamus*, cui *Cicero Germanicus* nunc ætatis nostræ, tam humaniter, tam amicè scripserit: felicem, quem eo fortuna dignetur honore, ut *Roterodami* præconio referatur: non minus *Achille*, qui *Homerum* buccinatorem; non minus *Augusto*, quem *Virgilii* tuba; non minus *Scipione*, qui *Silii* classico innotuerit: non inquam minus quocunque, qui à viro laudato, laudatus sit, fortunatum. Ita mihi una hæc epistola existimationem auxit: magni viri conflavit amicitiam, & supra *Crœsi* divitias opulentum fecit. Quæ igitur censes *Roterodame*, tibi sint agendæ gratiæ? Sed aliud, ut dixi, tempus expostulat. Hæc nostra rudior epistola, quamvis temerè, prævolat tamen præluditque: ut interim alio tibi genere quemadmodum gratificer cogitare possim. Vale & nostros aliquando, si tu magnus *Iupiter Faunorum* casulas non dedigneris, lares digneris invisere, optatissimus nobis hospes futurus. *Bonifacius* te plurima salute impartit, cui post amœna illa humanarum literarum virera, imbuetus est ad duriusculos juris civilis scopulos, callis: sed pervincet ingenium, sedulitas, fides si qua est interpretis. Vale delitium non dico meum, quod maximè dico, sed universi literati orbis. Ex *Friburgo*, quinto Idus Octobris. M. D. XIIII.

Non mihi rescribas tantis rebus fatigatus: sat mihi erit, meis ineptiis vel oculos adtholli.

Thomas Morus Erasmo Rot. suo S.D.

Epist.16. POstea quàm à nobis digressus es, *Erasme* charissime, ter omninò literas abs te recepi: si toties dicam rescripsisse, fidem fortasse mihi non es habiturus, etiam si sanctissimè mentiar: præsertim cum ipse me tam probè noscas, & ad scribẽdas epistolas pigrum, neque tam superstitiosè veracem, ut mendaciolum usque quaq; velut parricidium abominer. *Paceus* noster isthic legatione fungitur, quanquam non prorsus istic: ita enim abest à nobis, ut tamen non adsit tibi. Per literas enim nobiscum ei licet loqui, præsenti verò nec tecum: utinam re bene gesta brevi redeat domum, ut dimidia saltem mei pars mecum vivat. Nam te quando liceat expectare non video, cui animus est *Italiam* petere, ubi in eos incides, qui vereor, ut te patiantur avelli. Ego interim videor mihi dimidio carere, dum abest ille: altero dimidio, dum tu. Spero propediẽ fore ut illi, egregia aliqua, dignáq; illo viro fortuna cõtingat. Ita planè sentio, & Regis animum, & Cardinalis vo-

A luntatem, & bonorum prorsus omnium studia, in eum ornandum evehendumq; propendere. De te verò nisi me mea spes tam sæpe frustraretur, etiam multo majora sperarem, quanquam nunc quoque bene sperare quid vetat? Neque enim quia parum processit hactenus, ideo futuri quoq; spes adempta est, imò nunc maximè confido. Neque eadem perpetuò cuiquam est fortuna, neque diutius potest esse maligna tibi, cui Pontifex, Reges, Episcopi, omnes propè mortales, quaquà versùs orbis patet Christianus, impendio favent, ac demirantur. Apud nos quo in te animo sint Episcopi, & seorsum *Cantuariensis*, cum Princeps ipse quo te favore complectitur, supervacaneum foret commemorare. At quod hactenus nullum in te beneficium aut te dignum, aut tam magno tantorum amore virorum provenerit: partim tute, qui neglexeris ea quæ ambiunt alii; partim nescio quæ fortuna fuit in causa, veluti nunc quoque accidit, de illo canonicatu, quem vocant *Tornacensi*: quem dominus *Montjoius* obtinuerat tibi, videris nunc ab ea non abhorrere. Scribis enim omnia te misisse instrumenta *Montjoio*, quæ ad eum tibi conferendum viderentur idonea. At ego, si meministi, cum esses mecũ *Brugis*, ea de re sermonem habui tecum, in quo tu enumeratis omnibus ejus beneficii commodis & incommodis item, alieno esse animo videbare: nec id celâsti *Sampsonem*, qui se *Tornaci* gerit *Eboracensis* Episcopi vicarium; in quam sententiã non hoc te solùm impellebat, quod verebare ne nõ esset tibi perpetuus, nisi alterius etiam Episcopi consensus accessisset, à quo non expectabas, ut illius factũ haberet ratum, cujus omnia facta conatur infringere: sed illud quoque quod præter quàm quod propemodum decem libræ nostrates illicò tibi in primo erant ingressu numerandæ, domus præterea ducentis nobilibus, aut plures etiam redimenda: ea est ibi consuetudo, cui nisi parueris, vix sex nobiles annuos consequeris, at nec illos quidẽ, quantũ accepi nisi ibi perpetuò degas. His tu rationibus adductus, mihi ac *Sampsoni* videbare illum canonicatum non admissurus. Paulò postea quàm tu à me discesseras, ego *Tornacum* concessi, ibi à domino *Montjoio* atq; item à *Sampsone* audivi, Archiepiscopũ *Eboracensem* utriq; eorum scripsisse, ut id beneficium donaretur alii, cui (ut videbatur) fuerat pollicitus, quum ignoraret tibi fuisse destinatũ. Hoc ego quum audivi, dissimulato quod intellexi, beneficium animo non admodũ respondere tuo, suasi ut referiberent tibi esse concessum: rémq; in eo esse statu, ut mutari non possit, nisi tibi de meliore fortuna prius esset provisum. Rescripsit *Eboracensis* eum locum haud quaquam fore idoneũ tibi, quod & præsenti parum esset locuples, & nihil adferret absenti, se sponsorẽ acciperent melioris tibi conferendi: ita quum ego aderam, nec me cette dissuadente, decreverant; illud beneficium, ei donare, cui volebat Episcopus. Quid sit factum postea, nescio. Verum hoc scio, nisi illud habeas, Cardinalem & pinguius tibi debere, & brevi spero persoluturum. Amicissimam sæpe dete mentionem injicit. Pensionem tuam non erat opus, ut ego ab Episcopo exigerẽ: ipse enim ex semet memor, prius quàm meas accepisset literas, egerat de ea re cum *Maruffo*, cujus ad hæc (ut scis) negotia operâ semper utitur, interim etiam pecuniâ, quoad collata

ratione,

ratione, ſtatis temporibus, paris inter ſe faciat. Verùm protinus habitis literis meis (nam verſabatur *Oxfordiæ*) iterum hominem extimulat per epiſtolam, ut viginti libras noſtrates celeriter ad te tranſmitteret; pollicitus eas *Maruffo* redditurum ſe, ubi primum ex tuo chirographo cognoviſſet eas ad te eſſe perlatas. Conveni *Maruffum*, ipſe ait ſe ſcripturum tibi, ut chirographum properes ad ſe mittere, quo te teſteris accepiſſe pecuniam, quo ad Epiſcopum delato, nummos eâ velut occaſione ſibi numeratos, tum demum ad te curaret perferendos. Ego quum hæc audirem, veritus ſum aliquid ſubeſſe periculi, nè ſi pecunia jam tum non ſolveretur ei, ea mora viciſſim derivaretur in te. Ergo non eſt inquam hac ſimulatione opus; aut pecuniam ilicò mitte, Epiſcopi nomine, ac fide: aut ſi niſi prius receptum graveris impendere, efficiam protinus, ut in manu habeas: imò, inquit ille, nihil eſt quod metuas. Nam ſic agam, ut *Eraſmo* ſtatim hæc pecunia adſit, quin jam nunc quoque adeſt. Nam habet à me chirographum, quo poſſit ubi volet ducatos mille conficere: è quibus quicquid acceperit, debet hoc mihi, ſi enim inter nos convenit, ex hac penſione reſolvi. Hæc ille dicit. Ego vix credo niſi collatâ prius in ejus menſam pecuniâ, ullas eum literas tibi pro conficienda pecunia tradidiſſe. Quare ſi res ſecus habet quàm dicit, effice maturè ut intelligam. Archiepiſcopus *Cantuarienſis* officio Cancellarii, cujus onus jam aliquot, ut ſcis, annos, mirum quàm laborabat excutere, tandem exolutus eſt: ac deſideratum jam diu ſecretum nactus, gratiſſimo inter literas ocio, ac negotiorum bene ab ſe geſtorum recordatione perfruitur. Princeps ei Cardinalem ſuffecit *Eboracenſem*, qui ita ſe gerit, ut ſpem quoque omniũ, quanquam pro reliquis ejus virtutibus maximam, longè tamen exuperet, & (quod eſt difficillimum) etiam poſt optimum deceſſorem, valde probetur, ac placeat. Noſtra legatio, quoniam hæc quoque tibi curæ eſt, ut mea omnia, ſatis feliciter proceſſit, niſi quod longiore tractu, quàm aut ſperavi, aut volui, res protelata eſt. Etenim quum domo diſcedens, vix bimeſtrem abſentiam expectaverim, ultra ſex menſes in ea legatione contrivi. Verùm longam tandem moram exitus ſatis gratus eſt inſequutus. Ergo ubi negotium, quamobrem ipſe veneram, ad finem vidi perductum, & alia tamen rurſus ex aliis naſci, quæ longioris moræ viderentur initia (neque enim unquam inter Principes deſunt) datis ad Cardinalem literis, redeundi veniam impetravi mihi: uſus ad eam rem, cum cæterorum amicorum opera, tum præcipue *Pacei*, neque enim adhuc abierat. Sed dum redeo *Grunolinii* ſubitò occurri, idque tam properè feſtinanti, ut vix ei liceret, dum nos mutuò ſalutaremus, ſubſiſtere. *Tonſtallus* jam nuperrimè reverſus, dies vix decem hìc moratus, nec ullo tamen eorum pro ſuo arbitrio ſuaviter acto, ſed omni eo tempore anxiè atque odiosè conſumpto, in earum expoſitione rerum, quas legatus in mandatis habuerat: ecce rurſus eodem ſubito novâ legatione retruditur, idque certè ſcio, ſi negare liceret, invitiſſimus. Mihi nunquam admodum legati munus arriſit. Neque videtur perinde nobis laicis quàm ſacerdotibus convenire vobis, qui primum uxores ac liberos, aut domi non habetis, aut ubique reperitis. Nos ſicubi paulum abſumus, conjugum protinus, ac ſobolis deſiderio revocamur. Deinde ſacerdos quum emittitur, totam familiam poteſt ubi velit circumducere, & regiis interim expenſis paſcere, quos domi paſturus erat ſuis: At mihi abſenti, duplex alenda familia: altera domi, altera peregrè. Commeatus mihi ſatis benignè dabitur à Rege, pro eorum numero, quos eduxi mecum: verùm eorum, quos interim neceſſe fuit domi relinquere, nulla eſt habita ratio: à quibus ego, quanquam ſcis, quàm clemens maritus, quàm indulgens pater, quàm mitis dominus: tamen nè tantulum quidem quivi impetrare, ut mea cauſa tantiſper quoad domum redirem, jejuni perſiſterent. Poſtremò ſacerdotibus laborum, atque impenſarum gratiam autoramentis eccleſiaſticis proclive eſt Principibus ſine ullo ſumptu ſuo rependere. Nobis neque tam lautè, neque tam facilè proſpicitur: quanquam mihi revertenti penſio annua ab Rege decreta eſt, eáque planè, ſeu quis honorem ſpectet, ſeu fructum, neutiquam contemnenda: quam ego tamen hactenus recuſavi; videórque mihi perpetuò recuſaturus: quòd eâ ſuſceptâ præſens hæc mea in urbe conditio, quam ego etiam meliori antepono, aut mihi foret relinquenda, aut, quod minimè vellem, cum aliqua civium offenſione retinenda: quibus ſi qua cum Principe, quod nonnunquam accidit, oriretur de privilegiis quæſtio, minus me ſyncerum ac ſibi fidum ducerent, tanquam annuis Principi mercedibus obſtrictum. Cæterùm in illa me legatione, quædam me impendio delectârunt. Primum tam longum ac tam perpetuum *Tonſtalli* contubernium, quo ut nemo eſt omnibus bonis literis inſtructior, nemo vitâ, moribúſque ſeverior, ita nemo eſt uſquam in convictu jucundior. Deinde quod cum *Buſlidiano* mihi interceſſit amicitia, qui me, & pro egregia fortuna ſua magnificè, & pro animi bonitate comiter recepit. Domum tam ſingulari artificio excultam, tam eximia ſupellectile inſtructam oſtendit. Ad hæc tot vetuſtatis monumenta, quorum me ſcis eſſe percupidum. Poſtremò tam egregiè refertam bibliothecam, & ipſius pectus quavis etiam bibliothecâ refertius, ut me planè obſtupefecerit. Eum audio jam nunc ad Principem noſtrum legatione functurum. Sed in tota peregrinatione mea nihil mihi contigit optatius, quàm *Petri Aegidii Antuerpienſis* hoſpitis tui conſuetudo, hominis tam docti, faceti, modeſti, ac verè amici, ut peream niſi ejus unius convictum libenter mihi velim bona mearum fortunarum parte redimere. Is ad me miſit Apologiam tuam, & commentarios item in Pſalmum illum, *Beatus vir*, quos tu *Beato Rhenano*, vel tanto, ac tam perpetuo amici monumento verè beato dedicâſti. *Dorpius* epiſtolam ſuam imprimendam curavit, & Apologiæ tuæ præponendam. Illum optaveram ſi qua incidiſſet occaſio, convenire. Id quando non licuit, per epiſtolam ſaltem ſalutavi, imò per epiſtolium quoddam *Lacunium*, nam longiori non ſuppetebat tempus: at inſalutatum præterire non potui hominem, qui mihi mirum in modum, cum ob eximiam eruditionem, tum multis etiam aliis nominibus placet, nec ideo in poſtremis, quod taxata *Moriæ*, ſcribendæ tibi Apologiæ præbuit occaſionem. Gaudeo *Hieronymum*, ac Novum Teſtamentum tam bene procedere: mirum eſt quanto undique deſiderio expectantur ab omnibus. *Linacer*, mihi crede *Eraſ-*

me, de te & optimè sentit, & ubique loquitur. id quod ego nuper ab his accepi, qui ei amantissime, atque effusissimè apud Regem in cœna de te loquenti assuere: quo in sermone Rex ea vicissim respondit, ut hi qui mihi retulerunt, opinionem planè conceperint fore, ut brevi aliquid egregiæ in te fortunæ conferatur, quod ego superos precor ut ratum esse velint. Vale *Erasme* charissime, & *Rhenanum* ac *Lystrium* meo nomine salutà, quos ego & tuâ prædicatione, & ipsorum scriptis, & chariores habeo, & penitiùs etiam notos, quàm multos ex his quibuscum versor quoridie. Uxor mea te salutat, & item *Clemens*, qui literis & latinis & græcis ita proficit indies, ut non exiguam de eo spem concipiam, futurum cum aliquando & patriæ & literis ornamento. Iterum vale, atque his tuis literis in multos menses esto contentus, quibus avaros sum imitatus: qui quod raro quenquam invitant, si quando ad cœnam vocant, prolixissimè convivium instruunt, ut una cœna quotidianum sumptum invitandi effugiant. Jam tertio vale: Episcopus *Dunelmensis* inscriptionem *Senecæ* gratissimam habuit. Vide quam te libenter imiter, qui tibi nunc itidè ut tu nuper mihi alienâ manu scribo, tam certus imitator, ut nè hoc quidè meapte manu fuerim ascriptur nisi ut certum tibi facerem literas has meas esse.

Iohanni Fabro Vrbanus Regius S. D.

Epist. 17. SCripsi nuper ad te, clarissime vir, quo in statu res meæ sint positæ, quæ studia consecter, quid deniq; post tantâ cõditionis meæ discrimina sperem. Quàm grata item mente tuam Doctorisq; v. *Fabritii Capitonis* beneficentiâ acceperim, animo complecti facilius, quàm scribere possum: intellexisti tamen omnia mihi potius, quàm fidè & gratitudinè deesse. Frater meus qui meas tibi reddidit literas, aliud à te nihil petit, quàm unam & eam perexiguam curam disquirendi famulatus: fero cientem juvenis spiritum, quem nostra indulgentia auxisset, haud magno negotio exilium, & aliena increpatio retundent. In hoc si puero rudi quidem, cæterùm fideli tuleris suppetias, jam alterum tibi fratrem mancipâsti. Fama est *Roterodamũ* lumen illud doctorum esse apud vos, cui te & studiorum & vitæ similitudo jampridem reddidit conjunctissimum. Quapropter quæ illum scire pervelim, tuæ humanitati Doctorique v. *Fabritio Capitoni* committam: quod ego ad tantum virum citra decori rationem scripsissem. Credo equidem te non latere quanto amore & benignitate plus quàm paterna, dux *Hernestus* illustrissimus *Bavariæ* Princeps, gymnasium nostrum *Angelopolitanum* consoveat, excolat, diteț, suæq; præsentiæ splendore illustret, ut vel cum summis Academiis literariis contendere audeat: estque ei in animo doctissimos passim ubiubi in *Germania* fuerint, conducere, suâve liberalitate magnificè exornare, quo tandem suo auspicio, omnes bonæ literæ, quæ utroque cornu hactenus laborârunt, profligatâ barbarie, reflorescant, nativóque restituantur nitori. Porrò in primis *Erasmus* polyhistor ille, vir admirabili & divino ingenio, ac doctrinâ singulari, visus est Principi nostro, omni honore & favore dignissimus: ob id & diligenter inquisivit, an aliquâ ratione magnus ille literarum antistes posset induci, ut aliquid apud nos ordinariâ professione docens, suæ tum eloquentiæ, tum eruditionis multijugæ flumine, nostram irrigaret ariditatem, quibusdam obnixè negantibus, aliis verò ejus viri præsentiam sperandam adserentibus. Princeps ipse proposito suo pertinacissimè adhæsit, non sumptibus ullis parsurus, quo *Erasmum* ad nos perducat. Cupio itaque ex te scire, quid sentias, an conditio opulenta *Erasmo* sit conferenda: si putàs eum persuaderi posse ad annuendum tanto Principi, cui est acceptissimus, ad me quàm primum perscribe. Multa namque sunt quæ eum permovebunt, ut *Germanus* in *Germania* reliquum vitæ transigat. Primum omnium tanti Principis favor propensissimus, & syncerus in studia politiora amor, in iisce enim à præceptoribus minimè pœnitendis pulchrè eruditus est Princeps: quare ei foret *Erasmus*, vel ipsâ charitate charior, quod magnanimo viro debet videri magnum. Dein salario honestissimo sacerdotiisque, si acceptabit, uberrimè providebitur & condonabitur. Quod si senium, cui docendi labores sunt molesti, causabitur, nihil hoc ipsum remoratur, quippe suavissima dabitur quies. Non enim vocatur ut fatigetur, verum ut videatur vir rarus, suâque præsentia lucem adferat nostro *Lyceo*. Accedit gratissima loci amœnitas aerisque, quantam non facilè alibi reperiet, mira quædam salubritas, ut meritò studiosorum sedes appellari queat *Angelopolis*. Adde honorem, quem erecta mens ceu virtutis præmium exoscultatur, qui tam cumulatè homini impenderetur certatim, ut onerari potiùs se officiis (quæ ejus est modestia singularis) quam honorari sit conquesturus. Et ut semel finiam, nihil non adblandietur *Erasmo*: quòd si antequam hujusmodi conditionem reciplat, placeret adire nostrum Principem, invisere locum, Princeps viarum impendia, & honorarium neutiquam despicabile libentissimè offert. Tuum itaque fuerit *Erasmum* convenire, omnibus quibus potes modis allicere, adhortari, extimulare, & quam gratus sit Principi, cum exaggeratione manifestare, & si licet urgere, ut in *Germania* cœlo patrio potiùs cum suis vivat, illis prosit, quàm cum exteris: ubi etsi omnia quæ vel ad vitam vel honorem spectant, suppetant supra vota, antiquior tamen & venerabilior debet esse patria, præsertim tot votis, tam ardentibus desideriis, omnis doctrinæ Principem & præceptorem suum sitiens & suspirans. Hæc sunt quæ in præsentiarum ad te patronum & præceptorem scribenda non abs re instituì: tantâ enim auctoritate polles & vales gratiâ apud *Erasmum*, ut persuadere ei nemo te meliùs faciliúsve possit. Vale doctorum decus. Ex *Angelopoli*.

Vrbanus Regius Iohanni Fabro.

Epist. 18. OPtime vir illa ego scripsi ex jussu Principis *Hernesti* & domini *Leonardi Eck*, viri nobilis, artium & jurium doctoris, nostri Gymnasii moderatoris, cui sum familiarissimus, ille nostras literas vidit, approbavitque: præterea ita expectat Princeps *Erasmum*, ut hinc quem vides tabellarium ad *Basileam* solùm illius negotii gratiâ *Erasmi* utpote vocandi miserit: quòd si animo apud nos manendi venire recusaverit, aureos ducentos quotannis si noluerit, & opulentissima si-

cerdotia reſpuerit, Princeps tamen hoc unum petit, cõfiditq; ſe exoraturũ: ut videlicet *Eraſmus* viſendi Gymnaſii causâ veniat. Huic itineri mẽſem impendat, ut à Principe videatur, excipiatur, amplexetur, videre enim ex animo *Eraſmum* cupit. Et ſumptᵘ ad iter miniſtrabit magnificos, remunerabitq; virum liberaliſſimè, ut videat Principẽ nihil æquè ac literatos & literas amare, obſervare, ſuſpicere. Denuò vale. Hæc velut Amanuenſis Principi noſtro, & ipſo dictante ſcripſi: quare ita accipias, ita rem agas ex fide, ac ſi Princeps tibi coram loqueretur. Mitto tuæ humanitati *Erkii* noſtri Theologi, honorificentiſſimè de te ſentientis, aliquot orationes.

Eraſmus Roterod. Vrbano Regio S. D.

Epiſt. 19. EXhibuit tuas literas haud vulgaris amicus meus ac patronus *Iohannes Faber* officialis, ſed eo tempore, ut non potuerit intempeſtiviùs: quippe jam non ſolùm in ipſo operis calce ſimul & capite, tumultuanti, ſed multorum etiam menſium perpetuis laboribus enecto veriùs quam fatigato. Quibus hoc certè debeo, quòd *Vrbanum* cœperim cognoſcere, virum id quod indicant literæ, candidum, prudentem, facundum, eruditum, in ſumma omnibᵘ omnium gratiarum ac muſarum dotibus undique præditum. Talem Principem verè magnum, magnopere gratulor noſtræ *Germaniæ*, cujus utinam eſſent quàm plurimi ſimiles, qui ad eas res, quæ ſemper egregiis heroibus dignæ ſunt habitæ adjiciant animum: cui ſanè jam pluribus nominibus debeo plurimùm, vel quod tam amanter errat in *Eraſmo*, vel quod tam munificè provocat & invitat ad ea quæ mihi ſtudiis omnibus erant ambienda, ſi modò liberum eſſet cuiquam me addicere, poſtea quàm illuſtriſſimo Principi *Carolo*, & meo Principi ſum addictus, idque ſuffragiis conſilii principalis exceptâ, ſeu receptâ potius libertate. Quam ſi videbo periclitari, cuncta reſignavero. Neque tamen defeci, nec unquam defecturus ſum ab eximio *Mecænate* meo Archiepiſcopo *Cantuarienſi*. Verùm in confinio conſtitutus confido futurum, ut utrique ſatisfaciam patriæ, tum ei in qua natus ſum, tum ei in quam ſum cooptatus. Alioqui nè ſenectutem quidem excuſarem, tametſi plus eſt ſenii quàm ſenectæ: nam annum ago, non plus, unde quinquageſimum. Sed ætas non annis eſt æſtimanda, imò virtibus. Quod ſi fieret itineris mei ratio, non gravabor bidui tridui ve diſpendio, tam eximii Principis conſpectum emercari. Cujus nomine ut nos invitâſti, ita viciſſim illi meo nomine gratias ages, pari facundiâ. Epiſtolæ noſtræ brevitatem ſimul & ruſticitatem excuſabunt occupationes: quæ ſi tibi verè cognitæ eſſent, mirareris, etiam hoc ipſum qualecunque eſt, à me ſcribi potuiſſe, tantum abeſt ut offendereris. Vale, *Baſileæ* ſexto Calend. Martias, Anno M.D. XVI.

Guilielmus Budæus Regius Secretarius, Eraſmo ſuo S. D.

Epiſt. 20. MIraris jam duobus epiſtolis tam ſubitum meum ſilentiũ ex tanto miſſitandarum ultrò citróq; epiſtolarum ſtudio, quaſi in hac re vices tuæ nullæ deſiderari poſſint. Hîc argurari vel nolo, vel non vacat, vel te rurſus provocare non audeo. Hoc dico, poſt illam longiſſimam tuam epiſtolam, unam tantùm me abs te accepiſſe mihi videri, eam ſcilicet, quam ad me ſcripſiſti, cum tu ad Regem ſcriberes, præterea fermè nullam, quæ quidem epiſtolæ nomen obtinere poſſit. A quo tempore cum tibi binas ſubinde literas ſcripſerim, unas bona ex parte Græcas, ego pro his duo, aut tria ad ſummum, à te, non epiſtolia, ſed chartulas, ſcitè quidem complicatas obſignatáſque in ſpeciem juſtarum epiſtolarum, intus fermè inanes, accepi. Eas ſi tu accepiſti, excuſari *Lethæ* oblivionis non potes, qui nunc à me poſtules ſcire, quid factum ſit περὶ τὸ βασιλέως, περὶ τῶ ἐπιτρόπου. Unam earum epiſtolarũ *Badio* commiſi, alteram quibuſdam juvenibus, qui epiſtolam unam à te, vel epiſtolium mihi attulerant, quos præſtolari domi meæ juſſi, quoad ex tempore ſcripſiſſem: affirmabant enim ſe curaturos, ut ad te pervenire. In ea ſcribebam me deſtitutum fuiſſe ab iis, qui τὸ ὄνομά σε in oculis ferre videbantur, quo nomine ego penè iis inimicitias denunciavi. In iis præcipuus eſt unus N. nè jam tibi omnes ejus nominis φιλικῶς ἔχειν putes. Quanquam nihil altioris fraudis ſuſpicor, quam quòd in propoſito non perſtitit. Οὗτος γὰρ κελεύσας με γράφειν πρός σε, ὡς περιαξόμενος δή τι Ϝ Caſalias, ἵνα μὴ τὰ Ϝ ἐπιτηδεῖα ϑ σε ἐν προσδοκίᾳ ὦμεν, πολὺς ἐπέκειτό μοι, ζητῶν, τί περὶ τῦ ἐράσμου; τί ἐλπίζειν, ἔφη, ἡμᾶς κελεύεις; ὁ Caſalεὺς γὰρ κ᾽ αὐθαιρέτως τῦ ἐράσμου ἐπιστ μέμνηται. ταῦτα μὲν ἐγὼ ἀκούσας ἐγὼ, ἵνα τὸν ὀπαδυμίαν ὀπλίσωμαι, τὰ δημόσια πάντα τῷ πράγματι ἀπικινδύνῳ, ἐλπίζων δή τι περιχωρήσειν σοι Ϝ πράγματος ϑ κ᾽ τὰ μὲ βιβλίον οὐσιᾶς. Quo nomine malè à quibuſdam audivi. κ᾽ κατ᾽ πρόσωπόν τινες ἐπετίμησάν μοι, φάσκοντες οὐ με ϖιεῖναι, εἰ ἐμβήσεται σοι τὸ πρῦγμα, κ᾽ δὴ ἐν ἀμίᾳ με, καὶ τὰς ἄλλας ἐνταῦθα ἐπιμύας, quaſi ſcilicet tu unus καλοφᾶναι ἂν τὰ περὶ τὰς λόγας δυνάσεις. Cum ego interim ſecurus alacriter etiã τὸ Ϝ βασιλέως ἐνταλμα obire me & perferre profiterer, πεπειθὼς δῆθεν τῇ εὐγνωμοσύνῃ σε. Ἐπειδὰν ϑ τὰ γεγράμματά σε Gallica facta (ſic enim Rex mihi imperârat) τῷ βασιλεῖ παρῇχον, & is mihi poſt perlectas eas, dixit, nihil ex iis ſibi liquere, quid tibi eſſet animi, & ego reſpondiſſem, & cætera. In his omnibus ὁ ἐπίσκοπος ϑ, ὁ σοὶ ἀληθῶς, ὡς ἔμοιγε, εὖνος ὢν, nunquam preſens fuit: hoc enim in quodam pago contigit, ad quem ego de induſtria me contuleram: poſtea in comitatu ſemper fuit, & apud *Caleſios* & *Anglos* in legatione: ex qua his diebus, cum rediſſet, & hac urbe tranſiſſet, ad prandium ivi, ubi præ multitudine triclinium ſtratum erat, περὶ σῦ verba feci: habebam literas tuas in ſinu meo, quas tamen ei non oſtendi. Poſt prandium venit *Glareanus*, ut eum ſalutaret, cum ego redirem, & Epiſcopus jam in cubiculum interius ſe recepiſſet, redii ut eum ipſi notum facerem: cui *Glareano*, quod à me petiit, non negavi tui gratiâ, qui me ita facere jubes. Parùm tamen mihi eſt moleſtus, nec niſi rarò video hominem. *Huttenus* hàc tranſiit, vir omninò feſtivus & comis, & nobilitatem generoſitatémque præ ſe ferens. Eum convivio accepiſſem, ſi promittere voluiſſet, ſed apud *Ryzeum* eum primum vidi, cum illuc ad prandium vocatus eſſem, & *Huttenum* illic eſſe ignorarem, poſtridie diſceſſit, rediturus hàc ut promiſit. *Deloinus* literas jamdiu conſcriptas habet, ſed meas expectabat, ut ſimul ſcriberemus. Interim ego diu ruſticatᵘ ſum, & negotiis implicitus, ſcribere ad te hactenus diſtũli, nunc

nunc rapidus mane scripsi, cum peregrè profecturus essem, & ruri literas tuas accepissem: à prandio enim Episcopi ego discesseram tui, & postridie Episcopus profectus est ad Regem. Quod jubes me scribere *Tonstallo*, deest mihi argumentū, nisi ille ad meam magnam epistolam rescripserit. Dolerem omnino atq; etiam mœrerem, si quid ei accidisset. Scripsi etiam *Lineto*, sed nondum responsum habui, si tamen responsurus est. Nam ipse ante ad me scripserat, credo pestem ei obstitisse, quo minus ad me scripserit. Novū est omnino & inusitatum, quod de Busleidiano legato vel fideicommisso scribis, sed omnino plaudendum. Fratrem paucis hebdomadis amisi, scriptorum tuorum studiosum, Græcè etiam doctum, sacerdotem, archidiaconum *Trevirensem*, ob quod peregrè iturus illinc sum. Τὸ γ' χαμαιτύπην ἡμῖν καὶ γ' λογεῖον ἢ σανδαλοποιὸν φιλεῖν τοῦ χριστοῦ, & propè dixerim ζημιωδῶς. Legi locum commentariorum *Fabri* in epistolas divi *Pauli*, ut tu me facere voluisti, sed nondum legi Apologiam tuam, nisi vellicatim. Scio quod sit hominum de vobis judicium, sed necesse non habeo meum interponere. *Fabrum* non allocutus sum, ex quo anno superiore ad te de eo scripsi, excusans ejus valetudinem, quod ad te non scriberet: sic enim ille mihi dixerat, vix semel in anno eum video. Nollem hanc controversiam inter vos esse ortam. Episcopus noster dixit mihi, se primum hoc in *Britannia* audivisse. Spero tamen vos hactenus depugnâsse pro veritate, ita rem silentio in posterum tectum iri, ὅτου γὰρ διαφέρει ἢ δίζησι σι, ἢν καλλίστης δὲ καὶ πολλαῖς σὺ τοῖς φιλοσοφήμασι πεπυκάσσου. Mirum quàm ægrè ferant homines tui studiosi, hanc criminandi vestri ansam esse datam iis, qui vestrum istud institutum incommodum sibi esse putant, in queis *Ruzæus* summè dolet. Scio quàm sit difficile gestienti stilo moderari, & cætera, ἀλλ' ὅπως τὸ μέγιον παραπεπόηκεν ὅπως δύνοτ' οὖν ὀρεγόμενος, & ἐυκολίας ἥδιν ἐυγνώμονα ἔχειν δοκεῖς. Noli tamen magnopere ob id conturbari, quasi κακῶς δοκοῦσι, sed admoniturum te oportuit ab amico, ne cessasse videar in amici discrimine. Περὶ σὺ δοκεῖν σι, quid censeam à me non exigis ut scribam, neque ejusmodi cum eo mihi familiaritas intercedit, quæ eum cogat, rem arbitrii mei facere, quare libens supersedeo. Tu vel invitus arbitrio stare meo cogeris, si tecum jure summo agere velim ex formula legis amicitiæ. Quare æquum est, ut τὸν δι τὸν κοινὸν ἡμῶν ἐυγνωμόνως accipias. Vale, *Parisiis* die brumæ. Hanc sylvam epistolarum, censeo, ut lectam supprimas, aut etiam in ignem abjicias. Si ejusmodi rursus epistolas scribere me vis, quæ in publicum exire dignæ sunt, tu me provocato rursus, si fortè magis feriatus esse potes. Vale rursus.

Ioannes Sixtinus Erasmo Roterodamo S. D.

Epist. 11. OStendit hodie mihi humanissimus dominus noster Prior *Richardus Charnocus*, quædam abs te carmina, non vulgari numero, trivialive currentia: quæ si multo labore confecta essent, meo tamen judicio non in infima laude forent reponenda. Quum verò elaborata, exque tempore à te conscripta dicantur, quem credis futurum, modò sit ullius ingenii, qui non te cum summis illis, priscisq; vatibus, perlectis tuis versibus, sit collocaturus? Redolent enim *Atticam* quandam *Venerem*, mirificámq; ingenii tui suavitatem. Quamobrem perge, quæso, mi *Erasme*, Musásq; dulcissimas tuas excita, ut omnes ex te simili busq; tui intelligant, id quod antea visum est incredibile, *Germanorum* nulla in re esse *Italorum* ingeniis inferiora. Vale vates lepidissime ac suavissime.

Ad eundem Epigramma Sixtini.

Forsitan incomptos quod sum tibi mittere versus
Atq; rudes ausus magne Poeta meos,
Ridebis, tacito tecum sic murmure dicens,
Egregii spernunt horrida scripta viri.
Forsan ais nolo gelidissima pallia Cosmus,
Purpuream mittas, sed mihi posco togam.
Pestanæ violæ non sunt *Sixtine* colono
Mittendæ, aut primo vilia dona duci.
Sed tamen ô nostri vatum celeberrime sæcli,
Est aliqua & parvæ gratia *Calliopes*.
Quæ mea si tersis placeat nunc auribus, ipse
Posthac invisam limina læta. Vale.

Des. Erasmus Roterodamus D. Ioanni Sixtino Phrysio S. D.

NOn recipit tua syncera integritas, *Sixtine*, vel tenuissimam assentationis suspicionem, à qua te vel *Richardi Charnoci*, vel *Joannis Colesi* gravissimum testimonium citra tuos meres, vel citra cujusquam testimonium tui mores abundè vindicant, qui quum ab omni labe sint purissimi, tam à fictione fucóq; sic prorsus abhorrent, ut ne ipsa quidem simplicitas possit esse simplicior, nec libertas ipsa liberior. Alioqui rideri me planè putarem, quum laudor abs te tam immodicè, & quidem de re tam modica, imò tam frivola, tamq; nihili. Pudet (ita me Deus bene amet) versiculos istos, nescio quos, non sine cura modò, sed omninò sine mente effusos, dum calamum novum experior, non solùm carmen appellari, verùm etiam ut doctum carmen probari: quod si reprehendisses, vel hoc ipso nomine mihi perquam album visum fuisset. Hujusmodi enim nugas, magni artifices ne obelo quidem suo dignas arbitrantur. Et à tui similibus reprehendi, mediocris est laus. At tu *Sixtine* nugas illas meas plus quàm frivolas ita mireris, ut quæ mihi hircum olere, tibi *Venerem Atticam* sapere videantur: quæque mihi *Scythicam* quandam barbariem, tibi mirificam ingenii suavitatem præ se ferre. Atque ex his quisquiliis, priscis etiam, si Musis placet, me conferendum putas. Iterum dico rideri me putarem, nisi hæc à *Sixtino* scriberentur. Quid enim istud est aliud, quàm ut ait *Fabius*, Pygmæo *Herculis* cothurnos inducere? & aquilam è culice facere? Verùm ne nihil tuarum laudum videar agnoscere, est omnino meis in versibus *Atticum* quiddam *Sixtine*. Parcunt affectibus, & hos non multum attingunt, à concitatioribus, quæ πάθη vocantur, prorsus abstinent: nulla in eis procella, nullus torrens ripas suas egrediens, nulla δίνωσις. Verborum mira frugalitas, malunt citra modum constistere, quàm ultra provehi, ac vel littoribus illidi, quàm alto se committere. Fucus omnino est nullus, sed color, nativus quidē ille, verùm quid mea? verus & mustelinus: artificium ita dissimulant, ut etiam si *Lynceus* sis, nullum possis deprehendere.

Quâ quidem unâ laude sum *Attico* paulò etiam superior. Nam illi sic amem celant, ut alios modo fallant, ego sic ut meipsum quoque. Illi hoc modo dant operam, ne quid extet, neve sit obvia: quæ si non ab auditore, si non à lectore sollicitabundo, certè à curioso, certè ab æmulatore sentitur, ubi, ut ait *Horatius*, *Sudatque diu, frustraque laborat*. At mea, si quis ita insaniat, ut conetur exprimere, tum demum artificii quam minimum sensurus est. Hactenus *Atticissimum* præsto. Nam ut *Ennianus* ille modicè philosophari voluit, ita ego *Atticissare* probo quidem, at nimium non probo. Terret me *Theophrastus* anicularum scommate notatus, quod nimium *Attice* loqueretur. Hæc ego notam ut effugiam, *Anacharsidis Scythicissimum* meo *Atticismo* aspergo. Non nos *Ennii*ano more nunquam nisi poti ad arma dicenda prosilimus, nec Musam aliquam lacessimus; sobrii scribimus versus adeo sanos, ut nullum omnino *Apollinis* vestigium habeam. Cujus rei tantum abest, ut me pœniteat, ut vehementer etiam mihi placeam, qui quidem id habeam cum *Cicerone* commune, nihil alioqui commune habiturus. Hæc ita me loquutum puta *Sixtine*, ut nihil ex animo, quando *ridentem dicere verum quid vetat?* Incidimus omnino in siccum quoddam, exile, exangue, exucsum carminis genus, partim ingenii paupertate quadam, partim cacozeliâ. Rectissimè putat *Cicero*, nihil æquè ad ingeniorum immutationem facere, atque locum. Scripsimus pueri, non *Constantiæ*, sed *Hollandicis*, hoc est, pinguissimis auribus. Cecinimus *Midæ*, quibus dum nimium religiosè morigeraremur, hoc demum sumus assecuti, ut nec illis, nec eruditis placeamus. Conabamur de una fidelia duos linere parietes, ita imperitis orationis simplicitate placere, ut elegantiâ & acumine doctis non omnino displiceremus. Id consilium ut mihi tum videbatur callidum, infeliciter evenit. Eruditius scribimus quàm ut ineruditis, ineruditius quàm ut eruditis probemur. Habes meum, doctissime *Sixtine*, de meis versibus judicium, in quo quantopere abs te dissentio, tantopere tuum in me studium amplector, ut quicquid de vero fuerit detractum, id amoris in me tui cumulo accrescat. Etenim quo minus agnosco, quæ mihi tribuis, eo me magis ames necesse est. Quare jucundissima prorsus fuit, ab homine tum amantissimo, tum integerrimo profecta laudatio: quæ, si vera fuit, pro testimonio; sin falsa, pro beneficio debeo. Is enim demum beneficium accipit, qui sine causa laudatur. Nam quod merenti datur, jus est, non beneficium. Quanquam ego tuâ de me prædicationem verissimam esse percupio, aut ita certè mihi videri, de qua tantum mihi blandior, ut homo ad vitium usq; putidulus, jam propemodū mihi placere cœperim, quod tibi, hoc est, *Roscio* placuerim: cui si quis fastidium non moverit, is non in postremis fuerit numerandus. Nitórq; adeò mihi captioso etiam enthymemate imponere. Quid est, inquam, cur temetipsum abjicias, quum *Sixtino* videaris esse aliquid? Is quoniam te miratur, aut mentiatur, aut erret necesse est. Atqui non mentitur homo simplicissimus, non errat doctissimus, idem judicii vir acerrimi. Sed amat, & cæcutiunt amantes. Amat, sed quia perspexit. Quid enim in me amat *Sixtinus*, nisi literas? quas si verè in nobis vidit, atq; hoc nomine amat, non cæcutit. Sin minus, ne amat quidem, sublato eo, ob quod unum erat amandus. Quod si nec amat, & falsò laudat, profectò aut assentatur, aut ridet: quæ vitia si minus in *Sixtino* mores quàm in *Herculem* ignavia convenit, non minus verè quàm amanter laudavit. Ita sum ad mihi blandiendum acutulus. At rursum nimis impudens videtur, laudes tam amplas agnoscere, nec libet tamen referre, & juxta vetus Adagium, *Auribus lupum teneo*, quem neq; uti amittam, neq; uti retineam scio. Si recipio, nimium mihi; si refello, parùm tibi tribuerim. Si recuso, tuæ vel fidei, vel prudentiæ derogo: si admitto, mihimet plus satis arrogo. Si quod datur accipio, non aliorum modò, verum etiam meo ipsius judicio insolentissimus fuero. Sin renuo, aut tuam sapientiam, aut integritatem in manifestum crimen vocem, ut aut parùm perspexisse, aut parum synceriter quod senseris, pronunciâsse videaris. In has angustias protrusus sum, ut mihi si *Scillam* fugero, in *Charybdim* sit incidendum, videlicet ut aut ridiculus sim ipse, si tuas laudes agnovero: aut contumeliosus, si rejecero. Quamobrem meum quidem, suavissime *Sixtine*, consilium fuerit, ut posthac *Erasmum* tum aut figuratè laudes, strophas, eas quibus id fieri soleat, non inscitè calles, aut certè apud alios. Quum enim mihi me laudas, munus offers, jucundissimum illud quidem (quid enim optabilius, quàm ab eo laudari, quem nemo non laudat?) sed quod neque accipere possim sine pudore, neq; recusare sine cōtumelia. Apud alios, vel Deum me facias licebit, nullo alterutrius periculo. Non sumus quidem ex eo hominum genere, qui se malunt alieno pede, quàm suo metiri, qui nunquam in semet descendentes, nec quod in tergo est manticæ, in pectus revocantes, toti ex aliorum suffragiis pendent, & pavi in morem ad adulantium voces sese dilatant. Quod genus si maximè simus, non tamen nocebit laus quam non sensero. Deinde sive credent apud quos de amiculo buccinaris, melius de me sensuri sunt: sive non credent, saltem non erit cur pejus sentiant. Rursum ad te quod attinet, si fidem facis, candidus videberis, qui alienis virtutibus nequiquam invideas: Sin minus, urbanitas tamen laudabitur, qui malis falsas aliorum virtutes laudare, quàm vera insectari vitia. Hic, ut vides, utriq; lucelli est aliquid, damni nihil. At amicum eqràm qui laudat, tametsi abundantiâ quadam amoris id facit, vide tamen quantum incommodi intempestivo adferat officio. Aut enim usuræ spe fœnerare eam laudatiunculam videbitur, ut solent qui laudant, quo mutuo laudentur, aut assentari præsenti, aut ut in optimam partem accipiatur, amori indulgere suo. Unde fit, ut aut vana, aut certè vero inferiora narrâsse putetur. Tum si qui laudatur, obticescat, laudem tametsi falsam libenter agnoscere: sin refellat, accuratiùs laudari velle videbitur. Si par pari referat, protinus illud exclamant, *Mutuum muli scabunt*. Verū ego dum hæc verbosiùs prosequor, *Atticismi* mei sum oblitus. Et quorsum, inquis, tandem tam multa? ut intelligas, mi *Sixtine*, tuam, ut dixi, laudationem fuisse quidem jucundissimam (sive enim mereor, quod non opinor, doctissimi viri testimonio: sive non mereor, amicissimi hominis amore delector.) Verū ne profanis istis amusis, id est, à musico ludo alienis, calūniandi literatos ansam præbeam, hic scribēdi vicissitudine quā maximè certemus, sed hujusmodi fermè argumentis utentes, ut si quid in evolvendis

libris

libris alterutri novum occurrerit, id communiter impertiamus, aut aliqua de re, quæ literariâ lite ſit digna, digladiemur, aut ſalſis lepidiſq; fabellis ſtudiorum noſtrorum triſtitiam exhilaremus, quidvis denique nugemur, modò ab hoc ambitioſo nimiúmq; vulgato ſcribendi genere temperemus. Verùm heus tu *Sixtine*, ne quid de noſtris erres verbis, lauda, imò vel convitiare potiùs quàm ſileas. Quod hortaris ut Muſas meas excitem, *Mercuriali* virga opus eſſe ſcito, ut expergefiant. Et haud ſcio lethargúſne ſit, an ſomnus: utcunq; eſt, meliùs opinor dormiunt, ineptæ ſunt, obtrepere, garrulæ, importunæ. Nihil periculoſius quàm Panem ad canendum provocare; Enecabit, ubi ſemel cœperit.

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

Excitavimus nuper, & quidem iratas, à ſomno plus quàm decenni, compulimúſq; liberorum regiorum laudes dicere. Dixerunt & invitæ, & ſemiſomnes, cantilenam neſcio quam, adeò ſomnolentam, ut cuivis ſomnum conciliare poſſit. Quæ cum mihi vehementer diſpliceret, facilè illas redormiſcere ſum paſſus. Porrò efficere ut intelligant homines, *Germanorum* ingenia nulla in re *Italis* eſſe inferiora, id profectò aut tu *Sixtine* poteris, aut nemo, quem fœcundiſſima illa illuſtrium ingeniorum parens *Phryſia*, illa inquam *Africa*, quæ ſemper aliquid hujuſmodi novi miraculi parit, tanquam *Hannibalem* quendam in hoc genuiſſe videtur, ut eſſet qui poſſet cum *Romanis* de doctrinæ principatu contendere. Sunt omnino in te dotes, *Sixtine*, à quibus nihil non expectare debeamus. Ingenium ardens, vividum, ſolidum, maſculum; Memoria ampla, præſens, prompta; Animus dexter, & ad omnia verſatilis; Lingua vocalis & expedita; Mores iis virtutibus digni, ut non aliis rebus quàm literis natus videaris. Adde huc quod non ſerò (ut plerique) ad hæc ſtudia acceſſeris, ſed in ipſo veluti Muſarum gremio educatus, pro lacte meram literaturam imbiberis. Et ea adhuc ætas eſt, ut ſi nunc demùm his eſſes ſtudiis initiandus, tamen ab ingenio iſto flagrantiſſimo, ab iſta tam felici memoria, ab iſta tam infatigabili induſtria, nihil niſi ſummum expectare conveniret. Nunc eò proceſſiſti, ut plurimos poſt te reliqueris, panciſſimis ſis ſecundus. Quare magno animo accingere, *Sixtine*, & vel in æquandis *Italorum* ingeniis *Hannibalem*, vel edomandis, quibus heu nimium bonæ obſidentur literæ, monſtris, *Herculem* te præſta, nos ſpectatores plauſoréſque erimus. Carmen tuum omnino tale mihi viſum eſt, quale meum eſſe dicebas: præſuli *Charnoco* tam placuit, quàm ipſe es charus. Es autem, mihi crede *Sixtine* unus omniũ chariſſimus. Bene vale. *Oxoniæ*, natali *Simonis* & *Iudæ*. Anno M. CCCC. XCVII.

Paulus Bombaſius, Cardinalis Sanctorum quatuor ab Epiſtolis, Eraſmo Rot. S. D.

Epiſt. 23. NE verboſius ad te ſcribam, ac longos logos (ut ille inquit) faciam, cum plures cauſæ ſunt, tum illa potiſſimùm, ne gratiam quam diu tacendo miniméq; te majoribus intentum curis interpellando promerui, ſiniſtrâ nunc garrulitate meâ corrumpam. Non dubito autẽ quin cum me apud *Helvetios* agere intelliges, ζεῦ τίφθιε dicas, quid *Bombaſio* cum *Helvetiis*? aut quæ fortuna illum illuc traduxit? Non poſſum, mi *Eraſme*, aliud hìc reſpondere, quàm quod mea ſors planè *Herculea*, niſi quod ingloria, me à *Romana* illa, quam vel ipſi patriæ antepoſueram, amœnitate, huc nolentem invitúmq; abſtraxit. Siquidem Cardinalis ſanctorum quatuor, cui illic ſerviebam, nepotẽ ex fratre ſuum ad *Helvetios* nuncium Apoſtolicũ proficiſcentem ſequi me juſſit: nec ego δυσωπία laborans quicquam ei negare ſum auſus, quanquam *Homericum* illud mecum ſubinde repetens,

Τίπτ' ἀν ἔπειτα δύσπτα λιτὼν φύγοι ἠδὲ γένοιτο.

Quod ſi peccatum aliquod meum fuit, jam quatuor menſes continuos pœnas perſolvo, multò etiã plures, niſi aliquis Deus mihi aſſuerit, expenſurus, magno ac penè incredibili ſolatio privatus, *Pacæo* noſtro videlicet: qui quàm diu *Conſtantia* fuit, me crebris amantiſſimiſq; ſuis literis adeò permulxit, ut vel *Athenis* eſſe mihi ipſi videret. Sed quid ego hæc ad te? quaſi tu miſeriis meis audiendis omnino vaces. Me adhuc unum recreat, vigiliæ ſcilicet, ac labores tui: quibus aſſiduè incumbens, regionis hujus tædium aliquantiſper fallo. Inter cætera nuper legi Apologiam tuam in *Fabrum*, quam *Beatus Rhenanus* à te ſibi miſſam ad me legendam tranſmiſit. Nihil eâ eruditius mihi viſum eſt. Sed *Fabrum*, quem cum ipſi famæ, tum maximè tibi, qui multis ac magnis laudibus hominem mihi extuleras credens, non minus prudentem, quàm doctum ſemper credidi, valde ſum miratus, quod te petulanter adeò inceſſere voluerit, ut non literarum modò, ſed communis etiam ſenſus oblitus appareat. Quod ad altiores diſciplinas attinet, ne quid ſupra calceum ſutor, nihil equidem pronunciare auſim: quod verò ad Latinam, Græcámve literaturam pertinet, de ſcriptis tuis (nam illius attigi nunquam) valde hominem riſi: nec ab illo noſtro, qui ὄφις τλὼ ὄπιθεν, id eſt, apud *Heſiodum* interpretatus fuerat, in quibuſdam multum diſſimilem putavi: ſed tu egregiè perſonam illi detraxiſti, ac te perbellè vindicâſti. Audio jam illum in te recriminationem meditari, quod minimè factum credo, cum ſciam gallum devictum cantare non conſueviſſe. Utcunque autem decreverit, *Herculem* nactus eſt. Quod ad veterem meam erga te benevolentiam obſervantiamq; pernet, nihil ego nunc repetam, ne quod certum eſt, quaſi in dubium revocare videar: non herculè magis quàm ut tibi gratuler, ſcripta omnia tua ubique gentium, ac *Romæ* præſertim, ubi rerum omnium cenſura peragitur, adeò bene audire, atq; à doctis omnibus expeti, ut nihil antiquis cedant, miniméque illis autoris ipſius vita obſit. Quam gratulationem tibi quotidianam, ac propè familiarem eſſe non dubito. Sed jam vale, mi *Eraſme*, ac *Bombaſii* tui memor feliciter age. Ex *Turrego Helvetiorum* pago, die ſexta Decembris, Anno milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo.

Rex *Turcarum Conſtantinopolim*, tota *Syria* atq; *Ægypto* potitus, rediit, ac magna in Chriſtianos minatur atq; molitur. Propter quæ Pontifex Maximus auxilium ab *Helvetiis* expoſcit, omnéſque Principes Chriſtianos in auxilium vocat. *Marcus Muſurus*, qui paulò ante *Monovaſienſis* Archiepiſcopus eſſe cœperat, hoc autumno, *Roma* agens, in communem abiit locum, quod octo menſibus ante *Palæotus* noſter fecerat. Iterum vale.

Def. Eraſmus Rot. Paulo Bombaſio ſuo S. D.

Epiſt. 24. IMò quò potius *Bombaſius* ille *Mavortius* ἢ ἵνα ὀρνεολάτερον λέξω, θαλάσσιον quàm ab *Helvetios*? Nec erat quod illic metueres, ne quemadmodum *Trebatius* apud *Britannos* frigeres, cum paſſim etiam mediis brumis ſudetur in hypocauſtis. Diſtuli tuis reſpondere literis, quod exiſtimarem fore, ut præſens præſentem amplecterer, vel *Romæ*, vel apud *Helvetios*. Eximium *Antonium Pucium* legatum Apoſtolicum hic offendi, hominem multis quidem eximiis dotibus ſuſpiciendum, at mihi non alio nomine chariorem, quàm quod *Bombaſio* ex animo bene vult. Is ubi *Baſileam* ſeſe contuliſſet, protinus per ſuos me ſalutat, invitat inſtanter ad colloquium & prandium. Quid multis? accepit umbras meas, hoc eſt, eos quos mihi notos & charos, meâ causâ invitârat, in primis *Beatum* & *Amorbachios*, tibi quoque notos. Ipſe vir tantus coactus eſt in hoc piſtrinum deſcendere, ſi vellet *Eraſmum* complecti. Sed unde, inquies, *Eraſmo* tantum ſupercilii? mi *Bombaſi*, tam inhumanum, támque ſuperbum me non animus, ſed morbus reddiderat, omnium ſceleratiſſimus: is me plus menſem afflixit, atque ex intervallo ſic repetiit, ut medicos accerſerem, quod non ſoleo, niſi cum propemodum tædet vitæ: & ita hæret malum, quaſi deſtinârit expugnare. *Pacæus* ad nos reverſus, non epiſtolis, ſed juſtis voluminibus, me crebrò ſalutavit: neq; tamen contigit colloqui, quod mox à Rege fuerit in *Britanniam* accerſitus. Eum tibi cordi fuiſſe nihil herculè miror ὅμοιον ὁμοίῳ. Is apud ſuos dici non poteſt, quàm ſit charus omnibus, præcipuè Regi humaniſſimo, & Cardinali viro incomparabili. Scis optimè *Bombaſi*, quàm ſemper abhorruerim ab aulis Principum; quam vitam ego nihil aliud judico, quàm ſplendidam miſeriam ac perſonatam felicitatem: at in talem aulam lubeat demigrare, ſi liceat rejuveneſcere. Rex omnium quos habet hæc ætas cordatiſſimus, bonis libris delectatur. Regina non tantum in ſexus miraculum, literata eſt: neque minus pietate ſuſpicienda, quàm eruditione: apud hos plurimum pollent, qui bonis literis, qui prudentiâ antecellunt. *Thomas Linacrus* medicum agit: hunc virum fruſtra tibi prædicem, cum libris editis qualis ſit declaret ipſe. *Cuthbertus Tonſtallus* illi eſt à ſcriniis, quod munus apud illos primæ dignitatis habetur. Non credas mi *Paule*, cum hunc nomino, quàm immenſum omnium bonarum rerum mundum complectar. *Thomas Morus* eſt à conſiliis, non Muſarum modò, ſed leporum & Gratiarum delicium unicum, cujus ingenium aliqua ex parte ex illius ſcriptis ſubodorari potuiſti. *Pacæus* huic penè germanus, ab Epiſtolis. *Guilielmus Montjoius* Reginæ famulitio præfectus eſt. *Joannes Coletus* eſt à ſacris concionibus. Præcipuos duntaxat recenſui. *Ioannes Stocſlerus* præter ſcholaſticam hanc Theologiam, in qua nemini cedit, trium etiam linguarum haud vulgariter peritus, à ſacris. Hujuſmodi viris ea differta eſt regia, verius μουσεῖον quàm aula: quas tu *Athenas*, quam *Stoam*, aut quod *Lyceum* ejuſmodi prætuleris aulæ? Quod mihi de *Fabro* gratularis, non minus ingratum eſt, quàm fuit inviſa conflictatio: atque utinam ille moderatiùs laceſſiſſet. Sed ita eſt, nemo omnibus horis ſapit. Hoc quicquid eſt mali, meis imputare fatis libet. Quid enim aliud faciam? Vir probus eſt *Faber*, eruditus, humanus, denique vetus etiam amicus. Sed eam felicitatem mihi genius aliquis, opinor, malus invidit: & nunc eo ſum in virum animo, ut mihi vehementer moleſtum ſit futurum, ſi quiſquam de *Fabro* meâ causâ pejus ſentiat. De recriminatione rumorem ſpargunt quidam, qui monomachiis hujuſmodi delectantur. Cæterum inter nos animorum conſenſus eſt: neque verò committemus, ut tam veterem, támq; ſynceram amicitiam, una nubecula diſſidii videatur aboleviſſe. Si inter *Barnabam* & *Paulum* incidit παροξυσμός, quid novum ſi inter nos humani quiddam extitit? Quantum iſtic eruditi tribuant ſcriptis meis, neſcio: certè hìc plus tribuunt, quàm agnoſcam. Et tamen non deſunt, qui fortiter obganniant: ſed ejuſmodi fermè, ut aut non legant hæc, aut qualiacunq; ſunt, fruſtra lecturi ſint. Quod ni me tot bonorum virorum candor conſolaretur, jam dudum pœniteret tantarum vigiliarum, quas communibus ſtudiis, præcipuè verò ſacris, pro mea virili juvandis inſumo. Rumores quos vulgo ſpargunt de *Turcis*, pleriſque ſuſpecti ſunt, quod toties jam experti ſint, aliò ſpectare remiges, aliò provehi cymbam: nec uſquam eſſe verius τὸ πολλὰ τὰ πολέμια κενά. Sed quicquid iſtuc negotii eſt, precor ut omnibus bene vertat: ſuſcipitur enim ingens rerum humanarum commutatio non ſine diſcrimine. De *Marco Muſuro* & *Palæto* rem acerbam nuncias, & interim cum cornicibus omnibus certabit, ὁ παρ' ἡμῖν ἀλλὰ πανταχοῦ γε θεὸν ἐν γλυκεῖ κέρατι. Periit & apud *Gallos Fauſtus*, & apud *Britannos Andreas Ammonius*: quorum alter diu regnavit *Lutetiæ*, alter ad ſummam dignitatem emerſurus erat, ſi vita diuturnior contigiſſet. Tu cura ut rectè valeas. *Baſileæ* ſeptimo Calend. Auguſti, Anno M. D. XVIII.

Ioannes Eckius Def. Eraſmi Rotrod. S. D.

Epiſt. 25. EA prædicaris humanitate *Eraſme* doctiſſime, eâ præditus morum clementiâ, & genuinâ felicitate, ut & ab ineruditis literas etiam barbaras, ſumma animi alacritate ſuſcipias: ita enim amici tui non vulgares, *Volphangus Fabritius*, *Ioannes Fabri*, *Beatus Rhenanus*, *Sapidus*, & alii, pleno ore de te affirmant: quibus ita animatus, meis inculcis literis te adire & alloqui decrevi. Neque tamen mihi animus eſt, omnem epiſtolam in laudibus tuis, ut facere ſolent, abſumere, non quòd non ſis laude digniſſimus, ſed quòd præſtabilius judicem apud abſentes, te pro meritis laudari, & poſteritati literis commendari: ut in editis opuſculis cum magna honoris præfatione, non ſemel feci, quàm coram & in faciem pluribus extolli, quod aſſentationis ſpeciem habet: quamvis & aliorum præconiis non indigeas, qui ex promptuario ingenii tui, mirâ fertilitate, politiſſima paris opera, ſæpius etiam quàm cuniculi, quæ apud omnem poſteritatē nunquā ſint intermoritura. Quare abundè tua tibi eruditione immortalitatē paras. Ne autem fruſtra tibi tanto, inquam, viro ſcripſiſſe videar, aliqua de literis tuis literatiſſimis afferamus, quod pro ingenii tui candore & dexteritate, eo animo benigno ſcilicet & pio ſuſcipias, ut ex tibi benevolentiſſimo proficiſcatur. Non enim

enim te latet, mi *Erasme*, quàm bene de te sentiat omnis *Germania* (obticeo summum Pontificem, *Italiam*, *Galliam*, & *Angliam*) quibus laudibus tua efferat studia, ingenii tui excipiat foturas, præclara exosculetur opera, ut omnes ferme docti prorsus sint *Erasmiani*, Cucullatis paucis demptis, & Theologastris. At nosti Momos, quomodo detrahendi bonis viris studio, gloriolæ summum, velut templi *Ephesii* incensor, conquirere conantur: ipse ad unguem nosti, quomodo doctissimis viris mastigiæ non pepercerint: quare & tu tuos habes *Zoilos*, qui te carpere, te notare cupiant. At ego amicissimo ut præstabat animo aliqua tibi aperiam, non profectò reprehendendi studio, sed ut ansam te defensandi acciperes, & si quæ planiori indigerent explanatione, omnigenâ tuâ eruditione, ac dicendi copiâ uberrimâ, dilucida, aperta, ac mitiora faceres. Nam & sic *Erasmici* tui melius adversus Theologastros te defensabunt, & tu ipse magnum tibi adjeceris gloriæ & decoris ornamentum. Primò autem omnium, ut hinc exordiar, plures molestè ferunt, te in annotationibus *Matthæi* capite secundo sic scripsisse: *sive quòd ipsi Euangelistæ testimonia hujusmodi non è libris deprompserint: sed memoriæ fidentes, sicut fit, lapsi sint.* Istis enim verbis innuere videris, Euangelistas more humano scripsisse: & quod memoriæ confisi hæc scripserint, quòd libros videre neglexerint, quod ita, hoc est, ob eam causam lapsi sunt. Audi, mi *Erasme*, arbitrarisne Christianum patienter laturum, Euangelistas in Euangeliis lapsos? si hic vacillat sacræ scripturæ autoritas, quæ pars alia sine suspicione erroris erit? ut pulchertimo argumento *A. Augustinus* colligit. Porrò, *memoriæ fidentes*, dicis, *quasi prius lecta, & sua memoriæ recondita conscripserint: quibus præceptum fuit, ut nè cogitarent quidem, quid ante Regem & præsides loquerentur, sed à Spiritu sancto omnem docerentur veritatem.* Et, *Testimonia hujusmodi*, dicis, *non è libris deprompserint, quasi more nostro ex variis libris & autoribus: ut est nunc condendorum librorum modus, volumen congesserint.* Abfit hoc à Spiritus sancti & *Jesu* salvatoris nostri discipulis, à fidei nostræ columnis, non humanâ sapientiâ institutis, suspicari. Assumpsit illiteratos & analphabeticos, sed doctissimos reddidit. Tum erit, ornatissime *Erasme*, in hisce sanam aperire sententiam. Parce precor tam bono animo, támque favenți, te cum humilitate & omni modestiâ monenti. Ad aliud ascendamus. Acta Apostolorum elucidaturus cap. decimo, adnotâsti hæc verba, *Tum etiam cum Græcè scribunt Apostoli, multum referunt ex proprietate linguæ suæ.* Et infra, *Nam Apostoli Græcitatem suam non è Demosthenis orationibus, sed è vulgi colloquio didicerunt.* Hoc minus sobriè à te homine Christiano fore scriptum plerique opinantur, cum veniâ tuâ, mi *Erasme*, homo sum apertus, nihil blandior. Quis enim Christianus ignorat, vel ignorare potest, si vellet, Apostolos dono Spiritus sancti, varia linguarum genera novisse? Acceptâ enim in die *Pentecostes* Spiritus sancti gratiâ, colloquebantur Apostoli variis linguis magnalia Dei. Quare non à Græcis, sed à Spiritu sancto Græcitatem didicerunt, ut eis *Græci*, *Romani*, *Ægyptii*, *Parthi*, & alii, Actum secundo, testimonium dedere. Donum enim linguarum inter alia quoq; à divo *Paulo* connumeratur. Ejusdem farinæ est quod cap. tertio *Matthæi* in annotationibus tuis legitur, *Proinde miror Euangelistas usos hoc verbo, quod magis videbatur fugiendum*: loqueris de verbo *Sequebar*. At hic Euangelistarum præceptorem te facere videris, & quid scribendo fugere debuissent, aperire: ac si non satis propitium & doctum habuissent afflatorem Spiritum sanctum, cujus negligentiam te post tot secula supplere oporteret. Pauca adfero, doctissime *Erasme*, non ut oppugnē, sed ut commonefaciam. Postremò, pluribus præteritis, nam si hæc tibi placuisse agnovero, sedulum præstabo monitorem: hoc ex meo addam, qui *Augustini* doctrinam eminentissimam in primis post sacrum canonem, ac ecclesiæ sanctæ decreta suspicio & veneror: Idcirco displicet mihi judicium tuum, quod de *Augustino* super *Johnne* affers: *Impudentissimum asseris, alterum alteri comparari*: at ego *Francisci Philelphi* judicium plus laudo, qui ita de iis statuit, quod *Aurel. Augustinus acutior, & peritior, & subtilior fuerit in omni philosophia, huic* Hieronymus *plurimum præstiterit dicendi elegantia potius quàm doctrina*: claudens epistolam, ait: *Quòd si ex his duobus unus effici potuisset, nihil absolutius natura edidisset*: & quod *Philelphus* de philosophia, hoc eruditi omnes in Theologia de *Augustino* statuunt. *Unusquisq; bene judicat, quæ bene novit*, ait Stagirita. Nihil autem est quod tibi deesse *Erasmici* omnes conquerantur, nisi quod *Aurel. Augustinum* non legeris. Noli ergo *Erasme*, tantum ecclesiæ lumen, quo post primas ecclesiæ columnas, nullum fuit illustrius, tuo judicio obtenebrare: agnosce potius doctissimum fuisse *Augustinum*, ejus amplectere scripta, versare in illis non indiligenter, impudentissimum profectò cum judicabis, qui aliquem ex doctoribus eruditione *Augustino* audeat præferre. His pauculis te admonere volui, mi *Erasme*, omnium qui spirant eloquentissime, aut potius ansam præbere, quo synceram piámque in his explicares sententiam: ut hi qui te singulari favore ob præcellentem eruditionem, veluti parentem colunt, observant, ac venerantur, à virulentis calumniatorum linguis, & vitiligatoribus, tua defendere & tutari possint, & simul sinistras submovere suspiciones. Quod verò ad me attinet, scio profectò te mihi non solùm non iratsci, sed & gratias habiturum, qui *Erasmo* suo (ex cujus *Elucubrationibus* nonnihil profeci, à tenetis annis minoribus tuis *Adagiis* institutus) optimo ac benevolenti animo, raptim illa ac obiter depinxi, quæ à calumniatoribus partim opponuntur, partim possent opponi. Nec; arbitror pro tuæ integritatis candore, minus libenter hæc te ex *Eckio* auditurum, quam cum in Dialectices commentariis te Latini eloquii solem, & alibi inter politiorum literarum cultores nostri seculi te *Phœnicem* dixerim. Parcere præterea debes impolito ac illevigato stylo: nam ut *Chamæleon* colorem attiguum suscipit, sic ego barbaros versans assiduò autores, barbariem contraho, atq; his contaminor. Tu verò vale fauste ac feliciter, mi *Erasme*, seculi nostri singulare decus: et cura ut *Eckium* humanitatem tuam experiatur, quod tum fiet, cum literas ab *Erasmo* accipiet. Vale & salve. Ex *Ingolstadio* quarto Nonas Februarii. Anno gratiæ D. D. D. XVIII.

Des. Erasmus Roterod. Ioanni Eckio S.D.

AGnosco mi *Ecki*, tuam humanitatem literis *Epist. 26.*
tuis ac rarâ prorsus eruditione dignam: ultrò

defers

defers quod mihi ſtudiis omnibus erat ambiendum, atque hoc ipſo mihi charius eſt, quod ultrò ſit oblatum, nè ſemper proverbio locus ſit, *Ultroneas putere merces*. Cæterùm de laudibus quas in me benignè magis quàm meritò congeris, nihil vel agnoſco, vel amplector, præter animi erga me tui candorem. Tuum tuíque ſimilium eſt ad iſtas procerum palmas contendere; nos puſilli, puſilla tractamus. De *Zoilis* (ſi tamen huic homuncioni quiſquam invidere poſſit) illud in primis admiror, quòd nulli noſtris ſtudiis, ſi non admodum frugiferis, certè nulli noxiis, odioſiùs obſtrepunt, quam ii qui prorſus non attingunt lucubrationes noſtras, aut qui poterant his potiſſimũ adjuvari, niſi prius haberent oblatrare, quàm dicere. Sed tu doctiſſime vir accuratiùs aliquanto quàm par eſt, præmollis admonitionem tuam apud me, cui tantam tribuis humanitatem, ſi tamen ex animo tribuis. Ego à quovis admoneri non gravatim fero, tantum abeſt ut abs te viro tam eximio reverenter admoneri poſtulem: & tamen aliquanto plus vel reverentiæ, vel civilitatis habent tuæ præfationes atq; interlocutiones, quàm admonitiones. Sic enim rem proponis, velut alienam referas calumniam, ſic inſectaris, quaſi tuam tuearis ſententiam. Primum quod adducis ex annotationibus noſtris in *Matthæum* cap. ſecundo, vides orationem diſjunctivam & bimembrem conſiſtere, etiam ſi pars altera rejiciatur: iſti alteram modò partem, eámq; deteriorem decerpunt. At nefas, inquies, de hoc dubitare. Quî ſcis an dubitem? aliorum refero ſententiam. Neq; enim quicquid incertum eſt, continuò mihi incertum eſt. Deniq; aſcribo locum, videlicet quinto capite *Micheæ*, ubi divus *Hieronymus* interpres, idem recenſet quod ego. Alieno, inquis, nomine, fateor, at non hæreticorum nomine: & ita recenſet, ut neutram partem rejiciat. Neq; protinus (meo judicio) vacillet, ut tu ſcribis, totius autoritas ſcripturæ, ſicubi memoriâ lapſus Euangeliſta, nomen ponat pro nomine: puta *Eſaiam* pro *Hieremia*, cum hinc cardo rei non pendeat. Ut enim non protinus de tota *Petri* vita malè ſentimus, quòd *Auguſtinus* & *Ambroſius* affirment illum, & poſt acceptum cœleſtem Spiritum, alicubi lapſum eſſe: ita non continuò fides omnis abrogatur libro, qui nævum aliquem habeat. *Auguſtinus* ac *Hieronymus* non ſolùm cum autoritate, ſed etiam cum reverentia leguntur, cum nemo neget in illorum libris permulta eſſe, quæ à veritate diſſonent. Abſit à Chriſtianorum moribus iſta morositas. Neq; verò protinus illis adimimus Spiritum ſanctũ: ſed fortaſſe noſtrum non eſt præſcribere, quomodo Spiritus ille diſcipulorum organum temperârit, qui quocunque modo temperavit, ſic temperavit, ut ipſe noverat ad ſalutem humani generis maximè conducere: ſic illis aderat, quatenus ad Euangelii negotium pertinebat, ut tamen alicubi homines eſſe ſineret: neq; verò hæc dixerim, quòd arbitrer Apoſtolos uſquam eſſe lapſos, ſed quòd negem ob quemvis lapſum, univerſæ ſcripturæ fidem oportere vacillare. Jam verò quod tibi videtur indignum, Apoſtolos librorum adminiculis uſos fuiſſe, quid facies de *Paulo*, qui ſibi cum penula libros jubet remitti, præſertim in membranis deſcriptos? Neq; enim vetuit *Chriſtus*, nè ſacros libros evolverent, ad quos hortatur *Timotheum* ſuum *Paulus*, ſed nè ad judices meditatis orationibus inſtructi venirent: verùm hac re copioſiùs reſpondeo in poſteriore voluminis editione, quam adorno. Proinde ſupervacuum eſſe puto, prolixiore ſermone onerare epiſtolam. Similiter & de ſecunda querimonia, quam adducis ex Actorum capite decimo, ubi Apoſtolorum negotium agens, excuſo illos, qui Græcitatem ſuam non ex orationibus *Demoſthenis*, ſed ex vulgi colloquio didicerint: non nego donum linguarum, neq; tamen conſequitur, eos non potuiſſe Græcè diſcere ex vulgi colloquio: certè Syriacè didicerunt ex vulgi colloquio, quid ni potuerunt & Græcè, quandoquidem ob *Alexandrum* victorem, & *Romanum* imperium, *Ægyptus* ac *Syria* maxima pars, totáq; minor *Aſia*, imò totus fermè Oriens, ut inquit *Hieronymus*, Græcè loqueretur. Neq; enim arbitror Spiritum illũ oblivione obliterâſſe, quod antea didicerant. Quod ſi contendis hanc Græcitatem, quam videmus in Apoſtolicis literis, eſſe donum cœleſte, unde tanta ſermonis ruditas, imò barbaries, quam diſſimulare non poſſumus? cum *Spiritus ſancti perfectiora ſint opera, quàm naturæ aut induſtriæ humanæ*, autore *Chryſoſtomo*. Sed hactenus, inquis, impertiit eis ſermonis peritiam, quatenus judicavit Euangelicæ ſimplicitati convenire. Atqui iſtuc ſi aderat Apoſtolis, quid jam opus erat impartire? Non legimus Apoſtolos miraculo Græcè locutos: locutos legimus, unâ quâpiam, ni fallor, linguâ, & ab omnibus intellectos: quod ut maximè contigiſſet, non eſt tamen neceſſe miracula in Apoſtolis facere perpetua. Quoties poſtulabat fidei negotium, aderat donum linguarum: nec omnibus tamen ex æquo, nec ſemper aderat: ſemel hoc Apoſtolis accidiſſe legimus. Eſt & prophetiæ donum, neque tamen cui datum erat, hunc aut illum explicare locum, idem licuiſſet quovis tempore quemvis alium explicare locum. Diſpenſabat has dotes ſuas ille Spiritus ad menſuram fidei, quemadmodum ſcribit *Paulus*. Poſtremò, quî fit ut *Hieronymus* tot locis non vereatur *Paulo* tribuere *Græci* ſermonis imperitiam? Idem affirmat *Lucam* magis *Græcè* noviſſe quàm Hebraicè, quod *Antiochenus* eſſet. Rurſum *Paulum* in ſua lingua diſertiorem fuiſſe quàm *Græcâ*, quòd eſſet *Cilix*. Idem in epiſtola ad *Corinthios* ſecunda *Titum* ſuum deſiderat, quod is ejus eſſet linguæ peritior, quemadmodum interpretantur *Græci* veteres: certe *Origenes* & *Græci* interpretes paſſim offenduntur in *Paulo* ſermonis incommodis, paſſim *Hieronymus*. Proinde non eſt neceſſe, ut quicquid fuit in Apoſtolis, protinus ad miraculum vocemus. Paſſus eſt errare ſuos *Chriſtus*, etiam poſt acceptum Paracletum, at non uſq; ad fidei periculum: quemadmodum & hodie fatemur, eccleſiam alicubi labi poſſe, citra diſcrimen tamen pietatis ac fidei. Denique quî ſcis an hanc laudem modis omnibus abſolutam uni ſibi ſervare voluerit *Chriſtus*, qui ſe unum veritatem dixit, ut unus ille abſq; nævo innocens, juxta veterum opinionem, ita fortaſſis unus, citra omnem exceptionem verax. Tertio loco μαστιγῶ, quod ſcripſerim admirari me, Euangeliſtam abuti voluiſſe verbo θεραπεύειν, quod ſonat curare medicorum remediis. Primum hoc magis ad interpretem attinet, quàm ad *Matthæũ*, cum is *Hebraicè* ſcripſiſſe feratur. Deinde *abuti* non eſt ſemper in malam uti partem. Nam *abutimur* & iis, quibus alicundè ſumptis utimur, & verbis aliò deflexis cum gratiâ utimur. Poſtremò,

non

non protinus reprehendit, quisquis admiratur. Admiratur & quæ suspicimus, admiramur quod novum est, admiramur & ea, quorum causam nescimus. Velut admiramur à Magnete trahi ferrum, admiremur *Nilum* mediâ æstate exundare, *Euripum* toties reciprocare. Quod igitur mihi non liquebat, aliis excutiendum proposui. Et scis odiosius etiam quædam proponi in scholis. Jam per se palam est, quàm non pertineant ad rem, quæ tu odiosè subjicis, quasi conet Euangelistis præire, aut Spiritus sancti sapere negligentiam. Quanquam existimo hæc ita recitari abs te, ut aliorum calumniam eccensear, non tuum judicis animum. Alioqui quid vel in inimicum dici potuit inimicius? Jam quod extremo proponis loco, totum ut tuum agnoscis. Hinc igitur *Eckij* candorem & studium in *Erasmum* nos vis æstimare. Atqui ipse vel maximè partem hanc aliis ascripturus eram, nisi tute tibi nominatim asseruisses. Displicet tibi meum judicium, qui in cognitione sacrarum literarum adeò præferam *Hieronymum Augustino*, ut vehementer impudens arbitrer, alterum cum altero conferre. Hic tibi non prius responsurus sum *Eckij* doctissime, quàm mihi concesseris, non affici contumeliâ, qui posteriori posthabetur cum de utroque magnifice sentias. Ego de *Augustino* ita sentio, ut & viro sacro, eximiisq; doctrinæ dotibus prædito, par est. Nec tenebras offundo illius gloriæ, ut tu scribis, sed non pasior obscurari gloriam *Hieronymi*, cui planè fieret injuria, si quem longè præcellit, ei posthaberetur. Quæso te num contumeliosius sit in *Petrum*, qui illi *Christum* præferat? Aut num injuriam faciat Archiepiscopo *Cantuariensi*, qui illi præferat *Romanum* Pontificem? Aut num obscuret argenti gloriam, qui illi præferat aurum? Atqui fingè jam ambiguum esse, uter alterum præcellat: si quo studio mihi magis probaretur *Hieronymus*, non sim, opinor, insectandus, cum in his *Paulus* velit suo quemque animo indulgere: modo de *Augustino* ita, ut facio, præclarè sentiam. Nam quod secundum Canonicas scripturas, ac sacrosancta ecclesiæ decreta, secundum primas ecclesiæ columnas, summam autoritatem tribuis *Augustino*, quis non fateatur fortiter abs te dictum? Hoc nec ipse sibi postulat, neque quisquam unquam illi tribuit, præsertim cum *Græci* primæ debeantur in hoc genere laudis, quemadmodum & in cæteris omnibus. Sed exentiamus; quibus argumentis mecum agas. *Philelphi* autoritatem mihi opponis, qui cum *Hieronymo* concedat eloquentiæ laudem, *Augustinum* in Dialectica prætulerit, & admetiris de tuo, in omni philosophia superiorem fecerit. Ego, doctissime *Eckij*, non tantum tribuo *Philelpho*, præsertim in censura rerum sacrarum, ut illius autoritate me patiar opprimi, cui nè in ipsius quidè arenâ, si res postulet, admodum cessurus sim, nè nihil de meipso dicam gloriosè, cum ille tam multa de se prædicârit. Et quod ille in epistola familiari apud amiculum nugatus est, perinde mihi objicis, quasi de tripode pronunciatum. Quis autem nescit in scholis decantatum, *Augustinum* inter veteres esse præcipuum Theologum, admirabilem philosophum, invictum Dialecticum? quasi vero quicquid illic, quocunque casu jactatum sit, oraculi vice debeat haberi. Suum cuique ordini vulgus est, & semper optima paucissimis placuerunt. Neq; dubito quin ipse à multis dissentias, quæ tamen in scholis cum primis sint decantata. *Omnes*, inquis, *eruditi tribuunt* Augustino *in Theologia, quod* Philelphus *in philosophia*. Imò contrà comperio, viros exquisitè doctos, longè minus *Augustino* tribuere quam ego tribuam. Porrò ut scholasticæ tribus plus tribuerint *Augustino*, quàm *Hieronymo*, aut *Ambrosio*, partim in causa fuit, quod is crebrò adducatur ab iis scriptoribus, qui in scholis occupârunt tyrannidem: vel quod hunc magis intelligebant, quam illos: vel quod fortius definit hic, quàm illi. *Hieronymus* multis modis salebrosus est, *Ambrosius* allusionibus est aliquanto obscurior: uterq; *Græcorum* exemplo, quò doctior est, hoc minus fortiter decernit. Jam verò quod sequitur in epistola tua, non potui, fateor, absque risu legere: *Unusquisq;*, inquis, *bene judicat, quæ bene novit, ait Sapiens. Nihil autem est quod tibi deesse* Erasmici *omnes adeò conquerantur, nisi quod* A. Augustinum *non legerit*. Nihil equidem in me agnosco viri egregie, cur quisquam velit esse *Erasmicus*, & prorsus odi ista dissidiorum nomina. *Christi* sumus omnes, & in illius unius gloriam, pro sua quisq; portione laboramus. Sed qui tandem sunt isti *Erasmici* usque adeò mihi dediti, ut præ immodico, opinor, amore existiment me nunquam *Augustini* libros vidisse? si negarent mihi libros hujus intellectos, humanum erat convitium, & cum multis commune. At quæ sit impudentia, velle scriptorem cum scriptore conferre, cum alterum omnino non legeris? At qui conjectura hæc in mentem incidit *Erasmicis*? Nam certum scire non possunt, quid legerim aut non legerim. Imò si tu juvenis adhuc ut audio, in *Durandis*, *Gabrielibus*, in palæstris scholasticis assiduè versans, *Augustinum* legere potuisti, mihi quinquagenario, qui semper vererem illam theologiam magis sum amplexus, nunquam vacavit *Augustinum* legere? Quid cum hunc toties citem in libellis ante complures annos editis, non videor legisse quicquam *Augustini*? Isti puto credunt me non legisse libros *Hieronymi*, prius quàm ederem illius opera. Imò *Augustinum* primum omnium legi, & relego cotidie, quoties res postulat. Et quo magis lego, hoc magis mihi placet meum de utroq; judicium. Pateris eruditissime vir, me vicissim de te divinare? Si sentis ut scribis, non legisti nostra. Alioqui nullum fermè est opus *Augustini*, unde non producam testimonium, locis, ni fallor, plus sexcentis. Et post hæc hortaris me, ut incipiam illius libros attingere. Ego candidiùs de te sentio, cui puto nihil non lectum, sed tamen adhortor, ut attentius legas *Hieronymum*, & pedibus in meam discedes sententiam: verùm hic fortasse locum habuerit *Horatianum* illud,

Très mihi convivæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.

Aut illud *Terentianum*, *Quot homines, tot sententiæ*. Certis agamus. Nemo negabit plurimum esse momenti situm in patria & educatione. *Hieronymus Stridonis* natus, quod oppidum sic *Italiæ* vicinum est, ut *Itali* sibi vindicent; *Romæ* educatus, in urbe primaria sub eruditissimis viris? *Augustinus* in *Africa* regione barbarâ, in qua studia literarum mirè frigebant, quod ipse non dissimulat in suis epistolis *Augustinus*. *Hieronymus*, Christianus è Christianis, una cum ipso lacte *Christi* philosophiam imbibit. *Augustinus* pene triginta natus annos, nullo præceptore *Paulinas* epistolas legere cœpit.

cœpit. *Hieronymus* tali ingenio præditus, triginta quinque annos impendit ſtudio ſanctarum ſcripturarum. *Auguſtinus* ſtatim ad epiſcopale munus pertractus eſt, & coactus docere, quod ipſe nondum didicerat. Id ſi mihi non credis, lege ipſius epiſtolam ad *Valerianum* Epiſcopum, quâ maximè deprecatur, ſpacium aliquod diſcendi, quod alios doceret. Jam fac ſi libet patriæ, ingeniorum, præceptorum, educationis, pares eſſe calculos, expendamus quanto inſtructior *Hieronymus* ad hoc negotium acceſſerit. Niſi fortè leve momentum eſſe putas, *Græcarum* & *Hebraicarum* literarum peritiam. Tota philoſophia, tota theologia tum temporis *Græcorum* erat. *Auguſtinus Græcè* neſciit, aut ſi quid attigit, non magnopere fuit uſui ad *Græcorum* Commentarios evolvendos. Demiror autem unde quidam *Auguſtino* tribuant abſolutam *Ariſtotelicæ* philoſophiæ cognitionem, cum ipſe in *Confeſſionum* libris fateatur, ſibi unicum duntaxat libellum lectum, eúmq; Latinè verſum. Cúmque locis compluribus tractet rem dialecticam, ad quam ut erat naturâ compoſitus, ita impensè delectatus videtur: velut in opere *De doctrina Chriſtiana*, in libris *De Trinitate*: in libellis aliquot quos ſcripſit Catechumenus, non declarat ſe quicquam legiſſe præter quinq; *Porphyrii* voces, quas *Prædicabilia*, & decem rerum genera, quæ *Prædicamenta* vocant, & librum *De Enunciatione*. Alioqui prefer vel unum verbum, quod ex *Priorum* aut *Poſteriorum* libris, aut *Elenchis*, aut *Topicis* ſumptum videri poſſit, ut ſileam interim de *Phyſicis* aut ſupernaturalibus, déq; cæteris tam multis hujus philoſophi voluminibus: præſertim cum in libris quos Catechumenus ſcripſit, juveniliter etiam jactet, ſi quid deguſtârat philoſophiæ, quos ipſe fatetur adhuc ſuperbiæ ſcholam ſapere. Quid autem erat in univerſa *Græcorum* bibliotheca, quod *Hieronymus* non excuſſerat, quod non velut in indices digeſtum in numerato haberet? Quod ſi ex re libet æſtimare utrunque, *Hieronymus* cum agit adverſus *Jovinianum*, adverſus *Ruffinum*, adverſus *Pelagium*, adverſus *Luciferianos*, quæſo te, nuncubi dialecticum acumen in eo deſideras? Quod ſi nunc eadem argumenta tractent, qui in dialectica conſenuerunt, tum appareat, quanto præcellat *Hieronymus*, niſi quod non συλλογίζεται, non ineptit pueriliter. Et tamen *Auguſtinus Tullium Philoſophaſtrum* vocat, ipſe videlicet philoſophus, cum ille (ni fallor) aliquanto plus legerit in Græca philoſophia, quàm *Auguſtinus* in libris ſacris. Poſſem in hanc partem multis locis nominatim ex utriuſque libris in medium adductis tecum agere, ſed neque patitur hoc epiſtolæ modus, & periculum ſit, nè cui videar id cupidè facere iis, qui *Auguſtino* impendio favent: cui ego non minus faveo, quàm illi, qui fortaſſis & diligentiùs illum legi, & viri dotes paulo altiùs perſpexi quàm illi, qui nullis bonis literis inſtructi, tantùm *veritates* aliquot, ut illi vocant, tumultuario ſtudio decerpunt. Quid aliis uſu veniat, neſcio: in me certè comperio, quod dicam; Plus me docet Chriſtianæ philoſophiæ unica *Origenis* pagina, quàm decem *Auguſtini*. Et præter *Origenem* tam multos præceptores habet *Hieronymus*. Et tamen *Auguſtinum* ſic amo, ut in edendis hujus voluminibus tentârim, quod in *Hieronymo* præſtitimus. Proinde ut finiam, eruditiſſime *Ecki*, quemadmodum me hortaris, nè obſcurem *Auguſtini* gloriam, quod adeò non facio, ut etiam illuſtratam cupiam: ita viciſſim te hortor, nè obſcures *Hieronymi* gloriam, qui ipſum *Auguſtinum* illuſtravit, quippe qui tum vehementer proficere cœperit, poſtea quàm cum *Hieronymo* conflixit. Imò pari ſtudio demus operam, ut ambos quàm maximè illuſtremus, vel imitemur potiùs. Ipſe olim adoleſcens in ea fui ſententia, in qua tu nunc es. Opinor acceſſione ætatis ac ſtudiorum, nonnihil acceſſiſſe judicii. Mutavi ſententiam, non quod minus præclarè ſentiam de *Auguſtino*, de quo melius ſentio ſenex, quàm adoleſcens ſenſi, ſed quod propiùs contemplatus ſim *Hieronymum*. Fortaſſis idem tibi veniet uſu. Quod ſi non evenerit, tamẽ mihi concedes, ut incolumi noſtra amicitia, liceat alicubi abs te diſſentire. Quandoquidem inter *Auguſtinum* & *Hieronymum* non diremit amicitiam, diverſa de rebus aliquot opinio. Porrò quod polliceris te ſedulum & aliàs monitorem fore, ſi ſenſeris hoc officio apud me iniſſe gratiam, nec mihi vacat optime *Ecki*, quibuslibet ſycophantiis reſpondere. (Quis enim tam indoctus, qui non poſſit alicubi calumniari librum alienum?) Nec tibi tam male volo, ut optimas tuas horas in re non optima colloces. Non illibenter admonemur à quibuslibet, ſed quidam indoctiores ſunt, quàm ut mihi profit illorum admonitio, nec tamen ulli magis ſæviunt. Quidam ſic admonent, ut me traducant, ſibi choragium aliquod gloriæ comparent. Rurſus alii monendi libidine provecti, ſic admonent hominem, ut parum meminerint ſe quoque eſſe homines. Et tamen minus convenit eſſe veniæ reprehendenti, quàm docenti. Pro libellis ad me miſſis habeo gratiam, gratulor tuæ felicitati, applaudo triumphis & ovationibus. Magis autem gratulabor, ubi tibi contigerit ocium, & animus arcanam illam *Chriſti* philoſophiam in altiſſimo ſilentio, mentíſque receſſu recognoſcendi, cum te ducet ſponſus in cubiculum, in cellam penuariam. Quod in tuis lucubratiunculis, tantis laudibus oneras *Eraſmum*, præter animum ac ſtudium in me tuum, inde nihil agnoſco: theatricos iſtos applauſus ac brabea, aliis relinquo, ipſe talium gloriarum ſatur. Boni conſules has ſchedas plus quàm extemporarias. Bis obrutus eram, cum hæc ſcriberem, & morbo, & ſtudiorum laboribus. Sed quod nunc officio diminutum eſt, aliàs exæquabitur. *Urbano Regio*, cujus & eruditio mihi cognita eſt ex ipſius literis, & humanitas ex officio comperta, multam *Eraſmi* verbis ſalutem dices. Illuſtriſſimo duci *Hermeſto* Q. *Curtium* dicavi, apud *Schurerium* nuper editum, nè nullo argumento teſtarer, me illius erga me ſtudii memorem eſſe. Bene vale. *Baſileæ*, Idibus Maii. Anno M. D. XVIII.

Def. Eraſmus Rot. Petro Aegidio ſuo S. D.

NActus ſum hìc cubiculum, quod in tanta hominum frequentia perdifficile eſt, ſed perquã anguſtum; vicinum tamen aulæ, & quo mihi magis commendatur, vicinum *Tonſtallo*. Proinde fac, ut primùm licebit, libros meos huc tranſmittas ſeu navi, ſeu vehiculo, ſimúlq; per alium quempiam ſcribito, cui commiſeris, & quò juſſeris deportari. *Pompilius*, ut video, artificem agit, morem videlicet antiquũ obtinens, quo fero moderatiùs. *Epiſt. 27.*

ratiùs. Aliquando fortassis usu veniet, ut par pari referam. Vis audire quod rideas? Quod aliis diu multúmque sudantibus sæpe non contingit, id mihi penè obtigit dormienti. Rex catholicus me propemodum Episcopum fecerat: ubi inquies? non apud extremos *Indos*, unde tamen aurum attrahit noster *Barbirius*, præfectus iis quos nunquam visurus est, verum apud *Siculos*, *Græculos* olim, & nunc quoque dicaces ac festivos; sed feliciter erratum est, & ex animi mei sententia. Postea compertum est, ejus honoris collationem ad summum Pontificem pertinere: mox Rex literis à Pontifice flagitavit, ut sui respectu sineret eam collationem valere. Hæc *Bruxellis* aguntur, dum nos *Antuerpiæ* ociosi nugamur in literis: atque id erat, cujus gratiâ me jusserat evocari Cancellarius: quod si suboluisset, contantius huc commigrâssem. Cum advenienti gratularentur, quiqui erant conscii, benéque ominarentur, ego nihil aliud quàm ridere poteram, & tamen pro animo gratias egi, sed admonitis, nè posthac in hujusmodi negotio susciperent inanem operam: me meum ocium cum nullo, quamvis splendido Episcopatu, permutare. Habes somnium, quod rideas: & tamen mihi non displicuit tanti Principis animus, qui ferè non favet, nisi quos probos aut novit, aut certè putat. Gaudeo, mi suavissime *Petre*, quod te tantâ levârim molestiâ: jam enim me tui tuæque uxorculæ miserescebat, nec mihi tamen hoc quicquid fuit molestiæ potes imputare. Animus iste tuus, amore quodam immodico, officiis in me congerendis nunquam sibi satisfaciebat, uxor rarò tibi, quæ id cumprimis habet studio. Nunc absente *Erasmo*, fruere tuâ commodiùs. Quantulum enim est hoc quod nobis adimit locorum sejunctio? Quod ipsum tamen licebit crebris farcire literis, quas opto ut quàm maximè alacres hilaresque nobis mittas: sic enim intelligam te rectè valere, quod ita mihi cordi est, ut nihil magis: hujus rei pars maxima, mihi crede, tibi ipsi in manu est. Plerique morbi nobis ab animo proficiscuntur, & minus offenderis studii laboribus, si ratione studia tua modereris. Bibliothecam tuam, epistolas ac schedas omnes in certos nidulos redigas, neque temere nunc in hunc, nunc in illum autorem rapiatis, sed unum aliquem ex præcipuis in manus sumito, non relicturus prius, quàm ad calcem usque perveneris, annotatis interim, quæ digna memoratu videantur. Certum aliquod vitæ genus ipse tibi præscribito, quid quibus horis agere velis. Nec alia super alia congere, nisi prioribus explicatis: ita diem, qui nunc penè totus intercidit, tibi reddideris longiorem. Et quoniam incusas memoriam, meâ sententiâ profuerit, si in singulos annos fastos pares, non est res magni negotii, singulisque diebus annotes verbo, si quid extiterit, quod nolis oblivisci. Novi qui hac diligentiâ plurimum profecerint: in primis egregius ille *Franciscus Busleidius*, Archiepiscopus *Besontinus*. Ante omnia verò te rogo etiam atque etiam, ut in rebus agendis consuescas judicio potius quàm animi impetu duci. Si quid offendes, statim dispice, si quà mederi possis, aut si quà minui queat malum: id rectiùs dispicies tranquillus, quàm commotus: si quid est remedii, utere; sin minus, quæso te, quid boni adfert ira, aut mœror? nisi quod malum tuâpte culpâ conduplicas. Obsecrò te per amicitiam nostram, nihil tibi sit antiquius vitâ & salute. Si rem tueri potes hac incolumi, tuere: sin minus, dispendiosum compendium est, rem incolumem præstare salutis aut tranquillitatis jactura. Denique si tibi ipsi parum es charus, vide nè duos eâdem perdas operâ. Neque enim aliter nobis videbimur incolumes, nisi te incolumi: quem ego, sic me Deus amet, potiorem mei portionem duco. Nè nimium operæ sumas in rebus leviculis: Fugax ætas & vitrea res valetudo, non quibuslibet est impendenda, quædam despicienda sunt, & animus ad magna erigendus. *Senecam* ac *Platonem* tibi facito familiares: hi si crebrò tecum confabulentur, animum tuum non sinent jacere. Verè magni est animi, quasdam injurias negligere, nec ad quorundam convicia habere vel aures, vel linguam. Fac aliquoties periculum, quanto plus valeat obsequium & cordata blandiloquentia, quàm animus præceps & impotens. Patris optimi senectutem, ita ut facis, officiis subleva, non solùm quia pater est, sed multo magis quia talis pater. Synceris amicis utere, fictis abutere. Cum uxorcula sic vivito, ut non tantùm coitus causâ te diligat, nec diligat modò, verumetiam revereatur: ei sic fidas, ut ea duntaxat communices, quæ vel ad rem domesticam, vel ad vitæ jucunditatem pertinent. Ita tuearis autoritatẽ erga tuos, ut nihilo secius consuetudinem domesticam condiat morum comitas. De liberis educandis frustra tibi præcipiam, cum tale exemplum habeas à patre. Vides, *Petre* suavissime, ut tibi consulam, ipse mihi parum consulens, sed ut sic ineptiâ tui cõpellit amor. Recte vale cũ tuis omnib'. *Bruxellæ*. An. M. D. XVI. Pridie nonas Octobris.

Eras. Rot. Anton. Abergis Abbatis Bertini. S. D.

ORnatissime pater, ex oratione Episcopi *Dunelmensis*, & *Andreæ Ammonii* Secretarii Regii, cognovi studiũ in me tuum, planéq; paternum quendam amorem: quo magis gestio me patriæ restituere, si modò detur à Principe fortuna, quæ possit ociolum nostrum alere. Non quod mihi displiceat *Britannia*, aut *Mecœnatium* pœniteat. Sunt & hìc amici complures, multorũ Episcoporũ non vulgaris in me benignitas: tum verò *Cantuariensis* Archiepiscopus sic me fovet, sic complectitur ut si frater esset, aut si pater esset, non possit amantiùs: ex hujus dono pensionẽ habeo, sacerdotio resignato, satis amplam. Tantundem addit alter ille *Mecœnas* de suo: accedit non parum ex procerum benignitate, multóque plus accederet, si vel paululum ambire velim, sed bellum quod adornatur, genium hujus insulæ subito vertit. Rerum omnium caritas hic indies crescit; decrescit liberalitas. Quid ni parciùs dent homines toties decimati? Et nuper ob inopiã vini, ex malis vappis collecto calculo propemodũ extinctus fui. Ad hæc cum omnis insula per se relegatio quædam est, tum nunc bellis etiam arctiùs includimur, adeò ut nec epistolis sit exitus. Et video magnos rerum motus oriri qui quorsum evasuri sint, incertũ: utinam Deus propitius hanc orbis Christiani tempestatem dignetur componere. Sæpe demirari soleo, quæ res, non dico Christianos, sed homines, huc adigat vesaniæ, ut tantis studiis, tantis sumptibus, tantis periculis in mutuam perniciem ruant. Quid enim aliud in omni vita quàm

Epist. 28.

belli-

belligeramur? Non belligerantur quælibet bruta, ſed feræ duntaxat: nè hæ quidem inter ſe dimicant, ſed cum diverſi generis belluis, & ſuis armis pugnant: non uti nos, arte diabolicâ excogitatis machinis, nec rurſum quibuslibet de cauſis, ſed aut pro fœtu, aut pro cibo. Noſtra bella pleraque vel ab ambitione, vel ab iracundia, vel à libidine, ſimúlve animi morbo proficiſcuntur: denique non tot millibus conglobatis, ſicuti nos, in mutuum inſtruuntur exitium. Nobis qui *Chriſti* gloriamur cognomine, qui nihil niſi manſuetudinem & docuit, & exhibuit: qui unius corporis membra ſumus, una caro, eodem vegetamur ſpiritu, iiſdem ſacramentis alimur, eidem adhæremus capiti, ad eandē immortalitatē vocati ſumus, ſummam illam ſperamus communionem, ut ſicut *Chriſtus* & pater unum ſunt, ita & nos unum cum illo ſimus: poteſt nè ulla hujus mundi res eſſe tanti, ut ad bellum provocet? rem adeò pernicioſam, adeò tetram, ut etiam cum juſtiſſimum eſt, tamen nulli verè bono placeat. Quæſo te, cogita per quos geritur, per homicidas, per inceſtos, per aleatores, per ſtupratores, per ſordidiſſimos conductitios milites, quibus lucellum charius eſt vitâ: hi in bello ſunt optimi, cum quod ante ſuo faciebant periculo, hìc mercede faciant, & cum laude. Hæc hominum colluvies, in agros, in urbes recipienda, ut bellum geras. Denique his ſervi-endum, dum alium ulciſci volumus. Adde nunc quot facinora belli prætextu committantur, dum inter arma ſilent leges bonæ: quot rapinæ, quot ſacrilegia, quot raptus, quot alia dedecora, quæ pudet etiam nominare. Hæc peſtis morum in multos annos duret neceſſe eſt, etiam extincto bello. Expende mihi nunc ſumptus, ut etiam ſi vincas, multo tamen plus ſit damni quàm lucri. Quanquam quo tandem regno poſſis tot millium vitam ac ſanguinem æſtimare? Atqui maxima malorum pars ad eos redit, ad quos nihil pertinet bellum, pacis commoda ad omnes perveniunt: in bello plerunque flet etiam qui vicit, tantum malorum agmen ſecum trahit, ut non ſine cauſa poetæ finxerint bellum ab inferis per Furias immitti. Nè jam commemorem expilationem populi, ducum colluſionem, rerum commutationes, quæ nunquam ſine ſummo incommodo novari ſolent. Quod ſi gloriæ cupiditas nos trahit ad bellum, non eſt gloria quæ affectatur, præſertim ex malefactis. Et multo glorioſius eſt, civitates cōdere, quàm evertere, ſi quid libet glorioſum deſignare. Nunc plebs extruit & excolit urbes, ſtultitia Principum evertit. Sin lucro ducimur, nullum bellum tam feliciter ceſſit, quin plus attulerit mali quam boni. Et nemo bello nocet hoſti, quin pr' multis malis afficiat ſuos. Poſtremò, cum videam' res humanas in morem *Euripi* ſurſum ac deorſum mutari miſcerique, quorſum attinet tanto rerum molimine parare imperium, mox qualibet occaſione ad alios devolvendum? Quanto ſanguine paratum eſt *Romanum* imperium, & quàm mox cœpit concidere? Sed dices, jus Principum vindicandum eſt. Non eſt meum de Principum factis temere loqui. Hoc unum ſcio, ſæpe ſummum jus, ſummam eſſe injuriā, & nonnullos eſſe Principes, qui primùm quod velint, ſtatuant: deinde titulum aliquem quærant, quo factum prætexant ſuum. Et in tantis rerum humanarum commutationibus, in tam multis pactis & ſolutis fœderibus, cui quæſo, titulus deeſſe poſſit? Quòd ſi maxima ſit altercatio, cujus ſit ditio, quid opus tanto ſanguine? Non enim agitur de ſalute populi, ſed hunc an illum debeat appellare Principem. Sunt Pontifices, ſunt Epiſcopi, ſunt prudentes & integri viri, per quos iſtiuſmodi negotiola tranſigi poſſint, ut non bellum ex bello ſeras, & divina pariter atque humana commiſceas. Hoc eſt proprium *Romani* Pontificis, hoc Cardinalium, hoc Epiſcoporum, hoc Abbatum munus, Chriſtianorum Principum diſſidia componere: hìc auctoritatem ſuam proferre, & quantum pro ſua reverentia valeant, oſtendere. *Iulius*, certè non ab omnibus laudatus Pontifex, potuit hanc bellorum tempeſtatem excitare. *Leo* vir doctus, integer ac pius, ſedare non poterit? Suſcipiendi belli prætextus erat *Iulius* periclitans: ſublata eſt cauſa belli, nec tamen ceſſat bellum. Ad hæc meminiſſe debemus, homines eſſe liberos, præſertim Chriſtianos: qui poſtea quàm diu floruerunt ſub aliquo Principe, eúmque jam agnoſcunt, quid opus eſt novandis rebus orbem commovere? Principem diuturnus conſenſus facit etiam apud ethnicos, multo magis apud Chriſtianos, apud quos Principatus adminiſtratio eſt, non dominium; ut cui pars aliqua ditionis ſit adempta, is oneris parte levatus, non læſus eſſe videatur. At non concedit, inquis, bonorum virorum arbitrio pars altera: quid hìc me vis facere? Primùm, ſi verè Chriſtianus es, ferre te velim & quieſcere, & tuum illud qualecunque jus negligere. Deinde, ſi tantùm vir prudens es, expende quanti conſtatura ſit tibi tui juris vindicatio: Si nimiò (& omnino nimio, ſi vindicas armis) noli tanto generis humani malo, tuum titulum, fortaſſe falſum, aſſerere, tot cædibus, tot orbitatibus, tot tuorum ſuſpiriis. Quid credis ſentire *Turcas*, cum audiunt Chriſtianos Principes tantis furiis inter ſeſe debacchari? idque tantum ob imperii titulum. Jam vindicata eſt à *Gallis Italia*. Quid actum eſt tanto ſanguine, niſi ut ubi ante *Gallus* adminiſtrabat, nunc alius quiſpiam adminiſtret? Et prius magis florebat, quàm nunc floret. Sed nolim altiùs in hæc deſcendere. Quod ſi qua jura bellum admittunt, ea craſſa ſunt, & *Chriſtum* jam degenerantem ſapiunt, ac mundanis opibus oneratum. Et haud ſcio an omnino hæc bella probent, ſed quoties ſtudio tuendæ fidei pax Chriſtiana adverſus barbarorum incurſus defenditur, ibi video nonnunquam à piis viris non improbatum bellum. Sed cur illa pauca nobis in mentem veniunt ab hominibus tradita, potius quàm tam multa à *Chriſto*, ab Apoſtolis, ab orthodoxis ac probatiſſimis patribus, de pace, deque malorum tolerantia dicta? Quid eſt quod non aliquo modo defendi poſſit? Præſertim ubi qui gerunt rem ſunt ii, quorum etiam facinora per adulationem laudantur à multis, errata nemo auſit reprehendere. Sed interim obſcurum non eſt, quid precentur, quid optent, quid ſuſpirent bonæ mentes. Quod ſi propius inſpicias, pleraque privata ſunt Principum, ob quæ bellum ſuſcipitur. Quæſo te an hoc humanum cenſes, mox orbem ad arma commoveri, quoties hic aut ille Princeps ob quid vis ſtomachatur in Principem, aut fortaſſe ſtomachum ſimulat? Nos optare poſſumus optima, ſed optare tantum. Ego certè quicquid habeo fortunæ, id habeo apud *Britannos*: verum

id

id totum libenter resignem, hâc lege, ut inter Christianos Principes Christiana pax coiret. Ad eam rem non mediocre momentum tua adferet autoritas, quæ multum apud Principem *Carolum*, plurimum apud *Maximilianum* valet, *Britannis* etiam proceribus gratiosa. Neque dubito quin ipse jam expertus sis, quid dispendiorum in bellis adferant etiam amici. Proinde tuum quoque negotium ages, si adniteris quo bellum hoc finẽ accipiat, ne tibi videare gratis hoc operæ susceptur-us. In tuos complexus accurram, simul atque licebit hinc evolare. Interea bene vale pater amplissime. *Ghisberto* medico, *Antonio Lutzenburgo* omnia fausta lætáq; precor. *Londini* pridie Idus Martias. M. D. XIII.

Cuthertus Tonstallus Guilielmo Budæo S. D.

QUod mea sponte per ocium vir eruditissime facturus eram, ut ad te scriberem, mihi id in mediis meis occupationibus crebris suis literis extorsit *Erasmus*: qui tibi, ut ait, pollicitus est id me brevi facturum. Atque ideo ut amici fidem liberem, quod in diem alioqui facere statueram, repræsentare sum coactus? Nam dum ille suis ad te literis, de tua in utraque linguâ peritia, meum velut idoneum affert testimonium, túq; illi de me fidem habens, nostrum non aspernaris judicium, velut me in judicum agnoscens albo, putabam ad meam verecundiam non parum attinere, ut quâ arenâ duo nostri sæculi *Milones* in literis, amicissimis epistolis inter se certarent, quaque alter de altero censuram ageret non ineruditam, ex ea me quamprimum subducerem, cum nec is sim qui cum *Erasmo* censuram agere de literis, neque de *Budæo* subeunte judicium pronunciare sim idoneus. Quorum uterque patriam suam illustrans, & orbi terrarũ famâ cognit', eâ est apud eruditos autoritate, ut quicquid vestrũ utervis in literis censuerit, magno id consensu usq; adeò defendant omnes, ut præjudicii vim in posterũ habere videatur. Itaque *Oreste* non injuriâ videri possem insanior, si utriusq; linguæ imperit' ipse, judicis mihi desumã partes inter homines, extra omnẽ ingenii aleam in utraq; lingua positos. Sed tamẽ velut qui præclaras cum admiratione quadam picturas intuentur, imperiti ipsi pingendi, & nec lineamenta ducere, nec colores distinguere, neq; umbrarũ & lucis ad exprimenda quæ velint, rationẽ habere perdocti: si quæ venustate quadam se cõmendant, quæq; spectantes tenent omnes, ea soli non laudent, maligni possent videri: ita si quæ malus orationis artifex ipse stupens lego, eorum in laudes non erumpam, livoris suspicionem vix effugiam. Itaque ut meam de vobis sententiam qualemcunq; majoribus judiciis interponã: Plus ad veterem eloquentiam multis antiquatam sæculis revocandam, plus ad instaurandas humaniores literas (absit invidia verbo) vos duo contulistis, quàm omnes *Perotti*, *Laurentii*, addo etiam *Hermolai*, *Politiani*, cæteriq; omnes qui ante vos fuerunt. Illi ut ocium oblectarent suũ, quo quemque vocabat ingeniũ, eò contendentes, jucunda quædam & ipsa varietate lectorem morantia, cõgesserunt: velut ex amœno quopiam prato selectissimos carpentes floscul-os. Vos *Herculeo* quodã & indefesso labore, densissimas barbarorũ acies, & *Xerxis* copiis majores, magno utrinque animo adorti fudistis, ac jam penè profligastis: è templis alter qui sacra omnia profanabant: alter ex foro, qui judicia omnia perfundabant. Illi quæ lectores morentur scripserunt multa, vos quæ studiosos etiam invitos. Illi quæ vitam cultiorem reddant, sed sine quibus transigi possit: vos ea sine quibus hominibus vita nulla putanda est. Illi nè in comœdiis & epigrammatis & historiis erraremus, elaborarunt, vos tota de hominum vita tollendos errores curâstis. Illi quæ pauci lecturi sunt, hique ocioſi, tractârunt: vos quæ nemo, quantumcunque negotiosus, non volet in manus sumere. Illorum vos in restituendis veteribus gloriam æquâstis planè, & nescio an superâstis: vestram illi palmam, operis absterriti magnitudine, desperantes non attigerunt. Jam verò ut quæ ab illis sunt scripta, legantur accuratissimè: quantulum ad plenam & justam eloquentiam promovimus? quamdiu in foro, quamdiu in templis, quibus in locis frequentissimè versamur, patimur regnare barbariem? At è diverso reducta in hæc loca facundia, ubi latitandi sibi locum amplius reperiet infantia barbara? Sacras vel degustare literas Christianus nemo non solet: modò non sit *ἀναγνώστης*, & qui magis in eas penetrant, abundè se putant disertos, si tandem earum assequantur *φράσιν*. In foro verò cujusmodi apud omnes gentes in reddendo jure solet esse facundia, ejusmodi est populi magna ex parte sermo: quod cunctos necessitas ad eam facundiam perdiscendam adigit, sine qua sua tueri non possunt commodè: eorúmque qui in foro sunt celebres, similes in dicendo videri cupiunt omnes. Frustra igitur ad instaurandam Latinam linguam diligentiam adhibueris, inanem omnem insumpseris operam, nisi prius in templa, nisi prius in forum, purum sermonem revoces. Vos itaque veram laudis ingressi viam, primum hæc repurganda vidistis. Vos immortalem consecuti estis gloriam, quos non operis vastitas, non difficultas moliendi, non perficiendi desperatio, non barbarorum copiæ pro castris suis stãtes, ac veluti pro focis & aris dimicare paratæ: non magnus velut augurum numerus religione vos deterrens: non fasces magistratuum ab instituto tam utili remorari potuerunt. Ille genus omne perlustrans autorum, Adagia vetera pene tot ænigmatum speciem reddentia, & graves lectoribus offundentia tenebras, industriâ mirificâ, velut alter *Oedipus*, studiosis enarravit. Multáq; itidem alia egregia edidit opera, & quædam titulis humilibus, quæ non modò ad majora tendentibus cõducunt magnopere, sed velut præludia quædam autorẽ ipsum ad eam provinciam parem reddiderunt, quam suo jure sibi desumpsit, sacras illustrandi literas. Tu non minore diligentiâ veteres excussisti omnes: & dum multa ex *Græco* sermone vertis in *Latinũ*, parem in utraq; lingua facundiam adeptus, *Pandectas* opus immensum, & in quo non pauciores erant mendæ quàm legum capita, commentantiis verò errores multis partibus plures, tibi repurgandum putâsti: & dum *Accursianos* errores palàm facis, demque veram reducis interpretationem, multo plus hausisti laboris quàm *Hercules* ipse, dum *ὑδρείου λέοντι* è stabulis repurgat. Nam quod *Assem* nobis, partésque ejus enarrâsti, ponderaq; & mensuras veteres, novus nobis ædilis restituisti, opus est plus quàm

Herculeum, & in quo ſeculi hujus expectationem longè ſuperâſti. Quis enim unquam putâſſet rem comploratam, elatam, tot ſeculis profundâ merſam oblivione, tot eruditis viris planè deſperatâ, in lucem aliquando redituram? Cujus illud tentantis non arguiſſemus temeritatem? Quem id pollicentem non irriſiſſemus? An te, quæſo, tuliſſet quiſquam, niſi prius id præſtitiſſes, quàm te prædiceres facturum? In cæteris itaq; tuis commentariis alios longè relinquis, in illo planè vincis teipſum. Sed quid ego in tuis ad *Eraſmum* literis, quas is mihi legendas obtulit, vidi? Nonne ſcribis te *αὐτομαθῆ καὶ αὐτοδίδακτον* ſine ulla præceptorũ inſtitutione ad iſtam eruditionis perveniſſe frugem: id quod, ni tam ſimplex animus omnem mendacii ſuſpicionẽ longè ſubmoveret, vix credibile videretur. Me certè in ſummâ tui admirationem ea res concitavit, dum tuam in evolvendis tot autoribus induſtriam, alioqui vix credibilem, majorem fuiſſe cogito, quàm ut hominis videri poſſit, cum ſub eruditiſſimis inſtitutos præceptoribus, atque eos ipſos ſummæ diligentiæ viros, *αὐτομαθὴς* ipſe reliqueris tam longè. Deinde cum mecũ reputo, quas viciſti difficultates, ſubit divina quadam providentia factũ, ut præceptoribus careueris. Quantum enim ſub illis diligentiæ noſtræ perit, dum prælegentes ſecuri atq; oſcitantes audimus, eorũ ſecuti fidem, qui nè quid nobis ignorare videantur, oſtentãdi ſe gratiâ, ſæpe falſa pro veris, dubia pro certis docent. Quo fit, ut errores teneris adhuc animis inſerti, nobiſcum adoleſcant: quos, ubi altiùs radices egerint, fruſtra tentes revellere: adeò nos pudet, quæ imberbes didicimus, ſenes perdenda fateri, teſte *Horatio*. At te diſcendi cupidum, præceptorum inopiâ, fingula notare, nihil pro certo niſi compertum, ducere: nihil tibi temerè credere, quæ cæteri ſecurè tranſiliunt, ad illa ſubſiſtere: nec niſi examinata, perpenſa, propius ſuſpecta, cum ſimilib⁹ collata præterire ſubegit. Magno id, inquis, tuo incommodo tibi contigit, at aliorum incredibili futurum erat commodo. Ingens illud tædium vix tandem devorâſti, at immortalem ex hoc deportâſti gloriam: quæ, niſi magno ſudore, non paratur. Tibi debebit poſteritas, forum repurgatum, reſtitutum Aſſem tibi acceptũ feret. Tu novus nobis *Servius Sulpitius* exoriens, jus civile cum facundia, cum quâ jam multis ſeculis fecerat diſſidium, reducis in gratiam. Quod verò in calce literarum tuarum adjectum erat, te novas in *Pandectas* annotationes parare, lætitia quadam incredibili me perfudit. Mirabar namque cur flatu tam ſecundo dilatus in altum, ancorã in medio lucubrationũ tam utilium curſu, jeciſſes: & cum me in amicitiam tuam inſinuare cuperẽ, ſcribendi argumẽtum mihi ſumere decreveram, ut ad id quod orſus eſſes, abſolvendum te hortarer. Quod jam argumentum mihi præreptum eſſe gaudeo magnopere. Facilius enim tuâ ſponte reſumpto curſu, ex immenſis difficultatum fluctibus, portum tenebis optatum. Porrò his *Minerva* quæ libens tractat majorem addet fere gratiam. Quantum illæ tuæ mihi placeant commentationes, vel ex hoc conjicere poteris, quòd, cum in adoleſcentia primoribus labris humaniores deguſtâſſem literas, ac deinde ad Juris civilis ſtudium, velut ad rem augendam accommodatius, amicorum ſuaſu, fuiſſem detruſus, præceptores meos, viros in *Italia* eâ tempeſtate celeberrimos, meros *Scævolas* & *Papinianos* cunctis viſos: agitare interdum ſolebam, cum ab his legem aliquam in ſuam ſententiam obtorto collo miſeram trahi viderem, longè aliud ſi per vim licuiſſet, ſentientem: gloriantibus interea ipſis, verum (ſi Deo placet) erutum è lege ſenſum, quem funditùs à ſe obrutum veriùs dixiſſent. Hac ego commotus indignitate, nonnunquam de vera lectione, quæ depravatum locum animadvertenti mihi ſuccurrebat interim, de recto interdum ſenſu ſubmonebam hallucinantes. Verum id quoties feci, tam ego ſum illis arrogans viſus, quàm illi mihi ridiculi. *Accurſii* enim, in cujus verba jurarânt, ſacroſanctam autoritatem à quoquam minui, flagitium inexpiabile ducebant. Quamobrem miſeram illorum temporum deflens tum ſortem, optabam aliquando futurum, ut veritatis aſſertor aliquis in medium prodiret, qui tenebras has è jure civili, reductâ luce, diſcuteret. Id quod tandem Dei Opt. Max. benignitate nobis contigit, qui *Budæum* nobis tantum non è cœlo miſit. Nam quis quæſo eſt, qui barbaros, Juris civilis puritatem ſordidâ fœdantes interpretatione, ridiculáque ſæpe ænigmata pro jure reddentes è foro deturbat? nempe *Budæus*. Quis eſt qui Juris nodos, qui legum ænigmata ſolvat? Quis qui veterem in foro facundiam inſtaurat? *Budæus*. Quis qui *Scævolam*, *Papinianum*, *Ulpianum*, *Paulum*, cæteroſque Juris autores à barbaris diu in vinculis habitos in patriam ex captivitate, poſtliminio redeuntes, in forum reducit? an non is eſt *Budæus*. Perge itaque vir eruditiſſime feliciter, ut cœpiſti, & hanc gloriam, cæteris intactam, tuo jure ſolidam amplectere. Nihil non inveſtigatum iſta eruditio dabit, nihil non inventum cum ſtudioſis communicabit iſte animi tui candor. Illa verò tua ad *Eraſmum* epiſtola, tantopere mihi placuit, ut nihil unquam abs te ſcriptum viderim vel feſtivius, vel elegantius, vel quod eruditionis ſpecimen præ ſe majus tulerit, quandoquidem adeò cum ſermone *Latino Græcus* ex æquo certat, ut facilè dijudicari non poſſit, *Græcus* nè eam ſcripſerit an *Latinus*. Illud planè nemo non affirmaverit, eam hominis eſſe eruditiſſimi, & qui vix hujus ſeculi poſſit exiſtimari. Vale.

Guilielmus Budæus Cuthberto Tonſtallo S. D.

EAdem opera fidem *Eraſmi* tui meiq; liberâſti, *Cuthberte* doctiſſime: & ita me tibi obſtrinxiſti, ut vel juris cuiuſvis, vel neceſſitudinis nexu tenaciùs aſtringi, certiúſq; non potuerim. Nullo enim nomine in Calendarium meum referri vel auſpicaciùs, vel honorificentiùs poteras, quàm ut tu ingenii iſtius, ac doctrinæ ſpecimen mihi dares, tam gravi, tam terſâ, tam plenâ benevolentiæ atque elegantis cujuſdam ingenuæque humanitatis epiſtolâ. Quam ad me ſcriptam eſſe ſcio in magnis tuis occupationibus, vel Principis tuis potius. Quem ego ipſum hoc præcipuè nomine olim fore illuſtriſſimum duco, quod obeundis legationibus ſuis viros deligere novit, doctrinâ judicióque præſtantes: qui ſi tui ſimiles unum & alterum in regno ſuo habet, etiã ſummè ut felix ſit, neceſſe eſt. Equidem epiſtolã tuam identidem lectitans, quantum debeam *Eraſmi* amicitiæ, perſentiſco: quo cum nuper pepigi de communicandis inter nos amicis, ut alterutri acceſſerint, illa ut arbitror epiſtola, *Epiſt.*

epistola, quam tu tibi magnopere affirmas placuisse: quo pacto non rationes meas auxisse luculenter, fortunisq; meis præsidium firmum quæsivisse mihi videar? Ecquod enim conventum, ecquis contractus, ecquæ negotiatio rem meam auctiorem reddere, uberioremq; potuit, aut penates meos beatiores facere (quos non tam ipsos substructionibus mirificis architectari, quàm ingenii & industriæ monumentis mihi promptum est) quàm isthæc cum *Erasmo* coita societas, amicorúmq; communio? quorum ut spero judicio & arbitratu, operum meorum structuram posteris approbabo. Profectò *Jovem* ipse *Philium* juris amicitiæ præsidem & interpretem jurare (si liceat) non dubitem, tanti esse mihi hoc pactum, ut si mihi conditio nunc feratur homini non locupleti, prædium tamen opimum merere unum nolim, ut istam societatem *Erasmo* renunciem, ex qua lucri jam tantum feci. Nec recuso quin ob unum te *Erasmus* se mihi perpetuò suámq; imputet amicitiam, duntaxat si id sine contemptu mei facturus est. Neq, tamen sic quoq; cum *Erasmo* paria non facio, sive ex rerum eventis officium amicitiæ, sive ex animi candore ac probitate spectes: utpote qui omnes amicos meos in commune contulerim, viros cum cætera egregios, tum in amicitia perquàm officiosos, tametsi nondum omnes apud eum professi sunt: ut ne apud me quidem *Erasmi* omnes amici; siquidem ita spero rem utrinq; esse transactam, ut primo quoq; tempore, vel cum ita res tulerit, aut ultrò aut citati in medium nomina daturi sint. Porrò autem ne tu mihi hanc fortunarum partem aut vilem esse aut parùm charam putes, quam tam bonâ fide in medium conferam: velim ita existimes, census me bonam partem in amicis habere, nisi mihi homines impostura factitant, verborum vultuúmq; comitate. Certè plus industriæ (quam mihi pecuniæ ingentis loco esse duco) in emerendis amicis occupavi, quàm in emercandis prædiis. Verùm epistolam illam tuam jucundam, suavem, mellitam, saccharatam eandem & salsam, ac mirificâ quadam sensuum acrimoniâ conditam, accepi pridie Nonas Maias, quum non ita multos ante dies peregre rediissem, nec tum satis essem commodâ valetudine, ob idq; subtristis, & ad studium instaurandum remissus, ac languidus. Hac epistolâ cursim primùm ac penè singultim devoratâ, deinde iterum iterúmq; lectâ & regustatâ, ita sensim, vel repentè pótius, recreatus sum & hilaratus, ut omnem mihi tristitiam & socordiam abstersam, omnémq; alacritatem restitutam, mecum ipse demirarer. Id demum suppudebat, quod eam in me ingenii ac doctrinæ præstantiam non agnoscerem, quam tu mihi tribuis. Sed & hic mihi stimulus acutus fuit ad instaurandum studii mei laborem, illámq; animi contentionem expergiscendam, quam (ut ingenuè fatear) semper aluit gloriæ cupiditas: cujus etiam ipsius igniculos ingenuisse naturam animis, non sordidis, nec quæstuariis video, conjecturam ex iis autoribus faciens, quorum nunc scriptis literarum autoritas, disciplinarúmq; majestas humaniorum constat. Quanquam autem quærendæ hujus gloriæ propositum, ita comparandum esse optimo cuique semper existimârim, ut posteritatis magis, & memoriæ in secula permultæ perennaturæ, rationem habere, homines doctrinâ præstare contendentes, debeant, quàm vel sui seculi æqualiúmq; judicii, quod plerunque ambitiosum, aut iniquum esse solet, vel præmii præsentanei: quod perinde ego esse puto, ac si annua, bima, trima, quadrima, (ut Juris nostri civilis conditores loquuntur) aut panlò majore die, solvendum ipse stipuler id operæ mihi precium, pro tantis, tot annos exantlatis ærumnis, quod non nisi æterna persolvi præstatione potest: vel (ut commodiùs loquar) si annua despicabilia, per omnes venientis ætatis annos stipuler vergenti jam ætati, sub mortem mox cessura: cujus ut semper diem ipse nondum venisse sperem (qui error est fere æternus mortalium) ab ineunte tamen vita semper cessisse sciam. Quâquam igitur in diem fructum hujus gloriæ, mihi promitti malim, quàm nunc repræsentari, sit tamen nihilo secius, ut quadam aurâ famæ sinuari vela nostra in cursu gaudeamus, útq; gloriolæ afflatum, quamvis tenuem, captantes, nostrum levari laborem in contentione sentiamus. Neque te autem ita existimare, neque alium quempiam velim, quasi ego tantæ intentionis studium, non alium finem habere censeam, quàm memoriæ cõmendationem, rem sanè fluxam & aspernabilem: siquidem res mortalium suo ac vero precio æstimarentur, ac non populari trutinâ, fallacique expenderentur. Est sua Philosophiæ libra, quam nec forum venalium, nec judiciale novit, quod rebus ipsa caducis, & tempore perituris, æstimationem, quanti minimo statuit: æternis autem quanti plurimo, ne à verbis juris conditorum recedam: hujusmodi æstimationis fructum Philologia, altera mihi conjunx, ex dote sua tandem perceptum ire me subinde mihi spondet: quam ego non more nostratium hominum deamare, sed miserè deperire ab amicis meis gentilibúsq; dictitor. Ex quo enim illam in domum meam induxi: nec fortunis, nec valetudini rectè consuluisse visum sum. Id quod quum mihi vitio jure vel injuria vertatur, homini sex liberis aucto, unicáq; filiola, ab iis quidem qui se ideò frugi esse homines censent, quod argentariam facere, ac patrimonia quantumvis ampla architectari nôrint: haud dum tamen uxoris illecebris, ac puerilibus blandimentis, rei familiaris procacibus avocamentis, medicorum minacibus interdictis, denique morbi tædio ac carnificinâ adduci aut perpelli potui, ut hujus *Ægeriæ* meæ congressu diurno, nocturno, domi, peregrè, ruri, aut in urbe abstinerem: cui ipsi cum annos abhinc duodecim uxorem ducerem liberorum meorum matrem, contra omnium ferme uxoriorum hominum opinionem, nuncium non remisi: sic enim statuebam mihi esse faciundum, ut conjugem quidem legitimam haberem liberorum parentem, ex Philologia autem libros, id est, nominis mei æternam memoriam, prolémque immortalem gignerem. Liberos jam plures aliquanto quàm libros genui, plus corpori fortasse quàm animo indulgens. Posthac (ut spero) marcescente corpore, animus indies vegetior & vividior fiet: utrunq; autem simul ex æquo prolificum esse nequit, sed cum emeritæ facultates corporis esse cœperint, tum demum viribus animi stipendia plenè procedent. In hoc autem studiorum progressu persæpe inhibitus sum, ac prope retroactus adversa valetudine, quæ mihi negotia tam multa exhibuit, ut non semel impetum cœperim, vitæ à me institutæ tenorem

abrumpendi, & desidiæ atq; inertiæ affectum jam corpus dedendi. Quis enim in tam longæ, támq; molestæ valetudinis tædio, non se vel medicorum placitis, vel uxoris precibus, vel amicorum monitis permitteret? Certè nisi genesim philosophicam habuissem, jamdiu philologiam meam domo exactam, habere res suas sibi jussissem: ut priscum verbum usurpem. Non igitur me præteriit, quum superiora illa dicerem, ex literarum studio rectè atq; ordine instituto, sperandam illam esse euthymiam in scholis philosophorum cantatissimam: homini præsertim orthodoxæ philosophiæ initiato, ejúsq; decretis digitis (ut aiunt) consertis hærenti: aut, si ad normam veritatis loqui volumus, euthymiæ simulacrum & imaginem: quandoquidem germanam euthymiam, id est, animi plenam securitatem (quæ non nisi coercitis affectibus, ac rationis vi compositis, omnibúsq; sensibus ad obsequium animi redactis, suos implêsse numeros dici potest) in hac vita haberi non posse existimo. Quippe divi *Pauli* religionis veræ, ac pietatis architecti elogio novimus immanere nobis illum hostem infestum, simul & perpetuum dæmonarchen, primigeniæ noxæ suasorem & impulsorem, contra quem in procinctu nunquã non stare nos debere autumat, nec interim unquam securitati indormiscere. Esse enim ejuscemodi hostem, qui prælio quidem interdum, bello nunquam vincatur: is in omnes occasiones intentus & imminẽs, quum magnos subinde tumultus atq; improvisos in sensibus cieat, non est utique quod quisquam sartum se ac tectum fore ab ejus incursionibus confidere debeat, tanquam intra philosophiæ præsidia atq; in arcem ipsam Euthymiæ penitùs se abstruserit, quum nullum sit hosti præsidium inaccessum, nobili ejusdem divi *Pauli* exemplo: qui ne gratię quidem majoris prærogativa, huic eximi certamini potuit. Sed vereor ne in ἀπειροκαλίας & ineptiæ vitium imprudẽs delapsus sim, cui in epistolæ brevitate philosophari obiter succurrerit. Proinde ad epistolam tuam redeo, in qua illud perfacetum mihi visum est, quod *Erasmum* & *Budæum* quasi duos *Milones* in arena quadam *Palladiâ* committere videris, *Mercurio* designatore & agonotheta, instructoréq; certaminis, spectatore te eodem & plausore ancipiti, atque in utriusq; favorem ambigente: quo quidem epistolæ tuæ loco quum à me gratiam sanè bonam inivisti, tum verò id minimè periculum est, ne in *Erasmi* offensionem impegeris. Siquidem quâ est animi æquitate *Erasmus*, etiam me sibi æquari non gravabitur, ut qui ne præferre quidem ipse gravetur, quum ad *Socraticam* ironiam se composuit, & risum genuinum è comica fronte deterrit: vereor enim dicere frontem eum perfricuisse, quum uno nomine ἀπαιδίαις omnia mea epitheta superasse se diceret, id est ὀλιμαδῆ, ἀυτομαδῆ, atque etiam κακομαδῆ. Atque ego nisi utrunque vestrûm opinione falli, ac planè nihil videre in æstimatione mei libentiùs crederem, tametsi aliorum in scriptis perspicaces, bellissimos vos esse irrisores conjuratósq; clamarem. Egóne ut illo cum *Milone* conferere manus audeam, ni confidam eum remissum ire mihi multas arctásq; prehensiones? nec totos in me lacertos adhibiturum? atque in universum ineluctabiles illas vires ad captum submissurum mediocritatis nostræ? Equidem præclarè atque amplè mecum agi putarem, si isti *Miloni Submilo* esse possem, aut etiam *Milonis aster*. Age quonam tandem modo athleta non ineptus, non absurdus, non explodendus esse potest, qui ut viribus fortasse non careat, Athleticam tamen illam palæstram, artis & industriæ commendatricem, sub palæstricis nunquam didicit? id quod quum de me dicam, tu fidem magis moribus meis indulgere videris, quàm id simile veri esse credere. At verò libens id abs te contenderim, ut si quando publicis muneribus perfunctus, iudicris aliquantisper feriabere, tu cui nunc tantum vacat certamen hoc nostrum animi causâ spectare, de podio vel gradibus in arenam descendas, ac specimen tui præbeas: ego enim non te spectatorem tantùm esse arbitror oportere, sed etiam ex illis unũ quos *Ephedros* appellabant: non ad spectandum tantùm ipsos sedentes, sed ad id veluti subsidiarios atque succenturiatos, ut ne victorem statim securum esse palmæ sinerent, victóq; solatium afferrent cum victore congrediendo. Atque quum epistolam tuam lego, non jam *Erasmo* quamlibet gravi autori, amplissimè de te censenti, sed mihi ipse credo: nihil apud memet gratiosæ amicitiæ tuæ tribuo, id quod illum fecisse, quum ad me de te scriberet, suspicari quis poterat: mihi qui videre tu omnes hujus palæstræ numeros ita tenere, ut sub pædotriba non pœnitendo didicisse te existimare debeam, cum illóq; *Milone* meliùs ac faciliùs paria esse facturum: si tamen cum quisquã nostrum æquare potest. Nam mihi videtur *Erasmus* non jam *Milo*, sed *Pentathlus* quidam esse nobilis, cujus gloria quàm latissimè pateat: qui terrarum peragrator nullibi non documentum ingenii sui dederit, ac periodon prope vicerit, in sacris, in profanis, atq; in omni parte orbicularis disciplinæ certaverit, quam Encyclopædiam vocant, & nusquam non probatus sit. Etenim ut mittam *Panegyricum* & *Christi militem*, multorúmq; ejus operum nobilium nomenclaturam, & *Moriæ Encomium*, quod studiosi fere habent in deliciis, certè quum Iliadem (ut ita loquar) illam leporum *Græcorum* juxta *Latinorúmq;* lego, quæ *Parœmia* vocantur, nunc logothecam *Minervæ* videre mihi videor, nunc *Mercurii* salinum, quem *Logium* appellant, arte eximiâ fabrefactum, & in quo tamen ipso materia cum opificio certet, unde sales candidissimos oratoriâ, comicáq; facundiâ ad usus dicteriorum sumat. Nunc *Pithus* delicias & condimenta vel *Suadæ* medullam, interdum visendam quandam copiosámq; supellectilem, longo intervallo promptam (si tamen unquam sic confertim prompta est) in taberna amplissima expositam prædivitis cujusdam institoris, eloquentiæ ordine descriptam digestámq; decentissimè. In eo volumine invenias duarum elegantium matronarũ poeticæ & oratoriæ artis cultum, mundicias, & ornamentum, ornatricísq; earum, quam *Venustatem* vocant, pigmenta atq; lenocinia, quibus artifices dicendi, & qui *Logodædali* dicuntur, scripta quotidã sua vendibiliora reddebant. Rursus cum ea lego, quæ in novum Instrumentum religionis ac pietatis edidit: quæq; in divi *Hieronymi* libris (quo uno fermè interprete juris divini prudentia nititur) immensso labore explicuit, enarravit, digessit, interpolavit, & planè instauravit, ibi sacrosanctã disciplinam, quâ vivendi moriendíq; ratio nobis constat, rectè atq; ordine constitutam, atque etiam restitutã, ætati

huic

huic noſtræ poſteríſq; gratulor. Simul iſtos triumpho in ordinem eſſe coactos, ſenilis infantiæ ac ruſticæ & elinguis doctrinæ ut patronos & aſſertores, ſic improbos obtrectatores elegantiæ, qui nihil eſſe ſanctum putant, niſi ſqualore ſordibúſq; ſermonis horreat: quiq; philoſophiæ ipſi, omnium bonarum artium auctori & locupletatrici, honeſtatis gravitatíſq; antiſtiti & interpreti, omni nitore atq; elegantiâ verborum ſententiarúmq; interdictum eſſe contendunt ſenatus orthodoxi conſultis: qui ex majorum (quod dici ſolet) gentium patribus conſcriptíſq; cogebatur. Ceu verò, ſi quando uſu venerit ut philoſophia in ſcenâ per proſopopœias theatrales exitura ſit (ut aſſolet apud nos per licentiam ſcholaſticis antehac ferè indultam regaliorum feſtis, quæ *Theophania* vocantur) non tragicam illi perſonam Choragus, aut prætextatam induere: ſed togatam atq; adeò tabernariam debeat. Juvat igitur hæc me legentem animadvertere, Stoicaſtros illos barbaricam loquacitatem antea populariter profeſſos, ita nunc cum ſuis cavillamentis è claſſibus doctorum, atq; adeò de ponte literis ſuffragantium, eſſe dejectos, ut qui prius arcem tenere philoſophiæ putabantur, & ſuffragiorum prærogativam in diſciplinis habere, nunc *Saturnii* lemis caligare (ut proverbio alludam) ab omnibus dictitentur; iis quidem certè, qui aliquo ſeſe numero videri inter literatos volunt. Ecquis eſt autem tam adverſis Gratiis natus, cui jam non ſordeat pinguis illa ac tenebricoſa *Minerva*, ex quo literæ quoq; ſacræ *Eraſmi* induſtriâ terſæ, mundiciem priſcam ſplendoremque receperunt? Quanquam id longè majus eſt, quod idem eadem opera præſtitit, ut veritas ipſa ſacroſancta ex *Cimmeriis* illis tenebris emergeret; etiamſi nondum planè Theologia è ſcholæ ſophiſticæ pedore enituit. Quod ſi quando factum fuerit, ſeculi utiq; noſtri primordiis debebitur. Certè hactenus jam profectum eſt, ut eorum partim faſtum illum ſupercilii ponere videantur, errorémq; taciti agnoſcere: partim quibus integrum eſt per ætatem & vitæ inſtitutum, ſortis ſuæ pœnitentes, nunc literas meliores capeſſere & amplecti. Eandē à me operam in literis civilis prudentiæ, eodem cum ſucceſſu navatam eſſe, tuarum (ut ſpero) literarum elogio in poſterum credetur, ſi quando in publicum exierint. Ac mihiquidem hæc ſcribenti, ridere eorum vanitatem atq; ineptias ſubit, qui obvio cuiq; ab aſpectu aut ingreſſu, ſtatuere precium & æſtimationem ſolent. Hic verba & ſententiam uſurpabo cujuſdam viri gravis, ſolertis hominum æſtimatoris, qui haud ita pridem vidit *Eraſmum*. Quis eſt enim tandem cui de corporis totius facie atq; habitu, omnibúſque affectibus quibus obnoxia ſunt corpora humana, *Eraſmum* æſtimare in mentem venerit, nec eſſe famigeratum illum *Eraſmum* ſuſpicatus ſit, qui arbitretur eum *Mercurium* in ore, *Genium* in præcordiis, *Palladem* in capite, ut *Jovem* quondam illum, habere? Et poſt hæc audet ipſe mentionem mei facere, non jam ut ſibi paris, ſed etiam ſi *Chriſto* & veritati placet, majoris: quaſi verò nec me, nec *Eraſmum* noverim, qui præclari inſtituti vel conditor vel relator, reliquit exemplum poſteritati, ut non ante Theologum profiteri jure ſuo ſe quiſquam poſſet, & ad libros ſacros evolvendos publicè, enarrandóſque accedere, quàm in omnibus Camœnarum fontib⁹ manus ſe ſatis laviſſe conſiſus ſit. Cui utinam ipſi tam par propemodum eſſe poſſem, quàm æqualis propè ſum, ut ex eo epiſtolæ ejus loco video, ubi de ſenectute & ſenio cavillatur. Niſi verò credere par eſt illud, quod de agro ingenii ſui exhauſto jugi fœtura ſcribit. Qui locus & ſi mihi inter alia epiſtolæ loca multa placuit, tamen ei non aſſenſus ſum, quum ipſius ingenii fœcunditatem eam eſſe viderem, eámque ubertatem doctrinæ & copiam, quæ in omnes bonas fruges ſemper reſtibilis ſit: nec aliâ atq; aliâ identidem lectione, velut novis ſubinde riguis indigeat. Siquidem ita fert natura (niſi fallor) ut ſoli præfœcundi ſic eximiæ mentis, ut anniverſaria ejus fœtura luxurie carentem, non etiam effœtam efficiat ſegetem. Ex hujuſmodi ingenio *Eraſmus* quaſi ex lætiſſimo quodam latifundio, atq; ubertatis inexhauſtæ, multis jam annis luculentam meſſem colligit ſolidæ illius & expreſſæ gloriæ, in ſeculáq; iturræ. Tametſi ad eum ſcribens ita cum eo agere ſolitus ſim, itaq; irrequietum ejus animum exagitare, ut iſta diligentia atq; induſtria ſatis eum facere mihi negem, niſi majora indies majoráq; ſuſcipiat, id eſt magnitudini ingenii ſui congruentia, animóq; quantumvis ſublimi non pœnitenda. Inde illa inter nos concertatio, quum ego multa exigua vel mediocria (pro portione captus *Eraſmi* loquor) accepto laturum me pro magnis planè nego: etiam ſi opera perfecta, probata, præſtita lege erunt, ut utar priſcæ formulæ verbis: utpote qui hoc contendam, hominem tam alto, tam capaci, tam verſatili ingenio præditum, in nulla non officina Muſarum expolitum, grandiſſima quæq; opera nunc ſuſcipere debere. Indidē illa inter nos epiſtolaris velitatio, quam tu (ut video) animi cauſa ſpectas: quæ nuper ad conſerendas manus jamjam exarſura videbatur, ut illa prægrandi epiſtola apparet, quâ omnes ipſe copias argumentorum meorum disjecit. Colligere enim reliquias agminis mei ſtatueram copiáſq; ſupplere, ac rurſus certamen experiri. Verùm id ne facerem, ab amicis meis deterritus ſum, qui me imparem tandem futurum videbant, ſi ille per ocium acriùs incaluiſſet. Deinde non ſatis indulgere imperitiæ meæ, aut ruſticulæ ferociæ, viſus eſt homo urbanitatis & facetiarum artifex. Etenim cum omnia ſimpliciter ſcribere ad eum mihi videar, fit tamen neſcio quomodo, ut vel in uſurpando amicitiæ jure nonnunquam, vel aliter imprudens in oxymora quædam incidam, quibus ille veluti ſubdolis cavillis, aut figuris nonnihil offenditur, aut certè offendi ſe fimulat: videlicet hoc illud eſt quod dixi, *Eorum ſum ſimilis athletarum, quos Apalaſtros vocant, qui non nôrunt quid deceat ſimul, & ad id quod agitur, valeat.* Itaque fit, ut quum ego lienem ſcriptitando exercere gaudeam, ille vel ſtomacho, vel incommodæ ſuſpicioni nonnihil dare videatur: ſive id immeritò ſuſpicari interdum in mentem mihi venit, ſive ille veteranus certator, ac planè in hac parte veterator, rudem adhuc me tyronem, petulantiùs me inferentem, hoc pacto emendandum caſtigandúmq; cenſet, id quod ipſe libentiùs mihi perſuaſerim. Quod ſi inter nos hæc de re ſecus ſuſpicaremur, tu juris non modò civilis, ſed etiam amicitiæ conſultus, jus nobis (ut arbitror) redderes, aut litē componeres: certè quidem per me liceret ut id faceres, nec ei quàm mihi æquior eſſes, ut opinor, etiam ſi tibi ipſe familiaris eſt, & (ut ab eo audio)

propemodum ſodalis, quod prædicandum meritò esse putat. Nolim tamen ut quæ de offensionis ſuſpicione dixi, ſeriò à me tu dicta esse credas, quum nihil minus cogitem: ſed velim ut *Eraſmo* perſuadeas, me ob eam ſuſpicionem non reſcribere volumini illi epiſtolari, quo aciem illi inventionum mearum fudit, non prorſus inconditam. Malo enim ille exiſtimet victoriam me indulſiſſe autoritati ſuæ, integris adhuc viribus, quàm herbam porrexiſſe, quum ultra ſuſtinere impetum ejus nequirem. Scripſi ad eum dudum, & iterum (ut ſpero) ſcribam, ſed aliud argumentum eligam mihi tractabilius, & ſi occaſio ſe dederit in articulo eum opprimam. Certè hoc non committam, ut alias quàm incautum & laſſum ab opere ſeriò adoriar. Enimverò gratum, per (inquam) gratum eſt mihi, quod ſimplicitati morum meorum credis, id quod ad *Eraſmum* ſcribens, obiter deploraveram, mihi me præceptorem prælectoremq; fuiſſe, niſi interim ſuſpicarer facilè id te credere, conjecturam ex ſtilo ſcriptorum meorum facientem: in quibus ſubvereor, ne aliquid fortaſſe ſtructuræ refractariolæ deprehenderis aut rudiuſculi ſchematis, quod nec limam, nec ſcobinam officinarum expertum esse videatur. Sed rurſus id minimè ſentire mihi videre, quum etiam eo nomine placere me mihi ac gratulari jubeas, idq; ipſum acceptum ſummi loco beneficii referre providentiæ. O feſtum te hortatorem, & jucundum ac ſolertem, qui τ' ἀμὰ ἐλαπτώματα εἰς παλεονεκτήματα τρέπεις, & quod ſummè pudendum esse cenſebam, aut certè tegendum, ſi celari potuiſſet, id & utile & honeſtum, & mihi prædicandum esse doces. Mane dum pauliſper, omnia tibi indicare in animum induxi, quandoquidem te tam clemẽtem ac dextrum conſolatorem nactus ſum. Dixeram me ἀντιμαθῆ τε καὶ ὁμιλητὴν fuiſſe; & non modò præceptore nullo, ſed etiam ſerò literis bonis ſtuduiſſe: nunc eo amplius dico, literarum me rudimenta & Grammatices principia, ut tum ferebant mores, ſimplicitatis nunc obſoletæ, in hac urbe didiciſſe triviali ſub ludi magiſtro literarii. Cúmque hiſcere *Latinè* vix cœpiſſem, ad juris ſtudium tranſiviſſe, aut tranſiluiſſe potius, diſpendioſo temporis compendio. In quo cum triennii operam luſiſſem, domum reverſus ſalutem dixi literis, ſtudiis utique indulgens juventutis illiteratæ: quoad poſt aliquot annos intra paternos parietes clàm ſtudere mecum ipſe inſtitui, procul omnibus conventiculis hujus urbis ſcholaſticorum, excitante me tantum patris exemplo doctrinæ laudatore, & librorum emaciſſimo. Ibi à deterrimo quoque, ut fit, autore auſpicatus, cum gloſſematum fecem per imprudentiam hauſiſſem, errore tandem intellecto, cum ad libros meliores me contuliſſem, paulatim redundantem illam præcordiis meis fecem rejeci. Ecce autem aliud incommodum, quum accipitrariis & venatoribus ſalute ſemel dictâ, annos abhinc ſex & viginti libris, ut dixi, non magiſtris aliquo cum ſucceſſu operam dare cœpiſſem; ſtatim *Græcum* quendam nactus ſum ſenem, aut ille me potiùs: illi enim vectigal magnum attuli, qui literas *Græcas* hactenus, aut paulò plus noverat, quatenus ſermoni literato cum vernaculo convenit. Hic quibus me modis torſerit, mox dediſcenda docendo, niſi quod & legere optimè, & bene pronunciare ſciebat, non bene tribus chartis ſcriberem, cum interim ipſe ut unum eum esse *Græcum* in *Francia* audiebã, ſic esse doctiſſimum *Græcè* exiſtimarem, & ille oſtendens mihi *Homerum*, nonnullóſq; autores famigeratos nuncupans, flagrare me ſtudio inſano intelligeret. Accedebat illud erroris, quòd quæ erat in eo ignorantia, ego ludificationem esse putabam, quo diutiùs ille me ſtipendiarium haberet. Tandem literis apud noſtros paucis annis illuſtratis *Italia* commercio, libríſq; ſenſim utriuſq; linguæ advectis, cum ego ſarcire damnum contenderem ætatulæ tranſactæ per inſcitiam: nec pecuniæ in cœmundis magno libris, nec labori in ediſcendis parcerem, ac quotidianas ſeſquioperas à me planè exigerem: eò primum perveni, ut dediſcere inſtituerem, quæ malè edoctus eram: deinde ut ultra præceptori illi *Græco* nè auſcultarẽ, etiã ſi ad me ventitabat, libros emparienti venditans ac ſcriptitans, quanti ſemel indicâſſet. Quid tu hic? potéſne iterum, quod incommodo mihi verto, id tu in bonum ceſſiſſe, ceſſurúmve oſtendere? Jam verò adverſam valetudinem non tam mihi agnatã (ut arbitror) quàm cognatam & ingenitam, quantum mihi faceſſiſſe negotiorum putas? cum mihi ſe ſemper ſequaciorem umbra præberet, quocunq; agerem me terrarum: eo jam ipſâ moleſtior, quod ejus crimine literarum ſtudium cum à medicis, tum ab omnibus mihi obviis, plus jam annos quindecim malè audit, ut inſanum & exitiabile: literarum eo ampliùs *Græcarum*, ut veſanum & piaculo ſimile, etiam ſi nuper cœpit esse plauſibile. Nec tamen ideò velim ut omnino me expungas è numeris claſſicorum, ut domeſticâ atque umbraticâ eruditione inſtitutum: poſſe enim ſic quoque mihi videor inter juniores centuriari, cum inter munifices profiteri cœperim, nec præproperè, nec infeliciſſimè, ut veſtræ amborum autoritati, aliorúmq; credo. Interim bis *Romam* adii, urbéſq; inſignes *Italiæ*, doctos ubi homines per tranſennam vidi potius quàm audivi, & literarum meliorum profeſſores tanquam à limine ſalutavi: quantum ſcilicet homihi licuit *Italiam* raptim peragranti, nec liberâ legatione: ſed & domi nonnunquam doctorum hominum familiaritate uſus ſum. In queis præcipuè colui *Joannem Laſcarim*, virum *Græcum*, utraque linguâ pererudituin: qui nunc in Urbe, *Græcorum* ſcholæ præfectus eſt à Pontifice: is quum omnia causâ mea cuperet, non magnopere juvare me potuit, quum ageret ferè in comitatu Regis multis ab hac urbe millibus diſtractus, & ego frequens in urbe, rarò in comitatu fuerim, fecit libens id demũ quod potuit, ut & nonnunquam præſens mihi aliquid prælegeret, id quod vicies non contigit, & abſens librorum ſcrinia concrederet, & penes me deponeret. Certè tyrocinium nullo ſub deductore feci. En tibi ſtudiorum meorum curriculũ, quod ſub patre indulgente ſuppeditantéq; facilè inchoavi, haud ſcio quàm auſpicatò. Patre orbatus annos ab hinc quindecim, ac multa incommoda perpeſſus, fortunæq; improbitatẽ multipliciter expertus, curſum nihilo ſecius inſtitutum peragere velis remiſq; contendi, remoram tantùm unam moleſtiſſimam ſenſi adverſæ valetudinis: ac nihil æquè mihi animum illum alacrem in hæc ſtudia incũbentem contraxit ac demiſit, quàm aſſidua mortis meditatio in horas imminentis, quum ſæpe mihi ſpiritũ intercluſum, ſubindéq; reſtitutum meminerim. Patri copioſè hæres relictus non ex ſolida

uncia

uncia (semissem enim maximus fratrum primigeniorum jure tulerat) ac matris hæreditate eandem partem quadriennio post habui; hoc fere fuit subsidium instituti mihi cursus, cum iis quæ accesserunt, ita ut interim nihil quicquam acceptum tulerim liberalitatibus, aut Regum, aut fortunæ. In quo cursu patrimonii jactarum multum feci per incuriam, etiam si naufragium evasi. Id quod sequitur ex tua epistola, non tam mihi jucundum, quàm quibusdam amicorum meorum fuit, qui tibi ob eam rem multa bona dari divinitùs cupiunt. Hortaris me ut in locis juris explicandis emendandisq; nè lassescam, mihi ita gratulari videre, quasi laboris & conatus ratio mihi constiterit, in eorum hominum elevanda autoritate, quos juris magis *Accursiani*, quàm civilis & *Romani* consultos fuisse apud doctos convenit. Atqui ut mihi ille labor nunquam pœnitendus visus est, cum ob alia multa, tum ob id præcipuè, quod ejus laboris fructus latissimè patere, & ad plurimos studiosorum pertinere dictitabatur: ita nescio quomodo piget opus diu desitum jam, ac pene derelictum retractare, quódque tumultuosis primordiis memini esse inchoatum. In quo meam culpam & agnosco & deprecor (si etiam nunc deprecari liceat) qui flagranti tum animo moderari non potui, quo minus juris prudentiæ causam velut in consilio antiquitatis peritorum agerem, cum eorum hominum convitio, qui juris civilis majestatem imminuere læderéque non verebantur: quibus ut ipsis crimen id verti à nonnullis videbam, ita neminem adhuc extitisse sciebam, qui ex formula legum postulatos, etiam perageret reos criminibus enarratis, ac judicibus missis in consilium. In eos dicendi primas partes occupavi, libentiùs sanè quàm nunc alteram actionem suspiciam. Si quis alius existat, qui has sibi vices deposcat; est alia mihi instituta commentatio, quæ animi mei contentionem à lectione juris avocârit in diversum: juvántq; me magis ea scribendi argumenta, quæ non tam angustis finibus circumscripta sunt: neque enim movere se liberè, expatiarique potest animus lectione longa ac multiplici, quasi farragine obesus & lasciviens, nisi latè patentem materiam, veluti campum liberum & apertum ad excursionem habeat. Neque hoc non esse vitium interdum intelligo animi parum frugi sibiq; indulgentis, sed si ad normam severitatis & frugalitatis adigerem moderariq; gestientem stilum in animum induxerim, cum omnem animi alacritatem abstulerim, & fortasse jejunum exuccúmque reddiderim, tum etiam Genio *Minervæ*; repugnârim: id quod mihi in eam causam valere volo, quam cum *Erasmo* in judicium deduxi. Verùm enimverò, cum hunc mihi laborem lucrifacere, animóq; meo obsequi per eorum veluti creditorum flagitationē non liceat, quòd me de pollicitatione temeraria identidem appellant, ipsorúmq; adeò juris studiosorum, quos jam ipsos mecum in gratiam rediisse demiror ac stupeo, injuriæq; mihi persequutionem condonâsse: quam ipsi non solum atrocem, sed etiam sacrilegam esse putabant, ob suggillatam à nobis numinū suorum majestatem: non id gratiæ, aut potentiæ meæ, sed veritati tribuentes; quam sensim & ipsi agnoscere cœperūt: simul cum tu ejusce rei mihi autor sis & adhortator; idq; gravissimi quidā viri non nesciant, qui epistolam tuam quasi visendū quoddam mercimonium exoticúmq; admirantur, facere (ut opinor) non potero, quin ad aliquot menses in id pristinum rursus me dedam, aliquidque priori editioni annotationum addam perfunctoriè, nisi fortè alium comperero antevertisse mihi, id quod diu exoptavi. Sentio me modum epistolæ superâsse, sed te oblectari epistolis meis dixisti, & ego lubens tecum verba facio: & quum tu me honesto officio provocaris, decuit me nonnihil admetiri auctarii nomine, ut debitores liberaliores faciunt: nec totidem verbis rependere vices tam eleganti, támq; benignæ epistolæ potuissem. Denique hac epistolâ alteram à te paciscor, atque etiam alias multas, cum per otium licebit, siquidem eodem filo eas contexturus es. Sanctius autem scrinium meum tuis & *Erasmi* literis dicabitur, habeóq; epistolas vestras in deliciis, veluti tesseras quasdam amicitiæ, cum viris summis literarum commendatione contractæ, honestorúmque officiorum vicissitudine cultæ, quas præcipuorum legatorum instar (ut spero) charissimo cuiq; liberorum meorum relinquam. Vale, Parisiis XIV. Calendas Junias.

Τυτοισι τοῖς χάιμεσιν εἶδα μὴ φαῦλματά σοι παρέξειν; τοῖς ἐκαδάρτοις τε κ̀ κακῶς γεγραμμένοις. Δοκῶ δέ μοι Μικυθ῀ νῦ) συγγνώμης παρ' σοι τυγχάνειν τῆσδε τ̀ ἁμαρτίας, ὅς γε κατὰ τ̀ πάντ' ἀείσε Ερασμε συγγνώσεις νῦ) ἠξιώθην. Οὐ γὰρ ἂν εἶμαι ἴσα κ̀ ἐκείν῀ ὀπτικῆς τε κ̀ συγγράμων νῦ) δοκῶν, ἧττον ἀυτῆ συγγραμμενικὸς δοκεῖν νῦ) ἀσκμέναις. Ἐρέσσο πάλιν ὦ πλοῖσε ἄξια τῆ πάλεϊ, κ̀ παίσεστά μοι τ̀ κοινὸν ἡμῶν φίλον, τ̀ ἴγαλχ῀ ἀπὸ τ̀ βρετανίας ἀριπόμῆον.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM *LIBER TERTIUS.*

Erasmus Rot. Martino Lypsio S.D.

Epist. 1. ANnon tibi videor eximiè fortunatus, cui gratis obtingit, quod alii vix assequuntur, multo tum studio, tum precio? Nemo non se præbet præceptorem *Erasmo*. Itaq; necesse est, ni planè lapis sim, ut aliquando proficiam. Sed in hoc parum felix haberi possum, quòd isti plerique sic admonent, ut sycophantæ potiùs quàm præceptoris fungantur officio. Quidam hoc agunt non ut me reddant eruditiorem aut meliorem, sed ut nobiscum conferiisse aliquod gloriæ theagium sibi

sibi venentur. Sæviunt omnes, sed nulli magis, quàm qui nihil omnino docere possunt. Quod facere solent clamosi quidam, & plagosi magistri, discipulos excarnificantes: quos tamen nihil docere possunt præter illiteratas ac mox dediscendas literas. Quod genus est iste, cujus libellum ad me misisti, tam indoctum, ut me piguerit legere: tam ridiculum, ut non potuerim non legere, sed inter navigandum. Insaniam autem cum illo, si talibus sycophantiis coner respondere. Sed annotabo singulis verbis singula næniarum capita, sic ut si libet, & numerare liceat.

1. Primùm, testatus se ante hac decem acutis conclusionibus perstrinxisse suum sentimentum (nam his floscúlis vernat totus sermo) ceu confessum assumit, hanc novi Testamenti interpretationem, quâ vulgo utimur, esse *Hieronymi*, cum eam constat nec esse *Cypriani*, nec *Hilarii*, nec *Augustini*, nec *Hieronymi*, cum is diversa legat: multò minus eam, quam emendâsse se testatur, cum in hac deprehendantur, quæ ille damnat: non solùm quantum ad verba, verùm etiam quantum ad sensus. Atque hæc est hujus Theologicæ disputationis basis.

2. Imaginatur & ceu probatum assumit, me publicè corrigere ac mutare vulgatam editionem, cum ego eâ relictâ integrâ & intactâ, quod est in *Græcorum* voluminibus Latinè verterim, obiter indicans ubi nostra cum illis consentiat, aut dissentiat: neq; rarò præferens id quod est in nostris codicibus, emendans si quid depravatum, explanans si quid ambiguè, enarrans si quid obscurè, mutans si quid insigniter barbarè dictum: quod intelligam permultos offensos prodigiosis solœcismis, qui tamen ferè sunt interpretis, non autorum, abhorrere à sacrorum voluminum lectione. Neque enim omnes mortales tam patiente sunt stomacho, ut istius stylum ferre possint. Quòd si imperitis ac simplicibus consulitur simplicitate sermonis, cur non consulamus & eruditis, mundicie sermonis? Quòd si noster hic censor nihil omninò vult edi, quod dissonet à vulgata lectione, non erit fas Novum Testamentum Græcè, ut à *Græcis* legitur, edere, nisi prius ad hanc editionem castigatum, nè quis forte deprehendat lectionis dissonantiam. Quis autem adeò demens sit, ut isthuc dicat? Jam verò abolenda est divi *Ambrosii* vel translatio, vel lectio in epistolis *Pauli*, quæ plurimùm ab hac nostra dissonat: Abolenda & *Hieronymi*, quæ non paucis locis ab hac dissentit. Deniq; nostrorum codicum pleriq; sunt abolendi, quod inter se ferè dissentiant. Et vide quàm ab isto dissentiat *Augustinus*, quem is sibi videtur solus legisse. Nam ille testatur se adjutum etiam exemplariorum varietate; dum quod alius obscuriùs vertit, alius transtulit explanatiùs, ut *non omnia possumus omnes*. Hìc actum putat de fide sacrorũ voluminum, si varia lectio proferatur. Et mavult vel manifestarias mendas in libris sacris relinqui, quã offendi duos aut tres ineptos ac morosos seniculos. At nihil deterruit ab hoc studio divum *Hieronymum*, quod ob voculam, nescio quam, mutatam in propheta *Jona*, totus ferme populus desciverit à suo Episcopo, ridétque Cucurbitarios illos deos, quos tantula res commoverit: etiamsi *Augustinus* hanc fabulam ceu seriam scripserat *Hieronymo*. Agè vel illud mihi respondeat severus iste monitor, Utrum optandum est ecclesiæ Dei, ut sacræ scripturæ libros habeat quàm emendatissimos, an non? Si fatetur optandum, respondeat an fateatur quotidie varias mendas in eos invehi, vel insciti â castigatorum, vel negligentiâ scribarum? Quod si non potest inficiari, cur non amplectitur hoc meum studium, quod omnium maximè ad eam rem conducit, sive ut emendentur depravata, sive nè depraventur, quæ recta sunt? Quandoquidem negari non potest, esse quædam in plerisque nostris, imò in omnibus ferme depravata codicibus. Deinde respondeat, Utrum referat sacras literas rectè intelligi, an non? Si fatebitur referre, cur damnat studium nostrum, quo tot loca sunt explanata, quæ nec iste, quantumvis doctus, hactenus intellexit? Perlegat opus & neget, si potest, quod dico verum esse.

3. Ait, multos conatos subvertere & abolere vulgatam editionem; alios, ut ornatum sermonis adderent; alios, ut falsitatem excluderent, sed omnes frustra conatos. Non pudet hominem manifestæ vanitatis? Proferat unum, qui hoc conatus sit, nisi fortè *Fabrum* unum nobis objiciet.

4. Scribit, inter tot viros Latinè Græcéq; gnaros, quibus abundat *Lutetia*, *Germania*, *Anglia*, *Scotia*, neminem ausum id attentare, cum nuper id ausus sit *Faber*, nostram hanc editionem passim incessens ac vexans.

5. Quis autem non intelligit palàm esse falsum, in hisce locis esse tam multos qui Græcè ac Latinè calleant? præsertim in *Scotia*, cum *Italiam* tacuerit. Ex quo mihi suspicio suboritur hominem *Scotum* esse.

6. Jam quid stultius hac argumentatione, *Plurimi sunt Parisiis, docti in philosophia; nefas igitur huic aut illi quicquam aggredi in philosophia novum.* Ut multæ Myriades sint, unus auspicetur, necesse est. Et tamen inter hos multos opinor me non omninò postremum esse, quod ad utriusq; linguæ cognitionem attinet.

7. Ait *Laurentium* hujus mali caput esse: quasi ille verterit Novum Testamentum, aut quasi non ante hunc idem fecerit *Hieronymus*.

8. Deinde stultissimè stomachatur, nos verba *Christi* redigere sub regulas *Donati*. Perinde quasi *Christus* sic loquutus sit, quemadmodum hìc vertit interpres. Imò cum constet Apostolos Græcè scripsisse, sed parùm emendatè: nè literam quidem tamen in horum sermone mutavimus, tantum abest, ut verba *Christi* velimus sub leges mittere.

9. Ridiculum & illud, quod loquendi regulas nobis tribuit, quasi nos simus Latinè loquendi autores, ac non potiùs ii qui scripserunt ante ætatem *Christi*.

10. Hoc, inquit, decretum indignum æstimat. Imò contra, decreta Pontificum rejici jubent ut adulterinum diploma, in quo comperiatur solœcismus manifestarius: & alterum diligenter statuit de publicè docendis tribus linguis, velut ad sacrorum voluminum cognitionem necessariis.

11. Metitur integritatem sermonis Latini ex veterum consuetudine, quemadmodum scripsit *Augustinus*, quasi nos aliunde metiamur, aut quasi interpres, veterum illorum more sit loquutus. Hìc, opinor, postulârit, ut omnes ipsius floscúlis utamur.

12. Jam totâ hac disputatione commiscet elegantiam sermonis, quæ Grammaticorum est, cum eloquentia,

eloquentia, cúmq; poetica, quasi nihil interſit: totámque loquendi rationem aſſeverat pendere ab exemplo ſacræ ſcripturæ, accuſans interim tot ſacros viros, qui multò ſecus loquuti ſunt, quam ad exemplum ſermonis apoſtolici. Quod ſi non licet aliter loqui, cur ipſe auſus eſt ſic balbutire, tot ſermonis portentis uti, quorum nihil eſt in apoſtolicis literis?

13. Atq; interim ſomniat, Latinum interpretem afflatu Spiritus ſancti vertiſſe, quod nos habemus, cum ipſe *Hieronymus* in præfatione palàm teſtetur, interpretes pro ſuo quemque captu vertere quod aſſequi poſſunt. Alioqui vehementer ſit impius ipſe *Hieronymus*: qui quod habetur in hac editione, non vereatur aliquoties reprehendere.

14. Ut probet omnem eloquentiam petendam à ſacris libris, *Hieronymum* adducit autorem, cum is prophetis aliquot tribuat ſermonis ruſticitatem, *Paulo Graci* ſermonis imperitiam, idq; non uno in loco.

15. Credimus & *Auguſtino* adfuiſſe Spiritum ſanctum in enarrandis divinis libris, & tamen is ſua retractat, & vult cum judicio legi.

16. Ad hæc quod objicit ſibi ex *Hieronymo*, ſanctos diſertiores fuiſſe in ſua lingua quàm aliena, ita diſſolvit homo dialecticus. *Si de mundiali*, inquit, *inflativa & ventoſa linguoſitate agitur, certè ſanctos balbos dicere non reſpuo. Verùm ſi de ruſticitate humana locuti ſunt ſancti, cum prophetas notârunt, nobis jam altiùs ſentire convenit.* Quaſi vitium abutentis mutet nomen eloquentiæ; aut quaſi tribuamus Apoſtolis ineptiam, aut ruſticitatem ſententiarum, in quibus eſt præcipua pars eloquentiæ; aut quaſi *Cypriani* facundia, ventoſa ſit linguoſitas, quia diſſimilis ſermoni prophetico.

17. Denique bellum hunc ſyllogiſmum ita elaudit: monet omnes ineptias poetarum ac mendacia reſpuenda, quo vera ſit illius concluſio: ea eſt hujuſmodi, ut ad verbum reddam, nè quid exiſtimet me calumniari: ſola integritas ſermonis, ornatus, elegantia ſeu eloquentia, eſt in ſacra ſcriptura. Sed quid eloquentiæ aut poeticæ cum Grammatica? Nam hinc cœpit amphora, ſubitò urceus exiens. At divus *Auguſtinus*, cujus meminit, jubet ſuum *Licentium* ad ſuas redire Muſas. Et *Hieronymus* in *Ciceronis* dialogis verſatur, quo ſermonem reddat copioſiorem. Quis autem veterum non hauſit eloquentiam ſuam ex oratorum ac poetarum libris? Aut quis unquam verborum ſupellectilem ex ſacris voluminibus petiit? Denique an quiſquis poetas deſpexit, protinus ſacram illam ac propheticam eloquentiam aſſequutus eſt?

18. Quis autem non videt egregiam illius concluſionem manifeſtam habere blaſphemiam? Ait ſolam elegantiam eſſe in ſacris literis: nihil igitur illic aliud eſt quàm elegantia? Nec tamen hoc dicit *Auguſtinus*, quem hic autorem adducit, quod iſte ſenſit, licèt ob balbutiem, quod ſenſit exprimere nequiverit: non enim colligit in ſolis libris divinis eſſe eloquentiam, ſed in his non abeſſe eloquentiam, cum adſit ſapientia, cujus illam pediſſequam eſſe vult; licèt fateatur aliud eſſe genus eloquentiæ: & tamen hoc in quæſtionem vocat, an illis omninò tribuenda ſit aliqua pars eloquentiæ, cum de cæteris virtutibus non dubitet.

19. Ut diſſimulem interim, non continuò conſequi, ſi poſſis aliquot ſchemata proferre ex apoſtolicis literis, protinus illic eſſe abſolutam eloquentiã, cum *Hieronymus* & *Origenes* ac *Chryſoſtomus* frequenter offendantur hyperbatis, anantapodotis, aliiſq; ſermonis incommodis: ſed, ut in apoſtolicis non requirimus *Ariſtotelicam* aut *Platonicam* philoſophiam, ut nec opes aut ſatellitium, ita non requirimus eloquentiam.

20. Mox tria inſignia mendacia connectit, cum ait, *me denotans*: Quid ergo jam agere intendit, qui quondam damnatam verſionem *Laurentii Vallenſis*, in lucem candeſcere conatur, niſi ſacræ ſcripturæ eloquentiam infamem & ineptam reddere? Primùm, quis neſcit falſum eſſe, à *Laurentio* verſam ſcripturam ſacram? Falſiùs autem, ejus annotationes quondam eſſe damnatas. Falſiſſimum quod ait, *qui eas evulget, eloquentiam ſacræ ſcripturæ conetur infamem reddere*: quam illuſtrat potius & commendat, qui portenta ac mendas, quàs iſtius ſodales invexerunt, amolitus fuerit.

21. Deinde magnis tragœdiis in me debacchatur, qui in proverbio quopiam obiter ſcripturam ſacram *Sileni Alcibiadeis* comparârim, cum aliis verbis idem nemo non dicat orthodoxorũ. Quid autem aptius dici poterat? Atq; hic ita loquitur, quaſi ipſe ſolus ſacras literas intelligat, quòd rudis ſit omnis elegantiæ, & quaſi nos nihil hujuſmodi poſſimus aſſequi, quod ſe gloriatur aſſecutum.

22. Atq; interim quàm improbum agit ſycophantam, cum affirmat à me hac collatione rideri ſcripturam ſacram, cum totum hoc in laudem & commendationem tum *Chriſti* tum illius ſcripturæ dixerim, quod palàm eſt omnibus qui legunt noſtra? Hæc videlicet eſt illa cœleſtis eloquentia, quam ſolus abſque poetarum cognitione didicit è ſacris libris: cujus vis ſit ejuſmodi, impudentiſſimè confictis calumniis in alienam debacchari famam.

23. Ejuſdem vanitatis eſt, quod ſcribit, à me eloquentiam adimi ſacris libris, cum eam tot locis prædicem. Tantùm cum interprete mihi res eſt, & ſiquid deſideramus in Apoſtolis, id in verbis ſitum eſſe fatemur, nec tamen inſectamur aut corrigimus.

24. Hic veluti cenſor, omnes poetas præcipitandos edicit, ad quos, ut dixi, *Auguſtinus* revocat ſuos, quóſque toties cum honoris præfatione citat, nec ille tamen ſolus. Quorſum autem attinebat poetarum facere mentionem, quaſi horum præſidiis emendaverimus Novum Teſtamentum, ac non potiùs ex veterum orthodoxorum autoritate, quos tota probat ac legit eccleſia?

25. Poſt hæc gravi autoritate *Thomæ*, neſcio cujus, nam *Aquinatis* non puto, qui ſcripſit commentarios in philoſophicam conſolationem *Boetii*: probat quod aſſerit, poetas præcipitandos, quod *Boetius lacerat* dixerit camœnas: nec animadvertit, quòd illi laceræ dictant ſcribenda, quódq; toto opere lyricis verſibus ludit: nec omnes abigit, ſed ſcenicas duntaxat: nec abigit in totum, ſed in luctu duntaxat gravi, qui remedium præſentius deſiderat. Ignoſcam, ſi quis Muſas contemnat, ut contempſit *Boetius*, verùm hic poeticen contemnit, ut aurum ac gemmas aſini.

26. Porrò, quod *Boetius* camœnas *elegas*, quæ luctum præ ſe ferunt, *lacerat* ſcripſit, hic ad univerſam accommodans poeticen, ait *lacerat* bifariam dici: *activè*, quia lacerant mentes hominum; & *paſſivè*, quod non nitantur rationis fundamento: utrunq; ex æquo ſtultè.

27. Ac

27. Ac longius evectus, quoniam elegantia non pendet à ratione, ſed ab autoritate, provocat nos, ut propoſitis duobus exemplis, hinc ex poetis, hinc ex ſacris libris, aut vincamus, aut vincamur. Propono igitur illud ex Apocalypſi, ὁ ὢν, ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, quæ verba *Joanni* tribuuntur, nè quid cavilletur de interprete. Rurſus è poetis illud, *Dimidium facti, qui cœpit, habet.*

28. Quanquam interim, oblitus eſt, *Auguſtino* dici *majores*, priſcos ſcriptores, videlicet *Plautum*, *Saluſtium*, *Ciceronem*, alióſque conſimiles: atq; ab horum autoritate pendere ſermonis elegantiam, non à Spiritu ſancto. Atqui ad hanc autoritatem non reſpondet apoſtolicus ſermo.

29. Ut nè dicam interim, quod *Auguſtinus* ex *Fabio* ſumptum docet, *Orationis* tres eſſe *virtutes*, ut *doceat*, *delectet*, ac *flectat*, id ad *Thomam* autorem refert. Quis autem neget, hoc præſtari poſſe à Spiritu ſancto, cum iſte ſine Spiritu ſancto tantopere delectet; licèt nec docens, nec flectens, niſi ad riſum?

30. Præterea, ſtultiſſimè ratiocinatur, *Hactenus uſa eſt eccleſia hâc tranſlatione, quæ ſi tollitur, caruit Spiritu ſancto.* Ego viciſſim colligã, *Ambroſius caruit hâc tranſlatione, caruit igitur Spiritu ſancto.*

31. Imò hoc uberius donum Spiritus accedit, quo plus bonarum rerum accedit eccleſiæ. Olim literis atque eloquentiâ, olim opibus ac ditione carebat eccleſia, nunc acceſſerunt, at non ideo ſuam ſponſam deſeruit *Chriſtus.*

32. Is ſermo ruſticanus ac ſimplex, quo traditum eſt Novum Teſtamentum ab Apoſtolis, conveniebat illis temporibus, nunc fortaſſis expedit, ut nitidiore tradatur, modo ſimplici.

33. Atque interim totâ hac argumentatione ſolœciſmos, quos habemus in Novo Teſtamento Latino, atq; etiam mendas, quas non paucas iſtius ſodales invexerunt, ad ſacrum Spiritum autorem refert, ſed impudentiſſimè, cum id nec in Apoſtolis fieri conveniat.

34. Poſtremo ſyllogiſmo plus quàm *Chryſippeo* rem conficit: *Eloquentia pendet ab autoritate, non eſt igitur ſcientia: ſed utrum ab autoritate minorum an majorum? non à minorum autoritate, igitur à majorum: ſed nemo major Spiritu ſancto, igitur non licet aliquid innovare in Novo Teſtamento.* Quis hæc legens, non riſu diffluat?

35. Ad hæc calumniatur, quod in epiſtola quadam ad *Dorpium*, doceo proceribus eccleſiaſticis majori curæ fuiſſe peritiam linguarum, quàm ſophiſtices, aut *Ariſtotelica* philoſophiæ, cum nominatim de linguis caverint, tanquam omnino neceſſariis, de ſophiſtica aut philoſophia non item: Imò in decretis in dubium vocetur, magnis autoribus eam improbantibus. Hic mihi triplex impingit mendacium. Imò, *Omnis*, inquit, *ſapiens docet ſine philoſophia ſcripturas ſacras intelligi non poſſe.* At ex his omnibus nec unum profert. Quòd ſi proferat, ad me non pertinet, cum ego de cautione decretorum loquar.

36. Tum fatetur, dubitatum de philoſophiæ ſtudio, at non improbatum. Idem ego dico. Certius igitur eſt, de quo decretum eſt, nec unquam dubitatum.

37. Item negat à magnis autoribus improbatum philoſophiæ ſtudium. Id non negabit, ſi legat *Originem*, *Hieronymum*, *Ambroſium*.

38. Sic autem hìc mecum agit, quaſi damnârim philoſophiæ ſtudium, cum eam contulerim tantùm cum uſu linguarum. Certè negari non poteſt, donum linguarum datum Apoſtolis, ceu neceſſarium ad Euangelicam prædicationem; philoſophiæ *Platonicæ* aut *Ariſtotelicæ* cognitionem datam non legimus, etiam ſi moderatum hujus ſtudium vehementer probo.

39. Ridiculum verò, quod interpretem, hoc eſt tranſlatorem, vult abſque ulla veterum autorum lectione ſuam elegantiam à Spiritu ſancto petere. Et enarrationem, quod eſt excellentius munus quippe prophetiæ, negat cuiquam contingere, niſi præſidio philoſophiæ *Ariſtotelicæ*.

40. Hanc primam, ut vocat, concluſionem ita claudit, ut dicat omnes poetas fuiſſe fures & latrones, qui poſtea venerint. Atqui plerìq; poetæ *Chriſtum* præceſſerunt: nec diſtinguit poetarum genus, ut videatur *Damaſum*, *Gregorium Nazianzenum*, *Prudentium* in hunc ordinem detrudere.

41. Deniq; velut oblitus ſui, fatetur in libris ſacris abeſſe elegantiam, ſed ita Deo viſum, per ſtultitiam ſervare genus humanum. Neq; autem quenquam ſanctorũ auſum mutare ſtilum interpretum, cum id auſus ſit *Hieronymus*, cum jam interpretatio Septuaginta quingentis fermè annis publico eccleſiæ uſu eſſet recepta. Præterea non veritus eſt intolerabilem auribus Hebraiſmum mutare, quem adhuc videmus in libris, quos ſcripſit *Auguſtinus* de locutionibus veteris Inſtrumenti.

42. *Qui negat*, inquit, *hanc tranſlationem eſſe* Hieronymi, *damnat univerſum orbem, omnes ordines, omnem ſtatum. Ipſa etiam* Romana *eccleſia fatetur ſuam tranſlationem eſſe* Hieronymi, *atq; præfationes ejus præmittit.* Sic ille. Doceat quod tam fortiter aſſeverat, nec *Romana* eccleſia unquam de hoc pronunciavit, & doctorum conſenſus eſt hanc non eſſe *Hieronymi*.

43. Quorſum igitur attinet convitium quod in me torquet. *Nónne omnes hi mendaces, & hic ſolus verax?* Quaſi ſolus hoc dixerim, quod plus ſex millia doctorum fatentur.

44. Sed adduntur *Hieronymi* præfationes. *Quid novi, cum doceant?* quanquam aliquot ex his *Hieronymi* non ſunt.

45. Deinde exigit, ut doceam, ab *Hieronymo* quædam reprehendi, quæ noſtra habet editio. Imò legat ipſe *Hieronymum*, & meam ſi poteſt, refellat vanitatem.

46. Negat eccleſiam errare poſſe. Continuò nè errat eccleſia ſi tuus codex depravatus eſt? Et tamen quædam accedere poſſunt eccleſiæ, quæ antehac neſcierit. Neque nos affirmamus in hac eſſe tranſlatione, quod fidem ſubvertat orthodoxam, eſſe tamẽ quod operæ preciũ ſit admoniſſe. Lege noſtra, & niſi ſexcẽta loca comperies, antehac abs te tam docto viro non intellecta, me in jus voca.

47. *Scandalo es*, inquit, *orbi, dum novas recepta.* Imò maximi & optimi quiq; mihi gratias agunt, & qui prius oblatrabant, opere lecto, deſinunt oblatrare, ſed offenduntur pauci ſupercilioſi, qui nolunt quicquam videri neſciſſe.

48. *Ut demus*, inquit, *ineſſe errores, non oportebat in vulgus proferre.* Imò maximè invulgus efferendum eſt, quod oportet ab omnibus ſciri.

49. *Non poteſt*, inquit, *privata perſona non autorizata, novam tranſlationem cudere, veterem corrigere.* Primum opinor & mihi licere, ſi quid in ſacris literis profeci, in medium afferre, poſtea quàm

in

in Theologorum ordinem sum cooptatus. Deinde nec novam eudo sed Græca verto, & vetus editio omnibus ut erat, per me manet. Postremò ut nullâ sim autoritate præditus, cum indoctis liceat sacros libros corrumpere, mihi non licebit emendare, nisi synodo convocatâ? sed fingat me episcopum, aut cardinalem esse, quid hoc ad præsens negotium, quod non mitrâ aut galero, sed linguarum peritiâ constat?

50. Quin & illud ridiculum, quod ait per hanc translationem convictos *Hieronymum Hus* & *Vuiclef*, cum alter exustus fuerit, non revictus, alterius libri non nisi post mortem damnati: quod si maximè verum esset, non licebit igitur è sacris libris, si quid erroris irrepserit, tollere?

51. *Si quid erroris est*, inquit, *secundum Patrum antiqua testimonia fuerat emendandum.* Atqui id quod monet, maximè factum est à me: verùm hoc istum fugit, quia librum non inspexit.

52. *Lepra*, inquit, *sacerdoti indicanda, cujus est judicare.* Rectè, & ob id *Leoni* decimo misi opus, cujus hortatu susceperam. Atque is per duos Cardinales studium meum comprobavit: cum illi visum fuerit, delegabit cui volet, ut nostri codices ab eruditis emendentur. Eam provinciam mihi non sumo, licèt ad id viam struxerim.

53. Jam quod adducit de septuaginta cellulis, non videt in *Hieronymi* caput recidere, qui eas velut mendacio cujuspiam extructas ridet. Si illorum translatio Spiritui sancto tribuitur, impius *Hieronymus*, qui eam alicubi mendacium vocat; & tamen hic *Hieronymi* judicium sequitur ecclesia, in plerisque veteris Instrumenti voluminibus.

54. Ejusdem prudentiæ est, quod ait *à Græcis libros ipsorum falsatos, ubi defciverunt à Romana ecclesia.* Quæso quid erat causæ, cur eos omnes corrumperent? Porrò cum nuper desciverent à *Romana* ecclesia, qui fit ut novi codices illorum cum vetustissimis consentiant? qui fit ut *Origenes*, ut *Basilius*, ut *Chrysostomus*, ut *Latini* quoque, *Ambrosius*, *Hilarius*, *Cyprianus*, cum illorum falsatis libris consentiant, à nostris dissentiant? An horum omnium libros semel falsârunt *Græci*?

55. Porrò quod ex decretis Pontificiis objeceram, Novi Testamenti veritatem ex *Græcorũ* voluminibus examinandam esse, fatetur illis temporibus conveniisse, his nihil minus. Causam reddit, quod desciverint. Quasi verò defectio *Græcorum* mutârit *Græcorum* euangelium.

56. Verùm si ideo nõ est fidendũ *Græcorũ* libris, quòd à *Romana* ecclesia defecerint, nec *Hieronymi* temporib⁹ licuit ex Hebræorum voluminibus emendare vet⁹ *Testamentũ*, cum jam tum *Iudæorũ* popul⁹ non à *Romana* ecclesia, sed prorsus à *Christo* defeciisset, quod ego arbitror aliquanto scelerati⁹.

57. Postremò, si fidendum est tantum *Græcorum* libris, qui schismatici non sunt, horum exemplaria potissimùm sequimur, quæ tamen à schismaticorum libris non discrepant.

58. Sed omnium impudentissimum est, quod cum ego scripsissem, *Græcorum libros difficilius corrumpi* quàm nostros, hìc fingit à me dictum, *non posse ullo pacto Græcorum codices vitiari*: cumq; causam adduxerim, scripturæ *Græcanicæ* difficultatem, quæ non solùm apicibus, sed & diphthongis & accentibus constat, is mentitur hanc à me dictam causam, quòd *Græca* lingua falsitatẽ non admittat. O perfrictæ frontis hominem, præsertim cum extat epistola nostra, non semel jam excusa typis!

59. Atque hìc ait me contradicere *Augustino*, qui scripserit ab hæreticis *Græcis* solùm *Latina* euangelium recipi. Quid istuc ad nos, si quos hæreticos habuerunt *Græci*? An ideo corrupti sunt codices *Latini*, quia apud *Latinos* exiterunt hæretici? Nos in hoc opere solos orthodoxos sequimur, & tamen est, ubi par sit & hæreticos audire. Rogo quod hoc novum acumen est?

60. Insectatur quod scripserim, *Græcos* non discrepare à *Romana* ecclesia in his quæ Novi Testamenti libris explicantur, tantũ olim de verbo *Homusii*, nunc de ritib⁹ quibusdã, de potestate, & paupertate Pontificis *Romani* disputare. Legat, inquit, *Augustinum* de hæresibus, & discet quod hactenus ignoravit. Quod obsecro genus enthymematis hoc est? quis nescit apud *Græcos* varias hæreses extitisse, & antequam *Græci Romanam* agnoscerent ecclesiam, cum tamen orthodoxi haberentur? Nos de schismate agimus, & in quibus nunc *Græci* discrepent, qui se à sede *Romana* submoverunt.

65. Quòd si contendit à *Græcis* falsatos esse codices, utique corruperunt ea, quibus refelli schismaticum dogma videretur. Proferat igitur vel unum locum, qui isto nomine possit esse suspectus. Imò si quid esse potest suspectum in *Græcorum* voluminibus, illa potissimum sunt, quæ pro *Arrianis* aut *Origenistis* facere videbantur, in quorum vel odium, vel invidiam sic universa *Græcia* conspirâsse videtur, ut cum ex *Origenis* fontibus illorum scriptores hauserint ferè, quicquid tradunt dignum cogniru: tamen nihil magis videantur habuisse studio, quàm ut illius lucubrationes omnes funditùs abolerent, quæ nobis ad cognitionem sacræ scripturæ vel solæ satis esse poterant. Ut dissimulem interim, quod ita me jubet *Augustini* librum de hæresibus legere, quasi solus ille legìsset, aut quasi citra illius jussum legere non potuerim, aut quasi non compluribus locis ex hoc volumine citem testimonia.

62. Non mihi tempero, quin sicut acumen hominis, & eloquentiam jam perspeximus, itidem & festivitatis gustum aliquem præbeam. Hujusmodi salibus in me jocatur, homo lepidus & Gratiarum alumnus. *Hieronymus*, inquit, ait: *Tot sunt exẽplaria, quot codices, hunc ipsi legunt, hunc illi, quem iste noster translator sumet in autoritatem? Certè* Hieronyme *sancte, in vanum impulit te* Damasus *Papa in sudorem, cum erat* Græcus *codex & emendatissimus, quem iste noster translator invenit. Heu* Hieronyme, *oculos tunc nycticoracis habuisti, qui tale exemplar invenire non potuisti, quale noster novus homo invenit.* Sic ille. Inter hæc mihi *Lindius* ille *Hercules* venit in mentem, cui conviciator inter epulas voluptati fuerit. Olim tot erant exemplaria, quot codices, hodiè non sunt. Quid igitur secutus est *Hieronymus* in castigando? Deinde num ego unico codice nixus sum?

63. Rursus assumpto, quod initio assumpserat, me novâ translatione veterem tollere, præscribit nobis *Augustini* regulam: qui in canonicis scriptis ecclesiarum ut plurimùm autoritatem sequitur: inter quas sanè illæ sint, quæ apostolicas sedes, & epistolas meruerunt accipere. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas quæ ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis, præponat eis, quas quædam non accipiunt: in eis verò quæ non accipiuntur ob omnibus, præponat

eas

eas quas plures gravioréſque ſuſcipiunt, eis quas pauciores minoriſque autoritatis eccleſiæ tenent: ſi autem alias invenerit à pluribus, alias à gravioribus haberi, quanquam hoc facilè inveniri non poſſit, & cætera. Ex his colligit noſtram nullius eſſe ponderis. Imò quid hæc ad me pertinent quæ de voluminibus rejiciendis aut recipiendis dicta ſunt, non decaſtigatione? Alioqui cur ipſe *Auguſtinus Hieronymianam* recepit converſionem planè novam? Ad hæc, ubi locum habebit hæc *Auguſtini* regula, ſi ſolum hoc recipiendum ab omnibus eccleſiis, quod una *Romana* recepit eccleſia? Non quòd infecter *Auguſtinum*, ſed quòd ex his appareat illum *Romanæ* ſedis autoritatem non agnoviſſe, quam illi nunc tribuimus: præſertim cum idem ſcribens *Innocentio*, fratrem illum appellet; nec ullum indicium præbeat inſignis illius eminentiæ, ſed agat veluti cum collega.

64. Poſt hæc ſic agit, quaſi ſentirem falſitatem aut ineptiam ineſſe ſacris literis, in quibus obſcuritatem ineſſe fateor. Verùm ſi quid in codicibus falſi aut inepti, id non Apoſtolis, ſed iſti ſycophantæ ſodalibus aſcribendum: Cæterum nihil ego muto, quod ad fidei firmitatem attineat.

65. Monet igitur librum ſummo pontifici mittendum fuiſſe, ut illius arbitrio premeretur aut ederetur. Ad iſtam rationem omnes libri mittendi eſſent ſummo Pontifici, quòd in omnibus eſſe poſſit, quod aliquos queat offendere. Verùm id nec *Thomas* fecit, nec *Scotus*, imò nec *Auguſtinus*, nec *Hieronymus*. Prius evulgârunt, comprobatio conſecuta eſt, non quæſita. Porrò cum non convellam veterem editionem, ſed prodita recognitione faciam, ut illam & emendatiorem habere poſſimus, & rectiùs intelligere, qui ſuſpicari potui fore ſimiles iſti ſycophantas, qui operè nulli non frugifero offenderentur? Sed metuendũ erat offendiculũ, ab infirmis erat metuendũ. Atqui ab his nullum eſt ortum offendiculũ. Tantum unus aut alter hoc mali concitaverunt, qui inter perfectos habentur, opere nondum edito paſſim inficientes ſimpliciũ animos, atq; id damnantes, quod nondum erat cognitum: ac prius opus in invidiam vocantes quàm operis ſentiretur utilitas. His igitur imputandum, non mihi, ſi quis offenſus eſt.

66. Jam quòd auſus ſim dedicare *Leoni* decimo, temeritatem appellat. *Poetæ*, inquit, *temerariâ frõte, obſcœna quæque dedicant ſummis gradibus præditis eccleſiaſticis*. Quorſum huc poetas ſubitò invexit ſycophanta? Aut qui ſunt iſti poetæ, qui ſua obſcœna Pontificibus dicant? Imò Pontifici dedicavi, ipſius ad me literis provocatus, neque gravatus eſt ipſe opus bonâ ex parte legere. Atque teſtibus graviſſimis viris, lectum coram Cardinalibus ſuis atque eruditis, ſummis laudibus extulit. Et ut antè dixi, per duos Cardinales mihi reſpondit.

76. Quid eſt autem quod iſte vocat *autorizare*? ſic probare ut nihil inſit erroris? Ad iſtam legem, præter canonicas ſcripturas, nihil habemus autorizatum: nec hoc à *Leone* flagitavi. Tantùm admoneo, judicium relinquens eruditis, ſi quid fortè rectiùs invenerint.

68. His feliciter declamatis, in campum amœnum expatiatur, interpretis dotes nobis deſcribit ex *Auguſtino* ac *Thoma*, ſed interim confundens ubiq; donum linguarum aut interpretationum, & donum prophetiæ, quæ *Paulo* diverſa ſunt dona. Negat quenquam ſacras literas poſſe vertere, niſi præditum dono Spiritus ſancti. Atqui docui, divum *Hieronymum* aliter ſentire, cum ipſe ſit utriuſque Teſtamenti interpres.

69. Ad hæc, quemadmodum hodie nullus eſt, opinor, tam inſolens, ut ſibi arroget prophetiæ aut linguarum donum, ita temerarium eſt de alieno ſpiritu judicare. Annixus ſum ut quæ rectiſſima ſunt, traderem, veterũ orthodoxorum ſecutus veſtigia, neq; quicquam ſpectavi præter lectoris utilitatẽ, & *Chriſti* gloriam. Inter laborandum ſubinde imploravi ſacri Spiritus opem: certè rectus animus non defuit. Porrò, quis angelus iſti ſubindicavit, mihi Spiritus auxilium defuiſſe cupienti prodeſſe, cum ſibi videatur illum habuiſſe in cõſiliis, cum has ſcriberet ſycophantias? præſertim in opus illi nè conſpectum quidem. Neque me fugit, quis ille huic paracletus ſuerit qui opus nondum natum calumniatus eſt: is iſti inſpiravit, ut non lectum carperet: ſi tamen iſtud eſt carpere, quidvis in rem incognitam evomere.

70. *Negat cuiquam fas eſſe docere ſine publica autoritate.* An non ſatis eſt iſti, mihi eandem eſſe autoritatem quæ *Thomæ* fuit? licet me cum eo non conferam. Non ſatis eſt, quod optimorum præſulum efflagitatione: quod ſummi Pontificis hortatu id facio? nec tamen *Thomas* de libris edendis agit, ſed de publicis concionibus aut profeſſionib'.

71. *Negat* Hieronymum *auſum aggredi tranſlationem ſcripturæ ſacræ, niſi juſſu Damaſi.* O perfrictæ frontis hominem! Pentateuchum cujus autoritate tranſtulit? nonne ad preces *Deſiderii* cujuſdam? an *Damaſo* autore vertit libros *Eſdræ*? legat illius præfationem, & pudeat vanitatis. *Thobiam* nonne *Chromatio* & *Heliodoro* autoribus vertit? Sed quid opus ad ſingula mendacium refellere, cum *Hieronymus* ſolum novum Teſtamentum ad preces *Damaſi* papæ recognôrit?

72. Conſtat igitur novum Teſtamentum juſſu *Damaſi* recognitum, at non conſtat ab eo probatam *Hieronymi* recognitionem. Neque enim probari poteſt, quod non cognôris: præſertim cum iſte putet rejiciendum, quicquid publicis inſtrumentis non fuerit autorizatum, ut & ego floſculis illius abutar.

73. Quanquam hoc negotii non injungit *Damaſus* tanquam ſummus orbis Pontifex: quod an fuerit, in medio relinquo: certè nomen hoc nondum illis temporibus erat auditum, quantum ex veterum omnium ſcriptis licet colligere, ſed injungit tanquam *Romanus* Pontifex *Hieronymo* hactenus *Romano*, quod illic & baptizatus ſit, & presbyteri conſecutus honorem.

74. Illud interea mirum, ſycophantam hunc, aut illius ſuggeſtorem ſpiritum, nè verbo quidem unquam attingere *Faberum Stapulenſem*, qui & prior, & plus auſus ſit quàm nos: nec ullâ ſultus autoritate vel Pontificis, cui ſcripſeramus nos aggreſſuros opus prius quam aggrederemur, vel ea quam accipiunt, qui inter Theologiæ profeſſores allegantur. Ex quo palàm eſt iſtum, non facto offendi, ſed hominem voluiſſe inſectari.

75. His igitur ex animi ſententia geſtis, pergit in epiſtola ad *Dorpium* mea, calumniari: quod ſcripſerim *Hieronymum* alicuoties ſibi non temperare quin in *Vigilantium* incandeſcat acriùs, In *Iovinianum* inſultet immoderatiùs, In *Ruffinum* amaru-

amarulentius invehatur. Atque hanc atrocem in *Hieronymum* contumeliam interpretatur, quasi scripserim, hoc non rectè ab *Hieronymo* factum, aut quasi *Hieronymus* non fuerit ullis humanis vitiis obnoxius, dum viveret. Denique quasi non optimus quisque, hanc aliquoties in *Hieronymo* desideret animi lenitatem.

76. Tum autem refellens, quod scripserim in meis scriptis *nullius notari famam*: objicit, quod locis aliquot à *Thoma*, à magistro Sententiarum, à *Lyrano*, ab *Hugone Carrensi* dissentiam, quasi quisquis dissentiat, contumelia afficiat aut famam incessat ejus, à quo dissentit. Quo quid dici potest stultius? Et tamen ita dissentio, ut cum honoris præfatione id faciam, quibus hanc debemus reverentiam, quam ego nec *Lyrano*, nec *Carrensi* puto deberi. Quòd si qui minus jam illis tribuunt, quàm antehac tribuebant, an conveniebat ob illorum autoritatem nos omnes errorem sequi?

77. *Negat eos passuros fuisse, si superessent*; Ipse igitur, qui velut alter *Helizæus* in horum spiritum successit, partes illorum si potest, tueatur.

78. Jam illud, elenchum putat esse palmariũ q in annotationibus, quas in *Hieron.* scripsi, *Franciscanum* quendam obiter aspergã joco, cum id citra nomenclaturã faciã: & tam ingens sit turba *Franciscanorũ* in quos iste jocus competat. An qui sine nomine narraret de insciti cujuspiam hominis, in omnes homnes futurus sit contumeliosus?

79. Quæ verò sequuntur ut ingenuè dicã, non intelligo prorsus, sed ipsius verba suo cum flore subscribã: *Possem*, inquit, *& illud addere, quòd malè cõtrahunc* Franciscanũ *movetur. Nã jam aut honoris, aut famæ cupidi, pecuniâ egentes, vacui, verbosi, inflati, agunt, ut* Hieronymum *sic mutilum, sic depravatum habeamus. Si nonnulli libri scriptorum vitio depravati sunt, corrigantur juxta antiqua exemplaria, æstimo adhuc inveniri posse tempore* Hieronymi *scripta, non cudantur nova. Elegantiam autem, eloquentiam, ac sensum* Hieronymi *destruentia*. Hæc ille.

80. Obsecro primum an istiusmodi coloribus depinget *Franciscanos?* pecuniâ egentes, vacui, verbosi, inflati, & cætera.

81. Deinde num dicit à nobis mutilatum *Hieronymum*, qui prioribus editionibus permulta addidimus, nihil autem detraximus, præter aliquot locis falsos titulos.

82. Porrò autem, utrum nos novum cudimus *Hieronymum*, an veterem potius restituimus? An sunt quidam adeo stupidi, ut putent hæc, quæ nunc legunt, *Erasmi* esse, non *Hieronymi?*

83. Tum an aliunde credunt nos emendâsse *Hieronymum*, quàm ex vetustissimis exemplaribus, quæ vel ipso *Hieronymi* seculo scripta videri poterant, si ullum extaret: neque tamen contenti unis exemplaribus. Hâc sane in parte à doctissimis viris, plus quàm credi possit, sudatum est.

84. Quæ sunt autem hæc quæ *Hieronymianã* elegantiã, eloquentiã, ac sensum subvertunt? Nisi isti nihil elegans videtur, nisi quod ipsius sapit stilũ.

85. Posthac, velut araneus obambulans, ex *Moria* quoq; delibata, nonnihil attrahit veneni, quam tamen, dispeream si legit: sed admonitus à suo paracleto, negat à me satis purgatum, quod summũ præmium immortalitatis, insaniã quandam scripserim sub persona *Moriæ*: quod tamen statim inibi tot verbis præmollio, nè quis offenderetur. Vult nos ad certam regulam loqui. Ad quam? non *Augustini*, non *Hieronymi*, non *Cypriani*, non *Thomæ*, non *Petri Lombardi*, quorum dicta vix excusantur à Theologis. An hanc regulã ab hujus temporis scholasticis petemus? Ipsi inter se non consentiunt. Fateor de rebus sacris circumspectè loquendum, anxiè aut morosè non puto.

86. Si non licet uti verbis, nisi scripturæ sacræ: cur ausus est *Thomas* tot novis & verbis & rebus partim ab *Aristotele* sumptis, partim ex ipso confictis, de reb' divinis non solùm loqui, sed etiam pronunciare? Vbi verò legimus in literis sacris, ecclesiam Christi *essentialiter* esse in convocatione omnium fidelium, *repræsentativè* in Cardinalibus, *virtualiter* in Pontifice *Romano?* ut hoc ex multis millibus unum exempli gratia proferam. Quod si non licet similitudinem conferre, quæ non sit in sacris literis, quid faciemus omnibus priscis orthodoxis, qui innumeras adducunt novas docendi gratiâ? Neque quisquam clamat in opus cujusdam prædicatoris insulsissimum, quòd omnes *Ovidianas* fabulas ad *Christum* accommodat, imò detorquet. In me blaterant, qui *Silenos* detorserim ad *Christum* & Apostolos, paulò sanctius quàm ipsi sacras tractant literas.

87. Quod autem piaculum, si stultitiam Deo aut *Christo* tribuo, quod ante me fecit *Paulus*, & post hunc non uno in loco *Augustinus?* An nè *Pauli* quidem verbis uti licebit? Utinam eam stultitiam quam *Christo* & Apostolis tribuimus, nostris Episcopis omnibus verè tribuere liceret.

88. Sed hìc fac sis attentus: Invenit homo quo me prorsus jugulet. Quoniam, ut docerem quomodo *Christus* sese ad nostram imbecillitatem demisisset, scripseram in *Christo* quiddam infirmum fuisse, & nostris tributum affectibus, stultissimè somniat, me perturbationes animi vitiosas tribuere *Christo*. Atque hic, ceu victor, ovationem agit, clamitans subinde me maculam aut rugam ponere in *Christo*, totúsque hic hominis sermo, præter maculas ac rugas nihil crepat.

89. Deinde cum ex *Thoma* docuisset, animi motus secus fuisse in *Christi*, secus in Apostolis, sic *ἐκτυπῶν*. Si *Erasmus* sciviſſet distinctionem passionum *Christi* & Apostolorum, in hanc sententiam non devenisset: Quasi non ante annos fermè viginti pluribus verbis id explicârim, disputans cũ *Coleto*, aut quasi hoc ex me non potuerim scire, etiamsi nõ docuisset *Thomas*.

90. Pergit & illud arrodere, quòd Ecstasim piorum, quem *Plato* sacrum furorem appellat, scripserim gustum quendam esse futuræ beatitudinis, quâ absorbebimur in Deum, in illo magis, quàm in nobis futuri. Atque hìc nescio quos *Turlupinos* ac *Begardos* nobis ingerit, qui docuerint animam absorberi ab divinitate: quemadmodũ minima aquæ guttula, missa in dolium vini, absorbetur à vino. Item qui doceant omnia futura, sicut fuerunt ante creationem mundi. Quid ad me pertinet, si quid delirant istius *Turlupini* aut *Begardi?* Dixi animam absorberi à Deo, quod tota in illum rapiatur amore, & anima magis illic est, ubi amat, quam ubi animat. Sic autem rapitur, non ut evanescat, sed ut perficiatur.

91. Relicta *Moria*, transit ad *Enchiridion*, ubi adhortans, ut animum sequamur, non corpus, quod illã parte Dei geramus imaginem, inter cætera scripsi, Secundùm animam adeo divinitatis sum' capaces, ut ipsas etiã angelicas mentes liceat prætervolare, & unũ cum Deo fieri. Itẽ in hanc sentẽtiam

tiam(nam liber nòn adeſt)ſi animũ non haberes, pecus eras:ſi corpus non haberes, numen eras. Id videtur calumniare velle,quaſi ſenſerim animam humanam particulam eſſe divinæ naturæ. Sed quid opus manifeſtam ſycophantiam refellere?

92. Reverſus ad *Moriã*,negat conſequi,Aliquid ſtultũ eſt Deĩ,ergo Deꝰ eſt ſtultus.Quæſo lector,nè quid offendare verbis,cũ ſenſus ſit pius,huc enim ille me vocat.At bene cõſequitur,eſt ſtultitia Dei, ergo Deus aliquo modo ſtultus dici poteſt.Eſt nigredo corvi,ergo corvꝰ niger eſt.Nã *ſtultũ* illic proꝰ *ſtultitia* poſitũ docuimus & ex *Auguſtini* lectione.

93. Sed interim non animadvertit hyperbolen *Pauli*,qui ſtultitiãDei vocat,ad collationẽ æternæ illiꝰ & ineffabilis ſapientiæ : cũ nobis exhibuerit ea quorum utcunq; capaces eſſe poſſemus. Ut autem ſuſcepit *Chriſtus* noſtram infirmitatem , ita & noſtram ſtultitiam aliquo modo aſſumpſit.

94. Poſtremo loco quod de Eccſtaſi trium diſcipulorum calumniatur, indignum judico, quod ſit refellendum.Is ecſtaſim imaginatur,ubi quis totus à corporeis ſenſibus abreptus eſt.Delirant homines & timore & gaudio,ut neſciant quid loquantur,aut qui alioqui ſibi exciderunt.Dictum eſt autem de *Petro*, quòd neſciret quid loqueretur. Id mihi ſatis erat in opere ludicro. Neque enim rem Theologiæ, ſed *Moria* tractabamus.

95. *Ait doctores conſtitutos ad glozandũ* Hieronymum & Auguſtinũ,*non* Eraſmum. Quaſi illis plus veniæ debeatur,quòd majores fuerint nobis:cum hoc potiùs debeatur imbecillioribus.Citiùs enim ignoſcimus puero quàm viro. Et magis indulgemus *Auguſtino* & *Hieronymo* in his quæ juvenes prodiderunt.Bellum verò Theologorum negotium,ſi tantùm in hoc laborant, ut quod à veteribꝰ utcunq; dictum eſt,aliquo prætextu defendant. Si rectè dictum eſt ab illis , cur nobis non licet eodem loqui modo? Cur in nobis reprehenditur, quod in illis probatur? Si non rectè, cur illos defendunt, nos in eadem cauſâ criminantur? Jam quale eſt, quicquid ab intiquis dictum eſt tueri, aut certè ad multa connivere, in recentiorum libris nihil non calumniari? Vide,*Martine* chariſſime,in quantulo libello,quot deliramenta. Cum tamen ex multis pauca quædam annotârim,cujus operæ me jam ſanè pœnitet.Et tamen ſibi fidens audet te judicem facere,num quid ineptierit,cum hic aliquanto plus ſit ineptiarum quam verborum.En quales habet *Eraſmus* præceptores.Atque hic eſt egregius ille liber , quem poſt decem illas concluſiones, quæ multorum, ut inquit, manus pervolârunt, elaboravit,eximio cuidam viro dicaturus : jubétque ut tanta utilitas fidis ac probis amicis communicetur. Deniq; ad palæſtram provocat, ſi quis auſit manus conſerere, pugilémque requirit , ſalvis tamen egregiis tanti viri ſtudiis, quæ non niſi magno orbis malo queant inrermitti. Imo malâ ſcabie malè prurit miſer, & quærit, cui ſeſe affricet.Qui ſapiet,abſtinebit à contactu. Ego ſanè nondum ſic odi hominem , ut eum velim doctis omnibus deridendũ propinare,etiamſi hoc cupit ipſe.Tu mi *Lypſi*,fac admoneas hominẽ, ut poſthac ocium ſuum paulo melius collocet. Si probus eſt , admonitus reſipiſcet : ſin deploratæ mentis, relinquito illum ſuo morbo, ipſe in ſanctis autoribus evolvendis verſari malis,quàm hujuſmodi næniis ætatem conterere. Bene vale, M.D. XVIII. Nonis Maii.

Cutbertus Tonſtallus Eraſmo S.P.D.

VIx tandum *Hiſpaniarum* Rex in regnum navigavit,& ego ex *Selandia* cum meis vix ſalvus redeo, uſq; adeò tetro & planè peſtilenti cœli illius infeſtatus odore,ut multorum dierum inedia, accedentem febrem nondum omnino depulerim.Tres ex miniſtris,atque his quidem commodioribus ex febre prius decubuerant,quàm illinc diſceſſi: quos niſi cõſulente medico cœli mutandi gratiâ,ſtatim amãdâſſem, omnes ante hunc extuliſſem diem.Magno deciderim vel nunc futuros ſalvos. Neque hæc mea ſors ſolius,magna pars aulicorũ ægrotabat:habenda eſt Deo gratia,quod Rex evaſerit. Ex purpuratis afflicti certè aliquot; ita neminem non vexatum dimiſit illa inſula.*Stygem* arbitror non longè illinc abeſſe,ea eſt aquarum nigretudo atque amarulentia. Si domi te in oppido contineas,undique ex vicinia glebularum fumus (his nanq; vice lignorũ utuntur) nares opplet. Hæ ex uliginoſo & ſalſo effoſſæ ſolo, quantúvis areſactæ ſole,dum ardent, fumũ reddunt in ipſa penetrantem præcordia,pectꝰ,nares,caput, omnia tentantem. Audivi ab indigenis,veſtrates *Hollandicas* ex mitiore etiam ſolo, thus olere præ illis. Quod ſi faſtidium oppidi levare obambulatione velis (id quod interim facilitare conſuevi) via ipſa imbre conſperſa vel levi tenaciùs omni viſco pedem moratur(nam nè in cujuſquam fundum aut pratũ divertas foſſarum altitudo vetat) & ut ad aggeres in littore extructos arcẽdo mari, tandẽ pervenias(quæ una jucunda eſt ambulatio) prius quàm illo pervenias, præter ſexcentas foſſas tibi tranſeundũ erit, quibꝰ linum macerant,quæ fœdo odore longè ſuperant omnẽ ſentinam.Quãtulum cloacæ putent præ illis? Ad hæc præter ejuſmodi foſſas itidem in urbem reditus recreationem,ſi quam habuiſti,tollit,& triſtem denuo domum remittit. Tota planè regio duobus paſſibus eſt mari humilior in ſummo æſtu:& niſi aggeres arcerent,marinæ belluæ in comeſſantes atq; invicem propinantes incolas irrumperent.Ad hæc incõmoda vitanda præſidiũ unicum eſſe aiunt,totos haurire congios,remediũ certè mihi gravius omni morbo. Nôſti enim quam facilè in eo genere certaminis herbam porrigo. Sed quid facio, qui tam frugiferam inſulã, támq; portuoſam infamo tacitis quæ in laudationem ejus dici poſſent? Vis ſcire? Juvat aliquâ viâ me de illa vindicare, atq; omnem ex ejus tædio conceptam bilem in illam ipſam effundere. Itaq; nunc ejus ζηλούμενον reticebo in vindictã.Sed ut ſeriò tecum agam:Gaudeo me tandem continenti redditum,ubi cœlum ſalubrius.Et ut patietur concuſſa valetudo, paulatim adrepam in patriam: meos hìc relinquam graviùs afflictos, quam ut ſequi poſſint. Deum optimum maximũ precor,aliquando cõvaleſcant.Apologiã abs te miſſam, quâ *Fabro* reſpondes,unà cum tuis literis accepi : atque aliquot ante diebus alteras acceperam, quibus te ille reſponſurum ſignificâſti,ſed citra ſtomachum. Quod certè te præſtitiſſe gaudeo:decreveram enim te hortari,ut Theologum, hoc eſt mitem, ageres in reſpondendo. Quod ille in ſua cauſa pronuncians,atq; arrogantius opinionem ingerens ſuam minime præſtitit, quaſi non ſit futurum, aliorum potius & poſteritatis de ea re judicium. Quanquam de veritate neque illi,neq; cuiquam mortalium cedendũ tibi unquam

unquã putavi. Quod verò à cornicula tuas pennas in exordio Apologiæ repetis tam modestè, rectè facis. Expecto quem colorẽ dicet, sed perfricabit frontẽ puto. Hominẽ mihi videre cõtigit in *Italia*, modestũ sanè, ut tum videbatur, & cyclopædiam illam, quam adeptos magisterii nomine *Parisii* honorant, penitus callere dicebatur. Nam quod *Graeas* literas attigerat, editis ab eo Commentariis in *Paulinas* epistolas primùm intellexi. Fortasse cum aliquot errata τ παρεσσῶν in sacris literis deprehendisset ex *Græcis* fontibus, operæ precium putavit ad famam parandam, quod luscus inter cæcos paulò clariùs cerneret, editis Commentariis admonere posteritatem. Quâ in re probo hominis institutum, si id præstare potuit: præmium enim ejus rei velut in sacris certaminibus victori cuilibet est propositum. Sed quòd in eodem stadio currentem, quíq; longè relictur videretur, malignè supplantare voluerit, minimè mihi videtur factum probè, nedum theologicè. Hic fortasse ex suis *Parisiis* orbem terrarum metitur, ubi quanquam aliquot in lingua *Græca* doctissimos, & seculum ornantes nostrum videt, non eam vel copiam *Græcis* literis operam dantium, vel eum honorem his habitum, ut speret aliquando redituram priscam eruditionem. Atq; ideò fieri potest, ut ad editionem fuerit paratior, quod deploratæ posteritatis censuram non est veritus. At si scisset quàm nunc in *Italia*, *Germania*, *Hispania* floreant ea studia, ex *Horatii* puto consilio librum, nonum prematur in annum, nisi fortè illâ utriusq; linguæ peritiam est adeptus, ut provocare magis quàm timere cujusquam censuram debuerit. Quam an sit consequutus, aliorum sit judicium. Nullum enim eruditionis ejus in eo genere specimen præter *Paulinas* epistolas, mihi videre contigit. Verum enimverò, quis non videt unde hæc est orta malignitas? Tu nuper editis in Novum Testamentum annotationibus, *Græcos* non modò aperuisti fontes huic nostro seculo: verùm tam altè cuncta es rimatus, ut nihil à quovis annotatum, quod operæ preciũ fuit legere, non tam exactè excusseris, ut nihil cuiquam feceris reliquum. Quo tu lucubrationum tuarum splendore, velut sol oriens stellas condit, cæteris ex ea re famam ante tuam editionem captantibus, æternas offudisti tenebras. Ita gloriolam quam editione suâ aucupabatur, sibi vel ereptam, vel imminutam dolet. Sed gratulari magis suo seculo debuit, quo prisca repullulant studia, quàm eorum imitari morem, qui pertinaciâ quadam nolunt cedere, cum contendere per imbecillitatem non possint. Sed quid non facit ambitio? hic humanum impegit in vitium. Tuum esse arbitror, τ γνησιον θεολόγων more, ignoscere. Illud ægrè fero, quod dum huic Apologiam paras, jacturam feceris temporis, quo magis posteris profutura scripsisses. Illam itaq; annotationum tuarum in Novum Testamentum retractationem & limam, quam te pollicente, avidè expectant omnes, fac in primis cures. Et qui de profanis literis bene meritus, immortalem tibi famam parâsti, dum illas ornas, quod superest ætatis, in illustrandas sacras impende. Ita namq; sciet posteritas chariora tibi fuisse ea studia, quæ animæ salutem, quàm quæ oblectamentum præstant, nempe cum illa juvenis magis attigeris, hæc maturâ jam amplexatus ætate digna judicaveris, in quibus consenescas. Theologis *Lovaniensibus* tam esse te charum gaudeo magnoperè, qui si te (ut scribis facturos) in suum ascisent ordinem, suadeo ne recuses: delatus tibi ãb his hic honor, atq; abs te acceptus, perpetuum erit inter vos amicitiæ pignus. Quod nuncias *Strabonem*, *Pindarum*, *Pausaniam*, utrunq; testamentum *Græcis* characteribus proditurum ex *Aldi* officina, lætitiâ quadam incredibili me perfudisti. Prospicio futurum, ut in omni studiorum genere posteritas cum antiquitate certet: quæ si non erit ingrata, magnam his habitura est gratiam, quorum industriâ renascuntur ea studia. Quo in numero cum tu sis futurus, perge bene mereri de posteris qui nomen *Erasmi* perire nunquam sinent. Vale *Brugis*. XVIII. Cal. Octobris.

Prius quàm hanc obsignarem epistolam, unum ex meis amiseram, cujus ego salutem omnibus meis fortunis redemissem, cujus animæ Deus sit propitius. Deest reliquis adhuc dubia spes.

Eras. Rot. Cuthberto Tonstallo, serenissimi Anglorũ Regis apud Catholicũ Regẽ oratori S.D.

PLurimum tibi debet nostra *Selandia*, quam tuâ illâ tam graphicâ διατυπώσει nobilitâsti. Sed tamen hoc illi debes, quod te vel semivivum remiserit. Famulitium tuum afflictum doleo; Tu verò etiam atq; etiam cura, ut incolumis tuæ reddaris *Angliæ*, ne cæteris rebus ex animi sententia gestis, hoc parum ex sententia cedat, quod omnium maximè referebat. Quæ scribis de nostra ad *Fabrum* Apologia, quanquã scio animo abste scribi amicissimo: mihi tamen bis molesta fuerunt, vel quod veterem animi dolorem refricant, vel quòd tu hac occasione minus aliquanto quàm vellẽ, videris tribuere *Fabro*, viro quo vix in multis millibus reperias vel integriorem, vel humaniorem. Hac una in re sui dissimilis fuit, quòd amicum immerentem tam atrociter impetiit. Quis autem omnibus horis sapuit unquam? Atq; utinã mihi licuisset adversario parcere. Nunc duobus crucior nominibus, & quòd cum tali amico cõactus sim manus conserere, & quòd intelligã quosdam de *Fabro* minus candidè sentire, de quo cupiã omnes quàm optimè sentire. Porrò quod nobis tantum tribuis, quantum domi non conspicio, tum amanter, tum tuo more facis, sed non hîc tantum largus ac munificus. Theologos *Lovanienses* candidos & humanos experior, atq; in his præcipuè *Joannem Atensem*, hujus Academiæ Cancellarium, virũ incomparabili doctrinâ, rariq; præditũ humanitate. Non est hîc minus eruditionis theologicæ quàm *Parisiis*, sed minus sophistices, minúsq; supercilii. Bene vale, *Lovanii*, An. MDXVII.

Ricardus Sampson reverendissimi Cardinalis Eboracensis apud Nervios Commissarius, Erasmo suo S. P. D.

SI vel tu *Anglicè* calleres, vel ego aliã quãcunq; tenerẽ linguã, quâ mutuis literis tecũ mihi colloqui liceret, mi *Erasme*, hujᵘ nostræ ætatis fine cõtroversia eloquẽtiæ princeps, haud quaquã *Latinas* ad te darẽ literas, cũ non ignorẽ esse neminẽ, nisi prorsus aut temerarium, aut omnibus eloquentiæ numeris absolutũ, qui ad te vel cum priscis illis disertissimis viris cõferendũ, *Latinè* scribere non vereatur. Tanta apud omnes tuæ præcellẽtis doctrinæ reverentia est. Tantã quoq; & eximia tua fatundia scientiáq;, tum divina, tum absolutissima, velut

ſingularem tibi attulit majeſtatem. Nec ego in A te cum primis amem: quicum mihi pridem *Cantabrigiæ*, nuper *Tornaci* multò jucundiſſima fuerit conſuetudo. Quid enim eſſe poteſt tuis moribus mellitius? Jam non inhumaniſſimus modò ſim, verum etiam ingratiſſimus, niſi *Sampſonem* inter præcipuos patronos meos aſcripſerim, qui nec rogatus unquam, nec poſtulatus mihi nec opinanti, nec expectanti, præbendam *Tornacenſem* parârit. Nam quo minùs aſſecutus ſim, non tu, ſed mea abſentia fuit in cauſa. Proinde puto me B nihilo minus in ſolidum debere, quod per te non ſteterit, quo minus poſſideam. Reverendiſſimus Cardinalis perbenignè pollicetur, verùm hæc ætas non moratur lentas ſpes. Etiamſi mihi jam contigit, quod huic animo, quod huic ocio ſatis eſt. Vehementer gaudeo vobis probari *Paraphraſin*, cum primis autem *Joanni Molendino*, homini naris emunctæ. Ille tibi meis verbis ſalutem annunciârat: id officii viciſſim nunc illi præſtabis, & quidem accuratè. Bene vale. *Lovanii* Anno C M. D. XVIII.

Eraſmus Rot. clariſſimo Ægidio Catholici Regis à rationibus S. D.

QUot ornamenta in uno perdidimus homine? *Epiſt. 6*
Facilè divino, quo tu animo mortem germani feras, cum univerſus bonorum atq eruditorum chorus unicè doleat. Sed quid profunt inanes querelæ, quid inutiles lachrymæ? Huc naſcimur omnes. In Epitaphiis, nec illius meritis, nec meo D animo ſatisfeci. Laceſſivi Muſas, ſed fruſtra. Tot jam annos verſor in hoc genere ſtudiorum, quod ab amœnioribus illis literis eſt alieniſſimum. Vereor aures tuas longè terſiſſimas. Sed tamen obſecutus ſum animo veſtro, ne viderer uſquam deeſſe *Buſlidiano* nomini: Si non placent, retentabimus, ſi qua Muſarum tandem adeſſe dignetur: neque tamen dubito, quin omnes quibus bonæ literæ cordi ſunt, hunc unicum ſtudiorum patronum pro E ſua quiſq; portione, ſint immortalitati commendaturi. De collegio inſtituendo cave te patiaris abduci à ſententia. Mihi crede, res ea cum omni ſtudiorum generi ſupra quàm dici poſſit, conducet, tum *Buſlidiano* nomini, jam per ſe multis modis illuſtri, non mediocrem decoris, ac lucis acceſſionem adjunget. Bene vale. *Lovanii*, Anno M. D. XVIII.

Epitaphium ad pictam imaginem clariſſimi viri Hieronymi Buſlidiani, *præpoſiti* Arienſis, *& conſiliarii Regis Catholici, fratris reverendiſſimi Patris, ac domini* Franciſci *Archiepiſcopi quondam* Beſontini, *qui* Lovanii *magnis impendiis inſtituit Collegium, in quo publicè tres linguæ doceantur*, Hebraica, Græca, Latina. F

IAMBOI TPIMETPOI. G

Ὁ τὴν δὲ χέφλας σώματ' μορφὴν καλὰς,
Ὠφελες ἄγαλμα ζαχαρεῶν χ' τὸ νόος.
Εσιδεῖν ἂν εἰκὼν πίναξ' ὂν μιᾶς πέδῳ,
Ἀρετῶν ἁπασῶν ἐρατὸν ἐγκύδιον χορεύ.
Τὴν εὐσέβειαν τ' ἱερεπτερπῆ πάνυ,
Τὴν σεμνότητα, τήν τε σωφρεσωίλω ὅμα,
Τὴν χρηςότητα, τήν τε παιδείαν καλήν.
Καὶ ταῦτα κἄλλα μόν' ὑπῆρχ' Ισφάνυμ'
Ὁ βυσλεδιακὸς οἰκίας σίλας μέγα.

Trochaici

Eraſ. Rot. eximii juris utriuſq; doctori, Richardo Sampſoni S. D.

Epiſt. 5. INgens ut ſcribis, ornatiſſime *Richarde*, veræ neceſſitudinis argumentum eſt, quòd tot eximios amicos habemus inter nos communes: præſertim cum eos neuter alteri conciliarit. Proinde res occultâ quâdam fatorũ vi geri videtur: quanquàm & alioqui vehementer ſim inhumanus, ni

Trochaici Tetrametri.

Nominis *Busleidiani* proximum primo decus,
Itáne nos orbas, virenti raptus ævo *Hieronyme*?
Literæ, genus, senatus, aula, plebs, ecclesia,
Aut suum sydus requirunt, aut patronum flagitat.
Nescit interire, quisquis vitam honestè finiit.
Fama virtutum perennis vivet usq; posteris.
Eruditio trilinguis, triplici facundia
Te loquetur, cujus opibus restituta, refloruit.

Thomas Morus Petro Ægidio suo.

Epist. 7. MI chariſſime *Petre* ſalve: miſerè cupio ecquid tu convaleſcas intelligere, quæ res non minori mihi curæ eſt, quàm quidvis mei: itaq; & inquiro diligenter, & omnes omnium voces excipio ſollicitus. Aliquot mihi meliores de te ſpes renunciárunt, ſeu (quod opto) compertas, ſive ut deſideriis meis inſerviant. Scripſi literas *Eraſmo* noſtro, eas tibi apertas mitto, ſignabis ipſe. Nihil opus eſt quod illi ſcribitur, clauſum ad te venire. Verſiculos, quos in tabellam tam inſcitè feci, quàm illa ſcitè depicta eſt, ad te perſcripſi. Tu ſi digna videbuntur *Eraſmo* imperti, alioqui *Vulcano* dedas. Vale, ſexto Octobris.

Verſus in tabulam duplicem, in qua *Eraſmus* ac *Petrus Ægidius* ſimul erant expreſſi per egregium artificem *Quintinum*, ſic ut apud *Eraſmum* exordientem *Paraphraſin* in epiſtolam ad *Romanos*, picti libri titulos præferrent ſuos, & *Petrus* epiſtolam teneret, *Mori* manu inſcriptam ipſi, quam & ipſam pictor effinxerat.

Tabella loquitur.

Quanti olim fuerant *Pollux* & *Caſtor* amici,
Eraſmum tantos *Ægidiúmq;* fero.
Morus ab his dolet eſſe loco, conjunctus amore,
Tam propè quàm quiſquam vix queat eſſe ſibi.
Sic deſiderio eſt conſultum abſentis, ut horum
Reddat amans animum litera, corpus ego.

Ipſe loquor Morus.

Tu quoq; aſpicis, agnitos opinor
Ex vultu tibi, ſi prius vel unquàm
Viſos, ſin minus indicabit altrum
Ipſi litera ſcripta, nomen alter,
Ne ſis neſcius ecce ſcribit ipſe,
Quanquàm is qui fiet, ut taceret ipſe,
Inſcripti poterant docere libri,
Toto qui celebres leguntur orbe.
Quintine ô veteris novator artis,
Magno non minor artifex *Apelle*,
Mirè compoſito potens colore
Vitam adfingere mortuis figuris;
Hei cur effigies labore tanto,
Factas tam bene, talium virorum,
Quales priſca tulere ſecla raros,
Quales tempora noſtra rariores,
Quales haud ſcio poſt futura an ullos,
Te juvit fragili indidiſſe ligno,
Dandas materiæ fideliori,
Quæ ſervare datas queat perennes?
O ſi ſic, poteras tuæq; famæ &
Votis conſuluiſſe poſterorum.
Nam ſi ſecula, quæ ſequentur, ullum
Servabunt ſtudium artium bonarum,
A Nec *Mars* horridus obteret *Minervam*,
Quanti hanc poſteritas emat tabellam?

Mi *Petre*, cum omnia mirificè *Quintinus* noſter expreſſit, tum mirificum in primis falſarium videtur præſtare poſſe: nam ita inſcriptionem literarum ad te mearum imitatus eſt, ut ne ipſe quidem idem iterum poſſem itidē. Quare niſi aut ille in ſuum aliquem uſum, aut tu in tuum eam ſervas epiſtolam, remitte rogo ad me, dupſicabit miraculum appoſita cum tabella: ſin aut periit, aut vobis uſui erit, ego experiar meæ manus
B imitatorem ipſe rurſus imitari. Vale, cum lepidiſſima conjuge.

Thomas Morus Eraſmo ſuo S. P. D.

HOdie literas abs te accepi, ſimul ad *Coletum* atq; *Roffenſem* unà cum libello: Curabo quā primùm ut perferantur, ne libellus amittat gratiam novitatis. Quum epiſtolam legerem, mirabar cur non ad *Cantuarienſem* quoq; ſcripſiſſes, ut rem
C tuam ipſe tractares apud eum, apud quem profecto, ni fallor, nemo alius tantum poteſt. Quanquam ſi per me malis & efficaciùs putas à præſente rem agi poſſe, quàm per epiſtolam, libentiùs id faciam quàm jusſeris: ſed non erit perficiendi facultas tam citò, quàm ego tuam rem vellem fieri. Nam hoc ſolenne eſt apud nos, à legatione redeuntem, rectâ Regem petere, nec obiter ad quemquam divertere. Ad hoc negotia noſtra tam lentè
D procedunt, ut vereat ne ſit diutiùs hîc morandum, quā aut ſperavi, aut è re ſit meâ: niſi fortè nihil videbitur hîc ſpei, quare ſit manendum. Interim tamen ſi tu voles, res agi poteſt per literas: nec dubito quin velis. Sic agam ergo, ut deponatur hujus anni penſio apud *Maruffum*, & ſyngrapha mittatur ad te. Sed de redimenda penſione mihi certè non videtur agendum: cum quod nemo eſt qui debeat redimere, niſi is qui, ut ego audio, nihil habet unde poſſit: tum quod vereor ne Archiepiſcopus ſic interpretetur, tanquam à nobis animum
E prorſus abjeceris. Quam ob rem de redemptione rurſus cogita: ſi decreveris, ego non deero. Interim ipſe de ſolutione tractabo, nec mihi videris facturus malè, ſi tuas etiam literas addideris, id quod fortaſſis expectat. Gaudeo *Paraphraſim* ſub prælo eſſe. Invideo mediùs fidiùs *Lovanio*, cui tantum contigit beneficium, quantum, ut video, vix agnoſcit. Sed is de quo ſcribis, aut ego fallor, aut nunquam mutabitur. *Tonſtallus* planè ſentit, te ni-
F mium bonum eſſe, qui ei toties deceptus pergas credere. *Pacæus* adhuc non redit, neq; ſcire poſſum quando ſit rediturus: ſed neq; comminiſci queo, quid habeat negotii. Certè quantum inquirendo comperire poſſum, jam diu nihil eſt, neq; cum Imperatore, neq; cum *Elvetiis*: nec tamen licet remigrare domum, quum plus, opinor, quàm annum jam *Conſtantiæ* deſederit. Miror ab illo non redditum tibi librum. Scribam ad eum hac de re diligentiſſimè: Neq; enim quicquam eſt quod ma-
G lim perfici, vel literarum causâ, vel meâ. Vale mi chariſſime *Eraſme*. Gaudeo verſiculos meos in tabellam, tibi placuiſſe. *Tonſtallus* hendecaſyllabos plus ſatis laudavit, hexaſticō moderatè. Sed id fraterculus quidam auſus eſt etiam reprehendere, quod vos *Caſtori* & *Polluci* conferebam, quos dicebat potiùs comparari debuiſſe *Theſeo* ac *Pirithoo*, aut *Pyladi* & *Oreſti*, qui quod vos eſtis, invicē

erant amici, non fratres. Ego fraterculum ne vera quidem dicentem potui ferre, resequutus hominis bonam operam malo epigrammate.

Duos amicos versibus paucis modò,
Magnos volens ostendere,
Tantos amicos dixeram, quanti olim erant
Castórque Pollúxque invicem.
Fratres amicis, ait, ineptè comparas,
Ineptiens fraterculus.
Quid ni inquam? an alteri esse quisquam amicior,
Quàm frater est fratri, potest?
Irrisit ille inscitiam tantam meam,
Qui rem tam apertam nesciam.
Est ampla nobis, inquit, ac frequens domus,
Plus quàm ducentis fratribus,
Sed ex ducentis, pereo, si reperis duos
Fratres amicos invicem.
Jam iterum vale. *Caleti* V. Novembris raptim, valde festinante tabellario, urgente opinor illum aurigâ.

Erasmus Roterodamus Iacobo Fabro Stapulensi S. D.

Epist. 9. DOctissime idemq; optime *Jacobe Faber*, jam unis atq; alteris literis testatus sum, quàm acerbè feram hanc ansam obtigisse maledicis, de nobis garriendi. Præsentiebam hoc malum nasciturum. Sed quia non erat mihi integrum non respondere, è duobus malis, quod levius visum est, delegi. Nunc quod unum supereſt, oro te per Christianam charitatem, per sanctissimorum studiorum communem amorem, per utriusq; famam, quam ex amicitiæ lege par est utrique cordi esse, ut communi studio, malo huic quà licet medeamur, ne latiùs serpat incendium. Vides homines ad malum proclives, undecunq; dissidiorum causas arripere. Nullum est pene convivium, in quo non hinc pro *Fabro* adversus *Erasmum*, hinc pro *Erasmo* adversus *Fabrum* disceptetur, præsertim ab iis, qui rem penitùs ignorant. Spargúntur tuo nomine diversæ voces, alii prædicant abs te parari recriminationem, alii negant dignari responso *Erasmum*. Rursùs alii dicunt te non improbare, quod me defenderim: alii è diverso incusare temeritatem meam. Ego quod ad me pertinet, haud multum laboro, utrum respondeas, néne, modò ab odiosis istiusmodi dictis temperes, quæ nec tibi decorum est in amicum jacere, nec mihi integrum dissimulare. Cæterùm molestum est, nostrâ causa seri dissidia inter Christianos, exultare nostra dissentione eos, qui tuis æquè ac meis studiis infensi sunt. Non voco te ad palinodiam, licèt indignis modis sim lacessitus, tantum epistolâ quapiam testare, te veri vestigandi studio decertâsse, cæterùm inter nos animorum esse concordiam. Quod si non placet, denique malim te respondere, quàm silentio tuo partes irritare, modò eâ utare temperantiâ, quæ pristinos tuos deceat mores. Nullus mortalium audivit me de *Fabro* loquentem, nisi tum amanter, tum honorificè. Tantum admirari me fateor, quibus rebus adductus ea in me scripseris. Neque secus sentio quàm loquor, teste CHRISTO. Bene vale vir optime. *Lovanii* XV. Calendas Maias. Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo.

Erasmus Roterodamus Petro Ægidio suo S. D.

Epist. 10. PEr nostram amicitiam, quâ non potest arctior esse, per tuam incolumitatem, quæ mihi non secus atque mea ipsius est cordi, mi *Petre*, da operam ut revalescas, ut reversus te offendam hilarem ac lubentem. Ita mihi demùm videbor reversus incolumis. Tempera victum, in reditum *Adriani* tui, cui meherculè plurimùm fido. Est aliquid amico uti medico. Interim cave ne crebris pharmacis vires nimiùm exhaurias. Inprimis tempera tibi ab omni vehementiori motu animi, ab immodico gaudio, ab intemperanti risu, ab ambulatione graviore, à studio vehementi, sed ante omnia ab iracundia. Mi *Petre*, omnia vitæ posthabenda sunt. Fortassis hæc admoneo importuniùs, sed utinam tam feliciter admoneam, quàm ex animo. Ego meum periculum contemno, modò contingat te reviviscere, hoc est, firmum validúmque fieri. Bene vale cum suavissima conjuge, dulcissimisq; liberis. *Lovanii* XV. Calend. Maias. M. D. XVII.

Dominico Grimano Cardinali Tit. S. Marci, Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 11. IAmpridem *Paraphrasis* in epistolâ *Pauli* ad *Romanos* tuo dicata nomini, versatur in manibus hominum, satis plausibiliter ab omnibus eruditorum centuriis accepta. Hæc est, ni fallor, tui genii potiùs quàm operis felicitas. Hactenus non misi tibi volumen, sive quòd editio prima mihi non admodum arrideret, sive quòd tanto itinere non facilè perferri sciam, siqua quid habent oneris. Hunc libellum ex officina *Basilicusi* satis elegater excusum periclitari visum est, si fortè nondum ad te perlatum fuit opusculum. Id si sensero gratum, imò probari tanti viri judicio, mox ad reliquas epistolas similiter explicandas accingemur, ad quod laboris me passim extimulat studiosorum efflagitatio. Accipio sublimitatem tuam mihi literis respondere dignatam de Novi Testamenti volumine, quod per erronem quendam è *Basilea* miseram, adhuc ab officina madens: verùm eas ante biennium fere missas, nondum videre licuit, sive id perfidia factum est, sive infelicitate mea. Cardinalis sancti *Georgii* epistola sic aberravit per *Ammonium* in *Germaniam* missa, ut nunquam pervestigare quiverim, quò devenerit. Tua unà cum ipso *Ammonio* periit. Bene valeat tua sublimitas, cui me meáque studia velut optimo patrono commendo. Scribam brevi copiosiùs, certiorem aliquem nactus. *Lovanii*, postridie divi *Marci*. Anno M. D. XVIII.

Ioanni Lascari Constantinopolitano Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 12. VIr omnibus ornamentis clarissime, *Hieronymus Busleidius*, homo doctus ac potens, & hujus regni decus incomparabile, in itinere *Hispanico* moriens, legavit multa millia ducatorum, ad institutionem novi Collegii apud *Lovanium*, Academiam hac ætate cum primis florentem, in quo publicitùs & gratis tradantur tres linguæ, *Hebraica*, *Graeca*, *Latina*, salario satis magnifico circiter

circiter septuaginta ducatorum, quod tamen angeri possit pro ratione personæ. *Hebraus* jam adest, & item *Latinus*. *Græcam* professionem complures ambiunt. Verùm meum consilium semper fuit, ut ascisceretur *Græcus* natus, unde statim germanam *Græci* sermonis pronunciationem imbibant auditores. Ac meæ sententiæ subscribunt autores hujus negotii omnes, mihique mandârunt, ut suis verbis accerserem, quem judicâssem ad hoc negotii idoneum. Quare te rogo, vel pro solita tua erga nos humanitate, vel pro tuo erga bonas literas favore, si quem nôsti, quem existimes & mihi, & tibi futurum honori, cura ut quàm primùm huc advolet. Dabitur viaticum, dabitur salarium, dabitur locus. Erit illi res cum viris integerrimis & humanissimis. Neq; minùs fidat his meis literis, quàm si centum diplomatis res esset transacta. Inter bonos & absq; syngraphis bene agitur. Tu cura ut deligas idoneum, ego curabo ne hominem huc venisse pœniteat. Bene vale doctissime clarissimeque vir. *Lovanii*, postridie divi *Marci*. Anno M. D. XVIII.

Erasmus Gonello suo S. D.

Epist.13. GRatum erat tuum munusculum, gratior epistola tam amica, gratissimus animus, nihil etiamnum immutatus diutina consuetudinis intermissione. *Clementem* summæ spei juvenem meis verbis admonebis, ut ab intempestivo studio temperet. Memini quàm ille sit libro affixus, præsertim ut à nocturna scriptione quantum licet abstineat, & si forsitan ob Cardinalis negotia cogetur scribere, stans & erectus scribere assuescat. Nolim hoc ingenium ante diem perire, malimq; servari studiis, quàm Cardinaliciis negotiis impendi. Bene vale. *Lovanii* X. Calend. Maias. Anno M. D. XVII.

Erasmus Roterodamus Richardo Paceo suo S. D.

Epist.14. OVerè splendidam vestræ *Britanniæ* regiam, sedem & arcem optimorum studiorum ac virtutum! Et vobis mi *Pace* gratulor talem Principem, & ipsi Principi gratulor, cujus regnum tot ingeniorum luminibus illustretur. Utroq; verò nomine gratulor vestræ *Angliæ*, quum aliàs multis modis felici, tum istis sic excellenti titulis, ut nulla regionũ cum ea queat conferri. Nunc demũ juvat, universam ætatem apud *Anglos* exigere, ubi favore Principum regnant bonæ literæ, viget honesti studium, exulat aut jacet, cum fucata personatáq; sanctimonia, futilis & insulsa doctrina quondam ἀπαιδεύτους παιδευμάσιν. *Grocinum* deficere doleo, sed rursum video pro uno tam multos brevi suppullulaturos. Quod negotium meum tam amanter egeris, veterem tuum in me animum libenter agnosco. Utinam liceret hanc provinciam edendi Novum Testamentum alteri committere. Verùm hoc quicquid est mortarii, quando intrivi, mihi totum est exedundum, quæ res istis μαλακολόγοις vertat malè. Utinam mihi magis incidisset in mentem, de hominibus quàm de portentis bene mereri. Cum *Lovaniensibus* theologis mihi probè convenit. *Colonienses* Academia dissidiis inanœnis conflictatur. Dentatâ chartâ res agitur. Jámq; & meũ nomen paulatim admiscent. Cursitant sursum ac deorsum personati præcones, secundum rumorem spargentes in vulgus, impudentissimè mentientes, quod illis commodum bonúmq; est apud eos, qui nihil omnino de re nôrunt, non magis quàm ipsi. *Dorpius* mihi videtur ex animo factus amicus. Admitar ut ante hyemem vobis restituar, si modò reditum dabunt superi. *Paraphrasis* rursus excusa est *Basileæ*. *Apologia* quâ *Fabrum* placo, nuper *Basileæ* prodiit, cum annotamentis jampridem excusa *Argentorati*. Precor Deum Opt. Max. ut tibi istum animum, te nobis diu servet incolumem. *Lovanii*. Anno M. D. XVII. decimo Calendas Maias.

Erasmus Rot. Henrico Bovillo suo S.D.

Epist.15. VIdeo, mi *Boville*, tantam hominum perversitatem & ingratitudinem, ut propemodum in animo sit, edito rursus Novo Testamento, mihi canere & Musis. Conspirant personati quidam histriones, qui Curios simulant, & procul allatrant: coràm, nemo verbum. Spargunt in vulgus, talibus scurris digna mendacia, perinde quasi hoc ipsum essent professi, famam alienam mendaciis suis contaminare, quasique pro hierophantis sycophantæ esse decreverint. Nunc mihi non est ocium, sed si pergant, accipientur ut digni sunt aliquando. Vos istic pro me & *Fabro* inter vos concertare doleo. Scripsi nuper homini, ut aut epistolâ quâpiam editâ testetur inter nos convenire, si pudet παλινῳδεῖν, aut respondeat si quid habet quod defendat, modò temperet à tam amicis ac peramicis dictis, quibus antehac in me lusit. Nunc illius silentio magis excitari dissidium video, dum quisq; pro suo animo suspicatur. Rixarum nullus est finis. Quòd si hoc mali conjunctum est studiis, mihi valebunt potiùs. Dormire præstat quàm scribere. Bene vale doctissime *Boville*. Amicis omnibus salutem dicito, nominatim *Vachano* & *Briano*. *Lovanii* IX. Calend. Maias. Anno M. D. XVII.

Anglorum Regi Henrico ejus nominis VIII. Erasmus Roterodamus S. D.

Epist.16. SAlutem & immocalitatem serenissime Rex. Celsitudinis tuæ munus, multis quidem modis mihi gratissimum fuit, sive quod per se ingens, sive quod à Rege profectum, præsertim ab eo Rege, qui non minus honestissimarum rerum studio, quàm ditionis opulentia sit eximius, cujus probari judicio magnificentius sit, quàm inaurari munificentiâ. Tamen hoc nomine mihi præcipuè fuit gratum, quòd veteri tuo de nobis suffragio, quo sæpenumerò *Erasmum* non minus amanter quam honorificè tua majestas ornavit, ceu pignus quoddam accessisse videretur. Ac velut hoc parum sit visum tuæ erga bonas literas benignitati, ultrò fortunam offers perpetuam eámque non mediocrem. Quam equidem adeò non recuso, ut vel gratis sub tali Principe merere cupiam, apud quem ut quisque bonis literis, vitæque integritate maximè præcellit, ita gratiâ & autoritate plurimum valet; cujus aula Christianæ disciplinæ sit exemplum, sic eruditissimis viris celebrata, ut illi nulla non invideat Academia. Deum optimum maximúmq; precor, ut & istum animum tibi perpetuum esse velit, & te regno quàm diutissimè tueatur

eatur incolumem, ut pluribus annis ſub optimo florentiſſimóque Principe, veris bonis floreat, vigeátque. Nos cogimur edendis voluminibus Novi Teſtamenti, quatuor menſes impendere. Eo negotio confecto, totos nos tuæ majeſtatis dedicabimus obſequiis. *Lovanii* VII. Calen. Maias. Anno M. D. XVIII.

Eraſmus Roterodamus Ioanni Grolierio apud Inſubres Quæſtori Regio S.P.D.

Epiſt. 17. EGo *Grolieri* vir clariſſime, ut illuſtrium tuíque ſimilium virorum amicitiam, ſi vel offeratur ultrò, vel bonâ quâpiam fortunâ obtigerit, aviſſimè ſoleo amplecti, utpote rem omnium meo quidem animo longè maximam ac feliciſſimam, ſemel amplexus pertinaciſſimè tueri gaudeo: ita nequaquam mihi moris eſt, ingerere memetipſum in cujuſpiam familiaritatem, quippe qui ſic naturâ abhorream ab omni genere ambitionis, ut nec illud ambire ſuſtineam, quod unum in rebus humanis ambiendum duxerim, ſi quid omnino judicem ambiendum. Nam dic mihi per Gratias, quæ poſſeſſio poteſt homini contingere vel honeſtior, vel tutior, vel jucundior, quàm ſyncerorum planéq; γνησίων amicorum. Alii fructibus prædiorum, annuóq; cenſu ſuam felicitatem metiuntur: ego mihi pulchrè locuples, atque ipſo etiam *Cræſo* videor beatior, qui diverſis regionibus tam multos poſſideam amicos, & integritate ſpectatos, & eruditione celebres, & dignitate præcellentes. Hos quandiu ſuperi propitii mihi volēt incolumes eſſe, non poſſum mihi non opulentus, non fortunatus videri, quantumvis alii fortunæ meæ tenuitatem contemnant. Quòd ſi novus amicus veterum numero accreverit, eximio quodam lucro rem fortunáſq; meas auctas arbitror. Cum *Guilielmo Budæo*, qui cum jam olim mihi vulgaris interceſſit amicitia, nuper arctiſſimo ſanctiſſimóq; neceſſitudinis fœdere ſum copulatus. Atq; is ſecum duos ornatiſſimos viros, *Deloinum* & *Ruzeum* in fœderis ſocietatem traxit. Muſas omnes iratas habeam, ni magis mihi placeam hac acceſſione, quàm ſi me Rex catholicus Epiſcopi dignitate locupletâſſet. Atq; hoc animo cum ſim, quod unicè apud me concupiſco, tamen ambire non poſſum. Et tamen hunc inexpugnabilem ingenii mei pudorem vicit, extuditq; *Julii Calvi* vel improbitas, vel eloquentia. Siquidem is ſic inſtitit, ut *Grolierium* meis literis laceſſerem, ſic inhæſit, ſic urſit, ut volentem nolentem quiverit in obſequium perpellere, & velut obtorto collo, quocunq; lubitum eſſet *Eraſmum* pertrahere. Rurſus idem tam rara facundia, tuas egregias virtutes mihi deprædicavit, ut accenſus ultrò ſequerer trahentem, ac pene etiam præcurrerem. Τί γὰρ ἂν πάθοιμι, cum ille mihi belliſſimis coloribus, quos illi tuæ dotes affatim ſuppeditabant, artificè linguæ ſuæ penicillo, ſic tum animi, tum corporis tui ſimulacrum non delinearit modò, verumetiam expreſſerit, abſolverit, oculíſque ſubjecerit, ſic totum *Grolierium* velut *Apelles* quiſpiam in tabula, ſeu veriùs in ſpeculo repræſentârit, ut minus conſpecturus fuerim, ſi te coràm & cominus oculis quanlibet curioſis colluſtrâſſem. Adjuvit nativam facundiam, mirum quoddam hominis erga te ſtudium, ut autore *Fabio*, bonam eloquentiæ partem pectus ſubminiſtrat. Efficax quidem ac præpotens dea πειθὼ, non abs re priſcis dicta *flexanima*, ſed eadem prorſus invicta & impotens eſt, ſi *Cupidinis* adminiculo roboretur. Ut ille me rapuit, ut accendit, ut inflammavit, ubi prolixa, ſed ſuaviſſima tamen oratione novum quendam heroa depinxit, corporis atque animi dotibus juxta felicem, omnibus *Rhamuſia* ornamentis eximiè cumulatum, nullo non virtutis ac decoris genere ſuſpiciendum venerandúmque. Ad hæc, ea morum civilitate modeſtiáque, ut ipſe magnitudinem ſuam ſolus neſcire videatur, eâ benignitate munificentiáq; in omnes probitate literiſque commendatos, ut tantam felicitatem aliis habere, non ſibi credi queat; velut in hoc ipſum divinitùs editus, ut de univerſis ſtudiis, ſtudiorúmq; cultoribus bene mereatur. Sic enim veterem illum *Mecænatem*, in cujus laudes à tot eloquentiſſimis viris eſt decertatum, huic noſtro ſeculo refers, ut non ſolum doctos omnes colas, provehas, foveáſq;, verùm etiam eruditorum chorum non minùs ornes tuo contubernio, quam patrocinio ſubleves. Deligis ingenia quæ diligas. Atq; is ſanè mihi demum videtur diligere, qui judicio diligit. Id tibi ſic acerrimum eſt, ut nihilo ſeciùs candidum: rurſus ita candidum, ut nôris quid interſit inter *Homerum* & *Chœrilum*, inter *Maronem* & *Mevium*. Jam verò pulcherrimum quidem illud arbitror tuæ virtutis argumentum, quod Rex Chriſtianiſſimus perſpectam habens tuam iſtam integritatem ac ſapientiam, cum eruditione non vulgari conjunctam, adhuc ætate virenti tantis negotiorum mohbus præfecerit. Sed longè pulchrius quod quæſtoris munus per ſe invidioſum, æquitate morúmque tuorum ſuavitate plauſibile gratioſúmq; reddideris, in quo jam diu ſic verſaris, ut Principi tuo nuper armis partam gloriam duplicaris, dum ita fungeris magiſtratu, ut *Italus* intelligat & apud *Gallos* eſſe, quibus non pudeat parere. Imò quibus volentes ac lubentes pareant, qui non niſi virtuti parere didicerunt. Hiſce rebus commemorandis, jamdudum inflammatum, magis etiam ac magis accendit animum meum noſter *Calvus*, nullum non movens lapidem, quo me totum in tui rapereret admirationem, dum productis voluminibus oſtendit viros eruditione præſtantes, certatim nomen *Grolierii* ſuis lucubrationibus aſſerere, ſatis illuſtre, ſatíſq; ſplendidum exiſtimantes cuicunq; clariſſimus ubiq; *Grolierii* titulus præluxerit. Neq; enim arbitror eximiæ virtuti ullo opus eſſe præconio. Mediocria fortaſſis eloquentium hominum ingenio commendantur; ut ſtellarum lumen, lucerna quis adjuvet, ſol ipſe ſibi prælucet, offuſcans quicquid externæ lucis admoveris. Noſtrum agimus negotium, dum lucubrationes noſtras talium nominum lenocinio commendamus. Non tu libris, ſed tibi debent libri, æternam per te apud poſteros memoriam habituri. Quod ſi maximè ad nominis immortalitatem literarum auxiliis egeret inclyta virtus, nihil erat neceſſe aliunde petere, quod tibi domi eſt, qui ſic literatis faves, ut ſis inter literatos literatiſſimus. O verè magnum & regno dignum animum! O felicem *Galliam*, quam tot modis nobilitas; felicem *Inſubriam*, cui tu juxta celebratiſſimum *Platonis* elogium, ſimul & magiſtratum exhibes, & philoſophum, ſic Rempubl. adminiſtrans, ut interim ſtudiorum omnium antiſtitem agas! Quid multis agam ornatiſſime *Grolieri*? Fateri pudet, & tamen ſilere non

non possum. Gestiebat inter hæc animus, magnam felicitatis accessionem sibi pollicens, si contingeret *Erasmum* inter tuarum virtutum præcones ascribi. Et arridebat hæc cogitanti, blanda quædam spes, ex singulari tua humanitate concepta: sed rursum dum in sinum meum expuo, & expendo quàm sit mihi domi curta supellex; O improbum, inquam, somnium, quid habent nostræ Musæ plusquã *Carica, Grolierii* gloriâ dignũ? Οὐ παντὸς ἀνδρὸς *Jovem* effingere. Verùm jam pene despondenti animum, *Calvus* animum reddidit: primum omnibus rhetorum locis exaggerans, tum incredibilem in studiosos omnes humanitatem, deinde propensum quoddam ac peculiare studiũ erga meum ingenium, meósq; qualescunq; libellos. Cujus rei cum, per omnia sacra dejerans, fecisset fidem, cœpit urgere homo violentissimus, ut te vel epistolio provocarem. Mihi verò quidvis potiùs visum est, quàm committere, ut hominis incomparabilis amicitiam neglectis extemporariisq; literis viderer auspicatus. Quid enim tum poteram aliud? à *Flandrico* itinere fessus, & in *Germanici* procinctu sic occupatus, ut non paulo molestius esse putarem profectionem adornare, quàm profectionem peragere. Aio rem non modò cum tui injuria, verumetiam cum meæ famæ periculo conjunctam videri. Vincebam argumentis, nec tamen destitit instare *Calvus*, ausus hujus aleã omnem in sese recipiens, se præstaturum, siquid secus evenisset. Etiam si compertum haberet nihil esse periculi, exploratissimâ sibi *Grolierii* fretus humanitate. Quid quæris? *bene plaustrum pertulit*, ut vetus habet proverbium. Perfricui faciẽ, ausus sum autore *Calvo* facinus audax. Quod si bene verterit, & *Erasmum* tuæ clientelæ non graveris adscribere, adnitar omnes ingenioli mei nervos intendere, omnem tentare venam, si quid fortè grandius, & maximo *Grolierio* dignum, possit exculpi. Fortassis quod negat natura, dabit tui studium, & quod noster non habet Genius, tuæ dotes suppeditabunt. Sin offenderit te nostra audacia, temeritatis culpam omnem in *Calvum* referas oportet, mihi nihil potes imputare, nisi quod vel homini facundissimo fidem habuerim, vel urgentissimo, planéq; vinci nescio cesserim. Deniq; non recuso quo minus hanc damnes epistolam, modò probes hunc in te animum, quem nunc utcunq; testati, aliàs locupletiori testabimur argumento. Bene vale clarissime, idémq; doctissime vir. *Lovanii* VIII. Calendas Maias. Anno M. D. XVIII.

Des. Erasmus Roterodamus Antonio à Bergis Abbati divi Bertini S.D.

Epist. 18. QUum multis nominibus jam olim tuæ benignitati debeo patrone incomparabilis, tum hoc etiam sum obstrictior, quod *Morum* animæ meæ partem, pene chariorem, tam amanter acceperis. Adeò in literis ad me suis sibi plaudit, quod tuam viderit amplitudinem. Quod quidem non ideo mihi minus gratum est, quòd in te novum non sit: & tamen illi licèt amicissimo, nonnihil invidi quod mihi non idem licuerit. Emoriar, si non hæc hyems mihi longo sæculo visa est longior: tam diu coccycis fuit agenda vita. Quanquã non tam in nido versamur, quam in pristino longè omnium odiosissimo. Novum Testamentum rursùs innovamus: ac si *Christus* aspiraverit, tale reddemus, ut & *Leone* decimo, & posteritate non indignũ videri possit. Quanquam interim tui copia non est, non deest tamen, qui te nobis utcunque repræsentet. Adest enim *Antonius* fratris tui filius, qui te non minus ingenii mansuetudine, quàm nomine refert & exprimit. Musas omnes iratas habeam, si quid vel mentiar, vel blandiar: adolescens mirâ indole, summam spem de se præbet. Quódq; rarum est inter felices, bonas literas deamat etiam, nósq; literarum amat gratiâ. Visit nos subinde, bibliothecam nostram suspicit. Heri cervinam misit, cum epistolio, tam eleganti, tantum humanitatis præ se ferente, ut mihi longè ferina fuerit gratius. O felices literas, si talibus heroibus placere cœperint! Imo felices nobilium imagines, si ad generis splendorem, literaturæ decus adjunxerint. Ab hoc cardine præcipuè pendet orbis felicitas, si Principibus maximè cordi fuerint, quæ sunt optima. Summus Pontifex, quid quid ubivis est insignium ingeniorum allicit, ornat, evehit. Et scio & fateor me nihil esse, si cum eruditis viris componar, & tamen ob nescio quam eruditionis opinionem, quam mihi lucubrationes meæ pepererunt, cum proximè essem in *Anglia* summâ cum humanitate complexus est Rex, fortunam obtulit haud aspernandam. Complexus est Cardinalis *Eboracensis*, non passim comis aut facilis. Nuper bis ad me scripsit Episcopus *Trajectensis*, proximè *Leodiensis*, minatus se huc venturum, si se nolim invisere. Archiepiscopus *Maguntinensis* totam epistolam suis articulis depinxerat, quo certiùs animi erga me sui studiũ declararet. Episcopus *Basiliensis* ad regni, ut ait, sui consortium invitat. Ac miserè timeo, nè me Rex Catholicus *Indiæ* faciat Episcopum. Sed extra jocum, ex animo gaudeo hoc animi esse magnatibus, non meâ causâ, sed omnium, qui si pergant, multo meliùs agetur cum rebus mortalium. Qui has perfert literas, theologus est, non minùs eruditus quàm cæteri, sed minus supercilioſus, vir integer, humanus ac festivus. Huic obtigerat sacerdotium *Ensoledense*, viâ nominationis, ut nunc loquuntur, id menses jam aliquot possidet: convenit illi cum eo cui tua Celsitudo idem hoc sacerdotium contulerat, si modò tuus accesserit favor. Mavult hoc temporis atq; operæ rebus melioribus insumere, quod litibus esset conterendum. Æquum est peculiariter huic favere Academiæ, vel quia nostra est, vel quia his sanè temporibus omnium florentissima, vel quia te quoq; quondam fovit aluitq;, & nunc duos nepotes tuos alit. Nominationibus minimũ vexabitur amplitudo tua: una aut altera defungetur: quo minus gravatim largiaris hoc alumnus optimus, optimæ nutrici tuæ. Ad hæc, is est *Theodoricus*, ut si hominem pernôsses in nullum malles collatum istud, quicquid est beneficii. Habebis debitorem neq; malæ fidei, neq; ingratum: vel me sponsorem offerrem, ni jam olim sic tuus essem, ut obligatior quàm sum, esse non possim. Magnam illi spem facit, tua nulli non prædicata, multis etiam comperta humanitas. Hanc ut hic quoq; experiatur majorem in modum te rogo. Mitto *Paulum* apostolum *Romanè* loquentem, & multo quàm solet explanatiùs. Instituitur hîc collegium trilingue ex legato *Busidii*. Sed obstrepunt nonnulli, qui, quod sunt, bilingues esse malunt, jam vetuli psittaci, quibus

mutandæ

mutandæ linguæ ſpes non ſit. Bene vale patronorum optime. *Lovanii* poſtridie Idus. Anno M. D. XVIII.

Deſ. Eraſm. Roter. Henrico Glareano S.D.

Epiſt.19. GEminæ tuæ literæ conduplicatam mihi voluptatem attulere, mi *Glareane* in paucis chare. Patris mortem æquum eſt æquo ferre animo, præſertim tam longævi. Fortunam iſtam tibi gratulor, ſed ut perpetua ſit precor. Solent enim iſta Principum donaria πεζοναιρα ἔϐ). Quòd fugam adornas, doleo. Vereor enim nè dum illa perſequeris, id quod eſt in manibus elabatur. Fortaſſe præſtiterat, rem teſtamentariam fratri committere. Certè fac ut ſciam, quando velis proficiſci, forſan ibimus unà. *Fabro* te charum eſſe gaudeo, viro meâ ſententiâ docto, integro, & humano, niſi quod in me fuit ſui diſſimilis. Id aliorum inſtinctu factum ſcio. Verùm non erat ejuſmodi viri, cujuſquam impulſu, ſic debacchari in famam hominis ex animo amantis. Id quod ipſe potuiſti ex perpetuo meo de illo ſermone cognoſcere. Meæ famæ non multum nocuit, ſuæ malè conſuluit, id quod mihi ſanè pluſquam credas moleſtum eſt. Molitur, ut audio, *Apologiam*, ad quam nec adhortor, quòd doleam belluis iſtis anſam dari, qui cum ipſi ob infantiam non auſint in arenam deſcendere, nos inter nos committunt, arte videlicet tyrannicâ: nec rurſus dehortor, nè videar meæ cauſæ diffidere. Unum illud admonebis hominem, pro tua familiaritate, abſtineat à talibus facetiis, alioqui ſentiet me non eſſe edentulum, & fortaſſe ſerò pœnitebit. Placuit libellus *De tribus Magdalenis*. Nolim tamen eam rem in tantam anguſtiam deduci, ut quiſquis dicat, *Chriſtum poſt triduum reſurrexiſſe*, loquatur contra eccleſiam, contra articulos fidei, contra omnem veritatem. Nam in has *Symplegadas* ille rem coartat. Primùm probatio quâ docet μετὰ valere *inter*, non admodum eſt munita, μετὰ χεῖρας, id eſt, *in manibus*; ubi μετὰ poſitum eſt pro χεί. Et μεθ' ἡμέραν pro καθ' ἡμέραν alterius generis eſt quàm μετὰ τρεῖς ἡμέρας, præſertim cum illud μετὰ ἡμέρας ἕξ, μεθ ἡμέρας ὀκτὼ, & hujuſmodi orationes frequentes ſint in Novo Teſtamento. Poſtremò ſynecdoche, quam hinc arcere non licet, hanc quoque difficultatem extricat: *Surrexit poſt tres dies*, hoc eſt, *poſt tertium diem inceptum*. Si contradicit articulis fidei, quiſquis hoc dicit, & tot annis nemine contradicente legit eccleſia, conſultiùs exiſtimârim rem minus agere tragicè, præſertim cum ſynecdoche ſit in promptu. Quod ſi ille primam noctem per allegoriam aut catechreſin explicat, cur veretur hic ab omnibus receptâ ſynecdochen adhibere? Hæc, mi *Glareane*, amico in illum animo ſcribo, quicquid ille de me ſentit. Si tibi non ſit incommodum, admonebis hominem blandè ſuper hiſce rebus; ſimúlque rogabis, ut ſi mihi reſpondet, mittat quàm primùm exemplar meo ſumptu deſcriptum, quo vel agnoſcam lapſum meum, vel tuear. Semel enim ſic ictus ab illo, non debeo magnopere fidere. Et ſi ille poteſt inſtigari ab improbis, improborum plena ſunt omnia; ſin minus, nolim illum tibi vel pilo minus amicum meâ cauſâ. Demiror *Budæum* jamdiu nihil ſcribere. Vale animæ dimidium meæ. *Lovanii*. Anno M. D. XVIII. Calend. Febr.

Deſ. Eraſmus Roterodamus Petro Barbirio ſuo S.D.

NH τὰς χάριτας, ſi res habet, ut ſcribis, qui libellos ſuppreſſerunt, iidem ſuppreſſere literas. Nam primum *Apologiæ*, mox *Paraphraſi* meas adjunxeram. Canonicus ille *Canini* ſuâpte ſponte detulit ac miſit pecuniam penſionariam, homo melioris fidei, quàm nunc vulgus eſt mortalium. Idem fecit optimus ille *Cantuarienſis*, etiam inſcio me. Utinam mihi decem eſſent ejuſmodi, eos ſanè malim, quàm quos *Homericus* optat *Agamemnon*, decem *Neſtores*. *Joannem* meum *Anglum* in *Angliam* emandavi, qui mihi cum alia certa, tum æquum aliquem commodum adducat. Is rediturus eſt ad paſcha: interim me ad iter accingo. Planéque vereor, nè tuum iſtud viaticum me hîc non reperiat. Sed tamen ſi quid obtigerit, relinquam hic probos amicos, ad quos quicquid delatum erit in tuto fuerit, *Joannem Borſalum*, cui Latinæ linguæ profeſſio deſtinata eſt, *Joannem Nevium Hontiſcotanum*, *Petrum Ægidium*, cujus pater optimus nuper vitâ defunctus eſt, atq; ipſe tenaciſſimo morbo affligitur, *Nicholaum Buſchiducenſem*, ludimagiſtrum apud *Antuerpiam*. *Guilielmus Cardinalis Croius*, unas atq; alteras tuas literas mihi reddendas curavit: quarum alteras *Guido Morillonus* tuo nomine ſcripſit. Sed quid ais? friget iſtic *Guido*, juvenis in regione tam calida? ſaltem adeſſet illi ſua Nympha, nè totus frigore pereat. Atqui nobis hic perſuaſum erat, iſtic eſſe totas regiones, ubi terra nihil niſi merum eſſet aurum, nec adeſſe formicas *Indicas*, auri cuſtodes, ſed liberum eſſe cuique, quantum velit fodere. Præſulem *Theatinum* ſalvum eſſe gaudeo, niſi quod hunc quoq; frigere ſuſpicor. Nam de *Briſeloto* rumor quidam ſceleratiſſimus me propemodum exanimârat, hominem abiiſſe in campos Elyſios, jámq; parabam Epicedion, quo tantum orbis lumen è medio ſublatum deplorarem, ſed ſuperioribus literis aſperſiſti aquam, animúmque reddidiſti. Verùm extra jocum, ſummæ voluptati mihi fuit ſummum illum meum *Mecænatem Joannem Sylvium* tam bellè valere, virum, ita me Deus amet, immortalitate dignum. Cum theologis Alcedonia ſunt, imò mira familiaritas. Pro *Hieronymo* palàm agunt gratias; de Novo Teſtamento nihil queruntur, imò primores hujus ordinis ingenuè comprobant, tantum oblatrant ſycophantæ neſcio qui, ſed procul & à tergo. Multos, ut aiunt, terret *Fabri* malè accepti exemplum. In quem tamen viribus meis non ſum uſus, favens etiam, quoad licuit, adverſario. Mirum quid ſit rei, ut ille non ſaltem privatis literis ſeſe vel excuſet vel defendat. Paſſim mihi gratulantur *Gallum* devictum, *Germani*, *Itali*, & *Angli*: nec tamen efficiunt, quo minus oderim meam victoriam, nec admodum glorioſam in cauſa tam vincibili, & invidiæ obnoxiam, quod amico detraxerim opima ſpolia, cui nunc etiam faveo, licet non uſq; adeò, ut in illius gratiam, blaſphemus in *Chriſtum* haberi velim. Proinde precor ut Deus Opt. Max. iis qui mihi bene volunt feliciorem mihi gratulandi materiam ſuppeditet. *Apologia* jam quater eſt excuſa. Deleat ille ſuam inſectationem, ego quatenus poſſum premam *Apologiam*. Auferat ille tela, ego depono clypeum. Tollat ille venena, ego deſinam uti

uti antidoto. Quòd si quis aliorũ me similibus dictis lacessisset, longè aliter fuisset acceptus. Homo sum, ubi verè lapsus ero, non solũ agnoscã erratũ meum, verumetiam admonitori gratias agã, insectatori cedam. Cæterũ ubi simili impudẽtiâ cõviciis atrocissimis impetor, non cõmittam ut posthac in me velut inermem atq; edentulũ, quivis asellus obrudat, quivis sus obganniat. *Faber* unum me lacessivit nominatim. Ego neminẽ adhuc lacessivi, sed uni lacessenti respondi. Quidã aiunt illũ suas colligere copias, ut bellum instauret, alii negant. Ego nihil malo quam pacẽ, præsertim cum illo, non quod illum metuã, sed quod ex animo diligam. Quod si repetat, ipse viderit: sibi imputet, si parũ civiliter accipietur. Adigit me Novum Testamentũ, ut aut *Venetiam* adeam aut *Basileam*. Nondũ enim statui, utro sit eundum. A *Germania* trib⁹ incõmodis deterreor, hypocaustis, latrocinis, & peste, quæ præter alios *Lachnèrum* sustulit, officinæ *Frobenianæ* principem. Ab *Italia* cum itineris longitudo, tum instans æstas. Sed quocunque me contulero, faciam uti cognoscas. Existimabam me Cancellario scribere, quoties tibi scriberẽ. Nam ipsum tot immersum negotiis verebar interpellare. Ego hîc undiq; literis amatoriis obruor. Scripsit Archiep. *Maguntinensis*, semel atq; iterum Episcopus *Trajectensis*, semel *Leodiensis*, semel *Bajocensis*. Invitor ad cõplexus. Invitat Rex *Angliæ*, & hujus *Achates Card. Eboracẽsis*. Invitat Rex *Galliæ*. Tantũ est amatorũ, ut difficile sit vel epistolis omniũ respondere. Scripsi tamen *Sylvio* Cãcellario, tuo jussu, cui non parere vix satis tutũ arbitror, ut es homo violentus. Ex bilinguibus hîc omnes trilingues reddimur. *Matthæus* vir suæ linguæ, in quâ nat⁹ est, in paucis peritus publicè profitetur *Hebraicè*, quasi parũ hîc fuerit ebriorum. *Dorpius Hebraicæ* factionis dux est. Videbis brevi novum seculũ hîc exoriri. Et exosculabuntur illum paulò ante lapidatum *Erasmũ*. Etiam si *Paraphrasis* omnib⁹ omnium calculis laudatur. Est aliquid vel unico libello placuisse tam iniquis ac morosis. Atq; utinam in talib⁹ campis me continuissem, in quib⁹ non paulò plus erat gloriæ, multóq; minus laboris: Sed fatis mi *Barbiri* agimur, fatis cedamus oportet. Ornatissimo viro *Haloino*, fac me diligenter cõmendes. *Marliano*, *Iodocum* jurisconsultissimũ, *Guidonẽ Morilonũ* congerronem tuum meis verbis etiam atque etiam saluta. Cura etiam atq; etiam mi *Barbiri*, ut rectè valeas. Nam hic ann⁹ multos eximios viros tui similes absumpsit, *Marcum Musurũ Romæ*, jam Archiep. designatum, & ante hunc *Paleotum Camillũ*, *Lutetiæ Faustum* immortalitate dignũ. Apud *Anglos Andream Ammoniũ Lucensem* omnibus egregiis dotib⁹ cumulatum. Hi quib⁹ astra sunt à consiliis, affirmant his annis quatuor, tantam fore pestilentiã, ut nulli sint futuri superstites, præter egregiè doctos ac probos viros. Quod si verũ est, audim & ego vaticiniũ meum adjungere, miram fore vilitatem annonæ. Quo magis tibi cavendum censeo nè sis de numero mediocrium. *Iohanni Carondileto* decano *Bezontino* gratulor, pontificii *Panormitani* dignitatẽ additam: & hoc magis gratulor, quòd is semper honestis studiis impensè favit, atque hoc nomine mihi quoq; cum primis amicus ac patronus. Neq; dubito, quin illum sua virtus brevi ad majora sit evectura. Adnitere, ut tibi quoq; gratulari liceat. Perlongũ est omnibus scribere, tu fac unus multarum epistolarum vicẽ fungitor. Rursum vale. *Lovanii*, pridie Nonas Martias. An. M. D. XVIII.

Erasmus Roterod. Marco Laurino S.D.

ACcepi literas tuas, imò meros amores, quid enim aliud sonant, quid aliud spirant? Mihi verò non minùs in votis fuit, frui consuetudine tuâ, quâm tibi meâ. Id uti spero, nunc quoque licebit. De convitiis obtrectatorum qui omnibus atrosis, nunc tandem in inconstantiam meam cavillantur, risi fateor, utpote jam assuetus istiusmodi blateramentis, sed tamen risum ex parte *Sardonium*. Nam mihi quidem adversus istorum calumnias sufficeret animus bene sibi conscius. Cæterùm quis non molestè ferat, obstinatam ac perversam hominum ingratitudinem? Nulli magis indigent meis laboribus quàm isti, qui sic oblatrant meis studiis, suis commodis. Nec ulli oblatrant ferociùs, aut immaniùs quam ii, qui libri nec operimentum unquam viderunt. Fac mi *Marce* periculum, & cõperies me verum dicere. Ubi incideris in istiusmodi quempiam, sine illum debacchari in Novum Testamentum meum, ubi destomachatus erit ad ravim usq; roga, num opus ipsum perlegerit. Si perfrictâ facie dicet se legisse, urge, ut locum proferat quem reprehendit. Non reperies quenquam qui id possit. Nunc vide qu m hoc sit Christianũ, imò quàm monachorum professione dignum, apud imperitam plebem lacerare famam hominis, quam etiam si velint, sarcire non possint, cum id quod carpunt, prorsus ignorent, nõ cogitantes verè dixisse *Paulum*: *Maledici regnum Dei non possidebunt*. Nullum autem infamiæ genus sceleratius quàm hæreseos, quod isti statim impingunt, si quis eos vel nutu offendat. Deinde quemadmodum apud *Elvetios*, ut narrant, uno quopiam é turba proferente digitum proferunt omnes, & ad prædam accurrunt. Ita simul atque ex isto grege unus quispiam grunnire cœperit, mox grunniunt universi, & apud populum *Quiritantes*, ad saxa provocant: velut obliti professionis suæ, non aliud professi sint, quàm ut bonorum virorum nomina, linguæ suæ virulentiâ contaminent, ac prorsus juxta Psalmographi vaticinium, *Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum*. Ita qui debebant Christianæ pietatis prædicatores esse, studio sunt alienæ pietatis obtrectatores. Et qui se profitentur *Hierophantas*, exhibent sycophantas. Et quod prodigii simile est, homines ad benedicendum infantissimi, ad mordendum & calumniandum linguam habẽt: & alias prorsus à Musis & Gratiis alieni, in conspurcanda bonorum virorum fama, salsi sibi videntur, & venusti. Postremò, quod per se non possunt, per subornatos agunt, conducto *Chærilo* quopiam, aut mãlo Rhetore. Tanta est lædendi libido, tanta sitis rei cum facillimæ, tum sceleratissimæ. Prodesse difficillimũ est, sed juxta pium: Cur non hac parte potius declarant se magnos ac suspiciendos homines, si quid esse volunt? Est istud hominum genus omnino dignum ita libris celebrari, ut posteritas non ignoret eximiam morum ingenii que perversitatem, sub prætextu Christianæ reilgionis. Atque id fortasse præstare valeam, si paululum adnitar. Verùm hoc partim dissuadet Christiana modestia, partim iniquum arbitror, ob paucorũ malitiam, universos ordines

Epist. 21.

in

in invidiam vocare. In quib⁹ ſcio permultos eſſe, quib⁹ iſtorũ temeritas nõ min⁹ diſplicet ac nobis. Magis libet eorum habere rationẽ, qui & pietate & eruditione & dignitate præcellentes gratias agunt mihi pro meis qualibuſcunq; vigiliis conatum, opinor, approbantes, ſi quod volui non ſim aſſecutus. Alioqui ſi pleroſq; perſpicerem iſtis ſycophantis aſſimiles, nihil fuerit facilius quàm dormire ac ſilere, mihiq; & *Chriſto* canere. Jam quod cavillantur, ob id me parare novam editionem, quod prior mihi non ſatisfaciat, fingam⁹ ita eſſe, quid eſt quod reprehendant? Si ſtudeam meipſo melior eſſe, & id facere, quod ab *Origene*, quod ab *Hieronymo*, & ab *Auguſtino* factum eſt, præſertim cum id ingenuè teſtatus ſim in prima editione me facturum, ſi foret uſus? Nunc non hoc ago, verùm idem molior, quod jam tertio factũ eſt in edendis proverbiis. Ad hæc, in tranſlatione priore parciùs mutaveram, nè nimis offenderem iſtorũ animos nimium moroſos. Nunc adhortantibus eruditis viris pluſculum hac in parte ſum auſus. Deinde locos immutatos crebriore autorum nomenclaturâ communio, nè quid habeant, quo tergiverſentur ὁι ἀναιδεῖς. Poſtremò, loca tum feſtinanti præterita adjicio. Quod ſi quid interim inciderit, quod eruditos ac pios offendat, non dubito mutare. Neque me diffitebor hominem eſſe. Cõtemnant hanc primam editionem, niſi multos in ea locos explicui, in quibus *Thomas Aquinas* hallucinatus eſt, nè quid dicam de cæteris. Aut negent hoc, aut refellant ſi queant. Sin id in propatulo atq; in confeſſo eſt, agnoſcant quantũ frugis iſtis potuerit adferre labor noſter, unde *Thomas* quoque profecturus fuerat, ſi ſupereſſet. Nemo dictum hoc in illius torqueat contumeliam. Non enim me cum illo confero, etiam ſi quædam aperui, quæ illum feſellerant. Quod de *Thoma* dictum eſt, putent de *Lirano*, imò de *Auguſtino* & *Hilario* dictum. Contemnant, modò fateantur innumeros locos explanatos, quos antehac nec ii intelligebant, qui non vulgariter eruditi ſunt. Poſtremò, cur iſti damnant, quod non damnat Pontifex, cui dicatum eſt opus? Miſi, accepit, legit, gratias egit literis, atq; etiam re ipſa retulit. Verùm rabulæ, ut ſunt ſtupidi naturâ, tum morbo maledicentiæ bis cæci, credunt, opinor, me totam hanc tranſlationem, quâ vulgo utimur, antiquare voluiſſe, quam ego ſæpenumero *Græcorum* lectioni antepono. Imo id tantum verti, quod in *Græcis* reperi codicibus, in annotationibus indicans, quid probem, quid ſecus. Agè, fingat me nihil aliud egiſſe, tantum vertiſſe *Græcorum* codices, ut à *Latinis Græca* linguæ ignaris, poſſent cum editione vulgata conferri, quæſo quid haberent quod reprehenderent? Nunc tot locis oſtendo manifeſtis argumentis, noſtram editionem eſſe depravatam, licèt citra fidei periculum. Oſtendo *Cyprianum*, *Hieronymum*, *Ambroſium* cum *Græcorum* exemplaribus conſentire. Et tamen iſti clamant perinde quaſi piaculum admiſſum ſit. Sed quorſum attinet, mi *Marce*, argumentis uti cum iis, qui ſtudio occludunt oculos, nè videant: occludunt aures, nè audiant. Abundè ſatisfactum illis erat in Apologiis, ſi velint cognoſcere: ſi nolint, fruſtra tentem⁹ eis ſatisfacere, qui calumniari malunt quàm diſcere. Sed conſtantiam in me deſiderant homines ſeveri, quod audierint me *Baſileam* aditurum. Quaſi verò *Baſileam* animi cauſâ ſim profecturus, aut ante hac profect⁹ ſim. Edidi *Hieronymum*, edidi Novum Teſtamentum, præter alia multa: & ut publicis commodis inſervirem, neglexi iter periculoſiſſimum, neglexi ſumptus, neglexi tantum laborum, quibus bonam valetudinis ac vitæ partem attrivi. O miram inconſtãtiam, qui non maluerim apud iſtos depotare, quàm *Baſileam* adire! Ipſi ſurſum deorſum currunt ac recurrunt, per omnes terras ac maria volitant, non ſuo ſumptu cum mendicitatẽ profiteãtur, ſed pecunia emunctâ corroſaq; à viduis quas dementant, oneratas peccatis, ſpoliatis virginib⁹ ſacris, fraudato deniq; genio ſimplicium fratrum, atque id ut noceant, ac viris de republica Chriſtiana bene merentibus labem aſpergant: & conſtantes ſcilicet habentur, gravéſque. Ego quoniam meâpte pecuniâ, meóq; incõmodo publicis inſervio cõmodis, inconſtans ſum. *Deligat*, inquiunt, *ſibi civitatem in quâ vivat*. Quid? an hic in ſolitudine *Scythica* videor vivere? an iſtis non videntur eſſe in rerũ naturâ, niſi quos aſſiduè vident in ſuis compotationibus? Illic opinor habeo ſedem, ubi bibliothecã meam habeo, & ſi quid eſt ſupellectilis. Quòd ſi publica utilitas hortatur mutare locum, pietas, ni fallor, laudanda eſt, non damnanda inconſtantia. Si licuiſſet hujus itineris neceſſitatem vel trecẽtis aureis redimere, non gravatim numeraturus eram eam ſummam. Nunc ita res ferebat; eundum erat. Nec unquam verti ſolum, niſi aut exigente peſtilentia, aut valetudine cogente, aut honeſtæ rei gratiâ. Solam *Italiam* mea ſponte viſi, partim ut loca ſacra vel ſemel adirem, partim ut illius regionis bibliothecis, & eruditorum congreſſu fruerer. Ejus incõſtantiæ nondum me pœnitet. Jam ferme biennium perpetuum hîc ago. Licebat ampliſſimâ ſpe ſequi Regem Catholicum: invitatus ſum, aureis montibus promiſſis à Rege *Gallorum*: invitatus ſum humaniſſimè à Rege *Anglorum*, & à Cardinali *Eboracenſi*, ab *Franciſco* Archiepiſcopo *Toletano*, qui nuper deceſſit. Invitatus ſum ab Epiſcopo *Pariſienſi*, à *Bajocenſi*, ab Archiepiſcopo *Maguntinenſi*, à *Leodienſi*, à *Trajectenſi*, à *Baſilienſi*, à *Roffenſi*, à duce *Bavariæ*, à duce *Saxoniæ*. Non mentior hæc, res cognita eſt permultis, & ex ipſorum ad me crebris epiſtolis liquet. Omnibus his negleãis, hoc agere perſeveravi, quod erat in manibus: & inconſtans vocor, qui, quod tantis vigiliis cœpi, cupiam abſolvere. Quòd ſi conſtantiæ virtus in hoc ſita eſt, ut quàm diutiſſimè locum eundem occupes, prima laus debetur ſaxis ac truncis arborum, proxima conchis ac ſpongiis. Non eſt in vitio commutare locum, ſed perperàm commutare, vitium eſt. Nec eſt virtus diu manſiſſe in eodem loco: ſed cum laude vixiſſe. *Socrati* laudi dant, quod ſemper *Athenis* probum egerit civem. Nec tamen *Platoni* vitio datur peregrinatio. Johannes *Baptiſta* nunquam egreſſus *Judæam* eſt. *Chriſtus* confinia tantum attigit. Nec ideo inconſtantiæ damnamus Apoſtolos, quòd per orbem univerſum obambulaverint. Nemo damnat *Hilarionis* errores, quòd *Paulus* ſpeluncam ſuam nunquam fuerit egreſſus. Quanquam quid hæc exempla commemoro iſtis, qui nec in eâdem urbe conſtant, quippe qui ſubinde præſepe mutant & paſcua, & ubicunque lautior fumat aut rendet culina, illuc demigrant? Conſtantiam in me requirunt, quòd cum iſtis in eâdem urbe non potârim annis quadraginta quinque, ſpongiarum ritu, quibus affixis

hoc

hoc est vivere, quòd bibere: quòd non scortatus sim, quòd non luserim aleam, quod non egerim sycophantam. Ego verò meam inconstantiam multis partib⁹ antepono istorũ constantiæ. Neq; enim paulò pulchrius esse duco, sic in multis vixisse locis, ut ubicunq; vixeris, reditũ tuum optẽt optimi quique, quàm sic in eadem urbe vixisse, ut non referat vixisse: non enim dicam quàm vixisse turpiter. Quid si valetudo cogat mutare locum, nonne daturi sint veniam valetudini consulenti? Nunc damnant quòd omnia posthabeam utilitati publicæ. Sed rejiciunt operam meam isti: rejiciant, modò boni doctiq; amplectantur: nemo per me cogitur plus sapere quàm velit. Sed hos, mi *Marce*, valere sinamus. Nos purè Christianéq; diligamus bonos, malos toleremus, si vinci nolint, nè benefactis quidem. Reperient aliquando similes labra lactucas. Continget malo nodo malus cuneus, & dum fragili quærunt illidere dentes illident solido. Mihi non est nec ocium, nec animus, cum hac luctari scabie. Nolim te tuo incommodo huc advolare, alioqui gratissimus futurus: ipse (ut spero) brevi te visam, dies aliquot acturus apud te, & animum expleturus tuâ consuetudine prius quàm hinc abeam; etiam si hinc abeo, non diu abfuturus. Si *Basileam* adeo, rediturus sum proximo autumno. Si *Venetiam*, proximo vere. De *Ioanne* famulo meo demiror, te nihil meminisse, cuem in *Angliam* ante mensem misi: nam is, opinor, salutavit te. Bene vale amicorum integerrime. *Lovanii* postridie Paschæ. Anno M. D. XVIII.

Des. Eras. Rot. M. B. amico non vulgari.

Epist. 22. AMice non vulgaris, ut jam nunc pro tuo in me studio gratiam aliquam referam, admoneo nè istiusmodi ineptiis bonas horas malè cõteras, quin potiùs hoc operæ quod istiusmodi næniis describendis ac relegendis impendis, evolvendis *Hieronymi* libris imperti. Mihi nec animus est nec ocium, omnibus omnium cavillationibus respondere: satis est si probor à summatibus, atq; ab ipso adeò Pontifice summo, qui mihi pro laboribus meis per literas gratias egit. Non legi libellum sycophanticum, quem ad me misisti, sed alios eruditos audivi legentes. Omnibus risui fuit, & mihi quoq; in quem scriptus. Si faves autori, vel potiùs sycophantæ, sparge nugas illius in vulgus: nam hoc ambit, ut mecum congressus nobilitetur. Sin mihi faves, preme nugacissimas nænias. Imò si isti verè faves, nam ipse gloriæ jejunio, suum ipsius optat malum. Multi sunt quibus magis opus est *Hippocrate*, quàm redargutore. Cæterum quod uno in loco hæres & ipse de *traductione*, quamvis variis modis me poteram tueri, temen ut verbo rem expediam. Donemus hoc loco conjunctionem & non esse interpretantis: non profit mihi, quod in hoc, domũ ducebatur uxor, ut concubitu copularetur, vide quàm bellè hic excusat lapsum. Cum *traducere* sit cum *infamia dimittere*, evasit, si *traductio* significet *consensum domestica consuetudinis*: veluti si quis *cucurbitam* usurpasset pro *tergo asini*, videatur evasisse, si alius interpretetur illic *cucurbitam*, non pro *tergo asini posítam*, sed pro *clitellis tergo impositis*. Quod si quis tergiversetur *traduci* hîc vulgari significatu dictum pro *deduci*, quomodo *traductio* significat *consensum*, aut *traducta consentientem*? An idem est *deduci*, & *assentiri ut abducaris*? aut quid abductio uxoris sine coitu facit ad consuetudinem matrimonii? Postremò, cum consensus ille, quò coit matrimonium, semel in se complectatur, quicquid officiorum utero, conjugum debet alteri, unde nobis ista *traductio* à reliquis officiis separata? *Consensus* conglutinat matrimonium, *coitus* consummat, *traductioni* nullus est locus. Denique non ipse *Petrus Lombardus* sic interpretatur, sed obscuri nescio qui, qui offensi hoc verbo, nè nihil dicerent, hoc commenti sunt. Quod si vides hæc esse coacta detortáque, fateamur ingenuè *Petrum Lombardum*, *traducendi* verbum, quod est apud *Matthæum*, accepisse pro *conjunctione uxoria*, præsertim cum is & aliàs manifestissimè labatur in vocabulis, *Isidorum* aut alium huic similem secutus. Verùm hujusmodi nugis omissis, oblecta te bonis autoribus evolvendis, qui te non solùm eruditiorẽ reddent, verùm etiam meliorem. Hic per me non nobilitabitur. Quòd si ipse suas evulgârit ineptias, sibiipsi acceptum ferat oportet, cum omnibus risui fuerit. Bene vale in *Christo*.

Lucas Paliurus Erasmo Roterod. S.D.

Epist. 23. EGo nè hominem illum grammatophorum tuum, maxime & clarissime præceptor *Erasme*, vacuis ad te redire manibus, ut nullas ad te literas mitterem, arduis licèt Principis mei detentus negocijs, finerem? Qui mihi adeò benignum, adeò humananum te seponumerò præbuisti. Certè ingratum agerem, si hæc non altâ mente reconderem, si gratiam non referrem. At quis parem referet, licèt quantumcunque etiam gratus? cum tu ita erga omnes sis, neminémque non beneficiis accumules, ut nec singillatim, nec gregatim literarum amatores, tibi satis dignam quocunque munere, talionem reponere possint. Ego, nè prorsus ingratus sim, quod unum possum facio, & tui memoriam sæpenumerò apud Principem meum refrico; te, ut par est, commendo, & ad cœlum usque laudibus veho, quas ille cupidissimè solet audire, & nonnunquam sic addere meis, quasi malignè laudârim. Oro superos, ut in multos annos te servent nobis ac bonis studiis. Alia hoc tempore facere non possum. Vale omnium, quos vel tellus alit, doctissime, & me ama. *Basileæ*, decimatertia Julii Anno M. D. XVII.

Des. Erasmus Roterod. Lucæ Paliuro S.D.

Epist. 24. QUòd rectè vales gaudeo: quòd nostri non solùm memor es, verumetiam studiosus, habeo gratiam: quòd honestum locum obtines apud antistitem omnium optimum, magnopere tibi gratulor. Opto ut tua felicitas quàm maximè diturna sit, semperque major: ac precor, ut quod facis, facere pergas, ut *Erasmum* integerrimo Præsuli tuo commendatum reddas, quo mihi nihil magis est in votis. Utinam orbis haberet multos illius similes. Bene vale, *Lovanii*, pridie *Bartholomæi*. Anno M. D. XVII.

Des. Erasmus Rot. Paludano suo. S.D.

Epist. 25. MItto epitaphium, nè usquam non obsequiar *Paludano* si displicebit, quod scio fore, cogita scriptũ à Theologo, cui generi scis quàm in-

quæ sint Musæ. Bene vale. Anno M. D. XVII.

Epitaphium Carmine Iambico Trimetro D. Iacobi de Croy, Ducis et Episcopi Cameracensis.

Utriusque gentis *Croica* & *Calaingica*
Decus perenne, *Iacobus* hoc situs loco,
Præsul né fuerit melior, an dux clarior,
Tibi *Camerace*, nemo facilè dixerit.
Evectæ ad astra virgini matri sacer,
Cui fuerat usque pectore addictus pio,
Evexit hunc è rebus humanis dies.

Erasmus Roterod. Ricardo suo S.D.

Epist.26. NOn eò scripseram de *Ioanne* meo, ut illum *Tonstallo* obtruderem, sed ut gratum facerem, si hoc illi fuisset cordi. Animum erga me tuum tam amantem ac propensum amplector atque exosculor. Perge, mi *Ricarde* charissime, purissimis moribus puras adjungere literas, quando in hoc esse te video. Bene vale. *Lovanii*, pridie Calend. Septemb. Anno M. D. XVII.

Des. Erasmus Rot. Georgio Haloino S.D.

Epist.27. CLarissime *Georgi*, tandem olfeci, ni fallor, quis fuerit ille *Gandavi*, quem nostra offenderit *Moria*; monachus est, niger est, nihil nisi venter est. Primum à paucis intelligebatur, donec *Listrius* adderet commentaria. Verùm ubi per te *Gallicè* quoque loqui cœpit, ab his quoque intelligitur, qui nec Psalmos suos intelligunt. Optârim & ipse audire meam *Moriam Gallice* differentem: quod si tibi non est exemplar, saltem commonstra unde possim petere. Totus, hoc est, cum bibliotheca, *Lovanium* commigravi. Cum Theologis altissima pax, atque adeò necessitudo: nam mihi cum illis bellum esse sycophantæ quidem sparserant: destinant me in suum ordinem cooptare. Quis hoc non malit, quàm in deorum contubernium allegi? *Atensis* unicè favet, *Dorpius* ex animo videtur amicus. Oblatrant unus & alter τῶ πλοχάν, sed in absentem. Accipio *Briselotum Antuerpiæ* gnaviter ac prorsus bonis lateribus in omnibus compotationibus in me declamâsse. Verùm id de viro tam erudito atque integro, non possum adduci ut credam esse verum. Cura ut optimè valeas, téq; nobis & rei literariæ serves incolumem. Monacho huic, ut videtur probo, raræq; indolis, vel pro tua humanitate, vel meâ causâ, si quid opus erit, commodabis. *Lovanii* quarto Calend. Septembris, Anno M. D. XVII.

Christophorus Episcopus Basiliensis Eras. Roterod. S. D.

Epist.28. INcredibile est, quantâ perfusi lætitia simus *Erasme* celeberrime, cum ex hoc tuo grammatophoro te valere accepimus. Fecit enim amor, quem tecum superiori anno *Basileæ* contraximus, ut tua de valetudine curam non gerere non possimus. Et quis literarum amator non gerat? Nam si quid *Erasmo* valetudinis adversæ incumberet, opinor & omnes honestas disciplinas indolituras, simúlque totam rempublicam literariam periclitaturam. Timebamus non parum, nè cœlum istud novum duriùs te acciperet. Quod revera nostra tibi precaretur patria, si precandi A locus esset, non quòd tibi invideat, sed ut cœlum nostrum *Basilianum* reviseres. Et certè nihil æquè in votis nobis esset, quàm ut te sæpe præsentem aspicere, dulcissimæque ac quidem doctissimæ tuæ confabulationi interesse liceret. Age mi *Erasme*, si *Basilienſe* tibi cœlum plus aliis arridet, sub eodem habitemus tecto, *Basileam* repetas, nos, & omnia nostra tua erunt. Hæc scripsimus, nè tui, quoniam ab oculis semoti, pectore immemores videremur. De rebus tuis aliquando ad nos scribe, & feliciter vale. Ex civitate B nostra *Basilienſi*, decimatertia *Iulii*. Anno Christiani partûs M. D. XVII.

Des. Eras. Roterod. Præsuli Basilienſi, Christophoro S.D.

Epist.

REverende Præsul, eloqui ut dignum est, vix queam, quantopere veterem istum tuum in me animum quem olim abundè expertus *Basileæ*, nunc rursus tuis ex literis agnosco, venerer atque C exosculer. Ac jampridem circumspicio, si quod idoneum argumentum nanciscì queam, quo simul & tuam erga me beneficentiam, & meam vicissim in te grati animi propensionem testatam efficiam, etiam posteritati, si quid meæ possint literæ. Imò quo melius dicâ, ut posteritas in te boni præsulis imaginẽ accipiat, in me seduli clientis exemplum. Sed hactenus unus in tot curas distractus, hinc studiis meis, hinc aulæ negotiis, vel nugis potiùs, hinc Theologorum quorundam odiis, D meminisse magis poteram officii mei, quàm præstare. Nunc cum Theologis pax est altissima, nisi quòd reclamant adhuc personati pauculi, sed procul, & in absentem duntaxat oblatrantes, præsertim ubi calices reddiderint eos difertos. Ab aula me prorsus avulsi. *Lovanii* sedeo, cum cœlo satis convenit. Spero dabitur commoditas animo meo satisfaciendi, nec tamẽ *Basileam* excussi animo, sed est cur hic expediat menses aliquot desidere. Id quid rei sit, partim E indicavi *Ludovico Bero*. Neque verò me istuc perinde invitârit cœli vestri amœnitas, atq; animus iste tuæ celsitudinis, tam in nos propensus. Pro officiis & humanitate, quâ *Beatum Rhenanum* raræ probitatis virum prosequeris, non minorem habeo gratiam, quàm si in meipsum collocâsses. De novis rebus ex aliorum literis cognosces. Bene vale suspiciende pater. *Lovanii*. An. M. D. XVII.

Des. Erasmus Roterod. Henrico Stromerio Aurbachio Medico S. P.

F

Epist.

ERuditissime Medice, accepi per meum famulum *Jacobum* literas tuas multis quidem nominibus gratissimas: sed hoc præcipuè, quod reverendi præsulis honestam de nobis opinionem ac propensum favorem, simúlq; singulare quodda tuum erga me studium testentur. Erat animus inscribere archiepiscopo *Suetonium*, aliosq; qui Cæsarum vitas descripserunt, à me post omnes non G temerè recognitos: sed erat cur id fugerim. Nondum ullum illius in me officium sum expertus: sed tamen cum audio celsitudinem illius tanto animo favere bonæ spei ingeniis, arbitror omnium eruditorum esse partes, ut talem heroem laudibus vehant: mihi quoq; hoc magis suscipiendũ, quòd rebus piis ac sacris faveat tantus Princeps: quo quidem animo si omnes essent præditi: melius,

melius, ni fallor, cum rebus humanis ageretur. Porrò, quod hortatur ad describendas divorum vitas, utinam sicut præmium pollicetur, ita possit huic corpusculo vires ad id negotii justas addere. Jam annum excessi quinquagesimum, & valetudo perquam est imbecillis, & distringor variis studiorum laboribus. Si posthac continget istbâc facere iter, cupidissimè fruar optimi Principis conspectu, tuáq; consuetudine. Bene vale *Stromeri* doctissime. *Lovanii*, natali *Bartholomæi*, Anno M. D. XVII.

Des. Erasmus Roterod. Thomæ Cardinali Eboracensi S. P.

Epist. 31. AMplissime pater, non eram nescius quàm religiosè tua celsitudo maximis etiam viris sit adeunda, quámq; multis malè cesserit numina parùm ritè compellâsse. Verùm hanc fiduciam mihi fecit rara quædam & inaudita comitas, quâ ipse tum aliàs, tum nuper expertus sum, cum apud *Britannos* agerem. Eximiæ felicitatis invidia comes esse solet. At mira morum tuorum facilitas omnibus exposita obviáque, sic prorsus invidiam omnem excludit, ut homines non minus ament naturæ tuæ bonitatem, quàm fortunæ magnitudinem suspiciunt. Verùm ne seriis negotiis occupatissimum nugis etiam meis diutiùs occupem, mitto regiæ majestati libellum utcunq; adornatum, ea fermè complectentem, quæ ad rectam Principatûs administrationem faciunt. *Philippum Castellæ* Regem, sub cujus nomine boni Principis simulacrum effinxi, serenissimus Rex *Henricus*, ejus nomenclaturæ octavus, puer juvenem fratris vice dilexit, cujus mortem etiam suis ad me literis olim deploravit, non minus amanter quàm eleganter: cum *Carolo* nostro, præter affinitatis copulam, tam arctis fœderibus, tam propinqua necessitudine, animorúmq; fraterno consensu conjunctus est, ut conjunctior esse non possit. Porrò, tua reverenda sublimitas regiæ majestati, regnum multò omnium florentissimum longè felicissimè administranti: hoc ipsum est, quod olim *Herculi Thesens*, quod *Achates Æneæ* fuisse legitur, ut non ineptè tria maxima simul & carissima inter se nomina, liber unus complexus videatur. At volumen quod olim Regi dicaveram, tuíq; manibus obtuleram, nondum opinor per bellorum tumultus licuit evolvere. Sed jamdudum partâ tranquillitate, intelligo illum ad literas, olim puero non infeliciter gustatas, redisse, ac subinde cum libris colloqui non quibuslibet, sed iis potissimùm, qui pietatem, qui regiam sapientiam doceant. Nàm hoc magis sitit virtutem, quo magis possidet. Proinde vetus munusculum renovare visum est, eò quod dicatum non videretur, quod nondum esset cognitum. Adest & tuus libellus, tam exiguus quâ ipse magnus es. Haud me fugit, quàm utrunq; munus pusillum sit: quanquam tantis heroibus, quid aliòqui non sit futurum pusillum? Sed perfricui frontem, & humanitatis vestræ quàm celsitudinis malui meminisse, & visum est utcunq; refricare nostri memoriam, simúlq; animi majora molientis significationem dare, quando interim Novum Testamentum sic me totum habet ac possidet, ut aliud non possim. Cui quidem operi certum est immori, aut ita tractare, ut tum mihi, tum *Leoni* P. M. nunquam intermoriturum famæ decus sit parituum. Non recuso quo minus hoc arrogantèr dictum videatur, nisi re præstitero, quod polliceor. Huic sanè labori hæc hyems dicabitur, quâ *Lovanii* sum acturus, postea quàm nec Princeps adest, nec cancellarius *Burgundiæ*. Interim majorem in modum rogo, primùm ut tua celsitudo pergat eo favore, quo cœpit, *Erasmum* prosequi: Deinde & hoc qualecunq; munusculum serenissimo Regi commendare dignetur. Aut si id parùm meretur ipsum munus, certè hunc animum tradere. Rex catholicus hinc felicissimè solvit, utinâ eodem tenore cætera illi succedant in *Hispaniis*. Apud nos vereor ne magna rerum novitas exoriatur, ni numinis favor, Principúmque pietas ac sapientia, rebus humanis prospiciant. *Ammonii* mortem acerbissimè fero. Quot in uno homine dotes periere? Periit & *Hieronymus Busleidius*, qui quidem apud vos legatione functus est, & has primitias Orco *Hispanico* dedimus, cui jam nimium sæpe litamus. Bene valeat tua reverenda sublimitas, cui hunc infimum clientulum diligenter commendo. *Antuerpiæ* V. Idus Septem. Anno M. D. XVII.

Des. Erasmus Roterod. Angliæ Regi Henrico octavo S. D.

Epist. 32. INclyte Rex, inter innumeras ingenii tui dotes verè regias, planéq; heroicas, quibus laudatissimum parentem *Henricum* ejus nominis septimum, non refers modò, verùmetiam superas, alius fortassis aliud mirabitur ac laudibus vehet. Mihi nihil non suspicienti, illud in primis probatur, quod cum ipse pro rarâ quâdam animi perspicaciâ sapias plurimùm, tamen prudentum & eruditorum, ac potissimum eorum, qui nesciant ad gratiam loqui, familiaribus colloquiis gaudeas, perinde quasi *Sophocleum* illud alicubi legeris, nec dubito quin legeris, Σοφοὶ βάσιλεις ἢ σοφὼν συμβολαί, id est, *Reges sapientes redduntur, sapientium hominum consuetudine*. Cum primis autem, quod inter tot regni, imò mundi negotia, nullus tibi penè dies abeat, in quo non aliquam temporis portionem libris evolvendis impertias, cúmq; priscis illis sapientibus colloqui gaudeas, qui minimè omnium assentantur, atque his præcipuè libris, unde cordatior, melior regnóq; utilior discedas, longè dissentiens ab istorum opinione, qui existimant egregios Principes à nulla re magis abesse oportere, quàm à libris studióque philosophiæ: aut si quid etiam attingendum sit librorum, nihil nisi ridiculas, & vix mulieribus dignas fabulas, meráque stultitiæ ac vitiorum irritamenta legi oportere: perinde quasi hæc duo ex diametro inter se pugnent, sapere, & Principem agere: cum ita inter se cohæreant, ut si alterum alteri adimas, nihil jam relinquas, præter inanem Principis titulum, Cenotaphiorum instar, quæ nomina tantùm & stemmata foris ostentant, cum intùs vacua sint. Porrò, quemadmodum cordatus & pius Princeps omnibus sapit, omnibus vigilat, omnibus prospicit in commune, ut qui publicum negotium gerit, non suum: ita par est, ut hujus curas ac sollicitudines pro sua quisq; portione virili conetur adjuvare. Et quo latius imperat, hoc magis eget hoc officiorum genere. Eximia quædã inter mortales res est monarcha, ac planè numinis instar, sed homo tamẽ. Ego verò, quãdo solis literulis meis hoc

officii pensum possim Regibus persolvere, pridem libellũ *Plutarchi de ratione dignoscendi adulatorẽ ab amico*, è *Græco Latinũ* feci, tuæq; majestati dicavi per tuũ Cardinalẽ, qui tibi in regni administratione id est, quod olim *Theseus Herculi*, aut *Achates Æneæ*. Verùm quoniam id temporis in medias bellorum procellas, publica quædam ac fatalis orbis Christiani tempestas subitò te abripuit, non satis vacabat, opinor, literis attendere, cum res ferro esset agenda. Nunc igitur eundem, licèt jam orbi publicatum, ac tertium typis excusum, ad tuam celsitudinem mitto, neque id absque fœnore. Siquidem adjunxi Panegyricum *Philippi Castellæ* Regis præconem, cujus memoriam scio tibi sacrosanctam esse, quippe quem olim puer juvenem fratris vice dilexeris, quemq; optimus parens tuus non titulo tantùm in filium adoptârat. His adjeci Principis institutionem, quam *Carolo* Regi Catholico, recens inaugurato principatui, nuper obtuli. Non quòd is nostris monitis magnopere egeret, sed quòd, quemadmodum in magnis tempestatibus, quantumvis periti gubernatores, se vel à quovis admoneri patiuntur, sic Princeps tot regnis destinatus, nullius omnino consilium debeat aspernari, quod sedulò proferatur animo, secuturus quod ex omnibus factu optimum judicârit. Quod autem usquam fretum tantos habet motus, quantos habẽt tumultus amplæ ditiones? Aut quis unquam tantas in mari tempestates vidit, quantas rerum humanarum procellas paucis hisce annis vidimus? Et adhuc graviores imminere videntur, ni res Principum sapientiâ pietatéq; componantur. Postremò, quando in consiliariorum ordinem ascitus eram, visum est protinus hoc officio meo respondere muneri, & non una aut altera in re consulere, sed consiliorum omnium ceu fontes quosdam ostendere, egregiæ quidem indolis, sed adhuc puero Principi. Nam ut tuæ majestati monitis ejusmodi fit opus, tantum abest, ut qui attentiùs tuam imaginem contempletur, absoluti Principis simulacrum ad tui exemplar possit effingere. Missi tamen, quòd scirem, ut nihil aliud accederet, duorum tibi clarissimorum Regum commemorationem non injucundam fore. Deinde quòd ea præcepta, si salubria suadent, Regibus omnibus commendabuntur, aut Regum filiis, si senserint tibi Regum qui hodie vivunt, omnium cordatissimo, incorruptissimo, florentissimóq; non displicuisse. Postremò, ipse ingratitudinis culpam utcunque effugero, si non desinam tuæ majestatis erga nos studium, quâ possum sedulò testificari. Quid enim illi non debeo, toties ornatus testimonio vocis tuæ? Ad hæc, cum isthic essem proximè, tam benignis conditionibus invitatus, tum ultrò, tum regiâ prorsus comitate, quando hoc ipsum pro magno habeo, quòd huic homuncioni talis ac tantus Princeps faves, quòd agnoscis, quòd amas. Majestatem tuam quàm diutissimè incolumem ac florentem tueatur Principum Princeps Optimus Max. *Iesus Christus. Antuerpiæ*, An. M. D. XVII. postridie natalis divæ virginis.

Des. Erasmus Roterodamus Iacobo Fabro S. D.

Epist. 33. QUi nostrum utriq; bene volunt, optime *Faber*, utriusq; vicem dolent. Tuam cui tam sinistrè, nescio quis, Deus immiserit in animum, ut cum nihil esset causæ, tam odiosa disputatione me lacesseres, atq; ita lacesseres, ut mihi non esset integrum obticescere, nisi simul omnia illa crimina agnoscerem, sermonem *Christo* Deóq; indignissimum, & sermonem seipsum undiq; elidentem, & omni ex parte sese falsum esse declarantem, & sermonem intelligentiæ propheticæ adversantem, & sermonem propestiferis *Judæis* facientem, unáq; cum illis *Christum* contumeliis afficientem, & sermonem *Antichristo* dignum, & sermonem, cui si pertinaciter hærerem, hæreticus essem, aliáq; id genus tam multa. Nam unum aut alterum ejusmodi telum fortasse dissimulâssem. Meam verò, qui aliàs occupatissimus, & ab hoc scripti genere maximopere abhorrens, compulsus sim cum homine mihi longè charissimo decernere. Ex adverso gaudent, qui nobis ac rectioribus studiis malè volunt. Habent quod utriq; objiciant, quo utriq; fidem abrogent, quo suam insciitiam consolentur. *Christum* mihi parũ propitium habeã, nisi non solùm hanc necessitatem, verum etiam hanc victoriam, quam omnes uno ore mihi tribuunt, odi. Quam ob rem, mi *Faber*, per omnia quæ tibi sacra sunt, rogo, sit hic impii certaminis finis. Παλιν δεσμὸν ἄμεινον ἢ κακὸς δραμεῖν. Quod si omnino placet cum *Erasmo* confligere, ab iis verbis temperato quę dissimulari non possunt. Nimium delectavimus istos veteris insciitiæ mystas. Mitto ad te libellum, si fortè nondum vidisti: perlege attentiùs. Deinde teipsum tibi in consilium advoca: nec aliena instigatio te perpellat eò, quò postea pœniteat perveniſſe, & tuorum cohibe stylum. Ego meos hactenus coercui. Agamus purâ veréq; Christianâ synceritate. In me nihil fuci reperies. Bene vale; *Lovanii* tertio Idus Septemb. M. D. XVII.

Herneſto Bavariæ Duci, Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. SI *M. Tullius* omnium suffragiis uberrimus & inexhaustus facundiæ fons fatetur eloquentiæ venam facillimè inarescere, ni cotidiana legendi dicendique exercitatione sufficias, *Herneſte* Princeps, non tantùm imaginibus inclyte, quid mihi credis accidisse, cui cum vix tenuis quidam orationis rivulus contigerit, jam anni complures in eo studiorum genere consumpti sunt, quod adeò ad expoliendam orationem non facit, ut quamlibet etiam benignè fluentem copiam possit extinguere, ac dictioni quantumvis nitenti, situm ac rubiginem obducere. Quid enim inutilius ad tuendam Rhetorices politiem, quàm tumultuariâ lectione sursum ac deorsum per omnes autores, eósque interim inconditos raptari? Quod usque nobis faciundum fuit in Novo Testamento, in cudendis ac recudendis *Chiliadibus*, in instaurandis *Hieronymi* libris. Proinde quo contractam hisce studiis orationis, vel scabriciem, vel inopiam aliquâ ex parte corrigeremus, dum proximo vere *Britanniam* adirem, *Quintum Curtium* itineris ac navigationis comitem adjunxi, qui mihi olim puero lectus, mirè candidus ac tersus est visus, nec alius sanè visus est ex tanto regustatus intervallo. Dolet mihi autorem lectu dignissimum ἀκέφαλον nobis superesse, nimirum duobus primoribus libris amputatis, ultimo pluribus in locis trunco mutilóque. Risimus interea Græculam in historia vanitatem, quam tamen *Quintus Curtius* subinde

subinde temperâsse videtur; & tamen cum huc omnes ingenii sui nervos intenderint, ut eximiũ quendam & inimitabilem Principem depingerent, quid aliud nobis quàm toties furiosum, sed ubiq; felicem orbis prædonem descripserunt? Neque enim ille periculosior erat vino temulentus, quàm irâ atq; ambitione. Et quo felicior erat impotentis animi temeritas, hoc erat rebus humanis perniciosior. Mihi certè non magis placet *Graecorum* historicorum *Alexander*, quàm *Achilles Homericus*, pessimum uterq; boni Principis exemplar, etiam si quæ virtutes tot vitiis admixtæ videri possint. Videlicet operæ precium erat, *Africam*, *Europam*, *Asiam* tot miscri cladibus, ut unius furiosi juvenis animo mos gereretur, cujus ambitioni nec orbis hic solidus erat satis futurus. Bene habet quod illi pesti fortuna, cæteris in rebus nimium indulgens, longæ vitatem negârit. Locos aliquot obiter annotatos correximus, addito elencho, qui potissimùm indicaret, si quid novè dictum apud hunc scriptorem extaret, ne desit quo placemus λογομάστιγας quosdam, qui ad singulas penè voces nobis solent obstrepere, clamitantes, apud probos autores nusquã inveniri. Hoc quicquid est vel fructus vel studii, tibi visum est dicare, quo testaremur nos vel memores esse principis, cui tum ipse privatim plurimum debeo, ut à quo fuerim pridem amplissimis conditionibus provocatus, tum publicè debent omnes bonarum literarum mystæ, quas tu sic ornas clarissimis majorum tuorum stemmatis, sic morum integritate commendas, sic benignitate foves, sic autoritate tueris, ut brevi nihil sit illis futurum felicius, si cæteri Principes, omisâ bellandi rabie, tuum exemplum æmulentur. Bene vale. Anno M.D.XVII. pridie Nonas Novembris.

Des. Eras. Rot. Noviomago S. D.

Epist.35. DEmiror te nihil scripsisse, cum scripserit ipse Præsul. Neq; enim opinor te sic occupatum, ut non vacarit: neque tam fortunæ successu elatum, ut veteres congerrones fastidias, quod tamẽ optârim ita esse. Libellum *De querela pacis* optimo Præsuli non displicuisse, magnopere gaudeo, & jam nunc fructum ejus laboris abundè magnum percepisse me puto, quòd is amplectitur, cui unicè probari cupiebam. *Paraphrasis* ad metam properat. Liber exiguus, sed nemo credat, nisi periculo facto, quantis sudoribus mihi constiterit. Mittetur simulátq; fuerit absolutus *Theodorici* formulis. Sed audi rem ridiculam: Nuper quidam expeditus accurrit, annuncians sacerdotium meum, quod haberem *Trajecti* æstimatum quatuor *Philippeis*, si vellem numerare. Primùm gaudebam, somnians novum aliquod collatum, deinde mirabar quid rei esset. Postremò sensi nomen commune fuisse causam erroris. Est enim hîc alter *Erasmus* juris doctor, ad quem scriptas literas insciens nuper legi, putans ad me scriptas. Deinde cum nihil illic esset, quod ad me pertineret, suspicabar me rideri à quopiam, donec *Barbirius* eâ suspicione me levaret. Cave ne dominus accersat me his mensibus hybernis. Sic enim versor in Novo Testamento, ut nec digitum latum liceat discedere, & certum est his mensibus absolvere. *Philippo* tantum hortator ad literas esse possum, quod desierimus in unis ædibus vivere. Nihil est *Navio* meo in hac Academia vel eruditius, vel melius, vel festivius, vel deniq; syncerius, nec unquam vixi magis ex animi mei sententia. Bene vale, *Lovanii* XVI. Calend. Decembris.

Erasmus Rot. Barbirio suo S. D.

Epist.36. QUam timeo mi *Petre*, ne felicitates *Hispanicæ* tibi veterum amiculorum oblivionem invehant. Quanquã id quoq; malim accidere, quàm si qua calamitas idem efficeret. Mortem *Busleidi* ex animi doleo, & hoc magis doleo, quòd ante discessum illo tam frigidè sim usus. Legatum de tribus linguis dici non potest quantopere probem. Et jam bonâ quâdam fortunâ adest *Hebraus*, suarum literarum longè peritissimus, cum meo tum omnium judicio. Quod si hoc negotiũ initio magnificè, pérq; celebres viros instituatur, mirum dictu, quantũ gloriæ sit nostræ regioni allaturum. *Marcius* mihi pecuniam è *Selandia* jam miserat, cum tuæ mihi literæ redderentur. Præterea nihil accepi neq; literarum neq; pecuniæ. Si nihil mittetur, te incolumi, feram utcunq; incommodum. Sin, quod prohibeant superi, casus aliquis *Barbirium* nobis adimat, non potero ferre tam multiplicẽ jacturam. Quare te etiam atq; etiam oro, da operam ut valeas. Versamur nunc in collegio *Lilienſi*, cum hospite omnium humanissimo, *Nevio Hontiscotano*. Novum Testamentum pulchrè processit, absolvendum intra tres menses, adjutore Deo. *Fabro* respondimus, quantum licuit, citra stomachũ. Nondum satis admirari possum, quid homini venerit in mentem. Misi illi libellum, nihil adhuc responsum est. Imposuit illius simplicitati instigator aliquis. Atq; utinam mihi licuisset dissimulare. Episcopus *Trajectensis* ad me scripsit, significans se acciturum me, simulátq; à *Transinsulanis* redierit, declaraturúmq; quanti me faciat, sed frustra canit. *Paraphrasis in Epistolam ad Romanos* eleganter excuditur. Par est, ut *Paulus Romanis* paulò magis *Romanè* loquatur. Opus mirè probatum eruditis. Oro te per sacram Theologiam, fac sciam quid valeat optimus ille meus *Mecanas*, in quo uno summa spei meæ sita est. Si unus pergit sui similis esse, omnia pergam recusare, quæ aliunde offeruntur. Adhuc meo succo vivo, præter trecentos, aut paulò amplius florenos, quos ex illius, aut Principis benignitate recepi. Neq; dubito de ejus animo, modò tu commonefacias. Saltem fac nos per literas *Hispanicarum* felicitatum participes, nisi hoc quoque nobis invides. Tristissimus rumor huc allatus, me penè exanimavit, *Briselotum* ex humanis excessisse. Verùm quando non constat, opinor vanum esse. De doctissimo doctore *Jodoco* simile quiddam nunciabatur, opinor occasione mortis *Busleidiana*. Nisi apud *Hispanos* aliquid tale passus es, quale ferunt *Ulyssis* socios passos apud *Circen*, fac me diligenter commendes patrono meo unico Cancellario, cui scripturus eram, sed puer ille balbus, opinor, cognatus uxoris, vix semihora, prius quàm abiret nuncius, significavit abitũ grammatophori. Bene vale mortalium charissime, & animæ plus quàm dimidium meæ. Præsulem *Theatinum* saluta meis verbis, & Episcopum *Marlianum*. *Guido Morilonus* ubi sit nescio, & tamen scire cupio quid rerum gerat. *Lovanii*, postridie omnium sanctorum. Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo.

Eraſmus Rot. Oſvaldo S. D.

Epiſt.37. AMice candidiſſime, multò gratiſſimæ mihi tuæ fuerunt literæ, quibus etſi contractè reſcribo, amo tamen effuſiſſimè meum *Oſvaldũ*, vel quòd nobis adeò faveat, vel quòd *Glareano* non ſemel meo, *Theſeus* ſit, aut ſi quid *Theſeo* fidelius. Perge mi *Oſvalde*, literarium quoq; decus *Elvetiæ* tuæ, jam olim armis inclytæ, vindicare. Nos hinc peſtis abigit, cui maximam malam peſtem imprecor. Bene vale. *Baſileæ* VII. Septembres. An. M. D. XVIII.

Vdalricus Zaſius Cæſarei juris profeſſor Eraſmo Roterodamo S. D.

Epiſt.38. REctè *Julianus* noſter, magne *Eraſme*, impoſſibilia non modò difficilia judicat, quæ non niſi cum Principe explicari poterunt. Hoc enim in me ipſo experior, qui rem tecum literariam ideò explicare ſuperſedeo, quia cum optimarum doctrinarum Principe agendum video, quicum congredi, ſi non impoſſibile, eſt tamen admodum difficile. Proindè nulla me incivilitatis nota expende, quod tibi adhuc nihil literarum dederim. Nec enim temerè Princeps adeundus eſt, tametſi multa in te & vidi, cum tecum eſſem, & ſum expertus, quæ ſylvam ſcribendi præberent. Prima me frontis, & oculorum, & neſcio cujus hercis majeſtas ita conterruit, ut tametſi pulchrè antehac præmeditatus, qui te exciperem, coràm tamen poſitus, labra ægrè moverem, ut velut titubans & interſiſtèns, dimidiata & mutila vix verba proloquerer. Hic primus congreſſus cum malè habuiſſet, nihil poſtea in me ſecutum eſt, quòd eum præſtaret hominem, quem tu putabas. Divinabam hoc futurum, ſed volui omninò te videre, etiam cum famæ meæ jactura. Pluris enim mihi fuit præſentia tua, vel cum attenuatione mei, quàm falſa opinio, quæ abſenti tibi majora in *Zaſio* ementiretur. Compoſitos tuos geſtus, verba facundiſſima, & velut rivos vivo fonte lepidè fluentes, humanitatem admirabilem, gravitatem comitate pulcherrimâ conditam, quis non videre, quis non admirari, exoſculari, vel cum jactura aliqua cupiat? Itaq; judicato de me ut libeat, ſum enim in ordinem redigendus, ætatem tamen quam ago, vitam quam ſpiro, lucrifeciſſe mihi videor, qui hunc hunc *Eraſmum*, hoc hoc numen vidi, quo poſt *Ciceronem* & *Fabios* doctiorem nulla ætas habuit, qui divinis humaniſq; doctrinis, & admirabili eloquentiâ te præiret. Contemni abs te cum humanitatis cenſura, pluris facio, quàm laudari ab aliis, dum ab me non deficias, dum in numero clientum tuorum me eſſe permittas. Vale, & *Bonifacio* verè *Eraſmico* homini, bene velle non deſinas. *Beato Rhenano* humaniſſimo amico, & *Amorbachiis* (dii boni, quàm egregiis, quam diſertis animis!) omnia fauſta precor. Ex *Friburgo*, Idibus Auguſtis. Anno M. D. XVIII.

Parces impolitè ſcribenti, diſtorſere me, quæ cudo in *Feudales* uſus, fortè nova opera, ut trãſvorſum diſtracto ingenio, non eſſem meus. Tuus *Zaſius*.

Eraſ. Rot. Vdalrico Zaſio S. D.

Epiſt.39. NOn poſſum obtinere vir inter bonos optime, & inter doctos doctiſſime, quin in tuis ad me literis tui ſimilis ſis; ſemper mei me diſſimilem faciens, ex minimo magnum, ex infortunatiſſimo felicem, ex vix trivialiter literato veriùs quàm erudito omnis doctrinæ principem, atq; ut ſemel finiam, ex muſca elephantum, quod *Græcis* eſt in proverbio. Et tamen faveo ſimulacro, quo me depingis præclarè magis quàm aptè, veluti ſi *Apelles* quiſpiam egregiam picturam, omni artificio elaboratam proponat, ſed quæ ad exemplar non reſpondeat. Neq; enim quicquam eſt, quod ex eo mihi poſſim agnoſcere. Verùm quando in *Zaſii* mores non cadit ulla fuci ſuſpicio, patiar te tuo indulgere vel amori, vel ingenio, modò mihi viciſſim permittas, ut meo obſequar pudori, qui ſoleam amicos effuſiùs amare quàm prædicare: aut ſi quando res ita tulerit, malim apud alios quàm coràm. Dineq; ſi inciderit, ut coram quoq; ſit faciendum, malim aliquanto parciùs. Sed quam, obſecro, jacturam mihi narras? Cum antehac de *Zaſio* præclarè ſenſerim, tamen ex noſtro congreſſu tantum acceſſit meæ de te opinioni, ut mihi videar magnitudinem tuam hactenus prorſus ignorâſſe. Ego jureconſultum duntaxat expectabam, inſignem quidem illum & admirabilem, ſed tantum jureconſultum. Quid autem eſt in Theologorum myſteriis, aut etiam palæſtris illis, quod tibi non erutum, non excuſſum ac meditatum eſſe videatur? Quæ philoſophiæ pars eſt, in qua non ita verſatus ſis, ut in ea ſola verſatus videri queas? Aut quis omnino liber eſt, ſeu veterum, ſeu recentium, quem non evolveris, non introſpexeris, non imbiberis? Quin & arcana illa, quæ verè pium ac ſanctum reddunt hominem, comperio tibi non vulgariter eſſe obſervata. Jam eloquentiam tuæ literæ licèt neglectim, & plus quàm ex tempore ſcriptæ, ſatis præ ſe ferebant: at non expectabam dives iſtud & exuberans orationis flumen, nuſquã non paratum, quicquid undecunq; incidiſſet. Deum immortalem, qui ſermonis nitor, qui fluxus, quàm felix, quàm ultrò ſcatens, quàm non accerſitus, quàm non affectatus! Extemporalis confabulatio ſtilum tuum æquabat. Quis non admiretur cani capitis tam virens ingenium? tam præſentem paratámq; rerum omnium memoriam? Nihil enim dicam de moribus, quibus neq; gravius aut integrius quicquam eſſe poteſt, neq; ſuavius. Adeò mirè totum *Zaſium* temperavit, artifex optima philoſophia. Sed penè imprudens laudum tuarum campum ingredi cœperam. Etiam atq; etiam te rogo, ut aliquando tandẽ expoliti ſſimas lucubrationes tuas ſinas in lucem exire. Patere hoc utilitatis ſtudioſis bonarum literarum accedere, patere hoc decoris noſtræ adjungi *Germaniæ*, cui nunc notiſſimum eſt *Zaſii* nomen, ſed dignũ quod univerſo innoteſcat orbi, poſteritati quoque celebre plauſibiléque futurum. Cætera quæ ad hanc rem pertinent, ex *Bonifacio Amorbachio*, juvene omnibus rebus affatim expolito, cognoſces. Noſtrũ officium ſicubi deſiderabitur, ita præſtabimus, ut nos ex animo tuos eſſe intelligas. Bene vale doctiſſime doctor, & amice incomparabilis. *Baſileæ*, decimo Cal. Septembres. An. M. D. XVIII.

Eraſ. Rot. Ægidio Buſlidiano S. D.

ORnatiſſime *Buſlidi*, poſtea quàm factum *Epiſt.40.* nullis querimoniis aut lachrymis verti poteſt, utinam quæ poſteritati, & immortali laudatiſſimi

datissimi fratris tui *Hieronymi Busleidi* memoriæ gloriæq; debentur, ita succedant omnia, ut hæc sanè parte cœpit succedere. Commodùm huc appulit *Adrianus* genere *Hebræus*, sed religione jam olim Christianus, arte medicus; *Hebraicæ* literaturæ totius sic peritus, ut meâ sententiâ non alium habeat nsquam hæc ætas, qui cum hoc conferri possit. Quòd si meum judicium in hac re non satis habebit apud te ponderis, idem testantur uno ore omnes, quotquot vel apud *Germanos*, vel apud *Italos* cognovi hujus linguæ peritos. Neque solùm callet ad plenum linguam, verùm etiam in ipsis autorum adytis est diligentissimè versatus, ac libros omnes sic habet in promptu, ut digitos unguésq; suos. Is ipse est, de quo tibi nuper mentionem fecit *Bruxella Ludovicus Vivus*. Exposui Theologis qualis sit, neque dubitarim meo recipere periculo, hunc unum esse hac ætate, qui nobis fuerit votis omnibus expetendus. Eum postea quàm Deus aliquis propitius ultrò nobis obtulit, nostri muneris esse videtur, ut oblatum modis omnibus retineamus. Non meum ago negotium, sed impensè faveo memoriæ benignissimi patroni, & amici incomparabilis. Faveo publicæ temporum nostrorum felicitati, cui & ipse pro meâ virili, tantum vigiliarum impendi, atq; etiamnum impendo. Adest ipse jamdudum apud nos; hortatu modò dicti *Ludovici*. Impera tu *Erasmo*, si quid judicabis à me præstari posse. Bene vale. *Lovanii* postridie *Luce*. Anno M. D. XVIII.

Gerardus Noviomagus Erasmo Roterodamo S. D.

Epist. 41. ANte horam unam aut alteram quàm *Campis* oppido, *Daventriam* versus proficiscèremur, accepi literas tuas priores, tum in colligendis sarcinulis occupatior, attamen Præsuli nostro & libellum, & literas tuas ostendi. Literas ad te ipsius nomine, ut jusserat, scripsi. Ego pusillanimus non audebam tibi scribere, quod indignum me existimarem, qui tanto viro scriberem. Novi humanitatem tuam, novi facilem ad te aditum. Verùm tu non nôsti dejectum animum meum, & meticulosum genium in scribendis literis. Habeo hujus rei veracissimum testem, candidissimum *Joannem Berselium*. Liber querimoniæ pacis perplacuit, non solum Præsuli, sed & à consiliis viris doctis, & *Philippo Montio* procuratori aulæ, qui omnes ex animo tibi favent. Prælegi Episcopo literas, quas scripsisti. Egit gratias, & risit, quod de gliribus & cuculis addidisti. Prælegi præterea literas, quas mihi misisti, miratúrq; de sacerdotio *Erasmi* jurisconsulti, quem in *Hispaniis* esse putat. Polliceare tibi doctissime *Erasme*, de *Philippo* Præsule nostro, amico tuo, quicquid de amicissimo Principe polliceri poteris. Vix dies præterit sine mentione tui. Habétq; in animo te accersere ad proximam quadragesimam cum hirundines redierint; & ostendere rebus quantum te colat, eruditionìq; tuæ faveat. Interea & tu illi scribes aliquando, & ego non sinam, ut tanta tua erga Præsulem nostrum merita aut intercidant, aut intereant. *Navii* candorem sæpe sæpius expertus sum. Tibi gratulor, quod talem nactus sis hospitem, talésque convictores. Bene vale. Profesto die divi *Nicolai*. Anno M. D. XVII.

Erasmus Roterodamus Gerardo Noviomago S. D.

EGo doctissime *Gerarde*, cum præclarum semper existimarim, & in primis optandum summatibus placuisse viris, tamen nulli probari malim, quam *Philippo* Præsuli, cum meo, tum omnibus modis primario. Scripsit ad nos ante menses complures Archiepiscopus *Moguntinensis* literas multo humanissimas, atque adeo ipsius articulis. Scripsit nuper Episcopus *Leodiensis*, minitans se huc advolaturum, si graver ad se venire. Sed ut hæc mihi voluptati sunt, ita rursus mihi displiceo, pennásq; demitto, quoties succurrit, nihil esse in me, quod tantorum heroum expectationi respondeat. Sed heus tu, rem oppidò novam ex tuis literis accipio. Nesciebam te tam virgineo pudore præditum, ut ad me non ausis scribere. Sæpenumerò vidi te rubentem, verùm ruboris causam non quivi conjicere. Quòd si vera prædicas, meâ sententiâ, nec aulâ dignus es, nec cucullâ. Quare si rem facere cogitas, fac quàm primùm frontem perfrices, & inutilem pudorem abstergas. In opere Novi Testamenti jam eò progressus sum, ut licèt adhuc jacter alto, tamen portus procul sese ostenter, velut ad quietem invitans. Mitto libellum *Paraphraseos*, si fortè nondum accepisti, eum amicis eruditis imperties: & si commodum videtur, etiam ipsi Principi, cum primis autem optimo *Philippo Montio*, aulæ, ut scribis, procuratori: quem equidem non possum non vehementer redamare, suo studio me provocantem. Ei fac multam salutem meis verbis annuncies. *Navius* ac *Berselius* te resalutant. Bene vale *Noviomage* candidissime. *Lovanii* M. D. XVII. *Epist.* 42.

Paschasius Berselius Erasmo Rot. S. D.

CErtè probare nunquam potui illorum industriam, vel avaritiam potiùs, qui passim amiculis strenulas mittunt, ut apophoreta recipiant. Tantum ego veri amoris qualecunq; pignus semel ad te miseram, at tu bellum callidus ex amore finxisti ut vinceres. Scribis enim te muneribus à me provocatum, nec tamen velle adhuc contendere, bellum omninò non detrectans, sed in idoneum tempus differens. Quorsum istud quæso? Num interim copias colligis, & machinas tormentáq; paras? Noli laborare bone vir, non te provoco, nec irritatum velim; coerce animos, tibiq; tempera, major es quàm ut mecum in arenam descendas. Quid enim *Paschasius* ad *Erasmum*? hominem in quovis literarum ac officiorum genere ad palmam natum? Define, satis est, nolo quicquam per nos sanguinis manet, ultrò tibi manus porrigo. *Paraphrasis* ista fecit, quâ nimium mihi formidabilis visus es, ut qui meus esse non possum, jam toto pectore sim jure belli tuus. Quinto calendas Januarias, me contuli ad humanissimum Principem in arce *Hujiensi*, qui me perbenignè & humaniter, ut solet, excepit. Reddidi illi epistolam tuam, ac *Paraphrasin*, quod is cui negotium commiseras, id facere nequicquam semel ac iterum attentâsset. Legit Princeps clarâ voce quæ scripsisti, & munusculum subinde exosculatus, *Erasmum* præ gaudio identidem inclamabat. Jussus sum eo die in arce manere. Auditâ re divinâ, venit prandii tempus.

Ingredimur

Ingredimur aulam principalem, magnis altísque tapetibus ornatam. Paulo post, dantur aquæ manibus. Sedit Princeps, ac juxta illum frater *Robertus* nomine, vir in armis strenuus, & nostri sæculi velut alter *Achilles*. Tertium locum ejus *Heroïs* uxor occupabat, vitâ *Penelope*, moribus *Lucretia*. Quarto sedebat filia, virgo jam nubilis, ac vultu ipso *Dianam* referens. Quintum & sextum duo illius *Heroïdis* fratres tenebant, quos verè credere posses, *Ledæ* gemellos. Inter tot deos deásque, vocatus ab *Jove* nominatim, & ego *Scarabeus* accubui, oculos auro, gemmis, ac purpura, aures dulcibus melis, palatum ambrosiâ, & nectare pascens. Ubi exempta fames, mensis epulísque remotis, canuntur superis gratiæ, surgimus, ludere cœperunt alii fritillo, alii latrunculis. Vocor interim ad Principem, multa ibi de te honorifica confabulatio. Nihil te uno apud illum est antiquius. Cupit te videre, & complecti medium, sed ut parentem, sed ut numen quoddam è cœlo in terras delapsum. Te literis ad se vocat, noli tardare. Pergratum illi facies, si moras omnes abruperis. Cave per Deum immortalem, nè longum tui desiderio, tantus Heros torqueatur. Alius est, quam quos in *Italia*, *Gallia*, *Britannia*, *Scotia*, *Germania* vidisti Præsules. Non sunt omnes cum hoc conferendi: sive enim spectes animi divitias, seu corporis dotes, seu fortunæ bona, omnes longo intervallo post se relinquit. Vicissim tibi salutem adscribunt, quos per me nuper tuis verbis salvere jussisti, in primisq; *Baptista*, qui te non secus amat ac patrem. Saluta, si me amas, filium tuum ac meum fratrem *Rutgerum Rescium*, scribam illi cum per ocium licuerit. Vale literarum decus. Si quid ad Principem voles, rectè huic sacrificulo commiseris. Iterum vale, è cellula nostra apud *Leodium*, septimo Idus Januarias.

Erasmus Roterodamus Paschasio S. D.

Epist. 44. NÆ hominem bellacem oportet esse te, qui nihil nisi bellum, testudines, vineas ac tormenta crepes. Age munito te quantum voles, obs tamen te vel cuniculis aggrediemur. Nunc hoc saxum volvendum est, vel potius in hoc molendum pistrino. Sed gratulor tibi jam, opinor, semideo facto, cui contigerit epulis accumbere divûm. Cujus tamen feliciſſimi convivii, me quoque participem esse voluisti, cum adeo graphicè depinxeris, ut etiamnum inter deos deásq; mihi videar tecum accumbere. Extra jocũ, totam hanc noctem cum Episcopo transegi fabulis mutuis. Eum haudquaquam torquerem diutino mei desiderio, mi *Paschasi*; sed primùm vides anni tempus, quo non solum innavigabile mare, verumetiam terra immeabilis, ut tecum agam verbis poeticis. Deinde ea est corporis valetudo, ut vix eam tuear domi abditus, & ad focum luculentum obambulans, aut coccycis in morem nido immersus, & tamen hic nidus mihi plusquam pistrinum est. Versor enim in labore longè omnium molestiſſimo, in quo tamen jam eo provectus sum, ut per densiſſimas montis perfossi tenebras, qualis penetrandus est *Neapoli Cumas* adeuntibus, procul exiguum lumen, ceu stella quædam exitum promittat, atque in fluctibus laboranti, è longinquo portus appareat. Intra mensem, auxiliante *Christo*, ex hoc labyrintho me extricabo. Quod si nunc labor hic interrumperetur, nunquam animo meo queam imperare, ut rursum sese in hujusmodi pistrinum immittat. Nunc dum captus est *Proteus*, stringenda sunt vincula, donec in se reversus oraculum absolvat. Et mox se remittet hyemis rigor, ut liceat cum ciconiis & hirundinibus evolare. Quòd Principem omnibus anteponis Præsulibus, idque in omni virtutum aut ornamentorum genere, non admodum tecum pugnabo, præsertim cum nec id solus prædices, & mihi vel *Aleander* evectus, vel ipsius deniq; epistola novam & inauditam, ac verè generosi ingenii humanitatem præ se ferens, fidem faciat. Et tamen Archiepiscopus *Cantuariensis* mihi talis est, ut commodiorem nè possim quidem optare. Hoc uno sat felix essem, si aut hic contigisset, aut *Britanniam* nobis pons aliquis jungeret. Adeò malè odi fretum illud immaniſſimum, & nautas freto immaniores. Verùm ut olim apud *Scythas* parum secundæ famæ fuit *Polyphilia* (quanquam video & *Hesiodo* juxta turpe videri, ἄξενον τὸ καὶ πολύξεινον) Ita fortasse apud populum poeticum parum honestum esse ducitur, eidem multos esse *Mecænates*, etiamsi mihi nihil magis in votis est, quàm optimis probari, quandoquidem omnibus non possumus. Atque id sanè nobis non perinde malè contigit atque sero. Jam opus sit *Mecænate*, non qui in fortunæ scenam producat, qui fortunæ ornamentis oneret, sed qui corporis vires sarciat, qui ingenii vigorem restituat. Quas res semper in me exiles, partim ætas, partim jugis studiorum exhausit labor. Nunc & animus honestum ocium flagitat, & valetudo etiam imperat. Restat enim extrema hujus fabulæ Catastrophe, quam utinam sic liceat agere, ut *Christo* Chorago probetur. Amplam fortunam nunquam ambii, ut parvis animis & parvo corpore majorem. Nunc etiam si ambiam, par esse sustinendæ non queam. Proinde stat sententia, ociũ hoc meum tueri mordicus, in quo tamen sic versabor, ut quoad per vires licebit, reipublicæ sim profuturus, etiamsi ab hujusmodi laboribus, pluſquàm juvenilibus, quibus nunc conficior, sum in posterum temperaturus. Sub quadragesimam incipiam evolare è nido, si præsul boni consulet, res in hoc tempus differetur. Sin minus, vel cum valetudinis periculo tanto Principi gratificabimur. Vides, mi *Paschasi*, ut me totum in sinum tuum effuderim. Bene vale, *Paraphrasis* quæ te terret, ut scribis, magis placebit, si propius conferetis. *Lovanii*, postridie *Epiphaniæ*. Anno M. D. XVII.

Erardus Episcopus Leodiensis Eras. Rot. S. D. Epist. 45.

GRatissimæ fuerunt mihi hæ literæ, quas ad me *Paschasio* homini tui amantissimo, & mihi grato dedisti. Gratissima fuit & *Paraphrasis* tua in *Pauli epistolam ad Romanos*. Quamobrem immortales tibi gratias ago, quod ad me literas tuas dederis, quódque in ipsis literis bene de me opineris & sentias. Gaudeo abs te laudari laudato viro. Præsentiâ mihi hactenus ignotus fuisti, famâ autem & nomine à decennio notissimus, tum ob excellentem eruditionem tuam, tum ob candidos mores, quos tibi inesse audio. Si tantum honoris in nos conferre volueris, ut huc venias, gratissimam nobis rem factam putabimus. Quòd si tu huc venire nolueris, curabimus nos te adire, ut præsentia tua, mutuóq; colloquio frui possimus. Vale, tertio Cal. Jan. An. M. D. XVIII.

Erardo

Erardo Episcopo ac Principi Leodiensi, Erasmus Roterodamus S.D.

Epist. 46. AMplissime Præsul, & idem Princeps illustrissime, ut paucis citráque proœmium, ad humanissimas celsitudinis tuæ literas respondeam, quòd me fama jam olim notissimum, coràm etiam videre concupiscis, istiusmodi præconiis onerat *Erasmum* dea illa apud *Homerum Ossa*, apud *Maronem Fama*, non in me tantùm vana, & immensum attollens omnia, ut nec deprecari liceat, quod illa tot linguis tribuit, nec tueri queam quod imponit. Scio nihil esse pulchrius, quam Principibus placuisse viris; sed interim dum ipse domi me meo metior pede, quàm gratum est animo eos viros bene de me sentire, quibus ut probari pulcherrimum est, ita displicere turpissimum, tam molestum est, nihil esse quod illorum vel amicæ de nobis opinioni, vel magnificæ expectationi respondeat. Ut jam non aliam gratiam famæ buccinatrici debeam, quàm indoctus Citharœdus ei, à quo in theatrum frequentissimum producatur aurea palla, aurea insignis cithara, mox ut canere cœperit, exibilandus. Nihil in me visendum. Et tamen siquid est, id lucubrationibus meis expressum est. Illic optima nostri pars est. Quod superest, teruncio non emas. Attamen tam amanter invitatus, cupidissimè advolâssem ad tuam celsitudinem. Sed primùm deterret cœlum plusquam hybernum, deinde valetudo cum per se imbecilla, tum immodicis, in quibus nunc versor, laboribus, sic afflicta, ut eam vix domi abditus tuear. Tanta enim cõtentione defudo in Novo Testamento iterum innovando, ut ipse his inveteraverim, dúmq; illud à senio fitúq; vindico, ipse mihi geminum senium ac situm contraxerim. Certum est enim aut immori negotio semel susceptо, aut tale reddere, ut & *Leone* decimo dignum videatur, & posteritate. Jam verò eò progressi sumus, ut licèt mediis adhuc in fluctibus hæremur, tamen procul portus paulatim sese aperiat. In quem si *Christi* aspiraverint auræ, ante quadragesimam appellemus. Tum & cœlo mitiore, & animo magis vacuo accurram ad amplitudinem tuam, vel hirundines ac ciconias prævertens. Quod si nè hoc quidem moræ indulget tua celsitudo, contemptis ac posthabitis omnibus, advolabimus. Sed hisce de rebus aliquanto copiosiùs scripsimus optimo *Paschasio*, cui multis nominibus felicissimo, hoc tamen præcipuè gratulor, quòd gratus est Principi, non minus benigno quàm potenti, quem nobis quàm diutissimè tueatur Deus Opt. Max. & incolumem, & modis omnibus florentem. *Lovanii* postridie *Epiphaniæ*. Anno M. D. XVIII.

Philippus à Burgundia Episcopus Ecclesiæ Trajectensis Erasm. Roter. S.D.

Epist. 47. DOctissime atq; nobis dilectissime *Erasme*, literas tuas recepimus, quæ nobis inter tot curas, quibus non parum gravamur, magnam attulere voluptatem. Pacis querimonia, non solùm nobis, quibus nominatim dedicata est, sed omnibus verè Christianis, summè placet. Nolumus eruditionem tuam ita latere, ut glires & cuculi latent: magis hortamur, ut præclara opera, quæ prælo manibus habes absolvas, ad seculi nostri ornamentum & utilitatem, posterorúmq; admirationem. Optimo fratre nostro, piæ memoriæ *David*, conabimur (adjutore Deo Opt. Max.) non esse inferiores. Paucis tibi scribimus, verùm magno erga te eruditionémque tuam affectu. Bene vale optime *Erasme*, & nos (ut facis) ama. Ex arce nostra *Vellesbee*, sexto Decembris. Anno M. D. XVII.

Philippo à Burgundia Episcopo Ecclesiæ Trajectensis Erasmus Roterodamus S.D.

PRæsul amplissime, & idem Princeps clarissime, celsitudinis tuæ literas non semel sum exosculatus, perbreves quidem illas, si quis versus numeret, sed easdem egregiè prolixas, si humanitatem æstimet. Verùm ut occupatissimus cum occupatissimo paucis agam. Pacis querimoniam primùm tanti Principis calculo, deinde doctissimorum hominum suffragiis comprobari, magnopere gaudeo. Nos ita coccycis vitam agimus, ut interim in pistrino verius, quàm in nido versemur. Multum antiquitatis, multúmq; senii mihi contraxi, dum Novum Testamentum iterum atque iterum novitati restituo. Dúmque sic latito, maximè versor in theatro mundi. Sed quorundam spectatorum perversissima malignitas facit, ut me tam immensi laboris nonnunquam capiat tædium. Rursum me consolatur recti conscientia, &, ni fallor, non mediocris hinc ad bonos reditura utilitas. Sive huc natus sum, non oportet Σεμαχίων gigantum exemplo; sive ipse hoc mihi intrivi mortarium, par est ut idem exedam. Posteaquam in hoc proscenium prodii, peragenda est fabula, ad cujus Catastrophen jam pene perventum est. Peragam autem & libentiùs, & accuratiùs, te hortatore atq; etiam applausore, super omnia verò approbante, sicuti spero, *Christo*, cui vel uni placuisse, abundè satis est. Video mirum eruditionis ac pietatis proventum in hisce regionibus, si contigerint aliquot tui similes *Mœcenates*, qui ceu signo erecto, ad operas evocent ingenia, qui præmiis extimulent, autoritate ornent. Quod si plures tui similes sperari nimium est, illud certè optandum, ut te superi nobis, quàm diutissimè velint incolumem, tibíq; istum animum semper in melius augeant, atque animo isti quàm plurimos annos addant. Pro paterno quodam animi tui in me studio video quantum debeam. Cæterum mihi jam pene serum est, cum hera *Fortuna* conserere manus, & in eam arenam descendere, à qua juvenis etiam abhorrui. Ingens onus est ampla fortuna, quam non minus negotii sit sustinere, quàm parare. Hæc ætas, hæc valetudo, hic animus paratum aliquod ac facile præsidium postulat, quod literarium ocium non admiat. Sed longius provehor in epistola quàm par est. Bene valeat tua reverenda sublimitas, cui me meáq; studia dedico omnia. *Lovanii*, quarto Idus Januarias. Anno M. D. XVIII.

Erasmus Roterodamus Zasio suo S.D.

Epist. 49. DEcretum erat *Zasio*, viro numeris omnibus absolute, *Friburgum*, tuâ potissimum causâ, visere. Verùm *Rhenus* exundans, ita corruperat viam, ut natandũ fuerit verius, quàm equitandum.

Nos

Nos tui videndi magno tenemur desidério. Sed ante omnia mi *Zasi*, fac valetudinis tuæ rationem habes. Nolumus hanc voluptatem nostram tanti constare tibi. Me, cum tua redderetur epistola, languor quidam tenebat dies aliquot, periculosè obrepens, simillimus illi, qui proximè nos coegit mutare locum. Sed gratia superis, subduxi me ei periculo. Parciùs quidem scribo, at nihilo parciùs amo. Rursus in hoc pistrino non una farcina premimur. Operis tui gustum, quem polliceris, perlibenter accipiam. Neq; enim addubito, quin *Zasio* dignum sit, hoc est, homine non minus erudito quàm eloquente. Sentio quidem literas tuas, velut ab occupatissimo èx tempore scribi, mirùm tamen quàm me delectet ille felicissimus orationis fluxus, non sine candore. Hæc mihi fœcundum, nec minus exercitatum arguunt ingenium. Ad harum igitur gustum non dubito, quin opus illud tuum sit responsurum. In quo quid ego tibi possum præstare, non video. Nec enim mea est arena. Animum tamen ad quidvis obsequii promptissimum polliceor, neque hac in re solùm, verùm in aliis quibuscunq; desiderabis amici officium. Bene vale cum tuis omnibus, eruditissime *Zasi*. Anno M. D. XVIII.

Erasmus Roterodamus Zasio suo S.D.

*Epist.*50. SCripsi per *Philippum* nostrum, péreque eundem *Enchiridii* codicem dono misi, nec dubito quin utrunq; acceperis. Nos laboribus propémodum obruimur, & geminâ difficultate, nempe *Hieronymi* & Novi Testamenti, sic distringimur, ut exiitimem *Herculi* minus fuisse negotii cum excetra & cancro. Non potuimus tamen committere, quin incomparabilem amicum *Zasium* vel salutaremus. Per hos labores non licet ullo frui amico, cum tam multos habeat *Germania*. Sed dabit Deus his quoque finem. Tu si cum tuis rectè vales, fac nos tuis literis certiores, quo magis gaudeamus. Bene vale doctissime *Zasi*, *Philippo* salutem ex me dicito. Resalutat te *Beatus*, cúmque eo totus hic eruditorum chorus. Anno M. D. XVII.

Erasmus Rot. Guilielmo Budæo S.D.

*Epist.*51. DE negotio nostro, quod de nobis apud *Franciscum* Christianissimum *Galliarum* Regem agebatur, optime *Budæe*, & scio, & memini quid scripseris, nè me putes è *Lethæo* bibisse flumine, quemadmodum scribis. Nam ea sanè res adeò me non habebat sollicitum, ut cum animadverterem, te pro tua erga nos benevolentia vehementiùs καὶ φιλοτιμότερον agere, literis admonuerim, nè quid istuc negotii animum tuum torqueret. Si hactenus fortuna me Regum famulatui mancipatum habuisset, si non animus, qui mihi semper ab istiusmodi theatris abhorruit, certè hæc jam ætas ac valetudo missionem ac rudem flagitaret. Quod si cuiquam omnino Principum visum fuisset addicere me, cui potiùs conveniebat inservire, quàm *Carolo* Regi catholico, vel quòd unus omnium hoc ævo maximus, vel quòd meus, velim nolim, vel quòd prior & ultrò, sat amplis conditionibus invitârit, atq; etiam benignitate non vulgari me sibi devinxerit: etiam si judicabam ingratum juxta ac incivile *Francisci* tanti Principis favorem superbè rejicere, præsertim cum citrà rerum mearum periculum ejus usuram gloriæ capere liceret. Et tu jam scripseras, te à suscepto negotio destitisse. Tantum avebam scire, quid tandem esset, τὸ ὕπεικον, quod tibi ἐν τῷ τῶν θηλέων μικρῷ deprehensum significabas. Siquidem jam inde ab initio tetigit animum meum suspicio, rem animo non syncero ab isto geri. Neq; enim usq; adeò gratiosum est apud me *Guilielmorum* vocabulum, quàm suspectum, primùm θηλύγνω, deinde πρυτὶς πεζοπορεῖ, hoc opinor agentis, ut me in naſſam illectum irrideret. De Episcopo *Poncherio* gestiebam scire, quid ageret, & num constanter cum in nos animum obtineret, quem hîc præ se ferebat: præ se ferebat enim rarum quendam ac mirificum. Non quòd ambirem quicquam apud illum, cujus rei vel ipse testis est, sibi conscius, quid detulerit, & quid ego responderim: sed quod pulcherrimum & ambiendum esse ducerem ei placuisse viro, qui optimo cuiq; maximè placet. Clarissimum senatorem *Deloinum*, cui te impulsore scripseram, subverebar, nè quid uteunque nostræ offendissent literæ, quòd is nihil omnino responderet. Nam scio, intra menses quatuor nihil isthinc allatum esse literarum, præter has postremas, quas *Lutetiæ* datas die brumæ, è *Moguntia* misit *Huttenus* noster ad X. Calendas Martias. Porrò, quod scribis, quosdam hoc lemmate deterruisse te, nè si successisset, periculum esset, vos omnes ὁν ἀτιμίᾳ fore, non potui fateor, absq; risu legere. Neque enim mihi rogandus es, opinor, vir juxta prudens atque æquus, nè mihi fraudi sit quod alii de me vel errore, vel joco, vel studio magnificentiùs pronunciant. Vix credas quàm mihi molestum sit hominum istiusmodi studium, quod me non mediocri frequenter onerat invidiâ. Nondum statui, utrum deplorem Episcopi sortem, an pietatem in patriam admirer, qui tot nominibus difficilem legationem obierit: primùm in negotio molesto, ad hæc apud *Anglos*, deinde hyeme, postremò cum apud illos omnia novo pestilentiæ genere conflagrarèt. *Huttenum* tibi probari sanè gaudeo. Nam ipse hominis ingenio delector unicè. Utinam omnia salva sint *Tonstallo*. Nam & hinc discessit æger, è famulis altero relicto. Et apud *Britannos* nihil à pestilentia tutum. Certè literas tuas avidissimè lectitavit, & jam argumentum utroque dignum propémodum dispexerat. De *Fabro* non satis intelligo quid tibi velis. Nam quod ais, *mei nominis studiosis magnopere molestum esse, ansam datam iis, qui putant, hoc nostrum institutum sibi parum esse commodum*, id mihi prorsus cum illis commune est. Imò non arbitror cuiquam esse molestius quàm mihi, quod nec in *Apologia* mea dissimulavi. Nec existimo admodum multos esse, qui *Fabro* magis ex animo bene velint quàm ego. Nec unquam animum inducere potero, quin *Apologiam* illam meam, atque adeò victoriam, si modò contigit, oderim, necessariam quidem illam, sed mihi nec gloriosam in causa tam bona, tum etiam invidiosam, ut adversus eximium ac veterem amicum: denique studiis utriusq; vehementer adversam, quod haud me fugiat occasionem hanc arrepturos τὸν παλαλέλυς, μηδενὸς εἰ μὴ περφάσεως δεομένου, καὶ τὴν παροιμίαν. Inauditum videlicet pugnæ genus, deplorat sortem suam victor, & hostis arma contra ferentis miseret. Adornat ille redintegrare bellum, ut audio, quasi parum sit, semel ad istum

ineptisse

ineptisse modum. Mihi fit verisimilius, esse qui *Fabrum* extimulent, quàm ipsum id destinâsse. Sciebam hujus certaminis iniquissimam conditionem, in quo si vincerer, impietatis crimen agnoscere foret necesse: sin vincerem, in crimen inhumanitatis esset incurrendum, quicum homine tam amico commissus viderer, quicum mihi sic conjuncta esset studiorũ ratio, ut illius æstimationem non possem lædere, nisi meæ penè tantundem detraherem. Et tamen ille mihi refellendus erat, nisi opinionis meæ velut arcẽ periclitari, imò prodi maluissem. Ad hæc videbam plerosq; calumniaturos hanc nostram conflictationem, qui nec illius insectationem, nec meam defensionem unquam legissent, tantum illud reprehensuros inter pocula alicubi auditum, *Erasmum* cum *Fabro* digladiari. Sed obsecro te vir æquissime, quid me facere voluisses, posteaquàm ille libris per orbem terrarum divulgatis, me tot atrocissimis dictis impetisset, blasphemiæque & impietatis publicitùs reum ageret, primùm hominem, ut fatetur, amicum: deinde nullâ unquam à me lacessitus injuriâ; postremò in eo negotio, in quo in tantum illi non adversor, ut magis pro illo facere videar, & objurger eruditorum literis, quod illius sententiam non palàm rejecerim, quanquam id quidem ejus instituti, quod tum susceperã, propriè non erat. Atque utinam hoc injuriarum genere fuisset in me debacchatus *Faber*, quod vel negligi poterat, vel cum moderationis laude ferri. Libens hoc condonàssem vel amicitiæ nostræ, vel Christiano pudori, vel studiorum utilitati. Cæterùm impietatis calumniã agnoscere, cum primis ipsa prohibet pietas. Satius igitur esse duxi, Gratiis alicubi non satisfacere, quàm *Christi* dignitatis labefactator, & hostis videri. Nam hâc personâ ille me produxit in theatrum. Quanquam hoc interim Gratiis datum est, quod à jure talionis abstineo, cum mihi in manu esset eo uti, quod contumeliam à me depulisse contentus, nihil in illum criminis regero, quod adversus actorem criminaliter agentem, civiliter me defendo. Et tamen sunt, si superis placet, quibus *Apologia* mea censeatur aculeata. Quasi verò lætalibus spiculis impetitus, impetentis caput supplex debuerim blanditiis demulcere, nè sævire pergeret. Ego neutram sententiam nec in annotamento, nec in *Apologia* refello, cum possem eam, quam *Faber* solam vult esse piam, ut impiã ac falsam rejicere, idq; applaudentib⁹, opinor, Theologorũ centuriis. Datum hoc quoque civilitati. Quid igitur est, quod nos admones optime *Budæe*? An ut *Epimetheus* quispiã, jam peracto negotio, mones nè suscipiatur negotium, & eversa *Troja* doces non fuisse rapiendam *Helenam*? Quid mecum optes video, quid admoneas non satis intelligo, nisi fortè objurgationem vocas admonitionẽ. At si objurgas, sine causa objurgas: sin mones, sero mones. Infelicitatem meam agnosco, qui in hoc certamen sim coactus descendere à quo semper abhorrui, nec nisi unico hoc telo pertrahi potuissem, culpam non agnosco. Imò modis omnibus culpandus eram, si ad impietatis crimen obmutuissem, quod nemo sanctissimorum etiam patrum non acerrimè propulsavit. Atque utinam, mi *Budæe*, tempestivus monitor adfuisses, & *Fabrum* amicum ab illa tam non amicâ provocatione coercuisses. At posteaquàm ille, præter alia convicia, me fecerat in *Christum* contumeliosum,

A intelligentiæ prophetiæ subversorem, à *Judæis* stantem, *Christi* dignitatem indignè dejicientem, Spiritui adversantem, carni literæque adhærentem, inconsistentia sesèq; undique elidentia loquentem, & non unis *Antiochis* dignandum; adversus *Christi* gloriam, posteaquàm se fecerat gloriæ *Christi* propugnatorem, me adversarium, periculum etiam mihi denuncians, si dictis pertinaciter adhærerẽ. hoc est, nisi vellem παλινῳδεῖν. Nam his atq; aliis hoc genus facetiis *Faber* ille naturâ mitis

B ac blandus, tum *Erasmo* non semel amicus ludit in amicũ unicè charum: hæc igitur, inquam, atq; ejusmodi multa posteaquàm in me non min⁹ inimicè, quàm falsò scripserat, ac mediis suis commentariis infulserat, atq; uno me ignaro, per orbẽ terrarum sparserat, agè rem omnem tui facio arbitrii, agnosco legem amicitiæ, citra omnẽ exceptionem sequar tuum vel consilium, vel judicium, quid censes faciundum? An hoc suadebis amico, ut pro honore mihi habito, gratias agam *Fabro*?

C an potius ut dissimulẽ me scire, quid ille scripserit? Sed quis istuc crediturus est, libris nusquã non divulgatis? Quis credit unum me nescire, quod ad me unum pertinet, cum id nemo nesciat? An potius, ut rem silentio tegam, hoc est, ut non apud unum judicem, sed apud universum orbem capitis accersitus, nihil adversario respondeam, ut totam accusationem agnoscam? Sed parum est candidum, inquis, cum amico contendere. Verùm obsecro te, candidum est, sic amicum immerentem

D impetere? Amicus est *Faber*, sed qui sic incessit, amicus esse desiit. Etiãsi verè lapsus essem, erat hoc puræ amicitiæ, tegere probrum amici, & privatis literis admonere. Nec ipse unquã ab illo dissensurus eram in Novo Testamẽto, nisi judicassem, hic nullam illius gloriæ labem aspersum iri. Etiamsi ipse nec læsus ac provocat⁹, amicitiã violavi. Nec unquã, quantũ erit in me, violaturus sum. Veram amicitiæ impendere laudi datur, at in *Christo* haberi blasphemũ in amici gratiã, nõ solũ extremæ

E dementiæ sit, verumetiã summæ impietatis. Finge patrẽ aut fratrem esse *Fabrũ*, non solùm amicum, nè patri quidem aut fratri, opinor, tantũ tribuendum esse censebis, ut in illius gratiam *Christi* adversarius haberi sustineam. Imò si simul & Cardinalis & frater mihi fuisset *Faber*, arbitror officii mei fuisse, calumniã non ferendã repellere, præsertim modis omnibus innoxius. Et tamen ita repello, ut ille victus, tantum inhumanus sit, impium non faciã, illud quoad licet agens, nè quis de

F adversario meo pejus sentiat. Jam quod scribis, hacten⁹ nobis pro veritate depugnatũ esse, rem in posterũ facilè tegi posse: neuter mi *Budæe*, pro veritate depugnavit, cum ille me fecerit adversarium ubi steterim ab ipso, nec ego in *Apologia* quid sentiam, aperiã, (neq; enim erat necesse) tãtũ illi⁹ in me directa tela, propello. Neq; spes est rem tectum iri posse, cum illi⁹ volumina jam per *Hispanias*, *Gallias*, *Italiam*, *Germaniã*, ac *Britanniã* passim obambulent, ut jam nec illi fit integrum, premere quod scripsit, neq; mihi dissimulare defensionem.

G Mutet ille locũ, si queat, in quo me lacerat, ego pro viribus premã *Apologiã*, quâ me defendo. Num me vis abjicere clypeum, cum ille tela in meum caput vibrata, manu teneat? Facile est alieno dolori modum præscribere, facile est in alienis malis animo æquo moderatóque esse. Fortasse tu si hîc esses, alter sentias, imò nisi prorsus ignoro

Budæum,

Budæum, longè alio brachio clypeum, enſem, ac tela ſua vibrâſſet. Primum tecum reputa mi *Budæe*, quam ſit odioſum hæreſeos & impietatis crimen, tum obſerva, quoties, quot dictis, iiſq; odioſiſſimis in me debacchetur, ipſe toties à me honorificentiſſimè prædicatus: & arbiter ſententiam, ſi lubet, feras, utri noſtrũ fuerit imputandum, etiam ſi par pari retuliſſem, ſi jure talionis eſſem uſus, ſi convicia conviciis retudiſſem. Par erat, totius mali ſummam imputari, qui prior laceſſiſſet, & ita laceſſiſſet, ut niſi me defenderem, *Auguſtinum*, *Ambroſium*, *Athanaſium*, *Chryſoſtomum*, breviter cæteros orthodoxos omnes, atque ipſum adeò *Hieronymum* in communi crimine ſuerim deſerturus. Nam is ut in opere ſuſpecto duobus verbis utcunq; pro *Fabro* facit, ita cum aliâs, tum in commentariis quos ſcripſit in epiſtolam ad *Galatas* palàm nobiſcum ſentit. In levi ſuggillatione, ſit ſua cuiq; ſententia, detur aliquid amicitiæ, detur civilitati, liceat labi & corrigi, liceat & perperam diſſentire. Non committam ut quiſquam hîc meam deſideret humanitatẽ. Scis ipſe mi *Budæe*, ut pridem mecum ſis velitatus, ut tuo more, luſeris in mea λεπτολογίματα, ut libellos noſtros dejeceris. His ego tantum abeſt ut ſim commotus (etiam ſi tu commotum jocabaris) ut poſtea nè pilo quidẽ ſueris injucundior. Et tamen verũ eſt, quod dici ſolet, *ſcriptores libris ſuis, non ſecus atq; parentes liberis favere*. Nec deerant, qui me literis ſuis ad *Copiæ* defenſionem accenderent, quorum ego ſedulitatẽ riſi ſatis, & animo tranquillo eſſe juſſi, teſtat', inter nos pulchrè cõvenire. At *Fabri* inſectatio pluſquàm tragica eſt, ac planè demiror hominem hujuſmodi tragœdiis delectari, velut in libello, quem nuper *De tribus Magdalenis*, *& triduo Chriſti*, ſic enim ille vocat, conſcripſit, diſputationis conditionẽ in has anguſtias deducit, ut *quicunque dicat Chriſtũ poſt tres dies reſurrexiſſe, cenſeatur Chriſtianæ fidei, Evangeliis atq; omni prorſus veritati adverſari*. Atqui ita ſanè ex *Marco* per orbem univerſum *Latina* legit eccleſia, atq; etiã *Græca*. Nec unquam is locus aliter lectus aut ſcriptus eſt, antequam *Faber* aperiret hoc myſteriũ, docerétque ex *Apollonio* grãmatico, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ſignificare *in triduo*: quaſi verò ἀναλόγως habeãt μετὰ χεῖρας, & μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Quod ſi maximè rem indubitatam primus reperiſſet, erat hoc vel Chriſtianæ modeſtiæ, vel ipſius ingenii, civilius admonere. Quanquam illud interim mirũ, hominem impendio Grãmaticis infenſum, qui cum modo ſuggillârit *Bedam*, quod nodum quæſtionis per Grãmaticam ſolvere tẽtârit, quia ſynecdochen induxerit, ipſe tantam difficultatẽ unius Grãmatici autoritate voluerit explicare, quæ niſi ſuccurriſſet, totus orbis Chriſtian' adverſus omnẽ veritatẽ & caneret & legeret. Atqui quid opus erat hac tragœdia, cum unica ſynecdoche res omnis potuerit expediri, ſi intelligamus poſt tres dies reſurrexiſſe, qui poſt tertium diem exortum ſurrexit? *Faber* enim imaginatur nullo pacto conſiſtere, ut dicatur *poſt tertiũ diem reſurrexiſſe, qui tertio die ſurrexit*. Quãquam & aliis rationibus hoc poterat extricari, quas hîc non attinet recenſuiſſe. Verùm hæc ad me non admodũ pertinent, & magis illius, quam meo periculo cõmoveor. Cæterũ ubi nominatim impetor, & adverſarius gloriæ *Chriſti* ſcribor, pro cujus gloria licèt homo nocens ac ſcelerib' opertus, tamen vel capitis adirẽ diſcrimen, vel emori non refugiã, an me jubebis obticeſcere? Sed agè, dic mihi per gratias, utrũ reprehendendum putas? an hoc ipſum quòd me defendò, an defenſionis modũ? Si pro tua æquitate non reprehendis quòd me defenderim, nè de modo quidẽ queri potes, cũ ita me tuear, ut quoad licet faveam etiam adverſario. Quid eſt igitur quòd me putet objurgandũ, niſi judicas illud eſſe fati mei, ut unus omniũ me vexandũ impunè, ac conculcandum omnib' præbeam, ut poſthac nulli ſint tàm ignavi canes, quin auſint oblatrare *Eraſmo*; nullus aſellus tam ſtupidus, qui vereatur obrudere; nulla ſus, quæ dubitet obgrunnire? Mures ſeſe denticulis utcunq; tuẽtur. Apiculæ læſæ ſæviunt aculeo. Solus ego nè clypeo quidẽ tuendi me jus obtinebo, præſertim in negotio fidei? Mihi crede *Budæe*, qui moderatè ferre poteſt impietatis crimen, is leviter pius eſt. Vides quo tonitru, quo fulmine divus *Hieronymus* inſurruxerit in *Ruffinũ* quondam amiciſſimũ, tantum quòd ab eo per figuratæ laudationis ſtropham adductus eſſet in nonnullam invidiæ communionẽ. Quo ſtomacho reſpondet ac minatur *Auguſtino*, quòd unius loci enarrationẽ auſus ſit convellere? Quid autem, ſi tali fuiſſet aceto perfuſus, quali me perfudit *Faber*? amicus an inimicus, prudẽs an imprudens, inſtigatus an ſuâ ſponte, joco an ſeriò, ſobrius an ſecus, ipſe viderit, certè perfudit. Res ipſa nimiũ extat. Atq; utinam utrique liceat inficiari. Non ſum ullo modo cum *Hieronymo* conferẽdus, nec ſanctimoniâ, nec eruditione, nec prudentiâ, nec animi moderatione, & tamen vides quanto quam ille crudeliùs laceſſitus, quanto me tuear civiliùs. *Difficile eſt*, inquis, *geſtienti ſtylo moderari*. Imò ſi dicta mihi fuiſſent omnia, quæ meo jure dicere poterã, tum intelligeres, quantũ dolori nõ donârim, quantũ verecundiæ, quantũ humanitati datum ſit. *Admonitum te oportuit*, inquis, *nè ceſſâſſe videar in inimici diſcrimine*. Quod obſecro diſcrimen eſt, ſi manifeſtariã propello calumniam? Num in tuto futurus eram, ſi talia agnoviſſem elogia? An *Jacobi Fabri* tantam rationem haberi volebas, ut ego in illius gratiã blaſphemus in *Chriſtũ* haberi ſuſtinerẽ: Quod ad eam ſanè cauſam attinet, ego in portu navigo vel apud parũ æquos judices. Atq; utinam *Faber* hac in parte ſuam integritatem & candorẽ apud univerſos tam tueri poſſit, quàm ego cupiam. Qui illum amiciſſimè defendunt, cauſantur alieno inſtinctu perpulſum ab neſcio quibus, qui nec illi, nec mihi bene volunt. Quaſi verò pondus habeat hujuſmodi purgatio in viro tam erudito, támq; philoſopho, tum proiectæ ætatis, poſtremò in criminatione tam atroci. At vereor nè plures ſint illorum ſententiæ ſubſcripturi, qui dictitant iſtam tam ſupinam debacchationẽ, partim ab inſigni quodam mei contemptu, partim ab ipſius admiratione fuiſſe profectam. Hoc ſibi, inquiunt, perſuaſerat, me nihil aliud quàm Rhetorculum eſſe, ſè philoſophum, theologum, myſtagogum, cujus omnia dicta oraculorum inſtar eſſent, nihil à tali viro tam neglectè poſſe ſcribi, quod mihi non ilicò tenebras *Cimmerias* offunderet. At meminiſſe debuit, nihil in bellis pernicioſius, quàm hoſtem, quamvis imbecillum, contemnere. Rurſus alii judicant, offenſum illum, quòd à ſe, in *Annotationibus* meis, locis aliquot auſus ſim diſſentire, hunc loliginis ſuccum in me viciſſim effudiſſe videlicet, proq; officio, pro quo par erat gratiam reponere, ſummã contumeliam rependiſſe.

rependisse. Atqui si ipsi licet, ab *Augustino, Ambrosio, Hieronymo*, imò semel ab omnibus antiquis ac probatis dissentire, mihi non licebit vel honorificè dissentire à *Fabro*? Et hæc erit scriptorũ cõditio, ut quicunq; à *Fabro* dissentiat, is Euangeliis & sacris eloquiis adversetur? Ingenuæ mentis erat, in manifestis erratis agere gratias, qui monuisset, & qui monuisset non solũ parcè moderatéq; verumetiam honorificè. Et tamen ipse nè privatis quidẽ literis sese mihi vel purgat, vel defẽdit idq; semel atq; iterum à me provocatus, imò perinde quasi læsus, nescio quid minarum spirare dicitur. Quanto ipse simplicius, qui statim literis denunciavi *Apologiã*, priusquam adorsus essem scribere, & absolutam protinus per *Sorbonicũ* quendam ad ipsum misi, scribens quæ pro tempore dicenda videbantur. Neque verò periculum esse puto, nè tribuatur inconstantiæ, quòd *Fabrum* toties laudatum, nunc refellam. Primũ enim illi conveniebat imputari, non mihi, si quid ipse dissiderem à meipso, posteaquã ille usq; adeò tui dissimilis esse cœpisset. Scripsit enim is qui reddidit *Apologiã*, *Fabrum* ubi recepisset eam, arguisse me levitatis. Si levitas est, intentatũ falsò crimen depellere civiliter, quæso, sic amicũ ex insidiis adoriri, quo donabitur nomine? Atque utinam per illum licuisset mei similem esse, laudibúsq; illius semper aliquid adjungere. Nec tamen παλινῳδῶ quæ honorificè de illo prædicavi, imò nè sententiam quidem de illo meam adhuc mutare possum. Tantũ demiror quid acciderit homini. Postremò nõ statim vituperat alterũ, quisquis sese tuetur. Jus est publicum, vim vi propulsare. Cæterum ubi de fide Christiana agitur, impium etiam est causam adversario tradere. Tuum judicium non exegi, sive quòd perspicerem, rem tui fori non esse, sive quòd aliàs occupatissimũ onerare nollem, sive nè (quod est molestissimũ) inter duos amicos arbiter alterutrum offendere cogereris. Atque utinam hoc in totũ præstare licuisset, nè vel *Fabro* quispiã mortalium meâ causâ minus esset amic⁹, vel ille cuiquã iniquior. Quod si tu, mi *Budaee*, non graveris hujus causæ cognitionẽ suscipere, etiamsi, ut dixi, res nõ est omnino tui prætorii, agè non rejicio judicem, modo negotii statum omnẽ ordine perdiscas, hoc est *Apologiã* nostram, non oscitans ac vellicatim, ut te fecisse scribis, sed attentus perlegas. Alioqui nõ verebor appellare. Unde & quò, inquies, cum ultrò mihi delegaris arbitriũ? A *Budaeo* dormitante, ad eundem τὸν νῦν προσέχοντα. Alioqui multos passim audio queri, quod adversus *Fabrũ* scripserim, sed istos fermè qui nec illius insectationẽ, nec meam defensionẽ unquam inspexerunt. Si indignantur, quòd me necessario tuear adversus *Fabrũ*, cur non illi potius indignantur, qui ultrò prætérq; causam nos lacessierit? Parum amicum est, scuto objecto tueri vitalia, & amicum est, hominem amicũ telis veneno tinctis impetere? Quod si id agis, ut nos dissidentes in gratiã redigas, quod ad me pertinet, haud sanè multum erit negotii. Facilè redit in gratiam, qui odit invitus. Facilè placatur, qui nolens irascitur, imò qui nè irascitur quidem nisi suis fatis. Utinam licuisset amicitiam tueri perpetuum, nunc quod est proximum cupio multis de causis, sarciri: vel quòd per se sit indecorũ cum eo dissidere, quicum necessitudine sis junctus: vel quod nolim hujus rei gratiâ inter ullos suboriri dissidia, studiis, ut fit, in diversa trahentibus. Magis optabã, ut ex amicitiæ jure cõmunicatis invicẽ amicis, utriq; pulcherrima possessio conduplicaretur. Vix ullas rejiciam conditiones. Aut curet ille premendã, ut dixi, reprehensionẽ suam, ego vicissim patiar meam aboleri *Apologiã*. Aut si id frustra cupit, maledicta benedictis muret, & criminationi palinodia medeatur, aut certè purget sese mihi literis. At si id quoque nimiũ est, testetur nunc inter nos animorum esse consensum, quocunq; genio superior illa incidit procella. Sentiet me minime difficilẽ. Unam eam conditionẽ nõ recipiã, si postulet, ut *Apologiã* supprimã, incolumi illi⁹ criminatione. De morte fratris tui ex *Badii* literis cognoverã, quæ mihi duplici nomine gravis est, vel quia tu⁹ erat, & ob id ex amicitiæ fœdere noster: vel quia, ut scribis, nostri studiosus. *Buslidianum* legatũ ac trilingue collegium pulchrè procedit. Est autem magnificentius quàm putâram. Destinata enim sunt huic negotio plus viginti *Francorum* millia; utinam exemplum hoc complures inveniat æmulos. Habes epistolam non minùs molestam quàm prolixam, nè semper exprobres epistolia, pene ipsis opisthographiis breviora. Bene vale doctissime *Budaee*. *Lovanii*, V III. Calendas Martias.

Budæus Erasmo S.

ECce autem rursus expostulatio. Conquerebar, nihil à te literarum multis jam mensibus accepisse, quod quidẽ epistolæ instar haberet, quum tu ad me literas non magis copiosas quam jurgiosas dedisti: perinde quasi ex diuturno somno, id est, diuturnâ incuriâ nostri, turbidiùs te excitârim. *Huttenum* non magis jam tibi quàm mihi nostrisque probatus & amicus, cum ex Regis comitatu rediret, hâc transiens, literas à me tumultuarias expressit, in quib⁹ quum quicquid in buccam subiisset, vel *Græcè* vel *Latinè* scriberem, unum ut arbitror, aut alterum verbum de *Apologia* illa tua adjeci, ex cujus editione dolebam, cum eo quòd *Faber* scripsisset, nonnihil simultatis simile inter vos enatum esse videri. Non enim satis memini quid scripserim, & erat ejus generis epistola, cujus apud me exempla manere non solent. Hic paucis verbis ἀκροχόλως tu commotus, in pacificatorem repentè cornua obvertisti: videlicet quasi me liti pro *Fabro* temerè aut cupidè obtulerim, potiorémque impetus tui partem in me nec opinantẽ deflexisti: etiam si me subinde benignè appellãdo snaviari videre inter expostulandum. Primum volo hoc tu ne ignores, me nec pacificatoris, nec arbitri honorarii partes hac in re mihi sumpsisse: non quòd vererer, si id facerem, nè turé mihi non permitteres, aut tu id mihi succenseres, quod de te tantum mihi permitterem, sed quòd hac de re cum *Fabro* nunquam collocutus sum: quare causa mihi nulla fuit, quamobrem ejus rei arbitrium affectarem, quod ad me utrinq; non rejiciebatur, aut ultrò deferebatur: etiamsi *Ludovicus Ruzæus Parisiensis* subpræfectus, ut est omnibus viris doctis ultroneus amicus, facere me jubebat, idq; recusantem convitiosè objurgabat: sed cum vicem tuã dolerẽ, hominis mihi amicissimi, admonicum te oportuit, si non aliã ob causam, ob hoc certe, ne tu me obdormisse putares, cum tuâ illiusq; causâ frequenti sæpe corona ad publicæ famæ subsellia peroraretur: cum eo, ut verũ fatear, quod & *Fabrũ*

quoq; inter amicos numero. At enim ſum ille *Pandora* conjunx, quē tu rei jam cōclamatæ remedium afferre cavillaris, & *Troja* jam everſa, docere non fuiſſe rapiendam *Helenam*. Eia tu germane mi *Prometheu*, meminiſtin' ad me his verbis te ſcripſiſſe? *Faber* toties à me cum honoris præfatione nominatus, neſciò quam gratiam mihi rependit, certè ut multis videtur iniquam. Mihi quoq; duriùs mecum agere videtur, quàm pro ſolito ſuo candore. Doleo anſam hanc datam, & reliqua. Tum ipſe prædiceres *Apologiam* te meditari, & ego fortaſſe officio functus eſſem. At tu me *Epimetheum* feciſti, ut per te quidē rem in ſcenam producendam non ante reſciſcere potuerim, quàm tu prologum in proſcenium miſiſti. *Quo nunc igitur*, inquies, *admonitio? niſi ut calculum atrum ferre aut varium in Apologiam meam videare, ut mea ferè ſoles præjudicio quodam tuo premere, licentiore, ut quibuſdam videtur, fiduciâ confirmata amicitiæ.* Amabò te mi *Eraſme*, tuum præmorde labellum, & uſuram mihi patientiæ pauliſper accommoda viciſſim adjurgaturo. Facere enim nequeo quin epiſtolæ tuæ, facundæ quidem, & feliciter argutæ, ſed non perinde æquæ officioſæq; reſpondeam: cui tu rei inficiandæ non eris, ſi ad te jam rediſti, & priſtinos ſpiritus reſumpſiſti. Utiq; quod ad cauſam meam attinet, ut interim mihi tantum patrociner, quem tu ſubinde in faciem nunc palmâ, nunc pugno contundis, & viciſſim blandâ appellatione permulces, ut queritari jure non poſſim, ceu verò litem meam fecerim, ut ineptus arbiter, quòd te cum *Fabro* altercante, vel tantulum interfari auſus ſim. Ac neſcio quo modo in λεπτολογήματα illa, & *Copiæ* contumeliam revolutus es præ iracundiæ impotentia: quarum rerum quum mihi erratum jamdiu condonâſſes veniam poſtulanti, nunc velut muneris repoſcitor hac eadem de re me obliquâ actione appellas, iterúmque judicium ejus offenſionis refers quam ex memoriæ tuæ actis ſemel, & bonâ fide exemptam eſſe credebam. Itáne verò ſi quid tibi familiariter atq; amicitiæ jure fretus dixero, tu in me eloquentiæ tuæ aciem ſtringes, & ut animo obſequaris iracundulo, ad ſatietatem mecum delitigabis, & quia tibi par eſſe ſcribendi facultate nequeo, continuo te ſuperiorem in cauſa futurum confides? & ſecundum te homines doctos & graves pronunciaturos ſperabis? etiámne ſi in tyrocinio æquiore cauſa nixus ſim? etiam ſi cum tua iſta *Minerva* juſtitia ipſa depugnet? etiam ſi res ipſa clamitet, non te juris ſubſidiis, ſed facundiæ præſidiis fretum eſſe? Verùm *agè*, inquis, *rem arbitrii tui facio, agnoſco legem amicitiæ, quid igitur cenſes mihi faciundum? An hoc mihi amico tuo ſuadebis, ut pro honore mihi habito gratias agam* Fabro? minime. *An potius ut diſſimulem me ſcire, quid ille de me ſcripſerit?* Quid ni id tibi ſuadeam, ſi tibi integrum ſit? Primum *Eraſmo*, deinde Theologo, deinde hujuſmodi Theologo, qui jam emeritis ſtipendiis ambitionis, & aucupandæ famæ, eò ſe opinionis evaſiſſe, meritiſſimo confidat, ut nè ex alienis poſthac elogiis pendere videatur. Tu ut timeas, nè ſi *Faber* quamlibet exiſtimatus ſcriptis ſuis patrocinans, ſecus quid, ut fit, de ſcriptis tuis ſcripſerit quodam loco, tua ilicò exiſtimatio famoſo judicio periclitari videatur, niſi tu ad judicium longâ & meditatâ defenſione occurras? atque ita occurras, ſed reliqua non addam. Quaſi verò crimē agnoſcere protinus videatur, qui quovis modo crimen aſpergenti acriter animoſeque non reſponderit. Periculum erit credo in poſterū, nè tu indictâ cauſâ de ſenatus doctorū ſententiâ, capitis exiſtimationiſq; mulctā ſubeas, ſi ut quiſq; ſcriptor ſecus de te ſenſerit, ilicò non reſponderis. At enim inquies, nec cum quolibet homine, nec de quovis crimine in certamen invitus adductus ſum. A *Fabro* viro antea mihi, atque etiam nunc, ut arbitror, amico, & de literis egregiè merito, etiam impietatis, criminosè poſtulatus ſum. Scio quid tragœdiæ excitari his nominibus poſſit: intelligo ſi tibi concedā illum tam atroci in te animo hæc jactâſſe, quàm tu atrociter ea excepiſti: & ſi tibi permittam hac in re plena juſtáq; diſceptatione cauſam tuam agere, erroris tibi confeſſionē nunquā expreſſum iri. Sed quis tibi autor ſit, aut ſubſcriptor, ut quum iſta exiſtimatione præditus ſis, cum iſtā tibi gloriā tot editis voluminib⁹ pepereris, in iſtud faſtigiū opinionis & famæ, tot rerum in hac reip. parte geſtarū, gratiā evectus ſis, tu tamen in ejuſmodi controverſiis, cauſificationibus magis, & ſcriptionibus argumentoſis cōfidere videare, quā doctiſſimi cujuſq; graviſſimíq; tacito judicio? Τοῦτον μὲν δὴ ἅ ἀγῶν ἆθλον ἂν νίκην ἀραῖσθαί μοι δοκεῖς ἑτηκὸς σύγε σιτῆς καὶ τὰ χθ' σῶν συγγραμμάτων γεγραμμένα παρακηκοὸς, ἢ τὰ μὲν δικαιώματα ἐξηγήμων, κρίτερ ἀξιόλογα, τὸς δὲ λόγς σωφρόνων ἐυχερῶς τῇ ἀνωμοι σι ἀσεπτῇ. Τὸ γῶν εἰς ἐμὲ, ὅσπερ τὰ ἐγκεκλημένα ὑπὸ σῦ πρὸ φάβρου κ τὰ ὑπὲρ σαυτ ἀπολελογημένα ἀγαμαι ἀναγινώσκων, κ ἐυδαιμονίζω σε τ δεινότητ τῆσδε τῶν λόγων, ὑφ' ἧς καλαῤῥιπτουμαι ὕντω δή τοι αὐτὸς τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν ἀπολογιζόμεν, τὸ ἀμφὶ τὸς λόγς τοσδὶ, φοβοῦμαι μὲ σέρα ἅ ἐυκόσμ ἐκφέρεσθαι σὺ δοκῆς τοῖς πλείοσι τῶν ἐν κ καλὸς πεπαιδευμένων. Hic ſi diis placet, autorem *Hieronymum* tuum laudabis hujuſce inſtituti, qui *Ruffini* figuras non tulerit, qui *Auguſtino* minatus ſit, ob unius loci enarrationem convulſam. Quis ſcit an ob id ad *Chriſti* tribunal actus vir ille vapulaverit? Malim ut totum mihi *Hieronymum* æmulandum proponas, quàm in eo veluti nævum pro exemplo præbeas. Sic in *Minerva Phidiæ* crepidâ reprehenſione non caruit. Nec enim *Hieronymus* extra peccandi aleam fuit: nec ſe non *Auguſtinus* perperam multa ſcripſiſſe faſſus eſt libris etiam privatim ad id dicatis. Video te pedem præ indignatione ſupplodere, ſed neceſſe eſt, ut ad extremum perſeras, auréſq; mihi vacantes devorandis his præbeas, quando tu me longâ tuâ epiſtolâ ex animi tui ſententia verſâſti, quaſi ab adverſario tuo ſteterim, proditâ amicitiâ, ut ſcriptorum tuorum indicaturam, epiſtolarum licentiâ elevaverim. Quare reliqua auſcultato, ſcilicet *Auguſtinum* & *Hieronymum*, & ſenatum ferè orthodoxorum in communi reatu deſtituiſſe viſus eſſes, niſi tu veritatis patrocinium ſuſcepiſſes, & *Fabro* reſcripſiſſes. Quid ſi hoc idem in te retortum valet? Utrum igitur tu timebas, nè tu ignominia, cum tot, tantiſque autoribus notarere? an illorum magis quàm tuæ proſpectum exiſtimationi voluiſti? Quaſi verò illi in ſuam tuámq; ſententiam, noſtræ ætatis homines, aut poſteros ſuâpte ipſi autoritate adducere non potuiſſent: aut tibi ignominioſum & capitale eſſet futurum, ſi te ejuſdem cum illis culpæ reum à periculo non vindicâſſes. Atq; hæc ita diſputo quaſi *Faber* ipſe fateatur, aut inficiari non poſſit, in hoc ſe magis ſtomacho

macho serviviſſe, quàm hæc quæ ſcripſit, contentioni dediſſe, ut pertinaciori fortaſſe, ſic aſſerendæ veritatis haud dubiè ſtudioſæ. Qua de re autem inter vos agitur, non attingo, quoniam tu majorem eam cognitionem foro meo eſſe cenſes, aut etiam ſanctiorẽ, quàm quæ profanis ſuffragiis permittatur. Neq; id etiam in diſquiſitionẽ venit in hac controverſiæ inſtantia, quæ nunc in judicium deducta eſt. Sed quod vim vi propulſare juris publici eſſe dicis, tecum ſentio, ſi civile jus hac in cauſa pro ſcuto amplecteris. Verùm caput illud legis aut interdicti de vi, prætor ille æternus, ſummúſq; judex, in ſuas tabulas, edictúmq; ſuum non tranſtulit, quanquam & illud jus civile modum tutelæ inſontis, & inculpatæ à propulſante exigit. Ex qua formula ſi tibi jus reddi petieris, vereor ut abſolvi à me poſſis, qui tantam *Apologiam*, atque etiã talẽ edideris, nè pauculis cõmentariorum ejus chartis paria feciſſe non viderere. Quod profectò nunquam feciſſes, ſi tuo potiùs ſtomacho quàm amicorum obſequi voluiſſes, qui inconſulto ſtudio, nomini tuo favent, ut eſt multorum opinio, nec ſemper vident quid te deceat. Utcunq; ſit, hoc mihi omnino perſuaſi, ſi tibi nunc divorum aliquis rem integram denuò ita præſtare poſſet, & vellet, ut ea quæ exierunt, hominum memoriæ eximerentur, túq; rem ipſam arbitrii tantum tui, non etiam tui ſtudioſorum eſſe velles: omnino te, ut parciſſimè loquar, ita comparaturum, ut gravitate & moderatione ſuperiorem videri, quàm verborum & altercationum ſubamarâ viciſſitudine præoptares. Neque non *Fabro* itidem rem pœnitendam videri exiſtimo, quâ eſt animi probitate, ut tu ipſe agnoviſſe alioqui te fateris: qui etiam hunc caſum noxæ *Homerica* tribuis, ἦγε, ut inquit ille, κατ' ἀνδρῶν κεφαλὰ βαίνῃ βλάπτων' ἀνθρώπους. Neq; quicquam eſt, quod minus credam, quàm ipſum *Apologia* tuæ reſponſurum, etſi temerarius rumor iſtuc uſq; manavit, vel tuorum fortaſſe nimium ſedula ſuſpicio confinxit, *Fabrum* quippiam hujuſcemodi moliri: quem etiam audio non ſubdolè, no figuratè, non ἐπιλοίπως, non repentinâ demutatione, ſed bonâ fide, ſed conſtanter, & aſſeverantis vultu ſcripta tua laudare, quanquam *Apologia* tuæ infenſus ſit fortaſſe. Quis enim miretur te illi in eo non placere, in quo tu tibi diſplices? ut & ex literis tuis intelligo, in quibus invitum te id certamen ſuſcepiſſe ſatis ſignificare mihi videris. Vide quàm ἀφιδῶς τῇ φιλίᾳ δικαίῳ utar, & quàm τὴν ἄγαν ταύτην ἐξουσίαν familiaritatis uſurpem. Video jam quàm mihi infenſus ſis, cum hæc legis, qui tam iniquum tibi judicem me præbeam, cum tu me tamen *æquiſſimum* in epiſtola tua voces ὃς ἐπιτρέψαντός σου τὴν δίκαιάν μοι τῆς φιλονεικίας ὑμῖν κατεδίκησας σῦ ἀγῶνα τοῦτον τὸν ὑμῖν πεπαιδάσιν ut nè appellare quidem quenquam judicem alium fortaſſe poſſis, qui mihi arbitrium hoc omnino permiſeris, nè *Budæum* quidem ipſum τὸν γε νῦν περιέχοντα τοῖς ὑπὸ σε ἀπολογισθεῖσιν, id quod tibi demum ſalvum eſſe voluiſti. Enimverò inquis, iniquiſſimè & præter tuos mores facis. Nè igitur me laceſſeres, qui ſcripta tua me dejeciſſe calumniaris, & *Copiam* tuam extenuâſſe frementibus tuis amicis. In quo utrum æquitatem tuam deſiderare debeam, aliàs fortaſſe videro, qui ignorare non potes, quid de te, ſcriptiſq; tuis ſenſerim, ac ſcripſerim. Verùm ut ad ſeria tandem veniam, velim ita exiſtimes, judicium meum de veſtra illa diſſentione, adhuc in mea eſſe poteſtate. Et ſi tu enim rem mei arbitrii quadantenus eſſe voluiſti, tamen ille fortaſſe hanc ſubire judicii aleam nolit: qui etiam, ut ſuſpicor, æquiorem me tibi credit, cum tu diverſam opinionem habeas, qui mè in tua epiſtola ſuſpecti poſtulare non ceſſas, ut juris verbo loquar. Sed & ſi uterq; ex compacto arbitrium mihi hoc deferatis, haud libens ſuſceperim. Quòd ſi me autorem non reſpuitis, cupidè id ſuaſerim, ut denuò in futurum amicitiæ officia colatis. Id quod ſi mox ipſum fieri nequit, nondum planè abſterſis animis, tametſi compoſitis, certè ut præterita ſilentio, atque, ſi fieri poſſit, oblivione obruatis. Quanquam magnorum autorum exemplo honeſtè fieri poteſt, ut in aliquibus tuis, illiúſque ſcriptis hoc vulnuſculũ veſtræ famæ cicatrice aliquâ honeſtâ, vel ſplenio ſolerter obducatur, hominéſq; docti intelligant contentionem hanc potius, quàm offenſionem animorum fuiſſe. Neque verò cum ea ad te ſcripſi, tam præterita reprehendere volui, quæ jam teneri non poterant, & poteſtatem tuam exierant, quàm inhibere gliſcentem contentionem viſus ſum, nè ultra modum creſceret. Quanquam id tu aliter interpretaris, ut mihi ſemper iniquè ſuſpicax es. Eſt etiam apud nos in univerſum hac de veſtra diſſentione ſententia, magis ut viri boni gravéſq; doleant, intemperias quaſdam rei literariæ adverſas inter vos has turbas excitaviſſe, quàm ut alterum facilè damnaturi ſint, & alterum abſoluturi, maximéq; exoptent vos in gratiam redire. Hoc modo fortaſſe nobilis illa contentio inter *Hieronymum*, *Ruffinúmq;* coaluit, ſed pervicaciùs, atrociúſq; exarſit. Uſque adeò humanum eſt peccare, idque fert humana conditio, ut in viris alioqui ſummis hæc culpa luculenter deprehendatur, cum contentionis blandimenta rationi obrepentia, ita hominem provexerint in pervicacem animum: ut ſecus quippiam ille potiùs de ſua exiſtimatione conſulat, quàm motus irrumpentes animi inhibeat. Equidem, mi *Eraſme*, ut jam ſimpliciter tecum loquar, quum hæc primùm intellexi, non condoleſcere tibi, *Fabróq;* non potui: qui poſt tot ſtipendia in ſtativis *Palladis* emerita in ſua uterq; ſtatione, quum omnes jam juniorum ſeniorúmq; centuriæ dignos vos eſſe cenſerent, qui noſtrarum cohortium ordines duceretis, neſcio quo ſiniſtro genio impulſore in ordinem vos rurſus propemodum coegiſtis. Qui ſi etiam pergeretis obfirmatis animis indulgere, & ad ſimultatem uſq; apertam pertinaciter contendere, vererer nè gravium bonorúmq; prærogativa ære nos laudis & gloriæ tandem dirutum iret. Ille etſi mihi jam olim amicus magis quam familiaris, & conſuetudine vitæ conſiliorúmque commercio devinctus, rationem conſilii ſui viderit. Tu verò, qui mihi cognitionem hujuſce negotii alteris jam literis detuliſti, ſi tibi conſtare vis, & me lucrifacere, quo in partes tuas tranſeam, in obtemperantis habitum te ut componas neceſſe eſt, etiam ſi cordis ore reclames, ſurdíſque dentibus infrendas. Itaque apage illud ex tuis literis: *Tu ſi hîc ſis mi* Budæe, *aliter, alitérq; ſentias*. Etenim hac de re ſic cenſeo, Cum vitæ humanæ ea ſit in univerſum conditio, ut quo quiſq; exactiùs, atque etiam innocentiùs rationes ſuas inſtituerit, eo plura ferè ſibi negotia exhiberi à caſuum temeritate ſentiat, quæ mortales ipſa

miſeros ſurſum deorſúmque verſat: noxâ ſcilicet illâ tenebrarum præſide, in omnes occaſiones pervigili intentione imminente, quæ provideri ab homine nequeunt: tum verò noſtræ ſortis hominibus inceſſere plerunq; ſolet, improbéq; blandiri, parens illa diſcordiæ contentio, quæ in deorum olim convivio, aureum illud malum, inſcriptum, ἡ καλὴ λαβέτω, provolviſſe in medium dicitur: dociles tandem ipſa homines *Epimetheos* faciens, quo tu me nomine taxaviſti. Hujus rei inſigne clarúmq; documentum *Homerus* ingeniorum decus, velut iracundiæ & contentionis antidotum poſteritati reliquit: apud quem ut nôſti, *Iliados* duodeviceſimo *Achilles* ob id mœrens, quòd juſto pertinaciùs animo ſuo irato indulſiſſet, quanquã inſigni injuriâ ab *Agamemnone* affectus, errore tandem intellecto pertinaciam contentionis iræque deteſtans, ita inquit:

Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο
Καὶ χόλος, ὅς τ' ἐφέηκε πολυφρονέοντα περ ἄνδρα,
Ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο,
Ἀνδρῶν ἐν στήθεσιν ἄέξεται ἠύτε καπνός.

Proinde velim te ita eſſe animo comparatum, ut etiam ſi *Faber* certamen inſtaurare inſtiterit, id quod falſo rumore perſuaſus expectas: tu tamen hac de re conquieſcere tibi imperes. An verò ſi ille iniquior eſſe, & protervior contra ingenii ſui naturam conſtituerit, ut ſuis impulſoribus morem gereret, tu quoq; cum eo contendere turpi certamine confeſtim connitereris? nec iſtam tuam exiſtimationem, decorúmq; perſonæ tuæ reſpiceres? Quam legem cum in te ſanciam, non ita privilegium de te fero, ut me non eâdem ipſa lege teneri velim. Etſi omnino noverim homines doctos & autoritate præditos in animum induxiſſe, ſuis me ſcriptis carpere: nonnullos etiam jam id feciſſe editis libris ſciam: mihi tamen ſemel ita imperavi, huic meæ ſententiæ ratæ, fixæ, confirmatæ acquieſcere, ut nihil illis reſpondeam, niſi ſi mihi ſilentium vitio verti videam, aut luculentæ fraudi futurum. Idq; mihi ut faciam, autores ſunt & imperatores amicorum juratiſſimi, ſimul & graviſſimi. Neq; enim jam iſta me juvant, quæ ſine acerbitate genium nullum habent, neq; mitis eſt manſuetiq; ingenii, eâ digladiatione oblectari, quæ ſine luculento vulnere plauſum mereri nequit. Et eſt ea natura contentionis, ut plus ad ſtomachum ejus faciant, quæ plus fellis quàm ſalis habent. Túne, egóne, quanquam longè te inferior, qui ſervitutem moleſtam gravémq; ambitioni ſervivimus, & tandem vindictam meruimus, ex libertate rurſus in piſtrinum nos demus, atq; acerba identidem concertatione conflictemur ut ſcripturienti cuiq; libuerit ſtylum in nos exacuere? Equidem ſi alterutra mihi conditio eligenda ſit, malim literarum elegantium ſtudium ejurare, quàm ad eam mentis carnificinam adigi. Tu jam gloriæ culmen tenes, ex quo ut à nullo deturbari jam potes, ſic ſi gradum ipſe dimoveris, converſos in te oculos fallere non poteris. Ego in eam vel ſecuritatis vel incuriæ arcem concluſiſſe me confido, unde me in campum perlicere ad certamen haud facilè quiſquam poſſit. Malim ut animi æquitate ſuperior eſſe videare, quàm cauſæ actione. Neq; tu aliter in animum tuum induxeras, ut ex literis tuis video, atq; ex ipſa *Apologia*, utpote qui mœrens propémodum hoc certamen capeſſieris, gemenſq; peregeris. Verùm ut tibi jam ſententiam meam proferam, placidiorem mihi vultum exhibe. Summa rei hæc eſt, hactenus veritati atq; exiſtimationi tuæ patrociniũ tuliſſe, per me quidem & communes amicos licere ut cenſeare: quandoquidem eſt hujuſcemodi controverſia, quæ ampliari potius, & comperendinari ſæpius, quàm ſemel dijudicari debeat. Ulterius autem ſi verbum addideris, non impunè tibi ab amicis futurum. Neque verò me nunc credas *Fabri* cauſam agere, ſed tuam potiùs vicem dolere, qui hoc tibi ſuadeam, ut in gratiam cum honeſtate & moderatione redeas, imò ut ad ingeniũ tuum remigres, ac te tibi nobíſq; reſtituas, & ſacræ lectioni meditationíq; referas. Multa fert amicitia, quam tu *Fabro* invitus renuncias, ut potius cum eo expoſtulare ob violatam inconſulto amicitiam, quàm eum poſtulare criminosè videaris. Multa opinioſiſſimum nomen *Eraſmi*, quo nunc omnes Occidentis provinciæ perſonant, multa ſacerdotii dignitas, & profeſſionis theologicæ ratio: & vis iſta contentionis cum ætate ut conſeneſcat oportet. Et eſt ejuſmodi certamen, cujus victoria flagrare citius invidiâ, quàm plauſum excitare tibi poſſit. Neque te hîc audiam, ſi pergas in eum crimen retorquere, qui prior certamen hoc commiſit. Nunc cauſæ cardinem non attingo, & cauſam tuam non illius judico. Volo tuam ut cauſam mihi approbes ex tuo tantummodo, non etiam ex illius inſtrumento: id eſt, ex propria moderatione inſontem te, non recriminatione doceas. Siquidem decet boni viri innocentiã, ſuâpte vi, ſuóq; jure niti, non alienæ injuriæ propulſatione commendabilẽ videri. Audio te nunc divûm hominúmq; fidem implorare, quod tibi impietatis reo actionem, cauſæq; dicendæ liberũ arbitrium denegem. Atqui ſi hujus rei judex legitimus fuiſſem, & à me tu petiiſſes, ut tibi agere lege liceret, ut actionem ipſe tibi negare jure non potuiſſem, ita tibi modum dicendi ad clepſydram ſtatuiſſem. At vide quem tandem aquæ tibi modum infuderis. Non invitus facio, ut ſtrenuè te caſtigem, cui jam diu invidere cœpi, ut luminibus meis nimium officienti: & hactenus ægrè tuli, in epiſtolaribus noſtris altercationibus me ſemper inferiorem diſceſſiſſe. Sed vereor, ne omnem in me iram tuam derives, & ſi nondũ planè indignationẽ illam devorâſti, vel devoratam non concoquiſti, ne tu reliquias in me regeras, & expuas, epiſtolámq; mihi unam amarulentã ſcribas. Verùm agè, piacularis eſſe non recuſo, & in *Fabri* locum prodire ſuccidane°, dum modò ſtomachũ perpurges, ſimul & ſuſpicione illâ tuâ defungar, περὶ τῶν λογομαχιῶν. Hoc multis gratũ erit, qui intereſſe publicæ utilitatis credunt, te ab illa contentione animum deflectere, ne id tibi parergon præclarè cujuſpiã cõmentationis remora ſit, vel avocamẽtum. Hæc ad te ſcripſi vir amiciſſime, potius ut animũ meũ tibi teſtarer, literíſq; tuis reſponderẽ, quã quod admonitione meâ egere te putarẽ. Atq; libẽs hoc fecerim, ſi poſſim, ut qui mihi maledicere geſtiant, ad officiũ, & modeſtiã, vel perferẽdo, vel ſpernendo obtrectationes, reducam: ſin id efficere nequeo, certè hoc non commiſerim, ut ab æquanimitatis propoſito, & cõſtantiæ gradu dimoveri me finã alienâ improbitate. Etenim habet hoc à naturâ impetus invectivæ contentionis, ut ſi ingruenti ceſſeris, irritus mox irriſuſq; atque evanidus fatiſcat: ſicut turbo eliſus rapidas vires amittit,

ſi

si obicem non offendit. Hic sus *Minervam* docebo, librósq, tuos audire te jubebo. *Miles* enim tuus *Christianus*, mihi omnibúsq; probatissimus, me docuit, non esse ex usu disciplinæ castrensis, delectos *Christi* milites, hujuscemodi velitatione tyrocinium facere, nec *Christi* athletarum esse pugillationem infestam, ut tecum obsignatis tabulis agam. Mirum est, *Tonstallum* ad me non rescripsisse: vereor ut satis salvè se adhuc habuerit. Epistolæ meæ ad eum exemplum nondum recepi, ut antea ad te scripsi, atque haud scio an perditum sit. Si tamen magnopere habere exoptas, ex scheda restitui poterit, cum erit mihi ocium. *Stephanus* noster antistes ex aula huc ad aliquot dies venit: sed iterum accersitus, perendie reversurus est, nec nunc est in vrbe, sed cras rediturus, ut aiunt, & mox viam initurus. Bis cum eo collocutus sum, sed non procul arbitris. Is te fert in oculis, quæ res urit me maximè, cum eo quod aulici, & Rex ipse, ferre te fama non cessant, ut ab eo audivi. Rex ex *Italia Justinianum* Episcopũ ex Dominicali sodalitio accersendum curavit; & alium *Hebraicè* doctum, nomine, ut arbitror *Ritium*: jámque habet unum *Mithridatis* æmulum, qui omnes pene linguas novit, ut aiunt qui hominem viderũt. Quum de ils me præsente sermonem ipse faceret, egóque nonnihil ut fit, dixissem: *Quidnam censes*, inquit, *Budæe de Erasmo? nostine, quid ei sit animi, & an in Franciam tandem pramio se digno pertrahi possit?* Si id inquam, cordi magnopere Regi esse sentis, odorari iterum non gravabor, an adduci possit, ut *Parisios* migret, ibique domiciliũ fixum habeat. Quandoquidem si bene eum novi, ne episcopatum quidem opimum libens mereat, ut inter aulicos agere incipiat. Ne multa: cum ei ad te ut scriberet, ocium non suppeteret, autor mihi fuit, ut animum tuum explorarem, autórq; tibi essem, ut ad eum scriberes quid in animo haberes, ut ipse negotium in aula procuraret. Agedum fastidiosule, vide, consule, decerne, an noster esse velis, ac delicias facere tandem desine, ut utar verbo Comico. Dic quid tibi dari stipendii placeat, ut apud nos consenescas: cui mox sacerdotium accedet, ut ille arbitratur. Si ad nos transire animum induxeris, multis, ut opinor, nostratium exoptatus venies, quos jam satis multos habemus, doctrinâ etiam bilingui præditos: *Budæumq*, habebis, quicum aliquando lusires: cúmque eum propiùs certiúsq; cognoveris, quicum etiam in tenebris mices. Atqui Gratiis te aliquando litaviſse oportet, qui hominem illum perspicacẽ dierum paucorum consuetudine, in admirationem tui favorémq; traxeris. Nam quod nostratium permultis adeò places, qui te nunquam viderunt, stylitui suavitas efficit, operúmq; tuorum genius quidam illecebrosus lectorum exhilarator: qui in *Francorum* scriptis, à *Francis* desideratur, ut adversis *Vulcani* conjugibus, eloquentiæ studium nostri auspicari videantur, si *Francis* tantùm scribunt, apud quos indigenæ generosi esse non solent. Vide quàm ego tecum comparatus, iniquis satis utar: siquidem cum *Palladem* rogatam, simul ac palliatam, non modò religiosè, sed & dispendiosè coluerim, ut ne virginitatis quidem ejus attentandæ animum unquam habuerim: ne hoc quidem ab ejus observantia ferre adhuc potui, ut in aula gratiosum me faceret, sicut mihi quidem ego nunquam imperare potui, ut cum aula in gratiam redirem, ex quo ab ea migravi. Tu genesim gratiosam sortitus, ampla etiam præmia à tuis, ab externis (quódque inusitatum est) à nostris etiam imperitis ferre potes si velis. Usque adeò ista tuæ *Minervæ* gratia nullis non te approbas, nec mihi, cum tibi ob id inviderem, conatus unquam processit: si opera tua, doctrinâ simul & venustate vendibilia carpere atque elevare instiri. Id quod cum cautè ac circumspectè feciſse mihi semper visus sim: tu tamen in epistolis ad te scriptis, contendis me apertè libros tuos dejeciſse, ob unum aut alterum verbum familiariter prolatum, Τί ἂν μεμψίμοιρος τὴν τύχην ἔτι λεγοίς, ἢ σοι τὰ ἑαυτῆς ἀγαθὰ ἀμφὶν ταῖν χερσῖν διανεῖμα συμφυῆναι. O fortunatam istam tuam *Minervam*, cujus duo omnium maximi Reges jam facti proci esse dicentur! O nos felices, quibus mox videre continget, ut spero, eum honorem esse habitum eloquentiæ, ut duo imperia potentissima, æmulâ licitatione institorem eloquentiæ in ditionem suam asciscant: si tamen tuus *Carolus* hanc gloriam *Francisco* invidere cœperit, cujus tu comitatum abeuntis in *Hispaniam* destituisti. Ludere me credis, serio jocor loquórque. Proinde dum res calet, tuorum amicorum senatum convocato, ut consultum primo quoque tempore fiat utrobi potiùs, id est, hîc an isthic ætatem vergentem traducas. Quòd si Princeps à te consulente rogatus sententiâ fuero, non dubitabo censere, è re atque ex existimatione tua futurum, si te cum instrumento studiorum tuorum huc conferas, ut gymnasium exornes, quod in hac urbe Princeps instituere velle dicitur, & eorum desiderio satisfacias, qui te votis propemodum conceptis transire ad nos exoptant. Hac de re quod firmaveris, ad *Parisiensem* scribes, taxabísque stipendii modum, & viatici, si ita tibi visum fuerit. Satius enim id esse censeo, quàm ut me velut actore ad eam concipiendam stimulationem utare. Is enim gymnasii instituendi architectus est, ut intelligo. Qui cum tibi valde bene cupiat, omnia utique tua causa apud Principem conficiet, & magnificè tibi cavebit, ut res non modò sine captione tua, sed etiam ex usu tuo, ac commodo luculento transigatur. Tantum rem tuam gnaviter literis accurato, & ita rem totam exponito, ut ipse intelligat certiorem te factum à me. Ego autem ut eventum rei non præsto, nec rei periculum cupidè recipio, quando nec gratiam transactæ rei magnopere vendicaturus mihi sum: etiamsi operam mihi istam admonendi tui depoposci: ita non video, quid in hac re vereri captionis debeas. Nisi enim tanto rei perficiundæ sponsori acquiescis: ne *Crassus* quidem tibi locuples satis erit, si reviviscat. Jamjam expostulator: & mihi posthac irascere qui tibi libens semper nuncii quippiam boni porto, nec nisi invitus aut imprudens obnuncio. Certè nunc si vir bonus es, tu non modo boni consules, quicquid in hac epistola scripsi, sed etiam destinatâ ad id epistolâ, euangelia mihi debere te fatebere, sive conditionem acceptarus sis, sive ambiguo responso fastidiosè frustraturus, ut anno superiore feciſti, ad Regem etiam scribens, id quod ipse mirabatur, cum ei literas tuas reddidi in *Sammaurio* vico tum agenti, ubi villam habemus *Sammaurianam*: fastidiúmq; tuũ purgavi ut potui, excusatâ absentiâ Cæcellarii patroni tui, quasi scilicet alieni juris esses. *Glareas*

tuus in locum *Fausti* demortui suffectus est, & stipendium habebit. Usqueadeò fortuna tibi favere prolixissimè cœpit, ut etiam amicis tuis negotia sua fortunet. Idem *Parisiensi* jam notus est & gratus. *Deloinus* noster verbis meis salutari te jussit, qui ex aula recens redierat, cum ego literas tuas accepi. *Ruzeus* tibi plurimum favet, qui etiam scrinium unum libris tuis dicavit, quos in manus sumere solet, cum mihi stomachum commovere vult: sum enim apud eum frequens. *Jacobus Tusanus*, utrâque linguâ doctus, etiam ejus contubernalis, ad te scribere meditatur, me urgēte, ac verecundiam ejus castigante. Usqueadeò omnes te religiosè adeundum esse putant, præter me, qui frontem perfricui. Vale, & omnem contentionem suspicionémque ex animo tuo absterge. *Parisiis*, pridie Idus Aprilis.

POst has literas perscriptas, epistolam meam ad *Tonstallum* post multam flagitationem recepi, quam nunc ad te mittere commodè non potui, quia nondum transcripta erat. Volo enim ejus exemplum asservare, ne fortè in via intercidat. Si igitur magnopere habere eam cupis, curabo exscribendam. Habes epistolam, bene longam, & tam insciteè exaratam, quàm si à meipso perscripta fuisset. Me jam accusare *δυσκολογαφίας* non poteris, qui propter te Amanuensis utar operâ. Vale rursus.

Erasmus Rot. Guilielmo Budæo suo S. D.

Epist.53. PRolixam illam tuam epistolam, ad Idus Apriles scriptam, ad Calendas Septembres accepi, revectam è Janua: sed talem, ut haud sciam, an ex utriusq; dignitate sit eam premi. Videor mihi peculiarem ingenii tui sensum deprehendisse, nec dubito, quin ista syncero animo abs te scribantur, verum vereor, ut idem possim cæteris persuadere. Porrò quid si ista ad posteros perveniant? *Beatus Rhenanus* eam mihi tum à cœna cæcutienti prælegit, homo doctus ac mirè candidus: & quod præcipuum est in studiis, sani pectoris. Non libet referre, quid ille judicârit, & tamen prœmonitus à me de tuo ingenio in jocis familiaribus liberiori. Conviciis certare cum quoquam, nec viro dignum est: cavillis contendere, non libet. Argumentis solidis tanto queam esse superior, quanto tu sermonis apparatu vincis, vel *Deloino* & *Ruzeo* judicibus, aut si quos magis habes tuos. Verū ego unum *Budæum* amicum malo, quàm decem ejusmodi victorias. Plus satis est una apologia. *Basileæ* perpetuò ferè ægrotavi: in itinere revalueram, sed præterita *Colonia*, in summum exitium recidi. Adhuc domi desideo. Chirurgus inspectis tribus ulceribus, pronunciavit esse pestem, verùm falsò, ut opinor. Episcopo scribam cum erit otium, & tibi item copiosiùs. *Glareanum* meis verbis salutato, si fortè videris hominem. Redditæ sunt & illius postremæ literæ. Bene vale. *Lovanii* Idus Octobris. An. M. D. XVIII.

Guilielmus Budæus hactenus Erasmi amicus, ultimam salutem dicit Erasmo.

Epist.54. MEmini me ad te aliquando scribentem, hujscemodi verba posuisse: *Non minus te novi quàm tu me.* Qua in re quàm longè falsus opinione fuerim, nunc primum intellexi ex epistola illa tua stomachosa perlecta, quam tu ad me *Lovanii* dedisti: nondum, ut arbitror, ab illa morbi molestia planè tibi restitutus, aut certè mihi. Nam qui me non adversis Gratiis tecum amicitiam auspicatum esse sperabam, homine utiq; leporis & facetiarum amantissimo atq; omnis ut urbanitatis prudentissimo, sic jocorum intelligentissimo, & patientissimo: quicum stylum animi causa exercere liberè possem inoffenso initæ inter nos & cōstitutæ jam amicitiæ tenore: nunc me (ô vanas semper spes meas!) rusticum, absurdum, præposterum, stolidum, refractarium, offensatorémque esse collusorem intelligo, ac spinosis jocis aculeatis, ominosis, vitandum & aversandum, ut bovem cornibus obvolutis. Stat enim sententia ita credere, quando tibi, tuisq; juratissimis amicis ita visum est, quorum utiq; judicium longè meo antepono. Neque verò mihi ullam esse spem positam in defensione video, cum nec ei inficiando crimini esse possim, cujus toties jam suspectum tu quidem me habuisti, amici autem tui etiam manifestum: nec malevolæ mentis suspicionem deprecari, quum fixam in præcordiis, aut tuis, aut tuorum evellere opinionem nequeam. Id quod si facere mediter, post istud præjudicium, in alterum etiam crimen fortasse me induam, impudentiæ scilicet, præsertim cum apud istud tribunal causam dicenti inanis loquacitas (ut tu planè significas) parum vel fidei, vel autoritatis sit conciliatura: quippe ubi solidis tantùm argumentis, quibus minimè pollemus tuo ipsius testimonio, aqua funditur, ut aiunt. Atque hactenus epistolæ tuæ sensum dilucidè assequutus sum, nec provocare ab interpretationis tuæ sententia, tuorúmq; amicorum statui, & si mihi iniqua, nec ad communes, nec ad meos amicos, ad quos tu me rejicis: quanquā illi tam perversum, quàm ego hac de re judicium habeant, id est, à tuorum prorsus diversum. Verùm quod conviciis certare indignum te esse dicis, nec oblectari cavillis: hoc quatenus ad me pertineat, non percipio. Non enim usqueadeò exacerbatum te esse puto, ut hæc in me dixeris: & tamen ne hoc latius ulcus serpat, quando discuti (ut video) non potest, circuncidendum esse censeo, ut inter nos posthac silentiò acquiescamus. Et tu epistolam meam prolixam, ut vocas, id est, superyacanea & redundanti loquacitate odiosam, supprimas, atq; etiam concerpas, si libet, aut prunâ & cineribus obruas. Et ad tuam ego jam vulgatam, ut hodie ego primum vidi, obmutescam, nec ultra tibi negotium facessam. Sed cur me eo argumento lacessebas, non intelligo, siquidem me respondere nolebas. Ego mihi inductum à te silentiū accipio, & amplector, & si per te licuerit, servabo. Mirum quàm fatuas ac stupidas aures habeam, qui cum epistolam illā, nefastam ac sceleratam, post tuas acceptas literas sæpe legam: ne tanto quidem intervallo retractās, & me legentem audiens: virus illud malevolētiæ, vel quicquid vobis vocare libet, deprehendo, quod tantopere vos offendit: in quo judicii mei absurditatem agnosco, & vestri acrimoniam. Sed per Deum immortalem, utrum in priore epistolæ parte te offendi, in qua disceptationis tuæ cum *Fabro* mentio fit: an in posteriore, in quâ conditionē tibi regiam denuncio? Si in illa parte potiùs, cur ad me igitur tantam epistolam scripsisti, tot argumētis tam validis me lacessens, ut tibi responderem?

Cui

Cui epistolæ quum rescriberem, putavi rem tibi gratam me facturum. Quid est enim in ea persperos, quod à perito & acuto homine animadversum, non in tuam gloriam cessurum sit? Ego ut te taxare voluerim, aut cuiquam potiùs quàm *Erasmo* favere? Apage hanc a me odiosam suspicionem: præsertim cum *Faber* de hac re mecum nunquam collocutus sit, & si sæpe mecum interea locutus. Verum cum ejus disputationis victoriam viderem æquissimi cujusq; ore ita *Erasmo* tribui, ut tamen enm dicerent ultra modum uti victoriâ voluisse, nec satis sui atque adversarii rationem habuisse, volui imaginem rei in epistola effingere, téque hoc nomine & consolari, & purgare, quod aliquid humanitùs passus esses: si ultra modum, ut fit, incaluisses concertando, quâ culpâ nè *Hieronymus* quidem tuus caruit: téq; ab ea deducere opinione quam habere videbare, & à meditatione avertere certaminis instaurandi, literarum bonarum sacrarúmq; dispendio. Simul illud non nego, ita me literis tuis delectari, ut gaudeam stylum tuum exacuere, vel in me ipsum irritare. Quare etiam in epistola illa odiosa affectavi impetum orationis tuæ in me avertere; etiam si indignationem tuam nunc ægerrimè tuli, qui stomachabundè epistolium ad me scripsisti. Neque ego autem unquam propter ullum tuum verbum offensus sum; quod ad me aliis in epistolis scripseris, etiam si non nulla sunt, quæ quidam mei amici figuratiora esse putârunt, quàm amicitia nostra ferre videatur, aut tua circunspectio. Cum quibus ipse nsqueadeò non sentio, ut etiam nihil à te atrocius, nè posthac mihi quidem metuendum esse putem. Quin à te, ut homine mihi charissimo concisus interdum lætor, & ita scitè converberatus, & appositè, ut sugillatum me amici in multos dies rideant. Nec recuso, quin hac lege offensionem istam mihi condones, ut ad satietatem animo tuo, genióq; obsequaris in amico plectendo animadversione utroq; nostrum dignâ. Neq; enim tam religiosum doctorum omnium esse arbitror, quàm tuum est tuorúmq; amicorum judicium. Sin illa te malè habent, quæ de conditione regia scripsi, videlicet quod in re seria illudere tibi videar: ego certè, quod ad hoc attinet, non tibi illudere, sed mihi ipse videor. Tu quoq; hoc intelligas velim, tantam tum de te opinionem apud aulam interiorem fuisse, ut cum orta esset illa suspicio, te ideo conditionem regiam cunctabundè rejicere, quod verereris, nè *Carolus* Princeps illustrissimus ob id offenderetur: Rex *Francie* tui cupidus, eam ob rem ad eum scripturus fuerit, si quid tu ejusmodi excusâsses. Tum sunt alia, quæ scribere longum esset; nec epistolæ fortè committenda: sed tamen quæ me impulerunt, ut hujusœmodi epistolam ad te scriberem; quod ad hoc quidem pertinet. Quòd si nunc mihi aliquot menses amicitiam renunciare cogitâsti, quoad animus tuus in te commotus consederit, haud satis digna causa est, quamobrem antistiti *Parisino* non scribas, quum id negotium facilè passurus sim, sine me arbitro aut internuncio transigi. Tu velim rusticulum me cavillatorem non protervum esse interpreteris, id quod tu sponte facere mihi videre: si per tuorum pacem bonam liceret, nec me minus quàm dudum pridémque ames. Invitum enim te facere video, ut mihi infensum te præbeas. Utinam autem ita me divi bene adjuvent, ut ego tibi bene cupio, lætórq; sospitem te *Lovanium* rediisse. Rumor enim hîc constans erat, *Romam* te, aut *Mediolanum* migrâsse. *Glareanum* tibi salutavi, qui hodie ad me venit. Vale, & me, cum satis odisse videbere, rursus ama. *Parisiis*, pridie Calendas Novembres, cum pridie ejus diei literas tuas accepissem haud auspicatò.

Quo magis illa nefasta epistola *Vulcano* sacranda videatur, quod tamen tui arbitrii erit, quum tuâ magis quàm meâ causâ scripta sit, si satis regustaveris, sed tamen quo minus mihi placeat, inter legendum eam hodie erratum unum deprehendi in ejus scheda, quæ apud me manserat. Id est autem in secunda pagella in his verbis, *Id quod tu inficiando non eris*: quòd si itidem est in tua, me ut puto, satis irrisisti. Volui enim dicere, *cui te rei inficianda*. Non video tamen, cur illa minus exire digna sit epistola, quàm illa die brumæ scripta, in qua τὰ μυστικὰ evulgâsti, quæ inter te & me arcana fore sperabam, adeò, ut nè apud me quidem ullum verbum ejus schedæ remansisset. Scripseram ad te aliam quoq; semigræcam, non magis, ut arbitror, supprimendam. Quòd si in uno aut altero versu, aut pluribus posita sunt, quæ stomachum tibi faciunt, per me licet, ut arbitratu tuo mutentur, aut tollantur.

Erasmus Rot. G. Budæi perpetuus velit nolit amicus, non ultimam, sed jugem ac perennem illi D. S.

Post jurgatricem illam epistolam, quæ *Basilea* fuit reddita, ecce de integro mihi adest abs te fœcialis cum patre patrato, qui solenniter ac palam veteris amicitiæ fœdus renuncient, & in posterum ἀκονδον πόλεμον denuncient. Primùm omnium gratulor tuæ felicitati, mi *Budæe*, cui tum vacet, tum libeat ad istum jocari modum. Siquidem ea res mihi satis est argumento, amicum, cui profecto omnia læta cupio, non solùm prospere, verumetiam alacriter ac suaviter agere. Proinde licèt ipse toto hoc sesquianno in ejusmodi studiorum genere sim versatus, ut oneri ferendo, nec corpore nec animo par essem: præsertim cum id accederet ad sarcinæ molestiam, quod intelligerem, illa desudari ferè ingratis & iniquis: deinde tot morbis atrocibus subinde me repetentibus, tot aliis curis atq; incommodis, non hîc commemorandis, me meus exercuerit genius malus (nam *Lovanium*, quò tu salvum me rediisse gratularis, vix semivivus deportatus sum) tamen festivitate literarum tuarum, etiam in mediis malorum procellis sum exhilaratus, aut certè delinitus. Etiamsi referre jocos tuos, ac veluti retaliare, ut maximè libuisset, certè nec licebat, nec vacabat: quanquam nè adhuc quidem sic à morbo convalui, ut vel mihi satis placeam, vel amicis. Tanta erat morbi vis, nisi malis hoc mali, laboribus immodicis imputare. Tandem igitur ambabus tuis epistolis, imò voluminibus, unicâ respondebo: quod tamen non prius faciam, quàm illud adhibitâ stipulatione impetrem abs te; ut mihi fidem habeas me persuasissimum habere, quicquid abs te seu joco seu seriò scribitur, ab amico syncerò; pectore proficisci, utque idem tibi de me persuadeas, καὶ τὸν φίλιον ὁμόσαντι fidas, si parùm fidis injurato. Nihil prius quàm de animi tui syncritate, testatus sum apud *Beatum Rhenanum*. Idem elarè

restor

Epist. 55.

testor in postremis literis, quas tu semper tuo more ludens, stomachabundas vocas. Ego nullius literis æquè delector ac tuis, ex quibus multiplicem capio tum fructum, tum voluptatem. Primùm sive mecum litigas, sive rides, sive lacessis, discedo doctior. Nihil enim abs te proficiscitur adeò neglectum, quod aliorum quantalibet cura possit æquare. Deinde tuus iste sermonis torrens meam expergefacit somnolentiam: tuus ardor meum frigus acuit: tua copia nusquam non exuberans, jejunam exilitatem meam emendat, atq; castigat. Postremò cum præcipua vitæ voluptas sit, meo judicio, vacuas horas cum fidis amicis transmittere, quid possit accidere jucundius, quàm cum amico tam eximio, vicissitudine literarum confabulari? Imò cum tuas lego multo literatissimas literas, plus quiddam mihi sentire videor, quàm si te coràm auditem, etiam si coràm quoque perquàm festivus esse congerro soles. Hanc voluptatem mihi subinde renovo, epistolis tuis ex intervallo relectis. Rursum ubi eas amicis ostendo, sic de integro delector, ac si tum primum mihi fuissent redditæ. Ut nullum interim calculum habeat, gloriæ lucrum quod hinc facio, meâ sententiâ non aspernandum ei, qui posteritatem spectet: ut meæ lucubrationes intermoriantur unà cum suo autore, vel præmoriantur magis, tamen posteri loquentur, *Erasmum* fuisse quendam, quem *Budæus* ille magnus nec oderit, nec omnino contempserit. Hujus ambitionis (ut ingenuè dicam) me nec pudet adhuc, nec pœnitet. Proinde cum perspicerem accuratam illam, & grandem epistolam, in hoc paratam ut ederetur, veritus sum nè quid huic gloriæ decederet, ac posteritas judicaret inter *Budæum* & *Erasmum*, non tam synceram intercessisse necessitudinem, quàm ego videri volebam, imò quàm esse puto. Atq; idem damni mihi metuendum erat apud amicos, quibus tuum ingenium propiùs ac domesticè cognitum perspectumq; non esset. Id propemodum tuâ magis referre visum est, quàm meâ, propterea quòd me ab istiusmodi suspicione libri mei, si contigissent superesse, utcunq; vindicaturi viderentur. At periculum erat, nè quis de *Budæi* pectore, quo nihil esse potest candidius, secus quàm dignum est suspicaretur. Itaq; videbam alterutrum futurum, ut si ostendissem amicis, famæ nonnulla fieret jactura: si non ostendissem, aliquâ voluptatis parte fraudarer. Hic metus id temporis habebat animum meum, quem ipsum qualis qualis est, te autore lubens posuero, si tu ita seriò censebis. Neq; verò hîc agitur, quàm ego sim jocorum ac facietarum prudens, sed quid sensuri de nobis sint, qui nos è libris editis duntaxat æstimant. Noveram esse genus jocandi *Gallicum*, impensè liberum, gestiens, ec paulo licentius, quod tetricis ingeniis videri posset petulantiæ proximum. Mihi videbar propiùs animadvertisse, tuum ingenium hoc genere lusus impensiùs delectari, præsertim si quem familiariùs amares, quo te tuo arbitratu posses oblectare: qui ferè mos τῶν εὐτυχόντων τινὶ, in deliciis habere quẽpiam imi subsellii amiculum, ac vernis proximum, in quem animi causa quidlibet tum dicant, tum faciant. Nec istam voluptatem tibi inviderem, si res gereretur tantum iis arbitris, qui nostrum utrumque pernôssent, aut lusus nostros tam candidè sint interpretaturi, quàm ego interpretor. Nunc vides à plerisq; trahi ad calumniam, ea quoq; quæ simplicissimè dicuntur: atq; hujusmodi sycophantarum, temporibus hisce plena sunt omnia. Quid hos dicturos censes, si jocos tuos seriis convitiis simillimos legant, quos ego penè solus omnium jocos esse vel septio, vel interpretor? Jam ut non illibenter fateor, me non minus literis, quàm fortunis inferiorem *Budæi*, ita, quod scio te non inficias iturum, eruditio tua, non opes, Musa, non *Rhamnusia* te mihi conciliavit, imò me tibi devinxit. Felicitatem istam tibi gratulor, sed pectus amo suspicióque. Quanquam autem nihil addubitem, quin fortunas quoq; tuas, non uni tibi, sed amicis etiam possideas, tamen è chartis tuis gaudeo ditescere, quibus nihil diminuit tua in omnes benignitas, è scriniis nummariis nihil adhuc nec ambii, nec decerpsi. Nec tenuis haberi debet, qui suâ sorte contentus est. Et haud scio an eruditos aliud jocandi genus deceat, præsertim amicitiâ confœderatos. Jocatur in *Trebatium* suum *M. Tullius*, colludit cum suo *Symmacho Ausonius*, jocatur in unum atque alterum suorum *Plinius*. Hoc jocandi genus, haud scio an usquam in eruditorum libris reperies. Et aspergi solent hujusmodi lepores, ceu condimenta sermonis. Cujusmodi verò species, cum totus sermo à capite, quod aiunt, usque ad calcem præter scommata, strophas, & obliquas ἀπονοίας nihil habet? Verùm hæc utcunq; habeant, certè oportebat jocandi vices, inter amicos esse mutuas. Alioqui non videbitur amicus cum amico ludere, sed Rex in parasitum, cibóq; emptum homuncionem debachari. Nunc si quid à me liberiùs aut simpliciùs dictum est, contumeliam atrocem facis: si quid lenio nè offendat, quod liberiùs dictum videri poterat, suavior te, blandiórq;: si quid festiviùs excidit, cavillaris figuratè dictum. Atq; hâc iniquissima lege coarctor, ut si jocis tuis seriò respondeam, potentis amici majestatem lædere videar: sin jocum joco retaliem, figurati morsus accuser: si blandè tecum agam, supplex ac submissus esse dicar: sin obticescam, metuere potentiorem existimer. Nam per Musas te quæso *Budæe*, quid habebat vel prior illa epistola, quam editam doles, usqueadeò procax ac petulans in te, imò quid non amicum & honorificum? Audieram quosdam hoc tantùm indignari, quòd ausus essem *Fabro* respondere: alios, quòd aliquanto liberiùs responderim. Hos placare volui, cum ejus rei tu velut ansam præbuisses tuis literis expostulatricibus. Itaque proposito dilemmate, sic argumentor: Si mones, serò mones: si objurgas, sine causa objurgas. At quoniam priori parti asperseram *Epimethei* mentionem, quòd hac in parte mihi serus monitor extitisses: vide quantam hinc excitas Tragœdiã. *Eja*, inquis, *tu germane mi Prometheu, meministin' his verbis te scripsisse, velut atrox facinus mihi impingens, nè possim inficiari.* Ac mox, *Amabò*, inquis, *mi Erasme tuum præmorde labellum, & usuram mihi patientiæ paulisper accommoda, vicissim adjurgaturo.* Ac mox rursum, *Quem tu subinde in faciem, nunc palma, nunc pugno contundis.* Hæc qui credet, nonne me contumeliosum quempiam, & à Gratiis alienissimum esse judicabit? cum hoc animo sim, ut amicum ne joco lædere velim. Opinor nonnũquam usu venire tibi, ut bona quædam dicta sepositа nolis perdere, nec ob aliud uti, nisi nè tibi pereant. Sunt hæc, fateor, bellè dicta, si suo loco dicerentur. Atque his ut locum faceres, facis

facis me tuis verbis loquentem, quæ multùm dissonant ab animo, moribúsque meis. *Quò nunc igitur admonitio nisi ut calculum atrum ferre aut varium in Apologiam meam videare? ut mea ferè soles præjudicio quodam tuo premere, licentiore, ut quibusdam videtur, fiduciâ confirmata amicitiæ.* Hunc sermonem mihi tribuis, ac vicissim refellis, mutatâ subito personâ, nunc reum agens, nunc actorem. Tua est victoria, si hoc juris tibi permittent judices, ut tuo arbitratu pro me quoque respondeas. Atqui nostræ epistolæ respondebas, in qua nihil isti simile legitur. Sed hic planè lusisse videberis scio. Cæterùm num illud quoq; joco dictum tibi: facere enim nequeo, quin epistolæ tuæ facundæ quidem & feliciter argutæ, sed non perinde æquæ officiosæq; respondeam. Vide verò, num & illud joco dictum videatur. Tum igitur prædiceres, te *Apologiam* meditari, & ego fortasse officio functus essem: at tu me *Epimetheum* fecisti, ut per te quidem rem in scenam producendam non ante resciscere potuerim, quàm tu prologum in proscenium misisti. Hactenus tu sanè festiviter & eruditè. Quod mones, fortasse facturus eram, si tum *Budæus* ad manum fuisset. Vulnera quæ mihi *Faber* inflixerat, serò sensi: nec *Lovanii* quisquam aderat id temporis (novus enim hospes eò veneram) cujus consilio multum vel tribuerem, vel fiderem. Et quod tu fortasse moniturus eras, ut moderatiùs, ut parciùs responderem, id ipse me maximè tum admonebam. Neq; enim tam impotenti sum ingenio, quàm tu me facis: neque id temporis tam animo commotus eram, quàm tu imaginaris. Mœrens eam *Apologiam* scripsi, non iratus aut indignabundus. Id nolim mihi credas, si quisquam mortalium audivit *Erasmum* eo tempore, quo vulnus adhuc recens esset, vel inter pocula cum stomacho loquentem de *Fabro*. Mihi igitur tum sanus videbar: idem videtur quibusdam, qui *Fabro* impensissimè favent, eóque præceptore gloriantur. Quorum judicio plusculum arbitror hac duntaxat in parte tribuëndum, quàm tuo aut tuorum, quorum aliàs judicio tribuo plurimùm. Cavillari poteram, *Gallos* favere *Gallo*, ac rejectione judicum uti. Tu procul aberas, ut dixi, & res præsens remedium postulabat. Consuluissem videlicet te, tu convocâsses senatum amicorum, & post annum redisset ad nos vestrum oraculum. At cur potiùs tu mihi consulendus eras, quàm amici cæteri? An tu solus quid decebat, perspiciebas? an cæteris non sunt oculi? ut mihi in meâ causa judicium adimas. Jam si complures amicos consuluissem, fortassis omnes moderandæ *Apologiæ* fuissent autores. Recepissem me facturum. Hîc rursum, quod mihi moderatissimum visum fuisset, huic aut illi parùm moderatum visum fuisset. Nisi fortè volebas *Apologiam* absolutam, & opera notariorum in aliquot exemplaria propagatam, in *Germaniam*, *Hispaniam*, *Britanniam* & *Galliam* mitti, prius quàm excuderetur formulis. Utinam id liceret in omnibus libris quos edimus in vulgus. Atqui ut nulla sumptûs habeatur ratio: primùm, difficile est esse ingeniosum in opere alieno: deinde vix unum reperio, cui vacet alienis lucubrationibus attendere. Siquidem ea res attentum requirit. Facilius reperias qui edita cognoscant ut carpant, quàm qui edenda recognoscant, ut emendent. Postremò, cum hic quoq; variâssent amicorum suffragia, nonne moderationis canon ad meam æstimationem revolveretur? Ut reperiatur aliquis tam otiosus: quis tam certus tibicen astabit nobis à tergo, ad cujus modulatum, orationis habitum remittamus aut intendamus? Totum hoc negotium & scribendi, & excudendi, intra quatuordecim, plus minus, dies confectum est. Res multis acta est testibus, nè quid me suspiceris affingere vero. Nè verò putes tantum vel temporis, vel studii datum huic contentioni, ut tuo hortatu fuerim ad sacra studia revocandus, & ipse mihi per te postliminiò restituendus: perpende quid interim scripserim, videbis te hortatore nihil opus fuisse. Sed fac me percitũ irâ, non satis habuisse rationem meæ dignitatis: num ideo te feci *Epimetheum*? Si in puteum delapsum admoneas, hâc erat eundem, non incidisses in puteum, si monitorem audisses: nonne is optimo jure respondeat, utinam in tempore monuisses, nunc auxilio, non monitore est opus? Quanquam hoc posterius sic refellis, ut dicas te in posterum consuluisse mihi. Vide nunquid ejusmodi tua habeat epistola. Si dixisses: immoderatiùs respondisti *Fabro*, posthac nolim te eodem modo socordem esse: poterat intelligi quid sentires. Nunc *Erasmus* sum, non *Oedipus*. Neq; enim divinare potui futurum, ut tuam admonitionem, quam vocas, sic interpretareris. Quòd si tam prolixâ epistolâ objurgas amicum, lapsum, si ita videtur; nec interim opitularis, ubi candor ille *Budæicus*? Quid aliud quàm erratum amici traducis & exaggeras? & cicatricem jam obduci cœptam, refricas? Una opitulandi ratio supererat, si nos in gratiam redegisses. Id officii cum, *Ruzeo* majorem in modum flagitante, pertinaciter recusaris; tamen in frontispicio epistolæ tuæ, *pacificatorem* te vocas, in quem ego ἀκροχόλως commotus, repentè cornua obverterim. Si ubique jocaris, puto jocos etiam oportere sibi constare. Utrum verò metuebas, annè ego rursus impeterem *Fabrum*, qui me tam invitus defenderim adversus illum? id quod tu quoq; videris intelligere: annè ille me repeteret? Id cum tester me non metuere: tu declaras nihil omninò esse periculi, meorum suspicionem irridens, etiam si nemo meorum id suspicatus est: sed rumore quorundam *Fabro* faventium, aut certè mihi malè volentium, fuit jactatum. Nam ipse non solùm de *Fabro*, verumetiam de doctis amicis, ac discipulis *Fabri*, semper meliorem habui sententiam, quàm ut hujusmodi quicquam ab illis metuerim. Ab indoctis rabulis metui magis, cum quibus vel certâsse sit turpissimum. Atque interim leptologematôn mentionem nobis refricas: quâ de re cum ego nusquam ullam iram vel senserim animo, vel oratione declarârim; tu tamen præ impotentia iracundiæ in hæc revolutum me, scribis: idque satis impudenter colligis ex eo loco, in quo testor, me ne tantulum quidem fuisse commotum: & adeò non fuisse commotum, ut amicos quosdam *Germanos*, id non satis æquo animo ferentes, riserim verùs quàm placârim. Quorsum igitur attinent illa θερμὰ καὶ φοβερά; Itáne verò, si quid tibi familiariter atque amicitiæ jure fremis dixero, tu in me eloquentiæ tuæ aciem stringes? Et ut animo obsequaris iracundulo, ad satietatem mecum delitigabis? cæteráque quæ in hanc sequuntur sententiam. Si hæc serio scribis, ubi nam est in scriptis meis ista tam impotens iracundia? ubi delitigatio? ubi mea *Minervæ* facundiæ præfidiis

fidiis fretus, adversus justitiam depugno? Sin ludis: quâ notâ sentiet lector, utriusque nostrûm ignarus, esse jocum, in quo tu tam scitè adumbras stomachantem, ut qui verè indignetur, non queat seipsum melius repræsentare, quam tu simulas? Si tibi placet lusus *Laconicus* in amicum, qui usque ad vulnera, tuberáq; solet progredi, videlicet quo me doceas tolerantiam; vide nè quis istud causetur parum tempestivum in hominem aliquanto, quam tu es, natu grandiorem, cum cruentus ille *Lycurgi* lusus juventutem duntaxat exerceret. Jam periculum est, nè cui veniat in mentem, ut simile quiddam dicat in te, quale celebratur *Platonis* in *Diogenem*. Is cum calcâsset culcitram *Platonis*, ait le *Platonis* fastum calcare: *Calcas*, inquit *Plato, sed alio fastu*. Verendum igitur est, nè quis animadvertens, tam iracundis literis tuis meam castigari iracundiam, tibi dicat itidem: *Objurgas iracundiam, sed aliâ iracundiâ*. Cæterùm agis iracundum, non iraseris. Ut agas, certè nimium scitè agis, quemadmodum *Ajacem* egit *Lucianicus* ille histrio, qui inter agendum uni atque alteri caput comminuit, non sine metu cæterorum. Sed ille personatus agebat, tu nudâ facie cum amico agis. Quod si vultum ista loquentis aut scribentis cerneret aliquis, fortassis intelligeret sævitiam verborum meros esse lusus. Nunc lector vultum scribentis non cernit, animum ex verbis æstimat. Sed hæc aliàs: nunc epistolæ tuæ seriem persequar. Ais, *Si mihi fuisset integrum, suasurum fuisse te, ut dissimularem, quid* Faber *in me scripsisset, cum in hac eadem epistola fatearis, te, si res pro tuis rostris ageretur, non adempturum mihi dicendi pro me facultatem, sed clepsydras pauciores infusurum*. Hoc consilium quale futurum fuerit, in præsentia non expendo. Illud habeo compertissimum, eruditos quosdam, neque postremi nominis viros, lectâ illâ *Fabri* insectatione, mihi nonnihil timuisse: qui iidem, proditâ nostrâ *Apologia* metum omnem posuerunt, meæq; innocentiæ sunt gratulati. Quo tum autem quenq; futurum fuisse censes, qui quæ *Faber* in me scripsit, attentiùs legeret, qui utriusque sermonem expenderet? cum bona pars satis esse judicâsset ad me condemnandum, quòd *Faber* in me scripsisset, & ita scripsisset, ut ego nihil responderem. Atque hîc uteris argumentis quod tuâ pace dictum sit, parum verecundis. Primùm, cum ais me eò evasisse opinionis, ut nè ex alienis posthac elogiis pendere debeam: deinde, quòd addis, *Fabrum* suis scriptis patrocinantem me attigisse, cum in eo loco nihil illi mecum esset negotii: Ad hæc, quòd meam *Apologiam*, & brevem pro causæ modo, & quod constat, plusquam extemporariam, longam ac meditatam defensionem vocas: Postremò, quod assumis, nihil futurum fuisse periculi apud eruditos, etiamsi *Fabro* nihil, aut si neglectim respondissem. Ego famam nunquam sum aucupatus, nec ad hunc scopum mea studia destinavi, quod tu mi *Budæe*, nimis frequenter impingis. Nec eò progressus sum opinionis, ut mihi tutũ sit obticescere, si quis impingat quæ impegit *Faber*: nec acriter aut ferociter illi respondeo, sed amicè candidéque. Nihil enim me movet, quòd rem per se atrocẽ verbis elevas, quovis modo crimen aspergenti, & secus quid, ut fit, de scriptis tuis senserit quodam loco, & si quisquam scriptor secus de te senserit. Istæ præclaræ μειώσεις, cum res extet, non multo sunt verecundiores, quàm si quis consolans eum, cui elephantus sit abactus, dicat esse dejecti animi, ob tantilli animalculi jacturam cõmoveri. Aut si cui perisset ingens *Smaragdus*, neget esse virilis animi, ob lapilli unius damnum animo discruciari. Verùm ut hactenus omnia joco tribuamus, rursum in te constantiam desidero. Cum in posterioribus literis me victorem pronuncies, hic meam defensionem errorem vocas, & causificationes. Mox in *Græcis* quæ sequuntur, factus aliquanto mitior, sic tribuis eloquentiam, ut fatearis mihi deesse rationem, ac modum utendi, perinde quasi furioso tradas ensem. Deinde totum *Hieronymum* à me exigis, perinde quasi ego meum erratum, illius exemplo defenderim. Imò nego me ad illius exemplum atrociùs respondisse, cum graviùs essem quàm ille provocatus. Ut nihil jam ad rem pertineat quod declamas *Hieronymum* & *Augustinum* homines fuisse. Nam illud planissimè per lusum admiscuisse videris: quod ais addubitare te, an ob id *Hieronymus* actus ad *Christi* tribunal vapulaverit, quod in *Ruffinum* scripserit: cum somnium illud ut ipse testatur adolescens somniârit, in *Ruffinum* non nisi senex scripserit, atque adeò nè ad *Augustinum* quidem. Multum prætereo sciens, quæ tu animi causâ fingis: quod genus illud, *Me te longâ versavisse epistolâ, quasi ab adversario meo steteris, proditâ amicitiâ, aut scriptorum meorum indicaturam, epistolarum licentiâ elevaris*. Hæc quisquis leget, protinus requiret expostulatricem illam epistolam meam, cum in his quæ extant, adhuc nè verbo quidem hujusce rei meminerim. Ac mox εἰρωνεύων naso suspendis, quod obiter adjecerim, orthodoxos omnes veteres ac recentes in eadem esse causa, in qua me *Faber* collocat: nam ipse ἀδιάφορα eram, quod ad eam rem attinet. Ut non egeant illi meo patrocinio, certè videbor excusatius eam opinionem tutatus fuisse adversus *Fabrum*, in quâ tot egregios viros habeam ὁμοψήφους. Ad hæc quantumvis magni sint illi, tamen nemini vitio datur, summos etiam viros à calumnia defendere: cum sint, qui *Christo* adversus impias calumnias suis libris patrocinentur. Nec mihi satis est solatii, cum quamlibet eximiis viris habere causam communem, si illis ob antiquitatem ignoscitur, mihi scribitur *dica*. Huic simillimũ est, quod in tua sequitur epistola. Scripseram, si *Fabri* insectationem insectatione retaliâssem, obtexere poterã jus, nusquam gentiũ non decantatum, *vim vi repellere licet*: cum me negem eo jure usum, & tamen tu perinde mecum agis, ac si dixissem *usum*. Contuemeliis lacessitus, argumentis respondeo: an hoc est vim vi repellere? Negas hoc legis caput, summũ illum judicem in suas tabulas aut edictum transtulisse: & tamen omnes Theologorum centuriæ legẽ hanc agnoscunt, non agnituri, nisi fallor, si cum *Christi* pugnaret interdicto. Modum inculpatæ tutelæ qui potes in me desiderare, qui conviciis odiosis lacessitus, nullum regero convicium. Nisi convicii instar esse judicas, cum depulsi criminis invidia, sua sponte recidit in calumniæ autorem. Quid enim faciam, si tibi paulò longior ac liberior videtur *Apologia*? Ad animi mei modum rem temperavi, cum tui gnomonem non haberem Nec est quòd hunc errorẽ in amicos instigatores rejicias. Præter unum me nullus mihi fuit in consilio. Penè fuit excusa, priusquam quisquam sciret

sciret excudendam. Hoc magis acceleravi nè me negotium ut necessarium, sic inamœnum, diu teneret. Res ipsa, quid esset agendum, suasit. Atque ut doleo me provocatum, à quo minimè volebam: ita intantum non pœnitet *Apologiæ*, ut si quis hodie sic provocet, & provocet immerentem, cras sim similem *Apologiam* adornaturus, moderatiorem an immoderatiorem, incertum. Non mihi placet lenitas in hoc uno convicii genere: & tamen in illa, quamlibet longâ meâ *Apologiâ*, minus reperies stomachi, quàm in hac tua familiari ac jocosa festivâq; epistola, quâ cum amico ludis animi causa. Jam illud profectò perquam falsè dictum est abs te. Quis enim miretur, te illi in eo non placere, in quo tu tibi displices: perinde quasi qui insons, furti aut sacrilegii reus agitur apud *Areopagitas*, ideo damnet defensionem suam, quod displiceat necessitas, quæ ad dicendam causam adegit. Multo aliter *Fabro* quàm mihi displiceo. Sic mihi displiceo, quemadmodum sibi displicet ictus à scorpio, cum antidotum admovet. Proinde dictum hoc non tantundem habet salis, quantum primâ fronte præ se fert. Pergis & addis te lacessitum à me, qui calumnier te dejecisse mea scripta, meámq; *Copiam* extenuâsse. Os impudens, extant quæ scripsisti de meis libellis, ea in tantum non offendunt animũ meum, ut excusem & commodè interpreter, & tibi sycophanta sum, ac æquitatem in me desideras, qui te apud amicos ὑπ invidiam vocem: quos tu omnes feraruṁ ritu frementes facis, quod unus aut alter non satis probârit nostram *Copiam* abs te sugillatam. Memini sanè, quid de nostris lucubrationibus ad *Tonstallum* scripseris: verùm quoniam tibi joco dicuntur omnia, non alibi probabilius est, te joco ludere, quàm illic ubi nostra tam valde probas. Sed hactenus jocatus, reliqua te seriò velle loqui profiteris. Repetis quod in epistola mea non cessem te postulare suspecti, cum nihil usquam sit hujusmodi. At quod hîc seriò dicis, paulo ante per lusum dixeras. Addis, etiamsi uterq; nostrum arbitrium ad te deferat, te non libenter susceperum. At quò interim evanuit pacificator ille, quem ego obversis cornibus deterrebam? Sub hæc hortaris, ut ad pristinam amicitiam redeamus. Istuc persuade *Fabro* si potes, quem huc tot jam epistolis ultrò provoco, nihil veritus quorundam cavilla, qui me jactitant id metu fecisse, non animo Christiano. Pollicitus sum, me mutaturum locos omnes, in quibus ab illo dissenseram: si quæ notâram, vel mutaret, vel defenderet. Promisi, me pro virili abolituram *Apologiam* meam, modò ille tolleret suam insectationem. Postremò, consului atque etiam obtestatus sum, ut aliquo scripto testaretur, inter nos animorum esse consensum, & eriperetur ansa digladiandi de nobis, qui partim illi, partim mihi favent, aut malè volunt. Nunquam dignatus est, vel per alium quempiam respondere, nec tamen adhuc desino *Fabro* esse amicus. Et post hæc me violentum ac ferocem facis. Optas ut hoc famæ vulnusculum aliquâ cicatrice obducatur. Atqui quid aliud efficit ista tua epistola, tot verbis deplorans utriusque vicem, ac rem miris Tragœdiis exaggerans, nisi ut cicatricem utcunque cœptam obduci, refricet? Ad hæc hortaris me tuo exemplo, ne posthac utcunq; lacessitus, in certamen descendam, quasi quicquam habeant simile tuum ac meum negotium. Fortassis in tuis commentariis, cavillatus est aliquis, te locum aliquem secus quàm ipsi videatur enarrasse. Quod ut maximè evincat, τὸν ἀθῷον non alia manet pœna, quàm ut illic vel parum attentus fuisse videaris, vel aliquid existimetur fugisse te, quod non venerit in mentem, aut etiam non legeris. Hic multo alia pugnæ conditio, si modo hæc pugna dici debet: in qua capitaliter imperitus, nihil aliud quàm me defendo. Et tamen tu quoq; tibi in causa dispari reliquam vis esse unam exceptionem, si tibi silentium tuum vitio verti videas, aut inculentæ fraudi futurum. At cur hac me non vis uti? Nam quod tu negas obsuturum famæ meæ, si obticuissem, nec tibiipsi satis, ut opinor, persuasisti, quamvis mihi persuadere conaris. Atque utinam mihi tales adessent amici, undique cordati, oculatique, qui certo præscriberent, quando & quatenus esset adversario respondendum. Hoc genus amicos fortassis hæc nostra barbaries non habet, sed mecum clippiunt omnes. Nec tibi concedam *Budæe*, ut tu virulentam concertationem validiùs oderis atque execreris quàm ego. Nec puto me ideò affinem esse huic crimini, si compulsus & sic provocatus *Fabro* respondi. Porrò quod interim me collocas in gloriæ fastigio, quod *Erasmi* nomen facis opinionissimum, aliáq; id genus, planè jocari te puto, quantumvis seria professum. Siquidem & alias inducis mihi τὸν ἀσωτὸν, ac prorsus ἀνεψιὸν quempiam pietatis ac literarũ antistitem facis, qui jam immortalitati consecratus, extra famæ aleam sit positus. Atqui hunc reverendum Theologum, tu non aliter quàm matercula infantem objurgas; imò non secus atque sævus præceptor, nunc ferula, nunc flagello terres castigásque. Certè laudis hoc quicquid est, quod mihi tecum vis esse commune, cum ais, qui servitutem molestam gravémque ambitioni servivimus, non agnosco, moneóq; ut meam portionem in alium quemvis transferas. Nihil me infelicius, si tantum vigiliarum ambitioni datum est. Hic multa rursus parum pudenter assumis, me recriminatione certâsse cum *Fabro*, cur boni viri sit, innocentiam suam suâpte vi, non alienæ injuriæ propulsatione commendabilem videri velle. Mihi bonus vir non est, qui famam negligit, præsertim sic impetitam, idque editis libris. Ac nè singula persequar, cum multa joco dixeris, multa seriò, multa simpliciter, multa disputans; multa pronuncians, huc omnium summa redit, ut mihi hactenus per vos impunè sit pro tuenda causa mea decertâsse, sed periculum denuncians, si verbum addidero: de causa quæ inter nos agitur, non pronuncias, sed ampliandam censes. Unum hoc desideras in me, defensionem breviorem, ac moderatiorem aliquanto. Primum quoniam, ut ante dixi, non poteram dictionis temperiem ex omnium animis moderari, ex meo moderatus sum, præsertim cum dolerem, non indignarer. Quod si ad calculum voces, quanto plures clepsydræ soleant olim infundi reo quàm actori, simulque meam *Apologiam* ad *Fabri* insectationem conferas, intelliges nè hîc quidem admodum me πλεονεκτῆσαι, maximè si cogites & criminis genus, & quanto facilius sit aspergere labem, quàm abstergere. Præterea in causis quibusdam præter solennem numerum clepsydræ aliquot addi solent patronis. Porrò arcem istam εὐδυμίας tibi gratulor, unde prolici in campum non possis. Sed tamen interim

ex

ex arce talibus jaculis procul ἀκροβολίζεσθαι, ex quibus non difficile sit conjecturam facere, qualis futurus sis, si vel decimâ parte machinarum, quibus ego sum impetitus, quatereris. Neque enim sentis omnes meos arietes, quibus hinc atque illinc impetor. Sed tu felicior, qui hæc non intelligas. Et utinam nunquam tibi veniat usus, ut cum hujusmodi non hominum, sed portentorum genere conflicteris, qui se Theologos appellant, cum meri sint sycophantæ. Non insector ordinem, sed quosdam hoc indignos ordine, simul & nomine. Vel nuper quidam extitit homuncio pallidus ac macilentus, id quod mireris, cum nullus unquàm æquè sibi placuerit, pluſquam pueriliter insaniens jejunio gloriæ, subitò *Græcus* factus, & ante biduum adeò factus *Hebræus* ut illi nihil sapiat, nec *Hieronymus*, nec *Capnion*. Is ad hujusmodi sycophantias natus, nihil non audet, nihil non molitur, quò subitò fiat nobilis: atq; hanc viam maximè compendiariam esse judicat. Indignus est, cui respondeatur, nisi pro maleficio velis beneficium reponere, & tamen virulentior est bestiola, quàm ut fetri possit. Nusquam non obtrectat, obambulans per compita, per trivia, per fora, per templa, per monasteria. Nulli non mittit epistolas mendacissimis sycophantiis differtas. Neque desunt huic histrioni qui applaudant, qui faveant, qui εὖγε occinant, & omnino similes reperiunt labra lactucas. Et cum his factis, sibi sanctulus etiam videtur, quasi sufficiat ad absolutam sanctimoniæ laudem, adulterum aut aleatorem non esse. Nondum statui, quid de illo facturus sim. Si vicerit meam lenitatem, faxo, ut non omnibus æquè placeat, ac placet sibi. Nihil alind in præsentia polliceor, cum ille plus quàm montes aureos de se polliceatur: efficiámque, ut ex me plus nanciscatur famæ, quàm gloriæ. Verùm ut ad tuã redeam epistolam, ais, *totius causa arbitrium adhuc in tua esse potestate*: imò nunquam arbitrium hoc ad te detuli. Illud modò delatum est ad te, ut si velles, pronunciares, num peccarim, quòd *Fabro* responderim, aut quòd sic responderim. Idque ut certiùs faceres, postulabam, ut per ocium utriusq; scripta percurreres. Atqui palàm hîc cõtra me fers sententiã: primùm qui responderim, cum præstiterit obmutescere: deinde quòd accuratiùs ac prolixiùs: postremò, quòd animosiùs responderim. Nam utrum legi debeat ab angelis an à Deo, nec meâ refert pronunciari, & aliorum est negotium. Porrò non competere in me, quæ *Faber* in me congerit, vel citra judicis calculum res ipsa loquitur. Nec est quod clamitet quisquam, illum oppressum eloquentiæ meæ viribus, quibus ego nec polleo, nec me jacto. Ipse fuit in causa, qui argumentum mecum conferendi manus, parum auspicato delegerit. *Justinianus* episcopus nos invisit *Lovanii*: visus est homo candidus, minimeq; virulentus, proinde dolet, quod illius nomen in *Apologia* perstrinxerim. Insigni nota designâram eam paginam, semélq; denunciâram typographo, nè quâ omnino excuderetur, nisi à me recognita: atque hæc sola me inscio fuit excusa. Ubi sensi, coëgi ut eandem à me temperatam, denùo excuderet: nam hâc gratiâ notâram. Quòd hactenus neque Regi, neque Episcopo quicquam scripserim, ipse in causa fuisti, qui literis tuis spem ex sententia conficiendi negotii mihi amputaris, etiamsi me res ea levissimè tangebat. Nihil certi deferebat Episcopus. Regis nomine qui scripserant, ad spem modò vocabant. Hic recens in famulitium Principis ascitus, mox opulento sacerdotio donatus sum: destinatum erat annuum salarium, cujus nondum certum jus possidebam. Vobis cum *Anglis* id temporis parum conveniebat, & novandi denuò Novi Testamenti cura me totum habebat. An cum hoc loco res essent meæ, mihi consulturus eras, ut ingratus erga meos, de *Britannica* fortuna periclitans, omisso negotio, cujus gratiâ negligebam omnia, in *Galliam* accurrissem, venaturus spem, nescio quam, hoc est, τὰ τετιμένα δωρεάν, præsertim cum me præsentis fortunæ non admodum pœniteret. Denique scis, quo tempore mihi redditæ sint tuæ postremis proximæ literæ. Quid autem necesse est, sic me huic aut alteri Principi addicere, ut à reliquis me eximam? Malo servire nulli, & prodesse, si queam, omnibus. Sed hac de re scripsimus Episcopo, quemadmodum jussisti. *Glareanum* tibi probari magnopere gaudeo: quem hominem ego sic amo, ut quicquid in illum officii contuleris, lubens patiar imputari mihi. Jam ut ad postremam epistolam tuam carptim pauca respondeam: Ut tu immodicè *Budæo* aut attollis aut dejicis omnia? Scripseram me vereri, nè amici aut posteri aliorsum acciperent jocos tuos, quàm tu scriberes, quos non ignorarem, qualescunque forent, à synceriſſimo pectore proficiſci. Hinc excitas magnos tumultus, te adversis Gratiis mecum auspicatum amicitiam, nunc tibi videri rusticum, absurdum, præposterum, stolidum, refractarium, & offensatorem, collusorem, ac spinosis jocis, aculeatis, ominosis, vitandum & aversandum, ut bovem cornibus obvolutis. Nihil enim hujus sermonis meum illud epistolium tibi suppeditavit. Neque veto te respondere epistolæ quam vides editam: tu modò vide, quid sit ex utriusque dignitate. Neque enim illa mea, tam tibi scripta est, quàm aliis, quos placatos oportuit. Nec ideò tot argumentis tecum ago, ut ad respondendum lacesserem, sed nè responderes. Nam nostram cum *Fabro* concertationem aboleri silentio cupiebam, si quâ fieri posset. Postremò, nè quid hinc erres, scito eam epistolam aliquamdiu fuisse formulis excusam, prius quàm tua mihi redderetur. Nec me tamen autore id factum. Verùm cum subito periculum esset, nè omnia *Frobenii* præla cessarent, propterea quod chartarius ad diem præstitutum non adesset, passus sum, nec id admodum volens, ut *Beatus Rhenanus* à sarcina mea, si quid ineſſet, deligeret. Nam mihi tum nequaquam vacabat. Et quoniam per tumultum acta res est, nec is in delectu satis animo suo fecit. Et tamen ex epistola tua, cui respondeo, bonam partem resecui, in quâ videbantur esse, quæ non judicarem evulganda. Rursum quod epistolam tuam prolixam dixeram, sic interpretaris, supervacaneâ & redundanti loquacitate odiosam. Item quod eloquentiæ laudem tibi concedens, testor me in hoc argumento, causâ superiorem esse posse: sic interpretaris, quasi præter inanem verborum apparatum nihil tibi tribuam: & post hæc me malè suspicacem, non uno in loco vocas. Atqui possum illud verè de meipso prædicare, paucos reperies, qui in amicitia minus quàm ego suspicaces sint. Porrò quòd negas quicquam esse

eſſe in tuis literis, quòd non in gloriam meam ceſ-
ſurum ſit, cum incertum ſit ubique, Iudas ne an
ſeriò agas, citius ea per jocum dicta videbuntur,
quæ ad laudem meam faciunt, quàm quibus me
flagellas. Etiámne illa mihi laudi futura ſunt,
quòd me procacem facis in talem amicum, quòd
nunc præ iracundiæ impotentia præmordentem
labellum, nunc ſupplodentem pede, nunc Deûm
atque hominum fidem implorantem: atque ita
tumultuantem irâ, ut tu coactus ſis ceu novus *Py-*
thagoras ſpondæos occinere, ac me mihi reſtitue-
re? Quæ mihi ſanè cum riſu leguntur, quòd ſa-
tis intelligam te jocatum. Illud modò vereor, ne
non itidem interpretentur cæteri. Quòd ſi tu me
jubes hunc metum ponere, & eadem eſt amico-
rum tuorum ſententia, agè lude tuo arbitratu,
exerce calamum, laceſſe, verſa. Meum animum
nunquam offendes, quando de tuo certus mihi
videor. Si videtur, ad proximam editionem ad-
jungetur tua epiſtola: me nihil offendit locus
quem annotas, adeò mihi tua probantur omnia.
Neque vereor, quicquid uſquam abs te ſcriptum
eſt, ſine ullo delectu ſequi. Proinde tibi viden-
dum, cum ad me ſcripſeris, ut utriuſque periculo
conſulas. Sed eſt alius locus in prima pagella, ad
quem non nihil reſtiti: nam verſus unus aut al-
ter, neſcio quo caſu, videbatur interjectus, qui
cum reliquo ſermonis contextu parum congrue-
bat: cujus initium eſt, *Faber toties à me* &c. finis,
Doleo anſam hanc datam, & reliqua. Tu diſpice. Sa-
lutabis mihi tuos amicos, meos patronos, *Deloi-*
num & *Ruzæum*: nam in præſentia non vacabat
pluribus ſcribere. Bene vale. *Lovanii* XI. Calend.
Januarias, Anno milleſimo quingenteſimo de-
cimooctavo.

QUo ſim in te animo, vel *Glareanus* teſtis eſſe
poterit, homo minimè fucatus. Quòd ſi quid
offendit hæc epiſtola, puta me jam perpugâſſe ſto-
machum, id quod tu juſſeras. Denique lectam, in
ignem conjice, ſi lubet: conjiciam & meam ἀντό-
χαρον, ſed ita notatam, ut nec à meipſo legi queat.
Quovis modo ulciſcere, modò ne amicus eſſe de-
ſinas, néve obticeſcas: Quanquam de *Fabro* plus
ſatis, quæretur aliud argumentum plauſibilius.
Rurſum vale.

Eraſmus Roterod. Budæo ſuo S. D.

Epiſt. 56. POſt tantas epiſtolarum procellas, quibus me
ſolebas obruere, unde quæſo tantum, tám-
que ſubitum ſilentium? Gaudeo ſi totus es in
explicandis Pandectis jureconſultorum, ſed non
adeò es, opinor, ut non vacet, vel paucis ſignifi-
care quod poſtulo: quod ni facis, colligam, aut
offenſum te, aut priorem illum tumultum fu-
iſſe ludibrium. Si quid offenſus es, aperi quid do-
leat, quo vel mederi, vel in poſterum certè ca-
vere poſſim. Sin ludus fuit, illa prior literarum
Tragœdia, cupio, quicquid eſt cognoſcere. Bene
vale doctiſſime *Budæe*. *Lovanii* natali divi *An-*
dreæ, Anno milleſimo quingenteſimo decimo-
ſeptimo.

Guilielmus Budæus Eraſmo Rot. S. D.

Epiſt. 57. VIdi enarrationem quàm in epiſtolam me-
am ſcripſiſti, illam ſcilicet, humanitatis
plenam, ſed tibi antea inuſitatæ, in quâ & ſi omnia
mihi perplacuerunt, tamen variis curis implici-
tus, nunc (ut arbitror) non reſpondiſſem, niſi in
epiſtolæ tuæ appendicula obticeſcere me vetuiſ-
ſes. Nam ne me adeò ſupini ocii hominem eſſe
putes, qui diu jam paterfamilias factus, ſeptimo
etiam filio auctus ſim: domum nuper emi, in
eámq; migravi, ſimul & reconcinnandum fabris
tumultuariè locavi, libris interim & chartis in
congerie jacentibus. In hac tranſitione opes meas
recenſui, antea mihi incognitas, ne me non ſeriò
accipere putes, quod de divitiis meis aſperſiſti.
Quod tamen ipſum quonam modo in mentem
tibi venerit, non intelligo: cum in libris & li-
beris bonam cenſus mei partem habere me, ſem-
per præ me tulerim, atque etiam teſtatus ſim. Sed
quàm illud ſcitum mihi viſum eſſe cenſes, quòd
in *Epimethei* mentione dicacem me & eruditum,
velut ex commentario facis: ut pauçula quædam
quæ tu bona dicta vocas, ſepoſita velut in nume-
rato habeam, quæ etiam ipſa perditurus eram, niſi
te amicum nactus eſſem, in quem ipſa intorque-
rem. Memini aliâs abs te neſcio quid ſimile in me
jactatum, & ſi nunc notare locum non poſſum. Eja
tu, cui vel joco amicum perſtringere religio eſt:
tam ſtupidæ auris eſſe me lectorem putâſti, ut id
ſemel dictum non ſatis exaudiſſem? Ante te pa-
rœmiologon id jus fuiſſe ſcimus, ut antiquorum
inventis ſtudioſiſſimo cuique ita uti frui liceret,
ut ne in alienam quidem poſſeſſionem invaſiſſe
videretur, ſed veluti floribus decerptis, uti in agro
publico enatis, & occupaturo expoſitis. Nunc poſt
volumina illa parœmiarum tuarum edita, iis tan-
tum uti licebit credo quæ tu concenturiâſti, & ve-
luti in numeros legitimos redegiſti. Quaſi verò
ſiquis compaſcuum agrum maceria concluſerit, ut
viciniæ interſepiat, id ſe uſu cepiſſe jure contende-
re poſſit, ac ſuum propriúmque feciſſe. Quod eo
etiam iniquius eſſe poſſit, ſi parœmiarum appella-
tionem ita latè patere volueris, ut omnia bellè,
ſcitè, lepidè dicta tui juris feceris. Sed ſit ita ſanè,
ut hoc jure tuo feceris, cui omnium rei literariæ
partium conſtitutio, arbitriúmq; conſenſu publi-
co mandata ſunt aut permiſſa: liceat ſaltem pre-
cario iſtis uti, ut de *Epimetheo* notâſti: & à te uten-
da rogare, iis præſertim qui rerum commercia
noverunt, & aliena etiam facere ſui mancipii poſ-
ſunt. Cujuſmodi autem iſta eſt improbitas, ut in
mari illo & pelago antiquitatis, quod omnium ju-
re naturali commune eſt (ſi juris peritis credimus)
expiſcari unus homo belliſſimum quodq; permit-
tat ſibi, & piſcationis uſu omnibus interdicat?
Parum erat (credo) *Adagiorum* volumina anni-
verſario labore repetita, ad circumfluentem uſque
copiam auxiſſe, & velut everriculo quodam ini-
quarum macularum, gratiam & venuſtatem an-
tiquæ lectionis exhauſiſſe, niſi etiam aliis invide-
res qui veſtigia tua ſequuntur. Atqui ſi vir bonus
ſis, taliſq; qualem te eſſe ſemper exiſtimavi, quam
latifundia utriuſq; linguæ ita meſſueris, ut inde
magnam tibi gloriam compararis, nobis non
ſuccenſebis, ſi tanquam ſpiçilegio perſequamur,
quæ vel oculos tuos in tãta copia fugerunt, vel à te
neglecta ſunt, quanquã frugi homine atq; etiam
tenaciſſimo, γνῶ δ' σὺ βασιλίνως πᾶσι καὶ τοῖς ὀπισθολαμ-
βάνοις ἐνοχλεῖν, ὁ πάντας γε τοὺς λημῶντας καὶ μυσῶν, καὶ πάντα
τὰ λῆθε καὶ παλαιὸν ἀνθρώπους; Quin id etiam ſcire
pervelim, niſi curioſus eſſe videar, quãdo illa dicta

sepositа perdere me nolle dicis: an quæ tot tantáque edis quotidie volumina vix sufficientibus *præliis*, atq; uni propè tibi vacantibus officinis, ea ex tempore fundas, fanatico furore instinctus, nec istis texendis filum ante sepositum habueris, scriniatim etiam titulis prænotatis. Sunt enim qui aiunt, ante annorum hebdomadas apparâsse te, quæ nunc ἐπαλλήλως exeunt. Quod si verum esse scirem, ego animi tui æquitatem, tuámq; charitatem, in publicum amplecterer omni suffragii mei favore. Quid enim cõmendabilius est, quàm quæ juvenilibus annis congesseris, nolle tecum sepeliri? Mihi enim id perinde esse videtur, atq; si civis quidam *Romanus* Musarum divitiis circumfluens, annuis & menstruis congiariis populi plausum mereri, bonáq; sua elargiri, in animum inducerer, atq; ita de omnibus mereri, ut etiam primoribus, & ordinibus tesseras suas mitteret. Quod utinam omnes auri nimium amantes, factitare sibi persuasissent, ut avidè congestas opes, ante mortem benignè erogarent. Non tantæ passim opes hominum commercio eximerentur, & vinculis perpetuis damnatæ situ obruerentur. Nam quod ad me pertinet, ego multa inter schedas condidisse me amicis non inficior, ex quibus volumina non contemnenda aliquando contexere potuissem, si mihi secundiore fortunâ uti, & literis feriari contigisset. Ut ad reliqua transeam: meritò me ludificaris, ut nihil pensi habentem, qui illud de *Hieronymo* dixerim ad tribunal *Christi* rapto: non enim excusabo quod jocari voluerim, ut tu cavillatus es. Ita fando auditum memineram magis, quam locum satis apud *Hieronymum* annotâram. Mihi tamen veniam dabis, in re non capitali: hujuscemodi fortasse videri illud tuum possit de *Areopagitis*, ad quorum subsellia tu furti reos agis. Verùm ut non diffiteor, me multa joco dixisse, ita nunquam fatebor me ita impudentem esse ut hujus appellationis non suppudeat etiam jocularis. Sed nec amicos tuos, quos viros bonos ac mansueti animi esse non dubito, cum tibi sint amici, ferarum ritu frementes in epistola mea feci. Sit sanè ut aliqua non suo loco dicam, quando ita tibi visum est, temporum, locorum, dictorúmque omnium arbitro: tibiq; ita me meáq; permitto, ut quæ ad *Torstallum* de te scripsi, si vel non suo loco dicta vel malè locata videntur, ea loco ut moveas: neque id quidem modò, sed etiam te ut eo ex fastigio gloriæ & existimationis deducas aut deturbes, in quo te collocatum à me fastidiosè scribis: quandoquidem tam morosè id quod tibi tribuitur admittis, ut modestiùs fuerit fortasse apertè respuere. Vide utrius nostrum æquior sit querela. Tu cum tua me dejecisse clamites, ego mea à te elevari ægrè fero. Tametsi ô hominem te æquissimum & animi gratissimi, qui autorem me tibi fuisse dicis & causam, nec Regi, nec Episcopo fautori tuo scribendi. Hæc illa sunt euangelia, quæ mihi à te deberi contendebam. Imò verò ô hominem te acutum, qui ne in eo quidem loco epistolæ me intellexeris, ἐν ᾧ διαπεσεῖσθαί σοι τὸ ὑπ' ἡμῶν προσηρεθὲν ἐπεχείρει ita ut tuæ tantum partes essent ἐν τῷ διαμέλλειν, καὶ ὀκνεῖ βαρύνεσθαι δόξαι τῆς ἐπαγγέλματι τῆς ἐνθένδε. Tu autem velut sorex, quod aiunt, qui *Mimum* evulgasti. Gaudeo te stomachum perpurgâsse, ut purus putus *Erasmus* ad nos tandem transeas. Certè omni ope conatus es virus illud fellis exudare, falsâ opinione con-

A tractum, cujus graveolentia nondum ita mihi stomachum movit: ne te ultum me esse magnopere triumphes, ut implacidiore me utare. Itaque si quid etiam in imo subsedit, excute & te totum perpurga, quando illa catapotia, ut spero, epistolæ meæ vorâsti. Quanquam quum impudentiæ crimine nihil atrocius *Homerus* invenerit, quo tu crebram in me lapidationẽ feceris, jocis scilicet mecum assuescens, non video quid reliquum tibi feceris, quo luculentiorem plagam incutere mihi
B possis. Sed tamen si quid restat, recipere plagam non gravabor, dum tuo animo obsequaris. Libens tamen hoc tibi suaserim, ut si te adhuc malus ille genius tuus hujuscemodi agit intemperiis, in illum exuccum & monogrammum Theologum, qui tibi semissis homo malè cogitat, mucronem stili tui obvertas. Satis enim mihi videor periculum stomachi tui fecisse. Interim silentio indulgebo, ut attentiùs te spectem cum illo congredientem, si quando caput ex insidiis & latebris exe-
C ret: & tui stomachi ludos quoquo modo meditabor, qui bellus & delicatus amicus, palpatoribus gaudes amicis. Proinde si lubet, *Deloino* jam jam non meo, sed tuo scribe, qui mellitis tecum certabit epistolis: quanquam ipse queritur te alteri jam ejus epistolæ non respondisse. *Ruzeus* vix ausus est salutem mihi committere, ad te verbis suis mittendam, quem in te meritò excandescere arbitrabar. Ei enim epistolam tuam ostendi, in fronte quidem suavem & illectricem, sed intus
D amarulentam. Itaque autor tibi sum, ut te totum his amicis des, qui amicitiam tractare mollioribus articulis noverunt. Ego verò in gratiam cum seriis redibo jocísque salutem multam dicam, qui mihi malè eloquentiæ tuæ gratiam conciliârunt. Illud calumniæ plenum penè per oblivionem omisi, quod verba tu epistolæ meæ repetens, *inquis*, in præsenti pro *inquies* scripsisse me confingis, quasi verò scilicet superioris tuæ epistolæ verba ementitus sim. Hoc enim ipse quere-
E ris, cum tamen revera ego per anthypophoram loquerer, non te ita dixisse affirmans, sed dicere posse: ubique enim, *inquies* in futuro In scheda mea scriptum est. Ita non argutiis rhetoricis ut solebas, sed etiam sycophantiis oppugnare me instituisti. Nondum eram cum episcopo collocutus, ex quo tu ad eum scripseras, etiamsi literas tuas videram. Vale & thema aliud auspicare, si tibi τὸ ἀντεπισέλλειν vicissitudo cordi
F est. Omnia arbitrii tui facio. *Parisiis*. Calendas Februarii.

Locus qui te conturbat in epistola mea, sic legitur in scheda quæ est apud me: *Faber toties à me cum honoris præfatione nominatus, nescio quam gratiam mihi rependit, certè ut multis videtur iniquam. Mihi quoque duriùs agere mecum videtur, quàm pro solito suo candore. Doleo ansam hanc datam*, & reliqua. Tum ipse prædiceres, quæ tria verba postrema mea sunt hoc sensu, debuisti superioribus verbis addere te *Apologiam* scripturum,
G tunc fortasse non serus monitor fuissem. Quâ ex epistola tua hæc sumpserim nescio, cum enim hæc scriberem, nec libros meos expeditos, nec scrinia digesta habebam in hac domo in quam migravi. Habes epistolam & puram & eleganter exaratam, & αὐτόχειρον.

Sed omnia mihi tecum licere æquum est, præsertim quum à manu amicum nullum habeam: alienum

alienum inquirete non vacet, nec suave sit ad te religiosè scribere. Omnia hîc imperiosè agere cœpimus ex quo *Maximilianus* mortuus est, ne me jam ut magnopere æquo & clemente usurum te esse speres. Vale rursus & me si lubet ama, quando tuo jussu non obticui.

Erasmus Budæo suo S. D.

Epist. 58. AD postremas literas tuas eruditissime *Budæe*, nihil omnino respondeo, satis enim hujusmodi concertationum. Non ambio, ut in talibus argumentis videar disertus. Nec mihi placet victoria, quæ jacturâ necessitudinis emitur. Quid apud te de nobis suspiceris, nescio. Illud non dubitem per omnia sacra dejerare, neminem hîc esse, qui de *Budæi* ingenio, stilo, eruditione candidiùs sentiat, aut honorificentiùs prædicet quàm *Erasmus*: etiamsi tu neque moraris nostrum suffragium sat scio, nec hoc eges præcone. Mirum quàm μισόμουσοι toto ferè terrarum orbe συγκεντίζουσιν, & quicquid possunt, suis adjungunt copiis, quo magis oportet & nos inter nos esse concordes. De literis quæ te videntur offendisse, faciam quicquid voles, vel aboliturus, vel leniturus: aut si mavis noxæ dedam, ut tuo arbitrio pœnas luant. Bene vale. *Mechliniæ*. XII. Calend. Aprileis. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Budæus Erasmo S. D.

Epist. 59. AIs te mihi scripsisse epistolam satis molestam, quam mihi permittis, ut in locum fœdum conjiciam: certè in hoc tibi non assentiar, ne si te quidem eam ob rem infensam habiturus sim, utárque exemplo *Augusti*, qui *Virgilii* mandatis extremis non paruit. Existimo te in regustatu literas tuas non probâsse, quæ dum stilus fervebat, sapere tibi videbantur. Mihi quoque sæpe id accidit. Sed quid agas, ubi humanarum rerum actionúmque conditionem perpenderis: μικρὸ γὸ ἀνθρώποις ἡ τὰ δοκοῦντα σοφά. Velim tamen existimes homini mihi συμπαιδικὴ τὰ παιγνιώδη παῦτα καί τοι μιξόσπουδα ὅμως ἡδέα ἀεὶ μή τι δὴ φορτικὰ φαίνηδ. Rescripsi tibi solitâ licentiâ, ne speres hominem me jam quinquagenario proximum ad meliorem frugem castigando redigi posse. Episcopus *Parisiensis* jam *Senonensis* archiepiscopus factus est liberalitate regiâ, & si nondum res peracta est. Totus jam est aulæ, nec nobis licet cum eo loqui. Quodam tamen die, cum in interiori cubiculo Principis esset, dixit mihi se ad te scribere statuisse. Iturus est propediem in legationem *Narbonem* versus cum aulicorum dispensatorum decurione: cum quo etiam ire me Rex jussit, ut numerus sim potiùs quàm ut aliquam operam certam navem in ea provincia: sic enim interpretor. Bis tamen episcopi domum adii, & in mensa ejus sedi, sed convivarum multitudine cum eo familiariter colloqui non licuit. Quare quid egerit, aut statuerit nescio. Ἄλλοτε ἀλλὰ σχολὴ ἄγαν αὐτὸς ἐκ ἄγαν μετ' ἐμοῦ κοινολογεῖται περὶ δὴ αὐτῷ δεδογμένων. Σὺ δ' ὅσον ἐμοὶ φίλος ἔχεις φεῖς αὐτὸν ἐκ δὴ θαυμάτων σε κατέμαθον ἡ χάριγγος ἐκτεταμένον. Δυνάσαι ἂν δ' πάλιν ἐποπτεῦσαι ἡ γνώμης ἡ τότε. Rex mirè in literas bonas fovendas, & excitandas propensus esse videtur. Sed negotia αὐτοκρατόρεια πλὴν ἀυλὴ ἄπασιν πᾶν ἐναφοῦσι, vix ut vacare cæteris rebus posse videatur. Nunc quis sim nescio: quo minus certiorem te aliis de rebus facere possim. Ineptire nunc, nescio quo fato, cœpi, cum minimè vel in animo haberem. Sed quid facerem? ἠμυδίων γὸ ἐναντιοῦται τοῖς ὑπὸ τῆ μοιρᾶν ἐπικλωσμένοις. Ὦ τῆς ματαιότητος ἡ ἀνθρωπίνης. Ἔρρωσο. *Parisiis*, die Dominico ante quadragenarium jejunium.

Budæus Erasmo S. D.

Epist. 60. NUdiustertiùs apud *Stephanum Poncherium* archiepiscopum *Senonensem* nuper factum, prandi sum. Post prandium de te fuit sermo: petere ab eo cœpi an ad te scripsisset; negavit, sed sese brevi scripturum affirmavit. Certè post duos menses vix ei vacavit, tibi & mihi operam dare, cum propter publica & regia, tum propter privata & propria negotia. Quid ad te scripturus sit, quidq; tui negotii egerit, nondum planè scio: & malo te omnia ex eo scire, quàm ex me, qui rarus sim apud eum. Sermoni nostro affuit *Nicolaus Beraldus* homo utrâq; linguâ doctus & tibi amicus, Archiepiscopo jam valde familiaris: qui cum eo in *Narbonensem* provinciam profecturus est hoc triduo: egóque in eo comitatu ero nisi quid mihi vel illis contingat, qui capita rerum sunt. Scripsi ad te hoc mense, me epistolam tuam non eo loco numeróque habere, quo tu me habiturum putâsti, nec tibi in ea supprimenda parsisse paritúrumve esse. Ego nihil dum molestiæ ob istam tuam offensionem, vel offensionis ὑπόλειψιν passus sum, qui ut jocis libens utor, ita jocis non levi de causa offendor, malimq; me lædi quàm lædere: quam rationem in amicitia tuenda, si cum aliis initurum me statui, quanto magis tecum retenturus sum? ὑφ' ἑ πάντων δεῖ φίλον δεῖ τε ἐλλογίμων ἀνδρῶν μάλιστα πλουτίζειν ἀναφαίνω ἀν ἄγαγε, ἐδὲν ἀχθόμενος ἡ ἀντιστασιαζόμενον σοι, ἐδὲ δὲ φορτικὸς ἐμαυτὸν τὰ παγκοινῶς ἔχειν δοκοῦντα. Οὐ δὲ δὴ χ' τηλικαύτη ὕδη ἐυγκαμοσοφίᾳ χρήσασθαι, σαυτὸν ἀναπόδειπτον μοι δοκεῖς, ἐ φρόντιζον αὐτὸς φιλοπαίγμων γεγονὼς, περὶ ἡ ἐμῆς ἐξουσίας ἡ ἄλλα γνώσεσθαι, ἐν ἡ πολλὰ μὲν ἴσως γνωστὸν ἢ ὑπὸ γε αὐτὸς μορφώσῃ, ἐδὲν ἡ κρύπτειν ἐδ' ἐκβιαστὸς ἴδοι καταφωράσας, ἐ ματαίῳ φιλολογίαν τὸν ἡμετέρων: ant si quod sanctius mihi jusjurandum esse putas. Quod si sciens fallo vel te vel alium quempiam hoc epistolium lecturum, causam haud dico, quin mihi Deus eam ob rem malefaciat. Verùm ô me ineptum, cui etiam injurato credere jam cœpisti, nisi temerè id mihi persuasi. Ἔρρωσο χ' εὐτύχει, καὶ διατέλει καλῶς τε ποιῶν καὶ κάλλιστα. *Parisiis*, XIIII. Calend. April. Verùm heus tu, εὐτύχει, καὶ ἀσπάζου, quoad certum esse cœperit, quod futurum tibi est παρ' ἡμῖν. Vix adhuc ipsi scimus, quid nobis sit animi, ἡ τῆ ἀντικρούσεως θύελλα omnes nostras rationes conturbavit, vix ut statui quid possit.

Erasmus Budæo suo S. D.

Epist. 61. ULlas epistolas accepi, eodem fermè argumento, sed quæ mihi declarent superiorem conflictationem, incolumi amicitiâ nostrâ, inter nos hactenus constitisse. Mihi prolixa illa epistola non alio magis displicet, quàm quod tuum animum videbatur offendisse: cui jam ne potes quidem non æquior esse, quando te autore servata est, cum ipse eam noxæ dedidissem. Precor ut

ista legatio tibi feliciter cedat, tuóque bono tandem in gratiam redeas cum aula. Quoties tumultus hos animo contemplor σὺ τὰ ἀντικρυς τοῦ, protinus *Horatianum illud* venit in mentem ἢ μαχῶν βασιλῆων ἕ[νεκα]. Bene vale. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Christophorus Longolius, Iacobo Lucæ Decano Aurelianensi S. D.

Epist. 62. NUnquam nobis sanè non deerit scribendi argumentum, nisi (ut te olim monui) mutuis id interrogationibus excitemus: quo nomine scripsi ad te haud ita pridem, mihi adeò gratum fore, si pleniùs ex te intelligerem, cur Princeps vester *Erasmum Budæo* prætulerit, *Germanum Gallo*, exterum civi, ignotum familiari. Nam quod ad eruditionem pertinet, non video qua in re *Budæus Erasmo* cedat: sive humaniores, sive Christiano dignas homine literas æstimare libeat. Quod verò ad dicendi facultatem pertinet, parem, meâ sententiâ, in tam diverso dicendi genere laudem merentur. Beatissima in ambobus & rerum & verborum copia: sed ita ut alter altiùs expatietur, alter angustiore quidem alveo, verùm altiore ingentem aquarum vim trahat: fluit ille plenior, hic fertur rapidior. In *Budæo* videor mihi agnoscere plus nervorum, sanguinis, spiritus: in *Erasmo* plus carnis, cutis, coloris. In illo plus diligentiæ, in hoc plus facilitatis: creber ille sententiis, hic facetiis: Ille omnia utilitati, hic plurimũ delectationi tribuit. Pugnat *Budæus* curâ, ingenio, gravitate, dignitate: *Erasmus* arte, subtilitate, lenitate, jucunditate ad victoriã contendit. Hunc amare possis, illum admirari: Huic favere, parere illi. Profectò ille me violenter cogit, hic suaviter allicit. Ducit alter blanditiis, alter viribus trahit, verborum delectu religiosus, proprietate perspicuus; Si res tralationem expostulat, in metaphoris felix, sententiis gravis, figuris varius, summa orationis specie honestus, sublimis, severus, grandiloquus. Contra, *Erasmus* venustus, modestus, popularis, floridus, verborum supellectile dives, compositione simul expeditus, simul nitidus, frequens exemplis, densus argumentis, gratus salibus. Ille in oratione sua totus quidem semper est, sed tum potissimùm tonat, tum fulminat, quum materia temporum nostrorum objurgationem admittit: hic etiam quum moribus convicium facit, magis instituto suo servire atq; dolere videtur, malagmatis, collyriis, cerotis, & cæteris id genus leniorum medicamentorum remediis sanitati consulens: ut ille amarulentis quidem illis, sed hac tempestate necessariis potionibus, sectionibus, cauteriis altè grassantem vim morbi insectatur. Breviter, si historiam scripturi sint, *Budæus Thucydidem*, magis quàm *Salustium*: *Erasmus Livium* quàm *Herodotum* retulerit. Si poema pangendum, hic Tragicum & Heroicum quiddam verborum, sententiarúmque pondere altiùs intonabit: Ille Comœdiam urbaniùs, Lyricos suaviùs, Elegiam molliùs inspirabit. Assurgit tamen & hic quoque alieno ingenio, suo verò tam difficulter, quàm ille nunquam, etiam si velit, sese demittere queat: alioqui superiores illæ virtutes ut neutri desunt, sic in altero magis patent, in altero magis latent: effectu pares, habitu dissimiles, ut haud prorsus aberret quisquis hunc concioni, illum judiciis natum dixerit: alterum *Palladis* numine afflatum, alterum Gratiarum choro stipatum. Cæterùm ut intelligas nihil esse, quod sit ab omni, ut ille ait, parte beatum, aut certè quod omnium stomacho satis possit facere: Audi quid in eis hi desiderant, qui se aliquod operæ precium in re literaria fecisse arbitrantur. *Budæus* hoc illis peccare videtur, quòd nihil peccet: *Erasmus* quòd vitiis suis faveat: Illum enim dum scrupulosiùs omnia ad veterum normam exigit, sæpe oblitum eorum quibus scribit, sibi tantùm & Musis canere; hunc dum ingenio suo nimis indulget nihilque putat esse tam vulgare, quod non aliquando in oratione suum sibi locum honestè vendicet, turbidum interim fluere: Illum potius nobis significare quid velit quàm dicere; hunc immodicâ sermonis ubertate, veluti læto gramine fata strangulare: Illum oratione nunc obliquâ verticosum, nunc figuratâ elatum, sæpe intumescere; hunc recto nudóque ductu humiliorem, plerunque humi serpere: hunc lasciviâ molliorem, illum austeritate duriorem. Denique alterum doctis mirum in modum posse placere, alterum etiam imperitis, si in tam secunda (ut illorum verbis utar) facundia modum tenerent, & suo semper freti ingenio, alieno nonnunquam essent diserti, vel judicio vel consilio. Nam cum præstare possint quicquid volunt: par est, inquiunt, ut optima quæque velint, nec sese ambitiosiùs nobis venditent: eo res nostras recidisse, ut maturè potiùs juvandi quàm intempestivè delectandi simus: pro suscepto operis instituto fideliter docendi, non crebris licentiosissimísque excursionibus ambagiosè suspendendi: digredi quidem *Senecam* & *Plinium*, sed alterum parcè, alterum rarò, nec sic quoque quæsito, nec nisi oblato argumento. Hæc critici: quorum sententiæ quo minus statim subscribam, faciunt cum alia multa, tum quòd non defuere clari oratores, qui non grammaticos, sed populum eloquentiæ judicem statuerint. Esto sit porrigendus doctis modò calculus, sint soli literarum principes hac de re in consilium mitrendi, quisnã amabò hac ætate dignus, cui tam superba censura, jure credatur? Tuebuntur se uterq; haud magnis solùm exemplis, sed etiam validissimis argumentis. Dicent se non perperam scribere, sed illos corruptè judicare: in orationibus suis non nasci, sed ab imperitis spinas afferri: *Erasmus* se omnium rationem habuisse, *Budæus* paucorum theatro contentum esse. Itaque ipse nihil decerno, vel ne sutor (ut aiunt) supra crepidam: vel quod apud me paria faciant, hoc est, virtutibus, si qua sunt vicia pensent, atque adeò superent. Habent enim plus quod laudem, quàm quod ignoscam. Illud tantum miror, quod ab initio dicebam: Cur Princeps vester in tanta *Budæi* probitate, doctrinâ, eloquentiâ, *Germanum Gallo*, exterum civi, ignotum familiari prætulerit. Nec hoc dico, quòd *Erasmi* fortunæ invideam. Studeo namque homini, si quis mortalium alius, tametsi de facie nunquam mihi viso, ídque ob communem patriam (sumus enim ejusdem, ut nôsti, & linguæ & ditionis) colo autem ob eximias illas animi dotes, quas in eo ita suspicio, ut votorum meorum summa sit, hinc ad annũ etiã alterũ supra vicesimum, quo me ætate superat, si non illũ, quem nunc tenet, saltem proximum eloquentiæ gradum attingere. Improbum, inquis, votum: impro-

improbum sanè, sed quod nec ipse planè improbet. Ego nec existimationi, nec commodis tanti viri invideo, cujus eloquentia apud me pluris est, quàm totius *Galliæ* opes. Sed in hoc ista scribo, ut si quid habes, actutum me certiorem facias, cur semper neglectis *Gallorum*, nunc primùm fastiditis *Italorum* ingeniis, *Germanica* tam ambitiosè affectemini. Vale ex urbe *Roma* quarto Calend. Februarias.

Erasmus Roterodamus Christophoro Longolio S. D.

Epist.63. CUm multis nominibus mihi jucunda fuit, eruditissime *Longoli* epistola tua, non illa quidem ad me scripta, sed de me, tum hoc præcipuè, quod mihi renovavit veterem ingenii tui notitiam, ac spem eloquentiæ nequaquam vulgaris, quam ante complures annos conceperam, ex oratione panegyrica, quâ laudes divi *Ludovici*, ni fallor, *Galliarum* Regis admodum adhuc juvenis es prosequutus. Epistolam exhibuit *Ruzeus* urbis *Lutetiæ* suppræfectus, homo tum eruditus ipse, tum eruditionis alienæ mirè candidus æstimator. Tantum autem abest, ut ægrè feram mihi præferri *Budæum*, ut in illum penè parcus, in me prodigus laudator fuisse videaris. Abundè multum illi tribuit tuus candor, sed quoties hominis dotes prope divinas contemplor, videor mihi videre quiddam majus omni facundiâ. Mihi verò tantum tribuis, quantum nec agnosco nec postulo: cui abundè palmarium est ac triumphale, cum viro modis omnibus incomparabili comparari: neq; poteras meâ quidem sententiâ, plenius honestare famam *Erasmi*, quàm si illum faceres ita posteriorem *Budæo*, ut eum non longo intervallo sequeretur. Majore tamen cum voluptate *Budæi* laudes legi quàm meas, vel quòd illius gloriæ sic faveam, ut nullius æquè, vel quòd quicquid illi possessionis est honestæ, id meum etiam esse ducam: non tantùm publicâ illâ *Pythagoricorum* lege, quæ vult inter amicos esse cõmunia omnia, verumetiam peculiari fœdere, quod verbis ritè conceptis, & syngraphis obsignatis inter nos jampridem pepigimus, ne alterutri fas sit inficiari. Bellè tu quidem me mihi depingis, sed haud scio an omnino meis coloribus. Et tamen ad hanc tabulam ipse mihi nonnihil blandior, non quòd illi prorsus credam, sed quòd juvet *Apellis* manu depingi. Porrò cum indicas, quid in me desiderent Critici, non minus cepi utilitatis quàm voluptatis. Quanquam ad quædam utcunque tergiversari poteram, nisi tuo judicio tam impensè faverem. Nam quòd scribis me favere meis viciis, crede mihi non tam favor est, quàm vel insciția vel potiùs pigritia. Sic sum, nec possum naturam vincere. Effundo veriùs quàm scribo omnia, ac molestior est recognoscendi quàm cudendi labor. Jam ut in delectu verborum nolim omnino videri indiligens, ita non arbitror congruere ei qui res serias persuadere cupiat, in affectandis dictionis emblematis esse morosum aut anxium. Neque verò mirabitur eloquentiæ nostræ rivum alicubi turbidum fluere ac lutulentum, qui cogitârit, per quos autores decurrat, nimirum sordidos, & impuri sermonis, ut non possit hinc non aliquid limi ducere. Usu venit hoc non rarò summis illis eloquentiæ proceribus, ut in *Græcorum* voluminibus versantes, frequenter imprudentes *Græcè* loquerentur. Illud haud scio an scribæ debeat imputari, quòd mihi tribuis immodicam sermonis ubertatem, quæ dos nimirum *Budæo* peculiaris est. Nam rectus ac nudus orationis ductus, simplici naturæ congruit: nec mirum est humilem esse sermonem cujus humilia sunt omnia, corpus, animus, fortuna. Porrò nimis crebras & immodicas digressiones quas nobis communiter ascribunt Critici (nam sub horum ni fallor personâ maluisti tuam indicare sententiam) jam mutuis literis uterque alteri objecerat. Cum primis autem demiror, quî tibi succurrerit demirari, cur *Galliarum* Princeps *Franciscus Germanum Gallo*, exterum civi, ignotum familiari prætulerit. Neutrum alteri prætulit Rex, sed utrunq; alteri studuit conjungere. Neque enim cuiquam suo loco cedendum erat, si me in *Galliam* contulissem. Tantum abest ut *Budæo* fuerim offecturus. Quod scribis & ditionem & patriam & linguam mihi tecum esse communem, non tam mihi gratulor, quàm huic regioni, quam vehementer gaudeo talibus, hoc est veris sempérque duraturis ornamentis indies magis ac magis illustrari. Proinde nihil optatius mihi possit accidere, quàm multos exoriri tui similes, qui nobis in hoc laudis stadio, non modò succedant, sed etiam antevertant: & quicquid est hoc nominis, quod mihi mea peperere studia, suo splendore obscurent. Sed tamen agnoscet opinor posteritas, nobisque nonnihil debere se fatebitur, quod parum felici seculo, quod his regionibus, in quibus prorsus extinctæ fuerant & invisæ bonæ literæ, longum & invidiosum certamen sustinuimus adversus pertinacissimos meliorum studiorum hostes. Sed utcunque de nobis censebit ætas secutura, volupe est interim optimas literas passim feliciter efflorescere. Bene vale *Longoli* doctissime, & in hæc studia ut cœpisti constanter ac feliciter incumbe. *Lovanii* Calendis April. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Budæus Erasmo S. D.

Epist.64. LUdovicus *Vives* homo literarum bonarum feliciter studiosus, ut ex ejus sermone intellexi, mirè nomini tuo meóque favere, mihi visus est: cujus humanitas singularis & erudita glutinum (ut arbitror) tenacissimum esse poterit in posterum tuendæ retinendæque nostræ amicitiæ, si (ut sunt humana) nonnihil simultatis, vel suspiciunculæ potiùs inter nos inciderit. Nam hactenus incidisse τὰ κατ' ἐμὲ, nunquam fatebor ne sacerdoti quidem, apud quem animum curare solitus sum. Ut obiter epistolę tuæ respondeam, quàm peregrè agens accepi, in quâ non necessariam contestationem facis, te honorificè de me loqui solitũ, simul illam tuam tibi ἀπολογον, mihi βεσχυλόγον epistolam, eo demùm nomine displicere tibi affirmas, quod me offendisse videatur: à quâ suspicione, ut semel te deducam, quando mihi nec inficianti, nec affirmanti credis: bonâ meâ gratiâ licet, ut eam officinis tuis permittas, si tibi non displicet. Ego enim eam sine animi offensione legi. Si nondũ me nôsti, velim, ut serò saltẽ nôsse incipias subaustera ingenii mei naturam, qui nec observantias probẽ supparasitatrices: nec

amicitias ἀλληλοτρίβους libenter exerceam, ſicut amarulentam fracundiam ſtilo prodere non didici. Malim immodicus joci minúſq; circumſpectus videri, quàm alterius vitii inſimulari. Eodem pertinere videtur illud, quod συγκρίζειν ἡμᾶς opus eſſe dicis, ſcilicet ὥσπερ τὰ ἀνάντια σοι φερόντως ἐμοῦ, ἐκ' ἐνδιδόντος γε ἐμαυτὸν ἐυχερὰς εἰς ἃ τότε ὀπτηδεύματος ἢ σὲ σωφίσιον. Mihi verò iniquo quodam fato contigit ut bellum φιλοβαρβάρους iſtis olim indictum, ferociter etiam commiſſum, jam proſequi nequeam, nec in partes bonorum meo arbitratu incumbere, quarum tu auſpicia regis: ac tanquam jam in partibus non ſim, nec hos adjuvo, nec illos infeſto, tametſi alteros exoſus ſum, & alteris bene cupio. Sed id quid eſt aliud quam ἐτάσιον ἄχθος ἀχάρις ad ſenectutem vergere, quaſi in theatro ſedentem? Quod autem ad id pertinet, quod ſcire avebas, quid animi haberemus, ut quodam epiſtolio ſcripſiſti: pudet me ἢ σωφίδιον ἢ ἡμετέραν ἐξομολογεῖν, tantum hoc opto, ut aliquando ſcire poſſis, ὅπως μοι ἔχει τὰ σὲ ἢ σωτηρείαν τούτων οἱ σωτῆρες τῇ ἡμετέρᾳ φιλολογίᾳ ἤυχοντο. Tu velim ad me ſcribas, ſi quid ὁ ὑπεραγαπῶν σε ἀρχιερεὺς ἐπέστειλεν σοι. Τοῦτο γὰρ κρύβδιν ἐμοὶ ἐγένετο, εἴτε καλῶς ἔχει, εἴτε μὴ. Τὰ ἢ τούτων ἐχόμενα, τοιαῦτα ὄζιν, ὥστε βέλτιον εἶ) ἡγοῦμαι ἐνταῦθα ἢ γεφύρην παυσάμενον, ἐρρῶσθαί σὲ φάναι. *Pariſiis*, quarto Idus Junias.

Guilielmus Budæus Eraſmo S. D.

SCripſi ad te his diebus per ſcholaſticum quendam *Agrippinenſem*, hominem humaniſſimum, & niſi fallor, optimum; epiſtolam bene longam, in quâ inter alia id etiam ſcribo, ὅπως σοι ἔχει τὰ καθ' ἡμᾶς ἢ τὰ κατ' ἢ βασιλέα, καὶ ὅσος πάλιν σε πόθος τοῖς ἡμεδαποῖς ἐγένετο, ut tu ſtatuas ὅπως σὺ ἢ ὅτι χρὴ σεαυτοῦ, περσμειδιάσης νῦν τύχης: non dubito literas ad te perveniſſe, aut brevi perventuras eſſe, quâ eſt ille *Colonienſis* vultus probitate, qui mihi ſe eas vel tibi redditurum ſpopondit, vel omnino curaturum ut tibi literæ reddantur: quippe qui etiam cupidè hoc affectavit, ut ad te literas à me ferret. *Glareanus* τοῦτον σωιέσησέ μοι περῶτον. Cupio ſcire quid habeas animi de eo quod ad te ſcribo, περὶ ἢ βασιλέως, & quomodo accepiſti objurgationes meas, & utrum literis meis placatus ſis, an exacerbatus potius: quod ſi eſt, expecto ἐειρικάτατα γράμματα. Verùm ille *Colonienſis* quam ad me venit, in villam abiturum me offendit, nec ante quatriduum redditurum: dixi habere me exemplum unum epiſtolæ prælongæ, quod ad te miſſurus eram, ſtatim atq; ejus exemplum tranſcribendum curâſſem. Quo audito ille hoc munus depoſcit me refragrante: & quum ei tandem eâ lege dediſſem, ut me abſente domum referret id exemplum quod ipſe exſcripſiſſet: quum redii, inveni domi, non id quod ipſe exſcripſerat, ſed id quod ei ad te deferendum dederam à me recognitum. Proinde ſi epiſtolam ad *Tonſtallum* editurus es, ſuſtine quoad me certiorem feceris, & ego tibi aliud exemplum mittam emendatum. Vereor enim ne ille in tumultuaria exſcriptione corruptè id ſcripſerit. Tu igitur facies me certiorem, an opus ſit aliud ad te mitti exemplum. Vale. *Pariſiis* XII. Calendas Maias.

Nomen ejus juvenis *Agrippinenſis* ſcripſi tum in quadam charta, quam invenire non potui, quum hanc ad te epiſtolam ſcripſi: præceptor eſt puerorum aut adoleſcentulorum nobilium, qui *Aurelii* ſtuduerunt Juri.

Guilielmus Budæus Eraſmi Roterod. S. D.

SCripſeram ad te nuper per *Ludovicum Vivem*, hominem (ut mihi ex gemina congreſſione viſus eſt) doctiſſimum, & tibi amiciſſimum. Nunc ad me viſendum quum *Glareanus* veniſſet, comite *Jacobo Ceratino*, utrâq; linguâ docto & profitenti, facere non potui quin ad te hoc epiſtolium darem, quum interim illi præſtolari non nollent domi meæ. Peregrè agens, duo à te epiſtolia accepi eodem penè exemplo, certè argumento non diſſimili. Quòd videre tu longam illam epiſtolam tuam eo demùm nomine deteſtari ac deſpuere, quaſi ἀφοδάτειν dignam: quòd tibi me infenſum reddiderit, longè falleris opinione in hac re quoque, ut ante hac in aliis falſus es, id quod ante diſceſſum meum teſtatus ſum illâ ſcilicet epiſtolâ, cujus eſt initium: Vidi enarrationem quam in epiſtolam meam ſcripſiſti. Quod ſi mihi ne nunc quidem credis, per me licet ut tuam meáſq; ſimul chalcographis permittas, ídq; bonâ meâ venià facturum te affirmo. Neq; enim mihi ab hominum doctorũ exiſtimatione metuendũ eſſe puto: quod quidem eò pertinet, ut invaleſcat illa apud acres candidóſq; lectores opinio: ſi hæc palàm fiant epiſtolarum argumenta, nos non ſatis bonâ fide amicitiam coluiſſe, ſtilúmq; exercuiſſe. Nam ut jocis libenter utor ſcribens, & immodicè fortaſſe ſcribens: ſic haud illibenti animo, aut certè non iniquo, ludicros taliones perfero, etiam ex ancipiti petitos. Nec quum ſim naturâ φιλοπαίγμων, πάνυ ὑπομνητόμιλω ἂν μὴ ἀκέειν φιλοσκώμμων. Quòd ſi vir bonus exiſtimari velim, ἐπόμενον δ'ἐπὶ τούτῳ ὄζιν ἐκ ἀχθοιδίως δὴ ἔχειν πρὸς τὰ συγγωμόνως τε καὶ δεξιῶς ἀντισκωπτόμενα. Atqui velim ita exiſtimes, me hujuſcemodi viciſſitudines ſcribendi inter homines quidem rerum callentes, in diverſam partem interpretari, atque tu exiſtimare ſolitus ſis. Nam quibus tu labefactari fixam amicitiam putas, aut alios verere ne ita putaturi ſint, iis ego confirmari, καὶ πάντα πάντως ὀπικυφῶς cenſeo. Cave quenquam exiſtimes à literis alieniorem eſſe quàm nunc ſum. Quo fit ut vitam meam minoris dimidio æſtimem: nec aliud opto, quàm ut ad ingenium meum remigrare mihi liceat quocunq; cenſus mei intertrimento. Eximo tibi omnem ſcrupulum ὑπονοίας, quaſi ego ſubiratus ſim, ne tu iſtas conteſtationes poſthac facias parùm neceſſarias, te de me honorificè loqui, & alias hujuſcemodi. Vale. *Pariſiis* pridie Calendas Julii. Vereor ne nimium morer *Glareanum* & comitem. Miror cur ad illam epiſtolam non reſponderis, cujus ſuperius memini.

Eraſmus Rot. Guilielmo Budæo S. D.

ΚΑὶ πολλοὶ ὧδέ σε ἀπαγγέλλουσι, φίλτατε Βυδαῖε, καὶ αὐτὸς ηἴτιον ἤδη οἶμαι χάλλας ὀπιστέλλειν ὁ μᾶλλον θαυμάζειν σε διὰ τί ποτ' ὂν χρόνον σιωπήσας, οὐδὲν ἐπικείνομαι πρὸς ὀπιστολήν σε, πλὴν ὅτας ἀσχολίαν, Vidi enarrationem quam &c. τούτῳ μὲ ἴδοι, οὐδὲν ἄλλο μοι ἄιτιον ἦ), εἰ μὴ, ὅτι πλὴν φιλίαν πλὴν ἡμετέραν, ὡς κτῆμα τιμιότα-

τιμιότατον σοὶ πολλῷ πλείω, μᾶλλον ἢ πάντες ἀξίαν ἡγήσω, μᾶλις' ἂν ἐκβαίμιν, τοιαύτην δοῦναι φιλίαν, ἵτοιαν παρ' ὑμῖν ἀνθρώπ ἔλαβον, πάνυ πιστεύσαι, τοῦτ' ἔστιν ἀληθεύοντι καὶ εἰλικρινῶς. Οὐ γὰρ νομίζω σοὶ τὸ σωτήριον καὶ σωτηρίαν ἢ ἡμετέραν ἀμύνειαν δεῖν πας λοιδορίαν βιβίων, ὥσπερ λοιδορίαν ἀμφοτέρων, ἀλλὰ μᾶλλον χαμαιτάτων χαρίεσσον καὶ μεγαλοψύχων παιζομένων, ἵνα καὶ ἄλλοις ὕτω φιλικῶς ἔχειν σοὶ ἀλλήλοις δοκῶμεν. Τῷ γὰρ ἐμαυτῷ γε θυμῷ, εἰ παιδιαὶ σι καὶ σκώμματα, ἐπίστασθαι μὲν ἐλαμῶς ἄνιασα, δεῖ δὲ παιδιᾶς μεσὰ σπουδαίας δυσχέρειαν ἐπόνοτι σοφίσεσθαι. Οὐκ ἄχθομαι λοιδορίαις ταῖς εἰς ἐμέ, ἀλλὰ φοβοῦμαι τῇ φήμῃ σε, ἣν καὶ αὐτοὶ ἐμοὶ δεῖ ἡγεῖσθαι, ἐπεσθὲ πάντα κοινοῖ ἡ φιλία. Ἀλλὰ μὲ καὶ αὐτὸς ὁ βιβλὶς, δεκαύσαντος ἐμοῦ ἢ ὑποτολήν σε, μᾶζονα δόξον ἐνθύμασιν, ὡδαμῶς ὡς ἔφη, πιστεύσαν τοιαῦτα χαρίζεσθαι Βυδαίῳ σοὶς Ἐρασμον, εἰ μὴ αὐτῆς αὐτοχράτωρ ἀναγκαίας ἠνώμην. Καὶ δὴ εἰπέ μοι σοὶς σοῦ χαείτων, βέλτιστε Βυδαῖε, τί ἀπεκείνετ' ἂν τις σοὶς τοιαῦτα, ἢ μόνον σκαιῶς, καὶ ἐχθρωδῶς λεχθῆναι δοκοῦντα, ἀλλὰ καὶ ἀκαίρως, καὶ ἀσεργιανύσως ὡς ἔπος εἰπεῖν. Πρῶτον δὲ ἐγκαγέφαν σε ἀντικτείνειν σοι, πάντα σοῦ λόγων καὶ γνωμῶν πρακτά σοι, καὶ παρὰ χειρὸν, ὡς φασι δεῖ, δηλονότι ἐυδαιμονίζων σε ἢ τε ἐυφυΐας καὶ μνήμης ἀκὶς μαικαείας, ἢ σύγε σπουδὴν καὶ ὀπτίλειαν ἴσιω σεσοβδήσεας. Τῦτο ἐμοῦσῶς λεχθὲν καὶ ἁπλῶς διαρίφεις ὥσπερ εἰς φλύγα καὶ ὕβεν βιρθέν, ἐμοὶ δοῦσιν ἀνιζαμένῳ, ἢ Βυδαῖον ἐξ ὑπομνημάτων καὶ ἐλίγχων, ὑδὲν ἄλλο, λόγιον καὶ πεπαιδευμένον δεῖ. Περὶ τύτοις εἰς πεδίον τι ἐκ οἶδα πῶς ὑποφαπεὶς ἐγκαλεῖς ἐμὲ φθόνετε καὶ τυφλνίδ ὡς ἁπαξάπαντας ἐμποδίζοντα καὶ κωλύοντα μὴ χῶρδ τοῖς σοὶ παλαιὸν ἄνδρα, ὅμως δημοσίοις ἤδη καὶ τῷ κοινῷ ζωμένοις, ὑπωπτίζων μεταξὺ τὸ τῆς ἐμῆς παρρησιολογίας σκετλόν. Πάλιν ἄνδις ἐρωτῶ, τί σοὶς ταῦτα ἀπεκειναίμιλον, αὐτὸ φασι δεαυτὸν, ἀ ἐγὼ εἰς ἢ ἐπαινόν σι γέγραφα, ταῦτά σε δυσχεραίνως σοὶς ὕβεν ἐρμωνεύειδ. Πῶς δὲ δὴ φθονεῶς καὶ βασκίνως ἐπεχλῶ τοῖς ὑποσῦν χρωμένοις ταῖς παρρησίαις, ὡς κωλύων ἐν τῇ θαλάσσῃ ἁλιεύειν, ὃ εἰς ἦτο αὐτὸ τοῦτ' ἐστὶ πόνος ἐξαντλήσας, ὥστε μᾶλλον κοινὰς ἅπασι καὶ δημοσίας γενέδ. Ἢ πῶς ἐμποδὼν εἰμι τοῖς ἐνδιδῦσι τὰ αὐτῷ συγκράμματα, ὁ πολλὸς πολλάκις ὑποζύνας, δεῖ τοιαύτῳ πεδὴν καὶ ἅμιλλαν, ἐμοὶ μὲν ὤν, ἃ μόνον τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπισήμοις καὶ τὸ Ἐρασμικὸν ὄνομα ὑπισκοτίζειν, ἅπτιγα πάντως δεῖν ὄνομα τιμίον. Πολὺ βέλτιον ἦν ἔδοξε, σοὶς ταῦτα πάντων ὑπισωπᾶν, ἢ σοὶς τὸ ἔπος ἀποκεκινδυνῶσθαι μᾶλλον, ἐρεθίζειν ἴσως καὶ ἐξοργίζειν σ φίλον, ἢ ὑδὲν σοὶς ὑπὸ ὑποκειμένῳ, γέλωτα παρέχειν τοῖς φιλοσκώμοσι, τάχακεν καὶ τῦτο τὸ δημοπάλες εἰς ἡμᾶς καταβολισομβίους, ὁ μὲ σ τρέγων ἀμέλγει, ὁ δὲ τὸ κόσκινον ὑποτίθησι. Οἶμαι γὰ ἐλάχιστον διαφέρειν τὸ κατ' ἐμὲ, πόσους ἑβδομάδας ἢ μυριάδας ἐσθ' μεμελέτηκα τὰ πῶ παρ' ἐμῖ ἐπαλλήλως, ὡς, φῆς, ἐνδιδύμβια, εἰ καὶ σοὶς καὶ φανερὸν ὅτι τοῖς ἐμοὶ πλησάζοσι, καὶ ὁικοθεν ἐγκωκόσι τ' ἀμα ὅτι πάνυ εἰς ἀδιτεον μέρ ἁμαρτάνω, πάντα χαλὸν ἀμελητὶ καὶ αὐτοχεδιασμένος ἐκχέων μᾶλλον ἢ τίκτων ἄφορμα ἔτι καὶ ατελῆ ὄντα, ἤγων σοὶ λεόντων καὶ σοὶ ἀρκίλων δίκλω. Ἐν τύτῳ δὲ μέρει ἐκ ἐγὼ παιδιότερ ἀξιῶ νομίζεδς, ἀλλὰ σε φημὶ ἐυτυχέσεον ἅμα καὶ φρονιμύτερον εἶ. Αὐτὸς γὰ ἴσως πλέονά σι χάφω, ἀλλὰ καὶ χείρονα. Αὐτὸς θᾶσσον ἐκλίκλω, ἀλλ' ἃ μὴ πολὺ τεθνηξόμενα. Θᾶττ σὺ βεβαιῶν μὲ ἐν τοῖ τίκτειν, ἀλλὰ τίκτειν ἀθάνατα. Περὶ τύτων μὸ τοσαῦτα. Περὶ δὲ τῶ Ἱερωνύμ καὶ Ἀριστοτελικοῖ, τῶ μηκιτὶ ἁμαρτήματ συγγνώμιν, καὶ δίδωμι ἀσμένως καὶ ἐκὼν ὑπολέχομαι, καὶ ἢ παρρησίαν, ἴσον ἴσῳ ὀπφέροντός σε, εἰ καὶ κλοπῆς γένῃ τινὶ θανάσιμ ἢν ἐνδίκησις, ὧδε τοῖς πάλαι, ὥσπερ καὶ τὸ νῦν. Οὐδ' ἀγνοεῖς αὖ οἶδ' ὅτι, πάντα κειτλὼ, ἐχηματισμένος Ἀριστοτελίτλω κλεῖδς. Τάχα δὲ μὴ ταῦτα πῶς ἂ πικρῶς λεχθέντα δόξεται, ἃ μόνον ἀτόπως, ἅτινα φῆς, ἐν τοῖς ἐμοῖς σοὶς Τύνταλλον γεγράφειν ἀτόπως καὶ ἐκ ὀν κμῷ λεχθέντα δοκεῖσοι τῷ σῷ ἀκόντων κειτῷ τι καὶ διαπτῆ, ἐμῶν ὀπτηλάστ, ἀλλάξαι, ταῦτα ἢ ἐπαναδῦσαι, τῦτο δηλονότι ἐναπίθεσ, ἅτινα ἐκὶ ἐπαμφὶς μι, ἃ σπεῦσοι εἰδ' ἐκ δυμᾶ γεγεφθαι, εἰ καὶ τὰ ἐκεῖσε ἐγκαίμιν ἐκ ὅλαδεν ἐμὲ, μυρίοις καὶ σεσοφὰς ἐχσ. Ἀλλ' ἵνα δὲ αὐτοκείτας λέξεμι, ὅτιφανίσατε Βυδαῖε, ἅπαντ ἤδομαι ἐπειγόμ παρ' ἀνδρὸς ἐπαίνων ἐξίω, ὅτ σεμνδὸς πας σὺ ἐγκωμίων σῖ, ἐκ ἂν ἀδημόσιαμι δὲ χειτλιάσαιμι. Διὰ σι ταῦτας ἐπεργείας ἢ μᾶλλον χρεύτατ ματάσπα σε ἕλκφεν, ὃν μέλλομι ὧν ἐπαίνων, ἢ ἄλλω δωρεάν. Ὅρα δὲ ὡς ἀδίκως ἔτι διὰ τιὼ μεσιότητα ἢ ἐμοὶ ἐκ ἀπεδεξάμιν τὰ σοῦ ἐγκώμια, τῦτο σν ὄγκον καὶ δυσκολίαν ἐμιλοῦν, κολύοις κατεπίγκον ἐμαυτὸν, οἱ δοκεῖ ἐκ τῆ Κελοφῶν, ἐν ᾗ σν δόδν ἐτίμας ἐμέ. Καὶ τίς σοτ' ἀγαναιδῆι παρεπτεσόφ, ὅταν λίαν καὶ ὀπφόβοκαι ἐπαινδ. Τὸς δ' μᾶλλον πλεῖ σπερσεσίλω ἀγαπᾶ τὰ δικίως ἐκ ἀπαγορόσκοντ; ἅττα γωμὸς Ἐρασμ, καὶ ὑδὲν ἄλλο, εἰ ἢ φρενκίαν κόπτομαι, εἰ σὺ σοὶ ἐπαίνον σε κόσμον ἀφιλῆς. Ἐντεῦθα δὴ φῆς, ἐκ οἶδα τί ὑπόρξας ἐν τοῖς χάμασί σι ἔτι ἐγὼ μολίβδιν ὅλ ὁ σωπᾶς. Τί τῦτο λῷ ὁ δυάμας ἐπίζειν, ἀλλὰ μίμνομαί σι λόγως σάπυ σαφῶς γεγεσφάναι. Δεδέχθαί σοι παίσμαδς ἢ πρόγματ, ἀμφοτέρων ἴσως, σύτι καὶ ἐμοῦ. Τῦ τόγε καὶ ὁ Δαῦδ ὁ ἐμ ἢ κομιδίας, σωπήσειν ἂν οἶμαι. Οὐσ' ἔτι τίλ ἀλλὰ καὶ ἢ ἀχαειείας, καὶεῖσι πάντων ἐγκλήματ, δίκλω μοι χάρεις τὸ ἢ Δία, ὅτι σοὶς τὰ ὕτως ἀσαφῶς ἐπεγκαλήμα, καὶ ὡς τύπω εἰπεῖν κατ' ὄναρ μόνον ἀπολελοιδόρτα, ὑδὲν σαφὲς ἀπεκείθλιν, ὀφέλων ματαξὺ, καὶ τὸ εὐαγγέλια. Ἔξεσι οἶμαι, διτρεφόντων ἡμῖν, ἢ παρρησ τύχης, εἰ ὕτως δοκεῖ, ἀγαπᾶν, ὁποῖά τις ἂν ὑπάρχει. ἢ ὑπάρξει, μάλισα ὅτι ὅτι πράττετε, ὑτῶ πραττέτε, ἐμῷ τλιι ρωμίαν τλιὶ ὑμετέρων ἀποδεχομίν, ὕτως ὑπόπτε δυσπίστ ἐμῷ ἢ ἀντιβολόσιν πράττετε. Ὅμως γε μίμνημαι διὰ χαμαιτάτων παιδιᾶς, ἵνα μὴ ἄγαν σπουδάσῃς τῦτο τὸ πρᾶγμα, ὑπσημαίνων ἔτι ἐμοὶ ὑ λίαν ὠνὴ μέλει. Καὶ διὰ τί μᾶ ταῦτα ἀγαναιδεῖς μοι, καὶ τύτων ἔτι φιλτρεσέ ὄζιν, ἃ ὀπφέρεις σοὶ ἢ ἀρρεῖλε μυῖς, σοὶ χολῆς ἢ ὑπὸ τὸ λίαν μοι φιλοδύσης, καὶ τάχα τεθνηξόμεν, εἰ μὴ σὺ ἢ ἀλεξίσκειν κδαιμον εἰς ἀμετον παρέζαις. Τύτοις ὅμοιον καὶ ἐκῖνο ὃ γεφφεῖς ὕτως ἐνδεχομέν ἐπίσδεν συμπαίζον ἐμοὶ, ὡς ἀτόπ ὄντ, τὸ ἢ Ἐρασμον ἀντιπαίζειν Βυδαῖον, ἢ ὡς ἐγὼ ὁ τολμήσαιμι ἂν ἀντιμύζειν, εἰ μὴ χῖ μικρὸν ἐνδιαμέν. Τί ἄλλο σοὶς τ μισῶν λέξειν βασιλεύς τις ἢ σατράπης σοὶς δῆλον ἐλαύνοντ; Καὶ ταῦτα σὺ γεφφεῖς φίλ σοὶς φίλον, ταῦτα γεφφεῖς αὐτὸς σεσκλίσας εἰς τῦτο πεδίον. Ταῦτα γεφφεῖς ὁ φιλοπαίγμων, καὶ φιλοσκώμων, καὶ μπδαμῶς δυσχερέμενον τὸ ὀπωσῦν ἀντισκωπτόμβια, ταῦτα χάρεις ὁ σεσρκλ, σοὶ τι χαείτων μύσης. Τοιαῦτα δὴ παίξας καὶ λιθοβολήσας εἰς ἐμὲ καὶ σοὶς τὰς ἀπειλὰς μεταβαίνεις, λόγως μάλα μειλιχίοις ἠλίγον ἐμῶ κεφαλῶ. Οὕτος ἢ γεφφεῖς. Ἦν ὁμοίαις ἔτι μανίαις, ὁ δαίμων ὁ σὸς κακὸς ἄγει σε καὶ φέρει, ἅ, τρίβαι τὸ ἢ χαλάμι ἄκρον, καὶ ἢ βίλως ἀκμῶ εἰς ἢ μονόχαιμον θεολόγον, πολλὰ κακὰ σοὶ βυσοδομύοντα, ὡς ἐμπεκῶς λέξω. Καὶγὼ, ἐν ἢ μέρει ἓξ βιλῶν φασι καδήμθ, διδόσομαι σε ἐκείνῳ ἀνταγωνιζόμβον, ἁπλαύσων δηλονότι φίλ φίλα κακῶν. Πολλὰ σοὶ ἢ ἐῶ λέγων, ἐν οἷς ἔσιν ἃ γεφφεῖς σοὶ ἢ Δειλοῖς καὶ ἢ Ῥιζαίν. Οὐχ ὁρῶ δεὶ τί φιλοκόλακα ποιεῖς ἐμὲ τὸν ἐν τοῖς μάλισα φίλοις ἐλευθέρως χαίρονται. Οὐ πρέπει μὲν τῇ σιλίᾳ τὸ κολακεύειν, ἧττον ἢ πρέπει τῷ φίλῳ λοιδορεῖσις ἐκκρυφᾶν. Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον ἐμὲ τοιαῦτα παίζεις ἢ φιλεῖς μάλα οἰκείως ἢ ἑτερόν τι δοκήσεται. Πρὸς δὲ πᾶσι τύτοις καὶ ἡ συκοφαντίας ἄγκλημά μοι εἰσενέγκεις, ὅτι τύτων τινὰ ἐκ οἶδ' γκαμμάτων σι περιτιθεὶς τὸ, φῆς, ἕλκεα ἀντὶ ἢ φήσεως ἂν, ὡς δῆλον ὅδε Ῥωμαίοις, πολὺ διαφέρον ἐν τῇ λογοποιᾷ τύτεον φήσειν τις λέγειν ἢ τ, ἢ λέξοις ἂν ἢ τ. Αὐτὸ γὰ τῦτο ἐνύμανον, ἢ λόγον ὃν ἐμοὶ σεσαυοῖς,

ἔχ

ἐχ ἁρμόζειν ἐμοί. Ταῦτα χ τοιαῦτα πολλὰ αὐτὸς μὴ ἀναγινώσκων ἐδαμῶς συγχαίνω, πάντα εὖ τιθέμενος τὰ ὑπὲ φίλε. Φοβοῦμαι ϑ, μήτις ἀπειρηκὼς χ ἥττων δικαίως τῇ σῇ χαείτων χορῷ χ ἄλλη πρέπων τὰ ὑπὸ σε φερεγκικῶς πεπαγμένα, χείρονα, ἢ ἐγογε ϑέλοιμι σοὶ βεβαίαν λάβῃ γνώμην. Αὐτὸς γὸ ἔτε φοβοῦμαί τι, ἔτε κινδυνεύομεν. Οὐκοῦν ἐμοὶ ὦ ἀνδρῶν λογιότατε βέλτιον ἔσεδ δοκεῖ, εἰ ταῦτα τροφοῦν χ μυζόχολα παγνία, πάντως ἐάσαντες, ϑ μέσαις χ ϑ χάρισι τῆτε φιλίᾳ χ σιλολογίᾳ πρέποντα, εἰς τὸ ὕστερον χάλαμόν σοὶς ἀλλήλες. Ἐπὶ τύτοις ἀμνησία ἔσω τῆ σῇ ἀπάντων σοὶ τότε ὀπωσῦν εἰρημένων χ πεπονημένων. Ἔρρωσο.

NOn admodum mihi placuit, quòd in una quapiam epistola tua videris literarum causam velle deserere, posteaquàm in aulam es cooptatus. Imò meâ sententiâ nunc maximè patrocinandũ est iis literis, quas tu per omnem vitam & adamâsti vehementissimè, & coluisti sic ut vix alius diligentiùs, & fortissimè defendisti. Dabit hoc aulæ dignitas, ut nunc magis prodesse queas honestissimis studiis, præsertim merenti sub eo Principe, cui cum primis videtur esse studio, ut hoc studiorum genus quàm honestissimum reddat: fortasse nec otium negabitur absolvendis eruditissimis lucubrationibus, quas olim instituisti. An tu mediocre præsidium existimas paratum nostris studiis, posteaquàm *Morus* & *Ricardus Pacæus* regio famulitio sunt ascripti? *Thomas Linacrus* otium ad edenda quæ nunc partim vides edita, quod domi desiderabat, in aula reperit. Permagni refert, in quam aulam immigres: nunc video tales, ut præ his ipsæ etiam scholæ frigeant. Tu modò fac paulisper assuescas, non dubito quin mox futurum sit, ut fatearis tibi calcar additum ad culturam Musarum: neq; multum negotii fuerit, ut coalescas: iis luctandum est, quos tenues & obscuros recipit aula. Tu & clarus imaginibus, & relautâ, & literarum stemmatis nobilissimus in aulam venis, nec venis nisi rogatus ac pertractus. Quod si nobis esset aula similis, non dubitarem me illi committere, quamlibet reclamante valetudine atque etiam ætate. Rursum vale *Budæ* charissime. Ut *Deloino* me excuses, qui non rescripserim, etiam atque etiam te rogo. *Ruzeo* respondi, quum legatus ageret apud *Leodios*.

ΒΟΥΔΑΙΟΣ ΕΡΑΣΜΩΙ ΥΤ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Epist. 68. ΗΔὺ μοι πάνυ ἐγένετο τὰ γράμματά σε λαβεῖν, ἐτύγχανον γὸ ἐκ πολλῦ τότε ἐρέμβω. Θυμῶ ϑ ὕτως ἥδιά μοι τὰ γράμματα αὐτὰ ἀνεγνώσθη τό γε πρῶτον ἀναγνόντι, γέγονε. Ἐκείνη μὲν ἦν ἡμέρα Χειτοφόρ ὁ Λογγόλι ἀνὴρ ἐκ εἰς μακρὸν ὑπάρξων τῇ ὀπὶ παιδεία ἐυδοκιμύντων, διὰ τ ἀγρεικίας τ ἐμῆς μεταϑεβήκει, σώ τισι δὴ χαείεσιν ἀνδρῶν εἰς Βρεττανίαν ἰών. Ἐπὶ γε μὲν τῇ συγγενέδι σοι, χ Λουάνιον δὴ πόλιν ὀφόμην ἐν τῇ ὁδοιπορία ὡς γέ μοι ἔφασκε. Πεεὶ δείλων ἦν ὁλίαν ἔχοντι μοι σοὶ τὰ τ φιλολογίας, ἀπηγγειλέτις τῇ ἥκοι, νεανίσκον τινὰ σοὶ τλὺ αὔλειον θύραν ἔϳ ἵππῳ ἐποχέμενον. Καὶ παραχῆμα καταβάντι μοι νεανίσκ ὅτ ἐπέστη, μῦ δὴ τὸ ϑεσπεσὲν ἐμὲ, γράμματα ὑπὸ τῦ Ἐράσμε κομίζειν φάμεν χαί τιν ἄλλα τῇ φίλων. Τότον τοίνυν ἀκροώμεν, ἐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ χαρᾶς διεκέμενον, μεταξὺ δὴ διαπνόμεν τ χαρδίας ἀτίσης ἀνὰ τὰς φρένας ἐμὰς. Κομισάμεν ἦν αὐτὰ χ ἀνοίξας, ὡς ἑλλυσὶ φθεγγομένοις ἐυδὺς εἶδον τ ἀρχλὼ, τὸ ἄπιδες δὴ ἠγάϑλω, εἶτ' ὀξέως ὑπὸ σπεδῆς διεξιέναι ἀρξάμεν, μεταξὺ ἀναγινώσκων ἐρυθρὸς, ὠχρὸς, ὑπαμιδῶν, σεσηρὼς, συχεχυμένον ὃν μᾶλλον ἢ συγκαμένον ἐμοί. Ταῦτα χ τοιαῦτα πολλὰ αὐτὸς μὴ ἀναγινώσκων ἐδαμῶς συχαίνω, πάντα εὖ τιθέμενος τὰ ὑπὲ φίλε. Φοβοῦμαι ϑ, μήτις ἀπειρηκὼς χ ἥττων δικαίως τῇ σῇ χαείτων χορῷ χ ἄλλη πρέπων τὰ ὑπὸ σε φερεγκικῶς πεπαγμένα, χείρονα, ἢ ἐγογε ϑέλοιμι σοὶ βεβαίαν λάβῃ γνώμην. Αὐτὸς γὸ ἔτε φοβοῦμαί τι, ἔτε κινδυνεύομεν. Οὐκοῦν ἐμοὶ ὦ ἀνδρῶν λογιότατε βέλτιον ἔσεδ δοκεῖ, εἰ ταῦτα τροφοῦν χ μυζόχολα παγνία, πάντως ἐάσαντες, ϑ μέσαις χ ϑ χάρισι τῆτε φιλίᾳ χ σιλολογίᾳ πρέποντα, εἰς τὸ ὕστερον χάλαμόν σοὶς ἀλλήλες. Ἐπὶ τύτοις ἀμνησία ἔσω τῆ σῇ ἀπάντων σοὶ τότε ὀπωσῦν εἰρημένων χ πεπονημένων. Ἔρρωσο.

NOn admodum mihi placuit, quòd in una quapiam epistola tua videris literarum causam velle deserere, posteaquàm in aulam es cooptatus. Imò meâ sententiâ nunc maximè patrocinandũ est iis literis, quas tu per omnem vitam & adamâsti vehementissimè, & coluisti sic ut vix alius diligentiùs, & fortissimè defendisti. Dabit hoc aulæ dignitas, ut nunc magis prodesse queas honestissimis studiis, præsertim merenti sub eo Principe, cui cum primis videtur esse studio, ut hoc studiorum genus quàm honestissimum reddat: fortasse nec otium negabitur absolvendis eruditissimis lucubrationibus, quas olim instituisti. An tu mediocre præsidium existimas paratum nostris studiis, posteaquàm *Morus* & *Ricardus Pacæus* regio famulitio sunt ascripti? *Thomas Linacrus* otium ad edenda quæ nunc partim vides edita, quod domi desiderabat, in aula reperit. Permagni refert, in quam aulam immigres: nunc video tales, ut præ his ipsæ etiam scholæ frigeant. Tu modò fac paulisper assuescas, non dubito quin mox futurum sit, ut fatearis tibi calcar additum ad culturam Musarum: neq; multum negotii fuerit, ut coalescas: iis luctandum est, quos tenues & obscuros recipit aula. Tu & clarus imaginibus, & relautâ, & literarum stemmatis nobilissimus in aulam venis, nec venis nisi rogatus ac pertractus. Quod si nobis esset aula similis, non dubitarem me illi committere, quamlibet reclamante valetudine atque etiam ætate. Rursum vale *Budæ* charissime. Ut *Deloino* me excuses, qui non rescripserim, etiam atque etiam te rogo. *Ruzeo* respondi, quum legatus ageret apud *Leodios*.

ΒΟΥΔΑΙΟΣ ΕΡΑΣΜΩΙ ΥΤ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Epist. 68. ΗΔὺ μοι πάνυ ἐγένετο τὰ γράμματά σε λαβεῖν, ἐτύγχανον γὸ ἐκ πολλῦ τότε ἐρέμβω. Θυμῶ ϑ ὕτως ἥδιά μοι τὰ γράμματα αὐτὰ ἀνεγνώσθη τό γε πρῶτον ἀναγνόντι, γέγονε. Ἐκείνη μὲν ἦν ἡμέρα Χειτοφόρ ὁ Λογγόλι ἀνὴρ ἐκ εἰς μακρὸν ὑπάρξων τῇ ὀπὶ παιδεία ἐυδοκιμύντων, διὰ τ ἀγρεικίας τ ἐμῆς μεταϑεβήκει, σώ τισι δὴ χαείεσιν ἀνδρῶν εἰς Βρεττανίαν ἰών. Ἐπὶ γε μὲν τῇ συγγενέδι σοι, χ Λουάνιον δὴ πόλιν ὀφόμην ἐν τῇ ὁδοιπορία ὡς γέ μοι ἔφασκε. Πεεὶ δείλων ἦν ὁλίαν ἔχοντι μοι σοὶ τὰ τ φιλολογίας, ἀπηγγειλέτις τῇ ἥκοι, νεανίσκον τινὰ σοὶ τλὺ αὔλειον θύραν ἔϳ ἵππῳ ἐποχέμενον. Καὶ παραχῆμα καταβάντι μοι νεανίσκ ὅτ ἐπέστη, μῦ δὴ τὸ ϑεσπεσὲν ἐμὲ, γράμματα ὑπὸ τῦ Ἐράσμε κομίζειν φάμεν χαί τιν ἄλλα τῇ φίλων. Τότον τοίνυν ἀκροώμεν, ἐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ χαρᾶς διεκέμενον, μεταξὺ δὴ διαπνόμεν τ χαρδίας ἀτίσης ἀνὰ τὰς φρένας ἐμὰς. Κομισάμεν ἦν αὐτὰ χ ἀνοίξας, ὡς ἑλλυσὶ φθεγγομένοις ἐυδὺς εἶδον τ ἀρχλὼ, τὸ ἄπιδες δὴ ἠγάϑλω, εἶτ' ὀξέως ὑπὸ σπεδῆς διεξιέναι ἀρξάμεν, μεταξὺ ἀναγινώσκων ἐρυθρὸς, ὠχρὸς, ὑπαμιδῶν, σεσηρὼς, συχε-

ἐχόντων

ἂν, ἑκατέρῳ δ' ἑπόσθεν τὸ δίκαιον ἑαυτῷ ἀποσκοπῶν ἑκάστοτε, καὶ μὴν ἔγωγε συμβάλλομαί σοι ἀνδ' ὧν αὐτὸς ἐμαυτῷ ἔφθην ἔξ. αὐτεξούσιον, ὅσα καὶ τῇ φιλοφρονεῖ σε ἀμυσίᾳ ἐυγκαμόντας ὑπαναπαύσασθαι ὀπισσοτέρω. ἀν δ' ἄτε ἡμιθνὴς, ἐμοὶ ταύτῃ ἀφεὶς ἐγκλιματικῇ ἑκάστῃ τῇ ὀπισθῇ ἑπεσπάγεσθε, πολυφεγγεστάτῃ γε τὰ καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ παρεσκευάδαι δοκοῦντα, ὑπὸ δ' ἀσυμβόλου ὲν τῷ ἀγωνίζεσθαι. Οὐ γὰρ ἑξαρὸς εἰμι τὸ κατ' ἐμὲ ὑπαλτικὸν, ἄταρ οὐδ' ἂν ἀναπηδήσω ἀνατίθεσθαι τὰ ἰσφαλιθέα μοι ὅπως παρέσται, συγγνώμων τι παρεστῆσαι, ἂν ἔφθω ποιήσας ὡς ὲν δέοντι. Πρὸς δ' τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο δὴ ἀναλμυρὸν δ ἐνότητος δ σῆς. Ὅτι δ' νομοθετικώτατά μοι φέρεσ ἤδη κοσμίως τε καὶ τεταγμένως ἐδιδάσκεσθαι, καὶ ἐυθετικῶτος ἐυλαβῶς ἀκροᾶσθαι, μέχρι δὴ καὶ δ' κρατεῖν δυσκολίας παθήματος, καὶ μάλιστα δ' ἀπάντων ἐκ δ λογισμὸν ἀναπαθαλαζούσης. Οὐ γὰρ ἴσασ' ὅτι δ' παθῶν ἥδιον ὑπήκοος δ λόγου, ἢδὲ δυσκρίτεσον ὑποδέχεσθαι τῇ ἐγκρατείᾳ, δ δὲ δ' ἀντιγωνιστικῆς ὀρμῆς, καὶ ταῦτα διαφερόντως μάλιστ' ἐκ δ' διαλογισμοῦ σκοπῶν. Σὺ δ' δὲ ἔγραψας ὅσα ὦ φιλότης, καὶ ἐξένυσαν ποιήσασθαι δ μὴ δοκεῖν σε ἀντιπαίσειεν τότε ἀπαλλάξαι δ ἀγῶνος. Ὅσα γὰ αὐτὸς ὁρῶν σε ἐκ τῇ φήμῃ μᾶλ διδόντα, ὡς ἔφης, ἐκ δ' καθήκοντος δὲ δ' ἐμοῦ φόβου ἕνεκα, καὶ δὲ δοκήσεως ἀντιμελεῖσθαι δ σῆς. Τί ἂν ἐκ δ' τοῦ, ἔξιν ὅτως δ' καινῶν ἡμῖν φίλων ὲν καλῷ τοῦτο διήσεται. Ὅτι ἐγὼν ὑπ' ἐμοῦ γεγραφεισῶν ἐφεξῆς ὑποσολῶν, μία μὲ μόνον σὺ τῇ χρείᾳ καὶ ἤδη διηγκαισμένη ἐπεξιὼν ἅπαντα ταύτης μᾶλλον ἀνδρὸς γε ἔχοντα, πάντῃ πάντως μετιὼν, ἐπιτιάσω, ἔτω τοι παρεμπωνύσας ὡς ἀκατανόητά μοι ἔξ τὰ ὑπ' ἐμοῦ ἐπεσαλμένα. Δυοῖν δ' ταῖν ἀφορμοῖν καὶ ἐυνοϊκῶς ἐχόντοιν, ἢδ' ἴλεως ἐμνήσθης ἢδὲ πάντα. Οὐ δ' γὰ ἐκεῖνο γε ἡ ἀφελρία δ πικεία τε καὶ ἀτοπία ὑπαναχυκλοῦσα δ ἐμοῦ ὑποσολῆς, δ ἄγαν γλυκυθυμίας ὄζει. Οὐδὲ δὴ δ' ὑπομνηματιδίων δ εὖ καὶ φιλικῶς ἐχόντων χαμμάτων ἢ ὑποσόπησις ἢ σὴ, πεισάσθαί μοι δοκεῖ τὰ ἀφεῖ φιλίας δ ἐυκαθῶς τὸ σὸν μέρος. Σὴ γὰ ὁ αὐτὸς ἀεὶ ἔξ τὰ κ' πλῶ φιλίαν φήσας, ἀπιστῆσθαι ἢ δόξαιτας πιλικαύτῳ σῦ πλῶ μηπαγκάλων κατεγνωκὼς; ἔστα τοῦτο σοῦν φθόνος ἀναπείσαν οἷοι τὸς ἄλλος πάντα σε εὖ τίθεσθαι ὅπως τῶν εἰρῆδε φθόσαντα; πῶς γὰ; ὃς γε δ' ἐγκλημάτων διεξόδῳ ἐρεμνῶν δεινοτικῶς καὶ σμικρολόγως, πάντων τε δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων ὀπλαζόμενος ἀπεῖξ, ἀναπλακτόν σε παντασῶν ἀπεδεικνύναι ἐγκεχείρηκας. Τοῦτο μὰτοι ἃ πείσεις, ἢδ' ἂν πείσῃς, τὸ δ' κομικὸν. Ἐγὼ μὲ δὴ ὦ φίλε δ ἁμαρτίαν πλῶ ἐμοῦ ἐυνόως ἀνομολογούμενος, συγγνώσεσθαι ἀξιῶ οἱ βαρυωθεὶς πλῶ ἀυτοῦ σον καὶ ὑπερακειβῆ ὀπτίμοσον δίδυμ γὰ σεαυτὸν ἀδυάσωτος, μέχρι δ' δὲ παρέξετεινα δ λόγον, εἰ καὶ πάντως γε πύθεσθαι ἀληθῆ σε φίλον ἔξ), καὶ ἐυνοϊκῶς ἔχοντα. Ἄμφω γὰ ἴσως σοῦ δεδιεκαιμένου γνώμου ὑπὸ σπουδῆς ἔχοντος, δ φιλαρτίας ὡς ἔοικεν ἐχομένης ἐμπαθέσερον, οἷα φιλεῖ τὰ δ' ἀνθρώπων ἔξ). Ἀλλαμὴν ἄυδις ἂν δίδια μὴ ἴλαθεν πλῶ ὀπτεσεσθαμένου ὑπ' ἐμοῦ μετάνοιαν διαταρέσθαι. Ὃ γὰ μεταμέλει δ' ἐμαρσβιτημένον, ἔξ' ἐμὶ ὡς τὸ πλῆθος τοπαρέσκαν ἀναδύοντο τὰ δ' ἁμαρσβιτήσιος, ὡς ἂν φθάσοι σὲ τὸ αὐτὸ κλαῖσμα πάλιν κλαυσόμενος. Ἐντεῦθεν ἔν ἤδη ἀνυπερθέτως μετανοῦντά με παρέχομαι, καὶ ὡς ἄτερ ἂν εἶλη θεόθυμον καὶ ἐυχεσῦ, ἄλλως ὡς ἀπηλλαγμένος φύσει διακείμενον δ ἀσυστόχως καὶ χαεσέρεας ἁμαρτῆς, ὡς ὃ δὴ πλεῖον σύγε ἡμᾶς θεραπεῦ, ὃ δ' χάεσι σωῦφρο: Ἔστω δὴ σωῦ θεῷ ὃ ἁμαρτίας νόμος τοιοῦτος δὲ κύειος. Ὁσότερος δ' ἂν ἡμῖν δ' ἀφεμένων ἑκατέρωθεν ὀτιοῦν ἀναπῶται, ἔξ' ὃδὲ τῷ δ' παρομίας δίκλω φύγειν, καὶ ζημίαν δὴ ὑ μικρὸν θεροφλίτω, πλῶ δ' καινῶν φίλων ἔχθρας δηλαδή. Ἰδὲ δὴ δ' νομοθεσίας συμπιλαμβάνομαί σοι, καὶ συμπαληφίζω τὸ δόγμα καὶ συμπεικυῖῳ τῆς βουλῆς σε, τὸ διαχρῆσθαι τε, ὡς ἐλαὶς, καὶ ἀναιρῆσον πάντα τὰ ἐγκεκλημένα. Ὅπως ἔν μηδεὶς ὢν σὺ οἰσιγητὴς γένεσθαι, πιθανῶ τινο καὶ κομψῷ θεραπεύῃ, ἄτε καὶ τὰ θεραπεύσεσθαι πολὺς δόξαν. Ἐν Μαρλιανῷ τῷ ὑμετέρῳ μαμαλλαριανῷ σήμερ δεῖ δόξαι. Ἔρρωσο, καὶ διατίνει ἐυτυχήσατε θεοῖσιν.

Budæus Erasmo.

Epist. 69.

Τί φής. Τὸ σὲ ἐγκαμεῖν σε τὸ θεὸς Τέρσαλλον λίλανδέ σε μανίκεισμον καὶ τερπὴν ἔχον; θαυμάζω τοίνυν ἔγωγέ σε ἀτεχνῶς δίκτυ σωυτῷ κατεγνωκότο τοιαύτῳ τινὰ τερφολογίαν, ἐν οἷς ὑπ' ἐμοῦ γέγραφας σὺ θεσπεσιο ἐγκαμιαδῶς. *Vives* tuus tibi testis esse potuit, cui epistolam ad me scriptam ostendi ab homine naris emunctæ (tametsi nomen digito suppressi superposito) ὃς ὑπώμοσέ μοι, οἱονεὶ ὑκ ἀιδυνάμενόν τὸς καθαπλακὸς σὸς λέγειν, ἐν τοῖς συγγράμμασί σε διαπαιγμένοις. Quanquam ipse non vidit ὁπισθὲν μίαν οἱς τὸ αὐτὸ καθύπνωσε, ἀφ' ἑκὸς Ἰταλιότι ὄλως κριβότο ἐν τοῖς μάλιστα, ὑκ ἐμοὶ μ' ἐπιστέλλετο, δεῖσθαι ἢ τινὶ πλῶ ἰδίᾳ γνωρίμων καὶ φίλων. Ὃς δὲ τὸ αὐτόχαρον ὑπομνῆσαί μοι ἀναγκο. Et cum hæc & hujusmodi permulta silentio prætermittenda duxerim, atque etiam oblivione, tu mihi dolorem nunc refricuisti, ac penè opinionem ex suspicione feciſti. Nisi verò supradictis verbis exemplum in te ipse statuisse inficiabere, id de te existimandi, quod tibi in mentem veniſſe ais, ut de me eadem in causa existimarem. Neque ideò velim ut existimes non gratissimas mihi literas illas tuas fuisse *Græcè* scriptas: quibus jam *Græcè* respondi, sed tamen ἐμφιλαφῶ μοι ὀνόματος ὑπόθεσιν ἀντικατηγορίας τινὸς μὴ ὀτηγὸν ὑπολογίας. Πῶς γὰ ὑ; Ὅς γε πάντα τὰ ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένα ἀνακυκλῶν, πᾶσιν δὲ ῥητορικὴν ὀπιμέλειάν τε καὶ θεσεργίαν ὑπομένοντισι, ὁ πολλὰ σύγε φρέσας ἐᾶν με καὶ μὴ λέγειν πλῶ ὑπ' ἐμοῦ πεπλημμελημένων, ἐμοῦ γε ἄν ἐν τῇ ἐμῇ ὑπολογίᾳ ὀδέτεσθε πολλὰ παρίσιος. Novi enim, novi ea ferè transmittere in mea defensione, in quibus proloquendis, stilóque prosequendis aut indignationem obrepsisse ingenio meo sentio, aut vehementiam contentionis transversum me raptuisse. Intelligo me nonnunquam immodicum, atq; ἐκπαθῶς διακείμενον fuisse. Quare æquo animo castigare me ab amico passus sum: quod quidem ad ea loca pertinet, quæ tractata mitescere nequeunt. Tu autem animum meum nondum perfractâsse videre, si tamen ex sententiâ animi tui potius quàm ex aliorum loqueris. Jam primùm quod dixi, *Catapetis epistola mea jam, ut spero, vorasti*, vide etiam atque etiam ne te commodiùs interpretari hoc modo ego possim. Amaras quidem literas meas fuisse (identidem enim mihi πικείας objicis & ἀτοπίας) sed tamen me sperare concoxisse te, aut certè ita devorâsse omnem indignitatem illam, ut jam immemor esses injuriæ (si tamen injuria est ubi animus non fuit injuriam inferendi) præsertim cum & tu in me satis destomachatus esses, & ex pagina postrema literarum tuarum viderere mihi amarulentiam illam meam (sit enim sanè quando ita tibi videtur) placidiore animo ferre, & recordari nolle. Quippe qui te dictitares ingenium meum jam nôsse. Deinde quum illud δυσφορῆτα μ' ἐκ δυσαδῆ δηξίνας putas, quod πεπραγμένον σὺ ἐκ θεὸς ἐκ ἀνθρώπος ὀπαλλάγμεν τοῦτον μοι τὸ λόγον προφέρεσ ὡς ἐφύβειτον, καὶ ὡσανεὶ διαστικὸν βδελύττῃ καὶ ξυπαιγνίδης jocis scilicet mecum assuescens. Πρὸς τ' φιλανθρωπίας τ' σῆς ὦ φιλτάτη μοι κεφαλή. Πρὸς τ' φιλικαλίας τ' ἡμῖν ἀγγελμάχως ὡς ἔλμοι θεσπεσιώτατε, μή μοι τηλικαύτῳ δόξαν ἀλαζονείας ἀφέλησθε, ὅστε συμφέρεσθαί σοι δοκεῖν

μὴ

μὴ ἐξίσε καὶ φιλοπεπαῖς. Audi igitur interpretationem meam hujus dicti, & unde post ea conqueri: quasi ego non ex æquo tecum agam. Quoniam igitur tu immodicum me esse jocorum sæpe dixisti, etiam ex periculo petitorum (ut ita loquar) & proximè contumeliam accedentium, quibus tu ipsis animum adjicere non poteras (neque enim istius esse modestiæ fortasse & gravitatis videbantur) ego illis tuis literis grandioribus ita me converberatum jocis tuis sentiens ac lapidatum, nihil ut amplius dicere potuisses aut certè sustinuisses, etiam si stomachi res fuisset, non joci, scripsi ego, eâ simplicitate quâ soleo, jocis te jam mecum assuescere. Religio enim fuit dicere, tam te impudenter aut licenter dicacem esse cœpisse, quam me esse conquerebare. Amabò te relege locum, & versa intellectum ejus, invenies, ut spero, in me magis quàm in te dicacem me fuisse. Nisi verò non in me meúmq; caput recidit, quod dixi aut significavi, ex tuo te ingenio migrâsse contagio literarum mearum, & jocandi commercio. At tu id scelus prope cothurnatum feciſti exclamatione tragica. Porrò autem quòd plumbeum te conjectorem fecisse me criminaris, ni vererer cicatricem obductam refricare, locum hunc explicarem: verùm commonefacere te uno & altero verbo ὑδεὶς φθόνῳ εἶμαι. Μέμνησο γάρ, ὅτε ἵνα σὺ τελέλμων ὠσφρανεῖ ἐχυρεδίκλεις, ὅτι ἔγωγε καὶ ὑποῖον διαπεξεδεί σοι ἔμελλον, quidque inter nos convenisset: quem omnino ipsum nollem à te nominatum, πρὸς γὰρ τῷ ὠτακιστὴς τ' ἀπάντων κυρεύοντος εἶ ἱερὸς, ἔτι καὶ ἐν ἀξιώματι αὐτὸς καθέστηκεν καὶ τάξει τῆς ἐνδόξου. Καὶ τ' σεγμάτων ἢ ἄπλετα τ' ἐνδοθεν, ἵνα μὴ σαφέστερον φθέγγωμαι. Ἐπὶ ἢ τέτοις καὶ τ' σεσφιλῶς ἐχόντων ὅζιν ὅτ' σρὸς ἐμὲ καὶ σπαζόντων ἐμοί τε καὶ σοί. Sed scilicet periculo meo res agebatur, non tuo: quare tantum tibi pensi non fuit. Quanquam id nondum attingo, in quo parum te acutum fuisse jocatus sum, id est parum tui similem. Nam illa verba ἐν ᾧ διαπεξέλαδεί σοι τὸ ὑφ' ἡμῶν σεφαρεδὲν ἐπιχείρημα, non te intellexisse vix credo, præsertim cum tu dicta mea ἐμῶ σωστικώτερον excipere solitus sis, ut ex iis quæ dixi liquet. Quod si tibi διὰ πλεῖος μᾶλλον ἢ φρίζειν δοκῶ τὰ ὀπτανομένα, φέρε δὴ, ὅταν ζυλῶσι, ἀμαθέστερον ἐγὼ καὶ σαφέστερον, ἀλλ' ὑδὲν εἶμαι δέομαι. Quod σὲ τ' ἐυαγγελίων scribis, quasi scilicet verens ne operam aut studium ea in re navata imputaturus sim tibi, jam te libero illâ obligatione si te auctoramenti pudet, non etiam legibus amicitiæ te solvo, quæ per me licebit ipsa ut sit inter nos perpetua, atque etiam per te quoad tu ex tuo animo meum æstimabis, non ex aliorum sententia, quantum argumentis conjicio, & hominum relatione. Age æstima tecum ipse quàm illud φιλικὸν, imò quam ἐρασμοπερπὲς καὶ δεξιὸν καὶ κομψὸν, de mellitis epistolis *Deloini* & aliorum nostratium, quod injuriarum mecum agis quasi φιλοκόλακα te vocârim, vel esse significârim, cum tamen tu omnium maximè libertate gaudeas amicorum. Ἐῶ νῦν ἐξετάζειν τοῦτο εἴτ' ἀληθὲς ὄζιν εἴτε μὴ, τὸ μάλιστά σε χαίρειν καὶ ἥδεδζ τ' φίλων τῆς ἐλευθεριαστικοῖς. Ἐπεὶ τόδεν ἄλλοθεν σρὸς κρύπτομαι ἀλλήλοις ἅμιλλα γὰ πως οἱ μάλιστα σφότερον φίλοι εἶ δοκῶντες, εἰ μὴ ἐξ ὧν ἐλευθεριάζεις τοῦ τιὼ ἀρχιὼ, ἐν τ' ἐπιστολαῖς γέγραφα. Sed sit sanè nunc verum & pro comperto habitum, quid igitur? existimâstine me tam cōmodis meis inimicum atque etiā tam malè propitium numen habuisse scribendo, ὡς σεσκρύπτειν τῆς σεσυχῶσιν ἡμπλάκλως τι καὶ σφαλτῶς, καὶ δὴ καὶ ὡς αὐτὸν λοιδορήμενον φίλαυλα τ' φίλων ἡμῶν ἀ κορυφαῖον, ὡσὸ τ' ἄγαν ἀκίνης ἐμῆς εἰς σε ἀφειδωλίης; τί ὧν; ὅτως ἔφθιν ἀκροτὴς εἶ τ' καθαρσίων γελοίων καὶ σκωπικῶν ὧσε καὶ ἄνδρα μοι πάντων σεσριλίσατα διακόμψον ἀ Δηλοῖνδν, σεσόντι ἢ καὶ ἐπ' ἀξιώσεως ὄντα ἀ τ' τυχόντος, ἐφυβρίζων κόλαξ ἀπεκλην; ἀ γὰ σε δόκει φιλοκόλακα ἀπεκαλεῖν ἠδυνάμιλν, μὴ ἔχι αὐτὸς τοῦτον ἀποκαλῶν κόλακα: ὦ ῥᾷστε σὺ σεσφέρων ἐμοὶ ὅτι ἂν σε παρῇ. Ὀκνῶ γὰρ τοῖνυ τοιόδε πάμπολλα ἔτυχες σωφελοχὼς διεξοδικώτατα, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἰλιάδι τ' ἐμῶν ἁμαρτημάτων, ἐξέσαι σοὶ ἐμῶ γε ἕνεκα καὶ ταῦτα δὴ σωφέρειν ῥητορικῶς ἐν τῇ τ' φίλων σῦ σωόδῳ, ἄλλως καὶ σὺ ἀτιμιῶν δεινὸς τὰς ἐπιστολὰς ἐμάς. Εἶτ' ἦν ἔξ' ἀκόμης τ' εἰρημένων αὐτοῖς δόξω, ἐχόμενον δόκτω ἔσαι τ' ὑσὸ σε τεθείσης ἀμνησίας, ἀντιξεστασμόν τινα γενέδαι ὧν τυχόν ἀντισεσευδὼς ὑσὸ σου. Τάτε ἢ γεγυνημένα ἦν ἐσεσίσιοι ἀφεδῶσιν καὶ σάλιοι ἀι ἀμοιβαὶ, ὅσῃ ἴσῃ δὴ καὶ ὁμοία ἡμᾶς διαλύεδαι σεὶ τ' ἀντιλαμλημένων. Sic fiet potissimùm ut facta pro infectis habeantur, nec tu in posterum hujuscemodi caussificari oratoriè possis. Πολλὰ σπουδῇ ἐῶ λέγειν ἐν οἷς δεῖ καὶ τόδε ὁ χάρης, cum ne id ipsum quidem τοῦτο ante quieſcere ſiveris, quàm τοῦτο feceris ut atrocis contumeliæ instar esse videatur. Itáne verò bone vir, id est orator, donare mihi te dices, quod consertis manibus retines & mordicus? & cum jus omne tuum cum ramentis tuleris, æquum & benignum litigatorem te prædicabis? Jam verò quod σεὶ τ' συμπωχῆς τ' ὁμονοίας ἡμῖν scribis ἀ δεῖν συγκολλήσοντος, quocunque id pertineat, existimes velim nemini unquam homini me verbum ea de re feciſſe, nisi hactenus, ut dictarim, atque omni corporis animique habitu præ me tulerim, non ita mentes nostras hujuscemodi velitationibus verborum esse commotas aut emotas, ut luxari propterea confirmatæ amicitiæ compages ac dimoveri possent: sed tamen hanc simultatis imaginem ita ad verum esse effictam, ut amicorum studiis & hominum errore pro vera simultate tandem exciperetur. In quo nihil ipse magnopere providendum mihi ante existimavi, quam tibi cordi esse magis genus illud ludicri certaminis sensi atque perspexi, quod præpilatis jaculis certiúsque innocuis editur. Non quòd tibi metueres aut mihi, aut tibi à me metuendum esset, aut mihi à te, sed quòd spectatores delectandos magis duceres, quā expectatione suspendendos tristioris exitus: Cujus consilii rationem facilè mihi probâsti, postea quam attentiùs rem animadvertere cœpi. Denique nullam inter nos animorum alienationem, & διάσασιν interceſſiſſe puto, ὅταν δὴ καὶ διαλλαγῆς δέον δαι, οὐ ὅτως διαλλαχέ. Ἀμέλει τὸ κατ' ἐμὲ ὅτι σοῦ κατά σε ἔφημα ἢ γέγραφα κακύργως γε καὶ δυσνοϊκῶς, quo commodis tuis officerem, aut gloriam istam tuam παμμεγέδη imminuerem, ἐκεῖνο δὴ ὀπτηδεύων τῆς ἐχηματισμένης λόγοις, ὡς ὀκ μετεώρῳ τῶσδε τῆς δόξης ὀκπέσοις, Deus me pari mactet infortunio. Datum est aliquid stomacho, & humanitùs nonnihil admissum est, & incommodè fortasse, atque imprudenter de amicitia consultum, dum jugulum existimationis petentium speciem præbebamus, ut assolet interdum in simulacris pugnæ, dum concertationis impetus extra præscripta ludicri, & præter legitimas vices ac constitutas effertur. Id enim ipsi in septis accidere decursionum militarium videmus aliquando, & veniam tamen merenti cum blanda satisfactio deprecatur errorem. Nec

id

id inexpiabile est quod extemporale fuit, nec unquam unum diem hæsit animo. Ne tum quidem ita valuisse stomachationem aut contentiunculam ullam affirmârim, ut evaserit in odium. Id quod ut de me affirmo, sic de te haud dubiè conjicio. Quid si mihi ne pœnitenda quidem videntur quæ scripsimus? Quantum est enim ad confirmationem amicitiæ, ab acriore nos contentione citra noxam discessisse? ita ut uterq; alterius animum periclitatus, perspectum se habere pertentatúmque confidat & lætetur. Quod aulicum me factum cavillaris, & literarum vicem doles, quasi eam causam receptam deseruerim, aut prodiderim, ob idque magno patrocinio literæ bonæ destitutæ sint, materiam mihi tecum jocandi præbebit. *Græcè* tamen scribam ut liberiùs & simpliciùs acroama præbeam expeditionis aulicæ quæ mihi hoc anno obtigit, haud scio quàm propitiâ providentiâ. Vale ex eodem *Marliano*, Septimodecimo Calendas Octobris.

En tibi alteram exomologesim optimâ fide factam. Post aliquot dies quàm literas tuas accepi, meas ad *Hermannum* tuum misi *Græcè* scriptas, sed urbem jam exierat ob pestem, ita ex urbe relatæ sunt, & has illis subdidi animi causâ. Mirum est enim quantum delector ad te scribens. Utraq; tamen eidem homini non committam, ut mihi in binarum vicem cedant. Vale rursus.

Erasmus Roterodamus Guilielmo Budæo suo S. D.

ist. 70. CUm multis nominibus mihi displiceat illa bis maledica epistola, vel quòd κακῶς ἑλληνίζουσα, vel quòd, ut tibi quoque videtur, procacior, tamen hoc certè nomine placet, quòd una duas extuderit à *Budæo*, non minùs eruditas quàm copiosas. Ad quas ne respondeam, etiamsi tu non vetuisses, tamen in præsentia sanè per studiorum tumultus veriùs quàm occupationes nequaquam licebat. Adeò verò me non offendit, quòd cum in priore epistola, quæ tota sic *Atticè* loquitur, ut non *Lutetiæ*, sed *Athenis* nata videri queat, veluti justâ tam talione repensatis commissis in te meis, jusseris posthac, κίνειν ἔξω τῆς ἀμυητείας νόμων, rursus alteram adjeceris semigræcam ac semilatinâ non paulò superiore jurgiosiorem, ut hoc lucri mihi magnopere gratuler. Itaque jus tibi facio, ut si quid etiam posthac tibi venerit in mentem, quod putabis expostulandum, tuo arbitratu effundas incolumi lege quam inter nos sanximus. Τί ἢ δεῖ ἔτι ἐξομολογεῖν τἀμὰ ἁμαρτήματα, σῦ δὲ τὰ σ' ἀμφοτέρων ἐξομολόγησαι σῦ, καὶ μάλιστα τἀμά. Δέχομαι σ' ἐξομολόγησιν, καὶ ἀπολύω σ' ἀπολύοντα, ἵν' ἐν ἡμῖν γένοιτο τὸ σ' ἰαχαΐβα. Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε. Θεῖον ὄζειν ἐκ ἀνθρώπινον ὑδὲ πάσοτε ἁμαρτάνειν. Ingenii, doctrinæ, & utriusq; facundiæ laudem quid ni tibi lubens cedam, qui hisce de rebus non soleam cum quoquam in certamen descendere, nedum cum *Budæo*, hujus ætatis *Milone* quodam, ut ita dixerim, in palæstra literaria? Candoris & humanitatis laudem, in quâ certè par haberi cupiebam, non perinde volens cedo. Sed tamen hanc quoque violentus extorques, adeò nusquam non invictus es ὁ γενάδης. Accætera quidem etiam, ἃ ὁμολογῶ, ἃ συγχωρῶ σοι ὡς καλῶς καὶ δικαίως λεχθέντα. Τοῦτο μόνον ἐξαίρω ὁ γράφεις ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑπομολῇ περὶ τοῦ Δηλοῖτῆ,

A ὃ γὰρ ἄλλ' ὅτιοῦν φαίην, ὅτι οὐκ ἐδύναμαι φιλεῖλακα ἀνακαλεῖν ἐμὲ μὴ οὐχὶ αὐτὸς τοῦτον ἀπαιτῶν κόλακα. Εὐφημα φώνει Βουδαῖε, ἐρεῖ γὰρ ὁ φίλιος, ὁ δίμις τὰ δεύτερα κτενῶν. Οὐχ ὅτως μαίνομαι, ὅτι σοὶ ἀνδρὶς τοιοῦτο τοιόνδε χάλκεμὶ ἢ τεῦκος. Relegi *Græcam* illam meam epistolam, nihil illic video, unde possit colligi quod ais, certè nulla cogitatio magis abfuit ab animo meo. Quid enim obfuit quo minus & φιλεῖλαξ sim, & tamen neminem habeam κολακεύοντα. Proinde demiror mi *Budæe* quî tibi istuc in
B animum inciderit. Neque si quos habeam, continuò necesse sit illum esse, in quem hujusmodi suspicio nullo pacto cadere possit. At quod in literis ad *Tonstallum* tuis strophologiam subesse non negas, atq; idem in me retorques, quid tu velis agnoscere, ipse videris: Ego non prius de me fatebor, quàm quispiam mortalium reperiatur, qui vel in liberrimis illis colloquiis, quibus apud congerrones quicquid in buccam venerit effutimus, vel inter pocula, cum frequenter & dicenda &
C non dicenda prorumpunt, audierit *Erasmum* secus loquentem de *Budæo*, quàm scripserit. Aut si quenquam amicum passus sim unquam, non dicam obtrectantem *Budæi* gloriæ, sed huic æquantem aut præferentem me, cui non acriter ac seriò repugnârim. Jam verò nescio quanti sit apud te interpres ille nimium ὀξυδερκὴς ἰταλιώτης, qui tibi ceu parum oculato commonstravit quædam non simpliciter à me scripta. Apud me certè talibus officiis nullus inierit gratiam. Quomodo tibi
D successerit expeditio, quemadmodum vocas, aulica, partim ex tuis ad *Ludovicum Vivem* literis intellexi, nimirum adeò venustis, adeò doctis, adeò παντα χόθεν felicibus, ut homo vix hostibus invidere solitus, inviderim homini cum primis amico. Is nunc declamat, sed ita me Deus amet, incredibili felicitate. Dices rem nec hisce regionibus, nec hoc seculo natam esse: nec ludieram aut umbraticam esse pugnam, sed veram ac seriam. Ingenio mihi semper satisfecit, in phrasi desiderabam, nescio quid aliquanto mollius. Nunc
E ita numeros omnes præstat, ut non videam his temporibus, qui in hac palæstra queat illi palmam præripere: pace omnium dixerim. *Græcam* illam tuam epistolam quam polliceris, non desinam efflagitare, donec expresseris. Fabulam quâ hic fine fine agunt conjurati quidam adversus trilingue collegium, & universas bonas literas, & pudet & piget tibi scribere mi *Budæe*. Si quid natum hujusmodi fuisset in urbe *Roma*, quâ non alia pluri-
F bus abundat ornamentis, tamen & Cardinales, & summus ipse Pontifex, summis tum favoribus, tum honoribus prosequerentur, & ornatissimæ civitati non mediocre decus judicarent accedere. At isti rem & munificam, & ad tam insignem omnium utilitatem, ad tam ingens ornamentum & Principis & totius hujus ditionis paratam, sic abominantur, sic horrent, ut olim *Romani* non æquè formidarint *Gallos* urbe jam captâ, Capitolio insidiantes. Magis autem indigneris, si scias hujus
G tam pudendæ fabulæ tres aut quatuor esse coryphæos, tam stolidè stupidos, ut indignos judicaturus sis, quibus cauletum tuum cutandum crederes. Et tamen vincunt impudentia, improbitate, & nescio quo novo syncretismo. Quod si hi sapiunt, insanit Rex vester, dum suâ munificentiâ conducit, qui linguarum professione ornent regnum *Galliarum*: insanit *Leo* decimus, dum tantis impendiis

impendiis accerfit in urbem ſuam, qui linguas ac politiores doceant literas: inſanit cum aliis innumeris *Angliæ* Rex, cujus benignitas invitat harum rerum profeſſores in utranque ſuæ ditionis Academiam. Opinor te vidiſſe Farraginem epiſtolarum, ſed indiligentiſſimè editã. Rurſus efflagitant, ut exemplar recognitum mittam. Nam ſubitò diſtracta ſunt exemplaria, ut ſæpe maximè vendibilis eſt liber peſſimus. Si quid judicabis omittendum, aut mutandum, admone. Nam ad eum laborem nunc cogor accingi. Jam portum optabam, laſſus hujuſmodi ſycophanticis digladiationibus. Sed audio libro *Lutetiæ* edito me palam revocari in arenam. Primũ illud in votis erat, me accepta rude in ocium ſecedere. Proximum, ut mihi contingeret honeſtus antagoniſta. Nunc is contigit, de cujus ingenio non libet meminiſſe. Majorem in modum te rogo, ut *Deloino* & *Ruzeo* multam ex me ſalutem dicas: & ſi quid offenſi ſunt eos mihi reconcilies, quanquam arbitror nil opus. Bene vale cum tuis omnibus, patrone magne, & amice incomparabilis. *Lovanii* XIII. Calendas Martias, Anno M. D. XIX.

Guilielmus Budæus Eraſmo S. D.

Epiſt. 71. HEri circiter tertiam vigiliam noctis venerunt huc *Germani* duo, literáſque tuas mihi reddiderunt ad lectum jamjam ituro. Lucubraveram ad horam uſq; nonam, quod jejuniis tantum ſoleo. Nam poſt cibum nihil lego, niſi ſummâ coactus neceſſitate. Nec tamen ſtatam horam dormiendi habeo, quare matutino ſæpe obdormiſco, ut qui annis jam quatuordecim, noctes tres, ut opinor, vacuas capitis dolore non habuerim, tantũ abeſt, ut ſummo illo bono fruar voluptariorum philoſophorum, doloris vacuitate. Mane igitur hæc ad te ſcripſi, ne tabellarium morarer: quando ita orabat me *Beraldus*, qui ei comitem cum epiſtolio dedit. Πρῶτον μὲν ὧν ὦ ἄνερ πεσφιλέστατε τοῖς ἐπιεικέσιν εὐχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσων εὐνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ σοι, τοσαύτων ὑπάρξαι μοι δόξῃ σε, ἔπειθ' ὅσῳ δεῖ μάλιστ' ὑμῖν, τ τε ἡμετέρας εὐσεβείας τε καὶ δίκης, ταῦτο παρασῆσαι τ θεὸν ἡμῖν. Τᾶτο δ' ἔστιν ὃ μόνον τ εὐνοιαν ἴσων ἀποδεῖναι, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀμνησίᾳ τῇ πεθείσῃ, ὡς πεφείγηται καὶ βεβέληται ἡμῖν ἑκάτερ, ἕτως ἀναπομιμνήσκειν. Καὶ ταῦτα μ' ὕτω πεπαρῳνήκασι εὐφημίας δῆθεν ἕνεκα. Ἔσω δὴ ὁ ἀμνησίας νόμ πάντη πάντως κύει, ὡς δὴ ἐκκλησίᾳ τρίτῃ κεύθν. Hâc certè lege ſtare mihi certũ eſt, tanquã trinundino perlata. Itaq; objectis non reſpondebo: quoniam hanc excetram aliâ ratione ineluctabilem eſſe inter nos ſatis convenit: niſi hoc inficiabor, quod tu de ſtrophologia inquis me non negare. Quem locum epiſtolæ meæ vide etiam atque etiam, ut ſatis intellexeris. Deinde quòd teſtificaris te nihil unquam oblocutum, per me licet ut verum ſit, nec neceſſe habeo viciſſim itidem conteſtari: cum id ſatis ſuperioribus epiſtolis actum ſit, ſi ſemel agi potuit. Quòd ſi qui tuorum mihi obtrectaverunt, ut eos feciſſe literatis teſtimoniis credidi: non tam improbus ſum, ut etiam ſi id cauſa tua inſtituerunt, tu illorum præſtare debeas aut ſtultitiam aut ſtudium inconſultum. Atque ut ſtomachum antehac aloe fortaſſe immodicè temperata perpurgavi, ſic etiam aureis aceto poſt hac eluere ſtatui, ne quemvis obtrectationis aut querimoniæ nuncium non excuſſum admittant. Sæpe enim in fraudem nimiâ ſimplicitate incidi: id quod tibi acciditſſe credo de epiſtolis tuis, quas tu *maledicas* appellas, ego *immodicè ſalſas*: quæ tamen à te aceto poſtea & tunc etiam tinctæ multum remiſerunt muriæ & falſuginis. Quod mihi & ingenii & doctrinæ palmâ cedis & laude, non accipio quod das: non id agebatur noſtrâ illâ controverſiâ, quam ita ipſam deciſam eſſe volo, nihil ut inde mihi acceſſiſſe videatur, ne non gratuita ſit. Et alioqui nunquam ea de re contendere litigioſè in animum inducam, cujus acerba, odioſaq; diſceptatio eſt, tranquillitatiſq; interpellatrix: judicium autem fere poſthumum eſſe ſolet, duntaxat incorruptum: quanquam ſatis compertum habeo eam tibi ſuſpicionem præcordiis aliquando hæſiſſe, ὅς γε ὦ γῆ καὶ θεοὶ ἐκ ὤκτησεν εἰσεῖν ποτε. Τί δὴ βέλεται ὁ Βυδαῖ, ἐξέσλω τε ἤδη ἀυτῷ, καὶ γυῶ δὴ παρέχωρῶ τῇ σεγτέων τῇ χρ ἢ παιδείαν, ἄρ' γε καὶ πεφρτῶν οἱ ἔσ' ἐμὲ ἀξιοῖ. Egon' eò inſolentiæ venerim, ut aliquid ejuſcemodi animo agitaverim? egóne ſi antiſtiti quidem tuo eſſe mihi contigiſſet, fortunarúmq; autori? Tu iſta inconſultè rumigerulis credidiſti. Quibus jam certè ſuſpiciunculis abſtergendos utrinq; animos nobis eſſe cenſeo. Verùm mira ſunt illa, quæ ſcribis de illis eruditionis ingenuæ hoſtibus. Profectò tui me jam cœpit miſereſcere, cui in eam arenam deſcendere nunc neceſſe ſit, aut patrocinium deſerendum inſtituti honeſtiſſimi, ultimæq; voluntatis illius antiſtitis, qui legatum memorabile, uberrimúmq; reliquit ad ſtudia alenda hominum ingenio præditorum. Hic æquioribus omnino utimur ſacræ philoſophiæ defenſoribus. Quare ſi iſtinc paululum concederes, ut ſtatuiſſe te rumor eſt tuarum rerum jactura, iſtiúſq; provinciæ commodorum, ingens, ut opinor, compendium laboris moleſtiæq; factitares. Hac in urbe omnino, ſi non amplè, certè honorificè & commodè, cum viris exiſtimatiſſimis agitur, primariæque commendationis in literarum lautiorum profeſſione. Tu rationum tuarum ſummam meliùs noviſti, quas etiam, ut arbitror, cum amicis juratoribus ſubducis: ego cum ſcribendi argumentum requirerem, hæc epiſtolæ addidi. Nam de aulicâ expeditione meâ, non eſt quòd fabulam mox à me expectes: nunc etiam in ſeriis occupatus, hujuſcemodi nugis non vacas, & me hilaritas cum ocio deficit. Nam his diebus literas *Romæ*, *Venetiis*, ex aula, aliundéq; ſimul accepi: quibus cum reſpondere cœpiſſem, tuæ ſupervenerunt. Eſt & alia commentatio, quæ ſibi quadragenarii jejunii magnam partem vendicabit, ſi auſpicari vacabit. Huc tanquam in ſecuritatis domicilium me tranſtuleram, ſed curæ & negotia umbrâ ſequaciora me comitantur quoquo gentium, locorumq;. Hæc ad te tantùm ſcribere licuit ante ſacrum matutinum, quoniam dies feſtus erat. Vale ex *Marliano* noſtro. Quinto Calend. Martias.

Vivem tuum verbis meis ſalutabis, cui non fuit ocium ut ſcriberẽ, & alioqui nihil erat quod ſcriberem; niſi ſi mactum eſſe juberem eâ ingenii, induſtriæq; claritate, quam tu teſtificare. Scripſi ei ad Calend. Februarias, aut poſtridie Calendas. Ἐρρωσο ὦ ἐπανορθωτὰ καὶ ἀρμοσα τ καλῶν συγγραμμάτων, καὶ διατέλει τᾶτο ποιῶν καὶ ἐυτυχῶν.

DES.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER QUARTUS.

Erasmus Iohanni Coleto Decano S. Pauli S.D.

Epist. 1. PAtronorum optime, pro tuo in me officio jam egi gratias per *Franciscum*, & syngraphamtradidi, quâ testor mihi de regia pecunia satisfactum. Accingor ad iter periculosissimum, ob nuper dimissos sceleratissimos prædones, qui millibus aliquot conglomeratis ex sua libidine grassabantur in quosvis. Hæc est crudelis Principum clementia, parcere impiis parricidis, & sacrilegis nefariis, non parcere civibus suis. Adeò chariores sunt illis, per quos opprimunt populum, quàm populus ipse. Utinam adjecisses duobus verbis, quare in capite septimo tibi non satisfecerim, fortasse quod ego ad affectus retuli, tu malebas ad legem *Mosaicam* referri. Sed *Paulus* illic adeò lubricus est, nunc huc respiciens, nunc illuc, ut in his explicandis summopere sudet *Origenes*. Aliàs polliceris te scripturum, verùm hoc aliàs serum erit. Opere jam absoluto totus ad vos advolo, præsertim si quid bonæ fortunæ paratum erit. Quod ut fiat perge, te quæso, adniti. Bene vale. Calen. Maias. *Lovanii*, Anno M. D. XVII.

Erasmus Hermano Buschio suo S. D.

Epist. 2. DIssidium istud indies gliscere, vehementiùs quam credi posset doleo. Demiror autem non pudere Theologos, & sanctissimæ religionis professores, tumultus istiusmodi concitare, quorum exitus cujusmodi sit futurus, incertum est. Quid lamentationibus illis, aut ineptius, aut inamœnius, aut indoctius, aut virulentius? Optarim ego clarissimum *Hermannum* à *Nova aquila* comitem à talibus portentis continere ungues, unde præter pestem ac pus nihil queat auferri. Cum populis res est ei, qui cum dominicano belligeratur. *Lystrium*, si verum est quod narras, sic ineptisse molestè fero: hominem literis objurgabo, licèt id jam sero facturus, si liber est editus. Bene vale doctissime *Buschi*. *Lovanii*. IX. Calendas Maias. Anno M. D. XVIII.

Erasmus Ioanni Werterio suo S. D.

Epist. 3. EQuidem antehac putabam *Germanos* armis duntaxat invictos esse, nunc video nulla in re non esse invictos, posteaquam tu ab *Erasmo*, & valetudinario, & scribendi laboribus penè exanimato literas etiam ociosas extorquere potuisti. Verbis consequi nequeam, quàm mihi gratus sit tuus in me tam propensus animus: & utinam affectibus tuis respondere liceret. Magis tamen philosophicum arbitror, moderatioribus affectibus amicos prosequi, & tempestivis officiis adesse potiùs quàm supervacaneis onerare. Quoties laborat amici fama, quoties morbo gravatur, quoties eget pecunia, aut alioqui malo quopiam premitur, ibi convenit amicum agere, mederi si liceat: Sin minus, oratione ac literis lenire molestiam. Alioqui quod officii genus est, quod & præstantem lædit, nec ei cui præstatur quicquam prodest? Aut quale est hoc imputare amico in beneficiorum ratione, unde ille nihil senserit commodi? Sic quidam divo *Iacobo* imputant, quod illum magno suo malo adierint, aut *Christo* imputant, quod ingenti periculo suo *Hierosolymam* viserint: cum utrumq; veriorib' officiis domi licuisset demerere. Jampridem in libris meliorem *Erasmi* videras imaginem, si qua tamen bona est, imò juxta *Platonem*, totam videras *Erasmum*. Quid igitur, supererat tantis expetendum itineribus? Verus amor animis constat, quem sæpenumerò vel dissolvit, vel minuit corporum conjunctio. Sed inhumanus sim, si verè succenseam tibi, qui ob hoc ipsum dignus es qui redameris, quòd amas impotentiùs. Bene vale. *Lovanii* XIIII. Calendas Novembris, Anno M. D. XVIII.

Erasmus Roterodamus Nicolao Gerbelio juris Pontificii Doctori. S.D.

Epist. 4. VT insigniter & ex animi sui sententia me meus genius malus hoc anno exercuit, doctissime *Gerbelli*. Trgœdiam malorum meorum cognosces ex meis ad *Beatum Rhenanum* literis. Adhuc in manibus chirurgorum sum domi alligatus. Dabit *Christus* Opt. Max. ubi merebimur, imò ubi dignabitur ipse, meliora. Nos in tantis malis animo semper infracto fuimus. Utinam audiam *Schurerium* meum revaluisse. Salutabis sodalitatem totam, sed præcipue *Sturmium*, tum *Gebuvilerium*, & *Rudalphingium*, qui solitâ suâ benignitate in diversorio me immunem esse voluerunt, quasi parum fuisset suo convictu, & ornâsse, & voluptati fuisse. Jam scis opinor, *Brunoni* quoque *Amorbachio* esse quod amplectatur in somnis. Precor ut tibi res feliciter cœpta, felicissimè succedat. Saluta diligenter novum amicum *Bathodium*. Sic diteſco indies. Invisit nos *Helius Eobanus* homo candidus, in versu *Nasonis* facilitatem referens, nec in prosa oratione sui dissimilis. Venerat ab *Erphurdia*, tantùm ut *Erasmum* videret. Animum probo, officium non probo, quod gravat præstantem abſq; fructu ejus cui præstatur. Cœlum hîc adhuc purum est, laborarunt pauci, sed malo aliunde invecto. Bene vale doctissime *Gerbelli*, & *Erasmum* ama, facturus hoc, mihi crede, mutuum. *Lovanii*. XIII. Calend. Novembr. Anno M. D. XVIII.

Eraſ. Rot. Chriſtophoro Eſchenueldio telonæ Popardienſi. S.D.

Epiſt. 5. QUid tam præter ſpem evenit, quàm quod *Cinicãpianum* noſtri ſtudioſum *Popardia* reperi? Imò telonen muſis honeſtiſque ſtudiis addictum? *Chriſtus* in probrum *Phariſæorum* vertit, quod meretrices & publicani præcederent eos in regnum cœlorum. An non æquè dedecoroſum, quod ſacerdotes & monachi per luxum & ocium ventri vivunt, dum telonæ bonas literas amplectuntur? Illi ſe totos gulæ conſecrant. *Cinicampianus* ſe Cæſari, ſtudiiſque partitur. Satis præ te ferebas, quàm de nobis opinionem concepiſſes. Præclarè mecũ agitur, ſi nihil ab ea detrivit noſtri conſpectus. Sed heus te, vinum illud rubellum mirè placuit nautæ uxori, mulieri mammoſæ biboſæq; adeo ut ſæpe appellata nulli voluerit impartire. Hauſit affatim, ſed mox ad arma. Ancillã penè occidit magnis coclearibus. Pugna vix poterat dirimi. Mox egreſſa in ſummã navem maritum aggreditur, & periculum erat, nè illum è navi in *Rhenum* præcipitem daret. Habes vini tui energiam. Tragœdiam malorũ meorum ex meis ad *Beatum* literis cognoſces, ſi modò vacabit legere. Bene vale vir animo meo chariſſime. *Ioannem Flaminiũ* virum eruditum vereq; Chriſtianæ puritatis, meo nomine ſalusa, *Lovanii* decimoquarto Calend. Novembres, An. M. D. XVIII.

Guilielmus Montjoius Eraſmo Roterodamo S. D.

Epiſt. 6. NIhil vereor mi *Eraſme*, quin ubi primum audiſti, Principem noſtrum, *Henricum octavum*, ſeu potius *Octavium*, defuncto patri in regnum ſucceſſiſſe, omnis tibi ex animo ægritudo repentè abierit. Quid enim tibi polliceri non poſſis de Principe, cujus egregiam, propéq; divinam indolem probè nôris, cui præſertim ſis non modò notus, ſed etiam familiaris: quippe literas ejus digitis exaratas, quod paucis contigit, accepiſti. Verùm ſi ſcias, quem nunc heroa ſe præſtet, quàm ſapienter ſe gerat, quantæ æqui bonique ſit amator quod ſtudiũ in literatos præ ſe ferat; auſim meo periculo jurare, te vel ſine aliis, ut hoc novũ & ſalutare ſydus aſpicias, huc ad nos properè advolaturum. O mi *Eraſme*, ſi videas, ut mortales omnes hîc lætitia geſtiant, ut de tanto Principe ſibi gaudeant, ut nihil magis exoptent, quàm ejus vitam, lachrymas præ gaudio continere non poſſes. Ridet æther, exultat terra, omnia lactis, omnia mellis, omnia nectaris ſunt plena. Exulat longè gentium avaritia, larga manu ſpargit opes liberalitas. Noſter Rex non aurum, non gemmas, non metalla, ſed virtutem, ſed gloriam, ſed æternitatem concupiſcit. Guſtum tibi dabo: Superioribus diebus, quum ſe eruditiorem optaret: non hoc, inquam, nos à te, ſed ut eruditos amplectaris & foveas, expectemus. *Quid ni*, inquit, *nempe ſine illis vix eſſemus.* Quæ vox ore Principis præclarior emitti potuit? Sed ego imprudens, qui fragili rate Oceanum ingredior: tibi hæc provincia ſervatur. Hæc tamen paucula de divini Principis laudibus in principio ſtatim epiſtolæ præponere volui, ut ſi quid tibi triſtitiæ in animo reſideat, protinus expellerem: aut ſi omnis pulſa ſit, ſpem quam conA cepiſti, non ſolùm confirmarem, ſed magis magiſque augerem. Nunc ad tuas literas venio, quarum unas tertio, alteras verò pridiè Calendas *Romæ* ad me dederas: primis & jucunditatem mihi, & moleſtiam pariter attuliſti: quod, ut debes, amicè & familiariter cuo *Montjoio* conſilia, cogitationes, caſus, ærumnaſque tuas aperueris: hoc quidem jucundum; id verò moleſtum, q te amiciſſimum meum, cui in primis bene eſſe cupio, variis fortunæ telis impeti perſpicio. Conſolarer te, B bonóque animo eſſe juberem, ni tuâ te ſponte, ſi quid tamen ſperarè audes, in ſpem non parvam erectum putarem. Miſeriarum ſupremum diem tibi diluxiſſe arbitreris. Venies ad Principem qui dicat, *Accipe divitias, & vatum maximus eſto.* Hæc ad primas. Illud tamen non præteribo, nec permittam, nè tute fallas. Ais enim te mihi multum debere, quum ego contra, tanto tibi debito aſtrictus ſim, qui me tuis ſcriptis immortalitate donaveris, ut me ſolvendo non eſſe judicem. C Tuis verò ſecundis literis, & epiſtolam meam, & tabellarium amicum tuum eodem infortunio perdidiſſe defles. Sed utinam par eſſet utriuſque jactura, altera enim reparabilis non eſt. Nam meis literis nihil ferè aliud ſcribebam, niſi me opus tuum *Adagiorum* accepiſſe: opus, inquam tuum, id eſt, ut docti omnes ſentiunt, perinde doctiſſimum atque eloquentiſſimum. Et ni meus amor erga te me fallit, planè abſolutum ac profectò dignum tantis laboribus, tantis nixibus, & quo non me, D quem puſillum & tuum ſciebas, ſed quamvis magnum virum tibi patronum comparares. Verum poſteaquam ego viſus ſum tibi præ cæteris auſpicatior, cui tuas tam præclaras lucubrationes nominatim dicares, ingentes tibi gratias habeo: nam referri quî poſſum, cum me æternum, ut dixi, reddideris? Mecum tamen vellem temperantiùs egiſſes, tot enim laudibus me oneras, veriùs quàm ornas, ut non ſanè quotam partem agnoſcam. Quis enim, modò me noſcat, æquis auribus accipiat, quòd ego *literatiſſimus* appeller, qui nè literarum quidem ſtudioſus cenſendus ſim. Quamobrem acriter tibi ſuccenſerem, ſed modeſtus ſaltem, quod etiam mihi tribuis, videri volo, nè in omnibus mentitus fuiſſe convincaris. Scribebam præterea multis occupationibus, aliiſq; certis cauſis, quas literis committere non audebam, effectum fuiſſe, quo minus nõnullis tuis literis ad eum diem reſpõdiſſem: nil tamen idcirco voluntatem & ſtudium erga te meũ F immutatum imminutúmq; unquam fuiſſe, ſed tuâ abſentiâ, quod non putâram, creviſſe. Habes quid in illis literis, quas doles te perdidiſſe, ſcripſerim. Ad opus tuum revertor, quod ſummis omnes laudibus in cœlum tollunt. Sed præ cæteris Archiepiſcopus *Cantuarienſis* ita probat & admiratur, ut ex ejus manibus illud extorquere nequeam. At, dices, nihil adhuc præter laudes? Idem *Cantuarienſis* ſacerdotium tibi, ſi redeas, pollicetur, & modò libras quinq; pro viatico ad nos tibi mitten- G das dedit: quibus ego tantundem adjeci, non quidem muneris loco, alia enim appellanda ſunt munera, ſed ut ad nos properes, & tui deſiderio diutiùs nè torqueas. Id poſtremò coràm reſtat admonendum, cave credas tuis literis me quicquam gratius accipere, aut ulla in re abs te offendi poſſe, arbitreris. In *Italia* valetudinarium te factum, moleſtè fero: ſcis me tibi autorem nunquã fuiſſe,

ut

ut *Italiam* peteres: verùm quum te tantum & literarum, & nominis illic adeptum esse perspicio, pœnitet herculè me tibi comitem non fuisse. Non enim esuritione solùm, egestate, & morbis, verumetiam ipsâ morte tantam doctrinam & gloriam redimendam puto. Pecuniarũ syngraphàm his literis inclusam, accipies: quare valetudinem tuam cura, & ad nos te primùm recipe. Ex prætorio *Grenovici*, sexto Calend. Junias.

Christophoro Fischero Protonotario Apostolico, Erasmus Roterodamus S.D.

Epist. 7. AEstate superiore, quum in pervetusta quapiam bibliotheca venarer (nullis enim in saltibus venatus jucundior) fortè in casses meos incidit præda neutiquam vulgaris, *Laurentii Vallæ* in Novum Testamentum annotationes. Hanc equidem ilicò magnopere volebã studiosis omnibus impertire: videlicet ingenerosum esse ratus, quod venando nactus essem, id solùm me ac taciturn devorare. Sed deterrebat nonnihil quum vetus illa *Laurentiani* nominis invidia, tum hoc argumentum, multo in speciem invidiosissimum. At tu simul atque librum evolveras, non solùm meam opinionem tuo gravissimo judicio confirmâsti, verumetiam hortari, atque adeò conviciis extundere cœpisti, nè propter paucorum oblatrationes, simul & autorem meritâ gloriâ, & tot millia studiosorum tantâ commoditate fraudarẽ; negans dubitare te, quin opus illud sanis & candidis ingeniis, ut utilissimum, ita & gratissimum esset futurum: cæterùm alios cum suo morbo fortiter esse negligendos. Denique patronum te, propugnatorémque offerebas: exiret modò in publicum, vel tuo unius periculo. Equidem opinor, ornatissime *Christophore*, *Vallam* tuum, tametsi per se non instrenuus invidiæ contemptor semper fuit, tamen aliquanto fidentiùs in aciem proditurum, tanti videlicet, támque invicti ὑποψαλτοῦ fretum præsidio, tum hâc præfatione velut *Aiacis* clypeo præmunitum: in qua quidem ex tua sententia de hujus operis ratione atque utilitate disseremus: sed si paucis prius generalem *Laurentiani* nominis invidiam fuerimus amoliti. Primùm igitur, si candorem quem ab aliis exigimus, ipsi præstaremus iis, erga quos non solùm non maligni, verumetiam grati esse debemus: profectò *Laurentianum* nomen apud omnes qui bonas amant literas, pro invidioso gratum ac venerandum haberetur: quippe qui studio restituendæ rei literariæ partes multò odiosissimas sciens ac prudens sibi sumpserit. Neque enim non videbat vir acutus, tam inveteratum morbum non posse sanari, nisi tristibus pharmacis, usturis, ac sectionibus: idq; magno cum dolore plurimorum: neque verò nesciebat, adeò delicatas esse mortalium aures, ut vix etiam inter bonos viros invenias, qui verum libenter audiat: foréq; ut non ii tantùm exclamarent, quorum ulcera tetigisset, verumetiam illi, qui ex alieno malo, sibi metum fingerent: tamen pio quodam calore percitus nullum laborem, nullam recusavit invidiam, modò paucis non ingratis (omnes autem gratos esse oportebat) beneficium suum commendaret. At nunc nostro vitio fit, ut præposterè obsequium amicos, veritas odium pariat. Sed fœnum, inquiunt, habet in cornu & neminem non lacerat. Itáne tandem lacerare vocant dissentire in literis, ac docendi studio, quum plurima laudaris paucula quædam suggillare? Quod si juxta *Fabium*, *nihil tam efficax est in docendo, quàm in artificum operibus non imitanda modò, sed etiam vitanda quæ sint, commonstrare*, quanto magis idem oportebat in dedocendo facere? Ausus est *Laurentius* in autoribus aliquot voculã taxare. Indignum facinus, quasi verò non omnia penè in omnibus reprehenderit *Aristoteles*, quasi non totam *Ciceronis* dictionem contempserit *Brutus*, *Maronis* ac *Livii Caligula*, *Senecæ Fabius* atque *Aulus Gellius*, *Augustini Rufiníque Hieronymus*, postremò *Quintiliani Philelphus*. Quid quod *Plinius* non credit, librum suum amico placuisse, nisi cognoverit quædam displicuisse? Adeò vitio danda non est, ut etiam vehementer optanda sit ista in studiis dissentio, conflictatióque, quam *Hesiodus* utilissimam esse mortalibus scripsit, modò nè in rabiem exeat, ac citra convitia consistat. Mihi quidem sano, non gratior sit amicus applausor, quàm vel inimicus reprehensor, dum nè planè sutor ultra crepidam. Nam ut nusquã ferè non nocet laudator, ita semper prodest reprehẽsor. Etenim si verè reprehendit, discedo doctior, sin falsò, tamẽ acuor, extimulor, expergefio, reddor attentior, cautiórque, animor ad defensionem veri. Siquidem minus acre calcar habet gloriæ cupiditas, quàm ignominiæ merus. Jam verò quod quosdam in totum damnavit, quid obsecro tam erat necessarium, quàm indoctis autoritatem, hoc est, ὄνῳ λύρην detrahere, nè turba imperitorum pessima pro optimis sequeretur? Quibus in rebus si quando vir ille videtur nimis excandescere, non hujus vitio, sed depravatoribus istis erat imputandum. Denique nimio consultius fuerat alieno abuti vitio, quàm ob unam maculam à tot commoditatibus alienari. Sunt enim prorsum quædam ἀναγκαῖα κακὰ, quibus tamen vel sua causa sapientes abuti consueverunt. Postulabãt sic depravatæ, sic contaminatæ literæ audacem Zoilum, ac βαβαιμάστιγα magis quàm *Parthenium*, id est, acrem censorem, ac planè *Momum* quempiam: & si vis etiam, contumelio sum, qui nimirum auderet ἀναπείθειν σφὶς τὰς βοῦτιδας, ut vetus habet Comœdia, quique malo nodo maleum cuneum adhiberet. Itaque unius *Laurentii* mordacitas (si quidem ita malunt appellare) non paulò plus conduxit rei literariæ, quàm plurimorum ineptus candor, omnia omnium sine delectu mirantium, sibíque invicem plaudentium, ac mutuum, quod aiunt, scabentium. Quod si quis perpenderit, quàm fœdè disciplinas omnes confuderint isti *Gotti*, quanto supercilio suam insciitiam perdoceant, quàm stolidâ pervicaciâ & propriam tueantur ignorantiã, & alienam eruditionem aspernentur, fortasse permodestus videbitur *Vallæ* dolor, pia stomachatio, ac necessaria magis quàm procax reprehensio: quæ quidem vel ob hoc ipsum favorem eruditorum promerebatur, quod quum per se sit invidiosa, tamen est ab *Laurentio* nostri juvandi causa suscepta. Ac vide quæso, quàm hîc studio sumus iniqui, imò quàm nobisipsis inutiles. *Pogius* rabula adeò indoctus, ut etiam si vacaret obscœnitate, tamen indignus esset qui legeretur; adeò autem obscœnus, ut etiam si doctissimus fuisset, tamen esset à bonis viris rejiciendus; Hic inquam talis, ut homo candidus scilicet sine invidia pas-

ſim habetur in manibus, lectitatur in nullam non linguam transfusus. *Laurentius* neque obſcœnus, & centuplo doctior laborat invidiâ mordacitatis: atque ut bos cornupeta vitatur: etiam ab his qui ſcripta hominis nunquam legerunt. Sunt enim qui, quod eſt nimis profectò ridiculum, nihil quicquam de *Valla* didicerunt, niſi quod eſt mordaculus, atque hac unâ in re illum imitantur, vel ſuperant potius, quod mordent etiam ignotum. Prorſuſque homines ſapientes, ideo perpetuò barbari eſſe præoptant, quòd mordax eſt *Laurentius*. Quin *Epicteti* magis pulcherrimam regulam ſecuti, eâ quemque ansâ prehendimus, quâ commodè teneri queat, hac nimirum, quâ *Virgilius Ennium*, *Cyprianus Tertullianum*, *Hieronymus* præter alios *Originem*, *Auguſtinus Ticonium*, arripuerunt? *Laurentium* quum tam multas habeat anſas, quibus poſſit utiliter teneri, cur hac ſolâ apprehendimus, quòd eſt mordacior? Cur non potiùs leve vitium tot virtutibus compenſamus? Imò cur ingrati neceſſariam libertatem maledicentiæ titulo depravamus? Sed his de rebus hactenus. Nunc ad ea veniendum, quæ hujus argumenti ſunt propria. Futurum enim auguror, ut quidam vixdum perlecto operis titulo, priuſquam de re cognoſcant, illicò τραγῳδικῶς ſint exclamaturi, O cœlum, ô terra! quum bellè moneat *Ariſtophanes* in Pluto, ὁ χαυλιάζειν ἢ βοᾶν, πρὶν ἂν μάθῃς! Atque haud ſcio, an hi ſint omnium odioſiſſimè obturbaturi, ad quos maxima pars utilitatis pertinet, nempe theologi. Non ferenda, inquient, temeritas, hominem grammaticum poſt vexatas diſciplinas omnes, nè à ſacris quidem literis petulantem abſtinere calamum. Atqui ſi *Nicolaus Lyranus* auditur, non dico indoctus, ſed certè recens, *Hieronymum* γεροντολογῶν, multáque convellens, tot jam ſeculorum conſenſu conſecrata: Idque ex *Judæorum* libris (unde ut donemus noſtram hanc manare editionem, tamen haud ſcio, an ſtudiò depravatis) quod tandem flagitium eſt, ſi *Laurentius* collatis aliquot vetuſtis atq; emendatis *Græcorum* exemplaribus, quædam annotavit in Novo Teſtamento, quod ſine controverſia totum ab illorum fontibus manat, quæ vel diſſonent, vel dormitante interprete, parùm commodè reddita videantur, vel quæ ſignificantiùs apud illos dicantur: poſtremò, ſi quid apud nos depravatum appareat? An dicent, non idem eſſe juris *Valla* grammatico, quod *Nicolao* theologo? Ut nè reſpondeam interim, *Laurentium* à magnis viris inter philoſophos quoque ac theologos referri: *Lyranus* quum vocem excutit, num theologi ac non magis grammatici vices agit? imò totum hoc, divinas vertere ſcripturas, Grammatici videlicet partes ſunt. Neq; verò abſurdum, ſi quibuſdam in rebus plus ſapit *Jethro* quàm *Moyſes*. Ac nè ipſa quidem, opinor, diſciplinarum omnium regina theologia, ducet indignum admoveri ſibi manus, ac debitum exhiberi obſequium à pediſequa Grammatica: quæ tametſi nonnullis eſt dignitate poſterior, nullius certè opera magis neceſſaria. In minimis verſatur, ſed ſine quibus nemo evaſit maximus: nugas agitat, ſed quæ ſeria ducunt. Quod ſi reclament, majorem eſſe theologiam, quàm ut grammaticæ legibus teneatur, totum interpretandi negotium, de ſacri Spiritus afflatu pendere: nova verò theologorum dignitas ſi ſolis illis licet barbarè loqui. Sed expediant interim, quid ſibi velit, quod *Deſiderio* ſuo ſcribit *Hieronymus*: *Aliud eſt*, inquiens, *eſſe vatem, & aliud interpretem. Ibi Spiritus ventura prædicit: hîc eruditio & verborum copia quæ intelligit, transfert.* Tum quorſum attinuerit, eundem de ratione vertendi divinas literas præcipere, ſi facultas iſta divino contingit afflatu? Poſtremò, cur *Paulus* in *Hebraica* lingua quàm *Græca* dictus eſt diſertior? Quod ſi fieri potuit, ut veteris interpretes Teſtamenti erraverint alicubi, in his præſertim, in quibus fides non violatur, quid ni potuerint labi & novi? quod quidem *Hieronymus* non tam vertit, quàm emendavit, idque modicè, relictis, ut ipſe teſtatur, verbis, quæ potiſſimùm excutit *Laurentius*. Verùm, num etiam noſtros errores ad Spiritum autorem referemus? Eſtò bene veterint interpretes: ſed bene verſa pervertuntur. Emendavit *Hieronymus*: at rurſum depravantur emendata. Niſi forte nunc aut minor audacia ſemidoctorum, aut peritia linguarum major, aut non facillima depravatio propter artem chalcographicam, quæ unicum mendum repentè in mille propagat exemplaria. At *fas non eſt*, inquiunt, *in ſacris ſcripturis quicquam immutare, propterea quòd illic nè apiculi quidem myſterio vacant.* Imò tanto magis nefas eſt depravare, tantóque attentiùs corrigendum à doctis, quod per inſcitiam eſt adulteratum: eâ tamen cautione temperantiaque, quæ quum omnibus libris, tum ſacris in primis debetur. Verùm non rectè, aiunt, ſibi ſumſit *Laurentius*, quòd *Hieronymo* mandante *Damaſo* ſuſcepit. Nè propoſitum quidem ſimile. *Hieronymus* veterem editionem novâ ſuſtulit: *Laurentius* quod annotavit, in privatos commentarios refert: neque poſtulat, ut hinc quicquam in tuo codice demites, quanquam ipſa noſtrorum exemplarium varietas ſatis arguit ea non carere mendis. Porrò ut veterum librorum fides de *Hebraïs* voluminibus examinanda eſt, ita novorum veritas *Græci* ſermonis normam deſiderat, autore *Auguſtino*, cujus verba referuntur in *Decretis* diſtin. ix. Quo quidem in loco neminem eſſe tam ſaxeum arbitror, quin miſereſcat, neminem tam ἀγέλαστον, quin rideat inſulſiſſimum gloſſema, neſcio cujus, ſomniantis *Hieronymum* in epiſtola ad *Deſiderium* affirmâſſe, *Latina exemplaria caſtigatiora eſſe Græcis*, *Græca Hebraïs*. Non vidit autem eum illatione rei palam abſurdæ confirmâſſe quod propoſuerat, atque hæc verba, *aliud eſt ſi*: perinde valere, ac ſi dicas: *niſi forte*. Alioqui quæ tandem dementia fuerat, alterum Teſtamentum ab *Hebraïs* vertere, alterum à *Græcis* emendare, ſi noſtra erant utroque in genere meliora? Quorſum attinebat, ut in *Viennenſi* concilio (quod refertur *Clemen.* libro ſecundo titulo *De magiſtris*) tam ſollicitè ſtatuerit autoritas eccleſiaſtica de parandis trium linguarum doctoribus? Quo in loco rurſus admiror, quo conſilio *Græcam* linguam eraſerint. Verùm hæc doctos admoniſſe tantum, ſat habeo. Illud audio quoſdam dicere, veteres interpretes, trium linguarum peritos, ſatis explicuiſſe ſicubi fuit opus. Primùm malim ego meis oculis cernere, quam alienis: deinde, ut plurima dixerint, certè multa poſteris dicenda reliquerunt. Quid quod, ut ea enarrantes intelligas, opus eſt mediocri

linguarum

linguarū peritiâ? Postremò ubi veterum libros in omni lingua depravatos (ut sunt) offenderis; quò te convertes? Proinde verò verius est, quod tu doctissime *Christophore* sæpenumerò soles dicere, neque cor, neque frontē esse iis, qui audent non solùm in sacros, sed omnino in ullos veterum libros scribere, ni literaturam utramq; mediocriter teneant: Fieri enim, ut dum isti moliuntur maximè, seseq; doctissimos ostentare conantur, ibi linguarum peritis sint maximè deridiculi, totúsque ille tumultus, prolatâ *Græcâ* voce eludatur. Quod si quibus non vacat totam *Græcorum* linguam perdiscere, hi tamen *Vallæ* studio non mediocriter adjuvabuntur, qui mirâ sagacitate novum omne Testamentum excussit, non pauca obiter annotās & ex Psalmis, quorum usitata nobis editio à *Græcis* fluxit, non *Hebræis*. Plurimum itaque studiosi debebunt *Laurentio*, *Laurentius* tibi, per quem publicum accepit, cujúsq; & judicio bonis ingenis erit commendatior, & patrocinio contra maledicos instructior. Vale *Lutetiæ*. M. D. V.

Germanus Brixius Erasmo Roterod. S.

Epist. 8. REdiit à vobis ad nos nuperrime *Stephanus Poncherius*, *Parisiensis* episcopus, legatione apud Cæsarē suâ feliciter functus. *Antistitem* hunc nostrum difficile adeò dictu est: quantopere *Gallia* hæc demiretur, quantopere observet, quantopere etiam revereatur. Neque id sanè temerè: nempe is unus est *Parisiensis*, qui reliquos omnes *Galliæ* nostræ Pontifices (absit verbo invidia) tum morum honestate, comitate, gravitate, tum vitæ simplicitate, continentiâ, integritate: simul ingenii facilitate, candore, bonitate: simul juris utriusque, Theologiæ, philosophiæ, disciplinarúmq; penè omnium cognitione quadam incomparabili, sine controversia antecellit, & longo post se intervallo relinquit: ut non immerito in eorū albo antea semper vel in primis adscriptus sit, quorum consilio, prudētiâ, judicio, regni hujus moles moderetur. Eundem enim jam *Gallia* hujus Reges tres, quadam veluti successione, alius subinde post alium, perinde atq; consultissimum quendam *Nestora*, in consiliis suis delectum, magnâ ubique penes se autoritate honestārunt: magno in precio atque æstimatione nunquam non habuerunt: usqueadeò probata spectatáq; illis fuit *Antistitis* fides, & explorata, perspectáq; prudentia, ac præsens quædam in rebus agendis omnibus providentia. Adde, quod vel in tantis Reipub. negociis, ac, ut verius dicam, negociorum fluctibus, quibus ille assiduè non implicatur modò, verumetiam tantum non obruitur, solus de tanto episcoporum nostratium choro, bonarum literarum candidatos nō respicit solùm, aut appellat, sed etiam præmiis exhortatur, liberalitate demeretur, comitate invitat, humanitate allicit, autoritate suâ fovet, dignitate protegit, splendore ornat & illustrat: atq; ita demū hæc omnia præstat, ut numeris omnib' singularem quendam apud nos agat *Mecenatem* in eos omnes, quos cognoverit literarum eruditionem cum honestate morum conjunxisse. Felicem verò, ac multo fortunatissimam *Galliam* futuram, si decē præterea *Mecenates* huic uni simileis habeat, quorum favore & benignitate, honesta tandem studia, ingenuæque artes, Principum horum tenacitate & odio extinctæ, excitarentur, & veluti ex umbra (quod aiunt) in lucem producerentur. Atqui nè fortè admireris *Erasme* doctissime, quâ ratione episcopum apud te tot tantisque his laudibus honestandum susceperim: is sanè si quid antea fuit de literato quoquam bene meritus, dispeream nisi recētissimè de te uno affatim, ambabūsq; manibus meritus sit: quo nomine & nos quoque illi causâ tuâ, multò etiam quam antea magis debemus: nimirum arbitrati, quicquid dignationis, quicquid ornamenti atq; honestamenti usquam in te confertur; id omne & in Musas quoq; novem (quarū ipse es cultor primarius, & veluti antistes incomparabilis) conferri. Agè verò *Erasme*, accipe quale sit, quamq; singulare *Parisiensis* in te meritum. Is cum primùm ad nos legatione eâ, quam ante dixi, functus rediit, nihil potiùs habuit, nihil sibi magis præcipuum duxit, quàm te, te inquam unum *Erasmo*, prædicare, quam tuum ingenium, tuam doctrinā, atq; eloquentiā *Græcam* juxta ac *Latinā*, tum publicè, tū privatim pleno ore referre, & apertis (ꝙ aiunt) tibiis propalàm decantare. Legerat quidem antea scripta tua quā plurima, te autē, ꝙ asserit, de facie nondū noverat. Mirū est nunc, quātopere gestiat, quantopere etiam sibi placeat, quod *Erasmū* istic & viderit coràm, & *Erasmi* congressu ac colloquio, quotiēscunque libuit (libuisse autem ait creberrimè) usus fuerit. Quid non ille prædicat de *Erasmo*? quid ille *Erasmo* non tribuit? ejus de te sermones subnectere libuit: facessat tamen interim jubeo, procul hinc adulatio omnis. Magna *Erasmum* fama præcesserat, major inventus est: quid enim vetat eadem nos de *Erasmo* pronuncire, quæ de *Iseo* quondam suo *Plinium* pronunciâsse legimus, *O vere Atticum leporem! ô vere Nestoreā eloquentiā! ô raram eruditionē, ac certè non seculi nostri*! Nihil unquam *Erasmo* cisalpinus orbis produxit omnibus literariis dotibus cumulatius: Absit verbo invidia; habuit nostra hæc ætas bonarum literarum proceres duos, *Hermolaum Barbarum*, atque *Angelum Politianum*, Deum immortalem, quàm feliei ingenio, quàm acri judicio, quātâ facundiâ, quantâ linguarum, quantâ disciplinarum omnium scientia præditos? Hi *Latinam* linguam jam pridem squalentē, & multâ Barbariei rubigine exesam, ad pristinum revocare nitorem conati sunt, atque illis suus profectò conatus non infeliciter cessit, sūntque illi de *Latina* lingua tam bene meriti quàm qui ante eos optimè meriti fuere. Itaque immortalem sibi gloriam, immortale decus paraverunt, manebitque semper in omnium eruditorum pectoribus consecrata *Hermolai*, ac *Politiani* memoria, nullo ævo, nullo casu, nullo fato abolenda. Vidi & ipse in *Italia* olim aliquot magni nominis, magnæque in literis opinionis, in quibus & doctrina non vulgaris, & judicium acre, & rara adeò inerat facundia: sed tamen istud ego citra invidiam, & cum *Italiæ* pace dixerim, cui equidem cum favi antea multum, tum tribuo semper in studiis plurimum: unus profectò *Erasmus* transalpinis ac cisalpinis omnibus palmam præripit: unus *Erasmus* omnium lumina eruditionis ac facundiæ fulgore perstringit: & quod est in proverbio, cornicum oculos configit. Etiam nunc *Erasmum* ipsum loquentem videre videor: dii superi, ut omnia aptè, omnia appositè, ut nihil non eruditè, nihil non eleganter & ornatè, nihil non distinctè & ad amussim loquitur? Summa

eſt facultas, copia, ubertas: oratio ejus pura, aperta, facilis, dulcis: ſermo proprius, terſus, exquiſitus, gravis, ſenſus abſtruſi ac reconditi: occurſant verba, ſed cujuſmodi? quæſita, exculta, *Latiniſſima*, atque hæc quàm copiosè, quàm affatim? uberrimum quoddam dicas eloquentiæ horreum: multa lectio in familiari, & vel extemporaneâ locutione multa eruditio apparet: incredibilis memoria, repetit altiùs quæ loquitur, nè ſyllaba quidem labitur: breviter Muſam ipſam *Atticam* non hominem loqui contendas: ut illi Rhetorica ſubſervit; ut illi ad unguem nota eſt, ut domeſtica illi ac familiaria rhetorices præcepta, ut ſchemata omnia, figuras, dicendi genera ſingula pro arbitrio modò hac, modo illac in ceræ modum in uſum ſuum flectit ac reflectit? Jurares *Demoſthenẽ* eſſe, aut ſi quis *Demoſthene* ſuperior eſſe poteſt: ut poetas omnes tum *Græcos*, cum *Latinos* familiares peculiaréſq; habet: ut carmen utrâque linguâ non pœnitendum ſcribit: ut feliciter ſcribenti *Apollo* arridet, Muſæ omnes certatim aſpirant? quo in genere nimirum vel antiquos ipſos provocare videtur. Jam Theologiam *Eraſmum* non vulgariter eſſe edoctum, & teſtantur quidem ejus in ea arte ſcripta quàm plurima: & ego, qui cum homine in ea ſum colluctatus palæſtra, locupletiſſimus certè, ac verè *Atticus* teſtis eſſe poſſum. Neque enim Theologiam *Eraſmum* (quod nonnulli fortaſſe opinantur) primoribus tantum labris deguſtavit, ſed planè ad penetralia uſq; penitiſſimóſque receſſus penetravit. Porrò Philoſophiam artium omnium reginam, non obiter, aut veluti à limine tantùm ſalutavit: nota illi ſunt & domeſtica arcana myſteriáq; omnia, quæ vel divinitùs à *Platone*, vel ingeniosè ab *Ariſtotele*, vel quicunque alii in philoſophia excelluerunt prodita ac relicta ſunt. Atque in tanta támq; copioſa diſciplinarum ſupellectile bonarum, ecquis modò invenire poterit, qui cum *Eraſmo* manum conſerere, & in arenam deſcendere audeat? niſi ſi quis fortè *Therſites* viribus longè inferior cum *Achille*, aut *Diomede* congredi præſumpſerit, mox magno ſuo dedecore haſtam abjecturus, & totâ arenâ turpiter ceſſurus. Hominem ipſum invitavi regiis verbis, ac ſtipendiis, ac nonnihil etiam meis ſeorſum promiſſis ad *Galliæ* noſtræ contubernium: ac veniſſet quidẽ ille non invitus, niſi quod ſuam jam fidem Catholico *Regi* Principi ſuo obſtrinxit, & fortuna illi ſua, ac potiùs virtus fautores aliquot apud Principem clariſſimos quidem illos, ac principalis aulæ primarios viros comparavit: quorum favore atque autoritate ſtudiorum ſuorũ meſſem facere, & laborum omnium fructum haud ita multò poſt colligere expectat. Hæc ſanè ſunt, & his ſimilia præconia, quibus *Eraſmum Pariſienſis* palàm ornare, & honeſtare non deſinit: quem equidem tametſi intelligam, vel juſtiſſimos tibi titulos tribuiſſe, nec te aliis quàm tuis ipſius coloribus depinxiſſe: tamẽ non mediocrem, puto, antiſtiti vel duplici nomine debes gratiam: partim quòd tibi ille alioqui nihil obſtrictus, tamen operam tibi ſuam tam liberaliter ac profuſè commodaverit, ſuúmque erga te animum tam candidè ultrò patefecerit: partim quòd non modico æſtimare debes, laudari tibi contigiſſe à tam laudato, támque in omni virtutum genere ſpectabili viro. Siquidem ea demùm vera laus exiſtimanda ſit, quæ de laudati ore procedit. Cæterùm *Eraſme* optime, duo ſunt in primis, quæ me adduxerunt, ut apud te nunc præconii hujus teſtimonium ferrem: alterum, quòd ego unus maximè omnium juſtus tibi, fidúſque, ac veluti ἐκ τῶν Δίκης δίκτυων teſtis eſſe poſſum: utpote qui *Pariſienſem* ipſum ſemel atque iterum eâ de re loquentem præſens exaudivi; fum enim frequens apud eum: quod ille non literatos modò exoſculetur, verum & literarum quoque ſtudioſos, quorum in numero (modò ita Muſis placeat) & nos quoque locum aliquẽ nobis vendicamus: alterum, quod tuâ permagni intereſſe putavi, reſcire te, quibuſnam maximè deberes, cujuſque in ære potiſſimùm eſſes, quo tu accepti meriti gratiâ aut agere, aut etiã, ſi quâ daretur, quandoque referre poſſes. Sciebam enim, ac multo etiam antea magis cognoveram, te animi eſſe nequaquam ingrati. Adde inſuper, quod ipſe quoque olfaciebam, minus tibi ſuſpectum fore noſtrum quàm cujuſquam alteri' hac in re teſtimoniũ, atq; ita te ſanè judicaturum, me (id quod eſt) pro veteri illâ meâ erga te fide, mutuáq; amicitiâ, totam tibi rem ſimpliciter & aperte enunciaſſe, nihil adeò adhibentem fuci, ſed planè τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, τὰ σῦκα σῦκα, καὶ τὴν σκάφην σκάφην λέγοντα. Neque enim is ſum, mihi crede, qui ullî quicquam imponere velim, aut qui te nunc falſis laudibus perunctum demulcere, καὶ εἰς τὴν φιλαυτίαν ἀγειν pertentem, abs quâ nimirum, niſi fallor, alienum te ſemper, & averſum cognovi: neque quicquam aliunde pendentem, ingenium illud ſuis ipſius dotibus, ac propriis meritis æſtimare ſolitum, niſi ſi quid fortè, ut *Homericum* illud me hìc uſurpare permittas, ἀλλοῖόν μοι ξεῖν' ἐφάνυς νέον ἠὲ πάροιθεν, & tu mores tuos, ingeniiq; tui modeſtiam, ac, ut verius dicam, ſimplicitatem, ex quo mihi viſus non es, immutaveris. Concedis enim & hoc quoque nobis, ut tibi interim aurem vellicantes memoriam pauliſper refricemus, conſuetudinis illius, atque amicitiæ veteris quæ nobiſcum olim *Venetiis* interceſſit, dum ego ſub *Iana Laſcare* meo (cum dico, *meo*, præceptorem ac veluti parentem optimum intelligo) vix dum *Latinis* literis initiatus, *Græcis* operam navare auſpicarer: tu in ædibus *Aldi Manutii*, ſingularis etiam dum eruditionis tuæ, tum *Græcæ*, tum *Latinæ*, egregia illa, atque inculpata ſpecimina diis hominibuſque plaudentibus præberes. Inter quæ extant proverbiorum *Chiliades* quatuor: opus non meâ quidem unius, ſed eruditorum ſententiâ, tantâ utrinſq; linguæ eruditione conſperſum, tam multiplici lectione diſtinctum, tantâ venuſtate ac facundiâ conditum, ut planè ſi quis rectè, ac citra omnem invidentiam perpenderit, ex eo uno manifeſtiſſimum fiat, quantum *Eraſmus* cæteros omnes literariæ palæſtræ athletas antecellat, καὶ ὁπόσον δὴ ἡ σάλπιγξ τοὺς ἀυλοὺς, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας ὑπεφωνοῦσι, quas ipſas me hercule, qui non admirantur, eas procul dubio aut omninò non legerunt, aut ſi legerunt, planè in literis cæcutiunt. Nam ut obiter illud tantùm attingam, Quid eruditius? quid ornatius? quid copioſius? quid elegantius? aut *Latinum* magis, tuis illis, neſcio quot digreſſionibus, in quibus verè nobis non alium quàm *Eraſmum* ipſum, hoc eſt, *Quintilianum* quendam declarantem repræſentas? Succeſſerunt his, *Moria encomium*, *Miles Chriſtianus*, *Inſtrumentum utrunque*, *Chriſtiani Principis inſtitutio*, *Hieronymi reſtituta ac diſtincta opera*, atque

atque alia id genus quàm plurima ὑφ' ἑλκυσμῶν, quo favore, quo plausu, quibus amplexibus, quibus osculis ab omnibus hîc politioris disciplinis studiosis excepta? Quibus omnibus, quid aliud planè *Erasmũ* effecisse credimus, nisi quod manifestissimè nobis indicavit, quàm felici ingenio, quàm sagaci naso, quàm purgatis auribus, quàm divinâ memoriâ, quam ubere facundiâ, quantâ utriusq; linguæ eruditione, quantâ styli exercitatione ac majestate, quantâ disciplinarum omnium scientiâ præditus ornatúsq; sit? Ac per Deum immortalem, quis jam inficiabitur *Erasmum*, quendam veluti inexhaustum perennis eloquentiæ fontem latissimè manantem, in pectore, ac præcordiis gestare? de quo tam varii passim, támq; exundantes rivuli in studiosorum viretа copiosissimè derivantur? Quis inficiabitur in aliis quidem permultis, alias atque alias dicendi dotes, ac virtutes eminere? In *Erasmo* autem uno τῶν πάντων ἀγαθῶν σωρὸν, τῶν πάντων ἀγαθῶν μυριπλίαν, τὸν πάντων ἀγαθῶν θάλασσαν εἶναι. Jam nos *Erasme* eruditissime, tametsi intelligamus, scripta tua non nisi oculatissimo cuique lectori patere, nec palato huic convenire tam delicatas támque regales dapes, ac ut verius dicam, ταύτην τὴν τῶν θεῶν τροφὴν, tamen εἰ θεοὶ εὐδαίμονες σῶς μὲν ἂν οὔτε εἶεν τοιαύτης δεόμενοι ἀπολαύσεως, καὶ ταῦτα εἰς τοσοῦτον χρόνον διαμένοντες ἀεί; Lego equidem diligentissimè, ac cupidissimè revolvo tuas omnes lucubrationes, quarum vel decies jam repetitarum, nulla me tamen adhuc satietas, certè recens quædam semper capit admiratio: ac me herculè, quo sæpius ille à me, quo viciniùs ac pressiùs introspiciuntur, hoc magis, ac magis placent, magis afficiunt, magis delectant. Ac per Deos immortales, quî non delectarent, cum & *Deleinum* meum, hoc est, cujus ego utor familiari consuetudine ac quotidiano propè convictu, quæ vetus hominis est in me humanitas: & *Ruzeum* insuper, cujus & singularis est quædam in nos benevolentia: patritii ordinis summates viros, ab humanitate, politioribúsque literis bene audientes, non afficiunt modò, aut delectant, sed planè & capiunt, & eonsq; rapiunt, ut illis *Erasmus* unus in manibus versetur, *Erasmus* unus instar omnium neotericorum habeatur. Et me jam pœnitebit tantorum virorum exempla sequi? & vestigiis tam certis inhærere? ut fileam interim *Guilielmum Budæum*, virum amplissimum, & *Galliæ* hujus nostræ singulare quoddam ornamentum, ac gloriam in literis incomparabilem: qui eum se tribus nobis (ut est ingenii candidissimi) familiarissimũ præbeat, cúmq; nos præceptoris, ac veluti *Apollinis* cujusdam loco veneremur, tuam adeò eruditionem, tuam istam multiplicem lectionem, eloquentiam, copiam prædicare nobis non cessat: tuáq; scripta omnia magnificare, & albo, quod aiunt, calculo insignire. Ac nos sanè, ut aliis omnibus, ita in ea quoque re *Budæum* ipsum emunctissimæ naris judicem, καὶ ἡμῖν μὲν ὡς ἠρακλείαν λίθον ὄντα, sequimur; tanta est apud nos hominis vel religio vel autoritas. Proinde *Erasme* amplissime, quandoquidem subodoror, me prolixitate hâc tibi homini, puto, occupatissimo, & ocium istud (si quod suppetit) non nisi legendis exquisitissimis scriptis consumere solito, fastidium jam, ac nauseam peperisse, epistolæ finem faciã: modò te unum id prætmonuerim, videlicet, me tametsi tuâ jam pridem præsentiâ privatus sim, & longo tecum locorum intervallo discretus, nihilo tamen secius tui memoriam assidue in animo ac pectore meo sacrosanctam circumferre, teq; perinde amare, atque observare, ac si præsens præsentis quotidiano in hanc usq; diem contubernio usus fuissem. Neque enim is sum qui amicos absentes absens aut oblivisci, aut negligere soleam, cui sanè nunquam illud fuit non exosum, τὴν φίλου ῥᾳστώνην οὐκ εἶναι φίλον. Peroro tamen ac nimirum supra quàm dici potest concupisco, uti regis hujus erga te animus, qui sanè haud contemnendus est, & pollicitationes, quas haud inanes futuras arbitramur, te, si quâ possint, ad *Gallia* nostræ contubernium alliciant; cum ob alia multa, tum ut periclitari potissimum valeas meam erga te fidem, ac benevolentiam, addam, & liberalitatem, eorum certe omnium, quibus mediocritatem hanc nullo meo merito fortuna exornavit. Bene vale, & me tui amantissimum mutuò ama. *Parisiis* octavo Idus Aprilis. Anno M. D. XVI.

Erasmus Roterod. Germano Brixio S. D.

Epist. 9.

EPistola tua, mi *Brixi*, non simplicem mihi voluptatem attulit. Nam primum suavissimæ consuetudinis, quæ mihi tecum fuit *Venetiis*, mox *Patavii*, memoriam mihi magnâ cum voluptate renovavit. Deinde declarat, te non solùm incolumi esse valetudine, verùm etiam fortunis auctum, ac dignitate: quâ re quid nunciari poterat optatius? Postremò palam argnit, quàm tecum ipse feliciter certaris: id videlicet agens, ut cum jam olim venâ carminis esses felicissimâ, parem in oratione prosâ facultatem obtineres. Quod attinet ad laudes; quas tu τῶν ἐμῶν in me congeris, facilè boni consulo, si modò tam amas immodicè, quàm non modicè prædicas. Tametsi nè quid mentiar, eximii præsulis *Stephani Ponchetti*, *Francisci Deloini*, *Guilielmi Budæi* laudes, non paulo majore cum voluptate legi quàm meas. Me verò dum doces, quantum debeam episcopi studio, quantum literarum proceribus *Deloino* & *Budæo*: gratum est, quod officii quoq; mei me commonefacias. Cæterum quo prolixiùs me landant isti, hoc magis deterrent ab adeunda *Gallia*. Nam quî ausim venire tam onustus, ut istis tam magnificis præconiis scirem esse respondendũ? Mihi semper arrisit *Gallia*: neq; clam est, quàm hîc inviæ sint bonæ literæ, τυραννούντων μαχῶν τῶν λοιδωρήμων καὶ ματαιολόγων, qui facilè *Papblagonibus*, ac *Midæ* imponunt. Sed adhuc nescio quibus compedibus me meus alligat genius. Amplissima sunt fateor, quæ mihi liberalissimi Regis nomine deferuntur: apud me tamen plus habet momenti tam insignium virorum familiaritas, quàm regium autoramentum: quandoquidem & hanc vestro nomine pro se quisq; pollicemini. Fortunam istam iterum atque iterum tibi gratulor tam amplam, ut potes utrique sufficturam: quandoquidem invitas ad ejus consortium. Rumuscilus quidam, incertum quo autore natus, apud nos sparsit, te offensum epigrammatis *Thomæ Mori*, nescio quid moliri dentati libelli adversus illum. Id nequaquam facies emunctissime *Brixi*, si quid omnino audies *Erasmum*. Neq; tamen istuc perinde illius causâ nolim, quàm tuâ. Si *Morum* penitùs nôsses, fatereris nihil usquam gentium esse

dignius

dignius tuo amore. Cur læsit? inquies. Non scripsit illa in *Brixium*, quem non nôrat, scripsit in *Gallum*, & scripsit in medio bello. Nunc æquum est, harum rerum memoriam, post atrocissimam paeem inter duos populos initam, penitus inter vos aboleri. Expedit autem & publicè bonarum literarum nomine, harum mystas inter sese φιλοστοργίζειν, posteaquam tam odiosè conspirant ὁι μισόμουσοι. Postremò nolim eos inter se dissentire, quorum utrunque pari complector amore. Hîc scio, clamabis me plusquam *Diomedem* agere, qui tam prolixæ epistolæ tamque disertæ, tribus versibus, iisq; inconditis respondeam: sed æquior eris nobis sat scio, si cogites mihi cum maximis voluminibus rem esse, sique reputes, unus quàm multis respondeam quotidie. Bene vale. *Lovanii*, Anno M. D. XVIII.

Erasmus Roterodamus Tranquillo Parthenio Dalmatæ S. D.

Epist. 10. SCripseram ex *Antuerpia* doctissime *Tranquille*, ut si nondum abisses, detinerent te *Lovanii* dies aliquot in reditum meum: aut si id non possent, efficerent certè, ne discederes, ni prius mecum collocutus: me meo sumptu facturum ejus moræ dispendium. Sed abiturientis celeritas epistolam nostram antevertit. Itaque *Lovanium* reversus, pro *Tranquillo* meo geminum carmen reperi, utrunq; juxta doctum, sed utrunq; sanè querulum: quorum alterum testatur abisse te, iratum huic Academiæ, alterum mihi. In illo nos omnes barbaricæ cujusdam inhumanitatis reos agis: cui volenti nobis edere specimen eruditionis tuæ, literas nobis impartire, locus datus non sit: cum cæteræ scholæ præmiis ad id invitent, quod tu gratis & sponte deferebas. In hoc me, ut hominem *Batavum*, & à Gratiis alienum, incusas: qui repulerim à colloquio te, quem amor videndi nostri è tam longinquo per itinera difficillima in regionem ignotam pertraxisset. Verùm ego tibi utriusque nomine respondebo: sed meam ipsius causam prius agam. Primùm vero verius est optime *Tranquille*, quod id temporis *Antuerpiæ*, versabar in negotiis quibusdam mihi molestissimis: Sed nunquam adeò sum occupatus, ut *Tranquillum* à colloquio fuerim excluſurus, si *Tranquillum* aut novissem ipse, aut alius mihi simulachrum illius rectè depinxisset. Pro juvene docto, candido, modesto, *Danum* aut *Getam* quendam barbarum fastuosúmque mihi descripserant ac circumforaneum ardelionem, à quo hominum genere vix credas quantum abhorream. Et ab iis frequentiùs impetor quàm velim, aut quàm ferat studiorum utilitas. Id accidit errore personæ. Nam alter quispiam ejusmodi tum temporis sese venditabat *Antuerpiæ*. Huic igitur generi salutatorum, & odioso & ocioso, aliquoties domi non sum, interim non vaco, aliquando non vigilo, quemadmodum olim non omnibus dormiebatur. Quòd si parùm humanum videtur, ego arbitror non paulò inhumanius esse, dum horum næniis aurem præbes, tot eruditorum hominum flagitationes negligere, semper aliquid poscentium à nobis, quo juventur recta studia. Quòd si quis mihi *Tranquillum*, non dicam suis pinxisset coloribus, sed vel delineâsset modò, ultrò in tuos complexus advolâssem. Atque hactenus quidem mihi patrocinatus sum. Supereſt ut pro *Lovaniensi* quoque schola nonnihil respondeam. Scis esse maximum ac primum, si quid agas adire in tempore. Tu non poteras magis ἀκαίρως venire *Lovanium*, bonas literas professurus, cum jam maximè ferveret recens conspiratio quorundam, qui se devovisse videntur diis manibus, ni politiores literas extinctas reddant. Sic enim sibi stultissimè persuasere, si contingat his literis autoritas, suam autoritatem labefactatum iri. Vident autem passim toto orbe, non jam scholas tantum, verùm etiam Principum aulas infici hoc novo genere studiorum, quo magis adnituntur, ut *Lovanium* ab hoc contagio tueantur incolume. Res optimo cuiq; non probatur. Nam tumultus hîc ortus est ex initiis vanissimis, nimirum ex falsissima unius aut alterius suspicione. Deinde ut nos pudet etiam in malè cœptis parum constantes videri, multo ineptioribus rationibus pergunt exequi, quàm instituerant. Porrò tota fabula ab uno aut altero chorago pendet, nè mali hujus invidiam in totam Academiam conferas. Horum pertinacia quibusdam persuasit, quosdam improbitas pertraxit: quidam ad gratiam obsequuntur: quidam spe commodi cujuspiam, aut incommodi metu, fabulæ non probatæ partem agunt. Magna pars vociferatur, non ob aliud nisi quòd multos vociferantes videt. Hæc qui procul audiunt, rem publico consilio geri credunt, præsertim cum splendidi tituli prætexantur, universitatis, rectoris, facultatum. Qui propius spectant fabulam, aut etiam intra proscenium versantur, intelligunt totam hanc machinam unius atq; alterius operâ moveri. Ego tumultus hujusmodi vel *Acta Homerica*, vel *Pani* deo poetico, vel *Tisiphonæ* aut furiarũ cuilibet, vel quod Astrologi faciunt, astris parùm commodè concurrentibus imputare malo, quàm multitudini. Suspicor & illud obfuisse tibi, quod nimis ingenuè præ te ferebas nostri studium. Et hujus fabulæ choragi se credunt vituperari, si laudetur *Erasmus*. Nec defuere fortassis qui suspicarentur te subornatum, ut in Theologos poeticâ libertate diceres. Nec ullum adhuc hominum genus vidi, quod æquè indulgeat suis suspicionibus. Versiculus hic tuus adagii vice circumfertur *Lovanii*.

Cernere non licuit facundi pectus *Erasmi*.

Quem cur rideant non satis intelligo. Neq; enim carmen adeò malum est, ut rideri debeat: nec *Erasmus* usqueadeò est infans, ut prodigiosum sit, si quis amicus ei tribuat eloquentiam. Neq; enim opinor hîc esse tam perversè malos, ut ex hoc ipso voluptatem capiant, quòd tibi res parùm ex animi sententia successerit. Verùm agè, fruantur per nos hâc voluptate suâ, qualis qualis est, te velim æquiorem esse huic nostræ scholæ, cui nec ingenia desunt, nec eruditi juvenes, modò esset ingeniis honos, & ni essent qui summâ vi melioribus studiis obstreperent: quos semideos si tibi nominatim depingerem, non mirareris, si tales habeat propugnatores pristina barbaries. In hos dictus es nescio quid invectivarum destinâsse, quod quidem mihi adeò non probatur mi *Tranquille*, ut nec verum esse libeat credere. Digni sunt, inquies. Estò sanè, fac vel cruce dignos: at te meminisse volo, quid his dignum sit, qui literas eâs profitentur, quæ humanitatis titulo commendantur. *Ludovicum Vivem* fac meo nomine salutes. Huic gratulor, si nostri meminit: invideo si non meminit.

Nam

Nam audio hominem mirè geſtire gaudio, quod elapſus ab hoc, ut ille ait, barbariei præſidio, ad priſtinam ſtudiorum libertatem redierit. Bene vale *Tranquille* chariſſime, quarto Calendas Julii, Anno M. D. XIX.

Eraſmus Roterodamus inſigni Theologo Ioanni Claymondo S.D.

Epiſt. 11. EGregiam illam prudentiam ſuam, quâ ſemper publicæ famæ præconio commendatus fuit *Ricardus* Epiſcopus *Uvintonienſis*, nullo certiore argumento nobis declaravit, *Claymonde*, non infimum decus ordinis Theologici, quàm quod collegium magnificum ſuis impendiis extructum, tribus præcipuis linguis, ac melioribus literis, veteriſque autoribus proprie conſecravit. Nam quâ ratione meliùs mereri potuit de rebus humanis: aut quo monumento rectiùs nomen ſuum æternæ hominum memoriæ dedicare? Iſtuc profectò demùm eſt eccleſiæ columen, iſtuc eſt Epiſcopum agere. Majorem autem in modum gaudeo, *Thomam* Cardinalem *Eboracenſem*, Cardinalem *Campegium*, ac nè cæteris commemorandis fiam prolixior, ipſum etiam *Henricum* octavum, Principem nullo hujus ætatis verè regiis dotibus inferiorem, toto pectore huic favere negotio. Quorum ut autoritas facile coerceat oblatrantium improbitatem, ita benignitas abundè ſuppeditat quibus invitetur induſtria profeſſorum, quæq; poſtulat otium literarum. Complures regiones vulgare monumentum aliquod nobilitavit. Ingenti *Coloſſo Rhodus* eſt celebris: *Caria Mauſoli* ſepulchro: *Memphis* pyramidibus: *Gnidus* ſculptili *Veneris* ſigno: *Thebæ* magico *Memnone*. Mihi præſagit animus futurum olim, ut iſtud collegium cen templum ſacroſanctum, optimis literis dicatum, toto terrarum orbe inter præcipua decora *Britannia* numeretur: pluréſq; futuros, quos trilinguis iſtius bibliothecæ ſpectaculum, quæ nihil bonorum autorum non habeat, unde nihil malorum non exulet, pertrahat *Oxoniam*, quàm olim tot miraculis viſenda *Roma* ad ſeſe pellexit. Quin & illud mihi quidem ſagax conſilium optimi præſulis arguit, quod te potiſſimùm ex omnibus delectum, virum haudquaquam novæ, ſed jam olim notæ perſpectæque probitatis, novo collegio præfecerit: qui primùm poſſis eas literas & cum dignitate profiteri, deinde poſſis vel unus eſſe documento, optimis literis cum optimis moribus maximè convenire. Facit enim paucorum improbitas, ut qui bonis literis parùm bene volunt, calumnientur hoc ſtudiorum genus corrumpere vitam humanam, & avocare à pietate Chriſtiana. Sunt autem apud nos, præcipuè *Germanos*, juvenes aliquot, vitâ quidem integrâ, ſed qui ſic aſſerant meliores literas, ut in harum hoſtes, magnâ libertate velut ἐξ ἀμαξῶν debacchentur. Equidem non nego veniam dandam ætati, imò etiam genti, præſertim cum tam acerbis odiis irritentur, ut in adverſarios nihil poſſit ſatis aſperum dici. Sed tamen meâ ſententiâ, longè plus adferet momenti tua modeſta gravitas, & erudita lenitas, hos etiam qui modò reclamabant, qui arma contra ferebant, in ſua caſtra pertractura, ex infeſtiſſimis hoſtibus fideliſſimos milites, ac propugnatores futuros. Plus efficit, qui ſuâ moderatione omnibus cõmendat bonas literas, quàm qui cum pertinacibus harum ſycophantis aſſiduè rixatur. Ego quod tandem contumeliæ genus non ſum paſſus ab iſtis philobarbaris? Quos tumultus excitârunt? quas movere tragœdias? quas ſtruxerunt inſidias? Mihi ſanè nec ungues deerant, nec dentes, nec telum, ſi libuiſſet uti: neque ſum ignarus, quibus modis ejuſmodi portenta tractanda ſunt: verùm judicavi non ſolùm *Chriſto* eſſe gratius, verumetiam ad provehenda rectiora ſtudia conducibilius, aut moderatis rationibus placare reclamantes, aut certè cedere, donec temporis progreſſu aut evaneſcat ille ſtolidi pectoris impetus, aut ipſi reſipiſcant. Nec adhuc me hujus conſilii pœnitet. Non auſurus eram doctiſſime *Claymonde*, te meis literis laceſſere, niſi *Cuthertus Tonſtallus*, *Thomas Morus*, *Ricardus Pacus*, ſuis literis magno conſenſu morum tuorum τὸ εὔχαρι, ac facilitatẽ integritati parem prædicâſſent. Quibus autoribus fretus, non veritus ſum, vel hac manu tibi ſcribere, quâ ſoleo cogitationum mearum celeritatem æquare. Bene vale. *Lovanii* quinto Cal. Julii, Anno M. D. XIX.

Bilibaldus Eraſmo ſuo S.D.

Epiſt. 12. REm gratam vir præſtantiſſime, non ſolùm mihi, ſed pluribus tuis feciſti amicis, cum certiorem me reddideris, quàm valeas, quid nam, & ubi agas. In primis itaque placet in tantorum te eſſe dignatione Regum: verùm diſplicet illorum affectum tam diu effectum haud ſortiri; ſiquidem non verba magnifica quempiam opulentiorem reddunt, ſed in actione demum omnis laus conſiſtit. Novi ego probè conditiones Principum, utpote divinis inter hos verſatus, & eorum promiſſionibus vel ditiſſimus: quibus tamen ſi ſuſtentari deberem, bonis (ut aiunt) ſæpe dentibus malè comedere cogerer. Sed plerumq; ita evenit, ut qui vel maximè bonâ fortunâ ſint digni, illâ careant: ſed quid dico *careant*, cum ſæpius hi qui malè fortunati cenſentur, omnium ſint fortunatiſſimi, & ſi opulenti ſint minimè? Quis enim te fortunatior? qui non externis bonis tibi laudem peperiſti, ſed virtute & eruditione ita excellis, ut non ſolùm in vita ſis clariſſimus, ſed & immortalitatem & quidem vivens induiſſe videaris. Sed de his ſatis, nè adulari videar. Gratum fuit, mi *Eraſme*, tibi meas non uſquequaq; diſplicuiſſe nugas: longè verò gratius, quod tam ſyncerè & candidè, quid non probes oſtendis: quod profectò minimè faceres, niſi me & vehementer quidem amares, niſi mea ex omni parte abſoluta eſſe cuperes. Verùm nôſti nemini unquam excuſationem defuiſſe, ac maximè unumquemq; in propriâ defenſione ingenioſum eſſe. Nè igitur in hac parte ſolus hebes videar, benignè excuſationem meam audi. Atqui nolo cantilenam eam prætendere, homo ſum variis negotiis tam publicis quàm privatis implicatus: ac potius ardore quopiam ſtimulatus, quàm verâ ratione ductus, ſcripſi, ſcriptáq; præcipitanter emiſi: nam in promptu eſſet *Catonis* illud, *ſed fatero peccas*. Verùm audi. Non ego ornatiſſime mi *Eraſme* eos homines, qui in catalogo noſtro recenſentur, omnes bonoris gratiâ appellavi. Minimè enim me latet, indoctos doctis, ac improbos bonis permixtos eſſe: & quod plus aliquis miretur, inimicos amicis. Verùm docti & boni laude digni erant, boni verò & potentes quamvis non admodum eruditi, quaſi pro vello

malis

malis objiciendi: at docti, sed minùs boni, vel socii dubii incitandi, aut confirmandi: inimici verò inimicis suspecti reddendi. Nec opinione penitus deceptus sum, majores enim quàm sub initium putaveram, turbas concitavi: non solùm enim vacillantes stabilivi, sed & plerosque ad nos traduxi, ita ut verbis & scriptis rem nostram defenderint. Quin inimicorum nostrorum amicissimos ac fautores quosdam in suspicionem ingentem, & non parvum perduxi odium: nisi fortè reprehendendũ censes, quod crabrones cum crabronibus commiserim: & quod risum mihi ciet, coguntur sanctissimi viri conceptam indignationem supprimere, & laudem molestissimam lætâ fronte dissimulare: non quod ita me ament, sed quia me rebus suis & prodesse & obesse posse cognôrunt. Nôsti enim quàm soleant omnia ex commodo suo metiri, sed id sub prætextu honesto. Maluisses dein, dum in dialecticos expatior, me cæteris intactis hoc solùm agere quod agebam. Atque fateor mi *Erasme*, hæc potius animi quodam impetu, quàm judicio præmeditato sub initium conscripta esse: verùm cum fervor ille, seu, ut rectiùs dicam, perturbatio aliquantisper defervuisset, pleraq; malè concocta esse digesta, multa immutata, nonnulla penitus obliterata ac deleta: & quamvis mihi sum quod agebam agere viderer (si quidem demonstrare volebam *Reuchlino-mastiges*, non solùm improbos, sed & penitùs indoctos & barbaros esse, ac *Luciani* instar, quasi per transennam ostendere, quantum eis ad perfectam deesset eruditionem) omnino tamen egressionem illam abolere decreveram, sed reclamantibus amicis, contra mentis voluntatem intacta remansit. Quin tum prædixi fore, ut ad ingenii seu eruditionis potiùs ostentationem, quàm ad rem de qua agebatur, pertinere videretur Proinde & si facta infecta fieri nequeant, ideo tamen placent, quia tuam amicissimam susciterunt admonitionem, & quæ longè mihi gratior fuit quàm si te cuncta probare scripsisses. Nam planè liquet te nostris mentem adhibuisse, & non minimam curam existimationis meæ gerere, in qua re planè benevolum & verum te ostendis amicum. Utinam tibi pares grates aliquando referre possem. Facerem id equidem non tam benigne, quàm libenter, utpote homini omnium qui vivunt amantissimo & observando. De *Reuchlino-zoilis* nil scribo, siquidem nil tuis disertis & verissimis scriptis addi poterat. Valeant igitur. Audio eos nescio quid per idolum suum contra me moliri, sed quicquid id sit, parum me movebit: tamdiu enim jam in publicis versor, ut injurias & calumnias non solùm patienter ferre, sed & irridere didicerim. Sed audi obsecro quid nefandi nebulones egere. Cum *Joannem Reuchleyn* undiq; oppugnâssent, tandem Principis sui, quod semper timui, nescio quibus fraudibus indignationem concitârunt: id nè in extremam calamitatem hominem conjiciat vehementer timeo, nec eum à Tyranni faucibus, nisi Deus eripiet. Vide mi *Erasme*, quid iniquitas non audeat, præcipuè illorum hominum qui populi devorant peccata, cœlíq; claudendi & reserandi se jus habere existimant. Novum Testamentum tuum avidè expectamus, quin & *Pauli* magni enarrationes. Verùm injurii sumus, cum tu tam multa præstes, nos verò in dies alia postulemus. Sed tu in causa es, qui nos semper allicias, nunquam tamen exaties: vel, ut verius dicam, avaritia nostra nos reddit insatiabiles. *Apologiam* tuam non sine animi dolore legi, non quia amico ficto fictis respondes verbis, sed quia vereor nè majores inde concitentur turbæ: quamvis te plerisque causis coactum fuisse rectè considerem, ut acrius insurgeres. Sed licet aliquando, imò necesse est incandescere, si pacem habere velimus, quam absque bello consequi minimè possumus. Vale mi eruditissime *Erasme*, & bene vale, méq; ut facis ama, quâ re nil mihi gratius evenire poterit. Utinam te aliquando coram cernere possim: utinam tibi in mentem veniat, ut me aliquando visites, nam id te feciſſe non pœnitebit, idq; absq; incommodo fiet, si unquam *Basileam* proficisci volueris. Senties equidem benevolentiam meam, non verbis, sed re ipsâ, & si non eam quâ dignus es, sed eam saltem, quæ opis erit nostræ. Iterum vale literarum decus eximium. *Norenberga* pridie Cal. Jan. Anno M. D. XVII.

Erasmus Roterod. Bilibaldo suo S.D.

NEscio cujus culpâ factum sit, ut prolixior illa tua epistola mihi tam serò sit reddita. Ea mihi declaravit, *Bilibaldum* (cujus humanitatem, integritatem atq; eruditionem, jam ante perspectam habebam) virum esse singulari etiam præditum prudentiâ, animíq; magnitudine, quæ deceat hominem neutiquam plebeium. A principibus facilè contingeret fortuna, nisi mihi nimium dulcis esset libertas. Nimio emptum videtur, quicquid hujus emitur dispendio. Posteaquam ego hac quantulacunque fortunulâ contentus sum, me tranquillo fiet, sive dabunt aliquid, sive nihil dabunt. Atque utinam non pauperior etiam essem his veris opibus, quibus tu me beatum prædicas. Facti tui rationem sic reddis, ut mihi planè persuadeas. Tuæ verò civilitatis est, quòd pro admonitione nostra, audaci potius quàm tempestiva, gratias etiam agis. Cum horum tumultus & conspirationes mi *Bilibalde*, mecum reputo, partim demiror quid sibi velint, partim indignor, partim miserer cæcitatis ac dementiæ. Astrologi tradunt quasdam pestes, ut animorum ita & corporum, ab astris immitti, poetæ ab inferis, *Homerus* hujusmodi perturbationum causam in *Aten* rejicit, nonnulli *Pani* deo simile quiddam tribuunt. Hoc malum, undecunq; venit, fatale est. De recurito non libet meminisse, quem vel nominare ominosum puto. Quid venit in mentem *Gratio*, ut suas literulas turpiter servire vellet quorundam stultitiæ, seu potius ambitioni, cum eo videatur ingenio præditus, ut si vero judicio justam operam adjunxisset inter eloquentes ac literatos haberi potuisset. Nunc non alio facinore notus est, nisi quod calumniatus est *Reuchlinum* & hujus amicos, quódque quorundam infanti malitiæ, mercenarium ciboq; conductum rhetorculum præbuisse videatur. Quoties in animo fuit admonere, *Jacobum Hoechstratum*, nè tot annorum studium in rixosum hoc negotium collocaret, néve se apud eruditos viros suis libellis traduceret? Quos legens, quoties illud mecum, utinam te meis videres oculis. Sed cum homine mihi adeò nulla intercedit familiaritas, ut neuter alteri conspectus sit. Et expertus novi, quàm non semper succedat etiam inter amicos liberior admonitio. Itaq; verebar

verebar nè sedulò famæ ipsius consulens, in suspicionem venirem, quasi *Reuchlini* negotium agerem: quicum sic mihi intercedit necessitudo, ut à causâ sim plus quàm alienissimus. Sunt qui prædicent *Hoochstratum* moribus esse non omnino incivilibus: alii secus narrant. Ego semper malò credere bene quàm malè prædicantibus. Tamen ut ingenuè fatear, quod verum est, ubi libellos hominis degustavi, minus bene quàm antea de illo sentire coactus sum, ipsâ videlicet re. Habet sodales aliquot qui applaudant, qui suffundant frigidam, qui ὐγὶς accinant, ex horum vel judicio, vel adulatione, totius orbis æstimat suffragia. Habebat & hic suffragatores, sed qui clam ac technis rem agerent: etiam si nuper cœperunt perfricare faciem, diúque celatum animi morbum prodere. Nec adhuc queo subodorari, quæ res illos adeò commoveat, nisi quod ut sentio, sibi stultissimè persuaserunt, si meliores literæ passim efflorescant, ita ut faciunt, fore ut authoritas horum qui præter recentem hanc doctrinam, nihil neque didicerunt, neque sperant, prorsus labefactetur. Cujus mali nos ipsi causam aliqua ex parte damus, dum illorum studia nimium acriter insectamur & nostra ad invidiam usque jactamus, dúmque illos imitari malumus in malo, quàm in bono vincere, dúmq; prius est perpendere quid illorum mereatur improbitas, quàm quid nobis dignum sit. Ego locis aliquot attingo Theologos, parum synceros parúmque dignos eo titulo, sed quales apud nos nullos esse putabam. Tales expertus sum quosdam, ut similes nusquam gentium esse creditum fuerim lenones. Parum mihi propitius sit *Christus*, si quid mentior. In tam virulentis sycophantiis, quibus undiq; tundor, consolor me primum conscientiâ recti: deinde complurium judicio, quos nemo non fatetur, & vitâ graves, & eruditione præcellentes, & judicio exquisito præditos. Novum Testamentum rursus novatum exibit brevi, satis elaboratũ, sed aliquanto minus etiam quàm vellem, ob valetudinis adversitatem, ex cujus viriculis pensi modum metiamur oportet. Quòd mihi cum *Fabro* incidit conflictatio, non minus malè habet animum meum quàm tuum: ídque cum multis nominibus, tum hoc præcipuè, quod dolerem hanc fabulam fore gratissimam iis, quibus ingratissimæ sunt bonæ literæ. Tamen & opera datur, & spes est, futurum, ut hoc vulnusculum aliquâ cicatrice obducatur. *Faber* animo meo charus est, & me arbitror illi non prorsus invisum. De te visendo ornatissime *Bilibalde*, utinam æquè mihi foret facile, ac tu vehementer optas. Bene vale. *Basileæ*. Anno M. D. XVIII.

A aspertimam effecerat, accessit nivis vis immodica; deinde gelando, tum & pluvia, quæ simul acq; terram arboremve contigit, protinus in glaciem concreta est. Vidisses passim tetram glacie incrustatam, neque id æquali superficie, sed colliculis acutissimis passim extantibus. Vidisses arbores glacie vestitas, adeóq; pressas, ut aliæ summo cacumine imum solum contingerent, aliæ ramis laceræ, aliæ medio trunco discissæ starent, aliæ funditùs evulsæ jacerent. Jurabant nobis è rusticis B homines natu grandes, se simile nihil unquam in vita vidisse antea. Equis interim eundem erat nunc per profundos nivium cumulos, nunc per sentes glacie incrustatos, nunc per scopulos bis asperos, quos primùm gelu duraverat, deinde & glacies acuerat, nunc per crustum quod summas obduxerat nives, quod quidem mollius erat, quàm ut equũ sustineret; durius, quàm ut ungulas non scinderet. Quid inter hæc animi *Erasmo* tuo fuisse credis? Insidebat attonito equo eques attonitus, C qui quoties aures erigebat, ego animum dejiciebam: quoties ille in genua procumbebat, mihi pectus saliebat. Jam *Bellerophontes*, ille poeticus, suo terrebat exemplo, jam meam ipse temeritatem execrabar, qui mutæ belluæ vitam, & unà literas meas commisissem. Sed audi quiddam, quod tu credas ex veris *Luciani* narrationibus petitum, ni mihi ipsi *Batto* teste accidisset. Cum arx jam fermè in prospectu esset, offendimus omnia undique glacie incrustatâ, quæ ut dixi in nivem inciderat. Et erat tanta ventorum vis, ut eo die unus D atque alter collapsi perierint. Flabant autem à tergo. Itaq; per declive montium me demittebam, per summam glaciem velificans, atq; interim hastili cursum moderans. Id erat clavi vice. Novum navigandi genus. Toto fere itinere obvius fit nemo, sequitur nemo, adeò non solum sæva, sed etiam monstrosa erat tempestas. Quarto vix demum die solem aspeximus. Hoc unum ex tantis malis commodi excerpsimus, quòd latronum incursus E timuimus minus: timuimus tamen, ut homines pecuniosos decebat. Habes iter meum adolescens generosissime, idémq; candidissime, quod ut durissimum fuit, ita reliqua fuere secundissima. Vivi pervenimus ad *Annam* Principem *Veriamum*. Quid ego tibi de *hujus* mulieris comitate, benignitate, liberalitate memorem? Scio rhetorum amplificationes suspectas haberi solere, præsertim iis qui ejus artificii rudes non sunt. At hîc me nihil allevare, imò re vinci artem nostram, mihi credas F velim. Nihil unquam produxit rerum natura, aut pudentius, aut prudentius, aut candidius, aut benignius. Et vis verbo rem complectar? Tam illa præter meritum nostrum in nos beneficia fuit, quàm senex ille contra merita maleficus. Tantis illa me officiis cumulavit, nullis à me studiis provocata, quantis ille contumeliis oneravit, summis affectus beneficiis. Quid de meo *Batto* jactitẽ, cujus pectore nihil habuit hic orbis simplicius, nihil amantius? Nunc demũ istos ingratos odisse cœpi. G Mene istis monstris tam diu inservisse? O te mihi serò cognitũ, à quo prius me fortuna distraxit, quã necessitudo conjunxerat! Hæc scribebam, in patriam concessurus, deinde isthìc continuò adero atq; adamatam *Lutetiam* repetam, & has ipsas literas fortassè præcurram. Cæterùm de nostro victu, nihil certi scribere licet. Tum consilium ex tempore capietur. Hoc unũ tibi persuade, neminẽ

vive-

Guilielmo Montjoio Comiti Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 14. PErvenimus tandem & quidem incolumes, tametsi invitis (ut apparet) & superis & inferis. O durum iter. Quem ego posthac *Herculem*, quem *Ulyssem* non contemnam? Pugnabat *Juno* semper poeticis viris infesta: rursum *Æolum* sollicitârat; nec ventis modò in nos sæviebat, omnibus armis in nos dimicabat, frigore acerrimo, nive, grandine, pluviâ, imbre, nebulis, omnibus denique injuriis. Hisque nunc singulis, nunc universis nos oppugnabat. Primâ nocte post diutinam pluviam, subitum atque acre obortum gelu, viam

vivere qui te magis ex animo amet, quàm tuus *Eraſmus*. *Battus* quoq; meus omnium & amorum & odiorum meorum ſocius, te pari charitate proſequitur. Cura mi *Guilielme*, ut quam optime valeas. Ex arce *Tornenſi*, pridie nonas Februarias. Anno M. CCCC. XCVII.

Eraſmus Roterod. Ioanni Falconi ſuo S.D.
Epiſtola Iocoſa.

Epiſt. 15. TU cave ſalutem à nobis expectaveris. Devoveo te, quoties tua mihi convitia in mentem veniunt, quoties torvos illos oculos animo contueor, quoties os illud, ad meras contumelias compoſitum. Itaque amare te planè non poſſum. Minus quidem odero, ſi bonas literas lucellis tuis præponere poteris. Fata mea me hactenus perſequuta ſunt. Iter enim habuimus ad prodigium uſque aſperum atque ſævum: cætera *Batti* mei fatis debeo. Nam dominæ candorem, beneficentiam, humanitatem, comitatem, modeſtiam, ſi tibi perſcripſero, cum vix aliquam eſſem partem oratione conſequutus, mendaciſſimus tamen viderer ei qui ipſe expertus non eſſet. O te miſerum, qui me ſequi ſis gravatus. Quid te fuiſſet beatius? Sed gaudeo tuam ſuperbiam tibi nocuiſſe. Poſthac ſape, poetas fuge, & lanios ſequere. Brevi iſthic adero, ſi ſuperi adjutabunt. Tu & quæ habes mea ſerva, & quæ potes contrahe, nè quid in mora ſit ubi venero. Finem imponam epiſtolæ, ſi te paucis monuero. Fruſtra ſapit qui ſibi non ſapit. Mirare literas, & lauda, ſed lucrum ſequere. Cave tibi ipſe diſpliceas, ea res formæ venuſtatem obſcurat. Cutem ante omnia cura. Omnia tuis commodis poſtpone, amicitiam tuâ causâ cole. Eruditionem parcè attinge. Ama ardenter, ſtude modicè, verborum prodigus, pecuniæ parcus eſto. Plura monendus eras, ſed vale eſt, aulico ritu, dominæ dicendum, & cras in *Hollandiam* avolo. Meliorem veſtem domi relinquo. Scis quamobrem? Timeo nè ſorores eam tuæ lacerent. Eſt enim mihi *Antuerpia* faciundum iter. Nunc vide, num nihil in me ſit ſalis, & tu ſapias ſolus? Literas tuas adeò non expectabo, ut haud ſciam, an has ipſe prævertam. Tu tibi vive, & vale tibi, & te ſolùm, quod facis, ama. Ex arce *Tornenſi*. Tertio nonas Feb. Anno M. CCCC. XCVII.

Eraſmus Roterodamus Ricardo Guilielmi
Montjoi à ſacris S.D.

Epiſt. 16. COpioſiſſimam ad te epiſtolam ſcribere, geſtiebat animus, *Ricarde* candidiſſime, ni & ocium deeſſet, & propediem vos ipſe viſere decreviſſem. Non purgabo me, quod antea non ſcripſerim, coram eam cauſam agere malo, & abſolves me ſpero. De tuo comitiſq; candore plurimus & frequens cum meo *Batto* mihi ſermo fuit. De veſtro quidem animo gaudeo, at tam ſerò eſſe cognitum doleo. Nos ubi patriam viſerimus, iſtuc continuò recurremus, tum plenis (ut aiunt) buccis nugabimur. Interim cura, ut bene valeas, téq; tua philoſophia oblectes. Priori apud divam *Genovefam*, *Guilielmo* canonico ὁμοτραπέζῳ, conterraneo tuo meis verbis ſalutem dices, præterea familiaribus reliquis nominatim.

Eraſmus Cornelio Canonico S.D.

ADeò nè ſuperbum te *Gallia* remiſit, ut plebeios amiculos faſtidire cœperis? Satrapis ſcribis, *Eraſmo* non ſcribis. Quo meo merito? ſed habes cauſam probabilem, & haud ſcio an veram. Nihil minus opinabar inquis, quàm te in *Francia* reſediſſe, qui tum certo conſilio in *Italiam* iter parabas. Agè, nihil refello, accipio cauſam, modò hoc damni quàm verboſiſſima epiſtola ſarcias. Novi quod ſcriberem nihil erat. *Me tui eſſe amantiſſimum* vetus eſt. *Boſchio* quid acciderit miror, jampridem enim ab eo nihil redditur. De noſtro receſſu hic muſſatur. Tu fac, de toto tuo itinere, rerúmq; tuarum ſtatu ut ſciam. Si quid hic meo ſtudio, curâ, diligentiâ præſtari poſſe judicabis, id pro tuo jure audacter à me flagitabis. Meam dignitatem nè tibi commendem arctiſſima noſtra & vetus neceſſitudo poſtulare videtur, *Guilielmum* meum, imò tuum, tuis monitis excitare nè deſinas, ut aliquid ſe dignum moliatur. Meis de rebus certi nihil ſignificare potui cum omnia penderent. Valemus adhuc, & te vehementer amamus. *Petrum* noſtrum quod facis, fac quàm arctiſſimè complectare. Si in his quæ tibi pro noſtra neceſſitudine impartii, ut *Harpocrati* ſatis facias, admoneam, videbor parum rectè de tua fide, déque tuo in me animo ſentire. Quanquam ſunt qui te, neſcio quid, inſimulent, tanquam meam abſentis dignitatem parum integrâ fide fueris tutatus. Mea verò ſic eſt de tua integritate confirmata opinio, ut de meipſo ſim, priuſquam de te dubitaturus. De nobis hoc tibi perſuadeas velim, *Eraſmum* tui amantiſſimum & eſſe, & dum vivet, fore. Bene vale. *Lutetiæ*. Anno M. CCCC. XCVII.

Eraſmus Cuidam Lubecenſi S.D.

SAlve vir integerrime. Filius tuus apud me vivit, & à me docetur, iis quidem conditionibus, quas ab *Henrico* accepi, qui mihi nomine tuo triginta duos coronatos, & veſtem promiſit. Ægrotavit graviter nuper, ſed convaluit Dei beneficio, & medicorum operâ. Fuit in tutela mea compluſculos menſes, quo tempore ei quibus erat opus, ſuppeditavi. Menſe Octobri puerum in familiam meam adjunxi: curatur à me non ut alienus, ſed ut ex me natus: Ingenio præditus eſt ſingulari: mores pro ea ætate tractabiles ſunt, & tolerabiles. Dabo operam, quantum quidem in me erit, ut tibi eum reſtituam, & me præceptore, & te patre dignum. Libros ejus nondum ad manus meas perferri miror. *Antuerpienſis* ille mercator ſcripſit ſe per quendam mercatorem *Pariſienſem* tranſmiſiſſe, & eum nominat, verùm is conſtanter negat. Pecunias adhuc nullas ejus nomine accepi. *Auguſtinus*, ſub cujus tutela erat, dum ego valetudinis causâ in patria abeſſem, ab *Henrico* quinq; aut ſex florenos ſeſe accepiſſe fatetur. Is eum tres menſes & aluit, & docuit, quod ego me tum in *Italiam* conceſſurum putabam. Ei eas pecunias reliqui pro operâ ſuâ: præterea quod de ratione diminutum erat, adjeci, apud illum enim ægrotabat: præterea meo ſumptu veſtitus eſt. Cœperat hîc, neſcio quæ, febris pullulaſcere, ſed non admodum frequens: quare in locum urbis apertiſſimum,

tissimum, atq; salubetrimum demigravi, quod malum si repullulaverit, longiùs fortè concedam. Nihil enim nobis salute antiquius esse debet & vitâ. Nam bene vivere, nisi vivamus, non possumus. Qua in re de tua sententia certior fieri cupio, placeatne puerum me consequi. Narrabat enim *Henricus*, etiam si filiũ tuum in *Italiam* duxissem, me id te approbante facturũ. Habes de rebus nostris omnibus: reliquum est, ut de toto animo tuo nos facias certiores: verùm neq; pecunias, neq; literas, nisi per certissimum tabellarium miseris, nec *Parisios* miseris, sed ad eum mercatorẽ *Antuerpiensem*, nè si hinc concessero, illæ ad alienas manus perferantur. Hoc quoq; ad me perscribas velim, cui vitæ generi filium tuum destinaris, & quibus potissimum literis imbui placeat. Finis enim unaquaq; in re præfigi debet, ad quem omnia tanquã ad signum conferantur. Nam quanquam omni quidem literarum genere pueri sint instituendi, refert tamẽ, quo sua studia destinent, ut cum omnia perdiscere non liceat, saltem aptissima discamus. Hæc pluribus ad te scripsi quàm debui, & quidem *Latinè*, non fastidio linguæ nostratis, sed quod neque facilè id potuissem, neq; tu facilè intellexisses. Te cum optima conjuge tua, universáq; familia bene valere, precor. De me ita tibi tuisq; persuadeas, in instituendo filio, mihi neq; fidem, neq; sollicitudinem, neq; diligentiam defuturam. *Lutetiæ*. Anno M. CCCC. XCVII.

A B C

Erasmus Christiano S.D.

D

Ep. 19. NOn tu *Erasmi* calamum metuis? tam audacis tibi facinoris conscius? quippe qui *Henricum* delicias meas à me distraxeris. Deseruit me & *Robertus Anglus*, sed aliâ longè ratione: summâ nimirum perfidiâ, ita ut illum decuit. Sed extra jocum: consilium vestrum non modò iniquo animo non fero, verumetiam vehementer probo. Consultius enim est sarcinam majorem abjicere, quàm sub onere iniquo concidere: illius virtuti perinde ut meæ gratulor. Tu fac fratrem imiteris, & *Erasmum* vel absentem diligas. *Rodolphum Langium* admoneas velim, ut & meis literis, & suis promissis satisfaciat. Bene vale. *Lutetiæ*. M. CCCC. XCVI.

E

Erasmus Guilielmo Montjoio S.D.

Ep. 20. SAlve vero nomine *Monjoie*. Deprecatione utendum erat, sed purgatione uti malui. Crimen admissum agnosco, quod hodie vos lectione fraudaverim, sed necessitas in causa fuit, haud voluntas. Cogor tuos tabellarios simul literis onerare. Tu cave statum transferas, & falsò necessitatem à me prætentam objicias. Tum enim qui rei erat, actoris fiet, & qui jurisdicialis, conjecturalis, aut certè definitivus erit, ut quæratur, quid sit necessitas. Sed vide callidum defensorem, causam meam ago, nondum in judicium vocatus, scilicet ut nullo accusante, meipso & defensore, & judice absolvar. Bene te valere & Musis quam charissimum esse jubeo. M. CCCC. XCVI.

F G

Erasmus Guilielmo Gaudano suo S.D.

Ep. 21. SIc est profectò, deerat, deerat hoc unum infelicitatis meæ numeris, ut abs te mihi epistola tam contumeliosa redderetur: perinde quasi nobis hîc dolorum materia non abundè suppeteret. Tu verò mi *Guilielmè*, & vetustissimo nostro amore dignius, & meis fortunis aptius facturus eras, si pro objurgatione, consolationem misisses. Quid tu amiculum tui perpetuò studiosissimum, miserrimum, convitiis insectatis? Ego in hac rerum conditione, nè confirmationem quidem ullam æquo animo tulissem, & tu ærumnas meas etiam maledictis exasperas? Quid tu me ab invidis nostris expectare jubes cum hujusmodi mihi adferantur ab amico, non modò vetustissimâ necessitudine, verumetiam, quod arctissimum vinculum puto, studiorum societate conjunctissimo? Deplorare fortunas meas magis libet, quàm te confutare. At vide interim quæso, quàm meritò me incuses. Indicatum est, nescio à quo, me tibi indignatum abisse. Primùm, cur tu istis indicibus credis tam facilè? tum si maximè indigner (utar enim eo verbo invidioso, quo tu uteris) cur id non quæris potiùs, quamobrem tibi indigner. Expostulavi tecum sæpius per literas, nuper etiam coram, quòd cessares in literis, quòd nihil tuo ingenio dignum molireris. Hortabar ut quàm maximè nominis immortalitati consuleres, aliquid excuderes tale, quale omnes abs te expectarent. Nihil tuæ gloriæ anteponeres, voluptatulas istas vulgo relinqueres: si hæc sunt hominis suo commodo consulentis, si inimici, si superbi, nihil refello, quo minus tu me jure criminatus fueris. Sin potius amantis, & tui nominis avidissimi, & melius etiam de tẽ, quàm tu ipse sentias, sentientis: quid tu ejusmodi hominis infelicitatem atrocibus etiam dictis incessis? Si quid sum in te stomachatus, id unum erat in causa, quod tu non tanti ingenium tuum, quanti ego facerem, faceres. Sed odiosè, inquis, obtundis. Nulla igitur veniâ dignus est, qui intemperantiùs amat? Non vides hanc meam improbitatem ab immensa quadam gloriæ tuæ cupiditate profectam? Nunc studium in te meum ferre æquo animo non potes, qui fastidia persæpe tulisti. Quid autem sibi volunt illa, mi *Guilielme*, quemadmodum isthic vivas, ipse scis, nec ego ignoro. Me miserum quàm metuo, nè tu me hic ociosum ineptire, atque amare credas. Tu verò mi *Guilielmè*, *Erasmum* non ineptum, sed miserrimum finge: & illum quem tu *præfractum* appellare solebas, jam planè fractum, & exanimatum. Cave me tu vel ex veteribus moribus, vel ex tua felicitate metiaris. Quod autem *Gaude* paulò liberiùs tecum pro nostra familiaritate garriebam, eam loquendi petulantiam vel vino, quo tum, ut scis sæpe madere cogebamur, vel valetudinis studio tribuere debebas, quam ut penitùs confirmarem, paululum de pristina vitæ severitate prudens remiseram. Cæterùm is mihi est animus, ut ineptire si liceat nolim: ea rursum rerũ conditio, ut si maximè velim, haud quaquam tamen liceat. Stomachaberis & hîc quoq; fortasse: quid te, inquies, ita male habet? num eges? non tibi summa faciendi, quæ libitum est, libertas? Coram vix meas Tragœdias explicare queam, tantum abest, ut his literulis possim consequi. Ego nè *Ulysseos* quidem labores cum nostris conferendos censuerim. O me hujus libertatis nimium expertum, & ô te parum! Sed quid ego his querelis amantissimi hominis animum exaspero? Quod scribis, isthic te gloriæ meæ invidiam sustinere, quorsum istuc attinet?

Ego his in regionibus famæ tuæ prodeſſe poſſum: tu porrò cur invidioſam etiam noſtri defenſionem ſumis? Quis neſcit, *Guilielmum Eraſmo* vel in cauſa iniquiſſima æquiſſimum fore? Quod ut non facias, nemo tamen non expectabit. Quanquam tuum in me ſtudium, non gratiſſimum eſſe non poteſt. Sed ſi me mea fata non ſinunt, tu ſaltem tuis literis primùm patriam noſtram, deinde teipſum quàm maximè nobilita. Crede hoc mihi *Guilielme*, nihil non poteris, modò animus non deſit. Sed veniam dabis amori noſtro, qui te rurſum hortari incipio. De *Henrico* cave quicquam niſi amiciſſimo viro dignum ſuſpiceris. De te enim omnia amantiſſimè prædicavit. Si quid apud me pro conjunctiſſima familiaritate noſtra queſtus eſt, fecit id & modeſtiſſimè, & ut faceret is, qui te ex animo amaret. Apud me quidem delatus eſt, quòd apud Anglos dum iſthinc abiiſſem, parũ ſynceriter egerit: quod ut de alio quovis (eſt enim inter mortales rara fides, animíq; hominum mutabiles) facilè credi poſſit, ita de hoc nec credere libet, nec ſuſpicari. Tum, ſati' eſſe puto, his in rebus hallucinari, quàm odioſâ diligentiâ ea perquirere, quæ rectiùs latuiſſent. Quod tibi de N. tua veteri taciturnitate fretus indicavi, per fidem te obteſtor, cave vel natu ſignifices. Tibi enim nihil commodaris, illi verò juſtiſſimam in me ſtomachandi materiam præbueris. De *Henrico* ſcripſi *Servatio*: hominis ingenium ſatis mirari nequeo. Verùm quid facias? his moribus nunc vivitur. Quare illud *Chilonis* probemus, neceſſe eſt: *Sic ama, tanquam aliquando ſis oſurus: ſic oderis, tanquam aliquando amaturus.* Ais iſthic multa de me renunciari, auditu neutiquam jucunda. Ego verò *Guilielme*, innocentiam præſtare poſſum, id quod facio: quid homines de me loquantur, non poſſum. Hoc magis vereor, quid tu tandem de me ſentias; quem unum, ita me Deus amet, pluris facio, quàm reliquos omnes. Quid enim ſibi voluit illa tua epiſtola, quâ vitam meam notare videris? Vis igitur ſcire, quemadmodum hîc vivat *Eraſmus*? te enim nihil mearum rerum ignorare par eſt. Vivit: imò haud ſcio an vivat: ſed vivit prorſus miſerrimus, omni lachrymarum genere confectus: quot inſidiis petitus, quoties amicorum præſidio deluſus, quot caſibus ſurſum ac deorſum jactatus? ſed vivit innocentiſſimus. Scio me vix harum rerum tibi fidem facturum. Veterem adhuc *Eraſmum*, & libertatem meam, & ſi quid eſt ſplendoris, cogitas: verùm ſi coràm loqui liceret, nihil mihi facilius fuerit quàm id tibi perſuadere. Quare ſi verum *Eraſmi* ſimulachrum tibi fingere voles, finge non ineptum, non comeſſatorem, non amatorem, ſed afflictiſſimũ, ſed lachrymoſũ, ſed inviſum ſibiipſi, cui jam nec vivere libeat, nec liceat mori. Deniq; miſerrimum, ſed fortunæ iniquitate, non ſuâ culpâ, miſerrimum tamen: quid enim refert? ſed tui amantiſſimum, ſtudioſiſſimum, ardentiſſimum. Ita velint ſuperi has meas ærumnas aut in melius mutari, aut maturâ morte finiri, ut nunquam mihi vel mea dignitas antiquior, vel gloria jucundior, vel vita charior, quàm tua fuit. Si cæteris mortalibus ſim inviſus, nihil miror. Quis enim hominem tam miſerum non jure optimo oderit? Tuum verò etiam amorem, meâ infelicitate mutari, quî timere potui, in cujus unius fide ſemper acquievi, quem ſic complectebar, à quo me non vulgariter, ſed priſco illo more amari credebam; ſi & huic me inviſum intelligo, & ob id inviſum, quòd ſim miſerrimus; quid eſt cur vivere velim? O mi *Guilielme*, vetus meum, & utinam perpetuum, ſolatium: dolor tantùm non cum lachrymis & vocem exprimit. Si quo gravi & nefario ſcelere noſtram amicitiam violâſſem, tu tamen infeliciſſimo amico, pro juſtiſſimâ irâ miſericordiam & lachrymas impendere debebas. Nunc eum cui nulli unquam caſus, nullæ rerum mutationes tui charitatem excutere potuerunt, maledictis potes inceſſere, potes probris inſectari, tanquam deſint, qui manibus pedibúſque in meam perniciem incumbant: qui me ferro igníq; extinctum velint. Quid mihi iſthic tam charum fuit, cujus inter hos caſus non obrepſerit oblivio? Vidiſti ipſe me nonnunquam ναυτιοντα, & riſiſti ſæpe. Scis quod pectus loquar. Quid unquam amavi tenerius? Nunc mirum eſt dictu, quam frigeam. Omnes amores illi vulgares excidere potuerunt; tu unus pectori noſtro inhæſiſti, & ita inhæſiſti, ut charitas conſuetudinis intermiſſione acta ſit, non extincta. Et tu amicum tam pertinaciter tibi deditum, cui felici invidere non poſſes, miſerrimum odiſſe poteris? Novi vulgo quidem hunc eſſe morem, ſed ô me miſerum, ſi te literæ à vulgi moribus vindicare non poſſunt. Quid tu igitur me *Pyladem* tuum, quid *Theſea* appellâſti? Quanquam invertere debueras, & *Oreſtem* potiùs ac *Pirithoum* appellare. Sed ſit lachrymarum finis. Hoc unum te chariſſime *Guilielme* (jucundiſſimum enim dicere non licet) & per veterem noſtram benevolentiam, & per meas fortunas afflictiſſimas obſecro atq; obteſtor, ut ſi me non odiſſe non potes, ſi miſereri non potes, ſaltem parce maledictis crudeliſſimum vulnus exaſperare: & quod victo hoſti dare debueras, da amico nihil commerito. Tu tuam valetudinem tanto cura diligentiùs, quanto mea deſperatior eſt. Patri tuo viro humaniſſimo, benéq; de me merito: præterea *Jacobo* convictori tuo, me quàm diligentiſſimè commendabis. Tuus *Jaſparus* me ſibi habet devinctiſſimum, & pudet me hominem tam amicum tam indiligenter amplexum fuiſſe. *Pariſiis*, poſtridie Id. Decemb. An. M. CCCC. XCVII.

Eraſmus Ioanni Bruxellenſi S.D.

EGo verò quodnam ad te ſcribendi initium capiam, prorſus hæreo: nec quem incuſem, ſcio, quorundam nè hominem, quos tu plus ſatis nôſti, perfidiam, an *Antoniæ* ineptam argutiam, an meam potius credulitatem? Sed tota hac de re mutire ſatius. Hoc unum dicam: me pro meo officio ſummam invidiam undiq; contraxiſſe. Itaq; ex illis ædibus *Eraſmus* exulat: alii regnant, inviti quidem, ut ſuſpicor, *Antoniâ*. Sed hæc coram melius. Interim fac antiquum iſtum animum in nos obtineas: omnes quibus cum iſthic viximus, nominatim meis verbis ſalutabis diligenter; ſeorſum autem D. *Vicario* me etiam atq; etiam commendabis. Bene vale, nóſq; mutuò dilige. *Lutetiæ*. Anno M. CCCC. XCVII.

Eraſmus Nicaſio Sacellano Camæracenſi ſuo S.D.

QUanquã antea mihi literarum nomine charissimus eſſes *Nicaſi* doctiſſime, difficile tamen dictu

dictu fuerit, quantus cumulus meo in te amori ex illo nostro victu accesserit. Antea me tibi deditissimum habebas, nunc multò devinctiorem. Sed suspecta quædam res est, verbis beneficium rependere. Tu si mei in te animi periculum facere velis, aliquid vicissim oneris imponito. Nullam sarcinam tam gravem, tam molestam injeceris, quæ mihi tuâ causâ non levissima, non etiam jucunda videatur. Epistolam tuam reddidi diligenter. *Thomam Cameracensem* tuo nomine salvere jussi. Tu quod es pollicitus fac præstes, ut ad me quàm sæpissimè scribas. *Michaelem Pavium* præceptorem meum, nominatim verò illum hospitem, virum (ita me Deus amet) episcopatu dignũ, cujus nomen excidit, humanitas, comitásque, quâ me isthic tractavit, nec excidit nec excidet unquã, meis verbis salutabis accuratè, & tuo more, hoc est, diligentissimè gratias ages. Bene valere te cum tuis omnibus precor. *Parisiis* postridie Id. Decemb. Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Iacobo Batto S. D.

Epist. 24. SAlve meum præsidium jucundissime *Batte*. Si domina *Veriana* valet, quondam tua, nunc mihi tecum communis patrona, & si omnia illi sunt secunda, ita est, ut & optamus, & confidimus. Literis committere nec possim, si audeà: nec ausim, si possim, quàm scire cupiam, num illa jam isthinc evolârit, num sua chariſſima pignora unà secum abduxerit. O te beatum, ô superis charum, si tu istos scopulos enavigâris: si felicitate tuâ, quæ mihi quidem summa videtur, sine invidia frui possis. Quod ut fore confidam, dominæ virtus facit, cui superos omnes propitios, benéq; volentes esse non dubito. Evenit mihi, mi *Batte*, in ista, quod in te sæpenumero solet, ut tum ardentiùs amare, mirariq; incipiam, quum absum. Bone Deus, qui candor, quæ comitas in amplissima fortuna, quæ animi lenitas in tantis injuriis, quæ hilaritas in tantis curis; tum quæ animi constantia, quæ vitæ innocentia, quod in literatos studium, quæ in omnes affabilitas! Proinde ita prorsus sentio, mi *Batte*, te esse unum mortalium omnium felicissimum, si ista quàm diutissimè potiri dabitur, & dabitur haud dubiè, si (quod facis) illius in te animo, mutuis officiis responderis. Nos *Antuerpiam* incolumes appulimus. *Augustinus* cum suo comitatu jam *Parisios* præcessit: pollicitus est, sese aliquot dies illic me operiri. Quare properandum mihi censeo, ne tam certi comitatus commoditas prætereatur. Nihil est quod te admoneam: & tuam enim rebus in meis diligentiam novi: & tanta est liberalissimæ dominæ in me benignitas, ut rubor mihi planè quidam oboriatur, cum animo reputo, tantâ me ab ea beneficentiâ cumulatum, de quâ nihil unquam sim meritus. Sed meum erit, etiam atq; etiam cogitare, ut non prorsus perisse in nobis illius beneficia declaremus. Revolabo isthuc quã primum, si superi sinent. Precor ut vos omnes incolumes, & rectè valentes offendam, illã in primis, unde nostrum utriusq; spes, salúsq; tota pendet. Non debes tumultuarium mirari characterem: scripsi enim hæc in navi jam soluturus, omnibus undique magno fragore perstrepentibus. Bene vale. Filium herilẽ amabili indole puerũ, unà cũ sorore, fratris sui matrísq; simillima rectè valere precor. Familiares tuos nominatim meo nomine salvere jubebis. Ex *Antuerp.* prid. Id. Feb. An. MCCCCXCVIII.

Erasmus Guilielmo sodali S. D.

SAlve unica mea voluptas. Gratulor tibi quod isthic sis, si tu modò gaudes, gaudere autem debes, nam te gradum ad gloriam nactum confido. Me miserum, quòd literæ non ita ut studueram, redditæ sunt, non tam quòd non acceperim id quod volebam, quàm quòd tuis suavissimis sim literis frustratus. Emoriar, ni crebrò me scriptis subleves. A N. mihi redditæ sunt literæ, in quibus familiarius, ita ut jusseram, animum suum aperit. Studium meum prædicare non audet: multis ait non probari: vereri ait quosdam, ne ære alieno conflato, meos onerem. Multa queritur suo more. Ego hominem metu liberavi; quanquam se quidem id nihil timere scribat, verum ut quibusdam satisfaciat. Me, ut videtur, amat: te non odit; nam de te satis amanter nunciat. Respondi ad hæc tum pro ingenio meo, tum pro autoritate, si qua est. De mea conditione satis abunde scripsi. De antistite miror te laborare, quum jam decies, & amplius scripserim: omnia rectè, sed dat nihil, promittit satis. Ais isthic multum de me sermonem esse. Qualem? Si bonum gaudeo: sin secus, isti viderint. Hic certè nihil nisi laus de me, fortassis merito meo. Quòd me ad virtutem hortaris, facis ut *Guilielmum* decet: At ego vicissim te mi *Guilielme* hortor, ut magno animo & virtutem, & doctrinam capessas: quod si facis, sic mihi persuasi, te unicum *Hollandiæ* decus futurum; & isthic tu faciliùs in Theologum evades, quàm ego hîc. Crede mihi, sic res habet. sed garriamus. Quid agis, inquies? More meo *Ulyssem* ago, & nuper in languorem ex itinere incidi, vix adhuc valeo. Quidam familiarium meorum febriculâ correptus, convalescit tamen. *Augustinus* tuus interpres, jampridem à me separatus est: arte me tractat, ego vicissim illum. Nihil synceri amoris inter nos neque est, neque fuit unquã, tantum est discrimen ingeniorum. Est isthuc brevi venturus. Tu quoq; arte tractabis hominem. Deferes illi apud alios: tractabis quàm poteris magnificentissimè. Dicet fortasse nonnulla in tuam laudem, auscultabis. Nunquam iterum isthic videbitur. Quare tuâ causa honorabis hominem: nec deest titulus. Palam hîc interpretatus est, & quidem gratis, tua carmina. Ages gratias: dabis nihil, præsertim eorum quæ mihi usui esse possunt. Scripseram ad te quæ fieri vellem: si feceris, obsecro ut mittas. Nam res non exigui momenti est: sin nondum, levabo te parte laboris. Meas Elegantias duntaxat mitte. *Laurentii* etiã tertiũ librum, si scriptus est, omnino mitte: sin minus, alium laborem te suscipere malim. Præterea fac me omnium tuorum operũ participem: quamobrem id tantopere cupiã, jam aperiam. Sum apud nobilem quendam hominẽ, atq; humanissimum *Anglum*, unà cum duobus adolescentibus generosis, sed ita sum, ut apud antistitem non quea esse vel magnificentius, vel honestius, etiã si ipse antistes essem. Is tuis scriptis mirificè confidit: quod si curaveris, ut tabellarius semper apportet aliquid novi, rem mihi feceris tum jucundissimã, tum utilissimã, nec tibi ipsi quidẽ inutilẽ. Ante omnia scribes homini familiariter: laudabis quod omnibus rebus contemptis, nihil miretur præter literas, quales pauci quidem sint: verũ qui sunt, felicissimos eos esse. Narrabis quantum

voluptatis ſit in literis. Doctam probitatem eſferes, me commendabis, te benignè offeres. Crede mihi *Guilielme*, etiam nomini profuerit tuo. Unus eſt, qui inter ſuos plurimum valeat: habebis qui tua ſcripta per *Angliam* ſpargat. Iterum atq; iterum te oro, ut ſi quid me amas, hæc res tibi ſit cordi. Succenſeo tibi, quod tam breviter, tam indiligenter ſcripſeris. Me miſerum, eò res rediit, ut magnum tibi videatur, ſi unâ nocte meâ cauſa vigiles. An excidimus inter voluptates? Utinam ego particeps iſtarum vivam. Sed vide, quò nos ambitio rejecerit. *Siſyphi* ſaxum volvimus adhuc. Aliquid molimur, quod ſi parùm proceſſerit, iſthuc advolabo. De victu honeſto nulla eſt mihi ſollicitudo: certatim quæror, undique ambior. Sed ô utinam aut ego tecum, aut tu mecum viveres. Neſcis quam tui deſiderio macerer, tui, inquam, unius. Excidit *K.* excidit *I.* excidit *C.* excidere cæteri, quos non nomino, ne lites audiam. Unus *Guilielmus* hæſit penitùs, infixus medullis. Credo te veneficia callere. Non ego malim cum ipſo Pontifice quàm tecum vivere. Honeſtatis ſtudio duriuſculè hîc vivimus. Valeat nomen theologi, valeat fama, valeat inutilis dignitas. Jam prælibavi quid ſit, eſſe aliquid. Quid potius quàm garrire cum amiculo? Jam tres menſes ſunt, quòd neq; *Fauſtum*, neque *Gaguinum* ſalutaverim. Tu tamen ſcribes ad *Fauſtum* doctiſſimè & breviter: ad *Gaguinum* verboſiùs, pauca familiariter diſputabis, imò diſputandi præbebis materiam. Tabellarium cognatum tuum, quo diligentiùs noſtra perferat, magnificè compellabis. Eſt enim honoris avidior. Quod ad dandum attinet, à me curabitur: tu ſi quid voles aut egebis, mihi ſignificato. Habemus ſemper unum atque alterum coronatum *Guilielmo*. Vide quàm *Galli* ſumus. Sed extra jocum, de antiſtite *Trajectenſi* res apud me refrixit. Intelligo eum hominem famelicum. Quo pacto tibi iſtic vita procedat, quid agat frater, quid *Cornelius*, quid *Servatius*, quid cæteri, fac omnia ſciam. Scribe verboſiſſimè & diligenter. Imò ſemper ſub tabellarii adventum literas parato. *Boſchius* à *Cornelio* literas acceepiſſe ſe ſcribit: tua carmina petit: intelligo de me nihil ſcripſiſſe. *Cornelium* ſubiratum ſuſpicor, ne mihi quidem ſcripſit unquam: miror quid ſit, amo hominem, dum te modò amet: nam de me non laboro. Scribe quid acceperis, nam quindecim tuorum carminum volumina miſi: epiſtolam bene longam, quã partim ante morbum, partim recreatus, ſcripſi. De antiſtite *Cameracenſi* nihil accipio. Bene vale. *Lutetiæ* Anno M. CCCC. XCIX.

Eraſmus Roberto Gaguino.

Epiſt. 26. SIngularis tua humanitas, quâ non minore cum laude vincis omnes quàm eruditione, mihi hanc miniſtrat fiduciam, ut tametſi nihil promeritus, audeam tamen tuum officium tam liberè requirere. Eſt mihi cum *Macrobio* homine (ut ſcis) perquàm feſtivo aliquot dierum colloquium. Eum quæſo, ut è tua doctiſſima bibliotheca ad nos ire jubeas. Nam tu quidem in tanta optimorum autorum copia, *Macrobium* unum non deſiderabis, & nos in hac noſtra inopia vehementer delectabit. Vale, ac nos tibi jampridem devinctiſſimos, devinctiores reddito. *Lutetiæ*. M. CCCC. XCIX.

Eraſmus Petro Ægidio S. D.

Epiſt. SCripturus eram ad te, nam ita decreveram mi *Petre*, verùm intervenere neſcio quæ, quæ propoſitum hoc excuterent. *Laurentius*, & alia quædam collectanea tua, ſunt in tuto, jámque ad te rediſſent, ni mihi conſilium tuum diſplicuiſſet. Nam ſi huc ad paſcha venturus es, ut ſcribis, ſine cauſa libros repetis: ſi non es venturus, tum mittentur, quò videbitur. Nam nihil eſt periculi, ne quid pereat, præſertim me advigilante. Cum *Antuerpiæ* proximè eſſem, pater adito me, volebat dicere, neſcio quid magnum ac ſerium: verùm erat abeundum mihi. Suſpicabar agi de te mihi committendo: quam equidem rem neque ſuaſurus ſum, ne videar mei compendii gratiâ cupere: neque diſſuaſurus, quum percupiam tibi proderſe: & video quantum poſſim; ſi mecum menſes aliquot fueris. Et utinam patri mens ea fuiſſet priuſquam iſthinc abirem. Vale, & undecunq; potes, collige *Rodolphi Agricolæ* opuſcula, tecúmque deporta. *Joannes Gorcumenſis* ſalutem multam juſſit tibi aſcribi. *Lutetiæ* Anno M. D. III.

Eraſmus amico cuidam.

Epiſt. PEr tuam humanitatem *N.* jucundiſſime, obſecro ut mihi ignoſcas, quòd neque multa, neque digna te, tibi ſcripſerim. Crede mihi, voluntas ardentiſſima erat, ſed in luctu jocoſa ſcribere, perdifficile eſt. Nondum me collegi, nondum ad me redii, conor tamen Muſis adjutricibus, aliquid te dignum tibi dedicare. Verùm ne me interim tantillum laboris tuâ cauſa defugiſſe putares, imperavi, ut potui, animo meo, ac *Dionyſiolam* noſtram ſum imitatus: quæ nonnunquam, ut ſcis, cum lachrymis canit ac ſaltat. Ubi in antiquum animum rediero, nihil à me fruſtra petes, quod quidem præſtare queam. Te pro noſtra neceſſitudine hortor, ut toto animo literis incumbas, nihil dubitans, quin bonam partem ſis aſſecuturus. Quas ſi amabis, me odiſſe non poteris. Hortor igitur te, non ſolùm tuâ cauſa, verumetiam meâ. Bene te valere cupio. Omnes tuæ familiæ rectè valere precor. M. CCCC. XCVIII.

Eraſmus cuidam.

Epiſt. QUod priſtinam meam ſcribendi conſuetudinem intermiſſam miraris, nihil eſt quod ſuſpiceris mali: neque enim, quod ſemper fui, tui amantiſſimus eſſe deſii. Bene vale.

Eraſmus cuidam.

Epiſt. VBi noſtrum *N.* iſthuc iturum intellexiſſem, nolui inanem venire, præſertim qui me obnixè rogaret, ut ſeſe apud te commendatum facerem. Obſecro itaque, ut eum pro tua veteri conſuetudine tractes. Non clàm me eſt, nec ille quidẽ ignorat, quantum poſſis, quantúmq; meâ cauſa velis. Effice ne vel illum ſua ſpes, vel me meâ de te opinio fallat. *N.* quidem tibi novum amicum comparaveris, me verò arctiùs devinxeris. Vale.

Cuidam.

Epiſt. CRebriùs ad te ſcripſiſſem *N.* humaniſſime. Soleo enim hujuſmodi officiorũ genere cum amicis

amicis perlibenter uti: verum verebar, ne si aut tuis studiis interpellatione meorum literarum interturbarem, aut non perinde iisdem officiis delectarere, improbus potius quàm benevolus videri possem. Nunc certè continere me diutius nequaquam potui: dicam enim simpliciter; non quòd ocio abundarem, quod unum in totum mihi interdixi, sed nè consuetudinis intermissio, de pristina mea in te benevolentia quicquam minuisse videretur. Ita de te prorsus sentio mi N. ut ni tu me singulari animo complecteris, totâ errem vitâ. Quid rerũ faciam rogas? Amicis operâ do, horum consuetudine gratissimâ memet oblecto. Quos tu tandem amicos mihi jactitas, inquis, homuncio levissime? an quisquam te visum aut auditum velit? Equidem non diffiteor fortunatorum amicos esse plurimos: at nec pauperibus desunt amici, & quidem istis non paulò tum certiores, tum cõmodiores. Cum his me concludo in angulum aliquẽ: & turbam ventosam fugiens, aut cum illis dulcia quædam mussito, aut eos aliquid insusurrantes audio, cum his non secus ac mecum loquor. An quicquam his commodius? Arcana ipsi sua celant nunquam, commissa summa cum fide continent: nihil foras quæ liberiùs inter familiares effundere solemus, renunciant: vocati præstò sunt, invocati non ingerunt sese: jussi loquuntur, injussi tacent: loquuntur quæ voles, quantum voles, quoad voles, nihil assentantur, fingunt nihil, nihil dissimulant, vitia tua tibi liberè indicant, nemini obtrectant: aut jucunda dicunt, aut salutaria: secundis in rebus moderantur, consolantur in afflictis, cum fortuna minimè variantur: in omnia pericula te sequuntur, ad extremos usque rogos perdurant: nihil illis inter ipsos candidius. Committo subinde, nunc hos nunc illos mihi asciscens, omnibus æquus. Cum his amiculis optime N. sepultus delitesco. Quas ego tandem opes, aut quæ sceptra cum hac desidia commutavero? Verùm nè nostra te fallat metaphora, quicquid de amiculis hactenus sum locutus, de libris dictum intelligas, quorum familiaritas me planè beatum effecit hoc solo infortunatum, quod non tecum mihi hæc felicitas contigerit. Te quanquam nihil opus, hortari non desinam, ut toto animo præclara studia complectaris, nè quid plebeium, nè quid mediocre mireris, ad summa semper enitere. Spero futurum aliquando, ut me & fideliter, & amanter consuluisse, non semel fatearis. Concepi de facetiis, proverbiis, sententiisq; negotiũ. Degustamenta quædam ad te dedi, quorum plus tria millia me annũmeraturũ brevi confido, opus (ut auguror) tum gratiosum, tum perutile, hactenus à nemine tentatum. Quod si tibi cordi esse intellexero, erit cur & libentiùs, & ardentiùs eum laborem suscipiam. Interim vale, nósque, quod facis, ama.

Erasmus Christiano Mercatori Lubecensi S.D.

Epist.32. EXpectabas tu quidem fortasse copiosam epistolam per fratrem tuum, sed erras vehementer. Siquidem optimis legatis literas committere solemus aut nullas, aut quam brevissimas. Cessator, nugator. Vah quibus te accepissem modis, nisi dolor animum ademisset? Jam tibi destinâram epistolam, ut dignus es, mille convitiis refertam. Addis sceleri scelus, non modò non scribis, sed insuper *Henricum* unicas vitæ meæ delicias, tuis phaleratis dictis & scriptis à me distrahis. Quid dixi à me? imò à Musis. Invides illi, credo, quod tu jam *Mercurium* & *Junonem* pro *Apolline*, novémq; sororibus, colere cœpisti. Quod nisi solatium meum quàm primũ remittes, væ tibi carnifex. Jam apud me sunt limata spicula, tela instructa: invectiva istuc mittetur, omni aceto acrior. Tum tibi nihil reliquum putato, nisi ut aliquam suspendio trabem eligas. Heus, tibi dico, an non? ut huc *Henricum*, non minus meum quàm tuum, quàm primùm absolvas, seu tuis magis *Mercurialibus* diutiùs remoreris: id nisi facis, bellum tibi jam nunc denuncio. Nihil est quòd feciales, aut patrem patratum expectes, dixi. Cæterùm quanquam omnino dignus es illò mitti, ubi lapis lapidẽ terit: ubi nequam homines polentam pinsitant: ubi vivos homines mortui incursant boves, tamẽ salvum te esse cupio, si resipiscas. Quòd si perstiteris in tuo silentio, scin' quibus ego te vocabulis exornatum reddam? nebulonem appellabo, carnificem, furciferum, ganeonem, scelus, sactilegum, monstrum, somnium, stercus, stercorilinium, pestẽ, perniciem, dedecus, sycophantam, nepotem, custodem carceris, imò carcerem ipsum; gymnasium flagri, delicias virgarum, & si quid his contumeliosius excogitare potero; his, inquam, appellationibus te denobilitabo. Cogeris rescribere, vel iratus. Hac pagella lusum est satis, alteram seriis dabimus. Sed quæ seria tecum, hoc est cum homine tam ridiculo poterunt agi? Nulla, opinor. Typographi tua opera vehementer expectant. Nam es tu quidem perdoctus. nec rideo tamen. Epistolæ tuæ jam excuduntur: *Augustinus* interpretationem parat: *Faustus* eandem ambit provinciam, & *Augustino* palàm invidet. Auditum est, te istic jampridem excudere, verùm liberos credo non libros, quos quàm optimos tibi generes oportet, ut tui quam simillimos fingas. Nihil enim te nequius. Quid tibi hoc dictum placet? satis ne salsum est, satin' habet aceti? At mel hoc dices, faxo, si cætera deprompsero. Verùm ea servo justo bello: tu me time & cave. Jam seriarum rerum satis, rursum ad jocos redeamus, Ut te mi *Christiane* quàm plurimùm amem, fraterni mores me cogũt, non modò tui: quibus ego nihil adhuc in vita vidi vel integrius, vel candidius. Tuam præsentiam frustra optavimus. Sæpe aliquid molimur, quo te donemus: sed nostra fata ex *Henrico* cognosces, cui in cæteris fideli, cave in meis laudibus credas. Mẽtietur de me suo more permulta, amoris magnitudine potius quã judicio. *Rodolpho Langio* scripsi. Tu & me, & meam epistolam tuâ commendatione adjuvabis. Sed longior exit epistola, quàm volebã. Faciendum habeo tabellarium, ei cætera narranda relinquo. Tu nos ama, valéq;. *Parisiis* Idus Februarias, Anno M. CCCC. XCVIII.

Erasmus Augustino S.D.

ITane ut medico tuo (nescio cui) gratificeris, me unico tædii mei solatio spolias? Nam munere quidem, non audeo dicere. Ego quidem ita hujus autoris ardeo amore, ut quum intelligere nequeam, aspectu tamen ipso recreer ac pascar. Cæterùm vehementer iniquum ratus tibi ulla in re, vel parum æqua adversari, præsertim in rebus afflictis, *Homeri* partem ad te mitto, & ut medici istius improbitati satis fiat, & ne ego omni solatio destituar. Nam ita quidem cum *Jacobo* *Epist.33.*

vimus, ut soli vivamus. Itaque miser expecto, donec in pristinam consuetudinem redeamus. Id quidem propediem futurum video, quandoquidem audio adolescentulum vehementer recreatum. Interim te oro, ut vel literis mutuis, mutuam quandam consuetudinem imaginemur. Non possum te exorare, ut epistolarum opus mihi mittas, quum tantopere meâ interfit, & tuâ nonnihil. Quod ad *Jacobum* pertinet, ego me tibi quovis periculo obligabo, me illi nè literam quidem communem facturum. Ita assuefeci hominem, ut quid agam, nè respiciat quidem. Salve, vale charissime *Augustine*, nostram communem fortunam sustine animo quo soles. Salutat te tuus *Jacobus*, & hoc nomine meus quoque, quia tuus. Epistolarum opus expecto, si non totum, at certè codicem unum, aut alterum, ut auspicari saltem liceat, & hoc opus interim videtur à me absolvi posse: nam reliqua sine summa librorum copia quî perfici possint, non video. Cura ut valeas optime *Augustine*. M. CCCC. XCIX.

Erasmus Roterodamus Augustino suo S.D.

Epist. 34. DE meo in te animo, ex literis, quas isthic reliqui, potes cognoscere. A bimestri pene peregrinatione, vix demum apud *Battum* nostrum consedimus. Crebri huc rumores adferuntur, pestem isthic populari omnia. Quod si tu è re tua ducis esse, ut huc commigres: quod scripsi, id ipsa re comperies. Cave suspiceris meam isthinc migrationem ulla cum malevolentia, dolóve fuisse conjunctam. Emoriar, si antehac unquam perindè nolens reliqui *Lutetiam*: sed crebra me funera territabant. Quod si propter veteres offensas, non nulla animum tuum habet suspicio, nostri periculum facito: intelliges faxo, sic te à nobis amari, ut antehac friguisse videamur. Toto itinere nihil usquam de tuo reditu potuimus cognoscere, id quod partim dolebam, partim etiam mirabar. Tandem *Antonius* quidam narrabat audisse se quendam, qui te *Lubeci* à se visum conventúmque affirmaret vel hoc argumento, quod *Laurentianas* elegantias à me quondam concinnatas in compendium, tibi tradidisset. Nec ad hunc usque diem, vel certus, vel incertus huc rumor allatus est, te *Lutetiam* revertisse. Eóq; scripsimus tum breviùs, tum neglectiùs, nè majoris operæ aleam tentaremus. Tu si jam reversus es, saltem de toto tuo itinere, reliquisque fortunis, epistolam quàm longissimam texito. *Rudolpho* tuo multis de causis quàm commendatissimus esse cupio; *Nicolaum* reliquósque discipulos tuos, optimè de me meritos, meis verbis salvere jubebis. Tu cura ut valeas. Huc si advolas, quanquam hoc vix audeo sperare, nihil polliceor verbis, re faciam, quæcunq; digna sunt gratissimo homine, atq; amantissimo. Apud sanctum *Bertinum*. Anno M. CCCC. XCVIII.

Henricus Christiano fratri S.D.
Erasmus autor est epistolæ.

Epist. 35. QUid hîc agatur, scire cupis suavissime *Christiane*? Somniamus. Quid nam, inquis? Id quod amamus, literas, quibus nobis nihil est in vita dulcius, ac secundum eas *Christianum* dilectam animæ nostræ partem. An tu te à nobis abesse credis? nihil minus. Nulla dies sine te, nox mihi nulla fluit. Soli sumus, *Christianum* cogitamus, cum amicis de te garrimus, & quidem perlibenter. Dormimus, te somniamus, nullum hîc prandium, nulla cœna sine te agitur. Convivaris nobiscum, studes nobiscum, dormis nobiscum. Quid quæris? Ea *Christiane* frater, hâc vitâ non paulò mihi jucundior: quantum camporum, quantum montium, quantum urbium, quantum fluminum, me tóque dirimit? At corpora distrahi possunt, animi divelli nullo pacto possunt: ita ut somnus qui cõjunctos interdum consuevit disjungere, nos disjunctos copulet: sive hoc re ipsa fieri credendum est, ut corporibus somno inerti occupatis, animi interim furtim tanquam è vinculis evolare gaudeant, immensóq; spacio perniciter exacto suos amores invisant: sive mens humana, quoniã ignea est, miræque agilitatis, simul atq; omnia corporis organa somnolenti illi vapores occupaverint, illa interim ocii impatiẽs, crassis illis nebulis oblectatur, & vel ipsa sibi fixas illic imagines renovat, vel ex diversis vaporum discursibus, diversas sibi rerum facies depingit: sive ut poetæ narrant, Rex quidam placidissimus, ac Deus humani generis amantissimus, quem *somnum* vocant, ubi artus, sensúsq; mortalium diutinis operis fatigatos asperfit suceo letheo, suíq; oblitos, dulci quiete reficit: *Morpheum* quendam fingendarum formarum mirificũ artificem in terras emittit, qui leni volatu, nunc in hujus, nunc illius cubiculum illapsus, notas unicuique imagines repræsentat: sive ex ulmo illa ingenti hujusmodi visa, geminis portis ad nos evolant. Quòd si non omnia mentiuntur poetæ, cornea porta venisse non dubitem, quod nuper mihi accidit somnium, longè omnium jucundissimum, quod me quidem ordine narrare non pigebit, modò tibi audire non sit molestum. Calendis Augusti, qui quidem mihi dies omnium multò candidissimus effulsit, cum hilarè, suaviter, prorsúsq; lautè cœnavissemus. Quinam & quot rogabis? Tres animæ, quibus nihil unquam terra tulit sanctius, candidiúsq;, *Erasmus* nunc planè noster, *Augustinus* communis quidem omnium amicus, tum tibi peculiariter deditus, ego tertius, tu non omnino aberas. Bellissimi prorsus homunculi, cum temp° aptũ locus lectus, apparatus non neglectus. Quoties ibi salutatus *Christianus*? quoties nominatus? quoties desideratus? Num quem dextræ auris tinnitum sensisti *Christiane*? Post mensas secundas prodeambulatũ est, & quidem illic ubi se semel atque iterum tecum spaciatum, narrabat *Erasmus*, cum mellitis sermonibus ebrii inter vineta reptantes oberraretis, tum quum te facundis illis suis hortatibus à sordidissimis curis avocaret, totúmq; in literarum amorem raperet. Agnoscisne locum *Christiane*? Ibi nos *Erasmus* literatis fabulis multo quidem lautius pavit, quàm cœnâ. Adeò multa repetebat antiqua, tanto orationis lepore, ut me quidem cœlesti quadam voluptate afflaverit. Domum reversi, in multam noctem de te sermonem traximus. Tum est vix demum dormitum, me quidem partim ex cœna & potatiuncula largiore, partim ex deambulandi labore (nam pigritiam meam scis nôsti) somnus altior oppressit. Ibi verò, quod ait *Claudianus*, Omnia quæ sensu volvuntur diurno, Pectore sopito reddidit amica quies. Jam iisdem in vinetis deambulabam, omne spacium remetiens, sed solus, omnia veris similissima.

Subibat

Subibat animum de te multa cogitatio: desiderabam veterē illam consuetudinē nostram. Veniebat in mentē tuus ille animꝰ plus quàm fraternꝰ. Jam sollicitus eram quid ageres, quid valeres, satin' salvæ res: quod complusculis mensibus nihil à te nunciaretur. Et ecce de improviso fis obvius, tanquam ociosè deambulans, vultu quidem nitido, & cute bene curatâ. Jam hoc primum faustæ tuæ valetudinis omen accipio mi *Christiane*. Ita te totum *Morpheus* ille effinxerat, ut nè tu quidem ipse tui tam sis similis, quàm imago illa. Ac me quidem conspecto, familiariùs tuo quodam more visus es subridere: Alterum id mihi est omen, te rectè valere. Deinde gestientes accurrimus utrique, consalutamus. Ibi ego fusis præ gaudio lacrymis: Téne, inquam, teneo mea voluptas, mi frater animo maximè desiderate meo? Quid fit? quis te nobis vel deus, vel casus obtulit? vigilánsne te video, an imagine fallaci deludor? Tum tu: Ego quidem, ô animæ dimidium meæ, cætera perbellè valui: sed quod jucundissimo tuo convictu carerem, plus quàm dimidiatus mihi vivere videbar, meliore animæ meæ portione distractâ. At ego, neutiquam tibi concedam, inquam, ut tu mei, quàm ego tui desiderium tulerim, impatientiùs tuleris. Sed agè doce, quid nam repentè accidit, quod tam immensum iter remensus *Parisios* repetere volueris. Nam ut plurimum à nobis desiderabaris, ita nihil minus, quam tuum conspectum sperabamus. Audies, inquiebas, neque enim me pudebit, ut res habet fateri. Ubi ad illa *Mercurialia* mea negotia rediissem, mirum est dictu, quàm mihi cœperim displicere, tibi invidere, mihi irasci, quod sanctissimo Musarum contubernio relicto, ad profanas illas curas revertissem. Mérle sic desipuisse, ut ullum lucrum tanti habuerim, cui sanctissima studia posthaberem? Tum quidem mellita illa *Erasmi* oratio animo obversabatur, quâ me his ipsis in vineis tanquam in alium hominem transformabat, multa in hujus quæstûs sordes & incommoda differens, quum bonas literas ita cum omni genere rerum conferebat, ut cum nullis omnino conferendas ostenderet: solas illas esse proprias hominis opes, neque dari à fortuna, neque eripi posse, usu augeri, non minui, meliores fieri, non deteri, non senescere cum forma & viribus corporis: non contingere ignavis, ut honores; non avocare hominem à virtute, sed instruere; eas solas tranquillare animum nostrum, semper parata esse præsidia: demum sine his nè homines quidem nos esse. Sed quid ego perstringo quæ ille vix duabꝰ horis peroravit? His ego inflammatus, ita nè fiet inquam? *Henricus* literarum tanto melioribus mercibus ditatur, & ego profanis immersus negotiis, bene cœpta turpiter relinquam? Quid multa? victus invidiâ, abrupi me, & omnibus relictis huc advolavi, nè diutius essem à vestro contubernio alienus. Nunc tuæ facilitatis erit, trasfugam in vestra castra recipere, post hac certum militem futurum. Tum ego nimio miratus opere, per Deum immortalem, inquam, quid narras? Itáne invidia tua te nobis restituit, imò te tibi? O faustam felicémque invidiam! Verùm si nunc te quàm sis fortunatus doceam, credo tibiipsi incipies invidere. Hic tu, quin tu igitur festinas istud exponere? Quid obticuisti? At ego vix tandem, inquam, ô mi *Christiane*, *Cura leves loquuntur, ingentes stupent*. Quicquid est in cœlo syderum, quicquid deorum, omnia tuum *Henricum* benigno vultu respiciunt. Prorsus deorum vitam adepti sumus, si modò bono hoc perpetuò liceat frui. Ibi tu magis accensus audiendi cupiditate, gratulor ita me Musæ ament frater. Verùm, ut verè tibi possim gratulari, quæso rem paucis expedias. Atque ego, summum, inquam, bonum, si quod est in hac vita summum bonum, superûm numine mihi contigit, quod nè optare quidem unquam sum ausus. Jam divinas opinor quid ego sim assecutus. Quid enim vel magis ex voto, vel ex usu potuit obtingere, quàm præceptor tum eruditus, tum amicus? Habeo omnium tum eruditissimum, tum amicissimum: *Erasmum*, inquam, illum diu miserè petitum: deinde habeo, possideóque solus, potior proprio, fruor assiduè, totus toto, noctes dieíque. Quid quæris? *Heliconem* ipsum intra cubiculi mei parietes teneo. Quid est in Musarum choro vivere, si hoc non est? Omnia apud nos tum seria, tum ludicra, otia, negotia literis condiuntur. Inter prandendum de literis garritur, cœnæ literariis condimentis lautæ sunt. Inter deambulandum de literis nugamur, nè leviores quidem lusus nostri à literis sunt alieni: de literis confabulantes somnus opprimit: dormientium literata sunt somnia, experrecti à literis diem auspicamur. Ludere mihi videor, non studere, & tamen nunc demum studere me sentio. Verùm nè solitudinem nostram contemnas, multi quotidie nobiscum prandent ac cœnitant, quanquam ipsi satis multi sumus, qui Gratiarum numerum repræsentemus: verùm ita libet quotidie adhibere compotores varios. Quos, inquies? Nè tu istos cogites, qui calices exiccant: veteres illos amicos nostros nôsti commodissimos, qui sumptum non adferunt, voluptatem adducunt, de probatis autoribus loquor. Convivium inituri, quem inquimus, potissimùm ad convivium invocabimus? Quid si adhibeatur *Macrobius*? adhibeatur, sed bellaria sua, non somnium adferat. Aut certè vocetur *Aulus Gellius*, *Macrobio* lautior hospes, qui multam etiam in noctem nos suis candidissimis illis Noctibus detineat. Quid si *Apuleium* citemus philosophum quidem illum, sed fronte neutiquam tetricâ? Si poetas malumus, veniat *Catullus*, aut *Martialis*: aut si recentiores juvat audire, vocetur *Campanus*, homo lepori joeíque natus. Accumbat *Politianus* politissimi vir ingenii. Tetricos illos in compotationem non adhibemus, sed in colloquium. An quicquam tu credis vel conviviis nostris esse lautius, vel convivis commodius? Nam alios quidem convivas, non sumptu solùm nostro, verum etiam sollicitudine necesse est accipere. Hi cœnam ex tristi hilarem, ex tenui opiperam, ex parum conditâ conditissimam efficiunt. Et tantum abest, ut nostro damno veniant, ut sumptibus aliquid etiam detrahant, lautitiis addant. Adde commoditatem, atque urbanitatem. Vocati non gravantur, jussi venire præstò sunt, invocati sese non ingerunt, neminem mordent, nemini obtrectant, injussi tacent, jussi loquuntur, ut volumus, quæ volumus, quoad volumus, quantum volumus. Nihil eorum quæ liberius inter vina solent effutiri, sub dium rapiunt: suos animos candidè communicant, nostra arcana summa cum fide continent. Quum loquuntur, nihil barbarum, nihil insulsum, nihil ineruditum efferunt. Aliquid narrant,

rant, aut quod antiquitate delectet, aut quod novitate placeat, aut elegantiâ sit politum, aut utilitate commendetur. Hæc tanta bona, quum mihi, nè speranti quidem contigerint: quid? num tibi videor satis fortunatus? hic tu: Videris inquiebas, omninò, vel ipsâ fortunâ fortunatior *Henrice*. Verùm quis tam propitius Deus frater, te tanto beavit hospite? Longa est, inquam, ô *Christiane*, injuria, longæ ambages. Vereor autem ut hic solidus ad narrandum dies suppetat, sed tamen accingar rem in pauca conferre. Nôstine senium quoddam nomine *N*. Tu verò vocabuli inusitatâ barbarie offensus, quum exclamâsses, cujus dæmonis id nomen esset: Desine, inquam, vox hæc tibi parum barbara videatur, si hominis barbariem, omni barbarie barbarioris, vel ex parte cognosceres. Hic quum universam ætatem suam omni scelerum genere strenuè exercuisset, ita ut jam nullum neque latronem, neque impostorem metueret, quibus artibus ad id magistratus ascenderat, ut *Parisiis* Regis sui nomine, proditoris partibus fungeretur, quod huic numero nemo sit admodum idoneus, qui non idem proditor sit maximus, quanquam nullius facinoris ille rudis esset, hanc tamen laudem sibi propriè vindicabat, ut hujus appellationis antonomasiam quandam sibi deberi putaret. Tum tu subhæsitans, atqui, inquiebas, portentum istud, nescio an viderim. Fortunatus, inquam, tu *Christiane*, si non visurus es. Nam ego quamvis furiam, quàm hoc ostentum malim aspicere: ut autem pauciſsimis tibi hominis effigiem repræsentem. Quicquid unquam tetrum, horridum, monstrosum, distortum, fœdum, in omniũ hominum corporibus vidisse meministi, in unum simulacrum compinge, & habes ipsius senis ipsissimam imaginem. Neque enim aliquid habet monstri, sed totus ex meris monstris constat: ficut in *Pandoram* illam poeticam omnium deorum omnia munera collata fuisse ferunt, ita in hunc omnium monstrorum monstra conflata compareant. Quem si aspiceres, neque hominem, neque pecudem, sed ipsam *Erinnym* esse diceres. Et nè te longius traham, is est semiscotus *Erasmi* nostri carnifex. Huic quum in mentem venisset vexare literas, longum narratu fuerit, quibus artibus homo fucatissimus simplicem & candidum pellexerit. Tum tu me veniam præfatus, interpellans. At qui nam, inquiebas, stipiti isti veniebat in mentem, ut de literis cogitaret? Quid enim homini, qui non modò consensuisset, verum etiam in omni vitiorum cœno consensuisset: præterea plumbeis præcordiis, mente jam furiatâ, cum literis? Id prorsus inquam, quod asino cum lyra, graculo cum fidibus, bovi cum palæstra, camelo cum histrionica, aut paulo etiam minus. Nam proclivius ego puto, vel è sue philosophum facere, quàm ex illo literatum hominem, qui nè figuram quidem hominis habet, mentem verò furiarum. Sed stultum est rogare, quid homini furioso in mentem venerit. Si quid sensit, nihil aliud illi in mentem venisse puto, nisi ut literas divexarit, & literatis hominibus, quorum ocio monstrum invidentissimum invidebat, negotium facesseret. O miseras, inquiebas, literas nostras, ubi à talibus prodigiis vel nominari cœperint. Hoc tum, inquam, demum sentires *Christiane*, si asinum illum ad lyram conspexisses. Sedebat homo canus, rugosus, salivâ in hirtam barbam defluente, per supercilia sylvosa doctorem oculis illis belluinis aspiciens, capite tremulo, labris liventibus, dentibus rubiginosis, ex spurcissimis illis faucibus tartareum virus efflabat. Et quo magis miteris, in animo sibi esse dicebat, sacris initiari. Nonne tibi fabula videtur agi, quâ vulgo cacodæmonem inducunt qui in morbo monachum se fieri velle fingit? *Erasmo* quidem nostro canis suis, ac lachrymis quas meretricum more in promptu habet, fidem fecit, & quidem facilè, nimirum homini simplicissimo, & qui ne esse quidem hujusmodi in orbe portenta potuerit suspicari. Docuit hominem aliquot menses, ignarus se colubrum sinu fovere. At non possunt perpetuò latere venena. Eruperunt tandem illæ furiæ, quas ille pectore claudebat. *Erasmus* tum demum intelligens se tantum officiorum ingratissimo nebuloni collocâsse, repente hominem cum sua mente reliquit. Ego qui multum diúque illius consuetudinem ambieram, visus potissimum dignus, ad quem sese reciperet. Miser ille tantum suæ pecuniæ confidit, ut nihil minus metuat, quàm nè *Erasmum* revocare nequeat. Reliqua familia quanta est, senis morosissimi caput diris devovet, lachrymis reposcunt *Erasmum*. Sollicitat *Robertus* vir pecuniosissimus promissis. *Thomas* adolescens generosissimus blanditiis oppugnat. Pater materque familias revocant, ancillulæ domesticæ pueríque, pro se quisque ut remigret orant: adeo tum maximos tum minimos mirabili quadam morum suavitate sibi devinxerat. Jam silicernium facti pœnitet, sed pudet hominem fortem & constantem repentè à sua rabie resipiscere. Furit, & vivit: non suæ modò familiæ, non solùm universo mortalium generi, sed sibi quoque ipsi invisus. *Erasmus*, his rebus omnibus non magis permovetur, *quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes*, nostræ familiæ sese ascripsit. Hic tu hominis prodigiosam ingratitudinem admiratus, ô miserum, inquiebas, *Erasmum*, qui in illam furiam inciderit, & ô pestilentem illum senem, in extremas *India* solitudines deportandum! At imò, inquam *Christiane*, ego hominis furori maximam habeo gratiam, qui nisi *Erasmum* extrusisset, ego beatus non essem. Et ille se hoc modo consolari solet, quod propitio etiam Deo in illud dæmonium se dicat incidisse, ut esset à quo patientiam disceret, quemadmodum *Xantippe* olim *Socratem* exercuisse dicitur. Ita nostrum utrique feliciter evenit hæc comœdia. Quare te deceat *Christiane* fratri tuo plaudere. Tum tu, ego verò, inquiebas, tantam animo gratulationem concipio, quantam exprimere omnino nequeam. Quòd si par esset affectui dicendi facultas, gratularer tibi, ô frater, oratione tam magnificâ, tam copiosâ, ut *Cicero* ipse nunquam sit usus, neque copiosiore, neque magnificentiore. Sed balbutiem meam nôsti. Quin hinc rectà domum tendimus, *Erasmum* ut salutemus? Rectè mones, inquam, equidem nihil prius faciundum censeo. Hic dum ego tibi lævum latus claudere conor, túque vicissim mihi sinistrum prehensitas, in hoc mutuo urbanitatis certamine somno soluti, *Christianum* meum perdidi. *Erasmus*, qui mecum communi in lecto cubabat, ubi me commotiorem sensit, quid habeam, rogat. Narro rem ordine. Ille accito puero literis rem ordine mandat, ut planè intelligeres, nè somnia quidem nostra

tibi

tibi celanda esse. Bene vale. *Parisiis* Anno M.CCCC.XCVIII.

Erasmus Iacobo Batto S.D.

Epist. 36. ITane tu revixisti, ut me contumeliosâ epistolâ occideres? Jam nunciatus eras, lecto affixus esse, jam *Empirici* secturi ferrum expectare. Nos luctuosi ac tristes epitaphium meditabamur. Et tu si diis placet, subitò exortus, ad invectivam me provocas. Quanquam longè malim mi *Batte*, vel acerrimis invectivis bellum tecum gerere, quàm epitaphii scribendi officio, pium etiam amicum agere. Agedum accingamur igitur quando tu prior ad arma provocas. O perditam audaciam! Audes virum tam magnificè nummatum, tressis homuncio contumeliis lacessere? Quòd si opes meas contempsisti, num vel calamum *Erasmi* metuebas? Scis quibus machinis soleant bellare poetæ, quas si iratus in te torsero, actum de te fuerit; frustra te fossæ istæ, isti aggeres, ista mœnia quantumvis munita cinxerint. Sed hactenus præluserint velites. Tu nisi pacem ultrò petes, justâ tecum acie decernam. Verùm extra jocum, gaudeo oppidò quam ex animo mi *Batte*, tibi ridendi ocium non deesse. Nam mendax illa *Adriani* epistola me miserè exanimârat, ita ut mecum deliberarem, num isthuc recurrendum esset. Quod de sarcina elapsa scripsi, utinam ejusmodi sit, ut joco scriptum fuerit. Quorsum tendam, te sentire scribis. Id egò tibi verbo expediam. Pergam, non quò cursum institueram, sed quò me tempestas agit transversum, nisi tu novas suppetias miseris. Hæc neutiquam joco dicta mi *Batte*, te ipsâ propediem experieris. Quanquam nos quidem probos naucleros imitabimur, & arte cum tempestate pugnabimus. Et vel iratis ventis, si recto cursu depellemur, velis tamen utemur: & si eum portum quem maximè petimus, contingere non licebit, certè in quodvis littus ejiciemur. Hactenus migrando & remigrando sumus tumultuati, ac vixdum etiam concedimus. Omnia mea contraho perdiligenter, tu fac asellum nostrum quam primùm huc clitellatum extrudas, eum tibi chartaceâ sacrinâ oneratum remittam. Tu præter vestes meas, de quibus scripsi, epistolas quoque tum meas, tum *Guilhelmi* mittito. *Campanus* hìc venalis esse desiit, & nimio dum esset emebatur. Tamen & hunc & *Sulpitium* mittam. Sed asinum nostrum expecto, neque enim ignoto jumento tantas merces commisero. *Natalis* theologus diligenter me tuis verbis salutavit, ex quo dominam *Veriensem* iter *Romam* unà cum sorore instituisse, cognovi, me sibi comitem velle ostendit. Quod ex arce brevi fis evolaturus *Lovanium*, gratularer tibi, nisi te tam insolentem nova libertas redderet. Tam ferox es factus, cui diutinâ servitute afflicto, vix tenuis quædam libertatis spes affulserit. Quid tandem futurum est, ubi *Lovanii* cum tua pompa regnabis? Fac me diligenter toto de animo tuo certiorem: & quid in te nostris de rebus fatalis spei resederit. Nam sub discessum meum nihil dextrè mihi visus es consuluisse. Quibus jubes scribam per *Natalem*. Comes quâ est comitate, te resalutat plurimùm. Medici puer nunquam concedam, ut me tam vestigârit, quàm fuerit à nobis vestigatus. Jam nè nominibus aulicis bonam epistolæ partem occupem, quos par est, & (ita ut quenque par est) torquatos istos meo nomine salutabis. *Adolphum* alumnum tuum feliciter agere precor. Vale *Parisiis* M.CCCC.XCVIII.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER QUINTUS.

D. Erasmus Roterodamus Ioanni Sixtino S.D.

Epist. 1. QUàm vellem nuper, ut expectâram, ita nostro illi convivio interfuisses: vero, inquam, convivio, non symposio. Mihi quidem omnino nullum unquam fuit suavius; lautius, mellitius. Deerat nihil. Belli, ut inquit ille, homunculi, tempus lectum, locus lectus, apparatus non neglectus. Iis lautitiis, ut vel *Epicurum* ipsum; his sermonibus conditum erat, ut vel *Pythagoram* delectare potuerit. Homunculi non belli solùm, verumetiam bellissimi, & ejusmodi qui Academiam possent facere, non modò convivium. Quinam, inquies? Accipe, quo magis te doleas abfuisse. Primum *Richardus* prior, ille Charitum antistes: tum theologus is, qui eodem die *Latinam* habuerat concionem, vir tum modestus, tum eruditus: deinde *Philippus* ille tuus homo lepidissimæ festivitatis. Præsidebat *Coletus* veteris illius theologiæ vindex atque assertor. Accumbebat dextro prior, homo (ita me Deus amet) non minus mirabili mixturâ, ex omnium literarum generibus omnibus, quàm ex summa humanitate, summóque item integritate conflatus. Ad lævam recentior ille theologus, cui nos quidem lævum latus clausimus, nè poeta convivio deesset. Ex adverso *Philippus*, nè non adesset jurisperitus. Accumbit deinceps mixtum & sine nomine vulgus. His ordinibus ita digestis, statim bellum oritur inter pocula, non tamen ex poculis, neque poculentum. Cum variis de rebus parum conveniebat, tum de hac, pugna erat acerrima. Dicebat *Coletus*, *Cayum eâ primùm culpâ Deum offendisse, quòd tanquam conditoris benignitate dis-*

sisset,

fisus, fuæque nimium confisus industriæ, terram primus prosciderit, quum Abel sponte nascentibus contentus, oves paverit. Contra, nos pro se quisq; niti, Theologus ille syllogismis, ego rhetoriis. Ne *Hercules* quidem contra duos, aiunt *Graeci*. At ille unus vincebat omnes, visus est sacro quodam furore debacchari, ac nescio quid homine sublimius augustiúsq; præferre. Aliud sonabat vox, aliud tuebantur oculi, alius vultus, alius aspectus, majórq; videri, afflatus est numine quando. Tandem cum & longiùs processisset disputatio, & esset quã ut convivio conveniret, gravior atque severior: Tum ego meis, hoc est, poetæ partibus functurus, ut & eam contentionem discuterem, & festiviore fabellâ prandium exhilararem. Res, inquam, per- "antiqua est, & ex vetustissimis autoribus repe- "tenda, de qua quid ipse in literis repererim ex- "ponam, si prius detis fidem vos, id quod sum "narraturus, pro fabula non habituros. Ubi "promisissent: Incidimus, inquam, olim in "vetustissimum codicem, cujus & titulum & "autorem ætas aboleverat, tineæque bonis li- "teris semper infestæ, deroserant. In eo uni- "ca tantum pagina, nec erat carie viciata, nec "à tineis aut soricibus arrosa, Musis credo quæ "sua sunt tutantibus. In ea hac ipsa de re, de qua "decernitis legere memini, aut veram, aut si ve- "ra non est, certè veri simillimam narrationem. "Quam si vultis recensebo. Jubentibus illis: "Erat, inquam, *Caym* ille, homo quemadmodum "industrius, homo famelicus & avidus. Is à paren- "tibus persæpe audierat, in viridario illo, unde "fuissent depulsi, segetes sua sponte provenire "lætissimas, spicis amplissimis, granis prægrandi- "bus, culmis adeò proceris, ut alnum nostratem "æquarent. Eis nec lolium, nec spinam ullam "aut carduum internasci. Hæc quum ille probè "meminisset, viderétque eam tellurem, quam "tum vexabat aratro, vix malignam minutám- "que frugem producere, dolũ addidit industriæ. "Angelum illum paradisi custodem adiit, eúm- "que veteratoriis technis adortus, magnis pro- "missis corrupit, ut sibi ex felicioribus illis sege- "tibus, vel paucula grana clam largiretur. Dice- "bat, Deum jam olim hujus rei securum ac neg- "ligentem esse; tum si maximè resciisset, facilè "impune futurum, cum res esset nullius momen- "ti, modò de pomis illis nihil attingeretur, de "quibus solis fuerat interminatus Deus. Eja, in- "quit, ne janitor sis nimium diligens. Quid si "ingrata etiam est illi nimia tua sedulitas? quid "si falli etiam cupit? magisque illum hominum "callida industria, quàm iners ocium delectabit? "An verò tu tibi isto munere magnopere pla- "ces? Ex angelo carnificem te fecit, ut miseros "nos & perditos crudelis arceres à patria, te fo- "ribus cum romphæa alligavit, cui muneri nos "canes nuper cœpimus addicere. Nos quidem su- "mus miserrimi, at tu mihi videre conditione "non paulo afflictiore. Nos quidem paradiso ca- "remus, quia pomum nimium dulce gustavimus; "Tu ut inde nos arceas, pariter & cœlo cares & "paradiso: hoc miserior, quod nobis quidem huc, "atque illuc, quo fert animi libido, vagari libe- "rum est. Habet & hæc nostra regio, si nescis, "quibus exilium nostrum consolemur, nemora "comis virentibus, mille arborum genera, & qui- "bus vixdum invenimus vocabula, fonticulos "passim ex clivis, ex rupibus scaturientes: flumi- "na limpidissimis aquis, ripas herbidas lamben- "tia, montes aerios, valles opacas, ditissima ma- "ria. Nec dubito, quin in intimis illis suis visce- "ribus claudat tellus aliquid bonarum mercium: "quas ut eruam, scrutabor omnes ejus venas: aut "si mihi defuerit ætas, nepotes certè mei faci- "ent. Sunt & hîc aurea mala, sunt fici pinguissimi, "sunt frugum omnijuga genera. Multa adeò pas- "sim sponte nascuntur, ut paradisum istam non "magnopere desideremus, si liceat hîc æternum "vivere. Infestamur morbis, & huic rei inveniet "remedium humana industria. Video herbas mi- "rum quiddam spirantes. Quid si & hîc inveniа- "tur aliqua, quæ vitam faciat immortalem? Nam "scientia ista non video quid ad rem pertineat. "Quid mihi cum his quæ nihil ad me attinent? "Quanquam in hac parte non cessabo, quando "nihil est, quod non expugnet pertinax industria. "Ita nos pro uno hortulo mundum latissimum ac- "cepimus, tu utrinque exclusus, neque paradiso "frueris, neque cœlo, ne terra quidem, perpetuò "his affixus foribus, romphæam semper versans, "quid nisi ut cum vento pugnes? Eja age si sa- "pis, tibi simul & nobis consule. Da quod sine tuo "detrimento largiri potes, & accipe nostra vicis- "sim, quæ tibi facimus communia. Miser fave "miseris, exclusus exclusis, damnatis damnatior. "Persuasit pessimam causam, vir pessimus, orator "optimus. Paucula grana furtim accepta diligen- "ter obruit, enata sunt non sine fœnore, id fœnus "rursum terræ gremio commissum, iterum atque "iterum, aliud atque aliud. Nec sæpius ætas re- "currit, cum ille jam ingentem spacioſúmque "agrorum tractum hac semente occupârat. Quæ "res ubi evidentior esse cœpisset, quàm ut sæpe- "ros latere posset, vehementer iratus Deus: Quan- "tum intelligo, inquit, juvat hunc furem labor & "sudor. Eum ego illi magnificè cumulabo. Si- "múlq; cum dicto confertissimum undiq; agmen "immittit in segetem, formicarum, gurgulionũ, "bufonum, erucarum, murium, locustarum, sero- "pharum, avium, aliarúmque id genus pestium, "quæ segetem partim adhuc humo conditam, "partim herbescentem, partim jam flavam, par- "tim horreo compositam depascerentur. Accessit "ingens cœlo calamitas grandinis, & venti vis "tanta, ut quernis roboribus æquales culmi illi "stipulæ aridæ in morẽ defringerentur. Angelus "ille custos mutatus, atq; quod hominibus fave- "ret, humano corpori inclusus. *Caym*, quum Deũ "incensis frugibus placare studeret, nec fumus "subvolaret, certã illius irã intelligens, desperat. Habes fabulam *Sixtine*, inter pocula dictam, atq; inibi inter pocula natam, atq; adeò ex ipsis si libet poculis, quam volui ad te perscribere: primùm, ne nihil scriberem, quum meas esse partes agnoscerem ut scriberem, quippe qui tuas literas posterior accepissem, deinde ne tu ejus convivii tam lauti prorsus expers esses. Bene vale. *Oxoniæ* Anno M. CCCC. XCVIII.

Erasmus Roterodamus Roberto Piscatori Agenti in Italia Anglo. S.D.

SUbverebar nonnihil ad te scribere *Roberte* charissime, non quòd metuerem, ne quid de tuo in nos amore tanta temporum locorúmq; dis- junctio

junctio detriviſſet: ſed quòd in ea ſis regione, ubi vel parietes ſint tum eruditiores, tum diſertiores, quàm noſtrates ſunt homines; ut quod hìc pulchrè expolitum, elegans, venuſtum habetur; iſthic non rude, non ſordidum, non inſulſum videri non poſſit. Quare tua te expectat prorſus *Anglia*, non modò jureconſultiſſimum, verùm etiam *Latinè Græcèq;* pariter loquacem. Me quoq; jampridem iſtic videres, niſi Comes *Montjoius* jam ad iter accinctum, in *Angliam* ſuam abduxiſſet. Quòd enim ego juvenem tam humanum, tam benignũ, tam amabilem non ſequar? Sequar (ita me Deus amet) vel ad inferos uſque. Ampliſſimè tu quidem mihi eum prædicâras, graphicèq; prorſus deſcripſeras: at vincit quotidiè, mihi crede, & tuam prædicationem, & meam de ſe exiſtimationem. Sed quid *Anglia* noſtra te delectat, inquis? Si quid mihi eſt apud te fidei, mi *Roberte*, hanc mihi fidem habeas velim, nihil adhuc æquè placuiſſe. Cœlum tum amœniſſimum tum ſaluberrimum hic offendi, tantum autem humanitatis, atq; eruditionis, non illius protritæ ac trivialis, ſed reconditæ, exactæ, antiquæ, *Latinæ*, *Græcæq;*, ut jam *Italiam* niſi viſendi gratiâ, haud multum deſiderem. *Coletum* meum cum audio, *Platonem* ipſum mihi videor audire. In *Grocino* quis illum abſolutum diſciplinarum orbem non miretur? *Linacri* judicio quid acutius? quid altius? quid emunctius? *Thomæ Mori* ingenio quid unquam finxit natura vel mollius, vel dulcius, vel felicius? Jam quid ego reliquum catalogum recenſeam? Mirum eſt dictu, quàm hìc paſſim, quàm denſè veterum literarum ſeges efflorescat, quo magis debes reditum maturare. Comes ita te amat, ita meminit, ut de nullo loquatur ſæpius, de nullo libentiùs. Vale, *Londini* tumultuariè. Nonis Decemb. An. M. CCCC. XCVII.

Ioannes Coletus Eraſmo Rot. S. D.

Epiſt. 3. BRumus meus *Eraſme*, in epiſtola ſua te mihi valde commendat. Commendavit te mihi antea tum fama tui nominis, tum quorundam ſcriptorum tuorum teſtimonium. *Pariſiis* quando eram, *Eraſmus* in ore doctorum, non erat incelebris. Epiſtola quædam tua ad *Gaguinum* ſcripta, in qua illius operam & artem in *Gallica* hiſtoria admiraris, à me lecta, erat mihi quaſi ſpecimen quoddam, & deguſtatio perfecti hominis & magnæ literaturæ, & multarum rerum ſcientiæ. Commendat autem te mihi maximè, quod venerandus pater, apud quem es iſthic, prior domus & eccleſiæ *Jeſu Chriſti*, heri mihi affirmavit, te ſuo judicio, virum optimum eſſe, & bonitate præditum ſingulari. Quam ob rem quantum poſſunt literæ & rerum cognitio, & ſyncera bonitas apud hominem, qui magis hæc vult & optat, quã profitetur: tantum tu mihi *Eraſme* es jure iſtarum in te virtutum, & debes eſſe ſemper commendatiſſimus. Quem cum videro, agam præſens pro mea perſona, quod alii egerunt pro te abſente, commendabóq; me tibi, tuæq; ſapientiæ, quem indignè alii mihi commendaverunt. Nam minor majori commendari debet, & indoctior eruditiori. Verùm ſi quid eſt in mea parvitate, in quo tibi vel gratus, vel utilis eſſe potero, id erit in te tam promptum & liberale, quàm vult iſta tua & exigit præſtantia, quam jam veniſſe in *Angliam* A gaudeo, cui velim tam jucunda eſſet *Anglia* noſtra, quàm te utilem ei tuâ doctrinâ arbitror eſſe poſſe. Ego verò ſum in te, & ero is qui debeo eſſe in eum, quem opinor tum optimum tum doctiſſimum. Vale ex cubiculo *Oxonia*. Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimoſeptimo.

Eraſmus Roterod. Ioanni Coleto S. D.

Epiſt. 4. SI quid omnino in meipſo agnoſcerem *Colete* B humaniſſime, vel mediocri laude dignum, lætarer profectò cum *Hectore* illo *Naviano* laudari abs te viro omnium facilè laudatiſſimo: cujus ego judicio tantum tribuo, ut longè mihi ſit jucundior tacita tua unius exiſtimatio, quàm ſi vel univerſum forum *Romanum* & acclamet, & applaudat, aut tanta me miretur imperitorum multitudo, quantum *Xerxis* exercitum fuiſſe ferunt. Ut enim *Horatianum* ſequens inſtitutum, ventoſæ ſuffragia plebis nunquam ſum aucupatus, quippe C quæ pari temeritate & probat, & reprehendit: ita à probatiſſimis viris laudari, pulcherrimum ſemper exiſtimavi, qui nec falsò quenquam pro ſua ſimplicitate velint laudare, nec poſſint pro ſua prudentia falli, quorum neq; doctrina ſuſpicionem erroris, nec vita aſſentationis recipit. Verùm tuæ laudes, mi *Colete*, tantum abeſt ut mihi criſtas erexerint, ut homo naturâ putidulus, vehementius etiam mihi diſplicuerim. Videor enim admoneri, qualem me eſſe conveniat, quum ea de D me prædicantur, quæ in aliis veneror, in me deſidero. Novi, novi ipſe optime, quâ me parte calceus ſtringat. Neq; tamen eorum qui me tibi tam amanter commendârunt, aut officium, aut humanitatem reprehendo, neq; tuam in recipienda commendatione facilitatem vitupero. Siquidem ut humani eſt hominis, de ignotis benignè ſentire: ita feſtivi ac facilis, amicis libenter credere. Nam quod ex meis ipſius ſcriptis me laudas, id tale eſſe puto, ut aut urbanâ laudatiuncula nos ad E virtutem excitare volueris, aut incredibili quadã modeſtia tua fieret, ut aliena tibi nimis placerent, tua nimium diſplicerent. Quare animum quidem in me tuum tam promptum, tam propenſum, tam candidum amplector, ut debeo, libenter, veneror, exoſculor: judicium amo ut amicum, non probo ut verum: non quod te judicem aut parum idoneum exiſtimem, quum ſis prudentiâ vir ſingularis, aut fictum, quum animi tui ſimplicitatem non ignorem: ſed quod partim amore lapſus, commendatoribus meis nimium credideris, partim F candore miro quodam, atque modeſtia, alienis laudibus nimium benignè faveris. Qui tamen error tuus mi *Colete*, hoc mihi debet eſſe jucundior, quod ab eo ſit animo profectus, qui me ſemper unicè delectavit, humano, facili, candido, ab omni invidentiæ labe alieniſſimo. Malo itaq; te de nobis amanter errare, quàm integrum nihil falli. Verùm ne merces ignotas falsâ laudatione tibi obtruſas fuiſſe, poſtea queraris: & ut deligas, prius G quàm diligas, en meipſum tibi deſcribam, tanto quidem melius, quanto ſum ipſe mihi, quàm aliis notior. Habebis hominem tenui, imò nullâ fortunâ, ab ambitione alienum, ad amandum propenſiſſimum, literarum tenuiter ſanè peritum, ſed tamen admiratorem flagrantiſſimum, qui probitatem alienam religioſè veneretur, ſuam habeat nullam: qui doctrinâ facilè omnibus cedat, fide nemini;

nemini: ſimplicem, apertum, liberum, ſimulandi ac diſſimulandi juxta ignarum; animo puſillo, ſed integro, ſermonis parci: eum denique, à quo præter animum nihil expectes. Hujuſmodi hominem ſi tu *Colete* potes amare, ſi tuâ familiaritate dignum judicas, ita *Eraſmum* in tuo ære numerato, ut nihil æquè tuum exiſtimes. *Anglia* verò tua mihi quum multis nominibus, tum hoc præcipuè nomine jucundiſſima eſt, quod iis rebus abundat, præter quas nihil mihi ſolet eſſe jucundum, hominibus bonarum literarum ſcientiſſimis, inter quos (nemine reclamante) facilè te principem numero: qui quidem eâ ſis doctrinâ ut nullâ morũ probitate commendatus, tamen admirandus omnibus eſſe debeas, ea vitæ ſanctimoniâ, ut citra doctrinæ commendationem, nemini tamen non charus, colendus, venerandus haberi poſſis. Quid ego nunc dicam vir optime, quantum me affecerit, delectârítq; ſtilus ille tuus, placidus, ſedatus, inaffectatus, fontis limpidiſſimi in morem è ditiſſimo pectore ſcatens, æqualis, ſui undique ſimilis, apertus, ſimplex, modeſtiæ plenus, nihil uſquã habens ſcabri, contorti, conturbati? ut mihi planè viſus ſim animi tui ſimulachrum quoddam tuis in literis agnoviſſe? Loqueris quæ vis, vis quæ loqueris. Verba in pectore nata, non faucibus, ſententiam ſponte ſequuntur, non illa voces ſequitur. Denique felici quadam facilitate, ea ſine cura effundis, quæ vix alius ſummo ſtudio poſſit exprimere. Sed temperabo à laudibus tuis apud te duntaxat, ne recentem tuam in me benevolentiam offendam. Scio quàm nolint laudari ii, qui ſoli laudem merentur omnium. Bene vale. *Oxoniæ*, Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimooctavo.

Eraſmus Rot. Guilielmo Montjoio, Comiti generoſo S. D.

Epiſt. 5. SI tu tuáq; generoſiſſima conjunx, ſocer humaniſſimus, reliquáq; familia, valetis, eſt cur maximopere gaudeamus. Nos hic quidem valemus perbelle, & indies bellius. Dici non poteſt, quàm mihi dulceſcat *Anglia* tua, ídq; partim conſuetudine, quæ omnia dura lenire ſolet: partim *Caleti*, *Charnocíq;*, Prioris humanitate, quorum moribus nihil fingi poteſt ſuavius, mellitius, amabilius, cum his duobus amicis ego vel in extrema *Scythia* vivere non recuſem. Id quod ſcripſit *Horatius*, & vulgus interdum videre verum, res ipſa me docuit, cujus hoc tritum nôſti, quarum rerum duriſſimi ſoleant eſſe aditus, eas felicius evenire. Quid noſtro illo ingreſſu fuit, ut ita dicam, inauſpicatius? at nunc ſecundiora indies omnia. Evomui tædium omne, quo me quondam nauſeantem videbas. Quod reliquum eſt, te oro meum decus, ut quando tum quũm meus me animus deficeret, tuo ſuſtinuiſti: nunc quum meus mihi non deeſt, tuus ne deſtituat. Quòd ad diem præfinitum non veneris, expoſtulare tecum nec libet, nec jure me poſſe puto. Quid te retardârit, equidem neſcio: hoc unum ſcio, quicquid fuit, legitimum quiddam, & juſtum fuiſſe, quare venire non potueris, nam voluiſſe nihil dubito. Neque enim ullam video cauſam, cur iſtud fingere volueris. Et ea eſt generoſiſſimæ mentis tuæ ingenua ſimplicitas, ut maxima etiam de cauſa mentiri nec ſcias ſi velis, nec velis ſi ſcias. Non eſt meum te vel hortari, vel dehortari, imò dehortari potius. Quod tuæ te res hortantur, id ſequere. Nos ita te deſideramus, ut interim te tuis commodis inſervire velimus. Si brevi venturus es, gaudemus: ſin qua res te retinet, modò incommodi nihil ſit, ut hactenus fecimus, æquo te animo expectabimus. Pecunias meas annulo tuo diligenter obſignatas, mitte. Priori jam ſum multis nominibus obæratus, miniſtrat ille quidem tum benignè, tum promptè. Verùm quando ille humaniſſimi hominis officio functus eſt, par eſt nos invicem gratorum hominum munere fungi, & quàm ille libenter dedit, tam nos libenter reddere. Ut rarâ ſupellectile, ita bonis amicis parciùs utendum eſſe cenſeo. Si quid iſthic novatum eſt, facito me per literas certiorem. Bene vale. *Oxoniæ*, Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimooctavo.

Eraſmus Roterodamus Arnoldo Boſchio S. D.

COmpluſculas jam epiſtolas eodem propè tenore abs te recepi, quòd me tibi ſuſpicaris iratum: ni ſine cauſa faceres, ferrem profectò iracundè, quòd de homine tui amantiſſimo, tam non amanter ſenſeris. Vale. *Epiſt.*

Eraſmus Rot. Chriſtiano S. D.

SAlve mel *Atticum*. Heri nihil ſcripſi, & conſultò quidem, nam eram ſtomachoſior. Ne roga in quem, in te inquam. Quid commerueram? Verebar mihi inſidias ſtrui per te hominem argutiſſimum. Suſpectam habebam illam tuam pyxidem, ne quid ſimile nobis afferret, quale ferunt *Pandoræ* pyxidem *Epimetheo*; quam tibi recluſiſſem, mihi ipſi ſuccenſebam, qui fuiſſem ſuſpicioſulus. Cur igitur ne hodie quidem ſcripſiſti? inquies. Eramus occupatiſſimi. Quid tandem negocii? In ſpectaculo ſedimus, ſanè jucundo. Comœdia, inquis, fuit, an Tragœdia? Utrumvis, verùm nemo perſonatus agebat, unicus duntaxat actus, chorus ſine tibiis, fabula nec togata, nec palliata, ſed planipedia, humi acta, ſine ſaltatu, è cœnaculo ſpectata, epitaſis turbulentiſſima, exitus perturbatiſſimus. Quam malùm, inquies, mihi fabulam fingis? Imò rem *Chriſtiane* refero. Spectavimus hodie matremfamilias, cum famula domeſtica fortiter depugnantem. Sonuerat din tuba ante congreſſum, convicia fortiter utring; regeruntur. Hic æquo *Marte* diſceſſum eſt, triumphavit nemo. Hæc in hortis, nos è cœnaculo taciti ſpectabamus, non ſine riſu. Sed audi cataſtrophen. A pugna conſcendit cubiculum meum puella, concinnatura lectos. Inter confabulandum laudo fortitudinem illius, quod voce conviciiſq; nihil ceſſerit dominæ: cæterùm optâſſe me, ut quantum lingua valebat, tantundem valuiſſet & manibus. Nam hera virago robuſta, ut vel athleta videri poſſet, ſubinde caput humilioris puellæ pugnis contundebat. Uſqueadeóne, inquam, nullos habes ungues, ut iſta impunè ferat? Reſpondit illa ſubridens, ſibi quidem non tam animum deeſſe, quàm vires. An tu putas, inquam, bellorum exitus à viribus tantum pendere? Conſilium ubique valet plurimum. Roganti, quid haberem conſilii: Ubi te rurſus odorietur, inquam, protinus caliendrum detrahe: nam mulierculæ *Pariſiorum* mirè

mirè sibi placent nigris quibusdam caliendris. Eo detracto, mox in capillos involà. Hæc ut à me joco dicebantur, itidem accipi putabam. Atqui sub cœnæ tempus accurrit anhelus hospes, is erat *Caroli* Regis caduceator vulgato cognomine dictus *Gentil Gerson*. Adeste, inquit, domini mei, videbitis cruentum spectaculum. Accurrimus, offendimus matrem familias, ac puellam humi colluctantes. Vix à nobis diremptæ sunt. Quam cruenta fuisset pugna, res ipsa declarabat. Jacebant per humum sparsa, hic caliendrum, illic flammeum. Glomis pilorum plenum erat solum. Tam crudelis fuerat laniena. Ubi accubuimus in cœna, narrat nobis magno stomacho materfamilias, quàm fortiter se gessisset puella. Ubi pararem, inquit, illam castigare, hoc est, pugnis contundere, illa mihi protinus caliendrum detraxit è capite. Agnovi me non surdæ cecinisse fabulam. Id detractum, inquit, mihi venefica vibrabat in oculos: id non admonueram. Tum, inquit, tantum capillorum evulsit, quantum hic videtis. Cœlum ac terram testata est, se nunquam expertam esse puellam tam pusillam, ac perinde malam. Nos excusare casus humanos & ancipitem bellorum exitum, tractare de componenda in posterum concordia. Ego interim mihi gratulabar, dominæ non subolere, rem meo consilio gestam, alioqui sensissem & ipse illi non deesse linguâ. Habes nostra ludicra, nunc ad seria. Duplicem mecum contentionē acceperas, scribendi, & munera mittendi: alterâ te planè victum declaras, ut qui alienis manibus mecum dimicare cœperis. An infeliaberis impudens? Non arbitror, si quid frontis est: alteram ipse nè suscepi quidem, sed ultrò manus dedi. Literis longè vinceris, imò nè pugnas quidem, nisi ut *Patroclus Achillis* armis. Muneribus nolo tecum inire certamen. An Poeta cum negociatore? quid simile? Verùm heus tu, ad æquiorem concertationem provoco. Experire utrum tu me prius mittendo, an ego te scribendo defatigem. Hoc demum sit bellum dignum poeta, dignum institore. Tu si quid audes, accingere, ac bene vale. *Parisiis*. Anno M. C C C C. XCVII.

Erasmi Epistola pro amico quodam scripta ad Medicum.

Epist. 8.

EX re demū ipsa intelligo vir eruditissime, grato animo nullum incommodum accidere posse acerbius, quàm si iis, quibus immensam gratiam debeat, nè mediocrem quidem referendi suppetat facultas: id quod mihi in te prorsus evenit: cujus ego cum divina merita animo recolo, recolo autem assiduè, dispicióq; anxius, si quà fortè possim tantam tuam in nos humanitatem reponere, si non ex æquo, id quod sperandū mihi non est, at aliqua saltem ex parte: toties fatis meis irascor, maléque precor, quæ me hac conditione nasci voluerint, ut summam tui similium humanitatem experiri necesse haberem, remetiri verò quod accepissem, nè minima quidem ex parte possem. Quâ quidem una in re fortunæ iniquitatem mihi gravem sentio, ingénsq; intimo pectori oboritur æstus, cum & ardet animus referre beneficium, simúlq; occurrit, & quàm sit exiguum, quod nostra possit tenuitas, & quàm immensum quod tua poscit humanitas. Quis enim unquam vel opulentissimus medico gratiam parem retulit? ut Deo, ita nec medico talio rependi potest: à Deo vitam accepimus, à medico tanquam recipimus: à summo illo rerum satore, vivendi munus accepimus, id medici cura tum servatur nè pereat, tum restituitur, alioqui periturum. Quare equidem virum medicum non unum pro multis numerarim, ut scripsit *Homerus*, sed pro terrestri quodam numine inter mortales habendum censuerim. At quantum reliquis mortalibus antecellit medicus, tantum ego te medicorum vulgus antecedere puto, ut tibi non modò ut medico debeā, sed ut medico in arte principi, fide rarâ & pene incredibili, curâ & sollicitudine plusquàm paternâ, humanitate admirabili: quæ omnia in uno medico reperire, fortasse non minus sit rarū, quàm phœnix ille Poetarū, qui jam in raritatis adagiū cessit. In te autem uno non solùm hæc omnia, verumetiam summa. Quid enim te uno vel in conjectando solerti', vel in judicando acri' certiúsq; vel in pronunciando modestius: quibus rebus non modò omnes nostri temporis medicos longè præcurris, verumetiam ipsis artis autoribus, & tanquam diis, ut veteres loquebantur, jure optimo debeas æquari. Tum Deum immortalem, quà fide: quæ quidem si arti detracta sit, periculosa quædam res sit medicus. Qua spectatissima id es consequutus, ut certatim magnatum quisq; tibi capitis sui salutem non ut medico, sed ut parenti committat. Tum quàm exacta vel minutissimis in rebus diligentia, quanta patientia laborum minimèque morosa, ut ista in re, nulli vel amantissimæ matercule cedas. Adde jam humanitatem singularē, quâ jure tibi contigit, ut nemo te non admiretur: nec admiretur solum, sed etiam amet: nam arte quidem doctis es miraculo, fide magnatib' places, diligentiâ curáque laborantibus, humanitate miráque morum suavitate universis. His rebus omnibus, in summo meo periculo, hominisque pene ignoti, rebus propémodum desperatis, certè afflictissimis, ita es usus, ut nè in fratrem quidem potueris officiosius, ut tua planè sim arte tanquam ab Orco revocatus. Itaque quid debeam video, quanquam nè id quidem satis animo consequor, nedum verbis. Verùm ubi de referendo, ut par est, incipio cogitare, tum verò ratio accepti, atq; expensi neutiquā convenit. An de mea fortunula remetiar? quæ perquàm tenuis est planéque Poetica, id est, maligna, ac penè nulla, cum præstanti' sit id quod in nos contuliſti quàm ut vel *Crœsus* ipse, si universas opes exhauriat suas, par esse possit: aut mihi si fontes auri, ut Poetæ fabulantur, domi sint, aut *Tagus* aliquis, *Pactolúsve* aureas arenas volvens. *Phalaris* & tyrannus & opulentissimus cum *Polycleto* medico amplissima munera planéque regalia misisset, purgat tamen muneris exilitatem, impatem se ejus beneficiis fassus. Ego verò sic, ut res habet, sentio, ut nè si me totum quidem quantus sum, pignoti opposuero, aut etiam capitis auctionem fecero, possim ulla ex parte solvendo esse. Verùm scio te tam hac gratiā non egere, quàm ego referre non possum: sed interdum *bene egisse gratias*, ut ait *Seneca, retulisse est*. Siquidem *Æschines* grata modestáque oratione *Socratem* sibi devinctiorem reddidit, quàm *Alcibiadis* animo liberalissimo pares divitiæ. At hic quoq; quàm sim impar, agnosco: propterea quod tanta sunt tua in me merita, ut quantamvis etiam dicendi copiam superent, neque quisquam tam magnifica

magnificè dicere possit, quod non ad tuam humanitatem exile videatur, tum ea est nostra infantia, ut nè mediocres quidem materias possit dicendo æquare. Denique ea est ingenii tui elegantia, ea judicii acrimonia, ut nisi perpolitum, exactum, exquisitúmque, nihil queat satisfacere. Quare cum utroque modo vincar, ut nec referre ullâ, nec agere pares gratias possim, id quod unum opis est nostræ, facere nunquam desinam, nempe meminero, amabò, gratias agam pro viribus, referam hactenus ut ingratus omninò videri non possim, mittóque hoc ad te non in rationis deductionem, sed animi grati indicium, *Homerum Græcum*, quem ego ab homine amicissimo abstuli, ut te mihi eo faciam amiciorem. Bene vale.

Erasmus Batto suo S.D.

Epist. 9. VIde quantum maledicendo valeas. Unicâ tantùm epistolâ victus, do manus, arenâ cedo, in *Angliam* usq; profugio: hìc certè me à tuis conviciis tutum fore confido. Nam si me persequi voles, alter tibi adeundus erit orbis: & pigritiam probè novi tuam, qui tametsi mediis in fluctibus es natus, nihil tamen pejus odisti fluctibus. Quòd si huc quoq; tuæ conviciatrices epistolæ penetrabunt, audio in ultima *Britannia Orchadas* esse insulas. In has aufugiam, etiam si quid est *Orchadibus* remotius, vel ad *Antipodas* usque. I nunc, & de gloriosa victoria magnificum triumphum agito. Bene vale. *Parisiis*. Anno M. C C C C. XCVII.

Erasmus Fausto Andrelino Poetæ Laureato.

Epist. 10. DEum immortalem, quid ego audio? Itáne *Scopum* nostrum repente è Poeta militem esse factum, ac pro libris horrida arma tractare? At quanto melius cum *Delio Volsco* (sic enim se nominavit) depugnabat? Quem si confecisset, bone Deus, quantus triumphus hominem manebat. Nos quoque in *Anglia* nonnihil promovimus. *Erasmus* ille, quem nôsti, jam bonus propemodum venator est, eques non pessimus, aulicus non imperitus, salutat paulo blandiùs, arridet comiùs, & invitâ Minervâ hæc omnia. Quid mea? satis procedit. Tu quoque si sapis, huc advolabis. Quid ita te juvat hominem tam nasutum inter merdas *Gallicas* consenescere? Sed retinet te tua podagra, ut ea, te salvo, pereat malè. Quanquam si *Britanniæ* dotes satis pernôsses *Fauste*, næ tu alatis pedibus huc accurreres: & si podagra tua non sineret, *Dædalum* te fieri optares. Nam ut è plurimis unum quiddam attingam. Sunt hic nymphæ divinis vultibus, blandæ, faciles, & quas tu tuis camœnis facilè anteponas. Est præterea mos nunquam satis laudatus. Sive quò venias, omnium oculis exciperis; sive discedas aliquò, oculis demitteris: redis, redduntur suavia; venitur at te, propinantur suavia; discéditur abs te, dividuntur basia; occurritur alicubi, basiatur affatim; denique quocunque te moveas, suaviorum plena sunt omnia. Quæ si tu *Fauste* gustâsses semel quàm sint mollicula, quàm fragrantia, profectò cuperes non decennium solùm, ut *Solon* fecit, sed ad mortem usque in *Anglia* peregrinari. Cætera coràm jocabimur: nam videbo te spero, propediem. Vale, ex *Angla*. Anno M. CCCC. LXXXXIX.

Faustus Erasmo suo S.D.

Epist. FRugalem omnino mihi cœnam postulo: nihil volo præter muscas & formicas. Bene vale.

Erasmus Fausto suo S.D.

Epist. QUæ, malùm, tu mihi objicis ænigmata? Num me *Oedipum* putas, aut *Sphingem* mihi esse domi? Quanquam equidem somnio tuas muscas, aviculas, formicas, cuniculos velle. Verùm aliàs jocabimur, nunc cœna emenda est, quare ænigmatistes esse desinas oportet. Vale.

Faustus Erasmo.

Epist. NUnc plane intelligo te *Oedipum* esse, nihil volo præter aviculas, & quidem parvulas: de cuniculis absit. Vale optime ænigmatum interpres.

Erasmus Fausto suo S.D.

Epist. VT tu jocosissime *Fauste*, eâdem operâ & mihi rubores, & theologo illi stomachum excitabas: aderat enim in eodem auditorio. Verùm non expedit, opinor, irritare crabrones. Bene vale.

Faustus Erasmo suo. S.D.

Epist. FAustum pro suo *Erasmo* vel emori andacter posse, quis nescit? Blaterones istos tanti omninò faciamus, quanti culicem elephantus *Indicus*. Vale. *Faustus* invito livore tuus.

Erasmus Gaguino.

Epist. SAlve, ornatissime vir. Vide quæso, quàm sit insigni impudentiâ tuus *Erasmus*. Nunquam illi *Gaguinus* in mentem venit, nisi quum eget. Opus est mihi ad pauculos dies *Trapezontio* de Rhetoricis præceptionibus. (Non rogo habeásne, scio nihil bonorum autorum tibi non esse) hujus velim mihi tua humanitas copiam faciat: *Quintilianum* unà cum hoc conferre cupio, utrunque propediem ad te salvum remissurus. Bene vale, ac nos ama. M. CCCC. XCIX.

Erasmus Ludolpho suo S.D.

Epist. HOc unum mihi crede *Ludolphe* optime, non committam ut munus tuum, sensi enim abs te profectum, malè collocâsse videaris. Cœperam quædam ad *Latinè* discendum mirè conducibilia: ea tibi perfecta hinc mittam. Deinde nunquam desinam excudere quippiam, quod tua studia possit provehere. Tu modò maximo animo in honestissimas literas incumbe, simúlque doctos viros fovere perge. Bene vale charissime adolescens. *Lutetiæ* III. Calendas Maias.

Erasmus Antonio Lutzenburgo suo S.D.

Epist. SCripturus eram humanissimo Abbati, sed quoniam nuper admodum ex *Batti* mei literis certior factus essem illum nondum è *Brabantia* rediisse, differendum putavi, donec de reditu illius cogno-

cognovissem. Ad te dedi, non quòd esset argumenti novi aliquid, sed ut constantem perpetumq; meum in te amorem scribendi officio declararem. Amo enim te mi suavissime humanissimeq; *Antoni*, aut pari, aut certè quàm proximo cum *Batto* meo amore: idq; non modò plurimis tuis in nos officiis moribúsque festivissimis provocatus, verumetiam fatali quàdam benevolentiâ, quâ ita ducor, ut tui etiamsi oblivisci velim, non queam. Nos quoniam funditus extinctam pestem cognovimus, *Parisios* remigramus. *Dismas* Abbatis frater, dum hic agerem, me coluit diligenter: nos illius vicissim consuetudine magnopere sumus delectati. Nihil, ita me Deus amet, vidi in vita hoc adolescentulo ingeniosius, suavius, modestius. Non hæc, mi *Antoni*, ad gratiam dico, sic ego re ipsa reperi. Verùm ille juxta sapientis vocem, animam sortitus est bonam, & ut *Graeci* dicunt, εὐψυὴς est, id est, bene & feliciter natus. Nihil illius ingenio acutius, nihil mente syncerius, nihil moribus suavius, nihil pudore amabilius. Miratur literas: cum his versari gaudet, unde semper abeat doctior. Dignissimus est puer, ut quem natura optimis rebus finxisse videtur, exquisitissimâ etiam diligentiâ curemus, ne mens minimè vulgaris ad vulgares istas sordes detrahatur. Sed vivit in tutela quadam, sic enim appellant, nimis profectò tutelariter, id est, victu sordidissimo, immundâ supellectile, neglectus inter, nescio quos, ocioso nebulones, qui nihil pejus oderunt quàm libros, aut literatos sermones: grassatoros nocturnos, potores diurnos, unde præter turpitudinem nil discere queat. Et haud ignoras quàm hæc ætas facilè trahatur ad vitium. Afficat enim scabiem suam convictor infectus: & qui tangit picem, non potest non inquinari. Est hic *Jacobus Tutor*, vir integritate summâ, eruditione non vulgari, & studii flagrantissimi, juris Pontificii professor: is domi suæ nobiles aliquot adolescentes alit, & alit non tutelariter, sed mundissimè: nam ipse sum apud eum tres menses diversatus. Hic *Dismam* non secus atque filium amat, & amatur ut parens: quare si Abbas adolescentis saluti rectè consulere volet, id quod velle scio, properabit illum ex tutela eximere, in qua & magno vivit, & immundissimè, & quod est omnium gravissimum, cum iis, unde depravari possit, doceri non possit: atque huic, de quo memini, *Jacobo* committet, viro, mihi crede, cujus ego laudes nullo sermone queam assequi. Is gaudebit contigisse, cui suam doctrinam libenter communicet, quem ad honesta studia totum excitet. *Dismas* habebit, qui cum perinde vivat, ac si cum parente viveret, apud quem nihil nisi honesta, nisi literata audiet. Mirabere forsan, cur ego rem hanc tantopere suadeam. Ad me quidem omnino nihil pertinet: nam mihi hîc neq; feritur neq; metitur: verùm ubi tutelæ sordes, ubi periculosos convictores, ubi omnia contaminata perspexissem, & adolescentis optimam mentem amarem, tum etiam Abbati propter summam illius in me humanitatem, omnia deberem, putavi me hoc fine summo scelere prætermittere non posse, quin quod ad *Dismæ* salutem vehementer pertinere cognovissem, compertissimúmq; haberem, literis meis admonerem. Nihil enim dubito, quin si abbati minima ex parte res, uti est, cognita foret, ne semihoram quidem in ea familia sedere sit passurus. Nec ille vos scrupulus commoveat, ne parum *Gallicè* discat, si cum homine postrate vivat: scit bene *Gallicè Dismas*, & jam nunc loquitur expeditè. Neq; deerunt usquam unde *Gallicè* audiat: at literas discet, virtutem discet: quod si Abbati persuaseris, poteris enim *Antoni*, adolescentulum immortali beneficio tibi alligaris. Neq; dubito, quin omnes qui illi bene volunt, inter quos primum locum Abbas obtinet, mihi sint in posterum maximam gratiam habituri, qui quidem in tempore admonuerim: quare non conquiescas, donec effeceris. *Antonio* patri patrono tuo, jam etiam per te meo, me quàm commendatissimum facere studebis, purgabísq; quod nihil per hunc scripserim: scribam è *Parisiis*, ubi reversurum audiero. Vale mi *Antoni* charissime, nosq; quod facis, ama. Præfectum aulæ virum humanissimum, cæterosq; nobis bene cupientes, meis verbis salutabis. *Aurelia*. III. Idus Decemb. Anno M. D. I.

Appendix.

NE mireris *Antoni*, quòd in initio hujus epistolæ negavimus nos Abbati scribere, cum scripserimus. Cum enim is tabellio nos fefellisset, & hic puer à *Batto* præter spem adesset, mutavimus sententiam, maximè *Batto* ut ita facerem hortante: è cujus literis cognovi, quantâ humanitate vir ille meas literas acceperit, quod ego vix sperare audebam. Novi enim, quàm nihil habeant mea scripta, cur à magnis viris legantur. De *Dismæ* quod scripsi, quæso ut omni conatu adjutes, omnino vehementer ad illius salutem pertinet: & nisi fiet, vereor ne nos omnes, puerum in primis, non fecisse pœniteat. Nos enim nihil ambigumus, sed oculis deprehensa scripsimus, neq; quicquam præter ejus salutem spectamus: & ille in his est annis, qui facillimè vel ad summam gloriam, vel ad turpitudinem extremam flectantur: quare vigilandum & maturandum censeo. Vale.

Erasmus Greverado Advocato S. P. D.

QUod ignotus ignotum meis literis inexpectatis interpellare sum ausus, vir optime atque integerrime, non tam debes improbitatem accusare meam, quàm benevolentiam & ab hac profectam fiduciam amplecti: quanquam qui mihi ignotus esse potes, cujus animum, mores, studium, *Henricus Noorthonius*, homo omnium qui vivunt, minimè mendax, familiari sermone ita sæpenumero descripsit, ut non aliter quàm in tabula depictam tui imaginem coram videar intueri? Si tantam vim habet probitatis & eruditionis admiratio, ut toto ferè orbe disjunctos, arctissimâ tamen charitatis copulâ conjunctissimos esse videamus; ego viri tam modesti, tam studiosi, tam candidi bonarum literarum admiratoris, & tam vicini, gratiam non quavis etiam ratione conabor aucupari? Neq; vulgari sermone tecum hanc mutuam benevolentiam inire est animus. Sancta quædam res est eruditorum societas, & non nisi sancto aliquo pignore sancienda: Id quale sit, jam paucis exponã. Flagrat jam olim mihi incredibili ardore animus, *Hieronymianas* epistolas commentariis illustrandi, & nescio quis Deus mihi pectus accendit, agitq; ut rem tantam, & à nullo hactenus tentatã, audeã animo concipere. Movet me viri cœlestis & omniũ Christianorum fine cõtroversia

longè tum doctiſſimi, tum facundiſſimi pietas: cujus ſcripta cum digna ſint quæ ab omnibus paſſim legantur & ediſcantur, vix pauci legunt, pauciores mirantur, pauciſſimi intelligunt. Deum immortalem, *Scotus*, *Albertus*, & his impoſitiores autores, omnibus in ſcholis perſtrepent, & ille unicus religionis noſtræ pugil, illuſtrator ac lumen *Hieronymus*, qui meruit ut unus celebraretur, unus ex omnibus tacebitur? Sed rem video indigniſſimam, ob hoc ipſum negligi *Hieronymum*, per quod promeritus eſt ne negligeretur. Nocet autori eloquentia, quę religioni profuit. Alienat multos abſtrufior eruditio, quâ potiſſimùm oportebat eum commendari. Pauci itaque mirantur, quem perpauci intelligunt. Quòd ſi talis autor dignis commentariis fuerit illuſtratus, futurum proſpicio, ut *Hieronymiana* gloria, tanquam nova luce accepta, quàm latiſſimè enitescat: ut paſſim in ſcholis, in auditoriis, in templis, domi, publicè, privatímq; legatur, & ediſcatur. Nec me adeò fallit, quàm audax facinus animo præſumpſerim. Primùm, quanti negocii fuerit mendas, quæ per tot ſecula penitùs inſederunt, eradere? deinde quantum in illo antiquitatis, quantum Græcarum literarum, quantum hiſtoriarum? tum quæ phraſis, quod dicendi artificium, quo non Chriſtianos modò omnes longo poſt ſe intervallo reliquit, verumetiam cum ipſo *Cicerone* certare videtur? Ego certè, niſi me ſanctiſſimi viri fallit amor, cum *Hieronymianam* orationem cum *Ciceroniana* confero, videor mihi neſcio quid in ipſo eloquentiæ principe deſiderare. Tanta in hoc noſtro varietas, tantum ſententiarum pondus, tanta enthymematum volubilitas. Quod artificium in eloquentium literis indicare, ut difficillimum eſt, ita longè utiliſſimum. Id quod ita me, modò ipſe dexter adſit, conſecturum confido, ut qui hactenus *Hieronymianam* eloquentiam ſunt admirati, jam eloquentem fuiſſe, ſe neſciſſe fateantur. A me quidem, quicquid vigiliis, quicquid aſſiduo ſtudio, quicquid eruditione mediocri, quicquid ingenio non peſſimo præſtari poterit, id ſedulò *Hieronymo* præſtabitur. Verùm ut ad grave bellum auxiliaribus copiis, ita & ad tam arduum negocium, duce aliquo, & auſpice opus eſſe video. Quem verò ex omnibus ad id maximè idoneum deligam, nemo te meliùs poſſit indicare, vel quòd tu hujus autoris præcipuo quodam amore perpetuo flagrâſti (ita enim mihi narrare ſolebat *Henricus*) vel quòd hoc tanto pignore, mutuam hanc inter nos ſocietatem & benevolentiam placuit initiare. Age vir optime, da dextram, & mecum ad tam pulchrum facinus magno animo accingere. Aderit ipſe & literarum ſuarum, quas tantis vigiliis excudit, vindicibus favebit: nec ſua tam pius labor noſter mercede fraudabitur. Bene vale. *Pariſiis*. XV. Calendas Januarias. Vide quantum fiduciæ mihi tui mores præſtant, qui perinde ut jam vetulus & notus amicus, tam indiligenter ad te ſcribere non verear. Cætera ex tabellario *Auguſtino Caminado*, viro & doctiſſimo, & mihi conjunctiſſimo cognoſces, qui literas humanitatis, quas vocant, in urbe *Pariſiorum* maximâ cum laude profeſſus eſt: hunc tu tuo more complecteris, eſt enim tuo amore digniſſimus. *Lutetiæ*, Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimonono.

Eraſmus Nicolao à Burgundia præpoſito S. D.

SIc te amo, ut meo erga te ſtudio nulla epiſtola non ſit futura breviſſima: ita ſum occupatus, ut negociis meis nulla quamlibet brevis non ſit longiſſima futura. Veteres illi poetas, & homines eloquentes allegoricè cygnos appellabant: neque id opinor, temerè: nam ut hi plumis, ita illi pectore candidiſſimi: utrique *Phœbo* ſacri: utriq; lympidis amnibus, & pratis irriguis impensè gaudent: utriq; canori; ſed hodie maximè noſtrate cœlo obmutuiſſe videmus utroſque, ac ne morte quidem vicina fieri vocales. In cauſa eſt, uti conjicio, quòd autores ſunt phyſici, olorem non niſi ſpirante *Favonio* canere: & miramur nunc omnes mutos eſſe cygnos, cum tot ſpirent Boreæ, tot Auſtri, nulli Zephyri? Nam mihi quidem *Britannicus* ille Aquilo, unà cum nummis ita vocem ademit, ut non lupus æquè poſſit, qui te prior viderit. At non flant Zephyri, niſi vere ineunte: quare humaniſſime Præpoſite, ſi tu dominæ *Verienſi*, patronæ meæ, ver fueris, illâq; mihi *Favonius* aſpiraverit, ego viciſſim utriuſq; cygnus fuero, ita canorus, ut ipſa etiam exaudiat poſteritas. Nihil habeo neceſſe ænigma evolvere, nimirum *Oedipo* ſcribens, non *Davo*. Tantum alterum illum *Batum*, quem mihi pollicitus es, apud dominam pauliſper expedi. Bene vale. Datum *Lutetiæ* VII. Calend. Feb. Anno M. CCCC. XCVIII.

Eraſmus Arnoldo.

SAlve mi *Arnolde*. Jam ſeſquimenſem graviter laboro febri nocturnâ, lentâ quidem illâ, ſed quotidianâ, quæ me penitùs extinxit. Nondùm ſum morbo liber, ſed tamen aliquanto recreatior: nondum vivo, ſed affulget aliqua vitæ ſpes. Petis ut tibi animi mei conſilium communicem, hoc unum habe, mundum mihi jamdudum obolere: damno ſpes meas. Nihil aliud cupiò, quàm mihi dari ocium, in quo poſſim totus uni Deo vivere, deflere peccata ætatis inconſultæ, verſari in ſcripturis ſacris, aliquid aut legere aut ſcribere. Id in ſeceſſu aut collegio non poſſum. Nihil enim me tenerius: nec vigilias, nec jejunia, nec ulla incommoda fert hæc valetudo, etiam cum eſt proſperrima. Hîc ubi tantis in deliciis vivo, ſubitò de in morbum incido: quid facerem inter labores collegiales? Decreveram in *Italiam* hoc anno concedere, & *Bononiæ* aliquot menſes Theologiæ operam dare, atq; illic doctoris inſigne accipere: deinde in anno Jubilæo *Romam* viſere, quibus confectis ad meos redire, atq; iſtic vitam componere. Sed vereor ne hæc ut volumus, conficere non poſſimus. Metuo in primis ne tantum iter & regionis æſtum & valetudo hæc non ferat. Denique reputo, nec in *Italiam* venire, nec illic vivi ſine ſummo ſumptu. Ad titulum quoque parandum grandi ſumma eſt opus. Et Epiſcopus *Cameracenſis* dat perparcè. Omnino benignius amat, quàm largitur, & prolixiùs omnia pollicetur quàm præſtat, ipſe propemodum in cauſa ſum, qui non inſtem. Et ſunt tam multi, qui vel extorqueant. Faciam tamen pro tempore, quod factu videbitur optimum. Bene vale. Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo.

Eraſ.

Eraſmus Iacobo Tutori ſuo S. D.

Epiſt.22. SIc eſt animatus Abbas, ut *Diſmam* & *Antonium* à ſermone noſtrate omnino procul abeſſe velit. Sic habent res tuæ, ut nolis ſine noſtratibus vivere. Quare *Antonio Lutzenburgo*, qui toto pectore tibi bene cupit, méque autoribus, jubet eos in *Jacobi Danielis* familiam remigrare. Tu tamen mi *Jacobe* tuo more uteris, dabiſque operam, ut adoleſcentes quàm optimè, & quàm maximè ex Abbatis ſententia, quæ te non fugit, collocentur. Idem *Auguſtinum* facturum confido. Utrique gratum facietis ornatiſſimo humaniſſimóque Præſuli. De meis fatis ſcripſi *Auguſtino* per *Cornelium* tabellionem. Poſteaquam *Battus* periit, quis dubitat & *Eraſmum* periiſſe? Præterea autem cæteræ res ſic habent, ut pejus non poſſint. In una virtute ſpes omnis ſalutis reliqua. Vale cum *Auguſtino* noſtro, quem audio tecum victurum. E divi *Audomari* poſtridie Calendas Julii, Anno M. CCCC. XCVIII.

Eraſmus Fauſto Poetæ Regio S. D.

Epiſt.23. PUer meus tuo juſſu tuiſque verbis formidoloſum me appellavit, quod ob neſcio cujus peſtilentiolæ metum, ſolum verterim. Non ferendum convicium, ſiquidem in militem *Elvetium* dicatur. At in hominē poeticum ocii umbræq; amantem, neutiquam hæret. Quanquam hujuſmodi in rebus nihil formidare, equidem non ſtrenui hominis, ſed ſtipitis eſſe duco. Ubi eo cum hoſte res eſt, qui propulſari, qui referiri, qui vinci contra pugnando poteſt: ibi qui fortis videri cupit, per me licebit. *Lernea* illa *Hydra*, extremus duriſſimúſque laborum *Herculi*, ferro quidem domari non potuit, at *Græco* tamen igni confici potuit. Huic malo quid tandem facies, quòd nec cerni queat, nec vinci? Quædam melius fugiuntur quàm ſuperantur. Vir fortis *Æneas* non congreſſus eſt cum *Sirenibus*, ſed longè à periculoſo littore proram deflexit. At nihil eſt, inquies, periculi. At ego interim citta periculum multos interire video. Vulpem imitor *Horatianam*,

——— *Quia me veſtigia terrent,*
Pleráq; te adverſum ſpectantia, pauca retrorſum.

In hac ego rerum facie, non *Aureliam* modò, ſed etiam ad *Gades* illas *Herculeas*, vel ad *Orchadum* extremarum extremam uſq; non dubitârim avolare, non quod meticuloſus ſim, animóq; parum maſculo, verùm ne jure metuam: non, ne moriar, cui rei naſcimur omnes, verùm ne vitio meo moriar. Si *Chriſtus* ſuos monuit Apoſtolos, ut mutatis ſubinde urbibus, perſecutorum gladios effugerent, ego tam capitalem hoſtem, cum commodè queam, non declinabo? Quanquam ad remigrandum jamdudum, tum Muſæ me hortantur meæ, quæ quidem hîc inter *Accurſium*, *Bartolum*, & *Baldum* miſerè frigent: tum acre hoc ſævúmq; gelu, penitùs extinguendis hujus morbi reliquiis nimis quam opportunum. Sed faciunt adhuc ſcrupuli neſcio quid, illa ingentis incendii veſtigia, fumus, odor, favillæ, & haud ſcio an etiam igniculi ſuppoſiti cineri doloſo. Scio quidem humaniſſ. *Fauſte*, operam me omnem ludere, qui quidem id te orē, quod ipſe tuâpte ſponte facere non deſinis: orabo tamen, ut *Adagia* noſtra, quæ nuper abortu ejeci, quo maturius diſtrahantur tuo teſtimonio commendes, atq; exornes: idq; non tam operi quidē ipſi, quàm noſtræ neceſſitudini dones. Neq; enim uſquæadeò mihimet aſſentor, ut cujuſmodi ſint non videam. Verùm parum proba merx, quā velis extrudere, hoc magis laudatore eget, quo minus meretur. Et nos iſto tibi nomine non paulò plus debebimus, ſi tuum ſuffragium, non tuo judicio, ſed omne noſtræ benevolentiæ accommodaris. Ne dicam interim, quod nec integrum tibi reliquiſti, non laudare nugas meas, quibus jam ſemel aſcripto epiſtolæ tuæ elogio, nihil non tribuiſti: ut alterutrū jam tibi ſit neceſſe, aut illas conſtanter laudare, aut te inconſtantis hominis notam incurrere. Deniq; à nobis enixè dabitur opera, ut illud idem primâ manu deformatum opus, non elimetur modò, verùm incudi redditum, totum quantum eſt, diffingatur: eáq; demum facie exeat, ut neq; te teſtimonii tui pœniteat, neq; illud tuæ laudationis tanquam parum convenientis, ſuppudeat. Quâ quidē in re *Fauſtum* non modò cenſorem adhibebimus, verum etiam architectum. Bene vale. Poſtridie Natalis divi *Eliſabeth*, *Aurelia* Anno M. CCCC. XCIX.

Eraſmus Auguſtino ſuo S. D.

Epiſt.24. DE *Fauſto*, *Gagnino*, & *Æmilio* alba feliciáque ſunt quæ nuncias omnia, neque novi tamen quicquam: at rurſus perinde jucunda, ut ſi nova. Talium enim virorum in me benevolentiam, tam grave de te teſtimonium, quid ni plurimi faciam? Tuum item de mea gloria ſtudium, ut vetus libens agnoſco, tanquam novum exoſculor: etiam ſi *Fauſtina* illa τὸ καλὸν, quā penes unum me literarum ſacrarium eſſe dictitat, non ita nimis me delectavit: cum quod immodicæ laudes, neque noſtro pudori, neque mediocritati noſtræ conveniunt: tum quod hujuſmodi fermè figuræ & fide carent, & invidiæ plurimum contrahunt: poſtremò ironiæ quoq; ſunt affines, quemadmodum & illa tuis in literis etiam ſi blandiſſimè ſcripta, tamē mihi non admodū blandiuntur, *Obſervantiſſime præceptor, tuus devotus diſcipulus dedo me tibi, jube quod vis, nihil habeo meū, ſed omne tuū:* cujus omne ego ſermonis genus à ſyncera benevolentia quàm longiſſimè ſemotum eſſe oportere cenſeo. Nam ubi purè amatur, ita ut nos facimus opinor, ibi quid iſtis figuris eſt opus? Ubi verò inſyncera charitas, hæc etiam in malevolentiæ ſuſpicionem rapi ſolent. Quare pergratum mihi feceris, ſi gratioſas iſtas ὑπερβολὰς funditus tuis è literis ſuſtuleris, ut ſuum habeat ſimplex amor ſermonem, memineríſque te conjunctiſſimo amiculo ſcribere, non tyranno. Fata etiam nunc tuis votis atque adeò virtutibus malignè reſpondere, mihi quidem eſt opinione moleſtius, miteſcere verò gaudeo. Quinetiam aut inſignitè me fallit animus, aut eam tam fatalem tempeſtatem nova quædam ſerenitas conſequetur. Tu modo obdura mi *Auguſtine*, uti ſoles, contráque ardentior ito, quàm tua te fortuna ſinet. *Paulum Æmilium* ad nos remigraturum tuis è literis olfacio. At ego multis modis hominem manere malim: nam hic quidem cur diutius hæream non video. Sed tu curabis ut omni de ſtatu tuo mihi perſcribas, ecquid noſtri convictus ſarcinulam tua fortunula ferat: quandoquidem de voluntate nec tu vis me diffidere, neq; ego poſſum, tot jam periculis & argumentis

explorata ſpectataque. Quare ſi quid erit quamobrem hoſpites, vel parum tempeſtivi, vel minus commodi futuri videamur, citra omnem fucum aperies, eâ videlicet libertate, quam tanta poſtulat neceſſitudo. Ego ne pilo quidem te minus amavero. Ita me ſuperi omnes bene ament, non tam huc ſpecto, quo fortunis meis proſpiciam: quanquam huc quoque (cur enim inficier?) quàm ut doctrinæ tuæ, mea, ut ſcribis, opera, deformatæ ſuprema manus imponatur. Quod ſi eadem tibi mens, imò ſi fortuna patitur, ut utrique commoda noſtra cum alterius commoditate conjungamus, accerſe: ſin minus, tamen hoc ipſum ſcire permagni meâ refert, ut properem aliis rationibus mihi conſulere, etiam ſi prius illud potius eſt. Qui cum enim cupiam potiùs mea conſummare ſtudia, quàm tecum, quem ego primum bonis literis initiavi, qui cum ad jam propè abjecta ſtudia me revocavi, qui cum tot annos conjunctiſſimè vixi? Verùm ſi non potes quod vis, id velis quod poſſis. Oſtentatur neſcio quæ ſpecula de adeunda *Italia*, & prurit nonnihil animus, verùm ſimulatque tuas literas accepero, meis de rebus ſtatuam. *Nicolaum Beuſeradum*, qui me, ut ſcribis, plurimum valere cupit, ego viciſſim plurimum ſalvere jubeo. Tumultuor in mea *Copia*, ſed Muſis opinor invitis. Quid enim poſſum pulchri, omnibus bonis libris deſtitutus? Et altius ſeſe in receſſu opus aperit, quàm in ingreſſu promittebat. Et tamen molior, quid enim aliud agam? Scilicet hoc ago ne, quod eſt turpiſſimũ, nihil agam. Cura ut valeas mi *Auguſtine*, meq;, quod ſoles, ama. Datum *Aureliæ* poſtridie conceptionis virginis matris. Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimonono.

Eraſmus Rhenano ſuo S. D.

Epiſt. 25. ACcipe mi *Beate* totam itineris mei tragicocomœdiã. Mollis etiamnum ac languidulus, ut ſcis, *Baſileam* relinquebam, ut qui nondum cum cœlo redieram in gratiam, cum tandiu domi delituiſſem, idque perpetuis laboribus diſtentus. Navigatio fuit non inamœna, niſi quòd circa meridiem ſolis æſtus erat ſubmoleſtus. *Briſaci* pranſi ſumus, ſed ita ut nunquam inſuaviùs. Nidor enecabat, tum nidore graviores muſcæ. Deſedimus plus ſemihoram ad menſam ocioſi, donec adornarent ſcilicet illi ſuas epulas. Tandem nihil appoſitum eſt, quod edi poſſet, ſordidæ pultes, offæ, ſalſamenta non ſemel recocta, meræ nauſeæ. Gallinarium non adii. Qui hunc renunciavit teneri febri, bellum quiddam adjecit. Minoritam illum Theologum, quicum mihi fuerat de echeitatibus concertatio, ſacros calices oppignorâſſe ſuo jure, ô *Scoticam* ſubtilitatem. Sub noctem ejecti ſumus in vicum cuendam frigidum: cujus nomen nec libuit ſcire, nec ſi ſciam velim edere. Illic penè extinctus ſum. In hypocauſto non magno cœnavimus plus opinor ſexaginta, promiſcua hominum colluvies, idq; ad horam fermè decimam: ô qui fœtor, qui clamor, præſertim ubi jam incaluiſſent vino! Et tamen ad illorum clepſydras erat deſidendum. Mane multa adhuc nocte è ſtratis exturbamur clamore nautarum. Ego & incœnatus & inſomnis navim ingredior. *Argentinam* appulimus ante prandium ad horam fermè nonam, illic commodiùs accepti ſumus, præſertim *Scheurerio* ſuppeditante vinum. Aderat aliqua ſodalitatis pars, mox univerſi ſalutatum veniunt, ſed nemo officioſiùs *Gerbelio*. *Gebuilerius* & *Rudolphingius* me immunem eſſe voluerunt: quod jam illis novum non eſt. Illinc equis *Spiram* uſq; contendimus, neque uſquam militis umbram vidimus, cum rumor atrocia ſparſiſſet. *Anglus* equus planè defecit, vixq; *Spiram* attigit, ſic eum tractaverat ſceleratus iſte faber, ut illi ambæ aures ferro eandenti inurantur. *Spiræ* furtim ſubduxi me è diverſorio, & ad *Maternum* meum vicinum me recipio. Illic decanus vir doctus & humanus ſuaviter & comiter nos biduum accepit. Hic fortè fortunâ *Hermanum Buſchium* reperimus. Illinc curru vectus ſum *Wormaciam*, atq; hinc ruſus *Maguntiam*. Fortè in eundem currum inciderat quidam Cæſaris ſecretarius *Ulrichus* cognomento *Fœnbul*, quaſi dicas *filicum collem*. Is incredibili ſtudio, tum itinere toto mihi obſervivit, tum *Maguntiæ* non paſſus ingredi παρδοχεῖον, ad ædes canonici cujuſdam pertraxit: abeuntem ad navem deduxit. Navigatio non fuit inamœna, ob cœli commoditatem, niſi quod longior eſſet, nautarum ſtudio. Ad hæc offendebat equorum pedor. Comitati ſunt me primum diem officii gratiâ *Joannes Longicampianus*, qui pridem *Lovanii* profeſſus eſt: & hujus amicus jureconſultus quidam. Aderat & *Weſphalus* quidam, *Joannes Caninicus* apud *S. Victorem* extra *Maguntiam*, homo commodiſſimus, ac feſtiviſſimus. Ubi *Popardiam* appulimus, nóſque, dum exploratur navis, in ripa deambularemus, neſcio quis agnitum me telonæ prodidit, ὅτος ἐστὶν ὁ ἐκεῖνος. *Telones* eſt *Chriſtophorus* ni fallor, *Cinicampius* vulgato verbo *Eſchenfelder*. Incredibile dictu quàm geſtierit homo præ gaudio. Pertrahit in ædes ſuas. In menſula inter ſyngraphas telonicas jacebant *Eraſmi* libelli. Beatum ſe clamitat, advocat liberos, advocat uxorem, advocat amicos omnes. Interim nautis vociferantibus mittit duos vini cãtaros, rurſum vociferantibus mittit alteros, pollicitus ubi redierit ſe illi τὸ τέλος remiſſurum, qui talem virum ſibi advexerit. Hinc officii gratiâ comitatus eſt nos *Confluentiam* uſque *Joannes Flaminius* virginibus ſacris illis præfectus, vir angelicæ puritatis, judicii ſobrii, ſanique, doctrinæ non vulgaris. *Confluentiæ Matthias* officialis epiſcopi nos domum ſuam rapit, homo juvenis, ſed moribus compoſitis. *Latini* ſermonis exactè peritus, tum jureconſultiſſimus. Illic cœnatum eſt hilariter. Apud *Bonnam* nos reliquit ille canonicus, vitans urbem *Colonienſem*, quam & ipſe vitare cupiebam, ſed miniſter cum equis eò præceſſerat, neque quiſquam erat in navi certus, cui de miniſtro revocando negocium committere potuiſſem: & nautis diffidebam. Mane itaque ante ſextam *Agrippinam* appulimus die Dominico, cœlo jam peſtilenti. Diverſorium ingreſſus, mando hoſpitii miniſtris de conducenda biga, & cibum ad decimam parari jubeo. Audio ſacrum, prandium differtur. De biga non ſucceſſit. Tentatur de equo conducendo, nam mei erant inutiles. Nihil ſuccedit. Senſi id quod erat. Agebatur ut illic hærerem. Ego protinus jubeo meos adornari equos, imponi alteram manticam, alteram hoſpiti committo, & claudo meo equo ad comitem *Novæ aquilæ* percurro: eſt autem inter horarum quinque. Is agebat *Bedburii*, apud hunc ſuaviſſimè quinque dies ſum commoratus tantâ

tantâ tranquillitate, & ocio, ut bonam recognitionis partem apud eum peregerim. Nam eam Novi Testamenti partem mecum abduxeram. Utinam hominem nôsses mi *Beate*. Juvenis est, sed rarâ & plusquam senili prudentiâ, pauciloquus, sed quod de *Menelao* prædicat *Homerus*, μάλα λιγὺς loquitur, imò cordatè, citra ostentationem doctus non in uno studiorum genere tantùm, totus candidus, & amico amicus. Jam firmus eram ac robustulus, jam mihi pulchrè placebam, ac fore sperabam, ut validus episcopum inviserem *Lædiensem*, & alacrem me redderem amicis *Brabanticis*. Quæ convivia, quas gratulationes, quas confabulationes mihi promittebam? Decreveram, si vernâsset autumnus, *Angliam* adire, & quod Rex jam toties offert, accipere. Sed ô fallaces mortalium spes! ô subitas & inopinatas rerum humanarum vices! E tantis felicitatum somniis in extremum exitium præcipitatus sum. Jam in posterum diem erat conducta biga. Comes nolens mihi ante noctem valedicere, prædicavit se ante abitum mane visurum me. Eâ nocte sæva quædam venti tempestas coorta est, quæ & ante diem proximum præcesserat. Ego nihilo seciùs surgo post noctis medium, annotaturus quædam comitia. Cúmque jam esset hora septima, nec prodiret comes, jubeo illum excitari. Venit, & ut est modestissimo pudore præditus, rogat, num esset sententia discedere cœlo tam incommodo, se mihi timere. Ibi mi *Beate*, *Jupiter* nescio quis, aut malus genius, non dimidium mentis, aut ait *Hesiodus*, sed totam mentem ademit. Nam dimidium mentis ademerat, cum *Colonia* me committerem. Atque utinam aut ille acriùs amicum commonuisset, aut ego verecundis, sed amicissimis monitis obsequentior fuissem. Rapit me fati vis. Quid enim aliud dicam? Conscendo bigam non tectam, flante vento quantus altis montibus frangit trementes ilices. Auster erat, neq; quicquam præter meras pestes spirabat. Ego mihi vestibus probè tectus videbar, sed ille violentiâ suâ nihil non penetrabat. Successit sub noctem pluviola, vento suo pestilentior: venio *Aguisgranum* lassulus ob quassationem bigæ, quæ mihi in viâ saxis constratâ tam erât gravis, ut equo quamlibet claudo maluerim insidere. Hic per canonicum quendam, cui me comes commendârat, rapior è diversorio, ad ædes cantoris. Ibi ex more convivium agitabant aliquot canonici. Mihi prandium tenuissimum acuerat stomachum: sed apud hos tum nihil erat præter carpas, eásq; frigidas. Expleo me. Cum in multam noctem, nam seriùs accubuerant, cœna proferretur fabulis, ego petitâ veniâ cubitum abeo, quòd proximâ nocte minimum dormieram. Postridie pertrahor ad ædes Vicepræpositi: nam ad illum redibat periodus. Ibi cum præter anguillam nihil esset piscium, nimirum tempestas fuerat in culpa, cum ipse sit alioqui splendidus convivator; expleo me pisce durato ventis, quem à baculo quo contunditur, *Germani* vocant: nam eo alioqui satis delector: sed comperi partem hujus adhuc crudam fuisse. A prandio, quoniam cœlum erat pestilentissimum, in diversorium me confero. Jubeo excitari foculum. Confabulatur mecum canonicus ille vir humanissimus fermè sesquihoram. Mihi interim oboritur nonnullum stomachi tædium, quod cum perseveraret, dimisso eo, latrinam adeo, dejicio alvum. Ac non-

A dum levato stomacho, digitum in os injicio semel atque iterum: prodit piscis ille crudus, neque quicquam præter eum rejicitur. A vomitu decumbens, non tam dormio quàm acquiesco, nullo capitis aut corporis dolore: deinde pactis cum auriga de manticis, rursus invitor ad cœnam. Excuso, non proficio. Sciebam stomachum præter tepidas sorbitiunculas, nihil admissurum. Nam idem acciderat *Basileæ*, cum nocte quadam, non ferens ob incidentem pituitam stomachi cruciatum, simili modo eum levâssem. Mensis erat, priusquam stomachus cum cibis in gratiam redire potuit. Apparatus tum erat prælautus, sed mihi frustra. Ubi confovissem stomachum sorbitiunculâ, domum me confero: Dormiebam enim apud cantorem. Egredior, ibi corpus inane mirè ad nocturnum cœlum inhorruit. Nox gravis fuit. Postridie mane rursus hausta cervisiolâ tepidâ cum paucis micis panis, equum conscendo morbidum & claudum, quo fuit incommodior equitatio. Jam sic affectus eram, ut magis conveniret lecto confoveri, quàm equo insidere. Sed ea regio non parum habet rusticitatis, commoditatis aut elegantiæ minimum, & illic mihi nè valere quidem satis esset commodum, nedum ægrotare. Quo magis libebat effugere. Latronum perienlum, nam ibi summum erat, aut certè metum extrudit morbi molestia. Jam tum cum essem *Basileæ*, dum ex more scalpo partes inguini vicinas, ad provocandam alvum, acriori scalpru sub coxa leva summam cutem perstrinxeram ungui. Idem accidit in inguine dextro, sed hinc neq; dolor ullus, neq; exulceratio. Id quod erat sub leva coxa bidui equitatione, quâ *Argentorato Spirã* perveni, leviter exulceratum fuit, sed ita ut non sentiretur, nisi insedissem vehementiùs. Hoc malum hac posteriore equitatione sic exacerbatum est, quoniam ea parte premebam equum, ut totus ille locus incalesceret. Præterea quod erat in levo inguine modicè intumuit, sed glande quæ cum pelle circumageretur, citráq; cruciatum. Ad hæc in sinistro inguine summo subortum erat paulatim augescens tuber quoddam durum, sed absq; dolore, & sine exulceratione. Equitabam autem iis partibus parum à vento defensis. Confectis eo cursu quatuor passuum millibus perventum est ad *Mosæ* trajectum. Illic sorbitiunculâ utcunq; confoto stomacho, rursus insidens equis *Trongros* adeo. Id oppidum abest tribus millibus passuum. Hæc postrema equitatio, mihi longè gravissima fuit. Incommodus incessus equi mirè torquebat renes. Tolerabiliùs ambulabam pedibus, sed metuebam sudorem, & periculum erat nè nox in agris nos occupâsset: itaque incredibili totius corporis cruciatu, præcipuè renum & epatis, *Tongros* pervenio. Jam ob inediam ac laborem inediæ additum, omnes corporis nervi defecerant: adeò ut nec firmus esset status aut incessus. Lingua, nam ea valebat, dissimulabam morbi magnitudinem. Hic cervisiariâ sorbitiunculâ foto stomacho, cubitum eo. Mane jubeo conduci bigam tectã. Mihi visum est, ob silices equo insidere, donec ad terrenam viam esset ventum. Conscendo majorem equum, quod is commodiùs iret per saxa & pedibus certioribus. Vix conscenderam, contactus cœlo frigido, sentio oboriri glaucoma, posco pallium. Sed mox syncopis successit. Vel manu contacta poteram excitari. Ibi meus *Joan-*

nes

ne) cum cæteris aſtantibus paſſi ſunt in equo ſedentem meâ ſponte expergiſci. Experrectus bigam aſcendo. Paulo poſt ſentio moveri alvum, deſcendo, exonero, & rediit color & alacritas aliqua. Jam eramus vicini oppido divi *Trudonis*. Rurſus inſcendo equum, nè bigâ vectus viderer ægrotus. Rurſus cœlo veſpertino offenſus, nauſeo, ſed citra ſyncopim. Offero duplum precium bigario, ut me poſtridie vehat uſq; ad *Tenas*. Id oppidum abeſt a *Tongris* tribus m.p. Accipit conditionem. Hic hoſpes mihi notus narrat, quàm graviter tulerit Epiſcopus *Leodienſis* quod ſe inſalutato diſceſſiſſem *Baſileam* petens. Confoto ſtomacho ſorbitiunculâ eo cubitum. Nox erat graviſſima, præſertim ob cruciatum ulceris, quod erat in leva coxa, adeò ſtimulabat ſanguis ibi corruptus & concretus. Hîc fortè quadrigam nactus, quæ *Lovanium* peteret: aberat autem ſex m.p. in eam me conjicio: incredibili moleſtiâ vectus ſum, ac pene intolerabili, ſed tamen eo die ad horam ſeptimam pervenimus *Lovanium*. Non erat ſententia petere meum cubiculum, vel quòd ſuſpicarer illic frigere omnia, vel quòd nollem committere, nè ſi peſtis rumor ex me fuiſſet ortus, collegii commodis aliquo pacto officerem. Ad *Theodoricum* Typographum diverto, amicum tam ſyncerum, ut vel hoc uno beatus ſim futurus, ſi res animo reſponderet. Eâ nocte eruperat inſcio me maximum ulcus, jámq; dolor conquieverat. Poſtridie accerſo chirurgum. Apponit malagmata. Jam tertium ulcus acceſſerat in tergo, quod miniſter fecerat *Tongris*, dum ob renum dolorem ungens me oleo roſaceo, digito calloſo durius fricat coſtam quandam. Id poſt exulceratum eſt. Tumebat & glans ſub dextera mamilla mobilis, verùm ea citra exulcerationem, ſuâ ſponte ſenſim evanuit. Abiens chirurgus clam dicit *Theodorico* & famulo, peſtem eſſe: miſſurum quidem malagmata ſe, non venturum autem ipſum ad me. Mitto lotium ad medicos, negant quicquam eſſe morbi: rurſum alios conſulo, idem affirmant. Accerſo *Hebræum*, is optabat tale corpus ſuum, quale meum eſſet teſte lotio. Cum non rediret uno atque altero die chirurgus, rogo *Theodoricum* quid ſit in cauſa. Excuſat ille neſcio quid. At ego rem ſuſpicans, quid inquam, num judicat eſſe peſtem? Hoc ipſum, inquit, conſtanter affirmat, tres eſſe carbunculos. Riſi ſatis, nec ullam peſtis imaginationem demitto in animum. Poſt dies aliquot venit chirurgi pater, inſpicit, idem judicat, & in os aſſeverat, germanam eſſe peſtem? Nec ſic quidem mihi perſuaderi potuit. Accerſo clam alterum chirurgum magni nominis. Inſpicit, is verò, ut erat homo ruſticior, Non vererer, inquit, tecum cubare; &, ſi mulier eſſes, rem quoq; tecum habere: idem ſentiebat *Hebræus*. Accerſo medicum quendam, cui plurimum tribuunt *Lovanii*. Nam hîc bonos eſſe medicos, admodum eſt rarum. Rogo nunquid mali portenderet urina, negat. Narro de ulceribus, addens argumenta, quibus colligerem, non eſſe peſtem; Ulcera non erant nova, neque ſponte nata. Glandes ambulabant initio. Quæ in levo erat inguine, ſemper. Nulla febris, nullus inſignis capitis dolor, niſi ob jactionem, nulla ſomnolentia, palatum perpetuo ſaniſſimum: vomitus erat non obortus, ſed provocatus, nec quicquam ejectum præter piſcem, eo exoneratus quievit ſtomachus: quod deinde

A cibum reſpuebat, peculiare eſt. Nullum ſignum peſtis habebat lotium. Cætera ſat fortiter audierat. At ſimulatq; ulcerum mentio facta eſt, ſenſi hominem pertimeſcere. Do medico coronatum aureum, pollicitus eſt ſe poſt prandium ad me rediturum. Is territus ex oratione, mittit miniſtrum. Rejicio: & iratus medicis, *Chriſto* medico me commendo. Stomachus intra triduum reſtitutus eſt, hauſto pullo gallinaceo contuſo, & cyatho vini *Belnenſis*. Hic protinus ad ſtudii quoque
B laborem reverſus, abſolvo quod deerat in Novo Teſtamento. Poſt ſeptemdecim dies excidit ex ulceribus caro nigra, ac emortua, quod chirurgi futurum prædixerant: glans illa quæ erat in inguine ſiniſtro, jam intumuerat, citra dolorem tamen, magno meo metu. Cœpit enim animum meum ridicula quædam ſuſpicio, ſed utinam falſa: hoc mali accidiſſe ex contactu equi mei. Excuſſi enim ſemel atque iterum muſcas inſidentes ulceri, manu nuda: deinde fortè tractavi ea loca
C corporis mei, vel dum reddo lotium, vel dum induſium repono. Verùm hic conſtanter me jubet animo ſecuro eſſe chirurgus. Nunc mollior eſt tumor & humilior aliquanto, ſed tamen locum nondum mutat. Ulcera ſunt extra periculum, glans illa in dextro pectore ſua ſponte evaneſcit. Apud *Theodoricum* curatus ferè quatuor hebdomadis, in cubiculum meum remigravi. Semel duntaxat ad proximum templum exii ſacri gratiâ, nondum ſat firmis viribus. Si peſtis fuit, pe-
D ſtem eam labore, & incommoditate animíq; robore depuli. Quando ſæpenumerò magna morbi pars eſt, morbi imaginatio. Ab adventu protinus edixeram, nè quis me adiret, niſi nominatim accitus, nè vel ego cuiquam eſſem terrori, vel mihi quiſpiam officio ſuo moleſtus: tamen irrupit *Dorpius* omnium primus, mox *Atenſis*, *Marcus Laurinus*, & *Paſchaſius Berſelius*, qui quotidie aderant, mihi bonam morbi partem ademerunt mellitiſſimâ conſuetudine ſuâ. Mi *Beate*, quis crederet hoc corpuſculum exile, delicatum, atque
E etiam ætate jam imbecillius, poſt tot itinerum labores, poſt tot ſtudiorum ſudores, tot etiam morbis ſuffecturum? Scis enim quàm graviter paulò ante laborârim *Baſilea*, idq; non ſemel. Nonnulla ſuſpicio tangebat animũ meum, eum annum mihi ſore fatalem, adeò malo malum ſuccedebat, ſempérq; gravius. Ego verò tum etiam cum maximè morbus urgeret, ſic eram affectus, ut nec vitæ deſiderio cruciarer, nec mortis metu trepidarem. In
F uno *Chriſto* tota ſpes erat, à quo nihil aliud precabar, niſi ut daret, quod mihi ſaluberrimum eſſe judicaret. Juvenis olim, ut memini, ad nomen etiam mortis ſolebam inhorreſcere. Hoc certè profeci acceſſione ætatis, mortem leviter metuo, neque metior hominis felicitatem longævitate. Annum exceſſi quinquageſimum, ad quem cum ex tam multis tam pauci perveniant, jure queri non poſſum me parum diu vixiſſe: deinde ſi quid hoc ad rem pertinet, jam nunc paratum eſt moni-
G mentum: quo poſteris teſter me vixiſſe. Et fortaſſis à rogo, quemadmodum poetæ loquuntur, ut conſileſcet livor, ita magis eluceſcet gloria: quanquã non convenit ut Chriſtianum pectus tangat humana gloria: utinã ea contingat gloria ut *Chriſto* probemur. Bene vale *Beate* chariſſime. Cætera cognoſces ex literis ad *Capitonem*. *Lovanii*. Anno milleſimo quingenteſimo decimooctavo.

Eraſmus

Erasmus Roterodamus R.D. Antonio Puccio Legato Apostolico apud Helvetios.

t.26. SAlutem P. Reverendissime, vereor nè jamdudum apud se tua celsitudo *Erasmum* non solùm inhumanitatis, verumetiã insignitæ cujusdam ingratitudinis reum agat, qui tam obviam tuam humanitatem expertus, non saltem literarum officio beneficium agnoscam. Verùm si scias, quàm periculosè plusquam menstruâ pituitam excipiens diarrhœa scelerâtissima non sine torminibus alvi nos afflixerit: cum interim operi quod erat præ manibus cogerer sufficere: sat scio, quæ naturæ tuæ bonitas est, dolituras sis etiam mihi tam justam esse excusationem. Eò ventum erat, ut de condendo Testamento cogitarem. Nunc pestilentia undiq; gliscens, nos hinc abigit, opere nondum absoluto, cujus studio vitam etiam hactenus contempsimus, non modò pecuniam. Adeò mihi studio fuit, ut quod semel *Leoni Decimo* dedicâram, illo dignum redderem. Nam editio prima mihi non per omnia satisfecit, licèt & illa ab eruditissimis quibusque doctissimisque probetur: tantum initio oblatrabant pauculi sycophantæ, sed indocti: deinde qui nunquam opus legerant: postremò in absentem duntaxat: coràm nemo verbum. Nunc exibit, ni fallor, sic elaboratum, ut sperem futurum, ut nec *Leoni*, nec posteritate videatur indignum. Frustra narrem, quando nemo crediturus sit, quantis mihi constiterit sudoribus; utinam parem adferat utilitatem reip. Christianæ, nihil enim hic aliud spectavimus. Quam ad rem tua quoque sublimitas non mediocre momentum adferre poterit, si non gravabitur à summo Pontifice impetrare Breve aliquod, quo testetur opus hoc sibi gratum esse. Ita sycophantis illis pauculis os obturabitur. Responderant duo Cardinales, per quos primæ editionis volumen obtuleram *Leoni* Pontifici. *Andreas Ammonius* alteram epistolam huc misit, ea periit: alteram servavit, quæ nunc unà cum ipso periit. Scripsimus hac de re ante pauculos dies Card. *Grimano*, & *Paulo Bombasio*. Porrò nè quis scrupulus habeat animum tuum, studii mei rationem paucis exponam. Collatis multis *Græcorum* exemplaribus, quod syncerissimũ videbatur sequuti, vertimus *Latinè*, nostrámq; translationem *Græcis* adjunximus, quo lectori promptum sit conferre: & ita vertimus, ut primum studuerimus, quoad licuit, integritati sermonis *Romani*, sed incolumi tamen apostolici sermonis simplicitate: deinde dedimus operam, ut quæ prius lectorem torquebant vel amphibologiâ, vel obscuritate sermonis, vel orationis vitiis, aut incommodis, jam explanata sint ac dilucidâ: parcissimè interim recedentes à verbis, à sensu nusquam: quem tamen non ex nobisipsis somniamus, sed ex *Origene*, *Basilio*, *Chrysostomo*, *Cyrillo*, *Hieronymo*, *Cypriano*, *Ambrosio*, *Augustino* petimus. Adjunximus Annotationes, jam locupletatas, in quibus docemus lectorem, quid quo consilio sequuti simus, semper veterum autorum nixi sententiâ. Vulgatam hanc editionem non convellimus, quæ tamen cujus sit incertum est: etiam si compertum est, nec *Cypriani* esse, nec *Ambrosii*, nec *Hilarii*, nec *Augustini*, nec *Hieronymi*: sed indicamus ubi sit depravata, submonentes sicubi insigniter dormitavit interpres: explicantes si quid involutum, ac spinosum. Si optandum est ut divinos libros habeamus quàm emendatissimos, hic meus labor non solùm amolitur mendas sacrorum voluminum, verumetiam obstat, nè post hac queant depravari. Si optandum ut rectè intelligantur, plusquam sexcentos locos apuemimus, antehac nec à magnis intellectos Theologis. Fatentur ipsi, negare non possunt. Si optandum ut huic disputatrici Theologiæ, quæ penè plus satis pollet in scholis, accedat fontium cognitio, hic peculiariter hoc opus conducit. Nullum igitur studii genus læditur hoc meo labore, sed adjuvantur omnia. *Græcorum* lectionem licèt ubiq; verterimus, non tamen ubiq; probamus: quin nostram alicubi præferimus, semper indicantes, ubi scriptores orthodoxi *Latini* cum *Græcis* consentiant, aut dissentiant. Porrò lectionis varietas non solũ non officit studio sacrarum scripturarum, verumetiam conducit, autore divo *Augustino*. Neque tamen usquam tanta est varietas, ut ad orthodoxæ fidei periculum pertineat. In summa, aut me planè fallit operis amor, aut allaturum est non mediocrem utilitatem sacris studiis. *Leoni* decimo non minimum decus apud posteros, cum jam quiescet livor & sentietur utilitas, quæ quidem tum uberior, tum maturior continget, si summi pastoris accesserit approbatio. Nec aliter cupio probari, nisi ut declaret hoc opus ob utilitatem sacrorum studiorum sibi gratum esse. Pro mea inscriptione non aliud posco præmium. Alius munus aliquod expectaret, alius sacerdotium flagitaret: ego qui tantum prodesse studui, satis amplum præmium mihi videbor assequuturus, si contigerit, cujus gratiâ tantum suscepi vigiliarum. Amplitudo tua rem duobus verbis impetrabit, gratum factura tum ipsi *Christo*, tum studiosis omnibus, tum peculiariter *Frobenio* viro tali, ut nullius officinæ plus debeant sacrarum studia literarum. Opus absolvetur intra menses tres: si interea missum erit Breve, poterit præfigi operi. Magnopere te rogo, fine me hac in re tuam experiri beneficentiam, efficiam vicissim, ut omnes eruditorum centuriæ intelligant se debere *Puccio*. Cardinali *Sedunensi* omnia fausta precor, cujus & amplitudinem, & merita brevi, ut spero, Deus Optimus Maximus respiciet. Bene vale & ignosce, nam hæc scripsimus in ipso procinctu, jam ingressuri navim. *Basileæ* septimo Calend. Septemb. Anno M. D. XVIII.

Erasmus Roterod. Iodoco Ionæ Erphordiensi S.D.

NE pro tam erudita tãmque prolixa epistola nullas vices referam, doctissime *Jona*, & inter candidos amicos præcipuè, accipe quid mihi visum sit submonere tuam prudentiam. Cum Deo Opt. Max. esset in manu singulis quibusq; mortalibus largiri omnia, tamen ad concordiam, quam unicè nobis voluit esse commendatam, illi magis visum est idoneum, sic aliis alias dotes impartire, ut necesse foret nos invicem mutuis officiis sublevari: simúlq; fieret, ut nec sibi quisquam plus satis fideret, cum sciret, quicquid usquam posset, id totum benignitatis esse divinæ: nec alius alium contemneret, cum perpenderet, Deum magnam beneficiorum suorum partem hominì per hominem largiri voluisse. Denique nec beneficium in

Epist.27.

alterum

alterum collatum quiſquam aut arrogaret ſibi, aut exprobraret adjuto, non ignarus, miniſtrum & organum eſſe ſe largitatis alienæ, non autorem: & is qui officinam ſenſiſſet, ſic haberet gratiam homini, ut Deo velut autori, fontiq; bonorum omnium gratias ageret, non ſolùm pro beneficio, quod ab illo per hominem accepiſſet: verumetiam pro ipſo beneficio, qui quod voluit, quòd potuit benefacere proximo, totum muneris erat divini. Studium igitur omnium commune debet eſſe, ut aliis alii viciſſim benefaciamus, ſi quid poſſumus: & ab aliis alii ſublevari ne gravemur, ſi quid egemus. Verùm cum variæ ſint dotes Dei, aliæ in alios velut in ejuſdem corporis diverſa membra diſtributæ; in eam partem erit cuiq; potiſſimùm incumbendum, quâ ſenſerit ſe potiſſimùm uſui eſſe poſſe. Nec enim ſufficit, ſi membrum ſis non prorſus ocioſum, niſi hâc proſis corpori, quâ maximè prodeſſe queas: præſertim cum quicquid cuique contingit facultatis, in hoc ipſum à Deo ſortitus ſit, ut in cõmunem conferat utilitatem. Nec ſatis eſt talentorum modum expendere, quin & talẽti cujuſq; ratio qualitaſq; erit expendenda. Ita videlicet futurũ eſt, ut dives ille dominus, ſed tamen hujuſmodi lucrorum avidiſſimus, gaudeat domũ ſuam fidelium ſervorum uſuris magis ac magis locupletari. Quâ quidem in re quorundam vel prudentiam, vel felicitatem deſidero, qui priuſquam ſibi ſatis noti ſunt, in genus aliquod vitæ ſe conjiciunt, ubi nec ſibi, nec aliis poſſint uſui eſſe. Hæc cogitatio mi chariſſime *Jona*, protinus inceſſit animo meo, ubi ex oratione, moribúſq; tuis, demum & oris lineamentis habitúq; mentis tuæ ſimulacrum conjeci. Quanquam arbitror te tibi non ignotum eſſe, tamen viſum eſt admonere, ut quando Deus te non agitandis ſordidis cauſis deſtinâſſe, ſed velut organum quoddam electum finxiſſe videtur, ad illuſtrandam filii ſui *Jeſu* gloriam, ad mortalium animos in hujus ſtudium inflammandos, ad hanc omnium ſaluberrimam functionẽ omnia tua ſtudia conferas, ídq; maturè, dum corpus laborum patiens, dum viget animus. Bene fortunabit tuos conatus, mihi crede, is qui ad hoc muneris te tot egregiis dotibus inſtruxit, qui pectus dedit veræ pietatis amore flagrans, qui linguam dedit eruditam, ut diſſipes, ut evellas, ut plantes, non deerit iſta conanti, præſertim ſi non aliò ſpectes, quàm ad *Chriſti* lucrum. Sit ſanè magnificum manu motâ, ſupplici benedicere popello: ſit res egregia, miniſtrare ſacramenta eccleſiaſtica, pulcherrimum certè veréque apoſtolicum atque epiſcopale munus eſt, ſalutari doctrinâ multitudinem ad mentem moréſq; *Chriſto* dignos adducere. Verùm in hac omnium ut difficillimâ, ita pulcherrimâ functione, quos videmus hodie verſari paſſim? Quorum pleriſq; deeſt eruditio, nonnullis pectus, ſine quo friget omnis eloquentia Chriſtiana, multis naturæ facultas, veluti linguæ plectrum vocale, latera, aut corpus alioqui laborum hujuſmodi patiens. Sed age boni conſulamus cum *Paulo* noſtro, quod iſti moliuntur, modo *Chriſtus* annuncietur, ſi tamen annuncietur. Bona pars, non *Chriſtum*, ſed homines, ſed ſeipſos prædicat. Verùm hæc deplorare non eſt hujus inſtituti. Sunt qui *Scotiſticas* ſubtilitates tractent apud imperitam multitudinem, delectis etiam in hoc argumentis quàm maximè perplexis, quo magis miraculo ſint auditoribus, ſi nihil omnium quæ dicuntur intelligant. Quid autem frigidius? Imò quid inutilius? Alii præter ſcholaſtica dogmata, nihil adferunt in concionem: quorum aliquot ejuſmodi ſunt, ut non referat ea neſcire: quædam ejuſmodi, ut extra ſcholas tractata frigeant. Nec deſunt, qui, quo curioſis auditoribus faciant ſatis, undique congerunt, & velut ex variis rhapſodiis centonem concinnant, ex jure Civili, ex jure Pontificio, ex variis doctoribus, nè quid non legiſſe videantur. Omnis humanus affectus ponendus ei, qui ſtudeat veram pietatem animis mortalium inſerere. Prudentior autem es, quàm ut ſis mihi monendus, efficacius eſſe ad inſerendam hominum mentibus *Chriſti* philoſophiam, ſi quis admirabilem illam & amabilem veræ pietatis imaginem, quàm poſſit expreſſiſſimam ingerat, quàm ſi inſectandis vitiorum formis ac generibus vocem lateráq; exerceat. Efficax quædam res ipſa virtutis ſpecies, quæ puris oculis oſtenſa, mox rapit in amorem ſui. Immenſum eſt, quot modis aberretur ab honeſto, perſequi. Rectius ad propoſitũ exemplar ſe quiſq; tacitus exigat; niſi quod fuerit hujus generis vitium, ut fallat umbrâ ſpeciéq; pietatis: ea conveniet ſuo loco nominatim etiam prodere, nè quis deceptus erret. Nunc quoſdam videas ex arcanis illis hominum confeſſionibus concionari, ſic monſtra vitiorum depingentes, ut doceant: ſic inſectantes, ut aut invidere dicas, aut delectari. Quis autem fructus ſit, ſi quis enumeret, quot modis peccetur libidine? Si quis vociferetur, adulteris plena eſſe omnia? Magis retulerit, venerabilem illam caſtitatis imaginẽ pectoris oculis ſubjicere: quam ubi conſpexiſſet *Auguſtinus*, ilicò cœpit exercrari formas omnes inhoneſtæ libidinis. Itidem in cæteris, quiſquis ardere cœperit pulcherrimam *Chriſtianæ* pietatis Ideam, ſimul odiſſe incipit, quicquid ab hac viderit diſcrepare. Nec mihi probantur iſti, qui quo ſibi ſanctimoniæ famam venentur apud plebeculam, ſeditioſè vociferantur in Epiſcoporum aut Principum vitia: qui clamoribus hujuſmodi magis etiam irritantur, cum admonitione tempeſtiva, modeſta, civiliq; ſæpenumero corrigantur. Eſt & pietati ſua libertas, ſed nunquam non condita melle charitatis. Quoad licet parcendum eſt iis, qui ſummâ publicáque funguntur autoritate. Si res poſcet ſævitiam, magis ſæviendum in eos, qui Pontificum, Epiſcoporum, aut Principum titulis ad ſuas cupiditates abutuntur, quàm in ipſos proceres. Nec temerè ſæviendum in ordines hominum, adverſus illos magis clamandum, qui ſuis vitiis, ordines alioqui præclaros dehoneſtant. Utilius enim fuerit oſtendere quantum abſint à vera religione, qui *Benedicti*, *Franciſci*, aut *Auguſtini* inſtitutum profitentes, ventri, gulæ, libidini, ambitioni, avaritiæ vivunt, quam ipſum vitæ genus inceſſere. Inutilius ſit damnare publicas ſcholas, quàm indicare, quid ab his reſecari conveniat, aut quid expediat addi. Ita eſt humanum ingenium, citiùs ducitur civilitate, quàm auſteritate pertrahitur. Non parum autem ponderis addet orationi tuæ, ſi quæ doces, potiſſimum ex arcanis voluminibus haurias, ſi vita doctrinæ reſponderit, ſi docendi officium nullâ gloriæ, nullâ quæſtûs ſuſpicione vitietur. Vim atq; ἐνέργειαν addet, ſi quæcunque doces, amaris ex animo, ſi ad dicendum, non à compotatione, aut profano colloquio, ſed ab altiſ-

altissima precatione, te contuleris, ut ad inflammandos aliorum animos, ipse ardens accedas. Sed næ ego hæc nimis multa ad te, à quo magis eram ipse docendus. Bene vale mi *Iona*, *Antuerpiæ* Calend. Junii. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterodamus Guilielmo Nesenо S.D.

Epist. 28. EX amicorum literis intelligo, isthic *Augustinum Nebiensem* Episcopum strenuè vociferari in *Erasmum*, etiam si nondum adducor, ut credam. Quod si verum est, longè dissimili negocio sumus utrique occupati, ego dum hic illius candorem laudo, ille isthic me traducit. Compertissimum habeo, barbaros undique inter se conspirâsse nihil intentatum relinquere, quo bonas literas opprimant. Tu cave, nè quid ad nos scribas periculosè: nam literæ frequenter intercipiuntur, præsertim quæ istinc veniunt. Siquidem hæ tuæ postremæ redierunt à *Zelandia*. Et ex aliis audio, nescio quid, mihi succensere *Budæum*, neque tamen ullam video causam, cur succenseat. Non dubito quin isthic (ut par est) fiat plurimi. At vix crediderim esse, qui de *Budæo* candidiùs sentiat, aut honorificentiùs loquatur, quàm *Erasmus*, etiam si major est ille, quàm ut nostro egeat præconio. Provocârat ad conflictationem literariam, & mihi visus est liberis jocis impendio delectari: at proximis literis offensus, respondet epistolâ satis *Francicâ*, nê quid aliud dicam: imò non respondit, τί γὰρ ἔχει πρὸς ἔτος; Proinde in hoc argumento diserti esse nolimus, etiam si mihi persuaderi nondum potest, illum irasci seriò. Sic illi visum est nostræ lenitatis facere periculum, aut suo certè animo morem gerere: nam qui ob leves causas amicus esse desierit, is (mihi crede) nunquam ex animo fuit amicus. Bene vale *Nesene* charissime. *Mechliniæ* duodecimo Calend. Aprilis. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Erasmus Rot. Ioanni Draconi suo S.D.

Epist. 29. LAudum mearum encomium decantaturus, & stili veniam postulas, & adulationis suspicionem deprecaris. Mihi verò perplacuit dictionis fluxus & perspicuus & facilis: præsertim in juvene: quæ res facit, ut mihi de te raram quandam eloquentiam pollicear. Porrò nihil esse causæ video, cur mihi quisquam vel invideat, vel aduletur. Quod enim futurum sit adulationis præmium? quanquam autem istiusmodi laudes, quas mihi quorundam vel studium, vel candor tribuit, non levi me onerant invidiâ: tamen amorem unde proficiscuntur, non possum omninò rejicere. Atque utinam aliqua ex parte vera essent, quæ tu commoda narras ex meis scriptis orbi *Christiano* contigisse. Nam quis ego sum, ut magnam aliquam utilitatem orbi præstare queam? etiam si conatus sum meam quantulumcunque talentum in Domini mei lucrum impendere. Si successus defuit, voluntas bona non defuit. Quidam nimis odiosè reclamant, alii rursum immodicè probant. Illorum virulentas obtrectationes non mereor, horum laudes non agnosco. Ego interim me meo metiens pede, neque crescо laudibus plausuque faventium, nec omninò dejicior perversitate obtrectantium, consolans interim me ipsum recti conscientiâ, ac vigiliarum mearum præmium à *Christo* expectans, si parum grati sunt homines. Quanquam video meos conatus optimo cuique probari, ἀλλὰ πλείοσι οἱ κακοί. Quòd *Erfordienses* Academiæ publico nomine mihi studium illius, ac favorem & in præsentia testaris, & in posterum offers, vehementer fuit gratum à tam inclyta schola probari: neque enim sic amarent, nisi probarent. Utinam *Eobanum* tam non pœniteat suæ ad nos profectionis, quàm ego gaudeo mihi contigisse viri tam eruditi, tam facundi, tam probi, tamque bene morati notitiam: etiam si ipse hominem parum humaniter accepi, videlicet id temporis occupatissimus, quanquam nunquam non sum occupatus. Bene vale *Draco* charissime. *Lovanii* XIII. Calend. Maias. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterodamus Euricio Cordo Ludimagistro S.D.

VTinâ tam facilè liceat omnib⁹ mutuis literis ut amore mutuo respondere, non committerem ut quoquam in officio viderer inferior: nunc quando unus à tam multis lacessor, cogor in altero cedere, præsertim cum præter vicissitudines literarum, quæ mihi non minimam temporis adimunt portionem, & tot alioqui studiorum laboribus degraver nè quid imputê interim, quod operæ refellendis obtrectatorem calumniis datur. An aliquos (ut scribis) *Christo* lucrifecerim, nescio, quanquam à multis hoc nomine mihi aguntur gratiæ, certè conatus sum, atque utinam meipsum *Christo* lucrifecissem. Etiam atque etiam nostræ gratulor *Germaniæ*, quam video indies magis ac magis melioribus literis mansuescere, ac sylvestre ingenium exuere. Quòd *Erfordia* ludum literarium aperis, ut felix faustumque sit precor. Academiam multis nominib⁹ celebrem, reddes industriâ tuâ celebriorem: sed quo alacriùs verseris in isto munere, fac memineris secundùm Principes & Episcopos, neminem magnificentiùs posse mereri de Republicâ quàm ludi literarii magistrum, si rudibus adhuc, & in quemvis habitum sequacibus animis mentem instillet *Christo* dignam, eâsq; literas, quæ semper optimo cuique placuerunt. Quòd si me audies, plus operæ sumes in propagandis optimis disciplinis, quàm in refellendis harum hostibus. Ad claram lucem vel suâpte sponte evanescunt tenebrarum portenta. *Eobanum* ævi nostri *Nasonem*, sed castum ac pium, meis verbis salutabis diligenter. Bene vale cordatissime *Corde*. *Lovanii* decimo quinto Cal. Maias. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Theologo cuidam S.D.

Epist. 31. PRæceptor eruditissime, video virus hoc obtrectationis indies latiùs serpere, & letaliùs reddi tam manifesta mendacia licentissimè de me prædicavit *N.* quidam licentiatus, ut vocant, primùm *Lovanii*, deinde *Mechliniæ*, mox *Antuerpiæ*, nec video remedium, nisi tua prudentia atque autoritas finem imponat huic malo. De modo viâque convenerat tecum, & cum *Dorpio*. Me mea conscientia non remordet, quod scriptis meis nunquam offecerim *Christianæ* pietati. Dissidii causa nolim esse, cavebo pro virili, nè sim occasio. *Lovanus*

mus invitârat, ut rationem rationi opponeremus: id fecimus summâ lenitate, ut ni morosissimus sit, offendi non debeat. Sed præstat omnia coram, si dignaberis horam præscribere. *Christum* mihi iratum imprecor, si quid affecto, quod *Christo* displicere sciam. Nullum convicium non feram, etiam falsissimum, modò nè falsò traducar hæreticus, quod à nonnullis fieri præsens docebo. Bene vale. Anno M. D. XV.

Eras. Rot. Iacobo suo Hornensi S.D.

Epist. 32. SAnè quàm lubens amplector tuum in nos animum, vel ob hoc ipsum quòd ultrò nos adamandum provocas, etiam si non parum apud me valeret, vel patria communis, vel literarum similium idem amor. Nam quòd existimas me tibi *Daventria* conspectum, vel hoc argumento facilè deprehendes, te vanâ ludi mentis imaginatione, quod cum ego *Daventria* discederem, nondum fluvius, qui urbem præterfluit, ponte junctus erat. Nec *Daventria* discedens, adii *Britanniam*: nam ante decem & novem annos demum vidi *Britanniam*. *Daventriam* reliqui, quatuordecim natus annos, nunc ago annum quinquagesimum tertium. Quæstionem abs te disputatam, nullus adhuc exhibuit. Bene vale mi *Iacobe*. *Lovanii*, decimoquinto Calend. Maias. Anno M. D. XIX.

Guilielmo Cardinali de Croy Archiepiscopo Toletano &c. Eras. Rot. S. D.

Epist. 33. REverendissime domine, idémque Princeps clarissime, schedula tua *Laconicâ* quidem brevitate, sed sensu arguto, mihi speciem acris vegetíque ingenii præbuit: nam hîc, opinor, permittes *Erasmo*, leonem ex unguiculo æstimare. Felices literæ, si tales habituræ sunt fautores, feliciores si non faventes modò verumetiam cultores habebunt. Probè verò divinas libellum hunc reliquorum similem futurum, prorsus illis simillimus est, hoc est, ineptissimus. Mihi verò nec libuit in hujusmodi nugis seriam operam ponere, & visum est convenire, ut dignum haberet patella operculum. Si tua celsitudo dignabitur *Erasmum* numero clientulorum suorum ascribere, dabimus operam, nè prorsus ignavum aut ingratum allegisse videatur, quam *Christus* Opt. max. instauranda veræ pietati, bonísque literis evehendis diu tueatur incolumem. *Lovanii* duodecimo Calend. Maias. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Ioanni Thurzoni Episcopo Vratislavienſi, Eras. Roterodamus S.D.

Epist. 34. LIteras tuas ornatissime Præsul, non minus bonæ mentis, quàm doctrinæ, quàm eloquentiæ, quàm humanitatis præ se ferentes, planè dignas judicabam, quæ in tui nominis gloriam ederentur, ni meam gloriam immodicè prædicarent. Nec ita multum abfuit, quin me nitore suo à rescribendo deterruerint, sed malui famæ detrimentum accipere, quàm parum humanus videri. Essem autem inhumanissimus, si à tanto Præsule talibus literis provocatus, prorsus obticuissem. Tantum autem abest, ut pudeat me vinci à minoribus, ut vehementer & gaudeam, & glorier, seculum nostrum priscæ barbariei veternum exuere, & in optimis literis feliciter reflorescere. Neque hic ullam laudis partem mihi vindico, nisi si quos nostræ *lucubrationes* expergefecerunt ad meliora studia, nè me putes agnoscere laudes, quas mihi candidè magis quam verè tribuis. Porrò novum non est, apud *Hungaros* esse præclara ingenia, quando *Janus* ille *Pannonius* tantum laudis meruit in carmine, ut *Italia* ultrò herbam illi porrigat. *Iacobi Pisonis*, cujus memoriam mihi refricas, tam jucunda est recordatio, quàm olim *Romæ* jucunda fuit consuetudo: quid enim illo doctius, aut quid festivius? Ego hunc præceptorem magis gratulor serenissimo Regi vestro, quam regi ipsum. Fuerunt & hîc, qui me *Ferdinando* Principi præceptorem dare vellent. Et est adolescens prorsus indole divinâ, docilitate incredibili, probitati virtutíque natus, ad hæc amabili quadam morum gravitate, sed erat cur me nollem aulæ committere. Is tamen (ut ipse mihi retulit) libellum *De Principis institutione* semper habet in manibus. *Velii* carmen legens, quod proximè mihi redditum est, *Lucani* tubam audire videor: dignus ille qui magnos Reges decantet, non *Erasmus*. Nunquam autor tibi fuero, ut quemadmodum scribis, octo dierum itinere, ad homuncionis hujus spectaculum accurras: nam sat scio, & te pœniteret itineris, & ego nonnullam existimationis meæ jacturam apud te facerem. Si quid *Erasmi* visendum, id in libellis nostris conspicaris. Cæterum nec ego sum *Livius*, nec tu *Gaditanus* quispiam barbarus. Quod autem insuper munus adornas? An non hæc tua epistola, quâ mihi pectus istud tuum dicas, amplissimum est munus? Mihi certè nullum tui pignus exhiberi potuit charius, maximè quòd non gravata sit tua celsitudo tam prolixam epistolam propriis digitis describere. Bene vale. *Lovanii* duodecimo Calend. Maias. M. D. XIX.

Georgio Spalatino illustrissimi Saxoniæ Ducis à Sacris Eras. Rot. S. D.

MIhi verò nihil hactenus abs te redditum est literarum, neq; tuo, neque illustrissimi Ducis nomine, eóque nonnulla ni delictum fuisset. Vides quanto locorum intervallo dirimamur, & non secus atque in bello, literis intercipiendis advigilant hostes meliorum studiorum: quo magis cavendum, nè cuivis committantur epistolæ. Gratissimum mihi fuit nomisma, optimi Ducis imaginem mihi referens, vivæ simillimam. Hujus epistolam videre desiderabat reverendissimus Episcopus ac Princeps *Leodiensis*, eam unâ cum nomismate ad illum misi, nec postea licuit hominem convenire. Quicquid favoris, quicquid benignitatis, cuicquid præsidii illustrissimus Dux impendit evehendis optimis studiis, id in me peculiariter collatum arbitror. Nihil in *Iona* conspexi, quod non unicè me delectârit. Ita me Deus bene amet, video delectum organum ad *Christi* gloriam illustrandam inter crassissimas horum temporum tenebras. *Schalbi* collegæ dotes magis ex illius literis, quàm ex oratione licuit cognoscere. Ego posthac *Georgium Spalatinum* non solum inter præcipuos amicos, verùm etiam inter patronos meos observandos scripturus sum, non perinde

perinde in chartis, atque ipso in pectore. Bene vale *Georgi* charissime. *Lovanii* quarto Calend. Junias. Anno M. D. XIX.

Friderico Saxoniæ Duci Erasmus Roterodamus S. D.

ist. 36. ILlustrissime Princeps, pro studio, quo tuæ celsitudini Cæsarum vitas à me recognitas dedicavi, jam nunc abundè magnam gratiam relatam existimo, postea quàm amantissimis literis sibi non ingratum fuisse testatur. Nam cum id operis destinarem, nondum mihi perinde prædicatum erat atque nunc est, quanta animi propensione faveres bonis literis, adhuc cum veteris inscitiæ patronis digladiantibus, sed ita, ut hostes nihil aliud assequantur reluctando, quàm quod & nostram illustrent victoriam, & suam denobilitent stultitiam. Quicquid autem favoris, quicquid benignitatis, quicquid subsidii tua nobilitas instaurandis honestis studiis, & evehendis tuendísque studiorum assertoribus impendit, id totum in me collatum esse duco. Neque verò te pœniteat istius animi, non erunt ingratæ literæ, quin magis trilingui facundiâ vindicem suum immortali gloriæ consecrabunt. Erit olim *Fridericus* adjutis studiis, quàm stemmatum luce nobilior. Ego posthac non verebor & alios ingenii mei fœtus tibi dicare, quando feliciter cessit hæc mihi audacia. Celsitudinem tuam patriæ studiis ac pietati quàm diutissimè incolumem meatur *Christus* Opt. Max. *Lovanii* tertio Calend. Junias. Anno M. D. XIX.

Philippus Melanchthon D. Erasmo Roterodamo.

ist. 37. SAlutem in *Christo Iesu*. Dolet mihi vehementer *Erasme* clarissime, in eam venire tibi suspicionem, nebulonis cujusdam calumnia, qui notare velim, καὶ κατοβελίζειν nobiles illos commentarios tuos sacrorum. Ridiculum sanè, τὸ ἐριβόεντον δίὸνυσον vel summo *Iovi* obstrepere, deinde iniquum, de optimè merente malè mereri. Hîc verò tuum ipsius animum appello, támne esse credas malis imbutum moribus? adeóne sceleratâ detrahendi libidine, qui sit tibi antea judicio bonorum virorum probatus, atque id dextrè? Quæso te per pietatem, ita putes & illum δολόστιχον quadruplatorem (satis conjicio qui sit) meâ simplicitate iniquiter abusum, & accepta nos tibi ferre studia omnia nostra, si qua sunt, autori & parenti. Scio rem tibi leviorem videri, quàm ut pluribus agatur: alioqui testes candoris mei allegâro fortasse, quibus fidem habeas. Quanquam hoc sanè non pernego, primum visa in *Paraphrasi* mihi quædam ἀπεξοδικώτερα: sed altiùs perpendenti aliter videtur. Hinc ille, sat scio, Tragœdiæ argumentum duxit. Verum judicia studiosorum ut recta, ita libera esse decet. Cæterum nullius mihi rei conscius sum, ignosce si quid hac parte peccavi per *Iesum* χριστόν. Nec enim tam oscitans *Erasmi* lector sum, ut ex illo ipso nondum didicerim, quid præceptori, quid fratri in χριστῷ debeam. Hæc pauca, nam & magno animi mei dolore, & quod aiunt, αὐτοχειριάζομαι, iniquo etiam tempore scripsi. *Martinus Luther* studiosissimus nominis tui, per omnia tibi probari cupit. Vale vir clariss. Ex *Lypsia* Nonis Januarii. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Philippo Melanchthoni S. D.

QUi me submonuit de tuo judicio, neque nebulo est, neque quadruplator, verum in paucis candidus amicus, utrique nostrum bene volens. Nec est, quod adversus illum tantopere stomacheris, cum ipse fatearis verum esse, quod ille non in tui invidiam, sed quod fortè sic inter confabulandum inciderat, retulit: quanquam ille non aiebat tibi displicuisse quicquam in *Paraphrasi*, sed in Novo Testamento, in quo citiùs admissurus eram tuum judicium, quam in *Paraphrasi*, de qua nemo facilè pronunciabit, nisi qui vigilantissimis oculis veterum omnium commentarios excusserit. Cave verò me putes aut amicum tam inconstantem, ut ob quamlibet offensam amicus esse desinam, aut tam parum assuetum τῷ κακοηθίζειν, ut hujus aut illius liberiore judicio magnopere commovear. Nec obsto, quo minus libera sint studiosorum judicia, modò recta sint. Proinde rectiùs tu quidem hoc ordine mihi dicturus fuisse videris, *Judicia studiosorum ut libera, ita recta esse decet*. At ipse judicium istud tuum rescindis, & calculum revocas. Ad hæc eruditorum judicium, horum præsertim qui Musarum sacra colunt, non solùm rectum, verum & æquum & candidum esse decet. Vides quantis odiis conspirent quidam adversus bonas literas. Æquum est nos quoque συγγνωμονεῖν. Ingens præsidium est concordia. Cæterùm illud tibi persuadeas velim, me *Philippum* ex animo diligere, & illius felicissimo ingenio non vulgariter favere. Dici vix potest, quantum arriserit hymnus, quo tu veterem illum *Orpheum* nobis referens, angelos celebras. Legi & *Prafationem*, quâ veterem eruditionem prædicas, fortiter quidem ingentique spiritu, quemadmodum & juvenem decet, & *Germanum*. Verum si pateris *Erasmum* monitorem, malim te plus operæ sumere in asserendis bonis literis, quàm insectandis harum hostibus. Digni quidem illi, quos eruditi omnes, omni conviciorum genere discerpant: sed hâc viâ, ni fallor, plus promoverimus. Præterea certandum est nobis, ut non solum eloquentiâ, verum etiam modestiâ morúmque lenitate superiores illis videamur. *Martini Lutheri* vitam apud nos nemo non probat, de doctrina variant sententiæ. Ipse libros illius nondum legi. Quædam admonuit rectè, sed utinam tam feliciter, quàm libere. Scripsi de illo, clarissimo Duci *Friderico*, simul gestiens cognoscere, quonam animo acceperit Cæsarum vitas à me sibi dicatas. Bene vale *Melanchthon* eruditissime, totisque viribus adnitere, ut spem quam optimam de tuo ingenio, tuáque pietate concepit *Germania*, non æques modò, verum etiam superes. *Lovanii* X. Calend. Maias. Anno M. D. XIX.

Epist. 38.

MOderare studiorum labores, quo diu juvandis literis suppetere possis: nam audio tibi valetudinem esse non prorsus adamantinam. Postremo vel in hoc vitam cura, ne gratum facias τοῖς βαρβάροις τυράννοις. Rursum vale.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER SEXTUS.

D. Eraſmo Roterodamo Petrus Moſellanus S. D.

Epiſt. 1. ITa ſtudia mea *Chriſtus* promoveat, *Eraſme* mortalium mihi longè chariſſime, ut & ante ſæpe eorum riſi impudentiam, qui labores tuos toti orbi ſalutares ineptis ſuis literis interpellant, & nunc idem, aliorum importunitate coactus, facio. Eſt hic ſophiſtarum, & ut tu rectè pariter ac facetè vocas, μαπαλιγγα ingens turba, cum quibus mihi ac paucis quibuſdam aliis, pro literarum publico honore ſtantibus aſſidua eſt pugna. Sed in hoc certamine, qui majorem juventutis partem in ſuam pertraxerint factionem, abeunt victores. Laboratur utrinque vehementer, hinc viribus, illinc inſidiis ac technis.

Dolus an virtus quis in hoſte requirat?

Ad nos tamen *Mars* in hoc bellorum genere non temerè ἀλλοπρόσαλος magis inclinat. Non dubito, quin ſi tu in noſtram partem, velut quoddam *Minervæ* numen, annueris dexter, brevi adeò τὸ ἐπινίκιον ſimus cantaturi. Jactant nebulones iſti cum omnium honeſtarum literarum, tum verò præcipuè Græcarum (eas nos hîc ex *Georgii Myſiæ* Principis munificentiâ publicè, ſi non pro dignitate, certè pro viribus, & candidè docemus) hoſtes, apud rude juvenum vulgus, ut maximè ſint diſcenda *Græca*, id quod tot conflictibus vix tandem obtinuimus, eâ tamen à me homine *Germano*, aut (ſic *Treviros* agnoſcunt) ſemigallo tradi non poſſe. Quandoquidem, inquiunt, ſi quid in eâ linguâ præ vulgo poſſes, jam pridem cum *Eraſmo*, hujus (ut ipſi judicant) πολυπραγμοσύνης apud *Germanos* parente, aliqua tibi intercederet familiaritas, ut minimum mutuo literarum officio contracta. Deinde ſi quis omnino & tempus & ſumptus prodigere velit, *Græca* literaturæ cognitionem ab *Italis* ac *Græcis* petendam. Sic enim homines arguti κεφάλαιοι juventutem ab audiendis *Græcis* abſterrere moliuntur. Quaſi verò *Eraſmus* ſolus *Budæos*, *Laſcares*, *Muſuros*, *Bembos*, *Leonicenos*, *Alexandros*, *Reuchlinos*, *Birchemeros* mutuæ amicitiæ honore dignetur: ac non etiam, quâ es amabili facilitate, multorum vulgarium improbis ſollicitationibus pro tempore nonnihil concedas. Quid enim faceres aliud? Tum non & multis tuarum *lucubrationum* locis aliud agens, quæ tua ſit de *Italis* præceptoribus ſententia, prudenti lectori ſatis aperias. Neque verò multos adeò nobis abduceret hæc cavillatio, niſi per naturam μισόπονοι eſſemus omnes: & perſuaſio hæc de *Italorum* eruditione, non tantum *Germaniæ* peſtilens, niteretur eorum ſuffragiis, quos pro ſociis hoſtes experimur, haud ſcio an non ipſis craſſis barbaris multo pejores. Hi ſunt qui tribus quatuórve *Latinis* figuris inſtructi, alii poetas, oratores alii ſeſe oſtentant, & inveniunt homines fortunati ſe dignos auditores: apud quos *Græcanica* ſtudia, ſi diis placet, ad rem *Latinam* aut nihil, aut parum admodum facere, magnâ temeritate declamant. Cujus farinæ impium quendam nebulonẽ, neſcio quis malus Aquilo, in hanc ſcholam nobis ex ipſa uſque *Dalmatia* invexit. Quid multis? rem feceris tum mihi gratiſſimam, tum noſtrarum literarum ſtudioſis hic agentibus jucundiſſimam, ſi vel unis literis tuum in nos animum ſueris teſtatus. Dabis hoc meo in te amori, qui in literis tuo judicio jam inde à puero religioſè ſum uſus: dabis iſtorum, qui bonis omnibus non bene volunt, commiſerando ſtupori. Non eris, opinor, in me ſolum tui diſſimilis, qui aliâs *Pauli* tui exemplo omnia fieri ſoles omnibus, nimirum ut quantum in te eſt, ad bonam mentem omnes perducas. *Joannes Eckius*, ὁ τῆς αἱρεσιαρχῶν καὶ τὰ μέγιστα πλάττων ἄλφα, καὶ ὅσῃ ἀριστοφάνους τις συκοφάντης ἐκ τερμίου τὸ θεὸς ἐκφορεῶν, cum *Andrea Carloſtadio Vitembergenſi* archidiacono pro ſua vita, hoc eſt, corollariis in diſputationis arenam deſcendet. Palæſtra erit theologorum noſtrorum ἐφυλλιορίου arbitri quoque noſtri ματαιολογοι: de die nondum convenit, magnis apparatibus pugna utrinque adornatur: alter ſecum *Auguſtinianam* factionem trahet, alter *Prædicatorum* populum adducet: nam hi nunquam non adſunt, cum τὰ ὅσια τ' ἄλφιτα in diſcrimen vocantur. Confluent undique rarum conflictum ſpectaturi: videas commiſſos nobile par *Scotiſtarum*. Vis augurer quid ſit futurum? Magnis clamoribus res in rixam adducetur: magis, vereor, cruentam eâ, quam tu in *Eſernio* & *Pacidiano* feſtiva ἀνταγωνίσματα nobis expreſſiſti. Hæc tibi totius fabulæ κατατροφή: nam utriuſque ſtomachum bellè novi. Decem *Democriti* ſatis, quod rideant, habebunt. Evertus rei ſi dignus erit, tibi perſcribetur. Ipſe interim bellicum hoc τοῖς μὴ μαχήσεσι occinam, ἐς τὸ σοφὸν μήποτε δ' ἀνὴρ ἐσθλὸς ἐκ ἀλλοτρίου θυμοῦ ἐκ ἀλλοτρίου ἔπεσι ἐκ ἀλλοτρίοις ἔργοισι. Sed quò ego dilabor, qui mei oblitus, apud te hominem theologum, quaſi familiarem aliquem amiculum jocor? Bene vale mihi vitâ charior *Eraſme*, & ut bonis diu bene vivas, cura. *Lipſiæ* feriis trium Magorum, Anno M. D. XIX.

ILlud magnopere te rogo per *Jeſum* etiam *Chriſtum*, ne inducas animum credere illis, qui apud te *Philippum Melanchthonem* deferunt. Cave quicquam ſiniſtrum de homine ſuſpiceris: eſt adoleſcens optimus, ad ſummam eruditionem natus, nec pietatem minorem.

Eraſmus

Erasmus Rot. Petro Mosellano S. D.

IAm pridem ex primis illis tuis ad me literis, mi *Petre*, ingenium tuum adamare cœpi, quod mihi tum sanum ac festivum esse videbatur: nam ingeniis hujusmodi semper unicè sum delectatus. Ostendit en̄ in nonnullis nostratium immanè quiddam, plus habens spiritûs, quàm judicii: verùm hunc amorem auxit posterior epistola, priorem tum eruditione, tum elegantiâ superans. Cæterùm simulatq; legissem orationem illam tuam, quâ linguis patrocinaris adversus eos, qui ad benedicendum elingues, ad obtrectandum meliorib̄ studiis linguacissimi sunt: tantam spem de tuo ingenio concepi, ut vix de quoquàm alio parem. Adeò vivit oratio, adeò fluit, secúmq; rapit lectorem, solidis argumentis referta: in quibus inveniendis acutus, tractandis item egregium præbes artificem. Sermo multam variamq; refipit lectionem: quod in juvene magis etiam mirandum. Quòd scribis, isthic fervere pugnam inter melioris literaturæ professores, & veteris inscitiæ patronos, nihil miror, cum ubiq; sic ferveat, ut prorsus res vel ex conspiratione, vel fato quodam geri videatur. Astrologos aliquot consului, hujus artis professione claros: ii mali causam in anni superioris eclipsim referunt. Ea contigit, ni fallor, in ariete, aries autem ad caput pertinet: ad hæc *Mercurius* vitiatus est afflatu *Saturni*; proinde malum hoc potissimùm illos afficere, qui *Mercurio* subsunt: inter quos numerant *Lovanienses*. Siquidem hæc academia, in qua tranquillissimè solent florere literarum studia, miris tumultibus agitata est, ut ego certè nihil unquam simile viderim in vita. Dixisses Aten quampiam turbare studiorum negocium. Cæterum quid divinent Astrologi ipsi viderint: ego si quid mihi naris est, arbitror rem à conjuratis ac devotis ex composito geri: adeò ceu dato signo clamatum est ubique gentium in linguas, in bonas literas. Conglomerant se phalanges, quo vel numero defendantur adversus paucos. Partiuntur operas inter sese, ut alii blaterent in conviviis & conciliabulis: alii apud imperitam plebem vociferentur, cui imponere facillimum est: alii disputent in scholis: alii magnatibus suum virus instillent in aurem. Sunt & qui libros scripitent, præsertim *Colonia*, quę schola semper habuit pertinacissimos malorum literarum propugnatores. Exiit nuper in vulgus & apud nos dialogus *Jacobi Latomi* theologi, viri pridem nec admodum iniqui meliorib̄ literis, & amici satis candidi: nec satis conjectare queo, quæ res hominis ingenium subito verterit. Sunt qui suspicentur bonam prioris libri partem oppositam orationi tuæ, quâ linguas prædicas: sed multo maximam partem obliquè tortam in me. Eam suspicionem à me depuli libello bidui labore effuso veriùs quàm scripto. Pigebat enim in hujusmodi næniis multum operæ collocare. Nec tibi sum futurus autor, ut homini respondeas: aut si quid respondeas, argumentis rem agas potius, quàm conviciis: præsertim cum ille temperârit à nominibus, nec admodum virulentè scribat. Quod si maximè faceret, tamen suaserim calamo moderari, ut posteritas intelligat, nos non tantùm causâ, verumetiam modestiâ fuisse superiores. Olim furor tribuus est Poetis: nunc is videtur ad eos demigrâsse, quos maximè de-

A cebat σωφρονῶν. Quanquam immane, quantum interest inter Poetarum & horum furorē. Ille nobis tot egregios libros dedit, de rebus olim gestis, de moribus, de affectibus, de syderibus, de naturis herbarum, arborum, gemmarum, animantiū, de situ locorum: ab horum furore præter virulentas, sed frigidas & inutiles sycophantias nihil nascitur, in quibus istis tota victoriæ spes sita est. Qua quidem in re primas tenent monachorum greges quidam: quorum cum tantus sit numerus,
B ut ab his vel *Turca* profligari possit, habent emissarios complures, huic præclaro negocio destinatos, ut obambulantes fœdos rumores spargant, aut in concionibus populum ad lapides provocent. Hi quoties extulerunt *Erasmum*? quoties vanissimis rumoribus impetierunt? Et cum hujusmodi factis sibi videntur *Christiana* religionis columina, digni nimirum, quos ocioso suo sumptu mundus alat. Quanquam nolim hâc invidiâ gravari monachorum ordines, in quibus optimo cuiq; non
C probantur ista. Verùm ubiq; improbissimi quiq; tyrannidem sibi vindicant, per hos videlicet res geritur, velut omnium nomine: Itaq; fit ut ob paucorum malitiam malè audiant universi. Atq; hic non solùm desidero *Christianam* mentem in his qui peculiariter sibi vendicant religionis gloriam, verumetiam frontem ac prudentiam desidero. Etenim cum spargunt manifestissima mendacia, facilè divinare possunt, fore ut protinus ipsâ re coarguantur. Quid enim impudentius isto mo-
D nacho, de quo scribis in oratione tua, qui ex eo, quod annotâram, συλλαλοῦντας rectiùs verti *confabulantes*, non veritus sit apud populum affirmare, mihi literas euangelicas nihil aliud esse quàm fabulas aniles: cum ubiq; tantum tribuam euangelicis literis, ut quidam id non satis æquis animis ferant. O divinæ doctrinæ præconem! ô linguam prædicandæ gloriæ *Christi* consecratam! Hæc cum sibi permittant, indignantur, ac cœlum terræ miscent, si quis verbo perstringat quoruni-
E dam monachorum ceremonias etiam citra nominis injuriam. Cúmq; tam impotens odium præ se ferant, ut lymphati videri possint, se tamen judicant idoneos, quorum calculis *Christiani* simus, aut secus. Fuit & hic quidam ejusdem farinæ Theologus, antehac habitus sobrius: qui cum *Lutheri* causam apud populum fecisset quā poterat odiosissimam, hæreses, & antichristos, & periculum fidei *Christiana* subinde vociferans: negocium linguarū, ac politioris literaturæ cum illius negocio
F commiscuit, dictitans ex his fontibus hæreses nasci: quasi vel olim eloquētia fuisset hæreticorū magis quàm orthodoxorū: vel nuper qui fuerūt hæreseos autores, iidem non fuerint infantes & elingues, breviter istis simillimi: vel quasi *Lutherus* his præsidiis instructus esset, ac non magis scholasticis literis: his inquā, quæ nunc scholasticæ vocātur. Cum proximè Cæsar esset *Antuerpiæ*, *Matthæus* Cardinalis *Sedunensis*, homo doctus, liberiq; judicii, me vocârat ad prandiū. Huic ut ex ejus colloquio didici, theologi nescio qui persuaserant mēdacium omnium impudentissimum, me in canti-
G co divæ *Mariæ*, cujus initium, *Magnificat anima*, pro *Abraham & semini ejus*, mutâsse, *& seminibus ejus*, non absque ingenti periculo *Christiana* fidei, quod *Paulus* scripserit non *in seminibus*, sed *in semine tuo quod est Christus*. Domum reversus adeo codicem, ac deprehendo quàm fuerit & effron-

effrons & excors ille, quisquis hoc ex se commentus erat. Erat alter quidam κηρυκικὸς, qui lamentabili voce deploravit apud populum, tot vigilias pro tuenda fide *Christi* susceptas, inanes ac steriles esse. Quid superest nobis, inquit, nisi ut nostros libros conjiciamus in ignem, posteaquam extiterunt qui novis libris & *Pater noster* corrigant, & *Magnificat*? tum enim recens exierant *Annotationes meæ in Novum Testamentum*. Ipse quendam audivi *Carmelitam*, hominem bonis lateribus, ac titulo pileoque violaceo Theologiæ doctorem. Is cum sentiret adesse me (stabā enim è regione) ex peccatis tribus in Spiritum sanctum duo mihi impegit: præsumptionem, qui novis libris damnarem omnes veteres, adeò ut non dubitarem & *precationem Dominicam* emendare, & *Mariæ canticum*: tum impugnationem agnitæ veritatis, quòd auditis eodem die duobus concionatoribus, in cœna dixissem, neutrum satis intellexisse suum thema. Erat autem ex prioris epistolæ *Petri* capite quarto, *Estote prudentes, & vigilate in orationibus, ante omnia autem in vobismetipsis charitatem continuam habentes*: hìc bona pars concionis consumpta est in partibus prudentiæ, cum Græcè sit σωφρονήσατε· bona in vobismetipsis de ordine charitatis, cum in ἑαυτοῖς sit, inter vos. Nec tamen insectatus sum illorum errorem, sed laudatâ utriusq; concione: utinam, inquam, hoc accessisset; nam quinque verbis ex *Annotationibus* meis poterant ab hoc errore prohiberi. Neque tamen leve flagitium est, eum qui apud populum cum tanta docet autoritate, non intelligere basim totius orationis. Hunc meum sermonem cum doctor ille, ex nescio quo, cognovisset, sæpenumero, inquit, concionatus sum apud vos, & *Christo* favente concionabor. Verùm si quis dicat, concionatorem non intelligere thema concionis, præsertim cum id sumpserit ex sacris literis, is peccat adversus Spiritum sanctum. Adhærebat lateri meo *Petrus Ægidius* mirè candidus amicus. Is irâ disrumpi: ego risum tenere non potui. Quis enim tam ridicula non rideat? Et tamen isti putant æquum, ut ob unam talem rabulam ingens monachorum grex alatur ex publico. Cum primum prodisset in lucem Novum Testamentum à me restitutum, *Carmelita* quidam theologus suo ipsius judicio mirè doctus ac pius vociferabatur, ingens imminere discrimen *Christianæ* religioni, instare adventum *Antichristi*. Nam hujusmodi tragœdiis territant superstitiosam plebeculam. Ubi ventum est in colloquium mutuum, & hominem rogarē, urgerémque, proferret, quid offenderet in Novo Testamento: Respondit satis ingenuè, sibi codicem neq; lectum neq; conspectum fuisse. Idque ferè comperio, nullos odiosiùs clamitare, quàm qui nostra non legunt. Vix dum prodierat Novum Testamentum, cum *Argentorati* prædicator quispiam (nam ut olim is ordo complures habuit egregiè doctos viros, ita nunc habet permultos qui nescio quid tyrannidis affectant) in corona studiosorum plenis, ut aiunt, tibiis detonabat in opus illud. Aderat *Iacobus Sturmius* juvenis ingenio faceto, summo judicio, doctrinâ non vulgari, ac nostri cum primis studiosus. Is passus est hominem ad satietatem usque deblaterare. Cum nihil jam non dixisset, atque ut ipsi visum est feliciter, rogavit hominem *Sturmius*, an opus vidisset, negavit. Quî potes igitur, inquit, tam multa prædicare de opere, quod nec legeris nec videris? Risere cuncti, nec tamen puduit illum impudentiæ suæ. Hoc genus fabularum si velim recensere nullus futurus sit modus. Nuper sycophanta quispiam, qui sibi non modò Theologus, cum nihil sit minus, verumetiam sanctulus videtur, in literis ad amicum, me qui tantis vigiliis & restituere sum conatus, & illustrare lectionem ecclesiasticam, vocat calumniatorem ecclesiasticæ lectionis, se defensorem. Ac proximis hisce diebus alius quispiam loquacissimâ balbutie, qui cum loqui nesciret, tacere tamen non potest, velut in hoc conductus diversis oppidis miro studio meas laudes deprædicârat, non solùm doctrinam incessens sed & vitam miris sycophantiis. Fortè evenit ut in idem convivium incideremus, cum pridie amicus quidam fabulæ partem ad me perscripsisset. Expostulo palàm, doctis aliquot testibus, profero mendacia quibus me traduxerat. Ibi satis testatus est homo, quæ prædicârat, non è sua lectione, sed ex aliorum relatu prædicâsse. Et perinde quasi mediocre scelus sit, alienam famam mendaciis incessere, audent cum hujusmodi factis ad sacrosanctam *Christi* mensam accedere, nondum reconciliato quem læserunt. Adeò juxta *Tychonii* dictum, *quod volumus, sanctum est nobis*. Ac prorsus novum calumniandi genus. Primùm damnant quod oderunt: deinde venantur, quòd carpant in eo quod damnârunt. Quòd si quis obsistat aut reclamet illorum sycophantiis, tum clamitant, turbari pacem ac tranquillitatem: perinde quasi quem alapis cædas, jubeas conquiescere, nè quid tumultûs oriatur. Horum tenera majestas, & verbo etiam irritabilis, à nobis pluspquam *Socraticam* exigit patientiam: & tam vilem habent alienam famam, qui suam tam charam haberi volunt. Sed næ ego ineptus mi *Petre*, qui de his tam multa. Finem faciam, si unicam adhuc fabulam addidero. *Anglia* duas habet Academias haud quaquam incelebres, *Cantabrigiam* & *Oxoniam*. In utraque traduntur *Græca* literæ, sed *Cantabrigiæ* tranquillè, quod ejus scholæ princeps sit *Joannes Fischerius* episcopus *Roffensis*, non eruditione tantum, sed & vita Theologica. Verum *Oxoniæ* cum juvenis quidam non vulgariter doctus, satis feliciter *Græca* profiteretur, barbarus quispiam in populari concione, magnis & atrocibus conviciis debacchari cœpit in *Græcas* literas. At Rex, ut non indoctus ipse, ita bonis literis favens, qui tum fortè in propinquo erat, re per *Morum* & *Pacæum* cognitâ, denunciavit, ut volentes ac lubentes *Græcanicam* literaturam amplecterentur. Ita rabulis illis impositum est silentium. Accipe & alteram huic similem fabellam. Theologus quidam, cum in aula concionaretur apud eundem Regem, cœpit in *Græcas* literas, & novos interpretes non minus impudenter quàm stolidè debachari. *Pacæus* in Regem conjecit oculos, observans quo vulto hæc audiret: Is mox *Pacæo* suaviter arrisit. Peractâ concione jussus est adesse Theologus; Datum est *Moro* negotium, ut adversus hunc tueretur *Græcas* literas. Rex ei disputationi voluit interesse. Ubi *Morus* multa facundissimè dixisset; jámq; Theologi responsio expectaretur: Is flexis poplitibus nihil aliud quàm veniam deprecatus est: sic tamen extenuans admissum, ut diceret, se inter concionandum spiritu quodam afflatum, hoc in linguam *Græcam* effudisse. Tum Rex; Atqui, inquit, spiritus iste non erat *Christi*, sed

ſed ſtultitiæ. Deinde rogat, num quid legiſſet *Eraſmicum*. Neq; enim latuit Regem, quod in me torſerat quædam. Negat legiſſe. At iſto, inquit, argumento declaras te palam eſſe fatuum, qui damnes quòd non legeris. Sub hæc Theologus: Legi, inquit, rem quandam, quæ vocatur *Moria*. Hìc *Pacæus* interloquens: Hoc, ait, argumentum ſereniſſime Rex, huic maximè congruit. Denique commentus eſt Theologus, & aliud enthymema, quo leniret factum. *Gracis*, inquit, literis non perinde ſum infenſus, quod originem habeant ex lingua *Hebraica*. Rex admiratus inſignem hominis ſtultitiam, juſſit abire: ſed hâc lege, ne unquam rediret in aula concionaturus. Atq; utinam nobis talis quiſpiam eſſet Princeps, aut Principis vice. Vos feliciores, ſi modò vera ſunt, quæ ante complures annos mihi ſunt de Duce *Georgio* prædicata. Non mihi tempero, quin & illud admodum ridiculum addam: Epiſcopus quidam ordinis *Prædicatorum*, qui Reginæ eſt à confeſſionibus, fœminæ cum primis prudenti ac piæ, nec indoctæ perſuaſerat, me facinus inexcuſabile deſignâſſe, qui *Hieronymi* libros correxerim, viri doctiſſimi, atq; etiam ſancti. Ea perſuaſa ſic expoſtulat cum aulico quodam mihi amico: Nonne, inquit, *Hieronymus* fuit vir eruditiſſimus? fuit. Nonne in cœlis agit? agit: quid tum poſtea? Quo igitur colore defendes *Eraſmum* tuum, qui libros illius correxit: an plus ſapit ille quàm *Hieronymus*? Atque eadem hìc prædicant *ſeriò*, qui ſibi videntur Eccleſiæ columina. Tales habemus adverſarios. Tales habet *Chriſti* religio defenſores. Nihil eſſe poteſt ſtupidius, nihil inſulſius. Et tamen hujuſmodi calumniis apud indoctam plebem ac ſimplices mulierculas traducimur. Sed nugarum jam ſatis eſt. Porrò quod ſeriùs reſpondeo tuis literis, quidvis potiùs ſuſpiceris in cauſa fuiſſe, quàm tui neglectum. Obruor quotidie literarum faſciculis: ſi non reſpondeo, videor inhumanus: ſin reſpondeo, triplex incommodum capio: Primùm, nec his ſatisfacio, quibus, ut eſt neceſſe, reſpondeo quicquid in buccam venit: deinde hujuſmodi tumultuariâ ſcriptione ſtilum per ſe ſatis malum reddo deteriorem, poſtremò famæ detrimentum facio. Ridiculum autem, malle ab *Italia* petere quod domi habeas. Sic vulgus exiſtimat optimum medicum, qui ſe fingat *Arabem* aut *Indum*, è locorum intervallo famam aucupans apud ſtultos. Sed ab hoc affectu convenit eruditos quàm longiſſimè abeſſe. Quiſquis callet bonas literas, is nobis *Italus* eſſe debet. Mihi poſthac non eſt conſilium, cum hoc hominum genere manus conſerere. Jam veteranus ſum, ac miſſione dignus: & curſu feſſus, vobis juvenibus lampada trado. Vel ſine me continget τὸ ὁμόνοιον, ſi modò perges quâ cœpiſti. *Philippus Melanchthon* apud me patrono non eget aut deprecatore. Faveo juveni, ut cui maximè. Pluſquam atrox injuria ſit oportet, quæ apud me dirimat amicitiam. Bene vale. *Lovanii* Anno M. D. XIX.

A B C D E F G

Martinus Lutherus Eraſmo Roterodamo

Epiſt. 3. SAlutem. Toties ego tecum fabulor, & tu mecum, *Eraſme*, decus noſtrum & ſpes noſtra, necdum mutuò nos cognoſcimus. Nonne monſtri hoc ſimillimum? imò non monſtrum, ſed planè quotidianum opus. Quis enim eſt, cujus penetralia non penitùs occupat *Eraſmus*, quem non doceat *Eraſmus*, in quo non regnet *Eraſmus*? de iis loquor, qui literas rectè amant. Nam ſatis gaudeo, quòd inter cætera dona *Chriſti*, etiam hoc numeratur, quòd multis diſplices: quo ego argumento ſoleo diſcernere dona clementis Dei, à donis irati. Itaque tibi gratulor, quod dum ſummè omnibus bonis places, non minus diſplices iis, qui ſoli omnium ſummi eſſe, & ſummè placere volunt. Sed ego ſtultus, qui te talem virum, ſic illotis manibus abſq; reverentiæ & honoris præfatione, veluti familiariſſimum aggredior, ignotum ignotus. Verùm dabis hoc, pro tua humanitate meæ vel charitati, vel imperitiæ. Quandoquidem ego, inter ſophiſtas conſumptâ ætate, nec tantum didici, ut eruditum virum poſſim per literas ſalutare. Alioquin quantis jamdudum literis te fatigâſſem? nec paſſus fuiſſem, ut perpetuò tu mihi ſolus loquereris in cubiculo meo. Nunc quando ex optimo *Fabritio Capitone* intellexi, per nugas illas indulgentiarum nomen meum tibi cognitum: tum ex præfatione *Enchiridii* tua recentiſſima, non modò tibi viſa eſſe, ſed & accepta mea fabulamenta, cogor agnoſcere vel barbariſſimis literis egregium tuum ſpiritum, meum & omnium locupletatorem: quanquam ſcio, te prorſus pro re minima habiturum, quòd literis amantem & gratum me exhibeo, qui abundè contentus es, quòd occulta & apud Deum gratitudine & charitate animus in te fervet: ſicut & nos ſat habemus, quòd ignorantis, tuum animum & officia in literis habemus ſine literis & corporis tui converſatione: non tamen patitur & pudor & conſcientia non gratificari & verbis, præſertim poſtquam cœpit & nomen meum non latere, ne malignum cuiquam videri poſſit & peſſimæ ſpeciei ſilentium. Ita mi *Eraſme* vir amabilis, ſi ita tibi viſum fuerit, agnoſce & hunc fraterculum in *Chriſto*, tui certè & ſtudioſiſſimum & amantiſſimum, cæterùm pro inſcitia ſua nihil meritum quàm ut in angulo ſepultus, communi etiam cœlo & ſoli ignotus eſſet: quod & non ſegni affectu ſemper optavi, ut qui eſſem mihi bellè conſcius meæ ſupellectilis. Et neſcio quo fato, longè in cõtrarium res abiit, ut cogar, multo pudore pati meas ignominias & infelicem inſcitiam, etiam coram doctis verſari & jactari. *Philippus Melanchthon* proſperè agit, niſi quòd vix tantum efficere poſſumus omnes, ne literarum nimia inſania, valetudinis acceleret jacturam: Ardet pro ætatis calore omnia omnibus ſimul fieri & facere. Tu officium feceris, ſi per literas hominem monueris, ut ſe nobis & bonis literis ſervet. Nam hoc capite ſalvo, neſcio quid majus ſpe nobis pollicemur. Salutat te *Andreas Caroloſtadius*, totus *Chriſtũ* in te veneratus. Ipſe Dominus *Jeſus* ſervet te in æternum, optime *Eraſme*, Amen. Verboſus fui: ſed cogitabis non ſemper eruditas oportere legi epiſtolas, aliquando cum infirmis infirmandum tibi eſt. *Wittenberga*, quinto Cal. Apriles. M. D. XIX.

Eraſmus Rot. Martino Luthero S. D.

Epiſt. 4. FRater in *Chriſto* chariſſime, epiſtola tua mihi fuit gratiſſima, & ingenii argutiam præ ſe ferens, & animum ſpirans *Chriſtianum*. Nullo ſermone conſequi queam, quas tragœdias hìc excitâ-

rit tui libelli: ne adhuc quidem ex animis istorum revelli potest falsissima suspicio, quâ putant tuas *lucubrationes* meis auxiliis esse scriptas, méq; hujus factionis, ut vocant, vexilliferum esse. Existimabant quidam sibi datam ansam, quâ & bonas literas opprimerent, quas capitaliter oderunt, velut offecturus majestati Theologicæ, quâ multi pluris faciunt quàm *Christum*: simúlq; me, quem arbitrantur ad excitanda studia nonnihil adferre momenti. Tota res vociferationibus est acta, temeritate, strophis, obtrectationibus, sycophantiis, ut ni præsens hæc spectâssem, imò sensissem, nulli unquam autori fuerim crediturus sic insanire Theologos. Pestem fatalem esse diceres. Et tamen hujus mali virus à paucis ortum, in plures serpsit, adeò ut magna pars hujus Academiæ non infrequentis, ejus morbi contagio lymphata ferretur. Testatus sum te mihi ignotissimum esse, libros tuos nondum esse lectos: proinde nec improbare quicquam, nec probare. Tantum admonui, ne libris tuis nondum lectis ad populum tam odiosè vociferarentur, id ipsorum referre, quorum judicium oporteret esse gravissimum. Quin & illud perpenderent, an expediret ea traduci apud plebem promiscuam, quæ rectiùs libris editis refellerentur, aut inter eruditos disputarentur, præsertim cum uno ore vita autoris prædicaretur. Nihil profectum est: huc usque insaniunt obliquis imò famosis suis disputationibus. Quoties inter nos de pace convenit? quoties illi ex temerè concepta suspiciuncula, novos tumultus excitârunt? Et hi cum hujusmodi factis Theologi sibi videntur. Est hoc hominum genus hic aulicis ferè invisum: quod ipsum mihi quoq; imputant. Episcopos omnes habeo mihi satis æquos, libris nihil fidunt. In solis sycophantiis victoriæ spes illis sita est. Eas ego contemno, recti conscientiâ fretus. In te redduntur aliquanto mitiores. Eruditorum calamos fortasse timent, sibi malè conscii: quos ego sanè suis pingerem coloribus, ut digni sunt, nisi me *Christi* tum doctrina, tum exemplum, aliò vocaret. Immanes feræ mansuescunt officiis, isti beneſactis efferantur. Habes in *Anglia* qui de tuis scriptis optimè sentiant, & sunt hi maximi. Sunt & hìc, quorum est eximius quidam, qui tuis favent. Ego me quod licet integrũ servo, quo magis prosim bonis literis reflorescentibus. Et mihi videtur plus profici civili modestiâ quàm impetu. Sic *Christus* orbem in suam ditionem perduxit. Sic *Paulus Judaicam* legem abrogavit, omnia trahens ad allegoriam. Magis expedit clamare in eos qui Pontificum autoritate abutuntur, quàm in ipsos Pontifices: Idem de Regibus faciundum censeo. Scholæ non tam aspernandæ sunt, quàm ad studia magis sobria revocandæ. De rebus receptioribus, quàm ut subitò possint ex animis revelli, disputandum est argumentis densis & efficacibus potiùs quàm asseverandum. Quorundam virulentas contentiones magis conducit contemnere quàm refellere. Ubique cavendum ne quid arroganter aut factiosè loquamur, faciamúsve: sic arbitror gratum esse spiritui *Christi*. Interea servandus animus, ne vel irâ, vel odio, vel gloriâ corrumpatur: nam hæc in medio pietatis studio solet insidiari. Hæc non admoneo ut facias, sed ut quod facis perpetuò facias. Degustavi *Commentarios* tuos in Psalmos: vehementer arrident: & spero magnam utilitatẽ allaturos. Est *Antuerpiæ*

A Prior ejus monasterii, vir purè *Christianus*, qui te unicè deamat, tuus olim discipulus, ut prædicat. Is omnium penè solus *Christum* prædicat. Cæteri ferè aut hominum fabulas, aut suum quæstum prædicant. *Melanchthoni* scripsi. Dominus *Jesus* tibi suum spiritum indies uberiùs impartiat ad ipsius gloriam, & publicam utilitatem. Cum hæc scriberem, tua epistola ad manum non erat. Vale. *Lovanii*. Tertio Cal. Junias. Anno M. D. XIX.

B *Erasmo Rot. Gasper Schalbus* S.

PEr tot sylvas latrocinio, per tot urbes pestilen- Epist.
tiæ morbo jam infames, ad te grassati sumus *Erasme*, *Jonas* & ego: & pervenimus dii boni quàm in tempore, quàm feliciter! Ejus quantumvis longi & molesti itineris tantum abest ut nos pœnituerit, ut in itinere adhuc incerti, ubi unicum margaritum *Christiani* orbis delitesceres, sanctè conjuraverimus, te extremâ *Indiâ* & ultimâ *Thyle* C nos quæsituros, nedum in *Brabantia*, aut *Gallia*. Desine tui contemptu laborare, ut contra omnes illi *Aristotelici* Theologi supercilios â φιλαυτίᾳ. Si tu te ex ea parte nescis, quàm sis magnum hujus seculi ab ipso *Christo* nobis datum munus: ego te in isto studiorum meorum silentio domi, mecũ ex operibus tuis didici: at nunc ex vivis vultibus, ex sermone tam sine affectatione zaccareo, tam mellito (quod miraberis *Erasme*) tantundem penè fructus, quantum alius quis ex aliquo librorũ tuorum D possit, hausi. Non tibi ingererem has meas ineptias, nisi non minus ardenter, quàm comes meus *Jonas* Epistolam tuam habere optarem. Dispeream enim, si à te, etiam si baculo mineris abigere, avelli possimus, nisi habeamus quod te in nobis in itinere jam, & maximè tunc quum in istam nimis longinquam regionem nostram redierimus, præsentem referat. Quid multis verbis hic explicem, quanti hanc profectionem nostram faciam? Ut me Deus bene amet, nollem eam mihi E decem *Pactolis* aut solidis auri montibus commutatam. Vale magne *Erasme*, & dignare nobis (ut diu etiam expectandus sis) solùm rescribere. Iterum vale. *Bruxellæ*, à nato *Christo* anno millesimo quingentesimo decimonono, quinto Calendas Junias.

Erasmus Roterodamus Gaspari Schalbo suo S. D.

F OBsecro te doctissime *Schalbe*, utrum isthuc est Epist.
rogare, an cogere? vides mihi vix ocium esse ad tuendam valetudinem, vides tot studiorum laboribus obrutum, & tamen efflagitas epistolam? Adeò violenta res est & impotens, amor, præsertim *Germanicus*, cui si coner reluctari, nihil agam. Itaque respondeo tuis literis, sed ita ut verear, ne dicas tibi nihil esse responsum. Quòd si brevitatem hanc apud te non excusat misericordia nostri, saltem excusabit publicorum studiorum ratio, quorum jacturâ distrahor in hæc officia: quæ singulis, quibus præstantur, exigui momenti videntur, mihi tamen in quem unum agminatim glomerantur, ingentem sarcinam addunt. Quando tu *Jona* non cedis in amando, par arbitror, ut te non minus quàm illum redamem. Deplorarem tam longinquam profectionem tuam, tótque periculis obnoxiam, nostrâ causâ

susceptam,

susceptam, ni tu tibi tantopere gratulareris etiam. Id si judicio facis, non invideo fructum: sin imaginatione, remedii pars est, non sentire malum. Illud autem quàm *Germanice*? Negas te fustibus depelli posse, ni detur, quod in patriam reverso præsentem *Erasmum* referat. Os impudens, non tibi sat est, oculos, aures & animum explesse nostri copiâ, mellitissimâ uti scribis, ni me totum tecum auferas? & auferas in tam procul dissitam regionem? Quantulum autem *Erasmi* tecum auferes, si hujus corpusculi imaginem pictam aut expressam ad tuos retuleris? Optimam *Erasmi* partem in libris videre licet, quoties libet, si quid tamen omnino nostri est, quod sit visendum. Bene vale *Gaspar* charissime. *Lovanii*, tertio Calend. Junias. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Erasmus Roterodamus Petro Anglebermio medico S.D.

EMoriar, si ullum Deorum nectar suavius esse credâ optime *Petre*, quàm villum hoc tuum, plurimum quidem aromatis efficacibus, & *Apollineâ* arte quâ tu non minus quam humanitate mortales omnes albis, ut aiunt, equis præcurris, verùm multo multóque amplius de pectore isto candidissimo, & gratiarum pleno conditum sapidúmque, cujus ego niveam simplicitatem, humanitatémque prope incredibilem jam pridem ex *Augustini* tui sermone cognitam atq; adamatam, nunc etiam re prius quàm oratione experior, donatus videlicet abs te munusculo tam bello, tam lauto, tam deniq; apto. Rectè enim & hoc *Seneca* monet, *permagni referre, quis cui quid muneris mittat*. Porrò quum *Bacchum* ut eloquentiæ ministrum passim celebrent poetarum literæ, & aromata spiritus vitales, virésque pectoris reficiant instauréntque: quid obsecro poteras hoc mittere aptius, homo medicus homini poetico, tum in literis assiduo, quàm vinum quod à vulgo quidem *Hippocraticum*, à doctis tum *trimma* tum *aromatites* dicitur, nisi tu vel murinum, vel aromaticeum mavis: cui xenio utinam ἀντίδωρον aliquod rependere tam facilè possimus, quàm impensè cupimus, neq; voluntatem flagrantissimam destitueret facultas. Verùm nè prorsus ἄδωροι videamur, néve quam duplicatam oportebat redisse gratiam, nulla reponatur, poetarum more, qui chartarum tantum ut divites sunt, ita sunt & liberales, literariâ gratiam referimus, pro munere epistolam reddentes, quanquam non perinde conditam, nec arte pari concinnatam, videlicet ut ad *Homerici Diomedis* exemplum,

χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων

permutemus. Eam compensationem si tu non recipis, quippe vehementer iniquam, vide ecquid hoc etiam auctarium placeat. Hunc homuncionem quantulus quantulus est, tibi addico, quem si non pœnitebit tuis in bonis scribere, vehementer erraris, si quicquam credas tuis in rebus unquam fuisse tam tuum, quóve sic pro tuo arbitratu vel uti possis vel abuti. Interea ansam hanc ad te scribendi, id quod diu fuerat in votis, per te mihi oblatam esse gaudeo. *Lutetiam* reversus; nam in crastinum paramus iter: filii tui studia, quibuscunq; potero rationibus lubens adjuvero. Bene vale. *Aurelia*. Anno M.D.

Ioanni Episcopo Roffensi Eras. Rot. S.D.

NIhil mihi jamdiu gratius accidit tuis literis, iterum atque iterum exosculatus sum manum istam mihi notam ac familiarem. Auxit voluptatem quòd non solùm scripseris, verumetiam prolixè scripseris, nam amanter nunquam non soles. De diutino silentio me immerentē accusas: ego sanè quamlibet occupatus, subinde tamen interpellavi te meis literis. Verùm ut video non omnia redduntur, quæ dantur reddenda. Libellum quo adversus *Fabrum* unicam defendis *Magdalenam*, degustavi duntaxat. Verùm eorum qui legerunt, nemo non fatetur te totâ causâ superiorem. Tantum dolet quibusdam *Fabrum* senem atque integrum virum, tum de studiis benemeritum, duriùs ut ipsis videtur, alicubi perstringi: quâ re nihil potest esse gratius, iis qui nolunt pristinis studiis quibus assueverunt, quicquam accedere. Quo quidem nomine malè audit *Faber* quoque. Sed fieri vix potest, quin in argumentis hujusmodi quæ conflictationem habent, vel imprudentibus nobis calamus nonnunquâ efferveścat. Mihi certè nonnunquam usu venit, ut quum mihi videar meras blanditias scripsisse, non desint tamen quibus videar dentatulus. Uteunq; hoc habet, *Fabro* talem adversarium invideo: à quo ut maximè prosternatur, tamen habet quo se consoletur, *Æneæ* magni dexterâ cadis. Mihi cum quâ scabie conflictandum est? Cum cujusmodi sycophantis res est? qui quum aliàs non possint nobilitari benemerēdo, conspurcandâ famâ alienâ venantur gloriolam. *Stephanus Poncherius* episcopus *Parisiensis*, qui tuum calamum ad hoc opus excitmulavit, jam archiepiscopus est *Senonensis*, quæ res utinam illi tam certam felicitatem adferat, quàm *Romano* Pontifici certum lucrum est allatura. Is nunc mittitur legatus in *Hispaniam*, homo senex, cujus incolumitati malè metuo: ita me Deus bene amet. Dignus erat qui quàm diutissimè reipublicæ servaretur, consiliis suis Regi regnóq; profuturus. Is de quo mihi scribis nunquam non erit sui similis, imò nunc maximè fervet in negotio sycophantico, cui mihi natus videtur, & tamen sibi videtur sanctulus. Ego si mihi conscius essem vel minimæ portiunculæ tot sycophantiarum, non auderem ad *Christi* mensam accedere. Prodiit dialogus quidam *Jacobi Latomi*, Theologi *Lovaniensis*, quo linguas non in totum damnat; sed ita tractat ut illis quàm minimum tribui velit. Tum *Methodi* meæ præceptis opponit diversa præcepta, sed interim à nomine meo temperans. Etiam si sic graviore nos premit invidiâ, dum quæ in hunc aut illum, dum quæ in *Lutherum* stringit, lector ignarus in me stringi suspicatur. Hanc immodestam modestiam nostri Theologi commenti sunt. Mihi certè liber multis nominibus placuit, atq; utinam scriberent usq; ad satietatem, definerentque συκοφαντεῖν· nunc strophis quibusdam ita per multos traducor, ut non sit in quem certò possim ferrum stringere. Decreveram omnino non respondere libello, sed vicit amicorum sententia: quanquam ita respondi, ut videar non respondisse. Dixeram in *Methodo* mea, bonam Theologiæ partem esse pietatem mentis & afflatum. Id oppugnans *Latomus*, multis verbis demonstrat, non idem esse Theologum & pium virum esse. At vereor nè posthac, si pergant, fiat qui

Epist. 8.

qui dicant, non idem esse Theologum esse & sapere. Video planè pestem esse fatalem, & propemodum Astrologis fidem habeo, qui ut corporum morbos, quibus passim nunc laboratur, ad syderum effectus referunt: ita putant ab iisdem & mentium pestes quasdam existere. Sed ô dementiam! dum hujusmodi calumniis & nostrum negotium, & alienum ocium perdimus, videmur nobisipsis sancti, videmur Theologi, videmur *Christiani*. Sed ubi interim tranquillitas *Christiana*? ubi simplicitas? ubi lusus ille felicissimus in campo scripturarum? Quid autem dignum imprecer istis κακογλώσσοις, qui te submonuerunt, *Erasmum* tibi non favere. Ego verò te non inter eos numero, quibus favere debeam, verùm quos modis omnibus suspicere, ac venerari, atque in his præcipuè te, quem semper unicum præceptorem ac patronum constantissimum habui. Nam quod rariùs tui mentio fit in literis meis, nihil aliud in causâ fuit, quam reverentia tuæ celsitudinis: quando tot modis mihi maximus occurris, hinc episcopali dignitate, hinc eruditione quadam admirabili, super omnia verò vitæ sanctimoniâ, quâ cum paucis nostro seculo, veteres illos episcopos refers. In alios plus audeo. Tu mihi semper visus es non nisi religiosè nominandus, præsertim in libris editis: & tamen ausus sum meminisse tui, cum aliis aliquot locis, tum in *Enchiridii* postrema editione, in qua adjectum est *Basilii* fragmentum olim à me versum. Sed interim opus aliquod circumspecto, sed quod victurum augurari possim, quódq; tuâ magnitudine gravitatéq; non indignum videatur, id tuo nomini propriè dicabitur, hoc est, per te orbi commendabitur. Quod isthic agitur de reformando, ut loquuntur, clero, vereor nè plus satis imitentur isti medicorum exemplum, qui primùm inaniunt corpus, quod sanandum susceperint. Utinam *Christus* tandem experrectus, liberet populum suum tam multiplici tyrannide, quæ ni prospectum fuerit, eò videtur evasura, ut tolerabilius sit futurum, vel *Turcarum* pati tyrannidem. Sed ut ad librum tuum redeam; optabam nitidius excusum fuisse. Ea in re si quid possum præstare, non gravabor. Optârim & istam operam in aliud argumentũ insumptam fuisse: quamvis hoc quoq; tum pium sit, tum elegans. Verùm commentarioli, quibus Euangeliorum seriem ac sensum connectis, quorum gustus olim mihi perplacuit, meo judicio, plus dignitatis attulissent tuo nomini. Quum has essem obsignaturus, is de quo paulò ante memini, mutatus, ut conjicio, literis tuis incantatricibus, legatum ad me mittit *Antuerpiam*, qui de amicitia inter nos sarcienda mecum ageret. Respondi, si sarciret ille famæ meæ jacturam, me facilè rediturum ad pristinam necessitudinem. Ego ut animo *Christiano*, nè læsus quidem velim lædere quenquam, ita non sum tam levis, ut subitò fidam illi, cujus tale sim expertus ingenium. Imò nunquam fuit amicus, qui sic amicus esse desiit. De *Luthero* scribam aliàs copiosiùs. Bene valeat tua pietas, cui quàm commendatissimus esse cupio. *Antuerpiæ*. Postridie Calendas Apriles. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterod. Coleto suo S.D.

Epist. 9. DE reddita quiete dici non potest, quàm tibi gratuler. Suffraganeum demiror quid sibi velit; quum has exactiones sciret indictas, jam tum, quum pensionis onus reciperet. Atq; id temporis de communicando onere decimarum, nè verbum quidem. Sentio te substomachari, quòd iterum te insalutato *Londinum* reliquerim, & impatientiam taxas meam. Equidem non inficias eo morbũ meum, verum nihil tum fuit ejusmodi, cujusmodi suspicaris. Primùm nihil erat, quod tecum agerem, & palàm admonuit me tuus *Guilielmus*, te literis scribendis occupatissimum esse, nè quid obturbarem, quanquam ego nec in hoc veneram, sed ut literas ad me missas à tuo *Guilielmo* reciperem. Et adeò me properabam isthinc subducere, propter metum pestis, ut nè cubiculum quidem meum fuerim ingressus. Item quum redirem, avecturus libros, solus omnes libros, résq; composui: quo peracto, serò autem perfeceram, istinc abduxi me; nec in cubiculo meo cubui: negotium de transferendis sarcinis *Jodoco* commisi. Hoc animo non salutavi te. Literas tuas, septimo Octobris die scriptas, pridie calendas Novemb. accepi: & ego iisdem de rebus iterum ad te scripseram. Si *Matthæus* non est apud te, apud *Roffensem* est, id quod magis etiam conjectabam. Sed quia separatim dederam non adjunxit reliquis: quod si periit, mihi ipsi imputabo, & repetiti laboris tædio, facilitatis pœnam à me exigam. Nos hinc passim fugientibus omnibus, & ipsi rus concesseramus, sed vini inopia fortasse nos *Cantabrigiam* rediget. Gratulatus sum proximis literis, & iterum gratulor, quod ad sanctissimos illos ac saluberrimos concionandi labores redieris. Arbitror enim cessatiunculam illam, in bonum etiam versum iri, dum avidiùs audient, cujus vocem aliquandiu desiderârunt. Incolumẽm te tueatur Opt. Max. *Jesus*. *Cantab*. Calend. Novemb. Anno M. D. VII.

Erasmus Rot. Guilielmo Montjoio S.D.

Epist. QUidnam sibi vult illa tuæ salutationis ἀναπλώσις; *ô salve mi præceptor, salve mi præceptor!* Utrum doloris erat, quòd à charissima conjuge divelleris, an gaudii, quòd ad æquè dilectas literas sis rediturus? Mihi quidem, quanquam hîc omnia durissima videntur, stat tamen sententia, omne tædium amore tui devorare, omnem exorbere molestiam: nè quum tu in amando constantissimum te præstiteris, ego vicissim in obsequendo parum constans fuisse videar. Fac eum ad nos animum adferas, nè vel tu sine causa consuetudinem uxoris neglexisse, vel ego frustra tantum tædiorum pertulisse credar. Bene vale. *Oxoniæ*. Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Thomæ Moro suo S.D.

Epist. VIx ullis literis consequi queam, quibus diris hujus tabellarii caput devoverim, cujus vel indiligentiâ, vel perfidiâ factum arbitror, ut expectatissimis *Mori* mei literis fuerim frustratus. Nam in officio cessâsse te, suspicari nec debeo, nec libet. Tametsi superioribus literis vehementiusculè tecum expostulavimus. Neq; veremur, nè quid nostra libertas te commoverit, qui non ignores *Lacedæmonium* illum ad cutem usque pugnandi morem. Illud extra jocum oramus, mellitissime *Thoma*, ut ægritudinem, quam ex nimium diuturno tui tuorúmq; scriptorum desiderio cepimus, usurâ aliquâ

aliquâ farciat. Expectamus omninò non epistolam, sed ingentem literarum farcinam, quæ vel *Ægyptum* ἀχθοφόρον degravet. Si qui sint isthic bonarum literarum cultores, tuum erit officium eos ut ad nos scribant extimulare, quò videlicet amicorum orbem omnibus numeris absolvamus. Non ausim illos lacessere prior. Nam tibi nihil referre putamus, quomodo scribamus homini facillimo; ad hæc mei, ut mihi persuasi, amantissimo. Vale jucundissime *Moro*. *Oxoniæ*. An. M. CCCC. XCIX. Natali *Simonis & Judæ*.

Anglorum Regi Henrico ejus nominis octavo Erasmus Roterodamus S.D.

Ps. 12. QUemadmodum inferior hic mundus, serenissime Rex, pendet à corporibus cœlestibus, atq; his præcipue quæ primas tenent inter sydera; ita rerum publicarum ac populi status pendet à Principibus præsertim summis, ac latè dominantibus Monarchis, ad quorum ingenia, consilia, mores, affectus, fœdera, dissidia subinde vulgus immutatur: haud aliter quam ad lunæ cursum mare reciprocis æstibus nunc affluit, nunc defluit; aut ad solis motum terra nunc vernat floribus, nunc æstu finditur, nunc fœtibus oneratur, nunc gelu riget. Porrò quemadmodum populi voluntas ac studia pendent à nutu regio, ita juxta sapientis *Hebræi* apophthegma, *Cor Regis in manu Dei est*, qui quoties irritatus est sceleribus mortalium, nonnunquam juxta dictum *Esaiæ*, *Dat pueros Principes*; ac juxta divi *Job* sententiam, *finit hypocritam regni moderari habenas*. Hypocritam autem vocat, qui nomine Rex, re Tyrannum ac prædonem agit. Rursum si quando visum est animum placatum ac propitium testificari populis, tum Principibus mentem immittit regno dignam. Atque hoc sanè argumento colligi posse video, post tot malorum procellas tandem æternum numen nobis esse reconciliatum, quod tales animos immittat horum temporum excellentissimis Regibus, ut nihil antiquius habeant quàm ea, quæ pacis sunt ac pietatis, quæque ad reipublicæ commodum faciunt. Quanquam tuæ quidem majestati semper hic animus adfuit, tamen hactenus obstitere fatorum procellæ, nunc adjuvantibus & temporum opportunitatibus, non destinas quod optimum est, sed præstas, quod jam olim destinârat animus verè regius. In hanc verò laudem, quanquam à multis egregiis Principibus decertatur, hinc à *Leone Romano* Pontifice, hinc à *Francisco* Rege *Gallorum*, hinc à *Carolo* Rege catholico, hinc à N. serenissimo Rege *Scotorum*: tua tamen majestas, meâ sententiâ, vel hoc nomine præcipuam hujus gloriæ partem meretur, cujus potissimùm auspiciis, hortatu, prudentiáq; negotium hoc & susceptum est & temperatur. Quum enim *Romanus* Pontifex, pacis alioqui cupidissimus, de quinquennibus Regum aliquot induciis duntaxat ageret, tua celsitudo pacem, ut spes est, æternam inter tam multos Principes totius orbis potentissimos arctissimis fœderibus conciliavit. O pectus verè regium, ô mentem excelsam, & *Christiana* monarchâ cum primis dignam! Quum nemo regum magis omnibus præsidiis instructus sit ad bellum, tamen omne studium omnésq; vires confers ad pacem orbis sarciendam: prudenter perspiciens nihil esse perniciosius, quam *Christianos* populos mutuis latrociniis ac bellis inter sese committi, nec ulla re gentem *Christicolam* æquè formidabilem reddi nostræ religionis hostibus, atque Principum ac populorum concordiâ. Istam verò mentem tibi nequaquam pro tempore sumptam esse, sed prorsus insitam naturâ, vel illud sat argumenti est, quod in bello *Gallico*, quod ut invitus, ita pro pietate *Christiana* susceperas, adeò civiliter, adeóq; clementer te gesseris, ut satis liqueret, tibi pacem magis esse cordi, nisi te totius orbis ecclesiæq; *Christianæ* periculum ad arma vocâsset, aut ut melius dicam, compulisset. Nec his contentus, pacem tuâ prudentiâ, tuáq; autoritate partam, suis artibus ornare studes, nè vel iners aut ociosa videatur, vel luxus ac malarum voluptatum magistra. Latrocinia, à quibus nihil hactenus usquam tutum erat in *Anglia*, mirâ severitate compescis, nocentes profligas, ociosis erronibus ditionem tuam liberas, bonis legibus vigorem suum revocas, inutiles tollis, salutares sufficis. Optimarum literarum studia provehis: pietatis disciplinam, quum apud omnes, tum verò præcipuè apud monachos ac clericos instauras, haud ignarus ab his potissimum manare in plebem morum vel integritatem, vel corruptelam: videlicet modis omnibus hoc agens, ut his præcipuus sit honos, qui maximè præcellunt, vel integritate morum, vel eximiâ doctrinâ, vel quod ut pulcherrimum, ita rarissimum est, utroque. His ornamentis existimas longè melius decorari regnum tuum, quàm ullis trophæis aut fornicibus. Nec harum rerum autor es solùm aut hortator, verumetiam exemplum. Non enim edicis modò, verumetiam exhibes, imò plus præstas ipse, quàm aliis præscribis. Gravis & efficax est regis autoritas jubentis, sed dictu mirum, quanto efficacior præstantis quod jubet, ac legum suarum exemplar tota vita ponentis ob oculos. Leges tibi non minantur, at quis vel inter privatos uno te legum observantior? quis incorruptior? quis pactorum tenacior? quis in amicitia constantior? quis æqui justiq; amantior? quæ civium domus casti, concordisq; conjugii tam evidens habet exemplum? ubi reperias optimi mariti magis æmulam conjugem? qui privati penates, imò quod collegium, quæ Academia, viris integritate vitæ, doctrinaq; singulari præstantibus, ornatior est usquam quàm tua sit aula? Veteres illi Poetæ, seculum, nescio quod, aureum suis fabulis nobis prodiderunt. Atqui hæc quum agit tua celsitudo, quid aliud quæso, quàm seculum verè aureum, nobis reducit, si tamen unquam fuit ullum: ac res tam ardua adeò succedit tuis auspiciis, ut dubium non sit, quin faventibus superis geratur. Quæ regio terrarum nunc non gratulatur *Britanniæ*, si favet: non invidet, si parum bene vult? Quod hodie regnum toto terrarum orbe nobilius aut celebrius? Nimirum Regis animus est, qui regna nobilitat vel obscurat. Quibus libris, quibus linguis olim est celebratura posteritas, sub *Henrico* octavo, tanquam in hoc cœlitùs emisso Principe, sic omni genere virtutum efflorusse *Britanniam*, ut videri possit renata: quam sic moribus incorruptâ reddiderit, ut ab hac vel ipsa *Massilia* disciplinæ civilis exemplum petere possit: sic pietate pollentem, ut vel ipsi *Romæ* queat esse pietatis magistra: sic abundantem eruditis viris in omni doctrinæ genere, ut huic invidere possit *Italia*, nisi studiorum æmulatio nesciret invidiam: postremò,

poſtremò, cui talis fuerit Princeps, ut omnibus in poſterum Principibus imperii gerendi poſſit eſſe regula. Deum immortalem, hoc demum eſt regnum eſſe, hoc demum eſt Regem agere, hoc eſt aulam principalem habere. Olim impenſo quodam amore literarum, atq; ocii dulcedine, nonnihil abhorrebam à Regum aulis: nunc verò cum animo contemplor, quem Principem ac moderatorem habeat aula *Britannica*, quam Reginam, quos Proceres, quos à conſiliis, quos ab officiis, impendio mihi geſtit animus in talem aulam immigrare: nec puderet ambitionis, niſi valetudinis imbecillitas, jam plus etiam quàm prætatis modo ingraveſcens diſſuaderet. Etiam ſi nihil eſt, quod hîc ambitionis infamiam verear, qui huc & hodie non aſpernandis conditionibus, nec ab uno Rege provocer. Equidem nativus non ſum, fateor, ſed inſitivus *Britanniæ*: & tamen ubi mecum reputo quot illic annos vixerim, quot illi debeam *Mæcenates*, quot eximios ac ſynceros amicos, quantam fortunæ meæ, ſi qua tamen eſt, portionem, non minus illi felicitatem hanc gratulor, quam ſi me genuiſſet. At nihil interim mihi dictum eſt de præclaris corporis animique tui dotibus, quas Deo naturæque debemus magis, quàm noſtræ induſtriæ, & tamen hæc quoq; bona cedunt in felicitatem reipublicæ ſi in Principem probum inciderint. Porrò tametſi jam ſeculis aliquot non ita multum laudis in Regibus tulere bonæ literæ, tamen tua majeſtas efficiet, ut quemadmodum olim præcipuum decus Regũ fuit eruditione præcellere, ita poſthac pulcherrimum habeatur, Principem ſcire literas. Tuæ virtutes diſpellent veterem cavillationem, quâ dictitant quidam, regii pectoris vigorem langueſcere ſtudio literarum. Quis enim unquam eorum, qui literas neſcierunt, extitit te uno in ulla regia functione dexterior? quis attentior ad coercenda flagitia? quis ad conſulendum ſolertior? quis ad proſpiciendum oculatior? quis in obeundis rebus præſentior? Et tamen in literis quas olim feliciſſimè deguſtavit tua majeſtas, eo nunc progreſſa eſt fortaſſe non multo ſtudio, ſed inauditâ naturæ felicitate, ut eruditiſſimis etiam Theologis miraculo ſit ſanitas & acumen ingenii tui. Siquidem in diſputatione, quam nuper animi causâ tua majeſtas inſtituit cum acutiſſimo ſimul & doctiſſimo Theologo, defendens, à laicis non exigendam precationem, præter eam quæ mentis cogitatione Deum alloquitur, Deum immortalem, quem artificem præſtitit? Quis invenire poterat argutiùs? quis colligere nerveſiùs? quis explicare venuſtiùs? Omnium autem virtutum & ornamentorum tuorum ceu colophon quidam accedit, quòd nemo te uno ad congreſſum civilior, nemo minus faſtus aut ſupercilii præ ſe ferens, incolumi tamen interim regiâ dignitate, quoties res poſtulat. Olim *Olympiacis* victoriis terrarum dominos in deos evehi, ſcripſit *Horatius*. Olim ſolenni ritu, qui cum laude geſſiſſent imperium, referebantur in numerum divorum. Hæc ſunt facinora, quæ verè conſecrent immortalitati: ſic itur ad aſtra. Non patientur eruditorum hominum ingenia, quæ tu tot modis ornas ac foves, virtutum tuarum memoriam ullâ temporum vetuſtate obſoleſcere. *Græca* pariter ac *Latina* facundia grata tuis erga ſe meritis, ſemper loquetur, apud *Britannos* fuiſſe quendam *Henricum* octavum, qui unus tot heroum dotes ac decora ſuis retulerit: *Ptolomæi Philadelphi* ſtudium erga bonas literas, *Alexandri* magni felicitatem, *Philippi* civilitatem, Cæſaris invictam animi vim, *Auguſti* ſanitatem, *Trajani* manſuetudinem, *Alexandri Severi* integritatẽ, *M. Antonini Pii* doctrinam, *Theodoſii* pietatem, & ſi quid aliud in ſingulis priſcorum inſigne fuiſſe legitur. Precamur ut Deus qui iſtas dotes largitus eſt, eaſdem velit tibi tuíſq; fauſtas ac felices eſſe: qui iſtos dedit impetus, idem ſuo favore provehat, benéq; fortunet. Sciebam importunius eſſe, quod hujuſmodi neniis tuam majeſtatem alioquin occupatiſſimam interpellarem, ſed vicit ardor animi in gratulationem geſtientis: quum & multorum & certiſſimâ prædicatione cognoviſſem, quod ſeculum nobis tuâ virtute foret exoriturum: ſimúlq; viſum eſt teſtari me memorem eſſe favoris erga me tui, jam non oratione tantùm, ſed re quoq; declarati. Patiatur oro, tua ſereniſſima majeſtas inter tam multos eximios, quorum ingenium tua nobilitas illuſtrat ac fovet, & quorum literæ viciſſim tuum ſtudium exornant, & hunc *Eraſmum*, qualis qualis eſt, annumerari: quam incolumem ſempérque florentem ſervet *Chriſtus* Opt. Max. *Auſtropiæ*, Idibus Maii. Anno milleſimo quingenteſimo decimonono.

Vlricus Huttenus Eques Eraſmo Roterodamo S.D.

TU licet mutus ſis, ego tamen non deſinam frequentibus tibi epiſtolis obſtrepere, & te amabo, ſi tu me contempſeris etiam. Princeps impatientiſſimo tui deſiderio tenetur. Nuper ex *Doringis* huc rediens, quum illi obviam proceſſiſſem, vix dum contactâ dexterâ meâ, ubi nobis *Eraſmus* inquit? Et de libello percontabatur iterum atque iterum, quo demiratur, quod ego ignorem, quid ſit illud, quo eum ornas. Putat enim omnia tua mihi eſſe cognita: quam tu opinionem ejus vide aliquâ re firmes. Amat te mirificè: debetur hoc tuis quidem virtutibus, præter vulgarem tamen *Germanorum* Principum morem eſt. Atque hæc de Principe, & tuo pertinaci ſilentio: nunc de me. Pertæſum eſt aulæ: ita nihil mihi convenit cum purpuratis iſtis. Impetrâſſe videor à Principe, ut ubiubi ſim, ſtipendio me proſequatur: hoc nomine laudabis eum, magno noſtro commodo. Valde auxiſti animum erga literas illi in *Annotationibus* tuis, ubi eum idcirco quòd me foveat, extuliſti. Stimulus fuit hic illi: jámque ſtatim in literis tuis eſſe putat, ſi quem rectè eruditum amplexetur. Quod mirari poſſes, in aula jocatus ſum toto anno: & alias quidem nugas meas accepiſti nuper, *Febrem* autem recens editam, nunc mitto, & *Phalariſmum*: ubi reprehendes audaciam meam, ſcio potiùs quàm fortitudinem efferes. At ego expeditioni, quæ nobis paratur ingens, equeſtri pariter ac pedeſtri exercitu, interero ipſe: tantum abeſt ut metuam latronem illum. Brevi totam turbari *Germaniam* videbis. Si me devorabit illa pugna (ſunt enim & ſuæ illi vires, & auxilia ſunt) tunc tu fac, nè ignoret vel ſtudium erga te meum poſteritas, & me tuis immortalibus literis vixiſſe ſaltem teſtare. Vale. *Moguntiæ*, pridie nonas Martii, raptim irreviſe.

Triumphus *Capnionis* in lucem prodiit, magno Theologiſtarum fremitu.

Eraſmus

Erasmus Hutteno S. D.

Epist. 14. TOt studiorum laboribus obrutus, ut mirum sit me cuiquam omnino respondere, sæpius tibi respondi, quàm tu ad me scripseris, si modò perferuntur quæ mittimus: & tamen pertinax silentium meum accusas, mecúmque delitigas; quasi parum sit hominum, qui mecum rixentur. Ingentem voluptatem mihi nuncias, quòd tali animo sit in me Archiepiscopus *Moguntinensis*, & tibi talem *Mecœnatem* gratulari non desino. Cæterum libellum illi dicatum, jampridem meo sumptu misi per juvenem quendam, unà cum literis ad te, simúlq; præfationem ad *Guolphangum Augustum*. Eum ex literis *Rhenani*, intelligo *Basileam* usque perveniſſe: quid egerit *Maguntiæ*, nescio. Demiror si non peregit mandata, cum addiderim libellum memorialem. Præfiximus libello epistolam eruditam & elegantem Archiepiscopi, non perinde ut extaret illius erga me favoris monumentum, atque ut alios tanti Principis exemplo, ad bonarum literarum studium accenderem. Et videor mihi profeciſſe. Nam clarissimo juveni *Guilielmo* de *Croy* duci & episcopo *Cameracensi*, archiepiscopo *Toletano*, denique Cardinali: quanquam alias satis videretur ad honesta studia propensus, tamen ex *Moguntinensis* epistola lecta, non mediocre calcar additum videtur. Aulam tuam, cum sæpius esset in manibus tamen semper excussit hactenus aliquid negocii, lecturientem interpellans. Quod legi perplacuit: quid enim *Hutteni* non placeat? Febrim ac *Phalarismum*, nescio qui curârunt rursus excudendum. At Febris *Lovanii* vetita est distrahi, quod quòsdam ἡμιθέους nominatim attingere videretur. Alioqui perplacet omnibus. *Phalarismus* quoniam adhærebat Febri, unà cum Febre exulat, sed *Lovanio* duntaxat: neque enim longiùs se profert hujus scholæ tyrannis. Susceperant & orationem excudendam, nec satis scio, quo consilio prorogent. Sed quid ego audio? *Huttenus* totus ferreus, in acie dimicabit? Planè video te bello natum, qui non calamo tantum & linguâ, sed & *Mavortiis* armis pugnes. Quanquam quid magni, si nunc unus inter tam multos adversus unum pugnare, cum olim *Bononiæ* unus tam multos profligaris. Laudo fortem animum, sed tamen si me audies, servabis *Huttenum* Musis. Nam unde nobis tale ingenium, si quid accidat, quod avertant superi? Nôsti *Martem* ἀλλεπάλληλον, nec satis propitium bonis ingeniis, utpote deorum omnium stolidissimum. Bene sit, sed tamen si quid acciderit, ipse tibi tuis scriptis extruxisti monumentum ære perennius. Neque nos tamen desuturi sumus officio nostro. Nam si quid *Erasmi* scripta valeburt.

Nulla dies unquam memori nos eximet ævo.

Triumphum nondum vidimus. Gratum erat, quod nostro consilio tam diu presserint: nec dubito quin totum argumentum sint moderati. Rixarum nullus est finis. Ut cæteris omnibus simus superiores: sycophantiis, mendaciis, convitiis longè vincimur. Non possum non ingenuè fateri, quod vero verius est. Sed præstat hac parte ultrò herbam dare, quàm turpiter depugnare. Neque enim solùm perpendendum nobis est quid dignum sit iis, in quos scribimus, verumetiam quid nobis dignum sit, qui scribimus. Pulchrius est aliquando modestiâ quàm causâ superiorem esse; & sunt quæ nobis potiùs agenda sint. Malim ego totum mensem in *Paulum*, aut in Euangelium explanandum insumere, quàm diem hujusmodi rixis conterere. Bene vale mortalium charissime. *Lovanii* IX. Calend. Maias. M. D. XIX.

M. Ioannes Borsalus Decanus Verensis Erasmo Roterodamo S. D.

Epist. 15. CUpidissimus sum jampridem cognoscendi, idque ex tuis ipsius literis, humanissime doctissimeque præceptor, quanam sis valetudine, & quid quotidie in lucem emittas, quod publicè ad bonos & *Christo* dignos mores cõferat, & sacræ scripturæ studiosis sit usui futurum. Post absolutum enim jam secundò novum Instrumentum, video edidisse te in omnes *Pauli* epistolas argumenta, video in *Pauli* ad *Corinthios* duas epistolas explanatissimam *Paraphrasim*: lego item summâ cum voluptate, nec minori, ut spero, utilitate adauctam studii theologici rationem ac *Methodum*. Sed hæc tametsi aliis maxima, ut sunt, non immerito videntur, tamen intra paucos dies scio abs te absoluta esse. Et novi infatigabilem tuam in studiis diligentiam: scio ociosum esse, & cessare à studiis literarum non posse, quamobrem nihil dubito, quin plura multo vel cõscripseris jam, vel in manibus habeas, quæ publica studia, præsertim sacra, adjuvare ac provehere possint. Verum est quod te commonefaciendum duxi, ut ubi paululum continget à gravioris operæ studiisve ocii, aliquot dies impendas ad conscribendam Euangelicis præconibus concionandi rationem. Instituisti enim jam olim *Christianum militem*, instituisti *Christianum* item *Principem*, instituisti præterea & discere & docere cupientes, conscriptis hoc argumento ac titulo libris elegantissimis: superest ut euangelicum concionatorem rectè instituas, quod quidem multo pluribus sit profuturum, tum iis, qui tuâ institutione edocti, rectius & majori fruge sint deinceps concionaturi: tum iis, qui ea ratione multo majori efficaciâ & fructu sint concionantes audituri: ea res mihi & publico omnium, & meo quoque nomine privatim erit gratissima. Ascriptus sum enim non ita pridem in pastorum gregis dominici numerum, ut scis: & quo obsecro pabulo vel salubriori vel meliori pascere possim commissum mihi Domini mei gregem, quàm euangelico & apostolico? siquidem tuâ institutione formatus, id scitè prudenterque ministrare noverim. Impetret hæc rem abs te obsecro, primum maxima ac latissimè patens utilitas: deinde tua in *Christi* religionem propensissima charitas, ut cui juvandæ tantum studii ac laboris impenderis non sine gravissimo sumptu, & valetudinis certissima jactura, contemptis etiam tot invidorum obtrectationibus, & apertissimis cõviciis ei hoc tantillum operæ ne deneges. Postremò eblandiatur istud mea in te perpetua, postquam te primum nôsse, simúlque colere cœpi, observantia. Quòd si hæc te minus perpellere possint, cogita quod id re facturum mihi superiori hyeme, cum tibi semper lateri vel cum importunitate hæretem, sis pollicitus. De valetudine mea cognosces copiosè ex eo, qui has tibi reddidit, qui *Basileæ* te æstate proxima convenit.

Atque

Atq; ut nonnihil ex me quoque cognoſcas, nactus ſum conditionem hanc ampliorem aliquanto, & in ſpecie ſplendidiorem, ſed minus quàm velim, præſertim ſtudiorum cauſâ, liberam, nempe aulicam. Scis patronam meam, *Annam Borſalam*, ante menſes tres vitâ defunctam: ei ſucceſſiſſe filium *Adolphum*, tantopere olim à te prædicatum, & eum propemodum, aut meliorem etiam prædicant, qui penitùs habent perſpectum. Ego minimè ſum ambitioſus, itaque nec dum ſatis inſinuavi me in penitiorem cum illo notitiam ac familiaritatem, nec fuit idonea ſatis occaſio. Bene vale.

M. Ioannem Nevium communem hoſpitem, virum ſingulari humanitate ac doctrinâ præditum, *M. Iodocum Gaverium*, & *Iacobum* medicum, cæteróſque convictores ſalutandos cura, quæſo, meis verbis. Ex oppido *Verienſi*. V. Calendas. Apriles M. D. XIX.

Verùm quod fermè ſcribere eram oblitus, veniens nuper à *Pariſiis* quiſpiam ait audiſſe ſe ex ore Cancellarii *Franciæ*, vocatum te à *Gallorum* Rege ampliſſimis conditionibus, & eò profecturum, id quod mihi perſuadere nequeo futurum: alii prædicant à *Ferdinando* Regis Catholici fratre annuũ ſtipendium pendi ſatis honeſtum, id quod malim. Optime vale præceptor, omnibus bonarum literarum & *Chriſtianæ* religionis amatoribus unicè obſervande.

Eraſmus Ioanni Borſalo ſuo S. D.

Epiſt. 16. ISTud verò non eſt epiſtolam mittere, ſed ἐπαοιδήν, tot nominibus oras, obſecras, obteſtaris, actionem etiam minitas ex pacto, ſi recuſem de ratione concionandi conſcribere, perinde quaſi ferreus ſim, aut adamantinus. Quis eſt ager uſq; adeo ferax, ut immodico cultu nõ exhauriatur? Ego hunc malignum ac ſterilem agellum tot jam annis aſſiduâ ſemente vexo, nec ullâ lectionis ſtercoratione ſarcio, niſi tumultuariæ. Poſt morbos tam graves erat aliquid dandum confirmandæ valetudini. Hic adeo nobis non indulſimus, ut nec ægrotare vacaverit: tum hæc Quadrageſima me penè confecerat, ni mutandi cœli, victúſq; gratiâ *Antuerpiam* me contuliſſem. Quin & dum aulicus eſſe cogor *Mechliniæ*, meíſque patronis epiſcopo *Leodienſi*, *Trajectenſi*, cæteríſque proceribus, & in his tuo *Adolpho* obſervio, mihi dies aliquot perierunt. Poſtremò tot undique miſſis epiſtolis obtundor, ut dum his reſcribo, maxima pars temporis pereat à ſtudiis. Abſolutâ *Paraphraſi* in duas epiſtolas ad *Corinthios* inſtitueram in epiſtolam ad *Galatas*, ſed hoc agentem Tragœdiæ quædam interpellârunt, quis hic novas & hactenus inauditas, neſcio quæ *Erinnys* excitavit. *Apologia*, quâ *Latomi* dialogo reſpondeo, vix mihi tridui tempus abſumpſit: neque enim libuit in ejuſmodi tricis multum operæ collocare. Quòd ſi illi vacat ejuſmodi libros complures edere, non deerunt qui reſpondeant. Ego *Veianius* cedo arena. Video excetram hanc repugnando vinci non poſſe; itaque pugnis valere juſſis, in *Chriſtiana* lenitatis portum me recipio, adverſus malorum obtrectationes cõſolans memetipſum, cum bonorum virorum de me judicio, tum animo ſibi bene conſcio; certè quod ad hanc rem pertinet. Pecuniæ ſtudiũ nunquam habuit animum meum: famæ ſarcinam lubens, ſi queam poſuerim. Vitæ nec tædet, nec ſum avidus: quandocunq; me hinc evocabit imperator *Chriſtus*, ipſo fretus volens promptúſq; decedam præſidio corporis. Tantum moleſta eſt quorundã infignis ingratitudo, tantúmq; ſycophantiarum virus, ut ni planè comperiſſem ipſâ re, nunquam creditурus fuerim tantum eſſe mali, non dicam inter eruditos, ſed nè inter homines quidem: tametſi vixerim cum tot nationum hominúmq; generibus. Literas tuas ſuſpicor *Lovanium* perlatas eſſe, atque illinc *Antuerpiam* remiſſas: nam ibi tum agebam: ita factum eſt, ut non viderim qui eas pertulerat. Conſilium eſt menſem hunc vernum ſarciendis corporis animíque viriculis inſumere, ſi modò licebit. Mox favente *Chriſto*, *Paraphraſim* aggrediar, & argumentum quod tu tantopere efflagitas: quod ipſum tamen aliis ſcribetur, non *Borſalo*. Novi pectus iſtud tuum, novi ingenium, novi ſtudium. Domi fontem habes: non neceſſe ſit ex aliena ciſterna aquam petere. Non deerunt qui celebrent Pontificum autoritatem, quam fateor eſſe debere ſacroſanctam: non deerunt qui *Scoti Thomæq́* decreta prædicent, quæ nec ego ſanè prorſus improbo. Tu purum illum & ſyncerum *Chriſtum* mentibus tuorum inſtilla, quando id à paucis fieri videmus. Gaudeo tibi fortunam obtigiſſe cum dignitate conjunctam, tum autem materiam ac ſegetem oblatam bene merendi de grege *Chriſtiano*. Felix quidem otium ſtudiorum, ſed huc deſcendat oportet ſapiens ille *Platonicus*, non uni ſibi natus. Optimus Princeps *Adolphus* videtur adhuc veterem illum in nos animum obtinere, quem puer habuit. In hujus propiorem notitiam commodiſſimè temet inſinuabis per *Petrum Zutpenium Caſſiletanũ*, quo viro nihil adhuc vidi candidius aut amicius. Quòd *Franciſcus Galliarum* Rex me tentarit ſatis amplis conditionibus in *Galliam* evocare, rumor non omninò vanus eſt. Tentatũ eſt & retentatum quorundam literis: verùm nihil adhuc audio certum vigilans, neq; tam rudis ſum rerum humanarum, ut meris promiſſis pellici queam. Ut *Ferdinando* præceptor eſſem, actum eſt ſedulò, cum per alios permultos, tum per Principem *Bergenſem*, & is eſt Princeps, ut meliorem magiſque docilem, nec optare poſſim. Sed deterrent me quædam quæ tutò literis committi non poſſunt. Bene vale. *Lovanii*, die Paſchæ. Anno M. D. XIX.

Eraſ. Rot. eruditiſſimo M. Petro Viterio ſuo S. D.

BEne cecidit, optime *Viteri*, quòd mea, quali *Epiſt.* qualis fuit, expoſtulatio, tam amicam, tamq; copioſam epiſtolã abs te extudit. Veterem illum tuum in nos animum, non ſine voluptate agnoſco. Incolumẽ eſſe te lætor. Tot moleſtis occupationibus diſtrahi te, dolerem, ni tales eſſent, ut hujuſmodi vel immori cupiat animus verè *Chriſtianus*. Gratulor autem virtuti tuæ, quæ tot laboribus ſufficiat: quod corpuſculi viribus deeſt, pectoris ardore ſuppeditante. Proximas literas tuas ſcito mihi non eſſe redditas. Si curãris ut ſciam, qua de re commendari velis *Stephano Poncherio* epiſcopo *Pariſienſi*, promptiſſimè quod voles faciam. Eximium virum *Balneum* decanum *Turonenſem*, meis verbis reſalutabis diligenter. Vir malus ſim, ni amem hominem, literis ac virtuti cum primis faventem: ingratus etiam, ni redamem, ultro provocantem ad amicitiam. Bene vale *Viteri* ſuaviſſime. M. D. XVII.

Eraſmus

Eras. Rot. clarissimo Ludovico Ruseo Lutetiæ suppræfecto, et Christianissimi Regis apud Eburones oratori. S. D.

Epist. 18. QUo magis præter spem acciderunt, hoc gratiores fuerunt tuæ literæ, mihi non semel votis ardentissimis exoptatæ, præsertim cum nulla *Budæi* epistola ad me venerit, quæ *Rusei* non meminisset. Est ille quidem & vir optimæ fidei, & artifex pingendi cum primis elegans, sed tamen nescio quid expressius, magisque vivum tua nobis expressit epistola. Utrisq; gratiam habeo summã: *Paschasio*, qui suo impulsu pudorem tuum vicerit: tibi, qui tuum animum passus sis expugnari. Cave verò per Musas, nè me scheda fraudes, quam *Parisiis*, quemadmodum scribis, mihi destinâras. Si tam expolitas literas scribis ex tempore, si in peregrinatione; facile sit divinare, quale sit quod domi per ocium adornâsti. Jam meum esse cœpit, quod animo mihi dedicâsti. Proinde non desinam efflagitare, donec extorsero, si fors tu graveris exhibere. Quòd ad *Gallum* humanissimè nos invitas; quanquam ea semper animo meo fuit dulcissima, tamen magis istuc me pelliceret *Deloini*, *Rusei*, *Budæi*; contuberniũ, quam Regis alioqui benignissimi conditiones. ἀλλ' ὄντος ἀνεμος ὄντε μὴ ἐᾷ, ὄντε πλεῖν ἐᾷ. Cum ejusmodi monstris mihi res est, ut planè lupum auribus teneam, si quisquam alius. Gratulor *Galliæ*, gratulor optimis studiis, quibus apud vos non modò locus est, verumetiam dignitas, nimirum eo favente, ὃς κράτος ἐστὶ μέγιστον. Florent & apud *Anglos* Principum favore. Expergiscitur undique *Germania:* soli nos adhuc reluctamur: ad quos profligata barbaries, velut ad extremum præsidium confugisse videtur. In causa est, partim quod hæc aula nondum didicit honorem habere bonis literis: partim hominum paucorum ambitio, qui sibi persuadent, meliora studia splẽdori, quem hactenus apud vulgus obtinuerunt, officere. Mihi hîc nec seritur, nec metitur: ut qui nec fortunam ambiam, meâ, qualis qualis est, sorte contentus: nec famam aucuper, cujus jam ad nauseam usq; sum satur: attamen vel gratis ex animo bene volo rectis studiis, & horum cultoribus. Quanquam, quod paucorum malitia committitur, non arbitror esse par universitati imputare. Sed quid audio clarissime *Ruse*? egon' lucis aliquid addam vestræ *Galliæ*? quæ tot gemmis, tot stellis illustratur? Quæ præter vos triumviros, *Fabrũ* habet, *Copũ* habet, *Paulũ Aemiliũ* habet, *Germanũ Brixiũ* habet, *Joannem Pinum* habet, *Nicolaũ Beraldum* habet. Sed ego ineptus, qui jam plane incipiam arenas numerare. Inter tot egregia lumina, quid ego aliud quàm obscurari poteram? & tamẽ juverit etiam sic obscurari, modò frui liceret iis, qui mihi caliginem offundere videntur. *Gallum* esse me, nec assevero, nec inficior: sic natus ut *Gallús* ne an *Germanus* sim, anceps haberi possit: quanquam apud studiorum cultores minimum habere momẽti, par est, regionum discrimina. Quisquis communibus Musarum sacris initiatus est, hunc ego ὁμοπάτριδα duco. Ex amicorum literis audio, *Budæum* nonnihil succensere nobis ob epistolam quandam meam, ut ipsi videtur, aliquanto quàm par est, liberiorem. Ego verò illum & virum judico prudentiorem quàm qui gravius commoveatur, si quid etiam intempestivius aut licentiùs scribat amiculus: & firmiorem amicum arbitror, quàm ut ob hujusmodi levia offensas amicus esse desinat. Nam meâ sententiâ, quisquis ob quaslibet causas amicus esse desiit, is nunquam amicus fuit. Equidem non satis video, quid habeat illa mea epistola, tam procax aut petulans, ut animum concitare debuerit, primùm eruditi, deinde prudentis, postremò amici: & amici, qui sibi moderationis ac lenitatis laudem vendicet, mihi crimen iracundiæ impingens. Sed de epistola vestrum arbitrium esto: certè quod ad animũ meum attinet, vix apud *Gallos* esse puto, qui de *Budæo* aut sentiant magnificentiùs, aut prædicent honorificentiùs, quàm *Erasmus*. Hujus rei testes erunt, *Henricus Glareanus*, *Guilielmus Nesenus*, *Beatus Rhenanus*, apud quos effutire soleo, quicquid esset in animo. Bene vale clarissime *Ruse*. *Mechliniæ* raptim. XVIII. Calendas Aprilis, Anno M. D. XIX.

Alberto Cardinali et Archiepiscopo Maguntinensi Erasmus S. D.

Epist. 19. REverendissimè domine, princépsque clarissime, non dubito quin libellus, quem celsitudini tuæ dicavimus, redditus sit eidem. Qui an tuo satisfaciat animo, nescio: meo certè non satisfacit: verùm id temporis nihil aliud erat ad manum. Circumspicietur aliud, quod & tuæ magnitudini, & meo in te studio magis respondeat. *Richardus Pacæus*, qui Regis sui nomine legatus ad vos venit, præter alias innumeras dotes, vir est insigni utriúsque literaturæ peritiâ præditus, apud regiam majestatem multis nominibus gratiosissimus, fide syncerissimâ, moribus pluscquam niveis, totus ad gratiam & amicitiã natus: quem si dignaberis propiùs nosse, scio, gaudebis te à nobis admonitũ fuisse. Apud *Anglos* triumphant bonæ literæ. Rex ipse cum sua Regina, Cardinales ambo, Episcopi fermè omnes toto pectore tuentur, favent, alunt, ornántque. Rabulis omnibus per Regẽ impositũ est silentium: spero idem fore apud *Germanos* si tuæ ampliss imæ dignitatis, tuíq; similiũ favor aspirârit: quod ut faciat, etiam atq; etiam rogo. Nihil enim non moliuntur sycophantæ quidã, præsertim hîc, ubi barbaries terris excessura videtur extrema posuisse vestigia. Quanquam & hi mitescunt, incipiúntque suam stultitiam agnoscere. *Hutteni* ingenium indies magis ac magis exosculantur omnes: cui tua celsitudo tam candidè favens, multum laudis, imò gratiæ sibi parit apud eruditos omnes: quam incolumem diu servet immortalis *Christus Iesus*. *Antuerpiæ*. XIII. Calendas Junias. Anno M. D. XIX.

Antonio de Bergis Erasmus Rot. S. P.

Epist. 20. ORnatissime juvenis, antehac uno nomine dũtaxat amabam te, quòd honestis studiis ac morib' delectareris præter vulgatũ morem nobilium: nunc hoc quoq; debeo nomine, quod expertus sum mirum patris tui in me studium. Ejus tot tam spem in tua indole sitam esse, ex illius sermone perspectum habeo: nec dubito quin optimi patris expectationi sis per omnia respondurus. Bonæ literæ passim efflorescunt, frustra reluctantur veteris insciliæ patroni. Apud *Anglos* triumphant recta studia, Regis, Cardinalium,

& episcoporum auxilio. Rabulis, qui tantum ad maledicendum linguam habent, impositum est silentium. Hic quoniam tales patronos non habemus, sæviunt adhuc, & libris quoque grassantur, sed quibus nihil aliud quam suam traducunt stultitiam, ac mentis stoliditatem. Mitescunt tamen & hi paulatim, velut ex gravissima febri respiscentes; obmutescent etiam, si Principum aspirârit favor. In *Ferdinando* magna spes est: in te quoque non mediocris. *Carolus* abest, *Civerius* non mirum si à literis est alienior, quanquam non adversatur. Cardinalis *Adrianus* bonis literis nunquam admodum favit, etiamsi non est adeo devotus hostis, quàm sunt quidam, qui se non putant incolumes fore, nisi oppressis bonis literis. Hunc *Richardum Pacæum*, serenissimi Regis *Anglorum* oratorem, eique gratiosissimum, si propius complecteris, gaudebis hominis consuetudine. Est enim præter mores candidissimos, utriusq; literaturæ peritissimus. Bene vale. *M. Adriano Barlando* multam ex me salutem dicito. *Antuerpiæ* XIII. Calend. Junias. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterodamus Iacobo Banisio suo S. D.

Epist.21. VIr omni decorum genere cumulatissime, audio, te novâ, eáque eximiâ dignitate auctum, quo nomine tibi magnopere gratulor: neque dubito quin fortuna sit aliquando benigniùs etiam tuis præclaris virtutibus responsura. Nos hic plusquàm *Panicis* tumultibus jactati sumus, adeò theologi quidam novas excitârunt Tragœdias: neque quicquam tamen aperto *Marte* gestum est: omnia technis, cuniculis, ac strophis acta sunt. Malè habebat istos, negotium linguarum procedere: metuebant, nè si subsisteret Novum Testamentum, labasceret eorum autoritas: nihil itaq; non tentatum, sed respiscunt. Prodiit Novum Testamentum, venditus, & quidem felicissimè. Ausus est quidam & libellum adversus me scribere, sed magno suo malo, meâ summâ cum voluptate. Triumpharet bonæ literæ, si Principem haberemus domi, qualem habet *Anglia*. Rex ipse non indoctus, tum ingenio acerrimo, palàm tuetur bonas literas, rabulis omnibus silentium indixit. Cardinalis *Eboracensis* omnia studia in melius restituit, suáque benignitate passim omnes invitat ad amorē studiorum: nec aliud agit Cardinalis *Campegius*, vir omnium & optimus, & doctissimus. Aula Regis plus habet hominum eruditione præstantium, quàm ulla Academia. Video *Germanos* quoq; Principes honorem habere literis, tuo, tuíque similium hortatu: nos nondum hoc discere possumus. Serenissimus Princeps *Ferdinandus*, adolescens, ita me Deus amet, ad omnem virtutem natus, nos amat, nostrísque libellis delectatur: ut & ab aliis accepi, & ipse mihi narravit, libellū de *Principe* semper habet in manibus. Huic me præceptorem dare conati sunt, & ipse videtur id ambire: sed cum alia me deterrent ab aula, tum præcipuè valetudo tam imbecillis, ut nisi temperetur meo arbitratu, mox perielitetur. Mortuus nec Principi sim usui futurus, nunc utcunque prosum calamo. Exiit *Paraphrasis* in duas epistolas ad *Corinthios*, & in epistolam ad *Galatas*. Hac certè parte probor, & doctis & indoctis omnibus. Si inciderit commoditas, commendabis me illustrissimo *Saxoniæ* duci *Friderico*: ei scripsimus nuper, opinor epistolam esse redditam. Bene vale patrone singularis. Si continget congredi cum hoc oratore Regis *Anglorum*, *Richardo Pacæo*, si nondum tibi notus est, fac ut hominem cures nosse propiùs: Nihil ejus ingenio candidius, utriusque literaturæ peritissimus est: pro suis virtutibus Regi Cardinalibúsque, atque adeò *Romano* Pontifici, gratissimus est. Rursum vale. *Bruxellæ*. XII. Calend. Junias. M. D. XIX.

Erasmus R. P. D. Richardo Episcopo Wintoniensi S. P.

Epist. REverende præsul, si unquam placuit tibi animi mei studium in te, hoc tantùm præmii reposco, nè quid temere credas sycophantis de me, quibus nunc fatali quadam pestе fervent omnia. *Edvardus Leus* si demonstrat argumentis se melius sentire, quàm ego sentiam, nunquam offendet animum meum. Cæterùm quod hic, & apud suos, scriptis, dictis, per se, per suos omnia impler inimicis rumoribus, nec suæ famæ restè consulit. Jampridem palam præ se fert plusquam hostilem animum, nullo unquam dicto aut facto lacessitus à me. Juvenis est, ardet cupiditate famæ, sed præstabat hanc melioribus auguriis auspicari. Novi prudentiam tuam quæ non facilè pronunciet, præsertim in malam partem. Tempus omnia proferet in lucem. Veritas laborare potest, vinci non potest. Si tua autoritas consulet *Leo*, ut aut in totum desistat ab istis sycophantiis, quibus seipsum magis traducit quàm me, aut argumentis duntaxat mecum certet, illius famæ consuluerit. Nunc enim odio, ceu morbo animi lymphatus, fertur. *Erasmus* olim ambiit tuum favorem, non successit: nunc non orat, ut sibi faveas, sed ut *Leo* tuo. Bene valeat tua pietas, cui me totum consecro dedicoque. *Antuerpiæ*, Octavo Calend. Junias. M. D. XIX.

Erasmus Roterodamus, R. P. Thomæ Episcopo Dunelmensi S. D.

Epist. REverende pater, quoniam *Aristoteles* scripsit, multorum amicitias silentio dirimi, nolui committere, ut idem nobis eveniret, præsertim in tanto amico. Mitto *Paraphrasin* in epistolam ad *Galatas*, in qua locus est de *Petro*, *Pauli* voce objurgato, qui mihi nondum satis à quoquam veterum explicatus videtur. Non sum ignarus, varios rumores de me spargi. Sentiunt philobarbari, erigere sese recta studia, eóque nullum non movent lapidem, sed temporis progressu vincet veritas. Hoc modo te exoratum velim, nè quid temere credas *Erasmiomastigibus*. Nunc fato quodam suo sæviunt, at brevi illos sui morbi pudebit ubi respuerint, quemadmodum evenit *Ajaci*. Bene vale pater amplissime, & in *Erasmum* eum te præbere perge, qui semper fuisti. *Antuerpiæ*, Octavo Calend. Junias, Anno M. D. XIX.

Eras. Rot. Ioanni Rusero Novientano suo S. D.

Epist. QUod *Matthiam Schureriū* mihi tam studiosè commendas, prorsus, juxta proverbium, actum agis. Est enim is homo mihi tum ob eximias ingenii dotes, tum ob officia in me non vulgaria,

vulgaria, sic commendatus, ut commendatior esse non possit. Nihil est, quod in illius gratiam facturus non sim. Sed neque mihi semper suppetit, quod illius officinæ suppeditem, neque quodvis argumentum illi convenit. Postremò cum Typographi fermè sint inter sese ἀκρατεῖς, vix fieri potest, ut sic obsequar uni, quin alterum offendam: Id quod usu venit in rursus excudenda *Copia*. Nam annos aliquot mihi succensuerat *Badius*, priusquam offensionis causam possem olfacere. Quanquam illius indignatio, ut est vir optimus, citra omnem amarulentiam, aut etiam simultatem constitit. Aufer verò mihi ista verba, ne eum ex albo tuorum expungas amicorum. Tum egò non inhumanissimus modò sim, verumetiam ingratissimus, si patiar *Schurerium* expungi amicorum catalogo. Simulatq; dabitur opportunitas, declarabo, si nihil aliud, certè propensum in illum animum. Demiror, cur tam diu prorogetur *Rodolphi Agricolæ* lucubrationum editio. Quis est, quæso, genius iste malus, qui gloriam hanc nostræ invidet *Germaniæ*? Verum ut hactenus ociosa fuit epistola tua, quòd ex tua commendatione nihil accesserit meæ in *Schurerium* benevolentiæ, ita per eam ipse mihi factus es multo commendatior. Nam egregias animi tui dotes, quas pridem è suavissimo colloquio tuo, è vultu, ex ipsis oculis utcunque conjeceram; sic expressit, ut longè quàm ante magis cœperim amare indolem istam tuam lepidissimâ festivitate, ac rarâ modestiâ pellicibilem: eruditionem haud sanè vulgarem, cum utriusq; literaturæ peritiâ conjunctam, sed ita ut hanc nullum, quod ferè solet, supercilium comitetur. Quare mihi posthac *Ruserius* non inter famulos, quod tuæ modestiæ satis erat, sed inter præcipuos amicos numerabitur. Bene vale. *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo.

Erasmus Rot. Eobano Hesso S. D.

Epist. 25. ADeò placuit tuum ὁδοιπορικὸν, ut emendatis quæ commiserant Typographi, curârim hic rursus formulis excudendum. *Jona Scalbiq.* conspectus mihi fuit multo gratissimus. Sed interim dum hos huc mittis, parum consulis meæ famæ, cujus nunquam non facio jacturam, ex hujusmodi congressibus. At minitaris te plures etiam horum similes huc missurum. Quoniam hi contigerunt, per quos maximè licuit scribere, ideò scribo parciùs. Per alios non satis tutò scribitur, per hos frustra, qui melius omnia coràm referent quàm ego literis possim. Nollem epistolas meas editas, quas adjunxisti tuo carmini, brevi editurus eram, sed locupletatas. Carmen ad Comitem de *Nassau* percupio videre. Favet ille bonis literis, & harum gratiâ mihi quoque. Sed nostri Principes laudare nôrunt, numerare non nôrunt. Quod tamen meâ causâ non dico, qui nihil ambio sorte meâ contentus. Bene vale, amicorum syncerissime. Jam nunc circumspice ac delige tibi argumentum aliquod fœcundum, in quo declares posteritati quantus sis. In hoc conferes paulatim, quicquid egregium quotidiana lectio tibi suppeditabit. Sed hæc planè memorem admoneo. Rursum vale. *Lovanii*, Tertio Calend. Junias, Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Henrico Guldefordo Equiti Aurato præfecto rei equestris Regis Angliæ Erasmus S. D.

VIr clarissime, multorum sermone cognoscebam, quàm amico sis in nos animo, sive scintillas istius benevolentiæ ex meis lucubrationibus concepisti, sive ex *Joannis Coleti*, cæterorumq; amicorum hausisti sermone. Tu me diligis, quòd verè talem esse credas qualem illi prædicarunt. Ego te vicissim amo, quòd toto pectore virtuti, quòd honestis studiis faveas, quando horum gratiâ mihi quoque faves, non quòd his præditus sim, sed quòd tibi persuasum sit, his præditum esse me. Certè recta studia, præsertim ea quæ ad verâ faciunt pietatem, provehere semper conatus sum, sed utinam perinde feliciter, ac sedulò. Mundus resipiscit velut ex altissimo somno expergiscens: & tamen pertinacib⁹ animis adhuc repugnant quidam, veterem inscitiâ suam manibus pedibúsq;, ac mordicus etiam retinentes. Sed hos pudebit amentiæ suæ, si viderint summos Reges, ac Regũ Proceres amplecti, fovere, tueri meliores literas. O miras rerũ humanarũ vicissitudines! Olim literarum ardor penes religionis professores erat; nunc illis magna ex parte, ventri, luxui, pecuniæq; vacantibus, amor eruditionis ad Principes profanos, ac proceres aulicos demigrat. Nam quæ schola, quod monasteriũ usquã tam multos habet, insigni probitate, doctrináq; præditos quã vestra habet aula? An non optimo jure nos nostri pudeat? Sacerdotum ac Theologorum convivia madent vinolentiâ, scurrilibus opplentur jocis, tumultu parum sobrio perstrepunt, virulentis obtrectationibus scatent: & ad Principum mensas modestè disputatur, de iis quæ ad eruditionem ac pietatem faciunt. Nimirum ad optimi Regis exemplum properant omnes, cujus ut cæteras illas dotes omittam, quas sic habet cum aliis Regibus communes, ut pleriſq; præcurrat, nulla sit inferior: quid illo ad disputandum argutius, ad inveniendum felicius, ad judicandum sanius, ad eloquendum venustius? Olim ocii literarúmq; dulcedine captus, ab aulis Regum abhorrebam: at in talem aulam, vel cum tota supellectile, quæ ferè chartacea est, liberet immigrare, ni valetudinis imbecillitas, & ætas jam ingravescens dissuaderet. Ubi nunc sunt qui jactitant, Principum vigori officere literarum cognitionem? Quis *Henrico* octavo, vel in bellicis rebus dexterior, vel in condendis legibus cordatior, vel in consiliis oculatior, vel in coercenda sceletum licentia vigilantior, vel in deligendis magistratibus, atq; officiis diligentior, vel in conciliandis fœdere Regibus efficacior? Equidem aureũ quoddam seculum exoriri video, quo mihi fortassis non continget frui, quippe qui jam ad fabulæ meæ catastrophen accedam: gratulor tamen orbi, gratulor juvenibus, in quorum animis ob officiorum memoriam utcunq; superstes erit *Erasmus*. Sed ut finiam ornatissime *Henrice*, redamo te amantem, proq; officiis in me tuis, non vulgaribus, hoc majorem habeo gratiam, quòd ea præstiteris nullo unquam à me lacessitus officio. Generosæ dominæ matri tuæ, mihi uno atq; altero colloquio cognitæ, precor omnia læta prosperaq;. Istum animũ tibi: te nobis servet Opt. Max. *Jesu*. Hunc *Eras.* pergat tua nobilitas inter suos clientulos ponere, studio certè nulli cessurũ. *Antuerpiæ*, Id. Maii. M.D.XIX.

Guilielmo Montjoio Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 27. VNice *Mecanas* antehac gratulatus ſum *Anglia* tuæ, quæ tot haberet viros egregiâ probitate, pariq; doctrinâ præditos: nunc propemodum invidere incipio, quæ ſic efflorescat omni genere ſtudiorum, ut omnibus regionibus laudem præripiat, ac penè tenebras offundat. Quanquam iſta laus haud ita novæ eſt veſtræ inſulæ, in quâ conſtat & olim eximios viros extitiſſe. Declarant id vel Academiæ veſtræ, quæ vetuſtate nobilitatéq; cum vetuſtiſſimis ac celeberrimis certant. Deamo *Richardum* epiſcopum *Wintonienſem*, qui magnificentiſſimum collegium ſuo ſumptu propriè dicavit bonis literis. Magis autem exoſculor egregium, ac prorſus heroicum animum *Thomæ* Cardinalis *Eboracenſis*, cujus prudentia ſchola *Oxonienſis*, non ſolùm omni linguarum ac ſtudiorum genere, verùm & moribus qui deceant optima ſtudia, condecorabitur. Nam *Cantabrigienſis* Academia jampridem omnibus floret ornamentis, præſide *Joanne* epiſcopo *Roffenſi*, qui nulla in parte non egregium agit Præſulem. Cæterùm hujus laudis præcipua portio regio pectori, velut horum conſiliorum fonti debetur. Cum tot regnis, ac Regibus altiſſima pax eſt, atq; ut augurari libet, æterna. Pelluntur nocentes, vigent bonæ leges, evehuntur optimæ literæ. Rex ipſe hiſce rebus omnibus non ſolùm autor eſt, ac Dux, verumetiam exemplum, primus ipſe præſtans quod præſcribit. Nulli mortalium magis ex animo bene volo quàm tibi, & tamen parum abeſt, quin invideam tuæ celſitudini, quæ tantis bonis fruatur ſine me quondam commodorum & incommodorum ſocio. Quódq; gravius eſt: Interim dum tu tot nominibus felix es, mihi cum teterrimis quibuſdam non hominibus, ſed portentis conflictandum, in quo me hercle lubens experirer, quid poſſit eloquentia, ni me *Chriſtianus* pudor, ceu *Pallas* quæpiam *Homerica*, jam capulo manum admoventem, capillos vellicans revocaret. Bene vale. *Antuerpiæ*, Anno milleſimo quingenteſimo decimonono.

Eraſmus Roterodamus Ioanni Schlechtæ Coſtelletio S. D.

Epiſt. 28. ACcepi Panegyricum tuum veriùs quàm epiſtolam, quæ tanto ingenio tantáq; facundiâ meas laudes decantat, ut magis illuſtret encomiaſten, quàm me qui laudor. Gaudeo nuſquam gentium non eſſe, qui faveant melioribus literis, nec faveant modò, verumetiam colant. Porrò ſedecim illos annos, quos in aula *Vladiſlai Hungariæ Bohemiæq;* Regis contriviſti, non tibi prorſus periſſe, vel hæ tuæ literæ ſatis declarant. Cæterum ex omnibus laudibus quas tu acervatim effundis in me, nihil agnoſco præter animum juvandi mores *Chriſtianos* & recta ſtudia cupidum. Eſt voluptati mihi, ſi cui bono fuerunt meæ vigiliæ. Quorundam odia non queo ſatis admirari, cum hactenus meis ſcriptis nemo factus ſit vel uno pilo nigrior. Videbam ſpinoſum hoc ac frigidum Theologiæ genus indies in pejus vergere: fontes ac veteres illos orthodoxos penè pro obſoletis haberi. Proinde conatus ſum omnes ad germanã illam Theologiam revocare, non in totum damnans in ſcholis recepta ſtudia, ſed partim moderans, partim indicans, quid optarem accedere. Siquidem ut mihi non placent, qui bonis literis nihil omnino tribuunt, ita non probo hos, qui neotericorum Theologorum ſtudia prorſus damnant. Demiror autem impudentiam iſtius quiſquis eſt, Canonici *Pragenſis*, qui tam inſignem mendacii telam, velut araneus ex ſeſe confinxerit. *Colonienſibus* aliquandiu res fuit cum eximio viro *Joanne Reuchlino*, mecum neque ſcriptis, neque dictis unquam ſunt conflictati, tantum abeſt ut exuſſerint meas *Lucubrationes* unà cum ipſo autore. Imò quoties illàc iter feci, ſum à primariis viris & acceptus honorificè, & ſummâ cum humanitate dimiſſus. Quanquam facilè crediderim & illic eſſe, qui inter ſuos oblatrent *Eraſmo*: veluti nuper quidam è ſodalitio *Prædicatorum*, ceu rem compertam inter ſuos narrabat, *Eraſmum Lovanii* vitâ defunctum, & addebat ſycophanta dignam ipſo facetiam, *ſine lux, ſine crux, ſine Deus*. Narranti, frequenter applauſum eſt à combibonibus monachis. Quòd ſi non verentur hujuſmodi confingere de me vicino, minus mirum ſi *Pragæ* ſic mentiantur. Verũ ex his factis, quæ quotidiè multa deſignant, conjicere licet, quanta *Erinys* iſtorum pectus occupavit. Ego magis (ita me *Chriſtus* amet) ipſorum vicem doleo quàm meam. Nam me ſatis conſolatur, tum recti conſcientia, tum optimi cujuſque de me judicium: quando nemini mortalium adhuc contigit omnibus placuiſſe. Prodiit Novum Teſtamentum rurſum à me non credendis vigiliis novatum, neq; mediocri locupletatum acceſſione. Præfixum eſt epiſtolium *Leonis* decimi, quo & veterẽ editionem approbat, & ad hanc novam invitat. *Pragæ* quid mihi negocii poſſit eſſe, non video. Nam quod polliceris non deforeſ, qui me tutò quò voluero deducant, mihi non placent regiones, in quibus hujuſmodi deductoribus ſit opus. Hic vel ſoli liberum eſt ire quò velim. Neq; verò dubito quin iſthic reperturus ſim, uti ſcribis, complures doctrinâ, pietatéq; ſpectatos, quos ſchiſmaticorum vitia non inquinant. At demiror non exiſtere, qui totum hoc diſſidium tollant. Præſtat iniquioribus conditionibus habere concordiam, quàm æquis diſſidium. Vereor equidem ne pecuniæ ſtudium ubiq; bonorum morum peſtis, non ſinat coire concordiam. *Paulus* nullum damnum recuſat quo *Chriſtum* lucrifaciat. Tot ſunt in orbe Cardinales, tot Epiſcopi, tot Principes; utinam *Chriſtus* afflet aliquem horum, ad hoc negocium ſpiritu verè *Chriſtiano* capeſſendum. *Paulus* ſi *Romæ* præſideret, ſat ſcio, non modò pateretur aliquid decidi fructibus ſuis, verumetiam autoritati nonnihil derogari pateretur, modò hoc precio concordiam emere liceret. Quòd ſi non contingeret nobis conſpectus mutuus, tamen literarum viciſſitudine fiet, ut & ego tecum aliquoties confabulans, apud *Albim* tuum ſpatier, & tu mecum apud *Brabantos* victites. Nam quantula pars amicitiæ eſt conjunctio corporum? Bene vale vir ornatiſſime. *Lovanii*, Anno à *Chriſto* nato M. D. XIX. Nono Calend. Maias.

Eraſ. Rot. Gerardo Noviomago Epiſcopi ultratrajectini à ſacris S. D.

AMicorum candidiſſime, aurigã nacti ſumus, *Epiſt.*
non minus temulẽtũ, quã erat meus famul'.

Itaque

Itaque *Lovanium* pervenimus aliquanto ante nonam horam, non sine periculo. Nam is currus qui nos anteibat subversus est. Vehementer arrisit illa literarum tuarum pars, quâ significas reverendissimum *Jacobum Calkarem* ordinis *Dominicani* isthic provincialem, nostri studiosum esse. Nam ego palmarium puto, placuisse viro tanto, quantûm tu nobis eum describis, & ipse facilè credo optimæ fidei autori. Cæterùm vix animum quo inducere, ut ille sese ad nostras nugas legendas demittat. Locum inspexi, atq; omnino res sic habet ut ille narrat. Candorem hominis exosculor qui repererit quo locus ille defendi posset, si pro &, scribatur *aut*. Sed adversus alienigenas aut impios. Quanquam idem sensus consistebat, manente conjunctione, &. Siquidem cum dicimus, Hic non habet honorem, nisi doctis, ac probis, nihil vetat quo minus diversi sint docti, ac probi. Verùm ille rectè voluit additâ luce, caliginem amphibologiæ discuti. Memineram historiæ de tribu *Benjamitide* penè usq; ad internecionem extinctâ. Sed primum arbitrabar generalem orationem constare, etiamsi unum aut alterum eximatur: sicuti non ideò falsùm dixit *Paulus*, *Omnes in Adam peccaverunt*, si credamus *Mariam* & *Christum* à peccato fuisse immunes, quanquam fateor non consistere, si dialecticus summo, quod aiunt, jure tecum agat: deinde, mihi non visum est istud propriè belli nomine censendum, sed potius animadversionis; nisi fortè cum *Moses* ob vitulum aureum tot hominum millia trucidavit, bellâsse videtur. Postremò mihi satis erat, quòd nos semper inter nos belligeramur, illi aut nunquam aut rarissimè. Ad persuadendum facit exaggeratio, ut, *nunquam*, positû sit, vice, *ferè nunquam*: quemadmodum *Paulus*, cum ait: *Omnes quæ sua sunt quærunt*: non omnes sensit esse tales, sed intelligi voluit perpaucos esse, qui euangelium syncerè tractarent. His tergiversari poteram, ut nemo non ingeniosus est ad defensionem sui: nisi quod non libet à tam eximio viro dissentire. Itaq; proximâ editione locus is mutabitur. Fac me illi quàm diligentissimè commendes. Nam homini cupio propius esse notus. A te nihil meo nomine peto præterea, nisi ut pergas tui similis esse. Bene vale. *Philippo Montjoio* omnium quos in vita viderim candidissimo cum uxorcula meis verbis salutem dices. Reverendissimo dices, quæ nunquam non dicis, *Lovanii* M. D. XIX.

Gaspar Vrsinus Velius Erasmo Rot. S. D.

Epist. 30. SUperiori anno cum delitescerem quodam in *Bavaria* oppidulo, ocium nactus non literarium, sed aulicum, ac prorsus honestis à disciplinis alienum, *Gurcensi* Cardinale, cujus tum in familitio fui, Cæsarem in *Belgas* secuto, destitutus omnibus literarum præsidiis, ausus sum magno cum periculo ac famæ & nominis discrimine revocatâ pristinâ illâ consuetudine *Roma* quâ uti solebam, puta scribendi aliquid, temerè nimis atq; audacter ineptire: ubi *Genethliacon* carmen in te virum quo universa *Europa* vix habet hodie quicquam illustrius & sanctius, certè nihil omnium confessione doctius: feliciori eventu quàm stylo composui. Defuerat tum animi vacuitas miseriis aulicis cooperto. Elanguit judicii acrimonia, & vis ingenii, si quod unquam fuit, studiorum atq; eo amplius intermissione. Aberat censura doctissimorũ hominum, aderat deniq; librorum copia nulla. ante tempus sine cortice natanti. Quid tibi vis dicam? tam citò quàm asparagi coquuntur, id carminis à me factum excidit, peperiq; prius quàm parturirẽ, unde nemo non judicare possit studiosè abortioni operam datam. Atqui non eo componebam, ut tam vile & inchoatum carmen præcipitatâ editione publicatum in manus hominum veniret, cum uni tantum *Richardo Bartholino*, cui nugas omnes meas ostendere solebam & credere, legendum transmissum esset. Qui hac in parte nimis quàm officiosus illud non veritus est tibi impertire. Pudet, magnopere pudet *Vrsinum* evulgati poematii, à quo nihili in materia, non autem tanto in viro mediocritatem ingenii exercitatam oportuit. O audaciam insignem & facinus stultum! *Æneam* laudare sum exorsus, nondũ *Culici* extollendo satis idoneus. Equidem duplici errore me lapsum esse, & utroq; gravi & intolerabili, ut perspicio manifestè, ita vehementer doleo. Primo adeò te non laudatum tam juvenilibus ineptiis deprehendo, ut culpa rudis & crassæ hujus Minervæ de fama tua tibi haud parum detriviſſe videar: dein quod multo gravius est hoc scriptionis genus inusitatũ aggredienti, puræ istius tuæ & sanctæ vitæ actiones illustres nondum satis cognitæ fuerunt. Neq; dum varios & inæstimabiles labores πολυχαριστέτε τῆ Ἐρίσμῳ vidi omnes. Quo fit ut interdum consilium ineam retractandi hendecasyllabos intempestivos, ut pro virili parte mea locupletati & excussi luculentiores tandem atq; opimiores exeant, præsertim cum impensè nos ad hoc laboris hortetur illustriss. Princeps *Joan. Thurzo* Episcopus *Vratislaviensis*, studiosorum omnium præsentissimus *Mecænas*, vir haud mediocriter eruditus. Qui te ob tuas singulares virtutes & doctrinam excellentem facit maximi, amat unicè, & honorat observanter: cui mos gerendus omnino est, ut & illius amplitudini, cui nihil non debeo, rem faciam longè gratissimam, & nominis mei rationem habere voluisse videar. Interea doctissime *Erasme* te oro per beatissimum genium tuum, pérq; immortales tuos & sanctissimos labores, tum quæ prius me nesciente, atq; invito edita sunt in tui nominis laudem boni consulas, tum quod in præsentia mitto fortasse illis multo inepti* carmẽ, & è vulgari officina depromptũ, vultu numini isti tuo amabilissimo cõvenienti excipias, & *Vrsinum* tui amantissimũ observantissimúmq; tuorum in numero amicorũ vel ultimo subsellio collocatum redamare velis. Vale. *Vratislavia* XX. die mensis Junii. M. D. XVIII.

Erasmus Rot. Caspari Velio S. D.

Epist. 31. PArum, videlicet erat tibi *Veli* doctissime, nos sanè quàm eleganti, sed tamen mendacissimo carmine celebrâsse, nisi insuper & epistolam adderes Panegyrico simillimam. Nec hoc contentus carmen adjungis heroicum, tam sublime, tam grandiloquum, ut ad hoc collata *Lucani* tuba, lyra videri possit. Primi carminis evulgati est cur me pudeat, non est cur te pœniteat. Neque sinam *Bartholinum* hoc nomine per te vocari in jus. Nihil hujus viri judicio non tribuo. Atq; is tibi tantum tribuit apud me, quantum alii nostratis hujus orbis nemini. Non censuit ille committendum, ut carmẽ tam felix premeretur. Favebam, &

ipſe,fateor,editioni: ſed obſtabat pudor, ac metus quidam, ne non tam ingenio tuo quàm laudibus meis delectatus videret. Haud quaquam tamen ingratum fuit, extitiſſe qui ſcrupulum hunc diſcuteret. Epiſtola tua declarat te in utroq; genere, pari penè felicitate exercitatum fuiſſe, quæ res pauciſſimis adhuc mortalium ſucceſſit. Porrò carmen heroicum legenti venit in mentem *Homeri* Κατραχομυομαχία, quæ tragicis verbis rem maximè ridiculam proſequitur. Atque hoc impenſiùs ſum admiratus ingenium tuum, quo ſterilius eſt argumentum. Sed tamen ne ſic abs te decantatus, nihil omnino præmii dicar retuliſſe, moneo mi *Veli*, ut poſthac iſtam longè felicioribus materiis exerceas. Gratulor tibi talem patronum, & illi te viciſſim gratulor, vel amicum, vel præceptorem: ejus eruditiſſimis literis, incondito epiſtolio reſpondi. Non me fugit, quàm id ſit inhumanum atque impudens. Sed quid facias? Tantis ſtudiorum obruor laboribus, & innumerabilium epiſtolis ſic undiq; provocor, ut ſingulis reſpondere non queam, fortaſſis paria facturus, ſi cum paucis mihi res eſſet, etiam ſi *Herculem* non puduit duobus cedere. Bene vale *Veli* chariſſime. *Lovanii*, Anno M. D. XVIII.

Eraſmo Rot. Ioan. Faber, Vicarius in ſpiritualibus Conſtantiis S. P. D.

Epiſt. 32. QUòd ſcribendi officium tot menſes intermiſi, *Eraſme* doctiſſime, equidem non cauſor negocia, quod ſolent deſides, quanquam verè poſſim, ut qui ſemper ſim occupatiſſimus. Nec item ulla me cepit *Eraſmi* mei oblivio, quòd hanc vera amicitia prorſus ignoret, & ipſe vix tam mei ſim memor quàm *Eraſmi*. Quamvis enim tot montibus, tam immenſa viarum intercapedine ſejungamur, ſemper tamen oculis noſtris adblãdiuntur tua pignora ſuaviſſima, monumenta ingenii divina, quæ cum intueor (intueor autem frequenter) *Eraſmum* intueor, nimirum veriùs quàm illi qui te præſentem amplectuntur, manúſq; manibus copulant. Hii faciem corpuſculumq; aſpiciunt, ſub quo verus ille habitat *Eraſmus*, quem totus veneratur orbis, & veriùs tot editi ab eo libri referunt, expreſſiùs oſtentant oculis quàm jugis illa corporis contemplatio. En quàm ſedulò annitor, ne uſquam amici oblivio mihi obrepſiſſe videri poſſit. Quid igitur meum tam diuturnum excuſabit ſilentium? Id ſanè quod res eſt, partim commoratio illa remotior, quâ fit ut tabellarii deeſſent, partim tuæ manſionis inſtabilitas. Jam enim in *Angliam* avolâſſe dicebaris: confeſtim *Hollandiam* petiiſſe te, rumor erat. Quocirca incaſſum me ſcripturum arbitrabar, & interim amiculi aliquot ſperare jubebant tuum ad *Baſileam* reditum, ſic hærebam, tui deſiderio impatienter æſtuans. Tandem fortuna mihi *Conſtantiæ* virum obtulit in aula *Caroli* Regis tui, & ut ſpero etiam noſtri, primarium, inclytum juxta ac doctum, qui tabellarios & (quæ eſt mira ejus in omnes humanitas) omnem ſuam operam comiter pollicebatur in literis ad te tranſmittendis. Ego plurimum gaviſus, ad ſcribendum me è veſtigio accinxi. Quæris igitur quid agant amici tui? Valemus omnes Deo propitio perbellè, tibíq; optimâ valetudinem precamur omnes, quo pluribus fœcundiſſimi ingenii tui fœtura noſtram locupletet paupertatem: omnia enim tua ejuſmodi ſunt, ut antiquæ eruditioni non conferri ſolùm, ſed anteferri etiam mereantur. Innumeri per *Germaniam* tuas vigilias, tui ingenii imagines contemplantur & legunt, qui linguâ, eruditione & pietate tantos fecere progreſſus, ut jam tibi præceptori tuo omnia referunt accepta, maximo ſint ornamento futuri. Innumeri te duce vetuſtatis inerudite ſqualorem abſterſerunt, atq; magnis itineribus conendunt ad frugem, non modò juniores, quod equidem minus miror, ſed grandæ vi: qui ſub tanto literatum imperatore, velut ſigno dato univerſæ barbariei bellum indicentes, triumphum etiamnum ſperant: quandoquidem tanta eſt eloquentiæ tuæ vis, ut barbaros deploratos in tuum pellexeris ſententiam, qui jam ſerò quidem cum *Phrygibus* moliuntur tamen, & bonas horas quæ antehac in magis intempeſtivioribus locarunt veris literis & veræ impertiant Philoſophiæ. Quid attinet de me dicere, quem præſens annis ſuperiorib' tuo mellitiſſimo colloquio, ita rapuiſti ut fere formâſtiq; ut fere reddideris alium: nam cum eum partum fauſtæ inſtitutioni me dederim, recentioríq; Theologiæ per ætatem nimis inhæſerim pertinaciter, tu flexanimâ ſuadelâ tuâ protinus effeciſti, ut nullâ jam lectione æquè delecter ac ſolidâ Theologiâ. Quare non indignaberis manſueriſſime *Eraſme*, quod *Beatus Rhenanus* vir doctrina & vitæ integritate conſpicuus mihi nuper tuam veræ Theologiæ compendium dicavit. Quamvis enim tam inſignis dicatura optimo cuique & doctiſſimo fuiſſet omnibus modis ambienda, eo tamen minus te ejus inſtituti pudebit, quòd non ut ſolùm, ſed alios haud parum multos ad veteris Theologiæ ſtudium inflammâſti: adeò enim dilucidè tuam in ſacris literis eruditionem & ingenium acerrimum indicat abſolutiſſimus ille libellus, ut multos etiam barbaros, antea eleganſioris Theologiæ ex profeſſo hoſtes, hoc opuſculo placaris tibiq; reddideris benevolentiſſimos. Novum Teſtamentum denuo à te magnificè, quod nihil dubito, locupletatum, cupidiùs ſanè expoſto, quam ulla mater filium chariſſimum peregrè redeuntem: nam quicquid uſpiam temporũ ſupereſt ab officii mei occupatiſſimi moleſtiis, id omne tuis libris decies pellegendis impendo. *Pacatum* noſter in quem externa corporis & animi bona ampliter congeſſit natura, ubi ſit, quid rerum agat ſcire percupio, cujus conſuetudine imprimis jucundâ vehementer ſum delectatus. Tu verò *Eraſme* amiciſſime *Fabro* tuo ignoſce: nam ſtudio in te meo & amori obſecutus, non veritus ſum tuis occupationibus obſtrepere. Quamvis enim tuas literas ceu munera prectioſiſſima amplectar, licebit tamen per me tibi, dummodo amare non deſinas, non ſolùm non reſpondere literis meis, verùm ne legere quidem, ſi ita ſit commodum. Vale Theologorum & omnis doctrinæ princeps. Ex *Conſtantiâ* ſexto Calendas Maii. Anno reſtitutæ ſalutis, M. D. XIX.

Eraſmus Rot. Ioanni Fabro Vicario Epiſcopi Conſtantienſis S. D.

OPectus amicitiæ natum, nec tumultus negociorum quibus undiq; diſtringeris, neq; tanta locorum ſejunctio potuit amiculi memoriam excutere,

excutere; præsertim à quo sis tam indiligenter cultus. Etenim *Basileæ* quum essem, adeò nullum mihi vacuum tempus faciebant edendorum voluminum meorum curæ, ut aliquando vix vacârit resalutare tam eximium amicum ut patronum, quem omni genere officiorum prosequi par erat. Egregiæ cujusdam humanitatis erat, nostris fastidiis ignoscere: nunc etiam magnificè gratias agis. Sed ut sic ad tuam epistolam non minus eruditam quàm prolixam respondeam, quemadmodum *Basileæ* salutantem resalutare soleo: ex laudibus quas mihi tribuis effusissimas nihil decerpam, præter animum impendiò majore quàm judicio meo nomini faventem. Quod *Beatus Rhenanus Methodum* meam tuo nomini inscripsit, facilè boni consulerem, si prius ille me de suo consilio certiorem fecisset, quàm ego hoc libelli *Alberto* Præsuli *Moguntinensi* dedicâssem. At nostra dedicatio jam exierat in vulgus, priùs quàm *Beatus* exemplar accepisset, cui tum non addideram epistolam nuncupatoriam, quòd nollem in Novo Testamento duas legi dedicationes, nè quis cavillaretur me de una fidelia duos parietes linere voluisse. Atque ita temperâram libelli filum, ut vel separatim legi posset, vel illius operis pars esse: quod quidem testor in ipso statim operis limine. Proinde consilium hoc meâ sententiâ, non satis auspicatò venit in mentem *Beato Rhenano*, præsertim quum ipse premat in scriniis suas lucubrationes, quibus possit se pariter ac suos illustrare rectiùs quàm alienis. Quanquam hîc quoque laudarem etiam *Beati* studium, nisi fuisset infelix. Magis enim fortunæ quàm illius animo reor imputandum. Cæterùm quod nunc parum ex animi sententia cecidit, alias nostrâ curâ sarcietur. Neque prorsus committam, ut nostram amicitiam ignoret posteritas, si quid tamen mearum næniarum ad posteros unquam perveniet. *Richardus Pucæus* bellissimè valet, floret ac triumphat apud suos, optimo Regi longè charissimus, cui primus est à secretis, quod munus cum primis opimum est apud *Anglos*. Is nuper hac iter fecit, à Rege legatus, ut salutatis *Margarita* & *Ferdinando*, adesset electioni Cæsaris. Cujus conspectus mihi tam jucundus fuit, ut nullius æquè multis jam annis. *Thomas Morus* est Regi à consiliis, atque item *Colerus*: *Thomas Linacrus* à curâ valetudinis. Ipse Rex feliciſſimè philosophatur. Regina literas amat, quas ab infantia feliciter didicit. Quis non cupiat in tali aula vitam agere? Bene vale vir eximie. *Lovanii*. Anno M. D. XIX.

Iacobus Banisius Cæsareæ Majestatis à Consiliis Eras. Rot. S. D.

Epist. 34. REverende & excellentissime domine honorande, commendationem plurimam. Graviter adversâ valetudine pressum, & nec mei ipsius compotem, offenderunt me humanissimæ literæ tuæ: ideo ad eas & tardiùs, & manu alienâ respondeo. Nec est cur sibi ipsi succenseat, quòd me ultrò venientem avidiùs non sit complexa hîc *Antuerpiæ*; exhibuit enim se nimis facilem erga me, & compos voti eram, simulatque videram quem desiderabam. Sensi autem tunc non parum impudenter me egisse; quod virum tantorum studiorum, & tantæ disciplinæ, non prætentato vado, & magis religiosè: sed quadam aulicâ temeritate interpellare ausus fuerim. Sed id aviditati (quæ me vel ex intimo sinu *Illyrico* meo traxisset) potiùs quàm instituto adscribat. Cupiebam enim illum, quem absens, veluti numen, ob excellentem doctrinam colebam, aliquando præsens (postquam fas erat) intueri; & omnis mora mihi periculosa videbatur: proinde quum intellexi te hîc adesse, nisi statim advolâssem, arbitrabar me non posse compotem voti fieri. Quum primum autem valebo, si per negotia licebit (postquam ita placet) antè digressum meum ex hisce regionibus te *Lovanii* conveniam: nec enim tu hoc tempore tam bonas horas huc veniendo perdere debes. De *Judæo*, vel qui sub ejus tam infami & perdito nomine cum doctissimo quoque ac optimo viro congredi audent, solùm ex infamia famam sibi aucupantes, nil melius existimo, quàm illos omittere cum incircuncisa ab omni bono opere mente, & in tenebris suis ignotos delitescere. Ex motu tactúque rei fœtidæ, nil nisi fœtor elici potest. Literas tuas ad *Magnatium* & *Pyrkhaimer* transmittam. Valeat diu feliciter Do. *T. R.* ad commodum & incrementum omnium studiorum. *Antuerpiæ*, die duodecima Novembris. Anno M. D. XVII.

Erasmus Rot. Banisio suo S. D.

Epist. 35. VIr ornatissime, jure succensemus *Sebastiæ*, quòd te nobis afflictum remiserit: sed tamen gratias agimus, quòd vivum restituerit; quando non pancos absorbuit. Sic tui velim Principibus copiam facias, ut tuæ salutis habeas rationem. Quo magis eget tuis consiliis respublica, hoc magis advigilandum, ut illi diu possis esse usui. Tuum ad nos adventum cupidissimè expecto. De negligendis blateronibus suoque morbo relinquendis, & prudenter & amicè consulis. Quid enim aliud quàm suam traducunt stultitiam simul & insciliam? Deum immortalem, quàm insulsis libellis, quàm virulentis, quàm indoctis, rem agunt? Non est periculum, nè tam ineptas nænias legat posteritas: cujus judicium semper eruditis viris spectandum est. Quanquam nè nunc quidem ulli probo doctóve placet istorum furiosus tumultus. Sed omnia coràm. Bene vale vir ornatissime. *Lovanii*. Anno M. D. XVIII.

Erasmus Rot. Gonello suo S. D.

Epist. 36. MUltis modis hæc tempora nos affligunt mi *Gonello*. Pestis hîc passim scintillat, mox uti videtur sævitura. Bellum imminet, malorum omnium oceanus. Nos privata etiam quædam incommoda discruciant, præterquàm quòd nuper exortus est mihi novus genius malus, bestiola quædam perpusilla quidem, sed quæ tantum habeat veneni, ut præ hoc vipera, quin & seps veneno vacare videatur. Rogo uti per *Vvatsonum* ad nos scribas. Et quid agat meus *Pegasus* significes, imò quid valeas ipse, quid hospes tuus humanissimus, quid materfamilias, omnis bonitatis exemplar. Fac diligenter salutes *Grunnium* commissarium communem amicum, vel, ut verius dicam, patronum. Bene vale *Londini*. Anno M. D. XV.

Eras. Rot. Guilielmo Gonello suo S. D.

Epist. 37. DE equo voluptatem mihi nuncias, mi *Gonelle*, & animum tuum hac quoque parte agnosco.

Cæ-

Cato & alia, quæ illi adjecimus, jampridem absoluta sunt, sed unicum nobis duntaxat exemplar est, scribarum inopia. Adjecimus & priſtinæ collectioni magnam vim. Similium ex *Plinio:* ea puto tibi tuisq; magno usui futura, sed deest qui describat. Tanta est apud *Britannos* laboris fuga, tantus amor ocii, ut nè tum quidē excitentur, quum spes dolosi affulserit nummi. Huc si te contuleris, lubens & hæc & reliqua communicabo omnia. An id ex usu tuo sit, ipse expendito: Nam mihi certè tuus adventus erit gratissimus: Tametsi pestis hîc locis aliquot scintillat, ut *Greami* nostri verbo utar, ac nuper aulam quoq; regiam invasit audax, extinctis duobus aut tribus. Verùm si advolas, maturandum est, nam ipse ad quadraginta dies fugam adorno, nisi quid novæ obtingat fortunæ, cujus nè somnium quidem adhuc ullum video. De rebus novis scripsi *Greæco*. Bene vale *Gonelle* charissime. *Londini*, quarto Cal. Maias.

Et ipse pene oblitus eram quod maximè cupiebas scire, quis nam sit genius ille malus mihi nuper exortus. Est animalculum quoddam pusillum, sed quo non aliud alat nec pontus, nec tellus venenatius, aut pestilentius. Nihil enim est nisi merum virus, quod procul etiam afflat & amicis & inimicis. Hanc pestem *Liguria* nobis misit, hujusmodi venenorum ferax, magis quàm *Hiberia*. Quòd si nomen quoq; cupis cognoscere, longè dissidet à moribus *Joannis Baptistæ*, cum quo homo nimium candidus ac simplex pene contraxeram domesticum contubernium, sed gustato veneno resilii. Is dolens elapsum esse me, virus suum procul afflat, ac linguæ venenis me petit. Duo me consolantur, unum quòd ipse culpâ vaco, alterum quòd illi nemo credit, homini sic omnibus inviso, ut nec à fratribus aut liberis ametur, uxoris hostis. Rursum vale mi *Gonelle*. *Londini*. M. D. XV.

Eras. Rot. Gonello suo S.D.

Epist. 38. NIhil est, mi *Gonelle*, quod te unius aut alterius interitus magnopere territet, nisi passim vagari malum cœperit, præsertim quum nunc in *Anglia* mutare locum nihil aliud sit, quàm mutare periculum non effugere. Fuge turbæ colluviem, quantum potes: moderatè vive, sicuti facis; tuos item à turbæ commercio cohibe. Jam instat hyems, quæ solet hujusmodi mederi malis. Intelligo te nimium graviter discruciari, ac propemodum despondisse animum, quod tibi crumena cum paucis nummis perierit. Primum quid Musarum alumno cum pecuniis? deinde quid juveni? denique quid est, quòd tantulæ pecuniolæ jacturâ *Gonelli* tangat animum? Ego quum ante quindecim annos redire in *Galliam* pararem, viginti libras in littore *Dovarienſi* perdidi, & nondum ingressus navim, naufragium feci. Universas opes semel perdideram, & adeò non consternatus sum animo, ut alacrior etiam & ardentior ad libros redirem, móxque intra pauciſſimos dies *Proverbiorum* opus edidi. Oblecta te Musis mi *Gonelle:* pecuniam istam aliqua tibi reddet fortuna vel cum fœnore. Interim sic existimato, *Erasmi* pecuniolas, quantulæcunq; sint, tibi communes esse. Nostri desiderium non tibi molestius est, quam tui mihi: sed non semper sæviet fortuna. *Joannis* mei discessus intio malè me habebat, nunc occalluit animus, ut malim non redire. Quorsum enim attinet beneficium in eos conferre, qui non intelligunt? Nihil æquè perit atque id, quod confertur ingratis: at longè magis perit, quod præstatur non intelligentibus. Ingratus dissimulat, non intelligens nè sentit quidem. Si quid novabis, quæso facias me certiorem. Quum dabitur colloqui, communicabo tibi, quod spero non ingratum fore, nec inutile studiis tuis. Bene vale. Salutem ex me dices humanissimæ matrifamilias, ac cæteris omnibus. Demiror *Lupsetum* nihil scribere: audire gestio, quid agat, quid valeat. Rursum vale. *Londini*. M. D. XV.

Erasmus Roterod. Thomæ Greio suo. Scripsit Iuvenis.

SAlve candidissime *Thoma*. Quòd priſtinam scribendi consuetudinem dies jam aliquot intermisi, nihil est quod metuas. Ut verè

Res est solliciti plena timoris, amor.

In amore nihil refrixi. Quid igitur? inquies. Scribere dedidici. Quid accidit, quid factum est, ut *Erasmus* calamum amiserit? Rem oppidò quàm prodigiosam audies, sed veram. Ego ille vetus Theologus, nuper *Scotista* esse cœpi: quam rem, ut superi bene vertant, tu quoq; debes apprecari, si mihi faves. Conterranei tui somniis (nam *Scotum*, ut olim fuit *Homerus*, à diversis regionibus certatim adoptatum, *Angli* potissimùm sibi vendicant) adeò sumus immersi, ut vix ad *Stentoris* vocem videamur experrecturi. Itáne, inquies, dormiens ista scribis? σὺγε βίβλε, tu somnum theologicum haud quaquam sapis. Multi dormientes non modò scribunt, verùm & scortantur, & inebriantur, & συκοφαντοῦσιν. Multa fieri re ipsa comperio, quæ inexpertis nullâ ratione persuaderi queant. Ego olim *Epimenidis* somnum, plusquam fabulam esse putavi: nunc nihil miror, quippe simile expertus. Hic tu, sat scio, dicturus es, quæ malùm mihi fabulas narras? Quanquam profanus es, & à sacris Theologiæ adytis procul arcendus, tamen vide, quantum te amem, cui rem tam arcanam aperiam. Olim *Epimenides* quispiam fuit, is qui scripsit *Cretenses omnes mendaces*, ipse *Cretensis*, neque quicquam tamen interim mentiens. Nec satis erat ad multam usque senectutem vixisse, quin & extincti pellis post multum tempus repertа est, literarum formulis notata. Eam quidam affirmant & hodiernis temporibus adservari *Lutetiæ* in sacrosancto Theologiæ *Scotisticæ* templo *Sorbona*, nec in minori haberi precio, quam olim fuerit apud *Cretenses diphthera*, aut apud *Romanos* libri *Sibyllini*. Siquidem ab hac oracula petere dicuntur, sicubi destituuntur syllogismis: nec fas obtueri, nisi qui quindecim annos totos *M. N.* titulum gesserit: si quis alius ausit oculos profanos intendere, continuò fit talpâ cæcior. Quod narro non esse nænias, vel antiquissimum *Græcorum* proverbium arguit, τὸ ὀπιθόδομον δίφρον, quo rem abstrusam, neque vulgo proferendam significabant. Quin & libros edidit theologicos: nam Theologiæ professione potissimùm fuit insignis, etiamsi vates idem habitus est, & Poeta. In his ejusmodi syllogismorum nodos nexuit, ut nec ipse unquam quiverit dissolvere: ea mysteria congessit, quæ nunquā ipse fuerit intellecturus, nisi vates fuisset. Is fertur aliquando prodeambulandi gratiâ urbè egressus, quòd domi nihil non displiceret. Tandem

specum

specum quendam longissimo recessu subiit; sive frigus captans, jam æstu laborans; sive quietem quærens, labore fatigatus; sive quòd quia viâ aberrasset (nam aberrant & Theologi) metueret nè nox in agris deprehensum feris objiceret; sive quod vero proximum est, locum captans ad cogitandum idoneum. Illic ungues arrodenti, multáq; comminiscenti, *de instantibus, de quidditatibus, de formalitatibus*, somnus obrepsit. Non crediturus es scio, si dixero non fuisse experrectum ante vesperam postridianam, quum diutius dormiant etiam temulenti. Imò somnus ille theologicus productus est, ut constanter ferunt autores, ad annum usque quadragesimum septimum: & hoc negant vacare mysterio, quod nec citiùs, nec seriùs dormire desierit. O hominem mortuum inquies! Imò mihi præclarè videtur actum cum *Epimenide*, qui vel serò ad sese redierit. At plerique nostri temporis Theologi nunquam expergiscuntur, & quû mandragoræ indormiant, maximè vigilare sibi videntur. Sed ad *Epimenidem* expergiscentem revertamur. Expergiscens igitur, ubi somno conniventes oculos confricuisset, nondum sibi satis fidens, vigilarétne, an somniaret, speluncam egressus est: ibi quum cerneret totam circumjacentis regionis faciem immutatam, videlicet tanto spacio annorum, fluminum alveis aliò translatis, sylvis alibi recisis, alibi enatis, campis in colles tumefactis, collibus in plana demissis, quòm & ipsum specus aditum muscus obsidens, ac vepreta mutâssent, cœpit homo de seipso quoq; dubitare. Adit urbem, & hîc nova omnia: non agnoscit mœnia, non vias, non monetam, non homines ipsos: alius cultus, alii ritus, alius sermo. Tanta est rerum humanarum volubilitas. Ut quisq; erat obvius, compellat: Heus tu, non tibi videor *Epimenides*? Ille se rideri putans, ὁ τὸ νέγρας, inquit, hospitem quære. Ita ridiculus menses aliquot obambulat, donec in compotores aliquot incideret jam admodum senes, ab his utcunq; est agnitus. Sed age mi *Thoma*, quid tu *Epimenidem* tot annos somniâsse reris? quid aliud quàm has subtilissimas subtilitates, quibus nunc se jactitant *Scotista*? nam *Epimenidem* in *Scoto* renatum, vel dejerare non dubitem. Quid si videres *Erasmum* inter sacros illos *Scotistas* κεχωνότα sedentem, è sublimi solio prælegente *Gryllardo*? Si cerneres frontem contractam, oculos stupentes, vultum sollicitum? alterum esse diceres. Negant hujus disciplinæ mysteria percipi posse ab eo, cui quicquam omnino commercii sit cum Musis, aut cum Gratiis. Dediscendum est, si quid bonarum literarum attigeris: revomendum, si quid hauseris ex *Helicone*. Adnitor pro virili, nè quid *Latinè* dicam, nè quid venustè, aut salsè: & videtur res procedere: spes est fore ut *Erasmum* agnoscant aliquando. Quorsum autem hæc? inquies. Nè quid posthac expectes ab *Erasmo*, quod pristina studia moréve sapiat, memor inter quos versèr, inter quos quotidie fœdeam: tu tibi alium congerronem quære. Verum nè quid erres mellitissime *Grei*, nolim hæc interpreteris in ipsam dictu Theologiam, quam, ut scis, unicè semper colui: sed in nostræ tempestatis theologastros quosdam jocari libuit, quorum cerebellis nihil putidius, linguâ nihil barbarius, ingenio nihil stupidius, doctrinâ nihil spinosius, moribus nihil asperius, vitâ nihil fucatius, oratione nihil virulentius, pectore nihil nigrius. Bene vale. *Lutetiæ.* Anno M. CCCC. XCIX.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM *LIBER SEPTIMUS.*

Martinus Dorpius Erasmo Rot. S.D.

f.1. LIteras tuas ornatissime *Erasme*, non dici potest quàm acceperim cupidè: tum autem, quàm gestienter audierim vel *Jacobum* tuum adventâsse. Porrò ut injunxerim *Theodorico* nostro, *Bacchi* mystæ, nè quo illum pacto sineret abire, quin colloqueremur, quin pranderemus unà, & illum quidem cibo, me vobi tabulis, novísque & lætis nunciis obsaturari. Proinde anxiè rogavi ut valeres, ut valuisses usq;: opus illud insigne quousque productum foret, ecquid *Frobenius* adornaret, seu *Erasmicum*, seu alterius cujuspiam, deniq; nihil omisi: ad quæ *Jacobus* commodè profectò respondit. Et ecce dum nos fabulamur maximè, *Theodoricus* potitat maximè, parrésq; agitat suas haud quaquâ instrenuè, nè ipse quidem interim ociosus à fabulis, omnibus penè linguis, loquitur dixerim, an obturbat? *Germanicâ, Gallicâ, Italicâ, Latinâ*: ut in hoc Apostolicû quempiam renatum credas: ut vel *Hieronymum*, quamvis multilinguem, si non elegantiâ, numero tamen linguarum ausit provocare. Præter ea autè rogavi, ut valeat eximius ille *Bersu*, eximius ille *Fabritius Capito*, eximius ille *Rhenanus*, beatissimus re, *Beatus* nomine, quorum profectò solis nominibus exilio mi *Erasme*. Ab iis amari & si ego indignus sim maximè, tamen ipsi, quos ego non amem modò, verumetiam suspiciam, digni sunt maximè. Atq; utinam hercle illi, quo sim erga eos animo, novissent. *Rhenanus* in primis sedulûm castigandis optimis autoribus vigilantiâ, omnes sese docti adjutos profitentur. *Fabritius* acutissimis *Hebraicorum* rudimentorum institutionibus, linguam, quam dicunt *sanctam*, quamopere illustravit? Jam verò *Bersus* extra aleam est ingeniorum, posteaquam *Parisius* omnibus calculis primas remit. His quæso, insignibus, ceu triumviris unicè me *Erasme* commenda. Dic *Dorpium* esse quendam,

dàm, magno erga eos ſtudio flagrantem. Fortunatum te mi *Eraſme*, qui cum heroibus iſtis tam amicè, tam familiariter quotidie verſere: at enim eos contra planè deos quoſdam, tuâ quibus datum eſt præſentiâ frui, quâ, malè pereàm, ſi quid in vita evenire queat mellitius, feſtivius, candidius, ſimplicius. Adverſam valetudinem tuam, ut ægrè tuli afflixiſſe te, ita gaudeo deſeruiſſe. Honorem tibi, quantum audio, à *Puccio* legato Apoſtolico optimo jure delatum, impendio gratulor. Quæ ſcripſiſti fuerunt omnia ſanè quàm gratiſſima. Unum hoc moleſtum eſt, nondum ſedatum eſſe (quod maximè oportuit) ortum à *Colonienſibus* incendium: quibus ſanè miror, quî tam inceptum quicquam in mentem venire quivit, ut *Lamentationes* illas ridiculas, ſtultas, inſanas vel componerent, vel evulgarent. Præterea autem, quid minus fuit opus, quàm ceu dialogo morologo vulnus effeciſſe ut recruduerit, quod callum jam pene obduxerat? Miſeram verò ſtudiorum ſortem, ſic ſi pergant eruditi ineptire. A *Fabriſiis* nihil dum neq; videmus neq; audimus. Verùm quid tu optime *Eraſme*? an ulla poſſit eſſe futura tam acerba ſtudiorum, támque inevitabilis conditio, ut ob eam tibi vileant? Ita natus es, ita inſtitutus, ita te comparâſti, ut quicquid ſubnaſcatur durum, moleſtum, perplexum in literis, id tu unus obeas, feras, devores publicæ ſtudiorum utilitatis reſpectu. Libellum de *Julio* cœlis excluſo, paſſim legunt omnes, & haud ſcio quo pacto pauci damnant: & ſi tu quidem juſtâ in autorem ratione ſtomacheris, qui literas facit eſſe, ſi unquam aliàs, hac maximè tempeſtate inviſas. Cæterùm hoc quid eſſe dixerim mi *Eraſme*? Tu vetas tuis literis reſponderi? quod videlicet propediem huc ſis rediturus, ni res poſtulârit, *Italiam* ut adeas. Quid ſi iſthuc res poſtulârit, quæ erit, obſecro, occaſio tecum, quando coràm non licebit, per literas colloquendi? quis erit tam certus tabellarius? Quid ſi prorſus redeas, ſcriptione quid mihi perit? Siquidem te ſcio, quanquam occupatiſſimum, vel inter prandendum tantum temporis ſuffuraturum, quo epiſtolam hanc legas, etſi ineptam atque incultam. De *Anglis* recipio me curaturum. Venerabili domino *Atenſi*, ità uti juſſeras, te quàm accuratiſſimè commendavi. Crede mihi *Eraſme*, homo ilicò ad tuum nomen exilivit gaudio: poſt longum de te, eúmq; honorificum in primis ſermonem, juſſit ut ſe viciſſim tibi, quantum poſſem, commendarem, ut de ſe omnia tibi pollicereris. Magnifici domini *Cancellarii Burgundiæ* mortem, ſcio ab aliis nunciatam, ut non ſit opus dolorem tuum denuo exulcerare. Linguarum profeſſio pulchrè apud nos procederet, ſi ſtipendia tandem exolverentur, & doceretur gratis: alioqui ſcis eo *Lovanienſes* ingenio, ut ægrè quicquam dent. Id quidem malè habet *Matthæum* noſtrum, hominem uſqueadeo iratum pecuniæ, ut nè hoſte quidem annuat hoſpitium, etſi minimè nummis occupatum. *Borſalus* tuus, aut verius noſter, amicus haud impurus, ſyncerus, candidus, deſervit nos, deſignatus Decanus *Verienſis*. Provincia, quam coeperat, *Latinè* docendi, mandata eſt *Barlando*. Fuit iſthic non admodum pridem adoleſcens *Meteuſis*, literarum ſtudioſiſſimus, juris utriuſque candidatus, & amicus meus ſummus, cui nomen *Claudio Cantiuncula*, quem non dubito, ſi quo tempore tu iſthic fuiſti, eodem ipſe item fuerit, te ſalutâſſe. Eram ad eum ſcripturus, ſed *Jacobus* rogatus num nôſſet, negavit. Ei, quæſo, ſi iſthic ſit, nè graveris plurimam ex me ſalutem dicere: tum hoc nunciare, rem omnem, de qua iterum atque iterum ſcripſit, eſſe in vado, quod dicitur, nè deinceps ſit ſollicitior. Qua de re ſcripſeras è *Colonia* (id quod plurimùm habeo gratiam) paulatim bene habet, & ſpero adeò futuram ex ſententia. Nihil hîc eſt aliud quicquam quod ſcio ſcriptione dignum: neque enim ambigo, quin amici de ſuo quiſq; ſtatu, déq; rebus aliis huc pertinentibus, diligenter perſcripſerint. Cæterùm mi chariſſime *Eraſme*, quando non meum hoc eſt, quod tu vero verius ſcripſiſti, nempe jucundiorem eſſe amicitiam, & cum multis communem: effice, quæſo te, per Genium tuum, ut inſignibus iſtis literarum proceribus quoquo modo innoteſcam: non quo famæ meæ ſtudeam, ſed ut intelligant, ſuâ ſe virtute, atque eruditione promeritos, ut ab omnibus amentur. Porrò tibi, chariſſime *Eraſme*, quum omnes omnia, ego tamen neutiquam concedam, ut mihi in amicitiæ ſtadio antevertas. Veriſſimum eſſe re ipſa comperio, quod olim dixiſti, ætatem, tempus, rerum uſum multa afferre hominibus. Quod admiratus ſum olim, hujus nunc pœnitet, & pudet. Valetudinem tuam fac cures diligenter, quæ frequentibus morborum inſultibus eſt obnoxia. Tum autem hoc cave, nè morbus vel aggraveſcat, vel recurrat, ut iſti labori (dicerem ſaxo, dicerem piſtrino, niſi honorificentiſſimus, magnificúſq; foret labor) diu ſufficere poſſis. Si in *Italiam* proficiſcaris, non eſt aliàs major habenda ratio valetudinis, quam non tibi modò, ſed toti etiam *Chriſtiano* orbi curabis: quod ſi ad nos matures iter, ô candidum diem, qui te *Lovanio* reddet! Sed heus, præterieram fermè, quod minimè oportuit, *Frobenio* omnium principi chalcographorum (pace modo *Theodorici* noſtri dixerim) plurimam ex me ſalutem uti nuncies, cui omnes debemus ſtudioſi non vulgariter: Largiatur ei Dominus Deus annos vitæ & plurimos, & felicisſimos, quo pulcherrimæ provinciæ, in qua *Aldus* quoque ipſum, meo judicio poſt ſe relinquit, par eſſe queat. Quid enim is, niſi eximiè eruditum, & quantâ curâ excudit? Bene vale eruditorum phœnix *Eraſme*. *Lovanii*, pridie Idus Julii. Anno M. D. XVIII.

Eraſmus Roter. Cornelio Aurotino S.D.

Scripſit puer.

LUpis & agnis quanta ſortito obtigit, tecum mihi diſcordia eſt. Heus tu ſi ſapis, aut quàm primum cum *Laurentio* meo redibis in gratiam, aut bellũ tibi palàm indictũ intellige. Rogas undè hæc ſubita turba? quaſi verò exciderit, quæ tu nuper in illum quã fœda, quàm capitalia dixeris convicia, quum hîc apud nos ageres. Horreſco referens. Os impudens! Tún' hominem omnium facundiſſimum, quem optimo jure *Suadæ medullam* quis dixerit, audes *corvum crocitantem* appellare? & cavillatorem, non oratorem? Qui ſi ſupereſſet, vah quas illi pœnas dares? Experireris tibi cum homine nequaquam edentulo rem eſſe. Sentires tibi provocatam eſſe cornutam beſtiam. Quæ terla, quas invectivarum ſagittas in te vibraret? nihilo te mollius acciperet, quàm infelicem *Pygium*. At jam ſepultum nihil metuis, nimiúmque mem-

meministi, non mordere mortuos. Hui perquam strenuus es, qui in eum lingua sævias, qui referire non possit. Tutum est in illum quidvis, tum dicere tum facere. Verùm (nè protinus triumphum adornes) non usqueadeo tutum. En tibi me *Laurentiana* injuriæ vindicem: ego illius doctrinam, quâ meo judicio, nulla probatior, tuendam mihi sumpsi. Nunquam committam, ut ea cujuspiam impudentiâ, nè dicam invidentiâ, impunè aut laceretur, aut obliteretur. Has igitur literas fecialium officio functuras istuc ire jussi, quo tecum expostulent. Quas tu ut tractes vide. Nam alterutra res tibi subeunda est, aut placandi feciales nostri, aut arma paranda. Cave verò nè lenitate meâ fretus, tanti facinoris impunitatē tibi promittas. Sum quidem in me ipsum illatarum injuriarum paulò negligentior: at in tuendis literatis amicis quàm sim pugnax, si libet experiri, licet. Quod si videtur, *Engelbertum* istum tuum, qui ut scribis, ita Castaliis aquis potus est, ut nihil expuat, nihil emungat nisi versus, accersendum tibi censeo. Et si qui sunt illius similes, qualium ubique non difficilis copia. Neque verò mihi militum manum defuturam putes. Non enim ad unum me, verùm ad omnes bonarum artium amicos ista pertinet injuria. Omnes læsisti literatos, cum unum lædares *Laurentium*. Verùm ego mi *Corneli*, nihil perinde odi, ut bellum civile, eóque pacem vel iniquissimam judico potiorem. Quare si tu quoque pacem quàm bellum mavis, me sat commodo uteris, modo pacis conditiones acceperis: quas tres potissimùm tibi nostri feciales offerent, eásq; non admodùm difficiles, ita ut neque multas præscribi, neq; iniquas, jure queri possis. Sed nunc componito te atque audi: In primis ut si quid malè dicendo peccâsti, bene dicendo corrigas. *Laurentium* pro *corvo crocitante*, *Suada medullam*, & *Atticam musam* appellabis: deinde *Laurentianas* elegantias sic ediscas, ut eas velut ungues, digitósq; tuos teneas: postremò ut codicum tuorum, quorum tibi magna copia est, nobis copiam facias, quibus hactenus ceu draco quispiam *Hesperius* incubas. Rides & tibi jocari videor? Agè, ride quantum libet: cave verò omnia me jocatum putes: nam de mittendis codicibus, ludum putari nolim. Præterea *Laurentium*, quem nemo nisi barbarus odit, nè tibi decorum existimes, linguæ spiculo lacerare, cum sis ipse literarum mystes religiosissimus. Bene vale. Anno M. CCCC. LXXXIX.

Erasmus Roterodamus Cornelio suo S.D. Scripsit puer.

Lib. 3. PRimum omnium mi *Corneli*, tibi etiam atque etiam persuadeas velim, me animo esse in te integerrimo, quo te itidem erga me esse non modò confido, sed jam innumeris argumentis habeo exploratissimum: ut neq; si quid blandius dictum nostris in literis offenderis, id *Gnathonico* potius lepori, quàm vero amori tribuas: neque si quid pro mea tuenda sententia, aut quaquâ ratione liberius scripserim, meum in te amorem elanguisse suspiceris, nè dicam interisse. Hæc dixerim non quòd jam ullis in rebus te à meâ abesse sententiâ videam, sed quòd, si quando hujusce rei quicquam inciderit, mutuæ nostræ benevolentiæ consulrum velim. Si quidem quod de nostro *Valla* scribis, sic interpretor, ut existimem te non ex animo, sed certo consilio scripsisse, sive ut stili facultatem [illegible] exerceres, sive ut mihi scribendi materiam suppeditares. Et quemadmodum apud *Platonem Glauco* vituperatâ justitiâ, *Socratem* ad justitiæ defensionem provocat, ita ut tu me ad *Vallæ* defensionem proliceres, recenses quam indignis conviciis stolidissimi barbariei mystæ, in virum literatissimum debacchentur. Quod quidem vel hoc argumento facilè colligi potest, quòd *Vallam* non lectitâsse modò te, verumetiam imitatū fateris: ídq; etiam si tu neges, tamen elegantia stili tui, phrasisq; clamitat. Quisquis igitur ille est, qui ut sus cœno, ita imperitiæ amœnus, glorioſum ac præclarum existimat, si ipse rerum omnium bonarū insçius, doctissimos quosque invidiâ, odio conviciisq; prosequatur: quantopere desipiat, paucis si volet, audiat. In primis, suis quemque virtutibus, non aliorum opinione metiri decet, nec quanti illum fama, quâ nihil fallacius, sed quomodo ipse se gerat, animadvertendum est: alioqui cui non usu venturum est, ut subinde velut alius repentè factus, à seipso dissideat? Hic me literatum, ille barbarum: hic probum, ille improbum facit: alii glorioſulus sum, alii rursum putidulus: denique hujus oculis formosus sum, illius deformis. Quem ego non *Proteа* vicero, aut quid tandem portenti fiam, si is ero, quencunque me libitum est facere populo? Imò quemadmodū suspectum esse debet, quicquid multitudini valde probatur: ita vehementer displicere vulgo, præjudicium est ad probitatis commendationē. Quin fiet aliquoties, ut eisdem hominis arbitrio, nunc albus, nunc niger fiam. *Stesichorus Helenam* deformem facit: mox orbatus oculis, eandem omnium facit formosissimam: nec interim quicquam accessit aut decessit *Helenæ* formæ. Nihil igitur agūt, qui objiciunt, quod *Laurentianū* nomen apud plerosq; gravi flagrat invidiâ: nam semper huic malo virtus insignis fuit obnoxia. Multis non placet *Laurentius*: at quibus? nimirum his quib' non placent politiores literæ. Hic dicet quispiam, ut negligamus vulgi rumusculos, qualem hunc depinxit *Pogius*, vir nec inelegans, nec indoctus? *Pogio* fuit invisus, sed uni: & *Pogius* hoc erat animo, ut doctissim' haberi mallet, quàm reddi doctior. Quem ego sic inter eruditos poni feram, ut non sit omnino à consortio barbarorū alienus. Siquidem magis ille naturâ facundus, quàm eruditione: & plus habet locuentiæ, quàm eloquentiæ. Postremò vituperat *Laurentium Pogius*, sed palàm vir improbus, palàm inimicus. Sic *Cicero* displicuit *Salustio* & *Asinio*: sic *Virgilius* ac *Livius Caligulæ*: sic *Hieronymus Ruffino*. Porrò quibus rebus *Laurentius* tantam sibi conflârit invidiam, in promptu est docere. Nam scitè *Terentianus* ille *Sosia* dixit, *Obsequium amicos, veritas odium parit*. At contra parasitus ille *Gnatho*, qui sibi imperaverat assentari omnia, negare si quis neget, laudare, si laudet, atque hæc ipsa rursum in diversum vertere, si jubeat, quàm facilè sibi omnium gratiam comparavit, ut non sine causa quæstum eum judicārit omnium esse uberrimum. Ab hujus ingenio diversissimus *Demea*, dum urbanæ vitæ nondum peritus, veritatis amicus esse contendit, adeò nullos sibi conciliat amicos, ut ipsis etiam liberis fugientibus, destitutus atque orbus vivere coperit. Adeò vulgo mordax & inamœna res est veritas. Proinde *Laurentius* noster, si barbarorum imperitiam

ritiam reticere quàm prodere maluiſſet, venuſtus & gratioſus haberetur: nunc quoniam id effecit, ut quorundam malè comparatæ gloriæ fucus detraheretur, ut putari deſinerent, quod non erant, offenſi genuinum in illum acuunt omnes. Cæterùm quod eruditos etiam nonnunquam attingit, quem unquam adeò doctum viderunt *Athenæ* aut *Athenarum* victrix *Italia*, ut nihil illum fugerit? Et ut omnes in errorem noſtrâpte naturâ proclives ſumus, ita multò peccamus liberiùs, ſi erroris non deſint autores, maximè ſi hos autoritas & nominis ſplendor commendet. Id autem imperitorum ingenium eſt, ut autorum, ſi quæ rectè dicta ſunt, ea prætereant, non aliter quàm, ut eſt in apologis, *Iaſpidem* repertum gallus *Aeſopicus*: contra ſi quid erratorum, in ſui erroris defenſionem ſtudioſè decerpant, quas ob res nè ſummorum quidem virorum errata diſſimulare fuit opus. Quem verò prorſus omni liberabimus errore, ſi *Cicero* labitur in *Romani* ſermonis elegantia? Quod ſi *Pogius* ſua vitia ingenuè fateri corrigeréque, quàm tueri protervè maluiſſet (maluiſſet autem ſi viri prudentis officio fungi voluiſſet) profectò dignum judicâſſet *Laurentium*, cui rectè monenti & honos haberetur & gratia, tantum abeſt, ut lacerandum exiſtimaret. His rationibus conſtricti quidam, ad illud velut extremum præſidium confugiunt: Ut juſtè reprehenderit, inquiunt, præclaros viros, tamen æquo mordaciùs id fecit. Ego ſanè, quid in hos *mordaciùs* dixerit, non video, niſi fortè eos *viros præclaros* appellandos putabunt, quos ego barbariei duces vel præcipuos judico, *Papiam*, *Huguitionem*, *Ebrardum*, *Catholicon*, *Ioannem Garlandum*, *Iſidorum*, cæteróſque indignos etiam qui nominentur: aut certè niſi idipſum *mordaciùs* dixiſſe vocant, quod reprehendiſſe. Verùm eſto, mordacior æquo fuerit: num ideo falſum dixit, quia verum mordaciùs dixit? Uſqueadeo nobis odio eſt iſta mordacitas, ut ejus odio, tam multa ſcitu digna, neceſſariáque deteſtemur? Adeò nihil ignoſcendum putamus ei, qui tot modis profuit? Venia datur convivatori, ſi inter multa lauta, cibus aliquis intercurrerit, nonnihil aduſtus, aut parum feliciter conditus. Si vicinius imminente mœnibus hoſte, totóque populo dira calamitate ac deſperatione ſalutis enecto, præter ſpem offerat ſe quiſpiam, qui ſui capitis periculo depellat hoſtem, patriam reſtituat libertati, quid non illi gloriæ, quid non benevolentiæ certatim defertur ab omnibus? An hunc nobis inviſum reddet, ſi paulò ſit bibacior? tantíque beneficii memoriam quamvis leve vitium abolebit? Et quis tam exigui animi eſt, cujus pectus tantis invidiæ anguſtiis concluditur, ut *Vallam* non & magnificè laudet, & amet quàm maximè: qui tantâ induſtriâ, tanto ſtudio, tantis ſudoribus barbarorum ineptias refellit, literas pene ſepultas ab interitu vindicavit, priſco eloquētiæ ſplēdori reddidit *Italiam*: doctis etiam id præſtitit, ut poſthac circumſpectiùs loqui cogantur? Huic itaq; mi *Corneli*, niſi fortè vereris, nè te mordax homo diſcerpat, tutò te cōmiſeris, ſi non ſine invidia, quæ ſemper arduas magnificáſq; res comitari ſolet, meâ tamen ſententiâ, ſummâ tum utilitate, tum gloriâ. Id igitur quando facis, ut magis magiſq; facias, te etiam rogo. Senties tuis ſcriptis non parum accedere nitoris, niſi forte *Batavis* ſolis iſta paras. Bene vale. Anno M.CCCC.XC.

Thomas Morus Eraſmus Rot. S.D.

DIlatus ac procraſtinatus *Palgravi* noſtri, quotidie iturientis diſceſſus effecit, ut & meas literas, & aliorum, ſeriùs multo quàm aut ego volebam, aut tu debebas, acciperes. Videbatur enim commodiſſimè relaturus ad te meas, qui mas ad me attuliſſet: ſic neceſſe fuit, prioribus præſentes addere, quibus conſtare tibi dilationis ratio poſſit, ſimul uti quid nunc agatur apud nos intelligas: quiſi unquam aliàs, nunc maximè in mœrore & periculo verſamur, multis undique morientibus, omnibus ferè, qui *Oxonia*, qui *Cantabrigia*, qui *Londini* ſunt, intra paucos dies decumbentibus amiſſis plurimis, optimis, atque honeſtiſſimis amicis: atq; in his (quod tibi quoque dolori eſſe doleo) *Andrea* noſtro *Ammonio*, in quo & literæ & omnes boni magnam fecere jacturam. Is valdè ſibi videbatur adverſus contagionem victûs moderatione munitus: quâ factum putavit, ut quum in nullum pene incideret, cujus non tota familia laboraverat, neminem adhuc è ſuis id malum attigerit, id quod & mihi, & multis præterea jactavit non admodum multis horis antequàm extinctus eſt: nam hoc ſudore nemo niſi primo die perit. Ego, uxórque, ac liberi adhuc intacti, reliqua familia tota revaluit. Hoc tibi affirmo, minus periculi in acie, quam in urbe eſſe. Nunc ut audio, ſævire *Caleti* incipit, quum nos eò extrudimur, legatione functuri, tanquam parum ſit, in contagione vixiſſe, niſi ſequamur etiam. Sed quid faciat, quod ſors feret, ferendum eſt. Ego animum mihi in omnem eventum compoſui. Tu vale. Raptim *Londini*, XIX. die Auguſti. M. D. XX.

Thomas Morus D. Eraſmo Rot. S.D.

ACcepi mi *Eraſme*, literas ab *Veutfordo*, quas per eundem tabellariū protinus ad te tranſmitto: ex quibus hominem facilè deprehendes antiquum adhuc morem obtinere. Non petam ut ignoſcas, quòd tuas aperui: vides enim ut ſcriptæ tibi, ſic mihi inſcriptæ ſunt, nec dubito quin eodem errore ad me contra ſcriptæ ſint, quæ ſunt inſcriptæ tibi, quarum ego legendarū tam avidus erā, ut reſignare non libuerit. Si quid in his videris quod me putabis velle ſcire (quod ego certè nō puto) ſignifica. Opinor ad te perlatas, quibus te certiorem facio de recepta tabula, de qua rurſus ac millies mi *Eraſme* rurſus, tibi ago gratias. De *Petro* tuo poſtquàm ivit in *Angliam* nihil audio. Utinam tuum verè dignum Rege munus, aliquid tibi ab Rege conciliet boni. Feliciter tibi cedat, quod injunxit *ἀντιχειρότως*: nam ipſi ſuccedit nihil, imò per Deum omnia. Tuum conſilium probo, qui non vis Principum negotioſis nugis implicari: & me planè amas, quum iiſdem optas ut extricer, in quib⁹ haud credas quàm invitus verſor: neq; poteſt quicquam eſſe odioſius, quàm hæc eſt legatio. Nam et relegatus ſum in oppidulum maritimum & ſolo & cœlo injucundū, tum domi qui meâpte naturâ vehemēter ab litibus abhorream, etiam cum lucrum adferunt, quantum neceſſe eſt hîc adferant tædium, quum veniant comitante damno. Sed Dominus benignè pollicetur omnia repenſurum Regem. Cum recepero, faciam ut ſcias. Interim vale, tu fortaſſis ultrò non optas.

Eduardo

Edvardo Leo multam ex me salutem dicito, & *Palgravo* nostro, si rediit. Iterum vale. *Calesi* XXV. die Octobris. M. D. XX.

Andreas Ammonius Lucensis Guilielmo Montjoio S. D.

SEmper optavi clarissime *Montjoie*, ubi gratiam referre non possem, saltem non ingrati animi esse, & haberi. Quare tum à te altero *Mecanate*, tum a multis aliis benignissimis literarum patronis in hac vestra *Britannia*, quæ tot annos me fovit ut jam & meam non injuria appellare posse videar, nullo non genere humanitatis affectus, quum paupertas, quæ (ut ille ait) *δγκάμονας πολλὸς πόνους*, vias alias persolvendi gratiam mihi præcluderet: quam potui, sum ingressus: laudare cœpi, quibus me plurimum debere arbitrabar. Quod officium *Plinius Junior* ita gratum olim fuisse ait, ut qui singulorum laudes, vel urbium scripserant, honoribus, aut pecuniis moris esset ornare. Siquidem *Cherilus* ab *Alexandro*,

——— incultis pro versibus, & male natis,
Rettulit acceptos regale numisma philippos.

Et *P. Cor. Scipio Africanus*, *Ennium*, arte utcunq; rudem, intimum habere, suum pulcherrimum triumphum laureatum sequi, & *Corneliorum* monumento demum inferri, non fuit dedignatus. Sed mortales prætereo: Deus Opt. Max. quam pro suis immensis erga nos beneficiis à nobis gratiam reposcit? nempe laudem. Quâ victimâ nos sibi facere jubet? non aliâ profecto magis quàm laude, nimirum quod hæc una nostrum munus est, cætera autem illius sunt. Hanc ergo ipse gratiam meæ altrici *Britanniæ*, hanc tibi, hanc aliis meis patronis referre sum conatus. Vestra bona, vestras virtutes non satis, sed quod potui, laudavi. Quòd si pulcherrimæ materiæ parum decoris addidi, scis illud, *in magnis & voluisse satis*. Istas verò meas qualescunq; ineptias, ideò tibi nominatim dicare audeo, quod te hominem minimè fastidiosum esse novi, & pro tuo illo mirifico candore, meas nugas non omnino nihil existimare perspexi. Proinde quicquid hoc est, eâ velim hilaritate, quâ rustica & vilia munuscula soles, accipias: & quod facis, non rem, sed animum offerentis expendas. Vale.

Erasmus Dorpio suo S. D.

IN alio studiorũ genere fateor verum esse quod scribis, non lædit, imò sæpenumerò juvat qui dissentit. Hic qui dissentit, non hoc agit ut ipse videatur eruditior, sed ne adversarius sit *Christianus*. Quod etiam si non agat ille, tamen interim apud imperitam plebeculam traducitur is, cum quo certatur: & ansa datur perversissimo isti hominum generi, qui malo alieno vel pascuntur, vel crescunt. Nec unquam suspectum habui tuum animum, sed fortassis meliùs noveram ingenia mortalium, & ansæ circunstantias altiùs atq; tu perpendebam. Quòd si qui cruciantur inter nos convenire, demus operam mi *Dorpi*, quo magis ac magis doleant, indigni quibus unquam bene fit, qui malis gaudeant alienis. Rumores nihil est quod metuas: nemo mortalium est, qui minus his commoveatur quàm ego. Qui bene volunt *Erasmo*, facilè amabunt & *Dorpium*, si senserint te mihi ex animo amicum. Heri binas à *Moro* literas accepi, intra biduum ibit, qui meas referet, in quibus ascribam quæ cupis, imò jam quædam de concordia nostra scripseram, nondum abs te monitus. Multorum literis magnificisq; promissis invitor in *Galliam*, idq; Regis nomine: sed non libet rursus me theatro committere. Animus secessum flagitat: ætas hæc, seu potius valetudo, cogit etiam quietem agere. *Petrus Ægidius* tuam salutem alacriter accepit, & suam amanter remittit. Si quid in *Angliam* voles, mitte quàm primùm, curabitur à nobis. *Joannem Atensem* omnibus laudatissimum, & tamen nunquam satis laudatum, meo nomine etiam atq; etiam salutabis. Bene vale. *Antuerpiæ*, nono Cal. Martias.

Thomæ Episcopo Danelmensi, Eras. Rot. S. D.

ORnatissime Præsul, ex *Petro* unoculo, per quẽ nuper scripsi celsitudini tuæ, cognovi librum *Senecæ* tibi non fuisse redditum. *Franciscus* fatetur apud *Arnoldum* fuisse, à quo reposces, si nondum accepisti. Nos, gratia superis, convaluimus, & brevi, ut spero, veteres patronos revisemus. Faxit *Christus* Opt. Max. ut vos omnes offendam incolumes. Bene valeat tua pietas, cui me totum dedo, dedicóq;. *Antuerpiæ*. VII. Id. Jul. M. D. XVI. *Epist.* 8.

Ioanni Episcopo Roffensi Eras. Rot. S. D.

REverende pater, si per valetudinem licuisset, ipse coràm salutarem amplitudinem tuam, & pro tantis in me beneficiis gratias agerem. Novum Testamentum cum tibi destinâssem, cur mutato consilio summo Pontifici inscripserim, literis meis jam pridem exposui: quæ tua est humanitas, imò prudentia, boni consules, spero, quod fecimus. Timebatur hoc opus antequam prodiret: cæterum editum, mirum est quàm probetur omnibus etiam Theologis, vel eruditis, vel integris & candidis. Prior *Friburgensis*, vir summæ autoritatis apud suos, is est autor *Margaritæ Philosophicæ*, cum degustâsset opus, ait *se malle carere ducentis florenis aureis, quàm eo libro*. *Lodovicus Berus* Theologus *Parisiensis*, vir in ea promotione (ut vocant) primus, exosculatur, adorat, ac deplorat tot annos in scholasticis illis conflictationculis consumptos. Idem sentit *Wolphangus Capito* concionator publicus *Basiliensis*, vir *Hebraicè* longè doctissimus: ad hæc in theologica palæstra exercitatissimus, uterq; *Græcis* literis sedulò dat operam. Huic simillimum reperi *Maguntia* Theologum & *Colonienſem* suffraganeum. Ut reliquos omittam, Episcopus *Basilienſis* vir grandævus, vitæ integerrimæ, & impensè doctus, quid non humanitatis in me contulit? Quid non obtulit? Cum omnia recusarem: coegit tamen ut equum acciperem, quem mox urbem egressus quinquaginta florenis aureis revendere potuissem. Dux *Bavariæ Hernestus* misso hujus rei gratiâ *Basileam* usque nuncio, ducentos obtulit aureos annuè, præter sacerdotiorum spem, præter munera magnifica, tantum ut *Angelopoli* (ea est *Bavaria* schòla) viverem. Idem fecit Episcopus quidam *Germanus*, cujus cognomen in præsentia non succurrit. Sed desino gloriari, cum hujusmodi permulta verissimè queam referre. Scio me nihil horum promereri, & tamen gaudeo nostras qualescunq; *Epist.* 9.

vigilias non displicere bonis. Multi legunt hac occasione divinas literas, nunquam alias lecturi, quod ipsi fatentur: complures græcari cœperunt, imò passim. Divus *Hieronymus* proximo mercatu *Francfordiensi* totus prodibit. Nunc per hunc *Petrum* unoculum hac de causa meo sumptu meóq; periculo missum, mitto archiepiscopo *Cantuariensi* quatuor epistolarum volumina, quorum copiam ille tibi lubens fecerit. Ad divum *Audomarum* usq; perveneram, in *Angliam* trajecturus; sed febriculâ obortâ, fecit quo minus me committerem navigationi. Cum licebit, aliqua declarabo me non omnino immemorem tantæ támque effusæ in me beneficentiæ. Princeps *Carolus* ad regna novem & decem (ut ferunt) accersitur. Mira felicitas: at precor, ut ea nostræ quoq; patriæ sit felix, non solùm Principi. Cum, *Basileâ* relictâ, per *Lotharingiam* iter facere pararem, passim obvios habui milites, vidi rusticos supellectilem in proxima oppidula comportare; Rumor erat *Lotharingos* adoriri velle, sed incertum erat à quo mitterentur. Mihi subolet à Cæsare dimissos quærere, qui salarium illius vice dependat. O miros *Christianorum* Principum lusus! Sic tumultuamur, sic κυβεύομεν, & tamen *Christiani* nobis videmur. Verùm hæc mihi meique similibus tantum deplorare licet. At utinam omnes Pontifices, omnes Cardinales, omnes magnates, omnes Theologi in hoc conspirarent, ut his malis pudendis aliquando finis imponeretur: verùm id nunquam fiet, nisi semoto privati commodi studio, publica tantum spectetur utilitas. Ita fieret, ut & privatim quisq; melius haberet. Bene vale: melius valebo, si tuas merebor accipere literas. Apud divum *Audomarum*, nonis Juniis. M. D. XVII.

Erasmus Roterod. Rimaclo suo S. D.

Epist. 10. TAndem effugi ex ergastulo *Basilienſi*, in quo sex annorum operas, octo mensibus præstiti. Mirum mi *Rimacle* quantis studiis, quibus conditionibus me sollicitârit superior illa *Germania*, quæ regio mihi sic modis omnibus arrisit, ut nulla sub sole magis. Hanc epistolam *Antuerpiæ* reliqui, *Bruxellam* vestri conveniendi gratiâ aditurus: idq; hoc consilio, quo si fortè fortunâ evenerit, ut non sit congrediendi copia, hæc meis verbis salutem diceret amicis, quibus me redditum vehementer gaudeo. Bene vale. Et *Aloysium* (si adest) meo nomine saluta diligenter. *Antuerpia*, Calendis Juniis. M.D.XVII.

Ioanni Sylvagio Regis Catholici Cancellario summo Erasmus Rot. S. D.

Epist. 11. TAndem explicui me è laboribus *Basilienſibus*, vir clarissime, fortassis seriùs & meis votis, & amicorum expectatione, sed tamen pro operis modo penè præproperè, quippe qui libello *De Principe instituendo*, nondum absoluto discesserim, cum magnopere cuperem id muneris offerre Principi, deerat nonnihil adhuc & in *Hieronymo*. Quod supereſt ex tuo potissimùm consilio faciam, quod erit faciendum. Has literas hoc consilio reliqui *Antuerpiæ*, ut si fortè fortunâ non contigisset mihi *Bruxellæ*, aut *Mechliniæ* tui conveniendi copia, hac saltem ratione tuam celsitudinem salutarem. Nam ipse *Montjoicam* arcem adeo, illinc quempiam in *Angliam* transmissurus, qui volumina *Hieronymi*, quorum editionem inscripsi *Cantuariensi*, illi reddat, simúlq; cæteros amicos meo nomine conveniat, ac censum anni superioris colligat. His rebus confectis, mox ad vos me recipio. Interea valeat incolumis tua celsitudo vir incomparabilis, & patrone summe. *Antuerpiæ* Calendis Juniis. M. D. XV.

Petro Caraffa, Episcopo Theatino, Nuncio Apostolico apud Anglos, Eras. Rot. S D.

REverende Pater, sensi, sensi, sed serò sensi errorem meum de munere tuo. Admonueram ut non solùm faveres, sed etiam adjuvares. At quod ego de literis ac doctrinâ sentiebam, tu de pecunia putabas dictum. Dici non potest, quoties me postea puduerit facti. Novum Testamentum jam propemodum absolutum est, & quidem satis feliciter, nisi quod ego laboribus enecor. Adest qui in *Hebraicis* nonnihil succurrat. Operis summa succrescet ad octoginta ferme terniones. Certum est *Leoni* decimo dicare. Epistolam ad illum scriptam opinor te vidisse: Jam enim typis excusa est, in qua tui quoque memini. *Hieronymus* gnaviter procedit, sed opus immensum. Bene vale. *Basileæ*. Decimo Calend Januar. Anno millesimo quingentesimo decimoquarto.

Erasmus Rot. Thomæ Moro S. D.

IAm ad iter accincto, binæ simul mihi redditæ sunt literæ, neque puer ullus, neque mercator nos visit. *Maruffi* syngrapham exhibui *Gaspari*, ea jubet dari ducatos largos justi ponderis, aut valorem. Agnoscis non *Castrense*, sed *Mercuriale* verbum. Rogavi quis esset valor. Respondit *Staferos* 37. cum dimidiato. At mihi, inquam, valor nihil aliud significare potest, quàm publicam Principis æstimationem. At nos, inquit, hunc habemus morem. At istâ inquam, ratione nos fallimur, qui vestrum morem divinare non possumus ex syngrapha. Recepi syngraphan meam. Admonebis igitur hominem non esse mihi consilii quindecim florenos perdere in sexaginta angelatis. Rogabis archiepiscopum, ut pecuniam tibi tradat, tu collocabis apud *Germanos Sterling.* & scriptum huc mittes, quo hic recipiam: nisi erit per quem huc mittas rectiùs. Exhausi loculos omnes dum me vestio; Crede mihi mi *More*, effudi supra quadringentos florenos. Jam periculum est, ne bene vestitus fame moriar. Si *Tunstallus* hîc hyemat, illi me adjungam, nam id impensissimè cupit. Adiit, hæc cum scriberem, *Petrum Ægidium* hospes *Anglorum*, offerens precia librorum, cæterùm de nostra pecunia nullum verbum. De *Ursavico* fac instes. *Hieronymus* intra biduum aderit cum ingenti sarcina literarum ad me. Ubi accepero, faciam te certiorem, si quid erit quod te scire oporteat. De insula déq; cæteris curabuntur omnia. Hæc scripsi inter componendum sarcinas, mox equum conscensurus. Bene vale charissime *More* cum tuis omnibus. *Antuerpiæ* postridie Cal. Octob. Anno millesimo quingentesimo decimosexto.

Curavi ut *Cantuariensis*, *Coletus*, *Roffensis*, *Ursavicus*, & tu si vis inter primos accipiatis *Hieronymi* volumina. Rursum vale.

P.

P. Ægidius planè te deamat. Nobiscum assiduè vivit. Mirè favet tuæ *Utopiæ*, téque valde salutat cum tuis omnibus.

Thomæ Card. Eboracensi Erasmus Rot. S.

Epist. 14. REverendissime pater salutem plurimam. Tametsi non ignorabam antea celsitudinis tuæ in me favorem, tamen id pleniùs hodie cognovi ex oratione clarissimi *Montjoii*. Eram coram acturus gratias, sed hîc ventus & libri jam pridem relicti, me jamdudum revocant. Et sciebam quantis negotiorum undis in præsentia jactetur exerceaturq; tua sublimitas. Quod supereſt hujus negotii, literis trasigetur. Ubi vobis decretum erit, quantum meo ocio satis esse putetis, meum fuerit dare operam, ut ita dimittar à Principe meo, sicuti par est ab optimo & bene merito discedere. Cæterùm quicunq; erit eventus, pro regia in me indulgentia próq; celsitudinis tuæ propensissimo studio semper debiturus sum: quam utranq; incolumem in multam ætatem tueatur omnipotens. *Londini*. M. D. XV.

Erasmus Rot. Thomæ Moro S. D.

Epist. 15. LUpsetus existimat se nostrâ renatum operâ, planéq; ab inferis emersisse. Magistri moliuntur omnia, quo retrahant adolescentem in suum pistrinum. Nam statim eodem die sophisticis libris distractis, *Græcos* emerat. Vide, ut cum inciderit opportunitas, gnaviter agas partes tuas. Nihil hujus ingenio gratius, nihil amantius. Bene vale. Verto librum *Plutarchi de discernendo adulatorem ab amico*, longiusculum, sed quo non alius mihi magis placet. Absolvam faventibus superis intra dies octo. Videtur mihi hoc propemodum magis ad rem pertinere, quàm digladiari cum *Vigilantio*, duce *Hieronymo*. Rursum vale.

Si videris *Lazarum* nostrum hominem planè Musis & Gratiis natum, quæso salutes diligenter: hortare, ut præscribat mea quæ habet in manibus. Nam habeo quædam plus quàm nova, quæ non dubitem illi futura gratissima. Millies vale. *Cantabrigiæ*. Anno M. D. X.

Erasmus Rot. Thomæ Moro S. D.

Epist. 16. NUper fasciculum epistolarum ad te misi unà cum exemplo *Utopiæ* per quendam tibi vehementer, ut aiebat, amicum: onerâssem pluribus, sed verebar. Nunc alium nactus, mitto *Reuchlinica* omnia in uno libello, quem ita communicabis *Roffensi*, ut quàm primùm legat, ac remittat. Nam quædam sunt quæ nusquam reperias. Tu lege propositiones planè Theologicas, abyssales sapientias, & articulos *Arnoldi Tungrensis*. Mitto unam epistolam ad *Marlianum*, quod is suspicatus esset priorem librum *Utopiæ* à me profectum: id nolebam serpere, quum sit nihil vanius. Dialogus ille *Julii* & *Petri*, ut intelligo, jam τῷ καγκελλαείῳ μεγάλῳ in manibus est, & unicè placet. *Moriam* indies expectamus. *Utopiam* tuam recognitam huc quàm primùm mittito, & nos exemplar aut *Basileam* mittemus, aut si mavis, *Lutetiam*. Si quid habet *Ammonius*, cura ut quàm primùm ad nos veniat. Nam Princeps abitum adornat, & nos quo aut quando profecturi, incertum habemus. Exigitur à populo ingens pecunia, eáque præsens. Postulatio recepta est ab optimatibus, ac prælatis, hoc est, his qui soli nihil daturi sunt. Nunc civitates consultant. Ὁ αὐτοκράτωρ aliàs ἀνοσιώτατος, nunc adest manu magnificè armata, & agri passim explentur militum gregibus, sed unde, aut cujus nomine veniant, incertum. O miseram hanc regionem, à tot vulturibus arrosam! O felicissimam, si civitatum inter ipsas esset concordia! Significa num eodem animo sit in me *Cantuariensis* & *Coletus*, atq; item *Roffensis*, de quo tibi nuper scripsi. Pater ejus qui has reddit, nos lautissimo prandio accepit, vir dives ac probus, multa testatus de tuo erga se officio. Adjuva me, quæso, tuo consilio. *Budaicam* postremam ad te mitto. Precor *Maruffo* quo dignus est, cum sua syngrapha. Nam *Saulos* istos nusquam licet comprehendere, ni *Brugas* proficiscar. Bene vale *More* suavissime. *Antuerpiæ* Cal. Martiis.

Adest isthic *Franciscus*, si nondum *Hieronymus* expletus est *Cantuariensi*, ab hoc exigat: debet enim. Remitte exemplaria epistolarum quas nunc mitto, & quæ reddidit *Lupsetus*, sed per hominem certum. Rursum vale cum tuis. M. D. XVI.

Erasmus Rot. Thomæ Moro S. D.

MIsi duas literarum farcinas, alteram per negotiatorem quendam, alteram per filium *Joannis Crulli*, cui tu operam tuam navaveras. Ei commendavi codicem, in quo erant *Reuchlinica*, quæ miserè desiderabat *Roffensis*. Per priorem misi libellum *Reuchlini*, versum meo sumptu. Mitte *Utopiam* ubi primum licebit. Est *Antuerpiæ* senator, cui usqueadeò placet, ut eam memoriter teneat. Epistola *Dorpii*, cui tu respondisti, sic à tuis descripta est, ut ne *Sibylla* quidem possit legere, vellem mitteres minus malè scriptam. Quæso te ut scribas de omnibus diligenter, cum primum licebit. Nam hîc magna rerum mutatio videtur instare, nisi me animus fallit. Bene vale cum tuis omnibus. *Epist. 17.*

Qui has perfert probus est juvenis, ei promisit nescio quid *Sixtinus*. Is eâ fiduciâ petit *Angliam*: ignarus ex simplici promisso non nasci actionem. Sed tamen extimula hominem ut magis ei faveat. Si *Pollio* crebrò fuit apud te, facilè conjectabis quid ego passus sim *Bruxellæ*, cui quotidie cum tot salutatoribus *Hispanis* fuerit res, præter *Italos* & *Germanos*. Rursum vale. *Antuerpiæ*, Postridie nonas Martias. Anno M. D. XVII.

Erasmus Rot. Petro Ægidio S. D.

OPtimi patris mortem ut doleo, ita felicem existimo qui sic decesserit: quando hâc sorte nascimur omnes, nihilque diuturnum in rebus humanis, nedum perpetuum. Quòd convaluëris gaudeo: atq; uti perpetuum sit, opto. Quanquam *Jacobum* oneraram multis mandatis, tamen unum quiddam oblitus sum, quod maximè curatum oportuit. Scribit ad me archiepiscopus *Cantuariensis*, ut hic ab amico quopiam viginti libras *Sterlingen.* accipiam, & syngraphum mittam, se protinus resoluturum. Quando igitur ut audio non licet exire, accerse ad te *Joannem Crullium*, aut si quis est magis idoneus qui tibi numeret pecuniam, ac syngraphum meam recipiat, aut mihi negoti- *Epist. 18.*

um committat, curabo ut in *Anglia* pecunia numeretur ei, cui voluerit is qui dedit. Quòd si archiepiscopus non dederit, quod tamen secus fore scio, ipse reddam. Tu si postulat, fide jubeto, quod erit tibi bonum atq; commodum, quandò pecunia manebit apud te. Meâ refert ut hoc quàmprimùm fiat; scis quãobrem? Quo mox ad proximũ pascha liceat honestiùs iterum petere. Quamobrem hoc agas velim, quod meo bono, nullius incommodo fiet. *Morus* adhuc est *Caleti*, magno ut apparet tum tædio, tum sumptu, & in negotiis longè odiosissimis. Sic Reges beant amicos. Hoc est à Cardinalibus adamari. Sic & *Pacæum*, jam supra biennium apud *Elvetios* relegatum detinent. Epistolam illius fac habeamus. Utinam tuo fiat commodo, ut hic nobiscum hybernes. Affatim conferemus fabulas nostras. *Paraphrasis* jam ad calcem decurrit. Triginta sex *Philippeos*, & ut opinor, præterea nonnihil reliqui apud *Nicolaum*, ut solveret pro stragulis, & ita reliqui, ut solutâ pecuniâ reliquum tibi restitueret. Et memini me scripsisse super hac re: tu tamen nihil respondes. Fac ut sciam. Ne remittas N. suos libros, priusquam viderimus, agit *Cantabrigiæ*, illic *Græcas* professurus literas. Dissimula illius literas tibi redditas. Medicus petiit inducias quatuordecim dierum. Tu si fortè videris hominem, finge te pudefactum apud me, ni resolvat quod promisit. Idem dicat *Micolaus*, qui audierit eum sic dejerantem. Optâssem sigillum temperiùs missum fuisse. Sed tibi nihil imputo, non ignarus quomodo tua ipsius agas negotia. Inclusi tuis literis syngraphas meas, & epistolam *Cantuariensis*. Si aut abest, aut friget *Crullus*, confido *Franciscum* non gravaturum. Bene vale amicorum syncerissime. *Lovanii* decimo septimo Calend. Decemb. Anno millesimo quingentesimo decimooctavo.

Guilielmus Archiepiscopus Cantuariensis, Erasmo Rot. S. D.

Epist. 19. ERasme, si valentibus dicimus salutem in capite literarum, multo magis convenit ægrotanti tibi optare salutem. Tametsi fausto omine auguror, te jampridem calculis purgatum, saltem posteaquam celebravimus memoriam purgationis *Mariæ*. Quid sibi volunt saxa in corpusculo tuo? aut quid super hanc petram inædificandum est? non enim construendo es magnificas domos vel ejusmodi quippiam, ut opinor: quocirca quum non sint è re tua calculi, cures quàmprimum te superfluo onere liberare, désq; pecuniã ut auferantur ii lapides, secus quàm ego quotidie do pecuniã, ut lapides afferantur ad mea ædificia. Id quod ut facilius facias, nec tibi desis, dedi filio cujusdam aurifabri *Londinensis* triginta angelatos, quos in decem legiones mutatos velim: id auri pharmacum nonnihil energiæ in se continet, eo utere ad salutem, quam tibi emere multo pluris cupiam. Restãt enim multa egregia opera per te edenda, quæ nisi valeas, obire non queas. Cura ut valeas, nec nos defraudes per ægritudinem tuam, pulcherrimâ spe & dulcissimo fructu doctrinæ tuæ. Ex *Londino* V. Feb. M. D. XII.

Erasmus Gonello suo S. D.

Epist. 20. SEmper equus meus ad me redit & habitior, & alacrior, mi *Gonello*, satis præ se ferens nutricii A sui tum diligentiam, tum felicitatem. Quare te majorem in modum rogo, uti pergas, quemadmodum cœpisti curare bajulum nostrum. Quid si nostrum appellem, cum amicorum communia sint omnia? Dabo operam ne officium tuum in hominem parum memorẽ, parúmq; gratum collocãsse videaris. Bene vale *Gonelle* charissime. *Cantabrig.* Sexto Cal. Octob. M. D. XI.

Erasmus Rot. Petro Ægidio S. D.

B VTinam essem sanior animæ tuæ pars, quemadmodum tu vocas. Nunc ipse parum valens, ægroto morbo alieno, & tamen ob negotium Novi Testamenti non vocat ægrotare. Non video spem, nisi primum imperes tibi ipsi: deinde suscipias iter aut huc aut *Gandavum*. Illic est *Clavus* medicus maledicus, ei te commendabo si velis, ut te vel convitiis adigat ad curandam saltem. Abstine à pharmacis dejicientibus naturæ C vires. Expatiare comite *Nicolao* aut simili amico fido ac jucundo. Quicquid est litium procul abjice. Prudentis est ante omnia vitæ consulere. Bene vale. Ita & ego minus incommodè valuero. *Lovan.* Tertio nonas Mar. M. D. XVI.

Erasmus Roterod. Thomæ Moro S. D.

CÆteris ægroto, tibi uni bene valeo. Gratis superis, reversus sum incolumis *Antuerpiam* D tertio Calend. Junias. Deliberatum erat iter facere per *Lotharingiam*: jamq; ad montem Cæsaris, oppidum in alpibus situm, perveneram. Verùm ubi viderem passim militum greges, rusticos passim ex agris in oppida commigrare, & rumor esset adventare manum ingentem, verti consilium, & periculum non effugi, sed mutavi. *Colonia* nactus sum oratores *Italos*, quibus adjuncti, consecimus ferè equites octoginta. Nec hoc numero sine periculo fecimus iter. Episcopus *Basilienſis* vir E admodum natu grandis, integer & eruditus dictu mirum quâ me sit humanitate prosecutus, homo alioqui multorum consensu non admodum benignus. Nam hunc nævum reperiunt in tam formoso corpore. Invitavit, complexus est, ornavit testimonio vocis suæ, obtulit pecuniam, fortunam, donavit equum, quem vix portam egressus, statim quinquaginta florenis aureis vendere potui. Paraverat poculum argenteum, verùm aurifaber illi verba dederat, id quod indignè tulit. Eloqui F vix possum, quantopere mihi placeat hoc cœlum *Basiliense*, quantopere genus hominum: nihil illis amicius, nihil syncerius. Quot me comitabantur equis abeuntem, quibus lachrymis dimiserunt? Quanquam & aliunde conditiones non inhonestæ offerebantur. Unam epistolam misi ex qua poteris conjicere me non omnino fingere. Novum Testamentum & ab iis probatur, quos arbitrabar maximè calumniaturos: Primariis Theologis vehementer placet. *Enchiridion* illud exoscu- G lantur omnes. Id Episcopus *Basilienſis* semper circunfert. Vidi margines omnes ipsius manu depictas. Sed desino hæc, ne glorioſulus videar. Quanquam apud *Morum* non verear vel ineptire. Sed τοῖσι βάρβαροι πίζομαι, ut non liceat ἀναπάλιν. Unam aut alteram fortunæ plagam utcunque ferat aliquis, ἀλλὰ πανταχόθεν ἀνυχῶ. Quàm difficile est sapere, quibus adversatur *Rhamnusia*? Et tamen

tamen animo *Herculeo* me fulcio sustineoque. Placuit epistola quam *Antuerpiæ* reverso reddidit *Petrus Ægidius*. De *Russo* demiror, quid homini venerit in mentem ejusmodi nugari nugas: deposui apud hominem centum & viginti angelatos eximios, pro his syngrapham tradidit: tamen ea res citra periculum ullum confici poterit. Scripsi *Cantuariensi* per hunc tabellionem, mihi redditam eam pecuniam opera *Russi*. Is huic tradat chirographum suum per quod possim in his regionibus accipere pecuniam. Eo apud te deposito, recipiat ab archiepiscopo pecuniam. Id si parum probatur, fac ipse recipias eam pecuniam, & scribe tuis ut hic mihi restituant: simúlq; mihi syngrapham mittito, per quam eam reposcam: Nam literas ad *Cantuariensem* sic temperabo, ut utrunq; liceat. Submonuit hic *Petrus* unoculus, optimum esse committere pecuniam negociatori cuipiam *Germano*, per cujus syngrapham *Antuerpiæ* recipiam. Proinde scribam, ut tibi tradat pecuniam, per me mox ad te venturam. Mirè mihi placuit illa tua ad me epistola, testis animi in nos tui: præterea declarans te proficere dicendi virtutibus. *Apologiam* pro me tuam, nondum totam legi, ex qua intelligo quid *Martinus Dorpius* scripserat. Admiror quid homini venerit in mentem. Sed tales reddit hæc Theologia. Cancellarium salutavi. Aderat fortè fortuna cum in cœna præpositus ille *Cassiletanus*, vir juxta doctus, atque humanus. Adest & Episcopus *Theatinus*. Et dum hæc scriberem expectabatur *Tonstallus*, quo salutato *Montjoium* conveniam, & Abbatem: apud hos tantisper tempus ducam, dum hic monophthalmus huc se recipiat. Mox cum Principe agam: si sensero frigere negotium, ut est hujus regionis erga literas ingenium, rectà *Basileam* nisi si quid tu dissentis. Scribito de singulis diligenter, si quid est, quod ad rem meam pertinet. Si *Pacæus* adest, admone ut per hunc remittat omnes commentariolos meos, quos apud illum deposui *Ferrariæ*. Conveni Episcopum *Theatinum*, cúmq; eo cœnavi. Is toto pectore nos amat, ac miratur: agit apud *Carolum* Principem, comitaturus eum in *Hispaniam*. Hodie cœnavi apud *Tonstallum*, ut compendio dicam, tui simillimum. Cura ut reviviscas, nam audio te periculosè laborare. M.D.XVIII.

Erasmus Rot. Petro Ægidio S. D.

CHarissime *Petre Ægidi*, ex aula recepi adhuc centum florenos, reliquum promittunt brevi. Si certus aliquis tibi continget, aut si *Jacobus* huc venerit, mitte mihi *Psalterium octaplum* tuum. Nam hic penes neminem est: & eo opus est, in *Apologia* quam paro adversus *Fabrum*. Medico me unicè commendabis. Misissem illi suam Grammaticam, sed Apologia nonnihil ab instituto deduxit. Bene vale mi *Petre* suavissime. Patri & uxori salutem dices. Nos, gratia superis, mediocri valetudine sumus. Urge *Quintinum* ut perficiat, quod ubi erit factum, advolabo consulturus, quomodo possit commodè tutóq; mitti in *Angliam*, simúlq; *Quintino* satisfaciemus. Dum cum *Fabro* litigo, dies perdidi jam octo. Rursum vale, imò da operam ut quàm optimè valeas. *Nicolao* ludimagistro multam ex me salutem dicito, qui quoniâ me sibi obstrictum esse voluit, circumspice quanam in re queam illi vicissim gratificari.

DEderam *Joanni* tuo negotium de sella *Bruxella* emenda, quid actum sit, scire cupio. Anno millesimo quingentesimo decimooctavo.

Erasmus Rot. Thomæ Moro S. D.

CAlendis Maii ventis invalescentibus, jámq; etiam adversis, medio noctis scaphula nautica, non sine periculo in rupes quasdam ejecti sumus, in *Galliam* haud procul à *Bolonia*. Mox venti asperrimi, quos reliquo itinere littus vicinum nobis exasperavit, ii multos apud nos Cynanche & Pleuritide occiderunt & occidunt. *Petrum Ægidium* & ego pingimur in eadem tabula, eam tibi dono brevi mittemus. Verùm incidit incommodè, quod reversus *Petrum* offenderim, nescio quo morbo laborantem graviter, nec citra periculum, unde nec adhuc satis revaluit. Nos bellè valebamus, sed nescio quomodo medico venit in mentem, ut purgandæ bili juberet me pilulas aliquot sumere, & quod ille stultè suasit, ego stultiùs feci: jam pingi cœperam, verùm à pharmaco sumpto cum ad pictorem redirem, negavit eundem esse vultum: dilata est igitur pictura in dies aliquot, donec fiam paulò alacrior. *Epigrammata* tua & *Utopiam* misi *Basileam* per proprium ministrum, quem in hoc aliquot menses hic alueram, unà cum meis aliquot lucubrationibus. *Tonstallus* bellissimè valet, imò triumphat. Tantum hîc nactus est veterum homismatum. Perlegit *Copiam* meam, ac mirè probat. *Panegyricum* quo *Philippum* laudavi, unicè admiratur: *Budæi Assem* totum excussit, & ad eum scripsit. Verùm ille nondum quicquam respondit. Cardinalis *Gurcensis* hinc ante dies aliquot abiit, Cæsare, ut audio, non admodum æquo. Card. *Sedunensis* heri discessit, apud quem eo die prandium egi: qui cum mihi longa fuit disputatio de Novo Testamento, tum de bello: is palam debacchatur in *Gallos*, & ut *Helvetium* decet, ingenuè. Aiebat *Germanos* eò tendere, ut omnes Reges subsint Imperatori. Cæsar *Moguntiam* adit, nam illic, ut ferunt, concilium futurum Procerum *Germaniæ*. *Carolus* noster *Gandavi* concilium agitat, quò Cæsar non accessit. Aiunt abire nondum satis placatum. Dii boni, quis unquam iratus fuit hoc feliciùs? Pax coitura fuerat etiam cum *Ghelriis*, & quidem conditionibus Cæsari quoque æquissimis. Verùm id ille impedivit, ne nullum usquam esset nobis bellum. *Philippus* Episcopus *Ultratrajectinus* urbem suam Ingressus est, & auspiciis felicissimis, & insigni pompâ: Dux *Ghelriæ* dicitur octo millibus hominum contractis *Phrysiam* odoriri. *Tonstallus* gaudet sibi tandem peractam fabulam illam motoriam. Is si redit ad vos, hæc frustrà scripsimus. Sin manet, certum est, ubiubi futurus est, tempus hoc cum illo transigere. Alioqui consilium erat *Lovanii* æstivare, Theologis etiam id magnopere flagitantibus. Solus *N.* murmurat adhuc nescio quid, gloriæ causâ, ut ne parum vir constans videatur. Cave fraudes me ista tua epistola, quam inabsolutam mihi ostendisti. Si epistola *Justiniani* oratoris *Veneti* apud te est (nam mihi periit) fac huc redeat: sin minus, roga humanissimum *Nicolaum* secretarium illius, ut exemplar rursus huc mittat, unà cum ea, quâ ipse *Marco Musuro* gratulatus est. Scribam fusiùs intra mensem, cum mittam tabellam. De equo nihil adhuc audio, atqui nunc fuisset usui.

Bene vale cum suavissima conjuge, liberisque dulcissimis. *Petrus Ægidius* una cum *Cornelista* sua te tuámque plurimum salvere jubet. Anno M. D. XVII.

Erasmus Roterod. Cornelio Batto S. D.

Epist.25. CHarissime fili, tuam erga me pietatem lubens amplector, faciámque pro virili mea portione, ut intelligas defuncti *Batti* neque memoriam, neque charitatem apud me intermortuam, tu modo cura, ut optimo doctissimóq; patri literis ac moribus respondeas. Ego nunc *Basileam* adeo, sic enim res postulat. Si istic es tolerabili conditione, perdura usque ad reditum meum. Redibo enim volente *Christo*, mense Octobre: sin minus, conveni *Lovanii Joannem Hontiscotanum Lilienfis* pædagogii moderatorem, & ex illius consilio pete *Brugas*, conventurus *Marcum Laurinum* coadjutorem, ut nunc loquuntur, Decani S. *Donatiani*, cui de te scribam hodie. Optimum, & humanissimum patrem *Gosvinum* meis verbis saluta diligenter. Optárim te literis *Græcis* operam dare, & evolvendis bonis autoribus. Accipies his literis inclusum nobilem *Flandricum* aureum, animi in te mei pro tempore qualecunq; pignus. Bene vale mi *Corneli. Lovanii.* Tertio Calend. Maias, Anno M. D. XVII.

Erasmus Rot. Antonio Clavæ S. D.

Epist.26. NUper videbaris optare *Græcum Herodotum*: eum ad te dono mitto; nam facilè mihi reperietur alius in hoc itinere. Bene vale. *Roberto Cæsarem* vix possum salutare, qui nuper nos tam superbè destituerit in cœna. *Lovanii.* Tertio Calend. Maias, Anno M. D. XVII.

Erasmus Rot. Marco Laurino S. D.

Epist.27. SCripsit ad me *Batti* syncerissimi quondam amici mei filius *Cornelius Battus*: juvenis bene linguax, satisq; doctus, sed loripes: is tenetur hujus regionis desiderio: nam *Gruninga* agit hypodidascalum. Si forsitan te adierit, expende num tibi possit usui esse: sin minus, remitte illum *Lovanium*. Nolim ut meâ causâ quicquam agas adversus animi tui sententiam. Bene vale. Scribam aliàs copiosiùs. *Lovanii.* Tertio Calend. Maias. M. D. XVII.

Erasmo Rot. Petrus Ægidius S. D.

Epist.28. VIdeo te occupatissimum, qui ad quaternas meas literas non responderis. Venit nuper ad nos tabellio quispiam, cum literis ad *Ioannem Nevium* tuis. Aberat *Franciscus* in *Britannia* cum ille adesset: delatæ sunt tandem ad me cum epistola quadam *Frobenii*, quam sum apprimè exosculatus. *Borsalus* Decanatum ut vocant, nactus est, hàc proficiscens in *Selandiam* nos invisit, te *Basileam* perveniſſe narravit, unde vehementissime sum gavisus. Et quid ni gaudeam qui quoties tui fit mentio, gestire, tripudiare & subsilire soleo. Quæso te *Erasme* mi, si quando dabitur occasio, ut *Pyladi* tuo, sic enim me non minus ex animo quàm verè nuncupas, aliquid literarum mittere ne graveris. Admiratus sum non parum, quod minimè A rescripseris, præsertim cum tu interea temporis ad *Nevium* literas miseris. *Basileæ* fuit annos, vixinus geniáliter, super *Fabro Stapulensi* facta est mentio in convivio, pœnitet se moque *Erasmum* intricaviſſe, nec respondurus est, nisi Calendas *Græcas*. *Paulus Æmilius* reliquos hi rarum suarum libros fortoulis excudendos tradidit. Intelligo item *Budæum* epistolas colligere, nimirum cupabit eas edendas, non sine doctorum omnium & admiratione & fructu. Est apud nos, si superis placet, sycophanta ille *Hyperbius* B instar ulcus invisus omnibus, is nunc rem agit alienam prorsus à sua fodalitate, vendit libellos illos suos ineptissimos, quibus indidit titulum *Apologiæ*, hos minuculi isti libelliones circumforanei, tanquam præcones venduntur: compendiolum autem quantulum est scabiosus & miser accipit *Hyperbius*. Hunc nemo dignatur colloquio, nemo vel salutat, nisi fortassis infanæ quædam & venefice lenæ, quanquam ne hæ quidem suo nebulone C dignantur commercio. Corradit undecunq; pecuniam, sed nil præter aurum *Tolosanum*. Dialogus nescio cujus autoris, prorsus tamen eruditi, de *Julio* hîc passim venditur: hunc nemo non emit, nemo non habet in ore, hunc te vidisse maximè vellem, quanquam non dubium, quin illic quoq; venundetur. *Ferdinandus* illustrissimus Princeps faustis avibus applicuit, paucis ex nostratibus comitatus. Aiunt hunc non falsi autores, comi & affabili esse ingenio, moribus optimis, & ad miraculum usque *Latinè* doctum, nec ineloquentem. D *Marcus Laurinus* apud me versatus est dies aliquot, de te totus noster fuit sermo, tota confabulatio, jussit te oppido quàm salvere. *Sixtinus* ad me literas misit. De *Moro* nihil audio. *Franciscus* ex *Britannia Lutetiam* petiit. *Beatus Rhenanus* bellè valet, impendio gratulor. Bene vale mi *Erasme*. Uxorcula mea jam partui proxima, te plus millies salutat. *Antuerpiæ.* XIX. Junii, Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Petro Ægidio S. D.

E

VTinam istam animi impotentiam possis vincere, & tuæ valetudini perniciosam, & ad res gerendas adeò inutilem, ut vehementer etiam officiat. Quid opus erat aperire stomachum adversus medicum? Sciebam illum nihil dicturum, tantum lubebat comœdiam agere. Nunc si faciem perfricuerit, ne tantulum quidem spei fuerit, & F incipiet palàm esse hostis. Quòd si certa spes fuisset, malim ego centum fraudari cyathis, quàm te semel acerbiùs commoveri. Crede mihi nisi ab his duobus temperaris, animi perturbatione, & intempestivo coitu, non lubet eloqui quid tibi timeam mi *Petre* charissime. Quare te majorem in modum oro, omnia postponito tuæ saluti. De adventu nostro ad *Christi* natalē medici gratiā scripseram, non serio, ne vel tu frustra speres, vel uxor frustra metuat. Certū est enim hinc non migrare G donec quod est in manibus absolvero. *Paraphrasis* quam exorsus sum in tabula, jam absoluta, excudi formis cœpta est. Adest *Ioann. Borsalus* hujus collegii contubernalis, convictor omniū festivissimus. Utinam tibi integrū esset totam hyemē nobiscum agere, & istis negotiis, quæ te frustra cruciant, jubberes μαχρὰ καιρὸν. Placent *Mori* carmina. Appulit huc *Hebræus* quidam *Matthæus*, suæ linguæ egregiè

egregiè peritus: spero fore, ut hic illi salarium decernatur ex *Busleidii* legato. Si me amas, omnibus posthabitis, da operam ut valeas. Magna morbi tui pars ab animo pendet. Si commodum est, accerse ad te *Franciscum*, & vide utrum velit facere quod scribit *Lachaynus*, an non: sed verbis benignis, ut mihi si nolit, aliâ viâ prospiciam: non enim sinam ut impunè me luserint. Si *Linacri Galenus* advectus est è *Lutetia*, rogo emas. Bene vale cum tuis omnibus amicorum suavissime. M. D. XVIII.

A tria *Gallica* cœlo sullo superne contecta, repones vel apud te, vel alicubi in tuto, donec ipse advenero. Nautæ, si videbitur, solves, nisi fortasse hic à me pecuniam exegerit, nondum enim cum illo sum pactus. Salutato *Montjoio*, & aliquot amiculis, mox adero, favebitibus superis, & omnibus de rebus coram confabulabimur. Illud demiror, *Franciscum* bibliopolam huc absque tuis venisse literis. Fac ut meæ res in tuto sint, quas easdem tuas esse ducito. Bene vale amicorum optime. *Lovanii*, Anno M. D. XIV.

B

Erasmus Rot. Petro Ægidio S.D.

f.30. DE his quæ nobis attulit *Iacobus*, omnia rectè habent: nec diffido quicquam de *Nicolao*, sed mirabar tibi pecuniam non esse redditam. Doleo te angi mœrore: at ego non ob aliud repetebam mea, nisi ut tibi sollicitudinem adimerem. De sigillo nihil accuso, tantum extimula hominem per famulum tuum. Utinam scisseto *Pacaum* isthic adesse, nam id ex illius intelligo literis, protinus advolassem. Epistola ad *Dorpium* me non valde cepit: quanquam eam nondum perlegi. Quæso quod officium mihi offerunt *Franciscus* & *Crullus*, ut pro me scribant Archiepiscopo? aut quid diffident, cum pecunia sit mensura in manibus tuis, te fide jussore? Neq; tibi est ullum periculum, nisi ut eandem pecuniam reddas, si quid accideret. O festivos nugones, & bellos amicos futuros, si incideret necessitas! Olfecit *Crullus Cantuariensem* non esse Cancellarium, alioqui vel donaret opinor. Si gravantur, fine illos: sin facient, facient fine ullo suo periculo rem gratam, sed opus est festinatione. Medicum mi *Petre* negligè, & fabulam nobiscum age. Extremæ literæ magis ac magis scurram olent, verùm hæc bene erunt. Tu tantum cura, ut suaviter vivas, téq; rebus melioribus serves, nos satis valemus. Mitto *Paraphrasin* unam emendatam. Uxorculæ bene precor, cæteriſq; tuis omnibus. *Lovanii*, Anno M. D. XVII.

C

D

E

Erasmus Roterod. Petro Ægidio S.D.

f.31. DEmiror quid illi furcifero meo venerit in mentem, ut isthinc tam subito discesserit: nam eodem die scripseram ex *Mechlinia*, quid fieri vellem. Obambulârat animi causâ nebulo, isthinc *Mechliniam*, inde *Bruxellam*, inde *Lovanium*, illinc demum in *Dieſt*, post mensem huc pervenit, perditis vestibus, & consumptis decem aureis, itaq; abjeci portentum. Cura ut hæc epistola reddatur Cancellario, quam tuæ adjunxi. Edidimus aliquot epistolas, & inter has illam, quâ *Dorpio* satisfacimus, & illius epistolam adjuncturi, si ministro commisisses, uti jusseram. Libellum adferet bibliopola. Excusum est *Enchiridium*, additis aliis quibusdam. Novum Testamentum cœptum erat, sed rursus intermissum ob inopiam castigatoris: simulatque vel paululum dabitur otii, tum edemus *Epithalamium*. Sedebimus hîc usque ad mensem Novembrem. Bene vale cum tuis omnibus, amicorum optime. Anno M.D.XVIII.

F

G

Erasmus Rot. Petro Ægidio S.D.

f.32. ACcipies ab hoc nauta *Antonio* mea scrinia, unum quadrum ligneum funibus obvinctum,

Erasmus Roterod. Petro Ægidio S.D.

DEum immortalem, quid imprecer istis comperendinatoribus? Si *Hieronymus* nondum est concinnatus, fac modis omnibus extimules *Callipides* istos: sin est, cura ut quàm primum ad me veniat. *Petrus Cocles* fortasse decumbit; nam audio non modò spoliatum, verumetiam delumbatum: id si verum est, doleo vicem hominis. Jam *Cœleto* scripsi, ut succurrat homini. *Tonstallus* item ex animo dolet. Nolim te huc vocari tuo incommodo: quod si est, cur huc te recipias, veniet gratissimus *Tonstallo*, tum adferes tecum argentum, relaturus aurum. *Franciscus* solvit, ut ait, cæterùm pro *Petro* negat se fide jussisse. Accepi syngraphiam à *Maruffo*, quâ nonnihil auxit æstimationem ducatorum. *Utopia* in manibus est typographi. Bene vale cum dulcissima conjuge, optimum parentem meis verbis salutato diligenter. *Bruxellæ* decimoquarto Calend. Decemb. Anno M.D.XVIII. *Epist.* 33.

Erasmus Roterod. Petro Ægidio S.D.

TE filiâ auctum gaudeo, tum compatrem *Tonstallum* tibi gratulor, quo viro nihil habet hæc ætas nec eruditius, nec melius, nec humanius. Agè ad istum tenorem vices gignendi fac serves, ut æqualis sit numerus filiorum ac filiarum. Mihi jam non videor vivere, adempto *Tonstallo*, nec video tamen quò fugiam. *Montjoius* abest longius, *Lovanium*, tametsi cum Theologis urbemque reditum est in gratiam, durius tamen nos acciperet quadragesima. Hîc sedere diutius, omnino non est animus: si citra tuum incommodum cedere potes cubiculum unum, quod habet latrinam, fortassis istuc immigrabo, paraturus quæ mittam *Basileam*, quod supra solitam rationem impenderis, mihi volo imputari: ita nec te magnopere gravabo, nec tu me. Fac igitur ut sciam quamprimum, sed cave nè quid moveas domi tuæ, donec abs te factus certior, te vicissim reddidero certiorem. De pecunia nihil adhuc audio, & tamen mea nonnihil refert, nè ea diutius sit in manibus fœneratorum. Uxorculæ tuæ suavissimæ, fausta omnia precor. Fabulæ rerum nostrarum proliziores sunt, quàm ut literis committi possint. Nuper apud Cancellarium prandens, honorificam tui fecī mentionem, & accepit satis prono auribus. Patri optimo, jam bis patri, multam ex me salutem dicito. Bene vale. *Bruxellæ* pridie *Agnetis*. Anno M.D.XVIII. *Epist.* 34.

Erasmus Roterod. Petro Ægidio S.D.

OPto parenti tuo optimo, id quod est optimum. Iterum atq; iterum te rogo charissime *Epist.* 35.

Petre,

Petre, ut quod mutari non poteſt, feras certè moderatè, neu te conficias dolore, tibi exitiabili, tuis gravi & acerbo, mihi *Moróq;* acerbiſſimo. Serva te tibi, ſerva te tuis, ſerva te rebus proſperioribus. Sive pater eſt incolumis, ſive ſecus, ſcio te graviter occupari, non luctu ſolum, verumetiam negotiis. Proinde nè quid ex meis etiam accedat, miſi *Jacobum* meum, ut quod habes rerum mearum, huc adducat: ſi quid tibi poteſt eſſe uſui, tolle, & ſcribe quid ſuſtuleris. Atq; utinam ſumma omnium quæ habeo, patris tuámq; ſalutem queam redimere. Veniſſem ipſe, ſed metuo pituitam, & ſum in reſtituendo Novo Teſtamento totus. A *Moro* binas accepi literas. Cura ut valeas, & te fortem virum præbeas. Si quid erit in quo tibi queam facere gratum, facito periculum, an ex animo te diligam. *Lovanii* pridie *Martini*.

Eraſmus Roterod. Petro Ægidio S.D.

*Epiſt.*36. SOles ultrò me tuis provocare literis, at nunc nec laceſſitus reſpondes. Scripſeram de commentariis, de quibus cum *Badio* pactus eram, habebam *Franciſcum* nonnihil ſuſpectum, quod parùm integrâ fide rem tractâſſet, itaque cupiebam tuis literis certior fieri. Dici non poteſt, quàm doleam, noſtros paulatim his involvi bellis, tot jam bellis, vel, ut verius dicam, latrociniis divexatos. O Theologos elingues, ô mutos Epiſcopos, qui tales rerum humanarum peſtes taciti ſpectant! Scribito mi *Petre*, ac vale.

Eraſmus Roterod. Gonello ſuo S.D.

*Epiſt.*37. LOndini ſalutavi *Mecænates* meos, Archiepiſcopum & *Montjoium*, ad hæc amicos aliquot deſtinâram munuſculo adoriri, & in his regium Eleemoſynarium, nunc Epiſcopum *Lincolnienſem*, ſed offenſus *Londino*, nondum enim illic verſari tutum eſt ob peſtilentiam, in aliud tempus diſtuli. Rex laborabat cum illic eſſem, hoc eſt, *Richemondiæ*, ſabbato proximo, ſed medicus aiebat eum evaſiſſe periculum. Adeſt *Londini* ſummi Pontificis nuncius, Epiſcopus *Theatinus*, vir, ut aiunt, undequaq; doctiſſimus, de pace inter Principes tractaturus, ſed fruſtra. Is magis, ni fallor, ſuum aget negotium, quàm noſtrum. Proximo Maio Rex trajiciet, unáq; ſororem *Mariam* ſecum abducet, nupturam Principi noſtro. Equum remiſi, mone ſæpius, ut pater eum bene tractet. Eſt apud me, quod putem tibi gratum fore, ſed mirum quanta hîc ſcriptorum inopia. Bene vale chariſſime *Gonelle*. *D. Greanum* meis verbis ſaluta. Anno milleſimo quingenteſimo decimoquinto.

Eraſmus Roterod. Petro Ægidio.

*Epiſt.*38. SAlve chariſſime *Petre*. Per omnia ſacra te oro, ut ſortem humanæ conditionis forti feras animo. De patre bene ſpero, ſed tamen ſi quid accidat, cave nè duos ſimul amittam. Quid juvat inanis, imò noxius dolor? Mone *Nicolaum* inprimis, ut rem diſſimulet, neq; cuiquam effutiat ad quem adeat in *Angliam*, aut cujus nomine accerſitus: etſi non eat, tamen taceat: fingat cauſam à vera alieniſſimam. Rem ex ſecretarii literis, & ex *Jacobi* mei ſermone cognoſces. Bene vale amicorum optime, & virum te præbe, imò memineris hominem eſſe te, & vitæ hujus fabulam age. Bene precor tuis omnibus, & in primis optimo patri. Scripſi *Bruſſio*. *Lovanii* tertio Nonas Novembr.

Mi anime, poſt iſtas procellas, inſignem aliquam ſerenitatem expecta, atq; illi te ſerva. Rurſum vale. Si quid opus erit vel in tuo negotio, vel in negotio *Nicolai*, ipſe advolabo. Anno M. D. XVI.

Eraſmus Roterod. Pacæo ſuo S.D.

PLanè cõfido, qui tui eſt ingenii candor, mi *Pacæe*, te perpetuum amicum futurum: nec ob id deſciſces ab amicitia, quòd tanto ſis felicior. Atq; utinam ſis multò etiam felicior. Si commentarii noſtri jam advecti ſunt, ut puto, fac diligenter recondas, aut quod malim, apud *Morum* depones, donec repoſcam. *Linacrum* fac in amicitia retineas, & ſi fieri poteſt etiam *Grocinum*. Non hæc ſcribo, quod vel metuam aliquid, vel quicquam ab illis expectem commodi, ſed quod tales viros perpetuo velim amicos. Non egent illi meis præconiis, illud tamen auſim dicere, nec inter *Anglos* eſſe, qui de illis vel ſenſerit magnificentiùs, vel prædicaverit honorificentiùs, quàm *Eraſmus*. Et non libet meminiſſe, quid uterq; haud ſcio quorum inſtinctu, in nos molitus fuerit, id quod ipſa re comperi, non ſuſpicione conjeci: quanquam olim jam idem olfeceram. Sed homines ſumus, ego ſemper ero mei ſimilis, & huic injuriæ tot opnam illorum benefacta. *Linacri* feci honorificam mentionem in ſcholiis *Hieronymianis*. Nil magnum ſit, ſi contemnam contemptus: ſi oderim, odio habitus. Illud literis eſt dignius, officiis certare, non odiis. Apud Cardinalem *Eboracenſem* quoties inciderit commoditas, fac *Pacæum* agat. Cura ut rectè valeas. *Baſileæ* pridie Nonas Septembris. Anno M. D. XIX.

Eraſmus Roterod. Petro Ægidio S.D.

SI rectè vales, eſt quod plurimum gaudeam. Diutius commoratus ſum in itinere quàm putâram: nam & *Gandavi* triduum remoratus eſt Cancellarius Principis illuſtriſſimi: *Tornaci Montjoius* meus, qui nunc ei præfectus eſt urbi, regias agens vices: apud divum *Andomarum* abbas *Bertinicus*. Trajectio ſumptuoſa fuit, & periculoſa, ſed tamen velox. Vas meum quod fratri *Franciſco* commiſeram, nondum advectum eſt, quâ re mihi nihil potuit cõtingere infelicius. In eo ſunt omnia in *Hieronymum* commentaria, quæ niſi maturè recepero, ceſſabunt *Baſileæ* qui excudunt, non ſine magno ſuo malo. Id ſi caſu factum eſt, factum eſt infeliciſſimè: ſin arte & datâ operâ, quo vetera ſua proverbia prius extrudant, factum eſt inimiciſſimè: nihil enim eſt, in quo me magis lædere potuiſſet. Exhibitur eram Epiſcopis ſuos libros, eos nunc ſaluto vacuus, & demittor itẽ ab illis vacuus; quòd ſi vas miſiſſent, ſicut erant polliciti, jam nunc iſtìc adeſſem. Adſunt *Brugis* duo totius *Angliæ* doctiſſimi, *Cuthbertus Tonſtallus* Archiepiſcopi *Cantuarienſis* cancellarius, & *Thomas Morus*, cui *Moriam* inſcripſi, uterq; mihi amiciſſimus: ſi quid forte inciderit, in quo poſſis illis gratum facere, rectiſſimè collocaris officiũ tuum. Admone *Franciſcum* ſuper hiſce rebus. Uti ſpero, ante Julium vos reviſam. Interim cura ut rectè valeas, amice incomparabilis. *Londini* Nonis Maii. Anno M. D. XIV.

Eraſmus

Eraſmus Rot. Thomæ Parcio Secretario urbis Caletienſis S.D.

Epiſt. 41. HUnc meum *Joannem Smithum* ob certa negotia mitto in *Angliam* mox huc rediturum: rogo adjutes hominem, ut quam primum commodè trajiciat, ac per redeuntem ſcribito, quid valeas, quomodo res ſuccedat cum *Mercuriis* iſtis, & quid agat tua Nympha. Præfecto urbis, quem deputatum appellare malunt, viro humaniſſimo, déq; me optimè merito, me plurimum commendabis. Bene vale chariſſime *Parci*. *Antuerpiæ* pridie cathedræ *Petri*. Anno M. D. XVIII.

Eraſmo Rot. Io. Oecolampadius S.D.

Epiſt. 42. VBi nam te locorum, gloria mea, dulce decus meum, inquiram? Cui incerto nuncio, certiſſima deſideria, ut deſideratiſſimo *Deſiderio* exponat, credam? Tabellio comparet nullus, ac quid opus tabellione literis ruſticanis & incultioribus, quàm ut coràm ornatiſſimo prodeant *Eraſmo*? Poſſent, fateor, gerræ meæ intra ſpeluncæ meæ anguſtias contineri, ſed amor violentior eſt, ſecum habitare neſcit, ſilentium fert minimè. Parum illi ſtudia, curæq; ſuæ, niſi ab amato cognoſcantur. Ubi ergo te gentium offendam? jam quibus divitiis locupletem eſſe, quibus voluptatibus frui licebat *Baſilea*, abſens & ſerò cum *Phrygibus* intelligo, ſed fruſtra ἀδρασίαν corrigo. Sat præſens eris, ſi ſciam te ſcire animo nos ſejungi poſſe nunquam. Hæret alioqui tua maximi herois virtus, & obſervatur in oculis (*Hebraico* tropo ignoſce) pectoris mei, vivit amor, flagrat virtus, ſuaviloquentia adhuc oblectat aures, obſtrepit τῶν παροιμιῶν frequentia, ſubtinniunt virorum optimorum laudes. *Mori* civilis inquam, & *Coleti* religioſi. Inſonant epiphonemata, illud in primis, illud laudatiſſimum, illud aureum, nihil in ſacris literis præter *Chriſtum* quærendum. Támq; præſenter hæc adſunt, ut adhuc ab ore tuo pendere mihi videar, neq; mihi ipſe ipſi eſſe præſentior. Obliviſcor ſubinde meæ humilitatis, in te admirando occupatior, quoties parvulum illud, ſacrum tamen & dulciſſimum amicitiæ monumentum, δεχὸν τῶ εὐαγγελίε χ᾽ ἰωάννου deoſculatus ſum, eóque tacto, quo non aliud ſanctius Chriſtianis juramentum, *Eraſmo* me devovi. Matri donaturus eram, ſi non tanti apud me *Eraſmus*. Crucifixo meo *Jeſu*, coram quo preculas effundo appenderam, ut te tuámq; fortunam illi commendarem (ita enim flagitabas, & charitas exigit) neq; à tui memoriâ vel inter ſacra evellerer. Imprudentius tamen amiculis τὸ κειμήλιον oſtentavi, glorians ab amico dulciſſimo profectum: unde factum, ut *Harpyia* neſcio quæ ſublegerit non mediocri animi mei acerbitate, verum citra memoriæ tuæ periculum. Affixurus eram & epiſtolium ex *Spiris*, ut reor, ad me datum, niſi rapaculos timerem, verùm ſecretiùs lectito, ſubinde ſuavians. Quid hæc? quomodo animo excideret eximium illud amicitiæ teſtimonium & ornamentum, quo *Theſeum* tuum vocas: quamvis autem tantum onus, né honorem dicam, malè feram, non ſum tamen neſcius, quid diſcedens promiſerim, daturũ me operam, nè omnino vana ſuper *Oecolampadio* dixerit *Eraſmus*. Conor quidem, fortaſſe infelicius, multum negat ſterilis *Minerva*, multum & ambigua valetudo, & hæc multum commodi affert, dum compedibus aureis domi detineor. *Hieronymi* interpretationes cum *Hebraicis* confero exemplaribus, quæ propè nunquam è manibus ſeponuntur. Eſt mecum adoleſcens paris ſtudii ac ardoris ad quaſvis literas, *Joannes Brentius*, tui nominis ſtudioſiſſimus, paramus πυναξίδιον in germana divi *Hieronymi* opera. Ludo item tragœdiam, *Nemeſin Theophili*, ſed tardiore incremento dramatis ſecundi finem nec dum vidi, quamvis verſus ſint propè ſeſquimille: rem mediocritati meæ imparem aggreſſus ſum, & quem exitum ſortitura ſit dubito. Proinde ejus non meminiſſe ſatius fuerat, nè fortè in ſpongiam, ſed memor fidei datæ, nõ indicare non potui. Dabo enim operã, annuat Deus, nè frivolè *Oecolampadiũ* ornârit *Eraſmus*. Crebras ad me dat literas *Ph. Melanch.* ſemper tui meminit, ſemper admiratur, ſemper cõmendari tibi rogitat: planè dignißim⁹ *Eraſmi* amore, qui alter futurus eſt *Eraſmus*. Quiq; facundia, ingenio, eruditione, vitâ, ſi quiſquam *Germanorum*, *Eraſmum* præſtabit. Id *Beatum* noſtrum, beatius apud te, ejuſdem nomine egiſſe non dubitârim. Me verò hac epiſtolâ non rhetoris, ſed amici à fuco planè alieni officio egiſſe, téque mihi ſemper præſentem arbitreris mi *Eraſme*. Vale optime *Eraſme* עטרת ראשי hoc eſt, corona capitis mei. Ex ſpecu noſtro natalitio *Vinimontano* ſexto Calend. Apriles. Anno milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo.

Eraſmus Rot. Ioanni Oecolampadio S.D.

ITa quidem vulgo ſolet uſu venire, ut bona quæ præſentia neglectim habuimus, ſublata gravi deſiderio torqueant. Sed mecum pulchrè agitur, ſi moleſtiarum quas ex me cepiſti cum unà viveremus *Baſileæ* memoriam abolevit disjunctio. Sed iſte nimirum candor eſt *Chriſtiani* pectoris, ut amici vitia in bonam partem interpreteris, & virtutes exiguas pro eximiis ducas, ipſe in te judex iniquior. Quanquam me mea fata nunc huc vocant, nunc illuc, tamen *Lovanii* ſedem habere videor, ubi mea eſt bibliotheca. Sed quocunque locorum circumagimur, ſeu terrâ, ſeu mari, nuſquam non circumferimus unicè dilectum *Oecolampadium*. Et nos interim *Chriſtum* ſequimur, ſed à longinquo quemadmodum *Petrus* adhuc imbecillis. Et tamen eſt aliquid, illum vel eminùs ſequi. Profuit id *Petro*, ſpero & nobis profuturum, ſi modò *Jeſus* optimus clementiſſimos ſuos oculos in me torquere dignetur. O te felicem, qui totus & vacuus, in intimis penetralibus verſaris cum ſponſo, nihil aliud quam cœleſtia meditans! Et antrum vocas ſedem iſtam, ego paradiſum arbitror, præſertim comite ſocióq; ſtudiorum omniũ *Brentio*, per quem ita ſolus es, ut ſolitudinis tædium non ſentias. Olim homines pii partim offenſi deliciis ac ſceleribus vulgi, *Chriſtum* titulo profitentium, vitâ negantium, partim afflicti ſævis barbarorum incurſionibus captabant invios montium ac nemorum ſeceſſus. Nunc magis etiam libeat effugere iſtos, qui ſub prætextu *Chriſti*, *Chriſti* doctrinam moliuntur extinguere. Sed quid narras impie, matri tantillum munuſculum invidebas? Næ tu dignus es maximis, qui tam grato animo penſites quæ nihil ſunt. Quod *Hieronymi* tranſlationem confers cum *Hebræorum* voluminibus,

non dubito quin cum judicio facias, precórque ut Deus laborem iſtum tuum bene fortunet. Optârim indicem quàm primum prodire, mihi quoq; uſui futurum. Ea res complures accendet ad evolvendum *Hieronymum*. Non ſatis divino quid ſibi velit tragœdia, tantum admoneo, nè nimium variis ſtudiis oneres ingenii vires, & imbecillitatem corpuſculi tui. De *Melanchthone* & ſentio præclarè, & ſpero magnificè, tantum ut eum juvenem nobis Chriſtus diu velit eſſe ſuperſtitem. Is prorſus obſcurabit *Eraſmum*. Bene vale, *Lovanii*. Anno M. D. XVIII.

Ioannes Kirherus Seleſtadienſis Eraſmo Roterod. S.D.

Epiſt 44. ET ſi diu antea, *Eraſme* doctiſſime juxta & diſertiſſime, tuam erga ſtudioſos humanitatem comitatémque exploratam habui, ídque ex variis ingenii tui clariſſimis monumentis, quæ has ſimul & alias virtutes conſequio trahere ſolent: tamen ab eo tempore quo *Spiræ* nobiſcum prorſus hilare verſatus es, tuam in omnes facilitatem longè clariùs perſpexi. Ita enim humaniter atq; amœniter te nobis præſtitiſti, ut ingens cunctis te amandi colendiq; deſiderium reliqueris: quod inde cuivis ad liquidum patere poteſt, quod omnes uno ore *Eraſmum* laudent, loquantur, prædicent, unum verè doctum, unum modeſtum dulcémque convivam dictitantes: ſibíq; divinitùs contigiſſe autumant, quod tuâ non ſolùm præſentiâ uti, ſed (quæ tua eſt affabilitas) familiaritate etiam frui potuere. Quæ cum ita ſint, in ſpem venio haud dubiam, me abs te quod peto, communis amici cauſâ non gravatè impetraturum. Incidit nuper *Maternus* noſter, cui tecum non vulgare hoſpitii jus eſt, in quendam divi *Hieronymi* locum, qui in proœmio contra *Jovinianum* eſt, ubi *De numeris conjugii, viduitatis, & virginitatis* agit: ibíque ſatis ſubtiliter, & proinde obſcurè nimis eoſdem numeros in digitos mittit, quorum variâ connexione, plicatilíq; poſiturâ, veteres aliàs triceſimum, aliàs ſexageſimum, aliàs centenarium ſignificari voluiſſe prodidit. Quæ quidem digitorum ratio, cum nobis numeris (quod aiunt) *Platonicis* obſcurior eſſet, cœpit *Maternus* neque non tamen theologos eâ de re conſulere. At Deum immortalem, quàm frigidè jejunéq; reſponderunt? ut facilè crederes, eos non primarios eccleſiæ ſcriptores volvere, ſed circa minutas, nodoſas, frivoláſq; quæſtiunculas magis occupatos eſſe: neq; id mirum mihi viſum eſt, τὶ γὰρ καινὸν λύρα χοὶ ὕειν. Fruſtratus igitur *Maternus* (ut eſt in talibus importunior) conſtituit rem ad te deferre: utpote tibi propter multijugam eruditionem cognitiſſimam, in cujus ſtatim ſententiam pedibus omnes manibúſq; diſceſſimus. Voluit itaque *Maternus* pro veteri noſtrâ benevolentiâ, ut ego pro tempore hac ad te ſcribendi legatione fungerer: obſecutus ſum homini, neq; perinvitus hanc provinciâ ſubivi. Proinde petit ille, imò petimus obſecramúſque, fandi dulciſſime *Eraſme*, ut cum per ocium, occupationéſque tuas (quæ jam maximæ ſunt) licuerit, hunc nodum *Hieronymianum*, nobis certè *Herculanum*, diſſolvere velis, poteris enim ſi modo velis. Duo autem ſunt, quæ potiſſimum tibi ad hoc quod in tuo luco & fano ſitum eſt, cupidiùs perſequendum, calcaria admovere debent. Primùm, quòd eo, & quidem prolixo beneficio, ſummam apud nos mihi gratiam. Alterum, quòd hujus loci interpretatione, inanium Theologorum ſupercilium frangas, reclamantiúmq; ſemper melioribus ſtudiis, capita ſibilantia, velut *Hercules Hydræ*, contundes. Quòd ſi huic honeſtiſſimo deſiderio noſtro morem geſſeris, quod tua profeſſio, & noſtra in te obſervantia poſtulat, ſpero fore, ut nunquam te collati in nos beneficii pœnitere queat, curabimúſq; pro virili, ſemper omnia facere, quæ intereſſe tua, aut etiam velle te exiſtimabimus, ſi ullo pacto facere poſſumus. Vale unicum bonarum literarum decus, & *Kirheri* auſus boni conſule.

Thomas Truchſes tui ſtudioſiſſimus, te qui cœnis ſuis adhibuit, *Maternus* item, in ære tuo eſſe cupiunt, ſalvúmq; te, diúq; rei literariæ propagandæ ſupereſſe deſiderant. *Spiris* decimoſexto Calend. Octob. Anno M. D. XV.

Eraſmo Rot. Ioanni Kirhero S.D.

CUm ipſe doctiſſimus tot habeas eruditos amicos, demiror cur hoc à me tam ambitiosè quærendum putaveris, optime *Kirhere*. Quid autem eſt tam arduum, quod *Maternus* hoſpes meus non vel tribus verbis à me impetret, ſi modò ſit ejus generis, ut præſtare poſſim? Sed de ratione numerorum qui geſtu digitorum olim notabantur, ex *Bedæ* fragmentis nonnihil annotabimus; quod hic repetere perlongum ſit, cum brevi ſit exiturum volumen. Quanquam mihi non admodum probatur hujuſmodi arguta curioſitas in numeris explicandis: neq; ſatis liquet, an eadem ratio quam tradit *Hieronymus* fuerit apud *Hebræos*. Studiorum ac laborum moles in quibus verſor, non ſinunt ut in præſentia pluribus reſpondeam. *Thomam Truchſes* virum & citra oſtentationem eruditum, & citra fucum humaniſſimum, ac *Maternum* nivei pectoris amicum, diligenter ſalutabis meo nomine. Bene vale *Joannes* amice non vulgaris. *Baſileæ*. Anno M. D. XVI.

Eraſmus Rot. Guilielmo Montjoio.

SAlve *Mecœnas* optime. Biduum apud Abbatem commoratus ſum, eos dies multa cum hilaritate tranſegimus, dimiſit non ſine Xenio, pollicitus item amantiſſimè multa. Deniq; læta omnia, & ecce ſubitò me fortuna perdidit, docuitq; nulli rerum ſucceſſui fidendum eſſe. Vix egreſſus ſum diverſorium quoddam, quod eſt medio fermè ſpacio inter *Ruſſellam* & *Gandavum*, cum equus meus viſis pannis aliquot humi ſtratis, conſternatur, dùmque inflexus paro, neſcio quid, dicere miniſtro, rurſum territus equus in diverſum fertur, atque ita diſtorquet imam dorſi ſpinam, ut repentè magnis clamoribus cruciatum intolerabilem teſtari cogerer. Conor ex equo deſcendere, non poſſum, miniſter manibus exceptum deponit, ſævit dolor, nullis explicandus verbis, maximè ſi corpus inflexiſſem. Erectus, minus affligebar, ſed tamen ipſe me non poteram erigere, ſemel incurvatus. Eram illic in agris, nulla diverſoria, niſi frigidiſſima & ruſticiſſima, & aberam à *Gandavo* ſex maximis paſſuum millibus. Senſi ambulatione minus ſævire malum, & tamen longius erat iter, quàm ut vel à ſano pedibus confici poſſet. Cogita quid mihi hîc fuerit animi. Vovi divo *Paulo*, me

commen-

commentarios in epistolam ad *Romanos* absolutum, si contingeret hoc periculi evadere. Aliquantò post cum desperarem, coactus sum experiri, num equum possem conscendere: conscendi præter spem, ambulo lentè, fero, jubeo ministrum progredi paulò celerius, fero, tametsi non sine cruciatu. *Gandavum* pervenio, descendo ex equo, ingredior cubiculum, ibi dolor se totum prodit, maximè à quiete. Stare non poteram, nisi à duobus utrinque sublatus in altum, idque validè: quòd si vel paulum me remisissem, intolerabilis redibat dolor. Nec sedere poteram, jacens nec tantulum me poteram movere. Accerso medicum, & pharmacopolam. Ita modis omnibus affectus fui, ut nihil nisi de morte cogitarem. Mane dum alvum paro dejicere, paulum conor me movere lecto, procedit, sto, moveo, sedeo, nullo sustinente. Ago gratias *Deo*, & *Paulo*. Manet adhuc sensus mali, maximè si corpus distorqueam. Itaque *Gandavi* dies aliquot commoratus sum, amicis retinentibus, & malo ita suadente, de quo nondum securus sum. Neque enim vulgare fuit, quicquid fuit. Offendi hic Præsidem *Flandriæ*, virum in omni literarum genere doctissimum, & consiliarios duos, *Antonium Clavam*, & *Guilielmum Vvalam*: nam Cæsarem & alios quosdam antea noveram. Nunc *Antuerpiam* pergam, si modò per morbum licebit, & ubicunq; locorum ero, reddam te de valetudine mea certiorem. Bene vale.

Principem *Veriensem* salutavi *Bergis* unà cum matre, sed offendi sollicitum, nam uxor à partu nonnihil ægrotabat, & nunciabantur ex *Selandia* parùm læta. Salutavi illum tuo nomine, & admonui de favore quo usus esses in illi subditos. *Basileam* veni post Annunciationis. *Germania* tanto honore me excepit, ut propemodum puderet. Nunc inclusus æstuariis *Germanicis*, curo edendas nugas meas, non minus tumultuans in hoc negotio, quàm Cæsar in expugnandis *Venetis*. Reditum maturabo quantum licebit. Faxit Deus, ut vos omnes offendam incolumes. *Basileæ*. III. Calen. Septemb. Anno M. D. XV.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER OCTAVUS.

Erasmus Andreæ Ammonio S.D.

Lib. 1. BIs nos exhilaras, *Andrea* suavissime, dum vino jucundissimo literas addis multo jucundiores, planéq; tuum ingenium, tuosq; mores resipientes, quibus meâ quidem sententiâ, nec fuit unquam nec erit quicquam mellitius. Quare duplici nomine tibi gratias agimus. De pecuniæ mentione quod succenses, equidem non ignorabam animum tuum, regiâ fortunâ dignum, verùm existimabam te missurum utrem majusculum, in menses aliquot duraturum: quanquam hic quoq; major erat, quàm ut ab homine modesto gratis accipi possit. De *Græco* epistolio risimus adfatim. Iniquissimus sim, nisi *Moro* dem veniam, tam seriis occupato negotiis. Demitor te sic perpetuò nidum premere, nec usquàm evolare. Hanc Academiam si quando libeat revisere, multis gratissimus veneris, mihi inprimis. Quod jubes me isthuc redire si perduret languor, nihil video quod mihi blandiatur *Londini*, præter duorum aut trium amicorum consuetudinem. Verùm his de rebus aliàs. Audio *Julium* maximum vitâ defunctum. Vale optime *Ammoni*.

Frequenter ad nos scribas rogo, gratius mihi facere potes nihil. *Cantabrigiæ* è collegio Reginæ. Decimosexto Cal. Septemb. Anno M.D.XI.

Erasmus Ammonio S.D.

Lib. 2. MAlo quodam genio meo non licuit tecum, cum isthic adessem proximè, congredi mi *Andrea*: nam cum primum advenirem, nihil minus suspicabar, quàm te etiam num apud *Morum* agere, præsertim cum *Jodocus* bibliopola mihi confirmâsset, te jam in collegio divi *Thomæ* versari. Postridie mane palsavi fores cubiculi tui, nec eras domi. Ubi redissem à sacro, sensi strepitum equitum: jussi *Linacrum* prospicere: nam ego scribebam, nescio quid: ille nunciat te discedere. Sed postea quàm jam abieras, multis modis cupiebam tecum colloqui, verùm id aliàs licebit. Rogo facias me certiorem, quid de adventu *Montejovii* isthic feratur: præterea num pestis tanta, quantam prædicant: postremò si quid est de rebus *Italicis Gallicisque*, quod tutò literis committi possit. Bene vale. *Cantabrigiæ*, tertio Nonas Octob. M.D.XI.

Erasmus Ammonio S.D.

NIhil erat novi quod scriberemus nisi quod mihi decretum est, neminem, qui modò certior contingat, nostris ad te literis inanes hinc dimittere. Scripseram ante dies paucos. Cupio scire quid valeas, num *Montjoius* mens jam redierit: tum quid procedant res *Italiæ*: quid agat invictissimus *Julius*. Sub brumam ad vos superis volentibus, remigrabo, si modò rigor hyemis pestem restrinxerit, quam audio istic increbescere: nec ea quidem longius hinc abest. Hactenus prælegimus *Chrysoloræ* Grammaticen, sed paucis: fortassis frequentiori auditorio *Theodori* Grammaticam auspicabimur: fortassis & theologicam lectionem suscipiemus, nam id nunc agitur. Quæstus minor est, quàm ut me moveat, tamen interim & bene merentur de studiis, pro nostra quoq; virili: & menses aliquot, ut *Ovidiano* vtar verbo, decipi- *Epist. 3.*

mus.

mus. Cura ut rectè valeas, mi *Andrea*, mortalium omniũ mihi chariſſime. Fac uti frequenter ad nos ſcribas. *Cantabrigia* poſtridie Idus Octob. M.D.XI.

Eraſmus Andreæ Ammonio S.D.

Epiſt. 4. DE Præfatione carminum quid fieri velis, quàm primum reſcribe, mi *Andrea*: nam *Montjoius* omnino non probabat. Proverbium quod iſthic oſtendiſti, annota: nam mea hic denuò imprimentur. *Aldina* habentur venalia, & quidem mediocri precio, hoc eſt ſeſquiſcntato, cum pluris *Romæ* venirent. Si qui volent, perant ab *Italo* illo qui ſolus *Aldinos* libros diſtrahit. Reverendo patri Epiſcopo *Dunelmenſi* modis omnibus me facies commendatum: cui ſcribam, ubi & ocium contigerit, & nuncius paulò certior. *Lutetiæ*. V. Cal. Maias. Anno M. D. X.

Eraſmus Rot. Andreæ Ammonio S.D.

Epiſt. 5. GAudeo N. ereptum è carcere regio, id ſi tuo quoq; bono factum eſt, duplici nomine gaudeo. Amo *Coleti* tam *Chriſtianum* animum: nam ejus unius opera liberatum audio, cum is ſemper à *Coleto* inter amiciſſimos habitus, cum jam amicus urgeretur Epiſcoporũ calumniis, ab illius adverſariis ſteterit. Epiſtolas quas ad *Leonem* & Cardinales ſcripſeram, edidi, ſed locupletatas. Si quid reſponſum eſt, aut ſi quid eſt, quod meâ refert ſcire, quæſo ſcribas per hunc unoculum *Petrum*, quem hac gratiâ meo ſumptu miſimus in *Angliam*, mox huc rediturum: nam febricula repente oborta vetat, quo minus trajiciam: & eſt quod *Carolo* ſit ad dies aliquot gratificandum. Superior illa *Germania* ſic mihi modis omnibus arriſit, ut vehementer doleam tam ſerò mihi cognitam. Nihil non detulit honoris *Eraſmo* Epiſcopus *Baſilienſis*, vir omnino frugalis, ut ferunt, alioqui, obtulit pecuniam, obtulit fortunam, equum coegit ut acciperem, quem mox urbem egreſſus, aureis quinquaginta revendere poteram: ſed præſtat coram hunc *Thraſonem* agere. Bene vale, ac ſcribe, ſaltem quid valeas. Apud divum *Andomarum*, Nonis Juniis. M. D. XIII.

Eraſmus Roter. Andreæ ſuo S.D.

Epiſt. 6. VIde quæſo inſignem impudentiam meam. Mitto ad te *Icaromenippum*, ut aut ipſe deſcribas, ſi citra tædium aut incommodum queas, aut agas cum *Moro*, ut fratri tranſcribendum cõmittat. Nam eſcas aliquot paro in Calendas Januarias, etiã ſi fruſtra, ni fallor. Et hic (ô Academiam!) nullus inveniri poteſt, qui ullo precio vel mediocriter ſcribat. Sed omnia potius, mi *Andrea*, quàm ut meâ gratiâ tædium ullum capias. Literas oro reddẽdas cures iis, ad quos deſtinatæ ſunt. Cura ut te quam optimè valentem offendam. *Cantabrigiæ* quinto Calend. Decembres. M. D. XII.

Eraſmus Andreæ Ammonio ſuo S.D.

Epiſt. 7. REmiſi tandem œnophorum tuum unà cum verſiculis malè natis. Auriga confirmat ſe reddidiſſe *Moro*, quod id temporis aberas. Ad Cal. Januarias iſtuc remigrabimus, ut vel fotu mutuo minus algeamus: nam hîc æſtivare malim, quàm hybernare. Poſtremò non expedit diutius tam procul abeſſe à *Iove* meo; quanquam hic locus non omnino mihi diſplicet. Tum quæſtus video nonnihil, ſi quis ardelionem poſſit agere. Perquam cupio ſcire quo animo *Wintonienſis* & *Dunelmenſis* meas acceperint literas, ad hæc ſi quid aliud eſt novi. Gratum mihi feceris, ſi has literas, quas tuis adjunxi, in *Italiam* perferendas cures: nunc plane eſt illud *Homericum*, δακτ& ὀμβρ&. Opinor auditas à *Jove* preces iſtius, cujus libellum tibi tradidi, qui fontes, fluvios, lacus, ſtagna, ad lachrymis deplorandam *Italiæ* calamitatem invitat. Ηιων ἀλ. κ& εἰλ& ϑρήνε&, ut nutibus ſit loquendum. Tanta eſt raucedo. Bene vale, ac frequenter ad nos ſcribe. *Cantabrigiæ* IV. Nonas Novemb. M. D. XI.

Andreas Ammonius Eraſmo ſuo S.D.

AUt egregiè infauſtus eſt miniſter meus, ut quicquid per eum agatur malè cedat, aut vulg° *Cantabrigienſe* barbarie inhoſpitales illos *Britannos* ante cedit: Ita omnium officiorum eſt ignarum, & omnis prorſus humanitatis expers, cujuſmodi videre aliquot opto illam longam ex ſe literam facientes. Neſciunt iſti fere quid ſit epiſtolam ſuſcipere, quid poſtea non reddere: neſciunt (ut leniſſimè dicam) quot homines ſuâ voluptate defraudent, quod ut inofficioſi judicentur, efficiant: neſciunt porrò non unius tantum hominis ſalutem ex unis quandoq; literis pendere. Conatus ſum ſimul atq; tuas literas accepi, eis quàm celerrimè potui, reſpondere, ut ſi non ſtilo, at ſaltem officii celeritate placerem. Dedi pro literarum vectura id pauxillum quod petiere. Remiſi poſtremò cum epiſtola *Græcanici* alteram lagenam, unas tamen literas ad te ſolum perlatas fuiſſe video: & uni cum officio curam, ſi quam in ſcribendo adhibui, periiſſe. O hominum monſtra, quæ (ita me Deus amet) jam jam diſcerpi libenter ſpectarem! Unum tamen me ſolatur, quod ita meum erga te animum perſpectum tibi eſſe puto, ut licet tibi nunquam ſcriberem nihilominus, tui me ſtudioſum & amantem exiſtimares. Noviſſimè literas, & alteram ut dixi *Græcanici* lagenam, ei qui tuos libros iſthuc advexit, meus *Thomas* credidiſſe ſe ait, alias verò quibus dederit neſcio. Vinum ſi epotum eſt, da operam ut lagenam ſaltem recuperes. Sed faceſſat hæc bilis quâ profectò totus ferveo. Tuas literas domino *Wintonienſi* & *Dunelmenſi* in manum reddidi, ambo vultu ſanè quàm hilari excepere, ambo raras dotes tuas mirificè laudârunt. *Wintonienſis* te accuſare videtur, quòd externum ſecum agas, nec unquam ad ſe accedas: reſpondi, ut in baccam tunc venit, ſubruſticâ quadam verecundiâ te id agere, ipſi tamen quod ſciebam eſſe deditiſſimum: nonnulláque alia pro tempore. Sed hæc antequam epiſtolas tuas legerem. Poſt illa fuerunt ita publicis rebus occupati, ut interpellare de te non fuerit viſum. Verum ſuo tempore non omittam. Tuus *Mecænas*, ut audivi, neque enim adhuc vidi, jam triduo fuit urbanus. *Jupiter* eſt nobis iratiſſimus, die pluit, nocte pluit, rarò ceſſat. Peſtis modum ſævitiæ fermè impoſuit. Sed fames, niſi magiſtratus remedium aliquod adhibeant, ſubſequetur, malum nihilo peſte mitius. Lignorum precio auctum eſſe non miror, multi quotidie hæretici holocauſtum nobis præbent, plures tamen ſuccreſcunt: quin

& fra-

& frater germanus mei *Thomæ*, stipes veriùs quàm homo, sectam (si diis placet) & ipse instituit & discipulos habet. Sed ad *Italica* transeamus. Fœdus *Romæ* inter Pontificem, Regem *Hispaniarum* & *Venetos* ictum palam fuit, his legibus: Rex *Hispaniarum* equitibus cataphractis, quos *lanceas* vocant, mille & CC. levis armaturæ itidem mille, peditibus decem M. Pontificem juvabit. Pontifex verò equites cataphractos D. peditum octo M. habebit, in stipendium præterea auxiliariorum aureorum quadraginta M. in singulos menses dabit. *Veneti* exercitum quem poterunt, cogent. Concilium *Pisanum* malè coit. Ferunt Cardinalem sanctæ crucis autorem schismatis impetratâ per Regem Arragonum Pontificis veniâ, in *Campaniam* se propipuisse. Licet, quod præterieram, intra quadraginta dies cuicunq; *Christiano* Principi idem fœdus inire. Postea arbitrio Pontificis admittetur. Nostri quid acturi sint, ut conjicitur, magno remigum compendio nondum deliberavere. Imperator hujus rei spectator solũ erit. Rumor est *Florentinos* à *Gallis* defectionem parare. Habes de rebus *Italicis* quæ hactenus ferantur. Tuam raucedinem si hîc fuisses unâ potiunculâ extemplo curâssem. Doleo spem tui ad nos redit' ad Calend. usque Januarias productam. Gaudeo tamen istam tibi provinciam non malè obtigisse, desiderium tui commodorum tui magnitudine solabimur. Reliquæ tuæ literæ in *Italiam* cras sedulò perferentur: in tempore enim, ac propè in ipso tabellarii discessu advenere. Cura mi *Erasme*, ut valeas: & *Bovillum* nostrum térq; quatérque meo nomine salvere jube. Iterum vale. *Londini*. Sexto Idus Novembr. M. D. XI.

Erasmus Ammonio suo S.D.

9. PRidie *Martini* redditæ sunt mihi tuæ literæ, si notam quæris, stomachantes, unà cum lagena vini *Gracanici* semiplena. Qui attulit, poposcit duas drachmas, dedi denarios sex: deinde literis tuis diligentiùs inspectis, animadverti lagenam non cum proximis literis, quas ad VI. Idus Novembres scripseras, sed cum superioribus fuisse missam, nam id etiam vini color indicabat. Quin cum primum mitteres, admirabar te non obsignatum misisse per eos, quibus nihil est obsignatum. Planè cum hoc hominum genere nobis hîc res est, mi *Andrea*, qui cum summa rusticitate summam malitiam conjunxere: nec est omnino quicquam, quod mihi hujus secessus nomine gratuleris, verùm solus pudor querimoniis finem imponit: sed hæc coram in sinum. Non expectabam alteram lagenam, nisi quod tu, ut es mirè civilis, cum laudarem vinum, quasi denuò rogarẽ, interpretabaris. De recuperandis literis tuis magis laboro, quàm de vino aut lagena, quod quidem ad me pertinet. Nam si non nisi unam & alteram lagenam misisti, neutra periit. Remisi priorem, & eandem, ni fallor, cum proximis tuis literis accepi. De meo auriga mihi narras? quid si vidisses mea scrinia undiq; lacera? quid si audires fucũ de equo, tum diceres, & calvus ille nebulo nunquam hic in conspectum prodiit: proinde vide nè sit ineptum, ab his monstris ullum hominis officium requirere. Sed non potui temperare à risu, cum video *Andream* quoq; Charitibus & amicitiæ lenitatiq; natum, bili potuisse effervescere, cum ipse jam *Mitionem* mediter, posteaquàm jam propemodum mea me victum docuit fortuna dolere, cœpitque placere *Virgilianum* illud.

Una salus victis nullam sperare salutem.

Denique nullo infortunio non dignus mihi videor, quoties succurrit, qualem *Italiam*, & quàm mihi arridentem *Romam* reliquerim: οὐ μοι ἀμείνων, ἀλλὰ δὺς τὸ χαῖρε τῷ πάθει. De rebus *Italicis* mihi parum læta nuncias, non studio *Galli*, sed odio belli. Etenim cum quotidie videamus, vel leviſſimum latrocinium vix multis annis confici, quid expectandum erit, si bellum tam grave semel motum fuerit? neque tamen habeo cui succenseam, nisi verpo illi τῷ ἀκρίτως ἰατρῷ qui quidem aut parum est artifex, aut prorsus effœtæ sunt *Antiyræ*. Sed ipsa fata viam inveniant. Istis hæreticis, vel hoc nomine sum iniquior, quòd initiante bruma nobis auxerint lignorum precium. De fame non perinde laboro, liceat modò vivere. Habeo gratiam & pro redditis *Vvintoniensi* ac *Dunelmensi* literis, & pro tuo tam amico patrocinio, & pro vino, etiam non expectanti, misso: & pro literis tam diligenter in *Italiam* transmissis. Sed quid ego paucos recenseo titulos, cum tu nulla in re non agas *Ammonium*, hoc est, candidissimum amicum? Prius quam istuc me recipiam, parandum est alvearium aliquod tepidum, in quod me condam hac brumâ. Mallem non abesse longius à *Paulo*: nam ædes *Montjoicas*, donec obsidebit *Cerberus* ille, certum est vitare: quanquam nec illic locum video satis idonetum brumæ, ni velim ipsum herum depellere. Fortassis apud *Augustinenses* aliquod est. *Franciscus Patavinus* me ad suas ædes invitat literis suis, ac vitam *Italicam* pollicetur: super hac re si quid habes quod consulas, imparti. Gratulor domino *Montjoio* felicem reditum: rogo cures ut accipiat literas meas. Scripseram per eundem, qui proximas attulit & Episcopo *Roffensi*: si dabitur occasio, cognosce, num sint redditæ. Apud reliquos duos agas obsecro, quod cœpisti: expectabo literas tuas prius quàm hinc me moveam. Resalutat te *Bovillus*, mirum in modum lætus tuâ salutatione. Si quando fuerit obvius *Morus* percontare, num meas literas archiepiscopo reddiderit, & num quas ipse ad me dederit suas, vel alienas. Bene vale amice singularis. *Cantabrigiæ*. III. Idus Novembres. M. D. XII.

Andreas Ammonius Erasmo S.D.

NUnc unâ, nunc aliâ causâ factũ est, ut per istos nebulones vestros ad te bis jàm non scripserim, dedi tamen nudiusquartus, aut quintus cuidã sacerdoti ad te epistolã, quã properè absolvi, quod ille isthuc se properare aiebat. Significavi *Vvintoniensem* amicissimũ in te animum præ se ferre. Sed idem est ita his rerum turbinibus occupatus, ut ægrè rebus aliis vacare queat. Verumtamen si urgere me velis, non cessabo, sed cogita utrum expediat te adesse; meo judicio multum moveres. Nihil est si huc veneris quod valetudini timeas, omnia sunt hîc saluberrima, nè nomen quidem pestis auditur. Præterea si *Cerberum* illum *Montjoicum* omnino reformidas, aliquod alicubi, quod tibi non penitus displiceat, brevi unà cubiculum inveniemus. Nam mihi pro *Erasmo* non facilè aliquod placeret, si solus perquirerem. Accepimus literas ex *Italia*, quibus intelligimus *Gallorum* *Epist.* 10.

partes adhuc prævalere. *Hispanos* verò raros, eosdémq; macros, & excalceatos comparere, conventum *Pisanum* procedere, Cardinalem sanctæ crucis, *Consentinum*, *Bajocen.* & *Narbonen.* ordine in publico senatu motos, ac sacerdotiis omnibus privatos: postremò famem, pestem, cædem, rapinam à *Bononien.* meritas perfidiæ pœnas exigere. Hæc tantum ex *Italia.* Cura mi *Erasme* ut valeas, & *Bovillum* nostrum meis verbis salutato. *Londini.* IIII. Calend. Decemb. M. D. XII.

Erasmus Rot. Ammonio suo D.S.

Epist. 11. TUlæ literæ faciunt, mi *Andrea*, ut isthuc advolare gestiam, quo tam dulci amico propiùs frui liceat: at rursum eædem faciunt, ut hîc durare possim, propterea quod tam crebro me mellitissimis confabulationibus reficiunt, ut mihi non videar abesse *Londino.* Sed quid isthuc obsecro? Itáne meam fortunam cum tua, hoc est rosæ comparas anemonam? Quæso te quánam in re tu non multis stadiis *Erasmum* præcurris? nam famæ, si qua est, nihil aliud acceptum ferre possum, nisi quod, ceu face prælatâ, non sinat me clam esse miserum, ut jam gravius sit pudere, quàm pigere fortunæ. Sed hanc cicatricem nolo refricare. Sit mea fortuna me digna: sic enim libet interpretari. De tua jure optimo quereris, si quis dotes tuas expendat: has si quis metiatur, quis tibi non vel summum Pontificium tribuat? Sed nôsti mi *Andrea* fortunæ cæcum illum ludum, quo minus te debent excruciare, quos illius temeritas in fastigium evexit. Quod si omnino voles emergere, nonnihil abjiciendum est ejus, quod te vel maximè bonis omnibus commendat, puta modestiæ. Ego te jam nunc, etiam si nihil accesserit, tali patriâ, formâ, ætate, ingenio, moribus, optimi cujusq; favore, fortunatissimum existimo. Et ni prorsus fallor augurio, non procul abest dies ille, qui pulcherrimas dotes tuas sit pulchetrimis fortunæ ornamentis æquaturus. Quod *Romam* relictam deploras, quid attinet undas præteritas numerare? δεῖ τὸ παρὸν εὐ τιθέσθ. Porrò cur pili λάλοι te tantopere crucient, videor mihi propemodum ariolari. Metuis puellarum convicium, ò quàm acerbum, & plane τὸ κρεμάσης δυσλύτερον. Et te & *Vvintonienſem* amo meritissimò, te qui tam amicè rem meam egeris, illum qui tam impensè faveat. Sed cave urgeas ullo modo. De cubiculo tantum optem nidum aliquem probè defensum à ventis, & foco luculento, victum more solito adornabimus. Ad tempus nolim te loqui quicquam hac de re, tamen si quid olfeceris velim cognoscere, num meu, *Mecænas* resolverit viginti nobiles illos *Bernardo:* quæ res faeit, ut nonnihil abhorream à *Londino*, quippe qui nihil oderim æquè, atque appellari. Tamen de domo licebit cum eo agere, si forte inciderit. Misi nudius tertius lagenam unà cum literis brevissimis. Accepi literas tuas binas, ad quas his unis respondeo. Quod ni me sic torqueret *Hieronymus*, non solum versiculis, sed justis voluminibus tecum agerem. Verùm intra decem dies absolvero mensem. *Bovillus* ad te scripsit. Si fortè videris *Coletum*, & orta fuerit mentio mei, offer operam tuam, si quid velit ad me scribere. *Sixtino*, si fuerit obvius, dices illius literas mihi longè gratissimas fuisse. Mihi adhuc septem aut octo dies in hoc pistrino sudandum, tum ocioſi jucundissimè congerrabimur. Vale amice unice. *Cantabrigiæ.* IIII. Nonas Decembris.

Scripsi & alteras ad de literas, quas, opinor, *Gerardus* quispiã bibliopola tibi reddidit. M. D. XII.

Andreas Ammonius Erasmo Rot. S.D.

ITáne tandem *Erasme* tuum *Ammonium* ludos, & delicias facis? quæris quid sit, in quo non stadiis multis *Erasmum* præcurram: infra quem vel centum parasangis positũ me esse non ignorem. Sed si possent omnia permutari, faxo actutum quod modò ais, neges. Nam extemplo ad permutationẽ te provocarem. Jam Pontifico & quidem amplissimo dignum me arbitraris? aut tam tu me amas quam cupio, aut certè ἐρασμιχὸς jocaris. Quòd me & si nihil accesserit fortunatissimum censes, fecum rhetoricum agnosco: quòd verò bene ominaris, licèt id potius à tua voluntate, quàm à cerna aliqua conjectura proficiscatur, pergratum tamen est. Sed heu vates divinâsti tandem cur λαῖτς τριχας deplorem, quasi istæ puellæ capillos, & non loculos potius inspectent. Aureus hercle nummulus, qui summis digitis resulserit, ipso me *Nun* pulchriorem reddere potest: non eâ de causâ tristor, sed quòd video me ἀχρεῖον consensisse. Bene rursus mones, δεῖ τὸ παρὸν εὐ τιθέσθ. Sed ita mihi monstres velim dum non planè philosopheris. *Vvintonienſem* iterum de te admonui, sed ἀκαίρως. Verum quum tu aderis, aliquam egregiam opportunitatem inveniemus. De cubiculo quid velis propemodum intelligo, sed non respondes an libeat apud *Griphum* diversari. *Sixtum* conveniam, & de literis quod mandas renunciabo, alloquar & *Montjoium*, ac quàm potero apte, an illi aurei fuerint persoluti odorabor. Ac nescio, an intellexeris *Alanum* ipsum hîc esse, quod scire tibi significare constitui, & semper tamen excidit. Fuit sub specie quadam honoris revocatus, re autem verâ, quoniam Archiepiscopi *Cantuarienſis* negotium *Romæ* parum, ut audio, prudenter agebat. Opto istos octo dies, quibus isthic te adhuc futurum scribis, plusquàm brumales, noctésque pares diebus, ut unà citius vel invitâ *Nortiâ* ingemur, & ego *Erasmi* hilaritate perfruar. Accepi a bibliopola binas tuas cum *Icaromenippo* literas, ad quas etiam respondi. *Bovilli* epistola, lagena & illæ tuæ breves literæ mihi redditæ nondum fuere, da operam ut valeas. *Londini.* Nonas Decembris. M. D. XI.

Erasmus Rot. Ammonio suo S. D.

ITa me omnes oderint Musæ, mi *Andrea*, si quid de tua fortuna συνιέω ἐκ δυμοῦ ἅπαντα. Nos die conceptæ Virginis *Mariæ* graviter parturivimus, ac scopulos aliquot peperimus. Quin tu igitur inter felicitatis nostræ calculos, hunc quoque calculum ponis? Cum *Vvintonienſi* vide nè quid ἀκαιρότερον. σκεῖ τὸ τὸ παρὸν εὐ τιθέσθ consilium à me petis. Agè docebo sus *Minervam*, nec admodum, quod tu vetas, philosophabor. Principio perfrica frontem, nè quid usquam pudeat. Deinde omnibus omnium negotiis te misce. Protrude quemcunq; potes cubito. Neminem nec ames, nec oderis ex animo, sed omnia tuo compendio metiare. Ad hunc scopum omnis vitæ ratio spectet. Nè quid des, nisi unde speres fœnus assentare

assentare omnibus omnia. At ista vulgaria sunt inquis. Agè,quando ita vis,accipe peculiare consilium,sed lieus in aurem. Nôsti ἡ ἑκατομπλοῦ ζωλοτυπίαν hac in tuum bonum abutere. Duabus sedeto sellis. Suborna diversos procos qui te ambiant. Minare & appara discessum. Ostende literas quibus magnis pollicitis avocaris, subducito te nonnunquam, ut subtractâ copiâ desiderium acuat. Cum N. mihi nihil est negotii. Qui si quid prudenter egisset,homo μακίας αὐτ μοχθηρός, mihi ostenti loco fuisset: at successit non multò sapientior. *Gripho* mihi mirè placet per omnia, sed magis placet libertas. Auriga affirmat sese literas & lagenâ reddidisse. Bene vale optime *Ammoni*. *Cantabrig*.postridie Conceptionis. M. D. XII.

Erasmus Rot. Ammonio suo S. D.

14. PRecor ut istæ venationes tam sint faustæ vobis,quàm mihi fuerunt infaustæ: jam primũ enim Regẽ mihi adimunt: deinde profecto Cardinale dies aliquot me sunt remoratæ. Ad hæc *Vrsewicum* misso Novo Testamento captâram: equum promissum literis petieram. Hunc cum die lunæ visurus peto, ille commodum se venatũ proripuit,non rediturus ante septem dies. Ad hunc modum is *Thynnus* elapsus est. Demum nunc te mihi præripuit venatio. Proinde quod coràm volebam,literis ago. Epistolam à puero scriptam ad Pontificem, si voles resigna: mihi videtur parum aptè scripta. Si judicabis ad rem pertinere, cura denuò describendam accuratiùs, ut & hoc interim addas officii. Salutem meam tibi commendo. Nec rogo diligentiùs,cui toto pectore confido: nec polliceor magnificè, cui re si queam, gratias referre malim quàm agere. Et mihi certè spes est successurum quod agimus,non solum quod agitur per hominem mihi charissimum, verùm etiã per *Ammonium Erasmo* felicissimum. Bene vale.

Poterant hæ duæ causæ me dies aliquot in *Anglia* remorari, spes equi ab *Vrsewico*, quem haud dubiè daturus erat, & tuum colloquium, ni jam me tæderet *Britannia*, & sentirem me vetulum jam hospitem uxori *Morica* supputere. Utinam maturè felix oraculum per te redeat. Rursum vale. M. D. XI.

Erasmus Rot. Ammonio suo S. D.

15. MAjorem in modum te rogo, si quid isthic exciterit novi, cures uti quàm primum sciam. Nam cum *Londino* discedebam, audiebam oratorem ex itinere revocatum regiis literis,quòd Pontifex denunciasset,ante Novembrem non futurum generale Concilium. Novum fabulæ genus, lagena tua etiamnum stat *Cantabrigiæ* unà cum vino, ut audio, sed jam viciato. O stipites! si quid erit magni,quod meâ valde putabis interesse, ne graveris aliquem cum equo mittere, sed re prius communicata cum *Coleto*. Bene vale. *Joanni* bene precor. *Cantabrigiæ*. Decimosexto Feb. Anno M. D. XI.

Erasmus Rot. Andreæ Ammonio suo S.D.

16. MItto ad te literas ad *Bombasium* scriptas. De statu meo nihil adhuc novi est quod scribam,nisi iter fuisse incommodissimum,& valetudinem adhuc subdubiam esse à sudore illo. Videor mihi saltem ad dies aliquot in hoc collegio commoraturus. Auditoribus nondũ copiam mei feci: cupiens valetudini inservire. Cervisia hujus loci mihi nullo modo placet, nec admodum satisfaciunt vina, si possis efficere,ut uter aliquis vini *Gracanici*, quantum potest optimi, huc deportetur, planè beatis *Erasmum* tuum, sed quod alienum sit à dulcedine. De pecunia nihil sis sollicitus,mittetur & ante tempus,si voles. Jam hoc commodorũ quæ ex bullis sanctissimis capiuntur, initium est, siti enecamur. Tu conjicito cætera. Et nondũ trajecimus. Bene vale charissime *Ammoni*. Ex collegio Reginæ,postridie *Bartholomæi*. M. D. XI.

Andreæ Ammonio Erasmus S. D.

SI quid est certi rumoris apud vos, quæso ut nobis impartias. Nam magnopere velim audire, num verè *Julium* agat *Julius*, & num *Christus* antiquum obtineat morem, ut quos maximè suos videri velit, eos maximè adversæ fortunæ procellis exerceat. Ego mi *Andrea*,pro felici rerum ecclesiasticarum successu votum suscepi. Jam scio religionem probas. Visam virginem *Walsingamicam*. Atque illic *Græcum* carmen votivum suspendam. Id si quando te illò contuleris,require. *Bovillus* gnaviter Græcatur, ac te diligit unicè. *Joannem* omnis humanitatis antistitem diligenter meo nomine saluta. *Petro Carmiliano* meis verbis gratias ages, quòd tam amanter de me mentitus est, in eruditissimis illis suis ad *Brianum* literis, in quibus me *doctorum doctissimum* appellat: eam laudem quo minus agnosco, hoc magis debeo illius in me benevolentiæ studioq; tam non vulgari. Mihi certè & honorificum fuit,& jucundũ laudari à viro laudatissimo. Bene vale doctissime atq; humanissime *Ammoni*. *Cantabrig*. VII. Idus Maias. Anno M. D. XI. *Epist.* 17.

Erasmus Rot. Ammonio suo S. D.

GRatias, veneres, lepores, deniq; Musas, ac literas omnes tam mihi iratas imprecor, quàm sunt *Carmeliano*, si quicquam accidit hoc anno tuis literis jucundius. Hoc jusjurandum sanctius esse puta, quàm si tibi juret *Jupiter Stygii* per flumina fratris. Has unas accepi. Superiores mihi redditæ non sunt. Et te crebrioribus onerâssem literis, verùm spes non erat posse perferri: eam simulátq; fecisset *Ioannes* tuus, nihil mihi jucundius fuit quàm tecum quà licuit confabulari. Quod nec in tanto rerũ tumultu tibi exciderit *Erasmus*, quódque frivola mea tam officiosè curaris, tametsi tu quidem nihil facis novi: tamen ego quasi novum aliquid feceris, & admiror animi tui candorem,& exoscular tuum erga nos studium. Equidẽ perinde habeo gratiam, quasi vinum acceperim. Demiror tamen te nebulonibus his quicquam istiusmodi credere, perfidiam illorum non semel expertum. Auriga qui reddidit literas, negat sibi sinum fuisse traditum. Respondit ὁ δυσκωφος, sed ἐν ἀγοῖς ἐγω. Quum urgerem autem percontando, eo vultu quasi libenter discederet ab eo sermone: Opinor, inquit, esse apud ὑπερόριον, verùm certum non scio: móxque redibat ad intermissas fabulas. Erga ἡ βασιλικὴν animum δυσμένειν palàm præ se ferebat, quum à me nulla daretur ansa. Verùm hæc ἀπόρρητα. *Epist.* 18.

Quo minus ante natalem *Christi Londinum* me conferam, partim pestis est in causa, partim latrocinia, quorum nunc apud *Anglos* messis est. Pridie quàm tuæ mihi redderentur, scripseram per *Brianum*. Is hanc *Gallorum* historiam volumine cõplexus est. *Carmiliani* epitaphium vidi; quúmque legerem *pullulare*, hîc, inquam, scabies est: deinde sciscitanti respondissent esse *Carmiliani*, respondi, sanè ipso dignum est. Id quidam sic acceperunt, quasi dixissem *Scotorum* Rege dignum: quibus plusculum erat nasi, subrisere. Sed næ tu homo nimium es candidus, qui belluæ istius famæ consulas. Ita me Deus amet, magno emerim, si siluisses. De *Baptista* miror tantum in literis tuis esse silentium. Nam *Bovillus* mox adfuturus nunciatur. Agè *sanctissimum* me vocas, at non sine summi Pontificis injuria. Quod autem epitheton rectiùs quadrabat in militem & victorem quàm fortissimi? Etiam si nugarum ἀμάξας habeas, non modò sacculos, nunquam tamen animum meum explebis, si contigerit tecum colloqui. Video *Joannem* tuum, imò nostrum, in curandis literis nostris diligentissimum fuisse. Itaq; pluris hominem facio, quanquam & antea mihi charum. Is uti narrat, nõ ambit mediocria, sed meras episcopas. Utinam succedat, videtur amici candidiq; animi. Nos mi *Ammoni* jam menses aliquot planè cochleæ vitam vivimus, domi contracti conditiq; mussamus in studiis. Magna hîc solitudo: absunt pestilentiæ metu plerique, quanquam quum adsunt universi, tum quoq: solitudo est. Sumptus intolerabiles, lucrum ne teruncii quidem. Puta me jam hoc tibi per omnia sacra dejerâsse. Nondũ quinque menses sunt, quod huc me contuli, interim ad sexaginta nobiles insumpsi. Unum duntaxat ab auditoribus quibusdam accepi, eúmq; multum deprecans ac recusans. Certum est his hibernis mensibus πάντα λίθον κινεῖν, planéq; sacram, quod aiunt, ancoram solvere. Si succedit, nidum aliquem mihi parabo: sin minus, certum est hinc avolare, incertum quò: si nihil aliud, certè alibi moriturus. Bene vale. *Cantabrigiæ*, quarto Calend. Decemb. Anno millesimo quingentesimo decimoprimo.

Erasmus Rot. Ammonio suo S. D.

Epist. 19. IAm dederam ad te literas, quas nunc opinor esse redditas. Sed perquàm gratum mihi fuit, quod in tuis ad *Joannem* literis *Erasmi* tui feceris mentionem, & quidem tam amanter. Τηνικὰ παιγνίδια, quæ quondam sacrorum scriniorum magistro nuncupavi, nuper *Londini* sunt excusa formulis non omnino invenustè. *Joannes* pollicitus est se ad te missurum unum aut alterum codicem. Si is cui dicavi libellum, in castris adest, & incidet opportunitas, quæso, ut hominem meis verbis salutes, ac libellum exhibeas. Sic enim emendavi, ut vix eundem esse sit crediturus. *Londini* non minus sævit pestis, quàm isthic *Mars*. Itaque *Cantabrigiæ* nos tenemus, quotidie circunspectantes, ut commodè avolemus. Sed non datur opportunitas. Et retinent triginta nobiles, quos ad *Michaelis* expecto. *Sixtinus* jam evolavit in *Brabantiam*. Ad *Hieronymum* emendandum & scholiis illustrandum, ita mihi fervet animus, ut afflatus à Deo quopiam mihi videar. Jam pene totum emendavi collatione multorum ac veterũ exemplarium. Atq; id ago incredibili meo sumptu. Risi affatim *Castrensis* vitæ formam tam graphicè in tuis ad *Joannem* tuum literis depictam: adeò hinnitus, clamores, equorum concursus, tubarum clangores, bombardarum tonitrua, fulmina, vomitus ægrotantium, gemitus morientium, oculis subjecisti. O te felicem, si quod Deus optimus faxit, incolumis nobis redieris! Quàm jucundas in omnem vitam fabulas, malorum istorum experientia ministrabit! Sed te per Musas & Gratias etiam atq; etiam oro, mi *Ammoni*, memineris, id quod proximis admonui literis, vide ut tutò pugnes. Calamo quantum voles ferocias, & decem myriadas hostium eodem confodias die. Rem nostri succedere, in tantum gaudeo, ut nec linguâ, nec literis liceat explicare. Si quando vises divum *Adomarum*, & inciderit commoditas, salutabis Abbatem divi *Bertini*, singularem patronum meum. Præterea œconomum illius *Antonium Lutzenburgum* canonicum apud divi *Audomari*: tum medicum abbatis & urbis *Guilbertum*, duos candidissimos amicos meos: Ad hæc Decanum ejus ecclesiæ, singulari probitate virum, & literarum amantissimum. Cum quo si cõtinger colloqui, rogo percontare quid actum sit de *Mauricio* meo quondam ministro: cui profectò lubens si quid possim benefecero. Non ausim abs te tot vexato tũ malis, tum uti conjicio, negotiis petere, ut aliquando scribas ad nos quoq;. Tamen si quando non gravaberis, erit id mihi tam gratum, quàm quod gratissimum. Ut *Ioannis* tui negotio faveas, & ut quàm felicissimè procedat adjutes, scieba necesse non esse, ut quisquam te roget, nedum ego. Novi quam hominẽ facias. Ille te diligit unicè, & non consevit *Ammonius* amore superari. Præcipuam negotii spem in te fixit. *Baptistam* meo nomine, ut diligenter salutes, te etiam atque etiam rogo, à quo jam non nisi *Græcas* expecto literas. Precor ut benevolens Deus aliquis ventos mittat magis secundos. Οὕτω γὰρ ἄνεμος ἔτι μένειν ἔτι πλεῖν ἐᾷ. Bene vale. *Londini*. Calendis Septembr. Anno M. D. XI.

Erasmus Rot. Andreæ Ammonio suo S.D.

Epistola familiariter jocosa.

DE Musis & opibus pulchrè sanè philosophatus es in tuis literis. Ac mihi videtur *Pacæus* noster, & ipse datâ operâ bonas dissimulat literas, & nescio quod dictionis genus affectat, quod *Midæ* placeat potius quàm Musis. Quòd si hâc iter est ad divitias, ut ais, si quis sit à Musis alienus, certè non in postremis foret *Erasmus*, vel judice *Carmiliano*. Nam quod teipsum in hoc numero ponis, quis non videt te palàm ludere? Porrò splendida illa vocabula, *Musarum delicium*, atq; id genus alia, sic interpretor, ut existimem te vel hallucinari amore nostri, vel tuo candore largiri, quod non promereor: vel quod esse verissimum arbitror, amiculum parum felicem istiusmodi laudatiunculis erigere consolariq; velle. Utcunq; est, vel debeo tuo in me studio, vel ingenii benignitatem amplector, vel officium amo. Quod serìò mones, ut fortunam ambiam, agnosco verum & amicum consilium, & experiar, tametsi vehementer animo reclamante, nihilq; prosperum ac lætum præsagiente. Si me fortunæ aleæ exposuissem, uterer lege lusus, & repulsus boni consulerem, non ignarus hunc esse fortunæ ludũ, ut alios erigat,

erigat, alios reficiat, utcunq; lubitum est. Verùm existimabam me id curâsse, ne mihi res esset cum hac hera tam procaci, cum *Montjoius* nos ad portum ac rem factam accerseret. Nec me vel tantillũ cruciat fortunæ benignitas in alios, quantumvis indignos, ita me Deus amet: tui verò tuiq; similium successus veram ac non vulgarem adferunt mihi voluptatem. Deniq; si ad meritorum calculũ ac rationem vocandus essem, hanc ipsam fortunã puto supra meritũ esse. Metior enim ipse me meo pede, non tuis laudibus. Unum illud male habet animum, quod is verba dedit, cui uni tam unicè fidebam. Et rursum licèt gravissimum sit onus paupertas, præsertim χαλεπῷ ὄντι γήρᾳ ὑδρῳ, tamen pudore magis commoveor quàm inopiâ. Quanquam hîc quoq; mihi concoquendus dolor, & perfricanda facies: si his satis natus sum, non est meum διεμαχεῖν. Quod tuas res mi *Ammoni* feliciter provehit φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ, maximopere gaudeo, non solum quod ista contingunt amico, verùm etiam quod promerenti. Quanquam quid adhuc in te contulit fortuna, vel istis literis, vel istis dignum moribus? Subverterer, ne tuæ felicitati blandiri viderer, ni nôssem tibi satis perspectum esse ingenium meum, qui ne satrapis quidem soleam assentari. Verùm aut me fallit animus, aut summi honores manent *Ammonium*. Vide, quæso, quàm sim φίλαυτος in *Adagiis* meis, ut nemini putem esse nota, nisi mihi. Siquidem suspicabar fugere te proverbium illud ἀδὲν ὄφις ἔχει. Huic autem errori meo ansam dedit, σὺ Pronomen abs te additum, &, ni memoriâ labor, ὄφις omissum. Nam in præsentia non erat ad manum epistola tua: ἀπέχειν enim facilè conjectabam, ἀπέχειν te voluisse scribere. Non redditas fuisse nec tuas illas priores, nec *Baptistæ* literas, hoc certè nomine gaudeo, quod interim curam dolorémq; lucrifecerim, quem morbus illius nunciatus attulisset. Neq; voluptatis lucro frustror, quod revixerit, simúlq; mihi gratulor, qui domi remanserim. Istos hostes magis metuebam quàm *Gallos*: quanquam anceps bellorum exitus. Quod offert hospitii mensæq; communionem, & amo & habeo gratiam. Video totum illi mutatum esse consilium, posteaquàm accersit filios. De *Carmiliano* non modò satisfacis, sed pietatem etiam laudo, qui neglecto nebulone patriæ consulas honori. Sed utinam omnes hominis mendas possis tollere, magis consuleres patriæ, hoc est, τὸ ὅλον ἀπελεῖν κατάγνων. Demiror te posse succensere tuo *Thomæ* famulo tam prudenti támq; vigilanti, ut rebus tuis meliùs consulat quàm tu ipse. Rogo ne hoc illi, sed meis fatis imputemus. Nunc ad *Panegyricum* tuum accedo, cujus me, si diis placet, judicem facis ac censorem, tantúmo; potestatis permittis, quãtum *Honorius* tribuit *Jovi*, ut nutu ac renutu probem quæ velim, jugulem quæ lubeat. Equidẽ non mihi tantum arrogo, vel ingenii, vel eruditionis, ut tua vel emendare possim vel censere. Illud ingenuè fateor, nihil esse quod abs te proficiscatur, quod non vehementer admirer, sive mihi contingat hoc judicio (quandoquidem de summis operibus judicant nonnunquam & mediocres artifices) sive sensu quodam ingenii. Amore certè non labor, qui hunc amorem ex admiratione scriptorum tuorum hauserim. Verùm uti diversis oculis aliæ atq; aliæ placent formæ, diversa palata cibus alius atq; alius delectat: sic opinor & in ingeniis varium quendam esse sensum, & arcanam quandam cognationem, vel etiam dissidium. Ostẽderat olim *Haltus* noster, nescio quas schedulas de nihili rebus, sic neglectim abs te scriptas. Ex harum gustu protinus conceptam admirationem & amorem ingenii tui mecum in *Italiam* extuli: eámq; rursus venam in *Montjoicis* literis agnovi; tametsi manus penitùs exciderat. Habes sententiã meam de tuis omnibus. Jucundum autem est tua non eruditis modò placere, quibus nisi sint invidentissimi, non vehementer probari non possunt, sed summatibus etiam viris, atque adeò Archiepiscopo *Eboracensi*. Quod eruditorum calculis approbaris, non possum isto nomine te vocare felicem. Felicissimum autem jure dicam, qui isti tantopere placeas viro, plurimúmq; debes *Rhamnusiæ*. Sed tu jamdudum judicium efflagitas exactiùs, atque hanc clamas laudationem esse non censuram. Age ne parum morigeri videamur amico, cui nihil negare fit fas, ἢ λοιπὸν ἐκδύσομαι, simúlque censoris & virgulam sumam & supercilium. Ita rem gestam narras, ut ex nullius cõmentariis potuissem pleniùs cognoscere. Primum de latronibus interceptis; deinde quemadmodum frustra Regẽ conati sint hostes intercludere: deinde cum reditum esset ad pugnam, quam turpiter fugerint, ducibus ipsis captis: præterea *Morinum* captum, *Scotos* interim duobus præliis ad internecionem pene concisos: ad hæc invitante scilicet cœli serenitate, quasiq; suadentibus superis captum *Tornacum*: Super omnia majestatis Imperatoriæ in castra tam familiarem adventum. Sunt qui poema non putent, nisi deos omnes è cœlo, mari terráq; subinde advoces, nisi sexcẽtas infulcias fabulas. Mihi semper placuit carmen, quod à prosa, sed optimâ, non longe recederet. Quemadmodum *Philoxenus* suavissimos judicavit pisces, qui pisces non essent, & jucundissimas carnes quæ carnes non essent. Rursus amœnissimam existimavit navigationem juxta littus, ambulationem juxta mare: ita me vehementer delectat poema rhetoricum, & rhetor poeticus, ut & in oratione soluta carmen agnoscas, & in carmine rhetoricam phrasin. Aliis longiùs petita placent, at mihi vel præcipuè probatur, quod orationem ex ipsis rebus sumis, nec tam studiosus es ostentandi ingenii, quàm ostendendæ rei. In pauculis versibus desidero compositionem paulo molliorẽ; verùm id accidere solet, aut quoties non vacat sæpius eadem recudere, aut cum majoribus intenti virtutibus, illa negligimus. Unum carmen mihi visum est humilius.

Ut possis oculum gallu exculpere utrumq;,

Hæc jam si nimium liberè facere videor, tibi imputabis qui mihi personam hanc imposuisti. Carmen hoc impendio nobis arrisit.

Dum tu absens procul & regno divisus ab Anglo,
Gallorum diffringis opes & victor oberras.

Propterea quod mirè rem mihi certè subjecerit. Jam enim videre videbar *Alexandrum* illum magnum ultra *Indos* armis grassantem, & transmisso oceano, alium orbem quærentem quem vinceret: ac victricibus copiis per omnes nationes latè vagantem, passim capi, vinci, dedi, quicquid obvium. Fuere quos seriò versus hic offenderet,

Nostrorum Princeps tam re quàm nomine Regum.

Itaque qui transcripsit, *Vachanus* homo doctus & candidus, mutaverat *cunctorum*: *Dego* subjecit, *nullorum*, non placuit: rursum alius mutavit

ſtultorum; ne id quidem. Rurſum *Dego*, *Non re, ſed nomine*, rejectum eſt: *nec re, nec nomine*, abnuerunt. Denique quando nec hoc placet, quod abs te poſitum eſt, nec quod ab aliis mutatum: ipſe videris, quid ſcribi velis. Arriſit & proximus verſus,

Auguſtâ nuper qui majeſtate remiſſa:

aiunt enim, qui rerum arcanas vires ſcrutantur, hanc eſſe vim τῇ χρυσῷ, ut aſtricta laxet ac dilatet. Item ille,

In tua felici ſe contulit omine caſtra,

ἐς σὸν ὀιωνὸν ἔθειο ὁ χρυσὸς, præſertim Σαπφῶτι. Sunt & alia permulta digna quæ notentur aſteriſcis: quæ ſi ſcholiis aliquot in carmen tuum additis, indicavero, ecquid erit precii? Illud apprecor, ut quâ eruditè, quámq; ingeniosè κελαινεῖς tam idem facias feliciter. Habes *Ariſtarchi* de carmine tuo judicium, ut viciſſim hujus judicii te judicem facio. Ex *Pacai* literis intelligo te *Scotici* conflictus hiſtoriam deſcripſiſſe: eam legemus, quum advenerimus. *Pacai* tam candidum in te animum eſſe ſummopere gaudeo: nihil eſt eo viro nec amantius, nec integrius. Luſimus & nos pridem in fugam *Gallorum*, ſed Muſis & *Apolline* nullo: carmen ad te miſimus: non poteſt niſi ſemel eſſe moleſtum, quum ſit breviſſimum. Qui te meis oneravit literis, haud fecit ex animi mei ſententia: ipſe literas ad omnes efflagitârat, jactans ſeſe nuſquam non iturum, ac tantum non univerſam luſtraturum *Angliam*. Si dabitur commoditas, redde: ſin minus, conjicito vel in ignem, potius quàm ut eo graveris officio. De literis quas me negabam accepiſſe, nihil addubitabam: tamen lucro fuiſſe tuam ſuſpicionem gaudeo. Neq; enim mediocre ſolatium adferunt tuæ literæ, præſertim in tanto rerum tædio. Includimur peſtilentiâ, obſidemur latrociniis, pro vino bibimus vappam, & ſi quid vappâ deterius: truncatur ſenſus, Io triumphe, ſic ovamus orbis victores. Carmen tuum & hîc paſſim rapitur, tranſcribitur, ac laudatur ab omnibus ut eruditum & ingenioſum. In negotio proverbiorum peſſimè ſum acceptus ab iſtis bibliopolis. Quidam ea formulis excudit *Tubingæ*, ſed ita imitatus editionem *Aldinam*, ut parum attentis eadem videri poſſit. Commiſeram exemplar emendatum ac locupletatum *Franciſco*, qui libros ferme omnes ſolitus eſt huc importare, ut vel *Badio*, vel ex illius ſententiâ committeret alii. Is bonus vir, rectà *Baſileam* deportavit, ei in manus dedit, qui jam excuderat, ut hæc tum demum edat, cum ſua divendiderit, hoc eſt, poſt decennium. Complures item libellos ex *Plutarcho* ac *Luciano* verſos, commiſeram *Badio* tradendos, ut ſuperioribus quos habet, adjungeret, & hos illi, uti ſuſpicor, tradidit, útq; plures mittam rogat. En *Sicambricam* fidem. Sed eſt quo me ulciſcar: ſervatum eſt *Adagiorum* exemplar, & quidem aliquanto copioſius eo, quod ille abſtulit. Cretiſſabimus cum *Cretenſi*. A natali ſtatim iſthuc advolabo, niſi *Jupiter* nos alligârit domi. *Laracum*, virum omnium quos in *Anglia* noverim, humaniſſimum, candidiſſimúmq;, quæſo uti meis ſalutes verbis. Rogo ne graveris in proximis ad *Pacæum* literis aſcribere, uti tibi ſignificet, quid actum ſit de libris meis, quos *Ferrariæ* reliqueram: nonnihil ſuſpectum eſt mihi illius ſilentium: non quod quicquam de fide illius addubitem, ſed quod verear, ne quid acciderit commentariis meis, quod ambo nolimus. Bene vale *Ammoni*. *Cantabrigiæ*, natali divi Thomæ. Anno M. D. X.

Eraſmus Andreæ Ammonio S. D.

EXpecto jam magnifica illa ſtratagemata, tum quantum in zonis ſit allatum. Scripſeram ad te in caſtris agentem, ſemel & iterum per *Joannem Lotharingum*. Nobis interim non minus acre bellum fuit cum mendis *Senecæ* ac *Hieronymi*, quàm tibi cum *Gallis*. Quanquam non fuimus in caſtris, tamen de *Gallicis* manubiis decem coronatos dedit *Dunelmenſis*. Sed hæc quum te videro: interim literas tuas expecto militares. Bene vale amice ſingularis. *Cantabrigiæ*, ſexto Cal. Decembres.

NOn eſt neceſſe rogare te, quod ſemper tu ſponte facis, tamen rogo, ut ſi quando inciderit opportunitas, commendatione vocis tuæ juves res noſtras. Certum his menſibus paucis, ſi cram jacere ancoram: ſi ſuccederet, imaginabor hanc eſſe mihi patriam, quam *Roma* prætuli, & in quâ me ſenectus deprehendit: ſin minus, abrumpam me: nec magni refert, quò: certè alibi moriturus. Superos omnes teſtes invocabo, fidei, qui me is quem ſcis, perdidit. Quòd ſi tribus verbis eſſem pollicitus, quod ille toties tam magnificè recepit: ſcio quid pollicear: ſummâ præſtabo fide: diſpeream, ni mori malim, quàm hominem ex me pendentem deſtituere. Tibi mi *Ammoni* gratulór, cui fortuna, ſicut audio, feliciter aſpirat, non uſquequaque iniqua qualis qualis in nos eſt. Rurſum vale. Anno M. D. XI.

Eraſmus Rot. Ammonio ſuo S. D.

REmitto lagenam tuam, quam vacuam diutius apud me detinui, quo vel odore vini fruerer *Gravanici*. Tu pro optimo vino, verſiculos accipies peſſimos, hoc eſt planè, ἀντὶ τοῦ ἀμείνονος οἴνου, χάλκεα χρυσείων. Porrò Iambi me autore jam diſcunt ἰγκωμιάζειν. Carmen aſcribam.

Quicunq; dotes reputet *Ammoni* tuas,
Oculiſq; totum luſtret admotis prope
Oris decus, proceritatem heroicam,
Vultúq; toto, & univerſo corpore
Bene temperatam dignitate gratiam,
Nitentium blandum vigorem luminum,
Linguæq; plectrum tam ſuave tinniens,
Mores dehinc, horas ad omnes commodos,
Faciles, amicos, melle melleos magis,
Veneres, lepores, Gratias, riſus, jocos,
Mitem indolem, mentiſq; candorem novum,
Miréq; mixtam ſimplicem prudentiam:
His pectus adde, ſordido averſum lucro,
Dextrámq; quàm pro ſorte largiuſculam:
Jam quam benigni vena dives ingenî:
Quot animus unus expolitus literis:
Ac rurſus his par addita eſt facundia.
Demum univerſa hæc rara condit comitas,
Et improbi livoris arcet faſcinum
Modeſtiæ jocunditas, cum dotibus
In tam ſuperbis, nil ſuperbum in moribus.
Hæc quiſquis inquam penſitet, tot affatim
Congeſta in unum: nonne meritò dixerit,
Soli parentem fuiſſe naturam tibi,
Contra, novercam cæteris mortalibus,

Horum

Horum ipse quamvis debeas tibi pleraque.
Restant tuæ Fortunæ jam partes, uti
Dotes ita amplas, opibus exæques tuis,
Nisi vis videri aut cæca plane, aut invida.

Rogo ut has literas, quas tuis adjunxi, reddas Episcopis ad quos scriptæ sunt, ubi vel ipse vises regiam, vel certum hominem nactus eris. Cura ut rectè valeas. Jubet te salvere *Bovillus*, candidus, ac tui non dissimilis amicus. Expecto literas tuas: nam unas adhuc duntaxat accepi. Si inciderit opportunitas apud tuos Episcopos, fac is fis, qui semper in *Erasmum* tuum esse consueviſti. Si tua carmina veneunt *Londini*, rogo ut libellum unum huc mittas. M. D. XI.

Andreas Ammonius Erasmo suo S.D.

123. VIcisti *Erasme* tuis literis omnem meam expectationem, desiderium tamen non explêsti. Scripsisti ad me sæpiùs, ut verum fatear, quàm te facturum putabam, multo tamen quàm exoptabam, rarius: quod amantissimum tuum officium tanti apud me est, quod eo me tibi penitùs, penitúsq; obligâsses, si devinctior esse potuissem; nam tuis literis nihil accipio suavius: & me haud vulgariter abs te amari, hoc (meâ sententiâ) non levi argumento perspexi: id quod sanè antea credebam, nunc verò mihi videor plane scire. At non licuit mihi esse erga te perinde officioso, partim regiis (vide quàm gloriosam excusationem prætendam) & intricatissimis amicorum negotiis: partim culpâ eorum, quibus alteras ad te literas dedi, quas intelligo tibi non fuisse redditas, licèt pro vectura nõnihil dederim. Ego tres tuas epistolas accepi, duas plenas saccari, tertiam nectaris, quam ex inscriptione, & vini *Graciniui* mentione primò ad me scriptam non dubitavi: sed mox ubi ad carmina perveni, suspicari occepi, quando ea quæ illic extollis, mea esse non agnoscerem, ad alium aliquem te scribere. Sed ubi te dubio procul de me loqui perspexi, mecum continuo, Quid times *Erasmo* de te credere, cui & vitam crederes? Ac in summa, nisi tuum in me amorem huic tuo *Lynceo* alioquin judicio imponere existimâssem, egomet mihi imposuissem: & utcunq; nè quid tecum dissimulem, paulo plus tuis carminibus quam antea mihi placeo: vel hoc solo, quod *Erasmum* nactus sum laudatorem. Quâ in re *Alexandro Magno* fortunatiorem me arbitror, & *Achilli* nè tantillum quidem invideo. Id verò ipse verius quam tu dicere possum χάλκεα χρυσείων, quod æneum vinum aureis, imò smaragdinis, imò auro, lapillis, & metallis omnibus preciosioribus carminibus permutaverim. Sed improbus sum nec ingenti hoc lucro contentus: nam si lagenam quam vacuam remittis, recipere potero, animatam jubebo ad te iter remetiri, ut experiar an alios possim versiculos elicere: qui etsi mentiantur, elegantissimè tamen canunt. Literas tuas Episcopo *Wintoniensi* & *Dunelmensi* intra paucos dies in manum spero me redditurum: quòd si meâ oratione commendatiorem te illis facere potero, ipsum *Tullium* vincam. Quem enim quamvis infantem tam bona causa non modò disertum, sed etiam eloquentem non redderet? De rebus *Italicis* hæc habentur. *Hispanus* apertum propemodum cum *Gallo* bellum gerit, cujus *Angli* non erunt, ut conjicitur, tantummodo spectatores. *Julius Maximus* ad templum *Deiparæ* in *Laureto* se contulit, salutem suam divæ gratulaturus. *Veneti* supra quingentos, sic fertur, *Gallorum* equites ex insidiis delevere. *Imperator* ita friget, ut ex suis hypocaustis prodire non audeat. *Florentini Pisanique*, diris detestationibus sunt acti, quod conciliabulum schismaticis illis cardinalibus præbent. Cardinalis *Rhegimus* in fata concessit. Nos hic in gratiam cum peste nondum redivimus. Ego in collegium divi *Thomæ* tandem immigravi, ubi sum nihilo magis ex sententiâ meâ, quam apud *Morum*. Non video τὸ ἀρτύειν τὸ ἄσυλλον ἅπαν, sed multis aliis offendor, ut nesciam, ita me Deus amet, quo in *Anglia* jam pacto sim victurus. Primum apud nostros mercatores, quod animo meo gratum esset, honestè me negant esse posse: tum istorum sordes, quas jam satis sum expertus, mihi omnino non placent: domum verò conducere, & ut velim vivere, paupertas non sinit. Sed ut hoc tædium pellam, ego quoque potabor.

Vis tanta *Erasme* carminis fuit tui,
Αμων ut me prorsus, & lapidem merum
Certare tecum Iambicis adegerit:
Sed vellit aurem *Apollo* continuo mihi,
Et rana bubus audet, aut oloribus
Certare corvus? inquit, extemplo manu
Delapsa nostra perculit solum lyra:
Refrixit ille mentis & brevis furor,
Ac paucula hæc ægrè potui ad te scribere:
Addam, sed hæc *Apolline* invito tamen,
Erasme nostri seculi decus, vale.

Cras regiam petam, tuámque rem sedulò illic curabo, & negotium alicui dabo, ut quum *Cantabrigienses* carrucarii huc revenerint, altera lagena vini cum his literis ad te referatur. *Bovillum* millies resalutata meis verbis. Cura iterum ut valeas, & me, ut facis, ama. *Londini*, sexto Calendas Novemb. Anno M. D. XI.

Erasmus Ammonio suo S.D.

TAndem ad Octavum Calendas Decembrias mihi redditæ sunt tuæ literæ: quas sexto Calendas Novembres scripseras, prorsus mi *Andrea*, ut brevissimè laudem, te dignas, hoc est, juxta candidas atque doctas: ad quas si brevius respondeo, divo *Hieronymo* debes imputare, quem interpretandum suscepi, provinciam οὐ τὰς μίσους longè difficiliorem opinione. Tametsi me non tam cruciat labor quam sollicitudo. Quod versiculos illos meos tantopere laudas, video te planè ἁπαίζειν, καὶ οὐδὲ τὸν λόγον ὑπόπτευσιν, ἐν μιᾷς ἐλίφαντα σπιθῆ τεῦξιν. Quos equidem ut inelegantissimos, ita minimè mendaces existimo, hac sanè in re δὶς ἑπτὰ σταῦν à te dissentiens. Nec carminis ejus argumentum aliunde, quam à teipso sum mutuatus. Itaq; *Ammonium* depinxi, optimis quidem coloribus, quippe tuis, sed artifex non optimus, nec optimo penicillo. Sed quid istud est obsecro, quod scribis te ceu rem magnam perspicere, *Andream* amari ab *Erasmo*? Nam si istiusmodi hominem, & ita promerentem, non amare posset, tum profecto sim *Erasmus* οὐκ ἀπὸ τῆς ἁμάξης, ἀλλὰ κάτω τ ἔχων, hoc est, ἀγροικότερος, & quem vel ipsi *Tauroscythæ* barbarum, ipsæ feræ ferum debeant appellare. Quid

ais,

ais, ὁ ἀρχιερεὺς ad *Lauretanã*? ὦ τ. εὐσεβείας. De bello moveri cœpto, vide nè *Græcum* illud proverbium habeat aliquando locum πυρέσσει μὴ δ. Etenim si quid acciderit ecclesiæ *Romanæ*, cui quæso possis justiùs acceptum ferre, quàm τῷ ἰουλίῳ nimium forti? Sed obsecro te, finge *Gallos* ab *Italia* depulsos: Jam mihi cogita utrum *Hispanos* malis dominos, an *Venetos*, nec suis tolerandos. Nam τοὺς ἱερεῖς principes nunquam ferent. Nec rursum inter ipsos convenire poterit, propter factionum dissidia, plusquam capitalia. Vereor nè *Italia* dominum mutet, dúmque *Gallos* ferre non potest, bis *Gallos* ferre cogatur. Sed hæc viderint αἱ μοῖραι, nos ἐξω βελαν ταῦτα μαχόμεθα. Migrationem non cessisse ex sententia doleo, sed tamen nonnihil gaudeo mihi ὀμόφυλον contigisse. Nam isti cum planè sint κύνεσιν βόες ἢ σκαλοφάγοι, tamen solos sese ἀμβροσίας καὶ δὶς ἑπταέτεις σιτεῖσθαι credunt. Perplacet, ὅτι λυπαίζεις· ubi *Londinum* rediero, id erit ante Idus Decembres, faventibus superis, σωτελεστάτῳ interim expectabo literas tuas, quibus oro me certiorem reddas, ecquid novi *Montjoius* meus. Nam bis jam ad illum scripsi, verum novi morem illius, respondet ille nunquam κατὰ χρόν· deinde quid spei tui δαίσκοποι, tum jam nè pestis deferbuerit, & in quem nidum mihi potissimum censeas immigrandum. Jam ternas abs te literas accepi. Scripseram & *Coleto*, & *Petro* unoculo, sed suspicor eas suppressas. Mandâram *Moro* literas *Roffensi* reddendas, an reddiderit nescio. Quo minus respondeam carmini tuo languor in causa fuit, ubi redierit alacritas, tum non omnino silebimus. Bene vale, mi *Andrea* amice plusquam *Pyladee*. *Cantabrigiæ*, Sexto Calendas Decembr. Anno M. D. XI.

Andreas Ammonius Erasmo S.P.D.

Epist. 25. IAm discesserant vestri carrucarii, quum tuam epistolam sine aliqua ad *Montjoium*, *Jo. Morus* mihi attulit, ideóque expectandus est illorum nebulonum reditus, aut casus aliquis, qui mihi γραμματοφόρον objiciat, cui has ad te literas dem. Intellexi te lagenam resignatam & semiplenam, tandem nequaquam gratis accepisse: nam sex denariis eam vappam, carnificum reliquias, charè te emisse arbitror: novi præterea, quàm ille calvus consueverit calvere. Sed rectè mones, non esse ab his monstris officium aliquod hominis exigendum: verùm si *Socrates* cum belluis istiusmodi fuisset aliquando conflictatus, neq; animum, neq; vultum semper eundem servare potuisset. Cæterum non idcirco vinum remisi, quòd tu id laudâsses, sed quòd negotiatio bene cesserat. χρύσεα enim acceperam, χάλκεα qui dederam: & ideo rursus tentabam, an alios versiculos haberes, quos eodem pacto velles permutare: non quòd eorum mendaciis delecter, sed elegantiâ, suavitate, tuóq; illo amico errore, quo alium me putas quàm ego sim. Ex *Linacro* audivi, tuum ἀρχιερέα opem tibi argentariam destinâsse: & certum solum ad te habendum quærere: id si ita est, querimonias tibi minuet: si quæ tamen supererunt, in amicum effundes sinum, & fœnus à me accipies, nam beatum te judico præ me. Tu enim quod sectatus es, summam eruditionem, nomen, quâ *Romana* patet eloquentia, clarissimum, denique immortalitatem es adeptus. Ego ad ultimos usque *Britannos* post fortunam cucurri, nec unquam assequi potui: nam subinde longiùs me fugit, imò verò & magis me terret. Duos homines, qui me unicè amabant, sed qui omnium sententiis & conjecturis pauperes abjectíque semper fore existimabantur, miris quibusdam modis, quasi in invidiam solummodo meam, alterum *Romanæ* ecclesiæ vicecancellarium, alterum modò summum pœnitentiarium fecit, gradúmq; ad amplissimum provexit: & nunc mihi uterque stultitiam, quod sedem urbem *Romam Britanniæ* postposuerim, exprobrat, méque vicissim contemnit, nec omnino immeritò. Tu porrò quocunque te vertis, famam præmittis, nec potes non magnos patronos ubique invenire. Ego nisi apud hos, quos multo labore, longo tempore, non parvis sumptibus demereri sum conatus, aliquod malæ ætati viaticum coegero, quò confugiam nescio, quum planè in his κυμαίαις σκετίαις consenuerim: ante annos enim cani (quos mortis aquilifera dicunt) agminatim toto vertice mihi erumpunt: sed longa est nænia, hoc fœnus tibi servo. *Montjoium* nondum salutavi, ita mihi accidit, dum officium de die in diem produco. Episcopus *Dunelmensis* operam & studium suum tibi pollicetur. *Wintoniensis* minus publica locutus est, sed magis amica: putabat sacerdotium te habere: respondi, spem quidem sacerdotii tibi datam, sed sacerdotium nondum datum: ille subridens, interrogavit, num illa spes alere te posset? subrisi vicissim: atqui inquam auri, & temporis dispendio hanc spem *Erasmus* emit: tunc ille jussit me hac de re secum alias commodiùs loqui, quod mihi hactenus non est visum: sed gavisus vehementer sum *Wintoniensem* tam de te amanter sermonem habere: quod reliquum est, operam dabo nè quod officium meum desideres. De alveario quò te recipias, quid certi scribam, non habeo: Apud *Augustinenses* nullus est, cui victor esse queam: nescio an velis cæcum poetam à me rogari: sunt illic, ut audio, quædam inania cubicula, quæ conduci possent, sed supellectile opus esset. In hoc cœnobio, in quo ipse sum, farta omnia esse aiunt: præterea mensa est infra mediocritatem. Circa ædem *Pauli* collegium est, ut nôsti, quorundam doctorum, quos aiunt lautè vivere, ego puto in cloaca habitare. De *Francisco* periculum facere, nil fortassis noceret, sed mihi videtur *Iro* miserabilior. Deniq; quid in hac re pronunciem, nondum habeo: si quid in mentem venerit, intelliges. Quid te *Griphi* benignitatem perconter: nunc præsertim cum *J. Baptista Boncantus* abest? Scribe quid velis, interim si redeas, cubiculum non deerit. *Morum* hactenus non vidi, nec putavi deditâ operâ interrogandum esse, an literas illas reddiderit, quas non reddere vix potuit: quoridie enim Archiepiscopum aut videt, aut alloquitur. Ex *Italia* novi nihil, sed nec literarum quidem aliquid habemus. *Bovillum* nostrum postquam tanti salutationem meam facit, plurima rursus meo nomine impartias velim. Gratum in primis mihi feceris, si modis omnibus curaveris, ut pulcherrimè valeas. *Londini* XIV. Cal. Decemb.

Erasmus Rot. Andreæ Ammonio suo S.D.

PRecibus extudit *Roffensis*, ut decem dies secum *Epist.* commorarer, at me sponsionis plus decies pœnituit,

nitnit, ut hîc quoque ἀλλόφυλον sensérim proverbium ἐγγύᾳ, πάρα δ' ἄντα interim è *Latino Græcum* reddam. Hanc μεταμόρφωσιν in me recepi. Captâram *Vrsewicum* misso Novo Testamento, hac spe, ut ille mihi vicissim novum mitteret equum, quod vetus ille bibendo periisset, *Flandricâ* nimirum peste. At dum ille abest in venatu, mea frustra fuit venatio. Hac gratiâ puerum meum isthuc remisi, simúlque ut te conveniat: quo si quid aliud fors in mentem venit, significes: nam hinc non discedimus ante hujus finem hebdomadis. Scripsi ad te per *Morum* discedens, relicto exemplo epistolæ ad *Leonem*, sed parum aptè descripto. Περὶ τῆς μετρίου, mi *Ammoni*: tu, quod soles, amicum præsta; ego memorem & gratum præstabo animum. Bene vale. *Roffæ*, Decimosexto Calend. Septemb.

PLurimum, mihi crede, gratiæ accedet, mi *Ammoni*, isti beneficio ex celeritate conficiendi: nam & citius hanc sollicitudinis nubem ex animo discutiemus: & si quid fortè extiterit Tragœdiæ, tutiores erimus. Rursum vale.

Andreas Ammonius Erasmo Rot. S.D.

Epist. 27. ITa visus mihi fuisti trans æquor properare, ut nè bidui quidem moram abs te petere fuerim ausus. Sed audendum esse video, tametsi scio non omnes esse *Roffenses*, imò verò perpaucos æque dignos, qui *Erasmo* fruantur, istam sponsionem ἄσυν ἐ ἄτης futuram nihil ambigo. Venationem tibi malè cecidisse quis miretur? homini non ejusmodi saltibus venari assueto. Cæterùm id tibi fœneratum dices. Nova certè μεταμόρφωσις, libros in equos vertere, sed quando video te equo egere, albo equo (scis quanti hoc olim fuerit) à me donaberis ex *Juverna* ultima advecto. Accipe qualemcunq; tibi nunquam imputandum. Literæ quas *Moro* reliquisti redditæ mihi fuere, sat fore arbitror, prioribus ad *Leonem* literis. De tuo negotio nihil aliud, quàm quod inter nos convenit, occurrit. Commentum illud constanter probo, de ejus autem cura, sanè quàm velim in aurem te, ut dicitur, utramque: herclè non minore studio à me curabitur, quàm si de meo ipsius capite ageretur. Veruntamen celeritatem non est quod eximiam expectes, nam itinera sunt tabellariis impedita, καὶ οἱ στρατιῶται multos deterrent, persuasum utcunque habe nullum me studiosissimi tui officium prætermissurum. Vale & *Roffenses* me reverenter commenda. Septimo Calend. Sextiles ex *Westmon.* M. D. XIII.

Erasmus Ammonio suo S.D.

Epist. 28. PLanè vapulaturus erat *Joannes* meus, ni *Morus* illi in tempore commodus patronus adfuisset. Nam is simulatque rescivit nos hæsisse *Roffæ*, accurrit, iterum visurus *Erasmum*, quem vereri videtur, nè brevi non sit visurus posthac. Is igitur famulo in consilio fuit abducendi equi, posteaquam tuâ sponte offerres. Video circumspectiùs tecum agendum: adeò captas omnem donandi ansam. Remissurus eram munus tuum, etiam *Moro* dissuadente, ni veritus fuissem, nè suspicareris aut parum mihi placere, aut me *Ammonio* parum libenter debere, cum nulli debeam libentiùs, ut nec amo quenquam effusiùs. Dispeream *Ammoni*, ni istum tuum animum tam excelsum, támq; amicè amicum, pluris facio, magisq; amo, quam universum strepitum Pontificiæ fortunæ: nec mihi possum unquam parum videri fortunatus, quoad istiusmodi amici erunt incolumes. Perplacet equus candore insignis, at magis animi tui candore commendatus. Malueram in alios quosdam prædonem agere, in *Eboracensem*, *Coletũ*, *Vrsewicum*: verùm illi sapiunt, quanquam *Vrsewicus* pollicetur insignem equum, nec addubito quin sit præstiturus, idque ad Calendas non *Græcas*, sed Octobres. Bene vale doctissime & idem humanissime *Ammoni*. E *Brabantia* scribam *Eboracensi* & *Larcho*. *Roffæ* XI. Calend. Septembres, Anno M. D. XIII.

Erasmus Rot. Ammonio suo S.D.

Epist. 29. BEllè hactenus mihi fuit usq; ad nidorem hypocaustorum, quæ nuper incendi cœpta sunt. *Hieronymus* in processu est. Novum Testamentum jam aggressi sunt: ego nec manere possum ob intolerabilem nidorem æstuariorum, nec abire ob opus incœptum, quod sine me nullo pacto possit peragi. *Helvetii* nostri magnopere stomachantur adversùs *Gallos*, quod sibi in acie non cesserint civiliter, ut olim cesserant *Anglis*, sed machinis suis multos dissipaverint. Rediere domum aliquanto pauciores quàm exierant, laceri, mutili, saucii, signis dissectis: proinde pro epiniciis celebrant parentalia. Epistolam ad *Leonem*, cum aliis nonnullis curavimus edendam, sed locupletatam: si quid responsum est, quod ad me vehementer pertineat, significa tuis literis, sed cautè. Si valetudo patietur, commorabimur hic usque ad natalem *Christi*: sin minus, aut *Brabantiam* repetemus, aut *Romam* rectà. *Eboracensis* donavit me præbendâ *Tornacensi*, sed ἀλόγῳ δόγῳ, si quid noventur res. Hujus commissarius, schedis publicitùs affixis, fuit excommunicatus in *Flandria*, tanta illic *Eboracensis* reverentia. Vivit, valet, ac triumphat Episcopus ejus loci, vir nobilis, doctus, ac potens. Accepimus tamen: nihil enim facilius quàm amittere. Optarim *Epigrammata* tua si fieri possit, quod & ante hac scripsi. His literis facilè ignoscès, si scias, quibus ejusdem generis obruar laboribus. Bene vale doctissime *Ammoni*, & *Erasmo* fac sis qui fuisti semper. *Basileæ*, postridiè Calendas Octobres, Anno millesimo quingentesimo decimotertio.

Erasmus Rot. Andreæ Ammonio suo S.D.

Epist. 30. VIn' ridere? ubi *Bruxellam* reversus, Cancellarium *Mecenatem* meum salutâssem: ille ad consiliarios adstantes versus, Iste, inquit, nondum novit, quantus sit. Rursum ad me, Princeps, inquit, conatur te Episcopum facere, & jam contulerat Episcopen haud aspernandam, ea est in *Sicilia*: verùm post cognitum est, illam è *reservatarum*, ut vocant, catalogo non esse: proinde scripsit pro te summo Pontifici, ut patiatur te potiri. His auditis, non potui tenere risum: & tamen placet animus Principis erga me, vel potius Cancellarii, qui re ipsâ Princeps est. Utinam œconomia hujus comœdiæ feliciter cedat: nam eodem fermè tempore & nos scripsimus ex *Anglia*, & hi

hi è *Brabantia*. Sitio audire, quo pacto ſuccedat negotium. Hybernaturus ſum *Bruxellæ*. Quicquid *Tonſtallo* miſeris, mihi protinus reddetur: quod mihi cum homine perpetua ſit conſuetudo. Animus eſt à *Lovanio* alienior: illic mihi meo ſumptu obſerviendum foret ſcholaſticis: obgannirent aſſiduè juvenes: caſtiga hoc carmen, emenda hanc epiſtolam, alius hunc autorem flagitaret, alius alium: neque quiſquam eſt illic, qui mihi vel ornamento, vel ſubſidio poſſit eſſe. Super hæc omnia, audiendum eſſet nonnunquam, quid obganniant pſeudotheologi, genus omnium inſuaviſſimum: inter quos & nuper exortus eſt quidam qui mihi propemodum tragœdiam excitavit: in quo planè ἀπ' ὄτων ἐ λύκον ἔχω, ὅτι κραλεῖν δυνάμενος ὅτε ἀφῆναι. Blanditur coram, mordet abſens: pollicetur amicum, præſtat hoſtem. Utinam magnus ille *Jupiter* univerſum hoc hominum genus recudat ac refingat: qui cum nihil adferant, quo vel meliores reddamur, vel eruditiores, tamen omnibus faceſſunt negotium. *Hieronymus Antuerpiæ* proſtabat, etiam cum illic eſſem. Ita *Franciſcus* temperat hujus Comœdiæ ſcenas, ut ubiq; ſuum agat negotium. Nè literas quidem meas voluit exhibere, prius quàm ſibi proſpexiſſet, tantum dixit, è *Germania* ingentem eſſe farcinam literarum, etiam ab Epiſcopo. Impartiar nugarum portionem aliquam ſimulatq; recepero. *Antuerpiæ* recepi nuper, quæ tu *Baſileam* miſeras, à *Paræo*, ſicut opinor, allata: & tamen ipſe nè verbum quidem. Bene vale *Ammoni* doctiſſime. *Bruxellæ* pridie Nonas Octobr. M. D. XIV.

A *Eraſmo* contendiſſe. Sed tu ab ea ſcabie ungues abſtineto, quam hoc magis foveris, quo magis ſcalpſeris. Βάλλε τάλοντ' ἐ λύκον ἐς κόρακας ἢ πρὸς τὰς κύνας. De tuo *Hieronymo* gaudeo iſthuc eſſe allatum: brevi enim ad nos tranſvectum iri ſcio. Proinde fac, ut nè paginam quidem ad me mittas, nihil propero: ſiquidem haud tantum ocii mihi eſt, ut vel *Ciceronem* bis uno menſe legere queam. Vis novi aliquid? advenit huc Cardinalis *Sedunenſis* ille *Helvetius*, quem ſum allocutus, & B videtur mihi homo ingenioſus, impiger, acer, facundus, ſtrenuus, & admodum Theologus. *Morus* tuus beliſſimè habet. *Tonſtallo* diligenter me commendabis, cui gaudeo te eſſe tam familiarem. Beatus mihi viderer, ſi veſtris collocutionibus liceret intereſſe. Cura mi *Eraſme*, ut valeas. Ex *Weſtmon.* Calend. Novembr. Anno M. D. XIV.

Andreas Ammonius Eraſmo Rot. S.D.

Epiſt. 31. RIſi equidem ſeriò tibi iſthic quoq; *Mecanatem* contigiſſe, & eum *Mecanatem*, qui apud iſtum Principem uno omnium ore æquè poſſit ac velit: quod nobis non niſi tua unius causâ poteſt placere. Περὶ ἐ ὁπάσκοπῆς, ut nihil aliud ad præſens ſuccedat, permultum ſanè eſt, tantorum virorum talem erga te voluntatem perſpexiſſe, quam tibi ex animo gratulor, ſpei jam ſolidæ plenus, iſt tuo ingenio, doctrinæ, ac virtutibus, fortunam diutius iniquiſſimam non futuram. Si Pontifex ταύτην ἐ ὁπάσκοπὴν tibi dederit, magis ipſi tibi, quàm Principis commendationi dediſſe arbitrabor: ſed vereor nè id officiat, quod non dubitabit, quin Princeps hanc in te voluntatem ſit conſtantiſſimè ſervaturus, & brevi juris ejus futurum, ut ad aliam Epiſcopen te provehat: quod ni fecerit, ſpero fore, ut ipſemet Pontifex eum roget, ut qui te honeſtatum, ſcio, pervelit: at de alieno potius quàm de ſuo. Scripſi ad eum, & Epiſcopum *Wigornienſem*, haud multo poſtquam diſceſſeras. Quod *Bruxellæ* ſis hyematurus, conſilium probo, tum ut *Lovanienſium* ſcholaſticorum moleſtias effugias, tum ut frequens in aulica iſta luce conſpiciaris, tuóſq; tui coràm ſubmoneas, & ſuſpirantis fortunæ flatum concipias: poteris & tibi, & patriæ eſſe utilis, ſi propiùs veſtrum *Jovem* accedere non gravaberis: non longus erit labor, & aliquid ferendum, & ſtudiis nonnihil detrahendum eſſe cenſeo, ut reliquæ vitæ commodis & dignitati conſulas. Habes aulicam ſententiã. Lupum iſtum ſi dimiſeris, quod citra ullum periculum meo judicio facere potes, *Euripideus* omnino exitus eum manet: quærit hanc famam, ut dicatur cum

C MAlè precor iſti πρὸ τῆ ἀρχιερέως ſeceſſui, qui *Epiſt.* meam remoratus ſit felicitatẽ. Crede mihi, optime *Ammoni*, nunc ἱερὰ ἡμῖν κεχάλασται ἄγκυρα, καὶ πᾶς ἔρριπται κύβος· qui ſi parum ex ſententia ceciderit, πάντα χαλᾶ· ſi ſuccedit, debebo ſummam tuo animo & humaniſſimi *Wigornienſis*: ſin minus, agnoſcam familiarem illum & nimium mihi notum genium meum. Præbendam arte conflavi in penſionem. Quod hortaris ut *Jovem* propius adeam, enitar, ac tum magis, ubi cer- D tum vigilans audiero oraculum, unde rerum mearum ſumma pendet. Scis quàm ſim craſſus, in hiſce præſertim rebus. Quod ſi quid cenſes faciendum mihi, quod gratum futurum ſit *Wigornienſi*, quæſo ſubmoneas. Itidem nè quid addubites περὶ τ χρημάτων· etiamſi deſtituat ὁ καλὸς κἀγαθός, ſunt hic à quibus unico nutu poſſim impetrare. Maximum hîc in præſentia rerum omnium aucupium eſt: at ego nunc ἄχρηις εἰμι. Hoc malè me habet. *Italos*, *Hiſpanos*, *Getas*, *Danos* candidiores expe- E rior in me, quàm meos: famelicum hominum genus, & ſoli ventri natum. Cancellario debeo plurimum: at non ego ſolùm, verùm omnis hæc regio. *Tonſtalli* conſuetudinem meritò mihi gratularis: nihil adhuc expertus ſum hoc homine amicius. Ei legi tuam illam majorem epiſtolam: magnopere delectatus eſt ingenio tuo. Mihi ſubinvidere viſus eſt, quod tu illi tam λακωνικῶς ſcripſeris: ſed cum excuſarem occupationes tuas, facillimè accepit. Τὸν λύκον jam reliqueram, *Carmelitam* Κλάσσιον ſemper neglexi, & tamen à cani- F bus, ut ſcribis, aceipietur & ille, ut dignus eſt. Volumina *Hieronymi* jam hîc divendita ſunt. *Franciſcus* affirmat ſe duo millia florenorum fuiſſe lucraturum, ſi majorem codicum vim d-portâſſet. Quid ego audio? toties *Romæ* morior & reviviſco? Quis iſtuc *Virbius* aut *Theſeus* potuit? Sed ita demum mihi videbor revixiſſe, ſi quod agimus ſucceſſerit. Tu mi *Ammoni* πείθῃς ὁ πείθειν, & *Æſculapium* age. Bene vale. *Bruxellæ*, V. Idus Novemb. Anno M. D. XIII. G

Thomæ Card. & Archiepiſc. Eboracenſi Eraſmus

SAlutem plurimam reverendiſſime Præſul. Do- *Epiſt.* leo mihi non licuiſſe familiariùs ac diutiùs colloqui cum celſitudine tua, prius quàm *Anglias*

gium relinquerem. Extremam & sacram, ut vocant, ancoram meæ felicitatis in te fixeram, sed urgebat *Hieronymus*, opus ingens & inclytum: & ni fallor, semper victurum, præterea pium, ac frugiferum. Id mihi sic cordi est, ut hunc omnia posthabeam. Semper hoc iter obnoxium latrociniis fuit, sed nunquam magis quàm nunc, deinde *Rhenus* nivibus auctus, & pluviis, cuncta suis aquis obtexerat, maximè circa *Argentoratum*, ut natandum fuerit verius quàm equitandum. Omnia contempsi, modò prodeat *Hieronymus*. Excuditur & Novum Testamentum *Græcum*, ut ab Apostolis est scriptum: *Latinum*, ut à me versum, una cum nostris Annotationibus. Exierunt jam & alia quædam minutiora. Hæ nugæ magis nos habent occupatos, ac magis intentos, quàm vos ardua ista negotia. His igitur absolutis, maturabimus reditum, maximè si tua benignitas aliquid interim paraverit, quo fatigatum hisce laboribus animum simul & corpus refocillemus. Bene valeat reverendissima tua dominatio, cui me totum dico, dedicóque. *Basileæ* tertio Calend. Septemb. Anno M. D. XVI.

A

B

C

Erasmus Vrcevico suo S. D.

Epist. 35. EQui tui genius mihi fuit magnopere felix, nam bis jam *Basileam* usque vexit ac revexit incolumem, itinere licèt periculosissimo, non solum longo. Sapit jam non minus quam *Homericus Vlysses*: siquidem *mores hominum multorum vidit & urbes*: tot adiit Universitates. Dum *Basileæ* meipsum penè laboribus eneco mensibus decem, ille interim otiosus ita pinguit, ut vix ingredi possit. Superior illa *Germania* dictu mirum quantopere mihi arriserit, idque modis omnibus, & quam impensè faveat *Erasmo*. Novum Testamentum non dubito quin videris. *Hyeronymus* totus propediem prodibit in lucem, unà cum libello *De Principis institutione Christiani*. Quatuor *Hieronymi* volumina misi archiepiscopo *Cantuariensi* per hunc *Petrum* unoculum, tum alumnum, quem offendi sic incumbentem scribendis libris, ut se laboribus propemodum confecerit. Opinor homini fatum instare, qui tam sui dissimilis sit factus. Quin & abstemius propemodum est redditus, & vini osor: atque hinc pallor insolitus. Tuorum in me beneficiorum semper meminero, quicunque me terrarum angulus est habiturus. Bene vale. Apud divum *Audomarum* Nonis Juniis, Anno M. D. XVII.

D

E

Erasmus Ammonio suo S. D.

Epist. 36. Πρὸς τῆς διδασκαλίας σὺ οἷς, πρός τε σὺ ἐμῆς δυσυχίας, sic & illam tibi propriam ac perpetuam esse velint superi, & hanc mihi leviorem, *Ammoni* humanissime, urge literis tuis *Vvingorienses*, ut quàm primum explicetur nostrum negotium. Favent omnes fermè hujus aulæ proceres, & cum primis Cancellarius, ac Rex ipse. Audio Theologos, nescio quos, moliri, ut publico mandato delegetur scholæ *Lovaniensi*, & hujus germanæ *Coloniensi*, meorum voluminum examinatio: quod si fit, primum habent quod agant in biennium: deinde quisquis delegabit examinationem, eadem opera mandabit *Græca Latinaq;* linguæ peritiam, quâ illi ex æquo vacant: tametsi reor hoc δημόλιον fore: nam & hîc primi quique mihi favent, & inter Theologos quoque primores bene volunt. Scripsi de meo negotio ante dies aliquot per cursorem *Tonstallicum*: is homo magnificè de te, tuóque ingenio sentit. Ajunt brevi summorum Principum conventum fore *Cameraci*, *Maximiliani*, Regis *Gallorum*, & nostri *Caroli*: ibi de pace nunquam interrumpenda tractabitur. Iterum atque iterum te rogo, mi *Andrea*, ut maturetur, quoad fieri potest, quod agimus. Ego præstabo, nè possim meo merito dici ingratus. Bene vale: postridie *Innocentem*, Anno M. D. XVI.

F

G

Eras. Rot. Ammonio suo S. D.

Epist. 37. AN meritò nos objurges nondum liquet, certè consolaris tum amantissimè, tum eruditissimè. Alioqui vel illud poteram occinere. *Tu si hîc sis aliter sentias*. Quod si omnes sic cæcutirent in *Erasmo*, ut tu, multo minus esset infelix. Pro studio in me tuo, vel pietate potius, pudet, ita me Deus amet, agere gratias. Majus enim mihi videtur hoc beneficium, quàm ut vulgari more conveniat gratias agere. Et referre qui possim? Et tamen adnitemur, si modo detur vivere. De *Sixtino* id sentis, quod ego semper sensi. Hac igitur spe, quam mihi præbes, animum interim fulciam. In literis sum totus, paro eni[illegible] quædam *Basileam* mittenda. Rex *Gallia* me invitat in suam *Galliam*, pollicens mille florenos annuos. Cui sic respondi literis, ut nihil tamen certi responderim. Theologi nunc ambiunt etiam, ut *Lovanium* commigrem. Ex *Moro* totam hanc fabulam meliùs cognosces. Bene vale mi *Ammoni*, & perge σῶσαι τὸν τριαβλιον ἱματιον. *Antuerpiæ*. Quinto Idus Mart.

Nonnihil indignor occupationibus tuis, per quas non licet Musis totum istud ingenium, ut parerat, possidere. Video *Morum* quoque ante hac semper invictum in procellas eàsdem abripi. Ego semper mei similis, totis pilea sarcinis redimo. Rursum vale. M. D. XVI.

Erasmus Andreæ Ammonio suo S. D.

Epist. 38. VIx credas, mi *Ammoni*, quàm penè hîc Theologorum invidiâ conflagrarim. *Lovanii* gladiatorio animo ad me affectabant viam, idque conjurati, *Atensi* duce, hoc nocentiore, quòd hostis amicum simulat: agebant & apud Principem sedulò, ut Pontificis autoritatem cum hujus autoritate conjungerent. Sed ipse tandè *Lovanii* profectus omnè illum fumum ita discussi, ut cum maximis ac minimis Theologis summâ inierim amicitiâ. In aula molitiones partim Procerũ favore, partim eruditorũ, & in his præcipuè *Theatini* operâ coercitæ sunt. Τὸν χρησμὸν τὸν σαυτίειον jamdudum expecto. Quod si non successerit, tam periit ἐφίαμος, quàm extrema faba, neque quicquam supereſt, nisi ut illi epitaphium pares. Equidem maluissem bis *Romam* proficisci, quàm hoc tam diutino tædio cruciari. Nec hoc dico, quo tuum elevem beneficium. Scio moram hanc non tui esse animi, sed mei fati. *Hieronymum* librariorum manibus commisi, quo concinnatum mitterem. Ii suo more dant verba. Quod si nondum emisti, mittam: tum quicquid imperaris pecuniæ præstò

stò erit. Nec unquam tamen desinam in solidum hoc beneficium tibi debere. Tantùm matura, ut ante pascha sim incolumis, veréque *Aesculapium* præsta. Quod si quid incidet, cur mihi sit desperandum, beneficii pars fuerit, inani spe quamprimum liberari. Quanquam nè desperem tuum ingenium facit. Offert *Gallia* montes aureos. Sed mihi manus obstrictæ sunt. Si quid habes quod me in vitam restituat, mitte per *Morum*, nisi contigerit certior. Bene vale. *Antuerpiæ* sexto Calend. M. D. XVI.

Erasmus Andreæ Ammonio S. D.

Epist. 58. CUm *Dovariæ* per occasionem ostendissem *Mecænati* nostro tua poemata, ingenium & eruditionem ubique probavit. Cæterùm præfatione tuâ visus est mihi non admodum delectari, iisdem de causis, quas apud te conjectâram, non ignarus ingenii hominis. Mirum est quàm abhorreat ab omni κενοδοξίας suspicione. Itaque admonuit me ut si ederem, præfationem omitterem. Ipsum enim carmen præfationis vice fore: Præterea in carmine cum ais, *Turba tui quod facit ordinis:* móxque *aleas* & *perpotationes* commemoras, veretur nè is locus & tibi & sibi nonnullam pariat invidiam: quasi libenter accipiat, suum ordinem taxari. Si præfationem mutas, addas velim, sententiunculam de ecloga ipsi dicata. Nam id velle sensi, propter *Angliæ* Regisque laudes, quibus unicè delectatur. Hæc de re tuas literas expectabo, quas ad *Jodocum Badium* mittes, nam nisi tua cognita sententia nihil omnino tuis in scriptis sum mutaturus. Vale amice candidissime. *Moro* multam ἀπ' ἐμοῦ salutem dicito. *Linacro* meis verbis etiam gratulare. Siquidem audivi apud Archiepiscopum, quod audivi non illibenter. *Morum* admonebis ut τὰ βιβλία quæ reliqui in cubiculo, *Coleto* reddenda curet. *Dovariæ* quarto Idus Aprilis M. D. XV.

Andreas Ammonius Erasmo Theologo S. D.

Epist. 59. VIdeo mi officiosissime *Erasme*, ineptiarum mearum præfationē *Montjoio* (quod tuo divino judicio conjectâras) minimè probari. Ideóque aliam ad te mitto: at equidem recenti fœturâ mihi videtur minus mala quàm altera erat, & si felici tua lima dignaberis, ausim sperare bonam. Sin verò manus tua materiam istam refugiet, mihi certum est non amplius, ut in hoc tibi placeam, laborare. In re tua vel capitis discrimen subire possum. Utcunque mi Erasme meum nomen, quantulumcunque est, tibi iterum atque iterum commendo. Si vides has nugas commiserationem mihi aliquam allaturas, pone illis, rogo, modum quem voles, & in summa tui amiculi honori consule. Scio te plus in re mea, quàm egomet, sapere, nec vereor quin tantundem sis effecturus: novi enim quàm sis amicus amico, ideóque — *verbum non amplius addam.* Tua *Adagia* istic rursus excusum iri gaudeo, quanquam ego *Aldina* exemplaria malim, cum ob *Latinorum* tum ob ἑλληνικῶν χαρακτήρων χάριν. Verùm ad quem *Italum* me alleges non intelligo, neque enim quenquam *Italum* bibliopolam hîc novi: sed perquiram diligentiùs, nam valdè cupio emere. Episcopo *Dunelmensi* te quam potui diligenter commendavi: gavisus est nuncio, & tibi gratiam habet, interrogavítque quándo esses rediturus: respondi, quantum ego conjicerem, brevi. Cæterùm malè sit illi cui tuas literas ad me dedisti, ejus enim negligentiâ factum puto, ut cum ex quinto Calend. Maias dederis, non ante XVII. Calen. Junias mihi redderentur, ut sanè verear nè rerum jam sit ad ea quæ scribis respondere. De rebus *Britannicis* quod operæpretium sit scire, novi ferè nihil est, præterquam de ipso Rege qui divinior indies se præbet. Sed hoc vetus tibi est de te verò mirum meherculè desiderium, obtundor his vocibus, quoniam me tibi contubernalem nôrunt, *Quid de Erasmo? quando revenit? Est planè sol nostri seculi, ô si redeat!* & multa alia, quæ scribere nolo, nè quid postea in me referas. *Morus* noster mellitissimus, cum sua facillima conjuge, quæ nunquam tui meminit, quin tibi bene precetur: & liberis, ac universâ familia pulcherrimè valet. *Linacer* sacerdotio auctus est, pro quo omnes Musas fortunæ gratias egisse arbitror: tuus *Leucophæus* salvere te jubet, tu cura ut valeas, & ad nos sospitem te referas, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς φιλτάτου πολυγράφου ἀσπάζου, καὶ τὸ συμβόλαιον ἵλεων τηρεῖν φρόντιζε. *Londini.* Decimo quarto Calend. Junii. M. D. XV.

Andreas Ammonius Erasmo S. P. D.

TErnas à te in castris literas accepi, quibus nè *Gallorum* quidem fuga mihi gratior extitit. Primis respondi castrensi dictione, nescio utrum literas acceperis: ad tuas autem novissimas, quas sub nostrum ex *Gallia* discessum, videlicet cum ad ovationem reverteremus, mihi fuerunt redditæ, nihil rescripsi: quæ tamen mandâsti curavi. Nam *Bertinico* Abbati diligenter te commendavi, ejus omnem illam tuam nomenclaturam de tuis apud eum amiculis perlegi, ille mirum quàm ad *Erasmi* nomen fuerit continuò exhilaratus; herculè non secus, ac mater vidua ad peregrinantis filioli nuncium: apprehendit me, & cum multi adessent, seorsum abduxit, ac multa de te amantissimè percontatus; postremò, ut tibi *Britannia* incidisset, quæsivit: respondi, quod erat, omnia longè tuis meritis inferiora: ad summam visus est tui quam studiosissimus. Porrò scriniorum magistrum conveni, quæ de eo scriberes, ipsi ostendi, & *Plutarchi* libellum obtuli, paucis gratias egit, & quoniam erat (ut videbatur) occupatissimus aliò se proripuit, ejus postea alloquendi non fuit commoditas. Simulatque *Anglicum* solum tetigi, ubi locorum esses rogare cœpi. Siquidem *Cantabrigiensem* pestem fugere te scripsisti, unus tandem *Surtinus* mihi dixit, te quidem *Cantabrigiam* ob pestem reliquisse, & concessisse nescio quò, ubinam vini penuriâ laborares. & eo carere peste gravius duceres, *Cantabrigiam* repetiisse, atque inibi te nunc esse. O fortem *Bassarei* commilitonem, qui in summo periculo ducem deserere nolueris! quam ob rem mitto ad te Imperatoris tui musculum, vini *Cretensis* sinum, sed quod *Jupiter* cum in ea insula educaretur, suo periculo eminxit, hoc est nescio quid ex lacte, & nectare profectum: quod si maturè huc te receperis, licebit tibi aliquanto largiùs haurire. Cæterùm quod auctam fortunam mihi gratularis, haud amicè facis, nisi & tibi pariter gratuleris, & si ea perinde ut tua non uteris: & ego viciſſim cum de multis aliis rebus, tum de X. illis aureolis quos Διονυσίου

tibi

tibi donavit gratulor, non tam muneris gratiâ, quàm quod ille non nisi in eos, quos unicè amat & suspicit, eâ liberalitate uti solet: at quod de me interroganti οὐκ οἶδα ἐγὼ ἐχ ἀπίκεσθαι, non miror, & causam tamen nescio; nam paulò antequam è nostris castris discederet, quandam mihi indignationem significavit: sed unde eam conceperit, nequeo divinare, dum ipse quod mei fuerit officii fecero, & culpâ vacavero, quo animo hic ille in me sit, non ero magnopere solicitus. Habeo præterea multa quæ ad tuas literas respondeam, habeo & plenum saccum nugarum, quem cupio in tuum sinum effundere. Proinde ubi ubi primum huc veneris, fac extemplo ut sciam: sed hoc prætereundum non est, *P. Carmilianum* Regis *Scotorum* epitaphium nuper edidisse muliebribus maledictis refertum, quod *Pinsonicis* characteribus excusum propediem leges: eo *Carmilianus* magis sibi placet, seque magis miratur quàm *Catullianus* ille *Suffenus*, & tamen nisi ego admonuissem *pullulare* primâ correptâ posuisset. Utcunq; multa restant quæ rideas, & in primis aliquos inveniri qui ejusmodi ineptias serio laudent. Vale mi suavissime *Erasme*, & me ut facis ama. *Londinii*. Septimo Calend. Decembres M. D. XV. Quod me fortissimum appellas pari te talione percutiam.

Andreas Ammonius Erasmo S.D.

f.41. COclitem discessisse arbitratus, amico cuidam meo trajicienti, & *Bruxellas* (quò te venturum consectavi) profecturo tres versus ad te confestim dedi, unà cum exemplo literarum, quas tibi jam pridem scripseram, & per nostrum *Pacanum* miseram, quibus junxeram Pontificis Max. ad te Breves appellatas, alteras ejusdem exempli apud me retinui, quas tibi per tuum *Coclitem* nunc mitto: sed Breve quo idem Pont. Max. Regi te studiosè commendat, tibi servo, quoniam tametsi isthic haberes, huc tamen esses relaturus, & circumlatum posset excidere. Aveo *Germanicas* gerras ex te audire, quanquam quid mirum si terra illa quam *Tacitus informem, cœlo asperam, tristem cultu, aspectúque*, nisi si patria sit, tibi arrisit? qui possis *Ripheos* montes serenare, feras & saxa mollire, cui si propiùs accedas, non minus quam suo *Orpheo Hæmus* aduletur, in quem nihil potest tam magnificum conferri, quod meritis comparatum (ut ita dicam) parvificum non sit habendum. Sed coram (ut tu ais) melius de his nugabimur. Valde hic non à me solùm, sed ab omnibus expectaris, ipse quoque *Larchus*, qui est apud *Eboracenses* summus, munusculum tibi adventitium destinavit. Cæterùm cura te amabò diligenter. Sexto Calend. Quintiles, odi enim *Julianum* nomen. Ex *Westmon.* Anno M.D. XV.

Erasmus Rogerio suo S.D.

f.42. INter multos amicos, quos mihi dulcissimos *Britannia* conciliavit, tu mi *Rogeri* vel inprimis occurris, qui me tam constanter amâsti, sic tuâ consuetudine delectâsti, sic officiis juvisti, ut quocunque terrarum mea me fata deferent, *Rogerii* mei jucundissimam memoriam mecum sim ablaturus. Atque utinam eam libertatem tua tibi fortuna permitteret, uti nos in *Italiam* consequaris: possideres totum *Erasmum*, quem jam multis modis tuissimum, ut ita dixerim, effecisti. Iter sat bene vertit, nisi quod odiosa fuit navigatio. Quatuor enim noctes de ventorum ac fluctuum arbitrio pependimus: unde & capitis dolorem contraximus, quo quidem brevi levabimur, spero. Mirum quàm mihi arrideat *Gallia*, hoc dulcior, quod jam diu non visa. Uti *Britannia* desiderio tenear, illud potissimùm facit, quòd in ea reliquerim amicos, tam multos, tam doctos, tam integros, tam amantes, tam officiosos, tam jucundos, denique sic de me promeritos. Inter quos tu præcipuo loco ponendus. Quare fac ut in amando *Erasmo* tui similis esse pergas. Ego vicissim in complectendo *Rogerio* meipsum quotidie vicero. Vale *Parisiis* postridie Sacrament. Anno M.D.VII.

Erasmus Rogerio Wemfordo S.D.

PAter *Iotonis* cum apud nos esset, significavit mihi, se filium alteri velle committere, nec verbo sum reluctatus. Præscripsit ille spacium ad Omnium sanctorum: accepi. Adjeci si vel ipso momento vellet abducere, me boni consulturum. Non possum illi succensere, quippe qui sciam quicquid hujus facit, ἀστίγκτου facere alieno. Olim abduxerat: deinde reddidit, te autore, non admodum cupienti, cum semel animum aliò flexeram. Rursum cum dies quatuordecim abstraxisset, ipse reduxit, passurus ut me trajicientem quoque comitaretur. Educatus est apud me liberaliter, & meo quidem sumptu: & tametsi non profecit quantum ego cupiebam, tamen illud audacter affirmabo, illum plus scire Latinitatis, quàm fuerit in ulla schola, nè *Lilianam* quidem excipio, triennio consecutus, & scis primos profectus minimè apparere: tantum abest, ut omninò temporis jacturam fecerit. Sed quoniam video patris simplicitatem instigationibus huc & illuc impelli, & matrem inepte amare: non est animus perdere officium. Nihil autem æquè perit, atque id quod confertur in ingratos: non eos existimo ingratos, sed magis etiam perit, quod confertur in non intelligentes. Nam ingratus etiam si dissimulat, tamen apud se obnoxius est; & aliquando vel pudore gratiam refert: is qui non intelligit beneficium, etiam sibi deberi putat. Ut igitur stultum est, bene mereri de iis qui non intelligunt, ita benefacere invitis, extrema dementia est. Dixit hic cuidam mihi intimo: quo minus discat puer, obstare quod Anglicè nesciam: imò hoc ipsum in causa est, ut quam maximè discat *Latinè*, velit nolit. Quorsum ista, inquis? nempè huc, cum pater super hac re mecum ageret, propemodum certus eram de quodam ministro, is mutatâ sententiâ trajecit in *Brabantiam*, rediturus tamen ante natalem. Si ipse trajecero, id quod futurum est paulò post Calendas Novembres, relinquam *Joannem* ubi volet. Sin minus, patietur hunc esse apud me donec meus ille redeat, nè ob exiguum tempus sæpius ministrũ mutem. Id tu illi persuadebis. Quòd si omnino nolit, quanquam non dubito cuin sit non gravatim passurus, agat ut lubet. Ego minus molestè feram jacturam officii, quod in bonam indolem operam collocârim. Bene vale mi *Rogeri*, & aliquoties ad nos scribito.

Jam & illud mihi venit in mentem, cur unus ego videar ei idoneus, qui filium suum meo sumptu &

doceam,& veſtiam,& alam. Minus ſubiit ſordidi miniſterii, quàm apud te ſubiturus fuerit. Habitus eſt liberaliter: nihil mihi ſcripſit. Nec alui ſordidè, nec veſtivi, nec docui indiligenter. Etſi ille tam fuiſſet avidus diſcendi,quàm ego docendi, jam nihil opus haberet ullo literatore, aut plagoſo grammatiſtâ. Et puto meas literas non eſſe poſthabendas vulgarium doctorum literis. Non hæc dico, quod admodum laborem de pecunia, ſed quòd ego præter cæteros videar idoneus qui ſic tracter: ac deinde nullâ gratiâ ſpolier miniſtro. Verùm de his aliàs latiùs. Rurſum vale *Rogeri* clariſſime. M. D. XIV.

Eraſmus Rogerio Wentfordo S. D.

Epiſt.45. QUòd *Copiam* nolis edi, niſi te gloriæ meæ ratio moveret;equidem gemino argumento tuam in me benevolentiam agnoſco: primum, quòd amoris magnitudine cæcutiens tanti facis nugas *Eraſmi* tui, ut veluti theſaurum eximium vulgo profano communicari nolis: deinde quod uſque adeò mei nominis es ſtudioſus, ut rurſus affectum illum tuum affectu viceris, & quaſi clavum clavo pepuleris. Quanquam ego meæ famæ magis arbitror intereſſe, ſi neque tranſcribantur à quoquam,niſi ſummo labore elimata,quem ego odi cane pejus & angue,maximè cum videā hinc nihil recipi fructus, præter lippitudinem, ſenium præmaturum, eſuritiones, ac paulum modò gloriæ,cum plurimâ invidiâ conjunctum.Nam quod de ſtatu meo cupis cognoſcere, equidem aureis promiſſis planè dives ſum. Cæterum fortiter eſurio. Quòd crumenam inanem tantopere deploras, magis deplores, ſi ſcias me iſtuc diſtentam attuliſſe plus ſeptuaginta duobus nobilibus,& ne tantulum quidem ſuperfuiſſe.Ex his conjecturam facias licebit, quemadmodum hîc dilabantur nummi, ubi nihil non meo ſumptu geritur,& eſt mihi res cum duabus *Charybdibus* voraciſſimis. Quod tam benignè, &,ut mihi perſuaſum eſt,ex animo, pecuniam tuam offers,amplector & oſculor *Rogerianum* illum animum, mihi jam olim & perſpectum & exploratum; cui utinam fortuna parem facultatem addidiſſet, & additura eſt aliquando, niſi planè bonis ingeniis infeſta eſt.Iſtic niſi cum *Grocino* non video quo pacto poſſim vivere,& certè cum nemine omnium vivo libentiùs,ſed pudet eſſe ſumptui, præſertim cum nihil ſit,in quo gratiam referre queam, & ille pro ſua benignitate nihil impendi patitur. Nec admodum cupidè iſtinc diceſſi, verùm hic ſcrupulus præter cætera movebat animum meum. Interea, nè nihil agam,perficio opus *De conſcribendis epiſtolis*; *Copiam* quoque caſtigaturus, interim ſubinde devovens literulas meas tam ſteriles. Vale mi *Rogeri* unus mortalium omnium chariſſime. D. *Grocino* communi patrono ac præceptori plurimam ex me ſalutem dices. M. D. XIV.

Eraſmus Ammonio ſuo S. D.

Epiſt.46 *Galeatius* hic qui iſthuc *Mediolanenſium* nomine orator advolat & has adfert, intra menſem hac redire cogitur: nos hîc ad Calendas Martias ſedebimus, per hunc quæſo te, ſcribe ſi quid eſt, quod me ſcire oporteat. *Eboracenſis* bello ſomnio me beârat, de præbenda *Tornacenſi*: magis dolet ludibrium quàm diſpendium. Novum Teſtamentum ferme jam eſt abſolutum, ſurget ad octoginta ferme codicillos, *Leoni* dicabitur.Cum *Paceo* qui hic agit, literis tantum fuit collocutus. Bene vale ac ſcribe. *Baſileæ* decimo Calendas Januarias:Anno milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo.

Eraſmus Andreæ Ammonio S. D.

AEdes tuas non ſemel adii, quo dulciſſimo amicorum omnium ſupremum dicerem vale, ſimúlq; tuâ conſuetudine, quoad liceret, fruerer, quâ quidem haud ſcio an quicquam in vita contigerit ſuavius. Trajectio proſperrima fuit, ſed anxia mihi duntaxat. Mare placidiſſimum, venti ſecundi, cælum blandiſſimum, hora commodiſſima. Solvimus enim ad ſeptimam ferme. At maritimi prædones illi manticam lucubrationibus meis onuſtam,in aliam quandam navim deportant. Idque ſtudio factitant,ut ſi commode liceat, furentur aliquid: ſin minus, numulos aliquot extorqueant,& tibi tuam rem vendant.Itaque cum tot annorum vigilias periſſe crederem, tantum animo perſenſi dolorem, ut exiſtimem, nullum parentem è liberorum ſuorum obitu majorem ſentire. Atque in reliquis quidem omnibus ita tractant advenas, ut ſatius ſit in quoſvis *Turcas*,quàm in illos incidere.Sæpe mecum demiror, hujuſmodi fecem hominum à Principibus *Anglis* tolerari magna cum hoſpitum moleſtia, nec ſine ſummo totius inſulæ dehoneſtamento, dum quiſque domi narrat quàm inhumaniter fuerit acceptus, & cæteri ex illorum prædonum factis gentem æſtimant. Neſcio an tibi retulerim, ipſum me regiam ſalutâſſe majeſtatem. Accepit vultu prorſus amiciſſimo: deinde præſul *Lincolnienſis* juſſit eſſe ſpe optimâ certiſſimâque. De munere nec meminit ipſe, nec ego ſum auſus ingerere mentionem, nè viderer improbulus. *Duvelmenſis* abeunti ſex angelatos dono dedit,idque ſponte,& jam ni fallor,quartum: Archiepiſcopus ultrò quæſitâ occaſione,tantundem addidit, *Roffenſis* regalem; Hæc ſumma omnium quæ mecum effero. Hoc te ſcire volui,nè quis exiſtimet me hujus abitus prætextu magnam pecuniæ vim contraxiſſe. Ago nunc in arce *Hammenſi*, pauculos dies cum meo *Montjoio* commoraturus, deinde *Germaniam* aditurus in tranſitu ſalutatis amiculis aliquot. Si fortuna reſpondebit & meis optatis & aliorum promiſſis, maturabimus reditum: ſin minus conſilium ex re capiemus.Faxit Deus optimus maximus, ut incolumis reverſus *Ammonium* meum offendam non ſolùm incolumem,verumetiam lautiſſimis fortunæ muneribus auctum. Si quando inciderit occaſio provehendi res *Eraſmi* tui,non dubito quin ſis eum præſtaturus abſenti, quem ſemper hactenus præſtitiſti & abſenti & præſenti. Bene vale amice ſingularis.Ex arce *Hammenſi*. Poſtridie Nonas Julias. M. D. XIV.

Eraſmus Roterod. Iacobo Batto S.D.

DEmiror,quî tandem tibi in ſuſpicionē venerim,tanquâ in literis quas ad te ſcribo logodædalũ agam,id eſt,non ſimplicem ac ſyncerũ,ſed fucatum & diſſimulantem.De me optime *Batte* ſic velim ſemel ſtatuas: nihil mihi æquè ac hypocriſim

sim esse invisam, neq; ipsum me apud amicos fingere quicquam, neque figmentis alienis delectari. Jusseram ex *Anglia* scribens, ut adumbratis literis me scilicet eriperes. Ea fraus nop in te, non enim fallebaris, sed in *Anglum* tendebatur. Cæterùm eas literas, quas postea misi de meo consilio, emoriar, nisi ex animo scripsi. Tuas item, quas tu postea fassus es mihi reverso, te ut fictis fictas retulisse, ego ex animo scriptas credidi. Jam verò quas ex *Aurelia* scripsi de rebus meis angustissimis satis apparet pari arte scriptas videri: quod ni esset, non hunc *Ludovicum* nobis tribus scilicet angelatis oneratum remisisses. Prudens hic prætereo *Batte*, & quapto alia expectarim abs te, & quantum hac re meam felicitatem auxeris. Si ludere tibi videor in epistolis, cùm sic scribo, nihil esse causæ puto, cur unquam ad te scribam, sed hæc missa. Quoniam non dubito optime *Batte*, quin tu amantissimo animo facias, quæcunq; facis, quæso ut totum illum *Battum* ad me beandum explices. Conficies haud dubium, si modò fatalem illum animum concipies. E vestigio *Ludovicum* ad dominam mitte, & si commodum, ipse proficiscere, nostras literas tua facundia adjuturus. *Adolphum* instiga, ut primarum precum religione maternum animum obtestetur, sed cave nugatorium quicquã optet. Eâdem enim operâ vel maximum quiddam exorabimus: Si *Erasmi* tui fortunæ ex animo tibi curæ sunt. Sic agas, dominæ pudorem meum amabilibus verbis excusabis, tanquam ingenium meum non sit passum, ut illi ipsi meam egestatem aperirem. Tu verò scribes me jam in summa egestate versari, eo quòd hæc fuga *Aureliana* mihi magno sumptui fuerit. Recedendum enim erat ab iis à quibus compendii nonnihil capiebã. Nec usquam doctoris titulum rectius accipi posse, quàm in *Italia*, nec *Italiam* ab homine delicato posse adiri sine summa vi pecuniæ: maximè quòd mihi ob literarum qualemcunq; opinionem sordidiùs vivere ne liceat quidem. Ostendes quanto amplius ego sim meis literis decus dominæ allaturus, quàm alii, quos alit, Theologi. Nam illi vulgaria concionantur, ego scribo, quæ semper sint victura. Illi indoctè nugantes, uno aut altero in tẽplo audiũtur: mei libri, à *Latinis*, à *Græcis*, ab omni gente toto orbe legentur. Ejusmodi indoctorum Theologorum permagnã ubiq; esse copiam, mei similem vix multis seculis inveniri, nisi fortè adeò superstitiosus es, ut religio tibi sit, in amici negotio mendaciolis aliquot abuti. Deinde ostendes nihilo illam pauperiorem futuram, si ut *Hieronymus* jam depravatus, si ut vera Theologia instauretur, aliquot aureis adjuverit, cum tanta ex illius opibus turpissimè pereant. Hæc ubi pro tuo ingenio amplificaris, déq; meis moribus, déq; meâ spe, de charitate in dominam, de verecundia multa scripseris, tum addes me scripsisse, ducentis francis omnino mihi opus esse, ut posteri anni salarium in præsentia largiatur. Id quod ego *Batte* neutiquam fingo. Nam centum francis nec iis quidem integris *Italiam* petere, non mihi tutum videtur, nisi rursus in servitutem cujuspiam dedere me velim. Id priusquam fecero, emoriar potius: tum quantulum referet ejus, in præsentia ne an post annum donet, & meâ quidem refert plurimum: deinde suade ut sacerdotio mihi aliquo prorsus consulat, ut reversus habeam, ubi in literis quiescam. Neq; solum hoc suade, sed etiam ratione à teipso excogitatam quàm poteris commodissimã ostende, uti ex multis primum mihi promittat, si non optimum, tolerabile certè, quod mutem, ubi amplius contigerit. Neq; nescio multos esse, qui sacerdotia petant: verùm me esse dices, hominem unum, quem si cum omnibus cæteris cõponat, &c. Scis morem tuũ antiquum effusissimè mentiendi de *Erasmo*. Hæc eadem ut scribat *Adolphus* tuus curabis, te scilicet preces dictante blandissimas: continuóq; curabis ut centum francorum promissio confirmetur, &, si fieri potest, cum *Adolpho* tuo communicetur, ut si quis casus matrem, quod omẽ absit, eripuerit à filio sumam. Adjicies in fine, me in literis esse questum id quod *Hieronymus* in epistolis queritur non semel, studium oculos mihi eripere, eóq; rem spectare, ut cum *Hieronymo* auribus & linguâ tantum studere incipiam, & quàm poteris facetissimis verbis persuadebis, ut *Saphirum* aliquem aut gemmam oculis confirmandis utilem mihi mittat. Quæ verò gemmæ eam vim habeant, scripsissem ipse, sed non aderat *Plinius*, tu è medico tuo expiscare. Hæc mi *Jacobe*, neq; improba, neq; desperanda mihi videntur, si modò tu poteris animum illum tuum mihi fatalem induere. Et nunc maximè mihi videtur καιρὸς ille capillo arripiendus, cum tam honesta offertur ansa. Quæso te mi *Batte*, hoc etiam atque etiam tecum cogita, tantam esse nostram necessitudinem, ut si utervis alteri vel gravi suo incommodo prodesse queat, tamen nihil recusandum fuerit: nunc cum *Erasmo*, quem semper amore etiam vicisti, citra ullum incommodum tuum tantum possis adferre emolumenti, in ea re negare operam, non tam quidem parum amici, quàm omnino inimici mihi videtur. Neq; est quod ille scrupulus animũ tuum mordeat. Si hoc nunc dat domina, quâ fronte petam quæ mihimet sunt petenda. Scio enim tibi vehementer dominæ liberalitate esse opus. Verùm id velim tecum ipse reputes, simul utrunq; non rectè confici posse. Nunc quum opportunitas datur tuo dilato, amici negotium age, tuum suo loco acturus, & acturus nihilo incommodius. Neque vereare nè tantilla res dominam exhauriat. Simul illud cogita tibi quotidie petendi opportunitatem dari, mihi non item. Tu fortassis bene mecum agi putas, si mendicitatem effugio. Ego verò sic sum affectus, ut aut prorsus abjicienda putem studia, aut comparandum undecunq;, quod literæ postulant. Postulant autem vitam non omnino sordidam & afflictam. Quanquam quantulum à mendicitate aberamus, imò etiam absumus, quum nè teruncius quidem in loculis sit, reliqua pudet scribere. Circumspice, quot asini omnino nullis literis quas opes possideant, & magnum videtur, si non esuriat *Erasmus*? Adde, quid si morbus incidat, quando febris jam penè anniversaria recurrit quotannis, quid si multa alia, quæ in hominum vitam incidere & ipse expertus es? Et quid adhuc à domina præter spem accepimus? At periit, inquies, res in *Britannia*: non tuâ quidem, sed nec meâ rursus culpâ periit. Ego enim neq; temerè *Angliam* adii, neq; inconsultè exitum sum molitus. Verùm fatales casus nobis in manu non sunt. Quod verò clamas, me nihil mittere, equidem mediusfidius miror: quasi verò aut ego sim celaturus, si quid apud me esset, quod mitti possit: aut hîc dormiam, ut mihi extimulatore sit op⁹. Crede mihi nõ cessatur hîc, imò vix etiã valetudini

tudini parcitur, dum amicis do operam, dum aliis compono, aliis prælego, aliis castigo, dum mihi lego, dum colligo, dum emendo, dum compono, dum *Græcas* literas utiq; difficillimas, meditor. Et postea tu nostrum ocium ex tuo mensus, clamas, scribe huic librum, scribe sexcentas epistolas, quasi ingenium habeamus adamantinum. Credo tibi ista perfacilia videri, quod non admodum hac in palæstra sudâsti. Experire ipse quid sit librum scribere, & tum si videbitur me tarditatis incusa. Admisces in epistola quædam ut tibi videtur faceta, ut mihi contumeliosa, aut certè ἀσυνέτα. Quæso te mi suaviſſime *Jacobe*, temperemus ab hujusmodi salibus, *Momum* non lepores sapientibus. Quod si juvat interdum eruditis jocis lusitare, ita his utamur sermonibus, ut dum tempus ferat, in re nihil ab alterutro cessetur. Téq; per nostram amicitiam obtestor, ne tibi veniat in mentem, ut libeat periculum facere, num possim etiam istam spem, quæ mihi sola est reliqua, contemnere, néve jucundissimum nostrum amorem intempestivis nugis obscuremus. Ego toto pectore nihil aliud cogito, nisi ut quàm absolutissimam doctrinam mihi comparem, eóq; trivialē hanc maximo animo contemno. Video enim, jamdudum video vulgi insaniam. Sed libri mei non statim evolabunt, malo mihi gloriam paulò seriùs contingere, sed solidam, quàm maturiùs, verùm pœnitendam; id quod non paucis eveniſſe video. Quare te quæso, sine me meo arbitratu hanc rem agere. Mihi neq; studium, neq; animus deerit; tu cura modò, ne mihi omnino desit fortuna, quod quidem tu potes citra tuum incommodum, fortassis etiam magno tuo commodo efficere. Neq; ego hæc scribo tanquam te putem stimulis ullis egere, hoc opus erat, ut maximum animum sumeres. Ab optimatibus nihil minuti petendum, & pro amico nihil non honestè tentaveris. Et mihi crede, si rem prudenter institueris, bene procedet. Quod si omnino desperas, ne me vanâ spe lactaveris, sine me alias spes circumspicere. Hæc tu mi *Batte* non duriùs à me scripta, sed simpliciſſimè in bonam partem accipies. Erat enim in re seria seriis verbis utendum. Audi, quid etiam amplius te cupiam moliri, ut ab *Abbate* muneris aliquid avellas. Calles hominis sensum, finge verecundum quoddam & blandum argumentum ut petas. Dic me magnum quiddam moliri, ut *Hieronymum* totum, quantus est, insciti Theologorum depravatum, mutilatum, confusum (nam non pauca in illius scriptis adulterina subditititáq; deprehendi) restituam, *Græca* reponam. Antiquitates & artificium, ausim dicere, à nullo adhuc intellectum aperiam. Ad hanc rem non paucis libris esse opus, deinde *Græcorum* opera, ut munere aliquo adjuter. Hic nihil *Batte* mentieris. Nam hoc molior omnino. Quod si à domina magnam impetras pecuniā, ut factorum confido, remittito illicò *Ludovicum* ad nos. Sin decem aut duodecim Scutatos tantum dabit, aut nihil, ne redeat *Ludovicus*, sed *Joanni* perferendum quicquid erit tradatur, nisi fortè puer ultrò sese ad iter offerat. *Joannes* ad quem diem in *Selandia* futurus sit, *Ludovicus* ipse scit. De veste quod scribis nimis contumeliosè, fac ut videbitur. Mihi tamen ridiculum videtur puerum alere & non vestire. De domina hujusmodi minutulas res emendicare, mihi non placet magnopere, sed ut dixi tu videris. A domina si non quantum vis accipies, tamen hoc cura, ut saltem aliquot Scutati unà tua cum pecunia ad me perferantur. Magna librorum penuria, ocium nullum: valetudo parum firma: I tu & inter hæc libros scribe. De *Joanne Tabellione* videò rem parum esse certam, quare an hunc *Ludovicum* huc redire malis, ipse statues, sed cave miseris cum uno aut altero angelato. Matura, quæso, mi *Batte*, *Augustini* libros *Ludovico* trades, qui *Veriam* ad *Thomam* illum nostri amantissimum perferat, ut & in itinere si quos possit vendat puer, reliquos *Thomas* per certum navitā *Gandam* transmittat ad N., ut is partim apud se distrahat, partim *Guilielmo* distrahendos quàm primum mittat *Harlem*. Et per *Tabellionem* scribam. Bene vale mi chariſſime atq; optime *Batte*, & in hanc rem totum *Battum* effunde, amicum illum dico, non etiam cessatorem. *Aurelia*. Anno milleſimo quingenteſimo.

Erasmus Rot. Batto suo S. D.

REddidit mihi colax ille alteras literas tuas, si diis placet, sed superioribus illis nihilo minus tum ineptas, tum contumeliosas. Aut ego fallor mi *Batte*, aut aliquis malus genius, bene concordibus amicis iratus, machinatur, ut nos tantâ benevolentiâ suaviſſimè copulatos distrahat. Quod per me certè stabit nunquam, per te vide ne steterit. Primum quid opus erat ut *Ludovicus* huc recurreret, quasi mille angelati essent, ac non potius octo franci? non poterat ea pecuniola per alium quemvis mitti? Deinde quum mitteres, cur è tantillo acervo aliquid etiam detrahendum putâsti? ne scilicet ego pecuniosus factus, officii mei oblivisceretur, aut ut esset unus aut alter aureolus, cujus gratiā denuò legatum aliquem huc mitteres? Nam quod de literis objicis, mihi crede, sine his literis omnia res non minus commodè confici potuisset, modò tibi animus non defuisset, & poteras has ipsas literas per alium poscere, neq; tu unquam intelliges, quantum hic recursus incommodi attulerit. Sunt tres aut quatuor menses, quos mihi ex anno solido febris ad studii usum relinquit, itaq; jam magno animo opus. De epistolis, quod deformavimus olim dedolabam, vel potius recudebam. Præscripseram mihi pensum grave sanè & laboriosum, interea adest hic cum tuis epistolis plenis conviciorū, cum pecuniola etiam mutilata: quæ res ita me commovit, ut quod erat in manibus abjicerem, juvenem sine literis remissurus, ni me *Jacobus Tutor* multo suasu in diversam sententiam reduxisset. Emoriar autem, si quid unquam in vita sic repugnante animo scripsi, ut has nugas, imò Gnathonismos, quos ad dominam, ad Præpositum, ad Abbatem scripsi. Hîc morositatem meam incusabis scio, at non facies *Batte*, si & conditionem meam rectè perpendes, simúlque cogitabis, quàm durum sit animum ad magnum opus scribendum impellere, quanto porrò durius, jam flagrantem ad alias nugas devocari. Hæc quia ipse non es periclitatus, existimas nobis ingenium semper esse integrum, semper alacre, ut tibi est in summo versanti ocio. Non intelligis nullum esse gravius tædium, quàm ingenii scribendo defessi, neque reputas mihi hic his satisfacere oportere, quorum beneficiis utor? Postremò magnas librorum sarcinas poscis, neq; curas ut mihi ocium detur, quod ad conscribendos libros requiritur. Postremò

non

non sat tibi est, si nostram amicitiam, si dominæ munificentiam libris editis aliquando nobilitavero, nisi quotidie sexcentas epistolas scriptitem. Jam abiit annus, ante quem promissa erat pecunia, tu interea nihil nisi meram spem literis tuis adfers: Non despero, causam tuam gnaviter agã: & hujusmodi mihi jam nauseam facientia, totiens nimium auribus meis inculcata. Postremò deploras dominæ fortunam. Videre tu mihi de alieno morbo ægrotare. Illa suam fortunam negligit, & tu scilicet angeris? Illa nugatur & lusitat cum suo N, & tu ringeris? nihil habet quod det: Hoc unum ego perspicio, si ob istas causas nihil dat, nihil unquam daturam, nunquam enim hujusmodi causæ desunt magnatibus. Quantulum id erit momenti, in tam immenso numero rerum planè pereuntium, si ducentos mihi francos donaverit? Habet quo cucullatos istos scortatores & turpissimos nebulones, scis quos dicam, alat, & non habet, quo ejus sustineat ocium, qui possit etiam posteritate dignos libros conscribere, ut aliquid de meipso dicam gloriosius? Incidit quidem illa in multas angustias, sed suâpte culpâ, quæ se maluit bello illo homunculo stipare, quàm viro aliquo gravi ac tetrico, ut & sexum illius, & ætatem decebat. Ego jam longè majora incommoda prospicio, nisi mentem istam abjecerit: quanquam hoc ego in illam non scribo inimicè, quam sic amo, ut debeo optimè de me meritam. Sed quid, obsecro, hoc ad illius fortunam, si ego ducentos francos accipio? qui ubi septem horas fuerint dati, illa jam nec meminerit. In hoc omne negotium est, ut avellatur pecunia, si non præsens, vel à mensario, ut hic *Lutetiæ* petam. Tu jam multis literis ad illam de hac re scripsisti, omnibus mandas, significas, innuis. Quid inutilius? Expectanda erat si non optima, mediocris certè opportunitas, túmq; semel res prudenter instituta, fortiter conficienda. nunc idem vel serò faciendum. Peream, ni rem ex sententia confeceris, siquidem magno animo fueris aggressus. Potes ipse in amici causâ esse paulò impudentior, ut mei tamen pudoris obtineas rationem. N. quantum sit indicandum tutè statues: verùm antequam proficiscaris, aut mittas, mitte per quempiam non incertum reliquos aureos. Vide quemadmodum ea pecuniola defluxerit, accepi octo francos, tanti enim hos angelatos mutavi: ex iis puer duos abstulit, aut non multo minus. Ut de victu interim taceam: ais restare duos angelatos, à quibus etiam is qui adferet, nonnihil deducat, oportet. *Ioannes* ille, quem in *Angliam* miseras, fugit nisi fallor, non sine furto, cum *Augustinus* est equo *Aurelianum* consequutus: hic erunt, ut video, turbarum plena omnia, cætera *Ludovicus* narrabit. Vale mi *Batte*, & hæc à me non commotè aut παιγνιῶς scripta, sed ut par erat apud hominem unum ex omnibus amicissimum simplicissimè, in bonam partem accipies. Puerum *Ludovicum* tractabis, non ut *Adrianum* scurram, in quo detrimenti nihil poterat fieri, sed ut meliore mente natum, & multas ad res utilissimum tibi futurum. Oblectabit solitudinem tuam, habebis cui legas, qui cum de literis garrias, qui cum postremò te exerceas: quare de veste non quidem pugno, sed tamen si dederis, feceris gratissimum, neq; iniquum. Vale. *Lutetiæ* sexto Cal. Feb. Anno millesimo quadringentesimo nonagesimonono.

Erasmus Rot. Batto suo S. D.

SEculum exisse mihi videtur suavissime *Batte*, quod nihil abs te redditur, & hoc solo nomine arcem istam male odi, quòd perraro occurrunt, qui aut istinc ad nos, aut hinc ad vos commeent. Quod si *Lovanii*, aut in *Selandia* ageres, assiduâ vicissitudine literarum nostrum desiderium levaremus. *Ludovicum* puerum quondam meum, unà meis cum literis ad te misi: is quoniam non revertitur, aut hæsisse istic, aut aliò se convertisse videtur. Sed quoniam neq; ipse me volebam hyberno itineri committere, tum valetudini parcens, tum ne componendi laborem, in quo sum totus, denuo intermitterem, & res vehementius opinione premebat, hunc etiam mercede datâ conduximus. Quid autem velim, paucis exponã. *Augustinus Parisios* remigravit, amicus an inimicus, haud dum etiam exploratum satis, neq; frontí, neq; verbis satis tutò creditur. Verùm non pessimè spero, malo enim hac in re candidior videri, quàm suspicionsulus. Mihi quoq; remigrare, non solùm commodissimum, verumetiam necessariũ: tum ut quod *Græcis* in literis instituí, pergam: tum ut quæ in manibus sunt, absolvam. Sunt & aliæ causæ, quas epistolæ committere nolui, & vacuus neq; hic sedere possum, neq; abire, nisi forte tu autor eris, ut post tam capitales iras, atq; adeò rixas, etiam amarulentas, supplex ultrò ad *Augustinum* redeam, scilicet me victum indicans, & ferre non posse, ut ille me suo more deludat. Quod si animo sim usqueadeò demisso, ut ista perpeti queam, id est, ut nihil non queam pati, tamen haud etiam scio, an ille supplicem sit admissurus, ut mori sit satius, quàm hujus rei subire periculum. Quicquid dabit, accipiemus quidem. A quo enim potius beneficium accipiamus, quàm ab eo, de quo sic meriti sumus, & qui meo beneficio est quicquid est? verùm nihil minus cõmittendum puto quàm ut in eas angustias descendamus, ut aut illius opẽ suppliciter implorare cogamur, aut cum maximo nostro tum pudore, tum incommodo carere. Quare non sine tædio quodam, sed tamen obfirmavimus nos, atq; hîc resedimus, donec tu pecuniolam aliquam misisses, ut *Lutetiam* reverso liberũ esset, vel *Augustini* uti benignitate, siquidem ille syncerè & ultrò deferret, aut contemnere vicissimq; ulcisci, si personatâ fucatáq; benevolentiâ sese aliquâ prodidisset. Quæ res ut vel maximè ex animi sententia cadat, id quod non tam spero, quã omnino non despero: tamẽ undecunq; mihi nummorũ aliquãtulũ erat corradendũ, qui me vestiã, qui *Hieronymi*, in quem cõmentarios paro, lucubrationes omnes, qui *Platonem* redimam, qui *Græcos* libros comparem, qui *Græci* operam conducã: hæc omnia quantopere ad gloriam meam, imò ad salutem pertineant, etiam si puto te perspicere, tamen oro ut mihi è re ipsâ cognitâ, affirmanti credas. Incredibile dictu est, quàm mihi flagret animus omnes nostras lucubratiunculas ad umbilicũ ducere, simul *Græca* facultatis mediocritatem quandam assequi, itaq; deinde me totum arcanis literis dedere, ad quas tractandas jamdudũ mihi gestit animus. Valetudine sum, gratia superis, mediocri, & futurũ spero: quare hunc in annũ omnes intendendi nervi, ut & quæ cudimus, in lucẽ exeant, & Theologicarum literarũ tractatione *Zoilos*

nostros quorum maxima turba est, ad suspendi-
um, ut digni sunt, adigamus. Jam olim magna
minantem, aut nostra desidia, aut fatum aliquod
iniquum, aut valetudo retardavit. Nunc nunc tan-
dem est suscitandus animus, nunc omnes contendere nervos oportet, ut aliquando cum *Flacco* nostro gloriemur: *Invidiâ quia major: Et jam dente minus mordeor invido:* hoc est, ut invidentissimorũ hominum malignitatem, virtutis splendore obruamus: id quod ego superis bene fortunantibus futurum confido, modo triennium vivere detur. Sed omnia penè mea fata in te uno sita sunt, quapropter pari studio conantes nos adjutes oportet, id quod plurimis de causis præstare debes: tum quia felicitatis nostræ abs te profecta sunt auspicia: tum quod tam arcta necessitudo nos jam olim copulat, ut copulatior inter duos mortales esse non possit: tum quod tui nominis immortalitatẽ cum æternitate scriptorum meorum vides esse conjunctam, ut siquidem nos ingenio libros nostros ab interitu potuerimus asserere, tui quoque candoris memoria nunquam sit interitura. Eja agè mi jucundissime *Batte*, pectus istud tuum candori & Gratiis consecratum excita, omnes benevolentiæ venas excute, ut si unquam de *Erasmo* tuo juvando, amicè cogitâsti, id quod nunquam facere destitisti, nunc toto animo incumbas. Sed næ ego nostræ necessitudini gravem jamdudum facio injuriam, qui quidem te rogem tam diligenter, quem admoneri plus satis fuerat futurum? Non orabo igitur, ut me ames: non enim potes ardentiùs: non ut fortunis meis faveas, quas tuis ipsius anteponis: non ut in curandis rebus meis fidem studiúmq; tuum præstes, quibus meipsum quoque vincis: sed quod est omnium levissimum, id unum ut exorem permagni refert, ne quæ à nobis nostris de rebus ad te præscribuntur, logodædala credas esse, & arte conficta, quo nostris commodis inserviamus. Quod si quando per ocium aut jocis lusimus, aut pro re natâ quid adumbravimus, habent illa mi *Batte* suum tempus. Nunc ita res habent, ut salibus indulgere neutiquam vacet, & nihil sit causæ, cur quippiam mentiar. Ita velint superi nos ambo mutuâ charitate feliciter conseneſcere, & apud posteros quoq; amoris nostri synceriſſimi memoriam quàm diutissimè vivere, ut nullum ego apicem his inserui literis, qui cum hoc pectore dissideat. Quid enim est quod tecum, id est, meo cum animo, communicare non aut tutò possim, aut liberè debeam? Proinde te oro mi *Batte*, ne quid horum quæ scribo, pro fuco accipias, cum à me quidem magis etiam seriò dicantur, quàm utervis nostrum velit: ne planè *Planum* illum referam *Horatianum*, & crure verè fracto, ridear ab omnibus, sublevet à nemine: quod unum si persuadeo, cætera tibi curæ fore scio. Domina si quid misit, id velim certo tabellioni, aut *Ludovico* committas unà cum *Britannica* pecuniola: aut huic denique, si certior non occurret, rectè committi arbitror: habet *Aurelia* uxorẽ cum liberis, & complurium literas perfert. Quod si vel à domina nihil est allatum, vel tabellio non placet, tamen huic *Britannicos* nummulos fac tradas, quibus me *Parisios* referam, id quod à feriis natalitiis facere constitui, & cautes nulla me potest esse nudior. Quid igitur tuus *Iacobus*, inquies, facit? Omnia, mi *Batte*, quæ à te ipso solent, eo vultu, eo pectore, quo soles ipse. Amat effusissimè, miratur unicè, laudat sine fine. Fortunulas suas ita alacriter, ita libenter impartit, ut nemo unquam tam libens beneficium acceperit, quàm hic dare nihil allevandi gratiâ dicam; aut idem est qui tu, aut alter certè *Battus*: ita ad amussim tuum candorem, tuam charitatem; breviter, tuum istud synceriſſimum niveúmq; pectus repræsentat. Sed erant permulta, quæ me *Parisios* revocabant, tum pudoris erat mei, amici tam integri, támq; parati fortunulas non gravare. Expectat enim magnam potius fortunam, quàm possidet: & habet tamen sibi quidem mediocrem mihi alendo fortassis angustam: quanquam ego illud vel præcipuè candidissimo unione signandum arbitror, quod hic mihi contigit amicus non blandissimus, ut sunt permulti, sed certissimus, ut perpauci, aut fortasse nulli. Is te, mihi crede, jam non minus ardet atque meipsum. *Battus* illi in ore plurimus: videre complectique, quoties te laudo, gestit. Rẽdamabis igitur hominẽ, *Iacobus Iacobum*, candidissimus candidissimum, doctus eruditum, *Erasmi* admiratorẽ admirator penè nimius. Depoſce me si operam leseris. Mitte pariter quod est in sarcinula de epistolarum præceptionibus: hoc enim opus à me perficitur: præterea *Augustinum* in membranis scriptum, tum orationis ad virginem matrem exemplar, nam meum *Augustinus* avertit. De domina quid spei, quid nos amet præpositus, quid Abbas à fratre non amico reversus de nobis sentiat, ecquid *Adagia* nostra placeant, ecquid ab *Anglis* novi, expecto, ut ait *Cicero*, τάυτα ἀεὶ τάυτα. Scripsi etiam per hunc *Antonio*, à *Disma* nimirum Abbatis fratre compulsus, hâc quidem de causâ. Adolescens ipse mente est optimâ præditus, ita ut nihil meminerim in vitâ vidisse aut ingeniosius, aut modestius: studia miratur unicè, dignúsq; est omnino, qui vulgari istâ eruditione videatur indignus: sed vivit in turela, ut appellant, quadam neglectus, victu immundo & sordido, inter scuras potius quam studiosos, quos gladiorum usus delectat potius quàm librorũ, quiq; pulchrius ducunt nocturnis grassationibus, Bacchanalibus, qui ad librum lucubrare, & scis quàm facilè ætas illa improbo convictu depravetur. Adolescentulus partim ingenii bonitate, partim consuetudine nostrâ literas magis ac magis ardet, miseréq; cupit ex illa hara ociosorum juvenum, ad meum *Iacobum* emigrare. Amant enim inter se mirum in modum, cupit ille quempiam vulgi dissimilem, qui toto pectore bonas literas amplectatur, cui doctrinam suam communicet: cupit alter, apud quem mundè & totus in literis vivat. Quare tu quoq; si quid usu venerit, operam accommodabis tuam, ut Abbas hunc ex ea eximat familia, & *Jacobo Tutori* meo committat: & adolescentem bearis, & *Iacobo* nostro fueris gratificatus, & Abbas non dubium quin nobis omnibus hanc ob rem maximam sit gratiam habiturus. Ergo *Antonium* ad quem scripsi, excitabis, ut Abbatem commoneat. Abbati ipsi mutatâ sententiâ non scripsi, nec scribere consilii est, donec tuis literis certior ero factus. Adibis *Andomarum* ipse, quo melius omni de re cognoscas. *Guilielmi* nostri ad me scriptam epistolam, ad te transmitto, scilicet ut rideas, est enim perquam faceta & technologa. Vide obsecro, quibus ille anfractibus circumvehitur, quàm huc atq; illuc cursum flectit, ut tanquã aliud agens, eò deniq; evaderet, uti *Adagiorum* libellos

bellos aliquot mitterem, meo videlicet periculo, se bonâ scilicet fide sortem remissurum, haud stultus mercator: siquidem alienâ pecuniâ, alienóq; periculo suum lucrum facere noverit. *Jacobus* meus illi *Graium* Grammaticen dono misit. Percupio enim illum has literas degustare, tuum erit eundem tuis epistolis frequenter excitare. Est per se lentior, tum genus illud vitæ, nullus studiorum comes, nullus æmulus, nemo mirator, nemo fautor, nullus honos, nulla præmia, quem tandem ista non vel ex diligentissimo ignavissimum reddant? Opus de epistolas scribendi præceptionibus præmanibus est, id si videbitur, tuo Principi *Adolpho* dicabimus, de *Copia* item tentabimus absolvere. Tabellarius qui has reddidit, mihi non incertus videtur: quare rectè, quæ voles, commiseris. Si jam *Ludovicum* remiseris, tum scribito quid rerum illi mandaveris. *Petrum* tuum candidissimum cum optima conjuge meis verbis salutabis perdiligenter. *Adolpho* tuo me facies commendatum. *Iacobus* hic alter tu, alterum se, id est, te plurimum salvere jubet, cupitq; tibi quàm commendatissimus esse, & est mihi crede, quem tu ames, non aulico, sed *Battico* amore. Vale mi optime ac suavissime *Batte*. *Aurelia* tertio Idus Decembres, antelucano. Anno millesimo quadringentesimo nonagesimonono.

Erasmus Rot. Petro Notho S.D.

50. QUòd tam officiosè res nostras curas *Petre* humanissime, deamo te, & gratiam habeo plurimam. Jam pridem isthic me videres, nisi Abbas *Bertinicus*, jamjam abeuntem, jam accinctum remoratus esset. *Psalterium* fac emas, si modò castigatum est, & integrum, & si character mediocris: adero istic dubio procul ad Paschales ferias. Pecuniam missurus eram, sed cum has scriberem literas, puer haud etiam certus erat, num istuc esset iturus, quare de pecunia jubeo te securum esse. Vale, & nos ama. Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Rot. Ludovico suo S.D.

51. MItto ad te tres Precationes, unam ad *Iesum* Filium Virginis, duas ad Virginem matrem, quas facito ut diligenter perscribas, quantum potes. Prima est perturbatior, sed errare non poteris, si lineas indices sequare. Semel quamprimum describi omnes cupio, propterea quod is cui sum donaturus, intra quatriduum, aut etiam fortasse maturiùs, *Parisios* iturus est: de reliquo consultabimus, ubi nos viseris. Aut si tibi est ociũ, ut sæpius perscribas. Utere chartâ quàm potes optimâ, nitidissimis lineis deformatâ, marginibus spatiosioribus quàm meæ sint, & versus inter se latiusculè distent. Scribe quam potes politissimè, non feceris gratis. De *Franciſci* libro, si parum tibi spatii est, cura ut sciat, qui possit alium notarium sibi comparare: nam à me posthac non deerit quod scribas, si tibi quidem ocium non defuerit. Si tibi per tuos licebit, post biduum aut triduum, ubi semel transcripseris, nos visito ut colloquamur. Pileum meum velim adferas, nam pileum *Adriani*, quod est apud me, salvum est & intactum. Nam simul atq; hîc recepi, nunquam sum usus: deinde adito *N.* fac ut scias quanti possit emi tale capitale linteum, quale periit à *D. Bertino*: ut aut emptum recipiat, aut si malit pecuniam quâ emat: adito hominem, rogatoq; utrum malit, aut potiùs ipse emito consilio viri, ut planè illi satisfiat, reddam tibi ubi ad nos veneris. Humanissimo *Adriano* patrono tuo simúlq; *Edmundo* mihi fratris loco dilecto, multis modis facies me commendatum. Vale.

Si quid à *Parisiis*, ab *Antonio* novi est, fac ut sciam. Medico, ubi commodum erit, salutem multam dices meis verbis: & *Guardiano*, si jam rediit. Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Rot. Batto S.D.

SI tu tuique rectè valetis *Batte* jucundissime, est ut cupimus, quod vehementer gaudeamus. Quanquam de amore nostro tibi perspectum arbitror, tamen etiam atq; etiam tibi persuadeas velim, nihil esse uno me *Batto* amantius, nihil illi devotius. Quod si tu me amas, aut bonas literas miraris, hunc hominem tuo more, id est, perbenignè & comiter accipe: quo neq; charius mihi, neq; literatius quicquam. Et quod his temporibus perquam est rarum, summæ eruditioni summam modestiam adjunxit. Hunc domina *Veriana*, hominis & ingenio & pudore delectata, unicè complectitur: quare & tuâ humanitate dignum, & nobis omnibus vehementer gratum feceris, si hic ostenderis quanti nos facias. De nostro statu nihil erat quod scriberem. Sibilant, ut solent nonnulli quos tu non ignoras *Zoili*, sed spero nos aliquando ex his scopulis evolaturos. Te cum universa familia quam rectissimè valere cupio. Anno M. D. XCIX. *Epist.* 52.

Iacobus Battus Guilielmo Montjoio S.D.

EXpectatissim' optatissimúsq; mihi erat *Erasmi* mei reditus, non quòd eum tibi inviderem, sed quòd sine modo amarem. Non potui tamen non graviter excruciari, ubi ille mihi acerbissimam illam suam Tragœdiam denarravit, quam ego multo ante animo præsagieram. Quid illi non mentieram? quoties graviora etiam somniaveram? & jam tum de illius fortunis anxiè cogitabam, quum mihi ejus epistola redderetur. Utcunque evenit, gaudeo, gaudeo humanissime comes, quod tam dulcem animæ meæ partem, vel mutilam atque vexatam receperim: tametsi non ita improbè illum amo, quin maluerim integrum apud te remansisse, quàm sic spoliatum, & tam insigni contumelia spoliatum, ad nos redisse. Deum immortalem, ne Musas quidem ac literas ab *Harpyiis* illis tutas esse posse? *Platoni* apud *Æginetas* profuit in crimine capitali, quod esset philosophus. *Phalaris* immanissimus ille, erga medicum suum *Pythagoræum* philosophum, & *Stesichorum* poetam, summâ usus legitur tum humanitate, tum liberalitate. Verum quid in re desperata ferè prosunt querimoniæ? *Ferendum, non culpandum, quod mutari non potest*: præsertim quod pudendum existimem, cum ipse suam calamitatem tam infracto, támq; præsenti animo ferat, me fractiore esse animo. O rem præclaram philosophiam, quam ille semper & coluit & prædicavit! Meum erat officium, illius æ ritudinem oratione lenire: at ille ridens, meas lachrymas reprehendit, bonóq; animo esse jussit. Nihil se pœnitere etiam dicebat, *Epist.* 53.

quòd

quòd *Angliam* petisset, non perisse illam pecuniam sine maximo quæstu, propterea quòd istic ejusmodi esset amicos nactus, quos vel *Cræsis* opibus anteponeret. Duas noctes una pernoctavimus. Bone Deus, quanto ille affectu prioris *Richardi* humanitatem, *Coleti* eruditionem, *Mori* suavitatem, oratione facundissimâ repræsentavit; ut si mihi liberum esset, cuperem & ipse tam docta, tam candida pectora visere! Te autem totum, optime *Montjoie*, ita à capite, ut aiunt, ad calcem usq; depinxit, ut quanquam antea tui amore vehementer flagrârim, nunc in te amando nec *Erasmo* quidem ipsi cedam, qui te tamen plus suis oculis amat. Tibi adeo nihil imputat, ut tuam quoq; vicem apud me deploraverit, qui ad tantos tum sumptus, tum labores suâ causâ fueris adactus. Postremò, cum à nobis digrederetur, hoc mihi etiã atq; etiã mandavit, ut tibi quàm sæpissimè scriberẽ; quod quanquã pro tua singulari doctrinã, meáq; imperitiã facere veretur, tamen nè officio defuisse videretur, has quales cunq; literas ad te dedi: quibus si te non offendi animad vertero, agam tecum saepius. Et utinam id faxint superi, cujus spem non nullam *Erasmus* ostendit, ut te propius paulò frueremur. Pro summa tua in *Erasmum* meum tum humanitate, tum benignitate, immensam gratiam & habeo & dum vivam habebo. Plus enim me illi debere puto, si quis quid de illo bene meretur, quàm si in meipsum conferat. Generosissimam dominam conjugem tuam, socerum optimum, reliquámque familiam bene valere precor. Ex ædibus *Torrentii*. Anno M. CCCC. XCIX.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER NONUS.

Erasmus Rot. Guilielmo Montjoio S.D.

Epist. 1. QUòd locupletiorem quandam, absolutioremq; *De conscribendis epistolis* rationem à nobis efflagitâsti *Guilielme* adolescens ornatissime, pudentius tu quidem pro tua modestia, sed tamen ut facilè intelligerem quantopere ejus rei studio arderes: tum animus iste tuus nos haud mediocriter delectavit, tum judicium etiam non vehementer probare non potui; nam & agnosco in te perlibẽter, quod repente tot privatis publicisq; negotiis implicitus, tum novis nuptiis, ut par est, occupatissimus, veterem tamen illum tuum erga bonas literas amorem non mutaveris. Sive ut his de rebus conscriberemus, tuâ ipsius interesse putabas, videlicet ut veterum Principum exemplo, si quod vel absolutis negotiis, aut etiam inter ipsa contigisset ocii, id totum non nugis, quod vulgò faciunt, sed honestis studiis impartiremur: sive hoc nostro labore, qui tibi totus desudat, *Angliæ* tuæ studia pro tua virili juvares, in quâ videres *Latinas* literas indies magis magisq; efflorescere. Mentem istam tuam mi *Guilielme*, & te dignam, & omnibus bonarum literarum studiosis, cum voluptati, tum præsidio futuram & laudo, ut debeo, & agnosco, ut dixi libenter. Nec minus judicio tuo, prudẽti sanè & acri gratulor, qui utrunq; rectè perspexeris: & nondum antehac ex multis, qui de scribendis epistolis præceperunt, huic tantæ rei fuisse satisfactum: & nullam esse ex omni studiorum genere partem hâc unâ, vel quæ latius pateat, vel quæ tantundem habeat aut usus, aut voluptatis: quo magis sunt reprehendendi, qui de re tam ubere, támq; necessaria, tam jejune indiligenterq; ut nè dicam inerudite, conscripserunt. Ut enim interim de his taceam libellis, qui jamdiu in ludis literariis soliti circumferri nuper politiore literaturâ reflorescente, tanquã nebulæ, sole emergente, propemodum evanuerunt: quo tandem consilio legitur à pueris *Franciscus Niger*, cujus non modo præceptiones triviales sunt, neq; ex intimis (ut oportebat) rhetorum fontibus petitæ, sed nulla etiam extat epistola, non dicam elegans & venusta, sed nè *Latina* quidem. Tum illum quod *Marii Philelphi* nomine circumfertur opus, confusaneam mihi planè perturbatúmq; videtur: & si dicendum liberius est, parum tum eruditum, tum ad id quod promittit, accommodatum. Nam præterquàm quod synonyma habet nimium puerilia dicendi genera in singulis epistolarum generibus, ferendum erat quod odiosè inculcat, ni id & imperitè faceret, qui eam gravissimam epistolam judicarit, quæ verbosissima esset, & quam maximè alieno repetita principio. Tum in ipso operis limine, quorsum attinuit rhetorices præcepta toties perscripta repetere? An ut rejectis *Ciceronis* & *Fabii* libris, hujus nugas pueri lectitarent? Nec *Sulpitii Peratiq;* doctrinam contemno, quibus in eis libris, quos Grammaticos ipsi vocant, haud Rhetoricos, facultatis hujus degustamenta quædam præbere, consilium erat, &c. Bene vale. Anno M. CCCC. XCVIII.

Erasmus Roterodamus Edmundo Sacerdoti Optimo S.D.

ABdidi me in villam humanissimi Principis à *Courtemburne*, hybernis his mensibus in arcanis literis mussaturus: & utinam id te comite mi charissime *Edmunde*, *Guardiano* duce, licuisset. Sed hac in re, itidem ut in cæteris, vulgato præcepto libenter utemur: Quando non potes quod vis, id velis quod possis. Cæterùm tuæ fuerit charitatis, *Adrianum* extimulare, ut me libris aliquot instruat. Mittat oro in *Paulum*, *Augustinum*, *Ambrosium*, *Origenem* à *Bertinicis* in tempore petat, certáque fiduciâ pro me fidejubeat: non

non enim fallétur. Præterea percupiã, si fieri possit, ut *Origenis* Homiliæ nonnullæ mittantur, quas habet *Gardianus*. *Lyranus*, aut si quis alius in *Paulum* scripsit, & eum ad nos venire velim. Mittetur sabbato vehiculum, quo omnia huc perferantur: interim curabitis, ut libri sint in eum diem parati. Si quando vel *Adrianus* vel *Gardianus* dignabitur nos invisere, cupidè videbimus utrumlibet. Vale mi optime *Edmunde*, & hac in re quæso diligenter operam tuam naves. Ex arce *Courtenburnensi*. M. D.

Erasmus D. Adriano in Christo amicissimo S. P. D.

f.3. HUnc *Ludovicum* puerum hactenus *Jacobus Battus* mei respectu aluit in arce *Tornehensi*: nunc ita libitum iis, qui in præsentia tyrannidem obtinent, ut aliò concedat, qui *Batti* fratrem expulerunt, ipsum etiam *Battum* expellere conati. Quare monui adolescentem, ut te primum viseret, quem si in familiam tuam receperis, rem feceris & mihi vehementer gratam, & erga juvenem officiosam, & erga Deum piam: postremò tuis commoditatibus non inutilem. Est enim juvenis mediocri doctrinâ, scribendi artifex egregius, moribus & fide integerrimâ; id quod ipse facilè comperies, & ipse meo periculo non dubitem affirmare. Vale.

De libris communicatis habeo gratiam: referet autem is qui pietatis officia multo cum fœnore solet remetiri, Deus. Ex arce *Gertenburgen.* M. D.

Erasmus Edmundo ut fratri dilecto S. D.

f.4. CErtior per te fieri cupio, num jam redierit noster *Gardianus*, aut quàm mox expectetur adfuturus. *Adrianum* orabis meis verbis, ut de libris suis patienter agat: nam post paucos dies aliò me conferam, sed non prius quàm codices multa cum gratia restituero. Mirum quàm mihi gratuler, qui hunc laborem susceperim: confido enim me posthac toto pectore in arcanis literis libenter versaturum. Meus *Franciscus* intra dies fermè octo in patriam redit, quare *Ludovicus* rectè fecerit, si paginas, si quas habet, de *Laurentio* miserit: de mercede nulla fuerit contatio. Præterea de tabellione ecquid cognôrit, ut sciam, faciat: tum de sudario quod perierat, quid egerit. Exemplar precationum mearum, si desiit uti, jube remittat. Vos omnes jamdudum expecto sed frustra. Cum primis pio, mihíque plurimis nominibus observando viro *Adriano* salutem meis verbis annunciabis. Ipse rectè valebis, ac nos tui amantissimos vicissim amabis, nósq; pro mutua charitate, mutuis apud Deum precibus adjuvemus. Ex arce in quâ diversor, raptim. M. D.

Erasmus Roter. R. P. *Henrico à Bergis Episcopo Cameracensi* S. D.

f.5. CUm hominis conjunctissimi dignum immortalitate ingenium, quàm celebratissimum efficere cuperem, ornatissime Præsul, id ita demum fore existimavi, si celeberrimi tui nominis titulus operi novo velut fax quædam præluceret: non quod hoc muneris tuæ præstantiæ aut aptum, aut magnopere dignum judicâssem, verùm ut novo autori tuis è laudibus nonnihil tum gratiæ, tum autoritatis accederet: id quod mihi abundè videor assequutus. Tanto enim ardore meus *Guilielmus* ab universis hujus Academiæ alumnis legitur, rapitur, tenetur, ut dictu prope sit incredibile: jam passim in publicis auditoriis, in collegiis *Guilielmi* mei nomen perstrepit. Hoc munere si te nihil offendi sensero, sat pulchrè procedo: sin gratiam etiam ineo, planè triumpho. Donamus enim aliena; nihil enim ipsi excudere potuimus, Theologiæ studiis occupati: & *Hieronymi* monita sequuti, discimus quod doceamus. Brevi tamen aliquam studiorum nostrorum frugem expecta, quam tuo nomini propriam faciemus. Me morbus prorsus exhausit, & cutis & loculi laxissimi sunt: illâ carne, hi numis farciendi: tu pro tua consuetudine facito, ac bene vale. *Parisiis.* M. CCCC. XCVIII.

Erasmus Rot. Christiano, qui opera Augustini scripserat fucatius.

SAlveto quantum voles. Ita me Deus amet, haud expectâram abs te tantum elegantiæ, vel potiùs eloquentiæ: nam elegantem futurum facilè prospexi. Quare tuæ literæ voluptati mihi in primis fuerunt. Proinde te hortor, ut isto cursu pergas, propediem tui præceptoris simillimus evasurus, sed genus aliquod dicendi, tanquam signum tibi proponas, censeo, nè varia, suiq; dissimilis nascatur oratio. Id autem genus potissimùm eligendũ, ad quod te potissimùm natura composuit: de te conjecturâ sumere licet. Videris ad *Timonis* propiùs quàm ad *Ciceronis* formam accedere: equidem malim *Ciceronis*. *Atticũ* erat præstantissimũ. Ab *Asiatico* longè abes. *Rhodiũ* nihil est quod petas. *Punicũ* referre videris, vel *Allobrogicũ* potiùs: quod quidem longè temperatissimum esse constat, videlicet ex *Arabico* & *Iberico* medio mixtum. *Celeno* interim rubetam dissimulante. Verùm ineptè hæc te doceo sus, cum tibi *Minerva* sit domi. Verùm is, ut est nova quadam humanitate, dabit veniam, si meam falcem in ipsius messem misero: mittam enim sæpius. Non displicet istud discendi genus, ut ille materiam, tu verba ministres. Idem olim *Crassus* factitavit orator haud vulgaris, sed hic ex priscis. Vidi ipse corniculam *Horatianam*, cujus te similem esse nolim. Eris autem, si præceptoris quàm simillimus esse studueris. Quod me amas, nihil scribis novi: sciebam enim antea. De nostro certamine *Christiane*, nihil est quod labores: tu tanti es, nisi mihi *Augustinus* mentitus est, quod non solet. Bene vale cum tuo *Dædalo*. *Lutetiæ.* Anno millesimo quadringentesimo nonagesimooctavo. *Epist.6.*

Erasmus Gaguino.

CEreales & Anabasii qui sint apud *Hieronymum* in *Rufinum*, non satis intelligo. De Cerealibus somnio, nescio quid. Utroque verbo vestigatores quoquo versus dimissi, significari videntur, tu me doceas velim. Dialectica *Laurentii* jampridem desidero: quæ si tibi sint, obsecro commodes: sin minus, commonstres à quo mihi sint petenda. Bene vale. Anno millesimo quadringentesimo nonagesimooctavo. *Epist.7.*

Gaguinus

Gaguinus Eraſmo.

Epiſt.8. NEc Cerealium, nec Anabaſiorum permittit me acerbiſſimus morbus meminiſſe, tam ſum doloris impatiens. Dialecticen tibi demitto, quam remitti aliquando provideas cum oratiunculis, quas à me habes. Vale meliùs *Roberto* tuo. M. CCCC. XCVIII.

Eraſmus Euangeliſtæ S.D.

Epiſt.9. VErbum illud, *accenſos*, quod nos offendebat, apud *Vegetium* reperi: cujus hæc ſunt verba: *Ad obſequia tamen judicum vel tribunorum, nec non etiam principalium deputabantur milites, qui vocabantur accenſi; hoc eſt, poſtea additi, quàm fuiſſet electio completa, quos ſupernumerarios vocant:* Hæc ille. Manifeſtiſſimum igitur eſt, *accenſos* ab *accenſendo* dictos; hoc enim communicatum volui. Vale. M. D. XCVII.

Eraſmus Roberto Piſcatori.

Epiſt.10. VIde quàm ſit avidum & querulum fœminarum genus. Nudiuſtertius puer meus ab hoſpite noſtra veteri plurimum retulit querelarum. De noſtrûm utroq; neſcio quid maritus murmurabat. Mater nè *Normana* planè non eſſet, querebatur ſe pro laboribus, quos meâ causâ cepiſſet, nihil gratiæ recepiſſe. Filia te permalignè ſolviſſe aiebat, & priſtinæ tuæ conſuetudinis oblitum fuiſſe. Ego decuplo beneficium emo: redimo enim cumulatiſſimâ mercede officium, & nihilominus beneficium debeo. Hos mulierum mores cum mecum reputo, tum gaudeo me in hoc vitæ genus incidiſſe: ſi caſu, feliciter: ſin judicio, ſapienter. Habes jejunam epiſtolam, argumentum mihi jejuna illa mulier miniſtravit. Tu ſi bonâ valetudine fueris, gaudemus: nos optamus quidem, imò jam ſperamus: cœpit enim morbus paulatim remitti. *Lutetiæ.* M. D. XCVIII.

Eraſmus Roterod. Thomæ Greio S. D.

Epiſt.11. SI quid unquam tibi gratum aut feci, aut volui, quæſo ut hoc mihi gratiæ referre non graveris. Huic juveni, quas ad te literas ſcripſi, tradito, ubi meis vehementer efflagitantibus copiam fecero, remittam. Bene vale. M. CCCC. XCVIII.

Eraſmus Thomæ Greio S.D.

Epiſt.12. TAmetſi eſſem occupatior ſuaviſſime *Thoma*, tamen ut intelligeres, quoties ad te ſcribendũ erit, nullam prorſus excuſationem me mihi permiſſurum eſſe, vel interpellantibus negotiis tecum per literas loqui libuit. Cave poſthac à me expectes, ut in ſingulis epiſtolis, vel meam in te benevolentiam teſtificer, vel ingenium tuum prædicem. Semel hoc tibi perſuaſum velim, tuo iſto in me animo, tam propenſo, tam candido, tam modeſto, tam ardenti, tam amico non eſſe mihi neq; charius quicquam, neq; jucundius: méque planè ſic affectum eſſe, ut tam dulce bonum nolim vel cum univerſis *Arabũ* opibus commutare. Porrò de meo viciſſim in te amore, hoc perinde ut *Apollinis* oraculum accipias velim, dum tu & virtutem & bonas literas (id quod facis) amplecti perges, nulla conſuetudinis intermiſſio, nullus caſus hunc in te animum mutabit. Solidus enim amor à virtute profectus, tam finem neſcit, quàm virtus ipſa. Etenim quos cupiditas amicos facit, neceſſe eſt, ut idem amoris lucríq; ſit finis. Quos verò voluptas ad amandum allicit, ibi finem amandi faciunt, ubi ſatietas ſubierit. Qui deniq; puerili impetu animorum ſeſe benevolentiâ proſequuntur, pari levitate ab amicitia deſciſcunt quâ acceſſerant. Noſtra neceſſitudo longè melioribus initiis profecta, non paulò ſolidioribus columnis innititur, quippe quos non cõmodi ratio, non voluptas, non juvenilis affectus, ſed honeſtus literarum & communium ſtudiorum amor copulavit. Eſt enim inter bonos ſtudioſóſq; viros vel publica quædam, ſed conſtantiſſima neceſſitudo, è ſimilium rerum admiratione conflata. Et quoniam virtutis ſtudium nec ſanitatem novit, nec caſibus fortuitis ſubjacet, non poteſt bonorum benevolentia non eſſe perpetua. Hoc igitur amoris genere cum ſimus juncti, vereri non debes, nè quid in noſtram amicitiam incidat, qualia vulgaribus amicis multa paſſim evenire videmus. Quanto tu innocentiæ & literarum eris amantior, tanto mihi charior eris futurus. Equidem abundè magnum amoris in te mei fructum tuliſſe videbor, ſi præclaram virtutis indolem, quam in te primus animadverti, meâ operâ ad frugem perveniſſe videro. Ad quod ut manibus pedibúſque enitaris, te mi *Thoma* etiam atq; etiam hortor. Id facies, ſi optimos quoſq; autores tibi legendos propones, laſcivos & obſcœnos non ſecus ac peſtem quandam fugeris, præſertim iſtâ adhuc ætate, quæ ſuâ ſponte lubrica, non tam ad recta capienda propenſa, quàm ad nequitiâ proclivis eſt. Quorſum autem attinet iſtos cum morum detrimento legere, cum nequiquam deſint qui doctrinâ non paulo plus prõſint, obſcœnitate nihil noceant? In quorum numero *Virgilium* in primis leges, *Lucanum*, *Ciceronis*, *Lactantium*, *Hieronymum*, *Saluſtium*, *Titum Livium*. Invitus finem facio, ita mihi videor dum hæc ſcribo jucundè tecũ fabulari. Et vide, quæſo, quantulum id ſit quod de noſtra familiaritate corporum disjunctio detraxit. Animo te video, literis colloquor, fortaſſe etiam jucundius quàm lingua. Quare gaude ac vale. Ne literarum novum colorem diutius mireris, amantium ſanguine ſcriptas eſſe noveris. Atramenti penuria, mori ſucco ſcripſimus. *Pariſiis.* Anno M. CCCC. XCVII.

Eraſmus Rot. Thomæ Greio S.D.

Scripſit Iuvenis.

Epiſt. IAm pridem iſthuc meæ veniſſent literæ, adoleſcens generoſiſſime, quo uno ex univerſo hominum genere nemo vivit mihi charior: nam ſi quo minus jucundiſſimus appellari poſſis, fata inviderunt, at charitatem fortuna neq; eripuit, neq; poterit eripere. Pridem, inquam, tibi ſcripſiſſem, quod & ego pro mea in te benevolentia maxime cupiebam, & te pro mutuò in me amore majorem in modum expectare ſciebam: ſed veritus ſum, nè vulnus acerbiſſimum, quod recens acceperam, adhuc crudum exagitarem: quod tantum aberat, ut ullam omnino tractationem admitteret, ut nunc quoque levi admonitu recrudeſcere ſentiam. En dolor juſtiſſimus uberes mihi lachrymas excutit,

excutit, jam cicatricem duxisse vulnus sperabam: Nulla est intolerabilior contumelia, quàm quæ pro benefactis rependitur. Utinam liceat tantum è Lethæo haurire amne, ut totus ille senex cum suis injuriis, meis officiis animo effluat, cujus quidem memoria quotiens mentem subit, totiens non solùm iraſcor, verùm multo magis admiror, tantum veneni, tantum invidentiæ, tantum perfidiæ, tantum impietatis humano pectori insitum esse. Ita me Deus amet, cum hominis animum sceleratissimum contemplor, videntur mihi poetæ, homines alioquin in describendis hominum ingeniis tum acuti, tum eloquentes, hujusmodi virus aut non vidisse, aut dicendo assequi non potuisse. Quem enim lenonem tam perfidum, quem militem tam glorioſum, quem senem tam morosum, quod denique portentum tam invidum, amarulentum, ingratum ausi sunt unquam fingere, quàm hic est senex fucatissimus, qui religioſulus etiam sibi videtur, vitiisque suis splendida nomina fingit? Vetabis me dolere. Ego mi *Thoma* rem pro sua atrocitate modestissimè fero. At non possunt non dolere incommoda quæ præter expectationem accidunt. Quando ego unquam pro meo candore, pro meis meritis, pro fide, pro amore penè fraterno, ab homine cano ut apparet, nobili ut jactat, religioso ut fingit, tam insignem contumeliam expectare potuissem? Summam ingratitudinem judicabam officium officio non reponere. Legeram & hominum esse genus quos tutius esset offendisse, quàm officiis demeruisse. Non credebam, donec experientia fidem fecit, multo esse periculosius, malis benefacere, quàm bonis malè. Nam quum nebulo ingratissimus devinctiorem sese mihi sentiret esse, quàm ut gratiam referre posset, à literis quas jam diu miserè vexaverat, ocium sibi sumit, studiúmque omne huc transfert, ut suis nefariis machinamentis me perditum eat: quem postquam laboribus confici posse desperat (nam id jam frustra tentaverat) lingua Tartareo veneno imbuta conatur extinguere, & extinxit quantum quidem in ipso fuit. Quòd vivo, quòd etiam valeo, literis acceptum refero, quæ me docuerunt, nullis fortunæ procellis cedere. Indignè fert homo sceleri natus, se parum nocuisse. Parum est isti, tantâ rabie in me præsentem debacchatum esse, ab animo meo distraxisse me, fugientem eminus veneno petit, atque mei odio in te charissimam animæ meæ partem sævit. Sævit, inquam, eo telo quo inter mortales unus plurimum potest, maledicentiâ. O vipereum malum quovis aconito, quavis *Cerberi* spuma nocentius! Ejusmodi nè portentum solem purum aspicere? istiusmodi monstrum auras haurire, imo inficere vitales? Tale dedecus communem sustinere terram? Nullum tam terrificum, tam pestilens, tam execrandum malum poetarum ingenia excogitare potuerunt, quod monstrum istud non facilè vincat. Quis enim *Cerberus*, quæ *Sphinx*, quæ *Chimæra*, quæ *Tisiphone*, quæ larva cum isto malo conferri jure possit, quod nobis *Gothia* nuper evomuit? Quis scorpius, quæ seps, quis basiliscus venenum habet præsentius? Venena ferè non nisi irritata nocent. Leones bene meritis officium rependunt. Dracones officiis mansuescunt. Huic seni summa mea merita rabiem faciunt. Habes animum virulentum. Jam ut solidum ostentum intelligas, si vultum truculentum, si totius corporis habitum paulo contemplere diligentius, nonne tibi videaris omnium scelerum quasi simulacrum quoddam intueri? Et hic laudanda est naturæ prudentia, quæ deformem animum digno corpori inclusit. Latent sub superciliorum hispida sylva oculi refugi, torvum semper tuentes. Frons saxea, nè in malis quidem ulla sanguinis verecundi nota: nares polypum spirant, sectis sylvescentibus occupatæ. Buccæ pendulæ, labra livida, vox erumpit non promitur, tanta est animi impotentia: latrare jures cum loquitur: cervices intortæ, crura incurva. Nihil est denique quod natura non aliquo insigni stigmate notaverit. Sic sceleratos ac maleficos inurimus, sic canibus mordacibus nolam appendimus, sic bovem cornupetam fœno alligato signamus. Mene huic turpissimo monstro meas literas communicâsse, hujus causa tantum ætatis, tantum ingenii, tantum operæ triviſse? quæ si perissent, minus essem miser. Nunc draconis dentes sevisse me video, qui in meam perniciem renascantur. Plus est, quàm perdere beneficium, amicum præstando, hostem infestissimum parare; ubi enim tyrannus meâ sit abusus operâ, cui gratiam referre neque posset parem, neque vellet ullam, novum exitii genus homò ad maleficium tantum ingeniosus, excogitavit, quo & me cui devinctum esse non libet, & te pariter, cui turpiter juveni puer quinquagenarius invidet, funditus everteret. Hæccine est illa, quâ ad nauseam omnium gloriari, solet, generositas? Hoc illud totiens jactati generis specimen? Hic scilicet est animus magnis natalibus dignus? Quis istum vel humano sanguine progenitum credat? Quis non *Virgilianum* illud illo dignum judicet;

— *Duris genuit te cautibus horrens*
Caucasus, *Hircanæ q; admôrunt ubera tigres?*

Et audet homo mortalium omnium impudentissimus, se multa de te, plurima de me meritum prædicare, nosque ultrò ingratitudinis accusare. Non tot meorum in se officiorum testibus, non suarum in me injuriarum conscientia movetur. Audet cum his factis inter homines vivere, modestiùs facturus, si *Timonem* illum imitatus ex universo hominum cœtu in remotissimos fluctus demigraret, ac bellua cum belluis ætatem ageret. Sed dolori quanquam justissimo frenum stringamus. Tametsi in acerbissima contumelia me illud non mediocriter consolatur, quod hæc adeò non sit impunè ablaturus, ut jam præsentes mihi pœnas pendere cœperit: daturus olim graviores. Quas, inquis, nam ille quidem sibi plaudit? esto. An non tibi abundè satis supplicii videtur esse, quod & stultissimus est, & invidentissimus, quod utroque miserrimus? An gravius ullum supplicii genus excogitari possit invidentiâ? quæ ipsa sui carnifex est, atque, ut Poeta dixit, supplicium suum. Quare Epigrammaticus ille & doctè & facetè invidentissimo cuidam nebuloni nostri, ut arbitror, senis simillimo, eam ipsam invidentiam, tanquam extremum malorum imprecatus:

Omnibus, inquit, *invideas invide, nemo tibi.*

Equidem hominem nondum tam capitaliter odi, ut tantum mali velim imprecari. Quanquam ille quidem dignissimus est, cui aut hoc, aut si quod est deterius eveniat. Nec dubito jamdudum evenisse, si verè *Plautus* dignis evenire digna scripsit. Cui enim ille non invidet misere? qui

quod

quod tu diligentiùs in literis ageres, cujus virtuti debebat gratulari, adeò invidit, ut repente in morbum capitalem incideret. Quid autem habet ille, quod non misericordiâ potius quàm invidiâ sit dignum? si misericordiam mereretur obstinata malitia. Jam alteras pœnas accipe, quas nemo unquam nocens effugit. Quas tu Furias in illo tot scelerum conscio pectore sævire reris? quæ illic stridere verbas, quas intentari faces, quos stimulos impingi?

Pœna autem vehemens & multo sævior illis,
Quas ait Cæditius *gravis invenit, aut* Rhadamantus.

Rectè est & hoc ab æquissimo rerum autore comparatum, quod se judice nemo nocens absolvitur. Hi sunt æterni cruciatus, quos poetæ apud inferos exerceri, magno ingenio finxerunt. Quare si ægritudini vindicta mederi potest: jam omni dolore levatus esse deberem. Verum ego vindictæ genus, tum honestius, tum generosius puto, injuriam negligere. Nam nocentes ultrò sua pœna sequitur. Quanquam si me molestiæ sensu carere dicam, planè mentiar. Hoc tamen affirmo, me non meâ magis contumeliâ, quæ acerbior esse non potest, permoveri, quàm tuæ conditionis miserescere. Mecum præclarè actum, qui tandem è mediis venenis effugerim. Sed ô me miserum, qui non totus evolârim, te, dulcissimâ mei portione, relicto! Tene mi *Thoma*, isto animo, tam ingenuo, isto ingenio tam pudico, tam mansueto, istâ indole tam felici rabiosis belluis inservire? Istancine mentem literis, virtuti, maximis rebus natam deliri senis invidentia sepeliri? Optimus in pessimum incidisti, juvenis ingeniosus in senem stupidum, candidus in invidentissimum, humanissimus in spinosissimum, & juxta vetus proverbium, *Auribus lupum tones*. O fata iniqua! ô sydera inimica! ô superos malè propitios! Macte virtute adolescens quæ saga, quæ fascinatrix tuæ præstanti nocuit indoli? An suas ipsa dotes tibi invidisse natura credenda est? quæ alioquin in te fingendo omnes suas opes effudisse videtur, nè quid in absoluto opere desideraretur. Formoso corpori, animum felicem inseverat. Morum gratiam non inamabilem adjecerat. Genus, opes, ingenium contulerat. Brevitérque talem edidit, quales antiquitùs deorum filios solebant appellare. Et, ô miserande juvenis, qui genius malus, quod fatum te in istud barathrum conjecit? Itáne præclarum istum ingenii florem senex rancidus extinguet? Peribit illa fertilissimi soli spes? Interibit venæ tam divitis expectatio? O senilem invidentiam, quâ quid dici aut fingi potest monstrosius? Postquam ipsi, ut dignum illis fuit, in lustris ætatem exegere, tibi & adolescenti & ingenio feliciore & ætate aptiore, quòd maturiùs te ad optimas literas contuleris, miserè invident. Invident quòd tibi fervidus sanguis circum præcordia saliat, cum ipsi nihil nisi plumbum in pectore gestent. Proin quem cessantem incitare debuerant, præcurrentem remorari moliuntur: ipsi cum sequi nequeant, præcedere conantur. Sed heu quo me doloris abripuit impetus? Multis profectò modis injurius in te sum candidissime *Thoma*, cujus calamitatem cum mitigare consolando debuerim, ultrò etiam querelis meis exaspero. Jam hæc dolori dederimus, cætera rationi tribuemus. Ego te suavissime *Thoma*, inquam, unum ex multis delegeram, in quo absolutum aliquod artis meæ monumentum relinquerem, ad quod jam materiam quàm maximè felicem mihi nactus videbar. Sed utrum te mihi an me tibi fortuna invidit? Me fortè petiit, tibi certè plus nocuit. Certum est tamen mihi opus è manibus extortum, vel repugnante illa quà licet persequi. Nam si quam adfert nostra disjunctio jacturam, eam scribendi frequentiâ facilè sarciemus. Tu modò fac magno animo pergas, tibi instes, tibi te præceptorem præstes. Ad literas tuas venio, quæ mihi tam voluptati fuere, quàm tu mihi charus & fuisti, & es, & futurus es. Placuerunt verba non torta, non affectata. Placuit sententiarum robur masculum, & ita placuit ut in dubium venerim, num ea tuo *Marte* confecisses, an auxiliaribus copiis adjutus. Quod te mei desiderium ferre graviter scribis, nihil est mi anime quòd te affligeres. Nam si pro tuo in me studio nostram vicem doles, sine causa doles. Ego enim non aliter sum affectus, quàm si nunc demum ab inferis emersissem: hoc uno miser, quod *Pirithoum* charissimum non unà licuerit educere. Quare si nobis mutuo amore respondes, gratulari tuo *Erasmo* debes qui vix tandem catenam durissimam abruperit. Nec tua quidem causa cur tantopere te maceres, video. Nam si illud te malè habet, quòd nostrâ sis doctrinâ privatus, non incommodè permutâsti præceptorem, recepisti pro defesso integrum: pro parum diligenti diligentissimum, fortassis & doctiorem, nam amantiorem non credo. Qui si etiam qualiscunque contigisset, quantulum erat hoc damni quod meâ migratione fecisti? Jam tum cum tecum essem, malignè me fruebaris & prope carebas. Quid ego te dignum dicere poteram, cum mihi, asinus ad lyram assidue adesset? Denique si quid damni factum, id mutuis literis facilè non compensabimus modo, verumetiam superabimus. Tu modò ne tibi defueris caveto, nósque sic desideres, nè de studiorum tuorum contentione quicquam remittas. Equidem memini te dicere solitum simul atque ego vos reliquissem, te omnes ex animo literas deleturum. Cupio te mi *Thoma* vel una ista in re vanum inveniri. Neque tam religiosus videri velis, ut hic meâ causâ mentiri pudeat. Omni religione te solvo, & si quod erit piaculum admissum, in caput meum revoco. Neglige injuriam, contemne senilem morositatem, me quoque si voles ex animo deleto, modò nihil præter literas cogites. Nullius neque odium, neque amor tantum apud te valeat, ut à bene cœptis desistere velis. Senis & linguam & animũ ita oderis, ut ferre velis, imitari nolis. Te tibi propone, quæ tuo genere, quæ tuâ indole, tuâ mente digna sint curato. Præceptorẽ habes tam te dignum quàm sene indignum. Eum observa. Cum *Roberto* ne pugnaris; hominem mihi amicum cupio. Senem si non oderis, modestiæ & patientiæ videberis meminisse: sin ejusmodi monstrum unquam amare poteris, omnium mortalium levissimus fueris. Nam si ex animo facies, simultissimus eris: sin adulatione, turpissimus assentator. Tam insanum est hostem complecti, quàm ingratum amicum negligere. Bene vale. *Parisiis*. Anno quadringentesimo nonagesimoseptimo.

Erasmus

Erasmus Roterodamus Batto S.D.

1514. MUltis nominibus tibi gratias agere debeo, mi *Batte*, qui vigilias meas, hoc est opes, miseris, cum maturè, quod non soles, tum optimâ fide, ut consuêsti facere: deniq; per tabellionem non modò diligentem, verùm etiam facundum: ita ut mihi non illius labori modò, verumetiam orationi fuerit referenda merces: verùm artem arte lusimus, & juxta vetus proverbium, *Contra Cretensem Cretissavimus. Anglica* fata *Parisios* usq; nos sunt persecuta. En tibi alteram narro tragœdiam, priore etiam atrociorem. Pridie Calend. Februarias *Ambianos* pervenimus, bone Deus quâ duro itinere! *Iuno* opinor aliqua rursùs *Æolũ* in nos excitârat. Ego cum jam de via ita essem affectus, ut morbum etiam metuerem, cœpi de equis conducendis cogitare, non paulo præstare ratus, corpusculo quàm nummulis parcere. Et hîc sunt ad pernicię secunda omnia. Dum diversorium solitum peto, obiter fortè ædes prætereo quasdam, equis locandis inscriptas. Ingredior, advocatur locator, homo effigie & habitu ita adamussim *Mercuriũ* referens, ut mihi primo quoq; cõgressu furis suspicionem dederit. Convenit de mercede, conductis duobus equis, iter sub vesperum ingredimur comitante juvene quodam, quem generũ esse suum aiebat, qui jumenta domum referret. Postridie ad viculum quendam cui divo *Iuliani* nomen est, perventum est, & quidem multâ adhuc luce locum latrocinio destinatum. Ego ut pergeremus hortabar. Ille latronis discipulus cunctari, equos non esse supra vires defatigandos, satius esse illic pernoctare, ac postridie id dispendii anticipatâ luce sarcire. Non repugnabam magnopere, nihil etiamnum sceleris suspicans. Jam propemodum cœnaveramus, cum ministra juvenem illum unà nobiscum accumbentem, à convivio sevocat, alteri equo nescio quid mali esse dictitans. Discedit adolescens, sed eo vultu, ut aliud nunciatum intelligeres. Ego continuò puellam revocans, Heus, inquam, filia uter equorum malè habet, meúne an hujus? Nam aderat *Anglus* itineris mei comes. Et quid tandem est mali? Illa cõscientiam constanter dissimulare non valens, subrisit, & figmentum confessa, venisse notum quendam aiebat, qui juvenem ad colloquium evocâsset. Nec ita multo post locator ipse, qui jugulos nostros victimæ destinârat, cœnaculum ingreditur. Nos admirari, rogare quidnam accidisset, quod tam inexpectatus atque improvisus adesset. Ait rem adferre flebilẽ, filiam suam ejus juvenis uxorem ita ab equo calcibus percussam, ut jam animam propemodũ ageret, tumultuario itinere sese accurrisse, ut eum domũ revocaret. Mihi jam tunc commentum obolere cœpit. Utriusq; vultũ & gestus curiosiꝰ observo. In locatore illicò inconstantiam quandam animadverto, in juvene stuporem, qui è regione accumbebat; Ac mecum protinꝰ *Ciceronianũ* illud, *nisi fingeres non sic ageres*. Jam mihi nihil agendum putabam, nisi ut ab homine absolverer, quippe qui nihil usquam viderem, quod nõ latrocinium saperet. Augebant anteacta suspicionem, quòd quum *Ambianis* de mercede convenisset: ille datâ operâ me rogavit, quasnam esset pecunias accepturus. Subitò aderant, nec scio unde emerserant, qui sermonibus adjuvabant fabulam. Mihi laudabant locatorem, gratulabantur de tali comite, nec vicissim locatori commendabant. Rogabat semel atq; iterum locator, ecquẽ haberem postulatum, id est, nomisma rarius. Nego mihi esse. Deprompsi scrutatum unum atq; alterũ, qui tametsi satis probarentur, tamen blandiùs efflagitabat, ut è multis quos habere me putabat, unum aliquem bellissimum darem. Est enim hoc hujus sceleratissimæ artis caput, explorare quantum quisque viator secum portet. Ostendebam quos tum habebam, è quibus ille bellissimum sibi retinuit. Accedebant ad maleficii conjecturam quædam à juvene in itinere dicta ac facta: quæ consilio soceri de composito præparata videri possent. E duobus equis alter erat ignavissimus, ut in fuga nihil futurum fuerit præsidii. Is cui ego insidebam, in collo vulnꝰ ingens habebat, adhuc unguentis oblitum. Non ita procul aberamus ab urbe, rogat juvenis, sibi liceat à tergo meo, in lumbos equi conscendere, jumentũ assuetum ferendis duobus ne quid metuerem equo. Sero, inquit, exivimus, hoc celeriùs perveniemus. Passus sum; oritur sermo variis de rebus. Sic loquitur de socero, quasi non optimè de illo sentiret. Est et hoc unum è latronũ mysteriis. Interea crumena mea defluit in tergum, inerant autem octo fermè coronati aurei. Is reponit ad umbilicum. Rursum defluentem reponit, admonens, ut crumena semper sit in oculis. Ego tidens, quorsum, inquam, attinet servare vacuam? Obscurâ jam nocte nemꝰ quoddam emensi, tandem in vicum quendam emersimus. Juvenis circumspectans, fingit se nescire, ubinam locorũ esset, ducit nos in ædes nescio quas. Jubeo ut juvenis ipse se curet suo more, nos utriq; jejuni cubitum imus. *Anglus* hoc religioni dabat, ego valetudini: nam graviter è stomacho laborabam. Accedit mulier nobis ut putabat altum dormientibꝰ, multa cum ignoto illo, ut simulabat, juvene familiarissimè collocuta est. Tandem juvene submonente, reliquus sermo sibilis peractus est, ut exaudire non possem. Ante lucem extrudo eos ad iter. Toto itinere tracto juvenem sanè comiter. Ubi perventum est ad oppidum, cui nomen *Claromonti*, paro ingredi, non illic acturus noctem, sed aurum commutaturus, nè quid ea res esset in mora in vico pernoctantibus. Dissuadet juvenis, affirmans sibi satis esse monetæ argenteæ. Itaq; ad levam oppido relicto pergimus. Jam vico proximi cum essemus, fortè præcesserat *Anglus* unà cum juvene, ego sequor, sicut meus est mos, nescio quid meditans nugarum, & totus in illis. Interim imprudente me descenderat *Anglus*. Juvenis adduxerat equum ad fores, ubi nunquam fuerat diversorium. Ubi sensi, demiror quid cogitet. Ille circunspectans, negat se illic intra quatuordecim fuisse annos. Rogat quod mihi placeat diversorium. Quid si huc, inquit, divertamus? Et ostendit domum destinatam. Non abnuo, memor quod illic olim sat commode acceptus fuissem, sed ignarus hospitem esse mutatum. Datur ex more cubiculum. Apponitur vinum, sed malè respondens palato: Atqui vix eramus ingressi, cum video ignoto illi juveni in culina vinum in vitro appositum, eo colore ut mihi gratularer. Hac igitur spe frustratus descendo, expostulo cum hospite: Mutatur vinum. Hæc jam tum mirabar magis, quàm habebam suspecta. Quare ut ad intermissum narrationis ordinem redeam, iam certâ suspi-

cione latrocinii, id agere cœpi, quo me cultro ſubducerem. Quid igitur, inquam, tibi in animo eſt? ego, inquit, fortaſſe vos *Pariſios* deportabo, verùm huic genero plane domum eſt recurrendum. Imò, inquam, commodiùs dabo conſilium. Quando caſus tam acerbus vobis accidit, ut tu filiam, hic uxorem propè perdiderit, illud veſtrâ cauſâ faciam: habes à me ſcutatum ſole inſignem, reſtant paſſ. quatuordecim millia, deminue de ratione mercedis, quantum de itinere ſupereſt, ac redite. Nos reliquum iter aut pedibus conficiemus, aut equos mutabimus. Caput quatiebat homo, deinde deſcendit, juvene relicto, mira latrocinii peritia, ut quid nobis eſſet ſententiæ per hunc expiſcaretur. Hic ego accito adoleſcente: Heus, inquam, quæſo, verum dicas, quid nam de uxore tua cedo? Confeſſus eſt rem commentitiam, verùm ſocero neceſſarium eſſe iter *Pariſios*, ut creditum repeteret. Nè quid, inquit, illius oratione commoveare. Quin vos cras ſummo diluculo equos conſcendite, nos utrique conſequemur. Atqui non temere eſt, inquam, quod nos tanto itinere tam repentè aſſequitur, & quidem noctu, tum die tam ſacro. Erat enim poſtridie Virginis matris purgatio. Et quorſum, inquam, attinet tot concinnare mendacia? Juſſit me adoleſcens bono eſſe animo, ſe omnia ex mea futuros eſſe ſententia. Quod ſi quid ille gravetur, inquit, ego non deſeram te donec mihi rumpatur cor, atq; hæc vultu illo ſtupido. Ita adſimulabat ſeſe, tanquam furtim mihi contra ſocerum ſtuderet: deinde deſcendit & ille, quid, niſi ut præceptori ſuo rem renunciaret. Interea ſolitudinem nactus, *Anglum* rogo: quid tandem ipſi videretur. Is præter latrocinium paratum nihil ſe videre reſpondit. At quid, inquã, conſilii? Jam nox erat profunda. Venit interea cauponaria lectos inſtratura, rogo ubinam eſſem cubituri, lectum oſtendit. Et ubi reliqui duo? in altero, inquit, hoc lecto, qui communi cubiculo cõtinebatur. Tum ego eſt mihi, inquam, quiddam nugarum tranſigendum cum hoc meo comite, ſine nos in hoc cubiculo cubitare ſolos, dabitur merces utroque pro lecto. Ibi venefica mulier, & quid ageretur haud ignara, primum ſuadere cœpit, ut unà potius cubaremus: eos eſſe viros probos, nec cauſam eſſe, quo minus illos in cubiculo dormire vellemus: ſi quid inter nos haberemus communicandum, id ſermone noſtrate licere fieri: ſin pecuniæ noſtræ timeremus, illis ſervandam committeremus, ovem (ut aiunt) lupo. Et ut maleficâ dignum erat, manifeſtariâ vanitate reliqua cubicula jam hoſpitibus occupata ementiebatur, cum præter nos nemo in illis ædibus eſſet hoſpes. Quid multa? argumentis victa, obſtinatè ſeſe id facturam negabat. Jubeo fores igitur aperiat, ac nos aliquo ejiciat. Nè id quidem ſe facturam affirmat, deſcenditq; irata, ac ſubmurmurans, & homicidæ illi rem omnem renunciat, me de gradibus ſubauſcultante. In *Anglo* nihil erat neque animi, nec; conſilii, neque linguæ. Nam *Gallicè* prorſus neſciebat. Mihi primum illud viſum eſt eſſe conſultiſſimum, obice ferreo occulere cubiculi oſtium, objecto & ingenti ſcamno querno: verùm id conſilium mox diſplicuit, reputanti nos in tam vaſtis ædibus ſolos objici pluribus: & jam multa nox erat, nec uſquam vociferatio potuiſſet exaudiri, niſi quâ parte cubiculum ſpectabat viam publicam. At illic obſtabat templum monaſterii cujuſdam.

A Interea dum circumſpicio melius aliquod conſilium, nec ſatis occurrit, puella pulſat fores. Ego clanculum ſubmoto ſcamno, rogo quid velit. Reſpondit neſcio quid adferre, ſed voce alacri. Aperio fores, blandior & adludo puellæ, quo meum diſſimulem. Sedemus interim tanquam duæ victimæ mactatorem expectantes. Convenit tamen inter nos, ut ocioſè ſobriéque fabularemur ad ignem abſque potatione, donec intuſiati caligaremus viciſſim dormiremus ac vigilaremus. Paulo poſt
B ingreditur bonus ille vir, tanquam omnium rerum ignarus, obſervo hominem oculis diligenter. Quo fixiùs contemplor, eo certiùs latronem video: qui cum tandem ſe unà cum ſuo tyrone lecto compoſuiſſet, conſequimur & nos, nec ea nocte quicquam ſenſimus, niſi quod experrectus *Anglus* gladium quem ad pulvinum locaverat, longè à motum in extremum uſque cubiculi angulum reperit. Nam duobus nobis unicus duntaxat erat enſis, ac chirotheca loricata. Hæc erat noſtra panoplia.
C Ego multo ante diluculum conſurgo, fenéſtras ac fores cubiculi aperio. Jam luceſcere clamo, ſtrepo, familiares expergefacio. Dum finem non facio, ibi latro voce, quam diceres eſſe non ſomnolenti, quid paras, inquit? Vix dum eſt hora noctis undecima. Ego contra clamo, cœlum eſſe denſiſſimis obductum nebulis, mox clarum diem emicaturum. Atque hæc potiſſimùm in feneſtris. Quid multis? adfertur lucerna. Interea ut obſervarem, quid ageretur inferioribus ædibus, decurro, obambulans ac circumſpectans, offendo tan-
D rum equos ſtantes ephippiis impoſitis, quomodo neceſſe erat eos totam ſtetiſſe noctem, cum præmodò excitatam puellam nemo non eſſet inſtratis: tandem ſurgunt & noſtri carnifices. Ibi res quæpiam incommoda ut videbatur, nobis ſaluti fuit. Nihil enim latronem illum exciverat, niſi quod nos quàm pecunioſiſſimos eſſe exiſtimarat: at hæc una res illi fidem facere potuit, nos tenui pecuniâ eſſe. Minuſculum erat argenteæ pecuniæ,
E quàm ut cauponi pro cœna atque equis omnium ſatisfacere poſſem. Aut igitur ille aureum mutare juſſi, aut locator meo nomine quinq; duodenarios (tantum enim deerat) redderet apud divum *Dionyſium* à me recepturus. Cauponaria neq; ſibi lances domi, neque qui mutaret aurum eſſe, jurabat. Latro ille ait ſe ea quidem lege facturum, ſi ſibi aureum pignoris loco tradidiſſem, hortabatur impendio id ut facerem cauponaria, mulier ut ſcelęſta ita & impudens & ſtulta. Unde multa ac longa
F inter nos rixa. Poſcebam mihi fores aperiret, meipſum mutandi auri cauſâ monaſterii Priorem, quod è regione eſt, aditurum, illa negabat. Rixatum eſt ad lucem uſque, tandem juſſi ſumus aurum quod mutatum vellemus proferre. Protuli, ibi alii nummo pondus deerat, alius adulterina materia dicebatur, alius parum ſolidus, hoc nimirum conſilio, ut ſi quid reconditi eſſet auri, id proferre cogeremur. Ego cum ſanctè adjurâſſem mihi præter eos nullos eſſe aureos.
G At comitem, inquit, quin tu ſuos proferre jubes? Video enim illum bellè eſſe nummatum, idque jam blandiùs cœpit poſcere. Ego verò vultu & voce, ita ut ſolent & vera & ex animo loquentes, nihil comiti præter ſyngraphan eſſe dejero. Profertur denique libripens, prodit & caupo, ibi libratum eſt ſeſquihoram, nec aureus erat, cui non aliquid ſcrupulorum deeſſet. In aliis

deerat

decerat ponderi, in aliis cauſabantur materiam. Animadverti tandem & lancibus ſubeſſe fraudẽ & ponderi. Et fortè fortunâ id quod erat gravius manu corripio, caupone etiam imprudente. Reliquum erat, ut altero ponderaret, & repente utraq; lance aureus proponderabat. In utramcunq; lancem translatus eſſet, eam inclinabat. Erat enim nummus pervetuſtus, cui ſupererat ultra legitimũ pondus, ut in his decreſcunt omnia. Jam jugulis noſtris intentus, conſultum erat, nihilq; agebatur, niſi ut lucelli aliquid per calumniam abraderent. Tum latro ille ſpe propemodum fruſtratus ſuâ, vel quòd parum magnificè nos nummatos intelligeret, vel quòd etiam in certam ſuſpicionem nobis veniſſe videret, méq; nonnihil etiam minitantem: deniq; quòd jam multus eſſet dies, cauponem ſibi nimiſquã familiarem, à nobis ſevocat. Quonam? inquis, in thalamum ipſum ſi diis placet, in quod latro ille ſolum ſe receperat. Vide ut propemodum ſit inter fures, quàm inter reliquos mortales fides major atq; humanitas. Aurum inter ſeſe mutant, pro cœna & equis retinent quantum libuit. Accepi viginti tres denarios, equidem lætus: tum metu, quantum mea fert ſimplicitas, diſſimulato, quin, inquam, jam equos conſcendimus? Stabat etiam non ociosus locator ille. Quid tibi, inquam, in animo eſt? cur non hinc fugimus? An ire ne nunc quidem paratus es? Non ſum, inquit, niſi univerſam ſummam reddideris. Et quantum tandem poſcis, inquam? nam ſupra ſcutatum tres ad illum duodenarii redibant: poſcit impudentiſſimè quantũ libitum erat, & quantum poſcere conveniebat impudentiſſimum latronem. Duc igitur, inquã, ita ut recepiſti me *Pariſios*, atq; illic ratione inita quod tuũ erit accipies. At ille quid, inquit, mihi *Pariſiis* des, qui hic etiã mecum pugnas? Sapiebat, non paſſus eſt ſe à ſuo latrocinio extrahi. Nam à me quidem iſta fingebantur, quippe cui nihil minus fuerit in animo, quàm cum carnificibus illis itineri me committere. Pauliſper rixatus, cum ille nihil ſe commoveret, ad ſacrum me ire fingo: verùm recta tranſmiſſo flumine *Pariſios* peto, nec prius latronis ficã timere deſivimus, quam *Dionyſium* nos mœnibus ſuis exciperet. Poſtridie Calend. Februarias *Lutetiam* pervenimus, itinere vexati, exhauſti pecuniis, ubi cum mihi nihil eſſet negotii, niſi ut tunicam repoſcerem, hoc ipſum parum expeditum offendimus. *Gallorum* ſanctimoniam accipe. *Falco* diſcedens ſcripto etiam mandaverat, ut mihi reverſo veſtis quamprimum redderetur. Venio, repoſco: Aiunt homines illi religioſi (ut videri volunt) veſtem pignori relictam, ſi *Francum* darem, ad me redituram eſſe. Me verò rem accuratiùs exploratum pergente, reſtituunt unà cum ſcripto, quo ſemet manifeſtæ vanitatis arguebant. Superſunt mihi tres ſcutati iniquiſſimi ponderis. Hoſpitium adjunxi cum *Auguſtino* vetere amico: vivimus in literis tenuiter quidem, nec tuam tamen tibi arcem invidemus. Quod dominæ mitteremus erat nihil, eáq; gratiâ juvenem hunc in *Britanniam* extruſimus, ſi quid fortè queam à comite abradere: ſed nihil bene mihi animus ominatur: video impudentius eſſe conſilium, & à meis moribus vehementer abhorrens, verùm maximum telum neceſſitas omnia cogit experiri. Quod ſi ille mittet pauxillũ, tu interea cura vel à domina, vel aliunde avellere nonnihil, ut triginta conficiamus aureos. Non temerè mi *Batte* hãc tantopere molior. Intelligo periculoſum eſſe corpori meo diutius in his regionibus cõmorari, ne ſi quid (quod Deus avertat omen) acciderit, ego unà cum omnibus meis literulis periero: quòd ſi proferatur Doctoris inſigne, vereor ne animus me deficiat, priuſquam vita. Quare te obteſtor atque adjuro mi *Batte*, ut ſi quid ignieuli veteris in nos amoris ſupereſt, toto animo de noſtra ſalute cogites. Tu ut es animo ſuavi & lento, beâſſe nos tibi fortaſſe videris: at ego niſi proſpectum erit, mihi ſic videor periiſſe, ut æquè nunquam antehac, quando *N.* largitur nihil, Domina in diem promittit, Antiſtes etiam averſatur, Abbas jubet bene ſperare: at interea qui det nemo exoritur, præter unum *N.* quẽ ego jam miſerum ita exhauſi, ut non ſit quod præterea largiatur, & à quæſtu, in quo uno, ut dixi, ſpes erat, peſtis depellit: multa mihi interea animo obverſantur. Quò fugiam nudus, quid ſi morbus accidat? Eſto nihil iſtiuſmodi eveniat, quid in literis potero ſine librorum copia? quæ mihi licebit optare ſi *Pariſios* reliquero? deniq; quid erunt citra auctoritatem literæ, an ut ejuſmodi portenta, qualé apud divum *Audomarum* vidimus, me rideãt atq; oratorem vocent? Hæc ſcribo, non ut te querelis meis exanimem, ſed ut dormitantẽ excitem, ut quod jam diu fruſtra molimur, aliquando tandem efficiamus, redeamúſq; tandem ad feliciſſimum illum convictum noſtrum. Bene vale mi *Jacobe*. Per tabellionem qui ſarcinulam attulit reſcripſi. Si literæ quas iſtic ad *Montjoium* ſcripſerã, adhuc penes te ſunt, ut huic tradas adoleſcenti, rogo. Salutem dic quibus oportet. De juvenis hujus fide nihil dubitabis, ſi quid fortè committendũ erit. *Auguſtinus* opus *Adagiorum* palam enarrat, auditorio quidem frequentiſſimo, pulchrè adhuc principia habent. Si putabis te apud divum *Audomarum* aliquot codices poſſe divendere, eos è ſarcina eximes. Rurſum vale. *Lutetiæ*, Anno M. CCCC. XCIX.

Antonio à Bergis Abbati ſancti Bertini Eraſmus Rot. S. D.

EN tibi pater humaniſſime, aſellum illum *Æſopicum* noſtræ referunt literæ, quibus quidẽ feſtivitatem tuam atq; facilitatem iterum atq; iterum experti, tantum fiduciæ accrevit, ut audeant ad tuam amplitudinem & extemporales venire, quæ antea ne multâ quidem curâ comptæ id facere audebant. Quam tamen negligentiam nolim ſecuritati noſtræ tribuas, ſed literariis lucubrationibus, quæ me cum ſemper, quatenus per valetudinem licet, totum poſſident, tum in præſentia ita diſtringunt, ut ne valetudini quidẽ parcant. Nam *Græca* quædam fortè fortunâ ſum nactus, in quibus ſurtim tranſcribendis & pernox ſum & perdius. Roget quis, quid ita me *Catonis* cenſorii delectet exemplum, ut hoc ætatis libeat *Græcari*. Si quidem puero mihi pater optime aut hæc mens fuiſſet, aut non defuiſſent potius mihi tempora, longè feliciſſimus eſſem. Nunc ita ſtatuo, ſatius eſſe vel ſerius diſcere, quàm neſcire, quæ cũprimis oportet tenere. Delibavimus & olim has literas, ſed ſummis duntaxat (ut aiunt) labiis: at nuper paulo altius ingreſſi, videmus id, quod ſæpenumerò apud graviſſimos autores legimus, *Latinam eruditionem, quamvis impendioſam, citra Græciſmum*

Epiſt. 15.

manciam esse, ac dimidiatam. Apud nos enim rivuli vix quidam sunt, & lacunulæ lutulentæ: apud illos fontes purissimi, & flumina aurum volventia. Video dementiam esse extremam, theologiæ partē, quæ de mysteriis est præcipua, digitulo attingere, nisi quis *Græcanica* etiam sit instructus supellectile, cum ii qui divinos vertere libros, religione transferendi ita *Græcas* reddant figuras, ut ne primarius quidem ille, quem nostrates theologi *literalem* nominant, sensus percipiatur ab iis, qui *Græcè* nesciunt. Quis enim in Psalmo illud intelligat? *Et peccatum meum contra me est semper*, nisi *Græca* legerit, quæ sunt hujusmodi, ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Hic mihi Theologus quispiam longam texuerit fabulam, quomodo caro cum spiritu pugnet assiduè, præpositionis scilicet [*contra*] deceptus amphibologiâ, cum illud ἐναντίον, non pugnam, sed situm significet, perinde ac si dicas, *è regione*, id est, *in conspectu*: ut significârit Propheta, *culpam suam usquadeò sibi displicere, ut ejus memoria nunquam ab animo recederet, sed semper veluti præsens obversaretur.* Quod autem alibi est, *Bene patientes erunt ut annuncient*: quis non figuræ lubrico decipietur, nisi à *Græcis* didicerit, quemadmodum *Romani* sermonis consuetudine bene facere dicimus eos, qui beneficio quempiam afficiunt: ita *Græcos* τὸ παθόντας. *bene patientes* dicere, qui beneficio afficiantur: ut sit sensus, *bene patientes erunt ut annuncient*, bene cum illis agetur, & beneficiis meis juvabuntur, ut meam in se beneficentiâ prædicent. Sed quid ego è plurimis & maximis, pauciſſima quædam & levicula repeto, cum mecum stet sacrosancta Pontificii senatus autoritas: cujus decretum extat adhuc in epistolis Decretalibus, ut in præcipuis (uti tum erant) Academiis pararentur, qui *Hebraicas*, *Græcas*, *Latinasq;* literas perfectè possent tradere, quod sine his divinas literas percipi posse negarent, multo autem minus tractari? Quod saluberrimum sanctissimúmq; senatusconsultum adeò contemnimus, ut vel primis *Latini* sermonis rudimentis abundè simus contenti: sic persuasi scilicet, uno è *Scoto*, veluti è quodam *Copiæ* cornu universa peti posse. Quo cum hominum genere non equidem pugno: sit per me suum cuique pulchrum, ducat Caseus Cascam: mihi placet hâc ingredi, quo me divus *Hieronymus* cum pulcherrimo tot veterum cœtu vocat: quibus cum viris, ita me bene ament superi, insanire malim, quàm cum neotericorum vulgo theologorum quantumvis sapere. Præterea molior arduum quoddam, & ut ita dicam, *Phaethonteum* facinus, ut *Hieronymianos* libros partim ab iis semidoctis depravatos, partim ob rerum antiquarum, & *Græca* literaturæ insciti am aut obliteratos, aut truncos, aut mutilos, aut certè mendosos, & portentis plenos, pro mea virili restituam: neq; restituam modò, verumetiam commentationibus illustrem: ut apud se quisq; lector agnoscat, *Hieronymum* illum, quem unum habet ecclesiasticus orbis utrâq; doctrinâ sacra & gentili, ut vocant, juxta absolutum, ab omnibus legi posse, at non nisi ab eruditissimis intelligi posse. Id quoniam impendio conor, & *Græcanitatem* in primis asciscendam video, menses aliquot *Græcum* didascalum audire decrevi planè *Græcum*, vel potius bis *Græcum*, semper esurientem, & immodicâ mercede docentem. De maleficiis nihil habebam quod scriberem, nisi quod è *Tutoris* mei literis cognovi, virum æterno carceri addictum, misero pane & aquâ simplici saginandum: uxori tristissimum carcerem pœnam esse: puellulam in meretorium ablegatam, si suâ sponte, beatam: filium, utroque parente damnatam acerbius: filiæ gladius, cæteraq; maleficii monumenta igni cremarentur. Sed auguror à civili supplicio tempestivum, quòd omnis maleficii proditio ab ecclesiastico profecta sit indice: cætera negat ab officio cognosci potuisse. Bene vale. *Aurelia*, Anno millesimo quadringentesimo nonagesimonono.

Erasmus Rot. Antonio Lutzenburgo suo S. D.

ET si mihi tecum perpaucorum dierum consuetudo intercessit *Antoni* humanissime, tamen nescio quomodo fatali quodam amore erga te ducor: mihi crede, non aliter quàm à Magnete ferrum trahitur, adeóq; incredibili tui amore flagro, ut *Battum* ipsum quàm te non amem essem, quem tamen meipso etiam plus diligo. Neq; verò dubito mi *Antoni*, quin mutuò id faciam: in benignam tuam indolem & animum ad complectendos amicos propensum, quum isthic agerem, multis modis perspexi. De statu nostro si cupis cognoscere, *Aurelia* relicta in veterem nostram *Lutetiam* remigravimus, peste videlicet quæ nos fugaverat, extinctâ. De *Disma* malui ad te quàm ad Abbatem scribere: tum ne librum illi, non epistolam missse viderer: tum ut hac in re mea quoque autoritas, quâ vales apud Abbatem plurimũ, adolescentis optimi saluti suffragaretur: nam, mihi crede *Antoni*, si quid omnino credis, non scribam nugas, sed quæ magnopere ad *Disma* salutem pertinere compertissimum habeam: itaque quoniam res Abbatis curæ tibi esse scio, negotium hoc attentissimis auribus accipies, & adjutabis diligenter. Principio quidem de *Disma* genio illud testandum mihi puto, non quidem ad gratiam, sed quod re ipsa sic reperi: nihil adhuc in vita vidisse me illius indole generosius, amabilius, felicius: rectè juxta sapientis verbum, animam ille sortitus est bonam, ut natura illum maximis rebus finxisse videatur. Plurimum ingenio pollet, mira discendi celeritas, memoria fidelis, mores verecundi, modesti, suaves. Miratur bonas literas, cúmq; his versari gaudet, unde semper abeat doctior: nihil habet in quotidiano convictu durum ac molestum. Noi itaque (coluit enim nostram familiam) ejus frequentiâ sumus majorem in modum delectati: nec ferè quisquam *Aurelia* fuit, de quo præcipuam aliquam spem conceperim, præter hunc unum: quem quoniam natura ad res maximas dotibus omnibus instruxisse videtur, vestræ partes esse videntur, curare ne tam egregium ingenium, & tam bene natum, contagione vitiorum, aut etiam desidiâ ad vulgarem indolem degeneret. Neque enim parum periculi video, propterea quod vivit adolescens in tutela quadam, ut vocant, nimis profectò tutelariter, victu parum mundo, supellectile sordidâ, neglectus, incuratus, inter nebulones, nescio quos, ociosos, malè moratos, incompositos, qui nihil pejus oderunt quàm bonas literas, jurisconsultissimos, grassatores nocturnos, potores diurnos: unde præter nequitiam nihil possit discere. Et *Disma* quidem jam (uti scis) lubricum ephebiæ ingreditur. Neque ignoras quàm facilè

ista

ista ætas quamvis bona, trahatur ad vitium. *Affricat* enim, ut inquit *Seneca*, *morum suorum scabies convictor corruptus*: &, ut scripsit sapiens quidam *Hebræus*, *Non potest non inquinari, qui picem contrectaverit*. Neq; ego de alienis moribus hæc scripturus eram, nisi res adeò palàm esset, ut nemini possit dubia videri. Habes igitur periculum, nunc quomodo succurrendum, accipe. Est *Aurelia Jacobus Tutor Antverpiensis*, apud quem tres menses, quos illic egi, sum diversatus: vir (ita me Deus amet) integritate incredibili, eruditione minimè vulgari, studio flagrantissimo, juris Pontificii jampridem licentiatus, sic enim appellant: hunc ipse officialis, homo scilicet vitâ laudatissimâ, perinde atque fratrem complectitur, & cum eo optimus quisque: is *Dismam* partim propter veterem consuetudinem, quam cum eo *Lovanii* habuit, non secus atq; filium amat, & amatur ab illo ut parens. Cum hoc ego *Dismam* conjungendum censeo, idq; quàm primum: ne si diutius istâ ætate in tutela hæreat, ad deteriora deflectatur. Alit hic *Jacobus* noster domi suæ aliquot adolescentes generosos: atq; in primis duos fratres *Bredanos*, cognominatos de *Nassauen*, moribus optimis, & tantâ concordiâ, quantam antehac inter fratres non viderim. Eorum alter sacerdotium habet ecclesiæ *Bredanæ*. Inter hos si vixerit, nihil audiet, nihil videbit indignum se, & habebit *Jacobum* vitæ moderatorem: qui, cum studiosissimus sit, gaudebit sibi contigisse, cui suam doctrinâ libenter communicet. Habebit *Disma*, quicum perinde vivat, ac si cum parente viveret: cujus exemplo atq; familiari hortamine, ad honestissimas res incitetur. Hæc ut scriberem mi *Antoni*, partim ipsius adolescentis ingenium commovit, partim cum isti generi omnia deberē, non putavi hoc posse me sine summo scelere prætermittere: alioquin hac in re mihi neq; scribitur neq; metitur. Vale *Antoni* charissime, nósq; humanissimo patrono tuo quàm commendatissimos facito. Dictavi hanc ad te epistolam, non scripsi: tum quo stomacho parcerem, tum quòd essem jam scribendis literis defatigatus. *Lutetiæ* sexto Calendas Februarias. Anno M. CCCC. XCVIII.

Erasmus Rot. Antonio Lutzenburgo S. D.

17. ANtea mi jucundissime *Antoni*, te tantum ut hominem humanissimum, & optimè de me meritum amabam: nunc etiam ut literatum amplector, id quod ego nunc demum tuis è literis cognovi. Cave me putes assentari, majorem in modum delectavit stilus ille simplex & naturalis: verba non ascita, sed unà cum ipsis sententiis cohærentia: sensus sani ac solidi, nihil neq; in verbis, neq; in sententiis aut portentosum, aut distortum, aut coactum, aut imminutum denique, aut redundans. De *Disma* sic habe, extat & apud *Varronem* & apud *Gellium* pervetustum adagium hujusmodi, *Malum consilium, consultori pessimum*: at ego confido hoc optimo consilio nos omnes gavisuros: in primis humanissimum Abbatem patronum, si pateris, mihi tecum cōmunem, qui charissimo adolescenti pulcherrimè consuluit: me, qui bene monuerim: te, qui fidelem & amicam navaris operā: *Disman* ipsum, qui jam nunc mihi gratias agit maximas: deniq; & *Tutorem*, qui tandem nactus est, cui libenter literas suas communicet, & apud quem industriam suam bene collocet. Est is, mihi crede, unus omnium, quos aspicit sol, integerrimus vir, & candidissimus. Purgabis me Abbati, quod tam incōpositè scripserim. *Battum* excita ut *Battus* sit, nunquam enim fuerit opportunius. Bene vale mi *Antoni*. *Lutetiæ* XVII. Calend. Aprileis. Anno M. CCCC. XCVIII.

Erasmus Rot. Antonio Lutzenburgo S. D.

ACcepi simul & Abbatis munus, & à *Batto* missam pecuniolam: qua de re si nunc parum accuratè gratias ago, ne putes id inde esse, quod parūm hoc munere sim lætus, sed erat negotii quiddam, & valetudo admodum agitata. Cæterùm quantum & te, & Abbatem, de hoc dono pro meis meritis, quæ nulla sunt, deamem, brevi declarabo. Valebis, & tui similis mi *Antoni* esse perges. Anno M. CCCC. XCIX. *Epist.* 18.

Erasmus Rot. Batto suo S. D.

DE morbo tuo spero equidem ἀδιάλυτον esse, metuo tamen nonnihil, ut sunt res mortalium. Nostra causa nihil est quod te angas anime mi, nostra charitas ut non cepit à cōmodis initium, ita his sublatis non evanescet: quod autē sors fert citra nostram culpam id æquo atq; adeò magno animo ferendum. Utinam valetudo tantum nobis prospera contingat à superis, cætera ipsi pertumpemus, sed ea mi *Batte*, jam nunc vacillat admodum. Illa quæ se negavit olim mihi fœminam fore, cur nunc etiam plus sit quàm fœmina, vehementer admiror: sed durum telum necessitas, quare mussranda res, & tempori serviendū. De *D. P.* semper mihi malè præsagiit animus, sed hæc ab exitu spectabuntur. Desino jam mi *Batte*, de mea fortuna queri, quando sperare desii: hoc unum pudet, rem tam latè manāsse, non sine multorum (ut opinor) invidiā. Tu mi anime, facito te cōfirmes, tibiq; quàm primum consulas. Vides enim rerum aulicarum qui sint æstus. Annotationes scripsi in *Officia Ciceronis*: hæ propediē excudentur. Dicaturus eram *Adolpho*, sed nihil video causæ. *Ludovico* meis verbis dices, gratissimū mihi facturum, si quæ sunt apud te epistolæ, diligenter perscripserit. Vale optime ac suavissime mi *Batte*. *Lutetiæ* Nonis April. M. CCCC. XCVIII. *Epist.* 19.

Erasmus Rot. Iacobo Tutori S. D.

PRidie quàm has scriberem, jam alium quendam literis ad te datis oneraveram, verùm certius existimavi, si quid fortè fortunâ accidisset, alteras per hunc addere, non iisdem quidem verbis, sed eodem fermè argumento. In *Hollandia* plus sesquimensem non sine maximo sumptu cōtrivimus; contrivimus, inquam, nihil enim æquè periit. Rursus in *Selandia* pueri mei morbus complures me dies remoratus est, non modò summo cum tædio, quòd aliò properarem, verumetiam non mediocri periculo valetudinis. Nihil enim adhuc eo cœlo sensi asperius, meóq; corpusculo inimicitius. Cætera mi suavissime *Tutor*, sic evenerūt, ut *Erasmi* tui res consueverunt. Antistes *Camaracensis* sui simillimus est. *Veriana* duris satis premitur, ut sublevāda potius quàm oneranda videatur. Nunc ego in *Batti* mei cōplexibus, & in literis acquiesco: neq; tamē omnino sine te, adeò multus in *Epist.* 20.

sermone nobis est *Tutor*: neq; ego fabulor quicquam libentiùs, neq; rem ullam audit *Battus* avidiùs. Jam te deamat, jam ardet, jam videre gestit. Mihi crede, si quid omnino credis, tantum ego fucorum, tantum perfidiæ in hominum amicitiis reperio, non his modò vulgaribus, verùm his quoque, quas *Pyladeas* vocant, ut mihi jam non libeat novarum periculum facere. In *Batto* uno mortalium omnium benevolentiam perspexi, uti synceram, ita constantem. Hunc ego amicum fortunæ non debeo, quippe quem mihi virtus una conciliavit: hunc item non vereor, ne mihi fortuna præripiat. Cur enim afflictum amare desinat, qui amare cœpit vel afflictissimum? Hunc tu doctissime *Jacobe*, quemadmodum præ nomine, ita candore miráq; simplicitate refers. Itaq; de vestro duorum animo ita sentio, ut si (quod omen averrant superi) vestra me fides fefellerit, ne ipsi quidem fidei fidem sim habiturus. Valetudine sumus, gratia superis, mediocri, & firmiusculâ quâ isthic eramus. A *Romanis* Musis ad *Græcanicas* penè desecivimus, neq; conquiescemus donec ad mediocritatis metam aliquam pervenerimus. Ardebat supra quàm dici possit animus, in tuam remigrare familiam: videbar enim jam citra tuum sumptum posse & te frui homine, hominum qui vivunt, suavissimo, & mei vicissim copiam facere, sed absterrebat pestilentia, quæ *Lutetia* me ejecit, & hoc in exilium protrusit. Quid enim hic usquam quod me capiat, præter unum *Battum*, quo ne ipso quidem toto fruor, quod magnam sui partem impendere cogitur aulicæ servituti. *Dismam* tibi commendo, etiamsi tibi pluribus nominibus quàm commendatissimum esse scio, vel quod ingenio moribúsq; suis tibi jucundissimus est, vel quòd incredibilem es gratiam reportaturus, si quæ optimè finxeris adolescentem, dignumq; omnium expectatione reddideris. Est enim penè totius generis *Bergensis*, publica de isto expectatio, tamè nostro quoq; nomine calculus alíquis charitatis atq; diligentiæ velim accedat. Probam nactus es materiam, tu facito probum artificem præstes. Si quid istic opus erit, tu quod soles optime *Jacobe*, *Erasmi* tui famam summâ vi defende, & lupum illum quàm clarissimo audacissimóq; latratu deterre. Grammaticen *Græcam* summo studio vestigavi, ut emptam tibi mitterem, sed jam utraque divendita fuerat, & *Constantini* quæ dicitur, quæq; *Urbani*: Testis erit hujus rei *Nicolaus Bonseradus* certissimus, cui vel injurato tutò credas. In reliquum quid statuerim, jam accipe. Nonnunquam de repetenda *Britannia* cogito, ut meo cum *Coleto* mensem unum aut alterum in theologiæ sacris versèr: neque enim ignoro, quantus ex ea re fructus mihi capi possit, sed terrent infames scopuli adhuc, ad quos olim naufragium feci. *Italiæ* visendæ nunc nos habet ardor, qui semper: sed, ut ait *Plautus*, *sine pennis volare haud facile est*. A *Gallia* pestis nos arcet. In *Hollandia* cœlo quidem juvor, sed *Epicureis* illis comessationibus offendor: adde hominum genus sordidum, incultum, studiorum contemptum præstrenuum, nullum eruditionis fructum, invidiam summam: maximè quòd id taciti omnes mei flagitare videntur, ut autoritate confirmatus, & tanquam contra indoctissimorum hominum arrogantiam armatus redeam. Nullo itaq; certo consilio pendemus adhuc, quò venti secundi vocabunt, in eam partem cursum flexuri. Tu si quid in amici negotio aut perfidiâ acutius, aut prospicis sagacius, consilio juva. Quicquid erit apud vos, quod me scire oportere putabis, id scribito diligenter. Vale cum familia. *Bonadeo* adolescentibus optimis ac festivissimis, meis verbis salutem annunciabis. Ex arce *Tornacensi*. Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Rot. Bonserado suo S. D.

SCripsimus heri de rebus omnibus humanissime doctissiméq; *Bonserade*, sed quoniam alter datur tabellio, rei summam modò repetam. Ex *Hollandia* reversus, apud *Battum* totus in literis vivo, maximè *Græcanicis*. Misimus ad te *Euripidem* & *Isocratem*, missuri plura, sed metus erat, ne pestis istinc te jam aliquò propulisset. Si quid est novæ *Græcanitatis*, vestem citiùs oppigneraverimus, quàm non potiamur: maximè si quâ *Christus*, ut Ἀλαμεὶ, ut Euangelia. Opes meas apud te depositas, tibi commendo. Scripsimus & *Angustino*, de quo quid fit, cupio discere: nihil enim adhuc inaudivimus. Utinam mi *Bonserade* nostras Musas liceret conjungere, sed hac de re, aliísq; omnibus scribes copiosè. Summam tuam in me humanitatem optime *Nicolae*, neq; apud me patiar intercidere, neq; dissimulabo. Enitar pro viribus, ut si grati nomen non possim assequi, saltem ingrati hominis notam videar effugisse. Vale.

Salutat te ex animo *Battus*, toto pectore tuus. Ex arce *Tornacensi* decimoquinto Cal. Augusti. Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Rot. Antonio Lutzenburgo S. D.

QUasi parum fuerit, quod cum isthic essemus, tam improbè tibi negotium fecimus, absenti quoq; faciemus. Verum istud *Antoni* festivissime, non impudentiæ nostræ, sed tuæ singulari facilitati imputes oportet. Scripsimus *Jacobo Tutori* partim ut veterem hospitem nostrum hoc tanquam *Xenio* donaremus, partim ut illi veluti stimulos subjiceremus: quo magis curando, summâ vi, studio, ingenio, fidéq; annitatur, ut talis redeat adolescens, qui possit *Bergensi* stirpi facilè omnium ornatissimæ tum eruditione, tum moribus, splendoris accessionem aliquam adjungere. Ad eam rem tametsi nihil ambigo, quin ille suâpte sponte summo nisu incumbat, tamen meas partes esse puto, meóq; in omne istud genus amore, illiúsq; in me beneficiis dignum, ut subinde vel currenti, quod aiunt, calcar addere curem. Eas literas *Antonio* tabellioni studiosè trades, commendabísq; ut quâ solet curâ fidéq; *Aurelium* perferat, profecturum enim audio. Cæterum humanissime mi *Antoni*, si quid etiam valeamus, libet cognoscere, agimus certè feliciter atq; suaviter: vel quòd *Batto* fruimur, cujus ego animo certissimo candidissimóq; sic me oblecto, sic pascor, ut nolim vel universas *Arabum* gazas cum hâc una felicitate commutare: vel quòd toto pectore in literis sumus, & tanquam ab omni negotiorum strépitu longè semoti, in intimis Musarum recessibus abditi latemus. Deorum planè vita, si plusculum adesset librorum. Hunc igitur animum cum literatis meis debeam mi *Antoni*: nonne tibi videar ingratissimus, si studiorum meorum me capiat pœnitudo, tanquam quæ nullam frugem attulerint?

Inau-

Inaurentur alii, in fastigium evehantur, mihi Musæ meæ nihil præter vigilias, & invidiam reportent, nunquam tamen harum pœnitebit, dum hic mihi perseverabit animus, fortunæ volubilis contemptor. Neque verò me clam est, hoc quod sum sequutus studiorum genus, aliis alienum, aliis infinitum, aliis infrugiferum, aliis etiam parum pium videri: nempe vulgò omnium qui nunc literas profitentur. At ego tanto magis accendor, cum utrunq; cognitum habeam, neque vulgo unquam optima placuisse: & hoc studii genus, pauciſſimis quidem, sed tamen eruditiſſimis probari maximè. Si *Hieronymus* insanus fuit, si indoctus, juvat cum hujusmodi viro desipere: juvat huic indoctorum gregi potius, quàm istorum deorum choris annumerari. Quòd si etiam hujus cursus nostri metam non contingemus, contendisse certè ad res longè pulcherrimas, non illaudabile fuerit. Hanc meam mentem si non approbabunt homines, Deus opinor, & probabit, & juvabit. Reflabit fortuna, at ille quod antehac fecit, aspirabit. Probabunt olim & homines, certe posteri. Sed ut ultra metas epistolam porrigo, dum tuo amore velut amabili quodam furore debacchans, mei oblitus, rapior. Adeò mihi non epistolam scribere, sed tecum fabulari videor. Quod humaniſſimo amplissimóq; Præsuli patrono tuo non scripsi, id neque ignaviâ, neq; ocii inopiâ factũ est: sed neq; argumentum erat illo heroe dignũ, simúlq; verebar patri benigniſſimo quidem illi, sed omnino plurimis maximisq; negotiis occupatiſſimo, scholicis nugamentis (qualia fere nostra sunt) obstrepere. Cæterùm mi *Antoni* scito, mihi nihil perinde in votis esse, quàm ut liceat illius amplitudini quocunque officio meo gratificari. Sed aliud est amiculo quicquid in buccam venerit, scribere: aliud summorum virorum heroicas mentes epistolâ compellare, quas religiosè etiam à salutantibus adiri debere *Plinius* scripsit. In præsenti igitur tute mihi apud augustum patrem epistolæ vice fungeris: deinde summâ humanitate viro *Georgio* priori méq; *Battûmq;* summo studio commendabis. Medico, ac *Jacobo Plumioni* canonico, viris amplissimis déque nostrûm utroq; optimè meritis, plurimam salutem annunciabis verbis utriusque. Valebis optime *Antoni*. Ex *Torneben.* Decimoquinto Calend. Augusti. Anno millesimo quadringentesimo nonagesimonono.

Erasmo Rot. Iacobo Tutori S.D.

Ep. 23. REctà ad vos migraturus eram optime *Tutor*, *Lutetia*: nam quo lubentiùs? Et jam nummulorum nonnihil contraxeram, ut sarcinam non fuerim tuis fortunis allaturus: sed cum auditem istic quoq; morbum subnasci, horsum vela vertere coacti sumus. Parentes tuos optimos, tuíq;, ut par est, simillimos, *Antuerpiæ* visimus. In *Hollandia* ferè bimestres non sedimus quidem, sed uti in *Ægypto* canes, assiduè cucurrimus ac bibimus. Equidem malim vel apud *Phæaces* vivere. *Guilielmum* nostrum hominem suavem, quum nullis stimulis ad studium posset excitari, sic reliquimus, ut nè nunc quidem illius desiderio teneamur. Tuo certè nomine sic objurgavi, ut me penè inimicus inimicum dimiserit. Si *Epicurus* ipse renatus, illud vitæ exemplum aspiceret, sibi ipsi tetricus *Stoicúsq;* videretur. A *Dordraco* periculo summo navigavimus pridie sacramenti. In *Zierczee* dum pueri causâ, qui febricitari ex navigatione cœperat, complures dies commoramur: ipsi benè in morbum incidimus, nisi quàm ocyssimè à *Selandia*, id est, ab inferis evolâssemus. Episcopum nostrum salutavimus. Is suo more causas novas comminiscitur, nè quid det. Apud dominam *Veriensis* oppidi res hoc erant loco, ut nec colloqui sine summo periculo potuerim, nec abire sine gravi suspicione. Nõsti causam præpositi, qui ut nunc in vinculis est, ita domina in tutela. His ergo spebus liberatus, miserrimum enim puto inaniter pendere, rectà ad *Battum* meum contendo. Hoc uno me oblecto. Græcamur hîc, sed soli: nam *Batto* nec ocii satis suppetit, & est *Romani* sermonis amantior. Hoc in loco ad mensem unum aut alterum ancoras figere consilium est. Deinde quocunque venti vocabunt, solvemus. Jamdudum expectas, ecqua tandem humanitate R.P. nos amplectatur è proximo. Nihil habeo mi *Tutor* quod hinc scribam: nam non *Euripus* ipse tot æstibus reciprocatur, quot hujus animus. Paulò ante quàm huc venirem, sic ardebat, ut *Ludovicum* tumultuatorem illum, nostri accersendi gratiâ in *Hollandiam* emandârit: largitus insuper aureos duos in sumptum viaticum. Ubi verò veniſſem ipse, sic frigebat homo, ut monstri simile dicas. Quare de his æstuariis admiratoribus mihi non esse pendendum censeo. Domina forte in viis obvia, dextra porrecta, vultúque perbenigno, veteris in nos animi non obscurum argumentum præbuit, sed sperare vix ausim. Adeò vigilant canes excubitores, qui jam ipsi lupi quoque. Itaque *Erasmus* se jam alit, fulsq; vestitur plumis. Ut *Guilielmum* meum viserem, imò ut *Græcum* facerem, magna cum librorum sarcina *Harlemum* usq; profectus sum, haud dum scio, majorène sumptu, an labore & periculo. Verùm omnem hic tum operam, tum impensam lusimus. Perierunt eo itinere coronati duodecim, periit una amicus unus. Nam ejusmodi hominis animum perspexi, ut antea mihi de illo mihimet verba dedisse videar: sed sapiemus vel puerorum exemplo, verberibus admoniti, & nobis potius quàm aliis sapiemus. Habes mi chariſſime *Tutor*, omnibus ferè de rebus *Erasmi* tui. Nefas enim putavi, si *Erasmicum* quicquam *Tutor* ignoraret. De *Dissma* magnopere confido te tuum officium facere, quare audacter tum tuo tum illius nomine polliceor. Reliquum, ut tu de tuis fortunis omnibus facias me certiorem, quid agant *Bredani* fratres, quos equidem arctiſſimo freno continendos esse censeo, nè quid in studiis nimis. Quid de *Augustino* nostro novi, de quo nihil adhuc quivi cognoscere: præterea *Benseradus* meus, quid agat. Breviter de omnibus rebus quæq; ad me, quæq; ad tè pertinebunt, scribito diligenter. *Battus* meus sic te amat, ut nè meipsum quidem ardentiùs. Hoc mi *Tutor* cave putes ψεδόλογον, nihil est omnino verius. De *Italia* hoc autumno petenda cogito, vel somnio potius, nihil enim usquam affulget spei. Audio *Hieronymum Besontini* præsulis fratrem eò proficisci destinâsse: hominem ipsum studiosos in precio habere, nè de meo quidem ingenio pessimè sentire: quod nisi mihi istic mens omnino læva fuisset, aliquâ certè rimâ in hominis familiaritatem irrepsissem. Bene vale. *Lutetiæ*. Anno millesimo quadringentesimo nonagesimooctavo.

Erasmus

Eraſmus Rot. Nicolao Benſerado S.D.

Epiſt.24. FRequentes huc, certiſſimiq; rumores quotidie adferuntur, peſtilentiam iſtic majorem in modum debacchari, nihilq; reliqui facere. Quare quod metuebam, nè tu jam aliquò profugiſſes, non putavi vel pluribus ſcribendum, vel plura mittenda, nè ſcilicet multum periret operæ, ſi tu abfuiſſes. Rerum autem modò ſumma attingam capita. Hic primus datus eſt *B.* per quem ſcriberemus. *Euripidem* & *Iſocratem* ad te mittimus, parantur alia, quæ poſthac ad te ibunt: de *Miloniana* defenſione dabimus operam, ut tuæ ſatisfiat voluntati, ſimulatque orationem & libros ad id neceſſarios erimus nacti. Si quid iſtic rerum eſt natum, quod me ſcire judicabis oportere, fac ut ſciam. *Auguſtino*, ſi jam reverſus eſt, has, quas tuis conjunxi, reddes. Nugas meas quas apud te depoſui, tibi etiam atque etiam commendo. De noſtra conjunctione ſi quid excogitâſti, habebis me ad iſtud facillimum. Intelligis, opinor, quid dicam: id quantopere cupiam humaniſſime *Nicolae*, vix tibi perſuaſero. Sed ut ſperare vix audeo, ita ſuadere nequaquam. Illud me cruciat, animum iſtum tuum tam niveum, tam philoſophicũ, nunc vix denique mihi perſpectum eſſe: de quo tametſi nos nunquã non optime & ſenſimus, & prædicavimus, tamen neſcio quo modo id accidit, vel noſtrâ utriuſq; modeſtiâ penè nimia, vel aliorum opera, ut intimam familiaritatem *Benſeradi* non ſim mihi auſus polliceri: & quàm eſſe ſoleo in colendis amicis pertinax, tam ſum in aſciſcendis verecundus. Si quid novæ *Græcanitatis* iſtuc advectum eſt, onera & hunc hominem ſarcinâ, & me beneficio. Neque metuas *Nicolae*, nè tuis in me meritis parum reſpondeam: crede mihi, non defatigabor neq; conquieſcam, donec pro viribus æs omne diſſolvero. Quum æs dico, non eos modò nummulos dico, quos mutui nomine abs te accepi: nullo enim leviore nomine me tibi puto aſtrictum: ſed multo magis tuum iſtum in me animum, ſummáque officia, quorum apud me nunquam eſt intermoritura memoria. Hæc mi *B.* boni conſules in præſentia, ubi certum cognovero te iſtic agere, curabo ut ſubinde aliquod ſtudiorum meorum monumentum ad te proficiſcatur. Epiſtolam ad *Jacobum Tutorem* ſcriptam, velim per certum hominem cures *Aureliam* perferendam. Bene vale. Ex arce *Tornenſi*. Anno M. CCCC. XCVIII.

Eraſmus Roter. Ioanni Canonico Bruxellano S.D.

Epiſt.25. PEr fortunas obſecro te mi candidiſſime *Joannes*, purga me humaniſſimo hoſpiti, patronóq; meo *Vicario*, quod libellus pueri oblivione iſtic relictus eſt. Ita me ament ſuperi, ut nihil jam multis annis accidit, quod æquè doluerim. Si quid habes novarum rerum vel de *Auguſtino*, vel de *Benſeradò*, vel de epiſcopo patrono meo, vel de *Ludovico* deniq;, qui iſtas in regiones eſt emandatus, ut me accerſeret: per noſtram amicitiam te etiam atque etiam oro, facito me tuis literis certiorem. Erit iſtud inter plurima tua in me officia non ingratiſſimum. Tabellionem habes ex *Antonii Nothi* familiaribus certiſſimum; cui quicquid voles, rectiſſimè commiſeris. *Verùm* offendi res omnes eo loco quo tu prædixeras: dominâ forte fortunâ in via factâ obviâ, dextram porrexit, vultu non inimico. Cæterùm à quibuſdam non malè cupientibus, ut arbitror, deterritus, à colloquio abſtinui. Puer meus *Dordraci* febri arreptus eſt, & quidem tertianâ. Ea res me majorẽ in modum ſolicitum habuit, ita ut ejus gratiâ *Zierezee* navigarem. Illic enim matrem habet. Valemus adhuc, præterea nihil eſt quod fortunæ gratulemur. Valet *Battus*, & te ſalutat oppidò: amat is quemcunq; *Eraſmus* amãrit. Curâ ut quàm optimè valeas humaniſſime mi *Joannes*, & amiculum, vel potius clientulum addictiſſimum *Eraſmum* tueri amaréque pergito. Ex arce *Tornenſi* tumultuantiſſimè ad multam noctem. IV. Idus Julias. M. CCCC. XCIX.

Iacobo Vicario Cameracenſis Epiſcopi, Eraſmus S.D.

CUm nullum omnino meum in te officium extaret adhuc vir neſcio humaniórne, an eruditior, certè ornatiſſime: túq; is erga hunc homuncionem fueris, ut me propè incredibili quadam humanitate tuâ, maximis beneficiis velut ſarcinâ graviore obrueris, gaudebam impendio vel tandem objectam mihi qualemcunq; opportunitatem, quâ poſſem ſi non referre gratiam, certè propenſam promptámque animi voluntatem quali quali officiolo meo declarare. Non potui non implacabiliter commoveri, quod puer meus iterum atq; iterum admonitus, & quidem accuratiſſimè, libellum tuum ornatiſſimum iſtic reliquerit: neque id perſenſimus, priuſquam *Antuerpiam* jam perventum eſſet. Sed humaniſſimam ceſſitudinem tuam, per tua in me merita, per q; meum hunc in te animum obteſtor, ut huic, qui literas reddidit, codicem ad nos perferendum tradas: aliquot menſes hîc ſedere conſilium eſt. Eſt autem iſte de grege familiáq; clariſſimi Principis *Antonii Nothi*, juvenis fide diligentiáq; ſpectatâ, ſummo in nos ſtudio. Mihiipſi non rectiùs in manus dederis. Tantum facito, ut ille intelligat rem non nullius eſſe momenti, neq; citra periculum negligi poſſe. Efficiam ut ad te aut mecum, aut certè per hominem certiſſimum redeat. Apud ampliſſimum patrem patronúmq; meum Præſulem *Cameracenſem*, morem obſecro antiquum obtineas, ut illi nos aut facias commendatiores, ſi vetus illa gratia etiamnum vivit: aut in gratiam reponas, ſi refrixit. Deum Opt. Max. teſtor, qui ſpecus omnis humani pectoris perſpicit penitiſſimè, me non minus flagranter amare illum, quàm primis illis menſibus, cum & ille me paternâ quadam pietate complecteretur, & ego illum ſupra modum tum mirarer, tum amarem. Quo magis cupio tuo in libro meam pro virili navare operam, quòd planè intelligo, gloriam iſtam, imò fructum potius, atque utilitatem, communiter ad te hoſpitem meũ humaniſſimum, & ad illum patronũ, & ſtudiorum, id eſt, vitæ autorem meæ pertinere. Bene valebit ornatiſſime præceptor, & hunc clientulũ tibi toto pectore deditiſſimũ ita, ut ſoles, amabis. De tabellionis hujus abitu, ad nonam demum horam veſperi ſum factus certior, & ille ſub galliciniũ parabat iter: mihi tres epiſtolæ, & ſerâ nocte, & largiter cœnato, ſcribendæ: & ad eos quidẽ, ad quos

nè

nè accuratissimè quidem citra periculum scribi solet. Sed hanc meam fiduciam tuæ ipsius humanitati imputabis. Ex arce *Tornebusi* IV. Idus Julias. Anno M. CCCC. XCIX.

Henrico à Bergis Præsuli Cameracensi Patrono suo Erasmus S.D.

27. DEum mihi maximum optimúmque iratum habeo, si fortuna alioquin infigniter infensa, vulnus unquã animo meo inflixit acerbius, quàm quod proximo cõgressu humanissima tua me sublimitas ingratitudinis subincusavit: vel quod tibi uni probari malim, quã reliquorũ multis millib⁹: vel quod inprimis ab uno isto vitio non solùm instituto, sed ingenio naturáq; semper abhorrui: nihílq; in rerum naturã tetrius, nihil fœdius, nihil execratione publicâ dignius existimavi, quàm beneficium acceptum, non saltem voluntate memoriáq; rependere. Quam equidem objurgationem ita tuli, non ut ab inimico læsus, sed ut à parente medicóq; amantissimo castigatus. Reliquum est, ut te obtester meum præsidiũ, meúmq; dulce decus, pérq; tuum pectus istud exorabile ac mitissimum, pérque nostras fortunas ut si quid antehac peccatum est, imò quia peccatum est, id vel simplicitati meæ, vel imperitiæ condones: nam malitiæ certè mihi non sum conscius. Impudentiam & insciciam tum hac in re, tum aliis multis in rebus agnosco. Omnia dira huic capiti precor, nisi semper eo animo tuam beneficentiã accepi, quo probum & officii memorem clientulum oportuit. Amavi toto pectore, suspexi, veneratus sum, celebravi, memini: nullum à me sacrum hunc usq; in diem fit, quo non Deum immortalẽ orem, ut quæ in me contulisti, ille qui potest unus, multo cum fœnore in te refundat. Præter hæc autem quid possum. Id si nondum adduci potes ut credas, illud quæso mihi concedas persuadeásque tibi, me jam nunc hoc esse animo, futurúmq; dum hæc me destituet animula. Fortunam præstare non possumus: at hunc animum ejusmodi in te polliceor, ut nulli tuorum sit concessurus. Sæviant in me mea fata, afflictissimũ facere possunt, ingratum neq; facient, neq; poterunt. Quod si tua benignitas quod antehac largita est, id satis nunc putat, ego verò Præsul optime cumulatissimum etiam existimabo, cum tu permulta & sponte, & humanissimè donaris, ego promeruerim nihil. Neq; verò sum adeò rusticè ingratus, ut quid accipere mea postulet necessitas, respiciã potiùs, quàm quid præter meritum omne meum tua benignitas profuderit. Postremò cogites velim, initio *Erasmum* non ita clementiæ tuæ fuisse traditum, ut potentem hominem, ut opulentum, ut magno loco natum, hoc enim nemo ipsi largitur, sed ut studiorum admiratorẽ. Is nunc etiam perseverat animus, longè quàm fuit unquã flagrantior. Hunc totum tibi dedico consecróque. At ô me térque quatérq; felicem, si qua unquam dabitur opportunitas quâ hunc non modo non ingratum declarem, sed gratissimum fuisse demonstrem. Hic si ego studium ullum, si laborem, si vigilias ullas defugero, non recusaverim teterrimo isto carbone denotari. Interim *Erasmo* tuo fias oro propitius. Quod si non impetro, tamen ego patronum vel infensum amare venerarique non desinam, ac sycophanticis istis qui nos dirimunt, precabor quæ talibus digna sunt. Apud meos in *Hollandia* plus mensium sum versatus. Iis placuit ut annum etiã studiis impartiam: suo quoq; homine pudendum putant, si tot annis nihil omnino auctoritatis assecutus revertar. Bene vale humanissime ornatissimeq; Præsul. Ex arce *Tornebusi*. Quarto Idus Julias; Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Roterodamus Batto suo S. D.

Epistola familiariter jocosa, & Ironiis plena.

B VIdeo literas meas stomachum tibi feciſſe, quas tu *morosiùs* scriptas, ais: ego jocosiùs puto, aut si quid erat aloes, id non in te, sed apud te justissimus animi dolor effudit. Etiamsi peccatum agnosco, neq; id simplex, quippe cui neq; mea cõditio perditissima, neque tua felicitas in mentem venerit. Neq; enim convenit hominem afflictissimum facetum videri velle, sed supplicem, dicacem & petulantem multo minus, maximè apud eum quem fortuna secundis ventis rapiat, cuíq; sit aliquot nominibus obæratus. Tum id proprié quodammodo aulicum esse scio, ut ab iis quos abjecit hera fortuna, quósque beneficiolo quopiam servos fecerunt, non modo contumeliam nullam pati queant, verùm vix etiam supplicem vocem ac timidam ferre, gratiam ultrò expetentes, ubi miseros ipsi plagis occiderint. Verùm quod in magnis morbis solet evenire, ut homines sui sensum amittãt, id accidit mihi in acerbissima animi molestia, ut cum essem afflictissimus, miserum tamen esse me non meminerim. Et credebam apud *Battum Erasmo* omnia impunè licere. Nam amavi te hactenus tantum, cur enim non fatear, non timui, nec ignoras ardentissimum amorem cum metu non cohærere. Verùm evexit me paulo longiùs amor verè cæcus, & peccatum video, neq; pœnam deprecor atrocem, nisi vitium mutãro. Posthac ita *Battum* meum amabo, ut amicum, ut bene meritum, ut eruditum. Ita reverebor, ut præceptorem, ut Regem meum, cui in manu sit me vel perdere vel beare. Vel fustigari non recuso, si posthac verbum ullum meis in literis deprehenderis, non dicã procax, aut licentiosum, sed omnino non blandum, non supplex: non quod servũ non dedeceat, qui modò crucem metuat. Quin insuper habeo gratiam mi patrone, quòd me mihi in memoriam redegeris, fortunæq; admonueris. Nunc ad humanissimam tuam epistolam ordine respondebo, quæ te oro, ut placidus propitiúsq; audire nè graveris. Primum morem illum meum *morosè* scribendi prorsus abjiciam. Et si parum puras pœnituisse erroris, nullum ego supplicium deprecor, modò me in gratiam recipias, non eam quâ fuimus olim, non sum tam impudens ut id rogare audeam: maximum fuerit, si vel extremâ parte hærebimus. Quòd præpositus ex animo mihi bene cupit, meritum quidem meum nullum agnosco. Tuum erga me studium quo tanto me viro commendâsti, adoro exoscúlorque. Quòd apud dominam nostro nomine gnavum fidúmq; patronum te fore polliceris, quid ego tibi vicissim ornatissime *Batte* pro ista tua in me pietate pollicear? Quid aliud quàm meipsum? At jam olim sum in tuis mancipiis. Quòd autem *Guilielmi* epistolam ad me misisti, visus es mihi mandare, ut quàm primum arborem suspendio deligam. Actum de me jamdudum intelligo, siquidem ille successit. Sed quid ego malum meum tam impotenter fero, quod mea mihi stultitia

Epist. 28.

fiultitia accerſiverim ipſe. Jam me etiam ſi in crucem ſuſtuleris feram, quanquam id quoque levius duco, quam *Guilielmum* mihi prælatum conſpicere. Hoc unum te ſupplex, & per tuam felicitatem, & per deos mihi iratos oro, ſi tibi decretum eſt me perdere, nè longo differas cruciatu. Quòd Abbati non ſcripſi, quæſo, nè ignaviam meam in cauſa fuiſſe putes. Neq; enim argumentum ullum excogitare quivi, & tarditatem meam non ignoras, damnandam quidem, ſed quid facias aſino? Tum ita cogitabam, illum in *Brabantia* diutiùs abfuturum. *Antonio* ſcripſimus, nè nos omnino in officio ceſſare putes. Nè nunc quidem occurrebat argumentum quale oportebat. Scio enim perniciosum eſſe ſcribere, quibus curioſitatis eſt plurimum, doctrinæ non perinde multum. Sed urgebant me objurgationum tuarum ſtimuli, ſcripſique illi, ſi non ut volui, certè ut potui. Malui enim illum malè ſcribendo offendere, quàm non ſcribendo te iratum habere. Quòd elapſus eſt quem hæreticum faciebant, primum filiæ gratulor, cujus piæ lachrymæ mentem meam excruciabant: deinde tibi quòd non irrita vota filiæ nomine ſuſceperis: poſtremò viro etiam ipſi, ſi quidem mentem mutavit. Quanto magis eo ſupplicio dignus, ſceleſtus ille ſuffraganeus *Dominicanus* quo nihil contaminatius, nihil avarius, nihil arrogantius? In hujus etiam odium, diligentius homini ſum patrocinatus apud Abbatem. Quod *Terentios* aliquot emi jubes unâ cum *Guilielmanis* odis, faciã ut me frugi mancipium dixeris. Sed ignoſces quod ipſe non *Pariſios* emendi gratiâ recurrerim, cupiebam quidem, ſed ingens pluvia repente coorta impediebat. Et eſt iter, ſimulatq; commaduit, vix etiam caballis ſuperabile. Tum tabellarius ſibi ſtanneum abs te nummum datum affirmabat, eúmq; ſe domi reliquiſſe. Mihi neque erat aliquid quod darem, neque erat à quo mutuum peterem, & me ipſum in ignota urbe oppignerare non quivi. Experiar tamen, ſi quis me deus ſervatum velit, ut quæ petis poſſim mittere. Quòd me in arcem invitas, ſi peſtis hinc nos exigat, vitæ ſpem reddidiſti *Batte* clementiſſime. Cur ego hic non genibus advolvar tuis, non pedes pronus exoſculer? Servatum me vis videó, non vis inediâ perire. Quod enim ſupplicium aut acerbius, aut turpius? Mi patrone jam nos hîc peſtis premit, jam in iſtam beatam arcem geſtio advolare: ita ut non in cœlum æquè. Verùm ignoſces timori meo, metuo adhuc neſcio quid, nè nondum ira iſta tua in me deflagrârit: id ubi certum ſenſero, tum demum aram ego hanc relinquã. Interim ſine me pudoris causâ aliquandiu abeſſe: deinde adhibitis precatoribus rediero. Quod *Guilielmi* tui carmen tantopere ſcribis placuiſſe, rurſus ego me concidiſſe intelligo: nec habeo, quem inferum aut ſuperum implorem, præter te unum qui mihi cujuſvis numinis es loco. *Caminadus* maximas tibi gratias agit, quòd in ornatiſſima tua epiſtola ſui mentionem dignatus ſis facere: is ſimulatque edictum accepit tuum univerſam everrit ſupellectilem, quærens quod tibi mitteret. Is mihi crede nihil habet, quod idem tibi non ſit, præter ſermones quoſdam quotidianos, quibus in congreſſibus & conviviis utimur. Eos ſi tibi mitti imperas, mittẽtur, ubi erunt tum emendati tum aucti. *De Epiſtolis ſcribendis* opus ad limam vocabo, & id quoq; ſi jubebis mittam. Præterea ſi qua jubebis, parati operiemur. Hactenus ad tuam epiſtolam, nunc extra epiſtolam para. Emiſeramus juvenem libris oneratum, is antequã ad te perveniſſet, tuam epiſtolam jam ſcriptam fuiſſe conjicio. Scripſi deinde per *Adrianum*, ſed ô me miſerũ qui ſcripſerim. Scripſi enim (quod paniteat pudétq;) *moroſius*: nondum tuam epiſtolam acceperam. Sed ignoſce obſecro, ita te ſemper in iſta aula beatum ac divitem vivere contingat. Bene vale: Nos hic ut digni ſumus eſuriemus ſatis. *Audomari.* Anno M. CCCC. XCIX.

Eraſmus Batto S. D.

Epiſtola jocoſa.

NIhil opus ut te gaudere jubeã, cum jamdudũ te abundè gaudere ſciam, qui quidẽ me moleſtam ſarcinam humeris tuis excuſſeris. *Adrianus* etiamnum ad ſe invitat. *Gardianus* palam ſuadet, ut apud Abbatem potius verſer, ſi cõmodè queam. Medicus contra, ut apud *Adrianum*. Uterq; facit opinor, quod canes ſolent, qui ſocium in cibis nullum amant. De *Gardiano* an per omnia ſyncerus futurus ſit, ſubhæſito. Nam ſubarrogantem eſſe ſentio. Neq; de *Adriano* unquam verbum apud te fecit, cum per illum res hæc potius confici debuerit. Nos quicunq; erit exitus magno animo excipiemus. Tu cura ut valeas mi *Batte*. Mitte ut primùm cõmoditas dabitur, noſtra omnia, noſtróſq; Dialogos omnes, ſi libeat fortè perficere. *Ludovico* inſta, ut quantum poteſt omnes meas epiſtolas tranſcribat. Vale. Non remoror *Ludovicum* dehortante medico, nè magis in me murmurent illi cucullati. *Audomari.* M. CCCC. XCIX.

Eraſmus Roterod. Batto ſuo S. D.

SAlve plurimum ſuaviſſime *Batte*. Res noſtras habent, ut jam vel amantiùs blandiri, vel jocoſi' ſtomachari neq; libeat, neq; liceat. Res meas accipies: quare te quæſo, ut *Batticum* illum animum adhibeas. Juvenis ille quem ad te libris onuſtum miſeramus, intra quatuor hebdomadas reditum pollicitus, jam octo hebdomadas deſideratur. Neq; ego neſcio plura ſolere iter facientibus præter opinionẽ obtingere, morbum, latrones, prava negotia, mille deniq; morarum cauſas. Verùm non temere mihi ſummus inceſſit metus, nè quid iſta in re magnæ ſubſit fraudis. Principio *Auguſtini* ingenium, & vetera facinora nôſti: deinde audio juvenem apud nos non paucis obæratum, tum neq; ſapientem admodum, neque certum; ad hæc *Auguſtino* intimis conſiliis conjunctiſſimum: nunc demum emerſerunt; ita ut fit, poſt feſtum, ut aiunt. Equidem ſæpenumero mecum ſum admiratus, quod illud eſſet, tam repentinum in *Auguſtino* proluvium? quæ ſubita hominis metamorphoſis, ut qui ſemper aliena furari conſueverit, nunc ſua largiretur. Nam nunc demum paulo plus inſumpſit, quàm à me acceperat. Suborta eſt nonnunquam animo ſuſpiciuncula, me inescari, ut ſemel captus omnem rem ſolvam aucupi. Ea ſuſpicio niſi planè fallor, me nunc neutiquam fallet. Id ut ita eſſe intelligas, quid acciderit cognoſce. Conceſſimus peſtis metu *Aurelium*. Ibi ſtatim poſt dies compluſculos juvenum alter quos alit *Auguſtinus* in morbum incidit, haud ſcio an contagioſum, necdum certum ſcimus. Nihil enim difficilius, quàm loliginem illam ſuis ſe tenebris involu-

involventem deprehendere. Verùm cum puer jam quatriduum & amplius assiduè vomuisset, alvóq; assiduè cita uteretur, veritus nè quid ex his fœtoribus valetudinis contraherem. *Augustino* exposui, commodius esse, si quinque aut sex dies aliquò concederem, ipsi locum facerem, & naribus meis consulerem: deinde redirem. Statim *Augustinus* velut ansâ arreptâ, inimicè id tulit, etiam si magnopere id dissimulabat. Negavit sibi esse quòd mihi suaderet, facere jussit quod videretur, sibi neque mentem esse, neque consilium. Id eo spectabat, quod mihi tum temporis nè obolum quidem esse putaret, & citra pecuniam nihil posse, ut aut manerem invitus, aut in magnum inciderem malum. Adjunxi me *Antuerpiensi* cuidam *M. Iacobo Tutori* juris Pontificii professori, juveni perhumano, nostrique cupientissimo, literarum nostrarum studiosissimo & admiratori & prædicatori, sed ita adjunxi ut ad *Augustinum* juvene recreato redirem. Hic *Augustinus* non modò iratsci, sed etiam invidere huic cœpit: planéque partim obtricendo, partim ænigmaticis illis suis figuris significare, mihi reditum ad se intercluſum fore. Id tametsi pridem senseram, libebat magis magisque expiscari. Simulabat ille multa, ut est homo, verùm qui multa mentiuntur, non queunt semper sui memores esse. Quid multa? deprehendi animum hostis, proditoris, latronis, & ut verbo absolvam omnia *Augustini*, veteris, inquam, illius *Augustini* quem tibi ex parte descripsi. Olfacio illum amara, perfida, subdola, denique sè digna cogitare: illúdque in primis quod dissimulat maximè, ut juvenem in *Angliam* quem misimus, me clam excipiat, pecunias literásve si quas adferat, auferat. Quid tum postea? Deinde eundem alio ableget, multas scio causas quibus id facillimè possit. Mihi verba dabuntur, profugisse juvenem, nusquam comparere. Interea fiet aliquid. Aut ipse *Augustinus* aliquò se in fugam conjiciet, aut certè nos aliquo pacto perdet. Mihi crede *Batte*, nihil ab eo expecto, nisi quod à perfidissimo sicario soleat expectari. At miserè vereor, nè jam redierit juvenis, ac prædam prædo possideat, captatam certò scio, vel hoc argumento. Nam ipsi *Augustino* nuper exciderat multa mentienti, ut solet, se nescio quid de juvenis adventu inaudisse, illum jam in itinere esse, nec *Parisiis*, sed aliâ viâ rediturum. Id eò spectabat, nè nos occurreremus, redeuntemque interciperemus. Ego continuò urgere cœpi, à quibusnam id accepisset. Primùm homo nugabatur, alias res interjiciebat: deinde ubi non desisto scitcitari ac premere, ait se ex quodam accepisse, eúmque nominat. Ego protinus ad eum mitto, ecquid de *Ioanne* audisset. Ait nihil, nisi quod ab ipso *Augustino* instructus videbatur. Expostulo cum *Augustino*, quid mihi eum nuncii autorem commonstrâsset, cui narrâsset ipse. Variat homo colorem, mutat sermonem, tandem premente me, ait, ebrium fuisse quid id dixisset: nam se quicquid esset illi dixisse. Hujusmodi technas permultas possem commemorare. Verùm hoc habe mi *Iacobe*, nihil unquam mihi fuisse exploratius, quàm *Augustinum*, si clam possit perniciem mihi moliturum, inprimis his pecuniis insidiaturum. Quare si me salvum vis, neque indormisces hac in re, neque ulli labori aut sumptui parces. Nam si hunc scopulum præternavigâro, cætera tuta fore confido. Hoc igitur est quod te volo facere, aut si quid habes melius. Si juvenis nondum rediit ex *Anglia*, potest fieri, ut ille alio littore transmiserit in *Galliam*, videlicet à magistro suo admonitus. Quare si libros aut pecunias ex libris collectas penes te habes, cave e manu emittas: serva quod habes: sin eum in *Selandiam*, aut aliò emisisti, isque nondum rediit, enitere omni cura, ut juvenem ad te revoces, & quicquid habes eripias, maximè quod ad me pertinebit, ne nummulum quidem commiseris. Dic te certum habere, me isthic intra pauculos dies adfuturum. Et si honesto prætextu potes, etiam *Augustini* res detine, nondum enim res omnes meas ab illo recepi. Si juvenis jam rediit, & apud te fuit, tu continuo per certissimos tabellarios transcribe, & quo die à te discesserit, & quid pecuniarum, & quo nomine, & quas literas habuerit, ut *Augustino* lupo possim negotium exhibere. Adde in epistola ejusmodi stimulos, qui possint hominem etiam confidentissimum, ut hic est, terrere: aut *Adrianum* mitte, qui si videbitur, nos salutet, & omnia fugitivi juvenis vestigia odoretur. Hac in re mi *Batte* quicquid in te est doli, quicquid opis, quicquid diligentiæ, id totum effundas oro. Jam si juvenis ad te ex *Anglia* redeat, omnibus rebus bonâ fide peractis, nihilominus omnia quæ mea sunt apud te serva, nè plumam quidem credideris, hoc quidem quo dixi prætextu. Tum si juvenis pridem isthinc discesserit, & pecuniarum aliquid attulit: nec dubium videtur, quin *Augustinus* artem exercuerit suam, tu continuò in *Anglium* mitte, qui rem olfactet. Quicquid autem à juvene receperis, id per tabellionem divi *Audomari* mittito, & quidem probè instructum & prænonitum, nè ad *Augustinum* divertat, sed aut ad *Dismam* abbatis fratrem, aut ad *Iacobum Antuerpiensem*, qui cum vivo, aut si causa videbitur *Adrianum* mittito. Vale mi *Batte* optime ac suavissime. Per hunc juvenem qui prætoris filium huc adduxit, nihil scripsisse demiror, cum tanta esset scribendi causa. Bene vale. Salutat te *Iacobus* meus familiaris. Libera me quàm primum hoc metu, si fallor, malo: si rectè, suspicor. *Aurelia.* Anno M. CCCC. XCIX.

Erasmus Rot. Batto suo S.D.

Quo die has scribebam literas, *Aureliacum* etamus profecturi. Nunquam abest aliquis malus genius, qui nostra studia interturbet. Ad te quidem magis inclinabat animus, tum quòd isthic patriæ futurus eram vicinior, tum quòd occasio videbatur oblata, quâ tua studia nonnihil possem vel adjuvare, vel certè excitare. Verùm ex adverso in mentem veniebant multa, vix isthic patere locum idoneum: nam eum quem apud *Petrum* ostendebas, probo quidem, cæterùm est ea in re scrupulus quem scis: non quòd meæ vel continentiæ, vel famæ metuam, sed nè quid inde ad *Petrum* amicum suspicioſi rumoris redeat. Odit enim (ut scis) vulgus, maximéque aulicorum, literarum professores: & libentissimè de nobis ejusmodi loquitur, cujusmodi ipsi factitant. Tum fore reputabam fortassis, qui mirarentur me totiens isthuc recurrere. Postremò occurrebat & frigus tuum: propterea quod meminissem te, ut isthuc confugerem, *Epist.* 31.

frigidiùs

frigidiùs ac penè timidè monuiſſe. Et haud ſcio an etiam delectent jam literæ. Quandoquidem in novum amoris genus incidiſti, in quo blandimenta deſiderium foveant, nec copia tamen ut in cæteris faſtidium adducat. Scis quid dicam. Jam non adeò me clam eſt, quod in *Guilhelmum* factus es propenſior, totóq; animo de illo ornando cogitas. Id quod adeò non invideo, ut etiam debere me hoc nomine tibi fatear. Verùm me cujus ſalutis fundamenta jeceris, nunc deſtituere, quid aliud eſt, quàm filios velle gignere, & ſuſceptos exponere? Domina *Guilhelmum* magnificè viatico inſtruxit, me vacuum remiſit, cum ille in patriam rediret, ego à patria recederem: Ille ad compotationes properaret, ego ad libros. Reſpondebis dominam ſat eſſe beatam, quæ utriſq; benefaciat. Sed tu non ignoras aulicorum ingenia, ſcis muliebriũ mentium auras, præſertim; ſed taceo. Utcunq; eſt, ſi ego promiſſis fraudor, gaudeo ſi in *Guilielmum* meum transferuntur. Sin falſo hæc ſuſpicor, quod quidem pervelim, & tu *Battus* es qui ſoles, fac ut domina quæ promiſit confirmet, præterea ſacerdotium largiatur: id tibi donatum puta, non mihi. Sic enim fuerit inventa ratio, quâ ſacerdotiũ poſſideas non ſacerdos. Hæc quam ob rem tantopere cupiam, dicam. Geſtio quamprimum *Franciam* relinquere. Geſtio apud meos vivere. Id video fore & ad famam utilius, & ad valetudinem tuendam conducibilius. Nunc enim noſtrates, qui iſthic ſunt, credunt me libertatis gratiâ libenter abeſſe: qui hîc ſunt, ſuſpicantur me à meis non deſiderari, & tanquam ejectum hîc vivere. Poſtremò ſi nulla ſit alia, hæc eſt cauſa graviſſima, ut te, ut *Guilhelmũ* meum ſæpiculè videam. De libro excuſo ſic habeto, hîc jam divendi non poſſe, propterea quòd ab interpretatione deſtitit *Auguſtinus*, & paſſim ob peſtilentiam fugitur: & tamen niſi quamprimum divenditur, non invenero operi meo de literis, quod nunc præ manibus habeo, formulatorem. Quare facito hæc in re mi *Batte*, omni conatu, omnibus nervis, omni ingenio annitere. Scripſi domino Præpoſito paulo accuratiùs, miſiq; codicem *Adagiorum* meorum, miſi & odas *Guilielmi*, miſi & nugas meas olim excuſas de caſa natalitia. *Indocum* ubi rediſſe ſenſero, tum & illi ſcribam & Abbati. Reperi enim argumentum utriq; idoneum. Miſimus in *Angliam* juvenẽ cum libris aliquot diſtrahendis: eum miramur nondũ ad te perveniſſe, tum cum iſthinc medicus diſcederet. Is ubi ex *Anglia* redierit, quoniam certiſſimus eſt, & nos haud dubiè *Aureliacum* conſequetur, per eum diligenter omni de re ac ſpe noſtrâ perſcribas. Ego ut quicq; in libris abſolvero, ſtatim ad te traſmittam, ut ſi quis me caſus interceperit, tu ingenii noſtri monumenta emori non ſinas. Doctoris titulum accipiam, ſi quid aut *Monjoius* mittit, aut domina: ſin minus, ſpem ejus honoris abjiciam, & quacunq; etiam conditione redibo ad vos. Jam pridem ſum *Franciæ* ſatur. Bene vale optimè *Batte*.

Nos ut quimus valemus non ut volumus. Miſi ad te carmen in *Delium*, ſed extemporale, neque lectu dignum, niſi fortè ſemel & curſim. Puta hoc de unedonum eſſe genere, ſemel ediſſe plus fuerit ſatis. *Adolpho* tuo *Adagiorum* codicem unum miſi: eum ſi videro literis delectari, poſthac propria quædam dicabo. Verùm *Græcè* te ſcire mi *Batte* percupio, tum quod ſine his literas *Latinas* mancas eſſe video, tũ ut convictus noſter ſit jucundior, ſi omnino iiſdem ſtudiis delectabimur. *Adolpho* quoque tuo prima elementa monſtra. Mitte, inquies. Veneunt hîc, & quidem paulo. Sed reſpondeo breviter, mihi nè ſemiobolum quidem eſſe. Cætera tute divinabis, quam ego ſervitutem ſerviam, & animum meum non ignoras, quàm ſit ſervitutis impatiens. Verum ego exitum omnium rerum harum cujuſmodi ſit futurus expecto, bene tamen confido. Porrò cui nos filiæ cauſa ſtudebamus, abſolutum eſſe gaudeo. Vale iterum atque iterum, imò ſemel vale *Batte* ſuaviſſime, & bene vale. *Lutetiæ*. M. CCCC. XCVIII.

Eraſmus Rot. Batto ſuo S. D.

NOn me clam eſt optime *Batte*, quàm tibi præter expectationem eveniat, quod non continuò advolarim, preſertim cum res felicius etiam ceciderit, quàm utervis noſtrûm optare fuiſſet ausus. Verum ubi conſilium meum cognôris, mirari deſines: intelligéſque me non minus tibi, quàm mihi ipſi conſuluiſſe. Dici vix poteſt, quantum voluptatis tua mihi epiſtola attulerit. Jam nunc feliciſſimi illius convictus noſtri ſimulacrum fingo: quâ libertate, unà nugabimur? quibus modis cum Muſis noſtris victitabimus? Jam geſtio ex hac odioſa ſervitute evolare. Cur igitur contaris? inquis. Non temerè factum intelliges. Nuncium non tam repentè adfuturum expectaveram. Debetur mihi hîc aliquãta pecuniola. Sed quid mihi non maximum videri debet? Sunt aliquot conditiones cum quibuſdam imperfectæ, quas ſine detrimento non poteram relinquere. Cum comite menſis jam corptus eſt. Cubiculi locationem perſolvi. Cum *Auguſtino* nonnihil mihi rei eſt. Pueri mei libri neſcio quò aberraverunt: ejus nomine neque literas, neque pecunias ullas accepi, rationes non nihil habent controverſiæ. Hæc omnia mi *Batte* ſine diſpendio vides me non poſſe relinquere. Quòd ſi rebus imperfectis hinc migrâſſem, nihil mihi expectandum videbam, niſi ut illa perirent. Nôſti illud *Terentianum, ubi erat? cur paſſus?* Hæc quidẽ mihi non negligenda fuiſſe vides, illud verò multo maximè me movit, quod ſi ſubitò me hinc rapuiſſem, periſſent ea, quæ *De conſcribendis epiſtolis* compoſui, propterea quod penes unum *Auguſtinum* ſit copia. Nè *Laurentius* quidem ſperandus erat, neq; quicquam ſcriptorum meorum. Nihil enim minus ſperandum, quam uti ille tibi ſua mittat, dum ego abſum, cujus unius nomine facturus eſt, ſi quid faciet. Vix ſummâ ope niſus, ab eo extorſi, ut *Laurentii* partem tibi mitteret, & eâ quidem lege, ut tu viciſſim huc aliquid noſtrarum literarum remittas. Æquum ille poſtulat. Manus enim manum fricat. Da aliquid, & aliquid accipe. Quibus rebus adductus hoc cepi mecum conſilium, ut hîc me adhuc menſem contineam, donec æs alienum recepero, conditiones abſolvero, mea ſcripta recuperavero: Hoc conſilium ſi probas, me non pœnitebit; ſin minus, facies me quàmprimum certiorem: ex tua ſententia faciam omnia. Audies ex hoc tabellario novam Tragœdiam. Is ubi ad me divertiſſet, equo in pandocheio relicto, ſéque in ſella pecuniolam abdidiſſe diceret; juſſi in diverſorium recurreret, pecuniámque eximeret; Ivit, ubi redit crepuſculo, adoriuntur eum ſatellites, trudunt, proculcant, vulnerant, in carcerem

cerem ducunt, pecuniam eripiunt. Primum suspicabar, nactum quibuscũ potiaret. Ubi postridie non revertitur ad multum etiam diei, me nescio quid ejusmodi divinante, commodum ille redit, lutat', cruentatus, & miseris tractat' modis. Nos rectà ad advocatũ, inde ad urbis præfectum, nova prorsus illic avis. Malim quamvis cloacam, quàm illud antrum subire. Ipse apud judicem expostulo, ille profert ensem in medio fractum. Id satellites detulerant factum, dum ille nescio cui brachium amputaret in viâ, atq; in eo facinore cõprehensum. Aderant nobis testes, qui docerent illum gladio fracto urbem fuisse ingressum. Nam id acciderat, non ab asino, sed ab equo delapso asino. Judex respondit se jus dicturum, ubi sceleris autores produxissemus. At illi, nam aderant suo judici, simul atque nos viderent ingredi, subduxerant sese. Id *Adrianus* admonuit, sed illis jam egressis. Ita causam reliquimus. Poteram jam hoc omine terreri. Eum apud me retinere cupiebam, quod vulnerat' esset, sed te quamprimũ de nostro consilio certiorẽ fieri volui, & tuam sententiam quàm celerrimè cognoscere. Præterea tot occupationib' premebar, ut vix somno tempus supperet. Ei octodecim duodenarios ad augendum viaticum dedi. Aiebat enim se non plus triginta abs te accepisse, & quod erat, à satellitibus ereptum est. Præterea juveni cuidam scutatum mutavi aureum, quod tabellarius aurum ejus auro in itinere mutâsset. Cura ut cum rursus illi pecuniæ mittentur, mittentur autem ut audio brevi, justa moneta mihi reddatur, ego illis nostratem restituam, ut isthuc referant. Non es admonendus mi *Batte*; novi enim & fidem & diligentiam tuam, ut & emolumento & dignitati meæ consulas. Terret me nonnihil aulæ natura, & fortunas meas agnosco, quàm sint malignæ. Dominam isto in me animo esse plurimum gaudeo. Sed quo animo erat antistes? quam spem ostendebat? quid nunc frigidius? Malim ego certam aliquam stipem in literis tuis, quàm amplissimam nominatam. Non tibi objiciam *Virgilianum* illud,

—— Varium & mutabile semper,
Fœmina. ——

Ego enim istam non inter mulierculas, sed viragines numero. Sed quotusquisque isthie literas nostras miratur? Tum quis etiam omnem eruditionem non habet invisam? In te quidem summa fortunarum mearum sita est. Sed si (quod omen magnus avertat *Iupiter*) res secus ceciderit, quàm uterque volumus, tu cum ære tenearis alieno, præterea tuo quodam etiam fato sis hac in parte infelicior, quid amiculo succurrere possis? Non tibi concedam, ut tu magis nostri, quàm ego tui desiderio flagres. Sed etiam atq; etiam videndũ censeo, nè nimium hoc caleat modo. Hæc scribo non quod vel sententiam mutaverim, aut animo vacillem, sed ut tuam vigilantiam excitem: res enim communis agitur. Quod nisi optimè de tua tum fide, tum prudentia, tum etiam diligentia existimarẽ, ita ut tibi mandatâ provinciâ, mihi in utrãvis aurem dormire licere putarem, jam hoc rerum principio, tanquã omine parum fausto, terreri potuissem. Mittitur equus mercenarius obolo emptus, tum viaticum non contractum modò, verùm penè nullum. Si principia frigent mi *Jacobe*, fervebunt scilicet extrema? Quando erit tibi honestior & justior petendi meo nomine occasio, quam nunc cum sum ascisc endus, & ex hac urbe, ab his conditionibus? Ego tantula summula nè pedes quidem venire poteram: quid duobus comitatus & eques? Quod si res dominæ pecuniâ ministratur, ut opinor, principium non placet: sin tua, multò etiam minus delectat, quod geritur non solùm iniquâ, verumetiam alienâ pecuniâ. Quid alienius à tali viro, qualem tu me isthic descripsisti, quàm statim ad primum notum advolare, præsertim talibus conditionibus? Quis non me aut levem, aut stultum, aut certè miserrimum judicet? quis non contemnendum putet? Nisi te effusissimè amarem mi *Batte*, & ita ut quævis etiam incommoda tui convictus felicitate compensem, hæc me ab instituto consilio poterant avocare: sed nihil etiam movent. Te modò admoneo, ut dignitati nostræ diligenter consulas. Quid igitur censes? inquis. Dicam, nos hic omnia studiosè apparabimus, scripta nostra colligemus: negotia absolvemus. Vos interim isthic quod mittemus transcribetis. Per puerum quem propediem huc profecturum studii causâ accipio, de omni sententia perscribes accuratè: deinde ubi transcripseris *Laurentium*, post tres hebdomadas, si videbitur, per hunc ipsum puerum remittes, *Adrianum* loquor, qui & *Laurentium* referat, & viaticum adferat & literas certissimas, viaticum, inquam, me dignum. Meo enim sumptu venire nec possum, utpote nudus; nec par est quippe hîc satis amplas cõditiones relinquam. Præterea equum meliorem (si fieri possit) mittas velim. Non peto magnificum bucephalum, sed cui non pudeat virum insidere: Et scis mihi duobus equis opus esse, nam puerum omnino adducere statui. Hunc igitur alterum puerõ destinavi. Hæc tu dominæ facilè persuadebis. Causam habes optimam, & facundiam tuam novi, cuî soles etiam ex pessimis causis optimas facere. Quod si facere gravabitur: cui quæso stipem dabit, quæ viaticum negat? Habes causas cur necessariò nostram conjunctionẽ distulerim, quam in capite epistolæ aperui, eam scio tu probabis. Habes quibus rebus meæ dignitati possis consulere. Nunc reliquum est, ut rem quantum potes matures. Ego hic haud dormiam, tu isthic vigila. *Ioannes Falco* millies te resalutat, *Augustinus* bene precatur. Omnes te amamus. Dominæ quæ meo sis nomine dicturus, non es admonendus. Bene vale mi *Batte*. Vide etiam atque etiam te virum præbeas: nam comitem jam absolvi multa rogantem ac pollicentem, quo commodius omnia mea colligerem. Pluribus te mi *Batte* monerem, nisi tuæ fidei planè confiderem. *Petrum Franciscum* medicum tuósq; pueros generosissimos nominatim meo nomine salutabis. Bene vale, ac vigila. *Parisiis* tertio Calend. Decembres, Anno M. CCCC. XCVIII.

Erasmus Rot. Iacobo Batto S. D.

BOni consules pro veteri tua humanitate, quòd secus atque statueramus, hîc permanemus, non temerè mutato consilio. Nam principio nihil erat viatici, nisi quod mutuò sumpsissem: deinde jam à morbo revalueramus, tum hyberno itinere nonnihil terrebar, maximè hoc anno & multum & infeliciter peregrinatus. Et pestis, ut audio, jam propemodum sopitur. Adde huc *Epist.* 33.

hominum malevolentium fabulas, ſi totiens iſtuc recurrerem. Poſtremò *Iacobus* hic tui non tam nomine, quàm animo ſimilis, eâ charitate me cõplectitur, ut ſi cæterorum nihil eſſet, hac unâ poſſem compede vinciri. Abbas porrò adeo me invitat, ut propè etiam nè veniam, deterreat. Qui ſi maximè nos amet, haud etiam ſcio, quam in partem ſit noſtrum hunc metum accepturus: tum ut eſt animo non plumbeo, nè dicam levi, ſi amat, melius amabit abſentem. Sin fratrem imitabitur, expedit quàm longiſſimè abeſſe. De cujus quidem mi *Batte* levitate dicam an invidiâ, pudet me tibi queri. O infelices literulas meas, quibus talis Anti-mecænas contigerit, qui non ſolum non foveat, ſed impenſe etiam invideat. Rediit nuper, ut ſcis, è *Lovanio Joannes Standonk*, unà cum paupere quodam magiſtello *Mechlmienſi*. Huic antiſtes ille gravis negotium dedit, ut *Pariſiis* quàm ſagaciſſimè omnes vitæ meæ latebras veſtiget atque olfactet, ad ſéque deprehenſa tranſcribat, magnificum etiam præmium pollicitus delatori. Addidit homo impudentiſſimè levis ſe admirari, quâ fronte *Pariſiis* ſedere auſim à ſe exautoratus. Inſaniſſimus ſi hæc cogitâſſet, quanto dementior, qui hæc ſcholaſtico, & pauperi communicet. Auguror homini bilem augeri, partim quod negligi ſe putat, partim atque adeò maximè, quod fratri, aut aliis, à quibus fortè meo nomine malè audit, queri de ſe me putet. Verum hæc adeò animum mihi non eripiunt, ut magis etiam libeat *Pariſiis* inſigne aliquod facinus edere, quo illi rumpantur ilia. Habes quib⁹ adductus cauſis ad te non venerim, alioqui veniendi avidiſſimus. Id conſilium, ut ſpero, comprobabis. Cæterum *Ludovicum* puerum olim meum ad te emandavi hoc quidem nomine, ut *Judoco* inſerviat, quem ego jam rediſſe puto: qui ſi nondum rediit, peto ut interea adoleſcentem alteri cuipiam commendes, aut certè quod ille malit, ipſe recipias, ſi quo modo poſſis. Eſt eâ fide, ut nihil illi non cõcredi poſſit, id quod eſt in puero maximũ. Tũ ſcribit & expeditiſſimè & politè, *Gallicè* ſimúlq; *Latinè*. Literatus mediocriter, patiens laboris, obſequentiſſimus, mente minimè malâ. Poſſet tibi quoq; in libris tranſcribendis uſui eſſe. Quare ſi ille per te erit proſpectum, & mihi feceris gratiſſimum, & puero jam deſtituto ſubveneris. Quòd ſi apud te locus erit nullus, vide ecquid apud Abbatem vacet. Sed ſi retines iſthic puerum, fac tabellario qui eſt in divo *Audomaro*, pecuniolas noſtras quàm primum committas ad me perferendas unâ cum *Aurelio* & *Auguſtino*, qui eſt in membranis, & ſi quid præterea, quod mihi uſui fore putas. Cum *Auguſtino* jamdudum me ipſa res reduxit in gratiam: agnoſcit nomina, verùm negat eſſe ſibi quod det, & credo propemodum. Huic *Iacobo* meo jam ſcutatos aliquot debeo. Quare non omnem modò pecuniam, quam habes meo nomine, mittas, verumetiam ſi quid ipſe mutuum potes *Eraſmo* commodare. Vnde recepturus inquies? à domina, quæ adeò non erit dura, ut natalem patiatur præterire. Sic eſt neceſſe mi *Batte*, ſi me ſalvum vis. Haud temerè hæc ſcribo. Si verò deſperas te puero huic poſſe conſulere, cave iſtic hærere ſinas, ſed continuò remittas, tuis literis pecuniáq; & libro, præterea ſi quid eſt aliud, oneratum. Non potes aut ſcribere aut mittere per certiorem. Laudo quod tam es in literis cautus, verùm per hunc, mihi crede, quidvis garrire potes. Addes illi de noſtra pecunia viatici loco decem aut duodecim denarios. Sive autem iſtic retinebitur, ſive remittetur, veſtem illi nigram, quæ apud te eſt, meam donabis, ut habeat aliquod ex me miniſterii ſui præmium, niſi jam erit alienata. *N.* ut ſcribis perquam parcè, id quod ego ſtolidiſſimo illi *Gallo* imputo, cujus ejuſdem ſtultitiâ pecuniæ meæ in *Anglia* perierunt. Verùm id interea muſſitabimus. Erit aliquando referendæ talionis locus. Non nihilominus in literis inſtituto pergemus itinere. Pœnitet *Adagia* iſtuc diſtrahenda miſiſſe, cum hic & pluris veneant & frequentiùs. *Iacobus* hic meus alter planè *Batus*, tanto affectu ſe tibi commendatum fieri cupit, ut majore nequeat. Dignúſq; eſt, mihi crede, quem tu toto pectore complectare. Amat te effuſiſſimè, tu nè committe, ut in amore victus videaris. Vale mi *Batte*. Scripſi neglectiùs, nè quid teneram adhuc valetudinem exagitarem. *Aurelia*, Anno milleſimo, quadringenteſimo nonageſimo nono.

Eraſmus Iacobo Batto.

SAlutem tibi precor mi *Batte*, quam ipſe deſidero. Ex quo *Pariſios* redii, tenerâ omnino & delicatâ valetudine fuimus: tantos enim hyberni itineris labores, quos terrâ mariq; obivimus, non cura ſed aſſidua lucubratio excepit, ut laborem non poſuerimus, ſed mutaverimus. Acceſſit hoc tẽpus tum per ſe difficile, tum meæ valetudini mirum in modum inimicum. Memini enim poſteaquam in *Galliam* ſum profectus, nullum adhuc præteriſſe quadrageſimam, quæ mihi morbum non attulerit. Nuper autem mutato domicilio, ita ſum eâ novitate offenſus, ut nocturnæ illius febris, quæ nos ante biennium Orcherè demiſerat, manifeſta veſtigia ſenſerim: non contra omni curâ, medicorúmque opibus pugnamus, víxq; effugimus. Dubiâ enim adhuc plane valetudine ſumus. Quòd ſi denuò ea febris me arripuerit, actum de tuo mi *Batte* fuerit *Eraſmo*. Non peſſima tamen in ſpe ſumus, divâ *Genovefâ* freti, cujus præſentem opem jam ſemel atque iterum ſumus experti: maximè medicum nacti *Guilelmum Copum* non modò peritiſſimum, verumetiam amicum, fidum, & Muſarum, quod rariſſimum eſt, cultorem: ejus extemporalem epiſtolam ad te miſi. De ſarcina quod meam diligentiam requiris, ego viciſſim tuam memoriam deſidero. Præſentes enim tibi expoſuimus, eam à nobis non nautæ, ſed *Arnoldo Edvardo* juriſconſulto commiſſam, qui nautæ qui primus idoneus occurriſſet, traderet pervehendam. Ejus nomen nemo toto *Londino* non novit: habitat in ædibus paternis *Edvardi* mercatoris ſuper pontem *Londinenſem*. Nihil refert utrum ad hũc mittas an ad *Thomam Morum*. Is agit in collegio *Lincolnienſi*. Miror hunc *Arnoldum* tibi eſſe ignotum, cum literas meas ad illum ſcriptas, ad te dederim per facundum illum tabellarium, per quem *Laurentium* miſeram. Ei negotium dederam, ut de latrone illo noſtro ſciſcitaretur, nec ille mihi quicquam renunciat, nec tu mihi ſcribis. Cupio enim eum furciferum non quidem ad crucem adigere, ſed tamen ex urbe deterritum ejicere. *Laurentii* reliquos libros quos petis, *Auguſtinus* ubi eſſe affirmat: non quòd ille gravetur mittere, verùm

verùm inspice quid tibi desit, id continùo mittetur. Quòd reliqua quæ petis, tibi non mittam mi *Jacobe*, quæso, mihi ignoscas. Utinam ita res haberet, ut hic meum officium jure possis requirere. Justiorem quàm vellem càusam habeo. Primum, quorsum tantopere ad rem attinet, me longas epistolas scribere, cum tu sis ipse præsens, & vivâ, ut aiunt, voce rem acturus? Quid ego vel elucubratissimis literis possim, quod tu sermone non longè melius possis? Tum si maximè ad rem pertineret, non ausim omnino valetudinem interdicto scribendi labore vexare. Expertus novi quanto facilius morbus declinatur, quàm admissus ejicitur, quem ego jam nimium notis argumentis adrepentem sentio. Et opus *Adagiorum* quantum possum, paro, statim post pascha, ut spero, evulgandũ: opus, inquam, neque breve & infiniti laboris. Colligimus enim ferè *Proverbia* octingenta, partim *Græca*, partim *Latina*: id si videbitur, tuo *Adolpho* nuncupabimus. Quòd ad dominam properas, gaudeo, præsertim vocatus: neq; dubito, quin mea causa partim te vocaverit: rem enim omnem illi malè *Gallicè* perscripsimus. Sustinebimus igitur nos adhuc mensi mære alieno, donec abs te boni quippiam adferatur: alioquin ipsi istuc redissemus. Indue, quæso mi *Batte*, veterem illum animũ tuum: scio te nihil non perfecturum, si modò annitaris: sed unum hoc mihi in te displicet, quod posteaquam ex *Anglia* tibi semel fictitiam epistolam scripsimus, tu omnia à nobis fingi putas. Quanquam in ea epistola, quam tu ficticè scripram arbitraris, moriar, si quicquam finxi. Quare abjice istam de nobis opinionem, & cave quicquam credas, à nobis, apud te præsertim, non verè, non ex animo scribi. Est mihi in animo, hoc absoluto opere ad dialogum absolvendum toto conatu accingi, totámq; hanc æstatem componendis libris dare. In autumno, si licebit, *Italiam* petemus, doctoris insigne paraturi: tu quæso mea spes, fac ut sit libertas, ut sit ocium. Ad *Græcas* literas totum animum applicui: statimq; ut pecuniam accepero, *Græcos* primum autores, deinde vestes emam. De *Adriano*, aut alio quovis in *Angliam* mittendo, fac sententiam tuam cognoscam. Mihi quidem multis nominibus non prætereundum videtur. Quod simulatque significaris, exemplar scriptum unà cum literis ad te mittemus. *Gelrium* illum epigrammatum scriptorem comprehendendum ego & in vincula conjiciendum censeo: est enim haud dubiè scurra perfricâ facie, & qui nullum scelus non audeat. Vale mi *Batte*, & *Erasmum* tuum serva: ubi valetudinem sarserimus, nihil à nobis præteribitur. *Parisiis* pridie Idus Apriles, An. M. CCCC. XCVIII.

A

B

C

D

E

F

G

Erasmus Batto suo S. D.

Epist. 35. PEr cuem mihi meas lucubrationes miseras, per hunc ego tibi *Laurentii* partem unà meis cum literis remisi. Tabellioni, ita ut jusseras, octo denarios dedi: præterea nihil erat, quod scriberem novi. Evenit mihi quod vulgo solet, ut vulnus illud in *Anglia* acceptum, nunc demum dolere incipiat, posteaquam inveteravit: & hoc magis dolet, quod cum indignissimâ sit conjunctum contumeliâ, nulla tamen à me talio referri potest. Quid enim ego aut cum *Anglia* universa dimicem, aut cum Rege? nihil illa commeruit. Et in eum scribere, qui possit non solum proscribere, verum etiam occidere, dementiæ extremæ puto. Quare hac in re cum *Themistocle* oblivisci endi artem opto. Sum quidem totus in literis, & *Adagiorum* priscorum collectanea meditor conscribere, tumultuario quidem opere. Video *Chiliades* aliquot futuras, verùm duas duntaxat, aut tres ad summum centurias emittere est animus. Eas tuo *Adolpho* dicabo. Miror te per hunc *Francisci* fratrem nihil scripsisse. Vide ut sarcinam diligenter meam exceptes: nam *Galba* ille ut scis, harpyia est: exceptam diligenter ad me mittas. Est in ea tunica, partim nigro, partim subnigro suffulta: est chlamys abs te empta, est caligarum violaceo colore par, est *Augustini Enchiridion* membranis scriptum: sunt *Pauli* epistolæ: sunt alia nescio quæ. *Græce* literæ animum meum propemodum enecant: verùm neque precium datur, neque suppetit, quo libros, aut præceptoris operam redimam. Et dum hæc omnia tumultuor, vix est unde vitam sustineam: hoc literis nostris debemus. Bene vale *Batte* charissime. Quæso te ne quid nostræ querelæ moveant: libuit enim ut soleo, apud te animi curas effundere: cæterum animum non temere abjiciemus, & juxta vetus adagium, dum spirabimus, sperabimus. *Lutetiæ*, Anno millesimo quadringentesimo nonagesimooctavo.

Erasmus Rot. Batto suo S. D.

DUas jam epistolas ad te scripsi, quarum alteram ignoto cuidam commisi, altera periit, eáq; verbosissima: quare rem omnem quàm potero paucissimis perstringam. Iter habui infortunatum. Epomis sellæ alligata excidit, nec diu quæsita potuit recipi. Erant in ea vestis linea, pileum nocturnum lineum, aurei decem, quos in hoc deprompseram, ut permutarẽ si licuisset, erant & preces horariæ. Is cui pecunias hinc digrediens commiseram, egregiè dissipavit, alias mutuò dedit, alias sumpsit sibi. *Henricus*, cujus uxori mutuum dederam, *Lovanium* aufugit, uxor consequuta. Tertius, excusor librorum absentis nomine pecuniã recepit de chartis venditis, nec reddit obolum. *Ghisbertus* hinc jam abierat. Permutandi auri vix tolerabilis conditio offertur. *Augustinus* nondum rediit: absens omnia perturbavit, pecunias missas intercepit, minacem epistolã misit: metuit enim ne eas jam inuncâssem. Video mi *Batte* summam jam defluxisse, & minorẽ quàm credas factã. Equũ quatuordecim fere dies saginatum, quinq, aureis vendidi: è pedibus laborabat. Iter distuli, non solũ quòd viaticum deesset, sed multo etiam amplius, quòd preces perissent. Cum comite vivo vetere conditione, in quâ me minimè difficilem præbui, quo essem liberior, amat me & colit. Cum *Fausto* mihi, & altero quodam novo Poeta summa familiaritas: cum *Delio* certamen acerrimum. Totum me libris dedo, sparsa colligo, cudo nova: nihil ocii relinquo, quantum per valetudinem licet, quam duris itineribus nonnihil fractam intelligo. Quo in statu res meæ sint, habes: nunc quid in posterũ statuerim paucis accipe. Statui in Augustum iter *Italicum* rejicere, si queã interim ea cõparare, quæ tantũ iter postulat. Comes & ipse decrevit, si mater permittat, *Italiam* visere, sed post annũ denique, neque de me ducendo verbum interceſſit.

Memini quam magnificè fuerim jam antea spe hujusmodi delusus: & si hic annum expectem, quando tandem meum *Batum* revisam? Et dictu incredibile, quantopere ad tuam consuetudinem animus revolare gestiat. Quare visum est potius, profectionem, quantum licebit, maturare. Opus de conficiendis epistolis recuditur, id absolutum propediem ad te mittetur: & quidem tuo *Adolpho* dicatum. De *Copia*, de *Amplificationibus*, de *Argumentationibus*, de *Schematis* adjicietur. Hæc quoniam scholastica sunt, puero, tibiq; communiter dicare placuit: quod quidem excusum mittere malim, & dabo operam. Contraxi aliquot scripta, quæ novo quodam fato è latebris prodierunt. Ea castigata ad te missurus eram, si tabellarius certus contigisset. Quare fac *Adrianum* quamprimũ mittas, qui omnia mea secum adferat, cave quicquam relinquatur. *Natalis* minorita theologus apud me fuit per eum dominæ & cæteris scribam. *Piquardus* dominam ad Pentecosten revisere statuit, qui quidem homo nihil me delectat: ipsa est theologia, imò scabies ipsa. Adnitere quæso mi *Barte* ut *Lovanii* unà vivamus quamprimum: perfice quod cœpisti. Pudet me dicere, quàm me res ipsa urit. Video mihi summam, quæ jam magna ex parte dilapsa est, esse sarciendam, quæ & in dies singulos deteratur necesse est. Nec est in ullo mortalium aliquid solidæ spei, nisi in uno *Barte*. Tum quantum possis, re ipsa comperi, modò fatalis ipse animus non desit. Quid cupiam efficere, vides. Neq; est pudoris mei, hominem, à quo tantum beneficiorum acceperim, precibus onerare. Si manum porrigis, annitar & ipse: sin minus, quò fata vocant sequemur. Non deerit petendi argumentum, vel quòd iter necessariis de causis differendum erat, vel quod satius sit librũ meis sumptib⁹ excudi. Tu quid spei aut animi habes, facito me certiorem. Bene vale. Postridie Calend. Maii. *Lutetiæ*, M. CCCC. XCIX.

Antonius de Bergis Abbas Bertinicus, Ioanni de Medicis Cardinali, per Erasmum Roterodamum.

Epist. 37. SAlutem quam amplitudo mihi tua scripsit, equidem maximi muneris instar accipio, eámque tibi plurimo fœnore cumulatam rescribo. Ex epistola tum eruditionis, tum modestiæ plena, humanissimi pectoris istius, & omnino Medicũ gente digni simulacrum libenter agnovi, id quod antehac, cum apud nos ageres, perspexeram. Quòd autem hospitioli nostri non solum meministi, verumetiam tam diligenter pro eo gratias agis: quódq; tam benignè tuam invicem operam offers, animum quidem istum tuum tam propensum, volens gaudénsq; amplector, meritum meum nullum agnosco. Quod enim nostra mediocritas, cum cognoscendi studio in his regionibus nostratibus velut *Ulysses Homericus*, aut *Solon Herodoticus* peregrinum ageres, qualicunq; sedulitate accepimus, nulla hic nostra prædicanda est humanitas, sed summa barbaries inhumanitásq; ni feciſſemus, fuisset. Utinam autem vel tuæ dignitati, vel nostro animo satisfactum esset. Mea quidem tecta jam aliquot annis hospes nullus subiit vel ornatior, vel jucundior, ut hoc nomine me tibi beneficium debere potius existimem, quàm credidisse. Porrò opera tua, si quando erit usus, tantâ omnino libertate utar, quantâ tu benignitate offers. Libuit autem interim & hac in re priscum referre morem, ut tuæ præstantiæ non solùm hospitalis epistolæ, verumetiam xeniorum vice nonnihil adderem. Mitto autem cantiunculas musicas duas: quod ego munus, tametsi perquam exiguum, ac *Ciceroniana* etiam levidensa levius, tamen haud ingratum fore confido, vel quòd ex ipse hujus artis antiquissimæ, omniúmq; consensu divinæ longè scientissimus, itidem ut aliarum omnium: vel quòd cantilena recens est & nuperrimè nata: & ex eo quidem nata, qui se quondam in clarissima Medicum familia prædicat alitum fuisse, quæ mihi nimirum ingeniis excitandis, ornandisq; studiis cœlitùs data fuisse videtur. Is est in nostra urbe musicæ artis princeps. Præposito *Watensi* salutem tuam tuis verbis annunciavi: eam incredibili accepit cum voluptate, suámq; largiter ascribi jussit. Præstantissimam amplitudinem tui florentem & incolumem tueantur superi. Apud divum *Audomarum* III. Calendas Augustas, Anno *Christo* nato supra millesimum quingentesimo primo.

Clarissimæ Annæ Bersalæ Principi Veriane, Erasmus Rot. S. P. D.

TRes *Annas* veterum literæ prodiderunt posteritati: eam, cui cognomen *Perenna*, quam ob egregiam in *Didonem* sororem pietatem, in cœlitum numerum relatam antiquitas credidit: alteram *Helcanæ* uxorem, cujus ad laudem abunde satis est, quod & anus, & auspice Deo, *Samuelem* pepererit, non usq; sibi, sed Deo quidem sacerdotem religiosissimum, populo verò judicem incorruptissimum: tertiam Virginis matris parentem, ac *Jesu* Dei & hominis aviam, ut ne hæc quidem jam aliis egeat præconiis. Et primam quidem *Romana* Musæ immortalitati consecrârunt. Secundi *Hebræorum* annales multâ laude nobilitant. Tertiam *Christiana* pietas adorat, *Rodulphi Agricolæ*, *Baptistæq; Mantuani* facundissimis literis celebratam. Nunc ô si meæ quoq; tantum literæ valeant, ut tuum istud tam pium, tam niveum, tam castum pectus posteritas nôrit, & tribus *Annis* quartam te annumeret: & fiet profectò, modò tuæ virtuti nostrum ingeniolum respondeat. Equidem adducor, ut credam nomen istud non sine mente, ut ait *Maro*, nec sine numine divum tibi contigisse, adeò multa video tibi cum illis esse communia. Nobilissimæ illæ, tuis verò imaginibus quid habet nostrum hoc regnum illustrius? Illæ pietate insignes, & tua gratissima cœlo pietas: illarum afflictissimis rebus multum jactata, multum spectata patientia, quod tibi cum illis communis etiam quam vellem. Erat enim tua ista integritas & virginea simplicitas, fateor, perpetuâ prosperitate dignissima. Verùm quid facias? Hic est vetus ille fortunæ ludus, indignos in altum evehere, & innocentiæ negotium facessere. Tu verò mea patrona, palmæ arboris exemplo,

——— *Ne cede malis, sed contra audentior ito,*
Quàm tua te fortuna sinat. ———

Ego verò quanquam pro incredibili mea in te charitate, vel pietate potius (salutem enim illi omnem debeo, cujus beneficio mihi contigit in literis vivere, sine quibus ne vivere quidem possim) casus tuos acerbè omnino fero, tamen hoc me non

non mediocriter recreat, quod istiusmodi procellæ nonnunquam a superis propitiis immittuntur, non ut obruant, sed ut virtuti segetem quandam & materiam suppeditent, quo videlicet magis magisq; splendescat. Sic *Herculis* & *Æneæ Ulyssisq;* virtus effulsit: sic *Jobi* probata tolerantia. Non igitur tantum capio dolorem, quod ista objiciuntur, quantum voluptatis, quòd objecta sic feras: fers autem, id quod ego non semel sum admiratus, adeò non dicam toleranter, sed omnino alacriter, ut ego me jam tuo exemplo (dicam enim simpliciter) confirmem magis quàm ullo veterum, homo penè ad infortunia natus: quippe qui jam annum solidum adversis ventis, adverso flumine, irato cœlo navigem. Fit etiam, nescio quo modo (nam cur non audeam tibi fateri?) ut te hoc quoq; nomine peculiariùs diligam, quòd *Rhamnusiam* illam, quam ego semper iniquissimam tuli, ne tibi quidem satis æquam esse video, ut inter mortales, & malorum societas aliquoties conciliat benevolentiam: quanquam quid hoc simile? Nam tua quidem dignitas jam propè extra fortunæ est aleam, & te quidem nonnunquam vellicat: at in me sic constanter debacchatur, scilicet hoc uno sui dissimilis, ut possit in literas meas conjurâsse videri. Succurrit has literas exaranti. Cui enim potius infelicitatem meam aperiam, quàm quæ sola & possit & velit mederi? Succurrit, inquam, hunc ipsum solem jam universarium illuxisse, quod in *Britannico* littore pecuniolam meam, studiorum meorum alimonia, naufragium fecit: à quo quidem die, ut memini, perpetuam malorum catenam, trahentibus invicem ansis, in hanc usq; lucem fortuna porrexit: etenim simul atq; nudum me *Britannica Charybdis* orbi nostro revomuisset, sæva tempestas, atq; ob eam iter longè durissimum, deinde in jugulos nostros acutæ latronum ficæ exceperunt, tum febris, postea pestis, quæ tamen fugavit tantum, non afflavit. Adde his domesticas curas, quas non parum multas quotidie mortalium vita paritat. Sed partim pudet, ita me Deus amet, me virum utcunq; literarum præsidio munitum, ac philosophiæ præceptis armatum, animo consternari: cum tu, quam & natura fœminam finxit, quam fortunæ indulgentia summo loco genuit, maximis deliciis educavit, nonnihil habes quod feras, & feras tam non muliebriter: partim quòd quantumvis in me detonaret fortuna, nullam esse causam statuerem cur literas deseram, animóque frangar, dum tu mihi ceu certissima quædam Cynosura præluxeris. Siquidem literas fortuna ne potest quidem nobis eripere, pecuniolam verò, quantulam hoc ocium desiderat, opes tuæ animo scilicet tuo pares, facilè possint suppeditare. Et fortunæ quidem tuæ debes, quòd vales: animo tuo ego debeo, quod vis, & vis etiam libenter Musas meas alere, ex te nimirum una pendentes, te unâ respicientes, tibi uni consecratas. Aluit *Cherilum* malum ferreúmque, ut ait *Lucilius*, scriptorem *Alexander Magnus*. *Maronis* & *Flacci* tenuitatem *Mecænatis* inexhausta benignitas fovit. *Plinianas* lucubrationes *Vespasiani* studium acuit. Semigræculas *Ausonii* musas *Gratiani Cæsaris* humanitas etiam consulatu *Romano* decoravit. *Hieronymi* piam facundiam *Paula* & *Eustochii* nobilitas ornavit. Nuper etiam *Politianum* seculi nostri delicias, *Laurentius Medices* tanquam gremio suo educatum, extulit. Et ne juxta *Græcorum* dictum arenas numerem, suus cuiq; ingenio contigit *Mecænas*. Neque gratiam adeò pœnitendam ii mihi videntur suis patronis retulisse, quorum memoriam æternitati libris suis consecrârunt. Ego verò mea nutricia ne *Mecænatem* quidem ullum, aut Cæsarem tecum sanus permutaverim, & quod ad reponendam vicem attinet, quantum hoc ingenioló potero contendere, pro mea quoq; viriltenitar, ut & meam *Mecænatis* posteritas secula noverint, mirentúrq; unam extremo orbe fœminam extitisse, quæ bonas literas partim imperitorum inscitia corruptas, partim Principum vitio jacentes, partim hominum desidiâ neglectas, suâ beneficentiâ studuerit excitare, quæ *Erasmi* literulas à splendidis pollicitatoribus destitutas, à tyranno spoliatas, omnibus fortunæ casibus oppugnatas, passa non sit egestate concidere. Quod uti instituisti, ita pergas, supplices tibi manus tendunt literæ meæ, alumnæ tuæ, téq; & per tuam obtestantur fortunam, quam & secundam summâ cum laude contemnis, & adversam fortissimè tulisti, per suas item fortunas semper iratas, contra quas tuo unius patrocinio consistunt, & per excellentis illius Reginæ, nempe veteris theologiæ amorem, quam ἀκμοχέλῳ ille divinitùs afflatus, æterno Regi dextram astitisse scribit, interprete *Hieronymo*, non sordidatam, non pannosam, qualis nunc visitur in ludis sophistarum, sed in vestitu decurtato, circumamictam varietate, cui ab situ recipiendæ vigiliolæ nostræ omnes desudant. Quam ad rem duo quædam perquàm necessaria jamdudum sentio, alterum ut *Italiam* adeam, quo scilicet ex loci celebritate doctrinulæ nostræ nonnihil autoritatis acquiratur: alterum ut doctoris nomen mihi imponam, ineptum quidem utrunque. Neq; enim, ut inquit *Horatius*, statim animum mutant, qui trans mare currunt, neq; me vel pilo doctiorem magni nominis umbra fecerit: verùm ut nunc tempora sunt, ita morem geras, quando nunc non dicam vulgo, sed etiam iis, qui doctrinæ principatum tenent, nemo doctus videri potest, nisi *magister noster* appelletur, etiam vetante *Christo* theologorum Principe: cum antiquitùs non ideò quis pro docto haberetur, quod doctoris nomen esset mercatus, sed ii doctores dicebantur, qui libris editis, manifestum doctrinæ specimen dedissent. Verùm, ut diximus, frustra bonam fabulam egerimus, quam nemo non explodat. Quare leoninam pellem induamur oportet, quo fides fiat, & nos literas didicisse, istis qui de vocabulo non de libris (quippe quos non intelligunt) hominem censent. Ii sunt homines quidam præposteris literis imbuti, magnâ nimirum mercede docti nihil scire, crassâ Minervâ, sensu vix etiam cõmuni, sed Deum immortalẽ, quàm cervicosâ arrogantiâ, quanto supercilio! quippe qui sibi unà cum inani nomine consummatæ doctrinæ falsissimam persuasionem induerunt. Ii *Philoxenum* & *Gnathonem* turpissimos gulones referentes, disciplinas omnes culinarii sermonis sordibus & tanquam emuncto mucco fœdant, quo generosis ingeniis nauseâ deterritis, ipsi soli rerum potiantur. Cum his quoque monstris mihi decertandum est, & *Hercules* alter præstandus: quare si tu *Erasmum* tuum armaveris, ut possit cum his portentis pari tum animo, tum autoritate contendere, non nos modò, verumetiam ipsæ literæ se tibi debebunt. *Armandus* autem, mea princeps,

Homerici Glauci armis, ſed quæ dedit, non quæ recepit. Hoc ænigma, quid ſibi velit, ex *Batti* mei literis cognoſces, cui citra fucum omnem ſortem meam aperui. Perfricui faciem contra morem meum, contráq; ingenium, contra virgineum illum literarum pudorem; ſed ut ait ille, *durum telum neceſſitas*. Miſi te tibi, *Annam Annæ*, carmen vel rythmos potius a me puero admodum luſos, nam jam inde à tenellis unguiculis ejus divæ pio ſtudio flagravi. Miſi præterea obſecrationes quaſdam, quibus ceu magicis precaminibus poſſis non lunam illam, ſed eam quæ juſtitiæ ſolem genuit, cœlo vel invitam, ut ita loquar, devocare: quanquam ea quidem ſolet eſſe facillima, ſi virgo virgineis votis vocetur: nam te quidem non tam in viduis, quàm in virginibus pono: ſiquidem quod olim puella admodum nupſiſti, id quidem partim parentum autoritati, partim generi propagando datum: & ejuſmodi fuit conjugium, ut non tam ſit imputanda voluptas, quàm patientia ſpectata. Quod autem nunc iſta adhuc ætate virenti, & penè puellari, nullâ procorum inſtantiâ poſſis à continentiæ proposito divelli, quòd in fortuna tam affluenti, tam nihil indulges tibi, id ego non viduitatem, ſed virginitatem exiſtimo: in quo ſi, ut confido, perſeverabis, ego te, mihi crede audacter, non in adoleſcentularum choro, quarum, ut ait Scriptura, non eſt numerus, non in octoginta *Salomonis* concubinis, ſed in quinquaginta Reginis, & *Hieronymo* quidem, ut ſpero, approbante annumeravero. Eſt jamdudum in manibus *De Epiſtolis*, & item *De variandæ orationis* opus, *Adolphi* filii tui ſtudiis adjuvandis deſtinatum; tum præterea *De literis*, tuo videlicet nomini conſecrandum. Quæ ſi fortè ſeriùs voto prodibunt, non meam tarditatem, ſed fortunam accuſabis, aut ſi mavis operis difficultati imputabis: nam malos quidem libros emittere, infamiſſimum: bonos edere, longe difficillimum. Bene vale, & Muſas noſtras tibi commendatas habe. Datum *Lutetiæ* ſexto Calend. Februarias. Anno milleſimo quingenteſimo.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER DECIMUS.

Antonio à Bergis, Abbati divi Bertini Eraſmus S. P. D.

Epiſt. 1. QUum incredibilis humanitas tua pater ampliſſime, cumulatiorib' beneficiis me ſibi teneat obæratum, quàm (ut etiam ſi capitis hujus auctionem fecero) vel ſorti ſolvendæ par eſſe poſſim, ego tamen grati animi conatum cuperem officio literarum utcunq; ſignificare, ne peſſimum nomen jure videri poſſem, ſi æs alienum, vel qualicunq; operâ redimere diſſimulâſſem. Contatio me quædam aliquanti ſper tenuit, verentem videlicet non nihil, ne graviſſimis iſtis, ſanctiſſimiſq; occupationibus, quæ quidem non ſum neſcius, quàm celſitudinem tuam domi, foris, privatim, publicè diſtringant, nugis meis intempeſtivis obſtreperem, ac dum impenſè officioſus ſtudeo videri, fierem odioſus. Elegantèr enim *Græca* paroemia dictum eſt, ἄχαιρ' ἑταίρῳ κἀν ἐχθρὸς διαφέρει Quâ verè ſignificatum eſt, nihil intereſſe, malevolentiáne, an benevolentiâ ſis moleſtus. Verùm ubi è diverſo ſuccurreret iſta corporis heroica ſpecies, ac valetudo feliciſſima, quibuſlibet etiam laboribus facile par, tum animus iſto ſcilicet corpore dignus, εὐγενὴς, id eſt, albus & bene natus, ingens, amplus, tantarum ſimul rerum capax, dexter ad quidvis, verſatilis, & tanquam ad omnia factus: miráque naturæ indulgentiâ tibi contigiſſe, ut tam multiplex negotiorum ſarcina, quorum pars quantalibet alium quemvis facilè obruat, te vix etiam levi ſenſu perſtringat: id quod ego ceu ſtirpi tuæ gentilitium olim & in Pontifice fratre tuo *Mecænate* meo, quum in familiaribus ejus eſſem, animadverti, neq; rurſum admiratus, unicum illud pectus, tot pariter rebus ſufficere. Eſt iſtud quidem *Herculeum* animi robur, tibi cum cæteris gentilibus tuis commune. Præſul humaniſſime, cæterùm in te, neſcio quo modo, præter cæteros peculiariter elucet mellita quædam morum ſuavitas, & ea quidem ſumma cum majeſtate conjuncta, ut in obeundis negotiis publicis nihil uno te ſit auguſtius: rurſum in conſuetudine familiari nihil comius, nihil popularius, nihil elegantius: ut illic nulli non admirabilis, ita hic omnibus amabilis, utrobiq; dexterrimus: uſqueadeò tibi in promptu, quam velis perſonam aut exuere, aut ſumere, pariq; decoro vel cum purpureis tyrannis agere, vel cum mei ſimilibus infimæ claſſis homunculis, plebeia quâdam affabilitate uti, ut haud ſciam an in ullum mortalem melius quadret *Græcus* ille παροιμιώδης verſiculus (feret enim me tua æquanimitas nimis fortaſſis & ineptiùs in epiſtola *Græcantem*, quod hujus linguæ nuper eſſe candidatus cœpi) ἅπαντα τοῖς καλοῖς ἁρμόττει πρέπει. cujus hic quidem eſt ſenſus, *Tui ſimiles egregios viros nihil non decere*. Eandem ingenii dexteritatem in *Ariſtippo* celebravit *Flaccus*; *Omnis*, inquiens, *Ariſtippum decuit color*, ſive regali purpurâ conſpicuus incederet, ſive *Cynico* pallio ſordidatus ingrederetur: quanquam in quidem inæqualis nuſquam, mirâ quadam harmoniâ, & in amplitudine humaniſſimus, & in humanitate ampliſſimus. Sed quorſum iſta tam multa? inquies. Probè profectò mones: ſulcienda enim quæ pendet adhuc periodus & claudenda vel ſerò μακεσλογισμὸς, quem mihi non natura loquacior,

loquacior, ſed jucunda quædam tui ſimulacri contemplatio facit. Ergo quum mihi occurreret, inquam, iſta nova corporis animique tui felicitate fieri, ut tanta tranquillitate ſumma obires negotia, quantæ vix alius quiſquam ſummo in ocio verſetur, tibi ſummas occupationes pro ludo eſſe: non putavi me magnopere vereri oportere, nè quid his literis noſtris intempeſtivius interpellatus offendereris: maximèq; quod ex *Bazi* mei literis cognoviſſem, quàm ſerenâ fronte ſuperiores illas accepiſſes: quanquam nè in præſentis quidem erat adeo quod ſcriberem, niſi mihi cum *Rhamnuſia* illa luctam eſſe aſſiduam: me tamen ſic eſſe animatum, ut ſi literas aſſequi non queam, certè cum *Philemone* libris immori cupiam. Tum tuorum in me meritorum memoriam apud me non modò non conſeneſcere, verùm ita quotidie animo obſervari, ut nè tum quidem quum præſens experirer, aut recentior, aut etiam jucundior humanitatis tuæ ſenſus eſſe poterit. Proinde nihil mihi perinde in votis eſſe, ut anſam quampiam per te præberi, quâ poſſim hoc ingeniolo, ſi quod eſt, meo, & literariis vigiliis tuam amplitudinem quàm maximè demerere: ſed hoc ipſi circumſpectabimus. Interea nè non longam epiſtolam legas, Tragœdiam accipe, recentiorem quidem illam, ſed ita atrocem, ut cum hac vel *Medea*, aut *Thyeſtes*, vel veterum quævis collata, Comœdia videri poſſit. Anno ſuperiore *Magduni*, id eſt oppidulum haud ita procul ab *Aurelia*, maleficus quiſpiam deceſſurus uxori mandat, ut quicquid eſſet apud ſe librorum magicorum, reliquáque ejus ſacri arma, civi cuidam *Aurelianæ* tradat, propediem videlicet periturò, quod hunc ſceleris conſcium ac participem habuiſſet. Is hæc omnia *Aurelium* transfert: jam ipſe ſacerdos domi ſuæ plus triennium nefandum ſacrum & quavis idololatriâ execratius non inſciente uxore, filiâ virgine etiam adjutante peragitat. Quibus verò ceremoniis, quóve ritu ſacrilegium hoc conſtiterit, paucis referam, ita ut à certiſſimis hominibus accepi. Corpus illud adorandum vindicis noſtri *Jeſu* in pyxidulâ quadam ſaligná conditum, ſub lecti ſtramentis abdiderat. O divinam patientiam, mihi referenti, frigidus horror membra quatit! Id ante triennium à ſacrificulo quopiam famelico & impio (cujuſmodi hic nimis magna copia) fuerat mercatus & quidem minoris, opinor, quàm olim *Judæi Chriſtum*: ut ſceleſtiſſimus ille ſacerdos *Judam* nobis non retulerit ſolùm, ſed etiam vicerit: & illum quidem rumor eſt, ſubitaneâ morte impietatis pœnas dediſſe. Ergo quoties veneficus ille rem non divinam, ſed diabolicam facturus eſſet, depromebatur profanis manibus cœleſte myſterium, atq; è ſtramentis erutum, nudatúmq; exponebatur. Filia puella, neq; dum virum paſſa, enſem nudum manu ſublatâ tenebat (quod id muneris niſi à virgine obiri ritè non poſſet) mucronem in ſacrum illud corpus intentans, ſcilicet minitanti ſimilis. Tum caput quoddam proferebatur, ex neſcio quâ materiâ, triplici facie cælatum: nempe monadem illam triformem, & triadem uniformem repræſentans. Id novies reducto ambitu cingebatur. In his mille figuræ *Tau*, inauditis angelorũ nominibus inſcriptæ: poſtea totidem ambitus cacodæmonum horrendis vocabulis diſtincti. His ita compoſitis, maleficii antiſtes, explicitis libris, execratis illis precibus, *Hecate* A diſtante, primum adorandam triadem, & angelorum quàm plurimos ſuo quoſq; choro: deinde cacodæmonum ſexcenta nomina citat, neq; finis, donec dæmon ille præſtò ſit, præſénſque vocanti reſpondet. Is erat ingentium theſaurorum aut opifex, aut certè monſtrator. Promiſerat ſceleſtus ille ſacrifico ſuo *Perſicos* montes, largitus etiam nonnihil: ſed adeo infra ſpemac virum jam operæ, quippe triennio, operiq; pœnitere. Itaq; promiſſorem ſuum ſolitis precaminibus evocat, expoſtulátq; ſe jampridem lactari, & ſpe modò duci, neq; ullum operæprecium facere. Purgat ille ſe contra, negans id ſuâ culpâ accidere: verum deeſſe quiddam ceremoniis, quod hominem literis præditum deſideraret: quem ſi nanciſci poſſet, ſe theſauros indicaturum omnium votis ampliores. Simúlque percontanti, quis eſſet ad eam rem potiſſimùm aſciſcendus, ſuadet, Priorem monaſterii monachorum, qui ſe *Prædicatores* appellitant, id eſt, pone mœnia *Aurelianæ* adeat, & tantum virum pertentet. Eſt verò hic theologiæ *Baccalaureus*, ut vocant, formatus, apud vulgus opinione non incelebri, & concionator non omnino peſſimus, ut nunc quidem ſunt theologi. Cæterum ut mihi poſt viſum eſt, & ferè ſunt hujuſmodi, famæ perquam avidus. Sed haud etiam conjectura conſequor, quid genius ille malus capiârit, uti nè ſacerdotem ſuum jamjam ad defectionem ſpectantem, rectà in perniciem induceret: an quod ita ſeriò ſibi promiſerit, theologi mentem præmii propoſiti magnitudine poſſe corrumpi: hac opinor fiduciâ, quòd, ut divinitùs ſcripſit *Maro*,

Quid non mortalia pectora cogit
Auri ſacra fames?

Tum quòd, uti aiunt ii, qui cum iſtiuſmodi hominum genere familiarius ſunt verſati, ſub illis cucullis & mendicitatis nomine, deploratiſſimæ nonnunquam mentes latitent, intolerabili arrogantiâ, & extremâ pecuniæ cupiditate flagrantes. Verùm hoc quidem in medio relinquimus. Vir igitur perſuaſus, hominem convehit: útque pedetentim illius animum prætentaret; fingit ſibi codices aliquot eſſe domi, inutiles quidem ſibi, quippe idiotæ, verum homini literato longè utiliſſimos. Rogat num quos emptos velit. Theologus proferri jubet, inſpiciendos ſcilicet. Promit ille Vetus Teſtamentum, quam vulgus *Bibliam* vocat, *Gallicè* verſum. Eum codicem ubi contempſiſſet theologus, ecquos alios haberet percontanti, gravatim quidem, ac detrectanti ſimilis, alium quendam ſinu abditum producit: quem evolutum, ubi animadvertiſſet improbatarum artium eſſe magiſtrum, haud etiam ſcio an novitate captus (ita ut fit) curioſiùs inſpectârit, an ut fraudem, quam ſubeſſe ſentiſcebat, prorſus expiſcaretur. Rogatus itaq; quid nam ille placeret, reſpondit maleficum ſibi videri librum. Tum ille ſilentii fidem obteſtatione ſtipulatus, ait ejuſdem generis aliquot domi ſibi eſſe, ſed eruditi hominis operam deſiderare; alioqui theſauros immenſos poſſe his libris conflari. Ibi arrectior theologus, orat ut eos quoque ad ſe perferat inſpiciendos: ſibi rem hanc vehementer eſſe cordi, nec omnino in negotio tam divino indormiendum, ſibi ſpem eſſe certiſſimam feliciter eventurum. Ergo datis invicem dextris, miſer ille reliquos libros adfert. Theologus expiſcari non deſinit, donec homo jam ejus animi ſecurus omni de re palam facit: poſtremò

etiam

etiam de *Christi* corpore. Ibi ille tanquam vehementer gavisus, impensiùs obsecrat, ut res tantas sibi ostendat, se jam toto pectore de maturando negotio cogitare. Hic hominem domum suam deducit: uxorem mysterium illud, reliquáque item maleficii arma depromere jubet. Proferuntur, inspectantur. Monachus longè aliud simulans, ut narrat ipse, rectà inde ad Officialem, quem vocant, virum profectò summâ vitæ integritate, & absolutâ juris utriusq; prudentiâ spectatissimũ, nostri majorem in modum amantem. Is verò in re tam prodigiosa nihil etiam contandum ratus, hominem, prodente theologo, per regios ministros in vincula conjicit, non sine uxore & filiâ. Protinus in ædes irruptum, mysterium illud adorandum, honore, quo conveniebat, prolatum, dieiq; ejus quod erat reliquum & nox omnis à clero monachisq; pernoctes excubias agentibus, solennibus cantionibus & precibus celebrata. Postridie indicta solennis supplicatio, vestiuntur tapetibus utrinq; viæ, quáq; ibatur, quáq; ad templum redibatur: perstrepebant urbe totâ templa sacris tintinnabulis. Procedit clerus universus cum suis quisq; reliquiis, totâ civitate ad spectaculum effusâ dignáq; pompâ sacramentum è conscelleratis ædibus sublatum, in templum salutiferæ cruci sacrum defertur. Ibi theologus tam frequenti concione, quantam antea visam fuisse negant, rem omnem, non sine gloriæ suspicione exponit: identidem obtestans *Christi* corpus inibi subdio appositum, ut erat ex ædibus malefici deportatum. Fecerat idem postridie, facturus item deinceps, & ut quidque illi in vinculis fuissent confessi, ita quotidie populo renunciaturus: quod sibi credo certissimam parandæ immortalitatis materiam oblatam esse judicaret, nisi Officialis vir minimè stultus, theologo jam ventoso gloriæ curru volitanti, silentium imposuisset. Excutiuntur & audiuntur assiduè à theologis *Lutetiâ* in hoc ascitis, adhibitis item duobus jureconsultis. Narravit nobis Officialis prodigiosa quædam in quæstionibus à viro aperiri, sed quæ nondum pro certis referri possent, quod ipsum sibi parum adhuc constare diceret: mulierem noctu miseris modis à cacodæmone vexari, pungi, cædi, raptari, penéq; exanimari: filiam verò sui securam, neque quicquam supplicii metu commoveri, quod sibi quotidie cum luce præstò fieri affirmat, nescio quem qui consolando dolorem illi omnem adimat, animóq; tranquillo esse jubeat. Tenetur & *Magduni* malefici, cujus supra memini, vidua. Eamus nunc & *Medeam*, *Thyestem*, *Neronem*, poetarum nugas esse credamus, cum *Christiana* impietas ejusmodi piacula protulerit, quorum nè nomina quidem nôrit antiquitas. Quod enim tandem huic monstro vocabulum indemus? Nam *Chaldæorum*, genethliacorum, mathematicorum, maleficorum, Pythonicorum, divinorum, haruspicum, augurum, ariolorum necromanticorum, geomanticorum, sortilegorum, incantatorum, uti levia nomina nihil etiam ad hujus sceleris atrocitatem facere mihi videntur. Augur præpetes avium volatus, & soliſtimum tripudium observat, haruspex extorum fibras rimatur, *Chaldæus* sydera consulit, veneficus herbas incantatas colligit, incantator precaminibus agit, Pythonicus manes evocat, chiromantis manuum rugas contemplatur. Atrocia sunt ista, quæque vix aures ferant *Christianæ*: sed quid obsecro ad *Aurelianum* Tragœdiam? Quid unquam simile *Thessalia* maleficiis infamis designavit? Et manium quidem consultores, *Hebræorum* leges capitali supplicio damnant. Imperatoriæ verò haruspicum & augurum superstitionem & atrocissimis verbis insectantur: quippe quos naturæ peregrinos & humani generis hostes appellent: & ipsos quidem ultori gladio, incendio feraliq; pesti (his enim verbis *Constantinus* utitur) addicunt: consultores autem in insulam deportari jubent, bonis omnibus spoliatos, id quod apparet in *Codice*, *titulo De maleficis & mathematicis*: ubi & glossema verè, ut *Accursiani* loquuntur isti, notabile, sed atro carbone notandum, quippe quod haruspicem pro momentorum & avium observatore, nimis ridiculè interpretatur, tum sacerdotem pro necromantices doctore exponit, & item alia quædam, nescio magis nè barbarè an ineptè, omnino tamen deridiculè: quæ mihi tamen neutiquam sunt nova, cum toto Digesto istiusmodi portenta ita passim occurrãt, ut assueto mihi nè risum quidè jam moveant, nedum stomachum. Sed ad rem: Decreta verò Pontificia & item epistolæ quas Decretales vocant ubi de sortilegiis & id genus damnatis superstitionibus meminerunt, hujusmodi maleficii nè verbo quidem attingunt: sive quòd ea secula nè suspicionem quidem tantæ impietatis habuerunt: sive quod qui ea literis prodiderunt, mortalium auribus parcendum esse putârunt. Novum hoc & inauditum portentum, non Nox *Erebo* dum mater, ut poetæ fabulantur, sed scelerum omnium parens Avaritia produxit, & portentum non simplex, sed ex superstitione, impietate, idololatriâ, sacrilegio, tanquam variis ex monstris conflatum. Et mirantur homines, si nostra ætas nunc bellis, nunc fame, nunc peste, nunc aliis atq; aliis malis laboret: cum præter ea vitia, quæ jam propemodum vitia videri desierunt, quod nimis vulgaria, Gigantes ipsos fulmine deturbatos & *Lycaoniam* inhumanitatem diluvio tanto vix expiatam nostris sceleribus longè vincamus? Miramur si quotidie novis plagis afficimur, cum quotidie novis vitiis Deum optimum maximúmque irritemus, neque, ut ait *Flaccus*, per nostrum patiamur scelus iracunda *Jovem* fulmina ponere. Habes *Iliadem* humanissime pater, sed abripuit calamum penè imprudentẽ, partim gravis animi dolor, partim voluptas quædam tua cum amplitudine miscendi sermonem. Ignoscas igitur nostro vel amori vel dolori. De *Disma* scripsimus *Antonio* sacellano tuo: quod si persuadeo, futurum confido, & quidem propediem, ut ego me gaudeam admonuisse, & tu multo magis gaudeas monenti paruisse. Bene vale. *Parisiis* postridie Idus Jan. M. D.

Erasmus Christiano Lubecensi S.D.

CUm te incredibili quodam ardore literarum flagrare minime dubitarẽ *Christiane* non vulgaris amice, hortatore nihil opus esse putavi, sed ejus quam ingressus esses viæ duce modò ac tanquam indice, id quod mei officii esse judicavi, videlicet ut tibi homini non modò copulatissimo, verum etiam jucundissimo, vestigia quibus ipse à puero essem ingressus commonstrarem. Quæ si tu pari curâ accipies, atque ego dicturus sum, futurum

futurum confido, ut neque me monuisse, neque te paruisse pœnituerit. Prima igitur cura sit, ut præceptorem tibi diligas quam eruditissimum; neque enim fieri potest, ut is rectè quenquam erudiat, qui sit ipse ineruditus; cuem simulatq; nactus eris, fac omnibus modis efficias, ut ille patris in te, tu filii vicissim in illum induas affectum. Ad quod quidem cum ipsa honesti ratio nos debet adhortari (quod non minus debeamus his, à quibus rectè vivendi rationem, quàm à quibus vivendi initia sumpsimus: tum mutua ista benevolentia tantum ad discendum habet momenti, ut frustra sis literarum præceptorem habiturus, nisi habueris & amicum. Deinde ut te illi & attentum & assiduum præbeas. Contentione enim immodicâ nonnunquam obruuntur ingenia discentium. Assiduitas verò & mediocritate sua perdurat, & quotidianis incrementis majorem opinione acervum accumulat. Satietate cum omnibus in rebus, tùm in literis nihil periculosius. Laxanda est igitur aliquoties illa literarum contentio. Intermiscendi lusus, sed liberales, sed literis digni, & ab iis non nimis abhorrentes, imò mediis ipsis studiis perpetuâ quædam voluptas est intermiscenda, ut ludum potius discendi quàm laborem existimemus. Nihil enim perdiu ferri potest, quod non agentem aliquâ voluptate remoretur.

OPtima quæque statim ac primum disce. Extremæ est dementiæ discere dediscenda. Quod in curando stomacho solent præcipere medici, idem tibi in ingeniis servandum puta. Cave aut noxio aut immodico cibo ingenium obruas: utroq; enim juxta offenditur. *Ebrardum, Catholicontem, Brachylogum* cæteróſq; id genus, quos percensere neque possum neque operæprecium est, iis relinquito, quos barbariem immenso labore discere juvat. Initio non quàm multa, sed quàm bona percipias refert. Sed jam rationem accipe quâ possis non solum rectiùs, sed etiam facilius discere. Hoc enim in homine artifice præstare solet artis ratio, ut tantundem operis, cum rectiùs expeditiúsque, tum leviùs etiam efficiat. Diem tanquam in operas partire, id quod & à *Plinio Secundo* & à *Pio* Pontifice maximo, viris omni memoriâ præstantissimis, factitatum legimus. Principio quod caput est, præceptorem interpretantem non attentus modo, sed & avidus auscultato: non contentus impigrè sequi disserentem, aliquoties prævolare contende. Omnia illius dicta memoriæ, præcipua etiam literis mandabis, fidelissimis vocum custodibus: quibus rursus ita confidas cave ut dives ille ridiculus apud *Senecam*, qui sic animum induxerat, ut se tenere crederet, quicquid servorum quisquam meminisset. Noli committere ut codices habeas eruditos, ipse ineruditus. Audita nè effluant, aut apud te aut cum aliis retracta. Nec his contentus, aliquam temporis partem tacitæ cogitationi tribuere memento, quam unam divus *Aurelius* tum ingenio, tum memoriæ in primis conducere scripsit. Conflictatio quoq; & tanquam palæstra ingeniorum nervos animi præcipuè tum ostendit, tum excitat, tum adauget. Nec sciscitari si quid dubitas, nec castigari si quid errabis, sit pudor. Nocturnas lucubrationes atque intempestiva studia fugito: nam & ingenium extinguunt & valetudinem vehementer offendunt. Aurora Musis amica est, apta studiis. Pransus aut lude, aut deambula, aut hilaris confabulare. Quid quod inter ista quoque studiis locus esse potest? Cibi non quantum libidini, sed quantum valendini satis sit, sumito. Sub cœnam paulisper inambula: cœnatus idem facito. Sub somnum exquisiti quippiam ac dignum memoria legito, de eo cogitantem sopor opprimat, id experrectus à teipso repoſcas. *Plinianum* illud semper animo infideat tuo, *omne perire tempus quod studio non impertias.* Cogita juventâ nihil esse fugacius, quæ ubi avolârit semel, redit nunquam. Sed jam hortator esse incipio indicem pollicitus. Tu suavissime *Christiane* hanc formam, aut si quam poteris meliorem, sequere, ac bene vale. *Lutetiæ.* M. CCCC. XCIX.

Erardo à Marca Episcopo Leodiensi
Erasmus S.

REverende Præsul, mitto celsitudini tuæ quælecunq; animi in te mei documentum, *Paraphrasin* in duas epistolas ad *Corinthios.* Opus modis omnibus novum est, si non mereretur alio titulo commendari. Certamen erat inter typographum ac me, utrum ille plus excuderet singulis diebus suis formulis, an ego meo calamo describerem. Opinor opus victurum, vel invitis misoglottis. Tu pro tua humanitate boni cõsules. Qui codicem reddit, juvenis est eruditus ingeniiq; candidissimi, ab actis oppidi *Antuerpiensis*, melior animæ meæ pars: hunc quæso, pro tua humanitate complecteris: Ac bene vale. *Lovanii* undecimo Calendas Martias. Anno M. D. XIX. *Epist.* 3.

Erasmus Roterod. Collegio Canonicorum
Metensium S.

ORnatissimi Patres ac Domini, ut quisq; venatur quod amat, nonnullorum prædicatione didici apud vos esse bibliothecam nõ vulgaribus, sed eximiis ac venerandæ vetustatis codicibus differtam. Et quoniam ex euangelicâ lege jubemur suum quisque talentum sic in usum publicum conferre, ut usuram approbet, qui sortem credidit, ego studium meum ad hoc appuli, ut vetustissimos autores aut in lucem eruam, & à blattis tineisq; vindicem, aut depravatos emendem. Etenim ut gravis est jactura nobis interire, quod tantis vigiliis summi viri prodiderunt: ita non extare videtur, quod extat, sic mendis undiq; conspurcatũ ut nec legi possit, nec intelligi. Nec dubito quin vestra quoq; pietas publicæ faveat utilitati, nihilq; minus probet, quàm canem illum præsepi incubantem, de quo est in *Græcorum* proverbiis, præsertim cum ita liceat istam utilitatem aliis communem facere, ut vobis nihil deteratur. Proinde vos oro nè gravemini bibliothecæ vestræ indicem ad nos mittere, potissimum eos libros recensentem, qui vulgo non habentur, aut habentur depravati, id quod usu venit in omnibus propè vetustioribus. Ex eo deligam, quos existimem maximè profuturos. Hac in re si nostros conatus vestra pietas adjuvabit, primum rem faciet *Christo* gratissimam, deinde splendidissimo collegio vestro cum primis gloriosam. Neq; enim cõmittemus, ut vestrum officium ignoret posteritas. Incolumes servet vos omnes *Christus* Opt. Max. domini in *Christo* plurimum obsevandi. *Lovanii* pridie Idus Julias. Anno M. D. XIX. *Epist.* 4.

Erasmus

Eraſmus Rot. Ludovico Viveti S.D.

Epiſt.5. APud illuſtriſſimum *Ferdinandum* in medio colloquio Epiſcopus *Leodienſis* expoſtulavit mecum, quod à cardinali *Croijo* non retulerim reſponſum. Vix occurrebat, quo me purgarem. Nam ſuſpicor eam epiſtolã illi non fuiſſe redditam. Ego in culpa, qui eam ipſe non reddiderim. Literæ quas tu mihi reddidiſti planè fuerant reſignatæ. Quo ſæpius colloqui datur cum illuſtriſſimo *Ferdinando*, hoc mihi indoles illius magis ac magis arridet. O utinam hæc regio ſub tali Principe centum annos florere poſſit. Nunc ut apparet, relegatur in *Germaniam*, cujus lenta conſilia nobis magno conſtabunt. Sed hæc fatis relinquamus. Admone tuum patronum, ſi quid lubeat reſcribere Præſuli *Leodienſi*, quem opinor hic ad quatriduum commoraturum. Bene vale. *Mechliniæ*, natali divæ *Gertrudis* M. D. XIX.

Eraſmus Roter. Thomæ Linacro S.D.

Epiſt.6. LUtetiam pervenimus, cætera quidem incolumes, verùm navigatione quatriduanâ moleſtum quoddam malum contraximus collecto frigore, quod etiam nunc ſinciput meum malè diſcruciat. Tument utrinq; ſub auribus glandes, palpitant tempora, tinniunt aures ambæ. Atq; interim nullus adeſt *Linacer* qui me arte ſuâ liberet. Tanti jam nunc cõſtitit nobis συνήθεια ἰταλική. Nam mihi nihil unquam æquè fuerat decretum in vita, quàm nè quando fluctibus, & ventis me committerem, ubi terrâ pateret iter. *Galliis* reviximus, nam hic conſtans perpetuáque fama diſſipârat *Eraſmum* ad ſuperos abiiſſe. Eum rumorem auguror è *Milonis* illius *Galli* morte per errorem natum fuiſſe: ſiquidem & ille è *Gallia* profectus, in *Montjoii* familiam conceſſerat, pauciſque poſt diebus peſtilentiâ correptus, interiit. Huic autem errori: nam omine nihil moveor: illud certè debeo, quod jam nunc vivus præguſtârim, quid ſint ſuperſtites dicturi de mortuo. Sic mihi arridet reverſo *Gallia*, ut dubium ſit, utrum magis animo meo blandiatur *Britannia*, quæ tot, taléſque mihi pepererit amicos, an *Gallia*, vetere familiaritate, tum libertate, poſtremò propenſo quodam in me favore ac ſtudio, dulciſſima. Quo fit ut duplici quadam voluptate perfundar, dum pariter juvat, & *Britannicæ* conſuetudinis meminiſſe, præſertim quam brevi ſperem mihi repetendam, & *Gallicos* amicos reviſere. Non poſſis non ridere, ſi ſcias quàm avidè meus *Græculus* δώρου illud à me pro calamis *Cypriis* promiſſum expectârit, quoties δάρε meminerit, quoties incuſârit, quod non mitteretur. Juvat profecto ſic corvum deluſiſſe hiantem. At homo ſtupidus non animadvertit me ſcripſiſſe ad hunc modum: πέμψω δῶρόν τι ἄξιόν σου, id eſt, rem malam. Provinciam ſuſceptam de *Baptiſtæ* liberis inſtituendis, ſpero feliciter ceſſuram. Videò enim pueros bene ingeniatos, modeſtos, tractabiles, & qui jam nunc pluſquam pro ſua ætate ſapiant. *Clyſtone* illo eorum curatore nihil candidius, nihil amantius, nihil officioſius. Vale doctiſſime atq; humaniſſime præceptor, & crebrius ad nos ſcribe, vel paucis, modò ſcribas. *Lutetiæ*. Anno milleſimo quingenteſimoſexto.

Eraſmus Roterod. Thomæ Linacro medico regio S.D.

TAmetſi novum non erat, tamen gratiſſimum fuit, quod ex *Mori* literis cognovi te tam amicè nobis favere, licet immerentibus. Novum Teſtamentum adeò placet ubique doctis, etiam ex ordine Theologorum, ut indocti pudore obtescant. Febricula ſubitò oborta fuit in cauſa, quominus me navigationi commiſerim, præſertim diſſuadente medico *Ghisberto*. Majorem in modum te rogo, ut pharmacum, quod quum proximè eſſem *Londini*, ſumpſi te autore, denuò deſcriptum mihi tranſmittas: nam puer ſchedulam apud pharmacopolam reliquit. Erit id mihi longè gratiſſimum. Cætera ex *Moro* cognoſces. Bene vale. Ex divo *Audomaro*, Nonis Juniis.

CRocus regnat in Academia *Lipſienſi*, publicitus *Græcas* docens literas. Utinam prodirent tuæ lucubrationes, fidem omnibus facturæ meæ prædicationis, quâ nuſquam non utor, vel quòd ita res habet, vel quo magis noſtros ad ſtudium inflammem. Si quid erit hujus negotii, in quo tibi queam gratificari, ſenties hominem ad obſequendum promptiſſimum. Rurſum vale. *Grocino* facito me commendatum, quem adeò non odi, ita me Deus amet, ut ex animo venerer etiam ac ſuſpiciam. Rurſum vale. Anno M. D. XIV.

Eraſmus Ioanni Coleto ſuo S P D.

SI vel amicitia noſtra, doctiſſime *Colete*, vulgaribus cauſis coiiſſet, vel tui mores quicquam unquam vulgi ſapuiſſe viſi eſſent, vererer equidem nonnihil, nè ea tam longâ támq; diuturnâ locorum ac temporum ſejunctione, ſi non interiſſet, certè refrixiſſet. Nunc quoniam te mihi doctrinæ cujuſdam ſingularis admiratio amórq; pietatis, me tibi ſpes fortaſſe nonnulla, vel opinio potius harum rerum conciliavit, non puto metuendum eſſe, quod vulgo videmus accidere, nè ideo deſierim eſſe in animo, quod abſim ab oculis. Quod autem compluribus jam annis nihil à *Colete* redditur literarum, vel occupationes tuas, vel quòd certum non ſcirem ubi locorum agerem: denique quidvis potius in cauſa fuiſſe mihi perſuaſerim, quam oblivionem amiculi. Sed ut de ſilentio nec debeo, nec velim expoſtulare tecum, ita majorem in modum te oro obſecróque, ut poſthac tantillum ocii ſuffureris ſtudiis negotiiſque tuis, quo me nonnunquam literis tuis compelles. Mirer nihildum tuarum commentationum in *Paulum* atque in euangelia prodiiſſe in lucem. Equidem non ignoro tuam modeſtiam, verùm iſta quoque tibi aliquando vincenda, & publicæ utilitatis reſpectu excutienda. De doctoris titulo, ac decanatus honore, neq; non aliis quibuſdam ornamentis, quæ tuis virtutibus ultrò delata eſſe audio, non tam tibi gratulor, quem certò ſcio nihil inde ſibi præter laborem vendicaturum, quàm iis, quibus tu iſta geſturus es, quàm ipſis honoribus, qui tum demum hoc nomine digni videntur, quum inciderint in promerentem neq; tamen ambientem. Dici non queat optime *Colete*, quàm velis equiſq; properem ad ſacras literas quàm omnia mihi faſtidio ſint, quæ illinc aut avocant, aut etiam remorantur.

morantur. Sed fortunæ iniquitas, quæ me perpe-
tuò eodem aspicit vultu, fuit in causa, quo minus
me quiverim ab his tricis expedire. Hoc itaque
animo me in *Galliam* recepi, ut eas si nequeam ab-
solvere, certè quocunque modo abjiciam. Deinde
liber ac toto pectore divinas literas aggrediar, in
his reliquam omnem ætatem insumpturus. Quan-
quam ante triennium ausus sum nescio quid in
epistolam *Pauli* ad *Romanos*: absolviq; uno quasi
impetu quatuor volumina, progressurus, ni me
quædam avocâssent: quorũ illud præcipuum, quòd
passim *Græca* desiderarem. Itaque jam triennium
fermè literæ *Græcæ* me totum possident, neque
mihi videor operam omnino lusisse. Cœperam &
Hebraicas attingere, verum peregrinitate sermo-
nis deterritus, simul quod nec ætas, nec ingenium
hominis pluribus rebus pariter sufficit, destiti. *Ori-*
genis operum bonam partem evolvi: quo præ-
ceptore mihi videor non nullum fecisse operæ-
precium. Aperit enim quasi fontes quosdam &
rationes indicat artis Theologicæ. Mitto ad te
munusculum literarium, lucubratiunculas aliquot
meas: in quibus est & concertatio illa *De refor-*
midatione Christi, quâ quondam in *Anglia* fumus
conflictati: quanquam adeò mutata, ut vix agno-
scas. Præterea, quæ tu responderas, quæque ipse
retuleram, non quibant inveniri. *Enchiridion* non
ad ostentationem ingenii aut eloquentiæ conscri-
psi, verum ad hoc solùm, ut mederer errori vul-
go religionem constituentium in ceremoniis &
observationibus penè plusquam *Iudaicis* rerum
corporalium: ea quæ ad pietatem pertinent, miré
negligentium. Conatus autem sum velut artifi-
cium quoddam pietatis tradere, more eorum, qui
de disciplinis certas rationes conscripsere: reli-
qua omnia penè alieno scripsi stomacho, præser-
tim *Paana* & *obsecrationem*, quod laboris datum
est animo *Batti* mei, & affectibus *Annæ* Princi-
pis *Veriana*. A Panegyrico sic abhorrebam, ut
non meminerim quicquam fecisse me, magis re-
luctante animo. Videbam enim genus hoc citra
adulationem tractari non posse. Ego tamen novo
sum usus artificio, ut & in adulando sim liberri-
mus, & in libertate adulantissimus. Si quid tuarũ
lucubrationum voles excudi formulis, exemplar
tantum mittito, reliquum à me curabitur, ut e-
mendatissimè excudatur. Et scripsi nuper, & me-
ministi opinor, de centum *Adagiorum* libris, no-
stro sumptu in *Angliam* transmissis, idq; ante tri-
ennium. Scripserat mihi *Grocinus* se summâ fide
summáque diligentiâ curaturum, ut ex animi mei
sententia distraherentur. Neq; dubito, quin pro-
missa præstiterit, ut est vir omnium quos alit *Bri-*
tannia integerrimus optimúsque. Digneberis igi-
tur & ipse hac in re operam tuam mihi cõmodare
admonendo atq; extimulando eos, per quos puta-
bis negotium oportere confici. Neq; enim dubi-
tandum, quin tanto spacio divenditi sint libri, &
necesse est pecuniam ad aliquos pervenisse: quæ
mihi in præsenti sic usui futura est, ut nunquam
æquè. Quavis enim ratione mihi est elaborandum
ut menses aliquot totus mihi vivam, quo me ali-
quando ab iis extricem, quæ in literis profanis
institui, id quod hac hyeme sperabam futurum,
nisi me tam multæ spes eluissent. Neque admo-
dum magnâ pecuniâ redimi poterit hæc libertas,
nimirum paucorum mensium. Quare te obse-
cro, ut me ad sacra studia vehementer anhelan-
tem, quod potes adjuves, atque ab iis literis, quæ
mihi jam dulces esse desierunt, asseras. Non mihi
rogandus est comes meus *Guilielmus Montjoius*,
tamen neq; ab re neq; absurdè facturus videatur,
si sua benignitate nonnihil adjuverit me, vel
quòd sic semper favit studiis meis, vel quòd ar-
gumentum est ipso autore susceptum, ipsiúsq; in-
scriptũ nomini, nempe *Adagiorum*. Pœnitet enim
prioris editionis, vel quòd typographorum culpâ
sic est mendosa, ut studio depravata videatur; vel
quòd instigantibus quibusdam præcipitavi opus,
quod mihi nunc demum jejunum atq; inops vi-
deri cœpit, posteaquam *Græcos* evolvi autores. De-
cretum est igitur alterâ editione & meam & chal-
cographorum culpam sarcire, simúlque studiosis
utilissimo argumento consulere. Quanquam au-
tem interim rem tracto, fortassis humiliorem, ta-
men dum in *Græcorum* hortis versor, multa obiter
decerpo, in posterum usui futura etiam sacris in
literis. Nam hoc unum expertus video, nullis in
literis nos esse aliquid sine *Græcitate*. Aliud enim
est conjicere, aliud judicare, aliud tuis, aliud alie-
nis oculis credere. En quò crevit epistola: verùm
sic loquacem amor non vitium facit. Vale doctis-
sime atque optime *Colete*.

Sixtino nostro quid acciderit, cupio cognosce-
re: tum quid rerum agat præsul *Richardus Char-*
nocus, animus tuus. Quo certiùs ad me perferantur
ea quæ scripturus missúrúsve es, jubebis reddi
Christophoro Fischero tui amantissimo, omniúmq;
literatorum fautori summo, in cujus familia di-
versor. *Lutetiæ*, Anno M. D. IV.

Erasmus Rot. Coleto suo S.D.

IAm nunc subodoror genus hoc hominum, de quo memineras: quâ de re plura coram. Quum proximè essem *Londini*, non adii te, nè quid tibi molestus essem: nam erat statim à prandio equi-tandum. *Petrus* unoculus, casu mihi factus obvius, indicavit te proximis literis meis respondisse, verùm eas nondum accepi. Nisi me deterreret pe-stilentia, sub Decembrem me ad vos reciperem, præsertim si redeat *Montjoius*, ut liceat mihi do-mo illius uti, quod nunc per *Cerberum* illum non licet. Bene vale præceptor unice. *Cantabr.* tertio Nonas Octob. M. D. XI. *Epist. 9.*

Erasmus Coleto suo S. D.

SI tibi risum movere possunt nostra infortunia mi *Colete*, est quod abundè rideas. Nam præter ea quæ jam *Londini* contigerant, equus minister mirè claudicabat, mutarãt enim auriga eum, quẽ *Bevillus* miserat: deinde toto itinere nihil erat quod ederetur. Postero die, perpetua pluvia usque ad prandium: à prandio fulgura, tonitrua, imbres, equus ter collapsus in caput. *Bevillus* consultis astris, ait se deprehendisse, *Iovem* nonnihil ira-tum. Hoc mihi jam nunc placet, video vestigia *Christiana* paupertatis. Quæstum usqueadeo non spero, ut intelligam hîc demum effundendum mihi quicquid à *Mecænatibus* queam avellere. Est hic medicus nostras, qui præfidio quintæ essentiæ prodigiosa designat facinora, è senibus juvenes, è mortuis vivos facit: unde nonnulla spes est futurum, ut rejuvenescam, si modò liceat quin-tam essentiam degustare: quod si contingat, *Epist. 10.*

non

non omnino pœnitebit huc adveniſſe. De quæſtu nihil video, quid enim auferam à nudis, homo nec improbus, & *Mercurio* irato natus? Bene vale præceptor optime. Ubi cœperimus profiteri, ſignificabo quo pacto res ſuccedat, ut magis etiam rideas. *Cantabrigiæ* è collegio Reginæ, natali divi *Bartholomæi*.

Audebo fortaſſis & *Paulum* tuum aggredi. Audaciam *Eraſmi* tui ſpecta. Rurſum vale. M. D. XI.

Eraſmus Rot. Thomæ Halſeyo S. D.

Epiſt. 11. TAndem expugnavimus omni machinarum genere & ego & *Bernardus*. *Montjoius* reſolvit triginta ducatos. Si præſul *Roffenſis* in tempore cognoviſſet animum meum & ego illius, fortaſſis jam iſtic adeſſem. Aut egregiè fallor, aut is vir eſt unus, cum quo nemo ſit hac tempeſtate conferendus vel integritate vitæ, vel eruditione, vel animi magnitudine: unum excipio *Cantuarienſem* tanquam *Achillem*: qui ſolus hîc me retinet, etiam ſi non admodum volentem. Saluta *Pacæum* noſtrum, & ingenii mei fœtus illi commenda, ne pereant. Scripſi jam ſenas literas, nullæ adhuc ad me venerunt, præter unas *Pacæi*, & eas quidem apertas; & ſerò. Saluta humaniſſimum illum oratorem *Pannoniorum* (nam adeſſe ſuſpicor) *Ioannem Polonum* collegam tuum, ac reliquos amicos. Bene vale. *Londini*, ſexto Idus Febr. M. D. X.

Iacobus Piſo Eraſmo Rot. ſuo S. D.

Epiſt. 12. QUod tuis, alioqui jampridem mihi redditis, *Eraſme* doctiſſime, æquo fortè ſeriùs reſpondeo, perfrixiſſe tibi in amicitia fortaſſe videri poſſum, à quo tantum reverâ abſum, ut ſtrenuè negem, te ſine ullum mihi momentum fluere. Eatenus enim cordi meo inſedisti, ut nullâ unquam ætate, nullâ arte inde revelli poſſis. Et nego & inficias eo ullam mihi aliquando converſationẽ cum quocunque fuiſſe amœniorem. Nam uſufructum taceo: quem tamen non abſque ingenti fœnore accepi, debebo planè perpetuum tibi, qui me literatiſſimâ atq; humaniſſimâ tuâ converſatione, ad literas jampridem reſidem, quaſi poſtliminio revocare cœperis. Atq; utinam perpetem mihi vitam tecum liceat traducere, & diutius & jucundius forte viverem. Quod quum fieri haud quaquam poſſit, mutuis ſaltem literis quantulamcunq; capiamus voluptatem. Nolo te altiùs emonere, nè me fortè de tua erga me benevolentia dubitare putes. Ego item abs te invitari nolo; qui jam ſpõte paratus ſum, nihil minus quàm ad te meas negligere. Veniam mihi non gravatim, ſpero, hujus moræ dederis, cui profecto tantum fortè inciderat occupationum, ut nè meus quidem eſſe complures dies potuerim. Teſtes mihi erunt, *Muſchoronus* & *Thomas* noſtri, quibus cum ſoleo, quoties per ocium licet, familiariſſimè agere. Cum *Chriſtophoro* tuo, poſt te abſentem, nihil niſi obiter egi. Nôſti quâ ſim fronte, in amicis nihil candori confero, adeo non præfero quippiam. Quo ille in te ſit animo, me nôſti meliùs. Puto tamen recto atque conſtanti eſſe. De me autem id tibi perſuadeas velim, eſſe planè neminem, cui in te amando ceſſerim: vellem id mihi ita licere, ut luber, re ipſa comprobare. Animum certè fortuna neque unquam abſtulerit, neque mutaverit, qui & tecum ubique, & tuus ſit omnino totus: utere ergo *Piſone* tuo & ſemper & liberè. Non fallam opinionem tuam. Conditionem ex *Anglia* tibi delatam, plurimum laudo. Tardiore ſum ingenio quàm ut conſulere tibi valeam, (non enim ſit *Minervam*) te tamen ipſe examina, ſed ita, nè exanimes. Feſtiva quidem res eſt, divitem eſſe, multo tamen feſtivior, liberum eſſe. Si utrunque ſimul fortuna porrigit, utraq; manu aſſere. Meretur omnia animus ille tuus, nulla non virtute inſignis: merentur & *Græca* & *Latina* literæ, quibus ad invidiam uſque excellis, quæ vel ipſæ tibi plurimum debent: neque patronum ſuum diu patientur latere. Alii quod velint, dicant, ego ingenuè fateor, lucubrationibus tuis me veterno excuſſum eſſe. Vale doctiſſime, & idem ſuaviſſime *Eraſme*. Ego valeo. *Romæ*, pridie Calendas Julias M. D. IX.

Expecto abs te epitaphia ſcurrulæ iſtius meritibi. Te precor, ne me fallas. Ab aliis doctis nis amicis, alia ſuper eo impetrabis & ad me mittes.

Antonio à Bergis Abbati divi Bertini Eraſmus Rot.

SAlutem plurimam pater reverende. Parum abfuit, quin ipſe vos reviſerim, hujus *Britannica* legationis comes. Nam reverendus Epiſcopus *Roffenſis*, vir non ſolum admirabili integritate vitæ, verumetiam altâ reconditâque doctrinâ, tum morum quoque incredibili comitate commendatus, maximis pariter ac minimis, ut tametſi nihil omnino ſum, pro ſua humanitate, ſingulari favore ſemper eſt proſequutus, & hujus itineris comitem volebat: ſed ſeriùs mihi fit indicatum, quàm ut vacaverit res meas componere. Quare putavi officii mei eſſe, ut tam ſingularem patronum, ſaltem per literas ſalutarem, præſertim quũ proximè reverſus è *Lutetia*, inſalutato te diſceſſerim. Quod ipſum tamen caſu ſic evenit. Nam arbitrabar me menſes aliquot in arce *Hammenſi* commoraturum: quæ me res planè fefellit: quemadmodum optimè novit *Ghiberto* medicus tuus. De noſtro ſtatu, ſi quid cupis cognoſcere: Jam *Eraſmus* prope totus eſt in *Anglos* transformatus, tam inſigni benignitate me proſequuntur quum alii permulti, tum præcipuè *Mosnas* ille meus unicus Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, imò, non meus, ſed omnium eruditorũ, inter quos ego poſtremas teneo, ſi modò ullas teneo: Deum immortalem quàm felix, quàm fœcundum, quàm promptum hominis ingenium? Quanta in maximis explicandis negotiis dexteritas? quàm non vulgaris eruditio? Tum autem quàm inaudita in omnes comitas? quanta in congreſſu jucunditas? ut quod verè regium eſt, neminem à ſe triſtem dimittat. Ad hæc quanta quámq; alacris liberalitas? Poſtremò in tanta fortunæ dignitatiſq; præcellentia, quàm nullum ſupercilium? ut ſolus ipſe magnitudinem ſuam ignorare videatur. In amicis tuendis nemo neq; fidelior, neq; conſtantior. In ſumma, verè primas eſt, non ſolùm dignitate, verùm & in omni genere laudis. Hunc quum habeam propitium, quid eſt quo minus mihi videar egregiè fortunatus, etiam ſi nihil accedat? Sed ô tèrque quatérque felicem *Carolum* illuſtriſſimum

Prin-

Principem nostrum, qui talem sit sponsam habiturus. Nihil à natura fingi possit venustius, nihil absolutius. Nec minus superat omnes bonitate prudentiáque quàm forma. Bene valeat *R. T. Londini*, postridie Nonas Februarias M. D. XV.

Eras. Rot. Ioanni Baptistæ S.D.

14. Cum superioribus diebus, tanto amico xenio- B lum aucupanti, forte incurrisset in manus *Luciani de astrologia* commentarium, ipso statim titulo delectatus, majorem in modum optare cœpi, esset ejusmodi quod dignum videri possit, primum & tuis in me meritis, & meo in te animo: deinde dignum eo viro, qui singulari doctrinâ suâ, fide, prudentiâ, primi medici locum tot jam annos meruerit, idque apud duos seculorum omnium primos *Anglia* Reges, *Henricum* septimum, inauditâ sapientiâ Principem, & hujus filium, non C nomine tantùm & specie, sed omnibus regiis dotibus ita patrem nobis referentem, ut ille non decessisse, sed in hoc renubuisse videatur. Postremò dignum eo, qui in hac excellentissimâ astrologiæ disciplinâ sic excellat, ut reliqui tecum collati, umbræ volitare videantur, quemadmodum inquit *Homerus*. Sed munusculum hoc qualecunq; primum offerentis animus apud te commendabit: deinde tui candoris erit, atq; adeò moris, è pusillo amplum, è mediocri præclarum atq; eximium reddere: id ita fiet, si quidem exibit libellus in D lucem, non modo *Baptistæ* calculo commendatior, verùmetiam limâ tersior. Nobis quidem in eo potissimum arrisit antiquitas, cæterùm tu quo es oculatior, hoc plura perspecturus es, quæ probari mereantur. Nam à *Luciano* nihil ferè triviale solet proficisci. Nos interpretis haud infidelis officio functi sumus: tu pariter de autore, & de interprete sententiam feres. Bene vale. *Londini*, natali divi *Martini* M. D. XII.

Erasmus Petro Ægidio S.D.

15. Nihil unquam mihi accidit mi *Petre* tuis literis mellitius: ad quas si breviter respondeo, facilè tu quidem ignoscas, si scias quantis studiorum laboribus penè confectus essem: à quibus simulatq; dabitur ocium, *Ægidium* meum non literis modò, verùm etiam justis voluminibus onerabo. Dabis operam, ut hæc quàm primum ad *Iodoci Badii* manus perferantur. Paravi *Proverbiorũ* F opus, & ita locupletavi, ut prorsus aliud reddiderim: at multò, ni fallor, melius cum esset non admodum malum. Quare nihil est, quod aliorum timeat editiones. Convenerat cum *Francisco* bibliopola, ut illi exemplar committerem, verùm insalutato me discessit. Precium quod in suis literis præscripsit, lubens accipio: nec enim magnopere commoveor lucello. Ipse paret omnia, ut opus sic exeat ex ipsius officina, ut non facilè sit cuipiam æmulari. Absolvam castigationem Novi Testamenti: absolvam epistolas divi *Hieronymi*, & si dabitur ocium, emendabo & *Senecam*. Fieri potest, ut ipse vos revisam à pascha: quod si non licebit, mittam in primis *Proverbia*, cum certus aliquis dabitur, per quem mittam. Nonnihil sollicitus sum, ut *Græcis* formulis huic operi satisfaciat, quod semigræcum est. Proinde quantâ potest curâ præ- A paret omnia, atque ipse sese in *Græcis* literis nonnihil exerceat: Id quod in alias quoq; librorum editiones erit usui futurum. Non mittat huc pecuniam neque libros, priusquam ad illum quid velim, perscripsero. Dialogos *Luciani*, quos ad eum misi, nondum prodire video: video quosdam ex illis excusos *Lovanii*: quâ de re cupio certior fieri. Verti compluscula *Plutarchi* libros, quos emendatos remittimus. Accepi postremas *Badii* literas per *Anglum* quendam, in quibus scribit *Moriam* à se formulis excusam, quam tamen hîc non vidimus. Bene vale. *Lovanii*. M. D. XII.

Eras. Rot. Adolpho Principi Veriano.

SAlve multum ornatissime Princeps. Jampri- *Epist.16.*
dem molior hinc ad vos evolare, retinet adhuc quorundam singularis quædam in me benignitas, præcipue *Cantuariensis* Episcopi. *Guilhelmus Montjoius* præfectus *Hammensis* amantissimus tui, in his belli tumultibus semper favet tuis, eisque pro virili subvenit. Verbis consequi nequeam, quàm ex animo doleam, tantos rerum humanarum motus exoriri, idque nemine obsistente. Magis autem doleo, nostram patriam paulatim his implicari malis, præsertim tam diutinis bellis non vexatam modò, sed propemodum extinctam. Utinam hisce de rebus, quæ sentio, liceat tutò literis committere. Quoties pœnituit me, fortunam quam ante triennium mihi *Lovanii* offerebas, non amplexum fuisse? Sed tum quidem amplæ spes me ferocem reddiderant, & aurei *Britannici* montes animo concepti: sed eam cristam mihi depressit fortuna: nunc si vel mediocris istic detur, cupio cum *Ulysse* patriæ fumum subsilientem conspicere. Te rogo, ut me jam olim tuum *Erasmum* adjuves; potes enim, nec minus vis: tantum ut memineris. Bene vale. *Londini* Anno M. D. XII.

Erasmus Ioanni Coleto S.D.

MItto quæ petis, officium *Chrysostomi*, & epi- *Epist.17.*
stolam, in quâ ni fallor, erunt quæ non probabis, propterea quod tu rationem & artem contemnis: ego his nonnihil tribuo, præsertim in præceptore. De *Linacro* cave nè cui temerè credas: nam ego certis argumentis habeo compertum, illum observantissimo in te esse animo: & de rejectâ grammaticâ, non magnopere laborare: quâquam id est hominum ingenium, ut sisi quisque scriptis, ceu parentes filiis, impensiùs faveant. Quod si quid etiam ea res hominem movet, tuæ dexteritatis erit dissimulare, neque refricare eam cicatricem, vultúque & constitudinis alacritate magis quàm excusatione, præcipuè per alios factâ, revocare: hoc pacto, si quid illi dolet, tempore sensim evanescet. Sed næ ego egregiè impudẽs, qui hæc tibi, hoc est, sus *Minervæ*. Nondum occurrit, quem existimem idoneum hypodidascalum tuæ scholæ: pergam inquirere, & simulatque reperero, certiorem te faciam. Bene vale præceptor optime.

Est hîc mihi nonnunquam dimicatio pro te cum his *Thomistis* & *Scotistis*, sed de his coram. Cœpi vertere *Basilium* in *Esaiam*, mihi quidem opus valde placet. Exhibebo gustum Episcopo *Roffensi*, experiárque num is velit hos labo-

labores noſtros aliquo præmiolo lenire. O mendicitatem! jam ridet, ſat ſcio. At ego meipſum odi, planéque decretum eſt, aut aliquam nanciſci fortunam, quæ me ab his mendicabulis eximat, aut prorſus *Diogenem* imitari. Rurſum vale, *Cantabrigiæ*, Id. Septemb.

Si quas pecunias habes in manibus, in hoc commiſſas, ut dentur in ſubſidium, rogo mittas aliquot nobiles *Richardo Croco*, quondam miniſtro ac diſcipulo *Grocini*, qui nunc *Pariſiis* dat operam bonis literis. Juvenis eſt bonæ ſpei, & in quem rectè beneficium collocaveris, niſi me planè fallit animus. Rurſum vale unice præceptor. *Lutetiæ*. M. D. XIII.

Eraſmus Rot. Ioanni Coleto. S.D.

Epiſt. 18. IN abſolvenda *Copiâ* meâ nunc ſum totus, ut jam ænigmatis inſtar videri poſſit, me ſimul & in media *Copiâ*, & in ſumma verſari inopiâ. Atque utinam liceat utranque pariter finire: nam *Copiæ* brevi finem imponam, ſi modo Muſæ melius fortunârint ſtudia, quàm hactenus fortuna rem. Atque id quidem in cauſa fuit, quo & breviùs, & indiligentiùs tuis literis reſponderim. Cum *Scotiſtis* invictiſſimo hominum genere, & quo non aliud felicius ſibi placeat, non admodum dimico, nè oleum perdam, & operam: tum autem crabrones irritem. A *Baſilio* vertendo propemodum alienatus eſt animus, non tantum ob id quod ſubolet aliquot conjecturis opus non eſſe germanum, verumetiam quod Epiſcopus *Roffenſis*, ad cuem deguſtationem miſi inſtitutæ tranſlationis epiſtolâ, teſtatus, me hoc agere, ut *Baſilius* illius auſpiciis, atque adeò ut ex illius Academia in manus *Latinorum* veniret, viſus ſit non admodum avidus: & ut ex amico quodam cognovi, ſuſpicatur me non vertere è *Græco*, ſed ab alio verſum expoliri. Quid non venit in mentem hominibus? Quod de *Diogene* rides, equidem gaudeo me tibi quoquo pacto voluptati eſſe. At ego ſerio *Diogenem* agam, ſi pergat fortuna: non ut mihi Rex regum maximus videar, ſed ut planè vitam ipſam contemnam: alioquî quid aliud ſit hac ætate, atq; hac valetudine *Diogenem* agere? Quid autem non poſtea contemnat, qui vitam negligat? Verùm id quovis loco licebit vel apud *Garamantes*: tametſi hoc quoque feliciùs ceſſurum arbitror, quam hanc ambitionem multò infeliciſſimam, etiamſi fœda non eſſet. De *Croco* ſcripſi, non quod mihi perſuaſum eſſet, apud te pecunias eſſe alienas, ut quem ſciam & ultrò traditas abjeciſſe, ſed exiſtimabam in *Anglum* te libentiùs collocaturum, ſi quid fortè eſſet: præterea in juvenem rectiùs etiam collocari beneficium, ſed modò bonæ ſit ſpei: & deſtituitur ille à nonnullis, qui promiſerant ſubſidium. Porrò quod mihi tuas offers pecunias, agnoſco veterem tuum in me animum, & gratiam habeo quàm poſſum maximam. Sed pupugit nonnihil animum meum verbum illud, quamlibet joco dictum; *Si humiliter mendicaveris*: fortaſſe ſignificas, & verè ſignificas, quod ſortem noſtram tam iniquo ferimus animo, id totum ab humanâ ſuperbiâ proficiſci: nam verè mitis animus & *Chriſtianus* omnia boni conſulit. Hoc magis admiror, quo nodo humilitatem cum inverecundia copularis. Sic enim ſcribis, *Si humiliter mendicaveris, & ſi inverecundè petas*. Nam ſi vulgari more humilitatem vocas, quæ pugnet cum arrogantia, qui convenit impudentiæ & modeſtiæ? Sin humiliter appellas ſerviliter atque abjectè, longè diſſentis à *Seneca* mi *Colete*, qui putat nihil conſtare charius, quàm quod precibus emitur: Nec eum omnino amici officio fungi qui ab amico verbum illud humile, *rogo*, expectat. *Socrates* aliquando cum amicis confabulans, *Exiſſem*, inquit, *hodie pallium, niſi mihi pecunia defuiſſet. Sed dedit*, inquit *Seneca, qui poſſet hanc vocem dedere*. Alius quidam amico cum & egeret & ægrotaret utrumque tamen pudore quodam diſſimulanti, pecuniam ſub cervicale dormienti ſubjecit. Ego cum hæc adoleſcens legerem, mirum quàm alterum verecundiæ faverim, alterius candorem amaverim. Sed obſecro, quid me poteſt eſſe inverecundius, aut quid abjectius, qui jam diu publicè mendicem in *Anglia*? Ab Archiepiſcopo tantum accepi, ut pluſquam improbiſſimum ſit, ab eo quicquam etiam ſi offerat, accipere. Ab *N.* ſatis audacter petii, at ille impudenter rogantem, impudentiùs repulit. Jam etiam *Linacro* noſtro videor parum verecundus, qui cum ſcirem me *Londino* diſcedere, vix ſex inſtructum angelatis, & valetudinem optimè nôrit, ad hæc inſtantem hyemem: tamen ſedulò monet, uti parcam Archiepiſcopo, uti parcam *Montjoio*. Sed ipſe potiùs me contraham, & aſſuefcam fortiter ferre paupertatem. O amicum conſilium! Atqui hoc nomine vel maximè odi fortunam meam, per quam non liceat eſſe verecundum. Cum vires ferrent, libebat diſſimulare inopiam: nunc non licet, niſi libeat & vitam negligere; quanquam non uſqueadeo perfricui faciem, ut omnia petam ab omnibus. A cæteris nè fruſtra petam: à te verò quâ fronte, quæſo, petam præſertim cum ipſe hoc opum genere non admodum abundes? Attamen ſi tibi probatur inverecundia, finiam epiſtolam clauſulâ quàm poſſum, impudentiſſimâ. Nec adeò poſſum perfricare faciem, ut nullo titulo abs te petam: nec adeò ſuperbus tamen ſum, ut munus rejiciam, ſi quis talis amicus libenter dederit, præſertim hoc rerum ſtatu. Vale.

Sum oblitus brevitatis, quam propoſueram. Venit in mentem quiddam, quod ridebis, ſcio. Cum inter magiſtros aliquot proponerem de hypodidaſcalo, quidam non infimæ opinionis ſubridens: *Quis*, inquit, *ſuſtineat in ea ſchola vitam agere inter pueros, qui poſſet ubivis quomodocunque vivere?* Reſpondi modeſtiùs, hoc munus mihi videri vel in primis honeſtum, bonis moribus ac literis inſtituere juventutem, neque *Chriſtum* eam ætatem contempſiſſe, & in nullam rectiùs collocari beneficium, & nuſquam expectari fructum uberiorem, utpote cum illa ſit ſeges ac ſylva Reip. Addidi, ſi qui ſint homines verè pii, eos in hac eſſe ſententia, ut putent ſeſe nullo officio magis demereri Deum, quàm ſi pueros trahant ad *Chriſtum*. Atq; is corrugato naſo, ſubſannans: Si quis, inquit, velit omninò ſervire *Chriſto*, ingrediatur monaſterium ac religionem. Reſpondi. *Paulum* in charitatis officiis ponere veram religionem: charitatem autem in hoc eſſe, ut proximis quàm maximè proſimus. Rejecit hoc tanquam imperitè dictum. *Ecce*, inquit, *nos reliquimus omnia*, in hoc eſt perfectio. Non reliquit, inquam, omnia, qui cum poſſit plurimis prodeſſe labore ſuo, deſpectat officium quod humilius habeatur. Atque ita,

ita, ne lis oriretur, hominem dimisi. Vides sapientiam *Scotisticam*, & habes dialogum. Rursum vale. *Cantabrigiæ*, postridie *Simonis & Judæ*, M. D. XIII.

Erasmus Rot. Thomæ Moro S. D.

19. VT nusquam cessant sycophantæ mei, ut nullum non movent lapidem, quo noceant *Erasmo*, persuaserant *Colonia* uni atq; alteri libellum illum ridiculum de *Julio* cœlis excluso, à me conscriptum fuisse; persuasuri pluribus, ni præsens impudentissimam calumniam retudissem. Quòd si quid hujus suspicionis apud vos quoq; subortum est, ut solet in hujusmodi negotiis per multos obambulare divinatio: mitto ad te exemplar literarum mearum ad *Paulum Bombasium*: nam perlongum sit, eadem pluribus scribere. Nihil pudet istos sycophantas, & nescio quomodo quæ falsissima sunt, libentius creditur vulgus. Pridem erat in animo submonere Pontificem summum, ut hujusmodi licentiæ indies magis ac magis gliscenti, finem imponeret, sed nondum incidit commoditas: *Antonium* tamen *Puccium* oratorem admonui *Basileæ*, & recepit se curaturum: nam illi quoque res non dissimulanda videbatur. Cum tu duodecim Angelatos mittis pro novem, non video quid lucri facias. Video futurum, ut fortunæ secundus flatus te nobis auferat, sed hoc moderatiùs fero, quòd tu interim felix es, qualiacunq; nostra sunt fata. Vetus est, amicis convalescentibus sœteria mittere: at isthinc nec literæ mittuntur, cum à tot morbis revixerim. De theologorum quorundam fucatissimis technis perlongum sit scribere: ex literis meis ad *Roffensem*, fabulæ partem intelliges, nam harum exemplar ad te mitto. Bene vale. Calend. Jan. *Basileæ*, M. D. XV.

Cardinali Nanetensi Erasmus S.

20. REverendissime pater, hisce literis tantum illud testari volui, me nec esse adhuc, nec futurum unquam immemorem humanitatis quâ me nihil promeritum tua sublimitas, tum in itinere, tum *Romæ* commorantem est prosequuta. Ut urbis liceat oblivisci, quærendus est mihi fluvius aliquis *Lethæus*, ne me diutiùs cruciet ejus desiderium: nam non possum non dolere, quoties in mentem venit, quod cœlum, quos agros, quas bibliothecas, quas ambulationes, quam mellitas eruditorum hominũ confabulationes, quot mundi lumina, quam fortunam, quas spes tam facilè reliquerim. Lenit tamen hoc desiderium *Guilielmi Warami* Archiepiscopi *Cantuariensis* inaudita quædam in nos non humanitas modò, verumetiam benignitas, ut si pater esset aut frater, nihil possit amantiùs. Complectuntur & cæteri complures hujus regni Præsules, inter quos præcipuus iste Episcopus Roffensis, vir præter summam vitæ integritatem, doctrinâ quoque variâ reconditáque, tum animo minimè sordido, & ob has dotes hîc summo in precio habitus. Hujus comes *Romam* adissem, si paulò tempestiviùs factus fuissem certior. Si quid erit negotii, in quo servuli infimi operâ non gravetur uti, mandet ac præcipiat amplitudo tua. Modò dictus Archiepiscopus *Cantuariensis* non titulo tantum ac dignitate primas *Angliæ*, sed eruditione, integritate, fide, humanitate, modestiâ, modis omnibus primas tenens, me licet immerentem, singulari favore complectitur. Is *Romanæ* sedis ornamentis ita favet, ut nemo omnium magis: quanquam totum hoc regnum propensissimo in eam est animo. Precor Deum, ut sua sancta pace omnia conciliet conglutinétque. Bene vale. *Londini* VI. Idus Februarias, Anno M. D. XV.

Ioanni Coleto Erasmus Rot. S. D.

POsteaquam relictâ *Britanniâ*, *Gallias* repetii, difficile dictu, quàm variè fuerim affectus. Neque enim facilè judicarim, utrum lætior fuerim, qui pridem relictos in *Gallia* amicos reviserem, an tristior, qui nuper in *Anglia* paratos reliquerim. Nam illud verè possum affirmare, nullam esse regionem, quæ mihi vel universâ tam multos peperit amicos tam synceros, tam eruditos, tam officiosos, tam splendidos, tam omni virtutum genere decoratos, quàm multos una peperit urbs *Londinensis*: quorum quisque sic in amando me, juvandóq; certavit, ut nesciam, quem cui debeam præponere, necesséque habeam omnes ex æquo redamare. Horum desiderio non possum non excruciari: at rursum recordatione recreor, dum illos mihi perpetuâ cogitatione quasi præsentes reddo, dúmq; spero propediem futurum, ut eos repetam, haud unquam postea relicturus, nisi si mors una divulserit. Id quo fiat ocyùs atque commodiùs, confido te pro tuo in me amore studióq; cum reliquis amicis daturum operam. Dici non potest, quàm mihi placeat indoles liberorum *Baptistæ*, nihil modestius, nihil tractabilius, nihil in literis diligentius: quibus rebus futurum confido, ut & paterno animo, & meo studio respondeant, magnúmq; olim *Britannis* decus adferant. Vale. *Parisiis*, postridie sacramenti, Anno M. D. XVI.

Guilielmus Latimerus Des. Erasmo S. D.

REddítæ sunt mihi literæ tuæ doctissime *Erasme*, quas decimo primo Calendas Decembris ad me dederas: in quibus magnam mihi habes gratiam, quod operam meam, ut scribis, promisissem, εἰς διόρθωσιν τῆς νέας διαθήκης, cum ego id nusquam profectò, quod sciam, fecerim: non quòd non libenter id fecissem, si eam tibi usui fore arbitratus essem, sed quòd post tantam tuam doctrinam, tantámque diligentiam, quantam ex præfatione tua in eo opere adhibuisse te intelligo: neque mutaturum me quicquam, nisi in deterius; neque additurum, nisi ociosè videbam. Cæterùm *Morus* noster, opinor, tibi imposuit, quo ego hanc gratiam vel falsò abs te inirem. Nam egit ille mecum hac ipsa de re diligenter, cum proximè *Londini* apud eum essem, & simul etiam de Episcopo Roffensi, de quo tu quoq; aliquot ante menses ad me scripseras: sed eas ego literas primo fortè eo die legi, quo *Morum* conveni: ex quibus ille nactus occasionẽ, egit de utraq; re mecum accuratè. Vérùm cum ego utrunque illi pernegâssem, quod Episcopo nihil in tantillo tempore (mensem enim petebat) me profuturum sciebam, in altero planè intelligebam me frustra laboraturum: De Episcopo quidem mihi rem integram reliquit: de te verò cœpit magis magísq;

inſtare, ut ſi quo modo poſſem, te juvarem, tibiq; in retractando hoc Novo Teſtamento meam qualemcunq; operam commendarem. Tribuendum enim hoc affirmabat, vel ſingulari tuæ humanitati, vel conſuetudini ac familiaritati noſtræ; tribuendum tuo in me amori ac benevolentiæ; tribuendum etiam publicæ omnium, quorum aſſerebat te agere negotium, utilitati; plurésq; alias cauſas allegabat, quas ut veras ac magnas fateor eſſe: ita ſi quid efficere potuiſſem, mihi certè parum neceſſarias. Neque enim voluntas mihi deeſt *Eraſme*, neq; deerit unquam, vel ornandi te ſi detur occaſio, vel juvandi, ſi qua in re tibi uſui eſſe poſſim. Sed cum octo aut novem annos in aliis ſtudiis ita ſim verſatus, ut vix ullam interim paginã *Græcam* vel *Latinam* attigerim, quod vel me tacente hæ literæ tibi facilè declarabunt, quid debui, aut etiam quid potui vel *Moro* roganti, vel tibi poſtulanti promittere, quando etiam vehementer pudet, χρὴ δὲ ἐμὲ παλαιὸν ἐόντα, vel ad te ſcribere, hominem, ut nihil aliud dicam, diſertiſſimum. Et niſi ex literis tuis intellexiſſem te majus aliquid à me expectare, quàm aut promittere debui, aut potui præſtare, has ipſas literas ad te nõ dediſſem. Neque aliis tuis literis propterea quicquam hactenus reſpondi, quòd me tam alienum à toto hoc genere officii intelligerem: quæ res ſi antehac ſine negligentiæ vel ingratitudinis ſuſpicione non fuerit, jam certè vera fatenti erit ignoſcenda. Quid quod huic ſtudiorum intermiſſioni, quã non alia major, meo judicio, literarum pernicies: accedit etiam aliud, & neſcio an huic rei, quam à me petis, majus incommodum: quod omnes ferè qui in ſacris literis aliquid ſcriptum reliquerunt, longè aliis verbis & aliis figuris, quã veteres illi *Græci* uſi ſunt: tantúmq; ab illa antiquorum lingua, cui ego olim operam dedi, diſtant, ut parum ſit quod apud eos intelligam: nihil planè quod auſim polliceri, cum nec locutionis figuræ, ex quibus interdum ſolis ſenſus dependet, nec verborum proprietates ſint mihi ſatis notæ. Quanquã ſi eſſent hæc omnia mihi notiſſima, nec aliquid ſurripuiſſet iſta ſtudiorum meorum intermiſſio, quid mihi tu tandem, aut quid cuiquam hominum reliquiſti, qui ad ſummam iſtam doctrinam & eloquentiam, in quã jam omnium confeſſione & judicio excellis, tantam præterea curam & diligentiam addideris, ut non ſtudioſo ſolùm, ac diligenti lectori, ſed ſcrupuloſo etiam, atque adeò curioſo, abundè ſatisfeceris. Nam ut varias hujus Novi Teſtamenti antiquorum editiones omittam, quarum aliqua adhuc veſtigia apud ſcriptores extant, ut taceam etiam diverſam, & interdum contrariam lectionem, de quã judicare difficile ſit, propter eorum qui eam nobis reliquerunt, autoritatem & eximiam doctrinam, ut recentiorum itẽ quorundam præteream annotationes, quæ omnia ſcrutatum eſſe te & examinâſſe, atque etiam excuſſiſſe non dubito, quis quæſo, majorem exoptet diligentiam, quàm te in iſta recognitione Novi Teſtamenti adhibuiſſe oſtendis? Ante omnia ad probatiſſimorum autorum citationem, emendationem, enarrationem: in his paucis verbis quantus labor, quanta cura, quanta demum ſollicitudo? Tranſeo tot præclara nomina, *Origenis*, *Chryſoſtomi*, *Cyrilli*, *Hieronymi*, *Ambroſii*, *Hilarii*, quos pauci Theologorum noſtra ætate legunt, nemo intelligit: deinde ad *Græcam* veritatem, hoc eſt, omiſſa ritualis, ad fontem recurrere, & in quibus etiam oportuit locis, *Hebraica* ſive id ſolus, ſive (ut ais) cum *Thoſe* feceris. Nec his contentus, addis vetuſtiſſimorum codicum ſyncera & incorruptam fidem, ſine qua fruſtra fortaſſis ſudaveris. Qua tamen in re neſcio certè quid magis admirer, diligentiam ne in inquirendo an in inveniendo felicitatem. Tanta eſt illorum librorum, *Græcorum* maximè, in hoc noſtro orbe paucitas. Quamobrem poſt iſtam tuam tam raram & exquiſitam diligentiam, qualem nemo, credo, alius tali operi adhibuiſſet, non eſt profectò quod debeas à me quicquam expectare, in tanta præſertim iſtius linguæ ignorantiã, & omnium penè bonarum literarum oblivione. Perlegam tamen hæc tua ſtudioſè ac diligenter: ſed perlegam non jam tuâ cauſâ, ſed meâ, ut ex eis aliquid diſcam: quanquam & tua quoque *Eraſme* legam libenter. Et ſi quid occurrent, quod mihi non probatur: quòd aut parum certe, aut potius nihil futurum auguror, non gravabor tibi per literas ſignificare: id quod *Moro* quoque noſtro, ni fallor, recepi me facturum, ne cum tam aſperiùs tibi objurgandum, quod te fefellit. Quod autem toties ad me de Epiſcopo *Roffenſi* ſcribis, ſingularem ſanè erga eum amorem ac benevolentiam oſtendis, & ſimul promovendi literas *Græcas* mirum deſiderium, qui eas tam inſigni, & in omni genere doctrinæ excellenti Pontifici labores ceddene familiares: In cujus patrocinio non modò à maledicis & detractoribus totæ, ſed quæ etiam ac gratioſæ univerſæ ferè *Britannia* ſunt. Quis enim auſit oppugnare, defendente Epiſcopo? aut quis nolnerit amplecti, ſi eas intellexerit tanto Præſuli placuiſſe? Quo loco deſideranti te ac *Moro* noſtro video officium meum, qui me nonnihil fortaſſis adjumenti huic rei præſtare & poſſe, & etiam debere, pro mea in patriam pietate cenſetis. Quã in re primum illud ſpero, atque etiam abs te peto *Eraſme*, nè me tam difficilem atque incivilem putes, néve tantum ab omni humanitate alienum, ut vobis amiciſſimis meis rogantibus, pigeret unius libelli enarrationem ſuſcipere, aut menſis unius ſubire laborem. Quibus me longè plus debere intelligo, quàm ut poſſim vel pluribus menſibus perſolvere: deinde neque tam imprudentem, ut nolim apud tantum virum beneficium collocâſſe, & Epiſcopum præterquam ſingulari doctrinâ, & vitæ ſanctitate, etiam autoritate ac gratiâ florentem, tam parvo labore demereri, hominem, ut tu ſcribis, & multi prædicant, & ego etiam facilè credo, gratiſſimum: poſtremò neq; tam negligentem, ut velim tam bonæ deeſſe occaſioni, cum poſſim in hoc uno viro & bonas literas multum juvare, & patriæ etiam minimo labore magnum ornamentum aſſere. Sed aliud eſt *Eraſme* quod me revocat, atque ab honeſtiſſimo veſtro propoſito dehortatur, quod ſciam me tam paucis diebus neque veſtræ, neque Epiſcopi ſatisfacturum expectationi: nam res eſt multiplex & varia (ut ſcis) & nonnihil etiam impedita: & licet laborioſa magis quàm difficilis, amen quæ tempore egeat, ſaltem quo memoriæ commendetur. Nec me exiſtimes velim, et mea tarditate aliorum ingenia metiri. Credo enim, id quod à multis audivi, ſingulare eſſe Epiſcopo ingenium, & majoribus quàm de quibus nunc agitur, rebus aptum. Tu de voluntate

ejus

ejus scribis, & quanto istarum literarum ardeat desiderio: unde futuram quoq; diligentiam clarè perspicio; ex quibus mihi videor tantum posse sperare prospectum, quantum ab homine excellenti ingenio, summâ diligentiâ, incredibili desiderio quisquam sperare possit. Verùm is quantus sit futurus in tam exiguo spacio, non facilè dixerim, tu magnum sperare videris, & eo quoq; pro tempore magnum, sed in summa parvum futurũ puto. Nam & *Grocinum* memini, virũ, ut scis, multifariâ doctrinâ, magno quoq; & exercitato ingenio, his ipsis literis duos continuos annos, etiam post prima illa rudimenta, solidam operam dedisse: idque sub summis doctoribus, *Demetrio Chalcondylo*, & *Angelo Politiano*: *Linacrum* item acri ingenio virum, totidem, aut etiam plures annos, sub iisdem præceptoribus impendisse: nam de meipso nihil dicam, quem post sextum aut septimum annum nihil pudet multa ignorare. *Tonstallum* etiam & *Paræum* prætereo, quos diutius fortassis quàm eorum ingenia exigebant, præceptoris detinuit vel ignorantia, vel negligentia. *Morum* ipse nôsti quàm acutus sit, quàm vehementi ingenio, quantis etiam si cœperit, viribus incumbat: in summa, quàm sit tui similis. Nolo jam propiùs accedere, nam de teipso, & excellenti tuo ingenio te admonere cum supervacuum fuerit, tum assentationi fortassis proximum: sed tamen neuter, opinor, vestrum est, qui se tam citò hæc salebrosa dicit percurrisse, ut post unum aut alterum mensem potuerit quò vellet sine duce progredi, præsertim cum tot flexus, tot diverticula ubiq; occurrant, ut possint vel expertos ducere in errorem. Quapropter si vis ut procedat Episcopus, & ad aliquam in his literis frugem perveniat, face peritum aliquem harum rerum ex *Italiâ* accersat, qui & manere tantisper cum eo velit, donec se tam firmum ac validum senserit, ut non repere solùm, sed & erigere sese, ac stare atq; etiam ingredi possit. Nam hoc pacto melius, meâ sententiâ, futuræ ejus eloquentiæ consules, quàm si balbutientem adhuc & penè vagientem, veluti in cunis relinquas. Vale.

Habes mi *Erasme* epistolam bene longam, quâ præteriti temporis silentium nimiâ loquacitate compensavi: sed tamen hoc ipsum tibi ipse imputabis, qui toties ad me de his rebus scripseris, ut necesse haberem pluribus verbis respondere. Iterum vale. *Oxonii*, III. Calendas Februarias.

Erasmus Roterodamus Guilielmo Latimero S. D.

1523. VT lubens in tuis ad me literis, doctissime *Latimere*, suavissimum istum ingenii tui candorem, ac pudorem plusquam virgineum, cum *Christiana* prudentia conjunctum agnovi! Nullius nomen attingis, nisi cum laude. Quanta verò in laudando prudentia! Jam cum in aliorum dotibus prædicandis, tam non parcus sis ac malignus, quàm ipse tibi nihil sumis. Cæterùm in excusando officio, malebam te non perinde disertum esse. Nam cum ego mihi viderer multũ argumentorũ haud levium collegisse, quo tibi persuaderem, ut in Novo Testamento recognoscendo nobis suppetias ferre velles. Deinde, ut incomparabili Præsuli *Græcas* literas ceu *Colophonem* quendam absolutissimæ suæ doctrinæ cupienti adjungere, vel menstruam operam largireris, utroq; publicæ studiorum utilitati consulturus, tu tam densis & confertis argumentorum agminibus me premis, ut prorsus intellexerim, quàm essem infans ac jejunus ad te collatus. Sed tamen optime *Latimere* facilè patiar, ut hic eloquentiæ palmam auferas, modò vicissim per te nobis liceat auferre officium quod flagitamus, quod quidem hoc erit gratius, si non extortum argumentis, sed ultrò meráq; animi propensione donatum videbitur. Ac de me quidem tandem polliceris propemodum, & accipio promissum, etiamsi vereor, ne istæ copiæ nihilo plus nobis sint opitulaturæ, quàm olim *Rhesi Trojanis*. Jamdudum enim exemplar flagitat officina *Frobeniana*. Porrò quod ad episcopum *Roffensem* attinet, magis etiam abs te dissentio. Satius esse ducis omnino non tentare negotium, ni cœptum absolvas. Mones ut accersatur ex *Italia Græcanica* literaturæ insigniter peritus, qui non relinquat Episcopũ, nisi provectum & adultum in hoc studiorum genere. Sed ista mi *Latimere*, quoniam optare magis licebat, quàm afficere, placuit illud Cõmœdiæ, ὁς ἐνόμισα. Procul abest *Italia*, quæ nunc aliquanto pauciores habet in literis insignes, quã habebat, cum tu illic ageres. Et periculum erat, ne pro accersito insigni, veniat ardelio quispiam. Nec ignoras *Italorum* ingenium quàm immenso præmio conduci postulent, ut ad barbaros demigrent, etiam hi qui mediocres sunt. Ut ne dicã interim, quod qui bonis literis instructi veniunt, mores nonnunquam non perinde bonos secũ adferant. Et nôsti Præsulis integritatem. Itaque fit, ut dum dispicimus, quis potissimum sit accersendus, dum de præstituendo salario hinc atq; hinc consultatur, dum adornatur iter, bona pars temporis effluat. Scio prudenter ac verè dictum, *Antequam incipias consulto opus esse, ubi consulueris, maturè faciendum quod statueris*: sed video multos nihil aliud quàm consultare, ut jam serum sit exequi quod tandem decreverint. Quemadmodum quibusdam dum consultant velint ne uxorem ducere, deinde quam velint è multis deligere, furtim avolans ætas, prius fit inidonea matrimonio, quàm possint aliquid certi decernere. Neque verò suspicari libet, te confinem esse vulgarium quorundam affectui, qui nihil mirantur, nisi quod è longinquo petitum sit. Mihi *Italus* est, quisquis probè doctus est, etiam si sit apud *Juvernos* natus. Mihi *Græcus* est, quisquis in *Græcis* autoribus diligenter ac feliciter versatus est, etiam si barbam non habeat. Equidem faveo gloriæ *Italiæ*, vel ob hoc ipsum, quod hanc æquiorem experiar in me, quàm ipsam patriam: sed ut ingenuè dicam quod sentio, si mihi contingat *Linacrus* aut *Tonstallus* præceptor, nam de te nihil dicam, non desiderarim *Italiam*. Proinde etiam atque etiam vide, primum ne parum consultum sit, quod domi est, rogare foris; Deinde rem mediocrem quâ fit opus aspernari, propterea quòd summa non contingant; aut sortem qualẽcunq; rejicere, ni quis de ampliſſima usura fide jubeat. Ipse *Grocinus* cujus exemplum adfers, nonne primum in *Anglia Græca* linguæ rudimenta didicit? Post in *Italiam* profectus audivit summos viros, sed interim lucro fuit illa prius à qualibuscũq; didicisse. Eximiis ingeniis, sæpe vel viâ indicâsse maximus profect⁹ est. Illud mihi tecum convenit, in primis optandum, ut elementa

quoq; prima discantur ab artifice summo, si modò liceat. Verùm si id non datur, præstat utcunq; cœpisse, quàm planè rudem manere, præsertim in hoc genere. Nonnihil est negotii, ut prompte noscites elementorum figuras, ut expedite pronuncies, ut declines, ut conjuges. An nihil egisse videtur, qui hoc tædii devoravit? Atq; ita menstruam operam abs te petimus, ut taciti speremus trimestrem, etiamsi pudor est flagitare. Quod si minus continget, bona spes habet nos, interim aliunde exoriturum qui fundamentis abs te jactis superstruat. Ea spes si maximè nos falsos habuerit, tamen ea est ingenii vis, is ardor discendi, ut fiducia sit illum suis præsidiis certè ad mediocritatem elucturum. Et fortassis ille mediocritate contentus est, quippe qui non ob aliud ambit *Græcas* literas, nisi ut majore cum fructu certioréq; judicio versetur in sacris libris. Deniq; ut nihil horum contingat, quid fuerit dispendii? Ut minimum profuerit Episcopi studiis, tamen non minimum profuerit ad extimulandos juvenum animos, tam eximium virum amplecti *Græcitatem*. Jam cum in omni disciplinarum genere refert, ut maturè initieris, tum hîc peculiariter me hortatur ætas Præsulis, ne recrastinetur negotium. Finem faciã, illud unum si te monuero, ne pudor iste tuus immodicus, modestiáq; penè dixerim immodesta, nonnihil avocet à juvandis studiis publicis. Quidam mei similes, plus satis audent, sed nondum mihi liquet utri magis peccent, hi qui nihil aggrediuntur, ne quid peccent, an qui dum inconsultiùs prodesse student, labuntur alicubi. Alteri multa præclara docent, quanquam non omnia succedant ex sententia; Deinde suo studio aliorum excitant acuuntq; studium. Alteri dum quod habent, habent sibi, magis meâ sententiâ reprehendendi sunt, quàm infames avari, pecuniarum custodes veriùs quàm domini. Siquidem ab illis congestam pecuniam, si nihil aliud, certè mors transfert in usum aliorum: ab illorum rogo nihil redit ad hæredem, nisi suas cogitationes literis mandârint. Id vereor mi *Guilielme*, ne quando nostro eveniat *Grocino*, sed idem in te nolim accidere. Bene vale vir optime simul ac doctissime, & quod pollicitus es matura. *Antuerpiæ*, Anno M. D. XVIII.

Erasmus Antonio à Bergis Abbati Bertinico S.D.

Epist. 24. REverende pater, cum proximè essem *Gandavi*, serò cognovi tuam amplitudinem adesse, cúmq; jam conarer meo fungi officio, dictum est eam abisse. Posthæc accepi à nonnullis, quod me vehementer commovit, te mihi, nescio quid, subiraci, opinor ob *Moriam*, quam vir clarissimus *Georgius Haloinas*, me dehortante ac deterrente, fecit *Gallicam*, hoc est, ex meâ suam fecit, additis, detractis & mutatis quæ voluit. Ad hæc argumentum ipsum per se jocosum est, nec tamen ullum hominum genus insector odiosiùs: neque quenquam nominatim taxo, nisi meipsum. Postremo opus hoc qualecunq; est, placet eruditis totius orbis omnibus, placet Episcopis, Archiepiscopis, Regibus, Cardinalibus, atq; ipsi *Leoni* Pontifici maximo, qui à capite usq; ad calcem totum perlegit. Quòd si quid etiam ineptissem in hoc opere, & alii forent offensi, sperabam tuam celsitudinem vel unam mihi patrocinio futuram fuisse, videlicet sui similem, cujus tantam humanitatem semper expertus sum, ut ipsa humanitas non possit esse humanior. Proinde nondum adduci possum, ut credam esse vera, quæ mihi quidam super hac re narrârunt. Scio vulgo multa jactari inania, & mores tuos candidissimos jam multis annis expertus sum, quibus plus habeo fidei, quam aliorum orationi. Scio quantum interfit inter *Bertinicam* & *Briseletum*, etiamsi ab eadem litera vocum est initium. Quicquid est, rogo pergas amare tum *Erasmum* vel ob hoc ipsum, quod jam olim amaveris. Quod si unquam promeritus sum tui similium favorem, ausim hoc fiduciâ mei magis quàm arrogantiâ dicere, me nunc maximè promereri: quod fortassis extincto me posteritas rectiùs judicabit; quanquam nec hac ætate desint qui perspiciant. Versor in collegio *Liliano*, unde est hic, qui has reddit, *Theodoricus* juvenis festivo felicique ingenio, ac summæ spei: quare si quid erit, in quo requirat favorem amplitudinis tuæ, quæsoùt experiatur. Bene vale *Mecœnas* optime. *Lovanii*, natali *Luciæ*, Anno M. D. XVII.

Gerardo Noviomago Erasmus Rot. S.D.

QUid tibi imprecer mi *Gerarde*, dignum iis tuis factis? precor ut brevi magno aliquo sacerdotio onereris. Dixeras, at non solus *R.* Præsulem nostrum non ante quartum aut quintum diem abiturum: ego juxta vulgarem morem eum numerum conduplicabam, existimans ante octavum diem non mutaturũ locum, & erat hîc quod agerem. Videbam occupatissimo Principi non vacare tum temporis, præsagiebam vos serò prandros, & mihi jam stomachus latrabat. Proinde subduxi me, testatus apud te, domi expectaturum eo die, si quid juberet. Nihil denunciatum est, postridie mane transcurro *Lovanium*, quòd arbitrarer haud multum interesse, hic, an istic agerem, quod ad conveniendum Præsulem attinet. Reliquo domi epistolium, quo testatus sum me ad omnem nutum paratum fore. Hodie propemodum decreveram recurrere, & ecce *Paludanus* vetus comptor tuus nunciat hodie dominum proficisci; quod si verum est, egregium patronum agas oportet, ne quid secus suspicetur ille quàm res est: imò tu potissimùm in jus vocandus, in te cudenda faba, qui me tuis dictis fefelleris. Crede mihi mi *Noviomage*, nullus est in orbe Princeps, cui magis ex animo cupiam gratificari, quàm *Philippo* Præsuli, non solùm ob id quòd illius subsim ditioni, verumetiam quòd eximius sit modis omnibus, quòd nostro faveat ingeniolo: denique tacito quodam & arcano sensu mentis ad eum observandum impellor. Aulicis officiis haud sanè multum valeo: cæterùm quà valeo, declaraturus sum quantopere celsitudinem illius & suspiciam & amem. Id nolim mihi crede, ni propediem ipsa re comprobãro. Non ausus sum ipsum toties meis epistolis interpellare: tu fac apud illum mihi epistolæ sis vice. Si vocat, advolabo, sin minus, hoc impensius maturabo profectionem, quo liceat redire celeriùs. Arbitror me reducem fore ante mensem Octobrem: tum extricatus his spinetis theologicis, vacuo tranquilloq; animo Musis & amicis vacabo. Neque susciperem hoc iter periculosissimum, ni me ratio famæ compelleret. Ubicunque gentium futurus est *Erasmus*, certum polliceor, &

Præsulis

Præsulis celsitudo clientulum habitura est, ex animo deditum addictúmque, & tua sanctitas amiculum minimè facatum. Bene vale patrone optime. *Lovanii*, decimoquinto Calendas Maias. Anno M.D.XIV.

Richardo Pacæo Erasmus Rot. S.D.

1.26. TOtus hic annus mihi fuit nigerrimus. Faxit *Christus* Opt. Max. ut succedant candidiores. Τὸν ἐμὸν καιρὸν ἰνδιδὺν partim ex meis ad *Beatum* literis cognoscēs, quarum exemplar misi *Tonstallo*. Jam olim χρονίαν expectio de reditu tuæ bibliothecæ, miserēq; metuo nè nostræ nugæ perierint. Libellus tuus avidè legitur apud *Germanos*, sed tamen offendit nonnullos *Constantienses*, quòd videaris illis adimere literas, tribuere temulentiam. Statueram vos hoc autumno invisere, amplexurus quod regia benignitas ultrò defert. Extincto Cancellario, nihil est quod sperem à nostris. *Gallia* novum hospitem fieri non liber. Si accederet quod offert Rex, nihil ambirem præterea. Tandem apud nos profitere cœpit *Galenus* à *Linacro* versus, qui mihi supra modum placet. Posthac & medicum fieri juvat. Decimarum negotium *Germania* non placet. Egregiè τέλειον τὸ χαλκίδιον ἔστι πολυμηχάνου μίδου. Bene vale doctissime *Pacæe*. *Linacrum* meis verbis saluta, & ad reliquas tuas lucubrationes edendas extimula. *Lovanii* XI. Calend. Novemb. M.D.XVIII.

Erasmus Rot. Ægidio Buslidio S.D.

1.27. VIr ornatissime huc accessi, ut pluribus agerem cum oratore Regis *Angliæ Ricardo Pacæo*, viro utriusq; literaturæ callentissimo, sed incommoditas cœli facit, ut domi me contineam. Mitto dono libros *Galeni*, operâ *Thomæ Linacri* melius *Romanè* loquentes, quàm antea *Græcè* loquebantur. Tres posteriores magis te capient, nam tres primos consumit ferè in ungendo, lavando, fricandóque, nunc puerum, nunc adolescentem, nunc juvenem. Novum Testamentum felicibus auspiciis exiit in lucem: quo minus huc adduxerim, oblivio fuit in causa. Theologi mitescunt, imò resipiscunt. Exire non audeo. Tuam excellentiam vocare audeo ad cœnulam tribus ovis apparatam. Ad eam hoc venies gratior, quo parcior est. Bene vale. Colloquar antequam abeam. M.D.XVIII.

Ambrosius Leo Nolanus Medicus Erasmo S.D.

1.28. HActenus *Erasme* charissime, nugas illas esse putavi, quas de *Pythagora* & *Proteo* scripsere veteres: illum sæpe ad has vitæ auras reversum fuisse, totidémq; mortem oppetisse: hunc in varias formas mutâsse sese, cum libuisset. Factum enim alterius ab altero parum differre nôsti. Nunc verò non nugas, non fabellas illas ridemus, historias credimus, quandoquidem in te uno utrunq; contigisse novimus. Pauca enim intra tempora tam sæpe obiisti & rediisti ad vivos, quàm de forma in formam variam novámque mutatus es. Primum enim audivimus etiam ab *Aldo*, te in *Gallia* obiisse, paucos post annos revixisse in *Germania*. Deinde relatum est, te desideratum esse in *Germania*, qui paulò post in *Italia* apparuisti. Postremò intelleximus, oppetiisse te apud *Britannos*, nunc ab *Averno* revocâsse gradum in *Gallia*, unde & ad nos nostratésq; viros & literas dedisti, & salute multâ impartisti. Quamobrem alterum visus sum videre *Pythagoram*. Quinetiam non modò ex *Italo* mutatus es in *Gallum*, & de *Gallo* in *Germanum* transisti, tanquam de vitulo in avem, & de ave in frumenti genus, quod semen apud *Plinium* malè legunt: verùmetiam de Poeta in Theologum inversus es, ac de Theologo in Cynicum philosophum transmigrâsti: item demum Cynicum cum Oratore commutâsti, quæ miræ metamorphoses *Proteï* illius solius videbantur. Vidimus enim innumeros libros tuos impressos, quibus memoratas vel hominis vel ingenii personas & formas variâsti, idq; magnâ cum omniû laude & admiratione & lectatione, etiam te & dicta tua sæpissime testantium, non ut unus idémque sententiarum magnarum autor fores, sed tanquâ tres quatuórve autores illarum essent. Quinimò ob tuas ejusmodi transmutationes illud mihi contigit. Siquidem jam pridem ridebam *Pythagoram*, qui renascendo & agnosceret & memoraret, se alio tempore vixisse, quoniam *Aristoteles* demonstrârat, nihil in morte remanere memoriæ eorum, quæ ante acta essent in vita. Nunc verò ubi vidimus, te toties oppetiisse rediisséque ad lumina solis, nostri ac amicorum memorem, memoriámque servantem, aspernati sumus *Aristotelis* fallacem diligentiam. Veruntamen & si ita habeat, vereor, *Erasme* mi, si etiam mutationes istas delectatus experiaris, aliter evenire quam proposueris, quáno; in aliis transmutationibus contigerat. Quam ob rem hortari te vellim, ut in isto, quo fueris, vitæ genere teipsum contineas, téq; omni ope, quâ potes, serves: periculúmq; nullum mutandi ineas: nè tibi, quod urinantibus accidere solet, contingat, qui dum sæpius ab aquis, in quas intrepidè insiliere, emersissent, aliquando secuti sub aquis quum natarent, nusquam exiisse visi sunt. Atq; adagium tuum illud in memoriam revoces: Ne temere Abydum. Siquidem mutatione, cujus sit aut de vita ad mortem aut de forma in formam, periculosiorem video esse nullam. Hinc autem, quod gratius à nobis audias, nihil scribere valemus. Nanq; præter literaria munera nulla res est, quæ ad te pertinere videatur. Literæ verò ipsæ ubiq; gentium frigent, horréntque ut jamjam interituræ: Magni enim sonitus *Turcicorum* armorum in *Italia* audiuntur, qui & in *Ægypto* & *Syria* & *Persida* excusi sunt, quâ pro re Musæ metuentes (sunt enim ut nôsti nudulæ puellæ) interitum cogitant, cum quibus casuras esse etiam literas omnes, necessum est. Sed tamen ut muriamus aliqua, scias in senatu *Veneto* sancitum esse, atq; etiam præconio publicatum, eligendum esse successorem *Marco Musuro*, qui publicè *Græcas* literas auditores doceat: stipendiúmq; centenorum aureorum decretum. Eam ob rem quàm plurimi se parant & competunt. Namq; statutum est tempus duorum mensium, quo competitores & nomina dent, & legendo & aperiendo *Græcos* autores, ostendant qui viri sint, & quantum linguâ & ingenio polleant. Si quis ergo fortè fuerit, qui per ista climata nomine & scientia *Græcarum* literarum clarescerat, huic ipsi significato memoratum decretum, ut si animo ei sederit competere aperiréque *Græcanicos* libros, huc intra duorum mensium curriculum se conferat. Ad hæc nôsti magnam

magnam auditorum turbam, qui veluti pullicini sub glociente *Musuro* pipiebant, illorum non pauci jam pullastri magni evaserunt, nec pipiunt, sed pipant & cantillant, iidem magno animo sunt etiam ascendendi suggestum præceptoris. Atque inter eorum elegantiores unus *Petrus Alcyonius* multa è *Græco* in *Romanum* sermonem elegantissimè vertit. Nam orationes pleraſq; *Isocratis* ac *Demosthenis* tanta *Arpinitate* expressit, ut *Ciceronem* ipsum nihilominus legere videaris. *Aristotelisq;* multa vertit tam candidè, ut *Latium* gloriabundum dicere possit; en *Aristotelem* nostrum habemus. Idem ipse juvenis, ut est literarum optimarum utrarumque maximus alumnus, ita tui quoq; amantissimus, ac studiorum tuorum laudator summus. In calce de me jam sene & amico etiam senties aliquâ. Nam ita viximus postquam hinc solvisti, ut vivebamus tum, quum nobiscum eras, ut nôsti, continuo summussitando cum libellis utrisque, idq; ut fœtum aliquem *Leone* dignum seneſcendo conciperemus, non ut mulieres, quæ dum puellæ sunt, statim tempore gravidæ esse volunt, atq; paulò post fœtificare gaudent, quarum filii imbecilles nascuntur, nec diu vivere queunt. Concepimus aliquos, quorum quosdam parturimus, quosdam peperimus, inq; lucem edidimus: opusculum enim in tres distinctum libros de *Nola* urbe patriâ nostrâ composuimus, quod impressum est: alterum magnum opus sectum in libros sex & quadraginta ex *Peripateticâ* disciplinâ confecimus adversus *Averroen*, quod etiam excusum est, ut intelligas, nos etiam haud contrivisse noctes in culcitris. Ad hæc aliquid literarum ad nos etiam des, velim: eas enim magnopere cupimus, non solum ut intelligamus, te bene agere, quod summopere optamus, sed etiam ut à te audiamus aliqua eorum, quæ fiunt apud eos, qui ex hac vita commigravere, atq; utra sit regio ad manendum accommodatior; Calles enim utriusq; conditionem, quippe qui sæpe jam mortem cum vita, & cum morte vitam cõmutâsti. Vale & nos ama, ut soles. *Venetiis* decimoquarto Calend. August. Anno M.D. XVIII. apud speciariam tabernam coralli.

Erasmus Roterod. Ambrosio Leoni insigni Medico S.D.

Epist. 29. QUo minus expectatæ venerunt tuæ literæ *Ambrosi* doctissime, hoc mihi plus voluptatis attulerunt. Sic enim mihi totam illam nostræ consuetudinis memoriam renovârunt, ut eas legens apud *Venetos* mihi viderer agere, veteres amicos meos tueri coram & amplecti, *Aldum, Baptistam Egnatium, Hieronymum Aleandrum, M. Musurum*, te cum primis amicorum omnium suavissimum. Agnosco lepidissimos tuos mores in epistola tua, quæ tota jocis ac salibus scatet. O te felicem cui contigerit in pulcherrimis studiis, & in urbe facilè omnium magnificentissima, inter patricios & eruditos viros conseneſcere! cum me meus genius pluribus casibus atq; erroribus exercuerit, quàm unquam *Neptunus Ulyssem Homericum*. At nè quid horum tribuas inconstantiæ animi, in tanta fatorum varietate semper idem ac sui simillimus fuit *Erasmus*. Nec unquam alius fui, quàm sum, sed ita ferebat fabulæ ratio, alia subinde erat agenda persona. Et tamen tum demum mihi *Pythagoras*, ac *Proteos* objiceres, si nôsses omnes fabulæ nostræ scenas. Quoties enim post illa me sepelierunt isti, quoties ipse mihi sum superstes? Bonarum literarum hostes me propè singulis annis efferunt, sepeliuntque. Quoties adita mihi *Basilea* per medios Iannes, per medias pestes? Cum quibus monstris mihi luctandum fuit? Qui sudores exantlandi? Diceres *Erasmum* illum olim vitreum, nunc adamantinum esse factum. Quid faciam? Sic est fatum meum. Tu felicior, cui licuerit in hoc tranquillóq; ocio cum philosophia mussare. Nec ullæ tempestates inciderunt, quæ te à tenore vitæ transvorsum aliò raperent; expectamus avidissimè fœtus istos non solum *Leone* dignos, ut tu vocas, verum etiam *Ambrosio* dignos, ut non minus habeant jucunditatis quàm roboris. & *Nostrum* illum *Homericum*, mellitâ facundiâ scatentem, nobis referant. Piè tu quidem, quòd *Nolam* patriam tuam illustras, cui quondam *Maro* noster famam invidebat. Atque utinam prodisset ingens illud opus adversus *Averroem* impium καὶ τῆς καθ' ἕκαστα *De problematis rerum naturalium*, quod opus jam olim habebas in manibus, admiror te nihil meminisse, nè de *Græcis* quidem literis, quas jam conseneſcens, & tamen feliciter amplexus es, graviter emplo, nè posthac quisquam desperet adolescens. Quod mones, nè temerè *Abydum*: utinam in tempore monuisses, nunc postea quàm semel ventis ac fluctibus credidi, horũ arbitrio ferar necesse est. Attamẽ in tantis motibus quos quotidie novos excitant, in meliora studia conjurati sycophantæ, rationis ac philosophiæ saburra me libenter artéque, quantum licet, cum tempestate pugno. *Turcicos* motus nihil est quod formidemus, si modò Christianos Principes jungat concordia. Hi pectus verè philosophicum, prædiis ac pecunia non times, studiis times! Ad quorum exitium nihil opus est *Turcis*. Moliuntur isthuc sustinè monachi quidam ac Theologi. Quotam enim studiorum portionem relinquit, qui præter Sophisticam Theologiam, ac perturbatam legum cognitionem nihil vult sciri, qui linguas explodit, qui semel quicquid est politioris literaturæ damnat? Sed nihil agunt homines impudentissimè stolidi. Tota *Gallia*, tota *Germania*, atq; ipsa quoq; *Britannia*, flagrantibus etiam animis optimis literas amplectitur summo favore Principum, atq; etiam præsidio. *Marcus Musurus* Episcopus esse maluit, quàm professor, sed huc festinantem *Roma* absorbuit: non opinor quenquã apud nos tam impudentem esse, qui velit in isto theatro sui specimen edere, & *Gallus* aut *Germanus* cum *Italo*, imò cum *Musuri* posteris inire certamen, quid nisi sibilos ac risum lucrifacturus? Pergratum *Petri Alcyonii* per te novisse nomen, utinam & lucubrationes hominis videre liceret, præsertim quæ vertit ex *Aristotele*. Cupio totum hominem propius nôsse, præsertim cum nostra non aspernetur, quod haud faceret, ni foret ingenio longè candidissimo. Lacessam eum alias literis meis, nunc viro meis verbis dices salutem. Est apud *Britannos* vir undiquaq; doctissimus *Thomas Linacrus*, ubi jam olim ex *Aldi* nostráq; prædicatione cognitus, tuæ professionis, ac ni fallor ætatis. Is idem agit quod tu: Multis annis elimatas lucubrationes suas vicissim edit in lucem. Prodiit *Galenus* ὁκτὼ τῶν γενῶν, tantâ fide, tantâ luce, tanto *Romani* sermonis nitore redditus, ut nihil usquam desideret lector

lector *Latinus*. Imò nihil non melius reperiat, quàm apud *Græcos* habeamus. Successerunt libri *Therapeuticæ*, quos scis quales antehac habuerimus. Expectamus proximâ futurâ libros *Aristotelis* Meteorologicos, non æstimandis sudoribus primùm emandatos, deinde felicissimè versos. Sunt illi permulta in scriniis, magno usui futura studiosis. His monumentis vir ille consuluit immortalitati sui nominis, his ornat tuam *Angliam*, his aulam regiam illustrat, atque ipsum inprimis Principem, cui medicus est primarius. Apud *Gallos* item magnus ille *Guilhelmus Copus* novis subinde libris rem medicam nobis asserit. *Budæus* per jureconsultorum libros obambulans, *Augæ* stabulum repurgat. Gaudent omnes admoneri, soli Theologi nolumus meliora discere. Fac valetudinem tuam *Ambrosio* doctissimæ meatæ diligenter, quo & diu prosis optimis studiis, & multis annis senex sene frui possim. Nam ipse præcurrentem te sum assequutus, totus fermè canus. *Aldus* in familiaribus colloquiis non sine voluptate solitus est imitari senis decrepiti balbutiem, quâ olim putaret futurum, ut alter alterum consalutaremus: *Quomodo vales*, inquit, *domine Erasme?* deinde voce æquè balbâ, sed exiliore, me videlicet agens, respondebat: *Si vales, ego valeo.* Hæc jucundè quidem somniabat, præsertim si sermo accederet de extruenda nova Academia, sed fidem non præstitit. Reliquit nos ante balbam illâ ætatem: etiam si me multo grandior erat *Aldus*, annis, ni fallor, plus minus viginti. Nam ipse nunc annum qui nonagesimum secundum, aut ad summum tertium ago. Juvat plura tecum confabulari, optime *Leo*, sed alio me vocant negotia. Tuum nomen semper extabit in meis Proverbiis, si tamen his ipsis continget extare. Neq; vicissim in tuis lucubrationibus gravaberis *Erasmi* meminisse. Optimam *Baptistam Egnatium* meo nomine salutato diligenter: item *Asulanum* cum sua familia, nominatim *Mantiolum* qui nobis isthic puellus ludebat, cum adessem. Bene vale, *Lovanii*, Idus Octobr. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Erasmus Roter. Ulrico Hutteno S.D.

QUòd *Thomæ Mori* ingenium sic deamas, ac penè dixerim deperis, nimirum scriptis illius inflammatus, quibus, ut verè scribis, nihil esse potest neq; doctius neque festivius, istuc mihi crede clarissime *Huttene*, tibi cum multis commune est, cum *Moro* mutuum etiam. Nam is vicissim adeò scriptorum tuorum genio delectatur, ut ipse tibi propemodùm invideam. Hæc videlicet est illa *Platonis* omnium maximè amabilis sapientia, quæ longè flagrantiores amores excitat inter mortales, quàm ullæ quamlibet admirabiles corporum formæ. Non cernitur illa quidem oculis corporeis, sed & animo sui sunt oculi, ut hic quoq; verum comperiatur illud *Græcorum* ὁμοῖον τὸ ὁμοίῳ γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν, per hos fit aliquoties, ut ardentissima charitate conglutinentur, inter quos nec colloquium, nec mutuus conspectus intercessit. Et quemadmodum vulgo fit, ut incertis de causis alia forma alios rapiat: ita videtur & ingeniorum esse tacita quædam cognatio, quæ facit ut certis ingeniis impensè delectemur, cæteris non item. Cæterùm quod à me flagitas, ut tibi totum *Morum* velut in tabula depingam, utinam tam absolutè præstare queam, quàm tu vehementer cupis. Nam mihi quoq; non injucundum fuerit, interim in amici multo omnium suavissimi contemplatione versari. Sed primùm ἀνατύπωσις ἀίδεος ἐστὶν omnes *Mori* dotes perspexisse. Deinde haud scio an ille laturus sit, à quolibet artifice depingi sese. Nec enim arbitror levioris esse operæ *Morum* effingere, quam *Alexandrum* magnum, aut *Achillem*, nec illi quam hic noster immortalitate digniores etant; Tale argumentum prorsus *Apellis* cujuspiam manum desiderat: at vereor, nè ipse *Fulvii Rufubaque* similior sim quàm *Apellis*. Experiar tamen tibi totius hominis simulacrum delineare verius quàm exprimere, quantum ex diutina domesticáq; consuetudine vel animadvertere licuit, vel meminisse. Quod si quando fiet, ut vos aliqua legatio committat, tum demum intelliges, quàm non probum artificem ad hoc negotii delegeris, vereórque planè, nè me aut invidentiæ incuses aut cæcutientiæ, qui ex tam multis bonis tam pauca vel viderim lippus, vel commemorare voluerim invidus. Atq; ut ab ea parte exordiar, quâ tibi *Morus* est ignotissimus, staturâ modóq; corporis est infra proceritatem, supra tamen notabilem humilitatem. Verùm omnium membrorum tanta est symmetria, ut nihil hic omnino desideres, cute corporis candidâ, facies magis ad candorem vergit, quàm ad pallorem, quanquam à rubore procul abest, nisi quod tenuis admodum rubor ubiq; sublucet, capilli subnigrò flavore, sive mavis, suffl avo nigrore, barba rarior, oculi subcæsii, maculis quibusdam interspersi, quæ species ingenium arguere solet felicissimum, apud *Britannos* etiam amabilis habetur, cum nostri nigrore magis capiantur. Negant ullum oculorum genus minus infestari vitiis. Vultus ingenio respondet, gratam & amicam festivitatem semper præ se ferens, ac nonnihil ad ridentis habitum compositus. Atq; ut ingenuè dicam, appositior ad jucunditatem, quàm ad gravitatem aut dignitatem, etiamsi longissimè abest ab ineptia scurrilitatéque: Dexter humerus paulo videtur eminentior lævo, præsertim cum incedit, id quod illi non accidit naturâ, sed assuetudine, qualia permulta nobis solent adhærere. In reliquo corpore nihil est quod offendat, manus tantum subrusticæ sunt: ita duntaxat, si ad reliquam corporis speciem conferantur. Ipse omnium quæ ad corporis cultum attinent semper à puero negligentissimus fuit, adeò ut nec illa magnopere curare sit solitus, quæ sola viris esse curanda docet *Ovidius*. Formæ venustas quæ fuerit adolescenti, nunc etiam licet ὀπὶ τῆ καλάμῃ conjicere: quanquam ipse novi hominem, non majorem annis viginti tribus, nam nunc non multum excessit quadragesimum. Valetudo prospera magis quàm robusta, sed tamen quæ quantislibet laboribus sufficit, honesto cive dignis, nullis aut certè paucissimis morbis obnoxia: spes est vivacem fore, quando patrem habet admodum natu grandem, sed mirè virenti vegetáq; senectute. Neminem adhuc vidi minus morosum in delectu ciborum. Ad juvenilem usq; ætatem aquapotu delectatus est, id illi patrium fuit. Verùm hac in re nè cui molestus esset, fallebat convivas è stanneo poculo cervisiam bibens, eámque aquæ proximam, frequenter aquam meram. Vinum, quoniam illic mos est ad idem poculum vicissim invitare sese,

summo

ſummo ore nonnunquam libabat, nè prorſus abhorrere videretur, ſimul ut ipſe communibus rebus aſſueſceret. Carnibus bubulis, ſalſamentis, pane ſecundario, ac vehementer fermentato libentiùs veſcebatur, quàm his cibis quos vulgus habet in deliciis. Alioqui neutiquam abhorrens ab omnibus quæ voluptatem innoxiam adferunt etiam corpori. Lactariorum, & eorum fœtuum qui naſcuntur in arboribus ſemper fuit appetentior: eſum ovorum in deliciis habet. Vox neque grandis eſt, nec admodum exilis, ſed quæ facilè penetret aures, nihil habens canorum, ac molle, ſed planè loquentis eſt: nam ad Muſicam vocalem à natura non videtur eſſe compoſitus, etiam ſi delectatur omni Muſices genere: Linguâ mirè explanatâ articulatáq;, nihil habens nec præceps, nec hæſitans. Cultu ſimplici delectatur, nec ſericis, purpuráve, aut catenis aureis utitur, niſi cum integrum non eſt ponere. Dictu mirum, quàm negligens ſit ceremoniarum, quibus hominum vulgus æſtimat morum civilitatem. Has ut à nemine exigit, ita aliis non anxiè præſtat nec in congreſſibus, nec in conviviis, licet harum non ſit ignarus, ſi lubeat uti. Sed muliebre putat, viróque indignum, ejuſmodi ineptiis bonam temporis partem abſumere. Ab aula Principúmq; familiaritate olim fuit alienior, quod illi ſemper peculiariter inviſa fuerit tyrannis, quemadmodum æqualitas gratiſſima. Vix autem reperias ullam aulam tam modeſtam, quæ non multum habeat ſtrepitûs, atq; ambitionis, multum fuci, multum luxûs, quæque prorſus abſit ab omni ſpecie tyrannidis. Quin nec in *Henrici* octavi aulam pertrahi potuit, niſi multo negotio, cum hoc Principe nec optari quicquam poſſit civilius ac modeſtius. Naturâ libertatis atque ocii eſt avidor, ſed quemadmodum ocio cum datur lubens utitur: ita quoties poſcit res, nemo vigilantior aut patientior. Ad amicitiam natus factúſq; videtur, cujus & ſynceriſſimus eſt cultor, & longè tenaciſſimus eſt. Nec ille metuit πολυφιλίαν ab *Heſiodo* parum laudatã. Nulli non patet ad neceſſitudinis fœdus. Nequaquam moroſus in diligendo, commodiſſimus in alendo, conſtantiſſimus in retinendo. Si foris incidit in quempiam, cujus vitiis mederi non poſſit, hunc per occaſionem dimittit, diſſuens amicitiam, non abrumpens. Quos ſynceros reperit, & ad ingeniũ ſuum appoſitos, horum conſuetudine fabuliſq; ſic delectatur, ut in his rebus præcipuam vitæ voluptatem ponere videatur. Nam à pila, alea, chartis, cæteriſque luſibus, quibus vulgus procerum temporis tædium ſolet fallere, prorſus abhorret. Porrò ut propriarum rerum eſt negligentior, ita nemo diligentior in curandis amicorum negotiis. Quid multis? Si quis abſolutum veræ amicitiæ requirat exemplar, à nemine rectius petierit, quàm à *Moro*. In convictu tam rara comitas, ac morum ſuavitas, ut nemo tam triſti ſit ingenio, quem non exhilaret: nulla res tam atrox, cujus tædium non diſcutiat. Jam inde à puero ſic jocis eſt delectatus, ut ad hos natus videri poſſit, ſed in his nec ad ſcurrilitatem uſque progreſſus eſt, nec mordacitatem unquam amavit. Adoleſcens comœdiolas & ſcripſit, & egit. Si quod dictum eſſet ſalſiùs etiam in ipſum tortum, tamen amabat, uſque adeò gaudet ſalibus argutis, & ingenium redolentibus, unde & epigrammatis luſit juvenis, & *Luciano* cum primis eſt delectatus, quin & mihi ut *Moriæ encomium* ſcriberẽ, hoc eſt, ut camelus ſaltaret, fuit autor. Nihil autem in rebus humanis obvium eſt, undè ille non venetur voluptatem, etiam in rebus maximè ſeriis. Si cum eruditis & cordatis res eſt, delectatur ingenio: ſi cum indoctis ac ſtultis, fruitur illorum ſtultitiâ. Nec offenditur morionibus, mirâ dexteritate ad omnium affectus ſeſe accommodans. Cum mulieribus ferè, atq; etiam cum uxore, non niſi luſus, jocóſq; tractat. Diceres aliquam quondã eſſe *Democritũ*, aut potius *Pythagoram*, cum illum philoſophum, qui vacuus animo per mercatum obambulans, contemplatur tumultum vendẽtium atq; ementium. Nemo minus ducitur vulgi judicio, ſed rurſus nemo minus abeſt à ſenſu communi. Præcipua illi voluptas eſt ſpectare formas, ingenia & affectus diverſorum animantium. Proinde nullum ferè genus eſt avium, quod domi non alat, ſi quod aliud animal vulgo rarum, veluti ſimia, vulpes, vivera, muſtela, & his cognata milia. Ad hæc ſi quid exoticum, aut alioqui ſpectandum occurrat, avidiſſimè mercari ſolet, atq; his rebus undique domum habet inſtructam, ut nuſquam non ſit obvium, quod oculos ingredientium demoretur: ac toties ſibi renovat voluptatem, quoties alios conſpicit oblectari. Cum etiam ferret, non abhorruit à puellarum amoribus, ſed citra infamiam, & ſic ut oblatis magis frueretur, quàm captatis: & animo mutuo caperetur potius quàm coitu. Bonas literas à primis ſtatim annis hauſerat. Juvenis ad *Græcas* literas ac philoſophiæ ſtudium ſeſe applicuit, adeò non opitulante patre viro alioqui prudenti, probóque, ut ea conaretur omni ſubſidio deſtituere: ac penè pro abdicato haberet, quod à patriis ſtudiis deſciſcere videretur, nam is *Britannicarum* legum peritiam profitetur. Quæ profeſſio, ut eſt à veris literis alienißima: ita apud *Britannos* cum primis habentur magni, clariq;, qui in hoc genere ſibi parárunt autoritatem, nec temere apud illos alià viâ ad rem ac gloriam parandam magis idonea. Siquidem pleranq; nobilitatem illius inſulæ peperit hoc ſtudiorum genus. In eo negant quenquam abſolvi poſſe, niſi plurimos annos inſudárit. Ab hoc igitur cum non injuriâ abhorreret adoleſcentis ingenium, melioribus rebus natum, tamen poſt deguſtatas ſcholaſticas diſciplinas, ſic in hoc verſatus eſt, ut neque conſulerent quenquam libentiùs litigatores, neque quæſtum uberiorem faceret quiſquam eorum, qui nihil aliud agebant. Tanta erat vis ac celeritas ingenii. Quin & evolvendis orthodoxorum voluminibus non ſegnem operam impendit: *Auguſtini* libros *De civitate Dei* publicè profeſſus eſt adhuc penè adoleſcens auditorio frequenti, nec puduit, nec pœnituit ſacerdotes ac ſenes à juvene profano ſacra diſcere. Interim & ad pietatis ſtudium totum animum appulit, vigiliis, jejuniis, precationibus, aliiſq; commilibus progymnaſmatis ſacerdotium meditans. Quâ quidem in re non paulo plus ille ſapiebat, quàm pleriq; iſti, qui temerè ad tam arduam profeſſionem ingerunt ſeſe, nullo prius ſui periculo facto. Neque quicquam obſtabat quo minus ſeſe huic vitæ generi addiceret, niſi quod uxoris deſiderium non poſſet excutere. Maluit igitur maritus eſſe caſtus, quàm ſacerdos impurus. Tamen virginem duxit admodum puellam, claro genere natam, rudem adhuc, utpote ruri inter parentes ac ſorores ſemper habitam, quo magis illi

illè liceret illam ad suos mores fingere. Hanc & literis instruendam curavit, & omni Musices genere doctam reddidit, planèq; talem pene finxerat, qui cum libuisset universam ætatem exigere ni mors præmatura puellam sustulisset è medio. sed enixam liberos aliquot, quorum adhuc supersunt puellæ tres, *Margareta*, *Aloysia*, *Cecilia*, puer unus *Ioannes*. Neque diu cœlebs vivere sustinuit, licèt aliò vocantibus amicorum consiliis; paucis mensibus à funere uxoris viduam duxit magnæ cujusdam familiæ, quam voluptati quippe nec bellam admodum, nec puellam, ut ipse jocari solet, sed acrem ac vigilantem matrem familias, qui cum tamen perinde comiter suaviterq; vivit, ac si puella foret formâ quantumlibet amabili. Vix ullus marius à sua tantum obsequii impetrat imperio atq; severitudine, quàtum hic blanditiis jocisque. Quid enim non impetret, postea quàm effecit, ut mulier jam ad senium vergens, ad hoc animi minimè mollis, postremo ad rem attentissima, citharâ, testudine, monochordo, tibiis canere disceret, & in hisce rebus quotidie præscriptum operæ pensum exigenti marito redderet? Consimili comitate totam familiam moderatur, in quâ nulla tragœdia, nulla rixa. Si quid extiterit, protinus aut medetur, aut componit. Neq; quenquam unquam dimisit ut inimicum, aut ut inimicus. Quin hujus domus fatalis quædam videtur felicitas, in quâ nemo vixit, qui non provectus sit ad meliorem fortunam, nullus unquam ullam famæ labem contraxit. Quin vix ullos reperias, quibus sic convenerit cum matre, ut huic cum novercâ, nam pater jam alteram induxerat, utramq; non minus adamavit, ac matrem. Nuper induxit tertiam, hac *Morus* sanctè dejerat se nihil unquam vidisse melius. Porrò erga parentes ac liberos, sororésq; sic affectus est, ut nec amat molestè, nec unquam desit officio pietatis. Animus est à sordido lucro alienissimus. Liberis suis semovit è facultatibus, quod illis satis esse putat, quod supereret largiter effundit. Cum advocationib⁹ adhoc alerentur, nulli non dedit amicum verámque consilium, magis illorum commodis prospiciens quàm suis: Plerisque solitus persuadere, uti litem componerent, minus enim hic fore dispendii. Id si minus impetrabat, tum rationem indicabat, quâ possent quàm minimo dispendio litigare, quâdo quibusdam hic animus est, ut litib⁹ etiam delectentur. In urbe *Londoniensi*, in quâ natus est, annos aliquot judicem egit in causis civilibus, id munus ut minimum habet oneris (nam non sedetur nisi die *Iovis* usque ad prandium) ita cum primis honorificum habetur. Nemo plures causas absolvit, nemo se gessit integriùs, remissâ plerisque pecuniâ, quam ex præscripto debent, qui litigant. Siquidem ante litis contestationem actor deponit tres drachmas, totidem reus, nec amplius quicquâ fas est exigere. His morib⁹ effecit, ut civitati suæ longè charissimus esset. Decreverat autem hâc fortunâ esse contentus, quæ & satis haberet autoritatis, nec tamen esset gravibus obnoxia periculis. Semel atque iterum extrusus est in legationem, in quâ cum se cordatissimè gessisset, non conquievit serenissimus Rex *Henricus* ejus nominis octavus, donec hominem in aulam suam pertraheret. Cur enim non dicam pertraheret? Nullus unquam vehementiùs ambiit in aulam admitti, quàm hic studuit effugere. Verum cum esset optimo Regi in animo, familiam suam eruditis, gravibus, cordatis, & integris viris differtam reddere, cum alios permultos tum *Morum* in primis accivit, quem sic in intimis habet, ut à se nunquam patiatur discedere. Sive feriis utendum est, nihil illo consultius, sive visum est Regi fabulis amœnioribus laxare animum, nullus comes festivior. Sæpe res arduæ judicem gravem & cordatum postulant, has sic *Morus* discutit, ut utraq; pars habeat gratiam. Nec tamen ab eo quisquam impetravit, ut munus à quoquam acciperet. Felices res publicas si *Mori* similes magistratus ubique præficeret Princeps. Nec interim ullum accessit supercilium. Inter tantas negotiorũ moles, & veterum amiculorum meminit, & ad literas adamatas subinde redit. Quicquid dignitate valet, quicquid apud amplissimum Regem gratia pollet, id omne juvandæ reipub. juvandis amicis impendit. Semper quidem adfuit animus de cunctis bene merendi cupidissimus, miréq; pronus ad misericordiam; cum nunc magis exerit, quando potest plus prodesse. Alios pecuniâ sublevat, alios autoritate tuetur, alios commendatione provehit: quos alioqui juvare non potest, his consilio succurrit: Nullum unquam à se tristem dimisit. Diceres, *Morum* esse publicũ omnium inopum patronum. Ingens lucrum sibi putat accessisse, si quem oppressum sublevavit, si perplexum & impeditum explicuit, si alienatum redegit in gratiam. Nemo lubentiùs collocat beneficium, nemo minus exprobrat. Jam cum tot nominib⁹ sit felicissimus, & felicitatis comes fere soleat esse jactantia, nullum adhuc mortalium mihi videre contigit, qui longiùs abesset ab hoc vitio. Sed ad studiorum commemorationem redeo, quæ me *Moro*, mihiq; *Morum* potissimum cõciliârunt. Primam ætatem carmine potissimùm exercuit, mox diu luctatus est, ut prosam orationem redderet molliorem, per omne scripti genus stilum exercens, qui cujusmodi sit, quid attinet commemorare? tibi præsertim qui libros ejus semper habeas in manibus. Declamationib⁹ præcipuè delectatus est, & in his materiis adoxis, quod in his acrior sit ingeniorum exercitatio. Unde adolescens etiamnum dialogum moliebatur, in quo *Platonis* communitatẽ ad uxores usque defendit. *Luciani Tyrannicidæ* respondit, quo in argumento me voluit antagonistam habere: quo certius periculum faceret, ecquid profecisset in hoc genere. *Utopiam* hoc consilio edidit, ut indicaret quibus rebus fiat, ut minus commodè habeant respublicæ, sed *Britannicum* potissimùm effinxit, quam habet penitus perspectam cognitámque. Secundum librum prius scripserat per otium, mox per occasionem primum adjecit ex tempore. Atque hinc nonnulla dictionis inæqualitas. Vix alium reperias, qui felicius dicat ex tempore, adeò felici ingenio felix lingua subservit. Ingeniũ præsens, & ubiq; prævolans, memoria parata, quæ cũ omnia habeat velut in numerato, promptè & incõcanter suggerit quicquid tempus aut res postulat. In disputationib⁹ nihil fingi potest acuti⁹, adeò ut summis etiam Theologis sæpe negotium facessat, in ipsorum arena versans. *Joannes Coletus* vir acris, exactíque judicii, in familiaribus colloquiis subinde dicere solet, *Britanniæ non nisi unicum esse ingenium*; cum hæc insula tot egregiis ingeniis floreat. Veræ pietatis non indiligens cultor est, etiam si ab omni superstitione alienissimus. Habet suas horas, quibus Deo litet precibus, non ex more, sed

è pe-

è pectore depromptis. Cum amicis sic fabulatur de vita futuri seculi, ut agnoscas illum ex animo loqui neque sine optima spe. Ac talis *Morus* est etiam in aula. Et postea sunt, qui putent *Christianos* non inveniri, nisi in monasteriis. Tales viros cordatissimus Rex in familiam suam, atq; adeò in cubiculum non solùm admittit, verùm etiam invitat, nec invitat modo, verùmetiam pertrahit. Hos habet arbitros, ac testes perpetuos vitæ suæ, hos habet in consiliis, hos habet itinerum comites. Ab his stipari gaudet, potius quàm luxu perditis juvenibus, aut mulierculis, aut etiam torquatis *Midis*, aut insyncteris officiis, quorum alius ad voluptates ineptas avocet, alius ad tyrannidem inflammet, alius ad expilandum populum novas technas suggerat. In hac aula si vixisses *Huttene*, sat scio rursum aliam aulam describeres, & misaulos esse defineres quanquam tu quoq; cum eo Principe vivis, ut integriorem nec optare possis. Neque desunt qui rebus optimis faveant, veluti *Stromerus* ac *Coppus*. Sed quid istæ paucitas ad tantum examē insignium virorum, *Montjoii*, *Linacri*, *Pacæi*, *Coleti*, *Stoeschleii*, *Latimeri*, *Mori*, *Tonstalli*, *Clerici*, atque aliorum his adsimilium? quorum quencumq; nominaris, mundum omnium virtutum ac disciplinarum semel dixeris. Mihi verò spes est haud quaquam vulgaris, fore, ut *Albertus*, unicum his temporibus nostræ *Germaniæ* ornamentum, & plures sui similes in suam allegat familiam, & cæteris Principibus gravi sit exemplo, ut idem & ipsi suæ quisq; domi facere studeant. Habes imaginem ad optimum exemplar à pessimo artifice non optimè delineatam. Ea tibi minus placebit, si continget *Morum* nôsse propius. Sed illud tamen interim cavi, nè mihi possis impingere, quod tibi minus paruerim, néve semper opprobres nimium breves epistolas. Etiam si hæc nec mihi scribenti visa est longior, nec tibi legenti, sat scio prolixa videbitur: id faciet *Mori* nostri suavitas. Verùm nè nihil ad postremam tuam epistolam respondeam, quam prius excusam legi quàm scriptam, Clarissimi Principis *Alberti* humanitatem ex ipsius etiam ad me literis intellexi. Sed quì quæso factum, ut patera prius ad omnes pervenerit tuis literis quàm ad me? Certè per neminem certiùs mittere poteras, quàm per *Richardum Pacæum*, serenissimi *Angliæ* Regis oratorem, sive me haberet *Brabantia*, sive *Britannia*. Tu, quantum video, & calamo & ense gnaviter belligeraris, nec minùs tamen feliciter, quàm fortiter. Nam apud Cardinalem *Cajetanum* audio te magnam etiam iniisse gratiam. *Capnioni* bene esse gaudeo. *Francisci Sickingii* nomen non sinent emori literæ, nisi velint ingratitudinis postulari. De rebus nostris aliàs: nunc illud tantum. Res hìc sordidissimis sycophantiis agitur, quibus artibus ut imparem me fatear, necesse est. Si quis est isthic qui cupiat artem sycophanticam discere, indicabo illi quendam hujus disciplinæ mirum artificem, quem huic rei planè natum dicas; Minùs bonus orator *Cicero*, quam hic sycophanta: & reperit dociles multos apud nos. Nondum tempus est, verùm brevi vobis hominem commendabo, ut quo dignus est, quoniam miserè ambit, omnium eruditorum literis celebretur, portentum verius quàm homo. Bene vale. *Antuerpiæ* decimo Cal. Augusti. An. M. D. XIX.

Eras. Rot. Guilhelmo Nesenio S. D.

OTe tèrque quatèrq; felicem optime *Nesenio*, cui contigerit, sub *Cypriano Tolet*, viro non literis solùm ac morum integritate, verùmetiam rarâ prudentiâ, miróque rerum usu insigni, versari Musis: cui cum *Gracitas* etiam accesserit, non video quid hominis dotibus possit adjungi. Ille in omnibus honestis disciplinis ille jam olim est absolutus, citra professionis supercilium, ut non videam, quem cum eo conferre queam: proinde etiam atque etiam vide, nè ipse tuæ delicatati, fac nunc *Germaniam* agas, vince, spolia, da *Gallium* bonis literis: ita futurum est, ut nos illam relinquas pauperiorem, & tu pulcherrimis mercibus locuples in patriam redeas. Hic fortes & invictos præstemus, neq; committamus, ut *Germani Gallis* ingenio cessisse videamur. Majorem in modum te rogo, adeas meo nomine *Petrum Viterium*, is agit in collegio *Nesenii*, ut sciam quid valeat, quid rerum agat: nam jamdiu scribit nihil. Tùm fac sciam, quid agat *Thomas Greius*, mutus & ipse. De *Fabri Apologia*, quam quidam aiunt eum elaborare, nihil sanè formido: tantum molestus ne bonas horas in talibus nugis collocare, cum melioribus rebus vix sufficiam: cum video literarum hostes hoc studio moliri, ut nos committant, non planè tyrannicâ: siquidem tyrannis nihil est formidabilius bonorum concordiâ. Quid velit ipse videbitur, pro vetere nostra consuetudine dolco, quod me provocans non optimè consuluerit famæ suæ. Quod si cujus instinctu denuò provocabit obstinatius, fortassis non quibo imperare animo meo similem moderationem. Quid cum hujusmodi nexis, iis qui Gratiis ac Musis sacra faciunt? imò qui *Christi* mystas profitentur? Quanto satius est certare mutuis officiis? Sed nemo pugnat actutum, quàmqui nolens & invitus ad pugnā pertrahitur. Utinam mihi semper in vagina conditum possit rubigine ferrum, aut si stringendum est, nunquam in amicum exerere. Penè rursus absolvi Novum Testamentum, in quo quoties quàm honorifice *Fabri* facio mentionem: nisi prorsus commodum est illi dissentire, cum ille dissentiat etiam à suis. Tu fac hominem ames ac suspicias, nec pudeat tibi sit ingratior ob hanc inter nos consiliaturculam. Bene vale amice singularis. *Ioannes Sichthius* meus jubet te salvere, scripturus, sed nondum nactus nec per negotia, quibus nullis distringitur, nec per ociū, quo abundat. *Lovanii*. An M. D. XVIII. XV. Calend. Februarias. Ex *Lilio*.

DES.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER UNDECIMUS.

Thomæ Cardinali Erasmus Roterod.

POst plurimam salutem *R. D.* non infimum decus augustissimi ordinis Cardinalitii: quod hactenus non reviserim *Mecœnates* meos, quos eximios, neque hos sanè paucos habet mihi *Britannia*, studiorum onera fuerunt in causa, cùr me propemodùm opprimunt, dum onus onere cumulatur, velut *unda supervenit undam*, ut *Nasonis* utar verbis: sed præcipuè tamen valetudo ex multis gravibus ac diutinis morbis adhuc tenerior, quàm ut ausim me molestæ navigationi committere. Porrò quod nec literis salutârim amplitudinem tuam: partim puduit eam tot arduis negotiis tum regni, tum ecclesiæ distentam, meis næniis interpellare: partim deterruit ejusdem magnitudo, cui religiosè scribunt & maximi. Cæterùm cum, qui istinc huc commeant, miro consensu prædicarent, quanto studio, quantóq; successu tua prudentissima pietas *Britannicum* ex ærea auream facere moliatur, non potui mihi temperare, quin & istum animum cibi, & te *Britanniæ* nostræ gratularer. Siquidem, ut omnium testimonio celebratur, inter tot præcipuos orbis monarchas, jam olim optatam pacem arctissimis fœderibus conglutinâsti, cum *Leo* Pont. Max. pacis alioqui cupientissimus, de quinquennibus induciis duntaxat ageret. *Britannicum* omnem à latrociniis, grassatoribus, odiosis erronibus repurgas, ut jam non tutior sit à venenis aut perniciosis feris, quàm ab hominibus noxiis. Lites perplexas autoritate tuâ dissecas, non minus feliciter quàm *Alexander* ille magnus nodos *Gordios*. Magnatum dissidia componis, monasteria passim veteri religionis disciplinæ restituis: clerum omnem ad laudatiorem vitæ formam revocas: quin & liberalium disciplinarum studia, nonnihil hactenus collapsa, sarcis, politiores litetas cum veteris insitiæ patronis adhuc colluctantes, favore tuo fulcis, autoritate tueris, splendore ornas, benignitate foves, magnificis salariis invitans eruditissimos quosque professores. Comparandis bibliothecis, omni bonorum autorum genere locupletissimis, cum ipso certas *Ptolemæo Philadelpho*; magis hac re quàm ipso regno celebri. Trea linguas sine quibus manca est omnis doctrina, nobis revocas. Nam hoc beneficio quod nunc præstatur inclytæ scholæ *Oxoniensi*, totam *Britanniam* felicem judico. Quin & illud fore consulo, ut hoc pulcherrimum exemplum nostrorum quoq; Principum animos expergefaciat aliquando. Video, video prorsus seculum quoddam aureum exoriri, si Principibus aliquam multis tuis iste incessat animus. Reponet justa præmia sanctissimis tuis conatibus is, cujus auspiciis hæc geri videntur. Nec erit ingrata posteritas. Novam hanc felicitatem orbi per te partam, loquentur olim eruditorum hominum literæ. Tuum istud pectus juvandis mortalium rebus natum, celebrabit æternis monumentis *Latinus* pariter ac *Græca* facundia. Istiusmodi columnis, istiusmodi pyramidibus & paratur & servatur honesti nominis nunquam intermoritura memoria. Ego interim publicæ gratulans felicitati, meum nomen luce recentiorum obscurari gaudeo, nimirum passim jam efflorescentibus, ad quos ipse nec scire literas, & infans esse videor. Mihi sat est, quod hoc laudis fero, si tamen promereor, ut dicar unus ex eorum numero fuisse, qui crassissimam barbariem, ac pudendam infantiam, quas hactenus nobis opprobrabat *Italia*, ab hisce regionibus depellere conati sunt. Id quam feliciter fecerim, nescio, certè non absque invidia mihi tentatum scio, quæ non secus atque umbra lucem, egregios conatus solet comitari. Tametsi mitescunt plerique. Tantum adhuc rebellant pauculi quidam, grandiores quàm ut sperent, crassiores quàm ut possint, arroganciores quàm ut velint meliora discere. His persuaderi non potest, quin semel colla pfora sit omnis ipsorum autoritas, si sacros libros habeam' emendatiores, & horum intellectum ab ipsis petamus fontibus. Tanti faciunt suam majestatem, ut malint ignorari multa, multa perperam legi citarique in divinis libris, quàm ipsos quicquam nescisse videri. Quoniam autem sentiunt sese impares argumentis, & si libris agat, nihil aliud assequi sese, quàm ut suam traducant inscitiam pariter ac stultitiam, ac seipsos eruditis deridendos propinent, aperto *Marte* dissiliad artes confugiunt, sycophantiis onerant bonas literas ac bonarū literarum assertores, méq; in primis quem arbitrantur ad hæc studia revocâda nonnihil attulisse momenti. Quicquid prodit invidiosum, *Erasmo* impingunt. Dicas hic & calumniæ ingenium esse, miscent bonarū literarum causam, cum *Reuchlini Lutheriq*, negocio, cum hæc nihil inter se cohæreant. Mihi sanè neque *Cabalæ*, neque *Thalmud* unquam arti fit, cum *Reuchlino* semel duntaxat congressus sum *Frunefurdiæ*, nec aliud inter nos intercedit, nisi civilis amicitia, qualis ferè inter studiosos omnes solet. neq; verò non pudeat eum, eo viro necessitudine junctū esse. Habet meas literas, quib' mendem de facto notum admoneo, temperet à manifestis convitiis, quibus illius apologia satis *Germanis* debachatur in adversarios, tantū abest, ut famosis scripsis unquam faverim. *Lutherum* tam ignotus est mihi, quàm cui ignotissimos, nec adhuc bacavi hominis libros evolvere præter unam & alteram pagellam: non quòd fastidierim, sed quòd per studiorum occupationes non datum sit otiarmā; tamen hunc quidam ut audio, confingunt meâ adjutum operâ. Si rectè scripsit, mihi nihil debetur laudis: sin secus, nihil mereor

probri, quādo in omnib' illius lucubrationib' nè apiculus quidem ullus est meus. Id verissimū esse comperiet, quisquis volet vestigare. Hominibus vita magno omnium consensu probatur: jam id non leve præjudicium est, tantam esse morum integritatem, ut nec hostes repertant quod calumnientur. Quod si maximè vacâsset legere, non mihi tantum arrogo, ut de tanti viri scriptis velim pronunciare, etiamsi nunc passim pueri magnâ temeritate pronuncient, hoc erroneum, illud hæreticum. Imò adversus *Lutherum* aliquando fuimus iniquiores, nè quid invidiæ recideret in bonas literas, quas nolebam amplius onerari. Neq; enim me fugit, quàm invidiosa res sit, ea labefactare, unde messis opima demetitur sacerdotibus aut monachis. Prodierant primum aliquam multæ propositiones de remissionibus Pontificiis: mox accessit unus atque alter libellus *De confessione*, *De pœnitentia*: cum sentirem gestire quosdam ad editionem, seriò dissuasi, ne invidiam hanc adderent bonis literis. Erunt hujus rei testes & qui *Luthero* bene volunt. Tandem prodiit examen libellorum: nemo me vidit legentem: nemo probantem audivit, aut improbantem. Nec enim tam temerarius sum, ut probem quod non legerim: neque tam sycophanticus, ut damnem quod nesciam: etiamsi hoc hodie solenne est ijs, quos minimè decet. Habet *Germania* juvenes aliquot magnam & eruditionis & eloquentiæ spem de se præbentes, quorum operâ futurum auguror, ut aliquando gloriari possit *Germania*, quod nunc optimo jure gloriatur *Britannia*. Horum nemo mihi de facie notus est, præter *Eobanū*, *Huttenum*, ac *Beatum*: hi nullo non machinarum genere, cum linguarum ac bonarū literarum, quibus omnes boni favent, hostibus depugnant. Horum libertatem fateret & ipse intolerabilem, nisi scirem, quàm atrocibus modis tum publicè, tum privatim irritentur. Ipsi sibi permittunt, ut in sacris concionibus, in scholis, in conviviis odiosissimè, imò seditiosè quidvis vociferentur apud imperitam multitudinem, & facinus non ferendum arbitrantur, si quis horum ausit mutire cum & apiculis sit aculeus quo lædere feriant: & musculis denticuli, quibus offensi sese tueantur. Unde novum hoc deorum genus? Illi quos lubitum est, hæreticos faciunt, & cœlum terræ miscent si quis eos appellet sycophantas. Cumq; non vereantur ea designare quorum pudeat etiam *Orestem*, tamen à nobis postulant ut non nisi cum honoris præfatione nominentur, adeò sidunt stultitiæ multitudinis nè dicam Principum. Ego bonas literas ut nunquam assequi potui, ita semper amavi: harum assertoribus faveo, quibus optimates ubi ue favent, præter *Midam* aliquot quos aliquando describet quispiam. Atq; sic his faveo, ut tuear quod virtutis est, nō si quid adsit vitii. Quòd si quis expendat, quibus vitiis maduerint, qui pridem apud *Italos* & *Gallos* renascentibus priscis studiis, opitulati sunt, non poterit non favere his nostris, quorum mores ejusmodi sunt, ut theologis istis censoribus imitandi sint magis quàm reprehendendi. Ab his quicquid prodit, meum esse suspicantur, etiam apud vos, si modò vera prædicant negotiatores huc isthinc proficiscentes. Equidem ingenuè fatebor, ingenium non possum non amare, calami licentiam in nemine non improbo. Pridem lusit *Huttenus* librum, cui titulus *Nemo*: nemo nescit argumentum esse ridiculum: metuim esse dictitabant theologi *Lovanienses*, qui sibi videntur plusquam *Lynceï*. Mox prodiit *Febris*: metuebat, cum tamen totus genius totaq; phrasis à mea dissentiat. Prodiit oratio *Petri Mosellani*, qui patrocinatur tribus linguis adversus [illegible] in me putârint cudendam fabam, cum ego nec dum scirem orationem esse natam: quasi verò quid huic aut illi in mentem venit scribere, mihi protinus sit omnium nomine reddenda ratio: aut quasi parum sit meo periculo tueri quod ipse scribo. *Germani* sunt, juvenes sunt, calamum habent, nec carent ingenio, nec desunt qui irritent in iis odiis, nec desunt qui incitent ac frigidam affundant. Omnes hos meis literis admoni, ut libertatem immodicam temperent: certè à summatibus ecclesiæ viris abstineant, nè illorum animos provocent in literas, quorum patrocinio stant adversus hostes suos: aëve hac invidia careant politioris literaturæ vindices. Quid faciam? Monere possum, cogere non possum. Meos ipsa temperare, mihi in manu est, alienum calamum præstare non est meum. Imò, quod maximè nō calumniæ est, opus quod supremè conscripsi ipse scopos *Roffensis* adversus *Fabrum* meum esse vocabatur, cum tanta sit dictionis dissimilitudo, tum cum tantum absim ab illius divini Præsulis eruditione: nec defuerunt, qui *Mori Utopiam* mihi ascriberent: adeò quicquid prodit non meum esse nolim, meum est. Prodiit ante menses aliquot, & prodiit malis avibus, libellus quidam nescio quem in schismate proximo scripsisse, tum arguit ipsum argumentum, sed à quo inceptus nisi quod liber indicat etiam, quisquis fuit, fuisse *Gallis*. Suspicio perinultos obambulat, passim apud *Germanos*; nam apud hos variis titulis laceratur descriptus. Hunc igitur cum adhuc ego nos hic comperissem haberi furtim, ac libelli degustassem, nam perturri vetitis quàm perlecti testes sunt, quanto opere sim exercitatus, quanto studio egerim, ut æternis tenebris abderetur: id quod in aliis quoq; libellis à me factum mihi tribuntur. Testatur & epistola quædam mea ad *Imenum Cæsareū*, quam quidam *Colonie* furtim descriptam evulgârunt: & audio quosdam ibi hic qui hujus quoq; libelli suspicionem mihi conantur impingere. Adeò nihil intentatum relinquunt isti, qui dolent reflorescere linguas, ac meliores studia: impingunt autem, non alio freti argumento quàm stili, qui tamen mei non admodum similis est, nisi meus mihi parū est cognitus: quanquid mirū adeò foret, si quid illic aut alibi cum mea phasi cōgnoret? cum pene fere hoc tempore, qui non aliquid mei stili referat, propterea quod meæ lucubrationes multorum manibus terantur, adeò ut in horum etiam libros qui scribunt adversum me, non raro stilum meum agnoscam, neque meis pennis transfigi sentiam. Nullum adhuc opus conscripsi nec conscripturus sum, cui non præfigam meum nomen. Latuit olim in *Moria*, sed inrenterè, licet fortasse plus satis libere. Cæterum illud semper cavi nè quid à me proficisceretur, quod vel obscœnitate mitaret juventutem, vel aliquo pacto officeret pietati, vel seditionem aut factionem gigneret, vel illius famæ notam atram alliniret. Quicquid hactenus sudatum est, juvandis honestis studiis, provehendæ religioni *Christianæ* sudatum est. Omnes undique gratias agunt, præter paucos theo-

theologos ac monachos, qui nec doctiores, nec meliores esse volunt. *Christum* mihi semper iratum imprecor, nisi hoc quicquid est ingenii, quicquid eloquentiæ, id totum gloriæ *Christi*, ecclesiæ catholicæ, sanctisq; studiis dedicatum esse volo. Id ita esse comperiet, quisquis propius meum animum volet agnoscere. Verum de his nimis multa, de quibus tamen nihil omnino scripturus eram, ni *Britannus* quidam negotiator, isthinc adveniens, satis pertinaciter asseverâsset esse, qui conati sint hanc suspicionem omnium falsissimam tuæ amplitudini inducere: cujus tamen singularis prudentia mihi certissimam addit fiduciam, te nec aures nec animum, tam impudentibus calumniis præbiturum. Imò si quando dignabitur cominus facere periculum, experietur *Erasmum* toto pectore servientem dignitati sedis *Romanæ*, præsertim *Leonis* decimi: cujus pietati quantum debeat, non ignorat, toto pectore addictum his viris qui bonarum literarum, ac *Christianæ* religionis negotium agunt, inter quos primas tenet tua celsitudo. Mitto Novum Testamentum, cui multum ornamenti judicabo accessisse, si tuâ dignaberis bibliothecâ. Bene valeat tua pietas, cui me totum dedo consecróque. *Antuerpiæ* XV. Cal. Jun. Anno M. D. XVIII.

Richardus Pacæus Erasmo S. P. D.

PEtro *Lusco* quem in proximis tuis mihi commendâsti, nihil prodesse potui, propterea quòd Regi de illo (cujus mentionē facis) libro describendo, nunquam in mentem venit. Comœdiarum simul & Tragœdiarum exemplum quod ad *Morum* nostrum misisti, perlegi: quâ de re scripsisti id quod est, illud hominum genus fatali rapi insaniâ: & eâ adeò fatali, ut non nisi extremo fato (meâ quidem sententiâ) tolli possit. Nam licèt salutifera adsit medicina, & assidens medicus hortetur, séq; ut curent suadeat, nolunt tamen venenum quod imbiberunt, evomere. Tu si me audies, in pulcherrimo tuo perseverabis instituto, & bene, non modò de literis, sed etiam de universa *Christi* religione mereberis: istos verò cum sua fatali insania dimittes εἰς κόρακας. Tuam in duas *Pauli* ad *Corinthios* epistolas Paraphrasim diligentissimè perlegi: & ex hoc tuo labore tantum me fructûs percepisse fateor, ut nunc tandem (quod antehac mihi contigit nunquam) audeam affirmare, me aliquatenus (ne nimium meo ipsius tribuam ingenio) cum quid dicat, tum quid sentiat divus *Paulus* intelligere. Nunc divinus ille *Pauli* spiritus, qui antea frigere & deficere mihi visus est, planè viget. Nunc sancta illa præcepta, quæ antea mihi sapiebant aloen, conversa sunt in mel. Nunc Paraphrasis tua adeò mihi explanavit omnia, ut vale dicturus sim omnibus recentiorum in apostolum interpretum commentariis, quòd hæc ei satis supérq; per se obscuro profundas quàm plurimis in locis offudere tenebras. Vehementer præterea & illud probo, quod stilum tuum eatenus demisisti, ut eloquentiæ hostes fucatum sermonē minimè tibi objicere possint, sed ecclesiastici potius eloquii simplicitatem agnoscant, quæ adeò leniter fluit, ut illiciat maximè legentem & diutissimè recentem semper retineat: quo fit, ut nullam equidem vel in hac simplicitate eloquentiæ partē desiderem. Si *Paulus* ipse hodie resurgeret, quid aliud facere posset, quàm se præferret sibi? Perge igitur mi *Erasme* quæso, in reliquis quoq; *Pauli* epistolis in eundem modum explanandis. Opus tuo ingenio, tuâ eruditione, tuâ deniq, professione est dignissimum: & ex cujus confectione non tam apud homines quàm ipsum Deum magnam gloriam reportaturus es. Me quidem ut id te facere horter, impellit illud, quod illorum quæ vidi, tam jucunda simul & fructifera fuit lectio, ut non possim non avidissimè expectare quod supersit. Id mentem nunc venit, quod in quibusdam aliis tuis ad me literis scripsisti, certum tibi esse in *Anglia* consenescere ætate proximâ trajecturo. Jucundissimum mihi est intellexisse, te id habere animi. Optatissimus venies omnibus, sed tuam valetudinē hac in re cum primis consule, μὴ εἰκῇ ἄδυσσον. Interim scias, hujus Regis erga te benevolentiam in dies augeri, eúmq; quàm sæpissimè laudes tuas prædicare, & apud se habet, qui tui non sunt immemores. Vale. Ex *Richmonte* Nonis Aprilis.

Erasmus Rot. Richardo Pacæo S. D.

SI vera sunt quæ de Paraphrasi scribis, gaudeò sanè vigilias meas non usquequaque infelices esse. An non mera felicitas est, exiguo labore magnam inire gratiam? Etenim si libeat operā cum opera comparare: scribere Paraphrases, ludus est præ his laboribus, quibus mihi constat Novum Testamentum. Atque utinam quod tibi scribis evenisse, omnibus eveniat: nimirum ut illis quacunq, occasione dulcescat *Paulus*. Hic vigiliarum mearum mihi fructus abundè magnus fuerit. Nolim autem Paraphrasibus meis tantum tribui, ut his fretus quispiam negligat interpretum commentarios, præsertim vetustiorum: imò spes est fore, ut ad hos diligentiùs excutiēndos meus expergefaciat labor. Nec enim deerunt, opinor, curiosi, qui periculum facere velint, ubi cum interpretibus consentiam aut dissentiam, & erunt fortasse, qui venabuntur quod carpant. *Paulus* boni consulit, quocunq; animo prædicetur Euangelium, modo illustretur *Christus*: nec meâ magni refert, quocunque animo mea Paraphrasis legatur, modò hâc occasione *Paulus* omnium studiis commendetur. In stilo secutus sum *Senecæ* consilium, non affectans sermonis apparatum, sed eo qui ultrò ad manum adest, sum usus. Non enim arbitror tantum esse tribuendum istis, qui hoc ipso se jactant, quod ad prodigiū usq; barbari sint & Solœci, ut in illorum gratiam affectanda sit orationis spurcities, præsertim si nobis non minus sudandum sit, ut ipsorum more loquamur, quàm illi laborant, si quando conantur emēdatè dicere. Quod hortaris ut pergam quod institutum est absolvere, σύ γε ὃ ἀπεύδοντα χὴ αὐτὸν ἀχύρειν. Nihil adhuc vidi pertinacius hac in bonas literas conspiratione. Cibi, potus, somni, citharæ, choreæ, similiúmq; voluptatum omnium satietas est, ut inquit *Homerus*, his τῶ συναφαντῶν κόρῳ ἀ πώποτε ἰδοίς. Et quod proceres docuerunt, adeò gnaviter reddunt minores, ut non alibi magis locum habeat illud, ni fallor, *Euripidæum*, πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων. De navigatione suscipienda faciam quod mones: valetudinem in consilium adhibebo. Quod is Regis animus in me perseverat, non tam meâ causâ gaudeo, quàm eruditorum omnium: quando mihi non alio nomine favet, quàm

quod sibi persuasit, *Erasmum* in literis esse aliquid. Non sum avidus laudum, tamen ut quod res est, ingenuè fatear, à tali Principe laudari nec dolet nec pudet. Bene vale mi *Pacæ* amicorum doctissime, & doctorum amicissime. *Lovanii*, Idus Maias, Anno M. D. XVIII.

Paulus Bombasius Erasmo suo S.D.

Epist. 4. LIteræ tuæ quas ad XV. Calend. Septemb. dederas, vix pridie Id. mihi tandem redditæ fuerunt, méq; ita delectârunt, ut nulla re jucundiùs affici potuerim, fato quodam tibi adeò devinctus, ut vel blando illo tui nominis occursu plurimum recreer, multo autem magis, si quod ex animo ingenióq; tuo depromptum mihi obveniat, quod sæpiùs quidem optare, nunquam verò exigere meus me pudor sinit, ne tua morans tempora, in publica commoda (ut *Flaccus* inquit) peccem: quibus quantum, meo judicio, non strenuè ac gnaviter modò, sed etiam feliciter hactenus consulueris, apud alios prædicare quàm tibi referre malim: sed ne tibi, qui me intus & in cute nôsti, jam persuasa atq; etiam nota longiori sermone persuadere velle videar, ad epistolam tuam venio. Quod te undiq; invitantibus Regibus atq; Principibus, ad Novum Testamentum recudendum *Basileam*, rejectis ac posthabitis omnibus, conferre maluisti, nihil equidem miror, quippe qui sciam *Erasmum* nihil præ literarum conscientiâ magni unquam æstimâsse: utinámq; id fecisses, dum istic ego aderam, nihil enim me uno fuisset beatius, nec urbs *Roma* tam facilè me revocare potuisset. Pro Brevi obtinendo, quod operis tui benignum futurum sit elogium, non tibi *Georgius* aut *Marcus* rogandi fuerunt, quorum hic jampridem ab urbe abest, ille verò proximis diebus autumnatum secessit, cum Cardinalem meum sanct. quatuor, doctorum omnium fautorem egregium, rerúmque hujusmodi arbitrum ac magistrum, ut nemo alius, propitium habeas, qui de tua voluntate certior à me factus, Brevis archetypon à me formatum probavit, ídq; in membrana transcriptum *Leoni* Pontifici biduo ante ab urbe profecto, æstimandum, & nisi displiceret, obsignandum misit. Sed tuum quæso hic fatum agnosce, nisi meum dici mavis. Nam cum *Silvius* quidam philologus, juvenis *Gallus*, tui (ut præ se ferebat) apprimè studiosus, ad ipsum Pontificem esset iturus, Cardinalis mei commendatitias habens, postridiéq; se inde rediturum diceret, nullum ego sperans aptiorem mihi dari posse, cui negotium tale committeretur, ei Breve consignavi, ac literas ad secretarium Pontificis dedi, quibus illum Cardinalis nomine rogabam, ut Breve obsignatum statim per eundem *Silvium* remitteret, qui alioquin febriculosus & valetudinarius, incommodo aliquo (ut suspicor) in ipso itinere præventus, Breve ac literas secretario præmisit: ille nihil moratus, Breve & commendatitias Pontifici statim reddidit: qui viso & obsignato Brevi, literísq; perlectis, eum qui commendabatur, ad se vocari, & cum nusquam appareret, omni diligentiâ perquiri jussit, nec ille usquam locorum potuit hactenus reperiri. Ego qui intra pauciſſimos dies negotium confectum iri speraveram: pluribus jam lapsis diebus cum nihil actum viderem, iterum ad secretarium scribo, eum negligentiæ atq; etiam injuriæ postulans, quod singulis propè horis innumera Brevia ad urbem remittens, *Erasmum* tamdiu retineat. Nuncii quam tibi retuli, adhuc incertam latebram, pluribus ille scribit, Brevique ad nos per tabellarium, nescio quem, remissum affirmat: quod diu quæsitum cum nusquam reperiretur, consimile aliud expediendum curavi, quod nisi κακοδαίμων alius intercipiet, ad te tandem perferetur. Habes de Brevi longam satis & odiosam fabulam: nec tu diem datæ miraturis, quam ego ut multo auspicatiorem futuram, potius *Romæ* quàm alibi usquam esse volui. Gaudeo epistolam tuam quâ me respondisti, excusare méq; nominis fama nonnihil auctum fuisse: modò ne mea illi sit addita, quæ (ut ego meminisse possum) vix digna erat, quæ semel ab amico legi posset, ac vulgari cuivis, nedum optimæ tuæ componeretur. *Lascaris* in *Gallia* nunc agit, propterea q; à me conveniri non potuit. Si qua vis docti, qualem describis, facultas mihi se obtulerit, tuæ voluntati pariter, ac illius commodo inserviam. Me à literaria professione non tam mea voluntas, vel (ut tu suspicaris) fortuna melior evocavit, quàm incertus ille, cui pleraque tam mala quàm bona debentur, casus eripuit. *Bovii* ambo *Romæ* agunt, téq; invicem salutant. *Bovillus* incidit in quartanam, sed non admodum gravem. Januam se discessurum minabatur. *Puccius* legatum jam istinc pedem movisse, itérque *Romam* versus facere non dubito, & propterea Brevi ipsum non ad eum, sed ad protonotarium *Carciolam* Pontificis apud Cæsarem legatum dirigi, quem in eo ad te protinus transmittendo, ne inhumanum nec indiligentem futurum spero. Vale mi *Erasme*, ac *Bovium* & *Amorbachios*, cæterósq; istic doctos meo nomine saluta. *Romæ* è palatio Apostolico. Cal. Octob. M. D. XVIII.

Erasmus Rot. Paulo Bombasio S. D.

OPectus Musis Gratiisq; natum! Obrius me tot officiis, ut partim me pudeat tibi toties gratias agere, & agere tantum: partim non occurrat formula subinde nova quâ id faciam. Cardinali *S.* 4. hoc magis debeo, quo minus quicquam de illius celsitudine sum promeritus: *Marino Caraciola* Apostolicus apud Cæsarem legatus, res summâ diligentiâ curavit, adjectis etiam amantissimis suis ad me literis. Prius exemplar miror quis interceperit: nam hujusmodi literarum genus, non video cui possit esse usui, præter eum cui mittuntur: secus esset, si de opimo episcopatu, aut alioqui splendido sacerdotio ageretur. Molestum est animo meo, quòd occupatissimo tibi tantum accedit ex me molestiæ: sed tamen voluptati est, quòd his occasionibus animi tui syncerita tis indices mihi fit exploratior. Utinam hæc nostra regio vel paucos haberet *Bombasios*. Quis unquam syncerius aut constantiùs amavit, quam vis eximium amicum, quàm tu amas *Erasmum* gratis, humilem, tenuem, unde nullas officii vices sperare possis: ad hæc tanto tum eruditior, tum felicior? Non quo satis conjectare, quis fuerit *Gallus* ille, quem scribis evanuisse, nisi fortè *Christophorus* est *Longolius*, juvenis ut ex illius intelligo scriptis cum ad omnes bonas disciplinas, tum ad eloquentiam factus. Hic, ni fallor, unus est eorum, qui mox *Erasmi* nomen obscurabunt. Verùm ea res mihi voluptati

voluptati est, quando mei nominis jactura, hierum est Reipublicæ literariæ. Demiror quæ res *Joannem Lascarem* à *Roma* potuerit avellere, præsertim *Leone* præsidente rebus ac studiis. Fratres *Boerios* etiam atque etiam jubebis salvere meo nomine. Epistola tua non offendit me *Basileæ*, nec id temporis aderat *Antonius Puccius*, summi Pontificis legatus: tamen hac de re scripseram ad illum agentem *Turegii*: nam ut adirem hominem, quem admodum & ille vehementer cupiebat, & ego propemodum receperam, nec valetudo sinebat, quæ vectationem equestrem nondum patiebatur, nec occupationes literariæ. Navigatione tametsi non caruit suis molestiis, tamen paulatim factus sum confirmatior: Apud clarissimum *Hermannum* comitem à *Nova aquila*, cum dies ferme quinque suavissimè vixissem, adeò mihi placui, ut mihi planè viderer renatus: sed mox in præsens exitium conjectus sum adeò ut vix semivivus deportatus sim *Lovanium*: sive id malis ventis debeo, qui tum pestilentissimi pariter ac vehementissimi flabant: sive meæ stultitiæ, qui per mediam *Coloniam* urbem id temporis undiq; funestam ausus sum iter facere. Chirurgus unus atque alter pestem esse confirmabat: tres carbunculos excidisse negare non possum. Mihi nec ægrotare libuit, nec pestem credidi: & profuit non credidisse; sed revalesco, faventibus superis: at interim malè precantibus iis, quibus dolet effloresscere passim rectiora studia. Bene vale. *Lovanii*, Id. Decemb. Anno M. D. XVIII.

Guilielmo Croio Cardinali & Archiepiscopo Toletano Erasmus Roterodamus S. D.

QUanquam non prorsus abhorret à vero, præsul optime, idemq; Princeps cum primis illustris, quod olim placuit *Stoa* cultoribus, felicitatis humanæ summam in habitu virtutis esse sitam, tamen *Peripateticorum* sententia mihi magis videtur ad communem hominum sensum pariter ac vitam congruere: qui negant beatitudinis circulum absolvi posse, nisi tres bonorum ordines inter sese consentiant, sibiq; mutuis præsidiis & adminiculis famulentur. In his ea quæ vocantur animi, ut cæteris magis merentur appellationem bonorũ, plurimúmq; momenti adferunt ad summam felicitatis, ita maximè nostrâ curâ, nostráq; parantur industriâ, ut præcipuam beatitudinis portionem nulli secundum Deum magis debeamus quàm nobis, si quid tamen debemus nobis. Porrò naturæ dotibus, quoniam citra nostram industriam nobis ceu dormientibus obtingunt, meâ sententiâ non tam beati sumus quàm fortunati, licèt hæc quoq; curâ studióq; vel servantur, vel etiam augentur. Siquidem *Demosthenes*, cum & voce esset perquam exili, deinde spiritosus, ad hæc impeditiore linguæ organo: deniq; formâ parum felici, quæ res in oratore nonnihil habet momenti, tamen improbâ curâ, meditationéq; nihil harum difficultatum non vicit. Et *Marcus Tullius* valetudinem alioqui imbecillem, sic motus ac victus moderatione confirmavit, ut quamlibet magnis laboribus par esset, idq; in multam etiam ætatem. Porrò fortunæ commoda, quæ velut organa sunt ad virtutem vel parandam, vel exercendam, pleriſq; serò contingunt. Nam in honoribus parandis, aut opibus, aut famâ, dignitatéq; multis tota fermè ætas conteritur, ut immensis ac diutinis curis nihil aliud videantur assequuti, quàm ut locupletes aut optimates moriantur. Ità fit, ut nec ipsi suis bonis admodum fruantur, nec aliis magnopere sint præsidio. Quo sanè nomine tua sublimitas mihi longè fortunatissima videri solet: cui quicquid vel à natura dari, vel à fortuna conferri potest, contigerit ultrò, contigerit affatim, contigerit maturè, quo nimirum & ipse tuis bonis diutissimè frui possis, & de plurimis quàm optimè mereri. Nam præter ingenii felicitatem, præter corpus ad omnem virtutis usum functionemq; probè sculptum & concinnatum, tantum autoritatis, tantum dignitatis, tantum opum, hinc summi Pontificis indulgentissimus favor, hinc clarissimi Principis *Civerii* patrui tui plusquam paterna pietas in te congessit, ut amplius vix optari queat, nec supersit ullum dignitatis fastigium, nisi quod uni tantùm optari possit. Cæteris igitur multis in rebus luctandum est, si velint ad felicitatis fastigium emergere: tibi cum cætera suppeditata sint omnia, nihil supereſt nisi unicum studium, unicáq; cura, videlicet ut id quod facis facias, animi decora tibi pares, istius fortunæ magnitudine digna. Hæc sola non largitur nec naturæ favor, nec indulgentia fortunæ, sudore, studióq; redimantur oportet: haud alio precio superi mercem hanc mortalibus venalem esse voluerunt, ne monarchis quidem aut satrapis. Neq; enim quisquis imponit diadema, idem mentem addit Regi dignam. Generis claritas, aut populi favor imperium dare potest, pectus imperio dignum non potest: & tamen hoc si desit, qui mandavit honorem, sarcinam addidit, non dignitatem. Verùm ita demum admiranda quædam & eximia dignitas exoritur, si naturæ fortunæq; decora sic animi dotes illustrent, ut ab his vicissim lucem accipiant: imò si fieri potest, obscurentur. Ille deniq; verè magnus est, qui vel adempto diademate, magnus esse perseveret. Multis obstat generis obscuritas, aut res angusta domi, quo minus ad eximias virtutes, quæ non nisi paucis, quos æquus amavit *Jupiter*, contingunt, queant eluctari: aut si pervenerint, non perinde licet alios bene merendo sublevare. Cæterùm si quis extiterit, in quẽ unum non secus atq; olim in *Pandoram* deorum omniũ omnia munera collata sint: simul horum bonorum chorus competierit, is mihi videtur numinis cujusdã instar habere, superùm benignitate in hoc datus, ut beneficentiam suam quàm latissimè diffundat in omnes. Fungetur autem officio suo, primum si agnoscat dotes suas: sunt enim juxta poetam eximium, qui parum nôrint sua bona: deinde si meminerit, quicquid adest bonarum rerum, id omne Domini esse peculium, in hoc creditum, ut juvandis proximis impensum, copiosam usuram referat Domino, talium lucrorum avariſſimo. Sed in primis adsit animus excelsus, & rerum leviculârum, quas sordidum vulgus admiratur, contemptor, quíq; ceu murus aheneus ab honesto deflecti non possit: Atque hanc ubique regulam sequutus, universam suæ felicitatis παναρλίαν in reipublicæ subsidium conferat, quando hoc in primis numini peculiare dixit antiquitas, *Juvare mortalem*. Ad hanc imaginem proximè accedant necesse est, quos æterni numinis favor in isto rerum fastigio collocavit. Addet calcar

animo, si se cogitet velut in amplissimo theatro consistere, totius orbis oculis in unum conjectis, nihil expectari ab ipso plebeium aut vulgare, in exemplum rapi quicquid dixerit aut fecerit. Etenim si histriones habet sollicitos, quomodo susceptæ fabulæ, quomodo theatro respondeant: quanto magis curæ debet esse magnatibus, ut dignitati suæ, ut orbis expectationi respondeant. Quo te pluribus titulis ornavit fortuna, hoc impensiùs enitendum, ut sorti lucrum respondeat. Neq; enim clam esse potest, quid expectetur ab Abbate, quid ab Archiepiscopo, quid à Cardinale, quid ab eo, cui natalium imagines ac decora prælucent: denique quid à duce. Non ita magnum est dignitatem amplissimam susscipere: susceptam tueri ac sustinere longè difficillimum est. Rectè dictum est illud, *Pulchrius esse nonnunquam honorem meruisse quàm obtinuisse*. At longè pulcherrimum arbitror, dignitatem amplissimam citra ambitum assequutum esse, ac susceptæ sic modis omnibus respondere, ut non tu per illam illustris, sed illa per te videatur illustrata. Ac bona pars eximii Principis est, certo velle bonum Principem agere. Id si à quoquam alias unquam sperandum fuit, de te certè tam multæ res nobis tam magnificè pollicentur, ut non temere certam fiduciam animo præsumamus omnes. Multis argumentis tua juventus jam nunc sui specimen nobis edidit, majora sunt quæ indoles ista ac virtus velut herbescens adhuc, & quotidianis auctibus ad maturitatem properans gliscénsq; promittit. Porrò quanquam virtutis seminarium indiderit natura, res, ut fatear, egregiè potens; tamen huc non leve momentum adfert, cordatos, integros, eruditos, gravésque viros in consiliis, in officiis, in domesticis colloquiis semper habere: sed multo maximè conducit, quemadmodum facis, in optimis literis per ætatem non segniter exerceri, præsertim iis, quæ ad egregium Principem gerendum vel addunt stimulos, vel viam aperiunt: tametsi factum videmus, ut quosdam eximios Principes, disciplinæ licet alieniores nobilitârint, veluti *Mithridatem* linguarum, reiq; medicæ peritia, C. Cæsarem Matheseos cognitio. Multa suggerunt amici, sed nulli plura quàm boni codices, quos *Cato* vel in ipsam usque curiam comites habere consuevit, lectitans interim aliquid, dum senatus cogeretur. Ut igitur non omnis disciplina perdiscenda Principi, ita major est librorum numerus, quàm ut omnes vacet evolvere: proinde ex utrisque quod optimum est, quódq; proximum ad rem Principis facit primo loco discendum est. Nec enim expediat hominem Reipublicæ natum, assiduâ meditatione studiorum in mutis, ut vocant, magistris situm ducere: quin potius quemadmodum *Plato* civium suorum animos gymnasticæ musicæq; temperatura fingit: ita decet summatim vitam vicissim studiorum ocio rerúmq; gerendarum negotio temperari. Sed quò rapior, oblitus epistolam scribere me, & scribere Principi tam excellenti, cujus prudentia me monitore non eget, sed felicitas magis exigit ut gratulemur. At volupe fuit in bonorum tuorum commemoratione diutius versari, præsul hujus ætatis præcipuum ornamentum, quibus optamus semper aliquid accedere, ut nobis novum subinde gratulandi argumentum suppeditetur, dum tu indies te ipso major ac melior redderis. Quod alternis nunc linguam, nunc calamum exerces, majorem in modum probo, quo lubentius tibi parui, licèt alioqui districtissimus, ut stylum tuum provocarem. Habes epistolam hanc malè scriptam, ac vereor etiam ne τὸ πρᾶγμα molestam, quod non minus prolixa sit quàm incondita. Verùm hac in parte nobis æquior sis oportet, qui tibicinem *Arrhabium* in te provocarim. Si dignaberis hunc *Erasmum* famulitio tuo ascribere, ego faxo vicissim ut tibi inter *Guilielmos* sit locus præcipuus, quando nomen hoc mihi certo fato quodam amicum ac prosperum esse video. Longum sit recensere omnes, sed te non pudebit opinor, *Guilielmum* Archiepiscopum *Cantuariensem*, *Guilielmum Montjoium*, *Guilielmum Budæum* habere comites. Si quid erit in quo tua sublimitas nostram opellam desiderabit, quod voles injunget homini cupidissimo tibi gratum faciendi. Bene vale. *Lovanii*, Anno millesimo quingentesimo decimooctavo.

G. Croius Cardinalis Erasmo Roterodamo suo S. D.

ACcepi epistolam tuam mi *Erasme*, quam quibus verbis laudem profectò nescio, tam est elegans, tam erudita, tui tuarúmq; simillima, cùm dum respondeo, illud est mihi abste impetrandi, ut facilè feras me non aliter quidem atq; tu sentire, sed aliter certè disserere: idq, ego sciam, ut ille apud *Platonem Glauco* justitiam vituperans, quo ad laudes illius tantæ virtutis *Socraticam* provocaret facundiam. Quum velut per gradus quosdam ad animæ felicitatis commemorationem venis, probare magis videris *Peripateticam* de bonis opinionem quàm *Stoicam*, eámq; dicis ad communem hominum sensum pariter ac vitam magis congruere: quod argumentum si ullius est momenti in ratione beatitatis asserenda, facilè secta omnes vincet *Epicurea*, quæ tam popularis est, ut maxima sit hominum pars, quæ putet nos ad nihil voluptatem natos esse. Atqui video te parum moveri turbâ cerdonum, sartorum, culinariorum, laniorum, opificúmq; reliquorum, & testimonium ab illis præstantissimis requirere viris, qui summo ingenio præditi, summáq; eruditione non temere huc atq; illuc feruntur, id est, quocunque opes voluptatésq; impellunt, sed supra humanos constituti casus, nullis affecti perturbationibus res ipsas liquidò perspiciunt, & ad vivum, quod aiunt, resecant. Hi verò quonam modo disputent, quæso videamus. Agamúsque nos *Stoico* more paùlò subtiliùs, nec mireris si ad hanc disputationem minimè attulero popularem eloquentiam copiosam illam forensem, quam etiam vix assequerer vel in ipsa voluptate apud multitudinem commendanda: neque enim sumus omnes *Erasmi*, qui ita de magnis disserit, ut nihil fieri possit familiarius; ita de parvis, ut nihil sublimius; ita de obscuris, ut nihil dilucidius; ita de paradoxis, ut nihil probabilius. Sed ad id quod instituera, si opes, si copiæ, valetudo, robur, forma, aliáq; & corporis, & externa quæ tu vocas bona, aliquid momenti ad felicitatem ipsam afferunt, quo hæc fuerint majora, eo profectò ampliorem præstantioremq; beatitudinem faciant, necesse est: ita ut longè beatior sit formosus & dives paupere deformi: quod si addideris opes, copias, honores, potentiam, imperium, amicos, natales, robur,

robur, celeritatem, quàm ille multis parasangis in cursu felicitatis virum bonum relinquet, qui his caruerit? quo fiet ut *Socrati* illi numini philosophorum cum tota illa sua virtute vix unus ad felicitatem gradus confectus fuerit, quod est penè impium dicere: nam si singula illorum ad beatitatem aliquid faciunt, omnia simul adeò multum profectò facient, ut beatior is futurus sit qui ea habeat, quàm bonus vir illis orbatus: atq; ita *Neronem* facilè fuerit tam sævum tyrannum *Epicteto Stoico* servo diis & mortalibus gratissimo beatiorem dicere. Aufer obsecro à *Socrate* turpitudinem illam corporis, ignobilitatem generis, uxorias molestias, egestatem, inopiam, da formam, da stemmata generis, da obsequentissimam uxorem, confer opes, honoresque eximios, quid amplius, quid excelsius, quid admirabilius habiturus es in hoc *Socrate*, quàm in illo fuit? Quid tu ais mi eruditissime *Erasme*, opes sunt bona, sunt pulchritudo & vires bona, cur igitur nemo his fit unquam melior? *Cicero* in quo fuit tanta verborum *Latinorum* peritia, quanta in ipsa tota *Latina Roma*, ut nôsti, mirari se dicit opes à priscis *Romanis* bona esse appellata, cùum nihil sint minus, neque id vocabuli satis esse illi rei aptum. Putas tu æruginem quandam vilissimam vel auri, vel argenti, serica vestimenta, aulæa, domos magnificas multum beatitati addere? Si hæc ergo nunquam humanus invenisset luxus, nullus absolutè fuisset beatus? existimas formam, id est, colorem quendam album rubore temperatum ex felicitate esse, nullus nè ergo felix Æthiops? certè nullus nostrâ sententiâ, si hac ex parte æstimatur felicitas, ut sententiâ illorum nullus apud nos, si modò rès ipsi eadem quâ nos metiuntur decempeda, vulgari nimis & judiciis crassis populorum accommodata. Et ut loquamur etiam ex sacris literis, quemadmodum utrunque nostrum decet, me utpote Episcopum, te utpote interpretem tam diligentem & syncerum earum: quæ regna, quas opes addis *Christo*, ut sit futurus felicior quàm fuit in mundo? Sed de hoc taceamus, quippe, Deus ipse Rex est regum, fuitque semper, & Dominus dominantium. *Petrus* certè gloriatur se neque aurum habere, neque argentum. Quid agis *Petre*, cur tibi detrahis non malam felicitatis partem? Adde *Paulo Romanum* imperium, illi inquam *Paulo*, qui se gloriari ait in calamitatibus, ut homines vocant, atque adversis, an habebis beatiorem, an majorem, an magis admirandum *Paulum*? Vin' tu utî voce illa *Quintiliani* in pariete palmato, *quos miseros fecere virtutes?* Cave vocaris miseros illos, quos pronunciat *Christus*, veritas ipsa, tum demum beatos quum eos fuerint homines insectati propter se. His volui tecum agere cum bona venia tua, ut ego me ipse exercerem in hoc argumento, non tamen ita spatiatus in hoc loco, ut oblivisceret me epistolam scribere: tu nostrum hoc exercitamentum consules boni. Venio ad alias partes tuæ quàm suavissimæ Epistolæ: ita deinde admones me officii mei tu *Peripateticus*, ut ista præcepta vix vel ab ipso possent expectari *Cittieo Zenone*. Ejusmodi obsecro frequenter ad me mitte, ut te præceptore quonam modo me gesturus sim, sciam. Ego enim & si non sum ex primo illo optimo genere hominum, per sese qui omnia nôrunt, essem longè libentissimè ex proximo, parent qui recta monenti: & spero me ita ducturum vitam, ut meo & charissimi patrui honori non desim: cujus in me charitatem meritò plusquam paternam appellâsti. Neq; enim posset me tam arctò amore complecti, & si mihi bis pater esset, cui etiam ego plus me debere profiteor quàm patruo & patri beneficentissimis simul. De eruditione illud ego in primis optarem fieri, si posset, ut *Græcam* illam ἐγκυκλοπαιδείαν absolverim, quòd si id per immensa non licuerit negotia, certè ut consulis melioribus me dedam disciplinis, atq; iis ad quas meâpte sponte & naturâ feror, ad mansuetiores Musas, ad elegantiam sermonis *Latini*, nonnihil etiam *Græci*, ad eam philosophiam, quam in civitates domósq; invexit *Socrates*, *Ethicen* appellant, quæ mihi ad gerendam Rempubl. multò commodissima semper visa est. Juvat jam verba quædam tua recensere: Sed quo rapior oblitus epistolam scribere me, & scribere Principi tam excellenti: oblitus certè es mi dulcissime *Erasme*, te scribere ei, cui si literas dares totâ *Iliade* longiores, nondum ipsum legendo tua satiares, non auferres dulcedinem tuarum rerum, augeres potius semper. Quod verò de famulitio loqueris, non opus est ejusmodi verbis tu agas mecum, socium te appella meorum studiorum, aut melius te præceptorem, me discipulum. Porrò quod de *Guilielmis* dicis, gaudeo mihi nomen tibi amicum contigisse, neque verò me pudebit unquam clarissimum & omni virtutum numero consummatum *Guilielmum Varamum* Archiepiscopum *Cantuarien.* socium quavis in re habere, non illustrem & strenuum Principem *Montejovium*, quos tu ita passim commendas, de quorum virtutibus ego tam multa à plerisque accepi, ut adduci non possim, quin existimem summos illos esse viros atq; excelsos. Quid loquar de *Guilielmo Budæo*, amoribus atq; deliciis Musarum & *Græcarum* & *Latinarum*? cujus laudandi nunquam *Vives* meus finem facit, cujus *Budæi* studia, monumenta, ingenium, eruditionem, linguam, mores colo, suspicio, veneror, admiror, adoro. Inter hos malim multò me annumeres, quàm inter quosvis alios opulentissimos Principes horum dissimiles. Vale mi *Erasme*, & loquacitati nostræ ignosce, simul quum fuerit ocium rescribe. Quoniam existimavi te haud facilè meum characterem lecturum idcirco usus sum amanuensi. *Lovanii*, Anno M. D. XVIII.

Reverendissimo Domino D. Guilielmo Croio Cardinali & Archiepiscopo Toletano Erasmus Roterod. S.D.

REverende Præsul ac Princeps illustrissime, proximis literis jocabar vereri me nè tibi provocâsses *Arrhabium* tibicinem. At idem versis rerum vicibus in me recidisse videtur. Adeò non solùm omnibus quamvis prolixæ illius epistolæ partibus respondes, verumetiam obtorto collo in latissimum philosophicæ disputationis campum trahis, argumentum non unius voluminis ordiens. Quod ni mihi perspectum esset ingenium tuum ad omnia versatile, nonnihil addubitarem, nè tibi ista scribenti sophista quispiam in consilio fuerit, adeò quædam arte detorques, alióque quam dicta sunt rapis In præsentia non congrediar tecum justâ acie, sed paucis attingam pauca, *Epist. 8.*

pauca, non immemor epistolam scribere me. Porrò quando testaris te utcunq; dissenseris sentire mecum, non possum non & ipse tecum sentire, utcunq; dissentiero. Sic aiunt & *Peripateticos* rebus ipsis convenire cum *Stoicis*, verbis duntaxat ac ratione præcipiēdi discrepare. Porrò cum idem doceant, tamen *Peripateticos* hoc nomine præfero *Stoicis*, quòd illi paradoxis utantur, multum abhorrentibus à vita sensúq; communi; hi veluti demittant sese magis ad populārem captum, non aliò tamen spectantes quàm spectant *Stoici*. Sic *Plato* vult suū sapientē ab illa mirabili luce rerū, quæ verè sunt, ad umbras vulgi descendere, quo magis prodesse possit: sic æterna sapientia nobis ubiq; ferè balbutit. Nec ideo protinus optimum est, quicquid infimæ fæci vulgi maximè placet: huc enim detorques, sed violentè verius quam appositè. Quem autem moverit, si quis *Stoicus* clamitet, regnum, opes, prosperam valetudinem, nullo pacto bona esse? Rursus, servitutem, paupertatem, morbum, senectutem, mortem, nihil esse mali? Omnes felicitatis numeros conclusos, in habitu nescio quo sapientiæ? Hæc certè frigent & apud eruditos, apud vulgus hominum etiam ridicula sunt. At si quis neget hæc anxiè quidem expetenda, verùm si fortè obtigerint vertenda esse in materiam organúmq; virtutis: hujus oratio placabilius descendet in aures animósq; non dicam, cerdonum, sartorum, culinariorum, quos tu commemoras, sed magistratuum, Principum, Episcoporum, addam etiam Theologorum: nam hac in re nec *Latomum* à me dissensurum opinor, quantumvis in negotio linguarum dissentire putatur. Neq; tamen continuò probat vulgus, quicquid frequentissimè sequitur, nemo non damnat inhonestam voluptatem, nemo laudat temulentiam. Nos de judicio loquimur, non de cupiditatibus ac morbis animorum. Sed nè prolixi simus, primo loco sic ratiocinaris: *Si corporis ac fortunæ commoda bona sunt, quo copiosiùs ea contingunt, hoc feliciorem reddant necesse est.* Primum meminisse debes, hoc genus bonorum, quantumvis accumules, non adferre beatitudinem, sed accessione beatitudinem quam sola virtus præstat absolvere, certè quod ad usum virtutis attinet. Deinde quanquam ista conferunt ad felicitatem, non continuò sequitur juxta modum horum & felicitatem accrescere. Cibus ac potus conducit ad hominis vitam tuendam, at non continuò maximè vivit, qui plurimo utitur cibo. Præter unam sapientiam nihil est in rebus humanis tam commodum, quin fiat incommodum, si sit immodicum: forma moderata multos commendavit, multis exitio fuit immodica. *Pythagoræ, Scipioni Africano, Trajano* Cæsari non parum autoritatis conciliavit formæ dignitas. Jam verò tibi videtur etiam impius, cui *Socrates* vel pilo felicior videatur, si quis Deus illius animo formam, opes ac genus adjunxisset. Ut nihil aliud, certè pluribus profuerit. At virtutis finis est in usum multorum diffundi, nunc illius virtus paucissimis civium bono fuit, ipsi etiam exitialis. Porrò quot parasangis præcurrat his bonis instructus, non est meum metiri, mihi satis est aliquam felicitatis accessionem adjungi. Rursus expendere convenit hæc bona, non numerare, quod tu facis, qui virtutem hisce rebus destitutam, vix unum facis gradum ad felicitatem. Una virtus tantum habet momenti, ut sola conficiat felicitatem: tantóque præstantior est cæteris bonorum generibus, ut nec in appellationem bonorum recipiantur illa, nisi quatenus virtuti famulantur. Ex quibus satis liquet hoc loco, non satis in tempore *Neronem* sceleratissimum tyrannum cum *Epicteto* philosopho integerrimo comparari. Ut *Neroni* non profuit imperium aut opes, quo minus esset infelix: ita si *Epicteto* optimo viro hæc commoda accessissent, fuisset ad exercendam virtutem non paulo instructior. Ad hæc rationem hunc in modum: *Si bona sunt, cur horum prædito nemo fit melior?* Primum qui suas opes à majoribus relictas, aut alioqui bene partas effundit in subsidium pauperum, aut si quis opum usu sanctior, non huic opes adminiculo sunt, ut indies ipso melior evadat? nisi fortè non putamus accessione benefactorum, & virtutis gradibus adjungi nonnihil. Deinde non fugit hoc tuam prudentiam, non eâdem ratione opes, formam, valetudinem, aliáq; id genus bona dici, quâ virtutem. Sic enim hæc bona vocantur, quemadmodum Regum caduceatores Reges dicimus, quod Regibus serviant. Quæ *Stoici* fortassis appellarint commoda, *Peripatetici* dilatatâ ratione nominis bona quædam appellant. Virtute nemo potest abuti, his abutuntur multi, sed suo, non rerum vitio. Rursus sunt quædam pro incommodis male vocata *Peripateticis*, quæ sæpe tamen veniunt in materiam virtutis, & fortassis plures commodat paupertas quàm opulentia moderata. At Cicero admiratur à priscis *Latinis* rem familiarem bona dici, sed nisi fallor, *Stoici* personam agens hoc admiratur. Aliter Deus dicitur bonus, aliter viribus, aliter æquus, aliter nummus. Quorsum autem attinet mirari, corporis sanitatem, ac vires bona dici, cum juxta philosophos protsus eadem competat entis ac boni appellatio? Nec de iis loquor quæ luxus reperit, etiam si hæc quoque malè reperta, nihil vetat in meliores usus verti. Illud falsius est quàm argutius, si felix non est, nisi cui color est candido rubróq; mixtus, nullus *Æthiops* felix. Non enim continuo formosus quisquis hoc colore sit, neq; quicquam vetat quo minus Æthiops apud Æthiopes suo nigrore formosus sit. *Christo* si nihil accessit, quid est igitur quod toties petit à patre: quid est quod gloriatur sibi datam potestatem in cœlo & terra? sed *Christum* huic disputationi, quando ita videtur, non admisceamus. Quod apostolos pauperes esse voluit, non docet opes esse malas, sed noluit evangelii gloriam hujus mundi præsidiis ascribi. Nec inficior sæpe incidere ut hæc sint abjicienda, si id postulet pietas. Nunc mihi vicissim respondeas, si hæc bona non sunt, quâ fronte ea publicis etiam precibus flagitamus, ab eo qui nihil largiri nec velit nec potest, nisi bona? Absit autem ut dicamus miseros, qui virtute prædīti sunt, imò felicissimos dicimus, sed consummatiùs felices, quibus hæc adsunt vel sponte oblata, vel cum laude quæsita, nisi quid secus postulet temporis ratio. Desinam philosophari si uni etiam rogatiunculæ respondeas. Finge mihi duos, alterum formâ *Thersitæ*, paupertate *Irum*, valetudine miserrimâ, linguâ balbâ, futili memoriâ, ingenio plumbeo, genere pudendo, invisum omnibus, exulem, deniq; senem decrepitum; alterum virenti ætate, formæ dignitate venerandum, felici valetudine, linguâ vocali & expeditâ, memoriâ fideli, ingenio dextro, potentem

tentem opibus, clarum natalibus, poſtremo ſummâ dignitate ſuſpiciendum omnibus: fac interim adeſſe tibi mentem viro probo dignam, quæ primùm amet optima; deinde quæ cupiat de omnibus quàm optimè mereri, adeſſe deum aliquem, qui jubeat ut utrum malis eligas, nam continò futurum te, quod delegeris, dic mihi bona fide hunc an illum eliges? Et videtur indignum boni nomine, quod vir bonus potius eſſe duxerit? Sed urgebis, *Si bona ſunt, cur ea jubemur contemnere?* Contemnit qui hæc præ virtute negligit, cõtemnit qui non his fidit, contemnit qui ſibi non poſſidet, contemnit qui benignè erogat, contemnit qui non affligitur ablatis, ſi quando fortuna quod ſuum eſt repetit. Felix non eſt qui his tantum ſibi felix videtur. Felix non eſt, qui his orbatus felix eſſe deſinit, ἀλλὰ φιλοσοφίας ἄκτηρ δρυὸς ἄλις. Quod tua celſitudo non gravatur, vel à nobis admoneri, non poſſum non probare modeſtiam animi tui, quam nè tantus quidem fortunæ ſplendor potuit viciare: quanquam à nobis illa non tam monendi ſtudio dicta ſunt, quam excitandi ſtyli tui gratiâ. Quòd ſic affectus es erga diſciplinas maximo Principe dignas, magis iſto nomine te felicem judico, quàm ipſo galero, quantumvis auguſto. Quòd *famuletis* vocabulum prorſus rejicit tua modeſtia, liberum tibi facio, ut quocunq; me nomine voces, modò inter tuos numeres. Ut humanitas tua non faſtidit *Guil.* trium contuberniũm ita non dubito quin illi tui nominis acceſſione gaudeant obſcurari, ſi tamen iſtud eſt obſcurari, ac non potiùs acceſſione lucis illuſtriorẽ fieri. Suffuratus ſum unam aut alteram horulam nè viderer prorſus officio meo defuiſſe. Brevi uti ſpero copioſiùs ſtudium animi noſtri erga tuam celſitudinem declarabimus, quam opto ſemper quàm optimè valere. *Lovanii*, Anno M. D. XVIII.

Leoni X. Papæ Eraſmus Rot. S.D.

BEatiſſime pater, exiit jamdudum in manus hominum Novum Teſtamentum, rurſum à me non æſtimandis ſudoribus novatum, unà cum annotationibus acceſſione non mediocri locupletatis. Exiit autem ſelicibus, ut videtur, auſpiciis, non modò *Romani* Pontificis titulo, verumetiam *Leonis* vocabulo commendatum, quo non aliud nomen orbi *Chriſtiano* gratius. Antehac quotquot erant verâ pietate præditi, venerabantur ut tibi ceu numini conſecratum: nunc avidiùs etiam amplectuntur, ut ſummi Præſulis oraculo comprobatum. Parum religioſum eſt, non venerari quod dicatum eſt religionis antiſtiti, ſummæ verò dementiæ ſit, ſi quis homuncio tentet rejicere, quod amplectitur ſummus *Chriſti* vicarius: privatâ temeritate damnare, quod approbat ſummus divinæ mentis interpres, cujus autoritati debemus, & quod euangelio credimus. Nam ipſe nihil hic mihi laudis vendico, præter animum juvandi ſtudio nihil vigiliarum recuſantem. Tuum eſt, quod opus avidiſſimè rapitur ab eruditis omnibus, tuum quod amatur, quod manibus teritur, quod per hoc paſſim omnes inflammãtur ad ſacrarum literarum amorem. Quos prioris editionis novitas nonnihil offenderat, hi nunc reſipiſcunt, & errorem agnoſcunt ſuum. Qui hactenus è putribus lacunis perturbatam quandam ac frigidam Theologiam hauriebant, nunc è puriſſimis fontibus *Chriſti* & apoſtolorum haurire malunt. Priorem editionem candidiſſimus quiſq; & eruditiſſimus amplectebatur. Poteram horum ſuffragiis eſſe contentus: nam cui non ſatis ſit præcipuis placuiſſe, quando nulli adhuc mortalium contigit omnium emeruiſſe ſuffragia? Hanc mirè conſentientibus calculis approbant omnes, exceptis perpaucis, quorum alii ſtupidiores ſunt, quàm ut poſſint rectis rationibus coargui: alii ſuperbiores, quàm ut velint meliora diſcere: alii pertinaciores, quàm ut non pudeat in malè cœptis parum eſſe conſtantes: nonnulli natu grandiores, quàm ut ſperent ſe facturos operæ precium: quidam ambitioſiores, quàm ut ſuſtineant videri neſciſſe quicquam antehac, ſed omnes ejuſmodi, ut non referat talium ambiſſe ſuffragium. Siquidem non inſcitè dictum eſt illud *Senecæ, quoſdam eſſe tales, ut pulchrius ſit ab his vituperari, quàm laudari.* Et inter hos vix quiſquam eſt, qui noſtra legerit. Metuebant tyrannidi ſuæ, quidam etiam quæſtui, ſi mundus reſipiſceret. Quid ſibi perſuaſerint neſcio, certè rudibus & indoctis perſuadere conantur, linguarum cognitionem bonáſq; quas vocant literas adverſari Theologiæ ſtudio, cum nullis diſciplinis ea magis vel ornetur vel adjuvetur. Hi (ut ſunt omnibus Muſis & Gratiis iratis nati) ſine fine belligerantur adverſus ſtudia, ſeſe noſtris temporibus ad meliorem frugem erigentia. Summa verò victoriæ ſpes in meris ſycophantiis illis eſt ſita. Si libris agant, nihil aliud quàm ſuam traducunt ſtultitiam, ſimul atq; inſcitiam. Si rationibus conflictantur, nimirum ſuperat manifeſta veritas: tantum apud imperitam plebeculam ſtultáſq; mulierculas vociferantur, quibus imponere facillimum eſt, præſertim religionis prætextu, cujus ſimulandæ miri ſunt artifices. Prætexũt horrenda nomina, hæreſes, antichriſtos: jactitant periclitari, nutaréq; religionem *Chriſtianam*, quam ipſi ſcilicet ſuis humeris ſuſtinent, atque his tam odioſis admiſcent mentionem linguarum, ac politioris literaturæ. Hæc, inquiunt, horrenda dictu, naſcuntur ex poetica, nam hoc vocabulo traducunt quicquid eſt elegantioris doctrinæ, hoc eſt, quicquid ipſi non didicerunt. Hujuſmodi nænias non pudet etiam in ſacris concionibus deblaterare, qui ſe præcones euangelicæ doctrinæ haberi poſtulant. Abutuntur & *Romani* Pontificis & *Romanæ* ſedis nomine, videlicet apud nullos, ita ut par eſt, non ſacroſancto. His technis, his cuniculis adoriri parant efflorescentes optimas literas, ac puriorem illam Theologiam, ſuos fontes reſipientem. Nihil non tentatum eſt, nullum calumniæ genus non excogitatum in eos, quorum operâ vident hæc ſtudia gliſcere: inter quos me quoque numerant, qui quantum attulerim momenti, neſcio, certè magno conatu ſum adnixus, ut homines ab his frigidis argutiis, in quibus tantum conſeneſcebant, ad purioris pariter ac ſeverioris Theologiæ ſtudium accenderem. Neq; laborem hunc mihi prorſus fruſtra ſuſceptum eſſe, vel hinc intelligo, quod quidam ſic in me ſæviũnt, quibus ægrè eſt quicquam in precio eſſe, quod ipſi nec docere poſſunt, & erubeſcunt diſcere. Aſt ego primum *Chriſto* teſte, cui potiſſimùm meæ vigilant literæ, deinde tuæ ſanctitatis judicio, ad hæc recti conſcientiâ; poſtremò tot inſignium virorum ſuffragio fretus, iſtorum latratus ſemper neglexi. Hoc quantulumcunq; eſt ingenium, ſemel *Chriſto* dica-

dicatum est, unius hujus gloriæ serviet, serviet ecclesiæ *Romanæ*, serviet ecclesiæ Principi, præsertim autem sanctitati tuæ, cui me plusquam totum debeo. Poteram aliis argumentis tractandis ad opes, ad dignitates provehi: gravissimis testibus docere possum verum esse quod dico. Hoc lucrum mihi visum est potius, *Christi* gloriæ servire malui, quàm meæ. Semper à puero mihi curæ fuit, nè quid aut impiè scriberem, aut spurcè, aut seditiosè. Quod si quid etiam olim per ætatem licentiùs effutivimus, hanc certè ætatē nihil decet, nisi serium ac sanctum. Nullus adhuc meis scriptis factus est vel pilo nigrior: nullus minus pius: nullus meâ causâ tumultus ortus, aut oriturus. Hoc animi decretū nulla vincet obtrectatorū improbitas. Quid alii scribant ipsi viderint, ego servum alienum non judico, suo domino stat aut cadit. Doleo tamen majorem in modum quorundam amarulentis contentionibus labefactari tranquillitatem studiorum, ac rei *Christianæ*. Neq; res jam intra argumentorum conflictationem consistit, atrocibus utrinq; convitiis pugna crudescit, dentatis libellis res geritur, ac reciprocantibus maledictis tumultus in rabiem exit. Nemo non labitur alicubi, nisi qui homo non est. At decet humanos lapsus, si tales sunt ut non oporteat ad eos connivere, *Christiana* lenitate corrigere. Nunc depravant & quod rectè dictum est, sæpe & quod non intelligunt. Amarulentis dictis exacerbant quibus poterant *Christianâ* mansuetudine mederi: alienant sævitiâ, quos comitate poterant retinere. Protinus *hæresis* vocabulum in ore est, sicubi dissentiunt, aut videri volunt dissentire: si quid parum arridet, seditiosè quiritantur apud crassam & indoctam multitudinem. Hæc aliquoties parvis initiis orta, sæpenumero vastissimum gignūt incendium, fitq; ut malum, quod initio ceu leve negligebatur, paulatim auctum tandem erumpat in grave discrimen tranquillitatis *Christianæ*. Hâc quidem in re multum laudis debetur optimis monarchis, qui autoritate suâ dissidium hoc oriri cœptum sedârunt, velut *Henricus* ejus nominis octavus apud *Anglos*, *Franciscus* hujus nominis primus apud *Gallos*: Apud *Germanos*, quòd ea regio in Regulos complures dissecta est, non potest idem fieri: apud nos, quoniam & nuper Principem habere cœpimus, atq; eum habemus optimum quidem pariter & maximum, sed ingenti semotum intervallo, tumultuantur adhuc impunè quidam. Proinde mihi videtur *T.S.* rem factura *Christo* longè gratissimā, si contentionibus hujusmodi silentium indixerit, atq; id præstet in orbe toto *Christiano*, quod *Henricus* & *Franciscus* in suis uterq; regnis præstitere. Tua pietas summos Reges redigit in concordiam: superest, ut per eandem & studiis sua reddatur tranquillitas. Id fiet si tuo jussu homines qui loqui non possunt desinant obgannire politioribus literis, & ad benedicendum elingues desinant in linguarū studiosos maledicere, sed suam quisq; professionem gnaviter tueatur citra contumeliam alienæ. Ita fiet ut graviores illæ quas vocant facultates, Theologia, Juris prudentia, Philosophia, Medicina, harum literarum accessione non mediocriter adjuventur. Sine, ut hoc quoq; beneficiū debeant bonæ literæ, quæ jam beatitudini tuæ nihil non debent, quā in multam ætatē religioni suæ instaurandæ, propagandæq; tueatur *Christus* Opt. Max. *Lovanii*, Idus August. Anno M. D. XIX.

Albertus Cardinalis Mogunt. Erasmo S.D.

QUanquam gravissima sunt, ac omnium nomine maximè necessaria, quæ nos cum tua sollicitudine multū exercent hoc tempore *Erasme* doctissime, ut qui non privati alicujus negotiora destineamur, sed deligendi totius orbis Imperatoris munere fungi cogamur, tui tamen intersumus impigrè ac libenter memores. Itaq; nihil arduum adeò obversari potest, quod nobis eruditissimarum tuarum literarum, quoties illæ, & ubi ubi reddantur, lectionem interturbet. Tóq; eximus plurimum, ut nos frequenter ad hunc modum interpelles. Jam enim tibi persuade, toties exultare nos, quoties tuam aliquam epistolam accipimus. Id quanquam in te præcipuè verum est, tamen non parum interim nobis placet doctorum hominum, undecunq; ea accesserit, notitia. Itaque *Ricardum Pacæum*, invictissimi *Angliæ* Regis oratorem, commendatum nobis suâ primum virtute, quæ nec prius fuerat incognita, nimirum eruditorum virorum oratione nobis sæpe prædicatum deinde Regis sui, & Cardinalis *Eboracen.* literis, tuo postremò testimonio, charum habemus, complectimur cupidissimè. Tu perge sacras literas, & divinam Theologiam admirando illo tuo more locupletare. Sic enim fiet, ut barbara esse desinat, si qua maximè fuit natio. Ad quod felicitatem tibi omnem, & ex animo successum optamus, nostram ad id opem operámq; pollicentes. *Hactenus* nostrum, vel idcirco, quia amari abste intelligimus, libenter diligimus. De libello nobis per te dicato, nihil est quod turberis, haud gravatim tulimus ab alio aliis adscriptum illum quoquo quidem nobis tu ante destinaveras. Reminiscere & nostrum statim munusculum. Tu interim vale ex civitate imperiali *Francfurdia*, die decimonono mensis Junii Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Alberto Card. Mogunt. S.D.

IN tam immensis studiorum laboribus laborescenti nonnunquam non modò calcar, sed & robur addit adeò propensus tuæ celsitudinis favor, cui in negotio, cum per se omnium maximè (quid enim majus, quàm orbi dare Cæsarem?) tum multis etiam difficultatibus transversim incurrentibus, vehementer perplexo, vacaverit, & nostras tam inconditas literas legere, & lectis non inteligenter respondere. Gratias agerem celsitudini tuæ pro tam singulari in hunc hominunculum civilitate, ni magis gratulari liberet orbi *Christiano*, cui sapientissimorum Principum, & in his tu præcipuè opera *Carolus* Imperator contigerit: is hac tempestate meritò visus idoneus, qui cum tantam imperii molem sustineat, tum *Maximiliano* succedat. Et fortasse minus erat difficile reperire qui oneris magnitudini par esset, quàm qui Cæsaris demortui virtutibus responderet. Omnibus verò summa spes est forè, ut *Carolus* nostræ avita decora nobis referat, æquétque, non enim ausim dicere superet, sed tamen ausim optare tacitus. Deinde ea est *Caroli* felicitas ut imperii titulo, qui superioribus aliquot seculis plus habuit juris quàm autoritatis, par responsura videtur potestas. Nam complures magnos reddidit commissum imperium, *Carolus* ipsi imperio dignitatem

dignitatem adjunget. Aliis imperii nomen adferebat jus orbis, *Carolus* orbis principatum adferet imperio. Denique est ætate, ut propitii numinis præsidio speratu sit, ut sub eo Principe quàm diutissimè floreat orbis *Christianus*. Et ejusmodi regnis imperat, ut nemo magis sit formidandus barbaris *Christiana* religionis hostibus. Illud omnium votis optandum à superis, ut hanc eximiam virtutis indolem, quam nunc præ se fert *Carolus*, & servet, & semper in melius provehant, quo profligatis ab omni Republica *Christiana* bellorum impiis tumultibus, *Christi* populus jugi pace tranquilloque ocio lætus, honestissimis artibus, ac pietatis studiis eximiè floreat, aut certè si res ita poscet, concordes nostrorum Principum vires & arma in *Christiani* nominis hostes convertantur. Quòd si quid etiam *Carolo* gratulandum est, duplici nomine cum primis gratulandum arbitror, & quòd vestro judicio sit ascitus, & quòd *Francisco Galliarum* Rege tanto videlicet competitore, sit imperii fastigium assequutus, ipse promerens magis, quàm ambiens: ut quemadmodum olim *Hectoris* virtus *Achillis* victoriam illustravit, quemadmodum *Turnus* vir fortissimus *Aenea* laudè auxit: ita summus Rex ejusdè honoris æmulus, *Caroli* gloriam reddiderit illustriorè. Mandatum est, non vendituin imperium, & mandatum est ei qui quàm fortissimè possit obire: mandatum est ei, qui velit quàm sanctissimè administrare; nihil superest, nisi ut summus ille Princeps, cui uni cor Regum omnium in manu est, & vestrum judicium, & *Caroli* conatum, & nostrum votum bene fortunet. Ad id omnibus pro sua cuiq; portione est adnitendum, quando negotium agitur omnium. Non pœnitebat antehac libelli, quo quod sit Principis munus ubicunque præscribimus, quem libellum *Ferdinandus* noster adolescens virtuti natus, semper habet in manibus. Nunc etiam magis gaudeo, quod sperem eam, si qua est, utilitatem ad universum orbem perventuram. Etenim quemadmodum plurimum lædit, qui fontem inficit, unde bibant omnes: ita latissimè patet illius beneficium, qui pectus instruit omnib' imperaturum. *Richardus Pacæus* optimi Regis orator optimus, non dubitabam, quin tibi modis omnibus esset placiturus. Atque ille reversus ad nos, dici vix queat, quantopere sibi gratulatus sit, cui contigisset talem Principem, non minus integritate morum, quàm imaginibus majorum, fortunæ dignitate clarum & novisse & vicissim innotuisse. Quàm ille gestiens, quàm ardenti oratione, plurima cupidissimè percontanti, totum te mihi depinxit. Ego porrò, quid dignitatis aut adjumenti possim adferre sacris literis, alii viderint, nobis certè propositum est, hisce laboribus immori, quos *Christo* non ingratos esse confidimus, vel hoc certè nomine, quod simplici animo in illius gloriam à nobis suscipiuntur. Quid ni boni consulat hanc nostram sedulitatem, qui pauperculæ viduæ quadrantem omnibus omnium divitum muneribus prætulerit? Aliis alii benefactis *Christo* demerere studeant: nos quando nihil aliud possumus, hac illi victima litabimus. Jam verò vide quantum benignitati tuæ, & *Hutteni* nomine debeam, de quo sic mihi præsagit animus, hominem aliquando magnum ornamentum nostræ *Germaniæ* futurum, & modò & Dei præsidio vita supperat, & tuæ celsitudinis favore non destituatur: nam hanc ingenii lasciviam (ut ita loquar) satis per se corriget ætatis accessio. Quòd nihil te commovet error ejus, qui dicato libello, sedulò verius quàm prudenter studuit alteri gratificari, ea res mihi animum verè excelsum, & tanto Principe dignum arguit. Munus nondum est allatum: ubi redditum erit, mihi semper ut res quæpiam sacra servabitur, atque etiam ostentabitur, ut tui erga me animi pignus, tuiq; de me judicii monimentum. Bene valeat tua sublimitas, cui semper commendatus esse cupio. *Antuerpiæ*. XVII. Calendas Septembris, Anno M. D. XIX.

Eras. Rot. Nicolaus Beraldus S.D.

Epist. 12. DEdi superioribus diebus optimo atque humanissimo viro *Francisco Calvo, Budæi, Deloini*, simul & meas ad te literas *Erasme* doctissime: quas nihil dubito quin is tibi, etiam si seriùs, certò tamen fideliter q; reddiderit. Nunc & si nihil erat quod scriberem, proficiscenti tamen hinc ad vos huic tabellario non potui non aliquid literarum ad te dare: præsertim petente id à me, atque adeò properanter instante *Guilielmo Nesseno* tuo, simul ut intelligas quantopere literæ hic tuæ à nobis expectantur, simul ut epistolam aliquam tuam ad optimum ac doctissimum virum *Guilielmum Hentum Parisiensis* ecclesiæ Decanum evocarem. Is enim in hac, ut sic dixerim, palæstra provocari abs te mavult, quàm tè provocare: vir alioquin in quovis scribendi genere non mediocriter ante hac versatus, bonarumque omnium, sed divinarum præsertim literarum adeò studiosus, ut quem huic præferamus, habeamus profectò neminem. Ejus nomine interim tibi salutem adscribo: rogò insuper, nè hominis integerrimi simul & humanissimi familiaritatem aspernêris, qui cum multis nominibus tum hoc præcipuè dignus est amicitiâ tuâ, quòd eam tantopere, támque propè dixerim ambitiosè expetit, quanto vix precio empturus, nisi *Erasmus* cunctis obvius, gratisque expositus esset. Salutat te *Deloinus, Ruzæus*, omnes. *Budæus* cum hæc scriberem, ruri cum uxore ac liberis agebat, propediem in urbem rediturus, simulatque, ut puto, uxor parturiens peperit, *Budæiq;* familiam auxerit. Vale. *Lutetiæ* XII. Calendas Julias. M. D. XVIII.

Eras. Rot. Nicolaus Beraldus S.D.

Epist. 13. DOlui vehementer ac sæpe *Erasme* doctissime, binas meas ad te literas proximo scriptas biennio, periisse. Periisse enim puto, quibus nihil responderis. Id autem *Francisci Calvi*, qui eas *Basileam* usque ad te perferendas receperat, negligentiæ malo, quàm dolo ascribere, ut cujus fidem atq; integritatem perbelle mihi videar vel triduo minus congressu spectâsse. Interea ineptum putabam aliis te literis obtundere, studiis præsertim gravioribus occupatum: nimirum restituendæ sei theologicæ annos jam aliquot deditum: *Paulinisque* epistolis illustrandis toto, ut dicitur, pectore, vigiliisque, ac sudoribus maximis incumbentem. Nam novi, ut vocant, Instrumenti editionè alteram abs te paratam esse, nihil dubito, affirmante id præsertim *Nesseno* nostro, cui se quoq; lucu-

luculentas enarrationes tuas in *Pauli* epistolam ad *Romanos* vidisse, *Ludovico Deberquino* viro doctissimo, ac tui nominis studiosissimo, cum is *Lutetiæ* mecum nuper ageret, mihique non semel retulit. Atque utinam ea omnia propediem pulcherrimis typis excusa videre cõtingat, *Frobenianis* videlicet, quibus nihil fieri puto posse nitidius, elegantius, amœnius. Idipsum tantopere expectant, quotquot hic sunt viri non vulgariter docti, *Budæus*, *Ruellius*, *Ruzæus*, *Deloinus*, & ipse quoq; *Parisiensis* Episcopus eximius ac prope unicus ævi hujus *Mecœnas*, ut nullum aliud opus cujuscunq; autoris fuisse unquam expectatius putẽ. Video equidem *Erasme* optime, video equidem fore, quod votis ardentib' antehac semper expetii, uti videlicet theologi isti nostri, spinosis ac sophisticis nugis atque inutilibus argutiis nimium jampridem dediti, detersis *Scotistarum*, *Occanistarum*, adde etiam *Thomistarũ* factionibus, ad antiquam illam ac veram se theologiam pleriq; convertant, si porrò pertexeris suam arcanis ac cœlestibus literis dignitatem asserere. Id quod hactenus tanto abs te successu factum esse censeo, ut certè non videam, quem veterum theologorum tibi jure anteponere quis debeat, sive linguarũ peritiam, sive variam omnigenámq; doctrinam, sive denique incomparabile studiũ, ac diligentiam, propè dixerim, indefessam spectare ac expendere libeat. Audax verbum, inquiet aliquis: audax fateor, sed quo nullũ dici posse verius puto. Scio non deesse tibi laudatores, qui tibi ὑπὲρ τὰς ἀξίας assiduè atq; ἐπ' ἴσης μέτρῳ decãtet, tibiq; tantũ tribuat, quantũ etiam si agnoscas, non postules tamen. Ego certè nihil in gratiam *Erasmi* scribo: scribo autem id demum, quod sentio. Assentari nescio, nec si sciam, velim, *Erasmo* potissimum tantã modestiã viro. Quid ni porro de te id sentiã, quod audio à doctissimo quoq; de te ubiq; prædicari? Indoctus est, refractarius est, à Musis ac Gratiis alienus, qui *Erasmi* ingenium, doctrinam, facundiam, sanctum denique consilium ac institutum non laudat. Quare perge *Erasme* seculi hujus decus egregium, perge tecum ipso certare, téq; ipsum deinceps vincere, in eo præsertim stadio *Christiana* pietatis, ac euangelici cultus, in quo tanta tua cum laude hactenus nobis certâsti, ut nihil jam supersit aliud, nisi ut teipsum vincas. Vale. *Lutetiæ*, decimo septimo Calendas Aprileas. Anno millesimo quingentesimo decimooctavo.

Nicolaus Beraldus Erasmus Rot. S.D.

Epist. 14. EGo *Guilielmum Nesenum* cum ob alia quædam semper feci plurimi, tum ob id unicè & demiro & laudo, quod eam animadverti semper esse tui studiosissimum. Quod & si ille est cum multis aliis commune, magnum tamen quiddam id esse puto, nec mediocri laude dignum: eum *Lovanium* ad te proficiscentem, non sum passus literis meis vacuum hinc discedere, partim ut hominis desiderio ac precibus satisfacerem, partim ut te quoque ad rescribendum invitarem: nam ternis meis literis, quarum binas *Francisco Calvæ* ad te dederam, postremas *Nesenus* ipse *Lovanium* ad te pertulit, nihildum respondisti. Archiepiscopus *Senonensis Stephanus Poncherius* propediem de rebus magnis ad te scripturus est, cujus literas ad te fideliter perferendas curabo, vel ipse istuc usq; proferam. Quid ad *Dorpium* theologicæ cujusdam sodalitatis nomine scripserim, ex *Nesenio* intelliges, quàm ex literis meis intelligere. Novum testamentũ abs te versum, & elegantissimis scholiis annotationibus explicatum, tum habebant in manibus docti quàm plurimi, tum theologi quoque magni nominis, qui antea minimè tam nunc, pene dixerim, amant Christum, quàm oderant prius iniquè. Multos certè hæc editio tibi jam conciliavit, quosdam verò contumaces ac refractarios diu fuerant, eos prope modum deplorati videbantur, jam pene fregeris apologia tua. Vale. Salutant te *Franciscus Deloinus*, & *Ludovicus Ruzæus*. Calend. Julii.

Erasmus Rot. Nicolao Beraldo S.D.

VT tribus epistolis tuis postremis unicam spondeam, hoc est, de una fidelia plenam albem parietem: scio me frequenter ad te scribere, sed ita exiguas, ut tibi videar non scribere. Me cogit mi *Beralde* studiorum moles, quibus Si rationem ineas, quid dandum sit epistolis, quid somno, quo largiore uti quam auroram redormiscens, quid valetudini, quæ scribendis recognoscendisque libris, facile colliges quantulum supersit temporis, quod omnibus impartiam: quanquam ea non eo spectant, ut *Thomæ* aut *Scoto* similis publicis explodar, veteréq; possessione pellar, quod nec mearum est virium, & fortasse scio an sit optandum, nisi jam parátum videam doctrinæ genus aliquod hoc præstantius. Quod si moliantur, ipsi viderint: ego nunquam fui hujus dulcior tumultus. Mihi sat est, si theologia magis sobrie tractetur, quàm antehac est tractata: & subinde petitum ex fontibus Scripturæ, quod antehac è lacunis non undique turbidis solemus haurire plerique. Neque nihil hactenus profecimus, quibusdam huc adductis, qui busdam etiam compulsis, ut magis serio theologi sint. Ad laudes quas largiter effundis in me, quid aliud respondeam, quàm re valde amanter hallucinari *Erasmum*? Atq; hactenus quidem ad epistolam quam *Lutetiæ* scripseras decimo Calend. April. nunc ad eam quam reddidit *Nesenus*, amicus tam pacis fidus, ac syncerus. Quid *Calvæ* commiserit quid ille mihi reddiderit, non satis comperi: certè *Bufilea* nec tinquam me convenit, nec quicquam ab illo redditum est. Scripserat à me prolixam epistolam ad *Grolierium* præfectum *Insubriæ*, pollicitus montes, aurum, aurum. Vides evulgatum epistolam, jactitare me spondisse *Grolierium*; cum ipse nondum liquido certum, an *Grolierio* reddita sit epistola, hortari magnis de rebus ad me venturas literas ab archiepiscopo *Senonen. Stephano Poncherio*. Mihi quidem hoc ipsum erit magnum, si vir tantus, animum meo cum primis charus, ad me scripserit: alioqui nihil movor magnam fortunam cum otio conjunctam. Mihi semper animus fuit ocii ac libertatis amans, & à strepitu rerum abhorrens. Quid ad *Dorpiũ* scripseris, adeò mihi non fuit curæ *Nesenii*, ut nè hoc quidem ex eo cognoverim scripsisse te. Ante paucules dies audivi literas redditas abs te per *Herminum Phrysium*, nec cum illo expostulantes. Si quid acerbius, ignosce mi *Beralde*: nam *Dorpius* si quid peccat, [illegible]

obsequendi facilitate peccat, quàm malitiâ destinatâ. Quod theologi partim resipiscunt, partim mitescunt, non perinde meo ut ipsorum nomine gaudeo. Jam nè nihil respondeam ad eas, quas attulit *Hermannus Phrysius*, erat is adolescens mihi multorum literis commendatus, & quidem diligenter, quibus omnibus habeo gratiam, quod per eos contigerit nosse ingenium tot modis amabile. Nihil ille petebat præter colloquium & congressum: neq; malignè mei copiam feci, quatenus per studiorum occupationes licuit. Eum tibi vicissim commendo, quo tuæ in illum benevolentiæ nonnihil accedat meâ causâ Bene vale. *Antuerpiæ* V. Idus Augusti. M. D. XVIII.

Leonardus Priccardus Eras. Rot. S.D.

HIc nuper cucullatus quidam inter ejusdem farinæ ignobile vulgus disseminavit, *Anglũ*, nescio quem, *Lovanii Græcas* literas profiteri, centuplo *Roterodamo* doctiorem, qui & illius in Novum Testamentum editionem recens excusam, in locis pluribus centum suggillet, errata tua libello jamjam emittendo publicaturus. Non potui equidem huic hominis monstro credere, tametsi miram præ se fert sanctitatẽ. Adjecit præterea, theologos omnes tibi adversari ac contradicere, eisque certum esse, te communi decreto è schola sua profligare, nihil in hoc divalia rescripta verituris, cum Deo magis audiendum sit quàm Principibus. Hæc aliáque multa.

—— Effutit bestius idem,
Jactat & in toto verba canina foro.

Proinde te, mi suavissime *Erasme*, per Deum immortalem obsecro, bono esse animo, atque hunc ipsum (quem nunquam pœnitendis commentariis expressisti) moribus atque invincibili fortitudine referre *Hieronymum*. Non erit tibi (crede mihi) tantum negotii in hoc dejiciendo allophylo, quantum illi in *Russini* versutias laboris atque vigiliarum fuit insumendum. Para in *Goliam* istum fundam, quod est verbum Dei, & recta caperatam in frontem librato lapidem *Christum*, cujus amore sacras literas illustrandas suscepisti, superbum ilicò prosternes gigantem, confundes & allophylos cæteros omnes, theologistas scilicet istos, qui in te conspirasse dicuntur, adstipulante in hæc verba apud *Esaiam* Spiritu sancto; *Confusi sunt & erubuerunt omnes simul, abierunt in confusione fabricatores errorum.* Vale desideratissime mi *Desideri*, & quì valeas corpore atque animo, nobis quam primum significato. Ex *Aquisgrano* X. Calend. Junias.

D. Cantor, Vicepræpositus, *Schouraide*, & alii complures, salutem atque victoriam animitùs tibi precantur; tuásque literas, aut epistolium saltem præstolantur. Item D. *Hasebart* confrater noster, te quoq; atq; *Nevium* salutat plurimum.

Erasmus Rot. Leonardo Priccardo canonico apud Aquisgranum S.D.

17. SCiebam eruditissime *Leonarde*, genus hoc hominum nusquam cessare: summum illis præsidium in mendacibus linguis, atque impudentissimis sycophantiis positum est. Ego verò jam ad ista occallui: tantum admiror homines professione pietatis insignes id sibi permittere, quod omnium maximè cum verâ pietate pugnat. Inexpiabile scelus haberi volunt, si carnibus vescantur, & sanctum est fratrẽ, etiam de ipsis bene merentem, linguæ spiculis Tartareo veneno tinctis confodere, cum nullum sit veneficii genus execrabilius. Omnibus diis manibus, ut poeticè dicã, se devovisse videntur, ni bonas literas funditùs extinxerint: nec se credũt incolumes fore, si bonæ literæ sint incolumes. Harum causam sibi persuadent meis præsidiis sustineri. Nec ulli tamen odiosius blaterant, quàm qui nostra prorsus non legerunt. Ignoscerem imperitiæ, ignoscerem ignorantiæ, nisi id ipsum ingens esset scelus re incompertâ in famam alterius debacchari. Nec video quâ fronte possint insciitiam prætexere, qui se totius orbis magistros haberi volunt. De *Anglo* sive *Scoto* non omninò vanum est quod narravit. Is est juvenis & ætate, & suopte ingenio gloriæ famelicus: ad eam parandam hæc via visa est illi cum primis compendiaria. Quanquam autem ipse sibi ἀφθόνως nihil non tribuit, non tamen usque adeò perfrictæ frontis est, ut dicat se melius scire *Græcè*, quàm *Erasmum*. Jactat libellum, nescio quem, at hujus nulli copiam facit, nisi quem cognôrit nobis malè velle. Quidvis ab illo citiùs impetrari potest, quam ut mihi faciat inspiciundi copiam, in quem unum scriptus est. Adeò fidit suo libello, quem tamen nusquam non jactat. Utcunque hæc habent, organum opportunum sese præbuit theologis quibusdam, quib' jampridem malè cogitantibus, nihil deerat præter occasionem, juxta *Græcorũ* proverbium. Imò sunt qui negant hoc opus esse illi', sed potius omnium sycophantiarum centonem ac rhapsodiam: huic tamen corniculæ cessuram facti gloriam. Id mihi multis nominibus probabile videtur, quandoquidem paulo ante id factum conspeximus in dialogo *Latomi*: titulus erat unius, conflatura omnium, aut certè multorum. *Anglum* jam penè placidum rursus exasperârat, quod in calce apologiæ, quâ *Latomo* respondeo, testatus sim esse quendam ex fucis ac mendaciis conflatum, qui gloriæ fame insanus, nihil in me non moliretur: nec ullam addo conjecturam, quâ suspicio possit in quenquam recidere. Nihil enim aliud agebam, quam ut eo schemate deterrerem multos sibi malè conscios. At is post sic agere cœpit, quasi ejus elogii laudem cæteris invideret. Nondum homo prodiit in arenam, & amici cordatiores mihi sunt autores, nè digner illum unguibus meis, etiamsi prodierit: non enim defuturos, qui me quiescente conficiant juvenem famæ jejunio præcipitem. Cæterùm quòd theologos aliquos habeam iniquiores, id ex falsissima natum est suspicione. Persuaserant sibi *Lutheri* doctrinam me propugnatore niti, cum nec hominem nôrim, nec libros illius unquam legerim. Intelligunt tandem errorem suum, sed pudet agnoscere, ideo placet illis constantia, ut nec in malè cœptis velint παλινῳδεῖν & tamen hujus veneni fons ex uno potissimum scatet: qui nisi desiterit, brevi omnibus omnium eruditorum literis celebrabitur, ac toto notus cantabitur orbe. Hactenus complurium cohibui calamum, vereor ut semper possim. Mihi planè pestis quædam fatalis videtur, quæ cõtagio paulatim in plures spargitur. Itaque gemina lue laboramus, & animorum & corporum: & tamen resipiscũt aliquam multi, præsertim qui nostris legendis attenderint: & spero fore ut tandem emicet

ac vincat veritas, quæ ut ſæpenumero laborat, ita nunquam opprimitur. Me verò leviùs hæc movent, vel quod ut olim *Balaam*, his monſtris aſſueverim: vel quòd mihi bene conſcius ſim, ſperémq; *Chriſto* meas vigilias probari, cui noſtrum utcunque deſudat ingenium: vel quòd conſpiciam optimis quibuſque noſtrum placere ſtudium. Illud mihi moleſtum eſt, quòd his ſycophantis inficiuntur liberalia ſtudia, quódque nonnullam bonarum horarum partē cogar hujuſmodi næniis, vel audiendis, vel refellendis impendere. Sæpe me pudet iſtorum nomine, qui cum ſemidei velint haberi apud vulgus, tumultuentur uſq; adeò muliebriter, nè quid dicam acerbius. Meum quidem ingenium ab hoc genere contentionis, dici vix poſſit quam abhorreat: ſedulóq; obnitor, nè verus ſit in me mimus ille, *Furor ſit læſa ſæpius patientia.* Video quid mereatur illorum nimium pertinax malitia, ſed revocat *Chriſtiana* lenitas, revocat bonorum reſpectus, quos nolim attactos videri, dum improbos meritò taxamus. Nam ut eſt multitudinis in malam partem prona interpretatio, periculum eſt, nè quod in paucos theologos hoc titulo indignos dictum fuerit, in univerſum ordinem detorqueatur: & quod jure dictum fuerit in paucos prædicatores titulo, re ſycophantas, toti ordini conciliet odium, qui plurimos habet ab horum factis ac moribus longè diſcrepantes. Quod theologi decreverint me profligare communi conſulto, falſo falſius eſt. Bene vale vir optime, méq; dominis meis, collegis tuis, commenda diligenter. *Lovanii*, Cal. Juliis, Anno M. D. XIX.

Eraſmus Rot. Antonio Papinio Abbati Gemblacenſi S.D.

Epiſt. 18. EX Indice bibliothecæ veſtræ, cujus mihi jampridem facta eſt copia, intelligo apud vos eſſe duos codices manu deſcriptos pervetuſtos, opuſcula divi *Cypriani* continentes. Mihi certè geſtit animus hunc autorem orbi tradere, repurgatum à mendis: deinde diſcretum ab his quæ illi falſò inſcribuntur, quándo non alium video inter eos, qui *Latinè* ſcripſerunt, qui ad apoſtolici pectoris vigorem propiùs accedat. Ubiq; ſentias loqui paſtorem, ac martyrio deſtinatum. Et hujuſmodi viros theologi ſinimus obſoleſcere, quo magis miremur frigidas recentiorum nænias. Nihil autem dubito, quin amplitudo tua, ut eſt veræ religionis obſervantiſſima, faveat & piis ſtudiis, & *Cypriano* pietatis magiſtro. Neque tamen gratis hoc officium flagito: redibit ad vos *Cyprianus*, & redibit non ſine fœnore, neque patiemur interim, ut poſteritas ignoret, cui bonam hujus beneficii partem debeat. Jamdudum pro cervina miſſa debeo, ſed longè plus debiturus pro miſſo *Cypriano*. Bene vale pater reverendiſſime, cum ſancto fratrum tuorum collegio, quorum puriſſimis precationibus *Chriſto* commendari cupio. *Lovanii*, Calendis Junii, Anno M. D. XIX.

Antonius Papinius Abbas Gemblacenſis Eraſmo Roterodamo S. D.

Epiſt. 19. E*Raſme* multis modis amande, perquàm lubens mitto volumina *Cypriani*, quæcunque reperimus in noſtra bibliotheca, toto pectore favens & gloriæ ſanctiſſimi viri, & tuis irrequietis ſtudiis ac laboribus, quos eruendis & caſtigandis ſuis libris impendis. *Chriſtus* tuam induſtriam [illegible] quam ſatis laudatam, bene fortunet ac provehat. nam ut iſti qui codices excudunt adeò corrupti, ut nec intelligi, nec legi poſſint, multorum animos alienant à ſanctiſſimis ſtudiis, ita tui labores complures inflammabunt ad eorundem lectionem. Proinde doctiſſime pater, ſi qua ſunt apud nos tua laudabili propoſito conducibilia, noſtra omnia tua ſunto. Quin ſi voles, univerſa noſtra bibliotheca ſemel ad te commigrabit, tota tuæ fidei committetur. Bene valeat tua dilectio, mihi longè chariſſima. Ex *Gemblaco*, tertio Calendas Junii.

Eraſmus Rot. Chriſtophoro Haco S.D.

ALlatum eſt huc carmen elegiacum, à quo ſcriptum, incertum, certè titulus ad te ſcripſi arguit: eo quiſquis eſt mortem meam deplorat, méq; tandem inter divos collocat. Agerem gratias homini pro ſuo officio, ſi nôſſem: nunc tum ei illi meo nomine gratias agere, cujus animus ſic in *Eraſmum* propēſus hoc mihi gratior eſt, quod hæc tribuit ſepulto. Nam vivum qui laudat, non ſolet abeſſe prorſus ab aſſentandi ſuſpicione. Sed quid imprecemur rabulis iſtis, qui me quotannis ſexies efferunt, idq; quo crudelius ſit, vivū cogunt? toties me mihi ſuperſtitē eſſe? Quid imprecemur miſeris, niſi mentem illis meliorem dari, nè ſemper, quod hactenus faciunt, vivant mortui. Etenim quum Deus ſit charitas, atq; is vita ſit animæ, qui poſſunt haberi vivi, qui ſic odere proximum ac non lædentem, ut ſtudeat de omnibus bene mereri: ut quem vivere doleant, falſiſſimis iſtiſmodi rumoribus ſubinde ſepeliant: interim imaginatione fruentes, dum re non licet: tum ex eorum dolore, quos triſtibus fabulis exanimant, crudeliſſimam voluptatem capientes. Nos ſive vivimus, ſive morimur, Domino vivimus ac morimur. Bene vale vir optime. *Antuerpiæ*, Idus Auguſti, Anno milleſimo quingenteſimo decimo nono.

Eraſmus Roterodamus Petro Zutpenio Caſſiletano S. D.

VIdeo pleroſq; mortales in hac eſſe perſuaſione, ut felicitatis aut infelicitatis cauſas è ſupernis corporibus petant. Ego verò non arbitror ullum ſydus affulgere cuiquam felicius, quàm ſycerum ac tuo accommodū ingenio amicum: contra, nullum adverſius ac funeſtius, quàm fucatum & inſyncerum ſodalem. Proinde ſtellas obſervent alii, ſi lubet, ego in terris quærendum exiſtimo, quod nos felices aut infelices reddat. Cæteri negotium auſpicaturi, anxii conſiderant quā ſignō *Venus*, *Jupiter*, & *Mercurius* ſeſe contueantur. Ego ſatius eſſe duco, perpendere quibuſcum agas. Sunt enim quidam ſibi tantùm proſperi, cæteris omnibus inauſpicati. Itaque vix ullo ſermone conſequeam *Petre* mortalium candidiſſime, quàm opimum lucrum mihi putem obtigiſſe, quum te nactus ſum amicum, quo non alium optare potuerim magis ad naturam moréſque meos factum ſculptúmque. Antehac abundè fortunatus mihi videbar unico *Petro Ægidio*, quem amiculum ego nolim cum ullo *Pylade* commutare. Eam felicitatem mihi congeminavit acceſſio tui, adeò

adeò similis illi, ut dubitem utrum utri præferam. Nam omitto fortunam satis amplam, omitto literaturam haud quaquam vulgarem: omitto vim ingenii ad omnia negotia mirum in modum versatilis: qui pectoris candor, quæ morum simplicitas, quæ consuetudinis suavitas, quæ modestia, quæ fides, quæ in officiis præstandis promptitudo? Ubi sunt interim qui temporum horum mores ut deploratos damnare solent, quando tales animas habent aulæ Principum? Olim non ferebam, ingenia literis ac gratiis nata pertrahi in Regum familias: nunc video virtuti rectisq; studiis nusquam esse plus honoris quàm apud Principes. Omnibus itaq; qui studiorum sacra colunt, expedit, tui similes aliquot in aulis versari, ne non sint qui sammates viros ad favendum literis ac probitati, suis dictis inflamment, qui ad benignitatē stimulos addant, qui submoneant, quibus artibus nunquam intermoriturum honestæ famæ decus paretur. Quanto studiorum omnium bono in regia *Britannica* vivere credis *Thomam Morum*, *Thomam Linacrum*, & *Richardum Pacæum*? in *Gallia Guilielmum Budæum*? quorum felicitati gratulandum, quòd in tales Principes inciderint, officio habenda gratia, si tales reddunt. Scio tibi nihil esse dulcius ocio literario, nec deesse in aula, præter negotiorum tumultum, quod offendat animi tui puritatem: quæ omnia hoc moderatiùs ferre debes, quòd sub optimo Principe *Adolpho* meres, qui favorem erga literas ac viros virtutibus ornatos, à teneris usq; unguiculis olim hausum è *Batto* præceptore, in hanc usq; ætatem retinet, qui nos quoq; non ob aliud diligit ac tuetur, nisi quod persuasum habet his rebus præditū esse me, a quibus longissimè absum. Is intelligens quanti referat primam ætatem Principum optimo viro formandam committi, filiolum suum *Joanni Borsalo* in gremium tradidit: viro, ut compendio virtutes innumeras complectar, *Batti* mei simillimo. Talis erat admovendus *Ferdinando* nostro, quâ quidem in re demiror cessari à nobis, *Midis* opinor quibusdam id agentibus, quibus expedit Principes ex sese nihil sapere. Ac vereor, ne quis interim ingerat sese, qui præceptorē professus, aucupem sacerdotiorum agat, ingenti totius populi malo. Ambiunt hanc provinciam theologi, & theologum esse decet, qui Principem instituat, sed vere theologum, nec avaritiæ, nec ambitionis morbo corruptum. Bene vale. *Antuerpiæ*, quarto Idus Augusti, Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Guilielmo Hueo Parisiensis Ecclesiæ Decano S. D.

22. AGit hoc miro conatu per literas *Nicolaus Beraldus*, homo Gratiis natus, ut nos committat. Quòd si certamen foret eruditionis, aut eloquentiæ, non poterat magis deterrere, quàm quum sic adhortatur. In hac, inquit, palæstra provocari abs te mavult, quàm te provocare, vir alioqui in quovis scribendi genere non mediocriter antehac versatus. Quum inter pares semper impudentior habeatur, qui lacessit, quis diceret, quicquam esse mihi vel frontis vel cordis, si *Thersites Achillem* ausim lacessere? Nunc quum nulli sua obstet fortuna conditióve, quo minus quum quamlibet magnis amore benevolentiáq; certet, & modestior habeatur, quisquis hic lacessit prior, non veritus sum tuo ac *Beraldi* animo morem gerere. His igitur literis lacesso virum eruditissimum, minimè doctus, virum integerrimū non admodum probus, sed tamen amandi vicissitudine non cessurus, nec posteriores laturus. Audio non sine summa voluptate *Parisiorum* Academiā pristinis suis studiis, in quibus hactenus haud dubiè primam laudem possidebant, ac etiamnum possident, propensis animis trium linguarum addere cognitionem, & ad purissimos sacrorum voluminum fontes subinde recurrere, neque sentire cum istis aliquot sibi parum amicis, qui putant has literas cum vera theologia pugnare, quum nullæ magis omnibus honestis disciplinis famulentur. Id partim *Gallici* ingenii tribuo candori, partim eximii præsulis *Stephani Poncherii* sapientiæ, viri instaurandis optimis literis, ac veræ pietati divinitùs facti: sed in primis optimo Regi *Francisco*. Soli nos nondum hoc nomine possumus nobis gratulari. Sed tamen spes est non pessima. Faxit *Christus* optimus maximus, ut quemadmodum Principes passim favent foventq; recta studia, ita philosophiam amplectantur, dignam iis qui *Christi* vices gerunt, hoc est, ut quàm longissimè absint à barbarica tyrannide, neq; per ambitionem labefactent orbis *Christiani* tranquillitatem, simul ac libertatem. Et quando suo favore provehunt eas literas, quibus Principum gesta solent posteritatis memoriæ tradi, ea gerere studeant, quæ mereantur omnium seculorum suffragiis celebrari. Bene vale vir optime, quem ego posthac inter *Guilielmos* illos meos fatales sum relaturus. *Antuerpiæ*, V. Id. Augusti, Anno M. D. XVIII.

Georgius Spalatinus Erasmo Rot. S. D.

LIteras tuas *Erasme* unicum totius *Germaniæ* communis patriæ decus, jampridem expecto: si enim in manus tuas meæ pervenerunt, nihil minus vereor, quàm te mihi non responsurum: neque enim tam privato quàm publico scripsi ad te nomine, quamvis etiam meo libentissimè: nam diu antea persequutus occasionem ad te scribendi, non prius sum nactus, quàm extitit qui me alioquin scribendi cupidissimum ad hoc officii impelleret penè. Tuus enim esse cœpi, quum primum tua opera vidi, quum primum in tuæ istius tam multijugæ & eruditionis & eloquentiæ penetralia veni. Ubi autem nunc, & quemadmodum agas, & quid condas, quid nostris temporibus, quid posteritati cudas, tam avidè cupio scire cum multis, quàm quod avidissimè. Spero igitur id te daturū nomini optimi Principis mei *Friderici Saxoniæ* ducis, sacri *Romani* imperii electoris, ut tandem mihi respondeas. Facit enim te tantus Princeps plurimi, & libros tuos omnes in sua habet bibliotheca, quam optimis quibusq; libris refertam architectatur. Cætera dicet *Petrus* noster *Alamirus*. Vale feliciter. Cursim ex arce *Aldenburgia*, Idibus Novembris. Anno M. D. XVII. *Epist.* 23.

Georgio Spalatino Erasmus Rot. S. D.

SI quid vacat occupatissimo, & si fas est theologo, audi quod rideas. Adiit me *Petrus Alamirus* homo non infestivus, circiter calendas Augusti, anno M. D. XIX. *Lovanii* reddidit epistolium ex *Aquisgrano* missum, sed affirmans sibi *Epist.* 24.

Antuerpia esse ingentes epistolarum fasciculos à summatibus amicis, de rebus haud quaquam vulgaribus. Hujus interim voluptatis, dies aliquot lucrum feci. Post decē fermè confero *Mechliniam*, salutaturus episcopum meum nempe *Trajectensem*; nam is fortè tum aderat. Ἀγαθῇ τύχῃ obvius est *Alamirus*, admoneo de epistolis: ait esse in promptu. Condicitur locus in templo, simul & tempus. Profert multis circunstantibus in templo epistolas quinque, quasdam duplici tunica vacuáque obvolutas, omnes item communi contectas involucro. Accipio, gaudio gestiens. Ac tum quidem contentus ex opisthographia didicisse, qui nam essent qui scriberent (nam aderant, quibus cum erat quod agerem) ad prandium me recipio. Nam condixeram apud *Joannem Robbinum* decanum ejus templi, virum prudentiâ singulari, summâ integritate, sed ingenio perquam festivo. Is est in quem collegii trilinguis præcipua cura inclinata recumbit. Inter epulas quum animadverterem à convivis desiderari rerum novarum aliquid, quo tædium discuteretur, promo meas epistolas modò redditas, resigno, tua primum venit in manus, in quâ flagitas ut tuis literis aliquando respondeam, quas ut apparet illustrissimi Ducis, atq; adeò publico Academiæ nomine ad me scripseras. Eas quum non accepissem, & tamen ad proximas Ducis tuásq; literas paucis ante diebus respondissem, demiror quid tibi velis. Tandem inspicio subscriptionem, & reperio scriptam ex arce *Adelburgia*, Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo, Idibus Novembris. Mox, ut par erat, ingens risus obortus, pro thesauro carbones reperimus, pro novis vetera. Ibi frustratus, aperio literas *Pirkhemeri*, has comperio scriptas anno millesimo quingentesimo decimooctavo, calendis Octobribus. Major etiam obortus risus. Resigno literas *Ricardi Sbrulii Forojulianí* Cæsarii poetæ, reperio scriptas item decimooctavo, Idibus Novembris. Jam me suppudere cœperat. Solvo epistolam *Georgii Behem*, canonici *Nurembergensis*, scriptam decimoseptimo die Februarii, anno decimonono. Unus attulit omnes, & ita reddidit, quasi curriculo ex ultima *Germania* advolâsset, sed ita mundas omnes, ac si eodem die scriptæ fuissent. O diligentiam! Posthac igitur huic mandabis, si quid epistolarum rectè servatum velis: si quid reddi cupies, mandabis alii. Non dubito quin optimus ille *Jonas* cum collega suo, & literas, & animum nostrum vobis retulerit. Malè me habet, quod nomisma quo illustrissimi Ducis imago mirè repræsentabatur, mihi periit unà cum epistola. Quum enim sensissem Episcopum ac Principem *Leodiensem* utriusq; videndi percupidum esse, neq; tum fortè haberem in crumena, & ille ad multam noctem tardaret in intimis consiliis apud *Margaretam*, *Maximiliani* Cæsaris filiam, postridie summo diluculo *Germaniam* aditurus, tradidi cuidam, qui nobis unà cum Episcopo prandentibus astiterat pocillator, ut illi ostensum utrunq; mihi restitueret. Post dies complures ex medico disco, & juvenem abisse cum cæteris in *Germaniam*. Nec adhuc Episcopus sese in aulam nostram recepit, è *Germania* reversus. Mihi tamen magis dolet epistolæ jactura, quàm nomismatis. *Ricardus Pacæus*, vir in utraq; literatura præcellens, qui in electione Imperatoris, nomine sereniſſimi *Angliæ* Regis legatione fungebatur, reversus itthinc, dictu mirum, quo [illegible] re, quáq; facundiâ mihi *Federicum* totum [illegible] xerit, gravitatem viri, prudentiam, integri[illegible] eruditionem, quid multis? omnia magno [illegible] digna. Is meâ sententiâ majore cum laude vit imperium, quàm quidam ambierunt. Et tamen nemo melius gerit principarum, quàm qui pondus ejus penitus perspexit. In nos magni minis sarcina depolita est. Supereſt precari [illegible] ros, ut nobis cum primis, mox toti orbi *Christ* sit faustum ac felix. Ad primum rumorem, qui *Carolo* destinatum imperium nunciabat, totus regio sese in gratulationem & gaudium effundebat penè immodicè. Sed ut est rerum humanarum temperatura, non deerat huic voluptati omnes dolor. A pestilentia nusquam tuti sumus: quibusdam locis aliquot inclementissimè sævit. Ad hæc magna manus, opinor, ex his militibus, quorum operâ profligatus est dux *Wirtembergensis*, obsidet nostra confinia, incertum quo duce, cujus jussu, aut quorsum tendens: hoc unum facilè conjectu omnes, ingentem vim pecuniarum flagitari. Multos adhuc terret exemplum *Asperæ*, ante biennium internecione vastatæ. Jamq; pœniter clementiæ, quâ superiores exercitus dimissimus incolumes. Neq; desunt qui suspicentur hunc exercitum consilio Principum ali, ut sit in promptu quo populum premant, si quid graventur audire jussi, & jubentur vix ferenda. Sed in his fata viam invenient: me miseræ plebis miseret, & piget quorundam plus quàm *Turcicæ* tyrannidis. Postremò video rerum summam ad paucos cogi, paulatim antiquatis veteris democratiæ reliquiis. Siquidem in *Hispania Saracenici* imperii manifesta vestigia licet hodiéque cernere. Nam *Saracenorum* tyrannidem aliquando passa est ea regio. Utinam illud Principibus queat persuaderi, neminem splendidiùs regnare, quàm qui liberis ac felicibus imperat. *Albertus* Princeps *Maguntinensis* humanissimis literis nos ornavit, donoq; luculento honestavit, quod ego vel hoc nomine plurimi facio, quod & à cordatissimo Principe & ultro missum est. Nam quæ judicio dantur, testimonia sunt verius quàm munera. Edimus *Cyprianum*, emendatum non mediocri sudore: ita me *Christus* bene amet: deinde auctum accessione libellorum aliquot, quos ex vetustissimis codicibus adjecimus; adjunximus annotatiunculas aliquot, sed paucas, notha semovimus à gnesiis, & hujus generis adeò nihil decidimus, ut nonnihil etiam auctarii adderimus. Illustrissimo Principi me meáq; fida commendabis, & sodalitatem bonis literis adjuratam, meis verbis salutabis diligenter. Amat victoria curam. Bene vale. *Antuerpiæ*, septimo Id. Augusti, Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Erasmus Rot. Lodovico Carino suo S.D.

QUod tam amicas literas ad me dederis suavissime *Carine*, gratiam habeo, quod tam eruditas, tibi gratulor. Vix enim mihi persuasit *Nesenus*, tuo *Marte*, quod aiunt, fuisse conditas: sed persuasit tamen, vel quia vir minimè vanus, vel quia mihi jam pridem nota ingenii tui felicitas. Perge mi *Carine* tibi solidam parare felicitatem. Id facies, si verâ eruditione cum morum integritate cōjunxeris. Cætera vel non ambienti dabit cœlites.

cœlites. Bene vale. *Lovanii*, Anno M. D. XIX. tertio Calendas Martias.

Iacobo Middleburgen. Vicario Episcopi Cameracensis Erasmus Rot. S. D.

6. DEmiror equidem te, non dico meum, sed cujuspiam omninò suffragium præterea requirere, quum tantum habeas, tum suscipiendi, tum edendi operis tui autorem: nempe *Henricum à Bergis Cameracensem* Episcopum, qui quidem uti tibi vicarium generalem, id est, per omnia velut alterum se constituerat: ita prorsus tanquam alterum se deamabat, neq; rursus aliter quàm teipsum *Apologiam* hanc tuam complectebatur, efferebat, exosculabatur, quippe veluti primogenium quendam istius ingenii (quo tantopere delectabatur) fœtum. Quàm autem in amando te non fallebatur, tam non errâsse in laudando libello tuo consentaneum est. Quanquam exoculant quidem suum amorem Poetæ, mirum ni terrestris illius *Veneris* filium: nam altero illo, quem cœlesti matre prognatum scripsit *Plato*, nihil profectò perspicacius oculatiúsque. Non enim ideo parum perspexisse putandus est Episcopus, quod te sic unicè amavit, quin potius ob hoc ipsum tam amabat effusè, quòd *Lynceï* (ut ita loquar) oculis tuas virtutes penitissimè perspexerat, vir, ut scis, cum reliquis in rebus planè (quod ait *Flaccus*) emunctæ naris, tum in pensitandis ingeniis nequaquam, ut *Græci* dicunt, λαλὰ σάλπιγξ, sed omnino λύδιος λίθος. Ergo quum tam gravem, támq; doctum habeas autorem, qui tibi unus vel pro mukis millibus esse debeat, tamen ut es incredibili modestia, velut *Apelles* quidam, meum, hoc est, vulgi quoque judicium captas: víque, quod ille non ferebat, sutorem & ultra crepidam audere: id quanquam video mihi vehementer ineptum, in re quum arduâ, tum à meis studiis alienâ, quasi censoriam virgulam sumere, tamen postea quàm tu ita vis, cui nihil negare fas est, age juxta *Platonicum* parœmiam, ἀ λεοντῖδι ἐσδύτεμαι, meámq; sententiam solitâ libertate proferam, sed quæ nihil ab Episcopi judicio discrepet, nisi quod ille, quo perspiciebat acrius, hoc laudabat impensius. Nos quædã penè sugillabimus, sed perpauca, ut vel hoc argumento cognoscas, cætera nobis magnopere placuisse. Jam primùm igitur si tam illustre scribi argumentum tibi delegisses, prudentia modo tua laudanda fuerat, nunc verò quoniam fortè objectum commodè arripuisti, felicitati quoque tuæ gratulandum esse puto. Quod enim vel splendidius, vel magis pium munus obvenire poterat, quàm ut pro Cæsarea majestate calamum sumeres, quæ pro omnibus sumit arma: eámq; ingenii tui clypeo à calumniæ telis defenderes, quæ pacem *Christianã* à belli calamitate defendit? Tum autem muneri isti quanquam amplissimo adeò non defuisti, ut longè etiam superâsse videaris. Parum enim tibi visum est, si invictissimam potestatem, invictis æquè argumentis à calumnia vindicares, sed hinc arrepta velut ansâ, majus quiddam animo destinâsti, ut eandem tuis literis tanquam immortali quodam monumento decorares. Mihi certè hoc usu venisse scio, ut quum semper magnificentissimè senserim de ea potestate, quam in rebus politicis Deus secundùm se voluit esse pollentissimam, tamen simulatque tuam evolvi defensionem, mirum quàm cœperit apud me apparere amplior atque augustior. Illud autem præcipuæ cujusdam prudentiæ mihi videtur, quod ubi factiosa quædam incidunt, vel arte prætercurris, vel si id non licet, tamen in periculosis quæstionibus, velut inter *Cyaneas* cautes navigans, ita doctè stili cursum moderaris, ut neque verum taceas, neq; factionem ullam impingas. Jam verò neminem fore puto, quin admiraturus sit in ætate tam grandi ingenium istud tam ardens, tam vividum, in fortuna tam lauta industriam tam infatigabilem, in tantis negotiis animum tam vigilantem, & vel ad minutissima quæque attentissimum, uno in homine memoriam amplissimam, & tantarum simul rerum capacem, in opusculo quum brevi, tum penè tumultuario tam variam omnigenæ doctrinæ vim, tantam utriusque juris, tantam theologiæ, tantam historiarum, tantam scriptorum omnium, & veterum, & recentium in omni genere notitiam, ut mihi tanquam sedula quæpiam apis per omnia circumvolitans nullum præteriisse librum videare, unde non aliquid decerpseris, incredibili quidem sedulitate, at malim majore delectu, neque sine modo. Etenim quum aliquoties in re nec ita magni momenti, & jam dudum evicta, tantum testimoniorum inculcas, metuendum erat vetus illud lœdorum, ἀ λύχνῳ ἐκ μισημβρίας, non quod ea sint lectu vel inutilia, vel inamœna, sed quod pro studio magis scribentis, quàm pro rei propositæ necessitate videbuntur ascita. Quo fit & illud, ut quum ordine summo sis usus, tamen ipsa copia sic obscuretur, ut attentum etiam & memorem lectorem fallat interdum. Verùm quando nihil adhuc in rebus humanis extitit, sic arte, ingenio, curáque elaboratum, in quo non μῶμος ille *Græcorum* aliquid invenerit, quod calumniaretur, nulla poterat honestior admitti reprehensio, quàm si dicaris utilibus superfluere. Est enim ista ingenii feliciter luxuriantis laus, potius quàm culpa. Porrò stili humilitatem tantum abest ut reprehendam, ut illud vel præcipuâ laude dignum ducam, quod orationis phaleras, quas argumenti natura respuebat, ne affectaveris quidem, ne planè fieret, vel illud τὸ ἐκ φαυλῶν μίσος, vel illud αἴλουρος ἐκ ποιήσεως. Sed quid ego hæc quæ tu non uno loco tam bellè defendis? Videberis igitur rem indignã facere, si opus omnibus omnium eruditorum calculis laudatum, ut dignum oculis atque auribus studiosorum, dignum luce, dignum posteritate, dignum deniq; vel charissimâ tibi præsulis memoriâ, vel ipso decore Cæsareæ majestatis premas atque obliteres, præsertim in quo tantum olei operæque consumpseris. Age jam sat supérque verecundiæ datum: reliqua vel amicorum votis, vel doctorum judiciis, vel amantissimi Præsulis voluntati largire, neque quod viventi consecrâsti, mortuo eripias. Patere tandem tibi excuti è manibus, exeat in lucem, prodeat bonis avibus, versetur in coronis: ut quoniam tibi tantum amicum, mihi studiorum meorum *Mecænatem* mors invidit, saltem hoc solatio desiderium nostrum leniamus. Mihi sic præsagit animus, rem istam tibi gloriæ, studiosis usui, toti *Germaniæ* voluptati atq; ornamẽto futuram. Finem faciam, si prius hoc unum monuero, eam epistolam, quâ quum tibi suscepta est dimicatio, *Leonardi Aretini* falsò inscribi, quam

quidem ab alio quodam *Aretino* profectam esse, quum libri castigatiores, tum stylus ipse *Leonardino* longè dissimillimus, facilè indicat: verùm cognomen ambobus commune locum fecit errori.

A Vale multum observande domine & amice singularis, nósque tui studiosissimos mutuo dilige. In nobili *Lovaniensium* Academia, Anno M. D. II. Idus Februarias.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM

LIBER DUODECIMUS.

Laurentio Campegio Cardinali Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 1.

EXimie domine, virtutum tuarum insignium & eruditionis rarissimæ famâ inflammatus, jam pridem gestio te & nôsse propiùs, & coram adorare. Sed hactenus obstitit partim valetudo, ex diutinis morbis etiamnum tenerior, quàm ut eam ausim navigationi molestæ committere, partim quod ante menses aliquot *Christianissimi* Regis literis evocatus sim in *Galliam*, cui diutius excusare non licuit: verùm ne nullo interim argumento declararem meam erga te animi propensionem, mitto Novum Testamentum, magnis sudoribus denuo à me recognitum, quod Pontifici *Leoni* dicatum ipsius hortatu in lucem emisi, quemadmodum illius Breve testatur, additum in operis frontispicio. Huic initio reclamabant quidam, sed qui aut non legebant, aut non intelligebant. Nunc amplectuntur omnes, exceptis paucissimis, quos pudet resipiscere. Hi nullum non movent lapidem, ut bonas literas passim reflorescentes opprimant. Ad id splendidos prætexunt titulos, hæreseôn profligationem, ecclesiæ defensionem, quum mihi crede longè aliud agatur. Mihi certè rebus omnibus omissis illud unicè studio fuit, ut meum ingeniolum hoc, & qualescunq; literulæ *Christi* gloriæ servirent, ac Ecclesiæ commodis. Homo tamen sum, labi possum. Quod si judicium alicubi defuit, animus certè rectus non defuit. Omnibus nemo hactenus placuit. Mihi satis est quod optimis quibusq; placeo. Sed vide, quæso, perversissimam, imò ingratissimam quorundam malitiam. Diffisi libris & argumentis quidam, sycophātiis aggrediūtur: quicquid prodit libellorū, quibus hoc tempore quidam nimium licenter ludunt, mihi impingunt. Prodierat *Nemo*, nam is est libelli cujusdam ludicri titulus, meum esse calumniabantur: & persuaserunt, ni autor iratus sibi suum opus vendicâsset. Exierant epistolæ quædam ridiculæ, non deerant qui me adjutore scriptas dictitarent. Postremò prodiit, nescio quibus avibus, opus *Martini Lutheri*, autor mihi tam ignotus est, quàm qui omnium ignotissimus. Librum nondum perlegi, & tamen initio meum esse dictitabant, quum illic nec unus apiculus sit meus. Horum quum nihil adhuc procedat, ipsa re revincente mendacium, dialogi cujusdam suspicionem mihi moliuntur impingere. Is ut ex argumento satis constat, scriptus est in odium divi Pontificis maximi schismatis tempore, sed quo incertum, ante quinque annos degustavi verius quàm legi. Post reperi in *Germania* quosdam descriptum, sed variis titulis. Quidam testabantur *Hispani* cujuspiam esse, sed supposito nomine; rursus alii *Fausto* Poetæ tribuebant, alii *Hieronymo Balbo*. Ego quid de his conjectem non habeo, subodoratus sum quoad licuit, verum nondum pervestigavi, quod animo meo facere satis. Ineptius quisquis scripsit, at majore supplicio dignus, quisquis evulgavit. Ac mirum est qui solo styli argumento mihi obtrudere possit, quum nec mea sit phrasis, nisi prorsus ipse mihi sum ignotus, nec minus sit futurum, etiam si qua in oratione nonnihil referrent *Erasmicum*, quum versetur in manibus omnium, & referimus sese in quorum assiduâ lectione versantur. Nec desunt hic qui jactitent tuam quoque celsitudinem, propemodum in eam suspicionem adductam esse. Quod mihi certè nunquam persuadebitur, donec persuasum erit non esse vera quæ de doctrina prudentiáq; ejus admirabili, passim à summis viris prædicantur. Neq; quicquam addubito, quin etiam si quid suspicionis occupâsset animum tuum, facilè sim excussurus, si coràm detur colloqui, id quod aliquando licebit favente *Christo*. Interim obsecro pietatem tuam ut hoc sibi persuadeat, *Erasmum* hujusmodi libellos ab aliis conscriptos, & edendos suppressisse, tantum abest, ut hujusmodi quiddam ipse vel ediderit, vel editurus sit unquam. Nec mirum si isthic sunt qui de me talia mentiantur, quum hic de proximo non pudeat quosdam improbissimè de me mentiri. Omnibus omnium sycophantiis respondere non possum, hoc quod in me situm est præstabo. Si quid valet hoc ingenium, si quid hæ literæ, si quid industria, id totum *Christo* & illius sponsæ usibus dicabitur. Id ita esse re ipsâ comperies, si quando dignaberis facere periculum. Mitto nunc librum nodum, utpote recentem adhuc ab officina, nec erat spacium adornandi, post dies aliquot mittetur alter convestitus. Cardinali *Eboracensi* clientulum hunc non gravabitur celsitudo tua commendare, cui scripturus eram, nisi interim & volumen, & epistolam hanc putarem ei communem fore. Bene valeat amplitudo tua, cui me totum dedico consecróque. *Lovanii*, Anno millesimo quingentesimo decimonono, Calendis Maii.

Laurentius

Laurentius Cardinalis Campegius reverendo Domino Desid. Erasmo Rotrodamo Theologo eruditissimo tanquam fratri nostro charissimo.

REverende ac doctissime vir salutem, &c. Quum studiorum tuorum suavissimus odor, quo *Italia* omnis ac Occidentalis hæc schola tota redolet, me quoq; spiritus sui attractu pridem afficerit, indies; apud me augescat, summo laboravi desiderio, virum qui tantam spirat eruditionem & doctrinam cognoscendi: meas; peregrinationes, & longos errores, quibus pluribus jam annis conficior, nihili habendas ducebam, sedulóq; accusabam, quod tot taneisq; itineribus exhaustis; *Erasmum* nondum mihi cognitum viderem. Quod ut leviùs ferrem postquam coràm te frui non dabatur, illud enitè laborabam, quod pleriq; amatorum solent, quibus cum nulla est amicæ copia, in ejus imagine utcunq; sese oblectare gestiunt. Itaque cum præsentia tua & colloquio, desiderio meo facere non possem satis, tuam sæpe atque avidè perquisivi effigiem, quæ mihi primo in iis quæ in *Hieronymum* scripsisti occurrit: dein in Apologia illa quâ tuam tutaris causam super illo Psalmi versiculo, *Minuisti eum paulo minus*, &c. Ultimo demum loco, in paraphrastico sermone tuo in epistolis *Pauli*, quibus veluti per gradus ad tui agnitionem deductus, cum majori desiderio inflammaret, utpote dimidiatam & non ex integro tui imaginem conspicatus, ejus reliquum miro affectu concupiebam. Quum nescio quâ bonâ fortunâ exactissimæ eruditionis literæ abs te mihi deferuntur, quæ eodem planè desiderio me videndi te laborantem mihi dicerent: quod certè tantâ accepi jucunditate, ut multo minoris amplissima Regum munera mihi habeantur. Nam mea studia quibus à pueritia ad hoc usque ætatis incubui, quanquam à tuis, hoc est, à sacris literis majori quàm δὶς ἐπ' ἐκείνοις intervalla distant: ita tamen tuis & hujus generis reliquis incubrationibus favere, dulce & gratum adeò habuere, ut nihil à paucis annis citra habuerim, aut gratius, aut jucundius, aut potius quàm aliqua in sacris ligeris vel audire, vel legere: loqui enim vel scribere tanquam novitius nequaquam ausim. Quo factum est dum tua vel quorundam antiquorum theologorum scripta, veluti per officii mei rationem fitibundus aveo, & prosequor, tanto jucundiores tuæ mihi extiterint literæ, quanto præcipuis meis votis minus expectatæ advenere: quibus quod primam & alteram tuas in Instrumentum novum editiones adjunxeris, reliquum profectò concupitæ imaginis tuæ mihi obtulisse videris, quo diutiùs & jucundiùs tui desiderium, tecúmq; colloquendi sustinere possim: quod proculdubio facturus es, quousq; saltem hæ tuæ vigiliæ & labores inter manus meas erunt, erunt autem quoties à publicis laboribus ad privata hæc solatia subterfugere dabitur. Qui quidem quòd eorum novitate quibusdam stomachum moveant, hoc ventriculi eorum labor, non ingesti vel apparati cibi noxia qualitas fecerit: quo minus eorum ingenia mirari aut ægrè ferre debes, quo apertiùs tibi constat, saniissima etiam laboranti stomacho insuavia esse. Ego ab hujusmodi offensione tantum absum, ut hoc ipsum Instrumentum tuum novum, quod ad me misisti, propemodum sim voraturus, neque enim minorem eruditione pietatem tuam censeo. Quamobrem quicquid calumniæ aliquorum insania vel iniquitas impingere tibi studuerit, dum quæ alii licentiosiùs scribunt, ad te referunt, nihil est quod cures. Satis enim in his quæ publicato nomine tuo profiteris, spectata est tua probitas, quæ tametsi est magna, ea tamen minimè effugere potest, quæ illustria sæpe ingenia non potuerunt, hoc est, perversa hominum judicia, & malevolas detractiones. Et quod ad dialogum attinet, istud velim mihi nunc credas, me nunquàm hoc de te dixisse aut affirmâsse, aut dubiũ aliquibus reliquisse, te ejus fuisse autorem: potui fortassis eam opinionem sequutus, quâ dicis quicquid libellorum prodit hoc temporis, quod salem aut aculeum aliquem habeat, tibi impingi, id intra me cogitâsse, sed humanas cogitationes quis videt? aut censuram in eis exercet? nisi qui cuncta videt, & veluti ab ipso lapsa arguit. Quare istud pro constanti tibi habe, me eum non esse, qui de te, aut quovis alio malè sentire, multóq; minus dicere velim: quin studiosis omnibus, tibiq; præcipuè omnem operam meam adeò syncerè & jucundè exhibeo, ut eorum ingenia & nomen pro viribus semper provehere nitar: quod sedulò in gloriam tuam, & doctrinæ tuæ illustrationem facio, itémq; facturus sum. Quamobrem post hac me tui amantissimum habebis, & literarum officio hoc mutuo junctum, atque eruditionis tuæ apprimè studiosum: quumque evenerit ut in rem dignitatémque tuam aliquid efficere possim, sponte & ultro non committam, ut ullum à me officii genus desideretur. Quum verò pro enata occasione me monueris, omnium studia & diligentiam in te ornando & juvando superabo, maximáq; meæ erga te benevolentiæ accesserit charis & suavitas, si quoad hic fuero quod diutiùs esse non potest, me aliquando literarum tuarum lepiditate delectaveris. Cæterùm aliquas gratias pro misso mihi munere tibi agere omnino supervacaneum arbitror, cum hujusmodi gratissimis officiis tuis nullus verborum apparatus rectè respondeat: animum itaque meum pro verbis & gratiis tibi addictissimum suscipies, unáq; pignoris loco Adamanta anulo inclusum, his literis insertum, quæ mei mnemosynon tenebis. Nuncio verò qui librum ad me detulit, nummos decem aureos pro viatico dedi, & bene vale. Ex *Londino*, quarta Julii. Anno M.D.XIX.

Laurentio Campegio Card. Erasmus Rot. S.D.

REverendissime domine, quid posthac non libeat audere, posteaquam hæc temeritas mihi tam feliciter cecidit? Ego id modò ambiebam, ut operi meo, ob novitatem apud quosdam invidioso, si contingeret sic in tuam bibliothecam reponi, quemadmodum olim libri, qui posteritatis memoriam promereri viderẽtur, in *Apollinis* templo collocabantur, dignitatis nonnihil accederet: sic enim futurum, ut eruditissimi cardinales, P. maximi *Leonis* oraculo subscribere viderentur. Neq; enim ulla cedrus fidelius servat à carie temporúmque injuria studiosorum hominum monumenta, quàm talium procerum autoritas. Nam illud sanè leviter metuebam, nè quid apud prudentissimam eruditionem tuam, & eruditissimam *Epist. 3.*

pruden-

prudentiam valerent impudentissimæ quorundam sycophantiæ, quas rident atq; exibilant, si qui sunt ex media plebe paulò cordatiores. Hoc igitur quum agerem tantùm, ecce quàm ingens lucrum præter spem obtigit, quàm ingentem prædam hæc attraxere retia. Primùm tam insignem heroa, & ecclesiæ *Christiana* columen plenius nôsse contigit: Deinde tam eximium patronum, atq; etiam, si fas est usurpare quod offers, amicum mihi paravi. Utcunq; tui simulacrum mihi publica fama delineârat, verum effigiem animi tui longè plenius expressit *Ricardi Pacæi*, qui serenissimo Regi primus est à secretis, oratio. Nam is ut egregias tuas dotes propiùs inspexit, ita non vulgaris est pingendi artifex, homo nimirum non minus facundus, quàm eruditus. Verùm epistola tua ita te totum mihi repræsentavit, ut mihi viderer antehac tenuem modò umbram excellentiæ tuæ noviſſe. Magnum quendã & eximium virum ille descripserat: sed immane, quanto majorem te tuæ literæ declarant: præter eruditionem Pontificio legato dignam, præter humanitatem eruditione summâ dignam, raram etiam vitæ integritatem, sacrarum etiam literarum amorem ac studium spirantes. Nam illud immodicæ cujusdam benignitatis fuit, quod eum qui libros advexit, tot aureis oneraris, videlicet ut largiùs etiam poticaret addictissimus *Bacchi* mystes, quum ego hominem justo viatico instruxissem. Cæterum anulus quem digitis tuis detractum, cen sacrum quoddam amicitiæ nostræ μνημόσυνον, imò si tuis verbis utendum est, fraternæ charitatis pignus ad me misisti, adeò gratus est animo meo, ut recusaturus sim unum illum vel cum universis *Attali* gazis commutare. Igneus auri fulgor, mihi tuæ sapientiæ prorsus Cardinalitiæ symbolum semper erit, & Adamantis gratissima lux, nunquam antiquandam nominis tui gloriam repræsentabit. Deniq; si mihi posset unquam talis patroni oblivio obrepere, suffricabit memoriam, quidq; *Campegio* debeam commonefaciet. De nostro ingenio verè *Batavo*, déq; studiis nostris non fuit ingratum quod tam erras amanter. Siquidem hic est oculus ille euangelicus, puri candidiq; pectoris, alienas dotes ex sese metiens: cum oculo pravo vitiatóq; mala sint etiam quæ sunt optima. Nihil igitur, inquies, profecit mea laudatio? profecit nonnihil, certè stimulos addidit, ut posthac alacriùs enitar fieri, quod me prædicas esse. Nec enim arbitror ullam ætatem seram ad id, ut quis seipso melior evadat. Quòd provehendis egregiis ingeniis favorem propensum tam benignè polliceris, omnium nomine gratias ago, efficiámq; pro virili, ut intelligant sese tuæ celsitudini debere. Porrò quòd in ornando juvandóq; *Erasmo* negas te commissurum, ut aliorum quisquam tibi par esse videatur: nimirum exoscolor istum animum tuum, méq; cum primis felicem hoc nomine judico. Hæc tumultuanter effutivi verius quàm scripsi, nè, quando significas tibi celeriter istinc abeundum, meæ literæ tuam amplitudinem non offenderent. Non ero contentus hoc argumento tuam in me benignitatem & meum in te animum declarâsse: quod brevi uti spero, uberiore magisque vivaci monumento docebimus. Bene valeat tua sublimitas, cui *Erasmum* quantus est, mancipo dicóque. *Lovanii*, pridie Idus Julii. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Vlrico Zasio S.

VIx licuit tuas legere literas mi *Zasi*, quibus alioqui nihil accidere poterat jucundius. Quid ego librum tuum collaudem? compendio dicam. *Zasianus* est, hoc est, absolutissimus ingenius qui fiat orbi communis. Ad id adjuvamus simulatq; vacabit: vacabit autem intra bimestre: quanquam *Aquinate* tam subinde nonnihil inquinâsti splendorem tuæ dictionis. Verùm id scio quibus tribueris, & fero: alioqui perpetuum illum *Zasiana* dictionis cultus ac tenorem dicendi. *Erasmum* nimis amantem veritas, hoc est, longè supra meritum. Bene vale.

Bonifacium non uno nomine unicè diligo, de quo sanè summam spem concepi. Mitto & alterum epistolium olim ad te scriptum, sed oblivione ministri relictum apud me. Probat & *Basilium* librum tuum, tu cura ut absolvatur: & si fieri potest, velim ea quoq; quæ citas ex parum expolitis autoribus, tamen *Zasiano* lepore conversa. Rursum vale.

Erasmus Roterod. Zasio suo S.

SI quo pacto liceret ex hoc evolare pistrino, quod quidem facerem cupidissimè: maluissem intra nuptiarum tempus te visere, quo totus tuo frui possem: nunc in tanta hominum turba, quotula tui portio rediret ad nos? Mitto *Eudoxium* nuperrimè excusum. *Beatus* pari diligentiâ te salutat: adest & *Gerbelius* & *Oecolampadius*. Bene vale vir eruditissime. Precor ut nuptiæ filiæ tibi tuisq; sint voluptati pariter ac bono.

Vdalricus Zasius Erasmo Rot. S.

NOli mirari *Erasme* ter maximè heros, si priùs ad te literas dedero: imò magis mirere, quòd aliquas usquam dedi, ita ad augenda illa tua nomina & oculos præstringor, & meum. Quem enim *Platones* ipsi, *Ciceromes*, *Fabii*, horum ordini inseruissent, suis fuissent sedibus digni, nos elingues, infantes, barbari, quo loco, quo honore, quâ venerantiâ prosequemur? Profectò nisi tua me animâsset admirabilis humanitas, quam noster ille *Bonifacius Amorbachius*, adolescens intute & doctrinâ clarus, prædicare non cessat, nisi optatissimi tui muneris, quo me ornâsti, benecentia invitaret, quin potiùs perurgeret, manum calamo (quod boni consulas) prorsus abstinuisset. Mediocris enim ista mea literatio, si in optimis doctrinis perquàm exigua mihi contulit, ea nec certè discretione instruxit, ut noscam homo insans non ita magnorum heroum auribus esse coràm obstrependum, sicut absentium laudes prædicandæ, quod hoc omnibus licuerit, illud non nisi doctrinæ politioris gradu receptis. Proinde si filea veneratio me tui elinguat, nulla absolvet ingratitudo. Equidem ubiubi gentium degam, quoquo proficiscar, multus mihi in ore, multus fando *Erasmus* versatur. Hujus eminentiam circumsero: hunc meâ quamlibet exiguâ prædicatione celebro: ejus venerandam & omni ætati admirabilem doctrinam extollo, pro numine adorandum jubeo: non hominem esse terrenum, sed igneum de cœlo sumptum defendo: hoc doctissimus nostri

ætate

ætate jurisconsultus *Pius Hieronymus Balduinus*, Cæsareæ majestatis consiliarius principalis consistorii, provinciæ nostræ regens testabitur: ad cujus & veteris amici cœnam cum hoc dierum in oppido *Enisheim* (ibi enim moratur) vocatus adessem, tuas incomparabiles dotes (quod semper facio) in partem epularum citavi: atque ita citavi, ut cum ipsa ultrò cœna omne genus ferculis splenderet, tua tamen nomina splendori auctarium & quidem memorabile adderent. Ignoravit *Hieronymus* te tam vicinum nobis agere, imprecariq; fortunæ videbatur, quod ea res tam diu eum (quod minimè decebat) latuisset. Is cupit tibi esse notior, amicus esse desiderat: in tuas ardet literas, quibus ut eum impertias & rogo & hortor. Vir est & juris peritissimus, & insuper omnibus humanitatis studiis ex pari doctus: &, ut verbo dicam, cum comperies *Hieronymum*, quo pro ratione ætatis, necdum enim tricesimum annum agit, vix alium *Germania* nostra superior exhibebit. Quod ad me attinet, ita *Zasio* utitor, ut servo à pedibus. Jam enim me candidiori hostiâ litâsse putabo, si me dignum haberi sensero, ut vel inter calamulos tuos dinumerer. Glossæ, quas in certas juris civilis partes meditor: Summa digesti veteris, cui jam propè summa manus imposita est: intellectum in Juris civilis veritas, quæ contra communia doctorum sensa propediem prodetur: de advocatis opus non pœnitendum, quæ omnia pari sub incude sudant: ea de te prædicabunt, quæ ne coràm scribam, & modestia prohibet, & terret pudor. Vale decus doctrinarum, quod simile vix aliqua videbit posteritas. Ex *Friburgo*, undecimo Calendas Januarii. Anno M. D. XIIII.

A B C D

Erasmus Rot. Zasio suo S.

SIngularem eruditionem tuam cum pari conjunctam eloquentia, nuper è duobus eruditissimis, nec minus facundis, cognovi: primum ex *Beato Rhenano*, mox ex *Jovine Gallinario*. Facetiam tuam non vulgarem ex literis intelligo: siquidem quum tu vir omni virtutum laude cumulatissimus, non gravatus esses nos, qui nihil sumus, politissimis literis tuis ad amicitiam provocare, quantum ego felicitatis nec optare unquam ausus fueram: mox akerâ epistolâ crimen impudentiæ deprecaris, quod tantulus ad tantum heroa scripseris. Ut missas faciam istas delicias, quibus apud *Italos* vulgo docti sese delinire consueverunt, sed ut homo *Germanus* cum *Germano* germanâ illâ & simplici veritate agam, ipse me meo, quod aiunt, pede metior, & novi quàm sit mihi curta supellex, tantum abest ut laudes agnoscam, quas tu mihi tribuis. Cæterùm ex animo nostræ gratulor *Germaniæ*, quæ jam olim bellicæ rei gloriâ florens, nunc passim tot etiam eximiis in omni literarum genere viris illustratur, quâ quidem gloriâ non alia neque verior, neque diuturnior: quos quanquam omnes vehementer suspicio, sicuti par est, tamen nullius stilo magis capior quàm tuo, non tantùm ob id quod castissimus est, & ab omni nævo purissimus, verumetiâ ob id quod *Politianicâ* illâ *Venere* ac delicias mirè referre videtur, cujus viri ingenio semper ita sum delectatus, ut nullius æquè. Porrò quum in *Politiano* summa laudum sit eloquentia, quanto rectiùs te mi *Zasi* convenit suspicere, in quo, quod in tanto viro summum, in te accessorium est, & velut auctarium. Proinde debeo *Beato*, debeo *Gallinario*, per quos te primùm cœpi cognoscere, sed magis tibi debeo, cujus humanissimis simul & elegantissimis literis etiam in amicorum tuorum numerum coopter: quâ re nihil potuit accidere jucundius aut honorificentius. Neq; verò commissurus eram, ut tu priores occupares, ni huic pistrino sic essem affixus & obligatus, ut vix sit otium capiendo cibo. *Adagiorum* opus ita locupletatur, ut aliud videri possit. Apparatur mox excudendus *Hieronymus* cum annotamentis & scholiis nostris. Adornatur Novum Testamentum nostris purgatum & illustratum scholiis. Editur à nobis recognita *Copia*: edetur & *Similium* liber. Opera quæ verteram è *Plutarcho*, jam formulis excusa sunt. Paratur & *Seneca Annæus*, à me summis laboribus emaculatus. Cum horum unum quodlibet hujusmodi sit ut totum hominem, & quidem non *Erasmum*, sed adamantinum aliquem desideret, facilè potes conjecturam facere, quàm mihi nihil sit vacui temporis. Unde veniam des oportet, primùm quidem quod ad tuas literas tam elimatas tam inconditis respondeo, planè χρύσεα χαλκείων ἀμοιβάς, deinde si posthac aut rariùs aut paucioribus, quàm tu velles, tecum agere videbor. Simulátq; hisce me laboribus nonnihil extricavero, libebit vel justis voluminibus cum meo *Zasio* congredi. Quod moliris in jus Cæsareum illustrandum, precor ut Musæ bene fortunent: scis, opinor, *Budæum Parisiensem* tale quiddam esse conatum: & *Cuthbertus Tonstallus Cantuariensis* Archiepiscopi cancellarius, vir utriusq; literaturæ callentissimus, innumeros habet locos annotatos. Quòd in tuis commentariis nostri mentionem facis, méq; paras immortalem reddere, magnopere gratum est, laudari à viro omnium laudatissimo. Unum illud à te rogo, nè posthac tam invidiosis titulis oneres *Erasmum*, nè quam nasutulis irridendi mei præbeas ansam. Quis enim non rideat *Erasmum* magnum appellari, qui nulla non parte minimus sit? ad hæc felicem, cui nihil est quod fortunæ possit acceptum ferre? *Bonifacium* juvenem juxta modestum atq; eruditum, quæso nè graveris meo nomine salutare. Resalutat te *Gerardus Listrius* noster, ut ex animo tui studiosissimus, ita dignus profectò, quem tu mutuò, sicut facis, diligas. Bene vale. *Basileæ*, nono Calendas Octobris. Anno M. D. XIV.

E F

Erasmus Rot. Andreæ Hochstrato S.

DEflexi nonnihil ab itinere meo, ut & te veterem amicum meum viderem, & urbis tam celebris conspectu fruerer, verùm utrunq; frustra malo quodam meo fato. Nam & tu aberas, & urbs ita placuit, ut à nulla unquam discesserim lubentiùs. Bene vale. *Leodii*, Anno M.D.XVII. *Epist. 8.*

Erasmus Rot. Gerardo Noviomago S.D.

CLarissimi Principis *Philippi à Burgundia* Præsulis *Ultrajectini*, tui *Mecænatis*, & nisi invides, mihi tecum communis, inaugurationem adeò graphicè perspicuéque depinxisti, ut minus visurus fuerim, si ipse pompis omnibus interfuissem. Perplacuit autem quod rem historicâ fide perse- *Epist. 9.*

perſequeris, ſeeus quàm vulgus ſcriptorum facit, qui in hujuſmodi argumentis multa ſolent ὀμμετρεῖν, hoc eſt, admetiri, nè dicam admentiri. An gratulari debeam *Philippo*, nondum ſtatui, qui & ante ſuſceptum honorem iſtum, ſuis ipſius dotibus erat maximus, & adeò non ambiit, ut recuſaturus fueris, ni hoc patriæ commodis, & *Caroli* Principis affectibus dediſſet. Certè dioceſi gratulor, ad cujus communionem & ipſe pertineo, cui talis contigerit & Princeps & Epiſcopus, qui pro ſingulari prudentia, próq; ſumma morum integritate, juxta munus utrunq; ſit expleturus. Id ut confidam fore, non ſolùm ipſius natura facit, nihil non egregium pollicens, verumetiam pater *Philippus Burgondiæ* dux, quo ſeculis aliquot nullus contigit huic regioni Princeps laudatior, ſive ſpectes verè regiam animi magnitudinem, ſive raram quandam erga ſuos charitatem, ſive pacis alendæ ſtudium, ſive morum comitatem, atq; ut ſummatim dicam, ingenium ab omni tyrannide alieniſſimum. Auget hanc ſpem *David* ille magnus hujus germanus, vir modis omnibus patri adſimilis, ſed hoc præcipuè ſuſpiciendus, quòd ut ipſe erat eruditiſſimus, ita ſummo ſtudio adnitebatur, nè paſſim rudes & indocti in cleri gregem irreperent, quod hactenus fieri videmus. Igitur in ſpem venio fore ut hic unus & optimum parentem unde natus eſt, & optimum fratrem, cui ſucceſſit, non referat modò, verumetiam ſuperet, tibíq; uberrimam encomiorum materiam ſuppeditet. Atq; ut hâc in re me tibi rivalem intelligas, jamdudum *Pacis querimoniam* illi dicavimus, noſtri in illum ſtudii primitias. Excuditur *Baſileæ* libellus brevi iſtuc iturus. Quem ſi ſenſero non diſplicuiſſe, fortaſſis majus aliquid audebitur. Bene vale optime *Gerarde*, nóſq; clariſſimo Præſuli *ſedulo* commendatos facito. *Lovanii*, Anno M.D.XVII. pridie Calendas Septembris.

Alberto Archiepiſcopo & Principi Mogontino Cardinali Eraſmus Roterodamus

Epiſt. 10. SAlutem plurimâ. Suſpiciende Præſul, & idem illuſtriſſime Princeps, redditum eſt mihi cœlſitudinis tuæ munus, materia juxta atq; opere viſendum & inſigne, dignum quidem, quod à tali Principe mitteretur, ſed haud ſcio, an dignus *Eraſmus* ad quem mitteretur, quem magis convenit vitreis, aut *Samiis*, quàm auro celatis poculis bibere. Quod ſi calix vitreus miſſus fuiſſet, tamen mihi inter ea, quæ maximè ſunt in deliciis, reponeretur: vel ob id ipſum, quod ab heroe longè optimo profectùs fuiſſet. Commendavit autem mihi non mediocriter munus per ſe gratiſſimum *Huttenus* noſter, qui docuit appellari poculum amoris, ceu Gratiis ſacrum, ob id opinor, quod quum velut oſculo ſibi committuntur, è duobus fiat unum: addit eam ineſſe vim, ut qui ex hoc biberint, tenaciſſimâ quadam benevolentiâ conglutinentur. Hujus rei periculum facere volens, *Guilhelmo* Cardinali *Croio*, cum hiſce diebus inviſeret bibliothecam meam, è tuo poculo præbibi, & ille mihi viciſſim. Juvenis eſt longè feliciſſimus, & cujus indoles non videatur indigna tantâ felicitate. Sed doleo ſeriùs fuiſſe redditum. Nuper enim theologi *Lovanienſes* mecum redierunt in gratiam, hâc lege, ut illi compeſcerent obtrectatrices linguas quas excitâſſent, ego pergerem cohibere calamos meorum, quantum eſſet in me. In eo convivio (nam hic nihil ſacrum ſibi compotatione) produxiſſem tuum poculum ſi mihi fuiſſet, ex quo ſi bibiſſent ſinguli, fortaſſe felicioribus auſpiciis eoiiſſet noſtra concordia; nunc ex epiſtola, neſcio quâ, parum bene intelle[illegible] pejus interpretatâ, malè ſarta gratia ſic diſſi[illegible] poſt brevem tranquillitatem ſævior etiam tempeſtas coorta videretur; Nec dubito, quin hæc omnia gerantur artificio *Satanæ*, cui nihil inviſius eſt, quàm *Chriſtianorũ* inter ipſos concordia: cujus modis omnibus conatur, & vitæ, & ſtudiorum tranquillitatem aliquo pacto turbare, idq; facit pietatis prætextu, quo magis etiam noceat. Quid de re, ſi celſitudini tuæ per negotiorum undas vacaret, ſunt quæ mea refert illam ſcire, ac fortaſſe ipſius quoq;, certè bonarum literarũ intereſt, quibus æquum eſt, optimos quoſq; adverſus peſſimos favere. Primùm illud præfandum eſt, mihi neque cum *Reuchlini* negotio, neq; cum *Lutheri* cauſa quicquam unquam fuiſſe. *Cabala*, & *Thalmud* quid hoc eſt, meo animo nunquam arriſit. Confectationes illæ virulentæ inter *Reuchlinum*, & hos, qui *Jacobo Hoochſtrato* favebant, mihi majorem in modum diſplicuerunt. *Lutherus* mihi tam ignotus eſt, quàm qui ignotiſſimus, cujus libros nondum vacavit legere, niſi quòd carptim deguſtavi quædam. Si bene ſcripſit, nihil mihi debetur laudis: ſin ſeeus, nihil eſt, quod mihi imputetur. Illud video, ut quiſq; vir eſt optimus, ita illius ſcriptis minimè offendi: non quòd probent omnia opinor, ſed quòd hoc animo illum legant, quo nos legimus *Cyprianum* ac *Hieronymum*, imò etiam *Petrum Lombardum*, nimirum ad multa connivens. Libros *Lutheri* editos dolebam, & cum ejuſce primùm oſtendi libelli neſcio qui, pro viribus obſtabam, nè ederentur, præcipuè, quod verear, ne quid tumultus ex his oriretur. Scripſerat ad me *Lutherus* epiſtolam bene *Chriſtianam*, meâ quidem ſententiâ, & reſpondi, obiter admonens hominem, nè quid ſeditioſè, nè quid procaciùs in *Romanum* Pontificem, nè quid arrogantiùs aut iracundiùs ſcriberet, ſed doctrinam Euangelicam animo ſyncero cum omni manſuetudine prædicaret. Id ſed civiliter, quo magis proficerem. Addidi, hic eſſe qui illi faverent, quo magis ad horum judicium ſeſe accommodaret: hæc quidam ſtultiſſimè ſic interpretati ſunt, quaſi *Luthero* faverem: cum iſtorum nullus hominem adhuc monuerit, ipſe ſolus admonui. Ego *Lutheri*, nec accuſator ſum, nec patronus, nec judex: de ſpiritu hominis non auſim judicare, eſt enim difficillimum, præſertim in partem pejorem. Et tamen ſi illi faverem ut viro bono, quod fatentur & hoſtes: ſi ut reo, quod juratis etiam Judicibus permittunt leges: ſi ut oppreſſo, quod dictat humanitas, & obruto ab his, qui ſimulato prætextu, devotis animis tendunt adverſus bonas literas, quæ tandem eſſet invidia? modò nè me cauſæ admiſcerem. Poſtremò, *Chriſtianum* eſt opinor ſic favere *Luthero*, ut ſi innocens eſt, nolim eum improborum factionibus opprimi: ſin errat, velim ſanari, non perdi: hoc enim magis congruit cum exemplo *Chriſti*, qui juxta Prophetæ teſtimonium, *linum fumigans non extinxit, neq; baculum confractum comminuit*. Optarim pectus illud, quod videtur habere præclaras quaſdam ſcintillas Euangelicæ doctrinæ, non opprimi, ſed correctum revocari ad prædicationem gloriæ

gloriæ *Christi*. Nunc Theologi quidam, quos ego novi, nec admonent, nec docent *Lutherũ*, tantum insanis clamoribus apud populum traducunt hominem, & virulentissimis obtrectationibus lacerant, nihil habentes in ore præter hæreses, hæreticos, hæresiarchas, schismata, & antichristos. Negari non potest hic clamatum fuisse apud populum odiosissimè, ab his, qui libros *Lutheri* nondum viderant. Compertum est, quosdam nominatim damnasse quæ non intellexerant. Quorum illud est unum; *Lutherus scripserat, nos non teneri ad confitendum peccata capitalia, nisi manifesta, sentiens manifesta, quæ nobis confitentibus essent nota.* Id quidam sic interpretans, quasi manifesta essent, quæ palam essent admissa, vociferatus est miris modis, in re non intellecta. Compertum est ab his damnata ut hæretica in libris *Lutheri*, quæ in *Bernardi*, *Augustinique* libris, ut orthodoxa, imò ut pia leguntur: admoui eos initio, ut ab hujusmodi clamoribus temperarent, sed scriptis potiùs ac disputationibus rem agerent. Primùm, non esse publicè damnandum, quod non esset lectum, imò, quod non expensum, non enim dicam non intellectum. Deinde, theologis indecorum esse, quicquam per tumultum agere, quorum judicium oporteret esse gravissimum: postremò, non facilè debacchandum in eum, cujus vita probaretur ab omnibus. Denique, fortassis non esse tutum attingere talia apud promiscuam multitudinem, in quâ sunt multi, quibus valde displicet secretorum peccatorum confessio. Hi si audiant esse Theologos, qui negant oportere confiteri omnia crimina, facilè arripient, unde cõcipiant perversam opinionem. Cum hoc idem videretur cordatissimo cuiq; quod mihi videbatur, tamen ex hac amica admonitione conceperunt suspicionem, libros *Lutheri* magna ex parte meos esse, & *Lovanii* natos, cum in his nec apiculus ullus sit meus, aut me cõscio, aut volente editus: & tamen hac falsissimâ suspicione freti, citra ullam expostulationẽ excitârunt hic multas Tragœdias, quibus adhuc in vita nihil vidi furiosius. Ad hæc, cum Theologorum sit propriũ docere, nunc video multos nihil aliud agere, nisi ut cogant, ut perdant, ut extinguant, cũ *Augustinus*, nè adversus *Donatistas* quidem: non hæreticos modò, verùm etiam sæviissimos latrones: probet eos, qui cogant tantùm, non etiam doceant. Homines, quos maximè decebat mansuetudo, nihil aliud sitire videntur, quàm humanum sanguinem, tantum in hoc inhiant ut capiatur, ut perdatur *Lutherus*. Atqui, hoc est carnificem agere, non Theologum. Si se magnos Theologos volunt ostendere, convertant *Judæos*, convertant ad *Christum*, à *Christo* alienos, emendent publicos *Christianorum* mores, quibus nihil est corruptius, nè apud *Turcas* quidem. Quo pacto æquum est, ut rapiatur ad pœnam, qui primum proposuit disputanda, de quibus in omnibus Theologorum scholis semper est disputatum, cur affligi debet, qui cupit doceri, qui se submittit judicio *Ro.* sedis, qui se committit judicio scholarum quas universitates appellant. Quòd si se non credit manibus quorundam qui illum mallẽt extinctum, quam probum, mirum videri non debet. Spectandi in primis sunt hujus mali fontes. Mundus oneratus est constitutionibus humanis, oneratus est opinionibus & dogmatibus scholasticis, tyrannide fratrum mendicantium, qui cum sint satellites sedis *Ro.* tamen eo potentiæ ac multitudinis evadunt, ut ipsi *Ro. Pont.* atque ipsis adeò Regibus sint formidabiles. His cum pro ipsis facit Pontifex, plusquam Deus est: in his quæ faciunt adversus eorum cõmodum, non plus valet quàm somnium. Non damno omnes, sed plurimi sunt hujus generis, qui ob quæstũ ac tyrannidem, datâ operâ illaqueant conscientias hominum. Ac perfrictâ fronte, jam cœperant, omisso *Christo*, nihil prædicare, nisi sua nova, & subinde impudentiora dogmata. De Indulgentiis sic loquebantur, ut nec idiotæ ferre possent. His & ejusmodi multis rebus paulatim evanescebat vigor Euangelicæ doctrinæ: & futurum erat ut rebus semper in deterius prolabentibus, tandem prorsus extingueretur illa scintilla *Christiana* pietatis, unde redaccendi poterat extincta charitas: ad cerimonias plusquam *Judaicas*, summa religionis vergebat. Hæc suspirant, ac deplorant boni viri, hæc ipsi etiam Theologi, non monachi, & monachi quidam in privatis colloquiis fatentur. Hæc, opinor, moverunt animum *Lutheri*, ut primum auderet se quorundam intolerabili impudentiæ opponere. Quid enim aliud suspicer de eo, qui nec honores ambit, nec pecuniam cupit. De articulis quos objiciunt *Luthero*, in præsentia non disputo, tantũ de modo, & occasione disputo. Ausus est *Lutherus* de Indulgentiis dubitare, sed de quibus alii prius nimis impudenter asseveraverant: ausus est immoderatiùs loqui de potestate *Ro.* Pontificis, sed de quâ isti nimis immoderatè prius scripserant, quorum præcipui sunt tres prædicatores, *Alvarus*, *Sylvester*, & Cardinalis sancti *Sixti*. Ausus est *Thomæ* decreta contemnere, sed quæ *Dominicani* penè præferunt Euangeliis. Ausus est in materia Confessionis scrupulos aliquos discutere, sed in quâ monachi sine fine illaqueant hominum conscientias. Ausus est ex parte negligere scholastica decreta, sed quibus ipsi nimium tribuant, & in quibus ipsi nihilo minus inter se dissentiunt; postremò, quæ subinde mutant, pro veteribus rescissis, inducentes nova. Diseruciebat hoc pias mentes, cum audirent in scholis fere nullum sermonem de doctrina Euangelica, sacros illos ab Ecclesia jam olim probatos autores haberi pro antiquatis: imò in sacris concionibus minimum audiri De *Christo*; De potestate Pontificis, De opinionibus recentiũ ferè omnia. Totam orationem, jam palam quæstum, adulationẽ, ambitionẽ, ac fucum præ se ferre His imputandũ opinor, etiã si qua intemperantiùs scripsit *Lutherus*. Quisquis favet Euangelicæ doctrinæ, is favet *Rom.* Põtifici, qui hujus primus est præco, cum cæteri Episcopi sint ejusdẽ præcones. Omnes Episcopi *Christi* vicẽ gerunt, sed inter hos præcellit *Rom.* Pont. De eo sic sentiendum est, quod nulli rei magis faveat quam gloriæ *Christi*, cujus se ministrum gloriatur. De hoc pessimè merẽtur, qui per adulationem illi tribuunt, quod nè ipse quidem agnoscit nec expedit gregi *Christiano*. Et tamen nonnulli, qui movẽt has tragœdias, non faciunt studio Pontificis, sed hujus potestate ad suum quæstum, suámq: tyrannidem abutuntur. Habemus ut arbitror, Pontificẽ pium, sed in tantis rerum fluctibus plurima sunt, quæ ille ignorat: quædam etiam si velit, non potest obtinere, sed (ut inquit Maro)

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Hujus igitur pietatem adjuvat, qui exhortatur ad ea, quæ maximè *Christo* digna sunt. Obscurum

non

non est, esse qui sanctitatem illius incitent adversus *Lutherum*, imò adversus omnes, qui audent adversus ipsorum dogmata mutire. Sed maximis Principibus magis spectandum, quid velit perpetua voluntas Pontificis, quàm obsequium improbitate extortum. Jam quales sunt autores hujus tumultus, possem verissimè demonstrare, nisi metuerem, ne dum veridicus esse pergo, videar maledicus. Multos novi familiariter, multi quales sint, editis libris ipsi declarârunt, nec in ullo speculo magis relucet imago mentis & viræ. Atq; utinam isti, qui sumunt sibi censoriam virgulam, quâ quos velint ejiciant de senatu *Christianorum*, penitus imbibissent doctrinam & affectũ *Christi*. Ea non contingit, nisi animis ab omni cupiditatũ hujus mundi sorde defecatis. An isti tales sint, id mox experietur, qui eũ illis agat de re, quæ ad quæstum, aut gloriam, aut vindictã eorum pertinet. Utinam possim insinuare animo celsitudinis tuæ, quæ super his rebus, & perspecta habeo, & cõperta. Nam me decet meminisse modestiæ *Christianæ*. Hæc eo liberiùs dico, quòd modis omnibus sum à *Ruchlini*, *Lutheriq;* caussa alienissimus. Nec enim ipse velim ejusmodi scribere, nec eam doctrinã mihi arrogo, ut ab aliis scripta velim tueri: sed mihi non tempero, quin illud mysterium aperiam, istos longe aliò tendere, quàm præ se ferant. Jam pridem malè habet istos efflorescere bonas literas, efflorescere linguas, reviviscere veteres autores, quos antehac exedebãt tineæ, pulvere opertos mundum ad fontes ipsos revocari. Timent suis lacunis, nolunt videri quicquam nescire, metuunt, nè quid ipsorũ majestati decedat. Hoc ulcus cum diu presserint, nuper tamen erupit, dolore vincente dissimulationem. Antequam exirent libri *Lutheri*, jam magnis studiis hoc agebant, maximè *Dominicani* & *Carmelitæ*, quorum utinam plurimi non essent sceleratiores, quàm indocti. Ubi libri *Lutheri* prodissent, velut ansam nacti, cœperunt linguarum, bonarũ literarum, *Capnionis* ac *Lutheri*, imò & meam causam, eodem fasce complecti, nõ solùm malè offerentes, verumetiã malè dividentes. Primũ enim, quid rei bonis studiis cum fidei negotio? deinde, quid mihi cum caussa *Capnionis* ac *Lutheri*? Sed hæc arte commiscuerunt, ut cõmuni invidiâ degravarent omnes bonarum literarum cultores. Porrò, rem non syncero animo geri, vel ex hoc licet conjicere: cum ipsi fateantur nullum esse, neq; veterum, neq; recentiũ autorum, in quo non reperiantur errores, etiam hæreticum facturi, si quis pertinaciter defendat, cur cæteris omissis, in unum tantum, aut alterum inquirunt tam odiosè? Non inficiantur in multis errâsse *Alvarum*, in multis Cardinalem sancti *Sixti*, in multis *Sylvestrum Prieratẽ*, de his nulla mentio, quia *Dominicani* sunt. In unum *Capnionẽ* clamatur, quia linguas callet. In *Lutherum*, quem isti putant nostris literis præditum, cum eas tenuiter attigerit. Multa scripsit *Lutherus* imprudenter magis, quàm impiè, quorum hoc istos habet pessimè, quòd *Thomæ* non multum tribuit, quòd minuit quæstum veniarum, quod ordinibus mendicantium parum tribuit, quòd scholasticis dogmatibus non tantundem defert quantum Euangeliis, quòd negligit humanas disputatorum argutias. Hæ nimirum sunt hæreses intolerabiles. Sed his dissimulatis, prætexunt invidiosa apud Pontificem, homines, tantum ad nocendum, & concordes, & callidi. Olim etiam reverenter audiebatur hæreticus, absolvebatur si satisfaciebat: sin [illegible] perstitisset, extrema pœna erat. non admittebatur ad catholicam & ecclesiasticam communionem. Nunc alia res est hæreseos crimen, & tamen ab quamlibet levem causam, statim hoc habent in ore, *Hæresis est*. Olim hæreticus habebatur, qui dissentiebat ab Euangeliis, ab articulis fidei, ab his, quæ cum his parem obtinerent autoritatem. Nunc si quis unquam dissentiat à *Thoma* hæreticus, imò si quis à cõmentitia ratione, quam heri sophista quispiam in scholis commentus est. Quicquid non placet, quicquid non intelligitur, hæresis est, *Græcè* scire, hæresis est, expolire [illegible] hæresis est, quicquid ipsi non faciunt, hæresis est. Fãteor grave crimen est viciatæ fidei, sed non oportet quidvis trahere in quæstionem fidei. Et qui tractant fidei negotium, debent ab omni specie ambitionis, quæstus, aut odii, vindictæque procul abesse. At quid isti præ se ferant, quis est qui non videat? quorum cupiditati si semel licentia fuerit laxẽtur, passim incipient sævire in optimi cujusq; caput. Postremò, minitabuntur ipsis Episcopis, ipsi etiam *Romano* Pontifici. Quod non recusabo, quo minus falsum videatur, nisi jam à quibusdam fieri videmus. Quid ausit ordo *Dominicanorum*, nè quid aliud adferam, *Hieronymus Savonarola Bernensis* facinus, admonere nos debet. Non reprehendo ordinis infamiam, sed admoneo quid sit cavendum, si illis successerit quicquid temere tentarint. Quicquid adhuc dixim⁹, extra causam *Lutheri* est, de modo tantum ac periculo disputamus. Causam *Capnionis Romanus* Pontifex ad se recepit. *Lutheri* negotiũ delegatum est Academiis, quicquid hi pronunciabunt citra meum periculũ fuerit. Ego semper cavi, nè quid scriberem obscœni, nè quid seditiosi, ne quid alienum à doctrina *Christi*, nec unquam sciens, vel magister erroris, vel autor tumultûs fui, omnia passurus citius, quam seditionem excitaturus. Hæc tamen ea de causis volebam esse nota celsitudini tuæ non ut illi consulam aut præeam, sed ut si conentur adversarii bonarum literarum abuti prætextu dignitatis tuæ, certiùs possit hisce de rebus, quod optimum sit, statuere: quæ, meâ sententiâ, quo magis abstinebit ab hac causa, hoc rectiùs consulet suæ tranquillitati. Methodum celsitudinis tuæ dicatam recognovi, & auctario non medioci locupletavi.

Te incolumem ac florentem in æternum servet *Christus* Opt. Max. *Lovanii*. Calend. Novembribus, Anno M. D. XIX.

Mercurino Gattinario Cancellario summi Imperatoris & Hispaniarum Regis Caroli, Erasmus Roterodamus S. D.

MAgnifice vir, ex aliquot familiaribus congressibus comperio hunc *Ioannem Fabrum* ordinis *Dominicani*, multis eximiis doctrinæ dotibus præditum, religione nequaquam fucatâ, judicio prudentiáque singulari, eruditione solidâ, cujus rerum commendatione Cæsari *Maximiliano*, virtutum omnium, ut fautori candido, ita judicioso, cum primis charus fuit. Convenit autem opinor, ut quemadmodum *Carolus* noster in avitum succedit imperium, ita virtutum etiam avitarum hæreditatem capessat. Porrò quod petit, non solùm æquissimum est, verumetiam facillimum, videli-

ce

cet ut idem muneris quod habuit apud Cæsarem *Maximilianū*, apud hunc retineat. Atq; id ut fiat, ad publicam rei Christianæ pertinet utilitatem, meâ sententiâ, simúlq; sacri imperii dignitatē. Id cujusmodi sit, ex ipso rectiùs cognosces. Scio mihi non fuisse multum consuetudinis cum celsitudine tua, sed hanc fiduciam mihi præbet, partim animꝰ iste tuus ad omnes res honestas omnibus expositus: partim quod confidam fore, ut quemadmodū te successorem habemus eximii viri *Ioannis Sylvagii*, omnibus ornamentis parem, aut etiam superiorem: ita hàc quoque in parte sis illum relaturus, ut *Erasmo* faveas, qui nihil aliud agit in hac vita, quàm ut suis studiis *Christi* gloriam ac bonas literas provehat. Si quâ in re potero vel tibi, vel Cæsareæ majestati usui aut ornamento esse, nihil defugiam, quod modò præstare possim. Bene vale, vir omnibus modis eximie, cui quàm commendatissimus esse cupio. *Lovanii* quarto Nonas Octob. Anno M. D. XX.

Bilibaldus Perkheymerus Erasmo Rot. S.D.

1. SUum officium facit affinis iste meus *Erasme* amicissime, quod te colit, ac subinde meo nomine salutat. Probè enim novit quâ te prosequar benevolentiâ, poterimus ejus opera in mittendis literis uti, quæ nescio quo fato, aut tardissimè redduntur, aut etiam penitùs intercidunt. Diu enim nullas abs te accepi, quamvis ipse aliquoties scripserim, & nisi ex epistolarum tuarum farragine te mihi respondisse deprehendissem, nè nunc quidem id scirem. Quàm verò fideliter & meæ tibi redditæ fuerint, vel *Alamiri* nostri diligentia satis declarat. Cæterùm insulsissimam invectivam *Edvardi Lei*, legi, imò veriùs vidi. Quis enim sustineat legere librum tam sine mente, sine fronte, sine literis, sine omni dote humana? Legi & tuam *Apologiam*, quæ tamen polliceatur responsionem ad illius annotationes. Scire cupis quid sentiam? Vellem omninò tacuisses, aut ita homini ut dignus erat respondisses. Sed periculum erat, nè silentio objecta videreris agnoscere. Quasi verò optimus ac doctissimus quisq; non confestim intellecturus fuerit, cuncta quæ ille furiosus, & impotens sui evomuit, meras esse sycophantias & impudētissima mendacia. Habet suâ faciem veritas. Et iste rabiosulꝰ adeò apud se non est, ut ipse frequenter prodat seipsum. De improbis verò & mendicis, nulla tibi debebat esse cura. Quanquā qui inter hos sunt paulo minus stolidi, sentiunt ac damnant hominis prodigiosam arrogantiam, insitiam, ac virulentiam: quam execrātur etiam ii, qui tibi parum bene volunt, & indignantur propugnatori lævo, magis quàm *Leo*, qui causam suam tam infeliciter egerit, ut satius fuerit quievisse. Utinā igitur posteaquàm tibi non esse silendū censueras, ementitiæ & fictæ modestiæ immodissimè respondisses, & cuncta rhetorices spicula contra tam purulenta ac tartareo veneno tincta convicia scelerati capitis distrinxisses. Sed volebas modestiæ memor esse, nec malum pro malo reddere, sanum profecto propositum & à nemine bono non laudandum. Verùm si ita perpetuò feceris, cuid tibi ab æmulis expectandum sit cogita, si viderint cuivis audaci ac stolido impune esse *Erasmo* maledicere, & capiti tuo illudere. Quare te per tuam gloriam, ac per nostram amicitiam obtestor, nè posthac quemvis rabulam responsione tuâ dignum censeas, aut si omninò respondendum duxisti, non per teipsum, sed per coquum quempiam, aut fabularium respondeas. Agnosce te ipsum qui major es, quā ut cum talibꝰ in eam palæstram descendas, ex quâ victor etiam nil nisi ignominiam referre possis. Quod ni ita feceris, sycophantarum turba tandem obruare necesse est. Nunquā enim quiescunt isti, sed assiduè contra optimum ac doctissimum quenque, necnon veritatem ipsam debacchantur. Nec mirum quo pacto enim benedicerent, qui nil nisi maledicere didicerunt? Quorum animus, ingenium, mores ejusmodi sunt, ut longè præstet ab illis vituperari quàm laudari, maléque quàm bene audire. Cæterùm cùm sint infantes ipsi, ut animi veneno desit oratio, cum sint inertes, ut nolint interim abesse à suis voluptatibus, postremò cum metuant, nè minus colligant caseorum, indies accrescente adversus eos orbis odio, non mirum si quærunt talem histrionem, qualis est *Leus*, qui personatus & instructus alienam agat fabulam, & infamem gloriam præmii loco ferat? Hunc oportet nec frontis habere quicquam, nec cordis, sed tantùm linguā effrenem, ac meretriciā procacitatem. Quo quidē in genere *Leus* iste vincit omnes quotquot antehac prodierunt in proscenium, quos tamē aliquot spectavimus insigniter impudentes. Quis enim non intelligit, à quibꝰ consutus sit iste calceus? Sed *Leus* induit acturus pro multis fabulam, hoc est, orbi exhibiturus teterrimū monstrum ex insitiâ, arrogantiâ, vanitate, virulentiâ, impudentiáq; cōflatum. In summa tale quale depinxisti in libello quo respondes *Lætomi* dialogis, mirâ quidam brevitate, sed ut nihil fieri possit absolutius. Quencūq; contemplabaris animo cum illa scriberes, certè tua descriptio aptissimè congruit cum imagine operis *Leici*. Et in hoc uno visus est mihi aliquid humanæ mentis habere, quod agnovit imaginem suam. Scio te non imperitum esse pictorem. Sed nemo poterat *Leum* exprimere rectiùs, quam expressit seipsum. Totus ille sibi placuit, & se totum expressit. Quòd si tu prædicâsses hominem ad insaniam usq; glorioſum, usqueadeo sibi placentem, ut miretur non verti in rosam, quidquid calcaverit, se unū admirantē, sibi pulchrum, sibi doctum, sibi sanctū, cum nulla omnino re bona sit prædituꝰ, nec quicquā habeat in pectore, præter venena, quanquā verissima dixisses, tamen fortassis non omnes erant tibi crediturī. Nunc ipse *Leus* se talē expressit. Ego mi *Erasme* plurimū fido tuæ simplici probitati, vix tamen eram crediturus tantū stultitiæ, tantū arrogantiæ, tantum fuci, tātum stoliditatis, tantū malitiæ esse in ullo pectore humano. Si tamen iste *Leus* homo dicendus est, ac non potius teterrima bellua. Si quisquā fuisset nequior, si quisquā insanior, hunc sibi delegissent hujꝰ provinciæ, quā jam pridem agunt, proconsulem. Neq; enim novum est quod agunt. Vetus hoc istis studium est, insignium virorum famā contemerare, & optima conantibꝰ obsistere. Nam ut vetustiora prætereamus, quæ pars orbis ignorat, quàm perversis, quàm sycophanticis, quam sceleratis machinationibus vexaverint inclytū, & optimè de *Germania*, optimè de literis meritum *Capnionem*? Ut interim fileam spurcissima convicia, quæ in eximium illum ac verè generosum *novæ Aquilæ* comitem, quæ in nobilem *Huttenum*, denique in me & omnes *Capnionis* amicos evomuerunt; quid non

moliti sunt in optimum *Iacobum Fabrum*? Nam quæ adversus *Lutherum* jampridem machinantur forsitan tacere præstat, nè me quoque, quod jam diu egere, sub amicitiæ illius prætextu in jus rapiant, ac de crimine hæresis causam dicere cogant. Verùm id nullus ignorat, eò temeritatis illos progressos esse, ut & Pontifici summo, ad quem præcipuè hujusce rei cognitio spectat, negotium hoc, quod eum tum in manib⁹ habere sciebant, extorserint, & priusquam ille sententiam tulisset, hæreseos condemnaverint autorem. Cæterùm per Gratias quid aliud tot sycophantiis, probris ac conviciis effecere, quàm quod suam stoliditatem parem malitiæ traduxere, séq; Deo pariter ac hominib⁹ reddidere invisos? Siquidem eò res illorum culpa deducta est, ut jam nihil magis placeat bonis omnib⁹, quam quod istis maximè displicet, isq; optimus esse videatur de quo ipsi pessimè sentiunt. Macte igitur virtute, qui dignus sis visus, quem impurissimi sycophantæ per sceleratissimum histrionē *Leum* virulentis suis maledictis incesserent. Haud enim majori laude extolli poteras, quam ut taliū ornareris vituperiis, nec unquam bonis & eruditis placeres nisi *Leo Leiq*, similibus indoctis hypocritis displiceres. Nè quid igitur *Erasme* commovearis, si invidi & verè miseri homines seipsos torqueant, & suo fungantur officio, idq; faciant quod nunquam non faciunt. Talia enim veræ virtutis tibi jacta sunt fundamenta, talem probitatis, & eruditionis consequutus es existimationem, ut eam nullus livor, quamvis edax valeat abolere. Tantos denique ac tales undiq; tibi conciliâsti amicos, ut etiam tacente te defendere, & à sceleratorum rabularum injuriis, & contumeliis vindicare possint & audeant. Sed te laudare desinam, ne *Leus* rumpatur invidiâ, cui precor lentum ac longum exitium, quo dignissimus est. Si tamen prius cōmemorâro, à quo crimine te nuper defenderim. Conveneramus plerique, ac inter cætera de te sermo incidit. Cúmq; nōnulli te tuáq; summis extulissent laudibus, sanctissimus quidam qui fortè aderat ex mendicorum genere Theolog⁹, laudes tuas admodum molestè ferebat, ac subinde concutiens caput, nescio quid secum cornicabatur. Id sentiens rogo nunquid esset quod in te minus probaret. At ille vultu ad gravitatem composito, multa esse respondit, quæ quis meritò in te reprehenderet. Cum adigi non posset, ut unum proferret, tandem importunitate meâ subactus, tametsi decreveram silere, inquit, tamen quando me urges, nè quis me putet invidiâ stimulatum dixisse, quod dixi: *Erasmus* ille vester, & quem tantis effertis præconiis, libenter comedit gallinas: idq; non aliorum relatu, sed cum hominem *Basileæ* cognovissem, duob⁹ hisce oculis conspexi. Tum ego. Furtivas nè an emptas? Emptas, ait ille. Longè inquam pernicio-tior est vulpecula illa scelestissima, quæ mihi quotidie è corte gallinas rapit, nec unquam persolvit precium. Rogabam num vesci gallinis poneret inter flagitia. Maximè, inquit. Nam est gulæ vitium, & eo gravius cum assiduè & devotis committitur. Adjeci, forsitan diebus quibus fas non est. Non, inquit, sed nos sacros viros ab omni epularum lautitia abstinere decet. Atqui bone pater, ni fallor inquam, haud farre, aut hordeo tantum saginâsti aqualiculum, (nam obesior erat) & si gallinæ quibus ventrem farsisti, adhuc pipare possent, vel exercitus ac tubarum strepitum vincerent. Vide quàm strenuè impiam ac nefariam defenderim ἐριθοφαγίαν. Sed tu me forsitan magis agere existimas, ego tibi etiam per sanctam hypocrisim me vera scribere paratus sum dejerare. Sed nè cuncta tua laudare videar, habes quæ & ego non injuriâ reprehendam. Nempe quod *Leo* tam divino viro fueris impedimento, quo minus semestri tempore, somniando, seu potius pastoris illius instar bibendo, literas *Hebraas* & *Graecas* omnes devorârit. O felicem ecclesiam, si illi suum dulce ocium reliquisses. Nunc opinor habet quod agat in extremam usq; senectam. Sed oportet nos esse faventes homini, quibus nonnihil laudis alicubi visus est aspergere. Quod nisi agnoverimus, vereor nè nos omnes appellet mortalium omnium ingratissimos. Quare nostrum erit quotusquis *Leico* nomini, aliquo panegyrico gratificari desse fateatur officium hoc esse satis abundè repositum. Quod in superiorem *Germaniam* te venturum esse significas, multis de causis probo consilium. Nam præterquam quod hic minus à talibus respis, qualis est *Leus*, infestari poteris: non sine ingenti animi oblectatione conspicies, quales quantósque undique tibi conciliaveris amicos. Invitarem te ut primum ad nos accederes, ni hic pestis recrudesceret: egóque fugam circumspectarem. Sed brevi desituram spero. Nam summâ diligentiâ occurritur malo. Sub *Caroli* Regis adventum te expectamus: interim lues grassari desinet. Ex veteri enim instituto primum novi Regis conventus hic celebrari consuevit. Ostendi *Alamiro* aliqua nostra cubicula, quibus te accipiam, non inamœna. Ipse regia esse dicebat. Quin & hoc polliceor, ultra gallinas gallos gallinaceos filios ac filias gallorum me abundè appositurum. Tu interim bene vale *Erasme* amicissime. Etiam atque etiam memineris, te longe feliciorem ex contumeliis invidorum, quàm laudibus amicorum, quas nunquam tam ægrè ferrent isti, ni certo certiùs cognoscerent te eruditione, probitate, immortalitatem etiam viventem inisse. Iterum vale. *Norenbergæ* pridie Calend. Maias.

Tuus *Bilibaldus Pierkheymer*.

Cum hæc scripsissem, certior factus sum, *Oecolampadium* nostrum vigesimotertio April. monachum esse factum, in monasterio Servatoris juxta *Augustam*, ordinis *S. Brigidæ*, in quo mulieres primas tenere consueverunt. Utinam sibi rectius consuluisset.

Eras. Rot. Bilibaldo Perkheymero S. D.

NOn deerant *Bilibalde* clarissime, qui mihi darent idem consilium, quod tu nunc prudenter quidem, & amicè, sed tamen serò dat. Deus avertat, ut ullius hominis virulentia sic me à statu mentis dimoveat, ut laxatis maledicentiæ habenis debaccher in famam alterius. Quid enim hoc aliud sit, quàm cum insaniente insanire? & sic alienam ulcisci malitiam, ut ipse fias malus? Atque utinam is sim, qui juxta doctrinam Apostolicam, benefactis malefacta vincam. Certè decreveram obticescere, sed ab eo proposito duo tréve quæ res avocabant. Primum verebar, nè si ipse dissimulâssem, pro uno me multi existerent, qui *Leum* multò inclementiùs accepissent, quam ego accepi. Qui etim si duriùs, aut eruditiùs aggressi fuissent

hominem

hominem, tamen haud scio an rem æquè appositè fuerint tractaturi, fortasse quidam ignari, quàm nihil sapiat, quamque & apud suos contemptus sit *Leus*, plus illi tribuissent, quàm meretur. Et ut est hominis ingenium, hoc ipsum palmarium ac triumphale judicâsset, si pluribus celebribus, & eruditis vitis moviſſet stomachum. Mihi tota hominis natura, & omnes negocii circumstantiæ penitùs erant cognitæ. Deinde toto biennio miris cuniculis egerat hoc, minus his in rebus artifex *Leus*, ut esset annotationum suarum incredibilis apud omnes expectatio. Scribebat sexcentas epistolas, ad hunc usum habebat amanuenses aliquot: primus excipiebat advenas, præsertim *Anglos*, eos conviviis faciebat suos: mox arte confictis mendaciis implebat, sed mitam interim modestiam simulans, quo majore cum fide læderet famam proximi. Abeuntes omni mendaciorum genere dimittebat onustos. Quibusdam ostendebat etiam si quid esset in annotationibus specie frontéque plausibilius. Monasteriorum favorem xeniis, cibo vinóque redimebat, præsertim horum, quæ sciret apud populum opinione sanctimoniæ commendatâ: habebat omnibus locis in quos hujus fabulæ scenas fuerat partitus, quorum nemo non strenuè erat in negotio. His rebus tandem effectum est, ut hi quoque redderentur solliciti, qui me probè nôrant, & se *Leum* nôsse putabant. Itaque si nihil respondissem, periculum erat, ne ad menses aliquot, alienatis complurium animis periret nonnulla pars fructus, quem tot vigiliis venabar. Nam meæ gloriæ jactura sanè leviter moviſſet animum meum. Cur enim vereat aliquam famæ partem *Christianis* studiis impendere, qui vitæ bonam partem impendam? Proinde sic *Leo* respondimus, ut & illi stultissimè speratam gloriam detraxerimus, & veterem nostram modestiæ laudem meremur. Habes optime *Bilibaldè* consilii mei rationem, cujus me nondum admodum pœnitet; etiam si nullius temporis jactura me gravius affecit, quàm illius sesquimensis, quo *Lei* nænias non minus inamœnas, quàm indoctas ac virulentas, & legimus, & refellimus. Porrò, quòd vereris ne hæc mea lenitas multorum invitet maledicentiam. Ego gravius esse periculum arbitror, ne si maledicentia maledicentiam invitet, nullus sit insaniendi finis, quando jam propemodum res in rabiem exiit. Hoc consilio Deus vetuit, ne quis de *Cain* sumeret vindictam, ne reciprocis vindictæ vicibus nullus tandem esset finis. Utcunque res habet, ego Sycophantarum turba malui obrui, quàm committere ut hanc gloriam amittam, neminem adhuc scriptis meis factum esse nigrum. Nam *Leus* sibi imputet oportet, si qui malè de illo sentiunt. Porrò quod suspicaris *Leum* subornatum histrionem, ut monachorum, ac Theologorum partes ageret, quanquam facilè credam hujus actionem gratam fuisse quibusdam, qui malè volunt bonis studiis, tamen magis arbitror illi potissimùm in consilio fuisse proprium ingenium, ad hæc naturâ propensum. Non alium fuisse prædicant, qui novere puerum: semper sævus erat ac vindex, omnibus invidebat, non ferebat quenquam parem, multò minus superiorem, solus haberi in precio volebat, gloriarum sitientissimus, suæ sententiæ mirè pertinax.

A Talis erat puer, talis adolescens, talis juvenis, talis nunc etiam vir est, nisi quod cum ætate fere solent accrescere vicia. Atque utinam vel senex fiat aliquando sui dissimilis. Quod mihi plurimos non minus doctos quàm potentes amicos gratularis, quòd nominis immortalitatem rectè factis partam, quòd me livore majorem facis, nimirum facis amanter mi *Bilibalde*, dum amicum undique impetentibus Sycophantarum machinis, periclitantem, ut tu putas,
B blandâ consolatione sublevas. Ego istam immortalitatem nihil moror. Rectè facta non agnosco, tantum adnisus sum aliqua ex parte meâ industriâ prodesse studiis publicis, & ad synceram amplectendam *Christi* doctrinam excitare mortalium animos. At vereor ne res in diversum exeat. Hactenus ad scholasticam ac disputatricem Theologiam frigebant ac nauseabant piæ mentes, & mox ad Euangelicæ veritatis gustum ceperant hilarescere; sed tantâ contentione con-
C spiratum est ab iis, qui suam gloriam *Christi* gloriæ præferunt, ut verear ne res in diversum exeat. Et hæc geruntur per eos, qui vulgo habentur lux mundi, habentur sal terræ. Nunc sanctum ac pium est in sacris concionibus pro veritate Euangelica, improbis mendaciis, veluti de plaustris debacchari in famam proximi. Et ô perversam malitiam, in odium quorundam & in gratiam Principum, quorum favorem captant, ea prædicant apud populum, quæ ipsi apud se damnant! Novos libros rejiciunt, sed qui
D bonis literis, quas cane pejus oderunt & angui, conditi sunt; verùm quid isti interim filis novis libris nos doceant, in præsentia nec vacat, nec libet referre. & tamen pudet meminisse, quod illos non pudet scribere. Jam de *Luthero* nihil aliud dicam, nisi quod in præsentia solum impunè licet, mihi vehementer dolere, tale ingenium, quod videbatur futurum insigne quoddam organum ebuccinandæ veritatis Euangelicæ, sic exE asperatum esse rabiosis quorundam clamoribus. Fabulam de ὁ ἐφιδοξαγίας calumniatore risi satis, & tibi tam bono patrono xenium debere me fateor. De dulci felicique *Lei* ocio, falsè tu quidem jocaris, sed tamen extra jocum, utinam ille, vel nunc ad suum ocium redeat expertus *Martis* aleam. Sed dicitur magno conamine redintegrare bellum, fretus abbate quodam longè stolidissimo, qui solus illius nænias appellavit sacras annotationes. Quis credat illi micam esse mentis sanæ,
F quem non pudeat re tam turpiter gestâ, rursum in arenam prodire? Quod si facis, certum est non colluctari posthac cum illa scabie. Docti complures è *Germania* miserunt ad me fasciculos epistolarum, seu potius voluminum, quibus *Leum* frustulatim discerpunt. Eas omnes sic pressi, ut nec legendas cuiquam dederim, sive quòd cupiam hujus tragœdiæ finem esse, sive quòd nolim *Leum* videri tanti, ut in illum, tot ac tales viri stilum suum acuant. Quare sicut arbi-
G tror planè esse, ita planè ludum ac jocum esse cupio, quòd minitaris *Germaniam* illi panegyricis annuis litaturam. Nam id si fiat, ipse sibi planè Deus esse videatur. In adornanda profectione *Germanica*, planè *Calippidem* agimus. Regiam tuam cupidè videbimus, si modò citra magnum itineris dispendium liceat. Mihi verò vel tugurium quavis regiâ splendidius erit, quod habeat *Bilibaldum*.

Sed ais pestem sub *Caroli* Principis adventum A
desituram. Quis vates istuc futurum prædixit? Quod scribis ab *Oecolampadio* factum, jam ex illius literis subodorabar futurum. Id sive judicio fecit, sive animi morbo, quando mutari non potest, precandum est, ut illi ac nobis quàm optimè vertat. Video res humanas sic undiq; corruptas, ut nullis unquam seculis existimem plus licuisse impudentiæ, plus licuisse stoliditati, plus licuisse sceleri. Et nonnunquam libet aliquo profugere, sed vereor ne quocunq; me vertero, sequatur B
molestia. Proinde tutius arbitror mali remedium ab animo petere potius, quàm à loco aut vitæ instituto. Bene habet, quod *Christus* in tanta vitiorum caligine nobis Euangelicæ doctrinæ scintillas reliquit. Bene vale vir ornatissime. *Lovanii*, Nonis Septemb. Anno millesimo quingentesimo vicesimo.

Erasmo Rot. Hermannus Buschius S.D. C

Epist. 14. CONvenit me *Moguntiæ* famulus tuus, è *Basilea* reversus, ac continò abiturus, à quo intellexi, me absente *Apologiam* tuam cum literis *Spiræ* mihi redditam, adversus *Edvardum Leum* hominem levissimum, hoc est, improbissimum, qui hoc istâ egregiâ editione sua consequutus est, ut universis, quibus saltem aliquod hominis est cerebrum, maximo sit ridiculo, & in proverbium venerit, non minus quàm *Scarabeus* ille, qui maximo suo malo *Aquilam* quæsivit: bis térq; habeo D
gratiam doctissime *Erasme*, quod me tuo isto elegantissimo munere dignatus es, utinam possem tam ulcisci nebulonem istum carnificem tuum, quàm te amo *Erasme*, videres procul dubio, ex ipsa scriptura non vulgate *Buschii* odium adversus hanc furiam, nullâ certè aliâ quàm tui causâ. Sed ô diis gratiæ, quod tu non *Buschii*, sed nec cujusvis alius copiis ad tui defensionem indiges, satis supérq; unus domesticis auxiliis toti barbarorum factioni (nedum uni *Leo*) futurus. *Christus* E
te nobis sospitet vir clarissime, publico omnium studiosorum bono natum, quod etiam ita facturum eum, tam certò mihi polliceor, quàm ille maledicorum omnium certus erit ultor, & maximè eorum, qui sub nomine ac specie religionis nihil magis quàm unum id agunt, quo veram omnem religionem evertant. Duos priores libros tuos jam legeram, fortè apud *Wingiones* repertos, ex quibus animadverti te tertium adjecturum. Legam igitur avidissimè cum domum rediero, & F
ideo quoq; non paulo maturiùs repetam domum. Ex tempore hæc scripsi, alioqui nec meditatus satis probus scribendi artifex, quamobrem hic quæso censuram remitte. Vale athleticè, in *Lei* omnium bipedum nequissimi pudorem, si modò ingenuitatis tantum is habet, ut pudere possit. *Moguntiæ*, ex ædibus domini *Marquardi* de *Huttenstein*, viri nobilissimi, omnium studiorũ, studiosorúmq;, & inprimis tui ac *Capitonis* amantissimi, qui me rogavit, ut quam accuratissimè suis tibi verbis sa- G
lutem ascriberem, séq; tibi non secus, ac summo cuipiam Pontifici reverenter commendat. Saluta etiam isthic *Nesenum* mihi, & *Martinum Dorpium*, quem totus nunc amo, postquam intellexi totum te amare, sed jam satis est ineptiarum. Vale iterum. Datæ Nonis Julii ante exortum solem.

Erasmus Roterodamus Hermanno Buschio S. D.

MIseret me tui doctissime *Buschi*, qui horas in *Lei* meisq; pugis male collocaria. Inter tot futiles libellos quos nobis ex typographorum officinæ dispergunt, si quis adhuc prodiit indoctius, aut etiam stolidius aque virulentius. Rident hominem cum suo rioso diúq; jactato libello docti omnes, tur optimus quisq; etiam apud *Anglos*, germanis, quos habet eleganter eruditos. Displicet etiam his quorum gratiâ hanc ineptiolam. Exhibilatur ab universo theatro, & homo sibi pernacissimè placet, unos sibi imò putat aleam pulchrè cecidisse, quod *resimo* sit congressus, quod doctis ac bonis machum moverit, quod subito innotuerit. bet Abbatem unum egregiè stolidum, *dicium* multis titulis insignem, primùm tam, deinde Theologum, postremò Episrum duorum suffragio contentus est. Abmen adhuc silebitur. Porrò *Scandalum* gnitum tibi dabo. Non capit opinor quod publicè magnâ hominum celebrasignavit. Concionabatur in comitio *Pauli*, *Londini*. Cúmque sermonem set à charitate, subitò pudoris omnis charitatis oblitus, cœpit debacchari ac famam meam, tolluos imminere religionis *novitatem* nisi novæ omnes subitò de medio tollerentur. rem diutiùs ferri posse, postea quam ausus esset corrumpere Euangelium cui cum ecclesia tot annis legisset, erat verbum, nunc novam lectionem *In principio erat forma*. Hic existimabat rum esse telum, quod nullo pacto evibi effugere. Addebat, *Augustinum* probare vocem *verbi*, quam *rationis*, & adducere cur ita sentiat. Verùm ea, rationes Græculus iste non intelligit, sententiam cum multa stolida, & deblateràsset, cœpit homo facundus affectus, deplorare sortem suam, se annorum doctor, & hactenus semper legisset *principio erat verbum*, nunc huc redigi, ut cogatur legere *In principio erat forma*, ut hac tam flebili querimoniâ lachrymis conflaret populo. Mox magnis obtestationibus fecravit urbis præfectum, (nam is ex more erat) magistratus omnes, & universum multitudinem, adesse in tanto discrimine religioni *Christianæ*. Credebat se divina dicere, & tamen nulli placuit. Quotquot tant vel mediocriter eruditi, deridebant hominis stultitiam: è vulgo quibus erat ingenium festivius, cachinnabant illius nugas, nihil ad rem propositum pertinentes: qui natura erant severiores, indignabantur quod talibus blandimentis impleret aures plebis, multò aliud expectantes. Evenit, ut eodem opinor die prandio in aula regia. Id simul atq; senserunt duo quidam quorum alter cœlebs est, & sic linguarum trium ac veteris doctrinæ gnarus, ut in *Scotis* nugutiis nemini cedat eorum, qui nihil aliud discerunt, aut tractant in omni vita: alter conjugatus

est,

est, sed ingenio cœlesti, astiens uterque: protinus accumbunt in eadem mensa, haud satis commodi commessatores *Standico*. Nomina silebuntur ad tempus. Continuò ne quid temporis periret, sic ingressus est alter, Mihi perjucundum est, quòd tua pietas cœpit operam dare legendis *Erasmi* commentariis, nimirum optans hominem, qui si negâsset se legisse, statim objecisset: Cur igitur publicè damnas quod non legeris? Id præsentiens *Standicius*, Fortassis, inquit, tantum legi, quantum mihi in animo est legere. Tum alter, non dubito, inquit, quin legeris. Nam hodie nominatim etiam locum quendam taxâsti, in annotationibus illius in *Jasonem*. Ille rursus ambiguè respondit, subindicans tamen se legisse. Enge, inquit, aveo scire quibus argumentis, aut quibus autoribus nitatur *Erasmus*. Nec enim dubium est, quin hujusmodi rebus fretus, sit ausus mutare locum. Hic cum ille teneretur medius, sic elusit impudens. Nihil miror, inquit, illius autores, aut rationes, mihi satis est, quod scripsit *Augustinus*, Dei Filium aptiùs explicari per *verbum* quàm per *rationem*, cum λόγος utrunq; significet *Græcis*. Assentior, inquit alter, de *ratione*, sed quid istud ad *sermonem*? Nec enim *Erasmus* vertit *In principio erat ratio*: sed, *In principio erat sermo*. Tum ille, eadè, inquit, est vis *sermonis* & *rationis*. Imò longè diversa ratio est, inquit alter, & tu parum prudenter facis, qui nec lecto loco, nec intellectâ re, sic debaccharis publicitùs in famam viri de studiis bene meriti. Hic dejerat *Standicius*, quicquid dixisset, bono zelo dixisse se. Verùm non meminisse ubi Dei Filius in sacris literis dictus esset *sermo*. Mox alter, at ego, inquit, qui nec Theologus sum nec sacerdos, tibi redigam in memoriam, proferens illud, *Omnipotens Sermo tuus Domine*, &c. Passus est homo legi *omnipotens Sermo*, sed non legi, *In principio erat Sermo*. Risit omne convivium hominis acumen. Post hæc deflexit sermonem ad argutiam sophisticam, in qua statim ab altero exceptus est, qui *Standicium* non minus superat hoc doctrinæ genere, quàm ille bonis literis est inferior. Ab hoc quoq; cum esset dejectus, in sua ipsius arena, vide quo deflexerit: Si tibi, inquit, tantum est animi, age conscendito suggestum, & adversum me concionator. Tum ille, Non sum, inquit, tam stultus, ut hæc apud stultas mulierculas, & indoctam plebeculam velim effutire. Quod si mihi videretur, non dubitarem publicitùs docere, quod hodie concionatus es tu, semihæreticum esse. Hanc vocem cum abominaretur *Standicius*, alter pergens, Quod summus, inquit, Pontifex bis approbavit suo diplomate, id palam hæreseos insimulare, utrum hoc hæresim sapit, an non? Cum ad hunc modum acceptus esset homo, tamen neque puduit, neque respuit. Verùm aliquanto post apud Regem unicè cordatum, apud Reginam fœminam juxta prudentem ac piam, astante frequenti coronâ doctorum, ac nobilium virorum, religiosè procubuit in genua. Expectabatur aliquid magni à monacho, à tot annorum Theologo, ab Episcopo, deniq; à sene: ibi vernacula suæ gentis linguâ, quâ nonnihil valet, collaudatis Regis ac Reginæ majoribus, quòd semper ecclesiam catholicam adversus hæreticos ac schismaticos religiosè defendissent, hortatus, imò per omnia sacra obtestatus est eos, ut pergerent suorum progenitorum esse similes, adesse tempora longè periculosissima, prodisse novos *Erasmi* libros, quibus ni fortiter obsisteretur, deploratam esse *Christi* religionem. Hic sublatis in cœlum & manibus & oculis, cœpit obsecrare *Christum*, dignaretur ipse suæ sponsæ opitulari, si nemo mortalium succurreret. Hæc atque hujusmodi cum imitrâ religionis specie dixisset, & fortè astarent utrique, à quibus ante sic fuerat acceptus in convivio, hunc ad modum ingressus est profanus ille. Collaudavit R. patris tam piam ac religiosam orationem, & facetâ imitatione nonnihil etiam de gestu *Standicium* referens, precatus est Deum optimum maximum, ut quemadmodum loqueretur, ita & sentiret, nec animus ab oratione dissideret. Sed vereor, inquit, ne si res attentiùs excutiatur, comperiamus illum longè aliud agere, quàm præ se ferat oratio. Simulq; jussit, ut posteaquam injecisset eam solicitudinem animis tantorum Principum, simul etiam indicaret, quæ nam essent in *Erasmi* libris, unde meneret exitiales hæreses, & pernicioſa schismata. Hic protinus homo confidens pollicit' est id se facturum. Et rem in digitos porrectos dispartiens: Primum, inquit, *Erasmus* tollit resurrectionem. Deinde nihili facit sacramentum matrimonii. Postremò malè sentit de Eucharistia. Hæc oratio cum prima specie nonnihil commovisset animos religiosissimorum Principum, patronus ille meus ampliter collaudavit *Standicium*, quod distinctè simul ac dilucidè rem oculis subjecisset, nunc nihil aliud restare, quàm ut probaret ea quæ bellè proposuerat. Ille nihil etiam contatus, hoc quoque se præstaturum esse confirmavit. Et exorsus à pollice, Primum, inquit, quod tollat resurrectionem, probo sic: *Paulus* in epistola ad *Colossenses* (nam adeò versatus est senex Theologus in *Paulo*, ut quod habetur in epistola ad *Corinthios* priore, somniaret esse in epistola ad *Colossenses*) scribit hunc in modum: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*: sed *Erasmus* hanc ecclesiasticam lectionem sustulit, & è suis *Græcis*, legit hunc in modum: *Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur*. Palàm est igitur ab illo tolli resurrectionem. Quis crederet huic homini esse cerebrum? In annotationibus recenseo diversam lectionem, nec ullam rejicio, quum autorum probatissimorum aliam alii sequantur, iidem nonnunquam diversas. In contextu id verto, quod solum reperiebam in libris *Græcorum*. Jam cum resurrectio tot locis apud *Paulum* comprobetur, quid insanius dici poterat, quàm sublatam esse resurrectionem, si uno in loco mutata fuerit vox resurrectionis? Nam symbolum fidei *Christianum* dum profitetur resurrectionem mortuorum, num ideò cogit omnes mori, ut resurgant? Quasi verò lex Pontificia dum jubet deponere officium, cui contigit episcopatus, illud senserit, Cuicunq; contigerit episcopatus *Romæ*, ei si non habeat, parandum esse officium quod possit deponere. Verum ubi patronus ille meus, re totâ dilucidè explanata, sic hominis stoliditatem oculis omnium subjecisset, ut idiotis quoque & mulierculis esset perspicuum, nihil esse peccatum à nobis: nec ipse Theologus quamvis effrons, haberet quod contra hiscere: tamen quoniam juxta *Luciani* præceptum arbitrabatur αἰχὴν σεσῶσθαι, ne tacitus omnino porrigeret herbam, fassus est esse verum, & hanc lectionē recenseri à veteribus orthodoxis, &

nominatim ab *Hieronymo*, sed hoc inquit *Hieronymus* reposuit ex *Hebræo*. Audierat vir egregius, *Hieronymum* quædam ex *Hebræorum* fontibus restituisse in vetere Testamento, & putabat idem habere locum in *Paulinis* epistolis. Eam vocem *Standicii* non passus est perire cœlebs ille theologus, cujus suprà memini. Sed flexis nonnihil genibus, ac præfatus honorè, idq; præter morem suum, Quæso reverende pater, inquit, ne gravare repetere nobis, quod modò dicebas. Nam eram parum attentus. Ille stolidam vocem clariùs etiam ac pluribus verbis deprompsit, laudem opimâ ex eo dicto sibi pollicens. Hic alter quo redderet omnes magis attentos, haud leve, inquit, propositit argumentum R. P. Sed tamen conarer nonnihil respondere, si modò regiæ majestati non esset molestum audire. Mox Regina vellicans Regem, jussit auscultare; tum ille sic vultu composito, ut cogitabundus, & nonnihil perplexus videretur; Profecto inquit, non satis video, quibus rationibus isti argumento possit occurri, aut quid responderi debeat pro ipsius dignitate. Neque enim opinor R. P. usqueadeò delirare, ut existimet eas epistolas primum *Hebraicè* scriptas fuisse, cum pueri quoq; sciant, à *Paulo Græcè* scriptas esse. Quod autem fuisset illud *Hieronymi* consilium ex *Hebræis* voluminibus mutantis publicam lectionem, cum ex fontibus id fieri soleat, cúmq; nemo testetur has epistolas ulli visas *Hebraicè* descriptas? Atque eam rem satis per se stultam, atque absurdam, sic iteravit, sic impressit, sic infixit, sic inculcavit, ut Rex pro sua nobili humanitate, misertus tantæ stoliditatis, apud tales viros proditæ, sic hominis pudori succurreret ut aliò versus diversum sermonem injecerit. Sic triumphavit *Standicius* in primo capite. De reliquis nulla mentio. Dic mihi per Musas optime *Buschi*, an putas ullum facinus esse, quod isti non sint ausuri, cum non vereantur perfrictâ fronte sic calumniari de nihilo, idque apud summos Principes, apud quos omnis obtrectatio debebat esse capitalis, tum in corona non vulgariter eruditorum hominum? Quisquis enim audiebat sublatam à me resurrectionem, imaginabatur à me negari, quod ego tot locis testor basim & caput esse nostræ fidei. Nec enim ullâ in re diligentiùs versor, quàm in asserenda corporum resurrectione. Non deerat homini nocendi voluntas, sed judicium non erat. Hæc tria tela sibi stultè delegerat, ut si persuasisset me malè sentire de Eucharistia, clerum universum in me concitaret. Si de matrimonio, maritos & uxores, imò totum laicorum ordinem ad lapides animaret. Si de resurrectione, Principes ac populos omnes *Christiani* nominis in meum exitium armaret. At de resurrectione quod calumniabatur, res ipsa loquitur non modò vanum esse, verumetiam insanum. Porrò matrimonio adeò non detraho, ut apud *Lovanienses* in publica schola Theologorum satis odiosè notatus sim, quod in declamatiuncula quadam generis suasorii plus satis tribuerim matrimonio. Nam quod alicubi disputo, An divortio possit succurri malè cohærentibus infelici conjugio, nihil facit contra matrimonii dignitatem. De eucharistia nunquam, ita me Deus amet, quivi divinare quid sibi voluerit *Standicius*, cum mihi nulla unquam cogitatio venerit in mentem, nisi digna sacrosancto illo mysterio, tantum abest ut quicquam secus dixerim aut scripserim. Atq; hæc audet sacerdos in sacerdotem, Theologus in theologum, senex in senem, præterea professione catholicæ vitæ, postremò reverendus in Christo pater. Cæsareæ leges ita statuunt, ut calumniator falsò crimen intendit, iisdem pœnis obnoxius sit quas daturus erat delatus, si commentus fuisset crimina simul intendit, ut atrocissima sint commenta, idq; apud eos Principes, apud quos [illegible] rebus compertis religiosè loquendum [illegible] quo facilè est conjicere, qualia sint, quæ apud sodales in compotationibus deblaterant. Si quis *Ajacem* imitatus in porcos convicijs ac [illegible] viat, hunc *Agamemnonem* appellans, illum *Ulyssem*, aut *Menelaum*, nemo post haberet fidem homini qui tam luculenter insaniisset semel. Quis qui tot ac talibus viris testibus sic insaniorem, quam si re bene gestâ, plaudit etiam sibi magnâ [illegible] toritate de causis fidei pronunciat. Quid autem refert utrum à morbo corporis, an ab animi [illegible] proficiscatur insania? Hoc est ab humoribus [illegible] ciantibus organa animi, an ab odio, stoliditate, perbiâ, invidiâ, cæteríſq; malis vicijs [illegible] mi judicium. Et tales ferè comperimus [illegible] istos, qui bonas literas impugnant, nunc *Capnionem*, nunc *Lutherum*, nunc *Romanum* [illegible] nunc alia atque alia prætexentes nomina, [illegible] dem agentes fabulam. licèt variatis personis e scenis, non solùm indoctos, verumetiam [illegible] tes. In *Standicianos* fabula, ne syllabam quidem finxi, quædam etiam prudens reticui. Et hujus generis sexcentas possem referre. Sed unam aliam in præsentia, quæ nonnihil ad hanc rem facit. Nomen interim tacebitur, etiam si ille mentiri me, ut desisteret in meum nomen deblaterare, perexerit suísimilis esse: tacebitur & ordo, ne [illegible] ex hoc genere, quod vulgò dicunt *Mendicantes*. Nam video totum ordinem commoveri, si quis *Carmelitam*, aut *Dominicanum* attingat, hanc etiam scio, stultiùs ne an iniquiùs. Nam qui [illegible] totus sacerdotum ordo commoveatur, si quis [illegible] ret se læsum à sacerdote, suppresso etiam nomine? Atque in hunc ordinem isti quotidie seditiosè declamant apud populum, & suos ordines non patiùntur nominari sine honoris præfatione, ut si quærat mihi pecuniam furto sublatam à *Cornelio*, totus ordo mecum agat injuriarum. Atque hæc faciunt quidam, etiam si quis verum dicat, [illegible] veri partem aliquam, nec omnia referens quæ novit, & nomini interim civiliter parcens. Sed ut ad rem redeam: Cum apud hunc Theologum, ac religionis professorem (ipse tacitus agnoscet me nihil mentiri) narrâssem me majorem in modum admirari, quid *Standicio* venisset in mentem, cum me de Eucharistia calumniaretur, cum nihil esset in libris meis, unde posset ansa prehendi calumniæ, pollicitus est se locum indicaturum. Quod quidem ex re protinus intellexi, negotium hoc inter istos ex composito geri. Ego vicissim pollicitus sum, id quod præstiti, me demonstraturum locum non intellectum, si ille lectum ostendisset. Perlegit ille curriculo, sic ut sibi duntaxat legeret. Ac mox librum occlusum semovit, veluti jam constaret me scripsisse, non esse definiendum in synaxi esse verum *Christi* corpus: cœpit mecum argumentari, testans sese nescio quid libelli etiam super hac re conscripsisse, unde speraret opimam gloriam. Negavi me adversus inanem aerem agere velle pugilem, nisi prius docuisset illi locum non intellectum.

lectum. Juravit sic esse ut alebat. At tanto minus ego credebam, maximè cum jam argumentis verissimis hominis insignem stoliditatem comperissem. Eorum unum atque alterum recensere forsasse non ab re fuerit. Multis conjecturis suspicor hunc à suis ordinis sodalibus datum negotium, ut ex omnibus meis libris enotaret, quæ possent arrodi: id sedulò conatus est homo prorsus ignarus *Latini* sermonis, & in literis theologicis sanè quàm tenuiter eruditus, judicio nullo, arrogantiâ magnâ, ingenio tali, ut ni cucullâ commendaretur, etiam vulgo pro motione posset haberi, toto vultu naturæ stoliditatem clamitante. Quodam igitur in loco cum excusans *Thomæ* lapsum, adjecissem virum indignum esse, qui in ea incidisset tempora, significans videlicet, atque etiam exprimens *Thomam* dignum fuisse feliciori seculo, cum ipsi nec ingenium, nec industria defuisset: noster theologus gravissimè de me questus est: clamitans blasphemiam non ferendam, qui *Thomam* tantum ac tam sanctum virum appellâssem indignum: opinor si ipsum dixissem virum pistrino dignum, sibi laudi vertisset, quod virum dignum appellâssem. Nec erat querimoniarum finis, donec incideret in theologum quendam, qui cum *Latinè* sciret, suspicatus id quod erat res, postularet sibi demonstrari locum, ac tandem ostenso loco risit assatim. Eáque res penè in vulgi fabulam exiit, & adagionem. Sed mecum coram expostulavit serio, quod alicubi viderer agnoscere libellos famosos. Id cum mihi videretur absurdum, qui sic abhorream ab hoc genere, ut nemo magis, & flagitarem, quonam argumento id diceret, protulit locum ex epistola ni fallor ad *Thomam Lupsetum* meâ, in quâ scripsi, quòd libellum famosum aliquoties excusset necessitas. Existimabat me defendere libellum famosum prætextu necessitatis, sed tamen pro sua civilitate fassus est hoc aliquo prætextu defendi posse, quòd addiderim *aliquando*. At non intellexit stolidus ille censor, me illic exaggerandæ rei gratiâ conferre detractionem quorundam, qui privatim & publicè, mendaciis etiam incessant famam alienam, cum libellis famosis veluti cum facinore atrocissimo, plusquam capitali: & ex circumstantiis demonstro, illorum oblatrationem aliqua ex parte minus mereri veniam, quàm libellum famosum, quod hunc aliquando excusset necessitas: veluti cum monendus, aut territandus est tyrannus, quem monere coram non sit tutum, cum tamen id sit è republica: sed isti cum tutò possent admonere, tamen nec monito, nec audito me, famam incessant mendaciis. Itaq; non illic magis faveo libellis famosis, quàm faveret homicidio qui stuprum cum homicidio conferret, & ita conferret, ut diceret hac parte gravius esse cæde, quod homicidium non læderet, nisi unam hominis partem, eámque deteriorem, stuprum & animum & corpus conspurcaret. Mox pollicitus est sese locum indicaturum in quo pronunciarem, Virginem matrem concepram absq; peccato originali. Rursum promisi me declaraturum locum non intellectum, si ille lectum ostendisset. Et indicat locum, in quo cum adduxissem unum atq; alterum testimonium ex *Chrysostomo* & *Augustino*, in quibus viderentur aliquo modo peccatum actûs tribuere Virgini, his verbis claudo sermonem, *Et nos facimus eam immunem prorsus ab omni peccato*. Hoc illi visum est pronunciatoriè dictum, cum intulerim nos non rectè liberare eam ab originis peccato, si tanti viri rectè tribuunt illi peccatum actionis. Atq; hic erroneum suum lubens agnovit, videlicet dilentiens à *Scoti* sequacibus. Post hæc ventum est ad locum longè periculosissimum, is est epistolæ ad *Corinthios* prioris capite undecimo. Vix tandem extudi ut mihi liceret videre locum, ostendit sed marginem manu prætegens, eâ depulsâ, scriptum reperi: Vide quam pernicioſè scribit hic de re, de quâ toties pronunciavit ecclesia. Vide inquam, quàm tu fluxè scribis ista in locum non intellectum. Multáq; cum admiratione sciscitari cœpi, quid illum offenderet. Prior pars habebat, *Thomam* opinionem eorum qui negabant sub Eucharistia esse verum *Christi* corpus hæreticam appellare. Cæterùm eórum sententiam, qui negabant *Christum* his verbis consecrasse, *Hoc est corpus meum*, refellere quidem, at non appellare hæreticam. Rogabam nunquid hac in parte displiceret, negabat. Sequitur autem, in omnibus accedendum est judicio ecclesiæ, licet hic sermo videatur non consecrantis, sed panem jam consecratum porrigentis. Rogabam ecquid hic improbaret, negabat. Sequitur, *Mihi in totum videtur consultius, de rebus hujusmodi quæ certis scripturæ sacræ testimoniis doceri non possunt, sed ab humanis pendent conjecturis, non adeò fortiter asseverare, ut nostrum opinionem oraculi vice haberi velimus*. Rogabam nunquid hic reprehenderet, hærebat, urgenti tandem respondit venenum subesse in his verbis, *in totum*. Demiratus causam, vix tandem percontando exsculpsi illum non intellexisse quid *Latinis* sonet *in totum*. Cum enim ego sensissem abstinendum esse à temeraria asseverationc, non solùm in hac materia, verumetiam in omnibus cæteris, ille somniabat *in totum* significare, *in utraq; parte* quæ præcesserat, méq; suggillare sententiam ecclesiæ, quæ definisset in Eucharistia verum esse corpus *Christi*. Ego videns insignem hominis stoliditatem, admonui, literas ut discerer, nec pergeret taxare libros, à quorum intellectu procul abesset. Hujus generis ferè sunt, qui oblatrant melioribus studiis, qui quicquid ipsi non didicerunt *portriam* appellant. Insignis naturæ stupor, magna literarum insitia, judicium nullum, quòd si qua scintilla sit ingenii, si quid eruditionis, sic livore, odióque sunt obcæcati, ut minus videant quàm talpæ. Et hi sunt reverendi Rabini, *Sal terræ, lux mundi*, quorum arbitrio sumus *Christiani*, aut secus: qui nobis post apostolos, novos dictant articulos fidei, qui sic nobis pronunciant oracula, veluti dii, nec dignantur nobis homunculis reddere suæ opinionis rationem. Sat habent dixisse, *Error est, suspectum est, hæresis est*. Et hæc audent freti conjuratis suis phalangibus, freti populi stultitiâ, freti temporibus his, in quibus adeò licet audaciâ pro sapientia uti, ut non aliàs magis, freti corruptis animis utriusq; ditionis Principum, quorum magna pars quotiam ad tyrannidem spectat, blanda mavult audire, quàm salubria; mavult suis affectibus accómoda, quàm recta consilia. His præsidiis regnat istorum stoliditas, atq; utinam in literarum exitium tantum. Si succedit istis suus conatus, actum fuerit de doctrina Euangelica: populus *Christianus* serviet istorum libidini, quibus neq; frons est, neq; mens. Ab hospite tuo non minus claro, quàm humano, libens accipio salutem, non ut summus Pontifex, quemadmodum tu ludis, sed ut infortunatus homuncio,

muncio, verùm qui prodesse *Christianis* studiis velit magis quàm possit. *Nesenus* tædio stolidissimarum tragœdiarum, quas hic quidam agunt sine fine, ad vos se recepit. *Dorpius* optimis studiis semet oblectat. Idem nos agimus, quòd quidem licet. Bene vale doctissime *Buschi*. *Lovanii* pridie Calend. August. Anno M. D. XX.

Erasmus Rot. Ioanni Reuchlino S.D.

Epist. 16. REverendus Cardinalis *Sedunensis*, cum nuper apud eum pranderem, narrabat te vitâ defunctum esse. Mihi non libebat credere, quia non erat è re literarum verum esse. At mox lætiora nunciârunt alii, quæ precor ut nobis sint perpetua vir optime, idémq; doctissime. Vides fatalem esse tragœdiam quæ nunc agitur, cujus qualis sit futura Catastrophe incertum. Qualis qualis est futura, precor ut cedat in gloriam *Christi* & in rem Euangelicæ veritatis. Ego hujus fabulæ spectator esse malim, quàm histrio, non quod recusem ob *Christi* negotium aliquod subire discrimen, sed quòd perspiciam negotium esse supra meam exiguitatem. Utinam tam possem præstare quod est optimum, quàm opto. Non dubito quin tibi absint graves & amici consolatores, qui tibi omnem ægritudinem adimant, si quam animo concepisti, ut meâ consolatione non sit opus. Altiùs infixus es animis bonorum virorum quàm ut hinc ullis *Jacobitarum* obtrectationibus queas revelli. Res est invicta veritas. Et tacita bonorum judicia perpetuam obtinent autoritatem, etiam apud posteros suum habitura pondus. Mihi semper studio fuit *Lutheri* causam à tua bonarúmq; literarum causa sejungere, quod ea res & nos vocaret in communem invidiam, & illum nè tantulum quidem sublevaret. Sed aliis aliter est visum. Me quoq; tantâ onerârunt invidiâ, ut parum abfuerit, quin & ipse fuerim impetitus ab istis, qui in bonas literas ac doctrinam Euangelicam conjurârunt. Obscurum non est quid agant illi. Id quo magis succedat, prætexunt splendidos titulos, irritant mitissimum Pontificis ingenium, ut illius malo suis consulant commodis. Utinam qui bonas literas colunt (nam in has tendunt isti) tam concordes essent ad honestarum rerum defensionem, quàm isti devoti sunt ad subversionem honestissimorum studiorum. Si *Germanis* nostris placuisset civilitas, ad quam ego semper amplectendam hortatus sum, res fortasse non processisset huc tumultus. *Anglus* ille Episcopus, quo non alius in ea gente vel eruditior vir, vel Præsul sanctior, sic te deamat, ut non ferat à quoquam laudari te parciùs. Habet in animo visere te æstate proximâ. Bene vale *Capnion* charissime. *Coloniæ* VI. Id. Novemb. Anno M. D. XX.

Erasmus Rot. Gerardo Noviomago S.D.

Epist. 17. B*Rugis* non admodum mihi placebas. Optârim te videre vultu illo nitido ac florulento. Etiam atq; etiam te rogo, ut per tuam facundiam intelligat optimus Præsul, munus ipsius mihi longè gratissimum esse, quanquam hactenus non vacavit gratias agere. Et malim id agere libello victuro. Dixeram me nonnihil abhorrere à præbendis, nè mihi res sit cum capitulis. Nunc huic quoque incommodo videor dispexisse remedium. Malè meuo misero *Luthero*. Sic undiq; conjuratio, sic undiq; irritantur in illum pes, ac præcipuè *Leo* Pontifex. Utinam meum sequutus consilium, ab odiosis illi tiosis abstinuisset. Plus erat fructus, videri: Parum esset unum hominem hæc illis succederet, nemo ferret illorũ Non conquiescent donec linguas ac omnes subverterint. Jam *Capnionem* diuntur, tantum odio *Lutheri*: qui me nomen illius sine negotio admiscens, gravavit invidiâ, & sibi nihil Disputavit *Eccius*, *Hochstratus* quos syllogismos, quibus omnes cedere tur. Disputabant atq; etiam scribebat *enses*. Expectabatur judicium Academ *ensis*, & eccè res de repente in Bullâ exitura videtur. Excusa est Bulla quam Pontifex vetuit publicari. Vereor gravem tumultum exeat. Qui hæc tifici, dant illi meâ sententiâ, consilium, quàm pium, sed certè periculosum. Res fontibus primùm orta est: Deinde onibus hucúsq; provecta. Ex odio bonarum & stoliditate monachorum est hæc tragœdia. Deinde magnis litiosis conspirationibus huc vesaniæ res est. Quò tendant nulli dubium est, oppressis his literis, quas illi nesciunt regnent cum sua barbarie. Ego me diæ non misceo. Alioqui paratus est patus, si velim in *Lutherum* scribere. sic obrui doctrinam Euangelicam, nósq; tum, non doceri: & doceri ea, à quibus rent & sacræ literæ, & sensus eõmunis. clarissime *Gerarde*, & quid valeas scribe. quinto Idus Septemb. Anno M. D. XX.

Erasmus Godschalco Rosemondo Lovaniensium Academiæ moderatori S.D.

INvitus te toties interpello meis literis. tamen utriq; nostrum est commodius. cuerat ad tempus *Phrysius* ille prædicator, *Moriæ* nostræ interpres, nunc *Antibarbarorum* lis conviciis non debacchans in nomen ac meam. Et putat se rectè facere, vel hoc quòd in scriptis meis monachos attigerim, quâ ubiq; abstinens ab atrocibus illis, quæ heu nimium frequenter, atq; utinam falsò, lis narrat vulgus, nuper etiam in frequenti vivio Card. *Sedunensis*, sempérq; nominibus cens atque etiam ordinibus. Nisi fortè totum ordinem *Dominicanorũ* lædi putant, si quis sibi à *Dominicano* quopiam factam injuriam *Hieronymus* nonne monachorum & monachorum vicia depingit ipse monachus? Si non est fas ullo pacto attingere monachorum vicia, ne sacerdotum quidem aut aulicorum licebit. Sed in hos velut è plaustris magna licentia vociferari In *Antibarbaris*, quid aliud illis impingit quem facio loquentem, nisi odium politioris literaturæ? An non hoc ipsi vel me tacente declarant ubiq; tam odiosè concionantes in linguas ac bonas literas? multum hic certè dissidentes à summo Pontifice, qui in suis ad me Brevibus ait, & dici, & esse bonas, multum à Synodo proxima *Lateranensi*, quæ totos quinque annos tribuit his studiis.

studiis. Nec post interdicit, si modò non nihil studii gravioris admisceatur. Jam cum fateatur se ideo lacerare me, quod attigerim monachos, nonne palàm declarat animo vindicandi sese hoc facere? Quid autem turpius, quàm ad ultionem abuti templo, abuti suggesto prædicandæ *Christi* gloriæ destinato, abuti plebis imperitæ credulitate? Et hæc eo turpius fiunt quod fiant in hac celebri Academia, & in oculis vestris: quasi vobis autoribus, aut certè approbantibus. Quid jam erit syncerum, si sermo divinus nobis vertatur in telum quo jugulemus proximum? Ingens flagitium est, si quis indignè sumat corpus Dominicũ. At plus exitii redit ad multos, si quis adulteret sermonem Euangelicum. Si læsi sunt, est alia ulciscendi via citra injuriam sacræ concionis. Jam hoc opinor erit quibusdam voluptati, si mihi senserint aliquid ægrè esse. Ego quidem & majora tuli & adhuc ferre possim: mentiar tamen, si dicam me nihil his rebus commoveri. Minus indignè feram si me feriat mulus, aut homo furiosus: sed tamen malim non feriri. Ut vitæ, ita famæ alienæ dominus est, qui suæ contemptor est. Cuivis in proclivi est lædere. Et absit ut ego vicissim, quid hac in parte possim, velim experiri. Cum tot dies agerem *Colonia*, nulli verbo questus sum, fretus tua oratione, quòd diceres te speranæ futurum, ut in posterum consilescerent *Egmondani*. Nam ab hoc *Phrysio* nihil expectabam novæ tempestatis. His malis autoritas tua vel verbo potest finem imponere. An debeat ipsa viderit. Ego debere arbitror, si non meâ causâ, certè publicæ tranquillitatis gratia. Antequam perficerem hanc epistolam, pransus cum *Maximiliano* Abbate *Midelburgensi*, quoniam erat in proximo, adii per occasionem priorem *Dominicalium*. Is negavit se scire quid ille dixisset, sed tamen vultu, gestu, totoque sermone declaravit, se conscio ac volente hæc fieri. Postridie ejus diei venit ad me *Phrysius* ille veluti purgaturus sese, juvenis mirè confidens, & qui sibi videatur nihil loqui nisi gemmas meras, meros flosculos, & oracula mera. Is fassus est se in die divæ *Catharinæ* plura dixisse, quàm mihi fuerat delatum. Et in purgationem sui mirâ confidentiâ proposuit quædam tam stulta, ut stultissimum fuerit respondere. Tametsi respondi tribus verbis. *Egmondanus* in auspicando *Paulo* precatus est, ut quemadmodum *Paulus* ex ecclesiæ persecutore factus est ecclesiæ doctor, ita convertantur aliquando *Lutherus* & *Erasmus*. Quid fiet istis? Nihil magis optent, quàm ut aliquâ ratione molesti sint. Et male habet illos quod *Lutheranus* non sim, ut re verâ non sum, nisi serviat gloriæ *Christi*. Scio me esse linguæ licentioris: nullus tamen audivit me probantem *Lutheri* doctrinam. Libros illius nunquam studui legere, præter paucas pagellas, eásq; degustatas verius quàm lectas. Disputationibus vestris adversus *Lutherum* semper constantissimè favi: sed multò magis scriptis, maximè *Joannis Turnholtii*, qui doctè & sine affectibus disputavit, ut audio. Cum exurerentur libri, nemo me tristiorem vidit. Constanter fassus sum, mihi displicere in eo permulta. Scripsi privatim multa, & dixi multa, quæ illum ab hoc seditioso scribendi genere compescerent: & *Lutheranus* vocor. Hi joci, si vestræ placent Academiæ, sum is qui possim ferre. Nam id malo quàm ulcisci. Sed meâ sententiâ præstiterit rem aliis rationibus agi. Imprecat mihi *Vincentius* tumulum *Hollandicum*, quod illic post stultissimam concionem propemodum fuerit lapidatus à plebe, cum ego nulli *Hollando*, neq; bene scripserim de *Luthero*, neque male. Bene vale in *Christo*, Magnifice *D.* Rector. M. D. XIX.

Erasmus Rot. Guilielmo Latomero S.D.

PEr literas obtestor, humanissime *Latomere*, ut in Novo Testamento adjutes. Editum est pro temporis angustia satis accuratè, verùm mihi præter expectationem bona temporis pars præcastigandis exemplaribus, ac formis denique corrigendis erat insumenda. Tametsi ad id muneris doctos magno ære fuerant conducti. Sic autem adjutabis, si admonueris per literas, quid mutandum esse dicas. Nam alteram mox adornabo editionem. Verùm cave nè cui hoc suboleat typographi gratiâ, cui domi manerent sua volumina, si sentirent emptores. Quanto studio me complexa sit omnis illa *Germaniæ* superior, non commemorabo, nè videar gloriæ causâ id facere. Ambit me & nostra regio. Hæc tantum abest ut affectem, ut pudeat etiam honoris, quo me novi indignum. Sit tamen gaudeo suboleſcere bonas literas, ac spero brevi futurum, ut *Erasmus* infans habeatur. Bene vale. Nonis Junii. Anno M. D. XVII. *Epist.* 19.

Erasmus Rot. Richardo Episcopo Wintoniensi S. D.

REverende Præsul, quod *Eduardus Leus* tam manifestis convitiis debacchatus sit in famam meam, dici non potest quam displiceat probis omnibus. Nec enim tam mihi nocuit quàm omnibus bonarum studiosis literarum, quorum utilitati defudat hactenus nostrum ingenium. Tot amicorum literis, tot monitis meis non potuit deterreri, quo minus suæ non minus quàm meæ famæ macularet inureret. Exiit liber malis avibus, nonnullo detrimento nominis mei: sed multo majore ipsius. Ad convitia respondimus moderatius quàm vellent quidam. Ad argumenta sic respondimus, ut ille nunquam sit responsurus, sat scio, & tamen ubiq; tempero à convitiis. Nec his contentus *Leus*, adornavit ut aiunt alterum libellum multo etiam virulentiorem, quem misit *Lutetiam* excudendum. Non audit amicorum sana consilia, nec unquam finem facturus est, nisi tuâ autoritate coerceatur. Atq; utinam id esset factum antequam hoc incendium erupisset. Subornavit *Londini Cartusiensem* quendam, opinor nomine *Joannem Batmanson*, juvenem ut è scriptis apparet, prorsus indoctum, sed ad insaniam usque glorioſum. Quod si *Leum* ab his furiosis tumultibus compescueris autoritas tua, non meis tantùm studiis consulet, sed etiam *Eduardi*, qui nunc & suum perdit otium & meum. Bene vale. *Lovanii* III. Nonas Maias, Anno M. D. XX. *Epist.* 20.

Erasmus Rot. Ioanni Coleto S.D.

AD Epistolam joco scriptam respondes seriò. Non decebat fortasse cum tanto patrono jocari. Sed tamen mihi tum libebat cum amico tam singulari *Amicis* salibus ludere, magis humanitatis *Epist.* 21.

nitatis tuæ memori quàm magnitudinis. Tuæ facilitatis erit noſtram ineptiam boni conſulere. Scribis me tibi debere, etiamſi nolim. Omnino mi *Colete durum eſt*, ut inquit *Seneca*, *debere cui nolis*: At ego neminem novi mortalium cui libentius debeam quàm tibi. Et is ſemper in me fuit animus tuus, ut etiam ſi nihil acceſſiſſet officiorum, tamen debiturus tibi plurimum fuerim: tantum autem acceſſit & officiorum & beneficiorum, ut ſi non agnoſcam, ſim unus omnium ingratiſſimus. De tenuitate tua prorſus & credo & doleo: Sed mea tenuitas graviùs me premens, coegit ut tuæ tenuitati negotium faceſſere. Quod quàm fecerim invitus, vel hinc potes colligere, quod jam olim abs te promiſſum tam ſerò petii. Excidiſſe tibi promiſſum haud miror, quippe homini tot occupato negotiis. At in horto tuo cum incideret de *Copia* ſermo, & indicâſſem mihi eſſe in animo, ut nuncuparem puerile opus Principi noſtro puero, rogabas ut novum opus novæ ſcholæ tuæ dicatem. Reſpondi ſubridens, ſcholam tuam eſſe pauperculam, mihi opus eſſe qui aliquantulum daret in manum. Arridebas. Deinde cum multos titulos adduxiſſem ſumptuum, nonnihil contatus negabas te poſſe ſuppeditare, quantum meæ res poſtularent, verùm quindecim angelatos lubenter daturum. Idque cum alacri vultu repeteres, rogabam num ſatis eſſe videretur. Reſpondebas etiam alacriùs, hoc certè te libenter impenſurum. Tum ego, & ipſe, inquam, libenter accipiam. Ex hac commemoratione fortaſſe res redibit in memoriam tuam. Poſſem & aliis argumentis aſtruere, niſi tu mihi tuâ ſponte jam fidem haberes. Sunt omnino quidam, iiq; amici (Nam cum inimicis nihil mihi commercii eſt, nec eorum dicta pili facio) qui te duriuſculum prædicent, & in diſtribuenda pecunia diligentiorem. Idque non accidere (Sic enim illis approbantibus interpretabar) vicio tenacitatis, ſed quod improbè inſtantibus & urgentibus negare non poſſes ob ingenii verecundiam, in amicos non moleſtos minus eſſe profuſum, quandoquidem utriſque non poſſes ſatisfacere. Nec tamen hæc res ad me pertinet, qui quanquam non ſum admodum improbus ac moleſtus flagitator, tamen te ſemper benigniſſimum ſum expertus. Non igitur hoc accepi à tuis obtrectatoribus, ſed ab iis qui tibi ex animo bene volunt. Quorum tamen ſententiæ nec accedo, nec refragor, niſi quod tuam in me benignitatem ſingularem agnoſco. Si reliquum promiſſi non gravaberis dare, equidem ut nunc res meæ ſunt, accipiam, non uti debitum, ſed uti beneficium, relaturus ſi quà poſſim, certè gratiam habiturus. Injucundus mihi fuit epiſtolæ tuæ finis, cum ſcribis moleſtia negotiorum te ſolito graviùs vexari. Equidem cupiam te quantum poteſt longiſſimè à mundanis negotiis ſemoveri, non quòd verear nè mundus hic, ut eſt hamatus, te ſibi vendicet, ac manus injiciat, ſed quòd malim iſtud ingenium, iſtam eloquentiam, iſtam eruditionem in ſolidum impendi *Chriſto*. Quòd ſi non potes explicare te, cavendum tamen nè indies altiùs atque altiùs immergaris. Vinci fortaſſe præſtiterit, quàm tanti emere victoriam. Maximum enim bonum, mentis tranquillitas. Atque hæ ſunt ſpinæ, divitiarum comites. Interim malevolorum blateramentis oppone rectam & ſynceram conſcientiam, in unum illum & ſimplicem *Chriſtum* te collige, & minus multiplex mundus. Sed quid ego ſus *Minervam* doceo, & ægrotus ipſe medico mederi ſtudeo? Vale præceptor unice. *Cantabrigiæ*, V. Id.

A Bſolvi collationem Novi Teſtamenti, ac divum *Hieronymum* aggrediar. Quo confecto ad vos revolo. Tuus ac vetè tuus *Tho: Lupſetus*, magno mihi eſt & uſui & oblectamento, cotidianâ conſuetudine, & operâ, qui mihi commodat in his caſtigationibus. Et operam ejus râ penſo: facturus idem copioſiùs, ſi per illius otia vacaret, à quibus nolim abducere adoleſcentem. Crede mihi nihil eſt eo tui amantius. Iterum vale. M. D. XI.

Conrado Præſuli Wirtzenburgenſi Eraſmus Rot. S. D.

ORnatiſſime Præſul, cum ſim & naturâ verecundior, quàm ut plebeius etiam homuncio ultrò ſoleam literis meis negotium facere, & nunc occupatior, quàm ut vacet quicquid ſcribere, tamen hujus *Draconis* improbitas coëgit hanc à me epiſtolam ad amplitudinem tuam, quam accipio cum ſemper optimis ac ſanctiſſimis ſtudiis delectatam, tum in præſentia ſingulari favore proſequi literarum honeſtarum cultores. Inter quos utinam me jure queam commemorare. Certè videor inter hos poſſe referri, qui ſi qualicunq; induſtriâ, aliis addant animos, quos admodum faciunt, qui in acie claſſicum canunt, ipſi tamen interim à prælio ſemoti, qui ve nonnullis ſuffundunt frigidam, cum ipſi non certent. Hactenus ſanè feliciter ſucceſſit ventus ingeniorum; ſi modò abſit diſcordia, certè ſit civilior. Si vetera ſtudia cum his nova mutuâ comitate coaleſcerent, poſſent utraque veteris eſſe uſui. Nunc dum utrique ſic agunt, ut neutra factio prorſus profligetur, fit, ut utrique ſit malè. Conjuratum eſt à ſtolidiſſimis agminibus in perniciem optimorum ſtudiorum, par eorum numero ſuperior eſt. Melior cauſa vincit. Et periculum eſt, nè juxta *Livianum* verbum par numerus ſuperet meliorem, ni tuo tuique ſimilium favore ſublevemur. Ego non ſolùm publico ſtudiorum nomine gratias ago tuæ benignitati, verumetiam meo privatim, qui candore quodam animi non aſperniaris noſtras qualeſcunq; nænias. Si quid offendit hoc epiſtolium meum pluſquam extemporarium, *Draconi* fac imputes, quo juvene ut nihil adhuc vidi melius, ita nihil vidi pertinacius. Cæterùm ſtudinè tuam incolumem ac florentè nobis quàm diutiſſimè tueatur *Chriſtus* optimus maximus.

Rectori inclytæ Scholæ Erphurdienſis Eraſ. Rot. S. D.

VIr eximie non poſſum non amare te, quod ex *Dracone* juvene minimè vano cognovi, doctiſſimus ipſe, ſtudiis melioribus impenſe faveas: atque horum acceſſione *Erphurdienſem Rempublicam* (cui tu felicibus præſides auſpiciis) etiam nandam expoliendámque cures. Illa tuæ prudentiæ laus eſt peculiaris, quod hoc abſque tumultu facis, quem alibi videmus excitari quotidie imprudentiâ. Bonæ literæ ſic debent irrepere in Academias, non ut hoſtes omnia depopulaturi videantur, ſed hoſpites potius paulatim ſe civiles

civilem consuetudinem coalituri. Mihi nunquam placuit tumultus, & aut ego parum perspicio, aut plus efficitur moderatis consiliis, quàm viribus impotentibus. Ac bonorum virorum esse reor sic velle prodesse, ut quàm paucissimis noceatur, atque adeò nullis, si modò liceat. Eò vanitatis processerat frigida illa disputatrix theologia, ut necesse fuerit ad fontes revocare. Sed tamen illam quoque corrigi malim quàm explodi, aut certè tolerari, donec potior aliqua theologiæ ratio fuerit parata. Multa præclarè monuit *Lutherus*, sed utinam civilius admonuisset. Plures haberes & fautores & propugnatores, & uberiorem messem demeteret *Christo*. Et tamen impium sit illum in his quæ rectè dixit prorsus indefensum relinquere: nè posthac nemo sit, qui verum ausit proloqui. Non est nec hujus conditionis, nec hujus ingenii, de illius doctrina pronunciare. Hactenus certè profuit mundo: Nonnulli sunt adacti ad evolvendos veterum theologorum libros, alii quo sibi consulerent, alii quo *Luthero* negotium facesserent. *Draconem* tibi commendarem, nisi iis esset moribus, eâ ingenii suavitate puritatéque, ut non possit non esse optimo cuique gratissimus. Scimus, quàm nihil possimus. Tamen si quid erit in quo queam isti Academiæ vel usui esse vel ornamento, sic agam, ut intelligas mihi quidvis defuisse potius, quàm propensam animi voluntatem. Bene vale. *Lovanii* pridie Calendas Augusti M. D. XVIII.

Eras. Rot. Ioanni Episcopo Roffensi S.D.

SI tua pietas suspicatur me quicquam offendi, vel quòd responderis *Fabro*, vel quòd non miseris librum *Lei*, nondum novit *Erasmum*. Et tamen hac de re jam ternis literis, nescio quid significas, quod mihi crede nihil est. De animo in me tuo non magis addubito quam de meo ipsius. In priore libelli tui editione, crebrius, & ut videbatur multis, aculeatius jocabaris in ecclesiam *Fabri*. In posteriore ut stilus est cultior, ita minus est stomachi. Tantum demirabar te tam anxiè laborare, ut hoc negotium pertraheres ad causam fidei, quâ re valde gravatur *Faber*: quem sublevari malim, præsertim cum ille te & suspiciat, & veneretur. De Novo Testamento jubeo te bono esse animo. De rumore sparso apud monachos & indoctos mirum non est, cum *Leus* velut ad hoc natus, nihil aliud agat. Et agit per monachos. Novit optimos hujus rei satellites. Sed ubi prodierit ille jam diu jactatus liber, *parturient montes, nascetur ridiculus mus*. Non adeò delirat mundus, ut ad *Lei* judicium sit tumultuaturus. Tantum prodeat liber, quod arbitror brevi futurum. Cum *Leo* mihi concordia fuerit, si ediderit suum librum, quem jampridem parturit. Nam ille nunquam erit sui dissimilis. An illi displicueris nescio, mihi certè nulla in re non magnopere placuisti. Videre mihi prorsus ignorare *Leum*, si illius vel irâ, vel amore tantillum commoveris. Me non offendes, etiamsi libris editis à me dissentias. Quare te rogo, ut si quid hujusmodi suspicatus es hactenus, suspicionem omnem penitùs ex animo ejicias, & *Erasmum* tibi persuadeas eum semper erga te fore, quem esse decet memorem clientulum erga patronum optimè meritum. Bene vale. *Lovanii* nono Calend. Martias. M. D. XIX.

Erasmus Rot. Ioanni Episcopo Roffensi S.D.

REverende pater ac patrone singularis, *Brugis* doctor quidam utriusque juris, Cæsaris *Maximiliani* consiliarius quondam, vir eruditus & gravis, narravit mihi *Reuchlinum* nostrum *Ingelstadii* agere, atque illic ducentorum aureorum salario *Græcè* & *Hebraicè* prælegere. Hac ratione illi consultum est ab amicis, quod tutum non esset agere in patria. Causa, si verè narrant, hæc erat: cum periculum esset nè dux *Wertenbergensis*, in quem scribit *Hutenus*, *Stockardiam* reciperet, *Reuchlinus* civibus aliquot erat autor, ut alio demigrarent, ipse comes illis futurus. Profugerunt illi. *Reuchlinus* mutato consilio mansit, consulens suæ supellectili. Deinde rursus profligato duce, per quosdam amicos impetratum, nè victor exercitus sævirent in domum *Reuchlini*. Sed cives illi quos fefellerat, reversi exhibebant seni negotium. Nunc sua omnia eduxit salva, & *Ingolstadii* tranquillam agit vitam. Hæc nolui nescire te. *Germania* prorsus insanit in *Leum*: Tantum libellorum prorumpit. Etsi *Leus* nullo non malo dignus est, tamen optarim eos conquiescere. Scribunt apertè, se non aliter mihi obtemperaturos, nisi quatenus abstineant à convicio gentis *Anglicæ*. Minatus sum me posthac *Gallum* futurum, nisi desinant me tam molestè amare. Admitat equidem quod erit in me. Sed *Leus* consulto fecerit, si ipse aliquo scripto edito studeat illos delinire quos irritavit. Audio bellum parari *Dominicanis* & *Romanensibus*. Vereor nè ex hoc ludo nascatur incendium maximum. Bellum indicetur *Dominicanis* & *Romanensibus*, & interim sævietur in omnes sacerdotes, exemplo *Bohemorum*. Bene valę. *Lovanii* postridie Calend. Augusti, Anno M. D. XIX.

Clarissimo viro Georgio Halaini Cominiique Domino Eras. Rot. S.D.

MIhi verò vehementer jucundum fuit, quod animo nondum excidit amiculus *Erasmus*, quem epistolâ quoque digneris vir tantus. Locus qui te movet in *Moria*, quo sensu dixerim quædam verè esse, perspicuus erit, si memineris fabulæ *Platonicæ De specu, atq; in hoc natis*: qui rerum umbras pro veris rebus admirantur. Quæ sensu comprehenduntur verè non sunt, quoniam neque perpetua sunt, neque semper eodem modo sunt. Sola verè sunt, quæ contemplatione mentis comprehenduntur. Id cum *Plato* multis locis inculcat, tum *Aristoteles* in libris rerum ultramundanarum testatur. Et *Paulus* epistolæ ad *Corinth.* 2. cap. 4. *Non contemplantibus*, inquit, *nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt.* Ut auctē omnium perfectissimè est Deus, quia simplicissimè est, longissimèque abest à crassitudine rerum sensibilium: ita quæ ad illum proximè accedunt verissimè dicuntur esse. Sic verius est anima quàm corpus. Quanquam autem philosophus abducens sese à rebus sensibilibus meditatur contemplationem rerum intelligibilium, tamen iis non fruitur perfectè, nisi cum animus expeditus organis materialibus, per quæ nunc agit, totam vim suam exerit.

Porrò

Porrò tametsi sunt vires quædam quas exercet animus per organa minus materiæ obnoxia, veluti cum intelligit, cum meminit, tamen dubium est apud philosophos, an mens, quam *Græci* vocant νοῦν, omnino quicquam agat in corpore, nullo corporis organo. Quod hactenus, nemo tuo satisfacit animo, nec inter hos qui conscripserunt *De ratione parandæ linguæ Latinæ*, nec ex his qui nunc complures libris proditis testatur, quantum assequuti sint in lingua *Latina*, fortasse nec ipse *Cicero* satisfaciet animo tuo, ut non defuerunt, quibus *Maro* visus est solœcus, & barbatus *Livius*. Ego nec hos probo, qui neglectis in totum præceptionibus, ex autoribus petunt loquendi rationem: nec hos, qui præceptis addicti, non versantur in evolvendis autoribus. Præcepta volo esse pauca, sed optima: quod reliquum est arbitror petendum ex optimis quibusque scriptoribus, aut ex eorum colloquio, qui sic loquuntur ut illi scripserunt. Hæc via si cui non placet, non video quid supersit, nisi ut ad magicas ineptias, & polygraphias ridiculas confugiamus: quas non videmus adhuc cuiquam usui fuisse. Porrò quòd eorum qui scribunt hodie, videtur impurior oratio, fortasse in causa sunt aures eorum ad quorum judicium scribimus: fortassis quòd subinde cogimur in barbaris autoribus, quibus plena sunt omnia, versari: haud scio an & illud, quod orationi verè *Romanæ*, nè apud *Romanos* quidem honos habeatur, atque ob id segniùs huic rei datur opera. Alium anguem in herba latentem ego non video. Citiùs accederem tuæ sententiæ, si quis exoriretur qui sine ullis præceptis merè *Latinè* scriberet. Adest isthic *Ulrichus Huttenus* linguæ *Romanæ* delicium, juvenis nobilis, eruditus, & humanus, cum eo melius hanc quæstionem tractabis. Ipse adero post biduum: si vires sinent. Nam à morbo vix adhuc satis firmus sum. Ea res in causa fuit, ut hanc epistolam dictaverim, non scripserim. Bene vale vir clarissime. *Lovanii* undecimo Calend. Jul. Anno M. D. XX.

Erasmus Rot. Adriano Barlando S. D.

Epist. 27. NOn libet credere quòd quidam aiunt te nescio quid & stomachari & maledicere in *Gocleninm*. Neq; enim hoc tui candoris est, neq; meriti illius. Est vir egregiè doctus, nec minus integer quàm doctus, nullius gloriæ invidens. Postremò convenit hoc tempore συγχεῖζειν, qui colunt bonas literas, barbarorum phalangibus sic sese undique cõdensantibus. Non me fugit esse quosdam in hac schola, qui morbo naturæ pessimè loquantur, & de his à quibus nunquam fuere læsi, imò quorum beneficentiam experti sunt. Qui si sanari non possunt, tu tamen mi *Barlande* tui similis esse pergito, nec horum consuetudine te contamina. Bene vale, cum voles confabulabimur copiosiùs. Anno M. D. XVIII.

Thomæ Card. Eboracensi Eras. Rot. S. D.

Epist. 28. NUnc meritas do pœnas stultitiæ meæ. Qui poteram isthic inter eruditos amicos, & suaviter & cum dignitate vivere, si benignitatem regiæ majestatis ac tuam ultrò oblatam, fuissem amplexus, nunc cogor cum ingratis quibusdam & impudentissimis sycophantis conflictari. Ut sunt fatales corporum morbi, ita video & animorum fatales quasdam esse pestes, undecũq; proficiscitur: sive ab astris, sive ab ipsis corporib⁹ aliter affectis, sive quod magis reor, ab humani generis hoste, qui nulla re magis gaudet quàm nostrâ discordiâ. Quis enim alius tantum venenum studiis invexit, etiam sacris? à quibus pendet non incolumitas, tum dignitas *Christiana* religionis? Tam amaris odiis nunc passim inter sese dirimuntur etiam theologi, tam virulentis libellis invicem sese proscindunt, publicis apud populũ concionibus sese mutuò lacerant, meâ sententiâ præstiterit hortum colere quàm literas. Atq; hac in re nulli peccant impudentiùs quàm hi qui sub mendicitatis professionem tyrannidem meditantur. Complures eruditissimi viri ex toto orbe mihi gratias agunt pro Novo Testamento jam bis recognito, inter quos & aliquot Episcopi sunt, atq; adeo summus ille omnium *Leo*, ejus nominis decimus. Et hic non pudet, nondum lecto opere, seditiosis clamoribus apud populum traducere bene meritum. Quales & hic extitere quidam, & isthic quidam audio fuisse, qui in concione frequenti vociferatus sit, me corrigere voluisse Euangelium Joannis, quòd pro *Verbo* verterim *Sermonem*: quasi Joannes scripserit *Latinè*, aut quasi non ante me, Filius Dei pro *Verbo Sermonẽ* appellârint, *Cyprianus, Hilarius, Hieronymus*, cumque his innumeri; aut quasi *Sermo* non meliùs exprimat *Græcam* vocem λόγος, quàm *Verbum*. Quid stultius dici potuit quod doctos? At quid apud imperitam multitudinem seditiosius? Cæterùm ubi interim illa dulcedo studiorum, quam narrat *Hieronymus*? ubi illa in campo scripturarum sine dolore nostro ludere? Quid quòd interim bona pars fructus perit mique. Nam & illi dum sacris concionibus, quæ præter *Christum* nihil sonare deberent, admiscent suos affectus, minus commovent populum ad pietatem: & nostri libri vel à paucioribus, vel minore cum fructu leguntur, viciatâ per istos imaginatione, quæ ubique valet plurimum, adeo ut si quis *Augustini* librum legat persuasus esse *Pelagii* hæretici, minimum fructus sit reportaturus. Tua autoritas succurrit isthic bonis literis, quæ nos adhuc cum veteris insciticæ patronis bellorantibus. Utinam dignetur & sacrorum studiorum tranquillitati consulere, non solum apud *Britannos*, verumetiam toto terrarum orbe. Id facilè fiet, si *Romanum* Pontificem literis tuis admoneas, ut suâ autoritate coerceat hanc incessendi scientiam, suam quisque professionem ornet cum contumeliam alienæ, quemadmodum *Paulus* suum glorificat euangelium, non obscurans tamen euangelium *Petri*. Quòd si dissentiunt alicubi ingenia, res *Christiana* modestiâ peragatur, non diabolicâ virulentiâ: argumentis decertetur, non seditiosis clamoribus, & ut victor discedat gloriosior, & victus eruditior. Rem magnam præstiterit tua celsitudo, & de republica *Christiana* optimè merita fuerit, si studiorum tranquillitati ingnabitur ut facit autoritate suâ consulere. Scripsimus hac de re nonnihil summo Pontifici *Leoni*. Sed quantulum nos homunculi possumus? Absolvi paraphrases in omnes epistolas divi *Pauli* germanas, opus, ni fallor, victurum, & adeò felix, ut illi quoque probetur, quibus nihil placet *Erasmicum*. Utinam mihi liberũ esset huic operi tui nominis facem

facem prætendere. Sed magnis intervallis non uno impetu persectum est, ita partes laboris diversis inscripsimus. Sed quæretur aliud æque victurum, quod tuæ celsitudini dicabitur: certum est enim his immori laboribus etiamsi sentio me indies reddi segniorem, non tam ætate quàm studiorum laboribus irrequietis, imò tædio contentionum magis quàm laboribus per se jucundis. Bene vale. *Lovanii* Calend. Febr. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Erardo Præsuli ac Principi Leodiensi S. D.

9. IAm plus triduum isthuc iturientem me, jugis quædam ac sceleratissima nebula domi alligat. Pensare volebam, quod hinc nobis insalutata discesserat tua celsitudo. Medicus tuus in causa fuit, qui confirmârat te totum illum diem nobiscum futurum. Insignis ille heros *Albertus* Cardinalis *Mogontinensis*, cujus divinas dotes te nuper cominus es admiratus, mihi poculum dono misit, cum amplum & grave, tum operè spectandum. Addit se id dare mihi ipsum fugienti, majorem experturo benignitatem, si mei fecero copiam. Dignum nimirum munus, quod à tali Principe mitteretur, sed *Erasmus* dignior, qui famis bibat. Quin & nomen indidit. Ait vocari *poculum amoris*, opinor, quod è duobus paribus velut osculo commissis, fiat unum, quoties libet: ex quo qui biberint, protinus benevolentiâ mutuâ conglutinari. Si vera sunt hæc, utinam theologi *Lovanienses* ex eo poculo mecum potâssent ante annos duos. Horum operâ compertum habeo, *D. N.* & *N.* Principum *Bergen.* & comitis *Hoechstratensis* animos nonnihil à nobis alienatos. Hos si ipciderit opportunitas, admonebis, ut pro sua prudentia, magis credant reconciliatis quàm iratis. Vt in me coorirentur, falsissimæ suspiciones illis fuerunt in consilio, & hoc totum unius iracundiæ datum est. Vt autem ultro provocarent ad amicitiam, in causa fuit, res attentiùs perpensa. Illud tumultus fuit, hoc judicii. Quod si hoc non impetras, talem nè pronuncient adversum me, ni parte utrâque audita. Si rem omnem pernôssent, melius etiam sentirent de *Erasmo* quàm ante hac senserint. Bene vale, Anno M. D. XVIII.

Eras. Rot. Florentio ab Ilselsteyn S. D.

Clarissime princeps. Munus quod tua benignitas nobis donavit, non uno nomine mihi fuit gratissimum: vel quod à tali profectum heroe vel quòd ultro delatum, nec promerito, nec expectanti. Admonui filium tuæ celsitudinis, raræ cujusdam indolis puerum, ut mihi in referenda gratia sit auxilio. Sic enim videbor retulisse, si effecero ut ille in bonis literis expectationi tuæ respondeat. Recepit facturum, ac mihi sanè in hac ætatula jam nunc emicans eruditionis specimen maximam spem præbet talem evasurum *Maximilianum*, ut non solum suo generi, verumetiam ipsis literis bonis sit olim ornamento futurus. *Arnoldus* ut est pueri amantissimus, ita eum non minus diligenter quàm blandè curat. Est hîc *Conradus Goclenius* juvenis utriusque literaturæ peritissimus, stilo cum primis felici, sive prosam orationem tractet, sive metri legibus astrictam, philosophicæ rei non vulgariter doctus, moribus incorruptis, spectatæque integritatis. Quid multis? Dignus vel ipso *Ferdinando* discipulo. Id tibi meo polliceor periculo, quod si videbitur hic filii familiæ adjungendus, agam cum illo, & agam non minore fide quam si filii mei negotium ageretur: sin minus, sciro *Erasmum* toto pectore tuum esse. Bene vale. *Lovanii* postr. Calend. Octob. Anno M. D. XIX.

Erasmus cuidam Obtrectatori S. D.

QUomodo sis abusus linguâ tuâ ante instauratam concordiam, non me clam fuit, sed post pactam omnium superiorum oblivionem, audio te convivia tua singula condire virulentissimis obtrectationib' in fortunam ac vitam famámq; meam. Vt sim is, in quem ista meritò dicantur, tamen non ignoras quàm fœdum sit ulcisci sese obtrectatrice lingua, idq; in conviviis, & interim præbere pernicioſum exemplum tuis convictoribus, præsertim in re, in qua nihil intelligis. Præstabat dum ista garris evolvere *Hippocratis* canones, ut haberes quod respondeas ægrotis consultoribus. Scio istam suspicionem natam ex epistolis duabus, pessimè intellectis: quod facilè docebo, si cui sit sanum cerebrum. Quid autem agas cum furiosis? Sed hæc explicare sit prolixius, ut paucis dicam, si ab ista virulentia linguæ temperaris, rectius consules dignitati tuæ. Ego permulta passus sum, nè quid tumultûs meâ causâ nasceretur, & adhuc pacem instauratâ mordicus teneo. Ego *Lutherum* nec accuso, nec defendo. Sic esse res ipsa docebit. Quare nolim me horum negotiis admisceri. Et id demonstrabo veris ac solidis argumentis. Quod si tu perges istâ pestilentiâ famam meam incessere, vide nè mea quoque lenitas victa, efficiat ut tu post mille annos inter virulentos sycophantas, inter glorioſos nebulones, inter malos medicos decanteris. Sed absit ne hoc eveniat. Mihi *Christiana* magis placent, & ad ea te provoco. Bene vale. *Lovanii*, Anno M. D. XVIII. *Epist.* 31.

Erasmus Roterod. Ioanni Botzemo S. D.

HOc mihi jocundior tua fuit epistola vir clarissime, quod novi lucrum amici cum veteris recordatione copulavit. *Urbanum* jampridem amabam. Abiernium libenter agnosco. Fortunæ tuæ gratulor, non aliter quàm si esset mea. Cætera placebant omnia. Cæterum quod scribis isthic circumvolitare *Apologiam in Pacaeum* ut suspicor, malè discruciat animum meum. Utcunque illi hoc excidit de *Constantia*, scio non dictum malo animo. Eodem in libello multa jocatur & in me, quæ nollem scripta ob quosdam nihil non detorquentes ad calumniam. Novi *Pacaeum* intimè. Nihil illius ingenio candidius, nihil integrius, nihil amicius. Simplicitas hæc est, non malevolentia. Eruditus est, sed eum librum, id quod res indicat, effudit extempore. Et curatum est à nobis, nè rursus excudatur, nisi ab autore recognitus. Ego in hoc odioſissimo rerum tumultu, quem præter *Dominicanos* ac theologos excitat *Edvardus Lesa*, quo uno nihil unquâ adhuc terra produxit, nec arrogantius, nec virulentius, nec stultius; sum *Pacaeum* expertus talem amicum ut nemo fratri frater posset esse amicior. Est cum summatibus omnibus, tum optimo Regi, longè charissimus: successit nuper in dignitatem *Joannis Coleti* Decani apud divum

Paulum, provehendus haud dubiè ad summas dignitates. Quare velim ut si quid animo conceperis iræ in illum, penitus ejicias, vel meâ causâ. Non enim poteris me ullo officio demerere magis. Ego verò posthac *Botzemum* in amicorum fastis, vel inter præcipuos scripsero. Ad *Zasii* mentionem exilii. Vtinam egregius ille senex nobis diutissimè supersit. *Dorpio* nostro literæ tuæ fuere longè gratissimæ. Erat responsurus amicis, sed in præsentia deerat ocium. Propediem respondebit omnibus. Optimo patrono meo urbanissimo *Urbano* plurimam ex me salutem dicito. Item *Oecolampadio*, si isthic adest. Et ornatissimo *Iohanni Fabro*. Hæc scripsi plusquam occupatissimus, scripturus aliàs accuratiùs. Vale. *Lovanii*. XVII. Calend. Junias. Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo.

Erasmus Roterod. Paulo Voltzio. S.D.

Epist. 33. DIfficile mihi sit tibi dare consilium in ea re, in qua nescio quâ parte pedem tuum torqueat calceus. Si quod vitæ genus nôsti, quod eam præbeat tranquillitatem, quam animus tuus, ut auguror, humanorum tumultuum pertæsus, suspirat, indica mihi, jungam me tibi. Jamdudum enim satur sum omnium quæ video geri, veluti fato quodam. Sed vereor nè in omne vitæ genus sequantur nos molestiæ. Quare si durare potes in isto vitæ genere, malim te tranquillitatem istam ab animo petere potiùs quàm aliunde. Si non potes, precor ut *Christus* Opt. Max. velit esse faustum ac felix, cuicquid agis. Molitur & *Oecolampadius* fugam. Et *Vuimphelingus* portum suum spectat, ut scribit. Ego solus relinquor in his fluctibus. *Coletus* præcessit, *Christus* addidit mihi *Satanam* eximium, qui rebus omnibus omissis, totus in hoc est, ut orbem in me concitet, natus ad seditionem. Et tamen mihi interim laborandum est, nè vapulet. Mi *Voltzi*, nunquam eram crediturus, tantum veneni esse in pectoribus humanis. Et tamen sacrificat frequenter. Miratur exitium omnibus, qui audeant bene loqui de *Erasmo*: etiamsi de ipso nihil loquantur mali. Bene vale pater & amice in *Christo* charissime. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterod. Sylvestro Episcopo VVigornensi. S. D.

Epist. 34. REverendissime Præsul, expectabam ut me vocares ingratissimum, quod pro veteribus tuis in me officiis nullam retulerim gratiam. Nunc ô inauditam humanitatem, etiam pristinis tuis in me meritis sanè cumulatissimis, novos adjicis cumulos. Redditum est mihi exemplar diplomatis. Magnopere placuit. Nihil fingi potuit amantius, aut magis ex animi mei sententia. Sed hac de re, nè quid ad me mittatur amplius, donec scripsero, quò velim mitti. Nam spero futurum, ut ipse *Romæ* sacras istas manus tuas deosculer, idque brevi, nisi *Caroli* nostri reditus adferat nobis nova consilia. Et scio, & memini quid debeam celsitudini tuæ. Sed si ea nôsset cuibus rerum procellis obruar, non solùm daret veniam, verum etiam misereretur nostri. Si vixero adhuc annum, restabor me scire, quantopere tibi sim devinctus. Bene valeat tua sublimitas, cui me totum ut debeo in dedo, dumque. *Antuerpiæ* Id. Mart. Anno 1520.

Eras. Rot. Card. Laurentio Campegio. S.D.

REverendissime D. Mitto libellum tuo nomine dicatum, qualecunque grati in te animi documentum. Quid facerem? Non dabatur occasio commodior. Sed in posterum ut spero dabitur. Nam mihi cum monstris compluribus res est, non *Herculi*, sed semihomunculorii. Spero fore, ut ante paucos menses *Romam* olim adamatam revisam, nisi si quid novi consilii *Caroli* nostri ex *Hispania* reditus adferat. Faxit Deus, ut eos incolumes offendam, quos maximè cupio. Bene vale. *Antuerpiæ* Idibus Mart. Anno M. D. XX.

Erasmus Rot. Francisco Chiregato Protographei Apostolico S. D.

HUmanissime *Chiregate*, si frater esset mihi, quæso quid posses amantius? Diploma mihi vehementer placet, sed nunc incertum, an hic sim diutius commoraturus, nam vocor in *Galliam*. Itaque nè quid huc mittatur, nisi literis meis significavero. Et fortassis intra menses paucos adero. Quod interim cura, ut te offendamus alacrem. *Edovardus Leus* emisit in me librum, plenum conviciis, sine fine dedecore meo, sed majore suo. Ei nunc respondeo, sed absque conviciis. Id incassum fuit, si tibi scriberem parciùs. Bene vale. Scio quantum debeam Reverendo Præsuli *Silvestro* patrono meo. Non erò ingratus, quâ licebit. Rursum vale. *Antuerpiæ* Idibus Martiis, Anno 1520.

Gulielmo Archiepisc. Cantuarien. Eras. Rot. S. D.

CUm ab ingratitudine non secus abhorream, atque *Achilles* ille *Homericus* à mendacio, recúmque perpenderem, quàm esset immensum, quid tuæ deberem benignitati, rursum & illud valerem, mediocribus amicis, de mediocribus beneficiis gratias agi convenire, porrò tam excellenti, verùm primati, gratiam referre conari, tantum abesse à pudore hominis officio, ut potius ingratitudinis, vel certè insolentiæ genus esse videatur: videlicet optimum factu judicavi, ut tibi literariâ strenulâ, cui flosculo quopiam à Musarum hortulis decerpto, animum memorem atque amantem utcunque testificarer. Jam *Saturnalia Luciani*, latinitate donata, boni amici mitto, libellum nisi fallor, nec infestivum, nec mei alteri dicatum, & inprimis opportunum, si quando ridere libebit, imò si licebit, in tanto negotium agmine quæ tibi (ut *Horatianis* dicam verbis) *per caput & circum saliunt latus*. Cur autem vicissim summatibus viris, si quando curis delassatum animum risu reficiant; cum apud *Hesiodum*, rideat & maximus ille πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε *Jupiter*, præcipuè si risus sit, cujusmodi hunc esse puto, nec illiberalis, nec ἄμισθος, imò haud scio an aliquanto plus frugis etiam adferens, quàm seria quidem illa sed pernoctia negotia? Vale pater amplissime & *Erasmum* tuum ut facis, à monstro illo plusquam *Lernæo* vindicare perge. Anno millesimo quingentesimo decimoquinto.

DES.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER DECIMUSTERTIUS.

Erasmus Rot. serenissimo Anglorum Regi Henrico S. D.

SEreniſſime Rex, cum non minima pars vitæ ac felicitatis humanæ ſita ſit in bonis literis, quo magis impetuntur hoc tempore à ſtolidiſſimis quibuſdam, hoc magis ſublevandæ ſunt favore præſidióque Principum, B erga quos non ſunt ingratæ futuræ. Præcipuè verò favendum iis ſtudiis, quæ conducunt ad pietatem *Chriſti*que Principis noſtri gloriam. Hac in re utinam animum majeſtatis tuæ cæteri quoque Reges ac Proceres imitarentur. Quanquam ſunt qui id faciant, & ſpero brevi futuros complures tuæ pietatis æmulos. Minimum eſſe fateor quod ego poſſum in literis. At tamen ita *Chriſtus* ſit mihi propitius, ut ego quicquid adhuc ſcripſi, aut ſcripturus ſum, in illius gloriam & C ſcripſi, & ſcripturus ſum. Certè hactenus induſtriam noſtram probant optimi quique, & in his ſummus ipſe Pontifex. Conſpirârunt tamen aliquot quibus nimium aſſuetis veteri vappæ, non placet noſtrum muſtum. Pauci ſunt, & ſtolidi, ſed tamen devotis animis conjurârunt, adeò ut vel periculo ſuæ ſalutis, cupiant extinctas bonas literas, quas dolent ubique tam felicitet reſloreſcere. Ab his ſuſpicor inſtigatum *Edvardum Leum*, ut in nos debaccharetur, cum ipſi non auderent prodire in proſcenium, juvenem gloriæ cupidum & ſibi placentem ſubornârunt, ut pro ipſis fabulam ageret. Qui utinam aut aliter ſcripſiſſet, aut *Anglus* non eſſet. *Edvardo* nihil debeo, ſed tamen animo *Chriſtiano*, melius illi volo, quam ipſe vult ſibi. *Angliæ* debeo, quantum non alteri nationi. Mitto Celſitudini tuæ, libellum quo illi reſpondeo, ſed abſq; convitiis. Quem ſi vacabit inſpicere, videbit quàm res ipſa *Lei* pollicitis non reſpondeat. E Non redibit ad convitia, ſi ſuo volet honori conſultum. Argumentis non arbitror unquam reſponſurum. Ea in re perdidi dies ferme quadraginta. Quod temporis utinam collocare licuiſſet, in opus aliquod, quo vel tuam egregiam virtutem poſteritati commendârem, vel *Chriſti* gloriam, pro mea virili illuſtrâſſem. Precor ut *Chriſtus* optimus maximus, generoſos juxta ac pios conatus majeſtatis tuæ ſuo favore ſemper in majus meliúſque provehat, mihique G tantum velit ætatis ſupereſſe, ut aliquando liceat declarare quantopere ſciam me debere benignitati tuæ verè regiæ, quæ dignabitur *Erasmum* extremum clientulum ſuum ſolito favore proſequi. *Antuerpiæ*, feſto crucis exaltatæ. Anno milleſimo quingenteſimo viceſimo.

Eraſ. Rot. ornatiſ. Præſuli ac Principi Leodienſi

SAlutem P. ornatiſſime Præſul. Qui has reddidit, *Joannes Faber* theologus inſignis ordinis *Dominicani*, cupit tuæ celſitudini commendatus eſſe, ac meâ ſententiâ dignus eſt qui ſit. Erat *Maximiliano* Cæſari cum primis charus ob egregias dotes quibus præditus eſt. Eruditio eſt recondita, ingenium promptum ac verſatile, lingua feliciſſima, mores faciles candidíque, animus ut mihi videtur integer. Gratus eſt multis *Germaniæ* Principibus. Et tamen habet qui illi malè volunt: ut nunquam caret æmulis virtus eminens. Optimè ſentit de tua celſitudine: apud quam exiſtimat me nonnihil valere. Si quid valeo, id totum eſt humanitatis tuæ, non meriti mei. At ſpero fore, ut hominis virtutes impetrent, etiam ſi mea non impetret epiſtola. Impetrata eſt à Principe penſio, me quidem non ambiente, ſed hoc eſt gratius Principis optimi munus, & tibi tuíq; ſimilibus plus debeo. Quorundam immodicam licentiam hic gaudeo coerceri, ut verear ne ſucceſſus hic animet bonarum literarum oſores, ad opprimenda meliora ſtudia, non enim dicam doctrinâ euangelicam. Bene valeat tua celſitudo. *Lovanii*, poſtridie Non. Octob. M. D. XX. *Epiſt. 2.*

Eraſ. Rot. Guilielmo Archiepiſ. Cant. S. D.

INcidit *Eraſmo* tuo periculoſa & omnium graviſſima cum calculo conflictatio. Deventum in manus medicorum, & pharmacopolarum, hoc eſt carnificum & harpyjarum. Adhuc parturio. Malum in coſtis etiamnum affixum eſt, quando paritурus, aut quid pariturus incertum. Suſpicor hoc morbi debere me cerviſiæ, quam dies jam complures inopiâ vini bibi. Hæ nimirum primitiæ fructuum, quos ex præclaro adverſus *Gallos* bello capiemus. Has ligeras dictavi modò, nec id citra moleſtiam, tu cura ut quam optimè valeas, optime *Mecænas Cantabrig.* An. M. D. XV. *Epiſt. 3.*

Eraſ. Rot. Ioanni Epiſcopo Roffenſi S. D.

EXimie Præſul, perſcripturus erã, ut tua juſſerat reverentia, quæ adnotârã tribus libellis, quib⁹ *Fabri* refellis opinionẽ. Verum id ſerum arbitrat⁹ ſum, edito poſteriori libro, quẽ ſanè nondũ legi, lecturus tamen propediem. Miſeret me *Fabri*: viri nimirũ optimi, qui *Lutetiæ* non mediocri gravatur invidiâ, præſertim *Dominicanorũ*, potiſſimũ ob hoc quod dictus ſit favere *Capnioni*. Optârim ut tua reverentia contenta ſit hac victoriâ, quam eruditorum ſuffragiis adeptus diceris, opus emitur cupidè. Quare poſthac quicquid voles committere lubens recipiet excudendum typographus: nam initio mirè difficilem ſeſe præbuit, adeò ut vix hominem quiverim perpellere. Cum theologis *Epiſt. 4.*

sarta concordia, ipsis ultrò flagitantibus, quod utinam illis priùs venisset in mentem, & non ladere maluissent, quàm reconciliati. Nunc *Dolabai* lebetes semel moti, diu tinniunt, præsertim autem monachorum quorundam mira virulentia, & ad insaniam usq; impudens, calumniandi libido. *Jacobus Hochstratus* agit *Lovanii*, profugus *Colonia* ob pestem: ut alii suspicantur, extrusus à monachis, invidiam ab illo ortam depellentibus. Nihil adhuc molitur, quid in posterum facturus, nescio. De *Leo* pudet queri, precor ut *Christus* illi mentem inserat digniorem & sacerdote, & theologo. Nunquam magis fuit in negotio, quàm nunc est, nec interim quicquam ab illo potest exculpi. *Frobenius* minatur se rursus excusurum typis Novum Testamentum, quare te obtestor, & per tuum sacrorum studiorum amorem, & per tuam pietatem Episcopo dignam, & per nostram amicitiam, & per si quid omnino apud te valet *Erasmus*, ut si totius libri copiam facere non vis, quod tamen summopere volebam, saltem annotes ea, quæ judicaris alicujus esse momenti, hinc (mihi crede) nulla nascetur tragœdia. Quod si tuæ occupationes obstant, quo minus hoc officium mihi queas præstare, saltem *Moro* detur hæc provincia, vel adjurato, si videtur. Illud certissimum est, *Leum* suas nænias non perpetuò pressurum. Hoc agit, ut opus edat instructius, & tamen interim jactat passim se id dare amicorum voluntati meóq; honori quod premit. Quòd si me vita functo librum evulgârit, utriusq; deterior erit conditio. Nam neque me docebit aut corriget, & longè odiosius illi respondebitur, quàm si ipse respondeam. Hæc igitur in re, te quæso, fac experiar animum illum in me tuum, quem semper præ te tulisti. Hæc scripsi mœrens ob *Coleti* decessum, qui mihi tam acerbus est, ut his triginta annis nullius hominis mors me discruciârit gravius. Scio bene actum cum illo, qui exemptus ab hoc scelerato pariter atque ærumnoso seculo cominus fruitur suo *Christo*, quem vivus sic deamabat. At ego publico nomine non possum non deplorare tam rarum *Christiana* pietatis exemplar, tam singularem *Christiana* doctrinæ præconem: privatim autem meo nomine tam constantem amicum, támq; incomparabilem patronum. Quod unum supereſt, hoc illi parentalium vice persolvã officii: si quid mea scripta valebunt, non sinam ejus viri memoriam apud posteros intermori. Dux *Saxoniæ Fridericus* bis ad me scripsit, eidem meæ respondens epistolæ: hujus unius præsidio substitit *Lutherus*. Id ait se causæ dedisse verius quàm personæ. Addit, non commissurum sese, ut in sua ditione opprimatur innocentia, eorum malitia qui sua quærunt, non quæ *Jesu Christi*. Ab omnibus delatum imperium ingenti animo recusavit, idq; pridie quàm *Carolus* eligeretur, cui nunquam contigisset imperii titulus, nisi *Fridericus* deprecatus esset, clarior honore contempto, quàm fuisset adepto. Mox rogatus, quem igitur censeret eligendum negavit sibi quẽquam alium videri tanti nominis oneri sustinendo parem, quàm *Carolum*. Ob hunc insignem animum à nostris oblata triginta floren. millia constantissimè rejecit. Quumq; urgeretur ut saltem decem millia pateretur dari famulis: Accipiant (inquit) si velint, attamen nemo manebit postridie apud me, qui vel aureum acceperit: ac postridie conscensis equis subduxit sese, ne pergerent esse molesti. Hoc mihi ut compertissimum retulit Episcopus *Leodiensis*, qui comitis imperialibus interfuit. Dux *Wirtembergensis* nuper profligatus bello redintegrat, receptis aliquot oppidis. Nos *Carolum* nostrum proximo vere reducturi operamur ex *Hispania*. Bene vale [illegible] Pratul, & *Erasmum* hoc etiam magis [illegible] quod *Coletus* avulsus dimidiatum reliquit. *Lovanii*, pridie *Lucæ*. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Erasmus Rot. Petro Mosellano S. D.

REddita sunt mihi literæ, quibus deploratam epistolam tuam, ego verò non hanc tantum editam doleo, plus officit mihi studium quorundam *Germanorum*, quàm odium horum. Quæso quorsum attinebat evulgare epistolam quam scripseram archiepiscopo *Moguntino*? Cum nobis sapiunt hostes qui celant omnia, & clam conspirant, nos nihil tegimus. Adornamus aliquam editionem epistolarum omnium, ne quid ipsis excudat, ut excusæ sunt, quædam abjecimus, quædam mollivimus. Epistola quam *Lutherus* scripsit ad *Leonem* ista ibi ediderant, delata est ad *Leonem*, illi quædam loca ad alios descripta sunt, ut eos in me provocarent. Quis docuit istos cacodæmones hanc artem conspirandi? Honorem illorum gratulor, & auctam fortunam gaudeo. De *Oecolampadio* sciebam ex ipsius literis. Principi scribam, si dabitur ocium. Adorno profectionem in *Germaniam*. *Leo* nihil intentatum reliquit quo me subverteret, sed nihil illi successit. Non probus apud *Anglos* mihi non favet. In familiaribus literis suis videbare nonnihil blandiri *Alphestio*: sed is est unus qui *Naxum* instigavit, qui nunc est hujus tragœdiæ caput, homo mire violentus ac pertinax: tales esse solent qui emergunt è sterquilinio. Vidi quædam epigrammata scripta in *Leum*, sit sanè dignus ille, vel suspendio, tamen malim argumentis per graves viros oppugnari hominem, quàm istiusmodi conviciis. Bene vale. *Lovanii*, pridie Calendas Augusti. Anno M. D. XX.

Erasmus Rot. Stephano Poncherio archiepiscopo Senonensi S. D.

REverende pater, quum nihil esset magnopere quod te scire vellem, tamen hujus hominis commendatoris præter spem oblata commoditas effecit, ut vel salutatrice epistolâ declarem animum tui memorem, cui non ignoro quot modis debeam. Nos hoc cœlo tam incommodo vix tuemur valetudinem hujus corpusculi: & tamen præter temporis incommoditatem tum tempestatibus pullati sumus, quas nobis excitârunt hostes bonarum literarum, ut ego nihil unquam simile in vita nec legerim, nec audierim, nec expertus sim: tanta fuit omnium in unum *Erasmum* conspiratio. Nullis non machinis adorti sunt, imò totum orbem, quantum in ipsis fuit, in me concitârunt. Malum primum à paucis ortum, paulatim ita serpsit, ut omnes fere denique corripuerit: ego solâ recti conscientiâ fretus, libravi memet in tantis sycophantiarũ insultibus, quod parum esse *Christianum* ducerem, convicia conviciis retaliare. Tandem resipuerunt, & ultrò

ultrò mecum inière concordiam, nescio quandiu duraturam, certè per me non violabitur semel facta pax. Doleo *Fabro* negocium esse cum Episcopo *Roffensi*, viro pio cum primis & erudito, sed eo ingenio ut non facilè desinat, ubi semel incaluit in certamine. Utinam in prioribus libris magis temperâsset à dictériis: adjecit alteros, hoc est, idem argumentum denuo retexuit, quos nondum legi. Quis genius malus turbat studiorum tranquillitatem hujusmodi contentionibus? Quanto præstabat concordibus animis in *Musarum* campis ludere? Jam unis atq; alteris literis *Beraldus* mihi minatur epistolam abs te: ea certè mihi gratissima futura est, quocunq; fuerit argumento. Quæcunq; tellus habebit *Erasmum*, habebit clientulum tibi addictissimum: id ipsâ re declarabo, si contiget vel annum adhuc supereſſe. Bene vale.

Impudens sim, si tibi commendem *Comendatorem*, & *Commendatori* velim esse commendator: cujus operâ spero me tibi fore commendatiorem, cui cupio esse quàm commendatissimus. *Lovanii*, postridie Cal. Octob. Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Cyprum medicam opto bene valere.

Erasmus Rot. Card. Grymanno S. D.

REverende domine, jam anni sunt aliquot, quod Paraphrasim epistolæ ad *Romanos* tui nominis auspicio in publicum emiserim, idque meo judicio satis feliciter, toties interim excusa est typographorum formulis. Avebam scire num meum officium animo tuo gratum fuisset. Nec enim aliam mercedem ambiebam. Literæ quas aiebat *Andreas Ammonius* abs te scriptas, intercidérunt: quare te rogo ne graveris alteris literis testari, num eo officio, tuo judicio satisfecerim. Jam crebris literis me interpellat *Guilielmus* archiepiscopus *Cantuariensis*, ut vertam commentarios *Origenis* in Psalmos. Horum exemplar si tua habet bibliotheca, non ausim rogare ut huc mittas: tantum oro, ut patiare describi meo sumptu. Non committam ut in eo opere frauderis portione tibi debitæ laudis. Dedi negocium hoc domino *Commendatori*, viro primariis virtutibus cumulato, & ob has suo Principi longè gratissimo. Bene valeat amplitudo tua, cui quàm commendatissimus esse cupio. *Lovanii*, postridie Calend. Octob. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Ioanni Fevino Canonico apud divum Donatianum Brugis S. D.

FAcit hoc quum multorum, tum tua præcipuè, patruiq; tui *Caroli* rara quædam humanitas, mihi pauculis diebus degustata, ut & minus quàm antea placeat *Lovanium*, & magis lubeat animo *Brugis* vitam agere, si modò detur commodus nidus, ac mensa digna philosophico palato. Audio *Carolo* fermè idem esse palatum quod *Erasmo*. Amat epulas elegantes magis, quàm multas, & convivia lauta potius, quàm longa. Nec locus deesse possit in Principis vacuo palatio: neque non perspexi, quàm sit in nos affectus animus patrui, nam de te nihil interim dicam. Porrò ne congerrones quidem deesse poterunt, ubi adest, præter alios, *Marcus* noster. Proinde si videtur hac de re agito cum patruo, quando quidem id licebit nullius omnino fraude. Si nihil obstabit alioqui, de precio inter nos facilè convenerit: sin erit quo minus id commodum sit, fac me per literas certiorem, ac bene interim vale.

Salutem dices humanissimo *Carolo*, ac *Roberto* Affini, cum sua conjuge. *Lovanii*, quinto Idus Septemb.

Saluta collegas tuos omnes, sed in primis *Canterum*, ac *Nicolaum Fistulam*. Anno M. D. XVII.

Erasmus Gerardo Lystrio suo S. D.

IMo tibi gratiam habeo, qui mihi fraterculi istius colloquium adornaris, tantum abest ut fuerit molestum: nam mihi hominis indoles majorem in modum placuit. Uxorem esse tibi ex animi sententia sanè gratulor: faxit *Christus*, ut ista felicitas sit vobis perpetua. Quod nobis etiam favet, non illi, sed tibi debeo: amat enim nos, sed tuo animo. *Maria* sic *Gallicè* versa est, ut alia dixerit interpres, non solum aliter: & pleraq; reliquit, quæ non intellexit, quædam assequi non potuit. His nundinis proximis exibit novum volumen Epistolarum satis magnum: recognoscemus excusas, & additis aliis, in justum volumen redigemus. Scribam *Tilmanno* ut jubes, quum dabitur per quem id faciam, & dabitur propediem. De *Enchiridio* non satis intelligo quid velis, si tu explicabis mihi pergratum fuerit. Si à me vis explicari, notes oportet, quæ videntur obscuriora. Si quid isthic tribuitur *Erasmo*, tuo candori potissimùm debeo. Hîc seriò agunt de farcienda concordia, postea quàm effuderunt omne virus suum, sed tamen certum est animum *Christianum* ubiq; præstare. Demiror istos euangelicam puritatem profitentes, tam non euangelicè debacchari in famam hominis, de his rebus blaterantes, quas non intelligunt, & apud eos qui non intelligunt: quos oportebat non solum esse ludibrio pueris, verumetiam sorix lapidari publicitùs: vincet tamen veritas, ne dubita. Resaluta *Simonem* & Priorem *Montanum*, sed in primis suavissimam *Justinulam* tuã, cui omnia lætæ feliciáq; precor. Priorem sanctæ *Agnetis* nondum vidi: nec enim licuit, tot tricis involvor. Bene vale. *Lystri* doctissime. *Lovanii*, tertio Id. Septemb. Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo.

Erasmus Henrico Guilfordo regi equestris regio præfecto S.

VIdes doctissime *Guilforde*, virtute nihil amabilius, quæ sic omnium animos ad se pellicit, ut nulla incantatio possit efficacius. Siquidem fragrantia honestissimæ famæ, quæ nusquam non divulgatur, *Britannicam*, præter Regem, omnibus absoluti Principis dotibus egregiè cumulatũ, & huic simillimam Reginam, tot insuper integris, eruditis, gravibus, cordatisque viris abundare, Principem *Bergensem*, virum in primis prudentem, hoc est, à tergo pariter atq; à fronte oculatum, excitavit, ut *Antonium* natu minimũ ex liberis, quem natura videtur genuisse virtuti, non alteri scholæ, tradendum judicaret: unde rediret, non solum incorruptus ab his vitiis, quibus ferè sunt obnoxiæ magnatum aulæ, verumetiam iis virtutibus instructus, quæ tam claris stemmatis, tantisque negotiorum molibus,

ad quas haud dubiè vocabitur, dignæ sint. Nihil agam si tibi juvenem commendem. Ea est indoles, ea morum suavitas, is pudor ac probitas, ut optimum quenq; procimus in sui amorem rapturus sit. Atque hic quoque sentio mihi *Rhamnusiam* infensam. Ante complures annos & Regis benignitas, & cardinalis *Eboracensis* humanitas me ad aulæ consortium non semel invitavit, eodem provocavit *Guilielmi Montjoi* fidele semper & amicum consilium. Sed mihi læva mens erat, surdo canebatur fabula. Sciebam haud ullam usquam aulam ista esse incorruptiorem, at quis divinare poterat Principis domum tale Musarum domicilium futurum? Nunc id consilium sequar oportet, quod dant ætas ac valetudo. Vobis interim gratulabor istam felicitatem, quando meam infelicitatem deplorare nihil attulerit fructûs. Bene vale vir ornatissime. *Lovanii*, natali sancti *Lucæ*. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterod. Richardo Pacæo Decano apud divum Paulum Londini S.D.

Epist. 11. VIdeor mihi dimidiatus vivere, *Coleto* mortuo; quem virum *Britannia*, quem amicum ego perdidi? Tibi gratulor, qui in ejus fortunam successeris. Aveo scire si quid allatum de libris tuis novi. Cardinalem *Campegium* vidi *Brugis*, nam me miro studio accersiverat. Nihil unquam vidi humanius aut syncerius. Rex minabatur responsurum, & item Card. *Eboracensem*, neq; quicquam adhuc audio. Facito me certiorem, si quid est quod meâ referat scire. Commigrat in aulam vestram suavissimæ indolis juvenis *Antonius* à *Grimberga* Principis *Bergani* filius, nec illiteratus, & ex animo literarum ac literatorum amans. Non cupio ut ames adolescentem, tantum nosse velis rogo: cognitum amabis velis nolis, ea est morum & ingenii probitas. Pater, ut scis, apud nos valet suo merito plurimum. E re meâ fuerit, si is intelligat, mihi istic cum filio suo amicos esse communes, & tales amicos, quorum convictu talis evadat juvenis, qualem impensissimè cupit senex cordatissimus atq; optimus. Nos hactenus vix tutati sumus valetudinem, cœlo tam incommodo. Hibernis his mensibus reliquas Paraphrases absolvemus adjutore *Christo*. Literas tuas jam pridem miserè expecto. Bene vale. *Lovanii*, postridie Id. Octobris, Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Thomæ Lupsetо S.D.

Epist. 12. TRiginta jam annis nullius mors mihi fuit acerbior, quam *Coleti*: Percupio hominis memoriam posteritati consecrare. Sed hoc negotii tu pro tua in illum pietate capesses, ut me instruas, præsertim si qua sunt, quæ putes mihi non esse cognita. *Longolio* penè totum triduum dedi: placuit omnibus modis, hoc uno dempto, quod nimium *Gallus* est, quum sit nostras. Commigrat isthuc clarissimus adolescens *Antonius* à *Grimbergâ*, filius cordatissimi herois à *Bergis*, rarâ indole, ac probitate, literarum ex animo studiosus, cui nec invisus est *Erasmus*. Valent hic tui *Hermannus Phrysius*, ac *Nesenus* cum *Carino*, cæteríque. *Vesculus* nunquam magis fuit in negotio, quàm nunc: sed omnia fucate. Mi *Lupsete*, si vis me tibi immortali devincire beneficio, cura quavis ratione, ut liber ille ad me perveniat. Exemplar est isthic apud vos aut quatuor, amici opprimatur, & interim hoc me lædit, quod hic quotidie reddit instructiores suas sycophantias. Nihil enim minus sperandum est, quam ut ille perpetuo premat. Hoc officii si mihi præstiteris, repoſce vicissim quicquid voles, nihil negabo. Magnopere gratum feceris, si frequenter ad me scripseris. Bene vale. *Lovanii*, postridie Id. Octobris, Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. integerrimo D. Guilielmo Danciastro S. D.

O Nos miseros, qui talem præceptorem, talem patronum, talem amiserimus amicum! Poteratur lachrymis amissa pecunia vetis, hanc ego jacturam omni lachrymarum genere deplorandam censeo. Sed quid conferunt singultus? quid ejulatus? ille revocari non potest, nos illum licet sequemur. Interim *Coleto* gratulandum, qui jam securus suo fruitur *Christo*, quem semper habebat in ore, semper in pectore. Mandabo suæ vitam hominis, si tu tuiq; similes, quales me docueritis, mihi fortassis incognita. Quod ut facias etiam atque etiam rogo. *Gerardus* communem meis verbis salutato diligenter, erga quem adhuc ingratus esse cogor, sic obruor animo. Cum theologis istum fœdus, ipsi ultrò fugiunt, postea quàm nihil ab illis non tentatum est a meam perniciem, & vident conatus parum succedere. Sit *Christus* pro nobis, quis contra nos? Bene vale mi charissime *Guilielme*, mecq; *Christo* Quæ Max. tuis precibus commendato. *Lovanii*, postridie Id. Octobris, Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Guilielmo Montjoio S.D.

EXimie *Mecænas*, vix mihi tempero quin videam aulæ vestræ, tot eruditis dissertum cum nostra præter *Midam* ferè nihil habeat, quin si res ipsa cogit nostros Satrapas literarum habere rationem. Clarissimus Princeps *Bergum*, et multis cognitâ syncerîtate vestræ aulæ ac fidei Reginæque dotibus, non aliò maluit emandare filium suum *Antonium* dominum *Grimbergæ*, juvenem indole felicissimâ, ac moribus plane suo genere dignis: cùm primis autem literarum ex animo studiosum, &, quod tecum habet commune, faventem *Erasmo*. Hunc quid ego tibi commendem? quum & illum nôrim ils rebus præditum, quas tu non potes non amare. Ducit secum præceptorem suum *Adrianum Barlandum*, virum haud vulgariter eruditum. Quod non respondeo meis literis, nihil aliud in causa fuspicor, quàm tuam hac in re pigritiam. Mors *Coleti* tam acerba mihi fuit, ut nullius his annis vigini fuerit acerbior. Sed quis usus querelarum, aut fletus? ille ad nos redibit nunquam, nos illum sequemur. Cum theologis sarta pax, quam illi ultrò expetierunt quam sic admisi, ut nec meo vitio sim violaturus, nec illis tamen unquam fisurus. Nunquam audita fuit ejusmodi conspiratio, ex unius hominis bili nata: cujus etiam opera facta est, quum videret & se imparem tragœdiæ, & me recti conscientiâ fretum non cedere, imò tandem etiã dentes aliquot nudare, sæviturum si porrò perrexissem. Nos sat prosperâ valetudine sumus, nisi quod

ætas semper aliquid decerpit hujus corpusculi nervis, sed non recusârim immori literis *Christi* gloriam illustrâtibus. Si tu solicium in nos animũ non mutâsti, facmis literis aliquoties *Erasmum* appelles, cum ubi ubi terrarum est. Bene vale. *Lovanii* postridie Idus Octob. M. D. XIX.

Erasmus Rot. Thomæ Card. Eboracensi S.D.

5. QUod proximas literas meas tua sublimitas non solùm boni consuluit, verumetiam alacri lætáque fronte perlegit (nam id mihi *Brugis* narravit Cardinalis *Campegius*) gratiam habeo maximam: quòd nondum respondit, negotiorum undis impoto. Mihi tamen maximi muneris instar fuerint celsitudinis tuæ literæ, si promerear. Ut autem eam rursus interpellarem in causa fuit hic *Antonius Grimbergius*, clarissimi cordatissimíq; Principis *Bergani* filius, qui in regiam *Britannicam* commigrat, videlicet hoc agente patre, ut dignus evadat suo genere. Est autem adolescens ingenui pudoris plenus, nec illiteratus, & literarum ac literatorum amantissimus: in summa, eâ indole, ut summam de se spem præbeat, si naturæ felici par accesserit institutio. Hunc pater ob hoc etiam teneriùs deamat, quòd omnium liberorum minimus, veluti posteritatis sacra sit ancora. Scit vir prudentissimus quantopere referat, inter quos ætas ea versetur, sic in bivio virtutum ac vitiorum consistens, ut levi momento huc aut illuc impelli possit. Persuasum habet, non aliam aulam esse incorruptiorem, quæ præter Regem hujus ætatis facilè integerrimum, ac Reginam omnis probitatis exemplar: tot habeat viros doctrinâ præcellentes, morum innocentiâ commendatos, gravitate venerandos, prudentiâ consilióq; suspiciendos. Nec ignorat quibus illecebris aulæ nostræ ad perniciem lubricæ ætatis sint instructæ. Proinde cordatissimus senex istam aulam cen scholam unicam delegit, quæ juvenem non literas solùm, verùm etiam mores, bono Principe dignos doceat. Neq; enim dubium est, quin juvenis hic magnis rebus natus, ad longè majora sit evehendus, si vixerit. Nihil addubito, quin ille sit vobis summorum Principum literis diligenter commendatus, ut planè supervacaneum sit, meam accedere commendationem. Tamen quando id verecundè significavit veriùs quàm petiit, visum est celsitudini tuæ paucis illius imaginem adumbrare. Quanquam eum nemo commendaveris efficaciùs, quàm ipsius mores & ingenium cum primis amabile iis, qui probitatem diligunt cum eruditione conjunctam, quorum tu citra controversiam antistes es, ac Princeps: quem precor, ut propitius Deus rebus humanis quàm diutissimè servet incolumem. *Lovanii* pridie *Lucæ*. Anno M. D. XIX.

Erasmus Budæo suo S.D.

6. LOngolius homo impensè doctus, mihiq; multis nominibus jucundus, pro literis ad me tuis expostulationem attulit, quod duabus tuis epistolis proximis, nihil adhuc respondérim. Ex quo conjicio, postremas meas literas tibi non esse redditas, aut tum certè redditas non fuisse. Literas ad *Vivetem* hodie ab illo accepi, sed nondum legi: nec enim licuit per *Longolium*. *Joannes Coletus* vir optimus, mihiq; certissimus amicus *Londini* periit hydrope. Tu cura mi *Budæe*, ut quam rectissimè valeas, nósq; ut soles ames. *Lovanii*, Idus Octob. Anno M. D. XIX.

Erasmus Nicolao Beraldo S.D.

LOngolius ex *Anglia* reversus tuas mihi reddidit literas. De crabronibus nihil est quod metuas. Epistola illa tua felicissimè cessit, *Dorpius* blandissimè respondit. Theologi ultrò mecum egerunt de pace, & facta est hac lege, ut sit omnium superiorum amnestia. *Dorpius* etiam edita oratione testatus est se mutâsse sententiam. Proinde de hujus constantia planè confido. Cum cæteris sic convenit, ut tamen observem quid agant. Dabo operam, nè mihi rupti fœderis crimen possit impingi, sed excubabo, nè interoscitans opprimar. Scripsi ad te nuper per *Augustinum* medicum *Physicum*, per quem mihi & *Dorpii* orationem. Saluta *Ruzæum*, *Deloinum*, & *Ruellium*. Bene vale doctissime *Beralde*. *Lovanii*, Idus Octobris. Anno M. D. XIX. *Epist.* 17.

Erasmus Aloisio Marliano Episcopo Tudensi S. D.

MAjorem in modum gaudeo reverende pater, amplitudinem tuam nobis esse redditam, nè nullus mihi patronus sit in aula, posteaquam obiit *Sylvagius*, nec rediit *Barbirius*. Neq; enim dubito, quin eum animum sis præstaturus *Erasmo*, quem hactenus semper præstitisti: quem ipsum non tam mihi præstabis, quam optimis studiis, quibus quoniam impensè faveo, multos habeo qui mihi non favent. Mitto *Apologiam* quâ respondeo iis, qui me traducebant apud populum, quod vertissem, *In principio erat sermo*. Vel ex hac re licet illorum stoliditatem malitiosam agnoscere. Qui has perfert, est *Hutteni* ille facundissimus eques, & orator bellacissimus, juvenis candidissimi pectoris, & tuo dignus amore: nisi planè fallor. Pro consilio tuo tum amico, tum prudenti, quod ex *Barbirii* literis accepi, gratiam habeo, & animus est sequi. Adissem ipse te; sed adhuc tenella est valetudo, nam æstus superior, quem *Phaëthon* opinor, rursus admotus solis curruí nobis invexerat, me propemodum confecit. Bene vale. M. D. XIX. *Epist.* 18.

Illustrissimo Saxoniæ Duci Georgio Erasmus S. D.

ILlustrissime Dux, *Alberti* patris tui laudem in re bellica non vulgarem, olim apud *Batavos* etiamnum adolescens accepi, verùm universas ingenii morúmque tuorum dotes, animi celsitudinem vero dignam Principe, raram prudentiam, sobrietatem, moderationem, mentis incredibilem vim, judicium perspicax, breviter amabilem quandam omnium virtutum harmoniam, sic mihi pridem apud *Anglos* depinxit vir optimus ac modestissimus Cancellarius tuæ celsitudinis, ut protinus in amorem tui sim inflammatus. Non potuisti paterni nominis gloriam magis illustrare, quam superando quicquid ille præclarum habuit & eximium. Neq; verò mediocre decus adjunget tuis laudibus apud posteros, quod nunc cum illustrissime *Epist.* 19.

ſtriſſimo duce *Friderico* certamen longè pulcherrimum ſuſceperis, cujus auſpiciis feliciter efflorescunt apud *Germanos* optimarum literarum ſtudia. Quàm paucis ille annis ex quàm frigida Academia quàm celebrem reddidit? Aut ego planè fallor, aut hæc erit apud poſteros inter illius laudes non minima portio, quòd linguarum ac politioris literaturæ præſidiis rem *Chriſtianam* quum ornârit, tum juverit. Atque in hoc gloriæ ſtadio non committis ut patruele videaris inferior. Tuis nimirum auſpiciis tuáque munificentia *Lypſienſis* Academia, jam olim celebris ac ſolennibus illis ſtudiis florens, nunc politioris literaturæ, ac linguarum acceſſione per te ſic eſt ornata, ut vix ulli cæterarum cedat. Tua benignitas excitavit atque evexit ingenium *Petri Moſellani*, juvenis magnæ jam eruditionis, ſed ſpei longè maximæ. Eadem *Henricum Stromerum*, virum integritate ſummáq; ſingulari prudentiâ jam pridem ſpectatum, allexit in iſtam urbem, ut & ſcholæ decus eſſet, eximiè doctus medicus, & civitatis ſenator graviſſimus. Eadem *Simonem Piſtorium*, ordinarium Juris profeſſorem, ornat ac fovet. Eadem *Georgium à Breytenbach* virum non minus clarum Juris profeſſione, quam generis imaginibus. Atq; optimi Principis exemplum imitatur ſenatus penè univerſus cum magiſtratibus cæteris, optimis ſtudiis ac virtutibus honorem modis omnibus habens, quos omnes tam procul ſemotos à nobis, tamen ex amicorum literis, publicæq; famæ præconio cognovi. Prorſus judicarem feliciſſima ſtudia, niſi diſcordiâ nonnihil vitiarentur. Ita viſum eſt fatis, nè quid ſit in rebus humanis tam undiq; felix, ut non aliquo nævo contaminetur. Utrinq; video peccari. Qui veterem ſtudiorum rationem mordicus tenent, parum comiter excipiunt hæc nova ſtudia, & pro hoſtibus ducunt eos qui ſummam adferunt utilitatem. Rurſus veterum literarum inſtauratores malunt irrumpere, velut omnia depopulaturi, quàm civilitate ſeſe in hoſpitium & amicitiam inſinuare. Sed ut utroſq; peccare fateor, ita multo inciviliùs agunt, qui rabioſè depellunt meliora ſtudia, ſuis ipſorum commodis invidentes: neq; quicquam habent in ore præter hæreſes, ſchiſmata, & Antichriſtos, in nugis atroces tragœdias excitantes. Erit igitur hoc quoque tuæ prudentiæ Princeps illuſtriſſime, hoc ſtudiorum diſſidium tuâ prudentiâ componere. Id fiet, ſi ſuam quiſq; profeſſionem ornet citra contumeliam alienæ. *Henricus Epphendorpius*, rarâ indole juvenis, reddidit mihi maſſam argenti rudem, è tuis metallis effoſſam, quæ mihi non minus fuit grata, quam ſi talentum *Atticum* auri miſiſſes. Quanquam mihi nihil non erat precioſiſſimum futurum, quod à tali Principe veniſſet. Enitar nè penes hominem ingratum hoc beneficii collocâſſe videaris. Celſitudinem tuam quàm diutiſſime florentem nobis, ac bonis ſtudiis ſervet *Chriſtus* optimus maximus. *Lovanii*, pridie Calendas Auguſti. Anno M. D. XX.

Eraſmus Rot. Mathiæ, Illuſtriſſimi Saxoniæ ducis Georgii à decimis S.D.

Epiſt. 20. FElicitatem iſtam tibi gratulor, vir ornatiſſime, qui tandem manumiſſus ab ocioſis & odioſis aulæ negotiis, decreveris in optimis ſtudiis conſereſcere. *Alberti* nucis bellicæ rei peritia clari, quondam adoleſcens nomen dunta[illegible] *Hollandia*. Pridem quum apud *Anglos* [illegible] *Georgii* ducis mirificam quandam imag[illegible] hi depinxit illius cancellarius. Atque [illegible] oratione mirò conſentiebant publicæ [illegible] fragia. Porrò *Friderici* Ducis virtutes [illegible] heroicas, non ſolùm ex noſtrorum Princip[illegible] dicatione, verùm etiam ex ipſius ad me [illegible] xeniis nuper cognovi. Reddidit mihi *Henr[illegible] Epphendorpius* raiâ indole juvenis, & ipſe [illegible] generis ſui nobilitatem præ ſe ferens, tuo [illegible] tres argenti infecti maſſulas, ut è veſtris [illegible] ſunt effoſſæ, quarum minima rubebat, [illegible] livebat, media pallebat. Majorem in [illegible] delectabat rei novitas, nunquam antea [illegible] Tametſi, quod ſcribis me percupidum fuiſſe [illegible] rum veſtarum, ſcito mihi nunquam antea [illegible] mentem veniſſe veſtra metalla. In præſentia [illegible] hil eſt ad manum, quo tuam penſem [illegible] tiam, niſi quod tibi mitto *Eraſmum* [illegible] ipſe plus quàm luteus, aut ſi quid luto vilius. [illegible] cur mihi tuum nomen invideris, admiror, quod [illegible] literis tuis nuſquam adſcriptum repeti. Hic ubi nactus ero, inter amicos haud quaquam poſtremæ ſortis aſcribam. Bene vale. *Lovanii*, [illegible] Calendas Auguſti. Anno M. D. XX.

Eraſmus Rot. Ioanni Oecolampadio S.D.

VTinam tibi contingat, quod expetis [illegible] *Oecolampadi*, id ſi ſcirem haberes me comitem, ſed vereor nè te ſequatur hoc tædium. Sed vita mortalium, ab animo petenda eſt tranquillitas. Index in *Hieronymum* jam nimium me quet expectatus. Valetudini tuæ etiamnum [illegible] curri poteſt, quando ætas eſt integra. mihi laboribus immoriendum eſt: cui ſi fuiſſet [illegible] lulum fortunæ cum hoc animo conjunctum, [illegible] impunè ſic imponerent mundo, iſti, nescio [illegible] addam. Seditionem non amo. Cætera [illegible] pro viribus. Jam adeſſem in *Germania*, ſed [illegible] ratur me Regum conventus. Expectatur [illegible] *Carolus*. Rex *Anglus* & *Gallus* adornat [illegible] quium in litore *Caleti* ſub Calendas Junias. [illegible] net *Cantuarienſis* ut adſim. *Lutheri* libri [illegible] rant in *Britannia*. Nec erat remedium. [illegible] remedium amiculus quidam humilis, ſed in [illegible] pore vigilans. Non ſum is qui poſſim judicare [illegible] *Lutheri* ſcriptis. Sed hæc tyrannis mihi [illegible] cto placet. Bene vale chariſſime *Oecolampadi*. [illegible] reſpondi tribus libellis intra menſtruum [illegible] tempus. Et obiter alia ſunt acta. Nunc aggredior, imò aggreſſus ſum Paraphraſim in duas epiſtolas *Petri*, hoc malo, quàm rixari cum rabioſulis. Tædet me horum *Chriſtianorum*, imò *Phariſæorum*; Ego malim eſſe *Publicanus* mihi diſplicens. *Lovanii*, decimooctavo Calendas Junias. Anno M. D. XX.

Eraſmus Rot. Alberto Card. Maguntino.

SUbinde motis aliis iſthuc advolaturo reverendæ Præſul, ac Princeps longè clariſſime, ſed ſemper aliquid oboritur quod hic me alliget. Expectatur indies *Carolus* noſter, adornatur ſub Calendas Junias congreſſus duorum Regum, *Galli* & *Angli*, mirifico ſanè apparatu, admoneor, nè deſim. Interim umbram *Eraſmi* mitto, nam me

celſitudinis

celsitudinis effigies apud me est. Minimum igitur abfuerit, quin totum habeas *Erasmum*. Potiorem imaginem mei, si quid tamen mei probum est, habes in libris expressam. Corporis effigiem insignis artifex expressit ære fusili. Etiam si quid adhuc superest *Erasmi*, id totum tibi suo jure vendicare poterit tua celsitudo, cui sum & semper futurus sum addictissimus, quæcunq; corpusculum hoc habitura est regio. Eandem florentissimam quã diutissime servet *Christus* Opt. Max. *Lovanii*, XVIII. Calend. Junias. Anno M. D. XX.

Erasmus Rot. Henrico Afinio Lyrensi S. D.

GRatulari libet huic nostro sæculo *Henrice* charissime, quo miré literarum optima studia passim efflorescunt. Id quod potissimum Principum humanitati pietatiq; debemus, penes quos precium & honos egregiis ingeniis esse cœpit: maxime postea quam ceu divinitùs immutatis animis, ad pacem orbis æternis vinculis firmandam, omnia sua consilia conferre instituerunt. Nam quemadmodum hyeme marcent, jacéntq; omnia, regnátque Boreas, nive, glacie, grandine sæviens: rursum solis accessu vetis amœnitatem referente reviviscunt ac revirescunt universa, & ad pristinum cultum revocatur hominum antea torpentium industria, dum hic arvum proscindit, ille vitem putat, alius inserit, alius sterconat: Ita belli temporibus intermoriuntur neglecta studia, quæ Principum favore liberalitatéq; solent revirescere. Postea quàm enim *Leo* Pontifex, multis quidem ille, sed hoc præcipuè nomine maximus, publicâ voce *Christianos* omnes ad mutuam concordiam invitat, atque id totis viribus agit non titulo tantum *Christianissimus Galliarũ* Rex *Franciscus*, optimi pastoris optimum consilium gnaviter exequens, & eodem incumbunt, Rex Catholicus *Carolus*, Cæsárque *Maximilianus*, respirant omnes bonæ disciplinæ, quæ ut flores Zephyri, ita pacis alumnæ semper esse consueverunt. Accinguntur ad intermissas operas felicia ingenia. Hic rem theologicam restituit, ille rem medicã, alius situ perituros autores luci reddit, alius mendis obsitos repurgat, alius aliud molitur. Quid multis? dum passim opere omnia fervent, veluti sarcientium quod bello convulsum erat, enitescit omnis illa sophia, quam tuus *Galenus* ἐπιστήμην τ τε θείου, καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων definit, & suo quoq; sæculo neglectam spretámque fuisse queritur. Cæterùm quod tu pristinis astrologiæ ac medicinæ studiis, nuper *Græcæ* literaturæ studium adjungere cœpisti: quum ad omne genus eruditionis, tum præcipuè ad medicinæ scientiam conducibilis: judicium animúmque tuum summopere probo: quod id maturè cœperis, virenti adhuc ætate, felicitati gratulor. Idem aggressi sunt eximii hujus ætatis medici *Guilhelmus Copus*, *Ambrosius Leo Nolanus*, *Nicolaus Leoniceus* jam ætate grandiores, nec infeliciter tamen: nam *Thomæ Linacro*, & *Ruellio* maturiùs ista discere contigit. Porrò *Marcus Musurus* gente etiam *Græcus* est, eruditione *Græcissimus*. Haud aliâ in arte erratur periculosius. Quo fit, ut cordatissimi quiq; medicorum hanc studii partem adjungant, breviq; futurum arbitror, ut impudens habeatur, absque hac medicum profiteri. Certè nonnihil est Principem hujus artis *Hippocratem*, & huic proximum *Galenum*, *Paulũ Ægineticum*, *Dioscoridem*, audire suâpte linguâ sonantes. Sed quemadmodum civilitatis est, non protinus suffragiorum jus adimere, velúsque de ponte dejicere eos, quibus non contigit *Græcè* discere: ita par est ut hi sese libenter admoneri patiantur. Bene vale. *Antuerpiæ*, M. D. XVII.

Erasmus Rot. Cuthberto Tonstallo S. D.

CUm catalalis ictum fœdus, ipsis id diu flagitantibus: nunquam neque lecta neque audita fuit ejusmodi conspiratio. Solus (ut ferunt) *Natta* ille fuit, qui & olim instigavit *Dorpium*, & hanc tecum Tragœdiam excitavit. Id priderm suspicione collectum, jam planè compertum: idem sanciendæ pacis fuit autor, ubi sensit & me minari, ni desinerent, & alios ad bellum accinctos, & suam valetudinem ob tumultum periclitari, & in suum caput recidere, quod in meum moliebatur. Scio tibi non placere meas apologias, sed tempori fuit serviendum, imò laudares meam lenitatem, si negotii nosses atrocitatem. Neque me etiam est vobis autoribus fieri, ut *Leus* premat suum librum, nec aliud tamen interim mihi præstaris, nisi ut ille opus edat instructius, ac me fortassis aut mortuo, aut procul absente. Nihil enim minus sperandum est, quàm ut ille perpetuo premat, quod quotidie retexit, imò nunquam magis fuit in hoc negocio, quàm nunc est. Mihi tamen non est animus cum vestra pugnare sententia. *Dorpius* etiam libello edito, testatus est animum mutasse sese, ac cæteris in rebus talem se præbet, ut satis fidam. Cum cæteris initum fœdus, à me quidem non violabitur, & arma deposui: cæterum excubias non intermittam. Hac hyeme Paraphrases absolvam, si *Christus* adfuerit. *Colet* mortem inconsolabiliter deplorarem, nisi scirem nec illi, nec mihi profuturas lachrymas. Commigrat aulæ vestræ *Antonius à Grimberga* filius primarii viri Principis *à Bergis*; juvenis natus virtuti, literarum ac literatorum amantissimus, indole manifestissimâ pudoríq; plenâ: huic non gravaberis declarare, quantum faveas probitati. *Longolius* hic mihi totum biduum absumpsit. Cardinalem *Campegium* vidi *Brugis*, cœnavi cum eo, mira hominis humanitas. Placuere mores aperti minimèq; fucati. Si fieri possit, cuperem mihi fieri copiam eorum, quæ notavit *Leus*, nam adornat rursus tertiam editionem, ab ipso nihil potest extorqueri. De *Roffensi* animo nihil equidem addubito, sed tamen hoc sycophanta nihil nec dolosius, nec improbius. Si quid me jubebis facere, promptissimum ad omnia reperies. Bene vale. *Lovanii*, postridie Idus Octob. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Nicolao Præposito Edano S. D.

VIr eximie, scribit ad me bibliopola quidam *Moguntinus* sibi excudi nescio quid libelli de antiquitate agri *Mogutini*, in quo prædicat visi molem quandam quæ vocetur *Drusiana*, de ea si quid habes, aut in commentariolis tuis, aut in memoria, majorem in modum te rogo, ut nobis impartias. Bene vale. *Lovanii*, XIV. Calendas Januar. Anno M. D. XIX.

Appendix.

AUdio vacare ædes quasdam vicinas scholæ, & in tua manu propemodum esse situm, cui debeant

debeant cedere. Neq; neſcit tua prudentia, quàm incommodè habitet *Nicolaus Buſcoducenſis*, quantáque felicitatis portio ſit bene habitare, nec eſt neceſſe hominem vobis omnibus notiſſimum commendare. Rogo itaque, ſi citrà tuum incommodum potes optimo viro commodare, ut tui ſimilis eſſe velis, eodem officio me quoq; tibi devincturus. Rurſum vale.

Eraſmus cuidam ἀδεσπότῳ S.D.

Epiſt.26. NUnquam tam malè de te ſenſurus eram, niſi teipſum adeò palàm declarâſſes; totiès tibi dixi id quod res es, rem in mea manu non fuiſſe, nec integra re te mihi loquutum de profeſſione. Sed finge quod non eſt: executores totum negotium meæ fidei concredidiſſe, méque te præterito *Goclenium* ut magis idoneum prætuliſſe, quid erat, cur ſic in me debacchareris, perinde quaſi avum tuum ferro necâſſem? Hæc me quidem leviter commovent, ſed tui me miſeret. Si quid fuiſſet ſpei, non defuiſſem officio, ſciebam executores nullo pacto propenſos in te, etiam ſi de tuo addidiſſes duodecim libras, hoc tibi nolebam indicare, quid enim erat neceſſe? Crede mihi, iſtâ tuâ improbitate, multorum animos abs te alienas, homines illici volunt non cogi. Nimirum iſti ſunt mores ob quos abbas tam parcè tecum agit. Non ut opinor antehac ſum malè de te meritus, ſi nihil bene meritus. Etiam nunc te admoneo, ut in poſterum rectiùs ſapias, & ſapias tibi. Nam minimum eſt in quo me poſſis lædere. Bene vale. *Antuerpiæ*, pridie conceptæ Virginis matris, Anno M. D. XVIII.

Eraſmus Rot. Ioanni Oecolampadio S.D.

Epiſt.27. EPiſtolam ſive libellum potius tuum nondum perlegi totum. Ad obſignatas literas mihi longè gratiſſimas tribus verbis reſpondebo, velut occupatiſſimus. Abſit mi frater, ut ego quenquam ab inſtituto ſancto deterream, nedum te, qui jam per ætatem, & tibi notus es, & vitæ genus non ignorabas. Tum optabam ex animo, ut quod ageres feliciter ſuccederet; Nam literis tuis ſuſpicabar tale quiddam tibi eſſe in animo, nunc gratulor ſuccedere. O verè felicem & euangelicam philoſophiam, id ſeriò meditari, ut animus omnibus hujus mundi cupiditatibus defæcatus, expeditus ac liber hinc avolet, evocante *Chriſto*. De *Phariſæis* bona verba. Hos denotabam, qui nunc prætextu religionis oppugnant veram religionem, & nobis miris technis odioſè faceſſunt negotium, quorum tædio liberet vel in ſolitudinem aliquam demigrare ſi liceat, & omnino facerem, ni me corpuſculi imbecillitas prohiberet. Proinde ſuſpicionem iſtam prorſus ex animo rejice. Neque enim dubito, quin tua prudentia gregem purum & integrum delegerit. Metaphraſim tuam in *Eccleſiaſten* recepi, ſed nondum legi. Proximis literis ſcribam quid de ea ſentiam. *Capito* totus eſt aulicus, & ſuccedit illi res, ſed nonnihil vereor, nè quid illum ineſcet hic mundus, ſi unquam aliàs, perverſiſſimus. Neq; quicquam interea poſſumus niſi optare optima. Bene vale frater in *Chriſto* chariſſime. *Agrippinæ*, natali divi *Martini*. Anno milleſimo quingenteſimo viceſimo.

Eraſmus Rot. Iodoco Ionæ S.D.

VIr optime, epiſtolas in *Lemm* ſcriptas, ſi ille meretur acerbiora, ſuppriment quum aliis de cauſis, tum ob hoc præcipuè, lum poneremus in aliqua factione, quam adverſarii noſtri agnoſcant. Venit *mus Alexander*, ſatis peritus trium linguarum factus ut apparet ad hanc tragœdiam. mùm aliquot *Lutheri* libros incendit, in Cæſaris diſceſſu, mox idem fecit *Leodii*, idem in ſtinum parat *Coloniæ*. Mihi non levius quàm ipſi *Luthero*, quòd exiſtiment me unum ſiſtere, quo minus ubiq; totus *Lutherus* quum ego me multis de cauſis nuncum cuerim cauſæ *Lutheranæ*. Fœveo bonis veo veritati euangelicæ: id vel tacitus palàm non licet. Dabit aliquando *Chriſtus* pora ſereniora. Hæc paucis ſcripſi mi hil ſcriberem, quum ſeſe offerret gratum ros, quondam veſtræ peregrinationis comes. *Sparem Schalbum, Draconem, Heſſum*, amicos jube ſalvere multum meis verbis. *Agrippinæ*, natali divi *Martini*. Anno M. D. XX.

Eraſmus Richardo Sbrulio ſuo S.D.

PArum humanus videatur, qui ſuccenſet immodicè amanti. Proinde non poſſum ignoſcere tuis carminibus eruditiſſimè quàm eleganter, ſed nimis amanter de tientibus. Neq; dubito, quin carminum candori, animi candor reſpondeat. venam, non minus ſynceram quàm ſe benignam, primum ex eo carmine perſpexi, ſic ex tempore luſum *Lovanii* reliqueras. utriuſq; animus utrique notus erat, quum alteri de facie notus eſſet. Sed familiarius mihi tecum interceſſit *Agrippinæ*, non parum gnam acceſſionem adjunxit meæ de te tioni, quum ea res ferè ſoleat opinionis aliquam adducere. Sed heus tu optime *Sbrule*, tuum *Eraſmum* quantum voles immodicè, prædices parciùs. Nôſti vetus illud Juriconſultorum adagium, *Nec omnia, nec paſſim, nec de omnibus*. Ut non eſt injucundum laudari à viro laudato, ita non expedit apud quoſvis prædicare, tuus in nos amor ſuggerit animo tuo, ut nè dicam interim quod quædam in me non competunt. Minus nos gravat qui detrahit quod adeſt, quàm qui tribuit quod non habemus. Tu verò quoties amoris æſtro percitus bonis lateribus declinas, & omni genere armorum depugnas adverſus eos, qui minus *Eraſmo* tribuunt, quàm tua vellet in me benevolentia, quæſo quid aliud efficis, quam ut illos irrites ad pejus etiam de me prædicandum, & me degraves invidiâ, cujus nonnulla ſortaſſe portio in te quoq; derivetur? Ego jamprudem ut obtrectationibus aſſuevi, ita laudum gloriæq; ſum ſatur, ingenuè profitens me nihil ſcire, quod poſſum præſto: Si non aſſequor quod conor, tamen in rebus honeſtis & arduis, vel conatus laudi dari ſolet: ſi quid labor, ſic me conſolor. Homo ſum, & hæc culpa cum nemine mihi non communis eſt. Si quis me ſuperat, gratulor publicæ ſtudiorum utilitati, neq; mihi turpe ducо, cum ipſe multos præcurrerim, exiſtat aliquis qui me

me vicissim antevertat. Nec ideo pilo futurus sim doctior, si me profitear omnia scire. Nec ob hoc sum indoctior, si cum *Socrate* fatear me nihil omnino scire. Quanquam omnino quota cognitionis portio est omnis nostra scientia? Nam de mea nihil dicam. Ego meam fabulam propemodum peregi. Superest ut addam, Valete & plaudite. Gaudeo passim exoriri, qui meum nomen, si quod tamen est meum nomen, sint obscuraturi. Omnibus his precor, ut res optimè succedat, sed tibi cum primis *Sbrulli* candidissime, quem utinam Cæsaris nostri benignitas inauret. Bene vale. *Agrippinæ*, Idibus Novembris. Anno M. D. XX.

Conr. Peutingero Cæsareo Consiliario Eras. S.

SCiebam tibi non esse vacuum tempus legendis quorumlibet literis, vir eximie, nec mihi multo plus otii fuit ad scribendum, tamen hoc impulit me *Joannes Faber* theologus ex ordine *Dominicali*, quem equidem, quo propius contemplatus sum, hoc magis experior esse virum longè dissimilem quibusdam ejusdem sodalitii. Nam præter eruditionem solidam, præter morum integritatem, atque etiam comitatem, comperi non mediocriter valere & judicio, & consilio. Frequenter inter nos commentati sumus de ratione componendæ hujus *Lutheranæ* tragœdiæ, sine magno orbis tumultu. Quem enim bene volentem rebus humanis, non commoveat hoc fabulæ exordium, cui nisi prospectum fuerit, periculum sit, nè in Catastrophen exeat *Christiana* religioni perculosissimam. Ex levioribus initiis, sæpe nata sunt horrenda mundi dissidia. Ac, meâ sententiâ, hîc quoque verum est, quod scripsit *Marcus Tullius*, *Pacem vel iniquam, bello æquissimo potiorem esse*. Ac jam nunc fabula longiùs progressa est, quàm velim, & tamen adhuc opinor malum esse medicabile, certè sanabilius est, quàm si quibus cœpit auctibus longiùs etiam provehatur. Sic autem sanari cupiam, nè malum ad tempus suppressum, post majore cum discrimine recrudescat, quod solet usu venire medicis, qui potione propellunt febrem, non ante purgatis venis, unde febris scatet; aut qui cicatrice obducunt vulnus, nondum satis educto pure. Quibusdam videtur optimum factu, ut res omnis sævitiâ coerceatur, è quibus nec *Faber* admodum dissentit, nisi metueret, nè parum feliciter cedat austeritas. Ait non satis esse fortiter huc tendere, quò vocat animi voluntas, plurima circunspicienda sunt. Primum ut sic consulatur dignitati, & autoritati *Romani* Pontificis, cui meritò favent omnes, ut *Christi* vicario summo, qui *Christum* ex animo diligunt, nè quid jacturæ patiatur Evangelica veritas. Neque dubito, quin hoc animo sit *Leo* noster, ut tum demum se gloriosum esse putet, si doctrinam Principis sui viderit ubique florere. Negat hoc tantum esse spectandum, quid mereatur *Lutherus*, aut si qui *Luthero* favent, sed quid conducat publicæ orbis tranquillitati. Magni refert, qui manum admoveant huic malo, & quibus remediis curetur. Admiscent enim sese huic negotio quidam, qui lævâ sedulitate malũ exasperant, atque conduplicant, non tam Pontificis autoritati, quàm suis commodis consulentes. Breviter sic agunt, ut non minus lædant optimas literas ac linguas, quàm *Lutherum*. Neq; æquum est, ob *Lutheri* causam lædere innoxia, imò sanctissima studia, nec expedit sine causa plures in *Lutheri* negotium involvere. Addebat, esse perpendendum, quo fonte natus fuisset hic tumultus: nimirum ex odio bonarum literarum, quas nunc malitiosâ versutiâ conantur admiscere *Lutherano* negotio, quo nimirum eodem telo conficiant utrosque, licèt multum inter sese semotos. Ita fieri, ut multi sint infesti *Lutheri* oppugnatoribus, non ob aliud, nisi quod iidem tendant hisce cuniculis in bonas literas, atque hoc odio commoti nonnulli favent *Luthero*, qui non erant alioqui fauturi. Ostendebat non sine magno dolore, quàm paucis annis, quàm latè sese spartisset hujus mali contagiũ. Sibi non ignotos esse *Germanorum* animos, qui ducantur citiùs, quàm cogantur. Nec rem abfuturã à periculo, si nativa gentis ferocitas, sævitiâ quorundam exasperetur. Videmus, inquit, hactenus pertinaciẽ *Bohemiam*, & ab hac non admodũ abhorrentes finitimas regiones. Sævitiâ sæpius hactenus tentatum est, neque quicquam promotum, diversis utendum remediis. Odium *Romani* nominis penitus infixum esse multarum gentium animis, opinor, ob ea quæ vulgò de moribus ejus urbis jactantur, & ob improbitatem quorundam, qui nonnunquam Pontificis negotium, non ex illius, sed ex suo gerunt animo, & sibi gerunt magis quàm illi, quum nec Pontifici sit gerendum, nisi quatenus illius autoritas servit *Christo* gregique *Christiano*. Video rem hactenus multo aliter esse tractatam, quàm viri prudentes putârint esse tractandam. *Lutherus* etiamsi vera scripsisset omnia, tamen eo modo scripsit, quasi veritati suum fructum inviderit. Contra qui se huic negotio transversim ingesserunt, sic gesserunt rem apud populũ, ut etiamsi causam habuissent optimã, tamen illi plurimum obfuerint siniſtro patrocinio. Admonit' est *Lutherus*, ut stilum verteret & atrocitatem temperaret, scribit indies, ut audio, sæviora. Admoniti sunt hi, ut moderatioribus rationibus rem agerent, quidam sic egerunt, ut cum *Luthero* colludere viderentur. Est autem genus hominum mi *Peutingere*, quod publico malo saginatur, cuique rebus tranquillis malè est. Hi nihil magis affectant, quàm ut res mortalium, sursum deorsum misceantur. Tum ὲν ἡ διχοστασίᾳ κἀνδ συγκλείσας πολεμαρχεῖ. His placet sævis modis negotium hoc obrui magis quàm finiri, nec laborant quanto orbis malo, modò ipsorum bono: meâ sententiâ nihil agetur in hac causa, si qui rem tractant, alium scopum sibi proponunt quàm *Christi* gloriam. Saxum illud hinc atq; hinc tundi potest, loco moveri non potest, cui inscriptum est illud mysticum elogium, *Novit Dominus qui sunt ipsius*. Quicquid à spiritu *Christi* proficiscitur, non potest humanis præsidiis opprimi quãtumvis prematur: quicquid humanis consiliis tentatur, temporarium est, quantumvis ardentibus studiis agatur, quantumvis operoso molimine ad perpetuitatem communiatur. Mei similium non est de Pontificum diplomatis judicare. Erant tamen, qui in Bulla, quàm attulit nuncius Pontificius, mansuetudinem illam desiderarent, dignam eo, qui mitissimi *Christi* vices primarias gerit in terris, dignam hujus *Leonis* ingenio, multo hactenus placidissimo, quod tamen ipsi non imputant, sed instigatoribus. Jam ut hæc, inquit, sævitiâ maximè aboleantur libri *Lutherani*, ut ipse etiam tollatur è medio, metuendum est, nè malum exasperetur magis quàm finiatur, & prouno sublato exoriantur plures, donec res ad certamen & schisma deducatur. Breviter hæc tempestas insignem aliquem artificem

cē desiderat, qui negotii cursum moderetur, ut nec fluctibus obruatur, nec illi datur vadoso littori, & ita, quod aiunt, devitet *Scyllam*, nè rapiatur in *Charybdim*; ita malum hoc amputet, nè qua possit excetra repullulascere. Censet igitur *Faber* noster, rei summam arbitris doctis, integris, & ob omni suspicione alienis delegandam, non quod *Romanus* Pont. sit cogendus in ordinem, & alieno subjiciendus arbitrio, sed quod existimet illius pietatem, hoc sponte volentémque facturam, si cognôrit ad publicam *Christiana* religionis tranquillitatem conducere. Sed hujus consilii viam, ipse tibi copiosiùs exponet coram: quæ si probabitur, adjunges tuæ prudentiæ consilium, ut in *Vuormacia* conventu statuatur aliquid, quod omnibus bonis approbetur. Quanquam non dubito quin hic *Joannes Faber* sit tibi pro suis meritis commendatissimus, tamen etiam atque etiam oro, ut tuo in illum studio, nonnihil etiam accedat ex mea commendatione. Non potes *Erasmum* alio officio magis devincire. Ubi nunc sunt, qui clamitant *Erasmum* parum æquum huic ordini? Talis animus, talis eruditio, tales mores mihi vehementer placent, sub quocunque pallio. Bene vale. V. Idus Novembr. M. D. XX.

Erasmus Rot. Ioanni Robino Decano Mechlinienſi S. D.

Epist. 31. VIr eximie, vides humanæ vitæ scenas. Quid facias? Non aliter constat hęc fabula. *Paulus* gloriatur se vinctum esse *Jesu Christi*. *Rutgerus* gloriari potest se vinctum esse collegii trilinguis. Dissimulent quantumlibet, hoc collegium illos pessimè habet. Atque hæc auguria mihi portendunt, olim florentissimum futurum. Sic natum est *Romanum* imperium. Sic crevit *Hebræorum* gloria; sic orta, sic propagata, sic constabilita Christiana religio. Nulla res egregia, nisi difficilibus initiis nata est. Argumentum omne cognosces ex *Bartolemæo*, qui fuit non modò spectator, verumetiam affinis periculo. Vt sunt res humanæ non usquequaque purę, etiam si quid commissum esset tamen humanitatis vestræ fuerat aliquousque favere professori. Nunc & tali & innocentissimo, multo minus debetis deesse. Doctior an inveniri possit nescio, certè diligentiorem, ac moribus puriorem vix invenias. Utimur eâdem mensâ. Et inter pocula quidvis garrimus. Ille tot modis fuit lacessitus. Hunc enim studio expetunt, nè quid offendant magis masculos. Nec unquam tamen audivi illum quicquam impotentiùs loquentem. O pectus verè Christianum! Modo cum *Paulo* contuli *Rutgerum*, qui hac certè parte vincit, quòd qui *Paulum* affligebant, errabant, nimirum alieni à professione Euangelica. Hi proceres *Christiana* doctrinæ, prudentes, de composito hæc designant. Inhibuerunt & *Nesenium*, aggressum *Geographiam Pomponii Melæ*. Qui si domi suæ lupanar aliquod instituisset, tolerandus erat. O sanctam Academiam, si cum aliis conferatur, sed dignam aliis, quorum arbitrio temperetur! Mihi multis modis videtur hoc mereri *Rutgerus*, ut illi salarium, quod jam aliquâ portione est auctum, augeatur usque ad octodecim libras. De professore *Latino* prospectum est, ni fallor, ex animi vestri sententia. De *Hebræo* non possum judicare, sed consulam eos, qui sine dubio possunt. Excellentiam tuam incolumem servet *Jesus* optimus maximus. Calend. Decemb. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Theologo cuidam S. D.

EXimie vir, miratur *Homerus* mortalibus [illegible] esse belli satietatem, cum rerum [illegible] rarum omnium sit saturitas. At ego magis [illegible] miror, nobis nullam esse tumultuandi [illegible] Audio denuo magno studio quosdam nescio [illegible] moliri in me, & inquirere in libros meos, [illegible] nunquam istis venit in mentem, nisi cum [illegible] piunt ulcisci. At sperabam *Atenas* mortuas [illegible] fore tranquilliora, nec sperabam fore, ut hic [illegible] parte *Helias* ille suos haberet *Helizeos*. Tu [illegible] eum præstes, quem es pollicitus. In epistola [illegible] ante concordiam editis, nihil est, quod cuiquam lædat famam, nisi se prodat. Bene vale, & [illegible] litati studiorum consule, quod magis in rem [illegible] stram est, quàm meam.

Eras. Rot. Iodoco Noetio Consiliario Brabant. S. D.

ORnatissime *Jodoce*. Si clarissimus [illegible] prudentissimus Cancellarius favebit [illegible] causa libertati studiorum, maximè facit [illegible] tentia Regis nostri, qui haud dubiè cupit [illegible] cademiam quàm maximè florere honestis disciplinis. Quod objiciunt de supplicando, [illegible] commentum est, & hujus quosdam jam [illegible] quanquam alioqui satis perfrictæ frontis. [illegible] paucos conjuratos acta est, qui suâ doctrina [illegible] tenti magis student augendæ rei, quàm [illegible] curant quantum proficiant juvenes, modo [illegible] vanis ejus regnent arbitratu. Nusquam est Academia quæ modestiores habeat juvenes [illegible] tumultuantes quàm habet hodie *Lovanium*. [illegible] rum bonitate jamdiu abutuntur isti, & [illegible] juvenes habent penè pro emptitiis magnos [illegible] illi consul, consul non erat, cui ipse non esset [illegible] tor. Si quid murmuris aut tumultûs est, ab ipsis [illegible] non à juvenibus. Mihi hîc nec scribitur nec [illegible] ipse nec lego cuiquam, nec audio quenquam. [illegible] mine colligo quicquam, do nonnullis. Sed tamen movet me publica causa studiorum. *Nesenii* spes est, & linguæ nostratis imperitus, quo magis [illegible] vendum est viro alioqui docto, integro ac modesto. Mitto tibi dono volumen epistolarum: [illegible] cum erit ocium, fallas horas aliquot. Bene vale, [illegible] méque magnifico Cancellario commenda. *Leo* postridie *Epiphaniæ*. Anno M. D. XIX.

Erasmus Rot. Martino Bruxellano S. D.

VT ad utrunque tuum epistolium, unico [illegible] spondeam, miror te solum nihil audire de *Erasmo*, cujus nomen per omnes etiam tabernas obambulat. Epistolarum volumen dono tibi misi. *Leum* tentâsse, neque tuâ mi *Martine*, neque [illegible] referebat. An tu putas *Christianam* charitatem, quæ nihil non complectitur, finibus usqueadeo angustis esse sepiendam, ut non possis *Leo* amicus esse, ni mihi amicus esse desinas? Hi tumultus [illegible] fatales nihil ad te pertinent, quo mihi videre [illegible] cior. Proinde tu re sacris autoribus evolvendis [illegible] oblecta. De recognitis proverbiis non est quod [illegible] labores. Pauca quædam loca modò castigavimus, [illegible] quæ

quæ tu facilè describes in tuum volumen. Bene vale, Anno M. D. XVIII.

Erasmus Rot. Germano Brixio S. D.

Dum curru vehor *Antuerpiam*, fortè obvius eques quispiam *Anglus* tuas mihi literas reddidit, quas tu tertias esse significas. Expostulas quod non rescripserim, sed gravius etiam, quod illuc me non receperim, & hili me purgem gravioribus argumentis, vis in periculum venire me, ne videar exosos habere *Lutetianos* amicos omnes. Postremò non recusas cum *Moro* redire in gratiam, me quidem autore, contentus hoc præjudicio meo, quòd illum eruditione præcellas. Sic enim interpretaris verba quædam mea, nescio quæ, quæ scripseram ad *Beraldum*. Ad quæ ut paucis respondeam (sic enim postulat temporis angustia) Si vidisses eruditissime *Brixi*, quantum negocii mihi fuerit in refellendis, tum aliorum tum *Lei* calumniis, si videres sarcinas epistolarum, quibus legendis aliquoties vix suppetit ocium, si laborem quem assiduè colloco describendis, emendandis ac recognoscendis libris, sat scio, quæ tua est humanitas, facilè veniã dares nostro silentio. Adhæc accessit adversa valetudo, ex æstu contracta, quæ me graviter afflixit, & adhuc habet imbecillè, & aliqua ex parte sui juris. Deinde null' occurrit, qui te diceret istuc iturum. Jam finge pigritiam in causa fuisse, quo minus scripserim. Non statim oportuit colligere, mihi exosos esse, quibus non respondeo. Omnes redamare possum, rescribere omnib' non possum. Vix alium syncerius amo quam *Budæum*, & tamè illi' literis semel atq; iterũ provocatus, nondum respondi. Cæterũ non min' mihi in votis erat frui dulcissimâ cõsuetudine *Budæi*, tua, *Beraldi*, *Deloini*, *Rufi*, *Rutilii*, *Lascaris*, *Pauli Æmilii*, *Cypriani*, quàm vos estis cupidi videndi hujus corpusculi, uti scribis. Sed ex transverso repente incidit *Lei* tragœdia. Cui rei dandus erat ferè sesquimensis. Adhæc reditus *Caroli* nostri, quædam item negocia *Hispanica*, coegerant me vertere consilium non abinum. Nec ita tamen sum pollicitus me venturum, quin hujusmodi casus exceperim, quos semper oportet tacitè exceptos esse. Porrò quicquid humanitatis mihi decreveratis præstare, non minus libenter debeo, neque minorẽ habeo gratiam, quam si jam usus essẽ. De diffidio quod meo magno dolore tibi cum *Moro* incidit, decreveram accuratius ad te scribere, nam *Moro* jam hac de re scripseram non indiligenter. Verum hactenʼ non licuit. *Beraldo* paucis scripsi, nè malum utcunque natum glisceret in pejus. Nec tamen id factum est volente *Moro*, cui videbam usqueadeo non esse formidabilem tuam *Antimorum*, ut quemadmodum scribunt, ipse eam curaverit excudendam formulis, idque suadentibus aliquot optimis simul ac prudentissimis amicis, inter quos nonnullos esse scio, qui tibi ante libellum editum favebant: nunc in diversum mutati, desiderant in te civilitatem, humanis literis dignam. Neque ideo volui rem inter vos componi, quòd existimarem periclitari *Mori* famam, ob hujusmodi libellum, quem hîc penè nulli legunt; certè neminem adhuc audivi qui laudaret: aut quod diffiderem *Mori* viribus, si veniendum esset in certamen: sed quod existimarem hoc ad publicam studiorum dignitatem pariter atque utilitatem pertinere, si bonarum literarum mysteriæ inter se consentirent, nec abessent à Musis Gratiæ, præsertim cum tam acerbis odiis undique conspiretur adversus ordinem nostrum. Ocio *Mori* consulere volui magis quàm famæ, si quidem major est ille omnium eruditorum calculis quàm ut ejusmodi cavillatiunculis possit obscurari. Tuę verò famæ cum primis consultum volebam, cui faveo non vulgariter, quámque indies in majus ac melius augescere cupiebam. Existimabam hoc & ad Galliæ quoque laudem pertinere, ex quâ nihil adhuc prodiit, quod omniũ judicio tantũ habeat amarulentiæ, quantũ tuus in *Morum* libellus. Provocavit te *Morus*, sed provocatus, sed tamen id fecit longè civiliùs quàm tu respondes, quod tui quoque fatentur *Galli*. Et ille scripsit in bello, tu toc jam annis rebus pacatissimis, nec edidit tamen ille quod scripserat. Sed amicis extorquentibus indolsit, si modo recognoscerent. Nec mirum est in homine poetico, si veris affingat aliquid, attollendæ rei gratiâ, nec fœdum est admodum amore patriæ hallucinari. Hoc tantum tibi impingit *Morus*, tu quàm atrociter hoc moliris, ut illum apud Regem deferas, veluti paternæ laudis suggillatorem. Nam quæ de carminis viciis notarat, non erant digna tragœdiâ. Jam non excutio qualia sint, quibus illum vicissim taxas, nec enim est animus cum amico *Brixio* depugnare, nec opus est *Moro* nostris præsidiis, cujus mihi potius est opus suppetiis. Imò nè judex quidẽ cupiam esse inter duos amicos, nè alterius jacturam cogar facere. Proinde magnopere miror mi *Brixi*, quid tibi venerit in mentem ut verba, nescio quæ, mea ex meis ad *Beraldum* literis sic interpretareris, quasi meo præjudicio, palmam eruditionis tibi detulerim. Ego cupiebam utrunque perpetuò amicum, nec erat consilium alterum alienare meo calculo, præsertim cum adhuc inter vos ferveret contentio. Non satis memini quid scripserim *Beraldo*, illud ausim dejerare, me nihil minus sensisse, quàm quod tu interpretaris. Illud sentiebam, quando de literis certamen erat, non oportuisse aliam captare laudem ex eo certamine, quàm ut eruditione vinceres, utique si posses. Ostendi quid tibi conandum fuerat, non quid esses assequutus. Quod si ego maximè tuam doctrinam *Morica* prætulissem, tamen arbitror te modestiorem, ac prudentiorem, quàm qui velles agnoscere. Non pronunciavi uter esset doctior, nec est necesse ut pronunciem, & haud scio an meum sit de *Mori*, tuáque doctrinâ censorem agere; quid alii censeant scio. Tua non admodum multa vidi, neque cominus eruditionis tuæ feci periculum. *Mori* plura legi, & cum eo fuit intima familiaritas. De illo sentio, quod nemo non sentit, qui pernovit hominem. Ingenium est prorsus incomparabile, memoria felicissima, dicendi facultas promptissima. A puero feliciter imbibit *Latinas* literas, *Græcas* juvenis, idque sub doctissimis præceptoribus, cum aliis tum præcipuè *Thoma Linacro*, & *Guilielmo Grocino*. In sacris literis eò progressus est, ut nec magnis Theologis sit contemnendus. Liberales disciplinas non infeliciter attigit. In philosophia ultra mediocritatẽ progressus est. Nè quid interim dicam de professione Juris præsertim *Britannici*, in quâ ille vix ulli cedit. Prudentia rara & inaudita: quas ob res Rex cordatissimus non conquievit, donec hominem ad penitissima sua consilia pertraxerit. Itaque mi *Brixi*, planè friget cavillum illud tuum, quod sub-

inde repetis in *Morum*. Nullus est illi tam inimicus, A
quin prudentiæ laudem affatim tribuat. Nam
quod ubique videri vis *Morum* ex alto despicere,
ac velut pro delectamento habere, vereor nè pa-
rum probaturi sint graves & eruditi viri. Nam ut
te numero inter eximios, ita non video quâ parte
Morus sit tibi contemnendus, sive fortunâ spectes,
sive naturæ dotes, sive ingenium, sive mores, sive
quodcunq; doctrinæ genus. Et quo magis admiror
Mori dotes, quod ego non facio solus, hoc magis
cupiebam inter vos convenire, tuâ magis causâ
quàm illius, imò meâ quoque causâ, nè qua res no-
stram amicitiam obnubilaret. Quod factum est
infectum fieri non potest, cæterùm optarim hoc
quicquid est tumultûs aboleri. Quod autem cre-
dis vix fieri posse, ut tua *Antimorus* obsolescat,
aut ego planè fallor, aut nullus est iterum editu-
rus, si tu conquiescas. Illud multis displicet, quòd
Morum rursus attigisti in præfatione quadam,
cum ille ad tuum libellum nihil adhuc respon-
derit. Sed ut finiam optime *Brixi*, si vis me hoc age-
re cum *Moro* ut jungat vos amnestia, pergam id
facere, quod cœpi. Sin expectas ut *Morus* tibi
supplex sit, planè falleris. Ut illius animum sentio,
feliciter gessero rem, si hoc ab illo impetrè, ut no-
lit te odiosiùs impetere, idque ut fiat, arbitror &
ad communem studiorum dignitatem, & ad tui
nominis honestatem pertinere. Quod adjicis a-
nimum ad res Theologicas, nostrásque Paraphra-
ses habes assiduè in manibus, non possum non
probare tuum consilium. Edidimus proxima fœ-
tura Paraphrasin in epistolas *Petri* duas, & unam
Judæ. Hoc agentem morbus oppressit, sed paula-
tim reviviscimus. Bene vale *Brixi* doctiss. Saluta
amicos omnes nominatim. *Antuerpiæ* VII. Ca-
lend. Julias, Anno millesimo quingentesimo
vicesimo.

Erasmus Rot. Iacobo Vilingero Romani et Hispan. Regis Thesaurario. S.D. E

Epist. 36. QUod de nomine duntaxat tibi notus ad te
scribo vir incomparablis, non debes imputare
meæ impudentiæ, sed tuæ ab omnibus prædicatæ
humanitati. Quod si me ab impudentiæ crimine
non absolvis, certè levius damnabis, si cogitaris
hanc improbitatem ab humanitate profectam
esse. Nam ut sic auderem, extorserunt à me hujus
egregii viri *Joannis Fabri* preces, vel merita po-
tius. In quo cum tot egregias dotes perspexerim,
raram morum integritatem, eruditionem haud
quaquam vulgarem, judicium acre, fidem & hu-
manitatem incredibilem, existimabam me gra-
tiam etiam initurum apud tuam celsitudinem: qui
tibi hominem efficerem notum, aut si jam notus
est, efficerem notiorem, qui pro tua singulari pro-
bitate, próque fide erga Principem, soles impensè
favere iis, quorum virtutibus intelligis ornari si-
mul & fulciri monarchias: inter hos vel me autore
pones hunc *Joannem Fabrum*, si quid omninò G
judico, non vulgare decus ordinis sui: qui vel ci-
tra nostrum officium se tibi suis doribus abundè
commendabit, ubi propiùs hominem inspexeris.
De meipso non video quid possim polliceri, ani-
mum certè ac studium fidémque polliceor, si qua
in re voles *Erasmi* in te observantiam explorare.
Bene vale. *Lovanii* quinto Nonas Octobr. Anno
M. D. XX.

Thomas Morus Erasmo S.D.

1

DE puero cujus caulam compr[illegible]
jam ante cum patre ejus egern[illegible]
scripsisti. Rogârat enim pridem me per li[illegible]
ipse, quod sibi persuaserat apud illum [illegible]
tent; tam momenti aliquid ac ponder[illegible]
Tractavi rem diligenter, quid profec[illegible]
satis certo scio. Respondit mihi pater [illegible]
B nimò duriter, & tamen (ut novi homine[illegible]
attentum) opinor respondisse tam co[illegible]
gis pudore quodam adversandi mihi, q[illegible]
ex animi sui sententia loqueretur. Summa [illegible]
lio se usurũ consilio meo, sed interim non [illegible]
significabat, eum se nummatum malle [illegible]
ramm. At puerum ipsum sic animatum vid[illegible]
non rem paternam tantum, sed ipsum [illegible]
trem, citius relicturus sit quàm se divell[illegible]
à literis, nimirum dignus cujus indolem [illegible]
veant omnes, atque omni ope promovea[illegible]
nicusem illum scholasticum ita colloceri [illegible]
dubitem quin tibi perpetuò sit habitur[illegible]
Eruditio ejus perplacet hero, qui quum [illegible]
eum mihi commendarum abs te, rog[illegible]
juvenem ipsi permitteremus, qua in re eg[illegible]
vatim illi sum gratificatus, utpote qui [illegible]
destinaveram petere. Nam apud me p[illegible]
nistris non vacabat locus. Is dum pri[illegible]
D b' esset apud me, ostendit mihi opera qu[illegible]
vici Vivu, quib' neq; magis elegans [illegible]
quicquam jam diu vidi. Quotum enim [illegible]
reperias, imò adeo quem unum ferme [illegible]
quam, qui tam virebre ætate. (Nam n[illegible]
te etiamnum ætate scribis esse) tam [illegible]
cyclopædias orbem absolverit? pudet me [illegible]
mi *Erasme* mei, meique similium, qui um[illegible]
ro libellulo eoque ferè inepto vendican[illegible]
quum *Vivem* respicio tam juvenem, tam [illegible]
E tam excussa, tam diserti sermonis, tam [illegible]
lectionis edidisse. Magna res est linguam [illegible]
utrâ pollere, ille se probat utraque peri[illegible]
Majus quiddam ac fructuosius præclaris in[illegible]
esse disciplinis, at quis uno *Vive* se o[illegible]
pluribus instructum, aut melioribus? M[illegible]
maximum est sic bonas artes imbibisse [illegible]
ut in alios easdem possis rursus docendo [illegible]
dere. At quis illo docet apertiùs, dulcius [illegible]
Non possum satis admirari virtutes ill[illegible]
F declamationibus ejus tu & acutè perspi[illegible]
expressisti inculenter, potissimum vero (quod in [illegible]
clamando potissimum est) non modò illo[illegible]
historias temporum tam expromptâ memori[illegible]
plecti, quàm non quivis suarum rerum [illegible]
verùm hominum tot olim secùlis functo[illegible]
affectus tam præsentes indusse, ut non [illegible]
hausisse quæ declamat, sed vidisse, sensisse, [illegible]
fuisse rerum vel prosperè vel secus cadentium vi-
deatur. Consilia denique non ex aliena conditione
languidulè, sed ferventer admodum ex suo ipse
G metu, spe, periculo, felicitatem metiri. Quod si in
alterutra tantum parte præstaret, esset tamen ad-
miratione dignum. Nunc verò talem se præbet in
utraq; ut chamæleonta putes, verso solo simul mu-
tâsse colorem. Utinam expergiscantur *Erasmi* ani
ad istud *Vivis* exemplar componant sese quidam
qui nimium ambitiosè volunt haberi pro diser-
tis, idq; eo magis titulo quòd alia omnia contem-
nant,

nant, quàm quòd vel assequantur vel rite conse- A quantur eloquentiam, utpote qui nè per somnium quidem concipiant ullam rhetorices imaginem. Hi quum cæteras artes negligant, quonam studiorum nomine cohonestari postulant? Oratorem profectò vel rhetorem nemo jure vocabit eum, qui neque veras agat causas, neque declamet fictas. Quin poeta perquam tenuis fuerit atque exanguis, cujus poema nullis philosophiæ monitis, nullis rhetorum præceptis, nullis differendi exercitamentis formetur. *Vives* quum in rhetorica talem B se præstiterit, qualem haud fermè jam quisquam qui nihil profitetur aliud, tamen cæterarum artium omnium quæ quidem dignæ sunt scitu, nullam reliquit, in qua non ita versatus est, ut in ea sola ætatem omnem contrivisse censeas. Itaque ut nihil est illius quod non mirum in modum delectet omnes, ita me profectò quæ scripsit in pseudodialecticos peculiari quadam voluptate perfundunt. Non ideo tantùm (quanquam ideo quoque) quod illas ineptas argutias lepidis cavillis eludit, validis argumentis C oppugnat, inevitabili ratione à fundamentis eruit atq; subvertit, sed & præterea quòd ibi video quædam iisdem ferè tractata rationibus, quas & ipse mecum olim quum nihil adhuc *Vivis* legissem collegeram. Quæ mihi nunc non eo nomine placent in libello *Vivis*, quòd meæ rationes ante arriserint mihi (solet enim placere, si quid afferre alios videmus quod nobis ante in mentem venerat) sed quod mihi plaudo quando quòd ante suspectum habueram, nè parum aptè diceretur, nunc confirmor haud insciturn esse, postquam *Vivi* quoque D video placuisse. Jam illud me capit ac delectat maximè, quòd quum videam idem argumentum utrique nostrûm animum & cogitationem occupâsse, tum sic utrique tractatum, ut quanquam & fusiùs ab illo & elegantiùs, tamen in nonnullis non tantum res easdem asseramus, sed propemodum eadem etiam verba, sic mihi libenter blandior, quasi cognati quippiam syderis, animos inter sese nostros occultâ quapiam vi & conspiratione conciliet. Hoc illi gratulor quod tantum habet locum E apud Cardinalem suum. Spero fore ut illius numinis favor iniquitatem fortunæ corrigat, quæ solet in eos esse pessima quicunque merentur optima, & tanquam literis ac virtutibus invidens, indoctos ferè atque improbos beneficiis suis evehere. Verùm Cardinalis (cui beandi quemvis tam facilis ferè quàm ipsi fortunæ facultas est) homini tali, quem inter penitissimos adscivit, cui tantum eruditionis eximiæ (quâ nunc haud paulo clariùs quàm ipso dignitatis fulgore splendet) acceptum fert, non insigniter esse beneficus, neque pro insigni suâ bonitate volet, neque sine insigni apud posteros quocue traductione potest. Vale mi *Erasme* charissime quem ego spero fore ut *Caleti* propediem præsens præsentem in hoc Regum congressu complectar. Hodie appellit Imperator. Cras summo mane Rex in occursum prodibit, imò fortassis hac ipsâ nocte quæ jam nunc appetit. Non credas quanto gaudio non dico Regis ac Procerum, sed populi quoque fit acceptus nuncius per quem constabat Imperatorem huc appellere. Iterum vale, è *Cantuaria* pridie Pentecostes.

Quiddam est mi *Erasme* de quo si mihi notus esset *Vives*, admonerem illum. Nunc quoniam haud certus sum quo animo acciperet ab ignoto tam importunum officium, ipse potes per occasionem submonere, esse in *adibus legum* atque item in ejus *somnio* (quod alioqui multorum superat pervigilatas vigilias) abstrusiora quædam quàm ut pateant nisi doctissimis, quum fuerit in rem literariam utile, illius omnia quàm plurimis intelligi: ei rei vel explicando, vel adjectis in margine brevissimis scholiis, facile mederi fuerit. Addet item plurimum lucis declamationibus, si brevibus historiæ summam complexus vel unâ pagellâ præponat. Iterum vale, Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Erasmus Rot. Thomæ Moro suo S. D.

NEc ad istius exemplum perversissimo judicio videmus esse patrum vulgus. Corpori liberorum à me prospicitur, animi possessionibus neglectis, cum frustra, imò cum suo malo possideat opes, qui nesciat uti. De puero nec ago gratias, nec tu novi quicquam fecisti, cum nunquam non sis tui similis. De *Ludovici Vivis* ingenio gaudeo meum calculum cum tuo consentire. Is unus est de numero eorum, qui nomen *Erasmi* sint obscuraturi. Nec ali tamen magis faveo, & te hoc nomine magis amo, quod hunc tam candide fovet. Est animo mirè philosophico. Heram illam, cui sacrificant omnes, litant perpauci, fortiter contemnit. Et tamen tali ingenio, talibus literis non potest deesse fortuna. Non alius magis idoneus, qui profliget Sophistarum phalangas, in quorum castris diu meruerit. Adero *Caleti* si valetudo suppetet, ut amicis omnibus extremum complectar, ac vale dicam. Bene vale amice incomparabilis, Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Erasmus Rot. Paulo Ritio S. D. *Epist.* 38.

LIbellus tuus eruditissime *Rite* me paulò æquiorem reddidit negotio *Caballistico*: quanquam antehac non eram admodum infensus, siquidem ignoscendum arbitror, ut humanum vitium, si quisque faveat iis studiis, in quibus & plurimum insumpsit temporis, & se præcipuè valere confidit. Cæterùm istos quis ferat, qui quicquid non intelligunt tam acerbis, tamque pertinacibus odiis persequuntur? Neque verò uno nomine mihi placuit opus. Eruditio quæ tibi perpetua est, hic mihi non potuit esse nova. Sed imprimis artifex candor ille & perspicuitas, quæ rem ita ponit ob oculos, ut cæco quoque possit esse conspicua. Arrisit animus iste Gratiis & amicitiæ natus, qui tanto studio tuetur hominis eruditissimi innocentiam, adversus impudentissimos sycophantas. Artifex denique te, hoc est absoluto veróque philosopho, digna moderatio: quâ sic fortiter patrocinaris amico, ut à convitiis in adversarium temperes, magis reputans quid te, quàm quid illo dignum esset. Nam brevitati non perinde faveo, cum mihi licèt occupatissimo perlectum opus famem sui reliquerit. Bene vale doctiss. *Rite*, *Agrippæ*, Anno millesimo quingentesimo vicesimo. *Epist.* 39.

Eraſ. Rot. Georgio Spalatino S.D.

Epiſt. 40 ALexander juvenis longè candidiſſimus, reddidit mihi tuas literas exoptatiſſimas, unà cum duobus nomiſmatis optimi Principis tui vivam imaginem nobis referentibus. Quo ſanè dono magis ſum exhilaratus, quàm ſi mihi miſiſſet auri talentum *Atticum*. Ille ſe mihi miſit argenteum & aureum, ego me viciſſim illi mitto æreum. Vtriuſque meritis reſpondet materia. Quid enim in iſto Principe non aureum? qui pro magnitudine animi pluſquam heroicâ, contemſit ultrò delatum imperium; qui pro ſingulari fide & integritate ſuâ nullis præmiis vinci potuit, quo minus ei decerneret imperium, quem oneri ferendo judicâſſet unum omnium hujus ætatis Principum maximè idoneum; qui tantam auri vim à noſtris oblatam pertinaciſſimè reſpuit; qui ſuâ quadam prudentiâ dexteritatéque inauditâ ditionem ſuam ornat ac locupletat, idque nullâ finitimorum injuriâ, ſed omnium potius publico bono: qui novâ ſcholâ rem *Chriſtianam* auxit, quam annis perpaucis ex rara frigidáque, omni linguarum ac literarum genere florentiſſimam reddidit, eâ moderatione favens optimis ſtudiis, ut tamen non ſit veteris doctrinæ patronis quod de illo queranmr. Ingratiſſimæ literæ, niſi hujus herois merita monimentis conſecrent nunquam intermorituris. Deheo illi privatim permultum, ſed multo plus publico ſtudiorum nomine. Atque utinam ea felicitas mihi contingat in vita, ut inclytum Principem cum Academia florenti videre liceat. Ni fallor, hoc autumno ſum aditurus *Germaniam*, adnitar inviſere vos, ſi modo tuto liceat. Interim optimi ducis imaginem inter ea reponam, quæ mihi ſunt chariſſima, mecúmque circumferam ſemper in deliciis habiturus. Scripſi nuper *Philippo Melanchtoni*, ſed ſic, ut eâdem operâ putarim me ſcripſiſſe *Luthero*. Precor ut *Chriſtus* optimus maximus *Luthèri* ſtilum & animum ita temperet, ut plurimum adferat fructûs Euangelicæ pietati, mentémque meliorem det, quibuſdam, qui cum ignominia *Chriſti* ſuam quærunt gloriam, qui cum illius jactura ſuum quærunt lucrum. In caſtris eorum, qui *Lutherum* oppugnant multos video, qui mundum ſpirant magis quàm *Chriſtum*. Et tamen utrinque peccatur. Utinam *Huttenus* temperâſſet ſtilo ſuo, cujus ingenium amo unicè. Optarim *Lutherum* ab iſtis contentionibus aliquantiſper conquieſcere, ac rem Euangelicâ tractare purè, non admixtis affectibus, fortaſſe res aliquanto melius ſucceſſerit. Nunc & bonas literas degravat invidiâ nobis exitiabili, ipſi infrugifera. Et periculum eſt, nè publica morum corruptela, cui nemo non fatetur opus fuiſſe publico remedio, ceu peſtis exagitata, magis ac magis ſeſe confirmet. Nec ſemper eſt proferenda veritas. Et magni refert, quomodo proferatur. Bene valevir optime, méque Principi tuo commendatum facito. *Lovanii* prid. Nonas Julii. Anno M.D. XX.

Eraſ. Rot. Richardo Paceo S. D.

Epiſt. 41. SErò mihi redditum eſt tuum epiſtolium, jam te conſcendente equos. Cupiebam tecum colloqui, & fortaſſis adhuc dabitur. Ex animo gratulor tibi nova dignitate auctò, cujus meis nunquam par fortuna reſpondere. Si [illegible] bitur colloqui, commendo tibi negotium [illegible] meum quàm literarum. Quod enim [illegible] ad veſtram *Britanniam* pertinet, cujus [illegible] refert opinor, ut laudum ſuarum præconem [illegible] at honeſtum. Scio perpuſillum eſſe laudis [illegible] ex meis lucubrationibus acceſſit, tamen [illegible] ſum illi *Lesbo* invidere videtur. Theologi [illegible] *μίκρωσιν* commenti ſunt adverſus collegium [illegible] lingue. Id cujuſmodi ſit ex *Mori* literis [illegible] noſces. Bene vale patrone ſingularis. [illegible] M.D.XX.

Eraſmus Rot. Alberto Cardinali Moguntino S. D.

GEſtientem advolare iſthuc in tuos [illegible] Lexus hactenus aliquot negotiola [illegible] verum ſi poſthac otium dabitur, [illegible] adero brevi *Coloniæ*. Epiſtolam, quam [illegible] ſitudini de *Luthero* ſcripſeram, editam [illegible] certè bono animo ſcripſeram, ſed non [illegible] pſeram, ut ederetur. Neque cuiquam [illegible] exemplaris copia. Incluſeram eam [illegible] *Hattenum* obſignatis, admonens, ut ſi [illegible] expedire redderet in tempore: ſin minus [illegible] meret, aut aboleret. Quo magis admiror, [illegible] conſilio factum ſit, ut & ederetur [illegible] phos, nec tibi redderetur. Si hic caſus [illegible] feliciſſimus: ſin perfidia, pluſquam Punica [illegible] tinam hic *Joannes Faber*, ordinis *Dominicanorum* celſitudini tam eſſet commendatus, quàm meretur, hominis eximiæ dotes, ingenium [illegible] tum & expeditum, judicium excuſſum, [illegible] lida & abſtruſa, lingua feliciſſima, memoria [illegible] facilésque. Video tyrannidem quorundam [illegible] mium ſuccedere. Nec aliud mihi ſuccurrit, [illegible] precari, ut res tota cedat in gloriam *Chriſti*, [illegible] que cedet nobis. Bene vale meum decus. *Lovanii* poſtridie Nonas Octobris, Anno M.D.XX.

Eraſmus Roterod. Petro Manio ex ædibus Dominicali S.D.

MIhi ſanè non uno nomine grata fuit [illegible] piſtola, vir optime, ſed varius quidam [illegible] eam mihi nunc eripuit, nunc reſtituit, [illegible] ſtum eſt, ut hactenus illi non reſponderim. Principio cum redderetur, vix erat vel legendi [illegible] poſt ubi nonnihil daretur ocii, inter literarum faſciculos ita delituit, ut menſibus aliquot [illegible] multumque quæſita, non quita ſit inventa. Tandem ultro non quæſita ad manus venit, & [illegible] inquit *Ovidius*, *non inventa, reperta eſt*. Eam rurſus ſepoſui in primum ocium, quod obtingeret. Rurſum periit, nec divinare poſſum quo pacto. Proinde nè ſuſpicere mihi tuas literas parum fuiſſe gratas, aut me adeo faſtidioſum, ut pigeat hominis licèt ignoti, tamen, ut ego conjicio, probi & eruditi literis reſpondere, ex mea memoria petam, quod eram ex epiſtola petiturus. Primum, ſi ſatis commemini, commemorabas, quanto ſtudio, quanto applauſu, quantáque gratulatione totius populi, ſed præcipuè eruditiorum ſit acceptus publicâ concione *Martinus Dorpius*, & hujus laudis portionem aliquam in me conabar tran-

transfundere, quasi ille quod talis vir evasisset nonnihil deberet meis lucubrationibus. Deinde narrabas isthic esse complures qui mea summa studio complecterentur, rursus esse nonnullos, qui pari odio aversarentur & *Erasmum* ipsum & *Erasmi* libros, atque in hoc numero quondam fuisse te quoque, priusquam nostra legeres, verum evolvendis ac pensitandis nostris voluminib', sic esse transformatum in alterum hominem, ut nullius scriptis atque delecteris, atque unde jam adames illum prius execratum *Erasmum*. Sub hæc veluti jam familiaritate nonnullâ mecum contractâ, duo quædam rogas: primùm, ne quid *Græci* sermonis admiscerem scriptis meis, ne lector cujus linguæ rudis alienum rideret: deinde ne paterer ut *Gallia* sibi me assereret, sed ingenuè fatear *Batavum* esse *Germaniæ* partem, videlicet ne tantâ gloriâ fraudetur. Ad quæ, ut paucis idque præposterè respondeam ordine; Primò mihi non admodum referre videtur, quo quisque sit loco natus, & inanem quandam gloriam arbitror, si civitas aut natio se jactarit, quod unum aliquem genuerit, qui suis studiis non patriæ præsidium magnus ac celebris evaserit. Justius gloriatur quæ magnum fecerit, quàm quæ genuerit. Atque hactenus ita loquor quasi quicquam sit in me, do quo possit sibi placere patria. Mihi satis est si non pudeat illam mei, quanquam *Peripateticis* non prorsus improbo ejusmodi gloriam, quæ calcar addere possit ad honestarum rerum æmulationem. Hujusmodi si quid esset in me, optarim ut non *Gallia* modò ac *Germania*, me sibi utrinque vendicarent, sed singulæ regiones, singulæ urbes *Erasmum* sibi certatim assererent: utilis esset error, qui tam multos ad honesta provocares. An *Batavus* sim mihi nondum satis constat. *Hollandum* esse me negare non possum, eâ in parte natum, ut si cosmographorum picturis credimus, magis vergat ad *Galliam* quàm ad *Germaniam*, quanquam extra controversiam est, totam eam regionem in confinio *Galliæ Germaniæque* sitam esse. Quod aliquoties nonnihil *Græcismi* meis scriptis admisceo, non solùm id facio doctorum pene omnium exemplo, sive veteres sive recentes expendas, sed etiam multò, ut opinor, moderatiùs cæteris, nunquam certè sine causa. Sunt quædam, quæ nisi *Græcè* dicantur, aut emphasis vim, aut allusionis jucunditatem, aut schematis gratiam perdunt. Quin incidunt interim, quæ nolim protinus à quovis intelligi. Et haud scio an expediat passim aliquid aspergi sermonis *Græcanici*, quo magis omnes compellantur etiam ad linguæ, multis modis necessariæ, cognitionem. Etenim si par esse judicas ideo me in totum abstinere à *Græcis*, quòd sint à quibus non intelligar, eâdem operâ vetabis, nè *Latinè* scribam, quòd plurimi sint qui *Latinè* nesciunt: & tamen non inficior esse locum, ubi charitas se demittit ad captum simplicium, verùm iis quatenus sit indulgendum, non est hujus temporis persequi. Semper illis est admitendum, ut ad meliora proficiant. Porrò complures esse vehementer infensos nobis nostrisque studiis, etiam si tu non scripsisses, tamen quotidianis rumoribus abundè discimus. Neque enim isthic solùm, verumetiam passim in omnibus pene oppidis, atque hic denique *Lovanii* tui ordinis sodales, & horum symmachi *Carmelitæ*, tam stolidè debacchantur apud imperitam multitudinem in optimas literas, nonnunquam & in nomen *Erasmi*, ut me sanè pudeat referre, quæ illos non pudet dicere. Atque hæc imputarem privatæ stoliditati paucorum, nisi id tam passim facerent, ut ex composito facere videantur, tam impunè, ut patrium plebisque consensu geri sit verisimile. Nam si non pudet evomere tam insulsas nenias, tam vanas, tam atrocia convicia in his concionibus, quæ doctrinæ Evangelicæ dicatæ sunt, quid censes illos effutire apud stultas mulierculas, apud deliros senes, apud supestitiosos idiotas, apud simplices adolescentulos, quibus gravis est & oraculi instar istorum autoritas. Atq; utinam mi *Petre*, contingat omnib', quod tibi scribis usu venisse. Id non tam meâ propriè referret, quàm publicè vestri ordinis, cui tales fabulæ non levem concitant invidiam, ut nè commemorem interim, quod & populum detractionis labe inficiunt, quâ non alia hues capitalior, & sacri sermonis elevant autoritatem. Bene habet, quòd, uti scribis, jam victus es, expugnatus es, transformatus es. At mecum interim quàm belle agitur, in cujus immerentis famam, ut est conjectandum, digna atque indigna loquutus es. Qui religionem absolutam profiteritur, hoc diligentiùs oportet à linguæ virulentia temperare, quòd hac ratione, ut facillimum est lædere, ita difficillimum est mederi: & tamen ferè videmus, qui piaculum esse ducunt vesci carnibus, aut aliter cingi, morbum hunc longè sceleratissimum pro ludo habent. Sunt hic duo vestri sodalitii, alter Theologus, alter Theologiæ candidatus, quos si velim ulcisci, non aliâ viâ magis conveniat, quàm mandando literis, quæ illi mirè sibi placentes, quotidie vociferantur in nomen & studia mea, in quibus nihil omnino sapiunt. Est & *Carmelita* quidam Theologus Coryphæus, quem nunquam sui pudet, cum quotidie videat se publicè rideri ab omnibus. Jam quemadmodmodum magnopere faveo gloriæ *Dorpii* mei, quem ob eximias ingenii, doctrinæ, facundiæque dotes, nè tum quidem odisse poteram, cum à malis choragis adversum me subornaretur: ita non video quid illinc mihi debeatur laudis, nisi fortasse quod olim adolescentem hortatus sum ad meliora studia, & lucubrationibus meis vel incenderim nonnihil illius studia vel adjuverim. Aut ego fallor, aut illi succedet, quod nos parum feliciter conati sumus. Bene vale, meque tuis precibus *Christo* commenda. *Lovanii* Calend. Octob. Anno millesimo quingentesimo vicesimo.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER DECIMUSQUARTUS.

Laurentio Campegio Card. Eraſ. Rot. S.D.

Epiſt. 1. DEcretum erat hyemare *Romæ*, cum aliis de cauſis, tum ut locis nonnullis Pontificiæ bibliothecæ præſidiis uterer, apud nos enim ſacrorum voluminum *Græcorum* magna penuria. Nam *Aldina* officina nobis præter profanos autores adhuc non ita multum dedit. Sed hi crebri Regum congreſſus, à quibus meâ referebat non prorſum abeſſe, nos hîc remorati ſunt. Itaque quod nunc non licuit, *Chriſto* favente in proximum annum moliemur. Mihi libebit vel totum hoc ætatis, quod ſuperi volent ſupereſſe, *Romæ* peragere: ubi bonis ſtudiis non ſolùm tranquillitas eſt, verum etiam honos. Hæc regio tametſi miteſcit indies: tamen nondum omninò exuere poteſt ſylveſtre ingenium. Et habet antiqua barbaries pertinaciſſimos ſuæ factionis propugnatores. Ac meâ ſententiâ peccatur utrinque. Qui favent melioribus ſtudiis, malunt ut hoſtes irrumpere, quàm ut hoſpites paulatim in ſocietatem & amicitiam coaleſcere; malunt veteres colonos ſuis finibus depellere, quàm commutatis utrinque bonis, utriſque conſulere. Contra, qui ſibi ſtultiſſimè perſuaſerunt ſe bonam exiſtimationis ſuæ partem amiſſuros apud populum, niſi fundituſ extinxerint eas literas, quas ipſis nec didiciſſe contigit, nec vacat diſcere, tam virulentis, tam ſtolidis conviciis in eas debacchantur publicè, privatim, etiam in ſacris concionibus: ut me pudeat recenſere, quæ illos non pudet apud promiſcuam multitudinem deſignare, in linguas, in bonas literas, quas tanti faciunt, tum optimi quique Principes, tum ipſe *Leo* ſummus antiſtes non religionis modò, ſed & eorum ſtudiorum, quibus intelligit, *Chriſtianam* philoſophiam, vel illuſtrari, vel propagari, vel conſtabiliri. Atque hæc agunt devotis animis conjurati, & quod eſt ſceleratius, ad rē execrandam abutentes ſacris concionibus: quas magis refert ad publicos mores puras eſſe, quàm ſacroſanctam Synaxim. Siquidem hanc qui indignè tractat, uni ſibi pernicioſus eſt. Cæterùm qui loci autoritate, qui populi docilis credulitate, non ad *Chriſti* gloriam, ſed ad ſuos affectus abutitur, & multorum animos divinæ doctrinæ pabulum expectantes, fraudat & inficit ſuo veneno, & ſacræ concionis elevat autoritatem. At iſti non contenti in optimas literas digna atque indigna dicere, ſæpenumero non verentur è ſacro ſuggeſto famam eorum inceſſere, quorum induſtriâ putant hæc ſtudia provehi: inter quos cum primis ponunt *Eraſmum*, qui ſi negem me favere politioribus literis, planè mentiar: Sed tamen ita faveo, ut velim eas ſervire gloriæ *Chriſti*. Hujus fabulæ præcipui ſunt actores quidam è ſodalitate S. *Dominici*: qui ordo ut multos & olim habuit, & nunc quoque habet viros eruditione pietatéque præſtantes: ita mirum videri non debet, ſi in tot hominū milibus exiſtant illorum multum diſſimiles. Hi alicui nonnullis ex eorū grege, qui ſe neſcio quare *Semelitas* appellant, me ſibi fingunt hoſtē, cum nemo magis faveat veræ religioni. Veneror & exoſculor *Chriſtianā* pietatē, in quocunq; cultu, in quocunq; pallio ſeſe protulerit veris indiciis, ſive pullo, ſive candido, ſive liveo, ſive laneo, ſive fuſco ſit amictu. Quòd ſi quando per occaſionē aliquid dicam in vicia monachorū, non magis quām eſt meum veri, quàm ordo ſacerdotum commoveatur, quoties aliquis præſcribens boni ſacerdotis imaginem, oſtendit quantum ab hac abſit ſacerdotum vulgus, aut Principes, quoties illorum vitia notantur. Atqui ſi cui ordini parcendum eſt, omnis parcendum erat Sacerdotali, quem ipſe *Chriſtus* inſtituit, & cujus ipſe pars fuit. Parcendum erat majeſtati Principum, quæ ſæpius irrita, gravem perniciem excitat mortalibus. Atqui ego totum mihi placet, nullum omninò ordinem ſeditioſiùs lædere, ità nimium ſibi tribui putans, qui cum ſibi nihil non permittant in alios, plus etiam ac publicitùs mentientes in famam alienam, eáque vertentes in hæreſes, aut certiſſimè calumniantes, quæ nec intelligunt, nec putiantur ordinem ſuum nominari, niſi cum horum præfatione: & totus *Dominicalium* ordo conjurat in eum, qui inter amiculos queratur ſibi fuiſſe ablatam pecuniam, aut conſtupratam uxorem ab ejus ordinis ſodali. Divus *Hieronymus*, quot locis depingit vicia monachorum ipſe monachus? Quis ſatyrico ſale defricat monachorum ac virginum vitam? & tamen huic non ſuccenſet *Paula*, non ſuccenſet *Euſtochium*. Neque mihi tamen unquam ſumo, quod ſibi ſumit *Hieronymus*. Nullum ordinem inceſſo, nullius nomen perſtringo, cum ſi frequenter à meo nomine non temperent. Tantum locis aliquot demonſtro, quibus in rebus ſita ſit vera religio: nec uſquam attingo ea dedecora, quæ vulgo narrantur à multis, non ſine pudore eorum qui verè favent illorum inſtituto. Hic igitur eſt fons ac ſeminarium hujus totius ttagœdiæ, immedicabile odium linguarum, ac bonarum literarum. At ſubinde variantur ſcenæ, variantur hiſtriones & perſonæ: ſed tamen eadem agitur fabula. Hinc illa tempeſtas in *Joannem Reuchlinum*, & fidei defendendæ prætextus cum revera nihil aliud quàm uni ſtomacho vindicta peteretur. Cum res nondum ſatis ex animi ſententia ſuccederet, & podiſſent, malis ut videtur avibus ſcripta quædam *Martini Lutheri*: ſtatim iſtis crevit animus exiſtimantibus ſibi telum eſſe porrectum, quo ſimul & linguas & literas politiores, & *Reuchlinum*, & *Eraſmum* confoderent. Non dico hunc animum ſuiſſe

Ty-

Theologis omnibus, sed hoc fuisse consilium primis illis hujus fabulæ autoribus, vel illud testatur, quòd aliquot ejus farinæ, mox passim velut ex composito dato signo miris modis vociferari cœperunt in optima studia, *Lutherani* nominis, quod quam odiosissimum reddere conabantur, communi invidiâ dergravantes, clamantes ex his literis nasci hæreses, schismata, Antichristos, quæ videmus plurimum & decoris & præsidii religioni nostræ contulisse: quod & Brevibus suis fatetur *Leo* summus Pontifex; & si literis suis non testaretur tamen ipsâ re testificatur, nullos magis ornans fortunis atque honoribus, quàm viros harum literarum peritiâ præstantes. Porrò cum me non fugeret, quorsum illi tenderent, nimirum ut res naturâ disjunctas uno fasce involverent, & dictis ac scriptis, privatim ac publicè testatus sum, nihil esse commune *Reuchlino* cum causa *Lutheri*, nihil mihi cum utroque, nisi quod plusculum erat cum *Reuchlino*, cui cum mihi unum aut alterum intercesserat colloquium, & commune studium provehendi linguas, ac bonas literas, & ex hujus libris olim nonnihil dedici, cum *Lutherus* mihi, nè de facie quidem unquam sit notus, nec eo progressus sit in linguarum aut peritioris literaturæ peritiâ, ut hujus causa quiquam pertineat ad eorum studiorum fautores. Hæc opinor non ignorabant isti: sed quærebatur ansa quâ privatim odium summ possent ulcisci. Ea quoniam non data est, ægrè ferunt: & nihil non comminiscuntur, quo me apud ignaros rei, vel in odium, vel in suspicionem adducant. Primùm una altera præfatio *Lutheri* libris admixta, paulo *Latinior*, satis erat illis argumenti, *Lutherum* meâ operâ adjutum fuisse in conscribendis suis libellis, in quibus nè apiculus quidem est meus. Quasi verò desint *Vuitenbergæ*, qui possint *Latinè* scribere: nè quid dicam de reliqua *Germania*. Hic ipsi sciunt me nihil confingere, & multa silentio præterire, nè quos offendam nimis irritabiles. Sub hæc prodiit epistola quædam ad *Lutherum* mea: mox altera ad Cardinalem *Moguntinum*, utraque typis excusa. Quâ quidem in re non queo satis admirari consilium quorundam qui statim evulgârunt, quod ego cerâ obsignatum scripseram uni legendum. Unde mihi suspicio est id factum inimicorum operâ, undique captantium unde possint lædere. Nam ea quam scripseram Card. *Moguntino*, prius excusa circumferebatur vulgo, quàm obsignata ad illius manus perveniret. Prior illa primùm inter episcopos & aulicos hic circumferebatur: quæ videlicet planè convinceret *Erasmum Lutheranæ* doctrinæ fautorem esse. Deinde *Romano* etiam Pontifici delatam ex *Hieronymi Aleandri* literis colloquióque cognovi: cum ea magis declarat me non favere scriptis *Lutheri*: nisi quis perperâ interpretetur omnia. Ex universis *Lutheri* libris non perlegi duodecim pagellas, atq; eas etiam carptim: & tamen ex his degustatis veriùs quàm lectis, videbar mihi deprehendere dotes naturæ rarias, & ingenium pulchrè accommodum ad explicandum juxta veterem morè arcanas literas, ad suscitandũ Euangelicæ doctrinæ scintillam: à quâ & publici mores orbis, & scholæ nimium jam indulgentes argutis magis quàm necessariis quæstiunculis, vehemẽter prolapsæ videbãtur. Audiebã eximios viros probatæ doctrinæ probatæque religionis sibi gratulari, quod in hujus viri libros incidissent. Videbam ut quisque esset integerrimis moribus, & Euangelicæ puritati proximus, ita minimè infensum *Luthero*. Porrò vita prædicabatur, & ab iis qui doctrinam non ferebant. Cæterùm de spiritu viri, de quo solus Deus potest certò judicare, malui, sicut par est, in bonam partem esse propensus quàm in malam. Postremò mundus veluti jam pertæsus hujus doctrinæ nimium urgentis ad humanas vel commentatiunculas, vel constitutiunculas, sitire videbatur vivum illum, ac purissimum laticem ex Euangelicis & Apostolicis haustum venis. Ad hoc præstandum mihi videbatur ille, & naturâ compositus, & accensus studio. Sic igitur favi *Luthero*, bonis illius favi quæ in illo vel videbam, vel esse credebam. Imò non illi favi, sed gloriæ *Christi*. Et tamẽ in eodem videbam, quæ mihi nonnullam solicitudinem, ac suspicionem incurrerent. Proinde cum ille me suis literis ultrò provocaret, statim arreptâ occasione, diligenter admonui, quid ab illo vitari vellem, ut correctum ac purgatum illius ingenium, magno cum fructu, magnaque cum gloria simul ac lucro *Christi*, instauraret nobis philosophiam Euangelicam jam penè frigescentem. Quod si præstitisset, non dubitarem fore, quin hujus propositi *Leonem* ipsum haberet in primis fautorem, cui nihil arbitror esse antiquius, quàm *Christi*, cujus vices interim gerit, gloriam, & gregis concrediti salutem. Vide quæso, an hæc sit epistola, *Luthero* faventis: si quid ille scripsit adversus doctrinam aut pietatem *Christianam*. Quoniam in illius scriptis mox offenderat nescio quid sævum & austerum, nec satis referens mansuetudinem spiritus Euangelici, admonui ut ad exemplum *Christi*, & apostolorum cum omni mansuetudine doceret ea quæ ad ad veram pietatem attinent. Id quo majore cum fructu posset, admonui ut parceret *Romano* Pontifici: cujus autoritatem expedit haberi sacrosanctam, parceret Principum celsitudini, qui conviciis attacti, aut intempestivius admoniti, non solùm non redduntur meliores, sed exacerbati pernicioſas aliquoties excitant tempestates, sitque ut & monitori sua pereat autoritas, interim & vita, & monito suus fructus. Si quidem ut veritati nunquam fas est adversari: ita celare nonnunquam expedit in loco. Semper autem plurimum refert, quàm in tempore, quàm commodè & attemperatè eam proferas. Quædam inter se fatentur Theologi, quæ vulgo non expediat efferri. Et sæpe sanat admonitio tempestiva, blanda ac civilis, quos perderet sæva & intempestiva objurgatio. Non enim hîc adducam, quod *Plato* perspexisse videtur, multitudinem promiscuam, & imperitam, non posse contineri in officio, nisi nonnunquam fuco doloque bono fallatur. Sed ea res ut virum integrum desiderat, ita desiderat egregiè prudentem. Admonui, nè scholas aut ordines omninò contemneret, sed civiliter admoneret, quid mutari vellet: ut in his quæ longo usu magis, quàm recto judicio recepta sunt, densis ac solidis argumentis uteretur potius, quàm asseverationibus. Et quoniam non ignorabam ingenium *Germanicum*, neque nescirem eum quorundam scriptis immodicè mordacibus irritari, admonui, nè convicium convicio regereret: sed aut in totum negligeret, aut argumentis responderet: à maledictis omninò temperaret. Ad hæc quoniam verebar nè tanta libertas, exiret in tumultum, admonui, nè quid arroganter aut factiosè vel diceret vel faceret. Postremò excuteret animum ipse suum: de quo meum non esset judicare, nè quid esset corruptus

ruptus arâ, aut odio, aut inani gloriâ, quæ mediis etiam pietatis officiis solet insidiari. Quod qui his obnoxius esset affectibus, non videatur idoneus præco Philosophiæ *Christianæ*. Obsecro quid hic omissum est, de quo fuerat admonendus *Lutherus*? Hæc cum syncero & amico scripserim animo: tamen non defuerunt apud *Germanos*, qui hanc epistolam *Luthero* impingerent, velut illius doctrinæ fugillatricem, quâ altera pars calumniatus ut a fautore scriptam. At quosdam hoc ipsum malè habebat, quòd homini responderim. Quasi vero mihi vicio vertendum sit, etiam si *Sultus* literis provocatus, illi respondissem: præsertim cum ille nihil de suis dogmatis mihi communicaret. Alios malè habebat, quod tam civiliter respondissem. Sed isti non animadvertunt, quàm suo quisque ingenio blandiatur, quàm amara per se res sit admoneri. *Lutherus* mihi nec de facie notus erat, ut nec adhuc est, librorũ illius nihil attigerã præter paucas pagellas. Res nondum erat progressa in hanc contentionem: tantum à paucis reclamabatur, quos omnes suspicabantur suum agere negotium. Flagitabatur disputatio, flagitabantur judices. Et quâ fronte ego primùm ignotus, deinde nullâ præditus autoritate, deinde nimis quàm tenuiter doctus, sumpsissem in illum supercilium censorium: aut quæ spes fuisset illum laturum me, aut qui fructus expectari poterat, nisi ut hominis silum tandem in me acuerim objurgando? Hoc ipsum parum civile, ultrò admonere non confurlentem. Nec eram ignarus quanto plus soleamus proficere civili blandáq; admonitione, quàm objurgatione sævâ. Non mihi sumo tantum ingenii, tantum eruditionis, ut ausim de aliena fide pronunciare, ni planè quis repugnet articulis recepctissimis. Quid alii sibi sumant, ipsi viderint. Sunt qui me negent aliud esse quàm grammaticum. An ego nihil aliud sim, in præsentia non disputo: illud extra controversiam est, illos aliud esse. Sed ad rem. An isti tulissent grammaticum de hæresi pronunciantem? Quod si maximè suppetisset eruditio, non poteram illius libros refellere, nisi semel atque iterum perlectos, nisi excussis locis autorum, unde hausérat sua dogmata. Et hausit pleraque ex veteribus, quos si nominatim ubique citâsset, bonam invidiæ partem defugisset. At mihi vix erat ocium mea legendi, & si quid ocii supereſſet, malim, ut ingenuè dicam, veteribus evolvendis impendere. Jam cum & eruditi multi, & scholæ etiam hanc provinciam sibi capesserent refellendi *Lutherum*, quæ fuisset impudentia, memet ingerere transversum, aliisque & judicandi autoritatem, & victoriæ gloriam præripere? Cæterùm quos illud offendit, quod post præscriptam docendi formam adjeci, *Hæc non admoneo, ut facias, sed ut quod facis, perpetuo facias*: mihi videntur admodum imperiti rhetoricæ civilitatis, quâ mitigare solemus admonitionis austeritatem. Quis enim non novit hæc schemata? Sed ego jamdudum memorem moneo, doctum doceo, & sus *Minervam*. Nimirum jam imaginabar illum suâ sponte facere, quod ab illo fieri volebam. Alioqui si nihil in eo displicuisset, stultum erat tot verbis aliam scribendi formam præscribere. Et isti sic interpretantur: Scribe seditiosè, scribe hæreticè. Et tamen si maximè talis fuisset *Lutherus*, nè potuit quidem hoc dictum aliter intelligi, quàm juxta formam præscriptam. Jam & illud perversè interpretantur, quòd addiderim, & hic & apud Anglos esse, qui libris illius faveret, quasi volu animare ad audaciã: cum potius hoc eg hortarer ad moderati circumspectiũq quo magis satis faceret bonorum viro & ea scriberet, eáq; moderatione scribe orum & eruditorum favorem perpetuum rum. Sic athletis propositis favoribus ad mum, non ut negligentius certent, sed rem favori respondeant. Nec interim madvertunt quidam, quod in eadem epi stem duplex argumentum alterum de cl in bonas literas, & harum professores, a vociferationibus in *Lutherum*. In prior ac palàm ab illis dissentio; in posteriore judicem facio, nec adversarium, nec tantùm admoneo quid velim à *Lu* Jam in epistola ad Card. *Moguntinum* ago quàm nè per vim opprimatur, caus nitã: nè ea fenestra aperiretur quibus nandi, quod non refellunt, & haud scio an intelligant? Et tamen in eadem ingen mihi quædam in *Luthero* displicere. Ha vebam, *Lutherum* ut nollem illum dedi libidini, qui quovis prætextu tendebat vertendas bonas literas: sed tamen no bam, quin divinorum voluminum testi vinci, quin argumentis refelli vellem, si re retur. Generosa ingenia doceri cupiunt, non ferunt. Docere Theologorum est, cogere tyrannorum est. Ita favebam *Luthero*, rigi mallem, quàm perdi; revocari, quàm si quid erraret. Et errant quotquot hactenus pserunt, si modò Canonicas scripturas Hoc animo puto & hodie Theologos omnes bos favere *Luthero*. Imò hoc animo victor ipsum esse *Leonem* Pont. Maximum. Amavit bros & ingenium *Tertulliani Cyprianum*, in dogmatibus non consensit. Amavit *Origenis* ingen *Hieronymus*, à damnatis opinionibus absti *chonis* libris & ingenio videtur delectatus *Augustinus*, procul interim abhorrens ab illius fidem. Nec tamen hæc velim esse fraudi *Luthero*. de illo in neutram partem pronuncio, sed hæc judices. Vt mea laudatio nihil illum juberet: ita nolim illum gravari, si quid secus de illo sen Tantùm ostendere volui, quantum absim ab quod mihi impingunt. Primus illius libellos spectos habui, nè quid tum ultrùs gigneretur. Primo obstiti, nè *Basileæ* cuderentur, & obstiti non ter, primum oratione minisque præsens, mox absens literis. Et crebro & diligenter admoni per literas, nunc per amicos, quid ab illo vitari vellem, idque feci tantâ libertate, ut amicorum epistolis admonerer, nè talia passim loquens quæ scriberem, plurimorum *Germanorum* animos ei alienarem: cum horum nihil facerent Theologi qui se credebant fortiter adversari *Luthero*. Nemo fraternè monebat hominem, nemo docebat, nemo docebat nemo refellebat. Tantùm vociferabantur, exortum novum hæreticum, qui doceret, non esse necesse confiteri omnia communia capitalia. Mox venturum *Antichristum*. De quo nunquam pronunciavi, modum impetendi duntaxat improbabam, ut præproperum, ut indecorum, ut inclementem, ut inutilem. An contemnit favet parricidio, qui nolit parricidii reum damnari, nisi cognitâ causâ? An hosti favet, qui monet

qui

quo pacto possit hostis opprimi minimè dispendio militum, imò qui modus tentandum, an hostis sine *Martio* aleæ possit ad deditionem adigi? Si bene consulit Reipub. qui mavult hostem servari quàm perire, quâ fronte reprehenditur, qui idem velit à Theologis fieri? Et hæc loquor, fingens interim quod mihi non constabat, *Lutherũ* erroris esse magistrum. Sit tamen sic admonni, quid mihi videretur optimum factu, ut nihilo secius liberum aliis facerem, suo uti consilio, si magis probaretur. Videbam hoc ulcus non sine periculo sangi apud plebem promiscuam, in qua plurimi sunt, quos onus confitendi male habet, nullum libentius excussuros, si sensissent Theologum ac probatæ vitæ virum, in hac esse sententia. Et tamen incertum est etiamnum, an in scriptis suis hoc senserit *Lutherus*. Deinde quid aliud quam nobilitabant ejus libros ejusmodi clamoribus, ante paucis notos, & eos irritabant ad legendum, qui nunquam alioqui fuerant lecturi? magna enim utilitate bibliopolarum: qui tanto feliciùs distrahebant suos codices, quanto isti vociferabantur impotentius. Atque interim nec populum docebant, nec *Lutherum*. Unde doctoris titulo gloriantur, nisi ut doceant? Qualis qualis erat *Lutherus*, certè humanius erat sanare, quàm extinguere. Olim proconvictis etiam maleficis intercedebat episcoporum autoritas. Tantum abesse debent ecclesiastici viri à perdendi libidine. *Augustinus* pro *Donatistis*, qui haud scio, pernicioſiores nè fuerint hæretici, an sæviores latrones, quos sciebat insidiari suo capiti, apud Imperiales præfectos intercedebat, ne sævirent in illorum corpora. Nimirum vir optimus eos resipiscere cupiebat, perire nolebat. Superesse volebat, qui possent resipiscere, & superesse volebat etiam suo periculo. Olim audiebatur hæreticus, etiam cum reverentia, id quod ex *Augustini* libris palam est, & tamen tum temporis hæretici convicti, & in errore persistentis, pœna nihil aliud erat, quàm semotio à communione orthodoxorum. Nunc nulla proscriptio sævior est, quàm hæresis crimen. Et tamen nihil facilius habent in ore isti, nescio qui, qui munus episcoporum sibi vendicant, quorum aliquot scio his esse moribus, ut mihi nè pilo quidem viderer melior, si suâ sententiâ me pronuntiarent orthodoxum, ut ingenuè quod sentio dicam. Laudatur sapientum quorundam consilium, qui sceleratissimis etiam ignoſci cupiebant, quod negarent perpendendum quid illis esset dignum, quorum factis nullum satis dignum supplicium excogitari poterat, sed quid postularet dignitas *Romani* nominis, quid suaderet utilitas publica. *Paulus* ubique parcit pseudapostolis, nè provocati graviùs etiam læderent teneram adhuc, ac recentem Euangelicam doctrinam. Quanto minus conveniebat sic ilicò sævire in eum, cujus vita prædicabatur ab omnibus, cujus scriptis tot egregii proceres, tot eruditi, tot pii delectabantur? Quod si *Lutherus* talis fuisset, qualem illi videri volebant, nullum poterat dari consilium, quod magis & gravaret illum, & Theologorum victoriam illustraret. Illi totum *Lutherum* cupiebant extinctum. Quod si hominis vel error, vel pertinacia merebatur extrema remedia, quæ tandem tentatis omnibus adhiberi solent membris deploratis, nimirum hac ratione totus *Lutherus* aboleri poterat, si prius exemptus fuisset ex animis hominum, mox etiam è bibliothecis, idque citra tumultum orbis *Christiani*. Ex animis eximi poterat, si dogmata illius solidis argumentis, ac divinæ scripturæ testimoniis refellissent ii, quos & eruditio non vulgaris commendabat, quósque spectata vitæ integritas vindicabat à suspicione corruptelæ. Gravis est, ut esse debet, apud omnes *Christianos Romani* Pontificis autoritas, sed ea quo plus habet ponderis, hoc magis circumspiciendum, nè privatis affectibus quorundam nimis indulgeat, hoc minus illi sunt contemnenda doctorum ac piorum hominum tacita judicia, Siquidem illud non verebor in genere dicere, Nullos magis officere Pontificiæ dignitati, quàm qui illi vel stultè favent, vel corruptè. Quis enim nescit *Romano* Pontifici esse, quo vel perdat, vel terreat quos velit? Sed quod unquam fuit Imperium tam instructum, quod solus metus reddiderit diuturnum? Ipse Deus amari quoque vult, non solùm timeri. Proinde ut dicere cœperam, quo gravior est ac latiùs patens Pontificis autoritas, quo res est atrocior, hoc erat meâ sententiâ lentiùs ac moderatiùs agendum. Hoc si solus suasissem, non eram, opinor, reprehendendus. Nunc hac parte video mecum sentire, si qui sunt cordati, non hic solùm, verumetiam *Romæ*, non tantum apud profanos, verumetiam apud Theologos, atque adeo apud ipsos *Dominicales*. Ex his quibus damnatus *Lutherus* placet, sic damnatus non placet. Non enim hic excutiam quales sint, per quos potissimùm agitur hoc negotium, non referam pro damnatis *Lutheri* dogmatis, quasita nobis inferane, fortassis ut mitæ sunt res mortalium, longè tutiora, sed si quis pietatis Euangelicæ negotium spectet, non paulò pernicioſiora, quæ nec ii ferunt Theologi, qui alioqui *Lutherum* omnii machinarum genere adoriuntur. Hoc igitur meum consilium hactenus modò favit *Luthero*, nè præter meritum, nè præter jus, nè per tumultum, nè magno orbis tumultu opprimeretur. At multò magis favere videbatur dignitati *Romani* Pontificis, autoritati ordinis Theologici: cujus judicia oportet esse gravissima, & mores quàm maximè sedatos, & ab omni suspicione stultitiæ, invidentiæ, avaritiæ, ambitionis, odii, adulationis, cæterarúmque cupiditatum, quæ nobis judicium adimunt, remotos. Ut nemo minus favet *Romano* Pontifici, quàm qui favet imprudenter, qui favet corruptè: ita nemo magis officit nomini Theologico, quàm qui hoc agunt, ut Theologos faciant, vel adulatores vel tyrannos. *Moses* non dubitavit sequi consilium *Jethro* soceri, & mihi pro fideli consilio indignantur, cui tamen per me liberum erat non parere. Si verum audire cupimus, sit cuique liberum suam dicere sententiam, sit venia vel malè consulenti, modò id fiat animo sedulo. Quod si huic præmium est mitra, illi magnum malum, quæ spes est cognoscendæ veritatis? Ex tot Academiis duæ duntaxat damnârat aliquot *Lutheri* paradoxa. Nec hæ prorsus inter se consentiunt, imò nec alterius Theologi inter sese prorsus consentiunt. Expectabatur sententia *Parisiensis* Academiæ, quæ semper in re Theologica non aliter principem tenuit locum, quàm *Romana* sedes *Christiana* religionis principatum. Cum hujus expectaretur judicium, an mihi fraudi esse oportuit, etiam si favissem quibusdam *Lutheri* dogmatis? Nunc nihil unquam illius tutatus sum, etiam cum liceret, tantum illorum

rum præcipitatum ac tumultuosum judicium improbavi, qui displicuerunt & iis, qui *Lutheri* adversabantur. O novum *Lutheranum*, primus *Lutheri* libros hactenus certè damnavi quod viderentur spectare tumultum, à quo ego semper & constanter abhorrui. primus obstiti, ne lucubrationes illius ederentur, penè solus omnium illius libros non legi, solus nihil unquam illis sum conatus defendere, nè inter pocula quidem, ubi quod effutitur, in vino scribi solet. Semper hortatus sum, ut qui possent disputarent adversus *Lutherum*, scriberent adversus *Lutherum*. Id ubi *Lovanii* cœptum est, constanti vultu probavi, quod utinam non fecissent præposterè. Exiit duarum Academiarum præjudicium adversus *Lutherum*. Prodiit Bulla terrifica *Romani* Pontificis titulo. Exulti sunt codices. Clamatum est apud populum. Res odiosius agi vix potuit. Bulla visa est omnibus inclementior, quam pro lenitate *Leonis* nostri, & tamen hujus sævitiæ non parum additum est ab his, qui rem exequebantur. Nullus interim vidit *Erasmum*, aut inquietum, aut solito tristiorem. Quæ *Sylvester Prierias* scripserat adversus *Lutherum*, à nemine hactenus audivi probari, vel ex eorum numero, quibus *Lutherus* est invisissimus. *Augustinus* Minorita minus etiam placuit quàm *Sylvester*. De *Thoma Rodagino*, quoniam degustavi duntaxat, nihil interea dicã. Unus erat *Lovanii* vir, Scholasticæ Theologiæ non vulgariter eruditus, nec veteris illius rudis, nomine *Joannes Turenholtius*, is publicè multis diebus disputavit adversus aliquot axiomata *Lutheri*, & disputavit ut Theologum decuit absque conviciis. Idem scripsit super hoc argumento libellum, nec dubito quin eâ moderatione scripserit, quâ disputavit. Nemo vehementiùs adnisus est, ut is libellus publicaretur, quàm ego. Hæc nimirũ ageret, qui *Lutheri* faveret erroribus? Quid mihi necessitudinis cum *Luthero*? aut quid ab illo sperem præmiorum, ut ab eo stare velim adversus doctrinam Evangelicam? aut adversus ecclesiam *Romanam*, quam opinor à Catholica non dissentire? aut adversus Pontificem *Romanum* totius ecclesiæ Principem, qui nec episcopo meo peculiari velim adversari? Non sum tam impius, ut dissentiam ab ecclesia catholica, non sum tam ingratus, ut dissentiam è *Leone*, cujus & favorem, & indulgentiam in me non vulgarem sum expertus. Postremò non sum tam imprudens, ut obsistam ei, cui nec Regibus tutum est obsistere, etiam si illius causa mihi parum probaretur, præsertim cum nulla spes esset boni fructûs. Si corrupti mores *Romanæ* curiæ postulant ingens aliquod ac præsens remedium, certè meum aut mei similium non est hanc provinciam sibi sumere. Malo hunc, qualis qualis est, rerum humanarum statum, quàm novos excitari tumultus, qui sæpenumero vergunt in diversum, atque purabatur. Qui mare admittunt in novas lacunas, sæpe falluntur, quod semel admissum, non eà fertur, cùà destinârat admissor, sed quò lubuit prorupit sese, magno malo finitimorum. Ego sciens nec fui nec ero magister erroris, nec ullius tumultus vel dux, vel comes sum futurus. Affectent alii martyrium, ego me non arbitror hoc honore dignũ. Scio me quibusdã invisum, non quod *Lutheranus* sim, nam hoc ipsum indignantur, quod *Lutheranus* non sim, sed iis qui nullis placent nisi stultis mulierculis, idiotis, & superstitiosis. Nec prorsus aliis displicet *Erasmus* nisi quibus displicent bonæ literæ, & Eras[illegible] tas, hoc est, quos alit, ac ditat populi [illegible] pluribus ad te scripsi, ut si qui forte sunt [illegible] me vocant in suspicionem, nè quid co[illegible] istorum calumniis, illud certissimum [illegible] persuasissimum, *Erasmum* & fuisse semper [illegible] per futurum *Romanæ* sedis, cui scio me [illegible] minimus obligatissimum, cum primis [illegible] habitutum pro adversario, qui quis illi [illegible] Atque utinam *Germani* maluissent prud[illegible] quam rationem excogitare, negotium hoc [illegible] ranum, & ex dignitate *Romani* Pontifi[illegible] publica tranquillitate componendi, qu[illegible] cibus ac seditiosis libellis, ulcus hoc per [illegible] trox exasperare. Multorum gravium [illegible] tum judicio, videbatur res feliciorem [illegible] bituras, si per graves, doctos ac sedatos viros [illegible] re moderatione, minore sævitiâ fuisset [illegible] si *Leo* Papa maluisset, hac in re suam [illegible] ram, cum aliorum affectibus indulgere. [illegible] cunctis res cœpta est precor, ut *Christus* [illegible] maximus det exitum felicem omnibus [illegible] osum, *Leoni* splendidum & honorificum [illegible] gloriæ pro mea virili nunquam sum d[illegible] quid tamen hæ valebunt literæ. Bene vale [illegible] ni Natali sancti *Nicolai*, Anno millesimo [illegible] gentesimo vicesimo.

Erasmus Roterod. Godofredo Rhodi[illegible] grio S. D.

VT serius ad tua scripta respondeam, [illegible] charissime, turbã me literis atque [illegible] bellis interpellantium feci, nè quam in[illegible] tis, aut fastidii suspicionem de me co[illegible] ris mihi meos labores, qui utinam aut [illegible] essent orbi, aut tam felices autori, quam [illegible] rosi. Sed quàm mihi displicui in tuo spec[illegible] tuum mihi placuit ingenium. Neque [illegible] minus vidi, quàm meipsum, ac libenti[illegible] ciem contemplatus sum, quàm meam. [illegible] genium sanum ac felix, sobrium, nihil [illegible] eptiæ, placuit candor ac modestia, placu[illegible] nec affectatione molesta, nec inanibus [illegible] dundans. Jam illud etiã vehementer [illegible] tus, te in carmine quo vix aliud legibus [illegible] tam commodè quod sentis eloqui, [illegible] cum argumentum tractes & jejunum & [illegible] num. Nihil hand scio an hoc consilio [illegible] lem & infelicem materiam, quo major [illegible] nii tui gloria, qui potueris elephantum e [illegible] cere. Nam illud mihi displicuit, quod [illegible] & immodicis laudibus, nihil aliud [illegible] *Erasmum*. Quanquã hoc jam adeo [illegible] neri poetico, ut ceu jure præscriptionis id [illegible] cere videantur. Quòd nisi fortuna tam [illegible] sem, ut nemo possit à me ullum sperare [illegible] fortassis existerent qui suâ suspicione [illegible] gravarent, quàm me: te qui me laudibus [illegible] me qui laudibus hujusmodi delectarer. Quo [illegible] gis miseret me tui, qui tantum laboris absque [illegible] ctu susceperis, quandoquidem nè illud quidem [illegible] tiæ redditurum est à me, quod invicem [illegible] stant ac referunt jumenta, mutuum scabentia. [illegible] tamen nihil omninò rependam officii pro tam [illegible] candido animi tui in me studio, consulo, [illegible] posthac bonas horas in melioribus libris [illegible] ces, nec unquam in manus sumere velis. [illegible] narum

mentia, nisi quum nihil est bonorum voluminum: ad hæc si quando voles exercere stilum & exercere venam ingenii tui, deliges argumentum felicius. Vale mi *Rhode*, tam habiturus *Erasmum* favente, quàm tu de bonis literis bene mereberis. *Lovanii*, Anno M.D.XX.

Erasmus Roterod. Thomæ Linacro S. D.

NOn sine magno animi dolore audio ex amicis, valetudinem tibi factam incommodiorem: homini me hercle digno cum primis, quem nec senectus attingat unquam, nec morbus ullus. Sed quando hac lege nascimur omnes, nec sunt ullo pacto exorabiles *Parcæ*, eniteudum est, ut quà licet etiam à fatis ipsi nobis simus superstites. Porrò ut æquioribus animis cedunt è rebus humanis parentes, qui viderint liberos suos ad aliquem vitæ statum evectos: ita nonnihil est editis vigiliis nostris, interim ceu prægustare, quid posteritas de nobis sit judicatura. At tu si mihi permittis, ut liberè tecum agam, sine fine premis tuas omnium eruditissimas lucubrationes, ut periculum sit, nè pro cæpto modestóque crudelis habearis, qui studia hujus seculi tam lentâ torqueas expectatione tuorum laborum, ac tam diu fraudes desideratissimo fructu tuorum voluminũ. Fortassè terret te nostrum exemplum, sed etiam atq; etiam vide, dum studiosiùs vitas nostram culpam, in diversum deflectas. De me quicquid tibi audes polliceri, scito semper fore promptissimum. Bene vale vir optime, idémque doctissime. *Brugis*, Natali divi *Bartholomæi*. Anno M.D.XXI.

Erasmus Rot. Thomæ Lupseto S. D.

VT acerbus mihi fuit rumor de morbo tuo, mi *Lupsete*, ita vehementer gaudeo te nobis revivisce re. *Colati* nostri vitam Epistolâ complexus sum, si parum graphicè videbitur expressus, tibi partim imputabitur, qui me parum ad plenum instruxeris viri coloribus, quod quidè nemo te meliùs poterat. Porrò quod ad ejus viri formam veluti quæ præscriptum vitam instituis, non possum non vehementer probare, modò delectum adhibeas. Probum quidem exemplar tibi proponis, sed in optimis præcipua sunt imitanda, nec ea tamen nisi accõmoda. Nec enim omnibus omnia congruunt. In illo præcipuum erat, quod syncerum *Christi* philosophiam è purissimis Euangeliorum haustam fontibus gratis impartiit populo: ut non absque numine videatur illi contigisse gentilis cognomen. Siquidem *Colcheth Hebræis* dicitur *concionator*, quem *Græci* vocant *ecclesiasten*. Eam ad rem si te toto studio contuleris, aut ego planè fallor, aut *Colete* non inferior evades. Cæterùm quod illius exemplo tibi cœnis in totum interdicis, equidem non approbo, nec in illo probabam. Quod si sentis corpori tuo pro vigore ætatis frenis opus esse, meâ sententiâ feliciùs hoc præstabit moderatus usus cibi potúsque, quàm multa perpetuáque inedia. Bona continentiæ pars est, certo animo velle continere: huic si accesserit vehemens & assiduum studium sacrarum literarum, non erit opus carnificinâ jejuniorum, quæ fortassè premunt luxuriem juuentutis, sed ita premunt, ut senectuti tradant invalidam, atque ita coercent copotis calorem, ut lædant animi vigorem. Optimæ matri tuæ precor *Mercurium* dextrum ac propitium, quæ cum tot monstris linguacissimis sola depugnat suâ linguâ: Quod si mihi hic decem essent illi similes propugnatrices, liceret in utramvis dormire aurem. Profectò unam arbitror dignam quæ reipublicæ sat. Optimo patri multam ex me salutem dicito. Cura ut quàm optimè valeas charissime *Lupsete*. Saluta *Guilhelmos* duos patri candore præditos, *Gonellum* & *Dancastrum*. Præterea *Gerardum* quondam *Colati* œconomum. *Brugis* decimo Calend. Septemb. Anno M.D.XX.

Beatissimo Patri Leoni ejus nominis decimo Erasmus Roterodamus S. D.

TAmetsi non metuebam, beatissime pater, nè tua bonitas impelli posset ad lædendũ insontem, aut tua prudentia temere crederet improborũ calumniis: tamen quoniam eam video tot negotiis ex toto undiq; orbe inundantibus pulsari, simúlq; considero inaudicam quorundã improbitatẽ, qui conjurarũt in bonas literas, nasq; nam cessare, nihil non audere, nullũ non movere lapidẽ, arbitratus sum nõnihil meâ referre, hac veluti antidoto præmonire sanctitatẽ tuã, oculatissimã quidem illam, sed pariter occupatissimam. Esse video, qui quo magis cõmunicent factionẽ suam, conati sunt causam bonarũ literarum causam *Reuchlini*, meamq; causam cum *Lutheri* causa conjungere, cum his nihil sit inter se cõmune. Atq; id semper tum oratione, tum scriptis editis testatus sum. *Lutherum* non novi, nec libros illius unquam legi, nisi fortè decem aut duodecim pagellas, easque carptim. Ex his quæ tum degustavi, visus est mihi probè compositus ad mysticas literas veterum more explanandas, quando nostra hæc ætas immodicè indulgebat argutiis magis quàm necessariis quæstionibus. Bonis igitur illius favi, non malis, imò gloriæ *Christi* in illo favi. Ferme primus omnium odoratus sum periculum esse, nè res exiret in tumultum, à quo sic abhorrui semper ut nemo magis. Proinde minùs etiam egi cum *Joanne Frobenio* Typographo, nè quid operum illius excuderet. Scripsi tum crebrò, tum diligenter amicis, admonerent hominem, ut in scriptis meminisset *Christiana* mansuetudinis, serviretque semper ecclesiæ tranquillitati. Et cum ipse prior ad me scripsisset ante annos duos, amanter admonui, quid illum vellem evitare, cui consilio utinam ille paruisset. Eam Epistolam audio delatam ad tuam Beatitudinem, in odium opinor mei, cum magis favorem mæ sanctitatis mihi conciliare debuerit. Quid enim illic omitto, cujus non illum admoneam? Civiliter quidem id facio, sed ita citiùs proficitur, quàm asperitate, & ignoto scribebam. Posteaquam formam ac ceu regulam homini præscripseram, nè quid offenderet admonitionis libertas, subjicio: *Hæc scribo, non ut te admoneam quid facias, sed ut quod facis, perpetuò facias*, videlicet imaginans illum jam sponte sua facere, quod illum facere volebam. Quod si mihi placuisset ea scribendi ratio, quâ prius utebatur *Lutherus*, quid opus erat illi toc verbis novam formam præscribere? Et tamen hunc locum scio quosdam impudenter ad calumniam detorsisse, sed magis illud quod adjeceram, hîc esse plures illi faventes. Id sanè verè scripseram. Bonis illius hic favebant plurimi, non aliter quàm

ego

ego favebam. Hoc illum scire volui, non ut his fretus pergeret seditiosè scribere, sed ut, ad formam à me præscriptã moderaretur stilum, si vellet horum favorem esse perpetuum. Nomen Episcopi *Leodiensis* quomodo admixtum sit demiror apud *Lyssienses*, cui nescio quo consilio epistolam arcanam evulgarunt, cum *Basileæ* non fuerit additum. Illud verissimum est, illi nihil prorsus unquam fuisse rei cum *Luthero*, nihil magis quàm mihi. Quod si maximè nomen fuisset additum, non alio sensu fuisset additum, quam modò fuit interpretatus. Eam epistolam scripsimus fermè ante biennium, & res nondum ad hanc acerbitatem processerat, & ad disputationem erat provocatum. Si quisquam vel inter oculà audivit me *Lutheri* dogmata tuentem, non recusem vocari *Lutheranus*. At non impetii meo stilo hominem. Primum refellere non poteram, nisi prius semel atque iterum attente legissem. Ad id mihi non erat ocium, plus satis occupato meis studiis. Deinde videbam rem esse supra modulum eruditionis & ingenii mei. Ad hæc nolebam Academiis in hoc occupatis, suam præripere gloriam. Postremo metui tot potentium virorum odium in me provocare, præsertim cum nemo mandasset hanc provinciam. Quare si quid isthic me calumnientur bonarum literarum hostes, in tua prudentia, meáque innocentiâ mihi certum est præsidium. Non sum tam demens, ut contra summum *Christi* vicarium ausim quicquam, qui ne peculiari quidem episcopo meo velim adversari. Non sum tam ingratus, ut tuæ in me plus quàm paternæ indulgentiæ non respondere laborem. Hoc meum quale cunque est ingeniolum, *Christi* gloriæ, gregíque *Christiani* tranquillitati serviet. Qui squis erit hujus adversarius, is & meus erit. *Luthero* nè tum quidem patrocinabar, cum utcunq; liberum esset favere. Tantum impetendi modum improbabam, non *Luthero* consulens, sed autoritati Theologorum. Videbam rem ex odio linguarum ac bonarum, ut vocant, literarum natam. Videbam acerbis odiis, & seditiosis apud populum clamoribus rem geri, quibus nihil aliud efficiebant, quàm ut nobilitarent opera *Lutheri*, & vulgus hominum ad aviditatem legendi provocarent. Si prius refelliſſent *Lutherum*, & animis hominum exemissent, deinde libros exussissent, totum *Lutherum* citra tumultum orbis abolere poterant, siquidem id merebatur quod isti prædicant. Libera ac generosa ingenia doceri gaudent, cogi nolent. Hoc consilium pro Theologis adversus *Lutherum* faciebat, nisi quidam perperam interpretarentur. Decreveram hyemare *Romæ*, consulturus in locis aliquot bibliothecam tuæ sanctitatis. Sed hi Principum congressus me remorati sunt, in proximam hyemem spero me adsuturum. *S. T.* incolumem tueatur *Christus* optimus maximus. *Lovanii* Id. Septemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo.

Erasmus Roterodamus Ioanni Shcudelino Literatori Memingiensi S. D.

Epist. 6. GAbriel *Stendelinus* homo mihi multis nominibus charus, facilè effecit, ut boni consulerem quod ignotus me tuis literis interpellaris. Plus ille potuit apud *Erasmum*, nimirum ut, occupatissimus licèt, si non rescriberet, certè resalutaret eum à quo sic esset ad amicitiam [illegible] tus. Quod istic, ut ais, tantum tribuis [illegible] brationibus, si vera prædicas, gaudeo [illegible] lias bonis aliquot addere calcar ad [illegible] melioris, posteaquam adeo multos ad [illegible] provocârunt. Tu fac, mi *Joannes*, ut [illegible] cumbas in provinciam quâ hactenus [illegible] laude diceris obiise. Neque perinde [illegible] digladiari cum veteris insciticiæ *Hyperas*[pistis] ut rudi docilique ætati melioris eruditi[onis] nuæque pietatis seminarium infundas. [illegible] pes non admittunt sana consilia, si ecc[lesia] ceres autoramenta mundi præferunt [illegible] miis, si Theologi monachiq; jam dim[idia] matã Synagogam non possunt relinqu[ere] lus à consuetis non potest avelli, sup[erest] hæc una via, quæ spem bonam faci[at] mundus aliquando sese referat ad fr[ugem] rem, si vim in novum in utres novos [illegible] merget olim hæc feges, ac vel citra ec[clesiam] primet hos non minus indoctos, qui[dem] Rectè instituendis pueris, & in lucem [illegible] terum scriptis paulatim evanesceret [illegible] giosa religio, & illiterata ditera. Hæ [illegible] sare, ac bene vale. *Anderlaci* pridie [illegible] tembr. Anno millesimo quingentesimo primo.

Erasmus Roterodamus Guilielmo [illegible] Archiepiscopo Cantuar. S. D.

VBi cognovissem Card. *Ebor.* *Bra*[illegible] *sare* congressurum, eò me contuli, [illegible] plures amicos illic & viderem & co[illegible] quibus mihi nihil in vita, neq; chariu[s illegible] cius. Bona quædam spes habebat ani[mum] adsuturum & episcopum *Roffensem*, sed Librum quem Rex *Angliæ* scripsit a[dversus] *Lutherum*, vidi tantùm, nondum accepi, [illegible] sæpe promisit Card. *Eboracensis*. Id [illegible] negligentiâ factum, cui datum erat hoc [illegible] um. Quis non exoscularetur ejusmodi Pri[ncipem] mum, qui sic & ornet nostra studia, & [illegible] defendat? Olim summa pietas erat, si Reg[es] tutati fuissent tranquillitatem *Christi*[anam] ingenio calamóq; propugnat, satis decl[arat] præstaturus sit, si res arma postulaverint. [illegible] fore, ut hoc pulcherrimum exemplum, [illegible] Principes studeant æmulari. Ac tandé [illegible] debit sacerdotes ac monachos nihil scire [illegible] literarũ, posteaquam viderint tantũ Princip[es] his studiis eò progressum esse, ut libris [illegible] Catholicæ religioni patrocinetur. Ex Pro[cerum] præcipuè *Montjoii* narratione, certo persu[asum] beo, librum ipsius *Marte*, quod aiunt, [illegible] esse. Nec dubito quin illo felicissimo ingen[io] dignissimum, quod mirè valet, quocunque [illegible] tenderit. Quâ de re plura scribam, ubi [illegible] perlegero. Video tempestatẽ esse multo [illegible] sissimam, in qua mihi sentio cursum sic [illegible] randum, ut nec *Christi* negotiũ deseram, [illegible] adulando, nec me frustra in discrimen aliquod [illegible] jiciam. *Lutherus* veluti malum Eridis [illegible] mundum, cujus nullam ominò partem [illegible] batam video. Nemo non fatetur vehemen[ti] dam medicinâ fuisse opus Ecclesiæ nimium [illegible] lapsis moribus, sed video propemodum [illegible] re, ut pharmacum parum dextrè adhi[bitum] morbi

morbi vim exacerbarit, verius quam expulerit. Atque utinam verum esset, quod invictus *Danorum* Rex *Christianum* mihi simile quiddam dicenti respõdit, ludens opinor, levibus pharmacis nihil agi, sed illud esse remediorum efficacium, ut primum corpus omne concutiant. Ego certè nullum exitum video bonum, nisi *Christus* ipse nostra temeritatem bene vertat, quemadmodum ferunt *Minervam Athenienſium* ſuccuſſam bene formare ſolitam. Mihi cui ſemper placuit tranquillitas, non poteſt hic orbis tumultus non eſſe moleſtiſſimus. Accedit his, quod *Lutheri* negocium, tametſi longè ſemotum à bonis literis, tamen non mediocri invidiâ gravat noſtra ſtudia. Id caſu quodam ſic accidit, quod antequam *Lutherus* exoriretur, jamdudum acerrimum bellum eſſet cum hoc hominum genere, qui nunc potiſſimum oppugnant *Lutherum*. Hi ſunt monachi quidam ac Theologi jejunæ illi ac perturbatæ doctrinæ nimium tribuentes. Ac nunc quidem certatim omnes impetunt *Lutherum*, velut olim *Hectorem* jacentẽ *Graci*. Sed hæc *Scylla* nobis ita vitãda eſt, ut nè deferamur in *Charybdim*. Urgent quidam, ut nonnihil ſcribam in *Lutherum*. Ubi me extricâro ab his in quibus nunc mirè diſtringor, id autem fiet brevi, accingar ad legendos omnes *Lutheri* libros, & eorum qui ſcripſerunt adverſus hunc. Neque enim tenerè res eſt tentanda. Hoc facto, conabor efficere, ut nec Pontificis *Romani* dignitati, nec *Chriſtianæ* religionis tranquillitati videar defuiſſe pro mea quidem virili. Nos hic magnis ſtudiis apparamus bellum in *Gallos*. Pontifex totus in veteres amicos iritatus nobis ſeſe adjunxit. Et interim *Turca Hungariam* populatur armis. Precor, ut *Chriſtus* Opt. Max. ſervet amplitudinem tuam nobis incolumem. Reliqua cognoſces ex *Thoma Halſcio*, Epiſcopo *Elphinenſi*, quem ſemper expertus ſum ex animo mihi faventem. *Brugis* decimo Calend. Septemb. Anno M. D. XXI.

Eraſmus Roterodamus Richardo Pacæo S.D.

DE noſtris commentariis nihil audio mi *Pacæe*, quæ res gravius excruciat animum meum, quàm quum in litore *Dovarienſi* ſemel periret univerſa res pecuniaria. Cui debeam hanc imputare jacturam neſcio, certè tuo animo nec libet imputare, nec poſſum. Librum quem Regia majeſtas conſcripſit adverſus *Lutherum*, vidi tantùm in manibus *Marini* nuncii apoſtolici. Vehementer aveo legere. Nec enim dubito quin dignus ſit illo longè feliciſſimo ingenio, quod mirè valet, ubicunque ſeſe intenderit. Olim prodigioſæ pietatis habebatur, & divorum dignum Catalogo, ſi Princeps copiis & armis depuliſſet hoſtes à cervicibus *Chriſtianorum*. At *Henricus* octavus ingenio, calamóque propugnat pro *Chriſti* ſponſa, ſatis declarans, quid præſtaturus ſit, ſi res arma flagitârit. At interim quod nunc præſtat, ut meâ ſententiâ multò difficilius eſt, ita laudem ſolidiorem magisque propriam illi pariet. Nam bellicæ rei laudem fortuna partitur in multos, ſæpenumero multo maximam partem ſibi vendicans, hîc quoniam res omnis animi præſidiis geritur, quicquid laudis eſt, uni propriè debetur *Henrico*. Quot quot colimus aut amamus bonas literas, ingratiſſimi ſimus, ni tale ingenium veneremur atq; exoſculemur, quod miris modis ornat commendátque ſtudia noſtra. Porrò confido fore, ut hoc pulcherrimum planéque rariſſimum exemplar multos Principes provocet ad æmulationem. An non pudebit poſthac ſacerdotes, monachos, epiſcopos, nihil ſcire rei Theologicæ, quum viderint Regem tantum, juvenem, tot negociis diſtractum, eò progreſſum in cognitione ſacrarum literarum, ut libris editis periclitanti *Chriſtianæ* religioni patrocinetur? Nec addubito quin id aliquanto feliciùs illi ſucceſſerit, quàm nonnullis qui antehac in eodem ſtadio vires ſuas periclitati ſunt. Sed hæc de recentiora ſcribam, ubi librum devorâro, cujus legendi me mira quædam tenet aviditas. Nam Cardinalis *Eboracenſis* pollicitus eſt ſe facturum mihi copiam. Vehementer erat moleſtum, quod tu abeſſes ab hoc conſeratu. Id tuliſſem moderatius, ſi vel epiſtola nos invifiſſes. Memento mi *Pace*, in cujus locum ſucceſſeris, & quid nobis promiſeris. Expecto enim ut efficias, ne *Caletum* magnopere deſiderem. Tumásius etiam quiddam es pollicitus. Abundè ſatisfeceris & meis votis, & tuis promiſſis ſi per te licebit recipere nugas quas apud te depoſuimus *Ferrariæ*. Bene vale vir ornatiſſime. *Brugis* decimo Calend. Septemb. Anno M. D. XXI.

Marcus Laurinus Decanus apud ſanctum *Donatianum* hoſpes meus, tui amantiſſimus, rogavit ut ſuis verbis tibi multam ſalutem aſcriberem.

Eraſmus Roterod. Henrico Gruingio Decano Embricenſi S. D.

BRevis Epiſtola tua, paucis me non pauca docuit. In primis virum eſſe te melioris literaturæ non vulgariter peritum: Deinde ſingulari modeſtiâ atque humanitate præditum: Poſtremò bene volentem *Eraſmo*, quem admoneas tam amicè, neq; malè de ipſo ſentientem, qui tam ſimpliciter admoneas, nimirum intelligens eum multum abeſſe ab ingenio vulgarium hominum, quos offendere ſolet officium, quo vix aliud præſtari poteſt amicius. Quare poſthac nomen tuum mihi ſcribetur inter ſelectos amicos. De loco mutato planè tuæ ſubſcribo ſententiæ, & primo quoque tempore reſarcietur, non ſine honorifica tui mentione. Res agebatur per tumultum. Nec vacabat in tam vaſto mari hiſtoriarum excutere ſingula. Debeo tibi vir optime, plus etiam debiturus, ſi quod facis, facias frequenter. Bene vale. *Lovanii* Nonis Martiis, Anno M. D. XX. *Epiſt. 9.*

Eraſmus Roterod. Thomæ Cardinali Eboracenſi S. D.

TAnto itinere me contuleram *Caletium*, tot dies illic commoratus ſum, ut celſitudinis tuæ colloquio fruerer, verum hoc mihi inviderunt occupationes, quas tametſi ſemper ſcio eſſe maximas, tamen id temporis majores eſſe videbam, quàm ut auderem à prima ſalutatione, prolixiore colloquio interpellare. Pro ſingulari favore quo me hactenus proſecuta eſt tua benignitas, habeo gratiam, quanquam hoc officii non tam mihi præſtat, quàm bonis ſtudiis, quibus meæ deſudant vigiliæ. Cupiebam aliquo monumento teſtari animum & memorem & gratum, ſed hactenus voluntati noſtræ defuit commoditas. Et tamen interim qualicunque libello utcunque declaravi *Epiſt. 10.*

propensionem animi mei. Eum spero pro solita tua A
mansuetudine non aspernaberis. *Germania* velut
œstro percita fremit ac sævit in *Leum* sexcentis
libellis. Obsisto literis quantum possum. Negant
se unquam parcituros *Leo*, genti parcituros, atque
hactenus tantum mihi morem gesturos. Mihi con-
sultum videtur, ut *Leum* aliquo scripto placet *Ger-*
manos, quos odiosis in me conviciis irritavit. Ego
vicissim admitar, ut hujʼ tragœdiæ sit finis. Qui has
reddit *Christophorus Palæologus* Monachus est
montis *Sina*, vir probatorum hominum testimo- B
nio, claro genere natus, ac merè *Christianus*, atque
ut ipse ex familiari consuetudine comperi, probus,
modestus, nec infacetus. Cupit nonnihil nummo-
rum colligere, sublevando monasterio suo, quod
nimirum verè dictum experitur *Hesiodo*, *noxam*
esse malum vicinum. Adeo à *Sarracenis* finitimis
expilatur. Hic messis illi fuit admodum sterilis,
vel quia tenaciores sumus, vel quia vehementer
ubique frigere cœpit res indulgentiaria. Sperat ist-
hic fore aliquanto uberiorem. Nec dubito quin fu- C
tura sit, si tua celsitudo dextro nutu faverit. Et fa-
vebit uti spero, vel causæ piæ, vel homini probo.
Non enim ausim postulare, ut apud tantum Heroa,
hujus homunculi commendatio pondus ullum ha-
beat. Bene vale. *Antuerpiæ* septimo Idus August.
Anno M.D. XX.

Eras. Rot. Conrado Schutterani & Laurentio
Ethonis monasteriorum Abbatibus pro-
vinciæ Brisgaudiæ S. D. D

Epist. 11. ZAsius ille nihil facit novi, qui dum sic ubiq;
prædicat *Erasmum*, ut ex musca plusquã ele-
phantum faciat, non vobis solùm, verumetiam aliis
multis imponit, sed prius ipsi imposuit amor quidã
immodicus. Quanquã hac in parte prorsus ignorat
rerum mearũ statum. Nullus est mortaliũ, cui libẽ-
tiùs abstinet ab aulæ commercio, quã *Erasmus*. Et
illic valere non potest, nisi qui subinde suo fultus
choro, fabulæ partem agat. Ego nec factiones am- E
bire possum, nec ingerere memet, nec alium cubito
protrudere, nec ignorat vestra prudentia, qualis sit
aula Cæsaris, nimirum bellua capitum innumera-
bilium, adeo ut si mihi incidat aliquid negotii, ma-
lim jactura rei ocio meo consulere, quàm persequi.
Ascitus quidem sum in ordinem consiliariorũ, sed
ita, ut ne vocatus quidem adsim, tantum abest, ut
memet ingeram. Et tamen non gravabor causam
vestram pro viribus adjuvare, si se dederit occasio,
quanquã citra meam operam non dubito quin sit F
successura, nimirum justissima, apud Principem ju-
stissimum. Habet enim *Carolus* præter alias egre-
gias dotes, illud vel præcipuè dignũ Imperio, quod
æqui justiq; tenacissimus est, & falli quidem potest,
corrumpi verò non potest. Id eo magis cõfido fore,
quòd ut scribitis, jam vos cœperit illius clementiâ
tueri adversus violentiam illius qui vobis facessit
negotium. Bene valete Patres ac domini, cum pri-
mis colendi mihi, atq; observandi. *Lovanii* Calen.
Octobris, Anno millesimo quingentesimo deci- G
monono.

Erasmus Rot. Christophoro Hegendorfino
Lipsio S.D.

Epist. 12. TAm ego absum ab *Ulysse*, quem me facis in
literis tuis, quam tu procul abes à *Thersite*, cui

te confers. Doctrinæ laudem quam
usq; mihi tribuitis, toties jam frustra de
manitatis & candoris laudem libens
si per occupationes & fortunæ malig
dem præstare possem, quantum cupio.
volens cedo cuibuslibet, humanitatis
superor nonnunquam, necessitas est in
natura. Si *Philippus Melanchthon*
quid supereſt, nisi ut illi bene ominemur?
quod factum est, rescindi non potest.
igitur attinet nunc amicorum colligere
Quod isthic agit *Eccius*, hoc hic quidem
joribus etiam studiis. Sed hujus fabulæ
creveram esse spectator; sic, ut nec si bene
mihi laudis aliquid postulẽ, nec, si secus,
possim, fata viam invenient. Cæterum
Eccium schedis affixis ludunt, multi
displicet. Primum exemplum per
quod in quemvis ilicò possit recidere.
stultius, quàm eos provocare, quos non
ercere? Postremò quid minus decorum
nie, quibus præcipuam laudem ol
lica virtus, quàm anonymis libellis
rum interim suspicio multos grav
cum adversariorum causam reddat
rem. Ut armis rem gereres nisi cum
sitas, non est mei consilii: ita libe
nimis ineptum, nec satis viris digna
Magis illud ad rem pertinebat, circ
tionem aliquam, quâ sine tumultu
gotium posſit componi. Nunc *Luth*
vocat, qui etiam si malam causam habeat,
ego non judico, hẽ possint quidem oppri
terim bonas literas degravat invidia, i
brones hos immittit, vix tolerabiles,
res illis malè succedunt. Quis autem
entes victoria? Aut ego nihil video, aut
dunt quàm ad *Lutherum*. Musarum ac
gnatum properant. Non recusavero vide
nisi res ipsa mihi fidem arroget. Bene va
Idus Decemb. Anno millesimo quingen
vicesimo.

Erasmus N. Viro Præpotenti S.D.

VIr clarissime, celsitudinis tuæ literæ
fenderunt occupatissimos literarii
bus, & redditæ sunt per hominem pro
tum, cujus nullam faciebat mentionem
Et tamen viaticum erat illi à me sarcien
se prædicaveret à prædonibus alicubi
Has ob causas nunc brevius rescribo, brevi
caros scripturus copiosiùs. Si quid dabitur
si id te velle sensero. Librum jam ante
ses acceperam per duos *Bohemos*, tametsi
vacavit perlegere, ac de dissidio mihi
genter scripserat *Joannes Slechta*. Quæ
non mediocriter excruciavit animum meum,
semper faverim cum omni paci concordiæque
ter mortales omnes, si fieri possit, tum
inter *Christianos*. Quum enim Deus, juxta Pro-
phetæ testimonium, regnare gaudeat in laticibus
populi, cúmque videamus *Christiana* religionis
pomœria usqueadeo contracta in arctum, quo non
discrucietur animo, hoc ipsum quod superest, tot
opinionum morbis, tot morum corruptelis esse vi-
ciatum, tot sectis divisum atque distractum? Ego
super hac re nonnihil cum Cardinale *Campegio*, vi-

ro nec indocto, nec inhumano, cum apud nos esset, ac post cum nuncio quodam Pontificio. Uterque sat benignè respondit, bonam spem ostendens sarciendæ concordiæ. Mihi majorem etiam spem facit hujus *Leonis* nostri clemens ac pacis cupidissimum ingenium, si modò suo mallet uti ingenio, quàm quorundam affectibus obsecundare, qui nec illius dignitati meâ sententiâ consulunt, & publicam orbis utilitatem suis privatis commodis posthabent. Porrò quod à me ceu regulam quandam petis, cui scribis plus autoritatis fore apud tuos, quàm si *Romanus* Pontifex obvibret sua fulmina: me jamdudum abhorrentem à negotio, cui nec autoritate par sim, nec eruditione, magis etiam deterret. Et haud scio, an ullo queas argumento me magis alienare ab eo ad quod conaris invitare. Quis enim ego sum, ut de aliena fide pronunciem, aut decernam aliquid, præter id quod decrevit ac sequitur Ecclesia Catholica? Quod si mihi constaret perperam aliquid decretum esse ab ecclesia *Romana*, fortasse rogarem, aut reverenter admonerem, si daretur occasio, absit autem, ut mihi quicquam deerernendi fiduciam arrogem. Ego studiis meis nihil aliud conatus sum, quàm ut bonas literas penè sepultas apud nostrates excitarem, deinde ut mundum plus satis tribuentem *Judaicis* ceremoniis, ad veræ & Euangelicæ pietatis studium expergefacerem. Postremò, ut studia Theologiæ scholastica, nimium prolapsa ad inanium quæstiuncularum argutias, ad divinæ scripturæ fontes revocarem. Nihil unquam asseveravi, semperque fugi dogmatistæ personam, præsertim in iis, quæ jam essent inter articulos nostræ religionis recepta. Tametsi fateor quædam esse definita per Theologos quosdam, quæ, meâ quidem sententiâ, poterant absque jactura pietatis Euangelicæ relinqui in medio. Quod igitur præscribam, vir optime, non habeo, quod optem, habeo. Optarim enim primum istam omnem regionem sibi conjungi *Christianâ* concordiâ, deinde cum cæteris omnibus citra controversiam habere pacem ac societatem perfectam. Ac jam quidem, si non maxima, certè optima regni pars agnoscit publicam Ecclesiæ concordiam. Ad hæc, prodigiosam *Nicolaitarum* factionem, etiam vulgus isthic, ut audio, execratur. Supereſt sola *Pygardorum* factio reconcilianda. Ejus rei conficiendæ bonam video spem, si per vos, Pontificem, ac Principes aliquot, ad eruditos aliquot spectatæque integritatis viros, negotium hoc deferatur, exclusis ab hoc albo istis, qui nulli negotio sese non admiscent, cum longè aliud profiteantur, non quod illos oderim, si modò præstarent quod profitentur: sed ex his videmus passim existere, qui sic clamoribus, tumultibus & adulationibus agunt, ut ipsis videtur, Pontificis negotium, ut, meâ quidem sententiâ, nemo magis officiat Pontificis dignitati. Sic enim vociferantur, ut idioris etiam putentur insanire. Nec ulli magis affectibus populi commendârunt *Lutherum*, quàm qui odiosissimè vociferati sunt in *Lutherum*. Hi timent nescio quid, & ob id omnem movent lapidem, quo regnum suum stabiliant. Hos igitur ab hoc arbitrio velim omninò semoveri. Quod si res ageretur mansuetis ac moderatis rationibus, sperarim fore, ut & *Leo* Pontifex auferret laudem clementiæ pastoralis, & isti laudem vel fructum potius obedientiæ *Christianæ*. Nec enim ullo modo probandi sunt, qui *Romanum* Pontificem, vel exacerbant conviciis, vel oblatrationibus traducunt. Etenim si *Petrum* meritò objurgat eos, qui glorias, hoc est, viros publicâ potestate præditos aspernantur, etiam si sint ethnici: quanto minus impetendus est, cui primam autoritatem deferunt omnes fermè ecclesiæ? Neque enim jam disputo, unde illi delata sit hæc autoritas, certè quemadmodum olim multis presbyteris adhuc æqualibus unus eligebatur Episcopus, nè schisma nasceretur, ita nunc ex omnibus Episcopis expedit deligi unum Pontificem, non solùm ad excludenda dissidia, verùm etiam ad temperandam tyrannidem aliorum Episcoporum, si quis fortè suos opprimeret, ac Principum prophanorum. Neque verò nescio, quæ vulgo querelæ jactentur de sede *Romana*; sed quemadmodum inconsultum est statim credere, quod spargitur rumore populari: ita videtur iniquum quicquid *Roma* geritur, imputare *Romano* Pontifici. Multa geruntur illo inscio, nec enim unus potest omnia cognoscere, multa illo invito & reluctante. Atque ut nunc sunt res humanæ, si *Petrus* ipse *Roma* præsideret, cogeretur, opinor, ad quædam connivere, quæ nequaquam probaret in animo suo. Sed hæc utcunque habent, longè plus ageretur moderatis precibus, aut rationibus, aut blandis querelis: quàm obtrectationibus, aut scriptis amarulentis. Quòd si hoc merentur nostra commissa, ut mundus magno tumultu castigetur, & si necesse est ut veniant scandala, certe ego curabo, nè per me veniant. Me nullus habebit, neque magistrum erroris, neque docem tumultûs. Quod libri *Lutheri* apud vos habentur in manibus, uti scribis, non admodum doleo, si modo sic legantur ab istis, quemadmodum à me legi solent. Si quid inest boni, decerpo: si quid mali, transilio. Nec in præsentia dicam, quid de hoc viro sentiam. Tantum illud dicam, maximam hujus tragœdiæ partem, natam esse ex immoderata cupiditate quorundam Theologorum, maximè *Dominicanorum* & *Carmelitarum*, de quibus in præsentia me piget plura scribere. Unum illud dicam, si *Leo* sciret, quæ nos videmus & audimus, aut prorsus me fallit mea de illo opinio, aut haberet illis pro sua sedulitate non optimam gratiam. Cum *Luthero* mihi nihil intercedit, præter *Christianam* amicitiam. Quod uti verissimum est, ita sæpenumero sum testatus. Ego nec autor illi sum, nec patronus, nec actor, nec judex. Nec eadem scripsimus, opinor, nec eodem modo. De spiritu illius nolo, nec meum est ferre sententiam. Nec illius admodum multa legi, videlicet meis studiis abundè distentus. Nihil illius unquam nec impugnavi, nec defendi, tantùm alicubi in illo desideravi plusculum mansuetudinis Euangelicæ; nec tamen probavi sævitiam ac tumultum istorum, qui libris illius nondum lectis stultissimè vociferabantur apud populum, *asinum*, *grunem*, *stipitem*, *haereticum*, *antichristum*, *pestem orbis* identidem illum appellantes, cum interim nec docerent hominem meliora, nec refellerent: nec aliud effecerunt suo tumultu, quàm ut plures emerent, ac libentiùs legerêt *Lutheri* libros. Nunc Bullâ proditâ, quæ nec ipsa potuit animos populi à *Luthero* alienare, quanquam supra modum terribilis est, conjurati quidam fœdere icto inter pocula, semper illius nomen cum meo conjungunt in concionibus publicis, quo

videlicet me degravent invidiâ communi: quem ob id hostem judicant, quòd alicubi scripserim eos non rectè facere, qui sic argutiis *Scoticis* incumbunt, ut non attingant fontes divinæ sapientiæ; quòd aliquoties à *Thoma* dissentiam in annotationibus meis; quòd admonuerim adolescentes non esse pelliciendos ad vincula vitæ monasticæ, priusquam & sibi noti sint, & intelligant quid sit religio; quòd admonuerim veram pietatem non esse sitam in ceremoniis, sed in affectibus animi; quòd defendam bonas literas, quibus illi jam olim indixere bellum. Cum rogantur à concione, quid offenderint in libris meis hæreticum, respondent se non legisse, sed tamen periculum esse propter obscuram *latinitatem*. Hæc respondent iidem & Theologi & Monachi, & scurræ, & nonnunquam Episcopi. Per hujusmodi rabulas defenditur majestas Pontificia, fulcitur ecclesia. Sed populus passim incipit sapere, & ni melioribus rationibus rem agant, non video quid sint effecturi. Quod hortaris, ut *Luthero* me jungam, id facilè fiet, si illum videro in parte Catholicæ ecclesiæ. Non quod pronunciem illum ab hac alienum, neque enim meum est damnare quenquam. Domino suo stat ille aut cadit. Quòd si res deveniet ad extremum tumultum, ut utroque nutet ecclesiæ status, ego me interim in solida illa Petra figam, donec rebus pacatis liquebit ubi sit ecclesia, atque illic erit *Erasmus*, ubicunque erit Euangelica pax. Hæc habui vir eximie, quæ mihi in præsentia venerunt in mentem, ne qui tuas reddidit, omninò vacuus abiret. Epistola tua nec diem habuit nec annum ascriptum. Bene vale. *Lovanii* quinto Calend. Februarias. Anno M. D. XXI.

Erasmus Rot. Francisco Chiregatto S. D.

Epist. 14. ANimum istum tam candidum, tam propensum, & expositum, si non exoscaler, sim quovis *Geta* inhumanior. Fortassis paucis æquè dolet hic *Lutheri* tumultus, ac mihi, quem utinam aut initio potuissem excludere, aut nunc componere. Sed res tota, ut est nata malis initiis, per monachos quosdam suum agentes negotium, ita malis progressibus ad hanc usque rabiem deducta est. Impius sit, qui non faveat *Romani* Pontificis dignitati, sed utinam sciat ille quantum officiant illi stolidi quidam, qui sibi videntur eam pulchrè tueri. Crede mihi, si quid credis, nulla res magis commendavit *Lutherum* affectibus populi, quàm horum stolidi clamores apud populum. Et interim nullus illorum refellit *Lutherum* libris editis, quod ut facerent semper hortatus sum. Videbam enim unâ hac viâ *Lutherum* opprimi posse, si talis esset, qualem illi traducebant. Nam qui hactenus adversus *Lutherum* scripserunt, nec his satisfaciunt, qui *Luthero* pessimè volunt. Ac vide sceleratum consilium quorundam, quibus invisior sum ipso *Luthero*, non quòd illi faveam, id enim sciunt secus habere, sed quod faveam bonis literis, quibuscum illi jam olim belligerantur, sed quòd Theologos ad fontes revocarim, sed quòd admonuerim quibus in rebus sita sit vera religio. Cum Bulla prodisset, quæ jubet eos prædicare adversus *Lutherum*, inter pocula fecerunt hujusmodi decretum duo tréve πλωχοτύφλων, ut me cum *Luthero* traducerent apud populum. Hic est quidam ναυτικὸς, vir ingenio, cujus nomen mandetur literis, homo [illegible] naturâ fatuus, ac *Morycho* stultior, & communi carens, effrons, muliebri [illegible] linguæ, qui relictis rebus omnibus tantum [illegible] terat in *Erasmum*, nec unquam pudefit [illegible] fesci. Est alter candido pallio, sed ater [illegible] stolidus, ac furiosus, adeo morosus, ut toti [illegible] vis Academiæ. Hic cum publicaret Bullam, [illegible] ra dixit de me in concione, quam de *Lutheri* In publica lectione semper conjunxit nomen *Lutheri* cum meo: imò in quadam lectione *Lorum Stapulensem* perstrinxit. Cum enim dixisset nos non concordare, adjecit, *Nunquam*, inquit, *convenit inter hæreticos*. Hunc sequuti [illegible] è sodalitio *Dominicali*, tam scurriliter debacchati sunt in nomen meum apud populum, ut rem tumultum spectaret, etiam me dissimulante, [illegible] Academiæ proceres, quanquam alioqui mihi [illegible] admodum æqui, cogerentur illis imponere [illegible] lentium. Idem factum est *Antuerpiæ*. [illegible] erat Minorita quidam à suffragiis Episcopi *Tunacensis*, à vino lippus, qui totas horas [illegible] ravit apud populum in *Lutherum* & *Erasmum*, subinde nos bestias, asinos, grues, sues appellans, nec quicquam tamen refellens. Cum altera quadam concione palam dixisset in libris meis esse quædam hæretica, quidam è magistratu doctus adiit hominem, rogavit quid [illegible] libris meis tale. Vide quid hic respondeat [illegible] Episcopus. Non legi, inquit, si libros *Erasmi*, [illegible] legere Paraphrases, sed *latinitas* erat [illegible] Timeo igitur nè possit labi in aliquam [illegible] propter aliam *latinitatem*. Tales sunt [illegible] qui clamant in *Lutherum*, & qui, ut [illegible] tur, defendunt sedem *Romanam*, cujus [illegible] nemo non favebit, sed hos rabulas [illegible] rent cordati viri. Quos si nôsset Pontifex, [illegible] nos novimus, in nullos magis sævires quam istos. Utinam esset mihi tantum autoritatis apud Pontificem, quantum est syncerum animum studium erga illius dignitatem, dedissem consilium, & ipsi conducibilibus, & orbi salubria. Cum moribus ac terroribus fortassis hoc fiet, ut malum ad tempus prematur, sed mox majore pestis erupturum. His rationibus efficietur, non ut pauciores *Luthero* faveant, aut meliùs de *Romano* Pontifice sentiant, sed ut cautiùs dissimulent. Hactenus certè vidimus fieri, ut horum minis ac vociferationibus irritati, & acriùs faverint, qui antè frigidè favebant, & faveri cœperint, qui antè perum erant æqui. De me nihil est periculi. Nusquam ero neque magister erroris, neque [illegible] multûs. Et tamen vix credas, quibus modis [illegible] tatus sim, ut me vel paululum *Lutherum* [illegible] admiscerem, cujus si spem ullam facere [illegible] *Lutherana* res longè secus haberet. Sed abest [illegible] cogitatio ab animo *Erasmi*. Hactenus prædicavi quietem & concordiam, hactenus laboravi *Christo*. Et instat vitæ terminus, non relinquam insignia, nec amittam coronam: rabulas hos dedecoris [illegible] dinis sui, *Christo* judicandos relinquo, quanquam se magis lædunt quàm me, sic passim ab illis alienatur populus. Nunc edimus omnia opera *Augustini* castigata & scholiolis illustrata. Hoc confecto declarabo, quàm mihi displiceant homines seditiosi, quàm ex animo faveam sedi *Romanæ*, etiam si illa hujus vernicis favet

favore non eget. Cui hoc etiam favebunt impensiùs optimi quique, si illa synceris animis favebit gloriæ *Christi*. Nec enim aliis ornamentis oportet esse splendidum summum *Christi* vicarium, quàm quibus excelluit ipse *Christus*. Literas tuas accepi resignatas, caute fac igitur ut scribas. Proximâ hyeme videbis me *Romæ*, modò vita suppetat ac valetudo. Bene vale patrone optime. Episcopo *Vvigornien.* me commendabis diligenter. *Lovanii* Id. Septemb. Anno M.D.XX.

Thomas Morus Erasmo suo S. D.

TAmetsi mihi nunquam fuit obscurum *Erasme* omnium dulcissime, quanto intervallo judicium tuum antecellat meum: nunquam tamen illustrius inclaruit, quàm in hoc consilio, quod tibi *Leo*que suasimus, ut libellus ejus perpetuò premeretur: te censente contra, ut tum potius ederetur, dum expectabatur assiduè, ut aliquando posset ea finiri fabula, quàm sopita fama paulisper, post exiret tamen, nova suscitata tragœdia. Itaque perpulimus veriùs, quàm persuasimus, ut in ea pacta concederes, quæ quum tu te neges infregisse, *Leus* sanctè sese servâsse dejeret, interim tamen perpetuò ferè rumpebantur: per utrum verò, quando res me tam procul agente gerebatur, altero in alterum congerente regerentéque vicissim omnia, certo dijudicare non possum: dolere tantum cogor, illud consilium tantum apud utrumque valuisse, ut pax iniretur, quod valutùrum non erat ut servaretur. Maluissem enim tum libellum editum quum minus irritatis animis poterat edi mitius, quàm ut nunc demum adauctis odiis emitteretur acerbior. Prodiit enim, sed amarior aliquanto quàm vel sperâssem, vel in rem fuisset studiosorum, in quibus desideratur ea modestia, quam vel idiotas invicem non præbere pudescceret. At tibi certè mi *Erasme* convenit, si causas quas allegat habuit, non mirari, si amarulentiùs affectum suum tam insigniter offensus effuderit: sin elusus est aliqua figura veri, sic quoque convenit ignoscere. Neque enim nos quicquam segniùs credita movent quàm cognita. Non es vel admonendus, opinor, vel hortandus, ut exhibeatur abs te verè *Christiana* modestia, cujus labor in tota re uni desudat *Christo*, qui tibi solus ob oculos debet obversari: à quo solidiorem tanto referes gratiam, quanto magis hic referre mundus, neque ingratus curat, neque gratus potest. In cujus immensa commoda, quum tot incommoda perpessus sis, quum tot laboribus valetudinem detriveris, ut bona promoveres studia, tamen apud invidos, eósque tibi propemodum uni debentes, quicquid habent literarum, si quid habent bonarum, mala pro bonis referas, eo similior es *Christo*, quem non aliter possis imitari fideliùs, quàm si maledicta retalies benedictis, sicut incitâsti benefactis. Vale *Erasme* animo meo charissime.

Erasmus Roterodamus Thomæ Moro. S.

6. NOn ignorabam optime *More*, consilium istud vestrum, quantumlibet incommodum mihi, ab animo amantissimo proficisci, atque ideo non potui non boni consulere. Quanquam interim sedulò testatus sum vos *Leo* consulere non mihi. Perspectum erat hominis ingenium, hujusmodi tragœdiis natum. Satis ardebat sua sponte, & tamen habebat qui quotidie oleum adderent camino. Ac sæpenumero mecum admiratus sum, vobis non itidem animadversam *Lei* naturam, qui familiarius cum eo vixeritis. Nec unquam eam pacem accepi, imò cum pacificus ille *Pacem*, optimo quidem animo, sed consilio mihi parum felici, reversus è legatione *Germanica*, conaretur nos in gratiam redigere, pertinacissimè reclamavi, testificans eam pacem nullum alium fructum adferre, nisi quem ego maximè fugerem. Nec enim aliâ re magis offendi à *Leo*, quàm rumore libri adversum me scripti, quem ille cum fine fine jactaret, nunquam tamen ederet, paucis tantum juratis communicans, quo sic me vocaret in invidiam, ut interim nec me doceret quicquam, nec ipse posset refelli. Nec alia mea fuit oratio apud ipsum *Leum*, quàm fuerat apud *Pacem*. Sed quum perspicerem vobis concordi consilio sic esse decretum, malui non servire meis commodis, quàm pugnare cum animis vestris. Etenim quum nunc talis prodierit liber, ut iis etiam modis omnibus displiceat, qui hactenus illi favebant, ut hoc organo in meam perniciem abuterentur: quos ludos nobis præbuisset facer ille liber, qui per paucos juratos amicos & crassos Abbatulos circumferebatur, nec ostendebatur, nisi initiatis, quum hic in quo non ab uno adjutus est, tot ineptiis scateat? Cujus rei si libet facere periculum, confer hæc quæ edidit orbi, cum iis quæ scripsit selectis amicis. Sed hæc sera jam sunt. Cæterùm quòd hortaris, ut meminerim *Christiana* modestiæ, sanè memorem mones: etiam si non dubito futuros, qui modestiam hanc, vel ignaviam, vel formidinem, vel aliud quidvis interpretentur. Jamdudum aggressus sum illi respondere. Exiit operis aliqua pars, ea (ni fallor) docebit, me *Leum* magis vincere moderatione animi, quàm eruditione. Ut hic mundus mihi gratiam referat, nec anxiè postulo, nec admodum expecto. Verùm admiror quorúndam dementiam, qui posthabitis rebus omnibus, unum illud devotis animis agunt, ut quàm minimum fructûs è meis vigiliis ad studiosos perveniat. Atque hunc vitæ suæ fructum opimum esse ducunt, si commodis omnium obsistant. Bene vale cum tuis omnibus vir immortalitate dignissime. *Antuerpiæ* postridie Cal. Maias. Anno M. D. XX.

Eras. Rot. Ludovico Episc. Tornacensi S. D.

NÆ mihi magnopere felix fuit reverende Præsul illa mea ad *Petrum* amicum epistola, quæ quidem effecit, quod ego vix ausurus eram concipere votis, ut tua celsitudo literis humanissimè scriptis suum erga me studium testaretur, & singularem illam naturæ tuæ bonitatem, veræque pietatis studium jam multorum prædicatione mihi non incognitum, ceu vivâ quadam imagine repræsentaret. Suffraganeo tuo facilè ignoscerem quod alieno impulsu talia dixisset in famam meam apud populum, si vel levis esset injuria, vel eam gereret personam, cui venia deberetur. Nunc quid atrocius, quàm in populari, imò in sacra concione manifestis conviciis, atque adeo mendaciis, incessere famam hominis immerentis, imò benemerentis, & quo nihil apud *Epist.* 17.

Christianos detestabilius hæreseos crimen impingere? Atque hæc facit monachus, senex, Theologus, & Episcopus: denique tuas, hoc est laudatissimi Prælulis, vices gerens. Quis autem est scurra tam perfrictæ frontis, qui responsurus sit impudentius, quàm ille respondit rogatus quid offendisset in libris meis hæreticum? Non legi inquit libros *Erasmi*, Paraphases habebam in animo legere, sed visa est *latinitas* tam profunda, ut metus sit, nè in hæresim aliquam possem prolabi. Ita se purgabat magnificus ille Theologus apud hominem egregiè cordatum, neque vulgariter eruditum. Cæterùm quod autoritas tua literis admonuit hominem, nè posthac ita petulanter debacchetur in nomina eorum, qui bene merentur de sacris studiis, functus es tu quidem officio boni Præsulis, sed aliis magis istâ ratione consultum est, quàm mihi. Utinam Scorpius iste venenum, quod infixit auditorum simplicium animis, ad se posset retrahere. Ex amicorum literis didici, monachum quendam apud *Christianissimum Galliarum* Regem in concione magis etiam insaniisse: qui dixerit jam adventurum antichristum, cum extiterint quatuor præcursores, Minorita nescio quis in *Italia*, *Lutherus* in *Germania*, *Jacobus Faber* in *Gallia*, *Erasmus* in *Brabantia*. Hæc qui audent, nonne summos Principes, aut pro stupidis habent, qui nihil intelligant, & credant omnia: aut pro pessimis, qui virulentis mendaciis oblectentur: aut planè contemnunt? Sed tamen ad ista, quoniam pene quotidiana sunt, par est me jam pridem occalluisse: præsertim cum videam illos insanis tumultibus nihil aliud efficere, quàm ut stoliditatem suam cum pari insscitia malitiáque conjunctam, prodant orbi. Equidem an utilitatis aliquid attulerim sacris studiis nescio, certè conatus sum enixissimè: ut si videor indignus gloriâ, saltem his contumeliis dignus videri non possim. Argumentum operis, quod mihi suppeditat tua pietas, etiamsi maximè probaretur, tamen in præsentia non vacabat aggredi, in adornanda tertia Novi Testamenti editione, & recognoscendis divi *Augustini* libris, occupatissimo. Sed de hoc post consultabitur, cum se dabit ocium. Interim demiror tuam amplitudinem hoc è nostris lacunis petere, cum domi habeas uberrimum optimarum rerum fontem, *Jodocum Clitoveum*. Quod offers omne studium & officium tuum, nihil in præsentia peto, nisi ut pergas favere melioribus literis ac sacris studiis, & *Erasmum* inter tuos ascribas. Habebis cliëntulum & amantem, & minimè onerosum. Bene vale. Ex rure *Anderlaco* XV. Cal. Julias. Anno M. D. XXI.

Eras. Rot. Richardo Pacæo S. D.

Epist. 18. EX officina *Frobeniana* scribunt eruditi quidam *Polydori* proverbia majusculis formulis excudi, chartâ tã insigni, ut non aliud opus dignatus sit *Frobenius* majore vel honore vel curâ. Addet opus de rerum inventorib⁹, simili dignitate. Idq; facit hortatu, imò impulsu meo. Nam ille planè remiserat opus *Antuerpiam* per *Hieronymum* filium, nec ullis rationibus adduci potuit, ut aggrederetur. Exibit utrunque proximo mercatu *Francfordiensi* bonis avibus. Eat nunc *Polydorus*, & credat susurronibus, qui jactitant me invidere illius gloriæ. Intelligo *Morum* è consiliario Regis factum esse Thesaurarium, quod munus cum honorificum est, tum sa-

latii non pœnitendi. Ut video, tam felicium ... cedit aula, ut me illius misereat. Sed ... quod iterum sui videndi sicm aliquam ... mensem Augustum. Verùm illud mi ... malè cruciat, quod de commentariis ... nihil audio. Quæso nè quid te sumptus ... quo minus huc referantur: non fiet tuo ... reddetur impendium, vel ad assem. Si redeant ... secundus liber *Antibarbarorum*, cæterorum ... ram facilè patiar. Bene vale. Ex rure ... III. Id. Junias. Anno M.D. XXI.

Guilielmo Archiepiscopo Cantuarien. totius Anglia Primati Erasmus S. D.

DE animo in me tuo diligenter mihi ... *Zacharias Phrysius*, quondam ... scipulus meus, nunc cliens tuæ celsitudinis, ... probus, ac fidus, planéque dignus, quem ... gnitas ad majora provehat. Ab *Italo* ... torsimus pecuniam, nec sine negotio, nec ... spendio. Noluit aurum dare, sed stuferos, ... vix dedit, ac plerosque monetæ improbæ ... mam decimavit, pro centum florenis ... dedit nonaginta, pro quinquaginta ... quinque. Sic mihi deciduntur quindecim ... Non est negotiator, sed conciliator, quo ... minum non aliud scelestius. Ipse ... scabie *Gallica*, sub malo medico non sine ... culo. Vicarius illius eodem tenetur ... animi, tum corporis. Cum mala scabie ... fuit. Sed tamen per amicos avulsi pecuniæ ... Tuæ prudentiæ fuerit posthac dispicere ... committat pecuniam, nam hæc fuit ... cata. Primus ille æstus nos validissime ... cit, sed semel duntaxat. Nec adhuc ... tare aut medicis uti, ita distringor ... boribus. Aula Cæsarea solvit primam ... pro sex mensibus exactis, hoc lætum est ... Siquidem ingens favoris argumentum ... hæc dat aliquid præter verba. Nec ... veant in aula, sed præstat agere quod ago. ... tudo sit indies imbecillior, etiamsi ... decedit. Ingentes turbas excitavit *Lutherus*, ... video finem, nisi *Christus* nostram ... vertat, quemadmodum nostra solet *Moria* ... stulta consilia bene fortunare. Vellem *Lutherus* aut tacuisset quædam, aut aliter ... vereor nè sic vitemus hanc *Scyllam*, ut ... in *Charybdim* multò perniciosiorem. Si ... ventris aut tyrannidis suæ causâ nihil non ... res succedit, nihil superest, nisi ut scribam ... phium *Christo* nunquam revicturo. Actum ... scintilla charitatis evangelicæ, actum est de ... la lucis evangelicæ, actum de vena cœlestis ... niæ. Adeo turpiter isti adulantur Principi ... iis unde spes est commodi, cum summa ... *Christiana* veritatis. Ego sic rem omnem ... ut neque desim omninò bonis literis ... *Christi*, neque me seditionibus admiscem. ... get aliquid bonæ spei ab æquitate *Leonis* ... fore ut ille *Christi* gloriam habeat suæ ... vel potius, ut intelligat se tum demum fore ... ficem glorioſum, si nihil non conferat ... unius gloriam. Quod tam solicitè metuis nè ... mihi desit, agnosco paternum quendam ... me affectum. Sed non facilè premitur egestas ... didicit parvo contentus esse. Quanquam ...

sacras

satrapes quispiam mihi videor, alens duos equos curatiores quam sit ipse dominus, & duos famulos domino suo elegantiores. De sacerdotio quod pollicetur tua benignitas, vereor ne per harpyias non liceat. Tot enim adsunt isthic vultures, qui multis mensibus præsentiant cadaver futurum. Optarim occasionem dari, quâ liceat adhuc semel frui conspectu colloquioq; tuæ celsitudinis, & fortasse dabitur aliquando. Viam longiorem nec deprecor, si donet *Christus*, nec anxiè desidero. Tantum ætatis optarem accedere, ut & animum in te gratum posteritati queam testatum facere, & mortalium animos ad synceram *Christi* philosophiam magis etiam excitare. Hoc animo puto me majorem gratiam inituru apud *Iesum* Principem nostrum, quàm si ter divi *Petri* limina nudis pedibus perreptarem. Bene valeat tua sublimitas, cui cupio commendatissimus esse. *Antverpiæ* XXIV. die Maii, Anno M.D. XXI.

Iosuus Slechta Kostelechius Erasmo Roterodamo S. P. D.

REdditæ sunt mihi literæ tuæ tertio Idûs Septembris præter omnem spem: nam cum anno superiori literas meas per famulum bibliopolæ *Lypsenses*, qui *Pragæ* libros impressos vendundando agit, ad te dederam, pollicitus est mihi bonâ fide literas ipsas ad te usque per certum tabellarium, ubicunque locorum esses, missurum & responsum allaturum: quas cum sibi acceptâ ab eo fide tradidissem, & per hunc totum annum responsum abs te diu expectatum nullum accepissem, pro persuaso habui literas illas neutiquam ad te pervenisse, sed vel deperditas, vel ad aliquem in via detentas, vel ab aliquo interceptas esse. Tanto igitur tunc mihi gratiores & jucundiores fuerunt, quanto minus speratæ venerunt, & quidem à tali amico qualem ego nimirum inter charos & raros charissimum habeo. Gratulor autem inprimis prosperæ & integræ valetudini tuæ, cupióque ut æmuli tui de mortis tuæ commentitio genere diu sic verum loquantur, quemadmodum superiori & præsenti anno hic & apud vos fecerunt: utque ætatem annosi *Nestoris* vivendo non solùm adæques, verum etiam superes. Quòd te autem quidam ecclesiasticorum & potissimum ex monachis implacabili odio prosequuntur, & canino morsu nonnunquam clàm impetunt; istud apud me mirum non est, cum virtus vicio, & bonum malo semper contrarium sit: boni bonos, scelerati sceleratos amare, & simile simili amicum esse solet: morum namque similitudo (uti nôsti) benevolentiam gignit, dissimilitudo verò odium: si non aliquando vitam illorum hypocrisi ceu palliotectam, ut aliquis *Apelles*, ad amussim depinxisses, & antisilenos gnathonésque probatissimis argumentis demonstrâsses, si traditiones divinas posthabere & inventis humanis literæque interfectrici, & non spiritui adhærere non probavisses, amicus & frater charissimus esses. Nam cum veritas malè consciis auditu admodum molesta & amara est, nec aliud quàm (ut Comicus Poeta inquit) odium parit, inde hæ inimicitiæ & simultates ceu è quibusdam scatebris liventis animi erumpunt. Sed præstat talium fucatam & inefficacem amicitiam longè abjicere & contemnere, quàm ei veritate remotâ turpiter blandiri: certum est enim quod nullius vita sine aliqua reprehensione cucurrit. Innocuum tamen & absque aculeo stilum tuum esse quis ignorat? cum vitia sola notes, carpas & damnes, personis ubique parcas. Quis tibi igitur pro iis justè succensere poterit, nisi ille qui sibi malè consçius de se ista intelligere velit, & hac causa majore laude dignus es, quo animi sanctimoniam & vitæ synceritatem cum doctrina & sapientia conjunxisti, luce suâ aliis lucem afferens, legendóque, scribendo, declarando & instituendo fructus hactenus omnibus producens. Sed nolò de his plura scribere, nè videar eximias virtutes & doctrinam tuam vitamque innocuam orationemeâ sterili & jejunâ velle comprehendere & clariora reddere, cum hoc aliud nihil esset quàm soli lumen & mari aquas addere. Testamentum Novum, quod multorum autorum præclaris sententiis egregiè ac utilissimè locupetâsti, allatum mihi est cum nonnullis aliis opusculis tuis pridie Idûs Maii. Omnes enim libros tuos quoscunque scripsisti, & *Basileæ Ioanni Frobenio* viro docto, & in arte chalcographica *Dadaleo* ingenio prædito imprimendos dedisti, habeo, mirificéque lectione eorum delector, quibus etiam magna ex parte bibliothecam meam non solùm auctam, sed & ornatam reddidi. *Pragæ* quam viste nihil negotii habere cognoscam, libenter te tamen cum multis aliis qui videndi tui magno desiderio tenebantur & ipse vidissem convenissémque: sed cum id nunc partim occupationes tuæ plurimæ, partim verò studiorum perpetui & indefessi labores non patiantur, oportebit ut id in tempus aliud magis opportunum & idoneum seponamus, ubi te cum hic fieri non potuit alio loco & tempore concedente Domino conveniamus. Quod autem patria nostra in alias pergentibus regiones certo comitatu & conductoribus securitatis gratia indiget, mirari id amice charissime desines, si ab omni parte arduis & in altum surgentibus montibus vallatam, densissimisque sylvis ac proceris arboribus latè circumseptam cognosces, quales in sylva *Ercinia* sæpe multas videre potuisti: in qua frequentissimi grassatores delitescentes & aditus viarum obsidêtes sæpe multa damna viatorib' minus cautis, maximè verò mercatoribus inferunt, nonnullos verò non solùm rebus, sed & vitâ spoliant. Et quamvis ferè singulis mensibus ex vicinis urbibus & oppidis infinitos id genus latrones capiant, & vario suppliciorum & mortis genere disperdant, nunquam tamen tam pernicioſum & noxium seminarium & extirpari & radicitùs evelli potest: sed cum hi damnantur & delentur, protinus alii succedunt: haud secùs quàm fiebat circa *Hydram* illam *Herculeam*, cui adempta capita renascebantur. Scribis mihi postremò non sine certa admiratione, quod attinet ad dissidium illud fidei & religionis, quod à satis longinquo tempore in patria nostra subortum durat: quódque in tanto tempore nullus inveniatur neque ex ecclesiasticis, neque ex secularibus Principibus qui illud ad certam aliquam concordiam perduceret: causamque hujus non aliam quàm pecuniæ studium arbitraris. Quali ego opinioni tuæ absque ulla controversia subscribo. Quotus enim nunc quisque invenitur, sive summum Pontificem, sive Cardinales & Episcopos, sive alias ecclesiasticas personas, sive ipsos monachos spectes, qui non potius ambitioni & lucris pecu-

pecuniariis, quàm ſaluti animarum proximorum conſulant. Si Salvatoris noſtri vitam & doctrinam, quâ ipſos cohortatur & admonet, ut bona iſta temporaria caduca, fragilia. & nuſquam conſiſtentia contemnerent, religionémque, pietatem, charitatem, miſericordiam, & reliquas virtutes amplecterentur, audire & illi obtemperare vellent, certus ſum quod nulla eſſet tam remota & ſepoſita gens vel regio, nulla tam gravis & laboriosa via, ut non eam pro ſalute proximorum lætо & alacri animo ſuſciperent: ſicut facere ſolebat *Paulus* & cæteri Apoſtoli, quorum ſe iſti vicarios & ſucceſſores falſo tamen & inani titulo gloriantur. Forſan autem ab re non erit, ſi ibi & hoc obiter oſtendero, cum ſit inter noſtros tale in fide & religione diſſidium, ut cognoſcas quot & quâ variæ ſint diviſiones & cauſæ ipſius. Nam nè *Judæos* & *Epicureos*, qui animarum immortalitatem negant, ſimiliter & quoſdam *Nicolaitas* commemorem, ex iis enim omnibus non pauci apud nos inveniuntur, totus populus regni hujus & Marchionatus *Moraviæ* in tres ſectas diviſus eſt. Prima eſt eorum, qui *Romanum* Pontificem in omnibus ſequuntur & obſervant, verumque vicarium *Chriſti* recognoſcunt, quemadmodum faciunt *Germani*, & cæteræ nationes eidem ceu paſtori caulæ dominicæ adhærentes. Et ex iis eſt major pars procerum, magnatũ, & nobilium. Sunt & nonnullæ civitates regiæ cum monaſteriis, olim opulentis, nunc magna ex parte dirutis & deſpoliatis, variorum ordinum. Alia ſecta eſt illorum, qui Euchariſtiam ſub utraque ſpecie populo diſpenſant. Cui ex Proceribus pauci, ex nobilitate autem plurimi, civitates verò regiæ propè triginta adhærent. Hi ſacramenta eccleſiaſtica omnia tenent, ſimiliter ceremonias, ac ritus eccleſiæ non aliter quàm ipſi *Romani*: in ſolo autem uſu cõmunionis differunt, & quod in ſacrificiis ſacerdotes illorum epiſtolam & Evangelium linguâ domeſticâ canunt: & huic utrique conſuetudini pertinaciſſimè adhærent, aſſerentes ſe utrunque literis concilii *Baſilienſis* (quas vocant pactionis) confirmatum & approbatum habere. Ad quod cum aliquando decem magiſtros Theologos ſcholæ *Pragenſis*, juſſu Imperatoris *Sigiſmundi* tunc Regis *Bohemiæ* miſiſſent, & pro articulo illo de communione ſub utraque ſpecie cum Theologis concilii conflictati eſſent, oſtendiſſéntque communionem talem à *Chriſto* eſſe inſtitutam, & à *Paulo* apoſtolo *Corinthiis* traditam, ab omnibus deinde priſcis doctoribus tam *Græcis* quam *Latinis* ad annos circiter mille & ducentos inviolabiliter obſervatam. Quibus concilium ſingulis diligenter perſpectis, & ritè examinatis, conceſſit eis prædictum uſum & conſuetudinem communionis ante memoratæ: his tamen conditionibus, ut ſacerdotes illorum præſentes & futuri Euchariſtiam populo communi, ad hoc diſpoſito, ſub una, vel ſub utraque ſpecie, prout quiſque ex fide cuperet exhiberent, hac prius proteſtatione utriſque facta, Vos qui ſub una ſpecie communicaturi eſtis, non minus vos accipere credatis quàm ſub utraq; ſpecie: & qui ſub utraq; ſpecie cõmunicaturi eſſent, non magis eos accipere quàm eos qui ſub una ſpecie. In reliquis autem omnibus rebus eccleſiæ *Romanæ* ceremonias legitimas obſervare, & ſequi polliciti ſunt. Similiter Pontificem *Romanum* cum ſucceſſoribus ſuis pro veris vicariis *Chriſti* haberent & recognoſcerent, & dictis abſque omni repugnatione obtemperarent, ſucceſſoribus ſuis omnibus: quæ ſe omnia & ſingula facturos & opere completuros bona fide promiſerunt, quâ ab ipſis accepta compoſitione eis communionem ante memoratam literarum concilii, quas pactionis vocant. Sed erant hæc ab *Eugenio* ſummo Pontifice, qui tunc *Romanæ* præſidebat eccleſiæ, literis (quas vocant exhortatoriales) confirmanda & ratificanda, qui huic concilio imprimis autoritatem dederat. Poſtea verò mutatis certis decretis in eodem concilio contra ſe & futuros Pontifices concluſis & determinatis, abolevit & abrogavit omnia in eodem concilio concluſa & determinata: quâ cauſâ neque hæc quæ *Bohemis* in eodem concilio conceſſa & approbata fuerunt, literis ſuis approbare voluit, ſi videretur jam dictis decretis concilii annuere & dare. Quâ cauſâ neque hoc ab aliis Pontificibus *Romanis* hactenus obtinere potuerunt, cui cognitâ in hac parte tam obſtinata & immobili pontificum mente, qui ea quæ *Chriſtus* inſtituit, eccleſia priſca tenuit, conciliúmque approbavit confirmare noluerunt, nec eis etiam obedire, ut pro veris *Chriſti* vicariis & ſucceſſoribus *Petri* habere voluerunt. Et ubi compromiſerant inter illorum, quod ſacerdotes factionis ipſorum communicaturi populum ſub una vel ſub utraque ſpecie alloquuturi erant populum his verbis quæ præfati ſumus, jam illa omnia ceu falſa ſpernerunt: neque aliter ullum ex communi populo quàm ſub utraque ſpecie communicavit, reprehendentes in hoc vehementer majores ſuos qui ad illud concilium miſſi fuerant, quòd tam ſtulti & temerarii fuiſſent, ut tam falſis & tam conditionibus à concilio oblatis aſſentiri voluerint, cum apud doctores veteres *Græcos* & *Latinos* apertiſſimè inveniatur aliam gratiam dari recipientibus corpus *Chriſti*, & aliam ſumentibus ſanguinem ipſius; & cum ibi donentur differentes gratiæ, quomodo hæc vera eſſe poſſunt, ut recipientes ſacramentum illud ſub una ſpecie non minus gratiarum accipiant, quam qui ſub utraque, neque qui ſub utraque ſumunt, non plus habeant, quam qui ſub una? Hæc ſubdentes, ſibi quæ commemorata ſunt neq; ipſi tractatores antiqui ſacrarum literarum docuiſſent, tamen non erat altera pars ſacramenti ſalutaris populo communi ſupra inſtitutum *Chriſti* ullo modo ſubtrahenda, cum hoc aliud nihil ſit, quam merum ſacrilegium: neque plus ſapere debuerunt ſanctam priſcam & ſanctam eccleſiam, quæ hoc ad annos propè mille & ducentos inviolabiliter ſervavit. Et ubi noſtri certas cauſas, & pericula quædam adducunt, propter quæ altera pars ſacramenti communi populo adempta eſt, dicunt inde illud inconveniens ſequuturum, ut iſti ſapientiores ipſo *Chriſto* eſſe velint, qui neſcivit & ignoravit pericula quædam futura circa illam partem ſacramenti emerſura, quæ iſti invenerunt & cognoverunt, & iſtud eſt ſupra *Chriſtum* ſcire & intelligere. Hæc & alia lorgè plura in tractatibus eorum contra communionem ſub una ſpecie conſcripti inveniuntur, quæ commemorare ſicut longum eſt & tædioſum eſſet. Quis igitur tantæ diſſenſionis idoneus apud nos arbiter invenietur? Tertia ſecta eſt eorum quos vocant *Pyghardos*, hi denominationem à quodam transfuga ejuſdem gentis acceperunt,

ceperant, qui huc veniens ante annos nonaginta septem eo tempore quo *Ioannes Zizka* homo sacrilegus & sceleratus, bellum hic ecclesiasticis & omni clero indixerat, & bona eorum diripienda invaserat, ei adjunctus insecit imprimis ipsum ducem scelerum pestiferis doctrinis, & postea totum exercitum ejus, quem ex latronibus, homicidis, proscriptis & reliquâ fece perditorum cogerat: qualis seges duravit ad usque tempora Regis *Vladislai*, qui annis istis proximis vitam cum morte commutavit, maximâque incrementa sub ipso accepit: nam cum gubernacula regni *Hungariæ* susceptisset, plúsque ibi quàm in *Bohemia* moræ traxisset, parum curabat quid hîc ageretur, dum modò pace omnes subditi sui fruerentur. Hi de summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis, & cæteris personis ecclesiasticis non aliud sentiunt quàm de manifestis antichristis, Pontificem ipsum, nunc bestiam, nunc meretricem illam Apocalypticam appellantes, & cum omnia contra doctrinam & traditionem *Christi* faciant, quomodo possunt esse alicujus autoritatis & virtutis in operandis sacris, sed quæcunque ab officio eorum prodeunt, neque esse sacra, neque sacramenta, neque benedictiones, sed meras execrationes, abominationes & maledicta. Episcopos & sacerdotes ipsi sibi eligunt laicos rudes, & literarum expertes, uxores & liberos habentes, fratres se & sorores invicem vocant, & salutant: autoritatem tantùm veteris & novi Instrumenti ex scripturis recipiunt. Doctores omnes veteres & neotericos, & libros eorum contemnunt, nec doctrinæ eorum quicquam tribuunt. Sacerdotes eorum, cum officia missarum celebrant, absque ullis id vestibus sacerdotalibus faciunt, nec ullis circa hæc præmissis, vel orationibus utuntur, præter solam Dominicam orationem, quâ panem fermentatum consecrant. De sacramentis ecclesiæ, vel parum, vel propè nihil credunt & sentiunt: qui ad heresim eorum accedunt, coguntur singuli rebaptizari in aqua simplici, nec salem, nec aquam benedicunt, nec de oleo consecrato quicquam tenent: in sacramento Eucharistiæ nihil esse divinitatis credunt, sed solum panem & vinum consecratum, signis quibusdam occultis mortem Christi repræsentantem affirmantes: & propterea in idololatriam cadere omnes quotquot coram illo genua flectunt, & incurvant, vel illud adorant: cum in alium finem à *Christo* sacramentum illud institutum non sit, nisi ad memoriam passionis ipsius recolendam, & non ut hinc & inde circumferatur, aut elevatum à sacerdote videndum ostendatur: quoniam *Christus* ipse qui adorandus, & cultu latriæ honorandus est, sedet ad dextram Dei patris, sicut in symbolo fidei *Christiana* confitetur ecclesia. Suffragia sanctorum, & orationes pro mortuis, rem vanam & ridiculam arbitrantur: similiter confessionem auricularem, & pœnitentiam pro peccatis à sacerdotibus injunctam. Vigilias & jejunia, sucum & tectorium esse hypocritarum: festa divæ Virginis *Mariæ*, Apostolorum, & reliquorum divorum, inventa esse ociosorum affirmant: dies tamen dominicos, & festum *Natalis Dominici*, *Paschæ*, & *Pentecostes* celebrant. Multa essent alia illorum portentorum pernicioſa dogmata commemoranda, si non rationem meliorum & graviorum studiorum tuorum haberem. Si tamen superiores duæ factiones ad concordiam reducerentur, posset & ista nefaria secta (quamvis jam plurimùm aucta, maximè verò propter vitam sacerdotum nimium dissolutam) opitulante Rege exterminari, vel in meliorem fidei & religionis formam reduci. Sed de hiis jam diu superque satis. Rogo velis æquiori animo ferre hanc meam tam immoderatam loquacitatem, quâ ergate non aliâ causâ usus sum, nisi ut factionum nostrarum multiplicium veram & certam rationem acciperes. Literæ istæ citò ne te contingent prorsus nescio, cum *Missæ* tela *Apellinea* passim volitare dicantur. Quæ forte *Iodocum* noster rector Academiæ *Erfordiensis* exitare volens, ad quædam sese loca remotiora recepit: nam & literæ tuæ, quas ei ad me mittendas tradideras, ad quatuor menses apud eum retentæ fuerunt, non tamen aliâ causâ quam quòd fidelem tabellarium qui huc transiret non habuit. Cupio te amice charissime diu & optimè valere, meque, ut cœpisti diligere, & cum opportunum erit nonnihil reſcribere, quod & ego me facturum recipio: etiam vale. Ex Arce nostra *Kostelecensi* decimo Octob. Anno Dominicæ incarnationis M.D. XIX.

Eraſ. Rot. Ioanni Slechtæ Bohemo S.

AD prolixam epistolam tuam optime *Slechta*, paucis in hoc tantum respondebo, ut intelligas eam mihi & redditam fuisse & perlectam, nec quam aliud in præsentia sinunt occupationes meæ. Ad obtrectatorum voces, quando beneficiis etiam efferantur, jam pridè obsurdui. Antehac existimabam me rerum humanarum mediocrem tenere peritiam, qui diversis regionibus, cum variis hominum generibus egissem consuetudinem: sed hujusmodi bestias inter *Christianos* reperi, ut nunquam fuerim crediturus, ni magno meo malo comperissem. Verùm posteaquam illi sui dissimiles esse non possunt, nos nostri similes esse studebimus, neque desinemus pro nostro talento bene mereri de omnibus, quod quidem in nobis erit. Fortasse sic Deo visum est, ut hoc modo humanus commissa nostra, quibus illum frequenter offendimus. Ignoscam illis, ut ille vicissim ignoscat mihi: nam vitæ sanctimoniam, quam mihi tribuis orationes, utinam aliquando suâ benignitate mihi tribuat *Christus*, omnis auctor sanctimoniæ. Quod nostris lucubrationibus oblectas ocium tuum, facis tu quidem amicè, facturus etiam utiliter, si modò nostra legas cum judicio, neque enim dogmata scribimus: deinde si tum denique sumes in manus *Eraſmum*, cum non adest meliorum voluminum copia. At sanè totam istam regionem nobis admodum graphicè depingis, ut plus propè videam in oratione tua, quàm conspecturus fuerim, si ipsthic annos aliquot egissem. Quòd vestra *Germania* passim latrociniis est obnoxia, partim opinor in causa esse reliquias priscæ feritatis: partim quòd regio dissecta est in tot ditiones, ac minutos Principes, quorum nemo velit alteri concedere: partim quòd nulla gens crebrius belligeratur stipendio conducta; ita latrociniis exercendis bello se parant, & bello defuncti, belli reliquias exercent: jam cum nulla res sit tam incommoda, quin alicui sit commodo, quibus ex deducendis hospitibus, aut negotiatoribus quæstus est, hi nonnunquam procurant nè tutum sit iter, nè ipsorum auxilio non sit opus. Ac meâ sententiâ consultius esset hujusmodi

Epist. 21.

modi malis occurrere prudentibus consiliis, nè committerentur, quàm punire commissa. Quà commeatus esset frequentissimus, via liberari posset arborum densitate, ac vicis, villis, & arcibus communiri. Profectò non parum indecorum mihi videtur, non idem præstare *Germanas* urbes ac Principes in suis regionibus, quod *Elvetii* præstant in sua, populari consilio freti. Sed his malis fortasse medebitur *Carolus* noster Princeps, ut summus, ita justitiæ cultor maximus. Cæterum quod ad fidei dissidium attinet, levior esset calamitas, meâ sententiâ, si idem error haberet omnes, nunc bona pars non solùm dissidetis, ut aiunt, ab ecclesia Catholica, verùm etiam variis erroribus inter vos digladiamini. Nam quòd *Iudæos* habetis admixtos, id fortasse commune est cum *Italia*, *Germania*que reliquæ partibus, sed præcipuè cum *Hispania*. Quis autem crederet adhuc superesse, qui stultitiam *Epicuri* profiterentur, negantes animas nostras superesse post obitum? Passim & hic videre est, qui sic vivant, quasi non credant superesse quicquam à morte, sed nemo tam demens, qui hujus doctrinæ, vel dux esse velit, vel comes. Quemadmodùm & *Nicolaitas* reperias permultos, quibus uxores sint cum multis communes, sed hujus dogmatis nulla est professio, etiam si *Plato* nobilis autor, ab hac sententia non abhorruit. Sed obsecro te mi *Slechta*, an istos non pudet appellari hæreticos? Nihil hoc nomine probrosius, quo tamen ipso videntur indigni. Quid enim credit, qui negat immortalitatem animarum? Quid tribuit euangelio, qui vult uxores esse promiscuas? Illud mihi mirum videri solet, nihil excogitari posse tam prodigiosum, quin suos reperiat sectatores. *Pythagoras* interdixit mortalibus esum fabarum, & reperit qui abstinerent. Fuere qui docerent esse pium, ut filii parentem necarent longævũ, & inventus est populus, qui id solenniter faceret. Fuere qui dicerent impium esse quicquam possidere suum, & exorti sunt, quemadmodum testatur divus *Augustinus* in *Catalogo hæresiarcharum*, qui in ocio degentes, mendicato viverent, ac cæteros velut impios à suo consortio semovebant, qui suis laboribus pararent unde uxores alerent ac liberos. Erant qui *Iudæ* proditori ferrent acceptum, orbis redempti salutem, nec defuerunt discipuli, qui illum pro summo divo colerent. Fuere qui totos dies ore sonarent Psalmos innumeros, nec interim quicquam aliud agentes: nec defuerunt hujus insaniæ sequaces. Fuere qui dicerent impios eos, qui castè colerent matrimonium, iis etiam sceleratiores, qui postulabant uxores esse communes, & hi titulum suo gregi dare potuerunt. Fuere qui suaderent pium esse, si parentes liberos suos vivos exurerent, & inventi sunt quibus persuaderetur dogma tam impium. Adeo credulum est genus mortalium, & tanta est ingeniorum varietas. Equidem opinor, si quis exoriatur nunc, qui doceat religiosum esse, si viri nudi cum fœminis nudis saltent in foro, non defore sectæ suos discipulos ac patronos. Quo magis est circumspiciendum iis, qui autoritate pollent, nè quid doceant instituántve, quod non quadret ad *Christi* regulam. Sed hujusmodi portentis, ut par est, omissis, demonstrans totum *Bohemia* regnum atque etiam *Moravia* Marchionatum in tres sectas esse divisum; Utinam mi *Slechta*, pius aliquis artifex, ex ista triade monadem faceret. Sed dum quisq; privatim suis studet commodis, [illegible] bene habet, nec privata, neq; fere quis[quam] olus invenitur, nisi ad ea, quæ sunt philo[sophiæ] garis, quæ, ut ferũt, moderati' apud T[urcas] quàm apud nos. Non loquor de articu[lis] fidem pertrahimus, sed de iis ex quib' [con]sentit Euangelica pietas, videlicet è con[tu]cuniarũ, è cõtemptu honorũ, è moderatio[ne] ctuũ, iræ, odii, invidiæ. Quib' cupiditatib[us] serviat, quæso quid confert fidei professio? [Si] apud nos valet avaritia, si plus ambitio, [si] sceleratior, si odium sævius, si livor nocen[tior], si obtrectatio venenatior, quorsum attinet [pro]fiteri *Christum*, in hoc factum hominem, ut ab [his] nos avocaret? Hæc mihi dicenti qui [succen]sere volet, succenseat *Jacobo* apostolo, qui [dili]gentius ac pluribus verbis hæc disserit in epistola [sua]. Etsi igitur, quàm tu primo loco recensi, [ve]rum esse primam, ut unicam esse cupiam. [Quis] enim magis accedit ad imaginem cœlestis [ima]chiæ, quam ut digestis ordinibus summa [refe]rat ad unum, aut quæ res utilior ad excidend[a] di dissidia? Si princeps quispiam tyrannidem [ex]liatur, precibus, hortatu, doctrináque & [auc]toritate *Romani* Pontificis componetur. Tyrannus [ab] episcopus aliquis, erit unde subsidium [im]petretur populus. Existit aliquis qui dæmoniacam [ex]pellat doctrinam, supererit *Romanus* pastor, qui [ex] Euangelicæ philosophiæ fontibus deprom[at] dispensatore, & vicario *Christi*. Quòd [si] respondebit summus ille Præsul, primum [ver]ti potest, ut qui omnibus præsidet, satisfa[ciat] bus: deinde nostrum est, quantum licet, [ad] bonam partem interpretari. Præterea [non] partem eorum quæ fiunt, non ipsi Pontifici [sed] quibus ipse necessariò fidit, imputare debem[us]. Illud hæc meminisse convenit, illum hominem [ge]rere, sed hominem: neque diu constare [pos]tuam concordiam, nisi quemadmodum illa [vi]tas nobis obsecundat in multis, ita nos [vic]illi pro tempore morem geramus, præsertim [cum] id habeat Apostolica doctrina, ut improbis [etiam] ac morosis Principibus obtemperemus, [quate]licet, incolumi pietate. Atque hac in parte, [ut] sententiâ, magis peccat secunda factio, quod [ea] ose rejicit judicium & consuetudinem [eccle]*Romana*, quàm quòd existimat pium esse, [si] utraque specie sumere Eucharistiam. Atque [ut] nam hic *Eugenius* maluisset indulgere [concor]publicæ, quàm suis privatis affectib', si [tamen] ra sunt, quæ refert epistola tua. Quanquam [de] *Bohemis*, si me in consilium adhibuisset, [aut] eram futurus, ut tametsi probabilis est hac in [parte] illorum opinio, tamen obtemperarem [potius], quàm contenderent, præsertim cum ab hac [con]suetudine staret maxima pars orbis *Christiani*. Tametsi, ut dicam ingenuè quod sentio, [dem]cur visum sit immutare, quod à *Christo* [non] tutum, quum causæ quas adferunt non admodum graves videantur. Porrò factionem *Pyrrhi* longius abesse à regula pacis Euangelicæ [mi]mirandum est, quum ut scribis, ab autore [scele]profecta sit. Nam si ideo antichristus est Pontifex *Romanus*, quòd aliquando contigit Pontifex impius, aut si ideo meretrix est ecclesia *Romana*, quia aliquoties habet Cardinales, aut episcopos, aut alioqui ministros improbos, eâdem operâ, [nulli] Episcopis, nullis Pastoribus, nullis Regibus [cre]-

temperaremus: ut nè dicam interim, quòd hâc se-
nestrâ apertâ, ut cuique hic aut ille esset invisus,
ita impius haberetur. Quanto probabilior est *Au-
gustini* sententia, *ministri moribus non vitiari donum
Dei, quod nobis per sacramenta conferitur, etiam si
gravissimas panas illi dederit suos sacerdotes, si mori-
bus impiis efficiant, ut inter idiotas & infirmos malè
audiat nomen illud adorandum Domini nostri Jesu
Christi.* Quòd si illi refractis omnis pudoris repa-
gulis, pergant palàm esse scelerosi, ut aliquâ ratione
coercendi sunt, ita neq; cujuslibet est illos incesse-
re, nec armis rem geri placet, nè semel admissum
exemplum violentiæ, sæviat in innoxios. Quòd
sibi Sacerdotes & Episcopos eligùt, non abhorret
à consuetudine veterû. Sic electus est S. *Nicolaus*,
sic *Ambrosius*, sed nondum editâ formulâ electio-
nis canonicæ, quemadmodum olim et Reges à po-
pulo designabantur. Deinde crebri tumultus popu-
lares efficerunt, ut res paucorum arbitrio transige-
retur. Cæterùm quòd indoctos eligunt & literarû
expertes; tolerabilius esset, si vitæ pietas pensaret
eruditionis inopiam. Nunc gemina calamitas est
populi, si non minus impii sunt, quàm indocti.
Jam quòd se vicissim fratres ac sorores appellant,
non video cur debeat reprehendi. Atque utinam
eadẽ appellatio mutuæ charitatis perseveret apud
omnes *Christianos*, sic uti mores non dissentirent à
verbis. Quòd minus tribuunt doctoribus, quàm
divinis voluminibus, hoc est, plus deferunt Deo,
quàm hominibus, rectè sentiunt: sed quòd horum
autoritatem ubiq; rejiciunt, tam iniquum est, quã
si ubiq; reciperent. Jam tametsi non abhorret à
vero, *Christum* & Apostolos in quotidiano vestitu
consecrâsse, tamen impium est contemnere, quod
non absq; salutari consilio post à Patribus est in-
stitutum. Ceremoniæ sunt, sed his ceremoniis cõ-
mendantur populo divina mysteria. Et si nihil
aliud, quorsum attinet in ea re dissentire, quæ citra
negotiũ potest observari? Nisi Pontifex *Romanus*
hoc illis permitteret, ut ad antiquitatis memoriam
suis ritibus uterentur, quemadmodum *Græcis*, &
Mediolanensibus suos concedit ritus, à nostris mul-
tum diversos. Quòd si istis tantopere placet Domi-
nica precatio, ea & nostri sacrificii pars est. Ut stul-
tum est nihil admiscere sacris præter unam preca-
tionem, ita non rectè faciunt qui quaslibet, quo-
rumlibet nænias admiscent. Jam quæ de sacramẽ-
tis sentiunt absurdiora sunt, quàm ut aures piæ
ferre possint, nisi quòd è tantis malis hoc boni pos-
sumus excerpere, nè nos rebus bene institutis, ad
quæstũ, aut inanem gloriam, aut etiã tyrannidem
abutamur. Vigilias ac moderata jejunia, demiror
quâ fronte contemnãt, quum ea nobis toties apo-
stolicis verbis commendentur, quanquam ad hæc
malim hortatu duci homines, quàm imperio trahi.
Porrò de festis diebus non multum abest istorum
opinio, à seculo *Hieronymi*. Nunc in immensum
accrevit festorum turba, quum nullis diebus plus
scelerum committat vulgus: & quod est inhuma-
nissimum, coguntur esse ociosi totos dies, qui non
aliis reditibus alunt uxores ac liberos, fortassis etiã
parentes, quàm opera diurna. His indicere ferias,
nec dare quicquam, quid est aliud, quàm eos ad
famem adigere? Sint crebra festa, sed in templis,
ad quæ divitibus liceat accedere, sed ita ut paupe-
ribus liceat vivere. Saltem illud concederetur, ut
peractis sacris redeant ad sanctos labores. Quid
enim sanctius quàm manuum labore prospicere
liberis ac familiæ? Nunc ad cujuslibet superstiti-
olum affectum institutur festus dies, imò fere vi-
demus hoc studio esse quibusdam Episcopis, ut
singuli singulos festos dies addant Calendario, quo
vel hoc monumento suum nobilitent episcopa-
tum. Verum ut est obedientiæ popularis, obser-
vare quod à Proceribus ecclesiæ proscribitur: ita
horum erat prudentiæ, non temerè constitutioni-
bus hujusmodi, vel gravare populum, vel malè
consulere moribus publicis. Hactenus è tuis literis
morbum cognovimus, nunc utinam medicina
fidelis & efficax possit excogitari: & arbitror posse,
si modò boni gravésque viri huc totis incumbant
studiis, præsertim cum *Carolum* habeamus Cæsa-
rem, ad ea quæ sunt *Christianæ* religionis toto pe-
ctore propensum: cum *Leonem* habeamus in pri-
mis mitem & exorabilem. Pulchrè coibit con-
cordia, si pars utraque nonnihil concesserit alteri.
Fortassè finitimarum regionum querelæ faciunt, ut
plerique istorum abhorreant à dominatu Pontifi-
cis *Romani*, quod se clamitent inclementer expi-
lari, premique sævitia eorum, per quos geruntur
Pontificia negotia. Sed aut ego planè fallor, aut
facilè impetrabitur ab ingenio *Leonis* clementi
juxta ac pio, ut & perplexas superiorum tempo-
rum rationes omittat, & in posterum etiam, quàm
minimum ab illis exigat, præsertim si sese syncero
pectore illi ceu patri crediderint. Satis amplum
lucrum esse ducet si propulsato dissidio pacem &
concordiam paraverit. Adjunget sese ad hanc rem
Cæsaris autoritas, quem Monarcham opinor
agnoscit & *Bohemia*. Cæterùm quod attinet ad
ordinationes & sacramenta, nullo modo oportet
à reliquis orthodoxis dissentire. Et fortassis de re-
centiorum definitionibus remittentur aliqua. De
ritibus facilè condonabitur aliquid, etiamsi ma-
gis probarim, ut omnes ubique *Christiani*, &
ritibus, & precibus iisdem uterentur. Nunc im-
modica varietas est, dum pro suo quisque affectu
hæc comminiscitur, & alius aliquid addit repertis.
Quin & illud, meâ sententiâ, complures populos
conciliaret ecclesiæ *Romanæ*, in quam nunc velut
in caput quoddam colliguntur omnes, si non pas-
sim quælibet sic definiantur, ut velimus ad fidei
negotium pertinere; sed ea duntaxat, quæ evi-
denter expressa sunt in sacris literis, aut sine qui-
bus non constat ratio salutis nostræ. Ad hæc pau-
ca sufficiunt, & pauca citiùs persuadentur pluribus.
Nunc ex unico articulo sexcentos facimus, quo-
rum aliqui tales sunt, ut citra periculum pietatis,
vel nesciri possint vel ambigi. Atque sic est mor-
talium ingenium, quod semel definitum est,
tenemus mordicus. Porrò philosophiæ *Christianæ*
summa in hoc fita est, ut intelligamus omnem
spem nostram in Deo positam esse, qui gratis no-
bis largitur omnia, per Filium suum *Jesum*.
Hujus morte nos esse redemptos, in hujus cor-
pus nos insitos esse per baptismum, ut mortui
cupiditatibus hujus mundi, ad illius doctrinam
& exemplum sic vivamus, ut non solùm nihil ad-
mittamus mali, verumetiam de omnibus bene
mereamur: & si quid inciderit adversi, fortiter
toleremus spe futuri præmii, quod omnes pios
haud dubiè manet in adventu *Christi*: ut ita sem-
p progrediamur à virtute in virtutẽ, ut nihil tamẽ
nobis arrogemus, sed quicquid est boni Deo tran-
scribamus. Hæc potissimum sunt animis hominum
inculcanda, sic, ut velut in naturam transeant.

Quòd

Quòd si qui volent circa naturam divinam, aut circa hypostasim *Christi*, aut sacramenta quædam abstrusiora rimari, quo magis attollant mentem in sublime, & à rebus humilioribus abducant, hactenus liceat, ut non statim quòd huic aut illi visum fuerit, cogantur omnes profiteri. Quemadmodum ex loquacibus syngraphis citiùs nascitur controversia, sic ex plurimis definitionibus nascitur diffidentia. Neque pudeat nos ad quædam respondere, Deus novit quo modo id fiat, mihi satis est, quod credo fieri. Scio *Christi* corpus, & sanguinem purum, purè à puris esse sumendum, qui hoc sacrosanctum signum, ac pignus esse voluit, & suæ erga nos charitatis, & *Christianorum* inter ipsos concordiæ. Excutiam igitur meipsum, num quid sit in quo mihi malè conveniat cum *Christo*, num quid sit cum proximo dissidii. Cæterùm quomodo illinc sint decem Prædicamenta, & quomodo transubstantietur panis, verbis mysticis, & quomodo corpus idem possit esse sub tantilla specie, ac diversis locis, meo judicio, haud multum conducit ad profectum pietatis. Scio me resurrecturum, hoc enim omnibus promisit *Christus*, qui primus omnium resurrexit: cæterùm quale corpus futurum sit, aut quomodo possit idem esse, quod toties in aliud atque aliud redactum est, ut non improbarim suo tempore moderatè vestigare, ita minimum conducit ad veram pietatem in his multum operæ ponere. Nunc his atque id genus aliis innumeris argutationibus, quibus se jactitant quidam, avocantur hominum mentes ab iis, quæ sola faciunt ad rem. Denique plurimum habebit momenti ad orbis concordiam stabiliendam, si profani principes, sed præcipuè *Romanus* Pontifex, absint ab omni specie tyrannidis, & avaritiæ. Nam facilè resiliunt, cum vident paratam servitutem, quum intelligunt se non invitari ad pietatem, sed captari ad prædam. Si nos innoxios, si nos beneficos senserint, facillimè sese credent nostræ fidei. Ignoscam ut rogas, loquacitati tuarum literarum, sed si tales sæpe miseris, nam assueta faciliùs ferimus. *Jodocus Jonas* hoc ipso tempore mecum erat, cum Academiæ suffragiis rector designaretur, quo viro vix aliud quicquam vidi melius. Bene vale vir egregie. *Lovanii* Calend. Novembr. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterod. Andreæ Cnophæ Sacerdoti optimo S.D.

Epist. 22. EX tribus epistolis, quas ais te mihi scripsisse, duas dūtaxat accepi. Primū nemo dabatur, per quem responderem. Tandem *Colonia* offerebat se nescio quis: is cum semel atque iterum me frustra convenisset, non reversus est, desperans opinor: nec tamen id accidit meâ culpâ, sed nec ocii dabatur tantum, nec solitudinis. Atque ut ingenuè dicam, quoniam nihil videbam in tuis literis, quod magnopere flagitaret responsum, non eram rescripturus, nisi tu tot obtestationibus, tot obsecrationibus mecum ageres. Mentem istam tam piam, támque avidum *Christianæ* doctrinæ studium, vehementer exosculor. Nam utrunque testatur epistola tua. Quæ quidem res hoc plus laudis meretur in te, quod hæc facis inter eos, qui, ut scribis, magis agunt negotiū ventris quàm mentis, ad hæc vicin' *Rutenis*, quos intonsos, & impexos appellas, ob morum, opinor, cultúsque barbariem: ut enim rectè dictum est, *eum egregiè probum esse oportet, qui Athenis probus esset*: ita qui vicinus hæreticis [illegible] flectit à fide Catholica, qui permixtus [illegible] gulæ ventrisque mancipiis, totus vivit [illegible] studiis, nec ullo malorum contagio corr[illegible] insigniter bonus sit oportet. Porrò si ex me quæras consilium, nihil audies, nisi ut quod [illegible] nuè pergas. Nam iis fissimam viam mihi [illegible] gressus, quâ perveniatur ad veram felicitatem [illegible] que enim dubito, quin huc quoque prorsus [illegible] tendas, ut quos possis ad tuos mores adducas. [illegible] adeo demiror, cum multi sint ubique [illegible] neminem exoriri, qui clementissimi [illegible] emplum imitetur, quem non piguit ob unum [illegible] erraticam, tantum malorum perpeti. Deorum [illegible] petant, video permultos, qui sitiant animarum [illegible] lutem, propè nullos. Hic monachorum [illegible] omnia, ubi nihil est discriminis, & mass[illegible] Quin *Rutenos* magis adeunt, cósque [illegible] suáque sanctimoniâ revocant ad caulas [illegible] Hic fulciunt ecclesiam, cui magis oneri [illegible] usui. At ubi res poscit ingenue germanos [illegible] stianum, qui pro lucro *Christi* subeat capitis [illegible] lum, ibi nusquam apparent: ita dum [illegible] commodis studemus, negligitur populus [illegible] Ac proh dolor! nostri mores partim in [illegible] quo minus multi se conferant ad fa[illegible] stram. Legunt Euangelicam & Apo[illegible] ctrinam, & vident ab hac vitam nostrum [illegible] latéque discrepare: non jam loquor de [illegible] tale fere est, quales sunt ii qui præsunt, sed [illegible] ceribus ecclesiæ, de sacerdotibus ac mon[illegible] na pars fere nimus quæstui, aut ventri, aut [illegible] aut tyrannidi. Fidei nomen prætexunt [illegible] Hoc illos alienat quos oportebat, mansuetudine tolerantiâ, & officiis allicere: sed tamen [illegible] quædam spes habet animum meum, pollicetur video & istinc esse, qui sic flagrent amore [illegible] Euangelicæ. *Paraphrasin* absolvimus in [illegible] epistolas, præter eam, quæ fertur ad Hebræos. Addidimus *Paraphrasin* in epistolas [illegible] duas, *Judæ* unam, & *Jacobi* unam. Brevi dabo quod supereſt epistolarum Apostolicarum: [illegible] visum est amicis eruditis. Non displicuit carmen tuum, quo mihi bene precaris: at ego tibi [illegible] absque carmine, sed syncerissimo pectore [illegible] immortalitatem. Bene vale vir optime, [illegible] tuis precibus *Christo* commenda. [illegible] Calend. Jan. Anno millesimo quingentesimo vicesimo.

Erasmus Rot. Guilielmo Budæo S.D.

EN Budæe charissime, quasi parum esset malorum, ita præcipuum è *Guilielmorum* [illegible] fatorum ademit invidia. Periit enim, ut fis, *Guilielmus Crojus* Archiepiscopus *Toletanus*, & periit veluti flosculus tener in ipso exortu succisus, [illegible] que nos docuit, nihil esse satis firmi præsidii in rebus fortunæ arbitrio subjectis, quâ de re [illegible] abs te conscriptum ex hoc qui has reddit cognosces. Quid optari poterat à fortuna, quod illi non [illegible] tim fuerat ultrò largita? Generis antiquissimi stemmata, tum patruus, sic apud *Carolum* nostrum gratiosus, ut penes unum propemodum videretur esse imperii summa: ætas virens, nondum enim egressus erat annum vigesimum tertium: corpus vegetum ac firmum: tam multiplex dignitas, ut in illo vix eluceret majestas galericu[illegible] nalium

nalitii : morum mira facilitas, candórque : toto pectore favebat bonis studiis, nec oderat *Erasmum*. Certè *Vives* noster *Mecænatem* amisit, qualem posthac haud facilè nanciscetur. Is mihi legit proximas tuas ad se literas. Si mihi *Brixius* æquè ac *Morus* esset ignotus, tamen dolerem studiorum rem tam parùm bene succedere. Nunc quum uterque sit amicus, quum utriusque faveam ingenio, non potero sine summo dolore spectare concertationem istam, quæ vereor nè nimium excandescat : nam epistola *Mori*, quam opinor te vidisse priusquam eam mihi *Morus* ostendit *Catesii* jam typis excusam, talis est, ut ego qui non nullis videar mordax, ad hanc collatus, prorsum edentulus sim : & tamen mihi propemodum pollicitus est se pressurum, si *Brixius* conquiesceret. Amabam & festivum *Hutteni* ingenium : id *Lutheranæ* tempestas Musis eripuit. Qui hasce reddit literas *Guilielmorii* unus est, qui candidè favent *Erasmo*, qui quum ex me didicisset cujusmodi vir esses, ambire cœpit, ut tibi innotesceret. Ac profectò dignus est, meâ sententiâ, quem tuâ digneris amicitiâ : festivum ingenium est, mores nivei, summa in rebus gerendis dexteritas, literarum, ut est amantissimus, ita nequaquam rudis. Postremò non nomine tantum tui similis est. Cura mi *Budæe*, ut quàm rectissimè valeas, nam hoc cœlo tam putri, in his studiorum laboribus, imò in his tædiis & rabularum obstrepentium & pisculentorum dierum vix satis tuemur valetudinem. *Lovanii*, quartodecimo Calend. Martias, Anno M.D.XXI.

Erasmus Roterod. Equiti aurato Sebastiano de Rotenhan Reverendiss. Card. Moguntini à consiliis S. D.

COnsuetudinis multò jucundissimæ, quæ mihi tecum fuit *Moguntiæ*, memoriâ tuâ mihi renovavit epistola, non abhorrens à tuis moribus, vir omni doctrinæ genere multo clàrior, quàm majorum imaginibus, quibus tamen es cum primis clarus. Siquidem hoc ipsum visum est eximii cujusdam candoris argumentum, quod inter tot Principum negotia, inter armorum strepitus, in mentem venit amiculus *Erasmus*. Sed utinam argumentum auspicatius tibi contigisset ad me scribendi, quàm *Edvardus Leus*, qui quum tibi videatur impudens, sibi videtur pulchrè fortunatus, qui paulo negotio sibi famam parârit, quam adeo miserè sitiebat, ut si non aliquâ nocuisset, mortuus esset. Ego magis admiror quorundam pertinax studium, qui rebus omnibus omissis, nihil intentatum relinquunt, nullum non movent lapidem, quo literas meliores, sat feliciter suboleſcentes obruant, atque interim, nec sua vetera sat gnaviter tuentur, nec discunt nova. Porrò miris technis & cuniculis rem agunt, nunc hunc, nunc illum histrionem subornantes. Quanquam nec hi *Leo* favent, nisi quòd quocunque pacto mihi malè volebant. Ad eam rem nullus displicet satelles. Quid mihi Philosophia præstet nescio, illud certè mihi præstat animus bene conscius, ut hujusmodi mortalium insanos conatus perpeti malim quàm imitari. Jam quod vir tantus tuo quoq; nomine mihi suppetias adversus *Leum* polliceris, si *Germanorum* desint auxilia, ut humanitatem tuam incredibilem amplector, ita officium planè recuso. Absit, ut *Leo* tales viri tantùm habeant honoris, ut agminatim illum impetant stilo suo. Opto illis magnificentius aliquod argumentum. Nos in ea re totum sesquimensem perdidimus. Idque mihi videtur plus satis : sic enim ille scripsit, ut nulli æquè displiceat, atque iis, qui maximè consultum volebant ejus honori. Hanc laudem tulit etiam ab iis, qui mihi malè volunt. Nemo fuit arrogantiùs indoctus. Et tamen hoc ille certamen appellat. Quod mihi *Senecæ* versibus ominaris nominis immortalitatem, de mea apud posteros opinione, viderint superi, modò bene sit iis studiis, quæ nos *Christo* cõmendant. Quis enim non perspicit mundum paulatim ad barbaram quandam tyrannidem tendere ? Parturit jampridem, quid pariturus sit nescio. Nos ut (si liceat) prodesse cupimus, ita tumultus autores esse nolumus. Bene vale, nósque tuo Principi commenda. *Lovanii*, Idibus Augusti, Anno M.D.XX.

Lodovico à Prato præfecto Gandavensi Erasmus Roterodamus S. D.

VIr non uno decorum genere clarissime, quum *Antonius Clava* frequenter ad me scribat, nec ullo in argumento illum destituat mirabilis illa *Suadela*, quam illi natura insitam auxit usus & eruditio : tamen nullam causam egit unquam vel ardentiùs, vel copiosiùs, quàm proximis literis : mecum majorem in modum expostulans, quod immemor veteris promissi nihil adhuc scripserim celsitudini tuæ, sic de me meritæ, quotidiéque merenti. Facit ille quidem amicè, quod extimulat ad scribendum, tametsi nihil opus erat stimulo, si per immensos studiorum labores liceret hæc in parte vel animo meo, vel amicorum votis ac mẽritis respondere, sed amiciùs erat facturus, si argumentum etiam epistolæ suppeditâsset. Animum istum tuum verè generosum, ac majorum tuorum clarissimis imaginibus dignissimum, & olim in adolescente *Lovanii* degustâram, & nunc frequenter ex complurium prædicatione disco. Porrò vix quisquam isthinc ad nos venit, quin multa memoriter narret, quanto studio, quantâ facundiâ, quantis lateribus passim agas causam *Erasmi*. Maximi optimique patroni solent in pessimis adhiberi causis, & ingens patronus magno reo conveniebat. Ego verò quum infimæ sortis sim, & causa sit adeo bona, ut qui negotium facessunt, hoc ipso nomine multam mihi grátiam debeant, quo me in jus vocant, tamen & adversariorum improbitas, condensatæque phalanges, & horum temporum infelicitas, quibus nihil non licet audaciæ, impudentiæ, hypocrisi, quæstui, ambitioni, adulationi, faciunt, ut magni Proceres humilium clientulorum facillimas causas agere cogantur. Olim, ut habent apologi, membra conspirârant adversus ventrem : nunc è diverso ventres adversus reliquum corpus conjurati bellum gerunt : quibus si pessimè velim, nihil magis optarim, quàm hanc ipsam quam habent mentem. Quo magis isti blaterant in bonas literas, hoc magis ac magis ubique efflorescunt. Cum *Luthero* nihil unquam mihi fuit negotii, nisi quod est cum quovis homine *Christiano*. Hujus causam nemo magis sublevat, quàm qui illam omnibus machinis impugnant : ac miris modis dum illum

Epist. 25.

atrociſſimè traducunt, & hoſtem commendant affectibus populi, & ſibi conciliant odium. Quod ni *Lutherus* ſe ſuis ipſius telis confoderet, in dies atrociora ſcribendo, plurimum debebat hoſtium ſuorum ſtoliditati. Illud video, ſi *Scyllam* hanc effugerimus, reſtare *Charybdim*, quæ ſemel univerſam *Chriſtiani* populi libertatem abſorbeat, Euangelicæque doctrinæ ſcintillam omnem extinguat. Quis enim ferat hoc ſtolidum hominum genus, quod hactenus ſocis ac malis artibus tyrannidem exercuit in *Chriſti* gregem, quorum gula, faſtui, libidini, avaritiæ nihil eſt ſatis? Sed utinam Deus, aut det illis mentem meliorem, aut eos aliquò releget, nè diutiùs obſtrepant Euangelio *Chriſti*. Nos infracto animo, quod ſemper egimus agimus, bonis literis ac veræ pietati pro noſtra virili conſulētes, ſic tamen ut odioſis tumultibus nos nequaquā admiſceamus. Prodeſſe cupimus, & præſtat quieſcere, ubi nullis ſpes profectus [illegible] terùm ut finiam epiſtolam, ſcito me [illegible] quantopere debeam tuo iſti in me [illegible] turum officia tanta non prorſus [illegible] ingratum & immemorem eſſe deprehenſe ſede declarit opportunitas. *Chriſtus* [illegible] mus te nobis, tibi animum iſtum quem [illegible] ſervet. Salutem dices amicis omnibus [illegible] *Antonio Clavæ*, quo nihil candidius, nihil [illegible] & *Guilielmo Vala*, planè digno quem [illegible] meorum adſcribam catalogo, qui nuper [illegible] traxit fatorum invidia Cardinalē [illegible] brevi declaravit fortuna, quid in [illegible] valeat. Vidimus repentè ad ſummum [illegible] faſtigium evectum, ac ſubitò ocu[illegible] rum pollice ſuccifum. Bene vale vir [illegible] ex tempore, ne *Clava* rurſus acrius [illegible] litiget. *Lovanii*, Anno M.D.XXI.

DES. ERASMI ROT
EPISTOLARUM
LIBER DECIMUSQUINTUS.

Ioannes Turzo Epiſcopus Vratislavienſis Eraſmo Roterodamo S. D.

Epiſt. 1. EXplicari nequit *Eraſme* doctiſſime, quantum me tuæ literæ oblectârunt, licet vix ſeptimo tandem menſe ad me pervenerint: quibus ſanè ut antea nihil mihi fuit optatius, ita revera nec acceptius quicquam evenire poterat. Proinde eas ipſas, obviis (ut aiunt) manibus excepi, exceptas & legi cupidè, & lectione earum etiamnum obſaturari neutiquam poſſum. Fuerant fateor ſæpiſſime magnæ admodum tum admirationi, tum delectationi *Eraſmi* doctiſſimi ad alios ſcripta doctiſſima, formulis literariis alienáque manu excuſa: jam verò voluptati & gaudio nihil reliqui factum eſt, ubi autographum eruditiſſimi ac omnibus dotibus ornatiſſimi viri conſpicatus ſum. Erunt itaque tuæ literæ mihi ſelectiſſimi ac precioſiſſimi muneris loco. Non eſt autem chariſſime *Eraſme*, quod meas literulas veriùs, quàm literas tantopere collaudes: novi egomet me, atque intra meam perquàm libenter me pelliculam contineo. Verumtamen quàm inhumanus optimo jure valeam judicari, niſi tibi pro ea etiam re gratias agerem, tam eſſem impudens, ſi tuas prædicationes agnoſcerem. At tu quomodo tibi non injurius videri poſſis, qui laudes, quibus te univerſus propemodum orbis veriſſimè proſequitur, nimia (ni fallor) hac in parte hujus modeſtia, tantum abeſt ut admittas, ut contra maximè averſeris, declinéſque. Debentur profectò tibi longè majora, præſertim cum tui unius patrocinio omnium honeſtiſſimarum diſciplinarum nitor, multò jam barbariei ſitu & ſqualore obtenebratus, reſplendeſcat: tum ſynceræ quoq; illius theologiæ puritas, & ſanctiſſima ſtudia propè ad interitum redacta, te parente, te duce, veluti renata, toto orbe refloreſcant. Quod ad me attinet, tuæ nimirum literæ, tórque tui vigilantiſſimi ſanctiſſimi labores, me tibi obſtri[illegible] atq; nullo non momento tui ingerunt [illegible] quantumvis nihil prorſus mei apud [illegible] hujus hominis recordationem vicissi[illegible] afferre. Igitur ut amoris & obſervantiæ [illegible] gularis in te ſtudium tibi etiam atq; etiam [illegible] fiat cognitum, atq; interim ob oculos [illegible] *Turzonis* tui memoria, munuſculum tibi [illegible] magni ſanè precii: quatuor inquam [illegible] treis vaſculis exigua, pulviſculóq; pa[illegible] bente, horas dimetientia. Quorum [illegible] clepſydram noſtro ſeculo æquat: hanc [illegible] obverſatu atq; tractatu, te noſtri in hac [illegible] admonere. Adjunxi præterea auri pini [illegible] quatuor particulas, five ramenta [illegible] ſpeculum, adeóq; ex ipſis terræ viſceribus, [illegible] one meæ diœceſeos, qualia vides [illegible] nempe ut auri vivax vis te immortalitatis [illegible] ſimum declaret: ad hæc tegmentum [illegible] piti ex murium Ponticorum exuviis, [illegible] tes *Sabellinas* pelles, etiamnum uſurpat [illegible] cognominant. Debebunt equidem [illegible] caput hoc tuum & gratâ mollicie demul[illegible] fovebunt caloris temperie, meum in te [illegible] aut teſtari, aut comprobare. Ego adeo [illegible] mitto, non quia te, qui Regum & potentiſſimorum Principum muneribus exornaris quotidianis, [illegible] bus longéque præſtantioribus careo: [illegible] ſed ut amoris mei, & propenſiſſimæ obſervantiæ ſtudium, quemadmodum prænonni, [illegible] compertius. Verùm quicquid eſt hujus, quod [illegible] to, ut lubens & grato animo accipias [illegible] oro. Id quod futurum confido, ſi animi mei benevolentia, atque profuſiſſima in te propenſione, non precio munuſculum æſtimas. Nam ſi pro tuis meritis ornandus ſis, vir [illegible] tè totius orbis opes & copiæ, nedum [illegible] cujuſpiam

cupidam simul hanc tuæ diligentiæ fuisse. Quod superest, charissime *Erasme*, maximè omnium quæsumus atque precibus amare pergas, bene quæque felicissimè valeas. Datum *Oxoniæ*, Calendis Decembr. Anno M.D.XIX.

Joannes Tunstal Episcopus *Dunelmensis* manu propriâ scripsit.

Erasmus Rot. Joanni Turzeni, Episcopo Vratislaviensi S. D.

CUr ita visum est superis, ut tanto intervallo disjungantur loca & tempora, quos tanta copulat charitas animorum? Epistola tua post tertium demum mensem mihi reddita est, una cum munusculis. Quorum nihil non fuisset gratissimum, etiamsi minimi pretii fuisset; vel propter nomina, quòd à tali præsule, sed multo magis quod à tali animo profecta referrentur. Nunc & pretii magnitudine, & ipsa novitate, & auctoris titulo commendabantur; sed in his tamen nihil mihi erat charum est visum, quod epistolæ tuæ non superaret, quam jam alteram accepi, tuis illis articulis desuper ipsam, tuo isto ingenio, conditum, quo magis etiam refert imaginem animi tui. Deum immortalem qualis? Faxit Deus, ut istud pectus imitentur complures Episcopi. Procereque, & imaginibus suis tam eximium decus adjungant, & auctoritatem suam bonitatis ac sapientiæ cumulent accessione. Quam ardentem virtutis amore spirant illæ tuæ literæ, quantam sitim eruditionis *Christianæ*? Ad hæc quantum candoris, quantum modestiæ præ se ferunt? Quis credat hæc à tanto Præsule, à tanto Principe scribi? Nihilo enim minus mirabilis est mihi tuus iste animus, quod me præter meritum admiraris, si quidem hic error in persona est, non in re. Hoc erras, quòd *Erasmum* esse credis id, quod non est: sed non in hoc erras, quòd ea veneraris & expetis, quæ falsò tibi persuades in nobis esse. Adnixi sumus mundum nimis ad scholasticas argutias prolapsum, ad veterum fontes revocare ac plus satis fidentem *Judaicis* cæremoniis, ad veræ pietatis studium accendere. Atque utinam hic meus conatus tantum fructûs attulerit aliis, quantum nobis attulit invidiæ. Meum incommodum multo levius ferrem, si tum multorum commodo viderem conjunctum. Sed hoc viderit ipse *Christus*, qui ni fallor, certè hunc animum probaturus est. Jam ut in tuis munusculis etiam nonnihil philosopher, gratulor tuæ ditioni, è cujus venis aurum tam elegans ac purum eruitur, sed tu beatior, qui è divinorum voluminum longè felicioribus venis, tam avidè scruteris aurum evangelicæ sapientiæ, quo locupletes gregem tuæ fidei concreditum, velut opulentus quispiam paterfamilias, è divite thesauro proferens nova ac vetera, multum dissidens ab episcopis plerisque, qui pulcherrimam functionis suæ partem, in sordidos quosdam relegant, nec probatos, nec exploratos, quum ad id muneris neminem oporteat admitti, nisi quem eruditio *Christiana*, quem morum integritas, quem rerum usus, ac prudentia non vulgaris commendet. Duobus horologiis inscriptum erat, *Festinа lentè*, atq; hanc quidem inscriptionem audit pulviculus ille per minutissimum foramen lentè defluens, hæc me scribente: sed magnâ celeritate vita nostra avolat, & advolat mors nihilo segnius, etiamsi non defluat arenula. In altero supernè inscriptum erat, *Festinа lentè*, & inversum horologium ostendebat mortis imaginem: quæ utinam tibi mi *Turzo* lentè veniat, digno profectò qui sis immortalis, non tantum longævus, nisi hæc esset fortunæ invidia, ut si quid existeret in rebus humanis eximium, id quàm celerrimè tollat è medio. Quod omen absit velim quàm longissimè abesse, quem & ex tuis literis, & ex aliorum prædicatione, tam multis ac variis animi dotibus præditum esse video, ut generis claritudo, ut opes, ut pontificia dignitas minima portio sit tantarum ornamentorum. Pileum nunc poterit mihi esse usui, nisi domi. Nam & magnificentius est, quàm ut conveniat homini tenui: nisi forte & hic erras, ut putes *Erasmum* esse aliquid: & alioquin à more hujus regionis, olim, juxta proverbium, bonos viros decebant omnia, hunc non nisi potentes omnia decent: tamen servabitur, & in hoc pocissimum, ut *Turzonis* memoriam mihi refricet. Aureum numisma multos exercuit, aliis conjectantibus esse tres *Noë* filios ex Arca revertentes, & ex altera parte Columbam olivæ ramum deferentem: aliis duces duos, qui medium captum ducerent, & aquilam lauri tantum in coronam deflexum gestantem. Subscriptionem nullus adhuc legere potuit, neque *Græcus*, neq; *Latinus*, neq; *Hebræus*. Video quam sim ingratus qui pro tot donariis, tot epistola, tam eleganti, tam amica, præter frigidum epistolium nihil rependam, sed alias dabitur occasio. Interim cura ut rectè valeas, Præsul optime. *Lovanii* pridie Calend. Septemb. Anno M.D.XX.

Erasmus Rot. D. Godschalco Rosemundo Lovaniensis Academiæ Rectori S. D.

MAgnifice rector, non dubito quin tu scias, *Epist. 31.* id quod nemo nescit, quàm seditiosè debacchatus sit in nostrum meum alter quidam *Dominicanus*, priori illi rabulæ succenturiatus, à nullo convicio temperans, atq; interim manifestè mentiens. Quid enim illos pudet? Ubi usque ad suam satietatem, & omnium nauseam deblaterâsset, tandem scurra facetus jussit orarent Deum pro me, ut si quando converterer ad meliorem mentem: hæc nisi fierent vel instigantibus, vel conniventibus theologis quibusdam, non auderent tam scurrili ausi petulantiâ in Academia tam celebri, idq; in sacris concionibus, atq; etiam sine fine. Nihil admiror hæc audere *Dominicanos*, illud admiror, hæc probari ordini theologico. Ille non poterat ferre unam vocem matæologi, tortam obliquè in *Egmondanum*: & hæc seditiosa, hæc plus quàm scurrilia patiuntur æquis animis, ac ni fallor incitant. Hæc scilicet placuit illis ratio conficiendi *Erasmum*. Quod si ego pariter cum illis insanirem, nonne tumultus egregius nasceretur? Hic animus sibi bene conscius, & graviora potest perpeti, sed interim quale est hoc exemplum petulantiæ? & quem exitum habiturum? & quàm speciosus hic est ludus sub *Christi* natalem? Non tam sum insanus, ut velim cum *Dominicanorum* populo depugnare: illos quales quales sunt, Deo judicandos relinquo. Ego nec monachorum sum hostis, nec Theologorum: nisi forte *Christianorum* omnium hostis est, qui in illorum moribus aliqua non probat. Si quid habet adversum me theologica facultas, expostulet mecum, proponat quid velit. Sum paratus reddere rationem studiorum meorum omnibus sobriis; nam cum *Egmondano* colloqui, non est colloqui:

Verè dixit *Minus* ille: *Cum absente litigat, cum ebrio qui litigat, sed multo magis, qui cum furioso litigat.* Tumultus hic scurrilis displicet etiam laicis, quo minus addubito, quin displiceat etiam tibi viro optimo: sed tua lenitas in me, imò in hanc totam Academiã, crudelitas est. Ejus officium erat, vel me tacente toti monasterio, imo concionatoribus omnibus à tali petulantia silentium indicere. Alter vetitus erat sub pœnis gravissimis. Quis unquam exegit vel minimum? Hæc quid sibi velint intelligunt & pueri. Posthac non ero tuæ magnificentiæ molestus, spero te functurum officio tuo: sin minus, mihi est animus, qui ista floccifaciat. Quòd si quis tumultus exciterit, imputabitur iis qui vel dissimulaverunt, vel faverunt exordiis. Tu certè dissimulare non potes. Bene vale magnifice rector, & si quid me facere voles, impera, experieris obsequentissimum. *Lovanii* M.D.XX.

Franciscus Craneveldius Erasmo S. D.

Epist. 4. NOn possum non agere tibi gratias, vir undecunque doctissime, quanquam ineptioribus meis literis pro tuo illo nuper in me collato beneficio, cujus erit apud nos sanè memoria sempiterna, quod ego tanti æstimo, ut nè *Crœsi* quidem opibus redimi patiar. Quod inquis beneficium? Quod me ad suavissimum illum *Morum* tuum, imò nunc nostrum deduxeris, apud quem post tuam abitionem frequens fui, vocante quidem illo, cujus ego non tanti facio τὰς τραπέζας ὑπὲρ τὰς ἐν οἰκείᾳ, quanti eruditionem, humanitatem, liberalitatem. Proinde plurimum tibi debere me profiteor, cupióque tibi grati animi signa demonstrare: deinde plurimum mihi dolet, quod quum adesses *Brugis*, tam raro te inviserim, frivolis quibusdam negotiis occupatus, ut occasionem illam multa simul optimáq; discendi, sic è manibus elabentem, non vel mordicus apprehenderim. Memini quid tu dixeris de *Flandricis* moribus, sed velim tibi persuadeas me totum esse tuum, nec is ipsis esse contaminatum. *Morus* abiens δακτύλιον χρυσοῦν donavit uxori meæ, in quo verbis *Britannicis* γέγραπται: Bonâ voluntate censeri omnia. Mihi verò vetusta nomismata dedit, aureum, argenteúmque: in altero est *Tiberii* effigies, in altero divi *Augusti*. Quæ te scire volui, quia pro his etiam tibi me debere gratiam semper confitebor. Vale & me, si quid possim, utere. *Brugis*, tertiodecimo Calendas Octobris. *Fevinus* noster valet, & suo nomine salutem ascribi voluit. Anno M.D.XX.

Francisco Craneveldio, Vrbis Brugensis à consiliis Erasmus Roterod. S. D.

Epist. 5. NImirum hoc est, quod vulgò dici solet, unica filiola mihi duos conciliavi generos. Agis mihi gratias, cujus operâ tibi contigerit *Morus* tam candidus amicus. At ille mihi vicissim gratias agit, per quem contigerit nôsse *Craneveldium*. Sciebam ilico, quæ morum & ingeniorum est similitudo, nascituram inter vos amicitiam, si modò uterque alteri innotuisset. Talium amicorum, ut est cum primis preciosa, ita rarissima est possessio, præsertim hisce temporibus, quo magis est propaganda, atq; etiam tuenda. Commigravit isthuc *Petrus* cognomento Amicus, juvenis moribus ingenióq; longè candidissimo. Complures annos egit cum *Aegidio Buslidio*, cujus liberos instituit, cui non aliter charus fuit, ac filius, ob fidei vitæque synceritatem. Is nunc [illegible] nignorem, ac meâ sententiâ [illegible] ma. Est utriusque linguæ [illegible] in juris studio non [illegible] versatus. Postremò [illegible] dei. Nihil addubito, quin ipsum [illegible] nem abundè commendaturæ. [illegible] stimat se bonis omnibus commendabi[illegible] tiam fore, si vestro gregi ascribatur: [illegible] dem non recuso meum nomen rursus in [illegible] diario, si quid officii collocaveris in [illegible] mihi charissimum: sed tamen arbitror [illegible] quemadmodum antehac, ita nunc [illegible] minam ineam gratiam. Amici [illegible] desinunt esse sui similes, conspuunt, [illegible] latrant, minitantur mihi impiam [illegible] *theri* negotium non tam atrociter [illegible] vellent. *Carmelita Egmondanus* in [illegible] onibus, in prælectionibus publicis, [illegible] lapidat, atque interitu rideturetiam [illegible] *melitis*; cum me citante comparuisset [illegible] apud Rectorem hujus Academiæ, te[illegible] ciorum mendacissimorum convictus [illegible] ut paratus fuerit nec sacri legum, [illegible] aut peculatorem, aut quidvis aliud [illegible] veniisset in buccam. Atque ita sibi [illegible] debatur: rectori, ne mihi, id quod [illegible] videbatur. O prodigiosam linguæ [illegible] in Theologo, in monacho, in sene! [illegible] mam hominis petulantiam cœperat [illegible] moveri, sed mox magis libuit homi[illegible] quàm refellere. Tandem huc erasit [illegible] si vellem scripti testari *Lovanii* plebe[illegible] ceros esse Theologos, si vellem *Lu*[illegible] stilo confodere, tum nos fore frätres [illegible] lege fore concordiam. Respondi, [illegible] tius præstarent, quales vellent haberi [illegible] *thero* respondi, mihi non esse in animo [illegible] misceri causæ tam odiosæ, cui me nunquam [illegible] miscuissem: nam quod mihi non placeret [illegible] impeti clamoribus apud populum, [illegible] libris editis esse refellendum, hoc consilium [illegible] versus *Lutherum* pro Theologis facere [illegible] totus poterat aboleri, si prius exempta [illegible] ex animis hominum, cum nunc libri [illegible] eximantur è bibliothecis, ipsæ manent [illegible] animis. Plurimum habere ponderis [illegible] bullas, sed apud eruditos viros longe plus valet libellum bonis argumentis, ac scripturæ [illegible] testimoniis, non cogentem, sed docentem: generosa ingenia facilè duci ratione, non posse cogi imperio. Nec enim hoc tantum est spectandum quid mereatur *Lutherus*, sed qui ratione potissimùm liceat huic mederi malo. Deinde non videri æquum, ut ego me in negotio admiscerem, cujus initium à me non esset natum: magis autem convenire, ut is qui fabulam hanc agere cœpisset, perageret, ipsi telam quam essent orsi absolverent, ipsi mortarium alliatum, quod intrivissent, ederent. Alioqui cur ego potius in *Lutherum* scribam, quàm quivis alius? Quod si fatum sit omnes Theologos in unum scribere, & à paucis id præstari possit, maximè congruere, ut illi in eum scriberent, qui in illum disputâssent, qui in concionibus illum proscidissent, qui suo præjudicio prius illum condemnâssent, quàm summus ipse Pontifex. Nam

Nam si quid stilo valerem, nec solùm valere me, nec hanc rem elegantiâ geri, sed eruditione, quam ipsi sibi potissimùm vendicarent. Ad hæc crudele videri posse, me stilo confodere hominem, jam prostratum, fusum, atque etiam exustum. Præterea nè totum quidem esse, irritare in caput meum hominem, nec edentulum, nec mutilum, & qui planè, quod libri testantur, fœnum habeat in cornu: neque mihi consultum esse, tot Principum *Germaniæ*, tot eruditorum hominum odia in me sine causa concitare. Quinetiam temerarium videri, si mihi provinciam sumerem, quam nemo cum autoritate delegâsset, præsertim cum videâ tot monachorum ordines, tot scholas malle spectare fabulam hanc, quàm agere: fortassis ob id, quod addubitent, cujusmodi futurus sit exitus. Nec enim abest à periculo, nè catastrophe futura sit tumultuosa, ni res moderatioribus consiliis componatur: sed quicunque futurus sit exitus, precor ut cedat in gloriam *Christi*. Fortassis aliquot me dixerint avidum gloriæ, qui bello confecto accurrissem, rerum ab aliis gestarum laudem mihi vendicaturus. Postremò me non esse usque adeo mihi ignotum, ut tenuis Theologus, vel magis Grammaticus, ut ipsi solent dicere, tam arduam provinciam mihi sumerem, quæ & summum Theologum, & autoritate præditum postularet. Neq; enim libet suspicari, hoc agere quosdam animo non syncero, ut postea quam scriptis in *Lutherum* libris *Germanorum* animos in me provocâssem, hoc odio protinus in meum exitium abuterentur. Addebam hoc laboris mihi frustra sumi: quid enim momenti sit habituru meum judicium apud eos, quos duarum academiarum sententia, quos summi Pontificis diploma non permoveret? Horum si nihil esset, tamen refelli non posse, quod non semel atq; iterum à capite ad calcem usque perlegeris, *Lutherum* τοιγαρόῦν esse. Porrò mihi vix ocium esse meis ipsius libris recognoscendis. Suos potius ederent libellos, quos jam paratos haberent *Latomus* & *Turenholtus*, utriq; docti, alter etiam non prorsus infacundus. Tandem *Egmondanus* hoc erat futurus contentus, ut si nollem pugnare cum *Luthero*, saltem testaret illum esse victum à *Lovaniensibus*. Respondi, non deesse qui hoc prædicarent: mihi nondum satis liquere eum esse victum, priusquam prodierint illorum argumenta: neq; enim speciosam esse victoriam, aut magnopere prædicabilem, præsertim Theologis, bullis & favillis vincere. Sic ab eo colloquio tantum non consputus discessi. Nunc nescio quomodo rursus irritati, videntur in hoc conspirâsse, ut me concionibus suis conficiant. Cum essem *Caletiæ* in Regum congressu, *Dominicanus* quidam juvenis, sibi placens & confidens, *Phormionem* esse diceres, hebdomadas aliquot in me debacchatus est *Lovanii*, non aliter quàm è plaustris lapidans me conviciis. *Moriam* interpretabatur populo, juxta sensum Cacologicon. Tandem me dissimulante indictum est homini silentium, sed posteaquam quicquid libuit effutiverat. Nuper rursus cœpit etiam atrociùs, irritatus libello *Antibarbarorum*, quem non intelligit: rursus, iterum atq; iterum tacere jussus nondum sibi temperat. Tandem nudiùs tertiùs alter quidam *Dominicanus*, reversus, ut ferunt, è *Gallia*, prodiit in concionem, & nihil conviciorum non congessit nominatim in *Erasmum*, tam petulanter, ut omnibus etiam laicis displiceret. Et, ô novam Theologorũ lenitatem! hæc ferunt æquis animis, qui vocem unicam matæologi, oblique tortam in *Camelitam Egmondanum*, magnis tragœdiis exagitârunt. Nemo non intelligit hæc fieri Theologis quibusdam partim conniventibus, partim etiã instigantibus. O telum Theologis dignum! Coràm non expostulant, à tergo mordent, conspirant clanculum, per tales scurras suam agunt fabulam. *Nicolaus Egmondanus* cum publicè auspicaretur epistolas *Pauli*, admiscuit bellam facetiam, *Paulum* è sævissimo persecutore factum esse mansuetissimum Euangelii præconem. Ita precandum, inquit, ut *Lutherus*, & *Erasmus* ab erroribus suis convertantur: quasi mihi plus esset negotii cum *Luthero*, quam sit ipsi *Egmondano*. Visum est hoc illis bellum sophisma sed inter pocula natum, si *Lutherum* & *Erasmum* eodem jugo copulâssent, perinde quasi taurum jungas damæ. Miraris fortassè jamdudum, cur te hisce næniis onerem. Sic lubitum est, cum amico miscere fabulas, & quicquid est nugarum in tuum sinum effundere. Sed admiror cur ordo, cui præ cæteris faveo, ac verius fortassè quàm ipsi favent sibi, potissimum hujusmodi tragœdiis delectetur: quasi tot excitatis tumultibus, primùm de conceptione deiparæ Virginis, deinde *Florentiæ* per *Hieronymũ Savonarolam*, mox *Bernæ* per alios longè sceleratissimos, rursum in *Joannem Capnionem* per *Jacobum Hogestratum*, & ἀνὸσιον in comitem *Novæ aquilæ*, virum toti *Germaniæ* charissimum, non satis invidiæ sibi conflârint, nisi dentò tam seditiosis in me clamoribus magis etiam irritent in se odia bonorum omnium: nam probis displicet tanta petulantia, etiam iis quibus fortassè non placet *Erasmus*. Aè me fingunt hostem à quo nunquam sunt læsi, imò pro benefactis malam referunt gratiam. Quũ sæviret in illos *Capnion*, unis atq; alteris literis illum admonui nè læderet ordinem, sed in eum duntaxat sæviret, à quo fuerat læsus. Rursum cum optimo jure offensus *Hermannus Novæ aquilæ* comes excluderet omnes *Dominicanos* à colligendis caseis, diligenter egi cum illo per literas, ut sineret illos: atque ille, ut dignum est verè generoso excelsóque pectore, neglexit contumeliam, ac remisit vindictam, atque hanc gratiam nunc referunt mihi. Totum ordinem existimant esse læsum, si quid dicatur in monachos improbos, perinde quasi nulli sint improbi; cum illis potiùs debuerint indignari, qui suis moribus dedecorant ordinem: imo si quis describat formam boni monachi, se notari putant: quod si jure faciunt, meritò succensebunt *Chrysostomo*, qui homiliâ quinquagesimâ & aliquot sequentibus, sic depingit ideam vitæ monasticæ, ut nemini non multa succurrant, qui cum nostri temporis monachis habuerit commercium. *Fora*, inquit, *fugientes & civitates & medios tumultus, in montibus vitam elegerunt, cum præsenti commune nihil habentem, nihil sustinentem humanum, non secularem tristitiam, non dolorem, non curam, non pericula, non insidias, non invidiam, non zelotypiam, non absurdos amores, non aliud quicquam hujusmodi:* deinde quum de vilitate victûs, ac vestitûs, de laboris industria, de hospitalitate, de sacro studio, multa dixisset, mensæ quoque sermones depingit hunc in modum: *Et si vis*, inquit, *illorum discere mensam, accede propiùs, & eos experiris, talia eructantes, Omnia mitia & jucunda, & spiritali odoris suavitate plena, nullum turpe verbum illa possunt ora emittere;*

nihil ſcurrile, nihil aſperum, ſed omnia cœlis digna. Mox ubi virulentas prophanorum obtrectationes commemorâſſet *Chryſoſtomus*, ſubjecit, *Horum autem ora rivis comparanda ſunt, meſſe manentibus & pura diffundentibus fluenta.* Rurſus humiliâ proximâ, *Migremus igitur ad illos, inde ſcietnus menſam apponi bonis innumerabilibus ſuaviſſimâ, nunquam deficientem, à ſolitudine liberam, invidia, liveris, & omnis peſtis immunem, & bonâ ſpe refertam, & multa ſtatuentem trophæa: non eſt illic tumultus, non morbus, non ira, omnia tranquillitas, omnia pax.* Hæc illis ſunt eradenda, niſi malunt ſui eſſe diſſimiles, at non hæc ſolum. Verum omnia quæ *Hieronymus*, quæ *Bernardus* de vera religione prodidere ſcriptis. *Expedit*, inquiunt, *ut vulgus de monachis optimè ſentiat*: id verum eſt fortaſſis, ſi modò probi ſint: ſed magis expedit ut tales ſint, quales haberi volunt. Alioqui magna pernicies eſt, ſi ſub prætextu religionis imponant orbi. Expedit ut de paſtoribus ſuis bene ſentiat populus, ut de epiſcopis, de magiſtratibus: at in hos iſti, quoties libuit licentiſſimè debacchantur. Verum de his jam nimis multa Si me audies, quàm minimum te iſtiuſmodi tragœdiis admiſcebis. Bene vale vir optime. *Lovanii*, quintodecimo Calend. Januarii. Anno M.D.XX.

Eraſmus Roterod. Leontio ſuo S. D.

Epiſt. 6. BOni conſulam audaciam tuam, qui ignotus ad ignotum ſcripſeris, ſi tu viciſſim boni conſulueris, quòd occupatiſſimus tam pareè reſpondeam, ut prope nihil reſpondeam. Quòd Muſarum cultor es, magnopere laudo: quòd aſſiduè depugnas cum amuſis, non probo. Negligendi ſunt, qui vinci non poſſunt: & ita ſunt hæc ſtudia commendanda, nè tamen odioſè damnentur, quibus alii magis capiuntur. Certè non expedit irritare crabrones. Cæterùm quæ nos ſcripſimus, non in hoc ſcripſimus, ut invehantur templis, ſed ut domi legantur. Atque iſto tuo ſtudio immodico, nihil aliud mihi quàm invidiam paris. Ego nihil honoris iſtiuſmodi promereor, alioqui nè promeritis quidem aperiuntur templa, niſi à rogo, ut aiunt. Ac meâ quidem ſententiâ, plus efficies, ſi quod operæ ſumis in rixando cum adverſariis, fortaſſe deplorat is, id inſumas erudiendæ pubi, aut juvenibus ſpei melioris. Feliciùs irrepent bonæ literæ, quam irrumpent: ac faciliùs coaleſcent, ſi civiliter ſemet inſinuent ut hoſpites, quam ſi irruant ut hoſtes. Nos quod poſſumus, gratis ac libenter impartimus: ſi quis adferet meliora, non gravatè cedimus. Porrò cum clamoſis rabulis certamen non niſi coacti ſuſcipimus, imò nè coacti quidem. Porrò vita noſtra nihil habet memorabile, niſi quòd opinor fortunam nulli conſtantiùs infenſâ fuiſſe. Proinde tu ſi me audies, aliud argumentum tibi quæres, imò quodvis aliud citiùs tibi ſumes quàm hoc. Bene vale. *Bruxellæ* M.D.XX.

Eraſmus Roterod Thomæ Bedello S. D.

Epiſt. 7. DE præſulis optimi in me ſtudio, ut rem mihi longè gratiſſimam, ita minimè novam nuncias: ſed quod toties objurgas me, qui nihil ab illo petam, facis inclementer mi *Bedelle*. Imò jam pridem oro, ut ingens aliquod ſacerdotium conjiciat in caput meum. Non dubito quin ille ſit huic corpuſculo ſuperſtes futurus, ſed tamen in rebus humanis certi nihil eſt. Verùm nè nihil temere faciam, in præſentia cuperem mihi numerari anni venturi penſionem, aut certè ſpem mitti, per quam hîc, aut apud *Italos* vivam. Adorno enim profectionem in proximum quadrageſimam, ſed æſtivaturus *Baſileæ*, ſimulque illinc repetiturus *Italiam*, niſi quid extiterit in hoc Principum conventu, quod me remoretur. Fuit non niſi ſemel lapidatus fuit, hîc ego quotidie. dor *Dominicanorum* & *Carmelitarum* convicia, que & nominatim, & in publicis concionibus. Sed nihil aliud efficiunt, niſi ut populus eum intelligat, illos agitari malis furiis. Archiepiſcopus unico *Mecenate* meo, multam ex me ſalutem. citò, poſt hunc doctori *Vuelleo*, & humanum œconomo. Bene vale mi *Pyladæ*. *Lovanii*, pridie *Circumciſionis*, Anno M.D.XX.

Eraſmus Rot. Henrico Glareano S.D.

LIteras tuas *Baſileæ* huc allatas reddidit mihi *Hieronymus Frobenius*. De amore in te meo nihil remiſi, etiamſi de hujus corpuſculi vigore quotidie aliquid decerpit, quum ætas, tum ſtudiorum ſemper increſcens labor, ſed molo tamen tædium, quod nobis adferunt iſti rabuli, adverſus bonas literas, adverſus ſyncera pietatis conſortes rati. *Joannis Laſcæris* conſuetudinem tibi prædulcem gratulor, non eſt ille ſui diſſimilis, ſemper cordatiſſimè favit bonæ ſpei ingeniis. Utinam autem rum Deus juvandis optimis ſtudiis quam diſſimè ſuperſtitem eſſe velit. Tu fac mi Glareane, te modis omnibus inſtruas, ut nobis non tamdem traditurus, ita ſuccedas, ut nomen Helvetiorſus obſcures. Bene vale. Saluta *Cyprium Talemm*, *Nicolaum Beraldum*, *Hermannum Phryſium*, ac cæteros qui nobis iſthic bene volunt. *Lovanii* M. D. XVIII.

Eraſmus Rot Hermanno Phryſio S.D.

ERuditiſſime juvenis, oſtendi *Moro* in ſuis tuis locum, qui ad illum attinebat: ille ſuo latque guſtârat phraſim, totas perlegit, & tum cœpit ingenium tuum. Amo *Brixii* ingenium vulgariter, phraſim admiror, ſed utinam exemplum utrunque in argumento plauſibiliore. Contendis ut ſcribis, ille *Morum*: atqui vereor, nè ſentiat illum ſibi non fuiſſe contemnendum: ille curandum *Brixio*, ita ſtilum temperet, ut non ſolùm eruditus, verum etiam vir bonus habeatur. Conſulat amicos ſuo graves & eruditos, *Budæum*, *Deloinum*, *Ruſcum*, & *Ruelium*, potius quàm juvenilem animi impetum. *Brixius* interpretatus eſt dictum, neſcio quod, ex meis ad *Beraldum* ſchedis, quaſi ipſi priores tribuerim eruditionis laude: nec ſum adeo indoctus, ac adeo *Moro* amicus, ut non perſpiciam, quid inter eos interſit: imò volebam illum Muſarum præſidiis certare, non conviciis. Et confido me hoc à *Moro* impetraturum, ut & ille premat, quæ jam adornavit dentatiora, quàm ut vel à *Moro*, vel à *Brixium* ſcribi velim. Etiam atque etiam te rogo hortare *Brixium*, ut in alio potius argumento ſuum ingenium exerceat, ita rectiùs conſulet ſuæ famæ. Bene vale. Saluta *Beraldum* meo nomine diligenter. *Lovanii* M.D.XXI.

Eraſmus

Erasmus Nicolao Beraldo S. D.

Epist. 10. QUantum apparet ex *Budei* nostri ad *Vivem* literis, fieri non potest, quin *Morus* ac *Brixius* pergant inter se confligere. Amo utriusque ingenium, malim aliud par spectare commissum, sed quod nobis in manu non est, fatorum arbitrio permittamus. Tuis literis provocatus, scripseram *Huco* Decano, & ille sic obticescit, quasi sit offensus officio meo. Quòd si est, fac mihi hominem reconcilies, cui me volebas conciliare. Tanta hic est rabies quorundam monachorum adversus bonas literas, ut jam tardia sint veriùs quàm studia. Ego *Dominicanorum* conviciis lapidor quotidie, in publicis etiam concionibus, quæ si paterer pro negotio fidei, non cesserim vel ipsi protomartyri *Stephano*. Semel ille lapidatus, finem invenit malis; & saxis ille duntaxat impetitus est, ego nec uno in loco, nec semel lapidor mendaciis & conviciis letali veneno tinctis: atque hæc dum agunt, ipsi semet produnt ac traducunt populo. Ac tales se præstant, quales si ego descripsissem, vix quisquam fuerat habiturus fidem. nunc ipsi fidem faciunt. Et tamen tanta est cæcitas, ut vel suo malo lædere cupiant. *Lutherum* maximâ invidiâ gravat & nos & bona studia. Nemo nesciebat ecclesiam fuisse gravatam & tyrannide, & ceremoniis, & decretis humanis ad quæstum repertis. Jámque multi remedium, vel optabant, vel meditabantur, sed sæpe parum dextrè tentata remedia vergunt in pejus, fitque ut dum non succedit jugum excutere volentibus, in acerbiorem servitutem retrahantur. Utinam vir ille, aut prorsus abstinuisset, aut rem moderatiùs simul & circumspectiùs tentâsset. De *Luthero* nihil laboro, sed *Christi* gloriæ faveo: nam quosdam sic accinctos video, ut si his succedat res, nihil superfit, nisi ut enangeliceæ doctrinæ scribatur epicedion. Bene vale *Beralde* doctissime. Saluta patronos communes *Rufum*, & *Deloinum*, nam *Budæo* scripsi. *Hermano Pleysio* summæ spei juveni multam ex me salutem dicito. *Lovanii*, decimo quarto Calend. Martias, Anno M.D. XXI.

Eras. Rot. Clarissimo juveni Antonio à Marca Abbati Belliloci S. D.

Epist. 11. PErsuaserat mihi ille quem nôsti, me initurum haud mediocrem gratiam apud tuam celsitudinem, si eam aliquâ parte studiorum dicatâ provocâssem, sed, ut video, res in diversum exiit; hoc ipso videor alienâsse, quo conabar devincire. De ingenii tui candore, fide, constantiáque non libet suspicari, nescio utrum idem ille gratiam officii mei corruperit, qui ad officium instigârat, an opus ipsum tuo judicio parum arrideat. De promisso non gravo pudorem tuum, volens atque ultrò pollicebaris mihi, nec postulanti, nec expectanti, ego vicissim ultro volénsque fidem tuam libero. Non expostulabo quòd res tentata non successerit ex animi tui sententia, modò id præstes, quod præstare tibi in manu est, ut *Erasmum* tui studiosum redames. Nunc ipsa res me docet, bonam felicitatis partem esse, nihil magnopere mirari: si anxiè pependissem à tuis promissis, jam discrucciaret frustratus, nunc ut leviter sperabam, ita minimum sentio doloris ademptâ spe. Rex ipse mihi longè majora detulerat, quàm tu audebas polliceri. Tantum autem abest ut tibi succenseam, qui non præstiteris quod receperas, ut gratiam etiam habeam, quod optaris, quod conatus sis. Bene vale vir clarissime. *Lovanii* XIV. Calend. Martias M.D. XIX.

Erasmus Rot. Augustino Scarpinello Neapolitano S. D.

Epist. 12. TAle iter hostibus eveniat, quale mihi contigit hùc revolanti. Qui venti, qui imbri, quæ inundatio? Parum abfuit quin in ipsis montibus naufragium fecerimus, nam equis erat navigandum. Equus famuli vix enatavit in columna, nos enim alieno periculo maluimus sapere. *Aragoniæ* Regina jam progressa *Aquisgrano* sesquimilliarium, coacta est in urbem redire cum suis. Ego vir fortis turpe ducens, si velut victus redirem unde veneram, hospiti meo risui futurus, homini hominum qui vivunt humanissimo: is est *Leonardus Priccardus*, qui nullis precibus cui erat impetrare, ut eum diem adhuc darem amicis cupientissimis: pertendo quò cœperam. Quid enim conviciorum in me non dixisset ille, si quod tantus amicus, nec solus, quòd dies Dominicus, qui ferias impetrat & ab agricolis, non impetrâsset, ventus & imber exorti essent. Totum firmè iter equitavimus soli, latronem nullum vidimus, etiamsi multos terrebant sævi rumores. Tu verò quid isthic rerum geris? Jámne sævis *Germanicè* spiras? Quomodo te beant æstuaria *Germanica*? O te felicem, qui in media bruma frearis æstate! sed quid tandem agit amasius tuus *Cicero*? Quæ spes habet te fore, ut ille totus aliquando reviviscat? Verùm etiam atq; etiam vide, nè sic adames *Marcum Tullium*, ut cum *Hieronymo* flagris liventes scapulas referas. Rides somnium? at expertus ille somnium esse negat. Sed ego mi *Augustine*, serò jam laudo studium tuum, qui totus in *Ciceronis* verseris. Quod idem si fecissem, fortasse meliorem gratiam retulissent ingenia candidiora, quàm nunc referunt quidam, quibus benefacere periculosissimum est. Brevi me reddam vestro contubernio, interim salutabis meis verbis mitissimum *Severum*, congerronem tuum, & insignem heroa *Aloysium Marlianum Tudensem* Episcopum. Bene vale. *Lovanii*, Idus Decembr. Anno M.D. XX.

Erasmus Livino Algotio S. D.

Epist. 13. INciderunt nonnulla præter spem, quæ sed tum nostrum in dies compluscula remorantur. Itaque quod iter ingressurus admonui, visum est rursum inculcare literis. Vide nè committas, ut absentia nostra te segniorem ad studia reddidisse videatur, quæ potius debet acuere. Nimirum quo plus tibi vacat temporis ab obsequiis, quibus præsenti soles inservire, hoc par est attentius incumbere literis. Hâc certè spe te reliqui *Lovanii*, magis tuo commodo consulens, quàm meo. Dabis igitur operam, nè me hæc fallat ratio, ac modis omnibus cavebis, nè quid reversus offendam, quo reditus meus minus lætus esse videatur. nôsti illud *Terentianum*, *Ita ut fit domini ubi absunt*. Item illud: *Malo coactus, qui suum officium facit, tantisper cavet dum id rescisci ira credat: si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit*. Illud te dignius est: *Is, quem beneficio*

ficia adjungas, ex animo suum officium facit, præsens absensque idem erit. Mihi semper placuit hæc *Mitonis* ratio, tuæ partes erunt adniti, ne me hujus animi pæniteat. Non aliter quàm pestem fugito quorundam consortia, in quos vere competit illud *Menandri*, φεύγειν χρὴ ὁμιλίας κακάς. A *Carini* latere digitum latum nè discedito. Is annis quidem haud ita multò major est tc. sed eâ morum integritate, tantâ siti literarum, ut vix alterius convictu queas evadere vel melior vel eruditior. Natura dedit ingenium felix, quo nomine ut tibi gratulari possumus, ita laudari non debes, ni naturæ bonitatem veluti solum felix, tuâ excolas industriâ, dedecus ingens reportaturus, si tute tibi defuisse videaris. Neque te clam est quid abs te expectent parentes optimi, neque nescis quid debeas *Marco Laurino*, qui te mihi prorsus affectu paterno commendavit. Vt nè commemorem interim quid mihi debeas, qui te semper habuerim non famuli, sed filii loco. Certè auget quoque expectationem multorum, quod cum *Erasmo* familiariter convixeris. His omnibus non potes, nisi summo studio respondere, & nunc ætas est ut maximè docilis, ita laborum patiens. Alios à studiis arcet nummorum, librorum, aut præceptorum inopia, tibi quum nihil horum non suppetat ex amicorum benignitate, nisi talem te reddideris, qualem oportet, non erit quod prætexas, culpa omnis in te unum recidet. Hæc tam multa quum satis opinor inflamment te ad studium egregiæ probitatis atque eruditionis, tamen hoc quoque calcar addere debet animo non degeneri, quod *Lovanii* vides tot pueros, tot adolescentes non minus feliciter, quàm ardenter ambire laudem literaturæ bilinguis. Postremò par est, ut gentis paternæ cognomento respondeas, nè quod abominor, existant aliquando, qui πέγκαλον per jocum vertant in πέγκακον, unius elementi depravatione, ex *omnibono* (nam id sonat gentile cognomen) *omnimalum* facientes. Quin huc potius manibus pedibúsque connitendum, ut hoc cognominis non fortuito, sed numinis alicujus consilio tibi contigisse videatur. Hæc tam diligenter admoneo, non quòd diffidam ingenio tuo, sed quòd is, quibus vehementer ex animo bene volumus, etiam tuta timere soleamus. Si quid isthic allatum est literarum, quas intelligis non esse magni momenti, eas servato in reditum meum. Sin quid erit, quod prorogari non expediat, nec continget per quem certo mittas, ipse huc advolato. Bene vale. *Antuerpiæ*, Idus Apriles, Anno M.D. XX.

Eras. Rot. Iodoco Ionæ Erphordiensi S. D.

Epist. 14. QUod tam impensè rogas vir optime, ut tibi *Joannis Coleti* vitam paucis velut in brevi tabella depingam, hoc faciam lubentiùs, quod suspicer te tibi quærere egregium aliquod pietatis exemplar, ad quod tuum institutum attemperes. Equidem mi *Iona* charissime, ut fateor me cum multis habuisse consuetudinem, quorum integritas mihi valde probaretur, tamen nullum adhuc vidi, in cujus moribus nescio quid adhuc *Christianæ* puritatis non desiderarem, quoties ad horum duorum synceritatem conferrem aliquem: quorum alterum mihi nôsse contigit apud oppidum *Artesiæ*, quòd vulgo dicitur *sancti Audomari*, dum huc me pestis, hac sanè in parte mihi felix, *Lu*[illegible] pulisset: alterum in *Britannia*, quo me [illegible] mei charitas pertraxerat. Lucrum faciet, [illegible] scio te avidissimum, pro uno duos dabo. [illegible] ctus est *Iommes Vitrarius* ordinis *Franc*[illegible] in hoc vitæ genus adolescens incideral, [illegible] cio, nulla ex parte posthabendus *Coleti*, [illegible] ob servitutem instituti, minus multis [illegible] terat. Annos natus erat fermè quadrag[illegible] tuor quum hominem nôsse cœpissem. [illegible] adamare me cœpit, hominem sui multum [illegible] milem. Erat autoritatis maximæ apud [illegible] quosque, multis magnatibus gratissimus, [illegible] procero & eleganti, naturâ felici, animo [illegible] celso, ut nihil esset illo humanius. *Semel* [illegible] puer imbiberat, quas nec prorsus improb[illegible] quòd quædam scitè dicerentur licèt sordida [illegible] bis, nec rursus magni faciebat. Cæterùm [illegible] tigisset *Ambrosium*, *Cyprianum*, *Hier*[illegible] gustare, mirum quàm præ his illa fastidie[illegible] lius ingenium magis admirabatur in sacris [illegible] quàm *Origenis*: quúmque cavillarer [illegible] quòd hominis hæretici scriptis delectar[illegible] mirâ alacritate, fieri non potuit, inquit, [illegible] pectus inhabitârit Spiritus sanctus, unde [illegible] tam eruditi, tanto ardore scripti [illegible] Quanquam autem illud vitæ institutum, [illegible] per insciliam ætatis fuerat, vel delapsus, vel [illegible] tractus, nequaquam probabat, subinde [illegible] apud me, fatuorum esse vitam potius, [illegible] gioforum, ad nolæ signum dormire, exp[illegible] dormiscere, loqui, tacere, ire, redire, cibum [illegible] re, definere pastu, denique nihil non [illegible] præscriptum humanum, potiùs quàm [illegible] regulam: nihil iniquius esse, quàm inter [illegible] æquales, æqualitatem, maximè quod illic [illegible] numero cœlestia ingenia, ac meliori[illegible] nata, ceremoniis, & constitutiunculis [illegible] aut etiam livore sepelirentur: tamen [illegible] quam unquam fuit autor mutandæ vitæ, [illegible] quicquam hujusmodi molitus est, paratus [illegible] ferre potiùs, quàm ulli mortalium [illegible] esse, *Pauli* sui exemplum in hoc quoque [illegible] Nihil autem erat tam iniquum, quod ille [illegible] servandæ studio, non summâ cum alacritate [illegible] peteretur. Libros divinos, præsertim epist[illegible] *Pauli*, sic edidicerat, ut nemo melius teneret [illegible] gues, digitósque suos, quàm ille *Pauli* sui [illegible] nes. Dedisses initium ex quacunque parte, ille [illegible] totam epistolam absque ullo lapsu fuisset [illegible] quutus. *Ambrosii* pleraque tenebat memoriter. Vixque credibile est, quantum item ex [illegible] orthodoxis veteribus memoriâ complecteretur. Præstitit hoc ille partim memoria naturâ felix, partim assidua meditatio. Rogatus à me in familiari colloquio, quibus modis præpararet animum suum iturus ad concionandum. Respondit se solitum in manus sumere *Paulum*, & in ejus lectione tam diu commorari, donec sentiret incalescere pectus. Illic hærebat, addens igneas ad Deum preces, donec admoneretur esse tempus incipiendi: non dividebat ferè conciones suas, quod vulgus ita facit, quasi secus facere non liceat, unde fit ut frequenter sit frigidissima distinctio. Quanquam omnis illa distinctionum cura, frigus adfert orationi, & artificii significationem præbens, fidem elevat dicentis. At hic perpetuo quodam sermonis fluxu, connectebat sacram epistolam cum

Enar-

Euangelica lectione, ut auditor doctum rediret & eruditior & inflammatior ad studium pietatis. Neque gesticulatoribus inseruiebat, nec vociferationibus tumultuabatur, sed toto apud se sic promebat verba, ut sentires ex ardenti ac simplici, sed sobrio pectore proficisci: nec usquam immorabatur ad tædium usque, neque jactabat se variis citationibus, nonnunquam, quemadmodum nunc è *Scoto, Thoma, Durando*, nunc ex juris utriusque libris, nunc è philosophia; nunc è poetis centones frigidos consarcinans, quo populo nihil nescire videantur. Totus sermo quem promebat, erat sacræ scripturæ plenus, nec aliud ruminare poterat. Amabat quod loquebatur. Habebat hominem incredibilis quidam ardor pertrahendi mortales ad synceram *Christi* philosophiam. Ambiebat ex hujusmodi laboribus martyrii gloriam. Proinde quemadmodum ex illius familarissimis cognovi, olim à suis autoribus impetrarat veniam adeundi regiones, in quibus *Christus* aut ignoratur aut impiè colitur, se felicem fore judicans, si hæc obiens, martyrii palmam meruisset. At è medio cursu revocatus est, voce velut cœlitus audità: *Redi Iodoce, non defuturum est tibi apud tuos martyrium:* Paruit oraculo, & reperit esse verum, quod vox illa prædixerat. Erat illic monasterium sororcularum, in quo sic erat prolapsa omnis religiosæ vitæ disciplina, ut lupanar verius esset, quàm monasterium. Et tamen inter has erant quæ sanari possent, & cuperent. Has dum crebris concionibus, hortatibusque revocaret ad *Christum*, octo deploratæ ex eo numero conspirârant, & hominem observatum in locum semotum pertrahunt, atque ibi fasciis injectis præfocant. Nec finem faciunt donec casu nescio qui intervenientes, impium facinus dirimunt. Atque ille jam exanimatus erat, vixque revocatus est, ut spiraret: nec tamen usquam hac de re questus est, nè his quidem quos habebat intimos, nec ullum officium prætermisit, quo solet illarum saluti subvenire; imò nè vultus quidem unquam visus est in illas solito tristior. Noverat autorem hujus conspirationis, is erat Theologus *Dominicanus*, Episcopi *Morinensis* à suffragiis Episcopus, vir palàm impiæ vitæ. Nec huic unquam verbo molestus fuit, tametsi nulli hominum generi erat iniquior, quàm qui doctores ac duces pietatis professi, moribus ac doctrinâ impiâ populum à *Christo* alienarent. Nonnunquam septies concionabatur uno die, nec unquam illi derat sermonis eruditi copia, quoties de *Christo* loquendum erat. Quanquam tota illius vita nihil erat, nisi sacra concio. Erat alacer, minimèque tetricus in convivio: sed sic, ut nullam unquam præberet speciem levitatis, aut inepiæ, luxûs aut intemperantiæ multò minus. Miscebat sermones eruditos, plerunque sacros, & ad pietatem facientes. Talia erant colloquia, si quis illum adibat, aut si quem ille viseret. Aut si quò faceret iter habebat potentes amicos, qui illi in itinere multum aliquoties, aut equum subjiciebant, quo commodius liceret consabulari, ibi promebat vir optimus exhilarato spiritu, quæ nullis gemmis poterant æstimari. Neminem ab se tristem dimittebat, imò neminem non dimittebat meliorem, & ad pietatis amorem animatiorem. Nihil erat in quo sentire possis illum ulli suo commodo servire, non ventri, non ambitioni, non avaritiæ, non voluptati, non odio, non livori, non ullis malis affectibus

A erat obnoxius. Quicquid accidebat, agebat gratias Deo: nec aliud erat studium, quàm si quos inflammâsset ad studium Euangelicæ pietatis. Nec irritus fuit illius conatus. Complures, tum viros, tum fœminas lucrifecerat *Christo*: qui quantum differrent ab hoc *Christianorum* vulgo, mox arguebat. videres enim hujus discipulos summâ cum alacritate spiritûs mori, & sub mortem vere cygneam canere cantionem, ea promentes, quæ pectus afflatum sacro numine testarentur: cum cæteri peractis cerimoniis, & adhibitis solennibus illis protestationibus fidentes, diffidentes exhalarent animam. Testis est hujus rei medicus eximius ejus oppidi *Ghisbertus*, ac pertinax veræ pietatis cultor, qui plurimis utrinsque scholæ morientibus adfuit. Pertraxerat aliquos & è sui gregis sodalibus, sed pauciores: quemadmodum & *Christus* apud suos non potuit multas virtutes facere; nam illis fere placent qui suâ doctrinâ plurimum commeatûs convehunt in culinam, potius quàm qui plurimas animas asserunt *Christo*. Cum autem ab omnibus viciis abhorrebat animus ille purissimus, ac verè templum *Christo* dicatum, tum maximè à libidine, adeo ut odore talium gravissimè offenderetur, tantum aberat ut turpiloquium ferre posset. In vicia vulgi nunquam odiosè debacchabatur, neque quicquam adferebat è secretis confessionibus: sed ita depingebat honestatis imaginem, ut se quisque tacitus agnosceret. In consiliis dandis mira prudentia, mira integritas, mira dexteritas. Secretas confessiones non admodum volens audiebat, sed tamen in hoc quoque serviebat charitati: anxias ac subinde repetitas confessiones palàm detestabatur. Superstitioni ac cerimoniis minimum tribuebat, vescebatur cibis quibuslibet sobriè, & cum gratiarum actione. Vestitus erat nihil ab aliis differens. Solet nonnunquam & valetudinis causâ suscipere iter aliquod, si quando senserat corpus humore degravari. Quodam igitur die, cum persolveret pensum precum matutinarum cum suo sodali, sensisset que stomachum, fortassis ob pridianam inediam nauseantem, ingressus domum proximam, sumpsit cibi nonnihil, ac repetito itinere pergebat precari: ibi cum sodalis illius putaret omnia repetenda ab initio, quòd primæ horæ precibus nondum dictis sumpsisset cibum, ille alacer negavit quicquam esse admissum, imò Deo nonnihil fore lucri. Antehac, inquit, languidi & segnes precabamur, nunc alacribus animis illi dicemus hymnos spirituales, & ejusmodi sacrificiis ille delectatur, quæ ab hilari datore offeruntur. Ego cum id temporis diverterem apud *Antonium à Bergis* Abbatem *Bergimicum*, nec nisi post meridiem illic prandere tur, neque meus stomachus ferret tam diutinam inediam, (erat autem tempus quadragesimæ) præsertim cum totus essem in studiis, solebam ante prandium sorbitiunculâ tepidâ fulcire stomachũ, quo duraret in horam prandii. Hac de re cum illum consulerem nom l'ceret, ille circumspecto sodali, quem tum habebat laicum, nè quid offenderetur: imò, inquit, peccares nisi faceres, & ob cibulum omitteres ista tua sacra studia, tuóque corpusculo faceres injuriam. Cum *Alexander* Pont. ex uno *Jubileo* fecisset duos, quo quæstus esset uberior, ejúsque dispensationem episcopus *Tornacen.* præsente pecuniâ suo periculo redemisset, summo studio adnitebantur commissarii, nè

sortem

sortem perderet episcopus, imò ut lucrum non A
pœnitendum accederet. Hic in primis ad fabulæ
partes vocabantur ii, qui in concionibus populo
essent gratiosi. Nosset sentiens id in scrinia con-
ferri, quo sublevabantur ante pauperes, non im-
probabat quod offerebat Pontifex, nec probabat
tamen. Cæterùm illud improbabat, quod tenues
fraudarentur solito subsidio: damnabat stultam
eorum fiduciam, qui nummo in scrinium conje-
cto putarent sese liberos à peccatis. Tandem ob-
tulerunt commissarii tentum florenos ad structu-
ram templi, nam id tum ædificabatur in ejus mo-
nasterio, ut si nollet commendare veniam Ponti-
ficias, saltem ea taceret quæ officerent. Ibi vir ve-
lut afflatu sacro percitus, *Abite*, inquit, *hinc Simo-*
niaci cum vestra pecunia. An eum me putatis qui ob
pecuniam sim suppressurus Euangelicam veritatem?
ea si vestro quæstui obstat, mihi major esse debet cura
animarum quàm vestri compendii. Cessere tum vi-
gori pectoris Euangelici, homines malè sibi con-
scii, sed interim præter expectationem summo C
diluculo affixa est excommunicatio, quæ tamen
à cive quodam detracta est priusquam multis in-
notesceret. Ille nihil his minis territus, summa
cum animi tranquillitate docebat populum, &
Christo sacrificabat: nec ullum metum præ se fe-
rebat talis anathematis, quod ob *Christum* prædi-
catum intentaretur. Mox citatus est ad episco-
pum *Moriuensem*, paruit episcopo suo, venit uno
sodali comitatus, nihil ipse de se solicitus: sed ta-
men inscio illo cives equitum præsidia collocâ- D
rant in itinere, nè per insidias intercepto sibi in
antrum aliquod conjiceretur. Quid enim non audet
auri sacra fames? Episcopus objecit articulos ali-
quot, quos ex illius collegerant concionibus: ille
magno animo respondit, & episcopo satisfecit.
Aliquanto post denuo vocatus est, objecti sunt
plures: ubi & ad hos respondisset, rogabat cur
non adessent accusatores, ut suo quoque periculo
accusarent: se jam bis venisse honoris illius gra-
tiâ, quòd episcopus esset, cæterùm non venturum
tertiò, si simili modo vocaretur: esse sibi domi
melius negotium. Ita suo ingenio relictus est, sive
quia deerat ansa nocendi, sive quia timebant po-
puli tumultum, in quo probitas illius habebat
optimum quemque addictissimum: etiamsi ille
tale nihil ambiebat. Jamdudum rogabis scio, quis
hujus viri fuerit exitus. Non solum displicuit
commissariis, sed etiam suis fratribus aliquot, non
quòd non probarent vitam, sed quòd ea melior
esset, quàm ipsis expediebat. Totus inhiabat in F
lucrum animarum, cæterùm ad instruendam cu-
linam, aut extruendos parietes, ad illectandos do-
tatos adolescentes segnior erat quàm illi vellent:
etiamsi hoc quoque non negligebat vir optimus,
dumtaxat si quid ad sublevandam necessitatem
pertineret, verùm non ut plerique præposterè
curabat ista. Imò quendam etiam *Thynnum*
alienârat: is erat aulicus, ac prorsus aulicis
moribus, foris per omnia cubilia se volvens,
passim matrimonia aliena contaminans, & G
uxorem pro derelicta habens, quam habebat &
claro genere natam, & aliquot liberorum matrē.
Per occasionem evenit, ut hæc quoque seduce-
retur: illicò rejecit mulierculam primo lapsu, qui sibi
tot lapsus ignoverat. Illa tandem longiùs etiam
prolapsa ad extremam devenit calamitatem, præ-
ter infamiam, scabiei etiam, quam *Gallicam* vo-

cant, obnoxia. Hic cum omnibus re-
uxorem marito reconciliare conabi-
rus ille, vel affinium respectu, vel
munium affectu, vel sua ipsius co
adulteriis, qui suo neglectu occa
flecteretur, reliquit hominem ce
paulo post exore, per sobolem,
lum misit. Cæterùm *Ioannes*, nam
num agebat, mandârat famulo, de qui
nisi se vocato. Cum adesset nuntius,
ibi famulus qui deserebat heri hom
inquit, onus vestrum unde attulistis re
cipimus munera diaboli. Ioan
rabant illius vitam ac doctrinam esse
egregium Euangelicæ pietatis, ra
non perinde conducebat proventui co
est deponere *Galediani* munus, quo
jubentibus: & suffectus est illi quidam
novi, alioquin acutus, homo, non de
quàm alteri dissimilis, in summa is
cui nemo prudens caulem iustum vellet
sive hunc obtulerunt, qui cupiebant
visus est ad rem magis idoneus. Porro
convictu subolescere unus ac ue alter
spiritu raperetur ad studium con
Christianæ potius, quàm ad augendū pe
runt hominem *Cuttrachium* in mona
num: ibi quantum licuit, sui similis do
lans, adhortans, diem suum feliciter
aliquot libellis, quos è sacris autoribus
Gallicè, quos non dubito tales esse,
minis vita & oratio. Et tamen audio
nullis damnari, qui parati esse inge
si populus aliquid legat præter ine
storiarum, aut somnia monachorum.
illius doctrinæ scintillā in vulgorum
quos si conferas cum cæteris, dices ho
Christianos, sed *Iudæos*. Sic contemptim
à suis vir ille singularis, qui si *Paulo*
lega contigisset, nihil addubito quin
naba, aut *Timotheo* fuerit antepositurus.
re gemmeū *Vitravium* nostrum, ignoro
celebrem & clarum in regno *Christi*.
rum huic simillimum accipe. Alterum
pinxerant, & uterque alterius vide
flagrabat, atque hâc gratiâ *Vitravius*
trajecerat, ac mihi post narrabat *Colet*
fuisse *Minoritam* quendam, cujus
denti pióque mirum in modum fuisse
sed adhibitum alterum quendam
Stoicum, qui visus indignè ferre, *Chri*
loquium interruperit. Ac fort
mine plus laudis meretur, quòd nec
fortunæ, nec impetu naturæ, longè alio
potuerit ab Euangelicæ vitæ studio
est enim è claris & opulentis
Londini. Siquidem pater bis in urbe
ram sum mam gessit, cum illi *Maj*
lant. Mater quæ adhuc superest, insigni
mulier, marito suo undecim filios pepe
dem filias. Quorum omnium natu
Coletus, ac proinde solus hæres
Britannicas, etiamsi illi fuissent
omnibus ille superfuit solus, cum illum
pissem. Accesserat his fortunæ commodis
elegans ac præcerum. Ado'escens apud
quid est scholasticæ philosophiæ, diligenter
didicit, ac titulum assequutus est, qui

ralium artium scientiam profitetur. Quarum nulla erat in qua ille non fuisset gnaviter ac feliciter exercitatus: nam & libros *Ciceronis* avidissimè devorârat, & *Platonis Platinique* libros non obiter excusserat, nec ullam Mathematices partem intactam reliquit. Post tanquam avidus bonarum rerum negotiator, adiit *Gallias*, mox *Italiam*. Ibi se totum evolvendis sacris autoribus dedit, sed prius per omnia literarum genera magno studio peregrinatus, priscis illis potissimùm delectabatur, *Dionysio*, *Origene*, *Cypriano*, *Ambrosio*, *Hieronymo*. Atque inter veteres nulli erat iniquior quàm *Augustinus*. Neque tamen non legit *Scotum* ac *Thomam*, aliósque hujus farinæ, si quando locus postulabat. In utriusque juris libris erat non indiligenter versatus. Denique nullus erat liber, historiam, aut constitutiones continens majorum, quem ille non evolverat. Habet gens *Britannica* qui hoc præstiterunt apud suos, quod *Dantes* ac *Petrarcha* apud *Italos*. Et horum evolvendis scripeis linguam expolivit, jam tum se præparans ad præconium sermonis Evangelici. Reversus ex *Italia*, mox relictis parentum ædibus, *Oxonia* maluit agere. Illic publicè & gratis *Paulinas* epistolas omnes enarravit. Hîc hominem nôsse cœpi, nam eodem tum me Deus nescio quis adegerat; natus tum erat annos fermè triginta, menses duobus, aut tribus mensibus. In Theologica professione nullum omninò gradum, nec assequutus erat, nec ambierat: tamen nullus erat illic doctor, vel Theologiæ, vel Juris, nullus Abbas, aut alioqui dignitate præditus, quin illum audiret, etiam allatis codicibus: sive hoc laudis debetur *Coleti* autoritati, sive illorum studio, quos non puduerit senes à juvene, doctores à non doctore discere: tametsi post ultro delatus est doctoris titulus, quem ille recepit magis, ut illis geseret morem, quàm quod ambiret. Ab his sacris laboribus, Regis *Henrici*, ejus nominis septimi, favore *Londinum* est revocatus, ac Decanus apud divum *Paulum* factus, ut illius præesset collegio, cujus literas sic adamabat. Est autem dignitas ejus nominis apud *Anglos* prima, tametsi sunt aliæ proventu magis opimo. Hic vir optimus tanquam ad opus vocatus, non ad dignitatem, collegii sui collapsam disciplinam sarsit, &, quod erat illic novum, singulis diebus festis in suo templo concionari instituit, præter conciones extraordinarias, quas nunc in regia, nunc aliis atque aliis locis habebat: Porrò in suo templo non sumebat sibi carptim argumentum ex Euangelio, aut ex epistolis Apostolicis, sed unum aliquod argumentum proponebat, quod diversis concionibus ad finem usque prosequebatur: puta Euangelium *Matthæi*, symbolum fidei, precationem Dominicam. Et habebat auditorium frequens, in quo plerosque primores suæ civitatis, & aulæ regiæ. Mensam Decani quæ antea sub hospitalitatis titulo luxui servierat, contraxit ad frugalitatem. Nam cum & ante annos aliquot in totum abstinuisset à cœna, caruit vespertinis convivis. Porrò quum serius pranderet, etiam tum minus habuit multos: sed hoc pauciores, quòd & frugalis esset apparatus, tametsi nitidus, & brevis accubitus, denique sermones qui non delectarent nisi doctos ac bonos. Consecratâ mensâ, mox puer aliquis clarâ voce distinctè pronunciabat caput aliquod ex epistolis *Pauli*, aut proverbiis *Salomonis*. Ex eo delectum locum ipse sibi repetebat, ac sermonis occasionem sumebat, sciscitans ab eruditis, aut ingeniosis etiam idiotis, quid hoc aut illud dictum sibi vellet. Atque ita sermonem temperabat, ut quamquam & pius & gravis, tamen nihil haberet tædii, aut supercilii. Rursus sub convivii finem cum jam utcunque satisfactum esset, non voluptati, sed necessitati, aliud argumentum injecit: atque ita convivas dimisit & animo & corpore refectos, ut meliores discederent, quam venerant, & stomachum minimè cibis onustum referrent. Impensè delectabatur amicorum colloquiis, quæ sæpe differebat in multam noctem: sed omnis illius sermo, aut de literis erat, aut de *Christo*. Si grati confabulonis non erat copia (nec enim quibuslibet delectabatur) puer aliquis è sacris libris aliquid pronunciabat. Me nonnunquam & peregrinationis comitem ascivit, nihil erat illic eo festivius: sed semper libellus erat itineris comes, nec alii sermones quàm de *Christo*. Impatiens erat omnium sordium, adeo ut nec sermonem ferret foluecum ac barbarie spurcum. Quicquid erat domesticæ supellectilis, quicquid apparatûs in cibis, quicquid in vestibus, quicquid in libris, nitidum esse volebat, de magnificentia non laborabat. Non nisi pullis vestibus utebatur, cum illic vulgo sacerdotes ac Theologi vestiantur purpurâ. Summa vestis semper erat lanea ac simplex, si frigus hoc postulabat, interulis pelliciis se muniebat. Quicquid è sacerdotiis redibat, id in usus domesticos œconomio suo dispensandum reliquit: quod erat patrimonii (erat autem amplissimum) ipse in pios usus distribuebat. Nam patre defuncto, cum ingentem pecuniæ vim accepisset ex hæreditate, nè servata gigneret in eo aliquid morbi, novam scholam extruxit in cœmiterio S. *Pauli*, puero *Jesu* sacram, opere magnifico: adjecit ædes magnificas, in quibus agerent duo ludi magistri, quibus amplum salarium designavit, quo gratuitò docerent, sed sic, uti schola non capiat nisi certum numerum. Eam distinxit in partes quatuor. Primus ingressus habet ceu Catechumenos. Nullus autem admittitur, nisi qui jam nôrit & legere & scribere. Secunda pars habet eos, quos hypodidascalus instituit. Tertia quos superior erudit. Alteram ab altera dirimit velum quoddam quod adducitur, ac diducitur cum libet. Supra cathedram præceptoris sedet puer *Jesu* singulari opere, docentis gestu, quem totus grex adiens scholam ac relinquens hymno salutat. Et imminet patris facies dicentis, *Ipsum audite*: nam hæc verba me autore ascripsit. In postremo sacellum est, in quo licet rem divinam facere. Tota schola nullos habet angulos, aut secessus, adeo ut nec cœnaculum sit ullum, aut cubiculum. Pueris singulis suus est locus in gradibus paulatim ascendentibus, distinctis spaciis. Quæque classis habet sedecim, & qui in sua classe præcellit, sellulam habet cæteris paululo eminentiorem. Nec quosvis admittunt temerè, sed delectus fit indolis & ingeniorum. Vidit illud vir perspicacissimus, in hoc esse præcipuam reipublicæ spem, si prima ætas bonis rationibus institueretur. Ea res cum constet immensâ pecuniâ, tamen nullum in hujus consortium admisit. Quidam legârat in eam structuram centum libras monetæ *Britannicæ*, ubi sensit *Coletus* hâc gratiâ sibi nescio quid juris vendicare laicos, permissu

permissu episcopi sui, eam pecuniam contulit in A sacras vestes templi. Reditibus torcque negotio præfecit non sacerdotes, non episcopum, aut capitulum, ut vocant, non magnates: sed cives aliquot conjugatos, probatæ famæ. Roganti causam ait, nihil quidem esse certi in rebus humanis, sed tamen in his se minimum invenire corruptelæ. Atque ut hoc opus nemo non probavit, ita multi demirabantur, cur magnificentissimas ædes extrueret intra pomœria monasterii *Carthusiensium*, quod non procul abest à regia quæ dicitur *Richemonda*. Aiebat se parare sedem illam suæ senectuti, cum jam impar laboribus, aut morbo fractus cogeretur se submovere ab hominum consortio. Illic erat animus philosophari, cum duobus, aut tribus amiculis eximiis, inter quos me solitus est numerare, sed mors antevertit. Nam cum ante paucos annos correptus esset sudore pestilenti, qui morbus peculiariter infestat *Britanniam*, & ab eodem tertio repetitus, utcunque tamen revixit; sed ex morbi reliquiis contracta viscerum tabes, quâ periit. Medicus unus hydropem esse judicavit. Anatomia nihil indicavit novi, nisi quod hepar repertum est extremas fibras cirrhis prominentibus hirsutum. Sepultus est ad australe chori latus in suo templo humili sepulchro, quod in eum usum jam ante annos aliquot delegerat, inscriptione addita, *Ioan. Col.* Finem faciam mi *Iona*, si panca commemorâro primùm de ipsius natura, deinde de opinionibus paradoxis, postremò de procellis quibus explorata est hominis ingenua pietas, cujus minimam portionem debebat naturæ suæ. Siquidem animo præditus erat insigniter excelso, & omnis injuriæ impatientissimo, ad venerem, ac luxum, ac somnum mire propensus, ad jocos ac facetias supra modum proclivis: hæc ipse mihi fassus est, nec omninò tutus à morbo philargyriæ. Adversus hæc ita pugnavit philosophiâ, sacrisque studiis, vigiliis, jejuniis, ac precibus, ut totum vitæ cursum ab hujus seculi inquinamentis purum peregerit. Nam quantum mihi licuit ex illius E consuetudine, colloquiisque familiaribus colligere, virginitatis florem ad mortem usque servavit. Opes in pios usus dissipavit, adversus animi celsitudinem ratione pugnavit, adeo ut à puero quoque moneri se pateretur. Venerem, somnum, ac luxum, abstinentiâ cœnæ perpetuâ, jugi sobrietate, indefessis laboribus studiorum, sanctisque colloquiis profligavit: & tamen si quando sese obtulisset occasio, vel jocandi apud facetos, vel colloquendi cum fœminis, vel accumbendi in opiparis conviviis, vidisses aliqua naturæ vestigia. Et ob id fesè à laicorum consuetudine abstinuit, sed præcipue à conviviis: ad quæ si quando cogebatur, me aut mei similem adhibebat, quo *Latinis* fabulis declinaret prophana colloquia. Atque interim sumpto ex uno tantum genere cibi pusillo, uno aut altero cereviſiæ haustu contentus erat, à vino temperans, quo tamen delectabatur eleganti, sed temperatissimè utens. Ita se sibi semper habens suspectum, cavebat ab omnibus, quibus esse posset offendiculo cuiquam. Nec enim ignorabat omniũ oculos in se conjectos. Nunquam vidi ingenium felicius, atque ob id similibus ingeniis unicè delectabatur: sed ad hæc se malebat demittere, quæ præpararent ad immortalitatem vitæ futuræ. Nulla in re non philosophabatur, si quando se laxarit fabulis amœnioribus. In pueris ac puellis delectabatur naturæ peritas, ac simplicitas, cujus imitationem suos vocat *Christus*, ostolitus cõparare. Jam ut alteram exsol- opinionibus à vulgo multum dissidebat, prudentiâ hac in re sese attemperabat quos offenderet, aut ne quid labis in traheret, non ignarus quàm iniqua num judicia, quamque prona in litas, quantóque facilius ſit maledicis taminare famam hominis, quam B cire: inter amicos ac doctos liberrimè tur, quid sentiret. *Scotistas* quibus hõ gus ceu peculiare tribuit acumen, aiebat stupidos, & hebetes, & quidvis potius genioſos. Nam arguari circa alienas ac verba, nunc hoc arrodere, nunc illud minutatim dissecare, ingenii esse sterilis *Thomæ* tamen, nescio quâ de causâ, iniquior quàm *Scoto*. Etenim cum hũc apud illum do laudarem, ut inter recentiores hos dum, quòd & sacras literas, & autores deretur evolvisse, cujus rei suspicionem rat *Catena*, quæ vocatur *aurea*, & aliquot in scriptis affectuum, semel atq, iterum vit obticescens: verum ubi rursus in inculcarem eadem vehementiùs, obtu velut observans serio ne hæc dicerem, cum animadverteret me ex animo loqui, quam afflatus spiritu quodã, quid tu, inquit, prædicas istum, qui nisi habuisset C gantiæ, non tantâ temeritate, tantoque definisset omnia: & nisi habuisset mundani, non ita totam *Christi* doctrinam phanâ philosophiâ contaminâsset. Ad hominis εὐθυσμὸν, cœpíque diligentiùs scripta evolvere. Quid verbis opus est? nemo magis faveret *Christiana* pietati, ga monasteria, quæ nunc falsò nomine sic vocantur, minimum habebat affectus: aut nihil, aut quã minimũ largiebatur, ac riens quidem aliquid illis decidit: Non visos habebat ordines, sed quòd homines professioni non respondèrent. Nam ipsi in vitia se prorsus ab hoc mundo extricare, si cubi esset Sodalitium verè conjuratum in vitam D evangelicam. Atque id negotii mihi delegit adituro, narrans sese apud *Italos* comperisse quosdam monachos verè prudentes, ac pios. Nec ille judicabat esse religionem quam vulgo dicat, cum sit aliquoties ingenii penuria. Laudabat & *Germanos* aliquot, apud quos reperiebat amnum priscæ religionis vestigia. Dicitare se nusquam reperire minus corruptos mores, quam inter conjugatos, quod hos, affectus naturæ, cura liberorum, ac res familiaris ita veluti curis quibusdam distringerent, ut non possint in tantum flagitii genus prolabi. Cum ipse castissimè viveret, tamen inter illaudatos, minus erat iniquus his, qui tametsi sacerdotes essent, aut etiam monachi, venere duntaxat peccarent: non quod impudicitiæ vitium non detestaretur, sed quod hos experiretur multo minus malos, quoties eos cum aliis conferret, qui cum essent elatis animis, invidi, maledici, obtrectatores, fucati, vani, inclusi, toto pectore pecuniæ & ambitioni dedi, nimis sibi magnum quiddam esse viderentur, cum alteros infirmitas agnita redderet humiliores ac mode-

modestiores. Aiebat magis execrandam in sacerdote avaritiam, & superbiam, quàm si centum haberet concubinas. Ne verò quisquam hæc huc rapiat, ut putet leve crimen esse in sacerdote aut monacho libidinem, sed ut intelligat alterum genus longiùs abesse à vera pietate. Nulli mortalium generi erat infensior quam episcopis, qui pro pastoribus lupos agebant, nec ullos magis execrabatur, quod cultu sacro, ceremoniis, benedictionibus, ac veniolis sese venditarent populo, cum toto pectore servirent mundo, hoc est, gloriæ & quæstui. E *Dionysio* cæterisque priscis Theologis quædam hauserat, quibus non ita favebat, ut usquam contenderet adversus decreta ecclesiastica, sed tamen ut minus esset iniquus iis, qui non probarent sic passim in templis adorari imagines pictas, ligneas, saxeas, æreas, aureas, argenteas. Item iis qui dubitarent an sacerdos ingniter ac palàm improbus conficeret aliquid sacramentali functione, haud quaquam favens istorũ errori, sed indignans iis, qui vitâ palàm & undique contaminatâ, præberent causam hujusmodi suspicionis. Collegia quæ multo magnificó; sumptu sunt apud *Anglos* instituta, dicebat officere bonis studiis, nec aliud esse, quàm invitabula ociosorum: neq; scholis publicis perinde multum tribuebat, quòd ambitio profitendi & quæstus omnia vitians, corrumperet synceritatem omnium disciplinarum. Ut confessionem secretam vehementer probabat, negans se ulla ex re capere tantundem consolationis ac boni spiritùs, ita anxiam ac subinde repetitam vehementer damnabat. Cum apud *Anglos* mos sit, ut sacerdotes ferè quotidie faciant rem divinam, ille tamen contentus erat diebus Dominicis ac festis sacrificare, aut certè paucis diebus extra hos: sive quod sacris studiis, quibus se parabat ad concionandum, & ecclesiæ suæ negotiis destineretur: sive quod comperiret se majore cum affectu sacrificare, si id ex intervallo faceret: haud quaquã tamen improbabat illorum institutũ, quibus placeret quotidie adire mensam Dominicam. Cum esset ipse doctissimus, tamen anxiam hanc & laboriosam sapientiam non probabat, quæ ex omnium disciplinarum cognitione, & ex omnium autorum lectione, velut ansis omnibus absolvitur: dictitans ita deteri nativam illam ingenii sanitatem & synceritatem, hominésque reddi minus sanos, & ad *Christianam* innocentiam, purámque ac simplicem charitatem minus idoneos. Plurimum tribuebat epistolis apostolicis, sed ita suspiciebat admirabilem illam *Christi* majestatem, ut ad hanc quodammodo sordescerent apostolorum scripta. Omnia ferè *Christi* dicta, miro ingenio revocârat ad terniones, unde & librum instituerat scribere. Quòd sacerdotes etiam occupati quotidie tam prolixas preces exhaurire cogerentur, etiam domi atque in itinere, vehementer admirabatur. Nam cultum ecclesiasticum magnificè fieri valde probabat. Innumera sunt hodie in publicis scholis receptissima, à quibus ille plurimum dissentiebat, de quibus inter amiculos solet aliquando conferre: apud alios dissimulabat, nè geminum caperet incommodum: ot & nihil proficeret nisi in pejus. & existimationis suæ jacturã faceret. Nullus erat liber tam hæreticus, quem ille non attentè evolveret, dicens se plus aliquotiens ex illis capere fructûs, quàm ex horum libris, qui sic omnia definiunt, ut frequenter adulentur

A Coryphæis, nonnunquam & sibi ipsis. Rectè loquendi copiam non ferebat peti è præceptionibus grammaticorum, quas asseverabat officere ad bene dicendum, nec id contingere nisi evolvendis optimis autoribus, sed hujus opinionis ipse pœnas dedit. Cum enim esset & naturâ & eruditione facundus, ac dicenti mira suppeteret orationis ubertas, tamen scribens subinde labebatur in his, quæ solent notare critici. Atque hac, ni fallor, gratiâ à libris scribendis abstinebat, atque
B utinam non abstinuisset: nam hujus viri cogitationes, quacunque etiam linguâ proditas optârim. Jam nè quid defuisse putetur absolutæ *Coleti* pietati, tempestates quibus agitatus est accipe. Nunquam illi bene convenerat cum suo episcopo, de cujus moribus nè quid dicam, superstitiosus atque invictus erat *Scotista*, & hoc nomine sibi semideus videbatur: quo quidem ex genere cum aliquot noverim, quos nolim improbos appellare,
C nullum tamen adhuc vidi, quem meâ quidem sententiâ, possis verè puréque dicere *Christianum*. Nec admodum gratus erat plerisq; sui collegii, quòd tenacior esset disciplinæ regularis, ac subinde quiritabantur se pro monachis haberi, quanquam hoc collegium olim fuit, & in vetustis syngraphis vocatur orientale monasterium. Sed cum jam odium senis episcopi, erat enim non minor annis octoginta, atrocius esset, quàm ut premi posset, ascitis duobus episcopis æquè cordatis,
D nec minus virulentis, incipit *Coleto* negotium facessere, non alio telo quàm quo solent isti, si quando cui exitium moliuntur. Defert eum apud archiepiscopum *Cantuariensem*, articulis aliquot notatis, quos ex illius concionibus decerpserat. Quorum unus erat, quòd docuisset non adorandas imagines: Alter, quòd sustulisset à *Paulo* laudatam hospitalitatem, qui enarrans illud ex Euangelio, *Pasce, pasce, pasce oves meas*, cum in prioribus duobus cum reliquis interpretibus consentiret, pasce
E exemplis vitæ, pasce sermone doctrinæ, in tertio dissensisset negans convenire, ut apostoli, qui tum erant pauperes, juberentur oves suas pascere subsidio temporali, & hujus loco aliud quiddam substituisset: Tertius, quòd cum in concione dixisset, quosdam de charta concionari (id quod multi frigidè faciunt in *Anglia*) oblique taxâsset episcopum, qui ob senium id solitus sit facere. Archiepiscopus, cui *Coleti* dotes erant egregiè cognitæ, patrocinium innocentis suscepit, è judice factus patronus, cum ipse *Coletus* ad hæc aliáque stultiora respondere dedignaretur. Non conquievit tamen senis odium, tentavit aulam regiam
F in *Coletum* concitare, atque in primis Regem ipsum, jam aliud telum nacti, quòd publicè dixisset in concione, pacem iniquam præferendam bello æquissimo. Id enim temporis adornabatur bellum in *Gallos*, & hujus fabulæ non minimam partem Minoritæ duo agebant: quorum alter fax belli, mitram meruit, alter bonis lateribus vociferabatur in concionibus in Poetas:
G Sic enim designabat *Coletum*, cum is à poeticis numeris esset alienissimus, alioqui non imperitus Musices. Hic Rex egregius juvenis dedit evidens specimen ingenii sui regno dignissimi, privatim hortans *Coletum*, pergeret suâ doctrinâ liberè succurrere moribus ejus seculi corruptissimis, neque subduceret lucem suam temporibus tenebricosissimis: se non ignorare quid in illum

ſtimularet epiſcopos illos, neque neſcire quantum ipſe fructûs attuliſſet genti *Britannicæ* ſuâ vitâ, ſacráq; doctrinâ. Addebat ſeſe ſic cohibiturum illorum conatus, ut aliis liqueret non impunè fore, ſi qui *Coletum* impeterent. Hic *Coletus* egit quidem gratias pro animo regio, cæterùm quod obtulit, deprecatus eſt, negans ſe velle, ut cuiquam pejus eſſet ſuâ causâ, ſe potius ceſſurum munus quod gerebat. Sed aliquanto poſt data eſt illis anſa, ut ſperarent jam poſſe confici *Coletum*. A paſcha parabatur expeditio in *Gallos*: in die Paraſceves *Coletus* apud Regem & aulicos mirè concionatus eſt de victoria *Chriſti*, adhortans *Chriſtianos* omnes, ut ſub Regis ſui vexillo militarent ac vincerent. Etenim qui odio, qui ambitione mali pugnarent cum malis, ſéq; viciſſim trucidarent non ſub *Chriſti*, ſed ſub diaboli ſignis militare: ſimúlq; oſtendit, quàm res eſſet ardua, *Chriſtianum* obire mortem, quàm pauci bellum ſuſciperent non odio aut cupiditate viciati: quàm vix conſiſteret eundem habere fraternam charitatem, ſine quâ nemo viſurus eſſet Deum, & ferrum in fratris viſcera demergere. Addidit ut *Chriſtum* Principem ſuum imitarenter potiùs, quàm *Iulios* & *Alexandros*. Multáq; alia tum declamavit in hanc ſententiam ſic, ut Rex nonnihil metueret, nè hæc concio adimeret animos militibus, quos educebat. Huc velut ad bubonem omnes convolant mali, ſperantes fore, ut Regis animus jam in illum poſſet exacerbari. Accerſitus eſt *Coletus* juſſu Regis, venit, pranſus eſt in monaſterio *Franciſcanorum*, quod adhæret regiæ *Grienwikenſi*. Rex ubi ſenſit, deſcendit in ortum monaſterii, & *Coleto* procedente, dimiſit ſuos omnes. Ubi ſolus eſſet cum ſolo, juſſit ut tecto capite familiariter colloqueretur, atq; ita exorſus eſt juvenis humaniſſimus: Nè quid temerè ſuſpiceris Decane, non hùc accerſivi te, quo turbem tuos ſanctiſſimos labores, quibus unicè faveo, ſed ut exonerem conſcientiam meam ſcrupulis aliquot, tuóque conſilio rectiùs ſatisfaciam officio meo. Verùm nè totum colloquium repetam; quod ferè ſeſquihoram productum eſt: interim in aula ferociebat *Bricotus* ex *Franciſcano* epiſcopus, exiſtimans periclitari *Coletum*, cum per omnia conveniret illi cum Rege: niſi quod Rex optabat, ut quod *Coletus* verè dixiſſet, diceret aliquando explanatiùs ob rudes milites, qui ſecus interpretarentur, quàm ipſe dixiſſet, videlicet *Chriſtianos* nullum eſſe bellum juſtum. *Coletus* pro ſua prudentia, próq; ſingulari animi moderatione, non ſolùm animo regio ſatisfecit, verumetiam auxit gratiam priſtinam. Ubi reditum eſt in regiam, Rex dimiſſurus *Coletum*, allato poculo præbibit, & complexus hominem humaniſſimè, omniáque pollicitus, quæ ſint ab amantiſſimo Rege expectanda, dimiſit. Jam aulica turba circumſtans, expectabat exitum ejus colloquii. Ibi Rex omnibus audientibus, *Suus*, inquit, *cuique doctor eſto, & ſuo quiſque faveat, hic eſt doctor meus*. Ita diſceſſerunt quidam lupi, quod aiunt, hiantes, & præcipuè *Bricotus*, nec ab eo die quiſquam eſt auſus impetere *Coletum*. Habes *Iodoce* duos quos ætas noſtra tulit, meâ ſententiâ, verè ſyncereque *Chriſtianos*, non tam depictos, quàm delineatos, quantum paſſa eſt epiſtolaris anguſtia. Tuum erit ex utroque decerpere, quod tibi videbitur ad veram pietatem maximè conducere. Jam ſi quæres utrum alteri præferam, mihi videntur pari laude digni, cum diſſimili fuerint conditione. Ego quidem ut magnum erat, *Coletum* in eo ſtatu conſtanter ſequutum eſſe, non quò vocabat natura, ſed quò *Chriſtus*: ita ſpeciosior eſt *Vitrarii*, quod in eo genere vitæ tantum enituerit ac præſtiterit ſpiritus Euangelicus, quaſi piſcis in palude vivens, nihil trahens de ſordibus paluſtri. Sed in *Coleto* quædam erant quæ offendebant illum hominem eſſe: In *Vitrario* nihil unquam vidi, quod ullo pacto ſapere poſſet humanum. Quòd ſi me audies *Iode*, non dubitabis hos duos divorum aſcribere catalogo, etiamſi nullus unquam Pontifex eos retulerit in canonem. Felices animæ, quibus ego multum debeo, veſtris precibus adjuvate laborantem adhuc in hujus vitæ malis *Eraſmum*, ut in veſtrum contubernium remigrem, nuſquam poſthac delendus. Vale mi *Iona*. Bene habet, ſi tuo deſiderio feci ſatis: nam argumento ſcio non eſſe ſatisfactum. Ex rure *Anderlaco*. Anno M.D.XIX.

Eraſmus Rot. Thomæ Moro S.D.

SPerabam meas literas aliquid ponderis habituras fuiſſe apud *Brixium*. Sed ecce poſtea proſtat hîc *Antimorus* ejus, qui liber, vellem autoris ipſius cauſa, cui faveo ob animum ejus vel in bonas literas, vel imme (quod ejus declarat inepta) properiſum, aut perpetuò latuiſſet, aut ſaltem *Brixius* fuiſſet imitatus tuorum epigrammatum modeſtiã ac civilitatem; quæ & ipſa tamen ejuſmodi ſem nunquam potius eſſent edita, quàm ut hic multus tragicus inter vos fuiſſet excitatus diſpendio bonarũ literarum: quas non video poſſe conſiſtere, niſi adverſus tam pertinaces barbarorum conſpirationem illas defendat eruditorũ manus junctæq; umbone phalanges. Verum quando fieri non poteſt, ut quod factum eſt fiat infectum, ego vehementer, ut malum germen, quod paſſim avibus enatum eſt, opera noſtra curetur, ſi non citius evelli non poſſit, ſaltem nè ſerpat latius. Quod ut ego mi *More*, cupiam non *Brixii* tantum cauſa, cui valde faveo, me movet: verumetiã, cui multo adhuc magis faveo, tua. Non quòd arbitrer periculum, nè *Antimorus* ejus quicquam officiat famæ tuæ, quæ utinam non plus nocuiſſet ipſi: ſed planè metuam, nè ſi tu reſpondendo talionis illum regeſſeris, fiat ut quod nunc de illo ſentiant omnes, idem poſthac de utroq; ſentiant. Scio quã difficile ſit, ad tam aculeatũ undiq; libellum reſpondenti temperare à conviciis: & tamẽ ſi quis in partem peccet tu, nemo qui te nôrit tam facilè putabit ignoſcendum tibi, quàm ignoſcet *Brixio*. Nam ut nihil interim de utriuſq; eruditione dicam, tua certè conditio, tua dignitas, ac rerum ſua exigit, ut ejuſmodi rixas non minus inepte quàm virulentas negligas potius, quàm ut conviciis accuratè retalies. Audio quotidie quid poſt editum libellum eruditi loquantur de *Brixio*: quæ ut de illo non libenter audio, ita de te multo minus audire velim. Quamobrem quum ſentiam, quàm arduum ſit tam virulento libello laceſſitum, ſic temperare reſponſum, ut nihil indulgeas affectibus: optimum certè cenſeo, ſi rem totam, ita ut meretur, negligas, atque contemnas. Neque verò hoc tibi conſulerem, optime *More*, ſi quicquam eſſet in *Antimoro*, quod tibi ſic labem aſperſiſſet, ullam,

ullam, ut operæprecium sit eam curare abstergendam. Sed omnia planè sunt ejusmodi, ut inter legendum quisque respondeat sibi. Nam omnes vident *Brixium* id in te reprehendere, quod tam temerè támq; præpropere ederis tua epigrammata, quæ tu nec adhuc edidisti: cum pleraq; tibi ante annos plus viginti scripta sint, omnia fermè ante annos decem. Vident illum vellicare pro erratis tuis, quorum alia sunt excribentis, alia typographi, & in his pleraq; talia, ut nisi damnatis summis autoribus reprehendi non possint. Vident epigrammata tua quæ feceras in *Chordigerum*, jam olim esse scripta flagrante bello: nec fuisse causam *Brixio*, ut nunc tot annis post initam, & confirmatam pacem, bellicum tumultum renovaret. Vident *Brixii* in epitaphio *Abyndonii* ludere manifesta calumnia dissimulantem quod dissimulari non potest, illic operâ datâ affectatam carminis ineptiam. Cæterùm quâ parte insectatur id carmen, quo tu gratularis auspiciis regnum ineuntis Principis, usqueadeo nemo doctorum in *Brixio* non desiderat animi calamíq; moderationem, ut ego non pessimus, ut scis, amicorum patronus, haud alium inveniam colorem illius excusandi, quàm quod ita senserit *Britannicarum* Rerum ignorantia: quas si compertas habuisset, neq; scripsisset ea, & vel iratus fuisset falsus Regem abs te laudibus verè regiis magnificè laudatum esse. Hæc, mi *More*, cum omnes & sentiant, & fateantur, quid restat causæ cur te torqueas respondendo, hoc est rem, quod aiunt, actam agas, non alio fructu, quàm ut venias in periculum, nè famæ jacturam, quam nunc solus apud eruditos patitur *Brixius*, ubi facias aliqua ex parte communem, si fortè (quod haud facilè vitare possis, ubi calamus ut sit incaluerit) respondeas inclementiùs, & convicia repenses conviciis. Non minima portio tuarum laudum est, ingenii lenitas, perpetuáque morum suavitas, unde nolim ego quicquam decedere. Sin tibi decretum est diversâ ingredi viâ (nam audio librum tibi adversus eum jam in manibus esse) velim te excuses tantum, & malevolentiæ crimen, provocatoriæq; petulantiæ, sic abs te depellas, ut in adversarium non regeras, ac ratione pugnes non jurgiis, illius invidiam tuâ cumulaturus modestiâ: tamen, ut sic quoq; rem geras, multò certè malim tacere te, útque tota res obliteretur silentio. Quod ut ilicò fieri non potest, ita paulatim poterit, te ut spero volente. Scripseram *Brixio*, ut *Antimorum*, quam tum audiebam eum meditari, premeret: & si fuisset in tabellario diligentia, persuasissem, si vera scribit *Brixius*. Verùm (quod ex ejus responsione vides) liber jam erat sub prælo, priusquam meam videret epistolam. Abs te verò mi *More*, mihi plus profectò, quàm à *Brixio* polliceor: cui cum videam persuasurum fuisse me, si meæ ad illum literæ venissent in tempore, dubitare non debeo, quin abs te facilè sim impetraturus, ut meâ causâ tantum impetres ab affectibus tuis, nè eum qui & me amat, & vicissim amatur à me, magis etiam oneres novis libellis. Ab alterutro proficiscatur oportet hujus contentionis finis, nisi litem alternâ reciprocatione perpetuam esse velis. Et tua dignitas, tuiq; mores hoc postulant, ut abs te potiùs sit hujus rei initium. Crede mihi mi *More*: tametsi *Brixius* hac in re ita se gessit, ut nunc fortassis etiam ipsum pœniteat, & si res esset integra, non sit

A factura: neq; enim quisquam tam felix est, ut omnibus horis sapiat: tamen is est, quem si nôsses propiùs, hominis tum ingenio, tum literis delectareris, neque quenquam alium facilè reperies, quem judicares amore tuo digniorem. Neq; debes ab omnibus tam sedatos affectus exigere, quàm omnes fermè pro cæteris factis tuis. próq; spectata jam diu prudentia prorsùs expectant abs te. *Brixius* quanquam in *Chordigera* sua quædam scripserat, in quæ tu lacessitus prius, jure potueris acer-
B biùs etiam, præsertim ut tum res erant, rescribere: tamen postquam epigrãmata tua lepore quodam omnibus adblandientia, omnium risus excitâssent in illum, mirari non debes, si juvenis naturâ vehemens, famæque appetens, aliquantulum à consideratione sui facti dolore quodam animi totus in tuos versus aversus, sibi putavit injuriâ fieri, quam se non animadverteret, neq; merito, nec idoneo tempore vindicare. Scio te non tanti facere paucula illa epigrammata, quæ lusisti in illum quin
C pati possis, ut in meam gratiam aboleantur. qui nisi monuisses serò, hoc tuâ sponte curabas olim, quum totum librum non libenter audires proditurum in publicum. Igitur efficiam, ut è tua voluntate, cum posthac excudetur liber, omittantur illa, atq; viciſſim, nè propagetur *Antimorus*: ita fiet ut si nihil accedat alimenti, ignis ille paulatim emoriatur. Quòd si tam obfirmato animo decrevisti litem hanc persequi, tamen per amicitiam nostram, neque novam neque vulgarem, precor etiam at-
D que etiam dispicias, ut rem tractandam putes. Ego si detur optio, te (ut dixi) tacere malim, ac rem planè contemnendam contemnere. Id si fieri non potest, quod proximum est optarim, ut quod & hactenus abs te curatum est, eruditione tantum & causâ, non etiam maledicentiâ vincere pergas: ut quoniam alterum amicum habere me video, nonnihil hoc infelici casu mutilum, alterum saltem qui mihi sic est charus, ut unum omnibus habeam potiorem, possim perpetuò servare integrum, felicior futurus, si utrunq; liceat. Etenim
E quum nihil sit homini pretiosius fido bonóque amico, par est nullius rei jacturam quàm amicitiæ ducere graviorem. Hæc scripsimus in mediis turbis, in quibus nos non ignoras versari. Bene vale amicorum synceriſſime. *Antuerpiæ* sexto Calen. Maii. Anno M. D. XX.

Thomas Morus Erasmo viro optimo atque doctissimo S.D.

F

ANtimorus, mi *Erasme*, *Brixii* jam diu *Londini* fuerat, priusquam tuæ ad me literæ pervenirent. Mirabar aliquantulum, quam rem tam valde velles, cur de ea tam serò scriberes: nisi aut *Antimorus* fortè seriùs aliquanto pervenit isthuc: aut ideo fuisti segnior, quod donec accepisses me libellum parare contra, putâsti fore, ut ejus librum, utpote autori potiùs quàm mihi noxium, neque planè dignum cui responderetur, meâ sponte contem-
G nerem: id quod ego profecto, mi *Erasme*, feciſſem, nisi amici quidam & doctissimi simul & prudentissimi suasissent aliter, quibus *Brixius* etsi magis irrisus est quàm invisus, tamen haudquaquam ita charus erat, quàm est, ut video tibi. Nam ego jam fermè biennium, quum audivissem eum moliri talia atq; in animo habere ad eũ ipse scribere, idq; quã potuissem amantissimè: simúlq; ea

Epist. 16.

consulere, quæ magis aliquanto in rem ipsius fecisse fuerat, quàm quæ nunc intemperanter fecit: intellexi interea nunciis è *Lutetia* certissimis, adeo hominem in abruptum ferri suis affectibus, ut nullis amicorum suasibus potuerit cohiberi, non *Beraldi*, non *Lascaris*, non *Budæi* (vides qualium virorum) consiliis retrahi. Non *Deloini* demum viri tanti, non reverendissimi Cardinalis, qui nuper illic obiit, autoritate commoveri. Sic intabescebat ulciscendi libidine, & tanquam *Narcissus* amore quodam suorum ipse versuum deperibat miserè, quos tamen quotidie novos velut è cunis exceptam sobolem in mensam nunc *Deloini*, nunc Cardinalis circumferebat exosculans: nec semper inde lætus referebat domum, quum à viris doctis & gravibus audiret interdum talia, qualia si sapuisset, ipse dixisset sibi. Quorum mihi multa cum alii scripserunt illinc, tum *Joannes* quidam natione *Græcus*, homo *Latinâ* linguâ juxta doctus ac suâ, probis moribus, & indubitatæ fidei plurima retulit coram: quibus quum sentirem *Brixium* impotentiùs abripi, quàm ut attrectari pateretur, mutavi consilium, atq; à scribendi voluntate destiti. Simul cogitabam, etsi hactenus indulgeret animo, nè penitùs vellet tacere: tamen quoniam in eam rem tam multum studii, tam multum impendebat temporis, in quo non erat absimile veri, primum illum animi calorem, ac velut impetum quendam, qui subitis rebus imponit, spacio & morâ defervere, jocis eum lusurum ac salibus; à jurgiis verò, conviciis & calumniis omninò temperaturum sibi, nè meritò judicaretur importunè maledicus, si acerbiùs in pace læderet, quàm læsus esset in bello: tum quoniam ante annos septem *Chordigeram* ejus legeram, quæ tametsi multis & inventionis œconomiæ, & sermonis viciis abundabat, præ se ferebat tamē specimen ejus ingenii, quod annis posset (quos nunc accessisse videbam) aliquando maturescere: sperabam eum doctum aliquid atq; excussum editurum, quod me quoq; in quem edebatur oblectaret, quem jocus aliquanto liberior non admodum solet offendere. At ubi prodiit præclarus iste *Brixii* partus *Antimorus*, *Morycho* planè mororeros, veneno quovis virulentior, & indoctior ipsâ *Chordigerâ*, nihil aliud quàm, ut par erat, irrisi, illud interea mecum χαιτονδειζων, χρυσον ζητων ενθεν ἀνθεχας. Et hercle quemadmodū *Ætnæ* carbones exusserunt *Empedoclem*, ita carbones isti similem captantem gloriam, ustulârunt *Brixium*, ac reddiderunt carbone quovis atriorē: eóq; nec omninò quicquam respondere statueram. Verùm aliis aliter visum est, quorum ego judiciis in meis rebus magis fidebam quàm meo: hi quanquam fatebantur neminem esse literatum usquam, cui non factura sint nauseam, tam insulsa, tam virulenta deliria: calumnias ejus censebant, etsi perabsurdas atq; ineptas, ad hæc nec obscuras, si quis attendat satis proram puppimq; negotii, non fore tamē satis liquidas multis, qui fortasse legerent ejus *Antimorum*, quum neq; *Chordigera*, neq; meorū epigrammatum facultas futura sit. Suaserunt igitur, ut hæc omnia in unum librum cogerem & lectoris pariter subjicerem oculis. Tum ut meo scripto negotium nonnihil illustrarem, sic ut legenti nihil requiratur amplius, nisi judiciū suū. Vides *Erasme* charissime, quid nos ad rescribendum compulit. Quamobrem non necesse habeo tuis respondere rationibus: quando nisi aliò me perpulerim, fuerim ipse tibi semper ὁμόφρων. At videō persuasisse *Brixium*, negligentiâ bellarii tui contigisse quo minus esset, perpetuò presserit *Antimorum* suum, mi *Erasme* demiror, id sic acceptum tanquam probatum tibi. Quid ni credam, inquis, *Beraldum* atque *Budæum* utrunq; tam spectatos testes producit in judicium. Producit ἐγω nego fidei tantæ viros duos, ut utriusvis quantavis re facere fidem possit. Quid ergo quin quod ait *Brixius* vicerit? Hæ num mi *Erasme*, quòd quum duos testes utrunq; producit auritū, oculatum verō quum plus in judiciis valeat oculatus quàm auriti decem. Quid enim aliud stari *Beraldus* ac *Budæus*, quàm sese ex ipsi visse *Brixio*, *Antimorum* illo aut illo die prælo? Hoc enim significat *Brixius*, cit illis editionem *Antimori* indicâsse ante diebus, quàm tuam legisset epistolam tu *Beraldo* credes & *Budæo*, sed cui incredent illi? an non ipsi *Brixio*? Vides ne *Erasme* speciosum istud testimonium, quem herì vidi ad vos adferri vesperi, ut exiret suffarcinatam Cantharam? Ut illud ominarim, quòd nullos unquam testes potest non ante sibi lectam epistolam tuam, quin vi set excusam, quum potuerit acceptam ut ista causa post apud te liceret uti integra terea quum *Antimorus* ejus constet quatuor non plus octo, qui totidem diebus scripsi cudi, nec dimidium ex *Brixii* verbis colligi peractū esse quū tuas literas legeret, in sanè compingit illos aliquot dies, quibus *Beraldo* & *Budæo* indicâsse editionem. At quis, fingeret istud *Brixius*? Adeo tibi non videtur, si vel animi causâ fingat homo potest? Quanquam suberat etiam causa, cur fingeret. Nam quum uterque frequenter admonitus tam ineptum libellum, ac muliebriter jurgiosum ederet, volebat fortassis experiri, an eodem animo accepturi forent quum fecissent, quo tam sæpe consuluissent nè faceret.

Accidit enim nonnunquam, ut quod nē fastidiosissimus acriter, dum res est integra: id ubi eum locum venit, ut non possit corrigi, pudeat & vicium, quoad licet, verbis integamus. Atqui mi *Erasme*, quo verè videre possis, quanto vere *Morus* tibi paratus sit obtemperare qui *Brixio*, quanquam quum tuæ ad me venirent literæ, liber non quidem sub prælo esset, sed totus esset excusus atq; id docere possim non duobus auritis testibus qui ex me audirent, sed oculatis plusquam decem, qui suis viderint oculis: imò testibus opinor oculis ipsius tuis, utpote ad quem librum ante hanc epistolam perveniisse non dubitem: quanquam ad ejus editionem tot amicorum consiliis urgeret tamen ubi tuas literas accepissem, cujus tanta apud me sententia omnibus omnium calculis præponderat, non sum imitatus *Brixium*: cui quum sit, ut scribit, crumena semper ære gravis, tamen tanti fecit monitionem tuam, cujus ut ei, nutus observat, ut non sustinuerit tantillum sumptus impēdere, quo libellos illos universos coemeret, atq; in ignem semel conjiceret: ut tantæ ejus ineptias nomen illud *Brixii*, cujus illustrandi desiderio nimis quàm miserè sitit, infamaturas omnī

subdi-

subduceret oculis. Ego verò, mi *Erasme*, præter eos duos quorum alterum jam ad te miseram, alterum ad *Petrum Ægidium*, atq; alios quinq; quos vendiderat typographus (nam quum primum prostarent ac cœpissent avidè flagitari, tua cõmodum intervenit epistola) coemi universos, eósq; clausos adservo, ut priusquam aliud innovetur ex me, possimus, imò possis potiùs ipse tecum statuere, quid à me velis fieri. Quamobrem tu te nunc, mi *Erasme*, etiam atq; etiam dispice in ejus amici causa quid statuas, qui quicquid statues obtemperare constimit. Nam quod suades, ut quicquid in *Brixianos* scripseram omittatur, quum epigrammata mea demò contingat excudi, atq; ut *Antimonus Brixii* vicissim non propagetur amplius: ego mi *Erasme*, quod ad *Brixianos* pertinet, multis mihi videor conjecturis colligere, magis teneram ejus in suos versus animum, quam ut abduci patiatur ab eo studio se, quo charissimæ fœturæ suæ quoad ejus fieri potest procuret æternitatem. Mea verò epigrammata nunquam admodum animo placuerunt meo, id quod & ipse mihi *Erasme* conscius es: cui & quibusdam aliis nisi liber ille arrisisset amplius, quàm adblanditus est mihi, nusquam fortassis exaret hodie. Nunc vide ut rerum vices inversæ sunt. Si conditione cautum esset inter nos, ut ex epigrammatis meis tibi liceret, quæcunque velles transfigere, modò nè jus in pauca quæpiam sit, quæ mihi liberet excipere, jam quos in versus solos tu ex pacto ferrum stringeres, eos ego solos exceptione defenderem. Adeo mihi cœperunt adblandiri, postquam eos video multis commendari virulentâ atque ineptâ versificatione *Brixii*. Nec tamen istud dico quo minus tibi quidvis liceat in mea, cui quidvis etiam licet in me: Jam quòd ais eum esse *Brixium*, quem si pernôssem intimiùs, eum sentirem talem, quo nemo sit amore meo dignior: equidem mi *Erasme*, non me pro tanto viro gero, ut tam tenui quenquam conditione videam, quem indignum censeam amore meo, modo nè sit improbus, qui non amari debeat à quoquam: eóque *Brixium* facilè assentior non indignum esse, qui majorum sit amore virorum dignus quàm ipse sum. Nam omninò videtur aliquanto plus habere, non dico superbiæ, sed planè generosi cujusdam spiritûs & magnificẽtiæ, quàm ut ad pusillam hanc atque humilem indolem meam possit usquequaque congruere, nisi in amicitia tam malè copulari vellem, quàm malè inæquales veniunt ad aratra juvenci. Nec tamen eam, mi *Erasme*, te consulente recusem, qui me vel ad parendum præstantioribus facilè possum componere. Certè quod ad eruditionem ejus attinet, studiosum esse credo, & non omninò stupidum, tum quem aliquando alium reddet usus. Cæterùm in his quæ edidit hactenus, ut verè dicam, id quod etiam docere possum, neque solœcismis caret, neque numeris satisfecit, & ingenio frequenter magis labitur, quàm ut puero concedi possit. Et tamen qualis est, non tanti memet facio, ut me illi posse censeam eruditione conferri, quum tu, mi *Erasme*, vel amore æcutiens, vel (quod verius certè puto) quadam erga me civilitate præferas. Et ut ingenuè dicam, adeo illum non odi, ut postquam animo nunc defecatiore sum factus, adamem etiam literarum gratiâ. Verùm in causa quid fieri velis expende diligentiùs priusquam imperes. Nam planè si non respondero, putabor multis hujus ineptissimæ rixæ præbuisse causam, & nihil quicquam provocatus, tamen probris, diris & execrationibus infectatus illum: quòd non minus fuisset inhumanum, quàm nunc falsum esse docui, si tu libtum patieris exire: in quo quod secundo loco mones, ut si omninò decretum sit emittere, curandum mihi sit, ut (quod hactenus me præstitisse dicis) eruditione tantum videar & causâ *Brixium* non etiam conviciis vincere: Ego mi *Erasme* ut eruditione contentus sim si *Brixio* compar sim, ita causâ non dubito quin longè sim superior, quantumvis suam *Brixius* asserat bonam, facilem, vincibilem, quod principium ex arte solet adhiberi ad defendendam noxiam. Conviciis profectò facilè me vinci patiar, quo armorum genere nunquam pugnare statui. Et tamen fieri potest, ut quod mihi mea facit injuria nihil acerbum videri, idem alius cui non idem rei sensus est, judicet esse mordaculum. Quòd si fors acciderit uspiam, non adeo reverebor æquitatem lectorum, quin & in me quoque mi *Erasme*, quantumcunq; gravem personam tuus nobis imponat amor, qui magna de me fingit omnia, tamen dum adhuc inter mortales versor, nondum planè relatus in divos, ut in re ridicula rideamus, non verebor, inquam, quin aliud & in me condonaturus sit humanus lector humanis, quos hominum nemo prorsus excussit, affectibus. Vale mi *Erasme* charissime.

Quum *Calesium* venerimus, quò Rex propediem adornabit iter, spero fore ut coram his de rebus commentemur plenius. Nam omninò in hoc Regum conventu te expecto, atq; ita *Brixium*: nam & Regina *Gallorum* aderit, cui cum sit à secretis *Brixius*, non poterit opinor abesse. Ita quod ad me attinet, facile rem cõpones ex sententia tua; nam etsi nulla de causa sic egit in me, ut planè declaraverit nihil ad meam perniciem præter vires defuisse sibi: tamen quando tu, mi *Erasme*, plus es mihi quàm dimidium mei, plus apud me valebit in *Brixio*, quòd sit amicus tuus, quam quòd inimicus meus. Iterum vale. M.D.XX.

Def. Eras. Rot. Bonifacio Amorbachio S.D.

Epist. 17.

MAgna felicitatis pars est, maxima gratitudinis, si quis agnoscat sua bona. Proinde etiam atque etiam gratulandum est nostro seculo, gratulandum superis, quorum benignitate præclara studia, tot jam seculis penè sepulta, toto terrarum orbe resloreſcunt, ac felicissimè propagantur. Ante annos plus minus octoginta, non hi modò erant infantes, atque elingues, qui eas profitebantur artes, quas suo quoque seculo, quo vel maximè floruit erudita facundia, mutas appellat *Virgilius*: verum etiam ipsa Grammatica rectè loquendi magistra, & Rhetorica copiosè splendidéque dicendi dux, fœdè miseréque balbutiebant: & quæ quondam tot linguis instructæ fuerant, tum unam *Latinam* pessimè *Latinè* sonabant. Post hæc paulatim suboleſcentibus literis melioribus, *Italia* sola linguam habebat, nec apud hanc ullæ disciplinæ præter oratoriam. Nunc nulla est natio sub *Christiana* ditione, in quâ non omne disciplinarum genus (Musis bene fortunantibus) eloquentiæ majestatem, eruditionis utilitati adjungit. Medicina loqui cœpit apud *Italos*, opera *Nicolai Leoniceni*, senis immortalitate digni:

apud *Gallos*, *Guilielmi Copi Basiliensis*: apud *Britannos*, studio *Thomæ Limacri* sic nuper disertus coepit esse *Galenus*, ut in sua lingua parum disertus videri possit. Ejusdem opera sic *Latinè* loquitur *Aristoteles*, ut licèt *Atticus*, vix in suo sermone parem habeat gratiam, licèt ante hunc, illud certè præstiterint, apud *Italos Argyropylus*, *Trapezontius*, *Theodorus Gaza*, *Marsilius*, *Picus*: apud *Gallos*, *Faber Stapulensis*, nè philosophia muta videri possit. Porrò legibus Cæsareis pristinum elegantiæ nitorem, atque etiam geminæ literaturæ gloriam feliciter restituit apud *Gallos Guilielmus Budæus*, apud *Germanos*, vir omnibus modis incomparabilis *Udalricus Zasius*, tantâ *Romani* sermonis ubertate scatens, ut *Ulpianum* quempiam loqui putes, non hujus ætatis jureconsultum. At nescio quo pacto nondum ea res perinde succedit Theologis, etiamsi non desint, qui fari gestiant. Spero tamen brevi futurum, ut hæc quoque professio, situ detersо pristinum suum nitorem aslerat. Hactenus è doctorum centuriis excludebantur, qui paulò politiùs loquerentur: nec dignabantur quenquam suo albo professores, nisi qui cum ipsis turpiter balbutisset, neque quicquam omninò castioris literaturæ attigisset. Atq; illud protinus erat in promptu, *Grammaticus est, non Philosophus: Rhetor est, non Iureconsultus: Orator est, non Theologus.* Sed brevi, ni fallor, rebus in diversum commutatis, non recipientur in ordinem, nisi qui priscos illos disciplinarum autores, elegantioribus etiam literis referant: neque fas erit cuiquam sibi sapientiam vendicare, nisi simul adfuerit pedissequa eloquentia, quam divus *Augustinus* non vult usquam ab hera sua digredi. *Zasianas* annotationes percurri verius quam legi: nam adferebantur me jam ad iter accincto. Mirè placuit gustus, neque dubito, quin omnia magis sint placitura, si liceat affatim expleri talibus epulis. Extimulabis hominem, mi *Bonifaci*, nè diutius nobis hanc gloriam, hunc fructum, hanc voluptatem invideat, nisi tu quoque nobis invides, cum contigerit tibi domestico *Zasii* contubernio felicem esse. Bene vale. *Basileæ* pridie Calend. Septemb. Anno M.D.XVIII.

Eras. Rot. Godschalco Rosemundano Lovaniensis Academiæ moderatori S.D.

Epist. 18. NOn arbitror nec esse, ut te commonefaciam officii tui, cujus partes sunt, non solùm hoc præstare, nè quis per teipsum lædatur, verumetiam nè cui liceat alterum injuriâ afficere. Quòd *Nicolaus Egmondanus*, sive ex tuo, sive ex Pontificii diplomatis mandato multa dixit in *Lutherum*, nihil arbitror ad me pertinere: sed quod præter omne mandatum, ac præter Pontificis mentem, qui cupit & illos allici, qui hactenus stetissent à *Luthero*, tantum abest ut quenquam alienum velit involvi, penè plura dixit in me & falsò & præter meritum meum, opinor autoritatis simul & integritatis esse tuæ, hominem ab hujusmodi linguæ petulantia compescere: præsertim cum res sit exempli pessimi, & ordini Theologico atque huic celeberrimæ Academiæ, meo judicio, non mediocriter dedecorosa: nisi fortè munus istud non geris publicis hujus scholæ commodis, sed paucorum affectibus. Atqui isthuc est servum non rectorem agere. In natali divi *Dionysii*, in æde divi *Petri*, in publica concione cum [illegible] dicere de charitate, subitò & præter [illegible] me detorsisset sermonem (nam [illegible] ram) præter alia multa illud in [illegible] gnopere faviſſe *Luthero*: cum ego ab [illegible] ttantissimè testatus sim, id quod [illegible] cum *Luthero* nihil esse commercii, [illegible] cuivis *Christiano* cum quovis ejusdem [illegible] nis. Doctrinam Evangelicam, & apo[illegible] sco. Cæterùm nulli mortalium tantum [illegible] illius dogmatis per omnia velim [illegible] tantum abest, ut ejus causam meo peri[illegible] dam susciperem, cujus libros non le[illegible] huc esset in incerto, quid esset scripturum. Id cum libris etiam editis publicè [illegible] essem, non potuit cuiquam esse obscurum, [illegible] gustu quem ceperam, ex degustatis [illegible] lectis aliquot *Lutheri* paginis, amavi in [illegible] quasdam, ex quibus conjiciebam illum [illegible] egregium organum *Christi*, si ad hujus [illegible] dotibus suis uti vellet. Cùmque pass[illegible] multa prædicarentur atrocia, quæ [illegible] nisi festinò falsa, optabam illum, si [illegible] set corrigi potius quàm perdi: id si est [illegible] *thero*, ingenuè fateor, me nunc quoque [illegible] mini, quemadmodum arbitror & *Ro*[illegible] tificem illi favere, simúlque vos omnes, [illegible] verè Theologi, imò si *Christiani* estis. [illegible] ille præscriptis diebus satis multis, in[illegible] sipiscentiam. Cæterùm populus cum [illegible] nihil aliud intelligit quàm me sentire [illegible] his, quæ damnantur ab aliis. Addeb[illegible] impudentius, me non solùm faviſſe, sed [illegible] conatum defendere, atque ipsum ir[illegible] videlicet heroa: quòd in libris ad Car[illegible] mum scriptis meminerim *Carmelitæ* cu[illegible] quòd *Lutherus* scripsisset, non oportere [illegible] confiteri capitalia peccata omnia, sed [illegible] duntaxat, nimirum sentiens manifesta, [illegible] populo essent nota, sed quæ illi qui admi[illegible] dubitata, quod genus sunt homicidium, [illegible] rium, furtum, & quod nunc in peccatis [illegible] virulenta obtrectatio: sic detulisset [illegible] lum, quasi docuisset licere in confessione [illegible] quædam admissa criminalia. Atque illud [illegible] me somniâram, sed ex quodam vestri [illegible] præcipuo cognoveram, cujus nomen, [illegible] opus, proferam tibi. Ac nunc quoque [illegible] esse verissimum, quod scripsi. An is defendit *Lutherum*, qui dicat locum aliquem perperam [illegible] lectum. Si *Lutherum* refellere prius est, [illegible] intelligere necessarium est. Agnosco mediocritatem, vel potiùs tenuitatem meam: non [illegible] tantum eruditionis arrogo, ut possim de [illegible] fide pronunciare: nec tantum autoritatis [illegible] ut velim: nec tantum est ocii, ut vacet *Lutheri* libros evolvere: nec tam sum demens, ut in tam odiosa velim probare aut improbare, nisi [illegible] bris illius omnibus à capite usque ad calcem [illegible] dici solet, diligenter lectis ac relectis. Dam[illegible] ubique præceps judicium, sed potissimum in [illegible] tium hominis: denique nec tam stultus sum, [illegible] ultro me tam odioso negotio involvã, cui in [illegible] vitam sit serviendum, cum liceat ociosum spectatorem agere: & tamen obtuli vobis organum [illegible] mei, si modò vos me idoneis argumentis [illegible] retis. Quanquam hæc res, non tam stilum poscit, quam judicium & sacrarum literarum absolutam [illegible] peritiam,

peritiam, denique animum ab omnibus humanis affectibus liberum. Hæc cum sic habeant, videas quàm impotenter factum sit ab *Egmondano*, qui prius de me verba fecerit, quam de *Luthero*. Nec id satis, cum articulos aliquot recitaret in diplomate damnatos, venisset ad articulum de Confessione, repente ἐξ ὑποβάσεως, quod aiunt, *sunt*, inquit, *qui dicunt hanc confessionem institutam non à Christo, sed à Patribus. Hoc*, inquit, *falsum est, videlicet me denotans, quod in apologia quâ Leo respondet, disputem hanc confitendi rationem esse constitutam humana: & ita disputo, ut Egmondanus non sit refutaturus, tametsi nihil desinio.* Mox cum atrocissimis verbis exaggerâsset errores *Lutheri*, rediit ad intermissum de me sermonem. *Iubes*, inquit, *prodigiosos errores incidit Lutherus, ab studium rerum novarum.* Et cum ante usque ad vomitum multorum blateràsset de novis ac veteribus: *Haretes*, inquit, *veteribus, fugite nova, adhærete veteri Euangelio*, satis aperte denotans Novum Testamentum: quasi verò ego dederim novum Euangelium, ac non potius vetus & instaurârim & illustrârim. Quid multis? Adeo vir egregius, & religionis columen incanduit inter hæc ut toto vultu furorem animi sui testaretur. Nec erat facturus insaniendi finem, nisi vidisset passim alios ridentes, alios indignantes, & obsibilantes, alios inter se quistrantes. An non hæc erat bella fabula, digna quam talis histrio, cum suo candido pallio, in loco sacro, apud viros eruditos ageret? Nec his contentus, die Dominico proximo, eadem fermè repetens me *Antuerpiam* profecto, bellum adjecit elogium. *Et illi quaque*, inquit, *venient aliquando ad palum, ni desiterint.* Omitto nunc quæ blateravit in Theologicis, ordinariis, ac publicis lectionibus in me & in *Fabrum*: diceres non Theologū loqui de cathedra, sed de plaustro temulentum. Hæc videt tua prudentia, quàm sint impotenter dicta etiamsi favissem *Luthero*, cum illi utcunque liberum esset favere, nondum judicatâ causâ: nunc nemo me audivit vel inter pocula tuentem ullum *Lutheri* dogma, cum non deessent magni Theologi, qui non vererentur affirmare nihil esse in *Luthero*, quin per probatos autores posset defendi. Sed istis bilem movent duæ epistolæ, quarum alteram ipsi scripsi *Luthero*, alteram Card. *Moguntino*. Verum obsecro prior illa quid habet nisi civilem admonitionem? Cui si vir ille paruisset, res ad hunc tumultum progressa non fuisset. At in ea scribo, quòd hic haberet complures fautores: & sanè habebat plurimos, sed ita faventes, ut ego illi favebam: non quòd probarent universa, sed quòd plurima, cuperentque pura synceráq; esse omnia. Id scripsi non quo illum animarem ad seditiosè scribendum, à quâ re illum in eadem epistola deterrui: sed ut conaretur horum judicio satisfacere, vitatis his, de quibus admonebam: quod si fecisset, & Pontificem *Romanū* habuisset fautorem. In posteriore epistola quid aliud ago, quàm ut moderatis rationibus cum *Luthero* ageretur potius, quàm sævitiâ ac violentiâ: neque dederetur *Dominicanorum* libidini, sed æquis judiciis vinceretur: quòd sentirem Card. à nonnullis ad hoc instigari, ut illum suâ potentiâ opprimeret, cum magis expediret revinci. Erant aliæ causæ permultæ, cur hoc faciendum duxi, quas præstat coram exponere. Hoc non erat probare quæ scribit *Lutherus*, sed improbare modum ac viam quâ illum conabantur opprimere. In eâ sententiâ fui etiam hodie. Nunquam probavi, nec probaturus sum quenquam sic clamoribus apud populum opprimi, priusquam libri sint lecti & excussi, priusquam admonitus sit qui erat, priusquam redarguatur sit argumentis & sacræ scripturæ testimoniis. Si hoc est favere *Luthero*, favent illi magni viri, sed cordati, qui tamen negotium susceperant adversus *Lutherum*, & hos tibi proferam cum erit opus. Imo favisse videtur illi *Romanus* Pontifex in Bulla, quæ tamen magis sapit quorundam πλεονεξίαν quàm sævitiam, quam mite nostri *Leonis* ingenium, qui & spacium indulserit, & admonuerit ut adversus *Lutherum* prædicarent, haud quaquam id sentiens, ut illum Antichristum appellarent, sed ut divinæ scripturæ testimoniis diversa docerent, si quid ille perperam docuisset. Hoc enim opinor, est Theologis prædicare: nam ut aliquem è suggestu magnâ voce belluam voces, aut Antichristum, nihil opus est Theologo, cum idem possit scurra quilibet. Consilium meum non omninò fuisse malum, fortassis exitus ipse docebit. Ego facti vestri non sum Deo rationem redditurus: quocunq; consilio res cepta est, precor ut vertat in gloriam *Christi*. Admonui ut primum diligenter legerentur scripta *Lutheri*, deinde libris editis ac disputationibus refelleretur, & omissis contentionibus, veritati consuleretur, nec populus ad hujus fabulæ theatrum admitteretur: quid factum sit, ipsi scitis. Tot sunt millia rabinorum, tot sunt qui sibi dii videntur: Nullus extitit, qui *Luthero* sobriè doctèque responderet, sive inscitia fuit in causa, sive ignavia, sive metus, quorum nihil competit in probos Theologos. Qui hactenus scripserunt adversus *Lutherum*, nec vobis probari scio: quorum primus fuit *Sylvester*, proximus Minorita quidam tertius ἀνώνυμος, etiamsi præ se ferat ordinem *Dominicalem*, nec dissimulat se capere salarium annuum à Rege *Gallorum*. Sunt & alii quorum libelli non prodierūt; nec opinor aliud sensisse Cardinalem *Dertusensem*, qui jubet illi doctrinaliter obsisti, hoc est, non clamoribus seditiosis, sed doctrinæ sacræ præsidiis opprimi, si sanari nolit aut non possit. Ingenia generosa doceri cupiunt, cogi non ferunt; cogere tantum, tyrannorum est: cogi tantum, asinorum. In bello non est speciosa quævis victoria. Consulebam dignitati gloriæq; Theologicæ, volebam illos verum ac plausibilem referre triumphum. Si maximè favissem ordini vestro, si maximè fuissem infensus *Luthero*, quod aliud dedissem consilium, quàm dedi? Libris exurendis *Lutherus* fortassis eximetur è bibliothecis, an ex animis revelli possit, nescio. At id poterat, si meo consilio fuisset obtemperatum. Hoc consilium, si vobis non placebat, tamē mihi fraudi esse non debuit, qui bono animo suaserim *Alberto* Cardinali bene de me merito, cui me putabam hoc officii debere. Et suasi literis obsignatis, nihil minus suspicans, quàm fore ut evulgarentur, & audio evulgatas priusquam Card. redderentur: nec tamen editas, ut à me scriptæ sunt, vel illud arguit, quod in his (ut aiunt) appello *Lutherum* nostrum. quod à me certè nunquam fuit additum. Quod additurus non fueram etiamsi meus fuisset, sed ad *Carmelitam* nostrum redeo. Multum ἐβαστολογήσατο de vitandis novis, de adhærendo veteribus, suspectum habere oportere, quicquid esset novum, adhærendum veteribus, tenendum vetus Euangelium. Hæc quid sibi vellent plebs idiota-

idiotarum demirabatur, eruditorum nemo nesciebat dici in linguas, ac Novum Testamentum à me recognitum. Porrò quod ad linguas attinet, insignem injuriam ille facit summo Pontifici, qui tanto studio curat, ut literæ *Græcæ Romæ* doceantur. Quod ad Novum Testamentum attinet, satis illi debuit esse, quòd *Leo* decimus nostram industriam comprobavit, cujus autoritatem vult valere plurimum, quoties facit ad ipsius affectum. Si levis est illi Pontificis autoritas, in comprobandis nostris, cur illi gravis est in damnando *Luthero?* Ne commemorem interim stultissimam Battologiam novorum, ac veterum, ad quam plerique rivum tenere non potuerunt. Nam ille nova appellat, quibus ipse non assuevit. Ita huic novus erit *Hilarius*, novus *Cyprianus*, novus *Hieronymus*, novus etiam *Augustinus*. Nihil vetus præter in scholas decantata dogmata, & glossam ordinariam cum additionibus. Imò huic vetus erit, quod novum est, novum quod vetus. Nos vetera instauramus, nova non prodimus. Detestati sunt impudens hominis mendacium, cum diceret *Lutherum* horrendos illos errores hausisse è novis, cum ex vetustis scriptoribus hauserit, si quid hausit, ut prædicant qui illius legere libros. Sed fortasse negabit se mihi injurium esse, qui nomen meum non expresserit. Certè iis notis designavit, ut nemo studiosorum non agnosceret. Quicquid meretur *Lutherus*, mihi non placet ut istiusmodi clamoribus populus ad seditionem concitetur, cum res inter doctos tranfigi possit: sed quid de hoc statuatis, vestræ prudentiæ relinquo: verùm in loco sacro, in concione sacra, apud promiscuam multitudinem palàm mentiri de homine immerenti, imò benemerenri, mihi videtur nihil aliud esse, quàm elevare autoritatem sacræ concionis, quam expedit non minus esse puram, quàm synaxim ipsam, fraudare populum suo fructu, & hujus Academiæ dignitatem obscurare. Arbitror mihi pro meis vigiliis multo aliud deberi præmium. Quod si maximè essem in aliqua culpa, tamen coram adsum ipse, & sine periculo coargui possim, non debebam traduci apud populum, cui vindicta nimium assuevit *Egmondanus*. Fortè narratur inter pocula, quod hic aut ille de illo dixerit, & postridie semet ulciscitur in concione. Ac sæpe inter pocula celebratur triumphus applausu sympotis aliquot ejusdem farinæ. Quarum quæ ad meam injuriam attinet, non admodum fero: sed illud vobis considerandum est, ut conducat moribus populi, ut assuescat hujusmodi detrectationibus, quæ paulatim etiam dulcescunt, posteaquam serpsit venenum: an expediat hoc Academiæ publicæ utilitati, cui fortassis quidam faveo, quàm quidam qui sibi videntur favere maximè. Nec enim Principis benignitas hanc instituit Academiam, ut illic suaviter agerent otio quatuor, sed ut in totius ditionis utilitatem florerent omnia honesta studia: Videlicet ut etiam *Egmondani* exulabit poetria; sic enim decet poeticen, cujus adeo rudis est, ut ne nomen quidem possit: & locus dabitur sycophantiæ indicato collegio. Sed nè te prolixioribus excruciteris, magnifice Rector, si stolidis istiusmodi moribus imposueritis silentium, consulitis non tam misero quàm tranquillitati publicæ studiosorum, quàm morbus populi, quàm autoritati sacrarum concionum, quæ blateramentis hujusmodi polluantur, quales quales nos sumus. Sin aut non vultis, aut non potestis, ipse fortassis experiar quid possim: nam satis diu videor mihi tuliisse hominum istas furias, quas scio nemini vestrûm placere: sed quibus abutuntur hujus ingenio, veluti malo nodo malum adhibentes cuneum. Hæc malui scribere, quòd esset utrique commodius: cras si vacabit, si valetudo patietur, coram plura, tum diligentius audiam. Bene vale. *Lovanii* XV. Calend. Novembr. Anno millesimo quingentesimo vigesimo.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER DECIMUSSEXTUS.

Erasmus Rot. Thomæ Moro S. D.

Epist. 1. QUæ tibi narrata sunt de concertatiuncula, quæ mihi fuit apud hujus Academiæ Rectorem, cum *Nicolao Egmondano*, nec omninò vera sunt, neq; tamen nihil habent veri: sic enim solet rumor, & augere quod gestum est, & variare fabulas: neque verò mihi tam inimicus est, ut patiar illum mendaciis traduci. Rem igitur ut habet accipe. Quandoquidem video vobis isthic tantum esse ocii, ut quid hic inepriamus vacet cognoscere. Ubi literis expostulâssem apud hujus Academiæ rectorem, quòd *Egmõdanus* in concione nos perstrinxisset, rescripsit ille: Si placeret ipsum audire coram sua verba sonantem, fortasse rem posse componi. Respondi me nihil detrectare, tametsi non essem nescius, ab illo μανὲν ὑγιὲς proditurum. Convenimus, concedit Rector, huic ego dexter assedi, finister ille. Nec erat inanis ordo, noverat *Egmondani* mores, & de me sibi falsò persuaserat eum esse, qui possem irritari: proinde medius consedit, quo pugnam dirimeret, si fortè λοιμαχία ad ungues ac pugnos efferveseret. Rem igitur paucis exponit Rector. Ille compositio ad miram, sed ridiculam gravitatem vultu, infit *Egmondanus*. Ego nulli feci injuriam in sacris concionibus, si *Erasmus* se putat laesum proferat, sum illi responsurus. Rogabam an pateret ullam atrociorem injuriam, quàm hominem immerentem in publica concione traducere mendaciis: ibi continuò commotus homo, & relicta quam

quam cœperat perſona, magis etiam purpuraſcens (nam rubebat & antea, erat enim tempus pomeridianum.) Et cur, inquit, tu nos traducis tuis ſacris libris? In libris, inquam, meis nuſquam eſt nomen tuum. Nec in concionibus, inquit, meis auditum eſt nomen tuum. Negavi libros meos eſſe ſacros, in quibus aliquando narrem etiam ſomnia mea, nihilq; non nuger, non idem licere in ſacris concionibus. Præterea longè minus, inquam, ſcripſi de te quàm res habet. Tu de me publicè mentiris es, dicens faviſſe *Luthero*, cui nunquam favi in eum ſenſum, in quem tua dicta interpretatur populus, & ipſe ſentis. Ibi jam non commotus, ſed furenti ſimilis: imò, inquit, tu es autor horum omnium, tu es verſipellis ac veterator, & nihil non intorques caudâ quadam. Atq; his ſimilia multa evomuit veriùs quàm dixit, quæ illi tum ſuggerebat ſplendida bilis. Senſi & mihi concitari ſtomachum, jámq; vox quædam eruperat, ſermonis non ſatis temperati proœmium, non quidem racha, ſed aliud quiddam, quòd pejus oleat quàm ſonat. Sed repreſſi me illicò, ſatius ducens, & meæ (nam parum valebam) & Rectoris parcere valetudini, cui & ipſi cum medicis res erat, poſtremò ſtultum & indecorum ratus adverſus furentem furere: itaq; ſubridens verti me ad Rectorem: poſſem, inquam, reſtari de inſigni contumelia, poſſem regerere convicia: appellat me verſipellem, liceret ipſum viciſſim appellare vulpem: appellat me duplicem, poſſem ipſum appellare quadruplicem: ait me caudâ contorquere omnia, poſſem dicere illum linguâ ſua inficere omnia: ſed hæc nec viris digna ſunt, ac vix etiam mulieribus. Agamus argumentis, finge me. Hic ille protinus interpellans magno clamore nautico: Non fingo, inquit, nolo fingere, hoc veſtrum eſt, vos poetæ fingitis, ac mentimini omnia. Jam magis ridere libebat, quàm indignari. Si fingere non vis, inquam, da igitur. Nolo, inquit, dare. Fac inquam, ita eſſe. Non faciam, inquit. At pone ita eſſe, inquam. Non ponam, inquit. Sit igitur ita, inquam. At non eſt, inquit. Quid igitur [illegible] vis me dicere: Dic, inquit, ita eſſe. [illegible] impetravit, ut ſineret me loqui. Ut verum ſit, inquam, me in libris meis quædã ſcripſiſſe ſecus quã oportet, non tamen hoc erat tuũ, ad animi tui vindictam abuti ſacri loci, ſacræ concionis autoritate, & populi ſimplicis credulitate. Poteras viciſſim in me ſcribere, poteras me in jus vocare. Nunc non tam mihi facis injuriam, quàm toti huic Academiæ, quàm toti populo, quã ſacræ concioni, quæ longè aliis fabulis dicata eſt. Hìc quum deeſſet homini quod reſponderet, aliò ut ſolet deflexit. Ia, inquit, optares tibi ſimilem autoritatem. Quam, inquã, concionandi? annuit. Atqui inquam & olim ſum concionatus, & arbitror me poſſe meliora dicere, quã audio te aliquando proferentem. Quin igitur, inquit, facis? Quia puto me, inquam, majus operæ pretium facere ſcribendis libris, tametſi tuam induſtriã non improbarem, ſi modò doceres ea quæ faciunt ad bonos mores. Ibi venit homini in mẽtem, quod ſcripſiſſem in literis ad Rectorem (legerat enim) hæc mihi immerenti, imò bene merenti indignè fieri. Ubi, inquit, tu bene mereris? Fatentur, inquam, hoc plurimi, me non malè meritum de bonis literis. Ia, inquit, ſic vos eas appellatis, ſunt malæ literæ. Et in ſacris, inquam, literis multa reſtitui. Imò, inquit, multa falſãſti. Cur igitur, inquã, approbat *Romanus* Pontifex ſuo diplomate? Ia diplomate, inquit: quis vidit tuum diploma? ſubindicans à me confictum eſſe. An poſtulas, inquam, ut diploma per ſingulos circumferam, aut in foro exhibeam? Exhibui *Atrebi*, vidit *Dorpius*. Ia *Dorpius*, inquit, additurus & in illum aliquid convicii, ni Rector illum ſuo vultu compeſcuiſſet. Videbis & tu ſi voles, inquam. Nolo, inquit, videre tua. Cur igitur damnas, inquam? Cur in *Luthero* damnando tantum apud te valet Pontificis autoritas, in meis probandis plumâ levior eſt? Hoc ſermone omiſſo, cœpit commemorare, jam velut affectum moturus arte Rhetoricâ, quantis honoribus affeciſſent me Theologi *Lovanien.* priuſquã in eos ſcripſiſſem. Quid non fecimus, inquit, tibi? Cæterùm de virulentis obtrectationibus, quibus me laniârat *Egmondanus*, etiam priuſquam *Lovanium* commigrarem, nulla mentio. Reſpondi non mei moris extenuare cujuſquam in me beneficiũ, cæterùm me hactenus Theologorum beneficio non admodum uſum fuiſſe. Ibi neſcio quo pacto factus mitior. Verum, inquit, quia non potuimus. Ergo, inquam, nè imputes, quod non præſtitiſtis. Nam quantum potueritis malè faciendo ſenſi, officii nihil expertus ſum, niſi quod me vocâſtis ad actus, quos vocatis, & convivia quædam ſolennia, à quibus nemo magis abhorret quàm ego: tantum abeſt, ut exiſtimem me hoc nomine multum debere vobis. Vos me ultrò invitâſtis ad amicitiam, ego ut nunquam ambii, ita nunquam dedi anſam dirimendæ. Ex hoc ſermone venit homini in mentem, de ſarta inter nos amicitia, uno ipſo nondum ſatis placato, cum nemo ſolidiùs læſiſſet, quàm ille. Putant hoc eſſe religionis *Colophonem*, ut illis ſupplices ſint, etiam qui non ferendis injuriis ſint affecti: tantum abeſt ut quenquam ipſi reconcilient, aut juxta doctrinam Euangelicam beneſaciant ei qui læſerit. Bene mones, inquit, jactas inter nos ſartam fuiſſe concordiam; Quid? an non fuit inquã? Nónne compotavimus ſplendidè in collegio *Falconis*? (Conſtiterat hoc prandium ejus domus moderatori non mediocri pecuniâ. Et quoniam erat dies *Mercurii*, tantum piſcium erat paratum uni *Egmondano*, quantum ſatis eſſet quatuor athletis) nonne propoſita pacis conditio, ut utrinq; deleret offenſas omnes amneſtia? Negavit ille fortiter, quod tot teſtibus actum erat. Rector interpellans ita moderatus eſt litem, ut fateretur inter omnes *Chriſtianos* eſſe aliquam concordiam, cæterùm eam pacem non fuiſſe numeris omnibus abſolutam. Ego arridens rogabam, quotâ compotatione pax Theologica abſolveretur. Me ſimplicem arbitrari, vel ſine compotatione confici pacem inter bonos. Hinc rurſus aliud illi venit in mentem. Rectè admones, inquit, tu nos habes ludibrio, & traducis tanquam ebrios. Expoſtulante me, ubi vocâſſem eum ebrium. Scribis, inquit, me fuiſſe uvidum à prandio largiore, quid hoc aliud eſt, quàm eſſe ebrioſum? Hoc, inquam, neq; te nominato ſcripſi, & narro ab aliis dictum: nam tui *Carmelitæ* hoc lemmate te excuſabant, nè quis graviùs ferret, quod dixeras uvidus à prandio largiore. Ia tui, inquit, indignans opinor, quòd *tui* dixiſſem non *veſtri*. Quòd ſi maximè, inquam, edidiſſem nomen, quid erat flagitii, ſi quod tu publicè auſus es dicere, ego ſimili libertate retuliſſem? nunc honoris tui gratiâ ſupprimo nomẽ tuum, & rem atrocẽ civiliter narro.

Dixeras

Dixeras *Fabrum* ac me, qui nunc pugnaremus inter nos, olim pugnaturos in profundo tartaro. Ia, inquit, hoc ab aliis audisti. Verùm, inquam, at non ab uno, sed audes tu negare dictum? Obticuit, quâ quidem in re primùm sum admiratus novum hominis pudorem. Mox in alium campum expatiatus, negavit se unquam facturum finem vociferandi in *Lutherum*, donec illum confeciſſet. Reſpondi, per me licere illi vociferari uſq; ad ilium diruptionem, modò nè in me blateraret: neq; me queri, quòd in *Lutherũ* clamâſſet, ſed quòd in me: quod ipſum, ſi illi uſq; adeo cordi eſſet, pergeret, nihil tamen lucri facturus, niſi ut eſſet bonis omnibus ludibrio, quandoquidem in ea concione vidiſſem paſſim omnes ridentes: Hic ille, Ia, inquit, illi tui erant. Quàm mei ſint, inquam, neſcio, pleroſq; nè de facie quidem noveram. Inter cætera crimina objecit & hoc, quòd allegarem epiſtolas illuſtrium virorum, qui mihi nonnihil tribuerent; ſignificans eas à me confingi, nec ullos eſſe qui mea probarent, cum ego fermè totum hoc epiſtolarum genus premam: ſimúlq; indicans nihil oportere probatum haberi, quod ipſius calculo non eſſet commendatum. Hinc conjicere licet ſimul & modeſtiam hominis, qui ſibi tam parum tribuat, & ſimplicem puréq; *Chriſtianum* animum, qui nihil mali non ſuſpicetur de proximo. Cum inter cætera dixiſſem, non debere videri mirum, ſicubi querar nonnihil de Theologis in libris meis, cum *Joannes Standitius* Minorita, Theologus, Epiſcopus à ſancto *Aſino*, apud Regem ac Reginam *Angliæ*, multis proceribus & eruditis adſtantibus impudentiſſimè me detulerit tribus nominibus, primum quòd tollerem reſurrectionem: deinde quòd nihili facerem ſacramentum matrimonii: præterea quòd male ſentirem de Euchariſtia: cum in omnibus libris meis, nihil magis aſſeram quàm reſurrectionem, ac matrimonium editâ declamatione ſic prædicarim, ut Theologi putârint errorem eſſe hæreticum, quòd matrimonio plus ſatis tribuerim: poſtremò cum de Euchariſtia nuſquam, neq; ſcripſerim, neq; locutus ſim, niſi ſicut decet, id eſt, ſumma cum reverentia. Ia, inquit, hæc omnia fortaſſe ſunt vera. O vocem impotentis animi, ſibiq; nihil non indulgentis! cur hæc potiùs in me vera eſſent, quam ſi quis dicat *Egmondanum* compilâſſe ſacrarum ædiũ gazophylacium? quàm incantâſſe morituros, uti ſibi traderent hæreditatem, fruſtratis hæredibus? quàm ad quæſtum prodidiſſe, quæ audivit in arcanis confeſſionibus? Hæc fortaſſe probabiliùs in illum competerent, quam quæ volebat ille videri non abhorrentia à veris in me. Huic divo committant parentes liberos ſuos ut imbibant veræ religionis ſemina. Quid tibi nunc referam ſingula? quicquid quocunq; caſu dicebatur, rapiebatur in occaſionem convicii, non aliter quàm ſolent pueri rixantes, ac mulierculæ procaces, quicquid dixeram regerebat in diverſum. Objiciebat epiſtolam ad *Lutherum* ſcriptam. Illic, inquã, moneo quid debuerit vitare. Imò, inquit, doces eum ſcribere. Etiam hoc videbatur malè habiturum hominem, ſi *Lutherus* aliquanto melius ſcripſiſſet: adeo illum perire cupiebat, non corrigi. Sed illud nullo modo concoquebat, quod adjeciſſem, *non admoneo quid facias, ſed ut quod facis perpetuò facias*. Hic cum excuſarem civilitatem Rhetoricam, quâ negamus nos admonere, cum maximè admonemus, rurſus incanduit. Pulchrè, inquit, dixti, hoc verè rhetorum eſt, omnia facere, fingere, mentiri. Arridens faſſus ſum alicubi mentiri Rhetores, ſed interim mentiri noſtros & Magiſtros noſtros. Rurſum cum dicerem me conſuluiſſe dignitati Theologorum, reſponſum: bis hãc curam relinque, nos proſpicientes. Cum dicerem exurendis *Lutheri* libris, cum è bibliis eximi poſſe, ex animis non item. Ia, inquit, ex animis: ibi eum tu poſuiſti. Cum nihil interim veniret, adeo ut ſi dicerem literas bonas, ille malè vocaret malas: ſi librum caſtigatum, ille mutum: ſi me dixiſſem alienũ à factione, ille principem caput factionis appellaret, negaturus & inter eos eſſe duri quicquam, aut extra jugulandem aſſum quicquam, ſi quid tale affirmâſſem, Rector interſecans rixam jam nimis longam, negavit hæc de digna Theologis: ſe lubentius auditurum, ſi quid faceret ad concordiam ſarciendam. Age, inquam, quando negas eam concordiam unicâ compoſitione potuiſſe coire, quid ſupereſt ad conſolandam? Hortante Rectore dixit: ut ſarcias ſuam noſtram abs te læſam. Ubi, inquam? in epiſtolis annuit. Illis, inquam, jam evulgatis nihil eſt in manu quod petis, quanquam illic nullius ſum læſi. Ergo palinodiam, inquit, cane. Quam? ſcilicet *Lovanii* ſynceros & probos eſſe Theologos. Id quam, haud unquam negavi, ſed quos ego omnes, ſi mihi præbebunt probam materiam, ſuppeditabo de illis ſcribam. Hic irritatus: Et tu, inquit, ſi nobis præbueris bene loquendi materiam, bene de te loquemur. Tu ſtilum habes nos linguam habemus. Taxas, inquit, nos quòd tibi oblatremus à tergo, audeo tibi in os dicere. Nec mirum, inquam, in quibus es moribus, auderes etiam coram, qui boni viri. Negavit ſe adhuc eſſe tam contumacem. Hoc ſermone interrupto Rector admonuit, ut de *Luthero*, quod erat caput, ageretur. Age, inquit, ſcripſiſti pro *Luthero*, nunc ſcribe adverſus illum. Hic inficiatus me ſcripſiſſe pro illo, ſi quid Theologis potiùs adverſus illum, cum excuſarem multa, ocium, imperitiam, metum, inter alia pretexui ſuſpicionem crudelitatis, ſi ſævirem ſine meo in hominem proſtratum ac victum. Imò hoc ipſum, inquit, ſcribe *Lutherum* à nobis victum eſſe. Reſpondi non deeſſe, qui hoc vociferarentur, vel me tacente. Præterea magis fore decorum, ipſi ſuam celebrarent victoriam, qui perpetuò. Poſtremò mihi non conſtare, quòd eum vicisſem, cum libri illorum nondum prodiſſent in lucem. Sub hæc deſperans, verſus ad Rectorem ait: Ego prædixi nos nihil acturos? Quamdiu, inquit, detrectat ſcribere adverſus *Lutherum*, tam diu habebimus eum pro *Lutherano*. At iſthoc, inquam, nomine tu mihi *Lutheranus* eris, qui nihil ſcribas adverſus illum, neque tu ſolus tantùm, ſed innumeri tecum. Atque ita non dicto ſed ſignificato vale, Rectori non mihi, diſceſſit: quemadmodum qui in gladiatoria ſchola vulnus præter certaminis leges acceperunt, cæteris quidem dant detrimento, à quo læſi ſunt non dant. Habes ferè ſummam illius præclari colloquii, quod illi tamen vitio eſt admodum blandum, cum hoc ageretur, ut me pelliceret eloquentia ſua ad inſectandum ſibi meo *Lutherum*. Neque paſſus eſt ille ſibi perire hujus conflictationis gloriam. Jactavit apud compotores ſuos, quàm fortiter obſtitiſſet in me *Eraſmo*. Rector eadem ſuis denarrans, non ſine riſu, negavit ſe unquam creditum fuiſſe, mihi tantum

tantum esse temperantiæ. Quanquam non hinc mihi laudem hanc arrogo, qui prorsus insanus fuissem, si cum illo contendissem. Et tamen est unus aut alter hoc sceleratior. Nam hic ut molestus est & pertinax, ita minus habet fuci, semper sui similis. Talem aiunt fuisse puerum, talem magistellum, talem baccalaureum, talem Theologiæ professorem, qualis nunc est *Carmelita*. Nè *Vulcanus* quidem hunc recudat, neq; refingat *Mercurius*. Sibi tamen videtur præcipua basis *Christiana* religionis, & ordinis *Carmelitici* decus. Tam jucundus est huic Academiæ, quàm sunt fici in oculis. Sed vomicam hanc nemo potest excutere. Bene vale, mi *More*. *Lovanii*. Anno M.D.XX.

Erasmus Budæo suo S.D.

AMicorum optime simul & eruditissime. Si *Morus*, & *Brixius* essent à me alieniissimi, tamen vehementer dolerem literarum nomine, quòd duo tam insignes Musarum mystæ, tam virulentis libellis sese conscinderent, magno studiorũ incommodo, magno gaudio eorum, qui jampridem cum melioribus literis bellum gerunt. Nunc quum uterq; sit amicus, alter etiam conjunctissimus, dici non potest, quàm acerbè feram hoc dissidii inter eos incidisse, quorum utriusque & ingenium amamo, & gloriæ faveo. Uterq; strenuè contemnit alterum: verùm ex mutuo contemptu quid oriri potest, nisi simultas semper gliscens in pejus? Egi studiosissimè cum *Moro*, ut silentio rem dissimularet: & persuaseram, ni *Brixius* tam seditiosè exagitâsset eum locum, de Rege laudato, non fine sggillatione filii, ut quidem interpretatur *Brixius*. Non est res ludrica rem habere cum *Iove*, quem evocâsse parum ritè conceptis precibus exitio fuit. Non quòd *Moro* quicquam sit ab hoc suo metuendum, cui ob eximias dotes unicè charus est, tamen *Brixius* declaravit animum perdendi *Mori* cupidum. Quod *Brixius* scripsit in *Morum*, cum omnium judicio sit plusquam satis, tamen odio illius non satisfacit. Nusquam non arripit occasionem insectandi *Morum*. Neque quicquam exit illius, in quo non multis verbis illum impetat, cum ille tamen nihil adhuc responderit. Demiror quis sic instiget animum *Brixii*. Obsecro te per Musas, ut vestra autoritas juvenilem istum ἐνθουσιασμὸν coherceat. Non hic ago *Mori* mei negotium: nam si pergat hæc contentio, crede mihi, fortasse famæ non nihil auferet *Brixius*, at gloriæ nihil. Bene vale *Budæe* charissime. *Antuerpiæ* pridie *Laurentii*. Anno millesimo quingentesimo vigesimo.

Erasmus Roterodamus Guilielmo Burbanco S.D.

IS demum verè amat, qui gratis amat. At tu *Erasmum* immerentem, tam constanter, tam ardenter amas, ut vix quenquam invenias, qui syncerius, aut pertinaciùs, aut vehementius amet promerium. *Roma* à me nullis provocatus officiis, quo affectu complecti cœpisti? Nec interim vel tantillum refrixit in me tua gratuita benevolentia, cum tot jam annis nullum id genus officiorum intercesserit, quibus inter amicos solet ali renovariq; charitas, alioqui desuetudine solita langescere. O pectus amicitiæ candoriq; natum, quod ego ni sedamem, tum non deprecor quo minus omnes me dicant adamantem gestare in pectore, aut si quid adamante durius. Atque hic quoque, juxta proverbium, gratia gratiam parit. Afflavit tibi *Montjoius* aliquid sui in me animi, & utriusque studium tot mihi in una familia amicos excitavit, ni fallor. Quid enim aliud in causa esse conjectem: nam quæ dos, aut quod officium meum, sic inflammavit *Thomæ Lupulli* juris Pontificii doctoris in me studium? Aut quæ res eruditissimi viri *Roberti Tunicii* tam non vulgarem benevolentiam conciliavit? Unde *Francisci Philippi*, summæ spei juvenis, tam singularis erga me favor? Quid autem commemorem non novum quidem illum, sed hoc spectatiorem amicum, *Franciscum* medicum? Quid doctorem incomparabilem *Sansonem*, cujus ingenio nec optari quicquam potest purius aut amicius? Quid *Genellum* illum non amicum, sed prorsus animæ dimidium meæ? Quid *Clementem*, qui *Morum* amoris in me sui scintillulas aliquot afflavit? Quid *Ricardum Pacæum*, qui mihi planè *Pyladem* quendam, non tam pollicetur, quam præstat? Quid *Cuthertum Tonstallum*, cum quovis priscorum conferendum, quorum non ita multa paria celebravit antiquitas? O me divitem! O domum illam augustam ac felicem! O verè splendidum Cardinalem, qui tales viros habet in consiliis, cujus mensa talibus luminibus cingitur! Sed quàm isti præter meritum amant *Erasmum*, tam alii quidam præter meritum aversantur. Et utinam malevolentiæ non esset fœcundior propagatio. Verùm mihi potius est paucioribus placuisse, sed egregiè probis, quàm multis istorum similibus, qui ferè aut stolidi sunt, & indocti, aut manifesto livoris, & invidentiæ morbo obnoxii, aut ea ingenii perversitate, ut nemini omninò bene velint, sibi propemodum ipsis invidentes: sed obtrectatoribus mentem meliorem precemur. Apud amicos, tu fac nomenclatorem agas, ac nominatim singulis ex me salutem dicito. Bene vale vir integerrime. *Lovanii* Cal. Septemb. Anno M.D.XX.

Erasmus Roterod. Petro Barbirio S.D.

TAndem nactus sum librum quem in me scripsit *Jacobus Lopis Stunica*, ut non paulò doctior, ita minus virulentus, si ad *Lei* calumnias conferatur, cujus ego laudibus adeo nihil detraham, ut velim etiam conduplicatum, quod sibi liberalissimè tribuit, quanquã in me tam malignus, ut nihil non adimat, ingeniũ, memoriã, judiciũ, eruditionem, lectionem sacrorum voluminum, peritiam linguarum, denique & Grammatices, horum omnium beatissimum quoddam cornu sibi suavissimè vendicans. Certè pulchrè pensavit quorundam immodicum favorem, qui me laudibus sic vehunt, ut ex musca faciant elephantem. Hic è pygmæo facit culicem. Quod sibi tam impensè favet, nec miror, nec invideo. Cæterùm demiror, quæ res sic exacerbârit hominis animum in me, à quo nè verbo quidem unquam fuerit læsus: neque enim mihi persuadere possum, tantum odium concipere bene natos animos (quando ut audio gentis claritudinem, cum eruditione conjunxit) nisi adsit improbus aliquis instigator. Nunc audio felicis memoriæ Cardinalem *Tolet.* cui nostet, heu jam iterum successit *Croius*, illi fuisse autorem, ut prius opus ad me mitteret quam *Epist. 4.*

quàm evulgaret; quod si responsione satisfacerem, magis è re ipsius esse premi librum quàm edi. Sin aut non responderem, aut protervè & indoctè responderem, publicaret suos labores bonis avibus. At ille statim à morte Cardinalis typographis tradidit opus, cum illum id temporis latere non posset, alteram editionem novi Testamenti, aut exisse jam, aut mox exituram. Hæc utcunque habent, mihi certè voluptati est, etiam apud *Hispanos* efflorescere linguas ac bonas literas: ac de *Stunica* ingenio mihi satis ampliter promitto, sed vereor nè apud cordatos & eruditos ex hoc labore, quo famam auspicari voluit, non tam optimam gloriam retulerit, quàm ipse sibi polliceri videtur. Siquidem ut maximè persuadeat se linguis, & literis omnibus, longáq; ac diligentissimâ veterum evolutione, si quisquam alius, instructum, optimè nôsse quid deferendum sic interpreti: cum aliquando labatur in rebus manifestissimis, ut persuadeat me heri ac nudius tertius cœpisse legere sacros interpretes, in *Hieronymo* nihil intelligere, qui ante annos viginti scripserim *Enchiridion*, qui in hoc opere, ut ipse verè scribit, tumultuario tantum adferam testimoniorum, nullis interim indicibus adjutus, quibus ille felicior me fuit: quis crediturus est illi, quod hoc opus susceperit, non ullo maledicentiæ studio, sed animo prorsus ab omni contentione alieno, cum toto opere ab initio usq; ad finem nihil aliud quàm me derideat ex alto, carpat, laceret: lapsus etiam alienos, mihi odiosissimè impingens, puta typographorum, & *Oecolompadii*, nonnunquam atroces tragœdias excitans ex his, quæ sunt simplicissimè dicta: quale est, quod scripseram *Neapolim* nunc ab *Hispanis* occupari, & ἀναίτιον apud *Paulum*, pro *Hispania* scribi. Subinde magni convicii loco me *Batavum* appellans; quasi mihi vicio verti debeat, etiamsi apud *Sogdianos* natus essem; aut *Hollandiæ* regio sit ulli regioni contemnenda, sive cultum spectes, sive celebritatem urbium, sive rerum affluentiam, sive laudem ingeniorum: quæ tam felicia passim apud illos oriuntur, ut ad illos collatus ego verè talis videri possim qualem me facit *Stunica*. Nec satis erat, sic temperâsse operis præfationem, ut totidem ferè sint in me convicia, quot sunt verba: singulis ferè annotationibus addit præfationes novas, & coronides, quibus me laniet. Ac rursum, quasi hoc quoque parum esset, addidit indices marginales aculeatiores ipso contextu. Adeo nihil erat satis illius animo modesto, & ab omni contentione prorsus alieno. Jam haud scio num satis prudentis hominis videbitur, quod hunc interpretem affirmet scitè & eleganter vertisse novum Testamentum. Certè non videtur præstare patrocinium, quo pollicetur se defensurum ab omni calumnia suum interpretem, cum ad tot solœcismos à me notatos nihil respondeat. Adeo silentio suo damnat, quem ita magnificè tuendum suscepit: etiamsi ipse non hoc agebam, ut impeterem interpretem, unde quid mihi fructûs erat futurum? sed obiter annoto, si quid videtur profuturum lectori studioso. Quantum offecerit famæ meæ *Stunica*, nescio, certè vellem suæ rectiùs consuluisset: nam ego facilè boni consulo, quicquid cedit in commodum studiorum. Et acuit quidem ingenia contentio moderata, sed hanc virulentiam quâ nunc, nescio quo fato, fervent omnia, vellem abesse quum ab omnibus honestis studiis, tum præcipuè à sacris. Tu mi *Botzh*, expectatione tui nimium diu nos torques, novâ subinde spe lactans animos nostros. Meum alterum remoratæ quidem sunt aliquot aliæ causæ, sed harum præcipua fuit, tui videndi desiderium. Quòd si te mutuum habet nostri desiderium, properes oportet. Sic enim hic quotidie lapidor rebularum conviciis, ut periculum sit nè conflictus tot saxis in unum caput involantibus. *Iacobi* tragœdia peracta est apud nos, atque utinam non quam prodisset in Theatrum: tantum hoc verentur quidam, nè cupidè vitatâ *Scyllâ*, deferamur in *Charybdim*, & hac victoriâ quidam erudelius abtantur, quàm expediat rei *Christianæ*. Bene vale patrone incomparabilis. Ex *Anderlaco*, ubi nunc et urbano factus rusticus sat suaviter ago, festo Cal. Julias. Anno M. D. XXI.

Erasmus Roterodamus Martino Bruxellensi S. D.

SImul atque volumen allatum fuerit, ad te mniet. Nihilo seciùs quod misisti literis inclusum, in tuos usus erit incolume. Mitto libellum *Iacobi Latomi*, sanè quàm eruditum & elegantem, quem nonnulli suspicantur non ab ipso tantum, sed è communi Theologorum consilio conscriptum & in me vibratum: mihi ut *Latomo* digno videtur, potest, ita videtur indignus, qui communi Theologorum suffragio scriptus videatur, neq; mihi dignum arbitror, in quem talia scribantur. De cæteris coràm: nam subitò vocor. Abiturus tamen mox rediturus. Bene vale *Martine* charissime, tertio Calend. Apriles. Anno M.D.XIII. *Lovanii*.

Erasmus Rot. Martino Bruxellensi S.D.

CHariſſime frater, acceptis tuis literis non respondi, protinus decreveram visere te. Verùm semper novis occasionibus sum prohibitus. Oro te, nè quid animum tuum discrucie hac tragœdia planè fatalis, tuus dolor mihi prodesse non potest, obesse potest certè tibi. Omissis hujusmodi næniis oblecta te sanctis studiis, & philosophia *Christi*, quæ gaudet bonis, & tolerat malos. Puto me habiturum Vetus Testamentũ *Hebraicum* & *Chaldaicum*. Si non mutâsti sententiam, curabo ut habeam: sin secus est animus, describe quid velis fieri. Bene vale in Domino mi *Martine* charissime. Anno M. D. XIX.

Erasmus Roterodamus Martino Bruxellensi S.D.

VIde num aptum munus miseris, crumenam non habenti pecuniam. Reperi in mea bibliothecula *Gregorium Nazianzenum*, & ab *Hieronymo* laudatum, non minus pium, quàm eruditum ac facundum. Eum ratus tibi placiturum, ad te ire jussi, vel ἀντίδωρον, vel mei in te studii qualecunque symbolon. Tu perge tuam ætatem florentem, atque indolem non vulgarem, utrumque Dei donum, in sanctis studiis exercere, sic ita ut simul hoc agatur quod legitur. Bene vale charissime mihi, ætate fili, presbyterio frater, nósce ue precibus tuis *Christo* commenda. Anno M. D. XIX.

Erasm

Erasmus Martino suo S. D.

VIr integerrime, mitto libellum epistolarum, inter quas una est, quâ respondeo stultissimo libello quem ad me miseras. Eam invenies paginâ qq. quanquam postea pœnitudo me cepit, tantum operæ in rem tam nihili collocatum. Tuum nomen non expressi, nè quid turbæ tibi conciliarem: nè illius quidem, nè se prodi tum clamaret, qui tamen prodi cupit. Bene vale nostri memor, præsertim in precibus tuis. Anno M.D.XVIII.

Erasmus Rot. Martino Bruxellensi S. D.

NOn queror, quòd mihi parum tribuas, sed hoc nomine parum tribuis, quòd *Leicis* annotationibus meas præfers, quasi verò ille scripserit annotationes. De *Luthero* movent stultam ac perniciosam tragœdiam. Id postea sentient, non quòd *Luthero*, sed quòd *Christiana* faveam tranquillitati. Utcunque scripsit *Lutherus*, certè hic tumultus nulli cordato placet. Sortem tuam meritò ferres graviter, nisi cuique mortalium, ubique satis esset quod ferat. Commodè ferendo, facillimè lenies necessitatem, quæ vitari non potest. Nam servitutem mutare, fortasse duriore, non est consilii. Non desero vos, sed fatigatus studiorum immodicis laboribus, obambulabo, verùm non procul à *Lovanio*, nè me conficiat quadragesima. Spero Regis adventum his pudendis tumultibus finem impositurum. Roga nostrum *Lutzenburgum*, ut eras ad prandium veniat familiariter, & tu unà cum illo, si possis: nam velle sat scio. Bene vale charissime *Martine*. E musæo nostro. Anno M.D.XIX.

Erasmus Roterod. Martino Bruxell. S. D.

TOt obruor laboribus studiorum, ut si maximè cupiam non vacet adire te. *Ioannes Hagius* abjurat se esse autorem famosi libelli. Ego suspicor *Leum* autorem esse, aut certè instigatorem, ni me mea fallit divinatio. Res leviter me movet, mihi ipsi bene conscium: sed si possim certum scire qui sit, fiet ut sit aliis exemplo, quisquis est ille *Satanæ* organum. Tu fac te sacris literis oblectes, absque contentione, quæ tuam tranquillitatem turbat, & meis negotiis non multum adfert momenti. Cras eo *Antuerpiam* empturus *Hebraicum* volumen, nisi quid variat animi tui sententia. Bene vale *Martine* charissime, ætate fili, sacerdotio frater, & istos homunculorum tumultus magnoanimo despice, nixus cœlesti *Christi* præsidio. Anno M.D.XIX.

Erasmus Roterod. Aloiso Marliano Episcopo Tudensi S.D.

EX amicorum aliquot literis, neque vulgarium, neq; levium, sed haud scio an amoris nimium solliciti, cognovi isthic per nescio quos clancularios obtrectatores, subinde spargi novos rumores, ac suspiciones me favere *Luthero*: mihiq; tribui nescio quos libellos maledicos, quos audio istic subinde novos provolare, aliunde alios. Scio temporibus his regnum esse calumniæ, nec ullâ tempestate plus licuisse effreni maledicentiæ: sed tamen apud eruditos, cordatos & graves viros, inter quos te vel in primis numero, non oportet esse locum hujusmodi delationibus. Admonuerat me pridem tua prudentia, etiamsi memorem, ut aiunt, monebat, nè me admiscerem *Lutheri* negotio. Adeo me non admiscui, ut summis viribus obnixus sim, nè res in hunc locum progrederetur, quò minime volebam. Tantum initio priusquam viderem, quorsum tenderet *Lutherus*, non probavi seditiosos clamores apud populum. Suasi ut res inter eruditos libris transigeretur. Malebam *Lutherum* correctum quàm extinctum: aut si perdendus erat, malebam absq; magno orbis tumultu cõfici. Hoc consilium etiam nunc probaret *Romanus* Pontifex, si pernôsset quibus modis hic res geratur, & quo studio plurimæ nationes prosequantur *Lutherum*. Sed illud fuit cõmentum quorundam monachorum, quibus non aliter charus sum, quàm bonæ literæ, ut me volentem nolentem involverent *Lutherano* negotio. Qui *Luthero* favere videntur, modis omnibus conati sunt me in suas partes attrahere. Qui *Lutherum* insectantur, conati sunt me in illius factionem propellere, passim in publicis concionibus debacchantes in nomen meum odiosiùs aliquanto, quàm in ipsum *Lutherum*. Ego tamen nullis machinis à statu mentis dimoveri potui. *Christum* agnosco, *Lutherum* non novi. Ecclesiam *Romanam* agnosco, quam opinor à catholica non dissentire. Ab hac nec mors divellet, nisi illa palàm divellatur à *Christo*. Seditionem semper exhorrui, atq; utinam eadem mens esset *Luthero*, ac *Germanis* omnibus. Video in plerisque regionibus *Cisalpinis* plurimos esse, qui fato quodam favẽt *Luthero*. Ac mirè fit, ut *Lutherum* hostes sublevẽt, ipse vicissim hostes, quasi mutuò colludentes. Nemo magis officit *Luthero*, quam ipse sibi novis subinde & odiosioribus libellis. Rursus quidam tam indoctè, tam stultè, tam seditiosè viciferatur apud populum, ut & seipsos faciant omnibus invisos, & *Lutherum* cõmendent affectibus hominũ, & Pontificis cansam gravẽt, quemadmodum solent gravare clientẽ mali patroni. Laudo eos qui favent *Romano* Pontifici, cui nemo pius non favet. Quis enim non faveat ei, qui proximus imitator *Christi*, totum se impendat saluti populi *Christiani*? sed optarem illi cordatiores patronos. Isti nihil aliud quàm esuriunt *Lutherum*, nec meâ refert, elixum malint an assum. Certè quòd me negotio admiscent, quod ad me nihil attinet, & impiè faciunt, & parum prudenter: citiùs enim *Lutherum* conficerent me non admixto. Atque hac in re cogor in *Aleandro*, viro alioqui tum humanitate non vulgari tum eruditione singulari prædito, desiderare prudentiam tam periculoso negotio dignam: si modò vera sunt, quæ de illo scribuntur ac prædicantur. Fuit olim inter nos arctissima familiaritas, commendavi eum proficiscentem in *Galliam* literis meis, ubique apud omnes de homine honorificentissimè prædicavi, etiam scriptis: suspexi doctrinam hominis, mores amavi, quanquam eos habet ille suos, nec malè videbatur cõvenire inter utriusq; genium. Habebat in mandatis, ut modis omnibus eos etiam pelliceret, qui ante fuissent factionis *Lutheranæ*, tantum aberat ut summus Pontifex quenquam innoxium cuperet alienari. Sed hujus ingenium per se non inhumanum, aliò perpulit quorundam instigatio. Atqui commodiùs illi successurum erat *Lutheranum* negotium, opinor, si suos favores cum meis conjunxisset.

xisset. Habuisset in re pia fautorem: in re Pontificis,certè non adversantem. Jactitant *Lutherum* hausisse pleraque ex libris meis, quid hoc mendacio impudentius? cum primus statim articulus refellat manifestariam istorum vanitatem. Ubi significo,quicquid agimus esse peccatum?ut nè commemorem innumeros alios, quibus affine nihil omninò reperitur, nè in ludicris quidem meis. Et tamen olim hæretici ex Euangelicis & Apostolicis literis hauriebant sua venena. Interim loquor perinde, quasi ille scripsisset aliquid hæreticum, atque illud è meis scriptis hausisset. Dicitur non agnoscere quosdam libellos : fortasse saperet si nullos agnosceret, siquidem hoc persuadere queat: sed quibuscunque auxiliis ille scribit, certè in omnibus libris qui illius titulo circumferuntur, non est ulla syllaba mea : hoc quamlibet sanctè dejerare non dubitem. A multis jam annis, non mihi tantum perspecta est tua singularis prudentia, perspectus animus in me candidus & amicus, nota est omnibus tua autoritas. Proinde te rogo,ut adversus istiusmodi malitiosas calumnias patrocineris innocentiæ nostræ. Excutiantur omnia, quæ secretissimis etiam literis effudi in sinum amicorum , fortasse liberiùs pro meo ingenio, quàm expediat nonnunquam:excutiantur quæ inter pocula etiam solemus effutire : nihil comperietur, nisi me maluisse *Lutherum* correctum quàm extinctum , quum adhuc spes esset fore ut sese verteret ad meliora. Et nunc quoque malim rem sopiri,quàm magno orbis tumultu exacerbari. Mallem à malis bona secerni,quàm odio quorundam, quæ mala videntur,optima perire. Postremò suadeo,sic esse vitandam *Lutheranã Scyllam*, nè præcipites eamus in *Charybdim* diversæ factionis. Hæc si videntur digna supplicio,habent reum confitentem. Ego certè non alio animo feci, quã ut consulerem,& *Romani* Pontificis,& Theologorum dignitati, & publicæ *Christiana* ditionis tranquillitati. Nullum adhuc *Lutheri* librũ,quamvis pusillum, legi totum: nullum illius paradoxum unquam defendi,vel joco. Quorundam indoctos & seditiosos tumultus, nec probo, nec quisquã vir probè cordatus hic probat. Quorsum tendant video, nimirum in exitium bonarum literarũ & ad stabiliendam suam tyrannidem. Sic igitur fugio *Lutherum*,ut hos tamen probare non possim. Pauci sunt, sed hi multos concitant. Non damno ordinem, sed ipsi suo ordini pessimè consulunt. Habes ornatissime Præsul totam animi mei tabulam, quòd si quid isthic jactatur, quod repugnet religioni *Christianæ*,quod turbet publicam tranquillitatem,quod adversetur dignitati sedis *Romanæ*,certo certius habeto, non esse profectum ab *Erasmo*, quocunque titulo circumfertur. Id ita esse tempus, nihil non proferens in apertum, olim declarabit : & nunc paratus sum quocunq; argumento testificari, me nec unguem latum velle discedere ab iis, qui consentiunt cum ecclesia catholica. Scio quidvis esse ferendum potiùs , quàm ut publicus orbis status turbetur in pejus,scio pietatis esse,nonnunquam celare veritatem, eámq; neq; quovis loco, neq; quovis tempore, neque apud quosvis, neque quovis modo,neq; totam ubiq; promẽdam. Neq; cuenquã eruditum fugit esse quædam recepta, vel paulatim obrepente consuetudine,vel adulatione Jurisconsultorum recentiũ,vel temerariis definitionibus scholasticorum,vel arte deniq; technisq; Principium,quæ præstaret rescindi : verùm illud erat prudentiæ *Christianæ*, sic tentare remedium, nè sinistrè tentatum morbum non tolleret, sed exacerbaret,ac pro morbo mortẽ accelaret. Mox enim ausim pronunciare,an aliquo pacto *Christianis* probanda sit *Platonis* sententia , qui permittit sapientib' illis custodibus,ut populum ipsum bene fallant mendaciis,quandoquidem veris ac philosophicis rationibus contineri promiscua multitudo nõ potest,nè prolabatur in deterius. Illud semper cavi, nè aut tumultûs essem autor, aut novi dogmatis asseverator. Rogatus sum à multis et magnis,ut me *Luthero* adjungerẽ : rescripsi me fore *Lutheri*, si ille sit in parte catholica. Rogatus ut præscriberem fidei regulam , rescripsi me non nôsse aliam fidem, quàm ecclesiæ catholicæ. Hortatus sum illos, ut se *Romano* Pontifici reconciliarent,& querimonias illorum dixi. *Lutheri* libellis primus omnium obstiti, nè excuderentur. Mox egi cum homine, ut abstineret à seditiosa scriptione. Semper enim hunc exitum metui,majora meliturus,ni me,præter alia,religio quædam deterruisset, nè fortè imprudens repugnarẽ spiritui *Christi*. Hortatus sum & hortor multos,ut abstineant a libellis famosis,præsertim anonymis,quibus tanti irritant animos hominum, malè consulentes non solùm *Christianæ* paci,verum etiam illi cui videtur favere. Monere possum, cogere non possum. Mundus plenus est officinis typographicis, plenus Poetastris & Rhetoristis. Quid isti tumultuentur, ut mihi in manu non est,ita iniquissimum fore mihi imputari temeritatem alienam. Atque hac fide in parte minus sum iniquus *Hutteno* , etiamsi suo modum discrucior,illud ingenium,illam in utroque genere dicendi felicem venam,non dedicasse felicioribus argumentis : siquidem is suam phrasim, suúmque titulum ubique præferens, neminem alium gravat invidia , præquam seipsum. Isti cum sibi fidem abrogant, dum ea difficilia causæ , non audent addere verum nonnunquam innoxios eósque multos degravant invidiæ. Jam isthic adessem unà cum illustrissimo *Ferdinando*, si certum scire potuissem vos adhuc esse *Wormaciæ*. Sed mirum quàm hic nihil est certi, neque Proceres quidem aulicos. Bene vale Præsulum decus, & aulæ Cæsareæ non infimum ornamentum.

Augustino Scarpinello scripsi pridem, ei quo uti meis verbis salutem dicas, atque etiam *Seno* viro mitissimo,maléque respondenti seo nomini *Lovanii* octavo Calend. April. Anno M.D.XX.

Aloisius Marlianus Episcopus Tudensis Erasmo Rot. S.D.

QUanti aut ego te fecerim , aut ab aliis fieri voluerim, abundè & tu nôsti, & hi qui mihi aliqua cum necessitudine, tum consuetudine conjuncti sunt : namq; tantũ amicitiæ tribui nostræ, quæ à tua singulari virtute, summóque meo in te studio proficiscebatur, ut in te agendo & ornando nullum nunquam officium prætermiserim, cum conjunctam tecum me omnem causam & fortunam habere putarem. Quapropter cum in *Hispania* essemus , curavi ut ad te *Barbirius* meus usque nostrum amantissimus scriberet, nè ereritus , & extra omnem aleam positus quotidie in theatrum depugnaturus descenderes, neve toties fortunam tuam experireris, cum

satis tibi gloriæ & famæ tuæ consuluisse, quod te facturum literis tuis recepisti: ægrè enim ferebam cum iis te quandoque congredi, quibus à te vinci pulchrum esset, quódque te populorum & imperitorum fluctibus objiceres. Cum verò ex *Hispania* rediissemus, & te *Bruxella* convenissem, oravi nè quid tibi commune cum *Luthero* esset. Fuere enim eo tempore qui te planè alieno animo à *Luthero* non fuisse (inepti sanè homines) suspicarentur. Tu autem quod rogabam, ita pollicitus es te facturum, ut ego aliis id fore de te non minus, quàm de me pollicerer. Invaluit postea in dies etiam atque etiam magis fatalis ista *Lutheriana* calamitas, quæ multorũ animis ita insedit, ut non plures supersint qui infici posse videantur: unde deplorandam tempestatis nostræ conditionem puto, in quâ longe majora mala quàm remedia videamus. Nam nec mala perpeti, nec remedia ferre possumus, cum hi nunc homines reperiantur, qui fabulis & deliramentis potiùs capiantur, quàm veris rationibus detineantur. Ab *Alexandro* verò nostro, homine ut reor tibi cum cõmunibus studiis, tum mutuis officiis cõjunctissimo, & veteri amico, ea de te tantum audivi, quæ de seipso dici vellet. Modestus est profectò, quod admiror in tanta linguarum multiplicitate, & bonarum artium varietate, humanus & suavissimis vir moribus: est præterea eâ animi moderatione, ni fallor, ut non deteriora in alios dicat, quàm de se vellet audire. Quòd verò *Lutherum* & *Germanos* plerosque à scribendo quantum in te fuit deterruerit, rem te dignam fecisti, dum tantum prodesse te reipublicæ & religioni velle ostendisti quantum posses. Aliorum autem non magis acta probo quàm tu probes, cum furere illum eorum remedia coegerint. Aggrediendus profectò aliâ viâ erat. Ego nè me nihil feciſſe putes in *Lutherum* orationes duas scripsi, quarum una mitior, altera post libros illos ab eo novissimè editos acrior fuit, non tamen ut hominem damnatum, sed damnatam causam vellem, salvámque rempublicam & religionem illo salvo cuperem. Eas ad te mitterem nisi nos ad redeundum parati essemus, cum redierimus coram de multis agemus, quæ nunc nec licet nec libet scribere. Interea rem & dignitatem ita tuebor tuam, ut nec meam ego, nec tu, si hoc loco esses, tuam tueri magis velles. Si autem à te fieri quicquam potest, vel ad compescendos hos motus, vel ad sedandam hanc seditionem, quantum vel gratiâ vel autoritate vales, contende. Eam enim immortalitatem, quam tu quæris, & tua tibi scripta pollicentur, additâ hac pietate facillimè consequeris. *Augustinum Scarpinellum*, & *Severum* tuis verbis salutavimus, hi literas quas ad eos te dedisse scribis mirantur, & ægrè ferunt sibi non fuisse redditas, cum eas maximè optarent. Habuisti tamẽ eos tui nominis acerrimos defensores. Vale. *Vuormaciæ* septimo April. Anno millesimo quingentesimo vigesimoprimo.

Erasmus Rot. Aloisio Marliano Episcopo Tudensi S. D.

INgratissimus sim mortalium, quotquot ubivis sunt omnium, Præsul ornatissime, ni tuum in me animum, ni tuum erga me studium agnoscerem. Porrò lævæ mentis sim, si tuis cõsiliis graver obtemperare, cum non alius sit cujus consiliis, vel libentiùs, vel feliciùs obtemperet Cæsar ipse. Temporum horum calamitatem non possum non imputare fatis, nec video remedium, ni Deus aliquis ἀπὸ μηχανῆς exoriatur, qui tragœdiæ finem imponat. De *Aleandri* in me animo, & à pluribus, & à gravioribus mihi nunciatum est, quàm ut potuerim omninò diffidere, & tamen reclamat hominis eruditio, reclamat vetus nostra familiaritas, nec alioqui facilè recipio in animum, quod gratiarum solvat nodum. Gaudeo te mecum non probare istos, qui tam stolidis rationibus impugnant *Lutherum*, ut & causæ noceant suæ, & se traducant: & Pontificis dignitati pessimè consulant, & multos lædant innoxios, & quod est omnium gravissimum, multitudinem ad seditionem provocent. Tum verò magis subscriberes meæ sententiæ, si spectares oculis, si haurires auribus, quæ isti stultissimè quotidie designant. Orationes tuas cupidissimè legam, de quibus jam *Cuthberti Tonstalli* præjudicium habeo. Nec dubito quin in ea præstiteris, quod in aliis tuis lucubrationibus soles, nimirum eruditione eximiam pari cum prudentia conjunctam. Ex amicorum literis intelligo eum, qui me suis literis admonuerat suspicionis isthic obortæ, plus satis de me solicitum fuisse. Scribunt enim nihil fuisse siniſtræ suspicionis, nisi de oratione quadam, cui in frontispicio præfixus est titulus: *Didymi Faventini*. Stili nitorem, ac sales obiter insperſos in causa fuisse, ut quidam eam mihi assererent, sed levi duntaxat suspicione. Ea post ad me missa est. Ilicò risi suspicionem hominum, cum eadem in calce prodat & cognomen verum autoris, sed *Græcè*. Quod etiam si non fuisset ascriptum, tamen me nequaquam fefelliſſet autor. Quidam submonuit, consiliũ quoddam exisse *Coloniæ* cujusdam, qui putârit rem sic esse componendam, ut & Pontifex auferret laudem clementiæ, & *Lutherus* obedientiæ. Nec defuisse, qui suspicarentur, hoc à me profectum. Erat quidem istud exhibitum nobis, cum ageret Cæsar *Coloniæ*, sed manu descriptum, nec adhuc editis libris, qui plurimorum animos à *Luthero* alienârunt, ferebatur autem esse cujusdam ex ordine *Dominicalium*. Et ut ingenuè dicam, mihi tum non displicuit. Quod si Principibus magis placet severitate rem conficere, precor ut hoc felicius sit, quod illis magis arridet: felicius, inquam, rei *Christianæ*, non hominum quorundam rationibus, quibus ea cordi sunt, quæ sunt hujus mundi. Vale patrone incomparabilis. *Antuerpiæ* XVII. Calend. Maias. Anno M.D.XXI.

Erasmus Roterod. Obtrectatori suo pertinacissimo S. D.

EST illud quidem omnium, qui *Christo* nomen dederunt in baptismo, pro sua virili referre Principem ac doctorem suum, qui maledicẽtibus non vicissem maledixit, sed pro probris amarulentis, salutarem doctrinam rependit, præcipuè tamen eorum, qui doctrinam ac vitam Theologicam profitentur. Cæterùm ab hac forma immane quantum absunt mi *Bucenta*, qui pro benefactis rependunt maleficium, qui fratrem etiam bene merentem, letali linguæ veneno fine fine confodiunt. Posteaquam *Lovanium* commigrâras, non destitisti passim in *Erasmi* famam debacchari, nullâ unquam quamlibet levi injuriâ lacessitus. *Epist.* 14.

Ac mihi quidem primùm non libuit credere. Res enim videbatur indigna, non dicam ſacerdote, nõ dicam Euangelico præcone, non dicam Theologo, non dicam monacho, ſed omninò viro. Siquidem mulierum eſt, ſed procacium ac ſtultarũ, linguæ telo ulciſci affectus ſuos. Mox ubi tam multa hinc atque hinc referrentur, quid alibi dixiſſes in cõviviis, quid alibi in monaſteriis, quid alibi in plauſtris aut navib⁹, ita quidem credidi vera, quæ narrabantur, ut tamen totum hoc quicquid eſſet rei negligendum eſſe ducerem. Et tu interim mihi blandus occurrebas, amicè compellabas, videlicet exiſtimans ad me non pervenire, quod tu nuſquã non ſpargeres. Tandem cum me à ſolenni prandio, quod celebratum eſt apud *Auguſtinenſes*, vultu perquàm amico rogares, quid tibi mandarem abituro in *Hollandiam*, mandavi tibi fraternam charitatem, hactenus non ſatis abs te curatam, videlicet civiliter ac blandè ſubmonens, ut aliquando deſineres iſtâ linguæ petulantiâ teipſum traducere magis quàm me, & ſimplicium animos malis venenis inficere, quæ poſt reſorbere non poſſis. Nam ſcorpius admotus vulneri, retrahit ad ſe venenum, quod infixit caudæ ſpiculo. Nec alioqui periclitatur, niſi qui ictus eſt. Hic quem ſemel veneficâ linguâ percuſſeris, mederi non potes: & latè ſerpit malum, ſemper plures arripiente contagio. Poſteaquam bene monitus deteriora ſequutus es, impetravit à me *Chriſtiana* charitas, ut adirem cubiculum tuum, ídq; tu fatebaris, inſolens. Admonui privatim, ac liberè quidem, ſed tamen amanter, ut linguam iſtam in uſus meliores flecteres. Ex eo colloquio ſcis quam multis argumentis deprehenderim craſſiſſimam planéq; pudendam inſcitiam tuam, cum tamen totus eſſes occupatus in annotandis periculoſis erroribus meis, etiam uſq; ad hæreſeos crimen, interea nec intelligens ea quæ ſcripſeram. Videlicet huc deſperationis ventum erat, ut periclitanti religioni *Chriſtiana Bucentes* cogeretur admovere manus. Siquidem cum ipſe *Thomam* excuſans, imò laudans ſcripſiſſem illum indignum qui in ea ſecula incideret, nimirum ſentiens illius ingenium dignum fuiſſe ſeculo feliciore: tu Deum atque hominum fidem paſſim implorabas, quod tantum eccleſiæ doctorem, eúmque relatũ in album divorum, cum primis autem *Dominicalis* inſtituti, appellâſſem virum indignum. Cum alicubi ſtudens exaggerare morbum obtrectationis, adduxiſſem exemplũ libelli famoſi, ceu mali capitalis, ut ex collatione demonſtrarem, quantum eſſet ſceleris, ſic cõjuratis linguis, famam immerentis inceſſere: tu putabas à me probari libellum famoſum, quaſi verò probet homicidium, qui deterrens ab adulterio, doceat hoc juxta circumſtantiã aliquam eſſe gravius homicidio. Cum adductis aliquot ex *Auguſtino Chryſoſtomó*que locis, quibus videntur Virgini matri tribuere affectum humanũ, affinem alicui peccato, ſubjeciſſem, *Et nos facimus eam prorſus immunem ab omni peccato, nimirum ſentiens nos non rectè illam liberare à peccato originis, ſi illi verè tribuunt peccatum ab ipſa cõmiſſum*, tu interpretabaris me definire, quòd Virgo mater fuiſſet immunis à contagio primorum parentũ, quod ſi definiſſem, nihil erat periculi. Eſt enim ea opinio, ut favorabilior: ita mihi ſanè probabilior. At interim non intelligebas homo acutus, me in diverſum potiùs ratiocinari. Hic facilè ſatisfactionem accipiebas, daturus veniam etiam ſi diſſenſiſſem à judicio eccleſiæ, modò *Thomæ* ſententiæ ſubſcripſiſſem. Cum ego craſſem è *Thomæ* commentariis, quòd opinionem errorum, qui negabant ſub Euchariſtia eſſe verũ *Chriſti* corp⁹, appellaret hæreſim, cæterùm eorum ſententiam, qui negarent *Chriſtum* his verbis conſecraſſe, *Hoc eſt corpus meum*, refelleret quidem, cæterùm errorem vocaret, non hæreſim. Monui adjicerem mihi videri tutius in totum, ſi proprias eccleſiæ de hiſce rebus, quæ nec certiſſimorum ſcripturarum, nec argumentis ſolidis doceri poſſent, non ita definirent, ut opinionem ſuam vellet haberi pro oraculis: tu judicabas illic eſſe nullum periculum, videlicet lapſus inſcitiâ ſermonis *Latini*, has voces *in totum* interpretans in utraque parte quæ præceſſerat, cum *Latinis in totum* ſonet *in genere*, hoc eſt non ſolum in hac materia verùm etiam in aliis ſimilibus, nimirum ſecunda parti de qua tunc agebatur, quæ nec argumentis, nec teſtimoniis certis doceri poteſt. Et adjecram in margine tuâ manu, *vide quam pernicioſe hæſibit de re, de qua toties pronunciavit eccleſia*, videlicet indicans me negare, verum eſſe corpus. Ac mihi quidem expoſtulanti, quod tu tam calumnioſe ſcriberes in locum lectum quidem, at non intellectum, perquam falſe ſcilicet reſpondebas, tibi jus eſſe ſcribere in tuo libro quæ velles. Quaſi verò non ſit idem jus aliis in chartulis ſuis ſcribere quæ lubeat, aut quaſi qui deferuntur ob libellum famoſum, ideo vocentur in jus, quod in alieno chartis ſcripſerint. Et tamen hoc feſtivum apophthegma adeo tibi arridebat, ut in proximo colloquio idem iterum repetieris, juxta illud vulgatum, δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. Atque hæc tam inſigniter ſtulta brevi colloquio deprehendi, te ultrò proponente, ceu bella quæpiam, & quæ nemini poſſent. Nec dubito quin multò ſtultiora ſeris propoſiturus, niſi te maluiſſem amicè eruditi, quàm callidè expiſcari. Atqui quæ habemus ceras erant ejuſmodi, ut vel arctiſſimam amicitiam poſſent dirimere: ego tamen nullâ neceſſitudine tibi junctus, niſi quâ *Chriſtianus* jungitur *Chriſtiano*, pro tanta malevolentia repoſui officia, ſperans fore, ut aliquãdo reſipiſceres. Admoni ſeria tanquam frater fratrem, ut hoc operæ, quod lumeres in reprehendendis alienis libris, quos tu non intelligeres, impenderes diſcendæ grammaticæ, diſcendis bonis literis, quarum inſcitiâ, tam ſcitè paſſim labereris, nec ea cerneres, quæ cernunt pueri. Admonui, ſi quid offenderet me coram non objurgares, non autem traduceres apud alios immerentem. Et videbaris non aſpernari monitionem amicam veriùs, quàm blandam. Haud multo poſt prodiit Bulla, ut ferebatur adverſus *Lutherum*. Eâ de re cum nulli mortalium verba feciſſem, tu ſubitò reverſus ad ingenium, cœpiſti vociferari, me diplomati Pontificio obſiſtere, opinor inſtigatus à quodam, cujus utinam non tam niger eſſet animus, quàm eſt candidum pallium. Jam vel *Paulo* autore debebam ingenium tuum habere pro deplorato, qui ſemel atque iterum fruſtra monuiſſem, ſed quoniam juxta *Paulum* eundem *Charitas omnia ſperat*, rurſus adii te, ſolus expoſtulavi cum ſolo, paulò quidem liberiùs, ſic enim res poſcebat, ſed tamen amanter. Hic tu inficiatus quod ſciebam eſſe veriſſimum, cauſabaris aſſidue, videlicet à me ſcriptas ad Cardinalem *Moguntinenſem* literas, quibus perſtrinxiſſem ordinem veſtrum.

vestrum. Nec puduit te fateri, literas eas tibi non fuisse lectas, ob quas tantopere stomacharere, nihilo verecundior illo sodali tuo *Nicolao Egmundano Carmelita*, qui cum digna atque indigna vociferatus esset in Novum testamentum à me recognitum, ubi *Lovanium* commigrâssem, & hominem à prandio subinde rogarem, ut coràm indicaret quæ offenderent in opere meo, respondit homo simplex, sibi nunquam opus lectum fuisse. Obticui, suspicans illum non esse tam ignarum Dialecticæ, quin intelligeret, quid ex talibus præmissis colligerem. Odiosissimè clamaverat venturum Antichristum, nec legerat unquam quod damnabat. Sed de epistola mox; Interim ordinem rei gestæ persequar. Ac tum quidem ubi te commonefecissem officii tui, discessi, nec admodum sperans te fore meliorem, nec tamen omninò desperans. Paucis post diebus *Iohannes Faber* ordinis tui sodalis, cui utinam tam similis esses eruditione, moribus, prudentiáque, quàm es simplicitate cucullâ & pallio: retulit mihi, quemadmodù te super hac re admonuisset, vel objurgâsset potiùs. Nam illi fortè rem ut habebat exposuerã. Respondisti, si verũ ille narrabat, te posthac *Erasmo* fore certissimum amicum, si noxiam hanc remitterem. Cúmq; subjecisset ille, se nolle mihi referre pro certis incomperta, dextrâ datâ confirmabas fore, quod pollicereris. Hæc cum mihi persuasisset esse verissima, cœpit obsecrare per *Christianam* charitatem, finerem exorari me, tecúmq; redirem in gratiã. Ego verò semper ad concordiam facillimus, respondi me non solùm velle condonare quicquid esset admissum, verùm etiam obliviscì. Hæc si vera non sunt, certè à me nè syllaba quidem afficta est, ita narravit vir natu grandis, sacerdos, Theologus, & in suo genere pulchrè doctus, à concionibus Cæsaris, prior monasterii *Augustani*. Scribat ipse me inter vanissimos, si verbum hîc mentior. Cum à me nihil esset ortum novi, tamen tu protinus relapsus es ad ingenium tuum, importunè, opportunè, nusquam non exercens linguæ virulentiam in eum, qui & monuerat tam amicè, & ignoverat tam clementer. Cum *Dordraci*, nescio quid tumultûs accidisset tibi post concionem, & curriculo te *Lovanium* recepisses, nondum satis promptus pro fide capitis subire periculum, clamitabas, ut ajebant, hoc quoq; mihi meisq; literis imputandum, cum mihi *Dordraci* nemo mortalium sit notus, imò cum de *Luthero* nulli tum scripsissem apud *Hollandos*, neque bene, neque malè. Nec his contenta animi tui virulentia, ante paucos dies natali sancti *Thomæ Aquinatis*, subornatus est juvenis ordinis tui, qui bello commento meam infamiam cum *Thomæ* gloria misceret. Ediderat adolescens, centonẽ verius, quàm orationẽ, quam non intellectam, velut psitacus recitaret. Quàm enim intellexerit, vel hinc promptũ est colligere, quod cum referret ex *Horatio*: *Feriunt que summos fulmina montes*, quantâ potuit voce pronunciavit: *Ferunt q́, summos f. m.* Rursum pro *illi antistites* recitavit *illi antistes*, nimirum, ut *Præneſtinis* est ciconia conia, & rustico illi *Plautino*, rabo est arrabo. Ac nè cæteros lateret, quis esset autor tam bellæ fabulæ, tu proximus astabas suggesto, suggerens, *feriunt*, & *antistites* esse dicendum. O mirum & auspicatum sancti *Thomæ* Encomium! Illi tributa est eloquentia, nobis adempta. Quis non videat hoc è media esse Rhetorica? Sic *Plutarchus Græcos* duces cum *Romanis* comparat, sic formica camelo comparari solet. Quid autem imprudentius, quàm juvenem *ineloquentem* pronunciare, quid ego vel lapiam in Theologia, vel valeam eloquentiâ? *Bucentes* est insignis Theologus, fidei propugnator, & *Erasmus* nihil sapit in re Theologica. Quantus impostor est *Erasmus*? Scribit *Paraphrases* in epistolas apostolicas, scribit annotationes in Novum Testamentum. Respondit Theologis aliquot, tamen ignarus omnis Theologiæ. Ego mihi, ut non vendico eloquentiam, ita minimum sumo in Theologia. Sed non adeo me pœnitet eruditionis meæ mi *Bucenta*, ut velim cum tua permutare, qui quantum in hoc ipso genere quod profiteris valeres, satis ipse declarâsti, cum in schòlis audiremus te tua pleraq; de scheda pronunciantem, atq; id etiam ægrè, quædam non admodum feliciter respondentem. Sic tu *Thoma* discipulus celebras illius festum diem, quemadmodum olim *Lindii* sacra faciebant *Herculi*, aut *Græci Baccho*, quæ non videbantur ritè peragi, nisi conviciis agerentur. Et postea miraris, quòd cordati viri, quòd opulentæ matronæ non mittant liberos suos in vestram hierarchiam, ubi rudibus annis tales discant artes, te præceptore, priúsque discant maledicere proximo, quàm potiint discere. Quòd si *Thomas* tam sanctus est, quàm vos eum vultis videri, non dubium, quin oderit obtrectationẽ, & Deo, & piis omnibus invisam: quòd si putatis illum hujusmodi panegyricis delectari, in quibus sic ipse laudatur, ut laceretur fama fratris, pessimè nimirum de illo sentitis. Hoc exemplum tam irreligiosum, cum auditores reliqui, pedum suppliosione, sibi testarentur displicere, tamen neque te neque tuos discipulos evangelicæ religionis professores puduit, sed velut in re bene gesta, sibi vicissim arridebant, etiam antequam illa præclara, atque meditata proloqueretur vester psitacus, videlicet nè quis nesciret hoc communi consilio geri. Succenses mihi, quod alicubi dissentiam à *Thoma*, cur nõ magis succẽses, quòd alicubi dissentiã ab *Hieronymo*, ab *Ambrosio*, ab *Augũstino*? Quòd si læsus est *Thomas*, quòd diversum ab illo sentiã, quin me refellendo potiùs illius honorẽ vindicas? Id quoniã non facis, satis fateris te non posse. Et quâ fronte clamitas illũ nihil scire Theologiæ, qui locis aliquot plus sapit, quàm ipse *Thomas*, vestrâ sententiâ sic omnium primus, ut nemo non longo sequatur intervallo? Hic igitur cum nolueris latere te esse choragũ hujus fabulæ, nemini dubium esse potest, cujus instinctu sic debacchati sine in publicis concionib⁹ cæteri tui sodales, *Moriæ*, et *Antibarbarorũ* interpretes, suæ stultitiæ præcones, dum meã cupiunt traducere. Sed jam ad epistolã Card. scriptam redeo, quæ te sic irritavit, cum antea non blatëares in me, nisi in conviviis, navibus, & vehiculis, nunc veluti lymphatus nusquam non agas tuam personã, subornatis etiam aliis quasi ad maledicẽdum tu non sis multis par. Primum quid agitur in tota illa epistola, nisi ut *Lutherus* corrigatur potiùs, quàm extinguatur, ut refellatur potiùs, quàm ut conjurationibus opprimatur, ut mundus doceatur magis, quam ut cogatur tantum? Atque id erat è dignitate ordinis Theologici, è dignitate *Romani* Pontificis, è tranquillitate populi *Christiani*. Nondum id temporis *Romanus* Pontifex interposuerat autoritatem suam. Et sciebam quid agerent

quidam,qui nihil affectant,nisi tyrannidem. Itaque literis obsignatis Principem amicum, optiméq; de me meritum admonui, nè quis illius autoritate posset abuti. Qui eam epistolam evulgârunt, an inimico animo fecerint nescio, certè rem inimicam fecerunt. Tale consilium non veritus fuissem ipsi *Leoni* Pont. Max. dare, si data fuisset occasio, nec dubito,quin fuisset illi placiturum. Certè res ipsa docet, non fuisse stultum aut inutile,ac vereor, nè posthac magis ac magis id experiamur. Verum hoc te quidē leviter movebat. Illud tibi visum est intolerabile,quod ordinem vestrum attigerim,quod *Bernæ* meminerim. Nec enim potui non ridere cum diceres, ordinē vestrum tot annos constitisse,quasi ego sim illum subversurus. Per me quidem stabit ordo tuus, atq; etiam florebit usq; ad finem mundi. At ideo totus ordo læsus est,quòd scripserim esse aliquos, qui affectarent tyrannidē? Tot estis milia monasteriorum, hominum innumeræ myriades, & omnes vocabuntur ad arma, si quis per occasionem queratur, de uno alteróve ejus sodalitatis? Si quis compertum habens sacerdotem effutisse, quod dictum sit in arcana confessione, sodalem admoneat, nè se temere cuivis credat, quòd reperiantur, qui parum tenaces sint silentii, num universi clamabunt sese læsos? Et tamen hoc quod à me scriptum est, adeo secretum non est, ut vulgo passim hoc & sciant & querantur homines. Porrò quòd *Savonarolæ*, & *Bernensis* facinoris memini, non factum est in odium ordinis, quod illic etiam testor, nec odiosè, neq; multis verbis, sed ita res quam tum agebam, postulabat. Quid autem accidisset etiamsi datâ occasione meminissem? An mundus ignoraturus erat, si solus ipse siluissem? Secus est si nullum ordinem licet attingere. At vos ipsi Principes, Magistratus, Episcopos, Abbates, palàm ac liberè incessitis, nonnunquam etiam seditiosè, neq; putatis æquum, ut quisquam vos eâ de causâ in jus trahat, quod intactis personis rem insectemini. In nullos libentiùs invehimini, quàm in pastores Dominici gregis custodes. Pauci dies sunt, quod *Antuerpiæ* monachus quidam, parcetur ordini, monitus à magistratibus, ut doceret euangelium, à seditiosis clamoribus abstineret, in publica concione dixit: *Jubent*, inquit, *prædicem Euangelium, at isthuc audire licebit à parochis vestris, etiamsi pridie dormierint cum magno scorto.* Hoc nō minus obscœnè dictum quàm seditiosè, sibi ignoscunt, nec putant injuriam ordini factam, quem haud dubiè *Christus* instituit. Et tu meditaris actionem læsæ majestatis, si quis per occasionem attingat *Dominicanum* aut *Carmelitam*? Si cuicquam titulo parcendum erat, *Christiani* titulo parcendum erat, neque levis est causa, nè detur ansa impiis exprobrandi nobis vicia nostra: Et tamen historiæ *Christianorū* in literas mittunt *Christianorum* dedecora, nè à nominibus quidem abstinentes. Cur virginum ordo non discerpit libros *Hieronymi*, qui sic depingat virginum vicia? Cur episcopi non discerpunt libros *Cypriani*, qui tam attrociter invectus est in suorum temporum episcopos, turpem quæstum, usq; ad usuras exprobrans? An ut olim religiosum erat vel nominare deos quosdam, ita non licebit loqui de *Dominicanis*, aut *Carmelitis*, nisi cum honoris præfatione? Dicebat ille tuus discipulus, etiamsi vera essent, tamen essent ob honorem ordinis tacenda; cur ergo quidam, qui tantum honoris

A haberi volunt ordini suo, in alios nequi-
am, ac palàm mentiantur? Id esse
plurimis exemplis docere possim. Ego
lacessitus, nullius *Dominicani*, aut
men scriptis meis perstrinxi: *Prædi-*
præ cæteris etiam faveo, vel ob hoc,
oneratus est cæremoniis. Nè tibi quidem
cessurus sum, ut quanquam in *Thomi-*
ris, veris *Dominicanis* impensiùs favea
Nec sum tam iniquus, ut quod ab
B committitur impurem ordini. Et adeo
puto, ut frequenter & illis parcam, à
odiosissimè provocatus, nè quid lædam
immerentem, persuasum habent, quæ
optimo cuique ejus ordinis improbari.
id faciunt multi, tamque impunè,
suspicioso videri possint. Procerum
quod faciunt. Et post hæc me fingis
nis, qui veriùs illi faveo, quam tu, cui
bus? An protinus vindicaveris hon
C tuo, si me dehonestâris, aut illum
ceris, si me feceris nigrum? Si verè
tuum commendare bonis omnibus
dotes renovet, quibus olim & natu
gatus, & commendatus orbi: Vitæ
sanctimoniam non fucatam, contem
doctrinam Euangelicam, mansuetu
stianam. Hæc sectantibus, favebunt
bene ominabuntur omnes. Nunc quæ
subinde nova vulgò narrantur de vobis
D sim audimus querelas? quæ flagitia?
aut essent ficta, aut certè carerent
quàm non studeā ordinis ullius infamiæ
potes intelligere. Atrocem iras in vos
eximius ille Princeps *Hermanni*
aquila, quod præter meritum attac
Iacobi Hochstrati. Quòd si vir ille
quo cœperat animo, res videbatur
cum periculo ordinis vestri conjunctā.
non indiligenter scriptis, persuadent
E amico, ut eam contentionem remitteret.
quidem pro sua verè generosa mansue
misit. *Hermannus Buschius* vir doctus
cundus indicârat mihi, sibi esse in
quod ex ipso titulo conjectabam fore
mordax in ordinem vestrum. Egi
homine, ut verteret consilium, & exi
retextum, ac multò moderatius, mutato
titulo. Est alter quidam eâ facundiâ,
trina præditus, ut planè victurum
F quicquid scripturus esset. Is aggressus
torum & *Carmelitarum* insignia dedecora
ras mittere. Non conquievi donec homi
ducerem à sententia, partim iniquum
horum aut illorum commissa in ordinis
am vertere, partim inutile judicans,
talibus fabulis inficeretur. Sunt enim
flagitia, quæ tutum non sit commemorare,
genus sunt prodigiosæ libidinum
tamenta, veneficia, sortilegia, aliaque
G quæ vestri non nunquam è secretis
discunt, quidam etiam imitantur. Vide
centa, quàm geram hostilem animum
tuum? At fortassè cansaberis hæc esse
imò supersunt qui me refellant. Et
liget me minus vero dicere, proditis
quas nunc celant amici. Sed quereris
alterum resiliisse ab instituto vestro ob

libro-

librorum meorum, eósque bene numeratos. An isthuc venum sit, nescio. Fortassis illi propiùs contemplari vitam quorundam, vertere sententiam, animadvertentes mores non per omnia respondere cultui, quod nuper summatibus atque optimis viris accidisse notius est quàm ut sit referendum. Illud faceor, admonco locis aliquot, minimam religionis partem esse in cibis, cultu, aut similibus cerimoniis, summam esse in purgatis affectibus, & officiis charitatis. Sanctissimum esse votum, quod *Christo* vovimus in baptismo, hoc esse maximè præstandum, quod exigitur ab omnibus. Hoc qui præstet, non esse magnopere, cur aliam desideret professionem. Admoni juvenes nè se temere conjiciant in hujusmodi vitæ labyrinthum, priusquam, & sibi noti sint, & intelligant, quibus in rebus sita sit vera religio. Damnavi eos, qui circumeant mare & aridam, ut quos possint irretiant, vel ob quæstum, vel ob ambitionem, vel aliam aliquam ob causam his etiam sceleratiorem. Quod si quis hujusmodi monitis factus circumspectior abstinuit ad tempus, ut ingenuè faceor, nihil me pœnitet. Si quem mea scripta reddidissent alienorem à *Christo*, dolerem (ut verè faceor) inconsolabiliter, ac meos ipse libros odissem. Cæterum si quis abstinuit instituto, cujus susceptí mox pœnituisset, non est quòd doleam atque hæc vestrum ea inculcare, quæ nos admonuimus. Nam si probi estis, mavultis, opinor, pauciores, modò verè pios, quàm multos qualescunque, nihil enim dicam aliud in præsentia. Malo decem bene abstinuisse ob monita mea, quàm unum malè iterum fuisse operâ meâ. Quod si hæc ocinerentur omnibus, fortassè pauciores extarent, qui his moribus dehonestarent professionem suam, nec audiremus passim tam multos frustra deplorantes, se capistro præbuisse caput. Fortassè nè tu quidem istius ordinis esses, sed pro libris tractares stivam, aut aliud quippiam aptius ingenio corporique tuo. Quod si cupitis quàm plurimos in gregem vestrum allicere, date operam, ut incessus, ut oculi, ut sermo, ut mores, ut facta veræ religionis indicia præ se ferant. Audiamus passim exempla, quomodo in mediis deliciis sobriè vos gesseritis, quomodo voluptatem obviam fortiter sprueritis, quomodo lucro posthabueritis pietatem, quomodo vestræ gloriæ prætuleritis gloriam *Christi*, quomodo *Christianâ* lenitate pertuleritis injuriam, quomodo malè merentem officiis obrueritis, quomodo pro veritate tuenda divitum ac Principum simultati vos exposueritis. Date operam, ut quisquis miscuerit vobiscum sermonem, melior discedat à colloquio, quisquis vobiscum egerit convivium, sobrietatis exemplum auferat, quisquis vobiscum aliquid humanorum negotiorum tractaverit, sentiat vos meliores populo, minus avidos, minus morosos, minus fucatos, minus perfidos. Denique ubique agnoscant Euangelicam illam simplicitatem, in factis pariter ac dictis vestris. Nunc non libet referre, quàm his diversa de vobis vulgo commemorentur. Atque hæc celari possent, nisi quidam seipsos proderent in publicis concionibus. An putatis populo non esse sensum communem? An universos è suo cuique similium æstimas ingenio? Sapit & vulgus ingenio, sapit experientiâ rerum, sapit congressu doctorum hominum, sapit lectione voluminum. Quid putatis illi venire in mentem, ubi conspicit Theologum insignem sacra veste, in loco sacro, è suggestu ecclesiastico, unde expectatur Euangelica doctrina, imprecanti odio, virulentâ linguâ debacchari in famam proximi, oculis ardentibus, labiis spumantibus, voce immani, toto denique corporis habitu livorem & odium præ se ferente? Si vera essent omnia quæ dicerent, tamen populus non est adeo stupidus, quin intelligat ea non suo loco dici, intelligit ex animo proficisci, neutiquam pio, quæ tam inimicè dicuntur. Itaque fit, ut etiam si quid rectè doceant, minus illis habeatur fidei. Quis enim credat ei, quem videat non esse sui juris, sed servum & addictum esse affectibus? Quid autem cum, quod non raro fit, audiunt etiam manifesta mendacia? nam huc usque rapit quosdam animi cæcitas. Utinam audiretis, quæ passim inter se murmurent mulieres ac viri, talibus concionatoribus non paulò prudentiores: Quid, inquiunt, an hac de causa venimus in templum, ut ociosi audiamus, quid hic aut ille stomachetur in alterum? Nos domi relictis negotiis huc accedimus, ut audiamus *Christum* nobis loquentem è pectore sacerdotis, ut domum redeamus meliores, ut aliquid sacræ doctrinæ, aliquid bonæ consolationis domum reportemus, & in templo discimus lacerare famam proximi, ac domum referimus odii, livoris, & obtrectationis materiam. In conviviis, apud forum renovatur contentio, aliis in aliam partem discedentibus. Quid opus erat hæc à templis peti, cùm nobis plus satis domi nascuntur? cur nobis subinde narrant, esse qui corrigant *Magnificat*, qui corrigant *Precationem Dominicam*, qui corrigant *Euangelium sancti Joannis*? Si quid in his malè habet, quin ipsi inter se corrigunt potius, quàm nos ad lapides provocant, & inter concordes seditionem concitant? Nos istos alimus, ut animos nostros confirmemus in fide, & per hos vocamur in dubium? Alimus eos ut ex illis dediscamus nostra vicia, & discamus euangelicam doctrinam, & ab his discimus quod est omnium pessimum, linguæ virulentam obtrectationem. Si tales sunt isti, non committam illis liberos meos, nec illis credam arcana pectoris mei: nec enim silentium præstant bonâ fide, nec rectè consulunt, qui non ducuntur judicio, sed feruntur cæcis affectibus. Hæc audimus mi *Bucere* quotidie etiam à nautis, ab aurigis, à mulierculis. Nec est quisquam vir bonus, cordatúsque, quin intelligat horum querelam esse justissimam. Ita res in diversum exit, ut dum alienam famam incessuis, vestræ noceatis. Quid enim aliud lucrifacitis istiusmodi blaterationibus, quàm odium optimi cujusque? Quot amicos, haud aspernandos vobis ademit ista petulantia? plures ademptura ni resipiscitis. Circumspice mihi & vide, num quisquam vir doctus, aut integer faveat istiusmodi petulantiæ. Habet hoc obtrectatio, ut etiamsi fidem faciat, tamen auditor pejus sentiat de eo, qui narravit. Quemadmodum proditorem odit Princeps, etiamsi dignum fraude putat eum, qui proditus est. Sed hujusmodi senatusconsulta vobis nascuntur inter pocula, & putatis orbi placiturum, quod duobus aut tribus comperibus placuit. Pessimè sentitis de genere humano, si creditis hæc probatum iri omnibus. Nondum

adeò

adeo mundus obſurduit ad omnem naturæ ſenſum, nondum ſic exuit omnem affectum Euangelicæ pietatis. Si ſyncerè, ſi liberè doceretis Euangelicam veritatem, & ex officio conſequeretur odium, pertineret ad vos illa *Chriſti* conſolatio: *Beati, cum vos oderint homines.* Nunc optimus quiſque à vobis redditur alieniſſimus, ob vicioſum exemplum. Hæc tibi venirent in mentem *Bucenta*, niſi malles odium in conſilium adhibere, quàm rationem. Cum obambulas per monaſteria, etiam *Cartuſienſium*, & humanites acceptus, jam debebas, id quod illi expectant, aliquid viciſſim depromere è ſacris ſtudiis quæ profiteris, ex arcanis illis contemplatioſſibus, quibus illi putant Theologos identidem cum Deo colloqui, quod ipſos inflammet ad amorem vitæ cæleſtis, quod impleat eos conſolatione ſpirituali, quod ſemen aliquod ac ſcintillam Euangelicæ charitatis infigat; tu ſacerdos *Dominicanus*, Theologus, denarras hiſtoriam *Eraſmi*, vera falſis permiſcens, ac indecorè blaterans, quicquid in fortunam, quicquid in vitam, quicquid in doctrinam, vel fingi, vel dici poſſit. Nec te cohibet ab obtrectando, etiam cum vides hæc triſtibus vultibus à cunctis accipi, imò cum audis omnes reclamantes. Quid autem credis pios illos patres de te ſuſpicari, cum hæc audiunt, quid inter ſe queri? Fortuna mea talis eſt, ut ipſe jure poſſim, & ſoleam multa de ea queri. Verùm nulli in manu eſt, ſibi fortunam fingere. Et arbitror plus eſſe laudis, invitâ fortunâ eluctari ad virtutem, & blandientem etiam rejicere, quàm ſi mihi dormienti contigiſſet ampliſſima. Nec deerat occaſio, nec ignorabam viam, quâ pararetur fortuna lautior, ſi mihi placuiſſet tanti emere, quanti video à multis emi. Neque vitam meam omnibus libero viciis, præſertim actam juvenì. Doctrinæ minimum mihi tribuo, etiamſi neque te, neque tui ſimiles patiar doctrinæ meæ cenſores. Tu putas atrox convicium, ſi me Rhetorem, aut Poetam dixeris. Ego neutrum agnoſco titulum, ſed qui intelligunt, quantum eruditionis reconditæ, quantum ingenii, quantum eloquentiæ ſit Poëtis ac Rhetoribus, hi tales voces porcorum eſſe putant, non hominum. Contemnite quantum voletis Poetriam, adeo vobis ignotam, ut nè nominare quidem rectè poſſitis, ex eodem ligno citiùs duos fingeres *Thomiſtas* præclaros, quàm unum tolerabilem Poetam, aut Rhetorem. Verùm hoc eſt ejuſmodi, ut i's fruſtra dicatur, qui Muſas omnes habent iratas. Atqui ſi has horas, quas ſumis fratri tuo traducendo, collocares in evolvendis bonis autoribus, aut certe in evolvendis *Ambroſii, Hieronymi, Auguſtinique* voluminibus, multo minus tibi placeret tua doctrina, & minus diſpliceret aliena. Poſſem & ego inquirere in fortunam tuam, in vitam ac doctrinam tuam, olfacere ſicubi convomuiſſes menſam, ſicubi conſtuprâſſes Veſtalem, ſi quod aliud facinus olim juvenis deſignâſſes, aut etiam nunc deſignares: ſed abſit, ut in tantum degenerem à doctrina *Chriſti*: abſit, ut ſic exuam omnem *Chriſtianum* pudorem, & id faciam, quod nec ethnici faciunt, ingenii paulo ſanioris. Quidam nimis impudenter impingunt mihi calamum mordaciorem. At qui ſapiunt, quique verè judicant, fatentur neminem multis ſeculis odioſiùs impetitum, quàm *Eraſmum*, nec ullius tamen ſi-

A lum magis incruentum fuiſſe, nec aliud [illegible] taxare vicia mortalium, nec magis pepercit [illegible] minibus ac perſonis, etiamſi nec nomini [illegible] nec perſonæ parcitum eſt à multis. Quod [illegible] nos impetis, quod offenderim ordinem [illegible] primum fateris te vindictæ libidine rapi, [illegible] ratione, cum tuæ profeſſionis ſit, etiam [illegible] ficio beneficium reponere. Præterea [illegible] genus tibi delegis, omnium damnatiſſ[illegible] viris etiam indignum. Dux ille eth[illegible]

B catligavit, qui ſioſti maledíceret, qu[illegible] nandum eſſet conductus. Et tibi non [illegible] eſt, quàm maledica lingua, quâ valent [illegible] mulieres. Ad ſcribendos libros ſaluiferos, [illegible] cus es: ad prædicandam *Chriſti* phil[illegible] elinguis es: ad obtrectandum *Eraſmo*, [illegible] es & copioſus. Atque interim *Sa[illegible]* ſed impium adhuc, ſubſervis & animos [illegible] qui *Eraſmum* in concionibus lapident. [illegible] eſt res turpior, quod ad ulciſcendos priv[illegible]

C ctus abutimini religione, & autoritate [illegible] Euangelici, ac mavultis cœlum terr[illegible] ſceri igni, quàm non obſequi veſtris [illegible] hoc tantum impietatis eſt, illud [illegible] dentiæ, quod dum mihi vultis vulnifi[illegible] fligere, ipſi veſtræ famæ longè gravi[illegible] fligitis. Scio quoſdam melius [illegible] me, poſteaquam viderent me tibi tu[illegible] libus tantopere diſplicere. De vobis [illegible] non ſentit pejus, utcunque de me ſenti[illegible]

D nuper adires illum verè Theologum, [illegible] ſcholaſtico genere valet, ut *Lutio* [illegible] quàm doctrinæ commendatione primum [illegible] erit locum, tamen bonarum literarum [illegible] rum præſidiis inſuper eſt inſtructus, [illegible] millimum officii gratiâ ſalutares, [illegible] erat animi tui odium, ut vix dicta [illegible] eruumperes in furioſa in me convicia. [illegible] ob meritum meum? quod is prò ſua [illegible] pridiè apud me cenâſſet, cum nec in [illegible] in colloquio, quod mihi cum illo ſatis [illegible] fuit, ulla fuiſſet tui mentio. Sic homo [illegible] mam illam ſalutationem peſſimo malo[illegible] omine reddidiſti inauſpicatam. Nec [illegible] mentem, quàm malam inires gratiam apud [illegible] peritiſſimos earum literarum, quibus ego [illegible] ut favi, ita nonnihil etiam profui. Nec [illegible] tuoſat erat, totum convivium inſulſiſſimis

E viciis condiebas, uſque ad omnium etiam [illegible] faſtidium, nam & hi queſti ſunt linguam [illegible] tuam procacem & effrenem, nullo remedio [illegible] compeſci. Vis audire quantum tuâ [illegible] petulantiâ? Sic alienâſti doctos illos [illegible] negaverint ſe unquam creditu[illegible] impotenter eſſe maledicum ac virulentum, [illegible] re ipſâ feciſſes fidem. Rogabam an nè [illegible] dem. Nullus, inquiebant, mortalium hoc [illegible] perſuaſurus erat, niſi res ipſa perſuaſiſſet. [illegible] nihil aliud precabatur, quàm mentem ſanam. Similis erat exitus *Antuerpiæ*, cum in celebri convivio bonus ille *Dominicanus*, à melle cogitum habens, cum nihil eructet, præter [illegible]

F negaret eſſe ſceleratiorem hæreticum in [illegible] gionibus, quàm eſſet *Eraſmus*, quibus [illegible] putas eam vocem acceptam? Quis non [illegible] eſt hominis inſaniam, præſertim ex his, qui [illegible] meos legerant? Quis autem non detestatur, [illegible] tuam illam vocem, *Peſtilens ille Lutherus, &*

peſtilentia

pestilentior Erasmus; nam ex hujus uberibus fluxit, quicquid habet ille veneni? Qui libros utriusque legerunt, quid aliud cogitant, quàm te hominem esse omnium qui vivunt, impudentissimè vanum, petulantissimè maledicum, furiosissimè impotentem? Imò qui te non nôrunt, & audierunt in navi aut curru disputantem de fide catholica, rogant, quis sit ille *Dominicalis*, facie nitentis, risu *Sardonico*, validis lateribus, sed ineptâ linguâ, qui tam disertus sit ad maledicendum *Erasmo*? Quid hic responderi soleat utinam audires aliquando, videréque te tuis pictum coloribus. Ego tibi sum hostis ordinis tui, qui admoneo quibus rebus ordinis dignitati oporteat consulere, tu qui tuâ linguâ cuique moribus dehonestas ordinem tuum, idque passim nullo delectu, neque temporis, neque loci, neque personarum, columen es ordinis. Ego nulli omninò sum infensus ordini, neque *Franciscano*, neque *Carmelitico*, neque *Dominicali*, neque *Nautico*, neque *Aurigario*, sciens in unoquoque probos inveniri. Ut in quocunque pallio, quocunque titulo placet pietas, ac morum integritas, ita nusquam non displicet omnibus bonis improbitas. Quòd si maximè essem hostis ordinis tui, nullum gravius malum optarem illi, quàm aliquot tui similes. Quæso tuæ vocis arbitrio erimus *Christiani*, qui nunquam ex animo cogitâsti, quid sit esse verè *Christianum*? Undique proditis inscitiam vestram, undique mores multum abludentes à professione, undique pectoris pestilentiam, & nobis acceptum fertis, si pejus de vobis sentit mundus? Videmus passim tuos sodales ab idiotis, atque etiam à mulierculis refelli, magnóque dedecore, sic obturari os, ut non habeant, quod respondeant. Et quoniam vos debacchamini in vitam aliorum, vicissim & illi passim vestrorum Bacchanalium mysteria proferunt, materiâ nimium felici. Cum *Antuerpia*, seditiosis clamoribus civitatem ex omni nationum genere conflatam, ad seditionem concitaretis, iterum atque iterum vetante magistratu, quantum favoris *Luthero*, quantum odii vobis conciliâstis? A me nullus amicus vestrâ operâ factus est alienior, quosdam etiam novos veteribus addidit vestra in me maledicentia. At à vobis quantus numerus bonorum, & eruditorum est alienatus? Quos homines pœnituit suæ in vos liberalitatis? Quanto pluris habitus fuisset *Jacobus Hoechstratus*, si aut non scripsisset in quenquam, aut non scripsisset tam amarulentè? Quæso quid lucrifecit *Nicolaus Egmondanus*, tam impotenter, imò tam stolidè toties in me deblaterans? Quàm verò decorum erat illud sacerdoti, Theologo, *Carmelitæ*, denique seni, tam odiosè deblaterare in opus, quod fatebatur sibi nunquam esse lectum, fortasse nec intellecturus, si legat? Quis autem puerorum non risit hominem, cum frequenter in concionibus stultissimè debaccharetur in Poetriam, sic enim ille vocavit, in Rhetoricem, in linguas à laudatissimis viris tantopere & laudatas, & expetitas? Quàm hoc dignum illius candido pallio, quod cum cæteri Theologi ad concordiam invitarent, ille solus dissidium maluit? Rogatus quid illum offenderet, respondit, quòd scripsissem novum Testamentum. Rursum interrogatus, quid tum postea? ergo, inquit, omnia nostra nihil sunt. Bellum enthymema, periit videlicet universa Theologia, si incolumi translatione vulgatâ, quædam facta sunt, vel emendatiora, vel dilucidiora. Et is jactat quòd talibus enthymematis ipsius non digner respondere, cum ipse non dignetur apologiam legere, quâ dilno quicquid hujus generis objici possit. Scilicet non satis erat omnibus scripsisse, nisi cum singulis cauſificatoribus, imò cum fungis & caudicibus totos dies ociosus disputem. Quod erat specimen religionis, cum in Theologica, & ordinaria professione publicè diceret, me cum *Fabro* pugnare, & olim pugnaturos in profundo tartari? Non puduit ejusmodi virus effundere in *Fabrum*, hominem senem, eruditum, ac perpetuâ vitæ sanctimoniâ cunctis venerabilem, & tamen non intelligebat, quâ de re mihi cum *Fabro* esset controversia: id enim ipse suo sermone prodebat. Quis fuit illi tam favens in eo auditorio, cui non displicuerit vox tam impotens? Quis illi judicabat esse sanum caput? Qui erant amicissimi, sic excusabant, quòd à convivio dixisset. Sic fortasse leno poterat excusari, non Theologus. Cum omnibus bonis displiceret homo, sibi tamen displicere non potuit. Jam verò ut exhiberet suis camelum, quod aiunt, saltantem, addebat auspicaturus epistolas *Pauli: Paulum olim persecutum ecclesiam Dei, sed è lupo factum ovem. Idem*, inquit, *orandum ut eveniat in Luthero & Erasmo.* O lepores Atticos! ô cavillos qui non multum absint à caulis! Cum passim rideretur, cum exibilaretur, tamen nullâ ferè lectione non aliquo scommate perstrinxit caput meum, idque fecit etiam in concionibus. Cum evulgaret Bullam editam adversus *Lutherum*, méque fortè fortunâ conspexisset in concione, subito relicto argumento quod instituerat, plura dixit in *Erasmum*, quàm in ipsum *Lutherum*, nec erat finis, nec modus, subinde repetebat intermissum sermonem, cúmque passim inter se nutarent ac riderent auditores, tamen ille toto vultu testificans impotens odium animi, maledicum sermonem abrupit verius, quàm finivit. Eâ de re cum expostularem apud Academiæ Rectorem *Godschalcum*, ejusmodi conviciis, imò mendaciis debacchatus est in faciem meam, ut ea vix *Balæro* diceret *Nomentano*, quæ senex seni, sacerdos sacerdoti, Theologus Theologo, idque apud Academiæ moderatorem. Aiebat me verſipellem, duplicem, autorem omnis tumultûs *Lutherani*, nihil non fingere, me infixisse *Lutherum* animis hominum, me falsâsse multis locis novum Testamentum, significabat me fictis uti diplomatis, finxisse epistolas eruditorum virorum ad me honorificè scriptas, cum pleraſq; ſupprimam pudore. Quid non? More procacium mulierculatum nullum verbum non rapiebat in occasionem convicii. Fortè dixeram, *finge ita esse*, pro eo quod erat, *pone ita esse*. Ibi commotus homo: nolo, inquit, fingere, hoc vestrum est, vos fingitis, ac mentimini omnia. Memineram per occasionem Rhetoricæ civilitatis, quâ nonnunquam negamus nos monere eum, quem tamen monemus, ibi ceu telum nactus: Verum, inquit, sic Rhetores omnia mentiuntur, fingunt ac dissimulant. Nihil dici poterat, quod ille non verteret in occasionem convicii. Tandem ubi satis esset debacchatus, suæque naturæ obsecutus, ubi usque ad satietatem faciem meam maledictis conspuisset, tandem urgente Rectore, proposuit conditiones pacis duas, alteram

ut

ut canerem palinodiam eorum, quæ ſcripſiſsem in Theologos *Lovanienſes*, ac *Steſichorum* imitatus ſcriberem, *Lovanii* ſynceres (nam hoc verbi tum illi placuit) ac probos eſſe Theologos. Quaſi ſi id ſcripſiſſem, ipſi protinus alius haberetur, quàm ſemper fuit. Alteram, uti ſcriberem adverſus *Lutherum*. Hæc ſi reciperem, ac præſtarem, tum nos fore fratres: ſin recuſarem, ſe perpetuò habiturum me pro *Lutherano*, quaſi non ipſe eâdem ratione cenſendus eſſet *Lutheranus*, qui nihil adverſus illum ſcripſerit. Hujus diſcipulus prior *Antuerpienſis* pileo violaceo doctor, excuſans ſeſe apud magiſtratus, quòd ſeditioſè clamâſſet in *Lutherum*, negavit ſe legiſſe *Lutheri* libros, ſed admonitum literis *Nicolai Egmondani* dixiſſe, quæ dixiſſet. Eodem tempore proceres monaſterii *Dominicalis*, ſic indecorè geſſerunt ſeſe, ut omnium bonorum animos ab ſe alienarent. Quorum de numero quidam laicis aliquot audientibus, utinam, inquit, mihi liceret dentibus meis demordere gulam *Lutheri*, nihil vererer ore adhuc cruento accedere ad corpus *Chriſti*. Quis bonorum eſt tam iratus *Luthero*, ut non oderit ſacerdotem hæc evomentem? *Standicii* fabulam tibi coràm narravi, qui tam ſtolidè geſſit ſe apud cordatiſſimum *Angliæ* Regem, ac prudentiſſimam fœminam Reginam, ut ipſum etiam Principem puduerit ſic delirari apud ſe. Sed quid ego metior arenam? Quotidie paſſim hujuſmodi permulta deſignantur à quibuſdam ordinis veſtri ſodalibus, tam ſtulta, tam impudentia, ut niſi publicè multorum oculis & auribus ingererent ipſi, nemo ſit narranti crediturus. Cum his factis ſibi pii videntur, & frequenter adeunt ſacram *Chriſti* menſam, ac poſtea mirantur homines ab ſeſe alienari, perinde quaſi mundus nihil haberet, præter belluas. Ac prorſus ita ſe gerunt, quaſi malint eſſe formidabiles improbitate, quàm modeſtiâ ac pietate commendati; nec ſatis animadvertunt, quàm malus ſit diuturnitatis cuſtos metus. Sed ut aliquando claudam prolixam epiſtolam, quanquam tot modis abs te ſum affectus contumeliâ, mi *Bucenta*, tamen expertus Domini lenitatem in me peccantem, illum pro viribus imitabor. Teque etiam atque etiam admoneo hortórque, ut omiſſo maledicendi ſtudio, diſcas benedicere, parces tibi, parces ordini tuo, magiſque ſpectes quid docet doctrina *Chriſti*, quàm quid præſcribat *Egmondanus* compotor, quid probaturi ſint cordati gravéſque viri, potius quàm quid inter pocula unus aut alter applauſor ejuſdem farinæ comprobet. Quanquam iſtam effrenatam linguæ petulantiam deteſtantur & tui gregis ſodales, mihi quidem parum bene volentes, ſed qui hoc intelligunt ad ſui ordinis dedecus atque incommodum pertinere. Ego non tam iraſcor tibi, quàm miſereor: atque hoc magis miſereor, ſi tibi nondum es miſerabilis. Bona pars ſalutis eſt, morbum ſuum agnoſcere. Si natura tibi negavit ingenium, ut evadas egregiè doctus: ſi linguam, ut ſis probus concionator: ſi ſtylum, ut libris editis queas orbi prodeſſe, certè conandum ut vir bonus ſis. Ac vir bonus eſſe cœpit, qui malus eſſe deſiit. Malus eſt, qui proximo maledicit. Bis malus eſt, qui de bene merente dicit malè. Si prodeſſe non potes ob inopiam ingenii, linguæ, doctrinæ, conſilii, judicii, ſaltem da operam, nè quem lædas. Fortaſſis aliqua venia debetur iis, qui cum multis modis profuerint, alicubi dederunt malum. At deplorata cujuſdam malitiæ eſt, cum nulla ex parte ſanabilis, totum conatum tum vertere in pernicium aliorum. *Lutherus* ille tuo præconio feſtilens, tuus tibi quoque non mediocrem attulit utilitatem, coactus es illius libros legere, è quibus non pauca didiciſti, coactus es & veterum autorum aliquid attingere. Per hunc mundus cognovit ſuos iſtos inverſos, qui videbantur eſſe pietatis lumina, qui videbantur nihil neſcire, cum ab utroque longiſſimè abeſſent. Atque ut joco vera loquar, multis conciliavit fortunam lautiorem, ſperas & ipſe fortaſſe mitellam aliquam, vociferationis tuæ præmium. Debes nonnihil & poſtilentiori *Eraſmo*, dum hujus libros ſtudioſe perpendi volvis, correxiſti nonnihil infantiam tuam, neque pauca didiciſti, quæ te ſuggeſtor quamlibet magiſtrum noſtrum. Hæc admonere quoniam ab animo fraterno proficiſcitur, nihil certè profuerit apud *Jeſum Chriſtum*; tuum erit dare operam, ut tibi quoque ſit utilis, erit autem ſi bene monenti parueris. Bene vale. M.D.XI.

Eraſmus Roterod. Danieli Taiſpilo Epiſcopo Gebeldenſi Epiſcopi Morinenſis à ſuffragiis S. D.

REverende pater, mox ut *Bruxella* mihi redditæ ſunt tuæ literæ, accerſivi ad colloquium *Aegidium Buſlidium*, virum adeo propenſum faventem bonis literis, ut ſuis etiam damnis foveat. Exoſculatus eſt animum tuum, qui cum honeſtis ſtudiis, tum *Buſlidiani* nominis gloriam ex animo conſultum velles. Legit autem & tuas ad me, & *Agathii* ad te literas. Placet ingenium, & cupit hominem accerſi, præſertim cum morum etiam integritate commendetur, idque abs te viro bonis omnibus commendatiſſimo. Proinde de ſtatu negotii, non plus fere quicquam illi ſcribi, quàm res habet. Academia *Lovanienſis* frequentia nulli cedit hodie, præterquam *Pariſiana*. Numerus eſt plus minus octo millia, & affluunt quotidie plures. Collegium domi pauciſſimos alit, præſidem unum, cui rei familiaris cura delegata, profeſſores tres, & decem opinor adoleſcentes, atque hos gratis. Extra hos paucos capit domus, qui ſuo ſumptu vivunt apud præfectum ac profeſſores. Auditorum eſt, ut in hac Academia, ſatis frequens, ſæpe quoties non pauciores habens trecentis. Placeat illi cœlum hoc noſtrum, nec diſplicebit genius humanitas. Collegii locus & honeſtus eſt, nec inelegantis ſtructuræ. Salarium pro modo nunc tuum ſatis amplum, pro rationibus profeſſorum, ut ingenuè dicam, nimis anguſtum eſt, ſed pro reſpectu perſonæ aut induſtriæ, poſſit executorum arbitrio augeri nonnihil. Et licebit illi extra ordinem profiteri, ſeu *Græcè* malit, ſeu *Hebraicè*. Erit illi res cum viris probiſſimis optimæque fidei. Et bona ſpes eſt fore, ut brevi Principum liberalitate creſcant collegii proventus, præſertim ſi tu tuique ſimiles ſuum favorem adjunxerint. Pium eſt opus, magnóque alimentamento futurum, & huic Academiæ, & Cæſari Principi. Prima laus debetur clariſſimo viro *Hieronymo Buſlidio*, qui totum quod habebat, hoc negotio dedicavit, fraudatis etiam fratribus. Nec fraudabuntur

fraudabuntur tamen suâ laude, qui pulcherrimum hoc institutum copiis auxiliaribus adjuverint. Non enim poterit latere posteritatem, quod trilingui facundiâ celebrabitur, nec minima famæ portio redibit ad illos qui primi professionem hanc, olim futuram longè clarissimam, fuerunt auspicati. Quòd si quem non movet humana gloria, certè pium est ambire laudem apud *Christum*. Advolet igitur te autore ἀγαθῇ τύχῃ tuus *Agathius*. De *Luthero* insidiis intercepto atque extincto vanus rumor huc quoque pervenerat. Omnibus modis tentatum est *Vuormacia*, partim minis, partim blanditiis, ut suos libellos quos agnovit omnes, Cæsareæ submitteret majestati: id ubi non quitum est impetrari, per caduceatorem Cæsaris publicâ fide *Vvitenbergam* reductus est, dato ad hoc viginti dierum spacio. Mox ex mandato Cæsaris, qui vehementer infensus est *Luthero*, sive instigantibus aliis, sive sedulo quodam ac propenso fidei *Christianæ* studio, libri *Vormatiæ* combusti sunt. Excusum est & *Lovanii* terribile edictum in ultionem eorum, qui non paruerint Cæsareæ voluntati. Bene vale. Ex *Anderlaco* tertio Nonas Julias, Anno M. D. XXI.

Erasmus Roterodamus Livino Abbati Monasterii S. Bavonis Gandavi S. D.

QUæ prætet meritum obtingunt, hoc plus solent habere precii; & quæ præter expectationem obveniunt, solent esse gratiora. Nonnunquam & autor magnificus precium addit suo muneri. Nihil autem tam per se vile est, quod non eximiè charum reddatur, si proveniat ab animo amico. Quot igitur nominibus mihi putas gratum fuisse munus tuum præsul egrègie, quod per insignem virum *Cornelium*, advocatum à fisco misisti, adeo non expectanti, ut si de cœlo delapsum fuisset, non potuisset magis inexpectatum accidere. Nam quod ultro mittitur, quod immerenti, quod nec per somnium expectanti, non potest non ab amicissimo pectore proficisci. Et munus per se gratissimum verbis etiam commendas. Negas esse munus, sed animi symbolum. Ais non ditandi causâ missum, sed salutandi gratiâ. Amplector igitur istum animum tuum, & agnosco quid debeam. Ut pariter te redamem, tamen hoc calculo vinces, quòd me prior ad amicitiam provocaris. Nam in eâ consuetudine, quæ mihi tecum fuit *Gandavi*, ac *Dernemonda*, tam me gessi inciviliter, ut non semel veritus sim, nè prorsus animum tuum à nobis alienâssem. At qui sic provocatus amare potest, dignum arbitror, qui toto pectore redametur. Sed *Marcus Laurinus* Decanus apud collegium Sancti *Donatiani*, pollicitus est mihi vetustissimum codicem manu descriptum è vestra Bibliotheca, qui contineret commentarios divi *Hieronymi* in Psalmos. Qui si commodè ad nos mitti non potest, saltem optarem ex eo describi unam aut alteram paginam, quo mihi collatione liceat experiri, num hi commentarii, quos habemus excusos typis, adulterini, aut mutili sint nec nè. Quod si nè id quidem commodum est, arbitror, me ad Calendas Augustas *Brugas* repetiturum. Tum igitur vel obiter salutabo tuam amplitudinem. Bene vale pater omnibus modis observande in *Christo Jesu*. Ex *Anderlaco* XI. Cal. Julias, Anno M.D.XXI.

Erasmus Roterod. Carolo Harst S. D.

BIs igitur tibi debeo, mi *Carole*, & quòd nos volueris invisere, & quòd abstinueris, nè studia mea interpellares. Quòd mihi rus hoc gratularis, certè nihil jam multis mensibus à me factum est, quod cesserit feliciùs. Perieram, ni urbium nidorem reliquissem. Jam mihi cum medicis res esse cœperat, consulti diversi, diversa præscripserant remedia. Ea quo minus sumpserim, nihil obstitit, nisi quòd non vacabat ægrotare, subinde novis negotiis aliò vocantibus. Quanquam huc quoque penetrant οἱ πλαγκτόφωνοι. Quid enim istis est inaccessum? Et è propinquo quotidie audimus insultas fabulas. De *Carino* quod mones, jamdudum à me curatum est. *Nesso* misi. Cui tradideram, ait se reddidisse *Capitoni* nostro. Tu fac modis omnibus compiles *Conradum Goclenium*, omni genere literarum opulentum, ac veluti gnavus & avidus negotiator, honestissimis mercibus in patriam tuam onustus redeas. Sed in primis stylum acue, quo possis aliquando rabulas istos, qui tam stolidè reclamant optimis studiis, suis depingere coloribus. Bene vale. Ex rure *Anderlaco* X. Calend. Julias. Anno M. D. XXI. *Epist.* 17.

Erasmus Roterodamus Guilhelmo Pastori civitatis Gruningensis S. D.

DE juvene revocato, non est quod mihi gratias agas vir egregie, ob hoc nihil promereor laudis, sed impius eram futurus, & *Christiana* charitatis immemor, si cum per occasionem liceret, puero non consuluissem. Poculum inauratum, tuo nomine reddidit vir longè candidissimi pectoris *Gosuinus*, nec potuit non esse gratissimum munus, quod ab optimo viro profectum, per optimum redderetur, nisi quòd unum illud vereor, nè ille mei studio tibi vellicârit aurem, ut id faceres, cum mihi né in somnis quidem unquam tale quicquam in mentem venerit. Ex ejusdem literis, simul & oratione cognovi, quanto studio isthic omnia obeas munia, quibus olim fungebantur illi non titulo tantum Episcopi. Præluces omnibus integritate vitæ, pascis assiduè gregem tuum euangelicâ doctrinâ, ac tales ascíscis tibi sacerdotes, qui morum innocentiâ, qui sacrâ eruditione, & ornent ecclesiam tuam, & apud populum tuas vices gerere possint, sic ut nihil opus sit hoc novo genere Prædicatorum, quos *Christus* non instituit, sed pastorum oscitantia invexit in mundum. Qui si ubique tui similes fuissent, non jam orbis teneret lupum auribus, quem neque ferre potest, nec quomodo exuatur videt. Non te populus compotorem habet, sed doctorem, sed consolatorem, sed hortatorem, sed admonitorem, sed consultorem fidissimum, & amantissimum experitur. Atque adeo non deglubis gregem tuum, ut de tuo etiam largiter opituleris egestate pressis, nec tibi congeris opes, sed ingenti studio properas ad brabium illud immortalitatis, quod bonâ fide tibi redditurus est summus ille pastor, princeps pastorum omnium, qui gratis animam impendit ovibus suis. Quantumvis multas opes congesserit homo in hac vita, tamen non potest non pauperrimus hinc exire, cui nihil omninò rerum congestarum *Epist.* 18.

geſtarum licet efferre. Ille demum dives exit, qui talibus rationibus abundè communitus exit. Rationes ſunt interim, ſed bonæ fidei eſt, qui cum nobis res eſt. Nec periculum eſt, ſi rationes in immenſum accreſcant, dives eſt in omnes, à quo præmium expectamus. Mihi & illud arguit tuam pietatem, quod in ſacrario bibliothecam adornas, iis potiſſimum autoribus refertam, quorum ſcripta ſpirant euangelicam charitatem. Quales ſunt *Origenes*, *Chryſoſtomus*, *Cyprianus*, *Ambroſius*, *Auguſtinus*, *Hieronymus*: ex horum lectione ſentimus nobis inflammari pectus ad amorem rerum cœleſtium, ad contemptum eorum, quorum cæcâ cupiditate, luſque deque miſcentur res mortalium, cum ab iſtorum quos ſcholæ ſolennes nobis dederunt lectione ſurgamus frigidi, nonnunquam & fide minus ſolidâ, quàm attuleramus. Jam menſam tuam non ſolùm commendat frugalitas, ſed condiunt etiam è ſacris libris petitæ fabulæ, quæ paſcant animos talium epularum famelicos. Proferunt in medium ſuum quiſque floſculum, è pratis divinorum voluminum decerptum, alius eructat aliquid mellei ſuccì, quem apiculæ in morem per omnes arcanæ ſcripturæ floſculos obvolitans, exuxit. Nec finis tuam menſam contaminari virulentis fabulis, quæ livorem, & odium ſapiunt. Quàm verò graviter impoſuiſti nuper ſilentium duobus, qui ſe jactant ſacros euangelii præcones, cum multa non minus impudenter, quàm amarulentè cœpiſſent evomere in *Eraſmum*: ut peſtilentem ſermonem interrumperes, rogabas, num legiſſent libros meos, faſſi ſunt ſe nunquam legiſſe. Mox ſubjiciebas te demirari, quâ fronte ſic deblaterarent in hominis doctrinam, cujus libros non legiſſent. Ubi verò nec hac admonitione coerceretur illorum ſtoliditas, jam vino quoque facta petulantior, negabas tibi placere convivas, qui talibus fabulis menſam tuam conſpurcarent; Aut ſermonem mutarent, aut menſam. Et iſti ſunt, qui ſeditioſè vociferantur apud populum in paſtores, ut ipſi vocant, ſeculares, à quibus magis oportebat ipſos ſobrietatis, ac moderationis exemplum petere. Faxit *Chriſtus* optimus maximus, ut tui ſimiles exiſtant ubique plurimi, quo vel mundus extraordinarium hoc ac vagum doctorum genus faſtidiat, vel ipſi cogantur ſeſe ad veræ pietatis ſtudium ab ocioſo luxu, & luxurioſo ocio recipere. Bene vale. *Lovanii* pridie Cal. Maias. Anno M. D. XXI.

Eraſ. Rot. Iacobo Hooghſtrato Theologo S. D.

Epiſt. 19. ANtehac legenti mihi libellos, quibus tumultus inter te & *Capnionem* continetur, ſæpenumero ſuaſit, ut ad te ſcriberem, primùm *Chriſtiana* charitas, deinde ſtudiorum communium profeſſio, ad hæc peculiaris quidam favor, quo jam olim inde à puero veſtrum proſequor ordinem, poſtremò non vulgaris animi propenſio erga te, quem audio moribus eſſe commodis ac civilibus. Nam literarum noſtrarum avidiſſimum eſſe te, vel tua ſcripta palàm clamitant, quæ cum nuſquam non affectent politiem ac Venerem orationis, dubitari non poteſt, quid de bonis literis ſentias. Neque enim refert, quàm feliciter hoc agas, imò cum palam ſit te ſedulò, ac penè dixerim anxiè affectare, quo minus ſuccedit, hoc magis intelligimus animi tui propenſiſſimum ſtudium, alioqui ſermonis ornamenta videri poterant ultrò nolentem ſecuta. Hæc, inquam, mihi ſtimulos, ut te admonerem, quæ & ad nitatem, & ad ordinis negotium, & ad licæ *Chriſtianæ* tranquillitatem pertinere bantur: ſed rurſus hinc deterruit non incon tum mihi mortalium ingenium, quorum adm dum paucos eſſe video, quibus feliciter ad quamvis amica admonitio. Sacra quidem ſ conſilium, ſed eadem periculoſa. Verùm eſt, *Conſultum malè, conſultori peſſima res eſt.* At ea eſt morum corruptela, ut bonum etiam ac verum conſilium ſæpe damno ſit bene conſulenti. Hoc tamen ſcrupulum exemit animo meo Epiſcopus ſuffraganeus *Colonienſis*, vir incredibili morum comitate, ſuavitateque præditus. Quòd ſi is mihi tui ſimulachrum bonâ fide depinxit, non accipio in malam partem, quæ nos optimo atque mundiſſimo pectore nunc admonebimus. Jam dudum *Capnionis Apologiam* magno cum animi dolore legeramus, licèt carptim, nec eum dolorem diſſimulavimus, ſcriptis ad *Capnionem* literis, quibus tam manifeſtis conviciis támque impudentes adverſarios debaccharetur, qualeſcunque eſſent: nam ii mihi tum non minus erant ignoti, quàm *Capnion* ipſe. Idem deplorabam apud amicos, inter quos erant qui *Capnionis* ſtudentes, ſe plane conarentur ægritudinem animi mei, ut dicunt, invidiam omnem in eos conferendam, qui non debuiſſent eſſe modeſtiæ, *Chriſtianæque* mansuetudinis exemplum, tam virulentis, támque atrocibus inſectationibus priores laceſſiſſent, alioqui (*Capnionis* ingenio nihil eſſe placidius ac mitius. Dabam credere, mox ingeſſerunt ſcripta *Pepericani*, ſcripta *Gratii*, ſcripta *Arnoldi Tongari*, aliáque quæ non neceſſe eſt commemorare. De moribus variabant ſententiæ, erant qui prædicarent illorum moribus eſſe ſatis commodis, ſed quorundam ſtinctibus inflammari: rurſus bona pars aſſeverabat tibi nullos eſſe magis in conſilio, quàm ambitionem & avaritiam, quod & plurimi fieri videbant pluſquam tyrannicam ingenii ferocitatem, & inexplebilem habendi famem, *Judæorum* facultatibus inhiares. Mihi ſanè ſemper hic mos fuit, ut in meliorem partem credulitate vergere mallem, quàm in deteriorem: ac tum quidem non potui refellere omnia, lenii tamen pro viribus ſimonum atrocitatem. Aliquanto poſt evenit, ut acta legerem totius cauſæ, & tuus libellus etiam in manus hominum, quo *Benigni* dialogum refellis, quem ipſum tamen non niſi carptim legi. Vides dicam quomodo me affecerit? Eloquar invitus, ſed veriſſimè. Meliùs ſenſeram de te priuſquam te tibi patrocinantem legiſſem. Quoties illo mecum inter legendum muſſitabam, utinam hæc tuis meis oculis cerneret? Non excutiam cætera, quæ meum animum illic offenderint, neque de tota cauſa quicquam attingo, neque enim mei refert. Certè plurimis in locis animi lenitatem, moderationémque deſiderabam, dignam homine *Chriſtiano*, dignam Theologo, dignam *Dominicano*. Quoties indolui, quoties erubui tuo nomine, priuſquam Præfationem illam perlegerem? Quid hîc mecum cogitârim, quid æſtuârim, quid ſimachatus ſim, placabilius opinor in ſinum tuum effundere, ſi colloquendi copia daretur. Atque ego verò non ita multos, caſu nactus ſum in alterius bibliotheca jacentem libellum quendam, habentem epiſtolas aliquot, magnâ libertate ſtomachan-

ti

tes in te: prima, ni fallor, erat *Capnionis*, altera clarissimi comitis à *Novaquila*, tertia *Hermani Buschii*, quarta *Huttoni*: harum omnium amarulentiam nullo pacto ferre potuissem, nisi scripta prius ea legissem, quibus ad hanc intemperiem videbantur efferati. Eas igitur non simplici cum dolore legi, nunc illorum, nunc tuam vicem ingemiscens, subinde metuens, nè bonis & æquis viris tam acerba convicia non omninò in immerentem contorta viderentur: & tamen illos judicabam indignos, à quibus ejusmodi scriberentur, & te cupiebam indignum videri, in quem scriberentur. Nam paucis ante diebus exierant libelli duo, quorum altero oppugnas *Cabalisticam Capnionis*, altero respondes iis qui student *Capnioni*, cujus phrasis tamen magis resipit *Gratium*. Nihil hìc rursus attingam, utrius causa mihi magis arrideat: neque enim mihi mandata est hæc provincia, & si mandetur, videor mihi libenter recusaturus: nec tantam mihi arrogo doctrinam, ut existimem me posse pronunciare de causis tam arduis, in quibus idem idem hæreseos fit mentio: siquidem in præsentia non ago negotium *Capnionis*, tuum potius ago negotium, & hactenus ago, ut velim te magis in posterum dignitati tuæ consulere, ac decori meminisse: nec dubito quin ipse & perspicias, & memineris, sed haud scio an tibi quoque more hominum usu veniat, ut impetus & calor contentionis oculos tuos avocet alicubi. Nam mihi jam non leris est fiducia, te nostram admonitionem à fraterna dilectione tui profectam, æqui bonique consulturum. Primum de titulo, quem isti vehementer lacerant, ut arrogantiæ plenum, me res non admodum movet. Siquidem id videri poterat opificum operâ factum, ni constaret te tum *Colonia* præsentem fuisse. Illud minus potest excusari, quod ad singula capitula repetis & inculcas: *Capnion* præco *Cabalistica* perfidiæ. Vix enim cuiquam persuadebitur hoc inscio te factum: quod toto opere tam subinde repetitur. Quisquis autem credet abs te factum, non dubitabit quo animo sis in *Capnionem*. Atqui cum primis non solùm ad dignitatem tuam, verumetiam ad causam tuam attinebat, argumentis duntaxat ac civiliter rem tractare, neque tam manifestam odii significationem dare. Si *Christiana* pietatis esset, in quenquam conviciis debacchari, in *Celsum* debacchatus fuisset *Origenes*: nam is universam *Christi* doctrinam simul ac viram non ferendis conviciis laceravit, editis etiam voluminibus: & tamen in hunc nusquam sic invehitur *Origenes*, ut tu passim in *Capnionem*, qui, ut nè quid aliud dicam, certè nondum damnatus est eorum sententiâ, quorum est pronunciare. Nec in hoc laborat *Origenes*, ut *Celsi* dicta in pessimam partẽ torqueat aut exaggeret, quod tu mihi passim miro calore videris facere, nihil interim non trahens ad hæresis causam. At dices, fungor officio meo. Laudo quod fungeris, sed eâ moderatione te velim fungi, ut evidens sit omnibus te nihil aliud quàm *Christi* negotium agere, longissimèque te subducas ab eâ specie, ut videaris defendendæ fidei prætextu vel ambitioni servire, vel avaritiæ, vel ad privatum odium saturandum abuti. Quid enim omninò tam circumspectè scriptum erit, quod ab irato non possit depravari siniſtrâ interpretatione? Porrò qui præ se fert odium animi, protinus sibi fidem abrogat, in causa etiam justissima, neque dubito quin hæc res in primis obstiterit, quo minus assecutus sis, quod, ut putant, venabaris. Inquisitio tibi mandata est, non jus pronunciandi. Quoties autem de *Capnione* pronuncias, præsertim cum lis adhuc sub judice pendeat, & sub eo judice, unde negant appellari posse? An non satisfeceras officio tuo, postea quam tot annos tanto tumultu libellum, nescio quem obscurum, nec ulli fortè cognoscendum, nisi tu nobilitâsles, insectatus eras? Postea quam *Romanus* Pontifex, intelligens ejusmodi causæ genus esse, ut magis expediret obliterari quàm longiùs exagitari, quiescì jussit? Si quis error extiterit perniciosus *Christiana* pietati; primum eruditorum disputatione diligenter est excutiendus, mox indicandus Episcopo. Id ubi factum est abs te, jam inquisitoris officio functus es. Investigâsti, prodidisti quibus oportuit. Non est tibi necesse cœlum miscere terræ, & tantas excitare tragœdias. Utinam eam operam, eos sumptus, eos annos prædicando *Christi* euangelio impendisses, aut planè me fallit animi præsagium, aut major esset *Jacobus Hoochstratus*, quàm nunc est, & nomen esset apud optimos quosq; gratiosi, aut certè minus invidiosum. Jam verò bona pars odii redundat in ordinem, quem & antehac sæpe multis occasionibus gravi invidiâ laborantem, non oportebat novis odiis degravare. Quin & illud erat tuæ prudentiæ, perpendere, num libellus ille *Capnionicus* haberet aliquid, quod pestem aliquam gravem religioni *Christiana* posset inferre. Nihil autem illic agitur, nisi nè quid præter æquum patiantur *Judæi*. Quorsum autem attinebat tanto spiritu agere, ut *Judæos* in odium adduceres? An quisquam est nostrûm, qui non satis execretur hoc hominum genus? Si *Christianum* est odisse *Judæos*, hìc abundè *Christiani* sumus omnes. Sunt qui cum alia permulta, tum illud in primis adducunt in suspicionem, quòd cum tot ubique libri scribantur, in unum illum libellum inquisieris tam odiosè. Nihil usquam offendit animum tuum in libris *Augustini Justiniani*, in libris *Sylvestri Prieratis*, in libris *Thomæ à Vio*, atque in his sunt permulta, quæ non mediocriter offendunt Theologos *Parisienses*, nam ipse degustavi duntaxat. Negant igitur tibi ad *Dominicanos* errores oculos esse, ad unius *Capnionis*, aut eorum qui *Capnionis* bene volunt, oculatum esse te. Hæc dico, non quo *Capnioni* patrocinet, sed quo tibi tuisque consulam: nam ille sic est amicus, ut me causæ non admiscerem, quod tu tamen videre suspicari. Siquidem hâc gratiâ clarissimum comitem *à Novaquila* dictitant abs te plusquam odiosè perstrictũ in præfatione tua, nec aliâ de causâ me quoq; voluisse attingere in libellis quos adversus *Cabalam* edidisti. Neq; enim me magnopere sublevat ea civilitas, quâ nomen *Erasmi* supprimis, cum & operis titulũ, & locum expresseris ad verbũ recitans, quæ illic scripserim. Sed illud miror in primis, cur nos admiscueris ei negotio, quod & tu vis odiosissimum videri, & à quo sum alienissimus. Utinam mihi tam propitius sit *Christus*, quàm ego *Cabalæ* sum parum propitius: & ad hujus rei mentionem non admodum invitabat disputationis cursus, sed obtorto collo videris affectâsse, ac ceu pannum malè cohærentem intertexuisse. Deinde quàm exacerbas omnia, quàm seditiosè detorques quæ scripsimus? Quod ego de me meique

similibus dixi, id tu perpetuo interpretaris dictum in ecclesiam: & unum duntaxat adducis locum, qui tibi videbatur ad calumniam esse cum primis idoneus, cum ego compluribus locis ejus rei meminerim. Ex horum collatione deprehendi poterat, quo animo scripsissem quæ reprehendis. Nam alibi testor me misereſcere quorundam, infelici matrimonio malè cohærentium, quos tamen si dirimas, spes non sit fore, ut se contineant à stupro. Horum saluti volebam aliquâ ratione consuli, si fieri posset, nec id aliter opto fieri, nisi si in hoc consentiat ecclesia. Non ego cuiquam præeo, rem omnem ad ecclesiam refero. At non potest, inquit, ecclesia, quod optas. Primum, non ego definio quid possit ecclesia, quod si maximè constet non posse, tamen à me nihil aliud audis, quàm votum charitatis. Non faveo divortio, sed miseret pereuntium, & optat sæpenumero *Christiana* charitas, quæ fieri non possunt, & sæpe pium est optare, quæ tamen non possis efficere. Id ego cum paucis verbis admonuerim duntaxat ut annotator, non ut dogmatistes: tu subinde dogmatis vocabulum inculcas, quo mihi concilies invidiam. Et adeo toto corpore contremiscis, quemadmodum scribis ad meum sermonem, ut parum abfuerit, quin præ horrore concideres, & annotatiunculam ecclesiæ judicio relictam, totius ecclesiæ vocas suggillationem. Hujusmodi jactis fundamentis, multùm diversis à nostra sententia, in longum protrahis disputationem, nihil non adducens, quo doceas, à divortio non esse fas instaurare matrimonium: quasi verò nos fugiat quid hac de re vel senserint olim doctores, vel ecclesia decreverit, sed fieri potest, ut non omnia semel aperuerit *Christi* spiritus ecclesiæ. Et ut ecclesia non potest irritare decreta *Christi*; ita potest ad hominum salutem interpretari commodè, quædam interim relaxans, quædam astringens pro rerum ac temporum statu. Optabat *Christus* omnes suos esse perfectos, inter quos nullum incideret divortium, tentavit ecclesia dogmatis euangelici vigorem ab omnibus impetrare. Qui scis an eadem infirmorum quoque saluti consulere studens, putet hinc aliquid esse iemittendum? Non antiquatur euangelium, sed ab iis, quibus ejus credita est dispensatio, ad salutem omnium accommodatur. Postremò non antiquatur, quod rectiùs intelligitur. Verùm hìc non est animus disputationis ingredi labyrinthum, præsertim cum in posteriore editione ferè contraxerim quicquid ad hanc causam pertinet, videlicet annotans in epistolæ prioris ad *Corinthios* caput septimum. Atque hìc etiam vir optime, cogor desiderare moderationem tuam, qui putaris hunc locum exagitandum, cum non ignorares me novam editionem adornâsse, quam in priore fueram pollicitus. Neque enim verisimile est te latuisse, quod nemo nesciebat, etiam multò antequam proximè reciperem me *Basileam*, nimirum hujus rei gratiâ. Proinde videberis aut antevertisse carpendi studio, aut noluisse perire quod jam conscripseras. Ergo, ut dixi, non ingredior hìc campum argumentationis, neque enim id patitur epistola, tantum expostulo, quòd iniquiùs nos attigeris. Nam quod ego de commoda interpretatione memineram, vide quàm tu non commodè interpreteris, quasi calumnier, ecclesiam *Christi* decreta antiquare: cum ego senserim nos, id est, me, meique similes, [illegible] tum euangelicorum interpretatione, [illegible] fieri, ut vigor euangelicæ doctrinæ [illegible] moribus obsoleſcat. *Christus*, ut [illegible] loquar, adeo voluit suos abesse ab [illegible] interdixerit omne convicium, nec iraſci [illegible] serit. Nos interpretamur, iraſci temere, [illegible] terpretatione fretus, sæpe qui iraſcitur, [illegible] blanditur, non temere est quod illi [illegible] Item, *Christus* adeo voluit suos abesse [illegible] ut prorsus interdixerit jusjurandum. Id [illegible] pretamur, non jurandum temere. Hoc [illegible] tamento sibi blandiuntur, qui passim [illegible] levi de causa jurant. Ad eundem modum [illegible] voluit suos abesse à *Iudæorum* divortio, qui [illegible] libet frivola de causa repudiabant uxores, [illegible] vortium in totum interdixerit. Quid hic [illegible] interpretari ecclesia, non pronuncio, [illegible] se, quo saluti multorum consulatur, & [illegible] quod divortium admittit ecclesia, & [illegible] tii causas admittit, quàm *Christus* [illegible] distinxit inter matrimonium consummatum & non consummatum: illud non patitur dirimi, [illegible] patitur, si intercedat votum, quod nescio quo cent solenne. Horum nihil docuit *Christus*, [illegible] nec de casibus, quibus coit, aut non coit matrimonium, in quibus nec veteres consentiebant [illegible] doxi, & ecclesia, aut certè *Romani* Pontifices [illegible] decreta mutârunt. Cum viderem *Christum* [illegible] tum mirè pro temporum ratione dispensare afflatus, & animadverterem quanti sit [illegible] ecclesiæ, submonebam, si quà fieri posset, [illegible] hominum pereuntium saluti consuleremus. Nihil quicquam statuo, sed decernendi jus [illegible] fero, ipse nihil aliud quàm monitoris officio [illegible] ctus. Hic te quæso, quid erat quod parum [illegible] atrocibus verbis exaggerandum? Nam [illegible] spargis in disputatione, doctorem quendam [illegible] murmurare & stomachari adversus [illegible] imò ream peragere sacrosanctam [illegible] secus dogmatizare quàm sacrosancta pudet *Romana* ecclesia, & periculum esse, nè parum [illegible] mentum audacitatis in regimen ecclesiæ [illegible] & in ecclesiæ consurgatur despectum, & [illegible] vicia in sui damnationem impudenter [illegible] homines. Agnoscis, opinor, tua verba, quæ [illegible] non judicabit seditiosius esse dicta, quàm [illegible] aut moderatiùs. Nam illa fortasse [illegible] aliquibus, cum doctorem illum, qui cum [illegible] gidum tractatorem eloquiorum *Christi* [illegible] fortassis plus satis calidus, cum illi nunc [illegible] phalerata dicta, nunc præter grammaticam [illegible] vocas, sensum nihil tribuis, cum illum [illegible] am aut vespertilionem facis, teipsum [illegible] aquilam esse sentiens. Equidem in rebus divinis minus arbitror cernere me, quàm [illegible] nat noctua, quæ per tenebras etiam [illegible] & tamen si liberet totum hoc argumentum justo studio tractare, videres me fortasse non usqueadeo cæcutientem, quàm tu videri vis. Verùm & res foret non unius voluminis, & [illegible] pleraque à nobis attacta sunt in posteriore editione, quasi præsagientibus fore, qui locum eum labefactare conarentur. Quanquam nec ille quicquam asseverο, sed ecclesiæ judicio [illegible] ubique reverentiam & autoritatem defero: argumentor, non decerno. Quod si dices nefas esse, quæ jam recepta sunt, ea vocare in disp-

disputationem, quid faciemus sacrosanctis doctoribus, qui non verentur in disputationem vocare, An Eucharistia sit sacramentum? An fornicatio simplex sit peccatum? Leviter autem me movet, quod initio disputationis obiter me taxas, quod è capite *Matthæi* decimonono scripserim, legem inductam apud *Christianos*, nè dirimantur matrimonia, bis videlicet tuo judicio peccans: & quòd senserim lege humanâ inductum, nè dirimantur matrimonia: & quòd putarim ex eo loco sumptum, cum ex quinto ejusdem Euangelistæ capite potius sumptum appareat. Atque ut præposterè respondeam, si utriusque loci eadem est sententia, quid refert ex utro sumptum dicatur? immò probabilius erit ex decimo nono sumptum, ubi nominatim tractatur negotium divortii, quanquam ego non dixi locum eum qui est in codice, sed totum hoc argumentum ubicunque tractetur, locum vocavi: alioqui nec ex quinto, nec ex decimo nono capite sumptum videbitur, sed potius ex *Paulinæ* epistolæ ad *Corinthios* prioris capite septimo. Nam illic mulierem quæ digressa à viro nolit reconciliari, jubet manere innuptam. Rursus hic ubi excipitur fornicatio, non videtur in totum adimi jus divortii, sed astringi magis, quòd apud *Judæos* æquo licentius erat. Deinde negari non potest, extare Pontificum leges, quæ vetent divortio divulsos aliis jungi matrimonio, si modò constiterit verum matrimonium intercessisse. Eas si hauserunt ex Euangelicis literis, non video cur sim reprehendendus, si scripsi legem extare, quæ vetat dirimi matrimonia. Atque his etiam levius est, quòd cavillaris mihi parum propriè dictum, *Mosen Iudæis* concessisse divortium, in tam paucis verbis geminum errorem indicans. *Permisit*, inquis, *non concessit*, quasi quicquam intersit inter *permittere* & *concedere*, nisi quod *permittit* qui quocunque modo jus facit; *concedit*, qui de jure suo remittit aliquid: unde fit ut posterius verbum sit ad hunc sensum accommodatius. Deinde permisit, inquis, *Moses*, sed autore Domino, quasi quod *Moses* jussu Dei præscripsit populo, non recte dicatur jussisse, aut quod ex doctrina *Christi* docuit *Matthæus*, impropriè dicatur docuisse. Si stilum exercere cupis, quod mihi sanè non paulo rectiùs esse videtur, quàm quod quidam faciunt, alieno calamo scribere, malim te in his argumentis versari, quæ minus habeant odii, plus fructûs. Aut si res poscit, hujusmodi tractare quæstiones, ita totius negotii phrasim habitúmq; modereris, ut non solùm applaudant aliquot ordinis tui sodales, sed eruditissimus quisq; & cordatissimus lector, atque ipsa etiam posteritas agnoscat pectus vero Theologo dignum. Si causa severitatem postulabit, absit tamen ubique sævitia, maximè verò vitandum, necubi suboleat ambitionis aut avaritiæ venenum, multò magis hypocrisis. Habet vera pietas aliquoties indignationem suã, sed charitatis dulcore temperatam. Non est consultum irritare quibus possis mederi, nec alienandi sunt, quos possis lenitate revocare. Nomen hæreseos quo magis est invisum, eo magis ab hoc temperandum quoad licet. Nunc nihil magis est in ore quibusdam. At rectè quidem distinguit tua prudentia hæreticum ab hæresi, tum hæresim pro factione impia, ab hæresi errore, qui pertinaciter defensus faceret hæreticum, verùm has subtilissimas distinctiones non intelligit crassum hominum vulgus, cum audit hæreses hujus aut illius, nihil aliud intelligit, quam hæreticos esse, de quibus sit mentio. Nec possunt imaginari, quomodo bellum dicatur *Gallorum*, cum ipsi bellatores non sint. Imò cum publicè loquuntur, ubi metuunt observari se, dicunt hæreses *Capnionis*, cum privatim & inter suæ factionis homines, *Capnionem* vocant hæreticum, obliti videlicet eruditæ distinctionis. Adeo vilis est istis aliena fama, qui suam habent charissimam. At te quidem video moderatiorem aliquanto in libellis posterioribus, speróque futurum, ut posthac magis ac magis hac laude teipsum superes. Consulueris autem non ordini modò *Dominicano*, verùm etiam universo Theologico, si quorundam maledicentiam insulsissimam autoritate tuâ reprimas, qui passim in publicis aut privatis prælectionibus, in disputationibus, in conviviis, in conciliabulis, in colloquijs, &, quod gravissimum est, in sacris ac publicis concionibus virulentissimè deblaterant in linguarum peritiam, in politiores literas, in harum invidiam antichristos, hæreses, & alias id genus tragicas voces admiscentes, cum obscurum non sit quid ecclesia debeat viris linguarum peritis, quid debeat eloquentibus. Hæc studia non obscurant Theologicam dignitatem, sed illustrant: non oppugnant, sed famulantur. Neque enim ideo protinus cum hæresi copulata sit musica, si quis fortè musicus huc prolapsus deprehendatur. Damnandus est error hominis, studiis suus servandus est honos. At nimis prolixum sit referre, quàm ridiculas fabulas de quibusdam audiamus quotidie, qui dum conantur apud imperitam plebeculam traducere bonas literas, cordatis, doctis, ac probis viris suam produnt impudentiam parem stoliditati. Si Theologia cohonestabit hæc studia, vicissim ab his decorabitur: sin suggillabit & calumniabitur, metuo nè fiat, quod ait *Paulus*, ut dum mutuis morsibus sese conficiunt, invicem sibi sint exitio. Hæc si puro synceróque animo à nobis dicta, simili animo acceperis, non dubito quin futurum sit, ut olim mihi gratias acturus sis pro cõsilio tum vero, tum amico. Non indignaberis, opinor, admoneri ab *Erasmo*, ut nihil aliud, certè natu, ni fallor, grandiore, quando *Moses Jethro* cõsilium non est aspernatus. Vale pater eximie, méq; refer in eorum numerũ, qui tuam amplitudinem haud quaquam fictè diligunt. Majorem in modum precor, ut me tuis sanctis precibus *Christo* commendare digneris, qui suo mitissimo spiritu semper animum tuum moderetur. *Antuerpiæ*. III. Id. Augusti. Anno M. D. XIX.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

Eras. Roterod. Edvardo Leo S. D.

Epist. 1. Quòd à me dissentis alicubi, non admodum ægrè fero, semper hoc licuit inter eruditos, incolumi amicitiâ. Quòd istis rationibus rem tractas, demirabor si quisquam vir gravis probet, quando nec ipse probat *Joannes Briæus Atensis*, tui, ut par est, amantissimus. In tot millibus annotationum, in tanta sententiarum & ingeniorum varietate, quid novum aut mirum, sicubi vidisses, quod me fefellisset? aut tibi minus placeret, quod mihi non displicuisset? Quis autem probaturus est, quòd subitò ex amico factus hostis, in absentem scripseris, cum nec ullâ lacessitus esses injuriâ, nec unquam exposiulâsses cum præsente? quòd in veterem editionem scripseris, cum scires adornare me novam? quòd opus tuum per omnia monasteria sparseris, præsertim ubi scires esse qui mihi parum bene vellent? quòd iis modo communicaris, quos novetas iniquiores *Erasmo*? quòd nunquam provocari potueris, nec *Atensis* autoritate, ut mihi voluminis tui faceres copiam, imò ne ad hoc quidem, ut voce vel unum proferres locum, quem reprehendisses? quòd virulentis conviciis, immò mendaciis, opus passim asperseris (id enim affirmant qui viderunt, neque reclamant paginæ quas intercepi) quòd nusquam non prædicas ac jactitas sexcenta loca absque reprehensa, nec unius interim facis copiam? Quæso te, unde istud exemplum vel gravitatis vel animi *Christiani*? Si prodesse vis omnibus, cur non edis? Si me docere vis, cur solus non impetro ut legam? Si tibi scripsisti, cur tam latè volitat liber? Si diffidis operi tuo, cur sic ubique jactas? Si fidis, cur tam anxius es, nè quis legat, nisi qui mihi parum sit æquus? Ita dum me tradocis apud eos, qui tibi orati, mihi malè cupiunt: nec me reddis meliorem, & illos inficis. Quid quod interim nec tuæ gloriæ, quam hoc tumultu venaris, satis rectè consulis? Si statim edidisses opus tuum, omnes admirati fuissent prodigiosam ingenii tui felicitatem, qui panculis mensibus tantum *Græcitatis* & *Hebraismi* devoraris, ut tuo judicio nihil sapiat in *Græcis Erasmus*, in *Hebraicis Hieronymus*, si tamen hæc est illius translatio: nam id honoris gratiâ soles addere, nè parum videare tribuere *Hieronymo*. Imò aiunt, te mox triduo posteaquam *Hebraissare* cœperas, multa damnâsse in *Capnione*, nonnulla etiam in *Capitone*. Et fieri poterat, ut summus Pontifex admiratus istud ingenium penè divinum, tibi traditâ virgulâ, totius orbis censuram fuerit mandaturus: nec jam ullus liber aut ederetur, aut legeretur, nisi *Lei* suffragio probatus, nimirum totius rei literariæ *Aristarchi*. Nemo [illegible] que dictitant, te hoc consilio premere [illegible] istas annotationes, ut me fatis functo, [illegible] mum edas, ἐσόμενος victurus, id est, inglorius victoriam reportaturus, cum nemo sit qui [illegible] certet. Alii prædicant interim undique [illegible] te, quid quisque calumnietur, nec tu [illegible] futurum, quàm alienarum sycophantiarum [illegible] fodiam, in qua minima portiò sit tui [illegible] periculum est, nè fiat, ut cum tibi [illegible] mam laudem, minus ex tuo libro referas [illegible] quàm *Latomus* retulit ex suo illo frigido [illegible] go, in quo ferunt totam Theologorum [illegible] tem desudâsse. Nec dubito quin tibi [illegible] arrideant quæ scribis, sed cave puer [illegible] mnibus arrisura, cum claræ luci [illegible] rint. Quod juvenis gloriæ fame [illegible] scendum arbitror: at quòd istâ vil [illegible] gloriam, qui non solum Theologus [illegible] verumetiam sanctulus haberi vis, [illegible] probabit posteritas, etiamsi non [illegible] qui nunc applaudant. Atque hanc [illegible] fermè biennium agis, & adeo dulciter [illegible] immorituros videaris. Nec tamen [illegible] adeo tibi sum infensus, ut copiam [illegible] vel pilo minus amicum esse meâ [illegible] abest ut gravius aliquod malum [illegible] Sed nec nusquam gentium non [illegible] undique volitant emissarii istorum, qui [illegible] emplo simul & mendici sunt & tyranni, [illegible] sit incredibile. Nec ulla est natio in [illegible] lebrationes non aliquot amiculos [illegible] rint, at in *Germania* complures sunt, [illegible] pensiùs student etiam quàm velim. Nec [illegible] hujus generis animos, ingeniique [illegible] Nondum enim prorsus exuerunt [illegible] ferocitatem, quam vis assiduè mitescant [illegible] literis. Vides quibus libellis confodiant [illegible] quibus sunt lacessiti. Equidem [illegible] partim oratione, partim epistolis [illegible] cohibiturus etiam quantum erit in me. Sed audio quosdam his atrociora minari, quod [illegible] si quid accideret (id quod Deus avertat) [illegible] possem tuo mederi malo, & ut est [illegible] hominum suspicio, invidia facti in meum [illegible] que caput recideret. Ita ex tuo malo mihi [illegible] plex incommodum nasceretur, primùm ipse [illegible] lerem meâ causâ lætum esse, cui nihil tale [illegible] accidere, deinde non deerunt, qui suspicentur me connivente factum. Jam, ut spero, nihil hujusmodi futurum, ita contra metuo, nè quid accidat. Si nihil est periculi, amicè timui; sin est, amicius prænonui, quo possis, si videretur, aliquo consilio occurrere, quod tuæ prudentiæ videbitur esse commodissimum. Bene vale. *Lovanii.* Id. Jul. Anno M. D. XIX.

Erasmus

Erasmus Roterodamus Thomæ Lupsetо S. D.

EX literis magni cujusdam amici, sed qui idem *Leo* non sit inimicus, cognovi istic latè sparsum esse rumorem, & ita sparsum, ut plerisque fidem quoque fecerit, hîc meâ, meorumque operâ fieri, quo minus *Edvardo Leo* librum suum, quem jam olim adversum me parturit, aliquando parere liceat, & typographis obstetricantibus edat in lucem. Immò nos minis territare hominem, nè quod scripsit ausit evulgare. Jam ista τῦ πελάγου κακὰ mirari non debeo, quibus ut penè cotidianis jampridem oportuit assuevisse. Illud admiror, quinam sint istius omnium impudentissimi rumoris autores. Non enim adduci possum, ut credam *Leum*, qualis qualis est, usque adeo perfrictæ frontis esse, ut ista sustineat affirmare, nimirum ipse sibi probè conscius, rem longè secùs habere. Neque enim tam stupidè credulus sum, ut mihi quisquam, vel persuaserit, vel persuasurus sit, *Leum* perpetuò pressurum egregias illas suas vigilias, annis jam aliquot desudatas, spem immortalitatis suæ, & unde potissimùm famam suam voluerit auspicari. Compertum habebam eum harum rerum parciorem esse, quàm ut passurus sit, tantum operæ atque olei sibi perire. Nec intantum sum obesæ naris, etiamsi minimè suspicax planéque simplicis ingenii, ut mihi non suboleret, quid ageret ille. Et si meus stupor hoc minus potuisset deprehendere, tamen non deerant, qui submonerent, primùm hoc venari *Leum*, ut si quid mihi accideret humanitùs, aut si quis casus in regionem longinquam avocaret aliquò, tum demum ille, non tutiùs modò, verùm etiam feliciùs ederet suas notationes γλυκεῖ ἐπάδοντα φύλακος ἐκλελοιπότος. Novit ille verum esse, quod vulgò dicunt, *non remordere mortuos*. Fortassis & apud *Quintilianum* legit (nam videtur & bonas literas aliquando degustâsse) *si quis mentiri velit, in neminem id posse fieri tutius, quàm in vita defunctos*. Deinde non ignorat, tametsi stimulatur famæ gloriæque siti, quàm ingens ipsi fœnus hæc dilatio sit allatura. Siquidem dum interim undique captat, quid quisque calumnietur, in conviviis, aut in conciliabulis, quid suggerant *Dominicani*, aut *Carmelitæ*, quid notârint Baccalaurei Theologiæ candidati (nam his datum erat negotium, ab istis, qui post non staudabuntur suâ laude) quid Licentiati, quid Magistri nostri, si qui sunt, qui mihi parum æqui videntur, arroserint: dum subodoratur, quid ego aut alius pro me respondeat, dum inter relegendum quædam displicent, quæ primus ille scribentis calor nimium commendârat autori: dum animus ac fortassis odium identidem novum aliquid indicat, quod calumnietur, quando dolor, non solùm eloquentes, verumetiam ingeniosos facit, &, juxta Satyricum, *absolvit indignatio versum, quem natura negat*: Postremò dum ex quotidiana lectione, subinde nonnihil adjicit auctarii, nimirum fit, ut opus exeat non solum locupletius, atque instructius, verumetiam emendatius. Nam ipse mihi fassus est in proximo colloquio, se totum ferè opus à capite, quod aiunt, usque ad calcem, retexuisse, multa resecuisse, ut jam à posteriore novi Testamenti editione supervacanea, tum pleraque mutâsse, in nonnullis à seipso dissentire, re diligentiùs pensitatâ. Porrò quòd ista facit, postea quam decretum est belligerari, nec admiror admodum nec indignor magnopere. Suum agit negotium, fortassis jus belli permittit, ut nihil non machineris in eum, quem velis opprimere. Verùm in hoc illius prudentiam nonnihil desidero, quòd in eo, de quo modo dixi, colloquio, seriò mihi fassus, sibi totum opus retexi, tamen urgebat ut sibi crederem asseveranti, nunquam futurum, ut librum eum evulgaret. Hoc scilicet consilio sumpserat operam in retexendo, uti retextum premeret. Veritatis ut simplex, ita constans est oratio, nec ullis frequentius accidit σφάλματα μνημικὰ, quàm iis qui non loquuntur ex animo. Nisi fortè non fuit ille memoriæ lapsus, sed meus stupor hanc illi fiduciam addidit, ut existimârit me protinus crediturum, primùm rem tam incredibilem, deinde tali autori. Proindè cum mihi persuasum esset omninò futurum, ut ille quod scripserat evulgaret, & adeo persuasum esset, ut nec hi mihi diversum persuadere potuerint unquam, quibus ego nihil non soleo credere, atque hac unâ in re dissentirem ab his, quibuscum libentissimè consuevi sentire, neque nescirem quantum illi commodi, rursum mihi quantum incommodi foret allatura mora, imò quanto meo periculo, quantâque illius spe prorogaretur opus, quis non desideraret in me sanam mentem, si quod isti jactitant, modis omnibus obniterer, nè liber exiret in manus hominum? Mihi semper fuit eadem & mens, & oratio, ut optarim quamprimum evulgari quicquid esset operis. Si proferre possunt ullam epistolam, in quâ secus sentiam, si producere, qui me secus loquentem audierit, vicerunt. Sed hujusce rei non possum alium magis idoneum testem adducere, quàm *Leum* ipsum. In primo congressu, cum à proximè relicta *Basilea*, venissemus in colloquium, idque in ædem divo *Petro* sacram, quemadmodum rebus parum pacatis, belli duces solent in locum aliquem utrisque tutum convenire, atque ille jactaret plusquam trecenta loca sibi notata, quæ nemo posset diluere, nè res exiret in rabiem & in contentionem, cum *Christianis* omnibus, tum verò præcipuè Theologis indecoram, proposui ut è tribus unum eligeret. Primum, ut quod maximè dignum esset animo *Christiano*, quódque dignum nostrâ vetere necessitudine, in qua professus esset se talem fore, ut tametsi novus amicus, nulli tamen veterum fide, atque officio cederet, communicaret suas annotationes. Nam eam voluminis partem, quæ nostras annotationes complectebatur, licèt esset excusa typis, nondum tamē editum esse, nec futurum ut ederetur, nisi toto opere absoluto. Adhuc integrum esse, mutare chartas aliquot, non illud quidem jam absque jactura pecuniæ, sed mihi longè chariorem esse famam meā, ac publicam studiosorum utilitatem, quàm pecuniam. Proinde si quid indicâsset, quod alicui jus ēsset momenti, me sarturum, sed ita, ut nihil interim mihi suffurarer alienæ laudis, ingenuè testaturum cum honorifica nomenclatura *Leici* nominis, cui fructum illum deberet lector. Hanc conditionem adeo æquam, ut his quoque probaretur, quos tum suspicabar, post comperi, mihi neutiquam æquos esse, cum ille toto corpore renueret,

ad id quod erat proximum descendi. In rem præ- A pariter & illum offenderet, & bonarum
sentem utrique veniremus, & collatis utriusque rum cultores invidiâ gravaret. Nam
voluminibus negotium vivâ voce transigeremus. me pertinet, puto neminem esse, qui
Ita nihil fore scrupuli, cur timeret exemplari suo. legerit, vel mecum aliquam egerit
Quod cum nec ipsum placeret, cœpi provocare, nem, quin perspectissimum habeat
ut opus suo meóque periculo publicaret, nihil deteſtari, quàm exempla libelli
enim aliud superesse, quando jam liber ipse pro- lentiæ. Itaque sic mecum
pemodum esset editus, mihi non item, cum in esset periculi, amicè monui;
exemplaria non pauca propagatus, legeretur à timui. Nec dubitabam, quin
conjuratis duntaxat, & me rumor per illum, illi- nem esset boni consulturus. Quod
úsque fautores jactatus, magis etiam gravaret, B cium meum secus interpretatur, malo
quam si fuisset editus liber, ut semper auget fama hoc officii perisse mihi, quàm illum
quod dissipat, præsertim si quod sit affine malis. tum mihi hac sanè in parte debeat.
Quod si ipsum vel sumptus, vel opera deterreret, epistolam quam illi proximè
me meopte impendio, meóque periculo curaturũ, quod simpliciter & amanter
ut excuderetur. Ad hæc si quid addubitaret de meâ cebit me illum ad editionem
fide, sibi servaret antigraphum, quo mox coargui non deterruisse. Imò non ob
possem, si quid esset à me vel additum, vel omis- topere stomachabantur amici mei,
sum, vel immutatum. Hæc opinor sic esse gesta, insolenter ubique jactaret
Leus ipse non inficias ibit. Alioqui vel illud ar- ret tamen. Neque verò me
guerit me nihil fingere, quod *Leus* aliquando ami- C hic *Leus* sit usus. Cum nondum
cis communibus, simulatque jam gustum operis structus ad editionem, voluit
cepissent, magnopere deterrentibus ab editione, lucrifacere, quasi in gratiam
per literas questus sit se per me provocatũ ad edi- opus. Rursus ubi jam gestiret
tionem. *Theoderico Aluſtensi* semper suasi, ut si bique videretur uteunque
Leus traderet exemplar, excuderet, me volente cœpit, se per me provocari
id facturum. Cum comperissem illum *Antuerpiæ* offenderit suos amicos,
egisse cum duobus typographis de publicando li- ab edendo. Proinde si
bro, nec processisset, nórunt omnes quàm indignè eadem garrientes, dic
tulerim quod institutum erat, ad nihilum recidisse. vehementer falli, aut
Mox accito typographo, quãto possum studio ago, D Denique si qui hæc, quæ
ut pactionem instauraret, sed *Leus* mutatâ senten- dent, in promptu est
tiâ, sese jam subduxerat. Rumor sparserat, ab illo tradat *Leus* librum, &
volumen esse missum *Coloniam*, ut illic ederetur. excudendum, idque
Scripsi duobus amicis, sinerent edi, tantum cura- omnes me hactenus
rent, ut mihi maturè fieret voluminis excusi copia. tur. Atque ut manifestum
Nam illud ab iis jactabatur, qui *Leo* favent, sic ex- rejicio, ita quod verum
cusum iri librum, ut inter mihi malè volentium facilè suspicarer futurum,
manus volitans, post annum demum à me depre- esset variis contumeliis, vel
henderetur. Et multis conjecturis adducor, ut id utcunque nunc affectus
verum esse credam, eas aliâs fortasse adducam. E mo negotium hoc suscepisse,
Jam producere possum quibus testibus receperim stulabit clarissimis
me effecturum, ut *Theodericus* librum excuderet, quòd ipse sæpius
quo possit ipse *Leus* præsse castigationi. Appellent tantopere caveret, nè
qui volent *Galfredum Les* fratrem, per quem ve- set mihi omnium uni
lut ἐμοῦν quempiam, aliquoties mecum collocutus copiam faceret tam
est, quoties per hunc provocavi ut ederet. Postre- esse quædam, quæ mihi
mò jam dicebatur transegisse cum *Michaele* typo- quasi verò non
grapho *Antuerpiensi*, nihil esse in morâ, nisi quòd beret, quæ mihi coram
dubitaret, quo animo essem id laturus: Respondi, vel quòd una atque
ut maturarent, mihi vehementer probari. Hæc li- F fortè contigit intercipere,
teris meâ manu scriptis docere in prompru est. Et futurum esset reliquum
post hæc quæ tandem imprudentia est dissipare va- mentis, non contumeliis;
nissimam fabulam, me modis omnibus adniti, nè viciis rem ageret.
liber evulgaretur? Jam de minis quoq; paucis di- scribendo laborem, tum
cam, in quo non solùm demiror impudentiam, Nunquam enim
verumetiam insignem ingratitudinem istorum. locis à me dissentiret.
Senseram quosdam mihi impensiùs etiam quàm quòd nostram
ipse cuperem faventes, nescio quid submoliri, ut in Sin admisceret
Leum atrocibus libellis inveherentur, atq; etiam tum laborem, tum
si pergeret, non calamo tantum, sed fuste rem ge- G illum in periculum
rerent. Quorum utrunque, utì nè fieret, cum quan- desfus ac gravis
tum in me fuit obnixus essem, inimicitias de- malo constrictum iri,
nuncians ei, qui rem tam barbaricam, & literis si responderem
indignam meâ causâ fuisset aggressus, non tamen viderer illi non
ita fisus sum illorum ingeniis, ac promissis, cuin tasse plerisque viderer
Leum quoque super hac re commonefaciendum congessisset. Opinor
esse putarem, nè quid accideret incauto, quod non videri & prudens
animo semper fui, ut qualis qualis esset liber,

primus

primum exire in lucem optarem, quid vis passurus citiùs, quàm quorundam insulsissimas gloriolas. Nec enim sum tam iniquus *Leo*, quàm quidam existimant. Scio quid possit gloriæ stimulus, quàm violentum calcar habeat ambitio laudis, quid valeat juventæ calor, præsertim in eo, qui nunc primum famæ stadium sit ingressus. Ad quid enim non adigat nominis immortalitas, enm non tabulosum sit, quod de *Erostrato* proditum legimus? Adest ingenium non aliter avidum gloriæ, quàm Naphtha flammæ; nec deerant exempla, quæ, juxta *Flacci* proverbium, oleum'adderent camino. Nam ut nè commemorem vetera, videbat quantum si non laudis certè famæ sibi nuper parâsset *Ortuinus Gratius*, ex una aut altera qualicunque conflictatiuncula. Intelligebat esse verum, quod scripsit *Pindarus*, bello nobilitari viros, & quos tranquillitas obscurat, tumultus illustrat: nec fugerat illum, opinor, illud *Græcorum* proverbium, ὁ δὲ πόλεμος κὰι τὸ δεγκλείδης πολυμαχῶν perspiciebat, & longam, & difficilem esse viam ad parandam gloriam, scribendis libris innotescere mundo, nec admodum dissimilem *Hesiodiæ* illi. Vidit aliam magis etiam compendiariam ea, quam tibicen ille apud *Lucianum* indicat discipulo, nimirum ut artis suæ specimen præberet iis, qui jam omnium judicio probati tibicines haberentur. Sic enim compendio fore, ut horum suffragiis commendatus, quorum judicio plurimum tribueret vulgus, per universam *Græciam* illustris evaderet. Honestam sanè viam indicavit ille tibicen, sed quæ nonnullis nondum satis compendiaria videtur. Malumus insynceram gloriam, quàm quæ verior, sed seriùs contingat. Qui tamen aliena scripta, primùm uno statim anno tantundem nominis assequitur, quantum ille multorum annorum vigiliis sibi paravit. Deinde vulgò doctior habetur, qui reprehendit. Postremò non desunt, qui admisso subdant calcar, qui currentem incitent, qui acclament, qui mellitissimum illud ὤτα succinant, qui applaudant, qui medio in cursu frigidam suffundant, qui

Crescentem tumidis inflent sermonibus utrem.

Hæc faciunt, ut etiam si quid juvenilius scriptũ esset à *Leo*, non admodum ægrè laturus sim, modò nè nimium diu torqueat nos ista parturiens, pollicitans, jactitans, minitans, obtrectitans, & rem ad seditionem vocans. Quod si meo consilio parens meminerit ubique modestiæ *Christianæ*, magisque spectarit, quid ipso dignum sit, quàm quid cupiant quidam, qui alienis ingeniis abutuntur ad lædendum suboleścentia meliora studia, non solùm apud studiosos, verùm apud me quoque gratiam non mediocrem inibit. Cur enim mihi turpe ducam, si in tot millibus locorum, quæ vel restitui, vel explicui, cernat aliquid, quod meos oculos aliò properantes suffugisset, aut deprehendat in quo à me dissentiendum putet? Non hac lege scripsimus annotationes, ut cæteris jus esset ademptum, vel addendi, si quid præterea queat aliquis animadvertere, vel corrigendi, ubi nos essemus hallucinati, non solùm homines, verumetiam & ingenio perquam exiguo, & eruditione vix mediocri. Id etiamsi non essem testatus, tamen nemini debeam usque adeo videri arrogans, ut cum ipse non dubitem locis aliquot à probatissimis doctoribus, *Ambrosio*, *Augustino*, *Hieronymo*, *Cypriano* dissentire, cæteris præscribam legem, nè quis à me dissentiat. Nunc clarâ voce testor, me velle jus hoc primùm mihi ipsi integrũ esse, deinde alios ad hoc studium provoco, atque invito, tantum abest ut deterream. Atque hæc fortassis non legerat *Leus*. Nam memini cum in colloquio quodam me graviter admoneret, ut testarer alicubi in Præfatione, me non hoc animo edidisse Novum Testamentum, quod nollem à *Græcorum* lectione usquam dissentiri, móxque respondissem jamdudum id mihi non semel testatum esse in prologis, aiebat sese præteritis præfationibus, ad rem properâsse. Atqui si idem, inquam, faciant cæteri quod tu, quid retulerit fuisse testatum? Illud mihi videor meo jure sumpturus, neminem ante me vel plura, vel diligentiùs annotâsse. Ut né dicam interim quod in eo opere, non profiteor me quicquid est scitu dignum annotaturum, sed ea duntaxat, quæ ad lectionis syncéritatem faciunt. Quod si cui videbitur, diversorum generum annotationes complecti, non continuo me vicerit, nisi in eodem argumento se præstiterit copiosiorem. Et tamen sic faveo piis studiis, ut non à *Leo* tantum, verumetiam ab omnibus vinci cupiam. Ad *Christi* gloriam, ad publicam utilitatem eorum, qui deamant sacras literas, hoc quicquid est laboris desudavi, cur repentè mutatus inviderem iis, quorum gratiâ tantum vigiliarum exantlâssem? Imò cur mihi ipsi invideam, si quis suo sumptu me velit docere vel plura, vel rectiora? Quæso quid hic est, quod vel mihi *Leus* indignetur, vel ego sim illi iniquior? Si non probat argumentum susceptum, cur ipse voluit in eodem argumento versari, & cum res ferè tota pendeat à *Græca Latinâ*, linguæ peritia, cur mihi non concedat uti usque linguæ aliquanto, opinor, peritiori, quam ille sit, quod ipse sibi permittit, nuper *Græcæ* linguæ rudimentis initiatus, nec eo progressus adhuc in lingua *Latina*, ut mecum opinor, dedignetur uti jure communi: deinde cur mihi non permittat in Novo Testamento, qui sibi nihil non permittit in Veteri, idq; nuper degustatis *Hebræorum* literis, præsertim cum à me stet tot probatorum exemplarium consensus, tot orthodoxorum autoritas, ille præter hodie vulgatos *Hebræorum* codices, & lexica quædam, nullis penè præsidiis nitatur? Postremo cur mihi jus non sit hoc facere; hortante, & approbante *Leone* Pontifice Maximo, quod ipse sibi sumit autoritate propriâ? Neque verò hæc dico, quòd parum comprobem *Lei* industriam, sed quo declarem neutri causam esse, cur alteri vel invideat, vel indignetur. Etenim qui contendunt nefas esse quicquam immutare in vulgatis nostris codicibus, prorsus insaniunt, ut abundè docuimus in *Apologia*, quâ Novo Testamento præfati sumus. Sin quædam in opere meo non probat, quorsum opus erat hac belli specie, quorsum tot oblatratibus, tot susurris, tot sycophantiis, tot obtrectatricibus epistolis? cum ego ultrò provocarim ad hoc officium, priusquam *Leus* attigisset *Græcas* literas, aut suspicaret futurum etiam ut attingeret. Non sum tam impudens, ut factum improbem, ad quod provocavi, viam modúmq; facti, nullus opinor cordatus, aut gravis homo probaturus est, quando nec illi visus est hac in parte *Leus* æquum facere, cui nihil non æquum videri solet, quod bonis literis, & *Erasmo* adversetur. Quòd si rectam rationem maluisset adhibere

adhibere in consilium, quàm iram, aut odium, aut
livorem, aut ambitionem, aut alium his similem
affectum, neq; me læsisset dux & organum factus
sycophantis, qui nunc nescio quo fatali sydere
regnant, & sibi gloriam peperisset, ut uberiorem,
ita etiam veriorem. Primùm enim, cum difficil-
limum sit prodesse, lædere facillimum, ab illo po-
tiùs quàm ab hoc debebat parandi nominis augu-
ria sumere. Nunc cum audito *Lei* nomine, ante-
hac obscuro, rogabunt hospites, quid hominis est
Leus iste? Respondebitur, is qui primus omnium
extitit, Erasmomastix. Ut ingeniosius, ita plausi-
bilius est novum aliquod opus gignere, quàm in
alienis libris ingeniosum ac doctulum velle vide-
ri: præclarius est autorem esse novi cujuspiam
operis, quàm in alienis operibus *Momum* quen-
dam agere, etiamsi *Momus* reprehendit duntaxat,
non etiam calumniatur, liber veriùs, quam con-
tumelioſus. Quis autem ferat eum convivam, qui
in epulo accumbens magnâ curâ graviq; sumptu
apparato, dissimulet si quid lautum sit, ac tantum
degustatis omnibus, damnet & exprobret convi-
vatori, si quid deprehenderit, quod parum palato
respondeat? Quanto civilius sit convivatorẽ illum
vicissim domi tuæ lautioribus epulis accipere.
Proinde si rem ingenuè, si *Christiana* lenitate ges-
sisset, nemo probus non probâsset hominis indu-
striam. Egissem & ipse gratias, ac laudibus applau-
sissem. Jam si vel ingenii vis, vel ætatis calor ad
bellum pertraxit, proximum erat, ingenuè bel-
lum gerere: virtute, non technis: viribus, non
insidiis: aperto *Marte*, non dolis. Qui cædem,
incendium, qui internecionem moliuntur hosti,
prius missis fecialibus expostulant, rem repetunt,
conditiones præscribunt, quæ si præstentur, arma
non recusant deponere. At *Leus* coràm amicum
nulli cessurum professus, subitò factus est inimicus,
nec læsus unquam, nec expostulatione factâ. Im-
mò cur in odium mei factus est amicissimus iis, de
quibus antea pessime & loquebatur, & sentiebat?
Id si inficiabitur, est in promptu quo possit redar-
gui. Deinde cur in præsentem mutus, in procul
absentem ferox, ac formidabilis esse cœpit? cur
captato etiam tempore ad lædendum magis ac-
commodo, cum sciret hic exulceratam rem, ob
quorundam conspirationem, in eo ulcere, velut
unguis extitit, ac ceu noxius humor buboni sese
adjunxit? Cunq; cerneret linguæ morbum apud
nostrates ἐπιδημεῖν, cur primus impulit *Dodonæum*
lebetem amicus nemini cessurus princeps & autor
tinnitus perpetuâ reciprocatione in orbem obam-
bulaturi? Cur veterem editionem calumniatus
est, cum sciret me novam emittere? Aberam hac
de causa *Basileæ*. Nunciabar, ut eram, ægrotus,
fortasse rumor, ut solet, rem auxit, & mortuum
esse sparserat. Hic subitò fortis *Leus* totam hanc
regionem, ac suam *Angliam* sexcentis illis locis
implebat. Quòd si hæc simplici animo facta sunt,
cur reverso non exhibuit, quod sine fine jactitat
apud omnes? Si me mihi voluit ostendere (sic
enim ille loquitur) cur uni non fit legendi copia?
Si sibi scripsit, cur in tot exemplaria propagatus
liber, per multas etiam provincias volitat inter
manus conjuratorum, apud quos esse tantum fidei
demiror in re sycophantica, cum hodie vix us-
quam reperias, qui in re quamlibet honesta fidem
præstet. Si scripsit omnibus, cur non edit? Si de-
crevit premere, cur sic ubique jactitat, cur tam
multis impartit: denique cur retenis tot
recudit? Si verum erat quod antea pr
nihil esse cui posset responderi, cur non vel
culis locis ausus est periculum facere? Cur
à seipso in multis dissentit? Si fidit libro
totus est in hoc, nec veniat in manus
diffidit, cur tot fumos ubique spargit?
edere, cur tam anxiè celat? Cur non
ditione toties delatâ? Cur quiritatur
quod ad editionem provocem? Quid
ista perplexa inconstantia, *Volo, nolo,*
Si simplici, puróque animo hæc fiant,
tissimùm ostendit, quos novit mihi
Quibus hic non videtur ob aliud
nisi quòd mihi malè volunt. Cur his
quos scit mihi certos amicos esse? Si
mihi percontanti, cur *Thomæ Moro*
copiam sui libri, respondit, eum mihi
amicum esse. Et tamen est is amicus
licèt *Leo* ὁμόπατεις quoque, in quo vide
πλεονεκτεῖ. Adeo satis idonea causa vis
gandi, quòd mihi ex animo esset amicus
interim locupletat, & emendat opus
improbo, sed interim quod verum est,
fateatur. Nè fingat se premere in gratiam
quod in suum commodum differ.
à me provocatum ad edendum cogi,
facere gestiat? Sed interim tamen
spicit, quod dum auget opus suum,
ris gloriam. Si statim edidisset
opus, nemo non credidisset rem ipsius
stam. Nunc periculum est, nè plerique
prodire cornicem *Æsopicam*, plumis
venditantem, ut etiam si quid præstiterit
gloriæ portio sit ad ipsum reditura.
vide quæso te, quàm nec illic sibi
Expectat ut casus aliquis me tollat
Quid? An vir fortis tum demum
em? & opima spolia feret? ovationem
umphum aget? ac non metuit potiùs
turpissimum, dicatur & ipse cum larvis
Quid unquam laudis retulit ὁ ἐρίμυα
esto, maluit iste tutâ quàm glorioſam
At vereor, nè hoc quoque in diversum
Nec enim dubito, quin pro uno
sint exorituri, qui *Leo* respondeant
quàm ego fuerim responsurus, qui tot
liis hinc atq; hinc lacessitus, nondum
vetere potui depelli, quo decretum est
mittere, ut quisquam meis scriptis
si non defuerũt, qui me libris editis
prosciderint. Ab iis repertum est
libelli famosi. Conspiratum est
iis, qui se devoverunt diis manibus,
perdant & bonas literas & veterem
ut nusquam non blaterent in *Erasmum*,
tationibus, in foris, in conciliabulis,
copoliis, in curribus, in tonstrinis,
in privatis, ac publicis lectionibus,
diatribis, in sacris concionibus,
quiis, in secretis admissorum
bibliopoliis, in tabernis pauperum,
vitum, in palatiis regum, apud
apud crassos Midas, apud indoctam
apud stultas mulierculas, per quas,
exemplo, aditum sibi parant ad
nusquam non penetrantes, nihil non
quo me videlicet de omnibus bene
publicum

publicum odium vocent. Ad hoc sanctum negotium alunt suos emissarios, non minus diligenter instructos ad inficiendos animos simplicium, & imperitorum, & constabiliendum regnum diaboli, quam *Christus* suos discipulos instruxerat ad prædicandum regnum Dei. Ad hoc munus pertinet Evangelicis viris potissimum sunt ubique hodie mundus simul & mendicos alit, & tolerat tyrannos. Quod ego sanè nolim in commendationem ullius ordinis invidiam rapi. sed in eos dumtaxat recidere, qui sibi tyrannidem quandam usurpantes, opprimunt bonos, ac mansuetudine *Christiana* præditos. Asciscunt & auxiliares copias eorum, qui vel frusto panis ad quod vis facinus conduci possunt. Quem non subôrnarunt ad agendam hanc fabulam? Cujus ingenio aut morbo non sunt abusi? Et hujus fabulæ sunt autores, qui de sarcienda pecuniæ jactura tam superstitiosè disputant, nec dissentiunt graviorem esse jacturam eretræ famæ, quàm pecuniæ. Si quis ausit mutire in sophistas Theologos, si quis in *Carmelitarum*, aut *Dominicanorum* superstitionem tentet verbum jacere, protinus cœlum terræ commiscent. Vociferantur periclitari ecclesiam *Christi*, superos atque inferos inclamant. Ipsi cum tantâ malitiâ, tantâ pertinaciâ, tantâ conspiratione mentiantur adversus eum, qui studet omnibus prodesse, lædere neminem, sanctuli videlicet sibi videntur, & pii. In famosum libellum capitalis est actio. Isti talium sibi conscii, non dubitant protinus illotis animis, ad sacrosanctam *Christi* mensam accedere. Et satis esse credunt, si suis vitiis utcunque blandiantur. Quasi verò desit sicariis, & parricidis quo sibi sua facinora utcunq; excusent. Agè conferamus, si videtur, quantum horum scelus absit à libello famoso, aut etiam ab homicidio. Quisquis autor est famosi libelli, primum unum hominem scelere contaminat, isti tot faciunt autores alienæ infamiæ, quot hominum linguas inficiunt, & infectis abutuntur. Ille suo periculo scribit, hii quoniam prætexunt sanctimoniam, laudem etiam sibi venantur ex maleficio. Ille quoniam palàm profitetur hostem, in totum ferè sibi fidem abrogat, isti cultu venerandi, in locis sacris, pro doctrina *Christi*, spargunt venena linguæ in immerentem. Ad hæc libello famoso, etiã si incertus est autor, tamen quoniam certa crimina objicit, responderi potest, quod à Cæsaribus aliquot etiam factitatum legimus. Hii quoniam & multi, & sparsim, & ferè clanculum obtrectant, nescias quid cui respondeas, & vulnus sentis, nec licet autorem vulneris deprehendere. Quod si quando deprehenduntur, ibi in promptu est status inficialis, etiam si rhetoricen nunquam didicerunt, *Non dixi, non ista dixi, secus relatum est quàm dixi.* Jam ut maximè deprehendas omnia, quis possit cum tam multis delitigare? Quid quod vix ullus libellus tam latè spargi potest, quàm istorum calumniæ, qui sic per orbem terrarum obambulant, ut olim non xoue Apostoli, quibus nullus est thalamus tam abditus, in quem non penetrent, qui non aliter permixti sunt toti mundo, quàm sanguis & succus per corpus universum diffusus. Quid quod infamiæ libellum, nonnunquam excusat necessitas, nimirum ubi territatur tyrannus, quem objurgare nulli sit unum. Isti vociferantur in eum, qui cunctis obvius, & expositus paratus est omnibus rationem reddere. Nihil quidquã charius est quàm sua vita. Et tamen bonis viris, hac quoque charior est fama, qui vitam eripi patiuntur, famam eripi non sinunt. Hanc igitur qui destinatâ malitiâ eripit, nonne nocentior est sicario aut etiam veneficio? Sceleratissimum homicidii genus est, venenum in lingua, non in pyxide circumferre. His injuriis cum hactenus nunquam perpeli, cuiverim, ut obliviscerer modestiæ *Christianæ*. Imo ne ad hoc quidem, ut de studiis, bene mereri desinerem, non erat quod vererentur *Leus*, etiam si quid scripsisset procacius, aut juvenilius. Jam istarum rerum non sum insolens & pulchrius, atque etiam fortius arbitror alienam pertinaciam ferre, quam referre. Nec interim desunt tamen, qui mihi procacitatis morbum conentur impingere, quod alicubi attingam communes hominum mores, quod à probatis, ac receptis autoribus alicubi dissentiam, quod cum stomacho quodam rejiciam. Si dissentire contumelia est, quis unquam scripsit, qui non alicubi dissentiat à cæteris? Si contumelia est taxare in genere moralium vicia, cur in publicis concionibus depingunt, & evulgant arcanorum flagitiosum mysteria? quod à me tamen nusquam est factum. Porrò si mihi videor stomachantior, expendere decuit, unde stomachus ille nasceretur. Sævit in *Turnum Æneas*, sed pietati datur quod sævit. *Pallantis* occisi balteus, vicit nativam *Æneæ* clementiam. Videbam sacrosanctos ecclesiæ doctores, parum pro antiquatis, & obsoletis haberi, haberi depravatos, confusos, conspurcatos: Videbam evangelicam doctrinam pene obrutam commentatiunculis hominum, & hujus libros mendarum vepribus, ac zizaniis obsitos. Nimirum hic pietas, non ingeniũ me vehementem fecit. A tam profundo Lethæo non poterat leni placidaque voce mundus expergefieri. Si quid igitur hic stomachatus sum, non admodum me pœnitet. Ubi verò videor immoderatiùs incandnisse, quoties privatam injuriã à me depello? Malim hoc animo prædictus esse, quàm istorum adsimilis, qui ad *Christi* injuriam lenes & placidi, tantum non insaniunt, si de privato lucro, si de gloria vel unciolam detrahas. Hæc pluribus ad te scripsi, ut hac epistolâ, seu clypeo quopiam, impudentissimas istorum nænias facilè propulses. Sed quis tandem erit istiusmodi sycophantiarum aut modus, aut finis, aut pudor? Quando desinent huic excetræ nimium fœcundæ sua repullulare capita? Quis noxius dæmon, quæ *Erinnys*, quis malus genius pestem hanc invexit *Christianorum* studiis? Nam mihi planè videtur fatale quoddam esse malum, quod tam latè grassetur. Dicas *Alecto*, quæ paulo ante Principes ac populos, impiis bellorum tumultibus miscebat, sese vertisse ad studiorum exitiũ. Bellatur inter eruditos penè pernicioſiùs linguis & calamis, quam hactenus inter Principes bellatum est ferro. Et ô Deum immortalem! ubi interim Musæ sorores? Ubi harum sodales simplices Gratiæ? Parum erat, si lues hæc profanas duntaxat disciplinas corripuisset. In ipsas etiam invasit literas, quæ nos solæ poterant docere *Christianam* concordiam, quæ nostros animos ab omni cupiditatum tumultu tranquillare. Hic unicus portus nobis erat relictus, in quem nos ab hisce rerum humanarum undis ac tempestatibus reciperemus. Quis nescit quam variis malis tota hominis vita sit obnoxia? Ab his quo nonnunquam

refocillari

refocillari liceret, patebat nobis divinæ ſcripturæ paradiſus. Hìc dabatur per amœna virecta reptare ocioſis. Hìc è puriſſimis fontibus, laſſi pectoris æſtus refrigerare. Hic aura liberiore reſpirare, hìc dulciſſimos animi fructus undelibet decerpere. Hic gratiſſimos floſculos ungui ſpiritu demetere. Sed unde ſerpens ille noxius, huc etiam irrepſit, ac feliciſſimum ocium, vento diſcordiæ corrupit? Quis ſalubribus herbis, noxium aconitum admiſcuit? Quis limpidiſſimas ſcatebras, malo toxico viciavit? Quis ſalutiferas arbores, letalibus ſorbis adulteravit? Pro charitate, pro modeſtia, pro lenitate, pro candore *Chriſtiano*, livor, odium, ira, contentio, ambitio, ſtudia temperant. At interim ubi purus ille & Euangelicus oculus, ubi judicat livor? Ubi charitas, quæ de malis etiam bene mereri ſtudet, quando dictaturam gerente odio, qui bene merentur pro officio reportant maleficium? Quis ſano judicio locus eſt, ubi bilis dictat, exequitur furor, urget temeritas, abſolvit cæcitas? Porrò quis malorum finis, ubi litem ex lite ſerit, malum è malo propagat contentio? Quomodo vincet veritas, ubi ſummam rerum verſat ambitio? Quid autem rectè dictum erit illi, qui iratus, qui invidens, qui corruptus hoc animo librum ſumit in manum, ut venetur, quod carpat? Immò qui præjudicans ſibi, prius damnavit quàm legeret. Et video rem planè à conſpiratis, ac devotis, immò pluſquam gladiatoriis animis geri. Itaque penè in animo eſt, abſolutis *Paraphraſibus in Paulum*, quod aſpirante *Chriſto*, facturus ſum his hybernis menſibus, in poſterum mihi canere & Muſis, imò *Chriſto* magis. Deſcendat alius qui volet in arenam, ego cum hujuſmodi monſtris, ſatis mihi videor luctatus. Expedit nonnunquam deploratæ malitiæ cedere, cum nec officii fructus eſt ullus, & irritati mali, graviùs lædunt. Sed nos querelæ finem faciamus oportet, cum illi ſuæ veſaniæ nullum faciant finem. Illa querela juſtiſſima mihi tecum communis eſt, quòd mors ademit *Joannem Coletum*, mihi ſynceriſſimum amicum, tibi ſingularem patronum, præceptorem ac potius parentem. O verum Theologum! ô mirum Euangelicæ doctrinæ præconem! Quanto ſtudio vir ille imbiberat philoſophiam *Chriſti*! quàm avidè hauſerat pectus, ac ſpiritum divi *Pauli*! Ut cœleſti doctrinæ, totius vitæ puritate reſpondit! Quot annos ille gratis populum docuit, & hoc ſuum *Paulum* referens? Nunquam mihi tam familiare, aut non ſerium cum illo colloquium fuit, quin ab eo diſcederem melior, aut certè minus malus. Quo magis tibi *Lupſete* adnitendum, ut tantum præceptorem, qui cum tot annos domeſticam conſuetudinem egeris, & eruditione referas, & pietate. Bene vale. *Lovanii* Natali S. *Lucia*. Anno M.D.XIX.

A compulerim verius quàm impulerim, ut quàm nitidiſſimis formulis chartiſ… lucem. In tantum enim abeſt mi *P*… nomini, tuiſque ſtudiis invideam, ut ob… inter nos actam vitæ conſuetudinem, … tam ingenii tui feſtivitatem, vix alii fa… Sed inclementius eſt etiam, quod hoc … primum apud *Latinos* tractari, laudem … dicas, ut mihi coneris cenodoxiæ … ſuſpicionem impingere: cum vix alius … B candidiùs vel impenſiùs faveat bonarum … rum cultoribus, à quibus etiam obſcuri … tati eſt. Adeo non hoc molior, ut … ficiam nomini. Porrò tu mihi ſic … haud dubitaturus ſim vel de meo largiri … riæ, quàm tu quereris me mihi præter … care. Cæterùm quod in prima editione, … facta *Polydori* mentio, mirum eſſe non … id temporis nullus adhuc mihi notus … rus, præter eum quem in Tragœdiis … C obtruncat, & auro vi potitur. Atqui hic … tas ἀναίσχυντον, negans eſſe veriſimile, … præfatio *Matthiæ Schureri* teſtetur, … meum *Adagiorum* libellum excuderit, … formulis expreſſiſſe. Quid ſcripſerit … neſcio, illud negari non poteſt, libellum … rum meum decem annis excuſum … per *Joannem Philippum*, priuſquam … men audiſſem. Quanquam quid hoc … tinet? Etenim cum ille nec tuum … D mus excuderit, nec meum, nimirum … non magis arguit, uter noſtrûm … ſerit, quàm juxta proverbium, in … muſſis alba. Et tamen cum inter … olim incidiſſet inter nos hac de re … monſtravi, unde poſſes elenchum … inde, unde ipſe me comperiſſem … duntaxat editione. Cum adhuc … ſemus ignoti, jam annis aliquot … qualis eſt, libellus terebatur ſtudioſ… E manibus, cum me peſtilentia non ſolum … verumetiam *Coloniæ* conſtanter ſævien… *Lovanium* profugere. A quo quidem … perquam amœno, cur animus meus … dam præſagio ſemper abhorruerit … intelligo. Hìc *Lucas* quidam *Sa…*, … logus, mihi dum illic agerem ſatis … gerro, non aliam opinor ob cauſam … ſtris ſtudiis, niſi quòd ipſe multis … liciter laceſſiſſet Muſas iratas, … ferat, inter conbibones ſuos, me … plo conveſtire me plumis alienis, … *Polydorum* quendam eleganter hoc … ctâſſe, me nihil aliud eſſe quàm … ſimium illius. Hæc cum accepiſſem … rei prorſus ignorarem, dedi negotium … aliquot, qui librum perquirerent *Virgilii …* Cum nuſquam proſtaret, nondum … deportatus erat ex *Italia*, tandem mihi … tus eſt in Bibliotheca clariſſimi viri … G *Buſlidii*, nam is, ut erat omnium … ciſſimus, ex *Italia* ſecum detulerat. … opinatâ prædâ, confero diem & annum, … more ſolent annotare typographi. … ſente me excuſus eſt *Lutetiæ*. Eum … iſſe ex officina *Joannis Philippi* Anno … nii XV. quemadmodum teſtatur … quam typographus ab illo extorſerat …

commendato-

Eraſmus Rot. Polydoro Vergilio S. D.

Epiſt. 3. OTe hominem inclementem, cui parum eſt viſum quòd *Edvardus Leus* me Novi Teſtamenti recogniti gloriâ ſpoliâſſet, niſi tu bonam laudis partem ex *Adagiorum* opere debitæ pergeres adimere. Nam id multis verbis agere videris in præfatione, quâ librum ſemipaganum ac ſemichriſtianum lectori commendas, cujus ego ſucceſſibus adeo non invideo, ut cum *Joannes Frobenius* ab excudendo vehementer abhorreret, ego

commendationem, quam tamen ante librum absolutum scriptam oportuit, tuum exisse in *Italia* tribus mensibus serius. Quod si quis proferat editionem antiquiorem eâ, quam nobis dedit *Joannes Philippus*, id quod scio neminem facturum, non erit tamen causa cur me quisquam insimulet furti aut plagii. Nam fieri potuit, id quod planè crediderim accidisse, ut eadem res eodem fermè tempore utrique veniret in mentem, neque tu de *Erasmo*, neque ego de *Polydoro* somniarim. Itaque si quid est laudis ex invento argumento, uterque sibi possit vindicare, citra alterius injuriam. Hæc quum a me joco dicta sint in convivio, nam te plane credebam jocari, tuum erat seriò conferre primam editionem tui libelli, cum prima mei, priusquam hac præfatione insimulares amicum & simplicem, & tuo nomini faventem, livoris simul & plagii. Sed age finge tuam editionem antevertisse, finge me non latuisse, finge me tam avidum gloriæ, ut amicum non verear compilare, quæso quid laudis erat argumentum inveniſſe? Neque enim nos gigninus proverbia, sed recensemus. Artis Medicæ, Astrologiæ repertoribus multum gloriæ tribuimus, quantulum autem laudis debetur ei, qui è publicis pratis pauculos flosculos, nulli non obvios decerpserit, & in calathum conjecerit? In tractando sortasse nonnihil est laudis, in colligendo perpusillum est gloriæ. Quòd si qua est, ea *Gracis* debetur, qui multis ante nos seculis paræmiologias nobis reliquerunt. Præterea cum tua ex autoribus vulgatissimis collegisses, cur tu mihi potiùs citandus esses, quam illi è quorum fontibus hauserant, quos in potissimùm sequeris. *Beroaldum* nusquam cito, *Politianum* cito, quod is quosdam autores legisse, mihi nondum lectos. Jam accipe & aliud argumentum, si tua legissem, tantus plagiarius nullum tuorum præterm isisem. Nunc in tuis erant quædam non aspernanda, quæ in meis non erant. Jam verò quòd scribis me præter multitudinem nihil addidisse, non satis intelligo, quid sibi velit, in prima editione enumerabantur adagia fermè octingenta, cum tu citra ducenta consisteres. Nec unquam auxi minuta illa collectanea, nisi semel, anno M. D. VI. cum *Lutetiæ* adornarem iter in *Italiam*. Nam ad preces amici *Badii* parentis rursus edere, adjeci proverbiola plus minus viginti, idque ex acervo multorum, quem paraveram in *Venetam* editionem. Ac tua rursus eodem annò sunt excusa *Mediolani* per *Joannem Anglum*. Porrò in editione *Aldina*, cum *Chiliadas* aliquot adferam, non video cur debeat contemni multitudo, præsertim in eo argumento, quod potissimùm constat industriâ colligendi, præsertim cum pleraque contraxerim, aut è *Gracorum* fontibus, aut è scriptoribus, non tam vulgo protritis, quàm est *Perottus* aut *Beroaldus*? Cæterùm an in tractando, nihilo te sim superior, alii judicent. Ego cupiam sic efflorescere literas, ut me à tergo relinquant omnes, non modo *Polydorus*. Verum hæc cum manifestiora sint, quàm ut negari queant, ubi nam est ista veritas, quam in præfatione scribis procul eminere? quáque fretus boni consulis, quòd ego callidus dissimulator conatus sim in gloriæ tuæ possessionem irrepere? Sic te amo mi *Polydore*, sic tuæ gloriæ faveo, ut non graver vel dimidium totius laudis tibi largiri, siquidem hoc tibi foret usque adeo cordi, nisi sic tibi vindicares, ut nec tu mihi sis gratiam habiturus, & ego non candidus in amicum, sed alienæ gloriæ furunculus viderer posteritati, si tamen hæc leget posteritas. Utinam omnes eruditorum centuriæ sic faverent operi tuo, quemadmodum nos favemus. Mihi certè multa arriserunt, præsertim in opere de rerum inventoribus. Vel hinc colligas licet, quàm non fuerimus iniqui tuo libro. *Frobenius*, ut dictum est, abhorrentem ab editione perpuli. Præfationem tuam, quâ me suggillas, ad me miserant, velut execrandam. Remisi jussique, ut bonâ fide, sicut abs te fuerat descripta, excuderent: deleverant mentionem *Lei*, quam tu de illo sanè quam honorificam facis. Jussi ut reponerent. Utrum hæc sunt faventis an non? Non eget tua prudentia meo consilio. Tamen illud tibi suaserim, mi *Polydore*, ut posthac in edendis lucubrationibus tuis *Thomam Morum*, *Cuthertum Tonstallum*, *Thomam Linacrum*, *Guilielmum Lilium*, homines verè doctos & amicos adhibeas in consilium. Bene vale doctissime *Polydore*, ac rem literariam strenuè adjuva. *Lovanii* X. Calendas Januarii, Anno M. D. XXI.

Erasmus Stanislao Epis. Olomucensi S. D.

MIro quodam affectu prosequebar germanum tuum *Turzonem* Episcopum *Vratislaviensem*, illius literis amantissimis ad amicitiam provocatus, quum neuter alterum in vita vidisset, imò quum ille nostram imaginem conspexisset in meis lucubrationibus, ac viciſſim mihi sui pectoris ideam in unis atque alteris literis expressisset. Quo mihi fuit acerbior ejus viri mors, non tantùm ob id, quòd ipse tantum patronum & amicum amisissem, etiamsi nullam ego jacturam in rebus humanis graviorem esse judico, quàm amici probi, verùm multo magis, quòd tantum ornamentum ecclesiæ mors præmatura terris eripuisset. Ut olim πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέτε βάκχοι, ita hisce temporibus non omnes Episcopi sunt, qui mitras gerunt. Atqui hinc certissima spes est fore, ut floreat *Christi* regnum, quòd quotidianis votis ut adveniat optamus omnes, si viri tui similes, non solùm majorum imaginibus, verumetiam *Christi* dotibus insignes, admoti gubernaculis ecclesiæ, quicquid habent vel fortunæ vel dignitatis, vel ingenii, id omne conferant in commoda gregis concredit, & in lucrum ejus, cui reddituri sunt omnes rationem. Hunc mœrorem mihi si non ademit, certè leniit tuæ celsitudinis epistola, quæ declarat te velut alterum *Turzonem* doctrinæ morúmque similitudine verè germanum, fratri demortuo in *Erasmi* amandi vices successisse. Lætor utcunque sartura damni, sed utinam contigisset eam possessionem longè preciosissimam conduplicari, ut nec tu fratrem optimum desiderares, & ego pro uno patrono duobus fruerer. Primus illius obitum obnunciavit *Bruxella Hieroslaus Lascanus Polonorum* Legatus: Aegrè credebam, licèt affirmanti. Mox *Zanderus* præpositus *Vratislaviensis* mihi reddidit animum, confirmans se ex amicorum literis certò scire *Turzonem* convaluisse. Sed idem paulo post diversis acceptis literis, ex falso gaudio me in verum ac certum luctum conjecit. Sed hæc est, non ignota jam fatorum invidia, quæ pulcherrima quæque tantum ostendunt terris, deterioribus ad tædium usque relictis. Quod operam suam mihi *Epist.* 4.

tam

tam propensè offert tua benignitas, magis convenit, ut meam tibi offeram, tantulus cliens patrono tanto. Favorem ac studium amplector: quo mihi nunc sic opus est, ut nunquam aliàs æquè, adversum quosdam odiosè conjuratos in bonas literas, & repullulare gestientem veterem illam ac germanam Theologiam. Quorum tanta est improbitas, ut me nonnunquam mearum vigiliarum propemodum pœniteat. Velim mihi multis modis optatissimum, nondum videre licuit. Is epistolam reliquit apud amicos, munusculum, quod animi in me tui pignus esse voluisti, ipse traditurus, quum dabitur congredi. Pro sacris tuis manibus, epistolam sæpius exosculatus sum, tua manu, ut testaris, descriptam. *Christus* opt. max. celsitudinem tuam nobis servet incolumem.

Erasmus Rot. Guilielmo Taleo suo S. D.

Epist. 5. QUando desines queri, me tuum nomen è *Guilielmorum* catalogo submovisse? Quantumvis abest à catalogo *Taleus*, certè ab animo nunquam abfuit. Monumentum amoris in me tui, quoquo me confero mecum circunfero. Et utinam aliquando contingat ad veterem illam redire vitæ consuetudinem, & quam *Ferraria* primùm sumus auspicati, mox apud *Britannos* renovavimus, feliciter consummemus. Utinam casus aliquis, tuo quidem bono, in hanc nostram *Brabantiam* te propellat. Est *Lovanii* cœlum, quod vel *Italico* quondam adamato præferas: non amœnum modò, verumetiam salubre. Nusquam studetur quietiùs. Nec alibi felicior ingeniorum proventus. Nusquam professorum major aut paratior copia. Hæc commoda si te huc non pelliciunt, certè tanti est pestem *Britannicam* effugere, quæ ut audio, isthic parcit nemini. Bene vale. *Brugis* Idus Augusti, Anno M. D. XXI.

Erasmus Roterodamus Nicolao Everardo, Hollandiæ Præsidi S. D.

Epist. 6. SI patriæ pietas apud me parum valeret, tamen vel tui unius charitas me facilè posset, non dicam in *Hollandiam*, sed ad quamlibet procul semotam pertrahere regionem. Sed jam diu iturientem, ac subinde profectionem adornantem, semper aliquid exortum novæ remoræ non sinit hinc avelli. Neque enim consilium est, insulam istam aliàs adire quàm æstivis mensibus. At æstas apud vos adeo brevis est, ut aliquando nulla sit, priúsque sentiamus eam abire quàm senserimus adveniſse. Nunquam æquè mihi compertum fuit nos cœlo vivere, potiùs quàm cibis. Totam hanc æstatem rusticatus sum, nec unquam quicquam cessit felicius. Tanto redditus sum vegetior hoc cœlo puriore, ut alium esse dicas. Neque tamen minus faveo meæ *Hollandiæ*, quòd tam malè conveniat cum cœlo. Imò miram quandam animo persentio voluptatem, quum animadverto illam cæteris rebus uberem, præclaris etiam ac posteritatis memoriâ dignis ingeniis ditescere. Quoties enim illi sum gratulatus *Martinum Dorpium*, qui nostratium Theologorum unus, scholasticam Theologiam, cum melioris literaturæ peritiâ, qui solidam sapientiam, cum verâ eloquentiâ conjunxisset? At his diebus nos invisit *Hermannus Lethmanus* patriâ *Gaudanus*, qui nisi fallor, *Dorpium*, aut æquabit, aut vincet, nisi quòd *Dorpius* assiduo studio se vincit. *Hermannus* quum antequam Theologicum ingrederetur, feliciter eruditus *Græcarum* ac bonarum, ut vocant, literarum notitiam, ita se gessit in hoc curriculo Theologiæ, ut omnium punctis primum tulerit, idque in ea schola, quæ sine controversiis hoc studiorum genere semper primas tenuerit, quæque verò tantum est instructus argutiis, quibus in scholis velitantur, nihil consilii, nihil historiarum, nihil veterum Theologorum excussit, atque adeo habet in promptu, quod velox, ac rapidum, discendi avidissimum, docilis, judicium præsens & expeditum, quod in hoc genere rarum est, nihil habet arrogans, nihil bilis, nihil supercilii. Mira comitas, modestia. Audit patienter quoslibet. Cedit aminferioribus. Plerique ubi metam *bonicam* contigerunt, perinde quasi jam sint omni studio, in ocium sese recipiunt, delectis libris, sacerdotiis accumulandis. Hic tanta cum laude Theologiæ laureatus, tam avidè versatur in evolvendis toribus, quasi non dimissus à studio, mum admissus sit ad seria studia. plectitur has humaniores literas, nis tamen non sit desertor. Proinde magna quædam spes habet, aut hunc nem fore, qui veterem ac novam sic misceat ac temperet, ut utriusque dalibus abundè satisfiat. Siquidem attigit trigesimum. Et est corporis spera, quæ hoc magis pollicetur vivaciorem ipse victûs sit temperatissimi. Si mini perpetuò licebit apud *Hollandos* bito quin huic similes, complures si modò hæc regio didicerit habere miis ingeniis, & intellexerit, quanto ac vivaciorem gloriam sit hinc latura. commendo *Hermannum*. Non enim tibi notior sit quàm mihi, neque quo studio soleas ejusmodi prosequi, go, ut eum & reliquis *Hollandiæ* ribus commendare studeas. Sic citiùs bit opinionem apud universos, si primorum fragiis commendabitur, & eorum babitur, qui apud omnes sunt probatissimi. quidem non ambit gloriam, sed hoc meretur. Et ad publicam utilitatem de viris optimis optimè sentiat & populus feliciter ubique gliscebant bona studia, bet obstrepentibus ranis, nisi *Lutherus* exorta turbâsset omnia. Et quasi hoc mali, vereor nè, nisi Deus aliquis indies gliscentes bellorum tumultus non turbentur modò, verumetiam extinguantur. Totus orbis *Christianus*, velut in duo divisus, tiabili bello inter se committitur. Duo cipes, ut summi ita juvenes, magisque magnitudine sercces, quàm usu rerum cultis votis animis, alter in alterius perniciem nentes, orbem secum in fata trahunt, terim ô Deum immortalem, ubi tificis autoritas? Ea quum quæstus commendatur, potest & angelis & daimperare, hic nihil potest apud filios perniciosо bello coercendos? Ubi

nium vocales ecclesiastæ? Hìc aut linguam non habent, aut habēt adulatricem. Forsassis olim dicet *Carolus* noster, *Non putâram bellū rem esse tam pestiferam.* Sed hoc dictum nimio nobis constabit. Cæterum nos his in rebus nihil aliud possumus, quàm à superis optare meliora. Si nostra aula decem haberet tui similes, melius cum rebus humanis ageretur. Sed ut ad studiorum causam redeam, posteaquam *Lutheranum* negotium confectum est, quod utinam rectè confectum sit, eò redeunt unde cœperant. Palàm in concionibus & lectionibus publicis damnant linguas ac politiores literas, in *Erasmum* nominatim magnis conviciis débacchantur quidam. Nec video profectò, quid sibi proposuerint. Etenim si hoc agunt, ut populus intelligat in istis ordinibus esse homines impudenter maledicos, hoc jam persuasius est populo, quàm ut ipsis expediat. Sin illud agunt, ut juvenes à bonis literis alienos, ad sinæ theologiæ studium allectent, non poterant eos magis deterrere, quàm hujusmodi moribus. *Lutetia*, *Cantabrigiaque* sic floret Theologiæ studiū, ut nunquam aliàs æquè. Quid in causa? Nimirum quod sese accommodant seculo aliò se flectenti, quòd has meliores literas vel vi irrumpere conantes, non repellunt ut hostes, sed ut hospites comiter amplectuntur. Quòd *Lovanii* frigent theologorum scholæ, nam hoc queruntur quidam, mihi non possint imputare, qui neminem unquam verbo sim dehortatus. Sed paucorum rabiosa pariter atque indocta maledicentia, probos animos alienat. Porrò quod à paucis fit, omnibus imputat vulgus, quum videat hæc toties tam impunè fieri, quum tantas excitarint tragœdias ob unam vocalem à *Græca* linguæ professore dictam, quæ tamen ad nullius contumeliam pertinebat. Vehementer probo, quod maledicis libellis opposuerint Cæsaris edictum, etiamsi nullus istorum queritur de libellis plus quàm famosis, quos ut audio subinde novos *Coloma* profert *Peffercornus*, neque clàm est quorum impulsu id faciat. At oportebat eâdem operâ linguis hujusmodi, sceleratioribus etiam quàm sint libelli famosi, Cæsaris edictum aliquod opponere. Alioqui præclarè cum bonis viris agetur, si talibus scurris, quibus præter impudentiam & linguam maledicam nihil est, impune erit publicitùs incessere famam alienam, & aliis fas non erit libris editis, quâ licet, suæ famæ patrocinari. Indignantur si quis in epistola queratur apud amicum, quod ipsi publicè designant apud populum. Equidem cupiam sic tueri me ut alios non lædam, sed si quis sic hominem impetat, ut suam vitam tueri non possit, nisi vitam adimat impetenti, leges hoc illi imputant qui causam dedit. Dices, in jus voca. Quò tandem? Nec Principem nec Episcopum agnoscunt judicem. Pseudomonachi, quorum libidine res temperantur, sic se gerunt, ut ab his subornari videantur. Priores aut favent, aut in hos jus non habent. Quærendus igitur illorum vicarius, ut vocant. Atque interim is qui hodie debacchatus est apud populum, alibi prandebit. Proinde his rebus freti scurræ, nihil non audent. Vix credas, quàm his factis suis alienant à se multitudinem omnem, sed præcipuè primarios cordatósque viros. Hoc ubi sentiunt, mihi videlicet imputant malum quod ipsi sibi suo jumento accersierunt. Ego tumultus istorum vel ridere possum, tantum

A doleo culpâ hominum malè audire theologiam, malo fermento vitiari studiorum dulcedinem, ac publicos infici mores. Bene vale vir ornatissime. Ex *Anderlaco*, Anno M.D.XXI.

Eras. Rot. Thomæ Moro Serenissimi Regis Anglorum à thesaurìs S. D.

MAjorem in modum probo laudóque mentem istam tuam, *More* clarissimè, qui nullâ re magis gaudeas ditescere quam fidis ac synceris amicis, nec alibi præcipuam hujus vitæ delectationem ponendam esse ducas. Aliis cautio summa est, nè gemmis adulterinis deludantur, tu talium opum contemptor, abundè locuples tibi videris, si tuis possessionibus accesserit amicus neutiquam fucatus. Nec ulli suavior est alea, latrunculi, venatio, musica, quàm tibi cum amico docto ingenuóque libera confabulatio. Hoc opum genere cum vehementer abundes, tamen quoniam sciebam homini avaro nihil esse satis, & mihi tibíque jam sæpe successit feliciter, unum etiam tibi traditurus sum in matrimonium, quem tu totum totus, totoque pectore potes amare. Is est *Conradus Goclenius*, gente *Westphalus*. Qui populus ut vulgo rudior habetur, ita multos nobis dedit summis ingeniis minimèque vulgari doctrinâ præditos. Non aliud genus mortalium, laboris patientius, fide morúmque synceritate, simplici prudentiâ, & prudenti simplicitate potissimùm commendantur. Scis nuper institutum *Lovanii* trilingue collegium. In eo publicè *Latinas* literas, maximâ cum laude, summo totius Academiæ fructu profitetur, eâ morum integritate comitatéque, ut literas quas docet, etiam apud illos reddat gratiosas, qui prius aversabantur. Ingenium argutum, quod feliciter sui specimen præbuit, etiam in his disciplinis quas solenniter tradunt in scholis publicis. Sales habet, sed prorsus *Attico*, ac lepidis fabellis, vel tecum certare queat. In carmine peculiarem quandam habet gratiam, nusquam non dilucidus, nusquam non dulcis & amœnus. Nec est ullum argumentum tam inamabile, quod illo tractante non mitescat. In prosa oratione, sic est sui similis, imò sic est sui dissimilis, ut illius solùta legens, putes eum prorsus alienum esse à carmine. Ad amicitiam planè factus videtur. Quam si semel cum eo coieris, non est quòd metuas, nè quis casus eam dirimat. Hoc nusquam venit in his, qui vel naturâ perfidi sunt, vel impotentibus affectibus. Siquidem istiusmodi solent, ad enatam occasionem desciscere, & amicitiæ legibus neglectis, animo suo morem gerere. Hic neque gloriæ est appetens, neque injuriæ admodum vindex, neque voluptatis ullius immodicè avidus. Invidere quid sit, nè per somnium quidem unquam intellexit, tantus est ingenii candor. Quod ad vitæ consuetudinem attinet, nihil eo facilius, nec magis alienum ab omni morositate. Cæterùm à lucro, nihil hoc aversius, tametsi fortuna adhuc tenuis est, nec aliud suppeditans quàm victum mundum, & supellectilem literariam. Quod si nostri Principes, prophani pariter atque ecclesiastici didicissent egregiis ingeniis habere suum honorem, quemadmodum apud *Italos* habetur, *Goclenius* noster totus aureus esset. Sed tamen expergiscuntur. Jam enim ferè nullus est

Epist. 7.

magnatum qui non curet suos liberos bonis literis diligenter instituendos, licèt inter aulicos Proceres nemo literas calleat, præter unum *Georgium Haloinum*, cui cultæ hactenus præter invidiam nihil fructûs attulerunt, quanquam ni fallor, brevi plurimum dignitatis sunt allaturæ. Jam spero futurum, ut simul atque *Goclenium* propiùs cognôris, ab utroque mihi gratiæ agantur, quod nuper accidit in *Francisco Craneveldio*, qui unum sic te totum possidet, ut illi propemodum invideam. Bene vale. *Anderlaci* Anno M.D.XX.

Erasmus Roterodamus Conrado Goclenio S. D.

Epist. 8. EQuidem existimabam ante hac voluptatis duntaxat grâtiâ, priscis tantopere laudatam vitam rusticanam. At me res ipsa docuit non perinde jucundam esse ac salubrem. Penè perierat *Erasmus* in urbibus; adeo fine fine nauseabat stomachus. Jam non uno cum medico mihi res erat, præscriptæ potiones, catapotia, Clysteres, pulvisculi, unguenta, balnea, emplastra, quid non? Nec interim vacabat ægrotare, ita negotiis subitò exortis aliunde vocabar aliò. Itaq; compositis sarcinis conscendo equos, famulus rogat, quo me conferrem, ubicunque, inquam, arridebit cœlum blandum ac salubre. Vix hic biduum egeram, febris aufugerat in malam rem, stomachus valebat. Planè mihi visus sum hoc rure repubescere, adeo nihil non concoquit stomachus, pridem imbecillis. Nihil unquam in vita feci mi *Gocleni*, cujus me minus pœnituerit. Deamò te qui tam gnaviter rem geras in professione linguæ *Latinæ*, tuáque doctrinâ pariter & ingenio exornes collegium *Busleidianum*. Felix juventus nostra, quæ in hoc seculum inciderit. Prorsum inviderem, nisi toto pectore faverem utilitati publicæ. Quo magis obstrepunt οἱ βάσκανοι, hoc magis ac magis gliscit ardor juvenum, spretis illiteratis literis, ad meliora grassantium. Video, quid mereatur istorum improbitas. Sed tu quod temporis eras perditurus, aut certè malè collocaturus rixando cum malis rabulis, hoc bonis studiis juvandis impende. Vis tibi commonstrem splendidum ac magnificum vindictæ genus? Fac ut teipsum præbeas & inculpatis moribus virum, & sedulum ac diligentem optimarum literarum professorem. Nulla ratione possis istos citiùs ad suspendium adigere, quo sanè dignissimi sunt, qui publicis bonis tantopere discruciantur, non aliis modo, verumetiam sibiipsis invidentes. Excusatiùs enim invidet γείτονι γείτων, εἰς ἄρουραν ἀπενίσσοντι. At his in manu est iisdem frui commodis, quibus alios juvari macerantur. Illud in primis mihi semper in utroque vestrûm placuit, quod ut mores absunt ob omni turpitudine, ita casta est & professio, neque casta solùm, verumetiam modesta. Quid enim sensuri sunt cordati viri, quum audient *Lovanii* poetices ac rhetorices professionem nec obscœnitatis habere quicquam, nec maledicentiæ: Theologicas lectiones, ac sacras etiam conciones, mendacissimis conviciis sic esse fermentatas, ut execrentur & idiotæ. *Moro* depinxeram tui imaginem, adeo nihil affingens de meo, ut quædam etiam prætermiserim. Malo enim ut hoc nomine mecum expostulet, ubi mutuâ consuetudine uterque alteri noti fueritis. Miro quodam desiderio tenetur videndi tui. Cum scribes ad [illegible] tulaberis illi & dignitatis & fortunæ [illegible]. Nam quum antea Regi tantum esset [illegible] nuper nec ambiens, nec expetens, ultroneus [illegible] Principis humanissimi & eques auratus [illegible] & munus habet apud *Britannos*, cum hon[illegible] imprimis, tum etiam salarii non pœnite[illegible] appellatur à thesauris. Bene vale. *Bruxellis* Augusti. M.D.XX.

Erasmus Stanislao Episcopo Olmucensi S.

VIx superiores literas ad te meas obs[illegible] *Velius* ad acceptum adventus nostri nun[illegible]rem, *Basileam* revolat. Nam fortè *Frobenius* [illegible] commigrârat, munusculum tuæ celsitud[illegible]bet, atque adeo sic modis omnibus co[illegible] ut mihi non minus fuerit gratum, quàm si [illegible] majoris fuisset precii. Ipse *Velius* mihi [illegible] longè charior quàm ante fuerat, ex [illegible] ingenii monumentis, ob incredibilem [illegible] comitatem, quum hoc ferè genus [illegible] soleat alienius esse à sensu communi. Vide[illegible] multo felicior, quàm existimâram. Primum [illegible] cultus magnificus ac nitidus, fortunæ [illegible]tis lautam. Deinde corporis species [illegible] numinis indulgentia, ingenio felicissimo [illegible]um æquè felix contigisse. Non abs re [illegible] amplitudinem sic veneratur ac prædicat. Vere[illegible] tur autem non secus ac numen aliquod, [illegible] effusissimè. Porrò quòd tu talem virum [illegible] complecteris, tam largiter foves, non minus [illegible] laudandum judicium tuum, quàm [illegible] Proinde non possum non utrunque [illegible] lari, tibi talem alumnum ac virtutum [illegible] præconem, ille tam egregium *Mecænatem* [illegible] sum valeat tua sublimitas cui me modis [illegible] commendo. *Basileæ* decimo Calendas [illegible] Anno M.D.XXI.

Ioan. Lodovicus Vives Erasmo Rotodam. præceptori suo S. D.

PRogresso mihi cum Card. *Croio* ad fines [illegible]nis nostri Principis, *Erasme* mi longè [illegible]sime & optime, libuit proximam ingredi [illegible]ciam, & parvis paucisque itineribus *Parisios* [illegible] ut & eos inviserem, qui ex veteremel [illegible]tate atque amicitiâ illic superfunt, & novos [illegible] ascisceremamicos, quibus cum præsen[illegible] conjunctionéque vitæ, & absens suavissi[illegible] oblectarer: illud perincommodè rebar [illegible] quod eo tempore adversum pseudod[illegible] scripsissem, eósque nominatim *Parrhisios*, [illegible] non dubitabam, quin multos illius notæ [illegible] quos modo sophistas appellant, animo [illegible] in me propitio sensurus esset. Verum re[illegible] longè aliud sum expertus, quàm ipse mihi [illegible] mis profectò meticulosa & suspicaci cogita[illegible] confinxeram. Venio *Parrhisios* de via non [illegible] fus sed oblectatus, & amicis per famulum [illegible] fico me adesse. Convolant ad me frequen[illegible] salutant officiosè, gratulantur adventui. D[illegible] & illi ad me alios postridie ac reliquis [illegible] maximi nominis sophistas. Inter colloquen[illegible] ut fit, mentio statim de illorum studiis, mean[illegible] meis. Ego dissimulare sedulò & occultare [illegible]

lam ad *Fortem*, & aderat quidem ipse, quam infaustis nimis avibus putabam prodisse mihi. Ibi *Fortis* de epistola ad se mea tacere diutiùs non potuit. Arrisere omnes, & non solùm se illam fassi sunt boni consulere, sed habere quoque mihi gratiam non parvam, quod id operæ in ridiculis dementiis confutandis locarim. Ingenia *Parrhisien.* longè aliter nunc sapere, quam quum ipse ibi studerem philosophiæ. Tametsi nonnulli fabulæ se adhuc & confessui accõmodant, nec exuere omninò vel audent, vel sustinent personam pridem tam favorabilem, & actionem adeo plausibilem: esse inter *Hispanos* qui sui exemplo magnum ad res meliores momentum afferant: *Ioan. Poblationem* totius matheseos esse callentiss. studuisse & politioribus literis feliciter: idem fecisse *Franciscum Mellum*, idem *Gabrielem Aquilinum*: idem se facturum pollicitum esse *Joannem Enzinam* juvenem omnium acerrimum, ut in commentis illis, disputatorem. Mille huic artes, si quis similibus congrediatur armis, impetendi, mille repetendi, totidem evadendi, elabendi, eludendi. Dixerunt multa, vidi ipse plura in *Martino Lusitano* propinquo sui Regis, cujus merita mentio totam sibi epistolam postularet, qui gustato illo sophismatum amarore, ita saporem illum exhorruit, ut nativæ huic & veræ humanæ eruditioni se totum tradiderit, nè dicam, an immerserit? hoc credo, quo meliùs amarorẽ illum è palato elueret illo dulcore. Magnos habet in istis disciplinis progressus, in quibus quod suspicabatur me aliquid valere, mirum quâ me benevolentiâ, quo animo, quo favore prosecutus sit. Longum esset enumerare qui homines & quos honores mihi habuerint, ob eandem de ingenio meo opinionem. Nec solum Principes nobilésque viri, qui vitæ ac generi congruas disciplinas suspiciunt, & consectantur, sordes relinquunt sordidis, sed etiam præcipui illius Academiæ Theologi. Vix enim credas quantus sit illorum candor, quanto interpretentur meliùs omnia, quàm multi quos nôsti. Ignorant aliquid, dolet hoc eis, scientibus non invident, discentes etiam excitant. Convivatus sum cum istis, & quidem frequenter, & suaviter. Ad mensam tertio verbo sermo statim de te varius, multus etiam sublatis mensis. O mi *Erasme* dicerem omnia, si paterēris te in epistola ad te laudari. Utinam ad alium scriberem. Tacendum itaque erit invitò, quid illi dicant de *Hieronymo* tuâ operâ sibiipsi restituto, quid de Novo Testamento suæ integritati reddito, labore longè *Christiana* pietati utiliore, quàm quæ sunt intra mille annos in scholis clamata, quantum admirentur *Paraphrases*, id est *Paulum* apertiùs divina illa sua eloquentem sensa, quantum *Adagiis*, *Copiâ*, & aliis prophanis operibus tuis delectentur, & proficiant: ut *Moria* sit omnibus in deliciis, neminem offendat, nimirum quòd majestas illorum Theologorum durior & fortior est, quàm aliorum. O me rusticum & incivilem, quòd de his taceam, te durum, qui jubeas! Sed erit locus, in quo non parebo tibi. Illud nunc feres velis nolis, nullâ te illos ex parte spectare, unde non occurras summus, admirabilis, absolutus. Possum tibi plures quàm decem ex hominibus ordinis illius nominare, qui suam tibi omnem operam, diligentiam, favorem, studium pollicentur, & deferunt: nihil se tuâ causâ non facturos, suas esse tibi apertas domos, si illuc iveris, paratas facultates, familias, opes, amicos. Precantur te, atque hortantur ut pergas, nihil indoctorum obgannitibus expaveścens, de *Christiana* religione bene mereri, & in universum de studiis omnibus, se dare operam nè in concertationibus Theologicis nugentur disputantes. Et ita se res habet. Si quis argumentum ad *Sorbonam* afferat de *Suisetiis* contextum araneis, corrugant protinus frontem & reclamant spectatores, atque explosionibus reflant, rejiciúntque è schola. Quin & in altercationibus philosophicis, si quis ænigmatistes instructus veniat, pronunciato multis syncategorematis onusto, & quod *Ethrusco* indigeat conjectore, re aliâs mire ad pullatam scholasticorum turbam gratiosâ, is nunc clamoribus, sibilis, explosionibus, pertumultuosè ex diatriba ejicitur. Non dubito quin his gaudeas, pro amore in bona studia tuo, quæ profectò mihi jucundo fuerunt spectaculo. Quanquam res illa publica nondum potuit genus illud *Sphingum* à se avertere. Et hæc quidem, quæ dixi omnia, pertinent ad oblectamentum, ad voluptatem animi mei, quam cepi *Parrhisiis* non exiguam. Illud certè non ad eam solam, sed ad fructum quoque peregrinationis meæ vel maximum fecit, quòd *Budæum* jam olim tuum nunc meum, imò verò nostrum, videre mihi, & alloqui contigerit. Proh *Christe* hominem cujusmodi, sive quis ingenium spectet, sive eruditionem, sive mores, sive quod postremum in illo homine est, fortunam: quæ quum in eo sit splendidissima, minima tamen, & obscurissima est, si cum magnitudine cæterarum dotium claritatéque conferatur. Natus est loco nobili in primis, éstque in ordine suo honestissimâ dignitate, ab ultima stirpe gentis ad eum deducta, tum etiam opibus instructus, quæ natalibus non sint pudendæ. Cæterùm hac parte censendus ille non est. Nam cætera illa, ut solaria quædam sydera, stellam hanc fortunæ generísque obscurant. Gaudeo me ad te scribere, & de *Budæo*. Nam hujus laudes exertâ & clarâ voce prædicant libri, quos edidit, & ipse admirari celebraréque non cessas hominis virtutes, quas malim multo de te audire, quàm ipse narrare. Quàm multa legit, & quàm multùm multa? Omnia quæ in hunc diem scripsit abundè ostendunt, quum nihil illi sit non lectum, nihil tamen illum legisse nisi accuratissimè. Memoriam quis non admiretur? Bibliotheca as medius fidius dicas hominis pectus, non pectus. Ita sunt illi omnia in numerato, historiæ, fabulæ, antiquitates, res omnes, verba omnia. *Latinè* sic scribit, sic loquitur, ut non sit cur magni nominis non haberetur ætate *Ciceronis*, si tunc vixisset. *Græcè* verò, ut profiteantur *Graci* ipsi posse ab illo doceri se linguam suam. Philosophiæ quum esse illum peritissimum clamant volumina quinque *De Asse*, tum verò quantum teneat, nemo facilè erediderit, nisi qui eum propiùs spectârit, & ex interiore, quod aiunt, vita nôrit. Quemadmodum sit in autoribus versatus, nolo quisquam sciat me dicente, sed magistris annotationibus in *Pandectas juris*, & libris *De Asse*. Quod opus ejus *Hermolaos* omnes, *Picos*, *Politianos*, *Gazas*, *Vallas*, cunctam *Italiam* pudefecit; ita ut non minus prudenter illud, quàm verè scripserit *Tonstallus* homo doctissimus, fore, ut derisui habitus esset *Budæus*, si opus *De Asse* antequam ederet, professus fuisset se scripturum,

οὐδ' ἐκεῖνος ἐκεῖνος, ὅστις ἐπίσταται, μιμήσασθαι ταῦτα ἐκεῖνον ὅστις μιμήσασθαι. Quid ego de moribus loquar? Quid non est in eo summum & suspiciendum, facilitas ne, & humanitas, tum etiam æquitas? an pietas in divos & mortales? Aditus patebat homini ad amplissimam fortunam apertissimus, si vel latum unguem sustinuisset ab exactissima illa, & suis omnibus numeris perfectâ virtute discedere. Hanc prætulit omnibus fortunæ promissis, omnibus blandimentis. Nunquam splendore opum perstrictus ab æquo sanctóque oculos deflexit. Scis tu hæc omnia esse vera, & eloquentiâ tuâ non majora illa quàm sint, facis, nescio an posses, ita jam ad summam pervenere, sed certè ornas, & sic rem se habere persuades. Diligis tu atque adeo amas *Budæum*. Est tibi unus ille in his cisalpinis terris, quem perpaucis *Italorum* non præferas. Sic de illo sentis, sic colis, veneraríque ingenium, & studia ejus: ille viciſſim te, non quo gratiam referat, sed quod ita sentit, Principem te literarum hujus ætatis prædicat, in fastigio locat eruditionis. Ingenium, doctrinam, monumenta tui religiosè colit. Famæ ac nominis tui studiosissimus est. Pergite vos amare mutuò, vos colere, vos admirari. Duo estis corpora, sed in iis unicus est animus. Quod spectaculo potest esse gratius aliquod studiosis omnibus aut jucundius? Nam quod tecum epistolis lusit paulo, ut videbitur forsan iis, qui vos non nôrunt, acerbius, & contra id, quod vestram amicitiam decebat, multa ut tum ex utroque vestrum, tum etiam ex re ipsâ intelligo in causa fuerunt. Primùm quod uterque occasionem quæritabat prolixè ad alterum scribendi, nec semper de laudibus. Nam id perpetuum longúmque non potest esse: aut si potest, est tamen suus cujusque rei modus. Quumque eloquentia ipsa sine aliquo velut antagonista jaceat, libuit initio vos levibus quibusdam stimulis invicem pungere. Quid enim est orator, si vel solus dicat, vel non ab alio sollicitetur, atque excitetur? torpeat necesse est, langueátque. *C. Erucium* scribit *Cicero*, negligentissimè *Roscium Amerinum* accusâsse, quod neminem suspicaretur fore, qui responderet. Itaque primùm de operibus vestris injecta mentio, campus dicendi non angustus. Nam scripsistis plurima, & eruditissima, & quæ sunt in manibus studiosorum omnium frequentia. Dumque alter ab altero cur quicque fecerit rationem poscit, ac uterque consilia scriptionum explicat, leviter vel à se avertit, vel in alterum rejecit, quod alter si non improbabat, certè ita factum esse mirabatur. Hinc prima origo concertationum. Puduit utrunque non approbari alteri, per omnia. Et dum longiùs repetitis consilia, & consiliorum causas, prodiit tua ad *Fabrum Apologia*, quæ velitationem paulo magis accendit, dum tu *Budæo* nimius videris, aut certe videri fingeris, nè pergas aliis scriptis *Fabrum* impetere, tibi contra nimis quàm paucus modicúsque existimare. Hinc progressum est ad illa, quæ quidam jam nimia, jam atrocia, & intolerabilia judicârunt, quum tibi, quod unum *Budæus* satis sibi esse putat, nunquam amicitiæ claustra videantur excessisse. Ac nè mihi quidem rem totam attentiùs perpendenti, nam & liberè uterque est locutus, confisus simplicitati amicitiæ. Et ioci illi qui extraneis armati ac dentati existimantur, amicis inermes sunt, non mordent, ac vix etiam pungunt, sed solùm. Nam & animus quo dicebantur, nihil minus cupiebat, quàm lædere. Et ipsa dicta mel, certè nec fel habebant, sed salem, & quales ipsa quoque dictat amicitia. Etiam vulgari nota, sed ex præcipua illa & germana jusmodi inter *Ciceronem* & *Atticum* fuit, qui sese plerunque non absimilibus laceſſebant. Certè de *Budæi* erga te animo eum tibi exploratissimum perspectissimum sat scio, tamen nihil non ausim tibi Ostēdit ille mihi literas ad se à furiis nam sic meliùs quàm homines nominâro, qui dividere vestros animos, & ex unice detortas, & semina jactabant discordiarum sius *Alectûs* sinu petita. Dixi quæ mihi re videbantur, ut *Budæi* animus, si quid tanto veneno acerbiùs concepisset, placaretur. Sed nihil meâ oratione opus ille quum erga alios omnes tenacissimus ptæ amicitiæ, nec facilè ab amicitia tus injuria discedit, tum verò te in amoris ac venerationis radicibus desixit, inde vi revelli queas. Spondeo tibi pro pro te feci, amicitiam vestram perpetuam quæ literis, quæ studiis omnibus haud tissima semper futura est, ac utilissima. rei auderem sponsor esse, nisi vos tali præditos esse scirem, ut rebus ipsis magis crediturі, quàm rumusculis, tatoribus, quàm amicis consulentibus, aliquo inducti affectu. Sed his de rebus ro vostam feliciter faustóque fundamenta vestræ amicitiæ, ut vi suâ stet perpetuò, aut labefactari machinis ullis possit. regrinationem meam. Putârunt amici periculum fore, si quindecim dies cessarem do, ita mecum agere cœperunt, ut & quid clamosè nugarer. Placuit. Ac ne serium, somnium delegimus, in quo sem, non viderer discedere à decoro. Itaque ac subinde dormiens somnium illis *pionis*, à quo excitatus parabam confestim sum. Multa me illinc avocabant, sed aliquandiu amici tam veteres quàm novi, officiosi, qui mihi tot conviviis, tot bus cruditatem jam pepererant: & fuisset gius progressa, ni reddita mihi peropportune set à Cardinale epistola, quâ subitò revocor. lecta jussi illos cum suis jentaculis, prandiis, rendis, cœnis, cum suis pintulis, & artocrispavis, magnisque quàm optimè valere: die quam illinc discessi quinto, qui divæ Trinitati facer, perveni *Brugas* essedo vectus, postridie ad te scripsi. Vale etiam atque etiam, & salve præceptor.

Erasmus Roterodamus Ioanni Ludovico Vivi S.D.

Subtristem me ac lassulum, mihique non displicentem, tua me mirum in modum laravit epistola, *Lodovice* doctissime, qua simum istud tuum iter, sic depinxit oculos posuit, ut mihi tecum videret nari. Næ te prospero quodam sydere

esse oportuit, cui tam feliciter successerit, quod
A perfuga velitatus sis in veteres commilitones tuos sophistas, præsertim *Lutetiæ*, ubi quod hujus disciplinæ veluti regnum & arx quædam esse videbatur, periculum erat ne lapidareris, aut crabronum aculeis confodereris. Profecto gratulor publico successui studiorum, sed privatim etiam gratulor Academiæ *Parisiensi*, ob priliminam consuetudinem illic annis aliquot non insuaviter actam. Quid autem posthac non sperandum, postea quam *Sorbona* spretis lexologiis, solidam ac veram Theologiam amplectitur? Gaudeo revocari Musas, antehac prorsus exules à publicis Gymnasiis. Quas tamen sic recipi velim, ut barbariem ac frivolas tricas tantum discutiant, non etiam obruant disciplinas cognitu necessarias, atque ad has perdiscendas conducent etiam, tantum abest ut officiant. Neque enim
B solis bonis literis vacandum, quod quidem apud *Italos* nimis ethnicè faciunt, qui postea quam *Jovem*, *Bacchum*, *Neptunum*, *Cinchium*, *Cyllenium*, versibus aliquot insulserunt, absolutè docti sibi videntur. His literis tum demum suus est bonos, quum aliis disciplinis gravioribus, veluti condimentum admiscentur. Cæterum illud sæpe mecum admiror, quum omnes fermè totius orbis Academiæ, veluti resipiscentes ad sobrietatem quandam componant sese apud solos *Lovanienses* esse, qui tam pertinaciter oblu-
C ctentur melioribus literis, præsertim quum nec in hoc sophistico doctrinæ genere magnopere
D præcellant. Narravit mihi ante annos tres *Joannes* Episcopus *Rossensis*, vir unus verè Episcopus, verè Theologus, in Academia *Cantabrigiensi*, cui Cancellarius est perpetuus, sic enim illi vocant summum ac perpetuum scholæ antistitem, pro sophisticis argutationibus, nunc sobrias ac sanas inter Theologos disputationes agitari, unde discedunt non solùm doctiores, verùmetiam meliores. *Oxoniensis* Academia, monachorum quorundam operâ non nihil oblectata est initio, sed
E Cardinalis ac Regis autoritate coerciti sunt, qui tantum bonum clarissimæ ac vetustissimæ scholæ invidebant. De *Italia* quid attinet commemorare, in quâ semper regnârunt hæc studia, sed penè sola, si medicinam, & juris peritiam excipias. Academia *Complutensis* non aliunde celebritatem nominis auspicata est, quàm à complectendo linguas, ac bonas literas. Cujus præcipuum ornamentum est egregius ille senex, planè ue dignus qui multos vincat *Nestoras*, *Antonius Nebrissensis*. In *Germania* tot ferè sunt Academiæ, quot oppida. Harũ nulla penè est quæ nõ magnis salariis accersat linguarũ professores. *Colonia* nescio quo
F fato, nunquã in precio fuerunt manuetiora studia, quod illic, ut audio, regnant examina *Dominicaliũ* ac *Franciscanorum*. Certè semper liberum fuit cui liberet profiteri, vel mercede. *Lovanii* quibus tumultibus obstitere Proceres, nè quis quamlibet honestam disciplinam profiteretur, vel gratis? Quibus modis conspiratum est adversus rem magno & usui & ornamento futuram, non solùm Academiæ, sed toti regioni? Prodita est nova vetus constitutio. Adhibita est totius Academiæ autoritas, imploratum est præsidium aulæ regiæ. Acciti sunt ad suppetias magistratus prophani. Postremò ad lictores ventum est: Nullus non est motus lapis, nihil intentatum relictum est. Ipse
A hujus tumultûs non tantum testis, sed & pars aliqua fuisti. Nec aliud agebatur tanto rerum molimine, quam ne quis politioribus literis adjuvaret Academiæ studia, præsertim quum & honestissima essent, quæ docebantur, & professores, tam sanctis essent moribus, & tam castè profiterentur, ut aliquoties in concionibus audiantur minus ad bonos mores facientia. *Lutetiæ* licuit *Fausto* profiteri, quoslibet Poetas; usque ad næuias *Priapeas*, idque more, nè quid
B aliud dicam, *Faustino*. *Lovanii* non licuit *Nesseno* enarrare geographiam *Pomponii Melæ*. *Romæ* ipsa, *Mediolanum*, ut de cæteris taceam gymnasiis, ingentibus præmiis ambit & evocat eos qui linguas doceant. Nos trilingue collegium, ex munificentia *Busleidianorum* institutum, non minus utilitatis allaturum omni generi studiorum, quàm ornamenti toti huic ditioni Cæsareæ, sic machinis omnibus oppugnavimus, ut majore studio fieri non potuerit. Et tamen haud
C scio an usquam gentium magis invalescant literæ politiores, quàm hic; ut planè mihi videre videar illud *Horatianum*, *Duris ut ilex*, & cætera. Nam carmen agnoscis. Porrò quod scribis istic plerosque tam magnificè sentire de lucubrationibus meis, equidem ut agnosco candorem *Gallicæ* gentis erga me, ita vereor nè hic fanè nonnihil de tuo in me studio sis admensus, metuóque nè quando pœniteat me spretæ *Gallia*, toties tam magnificis conditionibus ad se provo-
D cantis. Sed nescio quibus pedicis hìc alligor, atque ab his potissimum retineor, quorum odiis expelli poteram. Non licet arena cedere, nec ullus est pugnarum finis. Nulla me res invitavit, ut *Lovanium* commigrarem, nisi cœlum salubrius, & locus amœnior. Et ad rixas inexplicabiles mihi videor venisse. *Budæum* quem tu meritissimò magnificis laudibus vehis, soleo nonnunquam & apud *Germanos* meos ad invidiam usque jactare, qui cum negare non possent
E eum esse summum in omni literarum genere, solent causificari, summum quidem esse, sed unum. Atqui hoc, inquam, nomine *Gallia* vincit nostram *Germaniam*, quæ nullum habet *Budæo* parem, tametsi permultos habet mediocres, nonnullos supra mediocritatem. Velitationis illius quâ conflictati sumus, jampridem oblitus sum, tantum abest ut commovear. Et erga *Fabrum* eo sum animo, ut ingrata mihi narret, qui secus de illo prædicat, quam dignum est integerrimo doctissimóque viro. Cardinalem *Croium*
F quum aliis multis de causis mihi charissimum, hoc etiam nomine amo quòd & te nobis restituerit, & à cruditatis periculo subduxerit. Bene vale *Lodovice* doctissime, & cura ut te quàm primùm hìc hilarè ac lubentè videamus. *Lovan.* An. M.D.XXI.

Erasmus Roterod. Bernardo Buchoni Physio, Decano in Hag. Comitis S.D.

G VIr optime, quum *Lovanii* diu languissem, ac valetudinis recreandæ gratiâ rus migraturus, sarcinas charraceas componerem, nihil erat schedarum quod non excusserim, nec tamen occurrit libellus mihi creditus, quem tamen scio me studio sepositsse, ut esset in tuto. Nec dubito quin sit, sed in promptu non esse doleo. Quod quidem non tarò nobis solet accidere, *Epist.* 12.

ut ea maximè pereant, quæ diligentissimè cavimus nè perirent. Brevi opinor rursus è rustico fiam urbanus, ac rursus excutiam opes meas. Certè dolerem tibi perire quod amas, cùm mihi nulli sit usui futurum. Quod *Phrysiorum* natio bonas literas amplectitur, sanè novum non est, ut quæ nobis jampridem *Rodolphum Agricolam*, *Langium*, & *Canterios* dederit. Quod homines opibus ac stemmatis clari, non existimant liberos suos dignos successione rerum ac nominis, ni studiis honestis excoluerint animum, ut novum est, ita vehementer gratulandum est horum temporum felicitati. *Lovanii* cœlum est perquam amœnum, nec usquam studetur quietius. Juventus nusquam magis ardet in bonas literas. Et succedit res multis mirâ felicitate, frustra reluctantibus veteris inscitiæ mystis. Meum consilium utinam tibi tam felix esse possit, quàm ego sedulò cupiam dare. Tantum indicabo nomina, tuus erit delectus. Agit nunc *Lovanii Jacobus Ceratinus*, vir utriusque literaturæ pulchrè doctus, moribus probis & integris, quod scio te non minus spectare, quàm eruditionem. Eum pestis ac bellum, duo maxima vitæ humanæ mala, *Tornaco* expulerunt. Nam illic in collegio linguarum, quod instituì cœpit, profitebatur. Est *Hermannus Vuestphalus*. Is agit in collegio *Lilienſi*. Juvenis probus quidem, & undiquaque doctus, sed præcipuè indefatigabili diligentiâ in formandâ, curandâ, erudiendâ adolescentiâ. Est in eodem collegio *Adrianus Sueſionius*, præter exactam utriusque literaturæ peritiam, & philosophiæ gnarus, & juris Cæsarei non ignarus, moribus mirè candidis. Est *Rutgerus Rescius Græcæ* linguæ professor, in collegio novo quod instituit *Hieronymus Buſtidius*, qui doctrinam non vulgarem incredibili quadam modestiâ, planéque pudore quodam virgineo condecorat. Est *Conradus Goclenius* vir acri judicio, doctrinâ minimè triviali, industriâ indefatigabili, animo excelso, moribus mirâ comitate ac jucunditate conditis, fide certissimâ, rerum etiam communium prudentiâ valens, quæ ferè solet in studiorum cultoribus desiderari. Est *Adrianus Barlandus* vir nullo fuco, syncerus & amicus, promptâ quadam ac purâ *Latini* sermonis facilitate, & in hoc genere complures jam annos exercitatus. Est *Melchior Trevir* in collegio *Caſtrenſi*, moribus inculpatissimis, in philosophia penè detritus, Theologiæ vetus jam cultor. Sed his dotibus adjunxit utriusque literaturæ non vulgarem peritiam. Est *Lodovicus Vives* vir undequaque doctissimus. Sed is opinor abhorret ab istiusmodi provincia. Sunt autem non ii solùm, sed & alii permulti, cæterùm mihi non perinde cogniti. Horum quos recensui nomine non dubitem fidejubere. Ex hisquemcunque delegeris, non malè collocaveris amici tui pueros. Eximium *Nicolaum Everardum Hollandiæ* præsidem, vicissim meis verbis salutabis, quem virum utinam fata nobis quàm diutissimè servent, Reip. natum, si quis est alius. Scribam illi propediem. Nam in præsentia duos onerabam epistolis, alterum qui in *Hiſpaniam*, alterum qui *Romam* transcurrat. Bene vale vir honorande in Domino. Ex *Anderlaco* octavo Cal. Octob. Anno millesimo quingentesimo vigesimoprimo.

Paulus Bombaſius Eraſmo Roterodamo S. D.

QUòd tam negligenter & raro ad me scribis, mi *Eraſme*, noli aliam causam quærere, quàm assiduam & confusam quandam meorum congeriem, à pristino illo studio nonnihil abhorrentium, quæ perplures dies ita me distraxerant, ut penè ab omni & humanitate abstraxerint, & ad ἀμουσίαν adegerint. Cui ut non solùm patrocinium meum servire, sed etiam placere omnibus studeam, ἀναγκαῖόν τι me cogit, scilicet in tanta bene gerendæ rei occasione, ne ipse defuisse curiosum vulgus judicet, malevitatis arguat, ætate interim (ut vides) lente, nec facultatibus adeo crescentibus, ut rum non pœniteat, ipsisque bonarum jactura compensari possit. Quanquam non mecum malignè agitur, ut ad professionem guam redeundum fore timeam. Nam annuos ad CCCC. ducatos nullis factis dictos, nec fortunæ, sed industriæ meæ ferendos auxi, quos nunquam ex ocio sperare ac ne somniare quidem mihi set. Quibus si tecum aliquando liberè sem, *Crœsi* Thesauris non inviderem, mihi daretur ab ineptis istis ac parum bus curis missio. Quare ut, *Herculem* dum *Theſea*, ita & tu ad *Bombaſium* dimendum, non ad inferos ut ille, riorem hanc & magis clatam cæteris conferas rogo & obtecro, si modò censes quem in studiis socium habere niteat, vel certè studiorum rem. Complures magnos viros hic tuæ famæ impendio favent, tibique quoscunque patrocinantur. *Leonem* maximè propitium habes, cui quoscunque literæ ostenduntur, legit & candidissimè laudat, noviſſimus tuas postquam sibi per Cardinalem meum delatas legisset, diebus aliquot tiit, ac *Sadoleto* & aliis doctis legendas quibus hoc unum, meo utique judicio, visus fuisti, quod nimis multa de *N.* jam pervenerit fama, ut quoscunque mones plus invidiæ quàm judicii tes floccifacere possis, præsertim bene adeo de te sentiente, ut *Hiſpanum* quem in scripta tua procaciter invehum, dio, monuerit nè quid in posterum quod nomen tuum proscindat, & si verint libeat, ideo temperamento faciat, ut aut livori dediſſe videatur. Quem cum ejus causa tam justa & pia silens, adeo benignus habeas, quid futurum putares si pro eo vel potiùs veritate ipsa, quàm *Lutheranì* isti novarum studentes ac hæreses jampridem explosas extinctas importunè excitantes, impiis conatibus convellere ac penitùs demoliri nituntur, meres, & strenuè ut nôsti decertares? Quod plerique de te expectabant, & monstra ista quasi fato quodam, ut magnus & immortalis fieres, destinata fuisse loquebantur. Contra ego te hortarer, si putarem me cuiquam in præsertim causa tibi notissima, scire, quod

lateat. Hoc unum certò scio, reliquos omnes labores quos hactenus vigilando & scribendo sum-pósti omnino steriles fuisse, præ quàm hic unus fuit. Nec ignoro quid potissimum ab hoc tam detestrear animum, non dico plurimorum offensiones, quas non sine periculo subire necesse esset, sed quorundam stultorum immodicam petulantiam, qui quasi de industria prævaricantes dum optimam per se causam juvare student, ei vel maximè obsunt. & optimos quosque ab ea tuenda submovent, sibi cauè prospicientes, nè cum eis pariter insanire videantur. Quorum inceptos fuisse non tanti ego faciendos putarem, ut quæ eorum partes essent oblitus viderer. Quod scribis explosisse hanc rem per alios viros, & aliis rationibus agi, plures jam tecum sensisse, & ego semper in hac sententia fui. Sed actum nè agatur, jocus quàm remedia excogitentur aliqua. Postquam te *Basileam* venisse audio à negotiis meis impetrare conabor, ut per ea crebrioribus te literis meis appellare, atque adeo interpellare mihi liceat. Hactenus dum *Lovanii* fuisti, cogitavi quantum spacii interesset, vix animum inducere potui, ut aliquid ad te scriberem. Nunc operam dabo ut pingarum meorum te nunquam pœniteat, quas vel occupatissimus ad saturitatem usque tibi suggeram. Epistolam *Joannis* primam vetustissimis characteribus scriptam in *Vaticana* bibliotheca tandem reperi, cujus versus capitum quarti hi sunt: Ἀγαπητοὶ, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον· ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. Πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι· καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν, ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐστιν· καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. Item ex quinto: Ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, ὅτι μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ· ὁ μὴ πιστεύων τῷ θεῷ ψεύστην πεποίηκεν αὐτὸν, ὅτι οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ θεὸς περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς, καὶ αὕτη ἡ ζωὴ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐστιν. Hæc in quibus ab impressis codicibus dissideant, non est quod à me doceam. Si quid erit, in quo judicium meum exquires, non tam in his quàm in pleriisque aliis super quibus doctorum altercatio est, nihil tecum dissimulanter vel mussitabundè agam, sed ut me nôsti, parrhesiastes ero. Vale, & me cohorti doctorum commendatum redde. Ex urbe decimo octavo Junii. Anno millesimo quingentesimo vigesimo primo.

Erasmus Roterodamus eruditissimo Paulo Bombasio S.D.

QUid ego audio *Bombasi*? *Leo* Pont. Max. Maximus ille *Leo*. legit eas literas quas ad te ne neglectim ac familiariter scripseram? Quid illi venit in mentem, ut talibus nugis mentem & oculos admoveat? Nec legit modò, verum etiam repetitas viris eruditis ostendit? Nec istas tantum legit, quas tibi scripseram, verumetiam quas aliis amiculis? Ego verò in talium amicorum sinum omnia liberè securéque soleo deponere, quicquid fuerit vel curarum vel nugarum. Occidi si vera prædicam, præsertim quum ipse nesciam, quid in hujusmodi literis garrierim. Quod tibi visus sum ni dis plus satis verborum fecisse de *Ni*. non putabam mihi dispiciendum quid tali scriberem amico. Certè in literis quas ipsi Pontifici scripseram, nè verbo quidem illius facta est mentio. Alioqui si rem ut habet nôsses, diceres me satis parcè de illo quæstum esse. Sed tamen hic quicquid est mali; κακοηθέστατοι quibusdam impuro, qui mitis technis studuerant utriusque animum ab altero alienare. Nec me fefellit cottatus sceleratissimus, sed sero sensimus utrique. Quòd tantas opes tibi pararis *Romæ*, easque liberas, nec sacris obnoxias, nec alii cuiquam quam tuæ industriæ acceptas ferendas, tametsi tua virtus longè majora promerebatur, tamen ut nunc sunt tempora, gratulor tibi felicitatem istam, qui gravissimam illud onus paupertatem excusseris. Nunc video te circumspectare vitæ genus liberum ac tranquillum, ad quod te velut in portum aliquem ratum & quietum recipias. Atqui nonnihil vereor nè tibi venias usu, quod de Mutela narrat *Horatius*, cui non licuit exire patriam, cum macra repleret in cameram frumentariam, & tamen admittendum censeo. Sed ubi potius id speres, quàm *Romæ*? Nam *Brundisium* omnibus modis tibi fugiendum censeo, vel ob *Spartum* arrosinos. Quinquam scis *Scipionem Carteromachum* nostrum, nè *Romæ* quidem contigisse libertatem, quam vir ille sic adamabat, ut nemo magis. Nos quanquam infra censum tuum sumus, tamen desimus de *Mercurio* queri. Est unde suppetat mundus victus. Est unde nonnunquam & aureolus decidi possit egenti amico. Tantum abest, ut cuiquam cogar esse gravis. Honores non ambio, præsertim tanti venales. Si gratis, aut certè non magno impendio contigissent, & si contigissent in tempore, non censuerim omnino rejiciendos, vel ob hoc ipsum, quòd ut nihil aliud, certè illud præstant, nè quorumlibet improborum contemptui simus obnoxii. Quâ quidem in re, sicut in cæteris omnibus, plus vidit *Morus* quam ego: Nam is eques abratus Regi optimo & à consiliis est, & à thesauris; quorum utrumque & liberum est satis & honorificum imprimis, ut jam & bonis factus sit amabilior, & improbis formidabilior. Nam ea sunt tempora, ut nè tam insignis quidem naturæ bonitas, tam inaudita morum suavitas, possit omnem effugere invidiam. Epistolam quam *Basileam* miseras recepi. *Cornelius* quem tibi & *Alexandro*, ni fallor, commendâram, *Alexandria* à *Gallorum* præfectis spoliatus est, & literis & pecuniis & vestibus. Mox nudus conjectus in carcerem. Tandem data optio, utrum vellet abire nudus an pendere. Sic ille lineo duntaxat indusio rectus *Basileam* pervenit. Illic dies aliquot refocillatus, rectus est veste *Germanicâ*, additus aureolus ad viaticum. Hoc ornatu ad nos venit, rursus instruendus viatico. Aiebat te simul & Cardinalem *Campegium* scripsisse. Si quid erat seriæ rei, non gravaberis eâdem de re denuò scribere. *Hispanus* ille de quo scribis, *Jacobus Stunica* est, qui in primam Novi Testamenti editionem gloriosissimo libello debacchatus est. Primâ facie miris fumis sese ostentat. Ubi propiùs contemplatus fis, nebulas meras esse dixeris. Ei respondimus

reſpondimus apologiâ *Lacunicâ*. Cujus operæ A
ſanè nos jam pœnitet. Nam opus eſt ejus generis, ut & *Alexandro* diſpliceat, nec meæ famæ fuerit offecturum duntaxat apud æquos & eruditos. Et tamen reſpondimus non ſolùm breviter ſed etiam civiliter: non quòd ille mereretur, ſed quod nos hactenus defenſam moderationis laudem noluerimus amittere. Neque neſcio, neque non meminimi *Bombaſi*, quantum debeam *Leonis* in me animo, jam argumentis compluribus mihi comperto. Nec in hujus cauſa tam ſilui B
quàm tu credis. Primùm adniſus ſum, nè oriretur hic tumultus, mox, ut ortus conſopiretur. Poſtremò, ut jam latè vagatum incendium, quàm minimo publicæ tranquillitatis incommodo compenſaretur. Id enim exiſtimabam maximè referre & ad *Romani* Pontificis dignitatem, & ad hanc tragœdiam ita finiendam, ut non iterum erumperet ſemel coercitum malum. Ubi nec hoc ſatis ſuccederet: quorundam opera, ſibi potius privatim, quàm publico bono conſulentium, C
multos partim literis meis, partim oratione revocavi, nè ſe huic fabulæ admiſcerent. Cæterùm quo minus hactenus libris editis cum *Luthero* pugnârim, plurimæ ſunt cauſæ: quas hìc non eſt neceſſe percenſere, ſed illa præcipua fuit, quod mihi prorſus defuit ocium legendi, quæ ſcripſit *Lutherus*. Adeo meis recognoſcendis fui intentus. Et vides quàm ille ſit πολυγράφος. Nec ſolus eſt, centum habet manus. Nec erat ſatis illius libros ſemel evolvere, iterum atque iterum D
erant revolvendi. Nè id quidem ſatis. Multi paſſim adverſus illum edunt volumina, quorum nihil non inſpiciendum mihi, ſi cupiam ſuſcepto negotio ſatisfacere. Ut nè commemorem interim, dum ad hæc vocor, non ſatis habere loci proverbium illud, ἀ ἵππον ἐς πεδίον. Res eſt periculi plena, & in alio ſtudiorum campo magis ſum exercitatus. Ad hæc jam paraverat mihi tot libris editis defuncto dari miſſionem, quo liceret per ocium poſthac ſtudiis frui. Flagitabat hoc ætas E
ingraveſcens, promerebantur hactenus juvandis publicis ſtudiis exhauſti labores. Hoc negotium tale eſt, ut ei ſi ſemel ingrediar ſit perennem uſque vitam ſerviendum. O mi *Bombaſi*, proclive dictu eſt, *Scribe adverſus Lutherum*. Sed ad hoc pluribus rebus eſt opus, quàm ad plauſtrum fabricandum, ut inquit *Heſiodus*. Video quàm varia, quàm moroſa ſint hominum judicia, præſertim hoc ſeculo, quo vix aliud χαλεπώτερον. In multis articulis ciſalpinæ ſcholæ F
diſſentiunt à tranſalpinis. Atque adeo ejuſdem ſcholæ Theologi aliud ſentiunt in diatribis publicis ac libris, aliud in veris colloquiis. Ad hæc perdifficile eſt ſic temperare ſtilum, ut ita tuearis hominum dignitatem, ut non alicubi lædas gloriam *Chriſti*: ita placeas Principibus ἀνθρώποις, ut non alicubi diſpliceas Principi *Chriſto*. Quòd ſi malum hoc libellis obrui poteſt, indies emergunt librorum examina, ut *Eraſmo* nihil ſit opus. Si clamoribus non deſunt *Stentores*. Incendiorum G
ubique fuit affatim. In edictis nihil terriculamentorum eſt omiſſum. At vereor nè his rationibus malum ad tempus prematur potiùs, quàm extinguatur, mox eruptorum majore cum periculo. Quod ego ſanè abominor, & vehementer opto nè fiat. Nulla regio magis ex animo favet Pontificiæ dignitati, quàm hæc noſtra.

Sed huic vehementer offecit invi-
dam patrocinium. Niſi ſic in ſanctis
progreſſa non fuiſſet. Imò ſi nunc
rent tres modò menſes, totus
frigeret *Lutherus*, ac nè tantùm
illum mutaretur in rebus humanis,
in recognoſcendo Novo Teſta-
nonnullis meis lucubrationibus,
plo paulatim lambendo formam
mei fœtus. Sed brevi ſpero, com-
culum. Egi diligenter cum *Hier-*
dro, daret mihi facultatem legendi
Lutherus. Nam hodie Sycophan-
ryceorum plena ſunt omnia. Per-
poſſe, niſi nominatim impetraret à
tificoe. Primum igitur hoc mihi
tres brevi quopiam. Nolim enim
ſam τοῖς τυμπλῆς, ὑδατώδες ἄλλο ἀναβρύον,
tranquillitati ſic ſemper ex animo
paucis magis. Euangelicæ veritati
vel animam libens impendero.
quantum privatim etiam debeam
tificis in me benignitati. Quod ſi
tinget adhuc tres aut quatuor annos
immoriar cónatibus, aut efficiam
me fuiſſe hominem non omnino
retur hoc illius eximia bonitas,
ditorum literis celebretur. Id alii
feliciùs, nemo certè quàm ego
natura negabit eloquentiam, pectus
animi ſuppeditabit. Sunt qui pu-
conſultum illius rebus, ſi illud reddidero
maximè formidabilem, ego magis
bis *Leonem* amet potiùs quam metuat.
huic officio niſi me ſervet ipſe,
poſſim eſſe incolumis. Adeo devotis
nos conſpirant κατάρατοι quidam.
minatim in me, in publicis lectionibus
concionibus, traducunt apud populum,
apud Principes. Subornant qui libellis
editis proſcindant nomen meum,
venena minitantur. Neque cuiquam
eſt quid auſint iſti. Non dubitem omnes
imprecari capiti meo, ſi quiſquam
tam exiguus libellus quem totum
in omnibus quæ illi tribuuntur,
trocinium circumferuntur, ulla ſyllaba
aut me volente ſcripta. Si ullum unquam
dogma conatus ſum defendere. Et
tanta eſt perverſitas, ut ea quoque
quæ *Lutherus* in conventu Cæſaris
ſuis. Nuper in frequenti convivio
vit me, quod eſſet initium captivitatis
nica. Ad id reſpondere mihi ſanè
cile fuit. De nulla re minus
roganti cur id quæreret, faſſus
iſſe ſuſpicatos, hoc opus eſſe meum,
tium eſſet, *Velim nolim*, non admodum
rens ab exordio Panegyrici mei,
ex *Hiſpaniis* reverſo gratulor, cui
Velis nolis. Bella conjectura. *Alexander*
vit mihi tribui duos libellos, quorum
tulus eſt *Eubulus*, alteri *Lamentationes*
moriar ſi unquam mihi fuerat
antequam ille protuliſſet. Priorem
nanciſci. In altero ſic tractor, ut
rem ſim illi gratiam non optimam
tamen in hujuſmodi libellis vituperari

quàm prædicari. Conantur hoc quidam persuadere, *Lutheranam* pestem ex hisce regionibus esse natam, quo scio nihil esse falsius. Jam quidam malè feriati decerpserunt è libris meis, unde *Lutherus* videatur hausisse suorum errorum occasionem. Quin potiùs ea colligunt ex enangeliis & epistolis apostolorum, ex *Augustino*, *Bernardo*, atque adeo ex ipso *Thoma*? Unde veteres hæretici plerique collegerunt occasionem erroris, nónne è sacris voluminibus perperam intelligis? Non verebor universam provocare *Germaniam*, & si qui sunt alibi qui *Luthero* favent, si docere possint *Lutherum* uno verbo per nos fuisse adjutum in omnibus libris quos hactenus edidit, imò si proferant epistolas quas his de rebus scripsi etiam tum, quum adhuc spes esset *Lutheri* ingenium & calamum servaturum gloriæ *Christi*. Hæ declarabunt me modis omnibus obnixum fuisse nè nascerentur hæc tragœdia. Tametsi mihi non probabatur omnino quod instituerant adversarii, & multa videbam recipi, quæ præstabat mutari. Amicitiam quæ mihi cum *Alexandro*, jam non nova fuerat, linguæ venerat penè diremerant. Nam ad has artes ingenium ac mentem habent. Nunc re deprehensâ, mutavit animum *Alexander*, sed voces missas magis optat quàm potest revocare. Proinde doctissime *Bombasi*, si *Leo* decimus non desit innocentiæ meæ adversus hos Sycophantas impudentissimos, ego pro virili non deero neque syncerítati religionis *Christianæ*, neque ipsius dignitati. Adhuc anceps animi sum an *Basileam* sim aditurus. Jam annos totos illuc eo, sed semper revocor, quod hìc me remoretur. Nunc plenè decreveram iter capessere, ut *Basileæ* peractis quæ vellem, *Romam* totus commigrarem, illic quod reliquum est ævi, inter eruditissimos homines, inter locupletissimas bibliothecas transacturus. Jamq; iter ingredi cœperam; Nam hæc ruslicatio æstiva me reddidit aliquanto firmiorem, sed bellum atrox undique glisens indies, deterruit. Et tamen adhuc gestit animus, & fortassis audebo jacere aleam, præsertim huc vocante *Alexandro*, cujus consilio in rebus gerendis, non minus tribuo, quàm judicio in literis. Interim fruere tuis opibus, ac me sodalem expecta, si modò tumultus hic Principum conquiescant. Card. *Campegio*, & tuo patrono Card. S. quatuor me diligenter commendabis, Bene vale patronorum fidissime, & amicorum integerrime. Saluta mihi *Franciscum Chieregatum*. Ex rure. Nono Calend. Octobris. Anno millesimo quingentesimo vigesimoprimo.

Erasmus Rutgero Rescio suo S. D.

NIl tam atrox esset contumelia, mi *Rescì* doctissime, prorsus autor tibi futurus sim, ut vel iniquis conditionibus pacem admitteres. Nunc cum ejusmodi sit contumeliæ genus, ut nemo non detestaturus sit, si quid ejusmodi commisisset herus in suum mancipium, cujusmodi malitiosâ conspiratione designârunt ii, quorum partes erant omnem injuriam à frugi scholasticis depellere, non ausim ut facias, suadere, quod tamen tuo bono factum esse cuperem. Mira verò tyrannis, ipsi quum nè voculæ quidem ullius injuriam ferant, postulant, ut tu tam insignem contumeliam musses, ac propemodum etiam ultro veniam postules, ne quid scilicet illorum decedat dignitati. Res erat digna quæ posteris innotesceret: At ego puto generosius esse vindictæ genus, si quemadmodum hactenus fecisti, *Græcæ* literaturæ professionem, quam maximè cohonestes & integerrimis tuis moribus, & docendi vigilantia. Quod si non impetras hoc ab animo tuo, ut litem remittas, id quod ego nolim abs te flagitare, quando famæ res agitur, fac ita litiges, quemadmodum hactenus est à vobis litigatum. Nam quum proximè essem *Lovanii*, sic obesulus, rubicundulus & alacer eras, ut mihi lite non macerari, sed saginari videaris. Et habes te dignum adversarium *Joannem Calabrum* medicum, qui te pallore maciéque refert. Exceptâ ætate adeo tui non dissimilis, ut periculum sit, nè cui videaris litigare cum patre. Quanquam vir ille meâ sententiâ, non peccavit malitiâ, sed obsequio. Bene vale *Rescì* charissime. *Anderlaci*. Anno millesimo quingentesimo vigesimoprimo.

Erasmus Roterod. Guilielmo Budæo S. D.

CUm proximè *Brugis* essem in celeberrimo Cæsaris comitatu, in uno saltu multos cepi lepores, ut habet proverbium, hoc est complures amicos eâdem operâ salutavi, sed imprimis non minus humanum quàm magnum, hoc est non minus amandum quàm reverendum Cardinalem *Eboracensem*, quem Regis sui nomine legatione fungentem *Carolus* noster planè regiâ quâdam munificentiâ excepit. Aderant *Cuthbertus Tonstallus*, *Thomas Morus*, ac *Guilielmus Montjoius*, præter alios innumeros, quos ideo non commemoro, quod sciam eos tibi adhuc incognitos. *Thomas Morus* magnam spem animo conceperat, ut *Caleti* in *Gallica* legatione te complecteretur. Cardinalis adventus hoc nomine mihi fuit jucundior, quòd sperabam fore, ut tumultus hii qui inter summates orbis Principes magno generis humani periculo vertuntur, hujus prudentiâ atque autoritate componerentur. Verùm ut nunc res habent, non video quid sperem, nisi θεὸς τις ἀπὸ μηχανῆς φανῇ, nostra consilia vertat in melius. Sed hi Regum motus non dirimunt Musarum fœdera. Sunt quorum rationibus conducit, non optimè convenire Cæsari & *Galliarum* Regi. Hi dissidii seminarium subjiciunt arte nimirum tyrannicâ, ut dum nos mutuis dissensionibus opes nostras attenuamus, ipsi suam stabiliant tyrannidem. Divinas, opinor, quos sentiam. Utinam hoc provideant utrique Principes, nè post emittant vocem illam seræ prudentiæ, nimióque emptæ, *Non putâram*. Est quod *Moro* gratuleris. Nam Rex hunc, nec ambientem, nec flagitantem munere magnifico honestavit, addito salario nequaquam pœnitendo. Est enim Principi suo à Thesauris. Ea functio apud *Britannos*, ut est splendida cum primis atque honorifica, ita non admodum est obnoxia, nec invidiæ, nec molestis negotiis. Erat competitor, homo sat gratiosus, qui sic ambiebat hoc muneris, ut non gravaretur suo victu cibóque gerere. At Rex optimus hic certissimum in *Morum* favoris argumentum dedit,

Epist. 16.

dit, qui non ambienti salarium etiam addere A
maluerit, quàm gratuitum magistratum admittere. Nec hoc contentus Princeps benignissimus, equitis aurati dignitatem adjecit. Neque dubitandum est, quin illum sit amplioribus ornamentis aliquando cumulaturus, quum sese offeret occasio. Siquidem cœlibes evehere longè proclivius est Principibus. At *Morus* sic est admixtus ordini conjugum, ut nec uxoris obitu, sit emancipandus. Priorem enim quam virginem duxerat extulit, & hanc viduus viduam duxit. B
Sed hunc Principis animum hoc magis gratulor *Moro*, quòd quicquid huic accesserit vel autoritatis vel gratiæ, id existimem bonis studiis accedere. Quibus ille sic favet, ut si pares essent animo facultates, non deesset apud *Britannos* felicibus ingeniis candidus ac benignus *Mecœnas*. Solent aulæ Principum idem facere quod medici, qui corpus sibi traditum primum inaniunt, mox implent ac vegetant. Nec dubito quin *Moro* nostro simile quippiam acciderit hactenus. Quid C
tibi venerit usu tute melius nôsti. Et tamen illius benignitatem senserunt ingenia, quum adeo non abundaret illi quod largiretur, ut ære gravaretur alieno. Nec hac parte solùm ornat studia, quòd ipse doctissimus, candidè favet doctis omnibus, verumetiam quòd universam familiam honestissimis literarum studiis excolendam curat, novo quidem hactenus exemplo, sed quod brevi plures, nisi fallor, sint imitaturi: Adeo feliciter succedit. Habet filias tres, quarum maxima natu D
Margareta, jam nupta est juveni, primum beato, deinde moribus integerrimis ac modestissimis, postremo non alieno à nostris studiis. Omnes à teneris annis curavit imbuendas, primùm castis ac sanctis moribus, deinde politioribus literis. Filiabus tribus quartam adjunxit puellam, quam benignitatis gratiâ alit, ut illis sit sodalis. Habet privignam mirâ formâ ratóque ingenio puellam, annos jam aliquot nuptam, juveni non indocto, sed cujus moribus nihil sit magis aureum. Habet E
filium ex uxore priore, natum annos plus minus tredecim, ex liberis natu minimum. Ante annum visum est *Moro* mihi specimen aliquod exhibere, quantum in literis profecissent. Jussit ut omnes ad me scriberent, & quidem suo quisque *Marte*. Nec argumentum est suppeditatum, nec in sermone quicquam est correctum. Etenim cum illi schedas obtulissent patri castigandas, ille velut offensus incommodâ scripturâ, jussit, ut eadem accuratiùs ac puriùs describerent. Id ubi factum F
est, nè syllabâ quidem mutatâ, literas obsignatas ad me misit. Crede mihi *Budae* nihil æquè sum admiratus. In sensibus nihil erat ineptum, aut puellare: sermo talis, ut sentires esse quotidie proficientium. Hunc chorum amabilem unà cum sponsis duobus domi habet. Nullam illic videbis ociosam, nullam ineptiis muliebribus occupatam. Illis *T. Livius* est in manibus. Nam eò progressæ sunt, ut autores hujusmodi legant & intelligant citra interpretem, nisi si quod incidat G
verbum, quod me quoque fortassis, aut mei similem fuerat remoraturum. Uxor ingenio magis ac rerum usu quam eruditione valens mirâ dexteritate moderatur omne collegium, ἐγκοσμιάρχης cujuspiam vicibus fungens, pensum cuique præscribens atque exigens, neque sinens cessare quenquam, nec frivolis occupari. Soles in literis tuis

subinde queri, quòd tua causa malè audiret philologia, cuæ tibi duo mala conciliasset, vanitatis, ac rei familiaris dispendium. At *Morus* hoc agit ut omnibus nominibus, & apud omnes bene audiat, hoc literis debere se prædicans, quòd prosperiore sit valetudine, quòd optimo Principi, quòd suis & exteris charus & gratiosus, quòd lautiore, quòd sibi, quòd amicis jucundior, quòd patriæ, quòd cognatis & affinibus utilior, quòd ad aulæ commercium, quòd ad procerum victum, quòd ad omnem vitæ consuetudinem accommodatior, denique quòd superis gratior. Primum malè audiebant studia, quòd laudem communem adimerent addicto cultori. Nihil est profectio, nulla negotia tam multa, tam aspera, quæ libellos *Moro* de manibus excutiant, & temen vix alium reperies, qui magis sit omnium horarum homo, qui ad obsequium facilior, ad congressus magis obvius, in colloquio magis alacer, quique tantum veræ probitatis cum tantâ morum suavitate conjunxerit. Quibus rebus factum est, ut quum ante paucos annos literarum amor ad omne vitæ vel prædium, vel ornamentum haberetur inutilis, nunc nemo pene sit magnatum, qui liberos ut majorum imaginibus dignos agnoscat, nisi bonis literis exornet. Quin & monarchis ipsis bona regalium dotium pars abesse videtur, in quibus literarum gloria desideretur. Jam neminem ferè mortalium habebat hæc persuasio, sexui fœminino satis & ad castitatem & ad famam esse inutile. Ipse quondam prorsus ab hac abhorrui sententia, verùm hanc mihi *Morus* penitus excussit. Etenim quum duabus rebus potissimùm prosit tetur puellarum castitas, ocio, ac lasciviæ ab horum utroque literarum arcet amor. Nec ulla res meliùs tuetur famam integram quam mores incontaminati. Nec ullæ sunt castæ, quam quæ judicio castæ sunt. Nec verò improbo consilium eorum, qui operis prospiciunt pudicitiæ filiarum. Vera nulla res sic totum puellæ pectus occupat, ut studium. Atque hinc præter hoc fructus quod animus ab ocio pernicioso prohibetur, haurit optima præcepta, quæ mentem ad virtutem instituant & inflamment. Multis simplicitas rerum insciti pudicitiæ jacturam attulit, priusquam scirent quibus rebus tantus thesaurus proclitaretur. Neque video cur maritis sit tutum dum nè minus habeant morigeros, si doctas beant, nisi si qui tales sint, ut ea velint exigere uxoribus quæ non sunt exigenda à probis maritis. Imò meâ sententiâ nihil est intractabilius inscitiâ. Certè hoc præstat animus cultus studiorum exercitatus, ut intelligat æquas probasque rationes, videatque quid deceat, quid expediat. Atque propemodum persuasit, qui rem discuit. Ad hæc quum jucunditas firmitasque conjugii magis ab animorum benevolentia, quàm corporum amore proficiscatur, multo tenacioribus vinculis junguntur, quos ingeniorum quoque charitas copulat. Magisque veretur maritus uxor, quem agnoscit & præceptorem. Nec illa minus habebit pietatis, quia minus habet superstitionis. Equidem malo talentum aurei, quàm tria talenta multo plumbo scoriáque vincta. Audimus passim alias mulierculas sic à concione redeuntes, ut prædicent mirificè fuisse concionatum

cionarum qui dixit, ac vultum hominis graphicè depingunt. Cæterùm neque quid dixerit, neque quale sit quod dixit recensere possunt. Hæ tibi totam penè concionem ordine referunt non sine delectu, si quid stultè, si quid impiè, si quid extra rem effutiit ecclesiastes, quemadmodum hodie non rarò fieri videmus, id nôrunt vel ridere vel negligere vel detestari. Atque hoc demum est audire sacras conciones. Cum hujusmodi demum verè jucundum est convivere. Plurimum enim ab istis dissentio, qui conjuges non in alium usum habent, quàm ad obsequium voluptatis, quam ad rem magis appositæ sunt semifatuæ. Pectus habeat oportet, quæ familiam contineat in officio, quæ liberorum mores fingat ac formet, quæ marito per omnia satisfaciat. Cæterùm cum proximo colloquio illud objecissem *Moro*, quòd si quid humanitùs accideret, fore ut gravius discruciaretur earum desidetio, in quibus instituendis tantum insumpsisset operæ; respondit incontanter, Si quid acciderit, quod vitari non potest, malim eas mori doctas, quam indoctas. Móxque mihi venit in mentem, *Phocionis*, ni fallor, apophthegma, cui bibituro cicutam, cum uxor acclamaret, mi vir innocens morieris: Quid, inquit, ais uxor, an me malles nocentem mori? Interim illa cogitatio subiit animum meum, ut vos duos ceu duces quosdam eximios in hoc laudis genere componam, veluti si quis *Camillum* committat cum *Scipione Africano*. Tu & pluribus annis & iniquiore seculo cum literarum hostibus es conflictatus, hoc certè calculo *Moro* superior. Cæterùm quod tu in filiis tantum ac fratribus ausus es moliri, hoc ille non dubitat, & in uxorios & in filiabus facere, fortiter contemptâ novi exempli invidiâ. Quo nomine vicissim ille te præcellit. Tu rursum libris editis utriusque literarum proventum magis auxisti quam ille, copiosiùs etiam uti nobis pollicemur in posterum aucturus, si modò cœperis opes tuas è scriniis depromptas in populum elargiri. Quanquam & à *Moro* magnum aliquid expectat juventus, quòd ille multum adhuc absit à senectute, & patrem habet, non minorem arbitror annis octoginta mirè virenti senectute, ut vix alium reperias, qui belliùs gestet ætatem. Unde licet & *Moro* longævitatem ominari. Video quâ in re plurimum adjumenti possis adferre *Græcanicis* studiis, nimirum si copiosissimo Lexico nobis non tantum recenseas vocabula, verumetiam idiomata, & *Græci* sermonis tropos non quibuslibet notos & obvios explices. Est quidem fateor hoc argumentum humilius & infra tuam dignitatem, sed arbitror esse boni viri, publicæ utilitatis gratiâ semet aliquò usque demittere, quod à sapienti suo exigit *Plato*. *Aleander* jam diu apud nos est, sed hujus hactenus nobis maligna fuit copia, quod sategerit in hoc *Lutherano* negotio, in quo sanè fortem ac strenuum virum se præbuit. Hoc ubi defunctus erit, imò quia jam prope defunctus est, licebit aliquoties hominis consuetudine frui, non minus amœna, quam erudita. *Vives* in stadio literario non minus feliciter quàm gnaviter decertat, ac si satis ingenium hominis novi, non conquiescet, donec omnes à tergo reliquerit. Amo vos omnes, quòd *Brixium* vestro consilio viceritis, & illum amo, quòd se amicorum judiciis permiserit. *Morus* adeo nihil molietur hostile, ut nè meminerit quidem superioris conflictatiunculæ. Valde mihi placuit, quòd ad exemplum tuum, sese bilinguibus epistolis exercet: nec dubito quin illi sit successurum quod tu sanè juveniliter, sed felicissimè primus es ausus, & apud *Gallos* & hoc seculo. Ejus literis non minus humanis quàm eruditis respondebo, si quid dabitur ocii. Hæc scripsimus, ex rure *Auderlacensi*, quando tuo exemplo provocati, cœpimus & ipsi rusticari, sed utinam liceat & tuo exemplo ædificare. Utrumque habet, sic mihi successit hæc rusticatio, ut posthac singulis annis eam sim repetiturus. Bene vale. M.D.XXI.

Erasmus Roterod. Petro Ægidio suo S. D.

QUandoquidem in rebus humanis adeo nihil est perpetuum, ut nè diuturnum quidem aliquid esse possit, non perinde discruciari debes optime *Petre* quòd patrem amiseris, quàm gratulari tibi, quòd talem habueris. Quæso te circumfer oculos tuos per omnes familias tuæ civitatis, ac teipsum consule, num alium patrem tibi deligere velles, etiamsi quis deus hoc largiretur, ut liceret. Aut ego fallor, aut non alium optares tibi, quàm contigit. Et ille potest inter felices numerari, si quid omnino felix est in hac vita. Si beatum est diu vivere, pervenerat ille usque ad annum octogesimum, integris membris, vigentibus adhuc oculis, ut nec scipione, nec conspicillis ocularibus esset opus, vix prima canities cœperat capillorum nigrorem aspergere. Et quod est omnium felicissimum, quemadmodum est rarissimum, totus illi constabat animus. Quòd si fortunatum est bonis avibus sortiri conjugium, & ea res illi bis successit: secundum autem hoc fuit felicius, quòd optimo viro tot liberos optimos dedit. E quibus tam multos vidit, non modò superstites, verumetiam adultos omnes, & ad aliquem honestum vitæ gradum provectos. Et quemadmodum ipse sic universam ætatem egit apud cives suos, ut nunquam ullo fœdo rumore famæ candorem aspersérit, ita sic instituit suos omnes, ut nullus esset cujus ipsum pœniteret aut puderet. Quid patre tuo sanctius? Quid matre integrius? Quàm ille deamabat conjugem, quàm illa venerabatur etiam maritum? Et tamen non semper ex optimis, nascuntur optimi. Quàm non fuit illi molesta mors, quum se videret in talibus liberis superstitem fore? Porrò quoties mellitissimum nepotulum, filium tuum, *Nicolaum Nicolaum* exosculabatur, nè mori quidem sibi videbatur. Opes habebat non tam amplas, quàm justas, & quod his temporibus rarissimum est, sine fraude quæsitas. Artem delegerat, quæ citra dolum lucri tantum suppeditabat, quantum & alendæ familiæ, & pauperibus etiam, in quos erat liberalissimus, sublevandis sufficeret. Liberis reliquit, quod ad mundum victum cuique satis esset, etiamsi nihil alipnde accederet. Gessit magistratus aliquot civiles, gesturus majores ac plures, si quid ambisset. Quos gessit, ita gessit, ut nemini quicquam esset, quod de illo quereretur. Domesticam discordiam, non secus ac pestem aliquam execrabatur. Ac nec cum civium quoquam illi fuit unquam controversia. Tanta erat morum commoditas. Decedebat de suo jure potiùs, si videret concordiam aliter constare non posse. Nullus ex

Epist. 17.

ore

ore illius audivit unquam sermonem vanum, obscœnum aut obtrectatorium. In tam frequenti civitate nullum habebat inimicum. Plerique defunctum non secus ac patrem lugebant, præsertim inopes. Quanta verò tolerantia pertulit acerbissimos cruciatus, dierum complurium. Nulla enim mors violentior, quam quæ accidit ex obturatis urinæ viis. Moriturus nihil aliud mandavit liberis, quam concordiam, & studium pietatis. Hæreditatem reliquit ita distributam, ut nihil referret, quis quam portionem delegisset. Nec ullus extitit, qui diceret sibi deberi teruntium. An non ingratus meritò videaris, si talem parentem lugeas? Fruere potius illius felici memoriâ, & ab hujus vitæ fluctibus, in immortalitatis portum delato gratulare. Perge illum referre morum integritate, quemadmodum antehac feciſti, ac filium jam nunc à teneris annis ita fingito, ut avum quem nomine refert, referat & vitæ sanctimonia, patrem ac patruum etiam eruditione. Jam nunc Euangelicæ philosophiæ decreta, veluti lac animi combibat. Jam nunc utriusque literaturæ semina hauriat, & parentem amabili balbutie, *Græcè*, *Latinè* que salutet. Sic tibi contingat mi *Petre* cum optima conjuge tua *Cornelia* feliciter senescere, & ex optimis liberis honestissimam capere voluptatem. Bene vale amice incomparabilis. *Lovanii*, Anno millesimo quingentesimo decimonono.

A quibus nihil est antiquius *Christi* gloriâ. tes effecit, ut initio, tantum undique favo buerit *Lutherus*, quantum non arbitra jam aliquot ulli mortalium contigisse. ut facilè credimus quod vehementer existimabant exortum hominem, qui omnibus hujus mundi affectibus, tan medium aliquod adferre posset. Nec sus desperabam, nisi quod statim ad p stum opusculorum, quæ *Lutheri* nomine B cœperant, planè vetebar nè res exiret tum, ac publicum orbis dissidium. Itaque per literas, tum *Lutherum* ipsum, tum lius, quorum autoritatem arbitrabar valituram; qui quid illi dederint consili certè sic tractata res est, ut periculum sit, tentatis remediis, malum nobis Ac vehementer demiror, mi *Jona*, quis taverit pectus *Lutheri*, dum tantâ in *Romanum* Pontificem, in scholas C philosophiam, in ordines Mendicantium retur. Quòd si vera fuissent omnia, id longè secus habere, qui scriptorum ram agunt, provocatis tam multis, tus expectari poterat, quàm hic quem *Lutheri* libros hactenus non vacarit legere his quæ degustavi, quæque recitantibus nunquam obiter hausi, quanquam de sententiarum quas adferebat, fortasse meæ mediocritatis pronunciare, certe D ratio negotii aggrediendi, mihi neutiquam babatur. Quum enim per se resit risque veritas, quum per se seditiosa usu recepta convellere, consultius naturâ acerbam, tractandi civilitate odium odiis addere. Quorsum igitur paradoxis agere, atque ita proponere primâ specie magis etiam offenderent, piùs ac fixiùs inspecta? Nam quædam scuritate velut affectatâ molesta sunt. E attinebat tam atrocibus conviciis sævire quos si sanare cupiebat, imprudentiæ orbis malo provocare, impietati tribuendum Porrò quum prudentis œconomi veritatem, hoc est promere, cum re promere quod satis est, & cuique fit accommodum, ille tot libellis simul effudit omnia, nihil non evulgans nibus etiam communia faciens, quæ soleat eruditos ceu μυστικὰ καὶ ἀπόρρητα tractari: F quenter impetu quodam immoderato, dem sententiâ, fertur ultra justum. Quod est, quum satis esset admonuisse Theologos satis illos admiscere philosophiæ Peripateticæ, Sophisticæ magis, ille totam *Aristotelis* sophiam animi mortem appellat. Habet gelicus ille *Christi* spiritus prudentiam bet civilitatem ac mansuetudinem ipse *Christus Judæorum* affectibus semel peravit. Aliud loquitur turbis crassioribus, G discipulis, quos & ipsos diu tolerans, adducit ad intelligentiam philosophiæ Hoc consilio jubet suis, ut primùm prædicent, & imminens regnum Dei, de taceant: Sic *Petrus* in *Actis apostolorum*, non melioſa, sed miti & amanti concione tantam titudinem primitias addit ecclesiæ. Non vocitur in eos, qui *Christum* occiderant, non verbis

Erasmus Roterodamus Iodoco Jonæ S. D.

Epist. 18. HIc jam diu rumor est constans, *Jona* charissime, te *Vuormaciæ Martino Luthero* continenter adfuisse: nec dubito quin tua pietas hoc egerit, quod ego fueram acturus, si contigisset adesse, ut hæc tragœdia moderatis rationibus sic sopiretur, nè posthac posset majore cum orbis malo rursus erumpere. Quod equidem demiror non esse factum, quum ea res vehementer cordi fuerit optimis viris, qui, sicuti dignum est animis vetè *Christianis*, cupiebant esse consultum ecclesiæ tranquillitati, quæ nisi concordia sibi jungatur, ecclesiæ vocabulum amisit. Quid enim est aliud nostra religio, quàm pax in Spiritu sancto? Porrò *Christi* ecclesiam, quoniam adhuc pisces bonos & malos eodem reti complectitur, & zizania mixta tritico ferre cogitur, & olim magnis viciis laborâsse, testantur veteres orthodoxi, subinde deplorantes corruptissimos mores eorum ordinum, unde conveniebat ingenuæ pietatis exempla proficisci. Tum quàm ecclesia *Romana* & olim degenerarit ab Euangelicæ puritatis studio, vel *Hieronymus* satis arguit, qui eam ex Apocalypsi *Babylonem* appellat, vel divus *Bernardus* in libris quibus titulum fecit *De consideratione*. Quanquam non defuerunt, & ex recentioribus celebrati nominis autores, qui publicam instaurationem ecclesiasticæ disciplinæ flagitarent. Verùm haud scio an unquam ecclesiæ Proceres tanto studio, támque palàm inhiaverint hujus mundi commodis, quæ *Christus* docuit oportere contemni, quàm hodie videmus. Nec minus erant collapsa sacræ scripturæ studia, quàm mores. Divinæ literæ servire cogebantur humanis cupiditatibus, populi credulitas in quæstum paucorum vertebatur. Ad hæc ingemiscebant piæ mentes,

atrocibus exaggerat illorum impiam insaniam, etiam probabile sit in eo numero fuisse, qui *Christum* ad mortem impulissent. Sed velut illos sublevans, ait, hoc consilio divino sic esse peractũ: mox etiam sceleris impietatem in ipsum seculum rejicit, *Salvamini*, inquit, *à generatione ista prava*. Non negarit in illos convicium, à quibus dicti sunt esse insano madidi, sed moderatis rationibus excusat, novi spiritus energiam esse non vini; profert *Ioelis* testimonium, quod sciebat apud illos plurimũ habiturum ponderis. Ac nondum *Christũ* pronunciat Deum & hominem, hoc mysterium suo servabat tempori. Interim virum justum appellat, Dominum ac Messiam pronunciat, idq; ex autoritate Dei, quem religiosè colebant & illi, ut ex patre cognito, filio conciliaret favorem. Ad hæc quum ostenderet de *Christo* non de *David* dictum, quod illi de *David* interpretantur, sermonem offensurum præmunigant, *Viri*, inquit, *fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David*. Sic *Paulus omnia fit omnibus, ut omnes* Christo *lucrifaciat*, suos instituens, ut cum omni mansuetudine doceant, non alienantes quenquam morum & orationis asperitate, sed mansuetudine vincentes etiam morosos, & asperos. Quantâ civilitate *Christum* prædicat *Atheniensibus*, illorum vicia in seculum ipsum rejiciens. *Et tempora quidem*, inquit, *hujus ignorantiæ despicions Deus*: Ipsos honesto gratoque prologo, *Viri Athenienses* appellat. Nec sævis verbis exagitat impium cultum dæmoniorum, sed oratione civili, superstitionis illos insimulat qui plus colerent quam oporteret. Titulum aræ fortè conspectum torquet in argumentum fidei, demutatis etiam & amputatis verbis aliquot: nec adhuc *Christum* aliud appellat, quàm virum, per quem Deus statuisset conferre salutem universo mortalium generi: nec apud hos profert prophetarum testimonia minimum habitura ponderis, sed *Aratı* testimonio cum illis agit. Quanta cum urbanitate causam suam apud *Festum* agit, & *Agrippam*. Sic *Augustinus* refellit furiosos *Donatistas* & plusquam insanos *Manichæos*, ut & citra rei meritum sæviat, & charitatis dulcedinem ubique admiscat, salutem illorum sitiens, non exitium. Hæc docendi mansuetudo, hæc dispensandi sermonis divini prudentia cepit orbem, & quod nulla unquam arma, nulla philosophiæ subtilitas, nulla rhetorum eloquentia, nulla vis aut ars potuit humana, sub *Christi* jugum misit. Quo magis nos oportet, si prodesse cupimus, ab omnibus convitiis temperare, præsertim si adversus quos agimus publicâ præmineant autoritate. *Paulus* honorem deferri vult magistratibus, etiam ethnicis: & velut παλιμῳδεῖ, quod *Mosaico* palámq; scelerato Pontifici maledixisset. Vult servos *Christo* initiatos religiosius etiam obsequi dominis ethnicis quam antea fecerant: vult uxores à professione *Christi*, magis etiam esse morigeras maritis impiis, non ob aliud, nisi ut commoditate morum pellicerent omnes ad amorem euangelicæ doctrinæ. Cui pia mens est, utique nihil aliud quàm prodesse studet, ut tacens, si nulla spes sit profectûs, aut ita prudens ac dispensans veritatem, nè pro remedio, morbi vim exasperet. *Brutus* indignatur *Ciceroni*, qui suis concionibus & scriptis irritaret eos, quos irritatos non posset opprimere. *Platoni* non displiceret fucus, ac dissimulatio in philosopho, rei publicæ moderatore, modo technis in populi bonum abutatur. A *Christiano*, fateor, decet omnem abesse fucum, sed tamen incidit aliquando tempus, quum rectè tacetur veritas, & ubique magni refert quo tempore, apud quos, & quibus modis ea promatur. Medici fideles non statim ad extrema remedia decurrunt, prius ægrotũ corpus levioribus pharmacis præparant: atque ita dosin tẽperant ut sanent, non obruat. Nec istos audio, qui aiunt graviorem esse morbum hujus seculi, quàm ut levibus remediis sanari queat. Præstat malum juxta *Græcum* proverbiũ sinere ut est, quàm nõ dextris remediis exagitari. Neq; verò nego, nonnunquam Deum, bellis, pestilentiis, afflictionibus emendare suum gregem, non est tamen piorum inferre bellũ, aut afflictionẽ impiam, si Deus aliquando malum alienorum vertit in bonũ suorum. Crux *Christi* salutẽ attulit mundo, & tamen execramur eos, qui illum ad crucem adegerunt. Mors martyrum illustravit pariter & confirmavit ecclesiã Dei, tamen dãnata est eorum impietas, per quos hoc bonũ nobis contigit. Multi minus essent mali, si divitiis essent spoliati. Non tamen est probi viri, quenquam spoliare suis, quo illum reddat meliorem. Porrò quum omnis novitas pariat tumultum, etiamsi quis vocet ad meliora, si quid dissidebat à receptis, erat eâ specie proponendum, ut quam minimum dissidere videretur.

At aiunt, *Lutherum* aliquoties, quum eadem doceat, quæ cæteri, tamen verbis ipsis id videri conari, ut diversissima videatur adferre. Jam ut sunt hominum mores ad pejora proclives, sic erat medendum horum vitiis, ut aliis non præberetur ansa licentiùs peccandi. *Paulus* sic prædicat libertatem Euangelicam adversus pernicioſam legis servitutem, ut addat, *tantum nè libertatem occasionem detis carni*. Sic dehortatur à frigidis operibus legis, ut incessanter adhortetur ad opera charitatis. Fortassis erant, qui simplici studio favebãt, ad meliora vocandis ordinibus ac Proceribus ecclesiæ. Sed haud scio an sint qui per hanc occasionẽ inhient opibus ecclesiasticorum. Qua re nihil arbitror sceleratius, ac publicæ tranquillitati perniciosius. Etenim si ideo fas arbitrantur invadere facultates sacerdotum, quod quidam suis ad luxum, aut alioqui ad res parum honestas abutuntur, nec eivibus, nec magnatibus aliquot erit satis firma rerum suarum possessio. Bellè verò consultum rebus humanis, si impiè tollatur à sacerdotibus, quo pejus abutãtur homines militares, qui sic sua profundunt, nonnunquã & aliena, ut nulli mortalium sint usui. Nè ipsos quidem audio mi *Jona*, qui dicũt *Lutherum* adversariorum intolerabili procacitate provocatum, non potuisse tenere *Christianam* modestiam. Quomodocunque sese gerebant alii, qui talem susceperat personam, debebat omnib' neglectis sibi constare. Deniq; erat ante prospiciendus exitus, quàm sese in puteum hunc demitteret, nè contingeret, quod in Apologis accidit *Capro*. Etiam in pũs rebus, stultum est aggredi, quod non possis absolvere; præsertim, si conatus parum felix, pro capratis commodis summa adfert incommoda. Videmus rem in eum deductam locum, ut ego sanè nullum videam bonum exitum, nisi *Christus* arte suâ temeritatem quorundam vertat in bonum publicum. Excusant illum quidam quod alieno impulsu coactus, primùm scripserit atrociùs, deinde non commiserit sese clementissimi *Leonis* judicio, & *Caroli* Cæsaris

longè optimi mansuetissimique Principis fidei. At cur illi magis libuit istis auscultare, quàm aliis amicis, nec indoctis, nec rerum imperitis, ad diversa vocantibus? Jam plerique illi qui favebant, cujusmodi quæso præsidiis illum tueri conabantur, ridiculis libellis ac minis inanibus. Quasi verò istiusmodi nugæ, aut terreant adversarios, aut delectent bonos viros, ad quorum judicium negotium omne fuerat attemperandum, si modò voluissent suæ fabulæ felicem esse catastrophen. Nunc quantum malorum agmen hæc temeritas dedit, bonarum literarum studia, ac multos bonos viros non mediocri degravant invidiâ, qui initio parum erant iniqui *Luthero*, vel quòd sperarent rem secus ab illo tractandam, vel ob hostes fortè communes. Accidit enim nescio quo casu, ut qui initio negotium facessebant *Luthero*, hostes essent bonarum literarum, & ob id harum cultores minus iniqui erant *Luthero*, nè adjutis adversariorum partibus, hostium vires adversum sese confirmarent. Tametsi utcunque res habet, priorem oportuit esse curam religionis, quàm studiorum. Atque hìc mi *Jona* coactus sum aliquoties desiderare specimen Euangelici pectoris, quum viderem *Lutherum*, sed magis hujus fautores, hoc arte quadam affectare, ut alios involverent odioso ac periculoso negotio. Quid enim attinebat *Capnionem* satis hactenus oneratum, graviore onerare invidiâ? Quid opus erat mei nominis toties invidiosam facere mentionem, quum res id nequaquam flagitaret? Admonueram *Lutherum* privatis & obsignatis literis, mox *Lypsiæ* sunt excusæ. Admonueram Card. *Moguntinum*, obsignatis literis, nè temere *Lutherum*, cujus adhuc causa plerisque bonis erat plausibilis, quorundam libidini dederet. Evulgatæ sunt formis, antequam redditæ. *Bilibaldus* suis ad me literis, queritur epistolas quasdam circumferri excusas, quas nemo unquam illi reddidit. In his hortatur eum, ut persistat in eo quod cœperat, quo scilicet volentem nolentem pertrahant in hujus factionis consortium. E meis libris quos scripsi, priusquam somniarem exoriturum *Lutherum*, odiosa quædam decerpserunt, & in *Germanicam* versa linguam publicârunt, quæ viderentur affinia quibusdam *Lutheri* dogmatis. Et amici videri volunt, qui hæc faciunt, quum capitalis inimicus nihil possit hostiliùs. Non erat tantundem ad lædendum ingenii, iis qui mihi pessimè volebant. Hoc telum illi porrexerunt inimicis meis, ut jam in publicis concionibus prædicent, quæ mihi congruant cum *Luthero*. Quasi verò veritati non sit utrinque affinis falsitas, si prætergrediare lineam. Ego fortasse alicubi moneo, non esse temere suscipienda vota, nec probo istos qui domi relictâ uxore, et liberis, quorum & vitæ & pudicitiæ consultum oportuit, currunt ad divum *Jacobum*, aut *Hierosolymam*, ubi nihil erat illis negotii. Moneo juvenes, non esse pelliciendos ad vincula religionis, priusquam sibi noti sint, & nôrint quid sit religio. *Lutherus*, ut aiunt, in totum damnat omnia vota. Alicubi queror, onus confessionis, quorundam laqueis aggravatum. *Lutherus*, ut aiunt, docet rejiciendam omnem confessionem, ut perniciosam. Alicubi docui, primum optimos autores legendos, addens ex *Dionysii* libris, non tantundem fructûs percipi, quantum tituli videantur polliceri. *Lutherus* hominem ineptum vocat, ut accipio, & omnino lectu indignum. Bella verò congruentia, si quid [illegible] occasionem verè dixi ac moderatè, [illegible] ultra septa transilient. Iniquissimum [illegible] bus mecum agetur si præstare cogar [illegible] posterum etiam scriptis meis abutatur, [illegible] citas nè *Paulo* quidem apostolo constiti[illegible] collegæ *Petro* credimus. Quanquam [illegible] dicam, si præsciissem hujusmodi sec[illegible] rum, aut non scripsissem quædam quæ [illegible] aliter scripsissem. Sic enim prodesse [illegible] nibus, ut si fieri possit, neminem lædam[illegible] guntur libelli conjuratorum, in quibus [illegible] *Erasmus*. Mihi verò nullum nomen in[illegible] conjurationis, aut schismatis, aut factio[illegible] hæc qualis qualis est fabula me dehonest[illegible] est, certè modum constanter improbo. [illegible] literæ nulli factioni servierunt unquam, [illegible] *Christi*, qui communis est omnium. Quid [illegible] nio, quid his literis valeam nescio, [illegible] sum & cupio prodesse non modò *Germanis*, [illegible] *Gallis*, *Hispanis*, *Britannis*, *Bohemis*, [illegible] adeo *Turcis* quoque, ac *Saracenis* si quos. [illegible] tum abest, ut factioni tam periculosæ, [illegible] rim unquam admiscere. Atque interim [illegible] am etiam desidero in his, qui hujusmodi [illegible] quenquam allici posse credunt in cal[illegible] quem cordatum virum alienare velint, [illegible] ne id potius facerent? Satis autem [illegible] συνίσιν esse quod aiunt, ἐστιν ἐν, quam si [illegible] periculosa, talibus fidunt præsidiis. At [illegible] reor, nè res hæc apud reliquas nationes [illegible] dedecus adferat nostræ *Germaniæ*, quod [illegible] vulgus hominum solet, paucorum [illegible] versæ nationi imputare. Tot igitur [illegible] bellis, tot fumis, tot formidabilibus [illegible] ampullis, quæso, quid aliud actum est, [illegible] ante disputabatur in scholis, velut [illegible] bilis, posthac sit articulus fidei, & jam [illegible] lium parum tutum sit docere, dum [illegible] omnibus nihil non rapitur ad calumniam? Pu[illegible] rat *Lutherus* magno cum fructu *Christum* [illegible] tradere philosophiam euangelicam, puram [illegible] dis libris prodesse mundo, si ab his tempo[illegible] quæ non poterant non exire in tumultum. [illegible] quoque lucubrationibus bonam capiti [illegible] partem detraxit. Nè disputationes quidem [illegible] scholis liberæ sunt, quæ solent esse liberrimæ. [illegible] fas esset odisse quenquam ob privatas offensas, [illegible] minem magis læserunt *Lutherani*, quam me. [illegible] tamen optarim illo salvo, hoc longe pernicio[illegible] mum dissidium componi, & iis rationibus [illegible] nè post graviore cum periculo erumpat, [illegible] modũ solent malè curata ulcera. Dices nisi [illegible] rissime *Iona*, quorsum mihi texis istam jam [illegible] querelã? Primum ob hoc, ut quanquam res [illegible] progressa est, quam oportuit, tamen cuncti [illegible] vigiletur, si quo modo tãrus tumultus sopiri [illegible] Habemus Pontificem suâpte naturâ clemen[illegible] simum, habemus Cæsarem miti placidi[illegible] præditum ingenio. Id si fieri non potest, [illegible] ut tu te huic negotio admiscens. Amavi semper [illegible] inte præclaras *Christi* dotes, quo magis [illegible] servari negotio euangelico. Quo magis [illegible] *Huttenici* venam ingenii, hoc magis [illegible] nobis ereptum per hos tumultus. Quis [illegible] non excrucietur animo, si *Philippus Melanchthon* juvenis tot eximiis dotibus [illegible] ctus, per hanc tempestatem publicis [illegible] dirum

dictorum vocis adimeretur? Quòd si quædam offendant in his, quorum arbitrio res humanæ temperantur, censeo suo Domino relinquendos. Si æqua præscribunt, pati est parere; Sin iniqua, sanctum est tolerare, nè quid deterius accidat. Si seculum hoc totum *Christum* non ferat, est tamen aliquid eum quatenus licet prædicare. Hæc quæ tecum nunc ago, mi *Jove*, velim agas cum *Philippo*, aut si qui sint alii *Philippo* similes. Ante omnia censeo vitandum esse dissidium, nulli bono non perniciosum. Et ita sanctâ quâdam vafritie tempori serviendum, nè tamen prodatur thesaurus evangelicæ veritatis, unde corrupti mores publici possent restitui. Fortasse rogabit aliquis, num alio sim animo in *Lutherum* quam fuerim olim. Imò eodem sum animo, semper optavi, ut mutatis quibusdam, quæ mihi displicebant, purè tractaret evangelicam philosophiam, à qua nostri seculi mores, heu nimium degenerârunt. Semper correctum malui, quam oppressum. Optabam illum sic tractare *Christi* negotium, ut ecclesiæ Proceribus, aut probaretur, aut certè non reprobaretur. Sic amari cupiebam *Lutherum*, ut paulatim ac tuto posset amari. Nec alio sum animo in meas rabulas, quam in illum, si tam piè prædicârint *Christum*, quam impiè sunt in me debacchati, obliviscar quæ patrârunt in me, & exoscular. studium in *Christum*. Non odero blaterones, si cæperint esse *Christi* præcones. Bene vale. *Lovanii*, VI. Id. Maias. Anno M.D.XXI.

Eras. Rot. Theologis Lovanien. S.D.

REverendi patres, ac domini plurimum observandi, quoties considero & ordinis Theologici gravitatem, & meam innocentiam, vel merita potiùs in sacrarum literarum cultores, si licet glorioſius aliquid dicere, non libet credere quæ ad me deferuntur. Et tamen deferuntur à tam multis, tamque gravibus viris: ut non possit omnino videri vanum, quod tot ac talium autorum consensu probatur. Referebat hoc omnium, ut istarum tragœdiarum, quæ jam annis aliquot inter nos aguntur, magno vestro meóque incommodo, tandem finis aliquis esset. Quid ego promeritus sim vigiliis meis, posteritas æquior judicabit: quid *Lovanii* sim passus à quorundam petulantissimis linguis nulli potest obscurum esse. Nunc audio rursus instaurari tragœdiam, per quosdam, ducibus & autoribus *Vincentio* & *Latomo*, quorum alterum malè habet epistola ad Cardinalem *Moguntinensem*, in qua videor illi perstringere ordinem *Dominicalium*: alterum offendit consilium quoddam nullo autore vulgatum, de componenda tragœdia *Lutherana*, quod à me profectum esse quidam malè suspicaces dictitant. Primum epistola tum scripta, cum nondum, neque vestra condemnatio prodisset, neque Pontificis censura, nihil aliud agit in summa, quam ut *Lutherus* corrigatur potiùs, quàm ut magno orbis tumultu perdatur. Eam epistolam obsignatam miseram ad quendam Cardinalis consiliarium, illi jus faciens redderet si videretur expedire, sin minus, exureret. Is & serò reddidit, & priusquam redderet, excudendam curavit, mutatis etiam verbis aliquot ut audio. Cum enim ego scripsissem de *Luthero*, ille mutavit de *Luthero* nostro. Quòd res tumultuosis clamoribus statim ageretur apud promiscuam multitudinem, neque tum probabam, neque nunc probo. Et hoc plus habet ponderis apud omnes *Parisiensium* censura, quòd serò prodierit. Nullum ordinem, nec læsi unquam nec odi. Malos odi, quacunque veste tegantur. Ut autem ordo sit honestissimus apud omnes, id in ipsis situm est, non in me. Quòd si istis cordi est magni fieri apud omnes, eas dotes sibi parent, quæ famam honestam, quæ autoritatem ac favorem conciliant. Sin intelligunt se minoris fieri quàm vellent, ea mutent, unde detrimentum opinionis nasci senserint. Hactenus de epistola. Consilium illud non est à me profectum, sed à *Dominicano* quodam theologo, non vulgariter erudito. Id cuidam Principi fuit exhibitum, ut expenderetur an placeret, & exhibitum fuit ante vulgatam captivitatem *Babylonicam*, cum res esset adhuc sanabilior. Id quoque nescio quo casu vulgatum est à *Germanis*, qui haud scio quo consilio nihil non habent palam. Ac mihi quidem tum exhibuit *Dominicanus* ille, qui non negabit esse suum, nec mihi displicuit omnino ut ingenuè dicam. Non enim hoc agebat, ut rescinderetur sententia Pontificis, aut vestra, sed ut hominum persuasioni satisfieret, qui clamitabant, & adhuc clamitant *Lutherum* autoritate opprimi. Nec læderetur autoritas Pontificis, si volens aliquid remitteret de suâ severitate, ob publicam tranquillitatem. Atque id consilium placuit etiam Regibus, nisi captivitas, aliiq; huic simile libelli complurium animos alienâssent. In consultationibus liberum est unicuiq; dicere suam sententiam opinor. Et pium est tranquillitati publicæ consulere, modò id fiat incolumi Pontificis dignitate. Quod si fas non est, quâ fronte, cum *Lutherus* esset *Vuormacia*, magnis studiis hoc ipsum agebatur per viros laudatissimos, idque cum laude? Ita si mens esset hoc consilium, ut non est, tamen non video cur mihi sit excitanda tragœdia. Nunc habet autorem suum, quem non pudebit fateri. Meministis quantum tragœdiarum mihi concitatum sit ex falsissima suspicione, cum primùm prodissent opera *Lutheri* ob præfatiunculam paulo politiorem, cum & verissimum sit & à me crebro testatum, in omnibus illius libris, nullam esse syllabam me conscio aut volente scriptam. Imò semper hunc exitum timui, & idcirco modis omnibus conatus sum hominem ab hoc scribendi genere deterrere. Nunc cavendum est prudentiæ vestræ, nè denuo ex suspicione simili lædatis proximum. Homicidii genus est, famam hominis impetere. Quo magis demiror quid sibi proponat *Vincentius*, qui nusquam de me cessat maledicentissimè loqui, opportunè, importunè, lacerare nomen *Erasmi*, lapidare me conviciis. Quòd si ego talis essem, qualem ille falsò prædicat, tamen tanta linguæ procacitas indecora sit & sacerdoti, & monacho, & theologo, pestilens etiam vestræ Academiæ, nè hujus exemplo consuescant & in innoxios sic debacchari. Nec aliâ re pejus consulere potest ordini suo. Nam virulentam & impotentem maledicentiam improbant & ii, qui mihi malè volunt. Porrò eos qui sunt alieni, non alienat à me, qui mihi bene volunt hos offendit. Sunt autem ubique non pauci qui nobis bene cupiunt, haud quaquam exambitis favoribus, sed utilitate studiorum nobis devincti. Quod si ego velim meo calamo tam insolenter uti, quàm ille suâ linguâ, nónne res in manifestam rabiem exiret? Nónne scan-

dato essemus & *Christianè*, & *Christiani* nominis hostibus? Sed ille me cõtemnit, quasi non pluribus nominibus illum vicissim possem contemnere, si cõtemnere nos invicè esset *Christiani* pectoris. Aut quasi meum sit, digladiari cum talibus, qualis ille est, si res agatur ingenii præsidiis. Quòd si certandum sit linguæ virulentiâ, impudentiâ, procacitatè, facilè reperietur mulier aliqua, quæ cum tali hominum genere congrediatur. Sed ut mittamus *Vincentium*, à quo qualis qualis est, vinci me non patiar, si bonis rebus mecum certer, hoc est, si quid adferat, quod magis conducat ad *Christi* gloriam veramque pietatem: à *Latomo* invitus dissideo, vel ob eruditionem non prorsus aspernandam, vel ob qualecunque commercium cum Musis amœnioribus; et invitus credo, quod tamen à multis audio, præsertim cum à me nunquam sit læsus. Illud nobis vel serò cavendum est, nè mordentes invicem, consumamur alteri ab alteris. Seditiosa nunquam mihi placuerunt. Neque *Reuchlini*, neque *Lutheri* factioni me unquam admiscui, *Christi* gloriæ pro mea virili semper favi. Vestræ Academiæ nihil attuli, neq; dedecoris, neq; incõmodi. *Lutheranis* libellis obstiti plusquam quisquam mortalium: non quòd nesciam illum pleraque bene monere, sed quòd intelligam satius esse bene tacere quàm sinistrè tentare remedia. In omnibus quæ illi sive verè, sive falsò inscribuntur, non est ullus apex meus. Libellos maledicos qui undique provolant, utinam prohibere possem vel meâ causâ. Nam omnes me gravant invidiâ, quidam etiam infamant, ac magis lædunt qui laudant, quàm qui maledicunt. Illud certissimum est in his omnibus nihil esse meum. Et de quorundam autoribus est mihi nonnulla suspicio, de plerisque, nec suspicari possum unde prodierint. Sollicitatus sum à multis etiam magnatibus, ut prodirem in partes *Lutheri*. Sensi & alia quædam, hîc non referenda. Rejeci manibus ac pedibus. Ab adversariis præsertim monachis tam atrociter sum impetitus, ut etiam si fuissem antea inimicus *Lutheri*, odiis potuerim impelli ut illi adjungerer. Rursus sentio *Lutheri* fautores hoc omnibus studiis egisse, ut technis me pertraherent in hoc certamen, quòd si non possent, vi nolentem volentem pertraherent. Nihil horum me dimovere potuit ab instituto meo. Excutiantur omnia scripta, dicta etiam joco inter pocula effusa, nihil aliud comperietur, quàm mihi displicuisse subitos ac seditiosos clamores apud populum, & placuisse rem absque tumultu orbis transigi. Si aliis placuit diversa ratio, precor ut *Christo* sit felix, sed adhuc qualis sit futurus exitus nescio. Si in me situm esset, eras esset hæc sedata tempestas. Si mihi non est vobiscum arcta amicitia, per me non stetit. Cœpta erat in *Falcone*, comprobata erat superiorum malorum oblivio, etiamsi quicquid erat malorum, in meum recciderat caput. Nec enim *Joannes Atensis* ambisset concordiam, ni sibi conscius fuisset, se vanâ suspicione deceptum mihi movisse eam tragœdiam. Nec video quid obstiterit quo minus coaluerit illa pax, nisi quod non esset satis placatus *Egmondanus*. Nec video cur ille mihi sit infensus, nisi quòd pro maledictis, quæ in me ingessit etiam antequam vidisset, non egerim homini gratias. Quòd si hoc est consilium quorundam, ut me quovis modo petant, animis etiam gladiatoriis ac fictis criminibus, primum videant nè hoc

A non sit illis, tam secundis ventis [illegible] putant, & si succedat, videant nè non [illegible] turum sit quàm sibi pollicentur. Post[illegible] verunt prorsus abolere *Lutherã*, [illegible] cedes, si me non admiserint. Quiescant [illegible] lientur alii, me nemo divellet à pera [illegible] lus involvere alli factioni. Quòd si fuissem [illegible] mo, nihil aliud dicam, res illius me[illegible] Sed absit ut aliud sim quàm *Christ*[illegible] in illam non scripsi. Verum est, [illegible]
B desit mihi metus periculorum, si præ[illegible] sas innumeras, oculi penuria, senectus, [illegible] imbecillitas, certè prosit imperitia rei [illegible] eæ, quam isti mihi summam tribuu[illegible] gna ex parte agnosco. Postremò cum [illegible] miæ damnârint *Lutherum*, cum [illegible] Pontifex fulmen suum in eum torserit, [illegible] addiderit Cæsar, quid habitura sit [illegible] censuræ accessio, vermiculi potiùs q[illegible] Præsertim cum undiq; tam multi pro[illegible]
C judicio doctissimi, qui scribant in *Lu*[illegible] men pro meâ virili non decrò, neq; t[illegible] ecclesiæ catholicæ, neq; veritati Eu[illegible] dignitati *Romani* Pontificis, cum lic[illegible] tassis plus adferam momenti, quàm [illegible] his tumultibus rem posse confici. Illud [illegible] dendum, nè sic oderimus *Lutherum*, [illegible] perdamus & ea quæ sunt optima: & ita [illegible] dignitati nostræ, ut non lædamus [illegible] Euangelicæ veritatis: & ita faveamus [illegible]
D gloriæ, nè quid officiamus gloriæ *Chri*[illegible] terim si quid habetis, nè agite convi[illegible] modum nuper apud Rectorem *Ros*[illegible] *Egmondanus*, & nunquam non agit *V*[illegible] gumentis agite, & satisfaciam vobis [illegible] Quòd si voletis officiis certare, n[illegible] vinci. Sin erunt qui malint maleficii [illegible] non contendam quidem in hoc gen[illegible] sed tamen conabor meam innocentiam [illegible] re, nec puto defutura præsidia *Christi* ac [illegible]
E virorum. Bene valete domini reverendi [illegible] in *Christo* obser vãdi. Ex *Anderlaco*. An. M.D.XX.

Absolutissimo Theologo Lodovico Ber[illegible] *apud collegium divi Petri præpositu*[illegible] *& amico incomparabili, Eras. Ro.* S.D.

ERuditissime vir, bellè nobis consul[illegible] *Lutherus*, qui furiosis quibusdam bonorum [illegible] osoribus optatissimum telum porrexit, quo [illegible] ant in capita bonorum virorum, qui simul[illegible] mo favebant Euangelicæ doctrinæ, & in [illegible] literas. Aut ego planè fallor, aut ille [illegible] optimam non optimè agit hactenus. [illegible] vindex Euangelicæ libertatis, quam [illegible] tavit, ut vereat nè pro simplici jugo, [illegible] sit nobis ferendum, ac nobis ita ve[illegible] solet iis, quibus dum parum decrè cõm[illegible] effringere carcerem, duplicantur compedes, [illegible] que pharmacõ parum commodè adhibito [illegible] bum exasperant. Atque ipse quidem sum[illegible]
G tuto est, at tanto atrocius hæ phalanges [illegible] ac devoti hostes melioris eruditionis [illegible] hîc in optimum quemque. Patent enim ad [illegible] *therî* factionem pertinere, quicunque favent [illegible] angelicæ philosophiæ, aut politiori literatu[illegible] ræ. Me in omnibus concionibus, in convivii[illegible] colloquiis sic lapidant conviciis, ut nec ipse [illegible] *phano* cessurus videar. Ille semel obtrunc[illegible] mal-

malorum invenit. Ego sine fine lapidor à tot examinibus rabularum, interim tamen bene merens de ipsis. Res acerbitate *Lutheranorum*, & stoliditate quorundam, qui sedulo magis quàm prudenter, huic malo mederi conantur, in eum locũ dedusta est, ut ego sanè nullum videam exitum, nisi res humanæ magno tumultu misceantur. Quis cocodæmon hoc pessimum semen miscuit rebus mortalium? Adnixus sum cum essem *Colonię*, ut *Lutherus* auferret laudem obedientiæ, Pontifex clementiæ. Et placebat Regibus quibusdam consilium. Et ecce incendium decretalium, captivitas *Babylonica*, assertiones illæ nimium fortes reddiderunt malum, ut videtur, immedicabile. Sic mihi videtur agere *Lutherus*, quasi servari nolit. Rursus adeo stolidè quidam gerunt rem apud populum, quasi cum *Luthero* colludant, & in causa Pontificis prævaricentur. Quod unum supereſt mi *Bere*, precor ut *Christus* Opt. Max. omnia vertat in bonum. Solus enim ille potest. Jampridem isthuc iuriebam, sed erant & sunt quæ me adhuc remorantur. Spero me adfuturum autumno proximo. Interim *Christus* servet te cum tuis omnibus incolumem. *Lovanii* pridie Idus Maias. Anno millesimo quingentesimo vigesimoprimo.

Eraſ. Roterod. Hieronymo Frobenio S. D.

MIhi gratias agis, mi *Hieronyme*, quod ex literis meis propensior in te factus sit patris animus. Sed in te situm est, ut sit propensissimus. Id fiet, si te verè filium esse declares, & ex animo rem patris adjuves. Non mirum si quando cessant operæ mercenariæ. At tu dum patrem adjuvas, tuum ipsius agis negotium. Nunc ætas est laborum omnium patiens. Ea est rebus honestis exercenda. Quod datur vacui temporis, hoc impende honestis studiis, & evolvendis bonis autoribus. Fuge consortia nepotum & ociosorum, adhuc te à juvenilibus voluptatibus, & veris doctibus temet instrue. Quod si facias, non deerit tibi neque gloria, neque pecunia: sin secus, & ego te frustra commendavero patri, & ipse tibi parum bene consuleris. Sed absit ut hoc eveniat. Confido, mi *Hieronyme*, te talem futurum, qualem optamus utrique. Bene vale, & saluta *Erasmiolum* puerum, ut audio, ipsi optimæ. *Brugis* pridie assumptæ Virginis, Anno M.D.XXI.

Eraſ. Rot. Nicolao Buſciducenſi S.

OMnes beatitates nostrum beent *Beatum*, qui nobis *Tertullianum* dederit, illum sic adamatum à *Cypriano*, sic laudatum ab *Hieronymo*. Sed utinam integrum & emendatum dare potuisset. Plurimum tamen debemus illius industriæ, qui quod licuit præstitit. Mihi hactenus degustare licuit verius quam legere. Habet ille quidem suum quoddam orationis genus, quod haud scio an eo sæculo plausibile fuerit apud *Afros*, tametsi nobis subdurum videtur. Id quod non dissimulavit noster *Hieronymus*, qui tribuit illi densitatem in sententiis, sed adjungit difficultatem in eloquendo. Cæterum quis non admiretur pectus illud semper ardens, tam exactam scripturarum cognitionem, tamque promptam memoriam, idque priscis illis temporibus, quum nulla adhuc esset solennis Theologiæ professio, nullæ scholæ, nullæ diatribæ, nulli ferè sacrorum voluminum interpretes? Hæc quum contemplor, mi *Nicolae*, dispudet me nostrorum temporum. Habet tamen hoc vicii quod in *Origene* damnat *Hieronymus*. Nonnunquam vim facit scripturis, idq; impudentius etiam quam *Origenes*. Nam hic plerunque disputat & inquirit, *Tertullianus* asseverat ac pugnat. Hujus generis est illud, quod hunc *Christi* sermonem: *Qui dimiserit uxorem & duxerit aliam, mœchatur*, sic interpretatur, quasi non damnetur divortium, nisi quum ideo repudiatur uxor, ut ducatur alia quæ magis adblandiatur. Porrò quod egressus sit ab ecclesia, quanquam excusari nec debet nec potest, tamen elevat crimen *Hieronymus*: Hic, inquiens, quum usque ad mediam ætatem presbyter ecclesiæ permansisset, invidiâ postea & contumeliis clericorum *Romanæ* ecclesiæ, in *Montani* dogma delapsus est. Atque ut misericordiâ dignus est, qui simpliciter errat, ita omnis hæresis execranda est piis mentibus, quæ cum indocili pervicaciâ conjuncta est. Sed tamen ut in venenis aliud alio letalius, ita in hæresibus alia pestilentior aliâ. Propius autem abesse videntur à pietate, quæ immodico quodam Euangelici vigoris studio plus exigunt quàm oportet. Quales erant, qui semel baptismo lotum adeo volebant abhorrere ab omni turpitudine, ut relapsos in crimen aliquod insigne nunquam reciperent in contubernium ecclesiæ: quo severitas hæc ecclesiasticæ censuræ, cæteros deterreret à peccando. Nec enim hos opinor, judicabant excludendos à regno cœlorum, quod submoverentur à foribus ecclesiæ, quas frequenter ingrediuntur ii, quos Deus secluder à suo consortio. Sed pœnitentiæ remedium, quod alii leniores temporarium esse patiebantur, illi volebant esse perpetuum idq; putabant conducere ad continendum in officio reliquum gregem. A quorum opinione quàm minimum abfuit divus *Augustinus*, qui semel lapso post satisfactionem aperit ecclesiæ januam, relapso non aperit, ne diutior fieret ecclesiæ disciplina. Sic veteres illi commoti exemplo verbisque *Christi*, & apostolorum publicitam ubique laudibus vehementium, digamiam improbabant, virginitatem exigebant: quum *Paulus* eum recipi jusserit in ecclesiæ societatem, qui patris uxorem habuerat, & *Christus* non exigat à suis cœlibatum, sed dicat: *Qui potest capere, capiat*. His annumero eos, qui considerantes, quàm res sit impia quámque immanis bellum, simul videntes pacem & concordiam in sacris literis ubique sic prædicatam, pronunciárunt nullum esse bellum licitum inter *Christianos*. Atque excessus hujusmodi propemodum excusatur etiam in orthodoxis, quoties aut deterrent à diversis vitiis, aut adhortantur ad ea quæ procul absunt ab iis, quæ vitari cupiunt. Quod facere solent ii, qui virgam incurvam, non inflectunt in rectum statum, sed in diversam partem detorquent, ut redeat in rectitudinem. Atque hujus formæ mihi videntur plerique errores *Tertulliani*. Quorundam errores adeo fuere prodigiosi, ut ipsos etiam puderet, qui profitebantur. Qualis fuit insania verius quàm error *Simonis*, & *Menandri*, qui se prædicabant summam Dei virtutem. Tum *Basilidis* cum suo portentoso *Abraxa*, præterea *Nicolaitarum*, quibus placebant uxores omnium communes. Addantur his *Ophitæ* cultores serpentis qui decepit *Evam*: *Judaïtæ*, qui *Judæ*

proditori *Iesu*, salutem humani generis ferunt acceptam. Mox evanuerunt *Cerinthi* & *Valentini* somnia. Evanuerunt deliramenta *Manichæi*. Evanuit *Montanus* cum suo Paracleto. *Artoxyritarum* vix nomen quisquam novit. Extiterunt autem hæreses pestilentissimæ, sed quæ non potuerunt altas radices agere, quòd palàm pugnarent cum fide scripturarum, quarum inconvulsam autoritatem magno consensu semper ecclesiæ toto terrarum orbe receperunt. Qualis est eorum, qui negabant *Christo* fuisse corpus humanum, rursum qui detrahebant animam humanam: qui negabãt esse verè passum, qui negabant eum natum ex virgine, qui dicebant resurrectionem esse peractam resurgente Christo, nec expectandam aliam mortuorum resurrectionem. Sed nulla majores excitavit in orbe tumultus quàm *Ariavorum*, quòd ea nec portenta palàm absurda proferret, & ut erant docti, scripturarum testimoniis niti videretur. *Pelagianorum*, quod ad liberum attinet arbitrium, etiam hodie licet vestigia quædam deprehendere. Sed bona pars omnium hæreseôn è philosophorum placitis orta videtur. Quo magis mirandum est, quòd nunc negant hæreticos revinci posse, sine prælidiis *Aristotelicæ* philosophiæ. Nimirum aut ea philosophia multum habet sanctimoniæ, aut præclari sunt artifices, qui illâ sic nôrunt uti. Sunt & nunc hæreses quædam scholasticæ, de quibus fortasse præstaret non ita pertinaciter contendere, ut orbis tumultu misceatur: præsertim quum nec magnopere conducant ad bonam vitam, nec officiant gloriæ *Christi*. Sed est hæresis quædam, quæ quanquam hæresis vocabulum non mereatur, tamen maximam perniciem adfert vitæ mortalium, ac plurimum officit Euangelicæ autoritati, quum ii qui profitentur philosophiam *Christi*, qui se gerunt pro summis ducibus ac Proceribus totius populi *Christiani*, palàm tota vita, totis studiis, totis conatibus, nihil aliud doceant, quàm ambitionem plusquàm theatricam, avaritiam insatiabilem, voluptatum aviditatem inexplebilem, bellorum furias, cæteráque quæ sacræ literæ detestantur, quæ ab ethnicis etiam philosophis improbantur. Non ista loquuntur quidem, sed efficacius est ista vivere quàm loqui. Quod nuper in colloquio significabas te cogitare de deponenda tyrannide tuâ, non probo tuum consilium. Posteaquàm productus es in proscenium, peragenda est fabulæ pars, quam tibi Choragus injunxit. Si vir bonus es, ut mihi persuasum est esse te, non tibi displicebit tua conditio, quod videatur humilior, sed hoc nomine placebit, quod in ea liceat plurimum prodesse Reipub. Offendunt te temporum horum tumultus. Sed interim quod boni nauclери solent, ventis obsequundandum est, donec redierit serenitas. Neque enim hæc tempestas erit diuturna, uti spero. Bene vale *Nicolae* charissime. Ex *Anderlaco* pridie Calendas Septembris. Anno millesimo quingentesimo vigesimo.

Erasmus Rot. Petro Barbirio S.D.

Epist. 23. AUrula quædam bonæ spei nobis hìc affulsit, fore, ut aliquando te ad nos recipias. Quæ utinam nos non fallat. De pensione utinam tam feliciter peragas negotium, quàm agis lentè. *Joannes Canius* sui similis esse perseverat. Ille noster cui utinam non esset tam niger animus, candidum pallium, seipsum quoridie Jámque homo tam furit palàm, ut randus. Ut enim omittam alia permulta, in professione publica, quum venirent locum. *Omnes quidem dormiemus, sed mutabimur*; hìc, inquit, *Erasmus* ponit enim contradictoriam ejus ecclesia. Primùm, ut demus, id cus, hæreticam esse lectionem, omnes libri *Græci*, hìc adeo pusquam magis: non ego adfero verto tantum, nihilo profectò adferebat *Hieronymus*, quum περὶ ἀρχῶν *Origenis*. Nunc cum in onibus doceam & olim duplicem nem, quod declarat & *Hieronymus*, tant commentarioli in omnes cum *Thomas* utranque lectionem bat in eâ lectione quam *Græci* esse sensum hæreticum, non puduit Theologum & *Carmelitam*, tam rabiosum emittere in ordinariâ lectione & inde quasi stipitibus loqueretur, non Non dignatur legere quod scripsimus, non pudet pronunciare de re incognita. audierat fortassis inter pocula, quid Et hìc se credit videri dialecticum, quòd nerit contradictoriæ. Atqui dispicere non quid verba primâ fronte sonarent, modo essent accipienda, & ad quas commodanda. Postremò ut anceps periclitatur tamen ecclesia, etiam si de modo resurrectionis: velut an rituri, cum de temporis modo nobis *Christus*. Qualis est in lectione, tali adeo ut multos alienet à studio sacræ suis morosis moribus. Utinam rediret *tusiensis* & hujus impotentiæ modum *Stunicæ* respondimus, liber nunc *nii*. Scriptio illius etiam *Alexandro* in initio nonnihil arrisisset. Nos ejus dolo dicam, pœnitet. Novum me non credendis laboribus castigatum tertiò excuditur *Basileæ*. Sed harum tragœdiarum? Ut nihil aliud, rim perit illa serenitas *Christiana* gus studiosorum alienatur à sacris cura ut rectè valeas, alioqui mortuum, Deus avertat, insaniæ reum peragam, non nisi magno meo damno mori pos. *Anderlaco* nono Calendas Octobr. M. D. XXI.

Eras. Rot. Petro Wiichmano Canonico Antlacensi, hospiti suo S.D.

QUi deplorare solebas fidem miseri tam per *Lutheranos*, eidem gratulari feliciter revalescenti. In natali divi quidam hic concionatus est, vir spectabilis. Is inter multa, quæ divinitus mirè restituit dignitatem quatuor ordinum, vulgò *Mendicantium* appellant, simúlque sionem, quorum utrunque nonnihil operâ *Lutheranorum* cœpisse labascere. Digestem ordinum sic restituit: *Augustinus*

fuit fons ille in paradiso, unde prodierunt quatuor amnes, hoc est, quatuor ordines Mendicantium, sua doctrinâ, sanctisque moribus irrigantes & fœcundantes universam superficiem terræ, hoc est, universam ecclesiam. Si *Christum* dixisset fontem, quatuor fluvios quatuor euangelia, non omninò fuisset absurda allegoria. Nunc quid *Augustino* cum illis ordinibus? Porrò quod addebat de irrigando fœcundandóque, complures boni viri optabant esse verum, risere permulti. Confessionem ita restituit. *Augustinus*, inquit, scripsit multos libros *De confessione*, in quibus confitetur quædam penè frivola, veluti quemadmodum aliquando contemplatus sit, non sine voluptate, araneam venari muscam. Hoc, inquit, arguit nihil esse tam minutum, quin oporteat confiteri. Primum *Augustinus* illic utitur *Confessionis* vocabulo, ut est anceps, & ad gratiarum actionem, & ad confessionem culpæ. Atque in eo opere, plus laudis sibi tribuit, quàm agnoscit culpæ. Neq; confitetur sacerdoti, sed Deo. Et tamen ille concionator hæc dicens, vulgatâ voce est usus, quæ populo nihil aliud declarat quàm eam confessionẽ, quam sacramentalem vocant Theologi. Hujusmodi cum multa dicant publicitus apud frequentem multitudinem, mirantur se non haberi pro diis. Tertium fortassis ad me pertinebat, qui in declamatione plus æquo tribuere videor matrimonio. Quidam, inquit, damnant cœlibatum. Imò nisi nos cœlibes fuissemus, jam *Christiana* fides esset extincta. Olim nemo ferè dicebat pro concione, nisi dispositis notariis, qui sermonem exciperent. Quod si fieret hodie, Deus bone quæ fabulæ nascerentur! Qui talia dicunt in celeberrima civitate *Brugensi*, quæ ut habet eruditos, tot & sine literis felicia sanique judicii ingenia, quid censes eos dicere in pagis, quid in conviviis? O columnas orthodoxæ fidei! Hoctè nescire nolui, nè dicas tibi nihil communicatum eorum quæ hîc geruntur, sed plura coram. Bene vale. *Brugis*. Anno M. D. XXI.

Erasmus Roterodamus Laurentio Bartholino Abbati S. D.

NOn semel ipse mihi displicui, *Bartholine* optime, quòd istam indolem tuam virtuti ac bonis literis natam, non fuerim majore cum humanitate complexus, cum apud nos esses unà cum *Longolio*. Sed ad hujusmodi officia præstanda magis deest nobis ocium quàm animus. Quis autem non admiret istud ingenium tuum tam avidum eruditionis, ut *Italo* homo per tot barbaras regiones peregrinari volueris, non tam *Ulyssea* cujusdam prudentiæ comparandæ gratiâ, qui mores hominum novit & urbes, quàm ut cum viris doctrinæ opinione celebratis congredereris. Inter quos nescio quis tibi persuaserat esse numeratum *Erasmum*. Quanquam autem hac parte planè sciam te frustratum expectatione tuâ, tamen illud opinor, profecisti, nè posthac tam facilè credas, vel laudatoribus istis vel obtrectatoribus. Sed interim exosculor *Italiæ* candorem, quæ favet exterorum ingeniis, cum ipsi nobis invideamus. Indigressu petieras à nobis, ut disjuncti mutuis epistolis colloqueremur. Prior itaque lacesso, tametsi in præsentia, nec admodum vacabat scribere, nec erat argumentum aliquod serium. Fac rectè valeas, & quid agas ut sciam. *Lovanii*. Anno M. D. XXI. Calend. Mar.

Erasmus Rot. Guilielmo Montjoio S. D.

QUo syncerior est tuus in nos affectus, vir clarissime, quóque tu nobis es *Mecœnas* amicior, hoc magis doleo me tibi non esse perinde felicem amicum, quàm animi tui candor iste promerebatur. Scribis isthic per nescio quos spargi rumorem, me *Lutheranæ* factionis non solùm fautorem, sed adjutorem etiam ac propemodum autorem esse: & hortaris ut me purgem, edito adversus *Lutherum* libro. Quod cum non minùs impudens mendacium sit, quàm si quis dicat *Erasmum* alatum esse, paucis aperiam fontem, unde rumor iste manârit. Sunt hic aliquot mihi plusquam capitaliter infensi, quòd linguas ac bonas literas credar in ipsorum regnum invexisse. Hi & antequam *Lutheri* nomen audisset orbis, undique telum aliquod quærebant, quo summ dolorem ulcisserentur. Itaque qui rumorem hunc primi genuerant, nondum sibi persuaserunt quod aliis persuadere conati sunt. Eidem *Hieronymum Aleandrum* nuncium apostolicum, hominem apprimè doctum, mihique vetere ac jucundissimâ necessitudine conjunctum, mirís mendaciis in me conati sunt irritare. Volitabant libelli nescio qui maledici hinc, atque hinc. Horum suspicionem *Germani* quidam, ut ab se depellerent in me derivârunt. Quid multis? persuaserant homini, ut acri simplicique ingenio prædito, ita credulo, me parum amicè de ipso & sentire & loqui. Nec defuerunt qui coalescentem amicitiam novis subinde delationibus discinderent. Cæterùm hoc habe tibi quovis *Sibylla* folio certius, in omnibus *Lutheri* aut *Lutheranorum* libris, nec unam syllabam esse meam, aut me conscio scriptam. Nec favi, nisi fortè favet, qui dehortatur ab instituto: qui pro viribus obstat, nè libri illius exeant in vulgus. Primus enim omnium præsagii futurum, ut hæc res exiret in gravem orbis tumultum. Nec cum *Lutherio*, nec cum ullo *Lutheranæ* fœdus clancularium inii: & adeo non addidi cuiquam animos, ut omnes quos potui, tum dictis tum scriptis deterruerim ab instituto periculoso. Tantum improbabam quorundam præcipites tumultus, præsertim apud populum, priusquam satis appareret quorsum iret *Lutherus*. Nemo non fatetur disciplinam ecclesiasticam longè prolapsam esse à synceritate euangelica, populum *Christianum* multis modis gravatum esse, conscientias hominum variis tricis illaqueatas. His malis *Lutherus* bonis ac doctis videbatur remedium aliquod allaturus. Et passim faventibus omnibus, solus exiti monitor, ut stilum verteret, ac negotium tractaret euangelicâ mansuetudine. Nemo te melius novit, quàm mihi semper cordi fuerit pax, quàm invisum bellum. Itaque si *Lutherus* omnia verè scripsisset, mihi tamen magnopere displiceret seditiosa libertas. Ego vel falli malim in nonnullis, quàm tanto orbis tumultu pro veritate digladiari. Et in hujusmodi contentionibus, post eventas rixas re discussâ, tandem comperitur aliquoties eadem esse partis utriusque sententia, de verbis modò dimicatum fuisse. Euangelicæ doctrinæ, *Christi* que gloriæ semper favi, bonis literis hactenus favi, ut servirent gloriæ *Christi*. Dolebam plus satis tribui Theologiæ arguatrici: veterem prorsus aboleri molestum erat. Hic fuit scopus lucubrationum mearum. Nec hujus instituti me pœnitet.

Lutherum

Lutherum exoriturum, qui potui divinare, qui meis ſcriptis abuteretur? Jactant enim illum quædam è meis libris hauſiſſe. At quo pacto queam præſtare, nè quis meis ſcriptis abutatur, cum plurimi ſint abuſi libris euangelicis? Et tamen ſi quis Deus mihi prædixiſſet, hoc ſeculum exoriturum, quædam aut non ſcripſiſſem, aut aliter ſcripſiſſem: non quòd pernicioſa ſcripſerim, ſed quòd non omnia quovis tempore rectè dicuntur. Atque ego ſanè hoc animo ſum, ut nè *Turcas* quidem cupiam offendere ſi liceat. *Germani* fremunt in me, quòd adverſer *Luthero*, & iſthic ut video, ſum *Lutheranus*? Ita veluti *Mercurius* quiſpiam verſatilis alius ſum hìc, alius iſthic. Nec technis quorundam, nec pollicitis, nec odiis aliorum unquam perpelli potui, aut potero ut alius ſim quàm *Chriſtianus*. Malè ſit omnibus, qui gaudent diſſidiorum vocabulis. Si *Lutheranus* eſt, qui tuetur quicquid *Lutherus* ſcripſit, aut ſcripturus eſt, quid me dementius, ſi *Lutheranus* haberi velim, cùm illius libros non legam? Aut quid eſſet cauſæ, cur me conjiciam in factionem tam periculoſam? Riſi verò ſatis cenſorem iſtum, qui ex colloquio deprehendit, *Lutherum* nihil aliud eſſe quàm caudicem ac ſtipitem, omnis Theologiæ rudem. Utinam vir ille tantum haberet moderationis, quantum habet eruditionis Theologicæ. Et utinam tam ſtuduiſſet concordiæ *Chriſtianæ*, quàm ſe declaravit aliquid poſſe in ſacris literis. Sed interim ubi judicium illius qui apud vos & habetur, & eſt rei Theologicæ callentiſſimus, qui palàm in regia pronunciavit *Eraſmum* non minore intervallo relinqui à *Luthero* in ſcientia ſacrarum literarum, quàm ille ab *Eraſmo* vinceretur eloquentiâ? Et quâ fronte nunc me volunt committere cum *Luthero*, qui hactenus me blaterârunt nihil aliud eſſe quàm grammatiſten? Sed finge nihil ſcire *Lutherum*. Quid tum poſtea? Bellum verò enthymema illius, qui, ut ſcribis, placido vultu te intuens, ſubindicavit, ſi *Lutherus* eſſet indoctus, à me profectos illius libros. *Germania* tot viris eruditis & eloquentibus abundat, & ego tam longè ſemotus ſolus illi adfui ſcribenti. Quid opus erat ad iſta tam ſtolida reſpondere? Sed magnates ſunt qui iſta dicunt. Sed neque ſtemmata, neque torques addit ſapientiam. Præſtaret iſtos in conviviis de venatu loqui, potiùs quàm de his rebus quas non intelligunt. *Lutherus* ſuos libros agnovit omnes apud Cæſarem. Ego nihil unquam edidi, cui non appoſuerim nominis mei titulum. Nec unquam aliena mihi vendicavi, nec mea titulis alienis ſuppoſui. Ab obſcœnitate, à ſeditione, à periculoſa aſſeveratione ſemper abſtinui, eccleſiæ judicio mea ſemper ſubmiſi, doctorum hominum conſiliis libenter auſcultavi, paratus etiam nunc ſarcire, ſi quid offendit doctos & graves viros. Excipio paucos qui & impotentis odii, & parum integri judicii ſui, manifeſta dederunt argumenta. Mihi nunquam fuit animus pugnare cum eccleſiæ primatibus. Si præſcribent quæ facient ad gloriam *Chriſti*, lubentes amplectemur. Sin erit quod nobis meritò diſpliceat, modò nè ſit palàm impium, tolerabimus. Habent illi dominum ſuum, cui ſtant aut cadunt. Et arbitror fas eſſe tacere quod verum eſt, ſi non ſit ſpes fructus. Sic *Chriſtus* tacuit apud *Herodem*. Nec ſum tam temerarius, ut pugnare velim cum edictis ſummorum Principum, tantillus vermiculus. Si poſcent à me conſilium, & volent id licere tutò, dabo pro tuea ſi non prudens, certè fidele. Non de quod hic affectus tot gentium animos ac ſubinde repullulat malum. Forta pedierit, imitari prudentes medicos, qui omnem repurgant, priuſquàm vulnus cicatrice, qui è venis ejiciunt morbi potiùs quàm illos qui febrim vi de recurſuram. Si non poſcent à me conſi quieſcam, & quatenus licet ſerviam negotio, & ſi quid ſecus agetur quàm vell cabor *Chriſtum*, ut animos illorum verte liora. Porrò quod ſcribis mihi in mare tum hunc tumultum componere, ut prædicaret tua celſitudo. Nè exorta eſſet hæc tragedia. Clamitant hìc mihi calamum. Imò calamus eſt, ſed innumera dehortantur. *Lutherum* vocare fungum, eſt; idoneis argumentis tueri cauſam certè difficillimum. Et hactenus non ſucceſſit aliis. Et tamen ad hoc negotium tiùs accingerer, ſi certus eſſem quo prætextu fidei mundi cauſam agam victoriâ, in rem *Chriſtianæ* religionis. hoc animo petemus *Baſileam*, ut abſolu in manibus, aliquid moliamur quod diſſidio ſopiendo, certè teſtemur ſtrum. Nec tamen videò quorſum tam arduum ſuſcipere negotium, magni, graves, ſum mâ autoritate provinciam aggreſſi ſunt. Argutum proferunt iſti, qui dicunt: *Quitacet, detur.* Si tacent qui non ſcribunt, ſus eſt. Et tamen ita tacui, ut *Luthe* me concitârim. Sed ut finiam, opti nihil eſt quod dubites de tuo *Eraſmo*, neque religio, neque mores, neque publica, meis literis lædetur. Innocen ſtare poſſum, linguas hominum in beo. Qui talia blaterant reddituri ſunt Deo, vel temeritatis, vel malitiæ. Si parum approbare poſſum meos conatus, confido me *Chriſto* approbaturum. Et ſi lum parum erit gratum laboribus meis, erit æquiore judicio. Poſtremo eſt aliquis us *Chriſti* calculum tuliſſe. Hæc ſcripſi tempore, fortè oblato tabellione, accuratiùs. Ex *Anderlaco*. Anno M.D.XXI.

Eraſmus Roterodamus Marco Laurino S. D.

PRo officiis in me tuis ſtudióque ſi gratia rem, viderer arbitrari novum aliquid diſſe, quum tu mi *Laurine* quod olim facere tuiſti nunquam non facias. An iſthic ſi nachi neſcio, certè in *Hiſpania* tantos exci multus, eóſque ſubinde novos, ut nec à C nec Archiepiſcopis *Toletano* & *Hiſpalenſi* quiverint, liberum genus, quod nec ſacris prophanis, nec divinis, nec humanis legibus rêre novit. Soli ruſtici potuerunt illos hic nem redigere, quorum tumultus tam mihi diſplicuit, quàm ipſis malè ceſſit, cùmque ex ſemper divinâram. Fratri tuo ſcripſi, de penſione Cæſarea nullam video ſpem diderо. Nam res ſemel acta eſt in concilio, ex eo concilio D. *Margareta* nomine

eſt,

est, & pensionem & alia me digna parata, si redi-
ero. Quare non arbitror fratrem tuum, quamvis
volentem & studiosum patronum, hac causa fati-
gandum. Cæsar bis jussit numerari pensionem
nobis extra ordinem, sed faciliùs illi pareretur ju-
benti sibi exactionem quàm solutionem. Soro-
res tuas incolumes esse gaudeo, sed mirror quid co-
gitent. An decrevêrunt perpetuam viduitatem? Si
quando nuptiæ sunt, nunc habebis tempestivas,
nisi fortasse ea meditatis novum collegium *Bri-*
gabetanum. Monetæ mutatio æstimatio conflavit
mihi non mediocre dispendium. *Lovanio* frequen-
ter ad me scribit. Tibi cum sororibus tuis precor
omnem in Domino felicitatem. Datum *Basileæ*
Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Francisco
Vergaræ S. D.

IN præsentia *Francisce* charissime, vix tantum
erat otii, ut te vel resalutarem, pro tam copiosa,
docta, amica, festiva epistola. Et si maximè fuisset
otium, poterat me sic undique scatens omnibus
Musarum & Gratiarum ornamentis oratio à scri-
bendo deterrere. Quis credidisset hucusque pro-
gressuris *Græcanicas* literas, ut adolescentes scri-
berent epistolas tam feliciter ἰαμβίζοντας? An ex-
pectas ut senex invideam juvenibus? Adeo non
invideo, ut vix aliunde capiam plus voluptatis.
Qui ergo juventutem suboleſcentem paternos ge-
runt affectus, iis ad hunc modum obsecutari vinci-
que gratissimum est. Hujus sanè gaudii sensum
toto pectore percipio. Visum est epistolæ tuæ ex-
emplar mittere *Lovanium* ad collegii trilingais,
quod ibi florentissimum est, professores, quo ma-
gis illos excitmularem. Gratulor tibi ornatissime
adolescens, gratulor vestræ *Hispaniæ*, ad priſtinam
eruditionis laudem, veluti postliminio reflorescen-
ti. Gratulor *Complutæ*, quod duorum præsulum
Francisci & *Alfonsi* felicibus auspicijs sic efflo-
ruit omni genere studiorum, ut jure optimo
πάντων appellare possimus. Hoc tibi persuade
mi *Francisce*, nihil istoc tuo in me animo gratius,
nihil epistolâ jucundius accidere potuisse. Habet,
ut jocaris, *Hispania* & nunc suum *Geryonem*, mon-
strum τριφάσιον, sed habet eadem auspicatissimum
Geryonem in tribus ornatissimis fratribus
μίαν ψυχὴν. Hoc tantum licuit in præsentia. Nō-
lim existimes tibi responsum esse, sed tantum sa-
lutationem redditam. Bene vale, μετὰ τῶν φιλτάτων
σοὶ ἀδελφῶν. Datum *Basileæ* quarto Nonas Sep-
tembr. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Haioni Caminæ
Phrysio S. D.

OPortet aut in geneſi nostra consensisse quæ-
dam sydera, aut inter genios nostros aliquid
arcanæ cognationis intercedere, *Haio* charissime,
quandoquidem ex tam brevi colloquio, quum tu
mihi prorsus ignotus esses, ego tibi non nisi de
nomine cognitus, statim in amorem tui sum in-
flammatus, quod idem accidisse tibi res ipsa ni-
mirum declarat. Id enim ni esset, nunquam li-
teris tam amanter, atque ut ita dicam, ambitiosè
scriptis expetisses domesticam mecum consuetu-
dinem, quum *Dola* tot haberes sodales genere
claros, & studiorum societate, & morum similitu-
dine jucundissimos. Verus & vulgatum est, pa-
res cum paribus facillimè congregari, hic nova
quædam & arcana vis naturæ sit oportet, qualis est
in magnete chalybem attrahente. Meis quidem
rationibus, ornatissime juvenis, non perinde con-
grunt convictor quilibet. Siquidem assidui, non-
nunquam & aliquot studiorum labores, tum ætas
jam ingravescens, sed in primis valetudo subinde
me admonens mortalitatis, cogunt ut sim homo
peregrinorum hominum, quam aliquot mei in-
genii sit omnibus per omnia gratificari si liceat.
Verum si mihi non imponit animi de te mei sen-
sus, si non falsum epistola tua repræsentavit tui
pectoris imaginem, si vera perscribunt ii, qui tuos
mores ipsima consuetudine perspectos & explo-
ratos habent, non gravabor tale ingenium in do-
misticum recipere contubernium, speraris fore,
ut nostræ familiæ, & ornamento sis, & voluptati. Habes animum meum, nunc tuæ prudentiæ
fuerit ex ipsa re consilium capere, ac dispicere, quid
maximè condicat tuis commodis, quibus nolim
mi *Caminga* quicquam meâ causâ decedere. Ha-
bebis mensam literatis condiam fabulis veris
quàm ciborum delicijs. Tantum abest à luxu, ut
non multò lautior sit *Pythagoræa* aut *Diogenica*,
si quando cœnabat domi. Dices te in frugalita-
tis venisse scholam, aut in Philiditis accipi. Nec
ulla mihi videtur vita tum lætior, tum lautior,
quam quum homo fugiter sobrius, & animi tran-
quillitate, & corporis bona valetudine fruitur,
quumque à mensa surgit, frugiferis sermonibus
suavius acceptus quàm epulis, itaque sedata fame,
ut nec ventriculus oblatrans sit molestus, nec cor-
pus tibi onustum degravet animum, si quid vel in
studijs, vel aliàs seriæ rei sit gerendum. Quid e-
nim illis convivijs, aut ut magis proprie dicam,
compotationibus inſuavius, ubi tumultibus in-
conditis perstrepunt omnia, ubi convivæ cogitur
bibere, quantum præscribitur, & sibi quisque no-
cet, ut alterum in noxam pertrahat. Nullus est
voluptatis sensus, ubi corpus occupat morbus, pro-
inde quum mentem prorsus ademerit vinum,
quid potest esse suave? Vix enim dicas, utrum sit
inhumanius, à potu depellî sitientem, an ad bi-
bendum compelli, qui non sitit. Utrum hoc quæ-
so te, convivium est, an potius tormentum? Omitto
nunc rixas & pugnas, aliaque flagitia quæ secum
trahere solet vinolentia, omitto peculiæ turpe
dispendium (nusquam enim perditur indecentius)
quanta quamque irrecuperabilis jactura tem-
poris, quo non alius sumptus precioſior? Volupta-
tem insanam excipit postridie vera dolor, tor-
pet animus, discruciatur stomachus, capitis ver-
tigo molesta est. Nonnunquam & febris succe-
dens pœnas exigit intemperantiæ, brevisque vo-
luptas, si tamen ea dicenda est voluptas, diutino
luitur cruciatu. Nec desunt usquam, qui melioris
indolis adolescentes ad suos mores pelliciant. Di-
cas illos non ob aliud petisse scholas, quàm ut alio-
rum studiis incommodent. Quo nomine mihi
charissimus es ornatissime *Haio*, qui cum clarissi-
mis majorum imaginibus commenderis, quum
ampla res familiaris etiam ad luxum si libeat,
suppetat, quum nondum opinor ingressus sis an-
num vigesimum, denique quum *Phrysiam* habeas
patriam, ubi vulgò luxus propèmodum laudi da-
tur, frugalitas vitio, tamen sic abhorres ab istiusmodi verè pecuinis voluptatibus, ut nihil sit tibi
frugali

frugali ſobriáque vitâ dulcius. Meminiſti nimirum eo te profectum ad Academiam, ut velut è divite quodam emporio, precioſiſſimis bonarum literarum mercibus locuples redeas domum, ornaturus viciſſim generis tui ſtemmata, plúſque lucis additurus, quam ab illis accipis. Hæc mihi arguunt indolem inſigniter probam, ac virtuti natam. Quemadmodum non minus verè quàm argutè dictum eſt olim, *qui Athenis probus ſit, eum oportere inſigniter eſſe probum*, ita vehementer probum ſit ingenium neceſſe eſt, quod tam multis vitiorum irritamentis corrumpi non poteſt. Hoc animo te præditum, quum ex multorum quibus domeſticè notus es literis ſimul & prædicatione perſpectum habeam, non potui tibi non gratulari ſimúlque ſpem non vulgarem animo concipio, fore, ut *Phryſiam* tuam & literis tuis & moribus reddas celebriorem. Claruit illa magnis ingeniis, ut enim ſileam *Cæterios* & *Langios*, quid *Rodolpho Agricolâ* divinius, in cujus gloriam ſuccedit *Haio Hermannus*, juvenis nihil mediocre de ſe pollicens, qui tibi hujus laudis lampadem aliquando traditurus eſt, nam *Vigilium*, ut ſcribis, gaudeo in hoc ſtadio ſtrenuè properare. Hæc arguunt non omnino vanum eſſe quod vulgò narrant, *Phryſiam* eſſe feliciſſimam ingeniorum parentem, ſed vitæ delicias obſtare, quo minus multa ad ſummam virtutem eluctentur. Vix cum alio vicio pejus convenit Muſis & *Minervæ*, quàm cum luxu & intemperantia. Itaque cum intelligam tibi nihil eſſe dulcius literis, ſi tuo bono fieri poterit, mihi quidem venies hoſpes tam gratus quàm qui gratiſſimus; venies ad menſam philoſophicam, atque etiam, ſi id magis juvat, medicam. Aliquot prius valetudinarios, reddidit proſperiore valetudine. Certè quod ſurda nemeſi dictum velim, nullus τῶν ὁμοτραπέζων meorum hactenus in morbum incidit, eos ſemper habeo pauciſſimos, nec in aliud quàm ut in conviviis, & horis à ſumpto cibo, quibus à vehementiore ſtudio temperare ſoleo, præſertim à cœna, niſi ſi qua urgeat neceſſitas, ſolitudinis tædium fallam fabularum viciſſitudine, quas tamem prorſus ἀμύστες eſſe non patimur. Horum de numero ſi tu eſſe voles, dabo operam, nè prorſus hujus conſuetudinis noſtræ pœniteat. Sin ipſa res aliud ſuadet, illud tibi hac epiſtolâ veluti ſyngraphâ perſuaſum eſſe volo, quicunque vel te vel me locus habebit, *Eraſmum* eſſe ſempérque fore unum ex his, qui tibi bona omnia precantur ex animo, à quo nihil fruſtra petiturus es, ſi modò ſit ejus generis, ut à me præſtari poſſit. Bene vale. Datum *Baſileæ* pridie Idus Novemb. Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Claudio Cantiuncula legum doctori S. D.

DIſpeream ni iſti tuo felici ocio invideam, qui tales epiſtolas ſcribere liceat, quum legere quidem vacet ſcriptas. Næ tu, Cantiuncula copioſe, ſplendidè, graviter omnia, ſiderari poteſt abſolutiſſimi rhetoris, aſſumis, & ἀδύνατα prorſus, nec verè, ſive rapuit calor quidam, & vehemens cauſæ ut id facile factu putes, quod admodum ctum; ſive uſque adeo cæcutis atoms muſca, tibi videar elephantus. Ego nihil quem utraque pars judicat, & verè judicat ſcire? Ego ſolus poſſum quod nec Cæſarius tifex, nec tot Theologorum poſſint Meæ unius autoritati cedet orbis, quem gunt etiam Theologorum canes? Et ad excludendum ſchiſma, quaſi jam regnaret incendium. Sic accuſas ſilen quaſi hactenus non ſim auſus hanc orbis tragœdiam, aut quaſi bellum hoc æquis legibus componere dem, at non citra meum periculum. riſtia cœperam nonnihil antequam derentur, quas nondum legi, tanta eſt ſed à prandio prælegit comes *Oecolampadi* nondum vacavit legere deris hoc agere, ut in me recipiam de cauſa univerſa pronunciandi, quum pars gladiatoriis animis tendat in alterum que laboret inteſtinis diſſidiis. Fige re ocium, finge non deeſſe doctrinam parem, quam tandem fructus ſpem ollen nunciabo ſecundum Theologos? utrum nos an tranſalpinos? ſecundum partem utrum pro *Lutheranis* an *Zuingliani*? *rolſtadius*, ut audio, recepit palinodiam, utrinque temperatis æquus arbiter litem? Quid profecturus, niſi quod ſolet capitales hoſtes conantur interventu re, ut utrinque confoſſus cadam? ad tuam declamationem, in qua probe ingenium ac facundiam tuam, & boni tam amicum de me tuum errorem. lim delegiſſes aliud argumentum exercendo Nam iſtiuſmodi me laudibus oneratis, tinctum volunt. Cætera coràm ubi horis pomeridianis, nam reliquo tempore cet amicis decidere. Bene vale. Anno M. D. XVI.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER DECIMUS OCTAVUS.

Alfonsus Fonseca Archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas &c. Desiderio Erasmo Roterodamo S. D.

ITa est planè *Erasme* doctissime, quemadmodum ad te amici detulerunt. Faveo laudi tuæ ex animo, idq; re ipsâ (quoad licuit) testatum hactenus feci: facturus item posthac, etiam si nulla abs te mihi gratia profecta esset, nedum posteaquàm brevi illo tuo autographo omnem operam nostram, quam in tui gratiam insumpseram, fere mihi pensatam sentio. Videbar antehac publicam bonarum literarum causam nullo personæ respectu tueri, nunc privatam etiam tuam cogor suscipere literis tuis invitatus. Exortus erat iamdudum de libris tuis (ut scribis) apud nos tumultus, sed ludus quidem ille fuit, præut quo pacto nunc nobis omnia sursum deorsum miscet fatalis hæc erinnys: quæ cum universum orbem *Christianum*, veluti dato ab inferis negotio, opinionum dissidiis commovendum suscepisse videatur: tamen nescio quo pacto provinciam adhuc nostram quiescere patiebatur, donec tandem inveniretur, qui operam illi commodantes, tibi negotium facesserent, atque ea ratione nostram nobis securitatem turbarent. Sed aderit Deus, quem spes est, finistros conatus ita repressurum, ut pacatior nobis succedat ex tempestate tranquillitas. Ita nobis & Cæsaris animus, & bonorum in te tuendo consensus certâ fide spondere videntur. Tu fac eam præstes tum fortitudinem, tum moderationem, quam sublimes istæ ac planè heroicæ dotes pollicentur, ut invictus semper & excelsus animus firmâ *Christi* fide fiduciáque subnixus, nihil in suam ipsius synceritatem ac mansuetudinem ab humanis injuriis licere patiatur. Indignum quidem est, ex iis te studiis assiduè in periculum vocari, unde maximi ingenii laudem, & industriæ fructum consequi oportebat: tamen vetus jam id est supremæ virtutis fatum, ut facilè ubique adversarios inveniat, & quæ sedem dignitatémque in cœlis tam longè habeat, hìc veluti exul & peregrina tractetur. Nec verò est quòd propterea animo dejiciaris, aut hominum de te expectationem destituas, sed contra vehementiùs sanctis laboribus & lucubrationibus incumbas, né qui signum piis *Christianis*que studiis tantâ felicitate sustuleris, causam deserere per animi imbecillitatem videare. Rem omnem ut apud nos geratur, ex literis *Jo. Vergaræ* nostri fusiùs intelliges. Quicquid ille meo nomine ad te scribit, à me scriptum puato, id enim præstabimus multo etiam cumulatiùs. Cæterùm de nobis non est, quod nunc tibi studium & autoritatem nostram imposterum polliceatur, cum jam non ad rem modo ipsam, sed ad constantiam etiam nostram pertineat, nè tibi ullo loco deesse videamur. Vale. *Vallisoleti* octavo Calend. Maias. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Alfonso Archiepiscopo Toletano S. D.

IPsâ re comperi verissimum esse, reverende Præsul, id quod scribit apostolus *Paulus Corinthiis*, Deum qui toties in scripturis pollicetur se non defuturum iis, qui spei suæ sacram ancoram figunt in ipso, esse bonæ fidei ac præstare quod promisit. Quanquam enim patitur suos variis afflictionibus exerceri, variis improborum insectationibus vel purgari, vel explorari, tamen ita temperat afflictionum magnitudinem, sutámque viciſſim gratiam opitulatricem, ut non sinat eos opprimi malorum undis, sed rebus etiam deplorationis addit lætum exitum. Et in ipso interim certamine pro sua bonitate, laborum asperitatem solatiolis quibusdam admixtis subinde lenit mitigátque, quo pondus tentationis humana imbecillitas possit sustinere, quod significanti verbo dixit ὑπομονὴν, quasi dicas *tolerando vincere*. Alioqui qui posset hæc animula, hoc corpusculum naturâ tenerum, nunc etiam senio, morbis, & quæ maxima malorum pars est tædio fractum, tot tumultibus & insectationibus par esse, nisi divina bonitas crebris lenimentis fatiscentem humanæ naturæ infirmitatem sublevaret. Præcipuum quidem in rebus adversis solamen est, bene sibi conscia mens, & æterni præmii spes. Verùm ille frequenter & per homines pios suggerit aliquid solatii. Hujus enim benignitati acceptum fero tuam, eximie præsul, epistolam humanitatis & *Christianæ* pietatis plenam, ex qua tantum cepi voluptatis, ut quum me reperisset laborum ac malorum tædio prope delassatum, tamen omnem molestiæ sensum repente abterserit ab animo, vigorémque & alacritatem reddiderit. Porrò quemadmodum minus me discruciat privatus dolor, quàm publica rei *Christianæ* calamitas, ita magis me recreat communis populi felicitas, quàm mea si qua est commoditas. Quantula est enim hujus homuncionis jactura, quod ad corpusculum & famam attinet, præsertim si spectes rerum omnium universitatem? Profecto non multo major, quàm apud nos unius culicis. Sed quis ex animo favens *Christi* gloriæ, non vehementer doleat, eò recidisse rem *Christianam*, ut qui tot modis profitentur perfectum *Christianissimum* tam impudentibus calumniis, tam evidentibus mendaciis, tam malitiosis artibus, tanta pertinacia debacchentur in eos qui pro suo modulo dimicant pro vera pietate? Si hæc faciunt qui se jactant mundo mortuos, quid expectandum

Epist. 2.

dum à cæteris? Quo magis autem gratulor *Hiſpaniæ* ſtudiorum ac religionis profectibus feliciter efflorescenti, hoc acerbiùs fero publicam felicitatem iſtis tumultibus contaminari, quam ego ſolidam ac perpetuam eſſe cupiebam. Quin videre videor periculum, utinam me fallat animi præſagium, nè iſta velitatio exeat in bellum cruentum. Novimus enim artes ſatanæ, qui nunquam graviùs lædit *Chriſtianam* religionem, quàm quoties transfiguratus in angelum lucis, religionis fuco graſſatur in publicam concordiam, quam utinam liceat vel hujus capitis jactura redimere. Cæterùm ex adverſo recreor animo, quoties reputo talibus tantiſque viris eſſe cordi *Chriſti* ſynceræque pietatis negotium. Quanquam enim tuus animus, quem mihi tua depinxit, expreſſit, ac repræſentavit epiſtola, ſic placuit, ut vix alterius magis, ſunt tamen alii complures tuæ ſublimitati, ſi non pares, certè ſimiles, à quibus frequentes ad me convolant epiſtolæ, quorum primus eſt *Guilhelmus Uvaramus*, Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, qui ſic angitur meis malis, ſic recreatur ſucceſſu, ut pro ſe ſit minus ſollicitus. Quicquid ille habet, tam mihi commune eſt, ſi velim uti, quàm eſt quod domi in ſcriniis habeo conditum. Id mihi pluribus experimentis cognitum eſt, & objurgor, quod non utar ipſius benignitate. Proximus eſt *Laurentius* Cardinalis *Campegius*, quo nihil optari poteſt ſyncerius aut amantius. Tertius *Joannes* epiſcopus *Roffenſis*, quem arbitror è ſcriptis tibi notum eſſe. Quartus *Joannes* epiſcopus *Lincolnienſis*, cujus amantiſſimas literas quotannis bis accipio. Quin & ipſe Cardinalis *Eboracenſis* non rarò literis ſuis humaniſſimè ſcriptis me dignatur. Porrò *Cuthbertus Tonſtallus*, nunc epiſcopus *Londonienſis*, vobis opinor, non ignotus, ut qui nuper iſtic legatione functus ſit, animus meus veriùs eſt quàm amicus. Nec hîc mea merita prædico, ſed illorum potius admirandam humanitatem. Similes horum habet & *Gallia*, ſed præcipuè *Michaelem Bodetum*, epiſcopum *Lingonienſem*. Ab Rege *Gallorum*, à Rege *Britannia*, à Duce *Georgio*, aliiſque Principibus tantum redditur epiſtolarum, ut aliquando reſpondere non vacet. Porrò literis eruditorum hominum, quorum permulti dignitate quoque præminent, vix ſufficiunt ſcrinia. Nè quid interim commemorem de Cæſaris ac *Ferdinandi*, nunc *Ungariæ* Regis, amantiſſimè ſimul & honorificentiſſimè ſcriptis epiſtolis. Hæc me vocant in optimam ſpem, fore ut hi fatales rerum tumultus aliquando conſopiantur, atque hæ tragœdiæ in lætam exeant cataſtrophen. Talis nimirum artifex eſt *Chriſtus*, qui novit ſponſam ſuam dejectionibus erigere, anguſtiis dilatare, oppugnationibus communire, mortibus vivificare, ignominiis glorificare. Quod ſi me vivo continget, libentiùs & alacriùs hinc decedam. Sin aliter viſum eſt illi, non dubitabo quin optimum ſit quicquid illi placuerit. Proinde quod me tua hortatur pietas, ut in his quæ patior conſtantem & infractum animum præſtem, quanquam eram id meâ ſponte facturus, aſpirante *Chriſto*, tamen tanti præſulis voce confirmatus idem faciam poſthac & diligentiùs & alacriùs. Quæ defers per eximium Theologum *Joannem Vergaram*, hoc mihi ſunt gratiora, quo minus promereor, eóque magis iſtam tuam inauditam benignitatem exoſculor. Ea quotidiana ſyncera promptáque benignitate [illegible] tror me nihilo minus debere quàm ſi quingenta oblatum eſt accepiſſem. Nec dubito quin candore meum quoque animum ſis [illegible] ut quicquid à me gratiæ referri poterit, id relatum exiſtimes. Certè ſi quid caſionis, quâ tibi meo vel officio vel gratum facere queam, nihil fecero lubentius minus *Jeſu* amplitudinem tuam ſervet mem. Datum *Baſileæ* poſtridie Calendas tembris. Anno milleſimo quingenteſimo moſeptimo.

Eraſmus Roterodamus Conrado Pellicano S. D.

PRo quinque ficis habeo gratiam [illegible] Opto tibi tuos omnes amicos lumes, mihi ſatis eſt, ſi nemini eſt datum me fremendi. Mallem epiſtolam ſparſam, nec hoc per me factum eſt, & cunque pacto erat depellendus periculo rumor. Quidem indignantur quatuor toribus, & jam ut audio, ſpargitur cantur eſſe *Capitonis*, elevans illorum Aiunt & libellum famoſum parari nimirum ſunt artes Euangelicæ. No conſulti ſumus, niſi an *Oecolampadii* ret aliquid, cur non eſſet publicè id reſpondi, nulla *Oecolampadii* his quæ docuit, non eſt uſus meo fortiter contempſit. Quare ſi quos quid timet, non arbitror æquum conſcientiam pro illo depugnem. relegationem mihi minitaris, an quid dere à publico judicio, conſenſúque interim mihi diverſa ſententia Vos inter vos digladiamini. *Zuinglius* & *lampadius* adverſus *Lutherum* & rurſus *Balthaſarus* adverſus illos, adverſus *rellus*, & tam diſcordi factioni meum periculo capitis mei, imò potiùs anim mali vobis obtigerit, vobis ipſis ſemper vaticinatus ſum fabulæ rum felicem exitum. *Zuinglius* alicubi ex *Paraphraſi*. Tanti me facit nunc, pſerat me nihil ſcire? *Oecolampadius* concione taxavit oratorem, me, notans. Notat & in libello *De Euch* ſpondit *Bilibaldo*. In præfatione verò me invidioſâ laude. Taxat & in epiſtolam *Joannis* ſuppreſſo nomine, meis verbis, quum is locus à me mutatus meæ verba ſat candidè interpretatur. quantum hîc eſt mundorum, indicans lam eſſe *Joannis*, quod hujuſmodi tionibus, ille refert quaſi damnârim lylogiam. Egregius verò amicus in profiteri debeam ſententiam apud reticam. Quàm bellè verò *Zuinglius* in quo utor verbo *conſecrandi*, & me aliud ſentire quàm loquor. Puto hunc non fore tam ſtultum, ut omnes qui diſſentiunt ab *Oecolampadio*. epiſtola tua, quod mihi non magnopere diſpl erit. Bene vale. *Baſileæ*, Anno milleſimo teſimo vigeſimoſexto.

Eras. Rot. Simoni Pistorio S. D.

TAntum suspicionum & querimoniarum undique nobis gignit hoc seculum exulceratissimum, ut nec vacet, nec libeat omnibus excusare. Quanquam ego Principi tam pio támque cordato vehementer optarim per omnia satisfacere. Itaque licèt obrutus laboribus ad tuam epistolam respondebo paucis, tu quod deerit, de tuo candore máq; facundia supplebis. Epistola *Thermopolm* missa piis omnibus placuit, sed vehementer offendit *Leonem Judaum Tigurinum*, qui libello *Germanicè* per typographos vulgato, profitetur se autorem ejus libelli quem detestatur epistola mea, addidit epistolam ad me manuscriptam multo virulentiorem quâ ad pugnam gladiatoriam provocat, verùm obticui. Porrò quòd sic meam causam apud Principem egeris, ut diceres me nunquam ex animo discessisse ab ecclesiæ præscriptis, quid sibi velit mi *Pistori*, non satis intelligo, qui nunquam vel ex animo vel præter animum ab ecclesiæ placitis diverterim. Verùm oportet distinguere cõstitutiones ecclesiæ, quædam sunt conciliorũ generalium, quædam ex rescriptis, quædam episcoporum peculiares, quædam *Romani* Pontificis, sed instar plebiscitorum, quales sunt constitutiones *Camera*. Rursus ex synodicis quædam perpetuæ, quædam ad tempus datæ: Item quædam inviolabiles, ut puta nixæ divinis literis, quædam ejus generis ut pro rerum præsentium statu possint mutari. Quoties autem admoneo de mutandis constitutionibus, de his sentio quæ citra pietatis jacturam mutari possunt. Nec id tamen usquam suadeo faciendum, nisi ex autoritate Procerum. Atque ut ingenuè quod res est fatear, quum increscerent hic tumultus fatalis, planè eram in hac opinione, ut mutatis aliquot constitutionibus, illa tempestas ad aliquam tranquillitatem redigeretur. Nè quid interim loquar de viciis quæ prætextu religionis irrepserunt in ecclesiam, adeóque invaluerunt ut propémodum Euangelici vigoris scintillam extinxerint. Hoc quid sit, non omnes intelligunt. Principes rectè faciunt, dum cavent nè publici status compages laxentur. Verùm hoc conscientiæ negotium est. Nunc posteaquàm video neutram partem alteri velle concedere, nihil aliud quàm precor, ut Dominus det felicem exitum, non enim video quis alius id possit. Multi putant suppliciis & legibus hoc malum sopiri posse, & fortasse sopietur, sed ad tempus: & si perpetuò possit, non cessabunt tamen tacita murmura, judiciáque conscientiarum. Nec vacillaret autoritas ecclesiæ, si quædam per ecclesiæ Proceres ex causis gravibus mutarentur, quod jam toties factum est à majoribus. Venio nunc ad consilium hujus urbis magistratui exhibitum, cujus antigraphon ex archetypo mitto, si quid fortè de suo addiderunt qui evulgârunt. Mitto simul & ad *Glareanum* literas in hoc scriptas, ut per illum excusarer senatui, priusquàm à consulibus adirer. Nihil egi. Suspicor hoc à quibusdam *Lutheranis* subornatum, hac arte, ut si suaderem ipsis accommoda, haberent me sibi obnoxium; sin minus, conflarem mihi civitatis hujus grave odium. Summis enim viribus hoc tum contendebant quidam, ut hìc omnia fierent quæ fieri vidimus *Tiguri*, promissa est mihi silentii perpetua fides. Ita temperavi consilium pro civitatis præsenti statu, quam uni Reipub. datum est, ut nec excitarem hic tragœdiam, non mihi tantum periculosam, nec autoritatem ecclesiæ permitterem quorumlibet arbitrio. Et tamen hoc consilium utcunque temperatum adeo placuit consuli, ut presserit tres menses, nè exhibiturus quidem, ni quidam ecclesiasticæ partis efflagitâsset. Certè ex eo consilio nihil hic innovatum est, nisi quòd omnia moderatius acta sunt quàm cœperant. De *Ludovico Bero*, planè lapsus es in nomine. Nam is vir & pius est & doctus, ab omnibus istorum dogmatibus dissentiens, sed à nullo magis quàm de Eucharistia. Nam is præsedit in concilio *Badensi* ecclesiasticæ partis nomine. *Capitonem* opinor volebas dicere, cujus nulla laus est in illis literis. Quod scripsi neutram partem mihi videri sobriam, non incessitur ecclesia, sed quidam qui plus obtrudunt nobis quàm necesse sit credere. Id in quosdam Theologos ac monachos dictum est, non in ecclesiam. Veluti Transalpini volunt nos profiteri, Pontificem *Romanum* unum esse potiorem universis ecclesiis ac populo *Christiano*. Habent & Cisalpini quosdam articulos, quorum aliquot ego nolim defendere, & tamen ni id facerem vociferarentur. Proinde non dixi me in neutra parte esse, sed neutri addictum esse. Addictus autem est, qui servit in omnibus. Nec opinionibus tantum esset serviendum, sed moribus etiam & ingeniis, quæ comperio corruptissima in nonnullis, qui magnis clamoribus videri volunt agere negotium ecclesiæ. De libris *Lutheranis*, non prorsus hinc arcendis videbatur id temporis esse satis pro hujus Reip. statu. Si ecclesia permitteret usum sacramenti sub utraque specie, nè tantulum quidem incommodi video. Nam id aliquando *Bohemis* permiserat ecclesia. Nec probo tamen, ut quisquâ hac gratiâ turbas excitet in populo *Christiano*. Ego nec sacerdotibus permitto conjugium, nec monachis relaxo vota, ni id fiat ex autoritate Pontificũ, ad ædificationem ecclesiæ, non ad destructionem. Eò perpellere pueros ac puellas inhumanum arbitror, & pium eximere fraude captos. In primis optandum esset, sacerdotes & monachos castitatem ac cœlestem viram amplecti. Nunc rebus adeo contaminatis, fortasse levius malum erat eligendum. Hæc opinio si non placet ecclesiæ præfectis, pro somnio ducatur. Quod scribis de quorundam impia licentia, nullus homo per me factus est ad talia animatior, sed aliquam multos coercui. Tu paganismum times, ego *Judaismum* jam omnia fere video occupâsse. Si sacri pariter ac prophani, si magni cum parvis synceris animis converteremus nos ad Principem fidei nostræ *Christum*, & agnoscentes sua quique mala, concordibus votis illius misericordiam imploraremus, brevi videremus horum tumultuum felicem exitum. Nunc dum plerique privatis commodis intenti sunt, nè publicis quidem rectè consulitur. Quod ob unũ aut alterũ deprehensum malè sentire videris de *Græcis* literis, vehementer alienũ est & à prudentia tua, & ab ingenii tui candore. Eadẽ opera sentiendũ esset de omnibus bonis literis. Quod autẽ inter harum professores initio complures non fuerint alieni à *Luthero*, partim in causa fuit, quorundam improbitas, qui multis annis ἀσυνδότου πόλεμον terra

marique gesserunt adversus hoc studiorum genus apud nos reflorescens. Longa est fabula. De *Reuchlino* meministi. Plura nos vidimus. De illo nostro non queo satis demirari, quid homini venerit in mentem, nec ulla res unquam æquè mihi præter expectationem objecta est. Quid hoc ad *Græcas* literas, sine quibus cæca est omnis eruditio? Quæ misi proximis nundinis, arbitror esse perlata. Scripseram enim & illustrissimo Principi, & *Emsero*, & tibi. Poculum erat gratissimum, uberius tamen delectatus sum laudatissimi Principis testimonio. Quod mihi longam vitam optas optime *Pistori*, jam potior eo quod optas. Diu vixi, si tamen vixi. Medici nihil pollicebantur opis, & si polliciti fuissent, non admodum illis fiderem. Itaque relictis illis *Christo* me commisi. Is sive longum, sive breve volet esse quod supereſt vitæ, æqui bonique consulam. De *Luthero* coercendo etiamsi certa spes esset, & si maximè par essem isti negotio, & si non minus liberet quàm vacaret, tamen per quosdam ut video conjuratos non licebit. *Lutetia* misit nobis quatuor libros hoc anno, simpliciter famosos ac palàm insanos. Res ut suspicantur, geritur ex consensu sodalitii Theologici, non quod omnes ista probant, sed pars, ut fit, improbior, vincit meliorem. Subornant ad hanc fabulam agendam aliquot gloriosos, ac planè sensu communi carentes, in primis *Sutorem Cartusianum & Beddam*. Quidam oratorem agens apud Cæsarem, παραπρεσβεύων scripsit virulentissimum librum in me, ac ni fallor jam edidit, quum in *Britannia* nunquam præ se tulerit, quod animus esset in me scribere. Excitârant & illic tumultum monachi *Salmanticini*. Sunt aliquot etiam *Romæ*, qui scribunt in me præter *Stunicas*. Unum libellum ad me misit is qui scripsit *Albertus Pius*, alter sine titulo missus est per amicos. Nondum enim editus est, sed volitat per manus aulæ Pontificiæ, quo nec *Oreſtes* furiis agitatus scriberet quicquam furiosius, nec me fugit cuis sit autor. Sermo cum moribus congruit, nam mihi domesticè notus est. Habet & *Hispania Stunicas* alteros, ut nè quid de *Lovanio* dicam. Omnes ad objurgandum & calumpniandum diserti sunt. Sub has nundinas suscepimus laboris pĕsum quàm pro valetudine gravius. Nam præter alia recudimus Novum Testamentum, Annotationésq; magnis accessionibus locupletamus. Arbitror enim *Hieronymo*, proverbiis, & huic operi propémodum justam curam esse datam. Et tamen si viriculæ corpusculi sufficient, absolvemus quod orsi sumus in *Lutherum*, etiamsi nihil tam sanctè támque circumspectè scribi potest à me, quod non calumnienter quidam, devotis animis hoc agentes, nè quid fructus ex meis libris redeat ad lectorem, nec aliud agentes quàm ut victus contumeliis concedam in castra *Lutheranorum*. Quod nunquam efficient, donec propitius Dominus mihi mentem hanc esse patietur. Atque illud mi *Pistori*, tuo Principi audacter de me pollicetor, me quod dicere cœperam, nec ex animo, nec præter animum unquam vel accessisse, vel accessurum ulli damnatæ factioni, nec me aliud agere in meis lucubrationibus, quàm ut linguas ac bonas literas gravioribus disciplinis adjungerem, ut scholasticam theologiam apud multos ad sophisticas contentiones prolapsam ad divinæ scripturæ fontes revocarem, ut in moribus hominum minus esset ceremoniarum, in animis plus pietatis, ut Episcopi & sacerdotes sui meminissent officii, ut monachi verè id essent quod dicuntur, ut perversissima de plerisque rebus judicia corrigerentur ex animis hominum, quibus jam inveterata stupuerat. Hæc me perspicier agere, qui & integer mea legit. Cæterùm si isti [illegible] mo legerent *Chrysostomi*, *Hieronymi* [illegible] quo mea legunt, plura reperirent, quæ [illegible] derent quàm in meis reperiunt. Bene vale. *Basileæ*, Anno M.D.XXVI.

Erasmus Roterodamus Georgio Duci Saxoniæ S. D.

ILlustrissime Princeps, accepi literas [illegible] situdinis, unà cum his quæ meâ causâ [illegible] curaveras, quorum nihil non fuit gratissimum, quâ de re scribam aliàs per otium, [illegible] solum licuit, significare visum est Illustrissimæ [illegible] situdini tuæ. Sub Cal. Junias misi per [illegible] hujus civitatis publicum in hoc [illegible] ctum, epistolam ad concilium *Basileæ*, in qua nuper fuit disputatio, causam ipsa cujus [illegible] plum ad te mitto declarabit epistola. [illegible] sus nuncius attulit epistolas & schedas [illegible] ctas, sed præterea nihil. Quum nihil [illegible] de poculo, quod tua benignitas nec [illegible] nec expectanti se misisse scribit, rogare [illegible] nuncium, unde recepisset eas literas, ut [illegible] ut apparebat docto, qui venerat ad [illegible] um, alioqui prorsus ignotum. Suspicabar [illegible] turum per *Copergum*. Is ante paucos dies [illegible] Xenia quædam ex *Polonia* missa, nec ullis [illegible] ris fecit poculi mentionem. Si quo casu [illegible] apud te manſit, bene res habet. Ego [illegible] ejus muneris fructum percepi, videlicet [illegible] me benevolentiæ. Sin missum est, non [illegible] tendum est ut tibi simul & mihi pereat. [illegible] epistola reddetur in tempore, poteris ad [illegible] nas *Francfordienſes* significare cui commiseris [illegible] tantum in præsentia licuit scribere, ut vitæ & laboribus oppresso. Precor ut Dominus [illegible] strissimam celsitudinem tuam prospere [illegible] bus. Datum *Basileæ* III. Calend. Augst. Anno M. D. XXVI.

Eraſ. Rot. Georgio Duci Saxoniæ S. D.

ILlustrissime Princeps, quum hanc respon- [illegible] apparārem, celsitudinis tuæ literæ [illegible] diúq; quæsitæ, noluerunt ad manum venire. [illegible] ferè fit, ut quod maximè quæritur, fugiat minimè, & interdum diligentiùs sepositum [illegible] quod in primis ad manum esse volebamus. Proinde ex his quæ memoriâ teneo respondere oportet. Scripseram ante dies aliquot de [illegible] tuis redditis sine poculo, sed paulo post civis quidam *Basilienſis* mihi reddidit, ex fide cujusdam negotiatoris *Argentinensis*, quod & chirographo meo testatus sum. Erat profectò munus & magnificum & elegans, verùm eo non propterea inde sum delectatus, atque animi in me tui jam ab omni suspicione defecati, veréque benevoli tam insigni testimonio. Nec mediocrem [illegible] latium in his fatalibus turbis attulit illa celsitudinis tuæ epistola, tam amica, tam [illegible] candida. Nec semel legi literas, quibus [illegible]

provocanti respondes, mirè festivas, ingenuas, ingeniosas, & quod est *Christiano* Principe dignū, severitatis habent satis, sed longè plus clementiæ. Utinam Dominus immutet mentem illius, & obtemperet admonitioni tuæ saluberrimæ, quâ clandis epistolam tuam. Ego profectò nunquam satis demirari potui hominis spiritum & ingenium. Si malo perversóque spiritu ducitur, quid unquam exortum est exitiabilius ecclesiæ catholicæ? Sin bono, in multis desidero fructus euangelici spiritûs, nè dicam in omnibus. Sin mixto, qui potest duorū spiritūm tantus esse vigor in eodē pectore? Multa quidem irrepserunt in vitam *Christianorum* vicia, jam non ferenda, quædam sic abierunt in consuetudinē, ut pro virtutib' habeantur. Itaq; piis hominibus multa displicent, quæ mutata vellent, si citra tumultum orbis fieri queat, cujus animi scio Cæsarem esse. Sed *Luthero* displicēt omnia. Verùm ista factio, etiamsi nemo scriptis oppugnet, etiamsi Pontifex & Cæsar conniveant, ultrò dissipabitur, tanta est inter ipsos discordia, nè commemorem mores hujus populi, quem nobis gignit hoc euangelium, minimè euangelicos. Superest ut Principum autoritate pollens sapientia, sic coerceat seditiosam *Lutheranorum* licentiam, nè altera ex parte surgat periculosius incendium, de malis monachis loquor, & nonnullis ejusdem farinæ Theologis, qui quales apud vos sint nescio, apud *Hispanos*, *Vngaros*, *Polonos*, *Anglos*, *Brabantos*, sed præcipuè *Gallos* ex conspiratione miram orsi sunt tragœdiam, adversus bonas literas, & me per quem putant hæc studia vel excitata vel adjuta. Vicissent clamoribus & libris sycophanticis, nam hisce præsidiis fidunt, ni Principum ac Præsulum autoritas impotentes illorū & centauricos motus cohibuissent. Quod idem ante paucos dies Rex *Christianissimus* fecit in *Gallia*, cujus fabulæ si tua celsitudo partem aliquam volet cognoscere, poterit ex his quæ misimus *Hieronymo Emsero* tuæ benignitatis alumno. Non enim ausus sum Illustrissimam celsitudinem tuam, Reip. negotiis occupatissimam, tam loquacibus nugis obtundere. Quàm instructus sim adversus *Lutherum*, aut quid simus profecturi libellis nescio. Nam *Diatriba* mea quid aliud effecit, nisi ut ille suum dogma magis etiam confirmaret? Certè pro meis quantulis cunq; viribus non deero Catholicæ concordiæ, cui & vitam debeo. *Hyperaspista* pars altera jamdudum exisset, sed oborta quorundam, de quibus modò dixi, per omnes mundi plagas, conspiratio, coegit relictis quæ erant in manibus, libris & epistolis, præsenti malo occurrere. Nam hac tempestate *Lutetia* misit nobis quinque volumina in me scripta, furiosis calumniis plena. Idē in aliis quoq; regionibus adornabant. Et tamen utriq; negotio satisfeciſſem, ni mense Junio talis morbus occupâsset hoc corpusculum alioqui caducum, ut medici nihil vel opis vel spei sint ausi polliceri. Itaque solius Dei præsidio fretus vivo, victurus donec illi visum fuerit. Recipiam nunc in manus quod cœptum erat, & si Dominus dabit aliquid virium absolvam brevi. Exemplar literarum ad tuam celsitudinem *Lutheri*, & tuæ celsitudinis ad illum, misi in aulam *Anglicam*. De professore quem miseram, scripsi rem omnem *Emsero*. Quòd tua benignitas studio provehit linguas ac bonas literas mihi longè gratissimum est, quòd ut perpetuò facias te majorem in modum rogo. Illustrissimam Cel. T. incolumem ac bonis omnibus florentem servet omnipotens Dominus, qui per vos sedaris hisce tumultibus, ecclesiæ suæ pacem & tranquillitatem restituere dignetur. Datum *Basileæ* postridie Calend. Septemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimoseptimo.

Eras. Rot. Nicolao Montensi Decano, & Cancellario Academiæ Lovanien. reliquisque Theologis S. D.

HOnorandi fratres, libellum tam indoctum editum esse non minus vestrâ causâ doleo quam meâ. Ex literis interceptis, & ex *Anglia* huc missis, compertum habemus, qui sint actores hujus insanæ fabulæ. *Godefrido Taxandro* datus est titulus, *Cornelius Duvellandius* scripsit maximam partem. Ex libro *Vincentii*, quem in me scripserat, sunt addita multa. Adjuvit & *Gualterus* quidam. Collegi LXX. manifesta mendacia in tam exiguo libello. Quid dicent docti cordatíque quum talia legent? Ego hìc Pontificis & Regum hortatu belligeror adversus *Lutheranam* factionem non minus ferocem quàm potentem, haud absque mei capitis periculo, & istic mihi suscitantur tales tragœdiæ. Habebam in manibus quædam quæ videbantur aliquam hujus mali partem oppressura, verùm edere non erat tutum, nisi loco commutato. Id quod hactenus per valetudinem & occupationes non licuit, nunc per cruentos rerum tumultus non licet, etiamsi per cætera liceret. Non possum vobis describere statum *Germaniæ*, cæterùm pro rebus præsentibus gessi me synceriſſimâ conscientiâ, sicuti decet hominem *Christianum*, qui semper expectat supremum vitæ diem, quem mihi scio esse in proximo. Idem agimus vos & ego, licet viâ diversâ. Quòd si sic oppugnor ab his quorum partes pro viribus adjuvo, cur me diversæ partis objicio furori? Vos fortasse speratis malum hoc suppliciis opprimi posse, utinam utcunque compositum esset. At ego nullum video finem, nisi malo minimè vulgari, remediis neutiquam vulgaribus occurratur. Si meis consiliis initio fuisset obtemperatum, fortasse res non exisset in hanc rerum omnium confusionem. Quid prodest ustura & sectio quum totum corpus occupat febris? Malum in venis est, quod nisi pharmacis eluatur, nulla spes est sanitatis. Morbus oppressus ex intervallo recurret majore cum periculo. Cœperat *Ferdinandus* uti violentis remediis, mutavit sententiam. Si Cæsar adesset, fortassis idem faceret. Non hæc dicuntur in favorem *Lutheranorum*, aut plebis malè tumultuantis, sed in favorem publicæ tranquillitatis. Scripsi quædam quæ offendunt *Ecmundanum*, sed utcunque habent superiora, desinat ille, ego obliviscar omnium. Hoc utrunque nostrum magis decet, me qui brevi sistendus sum ante tribunal *Christi*: illum qui theologi ac monachi personam sustinet, ac me fortasse brevi sequuturus, & quis novit an etiam præcursurus. Est mihi pax cum Pontifice, cum Cæsare, cum *Ferdinando*, cum Card. cum Regibus, cum orthodoxis Episcopis, cum uno *Ecmundano* & *Vincentio* pax coire non potest. Est mihi bellum irreconciliabile cum universis *Lutheranis*, satis erat ab una parte impeti. Hæreses & schismata non possum amare, bonas literas non possum odisse: Nec

Epist.7.

tamen inimicus ſum protinus illi cui non placent bonæ literæ, modò nè nimium obſtrepat iis qui diligunt. Toties dixi & repeto, ſi quid offenditur in libris meis, quod meritò offendit aures animóſque veſtros, indicate & mutabitur, & habebitur gratia. Diſſentimus inter nos verbis potius quàm ſententiis, quod idem evenit Stoicis & Peripateticis. Ego paratus ſum omnem animi rancorem deponere, non aliter quàm ſi ſim hodie moriturus. Si qui ſunt inter vos qui pacem aſpernantur, hæc epiſtola me liberabit apud *Chriſti* tribunal. Bene valete. *Baſileæ* poſtrid. Nonas Septemb. Anno M.D.XXV.

Eraſ. Rot. Benedicto Iovio Mediolanenſi S.D.

Epiſt. 8. EQuidem humanitatis laudem quam tu mihi pro tuâ humanitate aſſiduè tribuis non gravarer agnoſcere, ſi mihi per valetudinē & aſſiduos ſtudiorum labores, quos penè ſuperant literarum officia, liceret eam præſtare, quibus & vellem & debeo. Cæterùm quis poſthac ut ἄτοπον admiraturus eſt, τὸ, ἐκ μυίας ἐλέφαντα, quum tu, ſi Muſis placet, ex *Eraſmo* verè *Batava* facias *Varronem*? Quid enim mihi cum illo commune, niſi fortè ſenectus & πολυγραφία; Satis feliciter excitâram apud *Germanos* linguarum ac politiorum literarum ſtudia, nec omninò malignè reſpondit induſtriæ theatri noſtratis applauſus (Nec enim *Italis* agebatur hæc fabula) niſi fatalis hic tumultus ex tranſverſo fuiſſet obortus, qui primum diſſidiis, & inſanis conflictationibus commiſcuit omnia, nunc ad multam humani ſanguinis inundationem progreſſus. Quis homo, ut nihil ſit aliud, non ingemiſcat tam latè vagantem humanæ tranquillitatis calamitatem? Tolerabilius eſſet malum, niſi ruina noxiæ partis multos innoxios involveret exitio. Fit interim quod ſolet in publico incendio, ſibi quiſque quod poteſt rapit. At vereor nè Principes quidam hoc fatali malo abutantur ad ſuam tyrannidem. Sunt populi, quos mundus jam pridem gravatè ferit, & ſubinde meditatur excutere. Qui primùm erant pauci bonique velut *Ægineta*, nunc plurimi ſimul & peſſimi totum orbem occupârunt, permixti ſunt plebi, invaſere magiſtratus, penetrârunt in aulas Principum. Si coneris unum quempiam ulciſci, condenſant ſeſe phalanges. Ab his primum orta eſt hæc tragœdia odio meliorum ſtudiorum. Hi nunc inſultant & jactitant, ex linguis ac politioribus literis malum hoc eſſe natum, & inveniunt Principes quibus hoc perſuadeant. Et me clamitant novandorum ſtudiorum autorem & anteſignanum, quod mihi quidem in totum inficias ire nec licet nec libet. Horum tyrannicos ſpiritus & effrenatam audaciam deus aliquis compeſcat. Video bonis literis & harum cultoribus famam & exitium inſtare. Verùm hanc nimis prolixam querimoniam præſtat miſſam facere. Neque *Nonum* neque *Germanum* illum ſcholiaſten uſquam vidi, οὐδ' ἀρχὴν apud *Græcos* uſurpari pro *prorſus* aut *omnino*, nunquam apud me dubium fuit. Nec enim uno in loco ſic poſitum invenio, nec mihi veriſimile eſt, hoc fugiſſe *Politianum*. Verùm, ni fallor, aut eam ſermonis formam apud probatum aliquem autorem repererat, aut viſum eſt exprimere *Græcam* figuram, quòd veteres eruditi ſolent non illibenter facere. Sed non arbitror hanc ſ[illegible] tropo reſpondere τῷ ἀρχῇ. Etenim [illegible] ne initium aliquod caprum eſt, ea [illegible] ſit τὴν ἀρχὴν, niſi quòd in *Gregorio Na[illegible]* ſemel invenio, ϙι ἀπ' αἰῶνος ἀρχὴν [illegible] ſine negatione. τὴν ἀρχὴν abſque [illegible] præter quàm apud *Joannem* nuſquam [illegible] quod ſi rectè loquitur, quod eſt extremum [illegible] rus, τέλος, congruenter ex multis quod [illegible] mum dicturus, rectè dicit τὴν ἀρχὴν. [illegible] videris tertiam Novi Teſtamenti editionem, [illegible] ea paulo accuratiùs hiſce de rebus diſcern[illegible] thographia quarundam dictionum, [illegible] cum quoquam contendere, præſertim [illegible] nec apud omnes nec omnibus ſeculis [illegible] Verum eſt tamen eam eſſe probatiſſimam, [illegible] proximè refert originem, niſi publicus [illegible] dinis conſenſus reclamet. *Aſſero* malim [illegible] *aſſero*, & tamen non auſim dicere [illegible] *ſerpillo*. Quæ diſſeris de antiquitatibus, [illegible] dem voluptati fuerunt, nec mihi ſolum, [illegible] diis etiam aliquot, quibus hanc ob [illegible] literas communicavi, præſertim *Bero[illegible]* viro quum undiquaque doctiſſimo, [illegible] quidem generis adprimè curioſo. Nolim [illegible] cat iſtiuſmodi deliciis oblectare animum, [illegible] recreavit me in literis tuis *Alciati* [illegible] quod eſt rariſſimum, cum eruditione tum [illegible] tamque non vulgari, & ſingularem [illegible] admirabilem ingenii candorem copulat[illegible] olim decus futurus & ſtudiis & patriæ, [illegible] doribus illius aliquâ ſaltem ex parte [illegible] Bene vale. M.D.XXV.

Eraſ. Rot. Natali Bedda S.

SAne gaudeo & ipſe, non redditam [illegible] illam prolixam, ſine altera, quantop[illegible] videtur offendiſſe animum tuum. Ego [illegible] ſcripſeram, tantúmque de tua humanit[illegible] perſuaſeram, ut te crederem noſtram [illegible] aut ſi mavis licentiam, boni conſulturum. [illegible] quidem præcipuum officium amicitiæ [illegible] quum res poſcit amicum, verùm opera [illegible] ficium inter amicos eſſe mutuum. Et [illegible] laris eruditio, me non eget monitore, [illegible] etiam eſt olitor valde opportuna loquax. [illegible] qui ſedulò monet, licet fruſtra moneat, [illegible] hoc nomine collaudandus eſt, quòd [illegible] voluit. Gratiſſimæ ſunt annotationes [illegible] mittere dignatus es; Utinam miſiſſes [illegible] tantopere offendunt in epiſtola ad *Epiſc[illegible] Baſilienſem*. Simúlque librum cujus [illegible] moliris. Nuncius erat certiſſimus, mihique [illegible] ſat æquâ mercede in hoc conductus. Q[illegible] & quod huic *Conrado* bibliopolæ [illegible] tutò ad me perveniet. Præſtat tamen [illegible] mittes obvoluta tunica & funiculis obſ[illegible] ſignes. Pauxillulum eſt laboris. Ægrè lego [illegible] amanuenſis tui, ſed tamen lego. Minus [illegible] tii, ſi tantum ea notares, quæ pertinent ad [illegible] tium doctrinæ *Chriſtianæ*, quæque [illegible] cuſari non poſſe. Primus articulus eſt. *Non [illegible] qua Paulo aſcribuntur epiſtola, illum eſſe [illegible] controverſiam dicendæ ſunt*, hoc non video [illegible] debeat reprehendi, niſi fortè putas epiſtolam [illegible] *Laodicenſes*, & ad *Senecam* eſſe ſine controverſia *Pauli*. Ut maximè verò deſorquamus hoc

hoc dictum meum ad *Hebræi* scripsam epistolam. Lege apologiam qua *Jacobo Fabro* priden respondi, & non negabis orthodoxos multos de autore hujus epistolæ vehementer dubitasse: Nec ulla ecclesiæ autoritas vetat hactenus dubitare, nisi forte coactivo *Pauli* est, quod *Pauli* titulo legitur inscripta. Verum ibi multa leguntur ardua, de quibus dubitare nefas non est. Attamen si hæc quoque non pigebit annotare, mihi non erit ingratum. Quod si dignaberis tribus verbis indicare quid te moveat, existimabo conduplicatum officium.

Beroaldus fatetur se epistolam illam postquam fuerat edita per typographos denuò legisse, notatis aliquot locis, sed quæ nullius essent momenti, nisi accederet interpres iniquus. Oravi ut tertiò relegeret, ac pronunciet de factorum. De pessimo consilio scribis magno cum stomacho. Quale fuerit consilium hoc non refert. Certè videt me non refugisse levera etiam judicia Theologorum, ubi contigit. *Beroaldi* integritatem hic norunt omnes. Fucum in eo suspicari, ne adhuc quidem possum. De doctrina si minus possum judicare, vos ipsi judicastis, qui illum habuistis dignum primâ laurea. Nec video quid ista epistola suffragetur *Lutheranis*. Jam dogmata *Lutheri* regnabant. Et hic per seditiosos quosdam summo contemptu & irrisione consuetudinis ecclesiasticæ, inducebatur sarcophagia, ducebantur uxores aliaque multa fiebant adversus ecclesiastica instituta. Huic seditiosæ temeritati opposui illam epistolam & profeci, eaque primum excivit fremitus *Lutheranorum* in me. Quos insanire oportuit, si epistola pro ipsorum conatibus facit. Vehementer laudo cœlibatum, sed ut nunc habet sacerdotum ac monachorum vita, præsertim apud *Germanos*, præstaret indulgeri remedium matrimonii. Quotusquisque est in orbe, qui jejunat? Quam multi sunt qui vescuntur carnibus quum libet? Et arbitror plures bene jejunaturos, si jejunium persuaderetur potius quam præciperetur. Nihil tamen horum mutari volo præter autoritatem Ecclesiæ. Nec ea mutatio damnat patrum instituta, sed admonet, fortè pro horum temporum moribus variandum esse remedium. Id si non placet ecclesiæ Proceribus, nihil habent *Lutherani* quod erigant cristas, quum censeam nihil esse novandum, nisi intervenientе Ecclesiæ autoritate. Sed desino, ne rursus molestius sim meâ copiâ. Quanquam solent reis plures infundi clepsydræ, quàm actoribus. Expedita res est accusare, sed multiloqua defendere. Facilè mihi persuades ut tibi fidam, quanquam si verum est, *Beri* consilium fuisse tam infelix, cui tutò fidendum est? Affirmas te non falsurum. At falli potes, opinor. Ego hactenus melius sensi de Theologis *Sorbonicis*, arbitrans unicuivis illorum tuto fidi, non uni culpiam. *Jodocum Clichoveum* semper amavi; Candidius tamen erat facturus, si *Dionysium* asserens, cum *Valla* pocissimum dimicasset, qui hujus sententiæ primus autor extitit. Verum non sum is, qui talia non queam concoquere. *Petro Sutori*, si tantum tibi tribuit, utinam persuasisses, ut aut non ederet talem librum, aut moderatius scriptum ederet. Nihil enim adhuc legi illo vel indoctius, vel furiosius. Respondi homini, huc adhortantibus amicis, nec ullius rei me magis pœnituit, quam illius operæ. Audio librum illius conspui ab omnibus doctis ac bonis etiam nemo respondisset. Suades ne talibus respondeam, & utinam suasisses intempore. Verum illi prius suadendum erat ne sic indecorè debaccharetur in proximum, non sine detrimento nominis Theologici, si quid mihi credis. Novam tragœdiam cæteris omnibus atrociorem nobis hic peperit *Carolstadius*, persuasit in Eucharistia nihil esse præter panem & vinum. Eam sententiam libellis aliquot editis confirmavit *Zuinglius*. Proximè *Œcolampadius* tanto studio totque machinis argumentorum idem agit, & tanta facundiâ, ut sedoci possint, ni vetet Deus, etiam electi. Hæc civitas vacillat, sed sic ut videatur labilis. Cogor itaque posthabitis meis omnibus in hoc certamen descendere, quanquam impar tam arduo negotio. Si liber ad vos pervenerit, intelligetis vobis expedienda arma, nec articulis tantum agendum, sed persuasione. Misissem libri, sed unicum dumtaxat habebam, nec hic palam venditur. Vale frater in *Christo* mihi semper venerabilis. Datum *Basileæ*, VI. Non. Octobr. Anno M.D.XXV.

Eras. Rot. Baptistæ Egnatio.

SAlve plurimum vir optime idemque doctiss. Doleo tibi ob meas nugas exhibitum negotium. Non eram anxius de excudendis *Adagiis*, quum hic haberem *Frobenium* semper paratum. *Franciscus* per literas crebrò questus fuerat me nihil mittere lucubrationum mearum. *Adagiorum* opus, quoniam apud *Asulanum* primum erat natum, mihi ut imbi renasceretur, si modò ipsi cómodum esset. Sin minus, per eundem qui attulerat remitteret codicem. Hic nihil erat causæ, cur vel tria commutarentur verba. Remisi *Carolum* meum, ut adferat mihi *Chrysostomi commentarios in acta Apostolorum*. Dignaberis pro tua humanitate dare operam ne circumveniamur. Id fiet si doctus aliquis exploret an codex sit plenus & an emendate scriptus. Hic *Joannes à Lasco Polonus*, illustri loco natus apud suos, brevique summus futurus, moribus est planè niveis, nihil magis autem aut gemmeum esse potest. Totus *Hieronymus* jam denuò excusus est; multa restitui, quæ prius suffugerant. Pauca quædam expegnare non potui. Quorum illud unum est in præfatione quam præposuit *Ezechieli* versio. de phagolœdoris & *Senecis*. Si quid habes impatri. Poterit adjici in fine aut initio. Nam opus non est exiturum nisi post menses aliquot. Scio te non morari gloriam, sed tamen meum fuerit cutare, ne bene meritus sua laude fraudetur. *Ambrosium Nolanum* nobis ac studiis ereptum doleo, sed quandoquidem omnibus semel est moriendum, ille nec vixit incommode multos annos, nec infeliciter mortuus est. Precor illi Deum propitium, & inter piorum animas quietem perpetuam. Bene vale. *Basil.* V. Non. Octobr. Anno M.D.XXV. *Epist.* 1.

Eras. Rot. Thomæ Lupseto S. D.

QUid ego nunc tibi gratias agam *Lupsete* charissime, pro tuis tam fidelibus officiis, quasi vero quicquam novi feceris? De proverbiis excudendis non eram anxius. Sed hic est *Caroli* mei genius, in re quamlibet levi multum pulveris movet. *Commentarios in Acta Chrysostomi* desiderabam, sed *Epist.* 11.

ille maluit redire vacuus, puer tenellus, & omnis laboris impatiens. Nunc curatum est ut equo redeat. Tu tantum vide nè liber sit mutilus aut mendosus. Spero *Pacaum* nostrum jam convaluisse: Malè sit istis legationibus ac relegationibus: Illud ingenium Musis erat natum; vereor autem nè nonnullam mali partem addiderint, τὰ ἀγγελικὰ. Periclitatur & *Philippus Melanchthon* eodem insomniæ, ut ferunt, morbo, cui *Fredericus* Dux moriens legato reliquit mille florenos aureos. *Lutherus* duxit uxorem, puellam mirè venustam, ex clara familia *Borna*, sed ut narrant indotatam, quæ ante annos complures vestalis esse desierat. Quin & ipse *Lutherus* pallium & barbam philosophi posuit, fratrum hortatibus huc adactus. Vivit mecum *Thomas Greius*, una cum filio natu minimo, is negat quicquam novi fieri in *Anglia*: Metus obstat. Agricolarum tumultus utcunq; sedatus est, sed cum hydra res est, uno malo resecto, suppullulant alia. Magna rerum novarum molimina, sed nullam video certam spem pacis. O te felicem, cui datum sit, omnium rerum sęcuro in Musarum viretis ludere! Ego hac ætate, cui missio dari solet, cogor retiarium agere, imò cogor cum bestiis depugnare, solus cum multis, exarmatus cum iis quæ non tantum dentibus & unguibus, sed & venenis armatæ sunt. *Lutherum* tam ferum, ut aiunt, aprum in me provocavi. Habet ille librum ἀντίμαχον paratum, nec satis conjecto, quo consilio premat tam din. *Carolstadius* hìc clam sparsis libellis aliquot, *Germanicè* scriptis, persuasit in Eucharistia nihil esse præter panem & vinum. Is error tantâ celeritate corripuit animos omnium, ut ad *Naphtham* flamma tardiùs transvoler. Eam persuasionem duobus libellis editis confirmavit *Hulricus Zuinglius*, nuper etiam *Oecolampadius* edito libello tam operoso, tot machinis instructo, ut provinciam difficillimam tradiderit respondsuris. In hoc certamen ego protrudor, ad quævis natus citiùs quàm ad agones. Atq; adeo dum hæc ago, nihilo secius sum *Lutheranus*, & famosis libellis proscindor. *Latomus* edidit simul tres, sed à nomine meo temperans, hæc est tota civilitas, verùm miris strophis ludit in caput meum. Rem ipsam frigidiùs tractat quàm vellem aut expectabam, nam causæ faveo. *Vincentius*, *Duvelandus*, *Godefridus*, *Gualterus*, quatuor *Dominicani*, clam eundem libellum emiserunt, plenum conviciis pluſquam scurrilibus, sed quo nihil fingi poterat indoctius aut stultius. *Lutetia* prosiliit liber *Petri Sutoris*, quondam *Rabini Sorbonici*, nunc monachi *Cartusiani*, μαίνεται ἀτέχνως, cui respondi, sed pœnitet operæ. In *Lutherum* nihil adhuc ediderunt præter articulos, in me libris debacchantur, satis declarantes, quanto pejus oderint bonas literas quàm *Lutherum*. Hanc gratiam mihi retulerunt pro quorum castris depugno cum hostibus, non absque capitis mei periculo. In cujus comitatu nunc adest *Carolus* meus, est *Ioannes à Lasco*, *Polonia* comes, summo apud suos loco natus, brevíque ad res maximas evehendus, cæterùm præter eruditionem haud quaquam vulgarem, moribus est adeo facilibus, candidis & amicis, ut mihi jam vita cœperit adlubescere, ex ejus domestico convictu veluti repubescenti. Verùm hæc est fatorum invidia. Siquid mali est, hæret sine fine, nec potest excuti: Si quid obtigit boni, quæ rara avis est, ilicò rapitur vix degustatum. Quidam Procerum per literas à ut inclytæ Reginæ aliquid ederim de conjugio, captæ, ut scribunt, libello *De comparatione virginis & martyris*. Vocavit, *Virginem*, *Uxorem & Viduam*, quid præterea desideret. At tamen illi rem, ubi pugnam hanc de Eucharistia ro. *Carolstadius* post longos errores *Vuittenbergam*, καὶ παλινῳδίας receptus clesiam illam. Vide clementiam Bene vale. M.D.XXV.

Eraſ. Rot. Petro Barbirio S. D.

PAtrone magne, miseram *Carolus* meus *mam*, is quoniam tu aberas literis missas retulit; Eas cum his accipies. etiam te rogo, mitte quàm primum moniales de non residendo: alioqui *nes Canius* utrosque nos futuros in pericte in hac re sic cessate, neq; id nunc tum. De pensione Cæsaris nulla Hic cara omnia, quæstus omnino polliceri montes aureos è *Parisiis*, unam mittito. Novi quantus sis artifex citiam eloquentiâ tuâ confirmes *andrum*. Admiror hominis eruditionem um amo: Sed sunt in orbe tot malæ suffundunt frigidam. Ego meam posthac *Erasmum* habebis elinguem. meo codicem unum. In litera priore circa finem, pro *millia ducatorum millia talentorum*, *Carolstadius* quum latitaret, sparsit libellos *Germanicè* contendit in Eucharistia nihil esse & vinum. Persuasit ilicò plerisque. tiam *Zuinglius* jam editis aliquot mavit. *Batavus* quidam ante annos idem epistola, sed sine nomine, quæ est: Verùm *Oecolampadius* quum tidie concionaretur, movit multis etiam iis qui non oderant *Lutherum*. emisit libellum tam accurate scriptum, mentis, tot testimoniis instructum, electos, in errorem pertrahere. Liber excusus non est, nec publicè venditus. arenam ego protrudor, multo aliis rebus interim dum omissis rebus meis hoc ago, absque capitis mei periculo, ii pro quibus gno, alii aliunde confodiunt me libellis *Latomus* prælegit tres libellos *Lovanii* jaculans aliquid in caput meum, sine nomine, sed quid referebat? citabor mea. Eos libellos post edidit mitis fertos. Eodem ferme tempore excusus lus in me, plenus criminibus & scurrilibus viciis, sed quo nihil fingi poterat stultius, us, & insulsius. Hujus rei laus in multos stributa *Dominicanos*; *Godefrido* cuidam dro nebuloni vanissimo datus est titulus, *lius* quidam *Duvelandus* composuit, addidit suas nænias ex libro quem pridem scripserat, sed à vicario vetitus est edere, *terus* quidam addidit flosculos ex *poetica*. Hoc facinore confecto, alius fugerunt, *Vincentius* ad inferos. Hæc ex me somnio, sed missum est ad me exemplar epistolæ, quam *Cornelius* scripserat

nam illi munus hoc præclarum dicavit, ea docet quæ dico esse vera. *Petrus Sutor* quondam Theologus *Sorbonicus*, nunc monachus *Cartusianus*, *Lutetia* edidit libellum simpliciter furiosum in tralatitias & bonas literas. Ei respondi, & pœnitet tantum honoris habitum illi belluæ. Cura ut inaureris, tantúmque congeras prædarum, ut nobis utrisque sufficiat. Gestiebam nunc evolare in *Italiam*, calculus enim mitius me habet, sed quædam explicari non potuerunt. Interim obrepsit hyems nunc etiam præpropera. Bene vale. *Basileæ* quinto Nonas Octobr. Anno M.D.XXV.

A

B

Erasmus Roterod. Leonardo Casimbroto S.

Leonarde charissime, quod *Adagiorum* negotium vos omnes sollicitos circumegit, agnosco *Caroli* mei ingenium. Multum ille pulveris movere soler, in quamlibet levi negotio. *Adagia* nunc excuduntur in officina *Frobeniana*, quæ res hìc me nunc remoratur, alioqui isthic advolaturum cum hoc Barone *Polono Joanne à Lasco*, juvene citra arrogantiam erudito, citra supercilium magno ac felici, sed moribus adeo candidis, amicis, jucundis, ut per ejus amabilem consuetudinem penè repubuerim, alioqui jam morborum, laborum, & obtrectatorũ tædio marcescens. Quid ego audio? adeóne tibi sapiunt pepones & melones *Italiæ*? Vereor nè jam & asinis invideas. Ubi propius cognoris *Italiæ* dotes, fateberis esse quod sit peponibus dulcius. Sed ut memorem admoneam, memineris optime *Leonarde* te non eâ causâ istuc profectum ut hybridis locupletes *Italiam*, sed ut eam literarum opibus spolies, eâ prædâ ditaturus olim tuam *Flandriam*. Cum Musis & Gratiis tibi nunc res est, quibus quàm conveniat cum *Cypride*, tu videris. Solent *Brugæ* tuæ gignere ingenia felicissima plaréque *Atticis* simillima. Tibi verò contigerunt ejusmodi naturæ dotes, ut inter felices etiam videare felicissimus. Hæc protinus magnam de te spem concitârunt. Eam vehementer confirmâsti studiis tuis hactenus feliciter tractatis. Nunc verò postea quam adisti *Patavium*, locupletissimum ac celeberrimum optimarum disciplinarum emporium, facilè divinas, quàm nihil plebeiũ aut mediocre tui de te expectent. Nec dubito, quin nisi parum mihi perspectum est tuum ingenium, sis omnem de te spem, licèt amplissimam, amplioribus literarum mercibus superaturus. Non deerunt qui possint λεοντοδουσιν, sed illud munus est tuum, & isto dignum ingenio, ut eruditione tuâ quam plurimos gignas tuæ *Flandriæ* discipulos, qui te moribus inculpatis, qui doctrinâ singulari, qui facundiâ non vulgari referant. Utinam hæc liceret coram in tuis hortis, quos equidem tibi non invideo, sed doleo mihi tecum non esse communes. Quod Juris Cæsarei studium amplecteris, quum aliis multis de causis approbo tum illa nominatim, quod longissimè abest à rixis Theologorum, quibus nunc fervent omnia, sic ut me propemodum tædeat studiorum omnium. Et mihi videris ad tractandam reipub. esse naturâ compositus. Commendo tibi tuam pubem omnem, id si vel impetro, vel frustrà peto, quæso ut quod tuâ sponte facis me illis vicissim commendes, & horteris meo quoque nomine, ut parentum patriæque expectationi, ut præceptoris eruditioni, studióque respondeant. Discruciavit animum meum tuus catalogus. *Lupsetus* semper fuit animus meus. *Pacæus* talis mihi perpetuò fuit amicus, qualis *Orestis Pylades*. *Petri Bembi* felicissimum ingenium, quum ex fama, tum etiam scriptis cognovi. *Reginaldum Polum*, sic mihi depinxit suo calamo *Lupsetus*, ut nullus *Apelles* posset expressius. *Becichemi* nomen primùm tuis è literis didici. *Baptistam Egnatium*, jam olim ex familiari convictu novi, virum absolutè doctum, integrum, candidum, & verè amico amicum. O te felicem cui datum est tantis felicitatibus frui! Et me miserum, quem ætas, morbus, & ad hæc nescio quis genius malus alligat huic pistrino! Libebat diutius tecum nugari, sed cogor & aliis scribere. Onera *Carolum* huc rediturum. Bene vale. *Basileæ* quarto Nonas Octobr. Anno M.D.XXV.

C

D

Miror si hæc tam extemporaria poteris legere, nisi quòd agnoscis meas notulas.

Eras. Hieroslao à Lasco Poloniæ Baroni S.

VIr clarissime, quòd scribis de mittendo equo, nè si *Cyllarum* quidem miseris aut *Pegasum*, posses è limace facere equitem, nè verisimile quidem est te huc equi causâ missurum famulum, posteaquam hinc avocatus est frater. Itaque divino eas literas scriptas priusquam decretum erat revocare germanum. Ejus convictus quoniam mihi tam fuit jucundus, ut vix aliud in vitâ jucundius, non potest non esse molestissimus illius abitus. Ejus suavissima consuetudine propemodum repubueram. Nec enim à superis optare poteram quenquam meis moribus magis appositum. Imò, ut meliùs dicam, ipsius mores tales sunt, ut omnibus possint congruere. Mitigat hunc meum dolorem, primùm quod non omnino præter expectationem accidit. Semper enim divinavi futurum, ut hinc citò distraheretur. Deinde quod non ignorarem fatorum iniquitatem. Si quid obtigit bonæ felicitatis, mox eripiunt. Si quid incidit mali, hæret tenacissimè, nec excuti potest nec avelli. Porrò juges studiorum occupationes obstiterunt, nè quid fructûs ille vicissim ex meo convictu reportaret. Minitabamur subinde, sed identidem è transverso obortum negotium interpellabat conatus nostros. Malebat & ipse diutiùs Musarum ocio frui, sed *Plato* putat sapientem vel invitum ad reip. commoda rapiendum esse. Magis itaque libet vestræ *Poloniæ* gratulari, quàm meum privatum deplorare incommodum. Linguam meam non displicuisse Clariss. D. Cancellario, vehementer gaudeo ac triumpho sériò. Non miraberis autem si posthac senseris *Erasmum* elinguem esse. Propitius aliquis deus feliciter explicet tuam Celsi. ex istis tricis quibus te scribis involutum. Novi quantus sis *Hercules*, sed plurium exemplis declaratum est, quàm non sit tutum, hostem quamvis humilem contemnere. Bene vale. *Basileæ* quinto Nonas Octobr. Anno M.D.XXV.

E

F

Erasmus Rot. Reginaldo Polo Anglo S.

THomas *Lupsetus* suis literis te totum ornatiss. *Polo* sic depinxit, ut mihi notior esse non posses, si menses aliquot domesticam tecum egissem consuetudinem. Corporis figuram effingit pictor, & auribus non nullam hominis partem discimus; at intimæ dotes animi, multo preciosissimæ, non nisi

Epist. 14.

Epist. 15.

G

nisi diutino convictu deprehenduntur. Ea pars epistolæ mihi profectò magno fuit solatio. Gaudeo enim his deploratissimis temporibus exoriri, qui bonarum literarum ac pietatis causam, & tueri possint & ornare. Non hic occinam laudes tuas, tantum gratulor tibi tam insignia benignissimi Dei dona, quæ dignabitur in te servare, semperque in majus ac melius provehere. Quam impensè te amet *Lupsetus*, satis ipsa declarat oratio, quæ nihil aliud spirat quam incredibilem quandâ benevolentiam, adeo ut me quoque rapuerit in amorem tui. Miramur quum magnes chalybem ad se trahit: Quis autem tam fetreus est, quem iste tot dotium in uno concentus non ad amorem pelliciat? Si *Carolus* meus rediisset maturius, fortassis jam isthic adessem. Non poterat optari comes itineris, vel dux commodior quam obtigit, hic *Joannes à Lasco* Baro *Polonus*, cujus quam hactenus fui convictu felix, tam nunc absentiâ discrucior. Amabis sat scio tui simillimum. Clarissimæ majorum imagines, dignitates amplissimæ, spes ampliores, ingenii mira vena, eruditio neutiquam vulgaris ne tantulum quidem addunt illi supercilii. Et adsunt isthic quorum consuetudine possim vel rejuvenescere. *Richardus Pacæus Pyladeus* amicus, *Thomas Lupsetus* quem semper filii loco dilexi, nunc ut patronum amo, *Leonardus Casimbrotus* homo moribus planè nivеis, doctus, & olim inter claros futurus. Tu in primis mi *Pole*. Sed affligant hic me fata mea. Quid enim aliud incusem? Quando coram frui non licet, dulcissimum esset diutius per literas tecum confabulari, ni mihi nunc eodem die onerandi fuissent tres bajuli, quorum unus adit *Galliam*, alter *Brabantiam*, tertius hic est *Carolus* meus, quem sic accepistis ut lubenter istuc recurrat. Itaque boni consules literas sic ineptas & incondiras, quas ne relegere quidem vacat. Bene vale. *Basileæ* quarto Nonas Octobr. Anno M.D.XXV.

Erasmus Roterodamus Andreæ Critio Episcopo Plocensi S. D.

Epist. 16. ILlustris Baro *Hieronymus à Lasco*, quum hac iter faceret, exhibuit mihi libellum quendam tuum pedestri simul & equestri pugnâ cum *Lutheranorum* exercitu confligentem. Rursus ejus frater germanus, ac vere germanus, hoc est simillimus, nuper exhibuit epistolam rei gestæ historiam exponentem, admixtis etiam versibus aliquot, ex quibus intellexi, te simul & in Musarum pratis, & in rhetorum palæstris, & in theologorum adytis non infeliciter versatum esse, denique tam candido prædituin ingenio, ut nostras etiam lucubrationes vere *Batavas* non dedignatus sis attingere. Hoc exemplum quoniam hodie rarum est in episcopis, misi dono librum *Cutberti Tonstalli* Episcopi *Londoniensis* in *Anglia*, qui nuper legatus ivit ad Cæsarem *Carolum*: Is homo est vitæ inculpatissimæ, utriusque literaturæ ad unguem doctus; nec ullius honestæ disciplinæ rudis. Sciebam enim te gavisurum, quum perspiceres istud exemplum Episcoporum indies ad plures dimanare. Simúlque hoc agebam, ut quemadmodum illum habeo mihi faventem, sic ut non alium mortalem impensiùs, hac ansâ qualicunque præbitâ, memet in tuorum etiam clientum numerum insinuarem. Nam constantiùs diligar ab utroque, si vos quoque ambos mutua tuâque benevolentia ex morum similitudine conciliata copulaveris. Hactenus sic extempore, dum illustrissimi [illegible] equos conscendere, qui multos hos *Erasmum* hic occidit, tantum reliquit abiens, cum quibuscunque suetudinem. Bene valeat T. R. D. Nonas Octobr. Anno M. D. XXV.

Erasmus Rot. Iacobo Apocello S. D.

VIr ornatissime, si tibi videtur impo[illegible] ignotus ad ignotum scribo, [illegible] nam hujus culpæ partem *Iusta* [illegible] qui suâ facundiâ huc me perpulit, [illegible] am deprecatoribus, ne detrectare [illegible] rogabat. Quod si & illius improbi[illegible] obsequium boni consulis, gaudebo [illegible] cassionem actum esse amicorum [illegible] gum. Consobrinus tuus mihi videtur [illegible] gerendis, promptæ nec impolitæ [illegible] sic temperato, ut non offundat dic[illegible] Erit aliquando magnus, si tuus favor [illegible] perpetuus. Bene vale. Datum *Basileæ* Id. Octobr. Anno M. D. XXV.

Erasmus Rot. Paulo Bombasio S.

SAlve *Crase*, nisi mavis esse *Mida*. [illegible] cum tui *Bombasi* gratulor tibi [illegible] ctam, sed magis gratulor prosperan[illegible] nem, quæ mihi longævam viridemque [illegible] *Bombasii* mei pollicetur. *Carolo* meo [illegible] datam operam gaudeo, simulque [illegible] casione mihi compertum Card. [illegible] me non vulgarem servorem: Nam [illegible] tibi credebam. Nunc nullum erat [illegible] necesse est, ut mihi apud illum pro[illegible] vicem commodes. Sub autumnum [illegible] bar iter in *Italiam*, sed nuncii serius [illegible] hyems ante tempus huc incubuit. Bene [illegible] trone magne. *Basileæ* septimo Idus [illegible] Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterod. Foederico Nasio S.

GRatus fuit libellus quem misisti, [illegible] stola tam elaborata, non quod [illegible] illis delector, quas tu prodige verius [illegible] liter in me effundis; Imo ne legere [illegible] sustinuissem, ni mihi persuasum haberem [illegible] ingenii tui singulari quodam candore, [illegible] dico nostri studio proficisci. In poster[illegible] mi *Nasi* te rogatum velim, ut exercens [illegible] quæras aliud argumentum. Scripsi de [illegible] Card. *Campegio*, sed paucis, nec enim [illegible] pluribus, nec mihi vacavit plura scribere. [illegible] te contuleris invenies malam illud agre[illegible] ac sanabilius. Detractione sanguinis [illegible] febris. Cætera coram, quod utinam [illegible] Interim bene vale charissime *Nasi*. [illegible] timo Idus Octobr. Anno M.D.XXV.

Adriano sexto Erasmus Roterod. S.D.

BEatissime pater, qui has perferet, ut mihi [illegible] est utcunque certus, ita præter expectationem [illegible] oblatu

oblatus est à prandio; postridie diluculo profectu-
rus. Itaque parum abfuit, quin consultius duce-
rem, ad tantum Principem, de re tam ardua nihil
omnino scribere quàm ex tempore scribere. Tamen
quoniam utroque diplomate, nam utrumque red-
ditum est, sic urget, obtestatur, ac propemodum
adjurat tua sanctitas, ut si quod habeam consilium
his turbulentis sedandis, pro mea virili conferam,
& tuâ compulsus autoritate, & tuâ verè Pontificiâ
mansuetudine fretus, vel ex tempore scribam,
scripturus copiosius, simul atque dabitur, & ocium
& grammatophorus certior. Tutius simul & com-
modius erat hæc coram agere, planèque erat ani-
mus, quo sanè quàm amantissimè invitat tua be-
nignitas. Sed cogor edictis sævissimi tyranni pa-
rere. Cujus inquies? longè *Mezentio* & *Phalaride*
crudelioris. Calculus illi nomen est: Atque istic
quidem remisit se pestis, remisit hyems, sed lon-
gum est iter, ut jam tutum sit per nivosas *Alpes*,
per hypocausta, ad quorum solum odorem exani-
mor, per sordida & incommoda diversoria, per
acria vina, ad quorum gustum ilico periclitor. Si
valetudo suppeteret, tutius esset iter per *Galliam*,
verum id fiet, ubi volet Dominus. Interim Do-
minum *Iesum* testem facio hujus conscientiæ, me
quicquid scripturus sum, simplici synceróque ani-
mo scribere. Nemo mortalium leget hanc episto-
lam nisi nos duo, si quid placet utere, si quid displi-
cet, pura non esse scriptum. Utinam adessent mihi
otiosi, quæ mihi tribuis ad coercendum hoc
dissidium, non dubitarim hujus vitæ jacturâ pub-
licâ mederi malis. Primum stylo vincor à multis,
nec hæc res stylo geritur. Eruditio longè est infra
mediocritatem, & si qua est, ex vetustis autoribus
haurta est, ut aptior sit concioni quàm pugnæ. Jam
hujus homunculi quæ possit esse autoritas? An
apud hos valeat autoritas *Erasmi*, apud quos nihil
habet ponderis autoritas tot Academiarum, tot
Principum, ac summi denique Pontificis? Gratia
si qua fuit, aut sic refrixit, ut penè nulla sit, aut
prorsus interiit, aut in odium etiam versa est. Qui
antea sexcentis epistolis describebar, *Ter maxi-*
mus heros, *Princeps literarum*, *Sydus Germaniæ*, *Sol*
studiorum, *Antistes bonarum literarum*, *Vindex sin-*
ceriorii Theologiæ, nunc aut sileor aut longe diver-
sis coloribus depingor. Nihil moror inanes illos
titulos, quibus nihil aliud quàm gravabar. Qui-
bus conviciis multi nunc debacchantur in caput
meum, quam amarulentis libellis incessunt, quibus
minis territant? Nec enim defuerunt qui mihi
exitium denunciarent, si quid me commoverem.
At interim alii clamitant mihi convenire cum
Lutheranis, clamitant me nihil in illum scribere:
sed qui vehementer favent *Luthero* fremunt me
nimium frequenter incessere *Lutherum*, & ama-
rulentius quàm decet. Quiritatur hoc ipsum *Lu-*
therus in suis ad amicos epistolis. Latè patet *Ger-*
mania, & abundat excellentibus ingeniis. Nec hanc
tamen solum hic habet affectus; non ausim scribe-
re in quàm multis regionibus, quam penitus, po-
pularibus animis sit infixus *Lutheri* favor, & odi-
um Pontificii nominis. Porrò vix credat aliquis,
quanta sit ingeniorum pervicacia, constantiam vo-
cant ipsi. Nec abhorret ab his bona pars eorum,
qui deamant politiores literas. Hæc dolens ac ge-
mens refero beatiss. pater, & utinam vana. Cum
omnibus eruditis erat mihi jucundissima sodalitas,
hâc solâ possessione videbar mihi felix; benè mori
A malui̇ssem quàm tot amicitiis renunciare, ac mundi
propè dixerim odium concitare in caput meum.
Et tamen hoc malu quàm videri factiosus, nec
adhuc hujus animi me pœnitet. Non hic commemorabo quantam tragœdiam, fortassis immedicabilem potuerim excitare, si quorundam affectibus me præbuissem. Malo fraudari hac gratiâ, quàm arcanum effutire. Nec hoc nomine mihi posco
B gratiam, quod à maleficio temperavi, utcunq; diversa pars pietatem appellat. Si valetudinis ac senectutis excusatione tantum conquievissem in hoc negotio, habendâ opinor erat gratia: nunc tot epistolis, tot libellis editis testatus sum me esse alienissimum à fœdere *Lutheranæ*, omnem spem mei ademi omnibus, ac nè nominis quidem mei prætextu passus sum illos uti apud vulgus. Publicè dehortatus sum à seditioso negotio, privatim quoscunque potui vel coercui, vel revocavi, vel certè moderatus sum. Neq; nihil profeci, sunt qui mihi pro fidelibus monitis agunt gratias. Quoties palàm *Lutheri*
C maledicentiam detestatus sum? Quis tulit indignius quàm ego, Regis *Anglorum* nomen tam irreverenter attactum? Atq; interim dum hæc ago apud *Germanos*, *Roma* traducor furiosis ac plus quàm famosis libellis: In *Brabantia* non jam in conviviis tantum ac vehiculis, sed in publicis concionibus ac solennibus prælectionibus prædicor, hæreticus, hæresiarcha, schismaticus ac falsarius; hæc neq; raro facta sunt, neq; clam ut ignorari possint. Sciscitetur à populo tua sanctitas, audiet à quovis, illorum nomina. Habet *Lutheri* factio quosdam qui sic pro-
D movent illius causam, quasi devoverint seipsos, nisi illam modis omnibus subvertant. Et isti sibi videntur Pontificis causam humeris suis sustinere. Jactant nihil esse pestis in libris *Lutheri*, quod idem non sit in meis. Nec ullus adhuc articulus proferri potuit qui mihi cum *Luthero* conveniat. Sed isti interpretantur quædam, verum, sed depravatissimè, suspicantur, sed malitiosissimè. Sic ego centum locos colligam ex *Paulinis* epist. qui con-
E gruunt cum his quæ damnata sunt in *Lutheri* libris. O grave exemplum eorum qui sibi credi postulant in negotio fidei! Quid enim isti aliud proficiunt, nisi quod dum palàm serviunt suis privatis affectibus, & fidei causam perdunt, & sibi autoritatem abrogant, & vulgi odium in Pontificem exacerbant. Multa scripsi prius quàm suspicarer *Lutherum* esse natum, aut priusquam quisquam somniaret hoc seculum exoriturum. Præcipitavi fateor pleraque omnia. Nam hoc mihi vicium est
F genuinum, doctorum tamen ac præsertim ecclesiæ judicio me semper submisi. Multos rogavi, monerent, si quid inesset in lucubrationibus emendandum, & qui tum vel obticuerunt vel approbabant, exorto *Luthero* damnant quod approbaverant. Nihil non calumniantur, sub omni lapide, quod aiunt, cubat scorpius, hoc suspectū, hoc scandalosum, hoc irreverenter dictum. Et quum nullius Academiæ, nullius episcopi censura, in me prodita sit, tamen quidam privatâ autoritate clamitant hæreticum, hæresiarcham. Quem animum quantum vis
G constantem hæ injuriæ non propellerent in factionem? Me tamen nulla vis à recto deflectere potuit. Et tamen sic primum impulsus est *Arius*, sic *Tertullianus*: quare dispiciat tua sanctitas, an hunc animum dignum judicet, qui dedatur quorundam impotentibus odiis, tum an hoc expediat negotio quod est in manibus. Qui bene volunt Pontificiæ

causæ,

cauſæ, dant operam, ut ex hæreticis reddant orthodoxos, ut alienatos revocent, vacillantes confirment, quod tua quoq; ſanctitas non minus prudenter, quàm *Chriſtianè* fieri ſuadet. At iſti religionis & eccleſiæ nutantis *Atlantes*, vacillantes impellunt, amicos alienant, ex orthodoxis faciunt hæreticos, bene dicta depravant. An non meritò deplorem ſenectutem meam, quæ velut in picem mus, ut aiunt, in hoc ſeculum inciderit? Multos evexit ac ditavit *Lutherus*, nonnullis profuit eſſe *Lutheranis*. Meâ conditione quid infelicius, qui dum omnium commodis meo victu ſumptúq; noctes ac dies inſervio, nihil aliud refero præmii, quàm quod utrinque dilaceror? Sed oſtendit tua S. horum malorũ remediũ. Conſer, inquis, te *Romæ*, aut ſcribe quàm odioſiſſimè in *Lutherũ*, indicito bellũ omnibus *Lutheranis*. Primùm quum audio, *confer te Romã*, quid aliud ſit, quàm ſi quis cancro dicat, Vola: Reſpondit cancer, Da alas. Dicam & ego, Redde juventutem, redde bonam valetudinem. Utinam hìc eſſet mihi minus juſta excuſatio. Prolixũ eſſet cõmemorare cauſas, quæ mihi perſuaſerunt ut hactenꝰ manerẽ *Baſileæ*: illud ſemel auſim dejerare, ſi quid vidiſſem utilius reip. *Chriſtianæ*, me vel cum vitæ periculo facturum fuiſſe. Nunquam defuit perficiendi voluntas, ſed proficiendi ſpes. Quid autem ſtultius, quàm movere malum bene quieſcens, ſi nihil ſperes, niſi majus incommodum? Etiam atq; etiam te rogo, permittas hanc veniam oviculæ tuæ, ut aliquantiſper liberiùs loquatur apud ſuum paſtorem. Ut liceat per valetudinem, quid profecturus ſum *Romæ*? Abfuturus ſum à conſortio *Lutheranorum*. Jam nunc abſum maximè. Nihil enim mihi cum illis commercii. Itaq; mihi quidem nihil eſt periculi ab illis, quod ad animum attinet. Porrò quod attinet ad illos corrigendos, citiùs profecero vicinus quàm procul remotus. Quid faciet medicus ægrotis, ſi ſe procul abducat? Quum hìc increbuiſſet rumor me *Romam* accerſitum, qui ſtatim fremitus extitit jactantium me iſthuc ad prædam advolare? Quid igitur habiturum eſt ponderis, ſi quid iſthinc ſcripſero, præmiis corruptus quemadmodum iſti ſibi perſuaſerunt? Agam iſthic aut ſcribã fortaſſe tutior, at iſthuc eſt mihi conſuluiſſe non cauſæ. Si moderatè civilitérq; ſcripſerim in *Lutherum*, videbor cum illo ludere: ſin ipſius ſtylum imiter, ſi bello laceſſam *Lutheranos*, quid aliud quàm crabrones irritâro? Hactenus fateor alui quibus potui modis doctorum hominum amicitiam. Sic enim video me plus proficere. Sed hactenus inquies nihil audio præter querimonias, conſilium expecto. Et hæc quæ hactenus dixi conſilii pars eſt. Cæterùm ut aggrediar, Video multis placere ut malum hoc ſanetur auſteritate, ſed vereor nè rerũ exitus doceat olim, hoc inconſultum fuiſſe conſiliũ. Plus enim video periculi quàm vellem, nè res exeat in atrocem cædem. Non jam diſputo quid iſtis dignum eſt, ſed quid expediat tranquillitati publicæ. Latius ſerpſit hoc malùm, quàm ut ſectione aut uſtione ſanandum ſit. Fateor, ſic olim apud *Anglos* Regum potentia oppreſſa eſt factio *Vvyelevitarum*, ſed oppreſſa verius quàm extincta. Et tamen quod tum in eo regno licuit, quod totum ab unius nutu pendet, neſcio an hìc liceat in tam vaſta regione, inque tot Principes diſſecta, certè ſi ſtat ſententia, carceribus, flagris, confiſcationibus, exiliis, cenſuris, mortibus obruere malum hoc, nihil hic opus fuerit meo conſilio. Quanquam video tuæ manſuetiſſimæ naturæ diverſum placere qui mederi malis quàm punire. Id fuerit modum difficile, ſi omnibus adeſſet ideꝫ qui tibi, ut ſepoſitis quemadmodum ſcribis affectibus ſynceriter conſultum velit *Chriſti* & ſaluti populi *Chriſtiani*. Quòd ſi ſuque commodo privatim intentus eſt, ſi ſuam autoritatem undique ſartam tectam poſtulant, Si monachi ſuis commodis nihil tur decedere, Si Principes omne jus ſuum cus retinent, difficillimum fuerit in commune ſulere. Primum erit explorare fontes unde lum toties repullulat, his ante omnia Tum autem non inutile fuerit, ſi rurſus impunitas his, qui ex perſuaſione aut impoſ no errârunt, vel potiùs omnium malorum rum ἀμηχία, quæ fato quodam accidiſſe Si ſic quotidie nobiſcum agit Deus omnia viſcens admiſſorum, quoties ingemuerit quid vetat quo minus idem faciat Deus vicar Et tamen interim per magiſtratus & Pri coerceantur novitates, quæ minimum fa pietatem, plurimum ad ſeditionem. Opta eri poſſit, & libellorum procudendorum li cohiberi. Ad hæc præbeatur mundo ſpe dorum quorundam, quibus non injuria ſe gravari. Ad libertatis dulce nomen omnes. Huic modis omnibus conſulen quatenus ſalva pietate licet, conſulend plicandis hominum conſcientiis, ſed in ſecius conſulendum dignitati Principis ſcoporum. Verùm hæc dignitas æſtimat rebus in quibus verè ſita eſt illorum quemadmodum æſtimanda eſt & popul Dicet tua ſanctitas, Qui ſunt iſti fonte ſunt iſta mutanda? Ad harum rerum cenſeo evocandos è ſingulis regionibus corruptos, graves, manſuetos, gratioſo affectibus, quorum ſententia——

Eraſmus Roterod. Foederico Nauſeæ S. D.

QUi decoxerunt, re quidem opitulari ſunt, attamen conſilio juvant alios, funores ſint quàm oportet: Et qui morbo colluctati ſunt, optimè commonſtr quomodo vel vitari malum, vel ſenari qui fregerunt navim, ſolventibus oſtendunt tanda pericula. Itidem ego *Nauſea* narus quàm periculoſus ſit morbus, ſcribe coëthes, admoneo te ut aliquot annos d vendis ac revolvendis bonis autoribus: et jam maturuerit dictio, feliciùs expon naſuto faſtidioſóque mundi theatro. Nec argumentum erit arripiendum, ſed deli tum ingenio tuo tuíſq; viribus, hoc pacto get tibi gloria, fortaſſe ſeriùs aliquanto, ſed or ac vivacior. Hoc conſilium ſi tibi placet, & mihi gratias ages, qui dederim, & tibi g berís, qui ſis obſequutus. Si non placet animum tuis cõmodis haud vulgari more tem non poteris non boni conſulere. Magiſtratum *Francfordienſi*, conſultò non ſcripſi, quem volebas, vel quia mortuo patre *Cratonis* eo mihi notus eſt, vel quia nè levis quidem cauſa cur te illi commendarem. Non expedit hoc officii genus inutiliter profundere, ſed in uſum ſervare conſultius eſt. Ubi tale quid incidet experieris *Eraſmũ Nauſeæ* ſui cauſa nihil recuſa

Expe

Expecto per literas tuas quid agat *Roma*. Card. *Campegius*. *Florentius* abiit legatus ad *Maximilianum*. Bene vale. *Basileæ* postrid. Non. Mar. M.D.XXVI.

Erasmus Rot. Francisco Sylvio S. D.

De conjugio *Lutheri* certum est, de partu maturo sponsæ vanus erat rumor, nunc tamen gravida esse dicitur. Si vera est vulgi fabula Antichristum nascitur ex monacho & monacha quæ admodum isti jactitant quot Antichristorum millia jam olim habet mundus? At ego sperabam fore, ut *Lutheræ* uxor redderet magis cicurem. Verùm ille præter omnem expectationē emisit librum in me summâ quidem curâ elaboratum, sed adeo virulentū, ut hactenus in neminē scripserit hostilius. Quò devenit *Erasmus* ille pacificꝰ? Hac ætate quæ solet gladiatoribus impetrare rudē, cogitur in arena mytnillonē agere, &, quod est durius, θυμομαχεῖν. O te non semel felicem, cui licet musitare cum Musis. Datū *Basileæ* III. Id. Mart. An. M.D.XXVI.

Erasmus Rot. Ioanni Oecolampadio S. D.

Equidem de vobis non pronuncio, relinquens vos Domino cui statis aut caditis. Sed illud reputo, quid sentiat de vobis Cæsar, Pontifex, *Ferdinandus* Rex *Angliæ*, *Roffensis* Episcopus, Card. *Ebor.* *Mensis*, aliiq; complures, quorū autoritatem contemnere mihi tutū non est, gratiā inutile. Nè cōmemorem greges monachorum ac Theologorum, qui quāvis levi de causa renovant suas tragœdias. Illi qui vos, quod non ignoras, pro hæresiarchis & schismatū autoribus habent, quid dicturi sunt, quū in ista præfatione legerint *Magnus Erasmus noster*? præsertim quum ipsa res nullam daret occasionem nominandi mei. Si scripsissem in *Esaiam*, aut si tu *De libero arb.* erat cur nostri faceres mentionē. At sunt, inquis, qui suspicātur inter nos malè cōvenire: Nec convenit, nisi quòd privatā amicitiā nunquā unquam recusavi: Ut igitur istorū nescio quorum suspicioni medearis, ego periculosā suspicionē mihi renovabo, vel potentissimorum Principum vel hostium implacabiliū, qui tandē ab edito libello *De lib. arb.* mitiores esse cœperant? Et hanc in re tanta tantissima sollicitudinē appellas morositatē. Verùm erat tuæ prudentiæ mi *Oecolampadi* cavere, quod nec tibi est usui, & me gravatū intolerabili invidiā plus eiā aggravat. Nec defuturi sunt qui suspicentur hæc abs te non simplici animo fieri, ut vel falsā Principū ac populorū suspicione abutamini ad stabiliendā causam vestrā, vel me talibus strophis ulciscamini. Ego verò ut tantam malitiā de te suspicari non possum, ita non possū non desiderare prudentiā tuā hac duntaxat in parte. Optimum erat hoc temporis statu à vobis nec laudari nec vituperari. Quod si non queat obtineri, suggillari malim, quàm prædicari, præsertim noster. Nulliꝰ benevolentiam aspernor, & arbitror hactenus me sic moderatū esse mea, ut nulliꝰ quālibet *Lutheri* addictiꝰ, queā possit me violāsse leges amicitiæ pristinæ. Cæterum intempestiva benevolentia nihil à simultate differt. Si cæteris amicis tuis gratū est calamo tuo celebrari, quemadmodū prædicas, nihil obsto, meum certè animū non ignorabas, qui te monerim, nè quē morū onerares invidiā. Et ego nec eos amicos gravare soleo qui gravari cupiunt. Sunt qui flagitent à me, ut ipsorū nomen inter amicos meos celebrē: at magis illis consulo quàm ipsi sibi. Quare si me credere vis animum tuū eum esse in me, quē prædicas, delebis nostrum *Erasmum*, & istum laudē servabis alteri loco. Non sum tam suspiciosus, ut si quid in *Polygamos* dicatur, existimem ad me pertinere. Tantum mundorū concoxi, & tamen nemo non intelligit illic abs te petirū *Erasmū* qui modò nostram legerit præfationē. Noluisti mutare quod dixeras apud populū, laudo constantiā, imo si quid illic excidisset, id erat calamo corrigendum. *Carolus* meus ridiculo errore venit ad te jussus ire ad *Pellicanum*, ut ex eo disceret num res sic haberet ut erat delata. Bi de *Pharello* nihil mandaveram, nec laboro quàm sit ille tibi familiaris, nisi quod interim ob istiusmodi familiaritates periclitatur præter alios *N.* juvenis optimus, & *Constantia N.* homo candidissimus, qui nunc imploranti opē nostram, quorum monita si pridem audissent non venissent in periculum. At istis non possum succurrere apud Pontificem aut Principes, si persuasum habuerint me vestrum esse. Bene vale in *Christo*. *Basileæ* octavo Calend. Febr. M.D.XXV.

Erasmus Roterodamus Michaeli Episcopo Lingonensi S. D.

REverende Præsul, nihil erat novi quod scriberem, sed qui has perfert extorsit ut aliquid scriberem, expertus opinor tuam benignitatē. Nihil erat quod mitterem, præter aliquot libellos è *Plutarcho* versos, & responsionem adversus *Lutherum*. Totus *Hieronymus* absolutus est satis feliciter. *Adagia* magnis sudoribꝰ aucta & emendata: aggressus eram *Præceptū connubialia*, quod à me flagitārat Regina *Angliæ*, fœmina tum pia tum erudita, sed eum laborem interrupit præter expectationem provolans liber *Lutheri*, quo respondet meæ *Diatribæ*, sed tam virulentè, tam scurriliter, atque etiam malitiosè, ut in neminem hactenꝰ insanius, quum mea *Diatriba* modestissimè disputārit absq; conviciis. Quicquid ecclesiā *Vvittebergensi* potuit vel eruditione vel maledicentiā, id totum in eum librum collatum est. Volumen est plusquam justæ magnitudinis, & vertitur in linguam *Germanicam*, quo cerdones & agricolas in me concitet, nam apud eos mutꝰ est *Erasmus*. Miro studio curārant, ne liber ad me perveniret ante nūdinas *Francofordienses*, quo sparso sine meā responsione *Lutheri* libro, triumpharent menses aliquot impune. Sed fortè quidam amicus è *Lypsia* misit, verùm tam serò ut ad legendum, respondendū & excudendum vix superfuerint dies duodecim. Scio te non crediturum, sed hic credant qui viderunt. Reliquæ parti respondebimꝰ accuratiùs. Aliis rebꝰ eram natꝰ, sed ita fatis visum est, ut *Erasmus* hoc ætatis, quā solent gladiatores donari rude, non solùm cogatur cum reti prodire in arenam, verū etiam θυμομαχεῖν, hoc est, cum bestiis depugnare. Quid enim illo *Satore* furiosius? In *Lutheri* demiror duas tam diversas personas: quædam ita scribit, ut spirare videatur apostolicum pectus: rursus in dicteriis, in fabulis, in conviciis, in salibus quem non vincit scurram? Magno animo contemnit Cæsares & Pontifices, & ad levissimorum abjectissimorumque hominum susurros sic debacchatur in quemliber, velut obliti quam agat fabulam, & quam personam induerit. Hic libellis editis docemur in Eucharistia non esse corpus & sanguinem Domini substantialiter. Ego rogatus sententiam à magistratu, respondi

Epist. 24.

ſpondi me nihil aliud credere, quàm quod definiſſet eccleſia catholica. Id reſponſum malè habuit hos Euangeliſtas novos, qui miſerè cupiebant ſententiam ſuam obtinere. Hic quum ſtarem à *Luthero*, qui hac in parte diſſentit ab iſtis, tamen illum inſtigarunt, ut quicquid habet veneni in me effunderet. Hæc nimirum ſunt Euangelica ſtratagemata. Et tamen quum hujuſmodi monſtris depugnantem me, laceſſunt *Sutoret* & *Bedda*, videlicet utraque pars ſic agit ſuam fabulam, quaſi nolint felicem exitum. His literis ſi tibi moleſtus ſum, imputato huic juveni, quem tua liberalitas docuit, quamvis ocioſas extorquere literas. Bene valeat *T. R. D.* Datum *Baſileæ* tertio Idus Martias. Anno à *Chriſto* nato milleſimo quingenteſimo vigeſimoſexto.

Eraſmus Rot. Ioanni Henckello, Mariæ Reginæ Vngariæ à concionibus S. D.

Epiſt. 25. QUemadmodum non poteſt animus verè *Chriſtianus* non ingemiſcere conſiderans quò prolapſi ſint mores *Chriſti* nomen profitentium, quàm penè fuerit antiquatum Euangelium, quàm propè nihil fidei charitatiſq; reliquum fuerit, præter nomen ac titulos, ad hæc quàm in anguſtum contracta ſit ea profeſſio: ita non poteſt non exhilarari quoties audit Deum in viris doctis, integris, & dignitate præminentibus, innovare ſpiritum ſuum bonum, quòd ea res nobis velut oſtenſâ luce, deſperationis tenebras abigat, & in ſpem bonam vocet, fore ut juſtiſſima nummis ira verſa in miſericordiam, exoriantur Euangeliſtæ, qui diſjectas, palantes ac diſſipatas oves revocent ad ſalutifera *Chriſti* paſcua, & ad eccleſiaſticæ concordiæ caulas reducant. Frequenter enim Deus in prophetis, irritatus populi ſui ſceleribus, minitatur illi Principes pueros, & tales ſacerdotes qualis eſt ipſe populus, & ſpiritum in prophetis mendacem; Contrà propitiatus, veluti felicitatis ſummam pollicetur, Principes cordatos, legum ac religionis tenaces, paſtores fideles, prophetas veraces. Nec ego ſanè aliunde natum arbitror, quòd hactenus pleriſque in locis videmus ſolo titulo *Chriſtianos*, adeo rudes & ignaros ſuæ profeſſionis, ut nè ſymboli quidem apoſtolici ſententias teneant, aut ſaltem illud intelligant quid in baptiſmo profeſſi ſint. A veritate aures avertimus, & ideo miſit nobis Deus doctores non qui linguâ medicâ ſanarent ulcera noſtra, ſed qui pruritum & ſcabiem affectuum noſtrorum commodè ſcalperent. Quàm verò potens res & amabilis ſit Euangelium, declarant hæc tempora, quibus conſpicimus orbem ad auditum Euangelii nomen, velut è lethargo expergiſci, ac veternum excutere. Quid ſi mundus videret in Euangeliſtis mores & animum Euangelicum? Nunc videmus multis in locis exortos novos prophetas, homines ferè humiles, contemptos ac juxta mundum etiam infames, qui validis clamoribus, magnificis pollicitis *Chriſtianum* orbem, iis quæ carnis ſunt, ceremoniis & humanis præſcriptis, veluti mandragoræ, quod aiunt, altum indormientem excitârunt, excitatum bona ex parte ad ſe rapuerunt. Atque initio quidem ut in proſcenium venit, etiam bonis viris plauſibilis erat fabula, donec prædicabatur majeſtas & autoritas incomparabilis ſcripturæ divinæ, donec inculcabatur fiduciam omnem in Deum ... rendam, damnabatur fiducia vi... rum, præferebatur optabile nomen ... libertatis. Quin & ea quæ magnâ liber... è plauſtro dicebantur in curiam ... Epiſcopos prophanos, in monachorum ... tolerabilem tyrannidem, in Theolog... ſticos, & abſque *Chriſto* doctos, ſatis ... cum applauſu excipiebantur, & impa... minis pectus in eos qui pro diis habe... conſcientiæ ſignum interpretabantur. ... ſuper addebat nonnihil læti omnis ... *theri* cognomen, quod *Germanorum* ling... *gatorem* ſonat. Id habet ex patria opi... rudes æris maſſas officinâ ſuâ repon... bant theatri favorem, inepti tum... dam, qui protinus moliebantur exhil... fabulam, vociferationibus apud popu... ris, articulis ac debacchationibus in ... ras ac linguas. Ii quoniam & ante ... laborabant apud eruditos ac bonos, ... ſam reddebant favorabilem. Jam & ... bat hoc negotium aliquo numine ... magis in adverſum nitebantur ... langes & his favens monachorum ... latiùs ſerpebat malum. Exuſtis ... tebant ſibi finem totius tumultus. ... nachorum conſilium. Hic planè ... quod *Herculi* in hydra. Damno ... ſævitia duxit opes animúmque noſtra. ... applauſores & exibilatores medius ... jecturis divinavi rem in ſeditionem ... nec fefellit vatem ſua divinatio, ... mus malorum quàm metuimus. ... tendebat in diverſum funiculum ... Altera Pontificum conſtitutiones ... gelio, altera vociferabatur eſſe pe... *ana* pietatis. Itaque *Lutherum* ante ... que literis privatim ſcriptis admoni... periculoſum negotium, ſi ſuo fideret ... hiberet animum modis omnibus ... meo quidem hortatu ſcripſit quæ... ra, veluti in Pſalmos aliquot, in Pre... minicam, De quatuordecim ſpectris; ... credibili celeritate perfectis, ... per alios libelli, quorum noviſſimus ... lentiſſimus erat. In his me vehem... debat præter arrogantiam, inſatiabi... conviciandi libido, non abſque ſpe... tis, & compertum habeo eum per ... dam homines ad hæc incitari, ... dignos, quorum vel in coquendis ... ſilium admittat. Et ad talium ... petulantem calamum in Reges, & ... publicitùs de omnibus bene mereri ... lut oblitus in quo theatro quam ... neat, quam fabulam agendam ſuſcep... hominis intemperantia fecit, ut ... ritu illius vehementer eſſe ſollicitum ... gratulari quòd in eam factionem ... pellici, nec odiis protrudi potuerim. ... tamen optare lætum aliquem exitum ... gœdiæ, undecunque natæ, quomodocunque ... greſſæ. Videbam enim fore ut ſi victoria ... quorundam affectibus, *Lutheri* ruina ... optimas ſecum traheret in exitium: ... videmus ubique frigere linguas ac bonas ... quas intolerabili degravavit invidia. ...

prisci scriptores, Theologia scholastica, quam correctam optabamus non extinctam, obsolescit. Emoriuntur ferè omnes disciplinæ liberales. Denique ipsum Euangelii nomen, factum est apud multos invidiosum, adeo ut vix illa profiteri liceat quæ docuit *Paulus*. Tyrannis illorum quos vidimus debatur oppressurus gladio spiritus, quod est verbum Dei, exasperata est non sublata: & adeo non contigit asperata libertas, ut bonis jugum sit aggravatum, pessimo cuique laxatæ habenæ. Una spes adhuc superest. Quænam inquis? Dicam pro mea quidem sapientia, quæ perquàm exigua est. Si fortè meruit hoc mortalium impietas, ut per tales homines, pérque tam sævum chirurgum curaretur, quando malagmatis, potionibus & emplastris sanari non poterat, spero futurum ut quos Deus afflixit rebelles, consoletur resipiscentes. Solet enim nonnunquam populi sui peccata, per *Philistæos* & *Holophernas* & *Nabugodonosoras* emendare, & ut est omnipotens artifex, impiorum malitiâ in Ecclesiæ suæ bonum, inque suam gloriam vertere. Sic & venena data nonnullis cesserunt in remedium, & interdum hostis gladius cum vulnere dedit sanitatem à medicis desperatam. Legimus & viperam complexu suo veterem ac deploratam podagram à morbo liberâsse. Plus valet Dei bonitas quàm casus. Morbus erat ingens & inveteratus, nec quicquam hìc poterant levia vulgariáque remedia, datum Elleborum jampridem torquet intestina totius orbis, adeo ut periculum sit nè pereat in remedio, quod multis accidit. Utinam cœlestis ille medicus dignetur ex his malis donare populo suo aliquid bonæ sanitatis. *Charitas* juxta *Paulum omnia sperat*. Hanc spem ego nondum omnino deposui, fretus nota Domini misericordiâ, qui non solet suis irasci perpetò, sed paciscì cum tentatione exitum, ut possimus sustinere. Nam quod in me nuper tam scurriliter debacchatus est, idque sine causa, quum mea *Diatriba* civiliter absque conviciis disputaverit, leviter feram privatam contumeliam, modò publicum *Christiana* religionis negotium ut optamus succedat, & Euangelium *Christi* verè regnet in conscientiis omnium mortalium, ac nobis apud homines ingloriis, glorificetur, laudetur, triumphet apud universos adorandum nomen Domini nostri *Jesu Christi*: Idque quo magis speremus facit, quod videmus aliquot in locis exoriri novos Euangelistas, qui placidè, prudenter, & Euangelico spiritu prædicent Euangelium, nec in dextram nec in lævam declinantes: quibus sic placet veritas Euangelica, ut displiceant tumultus, luxatæque rerum compages, quíque doctrinam suam vitæ integritate, ac morum lenitate commendent, nec misceant Euangelistæ personam, cum persona scurræ. Non hìc te prædicamus vir optime, sed misericordi Deo pro dotibus amplissimis quas in te contulit, & per has in te ἐνεργοῦντι gratias agimus, ex animo gratulantes inclytæ Reginæ *Mariæ*, fœminæ, ut audio, tum piæ tum prudenti, vel toti potius *Ungariæ*, in quâ hoc impensiùs optamus florere *Christianismum*, quo magis patet eorum incursionibus qui *Christianæ* ditioni malè volunt. Porrò quod meis quoque studiis tantopere faves: id enim intelligo ex *Antonini* mei literis: amo candorem tui pectoris, quo faves ut ille scribit, omnibus, qui modò spem aliquam bonæ frugis de se præbeant. Ego nescio quo spiritu afflatus, pro modulo gratiæ mihi donatæ, cœperam Theologiam scholasticam nimium nimiúmque prolapsam ad argutias humanas, ad fontes revocare. In hoc dedimus Novum Testamentum, & aliquot insignes autores. Addidimus paraphrases, quo segnibus etiam consuleremus, & fastidiosos allìceremus obviâ facilitate: nec omninò malè successit, nisi tempestas hæc fatalis fuisset consequuta: quæ si Deo volente mota est, licèt per improbos, tamen speramus futurum, ut ὑπὸ μαχαίρας χρεισὸς præter expectationem imponat lætam κατασροφὴν. Id citiùs confido futurum si plures exoriantur Euangelistæ tui similes, et si monarchæ suas cupiditates submiserint Euangelii gloriæ. In Paraphrasibus, quando has dignaris tuâ lectione, comperi lapsus aliquot typographorum incuriâ commissos, quos partim curavimus sarciendos, videlicet in *Matthæo*, *Luca* & *Joanne*; nam hi tres nunc rursus excusi sunt. Mitto igitur simul & quos in his deprehendimus errores & quos in aliis, nisi quòd illa minutula negleximus. Tantum licuit in præsentia vir ornatissime. Ubi tuæ literæ fuerint redditæ, pro viribus adnitar efficere, nè videaris hominem ingratum & inhumanum ad amicitiam provocâsse. Dominus *Jesus* te servet in æternum. Datum *Basileæ* Nonis Martiis, Anno à *Christo* nato, M.D.XXVI.

Eras. Roterod. Ioanni à Lasco Polonia Baroni S.D.

Epist.26. SI tibi feliciter cessit tua demigratio Clarissime Comes, est profectò cur levius doleam. Mihi sanè tuus abitus multis nominibus fuit infelix: ut enim reliqua taceam, mensibus aliquot mihi sudandum erat, ut domum hanc tuâ magnificentiâ corruptam, ad pristinam frugalitatem revocarem. Deinde totum pene autumnum & hyemem, cum calculo mihi fuit colluctandum. His quasi parum esset, tantum molestiarum aliunde accessit, ut facilè senserim genium meum bonum abesse. Non audebam te remorari, quum jussu Regis, ad magna negotia vocareris, tametsi suspicabar id fore quod accidit. Certè minoris hìc expectâsses literas certiores. *Carolus* huc rediit, adferens myrobalanos, sed succo jam absumpto. Questus est ob eam profectionem tantum temporis periisse studiis suis. Agnoscis novam temporis parsimoniam. Ablegavi hominem in *Angliam*, nè situ torpescat. De nuncii tui reditu, nihil adhuc audimus, tantum ex *Antonini* medici literis intelligo, linguam & supputatorium codicem redditum quibus volebamus. Quod hortaris ut scribam Regi *Sarmatiæ*, nondum decrevi an expediat. Hic nè musca quidem erat quæ peteret *Venetiam*. Et incertum quidem erat quis orbis te haberet, *Hispanus* nè an *Gallicus* an *Sarmaticus*. Itaque verebar nè literæ seriùs redditæ, nihilo plus apud Regem haberent gratiæ, quam apud Cæsarem sera consolatio. Scribam tamen, te quidem autore tam auspicato, si quid dabitur ocii. Semper abhorruit ingenium meum ab arena gladiatoria, nec mihi placuit unquam retiarium agere: nunc, ita fatis visum, cogor etiam ὑπερμαχεῖν. *Lutetia* misit nobis librum *Petri Sutoris*, quondam Theologi

Sorbonici, nunc monachi *Cartusiani*, in quo nihil crepat, nisi hæreses, hæresiarchas, blasphemias, & schismata. Huic respondi, penè oblitus meæ solitæ civilitatis. Et liber erat excusus cum autoritate. Eodem tempore venit censura *Bedæ*, præcesserant tres libelli *Latomi*, mox famosus libellus quatuor scurrarum *Dominicanorum*. Denique præter expectationem provolavit liber *Lutheri*, in quo superat se ipsum omni genere petulantiæ, cui nunc ex parte respondimus. Nam ante mercatum vix mihi dabantur dies duodecim. Videor olfacere è *Lutheri* scriptis, *Pelicanum* è nostris colloquiis quædam per literas illi significâsse. Qui penè concitavit hic alteram tragœdiam. Sparserat rumorem, ipsum de Eucharistia idem sentire quod ego. Scripsi ad eum hac de re literas expostulatrices, sed absque nominis indicio; Eæ *Pelicani* literæ per *Berum* & *Cantiunculam* nonnullis ostensæ sunt, quin & in senatu lectæ, tandem versæ *Germanicè* longè latéque sparsæ non sine dolore meo. Respondit per literas *Pelicanus*. Rescripsi, desineret scribere, si quid vellet, adiret me. Venit. Rogabam hominem quid sibi vellet suis epistolis. Ille variè tergiversabatur. Urgere cœpi, Tandem utcunque confessus est se dixisse, quod idem sentiret quod ego. Rogabam quid igitur sentiret, quod mihi esset cum ipso commune: post multas tergiversationes, respondit in Eucharistia esse corpus & sanguinem Domini; Idem, inquit, tu sentis. Nihil amplius inquam? Credis illic esse tantum in signo? Non inquit, sed arbitror adesse virtutem *Christi*. Pergebam, Non credis illic adesse substantiam corporis? Fassus est se non credere. Post hæc rogabam an eam opinionem fuisset unquam apud me professus. Fassus est id quod erat, nunquam id factum. Mox percontabar, an unquam audisset eam sententiam ex me. Negavit audisse, & adeo non audierat, ut sæpenumero diversam audierit. Pergebam; Tu profiteris, inquam, apud alios, me sentire tecum, quumque hæc dicis, interpretaris apud animum tuum, te hactenus sentire mecum, quod credas ibi esse corpus Domini, & qui te audiunt, intelligunt me tecum sentire, quod docuit *Oecolampadius*. Nunc audio circumferri illius epistolas duas quibus nihil insulsius vidi. Accitus est *Tigurum* ut illic doceat literas Hebraicas. Is erit postremus Euangelicorum cui quicquam sim fisurus. Quum exisset liber *Oecolampadii De Eucharistia*, senatus rei novitate nonnihil turbatus, privatim consuluit me, præpositum *Berum*, *Bonifacium* & *Cantiunculam*. Is odor simul atque pervenit ad illos: erat autem res mirè cordi, *Zuinglio*, *Oecolampadio*, *Capitoni* ac *Pelicano*: mox huc advolavit epistola *Capitonis*, quæ nobis autoritatem adimeret. Erat paratus & libellus famosus, qui pressus est, quidam suspicabantur & illum fuisse *Capitonis*. Talibus præsidiis nititur Euangelium. *Faber Stapulensis Gallià* profugus agit *Argentorati*, sed mutato nomine, quemadmodum Comicus ille senex, *Athenis Chremes erat*, *in Lemno Stilpho*. Sed quid tuam Celsitudinem hisce næniis onero? *Beatus Rhenanus* excudit nescio quid annotatiuncularum in *Plinium*, eas opinor tibi dedicabit. Posteaquàm cognitum erit ubi consederis, prolixioribus epistolis tecum agam. Hanc commisi ventis, si qua fortè ad te transvolet. Priusquàm hasce literas obsignarem, reddita est epistola tua Calendis Februarii pta, quâ significas periisse nuncium, triam revolare. Ultimam apud nos tam tes epistolas expectâsses à tuis. Allocute nec à *Polo* quicquam est redditum, stolam tuam quam attulit *Carolus* postremam. Geminum fecl hujus epistplar, quorum alterum misi *Francfordiam*, *Constantiam*. Hanc artem docuerunt me les, si quid sit rei seriæ. Bene vale *Basileæ* Nonas Mart. Anno M.D.XXVI. Salura germanum ac cæteros amicos.

Eras. Rot. Hilario Bertulpho S.D.

INvitavi te proximis literis, ut ad nos ras, quòd si à *Gallicis* totis non potes tem per literas instrue nos quomodo sit *Francisco* Regum optimo ad suos redi quàm primum. Facilè disces ex aulicis pta digna sunt. Multis quidem duriora coiti fœderis leges, sed Deus omnia num exitum. Quæso te pollicitatos lendæ *Latinæ*? Bene vale. *Basileæ* XVII. das Junias. Anno millesimo quingen simo sexto.

Erasmus Hieronymo Emsero S.D.

NOn tam gaudeo meam excusationem bis recipi, quàm hoc quod remisi postulatum. Senectutem & morbos communes esse doleo, quanquam longè malum est calculus forore podagrâ. tuo præterito jam putabam tibi Sic res habet ut scripsi: quum scriberem giam, prorsus ignorabam abs te *Lutherum* editum. Et si scissem, odi, quorum non facio mentionem. hoc seculum tale est, ut interdum nihil satis tutum sit, etiam amicissimos prodere propter linguas fascinatrices. Miror tuus cognatus: nam librum cum literis arii scriptis, reddidit 14. Cal. Aprilis. tus erat casu liber *Lutheri*, sed adeo sero, nundinas, ad legendas illius loquacis as, ad relegendam diatribam meam, & ad antigrapha recognoscenda, dum & castigandum vix superfuerint cim. Incredibile dico, nisi quod multis res acta est. *Frobenius* sex prælis excude lis diebus tres ogdoadas paginarum *Lutheri* codex offendit me jam diutiùs delassatum, præterea ex perpetuâ pene tione languidum. Nullum enim cœlum huic corpusculo, quam quo vix unquam à fine Julii ad hunc usque diem. Cur ita tem, in causa fuit, quod quum idem opus cuderetur & *Augustæ* & *Argentorati* & *Norga*, tamen incredibili studio curabatur ab quid ad meas manus perveniret. Vide venabantur, ut ad proximas usque umpharent impunè. Id nè fieret, respo ris dimidio. Reliquum nunc est in bus. Quod absolutum est ad te huic reperies nomen tuum, sed absque pra honoris, quam illic ob certas causas

si amicitiam æstimas amore mutuo, non patiar me abs te vinci; Sin prædicatione nominis, nè hac quidem parte defuturus sum officio meo, simulatq; se dederit opportunitas. In carmine tuo mihi placuit & perspicuitas & splendor non sine nervis. In usurpandis *Græcis*, uteris magnâ libertate, corripiens ultimam in disdiapason, producens primam in Catholico, quanquam idem aliquoties facit *Prudentius*. Nec hujusmodi libellis nec servitiâ quicquam profecturi sumus. Hìc me verum fuisse vatem, rei declarabit exitus; Adeo latè serpsit malum. Laudo tamen quod Principes cupiunt coercere seditiosos. Quid meâ *Diatribâ* civilius? Quid profecit tamen, nisi quod *Lutherum* excitavit ad majorem insaniam? Id non ignarus futurum, tamen morem gessi Regi & Card. *Angliæ*, Pontifici & doctis aliquot amicis, nos tacens interim quid esset sequuturum. Nihil expectabam à *Luthero* moderatum, tantum maledicis calumniæ non expectabam. Occupant sibi passim bonas literas, quo videlicet hoc prætextu constabiliant suam factionem, & tandem obruent hæc quoq; studia. Quas furias habeat *Lutetia*, declarabit apologia quâ futuri respondeo. Et *Natalis Bedda*, notavit plusquam ducentos articulos in *Paraphrasibus* meis, quorum hic est periculosissimus, quòd exponens Angeli verba, Invenisti gratiam, scripserim, non est hoc tui meriti sed favoris divini. Mitto eandem *Andreæ Critii* Episcopi *Vngariæ*. De *Cerasino* nihil scribere. Audio duci non perinde displisse gratum atque ego sperabam: est tamen vir egregiè linguarum peritus ac bonus, nec sine meo impulsu fuit evocatus, quod tamen non eram facturus, nisi Princeps toties efflagitâsset. Cupiebam ista in sinum tuum effundere, sed cum *Luthero* verandum est, quæ res ille vertat malè. Demitor quid ille sibi proposuerit, simul & scurram agens & Euangelistam. *Basileæ*. M.D.XXVII.

A pudet hactenus siluisse, & veretur magnitudinem tuam. Certè ex animo te suspicit amátque si quis alius. Ei precor omnia fausta lætáque. *Basileæ* feria quarta post Pentecosten. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

B C D

Eras. Roterod. Antonio Puccio Episcopo Pistoriensi S.D.

E

REverende Præsul, quum penitus infixa sint animo meo tua in me neutiquam vulgaria officia, tamen hactenus ab officio literarum temperavi, quod officii potiùs esse ducerem tuam amplitudinem tot negotiis occupatam non interpellare supervacaneis epistolis. Sed quum oblato nuncio rogarem *Ludovicum Berum* præpositum, mihi singularem patronum, ecquid vellet mandare *Romæ*, ortâ mentione tui nominis, obnixè rogavit, ut te tribus verbis salutarem: quem incolumem esse gaudeo vehementer, bonâque spe sumus fortunam, quæ cœpit evehere dignitatem tuam, aliquandò tuis virtutibus respondituram, quibus ex teipso maximus es, velit nolit fortuna. Nobis hactenus cum calculo & oblatratoribus tantum res fuit, nunc incidit ea tempestas, ut superiorum malorum penè simus obliti. Quum volet Dominus, & quum promerebimur, hìc rerum tumultus aliquâ serenitate commutabitur. Affulsit enim aurula quædam pacis inter monarchas sarciendæ: Id si contingat fortassis sub autumnum istinc adrepemus. Rogarem nisi confiderem te id sponte facere quod soles, ut *Erasmo* clientulo tuo faveas. *Berus* opinor ad te scribet, tametsi

F G

Eras. Rot. Leonardo Officiali Archiepiscopi Besontini S.D.

VIr egregie, leviùs odissem hanc valetudinem, si mihi tantum adferret cruciatum, non etiam amicis gravem redderet, ac molestum. Tolerabilior enim esset, si dolorem haberet absque pudore: nunc non tam pigebat morbi, quum apud vos essem, quam pudebat, quod vestro in me affectui longè humanissimo deesse coactus sum. Et haud scio, an sint non eâdem humanitate præditi quâ vos estis, qui meam calumnientur calamitatem, & infelicem necessitatem interpretentur inhumanitatem. Post abitum, hìc diu langui, magnáque victûs moderatione, sensim ac paulatim revixi. Ubi sum factus paulo firmior, aperuit se calculus, qui latuerat in insidiis. Eum ejeci, sed cum summa vitæ desperatione, post aliquanto commodiùs habere cœpi, repertâ aquâ ex adipso coctâ, quâ vinum dluo: quod si amarum est, dulcescit; si acidum, corrigitur; si austerum, mitescit; si acerbum, fit lenius; si ardens, refrigeratur. Nescio quid rumoris huc allatum est, discessum isthinc nostrum sequutam esse famam, nos esse *Lutheranos*. Verùm ad hos tumultus jam occallui. Utinam utraque pars huc incumberet, ut Euangelica synceritas verè floreret apud omnes: Non deesset stilus meus. De confirmanda missa magnâ sedulitate tumultuatur *Bietricius*: at mihi res cordi non est, & præstat hoc seculo non dare ansam improbis tumultuandi. Habetis isthic in propinquo novum Euangelistam *Pharellum*, quo nihil vidi unquam mendacuis, virulentius aut seditiosius. Mihi videtur esse tempus ut Episcopi cum Principibus seriò conferant sua consilia, quo dissidium hoc quod indies serpit latiùs, sic componatur nè facilè repullulascat. Nam vulgaribus remediis, hoc est palinodiis, carceribus & fasciculis video nihil profici nisi in pejus. Commendabis me diligenter *D.* Archidiacono & hujus Officiali, præterea *Francisco* Thesaurario, *Desiderato* cæterisque dominis & amicis meis. Bene vale. *Basileæ* postrid. Innocentium, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Epist. 36.

Eras. Rot. Medico cuidam S.

ILlum qui tuas reddidit nondum alloquutus sum. Quum huc veniret eram occupatissimus in *Origene* vertendo, cujus fragmentum in *Matthæum* nacti sumus: quum rediret, obortus erat intolerabilis dentium cruciatus, adeo ut nec loqui possem, nisi exasperato malo, propter haustum aerem. Media æstate passi hìc sumus hyemem. Pro commonstrato remedio gratiam habeo maximam, etiamsi mihi non cum arenulis, sed cum saxis res erat, unde medici λίθων appellant. Verùm hoc malum in aliud est commutatum, quod perpetuam habet molestiam, sed dolore tolerabiliore. Id ni factum esset, jam ab his tumultibus liber esset *Erasmus*. Fuit apud nos *Gervasius* Theologus verè candi-

Epist. 31.

candidus, cujus colloquium mihi magno fuit ſolatio. *Claudio Felici* multam opto felicitatem. Quod me amantiſſimè conſolaris adverſus hominum invidiam, vel malitiam potiùs, ſcito me non tam meâ cauſâ dolere quàm *Chriſtianæ* religionis nomine, quæ tales habet & doctores & propugnatores. De me meiſque ſtudiis videric *Chriſtus*. Et utinam præter *Beddam* ac *Sutorem* nullus eſſet eâdem infectus malitiâ. Reverendo Præſuli tuo meis verbis plurimam dices ſalutem. Bene vale. X. Cal. Junias. M.D.XXVII.

Eraſ. Rot. Guilhelmo Waramo Archiepiſcopo Cantuarienſi S.

Epiſt. 32. VNicum meum in *Chriſto* decus ac præſidium, partim ex literis tuis, partim ex his quæ famulo mihi narranda commiſeras, dilucidè perſpexi pluſquam paternam tuam erga me pietatem. Idem utriuſq; votum eſt. Verùm obſtat præſens temporum conditio. Nondum ab acie licet diſcedere. Sed brevi fortaſſe licebit, ut minore intervallo dirimamur. Interim jubeo te bono eſſe animo. Tumultus hi planè fatales ſunt. Me non citiùs deficiet animus, quàm vita. Is quem nôſti totius hujus tragœdiæ, & quæ mota eſt *Lutetiæ*, & quæ nunc fervet vel furit potiùs in *Hiſpaniis*, autor eſt, homo natus ad hujuſmodi ſycophantias, nec aliâ re celebris inter mortales. Verùm apud *Hiſpanos* præcipuè mendicantes agunt hanc fabulam, faventibus mihi Epiſcopis ac doctis præcipuis, præter aulæ ſtudia. Res habebit ut ſpero proſperum exitum. Pecunia penſionaria nondum pervenerat ad *Petrum Ægidium* circa finem Julii, nunc arbitror redditam. Amplitudinem tuam incolumem ſervet Omnipotens. Datum *Baſileæ* IX. Cal. Septemb. Anno M.D.XXVII.

Eraſ. Rot. Matthiæ Laurino domino de Vvateruliet.

Epiſt. 33. EX *Marci Laurini* literis cognovi, quod mihi fuit longè gratiſſimum, te rectè valere, veterémque tuam in me benevolentiam, nec locorum, nec temporum intervallo poſuiſſe. Quotundam malè auſpicatorum hominum improbitate laborant bonæ literæ, & qui his provehendis navârunt ſtrenuam operam, lapidantur à picis, graculis & corvis, ego cum primis. Quod ni eſſent boni omnis aves, quæ funeſtis obſtreperent, prohibeant ſuperi, quod iſti videntur auſuri. Quare tibi vir generoſe, non meo tantum, verùm etiam literarum ac publico ſtudiorum nomine gratias ago, quod adverſus iſtos blaterones optimam cauſam & prudenter & feliciter tueris. Rurſus apud *Hiſpanos* tantos excitârunt tumultus mendici quidam, ut nec à Cæſare, nec ab Archiepiſcopis compeſci quiverint. Tantum valent clamoribus. Tota ſpes illis eſt in maledica lingua. Niſi me revocaret *Chriſtiana* modeſtia, & ni vererer, nè dum improbis digna rependo, lædam probos, ſentirent qualem artificem provocâſſent. Miror autem iſtos nullum moliendi finem facere, quum toties malè ceſſerit conatus. Quid enim aliud efficiunt, niſi quod exacerbant publicum in ipſos odium. Metui volunt non amari, quo quid eſſe poteſt magis tyrannicum? Tyrannus qui timetur à multis, multos metuat oportet, & mendi[illegible] Regibus eſſe formidabiles, eò prog[illegible] humanæ. Cura ut quàm optimè v[illegible] M.D.XXV.

Eraſ. Rot. Tielmanno à Foſſa S.D.

DExtro *Mercurio*, pro tam negloſto epiſtolio, duas epiſtolas accepi, [illegible] ſtam, alteram quæ breve volumen vide[illegible] Utraque mihi fuit gratiſſima, multis qu[illegible] minibus, ſed præcipuè ob ſyncerum [illegible] me tui candorem, imò non in me, ſed in [illegible] tiùs dotes quas in me credis eſſe, non [illegible] enim eſt noſtrum, ſed ſi quid eſt, Dei. [illegible] optimum ſenem nobis ereptum dolo[illegible] ditum gaudeo. Quid enim illo can[illegible] tegrius? Proximis ſuis ad me literis [illegible] rat, *Helias tuus, barbarus, decrepitus* [illegible] *ver*, quaſi præſagiens imminere [illegible] vivum cadaver mihi diſplicuit, eâque [illegible] viſſimis literis objurgavi hominem, qu[illegible] ſancti Spiritus appellaret cadaver, [illegible] magis vivant quàm qui ſic moriuntur. [illegible] ille non calamo, ſed re. Gratum [illegible] depinxiſti tuæ familiæ ſimulacrum, [illegible] fortuna tuo reſpondet animo, qui [illegible] cures ſanctè educandos, ſed ita ut [illegible] dicaris negotiationi. Quare quum [illegible] habeas, eoſque tam ſanctè inſtitu[illegible] offers tuas fortunas communes: [illegible] tam impius, ut tam piè collocandi [illegible] quicquam detraham, animum [illegible] atque exoſculor. Supereſt ut hanc [illegible] ferreo munuſculo natam, adamantin[illegible] aſtringamus. Dominus *Jeſus* bene [illegible] tuas cum tota familia. *Baſileæ* ſenis [illegible] Septembris. Anno milleſimo quing[illegible] geſimo ſeptimo. *Sobio* ex me ſalutem [illegible]

Eraſ. Rot. Vrbano Regio S.D.

SIc exiſtimo *Vrbane* doctiſſime, me [illegible] Omnia debere, vel Illuſtriſſimo Princi[illegible] *neſto*, vel tibi, ob animum in me tam [illegible] Proinde judicavi me nonnullam gra[illegible] hâc ratione poſſe referre, ſi quando mih[illegible] non eſt integrum, hominem com[illegible] qui quod à nobis expectabatis, [illegible] tiùs præſtare poſſit. Eſt apud nos *Hu*[illegible] *anus* Cæſareâ laureâ inſignis, quod [illegible] cus, inter tot juvenis ornamenta [illegible] eſſe duco. In omnibus diſciplinis qu[illegible] ticas vocant, eximiè doctus, neque [illegible] ereitatus. In omni quæ nunc in ſchol[illegible] *Ariſtotelica* philoſophia, eò progreſſu[illegible] ſummatibus etiam congredi poſſit. Ma[illegible] ſuper Theologicæ rei partem aſſecutu[illegible] graphia, in hiſtoriis abſolutus. Deni[illegible] lum eſt genus literarum in quo ille non ſ[illegible] ciſſimè verſatus; *Græcè* quoque doctu[illegible] mediocritatem, & hìc brevi abſolven[illegible] eſt hominis tum induſtria tum dexteritas. [illegible] huc ætatem maximè tempeſtivam hanc [illegible] gotio. Ad trigeſimum accedit annum, [illegible] ætas ut grandior eſt, quàm ut concep[illegible] ſit obnoxia, ita laborum omnium longè [illegible]

tolerantissima. Est autem *Glareanus* præter ætatem, peculiari quâdam naturæ dote literarii laboris, & appetens & patiens. Quod nescit, discit avidè; quod scit, docet libenter & candidè. Moribus alacribus ac festivis, ac prorsus omnium horarum homo. Addam extremum calculum, quem ego vel imprimis æstimandum arbitror. Ingenium integrum natum. Abhorret à compotationibus illis semiferis, abhorret ab alea, à turpiloquio, à scortis, ita ut harum rerum nè mentionem quidem ferre possit. Invitatur à multis, nec aspernandis conditionibus, & jam addictum putabam. Verum inter confabulandum sensi hominem istuc pelli posse, si modò offeratur, quod illius virtutibus sit non indignum. Juvenis est, plus habet eruditionis quàm opum aut autoritatis, quamquam autoritas jam non levis, indies accrescit homini. Illustrabit hunc Principis splendor, & ille vicissim Principis imagines ac fortunam colonestabit, quódque decoris mutuum acceperit ab illius Celsitudine, vel cum fœnore reponet aliquandò. Arbitrabar me initurum gratiam apud vos si literis meis indicâssem. Et scio quem commendem. Novum Testamentum editum est. *Hieronymo* superest us imponitur colophon. Bene vale. *Basileæ*, Nonis Martiis. Anno M.D.XVI.

Eras. Rot. Lodovico Vivi S. D.

Dilatibam meam *Philippus Melanchthon* scribit exquisitis animis acceptam *Vuittenbergæ*, sed ita ut non dissimulet se metuere causæ *Lutheranæ*; quam ait cum Evangelio conjunctam, si penetro. De victoria, mi *Vives*, quæ futura sit omnino orbis si vindicetur à quibusdam, rem ipsam divinas. Urgeor utrinque, dici vix potest quam odiosè, sed in utraque parte video futuros intolerabiles si vincant. Hic res planè spectat ad seditionem, & aliquot *Suasores* me conantur volentem nolentem huic involvere negotio, nihil profecturum, nisi ut utranque partem in me provocem. A tanto Rege, à tali Regina laudari vehementer gratum est, sed quid istuc *ad rastra*; bellè disputo, sed hic magno fumat culina. *Montjoius* nè verbum quidem mandavit aut scripsit, opinor subitum *Livini* discessum fuisse in causa. Quem dicas novum meum collactatorem non satis intelligo, nisi fortè dicis *Othonem Brunsfeldium*, quem ipse *Lutherus* magis execratur quàm ego. Sit hoc tamen infamior est *Phallicus*. Horum insolentiam coercuerunt magistratus gravissimis minis, alioqui impotentissimè debacchaturorum in me. In *Hieronymi* scholiis, si non omnia, certè permulta castigavi. Habebam id temporis plurimos instigatores, adjutorem neminem. O me eadem ingenii *Germanici*. Erratum de *Laberio* nuper deprehendi, dum certior esse cupio de ætate: tametsi antea quoque subdubitabam. *Linacri* mortem acerbiùs ferrem, ni reputarem quantis cruciatibus subductus sit. De *N.* scripsi non quantum ille meretur, omnibus *Eutrapelis* ac *Phrynondis* celeratior, sed quantum meæ modestiæ tuæque prudentiæ satis esse judicavi. Hic sedulò dissuadet *Frobenio*, nè quid tuorum excudat. Et *Frobenius* duntaxat hac in re, absque illius præsidio nihil potest. Nam apud *Germanos* vix quicquam vendibile est præter *Lutherana* ac *Antilutherana*. Mea tamen adhuc satis favorabilia sunt, vel hoc argumento, quod *Frobenius* tam multos habet æmulos magno sito dispendio. Cæsaris edictum quod deterret æmulos, hujus non faciunt ipsi qui nobis dant Cæsarem: imò vendunt Cæsaris nomen. Ego jam pridem gestio quopiam ab his figulis demigrare. *Frobenius* mihi serio questus est, se nè unum quidem opus *De civitate Dei* vendere *Francofordiæ*; Idque eo vultu dixit, ut planè credam hominem nihil fingere. Vides etiam in Musarum rebus regnare fortunam. Ego illic nihil non suspicio, nisi quòd brevitas quam tibi olim commendavi, reddidisset librum vendibiliorem. Atque hoc negotium *Frobenius* suscepit à me non persuasus, sed compulsus. Et res est non exigui sumptûs. Miseret me boni viri, nimiúmque syncerî, cui pseudocheus ille miris technis imponit. Si *civitatem* illam vel prælegendo, vel aliâ quapiam ratione posses vendibiliorem reddere, sublevares hominem. Ego nullam video viam, nisi ut totus *Augustinus* emendatus prodeat. In hoc velim te adjutare, susceptâ aliquâ portione laboris. Nos tametsi jam lassi, non defuturi sumus officio nostro. Ex animo mi *Vives* gaudeo tibi *Britanniam* esse prosperam, quod ut tibi proprium ac perpetuum sit precor. Bene vale. *Basileæ* Natalis *Joannis* Apostoli, Anno M.D.XXIV.

Eras. Rot. Rudberto à Mosham Decano Pataviensi in Bavaria S.D.

Hæret animo vultus tuus humanitatis tuæ index, memini frequentium colloquiorum & officiorum tuorum, non excidit venationis fragmentum abs te versum, meâ quidem sententiâ feliciter: Denique totus *Rudbertus* sic præsens est animo meo, ut possim illum vel coloribus exprimere. Solum illud non memini, quod ambierim salutare Card. *Gurcensem*. Non contemno proceres Ecclesiæ, sed sic est ingenium meum, nihil minus ambio quàm tales salutationes, præsertim apud *Germanos*. Hic si quid ineptii, scias me planè gratificatum animo tuo. Eam salutationem si perdidi, nihil est quod me magnopere moveat. Quotidie salutor à sordidissimis, qui extortâ etiam pecuniâ, me rident, aut traducunt inter suos combibones. Et tamen nihil est quod ego sanè querar de Card. Exhibuit plus humanitatis quàm expectabam. An *Germani* Principes non soleant quenquam indonatum dimittere, viderint alii. Me certè non offendit ea novitas, nisi quòd salutato *Friderico* duce *Saxoniæ*, postridie *Georgius Spalatinus* in lecto decumbenti detulit materiam vestis damascenam, quum ego nihil minus somniarem. Quóque magis credas quod scribo, recordare mè tres hebdomadas egisse *Coloniæ*, nec eo tempore quemquam *Germaniæ* Principem à me salutatum. Omnibus si queam prodesse cupio, servire nemini: quod si serviendum esset, plus fastûs experior in una opera typographica *Germaniæ*, quam in decem Episcopis *Angliæ* aut *Galliæ*. Nè ob id quidem sum pilo alienior à syncero *Germaniæ* amicis, quod in multis & fidem & animum memorem desidero. Hæc ideo refero, nè quid suspiceris me alieniorem factum ulla de causa. Amicorum mentionem vides quam liberaliter fecerim in libris nostris, videlicet obsequens illorum affectui potius, quàm meo judicio. Ex his vides quàm pauci perstiterint in amicitia, quàm multi versi in hostes. Et tamen horum culpa non tantum valet apud me, ut minus amè *Bilibaldum* cæterosque candidos amicos.

Epist. 37.

amicos. Porrò quod in literis meis nulla tui mentio facta est, primum excepto nomine te totum animo tenebam, deinde se nulla dabat occasio. Et sunt qui nolunt in scriptis meis nominari, horum querimonias nonnunquam audio. Quòd te ab aulæ servitio extricaris, hoc magis probo, quod id fecisti maturè. Efficiam igitur post hac, ut nec *Laurino* nec *Bilibaldo* invideas, si tamen hæc appellanda est invidia. *Laurinum* à puero novi, à *Bilibaldo* multo plus accepi lucis, quam dederim. Quod me adhortaris ad fortiter agendum, multò gratissimum est, etiam si id meâ sponte faciebam. Tantum dolet quorundam insaniis pessum ire tam Evangelium tum bonas literas. R.D.E. mihi per te reflictam esse mentionem, fuit vehementer gratum. Si medicus *Antonius Cassovienſis* has reddiderit, rogo ut juvenem cognoscere velis, cognitus placebit sat scio: Discessit hinc meo magno dolore. Bene vale. Datum *Basileæ* pridie Idus Novembr. M.D.XXIV.

Eraſ. Roterod. Euſtachio Andreæ monacho Cluniacenſi S.D.

Epiſt. 38. FRater in *Chriſto* chariſſime. Singularis tuus in me affectus, quem non tam oratione quàm fronte, quod aiunt, ipsâ, quàm oculis, quàm toto vultu loquebaris, facit ut non possim te non redamare, nisi velim haberi omnium inhumanissimus. At vereor nè tibi usu venerit, quod de *Ixione* narrant fabulæ, qui pro *Junone* nubem amplexus est. Supereſt autem, ut nostros labores, quibus tam impensè faves, precibus tuis adjuves: te verò in amicorum numerum perquàm libens recipio, non defuturus officio meo, si quid extiterit in quo possim tibi gratum facere. Salutabis mihi duos fratres humanissimos jure consultos, quorum in colloquio nostro inciderat mentio: præterea doctissimum juxta & humanissimum doctorem, qui mihi olim notus *Mechliniæ*, me salutavit *Beſontii*. Nam præter nomen nihil illius excidit mihi. Tu fac sic invigiles honestis studiis, ut ordini tuo possis & ornamento esse, & usui. Abbatis dignitas non est quidem ambienda, sed ea tamen ultro sequetur virtutes tuas. Bene vale. *Baſileæ*, prid. Innocentium. M.D.XXIV.

Eraſmus Roterodamus Chriſtophoro Epiſcopo Baſilienſi S.D.

Epiſt. 39. REverende Præsul, dum ego decanto miſericordias Domini, corripuit me illius misericordia; Sed morti non tradidit me, licèt nunquam fuerim morti vicinior. Exemplar primæ manus ad te mitto. Id poteris aliquot diebus apud te retinere, quo per ocium perlegas. Dignaberis admonere nos, si quid addi aut mitti, si quid aliter tractari velis. Priusquam enim *Frobenio* committamus excudendum, opus sub incudem revocabimus, ac reddemus paulo expolitius, fortassis etiam copiosius. Si videbitur, addemus præfatiunculam, quæ sacelli abs te instituti faciat mentionem. Porrò quemadmodum tuæ sanctissimæ voluntati hac in re libenter sumus obsequuti, ita cupimus omnia fieri ex animi tui sententia. Dominus *Jeſus* honorabilem senectutem tuam foveat suâ clementiâ. *Baſileæ* duodecimo Calend. Julias, Anno M.D.XXIV.

Eraſ. Rot. Antonio Brugnario [illegible] *Bellicardi* S.D.

SIgnificas te quater ad me scripsisse, [illegible] ultimam epistolam accepi, duæ [illegible] tæ non sunt, quare noli scribere [illegible] nuncios. Amplector animitan in me [illegible] benter. *Beſontii* cum nemine mihi [illegible] contentio, neque quenquam sensi [illegible] Tristis abii ob valetudinem oppido [illegible] mõ iste rumor hinc perlat' mire [illegible] dam vaide *Lutheranus*. Quid istic docet [illegible] aut quid rerũ gerat nescio. Utinam [illegible] quod profitetur. Prõfitetur enim Ev[illegible] nunquam vidi hominem confidentis[illegible] aut rabiosius maledicũ, aut impude[illegible] cem: breviter talem comperi, ut [illegible] amicitiam habere velim, nec ini[illegible] ipsi *Lutherani* ferre potuerunt homi[illegible] lem petulantiam. Sæpe objurgatus est [illegible] podio, etiam literis, sæpe à *Pelicano* [illegible] cum eis, tanta morbi vis. Cum illo [illegible] putavi, sed diremi disputatione qui [illegible] busdam altercabatur. Volebam enim [illegible] postulare cũ me vocãsset *Bullam*, [illegible] *Bleto* quodam negotiatore jactum in me [illegible] *Phallico*, ut me passim appellaret *Bullam*, [illegible] nullus adhuc retuncium potuerit [illegible] titulo ut scriberem in *Lutherum*. Pr[illegible] volebam, quid homini in mentem v[illegible] nomine me dignum judicãsset. Nam [illegible] vitia quæ quotidie in me deblaterat [illegible] Vix decem verbis velitari fuimus, re[illegible] censeret sanctos non invocandos, an [illegible] pressum esset in sacris literis, an tolt. [illegible] demonstrater evidenter per sacras lit[illegible] sanctum invocandum. Si Deus est, ito[illegible] dus est, urgebam ut demonstraret [illegible] semel atque iterum testatus me dis[illegible] loqui, quum hic plãnè de re conv[illegible] hoc tantum agebã, ut illius enthymema [illegible] quo cõnabatur evincere, ideo non [illegible] vos, quòd hoc è sacris libris doceri non [illegible] tulit locum ex epistola *Joannis*, *Et tr[illegible]* Respondi eum locum non sentire de [illegible] râ, sed de consensu testimonii, & [illegible] est, de sanguine, aquâ & spiritu, non [illegible] interpretationem. Præterea pars [illegible] Verbo, & Spiritu, in vetustis codic[illegible] habebatur, nec citatur ab his qui [illegible] gnant adversus *Arianos*, puta *Athan[illegible]* *Hilarii*. Mox emissâ disputatione, nam [illegible] nox, expostulavi cum eo abiens sed [illegible] re scripsit ad amicos suos mirè gloriosa [illegible] quarum una ad me transmissa est à *Cas[illegible]* hac aliquando sunt decem versus in [illegible] una syllaba vera est. Non potuit ille [illegible] ritum sanctum dici Deum, quod [illegible] *Paulo* probari potest, & tamen si probãs [illegible] vicissem me. Nec enim meum est dogm[illegible] invocandos esse, quanquam inepti[illegible] primordiis ecclesiæ traditam, & subin[illegible] am tragœdiis exagitant. Quod si mihi [illegible] fuisset, qualis experimento compertus [illegible] quam dignatus fuissem illum alloquio; [illegible] fuisset obvius, deflexissem. Sunt enim [illegible] adeo sinistri, ut vel occurrisse sit infelicitatis [illegible]

Unde

Unde metuo nè vestræ civitati magnum aliquod A
immineat malum, posteaquam illuc devolavit
avis tam inauspicata. Feliciter fugit è sua *Gallia*,
verùm hic reliquit filium insigniter scurrilem,
non imposito quidem suo nomine, sed nemo non
clamat *Phallicum* esse. Scripsit, ut aiunt, alterum
Gallicè in me, cui latitat inter manus conjurato-
rum. Magistratus *Basileæ* observat, si possit de-
prehendere Typographum: Hæc jactavit *Lu-*
dius Lutherianus quidam sculptor imaginum.
Idem deinde aliquot *Phallici* apophthegmata, quo-
rum alterum erat: *Verum Proteum plus timere The-*
tidis genus Erasmum: Alterum, *Malim*, inquit
Phallicus, multos fuori cum martyribus, quàm non
unus fuori Erasmi, ubicunque pervero. Phallico facilè
fuerim magnus Theologus, si passim insusurro Pon-
tificem esse antichristum, Constitutiones humanas
esse hæreticas, Ceremonias esse abominationes, a-
liáque hujus generis. Hunc stomachum in me
concepit quòd in *Spongia* dubitem de *Lutheri* spi-
ritu. Præterea quòd scripserim, quosdam sordi-
dos & impuræ vitæ se jactitare nomine Euangelii:
deinde quòd *Adriano* prómiserim consilium, quo
sic extinguatur incendium *Lutheranum*, nè facilè
redaccendatur. *Phallicus* interpretatur me velle ex-
tinguere Euangelium, at ego sentiebam de rescin-
dendis hujus mali fontibus, & hac de re scripsi
nonnihil *Adriano*, & item *Clementi*, & Cardinali
Campegio, & Cæsari: sed ut video illi malunt vul-
garibus uti remediis, manicis ac fasciculis. Res in-
dies serpit latius, quis sit exitus futurus viderit De-
us, ego Principes quod potui semper à sævitia co-
ercui, exceptâ seditione. Nec Euangelium est quic-
quid illi docent, & docendi modus nonnunquam
seditionem movet, non Euangelium. Ego faveo
Euangelio, sed isti Euangelio non adjungar, nisi
video alios Euangelistas, aliúmq; populum, quàm
adhuc video. Provolant libelli famosi sine titulis,
& istos mirè probat *Phallicus*, & applaudunt cæ-
teri quoque, quasi mendaciis & flagitiis defensan-
dum sit Euangelium, qualisque huc valeat Euange-
lium, ut hujus prætextu peccemus impunè. Post
invadent scrinia nostra & dicent, sic *Aegyptios*
spoliaverunt *Israëlita*, & post facinus invenient
novum dogma. Si *Lutherus* nôsset *Phallicum*, non
dubito quin in eum stricturus sit stylum. Et hi sunt
qui nobis jactant spiritum Euangelicum. Equi-
dem quid *Christus* sibi velit nescio, cæterùm ut cō-
modissimè interpretèr, suspicor hoc esse consilium
illius, ut sacerdotes, hujus mundi commodis ebri-
os, atque his altum indormientes, per talia por-
tenta cogat expergisci. At tamen quicquid hacte-
nus in me blateravit *Phallicus*, non minus vanè
quàm virulentè, facilè condonabitur hominis
morbo, modò posthac sumat mores Euangelii præ-
cone dignos. Sed harum næniarum plus satis, alias
pluta quum vacabit. Egi cum hoc cœnopola, de tri-
bus vasculis dimidiatis, uno veteris vini, duobus
novi. Vinum quod emit Decanus mihi mirificè
profuit: unde ex quo cœpi biberè, caruí calculo, is
nunc dicitur abesse. Tu velim adjutes, ut mittatur
elegans, aptumque stomacho meo, non laboro de
precio, si vinum sit quale volo. Vetus, ut absit ab
acore, novum maturum, non dulce, non acerbum,
mediocri colore, colore leviter rubido. Oenopola
propemodum scit quale cupiam. Bene vale. *Ba-*
sileæ pridie Natalis *Simonis* & *Judæ*. Anno mil-
lesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Erasmus Roterodamus Tonesio consiliario Cardinalis Eboracensis S. D.

VIr ornatissime, Non injuriâ me objurgat per *Epist.41.*
literas *Guilhelmus Burbanctus*, quod te tam
candidum amicum, tam fortem patronum, tam in-
signiter eruditum hominem, nunquam hactenus
salutarim epistolâ. In causâ est, quod dum & ami-
cis & inimicis cogor respondere, quorum ingens
est numerus, nullum temporis spacium mihi va-
cuum relinquitur. Cæterum eximias ingenii tui
dotes, ac singularem quendam in me favorem,
Thomæ Mori autor, ut scis, & gravis & facun-
dus mihi non semel prædicavit. Scio mi *Tonesi*,
agnosco & memini, agóque gratias, libentius si
queam relaturus. Ubi plus ocii dabitur, pluribus
tecum agam. Interim precor ut quàm bellissimè
valeas. Datum *Basileæ* Nonas Septembres, Anno
M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Georgio Duci Saxoniæ S. D.

ILlustrissime Princeps, quòd hactenus tuæ celsi- *Epist.42.*
tudinis hortatibus non paruerim, quum alia
multa tum duo præcipuè in causâ fuere: primum
quòd non solùm me viderem & ætate & ingenio
imparem huic periculosissimo negotio, verùm e-
tiam quod mirò quodam naturæ sensu ab hu-
jusmodi gladiatoriis pugnis abhorrerem. Quid
enim his libellis qui nunc undique provolant agi-
tur, nisi quod agi solet in arena gladiatoria? Dein-
de quod perpenderem *Lutherum* qualis qualis est
ejus doctrina, quoddam esse necessarium malum,
in undiquaque corruptissimis ecclesiæ rebus, atque
ex eo pharmaco quamvis amaro ac violento opta-
bam, ut aliquid bonæ sanitatis nascerètur, in cor-
pore populi *Christiani*. Nunc quum comperio ple-
rosque hanc meam moderationem interpretari
cessationem cum *Luthero*, cum quo mihi unquam
mihi fuit secreti fœderis, simúlque cum video sub
prætextu Euangelii, subnasci novam gentem, pro-
cacem, impudentem & intractabilem, breviter
talem ut nec *Lutherus* ipse ferat, quanquam illi
eadem improbitate quâ contemnunt Episcopos &
Principes, contemnunt & *Lutherum*, prodimus in
arenam eadem fermè ætate quâ *Publius* Mimo-
graphus prodiit in scenam, quæ res quam mihi sit
futura felix nescio; certè opto ut relp. *Christiana*
sit felix faustáque. Mitto tuæ celsitudini libellum
De libero arbitrio, de quo vidi pridem tuam eru-
ditissimam epistolam. Addidit mihi suis literis calcar
serenissimus *Angliæ* Rex, & *Clemens 7.* sed longè
vehementius istorum quorundam rabularum im-
probitas, qui nisi coerceantur, simul & Euangeli-
um & bonas literas subversuri sunt. Ego Phari-
sæorum tyrannidem olim cupiebam, non mutari:
quod si serviendum est, malim Pontifices & Epi-
scopos, quales quales sunt, quàm istos quotidia lor-
didos *Phalarides*, illis omnibus intolerabiliores.
Expecto tuæ celsitudinis judicium, cui precor om-
nia felicia. *Basileæ* prid. Non. Sept. M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Paulo Abbati Volzio S. D.

HAbeo gratiam, quòd mihi mortuo bene pre- *Epist.43.*
caris, relaturus etiam, si quando tu mori
voles. Rumores istiusmodi planè rideo. Cæterum

ex

ex animo dolet, tantum esse malitiæ inter *Christianos*. Ego quantum in me est, servio cōmodis omnium, lædo neminem, idque facio meo victu quod aiunt, imò magno etiam dispendio. Et tamen præter alias contumelias toties efferor. Tibi *Gallus* sacrificulus nunciavit, se pede calcâsse tumulum meum. Et apud *Heidelbergam Anglus* quidam sparserat se interfuisse funeri meo, addidit me conditum in eodem sepulchro in quo jacet *Lachnerus Frobenii* socer. Et antea in *Flandria* jactatum erat, me quodam horribili mortis genere periisse. Alii sparserant in *Brabantia*, meos libros unà cum imagine *Romæ* publicitùs exustos fuisse. Hæc qui fingunt non ignorant fucum ilicò prodendum esse, sed interim fruuntur exultatione malorum, ac dolore bonorum. Hac mente quid esse potest scelerâtius? Si Satanas ipse viveret inter nos, quid facere posset se dignius? Et hæc faciunt *Christiani*, hæc sacerdotes, hæc monachi, hæc *Dominici Franciscique* nepotes. Fit autem contra præsidio Dei, ut nunquam melius habeam, quàm quum isti me rumoribus affligunt pessimè. Quum ante annos tres agerem *Anderlaci*, alibi decideram ab equo & fregeram cervicem, alibi perieram febri, alibi correptus apoplexiâ subitò reliqueram vitam. Atqui intra annos quatuor nunquam prosperiore valetudine fueram usus quàm id temporis. A discessu sparsum erat, *Romæ* libros meos publicè condemnatos, autore *Adriano* sexto. Cæterùm eodem tempore missum est ab *Adriano* diploma honorificum: sequutum est honorificentius: accessit tertium quod illis rabulis indiceret silentium, me nihil ambiente. Quum maximè jactarent officium dedicati *Arnobii* fuisse ingratum *Adriano*, supervenit epistola, declarans fuisse multo gratissimum. Atque hæc diplomata prius perlata sunt in *Brabantiam*, ubi sæviebat rumor, quàm ad me. Rursus eodem tempore quo sparsum erat, sub *Clemente* libros & imaginem *Erasmi Romæ* exustam, supervenit diploma non sine promissis ac munere honorario. Postremò his aliquot mensibus, quibus me sepelierunt, ea fuit valetudo, ut tribus annis non fuerit firmior, & arbitror repertam viam, quâ posthac leviùs crucier calculo. Et tamen aliquando futurum est, ut isti verum divinârint. Ego nec mortem opto vitæ tædio, nec horreo, fretus Dei misericordiâ. Interim urgebimus propositum de omnibus bene merendi, lædendi neminem, quantum sanè licebit in hoc seculo longè turbulentissimo. Nulli factioni me nec addixi, nec addicturus sum. Illud tamen ago agámque sedulò, ut hanc tempestatem, aliqua serenitas excipiat. Nec interim me movet jocus tuus quo me scholarum ἀμφίβιον appellas in ὀπαδοτυραννίαν. Sim ἀμφίβιος factionibus, modò nè sim ἀμφίβιος *Christo*. Unde verò iste novus titulus *exabbas*? Memini quid olim mihi dixeris de deponenda tituli sarcina. Atqui si vis omnem molestiam fugere, dimigrandum è vita. Quanto *Erasmus* te prudentior, qui sarcinas istiusmodi toties oblatas perpetuò fortiter contempsit? Nunc etiam exconsiliarius Cæsaris, quandoquidem ex pensione præter honorifica verba, nihil dum ad me redit ex quo reliqui *Brabantiam*. Et tamen gratia superis, nihil defit. Arbitror jam vidisse te libellum *De libero arb. De modo orandi Deum*, *De misericordia Dei*, & ideo non mitto. Servet pietatem tuam Dominus *Jesus*. *Basileæ*, Natali S. *Catarinæ* Anno M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Iacobo Vvimphelingio S. D.

SI meus *Vvimphelingius* rectè valet, est quod hementer gaudeam. Nos mediocri [illegible] sumus, & aliquanto prosperiore quam [illegible]. Vides me ex musico retiarium esse factum, [illegible] rat in fatis meis. Tu vir optime ne [illegible] jus seculi tumultibus; Fruere conscientiâ [illegible] orum tuorum. Scito *Erasmum* ex animo [illegible] esse, cui si nihil scribes, non referet, [illegible] vel redames potiùs, quod non dubito quin [illegible] Saluta *Sapidum*, qui cum suadeo ut veterem [illegible] neas amicitiam, in quâ si quid peccatum [illegible] manitatis tuæ fuerit hoc hujus seculi [illegible] tare. Bene vale mi charissime frater. [illegible] tali *Catarina* Anno M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Augustino Scarpinello, duci Mediolanensis apud Anglos oratori S. D.

SIc insculptus est animo meo *Scarpinelle* candidissimus & gratiarum antistes [illegible] hi citiùs excidero, ne tu putes opus, ut tuis [illegible] mentis mihi refrices tui memoriam. [illegible] fuit quòd famulus meus nunciavit te bene [illegible] Nam *Vvormacienſ.* consilium ut memini, [illegible] rat tibi nonnihil adversæ valetudinis. [illegible] multos Principum legationibus dum [illegible] morantur immori. Sed quis te genius [illegible] *Britanniam*? Quomodo nos fata distraxerunt! [illegible] sulem *Theatinum* attraxit *Roma*; Ego [illegible] *Elvetius*, tu *Britannus*. Utinam ὁλόχρως [illegible] tat *Britannia*. Miseret me *Mediolani*, [illegible] bellorum calamitates, nunc sævissimi [illegible] rantis. Plura scripsissem, sed ut vos *Musarum* [illegible] inde aliò atque aliò devolatis, verebar [illegible] literæ te istic non essent reperturæ. [illegible] cunque futurus est meus *Augustinus*, [illegible] fortunam eruditione non vulgari, [illegible] timis pariter & candidissimis dignam. [illegible] cissim quæcunque expectat regio, *Scarpinelle* [illegible] timis animi recessibus penitùs infixum [illegible] remus. Bene vale. Tertio Calend. Septemb. [illegible] M. D. XXIV.

Eraſ. Rot. Richardo Bero Abbati Glaſtoniæ

OLim persuasus à *Richardo Pace*, [illegible] quum ageremus *Ferrariæ*, sæpe [illegible] tuam erga literas benignitatem, veniebar [illegible] notitiam amplitudinis tuæ. Verùm ea [illegible] mihi parum successit, fortassis ob hoc, [illegible] cæco duce, videlicet *Bernardo* illo *Andino* [illegible] quondam *Arcturi* Principis optimi non [illegible] præceptore. Itaq; quoniam eram cæcus, [illegible] noveram amplitudinem tuam, & cæco [illegible] usus, factum est ut ambo in foveam [illegible] Præterea sacellanus tuus qui prodierat [illegible] taret, multa odiosè disputabat de libro [illegible] ferebam: putabat enim esse argumenta [illegible] quæ tractâssem stylo politiore, quasi divus *Hieronymus* mihi non satis politè loquatur. Verùm è *Græcis* quæ nunc vides addita novo Testamento Græcè, ut tum erant. Mea versio posteaquam displicuit tibi, cœpit & mihi displicere. Alioqui [illegible] didissem supremam manum, & nisi tu [illegible] edidissem. Sed magis ipse mihi displicui, [illegible]

rer ingenium ac morem meum captâssem amicitiam tanti patris. Nihil enim improbius hoc hominum genere, qui sordidè captant potentes, ut aliquid abradant vel ab invitis, nec hic animus ab ullo mortalium genere magis abhorret. Et fortasse tua amplitudo suspicatur me è sordidorum istorum esse numero. Ego tamen te nunquam amare desii, vel ob *Richardum Pacæum* dimidium animæ meæ, cujus studia tua liberalitas olim adjuvit, vel ob *Zachariam Phrysium*, virum integerrimum, mihique multis nominibus charissimum, qui tam erga se humanitatem suis ad me literis nunquam desinit prædicare. Quod in tales amicos collatum est, in me collatum arbitror. Precor ut *Christus* amplitudinem tuam diu servet incolumem. Datum *Basileæ* octava S. *Augustini*. Anno M. D. XXIV.

Erasmus Roterodamus Ioanni Episcopo Roffensi S. D.

REverende Præsul, mœrens ac dolens hoc verbum legi in epistola tua, *Vtinam vivum me reperiat liber*, &c. Auxit famulus dolorem, qui nunciavit affligi te adversâ valetudine. Nihil indulges isti corpusculo. Suspicor magnam tuæ valetudinis partem nasci ex loco. Nunc enim medium agam si pateris. Mare vicinum & lutum subinde maris decessu nudatum, cœlum exasperat. Et habes bibliothecam undique parietibus vitreis, qui per *rimas* transmittunt auram subtilem, &, ut medici loquuntur, colatam, pestilentem raris & imbecillis corpusculis. Nec me fugit quàm affidua sis in bibliotheca, quæ tibi paradisi loco est: Ego si in tali loco commorarer tres horas, ægrotarem. Magis conveniret cubiculum pavimento ligneo & parietibus undique ligno contabulatis. Spirant enim lateres & calx noxium quiddam. Scio piè viventibus mortem non esse formidabilem, sed totius ecclesiæ refert, talem Episcopum esse superstitem in tanta bonorum inopia. Quomodo valeat *Erasmus* non perinde refert. Id tamen si cupis cognoscere, Calculo nunquam fui gravius periclitatus, quàm mense Maio. Nactus aliud vinum, jam mensem unum aut alterum mitiùs habet me calculus. Gratularis mihi triumphos, quomodo triumphem nescio, certè triplex sustineo certamen; Cum paganis illis *Romanensibus* qui mihi misere invident; Cum Theologis quibusdam ac monachis, qui nullum non movent lapidem ut me perdant; Cum rabiosis quibusdam *Lutheranis*, qui fremunt in me, quod unus, ut aiunt, remorer ipsorum triumphos. Remoror autem, quod nolim capitis mei periculo profiteri totam *Lutheri* doctrinam, in quâ multa sunt quæ non assequor, multa de quibus ambigo, multa quæ etiamsi tuta essent, non auderem profiteri, propter conscientiam. Optarim ex hoc tumultu quem *Lutherus* excitavit, velut ex amaro violentóque pharmaco, nasci bonam aliquam sanitatem Ecclesiæ. Et tamen quum video quorundam malitiosos mores qui nunquam non crepant nomen Euangelii, præsagit animus infelicem & cruentum exitum. Factio crescit indies latiùs, propagata in *Sabaudiam*, *Lotharingiam*, *Franciam*, atque etiam *Mediolanum*. Tumultuatur & *Burgundia* nobis proxima, per *Phallicum* quendam *Gallum*, qui è *Gallia* profugus, huc se contulit, homo rabula, effreni tum linguâ, tum calamo. Cessit hinc, nec opinor rediturum, sic rem gessit, ita quondam solent Euangelii præcones. Admoveram manum operi quod efflagitas, nec solus efflagitas, sed morbus extrema minitans, & alia quædam quæ inciderunt, coëgerunt intermittere. Huic negotio sumam hanc hyemem volente Deo. Quanquam decreveram posthac à contentiosis dogmatibus abstinere, & vertendis *Græcis* aut profanis argumentis, sed ad mores non infrugiferis ocium fallere. At in ratione concionandi cogor quædam indicare, quæ perperam fiunt à quibusdam concionatoribus, tum attingere aliquot Theologorum dogmata, tuis tamen auspiciis accingar. Edidi libellum *De libero arb.* haud quanquam nescius quàm non versarer in mea arena. Sed Principibus jam data spes erat, apud quos me videbam per inimicos periclitari, eam ego spem literis confirmâram. His visus fuissem dare verba, si nihil prodisset, & *Lutheranis* odiosè provocantibus, visus fuissem metu conticescere. & atrocius aliquid expectantes, acriùs quàm sæviunt, sæviissent. Nec defuissent qui me jactâssent ex pacto silere, quòd jam intelligerem sparsam per nescio quos epistolam, quâ *Lutherus* mihi deferebat pacem: sed hâc lege, si non ex professo impugnarem ipsius dogmata, etiam sicubi nomen ejus aliquo dicto perstrinxissem. Sic erat in fatis meis, ut hoc ætatis ex musico fierem gladiator. Dominus *Jesus* conservet te Præsul optime, & patrone unice. *Basileæ* pridie Nonas Septembris. Anno M. D. XXIV.

Erasmus Cuthberto Tonstallo Episcopo Londonensi S.

VEreor nè videar improbus & obstreperus, si toties agam gratias, quoties tu provocas, ut debeam. Jacta est alea. Exiit libellus *De libero arbitrio*, moderatissimè quidem ille scriptus, sed qui gravissimos tumultus, ni fallor, sit excitaturus. Jam aliquot libelli provolârunt in caput meum. At tamen timent, oderint dum metuant. Retexui pleraque. Cuperem ut per ocium perlecto libello scriberes mihi sententiam tuam, ut soles, amicè. *Joannem Damascenum* hic nusquam potui nancisci. Non misi aurum, cujus scio tibi domi esse vim immensam, sed novitatem. Sic fluxit in terræ venis ut vides. Si quid mihi accideret humanitùs, periisset. Nunc in tuto posui. Dum istic ageret meus famulus, sic periclitatus sum calculo, ut planè sperarem malorum finem. Nunc vinum nactus novum, unum atque alterum mensem meliusculè habeo. Rex *Galliarum* incredibili est in me affectu. Expector. Thesauraria *Turonensis* parata est, τὸν πεντάκισχιλιον quingentorum coronatorum. Præmisi *Hilarium* meum. Sed dum cogito Regem esse totum in bellis, instare hyemem, valetudinem aliquanto commodiorem, sed quæ quamlibet facili occasione posset periclitari, postremò dignitates ejusmodi mihi nihil aliud esse quàm bovi clitellas, propemodum decrevi hic hybernare. Accedit & illud, si quò nunc migrarem, clamarent omnes *Lutherani*, me cessisse metu. Præstat in primo fremitu adesse. Si cupis tuum opus excudi, agam cum *Frobenio*. Nondum enim egrèsus. Bene vale Præsulum optime. Datum *Basileæ* prid. Nonas Septemb. Anno M. D. XXIV.

Eras-

Eraſmus Rot. Theodorico Hezio S. D. N. Adriani dudum Secretario S. D.

Epiſt.49. MIttо ad te collationē *De libero arbitrio*, quam his diebus edidi, non ignarus quàm non verſarer in mea arena, quantámque tempeſtatem concitarem in caput meum, attamen declarare volui, mihi certè promptam voluntatem non deeſſe. Favor *Lutheri* indies latiùs ſerpit. Jam *Galli* quidam magis inſaniunt quàm ulli *Germani*. Omnes habent in ore quinque verba, *Euangelium*, *verbum Dei*, *fidem*, *Chriſtum*, & *Spiritum*. Et tamen hìc tales video multos ut non dubitem quin agantur ſpiritu ſatanæ. Utinam hic tumultus à *Luthero* excitatus, veluti violentum pharmacum, adferat nobis aliquid bonæ ſanitatis. Texuiſſem tibi longam hiſtoriam rerum quæ hìc geruntur per *Lutheranos*, ut vocantur, quum hoc etiam cognomine ſint indigni, ſi vacâſſet. Cura valetudinem tuam vir optime. *Baſileæ* poſtr. Cal. Sept. Anno M.D.XXIV.

Eraſ. Rot. Zachariæ Phryſio Deiotaro S. D.

Epiſt.50. IStum animi tui erga meos candorem lubens exoſculari mi *Zacharia*, ſi tua fortuna par eſſet tuis virtutibus. Nunc non opus erat tuas facultates, mediocres ut arbitror, gravari impendiis, præſertim quum *Livino* non deeſſent pecuniæ, & à me in mandatis haberet, nè quid te gravaret ſumptu. Non poſſum non vehementer amare ſenectutem *Thomæ Lovelli* in linguis ac bonis literis reflorescentem, quum vulgus hominum hoc ætatis ſoleat congerendis pecuniis inhiare. Munus quod mittit adeo gratum eſt, ut ſi centum Marcas miſiſſet, non fuerint futuræ gratiores, quanquam non ſine pudore accepi. Sed quis auderet recuſare quod ſic datur? Παίζει, inquit, κοινὰ φίλων, & do non de meo, ſed de patrimonio *Chriſti*, cujus quum ſit omnium commune, diſpenſator ſum non dominus. Hic nimirum animus eſt Euangelicus, & tibi mi *Zacharia* talem amicum gratulor, ita me Deus amet, ex animo. Ægerrimè caritурus ſum *Livino*, tamen quoniam jam grandeſcit, nolui illi perire ætatem in obſequiis meis. Itaque decreveram illum mittere *Lovanium* meo ſumptu, ut aliquot annis totus vacaret honeſtiſſimis diſciplinis, ad quas eſt naturâ compoſitus. Nolim tamen illum eſſe ſcribam Cardinalis, nè pereat in aula. Si patietur eum *Lovanii* ſtudere cum ſuo ex fratre ſororis nepote, non improbabo. Sin minus, me certe improbante rem geſſerit *Livinus*. Bene vale *Zacharia* chariſſime. Saluta diligenter *Andream Smithium*, cui fortaſſe non vacabit ſcribere. *Baſilea* octavo Auguſti, Anno M.D. XXIV.

Eraſmus Roterodamus Regi Angliæ Henrico octavo S. D.

Epiſt.51. INvictiſſime Rex, non ignorabam, quàm eſſem ineptus arenæ gladiatoriæ, ſemper in amœniſſimis Muſarum hortis verſatus. Sed quid non audeam tuæ feliciſſimæ majeſtatis fretus auſpiciis? Jacta eſt alea, exiit in lucem libellus *De libero arbitrio*, audax, mihi crede, facinus, ut nunc res habent *Germaniæ*. Expecto lapidationem. & jam nunc aliquot rabioſi libelli provolârunt in caput meum. Sed conſolabor me ipſum, exemplo majeſtatis tuæ, cui non parcit iſtorum immanitas. A Decretum erat & alioquì facere ad quod pe[illegible] ras hortaris, & religioni *Chriſtianæ* juvandæ [illegible] mori, ſed tamen alacrior id faciam, poſtea [illegible] tua majeſtas currenti, quod aiunt, calcar [illegible] dignata eſt, cui precor felicitatem perpe[illegible] Datum *Baſileæ*, poſtridie Nonas Septemb. [illegible] M. D. XXIV.

Thomæ Card. Eboracenſi Eraſ. Rot. S.D.

B SEreniſſimi Regis tuámque ſequutus [illegible] tem, protinus & abſolvi & edidi libellum [illegible] *libero arbitrio*, facinus audax in *Germania*, [illegible] quidem res habent. Temperavimus à [illegible] nè meritò poſſint irritari. Quòd ſi, ut ſolent [illegible] tumelioſè reſponderint, ſeipſos gravabunt [illegible] me. Jam aliquot libelli provolârunt in caput [illegible] ium, ſed ſpero hoc illis non ſemper impune [illegible] Opus hoc nemini volui dicare. Clam[illegible] me conductum in gratiam Principum hac [illegible] C re, itaque & magis illos provocâſſem, & qui [illegible] rogâſſem fidem: alioquì vel tibi dedi[illegible] ſummo Pontifici, qui miſſo diplomate [illegible] mo, atque etiam ducentis florenis auri, [illegible] gratias pro inſcriptione actorum. Non [illegible] ſum hanc occaſionem dandam malis, qui [illegible] occaſione maledicunt. *Livinum* meum [illegible] tudini placere gaudeo. Apud me ſat [illegible] ceſſit in utraque literatura. Cæterùm [illegible] tunas illi dare non poſſum. Natus eſt ad [illegible] D diſciplinas, & quanquam mihi vehemen[illegible] ſarius erat, tamen magis habui rationem [illegible] dorum illius, quàm meorum. Poteſt adjuvare [illegible] dia cognati tui in Academia *Lovaniſ.* [illegible] tudini tuæ facillimum erit illum ditare, [illegible] id rogo ut illi relaxes ſatis ocii ad litera[illegible] ctior evaſerit, hoc futurus eſt utilior, tum [illegible] tuis. Mitto libellum *De libero arbitrio* [illegible] tuæ, alterum regiæ majeſtati, cui dignabere [illegible] ſemper commendare. Quod in *Livinum* [illegible] E leris, in me collatum arbitrabor. Pro[illegible] nere ago gratias. Datum *Baſilee*, poſtridie Cal. Septemb. Anno M. D. XXIV.

Eraſmus Rot. Hieronymo Alexandro Archiepiſcopo Brunduſino S.D.

VIr eximie, rurſum quereris, quòd te [illegible] meis traducam. Imò jam tribus aut quat[illegible] locis in lucubrationibus meis honorifi[illegible] F mam facio tui mentionem, quæ res apud [illegible] nos mihi ſummam conflavit invidiam. Qua[illegible] nonnihil queſtus ſum per literas apud amicu[illegible] vum videri non debet, quum non ignorem [illegible] quàm hoſtiliter me primum impeteret. Vidi [illegible] ras quas ſcripſeras *Leodienſi Epiſcopo*, quæ [illegible] ter cauſam ſatis odioſè attingebant. Mi[illegible] mum tuum iniquiorem in me magis exacer[illegible] atratus ille omnium qui vivunt ſceleratiſſimus [illegible] mendaciſſimus: cujus tamen res erant in [illegible] G ut potuerim illum verbo perdere. Itaque [illegible] fugitabas colloquium noſtrum, & Prædi[illegible] tempore factus eſt parum amicus. Nec [illegible] ſcio quæ dixerit in concilio *Vormacienſi*, [illegible] hodie ſui diſſimilis eſt. Porrò quæ tu paſſim [illegible] dicares de me *Agrippinæ*, etiam *Poloni* & *Vi*[illegible] mihi narrabant in viis obvii. Certè ille tibi [illegible] tus, qui jamdudum eſt patriarcha novæ eccle[illegible]

Argento,

Argentarati, nunc etiam novus maritus, nihil A
non vel scripsit vel narravit. Quin ex *Glapione*
cognovi quàm atrociter detulisses me apud Cæ-
sarem, idem hic narravit præter cæteros Episco-
pus *Argentinensis*. Porrò quod postea sublevaris,
habeo gratiam, & hoc patriarcha mihi narravit,
sed sic ut eam laudem sibi vendicaret. Nec obscu-
rum est mihi quàm odiosas censuras de me ferant
eruditi quidam *Romæ*, quibus tamen leviter com-
moveor. In eruditione facilè cedo omnibus. Cer-
tè apud nostros barbaros tempore parum felici, B
non omninò infeliciter promovi recta studia,
quæ tibi quoque non parum debent, nec tu minus
multis. Quod si voles nos tuis etiam lucubrationi-
bus adjuvare, videbis *Erasmum* candidum ap-
plausorem tuæ gloriæ. Nec dubito quin inter nos
facilè conveniret, si liceret convivere. Est istic
Angelus nescio quis, qui scribit invectivas in
me: sunt qui vocent *Lutherum Erasmianum*, sunt
qui minus impudenter jactant *Hecubam* & *Iphi-*
genian à me non versas, quum tot sint qui vide- C
rint me sudantem in hoc pistrino: sunt qui dicant
me in *Hieronymo* tantum divinâsse, quum fre-
quenter citem vetusta exemplaria; quæ ubi de-
fuerunt, sic divino, ut admoneam lectorem, non
aliam. In *Cypriano* versus à typographis omissos
mihi imputant. Nam non aderam editioni. In
Seneca quidam, ut scribunt, emendavit tria mil-
lia mendorum in opere *De naturalibus quæstioni-*
bus. In hoc opere non succurrebat ullum exem-
plar vetustum. Et totum hoc negotium commis-
sum erat cuidam, cui crediturus eram etiam vi-
tam meam, is rem absente me pessimâ fide gessit. D
Ubi sensit me queri, sustulit exemplar meâ manu
notatum, nè convinceretur. Epistolæ *Hieronymi*
modò sunt rursus editæ, plurimis locis emenda-
tis. Præcipitandi culpam agnosco, nec possum
inficiari, sed interim proveniuntur studia: si quis
adferet elimatiora, non habet cur in me debac-
chetur, qui quod potui præstiti. *Erasmus Romæ*
vocor, quasi vestri scriptores, non dicam *Pios* &
Beroaldos, sed *Hermolaus Barbarus* & *Politianus*
nusquam lapsi sint. Fingunt me hostem *Italiæ*,
quum nemo candidiùs prædicet de ingeniis *Ita-*
lorum. Quadraginta aureis conductus malè casti-
gavi *Plautum*, imò pactus coronatis viginti, tan-
tum cursim perlegi, ut distinguerem versus, ubi
genus carminis esset perpetuum, de mendis tol-
lendis nihil receperam. Itaque quisquis hìc præ-
stiterit operam, nihil habet rei mecum. Aliáque
permulta dicuntur istic à morosis censoribus, in
quibus nonnulla sunt quæ videntur abs te pro-
fecta. Nam quod quidam te mihi præfert in om-
nibus, etiam in re Theologica, non arbitror ad
meam ignominiam pertinere, non herculè magis,
quàm quod ditior es, aut formosior. Hoc ipsum
abundè gloriosum est mihi, vel conferri tecum.
Sed de his jam nimis multa. Esto liberum cui-
que suum de me judicium, modò me patiantur
esse orthodoxum. Hæc liberiùs ad te scripsi, na-
ctus notum ac certæ fidei γεφυραλοφεσγ. Sic igitur
inter nos omnium illorum ἀμνησία, & senties *Eras-*
mum constantem & candidum tuæ gloriæ fauto-
rem. Bene vale, *Basileæ* postridie Calend. Sep-
temb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo
quarto.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER DECIMUS NONUS.

Clementi septimo Erasmus Roterod. S. D.

BEatissime pater, Oratione vix consequi
queam, quantum animo gaudiorum con-
ceperim, ubi primùm rumore, mox Card.
Campegii, & eruditorum hominum literis
cognovi, ex illa clarissima *Medicum* familia *Cle-*
mentem VII. rerum gubernaculis admotum, tali- F
bus animi corporisque dotibus præditum, quales
nec undique turbulentissima tempora postula-
runt: quæ ut ante me publicæ tranquillitatis a-
mantissimum majorem in modum discruciabant,
ita mihi protinus gestire cœpit animus, nescio
quid novæ felicitatis præsagiens, adeo ut magis
liberet publicè gratulari orbi *Christiano*, quàm
privatim tibi. Auxit hoc gaudium meum, quod
ex amicorum literis liquidò cognovi, quàm tua
sanctitas amanter sentiret de *Erasmo*. Longum es- G
set hæc ab initio repetere, nec tuæ occupationes
prolixum sermonem patiuntur. Illud ausim deje-
rare apud *Christum* mentis nostræ conscium, si per-
nôsset tua Sanctitas, quantâ fide, quantáque con-
stantia me gesserim in hoc negotio, qui nec mag-
norum Principum sollicitationibus, nec amicorum
eruditorum illecebris nec rursus quorundam The-
ologorũ ac monachorũ odiis, qui me ob invectas
apud nos & evectas linguas ac bonas literas pejus
oderũt quàm *Lutherũ*, perpelli quiverĩ, ut seditio-
so negotio me adjungerem, & adversus sedis istius
dignitatem conspirarem: quantum etiam nunc
odiorum ac minarum sustineam hac ipsa de causa
apud *Germanos*, judicaret me indignum, in quem
iste *Stunica* toties debaccharetur impunè, furiosis
ac famosis libellis, non sine dedecore istius urbis,
nec sine invidia Pontificii nominis. Nam almæ
urbis *Romæ* titulum ubique jactat, quum constet
illum hæc facere contra edicta Card. adversus
jussa *Leonis* & *Adriani*. Crede mihi beatissime pa-
ter, qui istum histrionem ad tales sycophantias
natum subornant, parùm rectè consulunt, vel Pon-
tificio nomini, vel negotio publicæ tranquillitatis,
sed privatis ipsorum odiis morem gerunt, & in
hoc alienâ abutuntur insaniâ. Decerpsit ex omni-

bus

bus libris meis, quos ederam ante *Lutheri* nomen auditum, fruſtula quædam, quæ depravat & in peſſimam interpretatur partem, ſed tam impudenter ut nullo reſpondente tamen lector paulo æquior hominis mentem execretur. Plura reperiam in libris *Hieronymi* & *Bernhardi*, ſi libeat ad iſtum modum calumniari. Quum illa ſcriberem, nihil minus ſuſpicabar, quàm hoc ſeculum exoriturum. Quod ſi ſciſſem, multa aut ſilniſſem, aut aliter ſcripſiſſem, non quòd impia ſunt, ſed quòd qui mali ſunt, nihil non rapiunt in occaſionem. Atque hac de cauſa ante annos duos in poſterioribus editionibus multa ſuſtulimus, ut talibus anſam eriperemus, libenter & cætera mutaturi, ſi quis fraternè monuiſſet. Sed hac de re copioſiùs ſcripſi Card. *Campegio*, ſimul ex tempore quædam reſpondens ad *Stunicæ* poſtremas calumnias. Ego ſemper me meáque omnia ſubmiſi judicio *Romanæ* eccleſiæ, non refugnaturus, etiamſi iniquam de me ferat ſententiam. Nam omnia patiar potiùs, quàm ut ſim ſeditioſus. Sed hoc mihi certior eſt fiducia, tuæ Sanctitatis æquitatem non paſſuram, ut paucorum inſanis odiis dedar. Mitto hujus in te animi pignus *Paraphraſim in Acta apoſtolorum*, quæ tum fortè excudebatur. Eam deſtinâram Card. *Eboracenſi*, quo ego jam pridem amantiſſimo patrono utor. Sed verſo conſilio dicabitur illi liber qui nunc in manibus eſt *De libero arbitrio* adverſus *Lutherum*, quod illi ſuſpicor etiam gratius futurum. Cæſar & *Margareta* revocant in *Brabantiam*. Rex *Gallus* montibus aureis invitat ad ſe. Me verò nihil avellet à *Roma*, niſi mors, aut calculus morte crudelior, ſi modò ſenſero tuam iſtam æquitatem adverſus iniquos calumniatores mihi præſidio futuram. Doctrinam non confido me omnibus approbaturum: Certè fidem ac ſynceritatem conſcientiæ, planè confido me bonis & æquis omnibus declaraturum. Precor beatiſſ. pater, ut Dominus *Jeſus* te velit eſſe novi & aurei ſeculi vindicem & inſtauratorem, id quod vehementer & optamus & futurum confidimus omnes, quibus hæc diſſidia meritò diſplicent. *Baſileæ* Idus Febr. Anno M.D.XXIV.

Crede mihi, tua S. ſuperabit omnium Pontificum gloriam, ſi hos bellorum & opinionum tumultus compoſuerit: alterum efficiet, ſi ſe præbuerit æqualem Principibus omnibus; alterum, ſi ſpem fecerit ſe velle mutare quædam, quæ ſalvâ pietate mutari poſſunt.

Philippus Melanchthon Eraſmo Rot. S. D.

Epiſt. 2. NOn injuriâ quereris de moribus eorum, qui Euangelium hoc tempore profitentur, mi *Eraſme*. Nam & hi qui dignitatem tuam adlatrârunt, obliti mihi planè & humanitatis & religionis videntur; Debebatur enim ſic merito de Rep. & tali ætate melior gratia: & hi qui in Eccleſiis, ſeditioſis concionibus multitudinem concitant, in literas ſæviunt, & civilem diſciplinam univerſam labefaciunt, ſibi regnum parant, non *Chriſtum* docent. Diſſimillimus horum *Lutherus* eſt, nec raro deplorat, privatis cupiditatibus prætexi religionis vocabulum, ab his quoque, qui cum Phariſaico Pontificis regno bellū gerere videri volunt. Quanquam autem his malis vehementer commoveatur, tamen quum hæc ſcandala excitari à diabolo judicet, in hoc ut opprimatur quoquo modo Euangelium, negat ſe debere παλινδρομεῖν, aut publicam cauſam deſerere. Tu verò improbum quorundam vitiis, ita offendi videris, ut cauſa [illegible] ſtrinæ ſuccenſeas. Fortaſſe tibi [illegible] ſtat, verùm ego metuo necubi hac [illegible] gelium periclitetur. Neq; enim [illegible] Euangelii doctrinam complectatur [illegible] Nam cum in ſummo diſputationes [illegible] nes partim ad liberi arbitrii quæſtion[illegible] ant, partim uſum ceremoniarum [illegible] priore jam olim animadverti te diſſid[illegible] poſteriore magna ex parte convenit, quæ [illegible] judicio ſit aliqua Euangelii pars, vere[illegible] patiare opprimi. Quidam ex philoſophis [illegible] lebat, dextra ſe tradere philoſophiæ præce[illegible] rùm hæc ſiniſtra excipi à diſcipulis. Fit hoc [illegible] veriùs in theologicis. Sed eſt iniquiſſimi [illegible] imputare, quicquid peccant auditores. [illegible] rogo mi *Eraſme*, primum nè credas *Luthe*[illegible] iis facere quorum merito reprehendantur [illegible] deinde nè doctrinæ propter cujuſquam [illegible] aut temeritatem iniquior ſis. De *Luthe*[illegible] licet conjecturam facere nullo negotio. [illegible] Pontificis cauſam omittam, certè [illegible] quantum abhorreat à crudelitate, atq; [illegible] & ſeditioſis conſiliis omnibus, cum magno [illegible] famæque diſcrimine, ſe novæ cuidam [illegible] ſanguinariorum doctorum opponit. Tu [illegible] texis, ubi colligis improbiſſimos [illegible] dum, quos cum *Oecolampadio* & ſimilibus [illegible] gas, quæſo quid oportuit? Ego integrè [illegible] dogmata *Lutheri* non poſſum damnare, [illegible] etiam fortiter, ſi cogant ſacræ literæ, [illegible] perſtitionem ſive ſtultitiam alii [illegible] meâ nihil refert. Certè nec hominem [illegible] nec ſcandalis ullis revocari me ab [illegible] patiar. Quod ad διαιρεσιν *De lib. arb.* [illegible] ſimis animis hìc accepta eſt. Tyrannis [illegible] vetare quenquam in Eccleſia ſententiam [illegible] one dicere. Debet id eſſe omnibus [illegible] modò nè privati adfectus admiſceantur. [illegible] cuit tua moderatio, tametſi alicubi [illegible] aſperſeris. Verum non eſt tam irritabilis [illegible] rus, ut devorare nihil poſſit. Proìde [illegible] reſpondendo pari uſurum eſſe moderationem [illegible] ſan autem multis profuerit, diligenter [illegible] cum *De lib. arb.* quorum ſi conſcientiam [illegible] quid attinet ad publicam cauſam privata [illegible] adferre? Jam ubi iracundia animum [illegible] rapere cœperit, non video qui tanto negotio [illegible] facere poſſit. Mihi *Lutheri* erga te benevo[illegible] perſpecta eſt, ea ſpem facit ſimpliciter reſpon[illegible] eſſe. Viciſſim officii eſt tui, mi *Eraſme*, [illegible] qua majore invidiâ hæc cauſa per te gratiam [illegible] primum ſacræ literæ ſuffragantur non obſcu[illegible] inde, quam ipſe nondum damnaris, ut [illegible] ſcientiam etiam facturus videare, ſi oppo[illegible] hementiùs: Poſtremò ſcis probandas eſſe [illegible] temnendas prophetias. Apud me tuò [illegible] quicquid ad me ſcripſeris. Malim enim [illegible] quàm fidem fallere. Jam & hoc volo tibi [illegible] deas, religioſiſſimè te à nobis coli & amari. [illegible] num hìc amiſimus, hominem fidum & cui [illegible] mantem, quo caſu vix aliud in vita mihi [illegible] accidit. *Lutherus* te reverenter ſalutat. Nolo [illegible] moleſtus tibi longiore epiſtola, alioqui [illegible] pturus. Vale feliciſſime. Pridie Calendas [illegible] Anno M.D.XXIV.

Utinam impetrari abs te poſſit, ut [illegible] nis & *Demoſthenis* ἀντιπάλως λέγῃς.

Eraſmus Roterodamus Philippo Melanchthoni S. D.

SI hic adeſſes, mi *Philippe*, ac præſens ſpectares fabulam, tum magis dicas me non ſine cauſa queri de moribus quorundam, qui tumultuantur Evangelii titulo. Nam quod in me ſic promeritum, dictis, libellis, ac picturis debacchantur, æquiſſimo ferrem animo, ſi quod meæ famæ detrahitur, accederet Evangelico profectui: Nunc horum temeritas officit optimis ſtudiis, & perdit cauſam Evangelii. Nec dubito, quin hujuſmodi portentis indignetur *Lutherus*. Cæterùm hi *Lutheri* autoritatem fortiter negligunt, quoties videtur commodum. Et ſit neſcio quomodo in utraque parte; nemo graviùs læſit cauſam Pontificis, quàm qui fortiſſimè digladiabantur pro Pontifice; Nulli magis offecerunt *Luthero*, quàm qui vehementer videri volunt *Lutherani*. Scio quantus ſit artifex *Chriſtus*, qui novit humanos tumultus in ſuum ſuorúmque bonum vertere. Eoq; lubens abſtinuiſſem ab hac tragœdia, ſi licuiſſet. Equidem ut tumultûs autor eſſe nolo, ita, quantum invitabit proficiendi ſpes, non defuturus ſum Evangelico negotio. Quid *Luthero* ſuus dictet ſpiritus, ipſe viderit. Te non ſum vehementer adhortatus ad palinodiam, vel ob id quod ſcirem me hoc operæ luſurum. Non ſum judex alienæ conſcientiæ, nec dominus alienę fidei. Certè optabam tuum ingenium, ut eſt natum bonis literis, ita iiſdem perpetò fuiſſe dicatum. Non defuiſſent actores iſti tragœdiæ, quæ quò caſura ſit incertum eſt. Abſit ut Evangelicæ doctrinæ ſuccenſeam, ſed in doctrina *Lutheri* multa me offendunt: illud inprimis quòd quicquid ſuſcepit defendendum, ibi impendio vehemens eſt, nec unquam facit finem, donec perferatur ad hyperbolen. Eam admonitus adeo non mitigat, ut omnia reddat ὑπερζηλώτερα. Nam arrogantiam fortaſſis aliquis interpretabitur bonæ conſcientiæ fiduciam, & amarulentiam noſtris meritis imputabit: ac planè nè dicam dolo, ſic undique corrupti mores Chriſtianorum flagitabant immitem aliquem caſtigatorem. At ego libertatem ita malebam temperatam, ut Pontifices etiam ac monarchas ad hujus negotii conſortium pelliceremus. Hic ſemper fuit ſcopus meus, nec aliò ſpecto nunc quoque; *Lutherus* quò ſpectet neſcio. Admonui per literas *Hedionem*, ſermone *Oecolampadium* & *Pellicanum*, idque non ſemel, ut ex communi conſilio doctrinę ſuæ rationem redderent Card. *Campegio*, quo profectò nullus legatus optari poterat æquior aut humanior. Surdis cecini fabulam. Nec *Clementem* quidem opinor tam averſum ab Evangelii ſynceritate reſtituenda reperturi ſumus, quàm exiſtimant quidam. Nihil horum iſtis perſuaderi potuit. Tantum hoc agunt, ut res quoquo pacto ſerpat, & egregium Evangelii profectum interpretantur, ſi pauci monachi ſint exonerati cucullâ, inter quos utinam non ſint multi quibus expediſſet intra cancellos detineri; ſi ſacerdotibus aliquot proſpectum ſit de uxore, ſi è duobus templis exactæ ſint imagines. Ego ſic cupiebam reſtitui ſacerdotum religionem, ut nihil decederet autoritati: ſic conſuli bonis ingeniis, quæ monachorum ceremoniis inſepeliuntur, ut non aperiretur feneſtra malis ad licentiùs peccandum: denique quæ longo jam uſu inveteraverant, ſic paulatim corrigi, ut non omnia tumultu miſcerentur, utque libertas Evangelica poſſit eſſe omnium gentium communis. *Lutherus* tantùm colligit è rebus quæ mala ſunt, & ita pugnat tollere quod offendit, ut non ſatis caveat aliud malum gravius. Utcunque Deus aliquis vertat ſtatum mundi, nunquam defutura ſunt de quibus queraris. Hæc mitigari poſſunt, tolli penitus non poſſunt. Quantumvis amnium influit in mare, quantumvis decidit aquæ pluviæ, ſemper tamen ad nativum ſaporem redit; ut nè dicam interim nonnunquam remedia ipſis morbis eſſe atrociora. Quid hoc diſſidio peſtilentius? Quot locis quàm atroces tumultus exorti ſunt? & expectamus his atrociores. An tanti videtur habere templum abſque imaginibus, aut aliquid immutâſſe de ritibus miſſæ? Jam ut largiamur eſſe vera quæ docet *Lutherus*, ut ſunt ubique mali plurimi, quibus ad omne facinus nihil deeſt præter occaſionem, quid inutilius ad Chriſtianam pietatem, quàm hæc audire vulgus indoctum, hæc inſtillari auribus adoleſcentum, Pontificem eſſe Antichriſtum, Epiſcopos & ſacerdotes eſſe larvas, conſtitutiones hominum eſſe hæreticas, confeſſionem eſſe peſtiferam, opera, merita, conatus eſſe voces hæreticas, nullum eſſe liberum arbitrium, ſed omnia neceſſitate geri, nihil referre qualia ſint hominis opera? Hæc à nonnullis nuda circumferuntur, & ab improbis in peſſimam partem rapiuntur. Hìc ſcio negabis imputanda *Luthero*, quę quorundam ſtultitiâ committuntur, quos tu meritò portenta vocas, & bipedum nequiſſimos. Verùm hæc portenta fovent, quos *Lutherus* ut Evangelicæ doctrinæ proceres amplectitur. Genuit olim Evangelium novum hominum genus mundo. Nunc quales gignat hoc Evangelium non libet referre. Fieri poteſt ut iſthìc ſint aliuſmodi, certè quos hìc novi tales ferè ſunt, ut malim cum Papiſtis habere commercium quàm cum illis, ſi quis contractus mihi pangendus eſſet. Poſtremò, quos olim novi optimos, quoſq; dixiſſem virtuti natos, video factos deteriores. Qualis qualis rerum ſtatus eſt, periculoſiſſima res eſt movere camarinam hujus mundi. *Plato* quum rempublicam philoſophicam ſomniaret, vidit multitudinem abſque mendaciis non poſſe gubernari. Abſit à Chriſtianis mendacium, attamen non expedit omnem veritatem quovis modo prodere vulgo. Utinam *Lutherus* tam poſſet Pontifices ac Principes ad Evangelicæ pietatis ſtudium convertere, quàm fortiter in illorum vitia debacchatur. Quo animo ſit in me non ita valde laboro: præſertim in hoc negotio, in quo non eſt fas multùm valere affectus privatos. Multa de me ſcripſit amicis ſuis, non ſatis referentia animum in me, quem tu prædicas. Quæ omnia me nè tantillum quidem cõmoverunt, quemadmodum nec tuum de me judicium effecit, ut minus amarem ingenium tuum. Quamvis atroces etiam contumelias laturus ſum, modò floreat Evangelium *Chriſti*. *Carolſtadius* hìc fuit, ſed elàm: edidit ſex libellos Germanicè ſcriptos, in quibus docet in Euchariſtia nihil eſſe præter ſignum corporis & ſanguinis Dominici. Ea res graves tumultus excitavit *Bernæ*. Hìc duo typographi qui excuderunt, pridie conceptæ Virginis conjecti ſunt in carcerem. Suſpicor enim hunc unum eſſe

eorum, quos tu vocas *Doctores sanguinarios*. De *Sylvio* multos hic mecum fefellit suspicio. *Alberus* ille censor *Erasmi* isthic agit ludi literarii magistrum, in oppido *Smach* opinor. *Oecolampadium* non annumero portentis illis nec huic similes, etiamsi permulta sunt, quæ meritò de his queri possim. Hactenus de nemine magnificentiùs vel sensi, vel prædicavi quàm de *Oecolampadio*: tamen & hic professus amicum candidissimum, non solùm dictis aliquot in colloquiis & in concionibus me perstrinxit; verumetiam in libellis suis aliquoties attingit obliquè, idque adeo præter causam. Ais isthic διατριβὴν meam æquissimis animis exceptam: At non itidem excepta est ab *Oecolampadio*, qui respondere cœpit priusquam esset edita. Offensus erat meâ exomologesi, quasi in hac notârim ipsius confessionem, quum illam nunquam legerim. Certè quum illa scriberem nè somniabam quidem de *Oecolampadio*. Possem hîc alia multa commemorare, sed ejusmodi facilè contemno. Et in amicitiis ad multa connivendum, quanquam in his qui profitentur Evangelicam synceritatem oportebat hæc etiam abesse. Video te sollicitum, ut mihi moderatè respondeat *Lutherus*. Imò patere illum suo respondere more. Quòd ego moderatè rem gessi, neque præter morem meum, neque sine certo consilio feci. Ille si hîc multum sui dissimilis fuerit, clamabunt sycophantæ colludere nos, rem inter nos ex composito geri. Proinde malo illum servire causæ, quàm mihi. Si quid in diatriba nigri salis aspersum est, quemadmodum tibi videtur, ad *Phallicos* & huic similes pertinet, id quod etiam testor alicubi. Alioqui erant in assertione *Lutheri* quædam, quæ non immeritò magnis conviciis poteram exagitare, sed malui causam agere susceptam. In aliis argumentis nonnihil dedimus humanis affectibus, in hoc negotio nulla contumelia me depellet à recto. Videris autem sollicitus, nè, si pergam, hæc causa majore gravata invidiâ, simul cum Evangelio periclitetur. Atqui *Lutherus* in literis suis existimat, omnino nihil esse momenti, sive adsim sive adversèr. Illud polliceor, me nunquam scientem arma sumpturum adversus Evangelicam veritatem. Et ideo veritus sum hactenus etiam illa labefactare, quæ displicebant in *Luthero*, nè simul ruerent & alia probata. Quin illud per omnem occasionem molior, ut ex hoc amaro violentóque pharmaco, quod *Lutherus* mundo porrexit, nascatur aliquid bonæ sani atis in moribus Ecclesiæ. Fortassè nostri mores meruerunt tam inclementem medicum, qui sectionibus & usturis curaret morbum. Hîc seditiosi quidam vociferantur in meam inconstantiam, quum nullus omnium possit, vel unum proferre locum in quo mihi non constem. Si piaculum existimant alicubi dissentire à *Luthero*, qui nescio an sibi ubique constet, cur sibi permittunt ubicunque commodum fuerit à *Lutheri* dogmatibus dissentire? Non hîc in medium adferam colloquiorum & compotationum fabulas; nonne *Oecolampadius* apud *Sichinum* edidit libellum, in quo scribit non esse periculum, si quis Missam appellet sacrificium? Id sic execratur *Lutherus*, ut malit decies mori. Quo tumultu *Zuinglius* exegit divorum imagines? Adversus hos, ut audio, libellum etiam acrem scripsit *Lutherus*. *Argentorati*; nec ibi tantùm, publicè docuerunt nec ullas disciplinas nec linguas esse dis- ter unam Hebraicam. Adversa hos- pfit *Lutherus*. Quid hîc commemorem de C- *stadio*, quum sordidi quidam nobis re- *Nos non servimus* Luthero, *sed Evan-* istud quidem, sed scripsit humano spiritu, in gratiam *Melanchthonis*. In horum mi *Philippe*, video tam impotentes spiritus, res illis successerit, verear nè *Lutherus* etiam desideraturus sit Episcoporum ac Pontificum rannidem. Quis enim coerceat istos, qui nec Pontificibus auscultant, nec Principibus, nec Stratibus, nec ipsi denique *Luthero*? Unum Evangelium occinunt, sed cujus ipsi volunt esse pretes. Fortassè & hoc tolerabile, si quem- dum à Veteribus dissentiunt, ita inter se con- rent. De tui animi synceritate nihil addubito, sedulò facias quod facis. De *Lutheri* animo sunt quæ suadent ut dubitem; & si non ninò meo judicio fidere, videor tamen scriptis animum hominis non minùs deprehendere, quàm ex convictu. Est ardens ac vehemens genium *Lutheri*, agnoscas ubiq; *Pelidæ* cedere nescii. Neque tu nescis quantus sit hostis humani generis. Accedit huc tanta gotii successus, tantus favor, tantus sus theatri, quantus vel modestissimum nium possit corrumpere. Jam mihi videre me *Melanchthon*, ei navi, quæ se talium commisit, quàm validis ancoris, quanta râ, quàm fido clavo sit opus, nè depellatur cursu. Hîc oculis perspicimus, quos spirare lant quidam si vel pauxillum succesisset. Si stet ratio conscientiæ, nihil est quod mihi quamlibet ut isti jactant pusillanimi. Sanitatem ac valetudinem, nec Cæsar, nec Pontifex hi potest adimere. Est unde alam hoc corpusculum. Dignitates & opes nihilo magis quàm equus elumbis graves sarcinas. Gloria olim sum fatur, si quid omnino est gloriæ, defuerunt pericula, quæ vel θρασυπλεγγῶν terrere. Et hæc omnia qui contemnit, dicit ticulosus. Tu non avelleris à sententia tua imbibisti: & ego contra animi sententiam fitebor, quæ mihi præter infamiam conflare adferant exitium? Nihil mihi facilius quàm vitam contemnere, quæ perpusilla superest, tot morbis obnoxia, ut mors possit esse in vita possim hanc conscientiam probare *Christo*. Alio spectavit mea vel contatio vel moderatio quàm ut utrique parti prodessem. Odium tionem, & à sævitia semper & constanter hortatus sum principes. Si salvis bonis queam jugulare vitia, videres quantus sit turus carnifex, ἀφ' ἑσίας ἀρξάμενος. De fide nihil addubito, tametsi jam toties deceptus his quibus vel decem vitas eram creditura. quicquid scribitur, vel γραμματοφόρων vel alio quopiam casu profertur: si colloqui cuissem, plura effudissem in sinum tuum. unicè cupio, ut apud vos religiosè & & ametur Evangelium; de me non admodum laborabo. *Nescni*. mortem acerbissimè tulit rat amicus candidus & constans, etiamsi hi minimè felix. Prædicatur apud omnes *manorum* fides, quo nomine *Britanni* non de bene audiunt: at hoc fuit fatorum meorum ut apud *Britannos* mihi contigerint amici

synceriss-

ſynceriſſimi, apud *Germanos* longè diſſimiles aliquot: nec enim ex paucis æſtimo universos. De orationibus *Demoſthenis* & *Aeſchinis* latinè vertendis, demiror te mecum agere, quum nemo vivat opinor hodie, qui hoc magis præſtare poſſit quàm tu. Mihi nunc alia ſunt in manibus, & hæc provincia tuam ætatem magis decet. Bene vale. *Baſileæ* quarto Idus Decembr. Anno M. D. XXIV. Vereor ut legas has extemporarias notulas.

Eraſmus Roterodamus Henrico Stromero Aurbachio Medico S. D.

RIſi ſalſiſſimam epiſtolam tuam, quanquam interim riſum ridens ſardonium. Refricuit mihi jocus tuus *Mori* mei dictum quoddam non illepidum. Nam editis libris *De Copia*; *Emiſit*, inquit, *Eraſmus utranque Copiam, quid itaque ſibi reliquum fecit prater ſummam inopiam?* Ita profectò nunc habere deſii liberum arbitrium, poſtcaquam emiſi in vulgus. Optabam eſſe ſpectator hujus fabulæ, non quòd Eccleſiæ negotio pro meo virili pigeret adeſſe, ſed quòd viderem eſſe ritum de paradoxis, neſcio quibus: tum autem divinabam futurum, ut ſi me admiſcerem actioni fabulæ, nihil aliud quàm rem exaſperarem, meo pariter & cauſæ malo. Poſtremò, conſiderans vitam Chriſtianorum undique corruptiſſimam, etiamſi peſſimè ſenſiſſem de *Luthero*, tamen propemodum judicabam illum ἀναγκαῖον κακὸν εἶναι, quod qui tolleret, tolleret id quod hoc ſtatu temporum eſſet optimum. Verùm illud erat in fatis meis, ut hoc ætatis ex muſico rerem retiarius. Deplorat *Laberius* mimographus quòd annos natus ſexaginta, *Cæſaris* autoritate protractus eſſet in ſcenam, ut qui domo egreſſus erat eques *Romanus*, rediret histrio. Ego idem fermè ætatis ex cultore Muſarum fio gladiator. *Veianius* qui ſemper verſatus erat in harena, excuſatione ſenectutis meruit miſſionem, & armis *Herculis* ad poſtem fixis ſtetet abditus agro. Ego ſemper in campis Musarum verſatus, in hanc cruentam pugnam prorudor, non aliter licuit. Clamitabant ſophiſtæ, *convenit inter Eraſmum & Lutherum, neuter alterum impetit.* Principum expectationem diuiùs fallere non erat tutum. Odioſè provocabant quidam *Lutheri* amici, ſed ipſi etiam *Luthero* infeliciſſimi, ut ſi me continuiſſem, vicus fuiſſem iſtorum minis territus ſiluiſſe. Quin & Epiſtola *Lutheri*, quam per *Joachimum* ad me miſerat, jam habebatur *Argentorati*, nec dubium quin brevi proditura. In ea pollicetur se non ſtricturum in me calamum, ſed hâc lege, ſi abſtineam à dogmatis ipſius ex profeſſo abrogandis, quemadmodum hactenus fecerim. Hic nondum ſatis liquet, utrum mihi fuerum fuerit turpius metu, an ex pacto quietum agere. Itaque jacta eſt alea, ſed ſic ut nè verbum quidem præter animi ſententiam ſcriſerim. Quòd ais me malè audire apud ſophiſtas, nihil novi nuncias, nec ullam unquam cum iſtis pacem vel ſpero vel ambio. Cæterùm quo *Lutherus* in me ſit animo, quum res agatur fidei, planè leviter æſtimo. Quàm autem non magnificè de me ſentiat, multis epiſtolis ad amicos ſcriptis declarat, in quibus facit me cæcum, miſerabilem, ignarum *Chriſti*, alienum ab intellectu rei Chriſtianæ, rudem ſpiritûs, adhuc affixum literæ. Sed mirum non eſt ſi ſic de me judicat, qui neminem Veterum non magnificè contemnit præ ſe. Utinam quod habere ſe profitetur, vertat ad Eccleſiæ tranquillitatem. Ego quod ſemper egi, non deſino perſequi, ut cum bonis literis floreat ſyncera pietas, nec hîc ulla mihi prætermittitur occaſio, ſi liceat proficere. Sed *Lutherana* pars indies magis ac magis exacerbat animos principum. Diverſa pars tantùm vulgaribus utitur remediis, carceribus, palinodiis, confiſcationibus, & faſciculis, quibus non video quid profecturi ſimus in hoc malo, quod tam latè pervagatum eſt, & indies ſe profert longiùs. Niſi ſcirem Deum moderari res humanas, ac frequenter fabulam à nobis peſſimè cœptam, in optimam dicere cataſtrophen, non divinarem alium exitum hujus rei quàm cruentiſſimum. *Carolſtadius* hîc fuit, ſed vix *Oecolampadio* ſalutato. Edidit ſex libellos, duo qui excuderunt, nudius-tertiùs conjecti ſunt in carcerem, juſſu magiſtratus, ob id potiſſimùm quòd, ut audio, doceat in Euchariſtia non eſſe verum corpus Domini. Hoc nemo fert. Indignantur laici ſibi eripi Deum ſuum, quaſi nuſquam ſit Deus niſi ſub illo ſigno. Docti commoventur verbis Scripturæ ſacræ & Eccleſiæ decretis. Hæc res excitabit nobis magnam tragœdiam quum tragœdiarum pluſquam ſatis ſit. Perlongum fuerit, ſi hîc recenſeam quid hîc agatur. Scis *Tigurinos* omnes divos ejeciſſe è templis. *Vualſhutenſes* etiam è vitreis feneſtris privatarum ædium. *Phallicus* in monte *Bellicardi* regnat pro ſua libidine. Sed næ ego ineptus, qui hæc ad te, qui prius opinor hæc audis quàm hîc fiant. Bellus verò jocus iſtorum qui jactant me detractare martyrium, quaſi mihi multum hujus vitæ ſuperſit, aut quaſi calculus non tale malum ſit, ut quamvis mortem faciat optabilem: an martyrium detractat, qui ſyncerè quod ſentit profitetur? Affirmas te mecum ſentire de libero arbitrio. Non ſtatim Evangelium eſt quicquid iſti docent, & non ratò docendi modus aut docentis mores excitant tumultus. Ego quum nihil ambiam in hac vita, ſic moderabor mea, ut proſim omnibus, quod quidem licebit, & principibus, & pontificibus, & phariſæis, & ſophiſtis quamlibet in me iniquis, & rabulis Evangelicis. Fortaſſe gratia quæ negatur vitæ, reddetur memoriæ, apud *Chriſtum* certè nihil officii perire poteſt. Quum hæc ſcriberem epiſtola tua ad manum non erat, proinde non miraberis ſi minùs ad omnia reſpondi. Bene vale vir optime. *Baſileæ* quarto Idus Decembr. Anno M. D. XXIV.

Priuſquam has obſignarem, fortè venit ad manum epiſtola tua. Feſtivum eſt quod narras de medico, nec multùm aberravit à ſcopo tua divinatio. Et tamen eſt hic Eccleſiaſtes, qui in ſingulis concionibus aliquid diſſerit contra libellũ meum apud promiſcuam multitudinem. Quàm vir ſit fortis *Lutherus* neſcio. Hîc nobis hoc novum Evangelium gignit novum hominum genus, præfractos, impudentes, fucatos, maledicos, mendaces, ſycophantas, inter ſe diſcordes, nulli cõmodos, omnibus incommodos, ſeditioſos, furioſos, rabulas, qui mihi adeo diſplicent, ut ſi quam nôſſem civitatem ab hoc ge-

nere liberam, eò demigrarem. De libero arbitrio nihil scripsi præter animi sententiam; in multis aliis à *Luthero* dissentiebam, sed verebar impugnare, nè fructus hujus tumultûs meâ periret operâ. Et isti stolidi jactitant me sentire cum *Luthero*, cæterùm metu dissimulare. Egregius verò futurus sim martyr, si in gratiam talium nebulonum mentiar in caput meum. Sunt apud nostrates plurimi qui favent *Luthero*, quòd si præsciissem hujusmodi rabulas prodituros, statim initio professus fuissem me factionis hujus hostem. Utriusque juvenis, à *Duba* & ab *Hanbitz*, indoles mihi vehementer placuit, nec defuturus sum officio meo, ficubi queam illis esse commodo. Rursum vale.

Erasmus Rot. Bilibaldo S. D.

Epist. 5. NEc ego poteram secus de tuo prudenti candore suspicari, mi *Bilibalde*, sed erant qui me literis admonerent ut te placarem. Utinam Deus immittat animis principum orbi salutifera consilia. Pudet me horum tumultuum. Dicas *Phaethontem* admotum currui solis. Et interim nobis videmur Christiani, & agimus de *Rhodo. Stunicam* semper contempsi. Vellem autem quosdam *Lutheranos* negotium Evangelicum tractare prudentiùs. Nunc in summo tumultu sum, quòd instent nundinæ; post scribam copiosiùs. Bene valebis interim. *Basileæ* sexto Idûs *Januarii*, Anno M. D. XXII.

Joachimus Camerarius Erasmo Roterodamo S. D.

Epist. 6. ETsi non putavi hactenus me quicquam ad te scribere oportere, quum meâ ipsius causâ, tum pulcherrimarum tuarum occupationum respectu; nè & ipse meam infantiam de nihilo proderem, & quâ in parte minimè deberem, mei officii parùm rationem habuisse viderer: tamen posteaquàm mihi *Philippus Melanchthon* duos locos è tua epistola, quam paucos ante dies abs te scriptam accepit, quòd in ea mei mentio habita esset, recitavit; mutavi sententiam, & mei hac in parte curâ abjectâ, & humanitate tuâ animique facilitate fretus: quia non posse me salvâ fidei meæ existimatione, tuáq; erga me benevolentiâ, ea in quibus mei memineras tacita præterire videbam, tibi meis literis (sic enim est dicendum) obstrepere statui. Quod ipsum perquàm paucis à me est factum, ut vel hoc modo, si quid alioqui peccatum à me esset, corrigerem ac emendarem. Ego tibi vir clarissime magnas ago gratias, quòd tanti me feceris, quem ex uno isto congressu, nè quid de me acerbius dicam, contemnere certè poteras, ut nondum mei oblitus, salutem in literis optimi & eruditissimi viri, meique amantissimi adscripseris. Magni istud mihi beneficii instar est, neque minùs eo mihi placeo, quàm quod ad te confabulatum, & de quibus voluissem rebus communicatum nuper sum admissus. Quo in amplissimo merito commemorando mirè intellexi te modestum fuisse, qui non dubitâris scribere, parùm te liberaliter nos accumulatè tractâsse. Quid ergo potuit mihi abs te tuâ suavissimâ consuetudine tribui gratius majusve? Aut quid ego, etiam si improbum esse juvet, in te requirere possem, sive isto colloquio [illegible] derare, quàm uno *Sarmatâ* barone [illegible] claro & magnifico illo quidem viro, [illegible] tum parùm commodo? Itaque *Eras[illegible]* persuadeas, & tuam benignitatem [illegible] susciipiendo & tractando es usus, [illegible] superbè ostentâsse, & nunc missam [illegible] tem decoris & ornamenti loco jactare [illegible] que metus est fore ut mihi hoc nomine [illegible] quum ad te prædicandum ac celebrand[illegible] mediocriter hoc quoque pertineat, alia [illegible] gloriæ splendore & lumine illustrari. Sic[illegible] hi tuum præconium accommodo, ut & [illegible] crescam, & de summa tuarum laudum [illegible] men detrahatur, nonnihil fortassis accede[illegible] quia omninò scribendum ad te fuit, sin[illegible] vides attigisse, nè vel commemorando [illegible] tibi molestus essem, aut prætermittendo [illegible] lius meum tibi studium & amorem erga [illegible] barem. Nam si te non amem, suspician[illegible] rer, nimiùm malus sim *Erasme*. Hoc [illegible] meretur eruditio, doctrina, bonitas [illegible] etiam odio prosequar, tuíq; nomin[illegible] agam, quantum flagitium designâsse [illegible] debeam? Ego verò conscientiâ rectâ [illegible] contentus, neque prædico (apud te [illegible] studium & observantiam erga te meam, [illegible] que sum anxius in omnium mortalium [illegible] iis refellendis. Videóq; etiam inep[illegible] rum, si hoc facere velim: quasi vel [illegible] plurimùm referat, quo quisque extra [illegible] homo in te animo sit, aut hominum [illegible] ab ullo satisfieri posse confidam. Sed [illegible] hæc, inquis, tam longè petita exordia? [illegible] mirum *Erasme*, quòd nescio quid suspicor, [illegible] erga me voluntate esse immutatum, quòd [illegible] pravè curiosorum sinistræ diligentiæ vi[illegible] re (veniam enim nunc ad rem) qui & [illegible] tuam epistolam, quas ego utrique [illegible] mè allatam in manus dedi, evulgârunt, qui [illegible] *thero* dolente, *Philippo* & me gementibus. [illegible] inquis suspicare, aut quem me esse cens[illegible] veniam *Erasme*,

Res est solliciti plena timoris amor.

Quòd si temerè quæ in epistola ad *Melanchthonem* de publicatis literis legi, statim post [illegible] nominis factam mentionem apposita sint, tam[illegible] hâc meâ sollicitudine amorem erga te meum [illegible] cero testatiorem. Si quâ in parte verò, id [illegible] putare non lubet, metuere cogor, ne ego [illegible] benevolentia impulsa est, eam restituero ac [illegible] firmâro. Principio sic existima, *Erasme*, [illegible] fidei crede, quas tibi literas si *Basileam* pervenissem à *Martino Luthero* acceperam adferendas, [illegible] mò omnium hominum adspiciendas præbe[illegible] præsenti in manum, ut supra dixi, dedisse [illegible] te rescriptæ fuere, eas *Luthero* fide optimi [illegible] disse: neque nudam interim chartam [illegible] do termino insignem, cuiquam, uno *Philippo* [illegible] cepto, prius ostendisse, quàm *Luthero* rescr[illegible] *Vuittenbergam* obtulissem. Nam ut sui ipse [illegible] eorum qui me à pueris educârunt, sic insti[illegible] tus, ut didicerim mentem, manus, oculos [illegible] ab alienis rebus continere; ita meapte [illegible] râ à secretorum scriptorum inspectione [illegible] abhorrui: quod judicarem indignè facere [illegible] qui cognoscere vel per summum nefas [illegible] tur, à quibus chartarum complicatione, &

ræ gemmæque admunitione tantopere summoveretur. Hujus quoque seculi licentissimam vesaniam, cum ob alios furores sæpe sum detestatus, tum ob hanc sceleſtam petulantiam, quòd jam nihil in scris ac scriniis reponi, nihil amicis credi, nihil denique in animi penetralibus versari tutò possit, humanâ improbitate omnia perquirente & eruente, quæ se potissimùm in arcanorum scriptorum exploratione noſtro tempore occupat & fatigat. Proinde ut primùm aliqui nunc offensos se læsosque existimant, non solùm eorum à quibus læsi videntur literas ad se missas proferunt, ac palam, id est, typis excusas sexcentis exemplis recitant: sed etiam aliorum istâ offensione interpositâ pervestigant, unde suo inimico vel ex una litera odium apud eos qui legant conflari possit, Homines, ut *Cicero* inquit, & humanitatis expertes, & vitæ communis ignari. Qui igitur tali sum ingenio sensúque prædirus, sustinui scilicet (fingam enim jam te ejus scelcinoris me insimulare) quæ meę fidei tradita commissaque essent, per summam ignominiam prodere, neque ipse meæ conscientiæ reprehensionem saltem vereri, nec orbis terrarum nè tua diam judicia refugere volui? Quæ hæc sit immanis audacia ac perfidia, quam ego semissis homo in animum meum sim passus insidere? Jam fac ab omni honestatis intuitu aversum, tam obstinatè dedisse operam ut improbus essem, tu profectò potuisti animadvertere: nec dubito quin id factum abs te sit, tamen etiam vano metu, quod sæpe repetere visum est, infestor: potuisti inquam animadvertere epistolæ *Lutheri*, de qua scribis, signum dum tibi allata à nobis fuit, illum & integrum esse reliquum. De tua verò, quam & ejus similem esse fortunam audio, id est in multa exempla descriptam manibus vulgi teri: *Lutherum* idem perspexisse τὴν τῶν μοιχῶν jurejurando sanctissimo tibi affirmo. Nisi fortassis illas κοπίλας καὶ σφραγίδων λύσεις ex *Alexandri* arte didicisse me censes. Jam fortassis non ignoro quorum aut culpâ aut stultâ sedulitate, quæ & ipsa profectò culpa est, acciderit, ut istæ literæ nuper exierint. Sed nec sum tam mei defendendi cupidus, ut excusatione aliorum accusationem commutati velim: nec arbitror meæ simplicitatis esse, quod compertum non habeam pro meo commodo ex hominum sermone & rumusculis quibusdam formare. Quapropter, *Erasme*, si hac in causâ aliter nos in animum tuum induxisti atque nos sumus, quod tamen ut sæpe dixi, minimè habeo pro certo, sed timeo: peto abs te ut istam cogitationum tuarum opinionem, ceu falsam, dissimilem tamen in hac hominum vanitate, corrigas: mihique credas tuarum esse laudum, nominis, honoris studiosissimum: neque unquam pelle committere, ut aliter de te sentiam, loquar, faciam, quàm tuæ dignitatis ratio ferat & exigat: Quam tamen rem, ut tuæ gloriæ quidquam nihil adjicit, sic à me, nisi omnis officii immemor ac desertor perhiberi malim, magnopere præstari par est. Vale, vir clarissime. *Vuittenb.* pridie Cal. Decemb. Qui meas literas tibi tulit genere nobilis est ex *Metis*, olim *Moselani* sectator, egregius juvenis. Eum tibi commendarem, nisi arroganter & superbè facere duram, qui tantum juris mihi sumam, ut aliis meâ commendatione accedere apud te aliquid posse sperem. Quanquam & hic ipse se suâ virtute pulcherrimè commendabit.

Erasmus Roterodamus Joachimo Camerario. S. D.

ODI valetudinem hanc; non tam ob id quòd me discruciat, quàm quòd per eam non licet erga amicos humanitatis obire munia: adeo durius est inhumanum fieri quàm infelicem. Ac frequenter accidit, nescio quo fato, ut complures simul inundent, ac propemodum obruant. Itaque fit non rarò, ut eodem tempore mihi sint literis onerandi, hic qui *Romam*, ille qui *Galliam*, alius qui *Britanniam*, alius qui *Brabantiam*, alius qui *Germaniam* adeat. Porrò quum tu adesses tam erat imbecilla valetudo, ut ægrè ferrem laborem promendæ vocis: adeo ut non solùm comiti *Polono* ad convivium vocanti excusarem, verumetiam ambientem cœnare mecum repulerim. Proinde cogor hujus infelicitatis non modò pigere, sed pudere quoque. Quod autem malum in vita durius accidere potest, quàm quod habet cruciatum cum pudore conjunctum? Et sunt quidam, qui noſtram excusationem, multò quàm vellem justiorem, non recipiunt. Tu verò, mi *Joachime*, quum te tam frigidè acceptum, tam candidè interpreteris, nimirum probas mihi simplex tuum ac benignum ingenium. Jam verò quando non solùm boni consulis, quod à me fuerat excusandum, verumetiam tam accuratè gratias agis, pro brevi colloquio, pro salutatiuncula literis ad *Melanchthonem* scriptis adjectâ, & hanc ceu non vulgarem quandam humanitatem ingenii tui, ut in te vehementer amo, ita doleo in tam paucis inveniri nunc, ex eorum numero qui Musarum sacra colunt. Non enim oportet Gratias à Musis abesse. At quosdam his temporibus videre est, qui pro tribus Gratiis trels Furias addidêre Musis. Tanta est morum barbaries, tanta scriptorum amarulentia. Porrò, quemadmodum in hac causâ mihi declaras insignem naturæ tuæ bonitatem, ita dum literarum evulgatarum suspitionem abs te depellis, probas mihi quantum & ingenii felicitate & dicendi facultate polleas. Nihil enim abs te prætermissum est, quod bonus orator ad talem causam adferre debuerit. Itaq; scito, mi *Joachime*, hic te mihi nihil aliud persuasisse, quàm te causam etiam non optimam optimè posse tueri. Nam mihi quidem priusquam tu verbum faceres, persuasum erat hic nihil esse commissum tuâ culpâ, nec illa suspitio culpæ quam tu deprecaris οὐδὲ κατ' ὄναρ unquam venit in mentem *Erasmo*. Et jam satis divino qui sint illi, quorum stultam sedulitatem tu notas. Nec eram questurus hac de re apud *Melanchthonem*, nisi causa quam illic agebam eguisset & hoc argumento. Siquidem edidêre jam pridem epistolam *Lutheri* ad *Pellicanum*, ediderunt judicium *Melanchthonis*, quâ de re nemini verbo sum questus. Qui tuas reddidit, planè non eguit tuâ commendatione, nimirum ipsâ, quod ajunt, fronte præ se ferens ingenium imaginibus dignum, ac præterea propensam quandam in me benevolentiam. *Nosenum* nobis præreptum doleo, sed gaudeo te enatâsse, nam ajunt in communi fuisse periculo. Bene vale. *Basileæ* tertio Idus Decemb. Anno M. D. XXIV.

A

Erasmus Roterodamus Theobaldo Fettichio. S. D.

Epist. 8. QUo graviorem bonis literis calamitatem minitatur hoc seculum longè tumultuosissimum, hoc impensiùs adnitendum est iis, qui perspectum compertumque habent, absque linguarum ac politioris literaturæ conditurâ, frigidas, mutas, ac penè cæcas esse reliquas disciplinas omnes, nec florere respublicas, nec liberalem esse vitam; breviter, vix hominem hominem esse. Accipio penes vos esse rarum veterum codicum thesaurum; quantopere verò vel is, vel ornatissimus vir *Vuolphangus* ab *Affenstein* faveatis studiorum negociis, jampridem & famę præconiis & eruditorum hominum literis cognovi, tum quàm propensa sit utriusque erga studiorum cultores humanitas. His rebus fretus & *Hieronymus Frobenius* non dubitavit isthuc proficisci, nec ego veritus sum te meis literis appellare. Ac mihi quidem præsagit animus hanc vel audaciam, vel, si quis malit, fiduciam nobis feliciter esse cessuram. Nemini potest obscurum esse, quot jam annos *Joannes Frobenius*, quantis vigiliis, laboribus, impendiis, ornârit eximios autores, idque longè majore suâ gloriâ quàm lucro. Habet domi virum utriusque literaturæ doctissimum, parique fide præditum, quod ego sanè non in postremis numero. Mihi præterea vel immori libebit huic negocio, tam utili, tamq; pio. Proinde meo judicio non alius dignior vestro favore quàm *Frobenius*, nec per aliam officinam meliùs consultum fuerit præclaris autoribus; denique, vix in alium æquè gratum memoremque collocaveritis vestrum officium. Porrò,—*si quid mea scripta valebunt*, hactenus cum *Virgilio* licuit dicere, utinam & illud adjicere liceat, *Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.* Certè dabitur opera pro viribus nè posteritas ignoret cui debeat hanc literaturæ vetustioris accessionem. Bene vale cum clarissimo præfecto *Vuolphango* ab *Affenstein*. Datum *Basileæ* Nonis Decembr. Anno M. D. XXVI.

Erasmus Roterodamus Georgio Duci Saxoniæ S. D.

Epist. 9. SEreniſſime princeps, nec mihi vacabat scribere (minùs fortasse vacat Celsitudini tuæ prolixas epistolas legere) nec erat magnopere quod scriberem. Cæterùm, quoniam hunc nactus eram *Franciscum Dilfum* juvenem apud suos non solùm claro & opulento, verumetiam honesto genere prognatum, cujus ingenium syncerum veréque generosum diutino convictu cognitum ac perspectum habeo, visum est per eum saltem illustrissimæ Celsitudini tuæ salutem ascribere. Quem si dignaberis tuo colloquio, poteris ex eo de rebus meis omnibus certior fieri, quas ille meliùs novit quàm ego ipse, & est summæ fidei, minimeque vanus. Meo malo sum expertus, quàm non sit tutum omnia literis committere. Dominus servet felicem ac florentem illustrissimam dominationem tuam, cui me totum offero. Datum *Basileæ* Nonis Februarii, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Bernardo Episcopo Tridentino S. D.

REverende præsul, ex superioribus [illegible] dinis tuæ erga me officiis perspexi [illegible] rem quandam naturæ bonitatem: ex [illegible] verò literis, quibus me tam amanter [illegible] laris, pietatem etiam erga me tuam [illegible] Utinam & tuis dotibus & meis laboribus [illegible] tigisset seculum felicius. Non eram [illegible] nomini dicare *Irenæum*, quamvis probatum [illegible] rem: nec enim hoc officium omnibus per[illegible] tum est, neque quicquam magis fugere soleo [illegible] captatoris opinionem; nisi tantum apud me [illegible] ret *Joannis Fabri* tum judicium, tum auctoritas, per quem nunc mitto librum, sed rudem [illegible] tior enim est, quàm ut compingi possit. Si [illegible] tum est quod fecimus, erit quod mihi gratu[illegible] sin minus, mihi certè leviùs succensebo, [illegible] insignis amici voluntati morem gesserim. [illegible] tibi felicitatem perpetuam, ornatissime [illegible] Hunc laconismum me docent imminentium [illegible] rum labores. Nunc enim quartùm mihi [illegible] tur annotationes in novum Testamentum. [illegible] tum *Basileæ* die *Mercurii* ante *Michaelis*, Anno M. D. XXVI.

Erasmus Roterodamus clarissimo viro Christophoro à Schiidlovietz, &c. regni Poloniæ Cancellario S. D.

LEntiùs inter nos commeant epistolæ, ut natissime, quanquam tua satis matur[illegible] venit, scripta ad Cal. Martias redditæ [illegible] te Idus Maias. Nam suspicor vos novum [illegible] auspicari à Paschali die. Dominus in [illegible] beatos pronunciat pacificos, quo in [illegible] quoniam tu nunc optimi regis [illegible] præcor ut quod agis succedat, multosque [illegible] dentiâ reddas beatos: hac de re scripsi [illegible] inclyto regi *Poloniæ Sigismundo*, jam [illegible] que iterum ornatissimi juvenis *Joannis à Lasco* teris provocatus. Id enim tanto studio [illegible] tendit, ut existimem eum non sine causa [illegible] animatum. Hæc ætas principes habet [illegible] nes, quo magis oro, ut Deus *Sigismundum* [illegible] diu servet incolumem, cujus pietas, animi [illegible] tudo, singularisq; prudentia, ac plurimus [illegible] usus, salubribus consiliis plurimùm profu[illegible] rit, & principum commodis, & reipublicæ [illegible] quillitati. Munera tua planè tuo digna [illegible] mo, sed tamen in ratione tuorum [illegible] rum, novissimam penè lineam occupat. [illegible] ninum meum tibi charum esse gaudeo; nullum [illegible] huc ingenium expertus sum illo candidius, [illegible] talis esset *Joannes à Lasco* præpositus [illegible] ut nè fingi quidem possit quicquam amabilius. [illegible] jus equidem amicitiam in præcipua mea felici[illegible] tis parte duco. Habes epistolam meæ manus, [illegible] vereor ut legas. Languebam adhuc à vehementissima diarrhœa. Dominus te servet incolumem. Datum *Basileæ* XVII. Cal. Junias, Anno D. XXVII.

Erasmus Rot. Tielmanno à Fossa S. D.

FErreis xeniis ad amicitiam provocaras, [illegible] taceis respondeo, non quidem æreis aureis, [illegible]

tamen accepta penſans deterioribus. Adeo verò non aſpernatus ſum hoc qualecunque munuſculum, ut hinc etiam collegerim te ſyncerissimo animo de meis moribus quàm optimè ſentire. Alioqui ſolent & qui preciosa mittunt multis verbis precari veniam, quòd meritis inferiora mittant. Itaq; munuſculi tui vilitas, mihi precium ipſius auxit, & iſti tam benevolo pectori me profiteor aſtrictiſſimum eſſe, id quod hoc epiſtolio, veluti ſyngraphâ legitimâ, ſingulis & universis conteſtatum eſſe volo. Opto tibi proſperam valetudinem. Datum *Baſileæ* pridie Aſcenſionis, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Rot. ornatiſsimo viro Joanni à Laſco præpoſito Gneſnenſi S. D.

QUÆ miſimus bonâ fide reddita profectò valde gaudeo. Nam ea res habebat me ſollicitum, ut nunc eſt incredibilis hominum perfidia, dum ubique de fide diſputatur. Nonnihil etiam metuebam nè quid tibi tuiſque ſecus quàm vellem accidiſſet. Enchiridion apud *Hiſpanos* vulgari ſermone verſum eſt & exculum ingenti monachorum tumultu, verùm is impeſit in potentes *Eraſmi* patronos, in quibus erat & *Cæſar*, cujus epiſtolam ni fallor ad te miſi proximo mercatu. *Beato Rhenano* protinus tuas literas perferendas curavi. Nam agit *Seleſtadii* profugus hinc & peſtis & diſſidiorum odio. Non dubito quin & hujus & *Glareani* libellum jam acceperis. *Glareanus* ſuum publicè prælegit. Regi, quando toties hoc provocas, ſcripſi, ſed exemplum ad verbum deſcriptum his incluſi, ut ſi videatur premas: Difficile eſt enim Regibus ſcribere, veruntamen, quod te neſcire nolim, hujus rei mentionem feci in literis ad *Chriſtophorum* Cancellarium *Cracovienſem*. Aliquot ex hoſtium numero perierunt; *Lonnii Ecmondanus* Carmelita vomitu præfocatus, tum ipſe paulò ante publicè vociferatus eſſet in *Joannem Nevium*, quòd paralyſi correptus, intra ſex horas efflâſſet animam. Periit & *Vincentius* Dominicanus, in quem eſt una mea Epiſtola, titulo pertinaciſſimi obtrectatoris; periit & *Roſemundus* vir melior quàm pro vulgari ſorte Theologorum, perierat ante *Dorpius* noſter. *Coloniæ* periit *Jacobus Hogheſtratus* coryphæus hujus tragœdiæ, qui tamen in morte dicitur nonnullis verbis prodidiſſe ſarùm ſynceram conſcientiam. His omnibus prælor Domini miſericordiam. *Jacobus Faber* hinc honorificè revocatus eſt in *Galliam*, ceſſerat enim metu, & eſt regi chariſſimus. Is quoque quem *Hedda* deſtinârat holocauſtomati, vir bonus eſt ut odio, & regi cum primis charus, quem rex noluit ſubducere periculo, ſed paſſus eſt cauſam agi, donec ipſe veniret *Lutetiam*. Habes exemplum, quod niſi crebriùs edatur, inſilient tenebriones in capita principum, fidei propugnandæ titulo. Utinam rex in cæteris omnibus perinde felix fuiſſet. Jur hunc amicum regis, abſente principe, decreverint immolare, præcipua cauſa fuit, quòd Paraphraſes, & alios aliquot libellos meos Gallicè verſos, paràret edere: Sic enim ſibi perſuadent quidam pſeudomonachi, Si *Eraſmus* cœperit vulgo loqui, retegentur noſtra mendacia, quibus illum apud mulierculas & idiotas hactenus inviſum reddidimus. Res enim ipſa coarguet vanitatem noſtram, declarans eum eſſe alium quàm nos depinxeramus. Itaque nihil arbitror eſſe conducibilius, vel ad illorum prodendam malitiam, vel ad meam innocentiam approbandam, quàm ut ea quæ ſcripſi, de rectè vivendo præſertim, verſentur in populi manibus. Neque id fugit iſtos phariſaicos, eoq; magnâ conſpiratione hoc agunt, nè quâ id fiat. Verùm omnes iſtorum conatus penè videmus in diverſum cadere. Quanquam iſtud tuum ingenium dignum eſt, quòd melioribus occupetur argumentis, etiamſi neminem arbitror id poſſe præſtare feliciùs. Illud arguit mihi ſingularem quendam animi in me candorem, quòd, contemptâ omni invidiâ, cupis omnibus mortalibus eſſe notiſſimum quanti me facias, nec recuſas diſcipuli titulum, modò talis habearis, qui *Eraſmi* causâ nihil non ſis tum paſſurus tum facturus. Ego verò, mi *Joannes*, nimis impudens fuero, ſi juvenem ſummis natum rebus, & jam nunc nullo non doctrinæ genere me ſuperiorem, patiar credi meum diſcipulum: ſed tamen homo ſim inſigniter ingratus, ſi tam amantem, tam conſtantem, tam candidum patronum patiar oblivionis tenebris obliterari. Refert enim hoc omnium, ut tam rarum benevolentiæ exemplum ad poſteros tranſeat, præſertim his temporibus, quando nulla ſunt amicorum juga, niſi quæ conſœderavit conſpiratio. Verùm utinam adeſſet is ſcriptis meis genius, ut quod tuis meritis dignum eſt poſſint efficere, vel in hunc uſum optârim mihi temporariam *Ciceronianæ* felicitatis uſuram. Certè deligetur argumentum per ſe plauſibile, & addetur à nobis pluſculum in expolienda dictione curæ, quo magis ad poſteros tranſeat. Id quo minùs antehac ſit factum, ut ingenuè dicam, religio quædam obſtitit, quâ me per tuas literas liberatum eſſe gaudeo. *Glareanus* unus ſuſtinet hîc cauſam diſciplinarum, frequenti auditorio profitetur tuum libellum; alii quamvis eruditi, vix habent ſex auditores, nec id conſtanter; hîc habet ſexaginta, & indies creſcit numerus. Arbitror hoc eſſe tui genii, nam omnino præter hujus academiæ morem eſt. Primum in hoc gratificaberis homini, ſi adoleſcentes aliquot, aliò fortaſſis literarum diſcendarum gratiâ profecturos, ad hunc mittas. Nam quoniam inhabitat collegium pædagogum agat oportet annis aliquot. Miror in literis tuis nullam eſſe *Hieroſtai à Laſco* mentionem, utrique tamen ex me ſalutem dices plurimam. Nam & *Stanislaum* iſthîc adeſſe gaudeo è *Gallis* reducem. Cura valetudinem tuam diligenter. Datum *Baſileæ* XVI. Calend. Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Andreæ Critio Epiſcopo Plocenſi S. D.

ORnatiſſime præſul, Libellum tuum degustavi veriùs quàm perlegi, nec dubito quin totus ſit placiturus ubi totum perlegero. Video ſtrenuum propugnatorem Eccleſiæ, verùm non arbitror tuam iſtam prudentiam egere monitore: alioqui vel admonerem vel rogarem, ſic depugnaret adverſus hoſtes publicæ tranquillitatis, ut victoriæ gloria non hominibus cedat ſed *Chriſto*. Nam quemadmodum in publico civitatis incendio multi ſolent eſſe, qui prædæ intenti, communem malum vertunt in privatum bonum: ita in hoc orbis fatali tumultu, non dubito quin videas plurimos in hoc intentos, ut ad ſe rapiant victoriam, uni *Chriſto* debitam. Ex hac tam violento pharmaco, *Epiſt. 14.*

pharmaco, quod fortaſſe Deus corrigendis vitiis noſtris immiſit, tantóque motu concuſſit totum Eccleſiæ corpus, optárim aliquid bonæ ſanitatis proficiſci. Nunc quis erit fructus, ſi qui præſunt Eccleſiæ, quorum non pauci ſunt tales, ut ipſo propemodum mundo videantur mundaniores, eos habeamus aliquantò quàm ante hac fuerunt profaniores: ſi principes, præſertim hoſce minutos, ex præda rerum Eccleſiaſticarum ad luxum & aleam inſtructiores: ſi monachos, quorum tyrannidem jam olim ſuſpirat orbis, poſthac habeat ex victoriâ ferociores? Non quòd non arbitrer inter hos eſſe viros pios, prudentes & eruditos, ſed inter eoſdem nimis multos videmus, qui ventri ſuo ſerviunt, non *Jeſu Chriſto*; & dum ſuo quiſque ordini valde favet, negligitur ordo *Chriſti*. Accidit ut video tibi, quod & proverbio dici ſolet, Dediſti malum & accepiſti, qui ἀλμυρὸν γεννόημα, nihilo commodiore permutâſti. De libertate fruſtra tibi blandiris. Semel aulæ frenum momordiſti, ſeſſorem perferas oportet. Quanquam eſt iſtud è re publica, ut homines eruditi, ad publicam autoritatem functionemque pertrahantur. Dulce quidem eſt ocium ſtudiorum, ſed homo non ſibi naſcitur tantùm, verumetiam patriæ. Habes à *Laſco* miſerabile ſpectaculum, quod iis qui *Eraſmo* malè volunt, citiùs poſſit eſſe in deliciis quàm tibi, niſi fortè pictor veſtris blanditus eſt affectibus. Nam iſtam imaginem inſcio me ſuffuratus eſt. Utinam imago, quam lucubrationibus meis expreſſi, probetur tibi tuique ſimilium judicio. Hæc ad literas tuas, quas tu vento commiſeras, quemadmodum ſcribis, vix aliæ celeriùs pervenêre. Opto R. T. Amplitudini felicitatem in Domino perpetuam. Datum *Baſileæ* XVI. Cal. Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Rot. Leonardo Coxo Anglo. S. D.

Epiſt. 15. UTinam, mi *Coxe*, tam eſſet in proclivi reſcribere omnibus, quàm eſt redamare quotquot nobis bene volunt. Verùm ſtudiorum labores pluſquam totum tempus ſibi vindicant, in tantũ ut nec ęgrotare vacet, nec mederi corpuſculo, tantum abeſt ut liceat omnium epiſtolis reſpondere. Epiſtola tua proximè ſcripta, fuit undique jucunda, præterquam duabus partibus quarum alterâ laudibus immenſis oneras me veriùs quàm ornas, etiamſi hoc quoque moleſtiæ leniit animi tui candor, unde certum habeo quicquid iſtud eſt erroris proficiſci: alterâ nuncias *Juſti* noſtri valetudinem adverſam, cui viro ut promeretur, optarem omnia eſſe proſperrima. De fracto ſcapulæ oſſe, pridem ipſe mihi ſcripſerat. An aliud acceſſerit malum neſcio, per hunc grammatophorum nullas ab eo literas accepi. Eccleſiaſtæ *Caſſovienſis* animum ſatis admirari non poſſum, cenſeo fortunam amplectendam, vel ob id quo pluribus prodeſſe queas, vel ob hoc nè peſſimo cuique ſis contemptui. Etſi qui dignitate præminent non poſſunt omnia corrigere, quæ geri conſpiciunt vel à populo, vel à principibus, tamen non parùm malorum poſſunt excludere. Si nos inviſat, reperiet nihil aliud, quàm pro theſauro carbones. *Joannis à Laſco* tale ſum expertus ingenium, quotidiéq; experior, ut vel hoc uno amico mihi videar ſat beatus. *Anianum* noſtrum apud te vivere gaudio. Habes felicem materiam, artifex probus, quem quidem ἀπάλλου θεοῦ ἰμῶ. *Critii*, jam commutatis *Plocenſis* Epiſcopi literis reſpondi. Opportune Eccleſiam Deo charam eſſe, cui perpetuò ſerio contigêre tres tales Epiſcopi, qualis unus vix nis cõtingere ſolet aliis. Copia ante menſes ſus edita eſt, multis modis à me locupletata, editionem ad te mittam, ſi hic non gravabitur cinulam. De *ſynere* quod quæris ſic habet Ante annos fermè viginti quum *Sens* genium *Alexandri* Archiepiſcopi *S. Andre* tris hujus, qui nunc *Scotiæ* regnum tenet, ſum *Aulum Gellium* pervetuſtæ editionis, & fallor, primæ. Mihi videbatur cæteris quæ ram emendatior. Illic & Græcè & Latinè batur *ſynere*. Quanquam autem ex interpretationes quæ initium habent ab Id eſt, non *Gellii*, tamen ejuſmodi videntur, ut arbitrer nihilo melius fuiſſe ſua redditurum. Nunc in *Aldina* editione video ſcripturam ut tatam, pro *ſynere* poſitum συρίττειν, & dem conſtat ratio, verùm an germana neſcio. Ego ſuſpicabar *ſynar* talem eſſe qualis eſt piper. Nihil tamen hactenus res comperi quod mihi ſatis arrideat. naturam non deſcribit *Plinius*, niſi quòd jus guſtu cervum ait mederi ſibi pabulo cis guſtatis. *Heſychius* refert κύναρον, κυνόδακτον appellant. Verùm hoc quoque ἄτοπον. Proinde mihi videtur optimum eradere, id quod editione noviſſimâ ſatis bitror. *Zebridovio* tuo ſcribam, ſi quid bitur ocii. Datum *Baſileæ* duodecimo Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Rot. Antonino Medico S. D.

UT tu candore temet uſque ſupera, exaggeras tantilla mea in te officia, majora diſſimulans. *Urſinus* aliquam tragicocomœdiæ, ſeu potiùs comicotragediam dem ad nos perſcripſit, bonam partem in *Joannem Fabrum*, qui cum hactenus contigit colloqui. Nec interea ſcire potui, contulerit. Nam videbatur ancipitis Res *Ungariæ* tam eſſe turbulentas, vel leo, cui cupio, ſicuti mereris, fauſta eſſe omnia. Quoniam meum requiris dum res principum in ancipiti ſunt, nulli menter addicerem, certè neminem Scribunt huc *Beddam* cum pſeudomonachis quot gnaviter rem gerere. Quendam pertracturus erat, ni ſenatus ac Rex Verterat is quædam *Gallicè* ex meis bus, adeo putant actum de majeſtate *mus* loquatur linguâ vulgari. Nunc culas, quas dementârunt, & apud quæcunque lubet. Quòd ſi vulgus perſpiceret illorum inſignem *Turzone*, ſignificas opinor *Alexium*, neque boni, neque mali, niſi quòd nem meum ſtudium boni conſulere. per hunc nullas acceepi, nè in proximis. Quòd Epiſcopen recuſat, illi conſtet ſui conſilii ratio, ſunt mortalium, præſtat eſſe ſuem. Rogo quid erat ſeriæ rei, nere profectionem adornaretis? videretis morientem? Morior enim, quotidie

quotidie. In *Galeno* etiamſi maximè poſſem quod cupis, non vacat. In arenam gladiatoriam retrahor. *Hippocratem* malè verſum non eſt quòd imputes *Cælio*. Nam is nihil aliud eſt quàm typographus, alioqui indoctus. *Martino Dorpio* precor omnia læta, cui ſi quid à me præſtari queat officii, non gravatè fecero. Fucatis amicis fidendum quidem non eſt, ſed tamen abutendum cenſeo *Cicero*, ſaltem ut parciùs lædant. Nec omnino vanum eſt quod ſcripſit *Ovidius*,

Sæpe etiam verè cœpit ſimulator amare.

Andreæ Critii, mutato nomine, nunc *Ploemſis* Epiſcopi, libellum accepi, cum ipſius literis, tametſi brevibus. Optimæ conjugi tuæ felicitatem opto plurimam. Peſtis aliquot ex medicis noſtris abſumpſit, & in his *Sylverborgium*. Vale. M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Andreæ Zebridovio S. D.

FAcit hoc tum amicitia non vulgaris, quæ mihi jampridem cum ornatiſſimo præſule *Andreæ Critio*, mutuis conglutinata literis intercedit, tum eximia quædam & tali digna avunculo indoles tua, quam mihi ſuis literis admodum graphicè depinxit *Leonardus Coxus* adoleſcentiæ tuæ formator, ut te vel ſalutare ſim auſus, vel ad optimorum ſtudiorum amorem incitare, licèt id quidem currentem, ut ajunt, ſi modo vera ſcribit *Coxus*, cujus apud me fides eſt graviſſima:

Nil opus admiſſo ſubdere calcar equo.

Verùm ut in iſto pulcherrimo ſtadio, *Zebridovi* chariſſime, ſemper teipſum alacritate ſuperes, habes permulta quæ debeant animum tuum accendere. Primùm enim iſta tam felix indoles nihil de te non eximium pollicetur: nonnihil etiam expectationi addit *Coxus* inſtitutor, hoc eſt probæ materiæ probus artifex. Addo jam quòd fortuna, quæ dum eſt iniqua, multorum generoſos conatus retardare ſolet, tuo ſubſervit ingenio, tum ampla, tum obvia. Sed illud in primis non te patietur ſegneſcere, quòd exemplar habes domeſticum tibi prælucens, in quo, velut in ſpeculo, virtutis & eruditionis abſolutiſſimam imaginem cernis expreſſam, *Andreas Andreæ*, nepos avunculo reſpondeas oportet. Exigit efflagitatq; hoc abs te genus tuum, expoſcit idem patria. Macte igitur animi *Zebridovi*, fac indefatigabili ſtudio contendas ad hujus laudis palmam. Aderit conanti Deus, qui in hoc ipſum tè tantis naturæ fortunæq; commodis ornavit, ut opulentæ ſorti dignam induſtriâ tuâ jungeres uſuram. Memineris optimam ætatis portionem eſſe fugaciſſimam, nec unquam recurrere ſemel elapſam. In præſentia non licuit tecum pluribus. Bene vale. Datum *Baſileæ* duodecimo Calendas Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Franciſco Haſſeltenſi Franciſcano S. D.

HOnorande in *Chriſto* frater, Audio te frequenter in tuis prælectionibus nomen meum perſtringere. Quod ſi verum eſt, moneo ut memineris quid ordine veſtro dignum ſit. Scis nec pontifici nec Cæſari probari tales inſectationes, quod utrique ſatis declaravit, etiam ſcripto. Scis inutiles eſſe hoc ſtatu rerum, quo meum caput pro negocio fidei tot expono periculis. Ego nullius ordinis ſum hoſtis, veſtræ verò congregationi, quoniam cæteris eſt incorruptior, ſemper unicè favi. Si quid ſcriptis admoneo, pro vobis facit non contra vos, qui talia non probatis. Quòd ſi cupitis priſtinum orbis favorem vobis inſtaurare, his rationibus id faciatis oportet, quibus eum primùm peperiſtis. Peperiſtis autem vitæ ſyncerita-te, non conſpirationibus aut obtrectationibus. Quos tumultus tui ſodales moverunt in *Hiſpania*? Quid profecerunt? Exacerbârunt omnium odium. Idem accidit in *Polonia* & *Ungaria*. Ego, niſi *Chriſtum* haberem præ oculis, & ſi te fortaſſis non poſſum lædere, poſſem ordinem tuum lædere magis quàm credas. Ad quod tamen nunquam provocabor. Quo minùs decet vos adhoc lacesſere. Jampridem clancularijs conſiliis libros meos emoviſtis è bibliothecis, in quibus locum habent aliorum virulentæ calumniæ. Hoc diſſimulavi, nec magni facio. Si pietatis negocium agetis ſyncerè, Dominus proſperabit quod agitis: ſin agetis technis & callidis conſpirationibus, omnia crede mihi recident in diverſum. Dominus tecum. *Baſileæ* quindecimo Calendas Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Joanni Borſalo Decano Zandeburgenſi S. D.

AMoris in me tui, non extincti quidem, ſed tepidioris ſuſpitionem conceperam ex literis *Martini Dorpii*, & arbitror te ſcire, de quo ſentiam. Verùm ea ſuſpitio non deſcenderat altè in pectus meum, & homo quum ſim, iſtiuſmodi humanis affectibus facilè ignoſco. Certè voluptati eſt te convaluiſſe, vel revixiſſe potiùs. Scripſi *Maximiliano* ſicuti volebas, tametſi parùm certus, an is eſſet filius *Adolphi* principis *Veriani*. Opto te quàm proſperrimè valere. Datum *Baſileæ* nono Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII. *Epiſt.19.*

Eraſmus Roterod. Henrico Caduceatori à Sthaffenburgio S. D.

SI medicus eſſem, mihi primùm eſſem, cui nunquam non res eſt cum immaniſſimo calculi malo. Quum legamus multos eruditiſſimos viros planè cæcos fuiſſe, demiror te levius incommodum tam impotenti animo ferre, quod non cernas niſi propius admota; quod vitium ſi verum eſt, comperi in pleriſque qui ingenio præcelluerunt, quanquam alii leviùs, alii magis obnoxii ſunt. *Alexander Jacobi Scotorum* Regis filius, quem opinor nôſſe te ex adagiis, adeo laboravit hoc malo, ut ni naſo contingeret librum, nihil cerneret. Proinde ſi naturæ vitium eſt, noli pugnare pharmacis, ſed adhibe vitrea conſpicilla in hoc attemperata, ut qui penè cæci ſunt, cernant etiam procul diſſita. Nec tamen omnia congruunt omnibus oculis. Eligenda ſunt è multis, quæ conveniant. Sin caſus adduxit vitium, leniri poteſt variis remediis, quæ nôrunt & Chirurgi. Sed præcipuum eſt fuga eorum quæ lædunt oculos, inter quæ eſt ſtudium à cœna, & ad lucernam. Proderit aſſueviſſe, ut quum licet, auribus ſtudeas potius quàm oculis. Tantum nunc licuit ad tuas literas. Bene vale. *Baſileæ* poſtrid. Pentecoſtes, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo. *Epiſt.20.*

Eraſmus

Erasmus Roterodamus Friderico Nauseæ Ecclesiastæ S. D.

Epist. 21. Mihi jam pridem exciderat datus annulus, quanquam non exciderat animo *Fridericus*. Næ tu dignus es maximis, qui sic attollis minima, rectissimè judicans, si munusculi precium animo utriusque metiaris. Opto ut in omnium sanctissimo negotio feliciter versèris, nusquam oculos à *Christo* dimovens, ut illi soli tota cedat victoria. Nec enim magni refert opprimi *Lutherum*, si victoriam intercipiant *Pharisaici* quidam, qui gloriæ ventríque suo serviunt, non *Jesu Christo*. De *Roma* diri rumores adferuntur, qui sive veri sunt, sive falsi, nullam video spem pacis inter monarchas. Sed *Christus* omnia vertet in bonum exitum, utinam maturè. Hoc scripsi, nè diceres nihil esse rescriptum. Non enim vacabat pluribus. Bene vale *Nausea* charissime. *Basileæ* postridie Pentecostes, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Ludovico Vivi S. D.

Epist. 22. Video te factum ζῶον ἀμφίσιον, nisi mavis dici *Mercurius* superis deorum gratus & imis. De silentio meo multas tu quidem causas rectè conjectas, unam addere debueras, quòd aliquoties data non redduntur. De colloquiis demiror tanto patrono vel in pessima causa deesse rationes, nunc inter pueros talia disputantur, & ὁ χωλὸς sua pueris scripsisse videtur, tam scripsit pueriliter, postremò grandescunt pueri. Itaque jam adultis magis seria conveniebant. Verùm, ut ingenuè dicam, perdidimus liberum arbitrium. Illic mihi aliud dictabat animus, aliud scribebat calamus. Tua mihi valde probantur, maximè quæ de matrimonio. Sed affectas extemporalitatem, quæ tibi sanè felicior est, quàm multis exactissima cura. Si tamen eum impetum velles moderari, magísque servire judicio lectoris, cui agitur fabula, quædam essent molliora. In matrimonio durior videbaris in uxores, opinor in tuam te magis comem esse. Et de scabie nimis multa. Quod tuorum libenter facis mentionem, habes cum *Cicerone* commune, & sanè pietatis est; sed invidum est hominum ingenium, alienos laudari ferunt lubentiùs. Habes meum judicium, sed de quo tibi vicissim liberum est facere judicium; obsequium certè probes oportet, qui jusseris. Per hunc rescribes quæ voles. Bene vale, *Basileæ* pridie Ascensionis, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Germano Brixio S. D.

Epist. 23. Officium meum tibi tantopere probari sanè majorem in modum gaudeo. Id enim non segnibus votis optabam, verùm haud sine metu. Bene cecidisse volupe est. Commentarium in epistolam ad *Galatas* jam absolvi, Addam fragmentum *Origenis*; neque plura licebit hisce nundinis, eò quòd non parva temporis portio deciditur in absolvendo *Hyperaspista*. Obstrinxi fidem meam, & hanc magnis convitiis efflagitant amici, non ferentes adversariorum insolentissimas insultationes. Nonnihil etiam operæ dandum *Ambrosio*, qui nunc totus prodit emendatior. Veniet ad te *Ba-*

bylas, sed Græcè loquens, ut per te di… *Oecolampadius* satis novit Græcè, Ro… nis rudior, quanquam ille magis pecca… tiâ quam imperitiâ. Quod de illo … *Lupsetus*, per alios quosdam audaculos … in uno duntaxat opere, cui titulus, C… *in Matthæum imperfectus*, per hunc … esse compertissimum habeo. Hoc facin… traducetur, tacitis autoribus, nè simili … ctent cæteros autores, quos multos exc… dem excuderunt *Prudentium*. Nunc … *Ciceronem*. Me quidem applausorem ha… non concertatorem. Ad id præstandum … tendis Græcis quod tu præstas, etiamsi … deesset eruditio, deest ocium, desunt … noscant, qui hallucinantem admoneant. … postremis tuis literis nullam esse *Lasca*… tionem. Si rectè valet, facilè … suspicionem. Tantum in præsentia … prolixiùs confabulabimur. Bene vale. … *Basileæ*, postridie Pentecostes, Anno … XXVII.

Erasmus Roterodamus Antonio … *Gurcensi electo* S. D.

Dulabus epistolis me dignata est tu … tas, ornatissime juvenis, ad utra… spondi, non tamen feci paria. Nam pri… ris & copiosis & elaboratis respondi … teris justis, λακωνικώτερον, quòd id temp… occupatissimus, tametsi nunquam no… Qui tuas posteriores reddidit, pollicebatur … diturum ad nos, sed verba nobis … easdem literas post pauculos dies famul… tradidisse cuidam sacrifico. Is si fefell… rei accidit: hic ludus est quotidianus … novo Evangelio gloriantur. Si tertiò … pistis, scito non esse redditas. In alteris … me non satis intellexisse, quid sibi … peteres hominem liberum. Dubitabam … utrum cœlibem velles an ab his sectis … utrumque tamen divinabam. Sed … quam suspicatus sum hunc *Petrum* … Vide quàm non sim curiosus in republica … *Albertus Pius* ante annum miserat … quem nunc edidit *Lutetia*. Secuta est … *Romana* calamitas, nec scire licuit … nam ageret *Albertus*. Ita factum est, ut de … dendo non cogitarem. Vix tandem ex … literis didici illum in *Galliis* agere. … minem epistolio, differret editionem … pisset meam responsionem; aut si id nolet, … peraret illa tam odiosè, sed sine … gesta. Verum jam exierat liber antequam … teræ venissent *Lutetiam*, & huc liber serò … est. Itaque relegendo libro & parand… ni, quinque dierum opera data est. … antea rem ipsius *Marte* non esse gestam, … *tia* Theologorum auxilio adjecit testimo… pturarum. Id deprehensum est ex collatione … codicis quem manu descriptum misera… videbor judex parum integer, attamen … omninò video, multùm abest hic liber ab … doctrináque quam expectabam ab *Alber*… nostra extemporali responsione mitto … duam *Christianam*, quam rogatus dicari … *Cæsaris* germanæ, quondam *Ungariæ* Regin…

hoc argumento mihi non admodum placeo, quòd nec simplex videatur, nec admodum congruens puellæ, quæ, si fallor, aliunde conjugio. Verbis tamen expleri charitas. Sed tamen expectabo judicium, si tamen non gravaberis inter seria studia cura, nonnunquam adhæc velut avocamenta diverrere. Mihi perquàm incommodè incidit hæc empestas, quòd quum ea sit corpusculi imbecillitas, ut nec anodynissimâ parte veris sim vinum, ubiculum, aut cœlum mutaturus absque summo vitæ periculo, nunc hyberno cœlo cogor nidum, ui jam annis ferè octo assuevi, deserere. Et cum ypocaustis nihilo melius mihi convenit, quàm morte, cum; & tamen jacienda est alea, quicunque rit eventus. Verum hoc silere tutius arbitror lurimis de causis. Sunt & hic & foris, qui mihi minitentur. Onerâssem hunc qui reducis equum *Patri* tui pluribus libris, si certus fuissem illum non recusaturum sarcinam: id fiet aliàs, si tibi non ingratum esse sensero. Interim sopitet te cum tuis mnibus Dominus *Jesus*. Datum *Basileæ* sexto das Martias, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Bernardo Episcopo Tridentino S.

ORnatissime Præsul, Scio me jam meritò tibi videri importunum, qui vos tantis negoiorum molibus tantùm non obrutos, meis literis erpellem. Sed paucis expediam. Misi nuper *dephonum* quendam, non multò cordatiorem *Homerico Cyclope*, neque minùs bibacem, ut libelum *Mariæ* dicatum perferret in *Ungariam*. Hoc im muneris sic ambiebat, sic imminebat, sic gebat, ut existimem me duodecim illis aureis os in viaticum dedi, parvo mihi redemisse quim. Nunc mitto similem libellum Serenissimo gi *Ferdinando*, cujus nonnulla ibi mentio, quem prudentia in tempore illi exhibebit, si modò dicârit intantis negotiorum undis, ullum dari ium ad hæc respiciendi. Adfert autem libellum nul cum literis *Christophorus Carlevitzius*, juvegenere nobilis, sed alienissimus ab omnibus vi, quibus hoc hominum genus ferè solet laboe. Est enim mihi illius ingenium domesticâ nsuetudine penitùs perspectum. Latini sermotam exactè peritus, ut me non pudeat illi palm cedere, nec literaturæ Græcanicæ rudis, tum prudentia juris non infeliciter versatus. Accedit dotibus rara quædam morum sobrietas modeque. Non dubito quin plurimi ambiant sese inere in famulitium Serenissimi Regis, sed hujus iles arbitror esse perpaucos. Hunc itaque si non raberis pro tua solita humanitate tradere Regi, eberis mihi non minùs optimi Principis consulle commodis, quàm hujus juvenis. Sin aliter m erit tuæ prudentiæ, nihil hâc meâ commenione gravaris. Nos hîc valemus, non ut volus, sed ut possumus. Utinam divina bonitas c morbo remedium aliquod inveniat absque lo. Sunt enim interdum ejusmodi remedia ipmorbo graviora. Reliqua cognosces ex *Carlezio*, si dignaberis illum tuo colloquio. *Christi* ius adsit vestro concilio, nobísque per vos pro tempestatibus tranquillitatem aliquam largiri etur. Bene vale. Datum *Basileæ* pridie Idus rtias, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Simoni Pistorio S. D.

MIseram nuncium ære proprio conductum, quem arbitror apud vos fuisse, nondum enim rediit. Nunc scribendi occasionem dedit *Christophorus Carlevitzius*, quem antea timidè commendâram illustrissimo Principi, semel atque iterum, nonnihil pudefactus meâ commendatione. Sed posteaquàm hunc domestico convictu propiùs inspexi, penitúsque cognovi, non dubitâtim illum cuivis Principi meo periculo commendare. Latinè exactè callet, Græcè mediocriter doctus, in Juris quoq; prudentia satis feliciter versatus, adhæc judicii sobrii, moribus commodis, nihil habens neq; fuci, neq; supercilii; in summa, *Thrasonis* illius dissimillimus est. Cogitur relictis Musis, quas unicè adamat, ad aulicam vitam se conferre: Pluriumum fiduciæ posuit in suo Principe *Georgio*, nec ego parùm habeo spei, si modò tua humanitas dignabitur autoritate gratiáque suâ nostram adjuvare commendationem. Quod ut facias, te etiam atq; etiam rogo. Crede mihi penes juvenem dignum, gratumac memorem collocaris istuc officii. Datum *Basileæ* prid. Idus Martias, Anno M. D. XXIX. *Epist.* 26.

Erasmus Balthasari Episcopo Hildesheimensi S.

JAm diu est, ornatissime Præsul, quòd amo tuam civilem benignitatem, non ignarus quantum illi pro singulari erga me favore debeam. Sed hactenus non est oblata occasio per quam tibi vicissim grati animi significationem darem. Nunc obtulit commodum sese juvenis hic majorum quidem imaginibus clarus, sed longè clariot eximiis animi dotibus. Is desiderat tibi notus esse, quem, si non gravaberis cognoscere, incipies sat scio diligere. Ex hoc de statu rerum, tum publico tum meo privatim abundè cognosces, quando tutum non est quidvis literis committere. In me sic fremunt quidam his novis factionibus addicti, tum ex diversa parte *Bedda* ac *Sutor*, Theologi simpliciter furiosi, postremò pseudomonachorum phalanges nihilo saniores, ut ni Principum favore sublever, non possim subsistere. Nullorum enim improbitas tantum apud me valebit, ut ab Ecclesiæ consortio recedam. Utinam quemadmodum Serenissimi Regis adventus bonos omnes in spem erexit, ita favente *Christi* spiritu, hanc rerum tempestatem vertat in tranquillitatem. Bene vale. Datum *Basileæ* Idus Martias, Anno M. D. XXIX. *Epist.* 27.

Erasmus Roterodamus Francisco Vergaræ S. D.

ONimium verum dictum, *Homo bulla*. Scripseras alacer, rescribis ægrotus: satis rectè valens accepi tuas literas, nunc afflictus respondeo. Corripuit enim me tenacissima quædam pituita, nec sine febri, nec sine vitæ periculo; hoc pacto me salutavit Martius. Atque interim tamen molimur migrationem, cogimúrque è nido, cui tot annis assuevimus, evolare. Veremur enim nè quando exemplum in divos ac divas editum, in nos recidat: præterea stultissima quidem, sed mirè pertinax *Epist.* 28.

tinax suspicio quosdam habet, mihi clanculum cum his sectis convenire, quum ut quisque est illis addictissimus, me oderit pessimè. Capitis itaque discrimen capitis discrimine fugiendum est. Sed nè nihil ad tuam epistolam, *Franciscè* charissime, si missa epistola non aliter obstringit accipientem quàm numerata pecunia, tu danista es, qui prior epistolâ tam prolixâ, tam eruditâ, tam amicâ provocaris. Ego verò quum usuram quoque deberem, vix sortis dimidium reposui, nimirum pro bene Græca malè Latinam, hoc est, ἀντὶ χρυσοῦν χάλκια reddidi. Quòd si hoc mecum qualecunque referendæ gratiæ studium acceptum tulit tua humanitas, rursus isto quoq; nomine debeo. Tu tamen non solùm liberas debitorem, sed ultrò etiam te mihi profiteris obligatum. Nihil erat quod excusares, sed si quid esset maximè, malim mihi esse quod jure tecum expostularem, quàm tibi tam bonam esse purgandi tui causam. Quis fuit ille morbus tam tenax, tam invidus, qui juvenem studiis juvandis natum, ultra annum lecto affixum detinuit? Quanquam arbitror te jamdudum convaluisse. Tuas enim literas prid. Cal. Jul. *Madriti* scriptas, Martio demum accepi. Nos sanè hìc vivimus, non ut volumus, sed ut possumus, & vereor nè succedant acerbiora, si ventum ad arma fuerit, quòd videntur hactenus spectare prœmia. Utraque pars fidit suis viribus: sed varius belli eventus. Utinam *Christus* ἀπὸ μηχανῆς huic fabulæ lætam addat καταστροφήν. Posthac, mi *Franciscè*, nec numerandis nec appendendis epistolis inter nos certabimus, sed merâ animorum benevolentiâ, quæ si prolixa perpetuáque sit, non ita magni referet, quàm breves aut raræ veniant literæ, quanquam hunc quoque fructum amicitiæ vehementer optamus accedere. Dominus te servet incolumem. Datum *Basileæ* XVI. Calend. April. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Alfonso Valdesio S. D.

Epist.29. DE *Pantalabo* serò monueras, aut ut melius dicam, serò mihi redditæ sunt tuæ literæ, circa Nonas Martias, quum absolutum esset quicquid ad *Francfordiensem* mercatum erat deportandum. Idem libellus clàm absque typographi nomine excusus *Lutetiæ*, per amicos ad me missus fuerat paucis ante diebus. Addiderant præfationem ad ejus ordinis principem Cardinalem, sed sustulerant quædam quæ sciebant apud *Gallos* ipsis obstutura, mihi profutura, id quod ex *Hispanici* libelli collatione deprehendi. Ex meis ad Regem *Franciscum* literis, quarum exemplar ad te mitto, tantum decerpserant, mentitur iniquum Cæsarem. Hoc *Gallus* non intelligebat. Si dixissent iniquas conditiones, probâsset etiam. Quod sequebatur ex colloquio puerpera desumptum, prorsus omiserant, quoniam sciebant *Gallorum* aures nullo pacto laturas. Illic ludens *Eutrapelus*, ut ostendat Deum satis habere negotiorum etiamsi non obstetricetur parturientibus, inter cæteros Principum tumultus dicit, *Cæsar novam totius orbis molitur monarchiam.* Tota calumnia est in voce, *nova*, quasi fuerit unquam aliquis totius orbis monarcha præter Deum, quum hodie nondum totus orbis habeatur cognitus, nec ea pars quæ cognita est, unquam uni paruerit. Non hìc disputo de Cæsaris monarchia, sed quàm stolidis argumentis ille jus adf... Quod sol, inquit, est in cœlis, hoc Cæsaris: Atqui Jureconsulti qui hanc intentionem cum aliis multis invexerunt, cem faciunt solem, Cęsarem lunam, barem exemplum, si quemadmodum gabili motu, universum terrarum orbem lustrat, & conservat, ita unus homo orbis nationibus prospicere. Deinde, inquit, præfert monarchiam aristocratiæ; si quis inveniatur omnium optimus ac mus: sed monarchiam appellat, non sed suæ cujuspiam ditionis; veluti *cedæmoniorum*, *Athenienſium*, &c. Nec vetat, unius civitatis esse monarchiam. ex *Homero* solent adferre,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,

De unius exercitûs imperatore loquitur. men potestas non erat absoluta, nisi quod ipsum indicat *Aristoteles*. Sed inquit, probavit autoritatem Cæsaris, *&c.* Si *Christus* docuisset in *Sabaudia*, & casione fuisset illi exhibitum Ducis xisset, Date Duci quæ sunt Ducis, acumen hominis, qui se jactat in Logica & Metaphysica versatum. Hoc, ut dixi re, sed de hominis insigni stultitia. miror inter tot hominum millia ausit scribere: illud magis admiror, locis excudi à *Franciscanis*, nec eos quàm se bonis ac doctis propinet Unde liquet hoc genus aut insignite dum, aut pessimè sentire de genere Quid quod toto opere fingit me religionum piarum, quod alicubi dam irreligiosam superstitionem Docere aut monere apud illum est tire est infamare. Dein, nunquam ba ut habent, sed aut truncat, aut Ad hæc, perpetuò quod dictum est tuórve malos, detorquet ad universos ties repetit insigne mendacium, quòd guam bonos à malis, quum id vix ciam. Hæc est illa mera simplicitas qui fluxit è paradiso. Videor mihi gere quis sit autor libelli. Testatur in *Anglia*, *Gallia*, *Germania* & *Hispania*, tamen stomachetur in mundivagos. complures adiit me *Franciscanus* quidam, indole liberali, promptè loquens Latinè, omninò rudis Græcę literaturæ, deinde dam præditus facundiâ. Exponere *lia* quid molirentur Theologi, quid dem & hortari ut in tempore prospicerem, unum ex his qui meis commodis rent. Hunc campum ingressum revocavi partim quòd adesset *Guardianus* tim quòd ea quæ narrabat certiùs rum literis omnia cognovissem. Placuit doles, ac statueram illi deferre domus tium ad aliquot menses, si fortè voluisset que ipsum ad prandium vocavi in diem *Guardianum* non vocavi, quo liberiùs confabularemur. Venit, sed comitem *Thrasonem*, natu grandem, quem simulabat laicum, quum, ut post rescivi, fuerit sacerdos mecum cogeretur loqui Latinè. Hujus

nissimo fastu adeo sim offensus, ut amor ille meus in juvenem refrixerit. Peracto prandio repetiit quod pridie fuerat orsus, indicans in animo esse peragratis regionibus, doctis innotescere. Nam attulit duas schedas commendatitias, alteras à *Badio*, alteras à *Budeo*, quas satis apparebat extortas esse. A me flagitabat, ut ipsum amicis meis omnibus commendarem, ac didicerat quos quibus in locis haberem, videbatúrque paratus quovis ire gentium, modò à me commendatus. Hic excusavi multa, sed præcipuè quod non esset consultum hominem ignotum talibus viris tradere, eam rem mihi non rarò parùm feliciter cessisse. Alleganti schedas commendatrices, recitavi eas, quæ testabantur hominem & ipsis ignotum esse. Instabat ut saltem duobus aut tribus præcipuis commendaretur. Negavi me id facturum. Tandem petiit aliquod epistolium velut ad ipsum manu meâ scriptum, quod circumferre posset. Id etiam cum stomacho negavi. Nam his artibus non semel delusus sum ab istis erronibus. Interea nunciat famulus duos adesse viros eruditos, quibus cum peragendum erat de nostro testamento, quod hic bene condere difficillimum est. Illis occurrentem interpellavit, ut saltem eleemosynulam, nam hoc usus est verbo, darem: ego alibi intentus, jam dedi, inquam, putans futurum ut ad me rediret tempore commodiore. Visus est post bidum in hac civitate, multa molitus est ad corradendum aliquid nummorum, sed ad me non rediit. Hic eo libello ultus est suum dolorem, nisi me fallit suspicio; Nam ordo ille vix habet alium, qui tantum possit Latinè. Nec est de genere *observantium* quos vocant, sed *coletarum*, id quod post ex *Franciscano* quodam cognovi. Est autem, ni fallor, *Brabantus* aut *Gelrius* genere, nec dubito quin hunc sit in *Italia*, aut in *Ungaria*, donec peragat suam periodum. Vidi quantum periculi sit quicquam illis negare. Quanquam hic unus est, quem absque viatico dimisi, tametsi frequenter sum à sordidissimis impeditus. Risi librum in crucem actum. Istis rationibus vincentur citiùs quàm apologiis. Sic *Lovanii Germanus* quidem *Lei* librum in me scriptum, quem in bibliotheca *Franciscanorum* reponendum locaverat, intus ac foris excrementis humanis oblevit atque incrustavit, ut dies aliquot tota fœteret bibliotheca: percontantibus qui ingrediebantur, quid esset hoc putoris, excussis omnibus angulis nihil repertum est. Tandem sagacior aliquis sequutus vim aromatis, reperit fontem. *Guardianus* voluit librum ostendere populo, voluit ferre cæcum fulmen in autorem: quanquam inscio me res tota peracta est, nec autorem novi, nisi huc reversus. *Hermannus* comes à *Nova Aquila*, indignè tulerat se notatum ab *Jacobo Hochstrato Dominicano*, is erat *Rabinus*, Prior monasterii quod *Colonia* sanè quàm magnificum est & opulentum. Non potuit hominem compescere, donec illius cognati denuntiárint *Dominicanis*, nè posthac colligerent caseos in ulla ditione vel Comitis vel cognatorum illius. Illi rati minas esse inanes clàm tentârunt solito more venire ad ova & caseos. Factus est in illos impetus terribilis. Hoc damno totum annum mulctati sunt; itaque factum est, ut *Jacobus* à suis coactus pacis leges acceperit. Habeo illius palinodiam, in qua cum recitet verba plena contumeliæ quæ scripserat in Comitem, tamen affirmat ac propemodum dejerat, se semper de Comite præclarè sensisse. Bella palinodia, scurrâ quàm Theologo dignior. Illud in fatis meis esse video, mi *Valdasi*, à nullis gravius lædor, quam ab iis qui favent sedulò magis quàm prudenter. Quidam *Lutetiæ* emisit epistolam ἀνώνυμον in mei patrocinium. Ea res excitavit *Beddam* simpliciter furiosum, ut in me bilem suam rursus evomeret. Itidem apud vos epistola nescio cujus excitavit pseudomonachos, qui *Pantalabum* oratorculum subornârunt. Nihil unquam erat mihi tragœdiæ futurum cum Theologis *Parisiensibus*, ni *Berquini* cujusdam vehementer, sed imprudenter amantis studium illos in me provocâsset, suo pariter ac meo malo. Ducitur fortissimis consiliis, sed infelicissimis. De colloquiis damnatis, scholasticus erat ludus. *Colinem* quidam exciderat, ut aiunt, ad vigintiquatuor millia colloquiorum in modum Enchiridii, sed eleganter. Id fecerat non studio mei, sed amore questûs. Quid multis? nihil erat in manibus præter colloquia. Præcesserat nescio quis rumor, fortè à typographo studiosè sparsus, fore ut hoc opus interdiceretur. Ea res acuit emptorum aviditatem. Itaque *Bedda* fortè nactus Rectorem suæ farinæ, & adhibitis aliquot conjuratis, curavit hoc edictum, quod propriè pertinet ad solennes collegiorum lectiones, per quas itur ad gradus scholasticos. Nam quòd in omnibus collegiis jam traditur Grammatica, questûs causâ factum est, sed magno studiorum detrimento. Hujusmodi technis ludunt frequenter. Edictum tamen nullam facit hæreseos mentionem. Fieri potest, ut displiceat illis oratio parum *Latina*, nolimque hoc studio lectu digniores autores è juventutis manibus excuti. Sed atrociorem rumorem pertulerant in *Saxoniã*, sex Episcopos designatos in *Gallia* ad pronunciandum de libris hæreticis, quorum princeps esset Archiepiscopus *Rothomagensis*. Per hos fuisse damnatos libros meos, & in publico exustos foro, precium autem supputatum ad 50. coronatorum millia. His technis stolidum monachorum genus sibi pollicetur victoriam. Nituntur alio stratagemate. In omnibus regionibus habent aliquot *Franciscanos observantes*, nam his adhuc nonnihil tribuitur ob qualemcúnq; speciem sanctimoniæ, qui in concionibus ac publicis prælectionibus subinde perstringant nomen *Erasmi*. *Lutetia* habent *Petrum Cornutum*, in *Sabaudia Joannem Gacchum*, qui tamen posteaquam Duci per literas de illo questus fueram, sanctè dejeravit mihi, respondens, se nunquam nominâsse *Erasmum* præceptorem suum, nisi sicut oportuit honorificentissimè. In *Anglia* habent *Joannem Standicium*, nunc Episcopum. *Lovanii Titelmannum* quendam juvenem mirè glorioſum, quod illius indicant *Progymnasmata*: utinam tantum possit quantum sibi tribuit. Sunt & in *Polonia* & in *Ungaria*, nec usquam proficiunt, nisi in pejus. Ubique decrescit illorum tyrannis. Quantò Christianiùs agerent, si converterentur ad studium veræ pietatis, & omitterent jam nimis notam hypocrisim? Triginta florenos accepi menſe *Februario*. Scripseram enim ad *Bartholomæum Vuelzerum*, simulque monueram de ducentis ducatis. Respondit se nondum accepisse, sed bonâ fide curaturum simulatque acceperit. Circa Nonas Martias

venit fasciculus literarum, omnia geminis exemplaribus. Alteram syngraphan commisi *Hieronymo Frobenio*, qui *Francfordiæ* pecuniam recipiat. Hic me non fugit, quantum tibi debeam, *Alfonse* candidissime, cujus erga me pietas, nusquam non est sui similis. Archiepiscopi literæ tam amanter scriptæ non paulò fuere gratiores quàm ipsa pecunia. Gaudeo mihi scrupulū ademptum de dedicatione. Audebo illi hanc editionem nuncupare, quanquam hoc nec tu significas nec ille. Et arbitror consultius ut uni dicem quàm duobus, nisi tu aliud moneas. Mittam tibi volumina decem, hoc est unum corpus, alterum *Toletano*, tertium *Hispalensi*, quartum *Gattinario*, nisi tu secus jusseris. Opus absolvetur nundinis autumnalibus proximis. Mihi hinc migrandum, idque non sine præsenti vitæ periculo. Sed parendum fatis. Misi totam epistolam meam ad Regem *Franciscum*, unde *Pantalabus* sumpsit ansam calumniandi, quòd me autore Rex defecisset à pactis. Imò ibi consolor Regem ut moderatè ferat adversam fortunam & amplectatur concordiam. Quoniam autem non dubitabam, quin illæ conditiones Regi viderentur graves, hoc enim dico iniquas, ut consoler illius animum, suppositi personam aliorum, cum ita loquor, *Quanquam autem nonnullis pax ista*, &c. & ostendo spem melioris fortunæ à *Christo*, qui solet res deploratas in tranquillum statum reponere, interdum etiam his quos amat immittens calamitates, quòd arcanis suis consiliis intelligat sic expedire, mox adhortor ad servandam concordiam: *Si Christianos monarchas*, &c. Et hic est locus unde probat tot *Romæ* circaque *Romam* clades mihi acceptas ferri oportere, cum eum casum nullus expectaret, nè Cæsar quidem ipse. Sed isti non vident quæ sit scribentis ratio: deinde quoniam vim Latini sermonis nesciunt, crebrò hinc nobis movent calumniam: ve ut hic putat iniquum nihil aliud significare quàm injustum, quum æquitas sit moderatio Juris ab humanitate proficiscens; & quod æquissimum est, id recedat potius à justitia; & quod justissimum est, parum sit æquum. Fortassis expedierit illam epistolam formis excudi, quo magis pudescant isti qui Principes habent pro fungis potius quàm hominibus. Commendâram tibi *Franciscum Dilfum*, qui, num istuc appulerit, nondum ex literis tuis certum potui cognoscere. Alteram syngraphan per *Hieronymum Frobenium* miseram *Francfordiam*, cum mea quietantia, ut vocant, ascripseram si ea non placeret, *Hieronymus* meo nomine scriberet qualem vellet: *Vuelzeri* procurator excusavit, esse syngraphæ genus, ut pecunia numerari non posset, nisi prius à me datis tribus syngraphis quietantiariis. Atqui eas poterat ab *Hieronymo* sumere, sed maluit pecuniam differre. Itaque scripsi *Augustam* ad *Bartholomæum Vuelzerum*, ut nobis, si posset, hac in re commodaret. Dicunt pecuniam non esse numeratam mensariis, sed cuidam negotiatori, qui hoc officii ab illis petit, sic ut illis liceat negare. Interim negotiator utitur pecuniâ. Memini me & olim in *Anglia* delusum simili genere syngraphæ. Vereor nè intra annum non sim recepturus obolum, quum ego jam plusquam totam illam summam partitus sim in eos qui libros ex variis bibliothecis investigârunt, & contulerunt atque enotârunt, quo mihi judicandi fieret potestas. Quòd bibliopolæ meâ causâ sic ades ex animo, gratiam habeo mi *Valdesi* quod beneficium uti perficias te pro[mittis] go. Queruntur tempus trium mens[ium] quàm angustum; Iter longum est, nec [sa]tum, prius quàm merces suas perferat terit dies, ac periclitantur. Nondum est festum bellum, & si esset, tamen studia gna sunt aliquo privilegio, nec ab his est metuendum. *Germani* sunt origine, aliud agunt quàm ut parent unde liberos uxores alant. Scripsi eadem de re *D. Mo*[ro] Cancellario, cui reddes epistolam, si tibi bitur expedire. Bene vale, duodecimo Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Joanni Valdesio S. D.

UT mihi permolestum fuit *Valdesium* tot molestiis ac periculis agitatum esse, magnam voluptatem attulit, quòd ex tuis cognovi te incolumem ex isto naufragio tâsse. Jam non mediocriter me vestram *Hispaniam* tot affligi malis aliquando Deus monarcharum animos amorem convertat. Nè posthac quomodo mihi excuses, charissime silentium: Illud inter nos pactum est, cunque scripsero fratri tuo, tibi ptum esse: dein, quoties ille mihi te quoque responsum esse, quando vos tam gemellos pro unico habeo duobus. Quod epistolium sic neglexptum, inter tua præcipua vicissim istum tam candidum & mum pluris facio, mi *Joannes*, gemmas meas velim reponere, sed mei scriniolo reconditum usque servabo. dem non possum non gaudere tam stere istic, qui nobis ex animo bene Sed rursus molestum est, regionem qui felicissimam tot habere improbissimis differta, qui non mihi amicis etiam omnibus tam odiosè gotium, ut propè magis mihi doleat commodum quàm meum. Tibi tuique bus omnibus ex animo gratulor, qui conatusque vestros omnes in hoc cum elegantia literarum pietatis synceritatem copuletis, quod apud hac à non ita multis tentatum video enim est eruditio si absit pietas? Datum *Basileæ* duodecimo Calendas Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Joanni Vergaræ S. D.

LIteras vestras tertio Calend. Julii ptas, sub Calend. Martii demum geminis exemplis omnes, sed ab eodem *chiore*, & eodem die: quæ per se multò simæ, hoc etiam nomine fuere gratiores, jam desperatio quædam obrepere animo meo: non quòd de vestro studio quicquam addubitarem, quòd, si mihi potuisset accidere, non tur id *Valdesii* mei literæ, vestræ jam benevolentiæ, verum pietatis pletissimæ testes: sed quod suspicabar

statuisse de rescribendo literis meis. Quod significas τῷ βασιλεῖ placere de edendo apologetico meo, quod ipsum augurabar futurum, nec mihi sanè displicet consilium. Non satis memini quod in eo libello τῆς βασιλείας majestatem imminuerim, nam de improbitate quorundam monachorum apud vos, qui se jactant Ecclesiæ nutantis *Atlantes*, dici satis, ut dignum est, non potest, nec apud nos apparet multò saniores. In hos illic detestomachor. Absit autem ut Judicum autoritatem verbo lædam. Nam in *Britannia Cuthberto Tunstallo* episcopo *Londoniensi*, totius hujus negotii summa, ut audio, delegata est, quo non alium magis habeo in ære meo. Itidem in *Gallijs* hujusmodi causarum cognitio ad aliquot summates viros delata est, alioqui *Beddarum*, *Suterum* & pseudomonachorum improbitas omnia commiscuisset tumultibus. Libellus ille sordidè fuit excusus: si vobis ita videbitur, curabimus ut locupletior & nitidior rursus exeat cum dignitate, mutatis his, quæ ut indicant amici, videntur offendere judices. Præfulem tuum arbitror invidiâ majorem, non tantùm ob eximiam amplissimi muneris dignitatem, verùm multò magis ob singularem vitæ integritatem, ob eruditionem eâ fortunâ dignam, ob minimè vulgarem prudentiam, quæ illi apud Cæsarem & optimos quosque hoc plus conciliant, tum autoritatis tum gratiæ, quòd hæ dotes majorum clarissimis imaginibus commendantur. Excellentior itaque est ille, quàm ut quisquam canis ausit allatrare. Tibi verò olim ex me quicquam invidiæ accrescere, si quâ ferì possit, quanquam scio te, quæ tui est animi ingenitudo, non quorumlibet latratibus excitari: tum ingenii tui prudens dexteritas mihi bonam spem porrigit fore, ut si quæ fortasse malæ pestiæ non vereantur obsibilare, nulla tamen ausit mordere, præsertim quum tantum habeas *Ajacem* sub cujus clypeo lates. Postremò brevi futurum auguror, ut te tua virtus in fastigium aliquod evehat, unde possis hoc reptilium genus impunè tutóque despicere. Ego hactenus, otii dulcedine ebrius, omnem fortunæ recessi, cujus animi nunc me serò pœnitet; non quòd displiceat humilitas, sed quòd hoc sæculo ubi quisquam tam sordidus est & abjectus, quin audeat *Erasmum* conspuere, commingere, concacare, sit honos auribus. Ab ea contumelia vindicâsset mediocris fortunæ dignitas. Nunc ea est valetudo, ut ægrè vitam tuear, tantum abest ut dignitati sustinendæ par esse queam. Malitiosa quædam operarum conspiratio fuit impedimento, quo minus hoc verno mercatu prodierit *Augustinus*, decem magnis voluminibus absolutus, in quibus nihil est quod non majusculis formulis sit excusum, id quod factis in *Hieronymo* non esse factum. Id malum cui bene vertit. Non enim ausurus eram hunc laborem dicare Præsuli *Toletano*, nisi certior factus hoc illi fore non ingratum. Nam esse quosdam nonnullos, qui solent hoc genus officiis offendi. Quanquam autem nè nunc quidem vel ex ipsius, vel tuis, vel *Valdesii* literis, certum habeo responsum; tamen multæ res mihi fiduciam adduxerunt, ut quod animo conceperam, audeam. Non est ingratum munus, quod cum studiosis aliquot, qui in conferendis exemplaribus nonnihil operæ subsidiariæ præstiterunt, partiar, imò jam bona ex parte præsumpsi; sic enim interpretor, eam petijsse *Augustino* datum esse, non *Erasmo*. Hæc sæcum negotium à libellis venit ad arma, quantum video rerum procemia. Rex *Ferdinandus* cum *Germania* Principibus consultat. Hic medio brumæ frigore mirè caluit idolomachia, nè musca quidem imaginum relicta est in templis, sublata funditus Missa, ritúsq; Ecclesiastici, nisi quod habetur interdum concio; deinde mulieres cum pueris canunt psalmum germanicis rhythmis compositũ, & interdũ datur panis corporis Dominici symbolũ. Monachi simul & monachæ jubentur ponere sacratũ vestem, aut à iò demigrare. Hactenus tamen in nullius ædes privatas facta est irruptio, & à sanguine temperatum est, quòd utinam sit perpetuũ. Tot enim *Germaniæ*, *Helvetiæque* civitates in hoc fœdus dedêre nomen ut sine res agatur ferro, malim abesse procul. Est quidem magna Principũ potentia, sed ubi reperies militem pro sacerdotũ jure pugnare paratum? Meâ sententiâ res exiit hominũ potestatem, ad divina præsidia confugiendũ est. Ego interim non instrenuum militem præstiti Ecclesiæ, si nihil aliud certè nunquam τὴν τάξιν λιπὼν, & ingenuè professus me ab Ecclesiæ consortio digitum latũ nolle discedere: deinde tribus prælijs cùm *Lutherò* conflixi, idque in ea *Germaniæ* parte, quæ maximè tenebatur hoc novo fervore, quod ante me nullus est ausus, ut tibi *Thrasonem* è comœdia referam. Nam *Parisienses* extra telorum jactum positi mittunt fortes articulos, qui hic tantùm ridentur. Porrò, quidam sic tuentur sua dogmata scriptis & argumentis, ut præstiterit illos omninò siluisse, meâ quidem sententiâ. In *Brabantia* poteram tutò scribere, verùm illic mihi fuisset acrior pugna cum quibusdam penes quos nunc est cognitionis autoritas. Adversus horum ödia tutus esse non poteram, nisi aulæ præsidio: aulam habere faventem non potui, nisi coluissem. At hæc valetudo non patitur, ut cuiquam hominum inserviam. Interim tamen aliquò demigrandum, nec satis video quò. Adeo nusquam affulget spes tranquillitatis. Itaque prorsus juxta *Græcorum* proverbium ὄντος ἀνῃρ, ὅτε μίσει, ὅτε πλεῖν ἐᾷ. Ob cubiculum mutatum, ob aliud vinum, ob vestem mutatam subinde periclitor. Quid futurum censes si relicto nido, cui tot annis assuevi, relictis amicis, quos habeo diutinâ consuetudine perspectos & exploratos, alij veluti mundo me commisero? Sed tamen hoc tentandum est, quicunque sequetur exitus. Nam hic diu manere nihil aliud haberetur, quàm profiteri quod hic geritur jam publicitus, nec dubito quin rumor multum addat veris. Utrique germano tuo respondi. Ab *Helisabetha* virgine salutem lubens accepi, quam illi multo cum fœnore vicissim opto. Bellum est eum sexum ad prisca exempla sese postliminio recipere. Habemus *Angliæ* Reginam fœminam egregiè doctam, cujus filia *Maria* scribit bene Latinas epistolas. *Thomæ Mori* domus nihil aliud quàm Musarum est domicilium. Cæsaris germana *Mariâ* Latinos codices habet in deliciis, cui nuper scripsi Viduam Christianam. Id effagitârat à me quidam Ecclesiastes illi charissimus. Scena rerum humanarum invertitur, monachi literas nesciunt, & fœminæ libris indulgent. Bene vale, Datum *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Alfonsus Fonseca Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum Primas, &c. Des. Erasmo Roterod. Theologo S. D.

QUòd literas tu meas, *Erasme*, inter laborum & infectationum quibus exerceris, solatia numeras, esset sanè quòd ex animo gauderem, tum meâ tum nonnihil & tuâ causâ; ni vicissim dolori esset, ita per quos minimè decebat tecum agi, ut id genus egeas lenimentis, homo recreandis demulcendisque solidò ac vero solatio animis natus & occupatus. Quanquam autem sic rationes tuas instituisse te jamdiu arbitror, ut nec istiusmodi casibus magnopere quidem permoveri, nec eorum si urgeant, levamen aliunde quàm ex recta synceráque conscientia petere soleas; tamen facis pro tua humanitate & animi gratitudine, dum amicorum studia tanti apud te esse pateris, ut ea nominibus ejusmodi cohonestes. Atque utinam aliis etiam officiorum generibus, non tantum literis molestia te prorsus ista eximere licèret, *Erasme*, crede mihi non ampliùs laborares: Quanquam alioqui causæ tuæ data est hactenus opera non usquequaque pœnitenda, ut videatur jam exortâ superiore anno procellâ non modò mitiùs sævire, sed paulatim etiam cosilescere. Quod si omnino, uti spero, resederit, est quòd juvet fuisse suscitatam. Certè quod in hoc genere seditiosarum concertationum præcipuum est, ut intelligant adversarii, legitimo sibi judicio agendum, non vi & oppressione grassandum: id tu hactenus videris abundè consequutus. Defensionem tuam legimus, sed ut in aliis occupationibus tumultuariè. In ea jucundum imprimis fuit, eam te animi moderationem, magna quidem ex parte (nam ex omni non licet per quosdam dicere) modestiámq; præstitisse, quam ipse uti abs te in hoc genere præstaretur, tum optabam, tum & admoneri te curaveram. Reliquum non est quod judicem, semper sui similis est *Erasmus*. Perge igitur, id quod facis, de Christiana republica melius indies mereri, simulque tibi laudem parare immortalem; de quâ tantum abest ut aliquid sit æmulorum improbitate delibatum, ut contra potiùs ejus fulgor hoc attritu nitidiùs splendescat. *Augustinianarum* lucubrationum repurgatio, cui te operam dare audio, provincia videtur planè te digna. Solus enim is autor ex classicis reliquus videbatur, qui nobis *Erasmo* obstetricante renascereturque; quemq; adeo ipse unum ex omnibus maximè restitutum cuperem, ob insitum animi affectum, quo in ejus heroïs cultum & admirationem jam inde ab ineunte ætate feror. Verùm in tot laboribus tuis, cur non ego ad id te pro virili mea horter, ad quod perficiendum scio te à multis jamdiu summâ contentione invitatum, quodque adeo tu sponte jam tuâ & quidem felicissimè cœperis: ut qui in asserendis vindicandísque Christianis studiis tantum adhuc operæ posueris, tantundem posthac in confutandis novis, aut antiquis potiùs, sed denuò subolescentibus erroribus ponas; quos indies videmus seu noxias herbas plus nimio sylvescentes Dominicam vineam, in quâ tu pro viribus operam exerceas, infestare: adeóque jam gemmis ipsis palmitibúsque officere, ut periculum sit, nè si amplius coaluerint, legitimas stirpes perurant vicio suo atque enecent. Feceris tu quidem rem istâ doctrinâ, istâ pietate dignam, tum [illegible] tot sectis infectæ, tot erroribus occup[illegible] nique dissidiis ac seditionibus laberet[illegible] nanti opem tuleris, ut si Christian[illegible] nimè ratio habeatur, (cujus alioqui [illegible] mum apud te esse calculum) tamen [illegible] rii istius majestas & pulchritudo, [illegible] modò, sed optimum quenque eiver[illegible] rendum ei malo permovere: Quod [illegible] haud dubium quin rempublicam resti[illegible] diem habituri sitis è florentissima [illegible] serrimam ac perditissimam. Frustra [illegible] mihi, vulgari illâ cauisficatione, virum [illegible] tionis tenuitatem excuses: nemini [illegible] sum est, *Erasmum* non modò esse, sed [illegible] omnibus esse huic tanto negotio parem, [illegible] quentiæ modò doctrinæque præsidio [illegible] qui novit orbis quantum valeat, sed [illegible] omnes & autoritatis; quâ plurimùm [illegible] causâ oportet hominem, qui nullis [illegible] rpatum beneficiis auctus, omni etiam [illegible] aditu ad ampliorem fortunam sulpe[illegible] præcluso, in id certaminis non adulesc[illegible] non avaritiæ ambitionisve vitio illec[illegible] dio pietatis adductus discendisse credat[illegible] vix alius quispiam sit descensurus, qui [illegible] dinis sui causam agere, vel pancrat[illegible] servire, atque illis demum vitiis in[illegible] tur, quæ huic potissimùm incendio [illegible] nistrârunt. At plenum periculi est n[illegible] num difficultatis. Aut enim optimat[illegible] sentandum, aut eorum moribus con[illegible] sè faciendum. Quid ergo? ob eam [illegible] veræ pietatis patrocinium deseremus, [illegible] puritati hominum vitia fraudi esse [illegible] quod nos peccamus, illa luere videatur? [illegible] potiùs negotium temperare licebit, [illegible] riorum falsa dogmata, & nostrorum [illegible] res gemino industriæ fructu taxentur, [illegible] saniorem, illis ad sanam omninò mentem [illegible] untibus, pace aliquandò inter Principes [illegible] incipiat tandem nullo tumultu, nulli [illegible] turbatione constitui, componíque [illegible] Sed quid hæc ego ad te, qui ea omnia [illegible] as meliùs? Excusationem tuam, qui [illegible] deprecaris, quando aliud fieri nequit, [illegible] cipimus: & alioqui sat scio tam honesti [illegible] onem, multò tibi meliùs, quàm per[illegible] constaturam, tum ejus consilii fructum [illegible] permanaturum istâ studiorum assiduitate. [illegible] liqua ex parte juvandæ, syngraphamque [illegible] te mittendam curavimus: Dabitur aliquo[illegible] casio benigniùs tecum agendi. Vale & [illegible] *Madriti* tertio Calend. Julias, Anno M. [illegible] XXVIII.

Erasmus Roterodamus Alfonso Fonseca Archiepiscopo Toletano S. D.

PAulus ille magnus Ecclesiæ propugnator [illegible] vinitùs electum organum Evangelicæ [illegible] phiæ, ille inquam homine major, & cœlestior [illegible] suetus colloquiis, non rarò fatetur ingenti [illegible] dolorem ac tristitiam usque ad vitæ tædium, [illegible] que interdũ literas mittit lachrymis interlitas, [illegible] quirit ex piorum colloquio solatium aliquod, [illegible] catúrq; levari molestiâ satanæ colaphizæ; [illegible]

minùs mirum, si ego qui ad *Paulini* spiritus robur minùs sum, quàm ad aquilam lumbricus humi reptilis, aliquid humanum sentio, multò pluribus malis exercitus, quàm ut his commemorandis velim tanti Præsulis aures onerare. Sunt enim quædam minuta sordidáque, quæ partim numero, partim improbitate graviùs interdum infestant hominem, quàm ingentia mala, veluti cimices, culices & pulices, qui quosdam insomnia nonnunquam ad vitæ tædium adigunt, nonnullis etiam mortem adferunt. Mentiar itaque, Præsul amplissime, si in tanta undiq; allatrantium, lapidantium, mordentium improbitate, dicam me perpetuò vacare omni sensûs ægrimoniâ: sed tamen auxiliante *Christo*, & tentationum procellas gratiæ suæ afflatu temperante, nunquam eò valuit hęc carnis molestia, ut aut de loco deserendo cogitárim, aut animum desponderim, quin potius sentio me ex his hominum insultibus aliquid etiam roboris collegisse. Ita visum est divinæ providentiæ, malorum improbitate abuti ad explorandam suorum synceritatem: contrà, bonorum charitate uti ad consolationem eorum qui laborant afflictionibus, nè deficiant. Nostrum autem est alterum patienter ferre, veluti flagellum à patre nostræ salutis amantissimo adhibitum ad correctionem: alterum gratè amplecti, veluti solatium à propitio Deo immissum ad confirmandam imbecillitatem nostram. Quanquam hic minima doloris pars est mea privata contumelia: quantulum enim detrimenti rebus humanis accesserit, si *Erasmus* quantus est redigatur in nihilum apud homines? Sed illud seriò discruciat animum meum, tantum impiæ malitiæ deprehendi in plerisque Christianis, potissimùm in his per quos oportebat vulgarium condiri fatuitatem. Nec enim video spem ullam orbis ad Ecclesiasticam redituri concordiam, nisi positis humanis affectibus, consentientibus animis agamus *Christi* negotium. Quod si fuerit, meam sortem facilè deplorare desinam. Procellam istam sævire jam mitiùs, sanè gaudeo, neque non intelligo quantum debeam vestræ tum pietati tum prudentiæ, quanquam isti nec consilescent unquam, & ad quamvis occasionem renovabunt tumultus. Habent *Lutetiæ* propugnatorem quemdam *Saulum*, hoc est, turbulentum, hominem adeo non doctum, ut sensu communi careat, sed natum excitandis hujusmodi tragœdiis. Apologiam meam non omninò displicuisse vehementer gaudeo. Moderationem mihi videbar vobis approbaturus, reputantibus quid istorum mereatur stoliditas. Quis unquam vidit tales articulos talibus viris proponi? *Augustinus* totus summa cum dignitate feliciter absolutus, *hisce* vernis nundinis prodiisset in lucem, nisi pertinax quædam operarum conspiratio remoram injecisset. Absolvetur tamen intra menses duos, curabitur ut in sinum tuum quàprimùm veniat, non sine causa tantopere semper abs te adamatus. Solus enim præstat omnes Christiani scriptoris dotes, in docendo sedulus, in redarguendo nervosus, in exhortando fervidus, in consolando blandus, ubique pius & verè Christianam spirans mansuetudinem. Reliqua tua epistola me multis argumentis hortatur vel urget potius nè desim Ecclesiæ, tot sectis atque opinionum diffidiis periclitanti, præsertim apud *Germanos*, ubi conveniebat sub Cæsareæ majestatis vexillis præcipuè florere pietatem Christianam. Id quo facis vehementiùs, hoc magis & exosculor istam animi tui pietatem, cui video, sicut par est, tanto Præsuli dignitatem ac tranquillitatem Ecclesiæ seriò cordi esse: & non vulgarem in me benevolentiam agnosco, quæ tibi persuasit, me ex omnibus præcipuè parem huic negotio, adeo ut jam nihil moreris vulgares illas causificationes de virium mearum defectu. Utinam quemadmodum videmus præsentaneum Ecclesiæ periculum, imò non jam periculum, sed magna ex parte ruinam, ita paratum cerneremus efficax remedium. In his inauditis tumultibus mihi videor agnoscere manum Dei, jámque res exisse videtur hominum potestatem: nec tamen ob id abjeci spem omnem, haudquaquam ignarus, opem numinis in rebus deploratissimis maximè solere exoriri: quam, ni fallor, brevi sentiremus, si concordibus studiis ad Domini misericordiam confugeremus, consiliáque *Christo* digna capesseremus. Nunc alius aliud molitur, vix ullum hìc video qui de vita in melius mutanda cogitet, sed plurimos fieri deteriores, ut nè commemorem tam tenaces Principum iras, præcipuum rei Christianæ malum. Sed quod ad meas partes attinet, isto nomine frequenter appellor etiam à magnis, quorum nonnullis respondi veriùs quàm satisfeci. At talis est hujus causæ ratio, ut omnia scripto committere, nec mihi sit tutum, nec ipsi causæ expediat. Virium mearum defectum possem tibi multis ac magnis testibus approbare, *Stunicâ*, *Latomo*, *Beddâ*, *Sutore*, denique *Luthero* ipso. Sed nolo cum heroe tanto pugnaciter agere. Sit fuerítve in me tantum eloquentiæ, doctrinæ, autoritatis & gratię, quantum hæc causa postulabat, mihi certè nunquam hoc persuaderi potuit nec adhuc potest. Itaque quum primùm hoc malum cœpisset herbescere, magno sanè orbis applausu, ego primus, veluti præsagiens rem in atroces turbas exituram, abstinui à negotio periculoso, licèt tum mirè plausibili, & quos habebam charissimos ab eodem deterrui. Mox quum paulò altiùs exereret caput, iis rationibus mecum egerunt monachi, per quos hujus fabulæ primæ partes actæ sunt, ut mè mallent in *Lutheri* castra protrudere, quam adversus illum in acie stare. Hoc quale fuerit, explicare perlongum sit. Proinde quum reputarem Ecclesiam magna ex parte ad pharisaismum esse collapsam, quem ipsum tamen huic rerum confusioni anteposuerim: quum dubitarem quid divina providentia per *Lutheri* spiritum vellet agere, adhuc enim videbatur vir bonus, cui vicìs iratus pietatis zelo grassaretur, impotentiùs quidem, sed ut cohiberi posset: adhęc cum meam imbecillitatem conferrem cum tot millibus Theologorum, quos multorum annorum usus in hac palestra reddiderat absolutos, inter quos sunt aliquot Ecclesiasticâ dignitate præminentes: ut ingenuè dicam, religione quadam abstinui, nè vel imprudens repugnarem divinæ voluntati, vel pietatis causam redderem deteriorem, si eam tot nominibus impar, susscepissem. Ita tum mihi videbar, ac nunc etiam multò magis video, nec puto me falli. Aliud est enim scribere scholia in *Hieronymum*, sublevando lectori parùm erudito annotationes in contextum Novi Testamenti, rudibus ad qualemcunque scripturarum cognitionem alliciendis: aliud divinarum literarum præsidiis ea tueri dogmata, quibus stantibus cadentibúsve stat cadítve Christianæ Religionis negotium.

Attamen nè tempus omne rixis ac monachomachiis tereretur, *Basileam* me contuli, saltem aliquid moliturus, quod publico vel literarum vel pietatis studio conduceret, ubi me non semper indulsisse somno res ipsa clamitat. Nec tamen interim omninò mutum spectatorem huic me præbui fabulæ. Colloquiis, epistolis, publicatis etiam libris, multos aut revocavi aut deterrui, aut certè moderatus sum. Deinde ex professo manum cum *Luthero* conseruì, & illius toxica jacula pectore oppositò excepi, próque viribus, aut repuli, aut in ipsum etiam retorsi. Idque sum ausus in ea *Germaniæ* parte, quæ propensior erat in *Lutherum*, quàm ipsa *Vuittenberga*, ubi mihi tutius fuisset cum illo congredi quàm hìc. Quantum profecerim nescio, certè ut quisque est hìc sectis addictissimus, ita me attrocissimo prosequitur odio; de his quoque loquor quos olim habui charissimos. Hoc æquiore ferrem animo, nisi interim pars altera nihilo mitiùs sæviret in caput meum, imò aliquanto hostiliùs ageret, posteaquàm in *Lutheranam* aciem semel atque iterum impressionem feci, quasi hoc ipsum illos urat, quod in ipsorum gratiam hæreticus esse nolim. Tales habeo amicos pro quibus depugno, potiùs habent me deturbato, magis etiam periclitari navim, quàm per me incolumem, salvam in portum deduci. Accedit huc quod plerisque non satis est excludi impia dogmata, nisi comprobetur albâ, quod aiunt, amussi, quicquid hactenus ab ipsis invectum est: imò nè hoc quidem satis, extenditur funiculus in diversum, & his quæ ultra modum excesserant, aliquid etiam adjungitur. Jam totum hoc genus ferè situm est in placitis quibusdam Scholasticorum, quæ totidem & iisdem verbis à nobis flagitant quibus ipsi solent ea proloqui, quum tamen in his quoque scholarum inter ipsas magna dissensio sit. Videdam hìc libellos *Latomi*, *Hieronymi*, *Sutoris* & *Bedde* nihil aliud quàm rideri, & animos etiam addere propensis in in hæc nova dogmata; Quin & ipsius *Joannis* Episcopi *Roffensis*, in quo viro nihil desideres, libros prorsus negligi. Post hos ego quid aliud profecissem, nisi quòd irritâssem crabrones? Quod meo periculo sine causæ periculo potui, feci; clàm, palam, publicè, privatim, dictis, scriptis, ac factis testatus sum, me ab Ecclesiæ unitate culmum latum nolle discedere. Postremò, si maximè stringendus esset in illos calamus, id alio loco tentandum erat, nec absque Theologorum subsidio poteram. Hìc solus eram, & si quid tale scripsissem, nemo typographus sustinuisset excudere. Tantos fremitus excitârat libellus *De Delectu ciborum* & *De Confessione*. Redisses, inquies, *Lovanium*. At hìc tenebar atque etiamnum captivus sub immitissimo tyranno, calculo, ut vix unquam domo liceat proferre pedem. Et si per calculum licuisset tam prolixum iter suscipere, eadem causa deterrebat à repetenda *Brabantia*, quæ persuaserat relinquendam. Allegabis aulæ favorem adversus inimicorum molimina. Sed tua prudentia vidit istìc quorundam sordidorum improbitatem, nec Cæsareæ majestati, nec præsulum autoritati cedere. Et aliorum exemplis didici, quàm non tutum sit illis quicquam fidere. Nec usquàm magis regnant quàm apud nos. Gratiæ quidem permultum, & autoritatis nonnihil mihi conciliârant apud *Germanos* bonæ literæ, sed protinus omnis illa gratia versa est in odium, autoritas in contemptum, simulatq; palàm ausus sum illorum instituto reclamare, qui prius eram sydus *Germaniæ*, ac synceræ pietatis vindex, nunc verso, ut aiunt, pollice, favor *Laam*, & doctor asinus. Attamen nè nihil sapere scam eorum quæ mihi tua tribuit subscriptio, ambitione & privato studio, reliquisque vitiis, quæ ut huic orbis malo seminarium ministrare videntur obstare, quò minùs liceat adhibere remedia, puto me satis esse liberum: ac nisi mihi penitùs ignotus sum, non dubitârim hoc corpusculum ignibus tradere, si persuasum habeam id magno Ecclesiæ bono futurum; nec eam jacturam mihi gravem duxerim. Primùm enim quid habet hæc vita mea quod magnopere sit expetendum juxta carnis affectum? Deinde, ut habeat aliquid suave, quantulum obsecro jam superesse potest, etiamsi nullus abrumpat casus? Sed eò res mea provecta est, ut omnia videantur ad arma spectare, quod si fiat, tum verè futurum est quod scribit, ut *Germaniam* habeamus omnium miserrimam & perditissimam: atque id nè brevi fiat, misereor meo, nisi me fallunt omnia. Et utraque pars tantum habet virium, ut incertum sit utri cedat victoria; quæ ut maximè contingat parti meæ, non continget absque immensa sanguinis humani jactura. Quum ferro res geritur, nobis nihil loci, nisi fortè peragendum sit martyrium, quod ego non detrectârim, si res ita postulet. Hoc nihil gloriosiùs dictum videatur, accipe quod minus forsan tamen vero verius. Leviora puto passum Stephanum lapidibus semel obrutum, aut *Sebastianum* innumeris jaculis confossum, quàm me qui tot animi cruciatus linguis confodior, qui venenũ aspidum habet sub labiis, qui lapidor undiq; convitiis. Tot contumeliis citiùs distraherer ab orthodoxorum fide, quàm ullis rationibus avelli possem à fide, quam semel dedi *Christi* sponsæ Ecclesiæ. Quo in statu res meæ hìc sint, non dubito quin multò celeriùs nuntius ad vos pertulerit, quàm hæ perventuræ sint literæ. Mihi vertendum solùm, quod non absque summo vitæ discrimine scio me facturum. Tot suis hic assuevi nido, sed de eventu viderit *Christus*. Nos quod homine orthodoxo dignum est faciemus, potior sit pietatis quàm incolumitatis ratio quoquidem hìc manere, ubi nec sacrificare licet nec corpus Domini conficere, nihil aliud quàm profiteri quod isti profitentur. Quandoquidem *Arrius* obtinet omnes Ecclesias. Monachi novi monachæque jubentur aliò demigrare, aut facem pro stem ponere. Idem fit in multis aliis civitatibus. In templis nihil solitum geritur, nisi quod in nullis semel concionatur hujus professionis factionis: dein pueri cum mulierculis cantant psalmum *Germanicis* rythmis compositum. Hinc illa procœmia. Ego miserè metuo nè pharisaismus succedat paganismus. *Lutherus* habet aliquot articulos, quæ de Eucharistia propemodum sentit cum Ecclesia: sed altera pars habet plures, qui huc rectà tendere videtur, ut totum sacerdotium ac monachismum funditùs aboleant. Anabaptistæ tametsi magno sunt ubique numero, tamen non quam obtinuerunt propriam Ecclesiam. His innocentiâ præ cæteris commendantur, sed à quis quoque sectis opprimuntur, non solùm ab orthodoxis. Subolet mihi multos his admisceri Judæos ac paganos, quorum alteri *Christum* oderunt, alteri nihil omninò credunt. Anguror illos meditari novam quandam de cruce

eratiam, sotáque res agitur callidissimis quorundam consiliis, quorum autores nullus adhuc satis agnoscit: atque ita succedit, ut dicas voluntatem numinis geri, cujus æternâ providentiâ solet interdum malorum improbitate ad suorum emendationem aburi. Id quoties fit, nullum præsentius remedium, quàm agnoscere manum Dei provocantis ad pœnitentiam, & commutatâ in melius vitâ, iram illius vertere in misericordiam. Sint illi locustæ, sint ranæ, sint cyniphes, sint pustulæ, tantùm nè nos simus *Pharaones* & *Ægyptii*. De ignotis non est meum judicare, hîc nec inter sacerdotes, nec inter monachos quenquam vidi, quem tanta rerum tempestas reddiderit pilo castigatiorem. Tantum inhiamus vindictæ, quasi sit humanum quod agitur. Porrò, quòd dogmata separas à corruptis moribus, agnosco prudentiam verè Christianam. Id enim ni fiat, nulla erit opinionum constantia, quando nunquam tam bene cum rebus humanis actum fuit, nec agetur, ut non justissima querela futura sit de plurimorum moribus. Mutare rerum statum proclive est, mutare in melius difficillimum. Quis autem non exosculetur istam singularem veréque piam modestiam, qui nec tui ordinis hominum mores taxari recuses, & emendari, modò qui corruptis dogmatibus desciverunt ab Ecclesiæ contubernio, resipiscant, & ad sanam mentem redeant. De Episcopis non ita magna est querimonia, de *Romano* Pontifice déque his qui sub illius titulo regnant, longè major est; de monachis præsertim mendicantibus gravissima. Jam cor Regum in manu Dei est, quod ille flectet ad pacatiora consilia, simul atque nos illius misericordiam promeruerimus. Interim nos humiles, quod unum possumus, assiduis votis precibúsque fatigabimus Domini clementiam, ut hos inconditos rerum tumultus vertat in lætiorem exitum: nec tamen interim cessabit industria nostra, si quid Dominus per nos omnium infimos agere dignabitur. In hâc causâ mihi necesse fuit reticere quæ propemodum sunt præcipua; sed tamen arbitrabar hoc esse mei officii, tam amico præsuli, meum hac in re consilium, aliqua ex parte approbare: posthac efficiam, ut omnes intelligant mihi synceram mentem, ac propensam animi voluntatem non defuisse. Munus quod tua benignitas ultrò voluit *Augustino* renascenti largiri, cum his partiar, qui conferendis exemplaribus (quo labore nihil molestius) nostram industriam nonnihil adjuverunt. Dominus te nobis servet incolumem. Datum *Basileæ*, VIII. Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Scholasteri Besontino S. D.

NEc erat opportunitas, nec argumentum ad te scribendi, vir clarissime, nisi quòd quum ex amicorum literis cognovissem te, ut es ipse literatissimus, honestissimis studiis humanissimum quendam & benignissimum præstare *Mecænatem*, mei officii ratus sum studiorum nomine gratias agere primùm, deinde etiam meo, quòd pro tuo candore de *Erasmo* sentias amantiùs quàm pro ipsius meritis. Quare hâc epistolâ veluti chirographo me tibi bifariam obstrictum habes, ut si quâ in re dignaberis meâ uti operâ, mihi non sit liberum quicquam recusare, quod modo per me præstari queat: imò nihil accidere poterit gratius, quàm, si quo pacto liceat, tuo animo gratificari. Hunc animum si non respuis, fac *Erasmum* inter tuos saltem gregarios clientulos accenseas: & si quid dubitas, facito periculum. Non morabor te pluribus. Opto tibi læta omnia. *Basileæ* Calend. Aprilis M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Leonardo Officiali Besontino S. D.

QUum hæc scriberem, auriga nunciavit vinum in propinquo esse, hodie, aut cras adfuturum. Ex epistola *Stephani* ad *Hieronymum Frobenium* intellexi nihil aurigæ numeratum isthìc, quod factum gaudeo, pactum tamen fuisse vellem. Petit tres coronatos, eos lubens dabo. Si plus exegisset, dandum erat quantum illi libuisset. Animus iste tuus quem exprimis epistolâ licèt brevi, quovis vino mihi suavior est, tametsi gratissimum est & illud. Opinor tibi communicatas literas, quas ante paucos dies scripsi per famulum comitis cujusdam *Germani*. Eram antea tibi vehementer obligatus, vir humanissime; nunc habes *Erasmum* obligatissimum. Et si tu non porrexeris, tamen à me quæretur occasio referendæ aliquâ saltem ex parte gratiæ, tam obviæ benignitati tuæ. Gratissimum autem fuerit si tu non gravaberis indicare, quâ ratione possim hìc ingrati hominis notam effugere. Nunc mitto *Senecam* non illepidum confabulonem, si quando dabitur ocii nonnihil à tuis gravissimis occupationibus. *Augustinus* strenuè decurrit ad meram, nondum tamen absolutus est. Bene vale. *Basileæ* Calendas Aprilis, Anno M.D.XXIX. *Epist.* 35.

Erasmus Roterodamus Stephano Pratensi S. D.

PRo opera tam diligenter navata, mi *Stephane*, gratiam habeo ut debeo maximam. Utinam hoc adjecisses officii, significâsses quanti pactus esses cum auriga, nunc dandum erit quantum illi libebit petere. Petit autem coronatos tres; vasa nondum vidi. Mitto tibi libros quos petis ab *Hieronymo*, nam is nondum rediit ex *Francfordiensi* mercatu. Scripseram per famulum Comitis, eas literas video nondùm fuisse redditas, quum tu scriberes. Posthac *Stephanum* meum ascribam catalogo non vulgarium amicorum, nec ullum officium à me frustra requires, si quid erit in quo tibi queam gratificari. Bene vale. *Basileæ* Cal. Aprilis M. D. XXIX. *Epist.* 36.

Erasmus Roterodamus Antonio Fuggero S. D.

QUo minùs extat meorum erga te meritorum, vir clarissime, hoc magis debeo isti tam propenso in me animo, támque obviæ & expositæ benignitati, quam ego adeo non contemno, ut libens fatear me non minùs obstrictum tibi, quàm si quicquid offers accepissem. Jam enim me ingenti lucro auctum esse duco, quòd *Antonium Fuggerum*, virum omnium ore celebratum, mihi tam ex animo amicum esse intelligo. Satis ex multorum narratione compertum habebam, *Augustam* esse quæ vix ulli *Germaniæ* civitatum, splendore, opibus, humanitate cederet, & ante menses complures eodem me vocârat urbis vestræ præsul; *Epist.* 37.

sul; vir, ut scis, pietate juxta ac doctrinâ cum primis ornatus: quemadmodum inclytus Rex *Ferdinandus* ante *Viennam* invitârat, pollicitus quotannis florenos aureos quingentos, neque quicquam à me requirens officii: Quem Principem ut habeo meis commodis per omnia faventem, ita vehementer cuperem illi per omnia gratificari. Sed hoc corpusculum ægrè tueor domi manens, ac medicè, quod aiunt, proinde miserè, vivens: adeo ut vestę aut vino mutato statim pericliter, tantum abest ut mihi tutum arbitrer illud longo itineri committere, etiamsi nihil à prædonibus esset discriminis. Huic nido jam multis annis assuevi, & vetulam arborem transplantare veremur etiam *Græcorum* Proverbio: itaque quando hic manere non est integrum, non quòd quisquam exigat, sed quòd qui mihi malè volunt, & quavis ex occasione struunt calumniam, si hìc diutiùs hæream, interpretaturi sint mihi probari quicquid hìc rerum geritur; quod si facerem, possem hìc gratiosiùs vivere his penes quos nunc rerum summa est: Cęterùm id inquam quoniam mihi nec per Deum, nec per Principes, quorum favore sublevor, tutum aut integrum est, decrevi *Friburgum* proximum concedere, quò jam quod erat in supellectile mea charissimum præmisi, atque ibi Senatus domum satis commodam, olim *Maximiliano* Cæsari cœptam extrui, designavit, omnem præterea favorem pollicens. Quin & ipse Rex *Ferdinandus* literis amantissimè scriptis ei Senatui me commendavit. Ac jamdudum illic essem, nisi scelerata quædam pituita me fuisset remorata. Si hoc bene cesserit, audebimus fortassis longiùs provolare. Malim enim quando *Basilea* relinquenda est, longiùs ab illa abesse. Quòd scribis istìc fortissimi simul & prudentissimi Senatus vigilantiâ prospectum esse, ut omnibus libertas manserit incolumis, sanè gratulor vestræ reipublicæ, quanquam huc rumor attulerat isthìc duas aut tres Ecclesias cessisse *Lutheranis*, totidem *Zuinglianis*, quinque relictas orthodoxis, qui civitatis status non potest abesse à periculo. Sed non rarò mentitur fama. Verùm spero Domini clementia per Principum vigilantiam dabit aliquando finem his malis. Non dubito quin meam excusationem sis in bonam partem accepturus, quæ justior est quàm vellemus utrique. Utinam quemadmodum offers viaticum, & annuam pensionem, ita posses & firmiorem dare valetudinem. Sed quod nunc non licet, fortassis aliquando dabit occasio. Interim si quid erit, in quo tibi queam gratum facere, reperies *Erasmum* ad omne obsequium tam promptum, quasi jam tuâ benignitate fuisset usus. Est enim grati animi acceptum ferre, quicquid aliquis ex animo dare voluit. Opto te cum tuis omnibus quàm prosperrimè valere. Datum *Basileæ* quinto die Aprilis, Anno M. D. XXIX.

A nobis interim sedere ad flumina *Babylonis*, non libeat cantare canticum Domini in terra aliena. Sed corpore duntaxat hìc hærentem, animo tecum sumus. Sperabam me ante tricesimum Domini diem *Friburgi* futurum, ut hìc multis rentibus responderi posset, quod piis mortuis responderunt Angeli, *Surrexit, non est hic*. Verùm sub Idus Martias, nullâ evidente causâ, ripuit me pituita quædam, multò tenacior B non sine febri, adeo ut noctibus aliquot menter periclitatus sim, nè præfocarer phlegmate. Ex hoc malo vix dum satis Nunc quoniam indies expectamus *Herbenii* reditum ex *Francfordia*, visum est tius tantisper adhuc commorari: lius operâ tutiùs hinc demigrabimus, & test, ut ille literas adferat, vel ex *Brabantica*, vel è *Spirensi* Concilio, quæ aliò proficisci quàm *Friburgum*. Præsertim C opinor semel quàm bis demigrare. tamen præmissimus quæ in reculis nostris sunt, quæque potissimùm à furibus bus expetuntur, primâ quâque occasione liqua supellectile sequunturi. Interim bis pro templo est, donec cum *Hebræis* ti libertatem restitutis licebit sacrificare no, quod sanè spero futurum propediem. tempestates Domini clementia dabit postquàm illius ira versa fuerit in Nam hujusmodi rerum tumultus, quales D demus, imò perpetimur, nullus opinor fiæ crepundiis ad hoc usque temporis aut legit, aut audivit. Equidem agnosco Providentiam: explorat electos suos, rum igni, tentátque num verè fidant que. Quid aliis accidat nescio, malorum procellæ adeo non labefactant, diderint etiam aliquantò firmiorem: dem in re absit ut quicquam tribuam aut viribus meis, sed agnosco manum E mea imbecillitate suam exerentis potentiam jus voluntati quoniam me semel confido illius clementiam mihi non usque in finem. Ille misericors fundit vinum, ut emordeat purulentia num, infundit & oleum, faciens cum proventum, ut possim sustinere. Id si tandem potuisset hoc corpusculum, hæc tot malorum assultibus esse par? Ut enim tam senectutis per se quidem gravis, F graviſſimæ valetudinis incommoda, quid est testi humano sensui durius, quàm omni ex animis gladiatoriis impeti, idque nullo do, neque fine? Negatur *Hercules* unus monstrorum impetum sustinuisse: At huic muncioni cum tot *Antæis*, leonibus, cancris & hydris digladiandum est assidue, commemorem ista minuta, sed interdum stiora animalcula, viperas, cantharides, culices & pulices. Multi amissâ re constiterunt G laqueum, at erectis & generosis animis precifior est honesta fama quàm pecunia? Scio quàm multos amicos, qui me tantum non adorabant, mihi quum alibi, tum apud *Germanos* pererant bonæ literæ, quâ solâ possessore videbar sat beatus, qui nec opes, nec dignitates unquam ambii. Quis talem possessionem aequo animo? At mihi non solùm ponenda

Eraſmus Roterodamus Lodovico Bero S. D.

Epiſt. 38. AMicorum in *Chriſto* ſynceriſſime, tibi quidem ex animo gratulamur, cui licet Dominicam Reſurrectionem ſpiritualibus, ut par eſt, celebrare gaudiis. Nos hìc noſtrum Paſcha agimus abſque alleluia, abſque victoriali convivio, licèt non ſine lactucis agreſtibus. Videmúrque

rint etiam illud devorandum, quòd quos habe-
m juratissimos amicos, atque ut priscum usur-
em verbum συναποθανουμαι, id est, commorien-
s, eos ferè nunc habeam aut hostes atrocissimos,
e clanculariosinsidiatores. Grave malum, quod
fligitur immerenti, gravius quod bene merito,
avissimum verò vulnus quod venit ab amico.
uanquam interim à nullis atrociùs lædor, quàm
his qui favent, sedulò quidem sed imprudenter. Quis finis undique provolantium libellorum
ibus proscindor? Quæ rabies istorum, quorum
res arma sunt & sagittæ, & quibus venenum
idem sub labiis, quorum lingua gladius acutus?
i cessat horum improbitas? Non in conviviis,
n in privatis colloquiis, non in arcanis confessi-
bus, non in sacris concionibus, non in publicis
lectionibus, non in aulis Principum, non in ve-
culis ac navibus! & ab his intemperiis, nec pudor
os, nec conscientia, nec Principum autoritas,
c toties in os ipsis regesta vanitas potest cohi-
re. Imponunt simplicioribus, parùm bene vo-
es nobis, perpellunt in insaniam, modestiores
unt improbitate. Nusquam non adsunt, lo-
untur omnium linguis, utinam Dei magnalia,
quæ vincunt, nimirum desertâ, quod aiunt,
ulâ: quum ego tantum latinè loquar, & si cen-
n haberem linguas, quid unus valeam adversus
conjuratas phalanges? præsertim quum mihi
sit non solùm cum turmis hostium, verùm e-
m cum his à quibus sto. Nulla est secta, quæ
non capitaliter oderit, sed horum præcipuè
Dominicum corpus nobis auferre conantur, &
nen apud Episcopos quosdam ac Principes insi-
llor, quasi cum illis colludam. Alii queruntur
od non stringam calamum in novorum dogma-
n autores, aliis id videor parùm acriter facere,
desunt qui prædicent me his malis seminari-
ministrâsse. Ut rursus fileam minutos hostes,
anserum, cimicum, culicum & pulicum ritu,
quam non obganniunt, oppurent, obstrepunt
morsitant: qui tametsi venenum non habent,
men improbitate frequenter adigunt hominem
vitæ tædium, nonnunquam & ad mortem in-
nia. Hæc me tot annis perpeti, idque solum;
n amicos, si qui sunt, ferè absterret invidia:
nne tibi videtur durius quàm semel cum *Ste-*
no lapidibus obrui? aut semel cum *Sebastiano*
nfigi jaculis? Ibi cruciatum mors corporis finit,
animus saucius in multas mortes supereſt.
anquam nec ab istorum minis sum liber, qui
rporis interitum moliuntur. Jam nè quod ge-
s malorum abesset, nescio quis siniſter genius
ter bonarum literarum cultores non minus a-
x dissidium concitavit, quàm est inter sectas
fide digladiantes. Ob *Budæum Badio* collatum
etia apidor grammaticorum versiculis. Hæc
s primùm *Romæ* per *Ciceronianos* quosdam ex-
ata, nunc demigravit in *Galliam*. Ab his ut sex-
narius de ponte dejicior, semelque quicquid
tenus habere visus sum vel ingenii, vel eruditionis, vel eloquentiæ, vel judicii, cogor depone-
Atqui plerique sunt hoc animo, ut malint vitâ
m gloriâ decedere. Gloriam si qua est æquis-
o animo posuerim, at pro gloria, ab omnibus
m abjectissimis conspui, cædi colaphis, ac pro-
nodum (sit honos auribus) commingi, concaquonne videtur durius morte? Nec in his
lorum undis, ullus affulget portus huic senectu-

A ti quietus, jam ad nullum hominum convictum accomodæ, nedum aulis aptæ principalibus, nisi nomen dare velim alicui sectarum; quod haud dubiè facerem, si mihi persuadere possem esse pia quæ docent omnia. Id quoniam nullâ ratione nec hactenus potui, nec adhuc possum, satius duco vel cum sexcentis hominum sectis belligerari, quàm ab Ecclesiæ catholicæ contubernio discedere. Quis sit harum turbarum futurus exitus, viderit Do-
B minus; mihi persuasum est, eum perire non posse quisquis in petra immobili pedem fixerit. Probabile est, Dominum his motibus & calamitatibus vellę castigare mores nostros, qui si verum fateri fas est, nimiùm nimiùm defluxerant à syncera pietate; præsertim in his qui videbantur Ecclesiæ columina: non tantùm si respicias ad Evangelici spiritus vigorem, verùm etiam si spectes veterum Pontificum constitutiones, de probitate sacerdotum & clericorum editas, quas innumeras
C *Joannes Gersonus* in quodam opusculo commemorat. Quantum porrò nostrorum temporum mores, etiamà *Gersoni* seculo recesserunt? Olim Dominus per ranas, locustas, cyniphes, aliásque pestes invitavit *Aegyptios* ad pœnitentiam, verùm me divinâ ope fretum, nullus dolor aut vindictæ cupiditas huc perpellet, ut vel locusta velim esse vel *Pharao*. Castiget sponsus sponsam suam suo arbitratu, novit enim quid illi expediat; nulla res vel tam blanda, vel tam atrox erit, quæ me dis-
D trahat ab unicæ columbæ consortio. Hominum malitia rem auferre potest, famam auferre potest, vitam auferre potest, pietatem, quâ nihil melius, auferre non potest, nisi prodamus ipsi thesaurum nostrum quem habemus ex sponsi munificentia. Proinde tutissimum arbitror illi medico totos nos committere; novit plastes suum figmentum, novit figulus vasculum luteum quod deformavit: fingat, refingat, frangat, comminuat, non potest in æternum perire, quod illius digitis concreditum
E est. Sive porrigit amarum absinthium immissis tristibus, sive blandioribus fovet remediis; deniq; sive secat, sive urit, dubium non est, quin ut fidelis & amicus medicus, nostræ salutis peragat negotium. Ille nimirum solus est, qui potest & solet etiam occidendo vivificare; verè juxta *Graecorum* vetus proverbium ἵνως ὁ σφάζων, id est, benevolus mactator. Hic fortasse me rogabis, num qua titillatio sollicitârit aliquando mentem meam, ut in aliquam factionem concederem. Equidem
F non gravabor me totum aperire, tam exploratæ fidei amico, meósque affectus in tuum sinum effundere. Interdum quum meo cum animo reputo, tam perversam tamque pertinacem quorundam malitiam, tangor interdum humano quodam sensu, vindicandi cupiditate: sed ea tam leviter perstringit, ut ultra summam animi cutem nunquam penetret, pungátque tantùm, non vulneret. Mox enim carnis affectum reprehendit spiritus, hunc
G in modum; Quid sibi vult tam impia cogitatio? Túne ut hominum malitiam vindices, impias manus mittes in matrem Ecclesiam, quæ te sacro lavacro genuit *Christo*; quæ verbo Dei pavet, quæ tot sacramentis fovet vegetátque? Túne ut improbos lædas, ipse fies improbus: & ut temporariam injuriam ulciscaris, animæ tuæ jacturam facies, nunquam recuperabilem: & dum hosti nocere studes, ipse tibi quovis hoste fies nocentior? Respice corpusculum tuum, supputa quantulum in

vitæ

vitæ tibi superſit. Quum portum teneas, ultro tè in mare præcipitabis? Nulla vindicta ſpecioſior, quàm ut teipſum quotidie reddas meliorem. Totus hic tumultus temporarius eſt, urget quod æternum eſt. Hoc, hoc age. Hujuſmodi cogitationibus facillimè diſcutio carnis affectum, qui citra periculum occurrit interdum: ſed tamen efficit ut meliùs intelligam, quod accipio, *Arium, Tertullianum, Vuyclevum*, alioſque nonnullos, invidiâ clericorum & improbitate quorundam monachorum à Chriſtiani gregis communione receſſiſſe, privatúmque dolorem in publicum Eccleſiæ malum emiſiſſe. Ego citiùs & famam &, vitam poſuerim, quàm ad facinus tam impium deſcendam. Qui ſic animatus eſt, opinor non facilè prolabitur in hæreſim. Atque utinam liceat his tantis Eccleſiæ malis, hujus vitæ diſpendio mederi. Nam quod nonnullis ſub obtentu zeli mea ſcripta falsò criminantibus liberè reſpondi, non vindictæ cupiditas huc me perpulit, ſed pietatis zelus adverſus malitiæ zelum excitavit. Aliud eſt hæreticum errorem tueri, aliud hæreſeos calumniam depellere. Ad alia convitia obticeſcere fortaſſe lenitas eſt, verùm ad impietatis crimen eſſe mutum impietas eſt, ſi conſcientiam habeas à crimine liberam. *Paulus* jubet & ore fieri confeſſionem ad ſalutem, at negandi genus eſt non habere linguam adverſus intentatam hæreſim. Nec obſcurum eſt quàm frivolas ob cauſas iſti primùm in me coorti ſint. Provexi linguas ac politiores literas, magno rei Theologicæ bono, quibus nunc ſe fingunt favere, quum annis plus quadraginta nullum non lapidem moverint, ut eas profligarent ac ſuboleſcentes obruerent. Atque hoc eſt hujus tragœdiæ ſeminarium. Adhortatus ſum theologos, ut omiſſis quæſtiunculis quæ plus habent oſtentationis quàm pietatis, conferrent ſeſe ad ipſos ſcripturarum fontes, & ad veteres Eccleſiæ doctores. Cæterùm ſcholaſticam Theologiam non ſublatam, ſed puriorem magisque ſeriam eſſe volui. Hoc, niſi fallor, favere eſt, non lædere. Adhortatus ſum monachos, ut verè ſtudeant eſſe quod dicuntur, hoc eſt, mundo mortui; minùs fiderent exteris ceremoniis, magis amplecterentur veram animi pietatem. Utrum hoc eſt odiſſe monachos, an bene velle potiùs? Notavi quoſdam qui vota temerè ſuſcipiunt, item alios qui rudem ætatem artibus in naſſam illiciunt: iſtos qui ſine gravibus cauſis, ſine Pontificum autoritate deſerunt inſtitutum ſuum nunquam probavi; imò multos vacillantes vel conſolatus ſum, vel confirmavi. Traduxi præpoſtera judicia, unde ſcatet præcipua peſtis Chriſtianæ religionis. Hoc opinor eſt illam juvare non lædere. Sæpius optavi Pontifices, Cardinales, & Epiſcopos tales ut in his reluceret apoſtolica pietas; nunquam mihi venit in mentem quenquam de ſuo gradu deturbandum eſſe. Nunquam contempſi neque contemnendas docui conſtitutiones ac ritus Eccleſiæ, ſed prætuli præcepta Dei, & commonſtravi à ceremoniis profectum ad meliora: & ſi quid in hiſce rebus irrepſiſſet hominum negligentiâ, indicavi quomodo poſſet corrigi, id quod non rarò fecit Eccleſia. Nullum Eccleſiæ ſacramentum non ſemper veneratus ſum, quanquam de Matrimonio veteres diverſa ſenſiſſe animadverto. De Confeſſione ſacramentali nunquam dubitavi, quin eam religioſè, velut à Chriſti ſpiritu traditam, putârim obſervandam; nec unquam miſis ſuris ad Chriſti menſam accedere, aut ea [illegible] cedere, niſi ſacerdoti confeſſus quæ [illegible] ſcientiam: tantùm hæc qualis [illegible] ab ipſo *Chriſto* prodita fuerit dubitare magnopere faveam, ſi quis hoc argumentis futabilibus poſſit evincere. De Miſſa [illegible] nunquam ſomniavi. De Euchariſtia [illegible] argumentandi finem, tamen mihi [illegible] ſuaderi potuit neque poterit, *Chriſtum* [illegible] eſt, qui charitas eſt, tamdiu paſſurum [illegible] ſponſam ſuam hærere in errore [illegible] nando, ut cruſtulum farinaceum pro [illegible] ret. De verbis quibus conſecramus [illegible] ſideravi, fateor, pleniùs edoceri. Verùm [illegible] modi ſcrupulis facilè ſoleo in Eccleſiæ [illegible] judicio acquieſcere. Dogma quo [illegible] tribuunt poteſtatem conſecrandi [illegible] ordinandi, ſemper habui pro manifeſta [illegible] ſectis & ſchiſmatibus unicè ſemper abhor[illegible] hactenus ulli me addixi factioni, [illegible] cauſæ protruderent; nec ullos mihi [illegible] pulos, ſed ſi quos nactus ſum, *Chriſto* [illegible] lud potiſſimùm me lædit apud quos[illegible] neſcire pudet & piget diſcere, quòd [illegible] onibus meis multa indigo à doctor[illegible] rum temporum perperàm intellecta [illegible] ciendos ſegnes ad Chriſtianæ philoſo[illegible] novum teſtamentum ſermone p[illegible] explanavi. Nam iſti quanquam [illegible] chrè latini, quod vitent ſolœciſmo [illegible] (tametſi nè hos quidem ſatis vitant) [illegible] guæ *Romanæ* deliciis plurimùm ab[illegible] gnoſcunt proprietatem & emphaſin [illegible] agnoſcunt tropos & alluſiones, qu[illegible] venuſtatis & gratiæ addunt orationi. [illegible] penumero fit, ut cum idem dicam, [illegible] iiſdem verbis dicuntur quibus illi ſole[illegible] bent, mea reprehendant. Utinam [illegible] laſticis illis placitis, ad quæ nunc velu[illegible] nes exigunt ſcripturarum intelligen[illegible] ſcholæ conſentiant. Probetur ſanè [illegible] genus, ſed in diatribis ſcholaſticis, [illegible] cunque verbis rerum ſubtilitas exp[illegible] in concionibus & in his libris qui par[illegible] lùm ad docendum, verum etiam [illegible] affectus, dictu mirum, quàm illa frig[illegible] eos verò qui munditiem orationis re[illegible] ſunt etiam ac nauſeæ. Quòd ſi civil[illegible] fuiſſent linguas & politiores literas, [illegible] ſtudia rectiùs haberent, nec his trage[illegible] concuſſus orbis. Porrò, quòd mundi [illegible] confidunt, iſtiuſmodi tumultibus omn[illegible] nidem ſuam & veterem ſophiſticam ac[illegible] ſimul cum ſuperſtitione poſſe reſtitui, [illegible] fallunturmeâ quidem ſententiâ. Aut ſic[illegible] Pontificum & Cardinalium opibus & [illegible] rum copiis hoc incendium reſtingui poſ[illegible] or ut ſuccedat, & ſi ad tempus opprimatur, [illegible] erupturum eſt. Nam quî fieri poteſt, ut [illegible] medeamur morbo, quæ morbo dedere [illegible] Suum quiſque trahit funiculum, unicus [illegible] omnes trahamus funiculum, videlicet *Chriſti*. [illegible] oportuit quenquam ob hominum impro[illegible] res à piis Eccleſiæ dogmatibus recedere. [illegible] eſt prudentiæ Chriſtianæ ſtirpem ac radi[illegible] rum malorum ſemel excindere, nè facilè [illegible] repullulaſcere. Meam quidem privatam [illegible]

em moderatiùs ferò, quòd sciam eam non fo- diuturnam. Jam enim delibor, & agnosco fu- num vitæ diem haud procul abesse, sed pro- ò publicam Ecclesiæ ruinam non possum non rbe ferre. Si tempestas hæc tantùm eos attin- et, qui dedêre causam, tolerabilior esset. Nunc ot pii sacerdotes, quot integri monachi, quot æ virgines indignis tractantur modis? & si emus proœmia, videntur atrociora imminere, propitii numinis bonitas dignetur avertere, m equidem spero nobis non defuturam, si syn- is animis ad eam confugerimus. Ea consoletur tum & afflictorum omnium, domine & a- e in *Christo* charissime. Datum *Basil.* Calen- Aprilis, Anno M D XXIX.

Erasmus Roterodamus Georgio Saxoniæ Duci S. D.

Ulla singularis humanitas, illustrissime Prin- ceps, hanc me docuit fiduciam, ut ex tempo- incogitantiùs scribam ad tuam celsitudi- n, cum video nonnihil offensam epistolâ meâ, m scripseram III. Cal. Junias, M D XXVII, erissimo quidem animo, sed, ut apparet, rcumspectius, quàm decuit ad talem tantum- Principem. Et tamen similia scripsi non se- Cæsari & *Ferdinando*, qui cognoscentes syn- tatem animi mei, in bonam partem accipi- meam simpliciatem. Cæsaris literas postre- adte mitto. Absit ut ego Cæsarem aut *Fer- dum* sævitiæ insimulem, quibus omnia de- & quorum favore subsisto adversus insultus undam, qui miris cuniculis mihi jam olim untur exitium. Quòd consiliis & incruentis nibus malo sanari pestem hanc, quàm tot ho- um millia occidi, mihi commune est cum *ustino, Hieronymo*, breviter cum omnibus illis stianæ fidei propugnatoribus. Nec hic ago tium hæreticorum, sed Principum & ortho- orum. Videmus quàm latè serpserit hæc lues. ntùm ferro res agatur, multos bonos ac pios ret ea tempestas, & bellorum incertus est us. Si indulgerem humano affectui, hoc est, n malè vellem *Lutheranis*, quàm malè volunt , exhortarer summis viribus Principes ad fæ- m, sed aliud suadet Christiana charitas, aliud ulit humanæ conditionis respectus. Non sem- pectandum est, quid mereatur hæreticorum etas, sed quid expediat reipublicæ Christianæ. è nostrum est semper ad meliora vocare con- , nec ideò tamen minùs licet Principibus uti ure. *Augustinus* toties sollicitè intercessit nè lerentur *Donatistæ* plusquam hæretici. Et in ea pestis non transierat *Africam*. Hic igitur opus est, ut quisquam sævitiæ calumniam à re & *Ferdinando* depellat, quum in iisdem li- fatear hæreticorum improbitatem ad sævi- ti vocare. Dignus igitur sævitiâ, qui huc pro- . De sævitia bellorum nihil sensi, quan- , si fieri posset, optarem & Monarcharum a- t jungeret Christiana concordia, & huc fre- ter sum hortatus Cæsarem. Id si fieri non t, illud precari non desinam, ut Cæsar ac *andus* vincant quàm minimo sanguinis hu- dispendio. Opto ut felicior sit exitus quàm eri videntur proœmia. Si sciret illustrissima elsitudo quas turbas monachi concitârint in *Hispania*, frustra prohibente Cæsare, Archiepisco- po *Toletano*, & *Hispalensi* cum optimis quibus- que, quidque moliantur *Brabantici* quidam *Lutetiæ*, non miraretur, quod aliquid desiderem in mona- chis ac Theologis quibusdam. Nec enim omnes insimulo. Certè multorum inconsulta improbitas plurimùm obfuit Ecclesiæ tranquillitati. Si Epi- scopi cum sacerdotibus, imò si omnes nos ex ani- mo converteremus nos ad Dominum, intelligen- tes hanc esse manum Dei, ipse tolleret à nobis iram suam, & sua misericordia lætum exitum da- ret his tumultibus. Pium est vocum malle mede- ri seductis quàm occidere: & timere, nè severitas Principum adferat gravius morbo malum, non est faventis hæresibus, sed Principibus ac reipublicæ metuentis. Hæc est affectus mei summa, quam ob- secro ut tua illustrissima Celsitudo in bonam par- tem interpretetur; quæ si dignabitur meam epi- stolam relegere, fortasse rectiùs perspiciet quid sen- serim. *Christophorum Carlevitium* illustrissimæ tuæ Celsitudini commendavi, spe quidem optimâ, sed tamen non absque metu, qui semel atque iterum hujusmodi commendationibus fuerat pudefa- ctus. Adero tamen juveni monitor & extimulator sedulus, ut & tuæ expectationi & meo testimonio respondeat, quod illum ut facturum confidam multis adducor argumentis. Is *Dolam* concessit, partim ob dissidia factionum, partim linguæ *Gal- licæ* discendæ studio. Curabo tamen ut accipiat quæ misisti. Mitto exemplar epistolæ Cæsareæ, quam proximam ad me misit. Hæc raptim & ex tempore, quòd is qui fasciculum pertulit, mox ac- cingebatur ad iter. Opto tuam Celsitudinem il- lustrissimam quàm optimè valere. Datum *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno M D XXVIII.

Erasmus Roterodamus Hermano Phrysio S. D.

GRatulor tibi incolumem ex *Italia* reditum, *Epist.* 40.
gratulor felix conjugium, ut utrumque per- petuum sit vehementer optans. Dialogis meis de *Pronunciatione* & *Ciceroniano* adjeci orationem *Rodolphi Agricolæ Mediolani* sicuti videtur, ha- bitam. Nihil ab illo viro proficiscitur, quod non divinitatem quandam spiret. Itaque nolim quic- quam illius intercidere. Hoc studii, mi *Hermane*, debes vel patriæ, vel affinitati. Quare tè rogo ut in hoc incumbas. Nulli magis congruit hoc ma- nus quàm tibi. Opus de *Inventione Rhetorica* quì- dam oneravit Commentariis, juvenis ut appareat nec indoctus, nec infacundus; sed insunt multa περιεργα quædam etiam odiosiora, juveniliterque destomachata. Malim scholia docta, & ad rem fa- cientia. Ni tot oneribus essem oppressus, non gra- varer hanc suscipere provinciam, adeo faveo *Ro- dolphi* memoriæ. Hanc operam si sumpseris, simul & tuum nomen reddes illustrius. Feret hæc alì- quam tibi famæ commoditatem. Socerum tuum *Pompeium Occonem* saluta meis verbis diligenter et. Tu vale quàm optimè. Datum *Basil.* tredecimo Calend. Aprilis, Anno M D XXVIII

Erasmus Roterodamus Adriano Arivulo S. D.

SIluerunt epistolæ, at non siluit amor; interru- *Epist.* 41.
pta est literarum vicissitudo, at non intermissa est

eſt tui memoria, cujus erga me pietatem plenius etiam ex *Franciſci Dilfi* prædicatione cognovi. Hujus convictu mihi fortunatus videbar, niſi neceſſitas illum diſtraxiſſet à nobis, vereor nè ſimul & à Muſis. Quæ hìc gerantur omnia cognoſces ex *Dilfo*, quo mihi licet eſſe breviorem. Si tuæ res ſecundis ventis ſuccedunt, eſt quod ſummopere gaudeam: certè meretur iſte mentis tuæ candor fortunam proſperrimam. Nuper *Oecolampadius* duxit uxorem, puellam non inelegantem. Vult opinor affligere carnem. Quidam appellant *Lutheranam* tragœdiam, mihi videtur eſſe comœdia. Semper enim in nuptias exeunt tumultus. Si quid habes bonæ rei, ſcribe per *Quirinum Taleſium* meum. Bene vale. *Baſileæ* duodecimo Calendas Aprilis, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Roterodamus Alfonſo Manrico Archiepiſcopo Hiſpalenſi S. D.

Epiſt. 42. ORnatiſſime Præſul, Teſtis eſt mihi Dominus, quòd magis ſollicitus fuerim, nè quid tumultûs monachorum improbitas apud vos excitaret, quàm de cauſa mea. Nam me quidem hæc Eccleſiæ diſtidia ſic diſcruciant, ut mihi propemodum optabilior mors ſit quàm vita. Si verè ſpectarent *Chriſti* gloriam, ac pietatis negotium, nequaquam ad iſtum modum publicam tranquillitatem inquietarent. At vereor nè complures iſtorum tranſverſos agat gloriæ ſitis, ac gulæ ventríſque negotium. Dolet minoris fieri quàm ſolent aut vellent, dolet minus licere quàm liberet, dolet pleroſque reſipiſcere, quorum ſimplicitas hactenus illis lucro fuit. Magis autem gaudere debebant de lucro pietatis déque gloria *Chriſti*. In hoc uno oportebat & gloriam, & opes, & autoritatem, & voluptatem omnem collocare, qui ſe mundo mortuos profitentur. Ago gratias Domino, qui per tuam autoritatem inconditos iſtorum tumultus mitigare dignatus eſt. Neque me clam eſt, quantum debeam abſolutiſſimo Theologo *Lodovico Coronello*. *Chriſtus* qui per vos hæc operatur, rependet vobis præmium, nunquam auferendum. Ego patienter omnia tolerans, quæ Dominus immittit, ſeu læta, ſeu triſtia, bonas literas, ac pietatem pro meâ virili provehere conabor, uſq; ad extremum animæ. Erupit in vulgus apologia noſtra, quam ego magnopere premi cupiebam, non tantùm eò quòd ſuſpicabar amplitudinem tuam id malle, verum etiam quòd meâ referret hoc negotium non ſpargi latiùs; quæ res & adverſarios plus ſatis irritatos acriùs exacerbaret, & mihi non mediocrem invidiam conflaret apud plurimos. Verùm hujus casûs veniam deprecor in priore præfatione, quam alteri præpoſui. Dominus amplitudinem tuam ſervet incolumem, eximie præſul, qui per te tuíque ſimiles Eccleſiæ ſuæ pacem ac tranquillitatem reſtituere dignetur. Datum *Baſileæ* duodecimo Calend. Aprilis, Anno M D XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Henrico Botteo S. D.

Epiſt. 43. SI hoc eſt temporis jacturam facere, utinam liceret perpetuò cum candidis amicis miſcendo ſermones bonas horas tranſigere. Nunc dimidium temporis datur legendis epiſtolis, & multis & prolixis, & ſæpe Unde ſtatuarius iſte nactus ſit effigiem ror, niſi fortaſſe habet eam quam *tuerpiæ* fudit ære. Pinxit me *Durerius*, mile. *Hiſpanienſes* monachi tantùm valent, ut ipſi etiam Cæſari, quem odio cham eſſe volunt, ſint formidabiles, ſed ditos nihil lucri referunt præter riſum. Qui fuit hujus tumultûs anteſignanus dum & funigerorum genere, cum pervit quod in Enchiridio laudârim Apoſtolum germanam Theologiam, quæ & Regum & Philoſophorum ſupercilium ſub *Chriſti* miſerit, ſic interpretans, quaſi ſenſerim *Germania* eſſe veram Theologiam. Non monachus apud Archiepiſcopum Toletanum cuſavit me, quod non probarem eos, qui *tuſianos*, qui ob eſum carnium negatum proximum venire in capitis periculum, tans capitis periculum, levem capitis Ventres nec Græcè ſciunt, nec Latinè, eſſe judices ſcriptorum meorum. exiit. Nec minùs ſtolidè furit *Bedda* ſuis, diſſimulans quicquid illi reſponſi per hac de re ſcripſi Senatui, & facultati. Si hæc non eſt fatalis inſania, Sed *Lutheri* monachorum, Theologorum minima pars eſt meorum malorum, riæ inſidiæ longè magis excruciant. Verùm do hæc aguntur arte divinâ, certum eſt ni conſulere. Bene vale. *Baſileæ* quarto Calendis, Anno milleſimo quingenteſimo octavo.

Eraſmus Roterodamus Pur Decimario S. D.

QUamdiu corpuſculum hoc ſuſtentabo boribus, novit in cujus arbitrio ſit talium omnes. Qui jactant vires animis, aliquantò clementiùs me tractant me ſolent quotannis bis efferre. Nam *Chriſti* valetudo paulò proſperior eſt nis ſuperioribus. Ventres ac malitia liud lucrifaciunt quàm odium ac ſatis mirari poſſum hominum Quum hanc tempeſtatem nobis manus, vitiis hominum exacerbiti, lios rejicimus, & canum more lapidem mordemus, non attendentes ad eum Dominus eſt qui nos omnes vocat rectionem, nec audimus admonentes, volis cauſationibus ipſi nobis blandi *mum Carmelum* & *Stephanum Florim* nomine viciſſim ſalutabis amanter. bus non eſt admodùm verbis decertandum, ſtiâ rectéque factis eos ulciſci pulcherr Mittam tibi duos libellos recèns excuſos, *De recta Pronunciatione*, alterum *De* niana; ſi modò negotiator non gratis neris ſuſcipere. Geminum tetraſticon bimur addere *Copiæ*, aut ſimili libello biis non item quadraret. Bene vale. quarto Calendas Aprilis, Anno milleſimo genteſimo vigeſimo octavo.

Fortiſſimæ Elvetiorum Nationi in Concilio Badenſi, Eraſmus Rot. S. D.

QUum mihi non deeſſet animus unicè propenſus ac promptus ad id quò me quum veſtra omnium voluntas, quibus ex animo bene volo: præſertim eodem non minùs amanter quàm inſtanter vocante inclyto hujus urbis ſenatu, cui nihil non debeo, tum ipſius negotii pietas invitabat, domini & amici mihi ſemper obſervandi; tamen ut nihil aliud fuiſſet, hæc valetudo pluſquam vitrea, ac ad quamvis levem occaſionem periclitans, juſtiorem quàm ipſe vellem præbuit excuſationem, quo minùs iſti cœtui veſtro liceret intereſſe. Quanquam abſq; me ſpiritus *Jeſu* ſuggeret cordibus veſtris ſalutifera conſilia, ut omnes ſitis unanimes in ſana doctrina Eccleſiæ Catholicæ. Unum tamen erat, de quo pietatem veſtram per literas admonere viſum eſt, videlicet, quòd ea res non minùs veſtrâ omnium referat, quàm meâ. Sparſus eſt ante paucos dies libellus, cui titulus *Eraſmi & Lutheri ſentio de Cœna Domini*, de quo difficile ſit pronunciare, utrum plus habeat ſtultitiæ, an malitiæ. Quum in ſingulis paginis iteretur nomen *Eraſmi*, ipſe qui ſcripſit nuſquam eſt auſus apponere nomen ſuum, niſi quòd in calce ſubjicit nomen fictitium, quod ipſum ſtatim argumentum eſt malæ conſcientiæ. Deinde vehit me magnificis laudibus, hoc eſt, aſcit honorificâ contumeliâ, ſic laudans prudentiam & eruditionem meam, ut perſuadere conetur, quaſi faveam dogmati quod jam olim damnatum eſt ab Eccleſia Catholica, quaſi ſocietas erroris valeat adverſus veritatem. Ac planè ſtultiſſimis argumentis conatur perſuadere, me aliud celare in corde quàm velim profiteri, cujus rei cauſam vult videri timiditatem: præterea colligit è libris meis loca quædam impudentiſſimè depravata, & ad ſuſpitionem detorta. Sed hujus ſcriptoris ſtultam inaniam brevi libello edito depingam, fortaſſis intra ſex dies. Nunc nè quem in ruinam trahat nominis mei fumus, quem artifex iſte conatus eſt oculis ſimplicium offundere, illud modò vobis, egregii domini, teſtatum eſſe volo, me non recuſare quo minùs habear omnium hæreticorum princeps, ſi in meis lucubrationibus, quas ſcripſi plurimas, vel unus locus inveniri queat, qui de Euchariſtia ſecus ſentiat, quàm hactenus nobis præſcripſit ex autoritate divinarum ſcripturarum Eccleſia Catholica; ut ſi quiſquam mortalium audivit me probantem opinionem *Wyclevitarum*, quam nunc renovant quidam. Hoc mihi ſatis eſt apud homines. Teſtor autem Deum, qui ſolus novit corda hominum, atque hunc mihi precor iratum, ſi unquam deſedit animo meo ſententia quæ pugnat cum eâ, quam hactenus magno conſenſu defendit Eccleſia Catholica. Quid aliis revelatum ſit ipſi viderint; Mihi nullæ rationes hactenus perſuadere potuerunt, ut diſcederem à præſcripto Eccleſiæ. Nec hic meus eſt humanus, religio eſt, ac metus iræ divinæ. Illi impudenter objiciunt timiditatem, quum ipſi non audeant ſuis libellis nomen ſuum adſcribere; ſe fortes ſibi videntur, quòd famoſis furioſisque libellis, ac ſubinde novis opinionibus miſcent orbem univerſum. Si diſſentit, inquiunt, cur non ſcribit contra? Quaſi conſentiat quiſquis non ſcribit in adverſum, aut quaſi deſint qui ſcriptis repugnent. Sunt hîc in concilio qui viderunt quod exorſus eram ſcribere adverſus opinionem *Carolſtadii*, noverintque cauſam, quamobrem quod cœperam intermiſerim; nec is ignorat cauſam, qui hujus libelli fuit, vel autor, vel inſtigator. Qui tales emittunt libellos pluſquam famoſos ſine loci, typographi, autoriſque vero titulo, nec famoſus tantùm, verùm etiam diſſidiorũ & hæreſeũ diſſeminatores, etiam apud Ethnicos puniebantur capitis ſupplicio. Et quod apud illos erat capitale facinus, nunc quorundam ludus eſt, qui ſibi videntur Evangelicæ doctrinæ propugnatores. Habeti, magnifici domini animi mei ſententiam, bonâ fide declaratam. Proinde ſi quis ob ſceleratum illum libellum impegerit, mihi non poterit imputare: Meo ſum officio functus. Cæterùm veſtræ juſtitiæ fuerit, curare nè levibus ac fatuis impune ſit ad iſtum modum ludere cum periculo, tum vitæ, tum famæ alienæ, non ſine pernicie reipublicæ. Precor ut Dominus *Jeſus* bene fortunet quod agitis Domini mei ſemper amplectendi. Datum *Baſileæ* Idus Maii, Anno M. D. XXVI.

Gulielmo Waramo Archiepiſcopo Cantuarienſi Eraſmus Roterodamus S. D.

AMpliſsime præſul, ac benigniſsime ſtudiorum meorum *Mæcenas*, erupit tandem in apertum vetus illa in me conjuratio Monachorum ac pſeudotheologorum, hoc agentium ut libros meos excutiant è manibus hominum, ſed mihe credi non habebit ſucceſſum. Multis regionibus ſimul aggreſsi ſunt hoc negotium, devotis animis; ſed ubique repererunt potentes, qui conatibus illorum furioſis obſiſterint. Habeo fermè quicquid notârunt in libris meis, & ſane gaudeo non alia poſſe produci ab his, qui pluſquam hoſtilibus animis ad calumniam detorquent omnia. Si vacabit legere libellum, cognoſces quibus mendaciis & ſycophantiis mecum agant. In hoc tumultu vetus ille tragœdiarum artifex velut *Androcludes* fortem agit virum, oblitus ſuæ legationis, jidq; quũ non ignoret me *Archiepiſcopo Toletano*, præter alios aliquot epiſcopos, multis Aulæ proceribus atq; ipſi etiam Cæſari non ingratum eſſe. Demus aliquid in libris meis eſſe, quod poterat dici circumſpectiùs; certè nihil impium poſſunt oſtendere. Quod autem exemplum hoc eſt, ex malitioſa conſpiratione per univerſum orbem, clamoribus inſanis, & furioſis libellis unum hominem aggredi? Hoc non eſt defendere fidem, quo titulo iſti ſe venditant, ſed novos tumultus excitare, quum turbarum undique ſit plus ſatis. Excitavi plurimos ad bonarum literarum ſtudium, quin & Theologorum ſtudia tot lucubrationibus meis, vel excitavi, vel adjuvi. Si quid ineſt humani lapſus, poterat dari negotium aliquot integris ac doctis viris, ad quorum judicium corrigerentur ea quæ jure offenderent. Verùm non offenduntur erratis; aliud eſt quod illos urit. Ex linguis ac bonis literis undique feliciter efflorescentibus, vident ſuam opinionem apud omnes decreſcere; nec mirum qui tot jam annis adverſus optima ſtudia ſummâ vi belligerantur, quæ ſi voluiſſent amplecti, nec aliorum dignitatem obſcurâſſent, & ſuam illuſtrâſſent etiam; Nunc torquet illos invidia. Per omnes orbis nationes *Eraſmi* qualiacunq; ſcripta teruntur manibus, *Sutorum* & *Beddarum* libri ridentur à pueris. Eſt *Epiſt. 46.*

& aliud huleus. In libris meis nonnunquam admoneo Theologos,ut omiſſis quæſtionibus ſophiſticis adeant fontes ſcripturarum, evolvant ſanctos Eccleſiæ doctores, & indico loca quædam in quibus lapſi ſunt ob linguarum ac vetuſtatis inſcitiam. Similiter & monachos admoneo,quibus in rebus ſita ſit vera religio. Id iſtos malè habet, malebunt antiquum Theologorum ac monachorum regnum manere, verùm hoc non expediebat populo Chriſtiano. Ex meis libris nec hæreſis, nec diſſidiũ ullum eſt natum,iſti ſuis clamoribus ſuſcitant hos tumultus. Sed intra paucos annos videbis ſcenam rerum humanarum inverſam;& eam moderationem quam perpetuò ſequutus ſum in ſcriptis meis amplectentur. Vociferantur iſthic in *Colloquia* mea, quum vix alius liber ſit conducibilior ad eximendas animis hominum ſtultas de rebus opiniones. Erit autem illud prudentiæ Principum,hos tumultus inconditos autoritate ſuâ compeſcere, alioqui in gravius incendium exituros quàm hactenus excitatum eſt à *Lutheranis*. Habent titulos honeſtos, quibus hoc faciant. Satis eſt turbarum in Eccleſia, etiamſi non quæramus novam turbationum materiam, & abundè eſt nobis negotii cũ iis,qui palam profitentur ac ſcriptis defendunt ea quæ docet *Lutherus*,etiamſi non faceſſamus negotium iis qui nobiſcum pugnant adverſus *Lutherum*. Deinde, quoniam Cæſar habet in animo quædam in Eccleſiam recepta in melius reſtituere,quod abſque frequentiſſimo Principum concilio fieri non poteſt,præſtat ſi quid eſt ejuſmodi rerum,in illud differre tempus. Nunc quantum licet paci ſtudendum eſt,& excludenda diſſidiorum materia. Poſtremò ſi maximè ſcriberem ſecus quàm oportet,non expedit iſtiuſmodi clamoribus, calumniis, conſpirationibus, libellis rabioſis,mederi lapſibus hominum. Nam talibus modis *Lutheranũ* negotium ex minimis initiis ad hoc incendium, quod nunc latè per orbem divagatur, exacerbatum eſt. Hujuſmodi titulis ſi Principes iſtorum impetus fregerint, mox conſileſcet eorũ tumultus ; Sin indulſerint illorum impotentibus odiis. res eò proficiet, ut quum Principes volent eos compeſcere non queant. Hi fatales orbis motus non abſque numine videntur orti,modiſq; non credendis huc uſque progreſſi. Arcanum eſt Dei conſilium,quid moliantur homines ſtudiis videmus,quid moliatur Deus nobis incertum : novit malitiam ac ſtultitiam mortalium in ſuam gloriam & in bonorum ſalutem vertere. Proinde mihi ſemper erit curæ,ut illi præſtem ſynceram conſcientiam; de exitu viderit ipſe. Si tua ſublimitas cupiet ampliùs de iis quæ hic geruntur cognoſcere, ex his quæ miſi *Bedyllo* ſecretario tuo licebit. Dedi negotiũ *Petro Aegidio* ut ad te mitteret divi *Hieronymi* volumina poſterioris editionis pulchrè cõcinnata,an fecerit neſcio. *Baſil.* Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Rot. Georgio Duci Saxoniæ S. D.

Epiſt. 47. ILluſtriſſime Princeps, lubens accepi libellum, lubentiùs tuæ Celſitudinis literas. Mitto nunc alterum librum *Hyperaſpiſtæ*, ſi quis erit qui tantum velit ſuſpicere ſarcinulæ. An pro ſuo merito tractaverim *Lutherum*, tuum eſto judicium. Illud poſſum verè dicere, mihi jamdiu nihil fuiſſe moleſtius, quàm iſtius hominis glorioſas nænias perlegere. Nam hoc tædium erat devorandum, ſi voluiſſem illi ſeriò reſpondere : neq; me clàm eſt,quos fremitus ille liber ſit excitaturus, in ipſorum regno. Itaque ni vore ſublevent, vereor ut ſubſiſtat ob *Lutheranos*, quantum ob quoſdam *lutheranos*, re *Lutheraniſſimos*, qui ſto debitam conantur ad ſe trahere. ſime Celſitudini tuæ perpetuam felici *Baſileæ* Calend. Septem. Anno M. D.

Eraſmus Roterodamus Joanni Cani Curtracenſi S. D.

PRo tuo ſolito in me ſtudio gra maximam. Quòd pecunia tamdi *M. Laurinum* mihi luculento damno tamen nulli poſſum imputare, niſi mo Si fuiſſet apud *Schetum*, ille curâſſet nè menti caperem. *Petrum Barbirium* *Mercurio* natum,qui tot annos verſatus narcharum, Cæſaris, *Romani* Pontifi *Hiſpanos*,ubi glebæ fluviique ferunt nudus ad nos redierit. *Nicolaũ Barbi* ſalvum non meâ tantùm causâ gaudeo. bis hoc meâ quoque referre. Tibi tuis digna virtutibus. *Barbirius* mihi pecuniam, optârim ut maturè diteſcat, ſolvere. Datum *Baſileæ* octavo Calend. Anno M. D. XXVII.

Poſthac ſi commodè potes, nè cui am, niſi cui juſſit *Eraſmus Schetus*. bit, ut quàm minimo diſpendio homo non optimè latinus, ſed fidei.

Eraſmus Rot. Joanni Cochleæ S. D.

SCiebam errore factum de ordine, & ſi ſtudio factum eſſet, eſt momenti, quàm ut ob id mihi amicus, tantum abeſt ut ſim offen *Morum* tibi factum amicum gaudeo. ut ſi juxta proverbium amicorum omnia, ſint amicorum & ipſi Quòd peninſulam *Cymbricam* cogitas, bene vertat. Iter perlongum eſt, & citur, & inſtat hyems. præterea Cæſar nerale Concilium. Habeo libellos nentur omnia acta inter Cęſarem, & Pontificem, excuſa *Compluti* per *Mercurinum*. Verùm ſi te urget res na ſpes,mitiùs feram tui deſiderium. mallem abeſſe propiùs. Si epiſcopi regno *Chriſti* non pro ſuo, alacrioribus peſſe remus hanc militiam. Et tamen peſcenda eſt improborum ſeditioſa nec Deus afflet Principum animos. multuum nullus unquam erit finis niſi mutentur, ſed ea ſunt ejuſmodi ut fore, ut recipiant. Quare tibi nihil in poſſum conſulere, niſi ut ſpectes non ſed *Chriſti* negotium, magiſque ſervandis hominibus, quàm puniendis. ris committere nec vacat nec tutum eſt. frater & commilito in Domino charissime. tum *Baſileæ* octavo Calendas Septembris, milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Optimo *Nauſeæ* multam ex me ſalutem

Des. Erasmus Roterodamus Bilibaldo Pirkhemero S. D.

VIR clarissime, Opinor *Franciscum Dilsum* apud te fuisse, talemque compertum, qualem depinxeram. Ab ejus abitu redditæ sunt mihi tuæ literæ, satis & alacres & copiosæ, quæ mihi tristitiam omnem abstersêre, quam ex prioribus illis literis, quas aborta tibi paralysis interruperat, conceperam. De fide amicorum etiam post illam mentionem querimoniam, talia comperi, ut totam ancoram sacram & non sacram fixerim in *Christo*, qui solus nec vult nec potest fallere. Homines mutum quàm interdum simulent & dissimulent, & si qui ex animo bene volunt, immane quàm hoc est temporarium, quàm levi occasione totus ille favor vertitur in odium? Ibi quàm tenax offensæ memoria, quàm profunda beneficiorum omnium oblivio. Sunt qui prodesse si velint nihil possint, quũ nocere nemo non possit: Sunt qui dum imprudenter prodesse student, lædunt maximè. Cum talibus amicis nobis res est, quod quidem mihi tecũ commune esse doleo, moderatis laturus, si mihi proprium esset incommodum. Mones autem, & prudenter & amanter, ut horum mores boni consulam, si malim insolitudinem aliquam demigrare. Humana vitia facillimè condono amicis, Capitales perfidias ab iis in quos fui cumulatissimè beneficus, devoro quidem, sed non sine tædio. Absit autem ut tale quicquam de te suspicer. Quanquam novi quosdam huic rei natos, dirimendis bonorum amicitiis. Facilè boni consulo quæ scribis de *Oecolampadiano* negotio, modò tu probes quòd in eo rietem ago. Fueram orsus, sed ilicò sensi me nihil ud profecturum, quàm ut hic concitarem tumultum, rebus nimiũ suppuratis. Et jam nunc meditor gam, nec video quò. In *Hispaniis* tantos tumultus excitârunt *μοναχῶν παῖδες*, ut nec Cæsaris, nec chiepiscoporũ autoritas possit eos compescere. *uetia* Theologi quidam duce *Beddâ* molinntur trema *Lovanii* qui Princeps est hujus carnificinę hi capitalis dicitur inimicus, ut est bonis omnis. In *Anglia* invitat amantissimè, tum Rex tum chiepiscopus *Cantuariensis*, sed plurima sunt quæ deterrent ab ea insula. Verùm quorsum attinet hæc deliberatio? quum hæc valetudo non patiatur ullam profectionem, quum ægrè domi tuear iam, si tamen hoc est vitam & non potius animam agere. An *Philippus* adfuerit *Luthero* adversus *Diatribam* necnè, meâ quidem haud magni refert. Articulos rursus hic excuderunt. Videtur *Lutherus* nonnihil adulari suo Principi. Ubicunque regnat *Lutheranismus*, ibi literarũ est interitus. Et tale hoc genus hominũ maximè literis alitur. Duo nostrum quærunt, censũ & uxorem. Cætera præstat is Evangeliũ, hoc est, potestatem vivendi ut volunt. Regis *Ferdinandi* res sat pulchrè habent in *Ungaria*, si liceat per Turcam. *Ursinus Velius* jam conscripsit librũ de rebus ab eo gestis. *Anabaptistas* pœnitùm suppliciis terret, qui tollere dicuntur omnem principatum. Calculus meus versus est in lapidem, cujus magnam vim quotidiè ejicio, sed tolerabili cruciatu. Divino malum conceptũ ex vino & saccaro, quorum utrunque venefici calce opinor temperant. Utinam tibi pro ista aqua quâ vitam admodũ scribis sustentas, contingat ambrosiæ succus, qui te reddat immortalem, ut patriæ quàm diutissimè prodesse queas. *Duveri* vicem vehementer doleo. Arbitror te legisse locum in quo mentionem illius facio. Totum opus nunc absolutum est. Fortasse dices esse coactius. Fateor, sed non dabatur alia occasio, & arbitror eum libellum qualis qualis est maximè volitaturum p manus hominum. *Clebergus* jampridem hinc abest, nec scio quid egerit. Me bis invisit, abiens non salutavit. *Glareanus* hic nunc solus habet discipulos frequentes. Deest homini fors, nunc cogitur in diem vivere. Hactenus ad tuas literas, quas decimoquarto Februarii scripseras. *Dilphũ* apud te fuisse puto. Scitè cupio quomodo tibi juvenis placuerit. Cæsaris epistolæ quam ad me dedit proximam, exemplum ad te mitto. Ex apologia quæ nunc prodit, cognosces aliquam *Hispanicæ* tragœdiæ partem. Si *Lutherani* abstinuissent ab Eucharistiâ convellendâ, missâ abrogandâ, imaginibus tollendis, ac suos inprimis provocâssent ad vitæ synceritatem, sperari poterat lætior exitus. Nunc *Lutherus* tacet, *Melanchthon* mitigat, sed *sero*, ut ais, *sapiunt Phryges*. Bene vale. *Basileæ*, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Lazaro Bayfio S. D.

ONerare laudibus immodicis si cui bene volunt, adeo doctis solenne est, mi *Bayfi*, ut refellere, sit agnoscentis. Itaq; statui posthac quicquid est istiusmodi, silentio concoquere. Gratus tamen est mihi tuus candor, quẽ olim literis suis *Hermannus Phrysius* mihi depinxit. Quoniam recusas quod abs te peto, recuso vicissim quod à me petis, ut in turbam eorum qui studiorum meorum æmuli sunt, recipiaris. Imò inter amicos primarios primas tenebit *Bayfius*. Nos nostro seculo fabulæ partem egimus, nunc æquo animo cedimus felicioribus. Theologorum inconditos tumultus non queo satis admirari. Scripsi super hac re senatui Parlamentario & sacratissimæ facultati. Quòd aiunt, apud me *Christum* damnare vota, nil mirum, quum *Bedda* tot evidentissima mendacia mentitus sit in uno libello. Si mavis istic edi libellum tuum *De vasculis culinariis*, eo quòd adsis & frons occipitio sit prior, probo. Sin isti cessant, curabimus hic excudi, modò mittas exemplar abs te recognitum. De vasculis amplector bonam voluntatem Reverendissimi Cardinalis. Cæterùm quæstor obliviscetur, accusabit aurifices qui fefellerint. Hic certè solent *σκάδικα βασιλικὰ* Principum famuli. Nè pilus quidem vasculorum acceptus est. Scribam ubi recepero. *Michael Bentinus* præmissâ uxore, uxoris matre & hospite quodam, adhæc & puero, quum paucis diebus in solis ædibus versaretur, eâdem pestilentiâ sublatus est. Sequutus est illum protinus, is qui in castigandi vices successerat. Nos verò reliquit & *Joannes Frobenius* mœrore meo immedicabili, nam uxor jam alteri nupsit. Gratulor tuis studiis istum *Mœcenatem*, non minùs benignum quàm potentem; quem mihi tecum communem esse factum gaudeo. Tuum erit submonere si quid erit in quo possim illi gratum facere. Bene vale. *Basileæ* Calend. Martias, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Alfonso Verveſio S. D.

SI meâ causâ tantum laboris, tantũ invidiæ susciperes, frater in Domino honorande, optimo jure

te plurimi facere deberem, ni vir essem insigniter vel excors qui non intelligerem, vel ingratus qui non agnoscerem tam singulare tuũ in me studiũ; nunc quum omnia tum facias tum patiaris, non tam mea causa, quàm studio pietatis ac veritatis, multò pluris te facio, mi *Verveſ* charissime, fateorque me tibi longè plus debere, quippe qui sic affectus sim in hoc negotio, ut malim pietatem vincere quàm *Erasmum*. Si *Christo* cesserit victoria, me victorem esse judicabo, posteaquàm vicerit ea pars cui toto pectore faveo. Itaq; gratias ago duplici nomine, cũ meo cui tam amicam navas operam, tũ pietatis cujus causam gnaviter ac dextrè propugnas. Quin & recreor tuo de me judicio, quod falli, nè possim suspicari, vetat ista tua singularis vel integritas vel eruditio. Utinam ordinis tui modestiam imitarentur & cæteri, qui sibi persuadent, sese & Christianam religionem & existimationis suæ dignitatem improbis obtrectationibus, scurrilibus conviciis, ac seditiosis vociferationibus tueri posse, quasi non sedeat in cœlis qui talia mortalium consilia deridere soleat atq; subsannet. Ad articulos jam ante menses sex erat parata responsio, cujus aliquot exemplaria misimus amicis. Inimicos ut modestiâ quoq; superem, admones tu quidem amanter, ac mihi visus sum pulchrè moderatus stilum, primùm qui nullius ediderim nomen, deinde nusquam debaccher conviciis, nisi fortè convicium non est, quum illi nominatim impingunt quòd pugnem adversus divinitatem, dignitatem & gloriam *Christi*, & convicium est, quum eam appello impudentem calumniam. Istiusmodi portenta nihil omninò civilitatis merebantur. Quod datum est, datũ est partim amicorum affectibus, partim modestiæ Christianæ. Et tamen arbitror futuros, quibus hæc apologia videatur dentatior: Tantum honoris sibi deberi putant. A nominibus edendis & ipse abhorreo, nec me fugit quibusdam id optabile esse, quovis pacto innotescere. Sed interim impunè debacchantur in nomen meum in publicis prælectionibus, in quibus effutiunt tam inerudita, ut ab adolescentibus rideantur. Monui literis unum atq; alterum, sanctè dejerant à se nunquam nisi honorificè factam mei nominis mentionem. In hoc negotio sic vigilant in multis regionibus *Franciscani*, qui se vocant *Observantes*, ut satis appareat rem de composito geri. Nec tamen proficiunt, nisi quòd cordatis ac bonis indies redduntur magis invisi, non sine meo dolore, qui semper illorum integritati faverim. Hoc consilium videtur illis mirè callidum, Clanculum submovent libros meos è bibliothecis, etiam quos illis dono dederam clanculum obtrectant, in prælectionibus subinde perstringunt, à scriptis abstinent, scientes & mihi calamum esse. Nunc non est quâ illos ulciscar. Si urgeantur, negant se dixisse, aut aliter dixisse dejerant; quid illis facias? Postremò, qui non potest excusari, aliquò relegatur ubi dicat atrociora, nec ullum tamen illorum unquam offendi in vita. Ex multis malis quæ *Lutherus* invexit *Germaniæ*, saltem hoc decerpit boni, quòd hoc hominũ genus habet aliquantò moderatiùs. Quòd scribis *Hispaniam* à sectis immunem vivere sub *Romano Pontifice*, vehementer gratulor, & hoc magis quòd experiar quanta sit infelicitas tot opinionibus dissecari. Quòd si quemadmodum vos vivitis sub Pontifice, ita Pontifex cum suis viveret sub *Christo*, optarem omnibus eandem felicitatem. Nunc multa vident, qui *Christi* gloriam verè diligunt, ad quæ suspirent [illegible] aliud nunc licet? *Enchiridion* ab [illegible] *Alcorano* versum antehac ignorabam. [illegible] pus eximendus. Idem ille sentit quod ego [illegible] utatur verbis. Faretur eos fremere [illegible] antur mentiri de me, si *Hispanicè* loqui [illegible] Hoc est quod ego voco invidiam. Vellem [illegible] dum in *Misericordia Domini*, in *Commentariolis in Psalmos quatuor*, in *Matrimonio Christiano*, *Paraphrasibus* quæ non tractant contentiosa, *declamationem in laudem Matrimonii* [illegible] emplum generis Deliberativi. Quædam [illegible] tantum scripsimus, quæ verti nolim; sed [illegible] plimus Archidiacono. Hæc ad epistolam [illegible] cemb. Anno millesimo quingentesimo [illegible] septimo scriptam.

Erasmus Rot. Archidiacono Alcm. S.

ETam longinquo non perferri que [illegible] nihil miror vir ornatissime, quam frequ[illegible] intercipiantur, quæ mittuntur è proxim[illegible] abs te literas accepi præter has *Pridie* quinto Cal. Decem. anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo, quod certè memini, unum atq; alterum tuarum ad alios [illegible] emplũ recepi, ex quibus abundè cognovi [illegible] Christianæ pietatis amore flagrares & quidem didè nobis faveres, quod idem tamen ex [illegible] literis compluribus didiceram. Pietatis a [illegible] dium exoseulor, pro singulari tua in me [illegible] tia gratiam habeo, ut par est maximam. [illegible] judicio facis, ut facere non dubito, hom[illegible] perpetuò tui similem futurũ. *Enchiridion* [illegible] perq; eleganter *Hispanicè* loqui [illegible] cognoveram, cujus operâ id factum est [illegible] mum didici. Nonnihil mihi hoc nomine [illegible] quòd opusculum illud vir tantus tuâ [illegible] fis. Utinam autem tantum utilitatis [illegible] tũ optamus utriq;, non me pœnitet [illegible] semper bonarum rerum comes esse [illegible] vera prædicant tuæ simul & amicorum [illegible] solùm non doleo, verùm etiam gaudeo [illegible] tiam habeo, non pro celebritate mei [illegible] studere te scribis, (malim enim omnem [illegible] simus esse, quàm habere famam invidi[illegible] temperatam, & absque invidia, quam [illegible] gloria, si tamen hæc est gloria ac non [illegible] britas, plus satis expertus sum:) sed [illegible] tis. Cæterùm quando bene successit, [illegible] *Græcorũ* proverbium, quod monet, *Ja[illegible] non edendas esse aut edendas*, ut & alia [illegible] loquantur *Hispanicè*, duntaxat ea quæ [illegible] videntur ad pietatem. Quod genus opum [illegible] brum *De misericordia Domini*, *De matrimonio Christiano*, *Paraphrases*, *Commentariolos in quatuor Psalmos*, & si qua sunt hujusmodi, quæ, p[illegible] interpretem tractata, possint conducere [illegible] hominũ. Nam hic quoq; nonnihil habet [illegible] interpretis dexteritas. Quædam scripsimus tandis studiis, nonnulla corrigendis [illegible] multa doctis tantũ legenda dedimus. De [illegible] resciverã, nisi q modò dixi. Tamen [illegible] batur & scriptis & voce quorũdã, istic [illegible] *loquia*, & *Linguam*, & nescio quæ alia, in [illegible] nihil sit impiũ quemadmodũ arbitror [illegible] men suũ quæq; locũ ac tempus habent. [illegible] est q ad amicũ quendã prudenter scribi, [illegible]

qui victoriæ ſpem collocârunt in maledicentiâ, nolle *Eraſmum* loqui vulgatâ linguâ, nè deprehenderint illorum vanitas, qui clanculum & apud idiotas facundi ſint. Et hinc illorum fremitus. Igitur in re conſentimus, quanquam autorem verſionis antehac non noveram. Et ſi noviſſem, non dubitâſſem de ſtudio. In *Gallia* quidam vir bonus, doctus & magnus idem tentavit, ac prorſus eodem, ni fallor, animo, ſed parùm bene ceſſit tum illi tum mihi: Nam ille bis periclitatus eſt de capite, ac planè perierat monachorum clementiâ, ni rex illi ſubveniſſet: ego adhuc cum Theologis, imò potius cum *Beddaicis* gladiaturam exerceo. In uno *Bedda* ſunt triâ monachorum millia. Nuſquam non ſunt improbi monachorum greges, nuſquam tamen hoc potuerunt, quod potuerunt in *Hiſpaniis*. Quæ res facit, ut non liceat vobis abſolutam gratulari felicitatem, cætera ſat fortunatis. De exomologeſi quod mones amanter, recipio me factum primâ quâque occaſione, quanquam id jam toties à me factum eſt, & priuſquàm exiret ille libellus, & poſteaquàm editus eſt. Non conſiderant homines quid illic ſuſceperim tractandum, nec quibus, quo tempore, quâ regione ſcripſerim. Quid autẽ, pficiet appendix ſi non legetur, aut ſi ſtudio calumniandi legetur? Quid hîc agatur neſcio, hîc plures ſanavit ille libellus, quàm aliorum ſcripta qui ſibi videntur impenſiſſimè favere confeſſioni. Morem tamen geram tuo conſilio. Dominus te ſoſpitet in omnibus vir clariſſime. Datũ *Baſil.* Idus Mart. Anno M.D.XXVIII.

Eraſmus Rot. Gratiano Hiſpano S. D.

EOdem tempore duas epiſtolas tuas accepi, *Gratiane* gratiſſime, ſed perbreves & eâdem primè ſententiâ. Altera diem habebat Calend. Decemb. altera v. Idus Januar. Duas illas priores nondum mihi nondum eſſe redditas: Opinor venturas. Clariſſimum virum *D. Joannem Emanuelem* nam pridem fama mihi commendavit, prudentiâ ſingulari præditum, ſuóque merito tum gratiâ tum auctoritate plurimùm in aula Cæſarea valentem. Ejus in me favorem animumque propenſum libenter amplector. Si quid erit in quo putabis me poſſe illi quicquam gratum facere, non gravaberis admonere, ſenties voluntatem certè paratam. Quod ſcire cupis de ætate, arbitror me nunc annum agere, in quo *M. Tullius* deceſſit. Valetudo mediocris eſſet, ni tot annis res eſſet cum calculo. Adhuc diem vivo, paratus de præſidio decedere, quandocunque vocârit Imperator. Herum tuum ex me ſalutabis & amanter & reverenter. Bene vale. *Baſileæ.* Idus Mart. Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Rot. Joanni Maldonato S. D.

CIto tuam epiſtolam prolixam menſe Septembri, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo ſcriptam, quâ rerum iſtic geſtarum texis hiſtoriam, mihi redditam eſſe, ac fuiſſe multis nominibus gratiſſimam, cui reſponſum eſt à me coràm. Verùm intelligo tibi querelam iſtam, de calumniis quæ traduntur, cum multis eſſe communem. Miſiſſem rurſus exemplar, ni jam ſerùm eſſet, & forſaſſe jam recepiſti. Mittam tamen ſi vis. Depingis unum veteratorem, quales utinam eſſent pauciores, nunc hominum iſtiuſmodi quàm non abundant γέργαρα. Iſtud demiror, iſtîc illis tantum licere, quantum adhuc alibi nuſquam licuit. Nos pietatis cauſam animo ſyncero peragemus uſque ad extremum halitum, de exitu viderit *Chriſtus*. Nos hinc adornamus ſarcinas. *Jacobum Oſorium* pariter redamare poſſum, quid præterea gratiæ poſſim reponere non video. Eſt autem non meo tantùm ſed omnium amore digniſſimus, qui majorum ſtemmatis, & literarum & pietatis ſtudium adjunxerit, & his omnibus pulcherrimum impoſuerit colophonem, gloriæ contemptum. Habes epiſtolam ἀντίγραφον, pro utriuſque noſtrûm animo perbrevem, pro meis occupationibus ſatis prolixam. Bene vale. Datum *Baſileæ* Idus Mart. Anno M. D. VIII.

Oſorio amabili ſalutem ex me plurimam.

Eraſmus Roterodamus Nicolao Vario Marvillano S. D.

NEgabas eſſe quod ſcriberes, imò multum eſt mihíque gratiſſimum quod ſcribis iſtîc fauſta feliciáque eſſe omnia, quodque ſummo conſenſu negotium literarum gnaviter agitis. De diſſidio nihil eſt, neque delationis neque ſuſpicionis, niſi quod ex veſtris literis conceperam. Subvereor tamen nonnunquam, nè tua libertas quam tibi naturâ inſitam eſſe video, præbeat aliquam offenſionis anſam, iis quibus ad lædendum nihil deeſt præter occaſionem, ut habet vetus proverbium. Audio & *Joannem Campeſtrem* ſimili candore præditum. Hîc eò ſum timidior, quod toties expertus ſum quantum malorum animi mei ſimplicitas, linguæque libertas mihi conflaverit. Cæterùm hanc meam ſolicitudinem vanam eſſe gaudeo. Evangelicos iſtos, quum aliis multis tum illo nomine præcipuè odi, quòd per eos ubique languent, frigent, jacent, intereunt bonæ literæ, ſine quibus quid eſt hominum vita? Amant viaticum & uxorem, cætera pili non faciunt. Hos fucos longiſſimè arcendos cenſeo à veſtro contubernio. Satis jam diu audivimus Evangelium, Evangelium, Evangelium, mores Evangelicos deſideramus. Quàm iſtîc monachi muti ſint neſcio. In *Hiſpaniis* vocales ſunt plus ſatis, nec deſunt alibi qui blaterent, præcipuè nudipedes quidam; quid illos ſtimulet neſcio. Sed ſibi ſuo jumento accerſunt malum. Bene vale. Datum *Baſileæ* decimo quarto Cal. April. Anno M. D. XXVIII.

Saluta *Mierbekanum*, *Reſcium* & *Campenſem*, ipſum etiam *Gocleniũ* ſi fortè non vacabit ſcribere.

Eraſmus Rot. Joanni Cochleio S. D.

QUod tuâ ſedulitate curatũ eſt abs te de *Tertulliano*, & *T. Livio*, ſtudiũ tuum & animi promptitudinem exoſculor, quanquam jam de utroq; certum reſponſum acceperamus. Hinc enim colligo, quantâ cum alacritate ſis obiturus ſi quid incideret ut tuo opus eſſet officio. *Emſerus* mihi ſemper præſtitit ingenuum amicum, in cujus locũ quando ſuccedis, confido fore ut in uno te *Emſerũ* & *Cochleũm* habeam. Illuſtriſſimi Principis erga me favorem non deſines alere. Eſt enim ut humaniſſimus, ita judicii non vulgaris. Quoniam interdum ad moderationem invito, viſus ſum illi nonnunquam parùm fortiter *Anti-Lutheranus*. Verùm aliter ſentiret, ſi penitùs nôſſet conſilii mei rationem. Et fortaſſis rerum exitus docebit me

Christi negotium animo sincero tractâsse, pro mea quidem sapientia. Si quid illinc ad me scribis, etiam atque etiam vide cui committas literas. Ab istis enim erronibus Evangelicis intercipitur quicquid ad me scribitur. Imò quidam fingunt se rectà ire *Basileam* ad *Erasmum*, & ultrò offerunt perferendi officium; mox acceptis literis abeunt in malam crucem. Proinde si quid est rei seriæ, ferè mitto famulum aut alium bene notum in hoc ære conductum. *Simoni Pistorio* viro pio, candido & amico multam ex me salutem dices. Bene vale frater & amice in Domino charissime. Datum *Basileæ* decimoquarto Calend. April. Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Georgio Duci Saxoniæ S. D.

Epist. 58. SEreniſſime Princeps, Librum *Hyperaspistæ* secundum unà cum literis redditum esse gaudeo, magis autem gaudeo tuæ illustrissimæ celsitudini non displicuisse. Nec laborum nec contumeliarum me tæderet, si viderem aliquem eximium fructum exoriri. Mihi sufficit *Christus* ad omnium compensationem, quæ possunt in hac vita accidere. Accepi *Lutheri* literas ad illustrissimam celsitudinem tuam, & illius ad illum Latinè versas. Rursus *Emseri* responsionem adversus *Lutherum* Latinè versam. Nullas accepi literas ad quas non responderim. Sed non omnia perferuntur, quæ traduntur: Id quod nimium sæpe experior, non sine gravi meo incommodo. Qui has reddidit, habebat epistolam tuæ celsitudinis ad *H. Eppendorpium*, cujus inscriptio habebat *Basileæ* nomen, quum ille jam annis aliquot agat *Argentorati*, nec unquam interim viderit *Basileam*, id quod te fugere demiror. *Emserum* nobis ereptum doleo, ad feliciora translatum gaudeo. Scripsimus ante paucos dies, sed paucis. Premit enim nos præter alia divus *Augustinus*, qui nunc totus excuditur cum summa dignitate. Nascuntur indies novæ tragœdiæ, quis sit exitus futurus nescio. Licet optima precari, nec quid aliud nobis supersit video, rebus undiquaque turbatissimis. Illustrissimam celsitudinem tuam cupio quam optimè valere, cui me totum addico dedicóque. Datum *Basileæ* decimo sexto die Januarii. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Hermanno Comiti à Novaquila S. D.

Epist. 59. QUàm malè timui nè te absorberet *Hispania*, tam vehementer gaudeo quod nobis redieris, non solùm incolumis, verumetiam prosperiore valetudine: sic enim accipio, quanquam quod accidit juxta *Caletium*, si tamen accidit, permolestum est. Libellum tuum à me diligenter lectum opinor tibi redditum unà cum literis meis. Nam tu quidem fueras ingressus iter, tamen famulus tuus aiebat se celeriter sequuturum. Non dubito quin apud *Hispanos* acceperis pseudomonachorum tragœdiam, de quâ scire cupio si quid habes. Per hunc poteris tutò scribere. Est enim à nobis propriè missus ut eat *Antuerpiam* & huc recurrat. Absit sinistrum omen, sed tamen quæ videmus hic rerum præludia, nescio quid tempestatis minitantur. Nec video quò fugiam. Et Regis & Archiepiscopi literis amantissimè scriptis invitor in *Angliam*; sed illic non video mihi sedem commodam, fortassis vos invisam. Si fors aberis *Caletii*, illic tuas hic reperiat literas, neque eum[illegible] motabitur in *Brabantia*. Rex *Ferdinandus*, ut fertur, evulgavit edictum, non dicam [illegible] certè severum. Opto quidem ut optimus Princeps sit felicissimum. Sed opto magis quàm spero. Bene vale vir clarissime. *Sobium* exoculatum valde dolemus. *Basil.* tertio Nonas Jan. M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Georgio Episcopo Brixinensi S.

EX *Hieronymo Viromandi* doctis juxta ac [illegible]nis literis, Illustrissime Princeps *Georgi*, [illegible] vulgarem nec simplicem cepi voluptatem. [illegible]mùm quòd intelligerem isti præclaræ indoli [illegible] rebus summis natæ, *Caroli* Cæsaris ac *Ferdinandi* Regis non tam favore quàm judicio, datam [illegible]vinciam, in quâ proferres, exereres, explicares eximias ingenii naturæque tuæ dotes. Sup[illegible]dem Magistratus, ut habet *Gratorum* promptissimum, virum arguit, quemadmodum in bello [illegible] lucet boni ducis virtus, in tempestate nauclerii [illegible]ritia. Quanquam nihil addubito quin illa [illegible] tam excelsa, tam integra, tam pia majoribus [illegible] destinata negotiis, idque decreto numinis [illegible] minum æterno suo consilio moderantis. Sed [illegible] indolis tuæ tyrocinium esse voluit, atque, ut [illegible] loquar, ædilitatem, primum videlicet [illegible] gradum, in quo posteaquam egregium tui [illegible] tis specimen dederis, mox ad prætu[illegible] consulatum, hoc est, ad summæ dignitatis [illegible] gium, non modò Regum judicio, sed [illegible] sentientibus suffragiis eveharis. Interim [illegible] libet, ampliſſime Præsul, quum tuæ [illegible] verò multò magis ipsi ditioni regiæ, cui [illegible] procellis, tantáque rerum omnium [illegible] contigerit egregius gubernator, qui [illegible] autoritate, verùm etiam arte, prudentia, [illegible] valeat inconditos horum temporum [illegible] ponere. Tum autem & privatim mihi [illegible] tibi gratiam habeo, qui de meis qualibuscunque scriptis tam amanter sentias, tam candide [illegible] suffragiũ, tam ingenuè patrocineris adversis [illegible] quorum hisce temporibus mira licentia est. [illegible] que tantum tribuas, ut mihi fortunarum [illegible] tuarum communionem deferas, si vel [illegible] commigrare provinciam. Hìc agnosco [illegible] oscúlorque Cæsaris *Maximiliani* patrui [illegible] nignitatem admirandam, & favorem [illegible] mum erga pietatis ac bonarum literarum [illegible] in quorum numero tuus candor mihi [illegible] quem tribuere locum; ego præter sedulæ [illegible] tis promptique conatus laudem, si qua [illegible] nihil agnosco. Verùm ut mihi nonnunquam [illegible] ceo videórque felix qui tot Principum, [illegible] Præsulum literis amantissimè simul & [illegible] centissimè scriptis toties ad hand quaquam [illegible] nandas conditiones inviteris ita rursus [illegible] deploro interdum, simile quiddam [illegible] quale *Tantalum* apud inferos perperi [illegible] ociosæ Poetarum fabulæ. Aiunt enim illi [illegible] sitique cruciato amnem potabilem [illegible] contingere, poma supernè ad os porrigi, [illegible] ut miserè cupienti, nec cibo nec potu [illegible] In causa est non tam ætas, quanquam & [illegible] gravescens, quàm valetudo plusquam [illegible]

amen hactenus moderante me magnis studio-
um laboribus sufficit, quibus exhauriendis vix ro-
ustus juvenis par esse queat. Alioqui non abhor-
rebat animus ab hac civitate permutanda, cujus
amen hospitio non incommodè sanè, multis an-
nis sum usus, sed optàrim esse pauciores qui novis
opinionibus sese dedidissent. Quamobrem non
omninò recuso quod offert tua benignitas. Dispi-
ciam quid ipsa res nobis consulat. Neque enim
quodvis cœlum, neque quodvis victus congruit huic corpusculo. Alioqui sub tam amico Principe vel meo sumptu, quod vitæ reliquum erit peragere cupiam: eóque lubentiùs, quòd audiam non procul istinc abesse *Bernardum Episcopum Tridentinum*, cujus mirum quoddam erga me studium jam non semel expertus sum. Interim mihi non minùs gratus est animus tuus, clarissime Princeps, quàm si fuissem usus quicquid offert tua benignitas, quandoquidem voluntate tuâ propensâ fruor. Deum Opt. Max. precor, ut quòd Ecclesiasticam provinciam bonis avibus adisti, id perpetuò velit esse faustum ac felix. Datum *Basileæ*.

A

B

C

Erasmus Roterodamus cuidam S. D.

QUemadmodum natura nullum creavit venenum, quin apposuerit remedium, vir clarissime: ita Deus improborum conatibus semper objicit aliquem, per quem non statim liceat illis quicquid libet. Sunt enim aliquot eo ingenio, ut non in aliud natos dicas, quam ut bonis faciant malè. Ex amici nostri literis intellexi quàm adsitenter quámque prudenter adfueris meo negotio; quod officium si mihi tantum præstares, ingratissimus essem, ni tuam istam humanitatem & complecterer & prædicarem. Nunc quum hoc officium non tam mihi, quàm studiis publicæque tranquillitati tribuas, etiam pietatem tuam exosculor. Atque utinam contingat aliquando cum opportunitate facultas, ut tuis in me meritis aliquâ ex parte respondeam. Bene vale. Datum *Basileæ*, quarto Cal. Mart. Anno M. D. XXVIII.

D

E

Erasmus Roterodamus Joanni Card. Lotharingiæ S. D.

NE sublimitatem tuam præfatione morer, dum nos hìc pro viribus agimus ut extinctis dissidiis Ecclesiæ sua restituatur tranquillitas, *Natalis Bedda* novos molitur tumultus. Urit hominem primùm quòd liber quem in *Jacobum Faber* scripserat, edicto regio suppressus est etiamsi non est suppressus: deinde quòd ego respondens meam innocentiam & illius impudentiam sic omnibus ob oculos posui, ut in speculo non possit videntiùs. Itaque prorsus animo gladiatorio parat vindictam, non se purgans, quòd non potest, sed eadem calumnias aliâ specie rursus ingerens. Habet in *Sorbonico* collegio quosdam ipsi addictos, quibus quam enim non habent similes labra lactucas; quibus vel territantur minis, vel odio contentionis infecunt. Interim *Bedda* cum suis satellitibus rem gerit ex animi sui sententia. Agitur fabula, *Erasmi* nomine non *Fabri*, quum uterque petatur. Hausit sexcentas propositiones è Paraphrasibus depravatas, quod opus non ob aliud sic odit, nisi quia plurimos excitat ad pietatem. Eas ut narrant ad multitudinem defert, & in aliquot jam audio pronunciatum. Sed quomodo proponit artifex? Omittit quæ rem explicant, quæ calumniam excludunt, addit de suo quæ faciunt ad calumniam: proponit velut à me dicta hoc tempore, quæ dicuntur ab Evangelistis aut Apostolis, & ad Ecclesiæ primordia pertinent. Ita sub meo nomine damnantur quæ *Christus* & *Paulus* docuerunt. Nec immeritò. Nihil enim magis adversatur *Beddæ* similium studiis, quàm Evangelicæ doctrinæ syncerita. His fucis imponi potest etiam eruditis & integris. Quumque ad pleraque responsum sit evidentissimè, tamen ille sic proponit, quasi nihil omnino sit responsum. His artibus sperat futurum, ut exclusis libris meis, ipse Deus habeatur. Hujus energia mysterii proficiscitur à pseudomonachis, qui bonas literas pejus oderunt, quàm ullam hæresim aut magiam, utcunque dissimulant. Ex his autem molitionibus, pessimis è fontibus originem ducentibus, pessimis artibus tractatis, quid aliud nasci potest, quàm ingens orbis malum? Qualis est arbor, tales sint fructus oportet. Radix hujus arboris est pessima, livor, odium, ulciscendi rabies. Rami, improbitas, malitia, calumnia, impudentia, vanitas. Hi quos fructus porrigent, nisi venenatos? Id ut tutò faciat, admiscere conatur suis intemperiis autoritatem collegii Theologici, quum sanissima pars ejus collegii damnet & improbet hominis tumultuosam impotentiam, si liberum cuique sit quod sentit dicere. Et si totum collegium talia judicia proferret qualia sunt *Beddæ*, non sine gravi autoritatis suæ jactura id faceret. Nec lubens elevarim ejus collegii dignitatem, sed impietatis calumniam nemo pius debet perpeti. Proinde si Regia majestas istiusmodi malitiosis conspirationibus indicat silentium, simul rectè consuluerit & regni sui, & studiorum & Ecclesiæ tranquillitati, quam non aliâ ratione melius tuebuntur, quam si proferant judicia doctissimis & optimis Theologis digna. Et ego sanè malim bonas horas & operam, aliis in rebus collocare. Sudamus enim in *Augustino*, ut emaculatior justáque cum dignitate prodeat in manus hominum. Hoc officium si tua celsitudo præstiterit, maximus tamen hujus beneficii fructus ad rempublicam pertinebit. Regia majestas sic instrui poterit; nunc orbem undique dissidiis esse sectum, etiamsi nihil accersamus: Id potius agendum ut æquis rationibus hæc mala sopiantur, quàm ut privatis affectibus excitentur novi tumultus; magisque convenire ut tam celebris facultas vires suas exprimat in professos hostes, quàm in commilitones suos, & medeatur omnibus quibus potest, potiùs quàm ut sanos alienet; & hujus autoritatem oportere servire *Christi* gloriæ, non *Beddarum* privatis affectibus. Id nulli magis expedire quàm ipsi facultati. Calumniandi nullum esse finem, præsertim si ira & livor adhibeantur in consilium. Postremò, non statim damnandũ librũ, in quo erroris aliquid inveniatur, quum in probatissimis Ecclesiæ doctoribus complures inveniantur. Ad quosdam lapsus humanos præstat connivere, ex quibus agitatis crebrò major lues nascitur. Jure mihi succenseret tua sublimitas, si meum privatũ negotiũ ageretur. Commodum publicum sat scio non negliget tua singularis pietas, cui precor omnia prospera. Si plenius super hisce rebus edoceri voles, ex *Gervasio* Theologo poteris rem omnem cognoscere, cui & doctrina non vulgaris & judiciũ integrũ adest. Dat. *Basil. Natali Andreæ* apostoli, Anno M. D. XXVII.

F

G

Erasmus

Eraſmus Roterodamus Georgio Saxoniæ Duci S. D.

Epiſt. 63. ILluſtriſſime Princeps, Nihil erat hoc tempore magnopere dignum de quo tuam Celſitudinem interpellarem, ſed ad ſcribendum invitavit opportunitas tabellarii, tum certi, tum huc mox recurſuri. Quæ commoditas nobis nimium rarò contingit, quò minùs amittendam exiſtimavi. Proximis autem nundinis miſimus Illuſtriſſimæ Celſitudini tuæ, ſecundum *Hyperaſpiſta* librum, unà cum literis, quæ an perlata ſint nescio, nondum certò cognoſcere licuit. Vix enim dici poſſit quanta nunc ſit hominum in hujuſmodi negotiis tum improbitas, tum perfidia. Quare ſi tuæ Celſitudini non erit moleſtum, mihi magnopere gratum fuerit ſi dignabitur tribus verbis indicare, num reddita ſint quæ miſimus, deinde an probata ſint tuo judicio, quod apud me plurimùm habet ponderis. *Non* enim *ejuſdem eſt parere & judicare*, quemadmodum ait *Socrates* ille *Platonicus*. Hoc unum ſcio, nihil unquam mihi fuiſſe moleſtius, quàm tam prolixæ conviciorum & gloriarum rhapſodiæ reſpondere, cujus vel lectionem devorare, patientis erat ſtomachi. Hæc tam nova tempeſtas, deſiderat aliquem inſignem artificem, qui prudentiâ, autoritate & ingenio tantos componat motus. Qualem adhuc prodire neminem & miror & doleo. Theologi tot ſyllogiſmis, tot problematibus inſtructi, tantùm, ut apparet, intra ſcholæ parietes Theologi ſunt. Nunc certè ſi unquam aliàs tempus erat, reconditam illam & humanâ majorem ſapientiam proferre. Porrò, Epiſcopi quidam videntur aliud agere, Monachi plerique de ventre ſolliciti ſunt magis quàm de Evangelio. Cæſar & *Ferdinandus* videntur ad ſeveritatem velut ad ſacram ancoram ſpectare, & profectò huc provocant qui ſub Evangelii nomine quicquid libet, ſibi licere volunt; at vereor nè res cadat in deterius. Prædandi ſtudium multos excitabit etiam in immerentes, & quiſquis habet aliquid, affinis erit periculo. Qui nihil habent, his erit bene, nimirum ex malis alienis, ut fit in bello. Atque hinc exiſtet omnium rerum confuſio. Si malum ſubitò tolli nequit, ſaltem arte mitigandum eſt ad tempus, donec morbus admittet medicantis manum. Durum eſt ſectionibus & cauteriis uti, quum penè major corporis pars occupata morbo eſt. Damnoſa medicina eſt, quæ plures, perdit quàm ſervat. Si quod in utraque parte vitioſum eſt, prudenti moderatione tolleretur, autoritate conſenſúq; Principum, res opinor haberet minùs cruentum exitum. Oro ut is qui novit quid expediat generi mortalium, Principum animis inſpirare dignetur ea conſilia quæ nobis veram pietatem cum ſancta concordia reſtituant, quando præter vota, nihil aliud nobis ſupereſſe video. Agit hìc *Chriſtopherus Carlevitzius*, juvenis præter imaginum commendationem, & eruditionem non vulgari, & morum ſenili quadam maturitate ornatiſſimus, ut præter ætatem & faciem nihil habeat juvenile; ſic addictus honeſtiſſimis ſtudiis, ut quicquid voluptatis adoleſcentes alii ſolent ex conviviis, aleâ, & amoribus venari, hic totum ex libris petat. Quibus rebus, quoniam ſingularem quandam ſpem de ſe præbet, lubitum eſt tuæ ditioni gratulari. Ab hoc miſſus eſt, qui has perfert, per quem tua illuſtriſſima Celſitudo dignabitur ſignificare ſi quid me ſibi [illegible] incolumem ac florentem tueatur [illegible] tertio Calend. Januar. Anno M. D. XIV

Eraſmus Roterodamus Georgio Sa[illegible]
I. V. *Doctori* S. D.

ORnatiſſime Doctor, Ut quod accidit [illegible] diocriter doleo, ita gaudeo caſum [illegible] per quem id quod accidit reſciſcerem. Scripſi ſuos veteres ſodales *Ruffus Guardianus Fra[illegible] norum*, apud *Rubeacum*, faſciculum literarum [illegible] arum, *Thannis* in diverſorio publico repe[illegible] eumque traditum in manus ſenatus ejus [illegible] Hoc cognito miſimus eò proprium nuncium [illegible] eum didicimus eas literas à ſenatu Præpoſi[illegible] ditas, qui inſpiceret ſi quid ineſſet quod ad [illegible] publicam attineret. Is Præpoſitus, tum hic [illegible] fatetur nihil omninò in eis repertum quod [illegible] modo contingeret Principum negotis. Nam [illegible] ciùs literas ad Concilium *Enſiſheus* fuiſſe [illegible] ſive hoc odio mei, ſive nimiâ quâdam [illegible] ſive inſcitiâ factum eſt, in præſentia non [illegible] Tot faſciculos epiſtolarum ac libellorum, [illegible] *Angliam*, & in *Galliam*, & in *Hiſpaniam*, & in *A[illegible] niam*, & in *Brabantiam* mitto quotidie, ac vix [illegible] accipio à Cæſare, qui me agnoſcit profe[illegible] liario jurato, à Rege *Ferdinando*, à Rege *A[illegible]* Archiepiſcopis & Card. nunquam tamen [illegible] caſus tam inauſpicatus. Non enim ſibi [illegible] committere, quod ullo modo turbet re[illegible] moda. Proinde quando nec ignotis [illegible] ignotos ſcribo, erat hoc civilitatis, ubi [illegible] profectas vidiſſent, ad me remittere, non [illegible] libet inſpiciendas exhibere. Saltem quum [illegible] excuſſiſſent, nihil erat opus ad vos mittere [illegible] ſolùm cum injuriâ meâ, verumetiam cum [illegible] quos ſcribo. Res enim ejuſmodi ſunt, ut [illegible] gnopere retulerit perlata fuiſſe ſcripta, [illegible] commodum hinc illis proficiſci poſſet, [illegible] ſummum eſſet incommodum, ſi per [illegible] nus aberrarent. In mediis etiam bellis [illegible] tur religioni literarum, præſertim ſi nihil [illegible] ad hoſtem pertineat. Sed ut cunque hic [illegible] à *Thannenſibus*, te majorem in modum rog[illegible] humanitas tua, nè hic nuncius iſthìc [illegible] ſed quicquid eſt chartarum, diligenter [illegible] tum ad nos referat, ut per alium eò perve[illegible] quò volo. Ex oratione Præpoſiti *Thannenſis*, [illegible] ſatis liquet quæ fuerint, ſed tamen conjec[illegible] faſciculum quem proximè commiſi cuidam *A[illegible]* nio *Bletz Elvetio*. In eo erat epiſtola una ad *Se[illegible]* tum *Pariſienſem*, una ad facultatem Theo[illegible] una ad *Natalem Beddam*, una ad *Theologum* [illegible] num *Sorbonicum*, una ad *Gervaſium Theologum* [illegible] ad *Card. Lothoringia*, una ad *Ludovicum* [illegible] *Berquinii*, una ad *Germanum Brixium*, una ad *L[illegible]* num quondam famulum meum, una ad *Archi[illegible]* ſcopum *Cantuarienſem*: erat libellus typis exc[illegible] ad *Archiepiſcopum Hiſpalenſem*. Erant duo codi[illegible] eodem argumento, alter ad Senatum *Pariſien[illegible]* alter ad facultatem Theologicam, & aliquot [illegible] emplaria alienarum epiſtolarum, ſi rectè [illegible] Precor ut huc omnia redeant, ſaltem illud [illegible] in manibus veſtris reſidet. Sin eſt aliud [illegible] quæſo ut huc remittatur, quando ſcio nihil à [illegible] ſcriptum quod ad vos pertineat. Hoc officio re[illegible] me tibi devinctiſſimum. Et ſi quid inciderit in [illegible]

ubi vicissim quem gratificari, senties hominem nec immemorem, nec ad referendum officium segnem. Hanc epistolam alteri addidi, quòd aperiam Præfectum istinc jam discessisse. Quod si verum est, confido rem tuâ dexteritate facilè perfectum iri, præsertim quòd, quantum ad rosatiret, nullius sit momenti. Bene vale. *Basileæ* Natali *Joannis Evangelistæ*, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Maximiliano à Burgundia S. D.

CLarissimum Principem patrem tuum, *Maximiliane* charissime, admodum puerum & novi jam olim & amavi, eò quòd præ se ferret indolem eximiæ mansuetudinis, minimèque ferocis, ac vicissim illum semper expertus sum animo in me propenso. Ea benevolentia mutua unà cum annis accrevit in utroque nostrûm. Proinde mihi gratissimum erat, paterni erga me favoris memoriam tuis amantissimis literis refricari. Sed vehementiùs etiam gaudeo, quòd intelligo te patri etiamnum superstiti in hunc affectum successisse. Siquidem epistola tua neutiquam impolita, spirat non solùm benevolentiam erga me minimè vulgarem, verùm etiam pietatem quandam, qualem vel filius debet patri, vel discipulus præceptori. Hanc opinor ex utriusque parentis affectu traditam, nam & aviæ sui charissimus, auxit *Joannes Carolus*, vir juxta morum integritate ac literaturâ commendabilis. Quo certè nomine mihi videre felicior etiam regibus nonnullis. Habes enim domi, unde duo quædam præcipua bona consequi possis: Pietatem erga Deum, quæ vel sola beatum reddit hominem, ac liberalem eruditionem in omnem usque vitam magno tum usui tum ornamento futuram, non tibi modò, verùm etiam parenti tuæ licèt imaginibus clarissimæ, totique patriæ. Non parum decoris addes generi tuo, si huc contenderis, ut pietate bonisque literis nobilior sis, quàm majorum stemmatis. Lucubrationes ideas quibus oblectari te scribis, optàrim esse tales, ut harum lectio tibi tantum adferat utilitatis, quantum ista tua meretur indoles. Certè hoc curarus sum, an assequutus nescio, ut rudem ætatem non minùs ad pietatem allicerem, quàm ad eruditionem. Sed quod meis lucubrationibus deest, hoc facilè exæquabit sarcietque doctissimi præceptoris industria. Precor autem *Christum* Opt. Max. ut istam generosam indolem tuam jam nunc velut in herba nihil mediocre pollicentem, omnibus dotibus Christiano Principe dignis instruat & locupletet. Hoc interim habe mei in te amoris chirographum, quo me convenire possis si quid fellero. Ubi scribes patri, quæso ut illi meo nomine salutem adscribas, & diligenter & amanter. Datum *Basileæ* decimo Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Maximiliano à Burgundia S. D.

CLarissimum virum Principem *Veriensem* patrem tuum, *Maximiliane* charissime, dum adhuc inter nutricium sinus reperet & nôsse cœpi & amare. Jam tum enim in illo relucebat generosa quædam indoles, ac placidum miniméque ferox ingenium. Atque ille vicissim non obscuram benevolentiæ in me animi significationem dabat. Is affectus inter nos cum ætate semper accrevit. Non esse vanum quod nemo satis, opinor, declarabit epistola puero scripta, quæ tot jam annis in hominum manibus versatur; nec dubito quin eam studiosè legeris, nec legeris modò, verùm etiam ingeniculos quosdam ad bonas literas ac pietatem ex ea conceperis. Quo mihi jucundius fuit ex optimi viri *Joannis Borsali*, tuæ pueritiæ formatoris, epistolâ cognoscere, te sic affectum tum erga literas honestissimas, tum erga me measque lucubrationes, ut videare non minùs in paterni erga me animi, quàm in paternæ ditionis hæreditatem successor esse paratus. Hoc certè nomine gratulor optimo Principi, gratulor tibi, gratulor optimis studiis, quæ claris ingeniis cordi esse cœperint, vicissim & vestras imagines illustraturæ, & illarum ornamentis illustrandæ. Nunc enim licebit eam sperare felicitatem, quam *Plato* solet optare, quum Principum filii, priùs educantur philosophiæ quàm imperio. Precor ut *Christus* Opt. Max. istam egregiam tuam indolem servet illibatam, semperque provehat ad feliciora. Scripseram ante complures menses, ex literæ siniſtro casu intercidêrunt nescio quorum perfidiâ. Quam jacturam audio te permoleste ferre. Accesit hoc infelicitatis quòd hîc periit archetypum. Occupatissimus, itaque vix hæc ex tempore scripsi, superioris argumentum ex memoria retexens, brevi daturus copiosiorem epistolam si hanc velut arrabonem boni consuleris. Vide nè aulicæ deliciæ tibi studiorum & integritatis amorem exuriant. Bene vale. *Basileæ* prid. Nonas. Januar. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Ricardo Pacæo S. D.

VIx me capio præ gaudio, vir ornatissime, quòd audio te ex turbulentissimis illis negotiorum undis, patriæ dulcissimæ, Musisque patriâ dulcioribus esse redditum. Gratulor autem pristinis tuis studiis & Hebraicas accessisse literas. Nunc te non morabor pluribus. Hunc *Quirinum* meum, quo nemo alius mihi serviit amantiùs, ob certa negotia emandavi in *Angliam*, quorum duo præcipua sunt: Alterum, ut sceleratissimi impostoris rapinis aliquando finem imponam; Alterum, ut quoniam *Archiepiscopus Cantuariensis* simulq; Regia majestas literis amantissimè scriptis me invitant in *Angliam*, dispiciat cum amicis, an id commodè fieri possit. Nam hinc fortasis migrandum erit velim nolim. Utrunque cognoscere poteris ex hujus juvenis narratione, quem tibi commendo, mi *Pacæe*, non ut famulum, sed ut filium mihi charissimum, si quâ fortè in re fuerit opus officio tuo. Opto tibi perpetuam felicitatem. Datum *Basileæ* decimo Calend. Mart. Anno M. D. XXVIII. *Epist. 67.*

Erasmus Roterodamus Joanni Ulatteno S. D.

QUòd pro Pronunciatione dicârim *Ciceronianum*, consilio factum est; id arbitror tibi probari: quòd autem separatim excusus non est, incuriâ typographorum factum est, sed nihil refert. Opinor enim hos libellos frequenter ab aliis excudendos, tum id poterit corrigi. Hoc studium *Epist. 68.*

nostrum

noſtrum tibi gratum eſſe ſummopere gaudeo. Sed quid eſt obſecro quod minitaris, te poſthac non fore pollicitis divitem? Quem quum totum amicitiæ jure poſſideam, pariter omnia mea eſſe duco, quæcunque domi poſſides. Ego, mi *Ulatte-ne*, iſtum animum cuivis auro, gemmis omnibus antepono, quare non eſt quòd iſta te cura ſollicitum habeat. Mittam libellum ſi queam commodè. Sin minùs, facillimum erit unde libet parare quod commune eſt omnium. Humaniſſimis proceribus amicis tuis, ac per te meis fac me diligenter commendes. Tibi precor omnia læta fauſtáque. Datum *Baſileæ* 14. Calend. Aprilis Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Catarinæ Reginæ Angliæ S. D.

Epiſt. 69. GAudium & pacem à Domino noſtro *Jeſu Chriſto*, Regina clariſſima, multò tamen pietate, quam regni licèt ampliſſimi, conſortio felicior, præclara quædam felicitas eſt apud homines ex nobiliſſimis ſimul & potentiſſimis Regibus prognatam eſſe, Regi florentiſſimo matrimonio junctam eſſe, verùm hæc nihil ſunt ſi ad eximias animi tui dotes conferantur. Illa contigêre non ſolùm multis, verùm interdum & malis. Hoc rariſſimum exemplum, fœminam in deliciis aulicis natam & educatam, eâ fortunæ indulgentiâ, quæ ſolet etiam bene inſtitutos mores corrumpere, ſpem omnem, omne ſolatium, in ſacris precationibus, in divinorum voluminum lectione reponere. Hæc ſunt verè clara ſtemmata: hoc diadema quod te glorioſam reddit coram angelis Dei. Utinam hoc exemplum à Regina petant ſaltem viduæ, quæ dum oblitæ præcepti *Paulini* in deliciis agunt, *viventes mortuæ ſunt*. Quid memoro viduas? Utinam imitentur virgines, quæ mundi pompis ac voluptatibus omnibus repudiatis, totas ſeſe *Chriſto* ſponſo dedicârunt. Utraque debes ei qui fons & autor eſt bonorum omnium, quique pro ſua ineffabili benignitate facit ut ea quæ nobis videntur mala, quia naturæ moleſta ſunt, juxta *Pauli* doctrinam cedant in bonum iis qui diligunt Deum, ſecundùm propoſitum illius vocati ſancti. Quin interdum & animorum vitia, quæ verè mala ſunt, divinâ quadam arte vertit vel in tutelam vel in argumentum pietatis. Quiſquis autem verè diligit Deum, ſpei totius ancoram fixit, non in ſterilibus rerum fluxarum arenis, ſed in ſolida nulliſque rerum undis mobili petrâ, qui eſt *Chriſtus Jeſus*, ſponſus piarum animarum, ſic communis omnium, ut nulli nuptæ ſuus ſponſus tam ſit proprius ac certus, quàm ille eſt proprius ac præſens ſingulis: in hujus ſinum quiſquis ſe plenâ fiduciâ conjecit, omnemque ſolicitudinem in illum unum tranſtulit, cui ſcit ſe curæ eſſe, is in mediis rerum tumultibus & quietus eſt, & deliciis fruitur: Deliciis, ad quas collata quæcunque mundus hic habet ſuavia, nautea mera eſt, ut ait ille. Igitur anima quæ ſe totam tradidit huic ſponſo, non minùs agit gratias in adverſis, quàm in proſperis. Quanquam ſi vera loqui velimus, quid eſt adverſum, niſi quod nobis obſtat ad æternam felicitatem properantibus? Quid proſperum, niſi quod eò conducit? *Chriſtus* nobis & ſponſus eſt, & dominus, & medicus. Sponſus, quia charitate noſtri pertractus in mortem, æterno fœdere nos ſibi, ſe nobis devinxit: Dominus, quia ſanguinis ſui pretio ſeruit à tyrannide ſatanæ: Medicus, quia eſt, & ſolus efficaciter medetur mortem depellens, vitæ reſtituens. Sæpe mortem propitius eſt, quum immittit amara, quibus delinit dulcibus. Novit ille, quid expediat, nec ceſſat nec dormit in cura ſuorum. Non ſæpe numero proſpera judicamus, quæ ſunt adversa: pro adverſis ducimus, quæ ſunt proſperrima. Noſtrum eſt obſequium, ſponſi judicium. Quæ proſperitas ab hoc eſt, à quo niſi proficiſcitur, proſperitas dici non poteſt. Ab eodem pia vel adverſitas, hanc nobis vertit vel in remedium, vel in pietatis lucrum: illâ ſolatur infirmitatem noſtram, ut poſſimus ſuſtinere, hâc explorat coronandam eadem noſtram. Humano quidem ſenſu blandior eſt proſperitas, ſed ſæpenumero ſalubrior etiam lucroſior adverſitas. Non eſt adire cœleſtem gloriam niſi per crucem. Communis omnium via: ſive Reges, ut ait poeta, ſive inopes ſumus coloni. Sua cuique crux tolerata eſt. Hæc eò mihi ſcribuntur inclyta Regina, ut his tibi magis gratuleris, quæ ut ſunt longe præcioſiora, ita nec eripi poſſunt invitæ. Opportunitatem ſibi notam eſſe. Quum enim omne bonum ſit gratuitum Dei donum, quomodo quiſquam accepit, aut quomodo gratias aget divinæ bonitati, qui neſcit quid acceperit? Sponſa in Canticis minatur ſponſæ, ni ſe cognoverit. Non agnoſcit anima, quæ ſibi tribuit quod non habet, non ſe cognoſcit, quæ ſuis aſcribit viribus, quod ſponſi liberalitati ferendum erat acceptum, non ſe cognoſcit, quæ ſe feliciorem putat his externis, quàm arcanis illis Spiritus ſancti donis; quæque graviùs angitur erepti quibuspiam oboleis, quàm theſauri cœleſtis amiſſione. Sed dilabitur calamus? gratulari decreveram, & admonitor fio, quum ſciam ultrò currenti aperta ſtadio, & in ſacrarum literarum cursum ſe conferenti, nihil opus eſſe vel calcaribus, vel admonitis. Si liber quem tuæ majeſtatis nomini dicatum, promeruit ut ipſum digneris auribus conſequi, laboris hoc mihi feliciter ſuſceptum interpretabor. Sin eſt quod offendat, non gravabor hoc ipſo admonitione proximâ corrigere. Dominus Jeſus omnis lætitiæ perpetuo & incontaminabili gaudio ſerenet animum tuum inclyta Regina, & uxorium pietatis exemplum. Datum *Baſileæ*. Calend. Martias. Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Franciſco Dilfo S. D.

SI tua *Ulyſſea* peregrinatio tibi feliciter cessit, quâ πολλῶν ἀνθρώπων ἴδε ἄστεα καὶ νόον ἔγνω, quod tibi magnopere gratuler. Hiſtoriam omnem expecto per *Hieronymum Frobenium*, per quem citò poteris quidvis. Certum eſt omnia tentare cum *Berckmanno* priùs quàm aggrediar extremam illam gœdiam. Si dabitur opportunitas, hic extra aleam rhetoricam, hominíque perſuadeas ut ſibi mecum officiis certare quàm malefactis. Nôſti meos & tractandi rationes. *Petrum Ægidium* ſalutabis meis verbis diligenter, nihil enim erat quod ſcriberem, præſertim quum tu multarum epiſtolarum inſtar eſſe poſſis. Reverſo meo *Quentino Meteſio* ad iter accingar. Expectabis hoſpitem, ſed minimè gravem. Matri, fratribus tuis ac ſoro-

bus precor læta omnia. Tu cura sciam quid valeas. Datum *Basil.* 15. Cal. April. An. M.D.XXVIII.

Erasmo Schero me diligenter commendabis. Ei dabis libellum *De Pronunciatione* meo nomine. Quod scriberem nihil erat.

Erasmus Theologo cuidam Hispano Sorbonico S. D.

REcta consilia Deus suo favore prosperat; perversas hominum molitiones plerunque vertit in capita molientium. Jam multi sunt anni quòd monachi quidam titulo, quum re nihil sint minùs, me sibi fingunt hostem, non ob aliud, nisi quòd ex resloreſcentibus bonis literis, éq; *Christianismo* spirituali, pristinum vigorem mediante, sibi persuadeant nonnihil decedere vel commodis suis vel autoritati, quum vix alii chariores sint vere monachi, hoc est purissimi christiani, quàm mihi. Isti jam pridem mihi malè cogitabant, nec deerat juxta proverbiũ improbis aliud omnino quàm occasio. Hanc illis porrexit apud *Hispanos*, ut significant amicorum literæ, *Edvardus Leus*, illic Regis *Angliæ* nomine pacis legatione fungens, & præter sui Regis animum excitavit exitiosissimum incendium. Idem olim egit *Lovanii*, totam illam, quod quidem in ipso fuit, Academiam discordiæ venenò inficiens, re tam infeliciter gestâ, ut nec meis inimicis placuerit, & suis etiam amicissimis nonnihil modum displicuerit, exceptis pauculis idiotis, qui studio non judicio ducebantur. Nec ad aliam rem ingenium illius natum, factum, sculptúmque videtur, quàm ad serenda dissidia. Quoniam autem meis apologiis necessariò declarâram hominis malitiam cum insigni insciti conjunctam, omnis aliquot ille pressit dolorem, tamen interim nolens librum in me: non quo sua defenderet, nec enim potest, sed quo novas ingereret calumnias, idque adeo clàm, ut apud *Anglos* nunc nemo mihi credat hæc scribenti quæ gerat in *Hispania*. Nec dubito quin per *Gallias* iter faciens virus suum apud malitiæ socios sparserit. In *Hispania* verò quum reperisset monachos quosdam mihi malè cogitantes, communicare cœpit librum sycophanticum, multò stolidiorem quàm fuerat ille prior: & fingit se velle edere. quod nunquam tamen facturus est; optàrim factum. Illic erant tibi terribiles, *contra sacro-sanctam Dei trinitatem, contra Christi divinitatem, dignitatem & gloriam, contra Spiritus sancti divinitatem.* Erant indices rem totius præstigiis ob oculos ponentes. His rebus monachi sustulerunt animos. Et primus impetus factus est in aula Cæsaris per *Dominicanos*. Is autore procerum pressus est. Rursus *Salamanca* per *Franciscanos*, vitæ, ut habentur, probatioris renovatus, tanto tumultu, ut aut victuri, aut in pugna cubituri viderentur. Clamatum in concionibus, iteratum in privatis colloquiis, publicitùs affixi libelli, provocatum ad disputationem, nôsti ejusmodi tragœdiarum actus. Is motus ægrè per Cæsarem & Archiepiscopos aliquot temperatus est citiùs quàm cohibitus. Tandem extitit *Petrus Victoriensis Dominicanus*, qui *Burgis* præsidens suo malitio concionatorem agit, tuus ut audio germanus. Is tantâ vehementiâ orsus est fabulam, ut affirmarent, *hic non audiendos neque Cæsarem, neque Angelos, sed Deo obediendum potius quàm hominibus.* Quid multis? Res omninò spectabat ad seditionem. Itaque visum est Cæsari ac præsulibus, ut vociferari desinerent, articulos exhiberent, si quos haberent adversantes fidei. Interim abstinerent à publicis clamoribus. Ægrè obtemperatum, sed illud silentium privatis obtrectationibus abundè pensabant. Ibi conspirant septem monachorum genera. Exhibiti sunt articuli, non solùm impudentes & vanissimi, verùm etiam tractatu periculosi ob imbecilles, qui nec apud *Hispanos* desunt, vel ob *Judaismum*, vel ob *Paganismum*. Res agi cœpit, sed mox negotium in furiosum exiit tumultum, tandem pestilentia subitò obortà diremit synodum. Nec tu mihi pilo minùs charus es, quòd habes fratrem hujus negotii ducem. Ex amicorum enim literis intelligo te virum esse singulari & doctrinâ & æquitate præditum, speróq; futurum, ut fratrem ad saniora consilia revoces. Porrò, non dubito quin qui in *Hispania* hanc ordiuntur tragœdiam, istius collegii clam implorârint auxilia, quo conjunctis copiis vi opprimatur *Erasmus*. Hoc consilium inprimis quàm non sit animi Christiani perspicit tua prudentia. Ac de me quidem levis fortasse jactura fuerit. At vereor nè hinc novum aliquod oriatur dissidium, quum ego semper pacis concordiæque fuerim & patronus & hortator. *Sutor* & *Bedda* sibi persuadent *Erasmum* hominem esse nihili. At is in omnibus regionibus habet sibi plurimos etiam potentes studiis suis devinctos. Ineptum quidem dictu, tamen dicendum, habeo scrinia plena Regum, Cæsaris, Card. Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Magnatum & eruditorum literis amantissimè scriptis. In *Hispania* verò quosdam adeo fervidos patronos, ut coactus sim illis scribere, nè contentione studiorum moveant exitiale dissidium, sinant potius *Erasmum* fluctibus dedi, fortassis à ceto quopiam excipiendum. Ex quantulis initiis, quanta videmus oriri incendia! In *Hispaniis* hactenus tranquilla res erat, & summo otio florebant studia. Nunc hanc tempestatem per *Leum*, ut scribunt, invexit manachorum improbitas. Nec interim aliud lucrifaciunt quàm odium bonorum & risum. Ex tam malis fontibus, quid boni potest oriri rei Christianæ? *Leus* quovis pacto molitur vindictam. Idem eodem spiritu agit *Bedda*. Non respondet ad quæ oportuit, sed ad eosdem articulos aliter digestos redit, credens omnia fore prospera, si vestra censura damnârit aliquot: nec cogitat quàm parùm nunc orbis tribuat istiusmodi censuris, multò minùs tributurus, si perspexerit tam malitiosa judicia, quàm sunt *Lei* & *Bedda*, cujus furori collegium vestrum mederi decuit magis quàm inservire. Quid enim illum pudet, qui talem librum dedit orbi legendum, non expectato Collegii judicio? Nec jussus premere pressit, sed elusit Regis edictum, curans ut in *Germaniam* spargeretur, & isthìc clam distraheretur. Ad hæc, quum meæ supputationes ob oculos omnium posuerint hominis insciti am cum pari malitia conjunctam, non cogitat de purgando, sed articulos aliquot decerptos ex acervo calumniarum & *Gallicè* versos, misit in aulam regiam, quos in hoc delegerat, ut proceres, mulierculas, denique totam *Galliam* in me concitaret, quemadmodum calumniatus antea fuerat titulum *Angliæ* Regi tributum. Nunc eosdem articulos vobis ingerit, scilicet in ordinem digestos, ut novi videantur, perinde quasi nihil sit responsum. Hæc quum malitiosis artibus, ac perversis

versis animis gerantur, quid obsecro possunt gignere nisi magnum malum? Quod nè oriatur, sedulò quidem enitar, certè illud efficiam nè mihi possit imputari. Non enim rependam malum malo, nec meum privatum dolorem, publico Ecclesiæ detrimento ulciscar. Impietatis uti crimen non admittam, ita calumniam non feram. At finge me nec velle, nec posse quicquam contra niti; non deerunt tamen qui rem hanc rapturi sint in occasionem ac materiam contentionis. Quid autem est Christianismus, si pax absit? Ubi verò pax, si absit charitas? Quæ porrò charitas, ubi cuncta tantis odiis, tantis conviciis tam impudentibus & indoctis calumniis geruntur? Videmus ex quantulis initiis, quantæ tempestates exoriantur, quàm facilè jacens malum moveatur, quàm difficilè motum consopiatur. Hoc gravissimum *Lutheri* incendium unde natum, unde huc progressum, nisi ex *Beddaicis* intemperiis? *Martinus* proposuerat Aphorismos disputandos de Condonationibus Pontificiis. Eas non minùs impiè quàm impudenter deprædicabant ptochotyranni quidam, qui spe lucri nihil non audent. Horum intemperiis *Lutherus* oppositit sua problemata. Indignabantur quorum res agebatur. Missa sunt ad *Leonem* X. Respondit *Sylvester Prieras* tam feliciter, ut ipse pontifex indixerit illi silentium. Successêre quorundam monachorum vociferationes apud populum, nihil habentes in ore præter hæreses, blasphemias & schismata. Visa narro. Nulla res magis conciliavit omnium favorem *Luthero*. Quòd si de Condonationibus sobriè, sicut erant propositæ disputatum fuisset, nunquam hæc lues sic occupâsset orbem. Quid autem tam piè, tam circumspectè scriptum est, à quoquam, quod non queat calumniari, qui mentem habeat qualem spirant scripta *Bedda*? Nos scripsimus stilo non rhetorico, sed paulo mundiore, non quod scholasticum damnemus; habet & ille suum usum; sed ille nec ubivis congruit, nec omnibus arridet. Studuimus & politioris literaturæ studiosos, velut escâ quapiam ad amorem sacrarum literarum allicere. Jam *Bedda* talem phrasim non intelligit: Hoc ipsa res clamitat. Non est opus argumentis. Deinde in paraphrasi servamus decorum personæ loquentis, nec respicimus ad hæc tempora, sed quod *Christus*, aut Apostoli suis temporibus docuerunt, conamur explanatiùs dicere. *Bedda* quæ rhetoricè dicta sunt examinat ad dogmata scholastica, imò *Sorbonica*, quæ illic quotidie nascuntur nova; nec agnoscit tropos, nec personas, nec tempora. Quid hoc calumniandi studio perversius? Sceleratius etiam est, quòd decerpit hinc atque hinc mea verba, prætermissis arte, quæ meam sententiam explanant, & excludunt calumniam. Interdum pro meis verbis supponit sua, prætermittit, addit, utcunque visum est appositum ad calumniam. Verbi causâ, Divus *Hieronymus* exhortans clericos ad contemptum divitiarum, in hanc loquitur sententiam: *Partem cum Domino non potest habere, qui aliquid possidet præter Dominum*. Si malignè quis interpretetur, nónne prorsus clericis omnibus adimit proprietatem? Rursum, quid odiosius illo de matrimonio? *Quale bonum hoc est, quod comparatione deterioris probatur?* Quas hìc blasphemias intonaret, si quid tale reperiretur in scriptis meis? Item quum *Basilius* exhortans divites ad liberalitatem, ait, *illos rem alienam occupare*; quid seditiosius dici poterat, si hoc

A examines non ad exhortationis [illegible] gmatum vigorem? Hujus generis [illegible] mille colligerem è probatis [illegible] postularet. Sed omnium impudentissimum quod impingit mihi, quæ nec scripsi [illegible] avi. Et vides quàm sint excitata mortalium [illegible] periit illa populi simplicitas. Quoad [illegible] *sic judicavit alma facultas*: Nunc utinam [illegible] tionibus & scripturis auscultarent. Dicerem [illegible] libus non argumentis, sed fasciculis [illegible]

B Fortassis istud dictat lex humana, sed lex [illegible] tis aliud dictat. Illa de nemine facilè [illegible] Multi simpliciter errant, multi sic [illegible] sunt, ut facilè possint sanari. Et si dictum [illegible] esset, tamen ob alios nondum deplora[illegible] ret illos, certis & evidentibus argumen[illegible] pturis efficacibus coargui. Equidem [illegible] *mani pontificis* autoritatem plurimum [illegible] derisad ædificationem Ecclesiæ, sed vi[illegible] prolapsa. Nec ulli magis offecerunt illi[illegible]

C tati, quàm qui nimis impudenter illi[illegible] tem exaggerârunt. Idem dicere licet [illegible] chis. Ipsi sibi detraxerunt quod æquum [illegible] plus æquo tribui postulant. Ita juxta [illegible] *Rumpitur dum nimium tenditur funicu*[illegible] mundus aliquid eximium & homine [illegible] pectat. Eam opinionem omnibus [illegible] mum istius collegii celebritas, deinde [illegible] studio philosophiæ sacrisque literis [illegible] verò, O viri divini, depromendum [illegible]

D um, & homine majus. Requirit hæc [illegible] signes naucleros; poscit hic morbus [illegible] cos; nè in frivolis consumatis operam [illegible] Ista facultas *Christo* militare debet, [illegible] privatis hominum affectibus. Artem [illegible] tem vestram adversus eos expromite, [illegible] dignitatis arcem ex professo palàm [illegible] apud multos jam labefactârunt, [illegible] gmata libris editis detestantur: [illegible] suis vulneribus pro virili tuetur [illegible]

E qui paratus est confodere, si quid [illegible] scriptis ipsius comperiatur. In bello [illegible] ne navatam operam, præmium à [illegible] Iet: Mihi in hoc bello ob sedulò navatam [illegible] à vobis qui hujus militiæ duces estis, hoc [illegible] mium, ut calumniis ac mendaciis [illegible] *darum* opprimar? Evangelico gradu & [illegible] *Christi* res hæc agenda est, non arte [illegible] Sapientia vincit malitiam. Malitia [illegible] quàm propagat malitiam. Absit autem [illegible]

F autoritas cujusquam malitiæ serviat [illegible] am sedulitatem. Jam mundus & Princeps [illegible] ex parte intelligunt hunc esse pseudo[illegible] tumultum, hoc agentium ut simul cum [illegible] linguas ac bonas literas obruant, [illegible] dicerunt, ita & discere piget, & nescire [illegible] tiam si pium sit utrunque, tamen ad [illegible] te tempus properant. Spirat adhuc ille, [illegible] regnat in animis plurimorum. Habet qui [illegible] antur, qui propugnent, qui vestram [illegible]

G elevent, ac traducant apud omnes, nihil [illegible] amplectentes quam quod vestris sustinge[illegible] natum est. In hos estote viti potius quam [illegible] *mum*, qui in castris vestris sub iisdem [illegible] tat, qui non sine sanguine cum hostibus [illegible] vos pro capitalibus ducitis hostibus. Et [illegible] ri potest, ut adversus impietatem [illegible] licubi labar in impium dogma. Nam [illegible]

& *Hieronymo*, & *Cypriano*, & *Ambrosio*, & *Augu-*
stino, si quis exactius exquirat. Tale si quid acci-
dit, vel insciti, vel imprudentiæ potest ascribi,
malitiæ non potest. Id ego si quis commonstra-
verit docueritque, veluti partum suppositicium,
libens jugulabo. Si quid parùm intellectum, in-
terpretabor. Id fiet primùm inconvulsâ Christia-
nâ charitate, deinde majore cum fructu, postre-
mò cum vestri ordinis dignitate, cujus existimati-
onem undequaque sartam tectam haberi prorsus
est è re Christiana. Eam oportet rectis rationibus
commendare, non odiis aut calumniis. Sunt qui
fingant me parùm faventem dignitati ordinis
Theologici, quòd alicubi revocem ab immodico
studio quæstionum non necessariarum, quòd ad-
horter ad fontes divinorum voluminum, ad co-
gnitionem linguarum, & *Beddæ* scilicet consulit
illius dignitati, qui talem librum emisit in lucem.
Loquor enim propriè de libro quem in me scri-
sit, de cæteris alii judicent. Erat è dignitate ve-
stri collegii, primùm in eo non esse *Beddas*, proxi-
mum non tantum valere. Quòd si decretum est
illius omnia, seu rectè, seu perperàm facta, tueri,
nam omnes intelligent studio non judicio rem ge-
ri; quod absit ut eveniat. Jurata est vobis concor-
dia, sed in honestis. Jurata est mutua dignitatis
defensio, sed istis rationibus maximè læditur ve-
stra dignitas, quæ si tyrannica est, non Theologi-
ca, quidvis est potiùs, quàm dignitas. Ac fortasse
res non est omnium communis, fama tamen erit
communis omnium. Quo magis advigilandum
integris, nè quid collegii nomine prodeat, quod
illius parùm respondeat existimationi. Mihi qui-
dem ignotus est istius collegii status, sed partim ex
eorum temporum habitu, partim ex aliis facilè
conjecturam facio: In omni consessu semper fu-
erunt, qui studiis & improbitate rerum summam
sibi vindicant, nec temerè fit, ut melior pars vin-
cat. Per illos primùm res privatim decernitur,
mox excluduntur integriores, adhibentur idonei,
præfatio commendat concordiam, adduntur mi-
næ, *hic*, inquiunt, *apparebit, qui sint Lutherana fa-*
ctionis. Si quis dixerit aliquid æquius, mox audit
frementibus, *Luthero* pejor. Sunt ingenia mo-
desta, quæ malunt quiescere quàm cum talibus
contentionem suscipere: Sunt qui in gratiam pri-
tam deflectant à sua sententia: Sunt qui metu-
ant aut sperent aliquid, eóque premant quod ju-
dicant optimum: Sunt qui non intelligant, quod
nudè proponitur: Sunt qui iisdem affectibus ex-
secati sunt, quibus *Bedda*: Sunt quos utcunque
nos clamor ac tumultus allorum ita ut fit, agit
ut furias. Ita non fit, sed extorquetur senatus
consultum. In quo prodendo rursus qui extorse-
runt admiscent affectus suos, aliis vel insciis, vel
non inventibus. Et hoc dicitur collegii decretum.
Hæc nequaquam ad te scriberem, nisi mihi do-
ctorum hominum literis persuasum esset te virum
esse magno rectóque judicio præditum, eóque cu-
raturum, nè quid isthic geratur secus quàm opor-
tet. In me certè nullum hominis Christiani desi-
derabitur officium. Malitiosas calumnias non fe-
rem, etiam si sex *Romani Pontifices* subscribant
istis sententiis. Nec enim Pontificum, nec ve-
ra autoritas valere debet ad opprimendam veri-
tatem & innocentiam. Idem ages apud *Petrum*
Gyllinum fratrem tuum. Ita continget vobis spe-
rata victoria, si vincat *Christus*, si superet charitas,
multóque melius merebiris déque collegio tuo,
déque fratre, quàm de *Erasmo*. Spiritus cœlestis
inspiret animis vestris quæcunque pia, quæcunque
sancta, quæcunque ad Christianam amicitiam
conducibilia. Bene vale. Datum *Basileæ* pridie
divi *Andreæ*, Anno M.D.XXVII.

Erasmus Rot. Martino Bucero S.D.

SAtis tu quidem rhetoricè causam agis *Capito-* *Epist. 72.*
nis, verùm video te, licèt alioqui facundum cau-
sidicum, non satis instructum ad hoc patrocinium.
Si conjecturarum & argumentorum aciem pro-
ferrem, intelligeres tibi meditandam aliam ora-
tionem. Verùm ego jam rixarum sum satur, &
in eos quos ex animo dilexi, non facilè moveor.
Quid eques glorioſus ausit aut non ausit ipse vide-
rit, nisi quòd nimiùm subinde redit ad hunc lu-
dum. *Capitonem* ei fabulæ non admiscebo, nisi se-
ipsum rursus admiscuerit, nec arbitretur me tam
stupidum ut non intelligam quid agatur. Sed his
de rebus ipsi scripsimus. Porrò, quòd tuam vestræ-
que Ecclesiæ causam agis, arbitror satius esse nihil
respondere, quòd res, etiamsi vacaret discrimine,
verbosissimam orationem desideret. Tantum ad
quædam carptim & paucis accipe. Qui de linguis
detulerat, is est, cujus fidem nè tu quidem contem-
neres, nec malè de te sentit. Verùm in te nihil
unquam concepi sinistri animi, quod quidem attin-
net ad privatos affectus. Agunt isthic qui hic bla-
terabant, omnes disciplinas esse repertas à cacodæ-
monibus. Certè ubicunque regnat hoc hominum
genus, quocunque nomine censendum, jacent, stri-
gúntque studia omnia. *Norenbergæ* conducti sunt
ex ærario civitatis qui profiteantur, non est qui
audiat. Colligis tu quidem mille conjecturis, cur
Ecclesiæ vestræ non dederim nomen. Verùm sci-
to primum ac potissimum omnium quod me ab
isto consortio revocavit fuisse conscientiam, cui si
persuaderi potuisset à Deo proficisci quod agitur,
jam olim in vestris castris militarem. Proximum
est, quod videam in isto grege multos alienos ab
omni synceritate Evangelica. Mitto rumores &
suspitiones, de compertis experimento loquor, at-
que adeo meo malo compertis, nec in vulgo tan-
tùm, verùm etiam in his qui videntur esse aliquid,
nè dicam proceres. De ignotis non est meum ju-
dicare, mundus latè patet. Novi quosdam optimos,
priusquam huic professioni sese addicerent, quales
nunc sint nescio: certè aliquot comperi factos de-
teriores, nullum meliorem, quantum humano ju-
dicio perspici potest. Tertium quod animum meum deterruit, est ista tanta inter primores negotii dissentio. Ut enim omittam prophetas & Anaba-
ptistas, quàm amarulentis libellis inter se confli-
ctantur, *Zuinglius*, *Lutherus* & *Osiander*? Princi-
pum sævitiam nunquam probavi, sed hanc quorun-
dam mores irritant, quum oportuerit sanctitate
commoditatéq; meorum commendare Evangeli-
um, si apud vos esset quod jactatis. Ut enim de aliis
taceam, quorsum attinebat ut *Lutherus* ad eum
modum scurraretur in *Anglia* Regem, quum nego-
tium tam arduum susceptisset favente mundo? Non
cogitabat quam personâ sustineret, non reputabat
totius orbis oculos in unum conjectos? Et hic est
hujus negotii coryphæus, cui non admodum succen-
seo, quòd me tam scurriliter tractavit; quòd Evan-
gelii causam prodidit, quòd Principes, Episcopos,

pſeudomonachos, pſeudotheologos in capita bonorum virorum immiſit quòd ſervitutem, quæ jam erat intolerabilis, conduplicavit, id verò diſcruciat animum meum. Et videbor mihi videre ſeculum cruentum ac ſanguinarium, ſi pars irritata reſpirârit, quod planè nunc facit. Dices nullam eſſe turbam quæ non habeat admixtos malos. Certè procerum erat præcipuam de moribus curam agere, mendaces, perjuros, ebrioſos, ſcortatores, nec alloquio dignari. Nunc longè ſecùs fieri audio, ac propemodum video. Si maritus comperiſſet uxorem magis morigeram, ſi præceptor diſcipulum magis obſequentem, ſi magiſtratus civem magis tractabilem, ſi conductor operam fideliorem, ſi emptor venditorem minùs ſubdolum, erat magna Evangelii commendatio. Nunc quorundam mores faciunt, ut & qui primùm amore pietatis & odio phariſaiſmi favebant huic negotio, nunc frigeant, & Principes dum vident ſubnaſci populum ἀτακτον, ex erronibus, profugis, decoctoribus, nudis, miſeris, pleriſque etiam malis collectum, execrantur, & ii qui initio bonam ſpem conceperant. Hæc non ſine gravi dolore commemoro, non ſolùm ob id quòd proſpiciam rem finiſtrè tractatam in pejus ceſſuram, verumetiam quòd hæc faba tandem in meum cuderur caput. Quidam enim iniquiores, meis imputant ſcriptis, quòd Theologi ſcholaſtici, quòd monachi nonnullis in locis minoris fiant quàm vellent, quòd jacent ceremoniæ, quòd negligitur regnum *Pontificis Romani*, quum non ſit obſcurum, quo fonte malum hoc proſilierit. Illi nimium tendebant funiculum, qui nunc rumpitur. Pontificis autoritatem propemodum anteponebant *Chriſto*, ceremoniis metiebantur totam pietatem, confeſſionem in immenſum arctabant, monachi regnabant impunè, jam manifeſtum phariſaiſmum meditantes. Evenit tandem ut juxta proverbium ruptum ſit τὸ χαλκοῦν τρῆμα. Nec aliter evenire potuit. Ac miſerè metuo nè idem eveniat olim Principibus, ſi pergant & ipſi ſuum funiculum plus æquo tendere. Rurſus ut altera pars inſtituebat actionem ſuæ fabulæ, non potuit alius exitus eſſe, quàm videmus. Et utinam non videamus atrociora. Oportebat autem hujus negotii duces, ſi *Chriſtum* pro ſcopo haberent, non ſolùm à vitiis abſtinere, verumetiam ab omni ſpecie mali, nec ullum offendiculum dare Evangelio, & illa ſtudioſè vitantes, quæ, quanquam licent, non tamen expediunt. In primis ab omni ſeditione cavendum erat. Si rem ſyncerè ac moderatè tractâſſent, acceſſiſſet Principum & Epiſcoporum favor. Nec enim omnes deplorati ſunt. Nec erat quicquam temerè convellendum, niſi parato quod melius ſuccederet in locum deterioris. Nunc qui abjecerunt preces horarias, nihil orant. Multi qui poſuerunt veſtem phariſaicam, in cæteris deteriores ſunt quàm antea fuerant. Qui contemnunt conſtitutiones Epiſcoporum, nec Dei præceptis obtemperant. Qui negligunt delectum ciborum, gulæ ventríque indulgent. Longa tragœdia eſt, quam partim audimus quotidie, partim accipimus ab aliis. Miſſam abrogari mihi nunquam placuit, etiamſi ſordidum hoc & quæſtuarium ſacrificulorum genus ſemper diſplicuit. Et erant alia quæ citra tumultum mutari poterant. Nunc quibuſdam nihil omnino placet quod receptum eſt, quaſi ſubitò novus mundus condi poſſet.

A Semper erunt quæ ſint piis hom[illegible]
Si quis ideo putet Miſſam in tot[illegible]
quòd complures hâc abutantur, tol[illegible]
concio quam propè ſolam recipi[illegible]
de Invocatione divorum, déque Je[illegible]
gebat epiſtola tua prolixiorem reſp[illegible]
hoc ipſum meis occupationibus p[illegible]
Audio te præclaris dotibus præd[illegible]
candum Evangelii verbum, ac mo[illegible]
B vilioribus quàm ſint multi. Quare
prudentiam vel nunc dare operam, u[illegible]
moderationéque doctrinæ, & morum
res utcunque cœpta perveniat ad ex[illegible]
lio dignum. Ad hoc habebitis me pro
jutorem. Nunc tametſi machinis om[illegible]
tunt monachorum phalanges ac T[illegible]
dam, nulla tamen res efficiet, ut h[illegible]
jacturam ſciens faciam. Erit tuæ p[illegible]
ſpargere hanc epiſtolam, nè quid hu[illegible]
C diæ naſcatur. Si liceret coram, ple[illegible]
taremur. Bene vale. *Baſileæ*, Natali di[illegible]
tini, Anno milleſimo quingenteſimo ri[illegible]
ptimo.

Eraſmus Rot. Senatui Pariſienſi S. D.

SI negotium hoc privatum ad me
tineret, ornatiſſimi Judices, jure
licui viderer improbus, qui & tantu
D culus, & nullo officio vobis commen
tum ut multò omnium auguſtiſſimo
mis graviſſimiſque negotiis occupa
verear interpellare. Verùm quoni
& veſtram prudentiam facilè perſ
de quo ſcripturus ſum magis ad
rum ac religionis tranquillitatem
logicæ facultatis dignitatem per
meam unius exiſtimationem, non
aliò magis confugiendum eſſe, qu
E autoritatem, velut ad ſacram ancu
múmque juſtitiæ præſidium. Nè
giore morer protemio, *Natalis Bed*
& imporenter & infeliciter edito
chatus eſt in me, ut *Rex Chriſtianiſſ*
rem cognovit, vetuerit codices
biè vetiturus excudi, ſi tempeſtivè
ſet: majore etiam ut accipio impe
cœpit agere malè auſpicatam fabu
ter iratus quòd ad tam impudentes
F ſus ſim reſpondere: quaſi in illius
erim agnoſcere opiniones & blaſ
mihi nè per ſomnium quidem
in mentem, quum ſumma ſit impe
tis crimen agnoſcere, niſi culpam
hìc tamen inſimulo facultatem,
liber excuſus eſt: non enim dubito
poſt inſciis illis ſuum ſtomachum
Sic autem temperavi reſponſionem,
nec verbum ullum protulerim adv
G conſcientiam. At ſi non potui
innocentiam, niſi illius in calu
tatem & impudentiam aperirem,
bat imputare qui provocârit, non
liberum non erat obiceſcere: pra
ego literis amantiſſimè ſcriptis
gotium Chriſtianâ modeſtiâ tra
ties invitârim, omnia pollicem
pietatis & concordiæ ſtudioſo digna.

illius calumniæ sint evidentiores quàm ut dissimu-
lari queant, novâ vià molitur vindictam, & bo-
minem plus satis concitatum instigant quidam, ut
hoc organo suum dolorem ulciscantur. Conges-
sit ingentem acervum articulorum, talium planè
qualibus fatebat ille liber à Rege damnatus, quos
non ipse decerpsit è libris meis, sed à magistellis
aliquot decerptos accepit. Nam ipse mea nun-
quam legit, quantum sanè divinare licet. Eos ad
facultatem Theologicam detulit condemnandos,
ex jam accipio peticlitatos aliquot. Equidem hoc
animo sum, ut si quid impiè dictum comperiatur
in scriptis meis, nolim mihi gratiam ejus erroris
fieri. Verùm quid est tam circumspectè scri-
ptum, quod non depravare queat calumnia, dolis
& odiis armata? Hæc felicitas nec *Augustino*,
nec apostolis contigit. Porrò, nisi *Bedda* prorsus
diffideret suæ causæ, responderet saltem ad quæ-
dam loca, tam impudenter calumniosa vanáque,
ut res manibus, quod aiunt, sentiri possit. Nunc
hoc omisso, quod in primis curatum oportuit, vim
parat, concitat facultatem, ut articulorum turbâ,
suffragiis & autoritate me opprimat. Nec tam
male vel de meipso, vel de sacratissimâ facultate
mentio, ut illius judicium pertimescam. Cur enim
id facerem, quum hoc pridem ab illis flagitârim?
Sed *Bedda* judicia quàm cæca sint odio, satis de-
clararit ipse. Et is in eo confessu habet multos
sibi addictos, quosdam vel invidiæ metu, vel quie-
tis amore obticescentes; si quis quid æquius adfe-
rat, mox audit, *Lutherano* pejor: nonnullos poli-
oris literaturæ rudes, qui nostra non intelligunt.
Eum qui & integri sunt, & docti, tamen falli pos-
sunt. Decerpitur sententia nuda, quæ sola vide-
tur impia, cui si jungerentur quæ præcedunt ac se-
quuntur, esset pia. Proponitur sub nomine *Eras-*
mi, quæ dicitur sub persona *Pauli* aut Evangelistæ;
inferuntur ad hujus temporis Ecclesiam, quum con-
stet Ecclesiæ priscæ. Exempli causâ, *Paulus* di-
cit de se & Christianis, *Miserabiliores sumus omni-*
bus hominibus. Quid magis impium, si nihil ad-
das? Verùm si addas, quod addit *Paulus*, *Si non*
resurrectio mortuorum, pia vox est. Item *Paulus*
dicit, *Esca non commendat nos Deo*. Hoc piè dice-
retur ab Apostolo illis temporibus, quibus Chri-
stianis erat periculum à Judaico delectu ciborum,
quibus nondum Ecclesia ullum cibi genus inter-
dixerat. Hanc sententiam aliis verbis sub persona
Pauli in Paraphrasi explanatam sic interpretan-
tur, quasi nunc *Erasmus* doceat, contemptis Ec-
clesiæ constitutionibus, cuivis licere vesci quibus-
vis, quod ego nè somniavi quidem hactenus.
Nec qui nescit, damnabit eam sententiam, quæ
mea non est, sed *Pauli*, simúlque pro me damna-
bit Apostolum. Ex hoc exemplo cætera conjici-
to vestra prudentia. Harum molitionum, quoniam
fons ac seminarium est odium, ira, livor, & ulci-
scendi cupiditas, quid aliud hinc nasci poterit, ni-
si tumultus ac dissidia, quum horum malorum in
Anglia sit jam plus satis: magísque conveniret, ut
omnes pro viribus tuentem Ecclesiæ concordiam suo
more sublevarent, ejúsque collegii, quæ semper
omnium summa est habita autoritas, serviret glo-
riæ Christi, non affectibus *Beddarum*, *Sutorum*, &
quorundam falsò nomine monachorum; qui
nimium in sola improbitate fiduciam collocârint;
quæ respondent ad ea, in quibus tam insignis ca-
lumniæ redarguuntur, sed improbis conspiratio-

A nibus ac tumultibus rem aggrediuntur, non ob
aliud magis infensi nobis, quàm quòd columis
in castra *Lutheranorum* discedere? Quicquid ha-
ctenus per *Beddas* ac *Sutores* insanitum est, boni ar-
bitratus sum ad Theologicam facultatem pertine-
re, cujus autoritati semper detuli plurimum,
sempérque delaturus sum, si modò liceat. Ve-
rùm si talibus modis pergant obtuere, non dicam
me, qui nihil sum, sed veritatem ac pietatem,
B qualibus olim *Judæi* oppresserunt *Jesum*, efficiam
ut mundus intelligat ea quæ, velut impia, dam-
nantur ab istis, esse Christianæ pietatis, & aut
non fuisse intellecta, aut malitiosè depravata:
rusticanam ac simplicem veritatem sic exponam
oculis hominum, ut textoribus etiam ac textri-
cibus sit conspicua. Quâ ex re quantum illis sit
accessurum gloriæ nescio. Optarem negotium
hujus esse generis, ut meam innocentiam salvâ
illorum autoritate tueri possim. Impietatis cri-
C men nemo pius debet agnoscere. Etsi mihi lice-
ret agnoscere, non expedit aliis, quos hæc opinio
vel in errorem illiceret, vel in errore confirma-
ret. Hic igitur si vestra autoritas, quâ major
secundùm Regem in isto regno non est, molitio-
nibus istis tumultuosis, ac malitiosis imponat si-
lentium, primùm consuluerit & studiorum qui-
eti, & religionis Christianæ tranquillitati, deni-
que Theologicæ facultatis dignitati, si vestro hor-
tatu se digna gesserit. Jam quo minore negotio
D rem omnem cognoscatis, mitto responsiunculas
ad articulos aliquot, qui jam in confessu *Sorbonico*
dicuntur periclitati: simúlque mitto librum quo
Bedda calumniis respondeo, locis indicatis, quo
magis sint in promptu. Si vestra autoritas incom-
positos tumultus cohibuerit, erit magnopere gra-
tum. Sin & illam negligent, hujus calumniæ ma-
litiam suis coloribus accuratissimè depingam, ac
Regi Christianissimo mittam. Nec dubito quin is,
ut est veræ pietatis syncerissimus amator, ac dis-
E fidiorum osor, sit aliquâ ratione quietem indi-
cturus istis, qui in gratiam quorundam stolido-
rum pseudomonachorum, sub titulo religionis ac
pietatis veros hostes agunt religionis ac pietatis.
Augustissimum vestrum senatum incolumem flo-
rentémque semper tueatur ille *per quem Reges*
regnant, & Judices justa decernunt. Datum *Ba-*
sileæ XVIII. Calend. Decemb. Anno millesi-
mo quingentesimo vigesimo septimo.

F *Erasmus Rot. Joanni à Lasco Præposito*
Gnesnensi S. D.

AMO tuam istam prudentiam, vir ornatis- *Epist. 74.*
sime. Non mediocris est malis ingeniis be-
ne uti, & ex noxiis animantibus utilitatem ca-
pere. Habeo quosdam qui vehementer amant, in-
terdum meo magno malo. Malim qui pruden-
ter amant. De regia epistola gaudeo tuum con-
silium mihi fuisse felix, uberius gavisurus si fe-
G lix fuerit & reipublicæ. Animus iste tuus mihi
tam addictus, non potest mihi non esse gratis-
simus, haud tamen desinam te monere, videas
nè quam tibi studium mei vehementiùs conci-
liet invidiam. *Glareanum* exhilaravi commonstratâ literarum tuarum parte. Satagit, ut nun-
quam aliàs æquè, proinde munus hoc non ma-
lè collocavit tua benignitas. De *Beato* nè sis
sollicitus: Est quod dicitur, quanquam amoris

erga se tui *μνημόσυνον* non aspernabitur. Libellum isthic excusum vix credit, adeò miserè cupit quod scribis esse verum. *Hieroslai* fortitudinem objurgarem, nisi jam serum esset. Congeminavit sollicitudinem meam tua quoque valetudo non satis prospera. Nec hanc posituras sum, donec tuis literis cognovero lætiora. Quemadmodum mihi gratissimus futurus est tuus conspectus, ita nonnihil sum sollicitus, quomodo te tractatura sit *Hispania*. Non paucos enim absorbet. Nec mirum videri debet, si tam preciosæ, tam charæ, tam raræ possessioni anxiè metuo. Nollem cum Rege improbius agi de munere, nè cui videar hoc venatus. Nam hoc intelligo quibusdam esse cordi. De ducentis florenis, facies quod tibi commodum judicabis. Ad me nihil dum perlatum est. Literas & isthìc refrigescere doleo, quum apud *Brabantos* & apud *Hispanos* felicissimè floreant. Bellorum nullum video finem, adeo crudescunt Principum iræ. De *Roma* rursus captâ crudelis ad nos adfertur rumor. Opto vanum esse. Hìc pestilentia rursus aliquot abripuit, mitior tamen quàm autumno proximo. *Joannem Frobenium* amicum incomparabilem paralysis nobis ademit. Primum dextri pedis gravissimo cruciatu diu torquebatur, sic ut nulla mors crudelior: eo per medicum audacem magis quàm eruditum consopito veriùs quàm profligato, cœpit esse feroculus, & amicis admonentibus, ut domi se contineret, vitaret frigus, arrisit non obtemperavit. Ita ex alto nescio quid tollere parantem morbus obortus in humum dejecit. Casus ipse ad mortem satis erat, post biduum ægrè alterum oculum sustulit, jam agens animam. Hujus viri decessus me non vulgariter affecit, præsertim quum *Augustinus* totus ferveat sub prælis non paucis. *Hosio* lubens bene faxim si quid queam. Nunc tamen non erat scribendi ocium. Opinor cæteros amicos ad te scripturos. Quæ nisi proximis nundinis, videntur ad te nondum perlata. Item quæ scripsi per *Severinum Olpeium*, qui se prædicabat istuc proficisci. Dicavi tuo patruo *Ambrosium*. An hìc mihi mens læva fuerit, ex te scire cupio. Nam diu fluctuabam anceps animi. Quam tragœdiam mihi quidam quavis viperâ nocentior, orsus sit in *Hispania*, cui præluit *Bedda*, & nunc cupit catastrophen addere, disces ex epistolis & libello quem addo. Harum rerum nihil spargat tua prudentia ante tempus. Suaseram huic nuncio *Georgio* ut hìc maneret, verùm maluit isthuc recurrere, quàm hìc ociosus terere tempus. Bene vale, *Basileæ*, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Christophoro à Schydlovietz Palatino, & Capitaneo Cracovienſi, regni Poloniæ Cancellario S. D.

Epist. 75 NOn caret quidem egregia virtus vel laude, vel præmio suo, etiamsi præclaris conatibus non responderit eventus, qui soli Deo est in manu; nos tamen eramus feliciores futuri, nisi plus valuisset regnandi dulcedo, quàm æqua rectáq; consilia. Prorsus experimur esse verissimum, quod ante tot annorum millia scripsit *Homerus*, *Cibi, potus, cantionum, chorearum, & omnium rerum quamvis natura dulcium homini satietatem oboriri; solius belli, rei omnium tristissimæ, nullam esse satietatem.* Quid hoc aliud esse dicam, vir eximie, nisi Deum à nobis aversum, Principum quorundam animis

A insedabilem ardorem pugnandi … autem malorum abest huic … regio non aut patitur bellum, … sævit pestilentia? Ubi non labor… tamen tot afflicti modis agnosci… gellis ad resipiscentiam provocantes … quasi rebus integris, epulamur, … monio, digladiamur, & de profes… meriis contendimus: spero tamen …

B tui similium, optimíque Regis … ritate res humanas in tranquillio… quando reponendas. Quod scribis … am, tum ipsi Regi, tum regiis proc… bus magnopere placuisse, gaudeo … *nis à Lasco* consilium, nec meum ob… cessu caruisse. De munere non est … tua benigniras. Jam dudum teneo … si placuit, si pacis studium commend… erga *Antonium* meum studio grati… ximam. Sic enim is vir me suis … vinxit, ut quod officii tua sublimitas … tulerit, lubens passurus sim imputari … nus te servet incolumem, vir modis … rissime. Datum *Basileæ* prid. Id. Dec… M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Anno Medico S. D.

D QUum animus iste tuus pluſquam … peret omnia Regum munera, … desinis novis subinde certare munc… taris nescio quid tale tantúmque, … ni non possit. Hoc mihi credas velim, … istud tuum pectus mihi tribus regi… sius. *Georgius* bonâ fide reddit omn… *Lasco* precor ut felix sit sua fortitu… nonnihil metuo, nè in nervum. … mihi abundè satisfecit, si provoc…

E æqui boníque consuluit. *Severinus* … cessit mense Septembri, onustus m… quam & per *Frobenium* scripseram … quæ perlata sint nec nè nondum … Regi cordatissimo non displicuisse … editas esse, nec probo, nec improbo. … constare consilii vestri rationem. … tiones & versiculos omissos, non ob… laudant invidiosiùs. De munere … lim agi. Videbor enim hoc aucupatu…

F minus cogitârim. Hac in re sum ob… mo *Joannis à Lasco*, iterum atque … ad me scribentis. *Joanni Henkello* … serum est, supereſt precari ut quod … liciter cedat. *Pauli Crescentii* nihil … præter animum quem è tuis cognitum … bens amplector, sicut & *Samborii* & *Ilo…* *orgii Vuerneri* & *Laugi*, quorum … commendavit *Lascanus*, quibus omnibus … tuum animum declarabo. Nunc nec …

G expediebat plura scribere; iter long… nescio quàm certus. Vix credas, … quàm tibi gratuler tam benignum … dum patronum, præsertim hoc rerum … bulentissimo. Ei scripsi tribus verbis, … pudore meo. Impudentiæ causam … oportet. *Beddam* adeo non pudet … ut ordiatur tragœdiam multò hac … Nisi istos urget extremum …

quid ſibi velint. *Joannis Lupeſciani* candorem exoſculor, quem utinam plures imitarentur. De futuro verendo vereor nè non ſuccedat. Irritantur quos non poſſumus compeſcere. Quicquid eſt tragœdiarum, vel in *Gallia*, vel in *Hiſpaniis*, hoc fonte nobis ſcatet. Qvin & illud videndum, nè quid hinc diſcriminis ad eos redeat, quibus autoribus aut conſciis hoc procuratum eſt. Optimæ conjugi tuæ precor omnia læta. Lintheum dono miſſum auro gratius eſt, quod præter mittentis affectum, commendat etiam ipſa novitas. *Joſiæ* tuum, ſi veniet, cupidiſſimè videbimus. Hic peſtis recruduit: reliquit nos nuper *Joannes Frobenius* paralyſi correptus. Dederat morbus quædam ſui præſagia, ſed puduit virum nimium fortem ægrotare. Bene vale mortalium chariſſime *Antoine. Baſilea*, poſtridie conceptæ Virginis. Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterod. Natali Bedda. S. D.

VEreor nè hoc operæ ſumam inaniter, tamen charitas quæ, juxta *Paulum*, omnia ſperat, hortata eſt, ut vel ſic experiar, an lucri-facere poſſim fratrem meum. Jam enim, mi *Bedda*, libet in te contemplari, non quòd tu factis ac ſcriptis expreſſiſti, ſed quod Chriſtianus frater es, quod ſacerdotio ac Theologiæ profeſſione collega. Obſecro te, quis ſpiritus agitat animum tuum, ut in gratiam *Lei*, qui ſimilem telam orſus eſt in *Hiſpania*, & in doloris tui vindictam, redeas ad veterem fabulam, & improbitate tuâ tuorúmq; etiam collegio tuo, quod ſemper hactenus habitum eſt venerandum gravéque, labores tuæ temeritatis labem affricare? Patent omnibus tot inſignes tuæ calumniæ, tot manifeſta mendacia, tot impudentes blaſphemiæ, quibus proximum tuum immerentem & ad amicitiam provocantem impetiſti. Et hujuſmodi floſculis ornatus incedis, nec te abdis, nec pudet in publicum prodire, nec cogitas de reconciliando fratre, & fortaſſis audes etiam cum iſto animo, horreſco referens, parricidiali, ad ſacroſanctam illam Euchariſtiam, ac ſynaxim accedere, & illo ore ſumere cœleſte ſymbolum pacis, qui tale ſuſcitas diſſidium. Qui convenit Euchariſtiæ cum tantâ maledicentiâ? Qui ſynaxi cum tam impotentibus odiis? Humanum eſt, inquit ille, peccare; quanquam ſic peccare, an humanum dici poſſit neſcio. Humanum eſt in mediocria prolabi mala. Hoc quod tu ſciens, prudens, perverſo & obſtinato animo facis, ſceleratius eſt homicidio, execrabilius eſt veneficio. Sed ſit humanum ſemel vel temulantiâ, vel furore, ſic in fratrem fuiſſe debacchatum, certè diabolicum eſt perſeverare. Jam mala malis addere, peſſima pejoribus aggerare, obſecro te per baptiſmum tuum, quo nomine donabimus? Si quid in te frontis eſſet, certè priùs à calumniis ac mendaciis te purgare debebas, notioribus quàm ut diſſimulari poſſint, quàm ad novas calumnias accingereris. Nunc adeo tibi non diſplices, ut ultrò etiam ſupremam poteſtatem, hoc eſt, regiam incuſes, per quam non licet adminiſtrare juſtitiam. At ſi juſtitiam adminiſtraret tibi Rex, vir egregie, tu præmia ferres, quæ ſolent calumniatores & ſycophantæ, qui publicæ tranquillitatis hoſtes. Mi frater, miſerè timeo ſaluti animæ tuæ. Et quanquam me tibi fingis hoſtem, te certè pluſquam hoſtem experior; tamen ita me *Chriſtus* bene amet, hoſtis & talis me miſeret. Redi ad cor, mi frater, reſipiſce; præſtat recurrere, quàm decurrere in præcipitium. Si contemnis hominum de te judicia, ſi me ſpernis, de tua ſalute ſolicitum, ſaltem reverere Deum, cordium inſpectorem, & omnium perverſarum molitionum ultorem. Utinam mihi eſſet exorciſmus, aut incantatio quæpiam, quâ tibi iſtum ſpiritum deteſtabilem queam excantare. *Saulum* agitabat ſpiritus Domini malus, ſed ex intervallis, & ineunte citharâ *Dàvid*, diſcedebat. Tu ſic perſeveras, ut ſemper tuas in deterius, ut metuam nè vel *Davidicâ* citherâ animi tui furor non poſſit deliniri. Certè optârim mihi citharam inſigniter efficacem, ut iſti tanto malo tuo mederi queam. Video enim te in felle amaritudinis, & in obligatione iniquitatis eſſe. Quando unquam *Auguſtinus*, quem tu videris magnificere, ſic debacchatus eſt in *Donatiſtas*, aut *Circumcelliones*, ut tu debaccharis in *Eraſmum*, amicum, fratrem, denique ſui capitis periculo dimicantem adverſus eos, quos ut hoſtes Eccleſiæ deteſtaris? In cujus ſcriptis nihil adhuc inveniri potuit, quod eſſet impium. Tantum de ratione loquendi, aut de verbis non intellectis, aut ex malitioſa depravatione calumnia eſt. Et hic tibi placet exemplum *Lei*, qui primo ſuo favore nec meis inimicis placuit, & iis magnopere diſplicuit, quos habebat in *Anglia* amiciſſimos. Nec adhuc ſatis quiſquam credat apud *Anglos*, illum hoc agere quod agit in *Hiſpania*. Et eum vocas abſolutum Theologum, qui nunquam attigit limen Scholæ Theologicæ. Tantus eſt tibi, non ob aliud, niſi quia odit *Eraſmum*.

Et ſuſpicor priorem illum librum bonâ ex parte fuiſſe tuum, quem *Pariſiis* excudit. Blandire tibi, voca quàm voles zelum fidei, crede mihi manifeſtus furor eſt, *Satanæ* eſt energia: *Chriſti* ſpiritus longè alia profert, charitatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, longanimitatem, manſuetudinem, fidem, modeſtiam. Qui poſſit ab hominis pectore tantum calumniarum, tantum mendaciorum, tantum blaſphemiarum proficiſci, niſi *Satana* ſpiritu eſſet occupatum? Tantum ad cor redi, mi *Bedda*, *Miſericors eſt Dominus, & multæ miſerationis*: ſi clames ad illum, impartiet tibi ſpiritum ſuum bonum, qui deducet te in terram rectam. Ego quod admiſſum eſt facilè condonabo, ſic interpretans tibi Dominum præcepiſſe, ut mihi malediceres, quemadmodum olim præceperat *Semei*, ut malediceret *David*. Sic fortaſſis illi viſum eſt purgare me. Et ſi quid fortè acerbius in te ſcripſi, non gravabor petere veniam, & ſarcire pro mea virili. Omnes boni uno ore profitentur, ſe ex nullo libro plus cepiſſe fructûs, quàm ex meis paraphraſibus. Id opus tu maximè impetis. An non ſentis hanc eſſe ſuggeſtionem illius Serpentis, qui invidet hominum ſaluti? Quin potiùs te præbes organum ſpiritui *Chriſti*? Jactas te propugnatorem Eccleſiæ. At quibus tandem modis poſſis vehementiùs Eccleſiam oppugnare, quàm eum calumniis opprimendo, quem adverſariæ factiones ducunt pro hoſte capitali, & nova diſſidia in orbe ſuſcitando? Scio quòd tibi blandiantur affectus tui. Sed crede mihi, nihil eſt mendacius odio, nihil vanius irâ, nihil fallacius invidiâ. Crede mihi inquam, mi *Bedda*, peſſimis conſultoribus auſcultas. Sobrius charitatem, & Chriſti ſpiritum

in conſilium adhibè, & perſpicies in quod barathrum te rapere laboret *Satanas*, falsâ pietatis imagine deludens animum tuum. Nonne vides quantum ſit in orbe diſſidiorum? Et tu quaſi parùm ſit tam atrocem ordiris tragœdiam. Si victus injuriis deficerem ad hoſtes Eccleſiæ, unde repeteret Deus hanc animulam niſi abs te? Quod hactenus perſtiti, non eſt mearum virium, ſed divini muneris: Et ejuſdem præſidio perſiſtam uſque in finem, uti ſpero. Quis autem tam atrocibus contumeliis támque perpetuis non delaſſaretur? Id ſi fieret, nonne vides quem tumultum excitare queam? Nec reputas quàm latè pateat hoc malum quod nunc ſuſcitas? Non eſt tam inops amicorum *Eraſmus*, quàm tu credis. Et ut maximè ſit imbecillis, non cogitas quàm ſit res potens & invicta veritas? Non perpendis quàm plerique ſint propenſi ad contemptum autoritatis & conciliorum *Romani* Pontificis & veſtræ? Quid iſti dicent, quum viderint prodire examen articulorum, ad quos jam reſpondi, perinde quaſi nihil ſit reſponſum? Quum videbunt argutationes de verbis, depravationes ac malitioſas ſuſpitiones? Equidem dabo operam, nè ſim cauſâ tanti mali, ac nè occaſio quidem ſi queam. Eóque rurſus me offero ad omnia quæ Chriſtianæ lenitatis ſunt ac modeſtiæ. Quòd ſi ſurdus ad omnia monita pergis hoc incendium excitare, ego qui mihi nullius impietatis ſum conſcius, impietatis calumniam fortiter à me depellam. Eventus mihi non poterit imputari. Hæc epiſtola me liberabit, & apud Deum & apud homines. Orabo Dominum, ut det tibi mentem meliorem, qui ſi meas preces exaudierit, & illius bonitati gratias agam, & tibi gratulabor, nec libebit ſuperiorum malorum meminiſſe. Vale. Datum *Baſileæ* XVI. Calend. Decemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Roterod. Petro Tomitio Epiſcopo Cracovienſi S. D.

Epiſt. 78. NEc ocium, nec argumentum ad te ſcribendi ſuppetebat, ampliſſime Præſul, pudor etiam dehortabatur: Sed tuus *Antoninus* tam graphicè tantóque affectu mihi depinxit effigiem pectoris morúmque tuorum, ut ſi dicam te mihi ignotum eſſe, planè mentiar: ſim autem ab omni pietatis & humanitatis affectu alieniſſimus, ſi talem Præſulem non venerer, ſuſpiciam & amem ex animo. Cæterùm *Antonino* meo non minùs gratulor, quòd patronum nactus eſt, cujus auſpiciis poſſit in his rerum humanarum undis & honeſtam & tranquillam vitam degere. Sic enim amo pectus hominis longè candidiſſimi, ut magis hilareſcam ſi quid illi bonæ rei obtigerit, quàm ſi mihi obtigiſſet. Leve eſt, ſi jam gratuler tibi dignitatem iſtam, quam fortunæ tuæ non debes, ſed præclaris animi tui dotibus; nec te dicam hoc nomine felicem, quòd ſereniſſimo Regi ſis inter primos, & gratus & charus, quandoquidem hoc ille judicio facit potiùs quàm affectu. Seculo noſtro reíque publicæ Chriſtianæ gratulor, cui ſi tui ſimiles multi contingerent Epiſcopi, citiùs hæc rerum tempeſtas in ſerenitatem verteretur. Habet tua celſitudo epiſtolam pluſquam *Laconicam*, quam tamen fatereris eſſe prolixam, ſi nôſſes quibus diſtringar laboribus. Precor ampli[tudi]nem tuæ R. proſpera fauſtáque omnia. Datum [Ba]ſileæ pridie Idus Decemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Rot. Thomæ Moro S. D.

IN tot moleſtiis quibus undique circumſtrepitur, plurimum attulit ſolatii ſereniſſimi Regis epiſtola humaniſſimè ſcripta, quâ me invitat in Angliam, omnia pollicens benigniſſimo animo. Accipe. Admonet quòd olim ſcripſerim, me in ſenectuti meæ ſedem delegiſſe. Nunc vero (inquit) *More*, res in eo ſunt ſtatu, ut mihi ſequendus locus ſit circumſpiciendus, ubi vel mortuus ſenex quietum eſſe, quando, ut video, non contingit hoc unquam vivo. Omnes divinant magnarum rerum motus imminere. Anabaptiſtarum furor meditatur erumpere, quæ latiùs ſparſa ſint quiſquam credat. Tragœdias meas [...] hoc *Quirino* meo juvene mihi perſecta ſolet, quem, quoniam novit omnia mea, [...] præmittendum arbitratus ſum, ut per eum [...]ciam cum amicis quid fieri poſſit, aut quid [...]diat. Egiſſem gratias regiæ benignitati, ſed [...]niam tot laboribus penè exanimato nihil erat [...]cii, malui ad tantum Principem nihil [...] quàm negligenter. Si videbitur, tu [...] declarabis animum meum, nec ignarum, nec immemorem tam eximiæ benignitatis, quam mihi toties offert, nihil promerito. Opto te cum tibi chariſſimis quàm belliſſimè valere. Datum *Baſileæ* pridie Calendas Martias, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Rot. Henrico Botteo LL. Doctori, officiali Burgenſi, S. D.

VIr in Domino chariſſime, quemadmodum de tam ſingulari veſtro in me amore [...] vos inani mœrore contriſtatos doleo. Toties [...]feror, toties mihi ſuperſum, interim [...] utrunque quum Domino viſum fuerit. [...] *Frobenius* vir ornandis ſtudiis natus, [...] non ſine dolore meo: ſed tamen dum mortuus (erat enim paralyſis) dum hoc ſeculum turbulentiſſimum cogito, magis gratulari libet cepto, quàm deflere abreptum. Orſus erat ingenti ſumptu totum *Auguſtinum*, nec optabat longiorem vitam, quam donec abſolviſſet. Sed Deus illi, ut ſpero, melius aliquid provida [...] optabat. Officinæ tamen molem *Hieronymi* [...]lius & ego ſuſtinemus. Non excidit liber *De ratione concionandi*, ſed ſemper aliquid tranſverſum incidit, quod aliò propellat animum. Et vix creditu poteſt, quantum negocii nobis faceſſat *Auguſtinus*. Jam non ſolùm cum *Hiſpanis* pharetris mihi res eſt, verùm multò capitalius bellum cum aliis, *Bedda* nullum non movente lapidem, nè videatur vir bonus. Attamen admoneri me gaudeo. Te cum omnibus qui mihi bene volunt in *Chriſto* quàm optimè valere cupio. Datum *Baſileæ* poſtridie *Thomæ* Apoſtoli, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Jacob

Jacobo Sadoleto Episcopo Carpentoractensi Erasmus Rot. S. D.

Commentarium tuum *in Psalmum quinquagesimum* nondum perlegi, sed tantùm carptim degustavi; nec enim hactenus plus licuit per occupationes. Mox totum avidissimè devorabo. Primo statim gustu mirè me cepit candor ac facilitas simplicitásque dictionis, cum summa pietate conjuncta. Nihil abs te prætermissum, quod ad crudos explanandósque Prophetæ sensus pertinet, qui *Graecos* etiam nonnunquam consulis, interim & *Hebræos*. Si tales libellos nobis subinde mittat *Roma*, confido futurum, ut plerique mortales aliquanto melius sentiant de vestra urbe, in qua perspiciant esse viros, qui libros arcanos non eloquenter solùm, verùm etiam sanctè piéque tractare nôrint. Etenim qui isthìc bonas literas profitentur, quanquam in suo genere studiorum excellunt, tamen in hunc usque diem ad rei Theologicæ cognitionem haud ita multum contulerunt. Gestio libellum hìc typographis excudendum committere, quo latiùs per orbem sparsus plures accendat ad studium pietatis: sed scrupulum injicit libello annexa excommunicatio, quam arbitror tamen nihil aliud sentire, quàm ut isthìc *Calvus* à damno vindicetur. Alioqui quum officina *Calvi* non possit omnibus mundi regionibus suppeditare, videtur hoc non sine gravi studiorum jactura futurum, si liber magnam utilitatem allaturus sit ab uno duntaxat *Romano* typographo petendus. Arbitror *Carolum* meum re feliciter gestâ sese ad reditum accingere. Hìc agitur misera cruentáque fabula, cujus utinam Dominus det felicem catastrophen. Nos subitâ tempestate deprehensi inter sacrum & saxum, ut aiunt, hæremus, non sine gravi discrimine. Utitam nunc liceret è *Tybri* bibere. Scurræ quidam monachi non desinunt in me libellis rabiosis debacchari, quidam etiam anonymis. De pensione Cæsaris nulla spes est ni redeam in *Brabantiam*. Atqui hic ventus neque navigare sinit, néque anchoram figere. Mihi bona spes in *Clementis* pietate. Bene valeat tua R.D. *Basileæ*, postrid. Cal. Julias, Anno M. D. XXV.

Theologis Lovanienſibus Erasmus Rot. S. D.

PRosiliit tandem libellus *Vincentii*, quem jam pridem parturiens non permissus est per Vicarium eniti. Nihil proficit fictus titulus. Nemo potuisset tam insulsum & indoctum librum scribere, nisi unus *Vincentius*. Abusus est, ut aiunt, operâ cujusdam Dominicani ex *Anglia* profugi. Ego sanè libellum, quamvis atrociter in me descriptum, absque risu legere non potui, nec legi tamen nisi carptim. Deum immortalem, quantum ibi est manifestorum mendaciorum! Ego illic damno cultum divorum, quum duobus libellis editis asseram cultum & invocationem sanctorum adversus dogma *Lutheri*; & solum *Lutherum* adorari volo, qui collatis signis cum illo bellum gero: ego modis omnibus subvertere conor Confessionem, qui *De rectè confitendo* libellum edidi: & in *Colloquiis* palàm damno Confessionem, quum illic duplicem asseram Confessionem, unam quæ sit Deo, alteram quæ sit apud sacerdotem, utramque probans: ego sum magister *Lutheri*, ego damno cœlibatum, ego volo à subactionibus, sic enim ille scurra loquitur, iri ad sacrificandum. Jam quàm in toto libello nihil cohæret! Dicas in febre scriptum, cum affectatione eloquentiæ, nam & Poetas citat. Ad hæc quanta sermonis spurcitia! Tum quàm impotens odium, quàm evidens invidentia! Tolerandum si tales qui sunt, se solos exponerent omnium odio risuíque. Nunc ob paucorum dementiam, infamatur ordo. Neque nulla mali pars, si permittitis me vera loqui, in vos recidit. Olim vestrùm plerique conveniebant ad clamores Dominicalium. Carmelitam palàm insanientem toleratis. Nec dubito quin hic libellus apud vos distrahatur, quum in titulo habeat cognomen *Theologi*, quum fiat mentio *Lovanii*. Noluit enim in totum *Vincentius* perdere hujus libelli gloriam, quum illic toties laudetur *Vincentius* ab *Haerlem* eximius Theologus, cum *Jacobo Latomo*. Bellum verò jugum Theologorum *Lovaniensium*, ut talem aliquis judicet *Latomum* qualis est *Vincentius*. Formica camelus, ut aiunt. Mundus adhuc habet multos doctos & cordatos viros, quorum tacita judicia non oportet contemnere. Quid istos censetis cogitare, quum tales legunt libellos? Hujusmodi scurræ faciunt, ut passim nunc perdantur monasteria, collabantur academiæ. Mundus diutius ista portenta ferre non potuit. Et quod à paucis malis commissum est, confertur in universos, iniquissimo quidem judicio; sed sic sunt hominum mores, suspicantur vos illorum factis favere, quorum intemperias non cohibetis quum vobis in manu sit. *Adrianus* Pontifex imposuit silentium stolidis vociferationibus *Egmondani*, vos dissimulatis. *Aleander* quum isthìc adessem, meo admonitu indixit silentium *Laurentio Phrysio*, vos negligebatis. Cardinalium collegium ac tres Pontifices imposuerunt silentium maledico *Stunicæ*, qui tamen doctiùs magísque sobriè debacchatur, quàm vel *Egmondanus*, vel *Vincentius*, vel *Phrysius* ille: Vos quàm sitis securi nescio. Ego non mediocriter metuo, nè tempestas, quâ hìc laboramus, aliquando demigret ad vos. Quid autem stultius aut insanius libro *Petri Sutoris* Theologi? Is an vobis displiceat nescio, certè displicuit patribus ejus ordinis, non quòd illis curæ sit *Erasmus*, sed quòd intelligant quantum ipsis ex unius hominis insania tum dedecoris, tum periculi immineat. Sunt fortassis inter vos, qui putent me non posse si velim lædere. At longè diversum sentiretis, si mihi tantum esset perversæ mentis, quantum isti se declarant habere. Ego me sedulò paro ad supremum illum diem, nec unquam committam sciens, quod conscientiam hinc demigrantis oneret. Oneratur collegium vestrum indoctis quibusdam ac stupidis. *Vincentius* attrahit *Vincentium*, Carmelita Carmelitam. Vereor nè quorum gaudetis consortio, eorum metatis & messem. Optàrim autem academiam vestram & eruditis ac bonis viris, & omni studiorum genere florentissimam esse. Nunc videmus passim diripi monasteria, Theologiæ studia prorsus extingui, academias collabi. Et serpit indies malum, fatali quodam successu. Jam si quid in scriptis meis deprehenderetur incautiùs effusum, quanto civilius atque etiam consultius erat,

vel

vel admonere privatim ſcriptis literis, vel diſſimulare, quum non ignoretis quantum invidiæ, quantúmque periculi ſuſtineam, nè me jungam alicui factioni. At cum qui ſic tunditur ab una parte, rurſus ex altera lapidibus impetere, quid aliud eſt, quàm protrudere in hereſim? Quod tamen à me nullius improbitas impetrabit. Præfationem *Latomi* quam addidit libello in *Lutherum* ſcripto diſſimulavi. Neque me clàm fuit unquam, quæ dixerit in me in conviviis ac prælectionibus. Diſſimulavi. Nunc rurſus emiſit libellos, in quibus mirâ arte conatur, ut diſputationes quoque meas faciat hæreticas, novâque vafricie mea conjungit cum opinionibus *Lutheranis*. Libellos guſtavi tantum, nam recens allati ſunt. Rogo quorſum attinet iſta calumniandi diligentia? Quod ni ſatur eſſem talium contentionum, videret quàm mihi non deeſſet quod reſpondeam. Sunt qui totis viribus hoc agunt, ut opprimant linguas ac bonas literas. At res ipſa docebit iſtos, ſimul cum bonis literis & illa ſtudia collabi, quæ ſtudent ut ſola habeantur in precio. Quanto conſultius eſſet politiores literas comiter in veſtrum contubernium admittere, ornarent veſtram ſupellectilem, mihi credite, ac vobis multorum Principum favorem conciliarent. Audio exomologeſim meam quibuſdam diſplicere. At eadem magis diſplicuit *Oecolampadii* diſcipulis. Et pro ea mihi docti quidam gratias egerunt, etiam ex *Anglia*, quod confeſſionem jam nutantem reſtituerim. At non pronuncio illam à *Chriſto* eſſe inſtitutam. Id faciam ubi mihi planè perſuaſum fuerit. Agit hoc quidem *Henricus Angliæ* Rex probabilibus argumentis. Et ſequor hactenus ut probabilem opinionem. Quos autem tumultus excitâſſem, ſi & hoc & cætera pronunciaſſem tantùm, nec argumentis comprobâſſem? Comprobare etiamſi fuiſſet mearum virium, perlongum erat. Et aliud tum inſtitueram. Hoc tentavi quod ſperabam impetrari poſſe. Et videtis quo loco illa ſcripſerim, ſitus inter *Tigurum* & *Argentoratum*, & in civitate in quâ *Oecolampadius* publicè docet confeſſionem non eſſe neceſſariam, quidam affirmant pernicioſam. Si hæc tam certa ſunt, ut mors ob horum profeſſionem ſit oppetenda, cur iſtorum nullus huc ſe confert, & fortiter docet quod ſentit? Si vobis eſſet cognitus harum regionum ſtatus, fateremini me pro rebus præſentibus ſatis audacter ſcripſiſſe, utinam æquè feliciter. De eruditione mea ſtatuetis quod voletis. Pacificam eſſe me ſatis declaravi: Moderatis delector. Qui ſuum jus mordicus tenent, fortaſſis rumpent funiculum dum nimium tendent. Mihi tumultus hi nunquam placuerunt, & ſemper dedi pacifica conſilia. Sed quid facias furioſis pſeudomonachis? Nihil non audent facinoris. Exempti ſunt ab omnibus bonis legibus, errones ſunt, nec ullo loco conſiſtunt. Nec ferri jam poterant, nec moderatis remediis corrigi. Huc iſti provocârunt. Quare veſtram prudentiam appello nominatim magnifice Decane, *Vianenſis*, *Roſemonde*, *Turenholte*, cæteríque quorum æquitas mihi perſpecta eſt, ut conſulatis tranquillitati ſtudiorum, conſulatis veſtræ dignitati, & iſtis ſeditioſis clamoribus aliquando finem imponatis. Me reperietis & Chriſtianæ concordiæ, & ſynceræ religionis ſtudioſum. Bene valete domini & præceptores honorandi. *Baſileæ* Calend. Juliis. An. M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterod. Natali Beda Pariſienſi S. D.

EGregie vir, Reſponderam epiſtolæ ... ram *Argentoratum*, ut illinc ... ad vos, ſed quum nullus inveniretur ... it ad me. Hinc nuncium privatim ... pecuniâ, qui tuas Annotationes ad ... Libros *Auguſtini* quibus explicat ſermonem ... mini in monte habitum ſciebam me ... diligenter incertus. Ubi cœpiſſem ... gere, comperi margines omnes ... meæ plenas. Deinde in Annotationibus ... ſcripſi in caput *Matthæi* quintum & ſeptimum, ... quenter hinc cito teſtimonia. Unde ... ſuſpicatus ſis, mihi opus illud non ... Scripſit hos quidem libros eleganter & ... ſed tantùm presbyter, nec adhuc ... tus in ſacris literis, quanquam feliciter ... tans divinæ Scripturæ tractationem. ... re multa corrigit ipſe, & reſident ... lectorem candidum & æquum requirit. ... non ſum arbitratus anxiè mihi laborandum, ... nuſquam ab eo diſſentirem. Relegerim ... tum, nec animadverti quicquam ... in meis. *Gerſon* non eſt in mea bibliotheca, ... aut emam, aut alicunde rogabo. ... tis docilem, ſi contingat monitor ... variæ dotes hominum, nec eâdem ... mnes ad ſcopum felicitatis. Ego me ... hoc egiſſe, quod vos agitis, licet non ... one. Et niſi hæc fatalis tempeſtas ... non prorſus infeliciter conatus eram, ... cerent linguæ cum bonis literis, ... orthodoxi cum divinæ Scripturæ ... carentur. His temporibus quoniam ... ſcribi poſſe, quod non offendat ... quieſcere, totus in hoc, ut quæ ... revocari poſſunt, repurgentur, ... ri poteſt careant offendiculo. Ad ... mihi dignabitur ferre ſuppetias, ... mam inibit gratiam. Si parùm ... mâ editione mutare quæ offendebant, ... bor eſſe ſeverior judex in lucubrationes ... quàm *Auguſtinus* fuerit in ſuas. ... dus quæratur in ſcyrpo, ſed ea ... curatur indicetur, quæ ſunt alicujus momenti. Nec ... verſatorem in explicando, aut in defendendo, ... mihi indulgebo in corrigendo. ... quædam controverſa, quod genus eſt, *... eſſe ſuperiorem Concilio univerſali*. ... obſcura & incognita, quale erat illud, *... vertendis libris ſacris in linguam populeam*. ... quædam ejuſmodi, ut multis ſcrupulis ... ingenium, de his non videtur impium ... vel ut aliquod plenius & exactius ... vel ut ſubmotis offendiculis ... decreta ſunt. Ad hæc conſideranda eſt ... rum ratio. Utinam non pigeret ... re meas lucubrationes, nec enim ... integer facturus ſis. Non ponì ... graviore librorum ſarcinâ, tamen ... um miſi. Tertiæ editioni novi Teſtamenti ... didi apologias aliquot novas, quas ... curres. Reſpondi *Stunicæ* ... ticulis. Ego me catholicum eſſe ... tum ob id quòd pacem habeam cum ...

Cæsare, cum Ferdinando, cum Episcopis meis, A
meritam quod Lutheranæ factio nemini ma-
odit quàm Erasmum. Quod si id est in fatis
is ut utrinque lapider, tamen admitar, ut Christo
ber, in cujus diem me paro toto pectore. Is te
incolumem domine & frater honorande.
Natali S. Bartholomæi, An. M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Hadriano Barlando S. D.

DOrpium studiis ereptum acerbissimè ferrem, si nostro dolore posset huc revocari. Nunc B
ad illum properamus, ille ad nos redibit nun-
quam. Mortuus est omnibus rebus bonis florens,
optimum putant esse tum mori quum dulcissi-
me est vivere. Erat futurus magnus si vixisset;
enim nunc felicius magnus est apud Christum uti
ero. Solus propemodum erat æquus politiori-
bus literis, quas quidam miro studio conantur op- C
primere, meâ sententiâ non satis rectè consulen-
tes suis etiam studiis, quæ sola florere cupiunt. Si-
quidem ut res ipsa docebit illos, obrutis manue-
tioribus literis, etiam illa collabentur, quibus se-
rò magis, quam prudenter prospiciunt. Res fe-
liciùs succederet, si veterum studiorum proceres
bonas literas veluti postliminiò sese recipientes
in pristinum locum, comiter in hospitii contu-
bernium reciperent: adferrent hospites aliquid
boni rei, quid ab hostibus futurum sit nescio: ac D
dissim bonæ literæ sese civiliter in contuberni-
um disciplinarum, quæ jam occupârunt scholas,
insinuarent. Nunc quorundam improbitas facit,
ut utrisque suus pereat fructus. Per universam
Germaniam simul cum bonis literis omnia ferè
studia collapsa sunt. Nulla Theologorum autori-
tas. Monachi & sacerdotes publico laborant odio.
Faciunt enim mali, ut bonis etiam sit malè. Video
res humanas ad Turcicam quandam barbariem
tendere. Et fortasse sunt Principes, quibus hic sta- E
tus non displiceret. Agitur hic per rusticos cruen-
ta fabula, quæ sit futura catastrophe nescio. Hanc
historiam extorsit Adrianus à Rivo, tui studiosus.
Ex eo cognosces Germaniæ res omnes. Bene vale,
Barlande charissime. Saluta Joannem Borsalum si
adest. Basileæ, postridie Calend Julias. Anno M.
D. XXV.

Erasmus Roterodamus Germano Brixio Antistiodorensi S. D.

OTe tèrque quatèrque felicem, Brixi charissi-
me, qui te semper intra Musarum septa con-
tineris, nec unquam attigeris spineta Theologo-
rum. Quàm tibi inviderem istuc otium, ni sic mi-
hi charus esses, ut tua commoda planè pro meis
habeam. Hoc seculo nec bene scribere tutum est,
nec malè, & mira est rabinorum conspiratio. Lu-
theranis dum omnia conatur novare, subvertit om-
nia, & pro sinistrè tentata libertate conduplicavit F
illis servitutem. Videor mihi non omninò lævâ
mente fuisse, quum tot modis efflagitatus absti-
nerem à Gallia. Hunc exitum præsagiit animus. Ja-
cantur hìc blandi rumores de adamantina Re-
gum concordia, quos equidem optârim esse veros,
verùm ut sint vereor, quoties mecum reputo τὸ
γραικικὸν & τὸ ἰταλικὸν ingenium. Hic agitur fa-
bula mirè cruenta, quam τραγικωτάτην habitura ne-
scio. Mihi res humanæ videntur tendere ad Sep-
thicam quandam barbariem, & omnium libera-
lium disciplinarum naufragium. Mihi jam ἀπὸ τῶν
Βελλοβάκων, vobis ætate florentibus τὰ Βαβυλωνικὰ
trado. Cadunt passim ἐν πάσαις τέχναις, Longolius
Patavii, cujus apud me est oratio mirè elaborata
in Lutherum, Roma nuper perilit Baptista Casalius;
In Anglia Linacrus, apud vos Deloinus, Lovanii
Dorpius, qui favorem erga recta studia jam aude-
bat profiteri: frementibus μυριάσιν omnibus, ac
fortassis ea res illi fuit exitio. Deloini mentionem
fecimus in libello qui brevi perferetur ad vos,
quanquam elegantissimo carmine tu quidem op-
timi viri memoriam immortalitati consecrâsti.
Hunc χειματαφόρον propriè mihi conduxi, ut istinc
amicorum literas huc perferat. Per eum tutò scri-
bas licebit. Bene vale, & quid agas fac ut sciam.
Basileæ, postridie Bartholomæi. An. M. D. XXV.
Budæum mihi salutabis diligenter, si fors mihi
non vacabit illi scribere. C

Erasmus Roterodamus Joanni Selvæ summo Præsidi Senatus Parisiensis S. D.

VIr clarissime, mitto libellum adversus rabio- *Epist. 86.*
sam debacchationem Petri Sutoris. Eum ut
tuo nomini dicarem Nicolaus Beraldus in causa
fuit, qui non semel in suis ad me literis eximias
dotes tuas depingens, hortatus est ut id facerem.
Profectò demiror tales libellos impunè excudi D
Lutetiæ, præsertim ex autoritate senatus & appro-
batione Theologorum, si tamen non mentitur
præfatio. Verùm ita fit, talia per unum aut alte-
rum geruntur, cæteri connivent, velut ad ipsos
non pertineat. Quid sceleratius eo qui corrupit
mea Colloquia? Dissimulatum est. Non obscurus
est autor. Dominicanus est, nomine Lambertus
Campester, qui excudit, dicitur Petrus à grandi
morsu. Et impunitas invitat ad audendum majo-
ra. Prodiit Antuerpiæ libellus quorundam Domi- E
nicanorum, sed ficto titulo, quo nihil fingi potest in-
sulsius, indoctius, mendacius, impudentius, insa-
nius. Ob hujusmodi portenta totum monachorum
genus venit in odium publicum. In Germania mul-
ta virginum ac monachorum monasteria crude-
liter direpta sunt. Quidam magistratus agunt mo-
deratiùs. Ejecerunt eos duntaxat, qui illic non es-
sent professi, & vetuerunt novitios recipi; ademe-
runt illis curam virginum, & jus alibi concionandi
quàm in suis monasteriis. Breviter, absque ma- F
gistratus permissu nihil licet illis agere. Videntur
huc spectare, ut ex monasteriis faciant parochias.
Existimant enim has conjuratas phalangas & tot
privilegiis armatas diutiùs ferri non posse. Plura
scripturus eram, sed incertum erat an jam rediisses
ex Hispaniensi legatione. Commendo tibi causam
bonarum literarum, & meam, si quid videor hisce
studiis profuisse. Bene vale, Basileæ, postridie
Bartholomæi. Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Lodovico Berquino S. D.

ARbitror te bono animo facere quod facis, *Epist. 87*
Berquine eruditissime, sed interim me plus
satis degravatum oneras magnâ invidiâ, libellos
meos vertens in linguam vulgatam, & eos ad Theo-
logorum cognitionem referens, inter quos scio
multos

multos esse integros & candidos, sed paucorum morositas sæpenumerò vincit multorum modestiam. Equidem quum naturâ abhorream à contentionibus, nunc ob ætatem ac valetudinem magis desidero quietem, in eum diem me parans, qui jam longiùs abesse non potest. Video fatales orbis tumultus, video rem Theologorum & his adversantium in manifestam rabiem exisse. Proinde quando perspicio me nihil profecturum, quietus meum ipsius negotium ago, *Christo* commendans suam Ecclesiam, qui solus novit, & potest hominum inconsulta consilia in bonos exitus vertere. Fortasse tu rectiùs consulueris rebus tuis, mi *Berquine*, si concertationem semel sopitam non instaures. *Papilio* noster nos reliquit, & ante hunc *Deloinus*. Hic agitur sanguinaria fabula, quem exitum habitura nescio. Nos hic hæremus inclusi, quàm tutò Deus novit. Arbitror sororem regiam jam in *Hispanias* profectam. Volitant rumores, aureum seculum pollicentes: At ego nondum video satis idonea proœmia, nec ausim scribere quod mihi præsagit animus. Nihil igitur expectabis eorum de quibus Epistolâ bene longâ mecum egeras, posteaquam scena rerum inversa est. Hunc juvenem meo ære conduxi; qui mea perferret, vestra huc referret. Si quid est quod meâ referat scire, scribe, ac bene vale vir optime. *Basileæ*, postridie *Bartholomæi*, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Francisco Sylvio S. D.

Epist. 88. JAm unis atque alteris literis me provocas, *Franciscе* charissime, iisque prolixis. Et jure desideras in me tam ampliter abs te prædicatam humanitatem, ni quod tibi nunc facio, nonnunquam facerem & Cardinalibus, non desidiâ, sed ocii penuriâ. Certè candorem istum tuum amo & exoscular. Quantum operâ meâ promoverint bonæ literæ nescio. Illud scio mihi per quosdam pessimam referri gratiâ, id quod ego magna ex parte tumultibus hisce fatalibus imputo. Felices quibus interim licet spectatores agere; ego hac ætate cui conveniebat quies & tranquillitas, pertrahor in arenam gladiatoriam vel casurus vel occisurus, imò potiùs simul & jugulaturus & jugulandus. Mundus parturit miram rerum immutationem, in hoc confinium mea senectus parùm feliciter incidit. Quantum augurari licet, videntur omnia tendere ad *Scythicam* barbariem. Ego jam cursu defessus *Beraldo*, *Brixio*, tibi vestríque similibus trado lampada. *Deloinus* destituit bonas literas. Nuper & *Papilio* nos reliquit. Dices malè pensatam epistolam tuam, non ob id tantùm quòd pro copiosa recipis exilem, verumetiam quòd pro tam expolita simpliciter rudem. Si spectes scriptum, non respondi *Francisco*, sin animum, planè respondeo, sempérque responsurus sum. Video fere fieri, ut iis qui ducuntur amore politioris literaturæ parum conveniat cum Theologis, ac vicissim Theologi non satis æqui sint melioribus studiis. Principum diutina dissidia tandem matrimonio quopiam componi solent: Utinam exoriretur aliqua nympha, quæ vos mutuâ benevolentiâ jungeret, magisque florerent utriusque gentis studia: nunc dum utrique alteris obstrepunt, collabuntur omnes disciplinæ. Bene vale. *Basileæ* Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Erasmus Rot. Guilielmo Bud

OTe superis charissimum *Bud* quidem in hisce tumultibus tueri licet. Fabulæ partes per si lant. Prima turba erat de bonis partes egit *Reuchlinus*, nonnihil Mox ad fidei negotium devolu primas egit *Lutherus*, non incruent ceps. Saltârunt & Reges suam *Danorum* exulat, vester, heu dolo est hospes. Nuper prodierunt in & agricolæ. Actio fuit mirè nunc recrudescit, quæ sit futura scio. A *Gallia* non sine causâ sic mus; aliquid præsagiebat magni Quanquam hic hæremus non absq lo. Nec est quò fugiamus. Et si tudo indicit ocium. Atque interim sexagenarius, cogor retiarium agere monstris congredi, vel casurus nuncius certissimus est, à me Per eum scribe quid agas. De cognoscес cætera. Bene vale. *Bartholomæi*, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Danieli Mediolanensi S.

AMantem non redamare *Dan* ferarum est. Amas *Erasmum* tum, ego redamo *Danielem* ex destissimisque literis non ignotum *Daniel* vir desideriorum, quid itaque fiderius *Desiderium* desideras? Cæteri quietis desiderio relinqu aulas, & tu velut è fluctibus tem portum tranquillum contulisti milis est, tantùm me faciens ubiq quantum esse me immodicè amari mor. *Montini* lepidissimis literis nunc respondere. Jocatur ille in nis, verùm ea crisis orco dedit minus centum millia. Nunc remis mus, & *Nausea* si venerit, reperiet quanto medicabilius. Bene vale, debes autem si *Nauseam* sic diligis. *lea*, sexto Idus Octobr. Anno M. D. XXV.

Erasmus Rot. Natali Bedda S. D.

NOn sum is vir optime, qui solem quam opinionem siniſtram ipsa palàm comperta cogat in diver am. Delationibus istis vulgaribus susspitiones nihil moror, ac nè mediocribus & humanis perturbor. simulo, excuso, suspendo sententiam. nifesta pravitas sæpius deprehensa, dicere, *Non putâram*. Neque magis indecorum homini Christiano, post temerè susceptam diúque fotam susspitionem, post impetitam multis noxii famam, tandem expertus esse, quàm imaginatio finxerat, *ram*. Itaque quanquam ante litus sum à multis accipere literas

te mentiemem facientes, tamen nihil me com-
vernunt quo minus *Beddam* bonum Theologum
bonum virum judicarem. Eam opinionem au-
unt *Beraldi* mei literæ, cujus judicio sanè tri-
plurimum. Proinde quanquam in tuis literis
aspersa quædam quæ subindicarent te non
sentire de me, tamen quoniam mihi per-
um est ista tibi scribi syncero pectore animo,
tantum quidem offenderunt, nec te mihi vel
o reddunt ingratiorem. Tocies in hac epistola
tibi charissimus frater, nec tamen collegam
oscis nisi sympresbyteron, συμπρεσβύτερον non a-
oscis, quum tamen hoc timuli mihi non invide-
, nec *Leo*, nec *Clemens*, ac nè *Adrianus* qui-
, magnus sine controversia Theologus. Si
agnoscis collegam Theologum, nisi insigniter
lum, nè sympresbyteron quidem agnosces, nisi
imè pium. At ego sanè longiùs absum à pie-
, quàm ab eruditione, licèt in studium pieta-
, quàm eruditionis propensior. Indoctos reci-
Deus, impios non agnoscit. Sunt & alia quæ-
, quæ videntur non carere figurâ, sed mihi per-
ium est ingenium tuum ab hujusmodi strophis
issimè abesse: quod si secus habet, mea nimi-
n opinio plurimum abest à vero. Alioqui si
imè affinis essem talibus cavillis, non arbitror
am prudentiam his velle uti erga eum, qui sim-
iciter ac purè scripsisset, nec alium te velle præ-
re, quàm is te existimâsset. Videris autem tibi
ntuisse, *Erasmum* esse quendam sitientem mun-
æ gloriæ, ingenii pertinacis & indocilis, ad hæc
ibendis libris inutilibus intentum, non satis co-
ere de his quæ pertinent ad vitam futuram.
o ipse vir egregie nihil esse difficilius, quàm ju-
care de spiritu alieno, quum *Paulus* non ausit
iam de seipso judicare. Verùm ista fortasse tibi
rsuasit delator aliquis, ut his temporibus ubique
gnant malæ linguæ. Et fieri potest ut impru-
s & inscius foveam aliquid istorum vitiorum
e mihi tribuis. Hoc igitur profectus attulit mi-
ma reprehensio, ut ipse mihi cœperim esse su-
ctus, circumspiciens nuncubi laterent in me
rbi tam pestiferi. Homo sum, & humani nihil
eum à me puto. Quod ad gloriam attinet,
ror olim juvenis pulchrum esse duxi laudari à
is laudatis; verùm ubi cognoscere cœpi quàm
olestum onus esset fama, nihil magis in votis ha-
, quàm eam si liceat totam abjicere, vel eò,
i, quod aiunt, cervi deponunt sua cornua. Quid
em habet hoc gloriæ genus expetendum, tot
mniis, tot obtrectationibus, tot criminationi-
fermentatum? Aut quod animal me vivit
elicius, si pro tot exhaustis laboribus nihil ali-
mercedis refero, quàm famam in hoc seculo,
tanto plus aloes habet quàm mellis, si quid
en omnino mellis habet? Nemo sui probus
judex, fateor. Mihi tamen quum alioqui sca-
n viciis, videor non insigniter affinis huic mor-
, vel hoc argumento. Quum nondum exortus
et *Lutherus*, magnáque rerum tranquillitate
erent studia bonarum literarum, videbar mi-
ecatus amicitiis tot eruditorum hominum, ut
nol fatear quod res habet, laudibus nunquam
magopere delectatus, immodicis etiam of-
detur. Quòd si valde delectâssent illi *Germa-*
n applausus, si libens audissem *princeps lite-*
rum, unifex studiorum, vindex vera Theologiæ,
ui ac totus Germania, nunc his detractis exeru-

A ciarer. Nunc verò nequaquam mihi displiceo, quum illis ipsis nihil aliud sim quàm *Erasmus*, propemodum etiam gaudeo me ab invidiosis illis laudibus esse liberatum. Quin & rabiosos libellos quibus ab his impetor, quos pridem habebam laudum mearum immodicos præcones, videor hactenus sat moderatè tulisse. Quum scirem mihi nunquam fore pacem cum quibusdam malè auspicatis ingeniis, quæ me propter bonas literas habent invisum, tamen malui me prorsus exanimatum utrinque lapidandum exponere, quàm in hac factione, quæ latissimè regiones & aulas occupavit, esse coryphæus & satrapes, & hactenus nec blanditiis, nec minis, nec convitiis utriusque partis loco moveri potui. Fortassis hanc aliquis cautionem vocabit potiùs quàm constantiam. Imò videbam me tutiorem futurum fuisse, si me in *Lutheranam* factionem conjecissem, noveram enim quæ multi nesciunt. Hic conscientia me revocavit, non metus.

C Dignitates adeò non ambii, ut etiam ultrò oblatas constanter recusârim: & hic animus quem hactenus præstiti, tibi videtur sitire gloriam mundanam? Et tamen admonitionem tuam in optimam partem accipio, nec patiar me frustra monitum esse. Hortaris me ut legam *Gersonem*, & huic similes autores humiles, quo mihi vilescam. Ego quemadmodum nullum scriptorem soleo contemnere, ità in scholasticis istis quos vocant, præter orationis filum ferè nihil humile video, qui passim ostentant *Aristotelicam* & *Averroïcam* philosophiam, cui *Scotus* multum etiam addidit supercilii. *Gersonis* opuscula quædam legi juvenis, nec omnino displicuit. Cæterùm quum neotericos hos scriptores in manus sumo, nescio quo pacto minùs mihi displiceo, nec ulli libri magis deficiunt ac pudefaciunt superbiam meam, quàm Evangelistarum ac Apostolorum. Scio magnum & arduum esse negotium domare spiritum hominis, & hoc sanè jam pridem molior, etiam si tu suspicaris mihi non esse vacuum colligere animum ad ea quæ sunt veræ pietatis, propterea quòd subinde novos libellos excudam. Nec mirum est ita tibi videri, qui fortasse stilum non perinde exercueris, eóque difficillimum & operosissimum esse credis, quod exercitato facillimum est. Ego verò jam hoc annos aliquot seriò totóque pectore ago, ut hanc conscientiam *Christo* judici approbem, nèque pro viribus in eum diem paro, quem hæc ætas ac valetudo persuadent minimum abesse. Ac F videor mihi nonnihil profeciisse auxiliante *Christi* gratiâ, quam in hoc implorare non desino. Nam indies expecto diem illum animo tranquilliore. Nec ulla colloquia mihi gratiora sunt, quàm quæ hoc studium meum vel promovent vel excitant. Itaque ferè versor in his argumentis, quæ juvant etiam hoc animi propositum, tantum abest ut impediant. Quod genus sunt, *De misericordia Domini*, *De modo orandi*, *De moderanda lingua*, quod nunc excuditur, & *Commentationcula in Psalmos aliquot*. Ac planè sic meditor subducere meipsum à scribendis libris, quemadmodum veteranus athleta paulatim sese recipit in otium, præcipuámque studium huc confero, ut quod hactenus editum est repurgem ac dedolem, præsertim in his quæ pertinent ad fidem ac pietatem Christianam. Mihi certè semper fuit hic animus, ut excitarem bonarum studia literarum, eáque concilliarem studiis vestris: partim ut incipierent & bonæ literæ so-

nare

nare *Christum*, quæ quàm apud *Italos* hactenus nihil aliud quàm paganismum crepent, ipse non ignoras: partim ut ex accessione linguarum ac politioris literaturæ, nonnihil fructûs ac lucis adjungeretur studiis hactenus in scholas receptis. Quâ quidem in re meo judicio vehementer peccatum est utrinque, dum & qui bonas literas adamant, hostiliter infectantur diversa sequentes: atque hi rursum hospites bonas literas, unde poterant utilitatem capere, non recipiunt in consortium, sed inciviliter explodunt, damnant ac rejiciunt priusquam noverint. Quod ad dogmata scholasticorum attinet, semper quantum licuit ab his abstinui, videlicet mihi conscius quàm non essem meæ mediocritatis, in rebus arduis dogmatisten profiteri meo pariter ac multorum periculo: quantum in isto studiorum genere valiturus fuerim nescio, certè naturæ vis aliò rapuit. A factionibus sic semper abhorrui, ut favorem suum profitentes aliquanto diligentiùs cohibuerim, quàm rejeci calumniantes. Ità factum est hactenus, ut si quid errat aut periclitatur, solus erret ac periclitetur *Erasmus*. In Novo testamento nihil aliud proposueram, quàm instaurare synceram lectionem, & additâ luce discutere quædam, ad quæ videbam multos impingere. Neque quicquam minus erat in animo, quàm mutare vulgatam interpretationem: imò veterem translationem addidissem *Græcis*, quamvis dissidentem, ni me docti quidem amici consiliis improbis veriùs quàm felicibus huc protrusissent reclamantem. Porrò quòd quædam obiter admoneo, Deum testor, simpliciter existimabam me rem facere Deo gratam, ac rei Christianæ necessariam. Atque hoc ipsum mihi visus sum eo temperamento fecisse, nè quid hinc seditionis oriri posset: certè id conatus sum sedulò. Videbam multa esse prolapsa, & erant tempora tranquilla. Quis enim suspicaturus erat hanc fatalem tempestatem exoriturum in orbe? Proinde quàm tua charitas indicat mea scripta, ni corrigantur esse periculosa religioni Christianæ, tam judicabam esse periculosum rei Christianæ, si dissimulâssem illa quæ tum admonui. Si fuit error, in judicio fuit non affectu. Nec hic tamen unquam fisus sum meo sensui, nec me transversum rapuit applausus hominum. Et adeò non gravatus sum me submittere Deo, quod ut faciam amanter admones, ut etiam omnibus penè hominibus me subjecerim. Atque ea res mihi nonnullis in locis præbuit ansam erroris, in quem non impegissem, si meo judicio plus tribuissem quàm aliorum. Quem enim monitorem non eram auditurus, qui non solùm *Atensem*, *Latomum* ac *Dorpium*, sed *Leum* etiam, Theologiæ, quod post compertum est, planè rudem, obnixè rogârim, ut adesset mihi farcienti præcipitatam Novi Testamenti editionem, & hac de causâ in intimam familiaritatem admiserim; quæ sanè res mihi parum feliciter cessit. Et interim videris in me suspicari pervicaciam hoc argumento, quod à duobus viris non elinguibus, nec indoctis, nec stupidis, de multis non temerè admonitus, nusquam tamen agnoscam lapsum meum. *Stunicam* ac *Leum* elingues non esse fateor, imò profiteor esse linguacissimos: cæterùm quàm non sunt stupidi aut indocti, ipsorum scripta te docebunt, si modò legas integer. At planè suspicor te gravioribus rebus occupatum, ad ista frivola non descendere. Atqui hoc facere erat tuæ modestiæ [illegible] quam de nobis conciperes atrocem [illegible] Quis scurra scurrilior *Stunicâ*? Quis [illegible] do illum nescire quid loquatur? [illegible] paucis in locis tali sycophantæ gratificatus admonuerit, tametsi nihil debetur [illegible] etè quidem monenti si id morbo [illegible] cio. *Leus Stunica* cum indoctior est, [illegible] lentior, & tamen ubicunque bene [illegible] sco officium: quod ideo suspicatis [illegible] fecisse, quia nostra non legisti: aut si legisti, agens legisti. Atque ut ingenuè fatear, [illegible] tales scriptores vobis placere. Si quid scripserunt, ais facilem esse veniam. [illegible] sit facilis venia nescio, apud Deum sic [illegible] futuram iis, qui tot mendacia, tot calumnias, tot glorias effundunt in famam [illegible] Doceo *Leum* in his quibus impetit, [illegible] asserere palàm hæretica. Nec habet [illegible] tam amicum in *Anglia*, qui ausit hac [illegible] *Leo* ipsa *Anglia* imposuit silentium, nec [illegible] gis displicuit illud opus, quàm qui illi [illegible] tum benevolentiâ sunt conjunctissimi. [illegible] prodisset frigidus ille libellus, quem [illegible] pserat, & clam vicies descriptum [illegible] micos, quos ronchos, quas fannas [illegible] rant illic manifestæ blasphemiæ. Nam [illegible] didit maximâ ex parte est aliorum. [illegible] somniare. Imò librum illum habe[illegible] mea responsio esset absoluta. *Stunica* [illegible] *Hispanos* habetur, ut est, pro homine [illegible] parum cordato, cujus sycophantiæ [illegible] rint Pontifici, satis declarat quod [illegible] impositum silentium, primùm à *Leo*, [illegible] cœtu Cardinalium, rursum ab *Adria*[illegible] à Cardinalibus, postremò à *Clemente* [illegible] quievisset, conjiciendus fuerit in [illegible] nec *Stunica* nec *Leus* erat is, qui [illegible] suram in me sumere. Quibus si [illegible] etrina, tamen fide carebant, qui [illegible] dium præ se ferebant, qui tamen [illegible] nis gloriæ. Fateor obtemperandum [illegible] sed ei qui possit rectè monere, sed ei [illegible] dè monet. Quis autem sese credat [illegible] rum & ignem admoventi, si manifestè [illegible] se ferat studium occidendi si possit? [illegible] pharmacum à medico porrectum, qui [illegible] rat animum perdendi ægrotum, non [illegible] Multò verò sit insanior, qui se commendat animum adferenti cum imperitia [illegible] dicandi. Multa laudata correxi ex [illegible] cturus si quis doctus amicè monuisset. [illegible] scas quantum absim à pertinacia, quam [illegible] sum eradere, quæ monitore *Leo* [illegible] Quem si secutus fuissem in omnibus [illegible] libris meis quod palàm esset hæreticum [illegible] quor de dogmatibus scholasticis, sed de [illegible] fidei. Ac nè multa commemorem, [illegible] quod tu reprehendis, *Jesum* nulli [illegible] buisse obedientiam, ex *Carranza Stunicæ* [illegible] quanquam illi multò idem incultius [illegible] sunt alia his magis impia, si vacabit [illegible] mnias & nostras Apologias legere. [illegible] lumniæ pondus habent apud vos, [illegible] scopotum, tot Theologorum atque [illegible] ni Pontificis judicio, leve sit pondus [illegible] quis, probari ab amicis, aliud judicii [illegible] cis, qui nodum etiam in scirpo quærunt. [illegible]

quidem est amor vehemens, at multò cæcus odium: sed ingenium hominis multò propensius est in odium quàm in amorem. Qui mea probârunt quid erat cur tantopere cæcutirent amore mei, qui me non ob aliud diligunt quàm ob labores meos, nec ullis in rebus egent mei? His quum sint in re Theologica doctiores sexcentis *Leo* ac *Stunicis*, diffidam, & subjiciam me judicio istorum, qui vesanum & impotens odium in me præ se ferunt? Si Theologis credendum est, Theologi sunt & illi. Verùm ex his quidam damnant inimici, quod probârant amici. Utrum igitur judicium apud me plùs valebit? Imò cur valeat apud quenquam talium judicium, qui cum affectu mutant sententiam, & ex eodem ore frigidum efflant & calidum? Quum ederem primum Novum Testamentum, aderant assiduè *Capito* & *Oecolampadius*, quorum uterque tum videbatur & vir pius, & Theologus eruditus, utcunque nunc res mutatæ sunt. *Berus* vicinus frequenter nos invisebat, quem opinor & tu numeras inter Theologos. Cur hic qui haud indiligenter legit mea, non vidit ista pernicioſa, quæ tuam sollicitudinem exanimant? Est ille quidem amicus, sed amicè liber, nec ignorat me liberis amicis delectari. Post primam editionem commigravi *Lovanium*, ultrò receptus sum in amicitiam Theologorum, quum nihil minus ambirem. Carmelita *Ecmundanus* hoc opere prodito vociferatus fuerat me esse Antichristum: quum ventum esset in privatum colloquium, rogabam ut admoneret si quid esset corrigendum, nullum officium mihi fore gratius. Respondit sibi opus nondum esse lectum. Obnixè rogavi *Atensem* non semel, ut moneret si quid offenderet, nam mihi esse animum juvandi rem Christianam non lædendi. Eadem rogavi *Latomum* & *Dorpium*. *Atensis* recepit se facturum. Sub discessum vocavit me ad cœnam. A cœna repeto veterem sermonem. Ait se perlegisse totum opus, videri sibi tum eruditum, tum pium. Rogabam ut liberè diceret quod sentiret, me moneri malle quàm laudari: monitionem profuturam, laudes non item. Etiam atque etiam repetens confirmavit quod dixerat, & hortatus est ut *sanctis meis laboribus*, sic enim ille tum loquebatur, pergerem prodesse reipublicæ Christianæ. Hoc ut excluderet, captionem adjecit, *quid scripturus sis nescio, quod hactenus scripsisti perplacuit*. Respondi me daturum omnia meliora, quod quidem ni fallor præstiti. Et hic erat illius Academiæ caput, sive spectes autoritatem, sive doctrinam. Reversus sum, pesti, ut putabant medici, obnoxius, certè tribus carbunculis insignis. *Atensis*, aliique Theologi vetante me accurrunt ad salutandum. Tranquilla omnia, donec *Leo* ordiretur suam tragœdiam. Ubi per morbum licuit, evocavi *Leum* ad colloquium, proposui æquissimas conditiones, ut vel ostenderet suas annotationes, vel mecum conferret, si quid offenderet, vel ederet denique. Nihil horum illi placebat. Denique vel *Atensem* mihi jam parùm æquum faceret Judicem. Nihil horum placuit. Decreverat eo fumo frui, quòd trecenta loca extaret, quæ premeret in gratiam meorum adversorum. Contuli privatim cum *Atensi*, ut moneret si quid esset alicujus momenti. Nam opus meum nondum exisse totum, & me mutaturum aliquot chartis malle pecuniæ dispendium accipere quàm famæ. Idem egi cum *Dorpio*, *Latomóque*. Annotationes, hoc est, dimidium operis mecum advexeram è *Basilea*, eas mox dedi *Dorpio* legendas. Perlegit & annotavit quædam, sed quæ nihil ad fidem attinebant. Mox tradidi *Atensi*. Nemo quicquam admonuit. Dum hæc aguntur, prodiit opus, quod diutiùs premi non poterat, sine gravi jactura typographi. Interim increscebat *Lei* tragœdia, & ut fit alius aliunde grunniebat. Ubi non esset finis obtrectandi, rursus adii *Atensem*, admonens ut daret negotium aliquot eruditis, *Dorpio*, aut *Latomo*, aut horum similibus, qui notarent quæ jure offenderent. Nam meum non esse magni pendere, quid quivis magistellus arroderet. Factum est: notavit *Atensis* quædam, ac *Dorpius* nonnulla: respondi, sic enim convenerat. Satisfactum est illis in omnibus, hoc uno excepto, quod non addidissem, hanc confessionem institutam à *Christo*. Respondi non esse meum affirmare quod probare non possem, submittere tamen me meum judicium autoritati Ecclesiæ: Hoc interim mihi satis esse. Jam adornabatur editio tertia. Nullum non rogavi, cui crederem esse aliquid judicii, ut admoneret si quid offenderet, præsertim in decretis philosophiæ Christianæ. Comprobârunt multi, nemo monuit hactenus. *Adrianus* Cardinalis, per *Barbirium* suum denunciavit, ut idem facerem in Vetere Testamento quod feciſsem in Novo, nec meminit ullius tragœdiæ: non facturus opinor, si sensit de meis laboribus quod tu sentire videris. Adornatur editio quarta, & paratus sum à quovis admoneri, vel semidocto. Dices Theologorum esse judicium. Quæso an *Joannes* Episcopus *Roffensis* non videtur tibi Theologus? Equidem ut fateor vestram Academiam esse præcipuam in re Theologica, ita credebam & in aliis esse Theologos. Jam *Lodovicus Berus*, *Ægidius Delphus*, & *Hermannus Lethmannus*, inter vestræ scholæ proceres sunt, cum his omnibus diligenter egi. Scripsi *Prierati* indicaret quibus locis offenderetur, obmutuit. Et hic est animus quem tu putas præfractum & intractabilem. At *monitus*, inquis, *non agnoscis culpam*. An postulas, ut à quovis admonitus, illicò clamem cum pueris vapulaturis, *Ignosce, peccavi*? An vis me culpam agnoscere ubi culpa non est? An is qui pro viribus studet prodesse, videtur indignus quem doceat Theologus? Præcipua causa cur cuperem adire *Galliam* erat, ut cum aliquot vestrûm privatim communicarem. Obstabant quum alia multa, tum præcipuè bellum inter Cæsarem & *Gallum*, indies magis & magis increscens. Vocabar ad amplam & paratam fortunam etiam regiis literis. At mihi subolebat me per occasionem vocari ad contentionem, quantumvis alia prætexebantur. Contempsi fortunam amore tranquillitatis. Rixarum jam pridem sum satur. *Berquinum* tantùm ex literis cognovi, ex his mihi videtur vir prudens ac modestus. Eum tamen nunquam desii hortari, ut à contentionibus abstineret. Si quid accidit Episcopo *Lodovicensi* tristius, equidem vehementer doleo. Nam olim mihi talis visus est, quales optarem multos esse præsules. Ego nullum adhuc Episcopum vel ullâ gravavi invidiâ, vel à recta semita deduxi. Quod mihi tua charitas metuit, nè quando sim in eadem sorte futurus, in qua *Faber*:

Ego magis vereor optime *Bedda*, nè quando vos
sitis in eadem sorte futuri, in qua nunc sunt
Theologi *Germaniæ*, quorum tanta hisce tem-
poribus est autoritas, ut si quid reprehendant, ob
hoc ipsum placeat, quòd ab illis damnatum est.
Non hoc dico minitans: optârim omnia florere
studia, sed præ cæteris Theologiæ. Nunc video
miserè collabi omnia, totámque rem Christia-
nam ad *Turcarum* barbariem tendere. Veris-
simum est Theologos apud pleroſque malè audi-
re. Imò graviori odio laborat nomen Theolo-
gicum apud omnes quàm quisquam credat. Nec
tantùm apud vulgus, verumetiam apud Principes.
Hujus mali quorundam morositas & improbitas
causam dedit, ut liberè dicam quod sentio. Fate-
or iniquissimum esse ex paucorum moribus æsti-
mare totum ordinem, sed tamen ita fit vulgò.
Et paucorum improbitas nonnunquam plus valet
quàm cæteri omnes, quorum alii dissimulant, alii
rident, aliis non libet repugnare, alii favore priva-
to adsunt, alii pertrahuntur in eandem insaniam,
veluti contagio quodam. Mihi nemo persuasurus
erat inter Theologos esse tales vomicas, nisi re
ipsa compertissimum haberem. Quis credidisset
in *Standitio* tantum esse stultitiæ, quantum ipse
coram omnibus prodidit: accusans me apud Re-
gem & Reginam *Angliæ*, circumstante procerum
ac doctorum corona, ipse flexis genibus ac sub-
latis in cœlum manibus, quòd negâssem resurre-
ctionem, quòd sustulissem matrimonium, quòd
perperam sentirem de Eucharistia? Quum urge-
retur ad probandum quæ proposuerat, meras insa-
nias effutivit, adeò ut ipsum Regem puduerit il-
lius nomine. Deinde quàm furiosè clamatum
sit in locum, *In principio erat Sermo*, perspicuum
fuerit, si vacabit nostram ea de re *Apologiam*
legere, jam non semel editam. Jam olim sine
modo, sine fine furit apud nostros *Nicolaus* ab
Ecmonda Carmelita. Quoties vociferatus est in
publicis concionibus, nihil interesse inter *Eras-
mum* & *Lutherum*, nisi quòd *Erasmus* esset major
hæreticus? Quoties apud populum & in publicis
prælectionibus jussit ut caverent ab hæresi *Lu-
theri* & *Erasmi*? Quoties jussit orari pro nobis
ut resipisceremus? Quoties in conviviis, in ve-
hiculis, in navibus appellavit *Erasmum* hæreti-
cum, hæresiarcham & falsarium? Quum apud
rectorem Academiæ *Lovaniensis* flagitarem, ut
nobis unum articulum proferret in *Luthero* da-
mnatum, quem ego vel joco defendissem; pro-
tulit ex Epistola quadam ad *Moguntinum* Car-
dinalem, in qua scripseram ipsum publicitùs da-
mnâsse quod non intellexerat. *Lutherus* enim
scripserat, *Non esse necesse confiteri, nisi manifesta
crimina*, sentiens de his quæ sine dubitatione sunt
capitalia, quod genus sunt homicidium & adul-
terium: ille sic interpretatus est, quasi sensisset
de facinoribus palàm admissis. Hoc non erat
defendere *Lutherum*, sed illius arguere præcipi-
tem maledicentiam, qui pronunciaret priusquam
intelligeret. Scio quid posteà *Lutherus* scripse-
rit de *Confessione*: Verùm id temporis non ali-
ud ediderat. Quibus de rebus si plura libet co-
gnoscere, lege nostram *Apologiam*, de repre-
henso loco *Pauli, Omnes quidem dormiemus*. Le-
ge Catalogum posterioris editionis. Nec desi-
nit quotidie stultitia, impudentia ac maledicen-
tia superans seipsum. *Adrianus* sextus impo-

A fuerat illi silentium misso diplomate.
luit, sed mox à morte Pontificis
nium. Nuper *Ferdinandus* scripsit
genter, ut illi rabulæ obturaret os.
omnibus, haberur pro insano, ut est,
resipiscit. Quum essem *Caletii* in
cipum, Dominicanus quidam *Lovanii*
sem debacchatus fuerat in nomen
quam scurriliter è suo suggesto. Quum
B set cohercitus per Rectorem, subor
ter qui præter omnem expectationem
retur in templo divi *Petri*. A prandio
reretur, jam aliò demigrârat. Reversus
quum essem *Lovanii*, manè sortiter
fuerat in me, pollicitus se plura
prandio: & dixisset, ni *Alexander*,
erat, per me admonitus, homini
lentium. Suffraganeus Episcopi
horas debacchatus fuerat in me
C meum conjungens cum *Luthero*,
mitans esse grues & bestias, in
quædam hæretica. Quum digressum
doctus quidam excepisset, rogans
straret aliquem locum hæreticum:
gisse libros meos, *Moriam* voluisse
rùm se metuere, nè ob stili sublimitatem
berer in aliquam hæresim. Tales
causa, ut populus malè sentiat de
boni sunt, non probant quidem
D am, sed interim tales ferunt,
non animadvertentes interim
recidere. Est *Lovanii* quidem
erlem, Dominicanus, homo simplicis
nullius judicii. Is quum digna
teraret in me, conveni hominem,
ret quæ offenderent. Vix eblandi
ret. Deum immortalem! nulla
ret stultiora quàm ille tum
quidem locum intellexerat omnino
E rat. Is nunc edidit libellum
quidem titulo, sed ita tamen
am sibi perire. Equidem antehac
bam de homine, sed nemo
in toto ordine tam stultum, tam
indoctum, tam mendacem, tam
esse, nisi suo libello nobis ipse
Non dubito quin is libellus jam
rit. Quorsum autem attinebat
logis suis sic obliquis strophis in me
F quàm Theologo similiorem? Et
designent, admirantur decrescere
toritatem Theologici nominis.
non auderet is, qui illhic corrupit
addita præfatione mei nominis titulo?
nôrunt, confirmant esse quendam
Campestrem Dominicanum: excudit
gnomen habens à grosso morsu, seu
Si non vacat inspicere nugamentum,
logum meum posterioris editionis.
G prodigiosam hominis dementiam. Et
vestra academia, ubi non licet excudere
ses Erasmi. Jam hic libellus *Petri Sutoris*
se fert esse hominis, qui magis egeat
quàm medico. Et tamen ille vobis
excusus est, nisi mentitur titulus. His
pud vos venia, quum in nostris
sca faciant elephantem? An creditis
ad Academiæ vestræ dignitatem nihil

Ne

Neque verò me clam eſt, quæ probra, quæ virulenta convicia jam olim jaculantur in me quidam veſtræ ſodalitatis; nihil opus edere nomina quæ nec te fugiunt, & multis nimium nota ſunt. Quid autem ſynceri judicii expectes ab iſtis, quos totos occupavit impotens odium? Quod ſi adferant ad Epiſtolas *Paulinas*, plura damnabunt in illis quàm in meis lucubrationibus. Tales non ferunt alienam ſuperbiam, quòd ipſi ſint ſuperbiſſimi: & quemadmodum *Diogenes* pede premens eulcitram *Platonis*, & dicens ſe calcare faſtum illius, andivit, *Calcas quidem, ſed alio faſtu*: ita iſti noſtram inſectantur ſuperbiam, ſed aliâ ſuperbiâ; noſtram pertinaciam, ſed aliâ pertinaciâ; noſtram præcipitantiam, ſed aliâ præcipitantiâ. Itaque quemadmodum nos ut homines labi poſſumus in ſcribendo, ita illi labi poſſunt in judicando; imò non poſſunt non labi qui odium habeant in conſilio. Sunt enim complures, præſertim jam provectioris ætatis, quibus nihil placere poteſt, quod ſapiat aliquid politioris literaturæ, quódque diſcrepet à ſaliva quam imbibere pueri, nec conſiderant verti ſeculum, cui par eſt ut nos accommodemus. Sunt qui naturâ moroſi, nec admodum felicis judicii, à caprilibus veniunt ad ludum, ac ob rei familiaris inopiam, deſtituti bonis autoribus & ocio, tantùm ea diſcunt quæ ſolent in ſcholis tradi, quorum permultæ, quàm infeliciter traduntur, ipſe non ignoras: ut inter pueros conſeneſcunt, apud quos regnant, nutu & renutu imperant quòd volunt, non obtemperantes minis territant: itaque nemine reſtante, quicquid volunt rectum autumant, eóſque mores transferunt in vitam communem, alieni abomni civilitate, ac propemodum etiam ſenſu communi carentes, ſemper imaginantes ſeſe inter pueros ac diſcipulos verſari. Tales igitur ſecum odium etiam ſecum adferant ad judicandum, *quid* unquam probaturi ſint? Præſertim cum tot ſint tituli reprehenſionis, hoc eſt, derogativum honori ſanctorum, hoc eſt, irreverenter aliter dictum in magiſtros noſtros, hoc eſt, contra laudabilem conſuetudinem, hoc eſt, ſuſpectum de hæreſi *Valdenſium*, hoc eſt, vicinum errori pauperum de *Lugduno*. Quid omnes commemorem? Decenti ſunt, qui tot laqueos adfert ſecum, qui ingenium moroſum & calumnioſum, qui odium erga bonas literas & autorem, quis effugere poterit illius retia? Sæpenumerò ſeſe miſcet affectus humanus gloriæ, quoque videantur ingenioſi, carpunt etiam frivola, & depravant quod rectè dictum eſt. Quid multis? dum colligendi articulos nullus eſt neque modus, neque finis, res planè tandem exit in morbum articularem. Atqui iſthuc non eſt hæreſes excludere, ſed hæreticos facere. Sic cœpit *Arianum* incendium, ſic *Tertullianus* ereſſus eſt ab Eccleſia. Quas tragœdias excitârunt quidam ob libellum obſcurum *Capnionis*. Cum *Capnione* mihi nihil eſt rei, ſed tamen, ſi me pateris quam veri partem in ſinum tuum effundere, quid opus erat hoc inter articulos notare, quod cupiſit à concionatoribus rectiùs invocari Spiritum ſanctum quàm *Mariam* virginem? Fit, injuria, injuriâ laudabili conſuetudini. Ut laudabilis hodie, certè vereres hanc laudabilem conſuetudinem neſciêrunt. *Hieronymus* in ſingulis penè præfationibus commentariorum quos ſcripſit in Prophetas, meminit de invocando auxilio Spiritus divini, de invocanda *Maria* non meminit. Verùm ut donemus eſſe laudabilem, quid peccat qui oſtendit quod ſit laudabilius? Quale verò eſt ob hujuſmodi nænias virtutem talem in vitæ famæque diſcrimen vocare? Quanto præſtiterat ad talia connivere? Vos laboratis gravi odio penè apud omnes, & illi habent ſuos fautores: Itaque res tandem exit in factionem ac tumultum. Quòd ſi Pontifici placeret anxia talium inquiſitio, non impoſuiſſet ſilentium *Stunicis* & *Prieratibus*. Theologi *Lovanienſes* dum ferveret *Lei* tragœdia, varios articulos ex libris meis collectos miſerant *Adriano* tum Cardinali, mox Pontifici, nec dubito quin odioſè, quum in articulis etiam *Lutheri* quædam aliter recenſuiſſent quàm ille ſcripſerat: Et tamen vir ille, mihi tum non admodum æquus, judicavit eos eſſe momenti levioris quàm ut, hinc eſſet ſuſcitanda tragœdia. Sæpe fit, ut dum nimium tendimus funiculum, rumpamus. Aut ego planè fallor, aut civili modeſtiâ plus efficeretur. Nunc dum utraque pars nuſquam vult alteri de ſuo jure concedere, dum ſua quiſque tuetur mordicus, & atrociter impugnat aliena, tumultu miſcentur omnia. Ab articulorum cenſuris, à clamoribus ventum eſt ad bullas, ventum eſt ad incendia librorum, tandem ad exuſtiones hominum: Quæſo quid profectum eſt? Agitur hîc nunc cruenta fabula non ſine meo periculo. Quis exitus futurus ſit neſcio. Amo charitatem tuam quæ tam anxiè timet animæ meæ ſaluti. Ego verò nullum in animo ſentio ſcrupulum è ſcriptis meis, quod quidem ad mores ac fidei [illegible]nceritatem attinet, in quibus adhuc nihil vide[illegible]el obſcœnum, vel impium, vel ſeditioſum. Et tamen fieri poteſt, ut imprudens alicubi lapſus ſim. At ſi tam anxiè metuis illius ſaluti, qui quum ſimplici animo prodeſſe ſtudeat, alicubi labitur: cur non magis metuis illorum ſaluti, qui ſceleratis calumniis, qui manifeſtis mendaciis, qui virulentis conviciis ſic debacchantur in fratrem, à quo læſi non ſunt? Hanc diabolicam inſaniam tu leni verbo *zelum* vocas: Cur non eâdem lenitate interpretaris quod accidit mihi? Illos excuſas, quòd ſibi videantur propugnare veritatem: Cur non itidem excuſas nos, qui non paulò modeſtiùs pugnamus pro veritate quàm iſti faciunt? Quæſo *Sutoris* libellus quid aliud ſpirat quàm glorias, quàm faſtus, quàm pertinaciam, quàm hominem ſibi ſupra modum humanum placentem, quàm effrenem petulantiam? Cur non illum admones ut ſibi vileſcat, qui ſic totus turget? Quantum autem aberret à vero, fortaſſis aliàs docebitur. Cur huic collegæ tuo non præſtas eandem ſollicitudinem quam præſtas mihi? Quòd mihi præſtas, habeo gratiam: quòd de illo ſecurus es, demiror. Ego ſcribo libros infrugiferos Eccleſiæ, & ſine talibus libellis quales ſcribit *Sutor*, collaberetur domus Dei? Mihi metuis nè deſit ocium curandi cœleſtia, & hi qui talia ſcribunt, verſantur in tertio cœlo. Admiſces neſcio quid de his qui incumbunt Poetis, quòd ſcriba ſic depravârat, ut legi non poſſit. Adoleſcens adamavi Poeticen, quam ego puto vel præcipuam portionem liberalis eruditionis. Nec me pœnitet ejus animi. Utinam quod feci, feciſſem aliquanto feliciùs. Nunc me non incumbere Poetis, libri mei, ni fallor, ſatis declarant. Quòd ſi illis metuimus qui nonnihil ex politioribus literis

admiscent studiis suis, nè desit ocium curandæ salutis: cur non magis idem metuimus iis, qui bonam ætatis partem, immo totam ætatem in *Aristotelicis* & *Averroicis*, in *Scoticis* labyrinthis, in sophisticis argutiis, in quæstiunculis supervacaneis conterunt? Sed sic est hominum ingenium, Suis quisque studiis blanditur, minimum tribuens his, in quibus intelligit sibi nihil laudis esse sperandum. Hunc affectum cæteris facilè ignoscimus; an Theologos deceat nescio, qui vel ipso titulo nescio quid divinum profitentur & majus humanis affectibus. Hortaris me ad exemplum divi *Augustini*. Nihil hìc dicam cujusmodi sint illius *Retractationes*, certè multa prætermisit quæ non retractavit, quum sint retractatione digna. Et tamen ultrò totus in hoc sum, ad quod me hortaris. Nihil deest præter regulam ad quam mea castigem. Relegas me ad *Gersonem*, *Gratianum*, reliquósque doctores scholasticos, quos ego sanè nunquam in totum contempsi. Verùm in horum quoque libris non pauci deprehenduntur errores, ut jam maximè inter sese consentiant; quod dissidium quum sit insigne, tamen abs te negligitur, ut leviculum quiddam. Nè dogmata quidem scholastica censeo contemnenda, præsertim quæ in Conciliis approbata sunt. Nam quædam è scholasticis contentionibus in Concilia rejecta sunt: verùm non opinor his tantum esse deferendum, ut non liceat citra contentionem de iisdem disserere, præsertim si incidat occasio. Si de illis nemo disputâsset, non fuisset sequuta comprobatio. Quid si exoriatur aliquis, qui circa eadem explorationis aliquid aut exactius adferat? Si modesta est disputatio, cur non videntur ferenda? fortasse discussâ re sequetur approbatio. Loquor de his dogmatibus, quæ non ita multùm attinent ad negotium fidei. Si recentioribus quædam patefacta sunt dono Spiritus, quæ tam multis seculis fugerant tot Ecclesiæ lumina, hoc est, si *Gerson* aut *Occam* vidit, quod nec *Chrysostomus*, nec *Basilius*, nec *Ambrosius*, nec *Augustinus*, nec *Hieronymus* vidit, quid obstat quo minùs & hodie Spiritus idem suggerat huic aut illi quod hactenus fefellit? Cur non hìc servatur illa *Pauli* lex, ut si quid cuipiam alteri revelatum fuerit, prior taceat & auscultet? Nunc velut ex insidiis proferuntur scholastica dogmata, non aliter quàm *Tenedia* bipennis, nec quisquam dignatur docere simpliciter errantem. Imò quum sæpenumerò fiat ut qui carpitur, licèt aliis verbis idem extulerit quod habent dogmata, tamen à quibusdam parum candidis Theologis vocetur in calumniam, quòd non iisdem ac totidem vocibus dogma retulerit. Jam sunt quidam usque adeò morosi, ut nihil omninò probare queant, nisi quod ipsi faciunt. *Petrus* de his quæ didicerat à *Christo* rationem reddidit cuilibet poscenti, cum omni mansuetudine ac tremore: & Theologus dedignatur rationem reddere de scholasticis dogmatibus, immò nec fert de his quamvis modestè disputantem? Nulla gravior autoritas quàm Scripturæ canonicæ. Et tamen de hujus sensu, quum semper disputatum sit, tamen hodie quoque fas est disputare. De hoc verò genere dogmatum non licebit hiscere, quum tamen magni referat, à quibus, quo tempore, quâ occasione sint prodita? Sunt enim quædam inter hæc ejus generis, ut, in morem pharmacorum, expediat mutari pro tempore. Si ideo abstinendum est à veterum lectione, quòd in his [illegible] sparsa sunt, quæ recentiorum [illegible] reprobata sunt, nec *Petrus Lombardus*, nec *Scotus* deberent legi, quòd in his posteriores non pauca deprehenderint fortasse nos sequutura ætas, nonnulla det in *Tartareti* aut *Sutoris* libris, damnet. An hìc ad scholasticorum [illegible] lut ad sacram ancoram confugiemus? rem, si sibi constatent ea dogmata, nec is sectis ac seculis variarent. Regnavit *Alexander Halensis*; successit *Thomas*, *Scotus*; *Albertus* habuit suum seculum, *Gerson* um; floruit aliquando factio *realium*, Nunc regnat ferè *nominalium*. Dicere gendos quidem, sed cum judicio. Nec quam aliter legi *Hieronymum*: At quid & vestra dogmata legi cum judicio? Quæ ximè nitantur autoritate Concilii, refellere, certè hunc profecerit disputa ruditi provocentur ad eorum confirma semper excludo pertinacem ac sedicios tentionem. Tyrannicum est prodere jus aut non possis, aut nolis reddere præsertim docili & discendi cupido. Theologorum dogmata solida sunt & sa, quorsum attinet eis tam anxiè time omnem suspicionem commoveamus? At eruditissime *Bedda*, nihil enim celabo amicum, nè sint in scholis, qui serv sui compendio, veriùs quàm merae *Christi*. Nec enim pauci sunt Theologi, tim seniores, qui adeò versati non sunt doctoribus, ut nec *Petrum Lombardum* pturas canonicas unquam totas evolverint men hi potissimùm in scholis præsidet juniores aliquid adferant ex *Augustino*, mo, aut *Cypriano*, aut etiam ex *Græcis* bus, commoventur, quòd sibi videantur periculo famæ vocari in alienam aream, tyrones habeantur, quum in sua sint exercitissimi. Malunt itaque damnare quod non runt, quàm videri hactenus nescisse quod dignum cognitu fuerat. Quorsum non solùm pudet, verumetiam piget hæc quæ nostra ætas non dicam gignit novi, vetera, quæ est rerum humanarum omnium fitudo. Porrò qui hoc animo sunt, in re gratissimum est hoc compendium, ut linguis, explosis bonis literis, neglectis scriptoribus, tantùm ea tradantur in scholis ipsi didicerunt, ac docuerunt anni jam bus, nec aliunde fiat in scholis confluxus, ex receptis in ea schola dogmatibus. tentiâ nihil necesse est idem fieri in scholis cis, quod fit in lusu latrunculorum, chartarum, aleæ: Nam illic nisi conveniat de legibus, lusus. In Diatribis literariis nihil est quis quid novi adferat quod non sit indiis. Imò in hoc instituræ sunt scholæ ut liquid compertius adferatur. Cæterum ribus non debet contemni seniorum oportet illos veluti sexagenarios de ita non decet seniores juniorũ invidere non profectò magis quàm parentes si viderint suos filios formâ & virtute Sed ad nostrum negotium redeamus fidendum priscis orthodoxis, nec

nunc his qui nunc scribunt, ad quam regulam emendabimus quod scriptum est? Primum jubes ut desinam scribere: Id quidem si nolim, ætas ac valetudo flagitat; nec abhorret animus ab otio. Malim esse spectator actionis alienæ, quàm actor fabulæ. Et tamen interim appellor multorum flagitationibus, ut pergam in hoc stadio. Verùm hic mihi canis propheticam cantionem, *Populus meus, qui te beatificant, hi te seducunt*, hoc enim habet tua epistola. Si populares essent qui me ad scribendum provocant, & pro libris editis gratias agunt, etiam si forent, ut sunt, plurimi, tamen æquum esset paucorum judicium anteferre. Nunc non modò multi sunt, verumetiam eruditi, probi, ac dignitate præminentes. Eruditorum epistolis habeo differta scrinia. *Paraphrasin* in *Matthæum* scripsi præter animi propositum hortatu Cardinalis *Sedunensis*. Scripsit ad me non semel Cardinalis *Volaterranus*, excitans studia mea, homo doctus. Scripsit frequenter Cardinalis *Eboracensis*, eandem cantilenam canens. Scribit frequenter *Joannes* Episcopus *Lincolniensis*, & *Cuthbertus* Episcopus *Londoniensis*, homo, præter summam vitæ sanctimoniam, egregiè doctus & cordatus. Nihil interim loquor de summo illo *Mæcenate* meo Archiepiscopo *Cantuariensi*, nec eo vulgariter erudito. Nuper allatæ sunt literæ à Rege *Angliæ*, quæ efflagitant impensè ut aliquid scribam in *Psalmos*; alteræ à Regina, quæ poscit *Institutionem Matrimonii*. Nec infrequenter ad me scribit Cardinalis *Campegius* nunc legatus, longè aliam cantionem occinens quàm tu. Nec semel hic provocatus sum literis Pontificis, hujus inquam *Clementis*. Sed desinam recensere Principes, quum possim multò plures referre: Verùm haud scio an omnes cupiant in hac fabula nominari, & nihil necesse est. Tu scio flagitabis Theologos, alioqui non desines occinere, *Populus meus*, & cætera. Possem hìc nominare complures Baccalaureos, sed insigniter doctos. Horum judicium rejicies, velut inferioris subsellii. Doctores haud libenter commemoro, quòd videam quosdam tam impotenti odio, ut nec illos ferant, qui melius de me sentiant quàm ipsi. Et tamen aliquot jam non admodum volens nominavi: *Joannes* Episcopus *Roffensis* jam pridem à me flagitat libros *De ratione concionandi*, minitans, obtestans, ac propemodum cogens. Et in hoc uno tres, ut ita loquar, personas habes, virum insigniter integrum, pium Episcopum, ac Theologum haud vulgariter eruditum, ni fallor. Eandem personas nec tu negabis in *Adriano* Pontifice fuisse, nisi quod eruditione ac dignitate præcelluit. Is ut dixi ultrò adhortatus est Cardinalis, ut quod in novo Testamento feciſsem, idem facerem in veteri: & idem Pontifex, laudatorem *Arnobio* impensum collaudavit, adhortans ad similem industriam. Nullus adhuc mortalium extitit qui me juberet quiescere, præter unum te. Nunc finge mihi esse ingenium modestissimum maximéque tractabile: utris autoritate par est, tot egregiis viris atque etiam Theologis, an uni *Beddæ*, cujus ego sanè judicium nequaquam contemno? At non arbitror te tuo ipsius judicio tantùm tribuere, ut unicum horum omnium suffragiis anteponi postules. Et tamen nè hoc quidem gravabor facere, si mihi rationibus persuaseris tuum consilium esse utilius. Nam contemptis omnium judiciis, unius autoritati tam facilè cedere, levitati citiùs quàm modestiæ tribueretur. Hic fortasse dices esse communicandum vivâ voce cum Theologis. Id hactenus feci, vir egregie, cum omnibus, quibuscum licuit. Nec enim exiges opinor à me, ut ad *Stunica Laicque* regulam lucubrationes meas emendem, quas nunquam non submisi judicio Ecclesiæ. Quis autem suspicaturus erat *Sutorem* hactenus ignotum orbi, è suo antro tales latratus editurum? Gratum est quòd indicas locos in quibus videor tibi periculosè scripsisse, *De cleri cœlibatu*, *De votis Monachorum*, *De jejuniis*, *& interdicto esu carnium*, *De festorum observantia*, *De consiliis evangelicis*, *De libris sacris in vulgarem linguam transferendis*, *De legibus humanis*, *De horis canonicis*, *De fidelium divortio*, *De symbolis Ecclesiæ*, denique de horum similibus non paucis. In his quid vos offendat nondum scio. Certè quum illa relego, nihil video cujus me pœniteat, etiamsi mox mihi sit emoriendum, ita me Deus bene amet. Imò torquet diversus scrupulus animum meum, quòd in his quæ necessaria judicabam admonere, fuerim meticulosior quàm res poscebat. Quòd si candidus & integer nostra legas, videbis me nusquam contemnere scholasticorum dogmata in his titulis, quos tua charitas recensuit. Mundus prorsum indormiebat mandragoræ. Regnabat impunè pharisaismus, summa pietas habebatur quæstus, pro religione regnabat superstitio: Monachorum improbitas eò processerat, ut orbis diutiùs ferre non posset: nec mediocriter erant prolapsa studia. De collegiis interim, de præsulibus, de iis qui curiæ *Romanæ* nomine celebrantur, nihil dicam, nec tua tamen prudentia nescit quid suspirem. Ista fortasse poscebant alium monitorem: Fateor. Sed quorum id maximè intererat, ad tantam Ecclesiæ perniciem conniventes, nè quid offenderent, maluerunt de *Salve Regina*, & *Regina cœli lætare*, suscitare tragœdias. Et tamen in his ipsis mirum est ubique me moderationis meminisse, quum in aliis nullus esset modus impudentiæ. Epistolam ad Episcopum *Basilienſem*, in qua tracto quædam ejus generis, *Lodovicus Berus* meo rogatu bis attentè perlegit antequam ederetur. Quod mutari jussit, mutavi. Rogabam ut in censendo deponeret amicum, sumeret censoris animum. Promisit se facturum. Episcopus est vir integerrimæ vitæ, nec vulgariter doctus. Ejus jussu excusa est Epistola: Nam alioqui mihi non erat in animo id facere. Scripseram enim non in hoc ut ab omnibus legeretur, sed ut temperarem motus quosdam, qui tum hic exoriebantur ab istis Evangelicis, ut vocant. De jurando quid *Faber* aut *Lutherus* scripserit non observavi, nec satis habeo compertum quid damnârit *Constantiense* Concilium, ego disserens nihil assevero: Certè peccare quisquis jurat, id à me nec scriptum est nec cogitatum: hoc scripsi, ubi necessitas est jurisjurandi, ibi esse infirmitatem humanam, quod ipse ni fallor non negas. Si dignatus es legere *Stunica* blasphemias, nè graveris legere nostras *Apologias*. Extat de cœlibatu apologia. Mihi non constabat Ecclesiæ decreto vetitum, nè sacri libri vertantur in linguam vulgarem. Quod si verum est, hactenus ubiq; peccatum est adversus hoc decretum. Etenim me puero legebantur libri sacri, versi *Gallicè* ac *Germanicè*. Et arbitror hujusmodi

conſtitutiones veluti pharmacum ad temporum rationem accommodandas. Edixit Pontifex nè quis legat libros *Lutheri*: & tamen leguntur à vobis. Quanquam ego nihil ſacrorum verti in linguam vulgatam, neque quenquam hortatus ſum ut faceret. Cæterùm quâ moderatione velim id fieri, ſatis declaro in appendice, quam præfixi *Paraphraſi in Matthæum*. Nam quod exiſtimas hunc ruſticorum tumultum ex hujuſmodi libris eſſe natum, res mi *Bedda* longè ſecus habet. Natus eſt partim ex ſeditioſis quibuſdam concionatoribus, ſed multò magis ex quibuſdam ſuſurronibus ad movendos tumultus natis. Sunt & aliæ cauſæ graviores, quas literis committere non expedit. De *Cantico Canticorum* vertendo, aut *Ezechiele*, miror cur memineris, quum ipſe quod quidem memini, nihil tale ſcripſerim. Vereris autem nè mihi officiat *Berquini* ſtudium. At quum ille me inſcio verterit mea, non arbitror æquum, ut apud vos, quos oportet in judicando ſummam præſtare moderationem, obſit mihi alterius odium. Quid autem opus erat ex aliena verſione æſtimare mea, quum ipſi libelli unde verterat extarent? Potuit enim fieri ut interpres aliquid addiderit de ſuo, quo me pertraheret in cauſæ conſortium. Utinam quemadmodum vertit *Encomium Matrimonii*, vertiſſet & diverſam partem à nobis editam, quæ diſſuadet matrimonium. *In Precatione Dominica*, & *in Symbolo fidei*, non arbitror ullum eſſe verbum quo meritò quis offendatur. Et quemadmodum libuit illi vertere *Enchiridion militis Chriſtiani*, utinam ita viſum fuiſſet vertere *Diatribam* noſtram *de libero arbitrio*, ac libellum *de modo orandi Deum*. *Enchiridion* primum editum eſt *Lovanii* ante annos viginti duos. Florebat id temporis illic *Adrianus*, ejus Academiæ princeps: Legit eum librum ac probavit. Neque quiſquam exortus eſt, qui quicquam reprehenderet in eo libro, niſi quòd nuper apud *Hiſpanos*, quum quidam *Hiſpanicè* verſum cuperent excudere, obſtitit neſcio quis Dominicanus, proferens duo loca, alterum in quo viderer negare ignem Purgatorii, alterum in quo ſcripſiſſem Monachiſmum non eſſe pietatem. Ad utrunque elegantiſſimè reſpondit *Lodovicus Coronellus*. Reſponſio eſt apud me. *De præfatione ad Volzium Abbatem*, audio quoſdam nonnihil fuiſſe queſtos. Quum igitur *Encomium Matrimonii* nihil aliud ſit quàm declamatio, quæſtionem tractans circumſtantiis implicitam, quum in cæteris meâ ſententiâ nè verbum quidem ſit quod quenquam poſſit offendere, demiror quænam ſint iſta, ad quæ graviſſimus, ut ſcribis, veſter conſeſſus ſic obſtupuerit? Ais enim, *Obſtupuere omnes*. Videtis opinor inter *Fabrum* & me plurimum eſſe diſcriminis. Ille fortiter aſſeverat, ego nihil aliud quàm diſputo, judicium aliis ubique deferens. Quid faciam omnibus hominum ſuſpicionibus? Tot ſunt myriades articulorum damnatorum, tot dogmatum ſcholaſticorum agmina, tot ſcandala, tot affinitates, tot ſuſpitiones, tot mortalium ſectæ, tot favores, tot odia, tot inſana capita, ut impoſſibile ſit omnibus placere. Hactenus animum ſyncerum præſtiti. Hoc fatereris ipſe ſi hìc adeſſes. Si tam eſſem inanis gloriæ cupidus quàm ſuſpicantur quidam, imò niſi toto pectore odiſſem factiones & hæreſes, poteram vel tot blanditiis allici, vel tot technis irretiri, vel tot minis ac furioſis libellis *Luthero* faventium perpelli, vel tot dive[rs]nis odiis, calumniis, obtrectationibus, nis furioſis libellis protrudi in caſtra [Lu]*rum*. Quibus ſi me adjunxiſſem, [ni]in eo ſtatu, ut Theologorum cenſu habituræ multum ponderis. Scio dic[i] gnificentiùs à me dictum. Poſſim aliq[uid] magnificentiùs, & tamen veriſſimè. [Ne]nitet hujus animi: Et ſpero Deum [a]rum, ut ſit perpetuus. Si vos putatis [hanc] dignum, quem iniquis cavillationibus [in]*Sutor* & hujus ſimiles, inceſſant, ipſi videri[s] facietis ut multis eruditis viris, multis [Pr]atque etiam Principibus, & ſummo Pon[t]hementer ingratam, ita *Lutheranæ* factioni [gr]ſimam, quàm verò commodam ordini [re]clarabit exitus. Si maletis meminiſſe [qu]at Theologos univerſos, quàm quid ſing[u]corum moroſitas, polliceor *Eraſmum* [ta]nihil hominis Chriſtiani & pacifici [qu]rari. Loca quæ tua charitas indicavit, [re]nondum relegi, mox tamen id faciam. [In]bitur ſpatium, huic epiſtolæ ſubnectam [qu]his profecerim. Si quid mittes ſcriptum, mittas, niſi per hominem egregiè certum. [In] in itinere reſignantur atque etiam deſ[i]omnia. Epiſtola tua nullum habebat [ce]gium, aut ſignaculi. Et amanuenſes [qui] bunt, evulgant exemplar. Hoc tibi [cav]rit, quandoquidem hæc res inter nos agi[tur] râ charitate. Si non contingit certus, [ipſe] mittam meo ſumptu, qui tuas [ad]adferat. Imò ſi ſe verterit horum [tem]na, ipſe me conferam ad vos. Nam [nihil] hi magis cordi eſt, quàm ut mea [lucu]quandoquidem premi non poſſunt, [ſic e]ut cum fructu Chriſtianæ religionis [legi] Nullâ monendi libertate me [potes] Tantùm illud cavendum, nè quid [per] fautores tuos, ut eſt hominum [ingen]naſcatur tragœdiæ, priuſquam [utique] velit: Nec integritatem, nec [modeſtiam] quam in me deſiderabis. *Sutores* non [ſenſu]ne vale frater in *Chriſto* chariſſime. *Baſileæ*, [fe]corporis Dominici. Anno M. D. XXV.

Saluta, ſi commodum eſt, *Gervaſium*. [Bene] & è valet, ſi quiſquam noſtrûm rectè valet [in] rerum ſtatu.

Eraſmus Rot. Franciſco Archiepiſcopo Ebredunenſi S. D.

ANte dies non multos ſcripſi per [Cra]bibliopolam *Germanum*, qui [quoniam] *Lutetiæ*, & tibi, & *Budæo*, & *Britio*, [& Bu]Omnes ſibi vindicant laudem impetrati [dilu]tis regii, quod mihi certè fuit gratiſſimum, [ſpe]us tamen futurum, ſi Rex ſuâpte manu [ſcri]ſet. Sed aiunt me nè ſic quidem ſatis [tuto] poſſe commigrare, quod dicant improbos, [ſi] forſitan in illorum manus incidat, nihil [contra] veri diplomatibus ullis, apud probos mihi [eſſe] re opus. Sed multa ſunt quæ me hìc adhuc [re]rantur: primùm valetudo, quæ me [Cauſſadi]rè afflixit. Nam eò me contuleram, [Romam] fecturus ſi licuiſſet, multis affirmantibus [in] meam futurum, ſi me novo Pontifici [exhibu]deinde iſthinc adferebantur ſævi rumores, [quos]

bellis ac peste conflagrare undique. Tum nullum A
ter esse tutum. Post nactus virum è *Burgundia*
orpi melius habere, ut intelligas *Gallum* fato
uondam esse mihi salutiferam. Interim expecta-
ons aurulam aliquam pacis ex hoc Pontifice, sta-
imque post brumam toti cum totis sarcinis com-
migrabimus in *Gallum*. De pensione Cæsaris, quæ
am tota hujus anni debetur excusant, nec ulli sua
ensio solvitur, adeo totos nos ad ossa usque de-
hubunt satrapæ, belli quàm pacis amantiores. B
De diplomate putabam me tantum debere *Budæo*
tibi, nunc *Beraldus* & *Brixius* bonam hujus gra-
iæ portionem sibi vindicant. Postremò video
ne Card. quoque *Lotharingo* debere, cui certè de-
eo libenter, sed maximè Regi, qui gaudio gesti-
ns, dixerit *Budæo*, brevi in *Gallia* futurum *Eras-*
mum. Spero futurum, ut aliquando declarem vi-
ssim & meum animum erga tam benignum
rincipem. Amplitudinis tuæ studium erga hunc
omuncionem lubens amplector. Conabor pro C
ea virili, hominis ingrati crimen effugere. Red-
ita simul est & *Dionysii Coronii* epistola tuæ be-
ignitatis alumni, perque arguta sanè & accura-
a, sic ut *Budæi* simium possis agnoscere. Ei non
cabat in præsentia respondere, variis laboribus
ccupato. Celsitudini tuæ precor omnia læta
ersùl ornatissime. *Basileæ* prid. *Martini*. Anno
. D. XXII.

Erasmus Rot. Abbati cuidam S. D.

NIsi mihi prædicata esset tua singularis huma-
nitas reverende pater, veriturus eram nè me
otius clamares impudentem, qui ignotus ad
notum, tantillus ad tantum scriberem, ídque de
quæ minimum ad me pertinet; sed pietas fa-
lè dabit veniam huic audaciæ, quam docuit
hristiana charitas. *Ambrosius Syagrius* paro-
us eccleziæ *Riben.* periclitatur, nè ad famem ipsi
redeat, adeo nescio quorum delationibus in il- D
m irritatus est reverendus pater *Andreas* abbas
Maris-stellæ. *Ambrosius* mihi coram satisfecit de
quòd delatus est in concione dixisse in genea-
gia *Christi* esse peccatrices. Id *Hieronymus* scri-
it in *Christi* gloriam & nostri consolationem.
habet testem populum, quòd hìc nihil impiè
uerit, nisi impiè scripsit *Hieronymus*. Mi videtur
mbrosius vir minimè malus. Non sine sumptu
ctus est hoc sacerdotium, magno impendio il-
e ædificavit, non poterit submoveri, nisi intole-
bili dispendio. Est gratiosus suo populo. Et qui
utant, ut sunt res humanæ, ferè mutant in dete-
. *Baticum* & vetus proverbium est, *Dedi ma-* E
m & accepi: nunc ferè licet dicere, *Dedi malum*
accepi pejorem. Si quid hactenus gestum est ab
mbrosio secus quàm oportet, id vestris monitis
ibi sarciet. Quæ tua pietas est, debes hoc dis-
men inter *Ambrosium*, & R. P. *Maris-stellanum*,
ie componere: quæ tua autoritas est, facillimè
eris. Non dubito quin *Ambrosius* sit omnes
oncordiæ conditiones libenter amplexurus. Id
me recipio. Hac in re si tua humanitas nostri
fectu sublevârit *Ambrosium*, libenter ampli-
ini tuæ sum hoc nomine debiturus: sin est cur
ices iniquum esse quod peto, tamen *Erasmum*
merabis inter eos, qui tuæ pietati cupiunt modis
nnibus gratificari, quam Dominus *Jesus* diu no-
incolumem servet. *Basileæ*, Idus Maiis, Anno
. D. XXIV.

Erasmus Rot. Christophoro Truchses Baroni in Walpurg. S. D.

CLarissime juvenis, nihil mihi *Carolus* meus *Epist.* 94.
secum attulit ex *Italia* gratius, quàm quod
præter expectationem attulit. Attulit enim imagi-
nem tui, quàm isthic è vivo desumptam, sic mi-
hi repræsentavit orationis velut penicillo, ut me
quoque perinde quasi te coram intuitus essem, in
virtutum tuarum amorem simul & admirationem
rapuerit. Ut enim optimo jure sapientum calcu-
lo damnantur, qui fortunæ beneficio divites, ani-
mum habent omnium bonarum rerum inopem,
qui corporis formâ conspicui sunt, quum mentem
habeant nullis virtutibus exornatam: & qui na-
talium stemmatis sese venditant, quum alioqui ni-
hil habeant nobilitatis præter imagines, multò
justiùs autem damnantur qui vestes ac domos ha-
bent opulenter splendidas, quum animus ignaviâ
acediâque squaleat: qui pulchro corpore, men-
tem circumferunt vitiis fœdam: qui majorum
imaginibus morum culpâ, labem ac tenebras of-
fundunt: Ita meritò laudantur hi qui sese veris,
bonis ac perpetuis ornamentis sic locupletârunt,
expoliêrunt, & illustrârunt, ut ea minima sit in
ipsis pars nobilitatis, quam vulgus totam esse no-
bilitatem existimat. Precor ut is cui decet acce-
ptum ferri, quicquid veri boni nobis obtigit,
istum animum tibi servet, sempérque in majus
provehat. Magnâ hodie invidiâ laborant bonæ li-
teræ, nuper etiam nobilitas cœpit hujus excetræ
malum sentire. Verùm omnis hæc invidia ver-
tetur in favorem, si multi tui similes extiterint.
Mediocris enim felicitas livori obnoxia est, cæte-
rùm juventus pudica, divitiæ sine luxu, nobilitas
sine supercilio, morum integritas cum eruditione
non vulgari conjuncta, superat omnem invidiam.
Videmus quot egregiis viris cen stellis luceat *Bri-*
tannia, quot exoriantur indies, qui majorum glo-
riam obscuraturi videantur, nisi quod hoc est illu-
strare verius quàm obscurare. *Germania* nondum
fortassis habemus quod magnopere gratulemur,
sed tamen exorti flosculi quidam insignes, miri-
ficam quandam pulcherrimi proventus spem polli-
centur. Istam mentem mi *Christophore* tibi pro-
prièe gratularer, nisi multos viderem *Germanicæ*
nobilitatis juvenes pari cursu tecum ad istam lau-
dem contendere, ut jam meritò toti *Germaniæ*
gratulari debeamus, & exemplum indies ad plu-
res dimanaturum confidimus. Erit profectò tum
verè clara, generosa, illustris, ac suspicienda nobi-
litas, quum pro chartis & aleâ tractabit optimos
veterum libros, pro scortis amplectetur virgines
camœnas, pro bellis ac latrociniis, sanctissimæ
leges ac philosophiæ decreta cordi erunt. Virtu-
te nihil amabilius, sed nescio quid illi decoris &
gratiæ accedit, si fortunæ quoque bonis multitudi-
ni commendetur. Libebat quidem pluribus exti-
mulare currentem licèt, sed vix hoc etiam vaca-
vit scribere per studiorum occupationes. Tu da-
bis operam, ut indies minùs egeas cujusquam ex-
hortationibus, nósque qui tuæ virtuti applaudi-
mus, justiorem habeamus causam tibi gratulandi.
Bene vale. *Basileæ*, Anno millesimo quingente-
simo vigesimo quarto.

Erasmus

Eraſmus Rot. Conrado Pelicano S. D.

Epiſt. 95. EVangelii vigor non abolet morales virtutes, ſed perficit. Nec ignoras quantum abhorreat non dicam à virtute, ſed prorſus ab omni humanitate prodere amicitiæ arcanum, quandoquidem execramur etiam illos, qui poſt diremptam amicitiam efferunt quod amicis creditum erat, & qui generoſioris ingenii ſunt, nec illis quos maximè inviſos habent, ſuſtinent objicere, quòd ex amicitiæ priſtinæ fiducia cognoverunt. Ego te vel unum his moribus eſſe judicabam, ut tutò quidvis arcani poſſem committere, nec alium mihi delegeram cui conſcientiæ meæ ſecreta crederem. Quo magis admiror, quid acciderit ut ea de me ſparſeris, quæ nec dixi nec cogitavi unquam. Inſtillâras elanculum in aurem optimi juvenis, me de Euchariſtia idem ſentire quod tu ſentires. Hunc injectum aculeum ille ſecum ablaturus erat in ſuam patriam, ni fortè fortunâ caſus injeciſſet inter nos hujus rei mentionem. Et haud ſcio an nunc quoque ſuſpitionis nonnihil de me ſecum abſtulerit. Ac primum quidem quum illum audirem, ſuſpicabar te nihil aliud ſentire, quàm ſoles apud me profiteri. Damnabas eos qui auderent profiteri illic non eſſe niſi panem & vinum. Nec aliud opinatus ſum unquam de te, niſi proximo colloquio, quum velut afflatus & alius factus abſque fuco declarabas animi tui ſententiam. Eam quum jam palàm profitearis, ſpargis ac dictitas me tecum ſentire, idque tam palàm facis, ut tuus ſermo genuerit etiam rumorem, cujus te autorem eſſe, jam nulli ferè obſcurum eſt. Nec dubito quin ſimilia ſcribas amicis. Ego verò nè in priore quidem ſententia tecum ſenſi: Cenſebas enim, profitendum in ſynaxi eſſe corpus Domini, cæterùm quomodo ſit illic Deo, qui novit omnia, committendum eſſe. Ego verò hoc tuæ ſententiæ adjiciebam, mihi iſtuc videri ſimplicius, quòd ita vitarentur varii difficultatum labyrinthi, ſi fas eſſet homini Chriſtiano ab eo diſſentire quod Conciliorum autoritas, quod omnium Eccleſiarum ac gentium conſenſus tot jam ſeculis comprobâſſet. Ad id ſemper negavi me poſſe animum inducere, præſertim quum Evangelicæ & Apoſtolicæ literæ tam evidenter nominant, corpus quod datur, & ſanguinem qui effunditur: quum hoc mirificè congruat ineffabili Dei erga genus humanum charitati, ut quos redemit ſanguine & corpore filii ſui, eos voluerit ejuſdam carne & ſanguine modo quodam ineffabili paſcere, & hac arcana filii præſentia ceu pignore conſolari, donec rediret glorioſus & omnibus conſpicuus. Hæc me redderent propenſiorem ad Eccleſiæ catholicæ ſententiam, etiamſi nihil eſſet definitum, nec in hanc partem nec in illam. Nunc quis furor eſſet, ſi ego non vererer pronunciare ibi nihil eſſe præter panem & vinum? Soleo cum amicis eruditis, maximè quum abſunt infirmi liberè commentari de quibuſlibet, inquirendi ſtudio, nonnunquam & tentandi cauſa, interim animi gratia, hac in re fortaſſe ſimplicior quàm par eſt. Sed agnoſcam etiam parricidii crimen, ſi quiſquam mortalium vel ſeriò vel joco audivit ex me hanc vocem, in euchariſtia nihil eſſe præter panem & vinum, aut non eſſe ibi verum corpus & ſanguinem Domini, quod nunc quidam libellis editis propugnant. Imò

A *Chriſtum* ipſum mihi precor pa… iſta ſententia unquam inſedit ani… ſi quid volatilium cogitationum … animum meum, facilè diſcuſſi, … erga nos inæſtimabili charitate, … Scripturæ verbis, quæ *Lutherum* etiam … quem vos omnibus ſcholis, Pontificibus, … doxis, & Conciliis antefertis, coegerunt … ri, quod profitetur Eccleſia catholica, à qua …

B ſolet libenter diſſentire. Scio quàm … pud vos Conciliorum autoritas, ego verò … cleſiam *Romanam* contemno, multò minùs … illa habet ſibi conſentientes omnes … *Paulus* nec Angelum audiendum putat qui … cet aliud evangelium. Eccleſia mihi … evangelio credere: eâdem magiſtrâ didici … gelii verba interpretari. Hactenus cum … *Chriſtianis* adoravi *Chriſtum* pro me … Euchariſtia. Nec adhuc video quicquam …

C beam ab hac opinione recedere. Nullis … rationibus adduci potero à concordi … *Chriſtiani* orbis. Plus enim apud me … quinque verba, *In principio creavit Deus … terram*, quàm omnia *Ariſtotelis* … Philoſophorum argumenta quibus … dum carere initio. Quid autem adſe… tam impiam támque ſeditioſam … fitear? Rationes ſtupeæ ſunt, … nem nè eſſet offendiculo, non admi…

D adoraverunt Apoſtoli. Jubemur … quaſi caro ſic exhibita officiat … ſed nullis obnoxia ſenſibus, & tamen … pignus eſt divinæ erga nos charitatis, … expectationis. Literæ divinæ pro nobis … habemus, *Hoc eſt corpus meum quod pro … Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis …* legunt iſti, *Hoc non eſt corpus meum, … corporis mei? Hic non eſt ſanguis meus, … ſanguinis mei?* Quum maximè …

E docent ex aliis locis rei vocabulum … pro ſigno rei: quanquam nè hoc … citer. De tabula dicimus, *Hic eſt Hiſ… dit Patroclum*, ſed nemo neſcit in … verum *Hectorem*: Verum eſſe poteſt … xit *Chriſtus* eſſe. Jam ut evincat … habet hæc ratiocinatio; *Sic accipi poſſe … ba, igitur ſic accipienda ſunt?* Quorſum … proficit illis tot veterum orthodoxorum …

F Utcunque torqueant, involvunt ac … dicta, nullum locum adducunt qui … tur ibi non eſſe corpus & ſanguinem … ni. Hortantur ad ſpiritualem … corporis & ſanguinis Domini, … hoc commendant, quod in utrisque … one potius eſt, & quod niſi accedat, … em adfert ſumptio carnalis? Obſecro … hic eſt cur deficiam ab eo quod tot ſeculis … & uſurpavit Eccleſia catholica? Scis me … dogmate per omnia ſentire cum *Luthero*, …

G nimium verè taxat corruptos hominum … Et hic ob *Carolſtadium*, qui à ſuo ipſius … jam deſcivit, recedam à communione … tholicæ? Si tibi ſtuprum aut furtum … ſem ut amico, quàm eſſet adverſus omnes … tiæ leges, hoc cum amici periculo vel … effutiſſe? Nunc quum apud omnes … omnium capitaliſſimum, quod nec … unquam ſomnit, quamvis libera, …

ram concepit: quo tandem nomine donandum
A *hæreticum esse*. *Lutherus* non dissentit ab Ecclesia
catholica? Quum videro aliam Ecclesiam hâc
quam sequor meliorem, desinam eam vocare ca-
tholicam: At nondum video. Opeabam ex hoc
violento pharmaco aliquid nasci boni fructûs, sed
hunc proventum quem hactenus vidimus probare
non possum, nec placent remedia morbo diuiora.
Quantum sanguinis humani jam fusum est.
In *Holandia* mirè fervet carnificina per quosdam
B magis instructos ad exurendum quàm disputan-
dum, obambulatura per cæteras regiones. Et hæc
tantùm præludia sunt malorum. Cæsari pax erit
cum *Gallis*. Nec ulla Principum coibit amicitia
nisi hâc conditione, ut extinguatur factio *Luthe-
rana*; & Cæsar sibi non videtur esse Cæsar, ni id
perficiat. Ego decem ambiguos articulos dissimu-
lare malim, quàm tantis malis præbere ansam.
Christo non possum præscribere quid debeat face-
re; si sic illi visum est punire nostram impietatem,
C Dominus est, faciat quod vult. Me si vellet adju-
torem aut organum, afflaret animum meum,
quemadmodum olim excitavit *Pharaonem*, *Cyrum*
& *Nabucodonosorem*. Doles Epistolam sparsam.
Malim non factum, attamen moderatiùs fero
quòd ea diluit rumorem per te sparsum, id quod
abs te ipso factum oportuit, quanquam Epistola
non habebat tuum nomen. Posthac nè mecum
agas loquacibus Epistolis. Scribe *Bero* si libet, aut
ipsi *Luthero*. Coram audiam te jurgantem, mi-
D nitantem, conviciantem pro tuo arbitratu. Bene
vale. M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Natali Beddæ S. D.

EX literis quas *Petrus Richardus* scripsit ad *Lu-* *Epist. 97.*
dovicum Berum, intelligo nescio quid sinistri
rumoris isthuc delatum, de profectione mea *Be-
zontina*, cui videtur ille fidem habuisse. Id jam
mihi novum non est, nec vobis certè debebat esse.
E Non tamen patiar illum quem virum bonum ar-
bitror & simpliciter errare, diutiùs errore teneri.
Historia profectionis *Bezontinæ* sic habet, neque
enim quicquam vel affingam vel detraham veris:
Fericus Carondeletus frater archiepiscopi *Panormi-
tani*, & archidiaconus Ecclesiæ *Bezontinæ*, crebrò
suis literis invitârat ut ipsum inviserem, imò si vi-
deretur, ut totus ad ipsum commigrarem. Tan-
dem cùm inviteret cœli amœnitas, & verna re-
rum facies, conscensis equis veni *Burentricum*, ut
F obiter salutarem venerandum illum senem, & to-
tius virtutis exemplar, *Christophorum* Episcopum
Basilien sem. Ejus affectui unum duntaxat diem de-
di, qui me non erat dimissurus, nisi in reditu pol-
licitus fuissem moram longiorem: Pollicitus
sum, & indè profectus, comitantibus me præter
meos famulos, *Theobaldo* pastore *Burentrudensi*,
Richardo capellano *R. D. Nicolai* coadjutoris Epi-
scopi, & *Feriato* ejusdem loci sacerdote. Ex
Clara valle comitatus est nos etiam hospes diver-
G sorii publici. Quum jam non procul abessemus à
Bezantio, occurrit nobis sacerdos quidam, qui de-
ductâ dominâ quâdam, nos item comitabatur.
Hunc quum viderem velle præcedere, suspicabar
Theobaldum illi indicâsse nomen meum. Jussi re-
vocari, & mandavimus, nè spargeret rumorem
me adesse, priusquam ipse vellem hoc sciri. Mul-
tis enim horis eo die sederamus in equis, & erat
æstus vehemens, & novi concursus illos molestos
salutatorum.

salutatorum. Cupiebam eam noctem dare refocillando corpusculo. Decubui nonnihil ante cœnam. Sub noctem apposita est cœna. Inter cœnandum supervenit officialis archidiaconi cum altero quodam ex archidiaconi familia. Gratulantur adventui, & indicant archidiaconum abesse in sua abbatia. Cæterùm mandâsse suis, ut si fortè venirem ipso absente, tota domus aperiretur mihi, donec ipse accurreret. Missi sunt qui archidiacono nunciarent me adesse. Missi sunt & inscio me qui nunciarent idem officiali R. D. archiepiscopi *Bezontini*: nam aberat & ipse. Postridie aderant duo, quorum alter erat Juris doctor, mihi quondam notus in aula Cæsaris, alter ejus civitatis magistratus, affinis archidiaconi. Diu hæserant ante fores. Rogabam qui essent & quid vellent. Responsum est eos venisse salutandi gratiâ, sed non audere compellare me nè quid adferant molestiæ. Jussi eos accersi, & salutatus resalutavi. Mox audito sacro adii domum officialis archidiaconi, ut ibi laterem, donec adveniret archidiaconus. Eò statim venit *Franciscus* ejus ecclesiæ thesaurarius, juvenis nobilis & magnificis dotibus præditus. Salutavit humanissimè, multam alacritatem præ se ferens. Illic jussi parari prandiolum, sed cum exceptione, nè quid præter pullum gallinaceum apponeretur, ut nè quis conviva admitteretur. Hæc feci consulens valetudini meæ. Nemo venit præter *Theobaldum* comitem, & *Desideratum* ejus ecclesiæ canonicum, virum pium & doctum. Cœnavimus apud thesaurum, officiali tantum & *Theobaldo* adhibitis. Cœnantibus supervenit ludi magister. Post cœnam ejus ecclesiæ cantor. Postridie vidimus aliquam civitatis partem, & pransi sumus apud *Antonium* archidiaconi procuratorem. Aderant, thesaurarius, officialis, *Theobaldus*, & unus sacerdos mihi parum notus, videbatur tamen nostri studiosissimus. Interim venerat archidiaconus & item officialis archiepiscopi. Archidiaconus conabatur me pertrahere ad cœnam officialis reversi. Excusavi lassitudinem, & coegi archidiaconum cœnare mecum apud suum officialem. Jam rumor dimanârat ad omnes adesse *Erasmum*. Magistratus misit magnam vini & avenæ copiam, honoris gratiâ. Pransi sumus apud archidiaconum, frequentiore jam convivio: nam aderat uterque officialis: *Desideratus*, & unus aut alter præterea ex canonicis, simúlque is magistratus qui me primùm salutârat. Sæpe missi sunt pisces eximii, & vinum hippocraticum, nunc ab illo, nunc ab illo: xenia mihi inutilia. Sic duos aut tres dies egimus, ut nusquam ageremus convivium, nisi vel apud archidiaconum, vel apud officialem archiepiscopi proximè vicinum. Et quanquam sedulò clamabam non esse mihi spem vitæ, nisi brevissima essent & frugalissima convivia, tamen dum nonnihil obsequor affectibus illorum, sensi obrepentem pituitulam, malum mihi nimis notum. Magistratus cupiebat honoris mei gratiâ apparare splendidum convivium, & fecisset, nisi clamâssem me seriò periclitari. Canonici interim exhibebant quicquid poterant honoris. Exhibebant & promittebant perpetuò præbendam duplicem, & item domum, & ad hæc pecuniæ nonnihil. Magistratus offerebat centum coronatos annuos. Respondi me non minus debere illis, quàm si accepissem omnia quæ offerebant. Cæterùm me non alio consilio venisse *Bezontinum*, quàm ut inviserem veterem amicum [illegible] num, quem si certò præscissem esse in abbatia ventûrum quidem fuissem *Bezontium*. Et si mè vivendum esset *Bezontii*, malle me illorum affectu frui, quàm uti beneficio, vel quòd essem contentus meâ fortunulâ, vel quòd charior esset libertas, quàm pecunia. Adhibiti sunt iterum usque iterum pueri phonasci, cum cantoribus cæteris, qui nobis essent solatio. Interim morbus platim eò profecerat, ut si vellem vivere, abstinendum fuerit ab omnibus conviviis. Tribus quatórve diebus cibum sumpsi in cubiculo, prandium erat unum ovum, aut paululum pullastræ coctæ. Pro vino erat aqua cum saccaro decocta. Ipsum etiam archidiaconum excusi à colloquio, se postulabat valetudo. Tandem ubi paroxysmus remisit, nam ea sese adjunxerat, esset aliquantulum remissus, molitus sum abitum, nè illic decumbens essem alienis molestus: sciebam enim morbum sortilentum ut solet. Ergo quum jam undique ferrem colloquium, jussi accersi præcipuos amicos & egi gratias. Archidiaconum negotia quædam avocârant, mandârat tamen abiens diligenter, ut tota domus mihi pateret serviréque. Postridie mane, jubeo parari equos, simúlque mando ut veritetur turba deducentium. Egresso cubiculum adsunt tres aut quatuor salutatores, quorum unus erat Theologus *Franciscanus*. Conscendo equum, egresso portam domus adest præter alios aliquot *D. Antonius* decanus in monte *Bellicardi*, & idem canonicus *Bezontinus* salutat amantissimè. Duo prætereo domum officialis archiepiscopi, adest ipse in mula, simúlque thesaurarius. Hi frustra recusantem officium per mediam civitatem prosequentes ad duo millia passuum deduxerunt. Ibi debam equo parum magnifico, sed mihi tum commodo. Officialis diligenter egit mecum ut conscenderem mulam suam, ducerémque *Basileam* usque famulum comitem, qui mulam reduceret. Vix impetravi nè fieret. Ita perveni *Basileam*, ut offensus à quoquam, nec offenso quoquam, si quòd valetudo fuerit in causa, ut & amicis suis molestus, quibus volebam esse voluptati, & mihi non licuerit frui consuetudine eorum quorum gratiâ veneram. Habes totam rem ut est gesta: syllabam quidem affinximus, nè quid tamen videar suppressisse, subjiciam rumores consequutos abitum meum. Quidam è monte *Bellicardi*, qui serat *Theobaldo*, nescio quos pertulisse rumores me cum pessima omnium gratia discessisse *Bezontio*. Demirans quid hoc esset monstri, jubeo inquireret. Inquisivit, & reperit aliquos errones *Lutheranos*, qui nusquam non vagantur, fuisse *Bezontii* cum adessem: eos offensos mihi ob *Spongiam* recens tum editam adversus *Huttenum* evangelii protectorem, nonnihil blaterâsse in me. Erat autem *Germani*, per hos sparsum vanissimum illum rumorem. Deinde *Theobaldus* idem venit *Basileam*, expiscatus sum quid esset: respondit nihil esse, nisi blateramenta quorundam abjectissimorum hominum, qui inter sordidos ea sparserat. Paulò post idem *Theobaldus* adiit *Bezontium*, & negocium quoddam citra difficultatem meâ commendatione impetravit ab archiepiscopo. Reversus est, interrogavi quid rei fuisset; respondit, nihil prorsus esse præter unius aut alterius *Lutheranorum* dicti blateramenta. Excusi famulos & comites, si quid contentionis fuisset ipsis cum quoquam. Negabant

gabant sibi quicquam fuisse verborum, nisi cum sordidis illis erronibus *Lutheranis*. Atque ut nunc sunt res humanæ, nusquam proficiscor, nisi rumor multos commoveat, nec discedo nisi magno concursu, quâ re mihi nihil est molestius. Et in tam diversis studiis fieri non potest, quin sint qui spargant aliquid sinistri rumoris. Verùm hujusmodi rumores ut de nihilo nascuntur, ita mox evanescunt. Quid autem est malâ linguâ nocentius? Ea pestis nullo seculo magis regnavit, quàm hisce temporibus. Felix esset, qui morsus omnes posset effugere, hâc ætate nullus id posset, qui jam famâ celebris sit. Hæc cùm verissima sint, multisque testibus comprobare queam, nescio quid sibi velint illa verba, quæ ipsi acciderunt *Resutii*. Mihi nihil aliud accidit quàm dixi: Proinde hæc verba facilè declarant aliquem sceleratæ linguæ hominem isthuc pertulisse rumorem atrocem, ac mendacem. Id neque novum, neque mirum est. Certè Theologi non erat talibus commoveri, aut si quid commotus esset, mandare literis, veluti certum ac persuasum. Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterod. Maximiliano Transylvano Cæsaris Secretario S. D.

98. ORnatissime *Maximiliane*, exemplar literarum quas ais te ex *Sylva* ducali misisse redditum est, priores non recepi. Quoties exosculor istud pectus in tuis literis tam amicum & candidum, mi *Maximiliane*? De pensione non sum anxius. Scio quàm ista semper esuriat aula, verè pertusum dolium. Quod tu suspicaris factum, ego futurum sciebam. Novi quæ sint ista portenta. Et me miseret tum aulæ, tum Academiæ. Jam pridem hoc agunt quod agunt. Sciunt ipsi mihi nihil esse cum ulla factione, & hoc illos habet malè. Legerunt *Spongiam* meam satis liberam, legerunt liberum arbitrium. Et si hic adessent, audirent amicas *Lutheranorum* de me voces, quanquam legerunt *Hutteni* & *Othonis* libellos, satis testantes quanti me faciant. Demùm hic si quid tumultus oriretur, primus impeterer. Verùm istos nullius facinoris neque pudet neque piget, modò lædant recta studia. Video res humanas ceu fatorum impulsu tendere ad Scythicam barbariem, ego quoniam opitulari non possum, quod unum possum, conscientiam hanc puram & integram approbabo *Christo*. Brevi mittam famulum proprium & insigni fide, per eum scribam de singulis copiosissimè. Interim vivat *Maximilianus* meus suaviter ut dignus est. *Basileæ*, VI. Idus Novemb. Anno M. D. XXV.

Erasmus Rot. Joanni Heemstedio Cartusiano juxta Lovanium. S. D.

99. MOx à literis tuis redditis obtigit qui peteret *Brabantiam*, itaque mitto epitaphium, extempore quidem, sed non absque cura factum: quod nolim asperneris, nisi *Conradus Goclenius* judicârit rejiciendum. Si displicet, mittetur aliud elaboratius. Nam *Dorpii* memoriam etiam habeo sacrosanctam. Deplorarem mortem illius præproperam, quæ tot egregias dotes, tot amplissimas spes incidit; sed nunc hujusmodi seculum est, ut nulli bono bene esse possit, & si felicissimum esset seculum, nihil tamen felicius quàm vivere cum *Christo*. Ad optimi patris *Joannis Dorpii* mentionem sum vehementer exhilaratus. Ut semper floret quamvis in defecto corpore, purus & integer animus. Ei multam ex me salutem dices & amanter & diligenter. *Dorpii* memoriam non patiar intercidere, si quid mea scripta valebunt. Sancto tuo sodalitio me commendabis, cui precor omnem in *Christo* felicitatem. Habes amice suavissime Epistolam epitaphio similem, properabat tabellio. *Basileæ*, VI. Idus Novemb. Anno M. D. XXV.

Epitaphium.

Martinus ubi terras reliquit *Dorpius*,
Suum orba partum flet parens *Holandia*,
Theologus ordo luget extinctum decus,
Tristes camœnæ candidis cum *Gratiis*
Tantum patronum lachrymis desiderant,
Lovanienses omnis opplorans schola
Sidus suum requirit, ô mors inquiens
Crudelis, atrox, sæva, iniqua & invida,
Itan' ante tempus, floridam arborem secans,
Tot dotibus, tot spebus orbas, omnium
Suspensa vota? Premite voces impias,
Non periit ille, vivit, ac dotes suas
Nunc tutò habet, subductus ævo pessimo.
Sors nostra flenda est, gratulandum est *Dorpio*.
Hæc terra servat mentis hospitium piæ
Corpusculum, quod ad canoræ buccinæ
Vocem, resignans optimâ reddet fide.

Erasmus Rot. Othoni Brunsfeldio S.

NÆ tu prodigiosum somnium animo concepisti. *Petrus Sutor* quondam Theologus *Sorbonicus*, nunc Monachus *Cartusianus*, in *Campania Gallia* scripsit in me volumen rabiosissimum, vociferans omnes translationes novas esse hæreticas & blasphemas, linguas ac bonas literas esse fontem omnium malorum. Ei respondi, sed sic ut prætet unum illum neminem lædam; nè responsurus quidem, ni liber dicatus esset sodalitati *Sorbonicæ*, & excusus ex autoritate Theologorum *Lutetiæ*. In te verò adeò nihil meditamur, ut eruditum quendam ac facundum hominem, quem amici scribunt tuo in me libello respondere, crebris jam literis per omnia sacra sim obtestatus, ut si non orsus esset, nè ordiretur; si esset, aboleret in gratiam meam, si me vellet amicum. Utinam hujusmodi contentiones amiles, ut vocas, displicuissent tibi priusquam libellum tuum ederes, ac potiùs in consilium adhibuisses prudentiam, quàm quosdam qui ex alienis incommodis sua venantur commoda. Atque utinam *Huttenus* magis auscultâsset meis literis, quas non unas amanter ad illum scripseram, nè tali libello edito, & utriusque nostrûm opinionem læderet, & stolidis quibusdam, literarum hostibus spectaculum ederet gratissimum. Quòd mihi condonas omnia, quæ habes adversum me, non video quid tibi debeam isto sanè nomine. Nam à me nunquam fueras læsus, & longè alium esse judicabam, priusquam libello proderes animum tuum. Consuueris rei tuæ, si istam animi ferociam vertas ad moderationem ac mansuetudinem *Christianam*. Nam hæc ipsa tua conciliatrix epistola quantum habet minarum, nè conviciis quidem vacans, tantùm concepta *Epist.* 100

ceptâ vanâ ſuſpitione ex nomine *Sutoris* & *Cartuſiani*. Erat hoc vel mediocris prudentiæ, rem certiùs cognoſcere, priuſquam ad minas aut convitia deſcenderes. Ego nullius amicitiam ſum unquam aſpernatus, neque quiſquam à me laceſſitus eſt ad inimicitiam. Cæterùm difficile eſt amicitiam tueri, cum tam ferocibus & irritabilibus ingeniis. Chriſtianum animum quem polliceris, tibi gratulabimur, ſi præſtiteris. Officia tua nec ambio nec aſpernor. Satis amicum putabo, ſi tibi ipſi præſtiteris amicum. Satis officiorum fuerit, non lædas famam alienam, quod ſolùm pores, & facillimum eſt hoc præſertim tempore. Bene vale. *Baſileæ*. Anno M. D. XXV.

Eraſmus Roterodamus Ferdinandi Medico & Præceptori S. D.

Epiſt. 101 SI non mediocriter debet Reſpublica fideli vigilantíque medico, qui curat Principis corpus, quod animi per quem imperat vel domicilium ſit vel organum, quantum tibi debet hæc noſtra regio? imò non hæc tantum; nam utcunque res cadent, non poteſt *Ferdinandus* non eſſe Princeps egregius, qui tanti Regis ſit frater: qui non ſolùm arte medendi advigilas, ut corporis proſperâ valetudine gaudeat adoleſcens, verùm etiam *Chriſtiana* philoſophia fingis ac formas animum illius, ſanctiſſimis opinionibus, ac decretis vero Principe dignis imbuis pectus adhuc purum ac tractabile? Quanquam ille non tam ætate quam indolis bonitate tractabilis eſſe mihi videtur. Atque utinam complures tui ſimiles adeſſent, ut aula noſtra *Britannicam* imitaretur, doctiſſimis in omni genere diſciplinarum viris refertam. Ad regiam menſam adſtant eruditi, agitantur literatæ quæſtiunculæ, quæ ad Principum inſtitutionem, aut alioqui ad bonos mores pertinent. Breviter, is eſt aulæ comitatus, ut præ illâ nullam non contemnas academiam. Faxit Deus Opt. Max. ſic invertantur vices rerum humanarum, ut quemadmodum publicas ſcholas invaſit ambitionis, voluptatum & avaritiæ ſtudium, ita Principum aulæ recta ſtudia complectantur. Eſt apud nos *Ludovicus Vives, Valentinus*, nondum opinor vigeſimum ſextum egreſſus annum, ſed in nulla philoſophiæ parte non ſupra vulgum eruditus, tum in bonis literis, atque etiam in dicendi ſcribendíque facultate eò progreſſus, ut hoc ſeculo vix aliũ nôrim quem auſim cum hoc committere. Nullum eſt argumentum in quo non exercuit ſtilum. Nunc veterum exemplum referens declamat, ſed tanta dexteritate mihi crede, ut ſi titulum adimas, putes rem non hujus regionis, nec hujus eſſe ſeculi, magis autem feliciſſimis illis *Ciceronis* ac *Senecæ* temporibus natam, quibus coquis & apiciis aliquanto plus erat eloquentiæ, quàm nunc eſt iis, qui videri volunt orbis magiſtri. Artis obſervantiſſimus eſt, ſed ejus affectationem ita diſſimulat, ut neges rem adumbratam agi. Video hunc cum primis eſſe idoneum qui & tibi in inſtituendo *Ferdinando* ſubſidiarius ſit, præſtétque nè quis aulam iſtam ut infantem atque elinguem contemnat. Ad hujus dotes & illud accedit, quod & *Hiſpanicè* callet, utpote natus *Hiſpanus*, & *Gallicè* perbellè, ut qui *Lutetiæ* diutilè ſit verſatus. Noſtrum ſermonem intelligit magis quàm ſonat. Verùm haud ſcio, primum an *Card. Croius* cui præceptor eſt, paſſurus A ſit hominem à ſe divelli, diligit enim [illegible] meretur effuſiſſimè: deinde an expediat, [illegible] ampliſſimæ fortunæ raræque indolis tali [illegible] tore nudari. Impensè faveo Principi *Ferdinando*, ſed ita de me meritus eſt Card. ut non aufim [illegible] liri quicquam, quod illi ſit incommodo futurum. Poſtremò nondum habeo compertum, an *Petrus* ipſe ſuſtineat avelli à tanto patrono, cui ſe tantùm eſſe chariſſimum. Quòd ſi hac in parte tua pru- B dentia mecum ſentit, proximis literis aliam tibi deſignabo. Bene vale vir eximie. *Lovanii* Idus Febr. Anno M. D. XIX.

Eraſmus Roterodamus Laurentio Campegio Cardinali S. D.

EX literis tuis ſuperioribus ingentem animo *Epiſt.* lætitiam conceperam, quòd intelligerem *Clementem* VII. ex illa fatali Medicum familii rerum gubernaculis admotum: quem tamen non C eognôrim, niſi ex tuis *Pacai*que literis, tamen mirum eſt quàm mihi mens non læva, ut arbitror, neſcio quid magnæ felicitatis præſagit. Hoc gaudium mihi conduplicârunt poſteriores literæ tuæ, quæ ſignificant te in noſtram *Germaniam* delegatum, ut hos infelices temporum tumultus auctoritate tuâ ſapientiáque componas, qui nulli boni non graviſſimi ſunt: mihi ſanè etiam uſque ad vitæ tædium diſplicent. Quanquam autem ver provinciam ſuſcepiſti plenam difficultatis ac moleſtiarum, tamen bona ſpes eſt tuam iſtam ingeni dexteritatem & parem humanitati prudentiam difficultatem omnem ſuperaturam, præſertim *Chriſto* ſanctos conatus tuos bene fortunante. Atque utinam hic modò poſimus aliquid adferre momenti, nulli negocio libentiùs immoreremur. Verùm hoc corpuſculum per ſe quidem imbecille, ſed ſenectute fit imbecillius indies. Toties inpotit crudeliſſimus calculi dolor, ut ad quamvis occaſionem pericliter de vita. Porrò menſe Ianuario E diu & graviſſimè laboravi, ſic ut nulla ſpei eſſet vitæ: Sed multo etiam gravius ad natalem *Chriſti*, ſic ut mors in votis eſſet, vita in deſperatione. Nulla enim mors acerbior eſſe poteſt hoc cruciatu. Quibus malis ſic afflictæ fractæque ſunt hujus corpuſculi vires, ut ſummâ vitæ moderatione vix ſuſtentari. Itaque jam pridem equos meos vendidi, deſperans in poſterum me laturum agitationem. Jam ſi quid adeſſet virium, hoc tempore non poteram occurere celſitudini tuæ, quum iter ſit F per hypocauſta, ad quorum nidorem etiamnum, ſi vel uno prandio feram. Quæ res me cogit ut *Baſileæ* in propriis ædibus habitem, quæ aulam habent cum fumario. Idque non ſine gravi meo ſumptu, nec minus gravi curâ. Poſtremò, uſque ad dimidiatam quadrageſimam non potero abeſſe ab his, quæ nunc ſimul & ſcribuntur nobis, & in typographis excuduntur. Decrevi tamen hac ætate feriarum nonnihil à ſtudiis gravioribus ſumere. G Itaque ſi valetudo fuerit mediocris, ubi deſierint fervere *Germanorum* hypocauſta, libens illuc me conferam, niſi quid inciderit quod aliò revocet. Nam *Cæſar* & illuſtriſſima *Margareta* revocant in *Brabantiam*, ut adſim in legatione quam adornant *Romam*, ad exhibendam obedientiam novo Pontifici. Nec interim tamen nec am operam ulla in re deſiderabis, quæ quidem à me præſtari queat. Mihi nulla eſt apud *Germanos* autoritas,

autoritas, gratia fit aliquando fui. Verùm ea gratia vna perijt postea quam cœpi aduersari Euangelio: sic enim loquuntur isti. Tantum odii mihi conflavi, ut emori maluerim. Sed hoc quoque malim, quàm à concordia Ecclesiæ in factionem aliquam me conjicere. Eruditio verò infra mediocritatem est. Et tamen non solum hoc ipsum, quod nobis domi est, libenter conferemus in hoc negotio, verumetiam doctos amicos in consilium adhibebimus, qualem hic unum habeo potissimum, *Ludovicum Berum*, præpositum in collegio divi *Petri*, virum & corporis & animi præclaris dotibus prædictum, summæ apud suos autoritatis, & ob generis claritudinem, & vitæ integritatem, & eruditionem non vulgarem. Nam *Parisijs* in Theologorum laurea, quondam primum locum promeruit. Mihi tamen interim cavendum, nè discerpar à *Germanis*, nè dicam manis, priusquam reliquero *Germaniam*. Nam sunt plurimi qui se jactant evangelicos, quum sint diabolici potiùs, parati ad omne facinus. Et nescio quo pacto in me præcipuè fremunt, mihi imputant quòd non triumphant, sic enim illi loquuntur. Et jam libelli aliquot provolârunt, alios habent in procinctu quos minitantur. Non dubito quin tua prudentia sit optimis consiliis rem aggressura, quam arbitror meliùs successuram, si summam æquitatem præ te feras: ostendásque te magis mederi velle huic malo quàm opprimere, nec sic velle revellere zizania, ut simul eradices & triticum, nec recusaturum mutare quædam, quæ sine jactura dignitatis Apostolicæ, & pietatis evangelicæ mutari possunt ac debent. Interim conquiescent à tumultuosis libellis, ac molitionibus seditiosis, donec ex autoritate Pontificis ac Principum statuetur quod publicam concordiam sarciat, & sartam confirmet. Latè patet *Germania*. Rem divinam feceris, si hanc reddideris pacatam. Hæc scripsi per eum qui mihi literas tuas reddidit ex *Augusta*: reddidit autem pridie cathedræ *Petri*, quas dederas *Romæ* Calendis Feb. Simul atque certum cognovero ubi fuerit tua sublimitas, scribam copiosiùs tuâ humanitate fretus, & mittam si quid erit parati, per fidum ac certum, qui si non dabitur, mittam famulum proprium. Eodem die scripsi Pontifici *Clementi*, ac misi illi suam paraphrasim. Ad quem si scribes, ut scribis sæpe, rogo moneas illum ut *Stunicæ* insaniam coerceat, qui dum suo morbo obsequitur, & quorundam privatis affectibus, lædit causam Pontificis. Te incolumem ac florentem servet Deus Opt. Max. *Basileæ*, IX. Cal. Martii, Anno M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Francisco Chiregato Episcopo Interamnensi S.

103 REverende pater. Ex oratione quæ formis excusa venit ad nos, agnovi *Chiregatum* meum, adhuc enim veteris amicitiæ vocabulis utor, & exilii gaudio, quòd tibi contigerit dignitas, pro tuis virtutibus. Opinor autem eandem esse, quam *Pius* secundus dedit olim *Joanni Campano*. Locum ipse celebrat epistolâ quadam, cui nomen *Interamni*, quòd amnem opinor civitas dirimat. Gratulor autem & istam legationem obtigisse, plausibilem in primis ac favorabilem. Utinam impetres quod agis, & qui orator istuc venisti, redeas exorator. Scripsissem copiosiùs, sed & ego eram occupatissimus, & verebar nè tu jam istinc abieris priusquam hæ literæ perferantur. Non sum immemor studii in me tui, ut aliquam ex parte rependere queam officium. Est istic candidissimus vir *Bilibaldus* senator, gaudebis hominem cognovisse. Bene vale. *Basileæ*, VI. Idus Januarii. An. M. D. XXII.

Erasmus Rot. Cornelio Bergensi S.

AMicorum syncerissime, quas fugas, quas latebras, quos labyrinthos tu mihi narras? Obruor quotidie literis honorificentissimè scriptis, à Pontifice, à Cardinalibus, ab Episcopis, à Legato *Campegio*, à Cæsare, à *Ferdinando*, à Rege *Angliæ*, à Ducibus, à Baronibus. Invitor amplissimis conditionibus, offeruntur dignitates & Episcopatus; planè Rex essem, si juvenis essem. An tu credis istis execrabilibus fucis, qui nihil aliud possunt quàm maledicere? Et tam impudenter mentiuntur, ut à cordatis viris pro insanis habeantur. Mihi tuum epistolium fuit longè gratissimum, vel hoc nomine quod me docuerit meum *Cornelium*, vetustissimum pariter ac syncerissimum amicum & congerronem adhuc incolumem esse. Si redierò hoc vere, id quod futurum arbitror, hilariter compotabimus favente *Christo*. Interim mandavi *Petro Ægidio*, ut aliquid libellorum ad te mittat. Servet te Dominus bene valentem mi *Corneli* suavissime, cum tuis omnibus. Quid noster *Iodocus*? num adhuc tractat vetus corium? Sed coràm ridebimus affatim. *Basileæ*, postridie *Annunciationis*. Anno M. D. XXV. *Epist.* 104

Erasmus Roterodamus Leonardo Pricardo Canonico Aquensi S. D.

ERuditissime *Pricarde*, ut eleganter scripsit *Aristophanes*, ἀλλ' ἐν λόγοις συνουσιάζειν δεῖ καλῶς. Adversus aspidum virus reperta sunt incantamenta, adversus viperarum & canis rabiosi morsum, remedia monstrârunt medici: adversus calumniatorum morsus nullum est remedium. Audio Theologum quendam isthic vetus ulcus refricuisse, imò ex obducta cicatrice grave vulnus fecisse. Ait per me factum, ut tui canonici rideantur in scholis, ob epistolam quandam ad *Beatum Rhenanum*. Primum quod ad animum attinet, nihil unquam minus venit in mentem, quàm ut talibus viris quibus ego plurimum debeo, ullam scriptis meis notam inurerem, imò nihil recusaturus sum, si quo officio possim illis vel ornamento esse vel usui. Quid enim me fuerit in orbe terrarum inhumanius, si pro summa humanitate reponere voluissem ignominiam? Hoc de meo animo cum primis testatum esse volo. Jam quid est obsecro in ipsa re, quod illorum minuat dignitatem? An quòd in multam noctem productum est convivium? Nimirum serò cœperamus accumbere, & hoc ipsum humanitatis erat, quòd mea causa vocatis aliquot reddidere convivium prolixius. Nec enim fuit illic ulla compotatio, neque quisquam omnium non minùs potus erat quàm ego. Porrò quòd Decanus me reluctantem eò pertraxit, quid aliud incusò, quàm illius insignem humanitatem. Sic & duo discipuli compulerunt *Jesum* ut apud se diverteretur. Quid autem probri impingitur vicepræposito, si quum tempestas arceret piscatores à piscando, nihil erat in convivio præter anguillas & piscem vento duratum? Quasi *Romæ* non idem accidat aliquando *Epist.* 105

do ſummis Cardinalibus. Et tamen hoc piſce durato, naturâ delector. Porrò quod admixta fuerint quædam fragmenta non ſatis percocta, illud ſuſpicabar eſſe, quòd affluxerint plures conviuæ quàm expectabat. Certè vicepræpoſitus ille viſus eſt juvenis ſingulari præditus humanitate, planéq; ſobrius. Deniq; vix unquam incidi in ſodalitium, quod mihi magis arriſiſſet ſi valuiſſem. Quid autem ſcommatis eſſe videtur in mentione periodi? Quaſi non is mos ſit apud pleroſque canonicos, multis nominibus laudandus, ut conviviis in orbem actis invicem agitent ſodalitia, vel ob vitandam profanorum conſuetudinem, nè familiaritas pariat contemptum; vel ob temperandum ſumptum, qui minor eſt ubi plures conveniunt. Et interim diſcitur aliquid in conviviis, tractatur aliquid negotii, nonnunquam corriguntur & errata quædam. Unde & *Plato* Philoſophorum ſeveriſſimus probat hujuſmodi compotatiunculas, nec improbat etiam invitatiunculas, ex more *Græcorum* ad largiùs bibendum, modò nè prætereatur πάντων μέτρον ἄριστον. Quare te rogo mi *Leonarde*, ut quod ille ſycophanta, malè narrando depravavit, tu bene interpretando corrigas, ac meo nomine promittas dominis meis quicquid ab homine memori & grato debet expectari. Quod ſi diffidunt dictis meis, faciant in re periculum. Nihil refugiam etiamſi res ſit magni laboris. Saluta mihi *Vlattenum* ac cæteros omnes. *Lovanii*, Anno M. D. XVII.

Eraſmus Rot. Beddæ Theologo Pariſienſi S.

Epiſt. 106 ACcepi per *Franciſcum Deloinum* felicis memoriæ loca per te ſubnotata ex *Paraphraſi* noſtra *in Lucam*, quâ quidem diligentiâ tuâ adeo non ſum offenſus, ut vehementer optem te idem facere in reliquas *Paraphraſes*, ſed præcipuè in *Annotationes* meas. Nil enim malim quàm è libris meis tolli, quicquid ineſt vel erroris vel offendiculi. Quum adornarem ſecundam editionem novi Teſtamenti, ſuppliciter & obnixè rogâram piæ recordationis *Joannem Atenſem* tum *Lovanienſis* Academiæ Cancellarium, ut admoneret ſi quid offenderet. Pollicitus eſt. Perlectum opus citra exceptionem comprobavit, ut pium & eruditum. Quum reſpondiſſem me moneri malle quàm laudari: nam id eſſe utilius, etiam atque etiam confirmabat ſuam approbationem. Idem rogavi *Latomum*, qui nunc lacerat, quod tunc poterat corrigere, ſi quid offendebat. Item *Ludovicum Berum*, *Chriſtophorum* Epiſcopum *Baſilienſem*, *Joannem* Epiſcopum *Roffenſem*, alióſq; permultos: tantùm laudârunt. Ego tamen ex opere tantorum virorũ calculis approbato, multa ſuſtuli multa correxi, pleraque reddidi mitiora. Nunc apparo quartam editionem, quòd ſi non gravaberis indicare, quid meritò poſſit offendere doctos ac bonos, apud me ſanè magnam inieris gratiam, ſíq; ſcriptis etiam teſtatũ efficiam, mihi tuum officium fuiſſe gratiſſimum. In quo ſi candidũ præſtabis & integrum, exoſculabor ſynceritatem *Chriſtiano* Theologo dignam: ſin aſperiùs & inimicitiùs id feceris, tamen boni conſulam. Sed moderatio conducibilior eſt etiam nomini Theologico, quod nunc apud pleroſq; malè audit ob quorundam odioſam moroſitatem, & omnia carpendi petulantiam. Quid enim dicturi ſunt cordati doctíque viri, quum legerint *Petri Sutoris* libellum, quondam *Sorbonici* Theologi, nunc monachi *Cartuſiani*? Quæ [illegible] ſcidentiæ, quantum faſtûs, quantum [illegible] inſcitiæ. Nihil toto opere crepat nisi *[illegible] ſtros, rhetorculos, ſciolos, aſellos, trajectitia [illegible] tenuitates, errores, ſcandala, hæreſes, blaſ[illegible]*. Et interim tractat argumentum in quo [illegible] telligit, planè vetus proverbium nobis [illegible] *Sutor ultra crepidam*. Aſſumit pro certis [illegible] manifeſtò falſa, partim controverſa. Hanc [illegible] lationem Novi Teſtamenti eſſe *Hieronymi* [illegible] eſſe proditam affiatu ſancti Spiritus, hanc [illegible] ab Eccleſia receptam eſſe. Aſſumit me [illegible] vertiſſe, ut mea tranſlatio cum autoritate [illegible] tur, excluſâ veteri. Ex his hypotheſibus [illegible] pertiſſimis colligit, omnes tranſlationes [illegible] res eſſe ſcandaloſas, hæreticas & blaſphemas. [illegible] non videt hanc contumeliam recidere in *[illegible] Beddam*, & *Lyranum*, qui frequenter citant [illegible] ſam lectionem, nec reprobant, ſed interpretantur. Etenim quod in toto blaſphemum eſt, [illegible] mum & in parte ſit oportet. Nec ſentit ſe dum [illegible] loquitur blaſphemum eſſe in Pontificem, qui [illegible] ſtrum laborem ſuo diplomate comprobavit. Nè quid dicam de *Adriano* VI. qui adeo non dum vit meam induſtriam, ut adhortatus ſit, ut idem facerem in veteri Teſtamento, quod feciſſem in novo. Quid loquar de Epiſcopo *Roffenſi*, qui mihi non ſemel gratias egit, teſtificans ſe plurimum fructûs ex hoc opere meo cepiſſe, de *Tunſtallo* Epiſcopo *Londonienſi*, déque aliis innumeris virtute pariter ac doctrina præſtantibus viris? Planè ſentio *Sutori* noſtra non eſſe lecta. Quid autem impudentius quàm ſic debacchari in alienas lucubrationes, nec legiſſe quod proſcinditur convitii? Exigit ut proferam vel unum doctorem, qui legerit, *In principio erat Sermo*. Atqui in *Apologia* id lucidè expedivi. Flagitat, ut proferam unum locum in quo lapſus ſit doctor aliquis ob interpretem ſolœciſmos. At ego in *Annotationibus* meis multos tales indicavi. Sunt innumerabiles ubique qui non oderunt *Eraſmum*, nec deſunt ſana ſobria judicia. Quid iſti dicturi ſunt obſecro, quum legent tales libellos, è *Sorbona* profectos? Quorquidem non ignoro veſtrum doctiſſimo cuique non placere, ſed interim ob paucorum ſtultitiam vocantur in contemptum & odium boni Theologi. Edidit & in *Brabantia* libellum *Dominicus* quidam, ſed tam indoctum ac ſtupidum, ut nihil fus poſſit quicquam indoctius: ſic manifeſtis mendaciis ſcatentem, ut nullus ſcurra poſſit impudentius. Ad iſta connivent Theologi, nec autem perpendunt, quos riſus, quantum odium ſibi conciliant. Quod ad *Annotationes* tuas reſpondi, nisi *Nicolao Beraldo*, ut tibi copiam faciat. Bene vale. *Baſileæ*, IV. Cal. Maias, Anno M. D. XXV.

Eraſmus Rot. Georgio Duci Saxoniæ S. D.

ILluſtriſſime Princeps, perjucundum accidit, quòd me tuis humaniſſimis literis ſis dignatus, quum ego tam negligentè ſcripſiſſem celſitudini tuæ, nimirum occupatiſſimus, ac præterea valetudine adversâ. Hoc orbis periculoſiſſimum diſſidium [illegible] ſplicere tibi non eſt mirum, cui enim non displiceat, qui ſit animo *Chriſtiano* præditus? Atque utinam hîc veris ſtudiis advigilent Principes, ut tantum malum ſopiatur, & ita ſopiatur ut non repullulaſcat. Nam utris ſit imputandum, forſitan

jam ferum sit disputare. *Lutherum*, quod negari non potest, optimam fabulam susceperat, & *Christi* penè aboliti negotium summo cum orbis applausu cœperat agere. Sed utinam rem tantam gravioribus ac sedatioribus egisset consiliis, majoréque cum animi calamíque moderatione! Atque utinam in scriptis illius non essent tam multa bona, aut sua bona non vitiâsset malis haud ferendis. Et tamen hic graviùs peccant *Lutherani* quidam quàm ipse *Lutherus*. Nunc quoniam atrocibus odiis res utrinque geritur, periculum est nè oppresso *Luthero* simul pereant tot bona, quæ nolim aboleri: tum autem nè pars victrix invehat nobis quædam, quæ nulli *Christum* amantes ferre poterunt, quæque cessura videantur in grave detrimentum gloriæ *Christianæ*, & Evangelicæ synceritatis. Etenim si liberè loqui fas est apud Principem non minùs prudentem quàm humanum, mundus indormiebat opinionibus scholasticis, constitutionibus humanis, nec aliud audiebat quàm de Indulgentiis, de Compositionibus, de Potestate Pontificis *Romani*. Hæc etiamsi essent indubitatæ veritatis, tamen non multum faciunt ad Evangelicum vigorem, non animant nos ad contemptum hujus mundi, non accendunt ad amorem rerum cœlestium. Atqui hæc potissimùm sunt inculcanda. Non est spernenda Pontificis autoritas, sed in unum *Christum* omnis est transferenda gloria. Atque his præsidiis regnabant quidam, qui non quærunt ea quæ sunt *Jesu Christi*, sed cum *Demade*, quem notat Apostolus *Paulus*, diligunt hoc seculum. Ab hoc somno prorsus erat expergefaciendus orbis, & scintilla vigoris evangelici resuscitanda. Sed utinam id factum esset eâ mansuetudine curáque, quâ decuerat agi negotium omnium sanctissimum. Admiscuerunt se huic negotio monachi quidam ac Theologi parùm sobrii, qui stultis, indoctis, ac seditiosis clamoribus malum hoc exagitârunt, & ex malo pessimum, ex minimo maximum reddiderunt. Nam initio nihil periclitabatur præter quæstum Indulgentiarum. Et quemadmodum *Lutherus* multa scribit, quæ plurimorum aures ferre non possunt; ita illi permulta invehunt, quæ boni doctíque vident offectura pietati verè evangelicæ. Et tamen qui hæc scribunt, non agunt *Christi* negotium, neque Pontificis, sed suum, imò studio privati commodi, & Pontificis officiunt causæ, & *Christi* gloriam obscurant. Hi nec ea sinunt probari in *Luthero*, quæ sunt *Christianissima*, nec de suis quicquam remittunt. sed prioribus etiam addunt duriora. Quoniam igitur perspiciebam, utranque partem impotenti quodam impetu rapi transversam, non admodum me admiscui huic tumultui, nisi quod satis declaravi, mihi nihil esse fœderis cum *Lutheranis*, neque quicquam magis displicere quàm seditionem. Quanquam & aliàs videbam me imparem tam periculoso negotio, etiamsi fuisset otium legendi quæ scribunt hinc atque hinc. Erant enim legenda omnia. Ad hæc jam ætas hæc & valetudo à gravioribus studiis missionem flagitat. Nunquam tam acerbè scriberem in *Lutherum*, quin diversæ parti viderer dilutus. Porrò quum jam nunc mihi dira minitentur *Lutherani*, neminem prius discerperent quàm *Erasmũ*, si prodirem in aciem. Satis libellorum est in *Lutherum*, si hâc viâ posset obrui. Et sunt qui in hac arena me longè plus valent. Postremò semper in hac fui sententia, tragœdiam hanc nullâ ratione meliùs consopiri posse quàm silentio. Idem sentiunt qui sunt inter Cardinales ac Magnates cordatissimi. Prodiit sævissima bulla à Pontifice. Nihil aliud quàm exacerbavit incendium. Sequutum est sævius etiam Cæsaris edictum, qui totus in hanc rem propensus est. Ea res linguas quorundam & calamos coerçet, at non mutat animos. Laudatur quidem pius Cæsaris animus, sed judicium hujus rei ascribunt iis quibus eruditi non multum tribuunt. Cæterùm ego nunquam dubitavi quin ille libellus sereniſſimi Regis *Angliæ* non sine causâ abs te laudatus, ipsius cujus habet titulum, ingenio *Martéq*; quod aiunt sit elaboratus. Habet enim Princeps ille ingenium mirè felix ac versatile, quod incredibili modo valet, quocunque se intenderit. Et stilum olim puer non indiligenter exercuit, etiam ad me scriptis epistolis aliquot. Tum ante paucos annos disputationem conscripsit Theologicam, *An laicus obligaretur ad orationem vocalem*, & in scholasticorum Theologorum libris versari gaudet, & in conviviis aliquid de re Theologica disserere solitus est. Nonnunquam in multam noctem profertur contentio literata. Habet Reginam eleganter doctam. Quòd si quâ in parte fuisset adjutus in eo libro, nihil erat opus meis auxiliis, quum aulam habeat eruditissimis pariter ac eloquentissimis viris differtam. Quod si stilus habet aliquid non abhorrens à meo, nihil mirum aut novum, quum ille puer studiosè volverit meas lucubrationes, huc provocante clarissimo viro *Gulielmo Montjoio*, discipulo quondam meo, quo tum ille sodali studiorum utebatur. Duos *Lutheri* libellos ad me sanè frustra misit tua celsitudo, rudem ejus linguæ quâ scripti sunt. Quanquam aiunt eos hic diu fuisse circumlatos antequam per te mitterentur. Mihi stultissimum videtur, eos provocare quos non possis vincere. Quanquam admonere Principes & Episcopos officii sui, quoties locus ipse præbet occasionem, nec inutile sit, nec alienum ab exemplis probatissimorum scriptorum. Facit hoc subinde *Hieronymus*, facit *Chrysostomus*, & *Bernardus*. Semper fuerunt Episcopi & semper erunt, & fortasse sunt hodie, qui dulci fortunâ ebrii, nec meminerunt, quid sit Episcopum agere. Et quod in genere dicitur, non debet verti in cujusquam contumeliam, modò nè id fiat seditiosè aut atrociter, sempérque dulcedo *Christianæ* charitatis mitiget admonitionis austeritatem. Non est minuenda Pontificum autoritas, sed ea benefactis optimè & paratur & servatur. Totum hoc malum, aut certè magna ex parte, nascitur ex nobis, qui quum toto pectore mundum amplectamur, tamen sub *Christi* titulo tyrannidem gerimus: quòd si verè hoc essemus, quod videri volumus, mundus totis studiis ut patres amplecteretur, nunc ut tyrannos odit & recalcitrat. Expectamus quò vocet hîc novus Pontifex. Is ostendet fortassis viam aliquam finiendi hujus mali, quod latè tot regiones occupavit, ac plurimorum animis penitùs inhæsum est. Ego quantum ætas, ingenium, vires & otium patietur, non desero causæ fidei, & concordiæ *Christianæ*, quod hactenus quoque pro meâ virili feci. Erit illud illustriss. Princeps tuæ prudentiæ, curare nè hæc quæ liberiùs ad te scribo, mihi fraudi sint apud alios, qui nihil non rapiunt ad calumniam. Illustriss. celsitudinem tuam incolumem ac florentem diu servet Opt. Max. Dominus *Jesus*. *Basil.* III. Non. Septemb. An. M.D. XXII.

Eraſmus Rot. Epiſcopo Palentino S. D.

*Epiſt.*108 REverende Præſul, quòd apud Cæſarem tuæ vocis teſtimonio tam candidè & defenderis & ornaris *Eraſmum*, hoc mihi fuit gratius, quòd & præter ſpem obtigit & meritum. Sed interim noſtra qui libros edimus nihilo melior eſt conditio, quàm olim fuit hiſtrionum, qui in proſceniis fabulam agebant populo. Illis erat ediſcenda fabula, meditanda actio, nihil non faciendum uti theatro ſatisfacerent: populo inquam illi promiſcuo, verè belluæ multorum capitum, in quo paucis eadem placent, nec iiſdem ſemper eadem; denique cujus magna pars ſtudiò potiùs quàm judicio ducitur. Ab horum pollice pendet miſer ille ſaltator, adorat plebeculam, & quum nihil non fecerit; felix ſibi videtur, ſi impetravit ut ſtet fabula. Quòd ſi exſibilatur, arbor quærenda ſuſpendio: Sanè de libris, nec minùs varia, nec minùs moroſa judicia, nec minùs corrupta ſtudiis. Hoc nomine noſtra ſors iniquior, quòd hæc damus noſtro ſumptu, quum hiſtrionibus ſua fuerit merces. Et illi ſi non ſuccedat ſaltatio, tantùm ridiculi ſunt: nos ſi diſplicemus, hæretici. Mihi ſanè ſtudio fuit non tam placere quàm prodeſſe omnibus. Et ſuccedebat ni hæc novi Evangelii tragœdia intercurriſſet, quæ miro quodam orbis penè totius favore cœpta eſt agi, ſed actibus ſemper deterioribus in tumultuoſam ac rabioſam cataſtrophen exiit; mihi primus ſtatim ingreſſus diſplicuit, vel ob hoc quòd viderem in ſeditionem exituram. Ego verò veritatem ſeditioſam nunquam probavi, tantùm abeſt ut hæreſim. Et tamen ſunt iſthîc qui reclamante ipſorum conſcientiâ, me faciant *Lutheranum*, nimirum illud agentes, ut me ſuis odiis volentem nolentem protrudant in caſtra *Lutheri*. Me verò ab Eccleſiæ catholicæ conſortio nec mors diſtrahet nec vita. Quàm ſim *Lutheranus*, ipſi *Lutherani* declarant, qui me publicis conviciis ac libellis dentatis fortiter impetunt. Nolim autem hoc laudis ferre, quod à *Luthero* deſciverim: habeat & nunc *Lutheranus*, ſi unquam fui. Quanquam initio monachorum quorundam ſeditioſi clamores mihi non probabantur, qui non ſolùm in *Lutherum* muliebribus convitiis debacchabantur, verumetiam in linguas, in omnes bonas literas invehebantur: me verò nominatim in publicis concionibus impudentiſſimè lacerabant. Novi Pontificis docta prudentia, & provida ſinceritas, ſimúlque divinus quidam noſtri Cæſaris animus me in ſummam ſpem vocat, fore ut hæc peſtis ſic tollatur, nè quando poſſit reviviſcere. Id fiet ſi radices amputentur, undè hoc mali toties repullulat. Quarum una eſt odium *Romanæ* curiæ, cujus avaritia ac tyrannis jam cœperat eſſe intolerabilis. Et aliquot humanæ Conſtitutionis, quibus *Chriſtiani* populi libertas gravari videbatur. His omnibus citra tumultum orbis Cæſaris autoritas & novi Pontificis integritas facilè medebitur. Ego tametſi nihil ſum, tamen pro mea virili non deſum neque dedero officio meo. Tantùm Cæſaris clementia jubeat ſalarium meum eſſe perpetuum, atque adverſus quorundam odium ſartam tectámque meam exiſtimationem curet: efficiam ut illam non pœniteat hujus conſiliarii. Bene valeat tua ſyncericas, cui hunc hominem quantulus quantulus eſt, totum dedico. *Baſil.* poſtrid. Paſchæ, An. M. D. XXII.

Stanislao Turzòni Epiſcopo Olomuncensi Eraſmus Rot. S. D.

ORnatiſſime Præſul. Quo jucundior nobis fuit *Velis* doctiſſimi ſimul & humaniſſimi viri conſuetudo, fuit autem jucundiſſima, hoc minus illius eſt moleſtior. Non erat quod magnopere referret ſcribere: Noluimus tamen hominem abſque noſtris literis abire, quibus teſtificaremur animũ ad omnia paratiſſimum officia, quæ humilis ſed devotus cliens debet optimo optimeq; merito patrono. Hybernis menſibus, peſtilens quædam pituita me graviter afflixit dies complures, móxq; ex intervallo repetitum gravius etiam ac diutiùs habuit. Sub Quadrageſimæ tempus jam firmiuſculum calculus renum ſubitò dejecit. Hujus nimirum corpuſculi domicilium nunc hîc nunc illàc collabens admonet inquilinum ſuum, propediem fore emigrandum; quod mihi propoſitum etiam optabile duco, quum videam hujus ævi tragœdias, quas nobis quorundam excitat contentio, dum alteri neſcio quibus conſiliis adeò cenantur Evangelicam libertatem, alteri regnum ſuum validioribus etiam præſidiis ſtabilire. Equidem videre mihi videor quibus modis abſque tumultu conſuli poſſit religioni *Chriſtianæ*. Verùm ad eam fabulam opus eſſet Principibus qui ſyncero pectore faverent commodis publicis & gloriæ ſummi Principis *Jeſu Chriſti*, ante cujus tribunal ſiſtendi ſunt omnes quamlibet potentes Monarchæ. Ego cum nullo *Lutheranorum* unquam ullum fœdus inire ſuſtinui, ſed ſæpe eos revocavi ad conſilia moderatiora, nimium metuens nè res in ſeditionem exiret. Et tamen ſunt qui me impudentiſſimè etiam in aula Cæſaris traduxerint ut *Lutheranum*. Hîc mentiuntur in me *Lutherani*, quod ab eo diſſentiam, meúmque nomen in publicis profeſſionibus illacerant, libellos inſuper dentatos in me intorquent, itaque utrique parti ſum hæreticus. Exiit *Novum Teſtamentum* jam tertiò à me recognitum & locupletatum. Exiit *Paraphraſis* nova *in Evangelium Matthæi*, cum cæteris in omnes *Epiſtolas Pauli*. Urgent complures, maximè Principes, ut ſcribam adverſus *Lutherum*. Ego ſi liceat, pugnare malim adverſus mundum pro gloria *Chriſti*. *Lutherani* deſuturi ſunt antagoniſtæ. Bene valeat tua celſitudo. *Baſileæ*, duodecimo Calend. April. Anno M. D. XXIII.

Eraſmus Rot. Joanni Glapioni S. D.

EGo verò te mi *Glapion* hoc nomine vel unice gratulor optimæ mentis Cæſari, quòd talem virum habet à conſiliis. Spem enim certiſſimam concipio futurum, ut unus nullis hujus mundi cupiditatibus corruptus conſulas ea potentiſſimo Monarchæ, quæ faciant ad publicam orbis tranquillitatem, & ad gloriam *Chriſti*, quemadmodum hactenus & ſpero, facis. Cæterùm pro ſtudio illo in me tuo jam pudet toties gratias agere. Contemptis rebus omnibus, valetudine, prolixo ſilentio, literis, iis quæ nunc in manibus ſunt & excudantur, denique ſcrinio rerum mearum quod nuper Lutetiam *Franciſcidam* perlatum, nondum ad me pervectum eſt, iſtuc cupidiſſimè advolaſſem, ſi ita bene amet Dominus *Jeſus*: ſed verebar nè poſtquam omnia feciſſem, iſthîc non offenſurus eſſem

Cæſarem

Cæſaream Majeſtatem, quæ dicebatur jamdiu
dum hærere in littore, nihil expectans niſi faventes ventos, qui ſoli non agnoſcunt Cæſarem. Cupiebam & *Caletii* ſalutare *Mæcenates* aliquot meos, quos conjectabam illic cum Cæſare adeſſe. Si quid eſt in quo poſſim gratum facere Principi meo, aut illius dignitati, aut religioni *Chriſtianæ* conſulere, tribus verbis per hunc juvenem fidelisſimum ſcribito. Ego ſanè ſum is qui ſilere nórim. Jam aggreſſus eram nonnihil libelli *De fruendo negotio Lutherano*, ſed valetudo interrupit omnia ſtudia. Interim oratione literiſque permultos temperavi, mirè *Luthero* addictos. Epiſtolis etiam editis declaravi mihi nihil unquam fœderis fuiſſe cum ullo *Lutherano*, ſed ſeditioſum negotium mihi ſemper diſplicuiſſe. Jam hoc toti *Germania* ſic notum eſt, ut nullus impendio *Lutheranus* mihi bene velit, quidam minitentur dentatos libellos, alii lacerent convitiis, *Pelagianum* appellantes & *palponem*, non Evangelicæ doctrinæ præconem. Me certè neque vita neque mors diſtrahet ab obedientia Eccleſiæ, & à ſynceritate fidei *Chriſtianæ*. Sed tamen illud vir optime tecum expendas velim, quàm iniquè mecum agatur, qui quum tantis meis ſudoribus prodeſſe ſtuduerim publicis ſtudiis & religioni *Chriſtianæ*, quum ſemper dehortatus ſim *Lutheranos* ab hoc ſeditioſo negotio, qui nullis rationibus, nullis odiis aut terroribus perpelli potuerim, ut in eam factionem vel tantulum concederem, quum magnos tumultus hic excitare potuiſſem; ſi talis eſſem qualem iſti me prædicant, nunc dedar quorundam privatis odiis diſcerpendus, & eò redigar, ut nec iſthìc mihi ſit tutum vivere, nec in *Germania*: hìc propter *Lutheranos*, qui neſcio quid magni tumultus moliri dicuntur; iſtic propter duos aut tres mihi privatis de cauſis infenſos. Mea vena quam tu divinam appellas, ſanè quàm exilis eſt. Et tamen ea qualis qualis eſt, ſervitura eſt gloriæ *Chriſti*, & ſecundùm hunc dignitati Principis mei. Et his laboribus annos adhuc aliquot ſufficere poteram, ſi daretur tutum ac tranquillum ocium. Sed non me fugit, quantis odiis quidam in me debacchentur quidque moliantur, nimirum illud agentes, ut me nolentem volentem protrudant in caſtra *Lutheranorum*, quod tamen nunquam efficient. Citiùs occident *Eraſmum* quàm corrumpant, & ſic illos ulciſcar, ut meam ſynceritatem quàm maximè probem omnibus. Hæc vindicta ſuffecerit animo *Chriſtiano*. Mihi vehementer arridet *Brabantia*, & præſertim rus illud *Anderlacenſe*, ſi Principis clementia jubeat mihi penſionem meam eſſe perpetuam, méque tueatur adverſus iſtos quoſdam, qui prætextu religionis ulciſcuntur privatum ſuum odium: Id quàm ſit atrox, vel hinc conjicias licebit, *Senatuſconſultum factum eſt Coloniæ inter Dominicanos, ut omnes libri ab Eraſmo conſcripti, ejiciantur è totius Ordinis bibliothecis*. At inter hos eſt Evangelium & *Hieronymus*. Et ſunt *Lovanii* qui vetus in bonas literas odium jam palàm præ ſe ferunt. Horum temeritas quoniam tendit ad manifeſtam ſeditionem, autoritate Principis ac Præſulum eſſet coercenda. Si quid incidat in quo ſit redarguendum dogma *Lutheri*, faciant idoneis argumentis, & apertis Scripturarum teſtimoniis. De aliis quos non damnavit, neque ſcholarum, neque Pontificum, neque Principis autoritas, taceant, nec Evangelii cathedram contaminent ſtultis ac virulentis obtrectationibus. Mihi quidem eſt animus & tuendæ fidei *Chriſtianæ*, & ornandæ dignitatis Cæſareæ percupidus; ſed ut præſtare queam quod cupio, bonâ ex parte ipſi Cæſari in manu eſt, cui ſumma rerum in manu eſt. Non ambio apud illum ingentes fortunas, tantùm ocium præſtet ac tranquillitatem, ego modis omnibus efficiam, ut illius majeſtatem nunquam pœniteat hujus conſiliarioli. Non vis me fidem habere dictis, ſed factis, ſic enim ſcribis. Ego hoc niſi brevi præſtitero, ſcribito nomen *Eraſmi* inter vaniſſimos. Quum hæc ſcriberem, nondum apud me certum aliquid de itinere ſtatueram: ſic enim animus iſtuc propendet, ut ſi vel paululum acceſſerit momenti, ſim hunc meum *Dromonem* ſequuturus. Tu fac interim factis amicum agas, tuiſque ſanctis conſiliis faveat Dominus *Jeſus*. Pontificis primatum ſatis jam aſſeruerunt, *Cajetanus*, *Sylveſter* & *Eccius*, ut meâ operâ nihil ſit opus. Nam *Catarinus* rem non perinde dextrè tractat. De Sacramentis quid ſentiam jam carmine declaravi, quod additum eſt libello cui titulus *Cato*. Extat eadem de re, libellus Regis *Angliæ*, quem *Romæ* & hìc quidam falsò ſuſpicantur eſſe meum. O ſuſpitiones mihi proſperas, ſi locum commutarent, hoc eſt ſi id ſuſpicarentur *Angli* quod ſuſpicantur *Germani*! Opinor conjecturam natam ex ſtilo. Nam Rex adhuc puer, nihil diligentiùs legit quàm meas *Lucubrationes*, è quibus fortaſſe contraxit nonnihil malæ phraſeos, ſi quid tamen habet meum. Sed næ ego incivilis, qui præſtantiam tuam tot negotiis obrutam epiſtolâ tuâ tam loquaci detineam, ipſe occupatiſſimus. Valebis, & ages amicum. *Baſileæ*, Anno M. D. XXII.

Eraſmus Rot. Petro Barbirio S. D.

ACcepimus ſarcinas & librorum & epiſtolarum quas iſtinc miſiſti. Apud *Matthæum* Card. *Sedunenſem* eris mihi epiſtolæ vice. Pro tam ſingulari illius in me ſtudio, video quantum debeam. Si frater eſſet, qui poſſet amantius? Dolet quòd *Stunicam* dignatus ſim unquam reſponſo. Et huic ſucceſſit *Caranza* non edentulus. Blaſphemias rident omnes, & nemo non indignatur *Stunicæ*, qui in florilegio hæc evulgârit, quæ cauſam adjuvant *Lutheranam*, ut ipſis quidem videtur. Ante hac negabant iſtuc iter eſſe tutum, & ego ſic eram affectus, ut non eſſem aptus itineri. Quin hæc quoque ſcribo graviter afflictus calculo, quanquam jam aliquot diebus ſat commodè valui. Et ſum affixus libris excudendis, ut non liceat abire ante finem Auguſti. Tum ſi valetudo erit vel mediocris, advolabimus. Saluta mihi millies amicos omnes, *Pacæum*, *Fabrum*, Præpoſitum *Uratiſlavienſem*, *Hermannum Phryſium*, cujus ingenium ego unicè amo, *Landavum Bavarum*. Scribam brevi omnibus, ubi dabiturcertior tabellarius, & valebo meliùs. *Baſileæ*, poſtrid. Natalis *Joan. Baptiſtæ*, An. M. D. XXII. *Epiſt.* 111

Eraſmus Rot. Iodoco Senatus Mechlinienſis Præſidi S. D.

AUdio & profectò gaudeo ex animo vir eximie, ſummam autoritatem *Lutherani* negotii excellentiæ tuæ eſſe commiſſam, quem ego novi præter abſolutam juriſprudentiam virum in- *Epiſt.* 112

tegris moribus ſummáq; prędítum æquitate. Nam ut danda eſt opera, quo *Lutheri* factio ſopiatur, ita cavendum eſt nè boni viri, & ſuis laboribus de ſtudiis publicis benemeriti, dedantur quorundam privatis odiis. *Nicolaus Ecmondanus* nemo eſt *Lovanii* qui neſciat quàm ſit homo pertinacis & vindicis animi, ſi conceperit odium in aliquem. Et cum illo mihi jam vetus & capitale odium interceſſit, etiam antequam mundus ſciret natum *Lutherum*, ob linguas ac bonas literas quas ille pluſquam capitaliter odit. Et quum ſibi permiſerit, ut me toties in concionibus & lectionibus ſuis, manifeſtis mendaciis perſtringeret, nec ab hæreſeos convicio temperans: tamen ferre non poteſt, quòd apologiâ quadam, tacito etiam ipſius nomine, calumniam falſiſſimam à me depello. Nunc ut audio in omnibus conviviis, *Mechliniæ* in publica concione, me unà cum *Luthero* hæreſeos notavit. Hoc certè non habet in mandatis, nec à Cæſare, nec à Pontifice, ut iſtis modis ulciſcatur odium animi. Mihi nihil unquam fuit negocii cum *Luthero*, niſi quòd ſemper dehortatus ſum nè pergeret talibus libellis concitare mundum, vaticinans jam tum hoc futurum quod videmus eveniſſe. Ego & hic & iſthic partim dictis, partim Epiſtolis, multos alienavi à factione *Lutherana*. Nec ulla res magis dejecit *Lutheranorum* animos, quàm quòd palàm editis libris declaravi me adhærere Pontifici *Romano*, & *Lutheri* negocium improbare. Quòd ſi faviſſem *Luthero* ſicut iſti jactant, non defuiſſent præſidia Principum. Nec adhuc affectus iſte tam extinctus eſt in animis hominum, quàm iſti putant, & quàm nos cupimus. Sunt hìc pluſquam centum millia hominum qui oderunt ſedem *Romanam*, & *Lutherum* magna ex parte probant. Vide autem quàm iniquè mecum agetur, ſi quum ego perdiderim amicitiam tot eruditorum *Germanorum*, quum *Lutheranos* omnes in me provocârim, qui nunc amarulentis libellis in me debacchantur, iſti victoriâ ſuâ, quam mihi non minima ex parte debent, abutantur in caput meum, & ideo traducar ut hæreticus, quia mihi placent bonæ literæ, & non placent mores *Ecmondani*, qui nulli ferè bono viro placent. Scripſit ad me Cæſarea Majeſtas, ſcripſit *Joannes Glapion*, ſcripſit Archiepiſcopus *Panormitanus*, Epiſcopus *Palentinus*, Cancellarius *Mercurinus* literas humanitatis plenas, hortantes me ut pergam meis laboribus promovere rem literariam. Scripſit ad me præter alios doctos *Matthæus* Card. *Sedunenſis*, ſcripſit Card. *Moguntinus*, cúmque his alii permulti agentes gratias, omnémque favorem ac liberalitatem pollicentes, quòd in negocio Eccleſiæ eum animum præſtem quem illi volebant. *Sedunenſis* offert etiam quingentos ducatus annuè, & viaticum honorarium, ſi velim adire *Romam*. Quid autem inhumanius, quàm quum ego me fecerim hoſtem *Lutheranæ* partis, cùm mihi pax ſit cum ſummis orbis Principibus, diſcerpi ab uno *Carmelita*? Tot annis vixi *Lovanii*, cur tum non impingebant mihi errores meos? Imò *Atenſis* omnia mea ſine exceptione probavit. Deinde quum rogatu meo notâſſet duo aut tria loca, reſpondi & ſatisfeci per omnia. Nunc abſente Cæſare parant abuti autoritate ſua in me, & ulciſci vetus odium ſuum. Exiit nuper libellus Colloquiorum. In hoc clamat *Ecmondanus* eſſe quædam hæretica. Primùm in Colloquiis non tra-

A do dogmata fidei ſed rationem loquendi. Non eſt ibi quicquam tale, ſed ille ex ſuo odio interpretatur. Non damno illic indulgentias, non alias, ſed quidam irridet ſodalem ſuum, quum eſſet nugaciſſimus nugator, putaret ad bullæ præſidio poſſe pervenire ad cœlum. Confeſſionem etiam approbo, tantum puer dicit, ſuo animo ſatis fore, confiteri Deo, ſi idem viſum eſſet proceribus Eccleſiæ, & tamen fatetur ſeſe confiteri etiam ſacerdotibus. Quaſi non ſit ſatis puero

B obtemperare primatibus Eccleſiæ in confitendo, aut quaſi *Chriſtus* non ſit unus ex proceribus Eccleſiæ, aut quaſi mihi conſtet eſſe articulum fidei hanc confeſſionem eſſe inſtitutam à *Chriſto*. Et tamen hac in re ſenſum animi mei ſemper ſubmiſi judicio Eccleſiæ. Quidam illic dicit ſe odiſſe piſces, & miratur quòd Præſules voluerint obligare nos ad eſum piſcium ſub pœna gehennæ. Et tamen qui hoc dicit, fatetur ſeſe *Epicureum* eſſe.

C Quanquam nec hoc mihi liquet, an Pontifex hoc animo fuerit, ut excepto ſcandalo & contemptu, voluerit nos aſtringere ad eſum piſcium ſub pœna æternæ damnationis. Neſcio an agant adverſum me ex edicto Cæſaris. Certè edictum illud poſtremum huc non pervenit, nec unquam publicè aut privatim fuit exhibitum. Quare te quæſo ut egregie, ut tua æquitas iſtorum odium & acerbitatem temperet. Quod ad me pertinet, ſcio quid agant, cuperent me protrudere vel nolentem in

D factionem *Lutheranam*, id quod nunquam efficient. Sed illud videndum an expediat me eò propellere. Erit hoc *Lutheranis* gratiſſimum, ſi quid in me fecerint atrociter. Si quid habent adverſum me, primùm admoneant: fortaſſis ita reſpondebo, ut illis abundè ſatisfaciam. Non eſt ludendum temerè in libros alienos. Sunt infinita hominum millia, qui non oderunt *Eraſmum*, quid ex libris meis profecerint. Et poſſem tutus mundum ſi velim, verùm citiùs moriar quàm ſim futurus autor novi tumultus. Hoc animo quum ſim, tanto iniquius fuerit committere, ut in me dedar implacabili odio unius aut alterius. Si mecum agatur civiliter, efficiam nè quis in me deſideret officium hominis *Chriſtiani*. Ego ſemper ſtudui prodeſſe omnibus, neque quiſquam magis abhorret à diſſidio. Non ago nunc cauſam *N.* nam neſcio quid ille confeſſus ſit. Illud ſcio non fuiſſe *Antuerpiæ* virum moribus incorruptioribus, & gratiorem civibus, magiſque neceſſarium reſpubl. in inſtituendis pueris. Nec de collega illa pronuncio, nam illius cauſam quod ad *Lutherum* attinet, non novi. Illud ſcio, virum eſſe pulcrè doctum, multarum linguarum peritum, moribus ſynceris, niſi quòd eſt linguæ liberioris. In hunc *Ecmondanus* haud dubiè ſævior fuit, quòd privatim ab illo fuiſſet læſus. Nemo neſcit hoc agere *Hutſtratum* & *Ecmondanum*, ut linguas ac bonas literas extinguant, & in horum profeſſores potiſſimùm quærunt anſam. Meâ ſententiâ rectiùs fecerint, ſi ſint contenti ſuâ victoriâ, nec excitent in orbe plures tragœdias. Mundus utcunque feret ſibi ereptum *Lutherum*, linguas ac bonas literas eripi nunquam feret. Sed pluribus verbis onero magnificentiam tuam, quam etiam atque etiam rogo, ut ſuâ prudentiâ, ſuáq; æquitate moderetur aliorum impetus. Et ſi quid eſt tale quale rumor huc attulit, non patiatur *Eraſmum* de omnibus bene merentem, odio duorum hominum dedi. Dubium non

E

F

G

eſt

eſt quin idem velit & Cæſaris clementia, & ſummi Pontificis pietas, & publicus bonorum affectus. Bene valeat tua magnificentia vir eximie, & *Eraſmum* inter tuos clientes aſcribito. *Baſileæ* pridie Idus Julias, Anno M. D. XXII.

Eraſmus Rot. Philippo Melanchthoni S. D.

SI *Pellicanus* in tempore oſtendiſſet mihi tuas ad ipſum literas, *Joachimus* non rediſſet iſtuc abſque meis literis. Sic enim videbantur ad illum ſcriptæ ut crederes à me legendas. Quidam amicus ad me ſcripſit te huc quoque perventurum fuiſſe, ni metuiſſes nè me gravares invidiâ. Ego verò me *Melanchthon* eam invidiam facilè contempſiſſem. Nam quòd *Hutteni* colloquium deprecabar, non invidiæ metus tantùm in cauſa fuit: Erat aliud quiddam quod tamen in *Spongia* non attigi. Ille egens & omnibus rebus deſtitutus quærebat nidum aliquem ubi moreretur. Erat mihi glorioſus ille miles cum ſua ſcabie in ædes recipiendus, ſimulque recipiendus ille chorus titulo *Evangelicorum*, ſed titulo duntaxat. *Sletſtadii* mulctavit omnes amicos ſuos aliquâ pecuniâ. A *Zuinglio* improbè peritit, quod ipſe *Zuinglius* mihi ſuis literis perſcripſit. Jam amarulentiam & gloriæ hominis nemo, quamvis patiens, ferre poterat. Imò niſi *Vuittenberga* tam procul abeſſet, non dubitâſſem iſtuc proficiſci dies aliquot, cũ *Luthero* ac tecũ communicaturus. Porrò nè ſcriberem perſuaſit illa prima ad *Lutherum* epiſtola, magno meo periculo edita. Hæc enim dedit anſam *Alexandro* jampridem iniquo in me animo, ut me perditum iret, conatus *Leonis* animum irritare in me, ſimul *Leodienſis* epiſcopi, qui prius penè deperibat, ut ita loquar, in *Eraſmum*. Nam ipſe *Leodienſis* oſtendit mihi literas quas ad eum è *Roma* ſcripſerat *Alexander*, ſatis odioſè me attingentes. Quum itaque viderem apud iſtos nihil eſſe clàm, judicavi rectiùs cohibere calamum. Quin & examplar epiſtolæ, quam *Lutherus* ad me ſcripſit per *Joachimum*, habetur *Argentorati*, non dubito quin brevi proditurum. Ediderunt in odium mei tuum de me judicium, rurſus *Lutheri* duas epiſtolas. Hujuſmodi næniis famelici quidam & ſordidi typographi proſpiciunt rei culinariæ. Addiderunt epiſtolam meam ad *Joannem Fabrum*, pluſquam ex tempore ſcriptam, quæ tamen declarat, quàm non incitem quenquam ad ſævitiam aut ad prodendum Evangelium. Verùm de his aliàs. Perlegi locos omnes, in quibus perſpexi tuum iſtud ingenium non minus candidum quàm felix, quod ego ſemper tum ſuſpexi tum amavi, ſed magis etiam utrunque facere cœpi poſteaquam illa legi, tantum abeſt ut me ejus operæ pœniteat, quanquam inter legendum ſcrupulis aliquot offendebar, de quibus voluiſſem tecum communicare ſi coràm licuiſſet. Video dogmatum aciem pulchrè inſtructam adverſus tyrannidem phariſaicam: Sed in his quædam ſunt, quæ, ut ingenuè fatear, non aſſequor; quædam ejus generis, ut etiamſi tutũ eſſet, nollem profiteri propter conſcientiam; quædam ejuſmodi, ut ſine fructu videar profeſſurus. Et tamen iſti fremebant in me quod non profiterer ea quæ vel non intelligebam vel non probabam, idque contra meam conſcientiam, ſummo capitis mei periculo, nec mei ſolùm, verumetiam amicorum, quibus magis metuo quàm mihi. Dices, cur igitur non ſtatim impugnabas quæ diſplicebant? Quia favebam negocio renovandæ libertatis Evangelicæ, & ſperabam *Lutherum* admonitum moderatioribus conſiliis uſurum. Itaque clamores Theologorum quoad potui compeſcui, Principum ſævitiam cohibui, quod & hodie facio. Cauſam bonarum literarum ſemovi à cauſa *Lutheri*; captabam occaſionem, ut Evangelio ſine tumultu conſuleretur, aut certè ſine gravi tumultu. Nè adhuc quidem ullam prætermitto occaſionem, ſcribens ad Cæſarem, alióſque Principes, *Gamalielem* quendam agens, optánsque felicem aliquem fabulæ exitum. Pontifici *Adriano* liberiùs ſcripſeram ſuper hoc negocio. Poſtea ſenſeram me periclitari, non quòd impeteret ipſe, ſed quòd adverſus impetentes defineret tueri. Nec ſatis tutum erat illi, quamvis blandienti, fidere. Scripſi tamen & *Clementi* ſatis liberè; Scripſi Card. *Campegio*. Neſcio qualis ſit veſtra Eccleſia, certè hæc tales habet, ut verear nè ſubvertant omnia, & huc adigant Principes, ut vi coerceant ſimul & bonos & malos. Habent ſemper in ore *Evangelium*, *verbum Dei*, *fidem*, *Chriſtum* & *Spiritum*; ſi mores ſpectes, illi longè aliud loquuntur. An ideo depellimus dominos, Pontifices & Epiſcopos, ut feramus immitiores tyrannos, ſcabioſos *Othillones* & *Phallicos* rabioſos? Nam hunc nuper nobis miſit *Gallia*. Dices olim Evangelium habebat ſuos pſeudoapoſtolos, qui ſub pietatis titulo negocium agebant ventris. Verum hos interim tenere fovent hi proceres Evangelii, *Capito*, cujus vafricies mihi ſemper oboluit; *Hedio*, qui ſcurram impurum, ex occaſione mearum literarum per quas debebat dare pœnas, ſublevavit, miſericordiam appellans, quod haberet uxorem & teneros liberos. Nec aliud agit etiam nunc, quàm nè quid detrimenti capiat res & fama nebulonis. *Oecolampadius* cæteris paulò modeſtior eſt, & tamen eſt ubi in illo quoque deſiderem Evangelicam ſynceritatem. *Zuinglius* quàm ſeditiosè rem gerit. Nè quid interim commemorem de aliis. Non aſſentiuntur vobis, nec inter ſe conſentiunt, & poſtulant ut ipſorum autoritate freti, ab omnibus orthodoxis patribus & conciliis deficiamus. Tu doces errare eos, qui imagines ut rem impiam ejiciunt. *Zuinglius* quantas turbas concitavit ob imagines? Tu doces veſtem nihil ad rem facere. Hic complures docent cucullam omninò excutiendam. Tu doces Epiſcopos & Epiſcoporum conſtitutiones ferendas, ni pertrahant ad impietatem; hi docent omnes eſſe impias & antichriſtianas. Quid inſanius hoc negocio quod hic cœperant ante biennium autore docto quodam, aut certè ſocio. Nôſti fabulam de porcello, cujus occaſione ſectus eſt infelix ille *Sigiſmundus*. Et tamen mihi parum amicum amanter excuſavi apud Epiſcopum *Baſilienſem*, honorificè de illo prædicans, quum ille nuſquam non blateraret in me: quum interim menſa mea & cubiculum pateret vocato ſimul & invocato, nec uſquam verbo læderetur à me. Admonitus quod nuſquam ceſſaret vibrare linguam in me, provocavi blandè ut coràm admoneret ſi quid offenderet, me ſatis facturum, noluit. Quum ſcripſiſſet libellum in quo taxaverat aliquot è magiſtratu, idque multi jam reſciſſent, non ſine illius periculo, clàm admonui blandiſſimis & amantiſſimis literis, ut caveret. Quum diſceſſiſſet hinc, & adhuc linguâ ſæviret in me,

in me, ſcripſi blandam & amicam epiſtolam. Tandem exiit epiſtola nomine *Eraſmi Alberi* quam promiſerat ille φαρίσης, ut ſcias rem ex compoſito geri. Diſſimulavit ſtilum imitatus quædam tua. Sed ut nihil aliud ſit, toties contemptim repetitus *Eraſmus* ſatis arguit autorem. Et videtur ex tuo colloquio factus ferocior, jactans ſe diſcipulum ejus quem docet *Lutherus*. Nihil jam dicam de puritate vitæ illius, de caſtitate linguæ, de proſuſione, de fraudatis creditoribus. Quomodo iſti commendant Evangelium hoc novum? Atque hic eſt ille amicus nunquam à me læſus, ſemper candidè prædicatus, & ad intimam familiaritatem admiſſus. De *Capitone* ſunt multi qui peſſimè ſentiunt, & ego non optimè ſuſpicor; certè ex illius ædibus ſcabioſus ille prodiit ad excudendum rabioſum libellum. *Thraſonem Planodorpium* ſemper habuit in deliciis, deinde ſic excuſavit ſeſe, tum anxiè, tum apud omnes, ut illa ipſa excuſatio mihi augeret ſuſpitionem. Uni fidebam *Hedioni*, de quo nondum peſſimè ſentio. Miſeram ad illum exemplum epiſtolæ tuæ quam ſcripſeras, ni fallor, *Hymelbergio*, in quâ mirabaris nondum pendere quem noveras ante duodecim annos, &c. Non erat additum nomen, ſed qui miſerant ſubindicabant neſcio quid de *Thraſone*. Id miſi *Hedioni*, non ob aliud, niſi ut caveret; oſtendit *Capitoni*, *Capito* glorioſo militi. Hinc furit ille, gladios & laqueos minitans. *Zuinglius* amicè monitus à me, reſcripſit admodum faſtidioſè, Quæ tu ſcis, inquit, non conducunt nobis; quæ nos ſcimus, non conveniunt tibi: quaſi ille cum *Paulo*, raptus in tertium cœlum, didiciſſet arcana quæpiam, quæ nos terreſtres fugerent. Quoſdam novi viros optimos, qui per hoc negotium facti ſunt deteriores. Ut nè jam commemorem iſtos perditiſſimos, quemadmodum tu quoque vocas, quibus nihil eſt cum Evangelio. Tales video multos præſertim hic, ut ſi probarem omnia quæ ſcribit *Lutherus*, nollem huic factioni dare nomen. Eſſet illis inſerviendum, & ſubinde numerandum viaticum, nam hoc ſolùm habent Evangelicum, quod ſemper egent plerique. Cum *Phallico* fuit mihi congreſſiuncula perbrevis. Ejus hiſtoriam ſcripſit cuidam *Conſtantienſi*. Exemplum clàm ad me perlatum eſt. Nihil vidi vanius, nihil glorioſius, nihil virulentius. Sunt ibi interdum decem verſus in quibus nè ſyllaba quidem vera eſt. Idem edidit libellum de *Pariſienſibus* & *Pontifice*. Quantum illic inficetiarum, quantum ineptæ virulentiæ, quàm multi nominatim traducti? & tamen ipſe ſolus non apponit nomen ſuum. Idem ut audio auxit ſtolidum *Alberi* judicium, quod nondum videre licuit. Viſi ſunt *Conſtantiæ* & alii duo libelli quos in me ſcripſit. Et profitetur novum dogma, ſic traducendos qui obſiſtunt Evangelio, inter quos me numerat, & *Balaam* paſſim appellat, quod *Adrianus* Pont. invitârit me ut mitterem conſilium. Miſi partem, ſed diſplicuit. Obtulit decanatum, ſimpliciter recuſavi; voluit mittere pecuniam, reſcripſi nè mitteret obolum. Sic ſum *Balaamus*. Et qui tales ſunt, poſtulant ut, contemptis omnibus doctoribus, fidamus ipſorum ſpiritui, quum interim ipſi inter ſe non conſentiant. Quî poſſim mihi perſuadere illos agi ſpiritu *Chriſti*, quorum mores tantum diſcrepant à doctrina *Chriſti*? Olim Evangelium ex ferocibus reddebat mites, ex rapacibus benignos, ex [illegible] lentis pacificos, ex maledicis benedicos; [illegible] duntur furioſi, rapiunt per fraudem [illegible] citant ubique tumultus, malè dicunt [illegible] benemerentibus. Novos hypocritas, novos [illegible] rannos video, ac nè micam quidem Evangelici ſpiritus. Si *Lutherò* eſſem addictiſſimus, [illegible] etiam iſtos odiſſem quam nunc odi, ob Evangelium quod ſuis moribus reddunt invidioſum, ob bonas literas quas extingunt. Quantum impietatis mendaciorum eſt in libello [illegible] quæ vir Evangelicus ſcribit contra ſuam conſcientiam, non ob aliud, niſi ut urat. Et hoc ſcitus conſultum inter iſtos Patres factum eſt, ut *Eraſmum* libellis obruant. Quibus ſi reſpondeam, præclarum facinus, ut ſceleratiſſimâ conſtitutione, alamus aliquot ſordidos ac famelicos typographos non uno dignos ſuſpendio. Quantum impietatum, quantum mendaciorum eſt in illo libello *Alberi*, ſi leve videtur, quòd *Hieronymo* ſic contempto addit etiam perfidiæ crimen? *Ego prohibeo nuptias, ego defeci ad Papiſtas, qui vocat illos R. P. ego curro cum fure, ego bellum gero cum Evangelio*. Sed faceſſat hæc querela. Mirabere cur emiſerim libellum *De libero arbitrio*. Suſtinebam triplex agmen inimicorum. Theologi bonarum literarum oſores nullum non movebant lapidem ut perderent *Eraſmum*, quum quòd attacti eſſent libris meis, tum quòd collegium illud florentiſſimum invexerim *Lovanium*, eamque regionem totam infecerem linguis ac bonis literis. Sic enim illi loquuntur. Hi monarchis omnibus perſuaſerant, me juratiſſimum eſſe *Lutheri*. Itaque amici videntes me periclitari, ſpem præbere Pontifici & Principibus, fore ut aliquid ederem in *Lutherum*. Eam ſpem & ipſe pro tempore alui. Et interim iſti non expectato libello coeperant me libellis laceſſere. Nihil igitur reſtabat, niſi ut ederem quod ſcripſeram, alioqui & monarchas habuiſſem infenſos, quibus viſus fuiſſe dediſſe verba, & iſti tumultuoſi clamâſſent me metu premere, & atrocius aliquid expectatum impotentiùs ſæviſſent. Poſtremò, quoniam epiſtola *Lutheri* jam eſt in manibus, quâ pollicetur ſe cohibiturum calamum in me, ſi conquieſcam, viderer ex pacto non edere. Ad hæc qui Romanenſium profitentur literas ethnicas, ipſi ὁμόφρονες mihi fremunt in me, invidentes ut apparet *Germanæ*. Itaque ſi nihil edidiſſem, præbuiſſem anſam Theologis & monachis & illis *Romaniſtis* ſyllis, quorum *Alpha*, ni fallor, eſt *N.* ut facilius perſuaderent Pontificibus ac monarchis quod perſuadere conabantur; poſtremò, hos furioſos Evangelicos habuiſſem iniquiores. Nam ipſe res tractavi modeſtiſſimè. Et tamen quod ſcribo non ſcribo adverſus animi ſententiam, quanquam ab hac quoque libenter diſceſſurus, ubi perſuadebitur quod rectius eſt. Sed interim, inquis, addis animos tyrannis ut ſæviant. Nemo diligentius dehortatus eſt à ſævitia, nemo liberiùs, quàm ego. Et ſi papiſticæ ſectæ eſſem addictiſſimus, tamen diſſuaderem ſævitiam, quod hac viâ latiùs ſpargitur. Proinde perſpiciens hoc *Julianum* velle occidi *Chriſtianos*. Theologi credebant, ſi *Bruxellæ* combuſſiſſent unum atque alterum, fore ut omnes emendarentur; ea mors multos fecit *Lutheranos*. Sed iſti quidam vociferantur, obrui Evangelium, ſi quis obſiſtat ipſorum veſaniæ. Non adhoc

ad hoc valet. Evangelium ut peccemus impunè, sed nè peccemus etiam si liceat impunè. Verùm hisce de rebus plus satis. Misit ad me *Campegius* Card. vir profectò singulari humanitate, qui mecum ageret de multis, & inter cætera de te aliò quopiam evocando. Respondi me optare quidem tuum istud ingenium esse liberum ab istis contentionibus, sed desperare te susceptum palinodiam. Hæc tuo fretus ingenio effudi in sinum tuum, mi *Philippe*; tui candoris erit curare, nè spargantur ad improbos. Quum *Joachimus* hic adesset sic eram à morbo languidus, ut vix ferrem ullum colloquium ob stomachi debilitatem: & incommodè accidit, ut eodem tempore me obiret Baro quidam *Polonus*, de quo lege catalogum nostrum auctum. Si voluisset manere, fuissemus plura confabulati. Sed tecum omnia, si advenisses. Bene vale. Raptim *Basileæ* postridie Nonas Septemb. Anno M. D. XXIV.

A

B

C

Erasmus Rot. Lodovico Coronello S. D.

114 VIR eximie. *Lodovicus Vives* mihi tuas virtutes obiter denarrans nonnihil accenderat animum meum cupiditate amicitiæ tecum ineundæ, sed hanc scintillam *Lodovicus Berus* vehementer excitavit, plenis, ut aiunt, tibiis, magnóque affectu depingens mihi felix istud ingenium tuum, non solùm in literis Theologicis absolutum, verumetiam in disciplinis Mathematicis eleganter excultum. Nunc verò ratus quidam animi tui candor, & erga me nihili hominem studium planè *Christianum*, ex *Guidonis Morilloni* literis cognitum ac perspectum fuit, ut majorem in modum doleam, me mihi talem amicum ante profectionem meam non aliquo saltem pacto conciliasse. Gestiebat animus isthuc advolare ante Cæsaris profectionem. Contempsissem valetudinem sic crebris morbis nuper afflictam, ut ægrè vitam sustineam. Contempsissem itineris magnitudinem, neglexissem studiorum labores, qui nunc in manibus meis sunt, ac prælis *Frobenianis* excudantur; contempsissem & alias causas quasdam, haud quaquam contemnendas, sed in primis terrebat me iter, nunc solito magis infame latrociniis. Jam crebrò feliciter transcurri. Quòd si quid accideret, actum esset de *Erasmo*. De *Præfatione* ac *Paraphrasi* quod tam amanter admones, summam habeo gratiam. *Præfationem* neglectim adjeci, in gratiam typographi, qui querebatur vacaturas aliquot pagellas, ni adjecissem aliquid nugarum. Qualis qualis tamen est, meus est fœtus, vel, si mavis, abortus. Non oportet sic execrari hæresim ullam, ut hujus odio non animus admonere quæ recta sunt. Neque enim *Hieronymus* ideo vetetur efferre laudibus virginitatem, quòd *Marcionitæ* damnârint nuptias. Nec ideo non suadet monogamiam, quòd digamiam damnârit *Tertullianus*. Si periculum est Evangelia vulgo legi, cur in vulgatissima lingua prodiderunt Apostoli? Nec arbitror quicquam esse periculi, si laici sic legant sacros libros, quemadmodum illic præscribo. Quid *Lutherus* doceat nescio, *Paraphrasim in Matthæum* magis ex autoritate *Matthæi Cardinalis Sedunensis* suscepi, quàm ex meo judicio, quod in *Præfatione* non dissimulo. In apostolicis epistolis si tuo judicio magis satisfacio, argumentum in causa est potius quàm ego. In *Metaphrasi* sensus bonâ fide redditur, in *Paraphrasi* licèt etiam de suo addere quod autoris sensum explanet. Quid autem juris sit *Paraphrastæ*, facilè perspiciet qui *Themistium* cum *Aristotele* contulerit. Est enim *Paraphrasis* non translatio, sed liberius quoddam commentarii perpetui genus, non commutatis personis. Sed utinam mihi liceat coram tuis amicissimis monitis erudiri, & ad exactissimi judicii tui regulam attemperare stilum. Miror isthic esse aut adeo stultos, aut tam impudenter mendaces, qui me prædicent fautorem esse *Lutheri*. Exorditum hujus fabulæ mihi semper displicuit, quam videbam in seditionem exituram, etiamsi nonnulla spes erat hominem sese versurum ad saniora consilia. Nec placebant seditiosi clamores quorundam rabularum apud populum. Nunc *Lutherani* sic rem gerunt ubique, quasi servari nolint. Hic adeo *Lutheranus* non sum, ut alii qui favent *Luthero* literis me rogent, nè quid scribam in illum; alii minitentur mihi libellos dentatos, quos utinam emisissent in me ante biennium, profectò gravi invidiâ me liberâssent. Sunt *Lovanii* duo aut tres, quos privatum odium instigat in me, quòd olim impensè faverem bonis literis, quas illi judicant incommodas suo instituto. Non est autem clementiæ Cæsareæ, hominem *Christi* gloriæ, & ipsius dignitati laborantem, talium odiis dedere. Si *Luthero* vel tantulùm favissem, nolo jactare quid potuerim in *Germania*. Sed ego vel decies mortem oppetiero, quàm ut periculosi dimidii sim vel autor, vel adjutor. Id jam intelligit *Germania*, & faxo brevi intelligant omnes, quantâ synceritate me gesserim in hoc negotio. Quare confido fore, ut tua æquitas adversus hujusmodi impudentes calumnias mihi patrocinetur. Bene vale. *Basileæ* postridie Paschæ, Anno M. D. XXII.

D

E

Erasmus Roterodamus Maximiliano Transsylvano S. D.

NUper respondi tuis literis tuis, vir humanissime, sed eodem argumento & ab eodem simul redditis. Istum tuum in me animum dici vix possit, quantopere exoscules, quámque mihi videar beatus amici tam candidi accessione. Negas te passurum ut amore vincaris. At ego si nulla spes erit victoriæ, saltem illud efficiam, nè videaris vicisse non contra certantem. Verùm hæc aliàs. Quod scribis de me actum in consilio re casu præsente, suspicor esse vetus. Nam illustrissimæ Dominæ literas pridem accepi, quæ continebant quod ais tum ibi decretum. Scripserat ad amitam suam Cæsar ex *Hispaniis* ut mihi pensio extra ordinem numeraretur. Id consilii dederat *Ruffaltus* Cæsaris à thesauris, declarans se paratum numerare pecuniam, si D. *Margareta* juberet. Ad Calend. Septemb. debebuntur octingenti floreni aurei, hoc est pro quatuor annis. Lenta solutio nescio quid mihi profectura sit, nisi fortè in campis *Elysiis* opus erit pecuniâ. Nam corpusculum hoc toties pulsatum ariete caleuli, quotidie magis ac magis attenuatur & exarescit. Itaque brevi futurum arbitror, ut quum abjecero σῶμα, fiam nova cicada. Quo minus isthuc advolârim, nihil aliud obstitit, quàm hypocausta nondùm refrigerata, & esus piscium. Nam eundum erat Quadragesimæ tempore: Et ad piscium vel

Epist. 115

F

G

odorem

odorem periclitor. Habeo diploma Pontificis, verùm in diversoriis malim vitare offendiculum. Post Pascha hoc ipsum agente me, subitò exortus est hic fatalis tumultus agricolarum, qui facit ut hic hæreamus, nescio quàm tutò, inter *Scyllam* & *Charibdim* ut aiunt. Magistratus hujus urbis in hoc negotio prudentissimè se gessit, præcipuè Consul mihi proximè vicinus. Non fuissem tutus à periculo quorundam *Lutheranorum*, ni gratiosus essem plerisque in magistratu, nec ingratus episcopo. Erit *Basileæ* conventus aliquot Principum & agricolarum, illic agetur, si moderatis rationibus hic cruentus tumultus queat componi. In tam incerto rerum omnium statu nihil certi possum statuere. Per *Livinum* quondam famulum meum miseram fasciculum epistolarum, quas Cardinales, Reges, ac Principes, ad me dederant. Existimabat enim *Cranevelditus* eam rem fore præsidio adversus sycophantas: has agricolæ, in quos incidit famulus, eripuerunt. Per *Gallias* dispendiosum esset iter, ac totum equestre, quum ego jam desierim eques esse, quum hactenus equitatio mihi semper remedio fuerit, adversus omne morborum genus. De Præsulis omnipotuensis in me studio nihil addubito, verùm utinam tam beneficus esset quàm est χρησολόγος. Nec de *Leontini* animo multum addubito, nisi quòd scio illum in consilio *Vuormacienſi* dixisse quædam in me palam inimica. Conjectas facilè quorum instinctu hoc fecerit. Et hi habent apud eum sibi proximâ necessitudine conjunctos. Deinde Theologus quidam, qui *Lovanii* rerum potitur, *Dorpio* præsente, quædam effudit, quibus declarabat *Leontinum* parùm amanter de me sentire. Quanquam is dicitur hujusmodi moribus, ut nôrit quædam interdum pro tempore comminisci. Cum comite ab *Hogestraten* mihi non multum fuit consuetudinis. Et videtur sanè vir humanus ac moderatus, tamen hujus quoque voces quædam ad me perlatæ sunt parum honorificæ. Verùm scio non esse quibuslibet delationibus credendum. De superioribus illis compertum habeo. Neque me præterit hominum animos in horas mutari, nec diffiderem aulæ præsidiis, si per hanc valetudinem & ætatem possem ullâ in re esse usui rebus aulicis. Nunc adeo vitreum est hoc corpusculum, ut quamvis levi de causa periclitetur, brevi ni fallor collapsurum. Absque pecunia non vivitur, sed tamen magis me commovet Theologorum quorundam ac monachorum improbitas, quàm ratio pecuniaria. Scribis hos facilè compesci posse. Atqui hoc non potuit Pontifex *Adrianus*, qui diplomate misso silentium indixit *Carmelitæ*. Siluit ægrè, sed à morte *Adriani* abundè pensavit hoc silentium, & indies vociferatur insanius. Nuper *Vincentius Dominicaster* Theologus, per quendam ex *Anglia* profugum *Antuerpiæ* excudit libellum *Taxandri* titulo, indoctum, insulsum, mendacem, impudentem, insanum, ut à nullo talis scribi potuerit, præterquam ab illo *Corœbo*. Conatus est ante annos aliquot edere, sed vetitus est a Vicario. Nullus est *Lovanii* doctus, quin istum odisse partum. Hæc quum homines audeant isthic imponè, quæ mihi præsidia tis ab aula? Illustrissimus Princeps scripsit amitæ suæ, ut curaret mihi pensionem, deinde ut *Carmelitæ* similibus bulis imponeret silentium. Et scripsit accuratè. Epistola reddita est Archi *Panormitano*. An ea per illum aliquo filio suppressa sit nescio. Periit *Martinus* pius, qui solus ingennè favebat rectioribus nec perinde atque cæteri detestabatur ullo pacto *Lutheri* dogmatibus est assu effecit, ut illius favor non multum adfer menti, nec ita multum tribuebat pisend ehis. Emisit & *Lutomus* tres libellos stro liquis in me ludens, quos gustavi duntaxat divino quorsum hæc tendunt. *Lauda* opus cujusdam *Petri Sutoris* Theologi monachi *Cartusiani*, quo nihil adhuc legi tius. Pontifices *Romæ* imposuerunt silen *nica*. Et isti suscitant nobis tales tragedi temptis omnibus. Optârim omnes esse tales, ut promererentur omnium b vorem. Nunc ob quosdam intolerabil veniunt in publicum odium, etiam bo passim diripiuntur & incenduntur mo sipantur Monachi, sacræ virgines co nullum discrimen est bonorum ac malo vitates quæ moderatiores sunt, acceperu sisteria in suam fidem, his legibus, ut ob magistratui, nè quem alant, nisi inibi nè novitios recipiant inscio magistratu, detineant, qui reddità ratione velit exire tineant quod illi qui discedunt intulerun misceant parochiis, aut monasteriis Errones qui per omnes terras vagari fole fictis priorum syngraphis excludantur ab civitatis. Hæc an pia sint non pronuncio mitiora sunt, quàm quòd patiuntur relig nasteria. Et habemus hîc hoc hominu mitissimum, nisi quod adhuc mussat, & ctant *Esdram* aliquem. Verùm hæc alia, tasse coram, si Deus voluerit. *Guido Mo* jam semel atque iterum ita scribit ex quasi mox repetiturus *Brabantiam*. Scit an redierit. A *Cranevelditus* nihil allatum terarum. Hinc non movebo pedem, nisi amicorum literis, cui rei conducetur, si postulet, proprius nuncius. Vellem tibi esse necessitudinis cum *Moro*, cujus ex *Cranevelditus*. Jam illi de te scripsi Seculum hoc habet rarissimos amicos Hoc arctioribus vinculis astringenda est amicitia. Bene vale *Maximiliane* cum tuis omnibus. Saluta mihi Principem loinum, ac reliquos amicos. Datum stridie Calendas Julias, Anno millesimo gentesimo vigesimo quinto.

DES

DES. ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLARUM LIBER VIGESIMUS.

Erasmus Roterodamus Clarissimis Fratribus Ambrosio & Lodovico Alardetis S. D.

ARdori quidem animi vestri Juvenes ornatissimi sat scio literæ quamlibet prolixæ, perbreves videbuntur: at meis occupationibus epistola quamlibet brevis, non potest non esse prolixa. Sanè pudet me jam semel atque iterum tam negligentè, tamque paucis scripsisse, haud quaquam ignarum quid debeatur, & isti vestro in me tam singulari studio, & ingenii fortunæque ornamentis, quibus pariter estis cumulatissimè locupletes. Ac planè vereor, nè quoniam vix quisquam crediturus sit, quantis distringar laboribus, quanquam vix supersit tantillum temporis quod valetudini corpusculi jam non senio tantū & valetudine caduci, detur, tam malignas támque inconditas epistolas, vel fastidio meo, vel ingratitudini, vel desidiæ tribuatis. Illud certum scio, si cognitum haberetis, quas studiorum moles hic homunculus sustineat, admiraremini me quicquam omninò scribere. Mihi non admodum probatur vestrum consilium, ut illustrissimi Principis autoritatem adversus Ecclesiastæ petulantiam implorem: vel quia res videtur levior, quàm ut hinc solicitandus esset Dux tantus: vel quia solet istorum hominum improbitas, si obnitare veluti torrens injectis obicibus altiùs intumescere, quum neglecta citiùs conquiescat, vel ipsis vociferando defatisatis, vel defessis auditoribus. Multò minus autem arridebat consilium de Ecclesiasta longâ epistolâ compellando. Jam expertus sum hinc illos cristas tollere, si quis eos dignetur scripto. Quippe rati se formidabiles esse, magis ferocinnt. Si placidè modestèque scribas, formidini tribuunt, & tollunt animos. Sin pro illorum dignitate, quid aliud quàm crabrones irritaris? Veruntamen quando mihi persuadeo, vestram prudentiam hoc non sine causa tantopere velle, scripsi utrique, sed ita ut vobis in manu sit, epistolam utramque vel reddere, vel premere. Vos enim hoc certiùs quid hic expediat, statuere potestis, quòd omnes negotii personarúmque circumstantias, utpote præsentes optimè nôstis. Porrò meis ad illustrissimum Principem literis, quoniam laconicæ sunt, si quid deest, vestra supplebit eloquentia. Nam mihi etiamsi fuisset ocium, tamen congruentiùs ac utiliùs esse judicavi cum Monarcha paucis agere, nè bis offendam, si illum & ingratis & verbosis onerarem literis. Quum enim ἴδιος per vos, ἴδιος per causæ naturam non liceat, saltem ἰδιάζειν cum heroe colloqui visum est, cujus singularem prudentiam, quum ex multorum prædicatione, tum ex illo potissimum perspicio, quod in tantis rerum undis undique circumfrementibus, perpetuò suam ditionem, tranquillam quietámque servârit, ut nec bellico furori, nec impietatis contagio locus iste hic patuerit. Hanc tantam felicitatem magnopere gratulor vestræ *Sabaudiæ*, *Christum* optimum maximum comprecans, ut eandem liceat & orbi *Christiano* toti gratulari. Sed planè video futurum, ni Principum autoritas quorundam coerceat improbitatem, ut isti κεκινημένοι κακοῦ, graviores excitent tumultus quàm hactenus excitârint isti novi Evangelii præcones. Ab insectandis politioribus literis primùm exorta est hæc tragœdia, & si pergunt ut instituerunt, videtur ad caput rediturus circulus. At qui rectoria studia diligunt, meâ sententiâ magis illa promoverint, si quod operæ sumunt in rixando cum amusis blateronibus, impendant excitandis, expoliendis, erudiendis, fovendísque spei melioris ingeniis. Nam isti numero, phalangibus, syneretismo, improbitate, clamoribus, adde si libet fucis ac malis artibus, prorsus invicti sunt: Nec aliâ re quàm fustibus ac fame domari queunt. Sic vir clarissimus *Hermannus* à *Neuaquila* Comes adegit *Jacobum Hogestratum* ad abjectam & scurrilem palinodiam, cujus exemplar apud me est. Quibus inquies præsidiis? Non argumentis, non æquis rationibus, non monitis, non minis, non conviciis; nihil enim horum non frustra tentatum fuit. Sed quibus præsidiis? Caseis & ovis, quorum in ditione Comitis colligendorum jus illis ademptum fuerat. Itidem donec fiam fabulam agerent rustici, mirum quàm se contraxerint intra testam, qui nunc feroces exerunt cornua. Principum autoritatem adeo non agnoscunt, ut illis imperent citiùs quàm pareant. Ab Episcoporum jure multis bullis exemptissimi sunt, & horum tamen functionem usurpant, excipiendis Confessionibus, ac prædicando Evangelio. Uni *Romano* Pontifici nonnunquam auscultant, sed quum est commodum, quoties id non est, à nullis fortiùs contemnitur quàm ab istis. Et interim jactant nobis illam sanctam obedientiam, quum nec divinis, nec humanis legibus obtemperent. Hæc fateor non in omnes competunt. Sunt & inter illos probi, sed ut nimium pauci, ita sic aliorum tyrannide pressi, ut quod sunt, esse non liceat. De his coercendis alii viderint: Certè nostrum est pro viribus instaurare puriorem *Christianismum*, unà cum optimis literis; quas res si nobiscum amplectentur, & suis commodis & publicæ tranquillitati consulnerint: Sin existimant cum iis quæ sunt optima suum institutum parùm convenire, vel ipsi perspiciunt opinor æquum esse, ut deteriora cedant melioribus, humana divinis. Isti malunt esse formidabiles quàm amabiles, & certè sunt quod optant; & hinc ferocinnt, haud reputantes, quàm infidus sit diuturnitatis custos, metus. Me mirum quàm contemnunt, quid ni contemnant *Erasmum*, qui Cæsaribus & Archiepiscopis audent oppedere? Verùm si mihi tanta esset libido referendæ contumeliæ, quanta istis adest inferendæ, fortasse satius erat illis provocâsse Monarcham aliquem quàm μονόχραμον *Erasmum*. Sed de his fortasse nimis multa, quæ tamen mihi pluribus non sine causa differta sunt, quo vestra prudentia rectiùs consulter, quibus rationibus cum Græcis sit agendum. Precor ut

Dominus

Dominus tam amabile jugum fratrum, ad optima concordium, perpetuò ſervet incolume. Datum *Baſileæ*. Natale *Lucæ*, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Roterod. Germano Brixio S. D.

Epiſt. 2. NÆ tu pluſquam *Aſiaticum* dixeris *Eraſmum*, ſi nôris quantas laborum ac tædiorum moles hic homuncio ſuſtineat humeris. Vix totus ſufficiam epiſtolis undique provolantibus, nec ſemper amœnis, nec talibus, ut paucis liceat reſpondere. Quantum putas temporis periit in *Apologiis*, ut omittam quod impenditur veteribus recurandis, & novis excudendis lucubrationibus. Nunc totus *Auguſtinus* ſex prælis acceleratur, ſcriptor & obſcuræ ſubtilitatis & parum amœnæ prolixitatis. Dabitur venia tuo laconiſmo, ſi pariter referas & πολυπραγμοσύνην. Demiror quiſnam ſit iſte tam adamatus, cujus obitus te in exilium, ut ſcribis, propulerit; ſi quid mirabere pones invitus. Utinam tuo commodo fiat, mi *Brixi*, quod optas, ut animi levandi noſtríque viſendi gratiâ huc te conferas, erit mutua conſolatio. Siquidem ante pauculos dies reliquit nos *Joannes Frobenius*, vir, ut ſi quis alius, optimus. Sed vereor nè te neges vidiſſe *Eraſmum*, etiam ſi videris. Sanè cicadam videbis, jamjam meditantem abjicere τὸ σῶμα. Eſt hîc rara ſodalitas, ſed candida, *Beatus Rhenanus*, *Bonifacius Amerbachius*, *Henricus Glareanus*. Nôſti omnes è ſcriptis opinor: habes triumviratum. Hi me ſuis alloquiis ὑπερβολικῶς, quibus omnibus te fore gratiſſimum ἐγγυῶ, nec *Aten* metuo, quam minitatur proverbium. Dici vix poteſt quantum mali precer his bellis, per quæ non ſolùm *Italia*, cujus deſiderio ſcribis te contabeſcere, verùm etiam ex toto propémodum orbe excludimur. Et indies ut video crudeſcunt Principum iræ. Quantam vidimus eclipſim inter ſolem *Romanum* & lunam *Hiſpanam*. Verùm ipſa fata nos volentes nolentes protrudunt ad philoſophiam, docéntque rerum humanarum contemptum. Priuſquam acciperem tuam epiſtolam *Baliſta* nos inviſerat, jam *Gallias* repeturus. Nihil hominis moribus vidi amabilius. Nec ullum aliud officium à me requiſivit. De *Babyla* ſtatues. Bene vale. *Baſileæ* Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Bilibaldo Pyrckeymero S. D.

Epiſt. 3. A Tuo mi *Bilibalde* calamo nunquam metui, jam pridem expertus & prudentem tuam civilitatem, & animum in amicitia tuenda conſtantiſſimum, verùm illud me malè habebat, *Oecolampadium* meum nomen præter cauſam ſuis libris admiſcere, quum ex me ſciat, mihi ingratum eſſe ab eo nominari, ingratius vituperari, ingratiſſimum laudari. Nec tamen ille finem ullum facit. Hujus rei nihil unquam imputavi meo *Bilibaldo*. Nam multa dolent, quæ nulli poſſumus imputare. De ſilentio tuo præter ſolitum, ſi nonnihil dubitavi, mirum videri non debet, quum & ipſe ſcias quantæ ſint humanorum animorum mutationes, *Euripum* dicas, quot artes, quæ improbitas linguarum, præſertim hoc ſeculo. Hujus tamen ſuſpiciunculæ, quamlibet levis, non omninò me pœnitet, quæ literas tuas deſideratiſſimas extorſit.

A Quod me revocas ab *Apologiis*, agnoſ[co]
& amicum conſilium, nec id tuum u[t]
omnium fere cordatorum, qui mihi bene
Verùm hoc eſt fati mei, pluribus tamen
quàm reſpondi. Certè *Sutori* reſpondi
pœnitet, quod tamen magni amici impe
Dorpium toties ad ingenium redeuntem vi
Loi tragicas molitiones, & *Stunicæ* fumos
Hiſpaniis, quia parum ſuccedebat, *Roma*
B pernôſſes, minùs improbares factum. A
quietem agere per Principes non licuit.
Theologi quidam per eum quem nôſti
ſunt ſuam fabulam, quam nunc eodem
renovârunt ſubornato *Bedda* cui reſpondi.
de re mihi omnes amici gratulantur, hanc
dita me vivo. Nam expectabant indies mortem
meam. Ubi vident vivaciorem quàm
impatientiâ victi proſilierunt in proſcenium,
punè ut putabant peracturi ſuam fabulam,
C ſepulto. Idem quidam in *Hiſpaniis* con
ſus libello ſycophantico tantum tumultum
citavit, ut res & Cæſarem, & aulam, & Archi
ſcopos, & Academias exerceat. Tantum valet
ſtolidum animalculum ad diſcidia
Quanquam nec hîc illi res ſuccedet, licet
ſeptem monachorum ordines ab ipſo ſtantes.
ita multum temporis operæve in his
Longè plus datur epiſtolis, interdum nec
dis, nec neceſſariis. Facilè credo quod ſcribis
D Eccleſiaſtis. Nam video populum exteri
vehementer meus abhorret animus: de
pha magnopere metuo. Perit concordia
tas, fides, diſciplinæ, mores, civilitas. Quid
eſt? Juvenis ille glorioſus, de quo ſcribis,
gnum malum accerſit ſibi, nec facit finem.
totius *Huttenicæ* tragœdiæ fuiſſet autor,
miliaritate noſtrâ, miratur ſi Principi
Illud ingenium ab illis nugis ad honeſtam
functionem avocaret. Calculum tibi
E gratulor. Mens mutatus eſt in aliud
perpetuum, ſed tolerabilius. Ego medicis
re juſſis, Deo me commiſi. De *Alberti*
mine celebrando meâ ſponte cogitabam.
admoneri gratum eſt. Jam iſti
quoque causâ malè precor, per quam
cuit epiſtolam tuam abſolvere, quum
lixiſſima quæque mihi ſoleat eſſe
Cæſarem ornare te pro tuis meritis
utinam & morbum queat auferre. Hæc
F ad me literas. Nunc ad epiſtolam
δειλαμβείαν de *Oecolampadio*, cujus negotii
cem eſſe noluiſti: nihilo ſeciùs tamen
ea ſummam capere voluptatem, non
id quod lepidiſſimis ſcateat jocis, ſed quod
que hilariter vivere declaret. Ex ea
neſciebam, me rurſus ab illo attactum.
nem illius longè meliorem nunquam
inter amicos dixi, me poſſe in illius
pedibus diſcedere, ſi probâſſet eam
G cleſiæ; ſed adjeci, me nullo pacto
ſentire. Eccleſiam autem voco
Chriſtiani conſenſum. An idem
critæ quorum meminiſti, neſcio.
ne fuco dictum eſt & ex animo,
Euchariſtiæ veritate vacillavi.
alios valeat autoritas Eccleſiæ, neſcio,
me tantum valet, ut cum *Ariano* &
nis ſentire poſſim, ſi probâſſet Eccleſia
docuerit.

Hæc mihi non sufficiunt verba *Christi*, sed mirum videri non debet, si sequor interpretem Ecclesiæ, cujus autoritate persuasus credo Scripturis Canonicis. Fortasse plus vel ingenii, vel roboris est aliis, ego nulla in re tutiùs acquiesco, quàm in certis Ecclesiæ judiciis. Rationum & argumentationum nullus est finis. Agnoscit tua prudentia, quibus Epistolæ tuæ verbis per hæc responderim. Placet tecum libebat quidem, sed minimè licebat. Excuditur totus *Augustinus*. Hoc oneris quum semper recusârim, tamen obtruditur humeris meis. Bene vale. Datum *Basileæ* postridie *Lucæ*. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Guilhelmo Copo Medico S. D.

MAgno affectu desideravi tuam præsentiam, medicorum disertissime *Cope*, in hac affectissima valetudine. Ex quo cœperam diluere vinum aquâ ex glycyrrhizo decoctâ, mitiùs me tractavit calculus, & jam mihi gratulabantur amici tanquam libero. Verùm hoc Julio proximo subitò obortus est fluxus quidam vehemens urinæ, non sine laceratione viarum, primum absque magno dolore, post unum aut alterum diem sequutus est cruciatus, quasi calculus hæreret in vesica, qui non posset expelli. Effluebat interim mira vis urinæ gypsaceæ, veluti pus quoddam. Territus consului medicos, quos hic habemus dignos hoc populo, qui non admodum vivit medicè, nec bibit modicè. Nihil adferebant spei. Alius suadebat thermas *Badenses*, alius divinabat aliud. Itaque medicos dimisi, committens me Domino. Et cruciatus quidem ille mitior est, materiæ quoque vis aliquanto minor. Apparet tamen exulcerationem aut scabiem esse organorum urinalium. Aiunt *Thomam Linacrum* hoc malo mortuum esse. Quando per valetudinem & bellorum minas mihi non licet te visere, majorem in modum te rogo, ut scripto mihi digneris succurrere. Monachi ac monachorum similes Theologi quidam devotis animis conspirâsse videntur, ut libros *Erasmi* exoriant è manibus hominum, ut posthac legamus libros *Bedæ*, *Sutoris*, & similium. *Lesa*, ut suspicantur, apud vos & *Hispanos* παρεγγραφόδιον, his funis perstrenuam navat operam: nec cessat tuus *Aleander*, nisi mentiuntur multi. Quis sit horum tumultuum futurus exitus nescio. Solus cum tot monstris pugnare non possum, ni *Principes* interponant autoritatem suam. Pontifex imposuerat silentium *Lovaniensibus* blateronibus. Impetrârunt clàm à *Datario* veniam exequendi suum officium, me tamen non læso. Interposuerat severissimum edictum Cæsar, eo exhibito, accutrerunt *Mechliniam*, & impetrârunt ab aula edicti interpretationem, quæ prorsus irritabat quod Cæsar scripserat. *Papilio* & *Molinius* periit. *Berquinus* in carcere disputat cum Theologis. Rex satagit rerum suarum, precor ut Deus omnia vertat in lætos exitus. Qui has perfert, omninò voluit tibi commendari. Quid sit negotii melius ex ipso cognosces, est enim *Mercurialis*, καὶ φιλαρχίας μέτοχος, audies quidem, ἀλλὰ μὰ πικδίσης. Gratum erit si miseris remedium, & si quid erit in aula, quod meâ refert scire. Bene vale cum conjuge & liberis. *Basileæ*, sexto Calend. Septemb. Anno M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto S. D.

UT fateor me tuæ majestati plurimam debere gratiam Cæsar invictissime, quum privatim meo, tum publicè studiorum nomine, quòd me suo favore benigniter sublevare non est gravata: ita vehementer optârim, ut ista tua virtus quæ potentissimos Reges domat subigistque, parem habeat vel autoritatem vel felicitatem in domandis quorundam improborum tumultibus. Ego Pontificum ac Principum, sed præcipuè tuæ majestatis præsidio fretus, *Lutheranam* factionem, quæ utinam non tam latè pateret, totam in me concitavi, magno sanè capitis mei discrimine: cujus rei si quis fidem requirat, testabitur *Lutheri* servum arbitrium, quod in me plusquam hostiliter scripsit; testabuntur *Hyperaspista* libri duo, quibus illi respondeo. Nunc quum *Lutheriana* res incipit declinare, idque ex parte meâ operâ meóque periculo, cooriuntur isthic quidam simulato religionis prætextu, ventris tyrannidisque suæ negotium agentes; nos enim pro *Christo* pugnamus, non pro commodis hominum: & *Hispaniam* tot alioqui nominibus felicissimam incompositis tumultibus reddunt irrequietam. Ex istiusmodi præludiis, videmus aliquando gravissimas oriri tempestates. Certè *Lutheranum* hoc negotium ex multo levioribus causis ortum est. Quod ad me pertinet, non desinam usque ad extremum halitum *Christiana* pietatis causam tueri; tuæ verò majestatis ac pietatis fuerit constanter ac perpetuò favere iis qui synceriter ac fortiter propugnant Ecclesiam Dei. Sub *Christi* tuisque signis milito, sub iisdem moriar, sed æquiore moriar animo, si prius videre liceat tuâ potentiâ, tuâ sapientiâ, tuâ felicitate, tranquillitatem redditam tum Ecclesiæ, tum universo populo *Christiano*. Quod ut per te nobis largiatur *Christus* Opt. Max. orare non desino, qui tuam majestatem servare dignetur, sempérque in melius provehere. Datum *Basileæ*. Postridie Calend. Septemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo. *Epist.* 5.

Erasmus Roterodamus Mercurino Gattinario Cæsaris Cancellario S. D.

UT ad alteras quoque literas tuas tribus verbis respondeam clarissime vir, Si quid est felicitatis, hoc optârim tibi mecum esse commune, cujus integritas, pietásque singularis digna profectò erat perpetuo rerum successu: verùm non hoc tantum evenit, ut duos illos quos Cæsaris interdictum nominatim expresserat, mors terris eripuerit: nam *Vincentius* tympanite cruciabili malo periit: *Nicolaus Egmondanus* jam nulli tolerabilis in vomitu suffocatus est, quum paulò ante inambulans, jussisset abire mulierculam, quæ solet adesse ministerii gratiâ, quòd diceret se velle persolvere pensum horariarum, ut vocant, precum: Verumetiam *Natalis Bedda* qui furiosum pariter ac famosum librum in me scripsit, per *Gallorum* Regem cohiberi cœpit. Illud planè prospicio, nisi Principes quorundam stolidos & impotentes spiritus autoritate sua coerceant, excitabunt nobis novam tempestatem, quum hæc incipiat esse mitior. Non obscurum est quæ res summorum *Epist.* 6.

Principum dissidia tot jam seculis vel excitet vel alat, miror si ipsi non sentiant; & si, quum sentiant, dissimulant, magis etiam miror. Verùm his rebus cœleste numen dabit felicem exitum. Tuum erga me studium vir ornatissime tam constans & candidum jam olim expertus sum, quanquam majoribus indies argumentis declaras, quantopere faveas & optimis studiis & pietati *Christiana*, in qua provehenda tuendáque, si nihil aliud, certè animum sycerum fortémque præstabo, usque ad extremum halitum. Exemplar epistolæ, quam misisti *Lovaniensibus*, ad me nondum perlatum est, ex amicorum tamen literis accipio quod narras: quanquam ab istis eluduntur omnia. Subornant alios, mille cuniculis rem agunt. Negotium duorum arte geritur. *Egmondano* mortuo extitit *Lovanii Franciscanus* quidam, qui in publicis prælectionibus, subinde perstringit nomen meum. Hoc genus hominum nemitem metuit, & si quid immineat periculi, mutant sedem, & in tuto sunt. Quúmque non in aliud proficiant, nisi quod sibi mortalium odium exasperant, tamen veluti furiis lymphati pergunt. Sed hæc quoque *Christus* Opt. Max. omnia vertet in bonum finem. Quid *Hispania Leo* permissura sit nescio, hoc unum scio, initurus est malam gratiam apud Regem suum: Cardinalis *Eboracensis*, aliósque innumeros Episcopos, Proceres ac doctos *Anglia*. Et profectò fuerat è gloria regionis illius, si mundus nesciat illic esse natum tam à Gratiis alienum ingenium. Fragmentum Epistolæ *Cuthberti Tonstalli*, cui *Leus* in Legatione successit, his inserui, quo magis credas meis verbis. Legem, quæ coercet edendi improbitatem vehementer approbo: verùm illud interim cavendum, nè lex optima vertatur in exemplum pessimum, id quod *Lutetia* fieri cœptum erat. Aliquot conjurati, calumniis ac mendaciis licentissimè debacchantur in quoslibet. Si quid respondisses, vetabatur excudi. Verùm quo minus hoc cuiquam liceat in *Hispania*, cavebit tua inprimis, tum Archiepiscoporum *Toletani* & *Hispalensis* vigilantissima prudentia. Optabam pluribus tecum agere: quandoquidem video tuam humanitatem, quamvis occupatissimam, adeò æqui bonique consulere literas nostras interpellatrices, ut horteris etiam ad crebrius scribendum: sed redeo ad arenam gladiatoriam. *Hyperaspistem* nostrum, & *Diatribam* arbitror vidisse te. In *Hyperaspiste*, quoniam excluſus spatio temporis hoc opus intra paucos dies tumultuanter absolvi, pollicitus eram reliquam disputationis partem. Equidem malebam aliis in argumentis operam collocare; sed *Lutherus* editis libellis jactat me non respondere, quasi verò nihil respondérim, gestiúntque *Lutherani*: hortantibus igitur amicis aggressus sum liberare fidem meam. Bene vale patrone magne, cum optimo Principe. *Basileæ* penultimâ die Aprilis, Anno M. D. XXVII.

Guilelmo Waramo Archiepiscopo Cantuariensi Erasmus Roterod. S. D.

Epist. 7. VEreor nè tuam reverendam amplitudinem literis ac nunciis meis obruam: sed præter expectationem incidit quiddam, ut hic famulus meus *Nicolaus Cannius* mihi maximè necessarius ac fidelis, fuerit isthuc mittendus, non sine gravi meo incommodo. Scripsi nuper misíque *Hieronymum* inauratum, quæ volumina [illegible] vehementer gaudeo. Toties enim [illegible] mam in hujusmodi rebus hominum [illegible] Hic omnia videntur ad res novas spectare, [illegible] tuo cruentos tumultus, tam latè radices [illegible] factiones, nemo credat, nisi viderit. [illegible] in hæc tempora satis infeliciter incidit. [illegible] clesia non possum recedere. Et diversi [illegible] populum cui fœderatus esse nolim. [illegible] rocientes exasperant hanc tragœdiam in [illegible] malum. Et ille vestras in *Hispania* strenue [illegible] operam, oblitus suæ legationis: quam [illegible] gratum Cæsari & *Hispaniæ* primatibus. [illegible] malus animus. *Romæ* turbatissima sunt omnia: nec epistolis patet iter: Putant fœdus Cæsari cum Pontifice coiturum. Hoc quàm diu permittent Principes, ut Pontifex nunc cum hoc, nunc cum illo pangat ac repingat fœdus, vereor ne [illegible] futura sit pax in orbe. Pontifex deberet [illegible] ter æquus omnibus. Sed Principum [illegible] diáque, hæc aut non vident, aut si [illegible] ctibus suis obtemperant potiùs quàm [illegible] Vereor nè non liceat hîc diu sedere: [illegible] *Christo* sunt committenda. Cæterùm, si [illegible] cognoscès ex hoc *Cannio* famulo meo, quem [illegible] rieris minimè vanum aut futilem. Dominus [illegible] conservet incolumem. *Basileæ*. Pridie Aprilis. Anno M. D. XXVII.

Budæus Erasmo S. D.

HEus tu, jam primum de *Græco* illo [illegible] *Latinisque* observationibus velim [illegible] tam opinionem. Principio quicquid id est, [illegible] in *Græco* propemodum sermone consumitur. [illegible] nomine dimidium fermè conceptæ opinionis [illegible] decedat æquum est: deinde *Tussanus* [illegible] mium nominis nostri studiosus, ex sui animi [illegible] tentia, & nostræ fortasse pollicitationis [illegible] tate, rem mediocrem majoribus modulis [illegible] te voluit. Hoc capite quantum detrahere [illegible] ex hominis studio immodico, & ex epistolari [illegible] centia alienum factum pollicendi, tibi ipsi [illegible] mandum relinquo, ex *Tussani*que benignitate [illegible] circumcidendum pro eo quantum est, quod [illegible] cere posse mediocritatem meam nosti. Dein [illegible] id inceptum quod in orsu speraveram [illegible] assequuturum, nominisque nostri jam senescenti [illegible] memoriam acriter refricaturum, præcipuè [illegible] jus ætatis studium, quòd in literas *Græcas* [illegible] sius jam incubuit: id nunc æquare [illegible] juventutis expectationem præcupidam, [illegible] dio, & gestientem. Id adeo meritò [illegible] schedas meas situ jam squalidas [illegible] tametsi naviter & strenuè primordia [illegible] ram. Quas utinam ipsas habere pro [illegible] possem sine metu ignominiæ: profectò [illegible] nihil quàm hujus fascem molestiæ, [illegible] prudenter mihi collegi, in trivio aliquo [illegible] dióve reliquissem, ab alio tollendum, [illegible] bor ille juvaret. Refrixit enim [illegible] longâ amor operis, concidítque [illegible] tionis, qui laboris sensum tollebat. [illegible] ceat bona pars operis primâ [illegible] vero sylva rerum, quæ copiosè [illegible] tandum subierant, nil nisi congeries [illegible] quam in ordinem digererentur [illegible] nè is labor insuper commentationi [illegible]

Neque

Neque id utique magnopere ad rem pertinere arbitror, ut quidem res nata est. Scribendi tempus interpellavit & abrupit mea in aulam profectio. Tum inde me regressum una aut altera commentatiuncula, & deinde lectio non injucunda ab ea cogitatione averterunt: Et obeunda tamen aliquando haec erit mihi functio, si quo pacto inertiam segnitiémque excussero. Neque verò tui similis si cupiam esse possim, ut subinde spiritus animique alacritatem instaurem ad alias atque alias ærumnas hujuscemodi exhauriendas. Neque à curis familiaribus perinde feriato esse licet. Nonnihil etiam temporis quotidie Reipublicæ impertiendum. Quocirca desines non expectatione tuâ (neque enim ea in re falli potes) sed commemoratione prolixiore supra modum nos ornare. Verùm quòd me parùm candidè de te sentire quosdam suspicari scribis, non temerè illi quidem fortasse, sed tamen opinione falsi sunt. Sæpiusculè enim non obscurè tuli inter homines familiaritate mihi conjunctos, me tibi id non succensere non posse: Quod occasionem nactus, libenter ipse facis ut *Gallica* ingenia cavilleris ut tarda, ut stupida, ut levia, ut stolida. Id quod quam multis in locis feciisse dicitèris, ignosci tamen tibi per me quidem licebit, falsíque jocis & facetiarum studio condonari, nisi etiam consultò & meditatò & penè ex professo id feciisse videri non nolueris. Mirum quantum tibi placuisse tute videris in Epistolam ad *Galatas*, quàm tibi cordi fuerit, quàm ad stomachum tuum illa fecerit viri sanctissimi reprehensio *Galatarum*, nusquam ut majorem fructum laboris quàm in eo loco tulisse ipse videare, certè quidem eum locum ὅτως τυγχάνει παρεφθέλας, ὥστε τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ἀποστόλου καὶ ἅπαντα γνήσιον; ἀπὸ δὲ τῆς ἐμῆς ἐστιν ὅτε ἐξηγημάτα, σύγε δῆλος πού κέλλας πού ἐφ' ἑαυτῷ χαίρεις παρεσκευάσας, τοῦτο δ' οἶδεν ὡς οἶμαι, πᾶς ἄγαν φιλοσκωπικῶς καταχρησάμενος τῷ σῷ. ὡς ἡ πολλαὶ φύσεις, ἐμοὶ ἡ συγκατατιθεμένῃ, ἐκάστοτε τῷ κεντικῷ καὶ ἐκ σαγήνης περιπεκρικός. καὶ τὸ φιλανεχθήμον ἡ καὶ τῆς ἔχθρας ὕπουλον, ἀσυμβίους ἐκ πού φεύλεος ἀφροντίμαθ', ὅτου ἂν τύχῃς ὑπολάβοις. Et *Hilarii* quidem de *Gallis* elogium præclarum in monumentis tuis, nè quando interiret, consecrare voluisti, εὐγνώμονος credo καὶ φιλαλήθους. Quod nunquam, ut opinor, faceres, nisi tam bardos adhuc *Gallos* esse judicares, ut figuras tuas non intelligerent. Neque enim ultrò provocare nostros & lacessere in mentem utique tibi venit, non tantum tibi ocii est à seriis rebus scribendis, ab aliisque nationibus tantum est requietis. Equidem quod ad me attinet, quicquid eo nomine questus sum, publicam vicem magis quàm privatam questus sum: qui te & *Ironem* & *Momum* perferre satis didicerim, quum interim non minùs me æquo usus sis, etiamsi aliter aliquamdiu existimâsti. Ut ad rem redeam, eatenus de te sentire me palam non dissimulavi, nè me nihil commoveri publicâ vice putes. Præterea verò quod incommodiùs de te dixerim nego omninò esse quicquam, nisi si quid excidit contra animi sensum, quod ancipitem interpretationem haberet, apud eos quidem qui cæcæ æmulationis fomites residere in animis nostris censent, primâ quaque aurâ rumoris in flammam exarsuros. Hìc si commemoranda duxissem quæ de te déque tuis scriptis testificari sine faco verborum solitus sum (idque tuo merito, & veritati potiùs quàm amicitiæ serviens, nè me tibi ea velle imputare arbitreris) aut te ingratum esse convincerem, qui adhuc dissimularis, aut malignum esse rumorem ostenderem, qui in alteram tantùm partem nuncius ad te ierit. Quid verò duæ Epistolæ *Græcæ* quas ad te ante biennium scripsi, quibus te ascíscere, isthínccine evellere conatus sum, in utram tandem partem ὑπ' ἀμφοῖν σοι ἐδόξαν; benevolentiæ an contrà? Quam ego operam ad te scribendi ipse mihi depoposceram, nè sis nescius, verius quàm imperata ultrò ab Rege defunctus sum. Qua in re σιωπηθέν σοι, ὡς οἶμαι, ἀγνωμόνως διακειμένῳ, qui ita suspiciosè mecum egisti postea, ut tuam voluntatem ac propositum per alios resciscerem non per Epistolas tuas. Et qui in aliorum sinu arcana tua securè deponebas, mecum ita agere instituisti, quasi cum æmulatore. Atqui si πρὸ ἀκαίρως ἐκείνοις πρὸ σὲ hìc proferre voluissem, confessionem tibi expressissem dissutæ amicitiæ, ut parcissimè loquar. An id erat æmulatoris factum, te in priores partes coöptare, aut minimùm in æquas? A quo quis tandem præter amicum non metueret sibi? qui quidem alieni animi probitatem non ex suo ipsè animo æstimaret. At tu ancipitis me fidei amicum nimirum existimâsti, aut discingi temerè & sæpiùs solitum, in cujus sinu condere veritus sis, quæ tibi tum cordi erant. Sed enim ἄλυε μεμψιμοιρίας. Verum responsum oportuit tacitæ expostulationi tuæ. Hìc tamen velim existimes me verbis magnopere temperâsse. Nam si rumoribus auscultandum censerem, credo te non ignorare ultrò citróque rumores commeare solere, nec minùs hìc quàm isthìc loquaces eos esse. τὰ μὲν ὧν κατ' ἐμὲ ὅτου ἔχει οὐκ οἶδ τὸ σαφὲς; τάχα καὶ πλείω ἢ χαίρων ἀκούσεσθαι. οἶδ μὲν δὲ καὶ ἐμαυτὸν σοι τὸν αὐτὸν παρέξομαι ὁποιονοῦν, ὅταν ἂν τύχῃς δεήσῃ πού ἐνὶ ἐμοί. ἐφ' ᾧ γε δὴ καὶ τὸν αὐτὸν ἐμοίως αὐτὸς σεαυτὸν μοι ἀντιπαρέξει. Id quod eò pertinet quod περὶ ἐξελαύνων τῆς ἀποδημίας scripsisti. De *Ciceronianorum* choro ita planè tecum sentio, ut subscribere paratus sim si res ita tulerit. Quam hominum consensionem in invidiam conjecit, offensúmque jam apud omnes reddidit illius *Coryphæi* insolentia, quem tu mihi notum esse dixisti: qui *Philalazonis* cognomento in *Italia* & ubique auctus est ut audio, præsertim recenti illo cantico & parnassio, quod sibi ipse uni, quasi philocaliæ filio, alternis vocibus cecinit personis sub heroicis. Is *Gallos Germanósque* scriptores pro potestate numeris expunxit decora merentium, addito elogio. *Ciceroni* autem usque eo ad unguem similis esse mediatus est, ut eloquentiæ *Latinæ* parentem etiam superaverit ac longè reliquerit, duntaxat in ea parte, quæ ad commendationem sui pertinet. *Marcum* enim *Tullium* laudes suas decantavit, eámque ob causam sæpe stomachum & curiæ, & fabellis, & amicissimis suis movit, tametsi veras laudes meritásque prædicabat. Hìc longè impudentiùs suas & immeritissimas deprædicavit. Id quod sanè mirum est impunè eum tulisse ab eorum amicis virorum Principum, quorum hominem non puduit nomina ad rem tam absurdam, tam putidam edendam utenda sibi sumere. *Longolium* olim nostrum luctuosiùs desiderâssem, nisi ipse noster esse animi destinatione desiisset. Vale. *Parisiis* postridie liberalium nostrorum aut natalis immortalitatis nostræ. Quo die Deum

frugè colimus, dominúmque in fruge agnoscimus si frugi bonæ sumus. Epistolam autem tam decimo Calendas Aprilis scriptam *Soteriis* accepimus. Quo die solenne est funere Servatorem nostrum efferre, gratâ piáque commemoratione ab eo nobis salutis comparatæ. Accepi autem ad multam noctem, è castello suburbano rediens ubi tum erat Aula. Vale rursus, & cave existimes in hac epistola me quippiam animo exulcerato scripsisse. Nè vivam si tantulum suberat simultatis. ἀλλὰ ἢ ἐκδιηγήσεται τις χάριν ὅτου ut si quisquam est alter ὡς μὴ κεκλῆσθαι ἐν ὑμῖν.

Erasmus Rot. Guilhelmo Budæo S. D.

Epist. 9. Quod polliceris de *Græci* sermonis observationibus, quanquam de spe dimidio decidimus, tamen hoc ipsum cupidè expectabimus. Illud te latere nolui, huc allatos commentarios eodem argumento: mihi nondum videre contigit: *Bentinus* habet & asseverat esse non vulgariter eruditos, nomen autoris suppressit, negat tamen esse *Budæum*. Vide nè quis tua scrinia compilârit. Nam ea suspitio mihi protinus incidit in animum. Orta est nova quæstio, cui locum dedit libellus *Leonardi Portii* opinor cujusdam *Vicentini De ponderibus ac mensuris*, adeo consentiens cum *Asse* tuo, ut nemo dubitet quin alteruter alterum compilârit. Quòd te scribis offensum ob *Gallos* parùm honorificè attactos, nihil unquam magis accidit præter omnem expectationem meam. Ego ferè erga nationes omnes alba, quod aiunt, sum amussis: Attamen si qua est in quam sim animo propensiore, *Gallia* est. Atque hoc nomine non semel malè audii, tum apud nostros, tum apud *Anglos*, tum præsertim, quum vobis malè conveniret cum *Julio*, patrocinantibus summo pastori *Britannis*. Lege *Panegyricum*, quo *Philippo* Principi ex *Hispaniis* reduci gratulor. Et tamen hic affectus naturæ videtur non judicii. Nulla siquidem natio mihi fuit æquè sterilis atque *Gallia*, si liberalem amicorum benevolentiam submoveas ab hac ratione. Quod præfatus in Epistolam ad *Galatas*, attingo *Gallos*, non affectatum esse docet illud, quod rem paucioribus verbis ac mollioribus propono quàm fecit *Hieronymus*. Et hoc retuliſſe faciebat ad indicandum quid illa epistola haberet peculiare. Deinde quod nostri ἀνόητους verterunt, *insensati*, ego mitiore verbo reddidi. Nec prorsus expectabam, ut ea res ullum offenderet *Gallum*, nedum te, quem à teneris unguiculis cum Philosophia versatum, oportebat ab istis vulgaribus affectibus esse liberum. Et etiamsi quid esset dictum durius in *Gallos* horum temporum, quæ natio est non aliquo notata proverbio? *Pindarus* & *Plutarchus*, proverbio de sue *Bœotica*, videntur etiam delectati, quum uterque *Bœotus* esset. Nunc annos opinor fermè esse mille sexcentos, quum *Galli* migrantes in *Asiam* fecêre *Gallograciam*: Et incertum è quâ *Galliarum* parte venerint. In illorum temporum *Gallos*, si quid dictum est, an videbitur hoc ad universam *Galliam* quæ tam latè patet pertinere? An non & hodie, *Normani*, *Cenomani*, *Britones*, & *Picardi* vulgo malè audiunt apud vos? An putas eos qui nunc *Romam* incolunt esse priscorum illorum *Romanorum* posteritatem? Magis arbitror *Gothos* esse ac *Vandalos*. Tanta proluvies incursionum confudit omnia. Et quisquam hoc ad hujus seculi *Gallos* pertinere dixit, quod olim dictum est in *Gallos*? Hæc si ita non satisfaciunt, saltem illud vel injurium credas velim, nihil minus in animo fuisse, quàm ut *Galliæam* nationem attingerem. Cæterùm hic te voles interpretaberis. Cæterùm hic te machari majorem in modum admiratus alibi sim *Iron* ac *Momus*, hic saltem Quod commemoras tua in me officia, ea quibus conabaris nos hinc evellere, ego plurima fando

Enumerare vales nunquam Budæe nec ausis
Primeritum, nec me meminisse pigebit amici.

Cæterùm mihi nunquam fuit in animo commigrare in *Galliam*: Si fuisset, accepissem condiciones quas præsenti præsens obtulit non semel *Stephanus Poncherius*, mihi commodiore quàm Rex dedisset thesaurarii munus, quam profectò an tibi depoposcerit nescio. Certè de Regio mo fuerant edocti, priusquam verbum ad te scriberes. Quem ἀνυπεύθυνον mihi narras nescio, si quis fuit, nulli fuit detrimento. Nec obscurè men indicavi animum meum, sed mihi non credebatur. Et vertere solùm, non erat in rem suam, sollicitari per tantum Regem erat honorificum. Postremò, nolim *Budæi* operæ, in ejusmodi negotiis humiliaribus abuti, quamvis ea vulgo splendida videntur. Non sum tam levis ob quorumlibet sermones animum mutem ego tales amicos, novi quanta sit aliorum malitia, orum invidentia qui nullos bene concordes ferre possunt. Unus est, quem si nominem, ipse fateberis esse candidum ac syncerum. Is audivit convivio aulico, multis audientibus, dedisse significationem nonnullam stomachi in me tui. Deberabas in me constantem in amicitiis retinere animum. Verùm ea vox non erat inimici, sed amici expostulantis. Quanquam hoc laudis, qua laus est, mihi videor jure vindicaturus, quod vix alius, amicitiæ semel initæ, tenacior sim. Ænigma de *Philalazonia* non satis intelligo, nisi quòd suspicor aliquem libellum ab *Italo* venisse præconem militis glorioſi. Ad nos nihil ejusmodi perlatum est. Allatus est tamen libellus *Nazarii* cujusdam *Neapolitani*, mirè ornatum monio duorum Pontificum, sed multo magis *Ægidii* Cardinalis *Viterbiensis*. Illic agnovi sim *philalazonos*. *Georgius Saxonum* juvenis gregiâ indole, parabat excudere nescio quid scripti. *Albertus Carpen.* nam is ejus sodalitatis Princeps, expunxit quicquid erat additum in laudem *Erasmi*. Non hoc imputo *Alberto*, sed illi qui nec Deum nec hominem quenquam laudari patiuntur præter seipsum. Nam hunc *Albertum* ut multo facit plurimi. De *Longolio* miror si potuit ab amicitia tua discedere. Sed ille satis magnam laudem tulit, periit *Ciceronianus*. Et tamen illius *Ciceroniani* lucubrationes pauciſſimi legunt; nostras nænias *Batavas*, nemo non legit. Quod scripsi περὶ τῆς ἐξαλείψεως, communium studiorum causâ potiſſimùm scripsi, quod ut pergratum erit si feceris, ita si quid obstiterit quò minus fiat, meo amico prætermittes. Hæc ægrè in summo dolorum cruciatu. Bene vale X. Calend. Julias. Anno M. D. XXVII.

Erasmus

Erasmus Rot. Germano Brixio S. D.

IN *Chrysostomo* vertendo videre mihi mirificum artificem præstitisse, illiúsque copiam tuâ copiâ superâsse. Proinde si parùm faverem tuæ gloriæ mi *Brixi*, cui ut debeo faveo plurimum, certè favorem hunc præstarem vel autori *Chrysostomo*, vel operi tam salutifero. Exemplar mihi bis redditum est cum Epistola tua. Verùm in diariis typographorum primam occupat paginam quæstus. Et id quod vertisti, jam antè fuerat versum utcunque, quod te non opinor fugere. Ad hæc totus *Chrysostomus* hic nuper excusus est magnâ pompâ. Et ut ingenuè dicam, mihi non est visa satis idonea tui nominis celebrandi occasio; quanquam habes in te vir eruditiss. quo non modò tibi celebritatem augeas (jam enim peperisti) verumetiam alios ex obscuris reddas illustres. Certè efficiam ut intelligas me occasioni non defuisse. Id fiet si videtur, absolutis annotationibus, quo in pistrino nunc versor ἔκδοτος ἄν. Vertam, aspirante *Christo*, lucubrationes aliquot *Chrysostomi* nondum editas aut versas à quoquam. His adjungam quod misisti non sine testificatione laudum tuarum, pòst dabitur opportunitas ut totus *Chrysostomus* à *Frobenio* excudatur cum majestate. Hic curari poterit nè tuus labor unquam intercidat. Quod prius dixi, fiet ante Pascha, si vita dabitur. In altero tu potes auxilio esse tum mihi, tum *Frobenio*. Multa sunt parùm feliciter ab aliis translata. Multa nondum prodierunt. Ego nactus sum commentarios in *Acta*, quæ planè notha sunt. Item in Epistolam ad *Romanos* γνήσιος. Rursum in Epistolam ad *Hebræos* nothos & versos. Item in Epistolam ad *Philippenses Homilias* duas, sed nothas, ni fallor, quas jam edidi *Latinas* factas. Præterea contra *Judæos*, & duodecim fermè *Homilias* intactas. Postremò, in Epistolam ad *Corinthios* posteriorem. Si quid præterea nanciscì poteris nondum versum, verte, aut si quid versum, confer & adjectis scholiis annota lapsus vel interpretis vel librariorum, ita vendibilius fiet opus. Habes consilii mei rationem, si quid habes melius sequar. Proinde fac ut animum tuum sciam quàm primùm. Non desino provehere rem literariam, quanquam video seculum hoc ad *Scythicam* quandam barbariem tendere, usque adeò nulla in parte quicquam ὑγιὲς. Clarissimo viro *Joanni Lascari* magnopere gratulor, primùm incolumitatem, deinde convictum tuum, etiamsi hunc tibi magis etiam gratuler. Si nihil scripseris, tamen faciam quod dixi, favente Domino. Querelam illam de typographis, tametsi justam, sed veterem, tibíque cum multis communem satius existimo dissimulare. Utinam liceret aliquando coràm miscere fabulas mi *Brixi*. Vale cum gratissimo tibi sodali tuo. Demiror si ille amicus noster adhuc disputat è cavea. Bene vale *Basileæ*. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Erasmus Roterod. Margaretæ Reginæ Navarræ S.

NOn semel adhortati sunt me literis suis tuarum virtutum admiratores, ut in hac malorum procella, consolandi gratiâ, nonnihil scribe-

A rem celsitudini tuæ. Itaque quum hic qui has perfert vir doctus & nobilis præter omnem spem esset oblatus qui rectà peteret *Hispaniam*, sed mox hinc avolaturus, apud me dubitavi, utrum satius esset silere prorsus, aut brevem & inconditam Epistolam mittere. Vicit hunc pudorem ac trepidationem singularis quidam meus in te affectus. Jam pridem enim & admiratus sum & amavi tot præclara Dei dona in te, prudentiam
B vel philosopho dignam, castimoniam, temperantiam, pietatem, infractum animi robur, & mirum quendam rerum omnium fluxarum contemptum. Quis enim hæc non suspiciat in tanti Regis sorore, quæ vix reperias in sacerdotibus ac monachis? Hæc nequaquam commemorarem, nisi certum scirem, te nihil horum tuis viribus tribuere, sed laudem omnem transcribere Domino bonorum omnium largitori. Proinde magis gratulandi studio, quàm consolandi sumpsimus hanc operam. Ingentem esse calamitatem
C fateor, sed nihil est tam atrox in rebus humanis quod dejiciat animum verè innitentem saxo illi immobili, quod est *Christus Jesus*. Si roges unde te nôrim, qui nunquam viderim; ex depicta tuæ celsitudinis imagine compluribus es nota, quibus nunquam contigit videre te: at mihi tuum animum viri probi & eruditi multo expressiùs suis literis depinxerunt, quàm ullus pictor colorum fucis, corporis effigiem possit exprimere. De fide verò mea nihil est quod dubi-
D tes, ut laudo probóque notam, ita non assentor potenti: Nihil enim ambio præter amorem mutuum. Regem *Christianissimum* jam pridem redamabam veriùs quàm amabam, quem ille ultrò tot modis ad amandum provocavit. Talem heroinam, talem viraginem non possum non amare in Domino. Cæsari non modò studium, verumetiam pietatem debeo, nec id uno nomine, primùm quòd sub illius ditione natus, deinde quòd illi jam annis aliquot sim juratus con-
E siliarius, verùm utinam istam victoriam potiùs è *Turcis* retulisset. Quanta fuisset orbis felicitas, si duo primarii orbis Monarchæ, concordibus animis junxissent arma sua in perduellionem ditionis *Christianæ*. Ardentissimis votis id optabamus, sed obstiterunt opinor hominum peccata, quò minùs Deus nos eo favore dignaretur. Hactenus non potui toto pectore Cæsari meo gratulari victoriam quantumvis magnificam, sed
F bona spes est brevi futurum, ut hunc fatalem tumultum undecunque accidit, non minùs vobis vestræque *Galliæ* gratulemur quàm Cæsari. Talis artifex est ille, qui res hominum arcanis quibusdam consiliis moderatur, neque rarò mortalium mala jam rebus deploratis, subitò vertit in lætissimos exitus. Hanc mihi spem præbet in primis exorabilis Dei clementiâ, quem jam arbitror nobis factum esse propitium: deinde partim Cæsaris ingenium, cujus mansuetudo vel æ-
G quat vel superat ipsam fortunæ magnitudinem, partim *Christianissimi* Regis mira dexteritas. Imò confido jam inter eos solidam & adamantinam concordiam initam esse. Confirmârunt hanc spem meam literæ celsitudinis tuæ, quas ad illustrem *Poloniæ* Baronem *Joannem à Lasco* miseras in *Hispaniam* adornans profectionem. Nam is mecum in unis ædibus vivit, qui eum mihi jure amicitiæ communia omnia. Declarabant enim te non

solùm infracto animo ferrè facorum iniquitatem, verumetiam verbis quibusdam bene ominantibus recreabant sollicitudinem nostram. Ea spes si nos non fefellerit, tum non modò Cæsari & vobis, sed universo orbi *Christiano* gratulabimur. Hic erat mihi duplici nomine petenda venia, primùm quòd ultrò scribere sim ausus tam potenti dominæ, deinde quòd ex tempore, quod vix sibi permittit plebeius amicus erga amicum: verùm hunc omnem scrupum excussit animo concepta de tui pectoris inaudità humanitate fiducia. Servet te Dominus *Jesus* & incolumem & omnibus verè bonis florentem in ipso. Datum *Basileæ*, pridie *Michaelis*. Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Margaretæ Reginæ Navarræ S. D.

Epist. 12. OBtundor quorundam objurgationibus veris quàm exhortationibus, Reginæ pietate morum quàm generis stemmatibus ac diademate clarior, quòdhomo plusquam obrutus negotiis, non appellem meis literis majestatem tuam, præsertim quum nulla scribendi detur occasio, nec arbitror tibi per occupationes dari otium, ut legas supervacaneas Epistolas. Nam ad Epistolam quam eorundem impulsu pridem misi, præter unam salutationem nullum omninò responsum accepi. Narrant te nuper scripsisse per quendam *Polonum*, quem in itinere mors intercepit: Quod an verum sit nescio. Optârim rerum prosperitatem quorundam pietati respondere: sed novit ille qui moderatur omnia in bonum eorum quos diligit, quid expediat nobis, & quum illi visum fuerit, omnia repentè vertet in lætum exitum: quúmque maximè desperabit humanum consilium, tum maximè sese aperiet inscrutabilis Dei sapientia. In quo qui fixerit ex animo spei suæ ancoram, huic nihil accidere potest quod non sit verè prosperum. Hæc igitur Deo committamus oportet. Tibi verò magis convenit gratias agere quàm exhortationis admovere stimulos, ut quod facis, bonas literas, ac viros syncerè *Christum* amantes, adversus quorundam malitiosam improbitatem tueri pergas, qui jam nunc profectò plurimum debent & verè *Christianissimo* Regi fratri tuo, & religiosissimæ pariter & prudentissimæ dominæ hujus matri. Quibus omnibus precor multam à Domino *Jesu* felicitatem. Si quid erit quod per me fieri voles, equidem nullum defugiam laborem. Datum *Basileæ*, Idus Augusti. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Rutgero Rescio S. D.

Epist. 13. REs erat levior quàm ut ejus gratiâ negotium facesseres executoribus. Ab illis nihil erat perscriptum, & bene tibi volebat qui significârat, nimirum hoc agens nè loco movereris; quod quidem à me curatum est. Nec tamen ea causa tam nullius est momenti, quàm tu vis videri. Non admodum prolixa vox est *uxorcula*, verùm ea vox multa secum trahit. Omitto affectus uxorios, curam liberorum, studium augendæ rei, aliáque permulta, quæ profitendi intensionem remittunt ac refrigerant, etiamsi non extinguunt, certè à collegii contubernio te semovet uxor: ad quod exemplum si cæteros item invitet quæstus, quo proclives sumus omnes, jam collegium collegium, sed sordida quapiam fortasse duxisti inconsultis executoribus. Cur non protinus amovebant? Non qui succederet, & prudentes haud facile ubi res est tolerabilis. Hæc civilissimi ignitásque mi *Rescî* charissime magis debet animum tuum, ut & & talium virorum judicio simul & respondeas. Habes ut audio frequum, hoc nomine tibi gratulamur, veruntus & speramus tuâ diligentiâ multò frequentius. Offeruntur alias conditiones. Quid quod isthuc modo debes, non solùm executoribus etiam ipsi professioni, quæ te ornavit, clarum celebréque nomen peperit, uxorem dedit? Nec hic tantum quæstus, sed multò magis honestas ta commoda quamvis non affectes. Quod amplissimis promissis invitare scis qualia vulgo ferantur *Gallorum* ignoras quid acciderit *Æsopico* cani. mus conditiones non minùs certas gnificas, memineris hujus etiam onem non minimam te isti debere Quare te rogo mi *Rescî*, literasque sim ornare contende diligentiâ profitendi. Certa cum *Goclenio*, magis tuâ refert quàm studiosum, isthuc, sive quò aliò te vocat ars fistola tua sapiebat nescio quid Si delectat litigare, cum improbis num hostibus litigandum censeo. maximis viris res est, quibuscum litem suscipere, nisi difficilis & opinionem. Illî te non movebunt vis aliqua causa urgeat, ídque ent, si non tantùm vigilantia docendi, am morum integritate professionem honestes. Nec tu quæ tua est probitas, temerè. Quod si quid inciderit dirimat, id fiet & amicitiâ nostrâ columni. Quod ego sanè spero non cordiâ mutuâ, studio profitendi, tate vincetis quicquid est hostium Hæc ut ab amantissimo tui proficta, cipies animo. Dulcissimam conjugem latabis ex me diligenter, ac pubem rum studiorum alumnam. Bene vale *Basileæ*, Nonis Octobris. Anno millesimo gentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Rot. Joanni Vergaræ S. D.

ABsolvimus secundum *Hypanensis* quod facere non poteramus, diligenter perlectis *Lutheri* scriptis, tum est seommatum, sannarum, gloriarum, insultationum, ovationum, phorum, ut me minimo minus trito rint & priusquam chartæ calamum Prorsus illic sensimus ἀμωσγὶ λόγῳ, proverbium, nec ullum absolutius Dedimus *Ambrosium* totum cum tatis excusum, multóque castigatiorem didimus Commentarios *Chrysostomi* ad *Galatas*, Latinè per nos loquentem

rum Homilias aliquot *Origenis* in *Matthæum*, quarum ejus operis quod nos habemus *integros*, nos mutilis dimidiatum. Dedimus & alia quædam minuscula. Hos labores exantlatos, accepit alius labor, respondendi amicorum & inimicorum epistolis, quæ fasciculatim ex omnibus propemodum orbis regionibus huc perferuntur. His tædiis, his laboribus *Vargas* dulcissimus tantum non enectus, tandem & mea reddita est epistola, tam amica, tam elegans, tam candida, tam festiva, ut omnem lassitudinem è corpore pariter atq; ex animo depulerit. Juncta erat epistola *Archiepiscopi Toletani*, quo nemo te vel inprimis felicem judico, licet aliquot egregiis donibus felicissimum. Utinam nostra *Germania* multos tales haberet episcopos. Qui splendor orationis, sed inaffectatus, quæ sententiarum gravitas, ut tota spirat heroicam majestatem cum modestissimi præsulis humanitate conjunctam? Ea omitto, neque convenit ut apud te faciam, cujus ingenio nihil est simplicius candidiusque: sed utraque jam sæcinas adornante *Fraben* prodita est. Quare carptim ad aliquot epistolæ tuæ partes respondeam oportet. Alias libenter tecum quàm loquacissimè confabulaturus. *Alfonsum Fonsecam* ex amicorum literis intelligo longè alium virũ quàm liber ille præ se ferebat. Itaq; gratulor tecum hoc quicquid est querelæ consopiri, & *Christianam* amicitiam melioribus auspiciis inter nos jungere. Næ tu mihi *Ἀλλοχειροβίου* tragœdiam luculenter depinxisti, quæ nunc à turbulenta protasi ad turbulentiorem *Stasimon* incaluit, superest *καταστροφὴ*, quam opto felicem non tam mihi quàm *Christianæ* pietati. Non enim inimicamus pro privatis hominum commodis, sed pro *Christiani* gregis publico bono: neque ventribus quibusdam improbis suam tyrannidem asserimus, sed hoc molimur, ut in omnibus regnet ac triumphet *Christiana* charitas: nec id facere desinemus, quando negotium re sto ut arbitror judicio susceptum, syncerâ conscientiâ facere pergimus. Quod istic nunc agunt, conati sunt ante annos undecim, & non successit. Atque adeo pridem simul in omnibus mundi partibus, ut intelligas de composito rem geri, tentârunt eandem fabulam, sed nusquam non explosa est, præterquam istic. Demitor huic hominum generi tantum licere, ut & Cæsari & Pontifici & Archiepiscopis aurit oppedere. Et interim jactatur illa sacrosancta obedientia, tertium votum, quam soli nec divinis nec humanis legibus parent, sed quod volunt sanctum haberi postulent: de improbis loquor, atque utinam in pauciores hæc competant. Jactatur vox apostolica, *Oportet obedire Deo magis quàm hominibus*, sed eadem nunc est *Lutheranorum*. Et revera isti religiosè Deo serviunt, sed illorum exemplo de quibus scribit *Paulus, quorũ Deus venter est*. Qui libros meos isthic *Hispanicè* loqui doctos excudunt, utrum studio mei faciant, an odio, parum liquet, mihi certè movent gravem invidiam. Ex hoc fonte nata est & *Lutetia* non levis tragœdia, quam ex aliis amicis partim, partim ex libro quem ad te mitto cognosces. Id cur tantopere horreant non difficile est conjectu. In concionibus, in conviviis, in colloquiis, in navibus, in vehiculis, in sutrinis & textrinis, in sacris confessionibus deprædicare solent *Erasmum* esse hæreticum longè pestilentiorem *Luthero*, ac persuaserunt multis idiotis, adolescentibus, senioulis, ac mulierculis. His præsidiis promittebant sibi certam victoriam. Quod ubi *Erasmus* incipiat loqui populari linguâ, deregunt illorum malitiosa vanitas, & tales habebuntur quales sunt. Hinc nimirum illæ lachrymæ. Porrò quod fingunt me colluisse aut colludere cum *Lutheri* contra suum ipsorum conscientiam, impudentissimè mentiuntur. Sciunt enim neminem invisiorem *Lutheranis* quàm *Erasmum*. Quod si pernegârint, coarguet illos servum arbitrium *Lutheri*, quo nihil unquam scripsit hostilius: nam duo libri *Hyperaspistæ*, quorum posteriorem nunc emisimus. Certè in hac *Germaniæ* parte, nullus adhuc ausus est adversus istos calamo *χάζεσθαι*, quod utinam mihi vertat benè. Ubi vident utrinque fusum sanguinem, & ademptam foederis faciendi spem, ubi vident meo partim periculo rem *Lutheranam* inclinare, nec conjunctis phalangibus adoriuntur in ipso conflictu periclitantem. Hæc est *Ἀλλαξανδρεία* civilitas. Qui re scilicet *Luthero* nihil accidere posse gratum, nec ecclesiæ tranquillitati pestilentius. Hæc est illorum pietas. Postremò, sciunt hos tumultus displicere *Romanis* Pontificibus, Cardinalibus, Archiepiscopis, tot Principibus, tot eruditis, atque ipsi demum Cæsari: Hæc est istorum obedientia. Quòd aiunt meos libros *Lutetiæ* publico judicio damnatos, aut legi prohibitos, impudens est mendacium, quum omnia mea prostent *Lutetiæ*, & nuper *Colloquia* sint illic excusa à *Colinæo* typographo, quum nulli libro sint magis infensi. Sed librum quem scripsit in me *Beddæ*, Rex edicto publico vendit distrahi: tametsi Rege deluso clam distractus est. Et ob eandem causam quum *Beddæ* venisset in aulam regiam, nescio quid agens almæ facultatis nomine, jussus est illic manere donec responderet ad ea quæ scripsisset: ille multa causans ac in omnia se vertens, vix postridie dimissus est, sed hac lege, ut quandocunque vocaretur sisteret sese. Ex eo libro quidam eruditus ac probus Regi charissimus decerpsit duodecim propositiones, easque cum mea responsione *Gallicè* versas exhibuit; quæ, quàm Regi placuerint declarabit exemplar epistolæ quam mitto. Is, quem penè ad igtem adegerant, quòd quædam mea vertisset *Gallicè*, cam sam agit adversus *Beddam*, tres priores monachos, qui in innocentem ut scribunt pronunciârant sententiam hæreseos definitivam: & exustus erat nisi senatus, mater regia, & Rex ipse fortè tum appellens in *Gallias*, furoris incursum inhibuissent. Is, inquam, quem destinârant mactationi, nunc apud Judices à Rege delegatos reos peragit, *Beddam* hujus sceleris satellitem, & priores ad hoc facinus subornatos, & ipsam denique sacratissimam facultatem, quæ clam, ut rumor, insservivit huic negotio: Actor ex reo promittit sibi certam victoriam, quamvis habet gravem adversarium atque immortalem, ut planè verear tandem hominis fortitudo in nervum erumpat. Hoc tamen in exemplum putavi referendum, alioqui mihi crede, si tantum istis liceret ad lædendum bonos, quantum libet, brevi futurum, ut in ipsos Principes & Episcopos insiliant. Et si quid esset agendum de componendis ecclesiæ rebus, illud inprimis esset agendum, ut mendicantium ordines subjicerentur suis ordinariis, quemadmodum cæteri clerici, mox omnes ad unum genus redigerentur. A multis illud jam olim, utinam vanè, prædictum est, ex illis orituram ecclesiæ perniciem. Jam enim

enim quot tumultus excitârunt, nunc dissidiis, nunc conspirationibus. Verùm de his aliàs. Etsi tum gratius esset animo meo, tum huic ætati ac valetudini congruentius, & fortassis conducibilius studiis, ab istis gladiatoriis pugnis feriatum esse, tamen quando video hoc esse fatum meum, boni consulo, quòd hi tumultus me vivo exoriuntur, qui post obitum meum exorti gravius læsissent & famam meam & publica studia. Itaque mihi persuadeo hæc *non sine mente geri, nec sine numine Divûm*, ut ait ille: si duntaxat hactenus favebunt Primates nè tumultu conjuratorum obruar, reliqua facilè expediam, modò detur respondendi facultas. Et hoc animo sum, ut nolim in libris meis residere, quod pugnat cum *Christiana* pietate. Quòd si monachi rem gerent eâ quâ decet modestiâ, maximam à me inibunt gratiam: Sin quod scio factum & futurum, suo more peragent, tamen hostium animo malo abutar bene, & illorum maleficium vertam in publicum beneficium. Novi quanta sit istorum γαστρόλογον improbitas, & ipse scis *Hispanos* vehementi fervidóque præditos ingenio. Itaque spero primatum prudentiæ futurum curæ, nè quid ex studiorum collisione nascatur dissidii, quod vestræ regionis tranquillitatem felicissimam minuat. Experientiâ docti sumus ex quàm frivolis initiis aliquando nascantur sævissimæ tempestates. Tota hæc *Lutherana* tempestas ex levioribus initiis huc usque increvit. *Dominicani* commendabant impudentiùs Indulgentias Pontificias. *Lutherus* oppositit articulos. *Sylvester* ineptè respondit: *Lutherus* acriter restitit. Mox monachorum aliquot quibus hinc opima messis, clamores ad populum, me nè id facerent reclamante: pro bono consilio, audivi malè. *Lutherani* lapidibantur, & linguæ cum bonis literis. Decreverant enim eodem fasciculo complecti quicquid oderant. Quò processerit tragœdia videmus. Adeo mihi non placent ejusmodi turbæ, ut malim unius mei, si fieri queat, jacturâ, redimi serenitatem, quàm meâ causâ suscitari tempestatem, tantum abest, ut meâ culpâ velim. Satius arbitror Pontificis autoritatem huic negotio non admisceri. Quis enim magis timet monachos quàm *Romani* Pontifices? Aut quis Pontificem animosiùs contemnit, quum ipsis visum est, quàm monachi? Hactenus habui *Romanos* Pontifices & Cardinales aliquot satis faventes. Sed ὁ ἀρχιερεὺς habet suas excetras, qui nihil non audent, & plurimum valent apud Pontificem. Præterea fervet illic paganismus quorundam, quibus nihil placet nisi *Ciceronianũ*: ac non *Ciceronianũ* appellari, multo probrosius esse ducunt quàm appellari hæreticum. Hos dictu mirũ quàm infensos habeam, q non exprimam *Ciceronem*, quem haud scio an quisquam istorum exprimat. Ego certè nec affecto, & si affectarem tractans rem Christianam, ridiculus essem. Jam non semel. istos placavi, nec gravabor iterum placare. Bonos ferè placatos habeo, tametsi quorundam simplicitati imponitur, quidam metu vel silent vel cum cæteris vociferantur, nè veniant in suspitionem. Malitiosi quidam nunquam placabuntur. Si hoc est bellum cum istis gerere, ea monere quæ pertinent ad veram pietatem, ad mortem usque gesserо bellum. De memoria mei, déque lucubrationibus, viderit *Christus*. Intercidere multa meis immortalitate digniora. Si mundi finis instat, ut prophetæ quidam affirmant, non est [illegible] tillo spacio depugnare: si mentiuntur [illegible] tamen arbitror instare tempus, quo [illegible] turum licentiæ personatis quibusdam, [illegible] ctenus fuit. Mihi quidem adversus [illegible] sufficit bona conscientia. Hæc nonnihil [illegible] austeritatis. Reliqua tua epistola tota [illegible] caróque scatet, erudit issime vir. Quanta [illegible] mi voluptate legi, linguas ac bonas literas [illegible] liciter in *Hispania* quondam fœcundissima [illegible] gnotum ingeniorum genitrice, efflorescere [illegible] apud *Germanos* refrixerint, adeo ut professorium [illegible] lario publico conductos nemo velit [illegible]? Quanto gaudio sum exosculatus, omni decorum genere cumulatissimi Præsulis erga me studium ac benevolentiam, atque adeo benignitatem tuam effusam & obviam, in hominem nihil promeritum? Quoties gratulatus sim vestræ regioni [illegible] les religionis antistites, talem studiorum [illegible] sum, tam felicem eruditorum proventum? Eadem non teneor vitæ cupiditate, tamen quum hæc animo contemplor, lubet interdum [illegible] fcere. Nihil addubito quin ista pollicearis [illegible] mo, benigniora præstaturus quàm pollicere, [illegible] immensum est iter & valetudo plus quàm [illegible] trea, nec video cui vobis usui esse possim hac ætate, atque adeo hac valetudine. Crebis epistolis invitor nunc huc nunc illuc, non asperna dis conditionibus, sed ut olim mihi fortuna defuit, ita ego nunc desum fortunæ. Ad hæc in statu stanti moriendum est, ad eam rem accommodatissimus mihi est *Frobenius*, arma pugnanti suppeditans. Epistolam tui fratris adeo feliciter [illegible] ζῆλον & ipse legi libenter, & eruditis qui meum habitant legendam tradidi, missurus eam & *Lovanium* ad collegii trilinguis professores, qui illis addam calcar. Nec dubito quin illorum [illegible] ditura alacriores; Cavebo tamen nè [illegible] ejus injussu qui scripsit. Non vacabat [illegible] rescribere, nisi fortè salutatiunculam. Et [illegible] *Tovari* video quantum debeam. Salsissime [illegible] tur *Franciscus* in *Geryonem* quendam in *Hispania* tricorporem, unico animo, sed pessimo [illegible] *simum*. Valeat ille portentosus *Geryon*. Ita *Geryonis* omine delector, quum video tres concordissimos fratres eundem animum habere [illegible] ἑφάμιλλον ἐχέτην. *Tovari* multam ex me salutem dicito. Nam *Franciscum* si nihil aliud licebit per occupationes, certè salutabo. Habes carptim ad prioris epistolæ tuæ partes: Verùm in tanta occupationibus malim sic scribere quam nihil omninò scribere. Bene vale. *Basileæ* postridie Calendas Septembris, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Francisco Vergaræ Graecarum literarum apud Complutum professori S.D.

NÆ tu charissime juvenis, *Virgilianã* Dauli imaginem nobis refers, *Entellum* jam senescentem ad certamen provocantis, qui me literis jucundè prolixis & feliciter græcissantibus ad respondendum, quo verecundiùs invitas, hoc acrius impellis, non aliâ re magis violentus, quàm quod vim admovere times: ut hoc minus mihi liberum sit tibi negare, quòd pro tua singulari modestia pareris me tibi, quamvis avidè cupienti negare, videlicet amorem amore superans. Quamquam hæc similitudo plurimum habet dissimilitudinis.

tudinis: Neque enim *Erasmus* hoc unquam fuit in literis quod *Eutellus* in certibus: neque res hæc festibus nodosis geritur, sed amœnis Musarum fusculis, & levibus calamis: neque qui vincitur armis vomit ore cruorem, sed amabilem hausit eruditionem: neque liventia vibicibus, tumentia se plagis membra refert, sed animum accessione doctrinæ ornatiorem. Hoc certè convenit, quod senex à juvene florentissimo provocor, licet quidvis potius quàm sedens & otiosus, sed planè desidens tumultuánsque licet in diversissimo studiorum genere. Quanquam ut video me ad triplex vocari certamen, amoris, laudis, & eruditionis: ita perspicio mihi cum tergeminis fratribus rem esse, hoc magis invictis quòd distrahi nequeant. Nam hac arte tres *Curiatios* fratres unus vicit *Horatius*. *Joannes* frater tuus in suis ad me literis, jocatur quidem lepidissimè, sed nihil vetat jocando dicere verum: (rursus *Hispanias* habere suum *Geryonem*, sed auspicatissimum, tricorporem quidem, sed unanimem.) Primum igitur quod ad eruditionis laudem attinet, adeo non venturus sim tecum in certamen, ut etiamsi detur otium, reddatur juventus; nihil aliud quàm gratulaturus sim, & tibi privatim istam felicem indolem, omnis summa de se pollicentem, & publicitus (*Hispaniæ* vestræ, tanto successu, priscam eruditionis gloriam sibi postliminiò vindicanti. Quæ quum semper & regionis amœnitate fertilitatéque, semper ingeniorum eminentium ubere proventu, semper bellicâ laude floruerit, quid desiderari poterat ad summam felicitatem, nisi ut studiorum & religionis adjungeret ornamenta, quibus aspirante Deo sic paucis annis effloruit, ut cæteris regionibus quamlibet hoc decorum genere præcellentibus vel invidiæ queat esse vel exemplo. Quod autem in hujus laudis portionem aliquam & me vocat tuus candor, mi *Vergara*, non sum tam impudens, ut agnoscam quod tribuis. Nostratium ingenia fortasse nonnihil, vel juvi, vel excitavi, quanquam hoc ipsum excitâsse nonnunquam juvisse est: (Vos istam felicitatem secundùm Deum debetis laudatissimæ Reginarum *Elisabetæ*, *Francisci* Cardinali quondam, *Alfonso Fonsecæ*, nunc Archiepiscopo *Toletano*, & si qui sunt horum similes, quorum autoritas tuetur, benignitas alit fortique bonas artes.) Proinde in supputatione debitæ gratiæ non patiar hic mihi ullum poni calculum, in gratulationis consortium perquam libens veniam, & quidem ex æquo, si pateris. Siquidem hic animus propemodum stoicus mihi semper adfuit, ut non multo propensior fuerim in unam regionem quàm in aliam, sed universum mundum mihi patriæ loco duxerim: & sic affectus sum erga rectissimas literas, ut quoscunque sensero his vel deditos, vel præditos, eos proximo cognationis habeam gradu. Cæterùm ut peculiariter me recreet hæc *Hispaniarum* felicitas, duo præcipuè faciunt; alterum quòd communi Principe gloriamur *Carolo* rerum domino, alterum quòd tot jam argumentis compertum habeam, quàm candidè, quàm amanter meis commodis faveant *Hispanorum* ingenia. Quo quidem nomine hoc magis illis debeo, quo minus agnosco me promeritum. De meis videor mihi nonnihil certè meritus. Nam sunt quibus videar eximiè meritus. Sed de patria queri, ac vetari parentem in jus trahere fortasse pium non

A fit, etiamsi jure possit. Illud certè quod scribis dilucidius est, quàm ut inficiari possim, *Hispaniam*, imò quamvis aliam nationem gratiorem experior quàm meos, de quibus tamen queri non libet. Non est novum exemplum, vetus est, mi *Francisce* vetus, ut qui laboribus *Herculanis* magnam aliquam Reipublicæ conferunt utilitatem, cum cæteris colluctentur. Quicunque tale quippiam animo concipit, immortalitatem spectet oportet.

B Quanquam hæc hydra solet acrius in illos sibilare, qui vel novam, vel insolitam aliquam commoditatem adferunt, vel veterem instaurant, ac revocant. Hanc igitur belluam nos vobis tradimus aliquanto mitiorem, etiamsi quo magis inclarescès benefactis, ut pulcherrimè cœpisti, hoc infestiùs mihi crede senties *Lernæum* monstrum. Cæterùm nè nobis hæc gratulatio de vestris *Hispaniis* nulla sit ægritudine vitiata, curatum est pridem à *Stunica*, mox ab istis qui novam orsi sunt

C isthic tragœdiam. Nullus enim adhuc extitit, vel *Hollandus*, vel *Brabantus*, vel *Flandrus*, vel *Zelandus*, qui nomen meum cruento stilo peteret, quod toties fecit amarulente *Stunicâ*, nè verbo quidem unquam à me lacessitus, & ægrè Pontificum & Cardinalium autoritate coercitus, neque quisquam apud ullam nationem ausus est, quod audio, quosdam istius regionis σλοχοτυράννους moliri. Atqui hoc ipsum arguit istic esse fautores *Erasmi*, quales alibi nusquam. Quæ res enim istos tumultus excitat, nisi vehemens amicorum studium?

D Frequenter enim gravius me lædunt amici supra modum laudantes, quàm inimici detrahentes. Priusquam *Hispanicè* loqueretur *Enchiridium*, minus quidem celebris ac plausibilis erat apud *Hispanos Erasmus*, sed minus invidiosus. Ac meo quidem commodo neglecto, facilè tulero invidiam; sed illud vereor, nè quorundam improbitas istam *Hispaniæ* vestræ tranquillitatem serenitatémque aliqua turbationis nube suffuscet. Tantum de certamine eruditionis. Venio nunc ad

E certamen laudum, quas tuus candor hic certè immodicus, tam largiter in me profundit, ut si agnoscam, sim impudentissimus: si referam, quamvis inferiora meritis tribuero, tamen verear nè mea prædicatio fide careat, si sic laudatus laudem, potiúsque videar par pari referre voluisse, quàm admirari virtutes tuas. Nè tamen frustra me laudâsse videaris, non me mihi, sed teipsum mi *Francisce*, laudibus istis non mediocriter commendâsti.

F Declarant enim te vehementer amare res honestissimas, quas in me puras esse, & aut iisdem dotibus esse præditum te, quas de me prædicas, aut earum ingenti teneri studio. Supereſt ut tibi primum gratias agam, quod sic amanter erras de me: deinde gratuler juveni, jam nunc tot ornamentis decorato: denique currentem, ut aiunt, excitem, ut in isto pulcherrimo stadio gnaviter currens quotidie teipsum superes. In tertio porrò certamine, nimirum benevolentiæ, non patiar me

G superari, quando hic vinci nulli non turpissimum est, eò quod nulli non est in manu vincere. Prorsus *Erasmi* nomine sim indignus, si tam amabilis ἐρασῆ possim non ἀντιέρᾶν. Quid enim aliud tota illa tua spirat epistola, nisi meram benevolentiam, meros amores, meras gratias? Quid enim referam quantopere me delectârit facundus ille vestræ *Hispaniæ* genius? Quàm pulchrè depinxit istum prodigiosum *Geryonem*, è sophista, pseudo-

theologo

theologò & leguleio conflatum? Mihi quidem jam vel ætas ab istis gladiatoriis concertationibus missionem impetrare debebat, verùm aliter visum est superis. In arena moriendum *Erasmo*, ad quidvis nato potius quàm ad conflictum. Jam olim haud incruentum bellum nobis est cum phalangibus eorum, qui in suæ tyrannidis exitum arbitrantur efflorescere politiores literas. Nec enim simplex est exercitus. Alii prorsus nolebant quicquam politioris literaturæ reviviscere, nè quid ipsi nescire viderentur. Rursus alii mitiores *Romanam* linguam utcunque laturi videbantur, *Græcam* & *Hebraicam* nullo pacto recipiendam arbitrabantur. Est & illud hostium genus, quod nuper cœpit ex insidiis erumpere. Hos malè habet, bonas literas sonare *Christum*, quasi nihil sit elegans, quod non sit ethnicum. Istorum auribus lepidiùs sonat, *Jupiter optimus maximus*, quàm *Jesus Christus redemptor mundi*: & *patres conscripti* jucundiùs sonat, quàm *sanctis Apostoli*. *Pontanum* in cœlum tollunt laudibus, *Augustinum* & *Hieronymum* fastidiunt. At ego malim unam odam *Prudentii* modulantis *Jesum*, quàm navem onustam versibus *Pontanicis*, cujus alioqui nec eruditionem, nec facundiam contemno. Apud hos propè turpius est non esse *Ciceronianum*, quàm non esse *Christianum*, quasi verò si *Cicero* nunc reviviscceret, de rebus *Christianis* non aliter loqueretur, quàm ætate suâ loquebatur, quum præcipua pars eloquentiæ sit appositè dicere. Nemo negat *Ciceronem* dicendi virtutibus excelluisse, quanquam non omne dicendi genus convenit personis vel argumentis quibuslibet. Quid sibi vult ista *Ciceroniani* nominis tam odiosa jactatio? Dicam paucis, sed velut in aurem. Hoc fuco tegunt paganismum, qui charior est illis *Christi* gloriâ. Me non admodum pœnitet è *Ciceronianorum* albo eradi, modò scribar in albo *Christianorum*. Si quis nobis virtutes *Ciceronianæ* dictionis cum *Christiana* pietate conjunxerit, hunc ego vel decem præferam *Ciceronibus*. Ego tantum abfui semper ut *Ciceroniana* phraseos figuram exprimerem, ut etiam si possim assequi, malim aliquod dicendi genus, solidius, astrictius, nervosius, minus comptum magísque masculum. Quanquam alioqui leviter mihi curæ fuit verborum ornatus, etiamsi mundiciem quum ultrò præstò est, non asperner. Nunc adeo non vacat expolire quod scribo, ut crebrò nec relegere liceat. Sint germani si libet *Ciceroniani*, quibus per ocium licet trimestrem operam unis, nec his prolixis literis dare. Mihi nonnunquam uno die liber absolvendus est. Illis itaque probro dent isti, quod non exprimant *Ciceronem*, qui id sedulò quidem, sed parùm feliciter affectant. Postremò, si fas est fateri verum, nec istorum, qui nihil mirantur præter *Ciceronem*, quisquam adhuc *Ciceronem* feliciter nobis refert. Nihil enim moror inanem orationis bracteam, & decem verba hinc atque illinc ex *Cicerone* emendicata: Totum *Ciceronis* pectus requiro. Hæc mi *Franciscе* non eò spectant, ut alius sit magis proponendus eloquentiæ candidatis quàm *Cicero*, sed ut istos rideam simios, quibus nihil pulchrum, nisi quod *Ciceronem* refert, quum nulla fuerit unquam forma tam felix, in quâ nihil desideres. Ut formæ pictor, ita dictiones rhetor absolutum exemplum à multis petat oportet. Verùm hæc fortasse rideri poterant; hos novi Evangelii tumultus, quis absque summo dolore, suo cum animo reputet? Et in tantis rerum omnium dissidiis, non sumus ingenioſi ad excogitandas compositiones hos miserandos ac nefarios motus, quin potius ad se quisque nitentes comprimus funiculum donec rumpatur, & reperti novis dissidiorum seminariis, oleum quod camino suggerimus. Si saltem Monarchas mos jungeret *Christiana* concordia, utcunque esset, Ecclesiæ tempestatem posse sedari: quid nobis superfit non video, nisi divinas assiduis fatigare precibus, ut ipse velut exortus, his tragœdiis lætam addere gnetur. Si nôsse cupis, quàm sim strenuus rius, lege duos *Hyperaspistæ* libros; Dicæ nium commissum cum *Pacidiano*. Epistolæ imponam, si te paucis, licet memorem nuero, non aliâ re meliùs *Geryones* istos posse, quàm perpetuâ docendi vigilantiâ, civilitate, & concordiâ. Sunt enim qui invidiam conflârunt bonis literis linguæ tiâ, graviorem ὀξὺ κωφῶν τοῖσι dum & majore studio professiones tantur, quam suam exornant, xunt φιλολογίαν. Emicante politioris gloriâ, ultrò evanescent istorum experti linguarum fructus, mitigabant sibila, quíque nunc obstrepunt, diorum societatem coalescent. Si agamus, præter alia totus bus est, in quo vix credas, quantum comperimus. Exibit, ut opinor aliâ bens missurus eram tibi dono nisi per bibliopolas mitti non in præsentia nulla data est copia. teras ventis committo. *Bernardino* tam ex me salutem vicissim dicito. *Ctium* oblitum veteris contentionis, animum esse. Quod si verum est, ei me commendabis: Si certum cognovero quod ad me scripsit quidam, dabitur ut & monumenta priscæ conflictationis tur. Imputabitur hoc *Actæ*, quæ, ut scripsit merus, πάντας δαίμ. De cætero nullum synceri amici in me desiderabis. tertio Idus Octobris, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Carolo Duci Sabaudiæ S. D.

SIcuti vehementer discruciant animum illustrissime Princeps, hi furiosi & bellerophontici opinionum tumultus, à quibus vix ulla ditionis intacta est portio: ita magna cum voluptate gratulor tuæ *Sabaudiæ*, quæ primùm favore, deinde tuâ singulari tum pietate, dentiâ, sic ab horum malorum contagio hactenus immunis, ut vicini quoq; vestro bono. Cæterùm hanc felicitatem vobis vulgaris fortassis, at non prorsus ingrati isset opinor: Nunc his literis appello tuam illustrissimam, non ob id tantum ut illi tuler, verumetiam ut quod illi gratulor tuum esse possit. Non morabor autem te præfatione, rem paucis expediam. Ex amicorum literis cognovi istic esse quendam dinis *Franciscani*, multis egregiis dotibus rum, ad prædicandum Dei verbum, quo nomine

nomine & veneror hominem, & illi gratulor: sed eundem non tantum in conviviis & colloquiis, quod fortassis erat negligendum, verùm & in sacris concionibus petulanter debacchari in nomen meum, nec ullum hujus rei vel modum facere, vel finem. Primum ista facit præter exemplum sanctissimi viri *Francisci*, qui non maledicendo, sed bene vivendo laudem assequutus est, & apud Deum & apud homines. Deinde præter meritum meum, qui constantissimè perstiterim in parte Ecclesiæ catholicæ, magno etiam capitis periculo conferens manus cum *Luthero*, quod istis ignotum esse non potest, quum extet *Diatriba* nostra, & huic respondens *Lutheri Servum arbitrium*: rursus huic respondentes duo libri mei, *Hyperaspista*. Insuper, præter sententiam Pontificum ac Cæsaris, qui non semel suis edictis ac literis istiusmodi clamoribus imposuere silentium, meámque pietatem & honorificentissimis literis testati sunt, & muneribus etiam amplissimis, ultrò delatis honorárunt. Verùm si sibi quidam valde *Franciscani* videntur, quod nudis pedibus, cingulo caruleo, cinericeâ veste *Franciscum* referunt, si Pontificum & Principum autoritatem pro nihilo ducunt, si leve crimen apud eos videtur, quod commilitonem in eadem acie cum hoste fortiter pugnantem linguis confodiunt: saltem illud perpendere debebant, quàm inutile sit quod faciunt, & ad publicam Ecclesiæ tranquillitatem, & ad ordinis ipsorum commodum, cui mirè sibi favere videntur, & fortasse plus satis, licèt sedulò magis quàm prudenter. Homo sum, & dono Dei hactenus nec illectamentis, nec odiis, ab Ecclesiæ consortio depelli potui. Sed quid si victa tam pertinacibus odiis humana imbecillitas se declinat in partem deteriorem, non cogitant quas procellas illis possim excitare? Quid magis optant addicti *Luthero* quàm extinctum *Erasmum*? Quod si *Lutherum* isti putant capitalem hostem, sicut est, ordinum suorum, cur id agunt quo nihil illi possit accidere gratius? An non oppugnat Ecclesiam, qui propugnatorem Ecclesiæ, cui suppetias ferre par erat, in ipso conflictu, linguarum jaculis à tergo confodit? Porrò quod diu conati sunt mundo persuadere, mihi clam cum *Luthero* convenire, ut semper fuit falsum, ita res ipsa nunc declarat esse falsissimum. Sed æquè falsum est quod jactant, in libris meis esse, quæ pietati adversentur. Nullus adhuc extitit qui vel unam sententiam impiam ex meis libris proferre potuerit, quum id aliquot inimico studio conati sint. Et si quid excidisset istiusmodi, quod nec ab *Hieronymo*, nec ab *Augustino* vitari potuit, quum animus vacet impietate, monendus eram, non apud populum traducendus. Nullus autem istorum unquam vel dicto vel scripto monuit. Quod si, dum in *Lucubrationibus* meis ago negotium synceræ pietatis, per occasionem admoneo quædam, quæ ipsi interpretantur officere suo instituto commodísque, vel ipsi judicent, utrum æquius sit, *Christi* negotium cedere commodis & institutis humanis, an contrà. Ista ratio nè & sacerdotes, & Episcopos, & Cardinales, & Pontifices, & Principes, denique *Christianos* omnes oportebat mihi infensos esse, quum nullum sit hominum genus, quod non interdum admoneam. Qui sic autem ut cæteris pacatis, plerisque etiam gratias & agentibus & referentibus, isti soli vociferentur? Nullus ordo unquam meis scriptis attactus est. Tantum indico præpostera vulgi judicia, commonstrans, quibus in rebus sita sit germana pietas, nullius perstringens nomen, quum ipsi sic debacchentur in nomen meum; Damno nonnunquam eos qui fidunt humanis cæremoniis, neglectis iis quæ juxta *Christi* doctrinam verè faciunt ad pietatem. Taxo fortassis eos, qui pluris faciunt regulam *Francisci* quàm Evangelium *Christi*. Moneo quosdam, qui pueros simplices, artibus illectant ad professionem instituti sui, insciis & invitis parentibus. Noto eos qui se tutos arbitrantur ab unguibus dæmonum, si sepeliantur in cucullo *Francisci*, etiamsi nunquam studuerint imitari vitam *Francisci*. Hæc sunt quæ quosdam illorum urunt, quum sint & ad pietatem conducibilia, & admonitu necessaria. Jam fingant quod non est, me petulantius aliquid in eos dixisse, qui convenit ut ad ultionem privati doloris aburantur & verbo Dei, & autoritate loci, & gregis *Christiani* patientiâ? Sunt leges, sunt judices, sunt mille modi, quibus liceat injuriam, vel depellere, vel rependere. Iste locus longè aliis rebus consecratus est, quem non decet humanis, nè dicam improbis, affectibus contaminare. Quum meæ lucubrationes toto volitent orbe, quum omnium in manibus versentur, quis Pontifex, quis Episcopus, aut quis omninò autoritate præditus pronunciavit in me sententiam damnantem, quum eas laudárint aliquot, quorum est *Leo* decimus, *Hadrianus* sextus, *Clemens* septimus? Id quum constet esse verissimum, undenam istis hæc autoritas, ut pro suo arbitratu in quemcunque libitum fuerit pronuncient apud imperitam multitudinem, quam & fallunt mendacio & inficiunt odii, livoris & obtrectationis contagio, pro salutifero doctrinæ Evangelicæ pabulo, simplicium animis inferentes dissidiorum & malevolentiæ venenum? Ex talibus initiis oriuntur interdum gravissima rerum incendia, quæ quidem hoc difficilius restringuntur, quo levioribus exordiis paulatim obrepserunt; quemadmodum medici prædicant febres insanabiliores esse, quæ sensim ex minutissimis causis invaluere. Primùm enim res agitur clancularíis obtrectationibus, deinde publicis clamoribus, mox hinc atque hinc gliscentibus studiis erumpit incendium. Talibus ac propè levioribus initiis ortum est hoc *Lutheranum* incendium, quo nunc bonam orbis *Christiani* partem conflagrâsse videmus, ingenti cum animi nostri dolore. Quòd si istis licebit quicquid libet, quò tandem eruptura est impunita maledicentia? Vereor nè tandem insiliat & in Episcopos, & in Principes. Proinde non hic meam tantummodo causam ago Princeps Illustrissime, sed pietatis etiam & autoritatis Evangelicæ, quæ talibus blateramentis labefactatur, sed publicæ tranquillitatis, quam initio literarum tuæ Celsitudini, tuæque *Sabaudiæ* gratulabar, & perpetuò gratulari cupio. Quòd si tua prudentia judicat hoc ad se nihil attinere, non gravabor hoc beneficium in solidum illi debere. Sin perspicit, non minus ad Evangelii synceritatem ac publicam tranquillitatem referre, quàm ad meam privatam existimationem, per geminam pietatem tuam, & quam habes in Deum, & quam geris erga patriam, rogo, ut re ex his qui nòrint exactè cognitâ, tuæ Celsitudinis autoritas admoneat Ecclesiasten, ut memor suæ professionis,

professionis, eâ quâ decet synceritate prædicet Evangelium *Christi*, nec illud improbis in proximum immerentem, imò benemerentem vociferationibus profanet violétque. Si quid habet adversum me moneat, doceat, convincat; deinde, si videbitur, vociferetur apud populũ. Neq; verò hæc mihi temere credita sunt. Quod iste facit istic, illius sodales fecerunt apud *Hispanos*, *Polonos*, *Ungaros* & *Gallos*, ut obscurum non sit rem de composito geri. Rectiùs & suæ famæ & pietati consulent, si me pro re *Christiana*, quantum Dominus dedit laborantem adjuvent, potius quàm incessant maledictis, & commilitonem suum, cominùs consertísque manibus cum hoste communi dimicantem protegant clypeis suis, potius quam telis confodiant. Optabam amœniore quopiam argumento scriptionis ad tuam Celsitudinem illustrissimam initium auspicari: Verùm hanc materiam nunc nobis præbuit *Franciscanus*; commodiorem aliquando dabit Dominus, si quid extiterit, in quo liceat illi quovis modo gratificari, quod ego sanè tam cupidè facturus sum, ut nihil libentiùs. Eandem Illustrissimam Celsitudinem tuam cupio quàm optimè valere, cui me totum dedo dedicóque. Datum *Basileæ* pridie Idus Octobris. Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Roterodamus Joanni Bibliopego Dano S. D.

Epist. 17. VIdes *Homerum* esse vatem minimè vanum. Si fluctus & matrimonium sunt tibi prospera, est quòd vehementer gaudeam. Vix credas quantum tuo *Dilfo* debeas, adeo syncero affectu, primùm missis literis, mox præsens re, honoris tui rationem habuit. Quo magis debes illi benevolentiâ fidéque respondere. Agit apud nos, cum Musis agitans consuetudinem. Placavit propemodum omnes, apud quos tui desiderium reliqueras, haud dubiè placaturus omnes, si tam præstò fuisset facultas quàm adest voluntas. Exhaustus huc venit, adeo ut ipsi propemodum opus sit benigno creditore, tantum abest ut illi possim aliquid detrahere. Proinde tuas literas expecto ὑπερὰς, sed te méque dignas, quæ simul & *Bibliopegum* & *Dilfum*, & *Roterodamum* omni sollicitudine liberent. Id eo facies copiosiùs, si perscripseris vitæ fabulam, ídque quàm primum. A *Christierno* δῶρον δωρεὰν expectavi, imò nihil expectabam. Hic *Dominicanus* quidam palam duxit uxorem, instigante, ut aiunt Decretales, diabolo, adeo verulam, ut *Hecuba* soror esse possit. Quin & *Suffraganeus* ille *Augustinensis* cascus cascam ambit, procus septuagenarius. Ni te hinc properè abripuisses, erat & de me nonnihil spei, te quidem conciliatore. Verùm alias plura nugabimur. Vale & scribe. Datum *Basileæ* Nonis Octob. Anno M.D. XXVII.

Erasmus Roterod. Monacho cuidam S. D.

Epist. 18. MUnuscula tua mihi fuere gratissima. Ego valeo quantum valere potest senex valetudinarius, & immodicis obrutus laboribus, quantis vix & juvenis & validus sufficeret. De corporis tui bonâ valetudine non tam gratulor, quàm doleo te de animi valetudine queri. Non enim in nobis situm est, quomodo valeamus corpore, cæterùm ut rectè valeat animus, magna ex parte in nobis situm est. Vereor nè impone[illegible] rundam præstigiæ, qui jactant hodie verbis libertatem Evangelicam. Cr[illegible] rem propius nôsses, minus tæderet te Video genus hominũ exoriri, à quo mens vehementer abhorret. Neminem video sui liorem, deteriores omnes quotquot ego fu verim, ut vehementer doleam me libris meis prædicâsse libertatem spiritus, quam id bono animo feci, nihil minus quàm hujusmodi populum exoriturum. Opbam sic aliquid decedere ceremoniis tantum multum accresceret veræ pietati. Nunc se tiuntur illæ, ut pro libertate spiritus, succ effrenis carnis licentia. Civitates aliquot *Ger nia* implentur erronibus, desertoribus mon orum, sacerdotibus conjugatis, plerísque licis ac nudis. Nec aliud quàm saltatus, c bibitur, ac subatur; nec docent, nec discunt; nul vitæ sobrietas, nulla synceritas. Ubicunque ibi jacent omnes bonæ disciplinæ cum pi Plura tibi super his scriberem, si tutum esset teris committere. Tot annos laudabiliter in sodalitio vixisti, jámque ut scribit ætas tua ad vesperam, fortasse me novem aut octo minor. Agis in loco commodissimo, cœlo berrimo, multum solatiorum adfert eruditorum hominum confabulatio: Nec deest bonorum librorum copia, nec deest ingenium. Quid in vita potest esse suavius quàm in hujusmodi ciantem, jam veluti prægustare vitæ cœlestis licitatem, præsertim hac ætate, hoc sæculo nihil potest fingi turbulentius, aut calamito Novi quosdam qui fumo libertatis decepti ruerunt suum sodalitium. Mutato cultu runt uxores, interim egeni, exules, suo erant chari detestabiles: tum in eo status ut etiamsi qui sint qui illis bene velint, tamen sit benefacere. Jam quomodo sit affecta conscientia novit Deus, & quomodo ista ceat nova sodalitas ipsi viderint. Quænam libertas, ubi non licet dicere preces? non licet crificare? non licet jejunare? non licet abstine carnibus? Cogita quid talibus possit esse mise etiam in hoc sæculo? Si quis sit juvenis, si div sit aliquot annis frui commodis hujus mundi quid tamen est hîc commodorũ. Nunc alien tate hæc facere, dementia verius est quàm Sed hæc onerant constitutiones, invidia, & Quicquid istius generis est, levissimũ est, si adsit animus. In altera parte plus malorum pe tiendum fuerit. Itaque Deus det meliorem tem istis, qui fabulis hujusmodi turbare animi tranquillitatem. Emoriar si vel tantillum ris haberet hoc corpusculum, ut saltem vi sit, ni malim isthic tecum agere quàm in pa Cæsaris esse primus Episcopus. Sed ignosce ter & tuam felicitatem & hujus sæculi mi Nec est quod spectemus concilium. Serò obstante Principum dissidio, & si fuerit tum, sedecim annis agetur de rebus longe quàm de ceremoniis. Proinde, mi charissime Domino frater, & per veterem imò perpe amicitiam nostram, & per *Christum* oro, obte obtestor, ut istud tædium penitus exuas animo, nec aurem præbeas exitialibus hom bulis, qui nihil opitulaturi sunt tibi, sed potiùs, ubi te in foveam pellexerint. Si

dicis contempseris hujus mundi fallaces præstigias, totum te *Christo* dedideris, in sacris libris, in meditatione vitæ cœlestis totus versaris, crede mihi abundè multum solatiorum invenies, & ista tædiola quæ commemoras, non aliter quàm fumus evanescent. Si monitorem audieris, nisi comperieris esse verum quod dico, mecum expostulato. Dominus repleat cor tuum omni consolatione spirituali, amice & frater in Domino charissime. Datum *Basileæ* Idibus Octobris, Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

A

B

Erasmus Roterod. Alfonso Manrico Archiepiscopo Hispalensi S. D.

9. REverende Præsul mitto responsionem typis quidem excusam, at non editam, nisi quid aliud censuerit autoritas tua, cui per me licebit & hîc edere si videbitur. Videbam opus aliquot exemplaribus, quo certius judicarent ad hoc delegati, nec mihi suppetebat tanta scribarum copia. Multorum igitur amanuensium vice, sum usus uno typographo. Non queo satis admirari quid istis hominibus venerit in mentem, ut hujusmodi rationibus & meis studiis & Celsitudinis tuæ negotiis molesti sint, turbéntque *Christianam* tranquillitatem: Non poterant aliâ viâ magis seipsos traducere. Ante paucos dies scripsi copiosius. Opinor jam redditas literas, quandoquidem eas exemplari gemino misimus. Quin & illud demiror, Cæsarem, quum ipsius autoritate fretus meum caput omnibus periculis objecerim, nunc permittere, ut pro officio, tantum non bestiis objiciar. Mihi per Cæsarem non licuit timere factionem revera formidandam, & nunc Cæsar eos metuit quibus ego meo periculo præstiti, ut minus metuant. Verum ego non desinam quod homine *Christiano* dignum est agere. Tua celsitudo faciet, quod *Christiana* pietati maximè videbitur conducere, cui precor omnem in *Christo* felicitatem, me totum illi dedicans. Verbis consequi nequeam quanto cum animi dolore videam Regum iras inerudescere, quorsum evasurus incertum. Agnosco divinam iram per Monarcharum æstus in nos sævientem, nec resipiscimus. Hæc res magis discruciat animum meum, quàm stolidi monachorum tumultus. Dominus omnia vertat in bonum exitum. Datum *Basileæ* Idus Octobris, Anno M. D. XXVII.

C

D

Erasmus Roterod. Lodovico Viveti S. D.

FAsciculus literarum, inter quas erant unæ *Verveßi* ad te, quem miseras Calend. Junii, mihi redditus est sub Calend. Octobris. Fortasse commiseras *Francisco* bibliopolæ. Nam is solet res amicorum ad eum curare modum. Te mihi inter certissimos amicos numerari rectè conjectas. Verùm quo rariùs scribam quàm tu velles, non id tantum in causa est. Frequenter aberrant literæ, intercipiuntur, hærent alicubi, ut nihil referat scripsisse, dum aut non redduntur, aut serò redduntur. Nec te semper idem orbis habet ζῶον ἀμφίβιον, nunc natans apud *Britannos* ἐν νομῇ χλόην, nunc nidulans ἐν γιγνῶν apud *Brugenses*. Porrò scribendis epistolis enecor, aut si quod est verbum atrocius. Libellos tuos inter immensos labores vix degustavi, adeo subinde excutiuntur è manibus. Alias scribam certius judicium, quandoquidem τὸν δεύτερον λόγον imponis *Erasmo*, penè dixerim asino. *Augustinus* excuditur cum dignitate summa. Negant tamen tuum volumen hoc tempore excusum iri, quòd omnes socii abundent libris. Si quid correctum velis, aut adjectum, poterit adjici. Verùm hîc mi *Vives* nolim te superfluis onerare volumen. *Alardus* clamat in textu multa parum attentè recognita, sed hominem novi. Sunt in quibus ipse dormitâsti, sed admodum pauca. De typho meministi. Ea potes resecare, nec addere nisi digna cognitu & ad rem pertinentia. Hoc & typographis erit gratius, & lectori jucundius, & tibi gloriosius. Sat maturaris si miseris ad nundinas *Argentinenses*. *Lamberorum* consuetudinem tibi quamvis amicissimus propemodum invideo. Nos in hoc pistrino conscenescimus vel immorimur potiùs, tametsi subinde meditantes fugam. Bene vale. *Basileæ* Id. Octob. Anno M. D. XXVII.

E

F

Erasmus Roterodamus Magistratui Argentinensi S. D.

MAgnifici ac splendidissimi domini, & amo & veneror pietatem vestram, quod favetis Evangelio, pro quo provehendo ego jam tot annis tantum exhaurio laborum, tantúmque sustineo invidiæ, ab his qui magis student suis commodis quàm gloriæ *Christi*. Quanquam alius aliâ viâ studet hoc efficere. Sed huic sanctissimo negotio sese admiscent quidam, qui subvertunt hoc quod agunt alii. Est apud vos quidam *Scottus* typographus, qui, præter alia, nuper evulgavit libellum *Hutteni* in me tam insulsum, ut summopere displicuerit etiam ipsi *Luthero* & *Melanchthoni*. Nec hoc satis fuit; rursum clàm excudit eundem libellum, cum invectiva cujusdam parum sobrii, sed talem ut & bonis literis & Evangelico negotio, plurimum sit offecturus. Ego quod ad me pertinet, manum non verterim, & scio hanc rem vobis visum iri minorem vestrâ cognitione: sed tamen istud etiam atque etiam videndum est, nè hæc licentia dissimulata, tandem erumpet eò, ut perniciem adferat reipublicæ vestræ. Certè evangelicò negotio non parum obfuerit, si videant homines, per occasionem Evangelii, reipublicæ disciplinam fieri deteriorem. Si cupitis cognoscere qualis sit ille libellus, accersite *Hedionem* aut *Capitonem*. Non invideo *Scotto* suum quæstum. Et scio eum qui scripsit alieno instinctu scripsisse. Quod si vestra prudentia judicabit hoc dissimulandum, æquissimo animo feram. Attamen pro meo erga bonas literas & erga rem Evangelicam affectu synceriſſimo, visum est hoc admonere, quod fortasse nonnihil etiam ad vestræ civitatis commodum attinet. Dominus *Jesus* rempublicam vestram bene fortunet, vósque omnes servet incolumes, generosissimi ac splendidissimi viri, quorum amplitudini jam olim multis nominibus sum devinctissimus. *Basileæ* Dominica Passionis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Epist. 21.

G

Erasmus Rot. Senatui Argentinensi S. D.

MAgnifici Proceres, nè vos diu teneam, Est mistic *Joannes Scottus* typographus, qui pridem excudit libellum *Ulrici Hutteni* in me scriptum, plenum manifestis mendaciis, addidit picturas odiosas

Epist. 22.

odiosas. Nec hoc contentus, rursus etiam eundem libellum, cum invectiva cujusdam, in quo quicquid scurra auderet in scurram dicere, congerit in me. *Me desertorem esse Evangelii, me corruptum pecuniâ bellum gerere adversus Evangelium, me frusto panis conduci posse ad quidvis.* Quid oportet recensere? totus libellus, præter insana convitia, nihil habet. Ea res vehementer displicuit ipsi etiam *Luthero* & *Melanchthoni*, qui intelligunt nullos homines magis officere negotio Evangelico, quàm tales. Expostulantibus amicis cur talia faceret, uterque respondit atrociter, minitans etiam acerbiora. Tandem, ut audio, monitus est etiam per aliquos ex magistratu, nè quid in posterum auderet simile. Ille contempto jure publico, quod detestatur libellos famosos, contemptâ vestræ civitatis salubertimâ necessariaque constitutione, denuò excudit eundem libellum. An ego bene meritus sum publicè de studiis, omnes nôrunt; pro Evangelio provehendo plurimum laborum & invidiæ sustinui. Omnia recusavi quæ mihi Principes obtulerunt, ut scriberem adversus *Lutherum*, imò mea malui perdere, quàm ad affectus quorundam scribere, contra meam conscientiam. Tantum isti fœderi nolui dare nomen, quum multis aliis de causis, tum ob hoc quòd quædam in libris *Lutheri* non intelligerem, quædam omninò non probarem, præsertim cum in ista conjuratione viderem quosdam esse quorum mores & molimina mihi viderentur longissimè abesse à spiritu Evangelico. Nullus unquam à me læsus est, vel quia faverit *Luthero*, vel quia parum faverit. Nec typographus nec libelli autor unquam verbo à me læsus est. Non est vulgare crimen, acceptâ pecuniâ prodere Evangelium *Christi*. Si vestra æquitas, non finit furem impunitum, hoc multo sceleratius, tam petulanter impetere famam, vitâ quoque chariorem. Si plectitur qui dat alapam alteri, quid commeretur qui sic debacchatur in famam hominis? Non postulo ut vestra celsitudo habeat rationem ætatis meæ, aut meritorum meorum erga publica studia, non favoris quem semper gessi erga civitatem istam, cui scio me plurimis officiis obligatissimum; tantum hoc admoneo prudentiam vestram, ut prospiciatis, quò tandem evasura sit talium hominum licentia, si quicquid libitum est impunè licuerit. Si favetis Evangelio, isti perdunt Evangelium. Si favetis tranquillitati publicæ, isti nihil aliud sunt quàm seminaria seditionum. Si vobis displicet legum publicarum contemptus, ut optimo jure displicet, omnes omnium gentium leges inter atrocissima crimina ponunt libellos famosos. Res obscura non est. Autor facinoris uterque agit *Argentorati*, & profitentur factum. Nec ullum facient finem insaniendi, si possint vestrâ lenitate semper abuti. Ego meam injuriam possum ferre, sed hujusmodi libelli, conciliant vestræ civitati, cui ego ex animo bene volo, non mediocrem invidiam, apud bonos viros ac Principes, quorum plerisq; non sum invisus. Bene valete generosissimi ac splendidissimi viri. *Basileæ* pridie *Bartholomæi*, M. D. XXIV.

Ferdinando Caroli Cæsaris Germano
Erasmus S. D.

Epist. 23. ILlustrissime Princeps, tam propensum sublimitatis erga me tuæ favorem, quem & ipsâ re comperi, etiamsi demùo literis [illegible] non fuisses testificatus, tamen ut obli[illegible] erat passura multorum hominum [illegible] tum autem & eruditorum virorum [illegible] quibus quotidie disco, quàm candidè [illegible] mitas faveat studiis nostris. Nunquam [illegible] tebit mearum lucubrationum, post[illegible] Princeps eas dignatur oculis atque [illegible] quam felicitatem utinam promererentur. *Latranorum* convitia facilè negligo, sed [illegible] dari durum est. Est *Lovanii* præter cæteros *Nicolaus Ecmondanus Carmelita*, homo quod nemo nescit stolidus ac furiosus; is in prælectionibus, in conviviis, in concionibus, non desinit debiles [illegible] in me, quicquid illi collibuit. Ridentur à docti, sed non omnes è vulgo noverunt hominis [illegible] bum. *Adrianus* Pontifex diplomate missis, [illegible] fuerat illi silentium. Eo mortuo rursus [illegible] Si quæris odii causam, ille pejus odit [illegible] bonas literas, quam decem *Lutheros*: [illegible] um trilingue, quod nunc floret *Lovanii*, [illegible] totius ditionis Cæsareæ tum commodo tum [illegible] mento, mihi velut autori imputat. Hinc [illegible] chrymę. Cęsar procul abest. Si tu celsitudo [illegible] verbis admoneat Illustrissimam *D. Margaritam*, ut suo nomine jubeat illum rabulam silere, faceret mihi rem magnopere gratam, nec minus [illegible] publicæ tranquillitati. Quanquam ille quem [illegible] sum est, nullius autoritate permovetur: ridetur, nescit pudescere: monetur, contemnit: objurgatur, fit ferocior. Tale ingenium solis fulmine corrigi poterit. Quemadmodù in magnis temp[illegible] statibus, difficillimum est moderari clavum ac [illegible] ita his undique turbulentissimis temporibus, [illegible] duum est tenere moderationem, quam tu [illegible] mitas mihi tribuit: certè adnixus sum, ut [illegible] negotio puram conscientiam præstem Jesu Ch[illegible] sto: quem quotidie precibus meis solicito, [illegible] tibi dotes istas egregias semper in majus ac [illegible] augeat, simúlque donet serenitatem tuis virtu[illegible] bus dignam: ut sub duobus fratribus, quibus [illegible] tis jam seculis nihil orbis habuit sublimius, [illegible] resc ant & *Christiana* religio, & recta studia, [illegible] publica tranquillitas, quæ mihi magno rerum [illegible] scrimine nutare videntur. Vetus adagium [illegible] *malum consilium pessimum esse ei qui dat*; [illegible] rum in tantis rerum motibus, vix tutum [illegible] etiam bonum consilium dare. *Lutheranum* [illegible] gotium latissimè pervagatum est, & indies [illegible] pagat se latius. Proinde metuo nè vulgaribus [illegible] mediis, hoc est, palinodiis, carceribus, & [illegible] lis non simus admodum profecturi. Hæc de [illegible] submonueram invictissimum Cæsarem, fratrem [illegible] illustrissimæ celsitudinis tuæ per *Glapionem*. Sub[illegible] monueram & *Adrianum* Pontificem, subinde *Clementem*, & hujus legatum *Campegium*. Si quidam mutarentur, quæ nullo religionis dispendio, nullâ publici statûs convulsione mutari possunt, idq; fieret ex autoritate Pontificum, Episcoporum & Principum, mundus opinor inciperet [illegible] & spes esset paulatim redituram concordiæ. Nunc utraque pars mordicus tuetur [illegible] Et vereor nè in utraque parte sint, qui suum commodum prius habeant negotio *Christi*. Equidem non [illegible] is, qui in re longè periculosissima, [illegible] narchis consilium dare possim; Certè quod [illegible] sum, Deum assiduè deprecor, ut ecclesiæ [illegible] Principibus impartiat spiritum suum, [illegible] populorum

mulorum corda convertat ad ea quæ sunt veræ pietatis, & *Christiana* pacis. Quod ad nos attinet quamdiu quicquam spiritus calebit in hoc corpusculo, non desinam pro viribus, servire publicis commodis, si non magno successu, certè magna cum animi synceritate. Det Deus, qui solet & potest hominum mala vertere in bonum, ut ex hoc violento amaróque pharmaco, quod per *Lutherum* concussit orbem, velut corpus undiquaque corruptum, nascatur aliquid bonæ sanitatis, in moribus *Christianorum*. Idem tuam Illustrissimam amplitudinem servet incolumem. *Basileæ* duodecimo Calend. Decembris, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Erasmus Roterod. Joanni Cæsario S. D.

ERat suspitio, sed levis, te nonnihil offensum literis quibus liberiùs jocans respondi ad quæstionem tuam, *De publicano justificato*, nè quid tu pates acerbius ad me delatum. Quod amicum tam magnifico elogio decoraris, ut diceres eum sibi contrarium esse, habeo sanè quam debeo gratiam. Blaterant idem & inimici, quod tu amicus de me prædicas. Sed interim nullus extitit, qui ponerit vel unum argumentum proferre, in quo fuerim mihi contrarius, quum tot extent meæ lucubrationes, quumque hæ ab iniquissimis sycophantis excutiantur. Idem scribo quod olim scribebam, idem ago quatenus licet, ac diligentiùs ago quàm vos putatis. Ego peperi ovum. *Luther* exclusit. Mirum verò dictum, minoritarum istorum, magnáque & bonâ pulte dignum. Ego posui ovum gallinaceum, *Lutherus* exclusit pullum longè dissimillimum. Nihil miror ab istis ventribus talia dicta proficiscì, te demiror cum illis sentire. Atqui tu ipse possis esse optimus testis, me violentiam *Lutheri* semper improbâsse, metuentem nè res in cruentos tumultus exiret. Optares me prorsus siluisse. Quid ego audio? An ideo tacendum prorsus erat de superstitione, de sophistica, de pseudoepiscopis, de malis monachis, nè quis hæc aliò rapiat quàm oportet? Quis diviâsset apud *Germanos* latere talia portenta, quæ nunc videmus exoriri? Huc videbantur, inquis, tendere tua scripta. Quò, ad factionem? ab hac semper abhorrui. Ad seditionem? Hanc nunquam non sum detestatus. Ego processi usque ad littus. An ideo videor mihi contrarius, si me nolo præcipitem dare in fluctus? Doles me malè audire. At ego vicissim doleo, esse tam multos inter *Christianos*, qui de benemerente loquuntur malè. Quiescere non licuit. Utrique parti placere non poteram. Nè *Jovi* quidem, ut aiunt, hoc datum est, ut placeat omnibus, sive pluat, sive sereno vultu arrideat. Attamen levius malum esse duco, malè audire apud istos, quam cum insanis quibusdam furere. Fortassis ipse rerum exitus efficiet, ut melius audiam. Certè cordatissimi quique in utrisque castris, jam nunc approbant meam & moderationem & integritatem. Est aliquid mi *Cæsari* in tali tempestate non depelli à recto cursu. Id magis diceres si totam fabulam pernôsses, quæ hic agitur. Malè audio apud sordidos quosdam, quos ipse etiam odit *Lutherus*, ut applausores incommodos. At meliùs audio apud Pontificem, Cæsarem, *Ferdinandum*, Regem *Angliæ*, aliósque proceres, apud quos falsissimò delatus eram, ut *Lutheri* foederatus. Ego verò vel utrinque lapidari malo convitiis, quàm in hac conjuratione magnificum ducem agere. Factioni non adero, evangelio non deero. Offendit istic quosdam mea [illegible]. Atqui *Melanthon* scribit eam *Vittenbergæ* æquissimis animis exceptam, nec ipsum *Lutherum* magnopere offensum. Istos deos quis placabit? Misericordiam meam tibi placuisse vehementer gaudeo. De libero arbitrio cum vacabit feres sententiam, nos reverenter excipiemus. De negotio typographorum, binas accepi literas; quod in prioribus volebas, jam ultrò egeram; quod in posterioribus, omninò futurum est, nisi quid inciderit, quod vitari non potest; quanquam ego me rebus istorum figulorum non magnopere admisceo. Annos plusquam duos hic ago, semotus à *Frobenio*, nisi quod benevolentiâ sumus conjunctissimi. Vivo meo sumptu. Pro decem mensibus, quibus apud illum egi, solvi centum & quinquaginta aureos. Literæ quas nolebas incidere in manus *Frobenii*, per illum mihi redditæ sunt, & is qui *Frobenio* reddidit, μαστύρησε narrârat quàm erant in literis, satis apparebat literas fuisse resignatas. Quod tamen à *Frobenio* non esse factum certò scio. Nihil illo syncerius. Stultum est nunc scribere quod nolis prodi. Velum templi scissum est, efferuntur omnia, etiam quæ sacerdoti dixeris in sacramentalissima confessione. Caveat sibi quisque, Dominus venit. Bene vale vir optime. *Basileæ* XVII. Calend. Januarias, Anno M. D. XXIV.

Jacobus Sadoletus Erasmo Roterod. S. D.

LEgi tuas literas libenter; Scriptæ enim simpliciter & candidè sunt, plenæ erga Deum pietatis, & hunc verè summum & optimum Pontificem observantiæ, cujus admodum est propensa tuis commodis omnibus voluntas. Habeóque gratiam *Bonifacio* mirè probo & erudito juveni, qui tibi occasionem dederit ad me scribendi, & mihi respondendi tibi. Quanquam enim intus mihi in animo incluſus residebat tui amor, debitus ille quidem præstantibus virtutibus tuis, non erupisset tamen etiam dum is in actum, si non *Bonifacius* suis amicissimis officiis hanc salutationem literarum inter nos conciliâsset. Pontificis in te uberior fuisset liberalitas, ni his difficillimis temporibus, ipse quoque ad angustias redactus esset. Tanta est rerum omnium perturbatio, & quotidianorum sumptuum, impendiorum effusio, ut sustineri ægrè possit. Sed erit locus aliquando & ornandi & angendi tui. Librum tuum adhuc non legi, nam neque dum habui ejus potestatem, & eram maximis occupationibus impeditus: certus sum attamen similem eum esse reliquorum tuorũ, quæ mihi plurima & lecta & probata sunt. Tibíq; in eo magnopere gratulor, quod ingenio tuo præstanti & singulari ocium suppeditatum est, quo facilè posses tuæ doctrinæ præclara monimenta in posteritatem propagare, ex quibus tuum nomen perpetuum futurum sit. Quemadmodum quod te solus jam Deus beare possit, ut tu ipse scribis, hîc jam deficientem. Agnosco pietatem tuam, & summopere laudo: illud non accipio, te ut deficientem debeas appellare, cujus virtus memoriâ omnium seculorum celebrabitur sempiternâ: qui fructus etsi posterior est longè

Epist. 25.

cœleſtibus præmiis, tamen à te nequaquam eſt contemnendus. Ego quod meum, ſi quid obtineo autoritatis & gratiæ, quod quidem perquàm paſſillum eſt, tibi tamen totum ita polliceor & defero, ut ſi erit agendum tuâ cauſâ quippiam, nihil tibi meo ſtudio & operâ futurum ſit paratius. Vale. Octavo Idus Novembris, Anno M.D.XXIV. ex urbe.

Eraſmus Roterod. Jacobo Sadoleto S. D.

Epiſt. 26. QUis eſſe poſſit tam mœſtus, Reverende Præſul, quem illæ literæ tuæ non exhilararent, tam amanter, tam candidè ſcriptæ? In his nivei pectoris tui, cujus antehac umbram modò quandam è conjecturis, éque multorum prædicatione perceperam, totam effigiem non aliter quam in ſpeculo contemplari licuit. Quo ſanè nomine, non minus debeo *Bonifacio*, quàm tua modeſtia ſe illi debere profitetur. Equidem optârim eſſe aliquid in me quod itti tuo in me favori reſpondeat, certè in amando *Bonifacio* non erras cujus ingenio nihil habet *Germania* ſyncerius puriúſque. Evaderet ad ſummam autoritatem, niſi ſic abhorreret ab aulis Principum, & à reipublicæ muniis obeundis, qui tamen fortaſſis aliquando volens nolens eò protrahetur; quandoquidem *Plato*, qui non admittit ad tractanda civitatis gubernacula niſi philoſophum, negat idoneum eſſe gerendo magiſtratui, niſi qui nolens ac detrectans ſuſcipit. Agnoſco Pontificis in me pietatem, & illius in me animo copioſiùs ſum reſpondurus, ſimulatque me hinc in tutum recepero, id quod nunc molior. Hi monarcharum conflictus mirè diſcruciant animum meum, per quos nec Pontifice, nec Cæſare nec Rege *Gallorum* frui licet. Poſt tantas tempeſtates *Chriſtus*, ut ſpero, dabit aliquam ſerenitatem. Ocium quod mihi gratularis, ſuppeditat hic animus contemptor honorum, ac parvo contentus. Non admittit animus tuus *deficientis* vocabulum. Qualis ſit mei memoria futura apud poſteros, imò an ulla omninò futura, equidem committo ſuperis, planè corpuſculum hoc collabitur: quod tamen in aliquot adhuc annos poterat ſervire animo, niſi tam ſubinde impeteretur à calculo malo tam crudeli, ut mortem, quâ nihil terribilius, faciat optabilem. Si durum eſt ſemel mori, quanto durius toties mori, & rurſus in novos ali cruciatus? Adverſus hæc mihi ſolidâ miniméque dilutâ philoſophiâ opus eſt. In omnibus agendæ ſunt gratiæ Domino, qui ſic temperat hominum mala, ut & ferri queant, & tolerantibus vertantur in bonum. Pro *Botzemo* ſublevato, par eſt ut & ipſe tibi gratias agam. Videbar enim mihi quodammodo & ipſe in ejus cauſa periclitari, non ob id tantum quòd amicus ſit, verumetiam quòd illi Catalogum omnium *Lucubrationum* mearum dicârim, haud quaquam facturus, ſi me levis aliquis ſuſpitionis odor tenuiſſet, illum ab ea factione ſtare, quam damnat Eccleſia. Ante biennium menſem totum uſus ſum illius hoſpitio, liberrimis fabulis hoc omne tempus inter nos tranſactum eſt. Interea frequenter nos viſit *Baſilea*. Eſt naturâ ſimplici, omnis fuci ignarus, tum me nihil unquam celavit arcanorum. Nè verbum quidem ullum excidit illi, unde poſſit deprehendi, quod illi nunc quidam objiciunt. Vir eſt planè Muſis & Gratiis [illegible], illum unquam de ullo novo [illegible], nec unquam fuit de illo rumor [illegible], ſi fortè quidam nonnihil ſuſpicari [illegible], parum æqui. Eſt illi vetus neceſſitudo [illegible], nullis viris meâ ſententiâ optimis, [illegible] dictiores ſunt doctrinæ *Lutheri*: [illegible] priſtinam alit familiaritatem, ut [illegible] admiſceat ſe conſpirationi. Accepit [illegible] quam *Lutheranos*, ſed idem frequentiſ[illegible] acerrimos hoſtes *Lutheri*. Atque ut [illegible] bent res *Germaniæ*, vitari non poteſt, [illegible] quando conſuetudinem habeas cum [illegible] di. Ego ſimili comitate non paucos [illegible] à factione damnata, etiamſi paſſim [illegible] literæ, quibus declarant ſe perſuaſ[illegible] *libero arbitrio* ab hoc *Lutheri* dogmate [illegible] *Botzemus*, ut tecum apertè faboler, [illegible] aliquot, nec collegii coryphæum [illegible] æquum: qui iniquiores illi ſunt ob [illegible], quas potius illis charior eſſe debebat, [illegible] turâ comparatum eſſet, ut nonnunquam [illegible] nis etiam ac magnis viris plus valeat [illegible] judicium: & in collegiis ferè *Germaniæ* [illegible] ſiores ſunt, qui venantur, qui [illegible], ſtudent congerendis pecuniis, quàm qui [illegible] nis literis dedicârunt. Poſſem tibi [illegible], quorum operâ ſubornata ſit hæc fabula, ſed poſ[illegible] xum ſit, & nihil attinet quenquam [illegible] poſteaquàm Pontificis æquitas [illegible] calumniæ periculum depulit ab amico. [illegible] conſtaret quenquam eſſe perverſe [illegible], verbo quidem illi ſuffragarer, [illegible] per præſtaturus ſum, quemadmodum [illegible] Verum ſi quis contempletur ſtatum [illegible] porum, præſertim apud *Germanos*, [illegible] judicabit dare operam pelliciendis hi[illegible] caſionem aliquantulum vacillarum, [illegible] nandis qui ſic afflati ſunt aliquo contagio, [illegible] cilè ſanari queant. Quin & illud [illegible] ſeo, nè ut eſt hominum malitia, ſub [illegible] religionis & aſſerendæ fidei [illegible] ve qui hinc aut illi malè volunt, [illegible] hiant, publicæ cauſæ favorabili titulo [illegible] ad privatas & impias cupiditates ſuas. [illegible] nobis rurſus ex *Avenione* rediit, doctor [illegible] coruſcus. Magiſtratus hic illi dedit [illegible] Juris profeſſionem, atque ille ſuſcepit. [illegible] opinor literis aget tibi gratias. Præ[illegible] ſignem epiſtolam, addam quod rideas. [illegible] familiares mei dicere, *Jacobi* nomen [illegible] eſſe felix, quod tres *Jacobi* libellis [illegible] debacchati ſint: Primum *Jacobus Faber Stapulenſis*, qui cum tamen mihi nunquam [illegible] micitia, quòd errorem ſuum agnoſcat, [illegible] redintegravit pugnam. Huic ſucceſſit *Jacobus Latomus*, Poſt hunc rurſum exortus eſt *Jacobus Stunica*, homo natus ad hujuſmodi ſycophantias. At ego me feliciorem arbitror uno *Jacobo Sadoleto*, quàm viderer infelix etiamſi decem *Jacobi* les in me ſcriberent. Bene valeat *T. R. D.* Dum *Baſileæ* V. Calend. Martias, Anno M.D. XXV.

Eraſmus Roterodamus Georgio Saxoniæ Duci S. D.

ILluſtriſſime Princeps, Accepi [illegible] literas poſtremas, pridie [illegible] quàm

illius nihil accidere potuit jucundius. Currentem tu quidem incitas, sed tamen juvat incitari à talibus heroibus. Acceperam paulò ante & alteras prius missas. Ante dies aliquot scripsi tuo nomine per *Haubitzium*. *Graeca* linguae professorem expecto ad Pascha. Ipse nihil hac de re scripsit ad me. Sed aliter quidam eruditus, & utrique intimè notus scribit illum non abhorrere à Leipsienda provincia. *Graeca* literaturae peritiâ longè superat vel tres *Mosellanos*, nec inferior, ut arbitror, *Romanae* linguae facundiâ. Nihil possum certi polliceri priusquàm huc venerit. Ego quanquam hac aetate, cui jam debebatur missio, nequaquam defuturus sum officio meo, modò tua celsitudo reliquique Principes hoc interim agant, ut haec victoria cedat non quorundam vix hominum insanis cupiditatibus, sed gloriae *Christi*, *Christiani*que gregis saluti, cui vel vitam hanc lubens impendero. Bene valeat Illustris. *T. D. Basileae* postridie Annunciationis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Literas ad *Pistorium* & *Emserum* inclusi tuis, hoc consilio ut tutiùs istuc perveniant. Non enim habebam certum, sed *Francofordiam* misi alicui committendas.

Erasmus Roterodamus Hieronymo Emsero S. D.

SCripsi nuper prolixam, & ni fallor molestam epistolam; nunc nihil erat quod scriberem, nisi quòd qui has perfert, *Jacobus* est *Ceratinus*, homo tam *Graecanica* literaturae callens, ut possit vel in media *Italia* profiteri, nec seipso inferior est in literis *Latinis*; Ad haec modestiâ penè immodicâ, moribúsque planè niveis, & ab omni fuco prorsus abhorrentibus; Hunc jussu Principis evocavi, magis optans quàm sperans fore, ut conditionem acciperet. Itaque posteaquam hactenus feliciter cessit quod egimus, tuae quoque partes erunt adniti, nè me poeniteat hac in re Principis voluntati gessisse morem. Perlegi libellum tuum, in quo quum mihi cetera placeant, tamen illud admiratus sum, cur illi tribuas suaviloquentiam, quum meâ sententiâ nihil illius phrasi sit inamoenius. In calce praescribis monachis ac sacerdotibus leges mutandae in melius vitae, quas utinam amplecterentur. Nunc neutra pars semet accommodat ad sarciendam concordiam, sed addit potius utraque tumultuandi materiam. Monui per literas non semel, tum Caesarem, *Ferdinandum*, aliósque Principes, tum Pontificem & Legatum *Campegium*, rem feliciùs cessuram, si subtraherentur hujus mali seminaria, verùm adhuc videor mihi surdis canere. Imò propemodum ut *Lutheranus* traducitur, qui velit Pontifices, Episcopos, sacerdotes, ac monachos meliores esse quàm sunt. Vale. *Basileae*, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Henrico Stromero Medico S. D.

AMâsti *Mosellanum*, & quemadmodum non sine causa amâsti, ita non sine causa mortem hominis acerbè tulisti: Eum dolorem tametsi ratio, ni fallor, ac tempus jamdudum vel leniit vel exinxit, tamen si quid supereſt reliquiarum, en novum remedium. Adest *Jacobus Ceratinus*, jussu Principis per meas literas evocatus, ut in locum *Mosellani* succedat. Vix sperabam hominem amplexurum oblatam conditionem, nam *Lovanii* sollicitabatur ad capessendam *Graecae* linguae professionem in collegio trilingui. Jam ut paria sint salaria, certè *Lovaniensis* Academia celebritate vix ulli cedit, nisi fortè *Lutetiana*, in quâ nunc mirè regnant sophistae barbari, frigent jacentque recta studia. Est aliquid in loco magnificè extructo habere sexcentos auditores, idque continenter, & inter hos magnorum Principum filios. *Ceratini* dotes è familiarissimis colloquiis, éque scriptis penitùs cognitas & compertas habeo, alioqui non tantâ fiduciâ commendarem illum tibi, viro exactissimi judicii, praesertim toties jam pudefactus commendandi facilitate. Moribus est syncerissimis & ad amicitiam appositis, adeo ut non minus videatur natus Gratiis quàm Musis. Certè tibi non dubito quin sit futurus charissimus, si modò non mentitur proverbium ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Quando fata non sinunt nos conjungi, per *Ceratinum* alterum *Erasmum* fiet, ut & tu me complectaris, & ego tibi fiam devinctior. Confido Principis benignitatem hoc curaturam, ut nec me poeniteat evocâsse *Ceratinum*, nec ipsum meis hortatibus fuisse obsequutum. Id quo fiat cumulatiùs, tuus candor tuáque autoritas plurimum adferet momenti. Illud velim considerare Principem quàm prolixo itinere huc venerit *Ceratinus*, non sine gravi sumptu, atque hinc rursus istuc longa est profectio. Erat illi quidem justum viaticum, & tamen si latrones hunc exonerârint pecuniae sarcinâ, aut si quis alius exortus fuerit casus, ut opus sit auxilio, quod dederis huic mutuò, à me petes aut à *Frobenio*; illicò reddetur ubi voles. Hoc summis viribus agunt sophistae, ut funditùs perdant bonas literas, nobis contra machinis omnibus obnitendum est impiis conatibus; Hic certè vir ero. Ante paucos dies rursus enixus sum partum viperinum. Nec hoc corpusculum audeo medicis hisce, nè quid aliud dicam, *Elveticis*, committere: nam meus *Anshelmus*, cui uni me tutò poteram committere, hinc abiit in suam *Hungariam*. Sperarem salutem, si quis adesset *Stromeri* similis. Bene vale. *Basileae* sexto Idus Aprilis, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Martino Hunno Medico S. D.

EX literis humanissimi viri *Stromeri* cognovi quanto studio, non sine gravi sumptu, pertuleris literas meas. Scio & memini quantum humanitati tuae debeâ. Misissem munusculũ aliquod per hunc *Ceratinum* virum utrisq; literaturae doctissimum, successurum in vicem *Mosellani*, sed prorsus erat incertum an istâc iter esset facturus. Si videritis vos, & si dignabimini illum cognoscere, reperietis exactè doctum, moribus omnis fuci nescius, nec alio nævo deformatum, nisi quòd immodicè modestus est. Scriberem aliquando *Eobano*, sed annus est antequam perferantur literae, si tamen perferuntur. Interim aperiuntur ac resignantur omnia. Huc profecit fides Evangelica. Expectamus *Eobani* lucubrationes. *Beatus Rhenanus* hodie tandem rediit *Sletstadio*, vósque jubet salvere plurimum. Vale mi *Hunne* charissime. *Basileae* quinto Idus Aprilis, Anno M. D. XXV. *Epist.* 30.

Erasmus Roterodamus Georgio Duci Saxoniæ S. D.

Epist. 31. Illustrissime Princeps, quod tua celsitudo mihi mandârat de professore, aliquanto felicius successit quàm audebam optare. Venit huc meis literis evocatus *Jacobus Ceratinus*, de quo scripseram, *Græcanicæ* literaturæ tam exactè callens, ut vix unum aut alterum habeat *Italia*; qui cum dubitem hunc committere, nec in *Latinis* sui dissimilis est. Ad hæc philosophiæ non ignarus. Postremò eâ ætate atque ingenio, ut si Deus illi vitam addiderit, certissima spes sit eum honestissimis studiis omnibus summam utilitatem pariter & ornamentum allaturum esse. Proinde quando tua celsitudo singulari benignitate est usa in fovendo provehendóque *Petro Mosellano*, erga *Ceratinum* par est ut in tantum vincat seipsam, quanto hic *Mosellano* superior est, præsertim in his literis quas istic profitebitur. Magnæ doctrinæ fuit *Mosellanus*, spei majoris, & amabam unicè hominis ingenium, nec falsò dicunt odiosas esse comparationes, sed hoc ipsa causa me compellit dicere, longè alia res est. Decreveram in commendationibus esse cautior, semel turpissimè deceptus ab eo quem nôsti, sed in tradendo *Ceratino* nihil me movet hic scrupulus, cujus mores candidos ex intima familiaritate perspectos habeo, cujus exactam eruditionem, cujus felicissimum ingenium, judicium acre, non solùm ex familiaribus colloquiis, sed & scriptis plurimis compertissimum habeo. Quo magis gratulor celsitudini tuæ, cui contigit homo dignus, in quem genuinam illam suam humanitatem ac benignitatem bene collocet. Gratulor autem & Academiæ *Lypsiensi*, cujus studia, quæ ob *Mosellani* mortem, jam ut audio mirè refrixerunt, Musis bene fortunantibus sic instaurabit *Ceratinus* noster, ut nihil addubitem, quin aliarum Academiarum vel invidiam sint excitatura, vel, quod malim, æmulandi studium. Hujus vel gloriæ vel utilitatis summa, tuæ illustrissimæ celsitudini feretur accepta. Venim enimverò, nequid dissimulem, habet unum hoc vicium *Ceratinus* noster, immodicè modestus est, sic verecundus, ut penè puridulus sit: quamobrem & illi gratulor qui in eum inciderit Principem, cujus prudentia domi certissimum habet judicium, cujusque benignitas non expectat flagitatorem, sed ultrò benevolentia provocat, si quem perspexerit favore dignum. Hactenus de *Ceratino*. Ad proximas literas celsitudinis tuæ respondi tribus verbis, inclusis & ad *Pistorium* & ad *Emserum* literis quo tutiùs perferantur. Nunc hoc tantùm addam; Sit posthac inter nos omnium querimoniarum ac suspitionum finis, quemadmodum civilissimè scribit tua celsitudo, cui me totum trado dedicóque. Bene vale. Datum *Basileæ* sexto Idus Aprilis, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Jacobo Landavo Bavaro S. D.

Epist. 32. Quanquam semper sum occupatissimus, nunquam tamen quàm nunc occupatior; nihilominus quum hujus reipublicæ Magistratus admonuisset, se peculiarem nuncium istuc emandaturum, præfationem tuam quâ in [illegible] tatis *tuæ* perlegi. Non agam [illegible] *devo* gratias pro isto tuo in me animo, [illegible] rim posse referre. Excusor autem [illegible] dici potest, felix istud tuum ingenium [illegible] di venam ingenio parem; quo magis [illegible] stupidis istis rabulis, quorum impudentiæ [illegible] ad hujusmodi rixas devocentur ingenia [illegible] nata melioribus: tum autem quanquam [illegible] lo vicio longius absum, quam invidiæ [illegible] *Stunicæ*, ita me bene ament Musæ, [illegible] & operam invideo. Me plus quadragies [illegible] nituit, quod unquam scabiem istam [illegible] & stat sententia posthac quidvis perpeti [illegible] quàm adversus istum verba facere. Litteras utrasque mihi redditas scito, nam quod ulteriores non respoderim, nihil aliud in causa fuit, quàm ocii penuria, major quàm quisquam credat. Magnam temporis partem sibi [illegible] valetudo, subinde adversa; cæterum in [illegible] dendis, tantum est negotii, ut vix duo [illegible] ciant *Hercules*. Accedit ad hæc tantum [illegible] bus plagis epistolarum, ut huic uni negotio [illegible] esse non possim si maximè coner. Hæc mihi [illegible] us error magnopere jucundus, qui mihi [illegible] piosam pariter & argutam epistolam peperit. Non enim te consulebam an *Stunicæ* respondum esset, sed te civiliter submoni, ne quid adversus illum scriberes, nihil aliud quàm crabronem irritaturus. Siquidem hoc est quod de *Thrasone* fitit, ut multorum literis quo celebretur: dignior est qui versificantium næniis velut asinus ab apibus exigatur. De bello tuo quid fieri velis non significas. Ego eo quivi intelligere, an *Apologia* quibus [illegible] atque iterum *Stunica*, mox *Carvajalius* [illegible] geris. Suspicor enim per bibliopolam [illegible] istuc advectas. Non satis conjectare potui, ordinis sequutus sis in tuo libello, certè [illegible] us qui descripsit plurimum peccavit in ordine: utcunque de hoc libello statues, [illegible] tibi suaserim, nè si quando voles in lucem [illegible] opus quod instituisti *de contextu quatuor Evangeliorum*, contamines illud *Stunicæ* [illegible] aliud ullum opus quod victurum existimes. Quid enim profectus? An ut ille pudescat? Sanè [illegible] ruborem suffuderis. An ut resipiscat? Depravatum est ingenium. An verò ut orbis nôrit [illegible] esse natum? Hic ilti fructus erit optatissimus [illegible] contingat. Quod autem hominem [illegible] entem in me, tulit *Roma*, satis conjecti [illegible] sit istic quorundam integritas: nec me [illegible] quorum instinctu hoc fecit, tam est [illegible] maledicus est, & huic fabulæ natus. Verò quod hunc senex ille Cardinalis, cui cognomen [illegible] gentilis amplectitur, súoque contuberni dignatur, quid aliud quàm quod dicitur, digitum [illegible] tellâ opertulum? *σκεῦος ἀγχίνουν* melioris [illegible] ominari; certè quod ad me pertinet, scio illum [illegible] quorundam in me odiis nondum fecisse satis. Furiæ enim tres Furiæ apud nos, quæ odio bonarum literarum excitant hanc tragœdiam, *Jacobus Hochstratus Dominicanus*, *Vincentius Alamanus* ejusdem sodalitii, *Nicolaus Egmondanus Carmelita*: Est quem his meritò annumeres, hoc nocentior, quòd rectè facit omnia, & aliorum fruitur vel abutitur magis infamiâ. Hi quoniam inviſi sunt bonis omnibus, [illegible] redditur

adhuc tur invisores, multum profuere factioni Lutheranæ. De *Reuchlino* adeunda non est quòd cunctere, una est justior quàm vellem excusatio, ætas ingravescens, corporis imbecillitas, ad hæc rerum calculus, capitale simque nimium familiare malum. De epistolis tuis quod mones laudentis à me curatum est, & in posterum curabitur. *Athanasium*, *Reuchlino* interprete, *Lutherum* ad te mittam per hunc, si quivero nanciſci, simúlque *Aristotelem* tui *Reuchlini*. *Joannes Frobenius* tuus est, & tibi cupit esse commendatus. Bene vale. *Basileæ*, undecimo Calend. Januarii, Anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Erasmus Roterodamus Joanni Botzemo S. D.

HOdie reddita est Epistola 14. Novemb. per Academicos. Non erat opus eâ diligentiâ, in mittendo tam illo munere, tanto Præsuli, præsertim quum nihil esset illic quod ad illum propriè pertineret. Alio argumento, si dabitur occasio, testabor meum erga illius celsitudinem studium. Nec hoc faciam fictè, sed ex animo, nec ab illo quicquam ambio, nisi mutuam benevolentiam, & communne studium erga rem Evangelicam, quæ ad omnes pertinet; cui non dubito quin illo optimus Præsul faveat, quantum hæc tempora patiuntur. *Paraphrasim in Joannem* destinavi *Ferdinando*, quod *in Matthæum Carolus* Cæsar etiam literis ad me scriptis testatus sit, sibi fuisse gratissimum; quanquam id non ex illius modò literis, sed multorum aliorum cognovi, *Gattinarii* Cancellarii summi, *Glapionis Franciscani*, qui nihil apud Cæsarem non poterat dum viveret, Episcopi *Palentini*, qui & ipse diem obiit, *Georgii Halomi*, *Antonii Sucqueti*, quo nihil habet hæc ætas candidius, *Joannis Carondeleti* Archiepiscopi *Panormitani*, ut nè commemorem alios privatos amicos. Qui putant se idem valituros in negotio *Christi*, quod ad omnes nationes, ad omnia sæcula pertinet, quod valent in compotatione Theologica, disputatiuncula scholastica, longè falluntur. Res est efficax & invicta veritas; sed Evangelica prudentia dispensanda. Ego sic odi dissidium, sic amo concordiam, ut verear, nè si inciderit articulus, citiùs deserturus sim aliquam veritatis portiunculam, quàm turbaturus concordiam, si quid tamen ego possum. Concionator iste certè vir bonus, magis profuerit rei Evangelicæ cui sine dubio faciemus omnes, si columbinæ simplicitati addit Evangelici serpentis prudentiam. Experiatur hoc, & damnet meum consilium, nisi compererit esse verum. Quid agant dii selecti, quid dii minores, quanquam illa quoque variis è locis ad me perscribuntur, non est meum, hoc est infimæ plebeculæ judicare. Ego in hac fabula meas sanè partes synceriter peragam, de exitu viderit ipse choragus *Christus*. Gaudeo te mearum literarum pharmaco sublevatum, sed demiror vos *Constantienses*, ex tam levi rumore concipere morbum tam atrocem. Quo animo si ego essem, non *Constantiæ*, sed in *Hollandia* natus, ad quem quotidie talia mendacia perferuntur, jam pridem mortuus essem. Hoc scito, duos illos Theologos qui privatis odiis non in me, à quo nunquam fuere verbo læsi, sed in bonas literas quas semper defendi, debacchati fuerant, nunquam fuisse modestiores, quàm nunc sunt. Hic Pontifex *Adrianus* erat extrema ancora, ea postquam fefellit, desponderit animum. Imputant hoc cuidam Theologo, qui me amat etiam ignotus ignotum, quem aiunt apud Pontificem posse omnia. Pontifici veris rationibus agenti *Christi* negotium, adero modis omnibus, pro mea quidem quantulacunque portione. Nec dubito quin ut est senex doctus, præterea rerum plurimarum usu peritus, sic responsurus nostræ expectationi. Si quid fefellerit, ego certè non ero seditiosus. Nunc ad extremam concionatoris interrogatiunculam: An totum Evangelium sit deserendum? Primùm hi maximè deserunt, qui malè defendunt; deinde quàm lentè suam doctrinam *Christus* prodidit! Quid autem insanius quibusdam iltis, qui nunc videri volunt Evangelici? Admonui amicum tibi non incognitum de epistola Episcopi *Constantiensis* vexata. Nunc exiit nugamentum longè dementissimum. Demiror quid isti cogitent, aut quid sibi velint. *Crambirgius* bis mecum est colloquutus, & valde placuit hominis modestia prudentia. *Hutenum* non vidi, nec hoc tempore videre cupio. Optimè illi volo, si bene velit sibi. Mihi est aliud quod agam. Scripsi tibi simul & *Fabro*. *Beatus* adhuc abest. *Eppendorpius* rarò nos visit, alioqui sui similis. Salutabis amicos omnes meis verbis, in primis Meditum, cui nondum ullam retuli gratiam, quanquam ut *Græci* dicunt, omninò ἀμνημόν. Concionatorem *Dominicanum*, *Hymelbergium*. Medici & Concionatoris nomina scire cupio. Ex tuis gratis precor, ut tibi grata contingant omnia, quæ dicis aut facis; semper sis voluptati tuis, tui vicissim tibi: sempérque contingat adjunctis Gratiis inter Musas canere. Habes ad pleraque, sed epistolâ scriptâ mox à prandio, quum *Baccho* sumus afflati veriùs quàm Musis. Natali *Christi*, Anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Erasmus Roterodamus Henrico Stromero Medico S. D.

VIr eximie, Quoniam ὁσοῖς φίλας ἀπέδομεν χεῖρα λόγου, hisce literis certè salutem dicere volui meo *Stromero*, testatúmque facere, tui memoriam apud me nondum intercidisse, nec unquam intermorituram. De *P. Mosellano* quid actum sit scire cupio; scripserat enim ad me prolixè de suo ad nos adventu, atque interim nè rumusculus quidem adfertur de homine. Scripserat item Illustrissimum Ducem *Georgium* destinâsse mihi munus regale, nam hoc usus est verbo. Ego sanè ab eo Principe ut non promereor, ita non expecto munus, quanquam nec aliàs admodum avidus munerum captator: Sin est aliquid, nolim optimi Principis benignitatem & ipsi perire & mihi. Bene vale. *Basileæ*, Nonis Decemb. Anno M. D. XXII. *Epist.* 34.

Erasmus Rot. Henrico Angliæ Regi S. D.

SEreniſſime Rex, de tuæ Majestatis in me studio *Thomas Morus* mihi scripsit rem longè quidem gratissimam, sed minimè novam. Quo magis intelligo mihi totis viribus adnitendum, ut & meritis & votis tuæ Majestatis aliquando satisfaciam. Sunt hic magni rerum motus, vel partûritiones potiùs, quid parituræ nescio, nec simplex dissidium est. Obliquè moliuntur qui favent Cæsari, *Epist.* 35.

sari, contrà qui *Gallo*. Quin & *Lutheriani* videntur novos sumpsisse spiritus; contrà, Principes sæviunt. *Christus* det felicem exitum. Venit ad te *Lucas* medicus, æternæ salutis artifex, eum tua majestas comiter accipiet, méque numerabit inter eos, qui ipsi cupiunt & optant omnia læta feliciáque. Molior aliquid adversus nova dogmata, sed non ausim edere, nisi relictâ *Germaniâ*, nè cadam, priusquam descendam in arenam. Bene valeat tua Majestas. *Basileæ*, pridie Nonas Septemb. Anno M. D. XXIII.

Erasmus Roterodamus Bernardo Episcopo Tridentino S.

Epist. 36. REverende Præsul, næ iste tuus animus tam pius ac benignus dignus est aliquo, qui & ingenii dotibus & corporis viribus possit respondere. Hæc ætas, magis autem valetudo, semper in pejus vergens, reddit me ad omnem convictum inutilem. *Clemens* septimus humanissimè *Romam* vocat: Cæsar invitat ut redeam in *Brabantiam*. Rex *Galliæ*, montes aureos pollicens, invitat ad se. At vereor nè Rex calculus me brevi transmittat in alterum mundum. Nec tamen recuso quod offert tua benignitas. Si vixero usque ad Pascha, tentabimus an possim ferre laborem profectionis. Id si succedit, cupio videre *Italiam*. Et obiter videbimus tuum regnum. Servet amplitudinem tuam Dominus *Jesus* incolumem & *Erasmo* faventem. *Basileæ*, XVII. Calend. Februarii, Anno M. D. XXIII.

Erasmus Roterodamus Felici Episcopo Theatino S. D.

Epist. 37. REverende Præsul, humanitatem & indolem tuam jam pridem amavi, nunc gaudeo Pontificis favore fortunam tuis virtutibus respondere, simúlque gratulor *Hovio* meo, cui contigerit in tali familia locus. Apud me non poterat crescere nisi fortassis in literis. Et spero illum suis obsequiis promeriturum, ut tuo favore dignus videatur. Certè ad hoc non desinam hominem adhortari. Qui sit hìc rerum status, malo te ex hoc tabellario cognoscere, quem ob negotiola quædam istuc emandavi meo sumptu. Nam inter famulos nullum habeo fideliorem, cui te rogo ut faveas si quid erit opus. Intricatus est enim labyrintho cuidam, vir alioqui fortunâ tranquillissimâ dignissimus. Dignaberis & *Erasmum* in tuorum clientum catalogum ascribere, certè fide studióque non facilè cuiquam cessurum. Precor tibi omnia felicia, quo videlicet modis omnibus sis quod diceris. Datum *Basileæ*, III. Idus Maias, Anno M. D. XXV.

Erasmus Rot. Conrado Heresbachio S.

Epist. 38. NÆ tu minimùm abes à beatitudine doctissime *Conrade*, qui tantulâ re beari possis. Scribis enim te fore protinus beatum, si contingat *Erasmus* hospes. Mira verò felicitas, quam invideas *Constantiæ*, cæterísque oppidulis, quæ dignatus sum, ut scribis, meâ præsentiâ. Imò ipse meam ipsius infelicitatem deploro: qui tot malis onustus sum, ut quoquò locorum me conferam, non solùm ipse mihi molestus sim, ob morbi inclementiam ac valetudinis incommodi[illegible] iis etiam molestus esse cogor, quibus [illegible] sese jucundissimus. *Constantia* nihil aliud [illegible] grotavi apud hospitem *Joannem* [illegible] minem præter eruditionis & integri[illegible] deo festivum, ut vel mortuum possit [illegible] Episcopus ipse *Constantiensis*, vir profe[illegible] probus & integer, nihil humanitatis [illegible] termisit. Pari comitate complexus est [illegible] Episcopus *Verulanus*, nuncius Apostolicus, [illegible] rit & *Hymelbergius*, homo moribus mirè [illegible] aliíque permulti. Et si nihil horum fuisset, [illegible] tem habebam multò omnium lepidissimum [illegible] óque animo charissimum *Beatum* [illegible] Quando non ridet *Beatus*? cujus [illegible] ream si quid adhuc vidi civilius aut argutius. [illegible] omnibus nihil aliud quàm molestiam exhi[illegible] sanè nomine mihi morbus etiam ex[illegible] or, quanquam per se molestissimus. [illegible] tam bene mihi conveniret cum hypocaustis [illegible] vinis, quàm convenit cum cœlo & ingenio. [illegible] dem præter omnem spem, vinum [illegible] *diacum*, re ipsâ comperi, quicquid [illegible] fuit, ex hujus regionis villis esse natum. [illegible] nisi *Burgundia* huc mittat vinum, [illegible] *Burgundiam*. *Arnoldus* Comes [illegible] lem tu depinxisti, semel dignatus [illegible] biscum. Nec te rogabo ut *Erasmum* [illegible] instituas, ut & optimis parentibus [illegible] re dignus evadat, neque viam præscribam [illegible] facere oporteat, nè vel de tua fide vel [illegible] tua parùm magnificè sentire videar. [illegible] lud dicam, te isto officio non minorem [illegible] initurum apud me, quàm apud ipsos parentes. [illegible] bus tamen, ut par est, unicè charus est puer, [illegible] ter affectum quem in te gerit uterque, nisi [illegible] neuter sit sordidus aut illiberalis. Non [illegible] animus à visendo *Friburgo* ante brumi, [illegible] rent hypocausta & vina. Jam demigrari [illegible] ras ædes, & novus paterfamilias esse [illegible] *cus Glareanus*, quod illi felix faustúmque [illegible] uxorem ex animi sui sententia. Brevi [illegible] & canetur hymenæus, habes quod homini [illegible] leris. Certè vir est, meâ sententiâ, quo vix [illegible] reperias sinceriorem, planéque dignus, cui [illegible] lùm hoc conjugium, sed omnia prorsus [illegible] cedant. Bene vale literarum optimarum [illegible] professor. Salutabis meis verbis omnes, qui [illegible] bene volunt *Erasmo*. *Basileæ*, Natali [illegible] Anno M. D. XXII.

Erasmus Roterodamus Matthæo Cardinali Sedunensi S. D.

EXimie domine, mihi prorsus evenire [illegible] quod *Herculi* ferunt usu veniisse veterum [illegible] læ. Etenim dum hìc pugno cum *Lutheranis* [illegible] cum hydra multorum capitum, istinc adrepit [illegible] cer, qui pedem mordicus arripit. Ruebus [illegible] toties vetitus emittit suos libellos, ac me [illegible] nolim *Lutheranum* facit. Malè mecum agitur, [illegible] utraque parte dilaceror. Cum hydra pugnare [illegible] bundè magnum erat negotium. Scio & [illegible] quod tua sublimitas & amanter [illegible] derit, & prudenter senserit, ut me *Romam* conferam: [illegible] id quidem agebam. Sed interim minimum [illegible] it, quin in alterum mundum demigrárim. [illegible] est morbus, ut me semper ad eum diem [illegible]

Adrpan

Adeamus tamen ubi cœlum erit mitius, vel mo-
dicum Romæ, præsertim si tam patrocinium
valeat adversus illos, qui, mihi crede, magis obse-
quuntur suis privatis affectibus, quàm consulunt
dignitati sedis Apostolicæ. Quid enim potest si-
gravius huic factioni, quàm si Stunica persuade-
at orbi, etiamsi falsissimum est, Erasmum per o-
mnia sentire cum Luthero? Ego nullum adhuc ar-
riculum video, in quo mihi cum illo conveniat. Et
tamen quæ objicit Stunica, decerpta sunt ex libris
editis ante additum Lutheri nomen. De monar-
chia Pontificis nunquam dubitavi, sed an hæc mo-
narchia fuerit agnita tempore Hieronymi aut ex-
erta, dubito alicubi ex occasione loci, nimirum in
scholiis meis quæ edidi in Hieronymum. Sed ut
alicubi noto quod videtur facere ad hanc opinio-
nem, ita rursus aliis locis annoto in iisdem scholi-
is, quæ faciunt ad diversam opinionem. Et tot a-
liis locis voco Petrum principem Apostolici ordi-
nis; Pontificem Romanum, vicarium Christi, & C
Ecclesiæ principem, tribuens illi potestatem se-
cundùm Christum maximam. Hæc dissimulat
Stunica, ea duntaxat excerpens quæ torqueri pos-
sint ad calumniam. Bulla Leonis & edictum Cæ-
saris, non fulminant in ea quæ præcesserunt, sed
in futurum. De Confessione obiter admonàram,
hanc mihi videri natam ex secretis consultationi-
bus: cùm hanc dico, intelligo hanc confessionem,
quæ nunc fit cum suis circumstantiis omnibus. Et
tamen eam fateor amplectendam tanquam à D
Christo institutam, non negans interim institutam
à Christo, sed addubitans. De Matrimonio sic di-
sputo, ut fatear me recipere Matrimonium inter
sacramenta propriè dicta, quod tamen veteres
Theologi non faciebant. Et id mihi scriptum est
ante annos septem in Novo Testamento. Hæc
sunt præcipua capita Stunicæ, in quibus nihil est
quod mereatur istam tragœdiam, præsertim
quum hæc scripta sint antequam quisquam so-
miaret Lutherum exoriturum, quum nihil asseve-
rem, quum semper meum sensum submiserim ju-
dicio Ecclesiæ, quum in posterioribus editionibus
multa vel delerim vel moderatus sim, quæ vide-
bantur posse præbere occasionem improbis, qui-
bus præter occasionem nihil est opus. Doctrinam
meam non contendam ut approbem omnibus, æ-
quis ac bonis confido me approbaturum. Ex ani-
mo faveo gloriæ Christi. Et in utraque parte vi-
deo quod mihi displiceat, in altera multum mun-
dani spiritus, in altera multum seditiosi. In his
tumultibus si quid vidissem melius consilio quod
sequutus sum, haud dubiè sequuturus eram.
Quingentos ducatos, quos tua benignitas mihi in
singulos annos offert, jam mihi acceptos inter-
pretor, non minus obnoxius quàm si recepissem.
Amplitudinem tuam cupio quàm felicissimè va-
lere. Basileæ, decimoquarto Calend. Februarii,
Anno M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Petro Barbirio S. D.

AMice incomparabilis, Scripsi per *Morillo-
num* nostrum amicum verè candidum, ex
quo multa cognosces de statu tui *Erasmi*, qui pla-
nè periit, si perire est ad mortem tendere. Scripsi
nuper sed paucis *Romam*, quod incertum esset, an
illic esses futurus. Nam mihi semper fuit suspitio,
Pontificem *Adrianum* non adituram *Romam*, vel A
ante autumnum, vel sine Cæsare. Nunc non æ-
quum est te nescire, quo statu pridie sum hactenus
abs te defensus clienta. Excudebatur hic præ-
ter alia quædam Novum Testamentum tertiò recog-
nitum ac locupletatum; & quanquam semel atq;
iterum me crudeliter accepisset *Germania*, ignes
tamen quemadmodum anna dicitur per medios
succurrere sortibus suis, ita ego cupiebam etiam
capitis mei periculo adesse operi meo, quod haud
dubiè malè tractatum fuisset nisi ipse adfuissem. B
Itaque quum daretur comitatus frequens militum
qui tum dimissi à Cæsare repetebant domum, au-
sus sum me itineri committere. Nam rure *Ayd-
erlacensi* sic convalueram, imò sic quodammodo
repubueram, ut nihil non auderem forticulus. Sic
ante ruinam, juxta sapientis dictum, solet attolli
cor. Hac in re jam illud maximum fuit infortu-
nium, quòd subitâ datâ occasione discesseram non-
dum colloquutus cum *Joanne Glapione*, quem ex-
pertus sum mihi verè & ex animo amicum. Ex- C
petiverat ille colloquium meum, & ego vehemen-
ter cupiebam congredi cum eodem: sed dum ille
nostras ædes adierat, ego fortè aberam *Antuerpiæ*,
colligens messem pensionariam. Interim ille Cæ-
sarem sequutus est *Valentia* profugum in bellum
Tornacense. Itaque desperatâ colloquendi com-
moditate huc profectus sum, hoc me consolans,
quòd sperarem fore, ut absolutis his, quæ erant in
manibus, redderem me patriæ ante Cæsaris abi-
tum; & ecce statim *Vuormatiæ* ad nidorem hy- D
pocaustorum cœpi languere: id mali discussit e-
quitatio, & *Spiræ* dies aliquot curavi corpuscu-
lum, apud ejus Ecclesiæ Decanum. Rursum *Ba-
sileæ* ad odorem hypocausti cepit me non pituita,
sed meta pestis. Vicit & hoc mali natura. Olim
ci tertiò, & incidi in morbum capitalem, qui me
complures menses habebat. Huic junctus erat at-
que etiam successit calculus, qui adeo non deserit
me, ut indies inclementiùs imperet. Nec est finis,
nec intervallum, partus partum excipit, perpetua E
est superfœtatio. Nixus sæpe cum magno vitæ
periculo. Cruciatus talis est, ut hac de causâ
mortem non timeam, & sæpe inviderim iis qui
peste aut quarceris laborant febribus. Ante dies
quindecim penè in partu perii, calculus erat in-
gens, stomachus planè collapsus, nè nunc quidem
potest restitui. Totus *Erasmus* nihil est præter
pellem & ossa. His rebus factum est, ut quum in-
telligerem meâ maximè referre adesse in *Brabau-
tia* ante Cæsaris abitum, tamen per valetudinem F
non licuerit. Perveneram usque ad *Bleistadium*,
hoc est itinere bidui, sed febris oborta ex æstu, co-
egit me redire domum: quod ipsum ægrè potui,
quatriduo refocillatus apud *Beatum Rhenanum*, li-
teris tamen rem egi ut potui. Facilè divinabam
Caracciolam & *Aleandrum*, quos mendacissimæ
linguæ sycophantarum in me concitârant, moliri
adversum me in aula Cæsaris: Et erat nescio quis
in aula mihi infensissimus, quis sit nondum olface-
re potui, suspicor *Hispanum* esse, & aiunt esse G
magnæ apud Cæsarem autoritatis. Sed *Para-
phrasis in Matthæum* renovavit Cæsaris in me fa-
vorem, commodè rem adjuvantibus, *Glapione*,
Episcopo *Palantino*, cæterisque fautoribus. Nam
Cæsar cum apud *Anglos* prandaret cum Rege, or-
tâ fortè mentione de *Erasmo*, honorificè loquutus
est de me, meósque labores magnopere commen-
davit. Et certis argumentis compertum habeo

Regem

Regem *Anglia* mihi favere ex animo. Porrò Cardinalium ordo satis declaravit se mihi favere, qui *Stunicæ* libellum, quem inscripsit vero titulo *blasphemiæ*, edicto vetuit excudi, clam excusum vetuit distrahi. Cardinalis *Sedunensis*, jam iterum atque iterum offert annuè quingentos ducatos de suo, præter honorificum viaticum. Cardinalis *Moguntinus* amantissimè simul & honorificentissimè sæpiùs ad me scribit. Nec omninò video mihi ullum periculum, nisi à quibusdam pseudomonachis. De *Ecmondano* facilè divinabam fore quod evenit, ut profecto Cæsare inciperet suam exercere tyrannidem. Statim orsus est in me vociferari, & *Mechlinia* in publica concione monuit populum, ut caverent ab hæresi *Lutheri* & *Erasmi*. In conviviis passim jactabat *Erasmum* esse hæreticum pejorem *Luthero*, ac dira minabatur si adessem. Est alter qui tectiùs lacerat, sed nocentiùs. Tu, mi *Barbiri*, æstimas illum ex antiquis illis moribus, qui mihi quoque placebant, quum adhuc essem in humili statu: postea quàm afflavit fortunæ aura, ita sublati sunt animi, ut Theologis etiam quibusdam sit invisus, non modò candidis omnibus. Religiosum Principis animum vehementer laudo: sed si fuisset satis edoctus de toto negotio, non commisisset rem tanti momenti, homini fatuo & furioso, *Ecmondano*, & collegæ alteri huic simillimo, quorum uterque pejus odit linguas ac bonas literas quàm anguem. *Carmelita* in nullos magis sævit quàm in meos, & amantes bonarum literarum, aut à quibus læsus erat. Jactat se mortuum mundo. At nihil est vindictæ appetentius. In *N.* probum & doctum juvenem planè phalarismum quendam exercuit, quod illum aliquando vocârit *fatuum*. Nec id potuit homo furiosus dissimulare, quum in publico perageretur palinodiæ fabula. Alterum semel dimissum, retraxit, & in carcerem conjecit, virum quo nemo melior *Antuerpiæ*: opinor tibi notum esse. Quid de *Luthero* senserint nescio, apud me certè nihil tale declarârunt, sed strenuè oderunt quosdam *Dominicanos* & *Carmelitas*, qui sic profectò gerunt sese, ut nemo bonus eos non execretur. Fatereris ipse verum esse quod dico, si coram adesses. Illud est *Carmelitæ* decretum, rem austeritate conficiendam esse. Sed hanc fortassis exerceri decet in eos qui palàm defendunt *Lutherum*, apud nos nemo talis est. Odium Monachorum, ac sedis *Romanæ* conciliavit illi aliquem favorem apud totum populum, & plerosque magnates. Si hic affectus tam atrociter puniendus est, sunt hìc & apud nos ducenties centum millia hominum, qui sic affecti sunt, nec aliâ re opus est nisi duce. Miscet se huic negotio sub honesto prætextu aliena rapiendi libido, & privatum dolorem ulciscendi cupiditas.

A B C D E F G

Erasmus Roterodamus Francisco Molinio Episcopo Condonienſi S. D.

Epist. 41. UTinam saxum essem quemadmodum scribis, vel advolverer istuc, si non ob aliud, certè fruiturus tuis istis longè candidissimis moribus. Nunc totus sum vitreus, aut si quid vitro fragilius. Nihil moror episcopas, quas promittit regia Majestas: exhaurirent me præsente pecuniâ, quæ satis exigua est: onerarent me ære alieno, involverent curis, eriperent hanc libertatem, sine quâ non viverem triduum. Et thesaurária epi[illegible]. Novi hoc corpusculum, novi hunc a[illegible] unum atque alterum mensem non sen[illegible] calculi. Id vino debeo, quod nuper [illegible] Rex totus est in rebus bellicis, quem [illegible] cogeris sequi, & instat hyems. Sunt [illegible] sæ, quæ mihi propemodum persuadent, [illegible] ctemus hirundinem. Interea per literas [illegible] bulabimur. Hyems, uti spero, sedabit [illegible] rum æstus, tum isthic nidulabimur. *Aloysio Lo*gi *Christianissimo* non desines me commendare, cui cœlibatum accessisse doleo, quasi parum [illegible] ret malorum tanta bellorum tempestas. Vive ejus promerebatur fortunam secundiorem. Bene vale. Datum *Basileæ* postridie Calend. Septembr. Anno M. D. XXIV.

Erasmus Roterodamus Ferdinando Caroli Cæsaris Germano.

SAlutem plurimam. Serenissime Princeps, a Celsitudinem tuam plurimis & ardua negotia occupatissimam diutius remorer, agnosco quem *Erasmum* illum, cujus *De Principe* libellum [illegible] mihi reddidisti commendatiorem, postea quàm tuâ lectione dignatus es. In præsentia nihil [illegible] nisi ut si promereor, veterem in me favorem obtineas, præsertim hoc seculo longè turbulentissimo. Nec hoc in aliud peto, nisi ut nostro pudio bonæ literæ, doctrinæque Evangelicæ [illegible] indies magis ac magis polleat apud *Christi* ominis professores. Non enim ambio dignitates aut salaria, meâ nimirum humilitate mediocritate contentus, sed *Christi* gloriam [illegible] tua serenitas, ut non minus favet, ita plus [illegible] prodesse. Ego certè pro meâ virili hactenus [illegible] grâ fide, synceráque conscientiâ [illegible] prodessem. Superioribus mensibus *Paraphrasin* [illegible] *Matthæum*, impulsu *Matthæi* Cardinalis [illegible] *nensis* susceptam, invictissimo Cæsari *Caroli* tuo nuncupavi. Isque literis pro sua [illegible] ne humanissimè ad me scriptis, testatus [illegible] studium meum sibi gratissimum fuisse. Nunc manibus est *Paraphrasis in Joannem*, quam multorum hortatu sum aggressus, tum præcipuè Cardinalis *Moguntini*, & Præsulis eximii [illegible] Episcopi *Roffensis* apud *Anglos* viri sanctissimi doctrináque incomparabili: quòd hoc Evangelium plus habeat obscuritatis quàm cæteri, non tantùm ob sublimitatem rerum divinarum [illegible] quibus tractat, verumetiam ob sermonis [illegible] ta quibus involutum est. Hoc, quicquid est [illegible] decretum est tuo dicare nomini, qui doctrinam Evangelicam non solùm profiteris, quod est omnium commune, verumetiam aves cognoscere, studes vitâ ac moribus exprimere. Porrò cum istud pulcherrimum exemplum plures imitentur spero, si tua pietas, & religiosum [illegible] literas studium nulli fuerit ignotum. Qui [illegible] reddit, *Jacobus Spiegel*, avo tuo paterno Cæsari *Maximiliano* secretarius fuit, ut fidissimus, ita cum primis gratus: Eleganter doctus, & filio [illegible] lici, ac præter has dotes impensè favet ac promovet Evangelica studia: quem tuæ Celsitudini commendarem, si vel ipse possem aliquid, vel ille tali esset ut egeret ullius commendatione, quem [illegible] suis ipsius virtutibus fore commendatissimum. Admirum iisdem quibus *Maximiliano*, accessit [illegible]

Principi placuit. Tua sponsitas sibi pollicetur ob *Erasmum*, quicquid ab humili quidem sed fido mancipio praestari poterit. Eam jugiter florentem servet Opt. Max. *Jesu Christus*, qui vestra consilia bene fortunet, in Reipublicæ salutem, & in Dei gloriam. *Basileæ*, tertio Calend. Decemb. Anno M. D. XXII.

Ferdinandus Dei gratiâ Princeps & Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, dux Burgundiæ, &c. Imperialis locum tenens generalis, Erasmo Roterodamo S. D.

HOnorabilis ac erudite syncerè nobis dilecte. Accepimus literas tuas ex *Basilea*, quibus, quæ ad nos de laudabili opere *Paraphrasis in Joannem* à te composito, scripsisti intelleximus, eáque nobis gratissima, & summæ jucunditati fuere. Et cupimus ac affectuosè te hortamur, in ejusmodi disquisitionibus, & maximis laudibus, & præconiis extollendis laboribus, & vigiliis perseveres & persistas, illumque *Paraphrasim* impressioni ad communem doctorum & proborum utilitatem & commodum quamprimùm per otium licuerit exhibere cures, & nunc ad nos transmittere: quod erga te ubi occasio se obtulerit omni benignitate & clementiâ nostrâ, in quibuscunque poterimus recognoscere & rependere studebimus, & meritorum ac vigiliarum tuarum immemores non erimus. Datum in civitate Imperiali *Nurenberga*, die decimoquinto Mensis Februarii, Anno M. D. XXIII.

Erasmus Roterodamus Guilhelmo Archiepiscopo Cantuariensi S. D.

AMplissime Præsul, arbitror tibi redditam imaginem pictam, quam misi ut aliquid haberes *Erasmi*, si me Deus hinc evocârit. Mense Aprili graviter periclitatus sum pituitâ, vix convalueram successit calculus, tam atrociter, ut omnino sperarem malorum finem. Nunc aliquanto commodiùs habeo. Hæc scribo, quo magis mihi gratuleris, cui scio meam incolumitatem anxiè curæ esse. Siquidem ut scribis, me periclitante meruisti, & rursus, me victore, recipis animum: Quod me jubes esse forti animo, si mihi cum una luce dimicandum foret, utcunque sustinerem bellum olem, nunc cum triplici exercitu res est. Romani quidam qui literas ethnicas adamant, miserè mihi invident, quemadmodum literis suis significant amici. Theologi quidam ac monachi nihil non moliuntur quo me perdant. Sed nulli frementes insaniùs, quàm isti qui se *Lutheranos* appellant, quum horum intemperias detestetur etiam ipse *Lutherus*. *Clemens* septimus misit honorificum breve cum centum angelatis, majora pollicens: *Henricus*, qui nullum insaniendi finem videbatur facturus, silentium imposuit. Regum amicitiam hactenus alui. Rex *Galliarum Franciscus* incredibili est in me affectu. Rursus vocor in *Galliam*. Parata est jampridem Thesauraria *Turonen.* ampli proventus, sed tales sarcinas nihil moror, & libertatis avidus, & brevi moriturus. Amat ac favet *Ferdinandus*, qui jam sæpe scripsit, ac nuper misit centum aureos. *Polonia* mea est, & apud *Hispanos* fato quodam incipio esse gratiosus. A *Lutheranorum* arena lubens abstinuissem, idque hactenus totis viribus sum conatus, sed jam pridem ab amicis spes erat injecta Pontifici ac Regibus, fore ut aliquid ederem, eumque spem & me ut cunque pollicitis alueram. Si nihil prodisset, habuissem illos infensos, quibus vitus fuissem obtrudere palpum. Simúlque, quoniam rumor libelli prodituri jam apud omnes sparsus erat, & *Lutherani* habuissem iniquiores, qui vel metu me premere libellum prædicâssent, vel atrocius aliquid quàm res habet expectâssent. Certè sic obturavere os istis, qui Principibus omnibus hoc persuadere conantur, mihi per omnia convenire cum *Luthero*. Hoc quidam conantur odio mei, quo me Principibus reddant invisum; quidam ut meo periculo causam *Lutheri* reddant vincibiliorem. *Hieronymum* ad te mitto, nondum poterat compingi ob recens atramentum. Sacerdotium nihil moror, modò Deus velit te mihi superstitem esse. Accepi bis decem libras, alteras quas ex *Belgica* reddidit *Hispanus Dassa*, ni fallor: alteras attulit huc *Franciscus Bercmannus*, nactus isthic ex bibliopola quodam, quum nihil rerum mearum illi velim committi. Pro aucta pensione habeo gratiam. Malè sit istis bellis, quæ nos toties decimant. Atqui arbitrabar pensiones esse liberas ab exactionibus. Equum accepi non admodum pulchrum, sed bonum, caret enim omnibus peccatis mortalibus, exceptâ gulâ & acediâ: & ornatus est omnibus virtutibus boni Confessoris, pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus, & quietus, neminem mordet, nulli occalcitrat. Suspicor ministrorum vel dolo, vel errore factum, ut alius equus veniret pro eo quem tu mitti jusseras. Nihil mandâram famulo de equo, nisi si quis fortè daret ultrò bellum & commodum. Et tamen pro animo tuo summam habeo gratiam. Ego de vendendis equis cogitabam, quando jam eques esse desii. Famulo meo succenseo, qui injussu meo hoc ausus est, cujus incuriâ pervenit huc equus longè deterior. Quod aliquid boni promittis extra conspectum malorum, quid sit non satis intelligo. Si Deus dederit vitam, fortasse proximo vere fruar alloquio celsitudinis tuæ. Vehementer gaudeo, epistolas *Hieronymi* feliciter absolutas; nam in his plurima restitui. Cætera quoque volumina sequentur, si convenerit inter typographos: nam res est immensi sumptus, nec unius hominis. Dominus *Jesu* te servet incolumem optime *Mecœnas*. *Basileæ*, pridie Nonas Septemb. Anno M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Virgilio Polydoro S. D.

ERuditissime *Polydore*, decreveram tecum prolixis epistolis confabulari, sed incommode incidit, ut mihi præter *Livinum* eodem tempore quatuor bajuli forent epistolis onerandi, iisque prolixis, quorum unus petebat *Romam*, alter *Galliam*, tertius *Francfordiam*, quartus *Saxoniam*: Quare *Laconismo* utendum est. Primum scis exemplar quod miseras non esse apud *Frobenium*, sed apud *Franciscum*. Egi cum *Frobenio* de editione operis, vel operum potiùs. Ait, si majusculis excudat, fore volumen ingens, nec sexcentos aureos sufficturos in sumptus, & metuit aleam in vendendo. Nam *Germania* nunc insanit in ea quæ sapiunt *Lutheranum* quidquam. Alioqui est pulchrè animatus ad gratificandum utrique nostrum, & ipse efficiam ut sit animatior. Est triplex extendendi ratio: *Epist. 45.*

ratio: Nonnunquam totum negotium *Frobenius* A
ſuſcipit ſuo periculo: Hoc aliquoties facit in minoribus voluminibus, in quibus minus periculoſa eſt alea. Nonnunquam tota res agitur periculo alieno, ipſe tantum pro opera ſua paciſcitur mercedem. Nonnunquam res fit communi periculo ſociorum. Jam in pactione operæ *Franciſcus* mercedem offert oppido quàm iniquam. Nunc agetur *Francfordiæ* an res vel unius *Franciſci*, vel ſociorum communi periculo poſſit agi. Et quid actum ſit perſcribam ubi *Frobenius* è mercatu redierit. Spero rem futuram ex animi tui ſententia. Mihi videris conſultè facturus, ſi primam illam præfationem totam retexas. Primum faciet hoc ad operis commendationem ob novitatem. Deinde faciet ad opinionem utriuſque noſtrum, quod inſunt in illa priore quædam, quibus ego quidem non offendor, ſed tamen ſuſpitionem præbent eruditis alicujus inter nos æmulationis. Præterea mihi videtur magis ingenuum, totum opus Proverbiorum uni dicare, nunc acceſſionem dicas alii. His de rebus tua prudentia ſtatuet quod videbitur optimum, ego ſimpliciter indico meam ſententiam. De *N.* perfidia ſatis dici non poſſit. Videris cum illo expoſtulâſſe. Et audi quomodo me ſit ultus: *Antuerpiæ* ſparſit rumorem meam imaginem cum omnibus libris meis exuſtam eſſe *Romæ*, & ideo me nunc ſcribere in Papam. Et perſuaſit multis hæc prodigioſa mendacia. Immò *Clemens* ſeptimus ultrò miſit ad me diploma honorificentiſſimum, cum florenis aureis ducentis. Et ego eodem tempore edidi libellum *De libero arbitrio* contra *Lutheranos*: ſic *Romæ* ſum exuſtus, ſic ſcribo contra Papam. Si nanciſci poſſis negotiatorem, qui quinquaginta volumina ad ſe recipere, cætera facilè conficerem cum *Frobenio*. Bene vale. *Baſileæ*, Anno M. D. XXIII.

Eraſmus Rot. Petro Barbirio S. D.

Epiſt. 46. PEr *Livinum* famulum meum intelligo *Joannem Molendinum* recepiſſe dimidium penſionis hujus anni à *Joanne de Hondt*, ídque autoritate tuarum literarum, quibus ſignificâras te hac in re placâſſe animum meum. Et ni in tempore meas literas attuliſſet *Marcus Laurinus* Decanus *Brugenſis*, devorâſſet totam. Et poſtea ſcribis inter nos amicitiam fore perpetuam. Vetus proverbium eſt, *uſque ad aras*, ſed vetuſtius exemplum, *uſque ad pecunias*. Quid te crudelius ſi nudo veſtimenta detrahis, & ſpoliatum ſpolias? Tu ſcis quàm ſimplici fiduciâ, quàm ſyncero pectore, totum hoc negotium tuæ crediderim fidei, cui pari fiduciâ crediturus eram & vitam. Inter *Lutheranos* ferè qui mihi erant juratiſſimi, nunc ſunt hoſtes pluſquam capitales. Quod ſi me fallit *Barbirius*, nulli poſthac mortalium crediturus ſum. Atqui pollicebaris ex *Paria* glebas aureas, & nunc detrahis tantillas micas? Sed extra jocum, mi *Barbiri*, de Cæſaris penſione nulla ſpes ni me domum recipiam, & ſi redeam, neſcio an ſint præſtaturi quod pollicentur. Nôſti Comicum illud, vel aulicum potius, *mox, cras redi, ubi eras?* Et meum ingenium non ignoras, quàm non improbus ſim appellator. Debetur jam in tres annos penſio. Et hic magno vivo, crede mihi non poſſum minoris quàm ſexcentis florenis aureis. Alo familiam, famulos tres, & equos. Semper aliquis eſt in legatione, & valetudo indies ſit deterior. Modo jo-
nio planè perieram, nec unquam major
tione ſum enixus. Satis acciſæ ſunt mea
amſi nihil decidatur. Scio me debere
quid eſt hoc fortunæ, ſed boni *Mo*
gere beneficium, non eripere quod de
bunt amici parùm bene conſultum
me eſſe homuncionem
frequentibus peſtilentiis. Quòd ſi ter
tibicinem ſupponas rem fore firmiorem.
me *Livinum* cognomento *Algot*, id eſt,
nus, ſervivit mihi plus quinque annos, in
lim transferri penſionem, ſi quid nobis
humanitùs. Et eſt alioqui juvenis bonæ
fortunâ dignus. Sic profecit in utraque
bonis literis ac diſciplinis, ut me præcurrat.
nique *Gandavi* natus eſt, ut hoc ad
nis cumulum adjiciam. Faciet mihi rem
menter gratam, ſi hoc quamprimùm
Morillonus ſcripſit de precibus privariis,
meum nomen transferat in fratrem
laum. Accepi proximam fœturam
mo planè certat cum *Paſquillo*, verèque
nus eſt, qui re ipsâ docet, nihil
conſtitutiones Pontificias, qui tot edictis
nihilo ſecus peragit ſuam fabulam. Decre
poſthac hominem negligere cum
ſingulis diebus Evangelici novi,
rabioſi libelli in caput meum.
quius ferre, quando nuper in Pontificem
runt quædam, quæ nullus ſcurra
nonem. Cogor edere libellum
quando jam rumor ſparſus eſt,
quid atrocius. Doleo Pontificis legatum
giſſe apud *Anglos*. Demiror quid
narchæ. *Hezium* ſaluta mihi diligenter,
quos item amicos. *Baſileæ*, Anno M. D. III.

Eraſmus Rot. Joanni Carondilet Archiepiſcopo Panormitano S. D.

REverende Præſul, admoneor amicorum
ris, ut iſthic adſim ante Cæſaris
hic qui has perfert, narrabat ſic
ctionem in *Angliam*, ut verear
ſcripſerim. Sequar tamen ſi ſenſero
iſthic diutiùs hæſurum. Sed interim
videor meis laboribus aliquam
bonis literis, adjuva tuo favore
mihi penſio ſit incolumis, & Cæſaris
fendar adverſus quoſdam
phantas. Hic ita me gero, ut omnes
hementer oderint, convicijſque lacerent,
et iam libellis me proſcindant.
Chriſtiana, nec Cæſaris gloriæ
Quid multis? Efficiam, ut illum
niteat hujus conſiliarii. Olim
damnum datum noxæ dedebantur,
ter iniquum, ut ego ob datam
tem dedar quibuſdam noxiis beſtiis,
livori, quæ peſtis eſt quavis
Amplitudinem tuam incolumem
Maximus *Jeſus*. *Baſileæ*, die
ſcha, Anno milleſimo quingenteſimo
ſecundo.

A

Erasmus Rot. Francisco Molino Episcopo Condonienſi S. D.

HEres, ut scribis, meus *Hilarius*, utinam haberet tantum mentis quantum habet bonæ mentis. Mandâram etiam scripto, ut ante Septembrem isthic pararet mihi nidulum; nihil meminit, ebrius opinor voluptate repetitæ *Gallia*, quam unicè adamat. Rursum scripsi me non venturum ante proximum ver. Interea, si ipsi esset felix *Gallia*, fieret: sin minus, recurreret huc, mihi futurus usui, sibi fortasse nulli incommodo. Venit cum aliquot extortis ac supervacaneis epistolis, mox in *Galliam* revolaturus. Si tua benignitas vult illi benefacere & si videbitur dignus, nè committæ illius manibus multum pecuniæ, sed prospiciat de sacerdotio quod non possit prodigere. Novi hominis ingenium, non odi. Narrat tuam excellentiam decrevisse huc advolare. Id tametsi, suspicor abs te joco dictum, tamen quando sic asseverat *Hilarius*, non video causam, cur tantum suspicias iter. Fortassis in Septembri commissurus eram hoc corpusculum itineri. In hyeme non faciam, nisi decrevero mori: nè in ver quidem possum aliquid certi promittere. Bellum increbescit, qualis sit futura valetudo incertum. Multa alia possunt exoriri, quæ consilium si non mutent, certè impediant. Hæc non ideo scribo, quod tuus conspectus non sit mihi futurus multo jucundissimus, sed quod nolim tantum amicum frustra & sumptu & itinere fatigari. Quod scribis de hirundine in niveis quæsita, Deus avertat omen. Bene vale. *Basileæ*, pridie Idus Decemb. An. M. D. XXIV.

Erasmus Roterodamus Henrico octavo Regi Angliæ S. D.

INvictissime Rex, scio quantum habeat momenti ad conciliandam muneri gratiam, ut in tempore detur, neque me fugit hoc meum munus duplici nomine intempestivum esse, vel quòd serò redditur, videlicet postea quàm per omnes orbis regiones sparsum manibus populi teritur; vel quòd offertur bellicis rebus occupatissimo. Sed non contigit antehac certus aliquis per quem maturè mitterem; & libens totius officii mei gratiam perdidero, si hâc jacturâ liceat redimere Monarcharum inter ipsos concordiam. Nunc in tam atrocibus, támque diutinis rerum humanarum tumultibus, non modò studiorum me tædet aliquando, verumetiam vitæ. Sed his malis Deus aliquando finem dabit, si nos promereamur. Mitto primam manum libelli *De libero arbitrio*, adversus *Lutherum*. Nondum est absolutum opus, immo per valetudinem, quæ me ad mortem usque afflixit, & labores, quibus explicabam cætera, quæ erant in manibus, vix tantum potui. Si gustus operis probabitur Majestati tuæ, cæterísque doctis, absolvemus, & alicubi excudendum curabimus. Nam hic opinor nullus est typographus qui ausit excudere, quod verbulo attingat *Lutherum*, contra Pontificem licet scribere quidvis. Hic est præsens *Germaniæ* status. Itaque ut turò isthuc pervenirent quæ mitto, emandavi rursus famulum proprium ac fidelem, sed Majestati tuæ non ignotum. *Christus* opt. max. res tuas bene fortunet Rex invictissime. *Basileæ*, Anno M. D. XXIII.

Erasmus Rot. Senatui Basilienſi S. D.

ET scio & memini quot quantísque nominibus vobis jam pridem obstratus sim, nobiles ac præstrenui domini, nec ignoro quàm ob facultatum mearum tenuitatem solvendo non sim: tamen facit hoc mihi jam pridem explorata certissimis argumentis vestra singularis humanitas, ut nullis lubentiùs debeam quàm vobis: Nec me deterret à petendo, quod is sim qui non possim ullam referre gratiam, nisi vestra bonitas ad exemplum æterni numinis sic interpretetur, esse relatum, quod agnoscit, meminit, ac prædicat is qui accipit. Alioqui qui dicere potest, *Referam*, sed cum fœnore, non accipit beneficium, sed fœneratur. Non inficior ex usu Reipub. esse, ut legum, scitorum, ac magistratuum autoritas sit inviolata; sed hic *Benedictus* bibliopola, ut accipio, non ullâ contumaciâ, sed simplici errore prolapsus est in multam. Et quod erat hujus causæ caput, duxit mulierculam uxorem. Solet ubique favere conjugio. Juvenis est tenui re. Erit bona spes dotis, si vestra benignitas multam remiserit. Me jam pridem vobis obligatissimum, reddetis obligatiorem, ac mecum alios multos cives vestro non indignos favore, qui me ut *Benedicti* causam agerem hortati sunt, exitum etiam felicem pollicentes, vestrâ nimirum humanitate freti. Ego nullas beneficii vices possum polliceri; tamen si quis me submonuerit, quâ in re queam ordini vestro clarissimo gratificari, sentietis promptam certè voluntatem mihi non defuisse. Precor ut Dominus *Jesus* vos omnes servet incolumes, ac bene fortunet Rempublicam vestram, & publicè & privatim. Anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio. *Epist. 50.*

Erasmus Roterodamus Maximiliano Transylvano S. D.

LIteræ, quas *Beatus* noster ex *Hispaniis* attulit, serò mihi redditæ sunt. In causâ erat quod quum ipse pertæsus navigationis terrestri itinere peteret suos, non exemerit è vidulo quæ ad me pertinebant: Itaque delatæ sunt in *Brabantiam*: Inde per multas ambages tandem *Sletstadium*. Respondi tamen omnibus, quibus amici jusserant me scribere. Literas misi *Norembergam*, ut per *Michaelem Gillis* tibi notum deferrentur in *Hispaniam*. Nec unquam scire licuit, quid de illis epistolis sit actum. Intervallum est ingens, & mira ubique, præsertim his temporibus, in resignandis, intercipiendis, ac premendis epistolis perfidia. Non arbitror mihi tecum ullam fuisse consuetudinem, nisi quòd *Bruxellæ* quum agerem ante annos opinor quatuor, à multis prædicabatur singularis quædam tua humanitas & ingenii candor eximius. Verùm istud pectus niveum, planéque Gratiarum ac Musarum domicilium, sic mihi repræsentavit ac patefecit epistola, ut multis jam annis nihil legerim libentiùs. Nam dictionis erat tanta felicitas, ut me propemodum deterruerit à respondendo. Attamen perfricui faciem, & respondi sic ex tempore. Eas tibi non esse redditas ex *Beati* literis intelligo. Nunc quod superest expediam paucis. Jusserat Cæsar, ut mihi pensio solveretur extra ordinem. Illustrissima D. *Margareta* respondit, Si reditem non solùm pensionem *Epist. 51.*

esse numerandam, sed majora collaturam sese. At vereor nè etiamsi redeam, audiam, *mox, eras, redi, ubi eras.* Rex *Galliarum* incredibili affectu detulit opimas conditiones, proximè Thesaurariam *Turonensem*, sexcentorum coronatorum annui census. Recusavi omnia, non sine multorum amicorum offensa. *Clemens* Pontifex, unicè affectus in me, quod ipsa re comperio, nihil non offert. Dices, cur non redis huc? Non licuit per occupationes studiorum; & si per has licuisset, valetudo non dabat commeatum. Aliquanto rariùs me nunc repetit calculus, sed longè periculosiùs, ut hoc non sit ægrotare, sed crebro mori. Hypocausta *Germanorum* fervent toto anno, vix exceptis Junio & Julio: ad horum odorem quum exanimer, per hæc tamen eundum est, aut ferendus æstus Junii aut Julii, aut etiam Augusti. *Italiam* valde desiderabam, ob medicorum & pharmacorum copiam, valetudo vetuit. Et tamen res hic nunc sic habent, ut omninò sit demigrandum aliquò. Jam non ignoras quàm immedicabili odio teneantur isthic in me monachi ac theologi quidam, quorum coryphæus *Ecmondanus Carmelita.* Huic *Adriani* imposuerat silentium diplomate: vix tacuit. A morte illius, silentium illud multa maledicentia pensavit. Quibus si res successerit de *Luthero*, nemo poterit istos ferre victores. Si Cæsar adesset, nihil esset periculi, nunc quid in aula sit præsidii nescio, præsertim homini qui non sit aulæ familiaris. Præsul ille magnus utinam tam comis esset officiis, quàm est dictis benignus. Cum illustrissimo comite *Hochstrateo*, exigua mihi fuit consuetudo. Et habet ut fertur uxorem sic religiosam, ut superstitioni sit proxima. Apud tales plurimum valere solent pietatis histriones. Episcopus *Leodiensis* dicitur anceps amicus, ob *Aleandrum*, qui coràm blandus est, absens, ut audio, alius est. Et habet fratrem apud *Leodien.* hoc perniciosiorem, quòd omnia potest dissimulare, id quod non potest *Aleander.* Scripsi nunc per Canonicum quendam *Antuerpiensem*, juvenem, nomine *Franciscum Dilft*, per eum huc redeuntem poteris tutò quæ voles scribere. Quæ spes sit de pensione nescio: procurationem negotii commisi *Panormitano* & *Craneveldio*, quo nihil est apud nostros candidius. Nolim te gravari rebus meis, tamen si se daret opportunitas, adjutabis quod agitur. *Ferdinandus* frequenter ad me scribit amantissimè. Is nunc illustrissimę dominę scripsit, ut *Carmelitæ* debacchanti in nomen meum imponat silentium, quem hominem nihil omninò pudet. Reverso *Francisco*, ex literis vestris statuemus quid sit faciendum. Bene vale. *Basileæ*, natali *Matthiæ* Apostoli. Anno millesimo quingentesimo vigesimoquinto.

Erasmus Rot. Sylvestro Prierati S. D.

Epist. 52. Quod tua pietas scribit de epistola malum olente fumum, quid sibi velit non satis intelligo. Tibi certè multis modis gratiam habeo, & quod apertè scribis & quòd amanter, quæ meâ referebat scire: & quòd viam indicas quâ possim effugere quod denuncias periculum, videlicet si explicem quædam loca: plus etiam tibi debiturus si dignatus fuisses ostendere quæ sint illa loca. Nil esset novi, aliquid erroris inveniri in libris meis, quum nec *Hieronymus* nec *Augustinus* vitare potuerit, præsertim in tanta varietate judiciorum: certè hoc animo semper fui, ut sciens non passurus esse quicquam in libris [illegible] gnaret cum orthodoxa doctrina. *Lovanii* [illegible] nos egi, nec amicus nec inimicus theologo [illegible] unquam indicavit aliquid tale, quum [illegible] illos rogârim, ut admonerent liberè si [illegible] Quòd *Stunica* sic palàm insanit *Romæ*, [illegible] non fugit quorum instinctu fiat, tamen [illegible] exemplum invehat. Finge in libris meis [illegible] dam intolerabilia, quod tandem [illegible] tam furiosis libellis scurrili impudentiâ [illegible] ri in nomen hominis, certè adhuc à nullo [illegible] mnati? Est *Lovanii Carmelita* homo plane [illegible] & furiosus ac parùm doctus, & unus [illegible] huic simillimus: hi soli moliuntur in me [illegible] nolim faciunt me *Lutheranum*, quum ego [illegible] omnium dehortatus sim à calido factore. [illegible] arrogantiùs sed verè, si vel uno epistolio [illegible] voluissem, me vel tantulum favere *Luthero*, [illegible] ses erectissimos animos totius *Germaniæ*, [illegible] latissimè patet. Nec defuissent Principum [illegible] dia. Ego tot convitiis quorundam provocatus [illegible] aliorum blanditiis sollicitatus, nunquam [illegible] potui à veneratione *Romanæ* Ecclesiæ. [illegible] nihil non facit adversus *Lutheranos*, ut si pernicies [illegible] rem omnem, solus *Erasmus* plus fregit virorum [illegible] nimos illius factionis, quàm omnia [illegible] limina. Tot epistolis privatis ac publicis [illegible] *Lutheranos*, quum multa necessaria docuerit [illegible] le, sed mihi nullo pacto placet dissidium. [illegible] vobis isthic persuasum sit nescio, certè [illegible] hic intelligunt, qui mihi uni imputant, quod [illegible] non succedit; jámque dentatis libellis in me [illegible] bacchantur tanquam in adversarium, & [illegible] Tametsi malim mala separari à bonis, quàm [illegible] que simul perdi. Vide igitur quam graviter [illegible] rependunt, qui tam improbis sycophantis [illegible] tunt caput meum, imò quàm malè consulunt [illegible] negotio. *Lutheri* factio nondum tam est [illegible] quàm vos isthic creditis, atque utinam esset. [illegible] enim perdit omnia studia nostra. Sunt [illegible] millia hominum, qui odio sedis *Romanæ* [illegible] ex parte favent *Luthero*: nec aliud expectant [illegible] ducem aliquem. Me nec angelus, nec homo [illegible] et seditiosum, tamen isti strenuè laborant [illegible] ciant. Habemus Cæsarem propitium, cujus [illegible] rio gaudemus consiliarii nomine, de hoc [illegible] sum. Habeo & hic Principes, ac Reges [illegible] mihi faventissimos: Cardinales item & [illegible] aliquot. Quæso ut per *Stunicas* & similes [illegible] phantas liceat mihi orthodoxum esse. De te [illegible] quam malè sensi. Fortassis in epistola *ad Hadrianum* dixi in tuis & Card. *Cajetani* libris [illegible] non probari theologis *Parisiensibus*. Tunc [illegible] hil scripserat præterquam adversus Conciliabulum [illegible] sanum, neque tu quicquam nisi pauca adversus [illegible] clusiones *Lutheri* primas. De vestris operibus [illegible] est meum ferre sententiam: quid autem [illegible] eruditi, nos hic melius audimus, quàm vos [illegible] Hæc ægrè dictavi amanuensi meo, sic affectus [illegible] culo & stomachi dejectione, ut tæderet etiam [illegible] vere. Optârim esse *Romæ* vel dispensio [illegible] bonorum meorum, & adero si valetudo [illegible] De Pontificis in me animo nihil addubito. [illegible] est is qui soleat talibus calumniis præbere [illegible] Ego curabo nè quid boni viri in me [illegible] Bene valeat tua pietas, cui me totum [illegible] *Basileæ*, Anno M. D. XXIII.

Erasmus

Erasmus Rot. Cælio Calcagnino S. D.

Libellus tuus *De libero arbitrio*, mi *Cæli*, usque adeo mihi placuit, ut editurus fuerim in tui nominis gloriam, ni me locus unus offendisset, in quo suspitionem quorundam qui me dictitant hoc spectaculo delectari, quod hactenus tacitus conserta cum manibus viderim aprum illum ferum devastantem vineam Domini, sic refers quasi non fueris ab eadem alienus. Et poterat locus verbis tuis mutatis corrigi, verùm religio fuit vel tantillum mihi permittere in alieno libro, faciam tamen si tu jusseris. Cæterùm video illud esse fati mei, ut dum utrique parti consulere studeo, utrinque lapider. Isthic & in *Brabantia* sum *Lutheranus*, at in tota *Germania*, in quâ vivo, adeo sum *Antilutheranus*, ut in neminem mortalium, ii qui valde favent *Luthero*, magis sæviant quàm in me, nec alii magis impurant quod de Pontifice non agant triumphum, quàm mihi. Hoc verum esse facilè crederes, si præsens audires convitia, minasque quibus impetor, si picturas infamantices, si libellos criminosos ac furiosos potiùs legisses, qui hic subinde provolant in caput meum. Atque hoc odium non nuper cœpi promereri proditâ *Diatribâ De libero arbitrio*, sed ante triennium, tot epistolis, tot libris editis testatus mihi non probari *Lutheri* fabulam, adhuc dicor consertis manibus spectare tantum. Præter alios & ipse *Lutherus* respondit nostræ *Diatribæ*, nec dubito quin odiosissimè; nondum enim liber allatus est: & interim theologi monachique, quorum implacabile odium in me concitâram, ob provecta bonarum literarum studia, quas istæ pecudes multò pejus oderunt quàm *Lutherum* ipsum, tam pertinaciter ac stolidè debacchantur in me, ut ni mihi fuisset animus adamantinus, vel horum odiis potuerim in castra *Lutheri* propelli. Nescio an vos putetis rem esse seriam, verùm nemo credat, quàm hoc negotium latè propagatum sit, quámque gentium penè omnium animos occupârit. Tot eruditorum hominum amicitiâ videbar mihi *Cræso* beatior. Hanc felicitatem æquo animo deposui, méque nudatum omnibus præsidiis, inermem ac destitutum objeci tot furiosis, quorum tyrannidem mundus diutius ferre non potest, nec feret. Et tamen illi non ignorant quantam cladem ipsis inferre potuerim, si vel digitum porrigere *Lutheranis* voluissem. Atque interea, quoties decernitur honos theologis, nihil sapit *Erasmus*: At quum est gravandus invidiâ, solus poterat totum hoc incendium extinguere suo calamo. Quin in hanc invidiam vocat *Pius* ille *Carpensis* qui ut scribunt, *Roma* in omnibus conventiculis, in omnibus conviviis deprædicat, *Erasmum* nec esse philosophum nec theologum, nec quicquam omninò tenere solidæ doctrinæ. Cur ille vir tacitis consertisque manibus spectat hunc aprum ferum depopulantem Domini vineam? Cur nullus hoc audet *Roma*, quod ego sum ausus in media *Germania*, solo præmio rectæ conscientiæ contentus? Neque enim me jam binc brevi emigraturum vel Cæsar vel Pontifex beare potest; imò ne hoc quidem præstare valent, quò minùs prosciudar rabiosis libellis, etiam ab istis ventribus, qui se jactant favere *Romano* Pontifici, quum nulli magis officiant nomini Pontificio. Quo in statu simus hîc, bonâ fide refetet qui has tibi reddit, in hoc à me legatus, ut quædam amicis aperiat, quæ literis committere, ut perlongum est, ita nec tutum; per hunc itaque poteris tutò rescribere. Commisi illi quiddam de studiis nostris, in eo non gravaberis impartire consilium tuum, si quid desiderabit. Quid agat *Leonicenus* medicus, quid *Panicetus*, quorum utrumque vidi *Ferrariæ*, scire cupio, & *Rhodigmum* amo, tametsi me locis aliquot taxârit in suis collectaneis. Verùm non sum is qui nihil possim devorare. Te non novi, nisi quòd suspicor esse illum qui me semel in ædibus *Richardi Pacei* salutavit oratione tam copiosâ, támque diserta, ut ego planè viderer mihi mutus. Bene vale. *Basileæ*, III. Idus Maii. Anno M. D. XXV.

Cælius Calcagninus doctiss. viro Erasmo Roterodamo S. D.

Quom ad *Pistophilum* scriberem de *libero arbitrio*, *Epist. 54.* nihil minus cogitabam, quàm ut Commentarius ille in lucem unquam prodiret: aut certè in manus tuas perveniret. Hoc enim unum tum mihi propositum fuit, grati animi testimonium dare homini de me bene merito, qui tuam *De libero arbitrio Diatriben* protinus ad me dedisset, quom eam beneficio *Floriani Montini* viri ornatissimi ex *Germania* accepisset. Noverat enim me, tum omnium tuarum lucubrationum esse studiosissimum, tum maximè hoc genere delectari, quod ad reprimendam retundendámque insolentiam *Lutheranam* pertinebat. Quod quom multi hactenus oscitanter & quasi aliud agentes tentaverint, in eam audaciam hominem, alioqui ad turbas natum perduxerunt, ut solus sibi sapere videatur: rejectísque in ordinem omnibus antiquis & peidem receptis scriptoribus solus in sacras literas censuram exerceat: damnatásque olim opiniones, & veterum patrum decretis explosas hæreses in lucem promoveat, pertinaciter defendat, animis inculcet, ut profectò satius fuerit hanc anagyrin non attingere, quàm attactu irritare. Certè *Hercules* quom in *Hydram* certamen suscepisset, non prius sibi cessandum existimavit, quàm eam ferro ac flammâ prorsus confecisset: ego quoque illud semper judicavi opportunum, aut *Lutherum* prorsus negligi, aut prorsus convinci oportere: Nihil enim medium videbam. Comparaverat ille sibi ab initio multum existimationis, quòd intrepidè ac perfrictâ fronte mores nostræ ætatis perstrinxisset, quòd purpuratos patres, quòd summi Antistitis majestatem fœdissimè sugillâsset, & quasi pudenda patris, impiorum liberorum more, retexisset. Ea res aures expectationémq; plurimorum exeitârat, quasi amore virtutis ac veritatis & nimio juvandi mortales studio vir ingenuus prolaberetur: præsertim quom suis adhuc moribus modestiam prætenderet: tantum enim abest, ut sua illa placita, quæ tum pariebat, quom alia multo immaniora, majoribúsq; monstris implicita parturiret, pertinaciter defenderet, ut ea potius meliorum judicio ac sacrosanctæ piorum Ecclesiæ subjiceret. Dicam tibi vir optime: Imposuerat mihi penè vir ille, ut postea cognitum est, fucatus ac versipellis: animúmq; ita induxeram, bonum virum *Lutherum* esse, & qui faciliùs falli posset quàm fallere; sed in taxandis moribus, ut ego quidem fateor, vix jam ferendis,

nimis incitatum, nimis ardentem. Dabam & hoc hominis ingenio, *Christiani* nominis & nostræ pietatis immodicè studioso, quem æstrum religionis & zelus Dominici cultus ita arroderet, ut evangelici & apostolici præcepti oblitus aliquanto plus stomacho daret quàm expediret. At postquam prodigiosam illam scenam aperuit, & veterem tragœdiam *Joannis Hus*, sentinámque illam omnem *Bonnicæ* pravitatis evomuit; & obsoletam in lucem fabulam revocavit, Dii boni, quàm diversa facies priori illa apparuit? Nam pro modestia quantum ex homine pervicaciæ? pro religione, quantum ambitionis? pro simplicitate quantum persuasionis erupit? Imprimis, quàm è vestra convellere pietatem exorsus, vim afferre evangelio, & enarratoribus omnibus fidem detrahere conatus est, ut uni sibi locus relinqueretur. Sacramentis ita autoritatem adēmit, ut vix uni aut alteri dignitatem servaverit; ordines sacerdotii omnes pares esse voluit, ut non esset ad quem provocaretur à *Martini* dictatura: defunctorum memoriam inanem & meras nugas: voluntatem mortalium necessitate obstrictam, & alia id genus innumera, quorum vel memoriam animus reformidat. Scio tamen *Lutherum* hæc commenticiis confictisque rationibus ex sacris literis confirmare solere: quas *Zenonis* more *Achilles* putat, quod nemini sanè mirum videri oporteat. Neque enim defuerunt unquam antiquis hæreticis spelunca, quibus ulcera sua prætegerent. Quid quod certi homines & ii quidem *Lutherum* mihi retulerant, *Lutherum* eâ non semel strophâ usum esse, ad aucupandam nominis gloriam, subornâsse scilicet ac summisisse sibi adversarios dicam an prævaricatores? qui deinde congressi, ingenii fasces summitterent, & se vi rationum expugnatos profiterentur, nec inviti in *Lutheri* dogma concederent. Hæc est videlicet illa *Alexandri Pseudomantis* jactatio: qui adversarios suos, quibuscum semel caput contulisset, gloriabatur à se quantum vis ferocientes, pacatos meliorésque dimittere. Scio fore qui dicant, facile esse in *Lutherum* verbis invehi & convitiis debacchari, eúmque nunc seditiosum, nunc barbarum, nunc monstrum appellare, aliísque fœdissimis titulis dehonestare: sed non facile esse rationibus & argumentis hominem expugnare: id quod ego longè secus existimo. Nam *διαλεκτικῆς ἀσθενείας λόγος. τὸ δὲ ἦθος πανταχοῦ κρατοῦν.* Nam ut sit *Proteus*, ut se vertat in omnia rerum miracula, hoc mihi sat est, certum & exploratum habere, hunc esse *Proteum*, & ita elabi, ut non facilè nodo teneatur. Fac *Chrysippum* suos in me sorites coacervare, quos ego distinguere & dissipare non possim: Fac etiam, si lubet, aliquem sophistarum mihi tria capita, aut certè cornua affigentem: An iccirco me vel *Geryonem* vel *Cippum* putabo? certè *Diogenes* quom eum quidam non esse hominem argumento collegisset, nec teneret, quomodo paralogismum dilueret: A me, inquit, incipe. Proinde si magnus ille argutator *Lutherus* pulverem mihi ob oculos conjecerit, vel meras præstigias fecerit, nihil est, quod eum propterea majorem meliorémve putem. Quom fortè quidam *Callipidem* admiraretur, ejúsque artem extolleret apud *Agesilaum*: Quid ni, inquit, ego noverim *Callipidem* dicelictam? Sic histriones appellabant lacones. Sanè non pluris fuerit apud me *Lutherus*, vel sophista vel præstigiator. Cur enim non hanc nomenclaturā exornem cum, quod [illegible] cum damnatu & obsoleta olim [illegible] re nititur: recepta autem & tot [illegible] magnis assertoribus comprobata & [illegible] nus tradita convellit? An non hoc [illegible] rum impostorem ostendit, qui *Nazianzeno*, *Damasceno*, *Basilio*, *Chrysostomo*, *Gregorio*, *Augustino* deputis, ac tanta [illegible] evangelii ostenset, sibique haberi [illegible] ceu verò ejus lampas illorum [illegible] præstringat. Quorum quisque quo [illegible] floremi Ecclesiæ, hoc amplius hausit [illegible] lestis spiritus, sine quo nemo potest [illegible] aspirare. Fac enim hinc stare tot [illegible] lentes sanctæ pietatis proceres. Atqui *Lutherum*, obsecro quis tam cornea [illegible] fronte est, qui *Luthero* credendum, [illegible] rogandum censeat? Atqui aliquot [illegible] sentit cum illis *Lutherus*, ultróque [illegible] quàm aliud. At ut hoc ipsum est [illegible] pum facit, quod me dubium habet, [illegible] spectum *Lutherum* reddit, ut non [illegible] planè dicere videantur, qui hæc [illegible] cit, qui sua hæc commenta verba [illegible] contorquet, ut de eo *Euripidis* illud [illegible] ἀλλ' ἀλλὰ Διὸς, ἄλλον, ἄλλον δέ, τὸν δ' ἐπὶ Διὸς [illegible] rum est illud vetus, ἀμαθέστερον [illegible] Et illud Apostoli nos satis monuerunt, ut [illegible] hoc hominum genere caveamus: [illegible] quit, *ἐὰν ἄλλο τι ὑμῖν εὐαγγελίζηται, παρὰ ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Ceu mihi [illegible] aliter synodo *Ariminensi* ab *Arianis* [illegible] usum fuisse hoc verborum præsidium, [illegible] rii illi vocarent in disquisitionem an [illegible] Patri ὁμοούσιον, rogantes bonos, [illegible] patres, *Christine* an homœusio [illegible] putarent. At illi ignotâ voce [illegible] ουσίας palàm detestabantur, *Christum* [illegible] profitebantur: quæ res in causa fuit, [illegible] synodo *Ariminensi* majore deinde [illegible] rum conventu rescinderentur. Pro[illegible] moriâ ex *Arianis* quendam fuisse [illegible] certatorem apud omnes, qui vel [illegible] nis, vel arte syllogisticâ nitérentur: [illegible] cessisse, si quando sibi res fuit cum eo, qui [illegible] doctrinæ, multum autem fidei habet, [illegible] in se, in Domino autem multum [illegible] Hac ego ratione tum facilè puto *Luther* [illegible] tiones & σοφίσματα subverti posse, ut [illegible] victum faceat, & tantum turbarum, [illegible] excitarum est ad hunc diem, [illegible] Quod si tanta illa hominis temeritas [illegible] dus processerit, & decretoriis [illegible] non dubito, quin posthac evangelii [illegible] raturus, quasi rem ab indoctis [illegible] simplicibus receptam. Quin & *Christum* [illegible] asserturus sit more maomethico, non [illegible] minem, sed simulachrum & spectrum [illegible] oculos fallens & sensibus illudens. Nam [illegible] verè scribit, qui semel verecundiæ [illegible] rit, cum bene ac naviter oporteat [illegible] tem. Et tamen homini tam [illegible] strinæ, si displacet, non desunt [illegible] adeo admiratores in vota præsertim [illegible] qui *Luthero* fermè acclamant, quæ in [illegible] *Lucretius*:

——*Deus ille fuit, Deus inclute Memmi,*
Dispulit ex animo qui nunc[illegible]

Quæ

Quàm religio pedibus subjecta vicissim
Obteritur, nos exæquat victoria cœlo.

Quorum verò ex nobilissima illa provincia clarissimi semper ingenia effluxerint, quòm proventus veræ religionis maximum inde incrementum acceperit, mirum est profectò, quomodo tam repentè ad insanias hominis neque docti neque admodum acuti, ut mihi videtur, à constitutis olim & confirmatis patrum decretis desciverit: nisi ut suspicor, id factum sit, non tam studio & amore *Lutheri*, quàm ut video, abs te persæpe testatum, odio theologorum & monachorum quorundam, qui sibi titulo religionis regnum & tyrannidem paraverant, quorum votum fuit, in hominum æquè animos & bona grassari: hoc itaque modo factum est, ut è carbonaria in calcariam præcipitaverint, quom à monachorum avaritia ad *Lutheri* impietatem perfugerint, & hanc quidem multò nocentiorem: Illâ enim fortunæ bona, hâc bona animi atque adeo animæ periclitantur. Puto & ideirco conatum hunc *Lutheri* quibusdam blandius arrisisse, quòd ille ab officio & observantia Pontificis aliorúmque Principum homines devocabat, & humanum quodammodo genus manumittebat: quis verò est, qui non libenter jugum excutiat? & libertatem amplexetur? præsertim quom ad libertatem etiam indulgentia accedat. Nec enim vult *Lutherus* quenquam de actionibus suis admodum anxium esse. Siquidem ad salutem & æternitatem promerendam fidem & sanguinem *Christi* sufficere. Lasciviant igitur homines, obsonentur, pergræcentur, in venerem, in cædes, in rapinas, ut lubet, efferantur. Paratum tamen iis cœlum, parata immortalis felicitas, si fides inconcussa maneat, & in sanguine *Christi* spes certa subsidat. En qualem artificem sibi adornavit angelus nequitiæ, quàm callidum, quàm pellacem? Certè *Mamethes* non aliâ persuasione usus magnam orbis partem subvertit. Ab *Epicuro*, quo non alius philosophorum plures discipulos in sententiam traxit, neminem unquam auditorum desciisse accepimus, præter *Metrodorum* nescio quem. Illectabat scilicet ille optimus deliciarum magister advenientes: illectos autem novis semper blanditiis retinebat, utpote qui unicuique ex suæ naturæ pruritu voluptates admetiretur. Adde quod homines naturâ φιλήκοους sunt, sed & iidem ἀλλοκότους esse solent, & erunt propediem, nì me fallit opinio: Nec enim quæ mala sunt diu placere possunt. Instigator ille populi *Athenienſis* quom bene consulenti comminaretur, eum malè mulctatum iri, si quando populus desipere cœpisset: At tu, inquit ille, si quando resipuerit. Idem hoc videor commodè in *Lutherum* torquere posse, cui pro ea, quam invexit doctrina, plus nimio gravem mercedem *Germana* natio dudum persolvit: sed illud non incommodè cecidit, quod eadem *Germania* eâdem ætate, quâ nobis hoc monstrum tulit ad religionis & morum exitium: rursum ad morum & religionis instaurationem *Erasmum* nobis dedit, virum ea ingenii magnitudine, ac literatura, quæ non unum hoc tantum seculum possit illustrare. Habet igitur non modò, quod compenset, sed quod etiam objiciat. Quo mihi improbius nonnulli facere videntur, qui viro tanti candoris, tam excellentis doctrinæ notam inurere non erubescunt, quasi & ipse cum *Luthero* faciat, & sit quodammodo ejusdem factionis vel antesignanus, vel popularis. Adversus hosce homines acerrimè persæpe reclamavi, & justas penè inimicitias suscepi. Quod & in libello *De libero animi motu* obiter feci, atq; hoc libentius, quòd edita *Diatriba*, jam locum omnem suspitionibus improborum sublatum videbam: nec enim jam te illo spectaculo, quod oppugnabas, oblectari poterant insimulare, nec furtim arma hostibus subministrare, quos rectâ fronte impeteres. Nam quòd epistolis & aliis tuis commentariis *Lutheri* fabulam non probari abs te asseveras, & tibi votum consulendi utrique parti testabare, sic interpretabantur, quasi aliâ manu panem ostenderes, aliâ lapidem absconderes, & quod duos parietes de eadem fidelia adlinens utrinque plausum aucupareris: qui verò vel modestissimè, vel parcissimè de te obloquebantur, ii te quasi cessatorem arguebant, quòd tantum incendium excitatum videres, quantum non alius, præter *Erasmum* posset extinguere, & tamen, quasi ea res per jocum gereretur, aut nihil ad tè pertineret, insinuatis manibus flagrantes æras deorúmque focos spectares: horum ego voculas in eo libello κατ' ἐξοχὴν in medium adduxi, ab omni ego hujuscemodi suspitione prorsus alienus: nam mihi dii mentem meliorem, quàm ut de viro tam illi batæ probitatis & tam eximii candoris, pro cujus existimatione tuenda toties acria bella depugnâssem, tantum nefas aut cogitarem, aut cogitatum certè proderem. Illud itaque mi *Erasme* certum persuasúmque habero, me tua bonitate, synceritate, pietate, nihil exploratius habere aut testatius: si quid est tamen eo in libello, quod aut aures tuas offendat, aut quod tibi videatur malevolis dare ansam posse malè cogitandi, expunge, dele, interline, immuta, ut lubet; fac denique ut nulla latebra supersit, in qua nævus ullus delitescat. Cæterùm illud fuit permolestum, quod fato quodam tuo utrinque exerceare, & *Lutherani* & *Antilutherani* juxtâ in te sæviant: at tu bono animo esto, & rectæ conscientiæ præmio contentus, tanti puta tum apud hominem illustrem fieri, tum apud Deum cœlum promereri. Sanè *Hercules* ille tertiâ lunâ natus, non priùs ad deos abiit, quàm monstra illa quodam suo fato proposita vicisset. Alioqui illud nôsti βασιλικὸν τὸ εὐεργετοῦντα κακῶς ἀκούειν. Quod de *Pio Carpensi* significâsti, non minùs ingratum fuit quàm novum: est omninò cum homine mihi longa & vetus consuetudo ex eo usque tempore, quo ille juvenis, ego admodum puer *Petreio Mantuano* philosopho primi nominis operam dabamus tunc dialectica profitenti: eo Principi nihil humanius, nihil modestius agnovi, tantúmque aberat, ut bene merentibus obtrectaret, ut multò sæpiùs vir bonus dissimillimis, id est indignis faveret: ob id non potest mihi non mirum videri, eum adeo à suis moribus degenerâsse, ut in te tam acerbè, támque immerenter invehatur, quem qui non amat, aut invidet, aut quid amandum sit, non intelligit. Et licèt mihi non plura de tua probitate quàm prudentia pollicear, facit tamen singularis amor erga te me', ut te horter & moneam, nè faciles admodum aures susurronibus & delatoribus præbeas, quos qui non castigat, irritat, ut verè prædicabat *Domitianus*. Adde q; si quid aliquando pro vero insusurrant, id novo aliquo additamento semper augent, & exasperant. Tum magnis &

illustribus viris certum est nunquam invidos & obtrectatores defuisse. Sicut enim inter aves nonnullæ sunt obscœnæ, semper malè occinentes: ita quædam malè nata & pessimè educata ingenia, nunquam desinunt bonis allatrare: horum voces sinamus præterfluere, eáque æstuationibus suis relinquamus. Nam si iis vacare lubeat, nihil erit nobis agendum præterea. Atqui non potest hoc hominum genus à nobis liberaliùs tractari, quàm si eos sinamus in sinu gaudere, & sine sanguine imaginarium sibi triumphum adornare. Næ tu nimium facilis sis aut certè irritabilis, si adversus quosdam illiteratissimos homines, qui obtusissimum in te stilum perstrinxerunt, manum moveas. Sanè eâdem operâ te putaverim asino, si in te ruditum extulerit, talionem ferre posse. Parce enim & honor sit auribus tuis, si quid vel familiarius, vel fortè licentius dixero. Multæ itaque injuriæ mussitandæ sunt, vel potiùs, ut tu scribis, devorandæ. Plerunque connivendum est, nè quasi in procinctu sit nobis quotidie ad arma excurrendum. Literas verò tuas non nuntius quidem ille, quem legatum abs te in *Italiam* scribis, sed nescio quis terræ filius mihi reddidit, quem tamen ego cœlo demissum putavi, quod tam grato, tam optato officio perfunctus sit. Sanè mihi jucundissimam occasionem sublatam dolui, percunctandi de te, de studiis, de re familiari. Nihil enim inexploratum reliquissem, nihil suppressissem, quod ad *Erasmum* meum pertinere existimâssem. Dii boni, quàm blandè, quàm jucundè, quàm delicatè nuntium illum excepissem! certè ut plusculos apud me dies foret neque petaso, neque penulæ pepercissem. Sed postquam nescio quis deus hanc mihi voluptatem invidit, dabo operam, ut tuas legens literas & meas ad te scribens, frequenter hoc detrimentum sarciam. *Leonicenus* medicus jam menses aliquot hunc vitæ mimum absolvit, vir ad æternitatem natus, quem ego ultimum heroum & aurei seculi reliquias appellabam. Ex illa enim ætate quæ magnum habuit ingeniorum proventum, & *Hermolaos*, *Politianos*, *Picos*, *Merulas*, *Domitios* nobis tulit, hic ultimus decessit jam propè centenarius, integris, quod mirum videri possit, adhuc sensibus. Multa scripsit, multa vertit è *Græcis*, multa in *Sylva* medica jam conclamata nobis restituit. Adversus barbaros medicos perpetuas inimicitias exercuit: quin & *Plinium*, à quo proposito frustra hominem sæpe deterrui, inclementer nimis semper insectatus est. Denique quod paucis contigit, vivens posteritatem suam vidit: ejus obitum acerbè tuli, tum privato nomine, fuerat enim mihi præceptor, tum publico: videbam enim rem *Latinam* ejus morte insignem plagam accepisse. Una res mihi solatio fuit, quòd *Joannes Manardus*, vir *Græcè* & *Latinè* doctissimus, rem medicam & naturæ arcana iisdem vestigiis prosequitur, cujus rei specimen dare possunt epistolæ, quas proximo edidit: eas puto in manus tuas pervenisse, quod si nondum pervenisse significaveris, dabo operam, ut quamprimùm ad te perferantur. Scripsit ille quidem alia plurima digna immortalitate, sed vir minimè ambitiosus ea nondum publicam materiam fecit: hoc superstite minus *Leonicenum* desideramus. Ipse etiam *Rhodiginus* longum valere dixit rebus humanis: quom enim audisset ad *Ticinum* cæsum penè ad internecionem *Gallorum* exercitum, & potentissimum Regem in manus hostium venisse, ut quo spes ejus omnes pendebant, ita animum despondit, ut ægritudini impar fuerit: ut ea quæ scripsit, tantundem judicii & [illegible] tulisset: nam & te minus offendisset, & dolori impensiùs satisfeciisset. Sanè fuit vir ille bonus & rerè *Christianus*, & multâ mihi amicitiâ conjunctus, utpote cui unum etiam ex libris *Antiquationum* nuncupatim dicaverit, sed qui se minus haberet in consilio, & amicorum admonitionibus ægrè manus daret: cæterùm in studia & lucubrationes ad pœnitentiam usque assiduus. *Paulinus* vir bonus & probè doctus, vivit ac valet: cum nomine salutavi, is totidem verbis tibi salutem apponit. Illud non potui non mirari, quod in extrema epistola addidisti, te scilicet adhuc memoriâ tenere sermonem illum, quo te affatus sim à ædibus *Richardi Pacæi*, quom obiter *Ferrariam* venisses: quo loco quom de *Aspendio* cithariste sermo incidisset, & quid intus, quid extra caveret, perquireretur, tu protinus tuorum *Adagiorum* librum tum primum *Venetiis* excusum hisciperione protulisti: atque ex eo tempore cupi *Erasmi* ingenium doctrinámque admirari; nec ferè unquam inter doctos de *Erasmo* incidit mentio, quin ego mutuam illam adlocutionem pro solenniter in memoriam revocaverim. Tum mihi *Richardus Pacæus* ille doctissimus, & ad doctissimorum studia provehenda plenè factus, ut sæpiùs ejus officii gratia multam gratiam debeo testatus sum. Jam mihi videor ad omnia fere capita tuæ Epistolæ cumulatè respondisse: illud unum reliquum est, ut memineris te habere in *Italia Cœlium* hominem tui nominis tuæque gloriæ studiosissimum, de quo tibi omnia sine dubio largè ac magnificè polliceri possis. Bene vale. *Ferrariæ*, prid. Nonas Quinctiles, M. D. XIV.

Quom scripsissem has inanissimas nugas, & tum tabellarium expectarem, cui literæ traderi possent, nuntius tuus ex Urbe rediens supervenit omnium mihi optatissimus, quem quo vultu exceperim, quid de tumultu *Germanico* senserim, quàm te extra incendium istud videre cupiam, quæ mea fuerit sententia de nuperrima tuorum *Adagiorum* impressione, si modò res in hanc diem integra foret relicta; ipse locupletiùs coram narrabit, quàm vel ego brevi possim perscribere, ut literis audeam committere. Illud certum persúmque habeto, me ac fortunas meas omnes prorsus, quales quales illæ sint, submotâ omni lentâ formulâ atque exceptione tui esse munus. Rursus bene vale.

Erasmus Roterod. Friderico Nauseæ Praesuli Card. Campegii à Consiliis S. D.

REdditus est tuus libellus, qui vel hoc nomine fuit gratissimus quod à *Nausea* venerabili nomine mihi longè charissimo: vellem tamen illud peræ tibi in argumento feliciore sumptum fuisse, etiamsi consilium ut erat conceptum processisset. Quo magis nunc friget tuus labor, postquam abrogatum est quod tractas. Qui parùm feliciter navigârunt, solent aliis non infeliciter gavisi, ne veniant in periculum. Ad parandum fuisse plurimùm habebit momenti, si deligas argumentum fœcundum & plausibile, quod utcunque tractatum, suis ipsius dotibus commendari possit. Scripsi

scripsit ad me *Cochlæus*, epistolam singularis cujusdam in te studii plenam. Nunc non vacat pluribus tecum. Sed brevi efficiam ut posteritas etiam nôrit *Erasmo* cum *Nausea* non vulgarem amicitiam intercessisse. Interim cura ut quàm rectissimè valeas. Collegæ tuo, meis verbis salutem annunciato. Datum *Basileæ* Id. Martii, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterod. Antonino Medico S. D.

POst epistolium quod è *Francofordia* miseras, nihil isthinc venit literatum. Librum quem tuo jussu dicaram Thesaurario, per *Carolum* meum misi *Oenipontem*. Illinc scio transmissum *Budam* mea cum literis meis. Huc aura rumoris ingrata pertulit, & istuc pervasisse fatales hosce tumultus, non absque gravi periculo damnóque Thesaurarii. Quod si verum est, multis nominibus doleo, & quòd ille vir optimus sit indigna passus, & quòd mei patroni calamitas ad te quoque pertineat, & quòd mea dedicatio fortasse nihilo plus habitura sit gratiæ, quàm in lucta musica: sed belli multa incerta. Tuæ literæ ut spero nuncium adferent lætius. Posthac mutum habebitis *Erasmum* posteaquam *Linguam* emisit. Spero tibi res isthic esse prosperiores, quàm ut huc te debeam revocare. Et si essent minus prosperæ, vix ausim ob tumultus qui nobis dira minantur. Erit gratum cognoscere quid valeas agásque. *Basileæ* quinto Cal. Septemb. Anno M. D. XXV.

Erasmus Rotorodamus Francisco Calvo Bibliopolæ Romano S. D.

AGo tibi gratias publico studiorum nomine, quòd officina tua jam aliquot elegantes libellos nobis dedit, expectamus avidi reliqua promissa. Qui has perfert vir bonus est, & aliquandiu meruit apud *Frobenium*; eum tibi volui notum esse, si fortè ejus opera possit tibi usui esse. *R. P. Zableti* libellum in deliciis habeo, vèrum illius aureum dictionis flumen consideram, video quàm meus rivus sit & turbidus & exilis. Posthac ad hoc exemplar, meum quoque stilum conabor attemperare. Precor ut ista molienti tibi propitius ac benevolus sit *Mercurius*. Bene vale. *Basileæ* pridie Calend. Septemb. Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterod. Petro Barbirio S. D.

VIderis in amicitia refrigescere, qui non respondeas. Quod ad me pertinet, nostra amicitia nunquam intermorietur. Soles pollicerimontes aureos, saltem illud præsta nè me spolies meâ personæ, quod mihi videris meditari, nec obsit mihi quòd uni tibi toto pectore confisus sim. De fide mi nihil addubito, sed tamen vereor nè candore pecces, quo soles nimium frequenter delinquere. *Alexandrum* tum amo tum suspicio, sed quidam illum instigant in me, suggerentes falsas suspiciones. Et absens alius est quàm præsens. Tuæ igitur prudentiæ fuerit cavere nè quid apud illum efficias, quòd & amicitiâ nostrâ sit indignum, & illius inimicitiam in me exasperet. Corpusculum hoc indies collabitur, exarescit ac deficit: Augeror haud procul abesse diem, quo syphar hoc abjiciam, & exiliam nova cicada, *Christi* laudes feliciùs cantatura, posteaquam in aerem puriorem ac liberiorem evolârit. Tum pensio *Curracensis* tua esto. Nunc inclementissimum fuerit *Erasmum* clientem tuum enecare fame. *Gallus* qui has reddit, vixit aliquamdiu apud *Frobenium*, mihi videtur vir probus. *Romæ* factus est Hypodiaconus, nec ultra datum est progredi, quod titulo careat. Cupit vel absolvi vel admitti ad ulteriora. Non onero te commendatione, si quid tamen officii collocaris in eum, videris in virum bonum collocaturus. Bene vale patrone magne. Reliqua cognosces ex meis ad *Hovium* literis. Datum *Basileæ* pridie Cal. Septembris, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterod. Virgilio Polydoro S. D.

ORnatissime *Polydore*, opera tua sunt eleganter ac feliciter excusa. De pacti conditionibus ideo cupiebat nôsse *Frobenius*, quòd nihil expectet ab *N.* nisi meras technas. Ille artifex auferet lucrum, *Frobenio* dabuntur verba. Nec meâ magnopere refert, nisi quòd bene volo viro, omnium quos unquam viderim, optimo. Et meo suasu suscepit negotium. Postremò cuperem illum sic tractari, ut ad alias lucubrationes tuas reddatur alacrior. Me certè semper habebis pro tuis in me meritis tuæ gloriæ faventem. De *Moro* quod scribis, arbitror nihil esse. Si quid offensus fuit ob nescio quas causas, levis erit offensio, & ille nè gravium quidem injuriarum solet meminisse: scripsi tamen homini diligenter, non tam ut vos reconciliem, quàm ut mutuam amicitiam confirmem. Æquum est enim & vehementer cupio, ut quoniam me jam olim in amicorum tuorum numerum dignatus es recipere, communis sit inter nos etiam amicorum possessio. Si continget certus aliquis, per eum scribam copiosius. Hic agitur crudelis & cruenta fabula, Agricolæ ruunt in mortem. Quotidie fiunt conflictus atroces inter proceres & rusticos, adeo in propinquo, ut tormentorum & armorum crepitus ac propè cadentium gemitus exaudiamus. Nos hic quàm simus in tuto, tu conjectato. Fatale malum est, mirâ celeritate pervagans omnes mundi plagas. Cardinalis *Campegius* metu tumultûs cessit ex *Hungaria*. Archiepiscopus profligatus est. Cardinalis *Salburgensis* jam pridem obsidetur. Legatus Episcopus *Verulanus* cessit metu ex *Elvetiis*. *Coloniæ* fuere motus nonnulli. In *Brabantia* malum increduit. Principes tantum agunt vulgaribus remediis. Metuo nè magis exasperent malum, sed *Christus* insignis artifex solus potest hanc fatalem tempestatem vertere in lætos exitus. Sunt qui non sinunt simultatem, quæ mihi cum *Leo* fuit, consenescere, sed antiqui vulneris cicatricem refricant. Dabit operam humanitas tua, ut hic quoque utamur, fruamur, quemadmodum scribis, amicis communibus. Bene vale. Datum *Basileæ* Nonis Septembris, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Michaeli Budæ Episcopo Lingonensi S. D.

REverende Præsul, epistola tua verbis astricta, sed admirabilem sententiarum vim complectens, arguit mihi sanum ac integrum ingenium tuum, prudentiâ non vulgari præditum. Posteaquam semel emissâ linguâ linguax esse desii, meditor

Epist. 59.

Epist. 60.

meditor laconiſmum, idque tuo quoque exemplo. Nam hoc ſeculo albæ gallinæ filii ſint oportet, qui ſcribant quod nullos offendat. Et utinam mutum eſſe liceret. Exortum eſt novum dogma, in Euchariſtia nihil eſſe præter panem & vinum. Id ut ſit difficillimum refellere, fecit *Jo. Oecolampadius*, qui tot teſtimoniis, tot argumentis eam opinionem communiit, ut ſeduci poſſe videantur etiam electi. Pro cithara mihi ſuſcipienda falx eſt, niſi ſilendo velim pro illis tuliſſe pedariam ſententiam videri. Linguam ſanè gaudeo tanto viro non diſplicuiſſe. Sed quorſum attinebat bajulum tot aureis onerare? Non erat meus famulus, ſed quatuor coronatis erat conductus, ut perferret ac referret mandata. Qui has perfert *Petrus Toſſanus*, juvenis honeſto loco apud ſuos natus, indole liberali, nec trivialiter eruditus, flagrat amore *Græcæ* literaturæ, & hic frigent ſtudia omnia. Nihil petit, tantum volui ut eum cognoſceres. Pro tuo in me ſtudio tam propenſo, ſed præter omne meritum meum, aliàs agam gratias. Dominus amplitudinem tuam ſervet incolumem. *Baſileæ* ſexto Nonas Octobris, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto.

Eraſmus Roterod. Guilielmo Budæo S. D.

Epiſt. 61. ORnatiſſime *Budæe*, næ tu homo es crudelis, qui calamitoſo inſultes etiam, tantum abeſt, ut conſolatione lenias ægritudinem. Exprobras cunctationem, tergiverſationem, comperendinationes. Leviùs miſer eſt, qui non ſuâ culpâ, ſed fatorum iniquitate miſer eſt. Tibi certè gratulor iſtud beatiſſimum ocium, quod precor ut aliquando plenum contingat, quo jam ex *Aſſe* felix ſis. Hic *Petrus Toſſanus* juvenis eſt honeſto loco natus, indole felici, & ingenio perquàm liberali, ſummæque ſpei. Ardet amore *Græcanicarum* literarum. *Baſileæ* ſolus profitetur *Glareanus*, ſed egeſtas obſtat, quo minus poſſit vel animo ſuo, vel hujuſmodi auditoribus ſatisfacere. Scio tibi juvenis ingenium oppidò placiturum, & ſi novi tuam humanitatem, vel nullo rogante facturus es quod dignum eſt tanto literarum antiſtite. Bene vale.

Cætera cognoſces ex *Toſſano* noſtro. Datum *Baſileæ*, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto. Sexto Nonas Octobris.

Eraſmus Roterodamus Theologo Nicolao Clericis S. D.

Epiſt. 62. QUum audiam te virum & doctum & probum & gravem, demiror ſi verum eſt, quod ex viris minimè levibus didici, te in ſacris concionibus ſubinde proſcindere nomen meum velut hæretici & *Luthero* pejoris. Eſt quidem hoc exemplum *Guilhelmi* querni, felicis memoriæ, ſed *Paulus* admonet ut æmulemur in bono. An ille meritò me toties hæreticum & antichriſtum nominârit apud imperitam multitudinem, nunc meliùs intelligit. Certè *Lodovicus Berus* vir, quod non neſcis, & eximiâ præditus integritate, nec eruditione vulgari, denique tui cum primis ſtudioſus, qui me cominus ac domeſticè cognitum habet, longè ſecus de *Eraſmo* ſentit quàm vos prædicatis. Nec dubito quin ſi mea legeritis mecúmque conſuetudinem habuiſſetis, aliter de me tum ſentiretis tum loqueremini. Jam ſi cerneretis quantum malorum perpetiar ab iſtis factionum propugnatoribus, judicaretis hanc conſtantiam, [illegible] rantiam, aut, ſi mavis, calamitatem aliquo [illegible] gnam favore. Olim offero me vobis, ut admo- near ſi quid aberratum eſt à pietate; Nemo au- net, nemo docet, ſed clamoribus apud populum obtrectationibus & ſyncretiſmis res geritur. Sed monuit, inquis, *Bedda*. An hoc eſt monere, ut mendacia, tot evidentes calumnias congeram in hominem *Chriſtianum*? Eccleſia *Chriſti*, ô viri præclare, non ſolet maledictis & ſycophantiis vincere, ſed veritate: Nec quærit errantium perniciem, ſed medelam. Si *Chriſtum* habetis præ oculis, ille vobis hoc agentibus aderit: Sin reſpicitis affectus humanos, mundi negotium agitis, non *Jeſu Chriſti*. Manifeſtum eſt hanc tempeſtatem à Deo immiſſam, quò nos ad vitæ correctionem invitaret. Nunc hoc agendum eſt piis viris ut victoria cedat *Chriſto*, non his aut illis hominibus, quorum plerique ſuum agunt negotium, non Jeſu *Chriſti*. Si verum eſt quod ad me delatum eſt, admoneo te, ut mutes & linguam & animum: ſin falſum, quod ego lubentius credidero, exiſtimo hæc ad te ſcripta non eſſe. Dominus dirigat cogitationes tuas ad omne opus bonum. Datum *Baſileæ* Nonis Septembris, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Roterodamus Mercurino Gattinario Cæſaris Cancellario ſummo S. D.

VIR clariſsime, nos licèt ſummo in periculo verſantes, onuſti calculo viſicæ, quo dolore periit *Fericus* Archidiaconus *Beſontinus*, frater R. D. Archiepiſcopi *Panormitani*, tamen adire te pacis trahimus animam, ſcientes quòd *corda Regum in manu Dei ſunt*, qui ſubitò poteſt eam flectere quocunque viſum eſt. Hic *Franciſcus Dilius* juvenis eſt honeſto apud ſuos loco natus, & non ſingulari, planéque meâ quidem ſententiâ, ingenio quæ in aula Cæſaris, ſtudiis optimis exercitus, moribúſque generoſis formetur. Nam dum convictu domeſticóque mihi cognitus eſt. Candidum & felix ingenium, ſed indignum quod in cœnis & compotationibus conteratur. Quod ſi ea prudentia non improbat meum judicium, quæ ſpero futurum, vehementer optârim, ut illi locum in aula aperias, quod tua autoritas facillimè poterit, & aliquid muneris committatur in quo iſtam ætatem exerceat. Spero ipſum juvenem ſuis moribus abs te impetraturum. Scio quæ examina conentur irrumpere in aulam Cæſaris. Sed hic genere, formâ, eruditione, probitate talis eſt, ut non debeat ex vulgi cenſu metiri. Me certè iſto officio tibi multo reddiderit affectiorem, tametſi multis nominibus jam olim ſtrictiſſimum. Opto clariſſimam celſitudinem tuam quàm optimè valere. Datum [illegible] Calend. Auguſti. Anno M. D. XXVIII.

Indies miteſcit febris *Lutherana* adeo ut ipſe *Lutherus* de ſingulis propemodum ſcribat palinodias, ac cæteris habeatur ob hoc ipſum hæreticus ac delirus. Sed vereor nè quorundam monachorum ſtolida improbitas excitet nobis aliam tragœdiam. Rurſum vale.

Eraſmus

Erasmus Roterod. Guilielmo Budæo S. D.

VIdè quàm magnificè de tua æquitate sentiam eruditissime *Budæe*, qui non alium mihi patronum delegerim in hac causa, quàm cum cui rem existimo, & cujus injuriam videntur illi ulcisci. Epistolam ad te mitto, nam libellus adhuc versabatur in manibus typographorum, quanquam in eo præterea nihil est quod ad hoc attinet negotium. Animus meus in te adeo nihil habuit livoris aut malevolentiæ, ut quum acciperem prodire lucubrationum tuarum fœtus, toto pectore gratulatus sim, & publicè studiis & privatim mihi, neque non tibi, quo principe & interregnano tam feliciter efflorescunt apud *Gallos Romana* simul & *Græca* literæ. Atque hoc magis tua prudentia debet operam, nè qua hæc dissidiorum exorta, fœlicitatem istam contaminet. Quod autem exemplum est obsecrò, ob rem adeo nihili, spargere famosos versiculos, quasi non possimus & nos versiculis ludere, si liberet similiter furere? Neque quicquam addubito quin ista tibi displiceant, non ignaro verissimè dictum à priscis, *Δυσχερὲς τὸ κακὸν ἐν ἀνθρώποις φυόμενον*. Febris hæc primum orta *Romæ*, per quosdam qui non ferebam, neque *Gallum* neque *Germanum* quenquam laudari, quò processerit vides. Arbitror te posuisse suspitionem, quàm de me concepisse videbaris, sed mihi crede falsissimam, videlicet me studio nomen *Gallorum* imprecere. Quanquam ista tua destomachatio mihi non mediocrem conflavit apud *Gallos* invidiam, tamen quoniam eam magis ab immodico quodam patriæ studio quàm ab odio mei profectam fio, moderatiùs fero quod accidit. In epistola quam scripsi *Ludovico Berquino*, ut nihil sciens meritus sim, ita nihil arbitror esse quod tuam laudi existimationem, nihilque minus metuebam quàm nè illa à duorum manibus aberraret: per me certè non edetur. Aliter scribendum est amicis, aliter populo. Confido futurum, ut si tua prudentia non existimet hoc amicitiæ nostræ deberi quod peto, certè tribuat publicæ studiorum tranquillitati. Sed quæ tua est humanitas, curabis ut utroque nomine tibi debeam. Bene vale. *Basileæ*, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Joanni Cardinali Lotharingiæ S. D.

CLarissime Princeps, quum ex amicorum literis intellexissem Amplitudinem tuam impensè favere studiis literarum optimis, & harum gratiâ *Erasmo*, ut aliquod grati animi specimen darem, hortantibus eodem amicis, dicavi tui nomini libellum, non pro tua dignitate, sed qualis mea fortè erat paratus, & abundè magnum officii mei fructum mihi percepisse videbar, si nostrum studium boni consuluisses. Nunc quum non minus præter expectationem meam quàm præter meritum, tua singularis benignitas detulit munus tam supra meam dignitatem quàm ille libellus erat infra dignitatem tuam, multò gratius erat omari tanti Præsulis testimonio quàm ditari munere. Ac sanè quod attinet ad animum meum, abunde fruor tua benignitate, datum existimans, quicquid datum esse volebat illa; cæterum quod alios quod exhibeam testimonium non habeo? Quid in mora sit nescio. Quæstiuncula tua scribebas datum negotium, atque ejus ordinis hominem ferè passim hoc ætatis colloquimur, quod datur studiis. Et hic certè habebat molestam cautionem. Exciderat, non vacabat aliis occupato, verbi dederunt amifices, non contigit per quem mitterem. Utcunque res habet, hactenus de vasculis nè rumor quidem hæc advolavit, quid interierit nescio. Fortassis est aliquis, qui credit abunde pensatum officium, quod objecta spe tam diutinam voluptatem accepi: quâ si me voles esse contentum facilè fecero, quum ante promissum mihi fecit visus fuerim, quòd amplitudo tua studium meum boni consuluisset. Nihil enim dubito, quin tua benignitas ex animo promiserit quod obtulit, nec appellata, nec expectanti. Sed de his frivolis plus satis ad tantum Principem. Habeo gratiam quòd hactenus apud omnes me tuo favore sublevaris, quod ut facere pergas te etiam atque etiam rogo. Dominus præsperet rei omnes tuæ celsitudinis, cui mancipiolum hoc opto esse commendatum. Datum *Basileæ* postridie Idus Julii, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Wilfino Velio S. D.

PArraphrasis in Joannem exiit autumno superiore, eam quam *Ferdinando* nondum Regi dicebam, tamen meâ sponte inscripsi titulum, & Regis nomen adscripsi, idque nondum certus quomodo res procederet. *Hoffstetta* ille theologus, de quo scribis, jam exemptus est. Absit ut tibi leges præscribam, sed amor interdum monet & memorem. Video nihil esse totum quam nihil scribere. Gestiens significabar tibi delegatum historici munus, nec ullâ syllabâ significabas id te clam haberi velle, res autem est ejus generis, ut prædicari nec Regi sit indecorum, tibi verò etiam honorificum, & nunc deploras orbi proditum quod minimè volebas. In *Ciceroniano* non erat propositum omnes recensere. Sat erant decem exempla, magisque peccavi, quòd tam multos nominârim quam quòd aliquot prætermiserim. Nec eos illic suscepi laudandos, sed *Nosoponus* omnes submovet à laude *Tullianæ* cognominis, licèt obiter aliquid laudum asperserim. *Budæus* ut meretur candidissimè tractatam, non edituras tamen nisi prius ostenso loco. Novi delitias ingenii illius. Post venit ad me quasi consultans num expediret nominari. Respondi me facturum quod ipse mallet. Fortassis, inquit, præstiterit omitti mentionem. Ita fiet, inquam; atque ita abiit. Sunt quos nolim attingere nisi volentibus ipsis. In hoc numero propemodum pono *Vivitem*. *Hermannus Piersius* nihil edidit, nec quicquam illius præter unas atque alteras ad me literas vidi, quibus verè scribis nihil esse suavius. *Sadoletum* planè memineram, si venisset in mentem. *Erasmianum* num in vivis esset nesciebam, neque quicquam ille scripto edidit memorabile quod equidem sciam. Quid multis? Inepti tam multos referendo, multò futurus ineptior si hoc egissem, ut nè mediocrium quidem atque humilium quenquam præteriisse viderer. In quibusdam tamen aliquid datum est affectui. Et quum hæc meditarer, imò quum hæc excuderentur, venit huc meus ille *Thrasø*, dira minitans. Sciebam esse famosi. Tamen nec amicis persuadere potui, donec ipsi re compertâ

pertà sentirent hominis præstigias. Vereor nè *Viennæ* veniat usu quod *Noremberga*. Sunt professores magno conducti, sed desunt auditores. Et nescio quo fato fit, ut qui eas literas profitentur, ferè spirent nonnihil *Lutheranissmi*. Verùm hæc de re scripsi *Joanni Fabro*. *Gabrieli Sancio* quæso ut meis verbis dicas salutem & amanter & diligenter. Bene vale. Datum *Basileæ* septimo Calend. Augusti, Anno M. D. XXIV. III.

O te crudelem, qui tot Reges, tot Cæsares, tot Pontifices sic in arctum compegeris!

Erasmus Roterodamus Joachimo Medico Gandavo S. D.

Epist. 67. JAM è *Galeno* collegeram aliquot proverbia, quum tuæ literæ primum redderentur, nam paulò post easdem accepi eodem ferè argumento, quæ tua diligentia mihi fuit longè gratissima. Declarabat enim singulare quoddam tuum erga me studium. Decerpseram autem ea non perpetuâ lectione, sed ut fortè quicquam occurrerat, quod idem abs te factum suspicor. In multis consentiebamus, nisi quod ego plura congesseram; in tuis erant duo quæ me fefellerant. *Galeno* sanè faves meritissimò, sed discrucior tantum autorem, tantis impendiis tam mendosè proditum, qualia fere sunt quæ nobis nunc prodeunt ex *Italia*. Vide quid faciat *auri sacra fames*? Quantum sacrilegium committitur ob pauculos aureolos, quibus conduci poterat eruditus castigator? *Jacobus Sadoletus* mihi non est ignotus, ut à quo semel atque iterum literas humanitatis plenas accepi. Vix vacat illi nunc scribere. Hæc ipsa vix ad te potui, quem diligo vehementer, partim ob eruditionem haudquaquam trivialem, partim ob ingenii candorem quem ex tuis literis, atque adeo ex tuo isto officio comperisse mihi videor. Notulas tuas in versa *Galeni* præludia, conferam ubi quid dabitur ocii: nunc enim sic me premit *Augustinus* scriptor ἀσφαλτόλογος, ut *Ætnam* atque *Athonem* mihi videar sustinere. *Proverbiorum Chiliades* non mediocri accessione locupletatæ jam prodeunt. Pergratum tamen erit, si quid annotare voles in proximam editionem. Mittam tibi volumen *Chiliadum* dono, si certum hominem nanciscì queam qui perferat. Dedimus & conciunculam in Psalmum LXXXV. *Augustinus* decurrit ad finem. Hinc extricatus majora quædam aggrediar, tametsi non multum ocii mihi relinquunt *Zoilorum* latratus pertinacissimi. Quum primum *Lutherus* prodiret in proscenium acturus fabulam suam, prædixi nimium verus augur huc rem progressuram: Non est nobis habita fides. Nunc stultorum exemplo doctus experimentis, ita sua moderatur, ut propemodum canat palinodiam. Sed serò *Phryges*. Contra πλωτοσύφεαννοι, cumque his theologi quidam, bonis infensi literis non minus quàm hæresi, tam siniſtrè rem gerunt, ut verear nè majus existat incendium. Ego quoniam ad moderatiora, hoc est ad *Christi* scopum provoco, utrinque malè audio. Et acrior est digladiatio cum amicis quàm cum hostibus. Vereor nè victoriam *Christo* debitam ad se rapiat humana cupiditas; nos, quod unum superest, optamus harum tempestatum lætiorem exitum. Voluptati fuit eorum commemoratio, qui de nostris studiis candidè sentiunt. Et hæc una res me consolatur in tanta mortalium ingratitudine, quòd quosque & integerrimos habeam in omnibus fermè regionibus, *Angliâ*, *Hispaniâ*, *Germaniâ*, *Galliâ*, *Ungariâ*, quorum tibi numerosum catalogum ceat, ni vererer videri *Thrasonicus*. am benevolentiam non tantùm literis centissimè scriptis, verumetiam delatis misconditionibus, & ultrò missa stantur. Docti ferè ubique mei sunt, qui novis factionibus vehementer addicti judicio ducuntur, sed affectibus. Tot igitur lium virorum favores, facilè opponeo *nitis*, *Sutoribus* ac *Beddis*. Quin & te mi candidis amicis libenter annumero. riter tecum amabam & antea, nunc hoc impensiùs, quòd cum intelligo tibi tam quum esse. Mihi displicet quod agit mussant nescio quid de ductâ uxore: suæ rei parum rectè consulat. *Alcias* vel paulum contingit ocii. Gubernatori rum *Mecænati* Heroi *Oroysio*, Episcopo *Mo lonensi* meis verbis & gratias age & tem dices. ἐμὸς ἐσσὶ repetit *Vergilius*. hominis hîc nemo probat, medicinam cum homine tali nec amicitiam velim nec citiam. Bene vale. *Basileæ*, Anno millesimo genteſimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Petro Mosellano Abbati S. Sulpitii S. D.

QUI pigri sunt ad scribendum, semper quæ brevitatem excusant per tabellarios si parum certus obtigit, negant illi commodo prolixiores literas, nè vel multum operæ si non perferrentur, vel ad plures dimanarent uni notum esse oportuit, si latoris perfidia gnarentur. Si contigit explorate fidei scribant, negant opus prolixis literis, quæ us coràm omnia relaturus sit tabellio, quæ ris mandari possint. Hac excusatione vel ram uti, quandoquidem ad te proficiscitur nus utrique nostrûm non modò notus, veram charissimus. Ex eo cognosces quicquid publicè vel privatim geritur. Gerunt nova permulta, quæ precor ut Deus vertat in num exitum. Ego calculo vesicæ gravido victimâ *nil miserantis orci*, ut ait *Flaccus*. Tum lentium tam diutinum duobus nominibus met excuso, vel quia non dantur per quos vel quia totus es in sacris voluminibus, nec à semel gustato melle divelli. Erit tamen gratum, si cognovero te prosperi esse valetudine, nostríque meminisse; Nihil opus ut tibi commendem, cujus res optàrim aliquanto secundiores. Si quando incides in fratres *detos*, quæso nè graveris illis meo nomine dicere. Bene vale. Datum *Basileæ* quarto Januarii, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Bernardo Episcopo Tridentino S. D.

REverende Præsul, ut intelligas tuum *Ireneo* fuisse felicem, nunc rursus excuditur, efflagitantibus bibliopolis. Utinam illi homines qui quidvis quibuslibet dicant, nihil

magnis ecclesiæ Præsulibus, nisi quod illorum dignitati respondeat. Istius honorem muneris non tam tibi gratulor quàm ipsi *Ferdinando*, cui hoc magis opus est talibus consiliariis, quo majorem sustinet ditionis molem: quanquam hac etiam longè major imminere videtur, quod ut tum illi tum orbi *Christiano* felix faustúmque sit precor. Datum tuæ celsitudinis in literis regiis & agnovi libenter & reverenter exosculatus sum. Dominus res vestras bene fortunet. *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

A mi tui simulachrum, ita *Andreæ Lebritensem*, juvenis tali genere dignus, qui nunc *Graca Latinisque* literis strenuè militans, domestica consuetudine sua mihi magno solatio atque etiam ornamento est, te totum mihi crebris depinxit expressitque colloquiis, ut si coràm adessem, non multò plus conspecturus sim opinor. Faxit *Christus* Opt. Max. ut ecclesiæ Dei tales multi contingant Episcopi. Sperare liceret, huic turbulentissimæ re-
B rum humanarum tempestati, successuram aliquando serenitatem: essetque quod orbi *Christiano* gratulemur, quemadmodum *Palmiæ* regno gratulamur, magno quidem illi, sed uni. Equidem tales heroas venerari soleo, etiamsi nihil officii privatim in me contulissent. Nunc quem affectum tibi debeam intelligo, qui illam singularem tuam in me benevolentiam, non sat habueris epistola testificari, sed aureo quoque pignore testatam esse volueris. Itaque sollicitus dispicio, quo-
C nam argumento possim aliquam non ingrati pectoris significationem dare, quanquam scio tuam generositatem amore mutuo contentam esse. Bene vale. M. D. XXVIII.

Erasmus Fo. Fabro Ferdinando Regis Consiliario S. D.

DE perpetua tua in me benevolentia nunquam dubitavi. Principis animum amplector atque exosculor. Istorum cuniculos novi, fugam meditor, sed portum non video. Valetudo in eo statu est, ut in solo Deo spes sit. Nec mortem horreo, sed diutinos cruciatus. Nam hoc mali, aut vesicæ calculus est, aut exulceratio vesicæ. Utrunque malum multis mortibus gravius. Scis quid sit veterem arborem transplantare. *Viennam*, hoc est in novum mundum me vocas jam morientem. Sunt & illic opinor cerebrosi theologi, perversique monachi, qui nec Pontificibus auscultant, nec Principibus. Nôsti tragœdiam *Hispalicam*. *Lutetiæ* rectoris ædicto vetiti sunt magistri mea colloquia perlegere pueris in collegiis, quam nullus adhuc ostenderit ullam sententiam minus piam. Rabiunt illic quidam fortiter duce *Beddâ*. Sola conscientia me revocat à *Lutheranis*, alioqui declararem illis Furiis, quales sint. De emolumentis leviter laboro, jam hinc migrare meditans. Linguarum professores & alibi magnis salariis conducuntur, sed non sunt qui audiant. Tantam ignaviam invexit hoc novum evangelium. Jam ut nihil deterreat à *Vienna*, quis Deus me illuc perferet? Huic vesicæ malo agitatio mors est, & in victu vel minima novitate periculosè offendor. Quid autem faciam *Vienna*, in civitate superba, ut audio, planéque *Germanica*? Nè salutationibus quidem eruditorum excipiendis sufficit valetudo. Postremò, non magni refert ubi hoc corpusculum posuero. De *Vienna* adeunda votum est potius quàm spes. Bene vale, *Basileæ* VII. Calend. Augusti, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Petro Episcopo Cracoviensi S. D.

ORnatissime Præsul, accipies vicissim à me, non perinde magnis splendidisque, sed tamen gratissimis negotiis obruto verius quam occupato epistolam ἀκαιρότερον. Audaciam quâ sustinui celsitudinem tuam meis scriptis lacessere, *Antonii* magis obsecundans hortatibus, quàm meo ductus ingenio, feliciter cessisse majorem in modum gaudeo. Nam brevis licet epistola tua, & ut vocas laconica, prolixam quandam in me benevolentiam spirat, quâ me cum primis felicem putarem, si quid agnoscerem in me meritorum, quod tam pii, tam eruditi, tam eximii Præsulis, tam propenso in me studio responderet. Certè adhitar efficere, nè penès ingratum, si minus dignum, istum favorem collocâsse videaris. Sed quemadmodum epistola tua mihi deliniavit ani-

D *Ciceroniano* meo non damno filiũ *Ciceronis*, cui tantum tribui sem p, ut huic admoti cæteri, quam libet eloquentes, mihi videantur obmutescere: sed ineptam affectationem *Ciceroniana* dictionis. Et hoc consilio recenseo multos eruditos, quos tamen *Nosoponus* non recipit in catalogum *Ciceronianorum* ut illum consoler, si cum tot viris habeat commune convitium quòd non sit *Ciceronianus*! Neminem tamen illaudatum nomino. At *Budæi* quidam fremere dicuntur quòd *Budæum* cum *Budæo* contulerim, quum in hoc duntaxat illos componam, quod ibi doceo negligendum, & quod ipse *Budæus* semper ex professo contempsit, nimirum fluxum illum *Tullianæ* facilitatis: Et nè quis hoc siniſtrè posset interpretari, addo *quanquam Gulielmus Budæus aliis multis eximisque dotibus suffulciendus est*. Nec ullum est opus meum serium, in quo non honorificentius de illo prædicem quàm quisquam *Gallus* usquam. Et tamen si verus est rumor sic fremunt amici *Budæi*, quasi in cineres patris ac matris illius imminxerim. Clamant, ô cœlũ! ô terra! *Budæum* cũ *Budæo*? Clamant me invidere gloriæ *Budæi*, méque multis epigrammatis dilacerant, in quibus aliquot putantur *Jani Lascaris*, quem tamen in hoc ipso libello honorificentissimè commemoro, nec usquam aliàs nominatim nisi cum honoris præfatione. Quis crederet tantam stoliditatis esse in *Gallis*? Causa delati est & ad Regis cognitionem. Volenti cognoscere dissidii causam, dictum est, *Budæum* me taxâsse in loco quodam, eo me offensum quæsisse vindictam, éúmque cum *Budæo* contulisse. Video talem tumultum oriturum in studiis, qualem videmus in religione, ὁ Ἀπόλλων μάγις ὁ. dicitur esse *Nilus* moliens concordiam inter duos monarchas: At veteror ne *Ilum* potius. Fatale malum cujus nullum video finem. Si inclinat factio *Lutheriana*, quod ut fiat ipsi sedulò dant operam, exoritur intolerabilis pleadomonachorum tyrannis. Apud

nos

nos regnant. Vicerunt, ut audio, & in *Gallia* favore matris regiæ & cancellarii nunc Cardinalis in provincia duo capti sunt, ac de vita periclitantur, quòd coacti morbo duobus diebus ederent carnes in Quadragesima. Tertius erat exurendus ni Rex eum subsevâsset, cujus causa rejecta est *Lutetiam*. Dixerat sumptus qui illic impenduntur immodici in structuram monasterii cujusdam, rectiùs fortassis insumi potuisse in subsidium orphanorum, viduarum & egenorum. Hæc sunt præludia, tu divina cætera. Bene vale. Archiepiscopo tuo non respondeo, quod illius epistola nullum suppeditavit argumentum. *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Henrico Angliæ Regi S. D.

Epist. 73. ÆTerni numinis providentia serenissime Rex, quanquam suos variis afflictionibus exercet probátque, tamen ejusdem benignitas ita temperat acerbitatem remedii, subinde tristibus intermiscens lætiora, ut humana imbecillitas posset sustinere: *faciens*, ut ait *Paulus, cum tentatione proventum*; ita salubriter secans & urens, ut admixtis solatiis cruciatum clementer leniat, ita vulneribus nostris infundens vini acrimoniam, ut nihilo seciùs addat oleum. Quum enim & laboribus, quos in studiis juvandis supra vires sustineo, & afflictissimâ valetudine, etiam si senectus abesset onere graviſſimo, sed multo magis immedicabilibus ecclesiæ dissidiis, ac malorum furiosis insectationibus vexatus penè deficerem, ecce præter omnem expectationem reddita est tuæ majestatis epistola, quæ me tam amanter in *Angliam*, velut è sævissima tempestate naufragio proximum, in tranquillissimum portum invitaret, omnia pollicens, non quæ meis meritis, nulla sunt enim, sed quæ clementissimo Principi congruunt. Ex his literis tam comiter scriptis, eloqui vix possim, Rex inclyte, quantum roboris, quantum hilaritatis conceperim. Favebam opinioni quam tua majestas de me concepisse videtur. Etiam atque etiam exoptabam esse talis, qui meis vel consiliis vel obsequiis alicubi possim tam *Christiano* Principi gratificari: sed concidit animus, quoties intueor, quàm facultas nec expectationi tuę, nec meis optatis respondeat. Et tamen animus, tot causis reclamantibus, in *Angliam* gestiebat. Dehortabantur ętas indies ingravescens, valetudo plusquam vitrea, quam ægrè tueor domi latitans, iter prolixum, nec jam à latrociniis tutum, ad hæc mare nulli non grave, bellorum atroces rumores, & ferè solet augere fama quicquid accepit. Hæc aliáque nonnulla quæ literis committenda non sunt quum deterrerent ab itinere, tamen hoc consilio famulum emandavi in *Angliam*, nè ad rem venirem imparatam. Ab illius discessu sub Paschæ festum adortus est morbus, qui me sic afflixit, ut in vitam feliciorem transmissurus videretur. A quo sic tamen sensim revixi, ut multo fractioribus viriculis sim quàm ante fueram. Post hæc redit famulus, nuncians eum rerum statum in utraque *Germania*, ut si nihil obstaret eorum quæ paulo ante commemoravi, si maximè tranquillæ essent res *Angliæ*, tamen nullam itineris partem usquam esse tutam. Nusquam non regnant militum catervæ, qui nec amicis parcunt nec inimicis. Et *Geldrius* imminet undique, quod unum potui præsto, Regum optime, insigni in me studio gratias ago, nec non obstrictum fateor, quàm si omnia quæ detulit tua benignitas, & hoc ampliùs tuæ bonitati, quo minus agnosco. Non hîc precabor nè feras iniquius quod tam manter invitatus non accesserim: nota est naturæ tuæ bonitas, quam adeo scio mihi fere, ut doleat potius mihi tam justas exc nis esse causas. Fatis agimur, fatis c Si quid tamen aliis in rebus potero tuæ gra ri majestati, quod scripto peragi queat, mihi cusabo, quod quidem in me situm erit. Interim optare tibi non desinam eam rerum tranquillitatem, quam tua pietas ac virtus promeretur. Non scripseram per famulum, quoniam facile judicabam silere quàm ambigua scribere. Datum *Basileæ*, Calendis Junii, Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterod. Episcopo Leodiensi S.

PRidem ad tuam celsitudinem & literas & cundum *Hyperaspistæ* librum missi per quendam *Michaelem Bormanum*, an pervenerit, Nos hinc jam dudum meditamur avolare, sed videmus in quem nidum. *Ferdinandus* Rex amplo salario vocat *Viennam*, sed in alium orbem. Invitat *Angliæ* Rex amantissimis literis sed abhorret animus à navigatione. Invitat *Poloniæ* Rex, *Sigismundus*, misso etiam honorario munere non quam exiguo: Invitor ab Episcopis complicibus, sed malim in *Brabantia*, non dicam consenescere, jamrenim consenui, sed requiescere. Cæterùm ut video salarium ibi thic paratum utcunque pro sum, & nimium licet quibusdam stolidis monachis ac theologis, qui fidei catholicæ titulo bellum gerantur adversus bonas literas & harum cultores nonnulli etiam adversus ipsum evangelium. Habet *Lutetia* suum *Beddam*, quanquam non unum, ut isthic desunt *Beddæ* similes. Hactenus excusi libri meis, nè unam quidem sententiam invenire potuerunt quæ adversetur doctrinæ *Christianæ*, tanta malevolentia meas mihi lucubrationes commendârunt. *Ecmondanus* & *Vincentius* abierunt in locum suum, sed non desunt qui in illorum non succedant. Audio *Mechliniæ* quendam publicè ò suggesto debacchari in meum nomen, Cæsaris edicto, atque adeo Cæsaris contempto præcepto. Et ad ista connivit aula, & *Erasmo* hoc præmii fert pro tot laboribus quibus & bonas literas & rem *Christianam* adjuvare conatur. Fingunt se etiamnum dubitare, an ex animo sim in parte catholica. Atqui id vel hoc argumento scire poterant, quod sectis omnibus commune in me odium est, idque plusquam capitale. Fortassis novum istic non est, quod *Joannes Oecolampadius* impublicè uxorem duxit, puellam sanè lepidam. Idem fecit concionator *Augustinensium*, & nuper concionator *Franciscanus*. Hæc sanè via damnatæ illorum hæresim, qui detestantur conjugium. Unus inter hos erat cœlebs, qui pridem à magistratu damnatus, publicitùs in foro virgis cæsus est, ferreum cingulum collo gestatis, atque ita per carnificem deductus extra portam in exilium perpetuum. Ejecti sunt simul pistor ille hospes, & hujus uxor, quam arte mira perfossam

ut à marito secubaret, constuprare solitus est, non
A minùs inscio ut videtur marito. Accipe alteram
Abulam: In pago quodam cui nomen *Vetus vicus*,
rusticus quidam in diversorio dum eucharistiam
ridet subitò exanimatus est. Rem sic actum fuisse testes docuere. Ædituus quidam rusticus perferebat scriniolum plenum panibus consecrandis, quos *hostias* vocant: huic comes erat alter rusticus, qui quondam fuerat ædituus. Ubi ventum est ad vicum modo dictum, libuit ibi bibere. In diversorio petit comes ille ab ædituo hostiam dono, illo
B continente accepit, & incipit per ludibrium consecrare: cauponaria videns increpat, ille nihil inquit, tuâ refert, abi, apporta vinum. Ubi redit mulier, offendit hominem, collapsum; rogat quid habeat: respondent ibi potantes in alia mensa, forsitan habet illum syncopis. Mulier adfert acetum, admovent, sed frustra, erat planè mortuus. Hæc non est fabula. Feruntur & alii rumores, verùm nolui parum comperta scribere. Commigravit *Mechlinia* juvenis quidam nomine *Hermannus Phrysius* honesto apud suos loco natus, sed eruditione singulari, moribus absolutissimis, qui non mediocre sit ornamentum allaturus aulæ vestræ, si vester accesserit favor. Si nondum notus est reverendissimæ amplitudini tuæ, rogo ut illum dignetur cognoscere. Si notus est, propius velit inspicere, cumque pro illius meritis tuáque humanitate solitâ complecti. Quanquam enim egregia virtus sibi sufficit apud philosophos, tamen ut pluribus valeat prodesse, nonnunquam eget Principum virorum studiis. Aula multis eget ministeriis, in hoc fovendi sunt juvenes quorum indoles egregiam de se spem præbet. Ac fortassis quod rogo tua benignitas suâ sponte jamdudum facit. Illud addam, *Erasmum* de tuo in te animo nihil omninò mutâsse, nec dubito quin tu veterem agas *Mecœnatem* quoties res postulat, quem opto quàm felicissimè agere. Datum *Basilea* Calend. Octobris, Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Jo. Archiepiscopo Panormitano S. D.

QUum ego tanto capitis mei periculo depugnem adversus novas sectas, tamen audio esse *Mechlinia* quendam qui scurrili impudentia publicè debacchetur in nomen meum, quum toties id Cæsarea majestas fieri vetuerit, nec adhuc quisquam exiterit, qui potuerit in tot meis voluminibus vel unam sententiam ostendere, rectæ fidei adversantem, quamuis id pridem à *Leis* ac *Stunicis*, nuper à *Beddis* & *Hispanensibus* monachis sit tentatum. Istorum improbitas nimium abutitur vestrâ lenitate. Istiusmodi clamoribus quid aliud effici potest, quàm ut novus aliquis tumultus exoriatur? Utcunque fero non solvi Cæsaream pensionem, verùm isto certè præmio mihi videor indignus. Hic res eo sunt loco, ut mihi parum tutum sit in hisce regionibus hærere diutius. *Ferdinandus* Rex vocat *Viennam* magnis promissis, sed ego nusquam malim quàm in *Brabantia* quiescere, si modò per quosdam improbos liceat, qui nec Cæsarem, nec Deum, nec homines reverentur quoties ipsis visum est. Hic prorsus elinguis sum, & pessimè convenit cum hypocaustis, nec satis decorum est senem peregrè vivere: postremò hæc ætas, hæc valetudo jamdudum quietem postulat. Arbitror amplitudini tuæ notum esse *Hermannum Phrysium*, juvenem honesto apud suos loco natum, indole felicissimâ, doctrinâ singulari, qui mihi videtur aulæ vestræ non mediocri tum ornamento tum usui futurus, si vos illum vestro favore complectamini. Quod ut faceres, te rogarem accuratius, nisi tales nôssem hominis dotes, ut ipse sit semetipsum abundè commendaturus. Scio futurum, ut mihi gratias agas, si juvenem dignabere propiùs cognoscere. Dominus amplitudinem tuam servet incolumem. Datum *Basilea* Calend. Octobris, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterod. Germano Brixio S. D.

OEcolampadius in præfatione *Cyrilli*, fecit mei sine causa, tui non sine causâ mentionem sed moderatam. Quidam cœpit describere psegmata græca experiundi gratiâ, sed videtur ineptus. Nescieram *Morum* fuisse *Lutetiæ*. Cupio scire num quid inter vos fuerit consuetudinis. Audio & gaudeo excudi *Budæum De Græca dictionis elegantiâ*. Aiunt in ea fieri mentionem mei, ut significant parum candidam: at mihi animus meliora pollicetur de *Budæo*. Si quid dissentit aut corrigit in meis moderatè, nunquam interpretabor esse contumeliam. Istis verò judiciis nihil unquam audivi stolidius. Sed urit quosdam aliud, quibus nihil elegans videtur, quod non sit paganum. Nollent bonas literas sonare *Christũ*. Saluta *Lupsetum*, quem occupatissimũ esse vel ex hoc conjicio quod ad me non scribit, eóque veritus sum ad illum scribere. Bene vale *Brixi* candidissime. De *Jacobo Fabro* demiror nihil audiri certi. *Basilea* natali *Matthæi* millesimo quingentesimo vigesimo octavo. *Epist. 76.*

Qui has perfert *Andreas Zebridovius Polonus*, juvenis est honestissimo apud suos loco natus, quem à meo convictu distraxit amor videndæ *Galliæ*, tot eruditorum virorum luminibus refulgentis, cui non gravaberis interdum tui copiam facere. Rursum vale.

Erasmus Roterodamus Danesio S.

UT animo meo permolestum esse solet, quòd viderem Musas hoc rerum humanarũ tumultu conterritas plerisque regionibus vel silere prorsus, vel frigere; ita vehementer gaudebam vestram *Galliam* illis tranquillum & amœnum præbere domicilium. *Italiam* enim veterem illam ingeniorum parentem & altricem *Barbarus Mavors* iam olim occupat. Nec quieta est *Hispania*. Apud *Germanos* verò non desunt, qui sub umbra pietatis evangelicæ, quicquid est liberalioris eruditionis extinguere moliantur. Verùm hanc meam gratulationem, nonnihil contaminavit ortus istic ex meo *Ciceroniano* tumultus, quũ argumentũ adeo non sit inutile, ut ipse *Budæus* suis ad me literis promiserit, se nonnihil adversus istos *Ciceronis* simios scripturum: nec aliud illic agitur, quam ut qui *Ciceroniani* studeant videri, non assideant lineamentis ac vocibus, sed verè totúmq; *Ciceronem* exprimant. Et *Badium* cum *Budæo* contuli, non in quibuslibet, sed in eo duntaxat quod *Budæus* ingenuè contemnit, quódque ibi contemnendum doceo. Nec animadvertunt hæc à *Nosopono* dici, non ab *Erasmo*. Postremò nè vel malevolus aliquis posset calumniari collationem, adjeci, *Budæum* aliis mul- *Epist. 77.*

tis eximiiſq; dotibus ſuſpiciendum. Et tamen hoc argumentum viſum eſt iſtis epigrammatibus maledicis dignum. Magni referebat ſtudiorum, ut qui politioribus literis militant, junctis umbonibus ſe condenſarent, adverſus phalanges hoſtium, qui nuſquam magis concordes ſunt quàm ad opprimendum feliciter ſuboleſcentes linguas ac bonas literas. At vereor nè quorundam levitas talem quandam luem invehat humanioribus ſtudiis, qualem videmus in religionem *Chriſtianam* invaſiſſe. Te nondum neque de facie neque de ſcripto cognovi, ſed tamen amo pectus iſtud tuum, Muſis & Gratiis omnibus conſecratum, cujus imaginem mihi quidam nec indocti nec leves ſuo calamo deliniârunt. Hunc animum mi *Daneſi* tibi non incognitum eſſe volui, quem ſcito ab omni fuco alieniſſimum. Bene vale. Datum *Baſileæ* Nonas Septembris, Anno M. D. XXVIII.

A

B

C

D

E

F

G

Eraſmus Roterod. Claudio Javando S.

Epiſt. 78. Mihi verò longè magis gratulor *Claudi* chariſſime, cui colloquium illud conciliavit amicum non modò doctum, verumetiam prudentem, candidum ac liberum, quod genus amicis ſoleo mirificè delectari. A *Mida* poſthac cavebimus, quanquam illius epiſtola nonnihil habebat ὄνειλον. De literis *Dolam* bonâ fide tranſmiſſis amo te plurimum. *Sucquetus* reſpondit per erronem quendam fortè oblatum, lacerum, famelicum, & *Iro* pauperiorem, quem & veſtitum & nummatum dimiſimus. *Carlebitzius* hinc profectus eſt *Spiram*, meis literis commendatus *Ferdinando*, Duci *Georgio*, & aliis aliquot magnatibus, quanquam Dux nec adeſt nec adfuturus eſt. Ante biduum accepi ab ipſo literas. Laborat è tibia, non ſine periculo. Sunt qui ſuſpicentur eſſe fucum. Scit quid illic agatur, ac veretur offendere *Joannem* Ducem, & Marchionem *Heſſiæ*, alterum affinem, ni fallor, alterum cognatum; verùm hæc nihil aliud eſt quàm divinatio. Illud habeto certum, inter principes amicos poſthac ſcribetur *Claudius Javandus*, nec quicquam facturus ſum libentiùs quàm ut tibi aliquo gratificer officio, modò tu non graveris ſignificare quid per me fieri velis. Bene vale. Cal. April. M. D. XXIX. ex horto *Frobeniano*. Charta me defecit ut vides. Scripſi paucis ac de eodem, quod aiunt, oleo ſcholaſteri.

Eraſmus Rot. Franciſco Theſaurario S.

Epiſt. 79. OPinor literas meas tibi redditas, ſimpliciter impudentes de vino mittendo.

Non bene conveniunt nec in una ſede morantur

Pudor & egeſtas. Auriga nunciavit adeſſe duo vaſa à domino Officiali, quare non eſt neceſſe ut ſollicitus ſis hac quidem de re. Si tamen tua benignitas ita decrevit *Eraſmum* jam pridem ſibi obſtrictiſſimum obſtrictiorem reddere, cuperem ſi fieri poſſet, alterum vaſculum eſſe vini veteris: Sin minus, non ita valde laboro. Tamen indica, quanti conduxeris aurigam, nihil enim mihi moleſtius quam cum hoc hominum genere contendere. Si hic periſſet octo coronatos, fuiſſent illi numerandi. Simul te rogo, ut nè graveris tribus verbis indicare, quo pacto queam viciſſim hominis ingrati notam effugere. Dominus te cum tibi chariſſimis ſervet incolumem. Datum *Baſileæ* Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Viglius Zuichemus Phryſius

INter tot pulcherrimas virtutes, do[ctiſ]ſime, quæ vel ſingulæ immortalitatem [con]re poſſent, maximè incomparabilem [er]tionem, & expoſitam omnibus humani[tatis] miramur: Illa effecit, ut totus orbis [Latinus] veluti captivas poſtliminio receperit, hac [quoti]ano nos deſiderio titillat, atque adeo [cruciat], quamvis humi ſerpamus, atque ad tuæ [ſublimi]majeſtatem, velut ad ſolis radios caligemus, [tamen] re tamen ut in notitiam tuam recipiamur, [enitimur]mus: Nec potes vir humaniſſimus hoc noſtrum [de]ſiderium vitio nobis ducere: Etenim cum tua humanitate tam multos delectes atque ornes, cur non & nos tuam benevolentiam expetamus? cum literarum ſtudioſi ſimus cur te earum parentem non colamus? cur juvenes tam venerandam ſanctutem pio aliquo non demereamur obſequio? cur denique & iſtius noſtri erga te animi ſignificationem ingratam tibi fore credamus? Ego ſanè venerabilis *Eraſme*, ita ſtatim à puero, erga te tuos affectus, ut non alius mihi vehementior ad [virtutis] ſtimulus fuerit, quàm ut ſic proficerem [ut ad] me inſinuari benevolentiæ poſſe ſperarem. Quod etſi nondum ſum aſſecutus, tanto tamen tui deſiderio quotidie incendor, tantáque mihi in tua humanitate poſita ſpes eſt, ut nec meo quidem [animo] poſito ab temerario iſto ad te ſcribendi [conatu] hiberi quiverim. Vel *Polyphemo* potius hanc [audaciam] be, qui ſic te mihi prædicavit ut quamlibet [ingeniis] nius ad ſacra Muſarum accedere audeam. Vel [hoc] dona id *Carolo Suketo*, juveni hoc tuo erga [me] more planè digno, qui meam etiam imprudentiam ſuâ exhortatione auxit: ſaltem hanc [audaciæ] fructum habeam perpetui mei erga te [obſequii], ſemel ineptè ad te ſcribenti venia mihi [detur]. luiſſem ex præſenti tecum colloquio aliquot tiæ ſemina jeciſſe, antequam ad ſcribendum ſenti accederem. Sed nunc voluntatem meam [re]moratur *Baſilienſis* tumultus, aliquando tamen [te] beatum putabo ſi te videre potero. Quod cum [ego] jamdiu deſiderarim, tum me patruus quidam [meus] ſæpe hortatus eſt, is fuit *Bernardus Buslidius* [Medicus] in *Haga* comitis, cujus benignitas ſtudia mea [ſu]per aluit. Nuper verò ex vivis diſcedens [extre]mo mortis ſuæ nuncio me affecit, liberalium [ani]men ſtudiorum meorum impendiis teſtamento [pro]ſpexit: Veliem te intelligere quanti ille [fe]cerit, quàm fideliter contra inſanos quoſdam [fa]brones defenderit, nam & ex ejus nomine de [te] benignitate majorem ſpem concipiem: Tamen eam tu erga omnes comitatem præ te ferens, ut non aliorum adminiculo opus ſit, ſed ſuapte natura redamandos homines tui ſtudioſos admoneant impellariſque. Confido itaq; eruditiſſime *Eraſme*, eſſe te æquo animo ſuſcepturum hanc noſtram epiſtolam, quâ comprobaſſe ſumus quem erga te gerimus affectum expromere. Nec dimittam me prius, ut ex animo loquar, continere, quin quamprimum amarem epiſtolâ teſtarer, cum ex tuis ſcholaſticis quas multi *Phileraſmii* cum *Carolo* legerunt, nebulonis iſtius *H. E.* improbam nequitiam cognoſcerem. Sæpe pro te contra *Lu. Ca.* ſteterimus; ſi noſtris obtemperare conſiliis voluiſſet, in ſe rediens ſponte ſua hanc miſeriam & infamiam evitare potuiſſet. Potiatur itaque *Lucas Cadus* cui

prius, & quando sic vult, accedat tuo catalogo, in quo hujusmodi portenta posteris ex nota reddimus. Oro autem te doctissime *Erasme*, nè ex hujusmodi belluarum insana virulentia de candido nostro erga te pectore diffidas. Quicunq; tibi malè vult, eum & nos hostem nostrum esse judicamus: nec id nunc scribo ut epistolam tibi extorqueam, tantum enim nunquam sperare sum ausus; sed ut me profusissimè te amare intelligas, paratúmque esse ut pro virili ab utilissimâ studiorum horum quiete, improbissimorum nebulonum furorem propellam. Vale unicum orbis nostri decus, ex *Dola* ad XV. Calend. Martii, Anno M. D. XXIX.

A

Erasmus Roterodamus Viglio Zuichemo Phrysio S.

Illud scias velim *Vigli* charissime, jamdiu nullas mihi literas fuisse redditas, quæ tuis fuerint gratiores, adeo mihi tuam indolem istam facilem junctu ac amabilem expresserunt. Cæterùm attollendis in immensum laudibus meis, hoc effecerunt, ut singularem quandam animi in me tui benevolentiam penitùs intelligam: nec in aliud profecerunt tam sollicitè deprecantes improbitatis culpam, quod ausus sis ad me scribere, nisi quòd hinc perspicio liberalem ingenii tui verecundiam, quæ cum primis & ornat ætatem tuam, & commendat: mihi spem optimam facit fore, ut unus ex eorum numero possis haberi, qui solidam eruditionem cum integritate morum conjunxerunt. Proinde tibi velim persuasum habeas, *Erasmo* suavitate literarum tuarum velut incantamentis efficacibus planè tuum esse factum. Quòd si hæc civiliter dici putas magis quàm ex animo, age sic periculum, quàcunque in re lubet, nihil excipio. Quid fructus expectes è nostri conspectu nescio, certè quod ad me pertinet, si tuo commodo ad nos veneris, non solùm mei conveniendi, verumetiam domus & rerum omnium mearum tibi facturus sum copiam. Hujus perpetuæ erga te voluntatis veluti chirographon hæ literæ sunto, & quidem αὐτόγραφοι, ut jure mecum possis agere si quid fefellero. Bene sit optimi viri *Busleidis* manibus: qui tibi tum vivus tum mortuus ad Musarum ocium nihil deesse voluerit, quandoquidem video te tibi nequaquam vel hactenus defuisse, vel in posterum defuturum. Jam quod polliceris constantem ac fortem operam adversùs hostes meos, amplector quidem atque exosculor pium animi tui studium: cæterùm malim te mi *Vigli* in Musarum viretis ludere, quàm cum *Carcinis* & *Planudorpiis* conflictari. Duo portenta sunt, quorum alterum nobis novâ Metamorphosi dedit hoc evangelium, ex agno viperam, aut si quid viperâ nocentius; alterum jam suspendio proximum est. Mihi meum fatum ferendum est, cui perpetua lucta est cum *Leis*, *Stunicis*, *Beddis*, *Sutoribus*, imò cum tot pseudomonachorum, ac pseudotheologorum phalangibus, monstris tum improbis, tum nocentibus, ut *Herculi* levius fuerit certamen cum *Caco*, *Cerbero*, *Leone*, & *Hydrâ Lernæâ*. Tu charissime adolescens meditare, quibus rationibus laudem absque invidiâ tibi pares. Bene vale. *Basileæ* Calend. Martii, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

B

C

D

E

F

G

Erasmus Roterodamus Clementi septimo S.

Epist. 82.

UT omittam brevitatis studio *Romanæ* calamitatis deplorationem, quæ nulli pio non acerbissima fuit beatissime pater, non tantum suspicor, verumetiam propemodum habeo compertum, partim ex vocibus tuæ sanctitatis quas oratores quidam retulere; partim è libellis duobus, quorum alterum ad me misit *Albertus Carpensis* Princeps, alter inter tua famulitia versabatur, nullo quidem titulo, sed evidenter stilo referens autorem suum, nonnullos *Erasmum* apud *S. T.* insimulare conatos, quasi vel clam faveam *Lutherano* negotio, vel certè præbuerim occasionem. Ut ad prius illud respondeam, quàm mihi conveniat cum *Lutbero*, satis opinor arguunt quæ in me tam amarulentè scripsit ut in neminem hostilius; rursus duo mei *Hyperaspistæ* libri, quibus illi sic respondeo, ut nemo suspicari possit collusionem, quum pugna prorsus sit gladiatoria. Id multo minus suspicantur hic, qui nôrunt experimento, quàm penitùs me oderint omnes his & his addicti factionibus, quantumque molestiarum ab illorum insidiis perpetiar. Cuperem hic meam conscientiam æquè *T. S.* probatam esse, atque eam *Christo* me probaturum confido. Tantum illud optârim, ut hæc victoria cedat *Christo*, & pietati, resque publicæ *Christianæ*, non privatis horum aut illorum cupiditatibus. Atqui frequenter usu venire videmus, ut in tali rerum tumultu, ad suum quisque commodum pertrahat victoriam. Quod hic nè fiat, spero *T. S.* prosita prudentia pietatéque advigilaturam. Ad alteram partem respondere perlongum sit, atque ideo nentri libello respondi, quòd perspicerem fieri non posse, ut me sic purgarem, nè quenquam alium læderem, simúlque verebar, nè res ea renovaret incendium jam aliquanto mitius. Si dedissem occasionem huic malo, & hoc objicerent *Lutherani*, qui nihil non objiciunt. Verùm ista suspitio non jactatur nisi inter monachos & sacerdotes quosdam, non minus bonis literis infensos quàm factionibus. Atque adeo nemo cordatus non perspicit hanc tempestatem esse fatalem, ob populi scelera terris immissam: quam vix arbitror finem habituram, nisi pariter omnes confugimus ad Domini misericordiam: ille medebitur qui plagam inflixit. Suam quisque vitam prius corrigat, tum ad proximo medendum sese accingat *Christiana* charitas, quæ nunquam desit severitati, si fortè quorundam improbitas severitatem postulet. Quod si in hoc negotio *T. S.* lætabit habenas istis, qui nec tuam mihi crede. nec *Christi* rem agunt, sed suis privatis cupiditatibus consulunt, utinam vanus sim angur, at vereor nè malè curatum ulcus aliunde erumpat, majore publicæ tranquillitatis periculo. Satis perspecta est omnibus animi tui synceritas, sed qui mali sunt, nunquam gravius nocent, quàm quum alienâ bonitate abutuntur ad malitiam. Cæterùm ut multum nos terret quorundam improbitas, ita spem optimam præbes, ad instaurandam religionem tua pietas, ad arcendos aut cohibendos humanos affectus, singularis tua prudentia. Animum meum simpliciter aperui *S. T.* tanquam coram *Christi* vicario, atque ipso etiam *Christo*, quem mihi sic opto propitium

in extremo judicio, ut hic nihil simulo. Antehac non dabatur per quem scriberem. Nunc audio *S. T.* nobis esse viciniorem, cui precor ut *Christus* adsit in omnibus ad publicam ecclesiæ suæ tranquillitatem. Mihi si quid imperare volet, habet oviculam, etiam ad victimam paratam, si ipsius jusserit autoritas. Datum *Basileæ* tertio Nonas Aprileis, Anno Domini M.D. XXVIII.

Erasmus Roterod. Baptistæ Egnatio S. D.

Epist. 83. QUI has tibi, ut spero, reddet, juvenis est candidissimi pectoris *Carolus Utenhovius*, patriâ *Gandavus*, mihi domesticâ consuetudine, eáque diutinâ perspectus. Hunc per iter, nec breve, nec satis tutum, literarum sitis, & tui similes viros, quos pro numinibus veneratur, coràm alloquendi cupiditas pertraxit in *Italiam*. Ex quo cognosces, quicquid hic rerum geritur. Audies autem novam & inauditam tragœdiam. Cui quæso, ut si quid inciderit, adesse digneris. Id aut nullo, aut quàm leviſſimo tuo incommodo poteris. Nec enim eget pecuniâ. *Ciceronianus* meus offendit quosdam *Lutetiæ*, adeo ut *Erasmum* maledicis epigrammatiis lapident, in quibus esse dicitur & *Lascaris* noster, quòd *Budæum* cum *Badio* contulerim. Alii putant me dehortari juventutem ab imitatione *Ciceronis*, quum in ipsa statim præfatione tester hoc fore insanissimum, sed me tantùm illos notare, qui nimis anxiè aut ineptè student *Tullianæ* phraseos exprimere lineamenta. Nè quid sit unquam tranquillum in rebus humanis, accessit hæc pestis bonarum literarum cultoribus. Precor, ut quàm optimè valeas *Egnati* charissime. Utinam liceat apud vos vel vivere, si quid ævi cœlites superesse volunt, vel mori tranquillè. Datum *Basileæ* nono Calend. Martii, Anno M. D. XXIX.

Salutant te *Beatus Rhenanus*, *Bonifacius Amerbachius*, & *Henricus Glareanus* qui heri totus hinc demigravit *Friburgum*.

Erasmus Roterodamus Christophoro à Stadio Episcopo Augustano S.

Epist. 84. QUando coràm non licet, in epistola digitis tuis descripta sacram istam dexteram osculatus sum, ornatissime Præsul. Sed multo reverentiùs osculatus sum pectus istud tuum pium, syncerum, & candidum, quòd tuæ licèt perbreves spirant literæ. Verùm idem mihi copiosiùs velut in tabula quadam depictum, oculis animi subjecit *Augustini Marii* sermo, quem sanè virum pietati tuæ reverendæ, quum innotuisse, tum placuisse non mediocriter gaudeo: quandoquidem hic ob eruditionem *Christianam*, ac morum singularem quandam humanitatem, candorémque nulli bono non gratissimus est, sed nullo certiore pietatis argumento commendatus, quam quod pessimo cuique quàm maximè invisus est. Is mihi quidem facilè persuasit, quàm paternum affectum, quæ charitatis viscera gerat erga nos tua *R.* pietas, eumq; sermonem cum minimè vulgari mentis alacritate susceperim. Sed hoc gaudii, abundè temperavit admixtus dolor atque etiam pudor, videlicet dum tuam istam de me existimationem, dum tuum istum favorem cum meis confero meritis. Et tamen meam pusillanimitatem utcunq; consolor, tam integri, tam eruditi præsulis judicio sic mihi blandiens: Non prorsus hallucinatur vir tam [illegible] dat tam integer. Hic ecclesiæ [illegible] quam credi possit, diserucias [illegible] quòd hic accuset me mea [illegible] doleat publica religionis *Christianæ* [illegible] Nam ipse primus omnium ac penè [illegible] suppullulanti malo, fuisque vates [illegible] lem verior, fabulam eam quantovis [illegible] su cœptam hunc habiturum exitum. [illegible] eveniſſe videmus quod in periculosis [illegible] tim inscitiâ medicorum, partim in [illegible] laborantium solet, ut hucusq; malum [illegible] ut jam propemodum sit immedicabile. [illegible] terim orbis monarchæ sine fine confli[illegible] ter seſe, & animis motem gerunt sui[illegible] ferè suum agunt negotium, non *Jesu Christi*. Hoc habent in votis, ut in animis hominum [illegible] *Christus*, sed ut ipsi suum regnum tueantur, [illegible] quam victoriæ spem collocantes in [illegible] pud populum clamoribus, ac procaci [illegible] quâ profectò quidam valent plurimum. [illegible] quidam odio *Lutheri* damnant, & ille [illegible] dicta, nec à nobis reperta sunt, sed ab [illegible] *Christo* prodita. Itaque per istorum [illegible] probitatem fit, ut multi hæreant in [illegible] fuerant alioqui recessuri, & accedant qui [illegible] rant accessuri. Quem autem non [illegible] hodiè movent lapidem, ut me tandem [illegible] lassatum protrudant in castra *Lutheranorum*? rò quum ipsa res loquatur, hanc tempe[illegible] bis immissam divinitùs, à Deo nostro [illegible] leribus, quemadmodum olim *Ægyptiis* [illegible] ranas, locustas, & cyniphes, aliásque [illegible] tamen agnoscens sua commissa inclu[illegible] misericordiam, sed sibi quisque blandi[illegible] in alium culpam rejicit. Si quæruntur [illegible] humanæ, nihil est facilius quàm indicare [illegible] hoc malum ortum est, per quos in[illegible] audio multis persuasum, ex meis scripti[illegible] toram hanc ecclesiæ procellam. Cujus [illegible] rumoris præcipuus autor fuit *Herm[illegible] der*, homo, ut nihil aliud dicam, non [illegible] verax. Ejusdem sententiæ videtur *Alb[illegible] rum* Princeps, *Aleandro* junctissimus, [illegible] simillimus: At interim nullus extitit *Lu[illegible] nus* vel *Antilutheranus* qui liquidò vel [illegible] probatum dogma potuerit in libris meis [illegible] re, quum tot greges coorti sint hoc [illegible] molientium: tantum adferunt affinitates [illegible] entias, scandala, suspitiones, interdum [illegible] mendacia: neq; rarò fit, ut quæ carpunt [illegible] aut si legerint, non intelligant: quasi [illegible] mninò tam circumspectè scriptum sit, [illegible] nibus non trahi possit ad calumniam, [illegible] terpres iniquus, vel æquum sit me [illegible] dicari, quod ipsi nec *Græcè* nec *Latinè* [illegible] Quod loquor non esse vanum ex [illegible] tua prudentia potuit cognoscere. Sed [illegible] rideas, addam quod nuper accidit in *Hispa[illegible] driti* medicus quidam nomine *Xuarez*, [illegible] teraturæ peritissimus, nobis favet: Ad[illegible] *nicani* subornârant quendam sui gregis, [illegible] nem à lectione meorum volumin[illegible] quum nihil proficeret, tandem pron[illegible] libros indignos qui legantur à pi[illegible] simis convitiis aspergant ecclesiæ pr[illegible] ostenderet jussit proferri libellum *Dr. [illegible] Christiano*, in quo dicebat Episcopos à se [illegible] damn[illegible]

dignos & notatos quod haberent quatuor aut quinque concubinas. Prolatus est liber, ostendit locum qui sic habet, *Qui imprudens duxit meretricem pro virgine, dicitur divisisse corpus suum: & qui cum tot meretricibus habuit consuetudinem, non divisit corpus suum, sed tanquam proprium potius, &, ut Graeci dicunt, τῷ recipitur ad quatuor aut quinque, si libet, episcopas.* Primum mirari medicus, mox ridere coepit hominis stoliditatem. *Purum putum* veterum leges vocabant, quod vehementer esset purum: *Putum* enim *purgatum* sonat, unde & putare vitem dicimus, & putamina repurgamenta. Atqui *Hispani* cum *Italis* vulgò *putum* appellant *puerum delicatum obsequii*. Deinde quoniam *episcopatus*, nec Graeca vox est nec *Latina*, malui dicere *episcopas*, qui voce usus est *Paulus*, *Qui episcopatum desiderat*, &c. ἐπισκοπὴν. At ille putabat *episcopum* & *episcopam* dici, quemadmodum dicimus, *dominus* & *dominam*. Quid stupidius? Et tamen hunc *Dominicani* suspicere ut hominem eruditum. Atque hujus farinæ sunt ferè omnes qui publicè simul ac privatim debacchantur in nomen *Erasmi*, tantâ pervicaciâ, ut nec Cæsar, nec *Archiepiscopi*, *Toletanus* & *Hispalensis*, quos habeo pro sua æquitate satis faventes, potuerint illos compescere. De me levis est jactura, quicquid est mearum lucubrationum prorsus extinctum velim, si sciam ex his impietatem hauriri. Illud doleo, talibus belluis velut atlantibus fulciri domum Dei. Ex his quæ offert tua benignitas, agnosco præcipuum quoddam animi in me tui studium, & omninò gestio hinc aliquò adolare, sed alligat afflictissima valetudo. Cæsar mittat in *Hispaniam*. *Ferdinandus Viennam*. *Margareta* in *Brabantiam*. Rex *Anglus* in *Angliam*. *Sigismundus* in *Poloniam*. *Franciscus* in *Galliam*, & offerunt satis ampla salaria, quæ ut dare possunt, utinam ita possint dare juventutem ac valetudinem prosperam. Hæc scripsi occupatissimus ex tempore, quæ vereor ut legas, quo vel hoc argumento cognoscas, me quæ de tua singulari humanitate prædicavit *Augustinus Marius* toto pectore credere. Dominus *Jesus* tuam amplitudinem reverendam servet incolumem. Datum *Basileæ* septimo Calendas Septembris, Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Andreæ Critio Episcopo Plocensi S.

HAbet hoc literarum tuarum genius ornatissime Præsul, ut omnem ab animo meo mœstitiam dispellant, & alacritatem quandam adferant. Nec obscura est causa. Spirat enim in illis animus iste tuus unicè candidus & amicus. Astrologi quærunt in cœlis prospera & adversa sydera. Magi bonis ac malis geniis attribuunt, si quid feliciter secúsve obtigerit. At ego magis arbitror fatum hominis in hominibus esse. Quosdam enim videmus in quorundam perniciem veluti natos. Hic erat adhibendum astrolabium, ut resiliamus ab inauspicatis hominibus, jungentes nos benignis & amicis. Quòd ita debacchantur in me, quos ego laboribus meis non mediocriter juvi, neminem læsi; primum demiror hominum stolidam impudentiam, quos toties victos non pudeat sui: nec ullum faciunt calumniandi modum, quum videant se nihil aliud profiteere, quàm quòd suam malitiam cum pari stoliditate conjunctam, magis ac magis traducunt, jam plus satis orbi notam. De me levis est jactura. Illud ex animo doleo, talibus atlantibus niti ecclesiam, imò tales vomicas ferendas, atque etiam alendas populo *Christiano*. Planè fici sunt oculis incumbentes. Me sic consolor ut existimem Deum his afflictionibus purgare me velle, si quid fortè inanis gloriolæ subrepsit animo meo. Age, *Dominus est, faciat quod bonum videtur oculis ipsius*: Plus enim videt quàm nos. Pro vestro in me studio, non me clàm est quantum debeam: quod quoniam judicio facitis, non ego solus debeo vobis, sed & religio *Christiana*, & bonæ literæ, quibus juvandis pro mea quantulacunque portione desudo. Nempe tuus *Andreas Zebridovius* mecum sub eodem tecto degens, eâdem utens mensâ, mihi commodum & jucundum præbet convictorem; cujus commodis utinam tantum adjungere possem, quantum & debeo & cupio. Attamen quod per valetudinem & iniquissimos labores quibus distringor licet, non desum officio meo. Commonstro viam, addo currenti licet stimulos, nonnunquam & colloquiis exerceo. Navat strenuam operam in utriusque literaturæ stadio, ut bona spes sit eum vobis talem redituram, qualem pariter optamus. Habet ad literas hortatorem me, sed multo magis frugalitatis magistrum, adeo tenui frugalique victu à nobis accipitur. Me verò sic observat, ut parentem, ac magnam tædiorum partem adimit mihi comi jucundáque suâ consuetudine. De munere mihi narravit quâ occasione perlatum non sit. Verùm ego sic interpretor, te mihi preciosum misisse munus, qui mihi nepotum charissimum miseris, utinam æquè illum non pœniteat hujus profectionis, ac me non tædet illius victus. *Ungaria* calamitatem doleo, quanquam *Bernardus* Episcopus *Tridentinus*, *Ferdinandi* Regis summus Cancellarius, mihi nuper scripsit res adeo succedere feliciter, ut planè liqueat adesse numen propitium. Sed quæ pars hodie non concutitur bellicis tumultibus? Et indies increscunt iræ monarcharum, nec agnoscimus iratum nobis Deum. Pontifex dicitur esse *Nicea*, ea est *Sabaudiæ* civitas maritima. Aiunt enim moliri concordiam inter *Gallos* & Cæsarem. Utinam hîc saltem sit summus Pontifex, vel, ut melius dicam, optimus maximus. Sed *Julio* ad bella provocanti facilè obtemperatum est, vereor nè non perinde mos geratur huic ad pacem hortanti, si tamen hoc agit quod jactatur. Epistola quam Regi *Sigismundo* scripseram, excusa typis, hand mediocrem invidiam mihi conflavit in regia *Ferdinandi*, ob unam voculam, quod *Joannem* nominans addiderim *Regem*, quam tamen in literis meis esse nesciebam, nec eram creditarus esse, nisi consuluissem archetypum. Jam quosdam mihi substomachari sentio, quòd passim detester hæc bella, ad pacem adhortans. Nimirum hoc deerat malis nostris, ut in tanta calamitate nè gemere quidem liceat. Ut ad *Getam* tuum veniam alio munere feriendum, illud metuo, nè si consilescat hęc rerum tempestas, duplicentur quas vocant *annatas*, quas in triennium impetratas urgent

sine fine, magno Ecclesiarum gravamine, tum ipsius etiam malo, cui hæc decidunt. Tranquillius enim ac decentius ageret, si non haberet unde aleret satellitium & armatas copias. Sed dum Episcoporum ferè suum quisque negotium agit, parum habetur utilitatis publicæ ratio. Verùm hujusmodi multa defert rerum humanarum torrens, quæ reprehendere proclivius est, quàm corrigere. Regi scribam, sed paucis, quem ut ad hanc benignitatem oratione tuâ excitâsti, ita non gravaberis meo nomine gratias agere, si meis scriptis parum assequutus sum vel muneris magnitudinem, vel animum meum. Dominus amplitudinem tuam servet incolumem, ornatissime Præsul. Datum *Basileæ* septimo Calend. Septemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Justo Regis Poloniæ Secretario S. D.

Epist. 86. AMicorum commodis incommodisque non aliter affici soleo quàm meis. Anxium habebat me tuus casus, nunc planè restitutum summopere gaudeo: Nam ego *Justum* meum inter candidissimos amicos numero. Nunc eloqui vix possim quantopere discruciet animum meum *Antonini* valetudo. Quid illius pectore candidius? Quid amico amicitius? Moderatiùs dolerem, si vitam morte commutâsset. Simile malum corripuerat R. P. in *Italia* legatione Regis sui nomine fungentem. Desperantes medici suaserunt cœli mutationem. Rediit in *Angliam*, serò, sed tandem revaluit, sibi redditus. Hoc impensiùs gaudebam, quòd præter omnem spem tantum amicum recepissem. Sed ecce aliud malum. Operâ cujusdam magnatis conjectus est in carcerem, quòd in hunc quædam liberius pro suo ingenio scripsisse feratur. Sed arbitror illum nunc esse liberum. Utinam audiam & *Antoninum* nostrum nobis sibiq; restitutum esse. Proximis literis minitabatur, nescio quid muneris, quod ipse non possem contemnere. Id aiebat se missurum per eum quem hic habuerat famuli loco, *Josephum*, ni fallor. Utinam multorum munerum jactura talem amicum queam recuperare. Videtur malum fatale. Hic in ædibus cujusdam amici mei correptæ sunt puellæ quatuor, & aliquot famuli, quorum unus interiit. *Joannem Frobenium* immortalitate dignum hominem nobis ademit paralysis. Poterat annos aliquot vivere, nisi tantopere puduisset ægrotare. *Andreas Zebridovius* bonâ fide reddidit quicquid accepit. Eo domestico convictore nunc consolor valetudinem, ac labores meos. Istam sententiam precor ut obtineas, nè nostrum animum æstimes officio literarum. Bene vale amice singularis. Datum *Basileæ* septimo Calend. Septembris, Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterod. Joanni Lodovico Vivi Valentino S.

Epist. 87. SI de *Seneca* nihil habes, nisi quod annotarum erat per *Aldrisium* in codice qui diutius fuit apud *Morum*, nihil ages, nos habemus longe alia: Sin nactus es exemplaria vetusta, quod equidem magnopere cupiam, non rogo ut huc mittas, nam fortasse serò mitteres: jam enim orsi sumus opus sed inspectâ nostrâ editione, tuam adorna si videtur.

A Meam omittere non potui. Nam pe… non erat, nec ullâ re plus dedecoris … quàm quod stolidissimo illi tum … bam aliquid esse mentis humanæ. … hoc negotium tibi vel *Hispano* vel … cto, sed hanc contumeliam non ponis … re. *Volus* expostulat quòd in *Ciceronis* … terierim, quanquam id prorsus oblitus … est; quam si ætati non putant condonan… B tè tot studiorum tumultibus veniæ … bus erat condonanda. Et tamen felicia… men prætorii, quàm attigi *Budæi*: … omnibus scriptis meis honorificentissimè … nec minus in eo dialogo, tamen fremu… rant, omnes *Budæici*, quòd illû cum … rim, quû non in alio contulerim, quàm … ibi contemnendum doceo, & quod … tempsit *Budæus* ipse. Et tamen nè … pretaretur siniſtrè, adjeci, *quanquam* … C *tis & eximiis dotibus suspiciendus est.* … liam quam *Galli*, & cum his, quod tamen … do, *Janus Lascarens*, quum ubique … logo commemoratus honorificè, … maledicis vindicandam putant! … religionis & studiorum. Ostendit … *mus* epistolam tuam. Næ tu … habes apud eum. Conaris per… feliciter distrahi. Ille quàm opta… Quòd nisi supereſſent illi multa … D is nec meis hortatibus esset opus. … eos ad excudendum opus. Sed vale… mendax. Quis est ille mendax? … omnia distracta, jam adornari … Solus *Joannes Frobenius* & *Hieronymus* … narrant multum codicum restare. … stende mendacem illum. Quum … *nymum* ut excuderet declamationes … dit apud se supereſſe quadringenta … tuarum lucubrationũ, quas meo … E Si mentiuntur omnia, nescio quid … celebre nomen tuum, nec dubito … futurum celeberrimum, præsertim … commendes opusculo ad utilitatem … est *Lazari Baysi*. Sed hortatus sum … ipse ad te scribat. Nam est pigellus … & *Junonis* abſit ut me admisceam, … cognito. Citiùs tribuerim uni … unam adimerem. Nigro commiseram … sed apertam & inclusam: hac lege ut … F vel premeret. Id famulus qui … vit imprudenter apud quendam. … munus, sed is illi multum gratiæ … tatione, detinens famulum totas … omnem quærens ansam ut illum … ret. Regina dedit, ab illo extortum … prodigus, ut nec de alieno det … postridie Calend. Septembris, … quingentesimo vigesimo octavo.

G *Erasmus Rot. Lodovico Berquino* S. D.

EPistola tua, cujus exemplar … sentia, noluit venire ad manum, … fuero mittam. Nisi planè fallor, … hoc uno offensum quòd *Budæum* … tulissem, quum præter literas … illos simile. Deinde quum … am *Budæo* scribendam, satis … de

ille offensus. Quanquam ingenium *Budæi* non A hil moror. Vixi satis, nè dicam plus satis. Tantùm licuit ad tuas literas. Vale. *Basileæ*, Anno M. D. XXVIII.

humano, tamen nè adhuc quidem mihi persuadeo illum animum eâ commemoratione fuisse offensum. Epistolam ad te scriptam profectò doleo spartam, quanquam nè illic quidem est quicquam contumeliosè dictum in *Budæum*. Quòd si esset, ipsius esset præter animi sententiam. Tibi non arbitrabar opus monitore. *Brixium* posterioribus literis monueram ut rem haberet clàm, nè quid inde nasceretur tragœdiæ. Quanquam & illius prudentiæ satis fidebam etiam non monitæ. Sed ita more hominum evenit. Regi scilicet desunt negotia, nisi harum quoque negarum fiat cognitor. Qui Regi percontanti respondit quæ scribis, erat inimicus. Sed hic etiam epigrammatibus ludunt, scilicet bellis nimirum & felici argumento. Sit in his est ille cui dicor lacessere vivos & mortuos, quum ipse præter quàm quòd nusquam à me commemoratur, nisi honorificè, *in hoc ipso* libello quàm non lacessitur? Video prorsus in studiis B C cujusmodi tempestatem exorituram, qualem videmus inter monarchas & religionis professores. De vertendo facilè respondebunt, minore noxâ libros meos legi à doctis, quàm ab idiotis. Et hæc scio, an alia quæpiam objiciant tibi. Appendo isti tuæ de victoria fiduciæ, sed illud malè me habet, quod toties dat nobis verba. Pontifex revixit, habet suos Cardinales & potentes & addictos. *Dominicani* & *Franciscani* passim incipiunt rem strenuè gerere, & audio judicibus qui in te D pronunciárunt restituendum jus: Multa moliri te neque quicquam efficere, scripsi fateor, sed non absque dolore mi *Berquine*. Utinam res suppeditaret *aliud* orationis genus. De epistola edenda nè somniârunt quidem unquam. *Brixio* misi, ut esset instructior ad patrocinium si quis quid oblatraret. Quo fructu sim Theologis responsurus nescio, qui mea non legunt: & prorsus *Beddaici* quidamtenus gladiatoriis ad me affectant viam. In principibus quid spei sit nescio, qui si maximè fa- E cerent, obruerentur ab improbissimis phalangibus. Si tantum posset mea responsio, ut nemo posthac crederet judicio Theologorum, jam tot mendacia, tot manifestas calumnias, tot indoctas delirationes *Beddæ* impegi in os, cujus librum utrinque approbâsse dicitur sacratissima facultas. Malim facultatem sic temperare sua judicia, ut omnes illis credant, potiùs quàm efficere nè quis illis credat, etiamsi id possem. Qui potero docere quid sit facultas, quid universitas, quum utrumque pariter ignorem? Jam me pudet tot apologiarum. Malim edendis bonis libris, & apud posteros victuris istam excetram vincere. Gratum est quod scribis de ducibus istius intemperiæ. De respondendo deliberabo. Præter valetudinem ac labores iniquos vexor à tenebrionibus quibusdam, quos alium post alium subornant isti Evangelici. Nunc mihi præter *Thrasonem* illum, res est cum vipera, juvene cui morbus & frontem ademit & mentem. Nec ullus est tam abjectus canis, quin G rebus sic exulceratis possit lædere. Levius duco cum tota Theologorum facultate confligere, quàm cum hujusmodi sterquiliniis. Bene vale.

Plura fortassè scribam per *Antonium*. Quidam amicus ad me scribit, te jactare voces quasdam, quasi Theologos meo nomine territare velles. Quocunque tu hoc animo facis, si tamen facis, me gravas non mediocri invidiâ. Remedia morbi ni-

Erasmus Rot. Petro Decimario S. D.

ET hanc epistolam vobis committo, eóque *Epist.* 89.
scribam parcìùs, quo minus sit jacturæ si intercidat. Termini sycophantis respondeo appendice Psalmo additâ: libellum ad te mitto. Libellus *De Pronuntiatione* non à perinde multis legitur, atque hoc ipso nomine felicior: nam *Ciceronianus* qui rapitur ab omnibus, multis stomachum movit *Lutetiæ*. Rem te docebit epistola ad *Brixium* mea, quam excusam mitto. Nihil est tam felix in rebus humanis, cui non aliqua pestis sese admisceat. *Carvolus* ad me scripsit è *Lugduno*. Planè futurum auguror, ut per istas picas & graculos, aves inauspicatissimas, exoriatur novum incendium, quod ab istorum stolidis in bonas literas clamoribus ortum ad caput recurrit, ut video. Nec de malis punicis, nec de alia re est quod sis sollicitus. Non teneor similibus deliciis, nec facilè deportatur hoc genus mercium. Vina mihi suppeditat vicina *Burgundia*. Ornatissimo Præsuli scribam si quid dabitur ocii. Nam quod me scribis occupatissimum, non rectè loquutus es, obrutum debebas dicere. *Alexandrum*, *Antonium*, *Jacobum Burgensem*, *Jacobum Ferrandum* vicissim meo nomine salutabis. *Beatus Rhenanus* agit *Slatstadii*, *Glareanus* & *Amerbachius* te salvere jubent ex animo. Nam eruditorum hìc mira paucitas. Evangelica febris occupat plerosque. Bene vale vir optime. Datum *Basileæ* XVI. Calend. Octob. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Hieronymo Agathio S. D.

ORnatissime vir, Equidem pium arbitror, vel *Epist.* 98.
orare vel sacrificare pro defunctis, verùm si quis omninò mihi nasus, de spectro fabula, monachorum est commentum, quibus adest mentiendi voluntas, at non suppetit facultas. Mirum in modum amant ignem purgatorium, quod utilissimus sit illorum culinis. Video ut res nunc geritur hanc victoriam non cessuram *Christo*, sed quorundam cupiditatibus, qui suum negotium agunt veriùs quàm pietatis: Verùm hoc ipse viderit *Christus*, quem nondum meremur habere propitium. Jocome *Hieronymianum* vocat, atqui nè sis inscius, nunc magis sum *Augustinianus* quem totum immensis sudoribus emaculo, quum *Hieronymianorum* operum epistolas tantum suscepissem. *Augustinus* jam magna ex parte excusus est. Pro tua erga me studio habeo gratiam, cujus præter animum mutuum nihil referre possum. Bene vale. *Basileæ* III. Nonas Septemb. An M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Andreæ Alciato Ll. Doctori S. D.

A *Merbachius* vir ad unguem factus recitavit *Epist.* 91.
mihi partem eam tuarum literarum, quæ nostri mentionem faciebat amanter veriùs quam honorificè. Decebat quidem iste candor, *Alciate* doctissime, cunctos liberalium disciplinarum cultores, sed nihil est in rebus humanis tam felix, in quod non aliqua lues irrepat. *Longolii* dictionem

se

& ingenium vehementer admiror, candorem in illo nonnunquam desidero. Et tamen hoc ingenium ante diem nobis ereptum doleo. Eandem virtutem nonnunquam & in *Budæo* desiderare cogor, alioqui doctissimo, atque etiam probo. Rem cognosces ex epistola quam ad *Brixium* scriptam habet libellus quem mitto. Tuus iste animus, ista admirabilis eruditio, isti mores nive candidiores, digni prorsus erant, quibus fortuna pari benignitate respondéret: nunc quid tuam vicem deplorem vir optime, quum hæc rerum tempestas sit omnium ferè communis? Animi tui robur & miror & probo, sed malim in rebus secundis tuam laudare modestiam, quàm in adversis admirari fortitudinem. Utinam fortuna tantum hactenus sæviret in *Erasmum* ut facultates imminueret. Cum multis excetris mihi res est, letale virus efflantibus, non septenis, sed septies millenis capitibus. Habes laconicam epistolam, sed quam vereor nè longam dicas characterum ineptiâ delassatus. Est quod *Bonifacio* gratuleris, uxoris uterus turgens promittit illi patris optatissimum cognomen. Bene vale præcipuum hujus ætatis ornamentum. Nè quæso meum in te animum æstimes officio literarum. Dicas hanc esse prolixam epistolam, si scias quibus obruar laboribus, tum quàm multis unus rescribam. Datum *Basileæ*, decimosexto Calend. Octobris, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Nicolao Vesurio S. D.

Epist. 92. VIdeo *Beddam* cum suis conjuratis prorsum gladiatoriis animis ad me affectare viam. Hortantur quidam ut aperto *Marte* facultatem adoriar, nihil parcens: mihi non videtur consultum, & si videretur, non est ocium. Audio Præsulem esse singulari prudentiâ præditum, hic illius oraculum audire cupiam. Qui misit *Adagia Gallica*, mihi videtur vir pius: qui *sententias*, candidus. Utrunque mihi salutabis, non enim vacabat illis scribere. Qui *Donato* adjecit Præfationem, sui similis est, æquè stolidus ac scurra atque olim fuit. Non est dignus irâ cujusquam. Hæc est horum temporum infelicitas, etiam abjectissimis licet quod libet. Huc provocat Evangelicorum improbitas, ut Principes huic malo medeantur. At vereor nè medicina neutris futura sit commoda. Sibi fortasse secabunt & urent. Optârim ut si fieri possit, saltem pro *Augustino* daretur regium privilegium. Ab hoc opere pendent facultates liberorum *Frobenii*. Ego propemodum gratis meam operam impendo, alioqui non sumpturus tantum laboris pro bis mille florenis. Religio me coegit. Audio Cardinalem *Franciæ* hominem non nimis facilem, in cujus aures fortassis instillant aliquid inauspicati quidam, quò minùs æquum experiamur. In hoc opere nihil erit meum, nisi quod mendas quantum licuit submovi, notha subindicavi, & libros secundum materiarum congruentias digessi. Præfatio nihil habebit quod quenquam offendat. Si quid Præsul tuus valeat apud Regem, velim ut pro hoc saltem opere Regis privilegium nobis impetret. Mitto libellum Epistolarum, si modò *Antonius* tantum sarcinæ perferre volet. Bene vale. Datum *Basileæ*, Natali *Matthæi*, Anno M. D. XXVIII.

Scribunt mihi *Nicolaum Clerici* publicitùs debacchari in nomen meum, succedentem in exemplum *Querni*. Novum concionandi [illegible] tamen aiunt illum haberi virum [illegible] primis & gravem. Vix adducor ut [illegible]

Erasmus Rot. Petro Tossano S. D.

NIhil est *Petre* charissime quod vel [illegible] tis, vel literarum neglectiùs scripta [illegible] pologiam apud me facias. Scio quicquid [illegible] ab animo purissimo proficisci: Nec est quod [illegible] metuas quicquam invidiæ. Epistola tua [illegible] reddita est, nec per me vulgabitur. Et si [illegible] tur, nihil habet indignum homine pio. Nec [illegible] mihi futurus sis injucundior, si tibi cum [illegible] fuisset aliqua consuetudo, quem virum [illegible] eruditum judico, tantum hoc mihi dolet, [illegible] suo fretus animo semet in summum [illegible] crimen. Si à prima victoria conquievisset, [illegible] curus ac tranquillus ageret. Sed malo [illegible] mo quàm meo consilio obsequi. Si quid [illegible] conflavit invidiam ipsi prodesset, meum [illegible] modum amici commodo solarer: Nunc [illegible] altero gravamur, nec ullis auscultat monitis [illegible] dio Pontificem esse in *Sabaudia*, & audio [illegible] zelo sit *Franciæ* Cardinalis erga Ecclesiam, [illegible] túmque tribuat Theologis ac Monachis. [illegible] spicor isthic adesse *Albertum Pium* [illegible] Principem, *Aleandro* mirè addictum, qui [illegible] me misso, hoc conatur persuadere, [illegible] jus tumultus autorem esse. Prospicio quæ [illegible] nis sit exoritura. Vereor nè vincat mendo- [illegible] tur hoc sceleribus nostris. Adhuc in ea [illegible] tentia, ut satius existimem silere, si nihil [illegible] dicto. Toties respondi, tam evidenter [illegible] *toribus* & *Beddis* sua mendacia, calumnias, [illegible] tiones, inscitias, perfricuerunt faciem. [illegible] moribus, convitiis, bullis & ampullis, in [illegible] tissimo & favore Principum tota illis vita [illegible] est. Quid verò paras, vir optime, [illegible] teipsum secedas oportet, si quæris [illegible] lustrissimæ Reginæ quæso ut me facias [illegible] datum, cujus piam prudentiam, & [illegible] tatem animo exosculor. Si rarius [illegible] eris jucundus, minus charus non eris. [illegible] servet amice in Domino charissime. [illegible] III. Nonas Septemb. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Livino Antonio Cartusiensi S. D.

LIteræ tuæ priores me sic rapuerunt in [illegible] tui vir optime, ut vix alterius æquè. Quo- [illegible] nus responderim non animus fuit in causa, [illegible] cessitas. Tam multi sunt qui extorquent [illegible] las, ut totus huic uni negotio vix sufficiam. [illegible] his sunt quibus negare tutum non est. Gravem [illegible] etiam fuerunt hæ posteriores, quæ præter [illegible] ctum unicè pium ac fraternum, officium quoque [illegible] deferunt, quo non aliud mihi poterat offerri gratius. Unum illud ibi submolestum fuit, quod tam accuratè deprecaris offensionem, quasi sim [illegible] adeò *Scytha*, ut non solùm injurias iracundiam, verumetiam talibus offendar officiis. Utinam ista venissent in tempore. Nihil enim [illegible] est quod non vehementer ad rem meam pertineat. Eam operam planè præcipitavi. Si quid [illegible] in quo tibi vicissim queam gratificari, declara quàm istâ tuâ, ut vocas, fiduciâ non sim [illegible] Majora

Majorem in modum te rogo, ut si quid habeas ejus generis præterea nè graveris impartire. Quicquid *Antuerpiam* miseris ad *Erasmum Schetum*, utò perveniet ad nos, sed mitte diligenter obsignatum quod mittendum videbitur. *Adagia* rursus exiere, magno auctario locupletata. *Frobenius* meo hortatu nactus est formulas *Græcas* aliquanto feliciores, nisi *Augustinus* τυπογραφοτύραννος vix septem pravis sufficerent, sub ver prodiret aliquod opus mediocre *Chrysostomus Græcum*. *Germanus Brixius* vertit *Babylam*, plenisque velis invectus est in *Oecolampadium*, applaudentibus Theologis. Accinctus est ad vertenda quæ supersunt pœgmata. Expecto novam hinc comœdiam. Συντυφῶν non tam indignor meâ causâ, quàm *Christianæ* religionis nomine, quæ talibus scurris nititur. Est illi à consiliis hujusmodi gister quidam, quem ego fame periclitantem apud *Anglos* pavi, indoctum docui, literisque commendavi destitutum, nihil illo stolidius, neque scurrilius, natione *Normanus*: ex hoc didicit blatero meus quæ in me evomit quasi comperta, quum nullum sit animal illo nebulone vanius. *Bellus* cum suis *Lutetiæ* furit insigniter, neque minus apud *Hispanos* monachorum examina. Hanc stolidorum tyrannidem nobis paravit *Lutheri* ferocia. Is nunc prodit moderationes, quasi perinde facile sit mederi malis, atque non admittere. *Carolus Utenhovius* est mihi suis moribus modestissimis abundè commendatus, neque committam, ut ullum officio meo videar defuisse. Habes epistolam ἀντίγραφον, sed quam vereor ut legas; nisi quòd tuus candor & hoc interpretabitur familiaris amantis argumentum. Dominus te servet *Ammoni* charissime, cunctisque dotibus Spiritus locupleret. *Basileæ*, postridie Cal. Octob. Millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Haioni Hermanno Phrysio S. D.,

Exeunt exorsi sunt, nam ad libros *De Beneficiis* eramus abundè instructi. Interim hunc verecundium emisimus nostro sumptu non ob aliud, nisi ut nobis adferat tuum codicem, cui nihil est quod metuas: præter unum me, nullus illum continget. Tantum obvolvas illum tunicis chartaceis, ita ut summum operculum sit linteum cetatum, remittetur eâdem diligentiâ. In Præfatione dabitur opportunitas honorificè commemorandi *tui nominis*, si modò id pateris. Quos codices viderit *Vives* nescio, nisi fortè tuum, aut eum qui per amicum quendam collatus aliquamdiu fuit apud *Thomam Morum*. Verùm mihi tanta sylva annotationum congesta est, ut nec illum, nec tuum codicem metuam. Hoc provinciæ perquàm lubens cuivis cessero, ni pudor urgeret, ut probrum amici cujusdam stoliditate perfidiâque contractum diluam. In altero commune peccatum fuit, ille recepit quòd nulla ex parte præstare poterat, sed ego commisi: par culpa, nisi quòd turpius est hominem sibi ignotum esse, & candori vicinius de amico melius quàm pro merito ipsius sentire. Illud illius fuit proprium, quòd quum sentiret me queri de editione, eam exemplaris partem quæ plurimum habebat annotationum sustulit nè deprehenderetur. Alioqui plus satis est mihi quod agam. *Ciceronianus* meus non paucos offendit *Italos*, quod satis divinabam fore: *Galos* item, quod nequaquam expectabam. Rem agnosces ex libello quem mitto. *Ketus* mecum expostulat quod te præterierim, quasi fuerint omnes recensendi, etiam hi qui scriptis nondum innotuerunt. Alioqui dictionis tuæ suaviloquentem elegantiam non sine causa mirantur. Magni refert, mi *Hermanne*, quibus auspiciis primùm innotescas orbi. Argumentum deligo non tam ingens, quàm plausibile & gratiosum, sed inprimis usui commendabile. Hic quo mihi res cessit infeliciùs, hoc aliis certiùs consulo. Etiam atque etiam te rogo, nè committas, ut hic cursor inanis ad nos recurrat. Opus in cursu est, interruptis fere summo dispendio non potest. Si quid erit vicissim quod à me fieri voles, efficiam nec ubi grati hominis partes in me desideres. Præsulibus, *Panormitano* & *Leodiensi*, scripsi. Tuum erit dispicere, num reddendas existimes. *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo vigesimonono.

Erasmus Christophoro à Stadio Episcopo Augustano S.

Istam verè *Christianam* & optimo Præsule dignam pietatem exosculatus sum in tuis literis. Non possum agnoscere quod mihi tribuis singulari quodam candore. Non adeo mihi sum ignotus, sed istam laudationem interpretor consolationem, adversus quorundam malitiosa perversaque judicia, nè quid commemorem insidias capitales, quas mihi miris cuniculis struunt quidam novis factionibus addicti. Enecat me propemodum *Augustinus*, & huic accessit *Seneca*, labor invincibilis, præter epistolarum onus: & tamen minima lassitudinis meæ pars est, studiorum moles. Demiror patientiam tuam, qui Psalmum quem obiter tractavi & occupatissimus veluti deliniavi, potueris evolvere: Id enim intellexi ex amplitudinis tuæ ad *R. P. Augustinum Marium* literis. Aliquanto minus infeliciter tractâsse videor Psalmum quartum. Hoc tantum in præsentia licuit obruto negotiis, aliàs copiosiùs. Dominus *Jesus* servet amplitudinem tuam reverendissimam. Datum *Basileæ*, XI. Calend. Novemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo. *Epist. 96.*

Erasmus Roterod. Haioni Hermanno Phrysio S. D.

REmitto codicem tuum quo nihil ut scribis pulchrius, unâ cum duobus excusis. Ex pacto mihi debebantur tres; majorem portionem tibi cedo. Si tuus codex valebat quinquaginta florenis, excusus valet mille. Nec tamen invicias eo tuum alicubi profuisse. Non fraudavimus *Rudolphum* suâ laude, ut arbitror. Tui quoque mentionem fecimus in Præfatione, & *Ciceroniano* nomen tuum adjecimus. Si nondum videor animo tuo satisfeciisse, quod cœpimus implebitur de meo. Nam defuncto *Joanne Frobenio* tota officinæ ratio mutata est. Est apud me *Phrysius* te & nomine & adnomine referens, nisi quòd gentili cognomento est *Caninga*, quo magis admiror te non aliud asciviisse cognomen, unde possis ab aliis dignosci. Versamur hic in summo periculo: Utinam Deus det lætum exitum. Tuus *Carpensis* edidit *Lutetiæ* librum suum, rectiùs suo nomini consulturus si pressisset. Nos opellâ sex dierum respondimus. *Epist. 97.*

spondimus. Ludus exit in rabiem. Vale mi *Hermanne*, & *Erasmum* tuum, ut soles, ama. Datum *Basileæ* quinto Calend. Martias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Rot. Petro Bembo S. D.

Epist. 98. GRavi profectò sollicitudine liberârunt animum meum, ornatissime *Bembe*, R. Præsulis *Jacobi Sadoleti* proximæ literæ, quibus significavit te multò antequam oriretur illa *Romæ* procella, *Patavium* velut in portum quietissimum confugisse, atque isthic inter Musas honestissimo simul ac jucundissimo frui ocio. Quâ quidem felicitate dignissimus erat & *Sadoletus*, nec malè congruebat, ut quorum est unus animus, esset communis item tranquillitas. Sed aliter visum superis. Ille tamen putat se parvo decidisse cum fortuna, quod omnium facultatum, in quibus nihil erat bibliothecâ neque preciosius, neque charius, jactura redemerit incolumitatem. Nos hic urget tempestas nihilo mitior *Romanâ*. Siquidem illa rapuit opes, nos spoliamur his, quæ piis omnibus sunt, ut esse debent, omnibus pecuniis chariora. Verùm hanc tragœdiam te malim ex hoc grammatophoro cognoscere. Is est *Carolus Utenhovius*, juvenis mihi domestico convictu eóque diutino cognitus penitúsque perspectus. Nihil illo comperi multis annis syncerius, modestius, aut amico amicius. Hunc literarum amor & coram exosculandi viros tui similes cupiditas pertraxit in *Italiam*. Quare te rogo, quod alioqui scio te tua sponte facturum, ut pro tua solita in omnes humanitate, si quid opus erit, illi commodes, vel consilio, vel autoritate tua: Nam pecuniâ non eget. Et tamen hoc ipsum quod peto, nullo tuo incommodo feceris. Opto te quàm prospertimè valere. Datum *Basileæ* octavo Calend. Martii, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Lodovico Berquino S. D.

Epist. 99. ETiamsi *Nosoponus Erasmi* personam gereret, nihil erat quod stomacharetur *Budæus*. Nec satis admirari possum istam judiciorum perversitatem. Hanc febrim nobis misit *Italia*, nè qua pars esset rerum immunis à dissidiis. Excussi *Roma Galliam* inficiunt, ac futurum arbitror, ut ex una hæresi plures nobis gignant. Itaque est animus post Pascha proximum studiis ferias indicere, præsertim defuncto *Frobenio*. Parùm feliciter cessit, quòd epistola quam tibi familiariter scripseram, nec *Brixio* communicâram, nisi pressuro apud se, sic per omnium manus volitet, ut edita videri possit. Vix adducor ut credam *Jacobum Tussanum* tam stolidi, támque agrestis esse ingenii, ut tam nihili ob rem maledicis versiculis debacchari velit in nomen hominis à quo nunquam verbo læsus fuerit. Sed multò magis admiror ἀπίνλωα, si carmina sunt illius, quæ ipsi tribuuntur, nisi fortè studeat inire gratiam apud *Sutores* & *Beddas*. Equidem te mi *Berquine* non possum sic amantem non redamare, sed tuus iste amor, utcunque excusas, me non ferenda gravat invidia. Ostentas literas meas, quibus tecum in aurem ῥητὰ καὶ ἀῤῥητα communico. Prædicas me non fore mutum. Istis irritamentis, mihi crede, non erat opus, suapte sponte plus satis accensis. Animi tui fiduciam amarem, nisi viderem tam infelicem. Hactenus

A omnia tua cesserunt in diversum. [illegible] am me dissuadente, vide ut cesserit. [illegible] lis tuis, quam existimabas unicam [illegible] candæ invidiæ, quæso quid profectum [illegible]? episcopus cœpit meliusculè de me sentire. [illegible] actum epistolâ? quid exhibitis duodecim [illegible] tionibus? Ista, nihil aliud sunt quàm [illegible] erabonum. Habes ad omnia bonas ac [illegible] ones, sed utrique nostrûm parùm prosp[illegible]

B luisti victoriam speciosam quàm celerem. [illegible] tuæ fiduciæ, sed aut ista te fallet aut me fallet [illegible] gurium. Satis odoror ex amicorum literis, [illegible] *daicos* aliquid atrox moliri. Argumento est [illegible] ille pridem amicus minis rerum commotus [illegible] audet quicquam ad me scribere: Apud *Lovanienses* [illegible] nunquam exiit edictum adversus meas [illegible] Vanus igitur fuit is rumor. Jamdudum [illegible] vatim agunt, nè prælegantur in collegiis [illegible] ter, idque in gratiam monachorum. Accidit

C *Beddam* in actu publico, quam resumpsisset [illegible] honorificam fecisse mentionem, primo loco [illegible] *theri*, secundo *Erasmi*, tertio *Fabri*. Ut nihil [illegible] det. Sic ornatus incedit, & triumphat [illegible] quasi mundus non habeat nisi fungos. Audio *Lo[illegible] brum* clam subduxisse sese, sed arbitror [illegible] esse vanum. Amici anonymi, nec libellum, [illegible] epistolam ullam accepi. *Simon Rythovius*, [illegible] opinor tibi notum, retulit de quodam *Gandavo*, [illegible] qui strenuum virum præstiterit in hoc [illegible]

D *Beddaicorum*. An is scit nescio. Si [illegible] ror te non addidisse, per quem misera. [illegible] *Pio* respondebo, sed epistolâ tantùm. Dubito [illegible] quo consilio spargat eum libellum. Nam is [illegible] impudentissimis argumentis causam agit, [illegible] hostiliter, docere laborans, me fuisse occasionem [illegible] causam, autorem & principem totius [illegible] tii. Quod idem agit *Aleander* in suo *Epistolio*, [illegible] mirans me adhuc spirare, quum in *Germania* [illegible] hominum millia sint trucidata, nec me [illegible] *berto* cum *Aleandro* necessitudinem esse [illegible]

E Adversus *Lutherum* sic gerit rem, ut videatur [illegible] ludere cum adversario. Quod te offendit [illegible] mo nihil est. Neque enim æternam [illegible] mus à quoquam hominum, sed à solo Deo, [illegible] que sanctorum suffragiis adjuvamur. Audio [illegible] libros excudi *De phrasibus linguæ Græcæ*, [illegible] illum frequenter hortatus sum, & [illegible] *Illic* audio fieri mentionem mei. Si [illegible] civilitate id agit, me nihil offendet: [illegible]

F non arbitror, cuperem quamprimùm [illegible] haberet ante Pascha talionem, sed [illegible] amicitiam non dirimat. Si quid erit, [illegible] scire voles, mitte aliquem nostro [illegible] conductum, ut isthic accipiat coronatos [illegible] totidem. Sed cura ut à cæteris item [illegible] gitet literas. *Carolus Utenhovius* revertitur [illegible] lem prædicas, mihi suo convictu magno [illegible] est: utinam parem ex meo capiat utilitatem. [illegible] literæ maturiùs ad te venissent, nisi *Antonius* [illegible]

G omnem expectationem distulisset abitum. [illegible] vale. Datum *Basileæ*, decimo Calend. [illegible] Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Andreæ Zebridovio S. D.

ORnatissime juvenis, Non minima ex [illegible] nobis tui desiderium mitigavit, quod [illegible] go tibi & iter, & *Lutetiam* fuisse prosperum, [illegible] scun

festivi quòd scribis studia tua felicius istic quàm hic solent succedere, quod ego sanè futurum augurabar. Habet enim ista civitas viros non paucos exquisitâ doctrinâ præditos. Dicas Musas omnes armorum fremitu *Italiâ* depulsas, in *Gallias* commigrâsse. Nec dubito quin huc summis viribus incumbas, nè frustrà tam locuples literarum emporium adisse videaris. Quanquam hic quoque nunc, nescio quo fato, profitentium vocibus perstrepunt omnia. *Glareanus* jam magis tuus est quàm antea fuit. Conciliavit vos illa concertatiuncula, ut interdum ex malo principio, magna nascitur gratia. Non est quòd excuses silentium tuum. Epistolam ad *Carolum Utenhovium* datam, mihi quoque scriptam interpretor. Accessit alius convictor non illepidus. *Carolo* malè convenit cum æstuariis. De reditu ad nos tuo an ludum nescio. Quandò te dimittet *Lutetia*, quæ solet hospitibus magis ac magis adlubescere, postea quàm illos semel suis odoribus expleverit. Attamen si id tuo bono fieri poterit, venies nobis gratior quàm unquam fuisti, certè me non habebis hospitem deteriorem, fortassis aliquanto commodiorem, quod memet brevi excutiam ab hisce laboribus. Miror è *Polonia* nè syllabam quidem: Tu si quid habes imparti. Quòd seriùs accipis hanc epistolam, in causa fuit *Antonius*, qui diutius solito atque opinione nostrâ distulit abitum. Jubent te salvere, *Berus*, *Bonifacius*, *Hieronymus*, *Glareanus*, reliquíque tui studiosi. Quæso nè graveris *Martino Dambrosikio* nostro meis verbis multam salutem dicere. Tu fac quàm optimè valeas. Datum *Basileæ* decimo Calend. Januar. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Danieli Stibaro S. D.

AGemi *Stibare*, sic perfrica frontem, ut subinde festivissimis simul & humanissimis literis animum nostrum recrees, nihil veritus *Erasmi* majestatem, uti scribis. Sunt enim quidam tam verecundi, ut pudore deterreantur ab officio. Quid autem mihi debet esse gratius epistolis quæ mihi suavissimum amicum referant, absentísque desiderium leniant? Nam te mihi vix bene notum casus abstulit. Hic certè tuus pudor, alioqui tum ætatem istam, tum nobilitatem mirè decens, mihi damno fuit, per quem factum est, ut te seriùs cognoscerem, dum ob quorundam compertam improbitatem, omnes habeo suspectos istius ordinis. Itineris tui tragicocomœdiam lepidissimè nobis depinxit *Philippus Montanus*, qui mihi posthac futurus est multò charior, quòd tibi tantoperè placuit, suis, ut scribis, officiis. Prudenter tu quidem, qui ut *Gallicè* discas, in garrulitatis schola immigraris, tonstrinam, ubi *Pythagoricam* σιωπὴν aliquandiu serves. Quid enim illic aliud esse potes quàm auditor? Quanquam una puella *Gala* ad linguæ facultatem non minus conferet tibi quàm triginta viri. Certissima ad profectum via est, prædiscere nominum & verborum inflexiones, mox ad libros bene *Gallicè* loquentes: sed adhibito magistro, sive malis magistrâ. Me autore nonnihil & *Græcitatis* asperges studiis tuis, ut ad tuos redeas τετραγλωσσον. Quòd teipsum munificeris & probo & gaudeo. Interim fac tibi vivas dum licet. Reliqua quæ tu copiosè disseris de nostra necessitudine, déque tua in me perpetua benevolentia, quanquam erant supervacaneæ, præsertim apud me, qui tot argumentis tuum erga me studium habeam perspectissimum, tamen erant vehementer jucunda. Lætor enim mihi subinde refricari memoriam tam singularis amicí, cujus accessione, puto non leve momentum additum meæ, si qua est, felicitati. Præter animum mutuum & officia literarum, nihil abs te requiro juvenis ornatissime: tu tamen abundantiâ quadam amoris, præter id quod est in amicitia præcipuum, etiam fortuita nescio quæ minitaris, quasi parùm sit quòd hinc abiens, aureum amoris tui pignus apud me deposueris. Quicquid est igitur istius sponsionis, totum tibi remitto. Vis augere tuam in me benevolentiam? Fac teipsum optimis disciplinis quàm ornatissimum cumulatissimúmque reddas. Posteaquam enim amicitiæ jure meus esse cœpisti, mihi judicaturus sum accessisse, quicquid bonorum tibi accesserit. Ac nè prorsus nescias quid hic agatur, *Basileæ* publicè profitentium tumultu perstrepunt omnia. Tantus proventus subitò erupit. Inter hos est *Joachimus Antuerpianus*, huic rei natus. Medicus quidam senex in publica professione, docuit quod esset testamentum *Christi*, quum ego semper putârim illud esse, *Pacem meam do vobis*, &c. ille commonstravit esse, τὸ crescite & multiplicamini & replete terram: magnóque stomacho debacchabatur in continentes, præcipuè monachas, quòd fundi tam boni non colerentur. Ex retento semine nasci syncopes & capitis vertigines, aliâsq; mentis alienationes, quibus nunc passim laboratur. Hæc noster silenus, brevi, ut aiunt, ducturus monacham, nè laboret capitis vertigine. Alius ejusdem professionis dedit aliam fabulam. Habebat puellam ob terrores nocturnos; Eam sacerdos quidam ad se pellexit. Medicus cum literis amatoriis nihil proficeret, spargit rumorem, puellam sacerdoti ductam uxorem. Sacerdos metuens nè rumor ille detrimentum adferret censui (nam erat aut certè videri studebat, catholicus) trahit medicum ad Judices. Recitatæ sunt epistolæ amatoriæ, magno & Judicum & circumstantium risu, in quibus miserè querebatur, se puellæ desiderio sic exanimari, ut nec cibum nec somnum capere posset. Quid multis? Vicit sacerdos, medicus ad palinodiam adactus est, nimirum bis victus, nec *Venere* propitiâ, nec *Mercurio*. Accessit *Carolo Utenhovio* lepidus congerro, quòd sanè gaudeo; medicus ut eruditus, ita mirè comicis moribus. Si nomen quæris, *Hubertus* est; si patriam, *Berlandus*. Itaque risu minimóque tetricis fabulis aliquam diei partem fallimus. Libebat diutius tecum confabulari charissime *Daniel*, sed in pistrinum retrahit *Seneca*, qui me tantùm non enecat labore nunquam satis exhausto. Cupio te quàm optimè valere. De medico perperam acceperam. Non sunt duo, sed unus utranque saltavit fabulam. Seriùs accipis has literas, *Antonius* fuit in causa, qui præter solitum distulit abitionem. Etiam atque etiam vale *Stibare* charissime. Datum *Basileæ* X. Cal. Januar. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Antonio Salamancæ Episcopo Gurcensi Electo S. D.

NOn mediocri me voluptate jam affecerat *Henricus Glareanus*, quum nunciaret istic adesse *Epist.* 102

esse nepotem clarissimi Comitis *Orthenburgensis*, cujus humanitatem jampridem non literis tantùm amantissimè scriptis, verumetiam officiolo quodam sùm expertus. Hoc gaudium mihi conduplicârunt tuæ literæ, quæ præter eruditionem, prudentiam, ac pietatem minimè juvenilem, spirant non vulgare quoddam erga me studium, quod ego sanè in parte non postrema meæ felicitatis numero. Atque isto quidem nomine gratiam habeo maximam, daturus operam nè tantum favoris in hominem prorsus ingratum tua benignitas collocâsse videatur. Tibi verò gratulor unicè, quòd virtuti tuæ tanta accesserit autoritas, quâ possis de religione *Christiana* quàm optimè mereri: sed multò magis tibi gratulor istam tam religiosam mentem, quòd studes animum his literis ac disciplinis instruere, quæ te reddant muneri cui destinatus es gerendo idoneum. Desiderat enim hæc immanis ecclesiæ tempestas naucleros eximios, tum eruditione, tum pietate insignes, qualem te fore confidimus. Quo liberiùs in eo quod petis sanctissimæ voluntati tuæ morem geremus, si quo pacto licebit; nam talium qualem desiderat amplitudo tua, hic mira raritas est. Unum enim tantum habemus quem ausim tibi tradere, hoc est moribus integris atque etiam commodis, in bonis literis eleganter eruditum, nec infeliciter progressum in juris peritia, tum alienissimum ab his dissidiis quæ nunc infestant Ecclesiæ concordiam. Is intra paucos dies redibit *Friburgum*, ita licebit ut coràm nullo tuo dispendio cum homine misceas colloquium. Qui si tuæ prudentiæ talis videbitur, qualis hic optimo cuique, non mihi tantum videtur, quod omninò futurum & optamus & confidimus, facilè cum illo rem transiget. Per eum tibi scribemus aliquanto copiosiùs: nunc enim pluribus non vacat. Interim precor ut tua sublimitas quàm prosperrimè valeat, & *Erasmum* inter addictissima sua mancipia numeret. Datum *Basileæ*, sexto die Febr. Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

A quum habeam Pontificium dispensationem, ceptione, tamen rude vulgus peccans superstitione, quàm diversi contumaciâ. Gravius enim est mum, qui & summâ necessitate co Pontificis autoritate confirmatus ve quis præter necessitatem vescatur. hìc diutiùs remorata est. Nam hyemem contempsissem. Hac in re quæso, ut

B ris humanitas mihi suum & consilium impartiat, quam opto quàm prosperr semper. Datum *Basileæ*, VI. Calend. M. D. XXIX.

Mitto primores paginas libelli *De Fide Christiana*, quam rogatu cujusdam dicavi Sereniss quondam *Hungariæ* Reginæ *Mariæ*, cujus nunc quod facilè conjecto plurimis negotiis patissimum, nolui meis literis obtundere. me suæ Majestati addictissimum semper

C bit, dum spiritus hos reget artus.

Erasmus Rot. Joanni Henckello S. D.

EX quatuor epistolis tuis tres ad me perv runt, amice in Domino charissime: Pr quum intelligerem tibi rem magnopere cord esse, nec id sine causa, feci quod volebas, licet mo reluctante, quod argumentum nec simplex esset, nec sibi satis constans. Tum exemplar vide-

D parùm congruit illi, quæ uti conjecto matrimonio servatur, nec consolatio tam felicis fœminæ batur suscipienda, præsertim jam sera. Ita miscuimus argumenta, nescio quàm feliciter: enim tui fuerit judicii. Nunc tuæ partes erunt strum obsequium Serenissimæ Reginæ commodare, qui huc perpulisti. Ex eo quem audies totam nostrorum malorum *Iliadem*, literis committere vix tutum fuerit: tam nimorum varietas. De munere de quo significare videbantur tuæ literæ, nihil

E labores: existimabo me satis magnam boris fructum percepisse, si Serenissimæ gratum est quod fecimus. Quòd si illa ulti erit aliquo symbolo suæ erga me benevol testimonium edere, puto satis tutò commi se huic cui literas & librum commisi. hoc quoque tui judicii esto. Nam mihi exploratus. Fac me de toto statu tuo cer erit hoc tam gratum, quàm quæ sunt

F Res simpliciter exiit in rabiem, utrinque do insanitur. *Bedda* rursus edidit in me am, sed priore tum indoctiorem, tum Exiit & *Lodovici* cujusdam *Francisci* protector scilicet hierarchici ordinis, tám quæ scurrilis, ut non alia res magis illum nem dehonestare possit: & tamen homo se de illorum esse sodalitio, qui positis mundi affectibus, juxta veram *Francisci* regulam, hoc est evangelicam, vivunt; apparet *Hispanos* esse. Idem libellus videtur apud *Hispanos* ejus gentis linguâ. *Albertus Pius Carpensis* Comes, dudum Cæsaris orator, ac Pontifici vehementer charus, nunc ad *Gallicum* Regem dilapsus, edidit volumen annis aliquot elaboratum, quo duas res agit: persuadere conatur universo hunc orbis tumultum, me autore natum esse. Posterea refellit *Lutheri* dogmata, sed tam dilutionibus, ut his de rebus leviter cogitâsse videatur.

*Epist.*103 SPero futurum, Reverende Præsul, ut hoc tam celebre concilium gignat nobis pro hac tempestate jamdiu optatam tranquillitatem, Domino fortunante, quod pio, sicut arbitror, studio, molitur Serenissimus *Hungariæ Boœmiæq*; Rex *Ferdinandus*. Quo in statu nos simus facilè conjectat tua prudentia, non quòd mihi quicquam metuam à magistratu, sed multa fex hominum admixta est huic civitati. Osores habeo permultos, amicos aliquot, sed quorum autoritas hoc rerum statu non ita multum habeat ponderis. Percuperem hoc ab amicis procurari, ut Serenissimus Rex *Ferdinandus* suis literis me hinc evocet, velut aliqua in re usurus meâ operâ. Spero mihi fore liberum abitum: neque enim cuiquam obnoxius sum, sed eo pacto G tutiùs migravero. Necusquam malim quàm *Spiram*, sed metuo ne huic afflictissimæ valetudini parùm conventurum sit cum tanto Principum strepitu. *Friburgum* in proximo est, sed oppidum est angustius, & populus, ut audio, superstitiosior. Ac mihi jampridem tam malè convenit cum squamigero pecu, ut si vel attingam, de vita periciliter. Quum habeam causam justiorem quàm vellem,

Qui

Quid Pontifex agat incertum est. Utinam moliatur Ecclesiæ concordiam potiùs quàm privatam vindictam. Equidem nihil queò prospicere nisi cruentum exitum. Utinam hic *Christus* ὁ μηχανῆς inexplicabili tragœdiæ subitò det lætam catastrophen. *Spirensis* conventus quid nobis pariturus sit nescio. Bene vale. Datum *Basileæ* IV. Calend. Martias, M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Ludovico Bero S. D.

SAnè quàm lubens agnosco veterem istum tuum in me animum plusquam fraternum, & gratiam habeo maximam, quandoquidem referre nunquam potero. Sed nulla domus mihi potest congruere, quæ fumario caret; quare non est visum istuc mittere famulum. Emandâram proprium nuncium *Besontium*, quò fueram à quibusdam invitatus, ut ex officialibus. Archiepiscopi & Archidiaconi, tum ex thesaurario disceret, num expediret eò commigrare. Responderunt nunc non esse commodum, aliquot commemoratis causis, quarum præcipuam nuncio non literis commendârunt, quam ipse tamen ex me divinâram, nimirum inter clerum ac magistratum esse nescio quid dissidii. Et *Carcinus* meus qui ibi latitavit, nam *Dole* cœperat obolere, non parùm veneni de me sparsit clanculum, præsertim apud magistratum, artifex Evangelicus. Itaq; nuper misi *Friburgum*, qui inspiceret locum quem consul obtulerat. Domus est extructa *Maximiliano*, planè magnifica, sed inabsoluta. Ego delector extructis, non extruendis. *Spira* puto me commodiùs posse vivere, nisi me deterreret turba Principum. Heri rursus accepi literas ab Archiepiscopo *Panormitano*, qui est primus aulæ Cæsaris in *Brabantia* Cancellarius, pollicentes omnem favorem, atque etiam benignitatem si velim redire. Id omninò facerem si frigerent hypocausta *Germaniæ*, quæ non minus odi quàm inferos. Hic quàm tutum mihi sit manere nescio. Perferuntur ad me quorundâ fremitus ac minæ parùm evangelicæ, neq; nescio, quocunque migrâro, id non fore sine summo vitæ meæ discrimine, quum levicula res, veluti vinum mutatum, aut etiam novata vestis adducat in periculum. Sed quicunq; erit eventus, aliquò migrandum est. Cuperem hic hærere usque ad Bibliopolarum è *Francofordia* reditum, sed vereor ut tutum sit. *Carcinus* hic denuò fuit, ac mirâ arte molitus est novam tragœdiam. Nôsti *Polyphemum* nostrum barbatum, hìc à me, ut dixi, emandatus *Besontium*, habuit nescio quid rixæ cum eo de me. Eo profectò *Dolam*, clanculum, ut narrant, fategit, ut reversus conjiceretur in carcerem: & factum fuisset, ni *Polyphemus* jactâsset se *Ferdinandi* Regis satellitem. Hoc conatu frustratus, illicò venit *Basileam* sub noctem. Id simulatq; resciví, protinus divinavi quod erat. Jussi ut postridie manè *Polyphemus* se subduceret. Ad nonam vix illo profecto, veniunt ad ædes meas duo viatores, qui *Polyphemum* accersant ad Tribunum pl. Dictum est illum abisse. Redeût à prandio, responsum est idem. Qui est hujus fabulæ choragus nonnihil & mihi minatur, quasi illum subornârim. Ita ferocit Evangelium. Nec mitiùs insanit pars altera. *Bedda* emisit libellum in quo simpliciter furit. *Albertus Carpentum* comes edidit *Lutetiæ* librum, in quo persuadere conatur, *Erasmum* totius *Lutheranæ* tempestatis esse autorem. *Lodovicus* quidam *Minorita* evulgavit libellum febriculosum, in omnium piarum religionum defensionem, quarum hostem fingit *Erasmum*. Respondi omnibus. His nunc fulcitur Ecclesia. Tantum est utrinque furoris, ut dubitare possis utrò te conferas, nisi quod mihi videtur consultissimùm figere pedem in petra immobili, qui est *Christus*. Suspicor te hujusmodi neniis non delectari, si tamen tantum est ocii, mittam simul & illorum calumnias & mea responsa. Interim cupio te quàm optimè valere amicorum syncerissime. Datum *Basil.* postrid. Calend. Mart. M. D. XXIX.

Si Consul, vicinus quondam meus, istìe adest, meis verbis multam illi salutem dicito. Mittam & reliquos libellos novos, si significâris cui velis committi.

Erasmus Rot. Cornelio Grapheo S. D.

LUbens paruissem voluntati tuæ *Corneli* charissime in excudendo carmine tuo, nisi duæ res fuissent dehortatæ. Non visa est ea carminum vena, ut putârim hinc tibi multum laudis accessurum. Deinde inerant non pauca, quæ tibi fuerant invidiam auctura, quod mihi nequaquam videbatur expedire rebus tuis, præsertim hoc temporum statu. Discruciat me fortuna tua, quanquam ipsum afflictissimum, sed quòd divinitùs geri videtur, forti animo perferendum censeo: Monachorum quorundam improbitas huic tempestati dedit occasionem, at mihi subnasci videtur aliud monachorum genus priore deterius, & in utraque parte fortiter atque insigniter insanitur, nec ullum video finem, nisi Dominus unicus artifex de machina exortus canat nobis illud tragœdiis solenne πρόσωπον μηχανῆς ἄξιον λύσιν. Interea consultissimum videtur in solida petra quæ nullis cedit turbinibus, pedem figere, donec hæc procella rerum vertatur in tranquillitatem. Ipsa sibi magnum solatium est, bona conscientia. Quòd te quidem invitarem, nisi scirem te semper fuisse virum integerrimum. Dominus hoc camino purgat aurum suum, ut fiat obrussum. Si istic adessem lubens tum tibi tum fratri tuo commodarem in omnibus. Nunc quid possim non video, & quanta sit hìc rerum confusio, rumor ut opinor jamdudum istuc pertulit. Optò te cum tuis omnibus quàm optimè valere. Datum *Basileæ*, Non. Mart. M. D. XXIX. *Epist.* 106

Erasmus Rot. Jacobo Tussano S. D.

DEmiror quid tibi velis cum tuis versiculis, nec te nec me dignis, studio literarum, quibus provehendis ambo desudamus pernicioſis. Magis oportebat adversus tam pertinaces Musarum perduelliones ζυγομαχεῖν. A me sanè nunquàm es dicto factóve læsus, nec tibi concedo, ut *Budæi* gloriæ faveas impensiùs, quàm ego, tantum abest ut vel invideam illi, vel dejicere studeam ab arce gloriæ, quam merito suo occupavit. Hoc te admonitum volebam mi *Tussane*, non tam meâ causâ quàm studiorum, atque adeo *Budæi*, cui tales versiculi nonnihil invidiæ conciliant apud eos, qui me charum habent. Nondum enim omnes sunt *Beddæ*. Quæso te patere *Budæum* apud omnes gratiosum esse. Quanquam enim certum habeo illum ut virum gravem ac probum istiusmodi cavillis non delectari tamen non deerunt qui diversum suspicentur. Bene vale. *Basileæ*, tertio Idus Mart. Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono. *Epist.* 107

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI EPISTOLARUM LIBER XXI.

Erasmus Roterodamus Petro Barbirio Adriani Pontificis à Sacris S. D.

Epist. 1. PUlchrè nobis depingis sanctissimum Pontificis animum. Eam epistolæ partem mi *Barbiri* magnâ sanè cum animi voluptate legi. Edam brevi cohortatiunculam ab his impiis contentionibus ad *Christianam* concordiam. In ea sic exprimam pium & syncerum Pontificis propositum, ut sperem eam commendationem ad negotium conficiendum non mediocre momentum habituram, præsertim si *Germani* senserint ejus animum non abhorrere à submovendis his quæ gravant etiam pios homines, quæ illaqueant conscientias omnium ob quæstum paucorum. Denique si senserint eum nec in *Lutherum* fore judicem inclementem. Nam quæ *Lutherus* scribit de tyrannide, avaritia, turpitudine *Romanæ* curiæ, utinam mi *Barbiri* essent falsa. Ego adhuc miserè metuo nè res exeat in tumultum. Prætexitur Evangelica libertas, verùm non omnes eodem spectant. Sunt qui hoc fuco quærunt insanam licentiam serviendi carnis affectibus. Sunt rursus qui invident opibus sacerdotum, & sunt qui ut sua fortiter profundunt, vino, scortis & aleâ, ita rapinis inhiant alienorum. Sunt denique quorum res in eo statu sunt, ut tranquillitas illis tuta non sit. Sunt in his tamen aliqui, qui cuperent absque tumultu, si fieri possit, corrigi, quæ in Ecclesiam parùm utiliter irrepserunt. Rebus itaque confusis, ut solet in incendio, quisque rapiet quod affectârat. In primis igitur cavendum, nè tumultus semel exoriatur, quod audio factum *Erphordiæ*, ubi singulis diebus occiduntur aliqui. Apud nos, tametsi stulta inclementia *Ecmondani* & illius collegæ, quidam indignè tractati sunt, tamen gaudeo nondum ventum ad manus, alioqui finem nescit mutua laniena. *Cornelius Hoen* vir optimus, ut audio, fuerat restitutus per aulam, eum arte retraxerant in arcem quandam: ibi convicissent illum hæreseos, Nam hic *Ecmondanus* feliciùs argumentatur quàm in scholis, verùm illicò liberatus est per *Hollandiæ* Proceres. Hic hæreticus erat, quod ausus sit cum *Ecmondano* disputare. *Cornelius* restitutus est, sed diu passus indigna: Nunc demum restitutus est & *Nicolaus* noster vir integerrimus. Nec dubito quin his succurrerit Pontificis æquitas; rectiùs tamen factura, si tales, qui suis moribus, cunctis & bonis & malis inviśi sunt, exarmaret, præsertim in tam arduo negotio. Quæso te *Carmelitam* istum tantâ armare autoritate, quid aliud erat quàm furioso tradere gladium? Ego constanter sic me geram, ut exitus declaraturus sit me nihil aliud spectare, quàm *Christi* gloriam, & publicam utilitatem. Nuper quoniam oblatus erat præpositus quidam, Canonicus apud divum *Donatianum Brugis*, homo certus, sed mox abiturus, scripsi plus quàm ex tempore Pontifici, satis liberè & haud scio an temerè, certè animo syncero. Vix erat ocium relegendi quod scripsissem. Bona spes est illius humanitatem boni consulturam hanc simplicis animi fiduciam. Hic mihi visus est parùm certus, unde paucioribus ago, plura scripturus ubi contigerit cui tutò possimus fidere. Bene vale vir optime. *Basileæ*, XV. Calendas Maias, Anno M. D. XXIII.

Erasmus Rot. Paulo Volzio Abbati S. D.

ET tibi tua crux ferenda est ô bone, si vis regnare cum *Christo*, à qua nec pedum quamvis venerabile, nec mitra bicornis, nec anuli te liberabunt. De paupere regno lis est. Etsi maximum esset, scio tuum animum his rebus non magopere commoveri. Re comperisti, nè tyrannica quidem esse liberos, quibus regnum etiam cum libet deponere non licet. Constanter recusâsti thesaurariam *Turonensem*. Res erat & libertate paratissima, proventus τῶν λαχίστων quingenti cornati. Nolo bos clitellas. Utrùm tu scepta rum cum ea conditione commutâsses? Etsi pensio designetur satis æqua, non semper pendit quod pangitur: quódque est omnium gravissimum, qui quærunt lædere crimen prætexunt malitiæ, ut probrum accedat damno gravi. Epistola quâ scribis te ternas misisse literas, mihi tertia reddita est. Itaque una duntaxat periit. De *amplibio* suspicabar quod scribis, nisi quod rebus divinabam, quid sibi vellet scholasticus. Nam ἀμφίβια dicuntur animantia, quæ in utroque sunt elemento, veluti *Crocodili* & *Phocæ*; Deinde in *Grammatica* scripseras ἀμφίβιον pro ἀμφίβολον. De mea, quam mihi longævam precaris, videri Christus, ego sciens nec ad dextram deflectam, nec ad sinistram. Istorum tumultus quorsum evasurus sit nescio. Ab his ego jam non judicio tantùm, verumetiam religione abstineo. Quid si Deus istos corrigere vult nostram in malis pervicaciam? *Melanchthon* scribit nostram διατριβὴν etiam *Wittenbergæ* æquissimis animis exceptam. Frenum stolidi. *Thrasymachus* & *Eubulus* non audent proferre caput, ut rinque lapidandi si vel prosperum. Seculum est in quo nec bene loqui licet, nec male. Opto tibi gaudium & pacem in Domino pater reverende. *Beatum* nondum videmus, nec aliter brevi venturum. Habes ad epistolam tuam μάλα λακωνικῶς. *Basileæ*, decimoquinto Calend. Januar. Anno M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Gaspari Hedioni S. D.

PRecor ut novum matrimonium vobis sit felix. Miseram tibi literas ad magistratum scriptas tanquam amico, cui uni omnium fidebam tuo pectore. Quoniam autem nolebam te vel minimâ invidiâ gravari, monui, ut si malles pro meres rem, sic ut nemo rescisceret, videret quo mihi esset integrum quid vellem fingere. At tu nec tacuisti quod agebatur, nam *Frobenio* certè communicâsti, & *Scotum* qui operi sublevâsti, nè daret pœnas. Non hoc dico quod offensus sim, scio te quicquid feceris syncero animo feciśe, & Evangelicam lenitatem amplecti. Verùm ista lenitas interim in me candidissimi

An

n tibi lenitas videatur, si quis sicario aut latroni
ueniat nè capiatur, post majore audaciâ plures
cidurus? Non est neganda venia, sed respiscen-
i, sed converso. Istum adeo non pœnitet insa-
æ, ut ferox minitetur se sceleratiora ausurum.
Diligendus est inimicus, sed in hoc ut fiat alius.
Non amat autem qui sinit impunè peccare, si que-
at obsistere. Quo vehementiùs amat pater, hoc
acriùs cohibet peccantem filium. Misericordia
uisset si mox editis *Hutteni* sycophantiis dedisset
oenas, non addidisset insaniam insaniæ. Sed mo-
ietus, inquis, clàm à consule cavebit. Quàm te-
erè consultum est illius honori, qui tale facinus
orbi publicavit, ut clàm admoneretur. An spes
est tale portentum verbis castigatius fore? Vix
remiserat *Othonis* furias, cœperat iterum excu-
dere, & præterea rabulæ nescio cujus libellum,
& fecisset nisi fuisset coercitus. Et tamen illinc
depulsus, dedit nobis epistolas *Othonis* bellas sci-
licet, quæ Evangelia quoque vocent in dubium.
Addita est pictura seditiosa. Si pingebant pro-
phetas *Baal*, cur addiderunt crinem attonsum,
vertices rasos, lineam vestem, mitram horum
temporum: & me pinxerunt pileo sub mento re-
ligato, serico imposito humeris, & brachiis è
pallio porrectis: sic enim ferè color, præsertim
domi, & hoc cultu eram quum me salutaret *O-*
thon. Hæc ego quidem rideo, sed tamen indicant
istorum, quos tu sublevandos putas, perversissi-
mam voluntatem. An vos creditis talibus præ-
sidiis processurum Evangelii negotium? Magis
metuo nè talium stulta malitia & malitiosa stul-
titia, subvertat cùm bonas literas, tum Evange-
lium, si fieri possit, & vos vestramque civitatem
aliquando pertrahat in grave discrimen. *Scot-*
tus, inquis, habet uxorem & teneros liberos.
Nimia excusatio videatur justa, si scriniis me-
is effractis sustulisset aurum? Non opinor. Et
tamen hoc quod facit longè sceleratius est. Nisi
forte putas mihi famam esse viliorem pecuniâ.
Si deest unde alat liberos, mendicet. Pudet in-
quies. Et hujusmodi facinorum non pudet? Pro-
stituat uxorem, & ad calices vigilanti naso ster-
tat adultero. Nefarium, inquis. Magis nefari-
um est quod facit. Nulla lex punit capite qui
uxorem prostituat, at capitalem pœnam denun-
ciant omnes iis qui libellos edunt famosos. A me
nunquam verbo læsus est, nisi lædi se putat, quòd
Frobenius excudit bonos autores, dum iste nobis
nihil dat, nisi furiosas nænias. Sunt in orbe tot
veteres, tot novi libelli, aut restituat veteres, aut
prodat novos. Solus ille typographus non habet
unde alat uxorem & liberos, nisi suis libellis con-
fundet omnia? Et me fautorem habiturus est,
si proferat quæ prosint publicis commodis. Nam
ego typographorum pecuniis non egeo, gratia
superis. Gratis faveo bonis studiis, tantum abest
ut verum sit quod de *Frobenio* scripsit iste rabula.
Sed longè vanius est quod jactat de præda. Ex
Lutheri causa teruncius ad me non rediit. Nihil
non respui, nè fortè imprudens repugnarem Spi-
ritui *Christi*, nec unquam illius commendatione
factus sum pilo ditior. Fovetis illum Evangeli-
ci, qui tanquam draco rabidus dudum emersit
ex antro, & ebrius licentia putat suis furiosis mi-
nis cessura omnia. Qui primùm invexerunt mun-
do Evangelium, tales furciferos non dignati fu-
issent alloquio. *Capito* novi Evangelii episcopus
non habebat alias delicias, quibus se oblectaret,
quàm perditissimi decoctoris convictu, nè quid
addam. Nihil inimicè suspicor de *Capitone*, quem
exceptis dogmatibus semper habui pro amicis-
simo, & cui semper me præbui amicissimum.
Et tamen sunt qui putent illum non esse alie-
num ab hac tragœdia. Non est tam simplex, ut
non intellexerit technas decoctoris, & furias
scriptoris. Diu siluit dum aleretur hoc mon-
strum, tandem admonuit de rebus gravibus,
videlicet, quod aliquid attigissem *de libero arbi-*
trio, priusquàm *Lutherus* scriberet *de libero arbi-*
trio. Deinde quod alicubi scripserim, legem
Mosi cohibere manus, Evangelium etiam ani-
mum. Imò, inquit, lex intendit in totum ho-
minem. O graves admonitiones amici post ac-
ceptas tales plagas! Non licet exponere quod do-
cet *Christus*: *Dictum est antiquis*, *Non occides*, hoc est
cohibere manus. *Ego autem dico vobis*, *Qui iraſci-*
tur, *&c.* hoc est cohibere animum. Explica le-
gem, idem est cum Evangelio. At ego cum *Christo*
loquor, de lege nondum explicata. O piaculum
talibus libellis expiandum, & quidem per tales a-
micos, quibus etiam decem vitas crediturus eram,
si decem habuissem! Quid agam pro Evangelio
nolim quosvis scire. Fingunt me timidum, homi-
nes ad omne facinus præcipites. Si mihi consta-
ret conscientia, si conspicerem fructus Evangeli-
cos, viderent me non esse timidum. Egregius
Evangelii profectus, si ex una civitate ejectæ sunt
imagines; utinam ejicerentur animorum idola,
quæ prodigiosiora video pestes istos qui jactant
Evangelii titulum. Olim amore Evangelii, qui
habebant uxores, relinquebant ultrò. Nunc flo-
ret Evangelium, si pauci ducant uxores bene do-
tatas. Non hæc dico, quod simpliciter improbem matrimonium sacerdotum, si fiat ex neces-
sitate, si cum authoritate majorum, si absque
seditione, si syncero animo. Nunc vereor nè
multi ducant uxorem, non ob aliud nisi quod non
licet majorum legibus. Scio quàm sit impurus
quorundam cœlibatus. Verùm an uxore ductâ
protinus consultum est castitati? Quid si sacerdos
qui prius habebat concubinam, nunc habeat uxo-
rem cum pellice? Et tamen apud omnes papistas
(sic enim isti vocant) semper liberrimè professus
sum, matrimonium non esse pernegandum sacer-
dotibus in posterum ordinandis, si continere non
queant, nec aliud dicerem si cum summo Ponti-
fice agerem, non quòd non præferam continen-
tiam, sed quòd nullos penè videam qui servent
continentiam. Sed interim quorsum opus est
tantâ sacerdotum turbâ? Nulli fui autor ut duce-
ret, sed nec ulli fui molestus volenti ducere. Si
monachus cum cuculla simul deponeret omnem
malitiam, non obsisterem, quo minus qui vellet
abjiceret. Nunc passim abjiciunt temerè nullâque
majorum authoritate, qui ex malis monachis fi-
unt deteriores laici. Nec aliud his præstat muta-
ta vestis, quàm ut impunitiùs patrent quicquid a-
nimo collibuit. Sunt fateor, quorum indolem me-
lioribus rebus natam premit cuculla. Sunt rursus
eo nati ingenio, ut decem cucullis coercendi sint
potius quàm fuo tradendi arbitrio. Certè multos
alebat cuculla, qui nunc veniunt in periculũ, nè ma-
gistrâ egestate discant tollere unde non oportet.
Quid autem dicas de his qui provectâ ætate, dis-
suadentibus amicis, scientes, prudentes, volentes

dediderunt sese cucullæ? Saltem istos pudeat inconstantiæ. Nunc ut præclarum facinus jactant, & alios ad suum exemplum pertrahunt. Sed his de rebus aliàs. Valebis in *Christo*. *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.]

Erasmus Rot. Haioni Hermanno Phrysio juveni cum primis erudito S. D.

Epist. 4. AMice candidissime, sic age, sic pergito ranam agere, donec imperavero tibi silentium. Quid enim mihi tam eruditis, tam amicis epistolis possit accidere jucundius? Sed ut tribus verbis ad singulas epistolæ tuæ partes respondeam: *Lazarum Bayfium* gaudeo vehementer hoc præstitisse in vestibus, quod *Budæus* in asse. Cumprimis autem exosculor hominis candorem, cum exquisitâ conjunctum eruditione, quod inter literatos rarissimum est. Sciebam lænam esse genus vestis, & suspicabar respondere χλαίνη, verùm vitabam dictionem primum minus notam, deinde ancipitem. Penulam hybernam noverunt omnes. Mutabo tamen hunc locum ubi librum *Lazari* videro, quod equidem opto ut quàm primùm fiat. Quod ad ἀναξυρὶς pertinet, arbitrabar subligar idem esse quod braccas, aut aliquid certè simillimum, legeram apud *Juvenalem* ni fallor, *& subligar Acci*: Cæterùm utcunque hoc habet, si quis errâsset in vocabulo *vestis*, an hoc tibi videtur protinus conviciis exagitandum? Ac planè demiror si quis hodie de priscarum vestium nominibus certò queat pronunciare, quum me vivo toties mutatas videam vestimentorum formas. Criticos istos, de quibus scribis rideo, qui si vicissim ederent sua, invenirent fortassis & ipsi censores suos. Et tamen æquo animo patior mihi laudem detrahi, qui mihi nihil laudis arrogo. Alicubi sicut opinor, scripsi *Budæum* cum *Hermolaïs* & *Politianis* certamen sustinere, & fortasse ἐν τῷ χαίρειν ἐλλωτὶ primas illi tribui. Nec adhuc video quenquam qui tantum etiam possit extempore. Nam frequenter ad me scribit quavis de re totas *Græcas* aut semigræcas epistolas, isdque extempore. Cæterùm, quum essem in *Italia*, doctos omnes veneratus sum, nec quisquam à me contemptus est. *Angeli Colicii* nomen nè audivi quidem unquam, unde miror quòd ille repererit invectivæ argumentum. De *Italorum* ingeniis semper candidissimè & sensi & prædicavi. Nè *Casalium* quidem novi, qui utinam docuisset certam Proverbiorum interpretationem, quam in me desiderat. De mali corvi malo ovo refero quod est in *Græcorum* commentariis, de cornicis oculis torquebar, & consulto uno aut altero, nihil indipisci potui quod mihi satisfaceret. Nec mihi puto ignominiosum, si quis quid reperiat exactius, in tanta rerum tum turba, tum obscuritate. De sene illo nihil admiror, eo ingenio natus est, ut ipse sibi literas invideat. Talis fuit ante annos XXV. nec morbus hic solet ætate reddi mitior. Cæterùm quod addidit de ἄνες, quod sonet *remitte*, & ἄφες, cui respondeat *dimitte*, frivolum esse vel illud arguit, quod *Lucæ* capite quinto & septimo, idem interpres, qui aliàs gaudet verbo dimittendi, ἀφίονται, vertit *remittuntur*, non *dimittuntur*. Rursus in *Cantico Zachariæ*, *in remissionem peccatorum*, Græcè est ἀφέσει. Iterum cap. 3. εἰς ἄφεσιν. Rursus *Levitici* 25. *annus remissionis* dicitur ἄφεσις, non ἄνεσις. Idem crebrò comperies. Iterum apud *Ezechielem*, cap. 46. ἄνεσις. Ex his satis liquet quàm non terpres quod senex iste ceu rem accat. Sed ineptè facio qui colligam verterit *remissionem*, quum nusquam Secundo ad *Corinth.* 8. ἄνεσιν vertit *remissionem* intelligit *relaxationem* quàm *condonationem peccatorum*. Cæteraliquid interesse inter ἄφες & ἄνες, an dum erat malè *Latinè*, *dimitte* pro sint tot voces *Latinæ*, *condona*, *ignosce*, des quàm isti non seriò cogitent de Quod præcipito lucubrationes meas, dem confessus sum hoc peccatum, & sumo. Nunc excuduntur epistolæ quibus plurima loca correxi. Ante rant Proverbia, non paucis in locis ta vel castigata. Et est parata rursus va. Id polliceor me facturum quam Hæc nos molimur in publicam utilitarum, destituti codicum & eruditorum adminiculis, dum interim isti, copia, sibi habent quicquid habent. nihil edendum, in quo sit quod possi di, proferant nobis aliquem *Italum* stiterit. *Theodorus Gaza* in nonnullis reprehensus est à *Trapezontio*, nec tissimum virum ea mutare. *Hermolaus* tione *Themistii* vertendâ, velut in quod aiunt, impegit insigniter. *Lorenzola*, nónne locis aliquot evidenter commemorem *Valam*, *Pium*, *Budæum*, *Phaëles*. Dolet istis in vulgus sparsa magnis laboribus comparârunt. Agnosco isto sene dignam. Tanto magis æquum ut fierent vulgo communia, nè pereant rum industria. Ego verò nunc meis laboribus, meis, postquam senex multis juvenibus: In hoc enim vigiliarum. Sunt qui pro officio repeficium; fateor, & experior indies magis est æquum ob ingratitudinem quorundstrari cunctos. Vel ingratis benevolo viro dignum arbitror, sed multo magis *ano*. Nihil edunt isti, sed interim non decipiunt quenquam. Quis qui locum depravatum indicat, & currit vetustus codex, addit suam An parùm debent studiosi divinatoribus *lai Barbiri* in *Plinium*? Nec ista veterum exemplariorum præsidiis licuit, nè errent qui me nihil aliud divinatorem. In *Seneca* fefellit nos dam, qui quod susceperat, præstare non potuit: Nam ipsi huic editioni mus: qui sentiens malè navatam operam, plar denique meâ manu notatum sustulisum illum tot millia mendatum sustulisse ralibus quæstionibus *Senecæ* sanè gaudeo hoc opus nullum erat exemplar vetustius. ad aliam editionem contulimus, quam mutavimus, nisi quod palàm esset librariorum incuriâ depravatum. Divinationi gini adjecimus, quarum aliquot, ni non improbabit. Itaque si mendas non prodidit. De *Plauto* apud *Aulum* quadraginta aureis, næ iste modestè

viginti duntaxat coronati numerati sunt, nec aliud suscepera quàm castigationem versuum confusorum, idque præstiti in his in quibus carminis genus erat perpetuum. De mendis tollendis nihil recepèram. In *Cypriano* ubicunque suppetebat auxilium vetusti codicis, non dormitatum est, & videtis totos libros additos, non modò versus. Si quid erratum est incuriâ typographi, præstare non potui qui tum agebàm in *Brabantia*. In *Suetonio* nihil à me depravatum est, sed vetustissimi codicis fidem secutus sum, nec ideo præclusa est via iis, qui plus utilitatis adferre possunt. Ex istorum igitur industriâ, si proferant sua, tantùm abest ut ignominiam metuam, ut laudis etiam mihi nonnihil sim arrogaturus, certè hoc, quod istis dormitantibus calcar subjecerim. De stili formula nunquam fui superstitiosè sollicitus. Sat est si utcunque, non spurcè loquens, intelligor. Quam verò veterem *Latini* sermonis formulam in me desiderant, quum inter veteres scriptores tam multa sint phraseos discrimina? Quid convenit *Senecæ* cum *Quintiliano*? Quid *Quintiliano* cum *Cicerone*? Quid *Valerio Maximo* cum *Salustio*? Quid *Livio* cum *Quinto Curtio*? Quid *Ovidio* cum *Horatio*? Non obsto quò minùs alii mirentur dictionem *Pontani*, ego præter orationis non inamœnum fluxum & verborum tinnitum, nihil in illo magnopere suspicio. *Marullo* mihi videtur nihil aliud sonare quàm paganismum. Et ob hoc ipsum fortassis istis gratior est *Marullus* quàm *Mantuanus*. Oderunt *Christi* nomen, quod nostra barbaries utinam perinde synceriter ac vehementer amplecteretur. Verùm quid hæc ad rem? Ut palatorum ita ingeniorum semper fuêre diversa judicia, nec ideo non cuique libera. Bella verò facetia de porrophago, qualitoties utar hâc dictione, aut quasi utar tam insciter. Quod alius hoc alius illud in me desiderat; bis morosè faciunt. Primum qui ab uno requirant omnia. Denique qui requirant hoc à scriptore quod non profitetur. Mihi satis est si in argumento suscepto sic versor, ut præcurram superiores. Etiamsi nominâsses istum qui *Aleandrum Erasmo* præfert in omnibus, nihil erat periculi. Nam & ipse plurimum tribuere soleo *Aleandro*, præsertim in literis, nihilóque magis me lædi puto, si doctior est, quàm quod ditior est aut formosior: Nisi fortè me tam invidum existimant, ut ægrè laturus sim, si quis me sit sanctior. *Aleander* si amicus est, ego certè hominis ingenium amo, mihi quoque privatim gratulor, meum esse ducens quod habet amicus. Sin parùm amicus, tamen gratulor publicè studiis. Nam spes est illum aliquando divitem istum eruditionis thesaurum orbi communicaturum. Quid ado? Negant *Hecubam* & *Iphigeniam* à me versas, sed alicubi repertas mihi vindicâsse? Ubi repertas? In *Italia*? Jam *Badius* excuderat antequam adirem *Italiam*. Apud nos? Quis aliquid hujusmodi vidit? Bene habet quod superfunt adhuc qui mihi semper adfuerunt ista molienti, *Joannes Paludanus*, *Montjoius*, *Thomas Morus*, *Thomas Linacer*, *Guilhelmus Grocinus*, *Guilhelmus Lætmerus*. Aliena pro suis usurpare non est *Erasmicum*, qui in cæteris satis declarârim meam ingenuitatem, adeo nihil alienum mihi vindicans, ut æquo animo feram me passim meis pennis vulnerari. Si parùm respondent quæ vertimus in Proverbiis, causam nemo melius reddet quàm *Aleander*, qui me vidit ex tempore tantum scribentem in hoc opere, quantum illi excudebant. Excudebant autem singulis diebus senionem, hoc est geminum paginarum ternionem. Si videor aliquanto felicior in tragœdiis, quàm in Adagiis, causa in promptu est. Quum verterem tragœdias hoc tantùm agebam, quanquam & tum sæpenumerò centum versus unico impetu transtuli. In Adagiis eâdem celeritate verti carmina quâ prosam. Postremò, quòd me negant orthodoxum, ad id crimen respondebo, si isti nobis definierint, quid sit orthodoxus, & suum *Christianismum* proferant. Si non est orthodoxus, qui reprehendit aliquid in Episcopis aut sacerdotibus, nec *Hieronymus*, nec *Cyprianus* erit orthodoxus. Quis autem expectabat, ut isti in me desiderarent pietatem? Cæterùm quis divinâsset hoc seculum exoriturum? *Romana* sedes nulli potiùs acceptam ferre debet suam calamitatem, si qua est hic, quàm istis qui sic adamant profanas literas, ut minus habeant *Christianismi*, quàm illi ipsi quorum libris immoriuntur. Hæc morosis censoribus & malignis arrosoribus responsa sunto, quorum odium te crebrâ contentione nolim exacerbare. Benevolorum catalogum libenter legi. Inter quos nullius nomen agnosco, præterquam *Sadoleti*, *Alcyonii* & *Coricii*. Loca de quibus amanter admones, jam ante tres annos mihi restituta sunt, sed non ista tantùm ô bone. *Mindesio* scribam si quid dabitur otii. Posthac igitur expectabo tuas literas *Græcè* scriptas, quas scito mihi fore gratissimas. Video te feliciter quidem esse progressum in hoc studiorum genere, verùm immori te nolim, sed suaserim adjungeres animum ad philosophiæ studium. Novi enim quantum absint à *Christianismo*, qui in bonis literis, velut ad scopulos *Syreneos* consenescunt, præsertim apud *Italos*. *Patavii* sanctiùs vivitur, & habes vicinos *Venetos*, inter quos complures invenies citra professionem egregiè doctos, præcipuè *Leonicum*. Decreveram planè hybernare in *Italia*, sed pestilentia dissuasit. Excuditur nunc liber *De libero arbitrio*. Hic non me fugit quos crabrones irritârim in caput meum, qui *Christum* & evangelium habent in ore, *Satanam* in pectore. *Lutherus* etiam ipse conatur illos cohibere, sed nihil agit. Bene vale. *Basileæ*, pridie Calendas Septembris, Anno M. D. XXIV.

Erasmus Roterodamus Joanni Matthæo Giberto, Clementis VII. Datario, Episcopo Veronensi S. D.

SCripsi pridem per *Ennium* Episcopum *Verulanum*, nec dubito quin, ut vir ille semper nostri se declaravit amantissimum, præstiterit, nè vel fidem vel diligentiam in ipso possim desiderare: attamen quoniam in rebus humanis varii casus incidunt, nactus hunc mihi probè notum *Hermannum Blavium*, ejusdem epistolæ exemplar mitto denuò. In prioribus literis erratum erat in titulo tui nominis. In iisdem adjunxeram quædam manu meâ, satis liberè, sed quæ dicas non omninò temerè dicta, si spectes statum *Germaniæ*, quam vix possum oratione depingere. Mitescerent opinor, si mox quædam relaxarentur. Si res tentetur sævitiâ, nescio quem exitum sit habitura: & tamen sunt complures in hac fabulâ, *Epist. 5.*

qui nihil aliud conari videntur, quàm ut omnia tumultu miſceant. Mitto libellum *De libero arbitrio*, & eâdem fermè ætate è muſico factus retiarius in arenam prodeo, quâ *Publius* mimographus prodiit in ſcenam. Hoc laboris nemini viſum eſt dicare, quanquam eram ſubmonitus ut dicârem Cardinali *Eboracenſi*. Clamâſſent illicò, me conductum aut aliquid venantem, in gratiam Principum hæc ſcribere. Itaque & operi detraxiſſem fidem, & irritâſſem crabrones ſatis ſuâ ſponte inſanientes. Abſque convitiis rem tracto, ut ſi illi conviciis agant, evidentius ſit quo ſpiritu agantur. Non me fugit, quantum tempeſtatum excitârim in caput meum. Sed certum eſt omnia perſequi potiùs quàm dare nomen huic conjurationi, in quâ video multos tales, ut nec *Lutherus* eos ferat. Repererunt novum dogma, ut obſiſtentes evangelio, ſic enim illi loquuntur, furioſis ac mendacibus libellis, abſque titulis, aut falſis titulis obruant. Habent ſuos quoſdam typographos, haberſt diſtractores huic negotio devotos. Jam aliquot tales libelli provolârunt in caput meum, expecto quotidie plures. Admonui tamen ſenatum *Argentinenſem* & *Baſilienſem*, ut horum ſceleratam audaciam coerceant. Uterque promiſit ſe digna. Minus illorum ſicas metuo quàm libellos. Nihil enim facilius quàm quodvis crimen in hominem confingere. Nihil autem his temporibus tam impudenter fingi poteſt, quin inveniat plurimos, qui arrideant, ob inſana partium ſtudia. Ab his intemperiis, nec Pontificis autoritas, nec Cæſaris poteſtas nos poteſt defendere. Rurſus ea eſt quum ætas hæc, tum valetudo, ut nec Cæſar nec Pontifex me beatum reddere queat. Quiſquis enim nunc epiſcopatum aut dignitatem dederit, nihil aliud dederit quàm ſarcinam mox emorituro. Eóque magis adnitendum eſt mihi, ut hac in re ſynceram præſtem conſcientiam, in quo ſciens non fallam. Quod ſi pars utraque jus ſuum mordicus tueri pergat, vereor nè talis oriatur pugna, qualis fuit inter *Achillem* & *Hectorem*, inter quos pariter feroces ira fuit capitalis, quemadmodum ait *Flaccus*, ut ultima divideret mors. Scripſit ad me *Nicolaus Marvillanus*, *Clementis* animum neſcio quibus de cauſis alieniorem factum ab Academia *Lovanienſi*, proinde rejicere preces ambientium confirmationem veterum privilegiorum. Primum hìc illud velim præfari vir clariſſime, hac in cauſa mihi nec meti nec ſeri: tamen qui huc inſtigant Pontificem, fortaſſis ſervientes privatis affectibus, meâ ſententiâ non optimè conſulunt illi. Satis odii conflatum eſt Pontificio nomini, etiamſi nihil accedat. Nihil autem odioſius, quàm revocare quod majorum benignitas indulſit, quæ potius dilatari conſuevit. Et decet *Clementem* ſuo nomini reſpondere. Addequòd hæc Academia eſt unicum ornamentum Cæſareæ apud nos ditionis, ſic florens omni genere ſtudiorum, ut non cedat *Pariſienſi*. Nec ulla minus infecta eſt *Lutherano* negotio. Nec enim illi debet imputari, quod *Nicolaus Ecmondanus* cauſam Pontificiam infeliciter geſſit. Quid enim aliud faceret homo naturâ fatuus, nec admodum doctus, moribus inamœnis, præfracti animi, impotenti impetu, nec aliò ſpectans quàm ad ſuum commodum. Itaque quod evenit, futurum prædixeram *Aleandro*, pernoveram enim hominis ingenium. Huic *Adrianus* ſextus miſſo diplomate, impoſuerat ſilentium de me: nam in [illegible] bus publicis, in concionibus deblaterabat, [illegible] *Oreſtes* furens diceret in quenquam; [illegible] *no* mortuo cœpit denuò gannire, ſed [illegible] omnibus. *Clemens* in diplomate ſuo polli[illegible] mum, quem nunc habet, conſtantem, [illegible] ciſſim polliceor, quicquid officii præſtare [illegible] addictiſſimus filius optimè merito patri. [illegible] le vir eximie, & iſtum candidiſſimum animi [illegible] tui favorem obtine. Ubi ſe dabit opportu[illegible] nos viciſſim dabimus operam, nè penes homi[illegible] omninò ingratum collocâſſe videaris tuum offi[illegible] um. Datum *Baſileæ* poſtridie Calendas Septembris. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto.

Eraſmus Roterodamus Nicolao Everardo Hollandiæ Præſidi S. D.

ORnatiſſ. Præſes, allatus eſt huc libellus cuſ[illegible] dam, etiam ſine nomine notiac celebris, [illegible] ne ac ſeriò ſcriptus incertum, autorem ſibi [illegible] eſſe ſcio. Primùm miro verborum ambitu [illegible] rationem, cur maluerit *Hollandicè* ſcribere quàm *Latinè*, quaſi inter nos certamen ſit, uter alterum ſuperet facundiâ *Romani* ſermonis, aut quaſi lector non ſtatim conjecturus ſit quare gloriosus ille ut riuſque doctor, maluerit vulgari linguâ ſcribere, nimirum ut *Eraſmum* apud vulgus traduceret, [illegible] reſponſurum. Nè illud quidem obſcurum, [illegible] hominem impulerit ad hoc ineptiæ, nimirum [illegible] bat illum magnificus ille titulus, quem neſcio [illegible] libello ſuo præfixerant. Quaſi mihi præſtandum ſit, quem quiſque titulum addat *Eraſmo*. Cur non ignorat etiam ipſe, me neque de libello [illegible] to, neque de titulo ſomniâſſe unquam, priuſquam iſte rem proderet. Jam facilè ſuccurrit [illegible] quare non præfixerit nomen ſuum, quatenus [illegible] rique, ut ait, non ignorarent, quis eſſet [illegible] elegantis libelli. Nimirum ambiebat [illegible] ſine invidia. Apud eos quibus arriſiſſet [illegible] ticus libellus, dixiſſet in aurem, meum eſt. Si [illegible] parâſſet ultorem calamum, ad inſcium [illegible] ſtatum confugiſſet. Verùm hè in his [illegible] multum temporis teramus, ad ipſum argumentum properabimus, quod tale eſt ut [illegible] mitet parentem ſuum, videlicet *Nicolaum Egmondanum*. Nec enim alius tam ridiculus [illegible] ſeriis effutire potuiſſet. Et agnoſco quæ ſolet [illegible] ſpondere, ut hinc glorioſus doctor, præter *Hollandicæ* facundiæ laudem non ita multum gloriæ [illegible] relaturus. Principio mirâ dexteritate tradit [illegible] cum communem. Abſurdum illi videtur ſi [illegible] reprehendat aliquem ſui ordinis, hoc eſt [illegible] monachus monachorum vitia carpat, aut Theologus Theologorum; ſacerdos, ſacerdotum. Cur igitur *Hieronymus* monachus, tam multa ſcripſit in malos monachos? Cur toties in ſui ordinis homines ſtomachatur *Bernardus*? Cur in malos [illegible] ſcopos tam acriter invehitur *Cyprianus*? Imò cur toties Prophetæ ſæviunt in pſeudoprophetas? Cur toties *Paulus* Apoſtolus in pſeudoapoſtolos, *Petrus* in *Judæos*, *Chriſtianus* in *Chriſtianos*, [illegible] & traducens illorum ſtultitiam, levitatem, contentiones, ebrietates, ocium, inceſtum? Si communis ordo imponit ſilentium, nefas eſſet *Chriſtiano* quicquam dicere in depravatos *Chriſtianorum* mores. In bonos malè dicere, cujuſcunque [illegible] ordinis

ordinis, scelus est. Cæterùm nemo majore cum fide reprehendit malorum vitia, quàm qui ejusdem est ordinis. Videtur enim apud hunc plus valuisse veritas, quàm ordinis favor. Alioqui videri poterat odio diversi ordinis vituperare quæ recta sunt: Veluti si *Franciscanus* reprehendat vitia *Dominicalium*, etiamsi id faciat recto animo, tamen non carebit suspitione livoris. Si huc spectat reprehensio, ut emendentur qui citra nominis injuriam notantur, quos potius optemus correctos quàm qui nobis sunt conjunctissimi? Nisi fortè vitio dandum existimat, si quis ægrotanti cognato pharmacum admoveat. Ipse *Nicolaus Egmondanus* cur *Bruxellæ* sæviit in suos *Carmelitas*, ob nescio quæ muliebria, non solùm jurgiis, verùm etiam carceribus & flagris, adhibitis ad id profanis lictoribus, nè res posset esse clam? utique respondisset hic, Se quo magis faveret ordini suo, eo minus ferre eos qui moribus irreligiosis dedecorarent ordinem. Et hæc qui facit, non patitur ut sacerdos ac Theologus, verbum jaciat in vitia sacerdotum ac Theologorum, quum interim nullius nomen perstringatur, ut utilitas admonitionis ad omnes perveniat, infamia ad neminem. Cur igitur ipse toties è cathedra Theologica, éque suggesto manifestis mendaciis debacchatur in nomen *Erasmi*? Et tamen is locus quo videtur offensus, modestissimè loquitur de monachis ac Theologis. Est enim ni fallor in paraclesi, habens hunc in modum: *Neque enim consentaneum est, quum baptismus sit ex æquo communis Christianorum omnium, in quo prima Christianæ philosophiæ professio est, quum sacramenta cætera, denique quum omnium illud immortalitatis ad omnes ex æquo pertineat, sola dogmata in paucos istos esse relegenda, quos hodie vulgus monachos aut Theologos vocat. Quos ipsos tamen si minima quapiam portio sunt ad populum Christiani nominis, tamen hos, inquam, ipsos optârim meliorem in modum, esse quod audiunt. Vereor nè etiam inter Theologos reperire liceat, qui multum absint à suo titulo, hoc est, qui terrena loquantur non divina. Etiam monachos qui Christi paupertatem & mundi contemptum profitentur, plusquam mundum reperias.* Hic palàm est, nec ordinem à me damnari, nec cujusquam perstringi nomen. Quòd si nullus est inter monachos suo titulo non respondens: Si nullus inter Theologos hoc indignus nomine, meritò stomachatur in me gloriosus doctor, cum suo *Carmelita*. Habes ad unum libelli caput: in quo sibi mirè placuit, non modò propter eloquentiam, verùm etiam ob facetiam, nam videtur sibi mirè festivus simulatâ modestiâ. Præterea quod inibi scribo, *neminem esse submovendum à lectione sacrorum voluminum, quo minus quisque quod potest illinc hâuriat*: ait me parum animadvertisse, quod scriptum est in Evangelio *Joannis*, *Puteus altus est, & in quo haurias non habes*. Ego verò & illius loci probè memineram, sed quoniam *Samaritanæ* verba referuntur ad *Christum*, non putabam hic esse, quod ad sacram scripturam pertineret: nisi placet hic sensus, *Puteus divinæ scripturæ altus est, & Christus non habet quo hauriat*. Eâdem operâ possimus probare *Christum* esse maleficum, quia in Evangelio legimus, *Si hic non esset malefactor, non tradidissemus eum tibi*. Olim altior erat puteus, priusquam exorta lux Evangelica dissipasset umbras & involucra legis, & tamen vulgus legebat sacros libros. Nunc posteaquam Dominus *Jesu* dirivavit aquas Evangelicæ sapientiæ, per omnes plateas, quicunque fidem habet, habet quo hauriat. *Judæ* non submovebant à lectione *Geneseos*, *Cantici*, & *Ezechielis*, quum in his voluminibus sit plurimum obscuritatis, nisi usq; annum trigesimum: Profuit Eunucho legisse Prophetam *Esaiam*, quem non intelligebat: profuit *Augustino* pagano legisse *Paulinas* epistolas, quas nondum intelligebat, & *Christianus* arcetur à sacris libris? Porrò, quomodo velim sacros libros legi ab idiotis, explico in appendice Præfationis in *Matthæum*. Ea legenda fuit glorioso doctori, priusquam occineret mihi locum ex *Joanne*, quem si parùm intellexit ac ridiculè citavit, mirum non est, diligentiùs opinor versatus in *Accursiis* ac *Baldis*. Quòd si non aptiùs citat leges suas quàm evangelium, malè agitur cum illius clientibus. Illud magis mirandum, *Carmelitam* tantum Theologum tam stolidis argumentis instruxisse suum histrionem, nisi quòd ille nihilo melioribus soleat uti in schola Theologica, non sine risu Baccalaureorum. Et hic sibi doctor videtur admodum facetus, veluti commiserans meam cæcitatem, qui non viderim locum tam evidentem in *Joanne*, in quo talpæ fuerunt omnes retro Theologi, quorum nemo perspicere potuit, hic interdici *Christianis*, nè legant Evangelium, quod *Christus* voluit universis nationibus esse commune. At fortasse coriarius aliquis, rectiùs legat evangelium, quàm vel doctor hic, vel hujus instructor Theologus, qui sic interpretantur evangelium. Quis non intelligat istos sacras literas ideo velle paucis esse notas, nè quid decedat ipsorum autoritati quæstuique. Hoc ulcus olim exacerbavit Jureconsultos, evulgatis diebus fastis ac nefastis: Nunc ut videtur urit Theologos quosdam, & hoc magis urit quo sunt illis tum avariores, tum ambitiosiores. Sed audiamus argumenta reliqua, quibus magnus ille Theologus instruxit suum advocatum. Objicit ex Actis Eunuchum *Candaces* Reginæ, qui dixerit, rogatus an intelligeret, Quinam possim, nisi aliquis dux viæ mihi fuerit? Æthiops erat, aulæ barbaricæ præfectus, alienus à religione *Judaica*, non mirum si minus intelligebat prophetiam, de morte *Christi*, quæ nondum erat divulgata. At eundem locum, si nunc legat nauta, facilè suspicabitur de *Christo* loqui. Et tamen Æthiops ille laudatur, quòd legerit sacros libros; & quoniam in literis arcanis venabatur *Christum*, promeruit illum discere. Hoc exemplum tale est, ut nullum magis idoneum adduci potuerit accendendis omnium animis ad lectionem sacrorum voluminum. Adjicit & illud, quòd *Christus* turbis loquebatur in parabolis. Verùm idem dixit: *Nihil occultum quod non revelabitur, & quod in aure audistis prædicate super tecta*. Parabolæ pro tempore adhibitæ sunt, sed mortuo Domino scissum est velum, & patent omnia mysteria. Alioqui si turbis nihil est proponendum, nisi in parabolis, nefas erit idiotis exponere evangelium, peccârunt evangelistæ, qui mysteria doctrinæ *Christi*, linguâ omnibus notâ vulgârunt. Nam eo tempore, etiam coriarii, & nautæ *Græcè Latinè*que loquebantur, quemadmodum nos *Hollandicè*. An quia *Christus* imperitæ ac juxta malitiosæ multitudini loquebatur per parabolas, quod sic expediret ad negotium redimendi generis humani, ideo

ideo populus initiatus *Christi* mysteriis nihil audiet nisi parabolas? Quod si videtur æquum, legant igitur parabolas evangelicas, quod ipsum vetant isti, nimirum sibi ipsis contrarii: sed extra jocum, si à paucis petenda est sacrarum literarum sententia, ubi est illud *Esaiæ* vaticinium, *& erunt omnes* θεοδίδακτοι; Citat ex epistola *Petri*, quod in epistolis *Pauli* nonnulli quædam intellectu difficilia *depravarent, in suam perniciem.* Non damnat *Petrus*, quòd legerentur epistolæ *Pauli*, sed quòd detorquerentur, quemadmodum & cæteræ scripturæ. Si ideo vulgus submovendũ est à lectione sacrorũ librorũ, eâdem ratione Theologi submovendi sunt, q̃ omnes hæretici, quorũ pleriq; fuere doctissimi, depravant quæ legunt, ad confirmationem perversorũ dogmatum. Nisi fortè *Ariani* non sunt hæretici: nisi *Origenista*, non sunt hæretici. Nihil enim dico de *Luthero* istis centies hæretico, cujus peculiare dogma est, in disputando nihil admittendum esse, præter literas sacras. Atqui *Carmelita*, nè in Theologicis quidem scholis recipit scripturæ sacræ testimonium. Etenim quum sic ratiocinantur Baccalaurei, *Hoc dixit Christus apud Matthæum, ideo tua conclusio mentitur:* ille clamat, *Ista est argumentatio Lutherana, protestor me non responsurum.* Ubi igitur valebunt sacræ literæ, si nè inter Theologos quidem habent locum? Nimirum ibitur ad fontes, hoc est *Carmelitas* duos, ex quibus posteri discent, eos hæreticè argumentari, qui argumententur ex sacris voluminibus. Sed ut omissis jocis ad rem redeamus, si ideo populus non debet legere sacras literas, quas vulgârunt Apostoli ut legant omnes, eò quòd sunt qui abutantur; nec *Ecmondanus* bibet vinum, quo tamen unicè delectatur, quod plurimi sint ubique qui vino abutantur. Imò nemo concionabitur in templis, quòd illic multi doceant hæresim, quidam seditiones excitent, alii adulentur Principibus, nonnulli mendaciis infament proximum. Id si fiat, ubi regnum *Ecmondani*? Ubi tyrannis, quam jactat etiam? Postremò, si ideo nulli fas erit gestare pallium *Carmeliticum*, quòd eo plures abutantur, mutandum erit *Ecmondano* suum pallium. Hoc est acumen eorum, qui nolunt populum attingere libros sacros: quos si vulgus non intelligit, quibus acceptum ferendum potius quàm istis qui quotidie docent populum? Ergóne tot annis docuerunt nihil scire? Et hic est profectus Evangelicus, nè quis nôrit evangelium? Tandem in epilogo concludit probabile esse Theologos rectiùs intelligere scripturas sacras quàm laicos, quasi hoc negarim, si in genere loquaris, aut quasi vetuerim nè laici discerent à Theologis. Objicit q̃ alicubi taxans præpostera judicia, dixerim, *Si Franciscanus pro cinericea veste sumeret nigrum pallium, metueritnè damon quispiam vivũ abriperet in tartara.* At idem non metuit committere adulterium, aut incestum, aut alia crimina, quæ pugnant contra præcepta Dei. Non laudo eos qui temerè mutant vestem, sed damno præposterum ac superstitiosum judicium. Horrent violare constitutiones hominum, & ludum esse ducunt violare præcepta Dei. Hic decerpsit quod volebat, & omisit quod explicabat nodum. Vicit igitur glorioſus doctor, & currum triumphalem meritò adornat, si graviùs peccat *Benedictinus*, quum per occasionem pro nigra veste sumit fuscam, quàm quum adulterat sacram virginem. De prædicatoribus qui commodum [illegible] prædicatione, utinam falsum esset quod [illegible] tamen quod in genere dictum est, ad [illegible] tumeliam pertinet. Hoc si nemo scr[illegible] par est ut feram hujus admonitionis in[illegible] nulli tales sunt, dignus sum ut rideat, qui [illegible] hanc inanem sumpserim. Quòd si glorios[illegible] nullum novit talem, aspiceat suum *Carmelitam*. Vi[illegible] nùm doctor jam ab asinis ad equos, hoc est à Theologis ad Principes desilit. Sensit Cæsarem [illegible] ri *Turcis*, & hinc sibi speravit magnam [illegible] Si sunt qui hunc sermonem, *Nolim* [illegible] *stere malo*, huc trahunt, ut putent nec Turc[illegible] sistendum, *Christo* imputent, non mihi. Is est autor eorum verborum. At ego sic interpretor hæc verba in Annotationibus, ut nemo possit detorquere: interpretor enim, *resistere* malo, [illegible] malâ ratione. Eat nunc venerabilis doctor, & doceam Cæsarem rectè facere, si *Turcæ* male [illegible] nibus impetat. Nunc verò ab asinis in [illegible] lit. Objicit ex privatis ad quendam literis, quæ parum honorificè meminerim duorum [illegible] lium virorum *Ecmondani* & *Hulsti*. Re[illegible] cuit quàm sint honesti, alteri est adempt[illegible] dius, alter vix effugit judicium. *Ecmondanus* [illegible] verùm non ego solus. Et populus novit [illegible] nus stultum quàm insanum. *Hulstum* vid[illegible] sed & hunc nôsse potui, quemadmo[illegible] mus *Phalaridem* ac *Neronem*. Hi quum [illegible] verbis leviter attacti sint, in epistola [illegible] scripta, quid erat necesse libello vulgato [illegible] quorum famæ tam tenere metuit? Post[illegible] xat quod scripserim de publicanis, qui [illegible] populo, non quantum jussit Princeps, quod [illegible] iniquum est, sed quantum ipsi volunt. Ita [illegible] tat me dicere, Principum exactiones esse [illegible] ut me reum peragat læsæ majestatis. Et [illegible] les sunt nonnunquam monarcharum [illegible] Atqui ego quod grave est, *iniquum* dixi. Quemadmodum *Virgilius* dixit, —*& iniqua* [illegible] Et iniquum judicem dicimus, non qui [illegible] dicat, sed qui rigidus est, parúmque [illegible] Sic æquas conditiones appellamus, quæ [illegible] nitate temperatæ sunt: iniquas, [illegible] de jure remittentes. Sic iniquum vocat [illegible] exigunt Principes à populo, quod per [illegible] lestum sit hoc pendere, etiamsi nihil [illegible] ptorum rapacitas. Vide quantum [illegible] scribere *latinè* iis qui *latinè* nesciunt. [illegible] mat se mihi movere magnam invidiam [illegible] sarem, si persuasum sit illi, me non [illegible] cipum iniquas exactiones. Imò nulli [illegible] saris odio digni sunt, quàm qui [illegible] exactiones, ex quibus ferè non [illegible] Cæsarem. Vectigal & tributum [illegible] bitum probat *Paulus*. Censum persolvi [illegible] *stus* Cæsarum Cæsar. Quid hoc ad me? Ego publicanos monui non Cæsarem. Atque [illegible] ipsum liberiùs super his admonui in libello de *Principe Christiano:* Eum Cæsar amplexus est. *Ferdinandus* edidicit, & uterque mihi gratus est. Nimirum uterque doctior isto doctore, & isto Theologo *Christianior*. Magna verò Theologorum felicitas, ut nos pro hæreticis habeam[illegible] lidus aliquis *Carmelita*, aut *Baldicus* doctus [illegible] *latinè*. Quin potius cedunt feliciori seculo, [illegible] fœminæ *latinè* sciunt? Hæc in transitu [illegible] eruditissimè. Equidem gratulor eccles[illegible]

Adiutum. Grandes Hollandi habent, quæ virtus habeat tam sapientes. Et huic libello quæris typographum ut addam. Deus illi servet suum mentem. Bene vale. *Basil.* Idus Maii, Anno M. D. XXIV.

Erasmus Roterodamus Georgio Duci Saxoniæ S. D.

ILlustrissime Princeps, accepi ternas jam à celsitudine tuâ literas, unas XXI. Maii scriptas, quibus inclusum erat earum exemplar, quæ meis primis, ni fallor, ad te literis respondebant. Tertiæ super redditæ sunt, quibus significas tibi redditum libellum *De libero arbitrio*. Priores multum habent stomachi quòd non olim prodierim in aream adversus *Lutherum*, quasi si id feciſſem, res non fuerit huc usque progressura. Ad eas tum gravis, & ex tempore respondi: verùm quando comperimus non rarò fieri, ut literæ intercipiantur: quemadmodum nunc deprehensum est nec meam epistolam fuisse redditam, quâ primis tuis ad me literis responderam, nec tuam, cujus exemplar super misisti: repetam argumenti summam. Quum primum *Lutherus* aggrederetur hanc fabulam, totus mundus illi magno consensu applausit, inter quos arbitror & tuam fuisse celsitudinem: certè favebant Theologi, quos nunc habet infensissimos, favebant & Cardinales aliquot, nè quid dicam de monachis. Susceperat enim optimam causam adversus corruptissimos scholarum & ecclesiæ mores, qui eò progressi fuerant, ut jam res nulli bono viro tolerabilis videretur. Deinde adversus *hominum* quorundam genus, ad quorum deploratam malitiam suspirabat orbis *Christianus*. Quis autem tum divinare poterat, negotium hoc huc usque progressurum? Si mihi *Daniel* quispiam hoc fuisset vaticinatus, non habuissem illi fidem. Arbitror nè *Lutherum* quidem ipsum speràsse hujusmodi successum. Et tamen antequam *Lutherus* quorum edidisset, præter *axiomata de indulgentiis* postilla, ac tantum una aut altera pagella circumferrentur inter fautores, deterrui ab incepto, simul & *Lutheri* doctrinam imparem judicans huic negotio, qui nunc bellando bellator factus est, & divinam rem in seditiones ac tumultus exituram: Quum id temporis esset mihi arctissima familiaritas cum his, qui magnis studiis applaudebant tujus exordio fabulæ, nemo tamen meum animum vertere potuit, ut probarem institutum. Certè fabulæ actionem palàm & constanter apud omnes improbavi. Adeo ut quum sentirem me apud *Brabantos* agente, *Frobenium* instigantibus doctis, quorum erat *Capito*, libellos aliquot *Lutheri*, typis excudisse, literis illi denunciarim, fieri non posse ut amicitiâ meâ uteretur, si talibus libellis contaminare pergeret suam officinam. Nec his contentus adjeci coronidem libello *Colloquiorum*, qui tum *Lovanii* excudebatur, in quo clarè testificatus sum, me à *Lutherano* fœdere esse alieniſſimum. Itaque *Lutherum*, quando-quidem prior ad me scripserat, clam admonui, ut rem sincerè gereret animo, eáque moderatione quæ deceret evangelii professorem. Nec Cæsaris animus adhuc abhorrere videbatur à *Lutheri* doctrina. Tantum monachi quidam & commissarii, vociferabantur, quorum quæstui videbatur aliquid detrahere. Horum insanis tumultibus pollicitum effectum est, ut ex parvâ scintillâ tantum surgeret incendium. Ego magis revocabam *Lutherum*, hoc ille sæviebat acriùs. Rursus dum diversam partem studeo compescere, hoc retuli gratiæ, ut jactitarent me sentire cum *Luthero*. Dices, cur non prodibas in aciem, postquam jam incruduerat malum? Habebam hanc de me ipse opinionem, neminem esse minus idoneum ad hoc negotium quàm me. Nec arbitror hanc esse falsam animi persuasionem. Cæterùm qui hoc jactitabant apud Cæsarem aliósque Principes, per me potissimum opprimi posse *Lutherum*, nequaquam simplici animo id faciebant. Iidem enim prædicabant, me nihil scire rei Theologicæ, & adhuc prædicant. Quid igitur agebant isti? nimirum ut *Erasmum* tacentem tot dentatis belluis objicerent, totiúsque negotii invidiam in meum caput derivarent. Quam verò laudem hinc retulissem? Videlicet ut me præberem Theologorum scribam, qui sibi vindicassent eruditionis gloriam, elocutionis tantum mihi concessissent. Nec unquam illorum animis eram facturus satis, nisi conviciis ac jurgiis debacchans omnia tumultu complessem, ac tantum sævissem calamo in *Lutherum*, quantum illi fervebant odiis. Quin & illud agebant, ut qui prius cum *Luthero* sensissem, viderer hanc veluti palinodiam canere. Sic enim proponebant: Scripsisti pro *Luthero*, scribe nunc adversus *Lutherum*. Æqua verò conditio, ut prius mentirer in caput meum, deinde calamum meum dederem in servitutem morosis ac cerebrosis quibusdam, mihíque plusquam capitalibus hostibus, quod nunquam esse desinent, nisi posteaquam desinent odisse bonas literas. Id facient ad *Græcas* ut aiunt Calendas. Jam nisi omnia istorum placita defendissem, dedidissem memet illorum odiis. Novi hoc hominum genus. Ita quid aliud erat futurus *Erasmus*, quàm istorum carnifex? Nec dubium quin illud statim evenisset, quod nunc videmus evenisse, ut quotquot impendio faverent *Luthero*, favent autem ubique plurimi, aut amici nobis esse desinerent, aut, quod experior in nonnullis dudum intimis, ex amicis verterentur in hostes capitales. Nulla est regio in quâ mihi meæ lucubrationes non plurimos amicos conciliárant: & hac possessione mihi sat beatus videbar in fortuna quamlibet tenui. Ea possessio longè charissima æquo animo fuerat deponenda, simúlque consequebatur, ut bonarum literarum osoribus, me præsidiis amicorum destitutum & inermem objicerem, vel potius utrinque dilacerandum præberem. Hic me consolaberis Pontificum & Cæsaris præsidio: An isti mihi succurrent, qui nullâ vi possunt efficere, quo minus contumeliarum & criminum plenis libellis lapidentur ipsi? Quod ad divitias attinet, est unde alam hoc corpusculum. Cæterùm quisquis huic valetudini atque ætati dignitates dederit, non dicam bovi clitellas, sed equo vetulo & elumbi sat cito imposuerit, sub quâ concidat. Jam audeo, quod aiunt quidam, fidei catholicæ vitam etiam impendendam. At me terrebat exemplum *Ozæ*, cui parum feliciter cessit, voluisse labanti arcæ succurrere. Non est cujusvis, nutanti fidei humeros supponere. Ipse *Hieronymus* dum oppugnat hæreticos, vix cavet quin incidat in hæresim. Quid igitur mihi metuendum erat, quum aliis rebus nato, tum ad hanc aream nequaquam instructo? Nec dubitabam, quin ex tot

Theolo-

Theologorum agminibus, ex tot Episcoporum collegiis essent prodituri, qui rem tam arduam & vellent suscipere & possent præstare. Nec me fefellit mea divinatio. Quam multi, quantiq; viri coorti sint in *Lutherum* vides. Quæso quid his effectum est? Accessit terribile Pontificis edictum, terribilius Cæsaris, denique carceres, confiscationes, palinodiæ, fasciculi, incendia: nihil his rebus video profectum, nisi quod malum indies serpit latius. An igitur istos vel tantulum commovisset pygmæus *Erasmus* in arenam prosiliens, qui tantos gigantes negligunt? Me quidem præter dogmatum hybèrbolas vehementer offendit in *Lutheri* libris amarulentia, cum pari conjuncta arrogantia, quanquam nunc succedunt illiad quos collatus *Lutherus* modestus videri queat. Et tamen vix ausus sum meo fidere judicio, quoties meo cum animo reputabam, tot hominum millia in *Lutheri* favorem consentientia, inter quos si nihil me moveret turba, plurimos noveram ingenio felici, magnóque judicio præditos, nec vulgari doctrinâ, postremò mihi semper antehac visos integros ac pios homines. Proinde sæpe mecum demiratus sum, quid isti viderent in scriptis *Lutheri*, quod tam pertinacibus studiis amplecterentur ac tenerent mordicus. Et tamen ex his nullus repertus est qui mihi per omnia satisfecerit, si quando incidit familiaris conflictatio. Verebar itaque nonnunquàm nè mei stuporis esset, qui ea non perspicerem, quæ illi veluti perspicua, tanta cum fiducia, tantóque consensu tuerentur. Non est igitur quod quisquam reprehendat meam cunctationem, quum lentiùs cunctatus sit divus *Hilarius*, antequam in *Arianos* stringeret calamum. Illi diu filuisse non erat collusio, sed religio; me verò & alia religio commovebat. Non rarò mecum suspirare soleo, perpendens quò tandem esset prolapsa *Christiana* pietas. Mundus instupuerat ceremoniis, mali monachi regnabant impunè, qui laqueis inexplicabilibus involverant hominum conscientias. Theologia, ad quas tricas sophisticas reciderat? Jam definiendi temeritas in immensum processerat. Nè quid hic commemorem de Episcopis, aut sacerdotibus, aut his qui nomine *Romani* Pontificis exercebant tyrannidem. Itaque sic mecum cogitabam: Quid si morbi nostri meruerunt tam inclementem correctorem, qui malum nullis malagmatis aut unctionibus sanabile, sectionibus & usturis sanet, & Deus ita voluit abuti *Luthero*, quemadmodum olim abusus est *Pharaonibus*, *Philistæis*, *Nabuchodonosoribus* & *Romanis*? Videbatur enim tantus successus non absque numine geri, præsertim quum bona pars hujus fabulæ per homines sordidos ac prodigiosæ tum malitiæ, tum stultitiæ geratur. Huc igitur appellebam animum, ut exitum hujus tragœdiæ *Christo* committerem, hoc tantum agens interim, ut quos possem avocarem ab addictione factionis, & utranque partem sollicitarem, ut, si fieri posset, ad æquas conditiones utrique descenderent, atque ita paulatim fieret ur concordia. Ad id conficiendum videbar mihi exordia non omninò pessima excogitâsse: Id primùm tentatum est in concilio *Vuormacien si*, mox idem egi apud Cæsarem, deinde apud *Adrianum* sextum, & *Clementem* septimum, postremò apud hujus legatum, Cardinalem *Campegium*. Tentati sunt & *Lutherani* negotii proceres si possent mitescere.

A Hos comperi mirè pro[illegible]
les ad remittendum [illegible]
superioribus adderent [illegible]
adversæ partis videbatur hoc [illegible]
dissidium hoc sævitiâ compescere[illegible]
lium etiamsi justum ac verum [illegible]
ciebam non opus esse meâ operâ. Sin[illegible]
endus in ignem, qui pugnat adver[illegible]
aut si quid aliud magno ecclesiæ con[illegible]
B est, ut cum illis parem habeat au[illegible]
quum non est, ut qui vix error igni [illegible]
cedat seditio, aut aliud crimen, [illegible]
puniunt. Neq; enim ad hoc valere [illegible]
prætextus, ut impunè peccetur, [illegible]
peccetur, etiamsi per leges liceret [illegible]
testate Pontificis in multis articulis [illegible]
risienses dissentiunt ab *Italis*, & al[illegible]
errare necesse est. Neutra tamen [illegible]
ignem vocat. In multis dissentiunt [illegible]
C sequuntur, ab his qui adhærent [illegible]
que fert eadem schola. Nunc magn[illegible]
nè vulgaribus istis remediis, hoc [illegible]
carceribus, & incendiis, malum nihil [illegible]
exasperatur. *Bruxellæ* primùm exem[illegible]
Tum demum cœpit civitas favere [illegible]
hæc dimanâsset ad paucos, posset [illegible]
tari: nunc adeo latè pervagata est, [illegible]
monarchis existimem metuendum. [illegible]
spectant, ut censeam hoc malum e[illegible]
D dum, sed et doceam vulgaribus rem[illegible]
exasperândum. Quem movet illa [illegible]
cendii metu extorta? Deinde unus [illegible]
ctus supplicio, quid aliud quàm irrita[illegible]
rosæ factionis animos? Age fingamus [illegible]
diis opprimi posse malum, quid refert [illegible]
mox vehementiùs repullulaturum? [illegible]
dem nonnulla spes esset, Pontifices ac [illegible]
æquas conditiones flecti posse, si re[illegible]
tassis nonnihil & *Lutherus*: verùm hic [illegible]
E quosdam video, de quibus mihi mul[illegible]
quis legibus auscultaturos. Itaque [illegible]
purâ conscientia venor occasionem, [illegible]
quid adferre momenti ad sarciendam [illegible]
concordiam: & si non licet præstare [illegible]
mum est, certè quod optimum est [illegible]
assiduis à *Christo* votis flagitare. Ut[illegible]
volare dignetur, non *Minervâ* noctu[illegible]
columba, quæ quorundam tem[illegible]
vertat in bonum exitum. Hæc i[illegible]
F opto, utracunque pars vicerit, ego [illegible]
ctoriâ, hinc brevi demigraturus. Ver[illegible]
æquiore animo, si videro *Christi* c[illegible]
mam. *Lutherus* porrexit orbi pharm[illegible]
tum & amarum. Id quale quale [illegible]
aliquid bonæ sanitatis gignat in co[illegible]
ani populi, tot malis undique corru[illegible]
alia quæ non satis tutum est liter[illegible]
quæ si nôsset tua celsitudo, non [illegible]
duas tales epistolas, quibus longè [illegible]
G bunt Pontifex, Cæsar, *Ferdinandus*, [illegible]
gliæ. Nec tamen offendor ingenu[illegible]
tibi persuaserat aliquis, & religio[illegible]
dor erga fidem catholicam tali[illegible]
Alioqui prædurum erat illud, *Ut[illegible]*
nium hanc tibi mentem Deus dedisset, ut a[illegible]
sejunxisses, & ita sejunxisses, ut edito aliquo adhuc
illos scripto, & cætera. Imò, quod admon[illegible]
sima celsitudo tua, jam factum est ante [illegible]

nunc, & nostro plus factum est quàm tu exigis. Aliquantum me illi factioni adjunxi, malaique tot amicorum jacturam facere, quàm vel paululum obsistere factioni, quæ tum erat ubique plausibilis. Quot libellis, quot epistolis testatus sum, mihi nihil fuisse rei unquam cum *Luthero*? Quot locis non dissimulo me ab illo dissentire? Tametsi vererem cum eruditis amicitiam quoad licuit alui, sed sic ut dogmatibus illorum non accederem. Hanc meam civilitatem laudavit etiam Pontifex *Adrianus* & Cardinalis *Campegius*, nimirum intelligentes hoc expediisse causæ. Fortassè non deficient, qui moderationem meam, quâ in collatione sum usus calumnientur, quum ea vehementer probetur, tum eruditis permultis, tum Regi *Anglorum*, & hujus cardinali. Ea moderatio magis gravat *Lutherum* quàm omnia convitia. Videor nonnullis serò descendisse in arenam. Utinam tam feliciter descendissem, quàm descendi maturè. Res ipsa declarabit, me nusquam defuisse causæ ecclesiæ. Erat in rem studiorum, *Mosellanus* quàm diutissimè nobis esse superstitem, sed hujus mortem hoc æquiore animo fero, quòd hunc tumultuosissimo sæculo subtractus est. De successore suspicor jam esse prospectum, quandoquidem jam vetus erat epistola quâ id à me postulas. Utriusque linguæ sic peritum ut possit *Mosellano* succedere, difficile est reperire, sed longè difficilius, qui quod addis, prorsus sit alienus à factione *Lutherana*. Si quis tamen occurret qualem optas, significabo. Hactenus ad duas epistolas tuas priores. Nunc ad extremam: Collationem nostram tuæ celsitudinis calculo comprobari sanè gaudeo. Veniunt à multis epistolæ, huic meo labori gratulantes: Sunt qui fatentur sese hoc libello lecto mutâsse veterem sententiam. Scribunt etiam *Vitembergæ* æquissimis animis exceptum. Hic tamen fremunt. Quidam in singulis concionibus aliquid jaculantur in eum libellum. Accepi libellum *De votis*, & cœpi legere, video loquacissimum esse. Sed illi jam accuratè respondit *Jodocus Clitoveus* Theologus Parisiensis. Arbitror libellum *De modo orandi* jam isthic esse, alioqui misissem, & fortasse mittam, si qui has reddet, tantum sarcinæ volet recipere. Precor ut Dominus *Jesus* illustrissimam Celsitudinem tuam diu servet incolumem. *Basileæ* pridie Idus Decembris. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Erasmus Roterodamus Christophoro Episcopo Basilienſi S. D.

Quamvis præter assiduos studiorum labores, à quibus non ignoras mihi nullas esse ferias, & aliis quibusdam occupationibus distringerer, ut interim nè renovem de valetudine morbóque jam nimium familiari veterem querelam, tamen obsequi cupiens tuæ voluntati, cui sic lubens gratificarer, ut nemini mortalium lubentiùs, percurri vena quàm perlegi librum abs te missum. In libello *De statu & officio Episcoporum* fortassis multos offendet & stili simplicitas & sermonis inelegantia, quandoquidem hoc sæculo, nihil ferè vendibile est, nisi quod & Musarum myrotheca redoleat. Alioqui non caruit ingenio *Cartusianus* ille; & oratio, tametsi non est omninò *latina*, tamen est dilucida. Cæterùm quod ad alterum libellum attinet, in argumento tam copioso, propterea quod in literis evangelicis & apostolicis, in libris Prophetarum, imò in omnibus utriusque testamenti voluminibus tam multa leguntur de pastoribus, videbatur autor fuisse jejunus, cujus obscuritas quoque offectura fuerat operis gratiæ, etiamsi materiæ fœcunditatem utcunque tractandi felicitate exæquâsset: certè multa quæ ceu seria repetit ex *Brigidæ* revelationibus, nunc eruditis omnibus risui futura scio. Adeo decrevit hominum credulitas. Libellus Episcopi *Berithensis* mihi olim cogniti, non est indoctus, sed nimium sapit jura Pontificia, quo nomine nunc certè displicitarum plerisque scio; quanquam & præterea jejunus est, & inelegans. Proinde vix invenietur, qui hæc suo periculo excudat. Quòd si tua celsitudo mallet rem agi suo periculo, non foret consultum me præfationem addere operi, propter varias utriusque partis suspitiones. *Lutherani* fremerent quòd rem Papisticam adjuvarem, diversi suspicarentur me taxare voluisse Præsules ac sacerdotes. Utriusque factionis studia sic ardent, ut non optem altius admisceri seditioso negotio. Expectamus quò se vertat studium & animus hujus Pontificis. Qui si videbitur verè spectare *Christum*, totis viribus adjutabimus, si quid tamen possum tantulus homuncio. Decrevimus hic adhuc commorari, usque ad Martium: Sic enim jubet necessitas, non ociosi tamen interim futuri. Nam, præter alia, divi *Hilarii* libros magnis sudoribus emendavimus, & si vires dabit *Christus*, librum *De ratione concionandi* absolvemus: quem olim à me promissum crebris literis efflagitat optimus Præsul *Joannes Roffensis* Episcopus, per veterem amicitiam nostram, pérque constans & perpetuum suum erga me studium obtestans. Accedent & alia quædam. Illud in literis tuis repetitum, *tuus qui tuus non est*, magno animi cum dolore legimus. Suspicor enim celsitudinem tuam adversâ valetudine discruciari. Quo nomine mihi quidem es charior, sed malim esses jucundior. Nam rectè quidem dicitur *hominum amores nonnunquam malorum societate concitari*. Cæterùm ego majoribus malis dignus sum, tua ista integritas tranquillitatem omnem promerebatur. Verùm hæc est lex humanæ conditionis. Velimus nolimus marcescit hoc corpusculum, & collabitur hoc domicilium, sed ea res non admodum molesta est tui similibus ornatissime Præsul, quorum animus ob vitæ sanctimoniam semper floret in *Christo*, cui *Paulus* cupit propiùs conjungi, & à corporis sarcina liberari. Hæc vita etiamsi maximè bona contingat, tamen ad æternitatem quid aliud est quàm momentum? Quanquam alioqui quid habet, cur optari longa debeat, nisi ut diu liceret prodesse quàm plurimis? Mitto celsitudini tuæ libellum *Lutheri De quatuordecim spectris*, qui magnopere probatus est, etiam ab his qui doctrinæ illius omnibus modis adversantur. Scripsit enim hunc priusquam res ad hanc rabiem esset progressa. Atque utinam vir ille sic amicorum monitis potuisset ad moderatiora revocari, quemadmodum quorundam odiis efferari. Quod si quid etiam hic insit mali, novit tua prudentia aurum è sterquilinio legere. Novi mores & ingenium hujus Pontificis, etiam domestici consuetudine: nec dubito quin multa sit correcturus in ecclesiæ moribus: Videlicet dispensationum immodicam licentiam, sacerdotiorum immensam congeriem, præscribet cultum decorum clericis, palàm

palàm facinoroſos non feret, coget ad frequenter ſacrificandum. Atque hæc quidem ut aliquem habent gradum ad ſpeciem religionis, ita neſcio an in his ſita ſit vis veræ pietatis. Habebit omnes dicto audientes propter autoritatem Cæſaris, cui per omnia geret Pontificatum. Cardinales, etiam hi qui illi malè volunt ex animo, diſſimulabunt ac ferent, donec regnum *Romanæ* ſedis jam nonnihil labefactum conſtabiliet. Deinde huic non diu victuro qui ſuccedet, ſuo rem geret arbitrio. Nec mihi ſanè placet tolli primatum illius ſedis, ſed optarim eam eſſe illius diſciplinam ut omnibus præluceat ad evangelicam pietatem enitentibus, quemadmodum aliquot jam ſeculis palàm exemplo ſuo docuit, quæ *Chriſti* doctrinæ prorſus adverſantur. Bene vale Præſul optime. *Baſileæ*, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio.

Eraſmus Rot. ad N. De la Roſche S. D.

Epiſt. 9. EX amicorum literis ac prædicatione cognovi vir ornatiſſime, ſed præcipuè *Michaelis Gillis* & *Guidonis Morilloni*, quàm candidè de noſtris ſtudiis ſentias. Id quidem mihi novum non eſt, quandoquidem ante multos jam annos quum apud clariſſimum parentem tuum cancellarium tum agerem neſcio quid, quo tempore tu novus eras maritus, ſenſi favorem erga me tuum propenſum ac benignum. Sanè in omnibus mundi regionibus meæ lucubrationes mihi tam multos, tam inſignes amicos pepererunt, ut ſi præterea nihil accederet, tamen hoc nomine mihi potuiſſem abundè felix videri, ni mea ſenectus in hoc ſeculum non uno modo turbulentum incidiſſet. Quantus ſim oſor belli, quàm pacis amans, declarant quum omnes libri mei, tum pacis undique profligatæ querimonia, quæ jam ut audio *Hiſpanicè* loqui didicit: Itaque propemodum vitæ tædet, quum video duos florentiſſimos orbis monarchas tot jam annis inter ſe feralibus bellis conflictari, ſic ut nulla mundi pars immunis ſit à malorum conſortio. Acceſſit alterum diſſidium penè immedicabilius, novi ac veteris evangelii, quod malum indies gliſcit ac latiùs ſerpit, fruſtra obnitentibus tot monarchis, tot eccleſiæ proceribus, tot ſcholis, tot viris eruditis. Omninò fatale quidem eſt, à quocunque Deo proficiſcitur hoc quod videmus. Ego quum in utraque parte viderem quod mihi diſpliceret, & neutra pars ſeſe accommodaret ad concordiam, decreveram conquieſcere, & ab utriſque caſtris abſtinere, interea, quod unum poteram, *Chriſtum* Opt. Max. obſecrans, ut eam tempeſtatem aliquando nobis verteret in tranquillitatem. Nec tamen omninò ceſſatum eſt à ſtudiis, ſed in his potiſſimùm argumentis verſatus ſum, quæ neutram partem magnopere offenderent. Etenim præter alia multa, abſolvi Paraphraſes omnes in novum Teſtamentum, exceptâ *Apocalypſi*, quæ nullo modo recipit Paraphraſten, vix etiam interpretem, ut jam illam hoc labore dignam ducerem. Et ſatis ſucceſſit hoc conſilium aliquamdiu: Nunc dum utrique parti pro mea virili conſulere laboro, factum eſt ut utrinque lapidari cœperim. *Ecmondanus* cum ſuo ſodalitio fortiter me clamavit hæreticum & *Lutheranum*, nec ulla ſyllaba docere potuit, quod clamabat niſi quia non ſcriberem in *Lutherum*. *Roma Lernæum* malum *Stunica*, nec à *Leone* nec ab *Adriano*, nec à Cardinalium collegio compeſci quin aliquot virulentos libellos evomeret. Cui nuper etiam dira molienti ægrè quietem indixit. In jam pridem geſtiebant me ſtilo conſ ſe jactant evangelicos, quum nihil nullâ injuriâ irritati, niſi quòd libris tus fuiſſem, id quod res erat, me alie factione *Lutherana*. Id eò feci quòd quidam nomine abuterentur apud ignaros, quum ignorarent rem ſecus habere. Sed con reverentia quædam hominis, quod ipſi vis iniqui, non negant, de ſtudiis publicis pere meriti. Tandem *Hutteni* huc appu inſtigatus ab inſanis aliquot ſtrinxit in me nem calami ſui, congerens quicquid crim poterat in quemquam confingi: Huic reſpond mus *Spongia*, ille periit. Poſt hunc exortus e us illo tum indoctior tum rabioſior, cui non reſpondimus; & conſultius arbitror quandoquidem audio non paucos alios ad hujuſmodi vipereos libellos in me jac Ab hoc genus intemperiis nec Cæſar nec Pon fex poteſt me tueri. Nec enim iſti deos verentur nec homines. Tales propugnatores quoſdam habet hoc novum Evangelium, tam ſtultos & inſa nos, ut ipſe *Lutherus* & *Melanchthon* cogantur i eos ſcribere. Quanquam iſti nec ſuos Epiſcopos verentur, & noſtros mirum quàm aſperantur. Ne nullus eſt tam vilis aut ſordidus, quin audeat ſcri ter convitia jacere in optimum quemque; nec pudet quicquam, neque metuunt quenquam. Jam tempus erat, ut ſtudiis meis fruerer, & in hu bas incidit mea ſenectus, quæ quum præter ſ ſenum incommoda crudeliſſimè vexetur, tamen hæc ſit minima malorum portio. Nec terim licet fugere. In *Brabantia* ſcis quæ digladiatus ſim cum Theologis, qui pejus oder bonas literas quàm *Lutherum*. Nec ignoras bus furiis datus ſit gladius. *Roma* ſolùm ſcribit, ſed in uno *Stunica* multa ſunt potens. In *Anglia* ſummos & certiſſimos habeo amic ſed illic neſcio quo pacto non libet vivere. Ad *Gallos* ingentibus promiſſis invitor, ſed obſtat bellum. Calumniaretur aliquis me ad Cæſaris hoſtes d ſciviſſe; quanquam mihi nihil reſcum bellorque fuit neque erit unquam. Cæſaris ero ubique que vixero. Itaque ſpe pacis hæſimus hic aliquamdiu, cujus adhuc nullam auram affulgere vi Audio Cardinalem *Columnenſem* illic adeſſe legatum, cujus dexteritas, nam hominem non *Bruxellæ*, utinam ſaltem inducias inter monentes impetret. Difficile eſt ſimul & cum *Turcis* minentibus & cum *Gallis* & cum *Lutheri* pop qui indies ſe latiùs ſpargit, bellum gerere. Adhic Cardinalis *Campegius* cum delegatione componendi *Lutherani* negotii, vir in primis eruditus & humanus, ſed ut ego res *Germanica* video, timeor nè nihil agat. Etenim ſi res agatur ſimulatoriculum eſt, nè civitates ſeſe muniant confœderatione. Si tentent diſſidium moderatis conditionibus finire, nullam ego ſpem video, ſaltem ut aut hæc pars aut illa ſit vel tantillum de ſuo jure remiſſura. Libris nihil agitur apud illos. Nam adverſus *Lutherum* ſcriptos nec audet quiſquam excudere, nec alibi excuſos legit quiſquam. Utinam ita viſum ſit Principibus, publicâ auctoritate citráque tumultum corrigere, quæ meritò corrigi debent.

debitores. Sed dum suo quisque commodo prius- A
quam servit, negligitur utilitas publica. In hoc
senium meæ senectus veluti mus, quod aiunt, in
picem incidit. Interim antiquantur bonæ disci-
plinæ, negliguntur bonæ literæ. Me certè sa-
tietas habet omnium studiorum, postquàm video
tantam hominum ingratitudinem, ut qui ex meis
libris didicerunt sermonis copiam, certatim in
me stringant calamum. Hæc visum est in amici
sinum effundere, *Nihil habeo quo me consoler, præ-* B
ter hanc ergà Christum conscientiam, cujus gloria
tanquam pectori. Bene vale. *Basil.* pridie Paschatis, Anno M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Felici Ll. Doctori S. D.

Mihi quidem gratissimum fuit tuæ vocis patrocinium celeberrime doctor, eóque nomine me plurimum debere profiteor humanitati tuæ: sed vehementer admiror unde ista linguarum petulantia, seu verius pestilentia? Ego *Burgundiones* semper judicavi viros graves & integros: Unde istuc hominum loquacium lolium? nisi quod suspicor pseudevangelicos qui nusquam non oberrant, & istic tales rumores serere. Res sic habet: Eram valetudinarius ut ferè semper, tum etiam itinere fessus & calculo gravidus: corpusculi imbecillitas abhorrebat ab esu piscium, animus tamen cupiebat vitare omnem offensionem proximi. Id significans aliquoties inter a- D
micos dixi per lusum, stomachum quidem esse *Lutheranum*, animum verò *Christianum*. Ab homine sic affecto ut tum eram, nec Deus nec Pontificum leges exigunt esum piscium. Et ad hæc habeo diploma Pontificis, quo mihi liceat sine omni exceptione vesci carnibus diebus quibuslibet. Quòd si non haberem, tamen edendi causam habeo justiorem quàm vellem. Nihilo secius, quum istic gravissimâ febri tenerer, à pi- E
scibus quidem & vino abstinui, nec tamen usus sum carnibus, nè quem offenderem. Hic erat ille animus *Christianus*. Stomachi tantus erat cruciatus, ut subinde vomitu levandus esset. Hic erat stomachus *Lutheranus*, ut jocabar. Itaque cum morbo conscendi equos, & hic decubui ferè mensem. Tantum à me tributum est stultorum maledicentiæ. De visceribus beatæ Virginis sic habet res: Prandebam apud procuratorem Archidiaconi; A prandio famulus hospitis dixit gratias bene longas, poterant videri brevis missa. Ibi *Kyrie eleeson*, ibi *De profundis*, ibi *Pater noster* aliquoties. Quid non? Tandem videbatur finisse, nósque respondimus, *Amen*. Quum interfluisset, ego putans nihil superesse, verti me ad convivas & hospitem, acturus gratias, quum præter spem famulus addidit, *Et beata viscera Mariæ Virginis*. Ibi pudefactus, indicans gratias fuisse vel absque illa coronide satis longas, ludens dixi, Hoc deerat, beata viscera, haud quaquam in contemptum Virginis, sed significans eam gratiarum actionem ex farragine quadam diversarum rerum esse conflatam. Quàm pius cultor fuerim Virginis declarant orationes duæ olim editæ, *Paan* & *Obsecratio*. Item nova missa quàm nuper edidi ab Archiepiscopo *Besontino* comprobatam. Et hæc sunt argumenta quibus me faciunt *Lutheranum*. Nam is rumor etiam *Lutetiam* perlatus est, ut *Bedda* mihi suis literis significavit. Neque quicquam addubito quin ab istis pseudevangelicis sit ortus, qui nihil in me non moliuntur, quod cum ipsis nolim insanire. Officium tuum ex nobili doctóque juvene *Christophoro Carlebitzio* cognovi, qui si huc rediisset, per eum scripsissem accuratiùs. Hæc ex tempore scripta commisi quibusdam mihi fortè oblatis. Res non aliter habet quàm scripsi. Id te scire volui, quo sis instructior adversus linguaces. Opto te quam optimè valere vir egregie. Datum *Basileæ*, nono Calend. Martiis, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterod. Paulo Bombasio S. D.

TUum tam diutinum silentium, mi *Bombasi*, non mediocrem sollicitudinem injicit animo meo, num satis salvæ tibi res sint. Hic toties ob calculum periclitor; sed penè usque ad vitæ desperationem mense Julio, quà parte anni soleo sat commodè valere. Porrò feriis natalitiis *Jesu Christi*, sic totum mensem ægrotavi, ut mors fuerit in votis, vita tædio. Quis enim non mallet semel mori, quàm toties regustare mortem longè atrocissimam? Et tamen interim emisimus multos libros. Nec enim aliter decet *Erasmum* mori. Rex *Galliarum* montibus aureis allicit ad se. Non audeo ire, nè videar me conferre ad hostem Cæsaris, cui juratus sum consiliarius, nec ignoras quantus sim belligerator. Nec interim tamen penditur pensio, nec pendetur opinor, ni redeam in *Brabantiam*. Atque illic præterquàm quòd omnia tumultus plena sunt, gladius datus est *Carmelitæ* cuidam simpliciter furioso, qui mihi pejus vult quàm *Luthero*, ídque ob linguas & bonas literas felicius apud nos subolescentes, quàm isti vellent. *Romæ* quidàm me faciunt *Lutheranum*, in *Germania* sum *Antilutheranissimus*, nec in quenquam magis fremunt quàm in me, cui uni imputant, quòd non triumphant. Dispeream ni malim emori, quàm tantum odiorum in me conflare. Opinor te scire quàm criminoso libello sit in meum caput debacchatus *Huttenus*. Sed præter hunc multi libellos habent in procinctu, ad primam occasionem emissuri, si quid scripsero adversus *Lutherum*. Et tamen urgentibus undique Regibus & amicis aggressus sum negotium, quo scio me nihil aliud profecturum, quàm ut renovem illorum tumultus: Nihil illis pertinacius. Et sunt innumerabiles, ut vix credas. Atque interim in hoc interregno *Stunica*, ut audio, *Romæ* reversus est ad suam tragœdiam, sic habent fata tui *Erasmi*. De hoc Pontifice mihi mirificè præsagit animus, & adrepam istuc si potero, vel semivivus. Scribe quid rerum geras, méq; tuo patrono commenda, quem confido affuturum nostro negotio. Scribunt mihi Pontificem esse amico in me animo. Bene vale. *Basileæ* decimoquarto Calend. Februariis, Anno M. D. XXIV. *Epist.* 11.

Erasmus Roterodamus Joanni Carondileto Archiepiscopo Panormitano S. D.

UT eâdem operâ & ad tuas & ad Illustrissimæ Dominæ *Margaretæ* literas paucis respondeam, non sunt fumi quos ostendunt *Galli*, sed jam olim *Poncherius* Episcopus *Parisiensis*, quum legatum ageret *Bruxellæ* apud *Carolum* Regem nondum Cæsarem, præter Regis benignitatem suo *Epist.* 12.

nomine offerebat ſupra impenſas omnes quadringentos coronatos aureos, pollicitus interim ocium meum & libertatem mihi incolumem fore. Jam hæc abſentia non debet vocari abſentia, in quâ tantum voluminum edidi, quod iſtic manens perficere non potuiſſem. Et tamen diſcedenti theſaurarii promiſerant penſionem fore in tuto. Porrò quod addit tua ſublimitas, nè videar ad hoſtem defeciſſe, riſi, ut verum fatear, quaſi *Eraſmo* ſit quicquam negotii cum bello. Immò hoc pro viribus ago, ut conveniat inter monarchas. Cauſam cur me toties vocârit *Rex Gallia* per nuncium aperuit; Decrevit *Lutetiæ* collegium inſtituere trilingue, quale eſt *Lovanii*. Ei rei volebat me eſſe præfectum. Excuſavi tamen, memor videlicet quantum invidiæ, quantúmque tumultuum ſuſtinuerim iſtic à Theologis nonnullis ob collegium *Buſidianum*. Et tamen famulus meus è *Gallia* reverſus, certis argumentis docuit illic theſaurariam eſſe paratam mille librarum. Ego fiſcum Principis mei nondum admodum gravavi. Nam ex eo penſio non niſi ſemel ſoluta eſt. Altera quæſita eſt arte, nullo fiſci diſpendio. Hic magno vivo: præſertim ob crebras ægrotationes, quanquam & alioqui parum frugi pecuniarum diſpenſator. Jámque non parum æris alieni contraxi, ut ſi per valetudinem abire liceret, per creditores fortaſſe non liceat. Quare ſi fieri poteſt velim, ut hujc famulo numeretur ſaltem unius anni penſio, ad ſublevandam inopiam meam. Mitto Cæſaris literas, quæ idem hoc cupiunt. Quanquam ego & cum penſione & ſine penſione, Cæſaris ero, neque vobis de re tantilla futurus ſum frequenter moleſtus. Hoc anno crebro quidem, ſed præcipuè menſibus Julio & Decembre, ſic me tractavit meus carnifex calculus, ut mors fuerit in votis, vita in deſperatione. Nulla enim mors poteſt eſſe calculo crudelior. Et tamen hæ tragœdiæ *Lutheranæ* ſunt mihi ipſo etiam calculo moleſtiores. Audebo apud hominem amicum & illud effundere, nonnihil diſſuaſit mihi reditum præſens temporum ſtatus. Scis quanta mihi fuerit digladiatio cum Theologis quibuſdam ob bonas literas ante *Lutheri* exortum. Et jam gladius datus eſt duobus acerrimis bonarum literarum oſoribus, *Hulſto* & *Ecmondano*. *Ecmondanus* qualis ſit nôrunt omnes, & quàm hoſtili ſit in me animo multis modis declaravit, hodiéque declarat. Scripſi multos libros ante cognitum *Lutheri* nomen. Et tamen in his nihil adhuc inventum eſt, quod cum *Lutheranis* conſentiat. Tametſi facile eſt inimico decerpere, quod calumnietur: & res agitur iſthic prorſus ordine Theologico. Homo cui malè volunt rapitur in carcerem, ibi inter paucos tranſigitur negotium, & innoxius debet indigna pati, nè quid illis decedat autoritatis. Ubi totâ aberratum eſt viâ, clamant, Favendum eſt negotio fidei. Hæc res tametſi non tantum valuit apud me, ut deterreret à reditu, tamen ut ingenuè dicam, fecit minus alacrem ad repetendam *Brabantiam*, maximè cum abſente Cæſare non multum præſidii ſit in aula. Cardinalis *Campegius* adeſt *Norenbergæ* deſtinatus componendo *Lutherano* diſſidio. Me jam ternis literis amantiſſimè evocavit uſurus operâ meâ: quanquam quid ea profectura ſit neſcio, niſi quod video ſenectutem meam, cui debebatur ocium objici furiis, & dum omnibus benefacere ſtudeo, utrinque diſcerpi. Si poterò me [illegible] poſtea quam reſtiterint hypocauſta, advolabo, & ſi licebit hoc [illegible] num, quo præter morem meum [illegible] Amplitudinem tuam *Chriſtus* [illegible] diu ſervet incolumem. *Baſileæ* die [illegible] Paſcha, Anno M. D. XXIV.

Eraſmus Roterodamus Matthæo Cardinali Sedunenſi S. D.

SUmus utrique in negotio noſtri. Et [illegible] ſperè ſuccedat quod agitur. Imò ut [illegible] *Chriſti* gloriam æquè cedat quod agimus [illegible] *Paraphraſim in Matthæum* quam te [illegible] pimus, videbis excuſam nundinis proximis, [illegible] dò *Chriſtus* vitam ſuppeditabit. Ad [illegible] vo teſtamento tertiò jam renaſcens. Vi[illegible] culum hoc eſſe malum & periculoſum. Qui[illegible] moliantur neſcio, certè ego cupiam [illegible] mnibus ſatisfacere. In *Lutheranis* [illegible] taſſe plus præſtiti, quàm quidam, qui [illegible] mira præſtitiſſe. Apud nos quædam [illegible] gnæ quidem ſed nimium faciles, [illegible] *Coryphæum* eſſe *Lutheranæ* factionis; [illegible] *Germania* multo aliter ſentit, non [illegible] culo. Ego licèt homunculus miſellus [illegible] tor, tamen faveo gloriæ *Chriſti*, & [illegible] qui ejus gloriam promovent. Nec [illegible] nec honores, voluptates multo minus, [illegible] etiamſi diligerem, mihi brevi relinquen[illegible] que utinam per iſtas negotiorum procel[illegible] tibi nihil aliud agere, quàm quod ſolum [illegible] gendum. Et tamen quantum licet ſic [illegible] *Chriſto*, Proinde favebis & *Eraſmo*. De [illegible] *Leone* cœpit hic rumor ſpargi quem [illegible] eſſe vanum. *Germania* nos excepit, [illegible] hypocauſtorum me propemodum [illegible] Sanctitatem tuam incolumem ac [illegible] ſervet Dominus *Jeſus*. *Baſil.* poſtridie [illegible] cembris, Anno M. D. XXI.

Eraſmus Roterod. Andreæ Alciato S. D.

ERuditiſſime vir, *Bonifacium Amerbachium* [illegible] didus ac bene vocalis præco [illegible] non tantùm ſuâ prædicatione, quam [illegible] te non honorificentiſſimam facit, [illegible] ſtenſis lucubrationibus tuis, quas habet [illegible] effecit, ut vehementer ſuſpicere cœperit [illegible] onem tuam pro modo ætatis pene [illegible] & mores niveos, omnibúſq; Gratiis refertos. [illegible] noſtri mors mihi fuit acerba. Amabam [illegible] genium ſic ut vix ullius æquè: nam [illegible] eſt à puero. Et illius gratiâ magis [illegible] *Mediolanum*, ni ſtolidus *Maveric* [illegible] miſceret omnia. Scripſerat enim mihi, [illegible] quid habere mearum nugarum, quæ [illegible] miniſſem me ſcripſiſſe. Eas ego cupiebam [illegible] auferre, non ob aliud, niſi ut aboleram. [illegible] *mani* quidam ſtultiſſimo conſilio nunc [illegible] vulgant, quantûvis lædant hominis famam. [illegible] ſollicitè mones de declamatione [illegible] *Bonifacii*, ipſe caveram diligenter, adeo [illegible] gendam cuiquam dederim excepto [illegible] ſed ſpectatiſſimæ fidei. Quare hac de re [illegible] vis aurem dormias licebit. Bene vale. [illegible] ſtridie Idus Decemb. Anno M. D. XXI.

Eraſmus

Erasmus Roterodamus Christophoro Episcopo Basilienſi S.

INtegerrime Præſul, ante dies octo decreveram adire te, duce *Ludovico Bero* tuæ celſitudinis ex animo obſervantiſſimo: ſed illi viſum eſt in humanum ſenectutem tuam prolicere è vapore hypocauſtorum, & ego non auſim me rurſus illi committere, toties expertus peſtem mihi eſſe præſentaneam. Quòd ſi hic cœli tepor patitur te abeſſe à vaporariis, cupidè fruar conſpectu colloquioque tuæ pietatis. Mihi jam diu res eſt cum calculo, malo jam olim quidem nimium familiari, ſed quod nunc aut ſæpius recurrit, aut majore cum periculo. Fœminæ ſterileſcunt ætate; me ſenectus reddit fœcundiorem: aut enim concipio, aut pario, aut parturio. Sed partus eſt vipereus, & vereor nè quando parentem interimat. Certè ſemel atque iterum gravi periculo ſum enixus. Quòd ſi quando parum favente *Junone* & *Lucina* niti cœpero, vixerit *Eraſmus*. Aiunt hunc morbum eſſe cognatum podagræ, qui cum audio & doleo tuæ celſitudini ſubinde rem eſſe, ultrò que gaudet recurrere, ſed hic meus habet periculum præſentius. Si quid offendit in *Paraphraſi* quam nuper edidimus in *Matthæum* etiam atque etiam rogo ut digneris indicare. Nam opus jam tertiò excuditur. Cupimus enim ſic moderari noſtra, ut omnibus bonis proſint & placeant, ſi qui fieri poſſit. Bene valeat tua ſanctitas cui *Chriſtus* optimus maximus largiri dignetur omnia tranquilla lætaque, ſicut iſta tua meretur integritas. *Baſileæ*, Anno M. D. XXIII.

Eraſmus Roterod. Andreæ Alciato S. D.

ALiquoties hominem certum nacti ſunt, ſolent omnibus de rebus copioſius ſcribere, ego verò vel ob hoc ipſum puto mihi ſcribendum parciſſimè, quòd *Bonifacium Amerbachium* nactus ſum grammatophorum, quo nihil obtingere potuit vel fidei ſpectatioris, vel utrique noſtrum amicius. Quorſum enim opus eſt literis, quum hic rerum mearum nihil ignoret? De libello etiam atque etiam jubeo te eſſe ſecurum. *Pyrrhi* noſtri mortem ut ex animo doleo, ita pectus iſtud tuum tam amicum exoſculor, qui non paſſus ſis amici memoriam interire. Ante annum *Germani* quidam mihi nimium amici rurſus excuderunt ingens volumen epiſtolarum, inter quas ſunt quæ vereor nè mihi gravem conflent invidiam, præſertim hoc ſeculo, quo nihil non rapitur in ſuſpitionem aut calumniam. In aula Cæſaris vix ſubſiſto per quoſdam qui me *Lutheranæ* factionis auctorem jactitant, non quia hoc ſuſpicentur, quod ipſi quoque ſciunt eſſe falſiſſimum, ſed partim ut me quocunque titulo lædant, partim ut volentem nolentem in *Lutheranæ* caſtra protrudant; quod tamen nunquam efficient. Rurſus hic apud *Germanos* iidem illi ſophiſtæ qui mihi malè volunt, apud *Lutheri* ſtudioſos atrocem rumorem diſſipant, me magnis ac ſævis voluminibus oppugnatum, atque adeo funditùs ſubverſum ire omnes *Lutheranorum* arces. Fremunt igitur hi quoque in me, jámque libellos dentatos habent in promptu, quibus me proſcindant, & quod eſt paradoxon, quos *Romanus* Pontifex & Cæſar pronunciavit hæreticos, iis ego ſum hæreticus, ni velim eſſe hæreticus. Eſt *Romæ Stunica* quidam *Hiſpanus*, qui nunc alterum librum conviciis onuſtum ejecit in me. Sed utinam ante biennium in me ſcripſiſſent *Lutherani*, certè gravi liberâſſent invidiâ. Ego nullis procellis dimovebor ab inſtituto meo. Niſi mihi utrique eſſetis ex animo egregieque chari, utrunque alteri inviderem, *Alciatum Bonifacio* & *Bonifacium Alciato*. Emoriar ſi quicquam unquam vidi hoc juvene purius aut ſyncerius aut amico amicius. Nunquam animo ſuo ſatisfacit in prædicandis laudibus *Alciati* ſui. Utinam ejus eximiis dotibus non noceat fatorum invidia. Futurus eſt aliquando magnum *Germaniæ* ſuæ ornamentum. Novi te, qui tuus eſt candor, hominem tibi jam pridem & notum & charum omni officiorum genere proſequuturum, alioqui rogarem impenſè, ut ex mea commendatione nonnihil adjungeres tuæ in illum benevolentiæ. Bene vale vir excellentiſſime, & *Eraſmi* nomen inter eos ſcribito, qui tibi ex animo bene cupiunt. *Baſil.* die *Veneris* poſt Paſcha, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo.

Eraſmus Roterodamus Nicolao Wattenvuilo Præpoſito Bernenſi S. D.

VIR ornatiſſime, ex deguſtata brevi colloquio tua humanitate mirum quoddam tui deſiderium me cepit poſt abitum hinc tuum, adeo ut in animo fuerit *Bernam* viſere, quo diutius & propius frui liceret tuâ ſuaviſſimâ conſuetudine. Et contigerat lepidiſſimus viæ vel dux vel comes pro vehiculo futurus *Henricus Glareanus*, tandem nobis, id quod gaudeo, redditus è *Gallis*; Sed nondum licebat abeſſe ab hoc piſtrino, & ſi maximè licuiſſet, non erat tutum me committere itineri, donec repent hypocauſta, ad quorum vel levem odorem ſtatim relabor in morbum. Adventus *Glareani* noſtri tantum alacritatis nobis attulit, ut mihi videar reviviſſe. Hoc nomine mihi videntur habere cor *Elvetii*, quod hunc virum magni faciunt: nam unus optimè meretur de juventute ſuæ gentis, ſemina bonæ mentis & honeſtæ eruditionis faciens apud ſuos, olim in feliciſſimum proventum eruptura. Mittam ad te *Paraphraſim in Matthæum*, ſi modò fuerit perfecta ante abitum *Glareani*. Ubi refrixerint hypocauſta, licebit iſtam urbem viſere. Interim mutuis epiſtolis confabulabimur. Bene vale. *Baſil.* Nonis Martii, Anno M. D. XXII.

Eraſmus Roterodamus Ennio Epiſcopo Verulano S.

REverende Præſul, faſciculus ille unà cum tuæ celſitudinis epiſtolâ bonâ fide redditus eſt. Quâ quidem ex re multiplicem cepi voluptatem. Primùm quòd ex eo cognovi quædam quæ meâ referebat ſcire. Deinde quòd hinc perſpexi quàm ex animo mihi bene velit *Matthæus* Cardinalis *Sedunenſis*, tametſi non hoc argumento nunc primùm illius in me ſtudium didici. Poſtremò, quòd obiter ceu novum lucrum acceſſit animus iſte tuus, tam propenſus ad benemerendum de nobis, quum antehac te tantum de nomine notum habuerimus. Amplector utraq; manu quod offeris; & habeo gratiam. Porrò de me, quoniam nihil

aliud possum, illud certè polliceor, animum memorem & gratum, qualem debet habere filius sedulus erga dominum ac patronum optimè meritum. Bene vale. *Basileæ* duodecimo Calendas Junii, Anno M. D. XXII.

Erasmus Roterodamus Reverendo Guilielmo patri Cartusiæ magnæ S. D.

Epist. 19. QUod tua pietas, ut audio, lectione dignatur meas incubratiunculas, quo minus illuc promerentur, hoc magis præclamandus est animi tui candor, qui semper veræ probitatis comes esse solet. Multum quidem hoc nomine tibi debeo, sed aliquanto plus, quod hunc homuncionem majora, quàm pro viribus molientem, precibus apud Deum tuis subleves. Plurimum verò debiturus, si non gravabitur tua charitas admonere, si quid in scriptis meis offendit animum tuum. Equidem non admodum soleo vel obtrectatorum convicis macrescere, vel faventium applausu pinguescere, tamen olim undique meis auribus obstrepens, illud εὖγε, quanquam non tantum valuit, ut me mihi excuteret, tamen aliquanto securiorem minúsque vigilantem reddidit. Universum *Germaniæ* theatrum certatim applaudebat & bene dictis & malè dictis *Erasmi*. Sed longè plus attulissent utilitatis duo trésve fidi monitores, quàm multa laudantium millia, quorum immodicus favor mihi præter invidiam non video quid fructus peperierit: nisi quod nunc inversis rerum humanarum scenis, illi ipsi, quibus tum eram Deus, rabiosis libellis meum nomen prosecundunt: non ob aliud nisi quòd *Lutheranæ* factioni nomen dare noluerim, neque cum his sentire qui sic inter se dissentiunt. Jam enim adornabant triumphum, si *Erasmus* dux ipsorum castris accessisset: & quicquid malorum nunc patiuntur, mihi potissimum imputant, qui remoratus sim Evangelii successum: quum ego semper egerim quod nunc ago, si se det opportunitas, ut hæc rerum humanarum tempestas, quæ prope totam *Europam* concussit, *Christo* moderatore pariat nobis aliquid tranquillæ serenitatis. Novit enim omnipotens artifex nostram dementiam in bonos exitus vertere. Interim temeritatis pœnas à meipso exigo. In divo *Hieronymo* tantum impendi curæ, ut jam existimem minimum esse, quod desideret lector etiam patum candidus. Idem non semel jam præstitimus in *Adagiis*, in *Paraphrasibus* exorsi sumus, in cæteris item facturi. Quòd si mihi solùm hoc agere licuisset, tamen abundè multum erat negotii. Nunc Pontificum ac Regum autoritate protrudor in arenam gladiatoriam, hac ætate, cui velut emeritæ rudis dari solet. Nihil profuit tot causas allegâsse, senectutem, valetudinem, vires impares, testabar me nihil aliud profecturum, quàm ut irritatem crabrones. Quid non? Frustra omnia. Sumendum erat rete, prodeundum in arenam, quamlibet aliis rebus nato. Sic auspicatus sum pugnam, ut civiliùs non possem, editâ *Diatribâ*. Quid profecerim, declarat *Lutheri* responsio, in quâ seipsum multo superat intervallo; Nihil enim unquam scripsit amarulentius aut hostilius. Et apud diversam partem adeo mihi non profuit, factionem quum armis, tum linguis & calamis formidabilem in meum caput provocâsse, ut interim dum cum hostibus pro Theologis contendo, ab iisque defendo, quàm ab illis quos oppugno. Verum ut nimis fuit causæ, cur impeteret me, quod *Sutori*: ita nullius catholicæ professionis in me debacchatur est. Nihil opprobriis verbis, si librum hominis legisti. Cui erat non respondere. Sensi protinus ingeniæ famelicum, cuique non in aliud quam esset odium vestratis instituti. Et utinam mò meo paruissem potius, quàm consuetudini, cujus eruditioni prudens atque verecundiæ buebam, ut nequaquam inducerem illum quicquam finaturum, quod non tum ad me privatim, tum ad rem pertineret. Vix absolveram *Apologiam* cepit pœnitudo, quòd illum dignatus spotisso, ut nunquam mihi fuerim ipse Quis enim alicujus precii judicium, esset talem librum sinà lectione, docereret, tam scurrilem haberet Nunc habet ille quod unum venabatur, orbem *Petri Sutoris* nomen, quod quoque fuit obscurum. Hoc quorum animi sententia, scripsit antapologiam rilem ac rabiosam, ut in priore sobrius videri queat. Nondum vidi tor duntaxat quaterniones à typographum excudente extortos, quidam misit. Ex hoc gustu ceu Leonem ab iisdem non difficile fuerit æstimare fatus, non ipsi vertendum esse hanc verbis asperioribus & rin scurram agat & sycophantam, mihi laudem omnem eruditionis quum ipse disputarem apud viros batus sit, ego, quod sciat, nullum in ne gradum sim adeptus: quasi qui Theologi non sint, aut quasi soli men promereantur, qui juxta viam *nominalium* de difficultatibus quibuslemniter in scholis agitantur, idque stentationem quam ad pietatem, ti: juxta quam regulam, nec *Ambrosius* in hujus cognomini pietur, quanquam ab ejusmodi bus animi judicium me subduxit genii deterruit inopia. Sed illi simo animo posuerim, qui mihi non obtrusus est. Certè *Sutori* debebam logus, qui tam multa docui, quæ subtilissimos, qui tot locis commen veterum excellentissimos, *Ambrosium*, nè reliquos commemorem antiquitatis scriptores, *Thomam*, *Lyranensem*, &c. Verùm hæc ludicra tur omnem fidem mihi detrahere, dicam malè, perinde quasi liber vel tacente me, non satis declaret mores autoris. Id agit his argumentis, *simum* esse blasphemum hominem, in omnia mortalium genera, verùm divos omnes, atque in ipsum adeo audi tam nefandi criminis probationem *ria*, nam hoc ulcus jam olim obtendit alicubi jocatur Cæsium, qui primus Deos esse repertorem artium: aut ut Cæsium sapientia. Hinc colligit, sibi magnæ

[illegible] Ex hoc *Sutor* ita ratiocinatur: *Tibi [illegible] debitus est, & Erasmus hæreticus tribuit Mariæ, blasphemus igitur est in Deum.* Mox quicquid exaggerari potest invehitur in blasphemiam detonat in me. Hic quàm ridicula sunt inepta, præter hoc quod *cautes mystici* nullis deserquet ad artes humanas, quum sensus sit Deo nihil occultum esse, nec quod illius scientiam fugiat. Blasphemiam in Virginem mater sic arguit: Alicubi dixi, fuisse coitum inter Deum & Virginem, & *Gabrielem* fuisse pronubum hujus conjugii. Primùm hic *Sutor* non intellexit mentem meam: neque enim loquor de conjunctione divinæ & humanæ naturæ in unam hypostasim, neque de connubio *Christi* sponsi & sponsæ Ecclesiæ: sed id significo quod subnotat *Hilarius*, Deum patrem, deinde Filium suum quodam modo genuisse ex Virgine: hic *Gabrielem* adhibitum aio *pronubum*, quem *latinè provubum* appello: Spiritum sanctum hoc muneris explêsse, quod in alios solet actus feminis. At clamat ille, coitum in sacris literis non aliter usurpari, quàm pro carnali congressu maris & fœminæ. Esto, sed nè quis possit imaginari vulgarem coitum, addo *quendam coitum*. Hanc stultam calumniam circumfert per omnes divos & omnem hominum conditionem. Tantum ad me delatum est: hæc exordia declarant, quæ dicturus sit, postea quàm in operis progressu *Sutor* incanduerit. Nec tamen satis causæ video, cur hæc te scire velim. Etenim quod ad me quidem attinet, sera quærela est: quod autem ad vos, frustranea. Jam opus illius profluat, nec autoritate vestrâ permovebitur, qui Theologorum jam bis contempsit. *Natalis Beda* conatus est illum in editione prioris libri ab intemperantia calami revocare, non quòd illi curæ sit mea fama, sed quòd intelligeret magno dedecori futurum, si mundus sciret talem scriptorem è *Sorbona* prodisse. Quod de *Beda* dico non somnio, ipse literis ad me suis perscripsit. Quanquam non ille solus est, cui displicet *Sutoris* ingenium; sunt in Theologorum ordine plurimi, quibus vehementer displicet, quosque pudet ejusmodi sodalis. Tales enim Theologi non medentur hæresibus, sed ex orthodoxis faciunt hæreticos, quod tamen illi nunquam in me licebit etiamsi sexcentis libris in me debacchetur. An ille cessurus est autoritati vestræ, quum sic insectetur opus, quod *Romano* Pontifice autore susceperi, quod eodem approbante perfeci, pro quo mihi tot episcopi, tot Theologi gratias agunt? Et tamen hoc quicquid est rei, nolui te latere, ut si meo nomini consulere non potestis, saltem aliquâ ratione, vestra prudentia, vel ordinis honori, vel ipsius saluti prospiciat. Me posthac, quoniam perspicio rem in manifestam exisse rabiem, mutum lacesset. Bene vale, & hunc peccatorculum Domino clementissimo tuis precibus commenda. *Basileæ* septimo die Aprilis, Anno M. D. XXVI.

A aperire fontes, admissi sumus rem Theologicam plus satis prolapsam ad argutas magis quàm necessarias quæstiunculas, priscæ majestati pro virili restituere, & sic in me debacchabitur monachi quidam, quasi sacrilegium admiserim, quum tu tam gratos & commodos experiaris sophistas, irritabile ut vulgus existimat hominum genus. Proinde postea quàm res tibi tam feliciter cessit, perge quâ cœpisti, studiis ad meliora revocandis invigilare. *Parisiensis* academiæ candorem ac civilitatem jam olim sum admiratus, quæ tot annos *Faustum* tulerit, nec tulerit solùm, verùm etiam aluerit evexeritque. Cum *Faustum* dico, multa tibi succurrunt, quæ nolim literis committere. Quâ petulantiâ solitus est ille in Theologorum ordinem debacchari? Quàm non casta erat illius professio? Neque cuiquam obscurum erat, qualis esset vita. Tantum malorum *Galli* doctrinæ hominis condonabant, quæ tamen ultra mediocritatem non admodum erat progressa. Hujus academiæ proceres non ferunt trilingue collegium, gratis adjuvans publica omnium studia, gratis ornans non solùm hanc scholam, verùm etiam universam Principis ditionem. Non ferunt professores moribus inculpatissimis, professione castâ, doctrinâ longè *Fausto* præferendâ. *Parisiensis* Academia certè in hoc literarum genere quod sibi proposuit, semper primas tenuit, & tamen gaudet undecunque sibi contingere literaturæ politioris accessionem. Datur locus quidvis quacunque mercede profitentibus. Hic *Guilhelmo Nesino*, *Pomponii Melæ* geographiam profiteri gratis aggresso, nihilo remissioribus studiis obstiterunt, quàm si parâsset totam hanc urbem incendio miscere. Ante annos non ita multos frigebat hæc schola; nunc bonarum literarum commendatione facta celebrior, mirum quas cristas erigit, quod attollit supercilium, quam meditatur tyrannidem. Sed hoc quicquid est tragœdiæ duobus aut tribus acceptum ferimus. Quos etiam si non queant mitescere, tamen obruent tandem indies magis ac magis invalescentia rectiora studia, præsertim si tu te in hoc bello *Camillum* quendam præbeas. De *Budæo* tametsi nihil novi prædicas, tamen hominis amicissimi verissimis laudibus sum unicè delectatus. Ille verò nunquam *Erasmum* ab se alienabit, etiamsi atroces invectivas in nos scripserit; tantum abest, ut illa literarum velitatio queat animos Gratiarum nodis conjunctissimos divellere. Habes epistolam laconicam, sic enim soleo pro *Lucullianis* cœnis *Diogenicum* reponere convivium. Verùm hoc non animo, sed occupationibus imputabis. Bene vale. *Lovanii* Anno millesimo quingentesimo decimo nono.

B

C

D

E

F

G

Erasmus Roterod. Petro Ægidio S. D.

JOannes *Frobenius* à fratre tuo numeravit mihi quadringentos coronatos aureos, præterea nihil, quæ quidem moneta hic damnosa est, damnosior futura si me aliò conferam. Sed nunc nulla pecunia transfertur, nisi lucro negotiatorum ac damno nostro. De reliquo facies uti scribis tibi in animo esse. Non alio animo liberavi te depositi *Petre* clarissime, nisi ut te sublevarem hac sarcinâ, quam mihi semper visus es gravatim ferre, nec alioqui satis callens id genus negotiorum: *Epist. 21.*

Erasmus Roterod. Ludovico Vivi S. D.

QUid te felicius eruditissime *Vives*, qui gratiam ineas etiam maledicendo, quum nos & benedicendo nobis odium & invidiam conciliemus. Conati sumus veræ pietatis ac religionis

deinde ut noſtræ neceſſitudinis tranquillitati ſimul & perpetuitati conſulerem; non quòd magopere metuerem nè per ullam occaſionem interiret, quanquam ut reæ ſunt res omnes mortalium, nihil autem amicitiâ fragilius: verùm non arbitratus ſum eſſe committendum, ut ulla nubecula noſtræ familiaritatis jucunditatem contriſtaret. Quare te rogo nè tu aliorſum interpreteris atque ego feci. Epiſtolam ſtratagematum à multis lectam eſſe doleo, nam ipſe diverſum mandàram. Nec erat exitura, qualis miſſa eſt. Ut maximè verò talis exiſſet, quam tandem infamiam aſperſiſſet, tibi ſi lector didiciſſet impoſitum fuiſſe naturæ tuæ bonitati ab eo, qui nulli non imponit? Quod negas tibi datum *Tertullianum*, niſi pro quo numeraris, planè fallit te memoria. Quum apud te pranderem mox *Baſileam* profecturus, *Pſendocheus* attulit ſcriniolum dulciariis refertum, & *Tertullianum* unum, diſſimulans de reliquis. Ejus habendi quum uterque videremini cupidi; nam aderat *Nicolaus Sylvaducenſis*, dolebam unum tantum allatum eſſe, quo minus liceret utrique gratificari. Tibi tamen donavi, niſi malletis codicem inter vos eſſe communem. Ejus generis ferè ſunt, quæ reſpondes ad cæteras querimonias. Quare te rogo mi *Petre*, ut omiſſis iſtiuſmodi næniis, ac profundæ oblivioni traditis, ea commentemur inter nos, quæ mutuam alant augeántque benevolentiam. Ego pro virili cavebo, nè quid admittam, cur mihi jure ſuccenſeas. Tu viciſſim omnes iſtas ſuſpitiunculas procul ejicias ex animo. Non obſto quo minus *Polydoro* ſis amicus: Nam mihi hactenus animum haud quaquam inimicum præſtat, tantùm τῦρε καὶ μύρτα' ἀπόσειν. Utcunque erunt fata noſtra, tu ſuaviter oblecta te cum tuis, quibus omnibus unà tecum precor felicitatem perpetuam. Datum *Baſileæ*, vigeſimoprimo April. Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Hadriano Barlando S. D.

Epiſt. 22. PAludani mortem duabus de cauſis fero moderatiùs eruditiſſime *Barlande*, vel quòd ad eam ætatem pervenerat, cui nihil jam in hac vita dulce poterat expectari, vel quòd huic ſeculo ſubductus eſt, in quo optimo cuique peſſimè eſt. Porrò quod in demortui locum ſuffectus es, non tam tibi gratulor iſtud quicquid eſt vel honoris, vel compendii, quàm ipſis ſtudiis, quibus opera *Paludani* jam olim haud ita multum accedebat, per te meliùs expolientur, huic rei natum. Eſt in quo velim operam tuam mihi commodes, nec tam ſtudium curámve requirit cauſa quàm fidem. Sunt *Lovanii* qui plurimum poſſunt apud epiſcopum cui ſcribo, cæterùm quàm amico in me ſint animo neſcio ob quoſdam illi familiares. Divinas opinor quos judicem. Hos velim celatum hoc negotium. Mitto literas apertas, ut ex his rem intelligas, Eas obſignatas reddes epiſcopo *Tornacenſi*, ſimúlque extimulabis, ut quàm primùm id fiat. Si quid erit, per quod me fieri voles, viciſſim impera. *Baſileæ* vigeſimo April. Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. cuidam S.

Epiſt. 23. FIli chariſſime, Biennium ferè eſt, quod mihi redditus eſt libellus *Hollandicè* ſcriptus abſque titulo, qui mihi ſuſpitionem injecit eſſe patris tui, cui conſulto non reſpondi per ſi[illegible] tentione nihil boni [illegible] rem, ad me dedecoris [illegible] amplius. Ad hæc videbatur [illegible] quâ ſcribenti reſpondere *Latinè*, [illegible] ridiculum, quàm ſi quis accuſatus [illegible] ſenatu reſpondeat. Auſpicetur [illegible] am melioribus avibus, & inveniet [illegible] mnia Gratiarum munia prompti[illegible] mine mihi charior erit, quod amplec[illegible] bis *Græcas* literas. *Gerardo* tuo gra[illegible] & tibi, non tam ſacerdotium iſtud [illegible] quàm ingenium, quod ex epiſtola [illegible] ſanum ſummæque ſpei. Patrituo [illegible] mutuam renunciabis. Bene vale. [illegible] Calend. Maias, Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Nicolao Hiſpano S. [illegible]

FGo verò clariſſime juvenis & [illegible] bonas literas amorem, & anim[illegible] candidum, lubens amplector atque [illegible] am atque etiam exhortans, & cum[illegible] nunt, extimulans, uti quà cœpiſti pe[illegible] *Hiſpania* tua gloriam inſtaurare, [illegible] majorum tuorum imaginibus [illegible] nunquam intermoriturum adi[illegible] in *Dithyrambis* ſtudet elegantiæ [illegible] lere probrum, quod vulgus in *Bæ[illegible]* ὀλίγωρον inquiens, *ſaverias* ὐν· quo [illegible] getii, doctrinæ, facundiæque laudem, [illegible] dam *Hiſpaniæ* non ceſſit *Italiæ*, [illegible] care, & ſi quid ſtribiliginis inveni[illegible] *Sarracenorum* incurſus, abſtergere. [illegible] fertilitatem ac temperiem, vel ex *Plin[illegible]* gnoſcere. Gentis humanitatem [illegible] uberiùs. Sed animus quidem hic per [illegible] volitare poteſt, corpuſculum verò non [illegible] thiſcit, verumetiam collabitur. Et [illegible] ſexagenarius, tum hâc valetudine, cogor [illegible] eri gladiator, & falce ſumptâ in arena [illegible] vel occidere, Gratiis & Muſarum [illegible] tiùs quàm gladiatoriæ. Et utinam [illegible] aut *Lutheris* tantùm mihi res eſſet, [illegible] hiberi negotii pars ea cui me [illegible] virili præbeo. Sunt enim qui [illegible] *thero* vellent extinctas linguas ac [illegible] tas. Tam impio ſacinori prætexitur [illegible] religionis *Chriſtianæ*. Tertiam [illegible] perit *Italia*: Magnis contentionibus [illegible] quidam, ſubmovendos ex albo [illegible] qui non referunt phraſim *Ciceronianam*, [illegible] fateor omnium optimam eſſe, ita [illegible] qui huic rei ſerviunt. Sanctius *Caniſius* [illegible] pioſe prædicatus eſt ab *Alphonſo* [illegible] inde quum me tam diligenter [illegible] omnibus dotibus ornatiſſimi [illegible] planè quod aiunt, τὸν ἴσον ἐς τὸ [illegible] tur hæc epiſtola manu meâ [illegible] monumentum fœderis, auſpicio [illegible] Muſarum inter nos initi, quod [illegible] nius malus, aut hoc etiam nocentior [illegible] poterit dirimere. ——*Hic* [illegible] *Caranzam* meo nomine ſalutabis & [illegible] reverenter, blandéque monebis hom[illegible] quam volet effuſè, ſed præcipuè parcit[illegible] faſcinatrices. In hoc certamine non [illegible] luta *Morillonum*, *Brocarum*, *Arnoldum*, [illegible]

quibus mihi non vacat scribere. Bene vale Nicolae charissime. Datum Basileæ, tertio Calendas Maias, Anno M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Virgilio Polydoro S. D.

Non excudendis ingenii tui monumentis non esse A satisfactum animo tuo, vehementer doleo, tum mihi, tum *Frobenio*. Id enim magnopere studebamus utrique. Literæ tuæ videbantur hoc præscribere, nè recederetur ab exemplari. Itaque diligenter hortatus sum, ut summâ fide versarentur in eo negotio, ac subinde in ipso operis progressu invigilarent eadem. Confirmabant id fieri, nihil sicubi manifestarius esset calami lapsus. Præerat castigationi *Sigismundus Gelenius*, vir utriusque linguæ non vulgariter doctus, probæque fidei. Tuum exemplar asservari jussi. Mihi nihil mandâras: & religio erat in opere alieno vindicare tantum jus. Alioqui non piguisset hanc operam pro tanto amico sumere, etiam si quid fuisset gravius. Basilea mihi asylum? Monachorum ista vox est. Ac veniat hoc ex istis quispiam, qui ausit in *Lutherum* quod ego audeo. Isti intra vallum tuti eminus convicia jaculantur in hostem, ego in ipsis hostium castris manus cum illis confero. Tua benignitas semper officia officiis accumulat, nèque jam olim multis nominibus obæratum reddit obligatiorem. Dedisti quo paretur equus, utinam dare possis quo reparetur eques. Frequenter nos exhilaras, pollicens tuum adventum. Utinam quod promittis tuo commodo facias aliquando. Artificem illum nôsse satis est, nè possit imponere, sed interim possis abuti. Bene vale. Datum *Basileæ*, pridie Calend. Maias, Anno M. D. XXVI.

De pace frequens hîc rumor, sed neminem video gratulantem, ut aut vanus sit rumor, aut pax non admodum plausibilis.

Erasmus Roterodamus Roberto Aldrisio Anglo S. D.

SI memor es nostræ pristinæ consuetudinis, & si mores antiquos obtines, unum officium mihi præstes velim, quod absque tuo sumptu præstare poteris. In collegio Regali sunt opera *Senecæ* descripta in membranis. Ex his multa subnotâram in codice meo. Editionem commendâram *Germano* cuidam quam habebam pro amico fidissimo; is absente me pessimâ fide se gessit in excudendo opere. Et nè deprehenderetur, optimam exemplaris partem sustulit. Hoc dedecus mihi sarciendum est. Quare te rogo charissime *Aldrisi*, sume volumen operum *Senecæ* à *Frobenio* excusi, & committe aliquibus bonæ fidei, qui denuò ascribant in margine quæ discrepant. Eum codicem sic notatum mittito ad *Thomam Morum*, ut per eum ad me veniat. Libros *naturalium quæstionum* ficio editos. Eam collationem ego peragam. Dignus est *Seneca* hoc studio, debes tu quoque nonnihil studiis publicis; mihi præter mutuum amorem debes nihil. Reponam quicquid in hoc negotium impenderis vel ad assem, & insuper dabo operam nè prorsus in sterilem fundum istam officii sementem feciſse videaris. Magnopere velim istuc quàm primùm fieri. Saluta mihi veteres sodales, *Phaunum*, *Omfridum*, *Vachanum*, *Gerardum*, *Nicolaum* & *Joannem Sibergum* bibliopolas. Tibi sit pax & felicitas. Datum *Basileæ*, Natali *Jesu Christi*, Anno M. D. XXV.

Sunt illic pervetusta quædam exemplaria, præsertim in collegio divi *Petri*. Adjuva nos una cum *Frobenio*, si quid potes, non lacesses ingratos officio.

Erasmus Roterodamus Reginaldo Polo Anglo S. D.

B

ORatissime *Reginalde*, ex literis *Poloni* Comitis intelligo quod jam pridem ad me scripseris, tuasque literas meis adjunxerit. Magnâ felicitate me fraudavit, quisquis fuit ille malus genius, per quem factum est, quò minùs ad me perlatæ sint. Nihil enim istinc allatum est, præter literas quas attulit *Carolus Harstius* à *Polono*, & has quas hodie recepi ab eodem scriptas Calendis Februarii. Si jam rediit *Lapsitus*, ei dices *Chrysostomum Græcum* esse redditum, sed titulo tantum *Chrysostomum*. Itaque sperato thesauro, juxta proverbium, carbones reperimus. Dices & illud, *Hieronymum* vix sub Calendas Martias fuisse absolutum, & ex illius literis videbatur *Lutetia* non tam diu commoraturus. Quare faciam quod volet, modò sciam ubi locorum degat. *Longolius* & *Lamicus* hîc distrahuntur. Doleo *Longolium* immaturâ morte præreptum studiis, quanquam in me videtur iniquior, idque sine causa. Excepi eum *Lovanii* quâ per occupationes & valetudinem licuit humanitate. Epistolam illius *Gallia* Regis orator ad me miserat. Eam honoris ipsius gratiâ, ita me bene amet *Christus*, curâram edendam, tantum abest ut me offenderit. In his quæ prodierunt, apparet anxia *Ciceroniana* dictionis affectatio, sed interim frigentibus interdum sententiis, subolet juvenilis quidam amor gloriæ. Malueram prodisse commentarios illius, licèt minùs exprimentes puraſim *Ciceronis*. Id si tu curâris, non mediocrem mihi crede gratiam inibis apud Senatum populúmq; studiosorum. *Leonardum Casimbratum* tibi commendo. Salvra rursum *Marmeducum* meum. Has literas vento commisi, mittens *Francfordiam*. Ubi dabitur certior aliquis scribam copiosiùs. Bene vale studiorum decus *Pole* charissime. *Lutherus* offensus meâ *Diatribâ* modestissimè disputante, scripsit in me magnum volumen, quale nemo scriberet in *Turcam*. Huic ex parte respondimus. Nam serò volumen illius nacti sumus. Ego ille pacis & quietis semper amantissimus, cogor esse retiarius, nec hoc satis, cogor δυσμαχεῖν. Sed de his aliàs. Datum *Basileæ*, postridie Nonas Martias, Anno à *Christo* nato M. D. XXVI.

Epist. 27.

Erasmus Rot. Martino Luthero S. D.

SErò reddita est tua epistola, quæ si maximè venisset in tempore, nihil me commovisset. Non sum usque adeo puerilis ingenii, ut tot vulneribus inflictis plusquam capitalibus, placer unâ aut alterâ facetiolâ, palpóque deliniar. Cujus ingenii sis jam orbis novit, stilum verò sic temperâsti, ut hactenus in neminem scripseris rabiosiùs, immò quod est detestabilius, malitiosiùs. Hîc videlicet tibi succurrit, te peccatorem infirmum esse, quum aliàs postules tantùm non pro Deo haberi. Es homo, ut scribis, vehementi præditus ingenio, & argumento

Epist. 28.

argumento tam insigni delectaris. Quin igitur istam admirabilem *Δίνωσιν* jam pridem effundebas in Episcopum *Rossensem*, aut in *Cochlæum*, qui te nominatim appellant & conviciis lacessunt, quum mea *Diatriba* civiliter disputârit? Quid autem faciunt ad argumentum tot scurrilia convicia, tot criminosa mendacia, me *ἄθεον* esse, me *Epicureum*, me Scepticum in his quæ sunt *Christiana* professionis, me blasphemum esse, & quid non? præter alia multa quæ retices. Quæ quidem hoc leviùs fero, quod nihil horum est in quo me mea remordeat conscientia. Nisi *Christianè* de Deo déque divinis literis sentirem, non optârim vel in crastinum mihi proferri vitam. Si causam vehementiâ quâ soles egisses, citra furiosa convicia, pauciores in te provocâsses: nunc plusquam tertiam voluminis partem his occupare libuit, dum tuo morem geris animo. Quàm mihi cesseris, res ipsa loquitur, qui tot manifesta impingis crimina, quum *Diatriba* nec ea voluerit exagitare, quæ mundus ipse novit. Imaginaris opinor *Erasmo* nullos esse fautores. Sunt plures quàm credis. Atqui non refert adeo quid nobis duobus accidat, mihi præsertim hinc brevi migraturo, etiamsi mundus universus applauderet: illud mecum optimum quemque discruciat, quod tuo isto ingenio tam arroganti, procaci, seditioso, totum orbem exitiabili diffidio concutis, bonos viros, ac bonarum literarum amantes, objicis furiosis quibusdam Pharisæis, improbos ac novarum rerum avidos ad seditionem armas, breviter sic tractas evangelii causam, ut sacra prophanáque omnia commisceas, quasi studio tibi sit, nè tempestas hæc aliquando vertatur in lætum exitum, in quam occasionem ego semper intentus fui. Quid tu mihi debeas, quid retuleris præmii, non excutio. Privatum est illud quicquid est, publica calamitas me discruciat, & omnium rerum immedicabilis confusio, quam nulli debemus, nisi tuo isti impotenti ingenio, bene consulentibus amicis intractabili, levibus quibusdam tenebrionibus ad quidvis flexili. Quos eripueris è potestate tenebrarum nescio, in hos tamen tam ingratos debebas calami tui mucronem stringere, potiùs quàm in moderatam disputationem. Optarem tibi meliorem mentem, nisi tibi tua tam valde placeret. Mihi optabis quod voles, modò nè tuam mentem, nisi tibi Dominus istam mutaverit. *Basileæ*, undecimo die Aprilis, quo tuæ redditæ sunt literæ, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Jacobo Tussano S. D.

Epist. 29. MAgnum officium est, eruditissime *Tussane*, rei bonæ admonuisse quempiam. Itaque gratiam non mediocrem iniit apud me *Nicolaus Episcopius*, juvenis mirè candidus, quod suis literis significavit, & eruditionem istam tuam *Budeana* proximam in utraque lingua, & candorem quendam propensúmque favorem erga nostra qualiacunque studia. Nam eruditionem his temporibus gratulari licet permultis, quum candorem animi non perinde probes in omnibus, quem certè in *Longolio* nonnunquam desidero, quum me semper habuerit eruditionis ingeniíque sui tum fautorem propensissimum, tum præconem haud quaquam malignum. Sed undecunque concepit ille hoc in me stomachi, doleo virum ante diem ereptum, liberalibus studiis, vel ornandis [illegible] Quasi parùm sit in orbe factionum, factio *Ciceronianorum*, nimirum [illegible] *Erasmum* submoveant ex albo doctorum nibus hominum exturiant. Ut fatear mam in dicendo laudem deberi, ita [illegible] lum, totâ vitâ nihil aliud agere, [illegible] nem unum exprimas. Quanquam [illegible] ani sunt, qui neminem lectione [illegible] ceronem. *Faber Stapulensis* hàc iter [illegible] navit animum meum, nuncians [illegible] rum decus, & studiosorum delicias [illegible] esse: quem rumorem esse vanum [illegible] cio, quòd *Nicolaus Episcopius* in [illegible] hujus mentionem faciens, de morte [illegible] nit. Sit hæc epistola, quamvis brevis [illegible] ter scripta, chirographum inter nos [illegible] nunquam interrumpendi. Nam [illegible] plura licuit, nec aliter. Saluta mihi [illegible] raldum, & *Franciscum Sylvium*, Cyp[illegible] um. Mitto ad te præludium *Galeni*, qui *Græcus* prodiit ex *Aldi* officina, [illegible] conferes & judicabis nuncubi rectè [illegible] Nam planè divinandum erat: Nihil depravatius. Bene vale. Datum [illegible] septimo Calend. Jun. Anno millesimo tesimo vigesimosexto.

Erasmus Roterodamus Francisco Cyclio Medico S. D.

EQuidem gratulor bonis literis ac [illegible] minibus, quòd medicis quoque [illegible] curæ, atque isto sanè nomine [illegible] cui locum haud postremum in [illegible] go destinavi. Cæterùm occupationes [illegible] quibus obruor, in causa sunt, ut ad [illegible] disputationem strictim ac *λεπτῶς* [illegible] Primum non statim superioris [illegible] tionis reprehensio est, si quid aliter [illegible] tur, non profectò magis, quàm [illegible] orthodoxi diversam adferunt lectionem, [illegible] quidem faciunt non rarò, exponentes [illegible] neutram re improbantes. Deinde [illegible] lie vertendos *Græcos* codices non [illegible] paucis in locis præfero *Latinorum* [illegible] *Græcæ* lectioni. Fuissem autem [illegible] fessus interpretem, aliud vertisse [illegible] codex *Græcus*, præsertim exemplaribus [illegible] entibus. Multò verò impudentior, si [illegible] quum è regione *Græca* posuerim, [illegible] coarguerent, etiamsi *Græcorum* [illegible] coargueret. Id quod accidit frequenter [illegible] tit commentarios in epistolas *Pauli* [illegible] *sii* nomine, quum sint *Theophylacti*. [illegible] enim vertit juxta vulgatam editionem *Latinorum*, cui sæpe non quadrat interpretatio. [illegible] hoc quidem loco fateor præpositionem *ἐν* nonnullis *Græcorum* codicibus non addi, [illegible] emendatioribus addatur. Atqui non [illegible] versione nisi unicam lectionem reddere. [illegible] igitur eam sequutus sum, quæ magis [illegible] nimo meo, quæque codicum emendatiorum [illegible] terpretum *Græcorum* enarratione [illegible] tur, quod supererat in annotationibus [illegible] dum. Quod si legisses ea quæ [illegible] hunc locum ante annos quinque [illegible] tisfactum fuisset tuæ quæstioni, aut [illegible]

A est apud *Graecos*, sed *Graecorum* dativo, respondet noster ablativus, quem quidam septimum casum esse volunt, per quem significamus modum aut instrumentum; ut cum dicimus, ἐτύπτησε μαχαίρᾳ, id est, *percussit me gladio*, aut ἐξαιρεθείη μοι μαχαίρᾳ ὑπερέχοντι, id est, *excepta me summa immanitas*: Proinde quod hic adfers, nullo modo consistit. Primum docui hoc loco εὐδοκίας esse non γενικῶς δοτικὴν, ut non ad hominem, sed ad
B Deum potiùs pertineat: quam vocem *Hieronymus* putat à septuaginta novatam, quo commodius quod sentiebant explicarent, videlicet gratuitum Dei favorem erga nos. Hanc *Latinus* interpres aliquando vertit beneplacitum, velut 1 *Corinth.* 10. Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός. Et Psalmo 68. καιρὸς εὐδοκίας τοῦ με. Sed quid ego haec, quum sacri libri scateant hac dictione? Tres igitur particulae ad eundem sensum pertinent: *Christo* in terris nato, venerat tempus quo
C Deus statuerat sibi per Filium reconciliare mundum: pro hac admirabili bonitate Dei, angeli canunt, *Gloria in excelsis*: nullâ enim re magis innotuit Dei benignitas, quàm quod Filium suum dederit pro nobis redimendis: Per cujus mortem quoniam abolenda erant gratis peccata mundi, addunt, *& in terrâ pax*, jam dirutâ maceriâ quae separabat cœlum à terrâ. Cæterùm nè quis existimaret promitti pacem humanam, aut hominum meritis debitam addunt, *in hominibus bonae voluntatis*: ut haec particula per appositionem referatur
D ad proximè praecedentem: perinde quasi roganti cuipiam, Unde ista nova pax terris? responsum esset, Non est pax vulgaris, nec hominum beneficiis reddita, sed nihil aliud est ista pax abolens peccata, quàm gratuitus Dei favor, erga suos electos. *Christus* autem sic dicitur pax, quemadmodum dicitur justitia nostra, & peccatum, pro eo quod erat, pacificator, justificator, victima pro peccato, quo tropo videntur *Hebraei* delectari, quanquam & *Latini* dicunt, *Hic est mea mors*, *Hic est mea vita*.
E Quod autem dixit *in hominibus*, non refertur ad pacem, sed ad εὐδοκίαν, quasi dicas *erga homines favor*. Sic alibi parer velut angelorum cantilenam explanans, *Hic est*, inquit, *Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, ἐν ᾧ εὐδόκησα· per illum enim coepit εὐδοκεῖν, erga nos qui *Christo* per baptismum inserimur, efficimurque cum illo filii Dei, fratres *Jesu Christi*. Et convenit sermonis tropus, in quo complacitum est mihi, & in hominibus εὐδοκία.
F Ostensum est, distinctionem trium particularum esse apud *Graecos*, demonstratum est addi praepositionem ἐν, quae si abest, idem tamen esset sensus, licèt sermo durior: declaratum est, pacem Dei distinctam à pace mundi: indicatum est eundem esse sensum, sive legas *pacem bonae voluntatis*, sive *pacem bonam voluntatem*, quemadmodum dicimus *urbem Romam*, & *urbem Romae*. Ex quibus probabiliter colligitur, orthodoxos *Latinos* idem legisse quod nos legimus, nec à *Graecis* sensu dissidere, sed
G verbis duntaxat. Haec tam evidentia, tam multa, si nondum satisfaciunt vitilitigatoribus, sequantur vulgatam lectionem, quam non fugillo, sequantur *Bedae Lyrani* & *Hugonis* interpretationem, qui ob *Graecae* sermonis imperitiam non intellexerunt quid sibi vellet vox εὐδοκία, nec mihi possitleat esse fraudi, si *Chrysostomi*, si *Theophylacti* piam ac probabilem opinionem communicavi, relinquo hi liberum suum cuique judicium. Tibi verò displicet

nomine

nomine debere me fateor, primùm quòd tua disputatio me provocârit, ut rem attentiùs inspicerem, deinde quòd amicorum meorum numerum auxeris nomine nequaquam pœnitendo. Supereſt ut *Eraſmi* quoque nomen inter eos ponas, quos ex animo tuos eſſe putas. Habes epiſtolam fortaſſe breviorem quàm velles, ſed quam fatearis prolixam ſi ſcias quanta mihi ſit ocii penuria. Bene vale. *Baſileæ* Idibus Martiis, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Matthæo Giberto Epiſcopo Veronenſi Datario Pontificis Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 31. AGnoſcit trilingue collegium, quantum debeat amplitudini tuæ, cujus favore conſequutum eſt quod optabat, & largiter & gratis. In hujus beneficii conſortium me quoque recipit, cujus commendationem exiſtimat non omninò fruſtraneam fuiſſe. Ego verò non invitus tibi & hoc nomine debeo, cui nihil non debeo. Jam me pudor hortabatur ut aliquando deſinerem te flagitatricibus epiſtolis interpellare. Verùm unum quiddam adhuc abs te petere ut debeam ſuadet mea pietas, ut auſim tua invitat humanitas. Juvenis hic *Livinus* cognomento *Algotius*, cujus ſupplicatorium libellum mitto, inſervivit mihi ferè ſeptem annos, eo præditus ingenio, eóque progreſſus in bonis literis, ut ſpem haudquaquam vulgarem de ſe præbeat; honeſto loco natus, ſed in re tenui ob matris fœcunditatem, quem mihi jam olim in filii vicem adoptavi. Non auſim hoc flagitare ut gratis impetret, tametſi non gravarer hoc totum imputari mihi. Illud non dubito, quin libenter præſtatura ſit tua benignitas, ut res æquo precio tranſigatur cum his qui præſunt iſtius generis negotiis. Sub plumbo cupit expediri. Hæc eſt Pontificis Maximi *Clementis* felicitas, ut poſſit, bonitas, ut velit omnibus prodeſſe. Tandem inter monarchas ſarta concordia eſt, quam utinam Deus pacis velit eſſe perpetuam. Altera peſtis remiſſior eſt, partim quòd ipſi duces ſe viciſſim bellis inteſtinis conficiunt, partim quòd Principes atque etiam magiſtratus, & optimi quique cives hac in re ſtrenuam navant operam, non jam pietatis ergo tantum, verumetiam exemplo docti, quo ſpectârit fucatus ille titulus evangelicæ libertatis. Quid ego præſtiterim ex aliis audire te malo, & ſi iſthuc perlatus eſt *Lutheri* liber quem in me ſcripſit, poterit ex parte teſtis eſſe. Scio quas excetras in me provocârim. Id facilè negligerem, niſi pars altera haberet aliquot qui pertinacioribus ſtudiis incumbant in meam perniciem, quàm quiſquam diverſæ factionis. Cum omnibus Monarchis, Principibus & Epiſcopis, mihi non modò pax eſt, verumetiam amicitia non vulgaris, id quod non tantùm literis amantiſſimè ſcriptis, verumetiam muneribus ultrò miſſis declarant: ſed ſunt aliquot jam olim devoti bonarum literarum hoſtes, præſertim ex antiqua gente monachorum ac Theologorum, qui hoc miris technis magnáque contentione agunt, ut elegantiores literas cum *Lutheri* negotio permiſceant, ſimúlque privatis odiis, religionis prætextu ſerviant. Nimirum hoc erat hujus tragœdiæ proœmium, itaque ad caput redit fabula. Atqui meâ ſententiâ magis expediebat huic negotio, non vocare in hujus cauſæ conſortium Linguas ac politiores literas multis gratiſſimas, nec irritare calumniis innocentes, quos continent hæc ſtudia, ut impietatem [illegible] nique nec impellere vacillantes, nec [illegible] qui retineri in officio poterant. [illegible] rum qui factioſa dogmata, palàm & [illegible] fitentur, ut nihil opus ſit falſis delat[illegible] xiorum ac ſuſpitioſis inſimulationibus. [illegible] vivunt, ac profitentur Linguas ad id [illegible] nec *Momus* habeat quod reprehendat. [illegible] ipſum quoſdam habet peſſimè. Malleus [illegible] *therisſare*, quo detur occaſio culpam [illegible] ſtudia conferendi. Indignantur me [illegible] verſus *Lutherum*, mallent pro *Lutbero* [illegible] ſit telum quo me conficiant. *Lutheri* [illegible] bioſâ maledicentiâ plenum quem [illegible] ſparſit, nemo *Lutheranorum* legit avidè, [illegible] quidam qui videri volunt Eccleſiæ [illegible] tes, nec ullus ſcurra libellos edit tam [illegible] furioſos in me, quin illis probentur. [illegible] tam piè ſcribi poteſt, quod non [illegible] Hi quibus Pontifex impoſuerat ſilen[illegible] gunt, quaſi juſſerit eos magis inſanire [illegible] fecerant. Jactitant hujuſmodi voces, *[illegible] mum Pontificis, quicquid ille ſcribit.* [illegible] fiducia neſcio. Miſit Cæſar edictum [illegible] ac ſeverum, quod amici me inſcio [illegible] Tergiverſantur, citiùs rediturі in [illegible] *Luthero* quàm mecum. Multa ſcripſ[illegible] *rum* notum, nullum adhuc dogma [illegible] dere, in quo cum *Luthero* conſentiam. [illegible] nes tantum adferunt, ac depravationes [illegible] verò manifeſtas calumnias. Quod ſi quid [illegible] ineſſet incircumſpectiùs dictum, [illegible] modi cauſationes in aliud tempus [illegible] quod nunc eſt in manibus agere. [illegible] quanto odio laborent iſti apud [illegible] à quibus ſic timentur, ut ipſi magis [illegible] hil autem opus erat odium accerſere [illegible] ſtatione mei, qui ut nullam habeo [illegible] plurimos habeo faventes, præſertim [illegible] vel ex inſimulatione bonarum literarum, [illegible] mo non amat, niſi ſuilli generis, cui [illegible] eſt amaricinum. Arbitror has [illegible] moleſtas auribus tuis. Sed quæ tibi [illegible] audire, mihi longè moleſtius eſt [illegible] centeſimam partem commemorare [illegible] iſti deſignant. Equidem ſpero [illegible] attamen vereor nè incidant tempora [illegible] dem faciant; hic quoque vigilandum [illegible] vati quorundam mores & odia, [illegible] cui mederi ſtudent, exaſperent. [illegible] famiam ac bonam famam, per [illegible] gloriam, per vitam & mortem [illegible] mino meo, & illius ſponſæ Eccleſiæ [illegible] ceram conſcientiam. Succeſſum & [illegible] pſe dabit, qui ſolus poteſt. R. [illegible] incolumem ſervet omnipotens ille [illegible] *leæ*, poſtridie Pentecoſtes. Anno milleſimo [illegible] genteſimo vigeſimo ſexto.

Franciſco Cheregato Epiſcopo Intr[illegible] *Eraſmus Rot.* S. D.

REdditæ ſunt mihi literæ tuæ, quas [illegible] miſeras Idib. Januariis, ſed reſignat[illegible] nunc ferè fit in omnibus. Aiebant [illegible] *Hiſpanis*, opinor iis, qui juxta *Rhe[illegible]* areis occupârunt. Excuſatio [illegible]

mihi longè gratissima, non quòd ullam officii
rem inire desideraremus, qui præter omne me-
hunc homunculum ultrò tot officiis oneras,
quòd declararet singulare quoddam erga me
ac benevolentiam, qui nec inter tot ne-
orum undas excidere potuerim animo tuo.
ficæ orbis calamitates, quas tua deplorat pie-
neminem non discruciant, nisi planè sit im-
, ac prorsus hominis sensum exuerit. Ac de
quidem inter monarchas sarcienda jampri-
bona spes est, sed nimium lenta torquet a-
nostrum. At fieri video quod solet in
corporibus exulceratis, ubi vomicam unam aut al-
ram utcunque sustuleris, erumpit aliunde ma-
. Sed de rebus monarcharum nec ego quic-
scribere possum, quod te fugiat, & si pos-
non satis tutum arbitror. Perlongum est iter,
nulla, hominum studia varia. Agricolarum
ora ferè coerciti sunt, sed imminuti remedio. Sic
olubat morbi magnitudo. Quanquam ea
ctis, subinde meditatur recrudescere. Sed pro-
am opinor, nè rerum novarum avidis liceat
licuit. Verùm altera lues quæ ferè jam *Eu-*
omnem pervasit, multò gravior est quàm
llorum rabies: quod hæc tantum grassetur in
rtunas & corpora; illa violatâ pietate, sublatâ
ordiâ, totum hominem demittit orco. Vi-
tur tamen solito mitior, resipiscunt multi, pleri-
e favent frigidius: quâ quidem in re, nihil lau-
mihi vindico, tametsi sic in me fremunt, qui
hementer addicti sunt huic factioni, quasi præ-
quam quandam ad id navârim operam. Etenim
de cæteris taceam, *Lutherus* nuper in me scri-
it ingens volumen, diu multoque studio elabo-
tum, sed ira fermentatum amarulentiis, scom-
atibus, & calumniis, ut antehac in neminem
ripserit hostiliùs. Meæ responsionis partem ad
mitto, mittam & ipsius volumen, si quem na-
us ero, qui tantillum sarcinæ volet suscipere.
uget nobis spem finiendi mali, vehemens inter
os dissidium. *Lutherus* cum aliquot suis defen-
in Eucharistia esse verum *Christi* corpus, alii
erique fortiter reclamant. Res agitur utrinque
natis libellis: Apud *Elvetios* decreta est publi-
disputatio ad Pentecosten in oppido cui nomen
balneis, *Baden*. Quid ea nobis paritura sit nescio.
to minus succedat res, in causa sunt quidam ho-
ines inauspicati, qui tamen sibi videntur totam
clesiam suis humeris sustinere. Hi sub prætextu
fendendæ pietatis suis affectibus morem gerunt.
lum enim linguas ac bonas literas multo pejus
derint quàm totum *Lutherum*, hoc miris technis
unt, ut quocunque modo lædant eos qui hoc
diorum genus provehunt. Interim dum ego
am factione potenti non absque capitis mei dis-
imine digladior, *Lovanii* quidam emisit in me
es libellos, sed suppresso meo nomine. Mox
atuor *Dominicani* scurræ, meo quidem ex-
esso nomine, sed suis dissimulatis emiserunt
bum undique scatentem criminosis mendaciis,
conviciis plusquam scurrilibus. Eo facinore
atrato fugerunt alius aliò. *Lutetiæ* rursus *Do-*
nicanus quidam corrupit meam *Colloquia*, & addi-
it Præfationem meo nomine, in quâ damno
ipsum. Is scurra *Lugduni* declaravit suam pie-
tem. Suffuratus ut scribunt *Mæcenati* suo tre-
entos coronatos aureos profugit. Deprehensus
st suaviter potans inter aliquot scorta. Nuper

A ibidem *Petrus Sutor* Theologus & *Ortuinianus* e-
misit in me librum justæ magnitudinis, in quo ni-
hil crepat nisi tenebrarum, hæreses & blasphemi-
as, non ob aliud nisi quod verti Novum testamen-
tum, in usum privatæ duntaxat lectionis. Idem
nunc emittit librum, cujus initium duntaxat vidi,
sed tale ut ptæ se ferat planè rabiosam maledi-
centiam. Et tamen nugacissimæ nugæ sunt, de
quibus suscitat tantas tragœdias. Per hos mihi
B nullum relinquitur ocium agendi quod & meus
optat animus, & vestra suadet pietas. Quanquam
autem difficilimum est cum tam potenti factione
bellum gerere, difficilius autem cum utraque acie
depugnare unum & utrinque confodi, tamen mi-
hi certum est citiùs immori malis, quàm ab Ec-
clesiæ consortio deficere. *Christus* dabit & vires,
& præmium. Si coram liceret, plura effunderem
in sinum tuum, quod utinam aliquando contin-
gat. Totum hunc autumnum & hyemem cum
C pituita & calculo luctati sumus, sub ver cœpimus
respirare. Tibi precor omnia, moribus iltis can-
didissimis digna reverende Præsul, mihique cum
primis colende. Datum *Basileæ*, ipso die Paschæ,
Anno M. D. XXVI.

Thomæ Cardinali Angliæ Erasmus Roterodamus S. D.

D ANimum meum inter tot rixas ac rabiosos li- *Epist.* 33.
bellos, qui virulentiores in me provolant ab
iis, quorum partes defendo, quàm ab ipsis *Lutheranis*, nonnihil fathiscentem, erexerunt amplitu-
dinis tuæ literæ tam amanter scriptæ, ut non so-
lùm favorem ac studium mihi jam olim perspe-
ctum compertumque, verùm etiam pietatem in
me quandam præ se ferent. Arbitror isthuc jam
perlatum *Lutheri* librum in meam *Diatribam* scri-
ptum, sed sic ut hactenus in neminem scripserit
hostiliùs. Scripseram nihil tam indomitum esse
E quod non domarent uxores. Multum hic me
mea fefellit opinio. In ipsis nuptiis hunc librum
tam immitem scripsit, in quo sibi videtur adeo
temperâsse calamum, ut protinus ab edito libro,
literis ad me scriptis propemodum postulet, ut
ipsi gratias agam, quod, amicitiæ nostræ respectu,
tam multis in locis mihi pepercerit, dejerâtque
& mihi persuasissimum esse vult, *Lutherum* in *Era-
smum* candido esse animo. Sic illum cicuravit uxor.
Opinor & nostræ responsionis partem esse perla-
F tam, quam tum ex tempore coactus sum effunde-
re, nè gloriarentur impunè, prostratum esse *Era-
smum*. Cum excetra rem habet, quisquis cum
hac factione dimicat. At mihi plus negotii est
cum diversâ parte, cui Pontifex *Adrianus*, cui
Clemens jam iterum indixit silentium, cui Cæsar
severo ac minaci diplomate idem præcepit, sed
frustra omnia. Audio isthic librum *Colloquiorum*
distrahi vetitum, quod nec *Lovanii*, nec *Lutetiæ*
quisquam attentavit, quum illic sint devotissimi
G bonarum literarum hostes, & ob has mei quoque.
Quod omni remediorum genere occurritur pesti
indies magis ac magis glisceuti, vehementer pro-
bo. Verùm illud interim Principum autoritas
prudentiâque curet oportet, nè dum evellimus
lolium, lædatur triticum, dumque corrupta seca-
mus & urimus, offendatur quod syncerum est. In-
ter monachos ac Theologos qui sese ingerunt in
hoc negotium, multi sunt stupidi, & adeo nullo
judicio,

judicio, ut propemodum ſenſu careant communi. Et ſunt qui pejus oderunt bonas literas jam ubique feliciter efflorescentes, quàm totum *Lutherum*. Sunt qui quæſtum ac gloriam ex innocentium injuria non dubitent aucupari : ſunt qui livori & odio privato ſub plauſibili defendendæ religionis titulo ſerviunt. Hi quum penè publico mortalium odio laborent, ſuis moribus cauſæ quam agere ſe ſimulant officiunt. Nihil autem minus expedit ad hoc malum conſopiendum, quàm linguarum ac bonarum literarum cauſam involvere negotio *Lutherano*, quæ nulli non placent, niſi qui vacant hominis ſenſu : Quantum autem adferant, & utilitatis & ornamenti Reipublicæ jam ipſa res loquitur. Nimis magna eſt multitudo eorum qui *Luthero* dedere nomen, etiam ſi non protrudantur in illius caſtra innoxii. Plus ſatis eſt iſtorum, qui palam & ingenuè profitentur improbatam doctrinam, etiamſi non impellantur eò vacillantes, & alienentur qui ſanari poterant. Audivi provinciam hanc delegatam illi, cui tam valde diſplicet, *In principio erat Sermo* : quòd ſi à talium arbitrio pendebit res, nullus erit *Eraſmi* liber non dignus incendio, etiamſi ab *Auguſtino* ſcriptus titulum habeat *Eraſmi*. Ita futurum eſt, ut quicquid ad politiorem ſyncerioremque doctrinam attinet, eximatur uſui publico, ac rurſus nobis obtrudantur, *Ebrardus*, *Floriſta*, *Huguitio* & *Catholicon*, ni veſtra prudentia moderatióque, quæ talium operâ cogitur uti, impotentes illorum affectus coerceat. Si nihil eſſet in libris meis, quod nullo pacto poſſet reprehendi, nimirum eſſem omnibus *Hieronymis* & *Auguſtinis* felicior : præſertim quum iſti tot titulos, ceu laqueos habeant, quibus quotidie novos addunt, ut nihil tam piè tamque circumſpectè ſcribi poſſit, quod non aliquà pateat calumniæ, ſi diſplicuerit : diſplicebit autem quibuſdam vel hoc nomine, quod græcitatem habeat, vel phraſeos elegantiam. In Colloquiis meis nihil eſt, vel obſcœnum, vel impium, vel ſeditioſum. Plurima ſunt quæ refert juventutem ſcire, nè ſe temerè in vitæ genus præcipitent, unde ſeſe non queant explicare, nè curſitent *Compoſtellam*, domi relictâ uxore ac liberis, quos curare præſtiterat, aliáque innumera, quæ ipſi deberent in concionibus admonere populum. Fortaſſis quæ varietas eſt humanorum ingeniorum, tetrico cuipiam diſplacebit aliquid dictum amœnius, erit quod in ſuſpitionem rapiat moroſior, verùm adverſus talium calumnias nulla cautio eſt. Indecorum eſt, inquiet aliquis, ſeni ad iſtum nugari modum. Atqui laudantur vetuli literatores, qui ſe demittunt ad puerorum balbutiem, ut illos ad diſcendas literas alliciant. Committat amplitudo tua *Colloquiorum* libellum alicui perlegendum, qui *Latinè Græcèque* ſciat : non dicam *Thomæ Moro*, aut *Cuthberto Touſtallo*, amici ſunt, quanquam uterque ſic eſt amicus *Eraſmo*, ut veritatem anteponat : ſed alii cuipiam, nec in odium, nec in favorem notabiliter propenſo. Si deprehendantur impia, me quoque ſuffragante eripiatur juventuti ; Sin offendunt leviora quædam, poterunt ex bonorum virorum judicio corrigi, quo penes juventutem maneat utilitas. Nuper *Dominicanus* quidam tergo importavit in *Angliam* libellos famoſos in me ſcriptos à quatuor ſcurris ejuſdem ordinis, ſed fictis nominibus, plenos impudentiſſimis mendaciis; illi invenerunt emptorem, & mea *Colloquia* ejiciuntur è bibliopoliis. *loquiorum* meorum libellus per *tum Campeſtrem*, qui nuper com fugit *Lugduno*, falſatus. Ad hæc quid non facturi, niſi tua æquitas frenum injecerit ? Hoc autem non rum refert, quantum ad cauſam quæ pertinet. De Euchariſtia liberum miſi, non quòd mutarem propoſitum matuam, nè per occaſionem multus, quem anno ſuperiori *Oecolampadius* plebem maximi tem, in ſenatu non paucos. habeo maximam, quod omnem polliceris, ſi me reddam *Angliæ* treum eſt hoc corpuſculum, ut ob culum, ob aurulam, aut quamvis nem periclitetur. Alioqui permitta ut hinc me amoliretur. *Adrianus* gnis promiſſis invitabat in *Italiam*. ties parata etiam fortuna ſum argumentis Regis ſingularem in ſtantibus ? Qui me invitant in mant nullam eſſe regionem, in qua ſmi ſit favorabilius, vel apud Eccleſiæ proceres, vel apud Illuſtriſſimus Princeps *Ferdinandus* um peculiari quodam affectu diligo, que iterum literis humaniſſimis ab his periculis evocat in tutum. *us* Epiſcopus *Plocenſis*, vir elegantер pſit ad me Regis & regni procerum gnisque promiſſis invitat ad otium debitum. Idem fecere *Poloni* didis etiam muneribus honoris Hæc non ſcribo glorioſè, non ita mea, ſed illorum humanitatem rum propenſiſſimis in me ſtudiis, frui non licet. Et tamen hinc pendum eſt. Quod ſcripſi de libello fortaſſe *Carolus* meus perperam ad me tamen nihil obſuerit celſitudinem re fuiſſe monitam. Prorſus enim quorundam ſtudia, ut omnem turam involvant huic rerum incendio. erit elegantius aut græcitate appellabitur, & ad cognitores tempus extrahent & fruſtrabuntur pariter & emptorem. Sed adverſus litiones iſta tua ſingularis prudentia, nente vigilabit : & humanitatis magnum præſidium erit apud tem, quæ tam benignè ſeſe effundit præſertim eruditione probitatéque tos, ut omnem invidiam, quæ ſemper licitatis comes eſſe ſolet, bonitate ſuperaris. Deus te nobis quàm incolumem. *Baſil.* Natali *Marci*, M.D.XX

Eraſmus Roterod. Petro Moreto Sancti Sulpitii S.D.

DOlorem quem abitus hinc tuus rat, tua non ſimplex utilitas vit. Primum quòd maturè incendio ſubduxeris. Nam hic ni pepercit, diúque circumſiliit tantum non inſiliit. Deinde quòd

...sium Academiam te contuleris, omnique stu-
...rum genere florentem, neque dubito quin
...o pectore disciplinis optimis incumbens, abun-
...i compensaturus sis, si quid antehac per ætatis
...cogitantiam cessatum est, ut ad tuos velut avi-
...us negotiator, bonarum literarum mercibus lo-
...ples redeas. Habet ista civitas ut Musas, ita &
...irenas, quemadmodum audio. Hortarer te, ut
...oberatis adversùs Sirenum cantus auribus, Mu-
...is virginibus adhæreres, ni mihi spectata esset tua
...ngularis continentia. Hæc scripsi studiis enectus,
...in hoc tantum, ut scires te nobis nondum ex-
...tisse. *Basileæ*, tertio Idus Januarii, Anno mille-
...simo quingentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Rot. Leonardo Casimbrotio S. D.

OPinor te jam pridem effugisse τὴν βωμολίαν, de qua proximis literis questus es. Certè minus erit tibi metuenda, quum tempus sit peponum ac ...elonum. Accepi epistolium quod scripsit *Baro ...danus* te nuncio, adesse qui huc adornaret iter. ...lteras literas quas prædicat se misisse non acce-...i. Qui has reddit est *Hieronymus Frobenii* filius, ...venis modestus & candidus. Venatur istic ve-...sta exemplaria seu precio, seu precario, seu fur-...o, seu rapto. Hac in re tu poteris illi bonam na-...re operam: quod ut facias, te majorem in mo-...dum rogo. Simul enim & studia juveris, & offi-...um penes homines neutiquam ingratos colloca-...s. Per hunc non literas, sed volumen expecto. ...go totos menses duos perdidi, dum epistolas re-...pio & rescribo. Cupio scire quid agas. Si quis ...ic fortè est, qui petat *Poloniam*, committe illi ...c epistolium, haud magnâ jacturâ periturum, si ...sita evenerit. Si juvat experiri quanta felicitas ...versari in officina typographica, habes qui cum ...as. Bene vale *Leonarde* charissime. Saluta co-...item *Germanum* cui scripsi per *Carolum. Basileæ* ...al. Maias. Anno M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Martino Davidi S. D.

QUanquam aliis intentus, tamen hoc opellæ non gravatè dedi, vel tibi hospiti meo: so-...t enim apud priscos hospitii jus vel inprimis esse ...ctum: vel optimi viri memoriæ, cujus animum ...mper expertus sum unicè candidum, meorúm-...e commodorum percupidum. Si placet Epita-...ium, bene habet: sin minus, non gravabor re-...dere. Bene vale. *Lovanii*, An. M. D. XXVIII.

Philippus Haneton, clarus auro, his est eques
Regi *Philippo Cæsarique Carolo*
Cum laude gessit audientiarium:
Sacer ordo, quem vellus decorat aureum,
Voluit eundem præesse thesauris suis.
Virtus in uno hoc vicit invidiam viro,
Tanta erat in omnes, & fides & comitas
Animíque candor, maximis & infimis
Desideratus unicè, cœlum tenet.

Erasmus Rot. Hieronymo Ricio S. D.

QUòd me supra modum attollis, amori in me ...uo parum, ut videtur, sobrio facilè condo-...o: quòd teipsum plus æquo dejicis, singularem ...am modestiam non possum non amare, *Ricii* ...arissime: nec est quòd hic humanitatem me-

A am mansuetudinémque prædices, quum inhumanissimus futurus sim, si doctum hominem, eúmque literis ad amicitiam provocantem non amplectar. Ego me inter doctos viros non annumero, sed tamen eruditione præditos semper & amavi & veneratus sum, præsertim si accesserit humanitatis & probitatis commendatio, quorum utrumque nobis arguunt tuæ literæ. Bene vale. Datum *Friburgæ* XXI. die Aprilis. An. M. D. XXIX.

B

Erasmus Rot. Andreæ Alciato S. D.

SI inter tot Bellonæ tumultus, incolumis est *Epist.* 38.
præsidio Musarum *Alciatus*, est quod vehementer gaudeam. *Longolium* immaturâ morte præreptum sanè doleo. Cupiebam illum vel studiis promovendis supersesse, utcunque in nos fuit animatus. Jacet enim in suis epistolis nescio quas stomachi in me significationes, nunc *Mariam* taxans, nunc in *Batavum* oratorem nescio quid
C ἀνεκάλλον, quasi ipse natus fuisset *Athenis*. Ego de hominis ingenio semper candidissimè sensi. Quum *Lovanii* nos inviseret, hominem quanta per occupationes licuit, humanitate tractavi. Nec divinare possum unde hoc stomachi in me conceperit, nisi quod conjecto duas fuisse causas. Quum experisset secretum colloquium, dedi. Exorsus prolixam fabulam quomodo *Romæ* in *Capitolio* causam dixerit, magno capitis periculo: hic opi-
D nor visus sum parum attentus, præsertim quum serio vultu subinde repeteret, admonens ut ejus facinoris alicubi meminissem in scriptis meis. Respondi, ut soleo in re quæ mihi leviter est cordi. Hoc illum opinor malè habuit. Deinde nonnihil expostulavit mecum de epistola quadam ipsius inter meas excúsa, in qua confert me cum *Budæo*, in qua mihi placebant omnia præter hoc quod addit juxta calcem epistolæ, Demirari se cur Rex exterum suo civi præferendum putârit. Verùm
E hoc quamvis præter causam dictum, non obstitit, quo minus honoris illius gratiâ vulgarem epistolam. Quum ostenderet quæ perperam essent excusa, sic mutavit quædam, ut meliora fuerint quæ videri volebat depravata. Et in hac re decreverat totum diem insumere, nisi ego pertæsus, pro mea simplicitate sermonem abrupissem. In te quoque torsit allegoriam satis mordacem. Sed rem ingeniosam fecit, injecto, quod aiunt, spiculo fugit. Prorsus in illo desidero candorem. Nam gloriæ
F cupiditatem ignoscerem ætati, nisi fuisset immodica, sed hoc vicii vel correxisset vel certè mitigâsset ætas. Toto triduo quo mecum egit, nunquam vidi hominem vel leviter subridentem, nè in conviviis quidem. Quæ res mihi sanè non mediocri fuit admirationi. Et tamen in epistolis nonnunquam conatur esse festivus, nè parum videatur *Ciceronianus*, quanquam invitâ, sicuti videtur, *Minervâ*. Exorta est nova secta *Ciceronianorum*, quæ mihi videtur non minùs fervere
G isthic, quàm apud nos *Lutheranorum*. Posthac non licebit Episcopos appellare patres reverendos, nec in calce literarum scribere annum à *Christo* nato, quòd id nusquam faciat *Cicero*. Quid autem ineptius, quàm toto seculo novato, religione, impetiis, magistratibus, locorum vocabulis, ædificiis, cultu, moribus, non aliter audere loqui, quàm loquutus est *Cicero*? Si revivisceret ipse *Cicero*, rideret hoc *Ciceronianorum*

genus. Verùm de his aliàs ridebimus. Cupio scire quid agas, quod opinor scribes *Bonifacio*, tui nominis studiosissimo. Bene vale. Datum *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Roterodamus Joanni Baptistæ Egnatio Veneto S. D.

Epist. 39. IN λοιδοροφύγους & *Senecios* sequutus sum autoritatem tuam *Baptista*, vir non minùs optimè quàm doctissimè. Verti *Latinè* priores aliquot paginas in *Galeno*. Nihil comperi mendosius, quæ res animum meum triplici nomine discrucciat, & studiosorum, & tanti autoris, denique & ipsius *Asulani*, qui in hoc malè consuluit rei suæ, si famam negligit. Qui præfuit emendationi, videtur vix satis tenuisse prima *Græci* sermonis elementa. Pro humanitate quam *Baroni Polono*, meóque *Carolo* exhibuisti, gratiam habeo maximam, quanquam dum in tuis ad me literis tantopere prædicas elegantiam *Caroli*, arbitror errorem esse personæ. *Polonus* erat expolitus, in *Carolo* meo nunquam animadverti sermonis insignem elegantiam. Qui has reddit *Hieronymus* est *Frobenius*, *Joannis Frobenii* filius. Præter aliam negotiationem cuperet huc secum avehere si quid istìc esset veterum codicum, quos evulgari sit in rem studiosorum. Nolim te gravari officio, poteris tuo consilio plurimum hac in re commodare juveni, nec inhumano nec ingrato. Doleo *Longolium* ereptum studiis: quanquam in me videtur, habuisse nescio quid stomachi, certè præter meum meritum, qui de illo semper optimè tum sensi, tum prædicavi. Videmus non esse prorsus anile somnium quod *Homerus* scripsit te *Litis* & *Atæ*. Quantâ celeritate per capita Regum ac populorum cucurrit *Atæ*, bellorum furiis miscens totam penè *Europam*. Quam verò lentè procedit quod agunt *Litæ*? Quàm diu disputatum est de fœderis conditionibus. Ed adhuc pendere videntur omnia. Audimus pacem, non videmus. *Lutheranæ* febris paroxysmus remissior est, recrudescit alterius partis accessio. Una factio diducta est in quinque aut sex. Utinam mihi licuisset in Musarum viretis consenescere, nunc sexagenarius protrudor in arenam gladiatoriam, & pro lyra teneo rete. Bene vale. *Basileæ* pridie Nonas Maias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Roterod. Francisco Galliarum Regi hujus nominis primo S. D.

Epist. 40. QUo graviùs diutiúsque nos discruciavit superiorum temporum calamitas *Francisce* Regum *Christianissime*, hoc magis exhilaravit nos tandem reddita serenitas. Meum quidem animum non simplex habebat molestia, nam & publicè dolebat, duos præcipuos *Christianæ* ditionis monarchas inter sese commissos esse, non sine gravissimo totius orbis malo, haud aliter quàm ubi luna cum sole commissa periclitatur genus mortalium: & privatim angebar, ejus Regis cujus propensum in me studium multis argumentis cognitum ac perspectum haberem, animo summísque virtutibus fortunam non satis respondisse. Itaque quemadmodum erat non simplex dolor, ita nunc multiplici perfundor gaudio, quòd divino favore receperit *Gallia* Regem, orbis tranquillitatis eruditorum ac bonorum chorus putabatur quidem ista tuæ naturæ bonitas, & ingenii simplicitas, & animi verè regii perpetuam in omnibus felicitatem; sed jactatis felicitas quum orbi publicè, tum multis eruditis & optimis viris felicior illisset. Quanquam autem nonnullis per iniquis, nè dicam iniquis conditionibus valere tamen confido futurum, ut summus ille humanarum moderator, suis arcanis & incognitis consiliis omnia vertat in lætum exitum. Novit ille, & solus novit quid nobis expedit, artificio suo divino & potest & solet inconsulta consilia in eventus lætos ac bonos ducere. Si *Christianes* monarchas simul concordiâ, minus audebunt *Turca*, & in ordinem cogentur, qui nunc huic Regi, nunc cunque commodum fuerit blandientes, re magis quàm vestro dissidio potentes sunt. ratione, simul & optimis studiis & Ecclesiæ dudum malis intolerabilibus laborantibus mederi. Nunc utraque pars habet aliquot brosos, ac nullius judicii rabulas, qui & furiosis libellis incendium hoc exuguunt. *Parisiis* aliquot inauspicata ingenia, nata in bonarum literarum ac publicæ tranquillitatis quorum præcipui sunt *Natalis Bedda*, *Sutor* monachus *Cartusianus*. Hi scriptis non nùs indoctis, quàm virulentis propinant mundo deridendos, plusquam scurrilibus conciis debacchantes in *Jacobum Fabrum* &c. dentur à doctis & cordatis, sed inertia imperitos ac simplices lædunt famam & studiorum fructum à nobis tot vigiliis tum intervertunt. *Faber* pro se Quod ad me pertinet, in censuris ostendere centum manifesta mendacia, ásque tam insignes, ut si res esset ri prodita, olitores & calcearii possint hominem non esse sani cerebri. Mitto quot paucis notata: & isti sunt qui de hæresi, ad quorum delationem boni trahuntur in carcerem, & in ignem tur, quos quocunque modo malunt quàm ipsos convinci de calumnia. Si tam manifestè mentiri de nobis, sdque tis: contra nobis non licebit dep mniam, quid erit illa quondam mia nisi spelunca latronum? Hæc risæis illis cedat impunè, nullus rum futurus est in tuto. Prætexunt lum, sed reverà aliud agunt, moliuntur dem, etiam in capita Principum per cuniculos. Nisi Princeps ipsorum per omnia paruerit, dicetur fautor rum, & destitui poterit per Ecclesiam, per aliquot conjuratos pseudomonachos dotheologos. Hoc illos moliri per sorum scripta declarant. Proinde rit initiis succurrere. Non loquor de omnibus nachis ac Theologis, sed de quibusdam, indocta improbitas plus valet, quàm aliorum modestia. Missi sunt ad me articuli, per delegatos ex libris meis decerpti, *Lodovicus Berquinus*, non ita multò ante sint censuræ *Natalis Bedda*. Ob hos periclitatur. Periit *Papilio*, non sine

Adione veneni, periit *Franciscus Molinius* ac *Du-*
rius, periclitatus est *Michael Arantius*, bis im-
mersierunt *Berquinum*: Nunc *Fabrum* & *Erasmum*
aggrediuntur. In libris meis colligunt suspitio-
nes & calumnias, nullum adhuc locum ostendere
potuerunt qui dogma habeat pugnans cum fide
Christiana. Pium est, seditiones & impia dogma-
ta ab Ecclesia secludere. Sed impium est, hos in
impietatis vocare crimen, qui pugnant pro pieta-
te Evangelica, & eos in castra hostium propel-
lere, quos vident pro ipsis adversus hostes dimicare.
Sed istorum tyrannis quomodo coerceri poterit,
nisi demonstrabo, si tua *Christianissima* Majes-
tas id clàm fieri volet. Nam ita res succedet feli-
citèr. Interim illud rogo, ut tuæ majestatis auto-
ritas aut coerceat furiosos *Sutores* & *Beddas*, nè ta-
libus mendaciis infament bonos, aut efficiat ut pa-
tiantur nostras defensiones excudi legíque *Parisiis*.
Iniquissimum enim fuerit, illis licere venena sua
spargere, nobis non licere admovere antidota.
Scripsi liberiùs edoctus à multis regiam celsitudi-
nem tuam simplicibus miniméque fucatis dele-
tari. Quod scripsi docebo verissimum esse, ac
me quoque tacente res ipsa loquitur. *Christianis-*
simam Majestatem tuam incolumem ac floren-
tem servet omnipotens. Datum *Basileæ* decimo
sexto Calendas Julias, Anno millesimo quin-
gentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Roterod. Jo. Carondileto Archi-
episcopo Panormitano S. D.

FAteor me non minus debere tibi Reverende
Præsul, quàm si quicquid petebamus obtigis-
set. Si Cæsar pernôsset totius hujus negotii cir-
cumstantias, non solùm indignum me judicaret
qui frauder pensione, verumetiam ultrò deferret
amplissima præmia. Declarant hoc *Lutheranorum*
fremitus, declarant eorum libelli; præcipuè *Lu-*
theri ipse, fatetur ingenuè, neminem magis fre-
visse spiritus & impotentiam hujus factionis quam
hunc homunculum, senem & valetudinarium, id-
que in ea *Germaniæ* parte in quâ maximè regnat
hæc conspiratio. Id non ignorant isti, sed tanta
eis est livoris & odii, ut malint me secedere in ca-
stra *Lutheri*, videlicet telum captantes, quo me
bonásque literas lædant. Atqui legimus ethnicos
homines veterem simultatem tantisper posuisse,
donec communi magistratu perfungerentur, nè
privatum odium officeret Reipublicæ commodis.
At isti me summo capitis mei periculo dimican-
tem cum instructissimis copiis, idque in ipsorum
castris, à tergo confodiunt. Arbitror prudentiam
quam non fugere, quam non simplices sint N. &
N. alioqui res ipsa cogeret me illos paucis depin-
gere. Sed qualescunque sunt, in hoc tam pericu-
loso negotio sudanti debebant auxilio esse, quem
nunc hostiliùs insequuntur, quàm ipsum *Luthe-*
rum. Quid isti non calumniabuntur, qui loco ex
Catalogo meo prolato conati sunt animum tuum
à me avertere? Et dictis & picturis & libellis per
totam *Germaniam* sparserant *Lutherani* me præ-
miis magnatum corruptum, in illorum gratiam
scribere, & cauponari verbum Dei. Sic occupa-
bant mihi detrahere fidem & autoritatem, si quid
scriberem adversus *Lutheri* dogmata. Eam igitur
famam coargui, non tam meâ privatim refere-
bat, quam publicæ causæ Ecclesiæ. Quid enim
profuisset adversus illos scribere, quibus persua-
sum fuisset me pecuniâ corruptum scribere? Nec
infimulavi tuam amplitudinem avaritiæ. Nam
quum esset necesse referre multos qui nihil dedis-
sent, hoc pacto præfatus sum: *De Principibus il-*
lud mihi præfandum est, me quibuslam non mi-
nus debere qui nihil dederunt, quam qui dede-
runt: & ad tui nominis mentionem statim sub-
jicio, *Præstitit ille totum quod venabar, nempe*
favorem ac benevolentiam. Num hæc videtur ora-
tio suggillantis? Et tamen ut hæc dicerem coegit
necessitas, Nec alio consilio feci mentionem Car-
dinalis *Leodiensis*. Tandem ut excluderem omnem
suspitionem, subjicio, Non hæc commemoro
quòd me pœniteat benignitatis Principum. Meis
scriniis accreviisse credo, quicquid accessit hone-
stis studiis. In horum profectum captavi Princi-
pum favorem. Non egit quidem monitore tua
perspicacissima prudentia: sed tamen quoniam
expertus sum quorundam in calumniando tum ar-
tificium incredibile, tum studium indefatigabile,
visum est tibi vellere aurem. Si certa spes solven-
dæ pensionis fuisset ostensa, conatus fuissem adre-
pere. Nunc nihil certi promittitur. Et me jam
piget istarum delationum: quarum istos nulla ca-
pit satietas. Si valeret corpusculum hoc, non de-
esset pensio. Nusquam non invitor à maximis or-
bis monarchis, missis etiam ultro muneribus, ceu
promissorum arrabonibus. Ego tamen excusans
omnibus, Cæsaris esse perseveto, valetudinarius
quidem & absens, sed ea tamen in re voluntati il-
lius inserviens, in qua & ego possum nonnihil, &
ille cupit maximè. Dabit aliquando tempus oc-
casionem, per quam hic animus plenius innotesceat
Cæsari; simúlque quorundam perversa studia,
conantium Cæsaris in me benignitatem interver-
tere. Quòd si nè id quidem contiget, nos tamen nihilo seciùs in officio persistemus *Christo* a-
gnothet à freti, qui precor ut te servet incolumem
Basileæ pridie Calendas Maias, Anno millesimo
quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Roterodamus Joanni Episcopo
Lincolnienſi S. D.

REverende Præsul. Quicquid tua benigni- *Epist. 42.*
tas largiri voluit, bonâ fide perlatum est;
Decem angelatos accepi per *Morum*, rursus al-
teros decem anno proximo. Hoc constat ex li-
teris tuis, quibus tamen annum non soles ascri-
bere. Quod *Livino* datum est, recepi, per quem
miseram epistolas *Hieronymi*. Item quod pro-
ximè *Carolo*, videlicet libræ Sterl. quinque. Por-
rò quod aliquoties scripserim amplitudini tuæ, de-
clarant & tuæ ad me literæ. Et tamen fieri po-
tuit ut aliquot epistolæ meæ fuerint interceptæ,
aut certè non redditæ. Id hisce temporibus no-
vum non est. Bene habet quòd animum hunc
gratum ac memorem nemo potest intercipere.
Lubens misissem totum *Hieronymum*, verùm quum
hic *Carolus Harstus* istuc proficisceretur opus non-
dum erat absolutum, nec semper dantur idonei
per quos talia mittam. Si legeris librum quem in
me scripsit *Lutherus*, ac responsionis meæ partem,
intelliges cum qualibus excetris mihi res sit. Sed
intolerabilius, quòd dum pugno cum factione
non solùm numero, gladiis, ac literis, verume-
tiam venenis instructissimâ, ab iis quorum partes

propugno à tergo confodior. Quanquam hoc quoque perpeterer, nisi vererer nè victoriam hanc *Christo* partam intercipiant mali monachi, qui veterem tyrannidem cupiunt instauratam. Quibus si res succesſerit, væ bonis literis & harum cultoribus, sed præcipuè *Erasmo*. De *Colloquiis* quod admonet tua pietas, mihi gratissimum est. Sunt hominum variæ sententiæ. Habet *Anglia* quosdam amicos, doctos juxta ac prudentes, quibus hoc opus vehementer arrisit, quod existiment nonnihil & ad *Latini* sermonis facultatem, & ad traducenda perversa vulgi judicia conducere. Sunt alii rursus ingenio tetrico, quibus nihil placet jocosum. Si vacabit amplitudini tuæ perlegere libellum, sentiet præter eruditionem plurima illic esse quæ pertinent ad rectam adolescentum institutionem. Addita est voluptatis illecebra, ad ineſcandam ætatem, quæ dulcibus capitur citiùs quàm salutiferis. Nihil illic obscenum, nihil impium, nihil seditiosum. At lusus, inquiunt, non convenit huic ætati. Imò pietas est quum senes balbutiunt cum pueris, quo eos ad discendas literas allectent. Illud malè habet pseudomonachos, quòd monentur adolescentes nè se ante tempus præcipitent in ejus vitæ labyrinthum, aliáque quæ non conducunt ad quæstum pseudomonachorum, sed faciunt ad salutem juventutis. Et tamen tuo jussu à *Colloquiis* desinam, & si quid videbitur corrigendum, admonitus corrigam. Hoc tempore nihil scribi potest, quod non pateat calumniæ, nec rarò fit, ut dum agis circumspectissimè, utramque partem offendas quum in utraque sint qui pariter insaniant. De *Ambrosio* nihil fiet hoc anno: Res stat non per me, sed per socios *Frobenii*. Sed *Irenæum* illum vetustum dabimus, antehac nunquam excusum, & alia quædam, si Deus donaverit vires. Servet te Dominus optime Præsul. Datum *Basileæ* pridie Calendas Maias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Roterodamus Bernardo Episcopo Tridentino S. D.

Epist. 43. REverende Præsul. Quum existimem me non minus debere tibi, quàm si omnia accepissem tenerémque, quæ multa pariter ac magna, tua benignissima voluntas ultrò nihil promerenti defert, quumque tu singularem istum erga me favorem indies novis cumules officiis, non magnopere sollicitus sum, quomodo tibi gratias agam. Id enim nimis est vulgare, malim occasionem mihi dari, quâ specimen aliquod edere liceat grati in te animi. Eam si neque tu dederis, neque fortuna objecerit, ipse tamen alicunde accipiam, idque ut spero brevi. Interim te rogo ut Illustrissimi Principis erga me studium ac benevolentiam alere non graveris, atque identidem excitare. Qui has reddit, juvenis est notæ spectatæque probitatis, causam habet justissimam, quo certior mihi spes est, tuam amplitudinem illi non defuturam. Quid rei sit non prius audies quàm tibi narrâro fabulam, quam nuper apud *Senecam* haudquaquam pessimæ fidei autorem legi; fortassis non in hac tantum causa profuerit meminisse. *Philippus Macedonum* Rex, *Alexandri* Magni pater, sed veris animi dotibus utcunque laudato filio major, inter bonos Principes numeratur, sed nullâ re celebrior, quàm æquitate civilitatéque morum: Is habe-

A bat militem manu fortem, sed [illegible]
cujus in multis expeditionibus [illegible]
peram, subinde ex præda aliquid illi [illegible]
donârat, & hominem venalis animi [illegible]
toramentis accenderat ad rapinas, [illegible]
quàm ex fera canibus aliquid extorta[illegible]
quo sint acriores in venatu. Hunc milit[illegible]
navi fractâ, in possessionem cujusdam [illegible]
tempestas impulerat. Quod ubi nunciatum [illegible]
B *Macedoni*, collegit hominem, refocillavit [illegible]
nimem, multisque diebus summâ cum [illegible]
tate tractavit; Postremò discedenti [illegible]
viatico. Interea miles crebrò dicebat [illegible]
Referam tibi gratiam, videre tantum [illegible]
tingat Imperatorem meum. Et quod [illegible]
est, præstitit, venit ad Regem, naufragi[illegible]
fuit, auxilium tacuit. Ac protinus petit [illegible]
prædium illius *Macedonis* à quo receptus, [illegible]
tus, sanatus, & viatico adjutus fuerat; con[illegible]
C est nonnihil causæ adversus hominem [illegible]
tum. Hoc erat referre gratiam promissa, [illegible]
vebat Rex strenuo militi, miserebatur [illegible]
credidit ingrato. Quid multa? Dom[illegible]
petebatur. His modis peccant & æqui [illegible]
præsertim in bello. Non absolvam [illegible]
nisi recitâro sententias aliquot quas hoc [illegible]
terserit *Seneca*. Multa, inquit, Reges, in [illegible]
sertim, opertis oculis donant. Non [illegible]
justusa rmatis cupiditatibus. Non potest [illegible]
D eodem tempore & bonum virum & [illegible]
agere. Quomodo tot millia hominum [illegible]
bilia satiabuntur? Quid habebunt, si [illegible]
que habuerit? Expulsus *Macedo* non [illegible]
hospitis ingratissimi perfidiam. Regi [illegible]
breves, sed liberas, rem omnem significa[illegible]
optimus id factum nihilo leviùs tulit, [illegible]
fuerat expulsus: nihilque moratus, [illegible]
erat militi nomen, mandat, ut è vestigio [illegible]
hominem in pristinam possessionem. [illegible]
E mii debebatur impio militi, ingrato hom[illegible]
dissimo naufrago, impudenti postulanti [illegible]
bi oportuit fronti illius stigmata, ingrati[illegible]
tem testantia. Fortassis hoc exemplum [illegible]
mninò simile est huic negotio, sed tamen [illegible]
monendus est optimus Princeps *Ferdinandus* [illegible]
quis ad consimilem modum ipsius bonitati [illegible]
nat. Justissimum est animadverti in eos [illegible]
met addixerunt impietati, quanquam [illegible]
afflati sunt, magis sanandos censeo, quàm [illegible]
F dos. Cæterùm hìc prudentia Principis [illegible]
portet, nè sub prætextu justitiæ, fiat [illegible]
centibus, multi exorientur qui sub [illegible]
studebunt ulcisci quibus malè volunt, [illegible]
hiant prædæ, nec effugiet calumniam [illegible]
bet aliquid. Tota *Basilea* novit hunc [illegible]
perpetuò non solùm alienum fuisse [illegible]
nibus, quod tamen hic rarum ac [illegible]
semper aversatum fuisse hoc hominum [illegible]
tamen duobus feudis spoliatur. Reliqua [illegible]
G cognosces. Non metuit sub quocunque [illegible]
causam suam dicere. Tanta est innocentiæ [illegible]
fiducia. Reliqua non gravaberis vel ex [illegible]
viro *Joanne Fabro*, vel ex ipso cognoscere. [illegible]
plitudinem tuam incolumem servet [illegible]
Max. *Basileæ* decimo sexto die Aprilis, [illegible]
lesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Epist.

Senatui Pariſienſi Eraſmus Rot. S. D.

MAgnifici domini juſtitiæ principes, quæſo vos occupationes veſtras & graviſſimas & ſanctiſſimas patiamini paucis interpellari. Vivo adhuc *Principe Deloino Natalis Bedda* notârat ex commentario *Lucano* Paraphraſi loca quædam quibus offendebatur, quæ licèt mihi non communicâſſet, tamen apud alios ſparſiſſet, tamen pro officio gratias egi, precans ut in aliis idem faceret, me curaturum, ut nuſquam in me deſideraret officium hominis *Chriſtiani*. Deinde miſit alias aliquot, ſed nullas propoſitiones; egi gratias, ſperans fore ut vel inter nos *Chriſtianâ* modeſtiâ tranſigeretur. Ad complures modeſtiſſimè reſponderam. Mox ex literis deprehendi animum hominis exulceratum: miſi reſponſiones meas ad ſacratiſſimam facultatem, ut viris nec odio nec invidiâ corruptis conſulerent eas legendas, & ſi judicarent illic eſſe, quæ ſyncerâ doctrinæ *Chriſtianæ*, aut piis moribus officerent, admonerent fraternè, me vel correcturum vel explicatione curaturum, nè quis ex illa poſſet impingere. Quum autem mea reſponſio nihil habeat ſtomachi, *Bedda* hoc ipſo offenſus, quod auſus ſim vel privatim reſpondere, extorto aut ſimulato conſenſu facultatis emiſit libellum in me & *Fabrum*. Qualis ſit *Fabri* cauſa non dico, pro me reſpondeo, in cenſuris [illegible] quibus taxat meas *Paraphraſes* eſſe pluſquam centum mendacia calumniáſque tam manifeſtas, ut digitis quod aiunt, ſentiri poſſint, vel à calcearijs & fabris. Saltem debebat expectare judicium ſui collegii, non præire. Sed odio præceps edidit ſuas cenſuras, magno tam celebris Academiæ, magno Theologici nominis, magno demum ſuæ famæ dedecore, nec minore gaudio *Lutheranorum*, aut qui ſunt *Lutheranis* pejores. Ego cum illis quos Theologi damnant, in acie ſtans depugnabam, libri teſtantur: & hoc agentem, idque juſſu Cæſaris, Pontificis & aliorum Principum, non ſine capitis mei periculo, *Sutor* & *Bedda* furioſis libellis adoriuntur à tergo. Hoc eſt verè favere *Lutheranis*. Emiſeram unicam reſponſionis partem adverſus *Lutherum*, alteram adornabam, quæ nunc mihi vix perfici poterit ante nundinas proximas. Quid autem dicent *Lutherani*, ubi legerint *Bedda* cenſuras undique ſcatentes impudentibus mendaciis, & *Sutoris* furias? Sunt iſti, inquient, Theologi, qui damnârunt *Lutheri* dogmata? Tales ſunt, quorum cenſuris homines adiguntur ad gehennam? Talibus *Atlantibus* nititur Eccleſia *Romana?* Nam ut ſunt hominum mores, ex his qui libros emittunt, præſertim autoritate publicâ, verè æſtimantur cæteri. Si zelo pietatis ducuntur, cur in me qui pro pietate depugno, longè violentiùs debacchantur quàm in ipſum *Lutherum?* In meis libris aliquid erroris humani deprehendi poſſe non nego, nullus adhuc tamen errorem damnatum potuit oſtendere: & qui id hoſtili ſtudio conati ſunt, præter ſuſpitiones & calumnias nihil aſſerunt. Certè hunc animum ſemper præ me tuli, qui paratus eſſet corrigere, ſi quid excidiſſet, quod vel pietati, vel hominum moribus officeret. Atque hactenus feci ſedulò, ſi quis monuit, quod eſſet alicujus momenti. Ordinem Theologicum ſemper ſum veneratus, eos qui verè monachi ſunt, tum amo, tum ſuſpicio, nec apud ullos malim ætatem agere, niſi corpuſculi obſtaret imbecillitas. Admonui quædam in ſcriptis meis ad Theologos quoſdam ac monachos pertinentia, quæ judicavi tum ad ordinis dignitatem, tum ad omnium ſalutem pertinere. Et ob id quidam vociferantur ſchiſmata & ſcandala. Si mihi ſchiſmata placerent & factiones, non tanta perpeſſus eſſem ac perpeterer, nè eſſem talium rerum conſors. Malui namque ſolus ab utriuſque partis inſanioribus dilacerari, quàm eſſe tutus in parte damnata. Quid autem futurum eſt tandem, ſi tales libelli quales ſcribit *Sutor* & *Bedda*, excudentur *Lutetiæ*, excluſis aliorum ſcriptis? Illis licebit venenum effundere, nobis non licebit adhibere antidotum? Quid fructus referat juventus, quæ *Lutetiam* confluit ut eruditior ac melior domum redeat, ex iſtiuſmodi ſcriptis, in quibus nihil eſt, præter amarulentiam, & impudentes calumnias? Scio paucos eſſe *Lutetiæ* Theologos, quibus *Sutoris* & *Bedda* placeat amarulentia. Quid autem inutilius ad victoriam, quàm eos in caſtra *Lutheri* protrudere, qui à *Luthero* diſſentiunt, & ſi conſentirent, poſſent totam renovare tragœdiam? Iſtiuſmodi odiis hæreſiarcha factus eſt *Arius*, ab eccleſia receſſit *Tertullianus*, hoſtis eccleſiæ cœpit eſſe *Wiclevus*. Theologorum eſt vel mederi vel coarguere hæreticos. At iſtud eſt hæreticos facere, non coarguere: nec hoc eſt ſopire excitatum per *Lutheranos* incendium, ſed injecto in caminum, ut aiunt, oleo magis excitare. Illud etiam magis arguit impotens odium *Beddæ*, quod quum ego privatim ad propoſitiones ab ipſo notatas reſponderim, eáſque legerit, ille tamen non expectato Theologorum judicio præcipitavit ſuas cenſuras: præſertim quum ad complures ita reſponderim, ut oſtenderem quædam à me correcta proximâ editione, quæ tamen typographorum errata fuerant, non mea; quædam ita refellerem, ut nihil illi ſupereſſet niſi manifeſta calumnia. Super his viſum eſt admonere veſtrum Auguſtiſſimum collegium, ut cognito periculo, veſtra prudentia, veſtráque tum autoritas, tum æquitas conſulere dignetur vel iſtius Academiæ, vel Theologici nominis dignitati, vel juventutis ſaluti, vel ſtudiorum tranquillitati. Satis hucuſque proceſſit maledicentiæ rabies, ſeditionum parens. Notavi loca quædam præcipua ex *Bedda* cenſuris, quæ ſi manifeſtam habent & vanitatem & calumniam, ſicut habent, aut prohibete iſthic ſpargi venena, aut ſinite noſtra invehi antidota. Si veris argumentis volunt eos revincere qui defecerunt à ſyncerite *Chriſtiana*, habebunt me commilitonem, Sin odio cæci nihil aliud ſtudent quàm quovis pacto lædere, modeſtius eſſe duco, à ſenatu jurjs & æquitatis Principe flagitare præſidium, quàm rabire cum rabientibus. Hæc de *Beddis* & *Sutoribus* duntaxat loquor, non de cæteris Theologis. Venerabile veſtrum collegium ſervet Dominus *Jeſus*. Datum *Baſileæ*, poſtrid. Idus Junias. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus Roi. Joanni Fabro S. D.

EQuidem non poſſum non boni conſulere, quod tantus amicus bono facit animo, & jam ſera fuerit expoſtulatio, fortaſſe tamen in futurum profuerit admonitio. Tu quidem pro tuo erga me ſtudio magnificè prædicas *Eraſmum*, & hoc nomine *Epiſt. 45.*

mine territas novis hisce factionibus studentes: at interim duplex accersis incommodum, simul & crabrones per se plus satis insanientes irritans, & in me hominem nudum & inermem provocans potentem factionem, multis quidem aliis præsidiis instructam, sed nullo formidabiliorem quàm maledicis libellis. Vides quàm hostiliter in me scripserit *Lutherus*, nullo convicio lacessitus, quid faceret irritatus? Eum librum studio summa cura elucubravit, nè periret, simúlque cum illo viverent mea crimina. Is liber jam decies excusus est variis locis. Scio dices esse negligendum, quicquid à talibus impingitur. Id quum nec magnates ausint ecclesiæ, juxta potentes ac felices, quomodo jubes hoc me facere, cui nec ea fortuna est, ut maledicum deterreat, nec ea vitæ sanctimonia, ut nulla criminis suspicio in me hæreat? Quid autem non audeat in me jacere *Lutherus* magis irritatus, quum placidus & ut videri vult amicus, non veritus sit mihi toties ingerere, quòd cum *Luciano* non credam esse Deum, cum *Epicuro* credam Deo non esse curæ res mortalium, quòd irrideam sacras literas, quòd hostis sim *Christianæ* religionis? Et tamen ipse literis, quarum exemplar ad te mitto, sic mecum agit, ut propemodum sibi postulet agi gratias, quod præter morem naturámque suam sic in me stilum temperârit. Quin & amici illius seriò mirantur *Lutherum* tam moderatè respondisse, quum esset tam atrociter lacessitus, nimirum *Diatriba*, quæ nullum habet in quenquam convicium. Arbitror esse boni viri, etiam falsam infamiam metuere. Quid his ingeniis suavius? Nihil ab istis tam atrox confingi poterit, quod factio non sit approbatura. Et sunt artifices ut calumniam reddere possint probabilem. Nec unquam sic eluuntur magna crimina, quin hæreat in animis hominum aliquod suspitionis vestigium, quóque gravius & impudentius est quod fingitur, hoc citiùs invenit fidem: cogitant enim multi, aliquid subsit oportet, quod ausus sit illum de re tam atroci insimulare. Verùm ut maximè vita propellat suspitionem, quid dicit posteritas, quæ calumniam leget, nos non noverit? Et vident rem in eo statu esse, ut nisi perstiterint, incolumes esse non possint, eóque nihil non facturi, nè loco depellantur. Porrò quanquam ipsi sic rem gerunt, quasi nolint vincere, tamen videmus hanc luem indies longiùs ac latiùs serpere, ut si mihi sit hinc fugiendum, non videam usquam tutum præsidium. Jam ut sit qui corpus tueatur, adversus libellos rabiosos omninò nullum est remedium. *Lutherus* decreverat dissimulare meam *Diatribam*, quod & ipse fatetur, sed amici quorundam jactantiâ irritati, per literas extimulârunt hominem, ut me prosterneret, si vellet factionem subsistere. Inter hos fuit, ut ferunt, quidam olim tibi charissimus ac tuæ benignitatis alumnus. Et tamen si unius *Caris* jacturâ consopiri posset hæc tempestas, non recusarem meipsum Reipublicæ impendere, ac lucro ducerem si privato meo malo, mederi queam publico. Nunc mihi malum accersitur, & adeo non medemur publico, ut magis exasperetur. Nec alias ob causas scripsi *Diatribam*, nisi ut Principum voluntati morem gererem, deinde nè quem lateret, me à factione *Lutherana* esse alienissimum. Id enim referebat, tum meâ tum omnium. Alioqui sciebam me nihil aliud

A profecturum, nisi ut *Lutheri* calamum [illegible] ad confirmationem impugnati dogmatis. [illegible] tim in initio clamabam Theologos ac [illegible] adjuvare causam *Lutheri*, non sum [illegible] ostendi viam finiendi mali, rejectum [illegible] um. Egi tertiò per literas cum *Adrian* [illegible] fice, conjicio non placuisse consilium, [illegible] quia nihil respondit. Et videmus quò [illegible] rit. In *Gallia* gnaviter insaniunt *Bel*[illegible]

B dam, centuris, articulis, carceribus, [illegible] bellis: optârim vel sic posse cohiberi [illegible] exitus rei docebit his modis nihil aliud [illegible] asperari malum. Factio his potissimum [illegible] is nititur: Concionibus alliciunt ac re[illegible] pulum, professione linguarum ac bo[illegible] rarum suam faciunt juventutem, eóque [illegible] nere studiorum impensè delectantur: [illegible] scant amore libertatis; nec mediocre [illegible] est in typographis: ad omnia maximo [illegible]

C mento est, odium penè publicum in quosdam [illegible] los monachos & sacerdotes, *Epicureos*, & The[illegible] cerebrosos. Nam de probis non loquor. [illegible] ex nobilitate præsertim inferiore, multo [illegible] res, quod inhient facultatibus Ecclesiasticorum. [illegible] fortassis erunt & Principes aliquot, qui [illegible] hanc rerum tempestatem vertent in suum [illegible] modum, quemadmodum solent quidam [illegible] fragiis aut incendiis aliorum augere res [illegible] liarem. [illegible] quòd si pergamus denatis libellis, [illegible]

D ribus & [illegible] mortibus exacerbare malum, [illegible] tandem sequatur rerum omnium miserand[illegible] fusio. Præludia vidimus. Pontifex cohibet [illegible] nè pergerent stringere calamum in *Lutherum*. [illegible] sapit. *Itali* sinent nos inter nos digladiari, [illegible] fruentur insaniâ: tempus est ut sapiamus [illegible] ac sepositio privati commodi studio, Reipu[illegible] negotium agamus ex animo, memores nos [illegible] in eadem esse navi, quæ perire sine communi [illegible] mnium exitio non potest. Et gravius est [illegible]

E patet malum quàm ut vulgaribus remediis [illegible] queat. Si flagites quibus utendum censeo, [illegible] ista majus ingenium meo requirit, & tamen [illegible] um consilium quale quale est, si seriò [illegible] monarchæ non gravabor impartiri, modo il[illegible] occultè. Videmus qualibus libellis [illegible] pleant *Lutherani*. Neque multo saniora [illegible] scribuntur contra à quibusdam Theologis. Et [illegible] lium libellorum collisione quid aliud [illegible] scit incendium. Idem fit ex concionibus [illegible]

F que partis, sic ut rinque insanitur convicis, [illegible] túrque contentionis funiculus. Si submoveantur [illegible] ludis factiosi, & succedant qui probatas ac necessa[illegible] rias literas dedoceant, nihil agetur. Dispu[illegible] nullus est finis. Concionatores improbi [illegible] sent submovendi, præsertim aliquot [illegible] horum locum succederent integri viri, [illegible] tingerent contentiosorum dogmatum, sed [illegible] taxat traderentur quæ sine controversia [illegible] ad pietatem & ad bonos mores. Ludi literarii, [illegible]

G professio linguarũ committeretur iis qui, [illegible] omni studio partium, docerent utilia pueris. [illegible] nunc quidam dum impotenti odio ferun[illegible] *therum*, moliuntur exitium & optimis [illegible] harum studiosis, protrudentes in castra *Lu*[illegible] quos oportebat allicere. Interim sæviunt & in [illegible] noxios sub titulo pietatis. Inseditionis autores [illegible] ritò sæviendũ est, sed ita ut quantũ fieri potest, [illegible] lædantur innocentes, nec alienentur [illegible] multi[illegible]

...nsit inudini parcatur. Et fortasse præstiterit à ci-
...ntibus ubi malum invaluit hoc impetrare, ut u-
...nig; parti suus sit locus, & suæ quisq; conscientiæ
...relinquatur, donec tempus adferat occasionem
...concordiæ. Interea temporis parata sit atrox pœna
...seditionem tentantibus. Interim ipsi statim corri-
...gamus quædam, unde hoc malũ pullulat, & reliqua
...concilio generali serventur. Sed de his aliàs copi-
...osius vel coram potiùs, si videro tibi rem esse cor-
...di. Interim hoc te rogo per nostram amicitiam, nè
...pergas istos crabrones in me irritare, ni velis *Era-*
...*smum* extinctum. Agnosco tuam in me benevolen-
...tiam, nec inficior me debere, verùm illud adjiciet
...prioribus tuis in me officiis tua prudentia, nè studi-
...um amici pectoris idem efficiat quod moliuntur
...inimici. Quidam mei parũ prudenter studiosi im-
...petrârunt à Cæsare severũ ac minax interdictum
...adversus quosdam rabulas *Lovanienses*. Atqui nullâ
...re poterant magis in me provocari. Nec fieri potest
...ut subsistam, ni monarcharũ singulari perspicuóq;
...favore fulciar, quando cœpi prodire in arenam, nec
...res jam potest dissimulari. Dices, quid tibi fiet, qui
...recusas dignitates? Meritò recuso sarcinas homo
...tam imbecillis ut vix meipsum sustineam. Sed audi
...fabulam: *Ruffus* quidam ordinis *Senatorii*, quum
...nimium inter cœnam incaluisset vino, imprecatus est
...*Augusto* Cæsari, nè rediret incolumis ex ea pere-
...grinatione quam apparabat, & adjecit vocem e-
...vitio dignam, Idem hoc optare tauros ac vitulos o-
...mnes. Servus qui illi stabat à pedibus, postridie
...monuit herum quæ dixisset inter pocula, suasit ut
...occuparet atque ipse se deferret. Occurrit descen-
...denti Cæsari, fassus est se pridie malum in illum
...habuisse animum, nunc optare, ut quod illi precâ-
...tus esset in ipsius caput & liberos recideret. Cæ-
...sar ut erat mirâ clementiâ, ignovit. Tum *Ruf-*
...*fus*, Atqui, inquit, nemo credet te mecum re-
...gisse in gratiam nisi aliquid dederis. Et petiit sum-
...mam, quam vix à propitio crederes impetran-
...dam. Cæsar dedit, & adjecit, Quod ad me attri-
...net, dabo operam nè unquam tibi irascar. Nec
...hoc contentus, pro servo qui monuerat herum nu-
...meravit precium, ut manumitteretur. Ea qui-
...dem res feliciter successit *Ruffo*, cui Cæsar clemen-
...tiam benignitate cumulavit. Proinde non opinor
...improbam fore spem, si à propitio Principe mihi
...promitterem aliquod favoris argumentum, cujus
...ostentatione fidem omnibus facerem, me *Ferdi-*
...*nando* charum esse. Nec dubito quin ille hoc pro
...sua naturæ benignitate libenter facturus sit, si tu
...modò submonueris. Argumentum primum insi-
...gne sit oportet, deinde ejus generis, ut in usu quo-
...tidiano possit esse. Sunt apud me jam aliquot
...Principum donaria, quæ mihi charissima sunt non
...tam ob precium quàm ob id quòd testificantur
...Principum erga me studium, quibus placuisse
...non infimam laudem duco. Hic *Henricus* totus
...ex te pendet. Scio te curaturum nè spes illum
...fallat sua. Saluta *D. Lucam* & *Cantiunculam* si
...adest, & *Jacobum Spiegelium*. Illustrissimo Prin-
...cipi precor omnia digna ipsius dotibus. Bene
...vale. *Basileæ*, Anno Millesimo quingentesimo vi-
...gesimo sexto.

Erasmus Rot. Francisco Molinio S. D.

DIscruciabar animo jam tum quum Regum optimus *Franciscus* sub hyemem peteret *Mediolanum*, videlicet magnum aliquod malum prælagiente. Cæterùm ubi nunciatus est exitus belli, non aliter dolui, quàm si meæ fortunæ meáque incolumitas cum illo periclitarentur. Paucos quidem video sibi pacem hanc gratulantes, opinor quod legibus durioribus coisse videatur, eóque verentur nè parum firma sit. At ego spero Deum admirabilem rerum humanarum moderatorem, omnia versurum in bonum exitum. Scit ille quid nobis expediat, & illius auspiciis frequenter prosperior nobis est calamitas quàm successus. Rex posthac tenacior erit pacis, nec facilè bellum admittet. Optârim tamen hanc mentem illi minoris constitisse. Certè bonitas illius erat perpetuâ felicitate dignissima, nisi quòd hæc quoque felix erit ut spero infelicitas. Gaudeo velut ἀπὸ μηχανῆς θεὸν extitisse, qui furiis quibusdam in exitium bonarum literarum, ac vigoris evangelici perniciem conspiratis, frenos injiciat. Nam *Pharisæis* istis ac *Romanensibus* nulla crudelitas satis esse posset. Mihi semper pacis avidissimo cum tot copiis uni congrediendum. Cum hostibus melioris literaturæ jam olim bellum gero, non incruentum, & hanc ob causam cum Monachis ac Theologis non paucis, qui putant lædi majestatem ipsorum, si quis quid sciat, quod ipsi nesciunt. *Lutherus* aliorum instinctu, qui tamen ab eo dissentiunt de Eucharistia, sic scribit in me, ut nullum amicitiæ locum reliquerit. Pars *Carolstadiana* primùm rumoribus, mox etiam libello *Germanicè* scripto insimulant me, quod cum *Carolstadio* sentiam: id si profitear contra conscientiam meam, hoc profitebor, quod mihi nondum ipse persuasi. Sin minus, & cum hac acie dimicandum erit. Inquisitionis summa apud *Anglos* commissa est *Standicio Franciscano*, tu conjicito cætera. *Lovanii Nicolao Montensi* Theologo, cui junctissimus est *Ecmondanus*, qui nec Pontificis edicto jam bis misso, nec Cæsaris diplomate diligenter scripto cohiberi potest, quo minus jaculetur in me convicia, sed levia, nimirum identidem hæreticum appellans. Nec mitior est excetra *Lutetia*. *Hispaniam* habeo satis propitiam exceptis monachis. *Roma* paganum illud eruditorum sodalitium jam pridem fremit in me, ducibus ut ferunt, *Aleandro* & *Alberto* quodam Principe *Carpensi*. Exhibitus est *Clementi* liber plenus furiarum in me, incerto autore, qui tamen mihi certissimus est, in quo quædam aperit mysteria, non projicienda porcis, ex adorabili *Talmud*. Et quum *Racha* ad eum fermè modum exponat quo ego sequutus *Augustini* & *Chrysostomi* autoritatem, nisi quod ille Nomen esse vult, quod illi vocant Interjectionem, expatiatur in locum communem: in quo dicit demirari se, quum *Germania* tot hominum millia trucidarit ob impietatem, *Erasmum* adhuc vivere, qui sic docuerim *Germaniam*. Ipsos *Lutheranos* nunc in me scribere quanquam impiissimos, quòd meam impietatem ferre non possint, qui *Mariam Jesu* matrem spoliârim suâ virginitate, Filium Dei suâ divinitate, quòd ansus sim sine *Talmud* exponere sacras literas, quòd *Romanum* Pontificem appellarim scortatorem, lenonem, & antichristum. Diceres hominem lymphatum, adeo blaterat quicquid illi dictavit splendida bilis. Ad hæc, exorta est nova secta *Ciceronianorum*, quæ non minus

incruduit

incruduit quàm *Lutheranorum*, vetus quidem, sed per *Longolium* innovata. Tot acies mihi sustinendæ sunt, & uni, & inermi, quum ab aula siculnum ut aiunt sit præsidium. Jam alius quidam nuper in tribus libellis, in quibus pulchrè præstruxit viam Theologicæ tyrannidi, eò deducit rem, ut dicat per baptismum omnes Reges venisse in jus ecclesiæ, & ab ecclesia, hoc est ab Episcopis & Monachis regno submoveri posse, quod tamen in Pontifice quantumvis pestilente fieri nolunt. Eò crevit istorum audacia. Et tamen quoniam utraque pars habet suas furias, magna cautio adhibenda est, nè dum altera coerceatur, alteri frena laxentur ultra quàm oportet. Bene vale. *Basileæ* decimo septimo Calend. Junii, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Roterod. Francisco Molinio S. D.

Epist. 47. EXtimulor quorundam literis, ut aliquo scripto gratuler *Christianissimo* Regi incolumem ad suos reditum. Mihi quidem animus est promptissimus ad Regi tam amanter de me sentienti quacunque occasione gratificandum. Cæterùm nondum satis constat consilii ratio, num expediat hoc argumentum attingere, quod vix tractari poterit, ne ut neminem offendas: deinde subdubito quàm hoc meum officium sit gratum futurum animo regio. Quòd si tua prudentia censet esse suscipiendum, cautus incedam per ignes, suppositos cineri doloso. Sed prius illud à vobis curatum velim ut vel epistolâ de summa rerum edocear. Non enim tutum est quod populi rumusculis jactatur in literas mittere. Si istuc adest *Hilarius Bertulphus*, poteris eum ad me mittere, relaturum ad vos libellum etiam formulis excusum si videbitur. Nam id mihi promptius ac facilius, quam antigraphum parare manu descriptum. Hoc quo fiet maturius, futurum est gratius. Ignoscas, in præsentia non vacabat pluribus tecum agere, cui precor omnem felicitatem. Datum *Basileæ* decimo septimo Calend. Junii. Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Joanni Lotzero S. D.

Epist. 48. NOn est ejusdem hominis pudere simul, & amare. Amor itaque studiorum vir eximie nobis hanc suppeditat audaciam, ut licèt nullâ tibi consuetudine noti, nullis officiis commendati, tamen non dubitaverimus petacibus literis te compellare. Auxit hanc fiduciam tua singularis humanitas, mihi quum à multis, tum præcipuè ab *Hieronymo Frobenio* prædicata. Quid sit rei, paucis aperiam. Habemus varias eruditorum annotationes in *Quintilianum*, & accepimus tibi codicem esse pervetustum, cujus si nobis ad paucos dies voles facere copiam, speramus futurum, ut in autore tam probo studiosi nihil sint desideraturi, & tuus thesaurus incolumis & illibatus ad te redibit cum fœnore. Ad hæc curabitur nè posteritas etiam ignoret, cui hoc beneficii debeat, quemadmodum vides à nobis factum in præfatione castigati nuper *Senecæ*. Habes & *Marcellum* medicum, quem utinam adjungas *Quintiliano*. Prodibit cum tua summa laude, nec ex ullius officina poterit honestiùs quam ex *Frobeniana*. Si quid præterea desiderabis à nobis officii, dabimus operam, ut intelligas tibi rem esse cum [illegible] minimè ingratis. Bene vale [illegible] sime. *Basileæ* postridie Nonas Martii, [illegible] ni Millesimo quingentesimo vigesimo

Erasmus Rot. Joanni Brysgoico [illegible] *Professori* S. D.

PRo singulari humanitate tua fieri [illegible] tui copiam, in quo nonnunquam [illegible] pus & animum studiis curisque fatigatum [illegible] cissim pro mea gratitudine. Facio tibi [illegible] copiam in quo remet oblectes, si quando animum à studiis seriis avocare ad literatiores. Tuo horto sic fruar, ut per me quidem non fiat deterior. Nihil enim aliud quàm pascam. Tu in horto decerpes quæ voles, [illegible] tiore tuo, quod non minus vernat hyberbus quàm æstivis, si quid tamen omnino bonæ aut amœnæ frugis. Suspicabar te habere tionem non habere, multo superiorem. Malueram aliquid mittere scissem quid tibi magis arrideret. Bene meo musæo pridie Nonas Maias. Anno mo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Rot. Guilhelmo Budæo S. D.

MAgnam profectò voluptatem [illegible] runt *Jacobi Tussani* literæ, et gnovi te, quod ego semper ut facere dem aggressum: videlicet in Latinæq; linguæ observationes, tamque diutinâ probatissimorum one collectæ, non dubito quin plurimum allaturæ sint ut tuique literaturæ rim & *Janum Lascarem* istic adesse tamen optârim gratiore compede vos deteneri. Audio jam ad senium esse cum podagra. Emissurus jam vum Testamentum cum annotationibus bus relegendis comperi me locis norificentissimam tui facere mentionem tibi plus deberi laudis, nec ignoro nihil stram lucernulam in tuæ gloriæ Denique non inficiabor aliquid is lucubrationibus ex tui nominis re non est quod mutuum officium scam, optarim tamen ut in tuis præsertim iis quas cum primis méque manibus hominum terendas misceas non tam laudem mei quàm in *Erasmum* animi significationem. sunt qui te parum candidè de nobis centur. Hanc suspicionem penitus velim, non tantum nostrâ causâ, gis publico studiorum nomine, ad da magnopere refert, ut qui huic operam, inter sese mutuâ benevolentiâ tur. Audio *Christianissimum* Regem vere rectioribus studiis, quem si currentem unt, exstimuletis, confido rem felicissimam ram. Crede mihi non alia res magis Academiæ gloriam, quàm quod juventus statâ grammaticâ, rapiatur ad sophisticas disciplinas, quibus armantur ad palæstram sticam. Sunt illæ quidem ad judicandum cibiles, at linguarum cognitio simpliciter

...estatis. Absque dialectices peritia multi rectè ...cunt, citra sermonis cognitionem nemo po... vel intelligere quod audis aut legit. Initio ...dam abunt nonnulli, verùm is tumultus mox ...esceret. Juventutem omnem habemus pro... Seniores qui publicitùs obstrepunt, clam ...ctant hanc accessionem studiorum. Decla... hoc *Hogheestrati* libelli, qui prodeunt indies ...iores, testantur & *Suetio* & *Bedda* scripta. ...in & ipse *Clithoveus* aliquanto politiùs scribit ...to. Neque negligit stili munditiam *Latomus*. ...*ngulus* ante diem nobis ereptus, præclaram o... nem reliquit apud *Italos*, quod fuerit *Ciceroni*... Et tamen neminem ex illis prodire video, ...i verè referat *Ciceronem*, nisi bracteo duntaxat ...tionis, ac verbulis aliquot selectis. Qui mihi ...um *Ciceronis* pectus refert, is verè *Ciceronianus* ...t. Est *Roma* chorus eruditorum, qui vix ferunt ...men *Germanorum* aut *Gallorum*. Habent cory... rum & incitatorem tibi non ignotum, cujus ...imo ut nulla satis est gloria, ita non fert præter ...em laudari quenquam nec deorum nec homi... Hos habeo ob hoc etiam iniquiores, quod ...epistolis ad te meis alicubi scripserim, tibi cer... men esse cum *Hermolaïs* & *Barbaris*, atque adeo ...*linis*. Verùm hos quo minus habemus æquos, ...o arctioribus gratiarum vinculis inter nos jungi ...eret. Bene vale. *Basileæ* X. Calend. April. Anno ...illesimo quingentesimo vigesimo septimo.

A cruciat nostra concordia. Quod sedulò agis *συλλογαιον* inter *Lemm* & me, pro isthoc animo *Christus* tibi referet promissam beatitudinem. At præscribit ille parùm æquas pacis conditiones. Ostendat ille quæ perperam scripserim in ipsum, ego vicissim ostendam quæ ille perperàm scripsit in me. Tum post mutuam palinodiam coeat amicitia. Verùm hoc esset non sarcire gratiam, sed renovare simultatem. Optimum fuerit *μὴ μνησικακεῖν*, B sed illa *Græcorum ἀμνηστία*, prorsus omnium veterum injuriarum abolere memoriam, ac scripto quopiam amico testari positam esse simultatem, & animos *Christianâ* junctos concordiâ, quod factum est inter *Jacobum Fabrum* ac me. Quod mihi cum tot portentis dimicandum est, agnosco feróque fatum meum. Cum summis mihi pulchrè convenit. *Clemens* septimus bis jam misit ducentos florenos, nihil non pollicens. Cæsar nuper ad me scripsit amantissimè cum suo Cancellario. Regum, C Cardinalium, Ducum, Episcoporum literis honorificentissimè scriptis habeo plenà scrinia. A multis veniunt & munera nequaquam vulgaria. A tenebrionibus velut à cimicibus ac pediculis mordeor. Nam his nec Cæsar nec Pontifex potest imponere silentium. Tuti sunt suis tenebris. Sed nihil aliud efficiunt nisi quod traducunt seipsos. Nos rectum clavum tenebimus, usque ad extremum vitæ terminum: de eventu viderit *Christus*, hujus fabulæ choragus. De libello excudendo egi D cum *Frobenio*, respondet se paratissimum, eâ lege quâ excudit *Adagia*. Bene vale patrone magne. *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Roterodamus Jacobo Fabro S. D.

AUdio tibi tnóque *Gerardo Ruffo* datum negotium à Rege *Christianissimo*, ut *Chrysostomi* commentarios in *Acta Apostolorum Latinè* verteretis. At idem opus jampridem apud me est è *Venetia* deportatum, eleganter descriptum. Rursum idem habetur in *Anglia*. Jam annus est quod properam illud vertere. Cæterùm quoniam subolebitabam de fide tituli, sepositi. Nunc quum e- E nem alia quædam *Chrysostomi* versa, adjunxi tres *Homilias* quas ante verteram, quo gustum darem inditis, ex quorum judicio vel absolverem opus vel omitterem. Hoc quum esset jam factum, ex *Erixii* literis cognovi quod modò dixi: quæ si vellent uno mense citiùs, ad te misissem quod verteram, totámque provinciam vobis lubens cessissem; & nunc si libet hoc ipsum quod editum est restrum facio, nè quid hic casus vos remoretur à ...ne cœptis. Præter *Homilias* quas edidi novas, F habeo commentarios *Chrysostomi* in epistolam ad *Romanos*, in utramque ad *Corinthios*, in epistolam ad *Galatas*. Verùm hæc eo minus habitura sunt ...atiæ, quod in *Theophylacto* totus ferè *Chrysostomus* est, exceptis digressionibus. Opto tuæ senecti lætam tranquillitatem. *Ruffo* tuo plurimam ...me salutem dicito. Optimo Præsuli cupio esse ...àm commendatissimus. *Basileæ* nono Calend. ...prilis, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterod. Virgilio Polydoro S. D.

QUò non penetrant linguæ fascinatrices? Quas nos mi *Polydore* non aliâ ratione melius ulciscimur possimus, quàm ut amicitiam quam isti rescissum vellent, vinculis quàm arctissimis astringamus. ...debis *Homilias* tibi dicatas, nunc rursus excusas ...m dignitate quo magis etiam urantur quos

Erasmus Rot. Valentino Furstero suo S. D.

SI præstas eum animum quem tua pollicetur *Epist. 53.* epistola, *Valentine* charissime, & tibi & tuis omnibus consulueris. Memento nullam ætatem E magis idoneam discendis optimis moribus ac disciplinis, per omnem vitam usui futuris, quàm istam quâ nunc flores. Verùm ut est optima, ita scito fugacissimam esse, nec semel elapsam unquam recurrere. Præcipuam studiorum partem impende historiographis & ethicis. Prioris generis sunt *T. Livius*, vitæ *Plutarchi*, *Cornelius Tacitus*: Posterioris, libri *Ciceronis De officiis*, *De amicitia*, *De senectute*, *De Tusculanis quæstionibus*, & *Plutarchi* libri *De moribus*. Ex his enim potissimùm ea prudentia colligitur quæ decet virum in F Republica versantem. Et habet ea lectio non minus voluptatis, quàm utilitatis. Saluta mihi nostrum *Erasmium*, sodalem tuum. Bene vale *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Richardo Sperchefurdo S. D.

EX *Linacri* syntaxi quam dono misisti, curabo *Epist. 54.* ut fiam bene Grammaticus, tu cura ut ex *Chry-* G *sostomo* quem tibi vicissim dono mitto, fias bonus Ecclesiastes, & certemus inter nos mi *Richarde*, uter suo munere dexteriùs utatur, hac lege, ut is plus alteri debeat qui plus fructûs ex accepto munere tulerit. Bene vale in *Christo*, cui me tuis interpellationibus commenda. Datum *Basileæ* nono Calend. Septembris, Anno M. D. XXVII

Erasmus

Erasmus Rot. Roberto Aldrisio S. D.

Epist. 55. SUB quadragesimam demum redditus est nobis tuus *Seneca*. Non erat necesse mittere codicem, poterant omnia describi in schedis. Bibliophylaces collegii Regalis dederunt tibi verba. Habent in minore bibliotheca aliud volumen in membranis descriptum; ut agnoscas, habebat sententias per ordinem literarum digestas, & in medio sententiam eandem districho, sed indoctissimo comprehensam. Inerant & initiales literæ coloribus & auro depictæ. Ex libro *De beata vita* plurimum emendâram. Si vacaret posses ex eo notare quæ dissentiunt, notato per numerum versu editionis *Frobeniana*, & ascriptâ lectione quam habet codex, reliqua per nos fierent. Doleo tibi tantum laboris susceptum non magno fructu. Sciebam codicem qui habebat libros epistolarum nihil habere frugis. Non ausim ampliùs abuti tuâ bonitate, si tamen posses hoc tædium decoquere, faceres mihi rem magnopere gratam, nec penes ingratum hominem collocaris officium, si viam indicaris reponendæ gratiæ. *Thomæ Moro* te commendavi non indiligenter. De quorundam ingratitudine vetus est querela. *Regium est autem audire malè, quum feceris bene.* Posteritas magis agnoscet, quanquam nunc etiam agnoscunt optimi quique, Cæsar, *Ferdinandus*, Pontifex, Card. Reges, Duces, Episcopi, & literis honorificentissimè scriptis, & muneribus opimis. Tenebriones modò quidam oblatrant, nihil profecturi, nisi quod sibi malum accersunt. Res alium habebit exitum quam credunt multi. Sed quicunque erit exitus, nos bonam ac fidelem operam literis & *Christo* navabimus. Bene vale. *Basileæ* nono Calend April. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Roterodamus Joanni Carondileto Archiepiscopo Panormitano S. D.

Epist. 56. REverende Præsul, jam pro tuo erga me studio gratias egi, quas certè debeo maximas. Nunc non ago causam meam quam habeo pro dilecta, sed studiorum causam tibi commendo. *Mechliniæ* Carmelita quidam *Paschasius*, ut ex multorum literis accipio, publicitùs è suggesto debacchatur in linguas ac bonas literas, & nominatim in collegium trilingue, quod instituit *Lovanii* vir omnium seculorum memoriâ dignus *Hieronymus Buslidius*. Agant hoc quod habent in mandatis, pugnent adversus hæreses: at bellum gerere cum his literis, sine quibus omnes reliquæ disciplinæ mutæ sunt, mancæ sunt, cæcæ sunt, plurimum abest ab animo tum Cæsaris tum Pontificis. At *Philippus Melanchthon*, inquiunt, & alii nonnulli *Græcè Hebraicè*que periti faverunt improbatæ factioni. Ista non studiorum est culpa, sed hominum, sed longè plures favent *Luthero* qui neque *Græcè* sciunt neque *Latinè*. Multò plures his literis instructi pugnant cum *Luthero*. Certè *Lovanii* nullus est ex hoc genere non alienissimus à re *Lutherana*. Hæc res fortasse vobis levicula videtur: At periculum est nè, si monachis liceat impunè quicquid libet, res erumpat in majorem tumultum quàm quisquam credat. Per universum terrarum orbem gratiosæ sunt bonæ literæ, quarum utilitatem jam nemo non sentit, habent magnos patronos. Sint [illegible] tenti victoriâ, hoc optimas litera[illegible] volvant. Si submovenda est pro[illegible] quod his instructi quidam fa[illegible] sectæ, eâdem ratione submovenda est [illegible] professio, quòd multi Theologi [illegible] extiterunt & indies existunt hom[illegible] movendus monachismus, quòd [illegible] chi stant à *Luthero*. Ut facillimum [illegible] mum primos istorum impetus re[illegible] si facere non gravaberis, omnis [illegible] res tibi reddes addictissimos. Mitto [illegible] plaria postremarum Cæsaris ad me [illegible] item *Mercurini* Cancellarii & Card. [illegible] quem, inquies, usum? ut intelligas [illegible] meam fidem & studium in negocio [illegible] bari summis ut rinsque status Princ[illegible] tantulum commoveare quorundam [illegible] simis blaterationibus. Et confido fore [illegible] do magis perspicuum fiat qui synce[illegible] sim in hoc rerum tumultu. Serve[illegible] tuam Dominus. *Basileæ* tertio Calend. [illegible] no Millesimo quingentesimo vigesi[illegible]

Erasmus Rot. Stephano Gardinæo S. D.

GRatissimum fuit mi charissime [illegible] hi per literas refricari tui [illegible] opus erat tot indiciis, hærebat [illegible] quam *Lutetiæ* videram, adeò ut [illegible] ribus possim exprimere: Agnosco [illegible] ingenii dexteritatem & in literis & [illegible] bus negotiis obeundis, quàm *Latinis* [illegible] œconomicis. Nec tuæ literæ [illegible] meum animum abs te scriptæ, quàm [illegible] delectabant palatum meum arte [illegible] Gaudeo nobis patronum esse comparatum, magis tibi pariter ac mihi gratulor, quod [illegible] go cum primis te apud illum esse [illegible] Nunc erant onerandi literis qui [illegible] *am*, *Poloniam*, *Hungariam*, *Italiam*, [illegible] *Brabantiam* & *Angliam*, quare paucis [illegible] re oportuit. Quoniam autem vix [illegible] scribere, onerabo te negocio [illegible] *Franciscum* medicum, *Tonisium Burbu[illegible]* ab arenis, cum cæteris qui nobis bene [illegible] vale, & auspicio tui nominis ad æterni [illegible] ronam emerendam enitere. *Basileæ* [illegible] Septembris. Anno Millesimo quingen[illegible] gesimo sexto.

Erasmus Roterod. Alfonso Valdesio S. D.

VEnerunt ad me licèt serò cum [illegible] fareæ majestatis amantissimè scripta [illegible] nus humanitatis habentes, *Mercurio* [illegible] cujus prudenti juxta ac fideli consilio [illegible] obtemperare. Tuum admirabilem [illegible] rem ac studium ornatissime juvenis [illegible] mentis habeo perspectum & explora[illegible] si mihi facultas esset par animo, [illegible] tum officiorum haudquaquam penes [illegible] ingratum collocâsse. Hoc tantum [illegible] scribere licuit. Patronis omnibus pro [illegible] ut agas, te magnopere rogo. Bene [illegible] *Basileæ* pridie Calend. Aprilis. Anno [illegible] quingentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Roterod. Ferico Carondileto S. D.

QUàm vir quàm propenso favore sit in me *R. D. Parmenitanus* frater tuus, ex communium amicorum literis cognovi. Verùm plus mihi valet quorundam dolosa improbitas quàm omnium bonitas. Ex tuis literis amantissimè scriptis, multum accepi solatii. Sed hæc valetudo me reddit inutilem ad hominum convictum, & pudet etiam me quod tuis edibus ægrotatione meâ plus attulerim molestiæ. Calculus versus est in aliud malum, sed immedicabilius. Nota mala quibus feruntur, hoc est eo molestius quod ignorantur. Deinde pistrino typographico sic alligatus sum, ut pedem discedere non liceat. *Frobenius* versus orsus est Novum testamentum. Si quid ista bibliotheca haberet veterum exemplarium, præsertim in evangelicis & apostolicis epistolis, pergratum facies si miseris. Dabitur hoc pacto occasio, celebrandi & tui collegii & tui propriè nominis. Nunc illud quæso fac ut abs te impetrem. Habebam tria vasa vini *Burgundiaci*, ea rebar in hanc hyemem sufficturа, quorum unum unde bibitur tendit ad vapam, alterum dum aperio compositum prorsus in vapam versum. Servabis *Erasmum* tuum, si huc vel pusillum vasculum miseris vini subacidi, non ardentis, sed generosi, veteris tamen. Hoc negotium dedi nostro *Bietricio*, qui meo sumptu curabit huc advehendum. Si quid erit in quo tibi possim tibi gratificari, nihil sum recusaturus. Deus te servet incolumem. Datum *Basileæ* die natalis Virginis matris. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Petro Ægideo S. D.

Juvenis ille qui petiit abs te tuas ad me literas, tristem rem certam nunciavit *Corneliam* tuam in fata concessisse. Non libuit illi credere, quantum libet dolenti rem tam tristem. Si verum est non dubito quin repetituras sis matrimonium, nec dissuadeo, illud tamen te rogo, si modò tantum remittis *Erasmo*, ut in hoc intervallo te serves purum ab omnibus ineptiis adolescentiæ. Novi tuum ingenium, juvenis es fateor. Nondum ista ætas decent ætatem istam, tametsi non admodum abes ab anno quadragesimo, sed cogitet quàm multorum liberorum sis pater, & quos labores postulet ista muneris publici dignitas præsertim, cum ni fallor, Deus te majoribus negotiis destinârit. Hic ego nè quid dissimulem, meam quoque rem ago. Malim mihi dimidium mearum rerum perire quàm talem amicum. Et video quid acciderit. *N.* posteaquàm ex marito procus cœpit, sic immutatus est, ut non credas eundem esse, nec amicitiæ veteris, nec studiorum meminit. De *Hieronymi* libris concinnandis & archiepiscopo *Cantuariensi* transmittendis opinor non fuisse curæ. Neque de linteis quæ mittit *Basilius*, quæque tu mercatus es quicquam huc allatum est, expectamus nunc per fratrem & hæc & *Valentinum* & *Senecam*, & quod supererat ratiunculæ. Qui has reddit est is qui me pinxit, ejus commendatione te non gravabo, quanquam est ingenuus artifex. Si cupiet visere *Quintinum*, nec dubitabit hominem adducere, poteris per famulum commonstrare domum. Hic frigent artes, petit *Angliam* ut corradat aliquot Angelatos, per eum poteris quæ voles scribere. Bene vale. *Basileæ* quarto Calend. Septembris, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Saluta D. Cantorem.

Erasmus Rot. Francisco Asulano S. D.

NIhil jam diu accidit nobis *Francisce* charissime jucundius quàm quod totus *Galenus* ad nos venit, ex tua munificentia. Autor per se gratiosus est, mihi verò peculiari quodam vel sensu vel judicio adamatus: nec omninò falsum est, quod philosophus ille dixit: *Dulcissimam esse rem accipere*: tamen hic mihi plus voluptatis attulit animus in me tuus, etiam num memor veteris amicitiæ, quàm vel donum ipsum, vel autoris gratia. Aut me fallit animi præsagium, aut hæc editio conciliabit tibi non parum & nominis & compendii. Æmulos non est quod vereare, ut si hic qui velit, non est qui possit. Utinam detur occasio referendæ gratiæ, nam reponere malim quàm agere. Interim admitar, ut quicquid è tua prodit officina, quanquam nihil non est gratiosum apud viros eruditos, fiat gratiosius. Felix juventus quæ in hoc seculum incidit. Nam repubescendi votum mihi sit ἀνυπόστατον. Potes & meum nomen istic reddere vendibilius, si lucubrationes meas aliquot pias præsertim, tuâ digneris officinâ. Quales sunt *De ministerio Domini*, *De modo orandi*, *Commentariolus in quatuor Psalmos*, *Paraphrases in Novum testamentum*. Paraphrases tamen te nolim attingere, nisi misero quædam loca castigata. Mittam autem simul atque cognovero tuum animum. Patri, fratri, reliquæque familiæ multum ex me salutem dices. Bene vale. *Basileæ* tertio Nonas Septembris. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Hieroslao Alasco Palatino Syradiensi Polono S. D.

VIr clarissime, *Matrimonium Christianum*, extremam ingenioli nostri fœturam mitto, non fratri tuo, qui cœlibatum amplexus est, sed tibi qui das operam, nè pereat humanum genus: nec tam ob id mitto, quod te doceam quomodo debeas uti matrimonio, nihil enim addubito quin in eo sanctissimè versèris: quàm ut nos admoneas, si quid illic prætermissum est, aut aliter tractatum quam oportuit. Nam tibi fortassis non minus ineptire videbor, qui de matrimonio præcipiam, quàm philosophus ille visus est insanire *Hannibali*, qui de bello disputabat, quum bello nunquam interfuisset. Expectabimus igitur tuum judicium, priusquam adornemus alteram editionem. Diutius tecum fabulari cupientem revocant occupationes. Precor tibi tuisque perpetuam felicitatem Datum *Basileæ* postridie natalis *Mariæ* Virginis. Anno à *Christo* nato Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Christophoro à Schydlovietz regni Poloniæ Cancellario S. D.

NUnc demum mihi mea *Lingua* minus displicere cœpit, posteaquam video tibi tantopere placuisse. Quod quidem si vir omni virtutum & ornamentorum genere absolutus, tantummodò literis

literis testificatus fuisses, erat abundè satisfactum votis meis: nunc non hoc fuit contenta tua singularis humanitas, epistolæ testimonium, munerum insignium testimonio confirmavit. Redditum enim est bonâ fide, horologium aureum, cochleare aureum, & fuscinula aurea; Mihi congruebant lutea, sed hæc erant digna tuo verè aureo ingenio moribúsque candidissimis. Habeo quòd ostentem; nam erunt fortassis, qui causabuntur vulgare jam esse literis efferre quemlibet: at vulgare non est, talia mittere munera, pro quibus vir clarissime, quum ut debeo, maximam habeam gratiam, tamen non minorem habeo, quòd tua autoritas tua nomen nostrum adversùs quorundam malè lingnacium calumnias defenderit. Quo tamen officio non me solùm tibi devinxisti, sed omnes etiam bonarum literarum studiosos. Adversùs has belligerantur, qui malè volunt *Erasmo*. Tuis auspiciis *Lingua* nostra fuit felix, *Frobenius* felicissimè vendidit, quum jam ter excuderit. Et interim à multis aliis fuit excusa. Hoc non fuisset factum, nisi multis placuisset. Bene vale. Datum *Basileæ* postridie Natalis Virginis matris. Anno M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Andreæ Critio Episcopo Plocensi S. D.

Epist. 64. ORnatissime Præsul, quum hic γραμματοφόρος, fortè fortunâ fuisset oblatus, relegi tuam epistolam & prolixam & αὐτόχειρον, non tam ut responderem, quum nihil daretur ocii, quàm ut eam voluptatem quam initio ex earum lectione cœperam, mihi renovarem, simul & in valetudinis, & laborum, & publicæ tempestatis solatium; sunt enim eruditæ, & alacres, & candidæ. Sentias illic Musas omnes conjunctas esse cum Gratiis. In carmine pariter atque in oratione soluta probari nec *Ciceroni* contigit. Tu sic pangis carmen, quasi nihil aliud agas: sic texis orationem liberam, ut quanquam ad historicam sublimitatem assurgis, nihil tamen obstrepat poeticæ licentiæ. Quo verò magis deploras te à literis quibus tibi natus videris, ad Episcopi munus, reíque publicæ functiones pertractum: hoc nos impensiùs gratulamur orbi *Christiano*, cui nulli sunt magis utiles, quàm qui reluctantes à Philosophiæ dulcissimis studiis, ad patriæ consulendum revocantur. Et tamen inter istas quoque negociorum undas, licebit aliquoties aliquid ocii tuis Musis succidere. Ad laudes quas tuus candor largiter nobis tribuit, nihil habeo quod respondeam, nisi me hoc plus debere tuo in me studio, quò minùs agnosco quæ prædicantur. Equidem adnixus sum ut nostra *Batavia* mitesceret commercio bonarum literarum: nec id solùm, verùm multò magis ut bonæ literæ, quas scis hactenus apud *Italos* ferè paganas fuisse, consuescerent de *Christo* loqui. Ea res quanquam mihi peperit gravem invidiam, tamen satis feliciter successerat, nisi hæc tempestas fatalis incidisset, quæ nunc orbem *Christianum* versat agitátque. Ediderat *Diatribam*, quòd intelligerem me non aliâ ratione liberari posse, à tenacissima suspicione quam isti Principum animis infixerant: sed disputavi tantùm. *Lutherus* sic respondit, ut antehac in neminem virulentiùs, & homo suavis post editum librum per literas deierat se in me esse animo candidissimo, ac propemodum postulat, ut ipsi gratias agam, quòd me cum ter tractârit, longè aliter scripturus, fuisset res. Et interim cum tali gladio missum, Theologi quidam, sed pr chi, densatis phalangibus me adorti tam devotis, ut *Luthero* favere coeperi in me fuerit debacchatus. Et ut sera posito geri, simul orti sunt fabulam in *Italia*, in *Anglia*, in *Brabantia*, in *Gallia* rim, in *Polonia*. *Lutetiæ* quatuor libri diti, planè fortes, nè quid dicam gravius, ge possunt cohiberi. Eludunt edicta dunt edicta Regis ac Senatus. Nulla la juris ratio, quod libuit sanctum est intemperias nisi Principum autoritas excitabunt orbi gravius incendium, quam excitavit *Lutherus*. Quòd me ob manie fluctibus isthuc velut in portum lum amanter invitas, ut liceat per pérque leges arenæ gladiatoriæ, in sor novus *Mirmillo*, vereor nè isthic am omnia tam tranquilla, quàm esse causâ optârim. Et tamen optimo Regi næ, quorum in me favorem & ex corum literis cognovi, non minùs teor, quàm si tota benignitate quam sem usus. Interim illud est molestissimum literariam quoque consuetudinem munt, partim terrarum spatia, qui partim labores mei, qui *Miloneum* delassare. Quare te rogo vir optime erga te animum ex his inconditis ris velisiæstimare, cujus declarandi dabitur opportunitas. Interim mihi lem amicum ac patronum, tuásque gnus charissimum nunquam intermo volentiæ, servo reconditas inter ea preciosissima. Dominus *Jesu* am servet incolumem, semperque in lius provehat. Datum *Basileæ* beatæ *Mariæ*. Anno M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Jacobo Pisoni Præpos. Hungaro S. D.

NÆ tu doctissime *Piso* morem antiquum nes candidus in amiculum, nisi appellari mavis. Accepi duas epistolas duobus nomismatibus, aureo *Gratiæ* figiem referente, argenteo *Herculi*. mi tui symbolum, sed epistolis nihil tuit suavius, jucundius, mellitius. ter apud amiculos ac mecum relego, tædium ex animo expuere, quod in bus, tantóque rerum tumultu dum obrepere, præsertim adversâ quid incusem senectam. De tuo in hil dubitabam, etiamsi nihil scribebas, *Piso* nisi *Pisonem* agere. Attamen ceri literis tuis quot quantísque debeam, cui debeo libenter. Objurgat quenter suis literis *Velium*, quòd nuncupare Episcopo *Olmucensi*, & *Plinium* exigit libellum meo *Monte* Edidi nunc *Institutionem Matrimonii*, argumentum ante annum à me Regina *Britanniæ*. Est animus in bus argumentis in totum abstinere.

veniret tam sancto Præsuli dicare profanum mentum. Nactus sum aliquot libros *Chrysostomi Græcos*, ex his versos illi dicabo nonnullos, si *Velim* censuerit. *Irenæum* emisi, sed per *Joannem Fabrum* qui suppeditavit exemplar non licuit alii dicare quàm Episcopo *Tridentino*. Quare monesis *Velim*, ut me doceat quid existimet illi grasissimum, quo simul & ipsi toties me provocanti, & fratris optimi memoriæ satisfaciam, quod ego ertè cupio vehementer. Quòd si tales libellos oni consulet, quales sunt *De modo orandi*, aut *De misericordiis Domini*, deligetur aliquod argumentum quàm minimè invidiosum. Sin *Græce* mavult, dabimus volumen mediocre. Doleo res apud vos esse turbatas, eóque sim brevior. Ad reliquas literarum tuarum partes ubi dabitur certus tabellio, simúlque cognovero ubi terrarum agas, respondebo. *Ursinum* amicum tui simillimum ex me salutabis diligenter. Et fortassis hæ nundinæ *Francfordienses* adferent à vobis aliquid literarum. Bene vale. *Basileæ*, quinto Idus Septembris. Anno M. D. XXVI.

D. ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLARUM LIBER XXII.

Erasmus Rot. Conrado à Dingen Episcopo Wirtzburggen S.

RHetores quoties colorem non inveniunt quo crimen defendant, confugere solent ad statum translativum, ita factum agnoscentes, quoniam negari non potest, ut à sese causam in alium rejiciant. Itidem ego qui & humilis & ignotus ad tantum Principem ultrò scribere non vereor, quoniam impudentiæ crimen aliâ ratione non possum effugere, hujus audaciæ culpam in *Augustinum Marium* rejicere cogor: qui quum istuc adornaret iter, sub tuis signis ecclesiæ Dei militaturus, noluit absque meis literis discedere, mirâ facundiâ mihi depingens ingenii tui naturæque simulachrum, quod nemo pietatis amans non posset non tum amare tum suspicere. Rarum exemplum est hisce temporibus, summa dignitas cum egregia doctrina parique morum integritate conjuncta: sed mihi præcipuè calcar addendum addidit mira quædam morum tuorum comitas. Quo nomine vehementer gratulor etiam ecclesiæ *Christi*, tot rerum undis, tot dissidiorum tumultibus undique fluctuanti. Magnos & eximios nancleros postulat hæc inaudita rerum humanarum tempestas. Videtur hactenus dormisse *Christus*, is ut spero piorum hominum precibus excitatus, imperabit tandem mari & ventis, & post has turbas succedet optata tranquillitas. Olim apostoli vellicârunt Dominum, ut expergisceretur: nunc idem, ut spero, facient hi qui in apostolorum locum successerunt: modò populus ad Domini veritò in nos sævientis misericordiam confugiens, commutatâ in melius vitâ, dignum se præbeat eo quo piorum hominum clamorem exaudiat *Christus*. Hactenus quid monachorum ad plebem clamoribus, quid Theologorum articulis, quid carceribus, libellis, bullis, & incendiis profectum sit nescio. Clamatum est affatim, & clamatur hodie, sed perpaucos video qui clament ad *Christum*. Ad illum si syncero pectore clamaverimus, non aliò respicientes quàm ad illius gloriam, & gregis salutem, protinus expergiscetur, ac mari frementi jubebit, Obtumesce, móxque sequetur magna tranquillitas. Non enim passus est hanc tempestatem exoriri, ut perdat suos, sed ut exploret, ut purget, ut gloriosiùs coronet. Solent prisci lætos rerum eventus ex avium occursu conjicere: mihi verò felix augurium videtur, quòd video locis aliquot Episcopos exoriri, qui pietate morum, qui sacrâ doctrinâ, qui prudenti moderatione lætiora promittunt. Nam à graculorum, picarum & corvorum clamoribus nihil unquam boni ominis mihi promittere potui. Auspicatiss. aves arbitror R.P. *Alfonsum Fonsecam* archiepiscopum *Toletanum* in *Hispaniis*, *Joannem* episcopum *Roffensem* in *Anglia*, *Christophorum* episcopum *Augustanum* in *Germania*, aliósque complures, inter quos tua virtus non infimum promeretur locum. Habebit tua pietas strenuum ac fidelem συνεργὸν, in restituendis ecclesiæ collapsis rebus *Augustinum Marium*, quem tibi non commendo, quum sciam & pro suo merito, & pro tua humanitate tibi esse commendatissimum, quin potiùs opto & spero futurum, ut ego per illum tibi fiam commendatior. Qui si dignaberis hunc homunculum clientulorum tuorum numero ascribere, quod unum possum polliceor, voluntatem ad omne obsequium promptissimam. Amplitudinem tuam reverendam servet *Christus* Opt. Max. *Friburgi Brisgoæ*, festo Pentecostes. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Danieli Stibaro S.

BInas ad te literas dedi juvenis ornatiss. priores te *Lutetia* non offenderunt, in causa fuit grammatophori tarditas; Alteris quas in *Brabantiam* miseram idem accidisse ex *Goclenii* mei literis didici. Demirabar quo consilio *Brabantiam* adires, tam citò relictâ *Galliâ*, sed doleo nostram patriam tibi fuisse parum auspicatam. Vtcunque tamen revaluisse gaudeo. Volebas opinor tibi parare quandam *Ulyssean* prudentiam, *Epist. 2.*

Qui mores hominum multorum novit & urbes,

sed hanc prudentiam, quæ malorum experientiâ comparatur, docti viri miseram appellant. Ex philosophiæ præceptis, ex cosmographia, ex historiis plus veræ sapientiæ tibi parabis uno anno, idque utrò, quàm *Ulysses* annis plus quàm viginti, vix credendis calamitatibus ac periculis agitatus, collegit: quem nisi *Mercurius* herbâ moly præmunisset adversùs *Circes* veneficia, nihil adhuc aliud esset quàm sus. Nusquam deerunt argumenta, in quibus virtutem vel explores vel exerceas, at non expedit accersere pericula. Quum incurrunt, tum oportet præstare virum & fortem & prudentem. Verùm, ut stultus est miles qui prodit in aciem inermis; ita tutum non est, cum malorum procellis congredi, nisi priùs animum sapientiæ decretis diligenter obarmaris. Audio te patriæ redditum, sed ita ut videaris aliò spectare; itaq; nolui literas

prolixiores vento committere, præsertim quum id bis malè cesserit. Nunc quoniam *Augustinus Marius* commigrat ad vos, concionatorem tuæ præstiturus ecclesiæ, tam amicum ac certum nactus hominem, mitto primæ epistolæ exemplar, missurus & posterioris, si liceat nanciscì. Nam hæc demigratio permiscuit universam supellectilem meam chartaceam, cujus scis me esse ditissimum. Ex *Rauracis* facti sumus *Brisgoi*. Mirè abhorrebam à relinquendo nido, cui tot annis assueveram, sed res longè feliciùs cessit quàm expectâram, præsertim quod ad valetudinem attinet. Alioqui ut multum commodorum reliqui *Basileâ* discedens, ita non parum dispendii mihi conciliavit hæc hospitii novitas. Sed pecuniæ jactura recuperabilis est, bona valetudo nullo pretio potest æstimari. Uno nomine sum felix, quòd nihil cuiquam debeo, crediti titulo; & si res defecerit, habeo, præter alios, satis opulentum amicum, inclitum *Ungariæ Bohemiæque* Regem *Ferdinandum*, cujus benignitas mihi nihil non offert. Honorificis literis evocavit me è *Basilea*, nè qua remora profectionem meam impediret. Addidit diploma, per quod liceat per totam ditionem ipsius, & per universam Cæsaream, ire immunem. Hujus urbis magistratui me diligenter & amanter commendavit, qui suâ sponte jampridem omnem detulerat humanitatem. Designavit ædes planè regias, consalutationibus, xeniis, conviviis, cæteróq; officiorum genere prosequuturus, ni literis ad *Glareanum* missis significâssem mihi fore gratius, si à solennibus illis abstinerent. Posterioribus literis significâram tibi de *Carolo Utenhovio*, qui cum *Andrea Zebridovio Venetiam* adiit, venans & ipse prudentiam quandam *Ulyssean*, brevi, ut suspicor, ducturus uxorem. Excuditur volumen epistolarum mearum cum dignitate, cum accessione grandi: hìc curabo ut posteritas quoque nôrit, inter *Erasmum* & *Stibarum* amicitiam haud quaquam vulgarem interceslisse. Bene vale. Datum *Friburgi Brisgoæ* pridie Idus Maias. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Petro Mornæo Abbati S. Sulpitii S.

Epist. 3. QUanquam fateor mihi gratissimas esse literas quæ redduntur à talibus amicis, tamen ex hoc officiorum genere nunquam æstimavi benevolentiam eorum, quorum synceritatem semel habui perspectam & exploratam: qui, si scribunt, jucundiores mihi sunt; si silent, minùs quidem jucundi sunt, minùs chari non sunt. Neque me clam est, quantis negotiis homo juvenis distringaris. Satis scripsit, qui constanter amavit, qui quoties necessitas postulat officium, bene nobis adest. Quod cum *Albano* nostro tam benigniter egeris, exposuit enim rem omnem ordine, vix credas quantum hinc meo in te amori accesserit. Confido futurum, ut experiaris hominem memorem & gratum. Antea cum illo mihi minimum fuit consuetudinis, nunc mihi cœpit esse charior, posteaquam video hominem tuâ benignitate singulari sic ornatum. Invisit nos *Friburgi*, reperit, ut solent novi hospites, satis irrequietum, nec aliud à me petiit, quàm ut tibi pro se gratias agerem. Libellum quem tibi dicavit nondum vidi: Quin & istum animum libenter exosculor, quòd homines honestissimis studiis deditos, favore ac liberalitate tuâ provehis, veluti *Hiero*[illegible] ralibus disciplinis natum ut audio, [illegible] reâ compede feliciter vinctum [illegible] it te virum bonum esse, qui quæ [illegible] in aliis foves & amplecteris; pariè[illegible] lùm hoc nostro seculo, verum & [illegible] claram vivacémq; memoriam. E[illegible] clarat cum *Græcanicis* etiam Musis [illegible] mercium, quod ego majorem in [illegible] Plurimum enim & lucis & dignitatis [illegible] ruditioni tuæ, & ea est ingenii tui [illegible] quamlibet variis studiis sufficere possit, [illegible] intenderis. Verissimum est quod scribis, [illegible] pud *Germanos* nubilum ac tristem esse, [illegible] bi video serenitatem, ac meus est ne [illegible] aliquam tempestatem nobis gignat. [illegible] Consulis *Meltingeri* vicem ex animo doleo, [illegible] de sua republica frequenter optimè [illegible] tamen feliciter elapsum gaudeo. Meus [illegible] nequaquam abhorret à *Gallia*, sed ibi[illegible] non plurimum licet picis & gracculis, ac [illegible] quibusdam, quorum improbitas longè [illegible] dit ecclesiam *Christi*, quàm ulli *Lutherani* [illegible] sibi videntur eam humeris sustinere. Erasmus [illegible] et me vera loqui. *Heroastratos*, *Pauperes* [illegible] cilè contemnerem, nisi jam occupâssent [illegible] & venenum haberent præsentaneum. *Fuscipidis sub labiis eorum, dentes eorum arma & sagittæ, lingua eorum gladius acutus.* Hi vicissim [illegible] que etiam numero sunt & monarchis ipsis formidabiles. Malè audiunt & monarchæ, tamen facilè concedunt aliis ut liceat pro arbitrio [illegible] modò ipsis liceat pro libidine facere. *Fortes mos fulmina montes.* Ad hoc dictum, ut ingenuè fatear, risum non tenui. *Ex musca elephantum* cebant prisci: tu ex lumbrico monstrum [illegible] cada *Apollinem*. Optimo parenti tuo, [illegible] habeo summam, & omnia cum [illegible] quæ mihi precatur. *Gemusæus* mihi [illegible] bus charus est, vel quòd tibi placet, [illegible] pectore se disciplinis honestissimis [illegible] quòd in amando *Erasmo* te patronum [illegible] num præceptorem refert. Dominus te [illegible] columem, omniáq; studia bene fortunet. [illegible] *Friburgi Brisgoæ*, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Petro Tomicio Episcopo Cracoviensi S.

ACcepi celsitudinis tuæ literas, [illegible] Aprilis scriptas, ex quibus intelligo, [illegible] stremas literas meas, nec *Senecam* [illegible] Nunc tamen id factum opinor, nam [illegible] misi, alteri in nundinis *Francofordiensibus* [illegible] *Viennam* isthuc profecturo. Dici vix [illegible] topere me tibi devinxeris istâ singulari [illegible] te, quâ nostro *Antonio* in sua miserabili [illegible] tate constanter adfuisti: reponat tibi [illegible] qui multo cum fœnere pensat omnia [illegible] piorum omnium. Quo magis confido [illegible] istum in me favorem fore perpetuum. Ego [illegible] hominis laudem non postulo, abundè est, [illegible] judicio videor ingratitudinis notam effugisse. [illegible] gnatus tuus sub hyemem proximam [illegible] am, me nec suadente nec dissuadente. Quam [illegible] ille jam per aurigam sarcinulas emiserat, [illegible] quam me consuleret. Tametsi jam diu [illegible] illum aut hoc, aut simile quippiam moliri

ris ad vitam civilitatem non nihil contulerit. & Regem salutavit, & cum eruditis complu- congressus est. Cum hirundine revolavit ad nos, pristinâ mecum usurus consuetudine; verùm quam hìc magni rerum motus viderentur immi- ere, & fortè nactus esset commodum itineris co- mitem, qui eum apud me mensam habuerat com- munem, *Venetiam* proficisci maluit, nec dubito quin eò pervenerit incolumis. Optò ut quod ille maluit, sit illi felicius. Quod per me præstari po- terat, nunquam erat ei defuturum. Nos mense Aprili toti commigravimus *Friburgum Brisgoæ* oppidum ditionis *Ferdinandicæ*, eò tum rerum sta- tus compulit, tum inclyti Regis *Ferdinandi* volun- tas invitavit. Feliciùs cecidit mutâsse nidum, quàm expectâram, & hoc cœlum experior meo corpusculo multò amicius. Et arbitror me hìc a- liquanto tutiùs agere, nisi si qua bellorum procel- la subitò exorta permisceat omnia, quod ego mi- serè metuo: jam rumor est *Tigurinos* esse in ar- mis, & ea pars *Helvetiorum* quæ pristinam religi- onem mutare non vult, dicitur iniisse fœdus cum Rege *Ferdinando*. Quid ais eximie vir? Egóne possim meum in te mutare animum? Tum verò sim homo feris omnibus efferatior. Mutabo, sed in melius, si queam. Opto tuam valetudinem quàm diutissimè incolumem, tum isti regno, tum ecclesiæ *Christianæ*. Datum *Friburgi Brisgoæ*, sexto Idus Jun. Anno millesimo quingentesimo vige- simo nono.

Erasmus Roterodamus Andreæ Critio Episcopo Plocensi S.

ORnatissime Præsul, Autumno proximo duas epistolas ad te dedi, sed eodem ferme argu- mento. Rursus his vernis nundinis scripsi quod nunc opinor perlatum. *Zebridovii* res, ut spero, sat habent, id cognosces ex meis ad episcopum *Cracovien sem* literis. Quid ego audio? Rursus hìc diem obiit *Erasmus*? O novam istorum crudelitatem, qui unum homunculum toties ju- gulant, quum *Christum* non nisi semel *Judæi* neci dederint! At qui posteaquam *Friburgum* commi- gravi, cœpi quodammodo repubescere, tantam experior cœli clementiam, idque præter spem. Istas viperas abs te contemni nihil miror. Nam tua virtus, tuáque dignitas te extra invidiæ tela collocavit, me humi repens animalculum & puli- ces & cimices audent arrodere. Inclytus Rex *Si- gismundus* & eximiis suis virtutibus, & tam obviâ benignitate me totum sic habet sibi devinctum, ut nihil mihi gratius sit futurum, quàm si detur occa- sio illi in re quapiam gratificandi. *Hungaricæ* res me nihil sollicitum habent, magis autem disru- perer, si quam orbis partem viderem à calamita- tibus immunem. In conventu *Spirensi* propo- situm est de pecuniis in *Ferdinandi* Regis subsi- dium colligendis. Sed dictu mirum, quàm sur- das habet aures *Germania*, quoties de dando fit sentio. Verùm interim fit ut dum alienas quisque calamitates spectat ocioſus ac securus, incendium ad omnes pervagetur. Sed bona spes, æterni numinis favorem *Ferdinandi* Regis pi- etati non defuturum. De munere nolim te solli- citum esse. Mihi sat est scire quomodo se res ha- beat. Tua benignitas me ditiorem facere potest, devinctiorem, ac tui amantiorem non potest. Ha- bes epistolam bis ingratam, hoc est, & brevem & inconditam. Inclausa fuit tabellio prorsus incer- tus. Itaq; vix spes est eam ad te venturam. Bene va- le. *Friburgi Brisgoæ*, An. M.D.XXIX. VI. Id. Jun.

Erasmus Rot. Joan. Antonino Medico S. D.

PRo meo singulari in te amore, *Antonine* charis- sime, morbum tuum tuli non solùm acerbè, ve- rumetiam impotenter. Scribebant enim amici malum ejus generis esse, ut mors esset præoptan- da. Quódque minus erat spei, redituram sani- tatem, hoc dolor meus erat inconsolabilior. Quod unum potui, summum illum medicum, cui in pro- clivi est & sepultos in vitam revocare, votis arden- tissimis appellavi, ut in te suam illustraret miseri- cordiam. Complures hic eodem malo misera- biliter diúque discruciati sunt, nonnulli & pe- rierunt. Ex *Frobenii* familia, præter omnem spem aliquot revaluerunt, quum medicorum sta- tio nihil adferret opis. Simili malo correptus est in *Italia Ricardus Pacæus*, vir perpetuâ valetu- dinis prosperitate, atque etiam immortalitate di- gnus. Desperantibus medicis repetiit suam *Bri- tanniam*, ac serò quidem, sed totus revaluit, hoc meo majore gaudio quo magis præter spem. Nec ipse sui prorsus immunis ab hoc malo. subinde cir- ca umbilicum sensi non cruciatum sed molestiam, quæ tamen alvo soluta mitigabatur, atque interim pestilentia nostras ædes undique circumsilit, plà- néque, quod ait *Maro*, *Proximus ardebat Ucalegon*, meáque res agebatur, quum omni ex parte paries arderet proximus; attamen protectore Deo, nul- lus meorum attactus est. Quòd te conclamatum deseruere medici, tibi feliciter cessit. Siquidem ea res effecit, ut, humanis destitutus præsidiis, totum te converteres ad eum, qui solus percutit & sanat, occidit & vivificat. Piè tu quidem calamitatem imputas peccatis tuis. Nullus enim mortalium pu- rus est ab omni crimine. Cæterùm istiusmodi ma- la, non semper Dominus infligit in vindictam sce- lerum, verùm aliquoties talibus modis explorat fi- dem & charitatem suorum, & in hoc objicit exer- cendæ pietatis materiam, ut vel amicos suos coro- net glorioſius, vel aliis edat exemplum, in nullis omnino malis cuiquam esse desperandum, qui plenâ fiducià postulârit auxilium à Domino. Cla- mavit *Jonas* de ventre ceti, & redditus est luci. Tunc proximò est salus à Deo, quum ab humanis suppetiis spei minimum est. Ille servatus, cantico celebravit Dei misericordiam; tu quoque piè co- gitas, dum non vis tacere magnificam in te tui Σω- τῆρος misericordiam. Ille justificatus est in ser- monibus suis, præstitit quod pollicitus est. Nam ip- se loquutus est per *Jobelem* Prophetam, *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit*: loquutus est per os Psalmographi, *Clamabit ad me, & exau- diam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum*. Proinde in te mi *Antonine* cha- rissime, adoramus Domini clementiam eximiam, eique gratias agimus, quòd nobis amicum vitâ chariorem restituerit, atq; adeo quòd in te nos æ- què periclitantes servârit. Reverendi præsulis *Cra- covien.* constantem in te benignitatem sic amamus, ut si me donâsset optimo sacerdotio, leviùs obstrin- xisset, quàm istâ in te pietate. O virum omnibus & publicè & privatim juvandis natum! Domi- nus omnis pietatis remunerator, & illi rependat

digna meritis præmia, & optimæ conjugi tuæ, quam nec morte crudelior morbus potuit à marito divellere, reddat pro toleratis molestiis, copiosum fœnus gaudiorum. Posthac fac fis animo læto vir amicissime, tempestas abiit auxilio numinis, ejusdem benignitate succedet jucunda tranquillitas. Tantum abstine à vehementioribus curis, studióque vel intempestivo, vel immodico, donec valetudo pristinum robur collegerit. Legimus quosdam dolore occupatos, subito objecto gaudio, protinus efflâsse animam. Ab hoc periculo non ita multum aberam, nisi *Joannes Henkellus* pridem literis suis nonnullam salutis tuæ spem ostendisset, mox *Justus* noster scripsisset, te prorsus morbo levatum, sed nondum ad plenum recreatis viribus. Dominus qui te vitæ reddidit, confirmet suâ virtute in omni corporis & animi prosperitate. De nobis omnem sollicitudinem deponas velim *Antonine* charissime. Fervebat quidem *Basileæ* media bruma ingens incendium, vidimus armatas cohortes volitare per vias. Cæterùm nemo mortalium attactus est, nec cujusquam violata domus. Tantum in statuas divorum & imagines sævitum est, usque ad internicionem. *Seremiensis* episcopi literis rescribam, si quid dabitur ocii, quanquam is cui hæc committimus, non aditurus est *Cracoviam*. Te Dominus *Jesus* cum dulcissima conjuge servet incolumem, amice cordi meo charissime. Datum *Friburgi Brisgoæ*, quinto Idus Junias. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Leonardo Rephano S.

Epist.7. Ludovicus Berus præceptor ac patronus meus plurimùm observandus, multa apud me testificatus de propensa animi in me tui benevolentia, salutem mihi tuis verbis annunciavit, jussítque ut tibi tribus verbis vicissim salutem ascriberem. Id equidem feci perquàm lubens, non solùm quòd ille jussit, cui nihil negare nec possum nec debeo; verumetiam tuus iste candor promeretur ut te mutuò diligam, qui prior ad amicitiam provocaris. Huc si veneris, faciam tibi mei copiam, vel ad satietatem usque, tantum abest, ut te gravatè sim admissurus. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoæ* octavo Id. Jun. Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Rot. Christophoro à Schydlovietz S.

Epist. 8. UT eventus non respondeat tuis conatibus, vir egregie, tamen isti piæ voluntati non deerit apud *Christum* sua merces. Ego quid meis literis possim non video, qui tot jam annis cano surdis. Non est meum de monarcharum animis aut jure pronunciare; hunc orbis *Christiani* statum quis non deploret *Christianus*? Quàm fœdum exemplum est duos potentissimos orbis monarchas sic implacabilibus odiis inter se dissidere, ídque tot jam annis, nec hic quicquam valere civitatum consensum, seniorum prudentiam, Abbatum, Episcoporum, Cardinalium, & summi Pontificis autoritatem, præsertim cum habeamus *Clementem*, qui ipso nomine pollicetur pacis studium: alioqui malis Pontificibus nihil minus expedit quàm summos Principes jungi concordiâ, quorum dissidio non solùm Pontifices sunt, verumetiam Reges Regum? Id quum multis jam seculis res ipsa do-

A cuerit, miror à Principibus non intellectum est, miror, illos non veteror, nè sint quorum oculos judicium depravet odium, nec phil dot animus voluptatum quàm Verùm Regibus si sapiant, non que, in privatis hominibus luxum Principe impietas est. Nulla res plus adferre voluptatis, quàm civium emendati mores, legum autoritas. Hæc meditari, hæc tueri, Principum est alèi mores. Et si vacarot, sublimior est qui plebeiis istis ac sordidis volupta tur. An non numinis vice est inter jusmodi tot hominum millia & in mortem nunc? A cujus providen tot urbes, tot regna? Et huic vacat dere aleam, ridere *Moriones*, indulgere ellarum amoribus, & choreas ducere? *nandus* sciens nullam esse fidem eos fortassis abhorret à fœdere, quod ut recusaret, si *Joannes* suâ pristini tentus esset. In conventu *Spirensi* subsidio pecuniæ, quæ bellorum est dictu mirum quàm ea postulatio *manorum* auribus excepta sit, quasi tineat si *Turcæ* occupatâ *Hungaria* sibi struat progrediendi quò velit. magis assueverunt accipere quàm dare, toties delusus hujusmodi titulis, nè credit, quum maximè est opus: pietas omnium favorem promeretur. pertum est Imperatoris nomen, ut cæterorum Principum motus cohibet tionis amplitudo ad nihil aliud prosit li calamitas latiùs se proferat. Si ret inter duces *Lotharingum* & *Bab* spatio circumscriberetur malum dent Cæsar & *Galliarum* Rex, quæ pax eta est? *Flandria* cum adjunctis regio tissimis primùm orba est suo Princ nuit, & hactenus tot annis vexata *Anglis* nec cum *Gallis* vicinis habet cia, magno quidem nostro, sed non *lorum* ac *Britannorum* malo. Jam pra modum graves, sunt omnium bis autem hoc molestiores sunt, quòd fertur in *Germaniam* & *Hispaniam*. ut aiunt agricolæ, depastus grandia stercorat agrum, farcit damnum Jam quid *Italiâ* florentissimâ dolione afflictius? quæ tamen ipsa nulli via. Quid loquar de *Roma*, nationum rentem? *Turcus* occupavit præter xavit *Hungariam* occiso Rege: nu & tot annis litigatur cum *Gallo*. impletur militum gregibus, qui nec cunt, nec hostibus. Horum magna vel *Lutherana* vel *Judaica*. Ego magis indignam cognominibus, quæ nihil dit. Hujusmodi portentis deditur orbis bona civium, nè quid commemorem exitio, déque religionis interitu. Gravem iram justi numinis! & tamen interim mnino mortalem video de commodis vita cogitantem. Avertat autem clemens Dominus, quod tua prudentia, utinam falsa

…num ut *Turcæ* & ſectarum tumultus, & mo- A
…horum tyrannidem, & eorum audaciam, qui
…mi Pontificis nomine faciunt quicquid colli-
…, conſopiat. Nolim tam immitem medicum,
…rſtat nos incidere in manus Dei, quàm in ma-
… hominum. Sed quicquid ferat hæc fatalis
…peſtas, non poteſt ſubverti quiſquis in ſoli-
…petra pedem fixerit. *Dominus eſt, faciat quod*
…*num eſt in oculis ipſius.* Nos enim neſcimus quid
…bis expediat. Lubens recino tuum votum. Uti-
…am ſpiritus Domini repleat orbem terrarum, ac
…incipes *Chriſtiani* nominis in unitatem fidei
…gregaret. Quòd mones ut te redamem, vir
…riſſime, ſim mortalium ingratiſſimus ni id fa-
…iam; imò, ſi velim, non poſſum tuæ benignitatis
…meminiſſe, quòd tuum horologium mihi ſem-
…er eſt in oculis, dimetiens mea ſtudia. Hæc ad
…iſtolam quam tua ſublimitas ſcripſit ex civitate
…*arſchoven.* VIII. Idus Febr. An. M. D. XXIX.
…ere vale. Datum apud *Friburgum Briſgoæ.* V. Id. C
…n. Anno M. D. XXIX.

…*ham Broderico Epiſcopo Pannonio electo, & quondam regni Hungariæ Cancellario, Eraſmus Roterod.* S.

AD tam eruditas, tam amicas honorandi Præ-
…ſulis literas, dubitavi utrùm ſatius eſſet nihil
…nino reſpondere, an paucis reſcribere, quum &
…mmatophorus eſſet incertus, & eſſem occupa- D
…ſſimus. Attamen inhumanum eſt viſum, non ſal-
…m referre ſalutem. Ut magnificas laudes quas
…ihi tribuis non agnoſco, ita candorem tui pecto-
…s non amplector. Te virum eſſe ſingulari pie-
…te doctrináque prædictum vel hinc conjicio, quòd
… R. Præſul *Cracovienſis* inter melioris notæ ami-
…a complectitur. Quare te non ſolùm in amico-
…m catalogum, quod tuæ modeſtiæ ſatis eſſe vi-
…o, ſed in patronorum album cupidiſſimè tran-
…ribam. Hujus famæ jampridem me pœnitet, E
…id de me ſit judicatura poſteritas, viderint ſu-
…ri. Theologorum vulgus Scripturam univerſam
… ſcholaſtica quædam dogmata velut ad gnomo-
…s examinat, minimum tribuit priſcis Eccleſiæ
…octoribus. Nunc diſcimus *Chriſtum* in negotio
… Patre delegato, debuiſſe matri obedientiam.
…íque nunc in cœlis cum Patre regnanti, matrem
…o ſua autoritate poſſe imperare, juxta illud,
…*Monſtra te eſſe matrem.* Diſcimus regnum cœlo-
…m deberi noſtris operibus' etiam de condigno.
…iſcimus continentiam eſſe rem facillimam, mo- F
…o velit homo. Diſcimus ingens eſſe periculum
…cleſiæ, ſi in concionibus ſacris pro virgine ma-
…e imploretur *Chriſtus* aut Spiritus ſanctus. Diſci-
…us *Chriſti* mortem deplorandam, ut deploramus
…ortem cujuſvis hominis. Aliáque permulta. U-
…nam Dominus mittat nobis alterum *Eſdram*,
…i Templum & *Hieroſolymam* reſtituat. Hoc tan-
…m in præſentia licuit. Bene vale. Datum *Fri-*
…*rgi Briſgoæ*, An. M. D. XXIX. V. Idus Junias. G

Eraſmus Roterodamus Iodoco Juſto Sigiſmundi Regis à Secretis S. D.

HIc nuncius adeò parum erat certus, ut conſul-
…tius fuerit nihil omninò per illum ſcribere.
Auguſtinus abſolutus eſt ſat feliciter, exiturus
…ercatu proximo. Videò tibi pietatem ſerio A cordi eſſe, quo nomine mihi chariſſimus es, tuóque reſpondes nomini. Quæ *Lutherus* deſtomachatur in noſtros, veriora ſunt quàm vellem. De libero arbitrio, de bonis operibus, ac meritis, déque ſimilibus, Themata ſunt quæ cum fructu pietatis diſputari poſſent inter eruditos, ſi abſit pervicacia veritatis inimica, & odium excæcans omne judicium. Et quæ *Lutherus* urget, ſi moderatè tractentur, meâ ſententiâ, propiùs accedunt ad B vigorem evangelicum. Quòd in imagines odioſè ſævitum eſt, minimum faciebat ad pietatem, ad ſeditionem plurimum. Nec video cur miſſa debuerit in totum abrogari, etiamſi verum doceret *Oecolampadius*. Nam nec corpus nec anima *Chriſti* adoratur latriâ, quæ vocatur, divinitas autem illius, quæ adoratur, nuſquam non adeſt. Verùm hic, inquiunt, labitur vulgus. Nihil eſt facilius quàm docere populum, nullum omnino creatum adorandum eſſe latriâ. Alioqui nemo certus eſt C hoſtiam eſſe ritè conſecratam, niſi ſolus ſacrificus. Sed tacita perpetuáque adorantis conditio liberat illum à periculo idolatriæ. Niſi me moveret tantus Eccleſiæ conſenſus, poſſim in *Oecolampadi* ſententiam pedibus diſcedere, nunc in eo perſiſto, quod mihi tradidit Scripturarum interpres Eccleſia. Alioqui nullum reperio locum in Scripturis divinis, unde certò conſtet, Apoſtolos conſecrâſſe panem & vinum, in carnem & D ſanguinem Domini. Quod idem tu facis vehementer approbo: & ſaluti tuæ conſulis. Tantum licuit in præſentia: Aliàs copioſiùs. Bene vale amicorum optime. *Friburgi Briſgoæ*, ſexto Idus Junias. Anno M. D. XXIX.

Eraſmus Rot. Franciſco Medico S.

QUod ſacerdos eſt animis noſtris, hoc medi- *Epiſt.* 11.
cus eſt corpuſculis. Celare ſuum malum non debet, qui remedium expectat. Nec dubito quin E tua prudentia ſoleat eam ſilentii fidem præſtare, quam *Hippocrates* magnà religione exigit ab ejus artis profeſſoribus. Jam annis aliquot me crudeliter tractavit calculus renum, nec erat parturiendi, pariendi, concipiendi finis, ut mirer hoc corpuſculum tot cruciatibus ſuffeciſſe. Cruciatus frequenter extorquebat vomitum: poſtea ſtomachus ſedecim totos dies, nullum omninò cibum recipiebat, præter ſorbitiunculas. Et indies ingraveſcebat malum, tandem adeò exacerbatum, F ut deſponderem animum, tam acerbi fuerunt nixus. Deinde mutato vino, quod tenue quidem, ſed levius, quàm hæc ſunt vernacula, ad hæc dilutum aqua ex glycyrrhiza cocta, bibere cœperam, ídque modicè, menſes aliquot eo cruciatu carui. Tandem in ſumma glande ſentiebam quiddam quale ſolemus pueri, perflati vento, vulgò frigidam urinam appellant. Id ſuſpicabar accidiſſe, quod diutius poſt ſolis occaſum confabulatus eſſem ſub dio. Ungebam oleo camamillarum ventrem ſubter umbilicũ. Nam id ſolet eſſe remedio. G Nec præterea mali quicquam ſentiebam. Tandem hilariter cœnatus cum amicis, extra ordinem bibi dimidiatum cyathum vini *Burgundiaci*, dilutum aquâ quâ dixi. Id erat pendulum, quod poſtea compertum eſt. A primo ſomno, reddidi lotium miro impetu, viſiſq; vehementer dilatatis, non ſine cruciatu: cujus tamen ſenſus non erat in ilibus, ubi ſolet eſſe graviſſimus, ſed in veſica & virgæ muſculis.

Sensi magnam vim calculorum ruderum ac materiæ cum lotio erumpere, non sine ruptura meatuum. Id factum est eâ nocte plus decies, nullo tamen stomachi dolore. Eam urinam non servavi, quod doleo, matutinam servavi, lacti similem admixtis calculorum fragmentis. Materia erat gypsacea. Interea sensus erat molestissimus in vesica. Accivi medicum, unum post alterum, ac tertium, quales hic quidem habemus. Ambigebant. Metuebam nè ea materia concresceret in vesica. Nam dolor aliquot dies durabat. Tandem cœpit mitescere, non ut discederet, sed ut esset tolerabilis. Itaque dimissis medicis, ad victus moderationem confugi, bibens vina *Burgundiaca*, sed parcè & vetera, quorum senium tempero multo saccaro & glycyrrhizâ decoctâ. Interea stomachus meliùs habet, atque item cerebrum, quod crebri vomitus vehementer fatigabant. Lotium autem huc usque manet veluti gypso turbidum, non sine calculis, sed qui non discruciant ut solent. Hanc perpetuam molestiam malo, quàm illos cruciatus intermissos, sed intolerabiles; nisi enim se mutâsset morbi genus, jampridem sepultus esset *Erasmus*. Aliàs est levior, aliàs gravior molestia: tempore nebuloso pejus habeo, nec licet à moderatione victus recedere, quin ilicò dem pœnas: assuevi crebro reddere lotium, metuens nè concrescat in vesica. Somnus primus est justus ac placidus, secundus interruptus, & frequenter insomniis irrequietus, quanquam non molestus. Non est gonorrhea, nec fluxus cerebri, nec medulla spinæ: hæc enim debilitarent, quum nunc sim vegetior. Originem morbi divino: jam annis pluſquam viginti consuevi stans scribere: nec unquam ferè sedere, nisi vel prandens, vel cœnans, vel à prandio dormitans, quod interdum soleo, præsertim lassus negotiis. At interdum urgebant præla, maximè epistolæ, quas cogor innumeras scribere, ut statim à prandio fuerit accurrendum ad scribendum. Nam à cœna cogor ab intensione cessare: aut fabulor sine contentione, aut inambulans audio famulum aliquid prælegentem, quod mihi sit usui futurum. Quodam autem tempore quum essem occupatissimus, venit nuncius à quodam amico qui de vita periclitabatur. Ad huic opitulandum scripsi plurima, non habitâ ratione valetudinis, quod & antè sæpenumerò feceram. Rursus idem paucis pòst diebus misit alium nuncium. Huic quoque dum cupio gratificari, malum hoc obortum est quod exposui. Quoniam qui stans scribit, fieri non potest, quin stomacho sit aliquantulum inflexo, suspicor stomachum cibum semicoctum cœpisse dejicere, spiritibus aliò vocatis, itaque fieri, ut calculus non concrescat in magnitudinem. Fortassis natura rupit & vias aliquas, quo facilior sit transitus, sic habet morbus, quorsum evasurus novit Dominus. Vereor nè si accedat agitatio, aut aliud simile, vertatur in excoriationem vesicæ, quo malo nihil esse potest cruciabilius. Hoc cruciatu periisse narrant *Thomam Linacrum*. Habes rem omnem. Si quid habet tua ars quo malum hoc mitigari queat, nam tolli posse non arbitror, humanitate tuâ dignum facies, si communicâris. Nam quod ultrò miseris remedium, agnosco veterem tuam in me pietatem, quam hoc magis exosculor, quod nè levi quidem officio unquam te demeruerim, & utinam esset aliquid in quo declarare possim, & animum agnoscentem tua beneficia, & reponendæ gratiæ cupidum. Vale.

Erasmus Roterodamus Francisco Conchæ Eboracensis Medico S.

FRequenter & admirari & dolere solet ut *Britannia* tot jam annis [illegible] tiâ vexetur, præsertim sudore luali, [illegible] penè videtur habere peculiare. [illegible] tem à diutina pestilentia liberatam, [illegible] losophi mutatis ædificiis. Aut me fallit aut simili ratione liberari possit [illegible] quam cœli partem spectent fenestræ [illegible] habent pensi: deinde sic ferè [illegible] conclavia, ut nequaquam fint perflabilia, primis admonet *Galenus*. Tum [illegible] partem habent vitreis tessellis pel [illegible] admittunt lumen, ut ventos excludat, [illegible] per rimulas admittunt aurem illam colorem quanto pestilentiorem, ibi diu quiescunt. [illegible] sola ferè strata sunt argilla, tum scirpis [illegible] bus, qui subinde sic renovantur, ut [illegible] maneat aliquoties annos viginti, sub [illegible] sputa, vomitus, mictum canum & hominum jectam cervisiam, & piscium reliquias, [illegible] sordes non nominandas. Hinc [illegible] por quidam exhalatur, meâ sententiâ [illegible] lubris humano corpori. Adde quod [illegible] solum undique circumfusa est mari, [illegible] multis in locis palustris est, salsisque [illegible] intersecta, nè quid dicam interim [illegible] tis, quibus vulgus mirum in modum [illegible] Considerem insulam fore multo [illegible] scirporum usus tolleretur, tum si [illegible] cubicula, ut duobus aut tribus [illegible] cœloj, fenestris omnibus vitreis [illegible] toto possint aperiri, totæ claudi, & [illegible] non pateat per hiantes rimas [illegible] Siquidem ut aliquando salutiferum est [illegible] cælum, ita nonnunquam salutiferum [illegible] re. Ridet vulgus si quis offendatur [illegible] Ego & ante annos triginta, si fuissem [illegible] cubiculum in quo mensibus aliquot [illegible] tus esset, ilicò incipiebam febricitare. [illegible] huc, si vulgo parcior victus perfundi [illegible] salsamentorum moderatior usus. Tum si [illegible] cura demandaretur ædilibus, ut vix [illegible] sent à cœno mictúque. Curarentur & [illegible] vitati vicina sint. Scio ridebis ocium [illegible] his de rebus sollicitus sim. Faveo [illegible] mihi tam diu præbuit hospitium: [illegible] bens finirem quod superest ævi, si [illegible] dubitò, quin tu hæc pro tua prudentia [illegible] ris, libuit tamen admonere, ut si mea [illegible] cum tuo consentit, hæc viris Principum [illegible] deas. Hæc enim olim regum cura [illegible] Scripsissem perlibenter Reverend. D. [illegible] nec ocium erat, nec argumentum, nec [illegible] quibus ille negotiis distringatur. Bene [illegible] humanissime, cui debeo plurimum.

Raphael Card. S. Georgii Erasmo Ro.

CLarissime vir, amice singularis [illegible] præcipuè tuis in literis exosculati [illegible] scam quandam planèque *Romanam* [illegible] diam, sed eam nobis jampridem [illegible] spectatam

...Atque, abundè quidem ex suis eruditissimis
...colloquiis, sed multò uberiùs ex præclaris ingenii
...monumentis, quæ abs te & *Græcè Latinè*que
...scripta, & prosâ pariter atque carmine perpo-
...sita in lucem prodierunt: quæ ut nomen eorum
...illorum æternæ memoriæ consecrabunt, ita
...*Germaniæ* multis rebus per se claræ, non parum
...decoris adjunget alumnus *Erasmus*. Alterum
...haud minus gratum fuit, quàm est novum. Signi-
...ficas enim te consultare de repetenda Urbe, quod
...ego vehementius optamus, hoc minus audemus
...tibi polliceri, nè nos ipsos conjiciamus in fal-
...sum gaudium. Utinam quod deliberas, semel
...facias. Vereor enim ut sunt volubiles homi-
...num cogitationes, variæque rerum ac temporum
...occasiones, nè quæ res aliò deflectat animum tu-
...um, nec ad diem abs te præscriptum nos invisas.
...Tamen quemadmodum inviti te dimisimus, nec a-
...lio nomine potuisti commeatum à nostris affecti-
...bus impetrare, nisi quòd dicebas te Serenissimi
...Regis, Archiepiscopi *Cantuariensis, Guilhelmi Mont.* crebris literis invitatum in *Britanniam*, ita non
...audemus te à tam eximiis Mœcenatibus improbis
...precatibus avellere. Arbitror animum meum ti-
...bi non ignotum esse. Hoc tantùm admonemus
...prudentiam tuam, præsentem hujus urbis occasio-
...nem non esse negligendam, sive quæris emolu-
...mentum, sive dignitatem spectas, quorum neu-
...trum censeo tibi contemnendum: Siquidem & imminenti senectuti maturè procurandum est vi-
...ctum, & dignitas te ab invidiâ, quæ semper e-
...gregiæ laudis comes esse solet, morsibus vindica-
...bit. Quicunque literis pollent, ad urbem hanc,
...velut ad theatrum convolant undique, ubi non
...nisi summis viris, id est, tui similibus, amplissi-
...ma virtutis præmia parata sunt, verumetiam vul-
...garis notæ hominibus, non deest suus honos, quo
...provocentur ad altiorem gradum. Quid quod
...*Roma* te suo jure veluti suum reposcit, & quan-
...tum hoc habet cum multis urbibus commune,
...quemadmodum *Homerum* septem urbes sibi cer-
...tatim vendicabant, tamen hæc urbs in hoc certa-
...mine, nullius studio cessura videtur. Aliis alia
...patria est, *Roma* communis literatorum omnium
...& patria est, & altrix, & evectrix. Contristâsti
...nos discessu tuo, utinam reditu lætifices. Quòd
...genium *Hieronymum* emaculatum in lucem revo-
...casti, ad me nonnihil videtur attinere, qui sacer-
...dotium cum illo commune in *Romana* Ecclesia
...habuimus. Næ tu præclarum illi monumentum e-
...xisti, tui quoque nominis æternam memoriam
...servaturum. Proinde curabitur, ut quamprimùm
...illum nobis denuò comparemus, quo videlicet in
...conversantes, & sermonis elegantiâ delectemur, & liberrimis præceptis ad pietatem instruamur,
...quod utinam aliquando liceat tecum, qui mihi
...quum hic ageres, ad dicendi facultatem tantum
...lucis, quantum antehàc ab alio nemine
...hic ostensum. Bene vale, die XVIII. Julii,
...Anno Domini M. D. XV.

A

B

C

D

E

F

G

Erasmus Rot. Hieronymo Viromando S.

EPistola tua, *Viromande* charissime, mihi longè fuit gratissima, quippe quæ nihil haberet non amicum ac festivum. Hoc ipso statim nomine mihi jucundus esse cœpisti, quòd te *Hieronymi Busleidæ* profiteris alumnum. Deinde non vulgariter me delectavit ipsa literarum elegantia, simitas & argutia, sed multò magis amicus animus, quem in illis spirantem sensi. Sed multò jucundissimum fuit, quod ex his intelligo clarissimum juvenem, in quo *Maximiliani Cæsaris* erga studia favor ac liberalitas quodammodo superstes est, ad *Britannos* dioecesim esse designatum, præsertim quum ea sit in nos animo, quo tu mihi persuades esse. Qualis patronus utinam hic alicubi vicinus esset. Nam hinc jampridem cogito, quanquam hæc valetudo manere non suadet modò, verumetiam cogit propemodum. Hactenus hic fui utrique civium statui gratissimus, nunc sentio me quibusdam ad novas res nimiùm spectantibus obolere. Sed terret me primùm itineris longitudo, deinde locus nimiùm alpestris, quæ porrò vina gignat nescio. Nam mihi cum acribus illis villis ob calculum pessimè convenit, *Burgundiacis* uror, illisque subrubris. Scripsi reverendo Præsuli, sed aliquantò serius. Tot enim labores, tot tragœdiæ intercederunt, ut ipse mihi penè exciderim. Cupio te quàm optimè valere. Datum *Basileæ*, postridie Purificationis, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Joanni Valdesio S.

ORnatissime juvenis, tantum officiorum in me contulit & confert germanus tuus *Alfonsus Valdesius*, ut amare debeam quicquid quocunque modo ad illum pertinet. Tu verò, ut audio, sic illum refers & corporis specie, & ingenii dexteritate, ut non duo gemelli, sed idem prorsus homo videri possitis. Itaque æquissimum arbitror; ut ambos pari prosequar amore. Audio te deditum liberalibus disciplinis, ut istum indolem virtuti natam omni genere ornamentorum expolias, ad quod sanè quid attinet hortari te, quum tuâ sponte curras in hoc pulcherrimo stadio? Gratulari magis convenit & applaudere. Illud habeto pro certo, me nullius magis esse quàm germani tui, nec minùs esse tuum quàm illius. Bene vale. *Basileæ*, Calend. Martii, Anno M. D. XXVIII. *Epist.* 15.

Serenissimo Poloniæ Regi Sigismundo, ejus nominis primo, Erasmus Rot. S. D.

UT calamum in manus sumpsi, *Sigismunde* Rex, hujus ætatis Principum insigne decus, multa protinus occurrebant, quæ deterrerent à scribendo. Inprimis enim parum mei pudoris, videbatur, si tantillus homuncio, tantum heroa, si ignotus, si ultrò, si nullo penè argumento compellarem. Et ut ex veterum annalibus tradit *Plinius*, *Tullo Hostilio* malè cessisse, quòd *Jovem* evocâsset; ita non semper tutum fuit appellâsse summos orbis Monarchas, quos oportet adire, non solùm in tempore, verumetiam religiosè. Ad hæc vix pium videbatur, Principem, tot, tam gravibus reipublicæ negotiis, sed inprimis sarciendæ regum concordiæ intentum, literis non necessariis appellare. Verùm has omnes remoras facilè discussit, vel insignis ista naturæ tuæ bonitas, qua, meo quidem animo, non minor es, quàm ipsâ regni magnitudine: vel ardor quidam in te meus, ac singularis quædam virtutum tuarum admiratio, quam non solùm ex famæ clarissima buccina, verumetiam ex ornatissimi viri, *Joannis à Lasko*, tum colloquio, tum literis concepi; Nunquam enim, *Epist.* 16.

enim, dum hic ageret, illi *Sigismundus* Rex non erat in ore, nec aliud crepant illius ad nos epistolæ, quàm *Sigismundi* laudes: vel harum denique orbis tempestatum tædium, & ingens tranquillitatis desiderium, quod nos tam lentâ spe discruciat, nimium expertos non esse vanam fabulam, quâ *Homerus* depinxit *Aten*, & pedibus, & oculis celerem, *Lites* contrà luscioſas & claudas. Lubens & alacer *Simeon* ille senex emigrabat è vita, posteaquam vidisset *Christum Domini*. Videor & ipse mihi æquiore animo relicturus hunc mundum, si Dei benignitate, Principúmque consiliis, publicus hic rerum tumultus sedaretur. Ad hoc negotium tam pium, támque divinum, quoniam audio majestatem tuam summâ prudentiâ, paríque studio conniti, tanto vehementiùs instigavit animus, ut auderem, currentem, quod aiunt, incitare, quanquam tua pietas, divinitùs, ut opinor, afflata, non eget ullis hominum stimulis. Solet autem Deus plerunque in rebus deploratis, velut ex machina, subitò proferre quempiam singulari virtute præditum, qui res undique turbatas reducat in tranquillitatem. Sic *Romanis* eò redactis, ut auro salutem redimerent, repentè exortus est *Camillus*. Rursus eorundem rebus ad extremam desperationem spectantibus, extitit *Scipio Africanus*. Sic *Hebræis* intolerabili diutináque servitute pressis apud *Ægyptios*, productus est *Moses*. Sic periclitanti *Susannæ*, præter omnium expectationem extitit *Daniel*, innocentiæ vindex, ac malitioſi facinoris coargutor. Atque utinam mea vota rata faxit Deus Opt. Max. Utinam hanc bonam spem velit non esse vanam. Titillat enim animum meum nescio quid læti ominis, Deum tandem, irâ versâ in misericordiam, te designâsse, Rex sanctissime, qui tantas rerum undas, tuâ pietate, tuâ prudentiâ, tuâ autoritate componas. Hanc spem auget nobis, quòd in alio nemine perspicimus tot dotes, ad tantum negotium conficiendum necessarias. Nam ut omittam regni vires, nè commemorem tot res arduas, velut aspirante Deo, felicissimè gestas, quibus nuper accessit inclyta de *Schythis* victoria: Tria potissimùm requiri videntur in eo, qui tantos rerum humanarum motus sit compositurus; pietas, excelsus animus, & prudentia. Pietatis nomen duo complectitur, amorem patriæ, & studium religionis. In utroque genere, summa tua laus eluxit. Siquidem in regni tui commodis procurandis, servandis, augendis, ornandis, & constabiliendis, tantâ vigilantiâ, studio, curáque semper es usus, ut præter ætatis rationem, nullum unquam laborem defugeris, qui vel juvenem deterrere potuisset. Olim optimè de republica meritis, deferebatur hic titulus, *Pater patriæ*: & habebat is titulus aliquid Regis aut Imperatoris nomine magnificentius. Hujus inscriptionis honorem, tua majestas, multis nominibus promeretur, ac possidet multò glorioſius impressum mentibus hominum, quàm si columnis aut statuis esset expressus. Porrò non minorem tibi curam esse *Christianæ* Religionis, declarat totius vitæ tuæ integritas. Ad hæc templa divorum ingenti munificentia structâ, locupletata, ornatáque. Postremò *Prussia*, quoniam hæresi corrumpi cœperat, in potestatem accepta, ac emendata. Tali animo non possunt non vehementer displicere, hæc Principum tanta dissidia. Qui si tantum in se conflictarentur, esset tamen bellum, non [illegible] planè parricidiale. *Plato* civile bellum [illegible] quod *Graci* gerunt adversùs *Græcos*. [illegible] nus *Christiano* propiùs junctus est, [illegible] quàm frater fratri. Nunc hæc Mo[illegible] ter ipsos conflictatio *Turcæ* viam [illegible] mum *Rhodum*, nuper etiam *Hungariam* [illegible] Fuítque nimium felix crudelitas, [illegible] nos penetratura, nisi concordiâ [illegible] bus obstiterimus. Quem *Christiani* [illegible] minem non ista discrucient? Verùm in [illegible] trocinis est, quod, dum Principes inter [illegible] tumultuantur, funditùs perit Religio [illegible] laxatis etiam rerum compagibus, confi[illegible] lici status ordine, ut qui parere debebant, [illegible] lent imperare majoribus. Nec hic [illegible] crimen est. Vtraque pars, ut habet [illegible] aspernanda, ita mixti sunt etiam illis, [illegible] clesiæ vexillis militare videntur, quos [illegible] ctoriam *Christo* debitam ad se rapturos, [illegible] morum Principum autoritas, & illorum [illegible] tumultus coerceat, & rapinam prohibeat. [illegible] poterit, ut ex hoc amaro pharmaco, quo [illegible] tur mundus, aliquid bonæ sanitatis [illegible] ac victoria cedat non hominibus, [illegible] Principi *Christo*, cui debetur omnis [illegible] fortassis ideo passus est has rerum [illegible] procellas incidere, ut quosdam [illegible] ritatis abundantia, velut ebrios, ad [illegible] mentis sobrietatem expergefaceret. [illegible] dicitur & *Cæsar Carolus*, ut ex literis [illegible] sunt illi proximi, cognovi. His de rebus [illegible] teris committere, nec satis tutum [illegible] necesse. Quandoquidem singularis [illegible] novit quid significem. Hactenus de [illegible] mi verò celsitudo non tam elucet in [illegible] rendis bellis, aut proferendis regni [illegible] in his contemnendis, quæ nemo [illegible] verè sublimi sit animo. Quisque [illegible] quod potest negligere, quoties id [illegible] reipub. Quem ira aut vindictæ [illegible] lum urget, is inferior est affectu [illegible] bitio prolicit ad pugnam, inferior est [illegible] bit. Cæterùm qui publicam utilitatem [illegible] his rebus omnibus, is demum verè [illegible] sóque est animo. In necessariis belli, [illegible] cum *Valachis*, *Tartaris*, *Moschis*, *Prussis* [illegible] minùs feliciter quàm fortiter gessisti, [illegible] am animi celsitudinem declarásti: sed [illegible] limioris animi sunt argumenta, quòd [illegible] *schis* toties debellatis, inducias habere, [illegible] mis regionem opulentissimam in dit[illegible] redigere maluisti, quum id esset [illegible] quúmque huc procerum cohortatio [illegible] quódque quoniam odio schismatici [illegible] cem nonnulli negarent coire posse. [illegible] sis induciarum facere prorogationem. [illegible] fert, quam in partem vulgus hoc tuum [illegible] terpretetur. Prior est apud te publica [illegible] quillitas, & *Christiani* sanguinis [illegible] quàm vel armis paranda tantæ ditionis [illegible] vel vulgi de te existimatio. Nam, [illegible] dixit ille, *Verè regium est*, hoc est, [illegible] jusdam animi, *malè audire, quum bene [illegible]* recusásti cum *Turcis* inducias suscipere, [illegible] etiam cum *Scythis* fœdus initurus, nisi [illegible] ùs quàm homines, non desinerent [illegible] cursionibus vexare ditionem tuam: [illegible]

& intractabilem immanitatem, à tuorum
is ac cervicibus depellere, pietas est verius
bellum: & si bellum est, ejus est generis, ut
vitari nullo modo potest, non absque
scelere prætermitteretur. Ad hæc quam
cies adversus *Prussos* bellanti, feliciter ce-
Martis alea, tamen amore pacis, maluisti
Duci nonnullam ejus provinciæ portio-
concedere, quam totam armis, quod tibi fa-
cillimum erat, tuo subjugare imperio. Ejusdem
tudinis erat & illud, quum *Germaniæ* Princi-
decem millia peditum, duo equitum millia
sent Duci suppetias adversus *Polonos*, non pas-
es tuos, longè numero superiores (erant e-
equitum sexaginta millia) cum paucioribus
pugnandi, tantum ostingentis tuorum hoc nego-
dum, ut qui proficiscerentur *Germani* mili-
commeatum aut præriperent, aut intercipe-
Ita factum est, ut & illi fame moniti, do-
se reciperent, & tua clementia sanguinis
num jacturam vitarit. Quid ego nunc com-
morem, quod post *Christiernum* Regem ditio-
pulum, ultro delata *Norvegiæ Sueciæque* regna
fluarer recusâsti, ne tui, hac occasione, belli
riam accerseres? Non sunt vetera quæ nar-
, sed illud recentius, quod nuper extincto *Boleslao Hungariæque* Rege, qui tibi fuit ex fratre ne-
, cum ad te successio propinquitatis ex
jure
rinere videretur, adeò non ambisti, ut missis
ra oribus, admoneris illos, cum sibi regem
iscerent, quem hæc regioni maximè profuturum
judicarent, te tuâ sorte contentum esse. Nec
ic contentus, simul ut intellexeras res inter *Ferdinandum* & *Joannem*, qui regni titulum usurpârat,
amma spectare, misso Cancellario tuo, spectatæ
ac magnifico *Christophoro à Schydlowietz*, ex-
llano & capitaneo *Cracoviensi*, quem virum ha-
anum omnium & prudentissimum & integer-
num, effeciisti nè priùs bellum susciperetur,
am omnibus tentatis, quæ bellum possent ex-
dere. Hæc arguunt animum vetè sublimem, &
nibus mortalium rebus excelsiorem. Quan-
am ex iisdem jam arbitror perspici singularem
ndam tuam prudentiam, quam in te, tum æ-
, tum plurimarum rerum usus absolvit. *Dulce*
idem *bellum inexpertis*, sed ille per tenebras ac
ecul cernit, qui pacem iniquam anteponit æquo
llo. Quòd si Principes tuum exemplum se-
uti, contemptis privatis affectibus, velut è subli-
quadam specula deflecterent oculos ad pieta-
, hoc est, ad *Christi* gloriam, & gregis *Chri-*
i salutem, prôsque ducerent publicam orbis
nquillitatem, quam, nescio quæ, privata com-
da, quæ & crebrò fallunt, & ut non fallant,
nio emuntur: primùm ipsi concordiâ juncti
ltò feliciùs ac magnificentiùs regnarent, &
ucam facilè depellerent à *Christianorum* cervi-
, & hoc exitiabile dissidium ecclesiæ, bonis
tionibus componerent. Nunc vereor, nè sint,
ipietatis inopiâ, publicum malum conentur in
um privatum bonum vertere, aut ob animum
æ celsitudinis expertum, non possint publicæ
nquillitatis studio quicquam de suo jure conce-
re, aut ob rerum imperitiam, mallint bellum
am pacem, quum bellum nunquam sit suscipi-
dum, nisi quum citra crimen impietatis vitari
non potest. Quòd si Principes hæc sinceris &
Christianis agerent animis, adesset ipse *Christus*
consiliorum ac fœderum prosperator, daretque re-
bus lætiorem eventum quàm ipsi quidem optare.
Nam ut pleraque bella, vel ira, vel ambitio, vel
alius quispiam privatus affectus suadet potiùs,
quàm pietatis, aut reipublicæ respectus: ita fœde-
ra videmus infirma temporariaque, quodque gra-
vius, sæpenumero seminarium præbent bellis. Il-
lud optare magis possum quàm sperare, quod ta-
men arbitror ad conservandas Principum amici-
tias, & rerum publicarum tranquillitatem cum
primis facere, si Principibus persuaderi possit, ut
ditiones procul dubio sas recusent. Quantum enim
calamitatum invexit *Gallis*, toties petitum ac re-
petitum *Mediolanum*? Quid esset eo regno flo-
rentius, si *Neapolim*, si *Longobardiam*, si *Insubriam*
olim negleisset? Ut naves quædam majores
sunt, quàm ut gubernari possint, ita difficillimum
est ditionem ultra modum latam feliciter admi-
nistrare. Id verò multo difficilius, si ditionis por-
tiones longis intervallis distractæ sint. Jam au-
gendæ ditionis cupiditas finem non habet, ut non-
nullis tale quiddam usu venire videatur, quale so-
let iis quibus studium est sacerdotia sacerdotiis ac-
cumulare. Quicquid enim emolumenti ex me-
diocribus corraserunt, hoc in majus aliquod ab-
sumunt, ac multorum fructus una episcopi digni-
tas absorbet, & hujus quoque proventibus emitur
Archiepiscopi titulus. Demum Cardinalitii no-
minis gloria, quot dignitatum, quot abbatiarum
census devorat! Hæc nimirum sunt argumenta
parum sublimis animi, nullum posse pati se majo-
rem. Ille demum magnus excelsusque est, qui
nec inferiores fastidit, nec superioribus invidet,
hoc agens, non ut quàm latissimè regnet, quod
sceleratis etiam aliquando dedit fortuna, sed ut
quod sortitus est regni, quàm optimè administret.
Verum quoniam nunc successio regnorum, partim
affinitate, partim cognatione tranit ab aliis ad a-
lios, optare, ut dixi, facilius est, quod arbitror op-
timum, quàm sperare. Jam nec pium est, nec
animi mei, quem *Christus* totius Ecclesiæ suæ præ-
fidem esse voluit, ejus autoritati quicquam detra-
here: tamen si verum fateri volumus, & ipse feli-
cius ageret, & summi Principes minus frequenter
hujusmodi bellis inter se conflictarentur, si bona
pace ipsius persuasus, cum nullo Monarcha fœdus
iniret, sed ex æquo se patrem præstaret omnibus.
Nunc ex hujusmodi fœderibus, toties ictis, rescis-
sis, repetitis, relictis, quantam vidimus ac vide-
mus exoriri materiam, vel excitandi bella, vel a-
lendi? Quid hic attinet exempla ab annalibus re-
petere, quum his annis viginti, tam multa con-
spexerimus oculis nostris? Sed ego jamdudum
abutens tua lenitate, Rex invictissime, septa, quod
aiunt, transilio: itaque desinam, hoc ardentissi-
mis votis comprecans, ut Deus nostri misertus,
tuis sanctissimis conatibus det exitum, istâ pieta-
te, istâ animi celsitudine, istâ prudentiâ dignum.
Tuámque Reginam bonam optimo Regi jun-
ctam, diu felicem servet, & regno, & reipublicæ
Christianæ. Datum *Basileæ*, Id. Maii. Anno Do-
mini millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Sigismundus

Sigiſmundus Dei gratiâ Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, ac Maſoviæ &c. Dominus & hæres Eraſmo S.

Epiſt. 17. REdditæ nobis fuerunt literæ tuæ *Eraſme* doctiſsime, Calend. Juniis ſcriptæ, ex quibus facilè perſpeximus te verè eum eſſe, qui diceris, hoc eſt, virum præter ſummam eruditionem ac prudentiam, tum integerrimum, tum publicæ tranquillitatis concordiæque *Chriſtianæ* ſtudioſiſſimum; quod & ſi nobis dubium nunquam fuit, vehementer tamen apud nos confirmavit eam de te opinionem epiſtola hæc tua, in quâ planè agnoſcimus animum iſtum tuum verè *Chriſtianum*, nec dubitamus quin ubique ſis tui ſimilis, ſeu ludicra tractes ſeu ſeria. In primis verò tibi gratias agimus non vulgares, quod nos tali ornaveris elogio, quale veremur ut in nos tam plenè quam tu videri vis competat. Nam & ſi nobis maximè cordi eſt, ut & rempublicam *Chriſtianam* adeo inclinatam, pro virili noſtra juvemus, & regna noſtra tranquilla atque ab illa diſſidiorum lue, quâ nunc ſurſum ac deorſum fertur *Germania*, incontaminata ſervemus: tamen quod hactenus id nobis feliciter ceſſerit, Deo potiùs acceptum ferimus, quàm ut inde nobis laudem aliquam aut arrogemus aut petamus. Imò etiam hoc ardentioribus votis Domini miſericordiam imploramus, ut quemadmodum nos, regnáque noſtra hactenus integra illæſaque ſervavit, ita adhuc ſervet in poſterum, quouſque illius viſum fuerit voluntati: alioqui nobis fruſtra facturi videmur omnia, niſi ille cœpta noſtra fortunet. Non poteſt autem hoc tuum erga nos officium nobis non eſſe gratiſſimum, qui quum ſemper alioqui magnificè de te ſenſerimus, tum verò hac humanitate tuâ provocati, tanto etiam libentiùs tibi, ſi quo modo poſſimus, gratificabimur, quanto tu nos literis tuis feciſti apud omnes homines commendatiores: quod equidem præſtare poſſumus multo cumulatiùs, ſi fortè adduci poſſis ut te huc ad nos conferas: ſed quum ex tui ſtudioſis intelleximus, fruſtra idem tentâſſe alios Principes, qui magnis hactenus, tum precibus tum præmiis te ſibi adjungere cupiebant, veremur nè & nobis fruſtra ſumeretur hæc opera. Ut tamen interim habeas aliquod noſtræ ergate benevolentiæ gratíque animi argumentum, mittimus honorarium munus, quod in præſens grato animo ſuſcipias: deinceps uberiorem ex nobis fructum benevolentiæ & favoris noſtri habiturus. Vale. Datum in oppido noſtro *Pijotrcon* die XIX. Menſis Febr. Anno Dom. milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo. Regni noſtri vigeſimo ſecundo.

Eraſmus Roterodamus Sigiſmundo Poloniæ Regi S.

Epiſt. 18. IN tot ſudoribus quos præter valetudinis atque ætatis ſortem ſuſtinemus, in tot moleſtiis ac tædiis quibus hinc atque hinc tundimur, non mediocre ſolatium nobis attulit tuæ majeſtatis epiſtola *Sigiſmunde* Rex cum primis inclyte, tota ſpirans, & admirabilem quandam humanitatem & haud mediocrem erga nos favorem. Etenim, ut, autore *Solomone*, *Indignatio Regis nuncii mortis*; ita ſecundum ejuſdem ſententiam, *In hilaritate*

A *vultus Regis, vita.* Eum vultum [illegible] benevolum, tuæ mihi literæ exhibu[erunt]. quam autem in me nequaquam [ſ]quæ tuo erga me favori reſpon[deant] ingenuè fatear, juvat interim [laudare] datiſſimo, meæque qualis qualis [eſt] ſtimulos addi. Equidem mihi [videor] magnum officii mei fructum [recepi]ſſe, majeſtas boni conſuluiſſet audac[iam] B nunc eam video feliciſſimè ceſſiſſe, [quod] quam factum eſt, ut iſtam verè regiam [animi] manitatem tum pietatem, quas [multa] dicatione cognoveram experimento [confir]rim: humanitatem quidem, qui tam [ſuas] ſentias de *Eraſmo*, támque gravi teſ[timonio] ſtram mediocritatem ornare dignare[ris] teſtimonium non modò literis amanſi[ſſimis] ptis, verùm etiam ampliſimo munere [cumulare] & confirmatum eſſe volueris: Pic[turam] C quod omnem regni tui felicitatem, [ac] nec conſiliis tuis arroges, ſed divinæ [bonitati] nitati. Quis vocem tam piam, tam [Chriſtianam] non exoſculetur, à tanti Regis pectore [profectam]? Verè ſcripſit *Solomon*, *Cor Regis in manu [Dei]* & *quocunque voluerit inclinabit illud*: [ſed] mum vera laus bonorum Regum eſt ſi [Deum] ſim inclinent cor ſuum Deo, Regum [cor] Regi, ſemper ab illius nutu pendentes, [ſuis] auſpiciis nihil efficit hominum conatus, [ſuas] D actiones ſuas ita componentes, ut qui [ſuos] minerintque ſeſe quicquid gerunt, [coram] oculis gerere, qui judex eſt non [unius] quàm plebeiorum. Verùm iſta *Chriſtianiſſima* deſtia Rex inclyte, non perdis laudes [tuas], potiùs tibi facis proprias, perditum [ſuis] res cui debeatur omnis gloria. [Nihil] ſperum, nihil felix dici poteſt, quod [non] rit ille totius felicitatis autor. [Optimis] ſecundiſſimis auſpiciis geritur, quicquid E geritur præſcriptum, qui dixit, *Per me [Reges] gnant, & legum conditores juſta decernunt. [Per me] Principes imperant, & potentes decernunt [juſtitiam]*. Dixit autem hoc æterna ſapientia, qui eſt Dei. Quid autem præſcribit ſapientia? *Miſericordia*, inquit, *& veritas cuſtodiunt [Regem] & roboratur clementiâ thronus ejus.* Miſericordiam præſtat in ſublevandis oppreſſis, veritatem integrè judicando, clementiam in temperandis legum ſeveritate. Ea prima Regum cura, quam etiam jurejurando ſolent præſtare, quum F Principatui inaugurantur, opitulari viduis currere pupillis, & ab omnibus per [vim] preſſis: vim depellere. Veritas autem [habet] comites, ſapientiam & conſtantiam. [Sapientia] illuminat oculos, quibus perſpicitur [quid] ſit, quid ſecus, quid utile reipublicæ, [quid non]. Conſtantia præſtat, ut animus [non] cupiditatibus, nec irâ, nec amore, [nec] moveatur ab honeſto. Clementia autem [ſeve]ritatem lenitate temperat. Lex [enim] G præſcribit omnibus, at non omnibus [eadem] gruunt: hæc publici juris moderatio, [quam] tatem vocant, à pectore regio [velut] petitur. Siquidem rectè dictum eſt [à ſapientibus] viris, Regem eſſe vivam legem. [Lex] eſt, at infinitæ ſunt rerum & perſonarum [circum]ſtantiæ. In his igitur Rex pro lege [loquitur], aliud tamen pronuncians, quàm [lex ſcripta]

obis ad omnia reſpondere poſſet. Clementia eſt
ſtatim bellum ſuſcipere, quum data eſt belli
ſi, ſed nullam rationem intentatam relinque-
ſi res abſque bello componi queat: Et inter-
consultius eſt diſſimulare injuriam, quàm ar-
is perſequi. Clementia eſt, ſi bellum nullâ ra-
one vitari poſſit, ita gerere, ut & quàm mini-
o ſanguinis humani diſpendio fiat, & quàm ce-
errimè finiatur. Hanc ſapientiam quæ ſecum o-
nia bona defert, orabat *Solomon*, ut ſuo throno
emper aſſiſteret, fidiſſima certiſſimáq; conſiliaria.
Tale quiddam & à veteribus quaſi per nebulam,
iſu eſt. Legimus enim *Ægyptios* literis hieroglyphicis ita ſolere Regis imaginem exprimere, ut ſceptro adderent oculũ: ſceptro rectũ, integrum, a inflexum animum indicantes; oculo prudentiam, quæ commonſtrat quid honeſtum, quid onera. Eaſdem virtutes aliis ſymbolis commendabant, ſummo ſceptri faſtigio imponentes aquilam, imò hippopotamum: aquilâ perſpicientiam ac humilium rerum contemptum ſignificantes; hippopotamo ratione compreſſam iram ac feritatem. Eſt enim hoc animal indomitum ac ferum. Nec enim poteſt rectitudo conſiſtere, niſi adſit animus verè ſublimis, ac perſpicax, ſuperior omnibus humanis affectibus, qui rationi ſolent obſtrepere. Hæ dotes quum in te reluceant *Sigiſmunde* Rex invicte, ita demum verè tuæ erunt, ſi eas, ut facis, Deo tranſcribas, unde fluit quicquid in nobis eſt boni. In corporalibus bonis noſtrum eſſe deſiit, quod alteri tranſcripſimus: in animi bonis contra fit, verè noſtrum incipit eſſe, quod Deo tribuimus. Sed longiùs error, quàm epiſtolæ modus patitur. Supereſt ore *Chriſtum* Opt. Max. ut hæc ſua dona tueatur te, ſempérque novis ſucceſſionibus augeat, cunſique principibus eandem mentem inſpiret: ut is inter ſe concordibus & cœleſtis ſapientiæ conſilio, quæ reipublicæ ſalutifera, quæque *Chriſto* placita ſunt decernentibus, tandem hæc rerum humanarum tempeſtas aliquando vertatur in tranquillitatem. Favorem quem præter meum meritum tam benigniter offert tua clementia, lubens amplector, habeóque gratiam quantam poſſim maximam. Quid autem viciſſim pollicear tibi invenio, niſi animum memorem & gratum: ſi quid ab infimo mancipio Regi potentiſſimo præſtari poteſt obſequii. Dominus *Jeſus* bene fortunet omnia tua conſilia. *Baſileæ* V. Calend. Septemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Roterod. Collegio Sorbonico S.

QUidem expertus novi quàm non ſit tutum rumoribus credere, celeberrimi patres; ſed paulò expertus novi, quàm non ſit tutum rumores adnaſcentes negligere. Erit igitur hoc æquitatis veſtræ, ut ſi falſum eſt quod huc fama pertulit, eximetis hanc epiſtolam vobis ſcriptam non eſſe. Si verum eſt, roganda eſt mihi veſtra ſynceritas, ut ſepoſitis interim affectibus privatis, non gravemini ſcriptum hoc attentè legere: quod ni me prorſus fallit animus, non tam ad me privatim pertinet, quàm ad veſtri collegii dignitatem, ac publicam etiam ſtudiorum religioniſq; tranquillitatem: Res adeo non eſt clam, ut vulgo quoque jactatam *Lutetiæ*, complures amici perſcribant, nonnulli iſthinc huc profecti voce referant, *Natalem Beddam* ingentem articulorum acervum ex omnibus meis lucubrationibus collectum ad veſtram cognitionem detuliſſe, quorum aliquot jam veſtrâ ſententiâ percuſſos ferunt. Primum illud teſtor coram Deo, qui ſcrutatur cordis humani ſinus, mihi inviſam eſſe omnem impietatem, & quicquid diſſcindit concordiam gregis *Chriſtiani*, totóque pectore abhorrere ab his qui ſibi contrahunt diſcipulos, quos non agnoſcit Eccleſia *Chriſti* ſponſa. Id & conſtanter & ſat idoneis argumentis arbitror me declarâſſe. Siquidem hoc ſeculo non defuiſſent mihi vel ſodales vel diſcipuli, niſi toto pectore deteſtarer omnem hæreſim ac ſchiſma. Jam ut nè commemorem quid operæ præſtiterim in hoc negotio privatim eccleſiæ catholicæ, nulli poteſt obſcurum eſſe, quod libris editis declaratum eſt, me ſyncerum & conſtantem militem præſtitiſſe negotio fidei. Clamitant hoc *Alberi*, *Othonis*, *Leopoldi*, & ipſius *Lutheri* libri in me virulentiſſimè ſcripti. Contra meus *De Euchariſtia* libellus, & duo libri *Hyperaſpiſtæ*. Qui demiror ſi vos lateant, quum proſtent & iſthic venales. Itaque jure quis miretur & illud, me factionum omnium adverſarum odium meruiſſe, ſi veſtrum favorem emereri nequeam. Adverſus malitiam calumniandi nihil eſt tutum, & fieri poteſt ut in ſcriptis meis aliquid impium exciderit. Certè animus vacat impietate, paratus jugulare quicquid officit ſynceritati religionis. Proinde qui conſpirant in me devotis animis, in quem conſpirant niſi in commilitonem ſuum, & cauſæ quam tueri ſe prædicant propugnatorem? Cui gratificantur? niſi his quos ipſi judicant eccleſiæ perduelliones, cujus cauſam produnt privatis affectibus. Porrò, quum veſtra prudentia nôrit quanta ſit humanæ linguæ vanitas, quantúmque venenum, præſertim hiſce temporibus, magis credere debet ipſis factis, quàm delatorum ſuſurris; aut ſi teſtes quærit, eos potiùs audire, qui me propius nôrunt, quorum eſt *Lodovicus Berus*, mihi quidem non inimicus, qui nulli mortalium eſt inimicus, ſed veſtræ ſodalitati addictiſſimus: ad hæc vir doctus juxta ac pius. Is è propinquo novit, & quid agam, & quo ſim animo. Cæterùm quo gravior eſt iſtius ordinis autoritas, hoc oportet in judicando majorem eſſe tum æquitatem, tum manſuetudinem: miniméque decet, ut iſta dignitas ſerviat privatis hominum vel ſtultorum, vel improborum affectibus. Mihi cum nullo unquam ordine bellum fuit, nec ut ſpero, futurum eſt, tantum abeſt, ut adverſus eum ſenatum, cujus oraculis prima ſemper tributa eſt autoritas, arma moveam. Quod *Natali Beddæ* reſpondi, nunquam exiſtimavi ad veſtram ſodalitatem pertinere; verùm ita mihi perſuaſeram, & adhuc arbitror, illum utcunque extortâ edendi libri poteſtate, vobis inſciis ſuos affectus admiſcuiſſe. De cujus animo quid quererar? Primùm literis meis humaniſſimè provocatus, ut res inter nos *Chriſtianâ* moderatione tranſigeretur, emiſit librum plenum evidentibus calumniis, mendaciis & blaſphemiis: Res in aperto eſt, diſſimulari non poteſt. Jam hoc ipſum faciens quàm indecorum ei qui Theologi & cognitoris perſonam gereret? Quem ſi mea urit reſponſio, ſibi debebat imputare, qui nè monitus quidem atque etiam rogatus, à tali ſcribendi genere temperarit. Indocti, ſtupidi, fatui convitium feram;

ram, impius nisi sim, dici non patiar, nec adeo pati debeo, nè quis exemplo meo fiat impius. Verùm utcunque poterat hoc factum primo calori, ceu furori cuipiam condonari: ubi meâ responsione commonitus est, quantum aberrâsset ab officio hominis *Christiani*, quæso num ullum pudoris aut pœnitentiæ signum dedit? num fratrem sic traductum studuit reconciliare? Qui cùm si vel levis offensa intercederet, juberetur munus ante aram relinquere, ac priùs habere reditum in gratiam quàm sacrificium. Nunc quum talibus libellis impetere proximum, nihilo levius sit homicidio, & aliquot circumstantiis etiam gravius, quum frequenter interim accedat ad sacrosanctam Domini mensam, adeo non cogitat de reconciliando fratre, ut calumnias addat calumniis, vestram etiam autoritatem in suarum intemperiarum consortium pertrahere moliens, quasi parum hactenus peccatum sit, nisi suum dedecus aspergat pluribus. Atqui vestræ gravitatis est, ô viri præclari, talibus ingeniis mederi, non favere; nisi quòd hoc ipsum est verè favere, mederi. Quum igitur *Bedda* præceps feratur ulciscendi studio, videtis cujusmodi sit hujus negotii fons. Neque me clàm est, isti camino unde addatur oleum. *Edvardus Leus* in *Hispania* sparsit librum in me scriptum, multò indoctiorem magísque sycophanticum quàm fuit ille prior, quem *Lutetiæ* quondam edidit, non absque *Bedda* præsidio, ni fallor. Ea res addit animum monachis quibusdam, qui me sibi stultissimè fingunt hostem, quum ipsi sibi sint hostes acerrimi. Primùm orsi sunt tragœdiam in aula Cæsaris. Is impetus facilè coercitus est. Rursus eandem furiosis apud populum clamoribus instaurârunt *Salamancæ Franciscani*. *Morus* hìc præsulum autoritate vix sedatus est. Tandem extitit *Petrus à Victoria*, *Dominicanus*, qui *Burgis* concionatur, habet fratrem in vestro collegio. Is tantum excitavit tumultum, ut se jactarent nec Cæsaris nec præsulum edictis obtemperaturos, illo fretos, Oportet obedire Deo magis quàm hominibus. Itaque Principes quum viderent rem spectare ad seditionem, nec aliter posse componi, permiserunt ut archiepiscopo *Hispalensi* exhiberent articulos, per viros eruditos miniméque suspectos discutiendos. Exhibiti sunt aliquot ex libro *Lei* decerpti, sed quibus nihil potest esse stultius aut malitiosius. Misissem illos cum meis responsionibus, ni prorsus judicâssem indignos vestris auribus. Et hic est *Leus* quem *Bedda* pronunciat absolutum Theologum, quum quod constat, nunquam pedem posuerit in schola Theologica. Id nec ipse *Leus* potest inficiari, & si inficietur, scripta satis arguunt. Hujus insulsis conviciis, quæ me dehortante prodidit, quoniam respondi, licèt longè moderatiùs, quàm ille provocârat, hoc agit, ut quovis pacto dolorem ulciscatur suum, non se purgans, quod non potest, sed ad lapides provocans. Ingenium videtur concitandis dissidiis natum. In primo tumultu quem excitavit *Lovanii*, nec meis inimicis placuit, & suis amicis apud *Anglos* vehementer displicuit. Talis fuit illius fabulæ catastropha. Hujus tumultus quis sit exitus futurus, nescio, certè complures ex *Hispania* scribunt, monachos illos nihil aliud proficere, quàm quòd sibi lucrifaciunt plurimum odii apud eruditos ac Principes, meúmque nomen reddunt celebrius & gratiosius: quanquam nec ego

A moror hanc celebritatem, & istos [illegible] mnibus suo merito quàm gratiosissimos [illegible]. Verùm ita visum est illis, vi, clamoribus, [illegible] te, sycophantiis, conspirationibus rem [illegible] go fiduciâ bonæ conscientiæ securus, [illegible] doleo, me si non causam, certè occasionem [illegible] *Christianorum* dissidiis: quæ si meâ culpâ [illegible] tur, gravi cum onere conscientiæ diem [illegible] expectarem, qui non potest abesse longe, [illegible]

B que me quotidie paro. Nunc quum hæc me [illegible] tente pro viribus, aliorum vitio contingant, [illegible] possum quidem non dolere malum publicum, [illegible] moderatiùs fero, reputans hæc ex Dei [illegible] fieri, qui & me talibus modis purgari velit, & [illegible] lorum improbitatem mundo innotescere, [illegible] faciliùs liceat illis mederi. Interim ego quod [illegible] gratum esse judicabo præstabo, eventum illius [illegible] bitrio committens. Non itaque debent quia [illegible] lorum autores tumultuum, *Beddam* & [illegible]

C les instigent, ut susceptam fabulam adjuvet. [illegible] detis, sapientissimi viri, fontem & [illegible] hujus negotii, unde quid potest scatere [illegible] pietate *Christianâ*? Atqui hactenus ea [illegible] fama collegii, ut mundus longè aliud expectet [illegible] dicium, quàm *Leus* aut *Bedda* prodidit. Nec [illegible] bitror mihi tale quicquam à vobis [illegible] nisi prorsus me mea de vobis fallit existimatio, [illegible] è diverso dum reputo quale sit hoc [illegible] tum nunc liceat audaciæ linguísque male[illegible]

D hæc quum probabiliter conjecto & in [illegible] sedere, qui *Bedda* vel opinioni consentiat, [illegible] odio subserviant; rursus alios invidiis [illegible] odio turbarum conquiescere, itaque [illegible] quenter, ut pars deterior vincat meliorem [illegible] abs re visum est his literis & vestræ dignitati, [illegible] meæ quieti, quantum in me est, consulere. Quod si hic metus vanus est, tamen vobis ingens [illegible] non potest, ut qui partim ab odio [illegible] partim ab ordinis istius reverentia [illegible]

E Etiam atque etiam rogo, boni consulite [illegible] synceritas, si videor liberiùs quod sentio [illegible] qui. Vestrum erit, hoc non arrogantiæ, sed [illegible] plicitati bonæque conscientiæ signum interpretari. Absit hoc consilium à tam gravi collegio, [illegible] in gratiam *Beddarum*, *Sutorum*, aut plebeiorum [illegible] chorum (nam probos unicè semper amavi) [illegible] tetis me turba articulorum obruere, nec [illegible] sponsione meâ, nec expenso loco, nec habui [illegible] sonæ quam loquentem facio ratione, nec [illegible]

F quæ præcedunt aut sequuntur, nec ullâ [illegible] tione, quare videatur impium quod [illegible] Non enim hoc judicium est eruditorum, [illegible] lapidationis genus. Et si id jus esset [illegible] vestræ, longè tamen aliud est jus *Christianæ* [illegible] tatis, quæ vasculum confractum non [illegible] nec linum fumigans extinguit. Videtin[illegible] suetudine sit usus *Augustinus*, etiam in [illegible] tos hæresiarchas: in eos qui vel à majorum [illegible] ditum errorem acceperunt, vel arte in [illegible]

G lecti, vel persuasione in impium dogma [illegible] sunt, vult omnem exhiberi lenitatem, [illegible] arbitrans non objurgandos. In me verò [illegible] meis viriculis studui prodesse studiis bonarum [illegible] rarum, ac profectui religionis, qui [illegible] omnibus abstinui factionibus, qui pro [illegible] Ecclesia eos in me provocârim quos habebam [illegible] dictissimos; qui corpusculum hoc & [illegible] hunc omnibus exposui periculis, talibus [illegible]

chari modis qualibus jam cœpit *Bedda*, aliíque
nonnulli moliuntur, papæ quantum abest ab ex-
emplo *Christianæ* lenitatis? quantum ab opinione
quam hactenus orbis *Christianus* habuit de vestro
collegio? Hujusmodi tumultu divus *Augustinus*
nec hæresiarchas opprimi vult, nè se prædicent vi
victos, non veritate convictos. Fortasse nihil fa-
cilius quàm *Erasmum* obruere, nec hinc vobis con-
tinget admodum splendidus triumphus, si tot he-
roes conjuratis animis culicem unum oppresseri-
tis, etiamsi non sum usque adeo destitutus ami-
cis, quàm opinantur quidam: at res invicta est
veritas, & inexpugnabilis *Christus* veritatis patro-
nus, adversùs quem stimulum jactare calces durum
est. Ista autoritas, ista eruditio, ille consen-
sus in eos potiùs expromendus est, qui vestra dog-
mata palàm detestantur, qui civitates & regio-
nes vobis adimunt, sibi adjungunt: à quibus de-
miror vobis esse tantum ocii, ut sententiolis vel
ambiguè prolatis, vel rectè propositis, nisi quòd
aliter quàm solent hodie loqui scholastici, ple-
risque depravatis etiam vacetis excutiendis. Im-
becillis est *Erasmus* fateor, sed est potens veritas,
contra quam absit ut vester consensus aliquid mo-
liatur. Quod si fieret, majore periculo vestræ
existimationis fieret quàm meæ. Etenim si sex-
centi Judices pronunciarent poculum esse æreum
quod esset aureum, Judicum autoritas non efficeret ut aurum verteretur in æs, nec jacturam sen-
tiret poculi dominus, sed ipsi Judices autoritatis
suæ jacturam facerent. Nè quæso commoveamini, non tam malè de vobis sentio, ut existimem
adversùs evidentem veritatem prolaturos senten-
tiam. Quanquam sunt in vestro consessu *Beddæ*
similes aliquot, qui vel imperitiâ sermonis quod
dictum est non intelligunt, vel odio corrupti cre-
dunt esse falsum quod est verissimum: sed arbi-
tror & integros & eruditos falli posse, si de nuda
sententia alicunde decerpta, sine collatione loco-
rum pronunciare conentur. Dabitur exemplum,
Pro suo quisque corporis affectu, vescatur quibus
velit modò sobriè parcèque, super omnibus grati-
as agens Deo. Hanc sententiam si quis ita propo-
nat nudam, velut ex *Erasmi* libris, Primùm im-
peritus *Latini* sermonis offendetur, existimans me
affectum corporis dixisse *libidinem*, ut quisque vesca-
tur, quod corpus appetit, quum ego affectum di-
am habitum ac valetudinem corporis. Id esse ve-
rum declarat quod sequitur, pro commoditate
corporis. Ad hæc in eodem capite multis verbis
excipio fratris offendiculum. Hoc ignorat ille qui
de nuda sententia pronunciat. Ad hæc non *Eras-*
mus ista dicit, sed *Paulus*. Hoc qui nescit, existi-
mat me damnare constitutiones Ecclesiæ de dis-
crimine ciborum. Hic etiam quamlibet doctus,
deceptus damnabit quod non intelligit. Atqui ea
sententia temporibus Apostolorum usque ad ætа-
tem *Augustini* piè dici poterat, quum, ut opinor,
Ecclesia nullum eduliorum genus cuiquam inter-
diceret: Itaque quum lector intelliget sub perso-
na *Pauli* dici, nec ad hæc tempora pertinere, quum
debebit idem ab Apostolo locis compluribus tra-
di, quod ego explano, nonne dicet absurdè mihi
videri impium impingi, quod ab Apostolo piè di-
ctum est, ac sentiet æquum, ut aut absolvar cum
Apostolo, aut mecum damnetur Apostolus? Hoc
autem quum tam crassum sit, ut etiam nauta pos-
sit intelligere, quid sentient de illo judice? Quid?

A Nisi illum insigniter aut indoctum fuisse, aut im-
probum. *Paulus* de se & *Christianis* dicit, *Misera-*
biliores sumus omnibus hominibus. Idem scripsit, *Fa-*
ciamus mala ut eveniant bona. Rursus: *Inanis est prа-*
dicatio nostra, inanis est & fides nostra. Quid his vo-
cibus magis impium, si separatim proponantur,
non habitâ ratione personarum, nec collatis his
unde ea pendent? At nihilo verecundiùs quædam
è meis scriptis decerpi jam evidentius est, quàm
B ut quisquam ignoret. Et sanè miror quid isti co-
gitent. An credunt in mundo pro hominibus esse
fungos, prorsúsq; perisse mortalibus sensum com-
munem? Non vident quale sit hoc seculum? An
putant omnes ilicò pro cœlesti oraculo habituros,
si audierint, *Bedda* Theologus sic judicavit? For-
tassis ita cogitant, Vociferabimur omnes simul, &
clamoribus obruemus homunculum. Monacho-
rum genus non aliter per orbem sparsum est,
quàm humor per corpus humanum: hi publicè, pri-
C vatim, clàm, palàm, fingent, obstrepent, obtrecta-
bunt: ille unus est, nec quicquam potest nisi *Latinè*, & si quid respondebit opprimemus, si quid
legetur, à paucis legetur: Nos paucitate contemptâ, turbâ numeróq; superabimus. At ego favente
Christo efficiam, ut istam malitiosam iniquitatem
etiam vulgus hominum pernoverit, ut jam nôsse
cœpit. Sed fingant oppressum *Erasmum*, an pu-
tant neminem exoriturum, qui adversùs tam ty-
rannicam malitiam tueatur innocentiam? Ut ces-
D sent homines, non cogitant Deum hæc videre, qui
malitiosa consilia plerunque vertit in capita mo-
lientium? Absit ut hujusmodi cogitatio execra-
bilis corripiat sacratissimam facultatem, tantùm
admoneo, nè talia cogitantium affectibus serviens
elevet autoritatem suam, quæ ad ædificationem
valere debet, non ad destructionem. Doctores estis,
Theologi estis, nihil à vobis expectatur, nisi verè
doctum ac Deo dignum. *Joan. Gersonensis* rectè
monet *Romanum* Pontificem, nè passim, nè temerè
E vibret fulmen anathematis, nè duobus modis veni-
at in contemptum, vel assuetudine, si nimium cre-
bro fulminet: vel judicio, si feriat immerentes. Ha-
ctenus multum ponderis habuit hæc vox, *Sic judi-*
cavit facultas Theologica Parisiensis. Verùm hæc au-
toritas gravitate æquitatéq; judiciorũ tuenda est,
ídq; eo diligentiùs quo seculum hoc proclivius est
ad autoritatis humanæ contemptum. Per me qui-
dem si liceat, nihil decedet istius senatus majestati,
malim aliquid accedere: qui si quid notabit quod
F verè sit impium, ipse confodiam errorem meum:
Sin talia proferet judicia, qualia sunt pleraq; *Bed-*
dæ, indocta, iniqua, cæca, nihil spirantia, nisi odium
impotens & destinatam lædendi malitiam, existi-
mabo non facultatis esse sententiam, sed *Beddaico-*
rum. Hæreticus esse non possim nisi velim. Porro
quum nec sim nec esse velim, enitar efficere nè ha-
bear, confidóq; *Christum* adfuturum certissimum
innocentiæ vindicem. Si junctis studiis pariter
negotium pietatis egerimus, favebit conatibus no-
G stris immortalis Ecclesiæ Sponsus. Sin mutuo
contemptu, mutuis obtrectationibus, nos invicem
laceraverimus, quid supereſt, nisi ut, juxta *Pauli* di-
ctum, mutuis morsibus consumamur? Abundè sa-
tis tumultuum est in orbe, satis dissidiorum, & ar-
ticulis calumniosis plena sunt omnia, adeo ut illa
quoque veniant in contemptum quæ contemnere
fas non erat. Quanto rectiùs verteremus nos ad
Christianam synceritatem, sufferentes invicem,

& adjuvantes potiùs infirmos, quàm opprimentes? Quibuſdam hoc unicè ſtudio eſt, è meis decerpere lucubrationibus, ſi quid ad *Lutheri* dogmata queat detorqueri, ac perverſis artibus etiam illa depravant, quæ ex diametro pugnant cum illius dogmatibus: quantò fuerit utilius ad *Lutheranam* factionem extinguendam, ſi decerpant quæ palàm illius dogmatibus contradicunt, quorum ingens ubique turba in ſcriptis meis obvia eſt: tum ea quæ ſic dicta ſunt, ut ancipitem habeant ſpeciem, in diverſam interpretentur partem? Fortaſſis expediret ad quædam per incuriam elapſa connivere. Sunt quæ neglecta non lædunt, exagitata graves ſuſcitant tragœdias. Hoc ſi non putatis dandum meritis meis, ſaltem detis cauſæ quæ nunc agitur, detis autoritati veſtri ſenatus, detis hominum de vobis exiſtimationi, ut ſi fieri non poteſt quin iſtic ſedeant *Bedda*, ſaltem fiat, ut mundus intelligat non omnes eſſe *Beddas*: quanquam & ipſum *Beddam* lubens recipiam in amicitiam *Chriſtianam*, ſi ſe conferat ad magis ſobria conſilia. Satis ſupérque hactenus datum odiis eſt, & gloriis. Quoniam igitur quæ peto, pertinent non ſolùm ad exiſtimationem meam, verumetiam ad publicam Eccleſiæ cauſam, & ad veſtræ facultatis autoritatem, non committetis ut plus apud vos valeant quorundam impotentes affectus, quàm ſyncera bonorum & eruditorum judicia. Quod autem peto hoc eſt, ut, ſi fieri poteſt, res inter nos privatis ac fraternis admonitionibus tranſigatur. Etenim ſi quid in ſcriptis meis ineſt erroris, nemo poterit efficaciùs mederi quàm ipſe, ſi fuero commonitus. Id ſi fieri non poteſt, ut in judicando abſint privati affectus, ſed *Chriſtiana* charitas adhibeatur in conſilium, veſtráque autoritas *Chriſto* ſerviat potiùs, quàm hominum odiis & compendiis. Nè gravemini legere locum unde decerpuntur quæ *Bedda* nimium articulifex defert. Nè pigeat circumſpicere, ad quod tempus, ad quam perſonam pertineant quæ dicuntur: deinde nè ſit moleſtum evolvere quæ reſpondimus, hoc eſt, cognoſcere penitus rem priuſquam edatis ſententiam, nè cæcum prodeat judicium, quod vobis majori dedecori ſit futurum quàm mihi. Si quid erit verè impium, habebit impietas me cum primis vindicem. Ita nec ego lædar, & cauſæ pietatis rectè conſuletur, nec veſtra autoritas exponetur linguis hominum. Videtis quàm rem non iniquam petam, haud petiturus, ſi veſtram contemnerem autoritatem, quemadmodum faciunt iſti qui favent novis dogmatibus. Rurſum non petiturus, niſi ſcirem quantum valeat, etiam inter probos, improborum pervicacia. Si monachis bene conſultum vultis, conſulite illis, ut omiſſis iſtis malitioſis molitionibus, conferant ſeſe ad eam vitæ ſynceritatem, quâ tantum orbis favorem promeruerunt. Nullâ re citiùs mitigabunt invidiam, quam iſtis tumultibus magis exaſperant. Si contemptis hominum judiciis rem gladiatoriâ vi gerere deſtinant, cogitent hujuſmodi conſilia nec monarchis fuiſſe proſpera. Miſi reſponſiunculas ad quoſdam articulos, quos audio jam veſtro judicio periclitatos, quo de cæteris certiùs judicetis. Eas legere non gravabimini. Miſi & libellum *Supputationum*, indicatis locis, quo vobis quærendi laborem adimerem. Precor ut Dominus *Jeſus* animis veſtris inſpiret ea conſilia, quæ & digna ſint iſto collegio ſacratiſſimo, & reipublicæ *Chriſtianæ* ſalutiſſima. Hæc tam quod inſitio dixeram. Si quid pertulit, exiſtimetis hæc vobis ſcripta. Officio meo non defuiſſe ſi quid oriatur, aliis imputabitur. Datum *Baſileæ*, die talis *Martini*, Anno milleſimo quingentesimo vigeſimo ſeptimo.

Sereniſſimo Principi Ferdinando Romanorum Bohemiæque Regi, &c. Erasmus Roterodamus S. D.

SI Principis ſic de me meriti, ſic in me ſuccesſibus non toto pectore gratulari, *nande* Rex inclyte, meritò dicar homo ingratiſſimus: rurſus ſi illius proſperitas eſſet vehementer jucunda, à cujus felicitate ex parte pendet totius rei *Chriſtianæ* felicitas, quàm impius haberi debeam. Quanquam omnis humana felicitas ab autore Deo pendet, tamen plerunque per bonos Principes tur, ſublevátque populum ſuum propitius, affligit offenſus. Hic igitur nihil promittor ſi facio quod non feciſſe ſummum ſcelus ſit. Hoc hi dolet, quòd celſitudini tuæ quid utile, pensámq; animi voluntatem præſtare videam, nimirum hâc ætate, atq; hac ſenectutis incommodum non accedere. Quicquid his ingenii viriúmque reliquis poterit, id conſtanter ad extremum uſque em præſtaturus ſum, opitulante Deo, qui bonitate, & ſine nobis Majeſtatis tuæ néſque in *Chriſtiana* ditionis commodum, eccleſiæ concordiam proſperare dignabitur, nos votis ardentiſſimis optare non deſinam favore quem per literas amantiſſimè fers, quanquam tu quidem hic nihil faciendum tiam habeo maximam. *Baſileæ*, XVII. Auguſti, Anno M. D. XXVII.

Sereniſſimo Principi Ferdinando Romanorum Bohemiæque Regi, &c. Erasmus Roterodamus S. D.

PRo mea in tuam Majeſtatem obſervantia, que illius ampliſſimis erga me meritis, eam fortunam tibi precatus ſim, Rex *Ferdinande*, quæ quum iſtâ tuâ ſummâ nobilitate longâ Cæſarum & opulentiſſimorum Regum rie porrectâ, tum iſtâ tuâ ſingulari pietate gritatéque digna foret. Nihil autem to Principi, tali indole prædito felicius tingere, quàm ſi ditionem ſuam citra humani jacturam, vel adipiſceretur, vel proferret. Idem ſemper optavi Cæſari *Carolo*, tuo germano, quem pari religione ſemper, ut debui, veneratus ſum. rum quoniam prima illa mea vota video iſſe, certè quod erat proximum, ſuperi proſperantibus, evenire gaudemus. enim cœpimus voluptatem ex rumore allato, ſed multo ut certiorem, ita uberiorem amicorum literis, quæ nunciabant te, ſtrage, nec magno ſanguinis humani *Pannoniorum Bohemorúmque* regna in tuam redegiſſe. Non enim mihi valde *Romanorum* triumphi, qui videbantur

ſplendidiores

ſidiores, quo plura hoſtium millia trucida-
plures exuſtæ civitates ac vici, plures orbi, or-
ni, viduæque factæ nunciabantur; denique
uo major captivorum ac fanciorum turba ad in-
ioſum ſpectaculum producebatur, quaſi parum
ſet eſſe proſtratos, niſi accederet calamitatis ex-
probratio. Nulla poteſt eſſe victoria ſpecioſior,
quàm quæ quantum licet, cum pauciſſimorum
exitio conjuncta eſt, quæque longiſſimè abeſt
ab ea quam *Graci Cadueam* appellant: tum ex
qua victor majorem prudentiæ moderationiſque
laudem refert, quàm fortitudinis aut etiam feli-
citatis. Non admodum plauſibilis felicitas eſt,
quæ plurimorum emitur infelicitate. Quot cla-
ſibus interdum emitur unius oppiduli aut arcis
expugnatio, ut non minùs fleat victor quàm vi-
ctus? Quot mortibus conſtitit *Græcis Troja* ca-
pta, in cujus obſidione plures propemodum ab-
ſumpſit peſtilentia quàm gladius? Tu verò *Pan-
noniæ* regnum ampliſſimum pariter & opulentiſſi-
mum, jam ab alio occupatum ac diſſidiis turba-
tum undique, tuorum minimo, hoſtium verò non
ſine magno diſpendio vindicâſti. De *C. Cæſare*, ni
fallor, ſcriptum eſt,

——*Secúmque deos in prælia ducit:*

Agnovit & ipſe ſuam felicitatem, *Veni* inquiens,
Vidi, Vici. Quanto juſtiùs hæc in te dici poſſunt,
principem ſingulari pietate, ſanctimoniáque præ-
ditum, qui nullo penè conflictu, ſolo adventu tuo,
hoſtes *Pannoniæ* motus compoſueris, tantum re-
gnum tibi aſſeruerit occupatore depulſo? Quid
hac victoriâ plauſibilius, adeo, non cruenta, ut
ipſis etiam hoſtibus gratulari liceat, quòd in vi-
ctorem tam clementem, támque cordatum inci-
derint? Nec dubito quin quotquot iſtic ſapiunt,
victos eſſe gaudeant. Fit enim interdum, ut
inci ſit beneficio affici. Quis non agnoſcit his
rebus tam feliciter geſtis numen propitium præ-
eſſe? Nam ea demum vera felicitas eſt, quum
primum favorem promeretur victoris integritas,
religio ac manſuetudo. Pollicetur hoc ipſe De-
us optimus maximus in ſacris literis, ſe propu-
gnatorem fore ſuis, qui ipſius præſidio freti, non
deflectunt à juſtitia. *Et omnia*, inquit, *quæcunque
faciunt proſperabuntur.* Magnifica ſanè pollicitatio,
ſi ab illo profecta qui mentiri non poteſt, quum
dixiſſit omnia. Siquidem illius auſpiciis feliciter
cedunt nobis etiam illa, quæ videntur infeliciſſi-
ma. Contrà, quum improbis quædam videntur
secundo fortunæ flatu geri, non eſt proſperitas, ſed
fallidiæ potiùs mali genii, velut eſca pellicientis in
exitium. Pro tanto itaque rerum ſucceſſu, *Ferdi-
nande* Rex inclyte, primùm Deo regum ſummo
gratias agimus, deinde tuæ pietati, tuæ pruden-
tiæ, tuæ moderationi clementiæque gratulamur,
non dubitantes tibi cæteris in rebus parem pro-
ſperitatem polliceri, aut etiam majorem, ſi tu,
quod futurum confido, iſtas animi dotes, quæ te
deo gratum faciunt, conſtanter retinueris: nec
tibi gratulor modò, verumetiam ipſi regno gratu-
lor, quod perierat, niſi tu Princeps non minùs pi-
us quàm magnus, divinitùs datus eſſes, qui & pro
tua bonitate velles, & pro tua magnitudine poſſes
iras turbarum undas componere. Vides, *Ferdi-
nande* Rex, quæ regnorum moles incumbant hu-
meris tuis, quanto majores maneant. Vides horum
temporum periculoſiſſimos tumultus. In tanta
rerum tempeſtate nauclero infigniter docto ac vi-
gilante opus eſt, quem te nobis exhibiturum, & indoles iſta, & rerum exordia promittunt. Quanto cum animi dolore vidimus duos præcipuos orbis monarchas tot annos inter ſe diffidere, & interim exitioſæ factiones ſub Evangelii prætextu indies latiùs agunt radices, malæ filicis in morem, orbem propè totum occupantes. Si quid ego proſpicio in rebus humanis, hanc unam ſatis gravem cauſam arbitror cur & Principes compoſitis utcunque diſſidiis ſibi fœderentur, ut junctis conſiliis & autoritate, religio *Chriſtiana* ſic undique convulſa in bonum aliquem ſtatum reponatur. Quamdiu ad hunc modum belligerantur monarchæ, dormitant Epiſcopi, ſacerdotes tantùm quod habent mordicùs tenent, monachi pro ſuo regno ſatagunt, Theologi articulis ac faſciculis frigidis rem gerunt, populo liberum eſt quod libet & credere & facere, nullum video malorum finem. Quod unum poſſumus precamur Deum, ut noſtris commiſſis, quibus hæc mala commeruimus, aliquando factus propitius, ea conſilia tum monarchis, tum religionis antiſtitibus immittat, quæ nobis veram pietatem cum pace concordiáque reducant. Prolixior fui quàm vel ego ſtatueram, vel tuæ ferunt occupationes. Sed boni conſulet tua manſuetudo; vehemens affectus modum neſcit. Scio, ſolet excuſari ſera gratulatio, ſed quum adeſt facultas animi protinus teſtificandi. Hic primus obtigit, per quem turò quæ vellem ſcriberem. Inclytam Majeſtatem tuam Dominus *Jeſus* publico orbis bono ſemper in majus provehat. Datum *Baſileæ*, ſexto Calendas Februarii, Anno M. D. XXIX.

Cuthertus Tonſtallus Londinenſis Eccleſiæ Miniſter Eraſmo Rot. S. D.

DIci non poteſt, quantopere ſim gaviſus, lectis tuis literis, præſertim his quibus tum ad Regem tum ad Legatum ſcriptis, his te ſuſpicionibus liberas, quas de libello à *Luthero* in Regem edito, tanquam aliquid ineſſet tuum, hic ſubortas eſſe nonnulli tibi retulerunt: non quòd animis hominum tam altè inſederat hæc ſuſpitio, ut tuis literis fuerit revellenda: quandoquidem ſic totus liber contumeliis ſcatet, ſic ſingulis pagellis *Lutherianum* virus ſpirat, ut ex qua officina prodierit, ille ipſe lectus probat, verùm eâ re ſum lætatus vehementer, quòd ex his intellexi tibi cum *Lutherianis* malè convenire, téque à Pontifice Maximo rogatum, ut congrediendi cum *Luthero* provinciam ſuſciperes, jam exoratum prope in procinctu eſſe. Id quod omnes amici tui magnopere & expectant & cupiunt, ut cum illo *Proteo*, imò veriùs *Atheo*, tandem congrediare. Cæterùm ex *Luthero*, inquis, & *Lutherianis* malè audiam. At non pejus, quàm Deus ipſe, quem ille malitiæ omnis autorem facit, dum liberum tollit ab hominibus arbitrium, atque omnia ſtatis neceſſitatis legibus fieri prorſus contendit, ut liberum cuiquam non ſit, ſi velit bene facere. Et *Chriſti* cauſa injecta probra plus tibi laudis nimirum parient, quàm omnia omnium quantumvis elaborata encomia, quocirca nihil eſt, quòd eo nomine terreare. Mihi quidem videris hoc patriæ tuæ inprimis debere, quæ niſi quamprimum occurratur, peſtilente hac contagione, ſeſe latiùs ſparſura, ſi nemo obviam prodit, infici periclitatur,

Epiſt. 22.

Nemo unquam in ſacris eruditus literis eorum, qui hactenus fuerunt, ſuâ ætate pernicioſam ortam hæreſim vidit quam non impugnavit. Quo quæſo nomine tuus *Hieronymus* celebrior habetur, quàm quòd hæreſes ſui temporis acerrimè confutavit. Non illum ſacri *Moſeos* & Prophetarum libri ad *Hebraicam* veritatem reſtituti, non multiplices commentarii magnis deſudati laboribus clariorem reddiderunt, quàm quod adverſùs *Helvidium*, *Jovinianum*, *Luciferianos*, *Vigilantium*, *Pelagianos* in arenam ſeſe dedit. Ubi major *Origenis* elucet eruditio, quàm contra *Celſum*? Ubi major *Baſilii*, quàm contra *Eunomium*? *Cyprianus* dum contra *Demetrianum*, *Novatianum* & *Novatum* acriùs invectus eſt, quantam laudem retulit? Quanta *Hilario* contigit *Conſtantium* impugnanti? Quæ verò *Auguſtinus* contra *Pelagium*, contra *Julianum*, contra *Arrianos*, contra *Manichæos*, contra *Gaudentium*, contra *Petilianum*, contra *Fauſtum*, contra *Fulgentium* ſcripſit: tantopere illius viri ſanctum ardorem exprimunt, ut neſciam, an ejus vel flagrans in Dei eccleſiam charitas, vel magna in ſacris literis eruditio, ex ullis aliis ſcriptis ſit dilucidior. Porrò, quis unquam in eccleſia paulo eruditior, poſt ortam novam hæreſim reticuit? Ea demum vera militia *Chriſtiana* eſt, hæreſes expugnare. An barbaros in fines noſtros irrumpentes, pauxillúmque abigentes, prædæ perſequi pulchrum putamus: hæreticos de religione atque aris nobiſcum decertantes, æquo animo ferimus? quando multo eſt præclarior de his quàm de illis victoria: quòd his devictis æternus in cœlis datur triumphus, illis ſummotis, brevis admodum in hac vita gloriola. Te verò vel maximè movere debet, quòd quàm multis lucubrationibus in Eccleſiæ utilitatem ſumptis, gloriam parâſti, præripere tibi *Lutherani* parant, dum in ſuorum numero falsò te recenſent. Adde, quòd æmuli, ſi qui ſunt, qui tham corrodunt famam, quando non alio magis nomine tibi nocere poſſunt, in illam factionem te aſcribunt. Quantus autem accedit ſtimulus? quòd *Adrianus* ſummus Pontifex & tuus conterraneus, & de grege Domini tam ſollicitus, tantopere te invitat, ut eam provinciam deſumas, ad quam cum illius atque omnium judicio videris inprimis idoneus, tum etiam non rogatus ſponte nomen dare debes: cùm eas hæreſes ſuppullulare videas, quibus tandem adultis, tota ruet eccleſia. Neque enim una aut altera pernicioſa novitas ingeritur: ſed ad ingentem *Vuicleficarum* hæreſeon catervam nova accedunt arma, nempe convitia, contumeliæ, probra, linguæ veneno tinctæ, ut planè videri poſſit venenum aſpidum ſub eorum labiis ebullire. His telis eccleſiam, quam aliâ ratione non poſſunt, expugnare parant. Quæ autem ab Apoſtolis inſtituta poſt *Chriſtum* incarnatum in Eccleſia catholica ſemper obſervata ſunt, iſtis univerſa diſplicent, traditiones ſanctorum Patrum, eccleſiæ ritus, ſacra omnia, in quorum locum quid ipſi ſtatuere velint, nondum inter eos convenit. Omnes namque *Chriſtianos* viros juxta ac fœminas ex æquo ſacerdotes eſſe, Stoicâ quâdam moroſophiâ, contendunt, omnes etiam ex æquo Reges: nam eò tendit libertas illa *Chriſtiana*, quam nullis hominum legibus aſſerunt obnoxiam. Quo quid aliud, quàm anarchiam parant: tametſi *Germaniæ* Principes nondum id perſentiunt. Tentatum id aliquando à *Vuicleſianis* [illegible] coactúmque ab his conjuratorum [illegible] commiſſo prælio, victandem regi[illegible] ſum fugatúmque annales noſtri te[illegible] *therus De abrogando Miſſæ*, quam [illegible] lexit, libellum eſt ausus edere. Q[illegible] pereſt ampliùs? niſi ſi de abolendo [illegible] bere deſtinavit: nam hæc hominis [illegible] re videri poteſt: quandoquidem [illegible] nem ab ejus ſequacibus jàm explo[illegible] Tantáne impietas ultra ſuſtinenda eſt? [illegible] te *Chriſti* tot exhauſtos mortali corpore [illegible] per illum ſanguinem, quem in mundi [illegible] ribundus profudit; per illam gloriam, [illegible] cœlis decurſâ hâc vitâ expectas, te [illegible] obteſtor, *Eraſme*, imò verò te orat atque [illegible] tur eccleſia, ut cum hac hydrâ tandem [illegible] are. Aude tantum, & orbis ſponde [illegible] riam. Quantum etenim tibi culpæ non [illegible] impingi poteſt, ſi tuæ patriæ periclitanti, [illegible] fiæ collabenti quamprimum ſuccurrere [illegible] volas? tantum immortalis gloriæ te [illegible] abs te patriæ tuæ conſervata religio, ſi [illegible] cubrationibus eccleſia ſuffulta erit. [illegible] li ipſi labores, quos in ſacris literis [illegible] ſumpſiſti, non parùm te excitare debent [illegible] do quas tu multis ſudoribus expoſiti [illegible] fœdis hæreſibus ab iſtis pollutas vide[illegible] impoliti ſermone cupiunt ipſi videri [illegible] ut nitorem in ſacris literis pleriſq; inſi[illegible] Quâ quæſo in re meliùs animam [illegible] tem ſenſim deficientem ponere poſſis, [illegible] *Cerberum* iſtum diro latratu in [illegible] ſticos ordines inſultantem, gladio [illegible] actum in antrum ſuum cogas? Magis [illegible] ſturum eò magis confidunt [illegible] ſe nuper edito libello, expectationem [illegible] mnium de ea re concitâſti. Vale. [illegible] nis Julii, Anno milleſimo quingente[illegible] ſimo tertio.

Eraſmus Roterodamus Cuthberto Tunſtallo Epiſcopo Londonienſi S. D.

ISTud tam pium ſtudium, tam [illegible] Eccleſiam Dei zelum non poſſum [illegible] vehementer probare, præſul cum primis [illegible] de: nec dubito quin iſtum mentis [illegible] cio ſuſceperis: at mihi meique ſimil[illegible] ſpiciendum eſt, nè, quod ſcribit Apoſto[illegible] lum habeamus, ſed non ſecundùm ſcien[illegible] juxta *Parmenonis* Comici dictum, [illegible] nè nimium calidum hoc ſit modo. [illegible] deo quibuſdam uſu venire, ut dum [illegible] quàm judicio rem gerunt, non ſolùm [illegible] zizaniis evellant triticum, quod *Chri*[illegible] gelio fieri vetuit, verumetiam pro [illegible] lant triticum; dum vel priùs damnant [illegible] telligunt, vel quod piè dictum eſt inter[illegible] depravant: ídque videri volunt [illegible] & hæreſeon odium, quum hæc præcipiat [illegible] & pietatis & concordiæ. Sic qui vehe[illegible] mant quempiam, nihil in eo non laudan[illegible] vehementer oderunt; nihil non damnant. *Lutheri* ſcriptis quædam audio reprobari, [illegible] ſi ſobriâ collatione inter eruditos & [illegible] diſputarentur, nonnihil conferret ad [illegible] lem & Evangelicum vigorem, à quo [illegible]

ultimum profectò degeneravit: idque eorum o-
A legimus, *Unà manu faciebat opus, & alterà tenebat gladium.* Ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes, & ædificabant, & clangebant buccinâ. Nunc si in clamoribus aliquot Theologorum ac monachorum parum sobriis, si in armis & copiis Episcoporum & Cardinalium tota spes nostra est, demirabor si per ea poterit sanari malum, unde præcipua scatet occasio mali. Sed nondum promeremur, ut afflatu spiritus expergiscantur orbis primates. *In Domino confido, qui non irascitur in perpetuum*: & nunc meritò cum Psalmographo dicere possumus, *Reppulisti nos, & destruxisti nos*: utinam liceat & illud accinere, *Iratus es, & misertus es nostri*: Illud certè licet, *Commovisti terram, & conturbâsti eam, sana contritiones ejus quoniam mota est.* Sed næ ego insigniter impudens, qui hæc ad te. Dominus pietatem tuam
B sospiret ac prosperet in ævum, præsul ornatissime. Datum *Basileæ*, Anno M. D. XXV.

C

Erasmus Rot. Quirino Talesio suo S. D.

CUravimus ut has literas reperires apud *Mar-* *Epist. 24.*
cum Laurinum ex *Anglia* reversus, in qua non dubito, quin eâ fide, studio curáque rem gesseris, ut & tui similis fueris, *Quirine* charissime, & meæ de te fiduciæ responderis. Fallere præceptorem turpe est, sed turpius fallere amicum fidentem. Scis ut tibi nihil unquam apud me, nec
D occlusum fuerit, nec obsignatum, nè earum quidem rerum, quas alii non unis clavibus à famulorum, imò non à famulorum tantùm, verumetiam à filiorum oculis submovent. Facilè conjecto te diutiùs hæsisse apud *Britannos*, novi quàm ubique cantator sit *Montjoius* meus, non tantùm in similibus negotiis, & quàm ægrè dimittat clientem summus ille purpuratus. ὁ δεῖ μὴ διαμαχεῖν. Verùm eam moram fac ut nunc celeritate sarcias, nisi si quid extiterit novæ rei quod te remoretur in
E *Flandria*. Jamdudum enim & mea studia, & domus in te inclinata recumbens, desiderant tuam præsentiam. Nè tamen usque adeò properes ad nos, ut non amanter simul, ac diligenter salutes amicorum meorum vetustissimum *Antonium Clavam*, candidissimum *Guilhelmum à Vala*, fortissimum patronum *Jacobum à Prato*, quem tamen ut opinor apud *Anglos* reperisti. Paucioribus enim scripsi, partim quòd nihil rerum mearum te
F latet, partim quòd considerem te mihi apud amicos epistolæ quamlibet loquacis loco futurum. *Hollandiam* interea non secus ac littus Sirenum fugito. Difficile est lotum semel gustatam relinquere. De pensione *Curtracensi* diligenter explora rem omnem, & quodcunque consilium tibi tempus & occasio suggesserit, sequitor. Negotii summam tuæ fidei prudentiæque permitto. Illud cave nè præter viaticum necessarium, quicquam pecuniarum, aut annulorum deferas per viam, sed quo tutiùs ad nos redeas, deponito tuas quoque,
G si quas habebis, pecunias, apud eos quos designavi, nisi fortè mihi quoque diffidis. Non sum *Trapezita*; recipies à nobis summam integram minimèque arrosam solitâ fide, tibíque jam sæpenumero perspecta. Bene vale. Datum *Basileæ*, IV. Idus Martias, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Jacobo Sadoleto Episcopo Carpentoractensi S.

Epist. 25. QUantas calamitates hæc rerum humanarum fatalis tempestas secum defert, ornatissime præsul? Quid deplorabimus, aut quem consolabimur? Quam orbis partem immunem ab hac procella videre licet? Aut quis est bonorum, qui non ipse pariter egeat consolatore? Vidimus *Romam* crudeliùs captam quàm olim fuerit à *Gallis*, aut pòst à *Gothis*. Vidimus Ecclesiæ principem *Clementem* inclementissimè tractatum, & adhuc videmus duos potentissimos orbis monarchas odiis immedicabilibus inter se dissidere, &, si verus est rumor, invicem ad monomachiam provocare. In tanto rerum fragore, malè metuebamus tibi, & *Bembo*, in quibus præcipuè, ac pene solis mihi videtur priscus ille candor, & erudita pietas illibata superesse. Utriusque dotes eximias semper amavi. Tuas enim non solùm ex amicorum prædicatione, tuisque ad nos literis cognovi, verumetiam ex absolutissimo libello quem nunc ubique vix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis conjungere. At *Bembum* impensiùs tum amare, tum mirari cœpi, posteaquam eas legi literas, quas *Longolius* vestræ quondam benignitatis alumnus, evulgandas curavit. Videbam quantopere referret & studiorum & *Christiana* religionis, tales animas incolumes esse ex hoc incendio. Ac de *Petro Bembo* nondum posuimus sollicitudinem, incerti quid agat. Tibi verò majorem in modum gratulamur, quem numen aliquod non tibi modò, sed optimis etiam studiis ac pietati *Christiana* propitium, imminenti procellæ subduxerit, atque utinam totum subduxisset. Magnam tui partem audio periisse, videlicet bibliothecam utriusque linguæ monumentis exquisitissimis opulentam. Domi conjecturam facio, quàm tibi gravis acciderit ista jactura, præsertim irreparabilis. O barbariem inauditam! Quæ fuit unquam tanta *Scytharum, Quadorum, Vuandalorum, Hunnorum, Gothorum* immanitas, ut non contenta quicquid erat opum diripere, in libros, rem sacratissimam, sæviret incendio? Atque hic non tam amici vicem dolemus, quàm nostram. Nobis enim ac studiosis omnibus ereptum esse ducimus, quicquid ibi periit. Quemadmodum urbis *Romæ* calamitas, omnium nationum calamitas fuit, quippe quæ non solùm arx erat *Christiana* religionis, & ingeniorum altrix, ac Musarum, ut ita dicam, tranquillissimum domicilium, verumetiam omnium gentium communis mater. Quem enim illa civitas, quamvis in alio mundo natum, non placido gremio excipiebat, fovebat, educabat? Quis illic, licèt ab extremo orbis angulo profectus, sibi videbatur hospes? Imò quàm multis illa patriâ suâ fuit charior, dulcior, atque etiam felicior? Aut quod ingenium tam efferum fuit, quod illa suâ consuetudine non mitius ac mansuetius nobis remiserit? Aut quis illic aliquandiu vixit, qui non invitus discesserit, qui non ejus repetendæ datam occasionem libenter amplexus sit, non datam captaverit. Nimirum orbis hoc excidium erat verius quàm urbis. Tot opinionum dissidiis labefactata nutat *Christiana* religio. *Bellonæ* furor nusquam abest, & in tanto tumultuum fremitu, Musæ liberalesque disciplinæ sus jacent frigentque, aut concerpuntur, perinde quasi parum sit hic calamitatum, gunt sese pestilentia, balimis, & caritas. Nec in his rerum fluctibus spei portus aperit sese; Cœlum undique que pontus. Quanquam arbitror sum clesiæ Princeps *Clemens* in tam sæva fortem & egregium nauclerum pene hoc malum insignem medicum, quem bis etiam medicis cognomen pollicen quirunt hi monarcharum animi, quem consultorem, qui illos nimium toràd clementiam revocet. Et hic latum omen *Clementis* septimi, cujus dubito quin adfutura sint, tuminis modò populus *Christianus*, agnoscens ad vitæ correctionem invitantis, sui scelestens, non ficto pectore confugerit ad illius cordiam. Alioqui verendum est ne at quod evenit *Ægyptiis*, quos remedii tis, támque gravibus, insanabiles maris absorbuit. Hæc Evangelica febris appellare libet, magna ex parte remissa namque spem redituræ sanitatis præ quæ nunc prodit *Lutherus*, ejus fere ut videatur ἀπόστολος adeóque non pleri discipulis, ut eum, si Deo placet, appellem, affirmantes illum Evangelico tutum, humano spiritu delirare. Nec ves, imò civitates resipiscunt. At verum quosdam recrudescat morbus. Per eosdem quorum siniſtris consiliis, clamoribus, malum hoc & ortum est, progressum. Victoriam autem Christ ad se rapere molinitur, nec satis magnum umphum existimant, nisi non solùm stratas videant, sed & bonas literas. Siquidem harum cultores aliquanto impetunt, quàm ipsos hæresiarchas. horum insolentiam, confido summi Pon piscoporum ac Principum æquitatem doctis viris auxilio futuram. Bene vale. Anno M. D. XXVIII.

Jacobus Sadoletus Episcopus Carp. Erasmo Rot. S.

ACcepi literas tuas *Basileæ* Calendis Octobatas, in quibus erat manu tui alteras te eodem exemplo ante dedisse, acceperam: sed & hæ tardiùs huc allatæ dio enim Novembri mense mihi Quas habui, mi *Erasme* doctissime, gratissimas: nam & effigiem tuæ summæque humanitatis mihi ante posuerunt, quam ego soleo & mirari re, & tuæ erga me singularis benevolehi fuerunt testes. Quod enim tantam mea curam sumpseris, atque usque co citus, quoad habueris certum quid de esset, méque in meis locis constitisse amici nimirum animi & egregiæ benev magna est significatio: in qua te vicis me si tibi concedo, ut in amando sis sup tas equidem tuas partes, atque haud scio an um plurimas, ingenii, eruditionis, semper & admiratus sum, atque

ta tanta doctrinæ ornamenta ad pietatis studi-
, & ad *Christi* celebrandum nomen compulisse.
ue verò tuo tanto in me ipsum amori, & si ami-
sum par, verbis tamen & literis satisfacere
um queo: ita avidè cupio exprimere, quàm me
devinciant, in quo mihi stilus & oratio non
ceret, quod tu pro tua prudentia melius omni-
concipies: sanè quod ad me attinet, divino
mirabili beneficio salus tuo mihi & incolumi-
fuit quæsita, cum viginti diebus ipsis ante-
um horribilis illa clades urbi *Romæ* incideret,
urbe sum illapsus itineris ad meam Ecclesiam
iendi causâ: quò proficisci, & in ea residere
ad vitæ reliquum esset, relictis cæteris rebus o-
nibus jam ante Deo me obstrinxeram: quam
um in me voluntatem arbitror unam tunc i-
ecum judicatam, propter quam salus mihi à
o esset: nam mea quidem reliqua ejusmodi
nt, ut mihi misericordia Dei magis quàm justi-
fit confidendum: sed quo ego minus meritus
m, hoc summi ejusdem Dei clementiæ & beni-
tati major à me debetur gratia. Meas quidem
nas omnes illâ acerbâ direptione amisi, ipsam
am bibliothecam, quam *Græcis* & *Latinis* li-
is undique comparatis referseram. Idque unum
si in meis damnis detrimentum, quod & tu
me æstimas, & ego agnosco, sed tamen omnia
bonam partem accipienda sunt. De *Bembo* meo
il est quod labores. Is vivo etiam tum *Leone*,
orbo quodam compulsus, cœli mutandi causâ
ntulit se *Patavium*, ibidémque consedit, &
nc quoque commoratur totus in literis & stu-
is intentus, omnémque habens cum musis rati-
em, quem ego arbitror pangere profectò ali-
id, quod laudi ipsi atque famæ, aliis non medi-
i utilitati sit futurum. Urbis *Romæ* casum
n alterius arbitror eloquentia quàm tua satis
ynè posse deplorari: incredibile est quantum
mitatis & damni in illius urbis ruina omni
mano generi invectum sit: in qua etsi vitia
oque nonnulla inerant, maximam tamen mul-
partem dominabatur virtus, domicilium certè
manitatis, hospitalitatis, omnísque prudentiæ &
ientiæ semper civitas illa fuit: cujus excidio si
lætati sunt, ii non homines, sed feræ potiùs
manes sunt existimandi, quanquam hoc pau-
usu arbitror contigisse, ut aut non doluerint
bilissimæ omnium & multo præstantissimæ ci-
atis interitum, aut si furore quodam usque eò
bacchati sunt, ut hoc illi exitium optaverint &
mitatem, nunc saturatis odiis non aliquâ sui
oris pœnitentiâ, & vicissitudine rerum huma-
rum moveantur. Sed de his viderit Deus, quos
quod scribis resipiscere jam videri, cupio equi-
n ut ita sit, idque precari Deum non desinam:
enim odi illos, quin cupio reverti ad sanita-
n. Sed tamen Deus viderit. Ego quòd te ha-
o mecum socium hujus doloris, quem ex indi-
issimo casu Principis terrarum Urbis ambo ac-
imus, neque parum me consolor, & de tua o-
ma mente atque natura præclarum judicium
io: Quod ut inam pacis & concordiæ commu-
aliqua ratio duceretur, aliquando esset quod
diis nos consolari & rectè sperare de omni re-
a possemus. Nunc & tu prudentissimè scribis,
go intelligo, omni hâc spe, nisi Deo aliter sta-
um sit, penitus sublatâ, nihil neque bonis lite-
, neque studiis pietatis esse loci relictum. Nec

A tamen propterea deficere animo, neque defatiga-
ri debemus, quin cincti qui artibus optimis im-
buti & institui sumus, subeuntemus pro sua quis-
que parte huic tanto damno jacturæque commu-
ni, & in libris nutriendis pacis & pietatis operis, si
natus in republica & in cœtu hominum possimus:
in qua quidem actione, & ego elaboro, & te video
tantam gloriam jamdudum consecutum, ut vix
jam sit qui se audeat imitari, nedum ut quisquam
B te assequi posse confidat. Quæ enim non summo
cum labore, multo cum tempore, minimáque ope
& perfecta elucubramus: tu, nullo negotio,
brevissimo in tempore planè expedita absolutáque
emittis, ut jam non curæ, sed naturæ orationis
tuæ nitor & affluentia illa esse videatur. Quo eti-
am minimè mirum tibi videri debet, multos esse
tuæ laudis obtrectatores & invidos. Est enim e-
dita in altum laus tua, neque omnes homines e-
jusmodi, ut magis eos virtus tua ad amorem, quàm
C celebritas famæ ad malevolentiam commoveat:
qui tamen abs te contemnendi sunt, neque mucì
faciendi: non enim digni sunt, quorum propter
improbitatem animus tuus, vel tantulum perturbetur. Ego sicut & amor erga me tuus, & mea
natura, & officia amicitiæ postulant, semper futurus
sum & tuarum clarissimarum virtutum fautor, & dignitatis ac nominis præcipuus amator. Vale.
Carpentoratti, duodecimo Calend. Decemb. Anno
M. D. XXVIII.

D

Epistolæ fragmentum.

Germanus Brixius Erasmo Rot. S. D.

VEnio ad epistolæ tuæ partem, quæ ad te ma- *Epist. 27.*
gnopere pertinens, mihi tecum quodammodo communis est. Facere enim non possum pro
necessitudinis nostræ jure, quin ipse tuarum existimationis istius tum commodi, tum incommodi
E particeps fiam. Equidem magnopere optârim
Erasme amicissime, sanctius verbum usurpare hic
non possim, nullam subeculam, hoc præsertim
tempore, alioqui studiis humanioribus satis infesto, subortam fuisse, per quam amicitiæ cum *Budæo* tuæ splendor obscurari posset. Est *Budæus*,
quod tu non nescis, nostris omnibus sic admirabilis, ut eum tanquam pro numine aliquo studiosi
omnes hic colant. Hoc non solùm obtinuit hominis fides, probitas, autoritas, verumetiam ætas,
F ingenium, doctrina, quæ talis quidem est, ut nihil sit quod discere velis, quod ille docere non possit. Mihi certè id ille est, semperque fuit, quod
Plinio Aristo suus erat: nam quoties aliquid abditum quæro, mihi *Budæus* thesaurus est: & ut summatim dicam, talis est *Gallis* suis *Budæus*, qualis
Germanis suis *Erasmus*: quo major indignatio
nostrorum omnium animos subit, quod hac in opinione, jutta de causa, quum sint, existiment illum abs te non tantum *Budæo* collatum, sed &
G postpositum. Scio *Budæum* non esse prorsus [illegible].
Verum qualis qualis est, talem se certè hominibus nostris hactenus probavit, ut quoties de doctis
sermo inter doctos incidit, de *Budæo* planè [illegible]
λέγουσι. Illi, quod non inficiaris, quæstus tantum,
non eloquentia scopus est. Mihi porrò epistolæ
[illegible] tuæ exemplo opus non erat, ut ad
causæ tuæ patrocinium instructior fierem. Nolim
tamen

tamen multis de causis non lectam mihi epistolam. Sciunt nostri omnes quid statim aperto ore dixerim, quum apud me plerique gravissimè quererentur, post *Ciceronianì* editionem, ob multa in eo libello quæ non omnibus arriderent; sed præsertim ob perstrictum, ita enim loquebantur, *Budæum*: qui iidem ut me secum sentientem facilius invenirent, quàm poterant invidiosissimum mihi reddebant *Nosoponi* tui latum de me judicium. Apagete inquam ego, non attenditis in *Ciceroniano* quod ante omnia attendendum fuerat, *Erasmum* diversum sentire quum *Nosoponus*, diversum item quum *Bulephorus* loquitur; præterea toto in opere autori unum hoc fuisse propositum, non quidem ut *Tullianam* eloquentiam vellicet (id enim factum planè insani hominis factum fuerit) sed ut superstitiosam quorundam *Tullianæ* dictionis affectationem, quam ipsam nemini antiquorum curæ fuisse videmus, rideat, detestetúrque; quod argumentum feliciter, nisi me meum judicium fallit, atque adeò *Ciceroniane*, hoc est, magnâ arte, pari eloquentiâ, nec minore copiâ ab *Erasmo* tractatum inveniet, quisquis hactenus prudens, patiénsque fuerit, ut *Ciceronianum* ipsum priùs attentè totum legere, quàm de eo minimè lecto pronunciare maluerit. Nam quæ, malum, animi perversitas, aut judicii præposteritas illa est? damnare non dico quæ minùs rectè intellexeris (id enim levius malum) sed quæ prorsus nunquam legeris, ac quæ nè in animo quidem unquam legere habeas? memineram enim *Erasme* optime damnandis præsertim scriptis tuis aliis atque aliis antehac multos hâc eâdem temeritate transversos actos. Omnia porrò, quæ tum pro causæ tuæ tuitione à me in medium allata sunt, tibi hìc recensere nec possum, nec libet: sed tamen quod ad animi erga te mei significationem pertinuit, equidem retellendis à me illorum rationibus benevolentior tibi, quàm antea essem, nihilo sim factus, diligentior ad declarandam benevolentiam multò. Ego enim tametsi nihil videbatur ad meum erga te amorem addi posse, tamen tali inter nostros tumultu ob *Ciceroniani* editionem oborto, non majore quidem studio, sed acriùs, apertiùs, significantiùs dignitatem defendi tuam, atque ita demum defendi, ut ipse ego jam defensore aliquo indigeam, qui causam apud illos meam tueatur. Vocor enim ab illis in jus, quod *Erasmo* plus æquo propensus sim. Hujus rei testis mihi locupletissimus apud te esse potest *Thomas Lupsetus* communis amicus, qui & ipse constanter unà mecum à partibus tuis stat, ægerrimè ferens existimationem tuam tali de causa in ejusmodi incommodum hìc incurrisse. Sed ut ad illorum sermones questúsque redeam, me certè illos audientem ut vetus nostra amicitia stimulabat, ut caverem nè cui suspitionem animi ex ea, quam dixi, *Nosoponi* tui de me sententia offensi, darem: sic tumultus idem, seu simultas potiùs, majorem mihi curam afferebat cavendi, nè quid cui de summo meo erga te amore detractum esse videretur: quum & alioqui tali ingenio præditum me agnoscerem, ut me intra me tantùm quæram, externarum laudum minimè sollicitus, ambitiosúsve. Meminimus enim quanto majore cum voluptate, ingenii ac doctrinæ fructus in conscientia, quàm in fama reponatur. Enimvero *Erasme* suavissime ut te à me apud alios defensum, apud te nonnihil accusem (facit autem tum [illegible] apud [illegible] amor erga te meus, singularis ille [illegible] mus, ut hoc mihi juris apud te [illegible] te apud teinet nonnulla ex parte [illegible] quidem quod tu mihi videris ad [illegible] quâ de agitur, paulò inconsideratiùs optârim vel existimationis meæ [illegible] quo redemptum esse, te, vel *Budæ* [illegible] *ceroniano* tuo prorsus suppressisse, vel [illegible] orsum quid sentires enunciâsse, vel [illegible] alio quovis potiùs quàm cum *Budæo* [illegible] ea enim una commissura adeò nostri [illegible] vidiosa est, ut multorum tibi benevolentos à tui studio abalienârit: ob id quod [illegible] mant *Budæum* cum *Budæo* commissum [illegible] se, ac si quis *Achillem* cum *Thersite* [illegible] Talem illi de *Budæo*, talem item de [illegible] nem unanimes imbibere, quum tamen [illegible] se mihi visus sit totam hanc fabulam, [illegible] primùm inter nos sermo incidisset, [illegible] ferre: eâ est enim tum prudentiâ, tum [illegible] gnitudine præditus *Budæus*, ut sui [illegible] scientiam, non ad ostentationem refer[illegible] rúmque suorum non ex illius, vel illius [illegible] mercedem, sed ex ipsismet studiis pet[illegible] sunt tamen qui mihi narrant illius [illegible] hac de causa esse nonnihil offensum, [illegible] multis jam diebus hominem non videri[illegible] hi planè compertum esse non potest. [illegible] tametsi multorum affectum ut rectum [illegible] respiciendum haudquaquam puto, tamen [illegible] gaverim dandum esse aliquid hominum [illegible] oni: præsertim qui videam vos magna[illegible] res solere solicitè operam dare, ut [illegible] stra audientis vulgi animis sese grati[illegible] et: desideraréque ut à populo plausum, [illegible] tionem, nonnunquam & assentationem [illegible] quàm exsibilationem ac cachinnum [illegible] taque non parum de existimatione [illegible] tua bene meriturum te opinor, si præfatio[illegible] vel loco ad *Budæum* pertinente [illegible] pendice ad opus attextâ, vel epistolâ [illegible] hunc, vel illum scriptâ, eáque postea edit[illegible] *lis* nostris probatum fiat, quod revera [illegible] probatum esse pervelim, quódque mihi, [illegible] deò, nisi fallor, *Budæo* ipsi, cujus unius [illegible] tur, abunde probatum est; te videlicet [illegible] *Budæi* gloriæ invidere, ut omninò non [illegible] mihi facilè persuasi: pares enim estis, qui [illegible] invidet minor est: neque quum de *Budæo* [illegible] dio simul verba faceres, te id de doctrina [illegible] deò eloquentia *Budæana* sensisse, [illegible] multi falsò (malignè enim dicere nolo) [illegible] pretati sunt: ad tuam autem gloriam [illegible] quàm maximum videri eum, quem erga [illegible] mihi causæ totius status esse videtur. Tu [illegible] causa nè ea tibi in forum deducenda agen[illegible] an potiùs deserenda sit: nam ego hæc tibi [illegible] simpliciter atque amicè scripta esse volui, [illegible] quum erat te pro amore mutuo, non solùm [illegible] causæ tuæ defensionem, verumetiam conf[illegible] causa tua meum cognoscere; neque enim [illegible] studio erga te meo, verumetiam judicio [illegible] meo satisfaciendum putavi: videbam enim [illegible] tam mihi considerandum esse, quid vir qu[illegible] in præsentia probares, quàm quid semper [illegible] probaturus. Tuum nunc est *Erasme* optime [illegible] simplicitate atque amicitiâ referre, con[illegible]

...quam sequi, an ab illo dissentire malis. Qui si tibi
...ronem consultor esse videbor, amabò te er-
...mei rationem ut explices: Quanquam e-
...autoritati tuæ cedere nulla non in re, nullo
...in loco sim paratus; tamen in ea causa, in
...minus apud me affectus, quam apud te valere
...esse, rectius arbitrabor ratione absque, quàm
...ritate superari. Confido tamen omnino ac-
...sum te sententiæ meæ, effecturúmque ut ne-
...me consilii dati, neque te accepti pœniteat.
...od ad edictum, cujus postrema epistola tua
...minit, pertinet, quidnam ego aliud dicere hic
...sim, nisi quod edicto cautum esse hostes tui
...ere, scripta tua senilia esse, non puerilia, po-
...quam pueros solos ab illorum lectione sum-
...vendos sanxere? Sed extra jocum, quanquam
...us hic non est, miserer me profectò scripto-
...m seculi hujus, quibus haud satis esse video ad ar-
...dum existimationis, nonnunquam & capitis
...riculum, quod sani ad scribendum accesserint,
...& sanos ubique lectores nacti fuerint; planè
...m alienæ vel malignitatis, vel delirationis,
...rumque potius pœnas luunt. Hujus indigni-
...is recordatio in animum meum identidem in-
...ens, facit *Erasme* doctissime, ut qui alioqui affi-
...meditor, si qua me quòque possim tollere
...mo, animo tamen nonnunquam despondeam,
...que reliqua vita ad *Harpocratem* relegato si-
...um indicere perpetuũ proponam. Sed de hoc
...ra aliàs. Perturbat me magnopere adversa tua
...letudo, in hoc maximè (auribus hìc ego tuis
...*asme* nequaquam blandior) quod mihi non u-
...homo, sed literæ ipsæ, omnésque bonæ artes
...uno homine summum periculum adire videan-
.... Itaque oro te, & obtestor, ut tum animi mei
...turbationi crebris literis consulas, tum valetu-
...i curandæ diligentissimè, atque accuratissimè
...ervias. Erit tam hoc studiosis omnibus fructu-
...m, quàm animo meo jucundum. Sed jam finem
...io, nè epistolæ modum, quem jam supergres-
...sum, supra modum excedam. Tu verò nisi æ-
...longam epistolam reddis, si modò id per vale-
...linem potes, non est quod postea nisi brevissi-
...s expectes. Ex hortis nostris *Gentilliacis*, se-
...do Idus Augusti, millesimo quingentesimo vi-
...simo octavo.

Erasmus Rot. Germano Brixio S. D.

DMonueras pridem ornatissime *Brixi*, *Cice-
...ronianum* editum mihi nonnullam isthic in-
...iam conflâsse, quod ego facilè augurabar fore,
...dum taxat apud eos qui tali superstitione tene-
...tur, qualem affingo *Nosopono*, sub unius perso-
...nederi studens omnibus: At nihil minus expe-
...bam, quàm ut ex eruditorum numero quis-
...um existeret, qui censeret libellum ad publi-
...a studiorum utilitatem elaboratum, *Hippona-
...is* epigrammatiis lapidandum, quod isthic fieri
...ificant amici neutiquam leves, & in gustum
...erunt tria quatuórve, non minus iniqua quàm
...docta; nec tacuerunt quinam essent illorum au-
...es. Frequenter deplorare soleo pietatem *Chri-
...ianam* tam miserandâ dissidiorum lue nusquam
...ium non periclitari. Sed vereor nè similis le-
...vadat politiora studia, quæ jampridem mul-
...regionibus sat feliciter efflorueruntque, quanquam
...alibi feliciùs quàm in vestra *Gallia*. Nam a-
...pud *Italos* bellorum tumultibus conteritæ Musæ
...silent friguntque. Ego verò tametsi naturâ plu-
...rimum absum ab istorum ingenio, qui sic addicti
...sunt huic aut illi nationi, ut cæteras propemodum
...oderint: tamen si in ullam nationem animo pro-
...pensiore fui, semper in *Gallian* fui: cujus rei te-
...stes esse possunt, quum hi qui mecum familiari-
...ter vixerunt, tum meæ lucubrationes, in quibus
...libenter immoror *Gallicæ* gentis encomiis: no-
...minatim autem Panegyricus quo principi *Philip-
...po* ex *Hispaniis* reduci gratulor. Quo magis etiam me discruciat hoc fatale dissidium, quod duos orbis potentissimos monarchas tam diu dirimit. Quoniam autem videbam apud *Germanos*, aut extingui prorsus, aut miserè frigere liberalium disciplinarum studia, apud *Italos* inter armorum crepitus non audere caput exerere, gaudebam certè apud vos Musis esse sedem tranquillam & amœnam. At plurimum referebat, ut inter eos qui literas humaniores propugnant, esset studiorum & animorum consensus: quod exemplum vel ab hostibus literatum petendum erat, quos videmus miro syncretismo, junctisque phalangibus adversùs hæc studia dimicare. Nec hic ad calculum venire oportuit, sub quo quis cœlo natus esset. Cives inter se sunt ac symmystæ, quicunque studiis iisdem initiati sunt. Nunc quorsum attinebat ex causa tam frivola, tam seriam excitare tragœdiam, & his qui non minùs malè volunt nobis omnibus, quàm ipsis studiis, hoc longè gratissimum edere spectaculum, quo magis ac magis accendantur ad id, quod ultrò nimium agunt strenuè? Oleum, inquiunt, camino. Sed dedisti, inquient, causam. Quam obsecro causam? Nisi planè volumus nobis ipsis oculos obtegere, quid aliud agit ille libellus, quàm ut superstitiosam, anxiam, ineptam, & imperfectam *Ciceronis* æmulationem traducat, atque ad veram ejus autoris imitationem provocet? Quis hoc doctus, quis sanus non probet? Quid autem ad veram eruditionem inutilius, quàm si juventus, contemptis omnibus qui à *Ciceronis* phrasi diserepant, uni sit addicta, cujus tamen nihil effingere conetur, nisi quod in illo minimi est momenti? Morbus hic primùm ex *Italia* duxit originem, nec ulli majores ibi tumultus concitârunt, quàm qui minimum habebant *Ciceronis*. Neque paucos nostratium ea lues afflare cœperat, præsertim illos qui nobis ex *Italia* redierunt. Id quoniam perspiciebam vehementer inutile, vel eruditioni solidæ, vel *Christianæ* facundiæ, paucorum dierum opella mihi sumpta est, ut eam superstitionem ab animis juvenum depellerem, ab hoc ipso quod affectatur submovendam, dum & tot autores lectione dignos fastidiunt, nec eum, quem unum sibi proponunt, assequuntur. Nec enim tam sum cæcus, ut non videam *M. Tullium* sic eloquentiæ Principem esse, ut cæteri, quamlibet per se facundi, ad hunc compositi velut obtumescere videantur. Proinde non video cur illos offendat argumentum, ad quod suscipiendum literis hortatus sim *Guilielmum Budæum*, & ille significârat sibi in animo esse, per occasionem hoc genus hominum accipere. Quod si huic non displicuit argumentum, quid est quod fremunt isti, qui *Budæi* valde studiosi videri volunt? At fortassis non offendit argumentum, sed tractandi ratio, quoniam propemodum omnes submovet *Nosopono* ab honore *Tulliani* cognominis? Atqui re-

putare

putare debebant, illic *Nosoponum* loqui non *Erasmum*, quanquam nè *Bulephori* quidem simplex est oratio, quippe qui se fingit eodem teneri morbo, ut alteri medeatur: eóque patitur probatissimis quibusq; scriptoribus hoc honoris negari, nè *Nosoponus* prorsus animum despondeat, si minus quod ambit assequatur. Itaque non illic suggillantur qui negantur esse *Tulliani*, præsertim ad regulam æstimationémque *Nosoponi*: quin potius illud erat propositum, ut persuaderem fuisse multos eâ doctrinâ facundiáque præditos, ut si non similibus, certè paribus dotibus cum *Tullio* certare possent, qui tamen ab illa *Ciceroniana*, phraseôs cute bracteáque, quam unam affectant quidam, longissimè absint. Adeo verò mihi non fuit animus ullius nomen perstringere, ut quanquam induco personam parum integri judicii, tamen hìc à decoro nonnihil deflexerim, neminem recensens, cui non suam laudem tribuerim, sanè quantum in transcursu ἐν παρέργῳ licuit. Nec enim illic susceperam censuras, aut encomia scriptorum omnium. Sufficiebant ad id quod agebam exempla decem. Sed à quibusdam arbitrabar me inituram gratiam commemorati nominis, & sunt qui gratias egerunt: tum existimabam eam judiciorum varietatem non inutilem fore juvenibus, eruditæ facundiæ candidatis, quòd ipse prioribus ad me literis sentire visus es. Sed indignè ferunt quidam parum honorificè tractatum ibi *Budeum*. Qui sic? An quia *Nosoponus* nondum à superstitione liber, submovet illum ab albo *Ciceronianorum*? Hoc ipse *Budæus* ingenuè fatetur, qui nec affectat hoc quod requirit *Nosoponus*, atque damnat etiam quod unum ille miratur. Nec ideo quisquam submovetur ab eruditorum aut eloquentium ordine, quandoquidem in eodem dialogo doceo, fieri posse, ut existat aliquis *Cicerone* tum eruditior, tum etiam eloquentior, qui tamen illi in dicendi charactere sit dissimillimus. Ubinam igitur est hìc illa in *Budeum* contumelia? Faciant illum *M. Tullio* doctiorem, non arcetur ab hac laude. faciant illum facundiorem, nihil obstat elogium *Nosoponi*. At paucis attingo laudes illius. Non enim patiebatur copiam argumenti susceptì ratio, verùm in Annotationibus novi Testamenti, in *Adagiis* non rarò quæsitus est campus in illius laudes expatiandi, si minus id factum est in epistolis: nisi forsitan hoc quoque contumeliam esse ducunt in *Budeum*, quòd ab *Erasmo* laudatur, quum frequenter, tum in argumentis seriis, atque haud scio, an seculis aliquot autori suo superfuturis. Utcunque de hoc judicant, certè à me honoris gratiâ factum est. Quanquam non eram nescius, nec illius modestiam desiderare mei calami testimonium, nec illius gloriam egere nostrâ commendatione, quippe qui domi habeat unde semet orbi charum clarúmque reddat, etiamsi nondum esset, ut est, celeberrimus. Sed hoc tum existimabam studiorum interesse, ac ut ingenuè dicam, mea quoque nonnihil. Tantum enim semper *Budæo* tribui, ut illius amicitiam mihi cum primis honorificam duxerim, ejúsque viri mentione veluti gemmis additis putârim aliquid dignitatis accedere libris meis. Quin & eas laudes quas tu illi in epistola tua cumulatissimè tribuis, magnâ cum animi voluptate legi, gaudens apud vos saltem haberi honorem egregiis meritis debitum, ac virum de rectissimis studiis & hactenus optimè meritum, & indies magis ac magis meritum, pro numine coli. Quum constanter erga *Budeum* gesserim, quid est quod isti livoris tui tiones fingunt? Verùm illud prædicant esse nullâ purgatione diluendum, quòd cum *Badio* contulerim. Primùm illic tim commemorantur eruditorum admodum *Quintilianus Græcos* cum mittit, sed juxta regiones. *Budæus dius* fors simul occurrebant, quoniam *Gallus*, uterque vivit *Lutetiæ*. Nisi quoque putant non ferendum, si in logo recensentur *Budæus* & sentiunt, longè dissentiunt ab animo prorsus totam illius naturam ignoro. fers, inquiunt, alterum alteri, Imò *Nosoponus*, inquam, confert age, nihil mihi patrocinetur ad hunc sanè locum attinet; scripserit *mus*, & scripserit ex animi sui verbo læsa est *Budæi* existimatio! quâ tandem in re? Num in majorum bus, num in opibus, num in dignitate, ruditione, aut eloquentia? Nequaquam. in cute bracteáque *Ciceronianæ* phraseos, genuè negligit *Budæus*, & ibi ex profecto gendam doceo, & à summis probatissimis ptoribus neglectam fuisse demonstro: confero *Budæum* cum *Badio*, quàm *retinum* contuli cum *Quintiliano*, *Plinio*. Sed anteponis, inquiunt, *Badium*. Nimirum in eo præfero in quo rendus est, in quo quamlibet præstans gloriæ *Budaicæ*. Siquidem hoc illi berrimos quosque scriptores fuisse les. Proinde quo magis anteceſlit cundiáque *Budæus*; quoque longiore tergo relinquitur *Badius*, hoc exemplo us ad id quod illic molior. Demitur doctos qui hæc non videant, & si vidæ etiam demiror esse qui vociferentur, cis versiculis rem dignam existiment. nè quis improbus arriperet ansam de collatione disparì, subjicio, *quanquam mus Budæus aliis multis eximiisque doctis ciendus est*. Quod hìc verbum, quod non emphasim eminentiæ? Tribuo illi non hoc satis erat animo meo, addo dixi, *præditus est*, sed *suspiciendus est*, illum *Badio* tantum præferens, sed scriptoribus anteponens: neque limior est omnibus, quem suspiciunt cùm sint meridiano sole clariora, diciorum cæcitas, ut cùm ego tam stârim *Budæum*, non aliter fremant, faciem illius expuissem? Dicor, si lacessere vivos & mortuos, quum præterierim illaudatum, præter unum adeo is ipse qui fertur hujusmodi satis honorificè commemoratur in nec usquam alibi nomen illius attingo ris præfatione. Alius succinit, *plus* Hoc dictum mihi profectò nequaquam lioſum esse duco, sed haud scio an nimo laturus sit *Erasmum* ipsi æquari. num erit de *Badio* judicare quod per illum habui in eorum numero, quos

ſicionem, nec ingenium, nec eloquentiam poſ-
ſe commemorare, tametſi non diſſimulo illum longè
rum fuiſſe futurum, ſi fortuna benignior o-
nes ac tranquillitatem ſtudiorum ſuppeditaſſet.
ſum hæc mihi dicuntur extra cauſam. Mea
ſtio ut *Budæo* eſt honorifica, ita nihil detrahit
lis. Et ubi ſunt hic argumenta, *Budæi* laudibus
dentis? An labor impulit me, ut in lucubra-
ibus meis, nec ludicris, & ut ſpero victuris, to-
es tam amanter, tam honorificè de illo prædi-
, quàm haud ſcio an quiſquam alius, etiam
lus? Itáne iſtic vocor in invidiam æmulatio-
, quum *Rome* gravem ſuſtinuerim invidiam,
od in epiſtolis meis illum *Italis* etiam prætule-
? Ego mi *Germane* talibus viris, bonas literas
non ſolùm provehentibus induſtriâ ſuâ, verumetiam
dignitate ſuâ ornantibus, gratulari ſoleo, non
videre. Nec arbitror ingenium meum ab ullo
io alienius quàm ab invidentia. Quis unquam
ſit mihi motum ſtomachoſum, quod quamlibet
iam gregariis poſtponerer? Utinam à cæteris
nibus vitiis æquè purus ſim. Sumus olim inter
epiſtolis velitati, dictionis exercendæ gratiâ,
ille tum propenſior in *Jacobum Fabrum*, ve-
hæc conflictatiuncula noſtram amicitiam
firmavit veriùs quàm diremit. Poſt dicebas
neſcio quid ſtomachi in me concepiſſe, quòd
ſcriptis meis alicubi videar attingere *Gallos*. Lo-
unus eſt in *Colloquiis*, ubi quidam pollicetur
e commonſtraturum unde poſſet quantum vel-
nummorum petere, ſive cuperet aureos ſive
llet argenteos, & avidam alterius expectatio-
m fefellit, reſpondens, *Ex Aſſe Budæi*. Quid
c joco poſſit eſſe magis innoxium? Aut quid
c aliud admonetur lector, niſi *Budæum* diligen-
ſcripſiſſe *De Aſſe*? An mihi meritò ſuccen-
t *Lazarus Bayfius*, ſi quis in colloquiis ita joce-
in hominem pannoſum, ut polliceatur ſe com-
ſtraturum unde poſſit gratis quodcunque vel
veſtium genus ſumere, & aventi ſcire unde, re-
aderet, Ex veſtiario *Bayfii*? Tantum religionis
arcanis defertur literis. Cætera quæ ferè ſunt
jus generis non repetam, nè fiam prolixior, præ-
rim quum hac de re per literas *Budæo* ſatisfece-
n. An non licebit in quenquam *Gallum* aliquid
quacunque perſona vel joco dicere, niſi tota
llia me reum agat læſæ majeſtatis? Quot igi-
nationes mihi ſuccenſebunt, quarum mores
rantur in Proverbiis? Sed quàm hìc animum
buerim ſyncerum, hinc perpendito. Nunquam
ditturus eram *Budæum* hoc nomine ſubiratum
, niſi ipſe literis ad me datis, pro ſua ingenui-
ſtomachum ſuum eſſet confeſſus, ſed quem fa-
videbatur poſuiſſe. Nec arbitror ullas mor-
am amicitias eſſe tam felices, ut non incidant
oties hujuſmodi nubeculæ. Atqui tales of-
unculæ frequenter amoris integratio eſt. De-
, poſt editum *Ciceronianum*, literis amicorum
monitus ſum, ut apologiâ quapiam ad *Budæum*
tâ, placarem illius animum, ſi quid fortè con-
ſſet offenſionis, ad quod tuæ quoque literæ me
ntur adhortari. Sed non occurrebat quid
iberem aut cui ſcriberem. Nam de *Budæi* pro-
ate prudentiâque perſuaſionem habebam ejuſ-
di, ut citiùs ſperarim ab illo gratiam ejus com-
emorationis, quàm offenſam metuerim. Cu-
animi magnitudinem ſimul & humanitatem,
um tu verè prædicas, ita mihi videbar habere
perſpectam, ut etiam ſi quid excidiſſet mihi mi-
nùs circumſpectè dictum, putarem aut neglectu-
rum, aut in bonam partem interpretaturum. Ita-
que quum mihi animus eſſet erga illum qui debet
eſſe erga veterem amicum, & in re literaria cory-
phæum, & locus adeo nihil haberet *ἀδιόρθωτον*, ut
paucis verbis plurimum illi laudis tribuerit, qui
poteram inducere animum, ut crederem indigna-
ri *Budæum*? Scripſiſſem ad amicorum illius
quempiam? Quemcunque delegiſſem, carbone
notâſſem illius judicium vel de me, vel de *Budæo*,
vel de utroque: De me, quaſi ſim tam petulans, ut
talem virum, quem ſtudiorum nomine non poſ-
ſimus non amare, etiamſi mihi cum illo nulla inter-
cederet amicitia: dicam ampliùs ſed æquè ve-
rum, etiamſi de me parum honorificè tum ſenti-
ret, tum loqueretur, nullâ laceſſitus injuriâ ſtilo
peterem. De *Budæo*, qui tam moroſum exiſtimâ-
rit, ut pro candido officio reponeret indignatio-
nem. De utroque, qui vel me tam ignarum mei
putârit, ut cum eo viro de gloria eruditionis con-
tendere ſuſtineam, quem ſemper extra hujus æta-
tis aleam poſitum, cum priſcis illis heroibus ſole-
am componere, vel *Budæum* tam humilis animi,
ut mei ſimilem ſit vel conflictu dignaturus. Nec
adhuc mihi quiſquam perſuaſurus eſt, *Budæum* pi-
lo minùs amicum eſſe quàm ſolet, niſi ſtomachum
ſuis literis profiteatur, quod illum facturum non
arbitror. Jam qui tam ineptis verſiculis nugan-
tur, utrius quæſo exiſtimationem magis lædunt?
Meámne an *Budæi*? Me quidem ipſe locus ab-
ſolvit, itaque ſi quid hìc eſt reprehenſionis, in
Budæum recidit, quem vocant in ſuſpitionem, vel
quòd nulla de cauſâ ſuccenſeat amico, vel quòd a-
micis tam ineptis delectetur, niſi fortè hæc ludunt
illo inſcio. Tibi juſtior erat *Eraſmo* ſuccenſendi
cauſa, mi *Brixi*, quem multò frigidiùs recenſeo
quàm *Budæum*, & tamen abs te nihil omnino me-
tui, jampridem habens perſpectam, & judicii tui
rectitudinem, & ingenii ſuavitatem. Quantum
autem abſunt à Gratiis & Muſis, qui te conati
ſunt dictis atrocibus in me concitare, quem con-
citatum placare debuerant? Quid moribus tam
inhumanis cum literis humanitatis? Hortaris tu
quidem & prudenter & amanter, ut hìc ſuccurram
exiſtimationi meæ. Valeat valeat omnis exiſti-
matio, ſi hæc animorum lues invaſit melioris li-
teraturæ cultores. Quo colore tractabo hoc ar-
gumentum, ut non lædam exiſtimationem eo-
rum, qui ſic fremunt de re nihili? Contuli *Budæ-
um* cum *Badio*. Quid ſi *Budæi* lagenam cum *Badii*
lagena contuliſſem, clamarent læſam *Budæici* no-
minis majeſtatem? Neque enim hæc collatio
magis *Budæi* gloriam lædit, quàm ſi lagenam la-
genæ comparâſſem. Reſtat etiam illud, ſi ſuperis
placet, ut me purgem, nè videar invidere *Budæo*.
Quaſi tot locis operum meorum inſperſa nomi-
nis illius honorifica commemoratio, non ſatis de-
claret quàm illi invideam. Invidemus iis quos
ſperamus nos aſſequi poſſe. *Budæum* tot ſtadiis
præcurrentem, ſuſpicere miraríque ſoleo veriùs
quàm æmulari. Nam quòd tuus candor *Budæum*
& *Eraſmum* pares facit, hoc me prædicans eſſe
Germanie, quod *Budæus* eſt ſuæ *Gallia*, eleganter
id quidem & ſatis rhetoricè, ſed in re nihilo levi-
ùs peccas, quàm ſi ego ſimpliciter *Budæum* cum
Badio contuliſſem. Magis enim impares ſumus
quàm diſſimiles, *Eraſmus* & *Budæus*. Atque ut

grati

grati judicii eſt quod *Gallia* veneratur agnoſcítque ſuum μοναρχίαν, ita non deſunt *Germaniæ* quibus hoc honoris debetur potiùs quàm *Eraſmo*. Summum, inquis, eſſe convenit, quem exæquas. Illud quo tandem laturi ſunt animo qui me *Badio* parem faciunt, niſi fortè tribuunt eandem veniam amicorum præconiis, quam *Veneri* tribuere dicitur amantium perjuriis? Sed ut ad invidiæ crimen redeam, obſecro quam ſyllabam reperiunt in libris meis, quæ ſpirat invidiam in *Budæum*? Aut quem omninò proferunt, ſive ſummum ſive mediocrem, cujus induſtriæ non faverim? Aut cujus unquam meo calamo laceſſitus eſt, qui non prior moleſtè laceſſiverit me? Indicas & remedium, ſi proximâ editione *Budæi* mentionem expungam, aut à *Badio* ſeparem. Id quidem ut eſt perfacile, ita lubens fecero. Sed quid non calumniabuntur, qui hoc calumniati ſunt? Si prætermiſero, dicar invidiſſe: ſi correxero, repetent prioris collationis memoriam quæ jam animos occupavit. Faciam tamen quod mones, cujus conſilium ut certò novi ab animo ſynceriſſimo proficiſci, ita ſpes eſt futurum etiam felix. Quanquam autem de tui erga me animi vel ſynceritate vel conſtantiâ, mi *Brixi* nunquam dubitavi, tamen non poteſt mihi non eſſe pergratum, hâc occaſione factum, ut omnibus tuam erga me pietatem faceres teſtatiorem, modò nè quid tuo nomini concilietur invidiæ, cujus eruditio ſingularis & niveus quidam ingenii candor hoc promeretur, ut tibi faveant omnes, invideat nemo. Sed obſecro te, tantus patronus, quàm bonam, quámque vincibilem cauſam ſuſcepiſti? Atqui peſſimæ quæque cauſæ ad optimos oratores deferri ſolent, quanquam iſtis bono medico magis opus eſſe ſuſpicor quàm bono oratore. Quid aliud adferunt iſti, niſi *Budæum Badio contulit*, & hanc cantionem ſubinde recinunt, *Budæum Badio contulit*. Atq; inter hos feruntur eſſe, qui priùs amici videbantur, quíque de noſtris ſtudiis non omnino peſſimè ſentiebant. Poſteaquam *Budæum Badio* contuli, protinus abrogant mihi quicquid antè tribuebant, ingenium, eruditionem, eloquentiam, judicium, denique ſenſum etiam communem. Amicitia quæ deſinere potuit, nunquam vera fuit. Qualem autem conjectandum eſt illam fuiſſe, quæ tam frivolis de cauſis tranſiit in ſimultatem? Imò quæ pro officio rependit contumeliam? Malis nihil opus eſt præter occaſionem, ut habet proverbium. At pejores ſunt qui benevolentiam rapiunt in occaſionem malevolentiæ, & inde moliuntur vindictam, unde decuit gratias agere. Mores iſtos pluſquam *Scythicos* immane quantum oportet abeſſe à ſtudiis humanioribus. Fuit hoc infelicitatis meæ, quòd aliquot in me ſtili mucronem ſtrinxerunt. Sed quis eſt unquam à me ob cauſam tam frivolam impetitus? Equidem arbitror non temerè repertum iri, in cujus libris tot reperias laudata nomina, quot in meis. Quin hoc ipſo in libello, quum perſonam inducam ſiniſtri judicii, quum ipſa res invitaret, ut de varietate dictionis diſſerens, quid in ſingulis placeret aut diſpliceret indicarem, eam tamen in cenſuris tenui moderationem, ut nullus, ni fallor, æquus ſit in me candorem deſideraturus. Atqui ea res non mediocriter conducebat ad adoleſcentulorum profectum. Sed malui minùs prodeſſe omnibus, quàm quenquam offendere. Suſpicor iſtic eſſe ἀλλοφύλους, quos

A intra ſinum urit, quòd nego quid-
dum, quod non eſt *Chriſtianum*,
lori quem fateri pudet, præter-
Badio collatum, ac diffidii ſemi-
tes quem protrudant ad ſui doloris
pinor te non latere, quid ſibi
Naſum habes. Verùm adver-
aiunt, pede ſtandum eſt, qui
tulo nominéque bonarum litera-
B paganitas. Si ſumus ex animo
bis eruditum, elegans aut ven-
quod non ſpiret *Chriſtum*, quoties
lat. Novi quoſdam clancularios
tores, qui ſi mihi ſtomachum mo-
tur ut digni ſunt. Pro *Chriſto*
eſſe timidulum, in aliis non gra-
buſliber. Sanè literas eas quas ad
pſeram, liberiùs in amici ſinum
ſentiebam, quanquam in illis
C quod vel verum non ſit, vel in
contumelioſum, tamen optárim
nus non veniſſe. Uni ſcripſeram,
habebam perſpectam, nec tuam
trabar egere monitoris, quanquam
literis admonuerat. Tantum enim
las ſcripſerim editurus, ut à duobus
voluerim. Quare te rogo nè latius
metſi jam audio rumorem hujus
Chriſtianiſſimi Regis aures
D deerant illi negotia, niſi & talibus
geretur intendere. Scribunt
quid eſſet inter nos rei, quendam
reſpondiſſe: *Budæum* moleſtè
ſcriptis meis ſubinde debaccher
contra ſtomachum illius ſic ulciſci
illum cum *Badio* commemorem.
dixit, ſi modò verum eſt quod
rum erat amicus. Nam & falſo
quam debacchari in *Gallos*, etiamſi
E menti quodam patriæ ſtudio
ſpitionis olim vel ſtomachi
quicquid eſt rei ad præſentem
manum eſt etiam inter amiciſſimos
riri falſas ſuſpitiones, & offen-
bria, quæ mox, ſi propiùs inſpicias,
Hæc omnia ſecum defert humanæ
Ut finiam, ſemper ego judicavi
meâ majorem, etiamſi cui poſſim
videre, ac virum meliorem judico,
F ineptos tumultus probet: tum
me nunc illi *Badium* anteponere,
cum *Hermolais*, *Barbaris* & *Plinio*
Nec arbitrabor juſtam reſcindendæ
cauſam, ſicubi *Budæus* diverſum
modò morem antiquum obtineam
convitiorum temperet, ac viciſſim
mili temperamento patrocinari
tè mihi videbor aliquid habere
bus colloquiis næ tu ſalſiſſimè
G lunt pueros ſemper eſſe pueros,
lallare, adeóque tenere illis
los legere *Pogii* facetias, quàm ex
de moribus ac pietate aliquid
haurire. Utinam ſim vanus augur,
futurum, ut exoriatur tragœdia
or, ni Principum autoritas quorundam
dem temperet, qui jam nunc
& in bonas literas, & in horum

...ctus, exci in pugna, in victoria insolentissimi. Optabam hujus miserrimi conflictus exitum celebrem in gloriam *Christi*, nunc vereor nè quod illi debebatur, ad se rapiant humanæ cupiditates, oriaturque nobis bellum ex vetere novum, ex pessimo pejus. Verùm hic ultra vota, non video quid optemus? Nec est, eruditissime *Brixi*, quod hæc tantis tempestas ingenium tuum à provehendis optimis studiis deterreat. Nam quòd meis laboribus parum gratam videre hanc ætatem, erit fortasse minùs ingrata posteritas: & hoc meis fatis potiùs imputa, qui videor habere quiddam cum *Horatio* commune, ut de re minima magnificè loquar, qui suis laboribus nihil aliud sibi pepererit quàm invidiam, cuiq; cum cæteris postremus erat conflictus multò durissimus. Tu benigniore natus sydere, felicioribus auspiciis rem geres, nostro etiam exemplo cautior. Nihil est quod metuas, si te intra Musarum vireta contineas. Quod utinam à me factum esset. *Lazarus Buysius* dedit nobis elegantissimo libello genera vestium, brevi daturus vasa culinaria. In hæc argumenta nihil habent juristi qui censuris suis nunc *vivendi sunt*, at politioribus studiis plurimum adferunt & voluptatis & ornamenti. Valetudinem sat fortiter fero vitæ *Christo*, qui me docet non horrere mortem, sed optare magis. Animo meo vixi satis, & supra modum vitæ avidus sit oportet, qui detractet hoc seculum undique turbulentum relinquere, quum bona spes sit nos in feliciorem aliquam sedem demigraturos. Sed quid audio vir præclare? Omnésne bonæ artes meo unius interitu periclitabuntur? Ni mihi perspectus esset animi tui candor, dicerem hîc te ἢ παίζειν ἢ μαίνεσθαι. Hic etiam ad pares epistolas provocas, dira minitans ni faciam. Quid enim crudelius minitari poteras quàm meritè Laconicas posthac epistolas? Non recuso certamen, si modò des parem valetudinem, parem otium, & hortos Gentiliacos. Nondum scio an tuam æquaverim epistolam, numero versuum dumtaxat, nam elegantia qui possim? Adfertur hoc rumor, inter monarchas factam concordiam. Sed huic eo minùs audeo credere, quo vehementiùs cupio verum esse. Quod si fiat, liceret ante supremum vitæ diem *Galliam* revisere. Quàm me putas invidere tibi secessus istos, istos amicos, hortos, & ocium longè felicissimum? Ignosceres livori meo, si scias in quo pistrino verser. Septem prælis suppeditem oportet quod excudant. Sed cum primis enecat *Augustinus*, quem totum emendo, quum in *Hieronymo* præter epistolas nihil mihi sumpserim. Hoc laboris mihi manibus pedibúsq; reclamanti obtrusit felicis memoriæ *Joannes Frobenius*, quem sic amabam, ut pernegare nihil possem, etiamsi me in foro jussisset restim ducere. Is operi immortuus est, quòd vereor nè me quoque absorbeat, certè minimo minus exoculavit. Nullus voluminum modus aut finis, toties legenda ac relegenda eadem. Et materiarum obscuritas, sermonis argutia, frequenter in longum circumactæ periodi, requirunt attentum lectorem, nec sinunt vel ad momentum temporis dormitare. Mendarum autem tantum comperi, ut nemo sit crediturus nisi conferat, nec hac de re quenquam hactenus quæstum esse mirum est. Nihil addidimus scholiorum, nisi ubi vocula quæpiam annotanda fuit nè rursus depravetur. Tantum mendas sustulimus non sine veterum præsidio codicum, materias congruentes digessimus, notha paucis indicavimus, eâ fide eáque religione, quæ tam pio, tam erudito, tam eloquenti ecclesiæ propugnatori debetur. Nec vitam adjecimus, quod ab ipso videmus occupatum. Maluit sui historiographus esse. Prospicimus quidem portum, sed eminus; quod si dabitur huic operi supersedere, tum æquum fuerit te non aliter *Erasmo* gratulari, quàm solemus diu desperatis amicis è longinqua periculosáque navigatione proram in patrium littus impingentibus. Bene vale. Datum *Basileæ*, postridie Nonas Septemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterod. D. Fo. Gacchæ, conservo & commilitoni in Christo S. D.

ET crebris & talium virorum literis hoc perscribitur, ut omnino vanum credi non possit, te non solùm in conviviis, in conciliabulis & privatis colloquiis, verumetiam in publicis ac sacris concionibus, subinde proscindere nomen meum apud imperitam ac promiscuam multitudinem. Scio non esse temerè fidem habendam rumoribus, præsertim ea nunciantibus, quæ faciunt ad dirimendam fratrum concordiam, verùm quoniam hoc idem nunciatur ab ordinis tui sodalibus, & apud *Hispanos*, & apud *Polonos*, & apud *Hungaros*, & apud *Anglos*, & apud *Gallos* actitari cœptum, quod istic faceres diceris, satis liquet rem de composito geri. Verùm hactenus illis nusquam satis prosperè successit, dum ubique inveniunt præpotentes & gratos homines, qui meis favent studiis, quósque mihi non ambitione, sed meis sudoribus, quos jam olim provehendis linguis, ac politioribus literis instaurandis, ac restituendis illustrium autorum monumentis impendo, demerui. Quanquam hi prædicant sese favorem hunc non tam tribuere personæ quàm ipsis studiis ac pietati *Christianæ*. Quod si pergant isti, vereor nè illis infeliciùs res cedat, quàm ipse vellem, in quem videntur conspirâsse. Nam frequenter accidit iis qui contemnunt hostem, ut dum fragili quærunt illidere dentem, infringant solido. Quanquam me sibi fingunt hostem, non habent. Etenim quum omnibus pietatis cultoribus impensè faveo, tum vestro sodalitio, quod cæteris vel collapsis ferè, vel ad mundum degenerantibus, apud vos purioris religionis vestigia residere videantur, semper unicè favi: cujus rei testes esse possunt quotquot istius ordinis mecum egere consuetudinem, quorum nullus opinor prodibit, qui dicet se verbo læsum ab *Erasmo*; erunt aliquot qui non negabunt se meis officiolis, aut etiam pecuniolis adjutos, quanquam hæc commemorare ineptum est quæ pietati tribuuntur non hominibus. Porrò viros in quibus relucet syncera pietas, etiamsi velim, odisse non possum, hoc ingenio natus sum. Nec unquam fui tam incivilis, ut ob paucorũ improbitatem detestarer ullum ordinem. Ea rerum humanarum natura est, ut nihil sit ab omni parte beatum. Arca *Noe* non habebat nisi octo homines, & tamen ex his unus extitit improbus. Quid *Abrahæ* familiâ sanctius? Hinc ejicitur puer *Ismahel* unà cum matre. *Isaac* duos habuit gemellos: Horum alter placuit, alter displicuit Deo. Quid domo *Jacob* religiosius? & hæc habuit qui non vereretur incestare patris concubinam. *Davidis* Prophetæ pietas non effugit hanc infelicitatem;

cujus alter filius sororem incesto coitu constupravit, alter impiâ seditione patris exitium molitus est. Queritur & *Paulus* Apostolus sibi negotium exhiberi à falsis fratribus. Postremò Dominus ipse ex electo illo raróque numero, proditorem unum perpessus est. Itaque cùm vester ordo tot habeat, nè dicam hominum, sed monasteriorum millia, quid iniquius eò, qui propter aliquot secus quàm oportet agentes, universum execretur ordinem, in quo tàm multi extiterunt & pietate, & eruditione meritò celebres? Quin & te accipio, mi *Gaeche*, præclaris dotibus instructum ad prædicationem verbi Dei, nec moribus præditum incivilibus, ut suspicer te quod facis, alieno facere impulsu, potiùs quàm ex animo tuo. Atque hæc res præcipuè fecit, ut ad te scriberem, quem si talem judicâssem, quales novi nonnullos, haudquaquam sumpsissem hoc operæ, non solùm inaniter laboraturus, verumetiam exacerbaturus malum insanabile. Quinetiam optârim omnia vana esse, quæ vel rumor, vel amicorum literæ huc pertulerunt. Quod si fortè res secus habet quàm accepi, putabis hæc tibi scripta non esse. Sin verus rumor huc advolavit, tamen quoniam interpretari libet hæc abs te potiùs alieno fieri instinctu, quàm ex animi tui malitia, sic temperabimus admonitionem, ut non minùs pietatis & ordinis vestri rem quàm nostræ famæ videamur agere. Tuæ verò prudentiæ fuerit vir egregie, boni consulere, si simpliciùs ac liberiùs quod causa postulat eloquemur. Primum enim illud tecum perpendito, mi frater, quàm sit alienum à moribus & instituto modestissimi patris vestri *Francisci*, tantâ linguæ intemperantiâ publicè simul ac privatim abuti in proximi nomen, de quo non solùm nullus adhuc pronunciavit in sinistram partem, verumetiam quem orbis & Ecclesiæ Principes honorificentissimis testimoniis ornârunt, idque publicitùs. Ea res miror si vos latet, quum extent Cæsaris epistolæ, quum extent *Leonis* decimi & *Adriani* sexti ad me diplomatá typis excusa. Certè complures qui me nôrunt, sciunt, quia plerique viderunt, quantos habeam Epistolarum acervos, & ab hoc Pontifice *Clemente*, à multis Cardinalibus, ab Archiepiscopis, Episcopis, Regibus, Ducibus, & eruditissimis viris, multò aliud loquentium quàm tu de me diceris prædicare. Ac nè quis dicat, levius esse verborum testimonium amplissimis muneribus ultrò delatis, confirmant suam de me sententiam. Quarum rerum si vel portionem aliquam hîc commemorem, videbor *Thrasonem* quempiam aut *Pygopolinicen* è comœdia referre, etiamsi longè fuerit infra verum mea prædicatio. Sed hæc missa faciamus, quo tandem meritò meo isti faciunt? An quia rem *Christianam* tantis & vigiliis & impendiis meis adjuvare conor pro viribus, vel potiùs supra vires? Idem ago quod tu, licèt aliâ ratione. Sunt enim varia dona Spiritus, sunt & variæ functiones, licèt eodem spectent omnia. Qui pelles caprinas conferebant, qui rudera comportabant sternendo fundamento, juvabant structuram templi Domini, quemadmodum & hi qui aurum & lapides pretiosos dabant. Tua pietas unde hausit quæ docet populum? Nónne potissimum ex Evangelicis & Apostolicis literis, & ex sacrosanctis Ecclesiæ doctoribus? Nónne divum *Hieronymum* miserè depravatum vobis restituit? Nónne divum *Ambrosium* multò quàm antea castigatiorem deo? Nónne *Hilarium* sumptis laboribus tradidi? Nónne *Irenæum*, & luci reddidi? Quod idem nunc bus *Augustini* lucubrationibus, comperimus mendarum, ut nemo rus ne. Nec arbitror temerè pos veniri, qui tædium hoc fuerit ne multa *Chrysostomi* & donavimus? Postremò, nónne *Christiana* Philosophiæ Novum contulimus, emaculavimus, Quantum illic mendarum abstu tum nodorum dissolvimus, quanta dispulimus? Jam quis æstimet, ac vigiliis, quanto valetudinis hi constent? Quanquam hic dis, fateor illi debeti, sine quo na industria. Agnoscunt benefici nem qui in his serè vel santur, qui in sacrarum literarum fontibus, & pratis deliciantur; non plebeii quidam piscopi, sed Cardinales, sed celeberr doctores, denique ii qui libris edit feliciter depugnant pro domo Dei. Et sanè te, quod præcipuè te dignu Quid enim tibi, qui te morum profiteris, charius esse debet us inspirant *Christi* spiritum? Quod si odisse illum, qui tanto studio tibi pa litatem? Si hæc tibi cordi non sunt, ipsa clamitat, te non pietatis amore, carnis ad istam commoveri petulantiam. dono mittat corbem piscium, aut vellem, nisi tum onustum pabulis, aut caseo matur, in cœlum tollitur; & quisnam donat, omni genere convitiorum in donemus vos hæc contemnere, pius contemnit, certè non oportebat tem aliis invidere. Restè monet quem vetemus benefacere, quin potiùs & ipsi benefacere si possimus. Nulli fortassis ignaviæ sit: benefacere facessere, livoris: at alieni beneficii tam multis intercipere velle, obscuro mine donabimus? An non deplora malitiæ est, nec ipsum cuiquam velle alium ut prosit sinere, nec pati ut ad titudinem fructus perveniat pietati, trà conveniat & populo gratulari, & si non operâ certè applausu, juvare talentum in Domini lucrum depo faveo, nec faveo solùm, verumetiam mihi idem agenti obstrepitur? Dicet esse quæ discrepant à rectitudine fidei adhuc docere potuit, quum aliquando sint. Sed fingamus esse, quid magni set quod accidit *Cypriano*, *Hilario*, *Augustino*? Tot jam annis libri nostri manibus hominum, cur interes nemo monuit, nemo docuit? Nunc post tantum temporis subitò clamatis apud imperitam plebem, nec intelligit hæc, nec ut sciat refert. Deus monitorem ab aliis. Verumsed ab homine cophanticis & rei Theologicæ prorsus imperitis. *Erasmus* sua edidit *Evangelia*, tam se gesserat. *Stunicam* sui improbavit *Roma* minis etiam coercuit. Nuper

gesit, ut nemo sanus non habeat hominem pro furioso. Quanquam non erat hoc monere, sed invectivam scribere. His igitur quum & Cardinalium & Pontificum & Cæsaris & Regum autoritas imposuerit silentium, quanto magis damnant istas apud populum vociferationes, unde præter tumultus, odia, seditiones ac tumultus quid potest oriri? Illi tolerabilius insaniebant, nec tolerati sunt ab ecclesiæ Proceribus, & vos novum exemplum inducitis, sic apud multitudinem promiscuam in quemlibet debacchandi? Quoties ibi dictus *Erasmus* hæreticus, quoties *Lutheri* magister & *Luthero* nocentior, quoties aliis conviciis nominatim denotatus? Et hoc tam improbum exemplum à vobis oritur, qui summam profitemini tolerantiam, summúmque mundi contemptum. Evangelicum est benedicere maledicentibus, & vos benemerentibus & maledicitis & malefacitis? Dum enim vos ista clamatis in *Erasmum*, ille non desinit vobis suppeditare, quod omnibus caseis & oris melius est. Si Judices estis, cur non legitimo more causam cognoscitis, ac deinde pronunciatis? Si non estis, unde istud exemplum debacchandi publicitùs in famam alienam? Si quis scurra passim in hominem non improbum deblateraret, ebrium, lurconem, ganeonem, furem, lenonem appellaret, nemo ferret impotentem linguæ licentiam; & vobis apostolicis viris ludus videtur quemlibet in publicis etiam concionibus hæreticum & hæresiarcham appellare? Si agnoscitis *Romani* Pontificis autoritatem in exemptionibus, privilegiis & indultis quæ faciunt in rem vestram, cur hic eum apertè contemnitis, illi præjudicantes, cujus judicio mea semper submisi, imò cur eum audetis damnare publicè, quem ille publicè laudat? An quoties vestris commodis servit Pontificum autoritas, sacrosancta est, & plumbi pondus habet, ubi secus est, ibi levior est tipula? Et ubi interim ista mirabilis obedientia, quam semper habetis in ore, si quoties commodum est, & Pontificum, & Episcoporum, & Principum edictis oppeditis? Atque hic scilicet recinitur nobis vox Apostolica, *Oportet Deo obedire magis quàm hominibus*, quanquam hæc vox jam *Lutheranorum* est non minùs quàm vestra. Sed ubinam hoc præcepit Deus, ut homines, contemptis Principum edictis ac justis, seditiosis clamoribus debacchentur in bene merentem de religione: hoc si nimium est, certè in nihil commeritum: si hoc quoque nimium est, saltem in eum, in cujus libris nullam adhuc sententiam damnavit autoritas Ecclesiæ? Sed insunt quædam, quorum occasione decedit aliquid populari de vobis existimationi. Dicam itaque summam eorum quæ libris meis semper egi. Fortiter in bella vociferor, quibus tot jam annis videmus concuti ditionem *Christianam* penè totam. Theologiam nimium ad sophisticas argutias delapsam, ad fontes ac priscam simplicitatem revocare conatus sum: sacros Ecclesiæ doctores, unde vividiùs hauriuntur, quæ quidam decerpta legunt, nè dicam, concerpta, suo nitori reddere studuimus: bonas literas, ante propemodum paganas, docui sonare *Christum*: linguis reflorescentibus adfui, pro meâ quidem virili. Prælecta de rebus plerisque mortalium judicia traxi. Ad puriorem *Christianismum*, orbem ceremoniis penè *Judaicis* indormientem expergefeci, sic tamen ut Ecclesiæ cæremonias nusquam improbârim, sed quid potius sit ostenderim. Per longum autem sit, vir optime, declarare quàm hæc fuerint necessaria. Et tamen hoc eâ moderatione factum est à nobis, ut nec ordinem ullum, nec ullius nomen aut famam læserim, nec factionem ullam contraxerim, aut seditionem excitârim: Adeo, ut nisi quidam pseudomonachi *Dominicani* & *Carmelitæ* (nam tuus ordo tum erat mihi propitius) clamâssent apud populum, extitisse qui corrigeret *Magnificat*, *Precationem Dominicam* & *Evangelium Joannis*, aliáque non minùs indocta, quam seditiosa, nè musca quidem tumultus fuisset. Sed aiunt quidam *Lutheranum* hoc incendium ex meis literis ortum: Prorsus hoc aiunt quidam, sed impudentissimè mentientes, quum hactenus nemo fuerit qui vel unum dogmation improbatum proferre possit, quod mihi sit cum *Luthero* commune. Postremò res ipsa declarat, quàm impudenter & illud mentiti fuerint, me cum *Luthero* colludere. Sic nimirum colludebat *Hector* cum *Achille*. Judicabis hoc ipse si legeris meam *Diatribam*, & huic sic respondentem *Lutherum*, ut in neminem scripserit hostiliùs, & rursus duos *Hyperaspistæ* mei libros illi respondentes. Jam non me fugit esse qui prædicent meas lucubrationes monachorum ordinibus derogare. Ego sanè puto rem *Christianam* nihilo deteriùs habituram, si non essent tot cultuum, ciborum, aè titulorum discrimina, præsertim quum monachismus propemodum eò prolapsus sit, ut si externa detrahas, ferè deteriores sint cæteris. Bona verò pars monasteriorum, adeò nullam habent religionis disciplinam, ut nusquam minùs liceat religiosam vitam agere: quanquam hoc à me nusquam est scriptum antehac, & quid referebat scribere, quod nemo nescit? Tantum admoneo quibus in rebus sita sit vera religio, taxans quosdam, qui blanditiis, terriculamentis aliisque non probandis artibus rudem ac simplicem, & sui quoque nedum religionis ignaram ætatem pelliciunt in naſſam, unde se non possit explicare, pessimè consulentes & adolescentibus, & ordini suo, cui magis expediebat habere paucos synceros, quàm multos qualescunque. Hæc si non fiunt, non prorsus inutiliter monui nè fierent. Sin mundus horum exemplorum, quorum aliquot referre me pudeat, plenus est, fatebitur tua prudentia me non solùm utiliter, verumetiam necessariò monuisse. Non ille damnat matrimonium, qui monet nè quis temerè contrahat matrimonium, imò potiùs consulit matrimonii dignitati. Sed alicubi taxo quosdam, qui quum perditè vivant, sibi persuadent se tutos fore ab unguibus cacodæmonum, si veste *Franciscanâ* tecti deferantur in sepulchrum. Hoc malo si nulli laborant, frustra monui: sin innumeris exemplis compertum est, hanc superstitionem non tantùm habere simplices plurimos, verumetiam ab ordinis tui sodalibus ali foverique, non conveniebat hoc à quoquam inculcari populo magis quàm à tui similibus. Hæc enim vos reddunt invisos doctis, cordatis veréque piis viris, utcunque conducunt temporario quæstui. Quid? An protinus collabetur ordo vester, si *Christianis* persuasum fuerit, vestem *Franciscanam* minimum opis allaturam post hanc vitam, nisi quis *Francisci* sanctimoniam fuerit imitatus? Dices, quid opus erat

hæc admonere? Imò quid opus erat hæc fieri? Quid opus erat hujusmodi facta tueri? Quòd si tam exactè sartam tectam haberi vultis omnium sodalium famam, cur tantâ licentiâ debacchamini nominatim in nomen ac famam alienam, non de veste calumniantes, sed hæreseos crimen impingentes, quo nullum est atrocius, idque falsò, quum de veste nemo mortalium nesciat, ut quod à vobis fiat etiam ambitiosè. Quin hoc pene peculiare est istius ordinis plerisque sodalibus, cynicâ petulantiâ in episcopos, in sacerdotes, in pastores, in abbates, in poetas & rhetores detonare: nunc iidem tribus verbis attactam *Franciscanam* vestem, ferre non potestis: præsertim quum in tot *Franciscanorum* populis nullius nomen edatur? Quòd si tam tenerè metuitis famæ vestræ, illud curandum erat, nè per vestros sodales tot argumenta darentur fabulis populi, talibus ut aliquoties non fine rubore audiam. Ex his adeo nihil unquam prodidi, quùm multas habeam compertissimas, ut *Lutherum* & alios aliquot ista meditantes in vulgus spargere dictis ac scriptis compescuerim. Pro hac mea civilitate, mi *G.* vide quàm malam nonnulli rependant gratiam, inter quos te numerant quidam. Fortassis hoc mandatum est à Patribus, ut hinc etiam obedientiæ laudem spere. Quid si Patres injungant, ut mihi porrigeres venenum? Faceres? Atqui quod quidam faciunt, aliquanto est sceleratius. Venenum unius corpus interimit, istæ obtrectationes tot millium animos inficiunt. Sed finge me malè meritum de tui sodalitii nonnullis, nulla est ratio vindicandi, nisi mendacibus obtrectationibus, & famosis concionibus? Nullæ sunt leges in orbe, nulli judices, nulli cognitores? Ista vindicandi ratio militaris ac seditiosa est, non *Franciscana*. Omnes vociferemur simul, clamoribus obruemus insontem. Atqui tam sancto tumultu *Christus* oppressus est. An hoc exemplum vobis placet? Si placet, placeat & eventus. Qui gladium sumit, gladio feritur. Qui vim infert, vim invitat. Nondum dormiunt omnes rustici, quanquam istis factis etiam Principibus, Episcopis, & orthodoxis invisi reddimini, si tacita bonorum judicia contemnitis. Hoc quum per se sit indignissimum istâ professione, longè tamen sceleratius est, ad tale facinus abuti evangelii, loci, *Franciscani* nominis ac vestis autoritate, & populi *Christiani* religiosâ patientiâ. Scis ipse nullam esse sacratiorem functionem, quàm Evangelii prædicandi, nec ignoras quanta ei loco debeatur religio: nec te clam est quid illic expectet populus. Ad hoc munus, ad eum locum nemo deberet accedere, nisi intentissimâ deprecatione præparatus, ac velut afflatus numine. Quale est autem ex eo loco scurriliter incessere famam alterius, idque manifestis mendaciis? Quòd si nunc, ut olim, mos esset, populum fibilis supplosionibúsque significare si quid parum placeat, vereor nè non fibilis tantùm, sed & saxis ista rejicerentur. Hoc silentium, hanc patientiam pia multitudo tribuit Evangelii majestati, & honori loci, & tu rebus sacratissimis ad rem sceleratissimam abuteris? Quod perinde est, ac si quis per Eucharistiam ministret aconitum. Est & istius nominis & cultus magna apud quosdam reverentia, quibus oportuit magis ad populi commodum abuti, quàm ad impiam calumniam. Quid autem est, quod capiatur istis clamoribus? Ut populus malè sentiat de *Erasmo*? Persuasum. An ille ò bene sentiat de vobis omnibus, si de me uno malè senserit? Imò ... ptime *G.* nè vociferationibus & ob... hujusmodi, cum magna vestri nomi... um nomen reddatis illustrius. Id ... bus aliquot videmus usu venisse, licèt ... tacente. Si vultis odium excitatum ... undum vobis est ad eam synceritatem, ... primum bonorum favorem concilistis. ... mi charissime *G.* magis tradetis in ... strum quàm ego possim, quamlibet ... vos stringens calamum, quod tamen ... quam est futurum. Hoc metu vos libero, ... quid alii facturi sint, mihi non est in manu. ... vestra cura est. Jam qui sit illud, ut ... quentiùs ac liberiùs meæ lucubrationes ... Principes, Reges, Cæsares, Pontifices, ... les, Episcopos, horum neminem habeam ... sum, vos soli, quos oportebat esse tolerantissimos, istiusmodi tumultus movetis? An vos soli non ... getis admonitore? An soli vacatis omni vitæ ... vestram tantùm famam oportet illibatam ... Utinam id primùm à vobis præstetur. Possit ... peritis persuadeatis ea quæ de me prædicant ... dicent eruditi, qui in meis versari ... mox deprehendunt impudentiam ... fortassè pollicemini vobis futurum, ... moribus etiam scripta mea consopiatis. ... nè res vobis in diversum cedat. Audio ... bibliopolas jactitantes, se vestris ... bere, quod avidiùs emuntur libri ... liti fuit. Age, fingamus vobis ... fingamus neminem exoriri qui ... innocentiam, vestram retundat, ... non metuitis illum ultorem, ... mortalium effugit? An creditis ... sanctum habendum, quod vobis ... stra persuadet cupiditas? Longè ... crede, Dei judicia quàm hominum. ... eorum qui synceriores literas ac ... giam cum vera pietate conantur ... atur vestris officere commodis: ... etas expendat, undenam id accidat. ... apostolicam vitam profitearnini, ... ut non feratis ad apostolicam ... tantem? Quòd si quid humanum ... fendit, par est, ò vir benedicte, ... divinis. Jam illud secum reputes ... num hæc satis in tempore moliatur. ... quantis difficultatibus undique ... Quid opus erat novos tumultus ... fortassis in graviùs erupturos ... creditis? Quoties vidimus ex ... exoriri tempestates insedabiles? ... cendium, quàm frivolis initiis ... gressum est? Primùm jocus erat, ... scripsit *Prieras*, mox monachorum ... populum, articuli, bullæ, edicta. ... Quantum adhuc profectum sit nescio. ... igitur consultius non addere malum malo, ... tiùs id operam dare, ut ecclesia pristinæ ... quillitati restituatur, etiam si quid esse ... non indignum correctione; Est finem ... tempus. Vos fortassè creditis ... prostratúmque. Utinam esset ... fossus est edictis & articulis, ... adhuc in animis hominum, quibus illum ... commendat

commendavit quorundam monachorum improbitas. Nec me fugerunt quorundam vestrorum voces, Confecto *Luthero*, adoriemur *Erasmum*. Conficite igitur *Lutherum*, ac tum, si videtur, adoriamini *Erasmum*. Verùm quum impunè grassetur *Lutherus*, vos mussabatis, cochlearum more intra testam latitantes. Ego jussu Cæsaris, Pontificis, & aliorum Principum, cum *Luthero* munum conserui, idque in ea regione in cujus confinio regnat maximè: Ubi meo *Marte*, meo periculo, meis vulneribus hostis redditus est fractior, vos subitò prosilientes à tergo aggredimini dimicantem, obsecro quid agentes? An invidetis Ecclesiæ catholicæ suam victoriam? An hosti vultis ferre suppetias? Quid enim aliud facitis? Verbis sevitis in hostem Ecclesiæ *Lutherum*, & factis hoc illi præstatis, quod socii solent sociis in bello. Etenim si quo peccato commeruissem odium vestrum, tamen privatum affectum vincere debuerat publicæ salutis respectus, mihique non segniter pro castris Ecclesiæ dimicanti, certè temporarium præbere favorem par erat. Sunt quibus hoc animi est studium, ex omnibus meis lucubrationibus, quas multas, sed aliquot juvenis, rebúsq; paratis, aliquot non seriò scripsi, colligere, quæ detorqueant ad suspitionem *Lutheranorum* dogmatum. Quanquam hoc ipsum faciunt impudenter & calumniosè. Cæterùm quanto consultius erat ea decerpere, quæ declararent me dissentire à *Lutheri* paradoxis, si modò favent ex animo causæ Pontificis? Hæc quo minùs considerent nonnulli, obstant affectus humani. Itaque te moneo *G.* frater in Domino, ut monitus vicissim & tuos moneas sodales, nè confidant istiusmodi syncretismo, nè condensatis phalangibus, nè vociferationibus indecoris, nè clancularijs obtrectationibus, vix homine dignis, nè simplicitate muliercularum ac stultitiæ populi, sed in Domino, veráq; pietate figant spei suæ ancoram. Si favetis ordini vestro, synceris motibus optimè id perficietis, me certè applausore. Si favetis Ecclesiæ tranquillitati, habetis me commilitonem, si non fortissimum certè fidelem. Omissis privatis affectibus *Christi* negotiũ pariter agamus; & si ratio diversa, si facultas impar est, sit tamen idem scopus. Quòd si decretum est quà cœpistis pergere, mihi nihil poterat imputari. Hæc epistola me liberabit apud summum Judicem. Repetam, quod initio dixi: si rumor vanus huc advolavit, nè putes hoc tibi scribi, sed aliis, quos certum habeo talia perpetrare. Dominus omnibus nobis impartiatur Spiritum suum, Amen.

Erasmus Rot. Jo. Episcopo S. D.

ORnatissime præsul, *Quirinus* meus reddidit abs te duas epistolas, quarum alterâ recinis veterem cantionem de querelis quorundam Theologorum, quam admonitionem scito mihi longè gratissimam fuisse, quippe quam perspiciam ab amantissimo pectore proficisci. Quòd me tua pietas hortatur ad exemplum *Augustini*, id jam pridem ultrò facio, delens aut corrigens quicquid deprehendero corrigendum, quum *Augustinus* post editas retractationes multa reperierit simpliciter hæretica, si quis ea nunc velit meri. Et sunt tam varia mortalium judicia, ut vix invenias tres ejusdem sententiæ: quosdam autem videas tam perverso judicio, ut si illos in consilium adhibeam, optima quæque & ad pietatem inprimis conducibilia sim deleturus. Ad articulos, quos ab illis objici solitos recenses, possem simpliciter respondere, nihil esse tale in *Colloquiis* meis, nec ullos pueros fieri deteriores illorum lectione. Sed ista sunt commenta quorundam, quos ad nihil aliud dicas natos quàm ad calumniandum. Quod tamen in ordinis contumeliam rapi nolim. Sed in rebus humanis nullum est corpus, quod non suas habeat vomicas. Hactenus exercuerunt tyrannidem in ætatem rudem ac simplices idiotas, nunc hoc urit eos, quòd juventus aliquid discit, quod ipsi nesciunt. Hinc illæ lachrymæ. In *Colloquiis* meis adeo nihil est obscœnum aut lascivum, ut castè tractent etiam illa quæ naturâ lasciva sunt: velut in Colloquio *Proci & Puellæ, Scorti & Adolescentis*: & hoc arbitror ubique à me diligentissimè cautum, nè quid tenera pubes è scriptis meis hauriat lasciviæ. De peregrinationibus obsecro quid doceo, nisi ut in his superstitionem fugiant homines, quâ mundus undique plenus erat usque ad insaniam, majore lucro ædituorum quàm pietatis? Confessionem approbant *Colloquia*, frementibus iis qui se venditant Evangelii titulo. Ridetur ibi quidam miles, sic adiens confessionem, ut ferè solet vulgus: nec aliud illos offendit, nisi quòd alicubi dico, confessionem quæ fit Deo præcipuam esse: & subindicat adolescens, hanc ab hominibus institutam, non tamen asseverat. Loquor autem de hac forma confessionis quæ nunc in usu est, quam nusquam non probo. Eam à *Christo* institutam fuisse nec est verisimile, nec quisquam adhuc docere potuit: Si quis doceat, me quidem habiturus est applausorem. Quam tamen interim ita doceo servandam, quasi *Christus* instituerit. In libello *De modo confitendi*, non hoc ago, nè confiteamur, sed ut utiliter confiteamur. Id efficere non poteram, nisi propositis quibusdam incommodis, quæ non ascribo confessioni, sed vitio confitentium & audientium. Jam quum totus mundus plenus sit fabularum de flagitiis ac sceleribus quæ sub umbra confessionis admittuntur, indignantur mihi quòd moderatissimè quædam attigerim: nec reputant, quàm multa pudore *Christiano* siluerim ejus generis, ut vel sola commemoratio posset lectoris animum inficere. Verùm Monachi complures non amore pietatis urgent hanc confessionem, sed quod hinc auferant luculentam messem, dum regnant in ædibus divitum quorum secreta nôrunt, dum adsunt morientibus, dum arrodunt testamenta. Considerent iernam malorum, quæ hactenus orta est ex confessionibus, & mirari desinent, si quid admonui de rectè confitendo. Considerent item quanta fuerit superstitio in cultu divorum, quanta pestis ex ceremoniis humanis, & videbunt nostram admonitionem maximè necessariam fuisse. Gratissimus divis cultus est, si quis illorum vitam imitetur, tametsi à nullo certius exemplum vitæ petitur, quàm ab ipso *Christo*. Ad verum cultum provoco. Sed superstitiosus cultus istis erat utilior, & hinc vociferatio. Ecclesiasticas ceremonias, nec ibi nec usquam damno, sed quomodo illis utendum sit indico, & ad meliora provoco. Hoc idem si docet *Christus*, si beatus *Paulus*, si pium & sanctum est, cur in me clamatur? At quidam clamant, Quis nesciebat in ceremoniis non esse constituendum finem pietatis? Imò quis nescit totam

religionem hactenus fuisse redactam ad ceremonias, ac vigorem illum evangelicum fuisse per eas propemodum antiquatum? Verùm id erat utilius ad quorundam dignitatem & quæstum. Sed *Christo* aliud fitit lucrum, cujus dignitatis oportet primam esse rationem. Commendent se verâ pietate, quæ si absit, ceremoniarum pompa, quid aliud est, quàm hypocrisis? De delectu ciborum abundè respondi *Natali Beddæ*, si quid pudoris esset in homine. Nullus est verè pius, quin si rem attentè consideret, mallet in his rebus obligationem versam in exhortationem: ut nunc quidem sunt tempora, minus esset laqueorum, & plus esset ex animo jejunantium, maximè si in vita sacerdotum reluceret exemplum abstinentiæ temperantiæque *Christianæ*. In *Gallia*, ut scribunt, duo periclitantur, non ob aliud, nisi quia duobus Quadragesimæ diebus comederunt carnes, coacti morbo. Vide quid faciunt ceremoniæ, nimirum ut ob hominum constitutiones violemus præcepta Dei, levius ducentes parricidium, quàm præterire constitutionem Pontificum: quanquam hoc nullus Pontifex vetuit, nè ægrotus ea sumat quæ postulat valetudo. Immodicam festorum multitudinem non ego solus improbo, præsertim quum hodie nullis diebus plus peccetur quàm festis. Moderata festa valde probo, sed ea velim sacris rebus, quibus inventa sunt, non voluptatibus & sceleribus dari. Non pendet hodie religio *Christianorum* à miraculis, nec obscurum est quot opiniones invectæ sunt in orbem per homines ad suum quæstum callidos, confictorum miraculorum præsidio. Quæ sunt in sacris literis tanto firmiùs credemus, si non quibuslibet hominum fabulis crediderimus. Atque adeo jam nunc exoriuntur qui vetus artificium revocant. Alibi visum est spectrum, quod à presbytero flagitaret absolutionem, quia citra confessionem decesserat, non quòd deesset voluntas, sed quòd negata fuisset sacerdotis copia. Quid hìc discimus, nisi absolvi posse qui non confitentur, & post hanc vitam opus esse presbytero, iis quibus volentibus defuit confitendi facultas? Alibi parochus quidam sub diem Parasceves clàm immisit in cœmiterium vivos cancros, affixis ad latus cereolis ardentibus; qui quum reperent inter sepulchra, visum est noctu terribile spectaculum, nec quisquam ausus est accedere propiùs. Hinc rumor atrox. Consternatis omnibus, parochus è suggestu docet populum, has esse defunctorum animas, quæ missis & eleemosynis flagitarent à cruciatu liberari. Fucus ita proditus est, reperti sunt tandem unus & alter cancer inter rudera, facem extinctam gestantes, quos parochus non recollegerat. Idem aliud machinatus est. Convivebat illi neptis, mulier bene nummata. In hujus cubiculum profundâ nocte solet irrepere, lineo involucro umbram mentiens. Emittebat voces ambiguas, sperans fore ut mulier accerseret exorcistam, aut ipsa loqueretur. Verùm illa nimis masculo animo, clàm rogavit cognatum quendam, ut unam noctem secum esset tectus in cubiculo. Ille verò fuste armatus pro exorcismis, ac probè potus, quo minùs expaveseceret, occultur in lecto. Adest spectrum solito more, nescio quid triste mugiens: Excitatur exorcista: Prosilit nondum sobrius, aggreditur; ibi spectrum voce gestúque deterrere parat. At ebrius ille, Si tu es, inquit, diabolus, ego sum mater il-

A lius, & correptum impostorem fuste [illegible] sursus, ni mutatà voce clamâsset, Parce, [illegible] anima, sed sum dominus *Joannes*. Ad [illegible] gnitam, mulier exilit à lecto, pugn[illegible] mit. Hæc præludia. Equidem ut [illegible] existimavi pro defunctis vel orare, vel [illegible] ita talibus terriculamentis haud [illegible] buerim, etiamsi fucus abest, qui vix [illegible] abesse. Certè *Chrysostomus* putat hæc [illegible]

B monum esse ludibria. Jam si juventus [illegible] est ad istarum rerum neglectum, quas [illegible] negligi, sed sanctiùs observari cupimus, [illegible] ùs hoc haurire creduntur ex libris ac [illegible] *Lutheranorum* quàm ex meis lucubrat[illegible] Denique quum his temporibus exulcerata [illegible] mnia, quis possit tam circumspectè quicquam [illegible] bere, quod non ab aliquibus rapiatur in occa[illegible] nem blandiendi suis cupiditatibus? Multa de[illegible] lenda sunt ex sacris literis, si paramus tollere quic

C quid multis fuit occasio mali. Proferat [illegible] unam sententiam malè *Christianam* ex omnibus libris meis, primus eam jugulabo. Theologi quidam aliquot loca damnârant, privatis duntaxat judiciis, sed ea omnia fuerunt ejus generis, ut non intellexerint, quod à me fuerat scriptum, aut attulerint insignem calumniam. Nonnulla evangelicas sententias ex paraphrasibus, velut à recta improbârunt. Quot mendacia deprehendes in libro *Beddæ*, quot calumnias, quot delirament

D Perfricant faciem, & perinde, quasi nihil [illegible] sum sit, pergunt facere quod faciunt. Fabul[illegible] elegias, & *Pogii* facetias in omnem linguam [illegible] sas, atque adeo priapeias obscœnitates per [illegible] cet prælegere pueris: *Colloquia* mea, [illegible] rorum expoliendæ paratum opus, & [illegible] *matrimonii*, thema fictum, & in exemplum [illegible] matoriæ scholæ tractatum, ferre non [illegible] ullam gravem causam adferunt cur id [illegible] *Ad*

autoritatis ac turbæ præsidia confugiu[illegible] E tur sacratissima facultas, & alma universitas, [illegible] nescimus quibus technis soleant interdum ejusmodi senatusconsulta condi. Plus ubique valet quorundam improbitas, quàm cæterorum integritas. Dux aliquis & choragus talium [illegible] rum, habet sibi juratos aliquot, horum quisque trahit quoscunque potest, prece, precio, [illegible] vi. Et huic gregi fortè contigit Rector, [illegible] optat: quæritur tempus idoneum, curatur ut [illegible] sint quos vel assensuros, vel certè cessuros [illegible]

F excluſis his quorum judicia sciunt honestis [illegible] potiùs quàm hujus aut illius pravæ cupidini [illegible] fit edictum ipsis bonum atque commodum. Reliqua transiguntur per juratos amicos & [illegible] ascititium. Euge sic vincit pietas, sic triumphat Ecclesia catholica. Quin & Principum ac Pontificum autoritate, ad opprimendas hæreses [illegible] uturuntur ad ultionem privati doloris, & ad [illegible] endas literas quascunque ipsi non didicerant, [illegible] que præter monarcharum ac Pontificum mentem

G votúmque: quibus hoc propositum est, ut quibus[illegible] gitimè convicti sunt impietatis, *Christiani* [illegible] te sanentur, si modò sanabiles sint, nec [illegible] tis omnibus veniatur ad extremum supplicium, maximè cùm hoc fatale malum tam [illegible] serit. Cæterùm iis, qui rectioribus studiis [illegible] revocandis, qui bonis autoritatibus vel à fin[illegible] à mendis asserendis, quique mentibus [illegible] ad synceram pietatem inflammandis [illegible]

vant operam, honorem etiam & gratiam haberi nolunt, sicuti complures non habent solùm, verumetiam referunt. Verùm istos hoc malè habet, quòd scholasticæ subtilitates minoris fiant quàm olerent. Quid autem obsecro est in rebus humanis perpetuum? Olim nullæ erant Theologorum scholæ, & *Augustinus* habebatur inexpugnabilis dialecticus, quòd legisset *Categorias Aristotelis*. Tandem res Theologica pervenerat ad summum, nè dicam ultra summum, Scriptura sacra cum vetustis autoribus frigebat. Nec *Petri Lombardi* collectanea legebantur, nisi à paucissimis. Bona pars ætatis sophisticis & non necessariis quæstiunculis terebatur. Nunc aliò se vertit scena rerum humanarum, & isti mordicùs tenent assueta, debacchantes in omnia quæ non didicerunt. Monachis quis nescit deberi plurimum honoris? Sed ea verè monachos, non deerit honos. Verùm ubi sunt isti, aut quid habent præter vestem & rasuram? Excipio perpaucos, nam nullos dicere religio est. Obsecro te vir pietatis amator, obambula per tuæ regionis monasteria, & vide quantum illic inventurus sis veræ *Christianæ*que pietatis, quantulum sacræ eruditionis, quantulum vigoris spiritalis, præsertim apud eos qui se vocant *Mendicantes*. Apud nos verò tyrannidem etiam mirificam obtinent. Etiam atque etiam mihi testandum est, hæc non dici in ordinis cujusquam contumeliam, sed in eos qui de suis ordinibus pessimè merentur. Perspiciunt quas ob causas sint invisi pluribus, nec tamen ea corrigunt, sed improbitate, violentiâ & conspiratione contendunt vincere. Utinam tibi tantum esset ocii, ut ea legeres quibus respondimus *Bedæ*, & monachis *Hispaniensibus*; videres ob quàm frivolas nugas quantos excitârint tumultus. Nec quicquam illos pudet insciticæ, vanitatis, calumniæ, malitiæ. Ita conspirârunt, Clamemus omnes apud populum, quicquid in sceleratissimum hominem dici potest; nè sileamus in conviviis, in secretis confessionibus, in arcanis colloquiis, apud aulicos, summos & infimos, præsertim idiotas, qui libros *Erasmi* non possunt legere. Illud inprimis caveamus, nè quid illius vertatur in linguam popularem, nam ea res ilicò proderet nostra mendacia. Ita nimirum vincemus. Quid istis animis malitiosius? & hæc est monachorum pietas. *Augustinus* dicit nusquam rectiùs vivi quàm in monasteriis, nusquam periculosiùs errari, & tamen loquitur de his qui nullis astricti votis, duntaxat perpetuis, simul vivebant: Quid nunc diceret, si videret multa monasteria, quæ nihil differunt à publicis lupanaribus: quid de monacharum multis collegiis, in quibus nihil minus reperias quàm castitatem? De nostratibus monasteriis loquor. Et in his quæ commendantur observantiæ nomine, Deum immortalem, quàm rari sunt in quibus animadvertas synceritatem *Christiani* pectoris? Et tamen ædificamus quotidie nova monasteria. Ac me sibi fingunt hostem, si superis placet, quum in omnibus scriptis meis nihil aliud agam, quàm ut ad veram exhorter religionem. Quæ si illis tam cordi est, quàm volunt videri, qui fit ut non amplectantur nostram operam? Per horum stoliditatem, improbitatem, cum pari malitia conjunctam, prospicio futurum, ut hunc tumultum cui *Lutherus* dedit exordium, excipiat alius tumultus multo etiam gravior, ni Principum & Episcoporum autoritas

A in tempore vigilet. Jam nunc erigunt capita *Dominicani* quidam & *Franciscani*, per quamvis occasionem sævientes in eos quos oderunt; oderunt autem omnes qui favent melioribus literis & synceriori pietati. Nuper in *Gallia* conjecerunt in carcerem tres, quorum unus erat exurendus, ni Principis æquitas illum sublevâsset, causâ *Lutetiam* rejectâ. Crimen expectas. Ædificabatur illic regali sumptu monasterium. Is, alioqui ab omni
B *Lutheranismo* alienissimus, dixerat, Hi sumptus fortassis rectiùs collocarentur in orphanos, viduas, & pauperes. Hoc dicto monachorum læsa majestas, depoposcit hominem probum ac doctum ad incendium. Jam faces erant in manibus, jam extructus rogus, jam sententia definitiva pronunciata. Capti sunt alii duo, gravem ob causam scilicet. Morbo coacti duobus Quadragesimæ diebus vescebantur carnibus, nec id inficiantur. Hæc sunt
C præludia monasticæ tyrannidis, quæ nisi cohibeatur, quid tandem futurum esse divinandum est? Vates enim optimus, vir prudens. Erumpet populi dolor in atrociorem tempestatem. Soli *Mendicantes*, quosdam improbos inquam noto, non ordines, fuere fons & caput totius hujus mali: nec conquiesceet mundus donec illi redigantur in ordinem, quod ut fiat in ipsorum quoque rem est: quin hoc ipsum si non major, certè melior monachorum pars exoptat. Violentum est
D tollere monasteria, quod aliquot locis tentatum est: illud potiùs agendum est, ut monasteria scholæ sint sobrietatis, pudicitiæ, modestiæ, veræque pietatis. Quibus id rationibus fieri possit aliàs indicabitur: nunc in transcursu illud attingam modò, monachorum dignitati rectiùs consultum iri, si legibus oppositis vetarentur, pueros ac puellas blanditiis aut terriculamentis ad suum institutum pellicere: si quos constaret arte pertractos, iis autoritate Præsulum redderetur libertas, & ad
E pœnam vocarentur plagiarii. Præterea si professis viris pariter ac mulieribus prospiceretur, ut essent viri graves & integri qui illos pabulo doctrinæ cœlestis alerent, neque quisquam sineretur in otio vivere: nec mediocriter conduceret ad Ecclesiæ concordiam, ut, si quâ fieri possit, titulorum, vestium, ac rituum tam immensa varietas tolleretur: satis erat vestitum esse vilem ac simplicem, ac vultus potiùs moréque compositi monachum testarentur, quàm amiculi color aut forma. Ad hæc si resignatis diplomatibus, quibus adversùs monarchas, episcopos, magistratus & populum, imò veriùs adversus semetipsos supra modum armati
F sunt, agnoscant Episcopos suos, quemadmodum fecerunt ac voluerunt illi, qui Proceres & autores ordinum fuere. Verùm de his aliàs copiosiùs. Nunc eò revertor unde digressus sum. Si quid corrigendum est, adhibeatur ea moderatio, quæ *Christianos* decet, quàmque præstitisse videmus priscos illos, quorum erudita pietas cum tot hæreseon cuneis feliciter depugnavit. Quid autem effectum iri credunt, stolidis tumultibus, malitiosis
G syncretismis, virulentis obtrectationibus, scurrili impudentiâ, pluſquam militari improbitate, manifestis mendaciis? Non solet Ecclesia *Christi* columba, malitiam vincere malitiâ, neque stultitiam stultitiâ, neque impietatem impietate, sed malum bono vincere didicit. De animo meo nemo potest ambigere. Poteram in *Lutherana* ecclesia esse coryphæus, malui totius *Germaniæ* in

me

me concitare odia, quàm ab Eccleſiæ conſortio diſcedere: poteram novæ factionis autor eſſe, nullum diſcipulum mihi paravi, ſed quoſcunque potui *Chriſto* tradidi, condiſcipulos habere malens quàm diſcipulos. Fortunam nullam ambio, quum jampridem inviter undique à ſummis Principibus, iiſque non paucis. Videar hoc inſolentiùs dicere, modò ſciant veriſſimè dici. Perſevero in tenuitate mea, nec huic valetudini ac ſenectuti do rudem, à tam perpetuis & iniquis laboribus. Hæc declarant quantum abhorream ab hæreſi. Sed offendunt quædam in ſcriptis meis. Verùm non attendunt quanto graviùs offenderint illa, quibus medicandis adhibita eſt monitio. Quòd ſcholaſticam Theologiam ad Scripturarum fontes & ad veterum lectionem revocare conatus ſum, ut ingenuè dicam, nondum me pœnitet, maximè quoties animo reputo, ad quàm frivolas argutias ea fuerit prolapſa. Quòd ſi volunt eam priſtinæ dignitati reſtituere, nè id faciant in alios debachando, ſed exhibendo ſobriam & *Chriſto* dignam Theologiam, ſicut jam in ſcholis aliquot fieri cœptum eſt. Ut de monachis quædam admonerem, ipſa me pietas & conſcientia coegit, quanquam non parùm dederim hic quoque religionis nomini, & verecundiæ *Chriſtianæ*. Hi meliùs inſtaurabunt priſtinam autoritatem, ſi piis ac ſanctis moribus declarent ſe verè monachos eſſe, quàm ſi ſtolidis mendaciis ſcurrentur in famam alienam. Et ſi verè favent ordinum ſuorum dignitati, tales rabulas quorum & dictis & factis cum primis dehoneſtantur, cohibeant, & ad eam ſe conferant ſynceritatem, quâ quondam ſibi tantum orbis favorem conciliârunt. Breviter id ſynceris ſtudiis agendum eſt, ut in hoc rerum tumultu, vincat *Chriſtus*, eíque ſoli paretur triumphus, non affectibus humanis, quos in utraque parte videmus victoriam ad ſe certatim rapere. Vincat Pontifex & Cardinales, ſed ſi illorum animus ſpectat ad *Chriſtum*: Vincant & monachi ſi libet, ſi *Chriſti* negotium agunt. Quòd ſi illi ſuam gloriam, ſuum ventrem, quæſtum & regnum ſpectant, jam non militamus *Chriſto*, ſed mundo: nec auferetur malum, ſed transfertur: nec ſanatur morbus, ſed mutatur, fortaſſis in pejus. Quæ bene docuit monuítque *Lutherus*, ſequamur, non quia ille monuit, ſed quia recta ſunt, & Scripturæ divinæ conſentanea. Nunc periculum video, nè non corrigamur ad æqualitatem, ſed, ut ferè ſolet uſu venire, deflectamus in diverſum. Velut antehac non parùm erat ſuperſtitionis in colendis divis, nunc multum adjungent, quo longiùs abſint à *Lutherano* dogmate. Atqui modus hic erat adhibendus, non exceſſus. Docendus erat populus, imagines nihil eſſe niſi ſigna, idiotarum animis data. Divos venerandos quidem, non adorandos latriâ quæ dicitur: perfectius eſſe tollere ſurſum animos ad *Chriſtum* ſine imaginibus corporeis, quàm per imagines: perfectius eſſe à *Chriſto* petere, quicquid impetrare volumus. Tutius eſſe *Chriſtum* nobis imitandum proponere, quàm quemvis divorum: divos religioſiſſimè coli benefactorum imitatione. In templo non convenire quaſlibet imagines, ſed in his modum & decorum eſſe ſpectandum. Ac nè longior fiam, ſi in cæteris omnibus non prorumperetur ad exceſſum, ſed ad temperaturam, ſperari poterat hujus tempeſtatis lætus exitus. Verùm hoc nunquam futurum eſt, niſi Principes & Eccleſiæ Proceres ſuis consilio privatos affectus, nec aliò ſpectent quàm ad *Chriſti* gloriam, ac publicam *Chriſti* onis utilitatem. Sic agentibus nobis us, & hos tumultus verteret in tranquil Satis enim perſpicuum eſt hanc rerum non ſine voluntate numinis immiſſam ris, quemadmodum olim plagas varias *Ægyptiis*, ut reſipiſcerent. Conſultiſſimum fuerit, ut omnes ad Domini miſericordiam fugiamus, & ſuam quiſque culpam agnoſcamus. Nunc alii in alios culpam rejicimus, ſuam nemo; nec medelam quærimus malis, ſed nem. Quod ad me pertinet, non admodum quo animo laturus ſum, ſi omnes meæ lucubrationes obſoleſcant. Si nocent pietati, nec ſupereſſe: ſin conferunt ad pietatem, ſed ſum eſt Deo, ſive ob meam, ſive ob aliorum pam aliquam, ut intereant, fiat quod illi fuerit, qui non poteſt velle niſi quod optimum eſt. Oſtendant aliquod dogma *Chriſtiano* contrarium, niſi mox correxero, clamet rum eſſe *Chriſtianum*. Quid autem facium dorum, malevolorum & imperitorum ſuſpicionibus, depravationibus, calumniis & Mentem meliorem illis optare poſſum, non poſſum: Utinam & hoc poſſem. medebitur, quum illi viſum fuerit. us multum laboris meâ causâ ſumpſit in dis exemplaribus, nec habeo quod illi tam procul ſemoto: rogo ut illi pro me tua benignitas, quem tibi gratum eſſe ter gaudeo. Dominus *Jeſus* ſervet te mem. *Baſileæ*, Calend. Septemb. Anno mo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Rot. Martino Lipſio S.

UT mihi non poteſt non eſſe grata ctoris erga me ſtudiũ, ita nolim te iſtiuſmodi rabulis confligitari, nec ipſe laboro ſcire quid hic aut ille blateret. inquis, ut traducantur. Quid hîc traductore quiris, quum à nemine magis traduci quàm ipſi traducunt ſeſe? Quibus ſi eſſem, abſit autem ut *Chriſtianus Chriſtum* velit, non optârim aliam vindictam, iſtum modum ſemet conjiciant in odium, temptum, & riſum optimi cujuſque. Mea dem vicem ſat moderatè fero, me ipſum lans exemplo *David*, itaque mecum Quid ſi hoc illis Dominus præcepit, ut dicant, eóque remedio purgare volet, me diſplicuit oculis illius? Fortaſſe tribuet nihil animum meum antehac eruditorum ſus, certè doctorum hominum amicitia me vehementer fuiſſe delectatum. Ea hoc amaro pharmaco bene diluitur. Atque ut eſt divinorum conſiliorum abyſſus tabilis, quid ſi Deus utriſque procurat ſalutem mihi, ut hominum conviciis admonitus, vertar ad *Chriſtum*: illis, ut proditâ cuncti gni ſtoliditate, cum pari malitia conjuncti, gantur aliquando reſipiſcere? Illud demiror, adeo nihil vel mentis habere, vel frontis, confutati, toties deprehenſi, toties irriſi, cordatorum omnium judicils exſibilati, nant tamen eandem agere fabulam. Quæ

dum res istis tantum præbet fiduciæ, nisi forte populi ruditas, mulierculorum facilitas, & doctorum rectèque judicantium paucitas? Præclara verò petra, cui nituntur! at ista petra non est *Christus*, cujus videri volunt germani. Quum primùm exiisset *Hieronymus* à nobis emendatus, perferebant quum aliis, tum cuidam Principi fœminæ, mihi displicuisse stilum *Hieronymi*, & in hoc sumpsisse operam, ut quod ille suis verbis fuse eloquutus, ego meis elegantiùs efferrem. Quid stupidius? Quasi vel ego possim elegantiùs dicere quàm dixit *Hieronymus*, aut in tantum delirem, ut in cujusquam mutando stilo putem tantum laboris esse capiundum. Nec è plebe fuerunt qui hoc persuaserant, sed alter *Dominicanus*, alter *Franciscanus*, episcopus uterque. Credo istos nullæ mendæ offenderant in *Hieronymo*, qui nihil illius attigerant. Quum prodiisset *Novum testamentum*, quàm stolidè debacchati sunt quidam è suggestu ad populum, extitisse qui corrigeret *Magnificat*, qui corrigeret *Precationem Dominicam*, qui corrigeret *Evangelium Joannis*. Quantum hic sibi placebant, ut triumphabant, quum interim eruditis ac sanis omnibus sese propinarent deridendos? Ipse præsens audivi laudes meas. *Antuerpiæ* concionabatur in suo monasterio Prior *Carmelitarum*, Theologiæ professor: id arguebat pileum violaceum, alioqui *Latinè* prorsus nesciebat, tantum aberat ut sacras literas nôsset. Erat autem concio frequens ob diem festum Pentecostes. Ibi quum non minus indoctè, quàm insulsè recitaret ea quæ ex impetis centonibus didicerat, mihi fortè conspecto, impegit duo peccata in Spiritum sanctum; alterum quòd auderem corrigere *Magnificat*, alterum quòd dixissem concionatores non intelligere suum thema, quum id sumant ex sacris literis sancti Spiritûs afflatu proditis: quasi nihil interesit inter Spiritum sanctum, & talem monachum, quem tritum verùs dixisses quàm hominem? Quos risus illic vidisses, non solùm eruditorum, sed & mulierculariam aliquot, quibus eram notus, natu rum audes habebam in proximo? Ut autem illud dicerent, hæc erat occasio. Ante paucos dies ex eodem loco seniculus ejusdem sodalitii fuerat concionatus: thema erat quod est 1 *Pet.* 4. *Estote prudentes & vigilate in orationibus.* Ibi è suis collectaneis multa dixit de virtute Prudentiâ, quum *Gravè* ac *vaginare*, quod magis sonat, *sobrii estote*. Sobrietas enim quæ opponitur luxui, & vigilantia quæ excludit somnolentiam luxûs comitem, prudentiæ congruunt. Hoc fortè dixeram in conviviio nec molestè nec inimicè. Nam is senex mihi visus est minimè malus. Tantum dolebam illi non adesse plus literaturæ. Quid commemorem de illo, qui coram monarcha, circumstante proceruin coronâ, flexis in terram genibus, amplis manibus in cœlum sublatis, imploravit Principis opem ad opprimendos *Erasmi* libros: qui admonitus ut proferret si quid haberet compertum in meis scriptis quod adversaretur fidei, miro supercilio digessit in digitos tres articulos, Quòd negarem resurrectionem corporum, Quòd malè sentirem de matrimonio, Nec multò melius de eucharistiâ. Hillagitantibus probationem, eâdem stolliditate produxit locum ex 1 *Cor.* cap. 15. *Omnes quidem resurgemus*, cui respondet locus ex epistola ad *Thess.* 1. cap. 4. *Deinde nos qui vivimus, qui*, &c. ubi quòniam est eodo vitium textorius, nullam omninò dominam, homo mitè Dialecticus colligebat me negare resurrectionem, si quos ille dies deprehendisset in vitâ, immutarentur ad immortalitatem sine mortis intervenia. Ibi constrictus eruditorum argumentis, ut elaberetur respondit, *Paulum* apostolum *Corinthiis Hebraïcè* scripsisse: quod dictum malorum risus, Principis, ut est clementissimus, misericordia excepit, quem puduit illius cui favebat, quum ipsum sui non puderet. Nec hic erat gregarius, sed Theologiæ professor, nunc etiam Episcopus. Tanto felicior est hisce temporibus audacia quàm sapientia. Huic simillimus erat alter, multorum judicio magnus Theologus, suo maximus, nec mediocris ecclesiæ columna. Is quàm diu clamâsset publicitus in *Novum testamentum*, instare supremum ecclesiæ tempus, venisse antichristos, & horam novissimam, ubi ventum est ad colloquium, nec adessent arbitri, rogabam proferret, si quid haberet, quod offenderet in *Novo testamento*: quúmque silentem essagitatione premerem, respondit tandem homo verecundus, se nunquam legisse meas *Annotationes*. Quid aliud responderet quivis *Nomentanus* aut *Balearo*? Hoc paulo modestiùs erat alter, etiam dignitate superior, qui cum semel atque iterum extra ullam exceptionem probâsset *Annotationes* meas, ut opus eruditum ac pium, post expostulanti mihi quod tum probaret *Lei* calumnias, quum dudum opus à capite usque ad calcem, ut aiebat, perfectum citra omnem exceptionem approbâsset: respondit homo gravis, se legisse quidem, sed non ita attentè. Idem quum me satis odiosè in frequentissima schola perstrinxisset, suppresso quidem nomine, sed ita ut nemo non sentiret quem peteret: privatim expostulanti lenitè deferavit, se nihil minus quàm de me cogitâsse, tantum *De matrimonio* nonnihil esse scrupuli. Ea de re quum inter nos commentaremur, confessus est se quoties cœlibatum nominâssem in *Encomio matrimonii*, sensisse vitam castam ac virgineam: nec inficiatus est se quum *Declamationis* titulum legeret, intellexisse sacram & Ecclesiasticam concionem. Rogavi num æquum judicaret mihi impingi crimen hæreseos, si quidam illorum *Latinè* non didicissent. Subridens obticuit. Agnoscis, opinor, quos designem. Nec *Bucentam* ignoras, qui præter alias ineptias, quas non parum multas effutivit in privato colloquio, illud parabat non ferendum, quod in *Annotatione* quapiam scripsissem de *Thoma Aquinate*, illius viri ingenium indignum fuisse, quod in illa tempora incidisset: nimirum laudans illum, & seculo imputans, si cubi lapsus esset. At ille qui Theologus erat absque Grammatica, credebat indignum dici quod sit detestabile. Audis novum enthymema, *Bucenta nescit Grammaticam, igitur Erasmus est blasphemus in divum Thomam.* Idem annotârat locum in quo per collationem exaggero quantum malum sit obtrectatio malitiosa, quæ idem efficit quod libellus famosus, imò plus lædit: ille credebat à me probari libellum famosum, quasi probet adulterium, qui hoc exaggerandi gratiâ conferat homicidio. Annotârat locum, in quo recitatis veterum sententiis, qui videntur *Mariæ* Virgini tribuere peccatum aliquod actionis, subjicio, *& nos fatemur eam prorsus immunem ab omni peccato*, nimirum indicans recentium quorundam opinionem,

nem, plurimum ab illa veterum distare: ille credebat me meo nomine pronunciâsse, *Virginem fuisse puram à peccato originis*, & hoc erat inter meos errores annumeraturus. Et alia quædam his etiam stultiora tum effutivit, quæ referre piget. Meditabatur vindictam, at non suppetebat stilus. Itaque cœpit legere, *Virgilium*, *Juvenalem*, & *Margaritam poeticam*, ut hinc expoliret dictionem. Nactus est ad eam rem auxiliarios tres. Operâ communi absolutum est præclarum opus. Gestiebat in lucem emittere, at non licebat per vicarium ordinis. Tandem clàm fictis titulis emisit asininum partum. Libellus erat exiguus, quo nihil fingi possit indoctius, insulsius, aut insanius, sed in hoc numeravi septuaginta manifesta mendacia. Nec me fugit qui fuerunt autores. Unius *Cornelii Dunelandii* prolixam epistolam, quam *Leo* scripserat ad me miserunt amici. Ibi profertur hujus stolidissimi negotii mysterium. Quum periclitaretur excusor, ac magistratus eos libellos vendi vetuisset, *Dominicanos* aliquot clitellatos emiserunt, qui furtim huc illúcque distraherent. Nónne bellum facinus, & ordine tam sacro dignum? Eo peracto mox evanuerunt, unus in *Zelandiam*, alter in *Gheldriam*, tertius nescio quò. Solus *Rabinus* tenuit locum, nisi quòd paulo post fugit è vivis. Satis enim erat unum facinus ad nominis immortalitatem. Et hic talium artifex mihi ob id potissimùm erat infensus, quòd ordini suo parum faverem, ipse scilicet magnum ordinis ornamentum. *Brugis* Episcopus quidam à suffragiis, totam horam debacchatus est in *Lutherum* & *Erasmum*, quo nimirum populus suspicaretur inter nos convenire. Et faceret, nisi tot exemplis ab ipsis didicisset, non facilè credere personatis. Id quoniam bene cesserat, captato tempore, quum abesset ejus templi Decanus, à *Cantore* combibone impetravit iterum dicendi facultatem, & è suggesto ausus est palàm dicere, quòd in libris meis essent quædam hæretica. Descendentem excepit quidam egregiè doctus, tum ejus Reipublicæ pensionarius, nunc ad majorem dignitatem evectus. Urgebat tergiversantem, ut vel unum proferret locum. Quomodo putas elapsum? Ut assolent scurræ, negavit se quicquam legisse mearum lucubrationum, tantùm in animo fuisse legere *Moriam*, verùm illic comperisse tam *profundam latinitatem*, his enim verbis utebatur, ut veritus fuerit nè quam in hæresim prolabi possim. Ubi primùm exissent epistolæ obscurorum virorum, miro monachorum applausu exceptæ sunt apud *Britannos* à *Franciscanis* ac *Dominicanis*, qui sibi persuadebant eas in *Reuchlini* contumeliam, & monachorum favorem scriò proditas: quúmque quidam egregiè doctus, sed nasutissimus, fingeret se nonnihil offendi stilo, consolati sunt hominem. Nè spectaris, inquiunt, ô bone, orationis cutem, sed sententiarum vim. Nec hodie deprehendissent, ni quidam, additâ epistolâ, lectorem admonuisset rem non esse seriam. Post in *Brabantia*, prior quidam *Dominicanus* & magister noster, volens innotescere patribus, coemit acervum eorum libellorum, ut dono mitteret ordinis Proceribus, nihil dubitans quin in ordinis honorem fuissent scriptæ. Quis fungus possit esse stupidior? At isti sunt, ut sibi videntur, *Atlantes* ecclesiæ nutantis; ex his designantur cognitores de dogmatibus ecclesiasticis, hi pronunciant de libris *Erasmi*, & horum arbitrio Christi fides aut hæretici. Ex hoc sodalitio quidam, Theologorum coryphæus, qui jactabat neminem teneri medium, nec elabi posse. Scripsi *Hieronymum* non fuisse virginem. En ipse *Hieronymus* profitetur se fuisse virginem. Ubi? In libello ad *Eustochium*, *Virginitatem etiam*, inquit, *tum efferimus, sed servamus*. Hic triumphabat ille, quid apertius inquit? Nemo servat quod se misit: quum *Hieronymus* se servare dixerit, quæ servandi rationem præscribit, quemadmodum dicitur instruere milites ad bellum, qui se militari disciplina præcipit. Ut hic applausum est à combibonibus? At quantus eruditorum risus, qui ronchi, quæ sannæ? Nullus est dies, quin talium stratagematum aliquid designent, cujusmodi et quoque nonnulla describis. In vicina Galliæ parte quidam, *Franciscanus* quidam egregiè rotatus, nunquam desinebat in me vociferari publicè, privatim, in conviviis, è suggesto. Expostulavi cum homine epistolâ sat prolixâ, simúlque monui ejus regionis Principem, ut hominis improbam petulantiam compesceret, id etiam ad publicam totius ordinis tranquillitatem referre. Mihi rescripsit Ecclesiastes, sanctè dejerans se nunquam de me non honorificè loquutum: eadem asseverarunt apud nobiles quosdam, qui blasphemias illius totos in auribus acceperant. Sed hujusmodi pertulit regit sacra cuculla *Franciscі*. Similis fuit improbitas cujusdam *Dominicani*, qui præfatione maledicâ comitem quendam prosciderat, non ferendis in eum conviciis debacchans. A cujus amicis quum urgeretur, scripsit suâ manu palinodiam, quâ dejerat se nihil unquam sinistrè de comite sensisse, sed semper illum habuisse pro viro docto & pio. Atqui eadem palinodia recitabat verbi præfationis, quæ non poterant in alium cadere quàm in comitem. Est apud me palinodia. Hic utrum mavis interpretari, stuporem ingenii an plusquam scurrilem impudentiam? Et enim hic erat lux ordinis, cognitor insignis de negotio fidei, incomparabilis Theologiæ professor. Qui censes dicere faceréque gregarios illos sodales, quibus satis est ἀντὶ ἔφα, & mox applaudant, ac clamant, totóque corpore discedant in frementiam. Apud *Hispanos* quidam è *Franciscano* sodalitio, vir habitus doctus ac pius, etiam in concione prodidit è meis libris decerptos: quorum unus erat plusquam hæreticus, quòd in *Enchiridio* scripsissem, apostolis adfuisse veram germanamque Theologiam. Vociferabatur apud populum. Quo, inquit, ferat hunc scriptorem? Negat usquam esse veram Theologiam, præterquam in Germania, quum ea penè tota scateat hæresibus. Alterum prodidit non minus periculosum. In catone quinto scripseram, non esse magnum effari in cuculla *Franciscі*, nec pro futuram vestem, nisi qui vitam illius fuisset imitatus. Hic aiebat me detrahere cum *Montanò*, qui lapsis negavit reditum in gratiam: quasi non sit reditus in gratiam, nisi per cucullam *Franciscі*, aut quasi cuculla conferat homini bonam mentem. Ex *Paracleti* dumtaxat eum locum, ubi dico me cupere ut omnes mulierculæ legant Evangelium & epistolas Apostolorum. Id illi visum est hæreticum, quum extent duæ *Joannis* epistolæ ad mulierem. Sed unde probavit hæresim? Adversatur, inquit, *Paulo* præcepto, qui 1 *Tim.* 2. scribit, *Mulier autem in silentio*

huic ego? cui dimes subjiciunt, &c. Quasi meseri non liceat domi facere, aut quasi sit idem audire in ecclesia loqui, & domi tacitum aliquid legere. Hujus fere generis trigintà articulos collegerat, & evulgarat ille *Frumentianus* gentis emphasin. Nuper *Dominicanus* quidam prior, inter istos pro docto habitus, medicum quendam utriusque literaturæ cumprimis eruditum, meique nominis studiosum, aggressus est, ut ejus animum sucatis verbis ab *Erasmi* studio revocaret. Quum nihil proficeret, sed medicum potius accenderet, ut magnificentiùs de me tum sentiret, tum prædicaret, oblitus simulatæ modestiæ Theologus, cæpit veras edere voces, pronuncians *Erasmi* libros indignos qui legantur à bonis, quòd omnes scateant obscœnis conviciis. Exemplum flagitanti medico, Lege, inquit, librum quem nuper scripsit *De matrimonio*. Quid illic? Appellat Episcopos cinædos, addens illos habere quaternas aut quinas concubinas. Hic risu sublatò medicus, Næ tu, inquit, pulchrè oculatus es, qui videris quod ego in libro semel atque iterum lecto non viderim. At Theologus suæ causæ fretus, Proferat, inquit, codicem, & ostendam. Protinus est, indicatus est locus, in quo disputo, quod hodie non recipitur ad presbyteri gradum, qui ludens pro virgine duxit corruptam: sed qui cum multis meret ricibus habet consuetudinem, recipitur non solùm ad honorem presbyterii, verùmetiam ad quatuor aut quinque episcopatus. Verba mea sic habent, *Qui imprudens duxit corruptam pro virgine, dicitur divisisse corpus suum; & qui cum tot meretricibus habuit consuetudinem, non divisit corpus suum, sed tanquam purulentum, & ut Graci dicunt, ῥύσιν recipitur ad quatuor aut quinque saltem episcopia.* Medicus admiratus, Ubi hic, inquit, cinædus, ubi quinque concubinæ? Tandem exortione respondentis deprehendit insignem hominis deliration em. *Hispani* quemadmodum suis vulgo *putum* appellant *draucum* sive *scortum* masculum, sicuti *puranus* appellant *prostibulas*. At veteres ex consuetudine prisci juris, *putrum putum* dicebant, quòd esset *fœtorum*, nam à *puto* nos *putere* dicimus *putare*. Habes cinædum. Sed ubi quinque concubinæ? Existimabat ab episcopo dictas episcopas, quemadmodum à domino dicimus dominas. At ego quoniam *episcopatus* nec *Græcum* vox est nec *latina*, eandem vocem usurpare malui quæ *Paulus* usus est, *ἐπισκοπεῖν*. Qui talibus exemplorum traducunt stultitiam, de me queruntur, quòd officiam ipsorum autoritati. Verùm aliquanto crassius est quod referam. In monasterio quodam *Dominicanorum* prior in suos partitus erat suas lucubrationes, ut ex his colligeret errata. Oblata fortè obvenerat *Hieronymus*. Is cui non minus ignotus erat *Hieronymus* quàm *Erasmus*, cœpit promiscuè notare quicquid offenderet vel in *Hieronymo*, vel in meis scholiis: ingentem errorum sylvam congesserat ex *Hieronymo*. At cum in conventu proferret quisque quæ notârat, hic multum laudis sibi sperabat, quòd nemo plures adferret articulos. Tandem cordatior quispiam fuit hominem nullum habuisse discrimen inter *Hieronymum* & *Erasmum*: Itaque pro sperata laude, ludibrium retulit. Verumtamen hic casus docuit, ex quovis orthodoxo plures errores decerpi posse, quàm ex meis libris, si quis tales animos ad illos adferat, quales illi adferunt ad meos. Imò pollicitus sum in epistolis dixi *Pauli* prolatarum calumnias aliquanto probabiliores quàm istis proferuntur ex scriptis meis, si modò seponeretur nomen & autoritas. Quid hic repetam de *Britanno* Theologo, qui in concilio quum disputaretur, An ex literis sacris liqueret hæreticum esse capitis afficiendum supplicio, clamabat verbis *Pauli*, *Hæreticum post unam & alteram correptionem devita*. Quum hæc iterum atque iterum occineret, mirantibus cæteris quid sibi vellet, unus natu ior sensit illum in hoc errare, quòd putaret *devitare* nihil aliud esse quàm è *vita tollere*. Quid evenit? Puduit ibi quosdam tam sordidæ delirationis in sene ac Theologo. Hinc probabunt ut, quisque Grammaticâ, sive studio sacrorum voluminum Theologi volunt haberi. Quod dicam, ex primi nominis ordine profectum est, scripto quidem proditum, licèt nondum evulgatum. In *Colloquio Symbolo*, Pater mihi dicitur, simpliciter autor omnium, ita illum intelligenti illum solùm esse Principium sine principio. Ibi meus Theologus, nomen non edam, de suo addidit *rerum*, quum à me scriptum esset, *omnium quæ sunt*: ac docet tres Personas esse res distinctas, nè possim elabi. Deinde assumit, *autor*, *causa*, & his consimiles voces, ad correlativa, substantialem, sive essentialem distinctionem importare, nedum realem sive personalem. Sic enim ille loquitur. Id confirmat exemplo, narrans ætate *Gersonis*, Theologum quendam *Lutetiæ*, quòd in concione dixerit, Patrem causam Filii, adactum fuisse ad publicam palinodiam, quum nihil aliud sentiret, quàm quòd Filius à Patre procederet, &c. Ut obiter hoc indicem, qui de *causa* vocabulo movet calumniam, cur ausus est dicere quòd Filius procedit à Patre, quum processionem Spiritui sancto propriè tribuamus? Sed ad rem; Quis illi deus indicavit, nihil referre utrum *autorem* dicas an *causam*? Ut nè quid respondeam de *causa* vocabulo, quo nusquam sum usus. Et horretur *causæ* vocabulum, quasi principium aut origo, aut ulla vox alia propriè quadret rebus divinis. Et quæ sunt illæ voces similes? An *principium*, *origo*, *fons*, & hujusmodi? Certè *latinus* elegantet *autor* dicitur, unde velut à fonte primò fluxit aliquid. Et divus *Hilarius*, Patri tribuit autoritatem ceu peculiarem, quòd in eo sit summa & absoluta principii ratio. Nec *Augustinus* cum *Ariano Maximino* disputans horruit *autoris* vocabulum. Quum enim ille dixisset, *Patrem adoramus ut autorem*, *Augustinus* interpretatur *autorem* principium Filii & Spiritus sancti. Num hic æquum videtur, ut ego dicar impiè loquutus de Deo, quòd ille Theologus non didicisset *latinè*, nec *Hilarium*, nec *Augustinum* legisset? Quid hic commemorem *Christi Paulique* sententias, meo nomine damnatas, quum in *Paraphrasi* sub aliena persona referantur? In his quæ scripto vulgârunt in me, *Lens*, *Stunica*, *Bedda*, quot ostendo deliratione, inscitias, malitias, calumnias; & mendacia? quot etiam blasphemias, si quis illos verbis urgeat, quemadmodum nobis de vocibus struunt calumnias? Hæc quum ipsi defigent, mihi imputant, quod apud quosdam minus bene audiunt. De sua glorla viderint ipsi, nos, quod quidem in nobis erit, *Christi* gloriam obscurari cupiditatibus hominum non patiemur. Tum demum verè felicitérque gloriabimur, si in illo gloriemur. Istiusmodi

modi rixis, conviciis, obtrectationibus, sycophantiis, technis, mendaciis, depravationibus, quid aliud efficitur, nisi quòd labefactatur ipsorum autoritas, quam oportebat esse gravissimam: inficiuntur auditorum & lectorum animi, quos oportebat ad pietatem excitari: discinditur *Christiana* concordia, sine quâ *Christiani* non sumus. Meum ingenium sic abhorret ab hujusmodi conflictationibus, ut ad omnia malim obticescere, quàm toties in arenam prodire gladiator, nisi scirem impium esse impietatis crimen agnoscere, quum mens vacet impietatis [illegible] tum est rectum sequi conscientiam, procellis à *Christo* non dimovere [illegible] viderit ipse. Tu si me audis, [illegible] etaberis cum istiusmodi rabulis, [illegible] isti felicissimæ tuæ tranquillitati, [illegible] stat hujus mundi contemptui, sacrorum [illegible] tio, & vitæ cœlestis contemplatio: Dominus *Iesus*. Datum *Basileæ*, Nonis [illegible] bris Anno Millesimo quingentesimo [illegible] octavo.

D. ERASMI ROTERODAMI EPISTOLARUM LIBER XXIII.

S. P. N. Adriano Sexto Designato Pontifici Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 1. ALius hic beatissime pater, universam rhetorices suppellectem in hoc depromeret, ut tibi dignitatem istam, quâ major in terris homini non potest contingere, gratularetur. Ego verò non sumam ullam hac in re operam, ut qui certò sciam, quàm ægrè munus hoc præter omnem expectationem delatum susceperis. Et fortassis ineptus videar, si inde tibi gratuler, unde tu suspiras & ingemiscis, non ignarus quàm difficile sit istam provinciam sic obire, ut functionem tuam approbes principi *Christo*, cui mox omnium gestorum reddenda erit ratio: præsertim his temporibus, quibus totum *Christiane* ditionis corpus, utraque sui parte, tantis malis laborat, etiamsi non accederent *Turcarum* atroces minæ, atque adeo jam non minæ tantum. Sed quo minus est causæ cur privatim gratulemur tibi, hoc impensiùs publicè gratulamur orbi *Christiano*. Nam hæc rerum humanarum tempestas talem omninò requirebat nauclerum. Multis enim argumentis in spem vocamur, futurum ut provinciam divinitùs delegatam non alii geras quàm *Iesu Christo*, & hujus gregi. Qui utinam promereatur, ut tuos sanctissimos conatus bene fortunare dignetur, sine cujus favore inanis est omnis conatus mortalium. Studii erga te mei, ceu pignus quoddam, nunc mitto *Arnobium*, qui tum fortè erat in manibus, quum huc nuncius omnium lætissimus adferretur, *Adrianum* sextum rerum gubernaculis admotum, uberiùs ac plenius idem declaraturus, ubi se dederit opportunitas. Mihi probè nota est & meæ conscientiæ synceritas, & tui ingenii prudens æquitas. Sed tamen quoniam video, quantū hoc seculo possint malæ linguæ, visum est tuam sanctitatem adversus harum virulentiam, velut antidoto quopiam, præmunire: ut si quid delatum fuerit de *Erasmo*, aut planè rejiciat, aut, si quid dubitabit, suspendat sententiam, donec meam acceperit defensionem. Nihil enim addubito, quin apud te judicem æquissimum sim istorum calumniis abundè responsurus. Hoc quum scirem te tuâ sponte facturum, tamen quorundam improbitas, qui nusquam non cessant, fecit ut, si non rogarem, certè submonerem. Hactenus in re *Christiana* animum præstiti dignum orthodoxo, eundem præstaturus usque ad extremum vitæ diem. Si neutri parti causam meam probare potero, certè *Christo* conscientiam hanc confido me probaturum. Sic non è tripode, quod aiunt, sed ex sycophantis oraculo dictum. Hujus epistolæ brevitatem pensabit prolixior in *Arnobium* præfatio. Diu nobis servet omnium servator Dominus *Iesus*, qui tibi suas vices gerenti semper adesse dignetur. *Basileæ*, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Hæc epistola missa est priore diplomate nihil quidem, sed nondum redditō.

S. P. N. Adriano Sexto Erasmus Rot. S. D.

BEatissime pater, pietatis in te meæ, perpetuæque erga sedem istam obedientiæ pignus mitto per publicum nuncium [illegible] *lienses*, si fortè libellus quem pridem [illegible] non est. Tum aliud ad manum non [illegible] uberior obtulerit occasio, non defuturum officio meo. Nihil his temporibus [illegible] bulentius, in quibus difficillimum [illegible] tisfacere. Ego certè hactenus satisfeci [illegible] tiæ meæ, quam spero me *Christo* [illegible] turum. Neque simplex est rerum [illegible] mis, opinionibus, studiis, factionibus, [illegible] vulsa sunt omnia. Mundus unum te [illegible] rebus humanis serenitatem reducta: si [illegible] tas jubebit, audebo secretis literis [illegible] lium meum; si non prudens, certè [illegible] malum hoc sic extingui possit, ut non [illegible] pullulet. Nec enim magni refert, sic [illegible] lentiâ, ut mox erumpat majore cum [illegible] quemadmodum solent malè curata [illegible] magnis tempestatibus à quovis etiam [illegible] patiuntur, quamlibet periti, gubernatores. *Moses* repudiavit *Jetro* consilium, [illegible] *Jetro* non sum; sed tamen apud *Homerum* [illegible] fidele consilium impartit hero suo. Si quid est quod probabitur, licebit uti. Si nihil erit, quoniam præter duos nos nemo cognoscet, [illegible] riculo res obliterabitur. Nos humiles [illegible] audimus fortasse quædam non asperanda [illegible] summos viros fugiunt. Inprimis illud [illegible] censeo, nè privata quorundam odia [illegible] blicum orbis & *Christi* negotium, & sic [illegible] hominum autoritas, ut non prodatur [illegible] *Iesu Christi*, qui solus est heri & hodie [illegible] secula. Nos olim quædam liberiùs [illegible] tum ferebat temporum tranquillitas, [illegible] cantes hoc seculum exoriturum. Nunc, [illegible] vide

video rem *Christianam* in grave discrimen adduci, modis omnibus advigilandum est, neque quicquam omninò dandum privatis affectibus. Nolim ominari malè. Tamen video plus imminere periculi, quàm vellem, aut quàm multi intelligant. Ultimum *Christus* omnia vertat in bonum exitum. Civitas hæc *Basilea* multis dotibus eximiè florens, peculiari quodam studio ducitur erga sedem istam, cùm ob multa, tum ob synodum quondam hic habitam. Proinde digna est, meo judicio, favore sanctitatis tuæ, præsertim quum quod petit, nec iniquum sit, nec difficile. Hoc jussus sum adscribere, quum nihil esset opus. Si tua sanctitas dignabitur obedientiæ meæ periculum facere, injungat quod volet; nisi promptus & alacer paruero, nè numeret *Erasmum* inter suos. Spiritus Domini *Jesu* dirigat animum tuum & omnes tuos conatus ad salutem orbis ac Dei gloriam. *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo. XI. Calend. Jan.

Adrianus Papa Sextus.

Dilecte fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Literas tuas, tam eas quas manu tuâ ad nos exarâsti, quàm eas quibus in fronte commentariorum *Arnobii* excusis, labores tuos nobis nuncupas, semel atque iterum legimus perlibenter: tum quia abs te veniebant, quem ob egregiam eruditionem semper plurimi fecimus; tum quia singularem quandam in nos & religionem nostram, pietatem præ se ferebant. Nam de *Arnobio*, & si eum per gravissimas occupationes nondum nobis perlegere licuit, ex iis tamen quæ hactenus quasi raptim de eo libavimus, tum ex veneranda ejus vetustate, reique de qua agit, argumento, & tuâ denique commendatione, persuasum habemus, non posse eum non esse optimum autorem. Quod verò scribis, vereri te nè aliorum odiis & insusurrationibus *Lutheranæ* factionis nomine sis nobis suspectus, bono in hoc te esse animo volumus. Licèt enim, ut verum fateamur, nomen in hac re tuum ab uno fortè vel altero, tui non multum studioso, nonnihil apud nos delatum sit: ex natura tamen nostra & instituto, adde etiam ex eo quod gerimus officio, non faciles præbere aures solemus ad ea, quæ de doctis & virtute præditis viris sinistrè nobis referuntur; quos quanto scimus excellentiore doctrinâ præditos, tanto videmus esse invidiæ morsibus magis obnoxios. Pro ea tamen quâ te prosequimur charitate, itaque famæ & veræ gloriæ tuæ desiderio te hortari non omittimus, ut contra novas istas hæreses filium istum, qui tibi Dei benignitate felicissimus contigit, exerceas, cum multis de causis tu provinciam hanc tibi potissimùm à Deo reservatam reparare meritò debeas. Inest enim tibi magna ingenii vis, varia eruditio, scribendi promptitudo, quanta nostra memoria paucissimis aliis, nè dicamus nullis: præter hæc verò apud eas nationes, unde hoc malum ortum est, summa autoritas & gratia, quibus sanè dotibus ad ejus honoris, & Ecclesiæ fideique defensionem uti debes, qui eas tibi solâ suâ benignitate elargitus est. Quod ea potissimùm de causa à te fieri cupimus, ut & his qui te super re *Lutherana* suspectum reddere conantur, hoc demum pacto silentium imponas: & labores tuos, quos locupletandis politioribus literis, & expoliendis sacris diu impendisti, hac tam sanctissimâ operâ, quâ nulla Deo gratior, nulla veris catholicis optatior, nulla te & ingenio, eruditione, eloquentiâque tuâ dignior esse potest, exornes. Cave enim expectes tibi totâ vitâ tuâ datum iri occasionem, quâ vel majus Deo obsequium, vel uberius nationi tuæ, imò universæ Reipublicæ *Christianæ* beneficium impendere possis: quàm si non minùs stolidas rusticásque quàm malignas istas hæreses, à *Martino Luthero*, non quidem inventas sed à priscis hæresiarchis, quos Catholica Ecclesia ac sanctissimi Patres divino spiritu proculdubio afflati, sæpiùs condemnârunt, acceptas quasi ab inferis denuò erutas: quæ tot animas fratrum tuorum quotidie subvertunt, & universa confundunt, turbationibúsque replent: *Hieronymi* tui, *Augustini*, & aliorum sanctorum Patrum zelum exemplâque imitatus, lucidissimis rationibus, & sanctæ Scripturæ autoritatibus confuderis, sustuleris, explosseris. Multa quidem, *Erasme*, magno studio magnóque successu antehac scripsisti, quæ licèt permagnam doctis omnibus utilitatem attulerint, tamen præ hoc opere ad quod te hortamur, & quod hominum abs te consensus expectat, minùs necessaria: cùm illa doctis tantum prosint, hoc verò in communem omnium *Christianorum* pacem & tranquillitatem (qui ferè unus in hoc seculo est Evangelicæ doctrinæ finis) Deo aspirante sit redundaturum. Quod quum ita sit, non debes, fili *Erasme*, tu qui à puero ad hoc ætatis, quasi per omnes gradus eas artes quascunque tractâsti, semper aliquid meditando & scribendo juvisti, ad hanc rem isti professioni, isti ætati debitam diutiùs subsistere: cùm idem in te ad scribendum vigeat tenor, judicium longè sit firmius, doctrina verò (ut par est) etiam locupletior accesserit quàm prius: neque verò provinciam hanc rationabiliter declinare queas, quòd fortè ex modestia tua te huic rei imparem dicas. Nam præterquam quod contrarium & omnes nôrunt, & rei habet veritas, aderit tibi in hac laboranti Deus, cui in hoc servies: aderit & justissima fidei causa, quæ adversùs hæreticorum impetus & insidias ad extremum semper victrix fuit, & proculdubiò etiam nunc erit; licèt Deus justissimo judicio propter gravissima hominum scelera, maximè Ecclesiasticorum, Ecclesiæ suæ naviculam in his fluctibus nonnihil laborare permittat. An putamus eundem Deum sponsam suam Ecclesiam, quam precioso sanguine suo sibi acquisivit, & cum qua usque ad consummationem seculi se futurum pollicitus est, nunc desseruturum, & non potiùs confusurum eos, qui superbos intellectus suos contra Dei scientiam, & contra catholicam veritatem extollere non verentur? quibus judicium jam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat. *Vidi*, inquit Propheta, *impium superexaltatum super cedros Libani, & transivi, & ecce non erat; quæsivi, & non est inventus locus ejus.* Quod proculdubiò etiam *Luthero* & suis, nisi resipuerint, citò eveniet. Qui ut ipsi sunt carnales, & dominationis contemnentes, ita omnes sui similes reddere student. An igitur contra istorum insaniam stilum tuum convertere dubitabis, quos Deus jam à facie sua projecisse, & in reprobum sensum manifestè tradidisse conspicitur, ut dicerent & facerent, atque

agerent quæ non conveniunt: quibus universa *Christi* Ecclesia perturbatur, innumerabiles animæ æternæ damnationis reatu cum eis involvuntur? Exurge, exurge in adjutorium causæ Dei, & præclaris dotibus ingenii, quas ab eo accepisti, in ejus honorem, sicut hucusque fecisti, utere. Cogita in te positum esse, cum Dei adjutorio, ut magna eorum, qui per *Lutherum* subversi sunt, pars in rectam viam redeat: qui nondum ceciderunt, stabiles permaneant. Qui verò vacillantes, ac lapsui propinqui sunt, à labendo penitus præserventur. Quæ res quàm grata Deo, & veris catholicis jucunda futura sit, tu ipse facilè æstimare potes. Qui etiam meminisse debes dicti illius beati *Jacobi* Apostoli, quo asserit eum, qui fratrem suum à veritate errantem converterit, & peccatorem ab errore viæ suæ revocaverit, servare illum à morte, & operire multitudinem peccatorum. Nobis certè dici non potest, quàm acceptam rem facies, si tuâ operâ fiet, ut qui pessimâ istâ hæresi infecti sunt, sponte potiùs suâ resipiscant, quàm censoriâ sacrorum canonum, legúmque imperialium virgâ percuti expectent. Quod quàm à nostra natura sit alienum, tu ipse, uti credimus, ex eo tempore quo simul in jucundo literarum otio, & privata adhuc vita, *Lovanii* degimus, optimè nosti. Quòd si rem hanc, quam salutis creditarum nobis ovium *Christi*anæque tranquillitatis desiderio, tanto studio abs te poscimus, pleniore adhuc obsequio augere cupis; fac, transactâ hyeme, & aere *Romano*, qui aliquot jam mensibus peste laborat, purgato, ad nos quamprimum venias, sed incolumis, sed lætus. Juvabit enim non parùm te ad hoc opus, quod tam præstare debes, quàm potes, magna quos hic habemus, librorum copia, & frequens nobiscum, & cum pluribus aliis piis & doctis viris de hac re cōmentatio. Nos verò viciſſim dabimus operam, & brevi cum Dei auxilio, ut nè te iſtius itineris, aut tam sancti laboris pœniteat. Prout dilectus filius magister *Joan. Faber*, vir zelosus, & egregiè doctus, tuíq; amantiſſimus, & magnus laudum tuarum ubique præco, tibi vivâ voce, vel scriptis latiùs explicabit. Cui eandem, quam nobis habiturus esses, fidem adhibebis. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum* sub anulo piscatoris, die primâ Decemb. M. D. XXII. Pontificatûs nostri anno primo.

Adrianus Papa Sextus.

Epist. 4. DIlecte fili, salutem & apostolicam benedictionem. Redditæ sunt nobis his proximis diebus literæ tuæ undecimo Calend. *Januarii*, *Basileæ* ad nos datæ, cum altero exemplari eleganter & sumptuosè apparato, *Arnobii* tuâ operâ castigati, & sub nostro nomine in lucem emissi, propterea quod nondum certior factus esses, an quod primò miseras ad manus nostras perveniſſet. Quibus duabus rebus verè ex animo, & plus quàm credi facilè queat, in Domino lætati sumus. Nam & munus ipsum tale est, ut quantum ex longa epistola tuâ operâ præscripta credere, & ex paucis quæ hactenus per diversas occupationes in illo legere potuimus, odorari licet, vel per seipsum, nedum ex eo quod abs te probatum & editum sit, magnopere doctis omnibus placere debeat: & literæ ipsæ tantam animi tui syncēritatem, religionem, zelum Dei, pietatem, ergáque nos, & hanc beati *Petri* sedem, devotionem & obsequium tuum præ se ferunt, ac si qua unquam ex malevolis amicis de te delationibus (quales emulis bonis viris nunquam deesse soleant) interpretes quo ipsi esset animo nostro siniſterior de tua [illegible] suspicio, eam omnem hæ literæ [illegible] sent: omninóque credas ex illis ad eam benevolentiam, quâ te, tum ob patriæ studiosissimæ & vitæ communionem, tum ob singularem ingenii & naturæ dotes, quas bonorum omnium largitor in te collocavit, semper fuimus prosequuti, maximum pondus accessisse. Summopere verò in illis gratum fuit, quòd nobis consilium pollicearis tuum, quo temporum istorum turbulentia atque confusio sic, ut ais, extinguí possit, ut non facilè repullulet. Téque in Domino hortamur, & quàm maximè possimus serió, & in abundantia charitatis requirimus, ut quemadmodum tibi Dominus donaverit, nobis modum ac rationem aperire satagas, quibus tetrum hoc malum (dum adhuc medicabile est) de medio nationis nostræ auferri valeat. Quâ re nihil est sub Sole quod ardentiùs desideremus; neque id quidem, quod nostra autoritas atque potentia (quod ad nos privatim attinet) hâc sævâ tempestate nihil periclitari videatur: quippe quam nostram non modò unquam concupiverimus, verùm etiam ultrò delatas vehementer recusaverimus, planè (Deum testamur) recusemus, ni inde Dei offensam, & conscientiæ nostræ labem veriti fuissemus: sed quòd tot millia animarum *Christi* sanguine redemptarum, & curæ nostræ pastorali creditarum, ídque nostræ fragilitatis carnem nationis, sub spe Evangelicæ libertatis re autem verâ diabolicæ servitutis retia impositionem trahi videamus. Quanto verò id citò & secretiùs nobis hujusmodi tuum consilium patefeceris, tanto Deo majus obsequium, & nobis rem gratiorem præstiteris. Celeritate omnino propter commune periculum, secretò verò propter tuum, cujus incolumitatem ut nostram quoque opus est. Et quamvis jamdudum ad te pervenisse credamus literas nostras prioribus tuis, cui quibus alterum exemplar *Arnobii* ad nos dederas, respondentes, in quarum calce te invitabamus, ut transactâ hyeme, & aere *Romano* à præsenti pestis contagione repurgato, ad nos venires, magnopere que ex his postremis literis fiduciam concepimus, te ei desiderio nostro morem gessurum: nolumus tamen noluimus, quin id ipsum & per has nostras abs te etiam instantiùs depositatum, ne forte tibi evidentiſſimè constaret, nihil esse prius quàm apud nos Deo obsequi, & Ecclesiæ sanctæ prodesse posse. Eo enim casu contra [illegible] propositúmque nostrum, quo Dei honorem, & Ecclesiæ suæ ædificationem, posthabitis omnibus privatis affectibus, quærimus, futurum esset, si tuæ uberiori messe avocaremus. Alioquí verò scimus, nil nobis gratius, quàm si ad nos veneris, & cum veneris (quatenus tamen id citra incommodum tuum fieri valeat) præstare posse; nobísque curæ non curæ fore, nè itineris ac laboris te tui pœniteat: veluti prioribus literis promissum, & hisce repromittimus. Non est autem cur ob eorum tam dictarum causarum veniæ difficultatem, quòd jam & hyems declinare incipiat, & pestis contagio adeo facta sit exigua, ut in tanta urbe propè nulla videri possit. Negotium illius [illegible]

& ob illius nobilitatem, ergáque hanc sedem devotionem, & ob tuam intercessionem, commendatissimum habemus, brevique expeditum ad ipsum civitatem cum ejus nuncio revertetur. Datum Romæ apud sanctum *Petrum* sub annulo piscatoris, die vigesima tertia Januarii, M. D. XXIII. Pontificatûs nostri anno primo.

Erasmus Rot. Jodoco Gavero viro prætor Juris professionem undequaq; doctissimo S. D.

Omnii Nevii communis amici nuncupata mors quemadmodum mihi gravem mœrorem attulit, ita attulit & salubrem admonitionem. Non enim possum non graviter ferre tam singularis amici jacturam, præsertim quum ipse multis nominibus esset vitâ longissimâ dignissimus. Rursum, tam subita mors admonet nos omnes, nè quis in eo statu velit vivere, in quo nolit mori. Ex amicorum enim literis intelligo illum cum amicis hilariter ac jucundè cœnâsse: Mox quum ascenderet gradus illos à me toties calcatos (nam demigrarat in cubiculum meum) subito morbo correptum ad horam fermè decimam, nec ab hoc paroxysmo vixisse, nisi sex horas. Quanquam haud scio an ista mors possit videri subita, cùm illi tot annis res fuerit cum paralysi. Ac meâ sententiâ nimium indulsit medicinæ, cujus ipse non erat ignarus. Nam quæ pars est liberalis eruditionis, in qua vir ille non fuerit felicissimè versatus? Tanta erat ingenii dexteritas. Proinde in familiaribus colloquiis soleo nonnunquam illud in illum jacere, Ingenium *Nevii* malè habitare. Profectò dignus erat animus ille feliciori domicilio. Rursus indigna mens erat, quæ curis humilioribus inquinaretur, sed semel irretitus explicare sese non poterat. Jam quæ linguæ felicitas, quàm prompta, quàm parata dicendi facultas, si de re seria dicendum esset? Qui lepos, quæ argutia, si jocis aut fabulis ludere libuisset? Tum qui morum candor? quæ convictûs suavitas? Quàm erat amicus amico? Quàm arcani crediti continens? Quàm non sordidus? Unum in eo desiderabam, nè nullus esset nævus in *Nevio*; Tenacior erat simultatum quàm ego volebam. Eas non facilè quidem concipiebat, sed semel conceptas ægrè ponebat. Hac una de re nonnunquam inter animos tam concordes erat, ut scis, aliquâ discordiâ. Non poteram illi persuadere, quàm facilè nonnunquam graves inimicitias comis appellatio solveret, quámque verum esset illud *Græcorum* proverbium, πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία λύουσι. Solebam illi occinere fabulam de *Joanne Coleto*, viro perinsigni hominum memoriâ digno. Pessimè illi conveniebat cum patruo, viro admodum sene ac præstantis moribus. Lis erat non de lana caprina, nec de asini, quod aiunt, umbra, sed de magna summa pecuniarum, ob quantam vel filius bellum indiceret patri. *Coletus* pransurus apud R. P. *Guilhelmum* Archiepiscopum *Cantuariensem*, junxit me sibi in cymba. Interea legebat ex *Enchiridio* meo remedium iracundiæ, nec tamen indicabat se ea legeret. Accubitûs ordo fortè sic dabat, ut *Coletus* sederet è regione patrui, vultu subtristi, nec loquens, nec prandens. Archiepiscopi verò ars quædam est hac in re dexteritas, ut curet, ne quis parùm hilaris sit in convivio, sermones ad omnium affectus attemperans. Per eum ita- A que injectus est sermo de collatione ætatum. Hinc orta est inter mutos confabulatio. Denique patruus senum more gloriari cœpit, quòd tantus natu, tantopere polleret viribus. A prandio nescio quid seorsim agitatum est inter illos. Ubi *Coletus* mecum repetisset cymbam: Video, inquit, *Erasme*, te felicem esse. Ego admirabar, cui hominem infelicissimum diceret felicem. Ibi denarravit, quàm atroci animo fuerit in patruum, B adeo ut propemodum statuisset omnibus *Christiana* modestiæ repagulis refractis, & cognationis affectu contempto, manifestum bellum suscipere cum patruo. Eáque gratia cepisse meum *Enchiridium* in manus, ut iracundiæ remedium quæreret, & profuisse. Mox ex ea qualicunque confabulatione, quæ orta est in prandio, utrinque diluram amarulentiam, sic ut mox Archiepiscopo sequestro facilè res omnis inter eos composita sit. Hujus generis exemplis apud illum commemorandis non admodum promovebam. Sed hunc naturæ nævum, quot eximiis virtutibus ille pensabat? Hic non pergam te consolari *Jodoce*, virum juxta prudentem ac doctum, ob mortem C amici. Sciebas enim te habere mortalem, quemadmodum ille dixit de filio: Sciebam me genuisse mortalem: & ab omni philosophia videtur alienus, qui miserius ducit mori natum, quàm nasci moriturum, quum utrunque pariter secundùm naturam sit hominis. Verùm dictu mirum quàm vulgus execretur subitam mortem, adeo ut D nihil frequentiùs, nihil vehementiùs apud Deum ac divos deprecentur, quàm mortem subitaneam & improvisam. Subitò mori piis pariter atque impiis commune est. *Herodes* repentè percussus ab angelo periit. *Heli* sacerdos vir pius, è sella prolapsus obiit. Horrendum est malè mori, non subitò. Atque hic superstitiosus mortalium timor sibi vana fingit remedia, simulacrum *Christophori*, certas preculas ad virginem matrem, voces E ac notulas quasdam magicis non dissimiles. Qui tantopere formidant subitam mortem, quantò rectiùs facerent, si à superis precarentur bonam vitam? Quid enim stultius, quàm vitæ correctionem differre in mortem. Quàm verò paucos corrigit longa ægrotatio? si tamen ullos corrigit. De nemine quidem desperandum est, sed tamen serò discit *Christianissimum*, qui jam quod discit, exercere non potest: serò confessionis remedium adhibet, quum jam in summis labris est anima. Da mihi, inquiunt, veram contritionem & puram confessionem ante mortem. Et hoc petunt nonnunF quam à diva *Barbara* aut *Erasmo*. Obsecro, quid aliud isti petunt quàm, liceat mihi malè vivere, & da tu bene mori. Nolunt odisse commissa sua, nisi sub horam mortis, volunt frui peccatis suis quàm diu valent. Alioqui dicerent *Christo*, non *Barbaræ*: Da mihi nunc odium peccatorum omnium, da salutiferum de commissis dolorem, da ut mihi semper amara sit recordatio superiorum malorum, da dum valeo sic confiteri semel, ut posthac non sit opus confessione. Quidam illud etiam nominatim G à Deo flagitant, quo genere mortis mori velint, & quot menses decumbere. Quanto *Christianius* est nihil interim aliud curare, quàm ut sic instituamus vitam, nè quandocunq; dies ille supremus advenerit, opprimat nos imparatos, reliqua numinis arbitrio relinquamus? Novit Deus quid cuique maximè expediat. Una nascendi ratio est omnibus: Mo-

riendi mira varietas. Eligat ille quodcunque volnerit. Non potest malè mori qui bene vixerit. Quòd si pio homini deligere fas esset mortis genus, nullam arbitror magis optandam, quàm subitam, quæ velut è medio cursu bonorum operum repentè subvehat in cœlum. Jam ægrotanti, ac velit nolit corpusculi malis servienti, quantum perit temporis ab officiis pietatis? Non studet, non docet, non concionatur, non visit ægrotos, non laborat manibus unde sublevet fratris egestatem, imò potiùs interim aliis onerosus est, quos charitas nollet gravari. Narrant *Theodericum Franciscani* sodalitii, qui *Lovanii* diem suum obiit, virum, ut scis, habitum & pium & integrum, quum sentiret corpusculum gravari lassitudine, unde conjiciebat morbum sequuturum, solitum inter suos dicere, Utinam Deus, ubi visum ipsi fuerit, hinc me subitò tollat, nè diutino morbo gravis sim fratribus meis. Adeò vir bonus non vult cuiquam in vita molestus esse, ut nè morte quidem suâ velit ullum gravari. Quod optârat contigit. Eo die quo defunctus est, bis fuerat concionatus, peregerat rem divinam, interfuerat solenni Liturgiæ, accumbebat in prandio, sub finem prandii petiit abeundi veniam, dicens se sentire nescio quid nauseæ. Abiit solus in cellulam, creditus est quiescere. Ubi diu non prodiret, ingressi sunt fratres, & repererunt in lecto vestitũ ac mortuum, sed dormienti similem. Quis eam mortem non judicaret feliciorem, quàm lentam ægrotationem? Sed absunt ceremoniæ, aqua sacer, cereus sacer, signum crucis, turba acclamantium aut etiam ejulantium. Non dicam hìc, quòd hæc aliquoties nihil aliud quàm mortis molestiam conduplicant; illud tantùm respondebo, quòd sic baptizatus est Eunuchus ille *Candaces* Reginæ. Nec aliter arbitror baptizatos quos baptizavit *Paulus*. Num ideo noster baptismus felicior, quia tot ceremoniis peragitur? Miserum est, inquiunt, mori solùm. Atqui morienti sufficit unus angelus, qui animulam elapsam deferat in cœlum. Adsunt nonnunquam qui solatio sint morienti, sed frequentiùs adsunt qui dolorem addant ac desperationem. Uxor morosa, liberi inobedientes, sodales aleæ, temulentiæ, ac scortationum, concubina, inimicus qui læsit. Nôsti senatorem illum *Mechlinienſem*, sodalem & æqualem *Bogardi* medici, nam uterque vixit usque ad decrepitam ætatem. *Gronſellus* autem ille superabat etiam aliquot annis, ut ex ipsorum colloquio didici. Hujus hospitio sum usus aliquandiu *Mechliniæ*. Ibi ex filiis cognovi, quum jam decumberet (nam senio periit verius quàm morbo) cognatos apud ipsum pernoctare volentes, jussit abire cubitum: *Nihil*, inquit, *opus meâ causâ quenquam gravari; Facile vel solus morior, nimirũ paratus quandocunq; me vocârit Deus*. O vocem verè *Christiano* dignam! Quum agerem *Romæ*, narrabant *Saxonem* quendam cum sodalibus aliquot eò religionis gratiâ venisse; quúmque surrexisset à pœnitentiario apud quem exoneraverat conscientiam suam, procubuit genibus flexis ad altare quoddam, sic innitens scipioni suo complosis manibus orans. Hujus sodales quum vellent abire, mirantur quid ille tam diu moraretur in precibus. Quum ille finem non faceret, vellicant hominem admonentes esse tempus abeundi, & reperiunt mortuum sed prorsus oranti similem. Narrant & Physici subitam ac vehementem affectûs mutationem

A patere mortem, quod ferunt usu [illegible] cui mœrenti quòd falsò rumore [illegible] filium in bello periisse, repentinam [illegible] lis filius præter expectationem [illegible] domum. Idem videtur huic accidisse, [illegible] ingens dolor de commissis. Succes[illegible] gaudium ex absolutionis fiducia. Hinc [illegible] bitanea. *Mortuus est*, inquiunt, *sine lux, [illegible] sive Deus*. At quis eam mortem non [illegible]

B longè felicissimam? Nullum Apostolorum [illegible] terum illorum quos *Christus* unicè charos [illegible] legimus morbo periisse, sed omnes [illegible] quemadmodum fuit ipse Dominus. Atq[illegible] dem arbitror hoc mortis genus, magni [illegible] loco illis donatum fuisse. Tota vita [illegible] Evangelio, mors ipsa plurimùm habebat [illegible] minimúmq; cruciatûs. Quid enim [illegible] to lætius, minúsve luctuosum? Tum [illegible] morbi sunt, qui vincunt virgas, ungules, [illegible]

C eruces? Quot annis multos discruciat [illegible] Quot excoriatio rerum ac vesicæ? Quot [illegible] meus carnifex? Quæ erux conferendi [illegible] pleuritidis cruciatu? Leges quum maximè [illegible] sunt, dissecant vivum in quatuor partes, [illegible] attingant vitalia. At ego crediderim [illegible] rum cruciatus, si cui membratim corpus [illegible] quàm qui sentit calculum sub imis [illegible] venarum quas miseraicas appellant [illegible] stias sævientem. Quanquam medici [illegible]

D extremos cruciatus, qui subitam mortem [illegible] primas tribuunt calculo vesicæ. Qui [illegible] est acerbior, quòd ferè sit immedicabilis, [illegible] remedium morte crudelius, atque ipsam [illegible] mortem. Certè huic proximum insanit [illegible] calculus, quum sævit acerbiùs. Me verum [illegible] inde repetit, támque capitaliter adorsus [illegible] odit *Erasmum*, meritò jam inimicus esse [illegible] debeat, nimirum odio tot malis [illegible] cruciatum tam immitem secum adferat [illegible]

E quamvis validum ac robustum corpus [illegible] um nonnunquam interimat; & si [illegible] lor, in hoc remittit, ut mox atrociùs [illegible] hoc est aliud quàm frequenter [illegible] Quis autem cuperet reviviscere, paulò [illegible] morituros: Proinde graves autores non [illegible] repentinam mortem summam vitæ [illegible] dixerunt. Hujus exemplа multa [illegible] *sus lib. 7. cap. 53*. Sed multò plura [illegible] casus suppeditant. Quanquam inter [illegible]

F videntur, qui vehementi gaudio [illegible] nimam. Sed longè felicissimi qui [illegible] nos feliciter actos, in re jucunda [illegible] nesta subitò defecerunt. Quemadmodum [illegible] mus quibusdam rem divinam facientibus [illegible] cionantibus, aut cœlestium rerum [illegible] intentis repentinam mortem accidisse. [illegible] feliciùs existimant bene vivere quàm [illegible] rursus qui longævitatem in maximis [illegible] rant. Ego me inter felices numerare non [illegible]

G Vix enim arbitror quenquam vivere, [illegible] debeat fortunæ. Tametsi bonam malorum [illegible] ut ingenuè loquar, meę ipsius incogitantiæ [illegible] De longævitate quæri non possum, jam [illegible] procul absum ab anno LX. quanquam [illegible] astrologus aut chiromantis mihi [illegible] set, nunquam fueram creditурus. At tum [illegible] hi videor vivacior, quoties me confero [illegible] qui pauciores vixerunt annis. Ante diem [illegible]

si me

si me conferam cum divo *Hieronymo*, si cum *Varrone*, qui octogesimum agens annum, scripsit libros *De re rustica*, & ita scripsit, ut ex his videatur adhuc alacri animo fuisse, & sensisse studiorum dulcedinem. Cum his potiùs me confero, qui cum tanto me præcesserint eruditione, tanto paucioribus annis vixerunt. Non jam loquar *Lucanum* & *Persium*. *Virgilius* anno quinquagesimo primo periit. *Ovidius* non multò major. *Cicero* anno LXIV. Et hæc ingenia inter homines numero. Magis nos movent exempla viciniora. *Laurentium Vallam* pono inter eos qui sempiternam posteritatis memoriam promeruerunt. Videntur ante senectutem obisse diem. *Hermolaus* ad justam senectutem pervenit, sed multò ante decrepitam excessit ætatem. *Picus Mirandulanus*, *Angelus Politianus*, quæ sui seculi decora, vigenti adhuc ætate perierunt. Si veterum monumenta revolvas, comperies multos in literis celebres viros, ad multam ætatem vixisse; hâc nostrâ memoriâ perpaucos reperias: sive hoc imputandum mundo vergenti ad senium, sive quòd nunc eruditio majore dispendio comparatur. Veniam ad illos quos mihi ante annos non ita multos videre contigit. Quum primùm adirem *Italiam*, jam perierat *Philippus Beroaldus Bononiensis*: Cujus memoria tum mirè celebris erat & gratiosa, & tamen ille decessit me, ut nunc sum, natu minor. Hujus cognatum eodem nomine & cognomine referentem illum vidi *Romæ*: Juvenem moribus candidissimis, stilo & eruditione non inferiorem illo majore, judicio multorum, ut & mihi visum est, etiam superiorem. Hunc juvenem fata è terris eripuerunt. *Bononiæ* primùm videre contigit *Scipionem Carteromachum*, reconditæ & absolutæ eruditionis hominem, sed usque adeo alienum ab ostentatione, ut ni provocâsses, jurâsses esse literarum ignarum. Cum eo pòst *Romæ* fuit mihi propior familiaritas. Et decessit haud multò major annis quadraginta duobus. *Patavii* neminem vidi celebrem, mortuos tantùm commemoro, præter *Raphaelem Regium*, hominem admodum natu grandem, sed cruda viro viridísque senectus. Erat tum, ut opinor, non minor annis septuaginta, & tamen nulla fuit hyems tam aspera, quin ille manè horâ septimâ adiret *M. Musurum Græcè* profitentem, qui toto anno vix quatuor intermittebat dies, quin publicè profiteretur: Juvenes hyemis rigorem ferre non poterant, illum senem, nec pudor, nec hyems abigebat ab auditorio. *Musurus* autem ante senectutem periit, posteaquam ex benignitate *Leonis* cœperat esse Archiepiscopus, vir natione *Græcus*, nimirum *Cretensis*, sed *Latinæ* linguæ usque ad miraculum doctus, quod vix ulli *Græco* contigit præter *Theodorum Gazam*, & *Joannem Lascarem*, qui adhuc in vivis est. Deinde totius philosophiæ non tantùm studiosissimus, vir summis rebus natus, si licuisset superesse. Quodam die quum domi ipsius cœnaturus essem, & adesset puer seniculus qui nihil nisi *Græcè* sciebat, jámque in *Chernibe*, ut fit, alius alii deferret, ego, ut finirem moram inutilem, arreptâ patris manu, dixi *Græcè*, ἡμεῖς δύο γέροντες, mirè exhilaratus senex, arrisit mecum. Quanquam id temporis haud multò major eram *Musuro*. *Musurus* autem amplexus *Zachariam* juvenem eximiè doctum, καὶ ἡμεῖς, inquit, δύο νέοι. *Venetiæ* vidi *Paulum Canalem Patricium*, juvenem summis rebus natum, nisi mors illud ingenium terris invidisset. Is phthisi periit me illic agente. *Aldus* hospes meus multis pòst annis periit, haud multò minor annis septuaginta, sed tamen animo ad literas mirè juvenili. *Petrum Cortam* uno prandio vidi, & audivi tantum, ætate florenti, pari modestiâ atque eruditione virum. *Romæ* vidi *Petrum Marsum* longævum potiùs quàm celebrem. Non multum aberat ab annis octoginta, & florebat animus in corpore non infelici. Mihi visus est vir probus & integer, neque potui non mirari industriam. In tanta ætate scribebat commentarios in librum *De senectute*, aliósque nonnullos *Ciceronis* libellos. Licebat in eo perspicere vestigia veteris seculi. Ibidem cognovi & amavi *Petrum Phædrum*, linguâ verius quàm calamo celebrem: mira erat in dicendo tum copia, tum autoritas. Magna felicitatis pars est *Romæ* innotuisse; ille primùm innotuit ex *Senecæ Tragœdia*, cui titulus *Hippolytus*, in qua repræsentavit personam *Phædræ*, in area, quæ est ante Palatium Cardinalis *Raphaelis Georgiani*. Sic ex ipso Cardinale didici, unde & *Phædro* cognomen additum. Is obiit minor annis, ni fallor, quinquaginta, dictus sui seculi *Cicero*. *Hieronymum Donatum* tantùm videre contigit per occasionem. Nec pòst data est congrediendi facultas: senex erat, sed florentissimo corpore, vir ob raram ingenii dexteritatem, non solùm ad literas, verumetiam ad omnem publicorum munerum functionem appositus. Procul abest ab *Italia Britannia*, sed eruditorum hominum æstimatione proxima est. Quàm multos hîc ex vetere sodalitio desidero. Primùm *Andream Ammonium Lucensem*, Deum immortalem quantâ ingenii dexteritate, quàm fideli memoriâ præditum! Tum animus quàm erat excelsus, quàm alienus à livore, quàm alienus à sordibus! Hunc & suis dotibus & omni Principum applausu florentem, maximis rebus destinatum subita mors intercepit, natu minorem annis quadraginta. Cujus equidem decessum non possum non dolere, quoties in mentem venit quàm mihi fuerit jucunda ejus familiaritas. Erat hujus sodalitatis & *Joannes Sixtinus Phrysius*, qui non multò pòst obiit, sed illo major, cæterum corpore, quod nisi siqua morbi vis incidisset, in *Nestoris* ætatem durare potuisset; ingenium erat ad omnia versatile, memoria prompta tenáxque. Præter Juris utriusque scientiam, quam habebat loco viatici, in nulla disciplina non feliciter versatus. Successit his *Joannes Coletus*, qui decessit anno fermè quinquagesimo tertio. Hujus eximias dotes quid oportet recensere, quum eum in literis meis satis depinxerim, idque ex vero. Nam hominem multis annis domesticè novi. Haud multò pòst periit *Guilelmus Grocinus*, præter Theologiæ professionem, in omni genere disciplinarum usq; ad morositatem exactè versatus. Is tamen ut ad multam vixit ætatem, ita nihil scriptum reliquit. Attactus paralysi plùs minùs annum ipse sibi superstes fuit. Ex *Germanis* amicis nullum desidero præter *Joan. Capnionem*, qui florenti quidem senectute, sed tamen justâ defunctus est. Poterat adhuc diu succurrere publicis studiis, nisi sic visum esset superis condere quædam animantia quæ nihil aliud quàm lædant; Bos arat, equus gestat, ovis pascit. Quid faciunt crabrones, cynomyæ, viperæ & cantharides? His accessit publica bellorum tempestas. Utinam liceret *Huttenum* in hoc catalogo ponere. Nunc circuitu

facto redeo *Lovanium*. Illic triduum fruitus sum consuetudine *Christophori Longolii Brabanti*. Nam *Meeblinia* natum aiunt. Is nuper periit *Nævii*, natus annos plùs minùs triginta. Juvenis ad literas natus, & in his maturè felicitérque institutus, inter nobiles futurus, si licuisset vivere. Postremus omnium nos reliquit *Nevius*. Sic solent milites nobilium ducum commemorare fata, & ex illorum exemplis sibi proponere quid possit accidere. Nos itaque restamus. Quid dixi, restamus? Ego, nam de me loquor, ultra colum, quod aiunt, vivo. Felix si cum eorum quæ expertus sum memoriâ liceret repubescere. Verùm hoc ut votum est ἀνεφύλακτον, nam *Homerico* verbo libenter utimur, ita nihil me torquet. Volens sequor, quò vocat communis naturæ cursus. De vitæ spatio nihil queror, ultra spem contigit; quanquam poteram annos aliquot in amicorum favoribus, quos industriâ mearum lucubrationum mihi per universum orbem non paucos paravi, conquiescere, nisi veluti mus, quod *Græco* proverbio dicitur, in picem, in hoc tragicum seculum incidissem. Quo minus obtigit hic felicitatis, hoc confido melius mihi futurum in altero seculo. Et tamen mihi fui infelix potius quàm aliis. Sunt qui sibi nati, sibi vivunt, omnibus incommodi, sibi solis felices, neque cuiquam benefaciunt nisi quum moriuntur. Nè tum quidem deest animus incommodandi. Onerant posteros parentalibus, precibus, sacris, vestibus, ceremoniis, nolarum strepitu, ut vel mortui negotium faceſſant vivis. Ego malim *Herculanis* immori laboribus. De mortis genere, quo non aliud cruciabilius, sic me consolor, quod nihil habet omninò contagii, cùm leviora etiam corporis vitia, quod genus sunt lippitudo, aut linguæ balbuties, afficiant convictorem: cui cum calculo res est, solus dolet, solus periclitatur. Nullus autem est cruciatus tantus, quem humana natura non ferat, si assueverit, præsertim si adsit fortis animus. Nec muliebriter dictum est apud *Euripidem* ab *Electra*:

Οὐκ ἔστιν ὕδνη, δεινὸν ὃ' εἰπεῖν ἔπος
Οὐδὲ πάθος, ὃ δὲ ξυμφορᾷ δαίλατος
Ης οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Perrò, quod ad animum attinet, non solùm sic cogito, mitius reddi malum si quis ferat æquo animo quod vitari non potest: verumetiam hoc Evangelicæ debeo Philosophiæ, quòd corpusculum hoc totum semel dedidi *Christo*, non aliter quàm ægrotus ac de vita periclitans se credit medico ungenti, proluenti, secanti, urenti, persuasus quòd quibuscunque modis ille tractaverit hoc animæ domicilium, salutis meæ causâ facturus sit. Nihil illi præscribo, tantùm servet, ac faciat quod velit. Scio illum nihil velle, nisi quod nobis est optimum. Cæterùm ab his remoris, quæ non patiuntur alios æquo animo superstitibus dicere, Valete & plaudite, jam propemodum sum liber. Et juvenis cibum ac potum semper ita sumpsi, ut pharmacum. Ac sæpenumerò doluit, non licere sine cibo potúque perpetuò degere. *Veneri* nunquam servitum est, nè vacavit quidem in tantis studiorum laboribus. Et si quid fuit hujus mali, jam olim ab eo tyranno me vindicavit ætas, quæ mihi hoc nomine gratissima est. Ab ambitione semper abhorrui, cujus rei nunc me suppœnitet. Tantum honoris accipiendum erat, quantum sat erat ad vindicandum à contemptu. Sed nec tum poteram imaginari, [illegible] as sub humana specie, quales [illegible] ambire ferum est, quod olim non [illegible] noctus solet ad rem attentos reddere [illegible] morbi nè tantulum quidem adhuc [illegible] mum meum. Atque utinam sic [illegible] rari sumptus, ut morienti nec [illegible] alienum superfit, præterquam quod [illegible] que reponendo corpusculo sit satis. [illegible] farcinam utinam liceat & antequam [illegible] ponere. Tantum abest ut me gloriæ [illegible] quid tamen omninò est gloria. [illegible] fectus privati, puta liberorum aut [illegible] me remorentur in vita. Omnes [illegible] qui *Christum* diligunt. Nonnihil [illegible] dum fuit cum animo meo, ut ergo [illegible] entes volentes, destinatâ malitiâ, [illegible] rito imò bene merito oblatrant, [illegible] que etiam exitium molliuntur, [illegible] purè *Christianum*. Impetravimus [illegible] solum non cogitemus de vindictâ, [illegible] quidem precemur. Videmus hanc [illegible] etiam in militibus, quum certa mors [illegible] to magis hunc affectum nobis [illegible] Evangelica philosophia? Nunc aliquantum [illegible] hoc luctor, ut certam fiduciam animo [illegible] de salute. Atque hac de re frequenter [illegible] cum confabulor, nonnunquam & cum [illegible] amicis communico. Nec adhuc sit satis, ut [illegible] *Lutheranis* nec ab *Antilutheranis*. Itaque mihi nihil videtur consultius, quàm hanc [illegible] modis omnibus ambire precibus ac [illegible] *Christo*, usque ad supremum vitæ diem, ut [illegible] hujus quoque rei judicium illi permittat: [illegible] men, ut quàm est minimum spei ex [illegible] ritis, tam sit plurimùm fiduciæ ex [illegible] erga nos charitate, éque promissis [illegible] In hac philosophia nunc versor, eruditissime [illegible] vere, ad quam te quoque hortarer, nisi [illegible] virum juxta pium ac doctum, jam olim [illegible] nia fuisse meditatum. Incusas incommodam [illegible] tudinem, nec injuriâ quereris. Erat [illegible] nium omninò dignum meliore domicilio, [illegible] vide nè multum adjiciat mali, morbi [illegible] Deinde medicis uti laudo, indulgere non [illegible] Salutabis diligenter veteres congerrones nostros, *Joannem Paludanum*, *Theodoricum Alsatium*, *Joannem Armentherienſem*, & *Petrum Corneum*, qui in *Nævii* vices successerunt. Cæterùm [illegible] totum sodalitium trilingue. *Basileæ* Calend. Martiis, Anno à *Christo* nato M. D. XXIIII.

Erasmus Rot. Marco Laurino Collegii S. Donatiani apud Brugas Decano S. D.

NÆ tu plurimum debes *Hilario* nostro, qui [illegible] tibi sævis rumoribus exanimato, quemadmodum scribis subitò reddiderit animum: sed esse qui rumores hujusmodi mendaciſſimos fingant, vel ob hoc nondebet esse mirũ, quòd jam novum non est: præsertim quum mundus [illegible] ociosos, quibus hoc unicè studio est, ut quod illis scriptum est, & solum supereſt, homines de publicis [illegible] is, déq; religione *Christiana* benemereri [illegible] linguis veneno tinctis confodiant, & vel hac ratione ad breve tempus discrucient animos [illegible] publicis cõmodis gaudent, ita favere [illegible] licæ, suâ industriâ cõsulentibus. Verùm illud [illegible] ror,

rum esse qui eiusmodi rebus alioqui commoveantur. Quod ipsum jam toties experti, quàm vanus fuisse deprehenderit rerum exitus. Mirum autem videri non debet, si homines qui nec per somnium quidem unquam intellexerunt quid sit pulcrum esse, audent mentiri de tam procul absente, quum in proximè vicinum subinde commenti sint novas subinde commissi fabulas. En casus senarium effudit. Arbitror rem lambo dentato dignam. *Lovanii* tot annos egi, quoties *Bruxellam* aut *Mechliniam* me contulissem, totos decem dies minatus iturum me priusquam irem, isti, quos nihil pudet jactabant me fugisse metu. Denique quum rusticans *Anderlaci*, qui locus est & celeberrimus, & *Bruxellæ*, ubi Cæsaris est regia, proximus, valetudini consulerem, penè quotidie in urbem adequitans, ac *Lovanium* quoque subinde recurrens, videlicet latitabam istis. Ac frequenter eodem tempore *Lovanii* decumbebam febri immedicabili, & jam *Bruxellam* delapsus ab equo perieram apoplexiâ, quum multis annis gratia *Christo* non valuissem rectiùs quàm id temporis valebam. Sed jam septem annos, quoties isti me extulerunt, quoties profligârunt, quoties variis malorum generibus afflixerunt? O plus quàm *Phalaridæ* ac *Mezentios*! Non satis est semel occidisse miserum *Erasmum*, nisi toties tot malis excarnificent, ut exitiis extinguant? Nec interim tot supplicijs, tot mortibus saturare possunt crudelem animum. Ubi est interim illud *Joannis* apostoli, *Qui odit fratrem suum homicida est*? An non satis declarant isti quid sint facturi, si tutò liceat, qui toties occidunt linguâ, quoniam ferro non queunt? Et tamen dies ille non potest procul abesse, quo verum erit dixisse, *Vixit Erasmus*. Nec ullus est casus non expectandus mihi, qui possit homini accidere. Quin mirandum etiam hoc corpusculum per se invalidum, nunc ætatis etiam accessione imbecillius, tot morbis, tot malis, tot laboribus sufficere. Quod ego sanè devotionibus istorum, & aris debere me puto, sic volente Deo, nè tam crudeli voluptate citò potiantur. Jam ubi me tandem diris modis confecerunt, tum sæviunt in libros meos, perinde atque in liberos charissimos, ut in his veluti redivivus, vel superstes magis, crudeliùs etiam inteream. Hos quoties præfixo sibi damnârunt, quoties ultricibus flammis exussêrunt? Quo minus adfuerim in conventu *Vuormaciensi*, sive ut nunc doctis vocari cœpit *Berbetomagensi*, quò certè fueram invitatus, partim in causa fuit quòd nollem involui negotio *Lutherano*, quod tum vehementer anceps erat: partim quòd facilè divinarem in tanta Principum frequentia, tantáque varii generis hominum colluvie non defuturam pestem, quum *Colonia* non fuisset immunis ab eo malo, quum illic primum ageret Cæsar. At mortuo Principe *Caverio*, nescio quid conati sunt deferre quidam apud Cæsarem: sed adeo impudenter, ut nemini bono cordatóque persuaserint. Atque ego submonitus amicorum literis, illicò scriptis ad aulæ primores epistolis ita famam illam discussi, ut omnes mihi non minus amanter quàm honorificè responderint. Inter quos erat illustrissimus vir *Mercurinus Castinarius* summus *Cæsar. Maxim.* cancellarius, Card. *Sedunensis*, *Marlianus* episcopus *Tudensis*, *Hieronymus Aleander* tum nuncius apostolicus. Nam alios datâ operâ non nomino. Solus episcopus *Leodiensis* dies aliquot remoratus nuncium, tandem exclusis negotijs verbis dantaxat respondit. Ubi rediisset Cæsar *Bruxellam*, vix ullus erat dies quin per medium forum ac prætor aulam obequitarem, in aula frequenter versarer: idque non admodum ex more meo, ac propemodum magis habitabam *Bruxellæ* quàm *Anderlaci*. Quotidie salutabam episcopos, quanquam alioqui neutiquam ambitiosus in talibus officijs. Prandebam cum Cardinale, confabulabar cum ut róque nuncio; visebam oratores, & illi me vicissim *Anderlaci*. Nunquam in vita minus latui, nec unquam magis versatus sum in oculis hominum. Et erant interim ex istis blateronibus, qui descripserant in *Germania*, *Erasmum* abditum alicubi latitare. Nec id factum prius resciui, quàm huc me recepissem. Rursus quum Cæsar ageret *Brugis*, unà cum Rege *Daciarum*, & adesset id temporis *Britannici* Regis nomine legatus *R. D. Thomas* Card. *Eboracensis*, si me domi tuxtantum continuissem, scis ipse quam latitâssem, quum frequenter omnes aut certè præcipuos aulæ Proceres haberes convivas, inter quos sedebam, omnibus, ut opinor, gratissimus. Nunc quoties foris prandebam, aut cœnabam, apud optimates, atque etiam apud *Dacorum* Regem, qui me vel quotidianum convictorem optabat. Quò non obequitabam frequenter & te comite? In qua magnatum celebritate non adfui: nunc in aula Cæsaris, nunc in familia Card. *Eboracensis*, nunc apud alios atque alios, etiam si frequenter invitatus non ibam? Sum enim naturâ domi manentior: & hoc vitæ genus postulant etiam studia nostra: Atque uti tum latitabam, ita postea fugi. Sex totos menses adornaveram iter *Basileam*, idque palàm omnibus. Quandoquidem hoc nomine maturiùs etiam numeravit Cæsarea pensionem thesaurario, quòd dicerem mihi iter esse *Basileam*. Neque causa latebat, nimirum eadem, ob quàm toties & ante *Basileam* invisi, prius quam istos heroes timerem. Excusum fuerat prius volumen *Novi testamenti*, supererant Annotationes. His adesse cupiebam, non solùm ut exirent emendatiores, verùm etiam ut paulatim pro re natâ, vel immutarem aliquid, vel adderem. Nam in hoc scripti genere, redit autori labor actus in orbem, cui nunquam exhausti satis est. Cupiebam autem hac editione, quæ tertia erat, postrema defungi. An hæc levis causa videtur? Videatur sanè, sed istis ventribus, qui tamen ob convivium opiparum, non dubitarent vel *Basileam* usque pedibus advolare. Mihi certè ea causa non minus cordi erat quàm Regi *Gallorum* ditio *Mediolanensis*. Jam ad iter eram accinctus, nec quicquam obstabat nisi viarum discrimina. Expectabatur igitur tutus commeatus. Interea diversis locis colligebatur pecunia, quâ gratiâ & *Lovanii* sex dies fui commoratus, nimirum & illic latitans, quemadmodum soleo, in diversorio, quò nemo se confert hospitum, adeo ut frequenter non sit locus. *Pandocheo* symbolum est imago Viri sylvestris. Forte fortunâ tum aderat *Hieronymus Aleander*, qui cum suaviter viximus, nonnunquam & in medium usque noctem producentes liceratas fabulas. Convenerat inter nos, ut si contingeret tutum iter, unà discederemus. Eodem reversus aliquot post diebus, etiam tum offendi *Aleandrum* molientem abitum, quemadmodum moliebar. *Bruxellæ* didiceram *Franciscum Sylvium* ducem postridie

Tena

Tenæ futurum, cui tum pulchrè conveniebat cum Cæsare, quomodo nunc conveniat nescio. Is dies erat natalis & meus & apostolorum *Simonis* & *Judæ*: quo quidem die accidit quiddam natali meo dignum, hoc est, fatale. *Dominicalis* quispiam ille, ut opinor, interpres *Moriæ*, concionatus fuerat in templo divi *Petri* horâ septimâ, homò confidens, ac sibi mirè placens: *Phormionem* quempiam dixisses è comœdia. Videbatur non è suggestu sacro, sed prorsus è plaustro loqui. Totam fermè horam debacchatus in nomen *Erasmi*, subinde jungens nomen *Lutheri*, videlicet ut populus suspicaretur mihi cum illo multum esse negotii: sed præcipuè destomachatus est, quòd diceret me *Augustini* quoque libros velle corrigere, in quibus nihil intelligerem. Promisit sese copiosius eâdem de re concionaturum à prandio, tum enim fœcundi calices faciunt istos disertiores. Harum rerum ignarus quum venissem in templum adfuturus summo sacro, salutavit me *Maketus* homo comis & illius academiæ vetus alumnus. Rogat quid accidisset quòd tam mane fuissem in templo, nimirum horâ septimâ, idque præter morem meum. Qui mane inquam? Aderas, inquit, in concione. Risi & intellexi, quod mihi novum non erat, rabulam quempiam apud populum blatերâsse. Erat autem is theologicæ laureæ candidatus, & hâc ratione præbebat sui specimen, se non futurum hoc indignum honore. Redeo domum sumpto prandiolo conscensurus equos: nam horâ secundâ decreveram abire. Offendo *Alexandrum* inambulantem, cui sæpe narrâram multa de blateronum ejusmodi impudentia, sed ille non poterat unquam credere. Proinde jubeo ut si fidei meæ vellet facere periculum, mitteret aliquem è suis ad templum *Dominicalium* horâ primâ. Nam illic erat peragendus veteris comœdiæ postremus actus. Mittit ille è suis quempiam ad *Bucentam*, omnium theologorum quos *Lovanium* intra quinquaginta annos habuit stultissimum; *Corebum* quempiam dicas. Denunciat (nam verba propemodum excepi) nè blateret in famam cujuspiam, sed doceat Evangelium; quóque magis deterreat admiscet autoritatem summi Pontificis, quam illi mirè reverentur, quoties illis est commodum ac bonum. Suborno qui auscultent: nam mihi erat abeundum ob comites accinctos. Hi post perscribunt hominem questum, quod per quosdam non liceret obsequi suo spiritui. Ubi *Tenam* venio, *Franciscus* quidem dux non aderat, nec expectabatur, sed aderat magni vis militum, partim peditum, partim equitum, partim medii generis qui prædam bigis deportabant, unà cum claudis ac sauciis, qui sibi parum caverant in bello. Hos habui comites itineris usque ad *Spiram*: illic transmisso *Rheno*, relinquo illos ad sinistram: Horum frequentia hactenus contigit iter tutissimum. Decretum erat quàm minimum viæ dispendium facere. Solent enim officii gratiâ more *Germanico* convenire sodalitates, quâ re nihil jucundius quum vacat, sed properanti & fesso, tum itineris negotiis occupato nihil inutilius. Interim dum salutamur & salutamus, equi neglecti morbum contrahunt, aut siti pereunt. Itaque ab oppido *Dura*, rectâ transcurro *Sychimum*, relicta ad lævam *Colonia Agrippina*. Eo die jejuni sedimus in equis totas novem horas, gnaviter interim equitantes, quòd extrema via longior esset opinione, parúmque tuta ob mon[illegible] flexus. Postridie venimus *Cas[illegible]* fermè decimâ. Quum illinc [illegible] abire tacitùs, nescio quo casu re[illegible] *Matthias* ejus urbis officialis, ho[illegible] libris ac virtuti deditus. Is (quod [illegible] nos volentes nolentes domum pe[illegible] unt sodales. Illic primum & didici [illegible] sum admiratus in *Germania* fuisse [illegible] scio quid meruerent. Sed hunc [illegible] dens etiam illis ademi. Narrabam [illegible] mei conveniendi desiderio teneri. [illegible] nia me vocârat ad prandium, sed [illegible] pestilens & incommodum, nimirum [illegible] consulere valetudini, quàm obsequi [illegible] voluntati: verùm is tum aberat. Porrò, [illegible] am videbam mihi per amicos salutat[illegible] missum iri, ut eo die me illinc ex[illegible] tus sine linea periret dies, à prandio [illegible] epistolas scripsi diversis amicis, per [illegible] virum *Carolum Harstum*, qui me officii [illegible] rat eò comitatus. Prius quàm *Mo[illegible]* venirem, in itinere cognovi *R. D. Car[illegible] tinum* abesse: itaque solum *Capitonem* [illegible] um evocavi. Simul atque verò [illegible] cognovi, accingor itineri. Comites [illegible] lis armatos obtulit eximius juvenis [illegible] ab *Hatstenio*, canonicus ecclesiæ *Mo[illegible]* nuper mortuus est, longâ alioqui vit[illegible] Id quum recusarem, quòd ea res frequen[illegible] invitat prædones, puerum sum comitem [illegible] *Vuormacia* dum adornatur prandium, *Her[illegible] Buschium* ad colloquium evoco, virum [illegible] riter eruditum, & mihi vetere necessitudine [illegible] junctissimum. Dum is diu frustra [illegible] invenitur, diutiùs in hypocausto desidero, [illegible] magno meo malo. Quum enim antea [illegible] lissimè valuissem, illic sensi valetudi[illegible] dore magis quàm calore. Adeo mihi [illegible] cum hypocaustis *Germanis*, cui eũ ipsi [illegible] tam bellè convenit. Gratularer illi rem [illegible] commodam, si mihi liceret communi[illegible] Sed tamen primam hanc corporis affectionem, [illegible] equitationis excussit. Volabamus enim [illegible] riùs, quàm equitabamus, & plane pe[illegible] labo bam, qui nunc quoque devorant [illegible] *Spiram* ubi ventum est, ventum est [illegible] dum serò, rectâ me confero unà [illegible] ædes *Thomæ Truchsæs*, ejus ecclesiæ Decan[illegible] quia ille sic crebris ad me literis [illegible] noveram omnia diversoria militibus [illegible] ferta, qui illic ferociùs agere solent, [illegible] lo, ita ut fortes decet viros. Apud hunc [illegible] canonicos aliquot cœnantes offendi, [illegible] riter. Tepebat & illic hypocaustum, [illegible] nidor. Ilicò rediit illa: jam nimis [illegible] affectio. Itaque decretum erat in totum [illegible] nere à deliciis *Germanorum*. Illic bidui [illegible] cillato corpore, *Argentoratum* pervenio. [illegible] decreveram commorari, sed *Jacobus Spiegel* Cæsaris secretarius, vir eruditus ac moribus [illegible] niveis, quem insalutatum præterire non [illegible] me prodidit sodalitio, cui nuper accesserat *Lucas Bathodius*, & hoc in amore cæteris vehementior. Datus est his dies unus, & item alter. Inde *Selestadium* me confero comitantibus aliquot, inter quos erat *Bartholomæus Latomus Trevir*, singulari morum & ingenii dexteritate juvenis, qui *Friso-*

A

B

C

D

E

F

G

...moderabatur collegium philosophicum. Hinc ...nem nos honoris gratiâ *Columarium* usque pro... aliquot è sodalitio, inter quos erat *Bea...* *Rhenanus*, qui me postridie *Basileam* usque pro... est. Quid ego tibi hic mi *Laurine Thra...* referam, commemorans quanto studio sit ...ditum gratulatus senum optimus ac san... episcopus *Basiliensis*, qui nunc quoque ...subinde xeniis & epistolis testatur suam er... me pietatem: quanto magistratus hujus civita... quanto cæteri vel ecclesiæ, vel studiorum Pro... cres, copiosiùs etiam declaraturi studium animi ...i talibus officiis ubique præ me feram me ne... quicquam capi? Et adeo non latuit *Germanicos* ar... esse me, ut prævolante rumore, dies aliquam... multos illic fuerim, antequàm advenirem. Et interim isti nugones jactabant me demigrâsse *Vuittenbergam*. Quid enim istos pudet? Erat interim *Basileæ* sat prospera valetudo, donec fri... gerent cœnacula. Cæterùm ubi perspicerem jam ...ssi esse frigus intolerabile, passus sum semel at... que iterum incendi moderatè, sed ea civilitas magno mihi constitit, mox orta pituita pestilens. Pituitæ successit calculus, adeo subinde recurrente malo, ut nullus esset dies, quin aut conciperem, aut parturirem, aut parerem, aut à partu decumberem, quemadmodum solent puerperæ. Stomachus interim sic collapsus, ut nullo remedio posset restitui. Mihi naturâ letalis est inedia, & olim nixus, qui sæpe biduum durabant, nihil minus patiuntur quàm cibum. Itaque quum dolor esset quavis morte gravior, tamen non minus erat à stomacho collapso periculi. Quid multis? tantum hîc erat calamitatis, ut vel *Nicolao Ecmondano* fierit satis futurum. At interim corporis quamlibet magnis malis non cessit animus infractus. Præter alia multa absolvi Annotationes in novum testamentum: aggressus sum & absolvi intra duos fermè menses *Paraphrasim in Matthæum*: eam absolutam mitto Cæsari, excepta est magno totius aulæ favore. Exhibuit eam *Joannes Glapion* in sacello, præsentibus aliquot aulæ primatibus, inter quos erat *R. P.* episcopus *Palentinus*, quorum candidissimo testimonio meæ lucubrationes vehementer Cæsari commendatæ sunt. Protinus agnovit Cæsar *Erasmum*, qui quondam patri *Philippo* porrexisset *Panegyricum*, ipsi pridem librum *De Principe Christiano*: ac munus sibi gratum fuisse, literis etiam non minus amanter, quàm honorificè scriptis testatus est. Testati sunt idem literis suis humanissimè scriptis, quũ alii complures tum ipse *Glapion*, *N.* episcopus *Palentinus*, *Mercurinus* cancellarius, *Georgius Haloinus*, *R. P. Joannes Carondeletus* archiepiscopus *Panormitanus*, *Antonius Suletus* inter consiliarios autoritatis præcipuæ, *Maximilianus* inter secretarios primi nominis. Quum plerisque pensiones vel adimerentur, vel decurtarentur, mihi polliciti sunt meam incolumem ac solidam futuram, jubentes ut majora etiam à Cæsaris benignitate sperarem in posterum. Quin ipse Cæsar paulò post cum *Anglorum* Rege convivium agitans, ultrò fecit honorificam mei mentionem, satis declarans quo esset in me animo. Id certò cognitum habeo ex his qui mensæ adstabant. Scio jamdudum rides *Erasmule* meum, sed huc me compellit sycophantarum impudentia: & tamen aliquanto minus tarro, quàm res habet, tantum abest ut quicquam admentiar. Nam nec te fugere puto, quàm non sim hujusmodi gloriolarum appetens. Verùm illud interim calumniantur, quòd tam diu hæserim *Basileæ*, quòd ante Cæsaris abitum non adierim, quamlibet invitatus amicorum literis. Hic vellem equidem, ornatissime *Marce*, mihi causam esse minus justam quàm est. Apud Cæsarem nihil agebatur, nisi de fortuna vel constabilienda quæ contigerat, vel augenda, & ego jam partâ planè contentus eram, & *Basileæ* me non fuisse otiosum res ipsa loquitur. Quid si hoc negotium mihi pluris fuisset, quod ad publicam utilitatem pertinebat, quàm quod mihi privatim conducibile fuisset, num essem reprehendendus? Ad summos honores vocabar: hoc enim non unis ad me literis testatus est *Glapion*, & tot argumentis compertum habebam Cæsaris erga me studium, & metu scilicet abstinebam. Quòd si tale periculum ostensum fuisset istis mundo mortuis, ut alatis pedibus hjantes advolâssent? Ego si quid erat quod hîc metuebam, nihil aliud erat, quàm nè cum *Lutheranis* conflictandi negotium ab eo mihi delegaretur, cui negare fas non fuisset: non quòd faveam seditioso negotio, qui sic ab omni dissidio naturæ quodam instinctu abhorream, ut si mihi pro latifundio lis esset suscipienda, citiùs rem deseram quàm jus meum persequar. Suus enim verè vitis ac ficus illa apologetica è libro *Judicum*, quæ per legationem arborum vocata ad imperium, bellúmque gerendum, respondit se non posse deserere naturæ suavitatem, ac bellicis turbis involvi. Erat hoc à magnis, sed falsò persuasum Cæsari, me cum primis huic provinciæ gerendæ esse idoneum, cum nemo deligi potuerit magis inutilis. Videbam undique multos accinctos ad hoc negotium: agnoscebam quàm essem impar tantæ provinciæ, etiam si fuissem naturâ compositus ad tam odiosas pugnas: videbam alia multa quæ dissuadebant, de quibus opinor magis expedit nunc silvisse. Et tamen nè hæc quidem tam multa deterruissent me à reditu, nisi me violentus ille tyrannus compedibus suis vinctum detinuisset. Quis iste tyrannus, inquies, quum *Elvetia* tyrannos nesciat? *Phalaris* inquam ille calculus, cujus utinam mihi liceat esse tyrannicidam. Et hoc tamen contempto *Sletstadium* usque profugeram: sed sic affectus ex itinere, ut primùm *Brisaci* apud *Henricum Gallinarium*, ejus loci parochum, biduo refocillârim corpusculi lassitudinem, ac febrim lenierim. Deinde apud *Beatum* amicum omnium candidissimum refocillatus quadriduum, ægrè me *Basileam* receperim, sed hic quoque apud *Gallinarium* refocillatus: verùm interim obfirmato animo, ut si resciissem *Carolum* diutiùs apud nos commorari, fastis viribus retentarem iter. Ubi per famulum, quem in hoc præmiseram cognovissem certùm diem, ad quem Cæsar destinâsset navigare, is erat Maii primus, qui tum proximè imminebat, exclusis à spe videndi Cæsaris, continui me *Basileæ* menses aliquot, haudquaquam indulgens ocio. Interea quum eruditorum hominum literis *Romam* invitarer, & complurium, & eorum quibus fidere tutò poteram: sed præsertim *R.* Card. *Sedunensis*, qui frequenter per alios, sed bis propriis literis amanter, magnóque studio scriptis hoc agebat: in quibus præter omnem favorem, præter omnes spes, de suo pollicebatur quingentos ducatos annuè, præterea

ea viaticum non fordidum: & eodem provocaret literis humaniſſimè ſcriptis *Sylveſter* ille *Prieras*; cœpi & de *Roma* adeunda cogitare, ſi quo pacto tyrannus ille meus daret commeatum. Et erant alioqui permulta, quæ me *Romam* proliceren̄t. Optimorum librorum, & eruditiſſimorum hominum copia: tot amici veteres, inter quos erat & *Ricardus Pacæus*, tum illic agens, & *Paulus Bombaſius*, & *Joannes Faber*, & *Georgius Sauromannus*, præpoſitus *Vratislavienſis*, juvenis ad unguem doctus, ac maximis rebus natus: & *Hermannus Phryſius*, juvenis olim magnus, & nobilis inter eruditos futurus. Tot novi, inter quos *Coricius*, vir candidiſſimi pectoris, & *Landavus* olim futurus inter ſcriptores nobilis, niſi me planè fallit animi præſagium. Omitto nunc tot Cardinales, quorum maxima pars mihi impensè favet, ut ex amicorum literis cognovi: quidam etiam ſuis ipſorum literis animum erga me ſuum teſtati ſunt. Si quis addubitabit de mea fide, productæ literæ docebunt, me modeſtiùs quàm pro re loqui. Itaque quanquam diſſuadentibus amicis omnibus *Conſtantiam* adii, comitantibus ultrò duobus amicis, *Henrico Eppendorpio*, præter generis claritatem, ac literas, moribus ſuaviſſimis: ac *Beato Rhenano*. Excepit nos omnes hoſpitio clariſſimus vir *Joannes Botzhemus Abſtemius*, ejus loci canonicus: quo quidem homine nihil adhuc vidi comius, aut candidius; diceres Muſis & Gratiis natum. Domum habet, quæ Muſarum domicilium videri poſſit: nuſquam non præ ſe ferens aliquid nitoris, & elegantiæ: nuſquam muta, ſed undique loquacibus picturis alliciens ac remorans oculos hominum. In aula æſtiva, quam, ut ait, mihi paraverat, proximè menſam, ſtabat *Paulus* docens populum. In altero pariete ſedebat *Chriſtus* in monte, docens ſuos diſcipulos: tum apoſtoli per juga proficiſcentes ad evangelii prædicationem. Secundùm fumarium conſiſtebant ſacerdotes, ſcribæ, & Phariſæi, cum ſenioribus conſpirantes adverſus Evangelium, jam ſuboleſcens. Alibi canebant novem ſorores *Apollinis*: alibi Charites nudæ ſimplicis benevolentiæ, & amicitiæ non fucatæ ſymbolum. Sed quid ego perſequar totam illius domum epiſtolâ depingere, cujus nitelas, cujus delitias vix decem diebus perluſtrare poſſis? Sed in totis ædibus undiq; ornatiſſimis nihil eſt ornatius ipſo hoſpite. Muſas & Gratias magis habet in pectore, quàm in tabulis: magis in moribus, quàm in parietibus. Primò ſtatim adventu, rogâram hominem, nè quem vocaret ad convivium, quod & ego naturâ paucis delector: & tum ſic eram affectus ut ego potiùs eſſem aliis moleſtiæ futurus, quàm ut multorum convictu poſlem hilareſcere. Primùm laſſus de via: deinde adeo gravidus, ut nulla ſcropha æquè; denique partui proximus: præſentimus enim & hoc, non aliter quàm puerperæ. O verè miſeram prudentiam! Aderat tum fortè *R. D. Hugo*, *Conſtantienſis* epiſcopus, vir heroicâ corporis proceritate, comitate ſingulari, homo ſyncerus & abſque fuco, abſque ſuperciliio: non militaris, ut ferè ſolent apud *Germanos*, ſed verè ſacerdotem agens. Is illicò reſcivit adventum meum, & honoris gratiâ volebat accerſere: ſed ſubmonuit hominem *Botzemus*, parceret valetudini meæ, ſe indicaturum, quando id commodum eſſet futurum. Atque hic geminam humanitatis laudem promeruit epiſcopus. Humanitatis erat, quòd offerebat officium, humanitatis erat quòd oblatum ſari. Quidam enim indignantur, ni putant, niſi per omnia obſervias, miſit tamen œconomum ſuum, bus aliquot donatis deferret, quæ beret domus epiſcopi: & uſi ſunt litate præſulis. Poſt dies aliquot fic, ut nunquam majore cruciatu tur è partu, ſic ut nec mihi, nec aliis dus: alioqui nihil deerat ad ſummam Deum immortalem quod hoſpitium, quàm belli humunculi, quàm nitidæ quæ fabulæ, quæ lectiones, quæ menſæ cœnæque deûm! Non inviderem ticis ſuum nectar & ambroſiam, ſi aliquanto ſecundior. Adblandiebatur ſitus. Imminet enim *Conſtantiæ* cioſus, in longum ſimul & in latum ſuum millia porrectus, nec minus inſerius nus. Addunt gratiam montes ſeſe oſtentantes, quidam eminus, pinquo. Nam illic *Rhenus* velut in fragoſis ac præruptis locis delaſſatus, mœno diverſorio refocillat ſeſe: per um leniter delabens, apud *Conſtantiam* in ſuum alveum, recepto ſimul & quàm totus lacus ſemper maluit bere civitati, *Bregantinus* olim dictus, *Conſtantienſis* appellatur, donec ei quæ *ſtantiæ* vocaretur, *Bregantio* nomen eſſet. & piſcoſus eſſe, & profunditatis vix adeo ut alicubi ſumma aqua ab imo cubitis centum. Nam aiunt, ingentium litio *Dominicalium*, vir integerrimus, ſolidâ, ſed in concionibus ſacris dam facundiâ, donavit nobis ex eo ingentem, quam *Trottam* appellat vulgus, Rege dignum, ſi apud nos datum ſuiſſet. relicto ad dextram lacu, paululum urbem *Conſtantiam*, veluti ludens ſulam facit, quam occupat inſigne virginum: ac mox in ſeſe coiens norem, quem, incertum quamobrem, appellant. Ab hoc juſto alveo volvitur, vorticoſus, ſed utcunque navigabilis pidum, olim Cameram imperialem *Schaffouſiam*, ob trajectum, ut opinor, illic pons eſſet. Nam haud procul inde ractæ, per quas ſe præcipitat magno *Rhenus*: quanquam & aliàs frequentes interciſus, & ſaxis impeditus, parùm vigiis uſque ad *Baſileam*. Sed interim recurrat oportet narratio, quæ civitas magnopere celebris eſt, quàm eccleſiâ vetuſtâ, nec ineleganti: tum ſynodo habitâ, præſidente Cæſare, ſed præcipuè *Hus* illic exuſto. Miſſitabantur undique locis etiam procul diſſitis. Alius vinum infigne mittebat, alius aviculas, aliud. Magiſtratus honorario vino miſſo tus eſt nobis. Canebant è propinquo quot publici tibicines. Nam hoc quoque honoris hoſpitibus quibuſdam præſtari. convivas quoque nôſſe cupis, aſſidue *Beatum* & *Eppendorpium* *Joannes* juvenis quidem, ſed inſigniter ingenioſus ac

ac peritiæ sobrius & modestus. *Michael Hymelius*, quem ut tibi paucis depingam, pudore, modestiâ, doctrinâ, suavitate morum, alter *Rhenanus* est. Aderat & *Vannius* concionator, vir evangelicæ synceritatis. A partu postquam nonnihil virium collegimus, hominum dabamus amicis salutatoribus, sed electis, & commendatis, nec enim licebat omnium affectui morem gerere. Episcopus pro sua humanitate cupiebat, quicquid poterat honoris exhibere: sed ab hospite submonitus est, me hominem esse modici cibi, vel nullius potûs: abhorrere à tumultuosis conviviis: nè quem meâ causâ vocaret: nè quid apparatûs adsperaret quotidiano. Paruit, & sodalitatem illam nostrum duntaxat accepit prandio. Ab hoc dimissus honorificentiùs quàm ego sanè promerebar, invitamus R.P. *Eunium* Episcopum *Veralanum*, tunc illic nuncium apostolicum. Nam jam ante coierat inter nos mutuis literis amicitia, qui tanta cum alacritate nobis occurrit, ac si quispiam alicujus pretii ad se venisset. Confedimus soli, variis de rebus confabulantes. Est enim vir apprimè prudens: & quoniam in multorum Principum negotiis diu versatus est, singulari præditus judicio. Augebat & ætas æqualis & morbus communis, mutuam benevolentiam. Nam & ipse calculo fuerat obnoxius, eadem ex causa collecto malo, nimirum crudis earum regionum, tenuibus, acribus, aspectu crudis, crudelibus & inamœnis. Mutato vino desierat laborare, aut certè laborabat leviùs. Communicabat & alia remedia, ex *Mediolano* missa. Adornabat & ipse iter in *Italiam*, neque quicquam obstabat, nisi breve Pontificis, quod in singulas horas expectabat, me cupiebat itineris sui comitem. Ac mihi quidem gestiebat animus, quam non longiùs abesset *Tridentum*, quàm itinere sex dierum, ut aiebant. Nam illàc erat eundum ob Cæsarianorum & *Gallorum* dissidia. Sic enim nunc fruimur monarchis. Invitabant *Alpes* propinquo arridentes, dehortabantur amici, sed frustrà, ni calculus violentus rhetor persuasisset, *Basileæ* repetitâ, revolare in nidum. Interim dum *Abstemius* hospes innectit morandi causas, dum verba dant nautæ (Nam erat animus *Schiffhusam* usque navigio devehi, quòd diffiderem me ferre posse jactationem equestrem: Sic etiam affectus) commorati sumus *Constantiæ* fermè tres hebdomadas. Tandem quum nautæ nullum facerent mentiendi finem, idque suo vel jure vel more, ira robur addidit, & consensis equis horâ octavâ, pervolavimus *Schiffhusiam* ante tertiam meridianam. Ubi reditum est *Basileam*, visum est gustare vinum *Burgundiacum*, quod mihi multum recusanti, ante dies complures donârat vir humanissimus *Nicolaus Diesbach* Decanus, ac delegatus episcopus *Basilienses*, quem nunc coadjutorem vocant. Primo gustu non admodum adhæsecebat palato, cæterùm nox arguebat indolem vini. Sic enim subitò recreatus est stomachus, ut mihi viderer renatus in alium hominem. Atque ego sanè semper imputâram malum hoc vinis quibusdam, quæ pleraque quum cruda, acria, & ob hoc inimica stomacho sint, tamen facilè penetrant in renes, eóque crudam materiam secum deferunt. Ad hæc quasi per se parum sint infesta, malis pharmacis viciant, calce, alumine, fuligine, sulphure, sale: nam aqua, quam largiter addant, minimum est malorum. Quid multis? plerâque digna sunt quæ bibantur ab hæreticis. Nam hoc ego tormenti satis esse putârim ad quodvis maleficium puniendum. Et tamen reperiuntur qui tam miseris villis dignentur inebriari. Gustâram & ante vina quædam apud *Burgundiones* nata, sed ardentia & austera; hoc erat colore gratissimo, *Pyrapum* esse diceres, sapore nec dulci, nec austero, sed suavi; nec frigidum, nec ardens, sed humidum & innoxium; stomacho sic amicum, ut nec copia largior multum offenderet: & quod in vinis subrubris rarum est, mediocriter solvebat alvum ob genuinam, ut conjicio, vim humiditatis, quàm explicat in stomacho. O felicem vel hoc nomine *Burgundiam*, planéque dignam, quæ mater hominum dicatur, postea quàm tale lac habet in uberibus! Non mirum si prisci mortales pro diis colebant, quorum industriâ magna quæpiam utilitas addita est vitæ mortalium. Hoc vinum qui monstravit, qui dedit, quanquam monstrâsse sat erat, nónne vitam dedit verius quàm vinum? Advectum est & illud vas priore non inferius, nisi quòd auriga plus satis diluerat aquâ. Alterum obsignatum erat gypso: licebat exhaurire, non licebat infundere, hoc non item. Et ideirco illud advectum est, non omninò plenum, hoc plenum usque ad summum, & hoc ipsum prodidit œnocleptam, quo se probare voluit bonæ fidei vectorem. Atque interim qui nummum furfurantur, pendent: qui rem simul tollunt & vitam, impunè ludunt. Itaque, mi *Laurine*, facili negotio possum adduci, ut totus demigrem in *Burgundiam*. Ob vinum inquies? Imò malim vel ad *Juvernos* usque migrare, potius quàm vel semel experiar calculum. Hoc certè literis meis debeo, ut quocunque terrarum me vertam, nusquam mihi defuturi sint amici. Certè totius *Germaniæ* quæ latissimè patet, nullam arbitror esse civitatem, quæ non cupidè sit exceptura *Erasmum* si quò lubeat commigrare. Nec admodum mentiar, si idem prædicem de *Italia* & *Gallia*. Certè ad nonnullas invisendas, humanissimis literis sum invitatus, & quas adhuc invisi, vel *Constantiam*, vel *Steistadium* proficiscens, atque inde rediens, vino misso, quod ex more novis hospitibus honoris gratiâ donari solet, mihi gratulatæ sunt: quo quidem honoris genere in tantum non delector, ut frequenter mandarim amicis, curarent, nè quid tale fieret: non ob id solùm quod existimem honoris hoc aliis deberi magnatibus, non *Erasmo* humili modis omnibus homunculo; verùm etiam quod hæc officia laffis, aut alioqui occupatis, nonnunquam impedimenta sunt verius, quàm ornamenta. Jam potrò, quandoquidem gloriosum è comœdia militem agere cœpi, quid tibi commemorem tot epistolas honoris gratiâ, vel ab eruditis viris, vel à magnatibus, è longinquis etiam regionibus huc missas, non sine munere? Quid referam doctos homines, quosdam etiam dignitate præminentes, huc non ob aliud è longinquo profectos, quàm ut viderent *Erasmum*? Quibus non ambigo quin usu veniat, quod *Græcorum* proverbio dicitur, *Thesauro sperato cærbines reperiis*. Sed qualis qualis ego sum, hæc certè coarguunt rabularam istorum impudentem vanitatem; qui, ut scribis, istic jactârant mihi nusquam in *Germania* tutam esse sedem, & ideò opinor quoties aliquò me confero, solitus sum impetrare fidem publicam. Cæterùm quo minùs multas urbes invisam, quod

quod vel animi gratia feciſſem nonnunquam, etiam ſi ad id per literarios labores daretur ocium, tamen hypocauſta prohiberent, quæ quidem hìc fervent totum annum, vix tribus exceptis menſibus: & locum quem mihi *Baſileæ* paravi, mecum circumferre non licet. Nec hoc minus impudens mendacium erat, quo me jactabant hìc *Baſileæ* domum eſſe mercatum, & jus civitatis redemiſſe, videlicet iſthuc nunquam rediturum. Ut omnia mihi placeant in *Germania*, ſicuti placent pleraque: certè res una propellit hinc, nimirum communis omnium hypocauſtorum uſus, quo fit ut ſolùs habitem: ac nec alios liceat inviſere, ſine valetudinis meæ periculo; nec aliis me liceat inviſere citra incommodum, qui non minus offenduntur frigore meo, quàm ego illorum calore. Illud verum eſt, eſſe *Baſileæ* qui mihi ædes dono obtulit, quadringentis florenis aureis emptas, in quibus nunc verſor. Sed ego nec emi, nec donum oblatum accepi. De civitate nè per ſomnium quidem eſt unquam cogitatum. Quidam non infimæ autoritatis apud *Turegos*, ſemel atque iterum mecum egit per literas, ut illic jus civium acciperem. Ego demirans cur hæc ageret, reſpondi me velle civem eſſe totius mundi, non unius oppidi. De *Gallia* adeunda, quod eam mihi velut unicum aſylum ſupereſſe dictitabant, non omninò de nihilo nata eſt fabula. Perſuaſum habebam vinum eſſe cauſam morbi mei; nec dum intellexeram tale vinum cominus à *Burgundia* ſuppeditari poſſe: & ſi potuiſſet, ferebantur hìc tum varii rumores, metum injicientes, nè non eſſemus hìc omnino futuri bellorum expertes. Tale ſi quid accidiſſet, nè *Burgundia* quidem potuiſſet ſiti meæ ſuccurrere. Verùm illud, ut dixi, quum ignorarem, & rumores hujuſmodi ſcrupulum injicerent, cœpi leviter de *Gallia* adeunda cogitare, quæ vel mediis in bellis vini copiam ſuppeditaret. Hac de re quum mentionem feciſſem apud *R. P. Franciſcum* archiepiſcopum *Ebredunenſem*, qui tum hìc legatione fungens, nos ſemel atque iterum inviſit; ultrò pollicitus eſt ille, ſe curaturum à Rege ſuo diploma, quo tutiùs eò liceret proficiſci, ſi ita viſum fuiſſet. Juvenis humaniſſimus geſtiens, ac ſibi gratulans, apud menſam regiam, quòd *Baſileæ* vidiſſet *Eraſmum*, egit de diplomate; aderat autem id temporis *R. D.* Card. *Lotharingiæ*. Rex lætus etiam indulſit quod petebatur. Deinde, ubi *Budæum* vidit, quem aſcivit inter intimos aulæ primores, *Heus*, inquit *Budæe*, *mox habebimus Fabrum in noſtra Gallia*. Quum *Budæus* reſpondiſſet, *Fabrum non abeſſe à Gallia*; Rex intellecto nominis errore, *Eraſmum*, inquit, *Eraſmum volebam dicere*. Nam diploma paratum eſt, quo tutò veniat. Invitabat quidem me vetus illud *Gallia* hoſpitium, quæ mihi nunquam non fuit jucunda. Invitabat quòd ante annos ſex, magnificis conditionibus me revocavit: quas ſi tum accepiſſem, ut nihil aliud dicam, certè non tam diu digladiandum mihi fuiſſet cum aliquot ſtolidis matæologis *Lovanienſibus*; nec mihi calerent aures hujuſmodi furioſis tragœdiis, quibus hìc fervent omnia. Et res eſſet aliquanto, quàm nunc eſt amplior, aut certè minus anguſta: fortaſſis & valetudo melior, qui toties ob hæc vina, & nidorem hypocauſtorum, ſum de capite periclitatus. Invitabat & illud, quòd in *Gallia* verſans multo propiùs abfuturus eſſem à *Brabantia*, quò vel in bello tranſcurrere licuiſſet,

A ob notitiam & privatam amicitiam eorum qui civitates hinc & hinc obtinent, quæ ſunt in controverſia. Unum obſtabat, bellum inter tres Reges, quorum uni, nempè *Carolo*, jurejurando etiam addictus ſum: alteri, nimirum Regi *Angliæ*, pluribus nominibus ſum obſtrictus, atque adeo tenui illa mercede conditioni. Tertium, videlicet *Galliarum* Regem, ob tam propenſum in me ſtudium, non poſſum non amare. Sperabam autem vel hujus novi Pontificis

B cis operâ, brevi pacem inter eos coiturum. Quorquam ad me quidem nihil attinebat bellum, ut qui non adirem *Galliam* illuc duƈturus carrucam, aut aliquid magni muneris apud Reges ambiturus; ſed cum eruditis amiculis inter Muſas ac Charas ſuaviùs victurus quàm hìc vivebam. Itaque diploma jam multos menſes apud me eſt, nec tamen ſum. Dices cur non huc potius? Quoniam ibi omnia fervebant bellis, ferebatur eſſe rerum omnium ingens penuria, ſed præcipuè vini Gallici,

C cujus iſtic vel in pace ægrè eſt copia, ſi quis vinum deſideret. Et erat furioſis quibuſdam cum gladius, quibus nec collegam eſſe libebat, nec adverſarium. Et jam ſatis mihi videbar conſtitiſſe cum monſtris quibuſdam, quæ quum profectò nec velint, nec poſſint, tamen in hoc unum vocant totam ætatem, ut vel malè loquendo negotium faceſſant bonarum literarum cultoribus. Denique ſemper è *Gallia* breviſſimus fuiſſet curſus ad vos, ſi quid invitâſſet. Hæc enim

D habes paucis, ſed abſque fuco. Jam quod ſcribis à nonnullis audiſſe te, quod etiam apud Germanos audirem malè, fortaſſe verum eſt: nec mirum, quum nuſquam abſint homines maledici. Ipſi dem do pro viribus operam, nè quis meo merito de me malè dicat. Cæterùm ſi mihi ſpem tam felicitatem, quæ nemini hactenus contigit, ut efficiam nè quis omnino de me malè loquatur, tum verè tempus eſſet in proprium ejulare fu-

num. *Roma Stunicam* habet: habet & *Germania* nonnullos qui neſciant benè dicere. Audio quoque

E nonnihil quoſdam impensè *Lutherum* ut vocat, quòd dilutior ſim, quòd blandior Principibus, quòd nimium pacis amans. At ego, ut verum fatear, malim in hanc peccare partem: non tamen quia tutiùs, verùm etiam ſanctius. Placet ſua cuique ſententia. Sunt & in altera parte, quæ data operâ ſuſpectum reddere conentur, quaſi mihi cum *Lutheranis* ſit fœdus. Sed hujuſmodi rumores, qui ſtudio finguntur, utrinque quemmodum temerè naſcuntur, ita facilè evaneſcunt.

F Et habent hoc ſanè à priſcis moribus quidam, ut ad hujuſmodi rumuſculos mirè commoveantur. Pridem latè ſparſus erat hic fumus, illum meos exuſtos eſſe in *Brabantia*, idque autore *R. P. Jacobo Hochſtrato* vetere meo, ſi non familiari, certè amico: & commentum tam impudens, hominem etiam literati, deſultoriis epiſtolis diſſeminat. Senſi ilicò technam quorundam, quos ego ſanè neſcio quo nomine debeam appellare, nempè *Lutheranos* vocant; videlicet hoc agentium, ut

G hominem ſimplicem & credulum, in *Jacobum Hochſtratanum* irritarent; in quem ſi ſcriptum impotentiùs, cogerer in ipſorum caſtra transire. O callidum conſilium! Mox ipſa res docuit, quam nihil vel cogitatum fuiſſe apud noſtros. Succeſſit huic rumor etiam atrocior, ex illis velut è *Roma* miſſis. Additum erat nomen hominis ἀξιοπίστου. Rem ut compertam ſcripſi, nego

magno cum dolore, quidam vir illic gravis & eruditus ad *Botzemum* meum. Is penè exanimatus ad me perscripsit, meos libros *Romæ* publicis Pontificis voce condemnatos esse. Risi protinus, & agnovi superiori simillimum commentum. Nimirum illud agebatur, ut homo rerum imperitus & credulus hoc facto provocatus, linguâ calamóq; Pontificem incesserem, quo facto cogeret ad ipsos transfugere. Cæterùm quàm id commentum fuit impudens, non solùm compluribus literis è *Roma* scriptis testatum est, verùm ipsius Pontificis brevi nuper ad me dato, quo certè nullum adhuc accepi vel amantius scriptum vel honorificentius. Quanquam quod ad laudes quidem attinet, sic interpretor, me admoneri qualis esse debeam, non depingi qualis sim. Certè à tali Pontifice vel probari, vel amari non molestè fero. Ac nè breve parum haberet apud me ponderis, submonuit me literis suis quidam è Pontificio famulitio non infimus, quum Pontifex sensisset diploma scriptũ esse dilutius, quod is qui deformârat exemplum, propter amicitiam quam habet mecum non vulgarem, parciùs de me scripsisset, ipsum sui voce pleráque dictâsse. Atque iisdem literis idem amicus sacerdotium non aspernandum offert, quod jam possidet, cessurus ubi velim. Nec est quid hic clamitent, me præda corruptum deserere veri patrocinium. Fatebor hoc esse verum crimen, si unquam accepero munus ullum hujusmodi: quod tamen si caperem, non facerem absque multorum exemplo. Quicquid mihi fortunulæ est, id totum fuit ante *Lutherum* orbi cognitum, & obtigit non ambienti. Dimidium obtrusit recusanti *R.* archiepiscopus *Cantuar.* dimidium ultro detulit *Cæsaris Caroli* benignitas. Huic etiam si quid decedet, minuendis sumptibus augebimus censum. Si præmiis ad hoc bellum pertrahi potuissem, jam olim pertractus essem. Deterruit me perpensa, hinc negotii magnitudo, hinc virium mearum imbecillitas. Audi nunc tertium, utroque impudentius. Sparserant summum Pontificem nescio quid libelli scripsisse in me, eum à multis esse conspectum. Suboluit illicò techna: nimirum agit hoc fictitius ille Pontifex, ut me provocet ad calami linguæque petulantiam. At ego ex Apostolicis literis didici, Principi meo non maledicere, sed bonum venerari, malum ferre, si frustra sim moniturus. Habet & diversa pars fabulas suas, in quâ nonnulli sunt, qui sic agunt partes *Romanæ* sedis, ut si conentur extrema, magis nocere non possint. Hi nuper rumorem sparserant, *Basileam* multos confluere *Lutheranos* mei consulendi gratiâ: atque adeo *Lutherum* ipsum hìc latitare. Is rumor hìc me nequaquam gravabat, ubi quàm plurimi sunt qui nôrunt esse falsissimum: Atque utinam vel si esset, omnes *Lutheranos*, pariter & *Antilutheranos* consilii gratiâ ad nos confluere, vellémq; meis parere consiliis. Res humanæ paulò meliùs, opinor, haberent; Multi me salutandi videndíq; gratiâ conveniunt, nonnunquam gregatim, ac plerunq; ignoti: nullus unquam apud me professus est se *Lutheranũ* esse: nec mihi datum est negotium hoc inquirendi, & divinus non sum, neque mihi quisquam hoc nomine notus aut commendatus esse cœpit, quòd *Lutheranus* esset. Antequam dissidium hoc hucusq; increvisceret, cum omnib⁹ fermè *Germaniæ* doctis habebam literariam amicitiam, mihi sanè perquam jucundam. Horum nonnulli refrixerunt in me: quidam prorsus alienati sunt: nec desunt qui se palàm hostes profiteantur, & exitium denuncient. Habebam item cum multis consuetudinem, qui nunc sæviores sunt in *Lutherum* quàm vellem, imò quàm expedit ipsi causæ. Nec ideo submoveo quenquam ab amicitia mea, si paulo propensior est in *Lutherum*: nec ideo renuncio cuiquam amicitiam, si ferocior est in *Lutherum*, quum uterque quod facit, bono studio faciat. Sic enim interpretor, cum in amico, tum in viro non malo. Venerũt *Basileam*, quos aiunt suspectos, quòd sentiant cum *Luthero*: hoc totum mihi volo imputari, si vel unus me vocante huc sese contulit; & nisi apud amicos satis testatus sum, hoc mihi vehementer esse molestum. Quòd si qui sese huc conferunt hujus aut illius factionis, quâ fronte me incusant, qui *Basileæ* nec custos sum portarum, nec ullum gero magistratum? Fuit hìc *Huttenus* paucorum dierum hospes, interim nec ille me adiit, nec ego illum: & tamen si me convenisset, non repulissem hominem à colloquio, veterem amicum, & cujus ingenium mirè felix ac festivum, etiam nunc non possum non amare. Nam si quid illi præterea negotii est, nihil ad me pertinet. Sed quoniam nec ille ob adversam valetudinem poterat ab hypocaustis abesse, nec ego ferre, factum est ut neuter alterum viderit. *Crombergius Francisci* gener bis me convenit; cujus indoles & ratio me certè mirum in modum delectavit. Declaravit enim hominem simplicem, fucíque nescium, magno tamen ingenio præditum. Sed hoc colloquium nec longũ fuit, nec caruit testibus. Imò si *Lutherus* adesset ipse, libenter miscerem cum homine colloquium, amanter & liberè moniturus eũ de multis, tametsi serò fortassis, nisi quòd juxta *Paulum, omnia sperat Christiana charitas*. Odi dissidium ut non aliud malũ æquè: non tantùm ex doctrina & institutione *Christi*, verùm etiam occultâ quadam naturæ vi: quo magis discrutior, reputans hoc seculum sic undiq; fermentatum, & publicis & privatis odiis, ut vix usquam sit synceræ amicitiæ vestigium. Nec hos amare licet, quos meritissimò amas: nec ulla mundi plaga vacat hujus mali contagio. Altera pars contemni non potest: altera contemni non vult: utraque videtur si non in ore, certè in pectore habere *Homericum* illud. Et haud scio an alterutra possit opprimi sine gravi bonarum etiam rerum ruina. Nec enim negari potest, quin multa monuerit *Lutherus*, quæ corrigi sit in rem *Christianam*, quæque mundus diutiùs ferre non poterat. Atque in hanc quidem publicam orbis tempestatem, satis infeliciter incidit hæc ætas mea, cui jam velut emeritæ debebatur ocium, fruituræ sicut par erat priscis studiorum laboribus: saltem liceret hujus fabulæ spectatorem esse, præsertim quum & ipse sim inidoneus histrio, & tam multi undique ultrò semet ingerant in proscenium. Verùm id quo minùs liceat, utrinque sedulò procuratum est, dum in hac parte sunt qui me primùm technis prolicere, mox vi rapere student in sua castra: rursus in altera parte sunt, qui modis omnibus conantur in hostium copias propellere: non ob aliud, nisi ut hac viâ perderent, quem linguis, bonis literis, ac veteri Theologiæ fortiter patrocinantem, de gradu dejicere non poterant. Itaque factum est non meâ quidem culpâ, sed perverso quorundam studio, ut utraq; in parte habeam quosdam mihi parum propitios: Siquidem in parte altera sunt, qui meum silentium favorem inviſæ partis interpretentur.

Rursum, inter eos qui *Luthero* favent, sunt qui fremant & indignentur, quòd ob animi timiditatem, ut aiunt, causam Evangelii deseram; nec deseram solùm, verùmetiam moliar aliquid ad constabiliendam causam Pontificum, sive ut isti vocant papisticam. Verùm aliis quidem jam sæpenumerò respondi. Nunc lubens egerim cum *Lutherano* quopiam, sed cui sit aliquid æquitatis. Opinor enim me causam meam & illi probaturum, ex his quæ ipse mihi largietur. Primùm enim percontabor illum, quid sentiat de *Luthero*. Utique respondebit virum esse sanctum, & Evangelicum, *Christianæ* pietatis instauratorem. Deinde rogabo, num huic similes sint quos habeat sibi devotos. Confirmabit haud dubium sic esse. Mox percontabor, ecquid exemplum sit Evangelicum technis & vi in suam factionem quenquam pertrahere, præsertim quum non ignorent hanc professionem non esse minus periculosam, quàm fuerit olim *Christiani* nominis? *Judæorum* erat obambulare maria & terras, ut unum proselytum illicerent in nassam legis. Apostoli neminem humanis artibus allectabant, & celabant *Christi* nomen professos, donec urgeret articulus profitendi. Hæc dicere possem si professio *Lutheranæ* factionis nihil aliud esset quàm professio doctrinæ evangelicæ; & si quis eam apud istos aliquando clàm professus esset. Nunc qualis sit illa professio aliis judicandum relinquo. Certè qualis qualis est, me inscio nata est, & me dehortante progressa, etiam usque ad eos gradus, intra quos adhuc maximâ ex parte mundus applaudebat fabulæ. Interim sequuta est Captivitas *Babylonica*, Abrogatio Missæ, totius *Husiticæ* doctrinæ defensio; præter alia, quæ *Saxonicâ* linguâ conscripta me nec lectorem admittunt. Et tamen hactenus quum multis aliis de causis, tum hàc præcipuè, quòd intelligerem negotium esse majus meâ cognitione, de dogmatibus *Lutheri* nihil pronunciavi: tantum editis aliquot epistolis testatus sum me prorsus alienum esse à fœdere *Lutheranorum*; & in scriptis illius, quæ mihi legere contigit, desiderate plusculum *Christianæ* modestiæ, & optare minus amarulentiæ. Hic rursus appellabo illum *Lutheri* amicum, num censeat hoc tacitus, quod ille magno sui capitis discrimine, magno aliorum aggreditur, præclarum esse ac multâ laude dignum. Respondebit, opinor, prorsus apostolicum esse, ac memoriâ dignum immortali. Agè, utar permisso. Quis igitur non judicâsset me mortalium qui vivunt omnium arrogantissimum, qui tantum laudis mihi vindicâssem, ubi nè tantulum quidem promerebar? Imò quis non censuisset me quovis *Oreste* insaniorem, si falsissimam gloriam capitis mei periculo voluissem emptam? Jam erat plerisque monarchis ac præsulibus persuasum, me totius *Lutheranæ* doctrinæ fontem esse, autorem, propugnatorem, & *Atlantem*: imò libros qui nomine illius circumferuntur *Lutheri* titulo, meos esse. An ego tacitus tantam gloriam mihi tribui pati debebam? Clamat *Joannes*, *Non sum ego Christus*; an me conveniebat obtitescere? Sed nimium, inquiunt, multis epistolis hoc testaris. Imò tam multis epistolis vix adhuc persuadeo quibusdam, adeo mendacium hoc impudentissimũ erat infixum animis plurimorum. Jam quod ad modestiam & maledicentiam attinet, rursus percontabor *Lutheranum* meum, an expediat *Lutheri* doctrinam quàm maximè propagari in orbe, summisse [illegible] quàm commendatissimam fieri? Nimi[illegible] debit, hoc inprimis expedire. Cur igitur [illegible] indignantur *Erasmo*, qui duas res vel[illegible] libris *Lutheri*, quæ potissimùm & fidem [illegible] & optimi cujusque animum alienant, [illegible] speciem, & maledicentiam immodicam? Et [illegible] hæc ita sunt insigniter manifesta, ut [illegible] amicissimè defendunt, non habeant eo[illegible] adferant, nisi sic commeruisse peccata nostra, [illegible] per tam acerbum objurgatorem scorpionibus [illegible] deremur. Mihi certè primum *Lutheri* spiritum [illegible] nihil suspectum reddidit illa scriptorum ferocia [illegible] nusquam non parata convitia. Nec dubito quin [illegible] aliis quàmplurimis idem usu venerit quod [illegible] *Lutheri* doctrina sancta est, quàm multos credo [illegible] ea alienatos eo libello, quo respondit *Anglorum* Regi, quo Principe vix alius hodie vivit [illegible] regiis dotibus ornatior, nec alienior à tyrannide, nec gratiosior apud suum populum; nec qui quem bonæ literæ, & egregia virtus magis [illegible] precio. Liceat hoc citra adulationis [illegible] testari de eo, à quo nec accipio quicquam, nec [illegible] bio. Hoc certè negari non potest, Regem pio animo scripsisse, & si quid convitiorum admixtum [illegible] *Lutherum*, præter quàm quod ipsius [illegible] posset prætexere, scripsit in eum in quem [illegible] erat longè atrociora competere. Et tamen [illegible] in eo libello est alienum, suspicor esse [illegible] quædam acerbiora. Itaque si *Lutherus* [illegible] pio Regis studio, rem solidis argumentis [illegible] peregisset, non violatâ regiâ dignitate, [illegible] opinor, consuluisset suæ causæ, de qui[illegible] *Lutherano* quopiam perinde loquar, [illegible] ma. Quid autem inutilius quàm convitiari [illegible] mis Principibus, quibus facillimum est [illegible] temnere, & in promptu est, si libeat, [illegible] Ego nec amore, nec odio cujusquam [illegible] sciens prodam veritatem Evangelicam. [illegible] monarchæ liberam admonitionem, [illegible] petulantiam non ferunt. Hæc in hoc tacitus [illegible] xerim, ut perspicuum sit quàm nec *Lutherus* [illegible] derim occasionem, cur in me meritò [illegible] Nec quòd illos metuam, si suo vitio ferantur in [illegible] potiùs, quàm meâ culpâ: sed quòd velim æquitatem meam omnibus esse probatam. Nam prolant hinc atque hinc aliquot epistolæ, [illegible] nescio quid minitantes: & inter has una non [illegible] rum spirans veneni, etiam ante cognitam [illegible] Sed hic volo rursum ut adsit mihi *Lutherus* [illegible] quem ut æquiorem delegi judicem hujus [illegible] Indignandi causæ sunt hujusmodi: Videlur in epistolis alicubi nescio quid ostentare [illegible] & si daretur ocium, me non defuturum [illegible] tati rei *Christianæ*, & dignitati sedis Apostolicæ. Quid hæc promissio facit adversus *Lutherum*? Sed fingant me scripsisse, nescio quid, adversus illum, quod adhuc sanè verum non est, quum totus [illegible] ultrò acuat stilum in illum; cur uni mihi indignetur, si me commoveam jussus ab his, quibus [illegible] tutum est non obsequi? Sed illud mihi [illegible] opinor, judex meus, *Lutherum* non esse tam perversè iniquum, ut quum ipse sibi permittat [illegible] solùm ab omnibus ecclesiæ doctoribus [illegible] verùm etiam à conciliorum decretis, indignetur [illegible] si quis alicubi ab ipso dissentiat: séq; [illegible] met, si quis à convitiis temperans [illegible] testimoniis, quibus ille tribuit plurimum, ac [illegible]

dis rationibus inquirat veritatem. Nam huc ipse provocat omnes, nec aliò provocat *Romanus* Pontifex, quàm ut *Lutherus* solidis rationibus, ac sacræ scripturæ testimoniis coarguatur. Proinde non erat æquum minitari, priùs quam vidissent qua ratione, quáque moderatione scripsisset. Irritabat autem multos ridicula suspicio, quæ persaserat libellum quem Rex *Anglorum* scripserat adversus *Lutherum*, meo *Marte* compositum esse; cæterum titulum Regis additum, quo magis gravaretur *Lutherus*. Et hac de re tam stulta scribebant ad me seriò magni Principes, & amici docti, conantes expiscari veri professionem. Quòd si vicisset stultissima suspicio, videlicet in meum caput iisdem leporibus lusisset *Lutherus*, quibus nunc ludit in Regem. At ego interim annis aliquot non videram *Britanniam*: & quum *Caletii* salutarem Regem innumeris aulicis præsentibus, nè cogitabatur quidem de scribendo adversus *Lutherum*, sed potiùs de componendo dissidio. Nondum enim exierat Captivitas *Babylonica*. Porrò, libellum non priùs rescivi scriptum esse, quàm nitidè excusum, idque *Brugis*, quum illic Card. *Ebracensis* ageret de rebus componendis inter Cæsarem & *Gallum*. Obsidebam ostium R. Card. fabulans inter illius Proceres, & expectans ut ad primam occasionem illum salutarem. Tandem prodit *Marinus Caracciola*, nuncius apostolicus, libellum manu gestans. Rogo num liceat aperire. Annuit. Lego titulum duntaxat, & quod Rex in ima margine primæ paginæ suâpte manu subscripserat: ac quoniam tum non licebat pluribus, arridens reddo librum. Invideo, inquam *Luthero* talem adversarium. Ille primùm ringebatur magis quàm ridebat. Ubi sententiam eandem dilucidiùs expressisset, respondit: Et ego gratulor *Ro.* Pontifici talem defensorem. Interea quam mihi quoque libellus esset certò ac sæpenumero promissus, nescio quo casu non redditus est: suspicor ob abitum Card. opinione celeriorem. Est enim & hoc regium. Erat tamen destinatus libellus quem Rex suâpte manu notaverat, pro *D. Erasmo*. Is missus mense Augusto, anno, juxta *Innocam* supputationem, millesimo quingentesimo vicesimo primo; redditus est *Basileæ*, mense Februario, anno millesimo quingentesimo vicesimo secundo: nec unquam mihi licuit legere libellum regium, nisi ex editione miserabili *Argentinensi*; eóque perlecto, mox perlegi & *Lutheri* responsionem. Tantum mihi constat de libello, ne præterea pilus ullus. Nec unquam olfacere potui, si cujus operâ Rex illic adjutus esset. Planè Erasmi ipsius est, & ingenium habet ad omnia facile expeditum: & tamen si quid voluisset uti doctorum auxiliis, habet aulam differtam virorum disertorum & eruditorum. Cæterùm in epistola quid aliud invenivi, quàm animum Regis? aut quid aliud hinc haurire poteram, non lecto libro? Hîc expecto sententiam mei *Lutherani*, an æquum sit hujus suspicionis tam inane somnium mihi obesse apud meos evangelicos. Audi nunc aliud crimen. Impingitur mihi, quòd ante quatuor annos non discesserim è proscenio, dicens, *Valete & plaudite*: nimirum meâ gloriâ, meóq; præmio contentus, quòd linguas consecrârim Theologiæ, quòd sophisticas ineptias è scholis profligârim, quòd contemptis cæremoniis ad fontes sacræ scripturæ sim adhortatus: hîc certè plus laudis mihi tribuunt quàm ego agnosco. Sed ex hoc proscenio discedere non licet, nisi choragus ille noster jusserit. Et tamen sic hactenus ago fabulam, ut illa sublimia *Roscio* & *Æsopo* relinquam: denique comœdum esse mihi magis libet, quàm tragœdum. Ex voce *lateribus*, arte meipsum metior. Sed obstas, inquiunt, reliquum fabulæ peracturis. Audiamus igitur & hæc crimina. *Romanam*, inquiunt, ecclesiam adhuc magnificit & agnoscit. *Romanum* Pontificem adhuc colì jubet. Scribit neminem bonum unquam subtraxisse sese hujus regno. Hæc, aliáque permulta sunt in illorum literis. De regno nusquam memini. Alicubi scripsi, pios omnes ubique favere dignitati Pontificis. Quis autem non faveat ejus dignitati, qui virtutibus evangelicis *Christum* nobis repræsentet? Et hoc addo, *quoties aliquid tribuo dignitati Pontificiæ*. Nemo verò nescit quibus in rebus sita sit vera dignitas *Romani* Pontificis: nec hoc uno in loco declaratum est in lucubrationibus meis. Ego verò doctus ex evangelicis & apostolicis literis, etiam ethnicis Principibus aliquid tribuendum esse didici, nisi palàm impia jubeant. Ad hanc regulam nullius episcopi dignitatem contemnendam esse censeo. An non impium est contemnere bonum Episcopum? Sed depingunt quem velint contemni. Et quis est, inquiunt, *Romanus* Pontifex, an non exustor Evangelii, inimicus Dei, seductor totius *Christiani* populi? Si de tali Pontifice loquuntur, à me nullus unquam probatus est: Et tamen si quis talis esset, non est meum illos de solio præcipitare. Vivit adhuc *Christus*, & habet in manu flagellum, quibus tales exturbet è templo. Sed non est spes, inquiunt, sequuturum meliorem *Leone*. Primùm, ego non sum judex *Leonis*. Habet ille suum Judicem, cui stat aut cadit. Si præcesserunt tot boni, cur non est spes aliquem posse sequi priscis illis adsimilem? Nam de hoc nihil pronuncio, nè cui videar assentari. *Christus* ipse per impium Pontificem adjuratus respondit, nec prorsus obticuit à *Pilato* jussus loqui. *Paulus* quomodo agit causam apud *Festum*, *Felicem* & *Agrippam*, videlicet appellat tyrannos mancipia diaboli, servos peccati, hostes Dei, mox æternis ignibus addicendos? Nunc vide quid isti responderint, civilitatem meam excusantibus. Sic, inquit, diceret *Erasmus*, Antichristus es Papa: seductores estis Episcopi: *Romana* sedes vestra abominabilis est Deo: aliáq; in hanc sententiam multa, his etiam odiosiora. Non probant *Erasmi* civilitatem, nisi prius hæc præfati, tam videlicet evangelicè. Primùm, illud quæram ex meo judice, an putet æquas hujusmodi leges, quas mihi præscribit: deinde, an putet utiles negotio *Lutherano*. Si hæc scriberem in bonos Pontifices, nónne videar injurius? Si in malos sic debacchareer, quid aliud quàm irritarem crabrones in meum multorúmque malum? Superest adhuc unum crimen omnium maximum; In *Paraphrasi*, quâ explico notum caput apostoli *Pauli ad Romanos*, tribuo minimum quiddam libero arbitrio, videlicet sequutus *Originem* & *Hieronymum*. Principio quum *Paraphrasis*, sit commentarii genus, quum profitear me in plerisque sequi probatos ac priscos interpretes, quid admissum est piaculi, si sequor alicubi *Originem* & *Hieronymum*, autores, ut arbitror, in sacris literis non aspernandos? Atque id factum est antequàm *Lutherus* prodidisset dogma suum, sive *Voielo-*

vitiorum, Quicquid facimus sive boni sive mali, esse necessitatis absolutæ. Nam mea *Paraphrasis* excusa est *Lovanii*, anno millesimo quingentesimo decimo septimo; & aliquot mensibus erat *Antuerpiæ* scripta, priùs quam excuderetur. Atque interim quidam appellatur *totus Erasmianus*, quòd *De libero arbitrio* mecum sentiat, & à *Luthero* dissentiat: sed tamen huic datur venia, quòd juvenis bonæ spei brevi sit aliter sensurus. Hic rursus appello meum æquum judicem, quum hoc scripserim ante proditum *Lutheri* dogma, quum idem sentiant omnes Theologi, tum veteres tum recentes, *Origenes*, *Hieronymus*, *Chrysostomus*, *Hilarius*, *Arnobius*, *Scotus*, *Thomas*, cur ego, velut autor hujus sententiæ, vocor in jus? & cur qui dissentit à *Luthero* vocatur *Erasmianus* potiùs quàm *Hilarianus*, aut *Hieronymianus*? præsertim quum eam quæstionem non susceperim pertractandam in *Paraphrasi*, sed obiter transilierim, quemadmodum fecit ipse *Paulus*, qui non dignatur illic respondere percontatori improbo? & tamen vide lector quanto minus illic tribuam libero arbitrio, quam tribuant vel veteres vel recentiorum scholæ. Suspicor enim hæc esse verba, quibus offenduntur ex capite nono. Quum enim proposuissem improbam quæstionem objectam Deo, quæ conatur illi impingere injustitiam; Imò, inquam, *non nihil est in voluntate conatúque situm: licèt hoc ita sit exiguum, ut ad Dei gratuitam beneficentiam nihil esse videatur.* Nemo damnatur, nisi suâ culpâ: nemo servatur, nisi Dei beneficio. Eo dignatur quos vult, sed ita, ut sit de quo gratias agas, non sit quod queraris. Hæc in *Paraphrasi*. Videbam hinc *Scyllæ* periculum illiciens ad fiduciam operum, quam ego pestem religionis maximam esse fateor. Illinc videbam *Charybdim*, malum etiam formidabilius, quo nunc non pauci tenentur, dicentes: Obsequemur animo nostro; sive torquemus nosipsos, sive indulgemus animo, tamen eveniet quod semel statuit Deus. Itaque sermonem meum moderatus sum, ut minimum quiddam tribuerem libero arbitrio, nè fenestram aperirem tam capitali socordiæ, ut abjecto omni conatu vitæ melioris, quod suo animo collubitum fuerit quisque faceret: & tamen hæc scribebam, ignarus fuisse quenquam qui funditùs tolleret omnem liber arbitrii vim; quod dogma, etiamsi mihi constaret esse verum, nolim tamen nudis verbis in vulgus serere. Nunc quis nescit de Fato disputatum inter philosophos, ante *Christum* natum? & hinc ad nos venerunt quæstiones inexplicabiles, *De præscientia*, *De prædestinatione Dei*, *De libero hominis arbitrio*, *De futuris contingentibus*: In quibus arbitror optimum esse non admodum anxiè versari, quando abyssus est impervestigabilis. Malim ea inculcare, quæ nos hortantur ad modis omnibus conandum optima: nihil tamen interim nobis arrogantes, etiamsi quid esse nostrum possit, sed totum judicium deferentes *Christo*, cum bona fiducia de illius benignitate potissimùm conceptâ. Pronunciet hic igitur meus ille judex, an mihi, velut autori debeat imputari, quod nemo veterum ac recentium non dixit? An æquum sit mecum hac de re litigare; cum potiùs agendum sit cum tot hujus sententiæ autoribus, qui rem ex professo tractant, quum ego obiter in *Paraphrasi* paucis attigerim? Fieri potest, ut quoniam non satis teneo omnia *Lutheri* dogmata, imprudens & in alium quempiam lapidem impingam: quod si [illegible] protinus in me fremet illius amicè [illegible] que qui magnis clamoribus, qui [illegible] *Lutheri* doctrinam destomachantur [illegible] hiscere non licebit, si quid parum arridet [illegible] hoc concedant homini, ut verè scribat [illegible] loco, parum erudito, nullius in hoc [illegible] judicii, ut tot probatorum virorum [illegible] scribat alicubi, & in tumultu tam periculoso [illegible] tus in eorum discedat sententiam, quorum [illegible] tatem tot seculis sequutus est orbis Christianus. Si quis *Erasmum* non potest amare ut *Christianum* infirmum, sumat in eum quem voles [illegible] alius quàm sum esse non possum. Si [illegible] impartiit grandiora dona Spiritûs, [illegible] utatur in *Christi* gloriam. Mihi magis [illegible] cordi est humiliora sectari, modò tutiora. Non possum non execrari dissidium: non possum non amare pacem & concordiam. Video quam [illegible] rebus etiam humanis obscuritas: video quam [illegible] ciliùs excitetur tumultus, quàm sedatur: [illegible] quot sint artes satanæ; nec meo ipsius spiritui [illegible] sim per omnia fidere: tantum abest ut de alieno spiritu possim certò pronunciare. Cupio [illegible] in hoc conniti, ut victore *Christo*, [illegible] omnes Evangelica concordia, & explosis [illegible] veris rationibus consulatur hinc sacrorum dignitati, hinc populi libertati, quæ Dominus [illegible] liberum esse voluit. Huc eunctibus pro [illegible] non deerit *Erasmus*. Cæterùm si cui magnum [illegible] omnia miscere, me certè nec ducem [illegible] comitem. Præcurrunt energiam Spiritûs [illegible] igitur bonis avibus inter Prophetas; quos [illegible] Spiritus Domini. Me nondum corripuit [illegible] ritus: ubi corripuerit, fortassè dicar [illegible] inter Prophetas. Non dubitò quin [illegible] Quorsùm ista tam multa, tam putida? [illegible] huc, nè posthac talibus tumultibus [illegible] commovearis, etiam si nullus accurrat [illegible] te exhilaret, animúmq; reddat. Utrique [illegible] teríq; amicis multam ex me fabam [illegible] Simul atq; se remiserit hyems provolabimus [illegible] do. Quónam inquies? Ad vos, si pacis [illegible] renitas. Sin minus, illuc ubicunq; fuerit [illegible] lutaris vini copia. Nam *Romæ* pestis [illegible] nec minus sævit *Lutetiæ*. Bene vale, [illegible] sil. Cal. Feb. Anno à *Christo* nato M. D. XXIII.

Paulo Volzio religiosissimo Abbati [illegible] *vulgò dicitur Curia Hugonis, Eras.* [illegible] S.D.

Quanquam libellus ille, cui titulus fecimus *Enchiridion militis Christiani*, quem olim mihi & amiculo cuidam prorsus [illegible] pseram, minus displicere cœperit, [illegible] me, posteaquam tibi tuísque similibus [illegible] bari; quibus, ut estis ipsi pia doctrinæ [illegible] tate prædicti, scio, nihil probari quod non [illegible] pium sit atque eruditum: tamen [illegible] tiam placere cœpit, ubi video toties [illegible] formulis, semper veluti novum effigiari, [illegible] mihi non omninò blandiùntur typographi. Verbum illud rursùs sæpenumero malè habet animum, quod olim amicus quidam eruditus [illegible] dixit, lndens quidem ille, sed utinam [illegible] verè ac salsè: *In libello plus conspici sordium quàm in libelli autore.* Idque eo gravius ferebam, quod idem usu venit in eo, [illegible]

do pretiosissimum hoc laboris suscipiebatur. Siquidem & is adeo se non revulsit ab aula, ut multo altius indies immergatur, quantâ pietate nescio, sed ominnò, quod ipse fatetur, magnâ calamitate. Nec me tamen admodum miseret amici, quo vel fortuna magistra resipiscat aliquando, qui nostris monitis parere noluerit. Me verò, licèt semper hoc enitentem, tot casibus, tot tempestatibus meus exercuit Genius, ut *Ulysses Homericus* præ me *Polycrates* quispiam videri possit. Et tamen ejus laboris me non omninò pœnitet, si tam multos extimulat ad veræ pietatis studium. Nec ipse tamen videor modis omnibus insectandus, si monitis meis parum respondeo: primùm, est aliqua pietatis pars, ex animo velle pium fieri; neque reiciendum opinor pectus talibus intentum cogitationibus, etiam si conatum aliquando destituat successus. Semper hoc agendum in omni vita, & crebrò tentatum, succedet aliquando. Bonam autem itineris perplexi partem confecit, qui viam probè didicit. Nihil igitur me movent quorundam scommata, qui libellum hunc ceu parum eruditum aspernantur, & qui vel ab elementario quovis scribi possit, quòd nihil tractet *Scoticarum* quæstionum, quasi sine his nihil omninò sit eruditum. Sit sanè parum acutus, modò sit pius. Non reddat instructos ad palæstram *Sorbonicam*, modò reddat instructos ad tranquillitatem *Christianam*. Non faciat ad disputationem Theologicam, modò faciat ad vitam Theologicam. Quorsum autem attinet hoc tractare, quod nemo non tractat? Quis hodie non versatur in quæstionibus Theologicis? aut quid aliud agunt gymnasiorum examina? Tot penè sunt in Sententiarum libros commentarii, quot theologorum nomina. Quis Summulariorum modus aut numerus, aliud ex alio miscentium ac reniscentium, &, pharmacopolarum ritu, ex novis vetera, ex veteribus nova, è pluribus unum, ex uno plura subinde fingentium ac refingentium? Qui fiet ut hujusmodi voluminum moles nos ad rectè vivendum instituat, quæ nè per omnem quidem vitam vacet evolvere? Veluti si medicus morbo præsentaneo laboranti præscribat, ut *Jacobi à partibus* libros, ac reliquos his adsimiles omnes evolvat, illic repertura quo valetudinem sarciat. At hunc interea mors occupârit, nec erit cui possit succurri. In tanta ætatis fugacitate, parato promptóque remedio est opus. Quot voluminibus præcipiunt *De Restitutione*, *De Confessione*, *De Votis*, *De Scandalis*, déque aliis innumeris? Cúmque minutatim excutiant singula, singula sic definiant quasi cæterorum omnium ingeniis diffidant, imò quasi *Christi* diffidant bonitati, dum *juxtas* præscribunt, quid ille cuique facto vel præmii debeat vel supplicii; tamen nec inter se consentiunt, nec aliquoties rem liquidò explicant, si propiùs consulas. Tanta est vel ingeniorum vel circumstantiarum varietas. Porrò, ut omnia verè, omnia rectè definierint, præterquàm quòd jejunè frigidéque tractantur ista, quoto cuique vacat tantum voluminum evolvere? aut quis possit secum *Aquinatis Secunda secundam* circumferre? Et tamen nullius non refert bene vivere, ad quod *Christus* omnibus aditum facilem esse voluit, non inexplicabilibus disputationum Labyrinthis, sed fide syncerâ, charitate non fictâ, quàm comitatur spes quæ non pudefit. Postremò, versentur in magnis illis voluminibus magni *Rabini*, qui pauci sint oportet; at nihilo secius interim imperitæ multitudini, pro quâ mortuus est *Christus*, consulendum est. Præcipuam autem *Christiana* pietatis portionem docuit, quisquis ad hujus inflammavit amorem. Sapiens ille Rex filium instituens ad veram sapientiam, non paulò plus operæ sumit in adhortando quàm in docendo; quasi sapientiam amâsse, propemodum parâsse sit. Quod turpe est Jurisperitis ac Medicis, quorum utrique de industria suam artem reddidere difficillimam, quo simul & quæstus sit uberior, & gloria major apud imperitos; id longè turpius fuerit feciisse in philosophia *Christi*. Imò contra conniti par est, ut eam quàm fieri potest, reddamus facillimam, & omnibus expositam: neque illud sit nobis studio, ut ipsi literati videamur, sed ut quamplurimos ad *Christianam* vitam pelliciamus. Adornatur jam bellum in *Turcas*, quod quocunque consilio institutum, precandum est, non ut paucis quibusdam, sed ut in commune bene vertat omnibus. Sed quid futurum arbitramur, si victis (neque enim universos opinor ferro trucidabimus) ut *Christum* amplectantur, *Occamos*, aut *Durandos*, aut *Scotos*, aut *Gabrieles*, aut *Alvaros*, proposuerimus? Quid cogitabunt, aut quid sentient (sunt enim & illi, ut nihil aliud, certè homines) ubi audierint spinosas illas, & inextricabiles argurias de instantibus, de formalitatibus, de quidditatibus, de relationibus? præsertim ubi viderint de iis adeo non convenire inter magnos illos religionis professores, ut frequenter usque ad pallorem, usque ad convitia, usque ad sputa, nonnunquam & usque ad pugnos invicem digladientur? ubi *Prædicatores* pro suo *Thoma* cominus atque eminus dimicantes, *Minoritas* contra subtilissimos ac seraphicos doctores junctis umbonibus tuentes? Alios ut nominales, alios ut reales loqui? Si viderint rem usque adeo difficilem esse, ut nunquam satis discussum sit, quibus verbis de *Christo* sit loquendum? perinde quasi cum moroso quopiam agas dæmone, quem in tuam ipsius perniciem evocaris, si quid te fefellerit in verbis præscriptis, ac non potiùs cum clementissimo Servatore, qui à nobis præter puram simplicémque vitam nihil exigit. Obsecro te per Deum immortalem, quid istis agetur rebus, maximè si supercilioſæ doctrinæ mores & vita similis respondeat? Si ex strepitu nostro plusquam tyrannico, perspexerint ambitionem nostram, si ex rapacitate avaritiam, si ex stupris libidinem, si ex oppressionibus sævitiam, quâ fronte ingeretnus illis *Christi* doctrinam, ab hisce rebus longè latéque discrepantem? Efficacissima *Turcas* expugnandi ratio fuerit, si conspexerint in nobis elucere, quod docuit & expressit *Christus*: si senserint nos, non ipsorum inhiare imperiis, non sitire aurum, non ambire possessiones, sed præter eorum salutem & *Christi* gloriam nihil omninò quærere. Hæc est illa Theologia vera, germana, efficax, quæ olim & philosophorum supercilia, & Principum invicta sceptra *Christo* subegit. Hoc, hoc agentibus nobis, aderit ipse *Christus*. Neq; verò convenit, ut hoc argumento nos valde *Christianos* declaremus, si quamplurimos occiderimus, sed si quamplurimos servaverimus: non si multa impiorũ millia sacrificaverimus orco, sed si quãplurimos ex impiis reddiderim' pios: non si illos diris execrationib' devoveam', sed si piis votis salutẽ illis ac meliorẽ mentem

tem à superis opremus. Quòd si hic non adsit animus, citiùs futurum est, ut nos in *Turcas* degeneremus, quàm ut *Turcas* in nostras partes pertrahamus. Et ut feliciter cadat *Martis*, semper ancipitis, alea, fiet ut latiùs fortasse regnet Pontifex, aut hujus Cardinales; non ut latius regnet *Christus*, cujus regnum ita demum floret, si vigeat pietas, si charitas, si pax, si castitas: id quod optimi *Leonis* X. ductu atque auspiciis fore confidimus, ni quod optimum est conantem aliorsum rapiat rerum humanarum æstus. Ipse *Christus* sese regni cœlorum vindicem ac Principem profitetur, quòd non aliter splendidum est, quàm si triumphent cœlestia. Neq; enim ideo mortuus est *Christus*, ut opes, ut copiæ, ut arma, reliquáque illa mundani regni tragœdia, quæ quondam penes Ethnicos aut certè profanos Principes fuit, Ethnicis non ita multum absimiles, nunc sit penes sacerdotes aliquot. Ac, meâ sententiâ, consultum fuerit, multo ante quàm armis experiamur, illorum animos epistolis ac libellis sollicitare. Sed qualibus epistolis? Non minacibus, non tyrannicis, sed quæ spirent verè paternam charitatem, quæ *Petri Pauli*que pectus referant; quæ non titulum modò præferant apostolicum, sed ἐνέργειαν respiant apostolicam. Non quòd nesciam fontem omnem ac venam *Christianæ* Philosophiæ reconditam esse in evangelicis & apostolicis literis, sed sermo peregrinus, ac sæpenumerò perturbatus, tum figuræ tropíque obliqui, tantum habent difficultatis, ut nobis etiam non rarò sudandum sit, priusquam intelligamus. Commodissimum itaque meâ sententiâ fuerit si muneris hoc viris aliquot juxta piis ac doctis delegetur, ut ex purissimis fontibus evangelistarum & apostolorum, ex probatissimis interpretibus universam *Christi* philosophiam in compendium contrahant, ita simpliciter, ut tamen eruditè; ita breviter, ut tamen dilucidè. Quæ pertinent ad fidem, quàm paucissimis articulis absolvantur. Quæ ad vitam, item paucis tradantur, & sic tradantur, ut intelligant *Christi* jugum blandum & commodum esse, non asperum: ut intelligant sese patres nactos, non tyrannos; pastores, non prædones; ad salutem vocari, non ad servitutem pertrahi. Homines sunt & illi, nec ferrum aut adamantem gestant in pectore, possunt mollescere, possunt officiis adjungi, quibus mansuescunt & feræ. Et efficax inprimis res est *Christiana* veritas. Sed quibus *Romanus* Pontifex hoc negotii volet delegare, eâdem operâ mandabit, nè quid deflectant ab archetypo *Christo*, nè usquam ad hominum affectus aut cupiditates respiciant. Tale quiddam, utcunque mihi tum parturiebat animus, cum hoc *Enchiridii* cuderem. Videbam *Christianorum* vulgus non affectibus modò, verumetiam opinionibus esse corruptum. Perpendebam eos qui pastores ac doctores se profitentur, plerósque ad suum compendium *Christi* titulis abuti, nè quid interim commemorem de his, quorum nutu ac renutu res humanæ sursum deorsum ἄγονται καὶ φέρονται, ad quorum vicia quantumvis manifesta vix licet ingemiscere. Et in tanta rerum caligine, in tantis mundi tumultibus, in tanta humanarum opinionum varietate, quò potiùs confugiendum, quàm ad verè sacram ancoram evangelicæ doctrinæ? Quis verè pius non videt ac suspirat hoc seculum longè corruptissimum? Quando unquam tyrannis, quando avaritia regnavit aut latiùs aut impuniùs? Quando unquam plus erroris [illegible] Quando licentiùs exundavit iniquitas? Quando sic refrixit charitas? Quid effertur, quid agitur, quid auditur, quid decernitur, nisi quod [illegible] nem quæstúmque sapiat? O infelices nos, si *Christus* nobis aliquot suæ doctrinæ scintillas [illegible] mentis cœu vivas & æternas venulas relinquit. In hoc igitur enitendum ut, omissis hominum [illegible] nis, has scintillas ἀναζωπυρῶμεν, nam [illegible] libenter itimur, has venas scrutemur, deprimamus, aperiamus aquam vivam salientem in vitam æternam. Hanc nostram terram altissimè scrutamur, vitiorum eruamus alimenta: & *Christi* divissimum non rimamur, ut eliciamus salutem animarum? Nunquam ulla vitiorum hyems sic exstinguet charitatis ardorem, quin ex hoc silice possis excutere. Petra *Christus*, sed hæc petra seminarium habet ignis cœlestis, venas habet aquæ vivæ. Fodit olim puteos *Abraham* in omni terra, ubiq; scaturientes aquæ vivæ. Sed eosdem à *Philistæis* terræ opletos refodit *Isaac* cum pueris suis; nec contentus instaurâsse priscinos, fodit & novos. At rursum movent jurgium & rixas *Philistæi*, neque tamen ille desinit fodere. Nec his temporibus omnino desunt *Philistæi*, quibus terra gratior est vitalibus fontium scatebris; quippe hi qui terrena sapiunt, & ad terrenos affectus detorquent doctrinam evangelicam, quam cogunt humanæ servire ambitioni, cogunt lucris turpibus, & tyrannidi suæ obsecundare. Quòd si quis *Isaac*, ut si quis ex hujus familia foderit, reperieritque venam aliquam puram, protinus obstrepunt ac reclamant, intelligentes eam venam offecturam lucris, offecturam ambitioni, etiam si pro *Christi* gloria faciat. Mox terram injiciunt, & corrupti interpretatione venam obturant, fossorem depellunt, aut ita certè luto sordibúsque conspurcant aquam, ut qui inde biberit, plus hauriat limi sordisque, quàm liquoris. Nolunt sitientes justissimè de puro latice bibere, sed adducunt eos ad suas cisternas contritas, quæ rudera habent, aquam non habent. Sed tamen non oportet germanos puteos *Isaac*, hoc est, veros *Christi* cultores ab hoc labore deterrigari. Nam inter hos quoque volunt haberi, qui terram ingerunt Evangelicis fontibus, adeo ut inter *Christianos* jam minimè tutum sit *Christum* passim docere. Tantum invaluerunt *Philistæi* pro terra belligerantes, pro cœlestibus terrena, pro divinis humana prædicantes; hoc est, non ea quæ faciant ad *Christi* gloriam, sed quæ ad illorum quæstum, qui condonationes, qui compositiones, qui dispensationes, similésque cauponationes meditantur. Idque faciunt hoc periculosiùs, quòd his cupiditatibus magnorum Principum, summi Pontificis, atque ipsius etiam *Christi* titulos prætexunt. Atqui nemo veriùs summi Pontificis agit negotium, quàm qui cœlestem *Christi* philosophiam pure tradit, cujus ille primus est doctor. Nemo de Principibus meliùs meretur, quàm qui docet quam ut populi res quàm maximè floreant, & quam minimâ tyrannide premantur. Sed requirabit hic aliquis è scholarum agminibus: Facile est cuivis in genere præcipere quid sequendum, quid fugiendum, at quid interim respondebitur in quovis tot eventis, de tot casibus consulunt? Primùm plures sunt rerum humanarum species, quàm ut singulas possint haberi certa responsa. Deinde, tam est circumstantiarum varietas, ut nisi his cogni-

tis nè possit quidem certum responderi. Postremò, haud scio an isti certum habeant quod respondeant, præsertim cùm de plerisque inter se dissentiant. Et qui in hoc genere cordatiores sunt, non ita respondere solent, Hoc facies, hoc fugies, sed, Hoc tutius est, meâ sententiâ, Hoc arbitror tolerabile. Quòd si nobis adsit simplex ac lucidus ille oculus ex evangelio, si domus animi puræ fidei lucernam habeat candelabro impositam, facilè minuta ista ceu nebulæ discutientur. Siadsit *Christiana* charitatis regula, ad hanc omnia facilè exæquabuntur. At quid facias, cùm hæc regula pugnabit cum his quæ sunt publico seculorum usu recepta, quæque Principum legibus sancita? Nam & hoc non rarò usu venit. Nè damnaris, quod pro suo officio gerunt Principes. At rursum, nolim contaminare cœlestem illam philosophiam *Christi* humanis decretis. Maneat *Christus* id quod est, centrum, ambientibus circulis aliquot. Noli scopum suo movere loco. Qui proximi *Christo* sunt, Sacerdotes, Episcopi, Cardinales, Pontifices, & quorum est sequi Agnum quocunque ierit, puríssimam illam partem amplectantur, & quoad licet in proximos transfundant. Secundus circulus habeat Principes profanos, quorum arma legésque suo quodam modo *Christo* serviunt; sive dum justis bellis profligant hostem, publicámque tuentur tranquillitatem, sive dum legitimis suppliciis coercent facinorosos. Et tamen quoniam necessariò versantur in his rebus, quæ cum infima fece terræ, quæque cum mundi negotiis conjunctæ sunt, periculum est nè prolabantur longiùs. Nè bellum non pro republica, sed pro sua libidine gerant. Nè justitiæ prætextu sæviant & in eos, quos clementia sanare poterat: nè titulo dominii populum expilent, quorum res rueri debuerant. Porrò, ut *Christus* velut ignis æterni fons, Sacerdotum ordinem proximè ad se trahit, ac velut igneos reddit, puros ab omni terrenæ fecis contagio: ità sacerdotum est, & præsertim summorum, Principes quantum licet ad sese vocare. Sicubi bellum ingruerit, adnitantur Pontifices, ut aut componantur res citra sanguinem, aut si id non potest, ut sunt rerum humanarum procellæ, certè id agant, ut minus cruentè geratur bellum, néve in longum propagetur. Olim & in justis suppliciis intercedebat episcoporum auctoritas, & subinde nocentem è Judicum manibus extorquebat, ut palàm in epistolis suis testatur *Augustinus*. Sunt enim quædam ita necessaria ad ordinem Reipub. ut ea tamen *Christus* partim dissimulârit, partim ab se rejecerit, partim nec improbans, nec approbans velut ad ea conniveat. Non agnoscit nummum Cæsaris nec inscriptionem. Censum ita dari jubet, si debeatur, quasi ad se non multùm pertineat, modò detur Deo quod illi debetur. Adulteram ne damnat, nec palàm absolvit, tantum jubet nè repetat admissum. De damnatis à *Pilato*, quorum sanguinem miscuerat cum illorum sacrificiis, non pronunciat, rectè an secus hoc passi sint: tantùm simile exitium comminatur omnibus, nisi resipiscat. Porrò, vocatus arbiter dividundæ hæreditatis, palàm rejicit officium, velut indignum esset de rebus tam crassis pronunciare qui cœlestia docerent. Contra, sunt quæ palàm detestatur. In *Pharisæos* avaros, in hypocritas, in divites elatos *Vae* intonat: apostolos nunquam acriùs redarguit, quàm ubi vindictæ cupiditate, aut ambitionis affectu tanguntur. Rogantibus an jussuri essent ignem è cœlo descendere, qui exureret civitatem unde exeludebantur, *Nescitis*, inquit, *cujus spiritûs estis*. *Petrum* à cruce ad mundum revocare conantem, satanam appellat. De primatu disputantes, quot modis, & quoties revocat ad diversum affectum? Sunt item quæ palàm docet, ac præcipit: Non resistere malo, bene mereri de inimicis, animi mansuetudinem, aliáque consimilia. Distinguenda sunt hæc, & in suum quæque digerenda locum. Nè protinus igitur horum quæ geruntur à Principibus, aut profanis magistratibus, *Christum* faciamus autorem, aut, ut nunc loquuntur, juri divino asseramus. Crassa quædam ab illis tractantur, nec omninò *Christiana* puritatis, sed quæ tamen insectanda non sint, utpote necessaria ad rerum ordinem tuendum. Nec enim horum ministerio fit ut boni simus, sed ut minus mali; útque qui mali sunt, minus noceant Reipublicæ. Debetur igitur & his suus honos, quod utcunque serviant justitiæ divinæ, publicæque tranquillitati, sine quâ turbantur áliquotiès & ea quæ sunt pietatis. Honorandi sunt ubi suo fungantur officio, tolerandi sortassis ubi sibi gerunt potestatem, nè quid deterius exoriatur. Sublucet enim in his quoque imago, vel umbra veriùs, divinæ justitiæ, quam tamen oportet longè expressiùs, evidentiùs, ac puriùs, in sacerdotum moribus ac legibus elucere. Aliter in ferro relucet imago, aliter in vitreo speculo. In tertio circulo promiscuum vulgus collocemus, veluti crassissimam hujus orbis partem, sed ita crassissimam, ut tamen ad *Christi* pertineat corpus. Neque enim oculi tantùm corporis membra sunt, verumetiam furæ, pedes, ac pudenda. His sic est indulgendum, ut semper, quoad fieri poterit, vocentur ad ea quæ *Christo* sunt potiora. Nam in hoc corpore qui modò pes erat, oculus fieri potest. Et tamen ut Principes, si sint impii, non sunt exacerbandi convitiis, nè provocati graviores excitent Tragœdias, juxta sententiam *Augustini*: Ita populus imbecillus, exemplo *Christi*, qui tantâ lenitate tulit ac fovit suos discipulos, ferendus erit, ac paternâ fovendus indulgentiâ, donec paulatim grandescat in *Christo*. Habet enim & pietas suam infantiam, habet ætatis accessus, habet perfectum & vegetum robur. Omnibus tamen pro sua cuique portione ad *Christum* est enitendum. Elementorum suus cuique locus est. Sed ignis, qui summam tenet sedem, omnia paulatim ad se rapit, & quantum fieri potest, in suam transformat naturam. Aquam eliquatam vertit in aerem, aerem extenuatum in se transformat. Multa *Paulus* indulget *Corinthiis*, distinguens interim quæ Domini nomine proponeret perfectis, & quæ suo nomine indulgeret infirmis; hac tamen spe, ut proficerent. *Galatas* iterum parturit, donec in eis formetur *Christus*. Jam qui putabit hunc circulum Principibus magis tribuendum, cum hoc non fuerit magna contentio. Etenim si mores æstimemus, vix alios videas crassiùs *Christianos*: de plerisque loquor, non de omnibus. Quicquid autem extra tertium circulum erit, id semper & in omnibus detestandum; quod genus sunt ambitio, studium pecuniæ, libido, ira, vindicta, invidia, obtrectatio, reliquæque pestes: sed quæ tum demum fiunt immedicabiles, cum pietatis & officii personâ com-

commendatæ, in superiores circulos irrepunt: hoc est, cum justitiæ jurisque prætextu nostram exercetnus tyrannidem, cùm per religionis occasionem consulimus quæstui, cum Ecclesiæ defendendæ titulo mundanum venamur imperium; cum præcipiuntur velut ad *Christi* rem facientia, quæ longissimè absunt à *Christi* doctrina. Proinde scopus omnibus est ingerendus, ad quem enitantur. Scopus autem unicus est, videlicet *Christus*, & hujus doctrina purissima. Quòd si pro cœlesti scopo terrenum proponas, non erit ad quod rectè enitatur qui contendit proficere. Quod summum est, id omnibus est destinandum, ut saltem assequamur mediocria. Nec est quòd ullum vitæ genus ab hoc scopo submoveamus. In affectibus est *Christi* perfectio, non in vitæ genere. In animis est, non in palliis aut cibis. Sunt inter monachos, quos vix recipit extremus circulus, & tamen de bonis loquor, sed infirmis. Sunt inter digamos, quos *Christus* primo dignatur circulo. Neque verò fit interim ulli vitæ professioni injuria, si quod est optimum ac perfectissimum omnibus proponitur. Nisi fortè *Plato* contumeliosus fuisse putatur in omnes civitates, quoniam in politia sua ejusmodi Reipub. proposuit exemplar, quale hactenus videre non licuit. Aut *Quintilianus* universum oratorum ordinem læsit, qui tale finxerit oratoris exemplar, qualis adhuc nullus extitit. Procul abes ab archetypo? non rejiceris, sed extimularis, ut proficias. Non multum abes? admoneris ut accedas propiùs. Neque enim quisquam usque adeò processit, ut non habeat quò proficiat. Habet autem unumquodque vitæ genus cognata quædam degenerandi pericula. Ea qui commonstrat non derogat ordini, sed rem ordinis agit. Veluti Principum felicitas obnoxia est tyrannidi, obnoxia est stultitiæ, obnoxia adulationi, obnoxia delitiis. Hæc qui commonstrat vitanda, bene meretur de Principum ordine. Nec derogat illorum majestati quâ gloriantur, qui demonstrat quibus in rebus sita sit vera Principum majestas, qui illos admonet quid jurârint in susciptendo principatu, quid debeant populo suo, quid magistratibus. Ecclesiastici Proceres fere affines sunt duabus potissimùm pestibus, avaritiæ & ambitioni. Quod ceu præsentiens primus ille secundùm *Christum* pastor, admonet Episcopos, ut pascant gregem suum, non autem expilent aut deglubant; nec pascant turpis lucri gratiâ, sed ex animi prompta voluntate. Nec dominentur in suos, sed exemplo vitæ provocent ad pietatem potiùs, quàm minis aut imperio. An igitur derogare videbitur ordini sacerdotali, qui commoneat quibus rationibus episcopi verè magni sint, verè potentes, verè divites? Porrò, monachorum genus ferè comitatur, præter alios morbos, superstitio, supercilium, hypocrisis, obtrectatio. Non damnat igitur protinus horum institutum, qui monet quibus in rebus sita sit vera religio, & quantum absit à supercilio verè *Christiana* pietas, quantum absit à fuco germana charitas, quàm pugnet cum syncera religione linguæ virulentia, præsertim si tali moderamine commonstret quid sit vitandum, ut nec hominem ullum notet, nec ordinem attingat. Quid autem est in rebus humanis tam felix, cui non suæ pestes sint additæ? Sicut igitur adjuvat, non lædit sanitatem corporis, quisquis indicat quæ res aut vi- A tient aut tueantur veram sanitatem, [illegible] vocat à religione, sed adhortatur potiùs, [illegible] monstrat veræ religionis corruptelas, [illegible] Nam audio quosdam sic interpretari, [illegible] ceptiones hujus libelli, quoniam minus [illegible] ceremoniis quàm vellent quidam, qui plus [illegible] tribuunt, nec ita multum humanis con[illegible] nibus, hominum animos alienent à vita [illegible] ca. Usque adeo nihil tam circumspectè dicatur, B quod non rapiatur ab improbis vel in aliquam calumniam, vel in ansam peccandi, ut jam vix tutum sit quicquam rectè monere. Si quis à bellis quæ jam seculis aliquot ob res nihili plus quàm ethnicè gerimus, deterreat, notatur à sycophantis, quasi sentiat cum iis qui negant ullum bellum gerendum *Christianis*. Nam hæreticos fecisse autores hujus sententiæ, quòd Pontifex nullis quis bellum approbare videatur. Neque tamen notatur qui, contra *Christi* & Apostolorum doctrinam, ad bellum quibuslibet de causis suscipiendum, classicum canit. Si quis admonet, esse Apostolicum esse *Turcas Christi* præsidio ad religionem pertrahere, potiùs quàm armis, continuò vocatur in suspitionem, quasi doceat Turcas, si impetant *Christianos*, nullo modo coercendos. Si C quis prædicet apostolorum frugalitatem, & illorum temporum luxum dicat aliquid, non deesse quibus notetur velut *Ebionitis* favens. Si quis impensiùs adhortetur, ut qui conjugio copulantur, magis pietate & animorum consensu, quàm corporum complexu cohæreant; & ita pati etiam matrimonium, ut virginitati quàm potest similimum sit, in suspitionem vocatur, quasi cum *Marcionitis* omnem coitum spurcum ducat. Si qui D admoneat ut in diatribis, præcipuè theologicis, absit ambitiosa vincendi suâque tuendi pertinacia, absit theatrica illa ostentandarum virium ambitio, non rectè defertur, quasi scholas omnes damnet. Neque enim divus *Augustinus*, admonens dialecticis cavendam esse rixandi libidinem, damnat dialecticam, sed pestem illius cavendi, ut vitetur. Item, si quis præposterum vulgi judicium taxet, inter virtutes, primas tribuens iis quæ sunt extremæ classis, & contra; item inter vitia, vehementissimè detestandis quæ levissima sunt mala, cùm sint atrocissima, ac retrudens; protinus in jus vocatur, quasi vitiis faveat, quibus gravius vitium anteponit; aut quasi damnet beneficia, quibus alia præfert ut sanctiora. Veluti E quis admoneat, tutius esse beneficiis fidere, quàm Pontificiis condonationibus, non utique damnat illius condonationes, sed præfert id quod ex Christi doctrina certius est. Itidem, si quis admonet, rectiùs facere eos qui domi liberis & suis moderandæ dant operam, quàm si visendi gratiâ *Romam*, *Hierosolymam*, aut *Compostellam* adeant; & ámque pecuniam, quam insumant in longam ac periculosam profectionem, sanctiùs in bonos ac veros pauperes erogari, non damnat pium illorum affectum, sed antefert, id quod propius est F veræ pietati. Jam verò non nostrorum modò temporum est quædam vitia sic detestari, quasi sola sint, cum cæteris ita blandiamur, quasi vicia non sint, cùm sint illis quæ sic execramur atrociora. Queritur in epistolis *Augustinus*, unum libidinis crimen apud *Afros* imputari sacerdotibus, cum rùm avaritiæ temulentiæque vitium pene [illegible] vertat. Unum illud tragicis modis exaggeramus, [illegible]

terque quaterque horrendum facinus iisdem manibus tractare corpus *Christi*, quibus attrectaris corpus meretricis. Nec desunt qui nimium Tragicè ausint publicitùs asseverare, leviorem esse culpam si mulier habeat rem cum bruta pecude, quàm cum sacerdote. Horum impudentiam qui refellit, non continuò favet impudicis sacerdotibus, sed admonet ea negligi quæ magis erant exaggeranda. Est sacerdos aleator, est bellator aut gladiator, est totus indoctus, totus profanis rebus immersus, malorum Principum malis obsequiis deditus, in hunc non itidem vociferantur, qui totus profanus tractet sacrosancta mysteria. Est sacerdos sycophanta, qui linguâ virulentâ, mendaciisque confictis, lacerat famam hominis nihil commeriti, imò bene meriti, cur hic non vociferamur, O scelus horrendum! Tun' linguâ Tartareo veneno tinctâ, Tun' ore quo jugulas innocentem, & conficis & sumis corpus illius, qui pro impiis etiam mortuus est? At hoc mali fic negligimus, ut hinc penè laudem ferant, qui religionem religiosissimam profitentur. Reprehendi merentur, qui pernicioso populi exemplo palàm concubinas domi alunt. Quis neget? Sed hic morbus non paulo est invisior *Christo*. Non damnat igitur butyrum, qui illi præfert mel: nec probat febrim, qui monet phrenesim esse magis vitandam. Neque facile dictu sit, quanta morum lues ex hujusmodi præposteris judiciis nascatur. Jam quædam ita recepta sunt in ordinem virtutum, ut personam pietatis habeant verius quàm vim pietatis; adeo ut nisi circumspectè agas, pietatem veram prorsus extinguant. Si mediocris religionis pestis latuisset in ceremoniis, *Paulus* non tam acriter in omnibus suis epistolis in eas destomachatretur. Neque tamen usquam damnamus moderatas ceremonias, at non ferimus in his puppim ac proram, quod dici solet, sanctimoniæ constitui. Divus *Augustinus* vetuit etiam, nè clerici, quos domi alebat, notabili vestitu uterentur: sed si commendari vellent populo, moribus commendarentur, non vestibus. Nunc quàm novi, quàm prodigiosi cultus? Neque tamen hoc insector, illud demiror, plus satis his tribui, quæ fortassis jure reprehendi poterant: rursus tam parum tribui his, quæ sola conveniebat spectari. Non insector convitiis, quòd *Franciscani* suam, *Benedictini* suam amplectuntur regulam: sed quòd quidam illorum plus illis tribuunt quàm Evangelio. Quod utinam non in plerosq; istorum competat. Non insector quòd alii piscibus victitant, alii leguminibus aut herbis, alii ovis: sed admoneo vehementer errare eos, qui *Judaico* animo ex hisce rebus justitiæ persuasionem induunt; ex hujusmodi nugis ab hominibus repertis, se cæteris anteponunt, cum iisdem pro nullo vitio habeatur famam alienam mendaciis incessere. De ciborum delectu nihil usquam præcepit *Christus*, nihil Apostoli, *Paulus* sæpe dehortatur: virulentam obtrectationem execratur *Christus*, detestantur Apostolicæ literæ, & tamen illic volumus religiosuli videri, hîc fortes sumus & intrepidi. Hæc qui admonet, cùm in genere, tum attentèr, quæso num is religionem videtur lædere? Quis autem tam demens sit, ut proferendis in lucem monachorum vitiis, velit haberi disertus? At metuunt isti, nè suos habeant minùs dicto audientes, tum nè pauciores ambiant in illorum cooptari gregem. Imò

A nemo magis obedit, atque, ut verbo utar *Paulino*, πνευματικῶς, quàm qui hausto *Christi* spiritu liber esse cœperit. Vera charitas omnia boni consulit, omnia fert, nihil detrectat, obedit præpositis, non solùm benignis & commodis, verumetiam asperis ac difficilibus. Sed tamen hoc interim cavendum præpositis, nè alienam obedientiam in suam vertant tyrannidem; & ideo malint eos superstitiosos quàm pios, quo magis ad omnem
B nutum observiant. Patres appellari gaudent. Atqui quis est patrum carnalium, qui suos liberos optet semper infantes esse, quo magis regnum in illos exerceat pro sua libidine? Rursus, qui proficiunt ad *Christi* libertatem, hoc inprimis cavere debent, nè quòd admonet *Paulus*, libertatem faciant prætextum carni; aut nè juxta *Petri* doctrinam, libertatem faciant velamen malitiæ. Quòd si unus aut alter hâc libertate sit abusus, non continuò par est ob id omnes in perpetuo
C *Judaismo* continere. Comperiet quisquis observârit, nullum inter istos arctius astringere laqueos ceremoniarum, quàm qui sub hoc prætextu regnant, & ventri suo vivunt, non *Christo*. Jam verò non est quòd metuant, nè non propagetur *Essenorum* genus, in tanta ingeniorum & animorum varietate: quâ fit ut nihil etiam sit usquam tam absurdum, quod non expetatur à multis. Quanquam magis optandum istis, ut ingenuos ac veros habeant religionis professores, quàm ut
D multos. Atque utinam id lege cautum esset, nè quis ante trigesimum annum ejusmodi laqueis implicaretur, antequam ipse sibi notus sit, aut cognita veræ religionis vis. Cæterùm, iis qui *Pharisæorum* exemplo suum agunt negotium, obeuntes terras ac maria, quo faciant unum proselytum, nusquam deerunt adolescentes rerum imperiti, quos in nassam illectent, & quos captent. Ingens ubique stultorum ac simplicium est numerus. Ego certè optârim, nec dubito quin i-
E dem optent omnes verè pii, Evangelicam religionem sic omnibus esse penitus cordi, ut, hâc contenti, *Benedictinam* aut *Franciscanam* nullus ambiat; nec dubito quin idem optet ipse *Benedictus* ac *Franciscus*. Applaudit *Moses Christi* gloriâ obscuratus: applauderent & hi si nobis amore legis Evangelicæ sorderent humanæ constitutiones. Vellem universos *Christianos* ita vivere, ut qui nunc soli religiosi vocantur, parum religiosi viderentur. Quod & hodie in non paucis verum
F est. cur enim manifesta dissimulemus? Et tamen olim prima monasticæ vitæ origo secessus erat ab idololatrarum sævitia. Mox hos sequentium monachorum instituta, nihil aliud erant quàm revocamenta ad *Christum*. Principum aulæ titulo magis quàm vitâ quondam erant *Christiana*. Episcopos mox ambitionis & avaritiæ morbus corripuit. Vulgus item à primitiva illa charitate refrixit. Hinc secessum captavit *Benedictus*, & post hunc *Bernardus*, deinde alii atque alii. Conspi-
G ratum est à paucis non in aliud, quàm in purum ac simplicem *Christianismum*. Quòd si quis *Benedicti*, *Francisci*, *Augustini*, vitam & regulas attentiùs excutiat, perspiciet illis nihil aliud in votis fuisse, quàm ut cum spontaneis amicis juxta doctrinam Evangelicam in libertate spiritûs viverent: eósque fuisse compulsos, ut de vestibus ac cibis, cæterísque rebus externis aliquid præscriberent; nimirum veritos nè, quod fieri solet, plus

tribueretur

tribueretur humanis constitutionibus hominum, quàm Evangelio. Horrebant divitias: fugitabant honores etiam Ecclesiasticos. Laborabant manibus, ut non solùm ipsi graves non essent cuiquam, sed superesset unde subvenirent aliorum inopiæ: occupabant montium cacumina, nidulabantur in locis palustribus, colebant arenas locáque deserta. Denique tantam hominum multitudinem sine convitiis, flagris & carceribus moderabantur, solâ doctrinâ, monitis, officiis, & vitæ exemplis. Tales erant monachi, quos amat laudátque *Basilius*, quos tuetur *Chrysostomus:* in illos utcunque quadrabat, quod ad *Marcellam* scribit divus *Hieronymus*, *Monachorum & virginum choros esse florem & pretiosissimum lapidem inter ornamenta Ecclesiæ.* Hoc elogio dictu mirum quàm hodie sibi blandiantur monachi qualescunque. Verùm feremus ut amplectantur laudem, si simul amplectantur exemplum. Mox enim vir prudentissimus subjicit formam monachorum, quos eo titulo dignos censuit. *Vox quidem*, inquit, *dissona, sed una religio: tot penè psallentium chori, quot gentium diversitates. Inter hæc quæ vel prima inter Christianos virtus est, nihil arrogant sibi de continentia supercilii. Humilitatis inter omnes contentio est: Quicunque novissimus fuerit, hic primus putatur. In veste nulla discretio, nulla admiratio, utcunque placuerit incedere, nec detractionis est, nec laudis: jejunia quoque neminem sublevant, nec defertur inedia, nec moderata saturitas condemnatur, suo Domino stat unusquisque aut cadit. Nemo judicat alterum nè à Domino judicetur: & quod in plerisque provinciis familiare est, ut genuino dente se lacerent, hìc penitus non habetur.* Hactenus ille formam optimorum monachorum depinxit, eam ad horum temporum mores conferat, qui velit. Talia fuerunt monachismi primordia, tales patriarchæ. Deinde temporis progressu paulatim cum opibus accreverunt ceremoniæ, refrixit germana pietas ac simplicitas. Et quum videamus passim monasteria ad mores plusquam profanos degenerâsse, tamen novis institutionibus oneratur mundus, quasi non & ii paulò pòst eodem sint prolapsuri. Olim, ut dixi, secessus erat monachorum vita. Nunc ii vocantur monachi, qui toti in meditullio negotiorum mundanorum versantur, planè tyrannidem quandam in rebus humanis exercentes. Et tamen horum plerique ob cultum, ob titulum, nescio quem, tantum arrogant sibi sanctimoniæ, ut cæteros præ se non habeant pro *Christianis.* Cur sic arctamus *Christi* professionem, quam ille voluit latissimè patere? Si magnificis vocabulis commovemur, quæso te quid aliud est civitas quàm magnum monasterium? Monachi Abbati suo parent, aut præpositis: cives Episcopo ac pastoribus suis obsequuntur, quos ipse *Christus* præfecit, non hominum autoritas. Illi vivunt in otio, & alienâ liberalitate saginantur, in commune possidentes, quod citra pudorem ipsis obvenit (nihil enim interim dicam de viciosis) isti, quod suâ peperterunt industriâ, pro suis quisque facultatibus impertiunt egentibus. Jam verò quod ad castitatis votum attinet, non ausim explicare, quantulum intersit inter vulgarem cœlibatum & castum matrimonium. Postremò, non admodum in eo desiderabimus tria illa vota ab hominibus reperta, qui primum illud & unicum votum quod in baptismo non homini sed *Christo* nuncupamus, synceriter puréque servare... si ex utroque genere malos cum malis... extra controversiam potiores sunt hi... cum bonis, minimum est discrimen, si... ullum, nisi quòd religiosiores videntur... coacti præstant religionem. Superest... nemo vel sibi stultè placeat ob vitæ genus... diversum, vel alienum institutum despicias... mnérve. Verùm in omni vitæ genere in... mnium commune studium, ut pro... virili ad *Christi* scopum, omnibus præfixum, ... tamur: & ad invicem nos cohortemur, ... etiam adjutemus, nec invidentes iis qui nos in... stadio præcurrunt, nec fastidientes imbecilles qui nos assequi nondum possunt. Denique... steaquam quisque quod potuit præstitit, ne fas... milis Evangelico illi *Pharisæo*, qui sua beneficia jactat apud Deum, *Jejuno bis in Sabbato*, &c. sed juxta *Christi* consilium, dicat, & dicat ex animo... dicat sibi, non aliis modo, *Servus inutilis sum, quod debui facere feci.* Nemo verius fidit, quàm qui sic diffidit. Nemo longiùs abest à vera religione, quàm qui sibi valde videtur religiosus. Nec unquam pejus agitur cum pietate *Christiana*, quàm cùm quod est mundi ad *Christum* detorquetur, cúmque hominum autoritas divinæ præponitur. In unum illud caput conspiremus oportet, si verè *Christiani* esse volumus. Porrò, qui ad *Christum* vocanti homini paret, *Christo* paret, non homini. Et qui fucatos homines, sævos & impiosos, non docentes ea quæ faciunt ad religionem, sed ad suam tyrannidem tolerat, is *Christum* præstat patientiam, modò quæ præcipiunt commitosum faciunt tantùm, non etiam impium. Alioqui conveniet Apostolicum illud responsum habere in promptu: *Deo obedire oportet quàm hominibus.* Sed jamdudum epistolam modum excessimus, adeò nos fallit tempus cum amico suavissimo jucundissimè confabulantes. Liber *Frobenianis* formulis veluti renatus, multoque quàm antea nitidior & emendatior in lucem advolat. Adjecta sunt fragmenta quædam veterum studiorum nostrorum. Visum est autem tibi potissimùm hoc quicquid est editionis adjungere, ut qui ex *Erasmo* rectè vivendi præceptiones sumpserit, à *Volsio* protinus ad mutuum habeat exemplum. Bene vale, pater optime, ac vera religionis eximium decus.

Admone *Sapidum* meis verbis, ut sibi vere sapiat, hoc est, sui similis esse pergat. *Vannium* ut adornet τὴν παρασκευὴν, mox cum *Turca* conflicturus, quandoquidem jam satis in bellum gerit cum sacerdotibus concubinariis. Spes est fore ut illum aliquando videamus Episcopum mitrâ bicorni pedóque conspicuum, sublimem malo vehi. Sed extra jocum, & hos, & *Rajum*, cæterósque amicos, meo nomine multum salvere jubebis. *Erasmi* tui salutem interdum paris votis atque precibus *Christo* Opt. Max. commendato. *Basileæ*, pridie Virginis matris assumptæ, Anno M. D. XVIII.

Erasmus Roterod. Roberto Aldrisio literis & moribus ornatissimo S. D.

SIgnificatum est mihi per homines minimè vulgares, ἀλλὰ πάνυ ἀξιοπίστους, *Londini* quendam non Theologum, sed Tyrologum opinor, è suggesto cumprimis

cumprimis celebri, quod vulgus appellat *Crucem divi Pauli*, seditiosâ temeritate lapidâsse nomen *Erasmi*, impietatis ac falsi crimen impingentem, quòd in Evangelio *Joannis cap. septimo* pro eo quod Ecclesia legit, *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus:* verterim, quod habent *Graeci*, subtracto Participio, *Nondum enim erat Spiritus Sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus:* idque non absque summo catholicæ fidei discrimine, nè rursus incipiant omnes credere Spiritum creaturam, qui non fuerit ab æterno, sed in tempore cœperit esse. Hæc ille blatero summâ petulantiâ, parique stoliditate detonabat apud eruditos viros, apud primores urbis, ac frequentissimam civium multitudinem. Nec dubito quin ipse adfueris, ut soles à tali mensâ, quod dici solet, non libenter abesse. Ego sanè lubens tam impii facinoris immanitatem rejecerim in errorem, aut inscitiam, nisi non quadraret hoc exclusationis genus, Primùm in Theologum, deinde in Ecclesiasten, postremò in eum locum, quem nemo conscendit, nisi prænonitus ac meditatus tali digna auditorio. Certè priusquam ille prosiliret debebat inspicere, quid super hac re scripsissem in *Annotationibus*. Illic ostendo *Graecos* omnes summo consensu legere quod ego verti, & indico sensum orthodoxum, nè quis labi posset. Jam finge quod nec verum est, nec verisimile, vocem illam, *datus*, à *Graecis* malitiosè detractam, quum nullum suppeteret exemplar, an volebat ut ego, *Graecorum* voluminum interpretem professus, adderem de meo quod *Graeci* non habebant? Si detractum esset, utique detractum esset ab *Arianis*, nunc in eorum libris hæc reperimus, qui summa vi pugnant adversùs *Arianos*: nominatim de *Chrysostomo* loquor & *Theophylacto*. Et si quid tale fuisset depravatum ab *Arianis*, orthodoxi non hic siluissent tam impiam fraudem, quemadmodum aliàs diligenter produnt corruptelam, si quid tale deprehenderint. Quis autem unquam *Arianus* protulit hunc locum ad defensionem sui dogmatis? Et si quis protulisset, nónne statim fuisset exibilatus? Nam locus ipse sui interpres est. Præcessit enim, *Hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes.* Et mox sequitur, *Nondum enim erat Spiritus, quia Jesus nondum erat glorificatus.* Vides hic non de natura Spiritûs, sed de dono & de energia loqui Evangelistam. Nec enim aliter dictum est, *Nondum erat Spiritus*, quàm si dicas, Nondum erat dies. At nunquam non est dies, sed intelligimus illic non fuisse diem. Quid autem hoc tropo vulgatius, ut dicamus non esse solem, quoties obrectus nubibus non apparet nobis? Item quum negamus esse aquam, quoties nondum in tantum accrevit, ut sit navigandi facultas? Sic Evangelista de discipulis loquitur, *Nondum erat Spiritus*, id est, nondum acceperant exundans illud donum Spiritûs de quo loquitur Propheta. Hæc omnia declarat annotatio, docens & ad sensum minimum interesse utrum addatur *datus*, an non addatur. Nec his contenta, declarat certissimis argumentis etiam *Augustinum* legisse, quemadmodum legunt *Graeci*. *Augustini* verba quæ illic recito sunt hæc: *Sed quid est quod ait, Non erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus? In evidentiâ est intellectus. Non enim non erat Spiritus Dei, qui erat apud Deum, sed nondum erat in eis qui crediderant in Jesum.* An ex his verbis non satis liquet, *datus*, non ab *Augustino* lectum, sed à scriba additum? Si nihil hujus admonuissem, tamen, si vel micam habuisset *Christiani* pectoris Ecclesiastes, debebat inspicere paratum locum, priusquam tam atrocem calumniam evomeret in fratrem suum, & tot millium animos viperco toxico inficeret, quibus etiam si vellet in posterum mederi non posset. En habes autorem insignem & ἐγγὺς ἐκείνου *Augustinum*. Quid si idem legit *Hieronymus*, cujus hæc verba referuntur in glossa ordinaria, *Non quòd nunc non esset Spiritus Sanctus, dicente Salvatore: Si autem in Spiritu Dei ejicio dæmonia: Sed qui erat in Domino, nondum natus, in Apostolis morabatur.* Hic *Hieronymus* non repetit *datus*; & si repetisset, non erat locus quæstioni. Nam non datum fuisse discipulis Spiritum signo visibili, quemadmodum post resurrectionem insufflavit in eos, & post ascensionem misit illum in linguis igneis, extra controversiam est. Sed quoniam dixit *non erat*, videlicet in discipulis, periclitabatur nè discipuli viderentur caruisse Spiritu Sancto, usque ad *Christi* resurrectionem. Eam absurditatem amolitur, interpretans *non datus*, pro eo quòd erat, palam & exundanter effusus. Et aliquanto pòst in eadem glossa: *Nondum ergo erat Spiritus in Apostolis, nec de ventre eorum fluebant gratiæ spirituales, quia nondum fuerat Dominus glorificatus.* Nec hic additur *datus*. Habes, præter *Graecos* omnes, duos præcipuos Ecclesiæ *Latinos* doctores. Et sanè quum illa proderem, nondum eram nactus *Latinum* exemplar quod cum horum *Graecâ*que lectione consentiret. At nuperè nactus sum ex bibliotheca *Constantiensis* Ecclesiæ duos codices, in quorum altero habebatur *Graeca* lectio syncera, in altero scriba quispiam manu recentiore *datus* addiderat in spatio, quod versus dirimit. Nec dubito quin centies germana Scriptura reperiri queat, si quis excutiat vetustos codices. Nec id mihi fuisset difficile factu, sed non expectabam exoriturum qui hinc moveret calumniam. Adjeceram in *Annotationibus* & illud argumentum, quod apud *Graecos* hâc sermonis parte non additur articulus, tantum est πνεῦμα, & apud nos non est *sanctus*, quod indico apud *Graecos* adjectum à scribis, quemadmodum apud nos Participium *datus*: ut hinc liqueat illic fieri verba, non de natura Spiritûs, sed de dono sive gratiâ; nec de quavis, sed de illa largissima effusione, qualis nec in Prophetis fuerat. Nec causari possunt hìc *Graecorum* codices depravatos, quum hæc, ut dixi, legantur in libris orthodoxorum. Porrò, nè quis perfrictâ fronte dicere posset hos quoque depravatos, obstat illorum interpretatio quæ declarat quid legerint. *Theophylactus* sic inter cætera loquitur; *Quia igitur tunc quidem non erat operatio Spiritûs, sed erat danda, propter hoc*, inquit, *quia nondum erat Spiritus sanctus, hoc est, non versabatur in Judæis, nec apparebat per operationes.* Et aliquanto post: *Erat & in prophetis Spiritûs virtus, & in apostolis ante crucem, sed non sic, ut post assumptionem largius & copiosius, ut fluminibus comparari debuerit.* Itaque meritò Evangelista dixit, quòd *nondum fuerat Spiritus sanctus*, hoc est, nondum ita largiter effusus. Hæc palàm arguunt quid ille legerit. Nec mirum si semel atque iterum inter exponendum dicit *Spiritum datum*, quum id senserit Evangelista. Certè contextus non habet

bet *datus*, & in his verbis recitat contextum absque *datus*. *Chrysostomus Græcus* apud me non erat, & in hujus commentariis interpres constanter addidit *datus*; nec id hoc tantùm loco fecit, verùm ubique infulcit *Latinorum* editionem. Sed quid attinet hujus citare verba, quum *Theophylactus* ex hujus fontibus hauserit quicquid commentatus est in hunc locum? Porrò, si Scriptura fuisset ab *Arianis* depravata, nequaquam dissimulâsset *Chrysostomus*, qui nullam prætermittit occasionem refellendi illorum dogmata. Sed quid tandem erat cur *Arianus* quispiam locum viciandum putaret? An ut persuaderet Spiritum Sanctum post *Christi* mortem demum fuisse creatum? Nullus hæreticorum unquam sic insaniit; erant qui quum maximè blasphemiis furerent in Deum, dicerent Filium esse creaturam Patris, Spiritum Sanctum creaturæ ministrum, sed utrunque fatebantur esse creatum ante omnem creaturam reliquam. Nec *Ariani* negabant Prophetas afflatu Sancti Spiritûs futura prædixisse. Atqui hoc illis negandum erat, si sensissent Spiritum Sanctum creatum post *Christi* mortem. Nullus igitur hæreticus ex hoc loco poterat sui dogmatis confirmationem arripere: quod si potuisset, haud dubiè non defuisset qui hoc tentaret, quum illi nihil non soleant ad impiæ causæ victoriam pertrahere. Quod autem est istud horrendum discrimen quod hîc metuebatur? Nihil oriri poterat, nisi quod studiosi quidam erant intellecturi Participium *datus* apud *Græcos* non exprimi, sed subaudiri. Nos enim publicam Ecclesiæ lectionem intactam reliquimus, nec ullus codex habet nostræ rasuræ vestigium. Et si quid hîc discussione dignum erat, non conveniebat hæc fabula tali theatro. Sed quid magni tandem confectum est, quòd *Latini* scribæ addiderunt Participium *datus*? Ademerunt ansam *Arianis*? Docuimus, hunc locum illorum dogmati non posse patrocinari. Sed dum hoc vitant unde nihil erat periculi, in aliud verum majúsque discrimen devoluti sunt. Quodnam illud? Nè labascat totius Testamenti Veteris autoritas. Quî fic? Quòd non sit ab autore Spiritu Sancto profectum. Quî potuit enim, si Spiritus non erat cuiquam datus ante *Christi* mortem? Quanto igitur præstiterat Scripturam germanam ut erat, & apud *Græcos* in fontibus, & apud *Latinos* in rivulis relinquere, quàm privatâ autoritate, nè dicam temeritate, addere vocem quæ tanti discriminis præbere posset occasionem. Ut autem intelligas esse verum quod dico, periculum quod isti jactant, nullus veterum metuit, quia nullum erat: & de hoc quod ostendo solliciti sunt omnes, & *Chrysostomus*, & *Theophylactus*, & *Augustinus*, quod ex ipsorum liquet commentariis. Minor autem erat occasio *Manichæis*, Veteris Testamenti libris autoritatem detrahentibus, si legissemus, *Nondum enim erat Spiritus*, & subaudissemus *in discipulis*; ille inquam copiosus Spiritus qui fluminis ritu exundavit, juxta *Johelis* testimonium, quàm quòd legimus, *Nondum erat datus*. Si interpres, explicandi gratiâ, participium addidisset, haberent quod utcunque causarentur, si modò tradidissem Ecclesiæ novam lectionem: nunc hîc quoque impudenter calumniantur, quum, intactâ vulgatâ lectione, bonâ fide vertendum susceperim quod in Novo Testamento legunt *Græci*, sive rectè legant, sive non rectè: nisi fortè succensebunt & illis, qui nuper Vetus Testamentum *Latinis* [illegible] *Græcis*, quòd *Græcorum* exemplaria [illegible] nostra lectione dissonantia, quàm *Latini* [illegible] sequi maluerunt. Cæterùm quando [illegible] scribarum temeritate factum, non [illegible] publicâ, neque per interpretem, [illegible] dentior est calumnia. Si hic vertisset [illegible] aut si ecclesiæ consensu fuisset additum [illegible] um, nimirum ita legeret *Augustinus* & *Hieronymus*, & consentirent vetusti codices. Ultimatem in hoc tantùm loco possemus scribam daciam in jus vocare. Nimis compertum est [illegible] tum sibi permiserint in divinis libris. Primò nemo mihi objiciat, in *Didymo* ab *Hieronymo* [illegible] so, aut in *Chrysostomo Latine* loquente, frequenter addi *datus*, quum videamus id constanter ab interpretibus aut scribis factum, ut vulgatam [illegible] ciant lectionem, crebrò reclamantibus commentariis, & ὑδὲν πρὸς ὕπνον loquentibus, ut dicam [illegible] ud sonare citharam, aliud cantoris vocem. Jam fingant me tradidisse *Latinis Theodotionis* editionem, num falsi crimen intenderent, si nihil dissentirent ab ecclesiastica lectione; an potius malæ fidei dicam scriberent, qui quod ille [illegible] vertit, non reddiderim *Latine*, quamvis eum autorem non agnoscat Ecclesia, quum agnoscat eos quos sum sequutus? Postremò, cur hunc unum locum incessendum putârunt, quum innumera [illegible] loca, in quibus *Græcorum* orthodoxorum codices à nostris dissentiunt? Immò in hoc [illegible] hîc mihi labor sumptus est, ut ex dissonantia codicum studiosi vel deprehenderent germanam lectionem, vel dilucidiùs intelligerent quod scriptum est. Jam cur magis accusatur qui vocem intexerit, quàm qui addiderit? Utrunque pari severitate vetuit Spiritus Sanctus, nè quid vel addamus, vel detraheremus. Itaque qui de Participio *datus* subtracto calumniantur, cur silent de addito nomine *sanctus*? Porro, cur existimem hanc vocem *sanctus* adjectam à scribis *Græcis*, [illegible] me movet, quòd priore loco, *Hoc autem dixit de Spiritu*, apud *Græcos* additur articulus τὸ τῦ πνεύματος, ut non possit accipi nisi de Spiritu Sancto, etiamsi non adjunxeris *sancti* cognomen; quinque bis legatur apud *Græcos sanctus*, *Latini* codices summo consensu, neutro loco addunt epitheton. Et convenientiùs erat non addere. Quamobrem? Quia non loquitur hîc propriè de natura aut sanctimonia Spiritûs, ut sanctum distinguat ab impio spiritu; sed de modo donati Spiritûs. Et tamen nè quis de alio spiritu, quàm de nostro illo Dei Spiritu posset accipere, priore loco additus est ab Evangelista articulus, quem secundo non addidit, quum de eodem loquatur Spiritu, ὕπω γὰρ ἦν πνεῦμα, quo clariùs demonstraret modum donandi Spiritûs. Ad id declarandum, adeo nihil conducebat articulus, ut officeret etiam non nihil. Facilè quæ dicimus intelligent *Græci* periti, si locum attentiùs expenderint. Rem habes, mi *Roberte Aldrisi*. Nunc mihi considera quanta fuerit istius Ecclesiastæ stoliditas. Utinam hanc solam liceat incusare. Primùm quid attinebat apud promiscuam multitudinem revocare, fuisse quosdam impios, qui dicerent Spiritum sanctum non fuisse ab æterno? Is enim error mille jam annis adeo sepultus est, ut vel in Theologorum scholis hæc agitare supervacaneum videri queat. Multò minùs id congruebat apud multitudinem

multitudinem illiteratam, ex variis etiam nationibus conflatam, in qua potest fieri ut sint, qui nè de Deo quidem admodum magnificè sentiunt. Verùm illud etiam stupidius erat, quòd non intellexit hunc locum nihil facere ad *Arianorum* impium dogma, quum hinc neque confirmârint unquam quod docent, neque confirmare potuerint: nec videt se dum inanem metuit umbram, in veram foveam incurrere. Quid igitur illi credemus in mentem venisse, ut sic proderet eruditis omnibus suam stultitiam? Existimabat hoc postulare loci celebritatem, ut aliquid novum minimèque protritum adferret in medium. Nam id ferè solet esse studio, quibus delegatum est ex eo suggesto dicendi munus, præsertim qui recentes è schola tument persuasione scientiæ. Mihi verò probabile est illum nè legisse quidem locum, sed à combibone quopiam fuisse submonitum, ut hâc calumniâ sibi pararet opinionem singularis doctrinæ. Si falsi crimen est ex *Græcorum* libris vertere quæ dissident à nostra editione, cur hunc unum locum impetiit, quum tot locis idem potuisset objicere? Minus impudenter reprehendere poterat, quòd Novum Testamentum è *Græcis* voluminibus translatum prodiderim. Id si donat, justiùs eram accusandus falsi crimine, si aliud quàm *Græci* codices habent vertissem: Si hoc quoque reprehendit, quòd *Græcorum* lectionem prodiderim *Latinis* qui *Græcè* nesciunt, præterquàm quòd declaravimus aliàs hoc multis de causis utile fuisse, dicam etiam necessariò factum, ob *Chrysostomi*, *Basilii*, *Athanasii*, *Cyrilli*, *Gregorii*, aliorúmque commentarios, qui crebrò non congruunt nostræ lectioni. Et quòd à me factum est in Novo Testamento ex autoritate *Romani* Pontificis, idem factum est apud *Hispanos*, impendio curáque *Francisci* Cardinalis *Toletani* in Veteri testamento, ex ejusdem Pontificis autoritate: quibus quum esset exemplar eximiæ vetustatis, spectatæque fidei exhibitum è bibliotheca *Vaticana*, à quo jussi sunt non recedere: idem habebat ille codex probatus, quod omnes mei, quos non paucos habebam in consilio quum illa scriberem. Eligat nunc iste calumniator, utrum malit *Romanum* Pontificem in jus trahere, an mihi dicam scribere, quòd bonâ fide reddiderim quod habent incredibili consensu codices *Græcorum* omnes. Ac, nè vel imperitus quispiam novitate sermonis possit offendi, in *Annotationibus* submovi scrupulum. Hæc quum ita habeant, hoc est, quum *Græcorum* codicum summus sit consensus, quum ita legant *Augustinus* & *Hieronymus*, quum eadem lectio extet in vetustis aliquot *Latinorum* codicibus, quærendum an Ecclesiæ jus sit aliquid addendi detrahendíve sacris voluminibus, etiamsi quid occurrat quod hæreticis ansam præbeat. Hoc si semel recipitur, quàm multa fuerant addenda, detrahenda, mutanda? Delendum erat apud *Joannem*, *Pater major me est*, aut addendum erat, *secundùm humanam naturam*. Delendum & illud, *Ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*, aliáque complura, quæ rapiunt *Ariani* ad impietatis suæ defensionem. Item, quoties in scripturis fit mentio de Spiritu sancto, addendum Dei cognomen, quod in sacris voluminibus nusquam evidenter apponitur. Rursum quum Dominus dicit, *Ne Filium quidem hominis diem extremum scire*, addendum est, *secundùm humanam naturam*, aut aliquid simile. Breviter, hic erat evidens ab *Arianis* periculum, in *datus* omisso nihil erat periculi. Quum omnes hæreses sua dogmata asserant ex sacris literis perperam intellectis, quis erit mutandi finis? Quid autem hâc cautione profecerimus, nisi ut ex divina scriptura faciam *Lesbiam* regulam, ad nostras opiniones flexilem, potiùs quàm coarguentem, si quid à vero discrepat? Et id juris si sibi sumant orthodoxi, aut idem concedere cogentur hæreticis, aut nihil agent scripturarum testimoniis. Proinde, quemadmodum Ecclesia non habet jus instituendi nova sacramenta, ita multo minus jus habet condendi novam scripturam. Quòd si negatum est hoc jus Ecclesiæ, uter falsarius est, qui id bonâ fide reddit quod habent & orientis & occidentis Ecclesiæ, an qui mutat germanam scripturam? Levissimus scrupus est in *nondum spiritus erat*, sed in mutanda scriptura summum est discrimen. Inscribas igitur qui locum hunc autoritate privata vel temeritate potiùs depravârunt, vociferari debebat potiùs quàm in me. Dicet, absque sensûs detrimento, poterat addi verbulum *datus*. Immò nec omnino sine detrimento, ut jam demonstratum est, & aliam foveam periculosiorem aperuissem. Jam quum nullum crimen sit atrocius, quàm si quis prudens vitiet scripturam canonicam, non oportuit apud tam celebrem conventum præcipiti linguâ quicquam effutire, quod non haberet compertum. Locus ipse *Paulo* sacer, præ se fert Majestatem quandam. Semper adsunt ex more urbis præfecti, quos illi *Majores* vocant, adsunt doctores, nonnunquam & episcopus, præter numerosam promiscuæ multitudinis frequentiam: Hæc, si quid habuisset humanæ mentis, monere debebant hominem, nè cum loci tam celebris contumelia, simul & eruditis proderet suam malitiam, nè dicam stoliditatem, & imperitorum animos letali veneno inficeret. Nam qui seps, quæ aspis, quæ vipera letalius habet venenum, quàm lingua calumniatrix, inflammata, ut ait *Jacobus*, igne gehennæ? quod semel infusum in animos nulli *Psylli* possunt exugere, nulla *Marsorum* incantamenta possunt educere. *Scorpius* post vulnus inflictum, si admoveas, resorbet suum virus; hic etiamsi quis velit, non idem licet. Ex viperæ carnibus conficitur theriaca, præsens adversus venena antidotum: at si omnes maledicorum linguas contundas, nihil adferent remedii. Agè, si ex eo suggesto venerando apud splendidissimum hominum cœtum dixisset *Erasmum* vinosum, nónne cuncti quibus erat aliquid sobriæ mentis detestati fuissent hominis intempestivam petulantiam, etiam si credidissent esse verum? Quanto magis id fecissent, si scissent illum mentiri? Quid igitur putas secum cogitâsse doctos, qui sciebant eo loco tam atrox crimen impingi falsò, quòd si vel in convivio fecisset, scelus erat piaculare? Et fortassis ille sibi blanditur, putátque se clarum facinus designâsse: & haud scio an eodem ore quo venenum efflavit, & Evangelium prædicavit, eodem die contigerit sacrosanctam *Christi* carnem & sanguinem. Ipsa sceleris cogitatio mihi horrorem incutit. O miserum hominem, si non veretur cum tali conscientia ad sacratissimam mensam accedere, miseriorem, si sic excæcatus est ut suam non cernat miseriam! Inhorrescimus, crucis imagine nos ipsos munimus, si quis nominet diabolum.

At qui talibus calumniis & proximum rodit, & auditorum conscientias inficit, & fraternam charitatem extinguit, is verè diabolus est, & quovis satanâ nocentior, id agens unde, velut ex eo quod habet pessimum, ille nomen invenit. Quid tali linguæ cum Evangelio? Quid tali ori cum *Christianæ* concordiæ symbolo? Quid tali pectori cum hospite *Christo*? Fortasse negabit, ut solent quibus quicquid volunt sanctum est, sibi reclamare conscientiam. Quasi non & adulteri, & sicarii suis vitiis blandiantur. Olim qui sacris concionibus fungebantur apud populum, suo periculo dicebant. Applaudebatur & acclamabatur rectè dicenti, jactatione manuum significabatur auditorii favor. Contra, supplosio pedum, sibila, sannæ, tumultus præstò erant, si quid secus quàm oportuit dixisset Ecclesiastes. Nam hi mores olim à theatris profanis in Ecclesiasticas conciones demigrârant. Nunc populus tacitus & quietus audit quicquid adfertur. Quo graviùs peccant, qui *Christiani* cœtus abutuntur patientiâ, digni nonnunquam qui non sibilis, sed ruderibus ac putribus ovis è suggesto deturbentur. Certè tales oportebat Episcopis ac Principibus publicitùs dare pœnas, in aliorum exemplum. A quibus ubi populus discet pietatem, si à talibus tali loco discit quod est omnium sceleratissimum? Si quid levioris offensæ inciderit cum proximo, Evangelium jubet dilato donario properari ad reconciliationem, & isti talis facinoris sibi conscii accedunt ad longè sacratius altare, quàm erat illud *Mosaicum*. Iidem exigunt ab aliis restitutionem, si quis in pauxillo nummorum fraudavit proximum; & qui proximi famam tali loco, tali auditorio, tali calumniâ sanciavit, securus accedit ad illud etiam angelis horrendum mysterium. Quis enim unquam istius generis vel dicto, vel scripto placare studuit eum quem læsit, etiam si compererit & omnibus notum sit esse manifestam calumniam? Metuunt nè quid decedat autoritati si fateantur errorem. At istuc metuendũ erat quum properarent ad calumniam, quum suam malitiam vulgo prodere cogitarent. Qui privato convicio contristavit fratris animum, jubetur cum illo redire in gratiam; quique privatim dicit fratri, Fatue, reus pronunciatur concilio: & is qui tantâ hominum frequentiâ, in loco tam celebri, in concione sacra detonat in proximum, hæreseos & sacræ scripturæ falsatæ crimen, quasi purus putus accedit ad synaxim, nec errore cognito, cogitat de eximendo veneno, quòd tot hominum auribus infudit. Talibus ingeniis quid esse potest deploratius? Quam adferent excusationem? Insciti? Profitentur se doctores Evangelicos. Et ut maximè sint imperiti literarum, nôrunt hoc & idiotæ, non esse pronunciandum de iis quæ non intelligunt: nec temere credendum calumnianti, nec ad effutiendam calumniam oportere esse præcipitem. Verùm in hanc profundam cæcitatem traxit miseros livor & odium, & insciti æ comes arrogantia. Hæc ad te scribere visum est, *Aldrisi* charissime, quo tuis fiam literis certior, quis fuerit ille tam impudens rabula, quo nomine, quo cognomine, quo statu, quo die gesta res. Quorsum inquies? Dicam. Est animus edere catalogum hujusmodi nominum aliquot, qui tam insigniter suæ stoliditatis ac malitiæ dedere specimen, non solùm ut intelligat mundus, quæ portenta nonnunquam sub illo tragico cultu lateant, fruanturnominis immortalitate quam ambiũt malefactis, & [illegible] sint exemplo: verùm etiam ut editis [illegible] nominibus, in neminem aliam prorogetur [illegible] suspitionis. Id enim nonnulli morosiores [illegible] suis ad me literis, dum, suppressis nominibus [illegible] priis, Theologi aut monachi factum refert, [illegible] aspergi ordinem, quum nominibus editis [illegible] varentur, qui suâ stultitiâ meruissent, [illegible] immerentes devolvi suspitionem. Horum [illegible] tiæ tametsi non accedo, neque enim apud [illegible] imputatur ordini, si quid hic aut ille commisit [illegible] dignum ordine, & apud iniquos edito nomine [illegible] ordini conflatur invidiæ: neque quisquam [illegible] rum ab infectandis clericorum, sacerdotum, [illegible] nachorum ac virginum vitiis abstinuit, ne [illegible] ret ordinem invidiâ, quanquam hic quoque [illegible] seo servandam modestiam: tamen hactenus [illegible] rum voluntati sum obsequutus, ut brevi [illegible] suis coloribus depingam nonnullos, & [illegible] & insigniter insanientes, nec ullum facinus [illegible] dum. Dabo gustum argumenti, quo magis [illegible] ligas quid dicam. In *Colloquio De Fide*, in quo [illegible] mittitur Orthodoxus cum quopiam suspecto de hæreseos crimine, habentur hæc verba sub Orthodoxi persona: *At religio est tecum [illegible] communem.* Suspectus respondit: *Atqui ii sunt medici, quo melius observent, quid afficum sit [illegible] ægroti.* Rursum Orthodoxus: *Sed verum videor favere hæreticis.* Ad hoc Suspectus, *Immo vel [illegible] sanctius, quàm favere hæreticis.* Hæc postrema verba decerpta proferunt quidam, ut doceant *[illegible] suum* hæretica scribere. An non hoc horribilem dogma, nec uno puniendum incendio? Quis hæreticus tale quicquam ausus est profere, quis tyrannus ausus est profiteri? Nam nec ipsi hæretici docent hæreticis esse favendum, sed negant sè esse hæreticos. Idem aiunt qui favent impiæ factioni, Solus *Erasmus* docet hoc esse faciendum, adeo ut nihil sanctius. At homines omnibus pecudibus stupidiores, si parum animadverterint quæ cedunt de medicis, saltem illa poterant intelligere quæ sequuntur sub personâ Orthodoxi. Qui ad Respondet Suspectus: Nónne *Paulus* optavit anathema fieri pro *Judæis* plus quàm hæreticis? An non favet ille qui studet ut quis ex malo fiat bonus, ex mortuo vivus? Ad hæc Orthodoxus, Mirabile. Tum Suspectus, Sic fave, nec erit quod metuas. Hæc quum sint tam dilucida, ut vel cæco possint esse perspicua, tam crassa, ut vel a subulcis queant intelligi, tamen ab istis non percipiuntur. Nè verò me putes hic conviviorum narrare fabulas. Insulsos articulos Proceres duorum ordinum publicis detonant in sacris concionibus, profanis scriptis, jactant publicis disputationibus, edictis condemnandos, & his nugis facessunt negotium Archiepiscopis, ac Cæsari. Quinque hæc ipsi magno tumultu moliantur in diversis regionibus, contempto doctorum ac bonorum omnium judicio, tamen meis scriptis impetum quid minoris fiant apud vulgus, quàm vel solent vel cupiunt. Absit ut ego in quenquam ordinem stringam aciem stili. Verùm si mihi esset animus, ut omnes ingenii facundiæque vires in rem tam sceleratam intenderem, nè centum quidem invectivis tantum decoris conflarem ordini, quem isti suis intemperiis conciliant. Quis enim non crederet à me talia confingi, nisi ipsi suis factis fidem facerent, quum ipse, ita me bene [illegible] fa-

sim, nec de inimicis prædicta fuerim creditur-
A rus. At interim quàm malè sentiũt isti de Episcopis ac Principibus déque populo, quibus audent hæc tam stolida ingerere? Nónne videntur totum populum habere pro fungis, quibus omninò nihil sit humanæ mentis? Episcopos autem ac Principes, aut tam injustos arbitrantur, ut protinus in ipsorum gratiam non cognitâ causâ damnent ea quæ piè scripta sunt: aut tam indoctos, ut hæc qualia sint non perspiciant: aut tam timidos, ut mendicantium aliquot metu, simul & *Christum* offendant,
B & se toti mundo reddant invidiosos. *Pilatus* dum restitit *Judæorum* flagitationi, quum ibi Pontificum, scribarum, Pharisæorum, seniorum ac promiscuæ multitudinis concors esset insania: & *Christiani* Præsules, *Christiani* Principes cedent aliquot malè auspicatorum hominum improbitati? Habes unum articulum plus quàm hæreticum; audi similem, apud eosdem publico tumultu jactatum. In *Enchiridio militis Christiani*, declarans
C quantum valuerit apostolorum simplex, sed virtute Spiritus efficax prædicatio, scribo hunc in modum: *Hæc est illa vera germanáq; Theologia, quæ olim Philosophorum supercilia, & Principum sceptra Christi jugo subjecit.* Vides hìc quicquam non piè dictum? Scio non vides, nimirum luscitiosus. At isti *Lyncei* viderunt execrandam impietatem. Quaminquies? Scribit, inquiunt, nusquam esse veram Theologiam nisi in *Germania*, quæ maximè omnium scatet hæresibus. Non intelligunt *germanam* esse dictam
D pro *vera*, nec animadvertunt quum illa scriberem, scripsi enim ea ante annos viginti quatuor, nullam hæreseos mentionem fuisse apud *Germanos*. Nimirum hoc est fieri Theologus absque Grammatica, Nihil hìc fingo, acta sunt hæc publicitus in concionibus, & scriptis in publicum datis; scio locum, tempus & personam. Edentur ubi tempus erit; Interim rogo lectorem nè ob hujusmodi facta de quoquam bono *Franciscano* aut *Dominicano* pejus sentiat. Quibus hæc placent, bo-
E ni esse non possunt, & scio multis displicere. Accipe tertium articulum ab iisdem exagitatum. In *Enchiridio militis Christiani*, admonens, nè quis se temerè præcipitet in aliquod vitæ genus, cui non sit idoneus, sed prius exploret, & quale sit institutum, & qualis sit ipse tum animo tum corpore, scribo hunc in modum, *Monachatus non est pietas, sed vita genus, pro suo cuique corporis ingeniique habitu, vel utile vel inutile.* Quid hìc est, quod vel *Momus* possit carpere? At isti viderunt errorem
F hæreticum. Scilicet sic loqui debueram. *Quicunque vult esse salvus, fiat monachus: omnis enim monachus pius, nec impius esse potest qui sit monachus, quum plerique Christianorum sint impii.* At quo sermo magis pateret calumniæ, monachatum vertenint in religionem. Tam enim sunt imperiti, ut *religionis* vocabulum exístiment idem declarare quod *monachismi*: ut quoties in literis sactis prædicatur religio, & religiosi probantur, videantur ipsi celebrari. Si dixissem, matrimonium non est pietas, virginitas non est pietas, sacerdotium non est pietas, sed est vitæ genus quod huic convenit, huic non convenit, piè fuissem loquutus; sed impium est idem de monachismo dicere. Imò si dixissem *Christianismum* non esse pietatem, æquis animis tulissent, & fatererentur plurimos esse *Christianos* impios, quum tamen nulli liceat non esse *Christianum*, solùm monachi nomen
A non patiuntur attingi. Si *Christianismus* est professio vitæ *Christianæ*, *Christianismus* non est pietas: alioqui quisquis baptizatus esset, idem esset pius. Sin *Christianismus* est ea præstare quæ profitemur in baptismo, summa pietas est *Christianismus*. Ità si monachismus est observatio trium votorum, supra *Christianismum* communem, magna pietas est monachismus. Sin est professio tantùm eorundem votorum cum his quæ adhærent voto o-
B bedientiæ, cujusmodi sunt lana, linum, color, cingulum coriacium, aut canabeum, calcei aperti, aut integri, pisces, ova, legumina, monachismus nec est pietas, nec a *Christo* institutus. Quid autem erat periculi ecclesiæ, quia scripsi genus esse vitæ, non temerè cuivis suscipiendum? Nè pauciores essent monachi? Faxit hoc *Christus*, modò sint meliores. Nullum enim vitæ genus optabilius ex animo *Christum* diligentibus. Sed, proh dolor, eò prolapsi sunt hodìe mores, ut nullis ferè cedat
C feliciùs hoc institutum, quàm quibus pietas cordi non est; & illic mundum inveniant, quibus in mundo mundanis esse non licuit. Si quis huic nomini favet, optima atque adeo unica ratio est, & placandæ invidiæ, & pristini favoris recuperandi, si se totos conferant ad studium veræ pietatis. Quartum addam. In Academia quadam cum primis celebri, quidam inter Theologus præcipuus, jactabat se reperisse telum, quo conficeret *Erasmum*. Diximus alicubi, *Hieronymum* caruisse
D gloriâ perpetuæ virginitatis. Idque ex ipsius scriptis liquere. At ille protulit locum ex libello *Hieronymi* ad *Eustochium* de custodia virginitatis; *Virginitatem non tantùm efferimus, sed servamus.* Hìc exultabat victor. Quid habent inquiens *Philerasmi*, quod ad hæc respondeant? Ipse *Hieronymus* fatetur se servare virginitatem, at nemo servat quod non habet. Applausere combibones aliquot ejusdem farinæ, docti cachinnum vix tenere potuerunt. Nam constat *Hieronymum* illic
E non loqui de sua virginitate, sed de pudicitia sacrarum virginum, quam negat se suscepisse prædicandam in eo libro, quod id à multis aliis esset factum, quos inibi recensèt nominatim; sed præcipuum esse propositum ostendere quibus modis debeat servari nè pereat. An non ille Theologus, qui nondum didicerat quid *Latinè* sonaret *servare*, dignus erat qui servaret porcos? Servat qui eripit perituram: servat qui custodit etiam res alienas: servat fidem, aut præceptum, qui non vio-
F lat: denique servat qui cavet. Ita *Flaccus*:

Hìc fossa est ingens, hìc rupes maxima, serva:

sed *Græce* loquens magis quàm *Latinè*. Jam quemadmodum pictor dicitur eos committere, quorum conflictum pinxit, & scriptor aut narrator hoc facere, quod oratione repræsentat; ita *Hieronymus* ait se servare virginitatem, cujus servandæ rationem ostendit. Audio quendam alium de nihilo gravem suscitâsse tragœdiam, quod pro *Veteri testamento*, scripserim *Vetus instrumentum*, quod ar-
G bitror in meis scriptis ad summum bis inveniri. Hìc metuunt nè posthac pereat è mundo Vetus ac Novum testamentum. Nec intelligũt ad eum modum aliquoties loqui divum *Hieronymum*, nec legisse videntur *Augustinum*, qui docet aptiùs dici *instrumentum* quàm *testamentum*. Idque verissimum est, quoties non de re, sed de voluminib⁹ verba fiũt. Nam testamentum esset, etiam si nullum extaret scriptum: Quũ enim Dominus diceret, *Hìc est calix*

Novi testamenti, nullus erat liber Novi testamenti proditus. Itidem testamentum Vetus erat priùs quàm *Moyses* conscriberet *Pentateuchum*. Porrò, tabulas & codicillos in quibus pacta descripta sunt, *instrumenta* vocant. De quo si quis dubitat, legat *Pandectarum lib. vigesimum secundum*, illic inveniet titulum *De fide instrumentorum*: nec tamen reprehendendus qui codices appellat *testamentum*, videlicet per figuram Synedochen. Non animadvertunt autem se, quum hìc in me debacchantur, in *Hieronymum* & *Augustinum*, ecclesiæ columnas, debacchari. Hæc ad gustum satis sunt. Sed heus penè fugerat quod est omnium gravissimum. In *Colloquio De fide* dicuntur bruta fulmina quæ montes & maria ferunt, sed irritis ictibus. Hìc sublimes quidam brevi nominandi, dicunt contemni Pontificis excommunicationem, nec animadvertunt hæc dici ab hæretico, qui sibi videtur non rectè excommunicatus: quem tamen corrigit Orthodoxus, respondens ad jocum de fulgure ex vitro, Certè territat & hoc: subindicans etiam injustam excommunicationem formidandam homini pio. Deinde quum sub hæretici persona dicitur, *solus Deus habet fulmen quo feriat animam*: id sic corrigit Orthodoxus *quid si Deus est in suo vicario*. Et hæreticus nihil aliud respondet, quàm *utinam sit*. Hìc nec sub hæretici persona quicquam dicitur, quod idem non possit ab Orthodoxo dici in sententiam excommunicationis non rectè latam. Hujus generis habeo permulta, ac præterea non pauca, minus quidem evidentis stultitiæ, sed quæ nihilo minus habent malitiæ. Ubi interim fraterna charitas, ubi pudor humanus, ubi syncerìtas Christiana? Si talia nobis exempla produntur ab iis qui profitentur philosophiam Evangelicam, quid expectabimus ab imperita multitudine? Si sal insulsum est, imò si versum est in venenum, unde condietur populi stultitia? Unde petetur antidotum, si medici porrigunt venena? Ego profiteor & semper professus sum honorem suum deberi Theologis, summo in precio fuisse jam inde ab ecclesiæ primordiis monachos idque jure optimo. Quis enim non veneretur eos, qui nobis ex sacris literis commonstrant iter ad æternam felicitatem? Quis non exosculetur eos, qui nobis inter tot veteris paganismi vestigia, puriorem *Christianismum* exhibent? Verùm ista facta Deum immortalem quantum absunt ab illis favorabilibus titulis? Tolerabilius erat, si me tantum læderent: nunc & fructum pietatis intercipiunt, quem multi se fatentur ex meis capere lucubrationibus, & auditorum animos exitiali calumniæ veneno inficiunt, & pernicioso exemplo solicitant ad rem omnium maximè nefariam. Denique, non sibi modò conflant odium apud eruditos quosque ac pios, verumetiam, ut sunt nunc hominum judicia, ordini suo non parum invidiæ lucrifaciunt. Quorum improbitas, si nec lenitate meâ, nec tot apologiis placari potest, efficiam tandem ad quod me compellit *Christiana* lex, depellam à me calumniam, & seniores sine fine peccantes coram omnibus coarguam, declarans & meam innocentiam, & illorum plus quàm *Judaicam* malitiam: post remò, ordinis invidiam in ipsos autores avertam. Si, nullo læso, queam meis mederi vulneribus, nihil magis optarim: verùm quando hoc per istos non licet, æquum est eis imputare, qui nos huc compulerunt. Bene vale, mi *Roberte* in *Christo* charissime. Gaudeo tibi contigisse patronum, ingenii candore, [illegible] eximonià cui similem: cujusmodi præsidium [illegible] plurimos haberet orbis *Christianus*. [illegible] Sep. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Jo. Eunstedio Cartusiano S.D.

QUum huc ætatis pervenerim, vir integerrime, tamen ipsâ re comperi, me mihi [illegible] tis notum esse. Siquidem existimabam me [illegible] philosophiæ præceptis, tum diutina pene[illegible] tuâ malorum ferendorum assuet[illegible] dum adversus istos vulgares, ac propè [illegible] casus, quos à mulierculis etiam videmus [illegible] ferri. Cæterùm amici *Joannis Frobenii* [illegible] pinata sic afflixit animum meum, ut [illegible] nullis avocamentis potuerim eximere [illegible] Jam tempus, quod acerbissimis etiam [illegible] mederi solet, adeo non leniit ægrimoniam, [illegible] latim magis ac magis increverit dolor, [illegible] modum solet lentum & insidiosum quoddam [illegible] bris genus obrepere, quo non aliud [illegible] dicabilius esse. Exedebat me relictarum [illegible] penitus medullis insita. Tanto potens [illegible] est quæ conglutinavit animi inductio, mutuque benevolentia, quàm quod natura conjunxit. Quin hìc mecum litigavi, quibus conviciis meam mihi mortem exprobravi? Ubi nunc est, inquam ille rhetor, qui splendidis dictis solet aliorum mœrorem vel eximere vel objurgare? Ubi philosophus ille *Stoicus*, dominator humanorum affectuum? Ubi Theologus, qui docere consuevit, piorum hominum mortem non luctu lachrymisque, sed gratulationibus plausúque prosequendam esse? Quid multa? Nusquam me magis puduit mei. Nunquam enim antehac expertus sum quantam vim habeat sincera amicitia, ac mutuus animorum nexus. Fratris germani mortem moderatissimè tuli, [illegible] desiderium ferre non possum. Non irascor [illegible] meo nimirum justissimo, sed immodicum justis[illegible] diturnum esse indignor. Porrò, quemadmodum non erat simplex amor quo vivum prosequebar, ita nec erepti simplex me cruciat desiderium. Magnum amabam illum ob liberalia studia, quibus ornatus provehendíque vir ille fatorum providentiâ dignus videbatur, quàm ob animum in me propensum, morésque candidissimos. Quis enim tale non amet ingenium? Solus erat amico amicus, tam simplex ac syncerus, ut etiam si quid voluisset simulare ac dissimulare, non potuisset repugnante natura: tam promptus & alacer ad benemerendum de omnibus, ut indignis etiam ex ipso beneficii [illegible] accessisse gauderet. Unde & suavis ac [illegible] erat & gratus & idoneus. Ereptam [illegible] malæ fidei debitoribus interceptam pecuniam, [illegible] alacritate commemorare, quâ lucrum [illegible] objectum, alii. Fide tam incorrupta, [illegible] nem magis congruat illud: *Dignus qui [illegible] bris mices*: atque ut ipse fraudem [illegible] nabatur, ita de nullo tale quicquam [illegible] rat, tametsi non rarò delusus. Quid [illegible] morbus, nihilo magis imaginari [illegible] qui cæci nascuntur, animo fingere [illegible] sit color. Offensas, quamvis capitales, [illegible] condonabat, quàm rogaret is qui [illegible] Nec ullius omninò injuriæ poterat [illegible] contrà nullius quamlibet vulgaris officii [illegible] rat obliviscì. Atque hìc sanè, meâ [illegible] melior

melior erat interdum, quàm expediebat vigilanti patrifamilias. Admonebam interdum ut in syn-
ceros amicos esset qualem esse deceret, in impo-
stores verbis duntaxat benignus esset, interim sibi
cavens, nè damnum cum ludibrio lucrifaceret. Ar-
ridebat humaniter, sed surdo canebam fabulam.
Vicit omnia monita naturæ candor. Mihi verò
quas non tendebat insidias, quas non venabatur oc-
casiones, ut aliquid obtruderet muneris? Nec un-
quam vidi lætiorem, quàm quum vel dolo perfe-
cisset, vel precibus impetrâsset, ut aliquid accipe-
rem. Hic adversus hominis captiones erat opus
cautione maximâ, nec usquam magis opus erat
meâ rhetoricâ, quàm ad excogitandum colorem,
quo citra molestiam amici, recusarem quod inge-
rebat. Tristem enim illum videre non sustinebam.
Si fortè pannus ad vestem erat emptus per famulos
meos, ille subodoratus, me nihil suspicante jam sol-
verat. Nec ullis precibus adigi potuit ut reciperet.
Arte simili fallendus erat, si voluissem illum exi-
mere damno. Tale certamen inter nos fuit assiduè,
longè diversum à vulgi moribus, dum alter hoc
agit ut abradat quàmplurimum, alter agit ut det
quàm minimum. Nè quid omninò daret, efficere
non potui; certè moderatissimè illius benignitate
usum esse me, testabitur, ut arbitror, omnis illius
familia. Mihi quicquid laborum suscipiebatur, a-
more studiorum suscipiebatur. His cum ille coho-
nestandis, illustrandis, provehendisque natus vide-
retur, nec ullum defugeret laborem, nullas vigilias,
satis magnum quæstum esse ducens, si bonus autor
cum dignitate prodiret in manus hominum, quì
potuissem in hominem sic animatum prædonem
agere? Si quando nobis ac cæteris amicis ostende-
bat primas paginas magni cujusdam autoris, ut ge-
stiebat gaudeo, quæ vultûs alacritas, qui triumphi?
Diceres illum jam tum totius operæ fructum cu-
mulatissimè percepisse, nec aliud expectare præ-
mium. Non hìc attollam *Frobenii* laudes aliorum
vituperatione. Nimis notum est, quos autores
quàm mendosè, quàm sordidè excusos nobis ty-
pographi; quidam etiam è *Venetia Romá*que mise-
rint. Ex hujus autem domo paucis annis, quæ vo-
lumina, quantâ cum dignitate prodierunt? Eóque
suam officinam à contentiosis libellis, unde quæ-
stum haud mediocrem fecerunt alii, semper immu-
nem servavit, nè literas ac disciplinas aliquâ con-
taminaret invidiâ. *Hieronymum* bis excuderat. Ab
Augustino pari cum dignitate rursus excudendo,
quum amici complures, in quibus & ipse, deterre-
rent, tamen totum animum sic huc appulerat, ut
inter familiares subinde dicere solitus sit, se non
optare longius vitæ spacium quàm quod absolven-
do sufficerat *Augustino*. Primum ac secundum To-
mos vidit absolutos; Pium erat hominis votum,
& erat animus ille dignus immortalitate, sed aliter
visum æterno numini, cujus in abdito sunt con-
silia, quæ nobis scrutari fas non est, reprehendere
nefas. Ætas erat provectior, sed valetudo ita pro-
spera, vegeta, ut per omnem vitam nunquam mor-
bo decubuerit. Ante annos sex è summis gradibus
in solum lateritium decidit, casus erat plus quàm
letalis, convaluit tamen, sed ut solet, mali reliquiis
in corpore residentibus, utcunque dissimulabat ille.
Tam erat animi generosi, ut puderet dolere. Anno
priusquam moreretur, corripuit illum gravissimus
cruciatus circa talum dextri pedis. Ibi præstò erant
medicorum officia, quæ nihil aliud quàm exaspe-
rabant malum, dum de morbi genere dissentien-
tes, alii aliud admovent remedium, nec deerant
qui autores essent pedem resecandum esse. Tan-
dem aliunde venit medicus qui dolorem hactenus
sedaret, ut & tolerabilis esset, & somni cibíque
sumendi permitteret facultatem. Demum ita con-
firmatus est, ut bis equo proficisceretur *Francfordi-
am*, malo in dextri pedis digitos relegato, quos so-
los flectere non poterat, cætera valens. Tum à
me tum à medico frequenter monitus, ut rariùs
prodiret in publicum, aut vestitu contra frigus mu-
nitior prodiret: non obtemperavit, pudendum esse
ratus, si quicquam omninò pristinæ consuetudi-
nis omittens, morbi speciem præ se ferret. Jam
& duos manûs dextræ digitos stupor occupârat,
morbi imminentis præludium. Dissimulavit &
hoc, parum virile ducens quicquam morbo conce-
dere. Denique dum in sublimi agit nescio quid,
correptus, ut est probabile, vi morbi, in pavimen-
tum decidit pronus, non sine gravi cranii vulnere.
Delatus in lectum nec oculos attollebat, nec ul-
lum sensus indicium dedit, nec ullam omnino vitæ
significationem, nisi quòd manum sinistram mo-
vebat, nam dextrum latus omne dissimulata para-
lysis stupefecerat. Ita biduum consopitus, sub mor-
tem experrectus est, ægrè paulum diductis oculi
sinistri genis, linguâ tamen immobili, nec su-
pervixit ultra sex horas. Ita noster *Frobenius* re-
bus humanis exemptus, ad vitam transiit felicio-
rem, uxori, liberis, amicis, acerbo luctu, toti ci-
vitati notísque omnibus gravi sui desiderio relicto.
Ob hujus mortem decebat omnes qui colunt bo-
nas literas, pullatos, lachrymas & luctum sumere,
apio, floscu[illegible]sque sepulchrum ornare, lymphas a-
spergere, odores adolere, si quid talibus officiis
proficeretur. Certè illud erit gratitudinis, ut o-
mnes defuncto bene precemur, memoriáque lau-
dibus debitis celebremus, Officinæ *Frobenianæ* fa-
veamus, quæ non solùm non cessabit ob heri sui
decessum, sed summâ vi adnitetur, ut quod ille in-
stituit semper in majus meliúsque provehatur.

Epitaphium Jo. Frobennii per Des. Eras. Rot.

Arida *Joannis* tegit hic lapis ossa *Frobeni*,
Orbe viret toto, nescia fama mori.
Moribus hanc niveis meruit studiisque juvandis:
Quæ nunc mœsta jacent orba parente suo.
Retulit, ornavit veterũ monumenta sophorum,
Arte, manu, curis, ære, favore, fide. (nem,
Huic vitam in cœlis date numina justa peren-
Per nos in terris fama perennis erit.

Ejusdem in eundem Græcè.

Ὧδ' Ἰωάννης κεῖθι βίβλων τυπογράφος Φρόβηνος,
Οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὀφείλει τῷ λόγων σπουδάσματα.
Μὴ νεκρὸν θρηνεῖτε, ζῇ γὰρ ἐν πτυχῇ, πάσιν ἀεὶ,
Τῇδε ψυχῇ, τῇδε φήμῃ, τοῖς τε βίβλων λάβροις.

Des. Erasmus Rot. Ornatissimo Viro Joanni Ulatteno S. D.

Epist. 10.

QUod fatum, aut quis genius hanc malignita-
tem adjunctam rebus humanis esse voluit, *U-
lattene* charissime, ut quæ plurimis placent, eadem
multis vehementer displiceant? Simul, atq; eodem,
ut ita loquar, nixu nuper emisimus duos libellos;
alterum *De Pronunciatione*, alterum *De Ciceronis
imitatione*: quorum ille sicuti neminem offen-
dit, ita minus invenit amatorum: hic quem-

admodum avidè distractus est, ita apud aliquot non mediocrem offensam incurrit. Queruntur alios silentio præteritos, quos non oportuit; alios secus attactos quàm par fuit; alios infra meritum, alios supra meritum prædicatos. Ad argumentum quod illic agitur, sufficiebant veterum exemplâ septem, tantum abest ut statuerim omnium scriptorum nomina percensere, præsertim quum hoc ipsum sit hic quasi πάρεργον, in quo si voluissem esse copiosus, meritò poterat in me torqueri *Græcorum* adagium, μεῖζον τὸ παράπαν τοῦ δικαίου. Justius hoc nomine poteram ineptus videri, qui tam multos recensuerim, quàm qui quosdam prætermiserim; ineptior multò futurus, si conatus fuissem omnium æstimare stilum, qui scriptis innotuerunt, quandoquidem hodie tam multos habet *Germania*, *Gallia*, *Anglia*, *Hungaria*, *Polonia* juvenes, qui possunt eleganter tum dicere, tum scribere. Utinam ad pietatem tantundem profectus accessisset. Cæterùm quod neminem vel odio, vel oblivione prætermiserim, illud argumento est, quod quorundam quos & unicè diligo & video quotidie, nullam feci mentionem. Noveram quosdam esse tam virginei pudoris, ut omnino in publicis scriptis velut è proscenio nominari non sustineant: Nam est prorsus histrionicæ genus, libros in vulgum edere: quosdam adeo delicatos, ut nescias quomodo tractari debeant, alios tam feroces ac morosos, ut quomodocunque palperis recalcitrent. Jam si tantum laudâssem quos nomino, & laudâssem citra exceptionem, corrupissem expetitum hujus operæ fructum. Siquidem ex hujusmodi censuris magnopere proficiunt adolescentes, dum assuescunt omnes cum judicio legere, tum quid in quoque vitandum sit, aut expetendum dispicere. Plurimum autem interest inter censuras & encomia. Jam hìc erat hujus recensionis scopus, ut anxius ille *Tullianæ* phraseos affectator, neminem omnium dignaretur honore *Ciceroniani* cognominis. Id tametsi sit sub persona *Nosoponi*, hac in parte parum sani judicii, tamen nè quem omninò offenderet negatus titulus, singulis multum laudis asperси, eo temperamento, ut nec candorem in me quisquam possit desiderare, & quod cujusque proprium est agnosceret attributum, adeo non malignè, ut nec hostium nomina fileam, velut *Hutteni* & *Stunicæ*, nec illos meritâ laude fraudem. Nam quòd quidam stomachabantur *Budæum* parum honorificè tractatum, arbitror illos sui judicii pœnitere. Nec minus impudenter mussabant quidam me *Longolio* subinvidere, quum vix à quoquam prædicatus sit candidius; quanquam ille quædam asperserit scriptis suis, quæ suspitionem præbeant ipsum non admodum magnificè de meo ingenio sensisse, verum hæc judiciorum libertas in viris eruditis nunquam offendit animum meum. Si rectè judicant, docent: sin minus, humanum est vitium, nec satis dignum quod bonorum dirimat amicitiam. Optarim multos esse *Longolios*, qui luderent in oratorem *Batavum*, modò de disciplinis ac religione *Christiana* bene mererentur, quod illum egregiè fuisse præstaturum arbitror, si vita longior contigisset. Jam nè parum esset ponderis laudibus quas eruditis ascribo, fingo personam hominis egregiè docti, qui cætera sanus, tantum immodico *Ciceronis* amore deliret. Sed ô vitam hominis fugacissimam! ô rerum humanarum *Euripum*, aut si quid est *Euripo* volubilius! Dum hæc loquimur fugit hora, ut ait *Smyrieus*, & dum amicos numeramus, unum non postremi loci amissimus, *Jacobum Vvimphelingum Sletstadiensem*, qui quidem inter felices numerari poterat, nisi senectus illius in hoc seculum multo turbulentissimum incidisset. Nam à teneris usque annis educatus est in honestissimis literis, primum *Sletstadii* sub *Ludovico Dringenbergio Vvesphalo*; deinde *Friburgi*, mox *Heydelbergæ*, Pontificii juris peritiam cum theologiæ scientia non infeliciter conjunxit, & aliquot nullius honestæ disciplinæ rudis. Eloquentiæ vel tantum præstitit tum in carmine tum in oratione soluta, quantum vel à theologo, vel ab illorum temporum homine possit requiri. Aciem *Spiræ*, ecclesiasticæ munus non sine laude gessit. Inter hæc pius ardens amore rerum cœlestium, ebque perfusus seculi, quod aëste *Joanne*, totum in malitia positum est, de secessu cogitavit. Ejus propositi consortem habebat *Christophorum* ab *Utenheim*, doctum pariter & castissimæ integritatis virum. Atque nudus ad nudum *Christum* confugere, quod ex ecclesiastici censûs, erat autem quod ad vitæ munditiem sufficiebat, resignavit. Cæterùm hoc consilium abrupit *Christophorus* ad episcopi munus attractus, amicis ita suadentibus, futurum, si ad mentem tam piam accessisset autoritas, plane *Christo* lucrifacere posset, quàm si se abdidisset. Ille tamen suâ paupertate lætus, pergebat quod instituerat agere; rursus *Heydelbergæ* sacra munera enarrans, & in his *Hieronymum*. Ad hæc libellis editis & adolescentiam instituit, & sacerdotes ad pietatis castimoniæq; studium excitavit. Nec genus est amore pietatis, agere pædagogum, aliquot magnæ spei adolescentibus, quorum præsidium, inter nobiles, doctrinâ, synceritate, candore, prudentiâ, nobilis. *Jacobus Sturmius*, cujus consilio plurimum debet tota penè *Germania*, tum urbs inclyta civitas *Argentoratum*. Nec inficiat hominis sancta libertas. *Romam* excivit bonus & senio & hernia tardus, monachorum *Augustinensium* operâ, quòd alicubi scripsisset, *Augustinum* non fuisse monachum, aut certè non talem quale nunc habentur *Augustinenses*, quam si suum illum in tabulis ac libellis exhibeant pictum, subâ, nigrâ, cucullâ & zonâ coriaceâ. Hoc interdum ex minimâ scintillâ latius evagatum, *Julii* Secundi pressit autoritas, idq; bonorum omnium applausu. Præter alias adversitates, quibus fortis virtus exercita fuit, hoc fatale totius vitæ fidisidium vehementer illum afflixit, ac tantum non ad vitæ tædium adegit. Itaque solitudinem & secessum frustra tentatum, ingravescentibus annis egit *Sletstadii* in ædibus *Magdalenæ* sororis, ex qua nepotes duos, quos paterno semper affectu complexus fuerat, reliquit, moribus ac literis egregiè institutos, Quorum *Jacobus Spiræ* juris prudentiâ clarus, prius *Maximiliano* Cæsare Regi *Ferdinando* fuit à Consiliis: Apud quem non *Jo. Maius*, natu minor, in fratris locum successit, aulæ primoribus indolis elegantiâ & dexteritate morum optimo jure gratissimus. Nondum tamen statui, utrum *Vvimphelingi* mors gratulatione dignior sit, an deploratione. Annum agit penè octogesimum, dimidio etiam victûs, & pusculi deficientis rationem ullam habere volebat: & subductus est huic seculo, quo nihil fingi potest inquinatius. Postremò, nihil addidit, qui

quin vitæ innocenter actæ præmiis jam fruantur apud cœlites. Sed, ut redeamus ad id quod instituramus. Multò post editum *Ciceronianum*, comperi hoc ipsum argumentum fuisse tractatum tribus epistolis inter *Franciscum Picum* comitem *Mirandulanum*, & *Petrum Bembum*; quorum alter fusiùs disserit, alter haud ita multum à me dissentit. Negat enim se loqui, nisi de raræ felicitatis ingeniis: neque hic deterret à bonorum autorum lectione, sed ad unius *Ciceronis* imitationem invitat, atque adeo, quod est difficilius, æmulationem. Mihi cum his modò res est, qui hic superstitioni sic addicti sunt, ut miro fastidio respuant quicquid dissonat. Recognovimus libellum emendatis perpaucis locis, adjectis etiam nominibus aliquot. Quum enim pridem excuderetur, subitò exortus ἀναζώπυρησις cursum & attentionem nonnihil interrupit, ut sunt quidam ad nihil aliud nati, quàm ut honesta conantibus facessant negotium, ipsi nullis occupati, præterquam aleâ, scortis, commessationibus, & gloriis. Bene vale. Datum *Basileæ*, Nono Calend. Febr. M. D. XXIX.

A

B

C

Erasmus Rot. Joanni Sucqueto S. D.

DEstituit nos *Antonius Sucquetus* frater tuus, vir ornatissime, patronus *Erasmi* candidissimus, ac bonarum literarum invictissimus propugnator, cujus mortem, nobis alioqui multis nominibus acerbissimam, ob id aliquanto moderatiùs ferimus, quòd confidimus te pro tua humanitate in germani vices successurum. Id ut faceres te etiam atque etiam rogarem, nisi mihi persuasum esset, tibi eam provinciam jamdudum sponte susceptam esse. Sunt complures *Lovanii*, velut in hoc conjurati, ut collegium *Busidianum*, unicum nostræ regionis, imò totius Cæsareæ ditionis ornamentum, sublatam cuperent: eique miris cuniculis exitium moliuntur, unde quum omnibus publicè pariter ac privatè proditura est summa utilitas, tum aulæ Cæsaris prodibunt eruditi Secretarii, cordati Consiliarii, Legati facundi, Proceres non tantùm imaginibus nobiles. Denique Principes qui, si videatur, possint oratoribus citra interpretem respondere: postremò, gravioribus illis disciplinis, atque adeò cunctis bonis artibus plurimum lucis ac dignitatis accedet. Si non esset institutum tale Collegium, nihil priùs erat curandum Cæsari, quàm ut suis impendiis instituteret. Nunc rem egregiam alienâ benignitate datam, non desunt qui conentur amoliri. Quosdam impellit ingenii stoliditas, alios amor quæstûs, nonnullos livor, sunt qui subserviunt alienæ voluntati: quare te rogo majorem in modum, ut quod *Antonius* feliciter orsus est, tu gratiâ & autoritate tuâ, quam tuo merito vales in aula plurimum, perficias, ut hoc collegium sit omnibus aulæ Proceribus quàm maximè gratiosum. Reditus adhuc tenues sunt: vix alunt professores, eos augebit Principum ac divitum liberalitas, te tuique similibus rem provehentibus. Ego verò non hoc tantùm mihi de te polliceor, vir clarissime, verùm nihil dubito quin totum *Antonium Sucquetum* sis nobis repræsentaturus. Quid enim illius ingenio magis niveum, quid amico amicius, quis in officio promptior, in consilio fidelior, quis justi tenacior, quis fucis, fraudibus, & injustitiæ infensior? quanta pietas citra superstitionem? quàm perspicax sanúmque judicium, multum abhorrens à vulgi judiciis? Quanta dexteritas in rebus gerendis, quot dotes, quot ornamenta in uno viro perdidit aula Cæsaris? quanto studio id agebat, ut liberi quos habebat aliquot, mirè patriam indolem referentes, honestissimis disciplinis jam inde à teneris instituerentur? Maximum natu destinârat Theologiæ, proximum studio Juris; tertium, admodum puerum, bonis literis dedicârat. Et hic fraternas vices geras oportet. Quum erit commodum salutabis mihi *Joannem* bombardarum opificem, vicinum tuum, veterem amicum meum, qui cùm olim arma commutavi, in amicitiæ symbolum, nec id multò congruentiùs, quàm fecerunt *Glaucus* ac *Diomedes*. Dedi *Enchiridion*, nòsti librum jam olim per omnes orbis plagas volitantem, *Latinè*, *Gallicè*, *Germanicè*, *Hispanicè*, *Tuscè* loquentem: ille contra dedit gladiolum, quo non magis adhuc sum usus, quàm ille libro. Bene vale. Anno M. D. XXV.

D

E

F

G

Erasmus Rot. Carolo Sucqueto S. D.

EX literis tuis, *Carole* suavissime, quæ miram quandam in me spirant benevolentiam, aut, ut verius dicam, pietatem, facilè poteram agnoscere germanam *Antonii Sucqueti* prolem; in cujus affectum cùm tuâ sponte successeris, æquum est, ut ego vicissim mutuâ pietate illi tibi referam. Proin illud tibi persuasum habeto, mi *Carole*, nihil à me petes, modò tibi vel usui vel ornamento futurum videatur, quà causâ sim gravatè facturus, & si fors deerit facultas, certè prompta voluntas nunquam est tibi defutura. Age quod agis, optimè adolescens, fac totum *Antonium* nobis exprimas, ut cujus mortem justissimis de causis acerbissimè tulimus, eum in te veluti superstitem esse gaudeamus. Nam oris habitu, formâ corporis, gestúque & sermone sic illum reddis, ut non te filium, sed illum ipsum in te repubuisse credamus. Idem est ingenii morúmque candor, eadem humanitas, eadem in amicitia fides, eadem simplicitas veritásque. Quin & judicia ferè consentiunt, quæ per ætatem in te matureſcent. Sed est in quo parentem ornatissimum etiam superaturus videare, quod illius manibus gratissimum esse scio. Quid ni sit, quum vivus nihil magis habuerit in votis, quàm ut in liberis suis seipsum vinceret? Quid hoc est, inquies? Quod absolutæ Juris prudentiæ, utriusque literaturæ decus pergis adjungere; quæ nisi accedant, Deum immortalem quæ balbuties, quàm pudendi errores, quàm multa supervacanea solent hoc studiorum genus consequi? Laudabatur à multis *Jodocus* ille qui ex Cæsaris consiliario factus erat Senatûs *Mechlinienſis* Præses, sibi quidem in sua professione videbatur nihil nescire. Tolerabilis forsitan hæc εὐηθεία, illud intolerabile, quod in omnibus conviviis, etiam à nullo provocatus, velut è planstro debacchabatur in linguas ac bonas literas, nec cuiquam harum perito concedebat, ut vel unam legem Juris intelligeret. Objiciebatur illi nonnunquam *Guilielmi Budæi* nomen. Ibi quid non dicebat? sed tam insulsè, ut nemo non rideret hominem. Legum magnam vim tenebat, sed desiderabatur in eo judicium naturale, tum non potest non passim delirare,

Epist. 12.

rare, qui præter illas literas nihil omnino didicerit, præsertim quum codices ejus disciplinæ sint non solùm depravatissimi, verumetiam mutili: cujus incommodi nonnullam partem amoliti sunt in *Germania Ulrichus Zasius*, in *Gallia Guil. Budæus*, in *Italia Andreas Alciatus*. At patri tuo præter seculum nihil deerat, ingenium mirè felix, industria singularis, eruditio summa, judicium excussum. Mox aulæ negotia, crebræ ac longinquæ legationes, nè dicam relegationes, nihil ferè permiserunt viro, nisi ut hæc studia amaret. Alioqui vel natu grandior eas literas attractâsset. Nec aliis invidit, quod ipsi non contigit; imò hoc impensiùs dedit operam, ut Juris professio cum linguarum ac politiorum literarum peritia jungeretur. Quare te vehementer hortor, *Sucquete* charissime, ut in isto stadio cursum gnaviter perages, quemadmodum hactenus magna cum laude cucurristi. Habes concertatorem *Viglium*, cujus alacritas non patietur te segnescere. Video te meditari demigrationem, nec dubito quin tibi constet consilii tui ratio, quapropter non est quòd hìc te vel horter, vel dehorter. Habes domi *Palladem*, quæ tibi suggeret quod maximè sit in rem tuam. *Viglium* aliunde aliò fortuna propellit. Is interim agit *Ulyssem. Avenione* & in *Montepessulano* ludere pestilentiam novum non est. Ad *Biturigas* vehementer arridebat, præsertim quòd eò se contulerit *Andreas Alciatus*, unicum hujus ætatis miraculum, ac studiorum delicium. Verùm narrant & eam regionem infestari lue, quod non modò studiosorum causâ doleo, verumetiam illius. Nam virum illum omni prosperitate dignissimum fortuna videtur annos aliquot habere pro pila, adeo nunc bello, nunc pestilentiâ sursum deorsum volvitur. Qui rumor si vanus est, gratulor *Viglio* nostro, gratulaturus & tibi, si eodem te contuleris. Quòd tibi videris ἡμίθεος futurus, si liceat mihi ὁμοδαπέζιον esse, utinam tibi tantum utilitatis adferre possit noster convictus, quantum & tu tibi polliceris, & ego optârim. Quod ad meum quidem animum attinet, nullus hospes fuerit te uno gratior. Ego quum naturâ semper à turba abhorruerim, nunc ætas ac studiorum assidui labores, ad hæc indies incommodior valetudo cogunt ut sim homo perpaucorum hominum. Duos trésve soleo recipere, nè sit lupinum convivium, sed eximios. Nam inter epulas gaudeo ferè fabulis amœnioribus hilarare nonnihil animum studio fessum. Sat feliciter cessit hæc migratio, idque præter expectationem. Quum enim oppidum hoc penè cingatur montibus è proximo imminentibus, nec usquam aperiat se prospectus liber, nisi ad occasum, verebar nè cœlum minus esset amicum meo corpusculo. At vix usquam sensi illud amiciùs. Vocabar aliò magnis conditionibus, sed non ausus sum è nido tot annos presso statim longiùs evolare. Itaque decrevimus hìc hybernare, si modò per belli tumultus liceat. Civitas est Regis *Ferdinandi*, qui sic videtur in me affectus, ut appareat illum nihil meâ causâ non facturum. Est & Academia non incelebris, in qua nulla facultas magis floret quàm Juris. Habet *Zasium* ætate senem, sed ingenio vividum, cui quem alium conferam in his regionibus non invenio. Sunt præter hunc & alii non vulgariter eruditi. Inter clerum, magistratum, populum & academiam summa concordia est. *Haio Caminga* *Phrysius* nobiscum agit, cujus consuetudo [illegible] indies jucundior: nimirum quo magis ille quotidie fit & literis eruditior, & philosophiâ [illegible]. Ejusmodi verò experior juvenis ingenium, ut confidam hanc mutuam animorum benevolentiam inter nos fore perpetuam. Nunc certè [illegible] rus est ac jucundus, ut si filius esset, vix posset ei se charior aut jucundior. Demiror autem quid sit rei, ut quum *Dola* Cæsareæ sit ditionis, tam [illegible] quam se præbeat nostratibus. Id enim exemplis cognovi, tametsi tu pro tua civilitate dissimulas. Veruntamen vide etiam atque etiam, mi *Carole*, nè præcipites consilium. Quod maximè putas in rem tuam fore, id sequitor. Ita demum mihi futura est jucunda tua consuetudo, si quantum mihi allatura est voluptatis, tantundem studiis tuis fructus contulerit. Quid ego audio? Picæ rursus conferunt sua consilia, ut indulgentiarias nundinas instaurent? Quantum ibi jacturæ passi et Ecclesia! Risimus & cæteras tuas fabulas, mirum eximiè ridiculas. Judicium quidem tuum probamus, optime *Carole*, ac studium erga nos tuum amplectimur, sed si me audies, nec cum cycninis, nec cum planodorpiis, nec cum insulsicis avibus conflictaberis, quum volunt ex picis, graculis & upupis, vertuntur in viperas, lupos, aut apes. Nè in te crabrones irritaris. Musarum & Gratiarum contubernio temet oblecta. Erasmultus istorum inconditos ridere liber, sic, sed in sinu. A nemine magis lædi poterant quàm ipsi se lædunt. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, postrid. Calend. Julias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Rot. Lodovico Bero S. D.

SApuisti qui hinc maturè evolaris; nos subinde [illegible] libratis alis meditamur nidum relinquere, sed subinde remoræ quippiam exoritur, quod cogat comperendinare profectionem. Accidit hìc quidam, *Democritíne* risu, an *Heraclíti* lachrymis dignius, tu judicabis. Sacrificus quidam hìc advenit, is simulatque hospiti suo pecuniolam quam debebat, numerâsset, Vale, inquit, & age pœnitentiam: móxque progressus in publicum, extribuit nobis alterum περίοδον, clarâ & articulatâ voce, serio vultu clamans, Agite pœnitentiam, agite pœnitentiam, Agite pœnitentiam, imminet vobis manus Domini. Cum hoc præconio complures dies per omnes civitatis vias obambulavit. Ingressus summum templum, cœpit in conspectu *Canonicorum* vitam detonare. Id ridebant plerique, negligebant alii. Tandem ingressus ædem & *Oecolampadianorum* templa, & in hos vehementò tum liberiùs tum atrociùs vociferatus est, identidem animarum interemptores appellitans. Interpellavit illum quidam, Heus tu, vocas ad pœnitentiam, ede quid nobis censes agendum, & quibus modis sit placandus Deus. Ibi, veluti numine afflatus, *Gorgoneis* oculis intuitus percontatorem, *Pharisæe*, inquit, quid me tentas? Non aliud jussit me loqui spiritus. Dicitur & in monte *Pilicardi* περίοδον egisse, quum nec illic quenquam reperisset, cui liberet agere pœnitentiam, ipse tres menses conclusus carcere, pro omnibus pœnitentiam egit. Illinc dimissus, juncta præcepto Evangelico, *excusso pedum pulvere*, hùc demigravit, ubi quum multò minùs arrideret nomen pœniten-

pœnitentiæ, duci jussus est in carcerem. Quum duceretur nihilo segnius clamabat, Agite pœnitentiam. Alter satellitum, Ni taces, inquit, improbe, hunc pugnum ingeram in os. Ille tanto magis clamabat, Agite pœnitentiam. Quid actum sit in carcere, non liquidò scitur. Dimissum constat, hâc lege, nè redeat in ditionem hujus reipublicæ. Mox, ut accipimus, conculit se *Lucernas*, quæ civitas sic est infensa novis sectis, ut non alia magis. Illic aliquot diebus [illegible] functus officio, in hoc quoque retulit nobis *Joannem Baptistam* quòd conjectus est in vincula, in illo dissimilis, quòd ille decollatus, hic exustus est; nimirum quòd Baptistam malè repræsentaret anabaptista. Quæ secta quum magis invisa sit Principibus quàm ulla cæterarum, propter Anarchiam & rerum communionem, quam prædicare dicuntur, tamen nec templum habent usquam, nec regnum moliuntur, nec ullâ vi se tuentur; & habere dicuntur multos moribus longè syncerioribus quàm cæteri. Quanquam quid ibi syncerum esse potest ubi corrupta est fidei integritas? Si nobis corvus à læva crocitetur, commovemur, & aliquod grande malum imminere creditmus, & hominis vocem risimus omnes. Multis jam annis quid malorum non vidimus? Exactiones, tumultus, bella, cædes, pestilentias, famem, seditiones. Quis ituduit vel pilo fieri melior? Occalluimus adversùs flagella Dei, obduruimus adversùs illius medicamenta; quid supereſt nisi extremæ calamitatis diluvium? Utinam res felicius cedat omnibus quàm mihi præsagit animus. Sedulò molimur abitum, magno rerum dispendio, sed majore salutis discrimine. Verùm decretum est vertere solum, jacienda est alea. Bene vale. Datum *Basileæ* Idus Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterod. ornatissimo Antonio Fuggero S. D.

ITa sunt res mortalium, *Antoni* vir eximie, nonnunquam ubi speres summam amicitiam, exoritur summa simultas: unde nihil expectes, inde prodeunt amici candidissimi. Ad hunc videlicet modum vitam hominum temperat, qui è duobus doliis, quæ *Homerus* testatur in *Jovis* limine sita, læta tristibus, ac tristia lætis miscet. Quis expectâsset ex *Augusta Vindelicorum*, tam candidum, tam flagrantem, tam benignum amicum? Quid enim spirabat illa tua epistola, nisi singularem quandam tuam in me pietatem, quum hactenus nè tantillum quidem de te fuerim meritus? Quàm puras mihi grata fuit illa tam obvia benignitas? Itaque, mihi crede, multo plus voluptatis ac solatii ceperam ex tuis literis, quàm si quis opimum sacerdotium nunciâsset. Siquidem verissimè scripsit ille Regum sapientissimus, nihil esse tam charum quod cum syncero fidóque amico conferri debeat. Atque aliquanto plus gaudii tum persensi animo meo, quòd & tutam amaretet defertes liberalitatem tuam, & ego eâ non essem usus, pro qua nihilo quidem minus debebam, & debebam libenter, sed tamen juvabat: nec amici rebus cuicquam decessisse, & me debere quidem, sed debere liberiùs. Quisquis enim beneficium accipit, simul cum beneficio sollicitudinem accipit reponendæ gratiæ. Nihil autem ingenuis animis libertate dulcius. Quanquam tum quoque A sollicitabat me nobotilla cogitatio, circumspectantem quâ ratione declarare possem, quanti facerem studium erga me tuum. Accessit huc, quod non tantum ex *Lassonia* nostro cognovi te literis ac literarum cultoribus *Mecœnatem* haudquaquam fordidum præstare, quod non faceres, ni & vir optimus esses, & animum haberes opibus tuis superiorem, quanquam eas largiter fortuna minimè cæca in te congessit, si tamen illas fortunæ, ac non potiùs industriæ prudentiæque tuæ debes. Laudatus est *Vespasianus* pater, quòd malè quæsitis optimè sit usus. Quanto tu, *Antoni*, laudabilior, qui his quæ vel fortunæ favor objecit, vel industria paravit, tam bene uteris? Arguit & illud prudentiam tuam non vulgarem, quòd nulla tibi potior cura est, quàm ut liberi tui si quando contingent, aut si quos in liberorum vicem adoptâsti, jam inde à teneris, & ad pietatem, & ad honestissimas disciplinas instituantur, multum C abhorrenti à quorundam sententia, qui credunt se præterea nihil debere pietati, si filios suos modò dicârint. Agnoscis nimirum esse præclarius quoddam opum genus, in quod, animo conditum, nihil habeat juris fortuna. Proinde, non judicas liberos tuos esse verè divites, nisi hoc genere possessionum fuerint locupletes. Hæc itaque quum exhortularent animum meum, si minus ad reponendam gratiam, certè ad testificandum quàm penitus & nôssem & amarem pectus istud tuum, D tam excelsum ac nobile, ecce redditur altera abs te epistola, multò priore tum candidior, tum amantior. Equidem præclarè mecum actum iri putabam, si nostram excusationem humanitas tua bonâ consuluisset. Scripseram enim subtristis & inter sarcinas. At tuæ benignitati non satis fuit in bonam partem accipere, quòd munificentiam tuam ultrò delatam recusare quàm amplecti malui, sed literis amantissimè scriptis perpetuam amicitiæ fœdus mecum sancire dignatus es, E próque tua singulari modestia, ambis etiam quod mihi votis omnibus erat expetendum? Imò jam hoc ipsum in præciputs bonis meis numerare cœperam, quod tam eximius patronus, &, si ita mavis, amicus, catalogo meorum accessisset. Hæc tam multa votis quidem meis plus satis erant, at tuæ bonitati, clarissime *Fuggere*, nondum erant satis. Addidisti pignus & arrabonem, ut tu vocas, amoris in me tui perpetui, munus non minus elegans, quàm pretiosum, nec interim mutum. F Nam Distichon testatur autoris animum. Ex tam amico poculo, quid ni vel aqua mulsum sapiat? Etiamsi jam annis compluribus ad necessitatem bibo vinum, non ad voluptatem, magis pharmacum sumens quàm potum. Quum equestri agitatione caperer, solitus eâ corporis adrepentem languorem depellere, amici dono mittebant equos: sed ante triennium eques esse desii, non ab equis ad asinos, ut habet proverbium, sed in pedes dejectus. Verùm jam plusquam biennium est, G quòd nullam ex vino capio voluptatem; quod mihi bibitur non modò perparcè, verùmetiam aquâ è glycyrrhiza decoctâ sic dilutum, ut si insuetο porrigatur, medicam potionem esse diceret, non vinum. Verùm è tuo poculo, si non viteum liquorem, certè amorem bibere juvabit. Addis & illud ad cumulum tuorum erga me meritorum, ut in posterum utar amicitiæ jure, & ubicunque res postulârit, audacter requiram tuum officium.

Equidem

Equidem amplector quòd offers ex animo, sed quid tibi viciſſim pollicear non invenio. Si tecum munerum viciſſitudine contendam, meritò videar impudentior quàm *Marſyas*, qui cum *Apolline* canendi ſuſcepit certamen. Nè opella quidem mea ubi tibi poſſit eſſe uſui video. Si quid tamen indicaris, aut ſi quâ ſe obtulerit opportunitas, faxo ut intelligas omnia potiùs *Eraſmo* defuiſſe, quàm animi memoris propenſam voluntatem. Nunc ad reliquas epiſtolæ tuæ partes ſupereſt ut paucis reſpondeam. Quòd ſcripſi me à diverſis Principibus, ampliſſimis conditionibus aliò atque aliò vocari, nequaquam hoc eo feci, ut te cum illorum vel dignitate vel benignitate conferrem, ſed ut tibi perſuaderem, eam eſſe valetudinem, ut nec ob conditionum magnitudinem, nec in ullius gratiam oportuerit longinquæ profectioni committere. Ego candidum amicum omnibus Regum gazis antepoſuerim, tametſi Cæſarem ac *Ferdinandum* hactenus non minùs candidos erga me, quàm magnos experior. Nec deeſſet illorum liberalitas, ſed quemadmodum ab aulæ cultura meopte ingenio ſemper abhorrui, ita nunc per ætatem ac valetudinem ad eam ſum ineptus. Tum ut me paucis contentum non urget inopia, ita illorum benignitatem non admodum flagito. Cæſarea penſio jam debetur annis plus ſeptem, promittitur, nec mittitur. Et is eſt aulæ noſtræ ſtatus, ut officiarii bene ſecum actum putent, ſi quum nihil accipiant ſalarii, non cogantur ipſi numerare mutuum. Scripſit ſemel atque iterum ex *Hiſpaniis* Cæſar, Numeraretur *Eraſmo* ſua penſio extra ordinem: Reſpondit, ex conſilii decreto, *Margareta*, Si redeam in *Brabantiam*, vel aureos *Perſarum* montes eſſe paratos, non modò penſiunculam. Tanta porrò eſt flagitantium turba, tanta improbitas, ut mihi prius ſit negligere quicquid hoc eſt emolumenti, quàm præter ingenium meum flagitatorem agere. Eſt autem penſio, trecentarum in ſingulos annos librarum monetæ *Francicæ*. In ſumma videtur hoc eſſe quodammodo fatale aulæ Cæſareæ, ſemper egere. Dicas eſſe *Danaidum* dolium. Non exiguum eſt, ut tu modeſtiſſimè ſcribis, ſed planè regium eſt quod offers, quanquam etiamſi nihil offerres, animus iſte tam amicus poſſet *Eraſmum* iſtuc pellicere. Miſerè tum metuebam nè malè cederet nidum cui tot annis aſſueveram relinquere. Sed hæc profectiuncula, longè feliciùs ceſſit expectatione. Siquidem & ſitum diutinę quietis excuſſit, & cœlum hoc experior tam amicum meo corpuſculo, ut vix alibi commodius ſim expertus. Magiſtratum hujus urbis habebā faventem, & priuſquam me illi Rex *Ferdinandus* ſuis literis cōmendàſſet. Nihil incommodi eſt, niſi quòd nihil hìc non magno emitur. Id facilè negligo, homo pecunioſus ſcilicet & philoſophus. Quare bona ſpes eſt hanc civitatem mihi perpetuò fore quod dicitur ἀνδρεβέστατον. Mihi tamen foret gratius in civitate celebri vivere. Quod nuncias, pietatis cauſam iſthìc longè meliùs habere, quàm huc pertulerant quidam, non tantùm iſti reipublicæ, ſed tibi quoque privatim gratulor. In his rerum procellis nihil arbitror melius, quàm æquo libramine ſuſpendere res, ut neque prorſus in quorundam *Judaiſmum* ac tyrannidem recidamus, nec in Anarchiam ac paganiſmum devolvamur, donec Deus aliquis ἀπὸ μηχανῆς, quod aiunt, exortus, hos orbis tumultus ad tranquillitatem componat. Solus enim huic tragediæ lætum exitum imponet, nuper, ſed tribus duntaxat verbis. Jubeam inde ſcribam. Si potes tales legere ſi committam ut hàc quidem in parte meum officium queri poſſis. Dominum cum omnibus tibi chariſſimis ſervet amice inter præcipuos eximie. Neque noſtram amicitiam æſtimo menſum aut ſpatio. Amoris magnitudinem expendo, liceris te nec cuiquam veterum, nec ullis pum in benevolentia pietatéque erga ſum. Quod ego omen, *Autumi* chariſſime, amplector, & animum mutuum hoc meo grapho tibi polliceor, addico, dedicoque. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* Nonis Julii, Anno meſſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Rot. Joanni Cochleo S. D.

ACcepi libellos quos ad me miſiſti. Homo priorem jam devorâram, & adeo ardens quidem ac vafrum, tum ſpiritus illos cos, ut nonnihil ſuſpicarer *Hieronymum drum* operis eſſe parentem: alterum quot deguſtavi duntaxat. Nam demigrans turbavit res meas omnes. Cæſar, opinor, negotio mutat ſedem. Tanta eſt libellorum & ſchedarum ſupellex. Hic ſedeſſem, excuſſis denuò chartis non reperiebam quod volebam. Ex guſtu ſatis placet hominis ingenium, ac facilè paterer iſtiuſmodi ludicris *Lutheri* violentiam, niſi iſta procacia, non ſolùm mederetur Eccleſiæ diſſidio, verumetiam exacerbaret malum. Quam illius in me obſervantiam narres neſcio, mihi ſanè profectò ignota eſt quòd ſi nobis bene vult, non gravabor mutuâ benevolentiâ reſpondere. *Caſſiodorum* virum tantæ dignitatis, tantæ fortunæ, tam eruditum, tam pium, facilè inter felices & claros numero; ſed quòd omnes diſciplinas profanas ſuo ſtilo complecti ſtuduit, non admodum probārim. Primùm, ut cætera omnia ſuperiora ſumma, quis eſt qui præcellat unus in ſingulis? Aliquì hoc magis expediebat ſtudiis, ut eam quiſque portionem tractaret, in qua potiſſimùm Talis quidam affectus habuiſſe videtur *Auguſtinum*, quum adhuc eſſet in cathecumenis. Et tamen videmus, vir alioqui cœleſti ingenio, quantopere frigeat in quibuſdam gymnaſmatis. At *Caſſiodorum* apparet mediocri, ita dictione non admodum ſe. Tot *Greci*, tot *Latini* ſcripſerunt in ſed nemo fuſiùs quàm *Auguſtinus*. Hìc erat ſuccedere *Caſſiodoro*? Et arbitror cæteris quæ tractavit, ſui ſimilem eſſe. Sed multo pejus ocio ſuo videtur abuſus *Bruno*, *Cantuſiani* quidam inſtituti ſui principem lunt, qui mihi videtur in *Pſalmos Davidicos* um frigidè ſcripſiſſe, præſertim poſt terpretes. Optārim tamen omnes *Caſſiodori* brationes extare, vel ob id, quòd autores prorſus interierunt unde ille ſua decerpſit. hi quidem arridet animi modeſtia quam & in divi *Gregorii* ſcriptis adamare Porro non ſemel jam literis tuis hunc laborem emendandi veterum cedam; ipſe tractem diſciplinas aut

quæ nemo alius, ut ais, pari felicitate tractare possit. Non dubito, vir optime, quin sint qui possint idem in emaculandis autoribus præstare quod præsto; sed qui tantum molestiæ devorare velint, non video. Cæterùm à me posse scribi, quæ nemo possit alius, tum mihi persuasurus es, quum persuaseris mihi esse pavonis pennas. Attamen amo te tam amanter de me hallucinantem. Imo jamdudum me pudet præteritæ temeritatis, qui tam multa sim ausus supra vires, & illud potiùs à me flagitat & ætas & animus, ut in eorum à scribendi munere mihi dem rudem, præsertim hoc seculo furioso, quo nec bene loqui fas est, nec malè. Jam quod subdubitare videris, an libellum, ac duas epistolas quas scripsit adversùs *Lutherum*, suo *Marte* confecerit Rex *Angliæ*, id tibi cum multis commune est. Nec mirum quum hactenus prodigii simile fit habitum, præsertim apud *Germanos*, Principem scire literas. Cæterùm ut non contenderim neminem scribenti fuisse auxilio, quum eruditissimi quique viri nonnunquam egeantur amicorum subsidiis; ita non dubitem affirmare ipsum eorum quæ edit parentem & autorem esse: Siquidem patre natus est, quo vix alium reperias exactiore judicio. Mater item erat sanissimi ingenii, planéque singulari quadam tum prudentiâ, tum pietate: puellus admodum, studiis admotus est. Ingenium erat vividum, erectum, & ad quodcunque se vertisset supra modum habile. Neque quicquam attentavit unquam, quod non absolverit. Tanta naturæ dexteritas est, ut & in istis vulgaribus, velut equitandi jaculandique peritiâ, neminem non à tergo reliquerit. Dicas illum ad omnia natum. Nullum est Musices genus in quo non excesserit mediocritatem. Mathematicarum item disciplinarum mirè docilis. Nec unquam otiosit studia, quoties per regni negotia vacat, aut legit aliquid aut disputat, quod solet perlibenter, mirè comis ac placidus in certamine; dicas hic, socium esse non Regem. Ad eas conflictatiunculas nonnunquam præparat se lectione scholasticorum autorum, veluti *Thomæ*, aut *Scoti*, aut *Gabrielis*. Jam quod ad dictionis facultatem attinet, mitto tibi gustum unde conjicere possis quantum tot annis accesserit. Totam enim hanc epistolam, suâpte manu descripsit adolescentulus. Quum agerem *Venetiis*, literis ad illum missis, deplorabam mortem *Philippi* Regis, mei Principis, hoc fermè exordio; nam exemplar mihi servatum non est: *Allatus est hîc rumor tristior quàm ut verum esse credere libeat, sed idem constantior quàm ut omnino vanus videri possit, Philippum Principem in fata concessisse*, &c. Agnovit ille protinus schematis gratiam, & suam epistolam ut vides similiter exorsus est. Equidem manum agnoscebam. Cæterùm ut ingenuè dicam, tum nonnihil suspicabar, in sensibus ac verbis, alienis suppetiis adjutum fuisse. Eam suspitionem quum *Guilielmus Montjoius* mihi nullis argumentis posset excutere, cessit ac dissimulavit, donec esset satis instructus ad causam. Quumque fortè soli confabularemur, protulit multas ejus epistolas, quum ad alios, tum ad ipsum *Montjoium*, & in his etiam illam quâ meæ responderat. In his extabant manifesta signa commentantis, addentis, detrahentis, corrigentis & immutantis. Agnovisses singularum primam manum ac veluti deliniationem, agnovisses secundam ac tertiam, nonnunquam & quartam. Quicquid erat dispunctum, aut adjectum, ejusdem erat manus. Ibi quod tergiversarer, prorsùs nihil habebam, sed ipsâ re victus omnem posui suspitionem. Nec dubito quin tu, mi *Cochlee*, facturus sis idem, si propiùs nôsses illius Regis longè feliciſſimam naturam. Bene vale. *Basileæ*, Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Exemplar Epistolæ.

Princeps Henricus Des. Erasmo viro undicunque doctissimo S.

Jesus est spes mea.

Tuis plurimùm sum literis affectus, desertissime Erasme, quippe quæ & venustiores sunt quàm ut raptim videantur exaratæ, & lucidæ simplicesque magis quàm quæ ab ingenio tam solerti præmeditatæ judicentur. Fit enim, nescio quo pacto, ut quæ ab ingeniosis elaborata, deditiore depromuntur operâ, plus pariter affectata secum afferant difficultatis: nam dum tersiori studemus eloquio, subterfugit nos clandestinum apertus ille claréque dicendi modus. Sed tua istæc epistola quantum venustate pollet, tantum etiam suâ perspicuitate liquet, ut prorsus omne punctum tulisse videatis. Sed quid ego tuam laudare paro facundiam, cujus per totum terrarum orbem est nobilitata scientia? Nihil queo equidem in tuam laudem effingere, quod tam consummatâ istâc eruditione satis dignum sit. Quare tuas laudes omitto, de quibus silere satius puto quàm nimis parcè dicere. Rumorem illum de morte Castellani Regis, mei fratris penitus penitúsque desideratissimi, longè antè quàm ex tuis literis oppidò invitus acceperam: sed eum utinam aut serius nuntiò aut minus verum ad nos fama tulisset. Nunquam enim post charissimæ genitricis mortem, nuncius huc venit invisior: Et parciùs, ut verum fatear, huic literarum parti favebam, quàm earum singularis postulabat elegantia, quòd cicatricem, cui callum tempus obduxerat, refricare visa est. Verùm quæ superis sunt visa, mortalibus nata haberi fas est. Tu verò perge, eáque nobis literis significa si qua sunt istic nova, sed jucundiora. Deus fortunet quæcunque memoratu digna acciderint. Vale. Ex Richemundiâ *decimoseptimo die Januarii.* Epist. 16.

Erasmus Rot. Æmilio ab Æmiliis Brixiano S.

Scito ut ranque epistolam tuam, vir ornatissime, mihi redditam esse, quibus nunc de eodem, quod aiunt, oleo respondeo: quanquam quid opus responso, quum *Magium* habeamus χαμαιτοφάγον, quem opinor ad te recursurum. Non omnino mentiuntur *Dominicani* ac *Franciscani*, qui me mortuum prædicant, subinde mihi luctandum est cum mortis sarcellite calculo: ut omittam senectutis onus, de qua tamen non admodum habeo quod querar, ut fileam studiorum labores immodicos, néve commemorem assiduas conflictationes cum tot monstris nunc hinc nunc illinc adorientibus. An hæc vita dicenda sit nescio. Me quidem nullius laboris tæderet, nisi perspicerem hisce temporibus omnia in pejus ruere. Audio orthodoxos & hæreticos, audio catholicos & antichristos, sed nusquam video *Christum*. Jamdiu parturit Epist. 17.

parturit mundus, utinam aliquid boni pariat obstetricante *Christo*, alioqui nullam video spem. Dum Pharisaismus pugnat cum Evangelii vigore, repullulat Paganismus. Multi sperant per eos posse sopiri malum, qui præcipuè malo dedere causam. At vereor, nè magis exasperent. Utinam *Enchiridion* meum tam esset eruditum, ut tuam operam promereatur, aut tantum conduceret ad pietatem, ut te nec operæ pœniteat, nec invidiæ pigeat. Siquidem apud *Hispanos* populari linguâ versum miros picatum & gracculorum tumultus excitavit, nec substitisset nisi procerum quorundam, sed præcipuè Cæsaris favore sublevatum. Cur autem tantopere saragunt, nè quid mearum lucubrationum loquatur lingua vulgi, causa in promptu est. Isti nusquam non digna atque indigna in me deblaterant, & persuadent plurimis, quidni vincant ἐρήμῳ πλήθῳ; Quòd si libelli mei loquerentur sermone vulgari, mox deprehenderentur illorum impudentissima mendacia. Minus tamen fuerit invidiæ, si præfationem ad *Paulum Volzium* omiseris, sique nonnulla ambiguè dicta, ut trahi possint ad calumniam, explanes, & odiosiùs dicta, arte lenias. Mos gerendus est huic seculo συκοφαντικωτάτῳ, & *Paulus* nobis quâ licet imitandus est, qui omnia fiebat omnibus, ut omnes lucrifaceret. Porrò, tantum abest, ut ditionem operis velim remorari, ut magnopere cuperem idem factum in cæteris meis lucubrationibus, præsertim iis quæ minus habent invidiæ, & plus conducunt ad pietatem; quod genus sunt *Commentarii in quatuor Psalmos*, *Comparatio Virginis & Martyris*, *Misericordia Domini*, *Matrimonium Christianum*, *Vidua Christiana*, & *Paraphrases*. Ipse non gravarer *Gallum* aut *Rauracum* interpretem conducere, sed rara avis est, qui in sua lingua tantum præstare valeat. Ex laudibus quas mihi plenâ manu tribuis, nihil aliud accipio, nisi quòd me vehementer diligis, qui sic in judicio de me cæcutias. Ubi prodierit opus tuum, mox adprimè gratam feceris si codicem unum miseris, ut & ipse discam *Etruscè* loqui. *Bembi* verò pietatem magnopere probo, qui hoc quoque decus revocat suæ *Italiæ*, quam tot egregiis virtutibus hactenus illustravit. Hæc ut legas vereor. Scripsi enim plusquam ex tempore, quo vel hinc intelligas, quàm à me familiariter ameris, *Amplissime*. Reliqua cognosces ex *Vincentio Meo*, viro, ut mihi visum est, & pio & perhumano. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* pridie Idus Maij, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

D. ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLARUM LIBER XXIV.

Hermano Archiepiscopo Colonienſi Eraſmus Roterodamus S.

Epiſt. 1. QUum multæ me res crebrò sunt hortatæ, clarissime Princeps, tum ornatissimi viri *Hermani à Novaaquila* comitis semel atque iterum extimulavit oratio, ut te studiis meis vel omnium potiùs impensè faventem, quoniam coram non dabatur, scripto aliquo compellarem. Verùm id meditantem retrahebat pudor, interpellabant occupationes, deterrebat tuæ dignitatis splendor ac majestas. Nunc quoniam paululum ab occupationibus respirare dabatur, & pudorem, & reverentiam excussi contemplatione singularis istius humanitatis, quam ipse quidem expertus non sum, sed ex multorum, minimè levium hominum prædicatione cognovi. Eam si mihi propriè præstares, tamen ingratissimus essem nisi tanti Præsulis benevolentiam agnoscerem: nunc quum faveas nè de facie quidem noto, neque quicquam unquam promerito, sic interpretor, celsitudinem tuam non *Eraſmo* favere, sed quum optimis studiis, tum *Chriſtianæ* pietati: quòd illis restituendis ac provehendis, huic tranquillandæ stabiliendæque, videar aliquam operam impendisse, quàm felicem nescio certè sedulam. Nam & bonæ literæ propemodum expectatione feliciùs per omnes orbis regiones efloruerunt, & complures qui prius fuerant à sacris studiis alienissimi, correpti sunt horum amore. Quid multis? Res pulchrè succedebat, nisi quorundam seditiosa improbitas, dum repentè novum mundum dare nobis conatur, dissidiis opinionum, & contentiosis dogmatibus penè luxâsset rerum publicarum compages, & ecclesiæ totius concordiam labefactâsset. Atque hic mihi quidem perierit tot vigiliarum, tot sudorum, tot annorum hausorum fructus & gratia. Sed leviter angeret privatum incommodum, si publico bono periretur, præcipuè verò *Chriſti* gloria, cui soli esse debet unicus omnium actionum nostrarum. Nihil enim esse potest in rebus humanis verè prosperum ac felix, nisi quod *Chriſtus* operatur in nobis, sic ut, affectibus humanis quiescentibus, nostra voluntas illius serviat voluntati. Jam plus satis erat eorum malorum, etiamsi monarchum implacabiles iræ non accessissent, quæ quum tantum calamitatum invexerint orbi, tamen adhuc magis ac magis increscunt, summam omnium rerum confusionem minitantes, nisi deus aliquis velut ex machina de repente apparens, tumultuosæ tragœdiæ dederit insperatum exitum. Nos interim in tanta tempestate, rebus penè desperatis, quoniam præter vota penè nihil superest, fragmenta navis amplectimur, sicubi *Chriſtus* multum diúque jactatis portum aliquem ostendat. Nec prorsus abjicio spem, si Dominus, in cujus manu sunt corda Regum, dignetur Principum animos huc inflectere, ut existiment longè speciosius iram vincere quàm hostem: multò magis benevolentiâ constabilire regnum, quàm viribus. Et ad proferenda ditionis pomeria plus habere momenti clementiæ quàm fortitudinis opinionem. Pax rebus omnibus turbatis subitò coire non potest, induciæ possunt, saltem in annos aliquot. Interim de sarciendis rebus per otium deliberare liceret. Nunc vereor nè nobis contingat *Calon* quod aiunt victoria, quæ non minùs luctuosa victoribus quàm victis. Verùm hic ut dixi, nihil possum ultra vota. Hortatus sum semel atque iterum

rum Cæſarem ad amorem pacis, at ille proximis literis ita reſpondet: *Pro quiete*, inquit, *Reipublicæ, quod in nobis fuit, hucuſque nos ſtrenuè præſtitiſſe, non eſt cur aliquis dubitare debeat. Quid in præſentia præſtemus, quidque deinceps præſtaturi ſimus, ea malumus operibus declarare.* Hæc verba non admodum ſapiunt pacem. Quanquam autem bellum ingens omnium malorum agmen ſecum trahit, ea tamen reddunt afflictos magis quàm impios: gravior eſt opinionum calamitas, quæ, quod eſt omnium precioſiſſimum, bonam mentem nobis eripit. Atque hìc propè major eſt pervicacia contendentium, quàm monarcharum bellantium; fitque neſcio quo fato, ut nulli magis lædant cauſam vel hanc vel illam, quam qui ſibi videntur fortiſſimè tueri. Quidam enim ſic diverſum trahunt funiculum contentionis, ut, juxta proverbium, ruptâ, dum plus ſatis tenditur, reſte, utrique concidant in tergum. Non eſt neceſſe de omnibus quærere, multò minùs pronunciare. Satius eſt ea tractare quæ propriè faciunt ad doctrinam evangelicam. Habet mundus ſua quædam jura, habent ſcholæ ſuas exercitationes: nihil autem tradatur populo niſi quod & indubitatum eſt, & ad fidei negotium neceſſarium, & ad piè vivendum conducibile. Quidam, ut exempli cauſâ loquar, confeſſionem nimium arctârant: Contra, alii tollunt totam, quum eſſet quiddam inter utrunque medium. Item, quidam miſſam eò provexerunt, ut ferè ſit indoctorum ac ſordidorum ſacerdotum, vel ſacrificorum magis quæſtus, & hominum malè viventium fiducia: Rurſus, alii miſſam totam abrogant. At erat & hic locus moderationi, quâ fieret ut miſſam haberemus ſacratiorem puriorémque, neque tamen nullam. Similiter quidam immodico ſuperſtitioſóque divorum cultu, penè *Chriſti* cultum obſcurant; ex adverſo, alii damnant omnem divorum cultum ut impium. Quidam funditùs evertere nituntur omnem monachorum ſtatum, alii contra plus ſatis tribuunt humanis conſtitutionibus, ceremoniis, titulis & veſtium formis. In his aliiſque rebus, temperamento prudenti fieri poſſet, ut fidei dogmata certiùs meliúſque teneremus, ut confeſſio ſyncerior eſſet, ac minùs anxia: Ut miſſa ſacratior eſſet ac venerabilior, ut ſacerdotes ac monachos haberemus, ſi pauciores, certè meliores. Quanquam autem me vehementer diſcruciat hæc mundi tempeſtas, tamen nonnihil adhuc ſpei reſidet apud me, fore ut divina providentia tumultus hos vertat in bonum exitum. Ad id plurimum conducet Præſulum prudens moderatio, quæ ſic coerceat ſeditioſam impietatem, ut ſemper habeatur ratio veræ pietatis, hoc eſt, ſic evellantur zizania, ut non eradicetur triticum. Id facilius eſſet factu, ſi ſemotis privatis rationibus, ad unum ſcopum ſpectaremus omnes, hoc eſt, ad *Chriſti* gloriam. Nunc plerique ſuum agunt negotium, itaque fit ut nec privatim nobis bene ſit, nec publicè. Alii in alios culpam rejicimus, quum hæc mundi calamitas manus ſit Dei cunctos homines ad vitæ correctionem invitantis. Ad quem ſi confugiamus omnes, ipſe tempeſtatem hanc rerum humanarum facilè verteret in ſerenitatem. Verùm his de rebus nimis multa ad tuam celſitudinem, quæ multò rectiùs iſta perſpicit, quàm ego poſſum, cujus moderatiſſimam prudentiam, & prudentiſſimam moderationem mihi videor non ſolùm ex hominum prædicatione, verumetiam ex ipſâ te cognitam habere. Quòd autem vir iſtâ dignitate præditus, noſtros libellos auribus oculiſque tuis dignaris, ſi negem me gaudere, planè mentiar: ſed tamen huic voluptati junctus eſt pudor, ut qui mihi conſcius ſim, in meis lucubrationibus, quas ferè ex tempore, & alendis adoleſcentiæ ſtudiis dedimus, nihil eſſe quod tui ſimilium animos morari queat. Optârim autem vehementer tantum ætatis, tantam ingenii vim ad omnia mihi dari, ut aliquid elaborare poſſim, quod à tam eximio Præſule, & tam eximii Præſulis nomine legi mereretur. Interim hâc epiſtolâ tuæ celſitudini teſtatum volui, mihi & notum eſſe & ſummopere gratum ipſius erga me favorem, pro mea virili daturus operam, nè prorſus eo videar indignus. Dominus eam nobis diu ſervet incolumem. Datum *Baſileæ*, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo, decimo quarto Calend. April.

Hermanus Dei gratiâ Archiepiſcopus Colonienſis, Princeps Elector Vueſtualiæ, & Angariæ dux, &c. Eraſmo Rot. S.

VEnerabilis, ſyncerè dilecte, ante paucos dies redditæ ſunt nobis literæ tuæ, quibus perhumaniter quidem ac etiam eruditè, ad amicitiam tuam nos invitare viſus es; quædam inſuper nobis pro tua humanitate tribuens, quæ tamen ex amoris affectu potiùs quàm recto judicio profecta ſuſpicamur. Nihilominus velut *Cyrum* quendam à *Xenophonte* laudari nos abs te libenter patiemur, ut ſaltem quales eſſe erga Rempublicam *Chriſtianam*, ac nos etiam ipſos debeamus, vel te monitore clariùs perſpicere poſſimus: unde non eſt ut tantopere nos ad amandum te provoces. Nam audito nomine tuo, quo tu bonis ſtudiis non parum ornamenti attuliſti, ſtatim ad amorem tuum, velut impetu quodam rapti ſumus. Enimverò ea nobis adeſt voluntas, quæ tibi optima quæque precetur, etiamſi facultas fortaſſe non adſit ut tibi continuò illa præſtemus. Illud tamen certò tibi perſuadere potes, nos nihil antiquius ducere, quàm ut *Chriſtiana* Reſpublica ſimúlque & bona ſtudia, evulſis ſpinarum radicibus, liberè & ſecurè floreant. Id quod à ſtudioſis hominibus quotidie laboratur, ſed frequenter etiam ſine fructu, contra ſemper adnitente illo, qui per noctem zizania interſerit; & quo plus noceat, etiam ſpineta creſcere facit, quibus opprimatur bonum Dei ſemen. Tu verò perge pro tua virili ventilabro doctrinæ Evangelicæ, purgare aream plenam jamdudum loliginе & paleis. Quantum noſtrâ intereſt libenter etiam operam noſtram ad id negotii accommodabimus, ſperantes Domini Dei noſtri affulgente gratiâ pacem aliquando inter *Chriſtianos* Principes conventuram, ſine qua fruſtra laborat, quiſquis laborat errorum radices evellere. Interim verò precibus tuis adjuvari petimus, ut officio nobis commiſſo fideliter ac etiam utiliter incumbamus. Vale. Ex arce noſtra *Brulenſi* octavo Calend. Junii. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo. *Epiſt. 2.*

Erasmus Rot. Nicolao Vario Marvillano S.

Epist. 3. MUlta quidem nova quotidie nobis gignit hìc *Africa* noſtra, *Nicolae* chariſſime; ſed quædam ejus ſunt generis, ut nec tibi gratum arbitrer futurum legere, nec mihi tutum ſcribere. Quod nuper accidit accipe. Ad duodecimum Calend. Octobris, evocatus amœnitate cœli, ſeceſſeram in hortum, quem *Joannes Frobenius* ſatis amplum & elegantem meo commercatus eſt hortatu. Nam ibi ſoleo pomeridianis aliquot horis, vel ſomnum obrepentem arcere, vel aſſiduitatis tædium fallere, ſi quando invitat aeris temperies. Poſt deambulatiunculam conſcenderam domunculam hortenſem, jámque cœperam aliquid ex *Chryſoſtomo* vertere, quum interim vitreas feneſtras feriret fulmen, ſed tacitum ac lene. Primum ſuſpicabar oculorum eſſe errorem. Quum rurſus ſemel atque iterum effulſiſſet, demiror ac proſpicio ſi ſe vertiſſet cœlum, contractíſque nubibus pluviam ac tempeſtatem minaretur. Ubi nihil video periculi, ad librum redeo. Mox auditur ſonitus, ſed obtuſior. Ad eum modum Poetæ narrant *Jovem* ludere, ſi quando eſt hilarior. Siquidem longè aliud fulminis genus erat quo gigantum moles disjecit, ac *Salmonea* & *Ixionem* demiſit in tartara. Paulò pòſt emicat plus fulgoris, & audio fragorem horribilem, cujuſmodi fere crepitus audiri ſolet, ſi quando fulminis ictus impegit vehementiùs in aliquid ſolidum. Etenim quum agerem *Florentiæ* eo tempore quo *Julius* Pontifex terrenus *Jupiter* tonabat ac fulminabat adversùs *Bononiam*, magnam diei partem & tonabat vehementer & fulminabat, magnáque vis imbrium ruebat. In ſeceſſu ſedens ad exonerandam alvum, quum horribilis fragor inſonuiſſet, territus ſubduxi me, & ad cæteros redii. Aut me planè fallit, inquam, animus, aut poſt hunc crepitum audietis aliquid parum læti nuncii. Et ecce non ita multò pòſt, venit chirurgus nuncians in collegio virginum tres ictas; quarum una mox exanimata eſt, altera propemodum extincta, tertia ſic afflicta, ut negaret eſſe ſpem vitæ. Ad ſimilem itaque ſonitum ſurrexi, & proſpicio quæ ſit cœli facies. Ad lævam erat ſerenitas, ad dexteram conſpicio novam nubis ſpeciem, velut è terra ſeſe proferentis in ſublime, colore propemodum cinericio, cujus cacumen velut inflexum ſeſe demittebat. Dixiſſes ſcopulum quempiam eſſe, vertice nutantem in mare. Quo contemplor attentiùs, hoc minùs videbatur nubi ſimilis. Dum ad hoc ſpectaculum ſtupeo, accurrit famulorum unus quem domi reliqueram, anhelus admonens, ut ſubitò me domum recipiam, civitatem armatam in tumultu eſſe. Nam is mos eſt huic Reipublicæ, ut ſicubi fuerit exortum incendium, confeſtim armati procurrant ad tuendas portas ac mœnia. Nec ſatis tutum eſt armatis occurrere: ferrum enim addit ferociam animis, præſertim ubi nihil eſt periculi. Hortus autem in quo ſtudebam erat pone mœnia. Recurro domum, multis obviis armatis. Aliquanto pòſt rem totam didicimus, quæ ſic habebat: Paucis ante diebus in unam turrim earum quibus mœnia ex intervallis muniuntur, delata fuerant aliquot vaſa pulveris bombardici: ea quum magiſtratus juſſiſſet reponi in ſumma camera turris, neſcio quorum incuria repoſita ſunt in imam turrim. Quòd ſi vis pulveris in ſummo fuiſſet, tectum modò ſuſtuliſſet in aera, reliquis innocuis. Ac miro caſu per tumidas illas ſpeculatorias fulmen illapſum attigit pulverem, móxque vaſa omnia corripuit incendium. Primum impetus incendii tentavit an eſſet omne ferendo, poſſétque totam molem in altum tollere. Idque teſtantur qui viderunt turrim juxta partes imas hiantem ſemel atque iterum, ſed ruſus in ſe coeuntem. Ubi vis ignis ſenſit molem eſſe graviorem, quàm ut totam poſſit ſubvehere, eo conatu relicto, totam turrim in quatuor partes immani crepitu diſſecuit, ſed tantâ æqualitate, ut amuſſi Geometricâ factum videri poſſet, ac per aera, aliam aliò ſparſit: ipſe pulvis accenſus in altum ſe recepit, qui flammâ conſumptâ cinerem nubis præbebat ſpeciem. Vidiſſes immania fragmenta turris, avium ritu, volitare per aera; quædam ad ducentos paſſus deferri, quà dabatur liberum aeris ſpatium; alia civium domos longo tractu demoliri. Non procul à turri magiſtratus cerârat extruendas ædiculas, in quibus habitarent mulierculæ quæ corpore quæſtum facere malunt, quàm nere aut texere. Hæ lateris unius impetum excepere. Tantus autem erat fragor cùmque ſubitus, ut qui erant in propinquo putarent, rupto cœlo, mundum in chaos abiturum. Nec ridiculum putabatur quod vulgò dici ſolet: *Quid ſi cœlum ruat?* In agris multi ſunt reperti oppreſſi, multi ſic membris vel truncati vel afflicti, ut miſerandum ſpectaculum præberent obvium, è quibus aiunt extinctos numero duodecim, miſeri vexatos quatuordecim. Sunt qui credant hoc oſtento quiddam portendi in futurum; ego magis ἀπροφήτως quàm προφήτως nihil aliud arbitror ſignificari, quàm incogitantiam eorum, qui ſibi eum non uſque adeo rarum non præviderint. Nec mirum ſi pulvis ille leviſſimus diſjecit fatuum ædificium: etiam ſi turrim eam undique ducentorum pedum cinxiſſet paries, ignis ille ſubitus ac vehemens disjectis obſtaculis omnibus, erupiſſet in ſuum locum. Quid autem vento mollius? Et tamen incluſus terræ cavis boreas, nónne montes totos concutit, terram hiatu diducit, & interdum campos ſpacioſos in collem erigit? Quis hoc machinarum genus excogitavit? Olim artes aliquot manæ vitæ uſum repertas diis attribuit antiquitas, veluti medicinam *Apollini*, agricolationem *Cereri*, vitis culturam *Baccho*, furandi artificium *Mercurio*. Hujus inventi laudem, non puto cuiquam deberi, niſi vehementer ingenioſo cuipiam, nec minùs ſcelerato cacodæmoni. Si quid tale comminiſci potuiſſet *Salmoneus* ille, potuiſſet vel ipſi *Jovi* medium unguem oſtendere. Et tamen hic nunc *Chriſtianorum* atque adeo puerorum hóminum eſt. In tantum apud nos decreſcit humanitas, accreſcit immanitas. Olim *Corybantes* tympanorum & tibiarum ſtrepitu homines compellebant in rabiem. Habet enim ille ſonitus miram vim ad commovendos animos. At horribiliùs ſonant noſtra tympana, nunc anapæſtis, nunc pyrrichiis perstrepentia. At his nunc pro tubis *Chriſtiani* utuntur in bello, quaſi illic non ſatis ſit eſſe fortem, ſed oporteat furere. Quid autem dixi de bello? Ducimur ad nuptiis, utimur diebus feſtis, utimur in templis. Ad furioſum illum ſonitū procurrunt in publicum virgines, ſalrat nova nupta, ornatur feſti dici celebri-

tas,

tas, qui tum eſt maximè lætus, ſi toto die per urbem obambulet pluſquam *Corybanticus* tumultus. At ego arbitror apud inferos non alio organo celebrari dies feſtos, ſi modò ſunt illic ulli. *Plato* putat magni referre quo genere Muſices uteretur civitas, quid dicturus ſi hanc Muſicam audiſſet inter *Chriſtianos*? Jam hoc Muſicæ genus quod ſimul & flatile eſt & pulſatile, in templis ſolenne, quibuſdam non placet, niſi bellicam tubam longè ſuperet, & immanis ille ſonitus auditur à ſacris virginibus dum res divina peragitur. Nec id ſatis, ſacrificus vocem ad tonitrui fragorem effingit, nec alii magis placent aliquot *Germaniæ* Principibus. Adeo noſtris ingeniis nihil eſt dulce, quod non ſapiat bellum. Sed deſino σεσιγηκώς. Bene vale. Datum *Baſileæ* ſexto Calendas Octobris. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus Rot. Carolo Utenhoveo S.

MAgnam nobis ſollicitudinem exemit, mi *Carole*, qui te nunciavit incolumem perveniſſe *Patavium*. Nam ex quo nos reliquiſti, nemo literam abs te reddidit, nihilo plus à *Zebridovio*. Expectamus te poſthac & pulchrè *Ciceronianum*, & bene *Græcum*. Jam quo minus te pœniteat iſtius profectionis, nos ad Idus Apriles toti commigravimus *Friburgum*. Ea res ceſſit opinione felicius. Mihi cogitanti quorſum eſſent evaſura illa rerum indies novatarum procœmia, nihil læti præſagiebat animus; & hìc offendi cœlum mirè amicum meæ valetudini. Poſtremò, ſi nihil aliud, effugimus, opinor, *Carcinos* & *Planodorpios*. *Lodovicus Berquinus* proximis ipſius ad me literis promiſerat aliàs ad te ſcripturum. Eas literas nè fruſtra expectes: nam decimo Calend. Maias vitam morte commutavit, exuſtus *Lutetiæ* in *Gravia*. De cauſa nihil certi hactenus potui cognoſcere. Tantum audivi Judicibus duodecim delegatam pronunciandi autoritatem. Quum inſtaret dies, hominem fuiſſe traditum carceri. Hoc parum felix augurium. Pronunciatum eſt, ut exuſtis libellis & abjuratis articulis, lingua illi ferro perfoderetur, mox perpetuo carceri dederetur. Is auditâ præter expectationem atroci ſententiâ, Regem appellavit & Pontificem. Judices indignè ferentes appellandi verbum: Si non recipis, inquiunt, hanc ſententiam, efficiemus, nè poſthac quóquam appelles; & poſtridie pronunciârunt illum flammis tradendum. Aiunt primum articulum fuiſſe, quòd ſcripſiſſet in rem eſſe pietatis ut ſacri libri in linguam vulgarem tranſlati legerentur à populo, id quod ſenatus fieri vetuerat. Adhibiti ſunt ſatellites armati ſexcenti qui cohiberent ſi quid oriretur tumultûs. Hæc qui retulit, præterea nihil certi potuit adferre, niſi quòd aiebat *Guilhelmum Budæum*, unum opinor è Judicum numero, triduo priuſquam damnaretur, privatim egiſſe cum *Berquino*, ut ab inſanis, ut aiebat, erroribus reſipiſceret. Verùm hæc audivi tantùm, & quidem ab eo qui multa narrabat audita. *Montius* noſter, cujus religioſam nôſti fidem, nihil aliud auſus eſt ſcribere, niſi quod oculis ſuis cominus vidit. Aderat enim valde vicinus, quum curru veheretur ad ſupplicii locum. Nec vultu nec ullo corporis geſtu dedit ullum animi perturbati ſpecimen. Dixiſſes illum in muſæo de ſtudiis, aut in templo de rebus cœleſtibus cogitare. Nè tum quidem quum carnifex truculentâ voce crimen ac ſupplicium pronunciaret, quicquam de vultûs conſtantia mutare viſus eſt. Juſſus de curru deſcendere, nihil contatus deſcendit alacriter: Nec erat tale quicquam in eo vel audaciæ, vel ferociæ, quale in maleficis nonnunquam gignit immanitas. Relucebat in eo mentis ſibi bene conſciæ tranquillitas. Ante mortem verba fecit ad populum, ſed unde nemo quiſquam potuit aliquid percipere. Tantus erat ſatellitum fremitus, quem datâ operâ putant excitatum fuiſſe. Quum ad palum præfocaretur, nullus è turba acclamavit nomen *Jeſu*, quod paricidis etiam ac ſacrilegis acclamari ſolet. Sic omnium animos in illum excitârant, qui nuſquam non adſunt, & nihil non poſſunt apud ſimplices & imperitos. Eat nunc qui volet, & *Phormiones* iſtos laceſſito. Aderat illi *Franciſcanus* quidam, quem adiit *Montius*, rem expiſcaturus num vel moriens agnoviſſet errorem. Is aiebat agnoviſſe, aſſeverans ſe nihil omninò dubitare quin anima illius tranſierit in quietem. At ego *Franciſcani* dictis nihil habeo fidei, præſertim quum hoc ſit iſtis ſolenne, poſt extinctum hominem ſpargere rumores, quòd in incendio cecinerit palinodiam, quo ſimul & vindicatæ religionis laudem auferant, & multitudinis invidiam calumniæque ſuſpitionem effugiant. Nam quum *Bruxellæ* primitias immolâſſent exuſtis duobus monachis *Auguſtinenſibus*, tertiò in carcerem reducto, & clàm interfecto, quum mira conſtantia mortem oppetiſſent, quæ res Judicibus gravem movebat invidiam, ſparſerunt ridiculam fabulam, unum ex illis apparuiſſe cuidam *Auguſtinenſi*, qui nunciaret animas illorum eſſe incolumes, quòd in extremis reſipuiſſent, videlicet jam in ipſo incendio. Idque factum precibus Virginis matris. Nam & pridie Viſitationis exuſti ſunt, & *Nicolaus Carmelita* magno ſtudio ſacrificium hoc procurârat. Rogatus carnifex, ecquam pœnitentiæ vocem edidiſſent in rogo, negavit, ſed quum ducerentur ad palum, clarâ voce teſtati ſunt ſe mori *Chriſtianos*, & alligati palo admoto igni cangere cœperunt *Symbolum fidei*, mox *doxologiam*, *Te Deum laudamus*, donec flamma vocem intercluderet. Habes *Berquini* conterranei tui fatum, cui mihi natus fuiſſe videtur. De cauſa, quoniam mihi prorſus ignota eſt, non habeo quod pronunciem. Si non commeruit ſupplicium doleo, ſi commeruit bis doleo. Satius eſt enim innocentem mori quàm nocentem. Illud non dubito quin ſibi perſuaſerit eſſe pia quæ defendebat. Hinc illa vultûs tranquillitas. Verùm, ut ſcis, hominem de facie nunquam novi. Ex his qui propiorem cum illo habuerunt conſuetudinem diligenter ſciſcitatus ſum de ſingulis. Erant autem alioqui quod ad cauſam attinet *Berquino* parum æqui, qui aiebant illum annos natum plus minus quadraginta. *Berquinii* regionis dominum, cenſu modico, fermè ſexcentorum quot annis coronatorum, laicum ac cœlibem, ſed vitæ adeò puræ, ut nè rumuſculus quidem impudicitiæ ſit unquam in illum exortus; mirè benignus in amicos & egenos, conſtitutionum ac rituum Eccleſiaſticorum obſervantiſſimus, putâ præſcriptorum jejuniorum, dierum ſacrorum, ciborum, miſſarum, concionum, & ſi qua ſunt alia quæ cum pietatis

fructu recepta ſunt. Alieniſſimus ab omni fuco, ingenio libero ac recto, quòd injuriam nec cuiquam facere vellet, neque à quoquam perpeti poſſet, duntaxat inſignem. Ab inſtituto *Lutheri* plurimùm abhorrebat. Quid multis? Negabant quicquam eſſe in vita, quod non deceret *Chriſtianam* pietatem. Hoc aiebant in eo crimen eſſe graviſſimum, quòd ingenuè præ ſe ferebat odium in moroſos quoſdam Theologos, ac monachos non minùs feroces quàm ſtolidos. In hos palàm debacchabatur, nec ſtomachum ſuum diſſimulare poterat. Fuerat illi pridem neſcio quid conflictatiunculæ cum *Guilhelmo Querno* Theologo. Hinc ἀρχὴ τοῦ πολέμου. Mox ex libello quem, opinor, ediderat, decerptæ ſunt aliquot ſententiæ, quæ viderentur ad fidei negotium, ac perinde ad Theologorum cognitionem pertinere. Erant quantum memini hujus ferè generis, In concionibus incongruè beatam Virginem invocari pro Spiritu Sancto, nec aptè vocari fontem omnis gratiæ; & in cantico veſpertino, præter Scripturarum conſuetudinem, appellari ſpem & vitam noſtram, quum hæc magis quadrent in Filium. Ob hujuſmodi nænias ductus eſt in carcerem, reus hæreſeos periclitatus eſt. At Judices ubi viderunt cauſam eſſe nullius momenti, abſolverunt hominem. Qui detulerant, jactabant eum elapſum favore Regis, ipſe prædicabat ſe jure victorem, & apparabat libellum triumphalem. In hoc articulo rerum mihi primùm cœpit innoteſcere. Scripſit ad me de cauſa ſua, déque judicio parum æquo, quod *Quercus* & *Bedda* tuliſſent de quibuſdam ſcriptis meis. Ex epiſtola viſus eſt mihi vir bonus. Admonui tamen amanter ac liberè, ſi ſaperet, premeret ſuum encomium, fineret crabrones, & ſuis ſe ſtudiis oblectaret. Deinde, nè me involveret ſuæ cauſæ, quod utrique noſtrorum foret incommodum. Ille ut habebat quiddam cum palma commune, adverſùs deterrentem tollebat animos. Eam cantionem ſemel atque iterum occinui, ſed ſurdo, vaticinans illi futurum quicquid evenit poſtea. Tametſi tam atrocem exitum non expectabam, magnum tamen omnino malum expectabam. Prorepſerunt interim libelli clam excuſi, quibus ex meis verſis interjecerat ſua quædam. Id ubi ſenſi, acriùs expoſtulavi cum homine: quòd nec prudenter ageret, ſibi pariter ac mihi verſiunculis ejuſmodi conflans gravem invidiam, nullo fructu pietatis; nec ſatis amicè faceret, qui me plus ſatis gravatum, pergeret magis etiam aggravare. Si juvaret ipſum ejuſmodi conflictatiunculis exerceri, mihi nihil minus eſſe cordi. Proinde ſuam cauſam ſic ageret, nè me admiſceret. Ille ſui ſimilis reſpondit me totâ errare viâ, quum dicerer non aliâ ratione magis conflatam invidiam poſſe opprimi, quàm ſi vulgus mea legeret. Tum enim deprehenſum iri monachorum quorundam improbiſſimam vanitatem, qui ſuis ſycophantiis, fucis, ſuſurris, & malis artibus, plurimorum animos in me concitâſſent. Addebat exemplum epiſcopi cujuſdam viri non mali quidem ſed illiterati, quem iſti ſic inflammârant in me, ut nè nomen quidem *Eraſmi* ferre poſſit. Huic tradidiſſe ſe pacis querimoniam, *Gallicè* locuentem. Eâ delectatum Epiſcopum cœpiſſe in nos amico eſſe animo, & illos delatores vehementer deteſtari. Interim *Beddaici* quidam collectis pluribus articulis, curârunt hominem rurſus pertrahendum in carcerem. Plorum aliquot ad me miſit, ſimul cum cæteris Judicum. Erant, ni fallor, monachi tres: Prior *Cartuſianorum*, Prior *Celeſtinorum*, tertius neſcio quis. Reſponſionem ad illum remiſi, deliberans quàm illic nihil videretur impium. Quum ſubinde mitteret nova capita, ad quædam reſpondi, quæ decerpſerat è meis libellis, ad ea quæ ex ſe propoſuerat nunquam reſpondi. Quid multis? Monachi pronunciârunt in carcere ſententiam definitivam, jámque nihil ſupereſſe, niſi ut exuſtis libellis, ac peractâ palinodiâ, reciperet præſcriptam ſatisfactionem, quæ tamen non immitis eſt à monachis, aut, ſi id recuſaret, iret ad ignem. Ille vir fortis nè in uno quidem illis ceſſit, ac perierat, niſi quidam è ſenatu cordatiores, perſpicientes rem calidis monachorum ac *Beddaicorũ* odiis geri, reſpondiſſent ſe totam cauſam à capite uſque ad calcem denuò velle cognoſcere, ídque non ſine fremitu eorum qui pronunciârant. Hoc enim nihil aliud videbatur, quàm illorum ſententiam reſcindere. Id favore regiæ matris procuratum autumant. Dum hæc agitantur, Rex commodùm reverſus eſt ex *Hiſpania*. Is admonitus *Berquinum* ſuum inter monachos et *Beddaicos* periclitari, primùm per caducatorem, mox per literas denunciavit ſenatui, nè quidquam merè paterentur fieri in ſuum conſilium, ſe brevi adfuturum, ac diligentiùs de toto negotio velle cognoſcere. Aliquanto poſt ejus è carcere ſervatus eſt in aula ſatis commodè, ſed minus ſub cuſtodia. Tandem ſuæ libertati reditus eſt, quo poſſet faciliùs ſuæ cauſæ conſulere. Ibi dictu mirum, quantum fiduciæ concepit animo. Non enim ſolùm promittebat ſibi abſolutionem, verumetiam victoriam, & quidem ſpecioſam. Aiebat victoriam eſſe in manibus, ſed malle ſeriùs aliquanto finiri cauſam, quo magnificentiùs triumpharet. Jámque munus ſacerdotii, ipſam facultatem ſacratiſſimam, monachis et *Beddaicos* reos peragebat impietatis. Nam quodam arcana deprehenderat in illorum actis. Quo magis ſibi placebat, eo magis timebam homini. Proinde crebris epiſtolis hortatus ſum, ut vel aliquâpiam ſemet extricaret à cauſa, pari cum rerum amici, ut prætexu regiæ legationis longiùs profiſciſceretur: fortaſſis Theologos paſſuros ut eo tempore evaneſceret, nunquam paſſuros ut impietatis crimen, quod illis objiciebat, agnoſcerent. Etiam atque etiam cogitaret quàm excetra eſſet *Bedda*, quótque capitibus efferret venenum: Tum expenderet ſibi cum immortali adverſaria rem eſſe; facultas enim non moritur: ſimul illud cogitaret, qui cum tribus monachis belligeratur, eum cum multis plerisque langibus habere rem, non ſolùm opulentis et potentibus, verumetiam improbiſſimis, et in omni malarum artium genere inſtructis. Illos non conquieturos, donec ei procuraſſent exitium, etiamſi cauſam haberet meliorem quàm habuit *Chriſtus*, neque plus ſatis fideret Regis præſidio. Principum enim favores eſſe temporarios, ac delatorum artibus facilè in diverſum trahi illorum affectus. Poſtremò, ut nihil horum accidat, magnos etiam Principes vel delaſſari talium improbitate, vel metu odiorum quam cogi, ut cedant, præſertim cùm *Franciſcus* Rex, ipſe quidem humaniſſimus, patrium ſeverus

fortunæ flatibus uteretur? Non eſſe tutum quamvis imbecillem hoſtem contemnere, nedum tam multos ac tam potentes. Obteſtatus ſum, ut ſi ſuam incolumitatem pro nihilo duceret, vir doctus ac bonus, certè ſe ſervaret ſtudiis & amicis, quibus intolerabilem excitaret invidiam ſi quid ſecus quàm vellemus accidiſſet. Quòd ſi nihil horum moveret illius animum, certè ſuam cauſam ageret ſeorſum; me neque cum monachorum agminibus, neque cum Theologica facultate velle habere diſſidium, ſi modò liceat. Quæris quid profecerim? Tot modis deterrens, addidi animum. Interim veteris comœdiæ licentia ferebatur in monachos ac Theologos, præſertim in *Syndicum Beddam*, ac propemodum οὐδὲ τῶν ἴσων ἐχόμενον peragebat. Mox impetratum eſt à Rege, ut *Bedde* libros in *Fabrum* ac me ſcriptos diſtrahi vetaret. Ad hæc impetratæ ſunt Regis ad Theologicam facultatem literæ, ut duodecim articulos qui in *Bedde* libris viderentur habere manifeſtam impietatem, atque adeò blaſphemiam, aut damnarent omnium ſuffragiis, aut ſacrarum Scripturarum teſtimoniis comprobarent. Hæc quum illi pollicerentur certam victoriam, ego reſpondi nihil aliud eſſe quàm irritamenta hoſtium, qui ſuâ ſponte plus ſatis inſanirent. Nam frigidum Regis edictum obſuit etiam *Fabri* meæque cauſæ: Eo ſiquidem factum eſt, ut liber clàm diſtractus non niſi in hoſtium manibus verſaretur; ac, nè quid haberet detrimenti typographus, in *Germaniam* & *Angliam* deportaretur. Ipſum autem vehementer errare, ſi crederet talibus nugis adverſarios opprimi poſſe. Nihil profeci monitor, niſi quòd illi magis ac magis accrevit fiducia. Interea prodiit edictum gymnaſiarchæ, nè magiſtri collegiorum diſcipulis prælegerent mea Colloquia. Hic ſibi pollicebatur futurum, ut tantâ contumeliâ provocatus, cauſam operâ communi capeſſerem; ac ſubornavit quendam qui me vehementibus literis eodem provocaret, victoriam eſſe in manibus, nec defutura magnatum auxilia. Nunc eſſe tempus ut Theologis in poſterum omnis detraheretur autoritas. Ambobus reſpondi, me demirari illorum animos, qui crederent me, relictis omnibus negotiis, per omnem vitam velle cum Theologica facultate contendere: imò ſic potiùs animatum eſſe, ut citiùs paſſurus ſim meos libros prætet æquum ab illis damnari, quàm hâc ætate, quæ flagitaret quietem, ſine fine belligerari. Et, ſi meæ poteſtatis eſſet, malle efficere ut omnes plurimum tribuerent Theologorum autoritati, quàm ut nemo quicquam illis crederet. Omnibus epiſtolis inculcavi, meum animum mihi nihil lætum præſagere, utcunque ille ſibi plauderet, animadvertere ſpes illi adeſſe mirè pertinaces, ſed miſerè timere nè fallaciſſimas: fiduciam adeſſe ſtrenuam, ſed mendaciſſimam. Obteſtabar ut ſibi conſuleret, ſi ſibi charus eſſet: profugeret potiùs aliquò, vel in *Germaniam*, ubi nulli façeſſitur negotium ob hujuſmodi articulos, nè apud orthodoxos quidem, niſi ſi quis palàm profiteatur populúmque commoveat. Addebam, me jamdudum pigere noſtræ amicitiæ, quæ mihi plus mali conciliâſſet, quàm multorum capitales inimicitiæ. Hæc toties occinens nihil profeci. Poſt hæc tamen rariùs ac frigidiùs ad me ſcripſit, præſentiens, opinor, non omnia præclaris iſtis ſpebus reſponſura. Equidem dolebam nominis fatum, quem arbitror, ſi quid erravit (cauſam enim, ut dixi, non novi) perſuaſione erraſſe, non malitiâ. Sed quid facias homini ultrò morti devoto, & ſuo jumento, quod aiunt, ſibi exitium accerſenti? Impoſuit illi ſua fiducia, nocuit ingenuitas, neque minùs nocuerunt quorundam inepti tumultus, qui ad quamvis occaſionem geſtiunt ac triumphant. Ut igitur his coercendis profuerit mors *Berquini*, ita periculum eſt nè *Beddis* ſuâ ſponte plus ſatis inſanientibus nimium accedat animorum. Inter errores & hæreſes varia ſunt diſcrimina: neque parum intereſt inter eum qui perſuaſione ſeductus eſt, & eum qui malitioſâ pertinaciâ tuetur impium dogma. Rurſus, refert ſimplicitérne quis erret, an colligendâ factione turbet publicam tranquillitatem. Ob quemlibet errorem exuri hominem novum exemplum eſt, ac miror unde petitum. *Gallorum* tamen religioſam mentem vehementer approbarem, ſi quantum nunc propendet ad ſuperſtitionem, tantum valeret judicio ſpirituali. Certè hactenus ſe præſtiterunt *Romano* Pontifici frugi mancipia. Digni Principibus optimis, qui qualeſcunque contigerunt, bonâ fide ſerviunt. Et tamen fortaſſis in hanc partem peccare præſtat, quàm effrenem licentiam moliri, quam in aliquot *Germaniæ* civitatibus exoriri videmus, in quibus Pontifex eſt *Antichriſtus*, Card. creaturæ *Antichriſti*, Epiſcopi larvæ, Sacerdotes porci, monaſteria conventicula Satanæ, Principes tyranni. Summa rerum eſt penes plebem Evangelicam, ſed armatam, & ad pugnandum quàm ad diſputandum inſtructiorem. Tantum habui, quod de *Berquino* ſcriberem, qui ſi deceſſit cum bona conſcientia, quod admodum ſpero, quid eo felicius? Damnari, diſſecari, ſuſpendi, exuri, decollari, piis cum impiis ſunt communia. Damnare, diſſecare, in crucem agere, exurere, decollare, bonis Judicibus cum piratis ac tyrannis communia ſunt. Varia ſunt hominum judicia. Ille felix, qui Judice Deo abſolvitur. Bene vale. Datum apud *Friburgum Briſgoæ* Calend. Juliis. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Roterodamus Lamberto Grunnio Scribæ Apoſtolico S.

HActenus, eruditiſſime *Lamberte*, ab hoc genere cauſarum lubens abſtinui, licèt à multis interpellatus, neque cuiquam amicorum moleſtus eſſe ſuſtinui: verùm hìc ſingularis quædam pietas me depulit à vetere inſtituto, ſecítque ut & ipſe novum patrocinium ſuſciperem, & tibi viro amiciſſimo in amici negotio negotium faceſſerem. Quapropter hoc operæ primum abs te peto, ut totam rei ſeriem digneris cognoſcere. Siquidem confido futurum, ut ſi hoc impetro, & meum comprobes officium, & tuum non illibenter impertias, non jam amicitiæ noſtræ, cujus gratiâ ſcio te nihil non facturum, ſed ipſi cauſæ. Agitur enim non de lana, quod aiunt, caprina, ſed de ſalute indolis multò omnium feliciſſimæ, quæ planè viva ſpiránſque defoſſa peribit, niſi nos fuerimus opitulati. Utinam tibi perinde nota eſſet atque mihi eſt totius negotii ratio; tribus verbis, ſat ſcio, cauſam hanc apud te peroravero. Sed tamen rem omnem optimâ fide ſic tibi depingam, ut nihil aut certè quàm minimum te fugiat, quod ſcire ſit operæprecium. Nam & is cujus cauſam ago, à puero *Epiſt. 5.*

mihi sic cognitus est, ut vix ipse mihi sim notior, & pleraque quæ ad causam pertinent, non audivi tantum, sed perspexi oculis. Tanta autem est rei indignitas, ut ipse vix hæc absque lachrymis commemorare queam, nec tu fortassis, quæ naturæ tuæ bonitas est, siccis oculis lecturus sis. Sed est hoc *Christianæ* pietatis, mi *Grunni*, non tantùm gaudere cum gaudentibus, sed etiam flere cum flentibus. Scio tibi, vir optime, & probè notam, & insignirer invisam esse quorundam Pharisaicorum improbitatem, qui juxta testimonium Evangelicum, non solùm per maria, pérque terras, sed per omnes Principum aulas, per omnes divitum ædes, per omnes scholas, per omnes compotationes obambulant, ut proselytum aliquem in nassam illiciant, víxque credendis artibus insidiantur puerorum ac puellarum simplicitati; nôrunt ætatem, & injuriæ & fraudi idoneam, ut eos in vitæ genus pertrahant, unde se non possint extricare, semel irretiti; quâ non alia servitutis species miserior. Nam mancipium de lapide emptum ita potest demerere dominum suum, ut ex servo fiat libertus. Itaque non te remorabor nimium nota commemorando, posteaquam istorum stratagematis mundus undique plenus est. Quis enim fuit unquam eximiæ indolis, aut honesto loco natus, aut opulentus puer, quem isti non tentârint insidiis, cui non tetenderint retia, quem non captârint dolis, frequenter insciis, nonnunquam & invitis parentibus? Id quum sit quovis plagio sceleratius, tamen histriones, pietatis etiam titulum audent sceleri prætexere. Ad *Christum* inquiunt, etiam calcatis parentibus fugiendum est, & adversùs afflatum divini Spiritûs nihil valet parentum autoritas: quasi verò Satanas non sit & inter monachos, aut quasi quicunque cucullam accipiunt, afflati sint *Christi* spiritu, quum multò maxima turba vel stultitiâ, vel insciâ, vel desperatione, vel ocii ventríque studio ducatur. Quòd Deus jussit liberos parentibus obtemperare, extra controversiam est: quis spiritus instiget hominem ad monachismum, nec ipsi certum est qui trahitur. Hìc vides quantum campum nobis aperiat locus communis, sed non libet in eo commorari, quum quotidianis illaqueatorum querimoniis omnium aures calleant. Equidem nolim improbare cujusquam institutum, nec istis patrocinabor, qui ut incogitanter se præcipitârunt in foveam, ita quod malè cœperant, pejus relinquunt, non ad libertatem, sed ad peccandi licentiam fugientes. Cæterùm in tanta corporum & ingeniorum varietate, non omnibus omnia congruunt, neque quicquam accidere potest præclaris ingeniis infelicius, quàm ut in aliquod vitæ genus, vel arte inducantur, vel vi propellantur, unde se non possint explicare. In hoc enim potissimùm sita est hominum felicitas, si quisque ad hoc applicetur, ad quod naturâ compositus est. Quosdam enim ad cœlibatum aut ad monachismum adigere, nihilo feliciùs cedat quàm si asinum ducas ad certamen Olympicum, aut bovem ad ceroma, ut aiunt. Hoc præfatum esse sat est. Nunc accipe simul & optimi juvenis calamitatem, & istorum plagiariorum detestandam improbitatem. Atque hìc rursus oro ut mihi te præbeas attentum. Vehementer enim cupio tuo judicio comprobari quod ago. Nam obsequii nonnunquam pœnituit: Quod judicio fit, nunquam non placet.

A Duo fratres sunt, *Florentius*, & [illegible] *Antonius*. Admodum pueri matre [illegible] pater aliquanto pòst decedens, [illegible] trimonium reliquit, sed quod [illegible] abundè sufficeret, nisi cognatorum [illegible] morienti aderant, rem tumultuasset. Nam [illegible] pecuniæ, nè pilus quidem reperiri est. [illegible] quod supererat in rebus soli, ut in [illegible] nec perinde promptum harpyiarum [illegible]

B cunque satiserat perdiscendis artibus [illegible] ni rursus tutorum indiligentiâ, bona [illegible] disset. Scis quàm pauci mortales sint, [illegible] eno negotio bonâ fide vigilent. Tutores [illegible] huc animum adjecerant, ut eos educarent [illegible] sterio, miram existimantes pietatem [illegible] victu prospectum esset. Hâc subpe [illegible] pensos, Guardianus quidam homo [illegible] magnáque pietatis opinione, perpulerat, [illegible] tim unum, sub quo ludi literarii [illegible]

C ma pueritia grammatices prima [illegible] cerant. Erat autem is juxta vulgarem [illegible] tionem, vir pius & innocens; hoc est non vini, [illegible] scortis, nec luxu, nec temulentiâ, nec aliis crimi- nibus infamis; sed homo sibi vivens, ac mihi pe- cus, nec judicio quioquam vulgo præstans, ac literas approbans, nisi quas ipse perverterat, & paucas didicerat. Nam *Florentio* decimum tum annum agenti, quum ille scripsisset aliquanto politiùs, respondit severiter, ut si pollicitus esset tales epistolas, adjungeret commentarios: ipsi semper hunc fuisse morem, ut plane scribat & *punctatim*, nam hoc verbo est usus. In

D hoc affectu fuisse, quo plurimos esse iubet, ut existimaret se victimam Deo gratissimam immolare, si quem discipulorum adduxisset ad monasticæ. Solétque gloriabundus commemorare quot adolescentulos quoque anno vel *Francisco*, vel *Dominico*, vel *Benedicto*, vel *Augustino*, vel *Bernardo* lucrifecisset. Proinde quum jam esset maturi scholas quas *Universitates* appellant; non ut illis erant Grammatici, & *Petri Hispani* Dialectica magnâ ex parte didicerat; tamen ne quid illic haurirent aliquid mundani spiritûs, ac pœne detrectarent, curavit illos ablegandos in contubernium quorundam, qui vulgo *Fratres Collationarii* vocantur, qui nusquam gentium non vagantes, instituendis pueris quæstum faciunt. Horum illud præcipuum est studium, ut si quem puerum videant indole generosiore & alacri,

F cujusmodi ferè sunt ingenia felicissima, eum plagis, minis, objurgationibus, aliísque variis modis frangant ac dejiciant, id appellant curare, atque monasticæ fingant. Quo quidem nomine gratis amantur à *Dominicanis* aut *Franciscanis*, quod dicant ipsorum ordines brevi interituros, ni pœnes illos aleretur seminarium. Ex illorum enim cortibus legunt suos tyrones. Equidem arbitror & inter illos esse viros quosdam minimè malos, sed quum optimorum autorum impiè laborent, quum in suis tenebris, suis quibusdam moribus ac ritibus degant, séque non alios, sed sibi ipsis comparent, quum bonam diei partem cogantur precum & operarum pensis impendere, non video quo pacto valeant liberaliter instituere puerilitiam: certè res ipsa loquitur non aliunde pueri dire adolescentes inelegantiùs docte, aut melioribus deterioribus. Apud hos igitur biennium & eo amplius perdiderunt. Certè junior ille

perdi-

perdidit, ipse præceptoribus aliquanto doctior, in his duntaxat literis quas illi profitebantur. Unus præceptorum talis erat, ut *Florentius* negat, se quam vidisse monstrum vel indoctius vel glorioſius. Et tales non rarò præficiuntur pueris. Non enim eliguntur eruditorum judicio, sed arbitrio patriarchæ, qui plerumque literas nescit. Alter verò qui semper visus est unicè delectari indole *Florentianâ*, quum sentiret agi de redditu in patriam, cœpit privatis colloquiis solicitare animum adolescentis ut ipsorum accederet instituto, multa commemorans quibus pueri solent illectari. Quod utinam esset factum. Nam aut volentem pietatis amor apud illos detinuisset, aut si res ità tulisset, licuisset in pristinam redire libertatem. Neque enim hoc hominum genus, quod habent præcipuum bonum, ac priscæ religionis vestigium, votis insolubilibus astringitur: & si verè piorum ac spiritualium sententiâ plus valeret quàm crassorum judicia, nullum posthac esset votum insolubile præter vota baptismi, præsertim ut nunc habet mortalium vel malitia vel imbecillitas. Quum igitur instaret ille crebris hortatibus, interim addens & blanditias, & munuscula & oscula denique; puer haud puerilitèr respondit, nec vitæ genus, nec ipsum sibi satis adhuc notum esse, simul ac maturuisset ætas tum hac de re deliberaturum. Cessit quidem ille vir non omninò stultus ac malus, verùm ex hac hominum sodalitate novi, qui non modò terriculamentis ac blanditiis, verumetiam horrendis obtestationibus, ac propè dixerim, exorcismis & incantamentis, pueros nondum egressos annum decimum quartum, divites ac bene natos conati sunt obtundere, ut, inscîis parentibus, ipsorum instituto semet addicerent. Quid est plagium, si hoc non est? Ergo quum in patriam rediissent *Antonius* ac *Florentius*, tutores qui rem, quamvis exilem, non optimâ fide tractârant, agunt de instituto monastico; partim quo citiùs expedirentur à cura, partim quia ille ludimagister, qui solus rem administrabat (nam unus pestilentiâ correptus subitò decessit, nec ratione redditâ, tertius homo negotiator leviter hâc sollicitudine tangebatur) gratissimâ, ut dixi, victimâ se Deo litaturum arbitrabatur, si duas oves illi mactâsset. *Florentius* ut sensit illos sic agere, quasi pupillorum voluntatem haberent obligatam, contulit cum germano quem habebat ferè triennio majorem, ipse vix dum egressus annum decimum quintum, num verè esset ejus animi, ut se vellet illigari nodis quos in posterum non posset explicare. Is ingenuè fatebatur, se non duci amore religionis, sed trahi metu tutorum. Quid, inquit *Florentius*, te dementius, si stulto pudore metúque hominum, à quibus tibi certè non sunt metuenda verbera, temetipsum conjicias in vitæ genus, quod nec cujusmodi sit nôsti, nec, si semel ingressus sis, queas referre pedem. Ibi *Antonius* allegare cœpit facultatulas, quum per se exiguas, tum tutorum etiam attritas negligentiâ. Nihil est, inquit *Florentius*, quod metuas: corrademus quicquid supereſt, & conflatâ summulâ petemus Academiam, non deerunt amici, & multi quibus omninò nihil est, suâ aluntur industriâ. Postremò, Deus aderit ad honesta tendentibus. Hoc responsum adeo probavit *Antonius*, ut multas etiam spes ostenderit quæ minori non venerant in mentem. Itaque communi consilio decretum est, ut monasticum negotium in aliud tempus rejiceretur, donec très etiam aut quatuor annos in scholis versati, per ætatem ac rerum usum rectiùs possent dispicere quid expediret. Constanter ambobus placuit hæc sententia. Sed major angebatur etiamnum scrupulo, quomodo respondendum esset tutoribus, qui non explorată pupillorum voluntate negotium hoc sedulò seriòque agebant. Hic concepta est responsionis formula; quam *Antonius* approbavit quidem, tantum orabat ut minor esse vellet dux verbi, & amborum nomine responderet: Nam erat is ad dicendum timidior, quemadmodum & indoctior. At *Florentius* accepit quidem conditionem, sed diligenter à fratre stipulatus propositi constantiam; nè, si me, inquit, post datum responsum destituêris, tota tragœdia devolvatur in caput meum. Nunc potiùs muta sententiam, si vel blandimentis vel sævis dictis putas tè posse depelli gradu. Neque enim mihi credè, res agitur ludicra. Sanctè dejeravit *Antonius*, deditque fidem se dictis mansurum. Venit post aliquot dies tutor ille, multâque præfatus de sua erga pupillos pietate, déque miro studio ac vigilantia, cœpit illis gratulari quòd ambobus reperisset locum apud eos qui bis Canonici gaudent appellari. Hic *Florentius* puer ex pacto pro utriusque respondens, egit quidem gratias pro benevolentia proque sedulitate. Cæterùm negavit sibi fratríque suo videri consultum ut id ætatis ad hæc rerum humanarum imperiti, semet addicerent alicui vitæ instituto, nec ipsi adhuc satis noti sibi, ac prorsus ignari quale foret illud quod aggrederentur. Nondum enim ullum monasterium fuerant ingressi. Nec suspicari poterant quodnam animantis genus esset monachus. Multò videri satius, ut post aliquot annos in studiis honestissimis actos, tempestiviùs hoc negotium ageretur. Ita rem feliciùs successuram. Hanc pueri tam non puerilem responsionem, quum tutor debuerit exosculari, si vir fuisset verè pius & Evangelicâ prudentiâ præditus: imò quum adolescentes, si fortè conspexisset eo puerili calore propensiores, remorari debuerit, nec statim affectui temporario fidere; tamen haud aliter incanduit, quàm si pugno cæsus esset: & homo alioqui lenis, ut videbatur, ingenii, hic impotens iræ, vix manus pudore continuit, sed miro supercilio *Florentium* appellavit nebulonem, negavit habere spiritum: agnoscis monachorum vocem: abdicavit tutelam, recusavit esse fide jussor apud eos apud quos illis victum emerat, testatus est nihil superesse: ipsi dispicerent, ubi caperent cibum. His aliisque multis sævis ac plagosis conviciis verberabat minorem, quæ tum puero quidem excutiebant lachrymas, propositum tamen judicio susceptum non excutiebant. Accipimus, inquit, tutelæ abdicationem, teque nostri curâ liberamus. Ita tum discessum est. Tutor ubi perspicit se minis & jurgiis nihil proficere, adhibet fratrem suum negotiatorem, de quo dictum est, virum mirè comem & blandiloquentem. Convenitur in viridarium, jubentur considere pueri, proferuntur pocula, post amicas fabulas cœptum est accuratiùs etiam agi negotium, sed aliâ ratione. Blanda omnia, multa mentiebantur de mirifica felicitate illius instituti, ostendebant magnarum rerum præclaras spes, addebant preces. Quid non? His delinitus major cœpit labascére, videlicet oblitus non semel dejeratæ

ratæ constantiæ. Minor nihilo secius perstat in sententia. Breviter, perfidus ille prodito fratre, accepit jugum, sed clàm suffuratus si quid erat rei paratæ, quod tamen illi novum non erat. Atque illi quidem pulchrè cessit res. Erat enim ut ingenio tardus, ita corpore robustus, attentus ad rem, ibi vafer & callidus, pecuniarum furax, strenuus compotor, nec scortator ignavus; in summa, adeo minori dissimilis, ut supposititius videri posset. Nec enim unquam aliud fuit germano quàm malus genius. Non ita multò post, hoc munus gessit inter suos sodales, quod *Iscariotes* inter Apostolos. Is tamen ubi vidit fratrem miserè illaqueatum, tactus conscientiæ stimulis deplorabat, quòd eum in nassam protractum perdidisset. Audis *Judæ* confessionem, & utinam ad illius exemplum sese suspendisset, antequàm facinus hoc tam impium admitteret. Erat *Florentius*, ut ferè solent nati literis, rerum communium & imperitus & negligens, atque in his mira simplicitas. Reperias enim quosdam ante pilos, astutiâ puberes. Nec alibi quàm in studiis valebat ingenium. Nam huc totum intenderat, & huc vi naturæ rapiebatur, ab infantiæ crepundiis versatus in scholis. Corpore delicato, sed tamen ingenii rebus satis accommodo, vix dum ætatis annum ingressus decimum sextum. Postremò, febri quartanâ languidus, quæ puerum jam supra annum tenebat, ex illa sordida & illiberali educatione collectâ. Quò se verteret talis adolescentulus undiquaque proditus ac destitutus, rerum omnium rudis, nec à morbo liber? An non hìc satis adhibitum est violentiæ ad propellendum quóvis puerilem animum? Perstitit ille tamen in non temerè conceptâ sententiâ. Interea tutor ille stolidus, nè non perficeret quod instituerat, ad peragendam fabulam subornat varias personas, diversi status, atque etiam sexus, monachos, semimonachos, cognatos & cognatas, juvenes ac senes, notos & ignotos. Inter quos erant quidam adeo naturâ fatui, ut nisi eos commendâsset sacra vestis, pro morionibus cum auriculis & tintinabulis publicitùs obambulâssent. Erant & alii quos arbitror superstitione peccâsse magis quàm malitiosa voluntate; sed quid refert pereuntis, stultitiâ jugulétur, an perverso studio? Ibi quot arietibus quatitur puerilis animus? Alius depingebat amabile simulachrum monasticæ tranquillitatis, optima quæque decerpens; sic laudari potest & quartana febris, non pauca largitur admentiens, sed diversa supprimens. Alius μελαγχολικῶς exaggerabat hujus mundi pericula, quasi monachi sint extra mundum, quemadmodum seipsos pingunt in bene munitâ navi, cæteros omnes undis jactari, perituros nisi ab illis contus porrigatur, aut funis. Alius ponebat ob oculos terrificos inferorum cruciatus, quasi ex monasteriis non pateat iter in tartara. Alius fabulosis exemplis territabat, sunt enim his instructissimi. Quidam viator labore fessus insedit tergo draconis, putans truncum arboris esse. Excitatus Draco, reflexo collo devoravit hominem. Sic mundus devorat suos. Quidam fortè inviserat monachorum sodalitatem, quum vehementer invitatus ut illic maneret, persisteret in sententia, discessit, sed in via obvius Leo dilaceravit miserum. Narrabantur & visa prodigiosa, non minùs inepta quàm quæ aniculæ de spectris ac lemuribus solent commemorare. Quidam diverso fabularum genere sollicitabant, de monacho qui cum horis aliquot quotidie conferebatur *Christo*, de *Catarina Senensi*, cui paulo ante fuit cum *Christo* sponso vel amasio ponè familiaritas, ut ultrò citróque deambularent in cubiculo, nonnunquam & preces horarias simul absolverent. Cum primis exaggerabant commemorationem illam bonorum operum; quasi ipsis hæc deperssint, ac non potiùs interdum magis egerent misericordiâ Domini quàm laici, aut quasi non sit in toto corpore *Christi* benefactorum communio. Nè longior sim, nullum machinarum genus non admotum est ingenio pueri simplicis, delinito perfidiâ fratris, denique valetudine fracti: nec minore curâ, studio, vigilantiâque advigilatum est, quàm si civitas opulenta fuisset capienda. Tanti visum est illis plus quàm Pharisæis, unum adolescentem spirantem ac vivum defodere. Inter hos erant qui sui ordinis negotium agebant, ut tantopere favent, ut hâc gratiâ missi odissent se dissideant, & *Christianam* professionem tantum non pro nihilo ducant. Puer erat & ingenio & literis, & facundiâ præstantior, quàm pro ætate: Unde sperabant eximium aliquod ornamentum suo sodalitio accessurum. Hæc erat illa pietas, hic erat ille zelus. Multa sciens prætereo, ocissime *Grunni*, nè singulis commemorandis tibi sim tædio; & tuæ prudentiæ est, ex commemoratis conjicere cætera. *Florentius* interim hæsit inter sacrum & saxum, ut est in Proverbiis. Dum ita pendet circumspectans sicunde deus aliquis apparens spem salutis ostenderet, fortè fortunâ incidit quoddam collegium, urbi in quâ tum agebat vicinum. Ibi reperit *Cantelium* quendam, quicum ab infantia fuerat enutritus. Is erat annis aliquot natu grandior, ingenio vafro, & nunquam non spectante ad suum commodum, animi tamen excelsi. Hunc non tam pietas quàm vestra studium & amor ocii pellexerant in monasterium. Erat enim naturâ γλιχρὸς, & eximè piger, in literis parùm feliciter progressus, tantùm canendi peritus, quam ad rem fuerat à teneris exercitatus. In *Aulia* frustra venatus fortunam, quum parentes rei familiaris angustiam, ac liberorum turbam occinerent, ad cucullæ confugit aram, quæ rei hoc nomine laudanda est, quòd sat commodè nutrit θρέμματα, alioqui fame peritura. Ibi *Cantelius* ex colloquio deprehendens quàm feliciter *Florentius* processisset in literis, illicò de suo negotio cogitans, incredibili affectu cœpit ad eam rem consortium exhortari (Erat autem natura *Mercurialis*) admirandam quandam ejus instituti imaginem verbis repræsentans, exaggerans beatam illam tranquillitatem, libertatem, concordiam, quid multis? angelorum contubernium. Illud præcipuè repetens & inculcans, quanta esset librorum copia, quantum ocium studiis. Noverat & scam quâ capi poterat adolescentis animus. In summa, si audisses hominem, dixisses illic esse non monasterium, sed vireta Musarum. Amabat *Florentius* pro naturæ suæ candore. *Cantelius* puerili vehementique affectu, præsertim ex tanto intervallo præter spem repertum, ut ferè solet etiam fervidos amores in sodales quosdam concipere. Nondum enim noverat mortalium ingenia, sed ex suo animo æstimabat omnes. *Cantelius* quidem nullum non movebat lapidem in omnis se vertens, ut incantamentis subigeret animum pueri, ac

nec flexit tamen. Ab eo colloquio digreſſus *Florentius*, ab alteris majore jam impetu exceptus eſt. Adornârant enim validiores arietes. Ingerebatur ſumma rerum deſperatio, amicorum omnium fimultas, denique quo genere mortis non aliud cruciabilius βουλεία, ni mundo renunciaret: ſic enim illi loquuntur, contumelioſo vocabulo mundum appellantes, quos *Chriſtus* ſuo ſanguine redemit à mundo, ac monachis ceu proprium aſſerentes, quod eſt *Chriſtianorum* omnium commune. Ab his diu vexatus magis quàm labefactatus, redit ad *Cantelium* tantùm fabulandi gratiâ. Ille ſummis jam viribus hoc agebat, ut ſibi ſecretum & gratuitum præceptorem adjungeret. Erat autem *Florentius* mitè propenſus ad amicitias, ac facilis ad obſequendum amiculis. Itaque quum nullus eſſet obtundendi finis, nec ulla ſpes affulgeret, ad collegium ſe contulit, non illud quod paraverat tutor, ſed in quo fortè reperit veterem collactaneum. Erat autem locus ille tam putris & inſalubris, ut vix bubus alendis eſſet idoneus, nè dum tàm delicato corpuſculo. Verùm ætas illa nec ciborum, nec cœli, nec loci rationem ullam habere dicebat. Nec tamen huc eo ſe contulit animo, ut inſtitutum amplecteretur, ſed ut interim obtundentium voces effugeret, donec ipſa dies adferret melius conſilium. *Cantelius* interim ſedulò ſuam rem agebat, abutens ſodalis & facilitate & ſimplicitate. Nam *Florentius* illi clàm unà nonnunquam nocte comœdiam *Terentianam* totam prælegebat, ut intra paucos menſes præcipuos autores abſolverent furtivis ac nocturnis congreſſibus, magno diſcrimine tenelli corpuſculi: verùm hoc nihil ad *Cantelium*, qui nactus occaſionem ſibi intus canebat, nec enim quenquam amabat ex animo præter ſeipſum. Interea, nè *Florentius* reſiliret à cœptis, nihil illi non permittebatur: arridebat puero æqualium grata ſodalitas, canebatur, ludebatur, certabatur verſiculis: non adigebatur ad jejunium, non excitabatur ad cantiones nocturnas: nemo monebat, nemo objurgabat, favebant & arridebant omnes. Atque ita per incogitantiam menſes aliquot effluxerunt. Ubi jam imminneret dies deponendæ veſtis profanæ, & induendæ ſacræ, *Florentius* ad ſe rediens, cœpit canere veterem cantilenam, & accerſitis tutoribus agere de libertate. Ibi rurſus minæ crudeles, & oſtenſa rerum extrema deſperatio, niſi pergeret in bene cœptis. Nec hìc inſtrenuè partes ſuas egit *Cantelius*, cui non expediebat amittere nocturnum & gratuitum præceptorem. Obſecro te, an non hæc mera vis eſt in puerum naturâ ſimplicem, imperitum & incogitantem? Quid moror? Reclamanti injecta eſt veſtis, quum ſcirent animum nihil immutatum. Eo facto, rurſus blanditiis & indulgentiâ lactabatur puerilis animus. Itaque rurſus per luſum & incogitantiam annus ferè totus effluxit. At jam propemodum compererat, illud vitæ genus nec animo nec corpuſculo ſuo congruere. Nam animo præter ſtudia nihil erat ſuave. Ibi verò nullus ſtudiis vel honos, vel uſus. Alioqui non abhorrebat à pietate, ſed cantionibus ac ceremoniis non perinde capiebatur, quibus ferè tota illorum vita conſtat. Ad hæc, in talia ſodalitia plerunque protruduntur ingenio tardi, naturâ ſemifatui, ἄμυοι, ventríſque quàm literarum amantiores. Inter hos ſi quod exoriatur ingenium excellens, ac diſciplinis natum, per illos opprimitur,

A nè emergat. Et tamen tales ſibi vindicant tyrannidem, ac ferè fit, ut qui ſtolidiſſimus eſt, maximéque improbus, modò robuſto corpore, is in eo grege valeat plurimum. Jam mihi cogita quanta ſit crux ingenio Muſis nato, inter tales ætatem omnem degere. Nec ulla illic manumiſſionis ſpes, niſi ſi ſortè contingat præfici collegio virginum, quâ ſervitute nihil eſt infelicius. Nam præter fœminei gregis aſſiduam curam, quotidie deſi-
B dendum eſt in prolixis comporationibus non ſine pudicitiæ periculo, neque rarò fit, ut Patriarcham ſuum jam ætate fractum, & inutilem ad piſtrina relegent præſepia, hoc etiam miſeriorem, quòd aliquandiu voluptariam vitam egerit. Corpuſculum autem adoleſcentis erat naturâ tam impatiens inediæ ut cibo ultra ſolitam horam prolato, frequenter ſit periclitatus, quum ipſe tamen ſui ignarus nihil tale cogitaret, tantum ſtomachi eruciatu, & cordis defectu admonebatur. Hæc fortaſſe rident craſſæ pecudes, quas etiam ſi fœnò
C paſcas, laſcivirent. At periti medici non ignorant hanc eſſe proprietatem corporis admodum rari, ſubtiliúmque ſpirituum, cujuſmodi præferibunt cibos concoctu faciles, frequenter ac parcè ſumptos, quum alios reperias qui ſemel expleto ventre ſine ulla moleſtia diutiùs durent quàm vultures. Eadem corpora medici docent impatientiſſima frigoris, ventorum, ac nebularum eſſe, ac citiùs offendi circumfuſo aere, quàm infuſis
D cibis. Habebat adoleſcens aliud peculiare incommodum, quod illi à teneris annis in hanc uſque ætatem hæret, invincibile. Non niſi profunda veſpera poteſt obdormiſcere, & a ſemel interrupto ſomno non redormiſcit, niſi poſt horas aliquot. Quoties hoc deplorare ſolet in familiaribus colloquiis, ſibi negatum, aureis illis horis frui, ſuaviſſimámque diei partem ſomno perire? quoties conatus eſt vi naturam expellere, ſed fruſtra? Porrò, incœnem pervigilium excipit, non abſque valetu-
E dinis incommodo. A piſcibus ſic abhorrebat adoleſcens, ut ad odorem modò, protinus ſentiret gravem capitis dolorem non ſine febri. Quid talis animus, quid tale corpus faciat in monaſterio, præſertim ita ſito? nimirum quod piſcis faceret in arvo, aut bos in mari. Hæc quum illi patres non ignorarent, ſi fuiſſet in illis mica ſynceræ charitatis, nonne debuerant ultrò ſubvenire puerili vel inſcitiæ, vel incogitantiæ, & his admonere verbis: Fili, ſtultum eſt fruſtra niti, nec tu congruis huic
F inſtituto, nec hoc inſtitutum tibi: Dum integrum eſt, aliud vitæ genus delige. Ubique *Chriſtus* habitat, non hìc tantùm: ſub quavis veſte bene colitur pietas, ſi non deſit animus. Dabimus operam, ut propitiis tutoribus & amicis redeas in libertatem. Ita nec tu nobis futurus es oneri, nec nos tibi exitio? Hæc erat digna verè piis oratio. At nullus verbo monuit, quin potiùs omnes machinas admovebant, nè miſer ille thynnus elaberetur è naſſa. Alius dicebat hunc eſſe Sataræ morem, ut in tali articulo omnes technas, omnes do-
G los admoveat, quo ſupplantet novum *Chriſti* tyronem. Hunc conflictum ſi fortiter ſuſtineret, cætera fore prona atque etiam jucunda. Affirmabat idem ipſi uſu veniſſe quondam, nunc ſibi videri in paradiſo vivere. Alius injiciebat ſcrupulum, oſtendens ingens periculum, nè divus *Auguſtinus* irritatus magnum aliquod malum immitteret ob contumeliam deſertæ veſtis: atque huius

rei

rei commemorabat horrenda aliquot exempla: alius inciderat in morbum immedicabilem, alius perierat ictus fulmine, alius à vipera morsus interierat. Addebat, vestem sumptam habere tacitam professionem. Nec apud Deum esse multò levius crimen, nec apud homines minus infamiæ, quàm si professus desciviſſet. Nullo non genere telorum urgebant adolescentem, sed nullo graviore, quàm infamiæ metu. Nunc inquiunt, serum est resilire, missa est manus ad aratrum, non est fas in tergum respicere: si vestem multis testibus acceptam deposueris, semper eris hominum fabula. Hic *Apostatæ* vocabulum miris tragœdiis exaggerabant. Quò tandem ibis inquiunt? Non poteris unquam in bonorum virorum venire conspectum. Et monachis eris execrabilis, & profanis invisus. Erat autem adolescentis ingenium virgineo quodam pudore, ut mortem leviùs horreret quàm probrum. Ex altera parte urgebant & tutores & amici, quorum aliqui rem furto minuerant. In summa, vicerunt improbitate. Adolescens & animo abhorrens, & verbis reluctans, coactus est capistrum accipere, non aliter quàm bello capti vinciendas manus victori præbent, aut diutinis victi tormentis faciunt, non quod volunt, sed quod collubuit potentiori. Animum *Florentius* utcunque vicisset, cæterùm corpus nemo sibi fingere potest. Interim fecit adolescens, quod solent ii qui carcere sunt conclusi, solabatur se studiis quatenus ibi licuit. Nam hoc ipsum furtim erat agendum, quum palàm inebriari liceat. Literis igitur fallebat captivitatis tædium, donec casus insperatus, veluti deus quispiam ἀπὸ μηχανῆς spem salutis ostenderet: Id evenit, nam ab Episcopo quodam præpotente evocatus in ipsius familiam, inde gradu facto profectus est ad celebrem Academiam. Quod ni accidisset, tam insignis indoles in ocio, in deliciis, in comporationibus computruisset; non quòd criminetur suum sodalitium, sed quòd ipsius naturæ non congruebat: frequenter enim quod aliis vita est, aliis mors est. Ea autem est juvenis verecundia, modestiáque, ut nihil inimicè de suo sodalitio veteri prædicet; sed quidam silentio & pudore plus loquuntur, quàm si multa verba facerent. Nec tamen horum quicquam factum est, nisi permissu atque adeo jussu episcopi ordinarii, permissu præpositi, tum domestici, tum generalis, denique cum pace totius sodalitatis. Quanquam autem esset libera conscientia, scirétque se voto adacto non teneri: illud tamen interim dedit partim verecundiæ naturali, prorsus immodicæ, quæ illi sæpenumero magno fuit malo, partim hominum imperitorum ac superstitiosorum invincibili offendiculo, nè vestem mutaret, quamvis ad hoc à suo præsule invitatus. Aliquanto post evenit per occasionem, ut in longinquam regionem amore studiorum proficisceretur. Ibi juxta morem *Gallicæ* gentis togulam lineam supra vestem gestabat, putans hoc illic non insolitum esse. Verùm hinc bis in præsens capitis periculum incidit, quòd illic chirurgi qui pestilentiâ laborantes curant, candidum linteum gestant humero lævo, à fronte & à tergo pensile, quo facilè conspicui, possint & ab obviis & à sequentibus vitari: qui tamen ipsi nisi per desertas vias obambularent, saxis impeterentur à concurrentibus, usque adeo gens ea mortem horret, ut ad thuris etiam odorem efferentur quod in funeribus soleat accendi. Quodam tempore quum *Florentius* viseret amicum eruditum, duo fortè obvii lenones aut certè satellites, vocibus mirè paricidialibus, ac strictis gladiis erant ipsum occisuri, nisi matrona commodùm præteriens illos admonuisset non chirurgi sed ecclesiastici cultum esse. Nec illi tamen desinebant fremere, nec gladios recondebant, donec pulsatis fòribus (nam domus erat in proximo) intrò receptus esset. Alio quodam die visebat quosdam sodales conterraneos. Ibi repentè ex undique concursus cum saxis ac fustibus, furioso clamore invicem se cohortantium, Occidite canem, Occidite canem. Interim occurrit sacrificus, qui tantùm arridens illi dixit, sed voce tacitâ & *Latinâ*, *Asini*, *Asini*. Illis adhuc tumultuantibus, mox juvenis quidam perquàm elegans & purpuratâ chlamyde prodiit ex ædibus. Ad hunc velut ad aram confugit *Florentius*. Nam vulgi linguam prorsus ignorabat: Miratur quid sibi vellent. Hoc, inquit, certum habe, nisi ponis istud lenteum, aliquo die lapidaberis; monco te, tu monitus cave. Itaque linteolum non deposuit, sed texit summâ veste. Bone Deus, quantum tragœdiarum ex re nihili! Hic exhorrescent stolidi, qui summam religionis in veste collocant, quam nec ego dixerim temere abjiciendam, sed hanc *Cartusiani* sæpe negotiatoria commutant, quo tutiùs perveniant ad synodum. Canonici verò vel studii gratiâ, vel longinquæ profectionis causâ mutant aut celant, nullius autoritate, citra omnem reprehensionem. Non enim est eadem religio lineæ vestis quæ cæterarum. Nam olim Canonici non erant monachi, & nunc medium genus est, in favorabilibus monachi, in odiosis non monachi. Sed horrendum facinus est, si quis *Dominicanus* aut *Franciscanus* sacram vestem abjicit. Nam *Dominicanum* pallium totam divitum domum sospitat prosperátque, & pueri aliquot annis ex voto matris gestatum, tuetur à morbis & horrendis casibus: *Franciscana* tunica, etiam mortuo inducta liberat ab inferis. Quin & summus Pontifex, monachos quosdam qui diversis vestium formis convenerant admonet, ut offendiculi vitandi gratiâ simili cultu uterentur omnes. Nec Pontificia decretalis fulminat in eos qui honestis de causis vestem sacram ponerent, sed qui id facerent, ut licentiùs cum profanis ea faceret qua solet vulgus. Nam linea vestis non est monachorum, sed Episcoporum, & fortassis olim clericorum. Nec *Augustinus* in sua regula formam ullam vestis præscribit, imò damnat pocilà singularem cultum, admonens nè sit notabilis clericorum habitus, nec affectent vestibus placere sed moribus: licèt satis constet eam regulam mulieribus scriptam non viris, sed cum illis nunc ago qui viris scriptam existimant. Postremò, cultus hic est *Romani* Pontificis, quum maximè Pontificalem ornari solet. Hæc quum non ignoraret *Florentius*, tamen ut omnem impleret justitiam, ex amicorum consilio facillimè impetravit à summo Pontifice, ut pro suo arbitrio, quodcunque signum instituti, quacunque corporis parte gestaret. Quum illinc revocatus esset ad suos *Mecænates*, quos imbebat nec indoctos, nec infimæ sortis, recepit cultum *Gallicum*, qui præter linteolum pensile nihil differt à veste presbyteri secularis: hic enim ignominioso verbo nunc vocantur legitimi ecclesiæ

clesiæ ministri, & ab Apostolis *Christóq;* instituti. Nec id fecit absque gravium virorum consilio. Quum ita cultus prodisset in publicum, admonitus est ab amicissimis, cum ornatum in ea regione prorsus intolerabilem esse. Celaret linteum. Dices poterat totum ejus gentis cultum sumere. Verùm eo nihil est operosius, opus est qui sustineat fluentem caudam, levâ retinenda est sinuosissima cuculla. Nam hoc illic in primis habetur magnificum, nimirum ad exemplum Cardinalium. Tum negotia cogebant eum, subinde mutare regionem, ac veste polypum fieri. Nam cultus qui alicubi reverendus est, alibi prodigiosus habetur. Postremò, erat hospes, & quotidie illi versandum erat cum magnatibus: qui non quavis veste delectantur. Tandem visum est synceriſſimis amicis, ut quemadmodum habebat liberam conscientiam, ita Pontificis autoritate in totum omni scrupulo sublato, suæ libertati restitueretur, nè toties ponenda sumendáque veste gravius etiam scandalum pariat malè loquacibus. Addam & illud: Vitæ genus in quod protrusus est adolescens, adeo liberum est, ut minimum absit à libertate secularium. Nec jam loquor de libertate arrepta, sed de concessa ab iis qui fuerunt autores. Hoc admoneo, quòd Pontifices solent in talibus esse faciliores ad relaxandum, quàm quum discedit ab ordine *Seraphico*, *Cartusiano*, aut *Brigidensi*. Nam hi nec recipiunt hìc Pontificis autoritatem, quum eandem largientem immensa privilegia, ac prærogativas, habeant sacrosanctam, ac tantum non *Christo* præponant. Non hìc disputabo de Votis monasticis, quæ quidam supra modum exaggerant, quum hoc genus obligationis, penè dixeram servitutis, nec in Novo nec in Vetere testamento reperiatur. Deinde quum Sabbatum, autore *Christo*, sit constitutum propter hominem, non homo propter Sabbatum, multò magis hujusmodi constitutiones cedere debent, quoties officiunt hominis saluti, præsertim animæ, quum Dominus loquatur de salute corporis: agitur enim de fame, & homini sanato die sabbati. Sed isti verè sunt illi Pharisaici, qui bovem & asinum delapsos in puteum extrahunt violato Dei sabbato, hominem totum perire sinunt ob suum sabbatum. Non huc adducam quanta sit turba monasteriorum, in quibus adeo nulla viget disciplina pietatis, ut præ his lupanaria sint & magis sobria, & magis pudica; tum quàm multa, in quibus præter ceremonias & speciem externam nihil est religionis. Hi sunt illis propemodum deteriores, quòd cum spiritu *Christi* careant, tamen ex illis Pharisaicis ceremoniis incredibile dictu quàm attollant supercilium, universam pietatem inextrariis constituentes, & ob has pueros ad necem quotidie cædentes. Quanquam ipsi eas miro tædio peragunt, nec omninò peracturi, nisi crederent hoc spectaculum populo videri mirificum. Postremò, quàm mira paucitas collegiorum in quibus ex animo vivitur juxta regulam pietatis, & in his ipsis, si *Silenum* aperias, si propiùs inspicias, si ad veræ pietatis coticulam explores, immane quàm pauculos reperias synceros! Quàm callidæ sunt artes satanæ, quàm sinuosum est cor hominum, quanta simulandi vafricies, quibus rebus, etiam senibus rerum peritissimis frequenter imponitur, & hæc postulant, ut paucis mensibus perspiciat puer? Atque hanc vocant professionem.

A Jam donemus repertum collegium, in quo consistent omnia, quid fiet quum mutatur corpus ejus qui professus est? quum in locum boni patriarchæ succedit stupidus, temulentus & Tyrannus, quum probi sodales mutantur improbis? Mutet, inquiunt, vel domum, vel institutum. Verùm hic quàm ægrè dimittunt suos, sed multò ægriùs alii recipiunt, suspicantes aliquid latere monstri, quòd à vetere sodalitio recesserit, & si quem ibi B nutu offenderit, protinus audit, Quin redis ad tuos? Ad hæc, quàm anxia disputatio qui sit ordo strictior, qui laxior? Nam suum quisque vult videri strictissimum. Et hæc est illa præclara facultas mutandæ domûs aut instituti, ut dennò subeat aleam, nè miser in duriorem incidat servitutem. Porrò, quoniam plerosque fraudibus illectant, illectos non ad spiritualem pietatem, sed ad Pharisaismum instituunt, & ad servitutem hominum adigunt, plurimos sequitur instituti pœnitudo. C Itaque veriti nè ipsorum orgia proferantur in publicum, virgis, devotionibus, brachio seculari, muris, cancellis, carceribus, atque etiam mortibus suos retinent. Mentior nisi *Matthæus* Card. *Sedunensis* in convivio, multis audientibus, nominatim commemoravit vicum, personas & monasterium, in quo vivum adolescentem defoderant *Dominicani*, quòd pater eques filium furtim eò pertractum minis reposceret. Tum in *Polonia* nobilis quidam, qui bene potus fortè in templo obD dormierat, vidit duos *Franciscanos*, post cantiones nocturnas, vivos defodi. Hic pondus habet illis Pontificum autoritas, qui fortè concessit hoc illis citra discrimen irregularitatis. Idem ubi liberat aliquem veste illâ sacrâ, scinditur diploma, & qui procuravit conjicitur in carcerem. Et post hæc jactant autores ordinum suorum *Benedictum*, *Basilium*, *Hieronymum*, *Augustinum*, *Dominicum*, *Franciscum*, *Brunonem*: excutiant vitam illorum, & videant nunquid unquam tale fuerit ab illis institutum aut factum, longè aliam reperient politiam. Exemplis, salubri doctrina, amicis monitis, fraternâ correptione tota res agebatur. Qui his modis non emendabatur, ejiciebatur è contubernio, etiam si suâ sponte non discessisset: tantum aberat, ut abire volentem retinerent. Omitto tot constitutiones humanas, tot formas vestium, tot preces ac ceremonias, in quibus quod est leviſſimi momenti, nempe vestis, fit apud istos plurimi. Qui in sacra veste indulget quotidianæ F temulentiæ, qui gulæ servit & ventri, qui scortatur, clam & palam, nihil enim addam obscœnius, qui luxu profundit ecclesiæ pecuniam, qui sortilegiis, aliisque maleficis artibus dat operam, probus est monachus, & vocatur ad Abbatiam: qui quacunque de causa posuit vestem, ut apostatam execrantur, quod nomen olim meritò ducebatur abominandum, quum eo notarentur, qui defeciſſent à *Christi* professione, ad *Judaismum* seu Paganismum. Quòd si latiùs porrigas, QuiG cunque deditus est mundi deliciis, pompis, opibus, cæterisque cupiditatibus quas abjuravit in baptismo, apostata est, isto nihilo melior, sed nocentior, utcunque turba levatur criminis invidia. Itidem monachi qui impiè vivunt, quod passim faciunt, apostatæ sunt duplices, primùm quia desciverunt ab illa sanctissima professione quâ *Christo* dedere nomen, deinde ab instituto quod professi sunt. In hos, inquam, oportebat execrandum

apostatæ

apoſtatæ nomen torquere, etiam ſi decem cucullis eſſent obvoluti. Hæc quum ita habeant, mi *Lamberte*, quantum flagitium eſt ſimplicem ætatem vi, ſeu technis in naſſam impellere? Si palàm mali ſunt, ut ſunt plerique, quid aliud quàm pueros in perniciem pertrahunt? Sin neque calidi, neque frigidi, in quàm miſeram ſervitutem implicant illos? Sin probitatis ſpecie commendabiles, quum ſit tanta corporum & animorum varietas, quum tam ingenioſa ſimulatio, quum tanta pueritiæ ſimplicitas, quum nodus ſit inſolubilis, ut ipſi volunt, in quod periculum tum animi tum corporis mittunt adoleſcentes? At pubertas, inquiunt, adfert boni malíque diſcrimen. At non eodem anno pubeſcunt omnibus corpora, ſed multò minùs animi. Ut nihil interſit, pubertas fortaſſe reddit idoneum matrimonio, non item profeſſioni monaſticæ, quam quidam aggreſſi, annos nati plus minus triginta, & alioqui rerum humanarum peritiſſimi, reſiluerunt ante profeſſionem, dicentes, Non putâram. Olim vix ad presbyterii gradum admittebantur triginta annos nati, & ad monaſticam vitam ſtatim idonei ſunt pubeſcentes? Et interim perperam uſurpatis vocabulis imponunt imperitis: mundi, quaſi ipſi ſint extra-mundani: obedientiæ, quum ſcriptura magis commendet obedientiam Dei quàm hominum: voti inſolubilis, quum nondum invenire potuerint differentiam inter votum ſolubile & inſolubile, niſi quòd *Scotus* commentus eſt, ideo monachorum votum ſolvi non poſſe, quòd per hominem fiat Deo: Nam quod ſoli Deo fit facilè ſolvitur. Atqui quum iſtorum ſtatus omnis *Romanorum* Pontificum autoritate nitatur, cur illi quoties libuit ſtrenuè oppedunt? Is quum multos liberet à monachiſmo, licèt non ſine cauſa, ſi poteſt quod facit, cur illius autoritatem hìc pro nihilo ducunt? Si negant illum poſſe quod facit, an non illi crimen atrox impingunt? Ita quoties ipſis commodum eſt, Pontifex *Chriſti* vicarius non poteſt errare: quoties ſecus viſum eſt, nihil agit. Sed non eſt nunc animus adverſus ordines depugnare, ſit hoc aut illud vitæ genus huic aut illi commodum, aut etiam neceſſarium, probetur nodus inſolubilis; quo ſanctior, quo magis ardua profeſſio eſt, hoc circunſpectiùs, lentiùs ac ſeriùs eſſet ſuſcipienda; ſatis maturè, ſi ante annum quadrageſimum, meâ quidem ſententiâ: Cætera vota non ſunt rata, niſi conſtet ſanam fuiſſe mentem, ſobrium animum, à terroribus, aliíſque violentis curis liberum. Et hìc valebit quum puer illecebris, minis, fucis, terriculamentis, reclamans in laqueum impulſus eſt? Hìc ſcilicet profertur metus cadens in conſtantem virum. Potiùs citetur fucus & terror, cadens in ſimplicem ac rerum imperitum adoleſcentem. Adde quod in multis genuina ſimplicitas eſt, ætatis, & peculiaris naturæ. Nullum hìc diſcrimen ſi pubes habet lanuginem, valet votum, & adeo valet, ut hujus gratiâ deſeratur ſponſa nondum cognita. O leges! Proinde *Florentium*, quando tot machinis, perpetuò reluctans ac reclamans huc protruſus eſt, nec unquam quicquam geſtavit præter veſtem, ſed conſcientiam habuit liberam, mihi videtur nullo teneri voto, non magis quàm ſi quid turpe jurâſſet piratis mortem intentantibus. Nec dubito quin *Romani* Pontificis pietas nihilo minùs ſit indignatura plagiariis iſtis, quàm hominis cauſæ fautura.

Dices, Pontifex poterit illum ſinæ li[illegible] tuere, quod ad forum humanum attinet, [illegible] conſcientiam habet ex ſe liberam; at [illegible] linguas non poteſt compeſcere. At qui [illegible] ſummus ille Pontifex eccleſiæ *Chriſtus*, & [illegible] haud degener diſcipulus *Paulus*, docent [illegible] nem eſſe judicandum, præſertim in his [illegible] per ſe nec pium faciunt, nec impium: certè [illegible] momenti deberet habere ſummi Pontificis [illegible] ritas, ut hominum ſuſpitiones in bonam partem ibi deflecteret, ubi malè ſuſpicari vicium eſt. Sed quid tandem futurum eſt de rebus humanis, ſi talium hominum inſulſis judiciis, & ſcurrilibus obtrectationibus perpetuò obſequemur? Infirmiti, ſeu perſuaſioni invincibili nos vult obſecundare *Paulus*, ſed ad tempus: ſtultis autem ac malitioſis judiciis obſequi, quid aliud eſt quàm *Chriſtiana* pietatis vigorem obtruere? *Chriſtus* huic[illegible] nus obſequutus eſt Cæſari, quòd ſolvit didrachmum: hactenus *Judeis*, quòd abſtinuit à cibis legitimis: at in ſananda contracta, in illuminando cæco, in reſtituendo manco, in vellendis ſpicis palàm neglexit, imò ſtudio provocavit ſcandalum Scribarum & Phariſæorum: quod ni idem ſeciſſet beatus *Paulus*, ubi nunc eſſet *Chriſtianiſmus*? Quid autem objiciunt homines ſtolidiſſimi? Depoſuit veſtem lineam. Quì ſciunt an intra gerat? Et ſi depoſuit, unde ſciunt, quas ob cauſas depoſuerit? Unde ſciunt quorum autoritate id factum ſit? Si neſciunt, cur judicant? & ſi nôrunt hoc ſummi Pontificis autoritate factum, cur non verentur damnare illius judicium, quod alibi volunt haberi inviolatum? Ubi eſt hìc illa mirabilis totoque jactata obedientia, quum nec auſcultant *Chriſto* & eccleſiæ Principem *Chriſtique* vicarium lacerant? Ubi eſt illa ſimplicitas, quàm incurvâ cervice præ ſe ferunt? Ubi eſt ille ſpiritus mundo mortuus? Mittamus hæc, ubi eſt humanitas, ubi ſenſus communis? Quum tot ſint ſceleri, non hìc referenda, quæ ipſis poſſunt objici, ut inquibus quotidie penè palàm deprehenduntur, tè moveant τὰ ἀπόῤῥητα καὶ ἀκίνητα, tamen ſine fine mutant veſtem velut inexpiabile crimen objicient. Quid autem inhumanius quàm objicere cuiquam ſuam calamitatem, in quam alienâ malitiâ præcipitatus eſt? Quis tam incivilis eſt, ut claudicationem opprobret homini, cui mula calce fregit tibiam? Quis monophthalmiam ei, quem in bello excæcavit hoſtis? Quis morbum comitialem, aut lepram ei, quem natura ſic gennit? Quis paupertatem ei, qui naufragio rem amiſit? Qui vere ſunt homines talium miſerentur potiùs ac fleant, & ſi quà poſſunt opitulantur. Et quo malum eſt atrocius, hoc impenſiùs illis favent. Quod autem infortunium majus poſſit adoleſcenti felicis ingenii accidere, quàm ſi in tale vitæ genus protrudatur? Ergo ſi vehementer inhumanus eſt, qui calamitatem pro crimine objicit, quid de illo dicendum eſt, qui malum opprobrat, quod ipſe ſine vicio dedit? Veluti ſi chirurgus imperitus per convicium luſcum appellet eum, cui ipſe perdidiſſet oculum; aut ſi pirata ſervitutem objiciat illi, quem ex libero traxiſſet in ſervitutem. Nónne id optimo jure dicant omnes, inſignitæ cujuſdam impudentiæ eſſe ſuum ſcelus in altero criminari? Quid porro aliud iſti faciunt, qui peſſimis artibus impoſuerunt ætati ſimplici, & poſtea ſuum crimen aliis exprobrant? An non hìc vides ſummam inhumanitatem

tatem cum summa stultitia parique impudentia conjunctam? In istos recidit ignominia, & tamen alium volunt pudescere. Neque enim ignominia est ejus, qui delapsus est in foveam, sed eorum qui præcipitârunt. Potuit vestem, sed vos coegistis accipere. Quis unquam vicio vertit homini capto, quòd profugit à piratis? Nè piratæ quidem ipsi opinor. Cæteri gratulantur omnes. Quisque pirata est ei, qui per vim adimit homini suam libertatem. Et, si placet minùs odiosis exemplis uti, si furor stomachetur in quempiam quòd calceum elegantem quidem, sed pedi non congruentem, abjecit, nónne meritò respondeat, Teipsum accusâs, qui talem calceum induxeris pedi? Pulchrum esse non nego, sed mihi miserè torquet pedem. Nihil enim vetat quo minus aliquod institutum sit per se præclarum, quod tamen huic aut illi sit pernicioſum. Ut finem faciam, vir amicissime, si tibi probavi causam mei *Florentii*, majorem in modum te rogo ut negotium hoc & quàm celerrimè, & quàm maximè ex animi nostri sententia cures expediendum. De impendio nè fueris sollicitus, me fidejussorem accipe. In spacio quod in hujus epistolæ calce vacare videtur signavi quædam, quæ fortassis ad conficiendum diploma requirentur, signavi autem nomisis, quas proximis literis ad te misi, nec has tamen leges nisi chartam prunis admoveris. Per hunc *Verdarium* expecto responsum, hærebit enim *Romæ* diebus XV. aut certè per proximum. Bene vale.

Lambertus Grunnius Erasmo Rot. S. D.

NUllum unquam negotium, *Erasme* charissime, suscepi libentiùs, quàm quod mihi delegâsti, & vix aliud confeci magis ex animi sententia. Nam me non perinde movit tua amicitia, cui sanè tribuo plurimum, atque *Florentii* indigna calamitas. Epistolam tuam à capite usque ad calcem perlegi summo Pontifici, Cardinalibus aliquot, ac summatibus viris præsentibus. Beatissimus pater, ut stilo tuo visus est unicè delectari, ita vix credas quàm incanduerit adversus istos verè plagiarios. Nam quo magis favet veræ pietati, tanto magis habet invisos istos qui mundum implent aut miseris aut malis monachis, non sine gravi jactura *Christiana* religionis. Spontaneum, inquit, pietatem amat *Christus*, non ergastula mancipiorum. Jussit diploma protinus expediri, idque gratis: ego tamen scribis ac notariis dedi ducatos tres, quo celeriùs auferrem: nôsti hoc famelicum genus, velis nolis, aliquot offis placandi sunt. *Verdarius* per quem scripseras, *Neapolim* hinc profectus affirmabat se hâc rediturum. Quid acciderit nescio, non rediit. Hic tamen commodum sese obtulit, áltero ni fallor, aliquanto certior, qui tibi diploma cum exemplari & subscriptione Pontificis redder. Pactus sum cum illo dimidiato ducato, nec dabis amplius. Bene vale, & *Florentium* jam mihi tecum communem, meo nomine salutabis amanter. Datum *Romæ*.

Erasmus Rot. Nicolao Cannio S. D.

QUanta est felicitas astrologorum, *Nicolae* charissime, qui ex astris nôrunt sibi dies & horas fortunatas eligere. Si biduo seriùs hinc abisses, habuisses facundum viæ comitem, qui tibi ἀντὶ ζώου pro vehiculo fuisset. Totus enim scatet fabulis lepidissimis, &, ut scis, maxima laboris pars, est laboris imaginatio. Extrusi tamen ocyùs hominem tuâ causâ, nec is dubitat, quin te intra triduum sit assequuturus. Novit, opinor, tuam celeritatem ubique βραδίων ἀνὴρ ὀνος. Multis de causis cuperem te, mi *Canni*, quàm primùm ad nos recurrere. Scis enim quàm ægrè caream operâ tuâ, præsertim in describendis *Græcis*. Verùm quoniam tibi res erit cum mari nautisque nihilo mari mitioribus, nonnunquam & per regiones iter futurum est latrociniis infames, nullum certum diem tibi præscripsi. Facit tamen tua mihi frequenter aliis in rebus perspecta fides, ut confidam te nusquam cessaturum, nisi si qua urgeat necessitas. Malo enim te seriùs sed incolumem redire, quàm ob celeritatem vel te periclitari, vel mea negotia non rectè peragi. Ita fugias, ait proverbium, nè præter casam. Et paucioribus amicis per te scripsi, καὶ ταῦτα μάλα λακωνικῶς, quòd nihil ferè rerum mearum tibi sit incognitum, quódque tuæ prudentiæ non mediocriter cónfidam. Semper enim, ut nôsti, te amici loco magis habui quàm famuli; non falles opinor hanc meam de te fiduciam. In revisenda *Hollandia* nolim te profectionis dispendium facere. Quid enim eò te vocet, nisi compotationes aliquot, quæ nec ingenio tuo, nec valetudini conveniunt? Est aliquid videre illam doctorum omnium literis celebratam *Britanniam*, & ad morum civilitatem simul & prudentiam conducet cum tot *Angliæ* magnatibus, cum tot eruditissimis viris fuisse congressum, quorum tamen humanitas singularis, cave nè te reddat negligentem aut audaculum, sed, utcunque illi se submittunt, tu semper fac ut tuæ modestiæ memineris. Heroes illi non semper hoc animo sentiunt, quod vultu præ se ferunt. Ut olim cum diis, ita nunc cum summatibus viris religiosè loquendum est. In recipiendis munusculis (Nam est ea gens, non minùs liberalis, quàm parca *Brabantia*) veteris proverbii memineris, ἔστι πάντα, ἔστι οὐδέν, ἔστι παρὰ πάντων. A beatis ac synceris amicis si quid ultrò deferetur, accipito, sed cum grati animi testificatione. A mediocribus aut frigidis amicis si quid offeretur, excusato, sed civiliter. Est enim plus artis bene recusare beneficium, quàm bene accipere. Sunt tamen qui cùm parum sint amici, tamen palam fiunt inimici, si recuses quod offerunt. Interpretantur enim aut muneris exilitatem contemni, aut se esse invisos: horum animo cedendum est, sed oratione quàm maximè plausibili. Adsit autem ut usquam præ te feras sordidum animum, & hujusmodi prædularum avidum: quod, nisi me prorsus fallit mea de te opinio, vel non monitus eras facturus. Alioqui malim de meo sumas decuplum. Nec convenit ut admodum horreas fretum *Caletiense*, ζῶον θαλάσσιον, ac propemodum in fluctibus natum, si modo satis olim contemplatus sum tuum *Amstelredamum*. Est sanè quum molesta tum sumptuosa trajectio, sed ut brevis, ita non admodum infamis naufragiis. Et si quid illic erit molestiarum, olim meminisse juvabit. Sed transmisso mari, aliud te periculum excipiet tibi fortasse gravius. Nôsti proverbium, Βάτραχος ἐν ὕδατι. Cæterùm θαῤῥῶ, equi sunt prudentissimi; nôrunt viam, nec egent calcaribus: tantum illis permitte frenum, non desinent currere, donec te quo conducti sunt, vel sarcinæ in morem pervexerint. Cum populo facilè tibi conveniet, si

Polypum imitaberis, aperi caput, da dextram, cede locum, arride quibuslibet, sed ita nè cuiquam fidas ignoto. Inprimis cave nè quicquam ejus regionis contemnas damnésve. Est enim ea gens mirè φιλόπατρις, nec id sine causa. Habet enim eximiam regionem, quanquam omnes in admiratione rerum patriarum φίλαυτοι sumus. Solent enim quidam inciviles illico damnare, si quid insolitum viderint, ut nulla ferè placet musica, nisi cui assuevimus. Hæc quum magna ex parte te monuerim abeuntem, & si non monuissem tamen sperarem te pro tua prudentia functurum officio tuo; tamen posteaquàm & hic tam certus obtigit, & aliquid otii datũ est, visum est inculcare denuò, nè quid excidat. Nihil enim nocet interdum & memorem monuisse. Precor ut alacris ac re bene gesta ad nos quàm primùm redeas, téque tuis Musis reddas, ut hoc dispendiolum vigilantiâ sarcias. Bene vale, & si quem fortè nactus eris in itinere certum γραμματοφόρον, fac paucis perscribas, si quid erit quod nostâ referat scire. Dat. *Basil.* Anno M. D. XXVII. pridie Ascensionis Dominicæ.

Illustrissimo Principi Guilielmo Duci Clivensi, Juliacensi, Montensi, Comiti Marchiæ, & in Ravenspurg. &c. Erasmus Rot. S.

Epist. 8. CONradus *Heresbachius* vir ad unguem factus, qui magno Reipublicæ bono, pueritiæ tuæ formator contigit clarissime Princeps, indolem tuam eruditioni pariter ac pietati natam ita mihi suis literis frequenter depinxit, ut si complures menses tecum domesticam habuissem consuetudinem, non esse posses notior. Idem pro singulari quodam erga te amore, quem undique spirant illius epistolæ, magno studio, multísque argumentis illud agebat, ut aliquo monumento literario, & tibi in isto longè pulcherimo stadio strenuè currenti, calcar, ut aiunt, adderem, & alios adolescentes generis imaginibus claros ad æmulationem tam felicis exempli provocarem. Ab hoc officio adeo mihi non abhorrebat animus, ut beneficii loco ducerem admonitum fuisse. Verùm quòd in annos aliquot distulimus officium, nihil aliud mihi crede fuit in causa, nisi quòd non obtigit argumentum quod tuæ magnitudini aliqua ex parte respondere videretur. Nam ille sic temperavit orationem suam, ut appareret non quolibet munere fore contentum. Quum igitur non occurreret quale volebam, cœpit tandem me pudere promissi mei, visúmque est tenues quosdam sed callidos clientes imitari, qui cum ingentem summam debeant patronis suis, nec adhuc solvendo sint, hortensibus quibusdam munusculis eos deliniunt, quo patientiùs ferant recrastinatam solutionem, hoc pacto testantes non animum facultatibus, sed facultates animo deesse. In *Italia* deliniâram opus *De verborum rerúmque copia*. Adjeceram exemplum ejusdem argumenti, quàm potuit in compendium contracti, & ejusdem fusiùs copiosiúsq; tractati. Is cui *Romæ* tradideram describendum, reddidit hanc partem mutilam ac vix dimidiatam, ut quod supererat mihi frustra supereset. Deinde cum ab eruditis amicis subinde rogaret, ut excitandis studiis, quæ jam refrigescere videbantur, opus illud absolverem: animum vehementer abhorrentem, tamen huc perpuli, ut inspectâ divisione, quæ totius argumenti propositiones seu columnas habebat, deinde manus pertexerem. Puta hoc esse liquod cerasiceum. Adjeci duos libellos antehac editos, puta hæc esse duos ex horto paupere selecta. Quæ ... cula non in hoc damus, adolescens ... quòd his fidem nostram liberatam ... liberandi voluntatem adesse testemur. ... tem humani creditores minùs appellare ... subinde veluti seipsos appellantes ... alienum. Quod qui dissimulant, meditari ... tur inficiationem. Quanquam hæc causa ... potiùs agenda fuerat cum *Heresbachio*, qui ... stipulatione poterat in jus vocare. Sed quid ... malui, quem mihi sciebam æquiorem fore ... gotio proprio, quàm ille foret in alieno. ... ille te deamat, sic favet commodis, ... tatíque tuæ, ut, si usquam possit, in his ... dis videatur ab illa genuina verecundia ... dere. Age, Princeps ornatissime, ... pulcherrimo certamine, ut ille tuum ... optimis disciplinis, tu illius doctrinam ... dignitatis accessione illustres. Libellum ... borabo tibi commendare, nisi hoc nomine ... & novus est, & totus meus. Deinde, quid ... multa paucis complecti, quod dictionis ... los magis decet quàm summos Principes, ... cum exemplum à nobis proditum est, ... *gustino* plura suppetunt, qui nonnunquam ... mum mirâ brevitate complectitur, quæ ... largissimâ rerum ac verborum copiâ dixit. ... strenuè, quòd hæc instituendi ratio Principi ... beris potissimùm est accommoda, quippe qui ... maximè omnium egeant rectâ institutione, ... men non convenit secus, quàm liberaliter ... ri. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgo.* Cal. Jan. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Jano Cornario Zuinnicus Medico S. D.

PRomerebantur quidem illud tuæ ... tes, ornatissime *Cornari*, ut te & ... complecterer, & omni officiorum ... querer, meæque naturæ prorsus est ... ros cum suspicere tum amare; sed partim ... rum occasiones assiduæ, pene dixeram ... ciunt ut omnibus æquè sim *Scytha*. Quo ... exoscular tuam humanitatem, qui quem ... jure queri possis de mea incivilitate, ... tias etiam agas pro multis magnísque ... *rasmi* in te meritis. Utinam quod ... dubito quin æquè feliciter ortus es in ... Medicinæ principem, constanter ... Adest ingenium, adest eruditio, adest ... tum, & animus vividus; denique nihil ... ad istam provinciam quamvis difficilem ... obeundam requirendum videatur. Hic ... tarer te, nisi jamdudum currentem ... reviseres *Uvittenbergam*, fac *Melanchthonem* ... verbis salutes diligenter: Nam haud ... mihi conveniat cum *Luthero*, quandoquidem ... ut apparet, non patitur dissentientem. ... fortunam tuis eximiis dignam virtutibus. ... nihil officii frustra requires, modò sit ... stare nostræ sit opis. Bene vale. Datum ... *Brisgoæ* quinto Idus Augusti Anno ... quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus

Erasmus Rot. Bilibaldo Berckhemero S. D.

MAgnam voluptatem attulit mihi epistola tua, *Bilibalde*, tam alacris ac gestiens: declarat enim tibi à podagra & calculo ferias esse, quod utinam sit perpetuum. Quòd mihi gratularis elapso, tu quidem & amanter facis, nec sine causa. Ut enim nihil fuerit periculi *Basileæ*, certè *Friburgi* magistratus me summa cum humanitate excepit: Cœlum autem comperio tam amicum meo corpusculo, ut hic propemodum videar repubescere. At antea mihi persuasum erat hic *Jovem* esse tristem & incommodum, semper nubilum ac nebulosum: & habuimus sanè cœlum jam diu prodigiosè pluvium, quâ de re tetrasticho lusimus:

Obsecro, quid sibi vult, ingens quòd ab æthere nymbus
Noctes atque dies sic sine fine ruit?
Terrigenæ quoniam nolunt sua crimina flere,
Cœlum pro nobis solvitur in lacrymas.

Verùm hoc incommodum hujus regionis non est proprium. *Basileæ* torrens quidam qui sub terra labebatur, subitò erumpens, tantam invexit calamitatem, ut negent jacturam centum millibus ducatorum sarciri posse. Tamen hoc quoque cœlo sat commodâ valetudine fumus. Cæterùm quemadmodum gaudemus discessisse, ita vehementer inviti discedebamus. Ante annos quindecim cœpi cum ea civitate habere commercium, quam toties è *Brabantia* recurrens invisi, denique annos fermè octo, perpetuo illius hospitio fum usus, commodo sanè bonóque. Ibi *Joannes Frobenius* obtigerat amicus, quo synceriorem nè optare quidem à superis poteram. Nec alius erat in me totius familiæ animus, unde & mea erga liberos benevolentia nihil illius morte est imminuta. Proinde, civitatem illam propemodum adoptâram in patriæ locum. Nec ego, nisi fallor, illi fui gravis aut incommodus hospes, id quod navim ingressurus tetrasticho sum testatus, quod aureus ille *Bonifacius Amerbachius*, qui profectionis fuit comes, suis tabellis excepit. Est autem planè nauticum, si libet audire.

Jam Basilea *vale, quâ non urbs altera multis*
Annis exhibuit gratius hospitium.
Hinc precor omnia læta tibi, simul illud, Erasmo
Hospes ut ì n è unquam tristior adveniat.

Certè arbitror in ea civitate neminem esse, cui sit quod jure de me queri possit. Priùs quàm *Lutheranismus* eò demigrârat, eram & Ecclesiasticis, & magistratui, & populo gratiosus. Mox ubi perspexerunt à me nunquam impetratum iri ut me tumultuoso negotio comitem præberem, nedum ducem, sordidi quidam & intemperantiores cœperunt obgannire. Tandem epistolis, picturis, ac libellis incessere. Id facilè devoratum est. Nec aliud illi profecerunt, nisi quòd quo vehementiùs adnitebantur ut me vel invitum in factionem propellerent, tantò magis abhorreret animus. Tales enim vidi mores, ut etiam si minùs displicuissent dogmata, non placuisset tamen cum hujusmodi fœdus inire. Quum perspicerem rem paulatim ad summa tendere, jámque vix invidiam Principum & obtrectatorum apud meos sustinerem, qui jactitabant me non tot annos in ea civitate commoraturum fuisse, nisi tacitus probarem quæ illic gererentur: subinde abiturientem me, nunc remorabantur orsa, quæ, nisi adessem, A absolvi non poterant; nunc alia quædam alligabant, sed in primis periculum nè mihi pernicioſum esset si nidum satis commodum, cui tot annis assuevissem, magno salutis discrimine relinquerem. Sola enim vita recuperari non potest semel amissa. Cæterùm ubi publicitùs omnia templa cessissent ei factioni, cui me nunquam volui addicere, & sublatis aris sævitum esset in statuas ac picturas, tum nihilo secius his peractis, idemtidem B novi quippiam exoriretur, resque videretur spectare ad seditionem, statui vertere solum, ut cunque cederet profectio. Huc quum me magis etiam animaret *Ferdinandi* Regis voluntas, qui tum *Spirensi* concilio præsidebat, nonnihil etiam extimulabant quædam non satis auspicata præsagia. Nunc stolidus ille *Thraso* minitabatur judicia, nunc alter ille viperinus simile quippiam moliebatur: quúmque nihil haberent quod objicerent, tamen amicos videbam sollicitos, nè vel optimam C causam sub talibus Judicibus perderem, quibus utcunque dedisse ansam satis erat futurum. Ergo quum staret sententia discedere *Basilea*, consultatum est utrum furtim subducerem me, an palàm excederem. Alterum erat tutius, alterum honestius. Nos honestum tuto prætulimus. Jam præmiseram duo plaustra scriniis & sarcinis onusta. Nam id clàm fieri non potuit. Postridie nunciatum est mihi, Ecclesiastes omnes mihi vehementer infensos duabus de causis: Altera, D quòd adituros hortum *Frobenianum*, ipsis conspectis, deflexissem ad dextram, ore veste obturato, quasi gestu significarem abominationem, quum os texerim ob ventos incommodos, qui admissi, solent interdum dentium cruciatus gignere; & ad dextram ex more deflexerim, quòd altera via esset ut angusta, ita excrementorum fœtoribus molesta: Altera quòd in colloquio *Cyclope* notâram quendam prælongo naso, qui ovem gestaret in capite, vulpem in pectore. Is E jocus quum tortus esset in unum ex amanuensibus meis, qui sat bene nasatus, pileo ovillo uteretur: Nam tale pileum gestare *Oecolampadium*, nunquam audieram; existimabant eo notatum *Oecolampadium*. Ab his igitur, nè quid fortè mihi moveretur tragœdiæ, præsertim rebus ad eum modum exulceratis, per literas excusavi me paucis *Oecolampadio*, invitans etiam ad colloquium, si pluribus vellet mecum agere. Is nihil contatus venit, eíque facilè satisfeci, negabat enim se fuisse F offensum. Quod ad amicitiam attinebat, negavi me unquam inimico in illum fuisse animo, nisi quòd in dogmatibus quibusdam dissentirem. Tandem cœpit suadere nè discederem; ad eam rem quum multis argumentis uteretur, interrupi sermonem, Frustra, inquam, hìc disertus esse laboras. Nam jam discessi præmissâ totâ supellectile, etiam cum pecuniis. Egit deinde nè discederem nunquam rediturus: Respondi me in proximum nidum evolaturum: Id si succederet, G observaturum quò me vocaret Deus. Postridie Tribunus arripit *Beatum Rhenanum*, Rogavit num verus esset rumor me demigrare: ait esse verissimum. Scisciatus est, num quâ re offensus discederem: non arbitror, inquit, sed invidiam Principum ac Theologorum diutiùs ferre non potest: Aliáq; multa dixit Tribunus, quæ huc redibant omnia, nè discederem. Conducta est navis quæ mecum aliquot veheret *Neapolim*, oppidum

plus satis adamarum *Rheno* flumini. Nam cæteri terrâ faciebant iter equis, apud *Neapolim* occursuri. Mihi qui nec civis eram, nec cuiquam vel publicè vel privatim obnoxius, cum nemine quicquam erat negotii, & habebam literas regias, quibus me ad se evocabat, si commodè possem, tum diploma publicum quo per universam Cæsaris ac *Ferdinandi* ditionem iter facerem immunis. Et tamen nescio quid remorarum invexerunt quidam, nunc hoc nunc illud causantes, mecum tamen nihil actum est. Visum est amicis & nautæ, ut solverem, non juxta pontem, qui locus est frequentissimus urbis, sed juxta divum *Antonium*, qui & ipse portus civitatis publicus. Nauta semel atque iterum revocatus est in senatum, plus duabus horis consultatum est. Quid rei fuerit nescio. Illud certum est, nauta vetitus est aliunde solvere quàm à ponte. Nauta respondit semper licuisse illic à quocunque portu publico solvere. Responsum est, illi nunc non licere. Id quum nullius referret, videtur non æquo animo in me fuisse qui id vetuit. Quid facerem? Parui magistratui, & à ponte solvi, méque populo spectandum aliquamdiu præbui. Præterea nihil accidit molesti. Reliqua omnia fuere prosperrima, nec multis annis ullius rei me minus pœnituit, quàm relictæ *Basileæ*. Discessi autem non modò summo cum dolore amicorum, verùm etiam eorum qui favent novis rebus, si qui sunt inter eos paulò cordatiores. Sic abire malui, quàm plerisque gaudentibus. Hìc nihil adhuc accidit non ex animi mei sententia. Itaque paterâ tuâ sanè quàm eleganti, quam dono misisti, libavimus σπονδὴν χρηστὴν, non tertium, ut habet proverbium, sed primum, secundum & ultimum: siquidem is est heri & hodie, idem & in secula. Munus scito mihi fuisse gratissimum, utpote ab animo profectum, qui posset etiam vitreo musculo gemmarum precium addere. Terminus insculptus admonebit me non procul abesse diem supremum. Et annulus pridem missus quotidie refricat mihi *Bilibaldi* mei memoriam. Tametsi altiùs infixus est animo nostro *Bilibaldus*, quàm ut ejus generis Mnemosynis sit opus. Ante paucos dies, præter omnem expectationem, vir egregius *Antonius Fuggerus* dono miserat poculum mirâ formâ, & pulcherrimè inauratum, nihil præterea non offerens & humanitatis & benignitatis, si voluissem *Augustam* demigrare; ac, ne causari possem de viatico, designavit unde *Basileæ* centum florenos aureos acciperem. Video, mi *Bilibalde*, non omnes esse *Sutores*, *Beddas*, *Leos*, & *Stunicas*. Ac planè malueram in celebri civitate vitam agere, ubi nihil non reperiatur; sed quidam apud me infamârunt cœlum *Augustanum*, & tam malè tum de meipso sentiebam, ut vix sperarem corpusculum hoc dimidiati diei equitationem laturum. At illa profuit etiam. In *Brabantiam* crebris amicorum literis revocor, cœlum ac terram obtestantium, quòd alienas regiones illustrans, sic enim loquuntur, solam patriam nullo digner honore, & sanè magis decebat in patria senescere. Sed quoties succurrit illius aulæ frigus, præsertim quum de numerando agitur, quoties meo cum animo reputo quas digladiationes illic multis annis cum monstris quibusdam pertulerim, minùs me tædit exilii. Ubi bene es, ibi patria est, habet proverbium. Libebit saltem ad annum hoc tam amico cœlo frui, nisi nos *Mavors* hinc propulerit. Et quanto impetu nuper procursum sit ad [illegible] ferro ac machinis instructæ minimo [illegible] mebantur: feruntur fuisse vigiti[illegible] musca non periit. Tantùm ceræorum [illegible] stragem. O bellum incruentum, & ut *Gyraldus* ἀδάκρυτον πόλεμον! De actis *Spirensis* [illegible] modum fui curiosus ut scirem, & si [illegible] ret *Harpocratem* agere. Cum *Jacobo Faber* [illegible] hìc duntaxat fuimi colloquutus. Ex ejus [illegible] divinavi nonnihil, quod utinam bene vertat, [illegible] núm que sit hìc animi mei præsagium. De [illegible] liandis Regum animis, quæ res tot annos [illegible] simas Reipublicæ *Christianæ* partes *Italiam* & *Gallian* miserè perdit, nihil bonæ spei ostendunt [illegible] corum literæ, quin potiùs significant ad internecionem [illegible] monarcharum iras quotidie novas accendere. Tantum abest ut simultatem ponere videantur, quum nullum verius sit argumentum sublimis animi quàm quasdam injurias negligere, quasdam ignoscere. & si non promereretur is qui laesit, certè Reipublicæ condonare. Quid enim fieret de nobis si Deus rerum omnium verissimus monarcha, semel offensus, nesciret iram ponere? Jam tot annis nulla ferè *Europæ* pars vacat à tumultu, nec adhuc quicquam video præter belli præludia. Forsan hi rerum motus haudquaquam inutiles sint [illegible] *Hispanis* militibus. Verùm quid facias? Hæc est rerum humanarum natura, sursum deorsum volvuntur ac revolvuntur, in morem *Euripi*. Zelus [illegible] nè beâsti, missis Digestorum libris. Nostra aliter exiliit gestiitque gaudio, quàm si regnum obtigisset. Cæterùm ut illi non invideo, [illegible] vereor nè nobis cantâ felicitate sit fatale aliquanto ferociores. Miserat mihi cœnanti literas [illegible] dicans esse properandum. Exemi syngrapham [illegible] *manicam*, eique misi, duobus verbis regem, rem suo curaret arbitratu, meis impedita. Postridium misit pateram, dedi puero afferenti literas meis literis quibus illi gratias agebam [illegible] coronatulum in viatici rationem. At ne dolo dicam nonnihil metuebam litigatricem epistolam, sed non tam atrocem. Remisit mihi inclusum literis, in quibus videbatur me vocare in jus, nisi hoc honoris haberet clienti suo patrono, nôsti hominis immodicam modestiam: negat sibi toto anno quicquam gravius ac magis invisum accidisse, & meam liberalitatem appellat insolentem. Mirabantur, ut ait, meam tam stupendam liberalitatem; ipse non stupebat modò, verumetiam expaveſcebat tantum profusionem. Negat illic amicitiam esse syncerum nisi ubi nummus mercator, non patitur gratis esse officia. Quúmque me *Zasius* ante multis annis & multis & magnis officiis onerârit, quibus micam quidem gratiæ rependi unquam, ac si me tantùm fuerit gratis officiosus, sed in singulos quosque vel notitiâ mei commendatos; tamen his officia sic extenuat, sic dejicit, ut assis non æstimet. Postremò, numina jurat, ac per Principis [illegible] dejerat, se quadrantem à me nō receperum. Hanc causam mirâ copiâ parique vehementiâ agit, ut non ausus sim cum homine tam [illegible] támque diserto experiri, efficaciâ literarum cum adversario composui. Extra jocum, mi *Bilibalde*, nihil adhuc vidi in *Germania* quod æquè [illegible] tus atq; hujus viri ingenium. Non est candidior amicos, sed ipse candor. Corpore consentiens, sed [illegible] crudo

etedas, quàm adhuc totus vigeat animus; nihil decessit judicio, nihil memoriæ. Orationem verò sic ex tempore bonis verbis bonisque sententiis, nec id sine lepore scatentem, nec in *Italo* quoquam adhuc animadvetti. Adde hoc morum verè *Christianam* syncericatem. Nullus ab illius colloquio discedit non ad pietatem inflammatior. Quidam qui nihil aliud sunt quàm numeri, & fruges consumere nati, cornicum vivacitatem superant. Hic vir prorsus est immortalitate dignus. Verùm quo minùs sæpe liceat illius optatissimâ consuetudine frui, illud in causâ est, quòd quum ille surdaster sit, ego sum parùm vocalis. Ut nihil est in rebus humanis cui non aliquid admisceat incommodi *Nemesis* illa. Dominus te quàm diutissimè nobis servet incolumem, ornatissime *Bilibalde*. Datum *Friburgi* Idus Juliis Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

A

Erasmus Roterod. Joanni Cholero Præposito Curiensi S. D.

TAnto affectu tantáque facundiâ, vir ornatissime, mihi deprædicas animum ac benignitatem *Antonii Fuggari*, ut si mihi antehac nullis fuisset officiis commendatus, potuerim tuis è literis magnam benevolentiam erga illum concipere: nunc quum & omnium qui illum nôrunt miro consensu prædicetur omnium bonorum amore dignissimus, & ipse se mihi jam non literis tantùm amantissimè scriptis, verumetiam muneribus non sordidis abundè commendârit, nihil erat quod tuæ literæ possent meæ erga illum benevolentiæ adjungere. Quas tamen nè vel mihi parum gratas, vel frustra scriptas existimes, scito mihi vel hoc nomine fuisse longè gratissimas, nec mediocrem attulisse fructum, quod per eas didici me uno amico, nec eo vulgari, beatiorem esse quàm putàram. Quid enim illâ epistolâ modestius, candidius, amicius fingi potest, quæ quum nihil omittat, nihil non copiosè gravitérque disserat, tamen spirat aliquid affectûs eximii, quod oratione consequi non potueris: quæ res mihi pleniſſimam facit fidem, te nihil non ex animo syncerissimo scribere. Loquax enim res est vulgaris amor, ingens minus eloquitur quàm sentit. Quare ad duas epistolæ tuæ partes non sum responsurus: quarum alterâ luculentis sanè verbis amplificas *Antonii Fuggari* singularem in me benevolentiam; non enim potes ullam tam magnificam illius imaginem mihi tuo calamo depingere, quin ego magnificentiorem ideam animo conceperim: alterâ, manu largissimâ mirificas laudes in me congeris, quæ mihi nihil omninò persuadent nisi te virum esse singulari candore præditum, nostríque præter modum amantem, quo necesse est ut me tibi fatear etiam devinctiorem. Quòd scribis tibi deprehensum è literariis monumentis meis, ingenium meum libertatis & quietis avidum, non falleris, vir egregie, conjecturâ. Hanc amasiam semper unicè dilexi pertinaciter amplexus sum, adeo ut frequenter totis pilea sarcinis redemerim. Nec enim semel se nobis ostenderunt amplæ spes dignitatum & opum, sed quoties mecum subducebam rationem, aut negligendum honorem, aut cum libertate divortium faciendum, illis malui nuncium remittere. Jam facilè credo quæ tu multa & præclara de civitate *Augusta* commemoras, licèt alioqui mihi

B

suspectus esse posses testis, ut aiunt, domesticus, propterea quòd jam olim publicus rumor hoc nobis persuasit, *Augustam Vindelicorum* inter nobiles *Germaniæ* civitates esse principuam, nec diversa prædicat *Luscinius* noster. Illud vix credibile est, isthic neminem esse qui mihi molestus futurus sit. Haud enim scio an hoc detur insulis fortunatis. Nec adeo sum delicatus, ut nihil molesti perpeti queam. Quod autem te non latet vitæ meæ ratio, nec ætas, nec quassa valetudo non solùm immensis studiorum laboribus, verùm etiam calculo, denique ipsâ etiam senectute quæ per se morbus est, & gravis & insanabilis, deterres me, mi *Cholere*, nè longo itineri, novóq; cœlo corpusculum hoc committam. χαλεπὸν γὰρ δόξαν μεταφυτεύειν, certè visendi gratiâ isthuc proficisci non est ratio. Porrò, literis tuis adeo non sum offensus, ut tibi habeam plurimam gratiam, qui liberè nullóque fuco tuam perscripseris sententiam. Etenim quemadmodum ipse sum naturâ simplex, ita liberis ingeniis unicè delector. Hactenus nihil est, quod querar de nomine hujus ἰλυσβιοκόλακος, mihi sanè fuit hactenus quod dicitur. Veruntamen ut cæci maximè dicuntur capi rebus videntium, ita ego pusillus semper magnis ædificiis & urbibus sum delectatus; quumque rarò pedem efferam cubiculo, tamen in civitatibus frequentissimis vivere gaudeo. Hic est naturæ sensus, cui tamen non omninò deest ratio. In illis pauciora sunt ruris vestigia, & parattior rerum bonarum copia. Denique in magna hominum turba facilius est invenire probos amicos, quàm in raritate. Cupio te quàm optimè valere. Datum *Friburgi*, pridie Idus Julias Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

C

D

Erasmus Roterodamus Generoso Adolescenti Maximiliano à Burgundia S. D.

EQuidem optabam istam adeo felicem indolem tuam, *Maximiliane* suavissime, unum atque alterum annum adhuc in Musarum viretis ludere, quo magis in aulam adferres animum adversus *Circes* veneficia, philosophiæ decretis, velut antidotis præmunitum. Sed quoniam secus visum est optimo parenti, cui non dubito quin constet consilii sui ratio, superest ut te pro meo in te studio moneam, pro mea erga te charitate rogem etiam, ut inter aulæ delicias subinde vel furtim recurras ad literas. Non me fugit in magnis aulis, velut in nemore vasto, varia animantium genera ali. Verùm hoc erit tuæ indolis, etiam inter corruptos, nativam ingenii probitatem tueri. Aurum etiam in sterquilinio aurum est; Adamas in cœno non mutat naturam suam. Et si quando timetur afflatus veneni, pharmacum arrodendum est. Id petas ex myrotheciis philosophiæ. Ridebunt interim crassi *Calphurnii*, sed tu vicissim illos rideto. Etenim si judicant hoc vehementer aulicum esse, nihil scire bonarum artium, protinus intelligent suam stultitiam, si cogitent quales olim fuerint & Regum multorum, & *Romanorum* Imperatorum omnium aulæ. Quod exemplum licèt apud nos jam aliquot seculis intermissum fuerit, tamen hodie didicerunt & aulæ Principum honorem habere literis, posteaquam ipsi Principes cœperunt philosophari. Hunc amanuensem meum *Quirinum Talesium*, tibi non

E

Epist. 12.

F

G

ignotum, pridem tribus verbis *Joanni Borsalo* commendavi; nunc eundem tibi commendo, sed ita ut nolim te meâ commendatione gravari. Juvenis est moribus & fidis, & placidis, *Græcè Latinè*que doctior quàm præ se ferat. Est enim rarâ quâdam modestiâ præditus: Ita fit, ut plus habeat in recessu quàm fronte pollicetur. Mihi jam multis annis magno fuit usui, víxque alius obtigit qui mihi vel diligentiùs vel amantiùs inservierit. Ad studiorum labores prorsus adamantinus est, unde *Hubertus Barlandus* medicus solitus est illum appellare *Mulum Marianum*. Quod habui preciosissimum illi non malignè impartii; pecuniarum ut ipse non sum dives, ita largus esse non possum, quanquam arbitror illum de mea benignitate non esse querulum. Ad perpetuam autem fortunam, velut ad opimum sacerdotium aut munus aulicum, præter commendationem nihil dare possum. Quare te vehementer rogo, ut Principi *Veriano* patri tuo, nonnunquam literis tuis de *Talesio* aurem vellices. Crede mihi beneficium hoc collocaris in juvenem non indignum nec ingratum. Qui si fefellerit, quod scio non futurum, en me fidejussorem habe. Cupio te quàm optimè valere, adolescens clarissimè. Tua *Pronunciatio* rursus excuditur, à me recognita & nonnihil locupletata. Datum *Friburgi Brisgoæ* decimo Cal. Augustas. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Ornatissimo D. Andreæ Critio Episcopo Plocensi S. D.

Epist. 13. ANte duos menses, per hominem mihi parum cognitum scripsi, sed paucis, & inconditè; ita, quæ visum est iisdem de rebus denuò scribere. Præsertim quum nos tam ingens intervallum dirimat, ut vix *Fama*, licèt toto corpore alata, si *Maroni* credimus, huc aliquando pervolet, eorum quæ isthic geruntur nuncia: & si pervolat, serò penè discimus quæ scire referebat, tantum abest ut epistolæ bonâ fide ultrò citróque commeent. Si spectes animum meum, est fortasse de quo mihi gratias agat tua celsitudo; sin mea in *Andream Zebridovium* officia voces ad calculum, quàm minimum ad me redierit. Principio non penitùs perspectum erat adolescentis ingenium, quod imprimis necesse est ei, qui velit indolem erectam, ac generosam tractare. Ubi jam alter alteri notus esset, jámque uterque alteri posset & usui & voluptati esse majori, incessit illi cupiditas visendæ *Galliæ*: id, quoniam sciebam illum haud levibus de causis velle, non admodum refragratus sum illius animo; & arbitror eam profectionem illi non esse pœnitendam. Salutavit Regem, congressus est cum eruditissimis viris, audivit eximios professores. Deinde, non nihil est *Gallicæ* gentis mores ac linguam degustâsse; nec enim illic hæsit multis mensibus, sed cupidissimè *Basileam* se recepit, hoc animo, ut totum annum mecum versaretur in literis quæ res fuisset mihi longè gratissima, vel ob id, ut aliquo officio duorum Præsulum & meritis & animo in me responderem. Cæterùm ubi subodoratus est *Basileæ* res esse suppuratas, metuens nè quid tumultûs oriretur, & nactus itineris comitem, ex animi sui sententia, Juvenem, eruditum, nobilem, & prudentem, *Carolum Utenhovium*, mutavit sententiam, simúlque quum illo *Patavium* profectus est. Habet enim ea schola, præter alios exactè doctos, *Nicolaum* [illegible] *Petrum Bembum*, duo præcipua [illegible] mina. Consilium approbabam, [illegible] satis tutum nos habebat sollicitos, [illegible] ciùs venit in mentem, quàm ego ea [illegible] nam *Basilea* ante *Christi* natalem agi [illegible] la, qualem adhuc in vita vidi [illegible] interfuisset *Zebridovius*, licèt fortasse [illegible] periculo, certè magno in metu fuisset: [illegible] tasis fabulæ moderatiorem habuit Carthaginis quàm expectabamus. In nullius ædes [illegible] nemo ferro vulneratus est, tantùm [illegible] meus proximus nocte furtim se subduxit, [illegible] sporta ut *Paulus*, sed cymbâ: [illegible] manibus eorum, alioqui suspendendus [illegible] foro, quod sanè narrant ac jactant ipsi, [illegible] aliud, quàm quòd suâ facundiâ [illegible] Evangelio, jam volenti irrumpere. Cæterum [illegible] aras, statuas, & picturas, ad internecionem usque sævitum est, crudeliter quidem, sed cum [illegible] nis effusionem. Portò, quum legerem divum *Franciscum* in rabiem egisse, qui ridebat quinque nerâ, quum alios divos narrent horrendis [illegible] plis ultros multorum irreligiosas voces; libet subiit mirari, neminem è tam multis [illegible] tantæ stragis autores ulciscerentur. Nam de Christi & beatæ Virginis mansuetudine non mirabar nec hyeme, nec fervente tumultu, mutabidem, vel commodum erat, vel tutum [illegible] pectatâ hirundine, commigravimus *Friburgum*, id est, *Brisgoæ* oppidum, ditionis *Ferdinandi* [illegible] *Basilea* iter diei. Huc, præter alias causas, [illegible] vicinia, quod anxiè metuebam, ne corpusculum hoc longius iter ferre non posset; sed res [illegible] simè cessit: nam & agitatio profuit valetudini, & cœlum hic reperi tam amicum, ut nihil [illegible] dammodo repubescere. Pro *Zebridovio*, quo diutiùs frui non licuit, adest *Martinus Dorpius*, quem tu rectissimo consilio nobis me convictorem dederas: est enim juvenis quidem ante, sed maturâ prudentiâ, moribus sedatis, & placidis, sobrius, compositus, nec vitâ solùm, sed linguâ pudicus: cui multò suavior est mensa nec *Diogenicæ* frugalitas, quàm omnia juvenum convivia, lusus, & choreæ. Unius rei parcissimus, nimirum temporis, adeo vix ullâ diei parte devolitur à libris. Redibit, ut spero, ad vos, non indignus favore virorum tui similium. Cerè, quæ ante, ni fallor, literis meis significari, tanti hic studio, vigilantiâ, mansuetudine, se gessit ergo *Zebridovium*: ut si frater fuisset, non potuisset suaviùs convivere; si mancipium, non potuisset obsequentiùs morem gerere. In eodem habetur & amicum, & famulum, & consiliarium, & laborum adjutorem: quare non dubito, quin pro tua singulari humanitate, sis *Martini* commodo, si quando inciderit opportunitas, fautus. Hic reliqua satis sunt ex animi sententia. Annosæ charitati jam assuevimus. Bello vacamus, ut bene nos non vacamus. Cæsar fulminat in *Italia*, hic omnia suspensa sunt, magnáq; rerum novarum moliuntur. Nos interim inter spem metumque pendemus. Quoties optavimus, subitò esse *Cranium*. Sed sic delati quemadmodum ἄτριχα capillo deruit *Alcibiadem* apud *Babylonem* ad *Danielem*, Aut quemadmodum *Mercurius Menippum* è cœlo deportavit. *Athenæum* ναιὸν δ' ἀνεμώλιον ἔβλητο, ut inquit *Homerus*. Qui gratiam apud vos ingerim pacis encomiaster nescio, certè

certè mihi perſuadeo eorum quibus volebam maximè. Quòd rides tituli calumniam, intelliges non fuiſſe ridiculum, ſi legeris Apologiam quam cum his ad te mitto. Hic erat primus inter articulos *Budæ*, quòd Paraphraſim in *Lucam* dicam, in titulo addiderim, *Angliæ Franciæq; Regi*; quum eum titulum Reges ejus inſulæ inſculpant monetæ publicæ, propterea quòd olim aliqua *Galliarum* pars fuerit in poteſtate *Anglorum*. Quid timemus Eccleſiæ Dei, quum habeat tam vigilantes cuſtodes? De munere nè quid ſueris ſollicitus, accepiſſe me puto, quicquid dare voluit tua benignitas. Bene vale. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ*, decimo Calend. Auguſti, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Rot. Nicolao Epiſcopio S.

NOn eſt quòd mihi gratias agas, *Epiſcopi* chariſſime, quin potiùs ipſe ſim *Scythis* omnibus inhumanior, ni pectus iſtud tam candidum, tam amicum, tam nobis bene cupiens, amore mutuo proſequar. Erat quidem officii mei quum *Baſileam* relinquerem, aliquod amicitiæ noſtræ pignus apud te relinquere, ſed ipſe ſcis eam migrationem & ſollicitam fuiſſe & tumultuoſam, quæ res non patiebatur vulgarium officiorum meminiſſe. Id quo moderatiùs etiam feras, ſcito me tùm nemini quicquam omninò dediſſe. Jam præceſſerant ſarcinæ, mihi tandem inſcenſuro navim venit in mentem *Epiſcopius*, cum nova nupta *Juſtina*, cujus modeſtiſſimam indolem ab ipſius infantia ſemper amavi: porrò, cum ætate ſemper accreſcit virginum præcipua dos, pudor ac verecundia morum, ut non ſine cauſa inter cæteras puellas eximium quoddam virgineæ pudicitiæ exemplum haberetur. Ergo quum nihil ſupereſſet in ædibus, præter gallum gallinaceum & gallinam cum agmine pipientium pullorum, libuit munere jocoſo quidem illo, ſed non prorſus opinor ſiniſtri ominis te donare. Id diſtichо non ita multò pluris æſtimando commendavi, ſic ludens extempore:

Gallus es, & gallina tibi eſt, fauſto omine, dono
Gallum, cui conjunx teneros fovet anxia fœtus.

Verſiculos tibi redditos gaudeo, & agnoſco tuum non inſolitum animi candorem, qui pro tam malè tornato carmine, tam diligenter agas gratias. Munus interceptum fuiſſe doleo: quâ quidem in re non queo ſatis mirari noſtræ aniculæ impudentiam, quæ ſubinde res meas donat quibus collibuit, tanta eſt familiaritas, quum nunquam eodem in lecto dormierimus. Intolerabilis erat audacia, ſi hoc feciſſet, ignara me donâſſe alteri. Nunc iterum atque iterum admonita à *Cannio* meo nè faceret, nihilo ſecius peregit quod voluit. Itaque quum ex tuis literis cognoviſſem quod acciderat, jurgium orſus ſum cum famulis, quòd id fieri paſſi fuiſſent. Reſponderunt fuiſſe ſatis monitam, ſed fruſtra. Quum nondum placatus, regererem, oportuit potiùs in veneficæ capillos involare, aut certè rem ad me deferre; reſpondit *Cannius* illam dolo eluſiſſe: promiſerat ſe facturam quod jubebatur, ac fingebat ſe ad vos ituram, ſed irit quò deſtinârat. Jam expectas illam erubuiſſe, quum ob id facinus objurgaretur. Nihilo magis ſuffuſa eſt rubore, quàm ſolet aſina, ſi quando onus excuſſit tergo. Hæc prorſus erant intolerabilia, niſi aſſuevíſſem. Nam hujuſmodi luſus mihi luſit frequenter mea *Xantippe*, quam habeo tolerantiæ magiſtram. Itaque non admodum repugno, nè fruſtra nitar, quandoquidem hanc nec *Prometheus*, ut arbitror, refingere, nec *Vulcanus* recudere poſſit. Sed perierit ſanè munus, modò nè pereat omen. Ex animo gratulatus ſum utrique veſtrûm, quòd ſacer ille matrimonii nexus tam aptum par hominum copulâſſet, caſtum caſtæ, candidum candidæ, probum probæ: ſpero futurum, ut brevi magis etiam gratuler, ubi vobis parvulus in aula luſerit *Epiſcopiolus*, qui nobis eodem ore vos ambos referat, nec vos ſolùm, ſed amiciſſimum etiam virum *Joannem Probenium*: ſolet enim natura frequenter & in nepotibus avorum ſimulacrum depingere. Audio te ſucceſſurum in ædes quas iſthic meo diſceſſu feci vacuas; in eas, inquam, ædes, in quibus tantum annorum peregi, ut ab exortu vitæ nè in civitate quidem ulla vixerim diutiùs, in eas quas ſoceri tui benignitas toties mihi conata eſt dono obtrudere. Id majorem in modum gaudeo. Quod enim auſpicatius jugum optârim diutinæ nec ingratæ manſionis ſubeχον. Per *Hieronymum* mihi commendatior eſſe voluiſti. Apud me, vir optime, nullius eges commendatione, qui jam olim mihi, & morum ſynceritate, & fide, & officiis non vulgaribus es optimo jure commendatiſſimus. Vale cum dulciſſima conjuge. Datum *Friburgi* ſeptimo Idus Auguſti, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Rot. Joanni Botzemo S. D.

NEc te, mi *Botzeme*, arbitror de eorum eſſe numero, qui amicitiam epiſtolarum officio metiuntur: nec ego ſum is cui vel mors, nedum conſuetudinis intermiſſio candidorum amicorum tuique ſimilium adducat oblivionem: ſed ex quo tuas accepi duas tréſve, nemo ſeſe obtulit, qui adiret *Uberlingam*, novum regnum veſtrum: ſimúlque reputabam quum hoc turbulentiſſimo rerum ſtatu Vicedecanum agas, vix unquam tibi vacuum eſſe, literas aut nullo aut vulgari argumento legere. Nonnunquam enim contra officium eſt ſalutare, ſilere officioſum. Literis non ſeriis onerare amicum, inhumanitatis eſt, ſeria ſcribere tutum non eſt. Atqui ut jocis, inquies, præſentes, ita literis abſentes inter ſe nugantur, familiariter amici. Verùm, ſed rebus tranquillis: Cæterùm muſica in luctu importuna eſt narratio. Fortaſſis expectabas à me conſolatrices literas: ſed nos tum is rerum ſtatus habebat, ut ipſi potiùs egeremus medico: deinde non ignorabam quàm ſemper animus iſte tuus verè generoſus, verè *Chriſtianus*, rebus fortuitis omnibus fuerit ſuperior: nec aliud adhuc quàm infimam veſtræ felicitatis partem impetit fortuna: cenſus tantùm attroditur, fama & vita in tuto ſunt. Sed exilii genus eſt, inquis, quod patimur. Ut ſit, nec immite exilium eſt, nec fortaſſe diuturnum erit. Cui tandem hominum fortuna perpetuo favore ſic indulſit, ut nihil acciderit moleſtiæ? Si malum nec evitare, nec depellere licet, magnam tamen agrimoniæ partem detraxerimus, ſi commodè feramus. Id fiet, ſi ſuo quiſque cum animo reputârit, id quod res eſt, eſſe manum Domini, quæ nos ad tempus flagellat, non ut perdat, ſed ut emendet. Quòd ſi verbera

Epiſt. 15.

verbera corporalium parentum, etiam præter causam interdum sævientium, æquo animo ferimus: quanto æquiore animo ferenda est manus Omnipotentis, qui non corporum modò, verum & animorum pater est? Quantum adhuc absumus à formula beati *Jobi*? *Israelitas* annis septuaginta *Babylonium* exilium afflixit, & suo templo restituti sunt, simulatque visum est Domino. Inter omnia remedia doloris, quæ solent rhetores excogitare, nullum video præsentius, quàm si cogitemus, *Dominus est, faciat quod videtur bonum in oculis ipsius*; Nos atrociora commeruimus, non minus propitius est quum affligit, quàm quum delinit. Scit solus quid nobis expediat, vel occidat si velit, non enim potest velle, nisi quod optimum est: sæpe servat occidendo, & occidit servando. Si tantum bonorum de manibus benignissimi patris accepimus, cur gravamur ab eodem immissas afflictiones, graviora meriti, perpeti? Exorabilis est, nec habet iras implacabiles, nec immittit afflictiones quas non possimus sustinere, sed inter castigandum etiam misericordiæ recordatur, pro modo amaritudinis admiscens solatium spiritus: quod si adsit, nec mors, nec cruciatus morte duriores dejiciunt animos piorum: si desit, levissimis etiam malis prosternimur. Adde quòd temporarias afflictiones, & hic copioso spiritus solatio pensat, & in futuro seculo gaudiis æternis remuneratur. Ad hæc, in nobis situm est hæc mala, quemadmodum lenire, ita etiam breviora reddere, si reputantes quàm malè simus usi rebus secundis agnoscamus Dei justitiam, & nostram injustitiam ex animo confitentes, illius misericordiam imploremus, nec priùs in alios vindictam moliamur, quàm ipsi de nobis vindictam sumpserimus. Si de nobis ipsis priùs sumpserimus, ille ex persecutore fiet protector, ex percussore medicus. Clamemus ad Dominum, non ad hunc aut illum Principem, non ad armatas cohortes: ad Dominum, inquam, clamemus, & ille breviabit dies malos. Verùm eò, proh dolor, reciderunt *Christianorum* mores, ut vix quisquam penitùs intelligat quid sit clamare ad Dominum, quum id totius penè *Christianismi* sit caput. Alius respicit ad Cardinalium & Episcoporum potentiam, alius ad Principum arma, alius ad theologorum ac monachorum conjuratas phalanges. Hæ quæso te quid aliud sunt, quàm humanæ cogitationes? Jam ab his quid tandem expectamus? Non ut revigescat *Christiana* pietas, sed ut pristinis opibus ac voluptatibus, ut pristino regno restituamur. Atqui ob hoc ipsum Dominus immisit nobis istos effrontes & immites castigatores, ut delitiis ebrios, ac terrenis opibus indormientes expergefaceret ad sobrietatem; útque contemptis iis quæ hactenus malè amavimus, animos nostros vertamus ad meliora. Nec mediocrem his turbis ansam dedere quidam, qui præter modum tendentes funiculum, rumpere maluerunt, quàm laxando servare. Pontifici *Romano* tanquam totius Ecclesiæ Principi, ut plurimum est potestatis, ita plurimum debetur honoris: sed qui hujus vires in immensum extulerunt, funiculum hunc si non ruperunt, certè lacerârunt. Condonationes Pontificias, dum intra modum consisterent, olim reverenter accipiebat populus: cæterùm ubi redemptores ac monachi quæstûs sui gratiâ incredibili pompâ eas invehunt, immodicè prædicant, avarissimè exercent, dum sine fine [illegible] cruce & scrinio rubente plena sunt, [illegible] columnis affixa sunt insignia Pontificis [illegible] plici corona, dum quosdam etiam [illegible] emendas, quod in *Hispania* properatum [illegible] citur, minimo minus ruperunt & hunc [illegible] Ita dum divorum invocationem cultumque [illegible] superstitionem deflectunt, vel ultra [illegible] tollunt, & hic funiculus propè ruptus [illegible] rat elegans imaginum ac statuarum [illegible] ad ornatum, vel ad eorum memoriam, [illegible] exemplis accendi poteramus ad vitæ pietatem [illegible] terùm dum indecoris picturis implentur [illegible] templa, dum harum superstitionum [illegible] lolatriam delabimur, rumpendo & hunc [illegible] dimus occasionem. Et verus exemplum est [illegible] pium officium, laudare Deum hymnis & cantici spiritualibus: sed dum in templis auditur [illegible] conviviis ac nuptiis aptior quàm cultui [illegible] dum affectato vocum boatu sacra vocis [illegible] tur, imò dum hominum interdum [illegible] pro divinis capiuntur; denique, dum in templo nihil aliud quàm cantillatur, cœpit & hic periclitari funiculus. Missâ verò quid esse potest sacrius? Cæterùm dum sordidi & indocti sacrificuli non alio animo discunt tres fortasse Missas, aut aliter exercent, quàm sutor calceolarius, dum palàm impiè vivunt, qui subinde accedunt ad mensam Domini, dum non eâ religione percipitur hoc mysterium quâ decebat, dum rem sacram faciunt publicam nundinationem, tamen non ruperunt & hunc funiculum. Jam auricularis confessionis quid salubrius? Et hanc dum nimis astringunt, nimísque reddunt anxiam, dum ab hujus prætextu venantur pecuniam simplicium, dum insidiantur pudicitiæ puellarum, aliaque non commemoranda flagitia committunt; dum hanc, in remedium animarum repertam, vertunt in [illegible] am tyrannidem, nónne magnam rumpendi funiculi dederunt occasionem? Ita dum conflatitiorum humanarum nullus est modus neque finis, dum has ad quæstum ac tyrannidem sum[illegible] vel instituunt vel detorquent institutas, & hic funiculus venit in periculum. Sic fortasse & sacerdotes dum nec student gerere vitam honestam & gnam, & honorem exigunt immodicum, qui multos venerunt in contemptum. Itidem monachi dum non ambiunt hominum favorem vitæ morúmque syncericate, sed opibus, numero, conspiratione, aliísque malis artibus freti, quos dolo fallere non possunt, vi student opprimere; dum palliis suis tantum tribuunt, ut depellere morbos, ut fortunatas reddere domos, ut à condemnationibus tueri possint, quid aliud profecerunt, nisi ut priùs pro diis habiti, nunc vix habeantur pro bonis viris? Non hæc commemoro, *Bataue* charissime, quo patrociner eis qui ob culpam malè mortium, res per se bonas infamant, malúmque mihi instituta convellere quàm mederi: sed partim ut hoc quoque nomine moderatiùs ea ferantur, quibus ipsi dedimus occasionem: partim ut intelligeremus quibus rationibus hæc rerum tempestas ad tranquillitatem redigi queat. Nam ut nunc videmus hominum studia, vereor nè utrocunque cadat alea, nihilo melius sint habituri, qui syncero corde diligunt *Christi* gloriam, & decorem domûs ejus. Qui se venditant Evangelii titulo, sic fermè res gerunt, ut vel ad nequitiam, vel ad [illegible] anarchiam,

anarchiam, & quicquid libet audendi impunitam licentiam, spectare videantur: certè nemo sit melior, deteriores plurimi. Rursus in altera parte, quæ catholica videri postulat, sunt qui adeo nihil detrahi patiuntur receptis, ut multum etiam adjungant superstitionis ac pharisaismi. Sunt ex adverso, qui licèt ore *Lutherum* execrentur, tamen in multis exprimant illius dogmata, si tamen hoc ille docuit unquam: negligunt preces horarias, nec omninò quicquam orant: negligunt ecclesiæ legibus præscripta jejunia, lautius etiam his diebus cœnantes quàm cæteris: *Romanorum* Pontificum constitutiones *De Immunitate Ecclesiasticorum*, *De vitanda Simonia*, *De non astringendis Clericis*, aliísque quàm plurimis fortiter contemnunt, ut haud sciam an ulli magis labefactent Pontificum decreta, quàm qui se profitentur ecclesiæ mirificos protectores. Rumor est constantior, quàm ut omninò vanus videri possit, inter Cæsarem & Regem *Galliarum* sartam concordiam, quibus legibus nondum liquet: atque hunc militum delectum, hanc pecuniarum exactionem non in bellum esse factam, sed ad pompam accipiendæ à Pontifice coronæ Imperialis. Videtur enim apprimè pius Imperator, velle implere omnem justitiam. Id an verum sit nescio. Nam feruntur ex adverso rumores de bello atrocissimo, quanquam hoc quoque malim quàm bellum: certè mihi novum non est, tum maximè fingi quàm atrocissimas bellorum minas, conscribi milites, collocari præsidia, indici censum, quum clàm inter monarchas res compositæ sunt. Si tamen non vanus est rumor, & inter Cæsarem, Pontificem, Regem *Galliarum*, Regem *Angliæ* reliquósque Principes pulchrè convenit, maximè precandum est, ut illorum animi ad revocandum evangelicæ pietatis vigorem conspirent. Nec enim dubium est, quin hæc concordia maximas novarum rerum molitiones sit excitatura. Nec satis est, ut hanc mentem precemur monarchis, nisi studeamus & promereri. Siquidem frequenter illi nostrâ culpâ delirant. Si quidlibet de meis rebus cognoscere, nunquam *Bedda* cum suis satellitibus æquè triumphavit. Curârunt exurendum *Ludovicum Berquinum*, cujus nec facies nec causa mihi nota est, nisi quòd dum nimium bonas spes animo conceptas ponere nescit, nec ullis amicorum monitis obtemperare, & mihi gravem conflavit invidiam, & sibi conciliavit exitium, certè quod ad corporis incolumitatem attinet, magno omnium mœrore qui favent rectioribus studiis. Qui propiùs nôrunt hominem, prædicant eo nihil fuisse integrius. Nec alia res quàm libertas, bonæ conscientiæ comes, suíque fiducia perdidit virum. Hactenus ex *Dominicanis* & *Carmelitis* exiere permulti, qui mihi devotis animis negotium facesserent, nunc nullos infensiores habeo quàm *Franciscí* nepotes, & quidem ex eorum sodalitio, quos nescio quare vulgus appellat *Observantes*. *Phrysia* habet *Dominicanum Laurentium* quendam *Ruffum*, nunc, ut aiunt, priorem *Gruningæ*. virum fortem & bene linguacem, qui quum *Lovanii* ambiret lauream theologicam, quo se commendaret quibusdam theologis, totos menses in concionibus ad popu'um debacchatus est in autorem *Moriæ*, veteris comœdiæ exemplum nobis referens, non aliter quàm si fece obsitum de plaustro diceret, non è sacro suggesto doctrinam evangelicam prædicaret. Sed hic tantum intra monasterii sui parietes insaniebat. Venit alter ejusdem sodalitatis, longè fortior, qui in templo divi *Petri* totam horam debacchatus est in *Erasmum*, tam scurrili impudentiâ, ut complures relictâ concione domum repeterent non sine murmure, etiam ex his qui me non noverant. Miraris hominis audaciam? Primum erat *Dominicanus*, deinde erat hospes, & vix bene pransus alio se contulit. Nec deerant illic theologi, qui ad hæc non illibenter conniverent. His successerunt quatuor electi propugnatores ecclesiæ, qui communi operâ libellum *Antuerpiæ* præter publicam magistratus constitutionem excudendum typis curârunt, sed Deum immortalem cujusmodi! Scatebat undique sordibus, mendaciis, conviciis plusquam scurrilibus, ineptiis & insanis: & ex his unus erat magister noster *Bucera*, alter baccalaureus mox formandus. *Jo. Faber* quondam *Augustensis* cœnobii prior, quum ante mihi coram miris modis sese fuisset adulatus, convitiaque non ferenda & in Pontificem & in *Cajetanum* Cardinalem effutisset, commendationes etiam aliquot à me extorsisset, simul ut *Romam* venit, quo se suis approbaret, cœpit magnâ libertate in me debacchari. *Hispania* habet præter alios multos *Petrum* concionatorem *Burgensem*, virum eximiè fortem totiúsque tragœdiæ nostræ ducem. Verùm ubi mitiores facti videntur *Dominicani*, ferocire cœperunt *Franciscani*: sed initio tantum obtrectabant clanculum, & è bibliothecis furtim submovebant quicquid erat *Erasmi*. Mox de composito cœperunt in prælectionibus publicis meum nomen perstringere, temperantes à scribendo, quòd dicta proclive sit inficiari, coarguere difficillimum. Hic strenuam operam navavit in *Sabaudia Joannes Gaccus*, si verus est rumor: *Lutetia Petrus Cornuensis*, cujus est illud μάλα ἀγχιβαθὲς ἐν τοῖς φρασυσσῶν ἔθνεσιν, *Conculcabis leonem & draconem*, leonem *Lutherum*, draconem *Erasmum*: quasi non eâdem facilitate liceat totum illum versiculum interpretari de quatuor ordinibus Mendicantium, *Super aspidem & basiliscum ambulabis*, id est, super malum *Carmelitam* & pejorem *Augustinensem*: *& conculcabis leonem & draconem*, id est, ferocem *Dominicanum*, & fucatum *Franciscanum*. Quæ mulier non possit ad hunc modum Scripturis abuti ad maledicentiam? Et tamen huic dicto tam insulso, quàm frequens datus est plausus à *Franciscanorum* centuriis, præsertim inter pocula? quibus visum est operæpretium etiam picturâ, si superis placet, sententiam tam lepidam exprimere. Habet *Lovanium* juvenem quendam, vix ut audio barbatum, νεογνοδίδακτον, cui utinam tanta supellex literaria suppeteret, ut possit suam industriam eruditis omnibus approbare, ac tantum haberet facultatis ad instaurandam pietatem, quantum habere videtur promptæ voluntatis non sine fiducia sui. *Antuerpia* dedit *Matthiam* quendam, hominem bene vocalem bonísque lateribus, præsertim apud populum. Is & suam linguam strenuè vibrat in *Erasmum*, & commilitonum calamos excitat. *Anglia* habet *Standitium* nunc Episcopum, minus amarulentum si ad cæteros conferatur. Sed nulla regio fortiores habet, quàm in *Hispaniis Salamantica*, quorum *Carvajalus* quidam etiam libellum emisit, qualem, bone Deus, *Francisci* nepote dignum: qui simulatque prodiit, in

in patibulo publico clavo affixus est, quod rebus damnatis fieri solet. Eundem tam bellum libellum contra publicum edictum, curârunt *Parisiis* excudendum, sed subtractis quibusdam, quibus admodum scurriliter adulatus fuerat Cæsari, sed vehementer offendisset *Gallorum* animos. Volebant enim esse juris divini, ut totius orbis sit unus monarcha, quemadmodum est unus sol: & hanc editionem dicârunt suo Cardinali, nè mundus ignoraret humilis illius *Francisci*, qui nunquam perpelli potuit, ut vel presbyteri reciperet honorem, posteros habere Cardinalem. Is subinde crepat *Logicen*, *Physicen*, & *Metaphysicen*, quasi solus ista calleat. Hoc nimirum docuit *Franciscus*. Monachum sic nobis describit, ut *Christum*, beatam Virginem, Apostolos faciat monachos. Porro, quicunque non vivunt juxta regulam evangelicam, negat esse monachos, me videlicet liberans gravi calumniâ. Etenim quum semper excipiam bonos monachos, nec usquam attingam nisi malos, qui juxta istum monachi non sunt, nihil habet ullus monachus quod mihi stomachetur. Habet horum similes *Ungaria* & *Polonia*, fortassis & *Italia*, quorum nomina amici non sunt dignati perscribere. Ubi nunc sunt qui verentur nè ruat ecclesia, quum habeat qui talibus modis eam propugnent? Tota spes est in populi stultitia. Gestiunt innotescere mundo, sed meâ sententiâ præstaret illos aliis rationibus innotescere. Si Principum autoritas hactenus nihil, aut certè non multum, valuit adversùs novas factiones, quanto minus valitura est mendicorum scurrilitas? Habes opinor justam epistolam, nè posthac de meo silentio querimoniam adferas, nec hujusmodi verbis utaris, *Demiror, si Botzemi tui possis immemor esse*. Quod in mediis calamitatibus nunquam non recordaris *Erasmi*, equidem perfacile credo, sed mallem *Erasmum* tibi in rebus tranquillis venire in mentem. Verùm si minus jucundum, certè non minus pulchrum est, in tempestate rectum tenere clavum, quàm in tranquillo. Bene vale, mi *Botzeme*, inter candidos amicos præcipue. Datum *Friburgi Brisgoæ*, Idus Augusti, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Rot. Bonifacio Amerbachio S.D.

Epist. 16. NÆ tu μάλα ἐπιβολικῶς καὶ ἐπιμόρως candidus ac modestus es, *Amerbachi* charissime, qui quum omnia læta magis cupias esse amicorum quàm tua, tamen si quid accidit acerbius, miro studio celas amicos, quum rectè dictum sit & illud κοινὰ τὰ φίλων ἄχη. Solus dolere vis, si quid vulneris tibi fortuna inflixit: at si quid nobis obtigit tristius, non sat habes in mœroris venire societatem, graviùs commoveris quàm si propriè esset tuum infortunium. Decessit tibi filiola, & quod nobis multò est acerbius, illi tu μόνον οὐχὶ σωματίδιον ὦ βέλτιστε, nec alia morbi causa quàm dolor. Tantum malum mihi serò scire licuit, nec id sanè per te, sed per medicum tuum huc fortè fortunâ profectum. Itaque nos penè tecum perieramus imprudentes. Novi, mi *Bonifaci*, quàm sis φιλόσοφος, & privatim erga tibi sanguine aut affinitate junctos, & publicè erga patriam, eóque facilè divino quàm acerbè discruciet animum tuum infantulæ desiderium; quam sic adamabas, sic in sinu gestabas, sic in delitiis habebas, quippe conjugii primitias, quæque tibi primum dulcissimum patris nomen dedit, effectoque ut ne pro niteret semper tibi gratissimam [illegible] tatem cum matrimonii compedibus quibus initio sic abhorrere videbatur uxorem ægrè quiveris perpelli, [illegible] lidissimis machinis, hæredis amore, & hortatu. Nam apud istam mentem [illegible] ἡδονῆς ὥστε μεγαλίων φασὶν, ὑβρὶς λυθῆ. Itaque quum mihi genius tuus satis esset perspectus, facilè expectabam gravem aliquam σωφροσύνην καὶ σωφροσύνην nè meruerem, socii caris in rebus mihi perspecta haud vulgaris animi erectoris constantia. Verùm æquum erat, ut homo juris prudentiâ clarus, qui summa cum laude publicitùs doces alios Cæsarum parere legibus, quiquiore animo pareres naturæ legibus, quæ [illegible] volentem, nolentem trahunt. Quantumvis autem tibi dolor tuus damnum istuc exaggeret, indiciari certè non potes esse reparabile, modò cum uxore sis incolumis, quum utrique sit aras integra modò, verumetiam florens [illegible]. Quid si tibi obtigisset sterile conjugium, quoniam accidit compluribus, non oportuit ibi viro prudenti esse impræmeditatum? Quisquis enim uxorem ducit, ad humanos casus animum præparatum habeat necesse est. [illegible] jugis ἀγονίαν, orbitatem, solitudinem. At tu modum orbus es, alterâ superstite filiâ. [illegible] ἔτεκνος; Quid aliud quàm candidissimam stellam virginum cœlestium choris addidisti? Illa gaudet, exultat ac tripudiat, quòd in æterna gaudia recepta est, priusquam hujus infelicissimæ vitæ malis contaminaretur, & tu inconsolabiliter ploras, imò non ploras, sed commorieris. Surculus modò, vel flosculus magis, ab arbore decerptus est, incolumi stirpe, illæsâ radice. Quid si Deus illi jacturâ tentare voluit animum tuum, quem ab ipso pendeas? Quid si tibi pro erepta filiola reddit filium, non solùm facultatum, sed istius etiam exactæ eruditionis, cum omni genere virtutum conjunctæ hæredem? Nam istis opibus longè beatior es, mi *Bonifaci*, quàm agris aut nummis, quamquam & hæc fortunæ commoda tibi supersint majoribus relicta ὑ μόνον οὐχὶ ἡ αὐτάρκεια, ἀλλὰ καὶ τὴν λαμπρότητα. Inter externa bona minùs obnoxia sunt fortunæ ludibrio, quæ à vobis dicuntur esse soli. At si res soli est quod immobile est, in ista animi bona convenit istius cognomini bona. Domos præter bellorum immanitatem auferet incendium, agros alluit mare, vix etiam parem [illegible] xeis montibus: in unam virtutem fortuna nullum habet jus. Proinde si istud Domini [illegible] explorantis vulnusculum patienti fero animo, confido futurum, ut ille quâ est benignitate infantulæ jacturam pensat scito puero, qui possit tibi opulentiæ tuæ longè *Cræsi* opes superantis successionem in solidum capessere, qui te nobis congeminet, qui te nec senescere sinat, nec immori. Hac spe fulciendus erat animus, vir eruditissime, nec oportuit oculos semper habere fixos ad id quod ereptum est, si tamen hoc est ereptum malum præmitti; sed reputandum erat quam multi adhuc in te liberi essent reconditi. Jam mihi fige non obtigisse liberos, an Deum vocabimus injus, quia non dedit, quod auspicanti matrimonium non est pollicitus? Pone contigisse [illegible] ἀγαθόν, sed mox ereptos, quid habitari [illegible] justa

justæ querelæ adversus Deum? Quod dedit, gratuitum est; quod, quum voluit, datum repoposcit, suo jure fecit: neque enim id perpetuum esse voluit, sed commodatitium. Apud *Anglos* novi *Joannis Coleti* matrem raræ pietatis matronam: ex eodem marito susceperit filios undecim, filias totidem; totus ille chorus ereptus est, uno excepto *Coleto*, qui fuerat natu maximus. Ademptus est & maritus senex anui. Jam accedebat ad annum nonagesimum, facie tam integrâ, moribus tam alacribus, ut diceres illam nec luxisse unquam, nec peperisse. Denique, ni fallor, & *Coleto* supervixit. Tantum animi robur fœminæ præstitit, non eruditio, sed pietas erga Deum. Et tu vir istâ doctrinâ, istâ prudentiâ, istâ cæteris in rebus animi præsentiâ, infantulæ commoreris? Quum hâc lege nascamur omnes, quum isti casus quocunque te vertas, nusquam non occurrant oculis, cujus obsecro prudentiæ est, si quid humanitus accidit, velut ad rem inopinatam ac prodigiosam exanimari? Aliis in rebus turpe visum est priscis dicere, Οὐκ ὀφλω, hîc extremæ vecordiæ sit dicere, *Non putabam*. Quid enim is aliud dicat, quàm non putâram me esse hominem? Scio dices me serum esse consolatorem, imò pro consolatore objurgatorem agere. Alterum, mi *Bonifaci*, tibi ipse imputes oportet, qui me domesticam calamitatem rum scire nolueris: alterum fortassis eò profecerit, ut in posterum adversus humanos casus sis instructior. Miratur ille *Terentianus Mitio*, quemquam posse instituere in animum quod sit charius quàm ipse sit sibi. Et est quidem φιλοστοργία humani mansuetique animi indicium. Sed arbitror nè *Mitinem* quidem, si quis casus eripuisset *Aeschinum*, præ luctu in morbum fuisse collapsurum: Nunc tu de tuoipsius periculo securus, & in tuo malo fortis, alieno morbo dejiceris, ac vereor nè & immoriaris. Quid tandem obsecro profecturus? An illa lachrymis in vitam revocari poterit? Si Deus teipsum à te reposcat, aut non satis novi te, aut æquo animo sis obtemperaturus. Reposcit infantulam, & dolore contabescis? nec cogitas quot orbos unius interitu facturus sis, si quod abominamur acciderit, uxorem, filiam, fratrem, sororem, socerum, nos amicos tibi prorsus ὁμοψύχους tecum periclitantes. Denique quàm amabili thesauro patriam tuam sis spoliaturus, cui non minori præsidio es quàm ornamento, cuique meritò es, πολῖτα ἀστεῖον & ἄλλων. Si tibi salus tua est vilis, certè horum respectus te movere debet, ut in eo humanitatis tuæ rationem habeas. Nullus tibi melior vel consolator vel admonitor fuerit, quàm tu, modò teipsum tibi adhibueris, eadémque tibi dicas, quæ dicturus sis alteri in casu simili. Adhibeas autem non ἐαυτὸν ἀλλ' φιλόσοφον, sed philosophum illum erectum ac μεγαλόψυχον, quem hactenus in te sum admiratus. Rectè præceptum est à priscis sapientibus in rebus humanis nihil esse mirandum, hoc est, nihil nimis amandum, nè si eripiatur, dolor succedat immodicus. Terret me germani tui *Brunonis* exemplum, qui desiderio conjugis amissæ periit. Quantum autem bonorum in illo viro perdidimus? Quid quod Deus interdum ob hoc ipsum eripit nobis quod habemus, quia præter modum amamus, nobísque fingimus esse proprium ac perpetuum quod erat commodatitium, atque id quoque ad diem incertum, ut liberum sit commodatori mox repetere quod dedit. Dicas in rebus humanis & hîc esse *Nemesin* quandam. De adversa valetudine tua serò sum factus certior, convaluisse nondum audivi: quæ res me magnopere solicitum habet, nec eam solicitudinem ex animo potero extundere, nisi tuis literis autographis jubeas me tranquillo esse animo. Post triduum mittam isthuc unum è propriis famulis dies aliquot apud vos commoraturum, per quem poteris tuò commodo quæ voles scribere. Nuper misi literas *Jacobi Sadoleti*, quas communi cum meis tunicâ obvolutas accepi. Nunc mitto tres fasciculos epistolarum ex *Italia*, ni fallor, datos. Ad me pervenerunt ex *Augusta Vindelicorum*. *Basilio*, uxori, cæterísque tibi charissimis salutem plurimam. Bene vale ὦ φιλτάτη μοι κεφαλή. *Friburg. Brisgoiæ* pridie Nonas Julii, Anno M. D. XXXII.

Erasmus Rot. Jodoco Sasbouto S. D.

DIctum est olim, eum oportere egregiè probum esse, qui *Atheris* esset probus: Nunc non absurdè quis dixerit, eum oportere syncerum esse amicum, qui hoc seculo sit amicus *Erasmo*, quo sycophantiis, conviciis, ac mendaciis undique fervent flagrántque omnia, & in quo nec inimicos attingere tutum est, nec amicos prodere. Experior tamen in hoc rerum tumultu non paucos esse qui mihi ex animo bene volunt. Hos eò mihi chariores habeo quòd rari sunt: Sed paucos eximios malo, quàm turbam inexploratorum ac vulgarium. Complures anni sunt, quòd ex amicis minimè levibus cognovi te de nostris studiis & sentire candidè, & honorificè prædicare. Eum affectum nondum in te refrixisse ex *Quirini Talesii* pridem amanuensis mei literis cognovi nuper. Quo nomine, *Sasbouto* charissime, profiteor me tibi debere plurimum, & debere libenter: atque utinam tam mihi esset in proclivi tecum mutuis officiis paria facere, quàm in promptu est amore mutuo respondere. *Hollandiam* patriam tot bellis lacessi, tot exactionibus expilari, tot incursionibus vexari, diripíque ab amicis pariter atque ab inimicis, mihi ut esse debet, auditu gravissimum est. Maximam horum malorum partem gignit nobis τῶν ἀρχόντων φιλοτιμία, quâ nihil exitialius, si abfit illa verè βασιλικὴ sapientia. Avidi negotiatores dum novis latifundiis inhiant, avitos agros aut habent pro derelictis, aut in sortem versos committunt aleæ. At olim abundè magnificum erat esse comitem *Hollandiæ*, sed hi sunt æstus rerum humanarum perpetui, nisi quod vix unquam immanior procella terrarum orbem occupavit. Verùm ut in magnis tempestatibus apparet qui sint periti gubernatores; ita mihi videtur insignis cujusdam esse tum integritatis tum prudentiæ, in tanta rerum omnium confusione, tantísque procellis rectum tenere clavum. Quod an nos assequuti simus nescio, certè conati sumus & conamur sedulò. Expectamus quid nobis hæc pariat Synodus *Ratisbonensis*. Mihi quidem bona spes est, sed paulò melior esset læti spes eventus, nisi Cæsaris pietas tantum tribueret quibusdam infulatis, quibus equidem velim suum vindicari autoritatem, sed quorundam ambitioni nihil est satis. Regina *Mariæ*, fœminarum hujus ævi laudatissima, revocat me in *Brabantiam*, sed posthac mihi vivam oportet, si cupiam omnino vivere. Studiis immori libet

Epist. 17.

libet, aulicis negotiis immori non libet. Scripturus eram clarissimis viris *D. Abeli à Colster*, & *D. Gerardo ab Ascendelft*, sed hic *Gerardus Henricus* medicus ex *Italia* reversus offendit me & studiis & scribendis epistolis delassatum, nec visum est illum diutiùs remorari, post diutinam peregrinationem ad patriæ fumum properantem. Quare te rogo ut apud illos præclaros viros mihi sis epistolarum vice, donec dabitur ocii pauxillum. Nolim enim illos literis incultis ac languidis appellare. Interim persuade illis has literas & ad ipsos esse scriptas. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoæ*, tertio die Maii, Anno M. D. XXXII.

Erasmus Rot. Georgio Agricolæ S.

Epist. 18. BEne profectò cessit illa mea cum *Plateano* expostulatiuncula, quæ mihi duorum justas epistolas conciliavit, tametsi tuam tu quidem mavis chirographum haberi quàm epistolam. Atqui id sanè mihi multò jucundius est, ut *Agricolam* hominem egregiè doctum, &, nisi me fallunt omnia, brevi inter literariæ rei proceres præcipuo loco futurum, velut obsignatis tabulis docere possim, mihi gratiarum legibus esse fœderatum. Studium meum in edendo libello, vel obsequium potiùs, nam *Andreæ Conritz* impulsu id factum est, tibi non ingratum fuisse, mihi magnopere gratum est. De *Cornelio Agrippa* quidam amici docti ad me scripserunt è *Brabantia*, sed sic ut nec hominis violentiam probare, & plus illi in colligendo studii, quàm in deligendo judicii tribuere videantur. Nonnullis illud non ingratum est, quod theologis ac monachis hactenus feliciter oppedit, idque Cæsaris umbra cui se profitetur à consiliis, & Cardinalis *Campegii* præsidio. Sed vereor nè hominis fortitudo bonas literas magnâ gravet invidiâ, si modò vera sunt quæ narrant amicorum literæ. Librum illius nondum videre contigit, nec ad me scripsit unquam. Opus quod de mensuris ac ponderibus habes in manibus, cupidissimè legam simul atque miseris. Id auguror, mi *Georgi*, tibi magnæ gloriæ futurum. Nec est quòd invidiam metuas, quum argumentum sit ejus generis, partim ob vetustatem, partim ob regionum varias consuetudines, partim ob ipsius materiæ subtilem obscuritatem, nè quid interim dicam de libris depravatis, ut nunquam sit exhausti satis. *Portium* audio virum non minùs humanum esse quàm doctum. *Alciatus* ingenio candidissimo præditus est, ut ab illo tibi nihil sit metuendum. *Budæus* ut est stomachi liberioris, ita vir melior est, quàm ut indignetur, tantum argumentis agenti. Quod etiam si maximè faciat, quod opinor nunquam facturum, suo nomini magis obfuerit quàm tuo. Denique ut maximè nascatur inter vos aliquid contentionis, modò citra petulantiam, consolabitur te illud *Hesiodium*, ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. περὶ τῆς φιλολογίας, non est quod mihi gratuleris, quum ejus consilii me supra modum pœnituerit. Poteram longè aliam Iliadem texere, sed valeat illud portentum, è meris, fumis, fucis, mendaciis, gloriis, ac præstigiis conflatum. Tuæ literæ nunquam non venient mihi gratissimæ. *Lucæ Schoppegio* consuli, & *Barptolomæo Baccho* scribæ senatus vicissim ex me plurimam dices salutem. Vale. Apud *Friburgum Brisgoiæ* IV. Kalend. Septemb. M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Reginaldo Polo S.

REversus ex *Anglia Simon Grynæus* expostulavit mecum quòd cæteris quum scriberem, te præterierim, qui habetur inter præcipuos locos præcipuus. Verùm ornatissime *Pole*, nec oblivione tui, nec [illegible] dià factum est. Suspicabar te ad Musas tuas [illegible] bus audieram te oppidò quàm invitum [illegible] quum *Patavio* discederes, jamdudum [illegible] *Chrysostomus* tuus in tuto est, mittamque [illegible] nundinis, si sciam cui jubeas tradi. Nam [illegible] totus jampridem ab amanuensi meo [illegible] est. Biennium est quod totus *Chrysostomus Græcus* promittitur nobis è *Verona*, idque auctore *Matthæo Gibberto* quondam Pontificis datario, nunc episcopo *Veronensi*, sed nihil adhuc prodire video. *Hieronymus Frobenius* meo suasu excudet autem *Basilium Græcum*, qui mihi inter ejus artis scriptores unicè placet. Nam *Chrysostomus* habet nescio quid submolestæ πολυμυθίας, *Gregorius Nazianzenus* nonnihil affectatæ argutiæ, atque in magna ex parte situm in verbis; in *Basilio* nihil est quod offendit. Opinor *Leonicum* virum optimum jam reliquisse terras. Nam ante menses [illegible] quatuor, quidam *Patavio* rediens, nunciabat illum id temporis decubuisse, desperatis medicis. Precor ut per Domini misericordiam [illegible] sit illius manibus. Accipio & *Lupsetum* [illegible] in meliorem vitam demigrâsse. Mihi summa voluptati fuit, quod ex *Grynæo* cognovi te istic [illegible] ctè valere, & in ea esse dignitate, quam [illegible] maginum claritatem, & probitas illa meretur, & eruditio. Futurum tamen est multò gratissimum, si ex tuis literis pleniùs de statu rerum tuarum cognovero. Bene vale. *Friburgi Brisgoiæ* postridie *Bartholomæi*, Anno M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Gaspari Ursino Velio S.

DE phrasi, doctissime *Veli*, nunquam [illegible] gnopere solicitus, nec invideo *Budæo* [illegible] primas tenentibus ut scribis. Sum enim [illegible] non dissimilis *Ovidio*, cui quævis poetarum species aliquo lenocinio placuit. Ubicunque [illegible] ingenii, sensus arguti, cogitationes recondit[illegible] mihi abundè satisfacit dictio. In hoc [illegible] quòd neque quaslibet edit epistolas, nec ad [illegible] libet. Ego dum vel amicis obsequor, rei typographis urgentibus obsequendo, [illegible] rum consulo famæ. Quanquam ut [illegible] jus laudis fui anxiè ambitiosus, ita [illegible] regnantibus bonis literis, æquissimo [illegible] me jam plusquam sexagenarium de [illegible] jici. Ac eandem propè voluptatem animo [illegible] tio, quam *Lacon* ille, qui quum ambiret in [illegible] tum virum numerum allegi, repulsus abiit [illegible] ac ridens. Rogatus quid gestiret; *Quòd* [illegible] *deam*, inquit, *in hac civitate trecentos* [illegible] *meliores*. Quòd ad instaurandum [illegible] num, tot cladibus afflictum, strenuam [illegible] ram, laudo pietatem: quòd succedit, [illegible] licitatem. De Principe tuo & rectè & [illegible] judicas, sed spero aliquando fortunam [illegible] mo responsuram. Cæsar nihil adhuc aliud [illegible] colligit, quando sparsurus nescio. Sunt qui [illegible] hoc esse fatale imperiali coronæ, semper [illegible] vacuámque

vicinique esse *Danaidum* dolium, quantumvis infundas. De *Turcis* rumor hic parum lætus volitat, fertur alter de rursus indicenda Synodo rumor. Quid cogitat Cæsar nusquam minus scitur, quàm illic ubi vivit. Scio quid proverbia dicant de conciliis *Germanis*, quid sit eventurum nescio. Nè nihil novæ rei putes esse, mercatus sum ædes honesti nominis, sed iniqui precii. Exhausimus quicquid erat præsentis pecuniæ, & adhuc ædificamus. Tantum sensi tædiorum in licitando, contrahendo, stipulando, emigrando, immigrando, rixando cum fabris & furibus, ut malim decennium in libris versari, quàm unicum mensem hæc devorare catapotia. Corpusculum hic habitat, animus alibi. Jam illud etiam periculum est, nè ex ædibus bene adornatis nos exigat pestilentia, quæ jam maturè scintillat hic odiosè. De *Cluniacensi* præsule, faciam quod jam toties hortaris, simulatque dabitur opportunitas. Hæc ad epistolam tuam *Viennæ* scriptam XXVI. die Junii. Vale. *Friburgi* VII. die Augusti, M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Joanni Paumgartnero S. D.

21. ANte annos fermè duos *Ulrichus Zasius*, vir plurimis maximisque doctibus suspiciendus, sed haud aliâ tamen amabilior, quàm admirabili quodam animi candore erga amicos, præbuit mihi gustum vini *Paumgartnerici*, quod sanè palato quamvis exquisito placere poterat. At idem ingenii *Paumgartneriei* gustum nuper aliquanto plenioremdedit, mihi quidem longè suaviorem. Nam ea suis ad me literis de te prædicavit, vir clarissime, ut non solùm me totum rapuerit in amorem tui, verumetiam effecerit ut existimem me tibi non mediocriter devinctum, ipsi devinctiorem, quum antehac fuerim devinctissimus. Quis enim non amet virum Reipublicæ commodis natum, & in quo cum amplissima fortuna præclaræ virtutes animi paria faciant? Imò non paria faciant, sed longè superent. *Zasium* autem promerentem sic multis annis amavi, ut prorsus, juxta legem *Pythagoricam*, omnia mihi cum illo duxerim communia. In quem quum tam effusa fuerit tua benignitas, scito *Erasmum* totidem nominibus obstrictum esse tibi quot *Zasium* habes obstrictum. Quòd si hâc lege me recipis in numerum debitorum tuorum, eâdem lege me recipias oportet in numerum amicorum. Etenim si hoc est amicitiæ jus, ut res cæteras faciat inter amicos communes, multò magis convenit ut ipsi quoque amici sint communes, quum hac possessione nulla sit preciosior. Porrò, *Zasius* plurima sua in me merita non mediocri auctario cumulavit, posteaquam in hujus amicitiæ consortium adoptavit veterem amiculum. Sed hæc aliàs copiosiùs. Hæc vix scribere licuit diutinâ tussi concusso, quod malum hîc plurimos occupavit. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoæ* octavo die Feb. M. D. XXXII.

Erasmus Rot. R. D. Bernardo Card. & Episcopo Tridentino S. D.

22. QUi se profitentur spirituum callere naturas, hoc nobis affirmare solent, bonos adferre hilaritatem, malos terrorem ac tædium. Hi si vera prædicant, oportet in te ac Rege *Ferdinando* genium quempiam esse mihi felicem atq; amicum. Nulla enim vel ab illius majestate, vel à celsitudine tua venit epistola, quæ non egregium aliquod solatium adferat animo meo, etiamsi parum lætum sit argumentum. At est diversum hominum genus, qui nullam scribunt epistolam tam amicam aut blandam, quin aliquid habeat admixtum amari veneni. Quanta cum voluptate legi, quod epistolâ proximâ scribis serenissimum *Romanorum* Regem *Ferdinandum* multis audientibus tam honorificâ mentione meum ornâsse nomen, ut mihi apud illum nullius omninò commendatione sit opus. Quid faceret Princeps humanissimus, si quo obsequio majestatem illius demeruissem? Mihi hæc ætas jam gravis, sed aliquanto gravior valetudo, non alio nomine molestior est, quàm quòd per eas non licet tam pio, tam candido, tam amico Principi inservire. Nam quum *Græcorum* adagiis probentur facta juvenilis ætatis, consilia mediæ, vota extremæ, ad hanc lineam mihi deventum est, ut optimo Principi nihil aliud quàm optima precari valeam, id quod facio sedulò. Jam semel atq; iterum in literis admonet tua pietas, ut aliquid nominatim petam ab amicissimo Rege, te curaturum ut optatis potiar. Utinam istuc ad me perscripsisset summus ille monarcha *Christus*, permulta forent quæ ab eo peterem, sed nihil prius quàm mentem ipso dignam. A Rege *Ferdinando* vix video quid petam, præter ea quæ ultrò præstat illius eximia bonitas. Exceptis studiis, quibus immori libet, ad omnem vitæ functionem sum inutilis. Dignitas nihil aliud jam esset mihi quàm sarcina equo collabenti, opes congerere jam decurso vitæ spatio, nihilominus absurdum sit, quàm si quis confecto itinere augeat viaticum. Parvo alitur frugalitas, quæ mihi semper grata fuit, nunc etiam est necessaria. Optârim tamen tranquillam senectutem, si negata est hilaris ac florida, quam multis video contingere. Senium depellere, valetudinem corrigere, nec summus Pontifex, nec Principum maximus Cæsar potest, quum habeam utrunque mihi benevolentem, utinam saltem oblatrantium ora possent obturare. Nè id quidem illis in manu est. Præter eos autem qui palàm undiq; obstrepunt, non desunt qui maleficis artibus ac per cuniculos moliantur exitium. Scio verissimum esse quod ad consolandum me commemorat tua pietas: Semper virtute partam gloriam fuisse obnoxiam invidiæ, nec hoc modo seculum genuisse ac pertulisse similes improborum tumultus. Memini quàm improbè sit oblatratum *Hieronymo*, sed illius eximia virtus aut obruebat invidiam, aut certè pensatione reddebat toleratu facilem. Ego quid sum ad tales collatus viros? Si doctrinam ac pietatem expendas, indignus sum qui illis calceos extergam: si invidiæ magnitudinem, totis parasangis illos præcurro. Attamen ingenuè fateor me hoc Principum clementiæ debere, quod hactenus adversùs tot excetras subsisto. A Rege *Ferdinando* nihil est quod in præsentia petam, nisi ut si quid per æmulos meos extiterit tragœdiæ, sui similis esse pergat, id quod & pro regalis ingenii benignitate jamdudum sponte facit, & tuâ commendatione, vel admonitione verius, posthac cumulatiùs facturum confido. Promerebatur illud sanctissimi Regis pietas, ut florentibus tranquillisque rebus perpetuò frueretur. Sed quando bellum commeruere scelera nostra, precor ut auspice Deo feliciter tum illi tum nobis omnibus cadat *Martis*

alea. *Henricus Glareanus* studiorum suorum specimen mittit inclyto *Romanorum* Regi *Ferdinando*, nihil quidem ab illo venans muneris præter favorem optimi Principis, quem jampridem expertus est sibi fuisse bono, ut hoc officio non tam captet gratiam quàm referat. Est vir, ut si quis alius, integris & inculpatis moribus, doctrinâ variâ, reconditâ & exactâ, multum dissimilis quibusdam, qui quum decem versiculos possunt scribere, pro consummatis viris haberi volunt. Hic Philosophiam cum Poetica, Historicam cognitionem cum Mathematicis disciplinis conjunxit. Profitetur hìc publicè, ordinario salario, nihilo secius privatim instituit aliquot generosos adolescentulos, ut illius domus reverà sit optimarum artium officina, ipse non minimum hujus academiæ ornamentum. Quid multis? Dignus est, qui tuæ celsitudinis commendatione Regi fiat & notior & charior. Excitabitur ad alacriùs provehenda studia, si senserit hoc officium regiæ majestati fuisse non ingratum. Vale, die *Pentecostes*, Anno M. D. XXXII.

Erasmus Rot. Joanni Bonero S.

Epist. 23. Quòd *Stanislai* literæ sine tuis ad me perlatæ sunt, quo casu factum sit nescio, tuâ certè negligentiâ factum non arbitror. Hanc enim de te persuasionem indui, *Bonerum Stanislao*, nec amore in me mutuo, nec studiorum alacritate ullo unquam tempore cessurum, imò potiùs annixurum ut utraque in re licèt gnaviter currentem à tergo relinquas. Decet enim, ut qui majorum imaginibus, opibus, reliquísque fortunæ commodis antecedis, multo magis veris illis bonis in quæ fortunæ nulla est manuum injectio, superior evadas. Tibi prælucet generis claritas, fortunæ splendor, ut jam cessationi nullus sit locus, quam ipse etiam tibi jamdudum præclusisti, ut qui ætate tam tenerâ, adeò feliciter progressus sis in Musarum vireta. Turpissimum enim fuerit, mi *Bonere*, si quum tibi Deus ac parentes optimi, ad summam eruditionem, egregiámque virtutem omnia affatim suppeditârint, ingenium docile, indolem felicissimam, pecuniarum vim, qui non minùs studiorum nervi sunt, quàm belli, denique præceptorem, quo doctiorem, vigilantiorem, atque etiam amantiorem, nè optare quidem possis, tute solus tibi defuisse videaris. Quum itaque tantam multis nominibus sustineas expectationem, non committes ut eam fallas. Quòd si nunc studia nonnihil aloes habere videntur, cogita quantum voluptatis, quantum gloriæ hinc tibi sit proventurum, quum velut avidus negotiator, lustratis utriusque *Germaniæ*, *Italiæ*, *Galliæque* emporiis tot eruditorum hominum contubernio usus, redibis in tuam *Poloniam* omnium disciplinarum ac virtutum mercibus egregiè locupletatus. Vale. *Friburgi* Natali D. *Matthæi* M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Germano Brixio S.

Epist. 24. Decrevisti ut video *Canossæ* nomen immortalitati consecrare. Ante complures annos novi hominem in *Anglia*, sed ignotum notus. Rumor erat tum illuc venisse legatum Pontificium Cardinalem, sed cultu profano. Invitârat me *Andreas Ammonius* ad prandium, veni nihil suspicans insidiarum. Amabam enim homin[em] liariter. Apud eum reperi quendam [illi] longâ, sed capillis in reticulum colle[ctis] tantùm famulo. Multa fabulatus [sum] *drea*, nihil omnino suspicans de *Ca[nossa]* bar tamen hominis militarem ferocit[atem] *Græcè* percontatus sum *Andream*, [ille] respondit, ἄνηρ ὁ μέγας. Atque [ego] ἄνηρ τὰν δυνὰ, & persuasus esse [ne]g planè neglexi hominem. Accubitum [est]. [Ca]n præsedit, ego proximus. Toto convivio [sum] *drea* familiariter ex more fabulas [mi]sci simulans negotiatoris contemptum. Tan[dem] contatus sum *Andream*, num vera esset [fama] venisse legatum qui jussu *Leonis* X. dissidium *Galliarum* & *Angliæ* Reges componeret, [re]spondebat. Summus, inquam, Pontifex non ego [de] consiliis, si tamen hìc me adhibuisset, aliud [sen]sem. Quid inquit *Ammonius*? Non expedire [ne]quam fieri mentionem pacis. Quamobrem? Quoniam pax inquam subìcò coit [non] Atque interea dum monarchæ tractant de [con]ditionibus, milites ad odorem pacis pejora [mo]litur quàm in bello. Per inducias autem [tribù]hibentur militum manus. Inducias [quas] prscriberem trium annorum, quo liceret [com]de duraturi fœderis legibus dispicere. [Ad]vit *Andreas*, & hoc inquit, opinor, agit [le]gatus. His ita dissertis redii ad id quod [ne]non responderat liquidò. Estne inquam [Car]nalis? Unde inquit tibi istuc in mentem [ve]Quoniam inquam hoc narrant *Itali*. Et [ille] quit, unde nôrunt? Hìc inquam [fu]ori, ô [pa]annos aliquot te viderem in *Brabantia*, [quæ]unde te agnoscerem? Subriserunt [hom]nè tantulum quidem etiam suspicatus. [Hæc] gebam, num reverà esset Card. Ter[ra]rum et *Ammonius*, tandem, Est, inquit, [ami]litio. Hic ego suaviter arridens, Istuc [ali]quid inquam, gerere animum Cardinalitium. [Hæc] áque multa *Canossa* audivit tacitus. [Tan]nescio quid *Italicè*. Mox admisceri [vo]sed sic ut posses negotiatorem ingenuum [agn]scere. Quum nihil respondentem, ad [ver]xit: Demiror te in hac barbara natione [vi]vere, nisi fortè hic mavis esse solus, [qui]primus. Hanc argutiam demiratus [in] respondi me vivere in ea regione [quæ] haberet insigniter doctos, inter quos [mihi] set ultimum tenere locum, quum [quod] numero futurus essem. Hæc aliáque [dem] nihil iratus negotiatori. Puto mihi [tum] liquem bonum adfuisse, alioqui in [hoc] crimen me pertraxerat *Ammonius*, qui [me] norabat, quantâ libertate soleam [apud] tire, quicquid in buccam venerit. [Surre]*dreas* & ego diutiùs ambulavimus in [hor]des dirimit, ac post dimissam [con]officii causâ produxit ad ostium [ter]ea pars domûs in qua pransi fueramus, [sed]men *Thamisin*, malebam enim [re]quàm cymbâ. Post aliquot dies [quum] mus in colloquium, aperit *Andreas* [fabu]nam, ac mecum sedulò agit, ut *Canossa* [ver]ter in *Italiam*; plurima testificans [quæ] me magnificè tum loqueretur, [tum] surdo canebat fabulam. At interim [pa]cè factum est ab *Ammonio*, qui [non] [ling]

linguæ meæ παῤῥησίαν. Poteram aliquid vel in Pontificem, vel in legatum effutire, quod mihi pòst fraudi fuisset. Si nunc *Canossa* parum bene est in *Erasmum* animatus, nihil est novæ rei: solet spretus amor in iram verti. Et video quosdam esse, qui similem pestem conantur injicere studiis, qualem injecerunt religioni. Apud *Italos* fervet *Ciceronianorum* factio, quum nulli sint minùs, quàm qui vociferantur maximè. De fortuna tua non ignorabam, de animo tuo credo tibi, & gratulor. Sed arbitror dignitatem vel non ascitam accessuram. In *Chrysostomo* malueram te minus esse *Callipidem*, id enim fit luculentâ fraude typographi. Bene vale, *Friburgi Brisgoiæ*, Anno millesimo quingentesimo trigesimo secundo.

Erasmus Rot. Berthramo Damo S.

35. NOndum statui, *Berthrame* charissime, utri potiùs succensere debeam, istíne tuo pudori immodico, per quem factum est ut minus præ te ferres qualis & quantus esses: an meæ incogitantiæ, qui distractus aliis curis, serò sensérim quantus mihi esset oblatus thesaurus. Tandem in carmine tuo totum *Berthramum* velut in speculo, contemplatus sum, magna sanè cum animi mei voluptate. Est enim sobrium ac sanum, amabilem quandam præ se ferens modestiam, in eruditis raram, in nobilibus rariorem. Unum vereor nè illic non sine meo dedecore legatur, in cœlum ferri humanitatem meam, quod talem hominem tantum itineris meâ causâ emensum admiserim ad qualecunque colloquium, qui τὸν κύκλωπα tot diesmensâ exceperim. Deum immortalem, quantus hic mihi periit fructus, vel tuâ verecundiâ, vel meâ socordiâ. Quòd si in rem tuam foret hìc commorari, scito & domum hanc, & domûs dominum esse pleno jure tuum. Sin aliò te vocant rerum tuarum rationes, tamen *Berthramus* mihi præcipuum locum obtinebit in eorum numero, quos & amo synceriter, & suspicio non vulgariter. Bene vale.

Vereor nè nobis diversum quiddam acciderit, tibi qui pro thesauro repereris carbones, mihi qui carbones esse suspicans, thesaurum amiserim.

Erasmus Rot. Hectori Hoxvirio S.

36. EX literis tuis planè agnovi γνήσιον *Goclenii* discipulum, adeò illum & sermonis elegantiâ, & singulari modestiâ refers. Næ tu de *Erasmo* perquàm magnificè sentis, qui quum nequaquam verius sis adire Cæsarem totius orbis monarcham, tamen per *Goclenium* non hortantem modò, verumetiam fide jubentem vix perpelli quiveris ut me literis compellares. Atqui negant epistolam erubescere. Quis in tam præclaris animi fortunæque dotibus tam insignem verecundiam non exoculetur? Sed eidem tamen nonnihil succenseo, per quam steterit, quò minùs mihi tam amabile pectus innotescerem. Quanquam epistola tua septimo Calend. Junias scripta, postridie Non. Novemb. demum reddita est, nè quid meam incuses vel negligentiam, vel inhumanitatem, quòd seriùs accipis responsum. Non est autem, ornatissime juvenis, quòd ambias ut *Hectoris Hoxvirii* nomen in amicorum meorum album ascribatur; imò tibi plurimam habeo gratiam, quòd me tam singularis amici accessione locupletare voluisti. Illud mihi persuades facillimè, quod arcano quodam naturæ sensu, raptus fueris in amorem mei. Nam id ni fuisset, quid habet hic homunculus, quod vel amet, vel admiretur quispiam? Gaudeo tamen ubique multos exoriri, qui suo splendore, meam, si qua est, famam obscurent. Gratulor autem & vestræ *Phrysiæ*, quæ cum antehac *Cereri* & *Baccho* familiarior habita sit quàm *Palladi*, nunc Musarum domicilium esse cœperit, tot felicibus ingeniis isthic efflorescentibus. Quid enim *Hajonis Hermani* senatoris ingenio dexterius, quid moribus humanius, quid stilo purius aut expolitius? Sit igitur funiculus triplex, qui, ut ait *Hebræus* ille sapiens, non facilè rumpitur, postquam accessit *Viglius Zuichemus*, cujus ingenium plusquam niveum in ipsius ad me literis sæpenumero demiratus sum. Sed meo in illum amori plurimum accessit, posteaquam hic me salutavit, tametsi parum in tempore: nam offendit & languentem, & migrationis tædio lassum. Admirabilem quendam erga me affectum, non jam oratione tantùm, sed oculis, vultu, totiúsque corporis gestu præ se ferebat. Reliquit etiam μνημόσυνον apud me sanè quàm elegans: Annulus erat astrologicis notis sculptus, qui explicitus sphæræ vicem exhiberet, ut mihi liceat mundum gestare digito. Aut me fallunt omnia, aut illi si superi vitam dederint, futurus est aliquando vestræ *Phrysiæ* magnum ornamentum. Adibat tum *Italiam*, absoluturus *Patavii* studiorum suorum cursum. Ab *Hajone Hermano* jamdiu nihil accipio literarum, ob id fortasse quòd non detur per quem turò scribat. Tametsi solet hoc officii genere mirè sedulus esse. Hominem meis verbis salutabis diligenter. Nam in præsentia non vacabat scribere. Salutabis & reliquum sodalitium nobis benevolentium, in quod utinam nulla irrepat vipera, quæ nostram amicitiam maleficis viciet sibilis. Nocentissimum habet fascinum non rectus invidiæ oculus. Posthac si quid à me fieri velis, amicitiæ jure postulabis. Non repugnabo *Hectori*, cui vix *Achilles* erat par. Nec dubito quin in amicitia quoque sis tuo nomini responsurus, quemadmodum facetissimè polliceris. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoæ* XIII. die Decemb. Anno millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Rot. Jacobo Cantæ S. D.

ÆGidius *Vannonius* famulus tuus me non mediocriter inflammavit in amorem tui, vir ornatissime, multa prædicans de tuo pulcherrimo instituto, quo conaris studia jam apud pleroscque, nescio quo malo fato refrigescentia excitare, & ad id unum omnes fortunas tuas, omne studium industriámque conferre. Quæ res mihi persuadet, te non solùm virum bonum esse, verumetiam animo generoso præditum. Quòd si literæ quæ nunc apud pleroscq; languent emoriantur, quæso quid erit hęc vita nostra, aut quid sperandũ, nisi ut in *Turcicam* barbariem degeneremus. Ut approbo summopere conatum tuum, ita precor ut *Christus* Opt. Max. quod agis bene fortunare dignetur. Oro ut posthac *Erasmum* in amicorum tuorum album ascribere digneris. Reverendissimo Cardinali *Campegio* meis verbis salutem dicito reverenter. Scio quantum illi debeam, & debeo profectò libenter, & *Epist. 27.*

plura debere cupio. Eram occupatissimus, sed hoc tempusculi suffuratus sum ut te salutarem, nactus hunc juvenem tui amantissimum, qui cùm lubens egissem de convictu, nisi tam commodum haberet dominum. Nulla re mihi magis est opus quàm fidelibus ministris, sed hæc alea mihi non semper cadit ut volo. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoæ*, Anno à *Christo* nato M. D. XXXII.

Erasmus Roterodamus Ambrosio à Gumpenbergo S. D.

Epist. 28. PRofectò mei me pudet, *Ambrosi* vir eximie, suspicor literas tuas mihi redditas simul cum multis aliorum, jam studii laboribus, ac legendis epistolis fatigato. Nam sic interdum evenit, ut inter plurimas una quæpiam effugiat fallátque, aut non lecta, aut oculis carptim decursa. Hoc tempore quum respónsurus quibusdam, epistolarum acervos excuterem, tua fortè venit in manus. Ex ea cognovi te R. Cardinalis *Cajetani* literas ad me misisse. Scito nihil mihi ab illo redditum, præter libellos de Eucharistia, Confessione, & Invocatione divorum, in quibus mihi vehementer placuit, & erudita brevitas, & disputandi sobrietas, quum nunc magnis clamoribus res à plerisque agatur, & sic agatur, ut ex perturbatissima fiat perturbatior. Eos & legi perlubenter, & doctis amicis communicavi, denique & typographis commisi. Quòd si literæ R. D. *Cajetani* accessissent, planè triumphássem. Hoc te nescire nolui, precórque ut hanc infelicitatem mihi condones, méque patrono tuo excuses, cujus amplitudini commendatus esse cupio. Bene vale. *Friburgi Brisgoæ* V. die Martii, Anno à *Christo* nato M. D. XXXII.

Erasmus Roterodamus Guilhelmo Comiti ab Eisenburgo S. D.

Epist. 29. CLarissime vir, nec pietate minùs illustris quàm majorum stemmatibus, reddidit mihi *Polyphemus* abs te pugionem sanè quàm elegantem, cum hoc elogio. ut *Si minus possem calamo profligare hostes meos, ferro rem gererem.* Lubens agnovi morum tuorum comitatem, quam hic uno atque altero colloquio sum expertus. *Petrus* habebat duos gladios, eósque *Christus* putavit esse satis. Verùm adversùs tot phalanges undique conjuratas in *Erasmum* vix Cæsaris arma sufficerint. Videor mihi juxta vetus proverbium, *asinus in apes*, vel in crabrones verius incidisse. Indies se densius conglomerant furiosa examina. Nunc *Peluſii* quidam sodales, gladiatoriis animis ad me affectant viam. Nec video fore finem, nisi fortè, hirundinum more, expleti meo sanguine, tandem sponte defluant. Animat illos in me mea imbecillitas atque etiam solitudo. Hinc imbecillis sum, quòd nullâ dignitate malevolos submoveo. Crabrones enim nullâ re melius quàm fumo depelluntur. Solus videor, quia nulli me sectæ addixi, nec sum addicturus, modò Deus hanc mentem mihi servet. Provolant undique libelli, ex *Italia*, è *Gallia*, ex *Hispania*, è *Germania* variis partibus: Quibus nihil aliud proficiunt, nisi quod traducunt suam indoctam malitiam, & dissidiorum incendium exasperant. Equidem, quod unum possum, opto illis mentem meliorem. Nam mihi in hac arena standum est usque ad extremum vitæ diem. Quid facias? Ita visum est fatis. Tum [illegible] virtuti gratulor, qui magno animo, [illegible] cessu rem geras, partes ad mediocritatem [illegible] cans, tam cautâ moderatione, ut nus in [illegible] impingas, nec à *Charybdi* sic periculosam, [illegible] *dion* tuum non patietur animo meo obliquum [illegible] oblivionem, vir amicissime. Vicissim hæc quæ [illegible] la meis descripta digitis interdum te commonefaciet *Erasmi*, quem tutò potes inter tuos enumerare, qui tibi precantur omnia simul bona, quibus profectò viridis ista floridáque senectus cumprimis digna est. Videtur etiam nanus mentis pulcherrimæ simulachrum in ipso corpore exprestisse. Dicas istuc esse futuræ olim immortalitatis specimen quoddam. Sed hem tu pugionem misisti *Petri*, qui videtur idoneus amputandis auriculis, magis opus est qui amputet linguas, quæ parte nocentissimum est hoc animantium genus. Sed desino jocari tecum. Bene vale. Datum apud *Friburgum* XXII. Junii Anno à *Christo* nato M. D. XXXII.

Erasmus Rot. Viglio Zuichemo S. D.

EPistolam quam *Augustæ* reliquerus scripsi plenam amicissimæ cujusdam erga me voluntatis, quam abundè & hic præsenti præsentiam declarâras, *Vigli* candidissime. Respondi per *Gabium* auspicatissimi nominis, dicebatur enim ni fallor, *Petrus mons aureus*, virus est sobrius ac probis moribus; is non petebat *Patavium*, sed per *Venetias Romam*. Commiseram illi & alias literas, sed an dederit nescio. Alteras literas tuas accepi per *Antonium Fuggerum*, *Patavii* scriptas XIV. Cal. Septemb. Qui dies si nihil habet erroris, vel sin quidem non equitásti. Suspicor errore olim Septembrem pro Octobri positum. Utrumque fabor, gratulor tibi aditæ *Italiæ* proximis fuisse proferra, precórq; ut his auspiciis cætera respondeant. De *Egnatio* nihil tu quidem novi narras, etiamsi jucunda omnia. Sic enim amo virum ad ingenii fictum, ut ad omnem de illo commemorationem exhilarer. Quid audio? cum *Ciceroniano* te tuum velitaris, & paras te justo constituí? At pro sua velim quid inter vos conveniat, quid sit in controversia. Si volunt ut juvenes sese componant ad imitationem *Ciceronis*, in hoc maximè mihi cum illis convenit. Nec repugnárim, si censent hæc præcipuè imitandum. Sin verò non permittunt a usquam à *Cicerone* recedamus, neq; quicquam ab liis, licèt probatis autoribus, sumamus: ita [illegible] bitror hoc facere, quod ab aliis exigunt, [illegible] omninò qui hoc exigunt. Sed malus [illegible] nius hanc pestem conatur injicere [illegible] jampridem injecit religioni. *Herasmus Rot.* semper mihi visus est affectare *Ciceronis* facilitatem. Quod arbitror te quoque [illegible] se, tum facere. Nam hæc epistola [illegible] spirabat nescio quid *Tullianum*, non [illegible] ter solitum, sed tamen solito magis. [illegible] tibi videndum est, nè dum impendio [illegible] *Ciceronianus*, parum approbes te auribus [illegible] φιλοβαρβάρων. Extra jocum, mi *Vigli*, [illegible] cum talibus nè conflicteris, aut nè [illegible] eat in amarulentiam. A me si requiras [illegible] dictionis nitorem, bis iniquum facias; primùm quòd à *Batavo*, deinquòd à Theologo. Alioqui sum ex eorum numero, qui *M. Tullii* [illegible] fatigue

divinum esse potiùs quàm humanam arbitrantur. Tantum abest ut illius phrasim improbem. Nos hìc toti sumus in rixis. Prodierunt censuræ *Sorbonicæ*, his respondi sed perpetuâ moderatione. De eodem quod aiunt oleo, respondi & *Cùtovei* veteribus neniis. Expectatur Cæsar *Ratisbona* Synodum instauraturus, sed ille mirum quam agat *Callipidon*, nec id præter solitum. Ego multis jam diebus multi concutior. Vulgare nunc hìc malum est. Miror te in literis non meminisse *Bembi*, quem audio præcipuum isthic omnium felicium ingeniorum agere patronum; oportet enim te illi jam & notum & charum esse, nisi aut tu aut ille mihi parum notus est. Vale. Datum apud *Friburgum* octavo die Febr. Anno à *Christo* nato M. D. XXXII.

A

B

Erasmus Rot. Joanni Paungartnero S.

UTinam ex ingenii mei vena tam facilè aliquod depromere liceat, vir clarissime, quàm tibi proclive est è terræ venis, munus nostrâ dignum amicitiâ. Ut ad te antehac ignotum scriberem, eam audaciam me docuerat *Zasius* exhortator vehemens, cui quicquam negare mihi non est integrum, ob innumera ipsius in me merita, quibus me sibi jam olim habet obstrictum, nunc hoc etiam nomine obstrictiorem, quòd hominis candidissimi accessione amicorum meorum catalogum auxit. Paucos hodie reperias ex animo amicos. At illud synceræ benevolentiæ præcipuum est argumentum, si quis suos etiam amicos cum amico cupiat habere communes. Proinde cum mihi vehementer gratum sit quod misisti aurum nativum & infectum, animi minimè fucati symbolum, tamen non paulò beatior mihi videor factus, qui te amicum lucrifecerim, quàm qui munus acceperim, quod tuâ tamen modestiâ hoc nomine vocari non patitur, atram dici mavis. Nihil adhuc officiorum in te contuli, nec quid omninò possim video, sed si quid in te conferre liceat, in promeritum contulero. Repeto enim id quod scripsi superioribus literis, ni fallor, quot nominibus tibi *Zasium* habes obstrictum, totidem habes & *Erasmum* devinctum. Superest ut *Zasio* proxenetæ, & tibi gratias agam, vir amicissime, lubens relaturus, si vel tu vel *Zasius* submoneat quâ in re queam animo tuo gratum facere. Si lubet, facito periculum an hæc ex animo loquar nécne. Cupio te cum omnibus tibi charis quàm rectissimè valere. Septimo die Mart. Anno M. D. XXXII.

C

D. ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLARUM LIBER XXV.

Erasmus Roterodamus Thomæ Card. Cajetano S.

IPsâ re comperio verum esse quod scripsit *Beatus Augustinus*, esse errorem aliquem bonum. Nam ut illi itineris error fuit saluti, dum per ignorantiam à recta via deflectens evitat *Donatistarum* insidias, ita mihi *Ambrosii Gumpenbergii* error, qui credebat tuas ad me literas fasciculo admixtas esse, viam aperuit ad T. R. dignitatis amicitiam. Siquidem tuam erga me benevolentiam, haud alio argumento evidentiùs perspicio, quàm quòd prudenti simul & amico consilio rationem ostendis quâ pariter & hominum vel suspitiones, vel offensiones valeam abolere, & studiis meis ac senectuti ab oblatratoribus quietem redimere. Quod suadet tua R. D. jam meâ sponte magnâ ex parte præstiti, notatis & correctis locis compluribus, in quibus indubitatus erat lapsus, vel meus, vel typographorum. Moderationem autem quam requiris, jam omnium judicio præstiti, respondens censuris Theologorum *Parisiensium*, quæ nuper facultatis nomine prodierunt, quum revera sint unius hominis inquieti, ac ejusmodi moribus ut suo collegio vix sit tolerabilis. Toties mihi occinitur *Augustinus*, at ego non paulò fui severior in meas lucubrationes, quàm in suas fuit *Augustinus*, qui *retractationes* appellat, non palinodiam, sed recensionem suorum operum nè quod intercideret. Quanquam obiter quædam corrigit haud magni momenti, nonnulla defendit haud absque specie tergiversationis. Neque verò recusem idem facere in universa scripta mea, si modò constet quæ loca vel errorem habeant, vel ob affinitatem erroris probabile offendiculum. Sed quid faciam ad loca reprehensoribus non intellecta, quid ad depravata, quid ad malitiosè in alienum sensum detorta, quid ab alia persona ad aliam, ab aliis temporibus ad hæc translata? Et hujus generis sunt pleraque quæ mihi complures obganniunt, vel odii, vel invidiæ, vel gloriæ causâ. Fingunt illi quidem ecclesiæ zelum, sed tamen nunquam me capitaliùs invaserunt, quàm id temporis quum in *Germania* maximè depugnarem cum sectis invalescentibus. Et sunt quorundam tam sinistra judicia, ut si illis servire velim, ea mihi tollenda forent è scriptis meis, quæ homines docti juxta ac pii judicant esse optima. Si mihi vel mica esset hæreticæ mentis, jampridem tot improbis oblatrationibus efferari, & in hæreticorum castra transire poteram. Nunc nè unum quidem discipulum mihi unquam adjunxi, sed si quos potui avellere, tradidi ecclesiæ, condiscipulos illius malens quàm meos discipulos. Multis obticui, nullum non vici moderatione. Sed utcunque hæc habent, quod suadet T. Reverenda prudentia, quanquam id meâ sponte destinâram, hoc tamen faciam alacriùs, quòd tantum habeam hujus instituti comprobatorem. Ora obloquentium, quod tu speras, nunquam prorsus obstruam, duntaxat eorum, qui id morbo animi faciunt, non judicio. Mihi abundè satis fuerit, si bonis satisfaciam, sed inprimis *Christo*. Illud etiam atque etiam sibi persuadeat velim R. T. dignitas, suam admonitionem mihi fuisse multò gratissimam, quam brevi faxo, ut intelligas non fuisse inanem. Nam his nundinis autumnalibus hoc absolvere non possum. Ad Pascha, favente *Christo*, perfectum curabo. Decreveram & illud, è scriptis meis colligere in unum, quæ palàm adversantur quorundam calumniis, & improbatis dogmatibus;

A

B

C

D

E

F

G

Deinde, loca ſuſpecta vel interpretari, vel emendare, ſic ut interim nullius hominis aut ordinis nomen ullo convicio perſtringatur. Scio quoſdam hinc adornaturos triumphum, & *Eraſmum* dejectum clamitaturos. Sed mihi prius eſt quod conducit eccleſiæ tranquillitati, quàm meo nomini. Si *Chriſto* probor, ſi tibi tuíque ſimilibus, qui veram eruditionem cum vera pietate conjunxerunt, ſatis vici. Dignitates ac ſacerdotia nihil moror, ἰφιμος & homuncio, pergratum tamen erit ſi hoc agenti ſummus Pontifex faveat, ídque aliquo declaret argumento. *Roma* multos jam libellos ſycophanticos nobis miſit, quum ab iſta pietatis arce meliora expectet orbis. Diſſidiorum plus ſatis eſt ubique. Tales libelli nihil aliud ſunt quàm diſſenſionum ſeminaria. Bene vale. Datum *Friburgi Briſgoe* decimo Calend. Auguſti, Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo.

Eraſmus Rot. Joanni Bincko S. D.

Epiſt. 2. ORnatiſſime vir, quanquam non erat quicquam rei ſeriæ quod ſcriberem, tamen non potui committere, ut unicum amicum meum *Rinckum* his nundinis inſalutatum præterirem, cujus perpetuà conſuetudine ſi frui datum eſſet, ſat mihi beatus viderer. Sed ſatis agimur, & ſatis cedere cogimur. Facilè ſentio mihi non multum ejus fili quod *Parcæ* nent ſupereſſe, ſed tamen quantulumcunque id eſt, malim in civitate celebri frequentíq; peragere, ubi & amicorum largior, & rerum paratior eſſet copia. Sed in hoc littus nos detulit tempeſtas. Locus hic non eſt quidem inamœnus, ſed ut ſubmotior à *Rheno*, ita minus frequens, ac maligna rerum copia. Oppidum initium, ut fertur, duxit à metallis, nunc exhauſtis: hinc morum ἐπιχωρων nonnulla etiamnum veſtigia animadvertas licèt. Quum æſtate ſuperiore pararem migrationem, admonitus ſum ab amicis aulicis, præſertim Epiſcopo *Auguſtenſi*, expectarem exitum concilii *Auguſtani*. Nunc quum denuò librarem alas, aliquo provolare geſtiens, rurſus juſſus ſum expectare exitum concilii *Spirenſis*, qui qualis futurus ſit varia eſt hominum divinatio. Sed de nobis accipe quod rideas. Si quis tibi nunciaret *Eraſmum* jam propè ſeptuagenarium duxiſſe uxorem, nónne térque quatérque te ſignares crucis imagine? Faceres ſat ſcio, & equidem non injuriâ. Atqui nunc, mi *Rinke*, rem feci nec minùs operoſam, nec minùs moleſtam, nec minùs ab ingenio ſtudiíſque meis alienam. Emi domum ſpecioſi quidem nominis, ſed parum æqui pretii. Quis nunc deſperat amnes verſo in diverſum curſu, relapſuros ad fontes ſuos, poſteaquam *Eraſmus*, qui hactenus per omnem vitam omnia poſthabuit ocio literario, factus eſt licitator, emptor, ſtipulator, cautor, ædificator, ac pro Muſis rem habet cum fabris lignariis, ferrariis, lapidariis, vitrariis? Hæ curæ, mi *Rinke*, à quibus meus ſemper abhorruit genius, me tantum non exanimârunt tædio. Et adhuc peregrinor in propriis ædibus, quod, ſpatioſæ licèt, nullum habeant nidum cui tutò poſſim hoc corpuſculum committere. Unicum conclave paravi extructo fumario, & contabulatis ſolo pariter ac lateribus, ſed ob virus calcis nondum anſim me illi credere. Brevi tamen immigrem oportet, quod felix fauſtúmque ſit; nondum enim

A fuit. Cruciatum ſiniſtri podis [illegible] profluvium, qui diem jam ſep[illegible] Sed nimium de meis. Facilè [illegible] *Rheno* delabi *Coloniam*, ſed diſſ[illegible] hîc hæſi, atque ut video expectanda [illegible] Neque enim me remorabitur [illegible] tera habebunt ut volumus. Si tibi [illegible] ra ſunt omnia, eſt quod ſummopere [illegible] ídque ut perpetuum ſit optamus.

B *Friburgum Briſgoe* quarto die Septemb. Anno *Chriſto* nato M. D. XXXI.

Eraſmus Rot. Epiſcopo Rivenſi S.

JUre quis tribuat improbitati, omniſſime [illegible] ſul, quòd ignotus appellem ignotum: audacie, quòd treſſis homuncio ad tam eximium Principem, omníque decorum genere ſplendidum [illegible] met ingeram; ſed ut egeſtas excusat [illegible]

C charitas, autore *Joanne*, propellit timorem. [illegible] tuis egregiis virtutibus, mihi tam multa prædicantur à multis, ut te non poſſim non vehementer amare. Addidit fiduciam motum tuum admiranda quædam, ut accipio, comitas, ſed inprimis mirificè propenſus favor erga politiores diſciplinas, quas videmus hoc ſeculo feliciter apud omnes nationes efflorescere, ídque præſidio [illegible] guarum, ac veterum autorum undique è tenebris in lucem emergentium; quanquam et his [illegible]

D tabant aliquot non minus perierant, quàm qui maximè videbantur intercidiſſe. Liber [illegible] prodigioſis mendis undique ſcatens; cui [illegible] riùs quàm liber. Sudatum eſt pridem à *Frobenio* in reſtituendo *Joſepho* hiſtoriographo cum primis celebri, ſed comperimus illum inſanabiliter depravatum, niſi ipſum *Græcè* loquentem [illegible] mus. *Ruffinus* quidem nihil unquam [illegible] fide, ſed in hoc autore videntur [illegible] arbitrio. Eum accepimus in tua [illegible]

E *eum* eſſe, cujus codicis ſi nobis ad [illegible] copiam facere non graveberis, non [illegible] ſed univerſos etiam ſtudioſos ſito [illegible] reddideris obſtrictos. Liber ad te [illegible] mis, atque adeò illæſus, ad quemcunque [illegible] præſcripſeris. Dices cum *Ennio*, *Exquid ait?* Scilicet hoc, quod mortales perſolvunt [illegible] mortalibus. Agemus gratias, celebrabimus [illegible] torem beneficii, & quod re non poſſumus [illegible] dere, gratæ voluntatis ſtudio reſarcimus.

F cauſam emendavimus hunc tabellionem, [illegible] dex tutò ad nos perferatur. Scio [illegible] *lienſem* his temporibus non optimè [illegible] hilo ſecius habet illa multos integri [illegible] mallent alibi vivere, ſi ſine gravi [illegible] ceret demigrare. Certè illud à nobis [illegible] ſedulò, nè quid ex illa prodeat officina, [illegible] ptimos quoſque autores. Hactenus [illegible] mihi cum *Hieronymo Frobenio*, [illegible] omnibus communem, nunc propriè [illegible]

G negotium. Quid iſtuc inquies? Etiam [illegible] etiam rogo ut *Eraſmum* inter [illegible] aſcribere digneris. Bene vale. [illegible] XIII. Calend. Decemb. milleſimo [illegible] trigeſimo primo.

Eraſmus Roterodamus Joanni Georgio Paungartnero S. D.

PAter tuus, optime *Georgi*, me primum vicit humanitate, quòd per excellenti doctrinâ virum *Zaſium* prior ad amicitiam provocavit, quam crebris literis amantiſſimè ſcriptis hactenus diligenter alit fovétque. Ego verò inter præcipuas felicitates meas numero, quòd hominis tam candidi, támq; benigni benevolentiam nactus ſum, nec alio nomine magis perſpicio *Zaſium* mihi ex animo amicum eſſe, quàm quod tam ſingularem amicum mihi ſecum voluit eſſe communem. Hanc meam felicitatem auxiſti, mi *Georgi*, qui literis tuâ manu deſcriptis in hoc noſtrum fœdus temet inſinuaris, in quibus quum alia multa ſum exoſculatus, tum præcipuè indolem iſtam liberalem, ingenuúmque pudorem, quâ factum eſt, ut quod tuo jure licuit poſtulare, id tam verecundè, támque reverenter putaris ambiendum. Mihi verò poſthac & ipſe *Joannes Paungartnerus* erit charior: qui talem habeat, non modò facultatum haudquaquam exilium, verùm etiam egregiarum virtutum, quibus multò ſpecioſiùs dives eſt quàm poſſeſſionibus, paratum hæredem. Etenim ſi, quod arbitror, hæc epiſtola tuo unius marte, *καὶ δὶς τρὶς*, ſcripta eſt, nihil mediocre de te nobis pollicemur, nec dubitamus quin tu quâ cœpiſti pergens, ſis & majorum ſplendori, & omnium eorum expectationi abundè reſponſurus. Reſpondebis autem ſi ſolidam eruditionem cum integritate morum conjunxeris. Ad quod quum tibi & domeſtica progenitorum atque affinium exempla, & præceptoris eruditi vigilantia, & quicquid à fortuna ſuppeditari poteſt, abundè ſuppetat, non veremur nè tute tibi ſis unquam defuturus, præſertim quum adhuc in herba tam præclarum de te ſpecimen dederis. Supereſt ut Deum Optimum Maximum comprecemur, ut tibi & vitam incolumitatémque largiatur, & iſtum animum quem inſpiravit ſemper in majus provehat. Hæc ſcripſi inter varias occupationes, nè non haberes mea in te non jam benevolentiæ tantùm, verumetiam pietatis chirographum. Nam ſi mihi cum patre tuo iſtum amicitiæ fœdus poſtulat, ut inter illum & me ſint omnia communia, æquum eſt profectò ut in te parentis ſumam affectum. Id quod facio perquam libenter, quia non perinde ex amicitiæ legibus atque pro tuo merito. Dominus tuam indolem ſoſpiret ac proſperet, *Georgi* chariſſime. Apud *Friburgum Briſgoæ* V. die Julii. M.D.XXXII.

Eraſmus Rot. R.D. D. Bernardo Epiſc. & Card. Tridentino S. D.

QUaternas jam hiſce diebus literas à tua R. ſublimitate accepi, non diſſimili argumento. Quæ res mihi declarat ſingularem quandam tuam erga me pietatem, plurimis quidem argumentis jam olim perſpectam & exploratam, ſed gratum tamen eſt ejus memoriam ſubinde novis occaſionibus refricari. Quòd invitas ad conventum iſtum *Spirenſem*, video te ſatis magnificè ſentire de mea valetudine. Ego in his novis ædibus jam quartum luctor cum morte. Satis feliciter ceſſit concertatio, donec æſtivi cœli commoditas ſaterer luctanti. At ſimul inhorruit Auſtrinus, ægrè incluſus apud focum deſidens languidum ſpiritum traho. Sub feſtum *Michaelis* ſubitò exortus Euroaquilo me conjecit in lectum. Amicus quidam ac vicinus meus eodem die eâdem ex causâ morbum contraxit, & deceſſit intra quatridiuum. Dejecta eſt quercus, ego arundo, ut eſt in Apologis, vacillando ſubſiſto. Quid iſthic Reipublicæ ſim profuturus neſcio, certè meâ referret iſthic adeſſe, quemadmodum retulerat & *Auguſtenſi* concilio non adfuiſſe. Sed quid faciam huic corpuſculo pluſquam vitreo, cui moratum cubiculum, aut vinum, cui aurula incommodior mors eſt? Non me clam eſt interfuturos concilio, qui mihi peſſimè cogitant, atque etiam exitium moliuntur. Id ſi vacabit, poteris ex R. D. *Joanne* Epiſcopo *Viennenſi* cognoſcere. De pecuniis non ſum ſolicitus, Dominus providit hactenus, & providebit ut ſpero, tantum optabam ut mihi liceret in hac extrema ſenecta quietem agere, nè id quidem datur. Hæc domus empta inextricabilibus moleſtiis me involvit. Nec tamen adhuc ullus eſt locus in ea tota huic corpuſculo ſat commodus. Multi mirantur, quis ſit iſtius conventûs futurus exitus. Spiritus *Chriſti* dignabitur ſuggerere Principum animis quæ ſunt ſaluberrima. Ibi magna adhibenda eſt cautio, nè dum alteram partem compeſcimus, alteri non jus ſuum, ſed tyrannidem vindicemus. Quos fugiam video, quos ſequar vix video. Tantum nunc licuit per valetudinem. Ubi fuero confirmatior, ſcribam copioſiùs. Dominus R. Celſitudinem tuam ſervet incolumem. Datum apud *Friburgum* IX. die Octob. M.D.XXXI.

Eraſmus Rot. Alfonſo Valdeſio S. D.

AMantium iræ, inquit Comicus, *amoris reintegratio eſt*. Abſit autem ut inter nos tam non vulgari conjunctos amicitiâ, quicquam incidat offenſionis. Fit tamen interdum, ut inter conjunctiſſimos quoque ſuſpiciunculæ quædam aut expoſtulationes obortæ renovent benevolentiæ vigorem. Vix enim fieri poteſt ut inter homines amoris flagrantia perpetuò duret, niſi ſubinde ſtimulis quibuſdam excitetur. Poſtremò jam nimium compertum eſt, quantum valeat nocentium linguarum faſcinum. Proinde ſiquid etiam de vehementia ſingularis iſtius erga me benevolentiæ, aut, ut tu rectius nominas, pietatis, remiſiſſes tanto ſejunctus intervallo, tot aulæ diſtentus negotiis, quid aliud quàm homini quiddam humanum accidiſſet. Ac prorſus niſi ex ipſis natus eſſes Gratiis, earúmque lacte nutritus, qui potuiſſes inter tot oblatrantium venena, conſtanter iſtum animum purum ac ſyncerum tueri? Porro, nigri nomine, quandoquidem hoc ſcire cupis, notavi, *N.* De te verò nihil aliud ſuſpicabar, optime *Valdeſi*, quàm nè fortè in animum induxiſſes, poſthac cum iſtis crabronibus non congredi, ſdque conſilium valde mihi probatur. Faciliùs enim ſublevat amicum invidiâ gravatum, qui ipſe nullâ premitur invidiâ. Nec mihi ſemper libet ſcire, quid hic aut ille de me loquatur ſcribátve. Nihil hoc ſeculo furioſius neque loquacius. Soles autem non ipſe tantum ad me perſcribere quorundam inanſpicatorum hominum tumultus, verumetiam aliorum epiſtolas ſimili argumento tranſmittere. Hæc novitas fecit, non quidem ut veterem in me benevolentiam *Epiſt. 6*

volentiam in te desiderarem, sed ut magis admirer prudentiam. Novi celsitudinem animi tui, non modò pecuniâ, sed omni etiam gloriæ affectu superiorem: fateórque verissimum esse quod scribis, te nullam unquam dedisse significationem quòd ambires quicquam mearum lucubrationum tibi dicari. Hactenus quidem mihi tecum convenit. Cæterùm causam quam subjicis non satis intelligo: non quòd invidiam timerem, inquis, sed quòd eas pluris facerem, quàm ut mihi inscribi deberent: optavíque potiùs, ut verum amicum decet, earum immortalitati, quàm meæ gloriolæ consultum esse. Utinam meæ lucubrationes essent ejusmodi, ut talis amici nomen possent ad posteros transmittere. Sed vehementer erras, vir candidissime, si me putas hoc esse animo, ut existimem meis scriptis ex cujuslibet Principis titulo plus decoris accessurum, quàm ex *Valdesii* nomine. Habes tu quidem in te quo nomen tuum consecres immortalitati, nec eximia virtus moratur hominum laudem, attamen istud aliorum refert, ut rara virtutísque nata ingenia posteritati traduntur. Quum tota epistola tua fuerit mirificè jucunda, clausula tamen ejus multò fuit jucundissima, quâ mihi spem ostendis, fore ut brevi cominus inter nos colloquamur. Quâ re vix aliud acciderit exoptatius. Sed malè metuo nè tantum felicitatem istæ inexplebiles negotiorum cathenæ nobis invideant. Attamen tibi parabimus hospitium. Age si quis tibi nunciaret *Erasmum* semivivum, ac penè septuagenarium duxisse uxorem, nónne manu pingeres magnam crucem, clamarésque, Papæ! Prodigium audio! Atqui nè sis inscius, rem feci neque minus molestam, neque minus alienam à studiis ingenióque meo. Rogabis quid sit: Emi domum, hìc quidem honesti rumoris, sed iniquæ indicaturæ. Dices, quid accidit? Longa est amice fabula, quam præstat in nostrum reservare colloquium. Tantum vereor nè loci novitas, & insolitæ curæ magnum aliquod malum accersant valetudini. Jam enim, ut omittam alia, lævum pedem corripuit podagra, aut aliquid podagræ affine. Nimirum hi sunt τῦ θανάτυ παντοκράτορος veredarii. Accessit hodie dysenteria. *Levinus* meus Panagathus ambit nescio quid muneris apud Reginam *Mariam*: Velim mihi significes quid de juvenis ingenio sentias. Liberet tecum pluribus confabulari, sed eodem tempore plurimis scribendum est. Vale. *Friburgi* quarto Calend. Septemb. Millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Rot. Sigismundo Questenbergio S.

Epist. 7. GAudeo te, *Sigismunde* charissime, levatum & molestis & parum frugiferis laboribus, quibus σχοίνον vicem gerens distringebaris. Magis autem lætor te incolumem esse, præsertim hoc pestilentissimo tempore, quàm res vobis accisas esse. Tui quidem similibus nihil potest esse nimium, qui quicquid habent, aut necessitati impendunt, aut honestæ benignitati reservant. Sed nulli magis inclamant divûm atque hominum fidem, quàm quibus adhuc supereſt unde alunt caballos, aves, canes, aleam & puellas: unde satrapas agant, & *Lucullos*, quum in ædibus vix ullus sit codex sacer. Horum querimoniæ meâ quidem sententiâ non multum habent frontis. Quid agat Cæsar nunquam magis fuit occultum quàm [illegible], usquam magis quàm illic ubi [illegible] *bantos*. Quidam amici mei [illegible] purpuratis, ut aliquid expiscarentur, [illegible] runt subodorari. Illud nôrunt omnes, [illegible] gnaviter, valetudinis opinor gratiâ, aut [illegible] longinquis profectionibus, tot confabulationibus nonnihil fatigatæ. Prolixum est iter ex [illegible] *Bononiam*. Illic præter ceremonias ad religiosè peractas, de rebus haud vulgaribus, & mesticis colloquiis agitatum est cum [illegible] septimo. His successit *Augustensis* conventus credibili Principum celebritate. Ab hoc iter est *Aquisgranum*, ubi Rex *Romanorum* designatus est *Ferdinandus*. Post tanta negotia felicem [illegible] nonnihil relaxat animum apud suos *Flandros*, in quorum gremio natus est. Exigitur autem incredibilis pecuniarum summa, sed habet pacem tam amantem ut velit, tam opulentam ut possit magna largiri. In quem usum hæc fiant, varia est hominum divinatio, nihil autem certi. Sunt qui divinent illum autumno per *Galliam* triumphabundum repetiturum *Hispanias*, alii parari hæc bellorum nervos parari in *Turcas*, nonnulli conjectant subitò futuram incursionem in fratrum propugnatores. Eventum Deus novit. Nos cum velut *Hebræi* exulantes *Babylonia*, quibus non licebat cantare canticum Domini in terra peregrina, expectamus Messiam nostrum, qui nos in pristinum restituat statum, utinam possit & spiritu pietati restituere. Sunt qui flagitant Synodum οἰκουμενικὴν, sed arbitror nihil futurum: nec [illegible] video quid bonæ rei ex eo concilio sit omnium [illegible] fiat, præsertim hoc rerum statu. Alteri pars de regno nihil sustinet remittere, alteri dogmatum citiùs sit aliquid additura. Si quis de temperamento mutire incipiat, protinus audit, Novæ hæreseos autor. Ante paucos dies fuit hic quidam ex aula Regis *Ferdinandi* vir non perinde quidem doctus, sed perhumanus raræque pietatis. Is nobis retulit novam víxque credibilem fabulam, illic esse *Momum* quendam bicornem (his enim verbis usus est,) qui magnâ petulantiâ [illegible] delectari quum in omnes bonarum literarum autores, tum præcipuè in *Erasmum*, non jam in conviviis tantum, sed in publicis etiam concionibus. Conatus sum expiscari quis esset ille *Momus* bicornis, sed ille nomen edere noluit. Tantum quum divinarem quis esset, leviter subrisi, cæterum abnuens. Ac planè crederem me nihil divinâsse, nisi tam esset absurda fabula, ut in neminem competat nisi hominem insignitè stupidum ac vecordem, qualem absit ut vel papa nisi habeat ecclesiastes. Imò mihi persuadeo non posse, isthic esse quenquam tam effreni lingua, tamque nullo judicio, ut ejusmodi nænias vel in compotationibus effutiret. Verùm ille constanter asseverabat se narrare non rumore jactata, quæ veluti per eburneam portam [illegible] somnia, non rarò comperiuntur [illegible], sed suis ipsius oculis conspecta, suis ipsius [illegible] auribus. Addebat locum & diem: citabat nominatim complures testes πάνυ ἀξιοπίστους, qui vidissent, & audissent eadem. Sed jamdudum, uti suspicor, gestis audire fabulam. Audies, sed unicam: nam de complures memoravit. Aiebat illum præcipuè vociferari in Novum testamentum à me versum è *Græcorum* codicibus. Itaque quum [illegible] cræssent

audiret apud populum ejus diei evangelium, apud imperitam multitudinem jactavit, atque quantum potuit verbis exaggeravit insignem meam temeritatem, qui in Evangelio *Matthæi, cap. XX.* de meo adjecerim, *& baptismate quo ego baptizor baptizari*: quum in nostra translatione tantum calicis epotandi fiat mentio. Addebat idem aliis locis à me frequenter fieri, dum in divinis libris pro mea libidine multa impudenter, quædam etiam hæreticè demo, addo, muto, utcunque visum fuerit, idque summo rei *Christianæ* detrimento. Proinde religiosè admonuit universos & singulos, ab ejusmodi novis magnopere cavendum. Hæc apud plebeculam, plusquam *evangelica*, quæ credebat esse verum quod ille narrabat. At profectò quisquis hoc auderet, quod ille prædicabat à me factum, dignus esset odio publico. Sed ab hac temeritate plurimum abest qui, relictâ vulgatâ lectione ut habetur intacta, studiosis ea *Latinè* vertit, quæ habentur in *Græcorum* codicibus, haud quibuslibet, sed quos sequuti sunt *Origenes, Chrysostomus, Basilius*, ac *Theophilactus*, aliique viri celebres & orthodoxi, postremò & sanctimoniæ titulo commendati. Quâ fronte dicitur addere & adimere, qui in vulgatis *Latinorum* codicibus non mutat apicem? Aut quid detrahit adjicitve, qui professus interpretem, hoc bonâ fide reddit quod in libris reperit quos vertendos suscepit? Si non est in *Græcorum* codicibus quod *Latinè* reddidi, erat quòd interpretis fidem in me desideraret. Justiorem autem habebat in me vociferandi causam, si, professus interpretem, hoc quod constanter habebatur in *Græcorum* exemplaribus, omisissem. Adeò porrò hic non damno *Latinam* editionem ab ecclesia receptam, ut in *Annotationibus* admoneam fieri potuisse, ut hæc particula ex *Marco* huc sit adjecta. Nam tale quiddam apud nos interdum factum comperimus, sed crebrius apud *Græcos* meâ quidem sententiâ. In causa fuerunt canones, quibus *Origenes*, & post hunc *Eusebius* indicârunt, quid in quoquam Evangelistarum conveniret dissiderétve, quid deesset aut superesset. Nam quod studiosus quispiam annotârat in spacio marginis, scriba parum attentus transtulit in contextum. Et quanquam istiusmodi quædam deprehenduntur apud *Origenem*, *Chrysostomum*, ac *Theophylactum*, tamen fieri potuit ut ipsi nihil immutârint in contextu, tantum interpretantes attexuerint ea quæ ab aliis essent addita. Quid sibi permiserint veteres, mihi parum liquet, certè optârim in divinis libris nec apicem mutari, præsertim ex ea linguâ quâ primùm proditi sunt. Id si factum est alicubi, à quibuscunque quocunque jure factum est, mihi certè non potest vitio verti, qui nihil aliud profiteor quàm interpretem. Quòd si totum eum laborem damnat, quo *Græcorum* lectionem tradidi *Latinis* auribus, legat *Apologiam* meam quâ respondi *Petro Sutori Carthusiano*. Nondum mihi persuadeo talibus esse moribus vestrum ecclesiasten, per te tamen certior fieri cupio. Si vera mihi narravit aulicus ille, literis hominem admonebo ut ab ista linguæ petulantia temperet, præsertim apud homines non imperitos modò, verumetiam ruriestres ut audio. Quòd si monitus non desiterit, cogar & ipse *Germanicè* loqui. Sed spero rem secus habere, quàm mihi narrata est: aut si sic habet, arbitror hominem, si *Christianâ* mente præditus est, admonitum abista debacchandi in immeritum licentia temperaturum. Bene vale, amicorum candidissime. *Friburgi Brisgoa* Nonis Augusti Millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Petrus Bembus Erasmo Rot. S. D.

INcredibili voluptate cum tuæ me literæ affecerunt, tuâ præsertim manu scriptæ: Cognovi enim ex iis minimè verum esse id, quod ad nos incertis rumoribus afferebatur, vexari te morbo nescio quo, non sine maximo vitæ discrimine: tum *Caroli* tui, quem mihi commendas, sermo prudens ille quidem & suavis auxit voluptatem meam; qui & valere te, & præter communem illam locorum istorum tempestatem, quam commemoras, nihil tibi mali proprium accidisse scire se dixit. Quamobrem nihil mihi potuit afferri vel tuis literis, vel illius sermone jucundius. Quo enim minùs multi sunt qui nostram ætatem scriptis illustrârint & locupletârint suis; eo mihi graviùs accidebat, te qui optimè omnium id & fecisti jam, & nunc etiam impensiùs facis, eripi cum *Germaniæ Galliæque*, quarum es præcipuè in oculis, tum *Italiæ*, quæ te unâ quanti faciat, illa ipsa tua scripta facilè testantur: quæ quidem planè jam omnium nostrorum hominum non solùm oculos atque animos oblectaverunt, sed etiam bibliothecas referserunt. Itaque redeo ad id, jucundissimas mihi fuisse tuas literas. In quo parem me tecum habuisse conditionem sanè video: quem suspensum de meo statu (putabas enim fortasse me *Romæ* fuisse miseris illis turbulentissimísque temporibus, cum direpta vastatáque est) *Sadoleti* mei literæ, quemadmodum quidem scribis, molestia liberaverunt, quibus literis me *Patavium* multò ante accessisse cognovisti. Quam quidem me ad urbem ex multis laboribus, tanquam in portum ex tempestate contuli, ubi quiescerem. Ea in sententia utinam ipse quoque *Sadoletus* permansisset, ut cum semel provinciam petisset, ut otio frueretur, resorberi se *Romanis* fluctibus non siviisser, fortuna in illum minus juris habuisset. Sed homo omnium innocentissimus frustra à Pont. Max. peti vocarique passus non est. Itaque jussus illuc rediit: ubi jacturam feciisse unà cum multis magnis atque claris viris non tam reprehendendus est, quàm quod ante quàm *Roma* caperetur, sese unus explicuerit, indéque discesserit, laudandus. In illo humaniter lapsus, vel etiam cum ratione progressus est: hoc extremum magni constantísque animi, ac propè divini consilii fuit. Sed de his hactenus. Perturbari tua studia tumultu propè bellico, convellíque, ut audio, vestrum omnium veterem in Deum Opt. Max. cultum, ceremoniásque sacrorum nobis à majoribus nostris per manus traditas, molestè culi: doluíque tuam vicem devexæ jam ætatis hominis, inque tuis optimis confirmatísque judicio & longinquitate vitæ moribus & virtutis actione quiescentis. Quanquam quis est, qui hoc tempore plures cum fortuna expostulandi causas argumentáque non habeat? Tibi si rectè cum valetudine tua erit, reliqua vel sanabuntur aliquando, vel erunt ferenda: humana enim sunt; prudentibus præsertim viris, quibus vivis animi cursus & voluntas impediri pietásque non potest. *Carolus Utenhovius* erit mihi eo loci, quo apud te est. Una enim commendatio tua omnium mihi necessitudinum *Epist. 8.*

neceſſitudinum inſtar eſt, ut non modò nullo meo incommodo, quod adſcribis ipſe, illi commodem, ſi quid erit, in quo ei uſui eſſe poſſim: ſed etiam ut nihil planè habeam cum illo non commune, non amicos, non domum, non pecuniam ipſam, quam excipis, ſi ea volet uti. Omninò nihil tam tuum eſſe, quàm mea omnia méque ipſum ſi exiſtimabis, non fallam opinionem tuam. Id cum virtuti tuæ atque doctrinæ, tum tuo de me judicio debeo. Vale. Pridie Nonas Aprilis M. D. XXIX. *Patavio.*

Eraſmus Rot. Petro Bembo S. D.

Epiſt. 9. EQuidem ſat feliciter mihi ceſſiſſe meam audaciam exiſtimaturus eram, *Bembe* multis nominibus incomparabilis, ſi vir tantus, omni diſciplinarum genere perpolitus, hominis *Batavi* literas, eásque tam neglectè ſcriptas æqui boni conſuluiſſes. At tu pro tua vix credibili humanitate, pro vitreis repoſuiſti gemmeas. Quid enim in illis tuis eſt, quod non ſmaragdis & unionibus tum precioſius ſit, tum amabilius? Quàm niveus ibi candor ingenii? Quanta dictionis jucunditas, quanta ſententiarum ſanitas, quanta verborum proprietas, quanta ſtructuræ concinnitas? Quàm mihi totus diſplicui tua legens? Quàm puduit me mei? Sed hæc miſſa facere ſatius eſt, nè quæ judicio dicuntur, tribuantur affectui, quæque ex animi penitiſſimis receſſibus proficiſcuntur, exiſtimentur tuis auribus dari, quod hoc à plerísque fieri ſoleat. Ad epiſtolam tuam veniam. Satis confidebam *Carolum Utenhovium* claris majorum ſuorum imaginibus, præcipuè parenti, viro quo multis jam annis nihil habeat *Flandria* neque doctius neque melius, reſponſurum, atque adeo ſui ſimilem futurum: jam enim mihi menſes complures indolis haudquaquam plebeiæ ſpecimen egregium dederat. Is tamen non mihi ſolùm, ſed omnibus ſuis & charior & jucundior multò futurus eſt, quòd tanti viri judicio ſeſe probârit. Pulchrius enim eſt uni placuiſſe *Roſcio*, quàm reliqui theatri totius plauſum tuliſſe. Arbitror autem illum meminiſſe, quantopere amicorum omnium de ipſo expectationem auxerit, primum *Italia*, dein urbis *Patavinæ* celebritas, quam ut olim *Atticam* τῆς ἑλλάδος ἑλλάδα quidam appellârunt, meritò *Italiam Italiæ* quis dixerit: Poſtremò, *Petrus Bembus* unicum hujus ævi decus, & præceptor & amicus. Significârat *Jacobus Sadoletus*, te neſcio quid parum fauſtæ valetudinis compuliſſe, ut *Patavium* te reciperes. Quæ ſi fuit περίφασις, laudo prudentiam: ſin aliter, gaudeo te levatum eâ moleſtiâ, quandoquidem epiſtola tua nihil habebat querimoniæ. Opto ut iſte portus tuis ſanctiſſimis ſtudiis perpetuò tranquillus ſit & amœnus. A proximis *Sadoleti* literis in quibus tui meminerat, nihil hactenus ab illo accepi. Migratio fuit in cauſa, quo rariores ab amicis literæ venerint. Audierant enim migrâſſe nos, quò migrâſſemus incerti. Ad hæc, oppidum hoc ut magis eſt in receſſu longius à *Rheno* ſubmotum, ita tum incelebrius eſt tum infrequentius quàm *Baſilea*. Habet tamen academiam bene inſtitutam magis quàm numeroſam, & honeſtis ornatam veriùs quàm multis diſcipulis. Inter profeſſores Juris primæ celebritatis eſt *Zaſius*, homo jam extremæ ſenectutis, ſed ingenio vivido, & inexhauſtâ facundiâ. Nihil adhuc in *Germania* vidi [illegible] vel ſanctius vel candidius. Nec quiſquam adhuc exoritur, qui videatur in illius locum [illegible] rus, ut *Zaſium* non ſint deſideraturi, etiamſi [illegible] aliquot, quos non poſſis contemnere. Pergit [illegible] magis quàm vellem Theologia, ſed, ut ſpero, [illegible] vi effloreſcet: linguarum ſtudium viget [illegible] criter. Bonas diſciplinas omnes ſat feliciter cultat *Henricus Glareanus*. Utinam is eſſem, quam [illegible] me *Bembe*, qui hoc ætatis in meis moribus quos [illegible] vocas optimos, & virtutis actione poſſim compenſare, ſaltem daretur in ſacris literis tranquillè conſeneſcere. Sed homo non tantum errans, ut verè ſcribis, devexæ, verumetiam quotidie [illegible] luctans cum immaniſſimo carnifice calculo, [illegible] inde cogor in arenam gladiatoriam deſcendere, cum reti & falce *Mirmillonem* agere: imò, quod eſt gravius, cum omni beſtiarum genere depugnare. Hactenus omne diſcrimen intra meum cubiculum ſtitit, primùm furentibus ruſticis, quo tempore minimum abſuit quin *Baſilea* fuerit capta: Deinde, quum ſæviret εἰκονομαχία, plebe armata in ſuos cum inſtructis bombardarum ordinibus per noctes aliquot pervigilante. Sed tum in neminem ſeritum eſt niſi in divos ligneos ac ſaxeos. Terruit omnes habebat, quibus erat aliquid quod adimi perire. Hactenus bono numini debemus, quòd tot tumultibus, quum toties hinc atque hinc ad arma procurreretur, gutta ſanguinis non ciderit. Scena rerum nunc invertitur, video nimirum molimina, quem exitum ſit habitura fabula neſcio. Si modò liceat effugere bellum in *Germania*, cætera deus aliquis fortaſſe benignè reducet in ſedem vice, verbis enim *Horatianis* libenter [illegible] Quicquid officiorum impendiſti in *Utenhovium*, addam meo diario, tibíque jus facio hic nominis appellandi *Eraſmum*, ſi quid extiterit, in quo tuis viciſſim experiri quantum *Bembi* cani [illegible] Ego verò perquam lubens accipio, quod humaniſſimè defers, ex amicitiæ legibus bonorum omnium communionem. Pollicerer in tua jura [illegible] um, ſi quid offerre poſſim, præter animum benevolentem. Eum certè præſtabo optimâ fide, ſi quid præterea poterunt noſtræ facultates, [illegible] vale. Datum apud *Friburgum Briſgoi* VIII. Cl. Aprilis. Anno à *Chriſto* nato M. D. XXX.

Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpentorati Eraſmo Roterodamo S. D.

ANnus eſt, aut eo plus, cum binas [illegible] accepi eodem exemplo: quarum quæ poſteriùs ſcriptæ erant, cum priores mihi [illegible] ſent, eſſet autem in illis tua de mea [illegible] & opportuno ad meam eccleſiam recipiendam plena amiciſſimæ volûtatis, recordor me tum ut noſter amor ferebat diligenter tibi reſcripſiſſe. Poſt mihi allatæ ſunt alteræ, unà cum [illegible] octuageſimo quinto, & tua in illum interpretatione: cujus ego lectione mirificè [illegible] tuámque illam admirabilem ingenii [illegible] copiam in eo etiam recognovi. Sed quo [illegible] de eo tum aliquid ſcriberem, fecit occupatio [illegible] par quidem meum ſtudium, quod ego in [illegible] pretando Pſalmo nonageſimo tertio [illegible] ſuſceeperam, ſed neutiquam par tuæ facultati, [illegible] æqua ingenii aut doctrinæ vis, quæ me celeriter de ejus curæ & laboris curriculo expedirum [illegible] veret.

verè. Sum enim in hunc usque diem, ut vides, retardatus. Sed postquam eandem confeciſſem, nihil habui antiquius, quàm hoc quicquid eſſet quod elucubraveram, continuò ad te mittere, Ἀδωρότερον ἀντὶ χρυσοῦ videlicet: ſed tamen ſive tibi id probaretur, ut ſingularem animi voluptatem ex hominis omnium, doctiſſimi ac mihi benevolentiſſimi judicio conſequerer: ſive non probaretur, præceptis tuis atque doctrinâ in poſterum melior fierem: quorum utrum malim, & utrum mihi utilius ſit, non queo ſatis conſtituere: approbatio fortaſſe jucundior ſit, ſi ſit ab amico fideli eruditóque profecta; caſtigatio certè utilior. Itaque te vehementer oro atque rogo, ut ſi quid duxeris reprehendendum, aut quoniam erunt opinor multa quæ tibi homini acutiſſimo minus placebunt, nè parcas agere mecum ingenuè ac liberè, fidémque amicitiæ quam perſanctè colo à te non dubitò, in hac re mihi potiſſimùm exhibeas: hócque ſic ſtatuas, tuum mihi judicium in utramvis partem gratum expectatúmque futurum eſſe. Ego de tuo Pſalmo, ac de cæteris quæ in hoc genere plura præclaráque edidiſti, & quotidie edis, cum ingenium & copiam & facilitatem tuam mirati ſoleo, tum animi virtutem atque conſtantiam, quod plurimis æmulis tuæ laudi obtrectantibus, ab inſtituto labore minimè deterreris, ſtudésque quotidie magis ut bonis & literis & moribus per te conſulatur: in quo tua ſcientia & egregia voluntas maximis mihi videtur laudibus ad cœlum extollenda. Unum eſt quod optârim: quid enim me prohibet idem officium amici præſtare tibi, quod ego abs te requiro? Unum eſt, inquam, quod velim, idque tibi vehementer ſuadeam, ut à contentionibus omnibus te avoces, & aliqua in ſcribendo prætermittas: quæ ut non ſint à vera pietate abhorrentia, contra tamen inveteratas populi opiniones, & quorundam hominum ſive etiam ordinum ſtudia tendunt: quibus ſe non opponere, majoris arbitror fore gravitatis. Quid enim te cogit hominem in omni doctrina ſummum, tum longè imparibus quaſi altercando & jurgiis concertare, cum præſertim paratus ſacrarum literarum campus ſit, latè in omnem partem patens, ubi te ad tuum arbitrium exercere, & omnes in eo ingenii tui divitias explicare poſſis, quas admirentur homines, non de quibus litem tibi intendant? Equidem quicquid ſcribo, ſcribo animo optimo atque amiciſſimo, & quòd majorem in modum cupio tantam virtutem quanta in te eſt, ab omni non dicam labe, ſed ſuſpicione labis etiam apud vulgus alienam eſſe: verum hæc tu melius. Nos, ni *Eraſme*, quantum poſſumus uterque pro virili parte feramus opem labenti fidei *Chriſtianæ*, quæ ut vides ipſe, non ſolùm vitiorum in hoc tempore dominatu & multitudine ſacinoroſorum hominum quibus omnia redundant, ſed externis domeſticiſque hoſtibus, omnibúsque & bellorum & impietatis machinis oppugnatur, éſtque ad cadendum proclivis, niſi eam qui unus omnia poteſt, ſuſtenerit & ſuſtinuerit Deus: cui quidem Deo ac Domino ſi gratiam eam quam debemus conabimur referre, & beatam ipſi inveniemus vicem, & cæteris noſter non inutilis erit neque infructuoſus labor. Quanquam tu quidem hortatione non indiges, nos ut locum noſtrum nè deſeramus, debemus magis providere: ſed de his ſatis. Tu valebis, nóſque diliges, tibíque perſuadebis eſſe nobis maximè curæ & quietem & dignitatem tuam. Vale etiam atq; etiam, mi *Eraſme*, *Amerbachio* noſtro plurimâ ſalutem, à quo trebiores literas deſidero. *Caprentoralli* pridie Idus Feb. Anno M. D. XXX.

Eraſmus Rot. Jacobo Sadoleto S. D.

TOt epiſtolarum acervi ex omnibus mundi plagis ad me deferuntur, præſertim bis in anno, ſub mercatum *Franckfordienſem* verùm, rurſus ſub autumnalem, ut hiſce temporibus ægrè tueat valetudinem, dum pleriſque reſcribere conor: nam omnibus qui poſſim? Atque inter has ſunt quædam nugales ac frivolæ loquacitatis, quædam amarulentæ, quædam pluticonum & voluptatis adferunt & ſolatii. In his tamen poſtremi generis vix ulla fuit, ſi quid mihi credis tuâ gratior, inſigne Præſulum hujus ævi decus. Eam igitur à turba ſemotam alicubi ſepoſui, per otium accuratius relegendam. Sed quod non rarò nobis uſu venit, hoc ipſo mihi periit, quòd amiè ſtuduerim nè periret, quanquam opinor aliquando ad manum non quærenti ventutam, & repertum iri quæ nunc inveniri non poteſt. Hoc præfari viſum eſt, quo mihi ſis æquior, ſi fortè ad elegantiſſimas tuas literas parum appoſitè reſpondere videbor. Pro Pſalmo tuo vix dici poſſit, quantopere te amem, qui me legentem ſic affecit, ut exordio guſtato non conquieverim, donec ἄνυσιν ad calcem perveniſſem. Eâ lectione factus ſum primùm alacrior, dein adverſus quorundam improbiſſimos tumultus animoſior, poſtremò ad pietatis ſtudium inflammatior, & omnino meipſo melior. Manifeſtò ſenſi ſpiritûs energiam per te loquentis. Non ſic inflammares, niſi flagrares ipſe: non ſic raperes, niſi raptus afflatu numinis. Habdquaquam hæc dantur auribus tuis, ornatiſſime Præſul, nec enim te tibi laudo, ſed numinis eximiam benignitatem in te veneror atque exoſculor. Quin & in ſpem bonam erigor, fore ut aliquando *Chriſtus* noſtri miſertus, eccleſiam ſuam magna ex parte convulſam priſtino vigori reſtituat, poſteaquam tales exoriuntur Epiſcopi. Eiquidem ſic exiſtimo, unicum hoc tuum commentarium ſi quis attentè legat ediſcátque, ad omnem vitam rectè piéque inſtituendam ſufficere. Nam quæ tandem pars eſt *Chriſtianæ* philoſophiæ quam ibi non accuratiſſimè tractas? Quàm validis rationum machinis retundis impios, qui negant eſſe Deum, item qui negant illi curæ eſſe res mortalium? Quo fulmine territas eos qui ſpreto numine pravis animi cupiditatibus obſequuntur? Deinde, quâ moderatione laudas Philoſophorum de beatè vivendo præcepta, ſed ita ut non patiaris nos illîc jacere felicitatis ancoram. Rurſus commonſtrato quid *Judæis* etiam defuerit, adductis nos ad *Chriſtum* unicum veræ felicitatis autorem. Quàm graphicè ponis ob oculos, qui ſe totos dididerunt impietati, etiam in ſumma felicitate eſſe infeliciſſimos: Contra, qui ſe plenâ fiduciâ *Chriſto* tradiderunt, in ſummis quoque cruciatibus ac mortibus eſſe feliciſſimos. Quàm verò *Chriſtiana* omnem vindictæ libidinem penitùs ex animis hominum revellis? Quantâ manſuetudine nullum quamvis ſceleroſum, ſubmoves à ſpe veniæ; ſed deploratiſſimis etiam oſtendis viam quâ poſſint cum Deo redire in gratiam. Adhæc, quàm prudenter temperatâ libertate, declaras, quanto in diſcrimine verſentur

Epiſt. 11.

Principes

Principes & Episcopi, si, contemptâ pietate nominis, neglectis populi commodis, ad tyrannidem animum adjiciant. In his nimirum dogmatibus constat totius *Christiane* religionis tum prora tum puppis, quod aiunt: quæ tu tantâ perspicuitate, tantâ copiâ, tantâ denique διαθέσει disseris, exprimis, inculcas, ut lector non oscitabundus facilè deprehendat tibi ista non in primoribus nasci labris, sed ab intimis animi recessibus proficisci. Jam & scripturarum testimonia tum crebrò tum aptè, & in loco adhibita, faciunt ut te credam in adytis cœlestis philosophiæ nec obiter nec oscitanter versari. Quid enim nunc prædicem illum verè *Tullianum* orationis fluxum, ubique purum, limpidum, uberem & amœnum? Quoties optavi, ut cœlestis illa sapientia talem aliquem nanciscereturoratorem, qualis *Cicero* contigit vel causis forensibus, vel *Græcorum* explicandæ philosophiæ, in quo syncera pietas animi, cum eloquendi virtutibus paria faceret? Eum tu nobis, si quis alius, ut præstare cœpisti feliciter, ita constanter præstaturus videris. Quòd apostoli *Christi* mysteria impolitiore verborum tectorio nobis prodiderunt, peculiarem habet causam, nimirum nè quid tum ejus laudis, quæ tota numini debebatur, hominum viribus decideretur. Nunc alia est ratio. Nonnulli Theologiam immodico profanæ philosophiæ admixtu, propemodum obruerunt, ac verborum sordibus nonnihil conspurcârunt: tu sic aspergis subinde quædam è philosophorum libris, ut ancillentur pietati non imperent, condiant non vitient, illustrent non obscurent. Sic adhibes feliciſſimum orationis nitorem, ut veluti morigera pedissequa serviat religioni, nec sese ostentet, sed reginæ suæ majestatem officio suo commendet. Quantum pietatis habent illæ tuæ frequentes apostrophæ, nunc ad Deum, nunc ad leges divinas? Ad hæc, vehementer arrisit mira quædam dexteritas in concinnandis versiculis, quod tu facis tam molliter, ut non linum, quod aiunt, lino connecti, sed naturali perpetuóque fluxu sermo totus sibi cohærere videatur. Super omnia verò me delectavit ista singularis ingenii tui sanitas, quæ nihil usquam hiulcum, aut abruptum, aut inconcinnum, aut frustra repetitum, aut alieno loco positum residere patitur. Hæ nimirum sunt dotes animi puri, nullísque pravarum cupiditatum tumultibus irrequieti, in qualibus cœlestis ille spiritus gaudet vim suam exercere. Quare, Præsul egregie, non dubito quin alii qui largissimam *Christi* in te benignitatem rectiùs me perspiciunt, sint tibi gratias uberiores acturi, ego certè meo nomine me tibi profiteor sempérque profitebor debere maximas. Decem *Nestores* optabat *Agamemnon*, nos ardentioribus votis decem *Sadoletos* optamus ecclesiæ *Christi*. Nec desperamus id fore, neque enim est abbreviata manus Domini, nec in totum abjecit viscera misericordiæ, utcunque nos ad tempus destituisse videatur, quo suos electos redderet probatiores. Quòd opellam meam in *Psalmum* LXXXV. non improbas, non minùs amo candorem istum tuum singularem, quàm admiror incomparabilem eruditionem. Et antea mihi totus ibi displicebam, verùm ubi meam inconditam balbutiem cum ista tua facundissima sapientia confero, liberet ad laqueum confugere, nisi hoc essem ingenio, ut voluptati sit in honestis atque utilibus à quamplurimis superari. Atque utinam ea esset studiorum felicitas, ut rideretur *Mysorum* ultimus, aut cum *sibus* nullo loco neque numero habe quid istiusmodi damus, alieno ferè idque obiter, velut à gravioribus grantes animi vigorem. Nemini æstimare quantum sudoris fuerit dis ac locupletandis *Adagiis*, quantum lando *Senecæ*, qui magno mei nomini fuerat antea per indiligentes amicos, editus, quantum in *Augustino*, quantum in vertendis *Græcis*, & in dis quæ vertimus, quantum tædii scendis nostris, quæ subinde revocamus lum, ut omittam alios minutos libello tidem extorquent à nobis amici. tam sordidum, quod mihi non obtrudat *Frobeniana*, nimium familiariter mei facilitate. Et hoc mihi vitium est cujus nec ipse mihi gratiam facere possum. pario, sed aborsu ejicio fœtus ingenii commentario quem dignatus es legere, sunt dies septem, nec hi tamen toti, nec ab integro, sed à defatigato. Ubi sex aut fervent, non licet uni vacare negotio. talium est libellorum, ferè incidit tempus, quum in officina tumultûs omnia. Quæ res in causa est, ut multis modis obliti prodeant. Effugi quidem me, velut umbra corpus, sequuntur officia tia. Eóque sum ingenio natus, ut ægri amicis pernegare valeam, quanquam jampridem quietem optat, ætas ac valetudo flagitat ocium. Pro tuo gemmeo libello commentariolum in *Psalmum* XXII. abs te modestè dictum est, χρῦσα χρυσῶν sans. Eum mihi quidem ipse non quodam ex aulæ *Britannicæ* proceribus est. Citas *Hesychium* quendam, cui primis genere tribuere videris. Is hactenus fuit ignotus. *Hilarium* habemus sed quem arbitror ex *Origenis* commentariis ferè quæ nobis tradit, qui tum mihi quum rarem *Psalmum* LXXXV. nescio quo venit in mentem, quemadmodum nec nus; non quòd omnino fidam hujusmodi ribus, sed quòd sapienti quævis occasio terdum ut fiat sapientior. *Hieronymi* rios in Psalmorum opus habemus indigne minatos ab improbissimo quopiam jus næniæ sunt & in eum Psalmum *Augustinus* non indiligenter tractavit am, nisi quòd permulta dare cogitur puli quem instituebat, occupato doctoque non admodum necessaria, nonnunquam & rosa. In quosdam Psalmos non scripsit tarium, sed brevissima modò scholia, dit in hoc Psalmo quem nunc mitto maluit omnia scribere quomodocunque, pauca exactè. Extant & *Brunonis* commentarioli, pietate verius quàm commendabiles. *Arnobii* enarratio ipso brevior est Psalmo. Quin officit scripturienti tam varia lectio. In hoc Psalmo præter *Hieronymum* & *Augustini* scholia quoquam mutuati sumus. In priore Psalmo nobis dedisti, video te non parum multa ex lucubrationibus *Ambrosianis*. Non

gratus sum quum ab aliis tum ab *Anglorum* Rege, ut in omnes Psalmos ederem commentarios, sed deterrebant me quum alia multa, tum illa duo potissimum, quòd viderem hoc argumentum vix posse pro dignitate tractari, nisi quis calleat *Hebræorum* literas, atque etiam antiquitates, partim quòd verebar nè turbâ commentariorum obscuraretur sermo propheticus citiùs quàm illustraretur. Quis enim non scripsit in Psalmos? Et quinquagesimus ille in quo nobis primùm dedisti specimen facundissimæ tuæ pietatis, à quo non contrectatus est? Quanquam tu superiores omnes longo post te intervallo reliquisti? Porrò, quum ea sit tua autoritas, dignitas ac sanctitas, ut abs te æquo animo non solùm amicam admonitionem, verùm & colaphum accipere possim: tamen præstaturus præcipuum amicitiæ officium, quantâ veteris παῤῥησίαν non aliâ lege tibi sumens admonendi jus, nisi mihi id ex æquo facias mutuum. Ego verò vir incomparabilis tales heros suspicere soleo, non admonere. Displicere tibi videtur, quòd in scriptis meis taxem Ordines, aut viros dignitate præminentes; nisi tamen me fallit memoria, nam verba tua tum in transcursu lecta, non satis exactè teneo: quid mihi exciderit alicubi nescio, certè nunquam fuit animus gentem ullam aut Ordinem scripto lædere, nisi fortè lædit Ordinem, qui monet ea quibus Ordini sua cuique paratur & augetur tum autoritas tum dignitas. Velut Ordinis Theologici dignitas est, ut prætermissis frivolis argutationibus divinas literas sobriè tractent ac reverenter, utque mores professioni respondeant. Monastici Ordinis dignitas est, ut verè mortificatis affectibus humanis, declarent syncerâ pietate vulgus antecedere. Principum dignitas est, ut quàm longissimè absint à tyrannide. Episcoporum dignitas, ut ad *Christi* & apostolorum virtutes quàm proximè accedant. Hæc qui monet, taxans eos qui dedecorant professionem suam, adeo meâ quidem sententiâ non lædit Ordinem, ut Ordinis honori commodísque vehementer consulat. Ac nè quis, quod in degeneres aliquot dictum est, rapiat in omnium contumeliam, frequenter obtestor lectorem, nè quod in malos paucos dicitur, existimet ad omnes pertinere. At in hoc fortasse pecco, quod id facio vel nimium crebro, vel æquo vehementiùs. Verùm hujus culpæ partem in divinos libros possim rejicere, qui nusquam non ministrant, occasionem talia monendi. Et si ego pecco nimium sedulus & acer admonitor, illi multo magis peccant, qui sic moniti adeo non corriguntur, ut indies vergant in deterius, nec se purgare, sed monitorem confutare studio habent. Nusquam tamen attingo flagitiorum mysteria, quæ populus in illos decantat. Porrò, quibus technis, quibus imposturis, quàm impudentibus mendaciis, quàm scurrilibus libellis me nunquam cessent impetere, si tibi ordiar recensere, historia fuerit indigna tuis castissimis auribus, cujus & ego non illibenter obliviscor. Videmus ac dolemus, quod tu quoque deploras ecclesiam undiq; collapsam: sed in confesso est, nullum esse genus hominum corruptius hodie quàm monachos. *Augustinus* dicit in monasteriis aut rectissimè vivi, aut quàm periculosissimè errari. Posteritas hoc nunc perspicit ac suspirat orbis. Nec illi confugiunt ad vitæ correctionem, sed ad fucos ac tyrannidem: tantáque multos habet exæcitas, ut quum experiantur se suis molitionibus nihil aliud assequi, quàm quod indies optimo cuique reddantur magis ac magis invisi, tamen nullum faciant tumultuandi finem. Scripsi multas apologias fateor, sed bene habet quòd nullam invectivam. Multorum tamen petulantissimis libellis non respondi, & quibus respondi, eos omnes multis parasangis modestiâ civilitatéque superavi. Et tamen lacessito solet ignoscere potiùs quàm lacessenti. Quum adolescens versarer in bonis literis, illud vehementer amabam in *Nasone*, quòd illius stilus nullius unquam cruore maduisset, idque statueram imitari, diúque in eo perstiti proposito, licèt à multis odiosè lacessitus, donec ad pietatis calumniam est ventum; ibi mutus esse nec debui, nec potui. Nec alia res pejus habet quosdam monachos, quàm quòd in ipsorum gratiam nolim esse hæreticus. Jam si narrem quas amarulentias patiar ab his qui latitant sub Evangelii falso titulo, nec tibi nec cuiquam facturus sim fidem: at ego qui sentio, nec mortem arbitror acerbiorem: quúmque mihi ab altera parte permulti tam malam referant gratiam, tamen constanter ad unum *Christum* spectans, nunquam à recto dimoveri potui, vel decies emori paratus citiùs, quàm ad ullam me sectam deflectam ab ecclesiæ consortio. Atque ut fateor inter hos esse nonnullos piâ mente præditos, ita manifestum est, hujus miserrimæ fabulæ quâ nunc laborat orbis, & protasin & epitasin à quorundam ejus Ordinis improbitate fuisse profectam: atque adeo nonnihil vereor, nè per eosdem stet, quo minùs contingat catastrophe qualem volumus. Olim *Dominicani* quidam intolerabili impudentiâ concionabantur de indulgentiis, *Lutherus* suo more reclamavit. Hæc erat πρόταση. Respondit odiosè *Prierias*, odiosiùs se defendit alter *Jacobus Hogstratus*, veluti campum quæstûs & gloriæ nactus, nusquam non tumultuabatur. *Nicolaus Ecmondanus* in *Brabantia* seditiosè vociferabatur apud populum: quisquis bene monebat, is protinus audiebat, Fautor hæreticorum. Hæc erat ὑπόταση. Si initio *Martinus* fuisset neglectus, aut non extitisset hoc incendium, aut certè non tam latè fuisset divagatum. Nunc demum prosiliunt in arenam è sodalitio *Franciscanorum* quidam, *Observantiæ* titulo commendati vulgo. Quod ad me quidem attinet, optârim quovis modo sopitam hanc ecclesiæ pestem: sed ut actionem instituunt, vereor nè nihil aliud quàm malum exacerbent. Quos tumultus excitârunt in *Hispania*, contemptis etiam Principibus? Nunc juvenes duo scribunt libellos simpliciter scurriles contra Cæsaris edictum, & archiepiscopi *Hispalensis* autoritatem. *Oportet*, inquiunt, *obedire Deo magis quàm hominibus.* Sed ista cantio est autoritati Præsulum ac summi Pontificis oppedentium. Apud senatum *Parisiensem*, apud episcopos *Angliæ*, in aula Cæsaris *Brabantica* quoties moliti sunt, ut libri *Erasmi* vetarentur vendi? Ubique repererunt aures surdas. Habent *Lovanii* juvenem quendam etiamnum imberbem, qui quicquid audet in suorum sodalium convivio garrire, non veretur committere literis, & singulis mensibus effutit nobis novos libellos: quúmque rideatur ab omnibus, tamen sibi displicere non potest, tanta est philautia. Adversus hujusmodi nænias decrevi in posterum pertinax silentium, quándo nihil est invictius indoctâ garrulitate. Levius esset certamen

tamen cum quovis Cardinali, quàm cum quoquam illius sodalitatis gregario. Cæsaris adventus quid allaturus sit nescio. Dominus nutu suo potest scenam rerum humanarum subitò in diversum vertere. Id ni faciat, nihil video nisi cruentos tumultus in *Germania*. Populus ferè & agricolæ aut *Lutherissant*, aut odio sacerdotum inhiant ad omnem occasionem. Jam Ecclesiastici cordatiores non minùs metuunt sibi à Principibus ac militibus, quàm ab hæreticis. Adde quòd sub hoc Evangelii nomine latitant quidam deploratæ malitiæ, & ad omne facinus parati homines. Duæ quædam res nonnullam præbent spem: una est, genius *Caroli* Cæsaris mirè felix: altera est, quòd isti in dogmatibus suis inter se dissentiunt. De me, qui hic inter sacrum & saxum sto, viderit Dominus. Nullum portum mihi tranquillum video, & corpusculum hoc non tantum senio fractum jamdudum abhorret à vertendo solo. Equidem video quantâ cautione, quantáque dexteritate sermonem temperas, quoties monarchas aut episcopos admones officii sui. Verùm hoc est istius felicissimi ingenii peculiare donum: & quanquam sapiens ac moderata admonitio probum lectorem magnopere delectat, tamen improbos & altum vitiis indormientes non perinde excitat. Tametsi hac in re nolim prorsus esse tergiversator, agnosco nonnullam culpam meam: abusus sum illius tranquillitate seculi, morem gessi studiis & applausibus amicorum, & utinam liceret omnia ab integro retexere. Non suspicabar hominum ingeniis tantum morosæ teneritudinis inesse. Sed interim molior efficere, nè quem offendam, præsertim his operibus quæ tractant pietatis ac fidei negotium, tuæ moderationis exemplar mihi proponens. Conjicio verò istos tuum quoque placidissimum ingenium tentâsse suis querelis. Quò enim non penetrant? Cujus non solicitant animum? Cujus aures non fatigant suis delationibus, plerunque vanissimis? Utinam Dominus det illis mentem meliorem, ut mutatis in diversum moribus præstent sese tales orbi, quales haberi volunt. Verùm ipse jamdudum de his nimium multa apud te illud certò sciat tua charitas, mihi tuam admonitionem aliquanto gratiorem fuisse quàm laudes tuas, etiamsi non sum nescius utrunque ab animo syncero benevolóque proficisci. Bene vale. Aliquot errata typographi notavi in scheda, de quibus tute statues quid fieri velis. *Friburgi Brisgoiæ*. Anno M. D. XXIX.

Jacobus Sadoletus Erasmo Rot. S. D.

Epist. 12. TUum de meo Psalmo judicium, tanquam profectum ab homine omnium doctissimo, & viro maximo, magnâ quidem animum meum voluptate affecit. Sed quum tui nominis autoritas, mi *Erasme*, ejusmodi sit, ut brevis tua commendatio pro insigni laude cæterorum omnium valere debeat, facilè perspexi, quo plus tu in laudes dixisti meas, quàm quod mei ingenii tenuitas sustinere posset, totum id abs te amori in me tuo fuisse datum, & tuæ præstanti eximiæque humanitati, in qua tu mihi videris jam velle, sicut in optimarum artium tractatione & scientiâ, omnibus nobis antecellere: namque si meus frater germanus esses, qui potuisti magis aut ostendere lætitiam animi tui, quàm ex mei ingenioli partu, qualicunque illo quidem, percepisti? aut tuam erga me benevolentiam declarare? quo ipso, utique apparet, & extat [illegible] omnibus seculis naturæ tuæ probitas, [illegible] integritas, nullo infuscata obtrectationis [illegible] quod tamen est veræ atque perfectæ [illegible] prium: cujus qui compotes sunt, [illegible] confidant, alienas etiam solent virtutes [illegible] Sed ego me indignum tuo isto de me [illegible] arbitraturus sum, si tibi concesserò ut tu in [illegible] mando priores partes feras: non enim [illegible] ingenio sum natus, ut non cognoscam [illegible] rant præstantissimæ virtutes tuæ; aut [illegible] ut tuæ optimæ erga me voluntati non [illegible] tiam reddam: sed quoniam hæc [illegible] præstanda sunt quàm verbis, sit [illegible] dictum. Psalmum tuum mihi redditum [illegible] prandio essem, & aliquot graves viri [illegible] essent, avidè perlegi, cursiculo videlicet: [illegible] potui illum retinere quin mihi [illegible] manibus, tanta est cunctorum legendi [illegible] tas. Itaque expecto dum eum denuò [illegible] Quantum tamen ex illo primo aspectu [illegible] potui, duæ me res in eo eximiè [illegible] una, quòd ubique ferè & omnibus [illegible] quibusdam pietatis ac religionis [illegible] mum meum pertentari sentiebam, [illegible] pia & omnes deliniens sensus fluebat [illegible] ra, quòd tu certè in hoc genere [illegible] tior adversus molestissimas hominum [illegible] garrulitates, non tam refutandas, [illegible] mnendas: quod ego te prioribus [illegible] tabar, idcirco, mi *Erasme*, faciebam, [illegible] dignitatis studium & cura stimulabat: [illegible] enim, ut tu scribis, altiùs vitiis indormientes [illegible] mare asperiùs aliquando sit necesse; [illegible] agere, ut non à stomacho, neque [illegible] nimodi reprehensio profecta esse [illegible] quam convenit, convenit profectò tibi: [illegible] mninò est vel potiùs inusitatum, non [illegible] quum odiosè sûs qui obstrepant, & [illegible] sibi inanis gloriolæ aucupentur, [illegible] tionibus tanquam gladiatoriis libellis [illegible] amplissimos viros: sed ad tuam cæterum [illegible] omnium excellentiam, hanc quoque [illegible] corem tibi est, ut eos vel negligas, vel [illegible] di sunt, paterno quodam admonens [illegible] tu quidem in sacris literis ad antiquum [illegible] splendorémque revocandis, & omnium [illegible] & huius seculi es pater. Illud item [illegible] jam recepta vulgo quædam sunt, quæ [illegible] râ ita redolent pietatem, ut solum [illegible] mium est subaccusari posse videatur, [illegible] rundam sanctorum veneratio, & [illegible] britas, non esse populanbus studiis [illegible] non quin multò sit rectius figere in [illegible] tationum summam, sed nèque ista [illegible] aliena sunt, & non queunt omnes [illegible] illa facilè ascendere. Hæc ego temere [illegible] fortasse, & parum considerans quis [illegible] ignosce, mi *Erasme*, audaciæ meæ, [illegible] & incredibilis meus in te amor me [illegible] tate in amicitia, propè ad temeritatem. [illegible] quam tu quidem pro tua summa [illegible] bonam partem accipis, sed ego nè [illegible] quicquam aliud specto, nisi quietem [illegible] & amplitudinem tuam, quam semper [illegible] & quantû in me fuit, etiam affectam [illegible] ornatam esse volui. Itaq; recordor me [illegible]

Postrid.

Pontifici maximo ei qui nunc est, suasorem fuisse, ut tibi insigne sacerdotium quoddam in *Germania* traderet: quod ille, quâ bonitate est & studio erga bonines doctos, erat facturus, nisi certi contradixissent, hácque adversus te nixi calumniâ, bonum animum Pontificis in aliam vertissent partem. *Stunicam* autem hominem doctum meditantem adversus te ἀντιρρήσεις quædam, autoritate & precibus ab ea voluntate sententiáq; deduxi, nec quoad ego mansi *Romæ*, quicquam ille in te scribere est ausus. Quod ergo est? Ego quod in hoc rotente Psalmo duarum illarum rerum quas notavi, alteram video penitùs prætermissam, alteram levissimè tactam, mirificè sum tua moderatione animi & prudentiâ delectatus: nam cætera tua in illo & admiranda nec nova, orationis splendor, gravitas, copia, rerum quæ tractantur in eo varietas, & dignitas, & quidem triplicatâ serie, ut perspicuum sit orationis thesauros non exhauriri apud te veluti collectos, sed semper scatere. Atque ego cum meum dicendi genus comparo cum tuo, aspicio planè me serpere humi, & nimis familiariter illa divina tradere, quæ tu μυστικώτερα esse facis, & ea in sua gravitate veneratione que conservas. Et tamen quicquid sumus ego atque tu, à Deo ambo totum obtinemus, cui gratiam & laudem perpetuúmq; obsequium præstare sumus obstricti. De *Hesychio* quod quæris, habueram Psalmorum *Græcorum* librum vetustate insignem, in eo procœmium *Hesychii* luculentè scriptum in eam sententiam, ut probare conaretur omnes Psalmos *Davidis* esse. Is liber mihi cum cæteris omnibus periit: reliqua sunt apud me *Græca* collectanea in Psalmos incerto autore, scripta non tam copiosè quàm eleganter, quibus præcipuè utor: in iis interdum citatur *Hesychius*. Sed ego cum illa legi, & *Latinorum* aliquos de eorum numero, quos prædicas, non tam illorum explanationem valde sequens, quàm Spiritui sancto permittens me totum, feror quácunque me ille vocat: cujus utinam ut spiritualis in me homo, sic etiam corporalis templum idoneum esse posset. Deus autem omnium potens, qui tibi labores & solicitudines, & affectam valetudinem dat, quis scit an majore tuo bono id faciat, quàm si quietem tibi & molle ocium præberet? Equidem confido ita esse, nihilque mihi laboriosâ sollicitáque vitâ, sed quæ cum Deo prorsus conjuncta sit, videtur re verâ fieri posse felicius. *Germanice* nationi bene sit, amo enim gentem totam, dignissimámque arbitror, quæ in vera menda, ac propaganda religione suorum majorum gloriam consequatur: cui qui obsunt, & contaminant patriæ suæ decus ad bonam eos mentem convertat Deus. Tuæ in Psalmum meum annotationes mihi gratissimæ. Itaq; cogito magnam partem illorum mendorum tollere: nam aliqua sunt quæ autoribus optimis nituntur. De me, mi *Erasme*, sic tibi persuadeas volo, quanquam ego tenuis sum, & magnis à fortuna detrimentis multatus, nihil tamen me habere, quod non tuum æquè velim esse ac meum: neque in hoc solùm, sed in omni tua dignitate atque fama conservanda hoc sum animo, ut & sponte per me ipse, & abs te monitus, summam tibi fidem in amicitia ac benevolentiam semper sim præstaturus. Vale quindecimo Calend. Octobris, Millesimo quingentesimo trigesimo. *Carpentoracti.*

Erasmus Ro. Alfonso Valdesio S. D.

Epist. 13.

AUdio te subnotare cessationem meam, quod vicinior factus & breviùs scribam & rariùs. Mihi sanè non ingratum est, hac in parte meum officium abs te requiri. Nam & hoc argumentum est animi bene cupientis *Erasmo*. Sed illud meæ fidei credas velim, nullum esse mortalium cujus literas libentiùs accipiam quàm tuas, nec ad quem meas dem libentiùs. Verum quum nihil esset, quod vel de valetudine mea, vel de rerum mearum conditione tibi voluptati futurum scribere possem, puduit ista candidissimam indolem tuam invidiosis querimoniis amplius onerare. Quâ de re an te aliquando meis literis admonuerim nescio, certè constitueram admonere. Proinde quum ex tuis scriptis intelligerem ac magnopere gauderem tibi propositum esse, in totum ab odiosis illis abstinere, quid superarat quod ad te scriberem, nisi te mihi tuo merito esse charissimum, méque tibi vicissim plurimis maximisque nominibus obligatissimum esse? quod utrique nostrûm perspectius est, quàm ut illâ testificatione sit opus. Idem arbitror in causa fuisse, ut tuæ quoque literæ hoc venerint, & multo rariùs. & solito breviores, aliquanto etiam, ut mihi quidem visum est, languidiores. Mihi quò fata trahunt retrahúntque sequendum est. Tuum istud ingenium Gratiarum domicilium, indignum est quòd ullâ invidiâ molestiáve contaminetur. Ex illius nigri colloquio, de quo te literis admonueram, quid audieris facilè divino, nec tamen arbitror hinc quicquam tuæ in me benevolentiæ decessisse. Quòd si quid de meo in te animo dubitas, verbulo duntaxat significa, quo genere officii queam tibi gratum facere, nisi id summa cum alacritate protinus aggrediar, nomen meum inter homines ingratos scribito. Lucubrationem aliquam jam pridem tibi dicâssem: sed hoc officii genere quidam delectantur, quidam offenduntur, idque nonnunquam mihi longè charissimis ob id non præsto, nè quid illis conflem invidiæ. Quid faciam? Pecunias adeo non recipis, ut quod debetur offerenti, tu duplum offeras. Mittam libros? Nè hoc quidem licet quòd agis istam fa[illegible]m plusquam motorium. Commendatione me[illegible] non eges, quod mihi quidem perjucundum est, & tuo merito fieri gaudeo. Nec addubito quin tui mores, Cæsarísque favor sint aliquando te ad summam dignitatem provecturi. Jam quid agatur in aula, nec est secretariorum scribere, nec mei candoris ex his velle cognoscere. Superest igitur, *Alphonse* charissime, ut aut mihi credas me eo esse in te animo, quo par est esse gratum hominem in optimè meritum; aut tu mihi suppedites occasionem, quâ mei in te animi periculum facias. Hæc scripsi incertus an hæc epistola sit ad te perventura. Pro tuo in *Livinum* meum favore gratiam habeo. Nos apostemate rupto meliusculè valemus, gratia *Christo*. Æstas nobis fuit sterilis, hyeme nonnihil abortivimus, præter cætera verò sex libros Apophthegmatum, & commentariolum in Psalmum XXXIII. Hoc fuit à morbo paulatim revalescentis præludium, nunc accingimur ad graviora, tantùm ut liceat videre *Germaniam* à bellis quietam. Bene vale, amicorum fidissime. Datum apud *Friburgum Brisgoia*, Anno à *Christo* nato M. D. XXXI.

Eraſmus Rot. Nicolao Mallario S. D.

Epiſt. 14. NÆ tu mihi, *Mallari* doctiſſime, Comico-tragœdiam non tam legendam exhibuiſti, quàm ſpectandam ob oculos poſuiſti: quæ quidem ut mihi geminam peperit voluptatem, ita dolorem quoque duplicem conciliavit. Primùm enim delectavit animum meum epiſtola tua tam copioſa, verbis optimis adfabrè ſtructa, *Græcarum* vocum emblematis ſubinde picturata, poſtremò lepidiſſimis ſalibus hilaritatem animi tui declarans: quâ re factum eſt, ut ipſe quoque juxta *Pauli* præceptum, cum amico gaudente gauderem, & cum ridente frontem exporrigerem. Deinde magnâ ſum affectus lætitiâ, quòd *Chriſtus* Opt. Max. veluti de machina apparens, lætum exitum addiderit turbulentæ fabulæ. Rurſus indolui, quòd quum ex meo colloquio nihil aut minimum fructûs retuleris; tum enim cœperat adrepere morbus, alioqui nec alias in ejuſmodi congreſſibus admodum officioſo, ídque propter occupationes ac valetudinem potiùs quàm ob naturæ vicium: tamen ea res tibi tantum conflaverit invidiæ, cujus ſingularis ingenii candor illud promerebatur, ut nullis excetræ ſibilis afflaretur unquam. Nam de me leve detrimentum eſt, & ſi his fatis natus ſum, ut bene faciens malè audiam, non oportet θυμαχεῖν. Vivit, vidétque nos noſter agonothetes, unde brabeum expectamus, ſi gnaviter certaverimus. Quod ſi tibi iſta contumelia ob *Chriſti* nomen fuiſſet illata, non ſolùm non deplorarem vicem tuam, verumetiam inter beatos ponerem nomen *Mallarii*. Nunc ſi quid meâ causâ moleſti accidat candidis amicis, acerbiùs fero quàm atroces in meum ipſius caput debacchationes. Illud tamen mihi longè gravius dolet, quod iſtorum intemperiis, & publica *Chriſtianorum* pax tranquillitásque rumpitur, & malorum improbitas odio gravat etiam illos, qui in probatis Ordinibus veram ſectantur religionem. Quum enim columbina ſimplicitas ac germana ſynceráque pietas penes *Franciſcanos*, *Obſervantium* titulo gratioſos potiſſimùm reſidere videretur, nullo ex grege proſiliunt, qui indoctiùs, indecentiùs, ac ſcurriliùs vociferentur, atque adeo libellis etiam editis debacchentur, perinde quaſi mundus jam non gignat homines, ſed meros bubalos & onagros. Sed venter non tantùm auribus, ut ait *Cato*, verumetiam oculis & mente caret. Faxit *Chriſtus*, ut reſipiſcant in ipſius gloriam. Equidem optârim pacem habere cum omnibus. Id quoniam mihi fatis negatum eſt, negatum eſt autem mihi cum laudatiſſimis quibuſque viris, triplici argumento meipſum conſolor: primùm, recti conſcientiâ, cui ſua merces in tuto eſt apud τὸν καρδιογνώστην· deinde conſortio celebrium virorum, *Socratis*, *Phocionis*, *Ariſtidis*, *Scipionis*, & ſi mavis *Chriſtianos*, *Pauli*, *Hieronymi*, *Baſilii*, & *Chryſoſtomi*. Poſtremò, dum contemplor, quales habeam oblatrantes, & quales è regione fautores: illic nullos video niſi aut inſigniter ſtolidos, & impudenter ſcurras, aut gloriæ famelicos, aut maledicentiæ natos, aut œſtro livoris percitos, aut ventris mancipia, aut quibus hic mundus potior eſt *Chriſto*. Hic quos Reges, quos Principes, quos Cardinales, quos Epiſcopos ihtueor, qui non tantùm literis & applaudunt qualibuſcunque ſtudiis meis, & mihi pro navata meliori literaturæ pietati [illegible] as agunt, verumetiam ultro miſſi[illegible] neribus teſtantur ſe non aliter ſent[illegible] dicant? Quot ſunt etiam hodie, [illegible] dignitate præcellentes, qui me ad [illegible] narum conſortium invitant? Eendium [illegible] Quin non tot talíúmque virorum judicio ſem[illegible] gat inauſpicataram avium garritus [illegible] dem placari non poſſunt. Equidem non [illegible] *Batavi Herculis* glorioſum titulum, [illegible] mihi tribuis. Sed tamen quum [illegible] his quoque temporibus in *Gallia* ſtu[illegible] ingeniorum altrice quantum invidiæ ſ[illegible] ἐπιλύσωνται, facilè conjectas quos barbarorum impetus exceperim, ante annos ferme triginta apud noſtrates, juventutem ad eloquentiæ ſtudium, *Græcarúm*que literarum amorem exti[illegible] Vix noſtra phalanx ſuſtinuiſſet hoſtium conjuratorum impreſſionem, ni *Adrianus* tum Cardinalis, poſtea *Romanus* Pontifex hoc edidiſſet oraculum: *Bonas literas non damno, hæreſis & ſchiſmata damno.* Sed apud nos inditi nuncii hæc invidia, ſummámque in ſpem vocor, fore ut excellentiſſimi Regis *Franciſci* felicibus auſpiciis adeo conſuleſcant coarantes rane, ut nemo Theologorum ordine dignus habeatur, qui nodis ſit linguarum. Certè ante annos non [illegible] multos *Hermannus Lethmarus Batavus*, aut ſi mavis, *Holandus*, harum literarum accolæ nonnihil etiam commendatus ſuit, ad hoc, ut in diſtributione laureæ Theologicæ primus numeretur. Arbitror hominem tibi notum eſſe. Proinde perquàm lubens ſpectavi te in tuis literis proveniliter ſtomachantem: hinc enim perſpicio quàm ex animo faveas huic ſtudiorum generi; ſed ſperó fore propediem, ut illos tenebrarum contemptu judices digniores, quàm ſtomacho tuo. Quin & nunc ſic eluxit linguarum lux, ut magis operæ pretium ſit, flagrantiſ jam & inflammatæ juventutis ſtudia provehere, quàm cum rabulis malè feriatis ritari. Quod ſcribis eſſe quoſdam qui ſibi bonam ſelicitatis partem deeſſe judicant, quòd *Eraſmum* non viderint, quum corporis effigiem ære fuſam exoſculentur, eique conſpectâ ad ſtudiorum amorem inflammentur, puto non omninò vanum eſſe: quanquam in conſolandi mei gratiâ rem, ni fallor, rebus amplificas. Sed nè poſſim iſtiuſmodi favoribus inſoleſcere, facit quorundam diverſus affectus. Dicam enim quod rideas: Eſt quidam hoſtis *Conſtantienſis*, qui mei effigiem in charta impreſſam habet in conclavi ſuo, non ob aliud nihil, quam inambulet, quoties eam præterit conſpectu; percontantibus odii cauſam, reſpondet ſe mihi iratum ferre hoc calamitoſum ſeculum. Amen volens nolens eram *Lutheranus*. Hoc crimine omnibus excuſſo, quærunt aliud: aiunt me deſiſſe gradum ſectarum autoribus. Hoc argumentum ſeriò rurſus tractavit *Albertus Pius*, cujus ingens volumen excudit *Badius*, quum opus ex nullo, non ſit *Alberti*, ſed per multas operas conditionis conflatum: nec minimum contulerunt *Franciſcani Pariſienſes*; habent enim quendam inſignem [illegible] *Petrum Coronenſem*. Ipſe *Pius* rem ſecit operoſiorem quàm ingenioſam, infixit aculeum ac ſæpe pupugit. Deceſſit enim multis ante diebus, quàm [illegible] opus abſolviſſet. Dicebatur *Carpenſis*, & quanquam ditione fuiſſet exutus, cognomen idem mansit, ſicut

fuerit ratio cognominis fuerit diversa. Prius enim à *Carpi* erat *Carpensis*, pòst à carpendi libidine. Atque ut intelligas illum non sine causa dictum *Pium*, triduo quàm moreretur, induit amictum divi *Francisci*, in ea veste *Franciscanorum* humeris deportatus est solenni pompâ per vias, facie, manibus & pedibus nudatis, & in monasterio sepultus. Non insector religiosum hominis affectum: vulgatum est hoc apud *Italos*: sed demiror patres illos, quum non ignorent cujusmodi sit hoc seculum, ejusmodi ceremoniis, nè dicam superstitionibus, irritare in se orbis invidiam, plus satis jam flagrantem suâpte sponte. Sed *Alberti* manibus precor lucem & quietem. Opus nondum vidi. Sentio quosdam parricidialibus odiis in me ferri, non *Lutetiæ* tantùm, sed in *Germania* quoque: qui simul atque comperissent Cæsaris animum in hoc obfirmatum esse, ut sectarum dissidiis *Germaniam* liberaret, protinus privatim ac publicè virus evomere cœperunt in *Erasmum*. Longa est fabula, sed partem ejus è schedis quas mitto cognosces. Varia sunt martyriorum genera, innumerabiles supplicíorum formæ, sexcentæ mortium species. Ego fortasse cum divo *Cassiano* videbor conferendus, quem accipimus stilis graphiariis à suis discipulis fuisse confossum. Sed quanto crudeliora patitur *Erasmus*, qui tot annos innumerabilium hominum linguis & stilis confossus usque ad vitalia, vivit adhuc in tormentis, & sentit totus, nec datur morte finire dolorem? Verùm omissis jocis, ad tuam epistolam redeo. Quid audio? *Lutheranus* dictus es quòd inviseris *Erasmum*? At quotquot sunt ejus sectæ, si quem senserint me petere, dicere solent, *Cave tibi ab illo, inficiet te si conveneris hominem, hostis est acerrimus Evangelii.* Quid istud monstri est? nisi quòd, ut prudentissimè scribis, nec legunt nostra, nec scire cupiunt quid agamus. Tantùm quod in conviviis sodalium audierunt vociferantur, &, *Andabatarum* more, clausis oculis gladium ventilant. Jam fingant me sentire cum his quos isti ducunt pro hæreticis: quanto *Christianis* erat suspicionem in eam partem esse pronam, ut crederent te hoc animo *Erasmi* colloquium expetisse, quo eum in viam reduceres? Quantum igitur isti absunt ab Evangelicâ charitate, quæ non suspicatur, nec cogitat malum? Quid dicerent si isthuc commigrarem, tibíque domestica consuetudine jungerer? Quòd tantum laudum in me largissimè profundis, *Mallari* doctissimè, non expectabis à me mutuum, non quòd non paria tu atque etiam majora promerearis, sed quòd nec ego agnoscam quæ mihi tribuis, nec tua modestia videatur talibus encomiis onoranda. Demiror quo consilio mutos magistros ad percipiendam *Græci* sermonis scientiam adhibere malueris, quum *Gallia* tam multis abundet *Græcè* peritis, & viva vox ut habet suam peculiarem vim, ita dimidium laboris adimit discenti. Vehementer autem laudo quod vertendis *Græcis* de teipso periculum facis, quantum in utriusque linguæ facultate profeceris. Sed ista quoque meditatio succedet feliciùs, si versionis tuæ censorem adhibueris, aut tuam versionem cum aliorum translatione conferis. Quòd percontaris num *Chrysostomi Monachus* ab alio quopiam *Latinus* sit factus, video te virum esse minimè curiosum quid rerum gerant alii. Nam *Monachus* ille in quo scribis te tyrocinii tui specimen edidisse, jam ante sex annos prostat versus ab *Oecolampadio*. Eundem meo suasu vertit *Germanus Brixius*, sed quoniam ille *Callipidem* egit, seróque misit quod verterat, quum totus exiret *Chrysostomus, Oecolampadianam* editionem, recepimus. Rursus idem opusculum in *Anglia* vertit *Virgilius Polydorus* satis feliciter, mihi dicatum. Excusum est autem *Lutetiæ*. Si quivero nanciscí *Brixianam* editionem, ad te mittam, ut tuam possis cum triplici versione conferre. Rumorem retractationis hinc opinor natum, quòd libri quo monachis *Hispaniensibus* respondeo, posteriori editioni subjeci loca quædam ex aliquot meis lucubrationibus emendata, quæ vel ipse deprehendi, vel amici suggesserunt. Verùm hìc dum amicis fido, quædam dum emendare conor depravavi. Is liber prodiit Anno M. D. XXIX. mittam si quem nactus ero qui non recuset sarcinulam. Neque verò puderet pigerétve idem in universas meas lucubrationes facere, si quam viderem rationem quâ liceret omnibus omnium offensionibus mederi. Nunc quod aliis videtur maximè pium, aliis videtur impium. Sequar scholatticorum placitorum gnomones? Ipsi inter se dissident. Quosdam autem offendit quicquid aliis verbis dictum est, quàm ipsi loquuntur in scholis. Quibus si velim morem gerere, bis frigebunt omnia, partim quòd pleraque scholæ dogmata sunt ejus generis, ut etiam si nitantur indubitatâ veritate, tamen extra scholam non habeant gratiam; partim quòd impuritas orationis rebus etiam per se gratiosis detrahat gratiam. Jam quid istis faciam, qui sibi videntur callere *Latinè* quum nesciunt? Quid illis, qui quoniam ad lectionem adferunt inimicum animum, omnia detorqueant ad calumniam? Aliud malè sonat, aliud est suspectum, aliud est affine *Turrelupinorum* errori, aliud est offensivum piarum aurium, aliud est parum reverenter, aliud parum circumspectè dictum. Si quid ejusmodi videatur, ut offendere possit Principum aut Pontificum animos, schismaticum est. Quasi per se non sit ulcerosis odiosa veritas. Denique quid facias his qui mea non legunt? Atqui ea maxima turba est, nec ulli vociferantur improbiùs. In tanta sententiarum varietate, in tam surdis clamoribus quid me jubes sequi? Certè hæc mihi mens est, ut si quid vel ipse deprehenderem in libris, vel alius commonstraret, quod verè pugnaret cum indubitata veritate fidei Catholicæ, mox jugularem. Quidam è tuo sodalitio damnavit quòd in *Colloquio* cui titulus *Inquisitio*, scripsi *Patrem autorem esse omnium*, complectens etiam duas personas divinas. Sed ille putat *autorem* nihil aliud esse quam *factorem*, quum autor dicatur frequenter fons & princeps negotii, autoritas principium & origo prima. Eas voces sic frequenter usurpat divus *Hilarius*: proinde si *Latinè* calluisset, nihilo magis offendisset *autor omnium*, quàm *principium omnium*. Rixandi, calumniandíque nullus est finis. Hìc nobis toties occinuntur *Augustini retractationes*. Atqui *retractatio* nihil aliud est quàm *recognitio*. Neque enim eo titulo proficetur se castigationem errorum suorum, sed catalogum & recensionem operum suorum texere, ac singulorum velut argumenta, eò spectans, nè quid lucubrationum ipsius intercideret, aut alteri tribueretur quod ipsius esset, aut ipsi tribueretur quod esset alterius.

Verùm obiter quædam sua reprehendit, fateor, sed levicula: veluti quòd alicubi sit usus vocabulo *fortuna*, quòd lapsus sit in nomine *medici*. At plura defendit, interdum non sine tergiversatione. Porrò, quanto graviora adhuc residunt in illius viri libris, *nulla esse hominum merita*? cujusmodi si quid in meis deprehenditur, *Lutheranus* sum. Quoties iterat, *Infantibus nihil prodesse baptismum, nisi comedant carnem & bibant sanguinem Domini*? Quoties tribuit *Petro* apostolorum principi superstitiosam ac perversam voluntatem pertrahendi gentes in *Judaismum*? Omitto cætera. Proinde frustra tantopere jactatur hoc exemplum *Augustini*. Quis magis ingenuè castigavit sua, quàm ego? Quoties recognovi mea *Proverbia*? Quoties *Novum testamentum*? Quod opus rursum excuditur, in quo non corrigam aliquid? Idem ante annum separatim etiam feci, præsertim in his operibus quæ credebam me vivo non iterum edenda. Itaque quòd hortaris ultrò currentem, vir amicissime, pro tua quidem solicitudine debeo gratiam; sed officiosiùs faceres, si commonstrares quæ meritò sint emendanda. Nam hæreseon, errorúmque mentione plena sunt omnia. Non dubito quin tibi sit animus integer, si modò vacaret nostra legere. Ut redeam ad *Græcos*, si tibi non est cui tua præbeas examinanda, superest hoc exercitationis genus: verte quiddam à docto quopiam versum, sed illius versione non inspectâ: ubi præstiteris quod potes, tum confer utriusque translationem cum *Græcis*, senties hinc fructum haud pœnitendum. Arbitror *Græcum Chrysostomum* jam prodisse ex officina *Veronensi*. In vertendo præcipuam laudem obtinet *Theodorus Gaza*. Summus artifex est *Angelus Politianus*. Mihi in vertendo semper placuit fidelis & erudita simplicitas, præsertim in hagiographis. *Budæus* vicinior est *Politiano*. Opinor me respondisse ad omnes epistolæ tuæ partes, fortasse breviùs quàm tu velles. Sed hic certè veniam dabis, si cogitaris me post absolutos libros, hoc ludo relaxâsse delassatum ingenium ut eodem tempore scriberem epistolas p. m. nonaginta, quarum aliquot sunt hac duabus paginis longiores. Pro Epigrammate habeo gratiam, sed aliud dicis *Latinè*, aliud *Græcè*. Nam *Græcè* loquens non vis me prius liberari à rabulis, quàm mortem oppetam. Jam an *streperus* pro *obstreperus* invenietur addubito: particula ἀν non video quid agat, nisi quòd explet hiatum metri, dicere poteras ἴκδικον ἀνὴρ δν Sed nimium abutor humanitate tuâ, *Mallari* charissime: opto te quàm rectissimè valere. Datum apud *Friburgum Brisgoæ*, quinto Cal. Aprilis. Anno à *Christo* nato M. D. X X X I.

Habes epistolam ἀντόγραφον, καὶ ἀχίνητον vix enim vacavit scriptam recognoscere. Sed suspicabar hoc sic amanti fore gratius, si scriptum acciperes ipsis liturjs ac dispunctionibus referens notas animi ex tempore simpliciter ac sine fuco apud amicum sese proferentis.

Erasmus Rot. Antonio Dalbono Abbati S.

Epist. 15. SI tam facilè montes & valles transmitterent corpora, quàm transvolant animi, jamdudum *Erasmum* haberet hospitem insula *Barbara*, meo judicio dignior quæ μακαρία dicatur. Sed præter itineris longitudinem deterruit me *Mallarius* prolixâ epistolâ, quâ longam texit fabulam de tumultu quem cuculliones quidam [illegible] absentem quod diceretur [illegible] *Erasmi*. Quid facerent, si [illegible] viderénteq; nos arctâ familiaritate [illegible] ret me profectò talium ingeniorum [illegible] sunt qui perfectam pietatem titulo [illegible] fitentur, quid expectandum ab his [illegible] danos appellant? Sed hæc de re copiosiùs [illegible] *Mallario* communi amico. Abundè malorum [illegible] erat, etiamsi nihil accederet. Jampridem infestat nos pestilentia, quæ desinere nescit. Summa [illegible] caritas crescit indies. Quid sit sequuturum, novit Deus, mihi nequaquam placent augurii. Et tamen incommodum est huic corpusculo nimirum [illegible] ut jam maximè tutum sit. Narrant *Turcum* adornare tres exercitus, quorum uno iturus in *Asiriam* adversus *Ferdinandum*, altero in [illegible] jam olim minitatur, tertio *Neapolim*, inde petiturus benedictionem à summo Pontifice. Dura sunt hæc, tamen hæc quoque puto leviora, quàm si tota *Germania* & huic finitimæ regiones tumultuosis ædibus misceantur. Dices sævum esse morbum nec posse curari vulgaribus remediis. At ego ostendo media morbo graviora. Si ferro res agetur, maxima calamitatum portio recidet in innocentes, & sub prætextu defendendæ pietatis [illegible] implebitur latrociniis. *Hispania* [illegible] occultos *Judæos*, *Germania* plurimos habet & naturâ propensos, & bellis exercitatos ad latrocinium. Tota hæc colluvies exundabit primùm in *Germaniam*, mox in reliquum orbem. Nesciunt enim arma ponere quibus semel [illegible] Jam semel atque iterum dedere sit [illegible] *Roma* atque *Vienna*. Orbis nunquam habuit Cæsarem potentiorem quàm nunc habet. Is si pietate ac religiosa in sedem *Romanam* obsequia, videtur facturus quicquid præscripserit *Romanus* episcopus. Gratulandum igitur est rebus humanis, si vicario *Christi* nihil in mortem venies nisi *Christo* dignum. Multis tamen fatalem videtur augurium, à *Clemente* tam indulgente tractata *Florentia*. Ut liberis licèt affectis injuriis non datur ulciscendi jus in parentes, ita patriæ civicis visum est non esse fas in patriam ullo modo maritam ferrum stringere. *Themistocles* & *Aristides* per invidiam exules, magno tamen adjumento fuere patriæ. *Lacedæmonius* ille Rex potest mentum exul, nè queri quidem de patria [illegible] *Coriolanus* justissimum dolorem, matris [illegible] submisit. At vereor nè nobis qui [illegible] mur cupiditate vindictæ, eveniat quod [illegible] quo, qui tergo sessorem, ore [illegible] dum cervum ulciscitur, [illegible] ait *Hector Homericus*; [illegible] statu mihi videtur [illegible] Sed hoc, quod omnium est [illegible] mis negligitur. Unde enim sub optimo Principibus tantum in orbe *Christiano* malorum [illegible] Deo nostris iratо sceleribus? Quanto [illegible] vestra *Gallia* graviorem accepit plagam? Bene habet quod eam tempestatem [illegible] nitas. Quis unquam vidit [illegible] am? Quæ multis annis vereor ut [illegible] gorem pristinum, in quo nos [illegible] vidimus. Quid nunc *Germania* [illegible] Quid miserabilius, si incidant [illegible] impendere? Jam ut parciùs [illegible] mus sit luxûs in conviviis ac vestitu, [illegible]

vericun

vaticem habeant latiùs raſum, ut veſtem ad talos demittant, ut ſoli dormiant, facilè præſcribi poſſit ab hominibus: ſed omnium bonarum actionum fontem ſolus Deus parare valet, & facit, ſi nos ſyncerâ plenâque fiduciâ ad illius miſericordiam confugerimus. Ille exoratus dabit Eccleſiæ primatibus animum omnia mundi commoda *Chriſti* gloriæ poſthabentem. Dabit Principibus mentem, & opibus, & gloriis, & vindictâ, & omnibus humanis cupiditatibus ſuperiorem, dabit ſapientiam cœleſtem, univerſam terrenam malitiam ſuperantem, dabit ſacerdotibus ac monachis verum mundi contemptum, & Scripturarum amorem, dabit magiſtratibus & populo timorem ſui. Finem philoſophandi faciam, ſi teſtatus fuero, me pro his quæ defers, nihilominus debere tibi, quàm ſi fuiſſem uſus. Opto tuam pietatem cum omnibus illi charis quàm optimè valere. Apud *Friburgum Briſgoiæ*, Anno à *Chriſto* nato M. D. XXXI. Calend. April.

Eraſmus Rot. Petro Mornyco Abbati S. Sulpitii S.

16. UTinam quemadmodum hic temporum ſtatus multis nominibus protrudit ad emigrandum, ita ſterneret mihi commodam viam ad tam amabilem hoſpitem. Sed deterret itineris tum longitudo, tum incommoditas, & hoc corpuſculum jam deſiit ad omnem profectionem eſſe accommodum, uteunque viget animus. Sed teſtudinis ὁμοίου ſortem agnoſco, domicilium quod circumfero moratur hoſpitem, indies etiam ruinam minitans. Compluribus argumentis mihi commendas tuam *Sabaudiam*, tametſi mihi non prorſus ignotam. Olim enim è *Lutetia* per *Lugdunum* petens *Italiam*, bonam illius partem vidi. Apud *Taurinorum Auguſtam* commorati ſumus aliquantiſper, mirè placebat gentis humanitas. Sed inter omnia regionis commoda, quæ commemoras, nihil æquè me ſollicitat atque iſte tuus tam candidus, tam amicus animus. Spero autem ſi *Germania* bellis inteſtinis collidi cœperit, veſtram regionem fore quietam: quanquam audio neſcio quid controverſiæ vobis fuiſſe cum *Bernatibus*, id arbitror eſſe conſopitum. Triſte porro fatum narras *Rolandi Caroli* magni nepotis, qui ſiti perierit in *Hiſpanis*. λιμῷ δ' οἰκτιστον θανέτην καὶ πότμον ἐπισπεῖν, inquit *Homerus*, quando video te libenter ὑπολιζεσθαι. At medici cenſent longè crudelius mori ſiti. Sed *Rolando Hiſpania* planè fuit *noxia*. Sic enim appellat beatus *Paulus*. Delectavit me *Caſtoris* & *Pollucis* mentio. *Caſtor*, inquit *Horatius*, *gaudet equis, ovo prognatus eodem pugnis*. Fateor me olim equitandi ſtudio fuiſſe captum, ἀφ' ἱππασίαν mihi fuiſſe luculento damno, ſed jamptidem *Caſtor* eſſe deſii. An tu etiamnum *Pollucem* agas neſcio, nam aliquando te ſtrenuum egiſſe pugilem ex tua ipſius narratione cognovi, quum *Baſilea* familiariter inter nos miſceremus fabulas. Sed ut idem narrat *Horatius*, ob diſſimile ſtudium, geminorum gratia fratrum propè diſſiluit: nos porrò communis literarum amor arctiùs junget, quàm *Caſtorem* & *Pollucem* junxit idem ovum, modò liceat iſthuc uſque prorepere. Id ſi minus licebit corpore, certè animus ſubinde ad vos tranſvolabit. Mihi cum paucis vivendum eſt, ſi velim vivere, adeo tenera eſt valetudo.

A Inter ἀντιφωνήτους veſtros, ut tu vocat, licebit utcunque balbutire: hic planè mutus ſum, nec intelligo quenquam, nec intelligor ulli. Cum aulis mihi nihil convenit. Quid autem dicas aulam planè *Gallicam*, nondum intelligo, ſentis opinor comem & humanam, ſed *Germani* noſtri ſecus interpretarentur. Verùm, omiſſis jocis, gratiſſimum eſt quòd offers & teipſum & tua omnia citra exceptionem. Sed tu jure Gratiarum, jampridem in ære meo es, licèt ego magis etiam in
B tuo. Fortunas autem tuas non admodum gravabo. Contigit enim mihi ſors animo pat, inter πλούσιον & πένητα media. Dedimus hâc hyeme ſex *Apophthegmatum* libros, & Commentarium in Pſalmum 33. Præfati ſumus in *Ariſtotelem Græcè* excuſum, multò quàm antea emendatiùs, quem jam parvo ſibi quivis parare poterit. Præfati ſumus & in *Titum Livium*, auctum quinque libris qui nunquam antehac prodierunt, præter innu-
C meras epiſtolas. Tantum horti noſtri porrigunt hybernis menſibus: quid facerent æſtivis? Sed ingeniorum ætas ſemel elapſa nunquam redit. Cætera coram, ſi temporum ratio ſic ſuaſerit, & valetudo permiſerit. Bene vale. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* poſtrid. Calend. Aptil. milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

Eraſmus Rot. Antonio Fuggero S. D.

D QUum animum iſtum tuum tam amicè amicum contemplor, vir ornatiſſime, quum reputo quòd in me nihil promeritum beneficiis beneficia cumulas, poſtremò, quòd homo prædives ad fortunarum conſortium invitas: partim mihi videor egregiè felix, cui talis patronus & amicus divinitùs obtigerit: partim rubore ſuffundor, atque etiam animo diſcrucior, quum, excuſſis omnibus meis facultatibus, nihil reperio quo tecum paria facere queam. Quid autem dixi paria? quo ſaltem grati debitoris propenſam voluntatem
E declarem. Proinde *Joanni Cholero* communi amico priſtinam amicitiam renunciavi, ni mihi bonâ fide ſuggerat occaſionem declarandi quanti faciam iſtud pectus tot Gratiarum muneribus exornatum. Magnæ divitiæ ſolent poſſeſſori conciliare faſtum & ſupercilium. At quem invenire eſt ex mediocris cenſus grege, cui par ſit morum comitas, facilitas ac verecundia? Solent opes ſui ſitim excitare, velut hydrops quidam. Tu contrà, quod
F ultrò in te effundit numinis benignitas, aliis potiùs habere videris quàm tibi, verè divitiarum dominus, ut in quem illæ nihil juris habent, ſed tibi tuo arbitratu ſerviant. *Beatus Rhenanus*, homo inſigniter eruditus, in Epiſtola quadam ad D. *Philippum Puchaimerum* ſic depinxit ædes tuas, quas *Polyphemus* mihi parum rhetoricè commendavit, ut ſi eas fuiſſem omni ex parte contemplatus, non fuerim viſurus ampliùs. Sed quantâ felicitate me ſpoliat horum temporum iniquitas? Utinam propitium aliquod numen civiles tumultus arceat à
G *Germania*. Sed ubicunque locorum fata volent eſſe *Eraſmum*, ibi ſcito futurum *Antonii Fuggeri*, totiúſque nominis *Fuggerici* ſtudioſiſſimum. Pro lagena vini quam per alium aurigam miſiſti, per eundem qui attulit gratias egi. Sed quoniam & ille rem reddidit nihilo plenioremquàm reddiderat *Polyphemus*, eáque de re queſtus eſt famulus, fieri potuit, ut epiſtolam ad te meam ſuppreſſerit, metuens

Epiſt. 17.

metuens nè per illam proderetur. Hoc eò scribo A
q̃ videam *Cholerum* anxium, nè vinum posterius
missum non sit redditum. Cætera vasa erant ple-
na. Si quid tale mittendum esset, vasi fideli benè-
que picato oporteret committere, addendus esset
fucus, quasi ad alium magnæ autoritatis virum
mitteretur. Quum audiunt ad *Erasmum* hospi-
tem, putant objectam prædam absque periculo.
Bene vale. Datum *Friburgi* pridie Non. Aprilis,
M. D. XXXI. B

Erasmus Rot. cuidam Theologo S.

Epist. 18. ABsolutissime magister noster, *Quirinus* fa-
mulus meus huc reversus, retulit te in convi-
vio dixisse quædam esse in libris meis, quæ nullo
pacto possent ab hæresi excusari. Fieri potest, ut
illé non satis intellexerit quid dixeris: & fieri po-
test, ut, imprudente me, tale quiddam sit in scri-
ptis meis, quum ejusmodi nonnulla reperiantur C
in scriptis *Hieronymi*, *Ambrosii*, & *Augustini*.
Verùm ego sum in hac sententia, ut existimem in
scriptis meis nihil esse, quod propriè dici possit
hæreticum, si absit disputandi calumniandíque
studium. De cæteris lapsibus qui solent hominibus
obrepere, nunc non ago. Quare rem mihi summo-
pere gratam facies, si tale quiddam ostenderis: o-
stensum, protinus à me jugulabitur. Odi hæresim
ut si quis alius. Audio enim te virum esse civilem
& æquum, ac *Beddæ* dissimilimum, qui mihi rabi- D
re videtur non judicare, precor illi sanam men-
tem. Uter autem nostrûm acriùs retundat vires se-
ctarum, vel illo argumento apparet, q̃ neminem
vehementiùs oderunt quàm me, neq; quenquam
frequentiùs lapidant aculeatis libellis, quum *Bed-
dæ* nemo succenseat. Et hæc *Erasmus* audet in
Germania, non sine summo discrimine & fortu-
narum & capitis. Neque enim libellis tantùm
res agitur, sed criminationibus periculosis, &
clancularíis insidiis. Enotant è libris meis, si quid E
irritare possit in me civitates, populum aut Prin-
cipes. Edunt odiosa quædam sine nomine, &
subornant qui suspitionem in me derivent. Latí-
tant enim sub Evangelii nomine quidam artifices
moribus non admodum Evangelicis. *Basileam*
non reliqui, donec esset aliqua spes rem posse ad
saniora referri consilia. Hæc si nòssent Theologi
quidam, saltem hunc hominem aliquo favore dig-
num judicarent. Dominus te prosperet in omni-
bus. Rescribe per hunc si molestum non est. Est
enim *Ottomarus Luscinius* hujus urbis primarius F
ecclesiastes, nec à Linguis ac Musis alienus, in hoc
mei fati, quod ut ille *Augusta*, ita ego *Basilea* pro-
fugi, nè videremus quæ dolerent oculis.

Erasmus Rot. Bernardo Boerio suo S. D.

Epist. 19. SI quid omnino mihi credis, hoc tibi persuade-
as velim, *Bernarde* suavissime, quum ex omni-
bus mundi plagis fasciculatim adferantur literæ, G
multis retro mensibus nullas veniisse tuis gratio-
res, quas Idibus Martiis M. D. XXX. ad me de-
disti, adeo ut quum id temporis alvi torminibus
tantùm non exanimatus essem, epistolâ tuâ lectâ
revixerim, adeò mihi jucunda fuit pristini convi-
ctûs nostri recordatio: sed multò jucundius fuit,
q̃ intelligerem eam eruditionis sementem, quam
nos *Bononiæ* in puerilis ingenii novale jecimus,

ad luculentam maturámque frugem per
Alioqui nonnihil verebar, nè quod pleri
usu venire, opes, *Romæ* delitiæ, di
hujus comites profanæ curæ, mentem
logiæ contubernio distraherent. Hanc
tudinem ab amore tui profectam inanem
per te mihi penitùs ademptam gaudeo.
rum quoddam acumen in literis tuis, sen
ti, nec è trivio desumpti, schematum gra
rum delectus abundè testabantur te in Mu
hortis versari. Super omnia tamen me delec
ista tua in me pietas, quàm mirificam quan
undique tota spirat epistola. Nam vera vi
sit oportet, quam tam ingens temporum ac
rum intervallum, támque diuina corporis
junctio & consuetudinis intermissio non p
vel tantillo reddere languidiorem, sed ut
reddidit flagrantiorem. Proinde subscripti
illius quæ tibi scrupulum injecit, me mi
non pœnitet, ut quæ te excitâri, ut evidentiu
exprimeres amoris erga me tui magnitudinem
qui si in adolescente per tot occasiones, quas com-
memoravi, refrixisset, nihil alienum ab hominis
moribus, aut rarum novúmve accidisset. Eóque
voluptatem uberiorem cepi, posteaquam intel-
lexi nostri memoriam non solum non abolisse
ex animo tuo, verùm etiam venerabilem ac sco-
sanctam esse. Sic enim scribis, & credo. Nisi e-
nim ex animo scriberes, non scriberes tam adole-
ter. Porrò nomen *Erasmi* vobis pro hedera fuit,
magnámque apud omnes eruditionis opinionem
conciliâsse, utinam tam sit verum quàm mani
abs te scriptum est. Debemus hoc illi, quem u
scarabei nomine signas, non solùm quòd mas
riùs vos reliquerim, sed etiam quòd nostræ con-
suetudinis jucunditas, multâ aloe fuerit tempe-
rata, ut ni me fides retinuisset in officio, ad vi
si talento magno perpelli potuissem ad aucupi-
am ejus monstri patientiam. Sæpenumero mira-
tus sum patri viro prudenti tam lævum fuisse hac
in parte animum, ut ei crederet charissima pigno-
ra, qui vix idoneus erat curandis porcis, imò qui
ob mentis impotentiam verè curatoris egeret. Sed
hæc est rerum humanarum infelicitas. Melius
quum multæ res protrudunt, tum in *Italiam* irri-
tant plurimæ: sed hoc corpusculum nulli jam in-
neribus accomodum est: conditores nihil mo-
ror, paratum est quod meæ frugalitati satis est:
tantum contingat tranquilla sedes, quam hoc fa-
tali rerum humanarum tumultu invenire perdi-
ficile est, præsertim *Erasmo*, invidiosæ famæ gra-
sarcinâ onusto, quam velit nolit quocunque ter-
rarum sese receperit, secum circumferet, etiam si
Constantinopolim proficiscatur. Atque ut nusquam
non habeo qui mihi bene velint, ita nusquam ab-
sunt secus affecti. Sed plerunque plus valet mali-
tum improbitas, quàm bonorum favor. Quam
alluxerim *Germaniæ* nescio, certè illa mihi multis
offudit nebulas ac tempestates. Delectat tamen
sum istâ tuâ collatione solis, omnibus mundi pla-
gis circumactu suo lucem impartientis, non quòd
esset apta, sed quòd ingeniosa. Quin totam hoc
argumentum variis argutísque rationibus ab te
declamatum me vehementer delectavit. At hâc re
mor est, imò non rumor est, sed publicum pra-
conium, *Turcam* totis regni viribus invadere *Ger-
maniam*, decertaturum de rerum summa, utrum
Carolus futurus sit totius orbis monarcha, an

Turca

Virum. Mundus enim deos ſoles diutiùs ferre non poteſt. Quod ſi ſit, neſcio an vos ſitis abſituri à periculo. Illud vehementer fum admiratus, in tota epiſtola tua nullam eſſe *Joannis Boerii* fratris tui mentionem. Quòd ſi conceſſit in fata, doleo: ſin parum, quod abſit, inter vos convenit, magis etiam doleo. Pergratum facies, ſi hunc ſcrupulum animo meo exemeris, ſimúlque ſcire cupio quid agat optima matrona *Julia* mater, quid *Vincentius* conſobrinus. Audieram Ordinem militum S. *Petri* quem *Leo* inſtituerat, ab *Adriano* ſexto ſublatum: & tamen eum titulum adhuc tua habet epiſtola, unde conjicio rumorem eum fuiſſe vanum. Bene vale, *Boeri* chariſſime, & ſi fa pertinaciter negabunt propiorem conſuetudinem, certè mutuis epiſtolis inter nos confabulari licebit. Quicquid miſeris ad *Hieronymum Frobrnium Baſileam*, ad me tutò perferetur. Apud *Friburgum Briſgoe*, tertio Idus April. Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

Eraſmus Roterodamus Livino Ammonio Carthuſiano. S.

QUemadmodum *Caroli* noſtri conſpectus ex *Italia* reducis incredibilem mihi voluptatem attulit, ita non dubito quin vos omnes magno ſit affecturus gaudio. Ex eo licebit diſcere, non ſolùm quo in ſtatu ſint res noſtræ, verumetiam de *Roma*, de *Venetia*, de *Bononia*, déque *Germania* longam texet Iliadem. Redit enim velut *Ulyſſes*, πολλὰ παθὼν καὶ πολλὰ μαθών. Quum interdum mecum reputo, *Ammoni* chariſſime, cujuſmodi ingeniis premantur ac ſepeliantur in iſtis ceremoniis, interdum ſubit animum cogitatio fortaſſis humana, iſtiuſmodi vitæ ergaſtula, non ſine inſtinctu Satanæ fuiſſe inducta. Quid enim eſt ſpiritum extinguere, ſi hoc non eſt? At *Paulus* id fieri vetat, *Chriſtus* autem nè linum quidem fumigans vult extingui, ſed excitari potiùs. Rurſum ubi contemplor iſtum animum tam ſimpliciter pendentem de nutu *Chriſti*, & ad omnes hujus vitæ injurias paratum, non poſſum te non beatum judicare. Varia ſunt enim martyriorum genera, nec in poſtremis habendum arbitror, ſi quis in iſtiuſmodi moleſtiis mentis tranquillitatem conſtanter ſervaverit uſque ad extremum halitum. Graviores cruciatus fortaſſis habent equulei, ſed breviores. Ac ferè fit ut ingenia feliciora, corpuſcula ſortiantur imbecilliora. Quanta hìc prodimus inæqualitas, tam impares naturas ad pares adigere labores? perinde quaſi bovem & aſinum eodem incluſos jugo ducas ad arandum. Atqui poterat agnus alium de ſe præbere uſum. Et haud ſcio an piſcium eſus, jejunia, vigiliæ, ſolitudo, & ſi quid aliud eſt externum, minima pars ſit moleſtiarum. Sed in pleriſque gregibus ſunt φλαυτοι, præfracti, morioſi, quidam etiam parum ſani capitis, ex leviſſimis nugis miras excitantes tragœdias, ex rebus nihili, contentiones amarulentas ſuſcipientes. Ac ferè fit, ut quò quiſque indoctior ſtupidiórque eſt, hoc in iſto vitæ inſtituto pluris habeatur, tumidus fiduciâ ceremoniarum, & alieni ſpiritûs iniquus æſtimator. Hæc ferre patienter, cum his tueri pacem & tranquillitatem mentis, arbitror omnium eſſe difficillimum. Riſi nuper cujuſdam iſtius Ordinis querelam, qui ſcribebat ſe dira perpeti ob quorundam fratrum invidiam. Expectabam gravem illius invidiæ cauſam. Quid tu expectas? cauſa erat, quòd in ſiniſtro choro primum haberet locum, quod honoris multi ſibi potiùs deberi credebant. Fortaſſis in iſto ſodalitio tales non ſunt; ſed ſi ſunt, quum tu per omnia tuearis dulcedinem ſpiritûs, confido te inter beatos martyres non infimum locum habiturum. Mundus jamdudum abortit, quando ſit vitalem partum editurus neſcio. Hactenus mihi parum arrident procemia. Sed vivit *Chriſtus*, arcanoque conſilio ſcenas rerum humanarum temperans. Caterùm priuſquam huic fabulæ cataſtrophen addat ille choragus, mihi vitæ peragenda eſt fabula, adeò domeſticum hoc animi ruinam minitatur, non perinde ob ſenium ac valetudinem, quam ob tædia virulentiſſimarum ſycophantiarum, quibus impetor ab utraque parte: quarum altera multos habet pro Catholicis cacolycos, altera pro evangelicis dyſangelos; precorut Dominus omnes refingat in ſuam gloriam. Æſtas ſuperior totâ ferè nobis fuit ſterilis, dum cum alvi tormínibus, mox cum diro luctamur apoſtemate. Hybernis menſibus dedimus libros *Apophthegmatum* ſex, & commentariolum in *Pſalmum trigeſimum tertium*. Ad opus *De ratione concionandi* noluit animus incaleſcere, frequenter à me ſolicitatus. Dominus exhilaret ſpiritum tuum, frater & amice in Domino chariſſime. Cætera cognoſces ex *Carolo Utenhovio* communi amico. Datum apud *Friburgum Briſgoe*, Id. Aprſl. M. D. XXXI.

Eraſmus Rot. Edingo Audomaro S.

MAgnam nobis voluptatem attulit *Carolus Utenhovius* noſter, ex *Italia* nobis redditus: is ut me perpulit ut aliquid ad te ſcriberem, ita in cauſa eſt ut parciùs ſcribam, quòd ex eo poteris omnia plenius cognoſcere, quam ex literis meis quamlibet prolixis. Jam enim audies *Italicâ* facundiâ loquentem, aut *Ciceronianâ* potiùs. Unum ingenium verè candidum abſtulit nobis invida Parca, *Antoninum Clavam*, quo tu nobis es, mi *Audomare*, charior, quòd pauciores ſint iſtic tui ſimiles. Sum jam primum *Germania* ſatur ad vomitum uſque. Quos fugiam video, quos ſequar non video. *Flandriam* ſæpe cogito, ſed an per τὸ πλυχεπεχόμενον tutum futurum ſit dubito. D. *Maria* quondam *Ungaria* Regina, quam audio in D. *Margareta* locum ſubſtitui, bene vult nobis. Sed ſi quid illa ſecus fecerit, quam vellent valde, non dicam Catholici, ſed ὁμιλέχθαι, dicerent me illi nonnihil inſtillâſſe in aurem, etiamſi diſſuaſiſſem. Nec illa me poſſet tueri ab his qui Pontificiâ ſimul & Cæſareâ autoritate ſunt armati. Nollem eum rerum ſtatum eſſe apud vos, qui dicitur eſſe in quibuſdam civitatibus, ubi complurium ſectarum turba nihil patitur eſſe tranquillum, aut ubi Evangelicis licent omnia, cæteri coguntur ad ea quæ non probant. Certè cogere non eſt Evangelicum. Ego planè vereor nè dum alii ſunt *Lutherani*, alii *Zuingliani*, alii *Anabaptiſtæ*, pugnantes cum *Turcis*, efficiamur ipſi *Turcæ*. Hoc augurium optàrim eſſe vanum. Tibi precor tranquillam vitam; mihi in hac arena gladiatoria cadendum eſt, in quam animo reclamante protruſerunt amici quidam. Pro tuo erga me ſtudio, próque delata benignitate profiteor me tibi debere plurimum, & ſine his alioqui mentem tam candidam

&

& amicam non poteram non amare, quòd ipſa virtus in ſe philtrum habet efficaciſſimum. Cætera narrabit *Carolus*. Bene vale. *Friburgi*, XVI. Calend. Maias, M. D. XXXI.

Germanus Brixius Eraſmo Rot. S.

Epiſt. 22. VEniet ergo ad nos ſub unum idémque ferè tempus à *Germania* veſtra *Latinè*, ab *Italia Græcè* loquens *Chryſoſtomus*. Nam & *Joannem Matthæum* Epiſcopum *Veronenſem* referunt, qui *Veronâ* ad nos veniunt, nulli ſumptui parcere, ut ſuâ linguâ loquentem illum habeamus, & quidem quàm fieri poterit correctiſſimè, adhibitis ad id exemplaribus iis quæ *Venetiis* è Cardinalis *Niceni* bibliotheca eruta ſunt, itémque & aliis compluribus, multò multis locis ſtudio conquiſitis. Opus ipſum jam formis excuſum fuerat, verùm quòd mendoſum compertum eſt ab *Ariſtarchis* iis, quibus negotium credidit Epiſcopus, denuò Epiſcopi juſſu ac ſumptu ſub prælum rediit. Ea *Græci Chryſoſtomi* expectatio fecit, ut *Latinum* iſtum, haud pluribus noſtris verſionibus augeremus, quàm duabus iis, quæ te autore atque hortatore à nobis ad vos antea profectæ, in manibus hominum jam verſantur. Nam ut ſummè etiam cupias, quid tandem eſt quod vertendum tibi proponere poſſis, niſi habeas unde verſionis materiam deſumas? certè exemplariorum *Græcorum* penuria in cauſa eſt cur ipſi hoc tempore te hoc in exercitationis genere deſudantem operâ noſtrâ nihilo amplius ſublevare poſſimus; quo magis lætor iſtic inveniri qui laborem tuum adjuvent σύντε δὴ ἐρχομένῳ. *Monachus* meus quòd ſerò ad te perlatus eſt, imputabis ipſe non meæ, ſed tabellarii tui negligentiæ, cui opus ipſum tradidi, ſtatim ut tuas accepi, quum ſperarem illum tibi in tempore reddi poſſe. De Cardinali cancellario, rectè te meminiſſe video quid alteris tuis ad me ſcripſeris. De *Tuſano* crede mihi, amans eſt ille atque obſervans nominis tui, ut ſi quis alius: nec minùs gloriæ tuæ favet, quàm *Budæi*, etiamſi *Budæo* ipſi inprimis doctrinæ ſuæ *Græca* arcana omnia accepta referat: qui ſi ſivit ſe per id tempus quo mare ipſum undequaque turbatum erat, cum reliquis vectoribus unam eandémque navem temerè, ut fit, ingreſſis, ad horas perpaucas rapi potiùs, quàm duci, quò tum ventus pelagúſque ferebant, id ipſum verò non hominis levitati, ſed tempeſtatis potiùs vi aſcribes: quæ ipſa mehercule talis erat tum ſuborta, ut mihi etiam clavus, quem ego tamen rectum ſemper tenere animo obfirmaveram, in latus quodammodo deflectendus fuerit, quo minore negotio undarum fluctuúmque denſim incurrentium impetum ſuſtinerem, & vel mutatâ nonnihil velificatione deſtinatum tandem portum tenerem. ὁ μὲν δὴ ἐμός, ὁ τὴν θάλασσαν τότε σωταρέπων, ξενικὸς ἦν, καὶ ἀπὸ σμύρνης ἀλλοφύλων. καὶ ταύτη μὲν ὑπ' ἀλαοσκοπίᾳ εἴχες ἔφασμα. Rem enim te ſagaciter ſubodoratum longiore illâ epiſtolâ ad me pridem miſsâ declarâſti. Nunc quum ſerenitatem alcyones advexerint, ſintque noſtrorum omnium animi ſedatiores facti, amabò te, *Eraſme* ſuaviſſime, ſi qua fortè offenſiuncula facta eſt animi tui, & te quoque ad lenitatem ut des, *Tuſanóque* vel propter ſummam iſtam humanitatem, vel honoris mei cauſâ, in priſtinam iſtam amicitiam receptum præbeas, πάντα τὰ ἐκείνου ἐν ἀμνηστίᾳ τιθέμενον.

A Vetus eſt verbum, *non iſtius ſummi [illegible] mortales eſſe debere*: quanquam aſſ[illegible] ſum, nunquam illum in animum [illegible] ut tuas inimicitias ſuſciperes: [illegible] debes, me præſertim deprecatore, [illegible] gratiam tuam recipiendum, quum [illegible] *raſmum* deceat ad ſummum illud [illegible] ſummam illam in dicendo facultat[illegible] tem animum afferre, atque adeò eb[illegible]
B neſcio quorum ingeniorum à Mu[illegible] prorſus averſorum verſiculos ſtoma[illegible] remittere quàm intendere, nec [illegible] commoveri, quàm ad culicum mor[illegible] *Indicum* commovetur: notum tibi [illegible] γὰρ ὁ φαρέτρας πρὸς λόφους. Major eſt mihi [illegible] *Eraſme*, famæ ac gloriæ tuæ majeſtas, [illegible] tam ineptis támque inſulſis epigram[illegible] lectari queat. ἐμοὶ δὲ τὰ φέροντα ἀνέμῳ. Illa pro
C ro epigrammata, caricam mihi M[illegible] dolentia, *Tuſanum* autorem haud [illegible] runt, virum & *Græcâ* & *Latinâ* facundi[illegible] clarum, tum ut morum ſimplicitas [illegible] commendatum, ita ab omni maledicen[illegible] ſus alienum. Agnoſcit quidem certè ill[illegible] duntaxat diſtichon, ut in eo tumul[illegible] effudiſſe magis, quàm meditatum ſ[illegible] amico cuidam quum recitâſſet, [illegible] orum næniis amico prodente, magno [illegible] ris dolore exiit. Majori pe[illegible] go te [illegible]
D mo eſſe putavi, quàm ut hujuſmodi [illegible] gas alicujus æſtimares, ac tantum id [illegible] ex ſtudiorum uſu foret. Meminiſſe te [illegible] *lexandro* olim dictum, quum illi quidam [illegible] âſſet, extitiſſe qui de eo malè locutus [illegible] *um eſſe malè audire quum bene feceris*. Hunc [illegible] quidem in parte imitari velim, præſertim [illegible] tibi, meâ quidem ac multorum ſententiâ, ſi l[illegible] terariis laboribus, operibus, victoriis, *Magni* cognomentum (faceſſat hinc omnis adulatio) in
E poſterum accedere debeat, ut illi olim [illegible] ſudoribus, facinoribus, triumphis [illegible] mus. Sed de hoc jam ſatis. De [illegible] quæſo animum tuum ſuſpitione iſti. [illegible] que veſtrûm, déque ſtudiis bonis malè [illegible] hi videntur vitilitigatores ii, qui [illegible] munculos ſpargunt. Niſi illius animum [illegible] ſus incognitus eſt, nihil minùs [illegible] quod ad te perlatum ſignificas. Indoctis [illegible] literis quid de illo linguæ *Græcæ* [illegible]
F invulgante ſuſpicarere. Libro eo [illegible] mihi quæſo bonâ fide, ecquâ libri [illegible] ctum, ſuggillatúmve nomen tuum [illegible] nónne tibi *Budæus*, *Budæus* ſemper [illegible] bi ille perpetuum modeſtiæ tenorem [illegible] pere ſervat? Eſt ille & naturâ & ſtudio [illegible] candorem accommodatus, ſic ad modeſtiam [illegible] paratus, ut nihil non candidum, nihil [illegible] ſtum ab ejus ingenio, ſtilóve exire [illegible] niſi ille fortè (ὅσῳ ἐμοὶ πλεῖ ἐκείνου ἐθὺς [illegible]
G ἐξὶ ἂν ποίοι) à ſuo genio degenerare, ſeque [illegible] ribúſque ſuis immutare propoſuerit. Atque hoc ipſum, quod dico, αὐτὸ τὸ ἐξ ἔπους ἴσον, qua de loqueris, δείξει. Tuas aviditſimè expectabo literas, ut nunciæ mihi ac teſtes perpetuæ ſint, *Tuſanum* meum per me verè tibi eſſe reconciliatum. Bene vale, & me ut ſoles ama. Pridie Nonas Julias. M. D. XXX.

Erſm[illegible]

Erasmus Ros. Germano Brixio S. D.

EPistolam tuam, *Brixi* doctissime, pridie Nonas Iulias datam, accepi pridie Nonas Septemb. ad quid mecum expostules, quod hactenus nihil acceperis responsi. Quanquam illud quoque me facit alioqui ad scribendum segniorem, quod tu ferè motorum fabulam agas, nunc urbanus, nunc rusticus, nunc aulicus. Præsuli isti *Veronensi* bene sit: omnes superi, qui de privato suo curat utilitatem publicam, sumptuque impensis tam insigne beneficium parat studiosis omnibus. Utinam hoc exemplum æmulentur abbates & episcopi nostri prædivites. Suspicor eundem esse qui quondam apud *Clementem* Pontificem functus est *Datarii* munere, méq; non semel suis literis dignatus est, ex quibus licuit eximiam quandam hominis & gravitatem & prudentiam cum humanitate singulari conjunctam colligere. Nomen, ni fallor, est *Joannes Matthæus Gibbertus*. Conatus sum hoc aliquando persuadere *Aldinæ* officinæ moderatoribus, sed frustra. Eadem de re sæpius egi cum *Frobeniis*, sed hactenus surdis cecini fabulam. Quo magis gaudeo, quòd Deus hanc mentem immisit optimo viro, nósque per illum votorum compotes fecit. *Chrysostomus Latinè* loquens jamdudum prodiit ex officina *Frobeniana*. Si *Græca*, ut indicas, rursus excudenda sunt, vereor nè res non expectatione longiore torqueat. Scis vehementi desiderio omnem moram esse longam. Quod nunc excusas codicum inopiam, quo minus aliquam *Chrysostomi* portionem vertendam susciperes, non defuissent, mi *Brixi*, exemplaria, si significationem aliquam dedisses animum tuum ad hoc labore non abhorrere: certè commentariorum in epistolam ad *Romanos* geminum habebam exemplar, unicum commentarii in priorem ad *Corinthios* epistolam, cujus aliquam partem vertit *Franciscus Aretinus*. Cæterùm quum mihi viderer perspicere, te non admodum ad hanc provinciam animatum esse: ad hæc quum reputarem ingenii tui lenitudinem, sive hanc mavis appellari diligentiam: portò *Frobenianam* officinam prælis non paucis operosam, plurimum voluminum absumere, commentarios in epistolam ad *Romanos* mittere in *Brabantiam*, quæ jam habet aliquot hujus negotio pares, sed voluptatem quàm honestissimorum laborum studiosiores. Itaque quibus datum erat negotium, nobis dedere verba, ac post sex demum menses remiserunt *Græcum* codicem: alioqui ejus operis portionem aliquam mihi desumpsissem, huc vehementer urgente *Frobenio*. Vulgo dicunt, nihil esse spe fallaci damnosius. Certè hæc spes effecit, nè ad metcatum vernum hoc quoque *Chrysostomi* pars prodiret, ac nobis Apologum de Cassitâ in memoriam reduxit. Malueram duplum operæ in geneseis insumere, hoc quia non licuit, vertere cœperam in posteriorem ad *Corinth.* Epist. Homilias aliquot: sed quo longiùs progressus sum, hoc magis pertæsum est hoc laboris vobis impendere. Eam itaque lampadem alteri lubens tradidi, qui tamen non videtur offeisse longè aliud ingenium, aut certè bellè dissimulat. Rursus hortatu R.P. *Cuthberti Tonstalli*, nunc episcopi *Dunelmensis* in manus receperam cõmentarios in *Acta* apostolica, absoluturus quod deerat, plus illius judicio tribuens quàm meo. Verùm hic idem gustus qui prius, fecit ut ab instituto desisterem. Ad hæc commonstrâram unde peteres *Græcos* codices, etiamsi à nobis nihil mitteretur. Sed abhorrenti quævis causa persuadet ocium. Quòd si maximè prodeat *Chrysostomus Græcè* loquens, id quod nescio quo pacto mihi nondum audeo polliceri, non est cur ea te res ad vertendum reddat pigriorem, quandoquidem hunc laborem non tuâ propriè causa, sed potius utilitatis publicæ respectu susciperes. Reor autem *Latinam* editionem hoc fore vendibiliorem, *Græca* prodierit. Scis enim perpaucos esse, præsertim inter Theologos, nam his potissimum hoc opus paratur, qui tam expeditè *Græcam* calleant linguam, ut non malint *Latinam*, præsertim ubi properant. His igitur jucundum erit consulere *Græca*, si quid occurrat depravatum, aut parùm bonâ fide redditum ab interprete. Siquidem in confesso est, pleraque hujus viri lucubrationes versas ab his, qui nec *Romanum* sermonem nec *Græcum* satis calluerunt. Si nulla hinc alia peteretur utilitas, quàm ut hoc genere laboris ingenium ac stilum exercerem: ut mihi serum in his exercitamentis desudare, ita tu fortassis in alio quopiam argumento libentiùs versareris. Nacti sumus *Basilea* virum exquisitè doctum pariq; modestiâ, *Simonem Grynæum*, cui partem negotii delegavimus: Et ille quidem nihil non eruditè, sed in sacris autoribus nescio an perinde sit exercitatus. Porrò *Frobenius* non tam eruditionem requirebat quàm famam. *Germani Brixii* nomen jam illustre est, & librum emptori per se commendat. Magnum lenocinium est autor gratiosus. Non detractabat operam *Oecolampadius*, verùm hic titulus apud multos etiam à probis mercibus alienat emptorem. De *Monacho* non ita magni refert, nisi quòd typographus, cui lucrum scopus est, optabat illic *Oecolampadii* quàm minimum esse. Verterat idem opusculum non inscitè *Polydorus*. Moræ culpam rejicis in tabellarium meum nescio quem. An expectabas, ut ob duas pagellas legatum emandaremus in *Gallias*? Qui verò mitteremus, quum nobis non constaret vertisses necne, nè id quidem, ubi locorum ageres? Nam significâras te diutiùs ac longiùs abfuturum. Quid quod indicavi viam, quâ maturè perferretur inter nos, si quid extaret rei seriæ. Quatuor coronatuli semper parabunt tibi veredarium: ejus precii dimidium ego resolvam, tu dimidio non gravaberis, præsertim cum audiam, & oppidò gaudeam, tibi rem domi hand quaquam angustam esse, sed fortunas amplas, quæ benignitati quoque sufficiant. Quædam verò *Budæi* ad te epistola declarat te in apparandis conviviis planè *Lucullum* quempiam esse. Ego præ te tenuis non possum effugere, quin singulo quoque anno, coronatos plus minùs sexaginta insumam in veredarios & grammataphoros. De Card. Cancellario nondum sat scio an rectè divinârim, certè nullam ille unquàm parum amicæ mentis in me significationem dedit. *Frobeniana* tantum petitioni fuit surdaster, cujus causam egi per literas, sed amico obsequens verius quàm meo animo, & ita ut satis præ me ferrem hoc negotii nihil ad me pertinere. Nè illud quidem satis liquet, de quo tandem allophylo sentiamus utrique. Nam is in quem tum vergebat suspicio, mihi narravit *Lovanii*, sibi cum *Budæo* tam acrem fuisse concertationem, ut res tantum non ad pugiones venerit.

Qui

Qui convenit igitur, ut ille *Budaici* nominis tantam habuerit curam? Nisi fortè cupiens cum *Budæo* redire in gratiam, hoc officio voluit sibi *Budæum* demereri: aut hoc agebat perverso studio, ut nos inter nos committeret, utriusque fruiturus malo. Hoc stratagema non admodum abhorret ab illius ingenio. Nec dubito quin idem *Alberto Pio*, & animum addat adversùm me, & materiam suppeditet: Dicitur enim *Venetiæ* quicquid est mearum lucubrationum diligenter evolvere. Sed obsecro quibus artibus ἰταλιώτης ille tantam excitavit tempestatem? Indicavit in libris meis aliquot loca. Quæ? Quæ notârent *Budæum*? Nusquam facio illius viri mentionem: id quod facio frequenter, nisi quàm possum honorificentissimam. Sed commonstravit locum in *Colloquiis*, ubi nescio quem facio loquentem, *Galli amant quæ parvo constant*, tum ubi per occasionem refero quæ *Hilarius* & *Hieronymus* de priscorum *Gallorum* ingeniis prodiderunt, aliáque leviora. Nam hoc erat crimen omnium capitalissimum. Utrum mavis, mi *Germane*, vana hæc esse, an *Budæum* tam parum constantem gravémque virum haberi, ut ob ejusmodi nugalia, veterem amicitiam non dissuerit, sed abruperit, & hostilem induerit animum? Atrox facinus sit oportet quod fœdus Musarum auspiciis initum dirimat. An confugiemus ad *Budæum* & *Badium* eâdem paginâ nominatos? Quod lemma non mirum est à te rejici, magis mirum cuiquam venisse in mentem, ut proponeret tam frivolum nugamentum. Unde igitur illa prodigiosa tempestas, quæ nobis concitavit plusquam *Tyria*, quod dici solet, maria? Quis *Æolus* tam impotentes emisit ventos,

——*qui velit agmine facto,*
Qua data porta procurrentes,
Incubuere mari, totumq; à sedibus imis
Unà Eurusq; Notusq; ruunt, creberque procellis
Aphricus, *Insequitur clamorq; virûm*, &c.

Unde *Typhonicus* vela dilacerans, rudentes abrumpens, antennas ac malos diffringens? Unde densum incurrentes fluctus decumani, certum exitium minantes omnibus? Oportuit enim immanem fuisse tempestatem, quæ tibi tam vigilanti nauclero & clavum & funes excusserit è manibus, víxque tandem obliquo cursu perveneris eò quò destinâras. Equidem delectavit me in literis, mi *Germane*, tuis ingenii tui δείνωσις. Verùm ubi verborum grandiloquentiam ad rem confero, vix teneo risum, videórque mihi quiddam legere non dissimile βατραχομυομαχίᾳ. Ex tam inanibus ampullis tantos turbines, tantas rerum procellas existere? Jam quæ de *Tusano* scribis, vel hoc nomine mihi fuere grata, quòd declarant ingenium tuum humanum amánsque concordiæ. Sed his quod ad me quidem attinet, nihil erat opus, quandoquidem totum hoc de versiculis prorsus exciderat animo, nisi tu dum ἀμνησίαν suades, ἀνάμνησιν revocâsses, ac memoriam refricuisses. Cum *Tusano* nulla mihi intercessit unquam familiaritas, nec alter alteri privatim ullo beneficio obstrictus est, nisi quòd benevolebam homini quum erudito tum bonas literas gnaviter provehenti. In his quoniam ipse sui dissimilis non est, sed quotidie seipsum superat, fieri non potest, quin meæ etiam in illum benevolentiæ semper accedat aliquid. Porrò, quàm non intenderim animum ad simultatem, vel illud arguit, quòd amicis qui vel rumores, vel id genus suspitionis ad me perscribebant, egi gratias, ut objurgandos etiam [illud] quorumlibet rabularum voces, aut grammaticorum nænias ad me mitterent, ad nihil aliud ad gignenda alendáque dissidia. *Tusano* vi, quòd me in publica professione parum amici, ut ipsis videbatur, attigisset: Item de *Budæo* me nullam omnino suspitionem in pectore meo posse demittere, quæ viro constanti, publicodenique *Budæo* sit indigna. Quid multis? Tale fuit genus literatorum ad illos meorum, ut olim nonnulli videantur in totum à literarum officio abstinere, tantum abest ut cujusquam opem implorârim, qui maledicis versiculis vicissim in illos luderet, tametsi non deerant qui hoc & vellent & possent. Is verè pacis amans est, qui submovet ab oculis & auribus quicquid immutare benevolentiam possit. Hoc fuco illos deceptos existimavi, quum ejus negotii mysteria multò rectiùs nôrim, quàm opinantur plerique: sed malo quod scio nescire. Illud tamen ingenuè fatear, me à *Gallorum* ingeniis plusculum expectâsse gravitatis & candoris quàm ibi declarârint, qui ob *Budæum* & *Badium* eâdem chartâ notatos in tantas excitârunt turbas, ut ejus rei [illegible] rumor, veluti tinnientibus *Dodonæis* ahenis, utranque *Germaniam*, per *Brabantiam*, per *Belgiam*, denique in ipsam regiam dimanârit. Scilicet hoc erat regiâ cognitione dignum, *Budæum* ob collatum cum *Badio*. Passim volitabat de tenuissimæ voces, *Erasmus invidet Budæo, Erasmo placuit ulcisci Budæum*. Natio *Gallorum* [illegible] olim malè audit, stuporis ac levitatis [illegible] quam opinionem semper conatus sum [illegible] non ob aliud nisi quòd eam pro falsissima [illegible] rem. Verùm fore ut ob rem nihili inter [illegible] eruditos tam inhumani tumultus orirentur, [illegible] *Catoni* quidem eram crediturus. Quod tandem illud exemplum est, in *Budæi* scilicet gratiam, scurrilibus epigrammatiis ejus famam incidere, qui *Budæum* tot libris editis amantissimè fovet & honorificentissimè prædicâsset & prædicet? Hic mihi prodibit elephantus *Indicus* qui [illegible] olices. At si tibi proferam versificatorum nomina, nollent illi pro culicibus haberi. Sed contenetur gregariis, si quid in publico [illegible] querunt. Ubi tum indormiebant [illegible] mici, qui inconditos levium hominum motus compescerent? Nam fortasse *Budæum* [illegible] ribus negotiis intentus, nihil horum scit. Atqui si hæc scivit, nec cohibuit *Budæus*, quo [illegible] tueberis illius candorem & probitatem, [illegible] sit hoc fieri in amicum, quod ego non [illegible] fieri in *Leum* hostem? Quum enim *Leus* [illegible] quum maximè ferveret tragœdia, meque [illegible] mei fautores schedis ac libellis in illum [illegible] rent, denunciavi omnibus inimicitiam, si pergerent me talibus ineptiis invidiæ objicere, [illegible] que victoriam illiberalibus factis obscurare, [illegible] epistolam jussi per *Vivetem* è cathedra recitari publicitùs. Hoc meum factum quidam [illegible] ferentes recesserunt ab amicitia. Similiter [illegible] *Germani* ingens epistolarum volumen [illegible] quibus proscindebatur *Leus*, vix una alterave [illegible] epistolâ, fasciculum *Moro* tradidi [illegible] Nemo nesciebat quid mereretur amanuensis [illegible] sed ipse malui rationem habere quid [illegible] *Erasmum*. Id sive hoc animo feci, quòd nollem [illegible]

ternis uti viribus nè in hoſtem quidem, civilitas erat: ſive nè petulantiæ exemplum in meum recideret caput, prudentiæ erat. Hic ſpecta quanto alius fuerim in *Budæum*, quàm in me *Lens*: & tamen quod in hoſtem profeſſum fieri paſſus non ſum, hoc amici *Budæi* putârunt in me faciendum. Rurſus ubi tragœdia non levis exorta fuiſſet in *Martinum Dorpium*, in quem *Hieronymus Buſlidius* ac *Thomas Morus* acerrimè ſcripſerant, conſopivi turbam omnem diligenter preſſis libellis, quibus & defendebar & prædicabar. Idem feci quum inter te & *Morum* res videretur ad extremam ſimultatem exitura, preſſi quicquid *Morus* in te ſcripſerat, etiam illa quæ jam erant typis excuſa, exoravi *Morum* ut ea in re ſuos affectus mihi permitteret. Itáne ex tot amicis *Budæi* neminem extitiſſe, qui naſcens incendium extingueret? Atque hic unus duntaxat erat placandus. Nam ut in animo meo nulla fuit unquam ſimultas, ita nullam malevolentis animi ſignificationem dedi. Quod ego præſtiti *Dorpio*, cujus ſtilo fueram laceſſitus, nemo veſtrûm præſtitit amico, quum non deeſſent qui oleum adderent camino. Compertum enim habeo, *Budæum* ſi quid hic fuit ſui diſſimilis, aliorum inſtinctu fuiſſe. Quod ſi minùs mihi putârunt tribuendum hoc officium, certè tribuiſſent exiſtimationi *Budæi*, tribuiſſent communibus ſtudiis, denique tribuiſſent ſibi. Quid enim hoc exemplo ſceleratius abjectiúsve? Atq; hic commemoras celſitudinem meam, ſummámq; gloriam ſtudiorum partam laboribus: demum provocas ad imitationem *Alexandri* magni, qui dixit, *Regium eſſe malè audire cum benefeceris*: admones inimicitias mortales, amicitias immortales eſſe debere, aliúsque multis argumentis mecum agis, ut contemptâ improborum petulantiâ, recipiam memet ad animi tranquillitatem, poſteaquam iſta conquievit tempeſtas ac redierunt *Alcedonia*. Hæc omnia, ut fateor, abs te diſertè, & μάλα ῥητορικῶς dici, ita non video quorſum fuerit opus hanc mihi cani cantionem. Nullo indicio ſignificavi me talibus verſiculis commoveri. An non ſatis contemnit, qui nè legere quidem dignatur, tantum abeſt ut ultionem paret? Quas autem inimicitias jubes me ponere, quum ego nulli denunciârim inimicitias? Hanc tolerantiam ſi minus præſtat fiducia meritorum, aut animus excelſus, & *Alexandrino* ſimilis, certè præſtat animus aſininus. Vix enim reor inveniri poſſe quenquam ὄνον ἀχθοφόρον, cujus tergum ſic ad fuſtem occalluit, ut mihi animus ad iſtiuſmodi contumelias. Quotidie lapidamur maledicis libellis. Dicas fatale malum. At hanc luem decuit ab humanioribus abeſſe ſtudiis. Proinde *Tuſani* cauſæ ſerus, ut dixi, patronus extitiſti. Jamdudum enim eram defecato in illum animo: & quanquam antehac mihi nullum cum homine ictum ſit amicitiæ fœdus, tamen haud abnuo facere quod poſtulas ſi libet illi mecûm de integro inire benevolentiæ certamen, meliore jam ut ſpero fide. *Budæum* ſemper exiſtimavi virum & probum & humanum, nec de commentariis illius eram quicquam ſuſpicaturus, niſi monitus amicorum literis. Nec aliud expectabam, quàm necubi à me diſſentiret: quòd ſi citra petulantiam faceret, teſtatus ſum mihi etiam gratiſſimum fore. Atque haud ſcio an majoris fuerit candoris cum præfatione honoris alicubi diſſentire, quàm perpetuo ſilentio contemptum præ ſe ferre. Quod ſi fas in ſinum amici effundere quicquid eſt in animo, ſum equidem, mi *Brixi*, ingenio ſimplici natus, quæ res mihi ſæpenumero luculentæ fraudi fuit: at non adeo nullum habeo naſum, ut in illis commentariis, quos carptim duntaxat legi *Baſileæ* excuſos (prius enim non data eſt copia) non alicubi ſenſerim *Budæi* ſtomachum; velut de his qui de ſingulorum ingenio phraſique cenſuras ferunt, de his qui *Laurentio* inferiores præſcribunt loquendi formulas, de his quorum ſcripta, quoniam dilutiora ſunt, nec ſolem nec ætatem ferre poſſunt: atq; hujus generis alia non panca. Negabunt ea in me torta. Id faciliùs perſuaderent, niſi jam pridem *Budæus* in *Aſſe*, quoties juvat expatiari, hoc genus ſtrophis in alios citra nomenclaturam digeſſiſſet ſtomachum ſuum. Mavult exercere conjecturam lectoris, quàm nomen edere, ſive quia totum non putat nullum relinquere locum inficiationi, ſive quia non exiſtimat quem petit hoc honore dignũ ut nominetur. Nam hoc conſilio ipſe quorundam nomina vel ſuppreſſi vel inverti. At donemus *Budæum* hoc ſuo jure feciſſe, certè, quando tu non depellis crimen, ſed candoris laudem hinc illi vindicas, candidius erat & illius probitate dignius, hanc ſuſpicandi materiam lectori ſubtrahere, magísque decebat illius humanitatem, non modò nullam offenſi animi ſignificationem commentariis illis inſpergere, verùm etiam evidenti teſtimonio ſuſpicionem omnem eximere, non nobis, ſed aliis iniquioribus ſcriptorum *Budæicorum* interpretibus quàm ego ſum, præſertim quum id ab illo per literas petiſſem, non quod ambirem hoc gloriolæ, nam famæ jam olim ſatur ſum, ſed quòd arbitrabar ita conducere ſtudiorum tranquillitati. Perſpiciebam quæ peſtis *Chriſtianæ* philoſophiæ profeſſionem occupâſſet, videbam animos hominum fatali quodam malo ad diſſidia propenſos: verebar nè hoc contagium ad humaniores literas ſerperet, & jam ſerpere cœperat, ejuſdem ἀλαζόνος operâ, per quem tu putas *Budæum* in me irritatum Suſpicionem autem quam aboleri cupiebam, nemo conceperat ex me, ſed partim ex *Budæicis* ad me literis, ut illis viſum eſt feroculis, ut mihi, liberis, hauſerant; partim ex vocibus apud complures ab illo ſparſis. Ejus ſuſpicionis ἐξέλεγξιν *Budæus* non abnuit, tantùm aiebat ſe vereri nè non incideret illic opportunitas nominandi mei. Atqui mihi in meis lucubrationibus ſæpe quæſita eſt opportunitas honorificè prædicandi *Budæi*. Cæterùm quum in hoc opere ob unius vocabuli occaſionem de nonnullis honorificam faciat mentionem, non paucis locis ſe dabat opportunitas ſaltem tribus verbis nominandi *Eraſmi*. Certè ubi de παροινοῦντι quod eſt apud *Lucam*, retractat priorem ſententiam ac noſtram aſſerit, admonitus, ni fallor, meis in *Lucam Annotationibus*, aliqua ſeſe obtulit occaſio. Rurſus ubi declarat quid ſit *colophon*, non pauca videtur ex meis *Adagiis* mutuatus, non quòd hoc ſuo jure non fecerit (fas eſt uti publicis, fateor) ſed ſi quæſita fuiſſet occaſio, tale aliquot ſeſe ultrò dedere. Imò haud ſcio an in ulla argumento alio potuit commodior opportunitas obtingere. Verùm hoc officium qualecunque eſt, tametſi ſtudiis ambiebatur non mihi, jam illi remiſeram, priuſquam excuderet opus ſuum. Ego ſcurrilem maledicentiam nunquam metui à *Budæo*, etiamſi quo pacto fuiſſet laceſſitus. Sed medendum erat hominum ſuſpicionibus. Nunc ego quidem interpretor in

illius commentariis nihil esse quod ad me pertineat, & tamen interim qui mihi bene volunt, queruntur perstrictum *Erasmum*, & qui parum æqui sunt, etiam libris editis mihi impingunt illius dicta, velut in me citra nomenclaturam torta. De uno loco admonuit illum *Danesius*, hortans ut vitaret suspitiones hominum. Ille pernegavit, quum leviss[i]mâ unius chartæ jacturâ res sarciri potuerit. Quid est igitur quod *Budæi* candorem sic admireris in hoc opere? An quia non perstrinxit me nominatim? Atqui hoc ut non merueram, ita nec expectabam à tali viro. Non est candor illæsum sinere qui nulla in re læsit, sed candor est etiam immerentem amicè prædicare. Sit *Budæus* animo in me syncero, atque hoc mihi persuasum habeam, quid refert, quum ita temperata sit oratio, ut amici pariter atque inimici sentiant, aut certè suspicentur attactum *Erasmum*? Itaque si rem æstimes, non est quòd hac quidem in parte tantopere prædices *Budæi* candorem. Sin respicis ad improbitatem instigatorum, qui pro delectamento habent studiosos inter se committere, fateor agnoscere me candorem hominis, qui plus dederit suæ existimationi, quàm illorum malitiæ. Habent, habent proh dolor & humanitatis studia pestes suas. Ipse comperi qui, quod *Demosthenis* vitio datum, *utramque partem armarent:* nec aliud magis placuit exercitationis genus, quàm eruditos inter sese veluti gladiatorum paria componere, quo possint aliorum dolore frui. Ex non ita valde senibus discas licebit, fuisse quondam *Lutetiæ*, qui *Faustum* nunc cum *Tardivo*, nunc cum *Delio*, nunc cum *Balbo*, nunc cum *Scopo*, nunc cum alio atque alio committerent, non ob aliud nisi ut illorum insaniâ fruerentur. Rursus, invenias quosdam usque adeo gloriæ sticulosos, ut quoniam ipsi rebus tranquillis non possunt sibi parare nomen illustre, faciant quod de *Androclide Græcorum* proverbio celebratum est, excitant seditiones: ibi posteaquam ei cui favent bonam navârunt operam, duplicem venantur laudem, sumptâ personâ εἰρηνοποιῶν, volúntque videri composuisse tumultum cujus fuerunt autores. Talibus justiùs succensuero quàm *Budæo*, cui etiamsi quid humanum accidisset, is sum qui possim ad quædam amicorum delicta connivere. Quin in totum eò degenerârunt hominum mores, ut hodie cygnus niger aut corvus albus minùs rara sit avis, quàm fidelis amicus, tanta in plerisque simulandi dissimulandíque vafrities, tantum fallendi artificium, ὑδὲν ὑγιὲς, κίβδηλα ἅπαντα. Etsi quid in nonnullis comperias syncerioris affectûs, tanta est voluntatum inconstantia, dicas *Euripum* quempiam. Alios paululum invidiæ deterret ab amicitia, tantum abest ut nunc speres τὸ ἄπταιστον φίλων. Alios quamlibet levis offensiuncula ex amicis vertit in hostes. Sunt quibus si quid benefacias, plumea est gratia; si quid offendas, plumbeas, ut ait ille, iras gerunt. Hæres, mi *Brixi*, mihi plurimis experimentis compertæ faciunt, ut hominum amicitias moderatiùs ambiam, indiligentiùs colam, minore cum animi molestia amittam. Tutius est in amicitia *Christi* conquiescere, qui nunquam deserit quem semel in amicitiam receperit. Mihi satis est hunc animum præstare hominibus, ut prodesse studeam omnibus, lædere, quod quidem in me est, neminem: bonorum amicitias non respuere, neque cuiquam dare justam causam ab amicitia recedendi, nec discruciari si quis præter meritum [illegible] fecedat. Levius enim hæc jactura est, [illegible] esse desiit, qui nunquam verè fuit [illegible] bus amicis justiùs indigner, quàm *Budæo*. [illegible] dum ego cuncta boni consulens pergo [illegible] esse, quid obsecro laudis feram? [illegible] debor timidus ac pugnæ metuens, [illegible] habunt animi mei moderationem. Verùm [illegible] hos, à quibus fero suffragium moderationis, [illegible] laudis feret *Budæus*? Malebam sic [illegible] laudem auferri mihi, ut *Budæo* cederet [illegible] tatis & candoris præconium. Quum [illegible] minimè stupidi videbunt in illius scriptis [illegible] um mei nominis silentium, tum morsus aliquot figuratos: contrà in libris meis nihil [illegible] strophārum, sed illum & nominatim, & [illegible] ut aiunt, tiblis toties prædicatum, quid apud se cogitabunt? Quid dicent? Quid aliud, quàm illum esse mirè candidum, me illius splendore [illegible] crescere? *Epistolarum* opus jamdudum hic expectamus, sed nescio quo pacto vestra *Gallia* parum benigniter impartit nobis sua studia. Siquidem commentarios *Budæi* nunquam antehac nancisci potui, donec *Basilea* nobis eos daret illic excusos. Sed [illegible] niam epistolam, *Tusani* jampridem inici desieramus, nec aspernor illius amicitiam, si me huc te autore provocet. Nè illi quidem pilo minùs amicus, qui in tam horribili tempestate clavum rectum constanter tenere non potuit. Grammaticulorum nænias adeo contempsi semper, ut oblatas nè inspicere quidem dignum fuerit. Videtur fatalis quædam horum temporum pestilentia, ut sordidissimus quilibet non modò in quemlibet celebrem aut eruditum debacchari libellis editis. Ab hac petulantia quum nè Cæsarem quidem suâ potentiâ reddat tutum, nemini sim delicatus, si meam sortem ferre non possim. Jam sit peculiaris infelicitas mea, quòd omnes in me unum stringunt calamum: malo sic ego cum felix, quàm si ipse stilum meum multorum ingenio cruentâssem. De *Budæo* sic habeo, mi *Brixi*. Fortunis illius non egeo, gratia supra, ut est animus illum ullis gravare officiis. Potest [illegible] famæ, fateor: sed hanc sarcinam habeo [illegible] tantum abest ut aliquid cupiam adjici. Potest [illegible] cere famæ, assnevi contumeliis, & [illegible] ta ferenda sunt, tametsi tale nihil [illegible] quid est levioris offensæ, homo sum: novi [illegible] condonare humanis affectibus, plus [illegible] rimum publicæ studiorum tranquillitati. Neque non sum tam obesæ naris, ut non [illegible] phas rhetoricas, nec imperitus si libet [illegible] fortassè nec materia sit defutura. Sed [illegible] trox injuria sit oportet, quæ meum [illegible] *Budæum* armare possit. Alibi diserta [illegible] Equidem *Budæum* existimo majorem [illegible] quisquam meę classis invidere possit. Proinde in optimis literis illi libenter cedimus, [illegible] pulchertimum agenti triumphum, [illegible] illi studeamus detrahere hærentem [illegible] cum laude coronā. Sed tamen ut habent [illegible] primarias, sint & aliis sua dotes, nec [illegible] est institutum, nec statim [illegible] Nulla verò res magis alienit [illegible] am, quàm si absit φιλαυτίας morbus, [illegible] virtutum quisque sit candidus æstimator. Ego nostram *Galliam* multis nominibus felicem [illegible] primum & priscam illam studiorum [illegible] possimus

postliminio vindicârit: deinde quòd ceu Remp. quandam literariam instituerit, cui principem optimo jure dedit *Budæum*, quódq; studiosi mutuis operis sese vicissim juvant. Utinam eadem mens sit *Germaniæ* nostræ, in qua sibi quisque scribit, ac vix ullam invenias cui deleges vel exigui libelli recognitionem. Adeóq; Gratiarum cum Musis sodalitium diremptum est, ut si qui sint inter quos conveniat factione potiùs quàm syncerâ benevolentiâ conglutinentur. Verùm optârim istam civitatem patere latiùs, ut pro *Francis* haberetis quicunque Musarum sacra colerent, essétque fœdus ingeniorum, non regionum. Hæc concordia majorem in modum conduceret, & provehendis optimis disciplinis, & bonarum literarum hostibus opprimendis. Nondum enim omninò profligata est barbaries, habet adhuc præsidia, & alicubi meditatur redintegrare bellum. Est utilis inter eruditos concertatio, sed ab ea oportet omnem amarulentiam procul abesse. Quàm volupe est inter *Budæum* & *Zasium* esse concordiam, qui proximo libello *Budæum* appellat in optimis literis principem. Audio illi & cum *Alciato* convenire. De *Longolio* quid dicam nescio, nisi quòd doleo summæ spei juvenem fuisse μονοβάσιον, ut dicam ὑμεναῖος. Non satis est autem inter literatos animorum esse concordiam, sed refert id omnibus esse perspicuum ac testatũ, præsertim de his inter quos aliqua contentionis species intercessit. Proinde si *Budæus* volet mederi suspitionibus hominum, rem faciet & amicitiâ nostrâ jam veteri suisque moribus dignam. Sin est cui hoc nolit, boni consulam etiamsi plures libros nobis emittat aliquid stropharum habentes, modò tantâ fruge eruditionis differtos. Epistola tua per manus multorum volitârat, non resignata tantùm, sed penè detrita. Suspicor illam excussam ab Evangelicis fratribus. *Jacobo Tusano* multam ex me salutem dicito. *Budæum* item meis verbis salutabis reverenter, si modò is est, quem mihi persuaseram & priusquam tu mihi prædicares. Quorum utrique si persuaseris, & quod tu spondes illorum nomine, ipsi scripto profiteantur, eodem officio nos omnes demereberis. Hic, si libet, explica tuam rhetoricam. Alterum non egebat tuâ facundiâ, & hoc mihi pertinere videtur ad communem studiorum utilitatem. Rumor hìc sparserat *Badium* fato defunctum, *Fabrum* exustum, utrumque vanum esse gaudeo. Sic apud *Biturigas* exustus erat *Erasmus*. Verùm ego toties mortuus sum, toties revixi, ut existimem vix quenquam crediturum, etiam cùm verè decessero. Opto tibi perpetuam felicitatem, *Germane* charissime. Dat. apud *Friburgum Brisgoæ*, Non. Septemb. An. Dom. M. D. XXX.

Erasmus Rot. Jacobo Sadoleto Episcopo Carpentoractensi S.

PEr omnem ferè ætatem, præsul ornatissime, mihi res fuit cum medicis & chirurgis, ob durum ac dirum apostema, quod umbilicum obsederat. Atque ut medicorum sedulitas magis aggravabat malum quàm levabat, ita chirurgum nactus eram, qui vel apud *Scythas* immanis videri posset. His rebus factum est, ut ea pars anni quæ maximè frugifera solet esse, mihi fuerit sterilis, nec *Augustæo* Principum conventui interesse licuerit, complurium licèt magnatum literis illuc invitato. Hyems fuit aliquanto fertilior. Nam præter *Apophthegmatum* volumen justum: quod eo consilio sumpsimus in manus, ut corporis ingeniique viriculas vehementer attritas quassásque, paulatim argumento festiviore ad pristinum vigorem instauraremus: enarratus est nobis Psal. 33. non ille quidem à nobis delectus, sed ab aliis designatus, quemadmodum & duo proximi fuerant. Quanquam autem nusquam non mirificè fœcundus est divini spiritus sermo, tamen in collatione paucos arbitror hoc videri steriliores, quum titulus nos multis salebris, lamis, ac alluvionibus remoraretur. Cæterùm quum prior audacia jam bis non omnino cessisset infeliciter, crevit animus, & ausus sum hoc quoque quicquid est lucubrationis ad tuum tribunal mittere. Mirabor autem si quicquam hic tuo calculo probabitur, modò paulisper depositâ amici præter modum candidi personâ, Judicem agere voles. Mihi certè nusquam ipse magis displicui. Cum primis non dubito quin damnaturus sis meam illam plusquam extemporalem temeritatem, præsertim in argumento sacro, quam & ipse vehementer & damno & odi. Sed immedicabile malum est, adeò penitus insitum, ut nisi cum vita revelli non queat. Hujus igitur unius culpæ si tua placabilitas mihi gratiam fecerit, in cæteris omnibus libenter admittar in posterum, ut me conformem ad tuum judicium, id quod ut scribis, aliquâ jam ex parte facere cœpi. Quòd tuarum virtutum tam parcus ac propè dixerim malignus æstimator, plenâ ut aiunt manu tantum laudis in meam effundis mediocritatem, nè credas te prorsus operam ludere: efficis enim, ut & te magis magísque suspiciam, & ipse mihi vehementer displiceam, reputans me non minus animi modestiâ quàm cæteris ornamentis omnibus longo abs te intervallo relinqui. Sed hæc missa facere præstat, nè quid tuam onerem modestiam, præsertim quòd, ut tu verè juxta ac piè scribis, quicquid sumus aut possumus, id totum munificentiæ divinæ acceptum ferre oporteat. Nam ut illa, quæ mihi singularem quendam ingenii tui candorem declarant, me non corrumpant, hactenus etiam conducibilia, quòd segnitiem ac pusillanimitatem meam ad industriam excitant: tamen ex admonitionibus tuis & liberis & amicis ut exploratiùs intelligo tuam erga me benevolentiam, ita fructum etiam non paulò uberiorem capio. Duo sunt autem, ut mihi tuis è literis collegisse videor, in quibus cuperes me vel cautiorem esse, vel certè moderatiorem: videlicet in vellicandis his, quæ, tametsi non sunt perfectæ pietatis, non pugnant tamen cum vera religione, veluti sunt Invocatio divorum, & usus imaginum. Deinde, in refellendis quorumlibet calumniis, quas tu mihi aut in totum negligendas autores, aut ita refutandas, ut nihil stomacho datum esse videatur. Equidem in utroque peccâsse me nunquam inficiabor, ac vehementer optârim, ut in multis quod factum est fieri infectum possit. Certè quod unum nunc licet, plurima in lucubrationibus evulgatis vel corrigo, vel tempero, non paulo severior scriptorũ meorũ expensor, quàm suorum fuit divus *Augustinus*, ad cujus exemplum subinde vocor ab amicis. Atque utinam mihi tempestivus monitor adfuisses, aut aliquis tui similis: nunc enim demũ experior, quàm parum mihi contulerint quorundam applausus, & voces acclamantium τὸ ἴυγε, ἴυγε. Sed tamen calumniæ quædam ejus generis sunt, ut impium sit ad eas conticescere, veluti quum in frequentibus concionibus, aut libris

editis traducor impiorum dogmatum autor, Pontificiæ dignitatis eversor, Scripturarum ἀυτόπτου falsarius, schismatis molitor. Mihi neutiquam vir pius videatur, qui hæc tacitus ferat. Jam ut mihi meæ famæ nullus omnino sit respectus, quid minùs expediebat ad ecclesiæ tranquillitatem, quam hoc plerisque fuisse persuasum, quod illi conjuratis odiis moliebantur? Cum nemine mihi fuit acris contentio, qui vel ingenium modò reprehenderet, vel in moribus aliquid desideraret. Eruditionis laudem cuivis facilimè cedo, moribus nihil aliud esse me fateor quàm hominem. Verùm ad extremæ impietatis manifestã calumniam elinguem esse, quid aliud est quàm crimen agnoscere? quum respondere etiam leniter ac placidè non careat geminâ suspitione, vel sibi parum bene conscii, vel subdolè colludentis cum ecclesiæ perduellionibus. Periculũ enim esset nè quis illud *M. Tullii* secum cogitet, *Nisi fingeres Erasme, non sic ageres.* Quanquam nè hìc quidem omnibus linguam aut calamum habui. Quosdam quia sic merebantur, irrisi verius quàm confutavi, nusquam non temperatior his à quibus lacessebar, ut mea quidem fert opinio. Nam fieri & potest & solet, ut meo judicio imponat affectus: atq; is sum fateor, qui possem lacessitus incandescere, sed nec iræ pertinacis, & injuriarum oblivioſus, ut si quis alius. At cùm libris evulgatis res agitur, minimum indulgere bili soleo. Hoc dictum fortasse non prorsus improbares, si tibi vacaret, & illorum calumnias, & meas *Apologias* legere. Sed divi meliora, quàm ut tu sanctissimis tuis occupationibus tantum bonarũ horarum decidas, & inamœnis næniis impartias. Meum porrò ingenium quàm ad istas pluſquam gladiatorias pugnas proclive non sit, vel hoc indicio liquet, q̃ multas quidem *Apologias*, sed nihil aliud quàm *Apologias* hactenus scripsi, nec unam quidem invectivam. At *Cato* vir bonus habetur, qui sæpiùs accusavit, quàm in jus vocatus est. Res etiam hoc indignior est, quod dum in arena rete falcémq; teneo, adversùs eos quos isti veluti capitales pietatis hostes omnibus votis extinctos optant, me pro ipsis magno fortunarum capitísq; periculo depugnantem à tergo adoriuntur, idq; subinde, nunc *Stunica*, nunc *Sanctius*, nunc *Latomus*, nunc *Bedda*, nunc *Sutor*, nunc *Clithoveus*, nunc *Eustathius*, nunc scurræ *Vincentiani*, nunc turmæ monachorum *Hispanienſium* nunc *Albertus Pius*, nunc *Titelmanus*, nunc *Carvajalis*: eos taceo quorum libri volitant per manus hominum, nondum vulgati typographorum operâ; taceo virulentas ac viperas obtrectationes nec privatim, nec publicè parcentes meo nomini. Jam quanto meo discrimine cum novorum dogmatum autoribus confligter, non satis tutum est, mi *Sadolete*, literis committere. Atq; hìc velim ut mea fides apud te nonnihil habeat ponderis, credásq; neminem esse quem illi magis oderint, aut cui plures struant insidias. Si legisti nostram *Diatribam*, si duos *Hyperaspistas* adversùs violentissimum *M. Lutheri* volumen, si *Spongiam* adversùs *Huttenum*, si libellum adversùs *Leopoldum*, si epistolam ad *Vulturium*, si librum adversùs ecclesiastes *Argentoratenses*, facilè divinabit tua prudentia, quanti mihi constet ab ecclesiæ *Romanensis* consortio nolle recedere. Hìc rursus taceo libellos amarulentissimos, quos aut non dignatus sum responso, aut nondum evulgârunt typographi; taceo minaces epistolas multo aconito conditas, taceo

A criminationes, & subornatas [illegible] quamvis excelsum animum possent à [illegible] te dimovere. Cum tot portentis conflictari [illegible] sit, magis intelligere poteris quàm [illegible] nunquam hoc genus intemperiis exercitus. [illegible] ista morum integritas de qua mentiri [illegible] retur, ista eruditio incomparabilis [illegible] in tuto consistens, denique ista tua dignitas auritásque procul submovet crabronum acutos, ac

B núnq; latratus, quibus me mea exponit [illegible] tas, vel, ut verius dicam, humilitas. Primùm [illegible] modicus libertatis amor mihi imposuit, videlicet honorem sine curarum onere suscipi gerique non posse. Ad dignitatem eam consequendam magis ipse mihi defui quàm fortuna. Sed eodem utimur quo fugi dignitatem, & famæ celebritas erat fugienda. Hunc errorem meum serò cepi sentire, nimirum corpusculo sic affecto, ut jam nec ullis colendæ, ad quam fueram pertractus, nec ullis splendidi functioni par esse posset. Atq; interim exiit

C hæc ecclesiæ tempestas, quæ meum caput plus mersura fuerat, nisi cùm aliorum Principum, tum verò maximè *Caroli* Cæsaris favor me aliquot parte sublevâsset. Nam hoc hominum genus, si quando cœperit insanire, nec Cæsaris nec summi Pontificis autoritate prorsus deterretur. Hactenus factum est, ut dum pristinos hostes, quos revocat apud nostrates meâ potissimùm, ut sibi quidem persuadent, operâ bonæ literæ in me excitatos, placatiores habere non possim, & adversùs eorum communi fœdere mihi junctos, ob novam

D dogmata protrudor in arenam, utrinque lapidibus & quidem impunè, utpote nec excellenti eruditionâ, nec fortunæ splendore, nec ullis [illegible] munitus, tutior aliquanto futurus (de extremis loquor) si vel in castra novorum dogmatum me contulissem, vel aulæ mancipium esse sustinuissem: quorum altero revocabat pietas, ab altero partim genius meus, partim valetudo retrahebat. Priusquam

E hæc opinionum digladiatio nasceretur, erat apud humanioris literaturæ mystas gratiosissimus, præsertim in utraque *Germania*, atq; hoc nos præsidio mihi satis uidebar munitus: nunc nullos fere habeo infensiores hostes, quàm quos prius habebam acerrimos propugnatores. Ita evenit, ut velut hujus rei pœnas animalculum molle & inerme, non solùm melis, suibus, picis, corvis, graculis, ipsáque viperis; verumetiam vespis, cimicibus ac pulicibus expositus essem. Et qui inter se [illegible] conflictabantur, ad me lacerandum concordes, foedera arma jungebant. Nec defuerunt *Itali*, qui Cæsarem totámque Cæsaris aulam in meum crimen irritarent, & persuaserant, nisi literarum prædo aliquoris judicii Principes revocâssent. Quanquam adversus cinctorum, discinctorum ac pallatorum phalanges, nec Cæsar, nec Pontifex valet quicquam planè tutum reddere. Quid faceres? Equus se tuetur calcibus, canis dente, bos cornibus, hirsutus spinis, apes aculeis, narce veneno, columba præsidio est volandi pernicitas: mihi nihil erat præter calamum, quem semper optàram ut perpetuò inventum habere liceret. Hoc quoniam sæpe negotium est, ad id quod erat proximum confugi, ut tantùm respondi, qui violentiùs urgebant, à nonnullis libenter abstinui, nè quem Ordinem irritarem sedulò cavi, nusquam non moderatior lectore; in summa, clypeo magis uteris quàm gladio. *Sutori* respondens non aliis tantùm, sed & [illegible] dex

dere ab ingenio meo nonnihil recedere. Nec enim illo quisquam in me scripsit indoctius aut impotentius, quum esset ex theologo *Sorbonico* monachus *Cartusianus*. Quibusdam tamen respondisse pœnitet, præcipuè *Sutori*: minimum enim obstasset famæ meæ, si neglexissem illius nænias. Idque facturus eram, nisi cunctantem quidam vir gravis aliò impulisset. Neque rarò paterno seu potiùs fraterno affectu illos obtestor, amicè rogo moneóque, ut animum ad saniora consilia recipiant, desinantque dum me conantur opprimere, sibi súoque Ordini gravem tum invidiam, tum ignominiam conflare, præsertim apud doctos & cordatos. Tecum sentit vir tui simillimus *Cuthertus Tonstallus* apud *Anglos* episcopus nuper *Londinensis*, nunc *Dunelmensis*; eandémque ferè cantionem solet occinere, quam tu nunc. Sed nec illi per aulæ simul & ecclesiæ negotia, vacat lacessentium libellos & è regione meas *Apologias* attentiùs cognoscere. Nam conviviorum fabulis aut delationibus credere minimè tutum est. Ejus tamen judicio plurimum tribuo, nec pauca ad illius sententiam sum moderatus: Quo nomine tantum ei me debere fateor, quantum non alio, quum illi multis nominibus debeam plurimum. Tantum ad eam literarum tuarum partem, in qua mones, ut rabularum latratus aut silentio contemnam, aut ita refellam, ut minimum videar indulsisse stomacho. Nolim autem hæc ita putes à me dici, vir optime, quasi prorsus culpâ vacem, túque frustra aut præter meritum admonueris: sed ut mihi sis æquior, faciliúsque ignoscas, quod hactenus peccatum est. Venio nunc ad alteram tuæ epistolæ partem, quâ prudenter admones, nè nimis acriter obsistam popularibus studiis, in his quæ licèt non sint absolutæ pietatis, tamen non sunt cum impietate conjunctæ, quod genus sunt, veneratio sanctorum, & picturarum crebritas. Quid ad te delatum sit nescio: sed absit ut usquam in libris meis damnetur sanctorum veneratio, aut imaginum usus, superstitiosum aut præposterum divorum cultum alicubi taxo: superstitiosum arbitror, quum miles ad latrocinium iturus, sibi promittit incolumem reditum, si *Barbaræ* simulachrum flexis genibus salutârit, & in illius honorem preculas magicis simillimas recitârit: præposterum sentio, quum cereolis ac picturis divos venerantur, totâ vitâ cum illorum moribus pugnantes, quum gratissimus divis cultus sit, si quis illorum pietatem imitetur. Picturas ac signa, veluti præcipua vitæ ornamenta demoliri nunquam placuit, quanquam optârim nihil in templis videri, nisi dignum eo loco. De invocandis divis, & adorandis imaginibus magna est digladiatio. Primùm, constat nullum esse in divinis voluminibus locum, qui permittit invocare divos, nisi fortassis huc detorquere placet, quòd dives in evangelica parabola implorat opem *Abrahæ*. Quanquam autem in re tanta novare quicquam præter autoritatem Scripturæ meritò periculosum videri possit, tamen invocationem divorum nusquam improbo, nec improbandam sentio, modò absit superstitio, quam aliquoties noto, nec id sine causa: superstitionem enim interpretor, quum omnia petuntur à divis, quasi *Christus* sit mortuus: aut quum hoc animo divorum opem imploramus, quasi sint exorabiliores Deo: aut quum à singulis peculiaria quædam petimus, quasi hoc possit præstare *Catarina*, & non potest *Barbara*: aut quum illos inclamamus, non ut intercessores, sed ut autores eorum bonorum quæ nobis largitur Deus. Hæc admonere non arbitror tibi impium videri, nè supervacaneum quidem sat scio, si prodigiosam nostratium hac in re superstitionem cognôsses. Jam graviori periculo vicina est imaginum adoratio, ad quam nobis adeo non suffragatur Scriptura, ut graviter etiam deterreat. Nam si placet subtile *Scoti* commentum, Imagines eàdem adoratione adorandas, quâ sunt adorandi quos repræsentant, magnopere crassi fuerunt illi veteres, qui tanto studio obtiterunt, nè quid imaginum in templo *Christianorum* reperiretur. Ad hæc, si non idem adorandi genus competit imaginibus Dei ac divorum, quum populus & què ante divorum imagines adaperit caput, procumbit in terram, adrepit genibus, exosculatur à contactu manus, affricat strophiola, quâ tandem notâ discerneres adorationis genus? Quid nunc de illis loquar, qui perinde fabulantur cum imaginibus quasi sensum habeant, nec similiter affecti sunt in omnes *Christi* ac divorum imagines, sed ab his sperant, quod ab illis non auderent petere? Hæc quum sint nimium vera, tamen nihil pœnæ deprecabor, si quis usquam in scriptis meis ostendere possit simpliciter à me damnatam vel divorum invocationem, vel imaginum venerationem. Hac in re si dignaberis & apud alios esse sponsor, polliceor id citra captionem ac sine fraude tua fore. Quòd si quis tibi secus persuasit, si mihi parum fidis, quæso te ut ab his qui deferunt, jubeas tibi commonstrari loca: ea simulac inspexeris, videbis illorum tragicas calumnias, nihil esse nisi meros fumos ac nebulas. Hæc cùm per se leviuscula sint, túque de his tam leniter támque amanter submoneas, tamen immodicè modestus, audaciam ac temeritatem amicitiæ prætextu deprecaris, immane, quantum diffidens à quorundam moribus, qui cùm ipsi totâ errent viâ, tamen tertio quoquo verbo scismata & hæreses crepant. Ego, mi *Sudolete*, à tui similibus vel conviciis, vel cophis etiam admoneri æquissimo animo feram, tantum abest ut tam blandis admonitionibus offendar, nisi quòd hoc ipsum offendit me non admoneri liberiùs. Nam *Cuthertus Tonstallus* cætera par, hoc uno nomine te superat, quod liberiùs reprehendit, si quid in meis displicet, utpote [illegible]piùs perspectum habens ingenium meum, & mores domestico etiam convictu rectiùs cognitos. De insigni sacerdotio quod mihi *Clemens* Pontifex te suasore daturus erat, nisi certorum hominum calumniis retractus fuisset in diversam sententiam, pro tua quidem propensa voluntate gratiam in solidum me debere profiteor: sed tamen & ad instituti mei rationem attinet, nullo detrimento res meas diminutas esse puto. Nam si talibus aucupiis fuissem intentus, plus offerebat Cæsaris, Regis *Angliæ*, Regis *Galliæ* benignitas, quàm, etiamsi essem avarissimus, optare possem. Posteaquam mihi contigit & huic corpusculo fovendo sufficeret, nihil amplius requirendum putavi, quàm ocium ac tranquillitatem, cùm senectuti, tum studiis meis, in quibus decrevi & reliquum dederint superi vitæ conquiescere. Quid *Clementi* persuasum sit, nescio: illud mihi persuasum habeo, si summo Pontifici, tum hic animus meus, tum ea quæ vel feci vel passus sum perinde paterent, ut patent Deo τὰ κρύπτα, aliquanto propensior esset in *Erasmum*, quàm in quosdam, qui tumultuosè clamârunt. Si captâssem

mitras ac census, jam deplorarem operam inaniter sumptam: nunc non arbitror mihi multum periisse fructûs, si summo agonothetæ probâro studium meum. Porrò, quemadmodum ingenii tui mirificum gratuitúmque candorem exosculor; ita non queo satis mirari ingenium istorum, qui summi Pontificis animum conati sunt in me calumniis irritare: neque enim me clam est qui sint; cum altero fuit mihi olim non tectum modò ac mensa, verumetiam cubiculum & lectus communis: adeóque à me nullâ læsus est injuriâ, ut quum illi res essent angustiores, commendatricibus literis meis nonnihil etiam adjutus sit, nec usquam illius in scriptis meis nisi honorifica mentio. Quo tamen in me fuerit animo, abundè declarat libellus, in quo docet quid significet *Hebraïs racha*, quem in aula Pontificis per manus multorum volitantem amicus quidam bonâ fide descriptum ad me misit. In eo præter omnem occasionem Pontifici scribit se vehementer admirari, quum in agricolarum tumultu tot hominum millia trucidata sint apud *Germanos*, *Erasmum* adhuc vivere, qui totius hujus tumultûs princeps & antesignanus fuerit, qui tempestatem sævissimam excitârit, qui maria turbârit ab imo. Quasi mihi quicquam fuerit cum vesano pariter ac misero tumultu rusticorum, aut quasi non primus omnium instituto seditioso reclamârim, submissiùs aliquanto sed tum opinor prudentiùs, tum ad tuendam ecclesiæ concordiam accommodatiùs quàm hi, qui vociferationibus, minis ac sævitiâ, protinus hoc incendium extinctum iri putârunt: à nominibus tempero, nam in his sunt quidam mihi non vulgari necessitudine junCti, quos tamen hactenus nihil aliud profeciſſe videmus, nisi quòd civitates & plures & arctioribus fœderibus sese conglutinârunt, & indies conglutinant. Faxit *Christus* Opt. Max. ut vanus augur reperiar. Attamen si, quod abominor, videris exoriri terrificos orbis tumultus, non tam *Germaniæ* funestos, quàm exitiabiles ecclesiæ, memineris hoc ab *Erasmo* prædictum. Primum erat negligere *Lutherum* cum suis *De Indulgentiis* propositionibus, nec oleum addere camino. Proximum, nec per monachos orbi ferè invisos, nec impotentibus apud plebem vociferationibus aut librorum & hominum incendiis agere, sed libris inter eruditos duntaxat versaturis. Postremum erat illos ad tempus dissimulare ac ferre, quemadmodum hactenus tulimus *Bohemos* ac *Judæos*. Tempus ipsum sæpe remedium adfert malis immedicabilibus. Hæc perpetuò suadens adeò non sum auditus, ut vellem nollem, essem sectarum fautor. Præclarum facinus sibi facere videbatur ille ἀναλωματοφόρος, qui quacunq; iret *Carolus*, chartarum fumis & incendiis implebat omnia, nulli non minitans. Me verò quo minus oppresserit per illum non stetit, perierat *Erasmus* si pronas aures Principum reperisset. Ab hoc præter meritum sum instigatus. Alter ille mihi de facie incognitus, sed eruditionis humanitatísque famâ tum notus tum etiam charus, *Romæ* nusquam non declamabat in *Erasmum*, infantem, indoctum, nullo judicio præditum. Cum eo postea quam expostulâssem literis amanter & honorificè scriptis, ille justo meditatóque volumine respondit, quod ad me nondum excusum misit. Ex eo facilè deprehendi hominem mea non legisse, sed audita delatáque scribere, imò nè scribere quidem nisi per conductitios opus quum *Parisiis* excusum, sed ad lis ad me venisset, respondi, sed & honorificè, sedulò caveni, quantam sæ natura patiebatur, nè quid excideret lius vel animo meritò doleret, vel mentum adferret, amicitiam etiam ferens quam ille deferebat in cœlo Sed non conquievit instigator ille defuerunt *Lutetiæ* qui stimulos addere tim γνησίους, quorum sæpe tum duo quàm moreretur indies, in eo solennibus illius Ordinis ritibus graphus volumen absolvisset. Quod videre contigit, qui viderunt in eo per multas operas conductitius est ex omnibus meis lucubrationibus improbatis dogmatibus affine quicquam deri potest. Quanto consultius pere, quæ palàm adverfantur tibus, quorum nullus est numerus vir, infixo, ut dici solet, aculeo nimæ precor Dei misericordiam, ciores reperiat patronos apud quàm ipse patrocinatus est *Gallo* rem, aut Pontifici adversùs Cæsarem sibi ipsi in tuendo suo principatu ercito perlubens tibi debeo, quem *Adriano* Pontifice vetitum nè quid sed posteaquam jam præter annotationes *Hispaniis* editas *Romæ* distraxit, sex libellis ad satietatem usque in me esset: minatur etiam nunc nescio quid, de fidei, ut ait, dogmatibus, sed de tica. Præter hoc calumniandi genus, seculum portenta quædam maleficæ vix credibilis pervicaciæ, qui mira agunt, ut aut latronibus objiciant mœrore conficiant. Sed hactenus nec animum à suo proposito labefactare tulerunt, nec studiis meis ità multum detrahere. Ad Psalmum abs te posthac sedulò conabor, ut quæ exceptionem abs te probari mereantur reor ut in hoc Psalmo sim assecutus, assequendi nunquam abjiciam, tore te proficere cœpi. Etsi soleo hoc scripti genere parciùs indulgere meo, videlicet in tanta mysteriorum memet ad religiosam quandam rentiam. In illo valde tecum sentio, interpretum lectionem nonnihil præsertim argumenti genus tractanti feliciùs cedere, si quis perspectâ se permittit arcano spiritui, tantùm à vitiis, sed prorsùs ab externis ribúsque curis avocans, & in sublimem recessum subducens, ab omni ditatum strepitu tranquillum & quietum ve momentum habet idem tio, quæ spiritûs vigorem alacritatémque dintegrat. Deum immortalem, quanta esset felicitas, si, relegatis opinionum & affectuum fidiis, unanimes in sertissimis Scripturarum exerceremur, aut in amœnissimis earum luderemus; si tamen ludendi verbo in re tam non ludicra? Verùm ego puritatis meæ, nec ignarus quàm

quamque

quàmque refractarium organum præberam opi-
ficem spiritûs ad hæc tractanda, in quibus ille ma-
ximè retrusa philosophiæ cœlestis arcana, velut in
sacratissimo quodam adyto recondita esse voluit,
non sine tremore soleo accedere, in quibus vix
quisquam satis religiosè versatus, nisi qui perpe-
tuò versatur. Tui verò pectoris tranquillam pu-
ritatem primùm mihi deliniavit *Nicolaus Leonicus*,
ut ut apparet integer, & in *Platonica* philosophia
feliciter exercitatus: deliniavit autem in Dialogo
quo te de precando perquàm sanctè disserentem
facit quem Dialogum si prius legissem (legissem
autem si huc amici mississent in tempore) meus
De orando Deum libellus, aliquanto minus jejunus,
minúsque humi repens prodisset. Sed animi tui
pietatem quam illic adumbratam vidi, multo
expressiùs mihi repræsentârunt Psalmi tui locu-
lenter enarrati, præcipuè posterior, quem atten-
tiùs, & ut *Græci* dicunt, ἀκριβῶς legi: utrunque cu-
rissem excudendum, nisi alii antevertissent. Jam
ut credas quantopere te amem de tuo isto judi-
cio, cum mea sententia valde consentiente: Deus
inquis, omnium potens, qui tibi labores & soli-
citudines & affectam valetudinem dat, qui scit an
majore tuo bono id faciat, quàm si quietem tibi
& molle ocium præberet? Videris me tam peni-
tùs introspexisse, ut ipse mihi notior non sim
quàm tibi. In tot calamitatum perpetuo tenore,
non alio argumento magis animum meum sub-
levare soleo, quàm quòd reputem hoc expedire
sanctimoniæ meæ. Deus enim pro sua inenarrabili sapi-
entia diversis rationibus purgat homines ac se
dignos fingit, qui velut egregius choragus varias
personas inducit in hujus vitæ theatrum, à quo pa-
rum est omnibus præmium, si suas quisque par-
tesque ille delegavit decenter agat. Divus *Paulus* eremita hoc ipso clarus est, quòd uni affixus lo-
co totam ætatem fuit obscurus. Beatus *Hilario* dum
famam fugitat, nusquam locorum non inclaruit.
Divus *Antonius* eremo & urbibus se partitus est.
Nullus horum quicquam adversi passus est. Jam
quantum discrimen est inter *Hieronymum* & *Au-
gustinum*, inter *Chrysostomum* & *Basilium*, inter
Athanasium & *Gregorium* Theologum? Nè cæ-
teros commemorem, ingenio, fortunâ, vitæque
instituto dissimilimos, pietate pares. Quòd si mi-
hi choragus personam humilem & afflictam im-
posuit, utrum par est me illi obmurmurare, an
partes potiùs delegatas pro mea virili sustinere?
Dabit *ille cujus* arbitrio geruntur res mortalium,
huic fabulæ bonam catastrophen. Hæc contem-
platio facit ut nondum omninò spem abjiciam de
his *Germaniæ* tumultibus, in magnum aliquod ec-
clesiæ bonum exituris. Novit enim ille etiam ma-
la nostra in suam electorúmque suorum vertere
gloriam ac salutem. Sed quod tu pro tua singu-
lari bonitate precaris *Germaniæ*, multis aliis re-
gionibus precandum est, in quibus non minùs sævit
hæc febris, licèt minùs eruperit. Quòd si nego-
tium hoc à tui similibus fuisset curatum, mitius
ubique nunc laboraretur. Ferocia quorundam ad
se magis quàm ad *Christum* spectantium, exaspe-
ravit hactenus, exasperátque hodie morbum. Sed
cum chorago nostro videbitur, hæc omnia ces-
sura sunt in bonum rei *Christianæ*. Non es tui dis-
similis, *Sadolete* modestissime, dum pro meis in
Psalmum tuum annotatiunculis gratias agis. Imò
non tua errata notavi, absit à me tantum arrogan-
tia, sed typographorum: nec ea in aliud anno-
tavi, nisi ut tu dispiceres. Epistolæ tuæ clausulam
legens, vix præ gaudio lachrymas tenui, quo magis
juvat ea verba hic repetere. De me inquis, Mi
Erasme, sic tibi persuadeas volo, quanquam ego te-
nuis sim, & magnis à fortuna detrimentis mulcta-
tus, nihil tamen me habere, quod non tuum æquè
velim esse ac meum. Neque in hoc solùm, sed in
omni tua dignitate atque famâ conservandâ hoc
sum animo, ut & sponte per me ipse, & abs te mo-
nitus, summam tibi fidem in amicitia ac benevo-
lentiam semper sim præstaturus. Hæc quoties le-
go à tanto Præsule ex animo profecta, libet Co-
nici senis sermonem usurpare, *Quàm gaudeo, ubi
etiam hujus generis reliquias restare video! Vah, vi-
vere jucundum nunc libet.* Fortunas tuas imminutas
hoc gravius ferò, quòd quum eas haberes cum o-
ptimo quoque communes, non tuo unius, sed plu-
rimorum damno attritæ sunt. Quod ad me attri-
net, abundè mihi videor per te locupletatus, dum
te tam incomparabili amico frui licet. Mihi qui-
dem perquàm angusta est res familiaris, sed, ut
aiunt, pusillis aviculis, non multis opus est plumis.
Minimo contentus sum, & si quid desit, sunt qui
promptè alacritérque cupiant impartire. Hanc
tuam epistolam si quid mihi credis, pluris facio,
quàm si misisses talentum auri magnum. Neque
hæc eò mihi dicuntur, quòd isto nomine tibi de-
bere nolim. Imò libens profiteor me tibi non
minus obstrictum esse pro his quæ defers, quàm
pro his quæ jam præstitisti. *Bonifacius Amerba-
chius*, in cujus amicitia præcipuè conquiesco, homo
tam purus, ut in eo nihil reperias nævi, nisi quòd
est immodicè modestus, jam duorum liberorum
pater est, sustinétque *Basileæ* publicam Juris pro-
fessionem. Hoc eo te scire volui, quo illi sis æqui-
or, si fortè rariùs ad te scriberet quã velles. Tam-
etsi non arbitror illum unquam tam occupa-
tum, ut tibi, quem unicè diligit, non vacet scri-
bere: sed rarò dantur quibus turò committamus
literas isthuc perferendas: quotiésque tuas post
magnum etiam intervallum accepimus, bonæ for-
tunæ nobis litâsse videmur. Is nobis magno so-
latio est quoties revisit *Friburgum*. Id quod nunc
rariùs facit metu pestilentiæ, quæ hic per totum
autumnum hyemémque satis protervè lusit, ac
nondum etiam potest desinere. Miror autem qui
fiat, ut quum hominum decreverit numerus, ni-
hilo secius tamen indies accrescat rerum caritas.
Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoiæ* Non. Martii,
M. D. XXX.

Erasmus Rot. Alfonso Manrico Archiepi-scopo Hispalensi S. D.

ORnatissime præsul, pridie huc è *Lutetia* missus *Epist.* 25.
est libellus titulo *Ludovici Carvajali*, illic ex-
cusus furtim, suppresso loci typographíque no-
mine: nam per senatus edictum non licet illic
quicquam excudere non approbatum: Ego quum
nec nomen agnoscerem, & libellus miram levita-
tem ac petulantiam præ se ferret, suspicatus sum
esse jocularem, & per subornatum juvenem agi
fabulam. Respondi sic ut riderem potiùs quàm
redarguerem. Aliquanto post venit libellus idem
apud vos excusus simili fuco, cum literis amico-
rum admonentium nè dignarer hominem ullo re-
sponso. Vehementer dolui mè serò fuisse moni-
tum.

tum. Nunc idem juvenis mittit nobis librum multò petulantiorem, similiter excusum absque loci typographíque nomine, videlicet præter edictum Cæsaris. Cum tam ineptis libellis colluctari mihi non est animus, etiamsi prodeant sexcenti: demiror tamen ab illo sodalitio Observantium prodire tale scribendi genus, quum regula quam sub veste gestant plerique, pauci in animo, seriò deterreat illos ab omni detractione. Mihi quidem præter bonam conscientiam, tot sunt Principes, Reges, Cardinales, Episcopi, docti, qui non literis tantùm, sed & honorariis muneribus ultrò delatis gratulantur studiis meis, ut istos tenebriones facilè possim contemnere: ad vestræ tamen *Hispaniæ* tranquillitatem pertineret, si clancularius ille typographus daret pœnas nè subinde peccet graviora, expertus felicem audaciam. Ab istis juvenibus nihil expectandum, nisi stultum ac seditiosum. Si seniores habent quod adferant pro defensione veritatis, exhibeant libellos suos antequam edant. Non ero tibi pluribus molestus, clarissime præsul. Si *Erasmus* tibi videtur dignus istâ contumeliâ, tu tamen pro tua æquitate pubcæ tranquillitatis curam non depones sat scio. Dominus clarissimam celsitudinem tuam servet incolumem, ac bonis omnibus florentem. Domino meo *Lodovico Cornello* S. plurimam. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* pridie Calend. Aprilis, Anno à *Christo* nato Millesimo quingentesimo trigesimo.

A Cardinale *Moguntino* habeo præter [illegible] gium benevolentis animi monumentum [illegible] admodum & à *Philippo* à *Burgundia* [illegible] *Trajectino* nuper vitâ defuncto, item à [illegible] Card. *Lotharingiæ* fratre Ducis. *Bononiæ* Episcopus & Card. *Tridentinus* præter honorarium munus idque non exiguum, crebrò missis tam amicas, adeóque solatii plenas, ut quamvis dejectum, animum possint erigere, [illegible] insuper conditionibus invitans ad convivium, [illegible] B quo & hodiè literas accepi eadem pollicens quæ olim detulit, ac fortassis ut nunc res sunt, [illegible] lius oblatis. Archiepiscopi *Toletani* ad me [illegible] jam exculas arbitror te vidisse; quid his [illegible] quid optari potest amantius aut honorificentius? Nec defuit illius vel fortuna vel animo digna benignitas. Nuper *Guilielmus* Princeps Dux junior *Clivensis* ac *Juliacensis* adolescens virtuti [illegible] scripsit literas amoris plenas, additò poculo magnifico. *Antonius Fuggerus* simul atque [illegible] C me *Basileæ* moliri abitum, misit viaticum centum floren. aureorum, pollicens in singulos annos tantundem & amplius, si vellem *Augustam* me recipere. Ubi respondi id mihi non esse commodum, misit poculum in primis elegans, pignus invitæ inter nos amicitiæ. Ante paucos dies *Christophorus* à *Stadio* Episcopus *Augustensis*, vir tam nobilis tum apprimè doctus, itinere septentrionalium, nec eo satis tutò, huc se contulit non obscurè quemadmodum ipse prædicabat, nisi videret *Erasmum*, videlicet hominis umbram. Cujus dorem illius prædico, non mea: [illegible] D secum duo pocula regia, cum ducenis flor. aureis, deferens insuper omnium facultatum suarum communionem. Dum hæc scribo, venit [illegible] à *Jacobo Sadoleto Carpentoractensi*, Deum immortalem, quâ doctrinâ, quâ morum integritate, qua autoritate viro! Solitus est & ante hinc nos doctissimis epistolis appellare. Excidere ille, nisi epistola fortè tum reddita commonefis. Nec E dubito quin plures nunc non veniant in mentem. Venit interim in mentem *Petrus* Episcopus *Cracovienſis*, vir summâ doctrinâ pariqué autoritate, ejus Regis Cancellarius, qui suam erga me pietatem, & literis amantissimè scriptis, & magnificis donariis declaravit. In eadem Polonia est *Andreas Critius* Episcopus *Plocensis*, qui me frequenter & humanissimis literis, & eruditissimis carminibus recreat excitátque, nè hic quidem [illegible] Habeo cubiculum epistolis differtum ab eruditis, F à magnatibus, à Principibus, à Regibus, à Cardinalibus, ab Episcopis: habeo scrinium plenum donariis poculorum, lagenarum, cochlearum, horologiorum, quorum aliquot ex puro sunt auro, anulorum magnus est numerus, omnium autem longè major futurus, nisi pleraque dona mihi narem aliis studia provehentibus. Et inter qui hæc donant sunt multi non doctrinâ modò, sed & vitæ sanctimoniâ præstantes, velut Archiepiscopus *Cantuariensis*, Episcopus *Londinensis*, Episcopus *Augustensis*; & in primis *Joannes* Episcopus *Roffensis*, qui fugerat, quemadmodum fugerat & Episcopus *Vratislaviensis Joannes Turzo*, qui miserat scrinium rebus elegantissimis refertum *Antuerpiam*, ubi tum agebam, quem ego nunquam audissem aut somniassem *Vratislaviæ* aut *Turzonem*. In hujus locum successit frater, Episcopus *Olmucensis*. Et indies accrescit talium numerus,

Epist. 26. *Erasmus Roterod. Christophoro Mesiæ Hispano* S. D.

IN me quidem nihil est, ornatissime *Christophore Mesia*, quod ullo pacto cum divinis *Marci Tullii* virtutibus sit conferendum, ego tamen quocunque in numero sum recta studia pro viribus adjuvantium, istud tum ingenium tam candidum, tam sanum, tam sobrii judicii, pluris facio quàm quemvis *Asiæ* regulum. Cæterùm ab ignotis ac semotis accipere literas adeo mihi novum non est, ut penè sit quotidianum: à doctis, à magnatibus, ab episcopis, ab abbatibus, quos ego natos non noveram, subinde veniunt literæ: à Regibus, à Principibus ac Præsulibus eâ dignitate, ut nulli possint esse ignoti, non tantùm literæ veniunt, sed etiam splendida munera. A Cæsare *Carolo* multas habeo epistolas tam honorificè, tam amanter scriptas, ut eas pluris faciam quàm illius in me benignitatem, cui tamen bonam fortunæ partem debeo. A Rege *Ferdinando*, nec minùs crebras, nec minùs amicas, non sine munere honorario. A Rege *Galliæ* quotiens quàm amplis conditionibus invitatus sum? Rex *Angliæ* & crebris literis ac muneribus ultrò missis, declarat favorem ac benevolentiam in me singularem. Nec illi facilè cedit fœminarum quas hæc ætas habet optima, *Catharina* illius Regina. Rex *Poloniæ Sigismundus* misit epistolam, cum ipso munere verè regio certantem. Dux *Saxoniæ Georgius* crebris me literis appellat, δυκ ἀδελφῷ & αὐτὸς. Quid memorem *Guilielmum* Archiepiscopum *Cantuariensem*, quid *Cuthbertum* nuper Episcopum *Londinensem* nunc *Dunelmensem*, quid *Joannem* Episcopum *Lincolniensem*, qui, præter epistolas omnibus gemmis pretiosiores, quotannis veluti tributum amicitiæ mittunt, nec petenti nec expectanti? Ab *Alberto*

numerus, quum ego nullius benignitatem invitârim, ingenuè præ me ferens mihi satis esse facultatum ad hanc vitæ sobrietatem, cujus adeo me non pœniteat, ut citiùs sim aliquid detracturus quàm additurus. Et tamen tanta est ultronea illorum liberalitas, ut si nulli sint reditus (sunt autem etiam præter Cæsaream pensionem aliquot) hæc sola meis studiis alendis sufficeret. Mediocrium dona semper rejeci, quoties licuit incolumi amicitiâ: aut sic accepi, civilitatis gratiâ, ut abundè pensârim. Sunt ut scribis, qui dicunt me nihil contulisse studiis, sunt qui clamitant me seminarium hæreseon. Et unde hic affectus tot ac tantum virorum, quos nemo non fatetur & acri judicio præditos, & toto pectore pietati favere? At isti graculi studio infelices, decem jam annis nullum non moverunt lapidem, & hodie movent in me, apud Principum aulas, apud Episcopos, apud Pontificem, apud Cæsarem, Quid multis? apud maximos & minimos, ubique reperiunt qui *Erasmum* defenderent, patroni inopinati, sæpe etiam ignoti. Qui sunt isti qui sic favent impietati? qui favent nihil conferenti studiis? Imò sapiunt & intelligunt ventrium istorum malitiosam garrulitatem. Fateor esse multos qui me præcedunt in hoc argumento laudis, nec mirum est, quum ego primam invidiam exceperim, riámque munierim, quum novale repurgare cœperim, ac doleo non esse plures à quibus superer. In hoc enim à me sudatum est. Quòd si quis conferat seculum quod fuit ante annos triginta sex apud nos, cum hoc quod nunc est, intelliget an aliquid literis contulerit *Erasmus*. Ante annos viginti nullus erat Princeps qui teruncium impenderet instituendo filio: nunc nullus est, qui non magno conductum adhibeat formatorem peculiarem. Reclamabant initio Theologi, sed seniores modò, nec hi tamen omnes: juniores nostra amplectebantur, nunc & *Cæci* mitescunt. Nec pauci jam monachi quæ priùs damnârant incipiunt amplecti. Duo juvenes *Franciscani* profiliunt in theatrum, non minùs impudentes quàm indocti; nec intelligunt quantum malum suo ut aiunt jumento, suo accersant ordini. Sed hac de re pleniùs scribam fratri tuo, nunc tantum ago gratias ut debeo maximas, quòd non perinde meâ ac studiorum causâ non dubitâris certamen suscipere, non solùm cum *Franciscanis*, verumetiam cum aliquot magnatibus. Cum monachis, vir prudentissime, censeo non decertandum, *Dodonæi* lebetes sunt, si moves unum, moveris omnes. Sed per magistratus typographus ille castigandus esset, qui contra Cæsaris edictum, contra R. D. Archiepiscopi *Hispalensis* voluntatem indoctos ac famosos libellos excudit non addito suo nomine. Si primo ausu fuisset legitimè punitus, non addidisset alterum facinus. Hoc si non putant dandum meritis *Erasmi*, dent *Hispaniæ* tranquillitati; tales enim libelli nec pietati conducunt, nec eruditioni, tantum ad excitandas rixas utiles sunt. Veri Principes, quoniam civiles sunt, & rerum periti, quanquam interdum artibus istorum pelliciuntur in errorem, præsertim quum mea non legerint, tamen commodis rationibus facilè revocantur in meliorem sententiam: id si fieri non potest, tamen non est deserenda virtutis via. Est aliquid nunc placuisse paucis, sed optimis, posteritatis erunt æquiora judicia. Doleo gregem illum *Observantium*, sic enim vocari amant, à simplicitate *Francisci* degenerare ad mundum: nec enim auderent ista duo loquaces juvenes, nisi patrum ac fratrum applausu confirmati. Nunc hoc agitur ut citra magnam humani sanguinis effusionem hoc fatale dissidium moderatis rationibus componatur, & isti seditiosis libellis conantur nobis novum excitare incendium. Nusquam non obtrectant quibus libet, suo arbitrio mentientes, vociferanturque apud imperitos, exemplo multum alieno à *Francisco* cujus titulo sese venditant. Nec hactenus tamen aliud profecerunt, nisi quòd eruditorum ac bonorum odium in se vel excitant vel exasperant. Quoniam autem insanabiles video, suo morbo relinquendi sunt. Utinam detur aliquando *Christophorum* meum complecti coràm & alloqui: id si fortuna negabit, animis posthac erimus semper conjunctissimi, nonnunquam & literis confabulabimur, quamvis magnis locorum intervallis disjuncti. Literas tuas *Hispali*, datas postridie Nonas Januarii, accepi quinto Calend. Aprilis. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoia* tertio Calend. Aprilis. Millesimo quingentesimo trigesimo à *Christo* nato.

Erasmus Rot. Andreæ Alciato S. D.

EQuidem pro meo erga te studio, quod eximiis animi tui doribus debetur, *Alciate* clarissime, non mediocrem ceperam dolorem ex tanta fortunarum tuarum calamitate, vel naufragio potiùs. Cæterùm postremis tuis ad me literis effectum est, ut intelligam meam consolationem prorsus tibi supervacaneam fuisse, quippe quem illa *Rhamnusia* procella tam atrox, ut multos *Diagoras albus* reddere possit, non solùm non dejecerit, sed è jureconsulto Philosophum fecerit, imò, ut meliùs dicam, non fecerit, sed declarârit. Erat in te nimirum ista vis animi, sed eam antea latentem fortunæ iniquitas reddidit illustrem. Sic dum ignis vim suam exerit in aurum, & melius reddit & clarius. Idem usu venit fortunæ, quæ dum sævit in *Alciatum*, non miserum reddidit, sed vulgarium bonorum jacturâ, veris ac perpetuis animi bonis & ditiorem reddidit & illustriorem. Impegit enim non in hominem siculnum, sed in pectoris quidem synceritate aureum, animi verò robore adamantinum. Libet igitur, mi *Alciate*, vertere cantionem, & pro consolatione gratulari tibi tam rara benignissimi numinis dona, quæ te reddunt universo fortunæ regno superiorem. Pietatis erat, quod patriæ tuæ potissimum bonum civem præstare volueris: sed Deus voluit eruditionem tuam velut ex edito lucere pluribus. Nam virtutis splendor nescio quo pacto, in sua cuique patria ferè obscurior obtigit, quod *Hebræorum* etiam proverbio fuisse testatum indicat in Evangelio Dominus. *Zeno* sibi felix est visus, quòd, amissis ad *Pyræum* naufragio mercibus, per fortunam protrusus sit ad philosophiæ studium. Perdidit purpuram, & invenit cunctis opibus pretiosiorem sapientiam. Te verò non isto nomine vocabo felicem, quod, ut ipse modestissimè scribis, facultatum omnium jacturâ didiceris, hæc fluxa bona, quæ fortunæ arbitrio tum dantur tum eripiuntur, minimi esse momenti: Sed nos hoc titulo fortunæ gratias agimus, quod animi tui magnitudinem, quem hactenus semper suspeximus, reddiderit *Epist.* 27.

reddiderit magis conſpicuam. Mihi primum hoc argumento collecta eſt mentis tuæ celſitudo, quod in omnibus ſcriptis tuis nullum uſquam ſit invidentiæ veſtigium, nec in quenquam amarulentiùs inveharis, quum non defuerint qui hoc lacesſerent. Nec dubito quin virtutum tuarum fulgor ſit omnes invidiæ fumos diſcuſſurus. Vehementer gaudeo apud *Biturigas* adeò florere legum ſtudia, tametſi cum Muſis nondum illis admodum convenit, ſi vera narrant quidam. Summæ mihi voluptati fuit, quòd ſcribis hoc operæ quo tibi *Sucquetum* & *Viglium* commendavi, prorſus fuiſſe ſupervacaneum. *Viglius* quantum ex illius conjecto literis, in Muſarum viretis penitiùs verſatus eſt. *Sucquetus* tametſi non infeliciter & ipſe verſatus eſt in politioribus literis, tamen Legum ſtudiis magis aſſedit, nec id, ut ſpero, facere deſinet, donec virtute meritam lauream ſuæ *Flandriæ* retulerit. Habuit partem & patruum utrumque Juris prudentiâ clarum, & aulæ principali cum primis quemadmodum gratioſum, ita & gravem, ut hæreditarium videri poſſit quòd tam feliciter in hoc literarum genere verſatur. *Viglium* de facie non novi, è ſcriptis abundè deprehendi juvenis ingenium, haud mediocris eruditionis frugem de ſe pollicens. *Sucquetus* amiciſſimi candidiſſimíque ingenii eſt. Proinde quum amem utrunque plurimum, tu perficies ut eos magis ac magis amem. Quicquid autem vel laudis vel autoritatis habituri ſunt unquam, hoc *Alciato* ferent acceptum. Ambobus gratulor quòd huc non commigrârint, ſiquidem ea deliberatio *Sucquetum* aliquandiu ſuſpenſum habuit. Profitetur hic *Zaſius*, vir ille quidem magnus, & qualem alterum haud ſcio an uſquam habeat *Germania*. Sed jam urget ſenectus, neque adhuc quenquam paratum video, qui poſſit ejus laudis ſucceſſionem ex æquo capeſſere: tametſi non deſunt, qui Juris prudentiam & diligenter & feliciter profitentur. Me mea quoque *Rhamnuſia* hac ætate ſatis inclementer tractavit. Martius attigit, & adhuc languidulum repetiit Aprilis. Ex ventis quibuſdam blandis quidem illis, ſed peſtilentiſſimis ortum eſt malum. Initio nihil aliud erat quàm alvi tormina. Succeſſit apoſtema, primùm mobile, mox affixit ſe circa umbilicum. Natura diſcuſſiſſet omnia, ſi à medicis temperâſſem, qui mihi neſcio quo fato ſemper magno fuere malo. Accitus eſt & chirurgus impendio confidens ac promiſſis magnificis, fruſtra admonitus, ex duro apoſtemate conatus eſt reddere ulcus, ac violentis emplaſtris tantùm non exanimavit cruciatu. Ita menſes fermè tres egi, ut nec edere liceret, nec dormire, nec legere, nec ſcribere, vix etiam cum amiculis confabulari. Curationis impatientes rupimus apoſtema ferro. Itaque paulatim revivíſcimus, & bona ſpes eſſet ſalutis, ſi per pulices liceret quieſcere, & adeſſet vinum, quale mihi ſuppeditare ſolet dum viveret *Fericus Carondiletus Beſontinæ* eccleſiæ Archidiaconus. Nam cum vernaculis hiſce villis mihi peſſimè convenit. Gaudeo inter *Budæum* & te ſartam eſſe gratiam. Nam in me num ſatis æquus ſit etiamnum addubito, utcunque ſimulant ac diſſimulant quidam. Sunt, utì ſuſpicor, qui illius animum in me ſtimulant. Mihi ſatis eſt, quòd à me nulla eſt anſa præbita, cur pilo debeat eſſe minus amicus. *Lutheranorum* hactenus nemo ſtili mucronem ſtrinxit in me, præter ipſum *Lutherum*, qui tamen uno congreſſu fuit contentus. Ubi *Argentoratum* migravit quidam olim ζηλωτὴς *Eraſmi* ſimulator, nunc hoſtis odio furens, jam quatuor libellis vexatus eſt in me: prodiit quintus multorum annorum, ſed nullo certo, quem dixiſſes multum acerbo animo temperatum. Verùm non ita magni facio quid in me ſcribant tales. Demiror quid genii inſtiget *Albertum Pium* quondam *Carporum* Principem, qui librum unum quem ſcripſit in *Italia*, evulgavit *Lutetiæ*, *Beddis* opinor gratificaturus: nec hoc contentus, dennò compegit ingens volumen, collectis ex omnibus meis incubationibus locis, qui videri poſſint *Lutheri* animum probaviſſe. Nec iſta molitur ſuo *Marte*, ſed habet aliquot pulchrè ſtipendiatos, præcipuè *Sepulvedam* quendam *Hiſpanum* hominem ut audio doctum, qui totius dictionis eſt architectus, ut hinc ad *Albertum* haud ita multum gloriæ ſit rediturum. Argumenti ſumma eſt, ut perſuadeat me totius horum temporum tragœdiæ fuiſſe ſeminarium. Miror cur vir ut accipio doctus & perquam humanus, ab argumento tam odioſo famam auſpicari voluerit. Si ſic eſt fatum meum, moderatè ferendum eſt. *Longolium* optâſſem nobis diutiùs ſuperesſe. Siquidem hactenus quæ ſcripſit, præter ſtili nitorem, non multum utilitatis adferunt ſtudiis. Nam quod me aliquoties contemptim nominat, nihil moveor. Eſt in illius epiſtolis ad *Guilielmum Budæum* quædam plena ænigmatis & allegoriis, ſed egregiè frigidis, quibus te notari perdiscam. In multis eruditionem miror, candorem in paucis reperio, quem in te, mi *Alciate* ſingularem quendam exoſculor. Bene vale. *Friburgi* Anno M. D. X X X.

Eraſmus Roterod. Chriſtophoro à Stadio Epiſcopo Auguſtino. S. D.

ORnatiſſime Præſul, mihi tertium jam menſem cum morte lucta eſt. Salutiæ me Martius, ab eo malo vix revalueram, & ecce Aprili poſtridie Paſchæ excepit me multò inclementius. Cælo nihil erat blandius neque ſerenius, ſpirabat Euroaquilo ſupernè, ſed à prandio ſpirabant infernè ventuli quidam Eteſiis non abſimiles, blandiſſimi ſed ſceleratiſſimi. Senſeram inſidias, & aliquandiu pomeridianis horis me domi continui. At poſtridie Paſchæ, quum domi nullum omnino flatum ſentirem, prodii, & illico captus ſum. Primum erant alvi tormina, & hinc vomitus, ſtomachi ruina, inſomnia, ſummus laſſitudo. A medicis nihil adferebatur opis, non artis vitio, ſed hoc corpuſculum non fert ullam violentiam. Tandem ſedatis cruciatibus ingens apoſtema obſedit umbilicum, durum in initio. Adhibitus eſt chirurgus, qui contra medicorum ſententiam pollicitus eſt effecturum ſeſe ut erumperet, quod nec ego credebam fore. Complures dies enecavit me malagmatis exulcerantibus, uſque ad vitæ taſdium. Totas enim noctes pervigilandum erat, non ſine perpetuo cruciatu. Interdiu nec legere poteram, nec ſcribere, nec dictare, nec colloqui, nec audire recitantem. Interim corpuſculum exarceſcens tendebat ad mortem. Ante paucos dies viſum eſt apoſtema ferro rumpere. Quæ illinc emplaſtra? Deum immortalem, homines talem theſaurum corpore tegere, & vivere! Poſthac mutatis habere

habere capiamus, cum somno reditum est in gratiam, stomachus paulatim revivisceit, lassitudo decrescit, at sensim. In ea afflictione solatii plurimum attulit mihi tuæ celsitudinis epistola, candoris, humanitatis, & eximiæ cujusdam erga me pietatis plena. Quem favorem si promereret, vel tuo unius judicio me beatum existimarem: nunc apud me pudore suffundor, quoties tuam istum in me animum, quoties benignitatem effusissimam cogito. Quotidie votis ardentissimis Deum comprecor, ut suo spiritu Cæsaris & Principum animis suggerere dignetur consilia Reipub. *Christiana* salutaria, pérque Cæsaris summam potentiam & potentiæ parem pietatem, fatalem hanc & humanis præsidiis insedabilem tempestatem in tranquillum vertere dignetur. Adest istic Car. *Campegius*, sedis Apostolicæ legatus, qui me semper singulari favore prosequutus est. Scripsit ad me ex *Oeniponte*, cujus literis ob morbum seriùs respondeo. Hoc amplitudinem tuam non sine causa scire volui. Archiepiscopus *Cantuariensis* jam ad extremam senectutem pervenit. Si non attigit, certè proximus est anno octogesimo, sed magis arbitror excessisse. Alioqui semper hactenus prosperâ valetudine, nunc ut fertur, adhibuit tertiam tibiam. Spero equidem illum mihi superstitem fore, sed timeo: si quid secus acciderit, animus est tuam celsitudinem in illius locum surrogare. E duabus *Angliæ* pensionibus debentur quotannis plus minùs ducenti floreni, sed ea pecunia per negotiatores ad me pervenit accisa, nonnunquam usque ad quartam partem, interdum & intercipitur. Si quid humanitùs acciderit Archiepiscopo, nihil mihi penderetur. *Flandrica* pensio quam habebam ex præbenda resignata, inaudità perfidià mihi cœpit intercipi per eum cui credideram omnia, vitam etiam creditus. Tantum valet amor pecuniæ. Ex Cæsaria pensione absens teruncium non recipo, vix reverso quicquam daturos arbitror, utcunque lactant me magnificis promissis. Ita futurum arbitror, ut *Erasmus* brevi redeat ad paupertatem evangelicam, à qua tamen adhuc mediocri absum intervallo, gratia superis. Et si res ita postulet, parsimoniâ censum augebimus. Hactenus enim multa profudimus non necessariò. Non tamen est quòd metuas, nè tibi gravis cliens futurus sim, qui *Cantuariensem* adeo non gravârim, ut non semel oblatam illius liberalitatem recusârim. Utinam liceat aliquando moribus tuis humanissimis & eruditione multiplici propiùs frui. Libet hinc aliquò prevolare, non quòd quisquam mihi molestus sit, sed quòd in oppido non inamœno quidem illo, verùm nec magno, nec admodum frequenti, ad hæc semoto, multa desiderent qui multis egent. At non video portum. Quòd si exciæ bellum, nec tutum fuerit hìc manere, ne aliquò proficisci. Sed de his viderit Dominus, qui tuam pietatem sospitet ac prosperet in omnibus. *Friburgi*, natali *Joannis Baptistæ* M. D. XXX.

A gravissimè ægrotanti. Natus morbus qui tentârat in Martio, repetit me postridie Paschæ, tam violentus ut nec edere, nec dormire, nec scribere, nec legere, nec recitantem audire, nec cum quoquam colloqui liceret. Si fare imola venisset ante nundinas, fuisset mihi gratissimum. Non libentèr legi jugum illud nominum, Dux *Georgius* & *Martinus Lutherus* in eadem pagina. Multum addit animorum illi præferoci, quòd sic impunè debacchatur in Principes. Nusquam mihi magis displicuit quàm in illa Apologia, in qua de nihilo excitat tibi de furto, si superis placet, tragœdiam. Quantum illic amarulentiæ, quanta vafricies, quanta impudentia detorquendi ad calumniam omnia? Citat *Hieronymum* querentem de his qui serinis ipsius effractis furfurabantur schedis, quasi T. C. quicquam simile fecerit, qui epistolam per multorum manus jactatam accepisti. Quàm seditiosè exaggerat, quòd *Joanni* Duci *Saxoniæ*, ac senatui *Norembergensi* volueris imperare, quum in tuis literis nullum sit verbum imperiosius? Quam impudenter vult idem videri, tacitè apud se cogitare quippiam, & alteri loqui seu scribere: quum ex cogitatione nuda nullius fama lædatur, ex epistola seu colloquio nascatur rumor. Quàm absurdè citat, ecclesiam non judicare de occultis. Imò occulta tormentis exquirunt leges, & ecclesia jubet ut impias cogitationes aperiamus sacerdoti. Denique quum nihil conviciorum omiserit, fingit se parcere C. T. minitans nisi desinas se prorupturum vasis acidi fundum. Quoties inculcat te hostem esse, quum toties tam amanter invites illum ad resipiscentiam? Postremò, quâ fingitur auctoritate, tradit te cum omnibus tibi quoquo modo faventibus satanæ: sed homo misericors mox solvit nodum quem nexuerat, idque nec pœnitenti, nec agnoscenti culpam. Deum immortalem, quantum ista discrepant à spiritu evangelico! Centum libri adversus hominem scripti non perinde alienâssent animum meum ab eo atque illa invectiva. Nusquam magis agit hyperbolum. Non est illi novum sibi pugnantia scribere. Quùmque docti quidam illi loca ejusmodi ingesserint in os, homo suavis obticescit, quasi sint indigna responso scilicet. Palinodiam de bello *Turcico* risi, quasi nunc alia sit *Germaniæ* quàm pridem fuit, aut quasi Deus nunc quoque non visitet peccata nostra per *Turcas*. Quòd si hæc causa valet, fas non esset ullam calamitatem à nobis depellere, non pestilentias, non bella, non latrocinia, non rusticorum incursationes. In concione de bello adversus *Turcas*, *Turcæ* imperium facit perpetuum & inviolabile, nobis nihil relinquit præter atroces calamitates & patientiam. Me non deterreret, licet, ut scribis, ætate decrepitâ, quo minus conferrem manus cum homine, nisi toties rè compertum esset nihil aliud profici, nisi quòd irritemus crabrones. Et jampridem ab istiusmodi furiosis libellis libenter abstineo, senectutem meam consolans sacrorum voluminum lectione. Ad Calendas Januarias emisi epistolam adversus eos qui se falsò jactant evangelicos, quum nihil sint minùs. Eâ re commoti quidam, duos libellos bene dentatos emiserunt in caput meum, quos ego nec legere dignatus sum hactenus, tantum abest ut parem responsionem. Ediderunt novum dogma, fas esse fucis & mendaciis uti ad propagandum evangelium, (sic appellant sectam suam) idque jactant

B

C

D

E

F

G

Erasmus Rot. Georgio Saxoniæ Duci. S.

19. ILlustrissime Princeps, ante complures dies scripsi *Simoni Pistorio* celsitudinis tuæ Cancellario. Sarcinula quam *Gualthero Lypsiensi* commiseras initio Januarii, mihi reddita est in fine Aprilis

jactant permitti legibus Cæsareis: quasi si quid humanæ leges permittant in re prophana, idem liceat in negotio evangelico. Concedunt hoc leges, sed citra fraudem cujusquam. Hìc insimulantur innocentes & inficiuntur incauti. Assiduis votis Deum solicito, ut Cæsari cæterísque Principibus suum spiritum impertire dignetur, ut hæc prodigiosa lues, si non penitùs tolli, certè mitigari queat, iísque consiliis res agatur, ut vincat non pars, sed veritas. Bellum horreo, cujus varius est eventus, nec minus lædit bonos quàm malos. *Oportet*, inquit Paulus, *hæreses esse*. Hæreticorum impietas olim cessit in magnum ecclesiæ commodum, exercuit illius doctrinam, & aperuit qui verè crederent, qui non. Tam eximia Cæsaris pietas mihi spem bonam facit fore, ut Dominus per illius potentiam magna ex parte medeatur huic fatali malo: quod quomodo consiliis aut præsidiis hominum sanari possit, non video. In epistola tua ad *Lutherum pag. C. facie priore* lapsus est scribæ aut typographi. Nam *Augustinus* nunquam adhæsit *Arianæ* sectæ, sed *Manichæorum*, ac rursus non nisi ante baptismum. Siquidem *Catechumenus* scripsit in *Manichæos*. Hoc igitur exemplum nihil ad *Lutherum* pertinet. Dominus illustrissimam celsitudinem tuam sospitet ac prosperet in omnibus. Apud *Friburgum Brisgoiæ* postridie natalis *Petri* & *Pauli*. M. D. XXX.

Erasmus Rot. Simoni Pistorio S. D.

Epist. 30. QUum maximè sæviret morbus, scripsi tibi per *Henricum* quendam, qui videtur minùs suo fúctus officio. Tantum eas literas videtur reddidisse, in quibus erat commendatus. Illustrissimus Princeps nullas quæstiones inseruit proximis literis. Sed tuæ tractabant nonnullas dubitationes. Quibus respondere prolixum esset, & mihi videtur ad seditionem tendere si quid novetur absque publicâ autoritate. Menses aliquot gravissimè ægrotavi, primùm alvi torminibus, unde vomitus ac stomachi ruina, & hinc extrema debilitas. Successit apostema sceleratissimum, umbilicum, occupans. Ruptum est ferro, manet tamen duricies, unde metuo novam tragœdiam. Nam chirurgus præter naturam, in duro apostemate, quod frigidis erat dissolvendum, calidis & acribus malagmatibus fecit ulcus. Adhuc repo & paulatim reviviſco, nondum liber à medicis ac chirurgo. Abit, ut ego istius inextricabilis tragœdiæ me faciam *Aristarchum*, utrinque pessimam gratiam reportaturus. Utinam Deus dignetur esse *Aristarchus*, qui solus potest huic fatali tragœdiæ finem imponere. Quòd si Cæsar imperat ut *Augustam* veniam, necesse est ut prius imperet huic malæ valetudini. Cum tali *Thrasone* quid agi possit, non video. Scis omnem historiam. Observa dissimulanter quid moliatur, & si Ducem implerit mendaciis, fac uti rem cognoscat. Duci nuper scripsi per canonicum cognomento *Rina*. Bene vale, patrone singularis. *Friburgi* septimo die Julii, M. D. XXX.

Erasmus Rot. Nicolao Olaho S. D.

Epist. 31. ANimum istum tuum, humanissime *Nicolae*, lubens exosculor, tuum nomen inter præcipuos amicos adscripturus. Optimæ Reginæ pietatem & humanitatem singularem [illegible] mihi suis literis deprædicavit *Hen[illegible]* toritas apud me plurimum habet [illegible] Cæterùm Reginæ nomine ad me nulla [illegible] nec ipsius nec alienâ manu scripta. Si [illegible] stola, fuisset mihi in molestissima valetudine magno solatio. Ignosce brevitati, adhuc [illegible] sum, & scribo multis. Serenissimæ Reginæ cor omnia fausta lætáque. Bene vale. *Friburgi* septimo die Julii, M. D. XXX.

Erasmus Rot. Joanni Ulattenio S. D.

SIve scribis, sive non scribis, scio [illegible] *Ulattenium*. Tot legationibus ac negotiis [illegible] citum fuisse, juvabit olim. Dux *Julius* misit poculum cum literis. Quid ille [illegible] non video hac valetudine, quæ velis [illegible] quod aiunt, fugit aulas. Ex diutino morbo paulatim reviviscimus. Et omninò de migratione cogitamus, sed nullum video portum satis tranquillum. Dominus sine me dabit Cæsari reliquæque Principibus salubria consilia, mihi humili non tutum est talibus admiscere negotiis, in quibus quis quid liberiùs aut æquiùs dixerit, furiis addit *Lutheranus*. Cupio te quàm optimè valere, vir animo meo charissime. *Friburgi* nono die Julii, M. D. XXX.

Erasmus Rot. Lucæ Bonfio S. D.

Leonici libellum legam perlubenter, scio enim [illegible] à viro doctissimo sanctissimóque nihil prodiisci nisi doctum & sanctum. Quòd hortaris ad comitia, *Catonis* illud objiciam, *Ad cœnam ne accesseris priusquam voceris*. Et si maximè velim, alligat hìc valetudo. Nec video quid ego infirmi sortis homuncio possim in negotio tam perplexo, ad quod expediendum vix synodus [illegible] triennis sufficerit. Quid, quod nec tutum admodum est hìc hiscere: si quid æqui dixerimus, furiis addimus *Lutherani*. Nisi res per magnos et omni provinciarum consensu agatur, nihil egerim: sed in ea synodo submovendæ sunt omnes humanæ cupiditates. Pro tuo in me animo habeo gratias, & mutuum polliceor bonâ fide. Vale. *Friburgi* nono die Julii, M. D. XXX.

Erasmus Rot. Francisco Dilio S. D.

STipulæ innitebaris, mi *Francisce*, cum tamen [illegible] tribueris meis epistolis. Ab Archiepiscopo *Toletano* jam abundè magnum accepi [illegible] nec est quòd ista res te solicitum habeat. Quæ mittes ad *Coclenium*, quando hinc venient? Cùm venirent, si mitteres *Augustam* ad *Antonium Fuggerum*, nec dubium quin ad [illegible] multæ legationes, currántque veredarii. Vinum abs te advectum, quum primo gustu sic arderet, mirè imposuit nobis: simulatque copiosiùs cœpimus bibere, mutavit colorem, saporem & odorem. *Martinus Polonus* hac de causa profectus est *Ionsonium* cum viginti coronatis, sed gutta non attulit. Officialis & thesaurarius aberant legati ad Regem *Galliarum*, cæteros *Polonus* [illegible] mabat esse meros nebulones. Ita laboratum graviter quatuor fermè menses, nondum [illegible] Hæc ad epistolam abs te scriptam Calend. Apri[illegible]

it per veredarium missam. De reliquis fac aulico more, mitte exemplaria duplicia, & amicos admone ut idem faciant. Quum ego maxime ægrotarem, *Quirinus* meus subitò correptus est sudore *Britannico*, nec alium habebam. Nam *Canuius* rediturus in patriam amore libertatis, jam factus sanctus, ac nobis fausta lætáque precaturus. *Haio* repetiit *Frisiam*. Bene vale, *Dilecte* charissime. *Friburgi* nono die Julii, Anno M. D. XXX.

Erasmus Rot. Alphonso Valdesio S. D.

NOn possum non vehementer dolere sortem tuam, *Valdesi* charissime, qui simul & parentem optimum, & parentis affectu patronum *Mercurinum Gattinarium* amiseris: sed animus offirmandus est ad omnia quæ possunt homini accidere. Nos quoq; Dominus dignatus est invisere, paulatim reviviscо; sed quoniam chirurgus in duro apostemate violentis malagmatis induxit ulcus, quod ita sanatum est ut maneat durities, vereor ne recurrat malum. In medio morbo, famulus meus quem unicum habebam (nam alter revocatus est in patriam) sudore pestilenti correptus est, qui mihi & in cubiculo & in mensa perpetuò adfuerat. Sed *Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ipsius*. Bene vale, *Valdesi* charissime, & post istam tempestatem expecta serenitatem. Nil adhuc accidit tibi novi. Amisisti patrem, id quotidianum est. *Gattinarius* diu vivere non poterat, in caducum parietem inclinabas. Scias hunc hominem quantus quantus est tuum esse. Bene vale rursum. *Friburgi* IX. die Julii. M. D. XXX.

Erasmus Roterodamus Conrado Episcopo Wircenburgen. S. D.

NUlla unquam commendatio cessit feliciùs, ornatissime præsul, quàm illa quâ tuæ celsitudini paucis verbis *Marium* ecclesiasten, & *Stibarum* collegii tui canonicum commendavi. Quandoquidem tuis ex literis intelligo, non solùm illos tibi factos chariores, verumetiam me quoque prius ignotum tantam iniisse gratiam, ut commendatorem inter tibi commendatissimos habere dignatus sis: nec satis habueris epistolâ tam candidâ mihi gratias agere, contrà quam fieri solet: nam mos est, ut quorum commendatio valuit, ipsi gratias agant iis apud quos valuit: nisi etiam amicissimi animi symbolum ac μνημόσυνον apud me deponeres, quum talis epistola à tam eximio Principe, tam honorificè, tamque amanter scripta, mihi quamvis magni muneris loco esse potuerit. Nec suffecit animo isti tuo munus qualecunque, sed planè regium donare voluisti, magis reputans, quid te deceret dare, quàm quid *Erasmum* accipere. Auget doni precium, quòd nec promerito, nec ambienti, ac nè expectanti quidem ultrò detulerit tua benignitas. Quo majorem gratiam ejus nomine me tibi debere profiteor. Siquidem quæ dantur benemeritis, mercedis nomen mereantur citiùs quam beneficiorum: quæ precibus extorta sunt, ea magno empta scripsit *Seneca*. Quæ promissa diu torserunt, expectatione magnam suæ gratiæ partem amiserunt. Verùm pro his demum quæ prius venerunt quàm ventura suspicarentur qui accipit, solidam debemus gratiam: quæ etiam si exigua sint, tamen animus dantis reddit ea preciosissima. Scribit *Homerus* non esse rejicienda deorum munera, ego verò talium Principum spontanea dona, ceu sacra quædam monumenta apud me libenter servo, ac veluti pro testimoniis ostendo, quibus me non mediocriter ornatum arbitror: iisdem interdum me ipsum consolor adversus quorundam insuspicatissimorum hominum pravitatem, qui nec de benemeritis bene loqui possunt, nec his benefacere à quibus beneficentiâ sunt provocati. Quid igitur supereſt, amplissime præsul, nisi ut nostrùm singulis magnificè gratuler: *Mario* ac *Stibaro*, auctam tanti Principis benevolentiam: mihi cui tam feliciter cesserit audacia, ut non solùm non offenderim improbitate, verumetiam gratiam non mediocrem inierim, in eorum numerum quos tu dignaris amicitiâ tuâ cooptatus. Sed & tibi, suspiciende præsul, non minus gratulor istum animum, in tanta dignitate modestissimum, in tanta fortunæ indulgentia incorruptum, in tot negotiorum undis nihil æquè cordi habentem, atque ecclesiæ catholicæ commoda. Ea nunc tot fluctibus jactata planè tui similibus naucleris eget, qui non graventur privata commoda *Christi* gloriæ posthabere. Itaque sic sibi persuadeat tua celsitudo, *Erasmum* quantus est, in ipsius ære esse, neque quicquam magis optare, quàm dari sibi occasionem, quâ vicissim grati clientis animum utcunque testificari possit. Neque enim me minùs oneratum tuo beneficio quàm honoratum arbitror. Nec tamen exonerari cupio, vel quia debeo tali præsuli libenter, vel quia perspicio me prorsus non esse solvendo, etiam si facultatum mearum omnium, atque etiam capitis hujus fecero auctionem. Sat habeo si quo argumento declarâro, mihi reponendæ gratiæ voluntatem non deesse. Dominus *Jesus* R. C. T. sospitet prosperétque, quum in omnibus, tum in sedandis his ecclesiæ tumultibus. Neque enim desperandum est. Graviores olim ætate divi *Hieronymi* pertulit, & vivit etiamnum *Christus*, qui verbo sedat mare quamlibet fremens, atque exitium minitans. Nos tantum excitemus eum precibus, ac bonis operibus vellicemus, donec expergiscatur, jubeátque tempestatem hanc consilescere. Hanc gloriam sibi vult tribui, non nostræ prudentiæ. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* postridie *Laurentii*, M. D. X X X.

Erasmus Roterodamus Christophoro Episc. Augusten. S. D.

EOdem die quo celsitudinis tuæ postremas literas accepi, miseram isthuc nuncium meo ære in hoc propriè conductum. Tuas tertio die Augusti scriptas reddidit rusticus quidam, dicens se *Augustæ* accepisse à filio cujusdam piscatoris. Id quo casu acciderit nescio. Vereor nè reliquæ sint interceptæ. Nam *Corycei* nusquam non vigilant. Paulatim evado firmiusculus, nisi quòd pulicum improbitas nos tantum non enecat inquietudine. Pergrata mihi fuit tua objurgatio, quod scripseram me tibi non fore gravem clientulum. Declarabat enim constantissimum in amicitia animum, cui utinam aliqua ex parte queam respondere. Libellis quos emittũt sectarum ἀρχηγοὶ, etiam minantur nobis, tantũ abest ut pacem ambiant. Tres cõditiones quas recenses, meo judicio, nullâ religionis jacturâ concedi poterant, sed minimè credo

credo sectarum proceres illis fore contentos. De cerebrosis & capitosis, scio tuam sublimitatem extra reptilium morsus esse. Nihil tamen est quod non moliantur isti crabrones, & si credimus apologiis, etiam in cœlum subvolans scarabæus ultus est aquilam. Præfationem in *Chrysostomum* jam absolvi. De *Jacobo Fabro Stapulensi* suspicor esse fabulam, ni id nuper accidit. Nam ad festum Ascensionis è *Lutetia* recepi literas, nec ullus vel hinc vel *Basileam* rumor advenit de illo tristior. Ante complures menses exusserunt quendam *Lodovicum Berquinum*, virum optimum ut prædicant, nec erat *Lutheranus*. Odium theologorum ac monachorum, libera lingua, simplicitas & hujus comes fiducia perdidit hominem. Ea, uti suspicor, fuit rumoris occasio. Nam *Faber* ut *Enoch*, assumptus est à Rege *Gallorum*, qui vetuit nè quis vel in illum vel pro illo scriberet. Id opinor procuratum ab ejus patrono Episcopo *Lodovensi*. Dominus amplitudinem tuam prosperet in omnibus. *Friburgi* postridie *Laurentii*, Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Roterodamus Petro Episcopo Cracovienſi S. D.

Epist. 38. EXhilarârunt animum meum tuæ literæ, reverende Præsul, quæ tuam R. celsitudinem & superstitem declarârunt & nostri memorem, denique nostram in dedicando *Senecâ* propensam voluntatem boni consuluisse. Sed hoc gaudium temperavit *Martini Slapi* oratio, referentis te à diutino periculosó que morbo nondum satis confirmatum. Cæterùm è proximis amicorum literis expecto lætiora. Vernis hisce mensibus spirârunt hic ventuli mirè blandi, sed exitiales. Multis conciliârunt languorem, non tam gravem quàm tenacem. Me torminibus alvi tantum non enecârunt. Diutino cruciatui successit apostema circa umbilicum. Malè cesserat medicorum cura, sed pejùs chirurgi sedulitas, qui durum apostema, quod moderatè frigidis erat discutiendum, igneis emplastris sic adussit, ut carnem assam gestare viderer. Post quatuor menses vix cepi revivíscere, & ad hunc usque diem paulatim viriculas accrescere sentio. Hæc igitur æstas nobis penè fuit sterilis, nisi quòd unico libello rixamur cum pseudevangelicis, & *Chrysostomum* dedimus eâ dignitate, quâ prius dedimus *Augustinum*. Multa accesserunt prius nunquam edita, velut commentarii in utranque ad *Corinthios* epistolam, aliáque. Si continget hanc hyemem tranquillam agere, dabimus nonnihil juvandis studiis commodum. *Martinus Slapus* constanter eum animum in me declaravit, ut si ex me natus esset, non posset optare plus pietatis in filio, ingenium verecundum, sedatum patiens, amicum, fidele, modestum. Quo genere natus sit nescio, sed utinam tales semper gignerent Principum uxores. Is, nisi me fallunt omnia, præstabit aliquando bonum virum vestræ *Poloniæ*. Hoc eo scribendum putavi, ut si qua se dederit opportunitas, tua celsitudo faveat illius commodis. Eadem si quid à me fieri volet, suo mancipio imperabit, cui precamur omnia læta. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* postridie Calendas Septembris, Anno Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Julio Pflug S. D.

SApientes ab antiquis dictum est, ut [illegible] *Ex malis si quid inest boni*, [illegible] illius de quo scribis negotio, quanquam [illegible] molestiarum pleno, hoc capio [illegible] tui notitiam nactus sum. Nam [illegible] teris tuis, velut in speculo quodam, [illegible] ctus istud tuum, Gratiarum, ac Musarum, & omnis honestæ eruditionis domicilium. Cum primis autem exosculatus sum, quum mirificum animi tui candorem, tum verò eximiam ingenii sanitatem. Eam mihi declarat oratio ejus, quæque sibi cohærens, nihil usquam habens [illegible] aut hiulcum, aut affectatum, aut insulsum, aut [illegible] ficulis ineptum. Vix autem credas, [illegible] templor virtutes, quantopere mihi displicuerint; verùm hæc aliàs. Libenter tibi debeo pro ista in me pietate, qui tam sedulò mea tranquillari consultum velis. Atque utinam effecta quæ [illegible] pariter optamus ambo. Ego enim jampridem [illegible] hoc nugone planè lutum, quod aiunt, [illegible] neo, quem neque ut amittam, neque ut [illegible] scio. Utinam sibi perinde amicus esset atque [illegible] sum. Sed utcunque cadat istius negotii alea, [illegible] citiam inter nos initam confido fore perpetuam. Quòd si pro tua singulari humanitate [illegible] stidis infimæ sortis amiculum, enitar sedulò, nè quid committam Gratiis indignum. Illud autem in primis abs te petendum, ut hos exemporales schedas boni consulas. Eas commendo Præfecto arcis *Brisacensis*. Non nihil enim vereor nè hæ vos *Augustæ* non reperiant. Si continget vos istic commorari diutius, scribam aliquanto accuratiùs. Bene vale. *Friburgi Brisgoiæ* decimo die Octob. M.D.XXX.

Erasmus Roterodamus Leonardo Officiali Besontino S. D.

PRofectò, quanquam à nonnullis invidis [illegible] sâ rhetor appellor, consumpsi omnes excusandæ importunitatis meæ, qui vir alias occupatissimus, tum de quibus nihil unquam [illegible] meritus, non desinam meis petacibus obturbare literis. Sed quis pudori locus, ubi ea urget necessitas, quæ frequenter huc perpellit, ut homo comedat hominem? Stomachus nullum fert virum *Germanicum*. *Homerus* scribit durissimum esse mortis genus, mori fame: ego durius esse puto, mori siti, cui periculo nunc proximi sumus. Ante menses aliquot emandâram isthuc juvenem quendam nobilem *Polonum*, is quoniam vos illic non offendit, rediit huc vacuus. Nunc misero familiæ meæ miserimæ columen. Nolim vos gratuitis impendiis, jam toties expertus vestram benignitatem, nummorum affatim tradidi. Hoc agendum, ut nanciscamur virum aptum nobis, id quod vel per famulum tuum fieri poterit. In monte *Pelicardi* nullum habeo mihi vel leviter notum, alioqui non essem vestræ civitati molestus. Ad Calend. Septem. accinctus eram ad repetendam *Brabantiam*, sed per aulicos Cæsaris jussus sum manere usque ad exitum concilii. Nos semel me pœnituit obsequii. Nunc hyems urget, nec tutum est è nido provolare. Quapropter ora te, ut nunc modò serves *Erasmum*, in posterum providebitur

providebitur nè vobis cogar esse molestus. Non te morabor ampliùs. De rebus novis scripsi *Francisco* thesaurario. Bene vale, Patrone incomparabilis. *Friburgi* pridie *Lucæ*, Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Antonio Dalbono Abbati S.

CUm oblatus esset qui *Lugdunum* peteret, huc 1541. rediturus, non putavi committendum, ut ad te sine meis literis veniret. Itaque tuam epistolam quam attulit theologus *Mallarius*, relegendo ex vetere mihi feci novam, geminámque ex ea voluptatem cœpi. Nam tota spirabat & summam humanitatem, & eximium quendam pectoris tui candorem: Nè quid de me dicam, quem *Mallarius* pro sui ingenii benignitate tibi persuasit esse aliquid. Porrò quæ de lucubrationibus meis prædicas, non sine rubore legi: vehementer tamen optárim eas esse tales, ut possint non omninò indignæ videri virorum tui similium auribus atque oculis. Jam duo sunt de quibus non arbitror esse necesse ut me tibi purgem accuratiùs, si tuum ingenium satis ex epistola tua perspexi. *Mallarium* scio frigidissimè excepi & talem virum & tam diligenter abs te commendatum. Verùm hæc valendo me cogit, ut in totum ab hoc officiorum genere temperem, adeò ut quum nuper huc venisset *Christophorus* à *Stadio* Episcopus *Augustensis*, vir non solùm natalium imaginibus illustrissimus, verumetiam eruditione exactâ, cæterisque Episcopo dignis virtutibus ornatissimus, non ab aliud, nisi ut videret *Erasmum*, adferens secum munus honorarium, quod non indecorum fuisset quamvis potenti Regi dare magnati: multò frigidius hominem acceperim quàm *Mallarium*, quippe quem nec ad convivium, nec ad poculum invitárim, nec sæpiùs quàm bis mei conveniendi copiam fecerim. Odi ego hanc non inhumanitatem, sed inhumanitatis speciem. Verùm aut hoc ferendum incommodum est, aut negligenda vita. Interdum forticulus conor agere bellum hominem, sed mox præstò est *Ate*. De altero crede mihi justiorem esse excusationem, quàm tu quoq; velles sat scio. Septem jam menses exierunt, quòd amplitudinem tuam nullis literis compellárim. Utinam hic nihil aliud causari liceat, quàm tabellariorum inopiam, quàm studiorum occupationes: sed ab eo languore qui me dum hic esset *Mallarium* cepit, vix sub Aprilem revalueram, quum subitò venti quidam blandissimi, sed nocentissimi morbum revocárunt. Primùm erant alvi tormina, cruciatus morte crudelior. Successit apostema subter umbilicum. Hinc mihi res fuit cum medicis & chirurgo immanissimo. Nec erat finis futurus, nisi ferro ventrem incidissemus. Hoc genere mortis divus *Erasmus* peregit martyrium. Cum hoc malo quinque fermè menses luctatus sum, à quo sic tandem dimissus sum, ut me mihi reddiderit imbecilliorem. Utinam mihi licuisset tua tempe, tuámque insulam, nomine magis quàm re *Barbaram* invisere. Talem enim sedem jamdudum circumspicio, in qua mea senectus jam & laboribus & rixis lassa conquiescat: invitor à multis, sed nescio quo arcano sensu in *Gallias* inclinat animus, non vini causâ tantùm, quanquam & hoc est aliquid. Nam hac ætate minimum abfuit quin siti perierim, homo minimè bibosus. *Besontium* commigrássem, sed ob dissidium quod tum gliscere ferebatur inter magistratum & canonicos non expediebat. *Lugdunum* sæpe gestiebam, sed deterrebat partim itinetis longitudo, partim nihil istic esse parati, partim bellum, quod ferebatur existere inter *Sabaudos* & *Bernates*. Certum erat ad Calendas Septembris isthuc demigrare, nam hic præter rerum necessariarum summam vel charitatem vel inopiam, & sævit mala pestilentia, & bellum timetur evangelicum: sic enim libet appellare. Sed id temporis venerunt ex aula Cæsaris literæ admonentes nè quò pedem ante exitum consilii: si quid esset à bello periculi, se in tempore monituros. Eandem cantionem cum multi canerent, parui, & pœnitet obsequii. Interim enim occupavit hyems, & pestis immanissimè grassatur, nec adhuc satis liquet que futura sit hujus conventus catastrophe. *Zuingliani* non impetrárunt ut audirentur. *Lutheranis* concessum est ut exhiberent suos articulos: his ubi paucis esset responsum, Cæsar pronunciaret. Cum nihil conveniret, Principibus aliquot ex utraque parte delectis datum est negotium, ut si quà possent, dissidium componerent. Cum à pluribus nihil ageretur, sex eximiis delegatum est negotium. Res propemodum deducta erat ad concordiam, nisi quòd *Lutherani* Principes nihil audire voluerunt de restituendo & ablegandis sacerdotum uxoribus. Denique Cæsar pronunciavit, ut civitates quæ nova dogmata recepissent, se conformarent ritibus aliarum ecclesiarum: ad id datum est spacium sex mensium, hoc est usque ad idus Apriles. Principes evangelici offensi sunt duobus verbis sententiæ Cæsarianæ, alterum erat quòd in ea ipsorum sodalitas diceretur *secta*: alterum quòd adjectum esset, *quanquam Lutheranorum doctrina sufficienter ex divinæ scripturæ fundamentis fuit confutata*. Hoc non tulerunt, dicentes se non solùm credere, verumetiam scire suam doctrinam niti fundamentis evangelicis & apostolicis, ídque in conspectu Cæsaris magnâ confidentiâ. Eam vocem indignissimè tulit Cæsar. Illi redierunt ad sua. Nondum prodita est extrema sententia, quanquam non latet qualis sit. Jam enim numerantur Principes & civitates, quæ velint hærere Cæsari, quæ sectis. Hæc quorsum evasura sint Deus novit, sed interim tamen hæc seriò fiunt, Cæsar accepit coronam à Pontifice nullâ ceremoniarum parte omissâ, nisi quod *Romæ* res acta non est. *Ferdinandus* institutus est archistrategus *Austriæ*, designandus brevi & *Romanorum* Rex, solennibus ceremoniis. *Turca* miserè tractavit *Austriam*, nuper etiam *Moraviam*, moliturus crudeliora, ni Deus prospexerit. Sunt qui minantur & *Anglorum* Regi, quòd uxoris repudium meditetur. Ab his malis *Galliam* vestram immunem esse gaudeo, atque utinam sit perpetuò. Certè nullam mallem mihi supremam dari senectutis sedem. Pecuniâ non admodum egeo, homo paucis contentus: tranquillum portum desidero, quandoquidem *Germaniæ* tumultibus solus Deus poterit finem imponere. His literis si designaveris rescribere, magno me solatio affeceris. Si *Mallarius* quereretur se nihil accipisse literarum, existimet has sibi quoque scriptas esse, quando talium certè amicorum communia sunt omnia. Vos ambos incolumes servet

Opt. Max. *Christus*. Datum apud *Friburg. Brisgoiæ*, quinto Calen. Decem. Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Mathiæ Kretzero S. D.

Epist. 42. EGo verò non modò sim inhumanissimus, verumetiam *Christiani* nomine indignus, si te qui prior ad amicitiam provocâsti, non redamarem. Complures jam annos quidam improbè mentiti sunt, mihi per omnia cum *Luthero* convenire, non quòd hoc omnes sibi persuasissent, sed quòd eum rumorem perdendo *Erasmo* putarent accomodum. Nunc ab ea spe delapsi, commenti sunt alium colorem, *Erasmum* huic tragœdiæ seminarium ac fontem esse. Hoc etiamnum mordicus tenent. *Albertus Pius* quondam *Carporum* Princeps, ante duos annos in hoc argumentum velitatus, nunc idem seriò tractat conductis operis, quæ ex omnibus meis lucubrationibus collegerunt, quicquid ad calumniam detorqueri potest. Idem Pontificis in me animum si minùs alienavit, certè refrigeravit. Opus excuditur à *Badio*. Vetus est, *de consule fieri rhetorem*, nunc videmus è Principe fieri, penè dixerim, sycophantam. Hoc organum præcipuè movet quidam sibi felix, ecclesiæ infelix, quum *Pius* nec sibi, nec aliis fuerit felix. Certum est posthac istiusmodi sycophantiis esse mutum. R. Præsulis *Augustani* pectus plusquam aureum jampridem exploratum habeo. De nostro amico non queo satis mirari. Si hoc venenum diu gestavit in pectore, miror potuisse dissimulare: sin nuper concipit, demiror unde hauserit, qui antehac nullam iniquioris animi significationem dedit, imò aliquoties per communes amicos me jussit amanter salvere. A me certè nunquam læsus est, quin potiùs amabam hominis ingenium. At si vera scribunt amici, nemo unquam in me furiosiùs debacchatus est. Fuit istic quidam omnium *Thasonum* alpha: Is, ut suspicor, ei camino suggessit oleum. Hæc vix licuit scribere, vir absolutissime, aliàs copiosiùs. *Friburgi* undecimo Calendas Januarias, Anno M. D. X X X I.

Erasmus Rot. Georgio Saxoniæ Duci S.

Epist. 43. JAm olim quidem compluribus argumentis perspectum habens illustrissimæ tuæ celsitudinis erga me propensum favorem, & intelligebam & profitebar me illi plurimis maximisque nominibus obligatum esse. Verùm nuper gravioribus etiam nominibus me sibi reddidit obligatiorem, præcipuè duobus. Alterum quòd ut ex literis R. D. *Christophori* Episcopi *Augustensis* accepi tuam in *Erasmum* benevolentiam apud aliquot ecclesiæ Proceres, inter quos erat Cardinalis *Campegius* & Cardinalis *Laodicensis*, dignissimis præconiis prositeri. Quo quidem testimonio arbitrabar commenti dignitatisque meo nomini non parum accessisse. Alterum quòd tam amanter, tamque sollicitè dederis operam, ut senectæ meis ocium tranquillum parares ab eo, cui pro delectamento est mihi negotium facessere, literariisque commentationibus obstrepere. Quòd tuæ sublimitatis studium, utcunque erit ejusmodi, hoc certè nomine mihi fuit felicissimum, quòd hac occasione nactus sum amicitiam viri omni decorum genere ornatissimi, Julii *Pflug*. Cujus similes utinam quamplurimos haberet *Germania*. Mihi quidem multis de causis non solùm optatissima est, verumetiam necessaria. Sed si hanc personam Deus humanæ fabulæ choragus mihi imposuit, partes delegatas agam oportet. In hac arena mihi video moriendum esse, nam utinam vivi conquiescant nihil est spei. Nullus est annus quin duos trésve libellos in caput meum ejaculentur pseudoevangelici. Primas molestias facilè concoquerem, si publicus ecclesiæ status haberet ut vellem. Pacata est *Italia*, Gallo Cæsari nodo, ut aiunt, *Herculeo* fœderati. In *Hispania* nihil est tempestatis. Negocium *Britannicum* de repudio facilè citra tumultum componetur, ut audio, útque novi Regis ingenium. Cum *Turca* sperantur induciæ, quod quidem existimo non tantùm ad Reipublicæ commodo, verumetiam ad *Christi* religionem propagandam esse conducibilius. Si Deus huic febri *Germaniæ* mederi dignaretur absque bellis intestinis, sperare liceret aureum quoddam seculum. Tot jam diu flagellis afflicti sumus, bellis, tumultibus, pestilentiis subinde speciem mutantibus, summa charitate rerum atque etiam penuriâ, nec solet Dominus irasci in finem, sed in ira recordari misericordiæ, tantùm ut nos toto pectore convertamus ad illum, in eum unum figentes ancoram spei nostræ. Non erat animus illustrissimam celsitudinem tuam hisce literis interpellare, nisi suum ocium ultrò detulisset generosus adolescens, mihique tum ob eruditionem haud vulgarem, tum etiam morum integritatem etiam domesticâ consuetudine perspectam inprimis charus & amicus *Ludovicus Curitz*, qui cum fratre suo *Erasmio* reperit patriam, relicto hic altero germano *Christophoro*, qui & ipse diligenter ac feliciter in Jurisperitorum literis exercet ingenium. Precor ut illustrissima C. Tua lumen ac florentem nobis reisque publicis servet. Opt. Max. *Christus*. Apud *Friburgum Brisgoiæ* Idibus Martiis, Anno à *Christo* nato M. D. X X X I. quingentesimo trigesimo primo.

D. ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLARUM LIBER XXVI.

Erasmus Rot. Julio Pflug S. D.

Epist. 1. SI inter nos susceptum esset eloquentiæ certamen, *Juli* præclarum *Germaniæ* decus, profectò literarum tuarum erudita facilitas & decora jucunditas, ac felicissimus quidam perpetuúsque *Tulliani* dictionis fluxus, me à scribendo deterruisset. Id esse verum nè me putes rhetoricari, quantumvis sanctè dejerare non dubitem. Sed quoniam nec hanc ætatem, nec theologum decet anxia poliendi sermonis cura, non vitam est affectare quod assequi nullo modo possis, etiamsi

etiamsi omnes nervos intendero. Proinde tua fretus humanitate, ausus sum ex tempore, meóque more quicquid in calami cuspidem venerit chartis illinere: quod nunc etiam majore venia facio, cum eodem tempore plures sexaginta scribendæ sint epistolæ, & in his aliquot, quæ justi propè voluminis instar habent. Pro laudibus quas tibi tuo merito tribuo, non est quòd mihi gratias agas, aut benignitatem meam prædices, quum justius sit, ut utrique Deo, cujus munificentia est, quicquid in nobis est laude dignum, gratiam habeamus: quem precor ut suam in te benignitatem semper in majus ac melius augere dignetur, quando quod hactenus tibi concreditum est, tam non malignè quum amicis omnibus, tum verò Reipublicæ potissimùm impertis, videlicet non ignarus in quem usum tot præclaras ingenii naturæque dotes ille tibi fœneraverit. Quòd verò tua bona sic extenuas, nihil aliud efficis, quàm ut magnificentiùs etiam de te sentiam, utpote veræ minimèque fucatæ virtutis notam agnoscens, quæ nihil moratur hominum laudes, sed ad eas, ceu virgo quæpiam intacta, rubore suffunditur: nec est ulla tutior verorum bonorum custodia. Quod polliceris te si non cæteris virtutibus, certè gratitudine fidéque meo de te judicio responsurum: Gratitudinis vocabulum non agnosco, de fide lubens audio, quanquam nihil addubitaturus, etiam citra promissum. Tua de Principis erga me studio propensáque voluntate mihi jucunda fuit magis quàm necessaria testificatio. Tot argumentis illius in me non modò benevolentiam, sed & pietatem jampridem exploratam ac perspectam habeo. Itaque mihi nihil æquè persuasum est, quàm quicquid in hac causa fecit, ab amicissimo profectum animo fuisse. Nec ob idpilo minùs me illius humanissimæ celsitudini debere puto, quod res in diversum cessit. Animos spectare decet, non exitum. Quare quòd tam diligenter persuadere niteris illustrissimo Duci nihil aliud fuisse propositum, quàm ut dum meam senectutem ab his turbis asserit, & studiorum meorum tranquillitati, & publicæ, ut ais, utilitati consulat, honestam tu quidem, vir egregie, sed supervacaneam operam sumis. Quòd autem scribis, hoc actum, ut ille præcisâ materiâ litis mihi negotium non facesseret, aut si facesseret, id ei sine fraude non esset &c. Ad hæc aliáque hujus generis arbitror te non desiderare responsum, si modò schedæ quibus ad tuam priorem epistolam rescripsi, tibi redditæ sunt, aut si eas tuâ lectione dignatus es. Nec enim me fugit, quàm non capiantur ejusmodi rixis ingenia generosa. Quòd si nemini persuadeo monstrosas quorundam delitias, quid mihi supereſt, nisi ut evangelico clypeo memet obarmem patientiâ? Cum tot enim monstris mihi res est, ut jam debuerit animus ad ista occaluisse. Sed piget harum næniarum meminisse. Posteaquam hoc fato natus sum, juvat in tui similium virorum amicitia conquiescere, quos habeo non tam paucos quàm multi sibi persuadent. Tuæ verò necessitudinis accessionem, si quid mihi credis, pluris facio, quàm si contigisset sacerdotium quamlibet opimum. Ad eam alendam non arbitror opus esse multis officiis, sat erit si subinde mutuis literis excitetur. Si quid tamen erit in quo queam animo tuo aut etiam tuorum gratum facere, nihil erit quod non & alacriter & libenter sim præstaturus, modò fuerit in meâ potestate, si vel abs te monitus fuero, vel si sese dederit opportunitas. Legi verò quam fers, sanè quam lubens subscribo, ut in amicitia nostra velut jam legitimis auspiciis inita, justisque numeris confirmata, laudum reciprocæ vices, excusatio stili negligentioris, & si quid aliud est hujus generis, id omne posthac sublatum sit. Ut illustrissimo Principi me reddas commendatiorem, quanquam existimo supervacaneum orare, oro tamen, nec ob aliud nisi quòd id summopere cupio. Vale. Apud *Friburgum Brisgoiæ* pridie Idus Martii, Anno à *Christo* nato M. D. XXXI.

Ut liberiùs ad te scriberem in causa fuit *Andreas Conritz*, juvenis imaginibus clarus, & in Jurisperitorum literis diligenter exercitatus, mihi cum fratre suo *Christophoro* domestico convictu notus spectatúsque est, atque etiam mensæ communis, salísque religione fœderatus. Eum arbitror tibi notum esse: aut si notus non est, quæso te ut nè pigeat cognoscere propiùs.

Erasmus Rot. Lazaro Baysio S. D.

SUmmam voluptatem eámque geminam mihi peperere tuæ literæ, *Bayſi* ornatissime, partim quòd legatum agis excellentissimi Principis nomine, ídque in urbe, præter alias innumeras felicitates, etiam viris eruditissimis ac bibliothecis locupletissimis florentissimâ; partim quòd nec istius muneris dignitas, nec occupatio negotiorum tibi *Erasmi* memoriam excusserit. Illa verba tuis in literis non sine risu legi, *Ad magnum illum Erasmum*: qui titulus haud quadrat in hoc corpusculum, minus in fortunam, minimè in ingenium. Sed tamen istuc modestiùs, quàm quod *Zasius* nunquam exorari potuit, ut desineret me *ter maximum* appellare. Cæterùm, quemadmodum fateor me tuas epistolas sæpe desiderâsse, posteaquàm unis literis ingenii tui gustum mihi præbueras; ita nunquam, ut ais, te cessatorem appellavi, quem etiamsi nihil scriberes, sciebam nec in amore, nec in officiis unquam cessare. Qui mihi hoc quoque nomine, vulgari hominum genere videre felicior, quòd felicitatem tuam agnoscis. Quid à superis majus exoptare poteras, quàm quòd à regiis negotiis literarum ocium tueri licet, quódq; ut scribis, ocium contigit cum dignitate? Mearum autem rerum status cum tuo, mi *Bayſi*, prorsus ex diametro pugnat. Mihi enim negotium est absque dignitate, nisi quod meum esse duco quicquid obtigit candidis amicis. Quin & literis gratulor, quas *Franciscus* Regum Opt. Max. non sat habet à philobarbarorũ petulantiâ vindicare, nisi eas ad tantam provehat dignitatem, ut suopte fulgore tenebriones obstreperos facilè submoveant. Gaudeo quod meditaris esse trilinguis. *Heliam* non novi, *Egnatium* hominem non minùs humanum ac probum quàm eruditum *Venetiis* amavi, ídque ni fallor mutuum. *Lazarum Bonamicum* opinor me vidisse *Patavii* in ædibus *Marci Musuri*, qui jam tum juvenis plurimum & eruditionis & humanitatis præ se ferebat. Utinam Deus aliquis mihi det, ut in tam felici contubernio posim hærere. Nam hic rerum procœmia nobis minitantur bellum egregiè funestum, nisi numen aliquod propitium scenam rerum humanarum invertat. *Benedictus* bonâ fide tuas literas reddidit: sed idem reddidit

Epist. 2.

commentariolum *De vasorum generibus*, cujus pridem in literis ad me tuis spem feceras, unà cum libello *De vestibus*, locis aliquot tuâ manu castigato. Sed quum appendix illa præterquam quod erat indiligenter ab amanuensi tuo descripta, videretur etiam imperfecta, non ausus sum typographis committere. Cæterùm quoniam ille constanter asseverabat te librum in hoc tradidisse, ut si vellem hìc excuderetur, perlegi non indiligenter, & si quid comperissem amanuensis inscitiâ commissum, emendavi, *Frobenio*que commisi. Quòd si mihi *Benedictus* dedit verba, confugiam ad humanitatem tuam, culpam pœnámque deprecaturus. Sin verò nec ille fefellit, nec tu offensus es, erit quod gaudeam. Nihilo secius integrum tibi est, opus tuo arbitratu absolvere, atque istic excudendum curare. *Lazaro* meis verbis ut multam salutem annuncies oro. Nam *Egnatio* ipse nunc scribo. Bene vale, vir clarissime. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, tertio Idus Martii, Anno à *Christo* nato Millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Rot. Baptistæ Egnatio S. D.

Epist. 3. INcommodè mihi, nè dicam infeliciter accidit, quòd incuriâ pueri tui epistola mea cui respondere parabas accuratiùs, non fuerit ad manus. Nihil enim potuisset animo meo obtingere jucundius, quàm prolixius *Egnatii* mei colloquium. Cum *Budeo* nunquam in gratiam redii, nè quid mihi frustra gratulere. Faxit Deus, ut nè redeam unquam. Nunquam enim in illum secus fui affectus, quàm bonum gratúmque virum esse par est, erga hominem excellenti doctrinâ clarum, deniq; studiis ac studiosis omnibus bene meritum. Si quid fuit offensæ, quod ipsum aut omninò nullum aut quàm levissimum fuisse reor, à me quidem ortum non est, sed venificarum linguarum susurris ac fascinis procuratum. Tametsi *Budeus* vir & probior est & humanior, quàm ut acriter etiam lacessitus inquenquam odiosè stringat calamum. Et ego sum is, qui in tales viros ægrè possim incandescere, licet acerbè provocatus, modò me sinant esse *Christianum*. Ad hanc solam contumeliam, lenis esse nec possum nec debeo. Illud acutè perspicis esse fati mei, quòd multorum acerbis inimicitiis sum exercitus, quum maximè semper habuerim in votis, nè cujus cruore meus rubesceret stilus. Ejus rei sat signi est, quòd inter tot meas apologias nulla est invectiva. Hoc me fato natum leviùs fero, quàm si à multis lacessitis apologias totidem extorsissem. Non est fas διαμαχεῖν. Summo illi chorago, cujus arbitratu humanæ vitæ fabula agitur, parendum est. Is quos vult, & quâ personâ vult producit in theatrum. Si te voluit esse *Mitionem*, me *Demeam*, suas quisque partes sustineamus oportet. Novit Dominus quid cuique expediat. Hostes habeo plures quàm vellem, fateor: sed contra non paucos habeo amicos, dignitate, authoritate, doctrinâ, morum integritate præcellentes. Nec hactenus mihi quisquam exhibuit negotium, nisi aut cerebrosus, aut invidus, aut arroganter indoctus, aut ex calumnia venans gloriam. Idque successit nonnullis. Vix alius me fuit amicorum factionibus ditior, priusquam hæc dogmatum digladiatio nasceretur. In qua mihi libebat quietem agere, sed non licuit. Volens A nolens protrusus sum in arenam gladiatoriam, ab hoc munere videor unquam nullo modo impetrare rus, quum à nulla re magis abhorreat meus genius. Tolerabilior erat mea conditio, si cum aequalibus acie esset confligendum. Nunc cum summa comitum pugnantem, à tergo adoriuntur ipsi pro quibus dimico, ut hoc pugnæ genus *Gryllum* quempiam, aut *ἀναβάτην* requirat, aut certè aliquem ex eo hominum genere, quod olim finxit narrat *Aristophanes* apud *Platonem*, geminâ facie, quaternis brachiis, & totidem cruribus. Hoc ne suspiceris, *Egnati*, meæ naturæ vitio accidisse, quæ à primordiis repetam. Jampridem apud nostrates incredibilis digladiatio fuit, inter meliores literaturæ *Gracique* sermonis candidatos, & inter *Rabinos* personatos, qui cœlum terræ miscere maluerunt quàm aliquid nescire videri. Hic si non vexilliferum, certè strenuum militem præbui. Cum hæc concertatio maximè ferveret, exortum est hoc opinionum dissidium, quo nunc orbem conciti videmus, vereórque nè, ni Deus averterit malum, videamus atrociora. Hic qui in Mosæum castris meruerant, pleríque nè dicam omnes, sese met adjunxerunt ei qui novæ factionis fuit auctor. Id quoniam ipse facere recusabam, in periculum veniebam, nè prorsus ἔξω & ἄφιλος remanerem. Hos tamen satis æquos habui, donec sperarunt me prudenter dissimulantem, suo tempore ad partes accessurum. Verùm postea quam impar invidiæ coactus sum in eam factionem ejúsque ducem ferrum acriter stringere; ut quisque antea fuerat paratissimus amicus, ita vehementissimus hostis esse cœpit. Nec licuit interim illis placatioribus uti, adversus quos pro linguis ac bonis literis gravius steteram, qui mundo persuadere conati sunt, hoc religionis incendium non posse restingui nisi sanctis & oppressis literis humanioribus & harum fautoribus, inter quos præcipuas tribuunt *Erasmo*. In factum, ut amicis destitutus, utrinque petar omni telorum genere, adeò non defensus ullo vel dignitate, vel autoritate, ut à cimicibus quoque laedar impunè, nisi quòd hactenus favore Cæsaris utcunque fubstiti. Quanquam hoc quoque malim, quàm vel alicui sectæ dare nomen, vel his adhærere qui sub *Christi* titulo nihil aliud quàm mundanam tyrannidem sibi parare & confabulari nituntur. Quibus adeò fuit dulcis gallum agricolarum sanguis, ut totius *Germaniæ* sanguinem sitientes, nullum non moverint lapidem, ut utranque *Germaniam* & superiorem & inferiorem ad intestina bella conciterent: non taliter id si fiat, non minùs fore perniciosum civitati, quàm populo funestum. Ipsi interim in tanto publicæ calamitatis spectatores, cum *Nero* cantat τὴν Ἴλιον. Ad exitiale bellum adhuc tendunt omnia procœmia. Si meis consiliis initio fuisset obtemperatum, jam aut consopitum esset hoc malum, aut certè non adeò latè divagatum. Nunc nihil restat, nisi ut in primis mutati in melius vitâ, à Domino petamus auxilium, porrò quam ab armis. Sub hujus belli prætexto multa *Judæis* & hæreticis inundabitur. Utinam Dominus aperiat oculos Principum. Quam sæpe citatem meam nominas, vir prudentissime, planè vomicam tetigisti meam. Quicquid malorum per omnem vitam accidit mihi, sæpe citati meæ acceptum refero, quam hactenus at tot quidem malis admonitus possim desinere. Quinque

Quàmquæ aliis interdum poſſim rectè conſulere, ipſe neſcio quâ vi fatali non deſino ex meo ingenio cæteros æſtimare. Plurimam verò tibi gratiam habeo, mi *Egnati*, qui ſic me diligis, ut mea inſolumitas te tam ſolicitum habeat, tam præclarè de me ſentis, ut eccleſiæ plurimum poſſe putes *Eraſmum* eſſe ſoſpitem, quorum alterum tuæ pietatis eſt, alterum candoris. Siquidem ex tribus quæ tu commemoras, veteris neceſſitudinis quæ mihi tecum fuit *Venetiis*, non ſine voluptate recordor, virtutem excellentem opto magis quàm agnoſco, eruditionem agnoſco quidem, ſed adeò non eximiam, ut infra mediocritatem eſſe fatear. Literæ ſic efflorueruntque, ut *Eraſmus* inter ἀνεπαφίους cenſendus fuerit, niſi hæ opinionum rixæ tranſverſim incurrentes turbâſſent omnia. *Zaſius* valet ac te reſalutat, ſimul cùm hoc *Henricus Glareanus*, qui hîc ſumma cum laude literas optimas profitetur, vir multifariam eruditus. De *Chryſoſtomo* video tibi ab amicis data verba. Si quid tamen obtinget, rogo mittatur *Frobeniis*. Opus quidem jam exiit, ſed parant unum volumen addere, quum primùm licebit. Bene vale. Apud *Friburgum Briſgoiæ*, tertio Idûs Martii, Anno à *Chriſto* nato Milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

Eraſmus Rot. Jacobo Tuſſano S.

EGo ſemper læti ominis inſtar habui, quòd linguis ac bonis literis apud nos ſuboleſcentibus tam odioſè támque conjuratis ſtudiis reclamatum eſt. A talibus enim initiis ſemper exortæ ſunt res præclaræ diúq; regnaturæ. Hujus excetræ ſibila ſi non primus, certè cum primis apud noſtrates exegi. Ab ea te quoque nonnihil afflatum fuiſſe vehementer, mi *Tuſſane*, doleo. Verùm ut hæc invidia paulatim ipſo temporis progreſſu mitiganda citiùs conſopiatur, partim in nobis ſitum eſt, videlicet ut comitate, civilitate & officio noſmet in benevolentiam omnium inſinuemus. *Lovanii* collegium *Buſleidianum* vix ſubſtitit, tanta erat eorum conſpiratio, qui ſibi perſuaſerant hanc ſtudiorum acceſſionem ſuis rationibus fore incommodam. Itaque profeſſoribus dedi conſilium, nè verbum in alios diſciplinarum profeſſores dicerent, ſed comitate morum, diligentiáque profitendi, ſimul & juventutem allicerent, & hoſtes irreconciliabiles urerent: nam hoc vindictæ genere non eſſe aliud pulchrius aut efficacius. Parverunt, & poſt aliquot menſes faſſi ſunt, ſibi rerum experientiâ compertum, id conſilium fuiſſe fauſtum ac felix. Eo conſilio nec veſtra prudentia nec veſtri mores egent: & alioqui non paulò levius certamen vobis erit cum lerna, partim quòd apud vos melioris literaturæ ſplendor jam maxima ex parte glorioſæ inſcitiæ nebulas diſcuſſit: partim quòd tantum Principem habetis iſtius pulcherrimi negotii profeſſum autorem, non minus humanum ac benignum quàm potentem, qui videtur hoc penitùs habere perſpectum, quantum hinc veræ gloriæ ſuis ornamentis, quantum utilitatis univerſæ ditioni ſit acceſſurum. *Lovanienſem* collegium autorem habet *Hieronymum Buſleidium*, virum ampliſſimâ fortunâ dignum, quę non defuiſſet ſi vivere licuiſſet: ſed deceſſit & autoritate & re mediocri, adeò ut ſalaria vix alendis profeſſoribus paria ſint. Illius tamen memoriæ nulla ſatis digna gratia rependi poteſt, qui quicquid erat facultatum, id univerſum ei negotio dedicavit. Quin & hoc cordationis conſilii videtur, quod iſthic duarum modò linguarum profeſſoribus deſtinatum ſit ſtipendium, *Græcæ* & *Hebraicæ*, quandoquidem *Latina* jampridem ſic efflorvit, ut peculiari profeſſore non egeat. Jam illud regiæ benignitatis eſt, quod utrique linguæ binos profeſſores deſignavit, idque ſalario neutiquam exili, quo non tantùm commodè, verumetiam cum dignitate munus delegatum obire queant. Iſto nomine, mi *Tuſſane*, multò feliciorem judico *Galliam*, quàm ſi tota *Italia* veſtræ ditioni fuiſſet adjuncta. Pulcherrimam ſpartam ſortiti eſtis, nihil ſupereſt niſi ut eam pro ſua quiſque facultate certatim exorneris. De tuo erga me ſtudio, nihil opus ut aut ipſe juſjurandum ullum interponas, aut quenquam ſponſorem adhibeas. Ut enim priſcis illis ſufficiebat formula, inter bonos bene agier oportet: ita inter *Chriſtianos* nihil requirendum præter duas ſyllabas, *vai* & *ò*. De *Budæo* reconciliando quod ſcribis, amo quidem humanitatis tuæ ſedulitatem: verùm nolim hoc eſſe perſuaſum eruditorum centuriis, me cum *Budæo* rediiſſe in gratiam, qui cùm mihi nulla fuerit unquam ſimultas, nec unquam futura ſit, niſi prorſus hanc mentem mihi deus aliquis adimat. Nulla eſt inter mortales tam omnibus nexibus aſtricta amicitia, quam non aliquando nubecula quæpiam offuſcet ad tempus. Nemo mihi perſuaſit aut perſuaſurus eſt unquam, *Budæum* hominem non minùs humanum quàm eruditum, fuiſſe offenſum meo *Cicerone*. Si quid fuit offenſionis, malæ linguæ veneficium fuit. Autores aliquot ad me delati ſunt, ſed non eſt ocii tantum, ut vacet auſcultare delationibus, præſertim cùm jam ſenex aliò properem. Ego nunquam aliter animatus in *Budæum* fui, quàm decet in hominem probum, eruditum & de literis egregiè meritum. Conſultius autem viſum eſt illum meis literis non appellare. Nam ſi quis deus mutavit illius animum, ut pro benevolo ſuſceperit hoſtilem, non eſt innocentiæ culpam eſſe ſupplicem. Si talis eſt offenſio, quales ſolent ſæpe inter amicos, incolumi tamen fœdere Gratianum, incidere, illius erat expoſtulare, meum purgare. Quanquam nec hîc gravarer aliquantulum de meo jure decedere, ſi certò ſcirem quid illi doleret. Id quum nec divinare poſſim, vereor nè ſi tentem generoſo equo palpari, imprudens doloris locum attingam, & ille recalcitret undique tutus. Si eſt offenſus, illius vices ſunt reſcribere ad duas epiſtolas, quas ut ais, totum biennium apud ſe ſervavit non reſignatas. Sed quicquid eſt hoc ulceris, ſi tamen eſt ullum, optimum arbitror fore medicum τὸν χρόνον. Nec mihi deſunt quibus reſcribam, velim nolim, nec deſunt *Budæo* τὰ τοῦτον ἀφορμήματα. *Henricum Glareanum* juſſi tuis verbis ſalvere, quem ipſum opinor tibi ſcripturum. Habes, ni fallor, ferè ad omnes epiſtolæ tuæ partes. Hiſce diebus aliquot, famulus à cœna mihi inambulanti ſolet è *Budæi* epiſtolis recitare, ſi quando non eſt commodi congerronis & ad ſtomachum meum facientis copia. Vehementer probo tuum conſilium, quod in pleraſque attexueris ſchoſia. Quâ re factum eſt, ut & à plaribus majoréq; fructu legantur, & melius ferant ætatem utilitate præſenti commendatæ. In his ſunt aliquot ad *Petrum Amicum*, quem *Baſileam* adduxit *Joannes Laſcanus Polonus*, juvenis apud

ſuos

suos apprimè nobilis, atque etiam in paucis eruditus. Venit autem nullâ re alius, quàm ne χρῆναι, nam moribus illius, nihil unquam vidi purius, in quibus nullum nævum possis reprehendere, nisi quod plus satis abesset ab arrogantia ferociáque. Post menses paucos cœpit languere, nec aliam ejus rei causam divinare potui quàm frigus, cui non assuerat, nudato jam præter solitum collo ac tibiis. Nec interim desinebat crudis *Germaniæ* vinis aquæ plurimum addere. Adeò verò contigit illi, quod optare solet *Cæsar Augustus* ἠυθανασία, ut obdormiscere non mori videretur. Corpus apud *Franciscanos* pro laico sepultum est, animam spero inter *Seraphicas* mentes vivere. Hoc si fortè nesciebas, scire te volui. Bene vale. Saluta mihi *Danesium* collegam tuum, sed inprimis *Budæum* si videbitur. Apud *Friburgum Brisgoiæ*, tertio Idus Martii, Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Rot. Eobano Hesso S.

Epist. 5. ABhis quibuscum semel mihi amicitiæ fœdus legitimè Gratiarum auspiciis ictum est, ut semper sunt gratissimæ quæ redduntur epistolæ, mi *Eobane:* ita non soleo offendi intermissione literarum, præsertim ejus generis, quæ nihil habent præter salutationis officium, aut familiaritatis colloquium. Et epistolarum fasciculis sic obruor, ut interdum vix ocium sit perlegendis. Hic itaque dum culpam deprecaris, aut etiam veniam precaris, scito te μάτην τὸ ὕδωρ ἀναλίσκειν. Quod expostulas invidiosâ commemoratione, & vos bonarum disciplinarum professores, & istam rempublicam esse traductam: Primùm, reipublicæ, mox me vobis purgabo, sed paucis. Ego isti civitati, ut inter *Germanicas* præcipuæ celibritatis semper optimè volui, nec ulla data est occasio cur secus essem animatus. Si ideo putas traductam, quòd inter eas censeri videtur, quæ aliqua ex parte favent contentiosis dogmatibus, non expectabam ut illa offenderetur, si hoc obiter in scriptis significaretur, quod ipsa non cupit haberi clàm, quódq; jam multorum editis libellis latiùs sparsit fama, quàm ille meus libellus unquam sit pervagaturus. Quòd magistratus sat amplis stipendiis conduxit, qui istic optimas literas profiterentur, nemo non fatetur laude dignum. Porrò, quòd frigent auditores, atq; ob id etiam professores, nullum crimen est Reipub. cui in manu est quod honestum est consulere, successus bene consultorum in manu non est. Magistratus quod in ipsis situm erat præstiterunt, animos hominum immutare solus potest Deus. Nec tamen hujus rei mentionem affectavi, sed huc me adactum vides, ni voluissem haberi mendax, quo nomine mirè delectatus est ille qui me provocavit. Jam hoc ipsum quod à me leviter notatum est, non unis literis ad me perscripsit *Bilibaldus*, vir ut opinor gravis, suæque reipub. bene cupiens. Idem *Basileam* detulerunt homines minimè leves, ac vobis etiam privatim amici. Quòd si putas ad totius civitatis contumeliam pertinere, quoties magistratus aut in eligendo fallitur, aut successu frustratur, etiam atque etiam vide quàm iniquam legem eis præscribas, cùm exigis ab hominibus, quod solius est Dei proprium, qui nec falli potest judicio, nec eventu frustrari. Quare tibi illa, mi *Eobane*, non admodum in loco dicta sunt tam invidiosè, ac deinde cum oblapio [illegible] inquis te clarissimæ civitati eam notam [illegible] tanquam alat pigros studiorum professores? Quid multæ civitates non alant aliquándo furiosos magistratus, indoctos episcopos, luxu perditos canonicos, denique lenones, usurarios & meretrices. Non accuso magistratum, & si quid delinquunt magistratus, an continuò civitas universa sceleratum aget læsæ majestatis? Non dubito quin magistratus optaret vobis & auditorum quàm maximè frequens esse, & studiorum amorem quàm maximè flagrare: sed aliud est optare, aliud præstare. Verùm interim alit, fateor, sed aut alit invitus aut in spem melioris successus. Tantum de republica. Venio nunc ad professorum ordinem, meritò reprehendis, posteaquam quædam tuo nomine familiariter expostulas. Ego professorum neminem novi præter te & *Joachimum*, quocum ut quæque soleo inter amicos numerare, quem prodromum adhuc numero, nè putes malevolentiam mihi in emolumento fuisse quum illa scriberem. Auditorum segnitiem frigúsque vobis etiam arbitror displicere. At qui fieri potest ut calear professionis studium, si rarus sit auditor, isque dormitabundus & oscitans? Proinde, nec professoribus inscitia nota, sed auditoribus. Jam mihi finge esse unum aut alterum ex professoribus qui cesset non illiberaliter, quid aliud accidit, quàm quod hominis est? Posteaquam illi negligunt suum commodum, ignoscendum est, si professor suum ocium & emolumentum amplectitur. Succensei iis qui tale veteris vel rumoribus huc pertulerunt: non tamen hoc agis, ut doceas illos vana pertulisse, tamen ingratitudinem & incivilitatem eis objicis, qui ita bene habiti parum bonam retulere gratiam. Jam si quid tu cudis poematum, non isti tantùm civitati profuturorum, aut si quid tale molitur *Jodocus*, quid hoc ad istam profitendi provinciam? Mihi quotannis multa cuduntur, nec ob id mihi civitas hæc designat salarium. Rogas quomodo ipse me mihi excusem, qui tantum voluerim infigere hominibus animis vixque spiritum languidum tribuerim literis? Imò in hoc ipsum illa scripsi, ut segnes ad studiorum ardorem excitarem. Quum præceptor increpat segnitiem discipulorum, quid aliud agit quàm ut illos ex ignavis reddat alacres? Quamlibi langueant studia nescio, *Lovanii* & *Lutetiæ* florent ut quum maximè. Sed unde languor studiorum? Nimirum à segnitie quorundam qui se jactant evangelicos. Hoc si tu quoque doleas fieri arbitror, in idem venimus. Fortasse meum si multis persuasum fuerit istic cessare professores, pauciores studiorum gratiâ sese ad vos conferent. Vestratium itaque partium est, auditores vestros ad amorem literarum inflammare. Id si factum erit, ipsa res facilè juventutem allicier. Nec oportet eo loco vos supra modum offendiquam eadem querela sit optimi cujusque de civitatibus omnibus, ubi regnant evangelici. Hoc certè nomine vos & amo & laudo quòd in his difficilibus quiete bonas literas nullâ onerâstis invidiâ. Venio nunc ad ea quæ peculiariter mecum agis. Exprobras quòd meum nomen præclaris laudibus vexeris. Ik fateor non esse mihi molestum laudari à viro laudato, ita ni fallor, viciſſim *Eobani* virtutes si minùs quàm tu copiosè, satis tamen candidè prædicem. Nuper *Glareanus* mihi narravit ab te editum volumen Epigrammatum, in quibus frequens & honorifica

honorifica mei mentio. Id nondum videre datum est. Quod scribis de subtractis è farragine meis ad te epistolis, nec memini nec satis intelligo. Si subtractæ sunt, certè odio tui factum non est. Neque enim meæ in te benevolentiæ quicquam decessit hactenus. Fieri potest, ut cùm ederem hoc genus argumenti, tuæ non venerint ad manum, aut aliquid fuerit causæ, quod nunc non queo divinare. Unam illic meam ad te epistolam reperio. Tibi non videtur ferendum, quod in *Ciceroniano* meo nullus *Eobano* datus sit locus. Si æquum autumas, vir amiciſſime, ut me in jus vocet quicunque illic præteritus est, plusquam ducenti me rem peragent. Non enim ibi texebam catalogum eorum qui scriptis innotuissent, sed quum decem exempla suffectura fuerint ad id quod illic agitur, indulsi numero, idque sicuti parum consultè, ita ut apparet parum feliciter. Utinam in totum à vivorum, aut nuper defunctorum nominibus temperâssem. Nunc alii se queruntur præteritos, alii dolent se commemoratos, alii secus attacti sunt quàm vellent. Finiendus erat nominum catalogus, id fieri non poterat, nisi multis prætermissis. Sed omissis inquies gregariis, eximios tantùm recensuisses. Verùm qui vix gregarii sunt, sibi videntur eximii. Porrò nè tu malevolentiæ des, quòd nominatus ibi non sis, prætereritus est & *Zasius* & *Beatus Rhenanus*, quorum alterum crebrò videbam, ab altero frequenter accipiebam literas, ut oblivionem causari non queam. Nec illi tamen expostulant. Semper fassus sum, quod sibi vindicat *Franciscus Philelphus*, patrem in utroque genere facultatem tibi mirè obtigisse, sed nihil quod sciam extat tui præter Poemata. At in *Ciceroniano* meo, ut ais, sit aliquot Poetarum nomenclatura. Fortasse, sed obiter tamen, & præter argumenti naturam, ut hoc cui venia opus est veriùs quàm debetur laus, contrahi potiùs debuerit quàm dilatari. Et tamen hæc scribens nondum scio, an ibi sit *Eobanus* nécne: & nisi tu expostulâsses, credidissem te minimè prætermissum, tantum abest, ut studio tuum nomen suppresserim. Jam finge me texuisse Scriptorum catalogum, humanius erat oblivioni ignoscere, quàm de animo nostro dubitare. Abs te biennio nihil venerat literarum, & sensi nonnullos amicos mihi factos iniquiores, quòd novis dogmatibus reclamârim. Tale quiddam de te suspicari poteram, nihil tamen siniſtræ suspitionis passus sum altiùs in animum meum descendere. Sed ut descenderit, cur judicâssem prætereundum *Eobanum*, quum *Huttenum* & *Albertum Pium* recenseam, quorum uterque cruento calamo me petiit? Postremò, *Eobanus* in se habet quo se nobiliet, ut nostrâ prædicatione vix alii minus fit opus. Jam si quid vel abs te, vel à *Joachimo* elaboratum est, quod nondum prodiit in lucem, mihi quidem veniâ dignus videor si nesciam. Quòd *Theocritum* reddidisti *Latino* carmine, miror si *Siculam* illam *Venerem* assequutus es. *Homerum* opinor experiris tractabiliorem, in utroque tamen argumento vereor ut fama labori respondeat. Qui *Græcè* nôrunt, nam gliscit indies ea lingua latiùs, malunt ejusmodi autores audire suâ linguâ canentes. Laudo tamen industriam tuam, nec ea suâ laude fraudabitur. Quæ præsentem adferunt utilitatem, ea maximè videmus hominum manibus teri, etiamsi tractent argumentum humilius. Ita celebris est *Perottus*, *Rhodiginus*, *Calepinus*, *Budæus*, & *Volaterranus*. Sed *mediocribus esse Poetis non licet*, ut ait *Horatius*. Hoc seculo vix etiam summi Poetæ laudem quantam promerentur ferunt. Sed finem imponam epistolæ nimium loquaci. Isti reipub. utinam tam omnia contingant prospera, quàm ego opto. Eam per me nulla ex parte, nec puto læsam, nec lædi velim. Si vanus est rumor qui frigere istic professiones pertulit, & si falsa scripsit *Bilibaldus*, magnopere gaudeo, precórque veniam credulitati. Sin vera sunt, existimo professorum segnitiem excusatam auditorum frigore. Quod si non impetro, saltem illud persuasum habeas, *Erasmum* in te & *Joachimum* amico esse animo, in alios quos non novi nihil habere stomachi: de nostra verò amicitia tantum mihi fuisse fiduciæ, ut sive meæ ad te epistolæ ederentur sive premerentur, sive *Eobanus* esset in catalogo, sive non esset, putârim me te nihilominus benevolo usurum. Postremò, si quid hìc à me cessatum est in officio, facilè poterit alio loco sarciri. Bene vale, & *Joachimum* collegam tuum meis verbis saluta. Apud *Friburgum Brisgoæ*, quarto Idus Martii, Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Rot. Andreæ Alciato S.

Epist. 6.

QUum multis antehac argumentis singulare quoddam tuum erga me studium abundè declarâris, idque pro tui magis ingenii candore, quàm pro meis meritis, *Alciate* doctissime, nullo tamen certiùs mihi fidem fecisti quanti me facerres, quàm hisce proximis tuis literis, quibus non minùs disertè quàm amanter hoc agis, ut silentio contemptúque potiùs quàm reluctando, ab improbitate rabularum mihi quietem ociúmque vindicem. Unde enim ista tanta mei solicitudo, nisi ab abundantia quadam amoris, aut, ut rectiùs dicam, pietatis erga me tuæ proficiscitur? Istam verò cautionem mihi nec primus, nec solus occinis. Eandem jamdudum audio ab amicorum meorum præcipuis, *Cuthberto Tonstallo*, *Jacobo Sadoleto*, & *Baptista Egnatio*, quanquam ex his posteriores duo monitores penè seri extiterunt, ut prompemodum μὴ πόλεμον πλὼ συμμαχίαν παρέχειν, καὶ τὸν πεχὸν ἱαχάλειν videantur. Nec ob id tamen minùs grata est illorum voluntas, quod minus utile sit officium. Postremò, est aliquid vel serò sapere cum *Phrygibus*. Atque utinam liceat & anteacta quædam in integrum revocare. Nam nè videar patrocinari culpæ, quibusdam respondisse me pudet pigétque: quibus tamen responsurus non eram, si maluissem animi mei arbitratu rem gerere, quam amicorum non vulgarium hortatibus obsequi. Proinde cùm alii suaderent silentium, alii autores essent ut acriter stringerem calamum, temperamentum medium secutus sum, nimirum ut nec omnibus responderem, nec omnibus obticescerem, semper tamen moderatione vincerem lacessentes. Odi fatum meum, quoties recenseo tot meas apologias. Quid enim rectiùs appellem, quàm fatum? quum genius meus à nulla re magis abhorreat, atque adeo à teneris abhorruerit, quàm ab istiusmodi gladiatoriis dimicationibus, in quibus illud dici videtur, τεθνάμεν ἢ κάλλιον. In hanc arenam transversum me protrusit inelactabilis Parcarum vis. καὶ τὸ πεῖραν ἀνάγκης ἀλύτου μόρου.

Adjiciam

Adjiciam illud: Quid si hoc aliquis voluit Deus? Qui scimus, quid his rebus agat summus ille choragus, qui humanæ vitæ fabulam temperat? Nam fieri potest, ut quod nobis singulas partes contemplantibus malum & indecorum videtur, illi, harmoniam universi spectanti, & optimum videatur & pulcherrimum. In Comœdia quis non malit esse *Mitio* quàm *Syrus*? & tamen ad totius fabulæ decorum *Syrus* non infimas partes sustinet. Proinde, quòd me ad tuum exemplum vocas, fateor equidem me ad pulcherrimam speciem invitari: ad cujus invitationem me non gravabor componere, quod quidem licebit. Sed quid faciemus, si mihi longè diversam personam imposuit choragus? Est isthuc quidem raræ cujusdam & moderationis & prudentiæ, quod uti scribis, imperitos silentio transmittis, doctissimos humanitate reverentiáque demereris. Sed tibi cum hominibus res est, mihi cum exitialibus monstris: imò non cum singulis monstris, quemadmodum *Herculi* fuisse narrant, sed cum multis conjuratis phalangibus, & in his nulli magis lædunt, quàm qui sunt imperitissimi. Leones & dracones mansuescunt officiis, isti beneficiis exasperantur. Principibus ac populo sanctimoniæ personâ commendantur, clamant hæreticum, schismaticum, falsarium. Adversùs hos nisi ante annos octo strinxisset calamum, jam ictus fulmine jaceret *Erasmus*, tantum letalis veneni & in aula Cæsaris & in sacris concionibus apud imperitam multitudinem effuderant. Neque segniter suas partes egerunt quidam apud *Clementem* Pontificem. Itaque si rogas, quid profecerim, compendio dicam: Hoc quòd vivo, calamo linguæque debeo. Ipsos nihilo placatiores habeo, sed eruditi, integri, candidíque meis apologiis armantur adversùs ejusmodi monstra, nè quantum illis libet, tantundem & liceat. Postremò, à funere quum jam tacebit *Erasmus*, fortasse loquentur apologiæ. Tu præterquam quod in magnifico plausibilíque munere versaris, propriis etiam ornamentis, excellenti doctrinâ, comitate morum, singulari prudentiâ, ceu fulgore radianti, facilè submoves tenebrionum improbitatem. Jam si quid inter vos oritur dissidii, tantùm de ingenii præcellentia concertatio est, ut hæc ἔρις juxta *Hesiodi* sententiam, non parum etiam utilitatis adferat studiis, modò nè exeat in rabiem. Mihi cum morosis & cerebrosis res est, à quibus si quis verbo dissideat, confestim audit hæreticus, schismaticus, falsarius, atque in fortunarum famæ, vitæque periculum pertrahitur. Tanta autem est illorum immanitas ut præstet in *Cyclopum* ac *Læstrygonum* manus incidere. Monarchæ tot districti negotiis, non possunt ad omnium technas esse intenti, & tamen horum favore substiti hucusque. Sunt enim, ut nihil aliud, homines: in quibus si tanta fuisset immanitas, quanta est in personatis, jam olim linguæ cum melioribus literis exularent apud *Nomadas*, vel apud *Orcum* potiùs. Siquidem apud nostrates crassæ mentis homines minimo minus persuaserant populo, nihil interesse inter bene *Latinum Græcí*que sermonis peritum, & inter hæreticum. Et tamen cum his portentis satis æquo *Marte* pugnabamus, nisi rerum humanarum scenas invertisset hic subito βροντεὶς ὁ πᾶς δεσμάτι λύκος, qui ut Musarum cultoribus vocem ademit, ita ranis auxit. A qua fabula utinam mihi per Principes licuisset esse quietum. Quid igitur efficis, *Alciate* disertissime, dum [illegible] num proponis exemplum? Quid? Nisi [illegible] bi, tum studiis istam gratuler felicitatem, [illegible] um agnoscens fatum ipse mihi mitem [illegible] *Alciatus* inter candidos deorum filios [illegible] dus est, felix, & pulcher, & acer, & si [illegible] ne cantans, breviter ἐξ οὗ φίλος βασιλῆος [illegible] probabilius theologo veterum theologorum exempla proponis. *Cyprianus* audivit *Cæcilium* Quid ni tale convicium neglexerit tantus Spiritus: quum ego toties mutato nomine, nunc *Erasmus* ab *errando*, nunc *Arasmus* ab *arando*, nunc *Erasinus* ab *asino* vocatus, nihil aliud quàm rideam? In *Augustini* vitam nemo acrius strinxit calamum, partim ob omnem ætatem innocentem tactam, partim quòd jam grandis venit ad baptismum, & tum temporis improbissimum habebatur cuiquam objicere, quod ante renatus lavacrum esset commissum. Et tamen ad leviusculas probra respondet, velut ad cenodoxiæ convicium: adversùs fidei calumniatores nunquam non est in armis, & peculiari libro respondet ad articulos ipsi objectos. Mirum est autem virum tanti ingenii tantáque humanitate præditum, à quoquam prorsùs inceptum potuisse conviciis. *Hieronymi* fatum non ita valde dissidet à meo. Ubi non detestabatur in canes suos oblatrantes? Quoties, inquis, periclitabatur *Christiana* philosophia syncera, ibi calamum stringebant, nè simplices pellicerentur in errorem, ad privatas injurias flebant. Nec aliud opinor agitur in meis apologiis, quàm ut depellam crimen hæreticæ, aut schismatis, aut falsi. Ad hæc autem mansuetus esse, non est lenitas, sed impietas. Adversùs eos qui suggillant ingenium, eruditionem, eloquentiam, judicium, aut etiam mores, plerunque nec linguam habeo nec calamum: aut si quid respondeo, contemptim levíque brachio id facio. At *Hieronymus*, quàm non sine stomacho conflictatur cum *Augustino*? quàm amarulenter detrectat cum *Rufino*? Nec paucis locis perstringit *Pelagium*. An indiligenter respondet his, à quibus Roma fuerat insimulatus, quod æquo familiarius esset *Paulæ*? Illud igitur vide ut amanter potius quàm ex re tibi scriptum est, Falleris, *Erasme*, si tam malè de nominis tui majestate dóque studiosorum in te observantia judicas, si arbitreris hujusmodi obtrectationibus, de arce te eruditionis ac probitatis quam tamdiu possedisti, posse dejici. *Majestas* & *arx* amoris tui vocabula sunt, non rei. Sed si *Hieronymum* nec incomparabilis eruditio, nec admirabilis eloquentiæ fulmen, nec rara sanctimonia, nec tot meritis quæsita autoritas potuit ab improborum latratibus tueri: quid de me censes, cujus mediocritas omnibus invidiæ telis exposita est? Livor enim nec vehementer erecta petit, nec humi repentia. Quid quod illud etiam mihi persuadere niteris, ut perinde ac devictis hostibus adornem triumphum. Atque ex præsentia scriptoribus commemoras opus *Adagiorum*, *Novum Instrumentum*, *Paraphrases*, & *Annotationes in Hieronymum*. Παροιμιολογία mihi non multum contulit invidiæ, atque utinam in similibus argumentis transegissem omne tempus. *Novum* verò *Testamentum* eos potissimùm irritavit in me, quos oportuit præ cæteris industriæ nostræ gratias ingere. *Paraphrases* diu plausibiliter versabantur per manus hominum, donec cancer quidam, haud scio

sûis unde obrepens, cœpit etiam has vellicare, non ob aliud, nisi quòd in his multi priscos interpretes sequi, quàm recentium Scholasticorum placita. Quin & *Hieronymi* editio initio sat æquis animis excepta est, donec exorirentur quibus hoc decretum videtur nihil non calumniari quòd ab *Erasmo* prodisset. Porrò, quum res mihi sit cum utrisque acie, tamen quàm non multum temporis hujusmodi rixis impendatur, vel illud argumento est, quòd interim nobis si non dives ille *Alcinoi* hortus, quem miratus est *Homerus* ἀεὶ πάντα φέροντ' gignentem, certè *Corycii* senis hortulus quem *Maro* celebrat, subinde nonnihil profert holusculorum. Nam aurea mala in tui similium pomariis nascuntur. Possem & pluribus tuis lemmatis ἀντιστροφὴν, sed id malim in alio quopiam argumento. Hic ingenuè culpam nonnullam fateor, eámque non levem. Tamen quod hortaris, nec sponte jamdudum meditor, multò id diligentiùs facturus tuo admonitu. Tuæ felicitati gratulor, cui obtigerit ea professio, quæ minimum habet commercii cum istis crabronibus: tuámque prudentiam vehementer probo, qui sedulò das operam, nè tibi cum quoquam incidat amarulenta conflictatio. Si *Longolius* hoc operæ temporisque dedisset *Græcis* autoribus, quo se exercuerit *Romæ*, ut tandem inter *Ciceronianos* ac citeros *Romanos* scriberetur, rectiùs ni fallor tum sibi cum publicis studiis consuluisset. Sed illud ingenium invida fata terris tantum ostendere voluerunt. *Budæus* vir est minimè malus, & si quid in quem stomachi concipit, magis id facit alieno impulsu quàm suâpte naturâ, & alioqui placabilis ingenii, nec unquam usque ad virulentiam excandescentis. Inter illius epistolas aliquot reperi, vel ad te, vel de te scriptas, in quibus satis declarat, & quàm præclarè de tua doctrina sentiat, & quàm ex animo commodis tuis faveat. Eas ego non sine magna animi mei voluptate legi. Quòd *Sucquetum* nostrum, tuæ *Minervæ* alumnum, singulari studio tum ornas tum provehis, tibi gratiam habeo maximam: nec enim piget fateri me isto nomine tibi factum multò obligatiorem, quum ante fuerim obstrictus plurimis. Quòd autem istum favorem præstas, ut scribis promerenti, illi bis gratulor, primùm ut felici, cui contigerit tanti viri candidum suffragium: deinde beato, qui ejusmodi virtutibus sit locuples, ut sese perspicacissimo simul & rectissimo judicio tuo probare valuerit. De *Viglio* scripsi *Zasio* non indiligenter, neque enim aliter colloqui possumus, ego ἀφυὴς, ille ἀλυσιτελὴς. Nihil respondit, idque præter morem suum. Impetravit hoc *Zasius* à Rege *Ferdinando*, ut etiamsi senectuti suæ daret rudem à profitendi munere, non sit tamen fraudandus solito salario. Sed ille nec ætati nec valetudini indulget, pulchrum ut arbitror existimans doctorem profitentem mori. Hæc academia quanquam aliàs non admodum frequens, pestilentiâ facta est infrequentior. Sed speramus tempora commodiora. Si quid humanitùs acciderit *Zasio*, aut si desineret professionem, arbitror *Bonifacium Amerbachium*, si ambiat, in ejus vicem successurum. Est enim inter illos arctissima necessitudo, & *Bonifacius* ob raram morum probitatem apud omne genus hominum gratiosus est. Accedit huc summa rerum caritas, eáque crescens indies, quum

A decrescat numerus *Si virûm Horos*. Qui rerum status maneat *Germaniæ*, nescio, mihi certè vehementer displicent *πρόοιμια*. Quòd si *Viglius*, seu *Vigilius* potiùs, theatrum quærit in quo doctrinæ suæ specimen edat, non video ubi id possit rectiùs quàm *Lovanii*. Ante annos quinque significàram Declamatiunculam *Vulcanio* traditam, quòd tu ita jusseris, próque officio mihi gratias egisti, nimirum iisdem literis quibus *Pyrrhi* mortem deplorabas. Miror istam sollicitudinem repullulâsse in animo tuo. Sed verissimum esse video quod *Græcorum* proverbio dicitur, *Δὶς ὁ πόνος*. Mille coronati reddunt te timidiorem. Verùm quod scripsi repeto, si nullum exemplar apud alios resedit, quod ad me mihi missum pertinet; ponesmi *Alciate* non solùm in utramque aurem, sed in utrumque etiam dormiré oculum. Procul absit à me hic animus, ut vélim aliquid edere tuæ famæ nocitulum, præsertim admonitus tuæ voluntatis. Videbam hanc epistolam tuam postremam non minùs eruditam quàm eloquentem prodiisse, ut in utilitatem plurimorum ederetur, sed ob voces quasdam illic insperfas eam cogitationem repudiavi, quando nunc ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἄπτου. Bene vale. *Friburgi Brisgoiæ*, pridie Calend. April. Anno millesimo quingentesimo trigesimo primo, juxta nostram supputationem.

D *Erasmus Rot. Danieli Stiburo* S. D.

POsteaquam tu nos reliquisti, *Stibare* charissime, omnes bonæ felicitates me deseruerunt. Nondum redierat vigor ex morbo, quo me salutârat Martius. Postridie *Paschæ* venturi quidam sceleratissimi, qui toto penè Aprili spirârunt hic, sed à prandio duntaxat, Etesiæ videbantur, nam ante prandium spirabat Aquilo aut Eurus, occupârunt alvum infra umbilicum, unde tormina crudelissima. Quum duraret malum, accersivi medicum, virum humanum, nec indoctum, sed quoniam nec corpusculum hoc, nec mali naturam novit, nihil hactenus attulit opis, imò quæ dedit ferè nocuerunt. In hoc statu jam ultra mensem ago, non aliundè spem habens quàm à misericordia Domini. Multi hic laborant peste & sudore pestilenti, torminibus alvi non pauci. Si tibi sunt res ex sententia, est quod vehementer gaudeam. De rebus novis puto vos omnia melius scire. Bene vale, *Stibare* charissime. *Friburgi* vigesimo tertio Maii. Anno M. D. XXX. Periit ille doctor *Hieronymus*, qui te vidente ex equo nos invitavit, ad actum solennem, quum & vos locustarum specie toti virides obequitaretis. Laboravit & *Lodovicus Berus*, sed utcunque revaluit. Saluta mihi *Mauricium Huttenum* amanter.

Epist. 7.

Erasmus Rot. Petro Mesiæ S. D.

SUb nundinas *Francofordienses* semper quidem obrui soleo, partim studiorum laboribus, ob præla tum maximè tumultuantia: fervent enim in officina *Frobeniana* perpetuò non pauciora sex præla: partim epistolarum cumulis ex omnibus mundi plagis advolantibus, quibus interdum respondeam necesse est, quo tempore vix soleo tueri valetudinem: nunquam tamen magis degravatus sum quàm hoc tempore, adeò ut nec horulam

Epist. 8.

dare

dare licuerit diebus quindecim graviter afflictæ valetudini. Jam ad finem aspiranti, venit tuus fasciculus cum libello *Graeculi*, postridie multò maximus etiam fasciculus ex *Italia*. Itaque paucis tecum agam oportet, *Petre Mesia*, vir animo meo charissime. Pieratem erga me tuam abundè testantur tuæ literæ, nihil aliud spirantes quàm ἀρθον quendam amorem, quem ego lubens amplector, respondsurus etiam pro mea quidem virili. Cæterùm quod hortaris ut juveni glorioso respondeam, etiamsi fuisset amplissimum spatium, nam tuæ literæ serò venerant, tamen verbum non eram respondsurus. Sentio quantum flagitium admiserim, quod illum ullo responso dignatus sim. Animus hoc mihi præsagiebat, & amicus quidam candidus *Alfonsus Valdesius* admonuerat per literas, nè blateroni tantum haberem honoris, ut uno verbo responderem. Sed is cui tradidit literas, serò mihi reddidit. Libellus paulo ante ad me venerat missus è *Lutetia*, & ibi clàm excusus per *Seraphicos Franciscanos* contra Senatûs edictum, suppresso typographi nomine. Quo magis suspicabar esse nomen fictitium. Itaque non est animus peccato peccatum addere. Est *Lovanii* quidam ejusdem Ordinis juvenis, isto vestrate paulò doctior in sacris literis, atque etiam modestior, tametsi prodigiosæ gloriæ & petulantissimæ loquacitatis, sed qui illis mos est, religionis fuco tam malè dissimulatæ, ut nemini non pelluceat. Is annotavit in *Annotationes Vallæ*, *Fabri*, & meas in Epistola ad *Romanos*, sed in me propriè stringit calamum. Respondi paucis absque ipsius nomine, sine conviciis, nisi quòd indicavi juvenem nec *Græcè* nec *Latinè* peritum, nec instructum lectione diversorum autorum non esse parem ei provinciæ. Misi libellum *Lovaniam* ad amicos, ut dispicerent num expediret excudi, verebar enim nè glorioso protinus surgerent cristæ. Excuderunt, pessimè cessit. Ille statim quasi voto potitus, multos libellos parturire cœpit, plenos indoctissimæ loquacitatis. Ridetur à doctis omnibus. Ipse suorum fratrum applausu contentus est. Dices, Quid igitur? Patiemur illos impunè triumphare? Vinci non possunt etiam victi, ac prostrati, tamen urgent & attrahunt adversarium, quemadmodum solent pertinaces, sed imperiti palestritæ: & utcunque res ceciderit, hoc ipsum istis abundè magnum trophæum est, extorsisse responsum ab *Erasmo*. Magna certè gloriæ pars illis decesserit, si me quiescente fuerint tumultuati. His remediis potius cum illis agendum est: Deferendus est typographus ad magistratum Cæsareum, qui contra Cæsaris edictum ausus est istiusmodi nugas edere, suppresso suo nomine. Indixerat monachis silentium R. D. Archiepiscopus *Hispalensis*: monendus est & is, ut patres illos qui tales histriones subornant, autoritate suâ coerceat. Vir gravis est & pius, cui tales libelli probari non poterunt, etiamsi mihi parum faveret. Sunt & alii qui mihi bene volunt, Archiepiscopus *Toletanus*, & *Don Emanuel*. Unus typographus bene mulctatus, aliis erit exemplo. Ipse *Guardianus* adeundus est, ac rogandus unde habeat hoc exemplum ex institutione divi *Francisci*, ut famosis ac seditiosis libellis præter edicta Principum incessant famam hominis, cui tot ecclesiæ Principes reddunt amplissimum testimonium, quorum aliquot, *Thrasonicè* fortassis, sed infra verum retuli in literis ad germanum tuum. In literis Cæsaris hæc inerant verba: *Bene [illegible] esse volumus, tibique persuadeas nos [illegible] existimationis rationem nunquam [illegible]* in alteris eandem sententiam [illegible] tiùs, *Se non minore studio defensurum [illegible] nominis, quàm sui ipsius.* Vide Princeps tales libellos sit probaturus. [illegible] lud remedio, si clàm admoneantur [illegible] nè quid dent taliùm libellorum [illegible] habent pudoris, conscientiæ multò [illegible] tant sibi licere quicquid libet. Si [illegible] quid decedere culinæ, hoc demum [illegible] aures habent non in capite, sed in [illegible] curabitur ut Cæsar & ipsius Cancellarius [illegible] gant scurriles istorum tumultus. [illegible] vis faciam, patiárve potiùs, quàm ut [illegible] imperitorum næniis respondeam. [illegible] illius, ut vocas, non legi, nec est [illegible] re, sed oculo percurri titulos aliquot [illegible] Dedicavit tam præclarum opus Principi [illegible] cui, & in initio decantat *Eumenium* [illegible] ta suffurans ex *Querimonia* mea [illegible] gressus facit *Erasmum Behemoth*, & [illegible] reticorum omnium sub titulo pacis bellum Christo inferentem. Ego nolim me hoc [illegible] em totum esse superstitem, nisi Christi gloriam [illegible] synceriter & ex animo faveo. Deinde [illegible] nobis orationem cujusdam, qui in [illegible] matim enarrâsset errores meos horrendos, [illegible] quo mihi scripserant quidam, & omnino si [illegible] fide recitat hic, expeditè proposuit, sed [illegible] cissimè, & à doctis tum habitus est pro [illegible] monacho, ut erat revera. Mox [illegible] laudes Principis, rogat ut componat [illegible] me meósque seditiosis libellis in [illegible] tatum, méque adigat ad palinodiam. Quæ seditiosos libellos narrat? *Apologia* [illegible] bet seditiosi, & probata est à *Mercurio* Cancellario. Quis adegit *Carvaialum* [illegible] endum? Eum irrisi non ut monachum [illegible] putabam, ludionem subornatum. Hic in [illegible] one. Deinde, ut probet nobis [illegible] recitat aliquot loca ex Epistolis [illegible] bus fortassis extorserat commendatitias, [illegible] isti solent, nam & sic mendicant: [illegible] men, quod sciam, Theologus est; certè nec *Paulus Leus* est. Quòd si talibus testimoniis res agitur, quos epistolarum cumulos à qualibus viris scriptarum possim proferre? De *Termino* [illegible] stolidissima cavillatio, tamen non accipit [illegible] onem meam, quasi ego fuerim unquam [illegible] nus, ut non dicam in universis, sed in [illegible] disciplina me prætulerim omnibus. Et tamen hic referuntur, *Plus ultra*, & alia quædam [illegible] quid multis? vicit Cacalalus. Alicubi [illegible] tans dico, *Posset hìc videri in Christo [illegible] mitas:* colligit ille, *fuit in Christo infirmitas*, multis blasphemiam. Multa hujus generis colligit [illegible] atque hinc ex libris meis nullo ordine. Unde ego didici, quid sibi vellet quod de scorto meo [illegible] nerat: nam ipse nunquam quivi divinare. Est *Colloquium scorti & adolescentis*, hoc ille vocat *Scortum Erasmi*. Utinam non sint scorta [illegible] ter eos, quibus hoc *Colloquium* videtur [illegible] cum. Docet & illud nos, Cæsarem & [illegible] que *Hispaniæ* Principes esse monachos, [illegible] culla, Cæsarem abbatem: nec hoc [illegible] [illegible]

...debet, quum & *Christus* faciat abbatem, ...epistolos monachos, & Virginem matrem ...chum. Dixeram, *Mihi ut quisque ad Fran-...pictatem proximè accedit, ita fuit, est, & erit ...christianissimus.* Hinc ita colligit, *Franciscus ...suæ, laudis paupertatem. Franciscus cœlebs fuit ...ejus, laudo cœlibatum.* Sic potiùs colligere debuerat, *Ergo qui velit amari ab Erasmo, ad Fran-...ipsi vitam se conferat.* Tales enim revera semper amavi, & adhuc amo. *Lovanii* cum *Franciscanis* nihil fuit amicitiæ *Christianæ, Leus* primus clàm inserit aliquid mali seminis, id post excitârunt illi, donec prodiret ille glorioſus, quem vulgus appellat *Dei corniculum. Basileæ* conjunctissimus fui *Franciscanis*, donec tenerent rectum cursum. Hic *Franciscanos* habeo tam vicinos, ut in cubiculo audiam canentes perinde ac si essem in templo. Summa est inter nos amicitia, qui nulla est inter eos malitia. Habent concionatorem probum ac modestum, qui *Erasmum* interdum etiam honorificè, citat in concionibus. Sint pauperes, qualis erat *Franciscus*, nemo non amabit. At isti nomine pauperes sunt, re divites, habent scrinia sua, habent procuratores, habent assignationes; quanquam hæc non insector, nemo invidet illis victum & vestitum, modò nè insultent in capita hominum. *Franciscus* fuit cœlebs, etiámne putat idem esse cœlibem & castum? Castitatem quis unquam damnavit? Illa non absque risu legi, *Franciscus fuit modestus, humilis, abjectus, injuriarum patientissimus, Christi crucifixi sectator incomparabilis, ferventissimus prædicator, & ecclesia semper obediens, exulte, commenda, suscipe, non modò Franciscum, sed & illos qui per vestigia Franciſci sequuntur principem Christum.* Equidem *Franciscum* semper existimavi bonum virum, nec invitus amârim illos quos viderim per illius vestigia sequentes principem *Christum*. Tales igitur se exhibeant, & mecum expostulent, si non laudâro. Sed opinor, si viveret *Franciscus*, Cacalalum non agniturum pro germano filio, nec ab illo laudari velle, nihilo magis quàm *Paulus* voluit à puella *Pythonissa*. Magistamen laudârim qui per vestigia *Pauli* sequatur *Christum*, qui suum Evangelium voluit esse ἀδέσποτον. Postremò, terret nos fulmine Pontificis. Ipsi lædunt Ordinem, qui malâ vitâ, fatuísque libellis dedecorant suum sodalitium. Audaciter mentitur quòd multi libris editis pronunciârunt me hæreticum. Hoc nec *Bedda*, nec *Hochstratus*, nec *Latomus*, nec *Leus*, nec *Sutor* fecit quod sciam, & si quis fecisset, convicium est, non judicium: nullâ legitimâ sententiâ ullus librorum meorum pronunciatus est hæreticus. Sed nimis multa, mi *Petre*, de istius juvenis ineptiis, qui nihil adfert præter indoctam arrogantiam, & effrenem linguæ volubilitatem. Utere commonstratis remediis, aut si qua potest commissi rectiora. Ego si quid potero non dormiam. Ad respondendi certamen non proliciar posthac, nisi scribant aliter, quod à *Franciscanis* non expecto. Qui docti sunt ac pii favent, stolidos ac glorioſos nihil moror. Ego interim pergam pro mea virili, pietati literisque consulere, tu cum germanissimo germano suaviter vivito in Musarum viridariis. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* tertio Calendas Aprilis, Anno Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Augustino Mario S. D.

JAm ultra mensem mihi res est cum tenacissimo malo, torqueminibus alvi. A me dico nihil opis, de Domini misericordia nunquam desperandum. Laboravit & *Bernus*, sed revaluit, licèt eorum adhuc langueus ut metuat recidivum. Nàm felicissima mihi fuit illa tui commendatio, per quam ego tanto Principi factus sum & notus & charus. Pro mea commendatione nihil mihi debes, habes in teipso pharmacum, quo bonos omnes tibi conciliâs. Mitto aliquot exemplaria epistolæ ad gracculos, quo gratificeris amicis. Ut autem istic edatur vel ob id non probo, quòd hac occasione solicitantur homines, ut cupiant videre libellos graculorum, atque ita fiunt vendibiliores. Imò meipsum pœnituit illius epistolæ. Multa illic magnificè prædico de mea valetudine, eam magniloquentiam audisse videtur *Nemesis*, quæ me in hoc malum conjecit. Nec satis idoneam video causam, cur meam, vel ad te, vel ad R. Præsulem excudi cures. Si dabitur valere, reperietur aliud argumentum editione dignius. Etiam atque etiam te rogo, nè me desinas optimo Principi tuo commendare. Theologum istum cujus nomen me nescire maluisti, nisi fortè est *Vengus*, meis verbis salutabis & amanter & diligenter. *Vulturius* furtim *Argentorati* curavit epistolâ meam edendam cum scholiis, hoc est, scurrilibus conviciis. Id per literas significavi magistratui *Argentinensi*. *Emmeus* dicit typographum è nundinis reversum conjectum in carcerem. Nunc prodiit cum nomine typographi, sed tacito nomine urbis, prolixum nugamentum, cujus nihil legi præter titulos, nec est animus legere. Liberet pluribus tecum agere, si valetudo pateretur. Pridie *Parasceves Oecolampadius* propositis argumentis suis hæc adjecit (audita narro) His nec *Lutherus*, nec *Erasmus*, nec totus mundus poterit respondere. Bene vale. *Friburgi Brisgoiæ* XXII. Maii. Anno M. D. XXX. *Epist. 9.*

Erasmus Rot. August. Trivultio Card. S. D.

ALius hic, ornatissime Princeps, sollicitus esset in deprecanda temeritatis & impudentiæ nota; ego verò nullam hac in parte sumpturus sum operam. Nam si quid hìc peccati est, quòd ad tantum scribam tantulus, quòd nullo argumento, quòd nullâ occasione præbitâ, denique quòd ut occupatissimus illaboratâ atque extemporali epistolâ virum tot nominibus summum compellem, id totum in *Germanum Brixium* rejiciendum arbitror, ut ille pro me vel causam dicat, vel, si videtur, det pœnas. Non solitus sum & aliàs homini mihi charissimo facilè quicquam negare, vel si moneat tantùm. Nunc verò tam violentis precibus, obtestationibus, atque etiam minis mecum egit, ut propè denunciârit inimicitiam, ni hac in re morem ipsi gererem. Huc impulit hominem admirabilis quædam amplitudinis tuæ, tum admiratio, tum amor. Misit ad me justam epistolam, nihil aliud sonantem, quàm eximias *Trivultii* virtutes, in qua tota miram ac gestientem exultationem, gaudiorúmque tumultum, ut ita loquar, quandam videor agnoscere, adeò gestit, adeò sibi gratulatur, quod *Trivultio* dies aliquot frui contigerit. Sed illi non venit in mentem, quòd quo magis at- *Epist. 10.*

tollit & fortunæ tuæ majestatem, & corporis animíque divina ornamenta, hoc magis me ab eo deterret ad quod hortari contendit, præsertim quum in literis quoque doctrinam tuam absolutam, ac judicium excussum mihi deprædicet. Quid quod exigit epistolam te simul ac me dignam? Unò tamen telò me præcipuè dejecit, quod quum scribit te mirò candore favere nomini studiísque qualibuscunque nostris, ingratitudinis dicam minimetur, nisi literis declarem me tanti viri propensam in me benevolentiam agnoscere. Quid facerem? Eram plusquam obrutus necessariis laboribus, & tabellio fortè oblatus est, qui mox parabat abitum: denique ex *Brixii* meæ literis intelligo te ibi non diu commoraturum, nec semper obtingunt quibus literas committamus. Itaque perfricui frontem, & ornatissimum Principem incomptâ epistolâ statui appellare. Primum itaque hoc in præcipua felicitatis meæ, si tamen est ulla, parte numero, quòd heroi numeris omnibus absoluto meum ingenium, meæq; literæ non omnino displicent, cujus unius judicium mihi pro confertissimo theatro habendum existimo. Quid quod similium virorum favor mihi pro baculo est, quo animum in hac ætate ac valetudine, in his assiduis & iniquis laboribus, denique in hujus ingratissimi seculi tædiis interdum fathiscentem ac subsidentem fulciam. Si non datur omnium applausum mereri, est aliquid his qui in orchestra sedent placuisse. Ista tot commoda, tot decora, tot animi bona tibi gratularer, vir clarissime, si tibi modò ea possiderem: nunc quum quicquid in te Deus Opt. Max. contulit, id in omnium utilitatem publicè privatímque dispertias, magis gratulor Ecclesiæ sanctæ, gratulor *Christianæ* pietati, gratulor optimis studiis talem patronum, propugnatorem, altorem & amicum. Post diutinam tempestatem *Italiæ* tandem contigit optata tranquillitas, *Galliæ* post discussa nubila rediit serenitas. Feliciter ubique reflorescunt bonæ literæ, licèt nusquam feliciùs quàm in *Gallia*, optimi Regis felicibus auspiciis. Si *Germania* febrim hanc possit excutere, sperarem aureum quoddam seculum, mihíque luberet si liceret, etiam repubescere. Video labyrinthum vix explicabilem, nondum tamen omnem abjeci spem, præsertim quum aliquot tui similes velut aves læta pollicentes appareant, nec sinant despondere animum. Precor ut *Christus* Regi *Christianissimo* tranquillitatem hanc perpetuam esse velit, suámque in te munificentiam semper augere dignetur. Unum abs te petam, ut hunc senioulum in tuorum clientulorum adscribas numerum, cujus operâ si quid putabis effici posse, connitar ut intelligas omnia mihi defuisse potiùs, quàm gratificandi studium ac propensam voluntatem. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* tertio Calend. Febr. Anno M. D. XXXI.

Erasmus Roterodamus Guilhelmo Juniori Duci Juliacensi S.

Epist. 11. UT tu geminum tui μιμέσωμον apud me esse voluisti, clarissime juvenis, alterum quod absenti corporis tui speciem mihi repræsentaret, alterum quod animi tui simulachrum exhiberet: ita & ipse geminam cœpi voluptatem; nam & insigne poculum meos amicorúmque meorum, quibus id ostentare soleo, oculos delectat: & epistola tuis digneis depicta, atque ut [illegible] prompta, quòniam admirabilem [illegible] lem spirat ac refert, [illegible] diis animum meum, quo merear [illegible] nis istis commodis præstantiora. [illegible] poculum mittere quivis Principum [illegible] epistolam scribere non ita [illegible] bene *Latinam*, insperso aliquo [illegible] rum emblematis, deinde sobrium, [illegible] philosophicis. Poculo titulum boni [illegible] ἀγαθῆ ἐλπίδι· hoc omen ut maximè [illegible] artifex metallo, tu tamen longè felicius [illegible] tuis illis literis, Principem nobis & [illegible] istâ ditione tum amplâ tum laetissimi [illegible] pollicentibus. Dedisti quod & amici [illegible] ostentem poculum, ut amici tanti Principis [illegible] citiam mihi gratulentur, inimicis [illegible] epistolam ut tuæ sortis adolescentem ad philosophiæ studium extimulem. Meritò ibi [illegible] exemplum *Dionysii*, qui celebres [illegible] tatis ac doctrinæ viros, non in aliud [illegible] bat, quàm ut per eos apud populum [illegible] mam aucuparetur. Hic enim fucus erat, non tutis studium, & hoc erat aburi [illegible] pientium, non uti. Tibi verò qui [illegible] bonum Principem, quàm simulare, [illegible] illud *Sophocleum*, ὁρᾷ τὸν ὄντα ἢ [illegible] quid istâ tuâ modestiâ amabilius, quid [illegible] tam latam rámque magnificam *Spe* [illegible] cujus rectè administrandæ quàm [illegible] majorem curam esse significas? Maxime [illegible] esto, Princeps inclyte: cujus utinam [illegible] monarchæ, levioribus tempestatibus [illegible] res humanæ. Ista nimirum est boni [illegible] pars, quam *Plato* requirit in his qui [illegible] administrant, non ut sophistico more [illegible] de Principiis rerum, de Infinito, de [illegible] Motu, de Exhalationibus, déque his [illegible] gnuntur, quanquam nè hæc quidem [illegible] rum est Principi, sed ut animum [illegible] bus vulgi cupiditatibus superiorem, [illegible] simul & consilia sua Reipub. [illegible] metiantur. Hæc experientiâ rerum [illegible] perlongum est, tum humano [illegible] quæ non solùm compendio, sed etiam [illegible] philosophiæ præceptis, vel è sapientum [illegible] percipiuntur. Nemine consulto quisquam [illegible] rei aggredi tyrannicum est: at qui [illegible] variis sententiis quod optimum [illegible] gat, vel eliciat, necesse est ut ipse [illegible] beat in pectore. Quot malis videmus [illegible] *Galliam* & *Italiam*, imò totum ferè [illegible] que concuti? à quibus poteramus [illegible] Principes quidam animum verè [illegible] obtinuissent, maluissentque Reipub. [illegible] quàm privatis cupiditatibus inservire. Hujus verò philosophiæ duplex est munus, alterum [illegible] perspiciat quid sit rectum & utile, alterum [illegible] quod ratio suaserit, nullo privato affectu [illegible] sed in bene consultis constanter perseverat. Proinde spem nostram jampridem de te concepimus [illegible] mediocriter confirmat, quod audio tibi [illegible] utrunq; esse, quum aliis Principe dignis [illegible] præditum, tum hâc præcipuè, quòd [illegible] cissimi sunt adversùs eos, quorum [illegible] nora nullam merentur misericordiam; in quo numero ponendos arbitror, qui latrocinio [illegible] viatorem. Id quum per se sit scelestissimum,

scelestius, quoties ii qui salutem abeti- A pertinaciùs contendere, nè non mo dò non vincas, verumetiam in me quoque reddas irritatiores. Meliùs desinent defessi, nullo reluctante. Multi resipiscunt, tametsi quosdam pudet fateri. Nunc aliud lemma quæsitum est, me totius hujus tragœdiæ seminarium præbuisse jactitat. Istiusmodi genus animantium semper habuit mundus, semperque habiturus est. Sed *tutius est male audire, quam bene facere.* Illud nobis curandum est, B ut, omissis crabronibus, inter bonarum literarum cultores constet benevolentia. Nam & hanc *Italus* unus atque alter conatur dirimere. Ita solent qui tyrannidem affectant, aliorum dissidiis suas augere vires. Quod attinet ad perpetuam inter nos amicitiam, apud me quidem *Brixio* nec obside nec teste fuerit opus, posteaquam te tabulis obsignatis astrictum habeo. Volo autem & hanc epistolam sic extempore meâ scriptam manu chirographi legitimi pondus habere. Acceperam *Danesio* delegatam provinciam *Græcè* profitendi, nisi fortè duo professores uni linguæ designati sunt. C Si quid læsit epistolium editum, isti nævo facilè medebimur. Pergratum erit, si frequenter ad nos scripseris. Bene vale, vir amicissime. *Friburgi Brisgoiæ* tertio Calend. Feb. Anno M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Francisco Cassandro S. D.

PRo isto tam solicito mei amore, *Cassander* or- D *Epist.* 13.
natissime, nisi te vehementer amem, possem è cœtibus prognatus, à tigride enutritus videri. Posteaquam apostema ferro apertum est, paulatim revixi, nec tamen vigor rediit, nisi sub hyemem. Diu pòst animus à studiis abhorruit, ac ceu *Proteus* quidam in omnia se vertit, ut è vinculis elaberetur. At ego contrà hoc acriùs contendo tenacia vincla. Subinde tentavi, si posset, ad opus *De ratione concionandi* incalescere. Nihil egi. Tandem extudi, ut sequeretur ad tractationem *Apophthegmatum*: E quod hoc argumentum præterquam quòd plurimum habet amœnitatis, videtur & meo genio cognatum. In eo an aliquod fecerim operæ pretium, ipse judicabis. Enarravimus *Psal.* 33. in gratiam eximii Præsulis optiméque de me meriti *Virdenburgensis*; ab alio tamen designatum, nec divinare possum quam ob causam. Nec aliud ferè nobis hac hyeme gestum est, nisi quòd præfatissimus in *Aristotelem Græcum*, & in *Titum Livium* quinque libris auctum. Scripsimus multas epistolas ad Proceres Synodi *Augustanæ*, sed eas F non expedit hoc statu rerum evulgari. Habes ad utrunque, & quid valeam, & quid Musarum auspiciis gesserim. Illud te latere nolim, nihil huc perlatum præter primas illas tuas literas, quibus per occasionem quæstiunculæ nos ad amicitiam provocâsti, & has postremas Idib. Novemb. scriptas. Vides itaque quinque illas intercidisse. Equidem nihil addubito quin tu pro tua prudentia nihil committas literis, quod cum vel tuo vel meo periculo veniret in manus alienas: videndum tamen G est cui committas, nè & tibi scriptionis opera, & mihi voluptas pereat, quam ex tuis epistolis non vulgarem capere soleo. R. D. Antistiti *Senecensi*, ejúsque germano vicecomiti me commendabis diligenter: Simúlque S. *Desiderii* præpositum meo nomine resalutabis amanter. Bene vale. Apud *Friburg. Brisgoiæ* prid. Non. Martii. M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Jacobo Tussano S. D.

PRo studio *Brixii* pariter debemus utrique, pro officio quod ad fartam inter nos gratiam attinet, nec tu nec ego magnopere debeo. Odium in te nullum conceperam, hoc animo natus, ut eruditos viros de studiis bene merentes, nè si occidant quidem odisse possim. Rem ad me perscriptam aliquot minimè leves, non ut vulgo auditum, sed ut compertam omnibus sensibus, ac ut ingenuè fatear, perfusam, nihil tamen amarulentius in te cogitabam, sed immodico quodam *Budæi* studio factum interpretabar, ac tales amicos mihi quoque optabam, *Budæo* certè non invidebam. Argumento potuit esse epistola mea tam leniter expostulans, quum id temporis maximè fieret ὁ δίκαιος ἐπαίνος verè *mutus*. Nec enim occurrunt verba, quibus hoc factum meliùs exprimam. Sed priusquam *Brixium* de nobis in gratiam reducendis scriberet, animus erat mihi jam prorsùs defecatus, adeò ut nè in memoria quidem ullum ejus rei vestigium resedisset. Quòd scribis de magnifica conditione unde meâ causâ excideris, pubricè aspersus, non satis quid sibi velit intelligo. Nec enim arbitror unicam eámq; perbrevem epistolam tantum apud regios Proceres habere ponderis, ut ob eam veneris in periculum, nè *Græca* regio stipendio profitendi munus non consequereris, præsertim quum *Budæum* haberes tuum, cujus suffragium in eo negotio unum plus cæteris omnibus valebat. Sed hæc utcunque habent, satius est missa facere. Magis libet tibi gratulari, mi *Tussane*, qui ad munus istud longè pulcherrimum sis delectus, hoc est, in amplissimum theatrum productus, unde jam non *Gallis* tantùm, sed universo orbi istius eruditionis minimè vulgaris specimen edas: Nec dubito quin tu pro tua dexteritate vigilantiáque sis istam fabulam ita saltaturus, ut & à studiosorum centuriis omnibus plausum auferas, & optimi Principis, qui præclari instituti est autor, dignitati satisfacias, alioqui cohortarer te, ut amplissimo muneri parem animum sumeres. Magnopere tibi gratulor & ornatissimi Præsulis *Ludovici Canossæ* amicitiam, quem mihi apud *Britannos* nósse contigit, dum autoritate *Leonis* Pontificis maximi dissidium inter *Galliæ Britanniæque* Reges componeret: admiratus sum ingenium longè dexterrimum, singularem verò in me favorem, quem & tum præsenti, & mox absenti per literas significavit, vehementer amavi. Fortunam quam mihi tum illius detulit benignitas, multò rectiùs in te collocatam existimo. Quanquam istis virtutibus qui posset deesse fortuna? Tantum orandum est, nè ea te obruat inundans, néve à studiis avulso tibi manum injiciat. Quòd adversùs quosdam φιλολοιδόρους mihi strenuum hyperaspisten præstiteris, animum quidem tuum exosculor; cæterùm nollem te cum hoc hominum genere

Eraſmus Rot. Germano Brixio S. D.

Epiſt. 14. EQuidem tibi gratulor iſtos dies tam candidos támq; auſpicatos eveniſſe, quibus abfuiſti *Lutetiâ*: tametſi nobi tam diutinus ſeceſſus tuus non levi fuerit incommodo; non tantùm ob id, quòd interim literis tuis, mihi ſemper jucundiſſimis, frui non daretur, verumetiam quòd negotium de *Chryſoſtomo* vertendo, quod multis de cauſis maturatum cupiebamus, huc uſque prorogatum ſit. Nunc res in eum devenit locum ut neſciam quid conſilii capiam. *Hieronymus Frobenius* ſummâ contentione hoc mecum agebat, ut eos commentarios vertendos ſuſciperem. Id quum pertinaciſſimè recuſarem, ſuaſi ut prima pars ad te mitteretur, ſimúlq; tuum animum exploraremus, an totum opus velles ſuſcipere. Quum urgeret interim ille, nec iſtinc quicquam afferretur reſponſi, poſteriorem voluminis partem commiſimus *Simoni Grynæo*, juveni adprimè docto, qui abſolvit quod deerat homiliis in epiſtolam ad *Corinth.* priorem. An is orſus ſit, & quouſque progreſſus, mihi non liquet. Rurſus ut ille nihil dum attigerit operis, poſteaquam tu non pateris tibi ullum præſcribi temporis modum, haud ſcio an typographorum rationes hoc patiantur. Probo quod mavis, ut ſcribis, tuæ famæ, quàm typographorum emolumentis conſulere. quod conſilium utinam ego ſemper fuiſſem ſequutus. Sed illis nihilo vilius eſt lucrum quàm nobis fama. Nam mihi quidem alioqui hac in re nec ſeritur nec metitur, niſi quod exemplar non mediocri ſumptu meo deſcriptum gratis communico. Nunc tibi ſtatuendum eſt an velis tuo arbitratu opus abſolutum iſthic edere, an committere ut *Frobenius* totum opus ab aliis verſum excudat ſuo tempore, decrevit enim ad mercatum autumnalem proximum. Hæc tantùm velut ad prudentiæ tuæ ſenatum refero. Nam ipſe niſi ex amborum ſententiis nihil poſſum certi pronunciare. Quicquid tamen ſtatueris, quod è re tua, tuáque dignitate eſſe judicabis, id ſcito te noſtrâ amicitiâ incolumi facturum. Tantum de *Chryſoſtomo*, locis communibus prætermiſſis, in quibus tu quum alia multa facundiſſimè colligis, tum præcipuè cauſas, quibus ad hoc operis alacriter ſuſcipiendum ſis extimulatus, quod huc invitârit regia non jam autoritas tantùm, ſed & benignitas, quòd hi commentarii citra controverſiam γνήσιοι ſint, quòd hactenus ab interpretibus *Latinis* intacti: quæ omnia utinam apud te tantum valerent, ut, aliis levioribus negotiis omiſſis. hoc totus ageres, & quamprimum abſolveres. Nè in hoc quidem quod obiter tractas abs te diſſentio, eos operam haudquaquam ſterilem ſumere, qui ab aliis malè verſa, denuò ſic vertunt, ut & ſuperiorum prodant lapſus, & autoris ſenſum meliore fide reddant. Hac ſententiâ fuiſſe video *Thomam Linacrum*, qui *Sphæram Proculi*, ab alio neſcio quo utcunque verſam, exactiùs tranſtulit. Dein *Galeni* libros περὶ τῆς ὑγιείας. Poſtremò *Ariſtotelis* μετεωρολογικὰ, quæ nondum opinor prodierunt. Ejuſdem animi ſuſpicor fuiſſe *Budæum*, qui poſt alios vertit divi *Baſilii* libellum *De ſtudiis*, ac *Placita Philoſophorum* à *Georgio Vala* parum feliciter reddita; poſtremò librum *Ariſtoteli* inſcriptum *De Mundo*. Quem enim talis ſucceſſor non deterreret à vertendo?

A Sed ſi quum hic labor ſunt. [illegible]
quantum patet campum in [illegible]
Herodoto & *Thucydide*, in [illegible]
tarchi? Uberior autem fructus [illegible]
ſos, ſi quod tu feciſti in *Babylo*, [illegible]
pretum lapſis adnotaremus. [illegible]
quiſque eſt veltam otioſus, vel [illegible]
utriuſque verſionem inter ſe conferat. [illegible]
B aliquod incommodum his adjunctis [illegible]
qui tractat ab aliis occupata, multis videri [illegible]
parúmque candidus: ad hæc, audit, [illegible]
magni aliorum inventis aſſuere, & in alieno opere
venari quod carpat. Jam ſi expertus [illegible]
tur, quod & ipſi poteſt obtingere. [illegible]
locus. Quemadmodum *Raphael Regius* [illegible]
lelphum vertit Apophthegmata, [illegible]
ſus aliquot prodidit, ſed ipſe interim [illegible]
bens alicubi: plus tamen meâ [illegible]
Philelpho, qui opus hoc ſuo marte primus [illegible]
C eſt. *Thomæ Linacro* peſſimè ceſſit, quid [illegible]
ſe denuò verſum Regi hujus patri dicat. [illegible]
dreas quidam *Talaſſeus*, præceptor [illegible]
cipis, & in regnum paternum [illegible]
mors antevertiſſet, cæcus adulator, [illegible]
tantùm, ſed & delator peſſimus. Regem [illegible]
hoc libelli jam olim fuiſſe verſum à [illegible]
erat, ſed miſerè. Hanc ob cauſam [illegible]
ſpernatus eſt, & in *Linacrum* velut [illegible]
inexpiabile concepit odium: Verebat hoc [illegible]
D Porrò, quod *Homericum* illud eccliſia,

ὅμμε φερέσκετον ἠὲ νόῳ ἰδέσθαι,

quum judicio conſentiamus maximè, [illegible]
to vehementer diſcrepamus. Nihil [illegible]
abortio omnia. Nec hoc ingenii [illegible]
remediis medicabile videtur. Video [illegible]
ptimum, ſequor pejora. *Tuſſam* reſciſci, [illegible]
ceſſe eſt ut quiſquam de multa [illegible]
lentia fidéque ſit ſolicitus. *De Budæo* [illegible]
bis magnopere gratum eſt, & ibi [illegible]
beo. Sunt hic quidam δυσκλυεῖς [illegible]
mum à *Budæo* nominatim libris [illegible]
in epiſtolis opinor. Sed tu me [illegible]
moribus quicquam habere fidei [illegible]
Deinor tamen opus Epiſtolarum [illegible]
Trivultio video te non aliter [illegible]
quàm in *Eunucho Terentiana* [illegible]
E vingine, atque haud ſcio an ſit [illegible]
tavii rarâ quadam mirificáque [illegible]
tem. Sed quòd hortaris ut [illegible]
Principem meis literis compellem, [illegible]
F etiam vide, mi *Brixi*, quò me [illegible]
ſic à tua voluntate pendeo, ut ſi [illegible]
beas reſtim ducere, facilè ſim [illegible]
Quâ fronte me illi ingeram? Aut [illegible]
tas argumentum? Quid quòd illuſtris [illegible]
piſtolam exigis, ſcilicet in hoc [illegible]
boratam. Unde tibi iſtius ocii [illegible]
mentem? An *Eraſmum* ſolet ocium [illegible]
gnam ætatis partem mihi cum diro [illegible]
res fuit, nec facilè credas quàm [illegible]
afflicta valetudo viriculas [illegible]
G aliquot per juges cruciatus, [illegible]
bum capere licuit: pòſt animus [illegible]
diis, ut opus *De ratione concionandi* [illegible]
tentatum, frequenter de [illegible]
coactus. Tandem in alio quodam [illegible]
cœpit utcunque recalêſcere, quod [illegible]
& à me exditur, & à typographis [illegible]

Agnoſci

Apostolis morem meum. Verùm hoc ita crevit A me scriptum incautiùs, tamen hic animis promerebatur aliquanto majorem favorem. Hæc in sinum unici patroni mei, quem semper mihi faventem expertus sum effundere visum est, ut quando superiora revocari non possunt (jam enim *Pii* liber exeditur) in posterum cohibeas illorum seras querelas, vel insimulationes potiùs, mihi periculosas si obticescam, ad coercendas hæreses inutiles si respondeam. Quòd ecclesiasten *Thamensem* ex B mea commendatione statim absolvisti, habeo gratiam humanitati tuæ, mihi non nunc primùm expertæ. Non eram his literis interpellaturus occupationes tuas & plurimas & gravissimas, nisi denuò jussisses ut scriberem. Si quid hic pecco, vel obsequio condonandum est, vel conceptæ jam olim de singulari bonitate tuâ fiduciæ R. D. T. incolumem florentémque tueatur Dominus *Jesus*. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*. Anno millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Laurentio Campegio Cardinali S. D.

Ps. 15. ECclesiæ tranquillitatem non tam sperabamus quàm optabamus. Nunc video nihil superesse, nisi ut *Christus* experrectus jubeat hos rerum fluctus consilescere. Nonnulla tamen spes adhuc habet animum meum, fore ut Deus immittat in animum Cæsaris cogitationes pacis, præsertim erga *Christianos*. Quanta sit *Turcarum* immanitas jam heu nimium experti sumus. Quid moliantur C obscurum esse non potest. Quibus quum vix omnibus junctis tum opibus tum copiis pares simus, quid fiet, si tot modis inter nos dissidentes, cum hoste non minus potente quàm crudeli bellum suscipiamus? Si *Germania* semel cœperit civilibus bellis tumultuari, nolim malè ominari, sed Deus avertat quod minitantur exordia. Si dissimulato interim negotio sectarum, hoc junctis viribus agamus quod summopere urget, spero tempus ipsum aliquam medelam allaturum. Rerum enim immedicabilium nullus est efficacior medicus quàm D ἀνοχή. Ut nè commemorem recens exemplum esse hæreticos armis opprimere, præsertim bello tum latè patente. Quod ut maximè sit vetus, tamen magis spectandum est quid deceat *Christianam* clementiam, quídq; in commune expediat omnibus, quàm quid mereatur paucorum improbitas. Non gravatus fuissem istic adesse, posteaquam valetudo cœperat esse commodior, si spes ulla fuisset meam præsentiam profuturam. Sciebam isthic E esse quosdam, qui privatis affectibus metientes omnia, sibi videantur strenui propugnatores ecclesiæ, quam nulli eam magis lædant. Quoties congredior cum hostium turmis, statim adest qui mihi à tergo letale vulnus infligat. Scripsi *Diatribam*, obortus est *Stunica* cum suis conclusionibus. Scripsi *Hyperaspistem*, exortus est *Bedda* cum suis virulentis calumniis. Scripsi contra *Vulturium* & *Bucerum*, exortus est denuò *Albertus Pius*, qui priùs editis addidit justum volumen, in quo collegit ex F omnibus scriptis meis quæ videntur affinia dogmatibus improbatis. Atqui si placet reprehendere affinia, quum summa veritas sit affinis falsitati, polliceor me collecturum articulorum duo millia ex Decretis Pontificum, éque probatissimorum ecclesiæ doctorum monumentis, ut omittam σκανδαλώδη, & irreverenter dicta. Atqui tale est argumentum quod suscepit *Pius*, ut si me totis viribus pergam tueri, per occasionem noceam causæ cui faveo, cujusq; gratiâ duarum sectarum irreconciliabile odium in me provocavi. Si quid acciderit tumultûs, ero inter primas victimas ὁπτώτιος· quanG quam hoc citiùs patiar, quàm ut divellar à castris ecclesiæ catholicæ. Nullos collegi discipulos, nulli sectæ memet addixi, tantum invidiæ, tantúmque periculorum senex & valetudinarius, pati malui quàm digitum latum ab orthodoxorum consortio recedere. Itaque ut demus in tot libris aliquid à

Erasmus Rot. Joanni Card. Lotharingiæ S.

ONeravit me tua benignitas tam gravi sarcinâ munificentiæ, ut nec inveniam quâ ratione queam aliqua ex parte reponere quod accepi, & pudeat gratias agere; pro mediocribus enim beneficiis gratias agere vulgi mos est: non jam loquor modò de splendidissimo planéque regali tuo munere, sed multò magis de singulari istius in me animi studio atque favore. In tanto Principe tantam humanitatem non possum non amare, etiamsi mihi nulli bono fuisset. Nam eximia virtus per se speciosa est & amabilis. Supereſt igitur ut interea prædicem & tuam bonitatem & meam felicitatem, donec sese offerat opportunitas, quâ me apud omnes ingrati hominis suspicione liberem. Inter Cæsarem & Regem *Galliarum* sartam amicitiam vehementer utrique gratulor, sed utinam id factum esset tum maturiùs, tum legibus aliquanto mitioribus: sed hanc cicatricem facilè abolebit tempus, omnia vel tegens vel deliniens. Cæterùm ut video, tumultus tumultum excipit, ut adversùs *Turcam* nobis succedant omnia, certè diutinum atque atrox bellum prospicio: & si contingat victoria, vereor nè sit *Cadmea*, quod aiunt, ut non minùs ploret victor quàm victus. Sed quoniam bellorum exitus supremo Numini sunt in manu, ab illo postulandus est eventus, si parum lætus, certè salutaris. Qui has perfert, vehementer cupit tuæ sublimitati commendatus esse, & per eam illustrissimo *Lotharingiæ* Duci germano tuo, ut si quis locus vacet, apud illum recipiatur in statum nobilium. Parentem habet præpotentem, singularíque prudentiâ & integritate præditum, ut inter illius decora minima portio sit nobilitas. Hic juvenis patri simillimus est. Jam nulli non cognitum est quæ rerum undæ jampridem agitent civitatem *Basilienſem*, & subinde novi aliquid exiſtit. Ea res in causa fuit, ut multi præclari cives solùm verterint, ultróque sibi quodammodo exilium indixerint, dum malunt rei quàm religionis jacturam facere, ac priùs habent solum vertere quàm institutum. Quorum de numero sum & ipse, qui non solùm rei familiaris gravi dispendio, sed & summo vitæ periculo reliqui nidum, cui tot annis assueveram. Spero futurum, ut ipse juvenis suis moribus se tuæ sublimitati commendet, ad omnem vitæ functionem dexter & habilis,

sive domi res sit gerenda, sive tempus strenuum militem postulet. Ad hæc, germanus est uxori *Henrici Glareani*, quem virum eruditione variâ clarum & de studiis optimè merentem novit opinor tua celsitudo, ut officio quod in hunc juvenem collocaris, duos jam olim tibi devinctissimos redditurus sis multò devinctiores, *Erasmum* & *Glareanum*. Nec dubito quin & apud te, & apud fratrem *Christiane* pietatis amantissimum Principem plurimum ponderis sit habiturus juvenis animus, qui quum possit apud suos non solùm commodè, sed etiam honorificè vivere, maluit carere patriæ commodis, quàm ea profiteri quæ sibi persuasit à synceritate *Christianæ* religionis abhorrere, præsertim quum hæc rerum proœmia cordatis viris exitum cruentum portendere videantur. Deus omnia vertat in tranquillitatem, qui tuam celsitudinem diu servet incolumem.

Erasmus Rot. Carolo Montjoio S.

Epist. 17. VIx ullo sermone consequi queam, *Carole* juvenis ornatissime, quòd *Mecœnatem* illum meum parentem tuum, quo nihil adhuc expertus sum candidius, humanius, amiciúsve, conspicor in te mihi repubescere: tantum benevolentis animi, tantum amoris non vulgaris spirant tuæ literæ, ut idem pectus agnoscam, sed vividius & explicatius. Nec dubito quin hæc res non minori voluptati sit patri tuo, quàm est mihi, est autem (mihi crede) summæ. Compluribus enim tales obtingunt liberi, ut patres orbis invideant. Cæterùm ubi contigit hæres, qui parentem non tam oris lineamentis, quàm veris animi bonis referat, ea demum magna véraque voluptas est. Quod ad corporis formam attinet, mihi prorsus ignotus es, nisi quòd *Quirinus* meus narravit te hac quoque hominis parte mirum in modum reddere genitorem tuum. Animi tui dotes mihi velut in speculo tua repræsentavit epistola; quæ, si tuo unius marte confecta fuit, sicuti fuisse nihil addubito, raram quandam & eximiam indolem præ se fert, nihílque mediocre nobis de te pollicetur. Clarissimus genitor tuus inter tot præclaras virtutes quibus expolitus est, nihil habet meâ sententiâ pulchrius, quàm singularem illam modestiam, quæ vix dici possit quantum ornamentis illius omnibus apponat gratiæ. Modestiæ comes est urbanitas ac morum comitas. Hanc dum tu quoque studes egregiis decoribus tuis veluti colophonem addere, non committis ut quicquam patriæ laudis in te desideremus. Aliarum virtutum certissima custos est modestia. Modestiæ porrò custos erit, si cogites quicquid vel animi, vel corporis, vel externorum bonorum tibi contigit, è numinis munificentia profectum esse, cui in solidum oportet acceptum ferre, quicquid obtingit in hac vita felicitatis. Est autem aliqua gratitudinis portio, sua quenque bona nôsse, non quemadmodum novit *Narcissus*, cui sua philautia fuit exitio. Utiliter sua bona reputat, qui ea veluti nomina supputat, nec aliud colligit ex bonorum suorum contemplatione, nisi ut perspiciat quantopere sit obstrictus divinæ benignitati. Eam quo perspicit in se fuisse profusiorem, hoc illi submissior fiat oportet, hoc de tuendis, déque rectè collocandis quæ accepit sollicitior, quo largiorem agnoscit in se numinis benignitatem. Is si quem conspexerit maligniore fortunâ, non ita dogitat, Quantorhic me est [illegible] sed ideo Domini largitas in me ipsum [illegible] huic put me subveniret. Ne vulgare [illegible] numinis existimes, talibus prognatum esse [illegible] ribus, tam ample fortunæ paratum hæredem, [illegible] corporis & animi dotibus esse præditum. Consi[illegible] aliorum sortem, quorum virtutibus obstit [illegible] obscuritas, rei familiaris tenuitas, corporis [illegible] cillitas, ingenii paupertas. Verùm hos qui deficit, non meminit gratuitæ esse munificentiæ quod accepit. Qui non opitulatur, non animadvertit in quem usum creditum sit quod accepit. Quare te hortor, *Carole* suavissime, ut hoc voluptatis [illegible] tusque; omnibus indies augere contendas, [illegible] se certans ut quotidie te ipso melior evadas. Singularem tuam erga me pietatem lubens [illegible] sor, animi tui gratissimam voluntatem [illegible] tametsi si quid officiorum in clarissimum [illegible] tem tuum impendi, ille cumulatissimè rependit; quod etiamsi minus esset factum, tamen hanc voluptas quam ex tuo profectu capio, iste tuus animus paratus etiam in meos reponere, si forte tibi fortè contingat referendi facultas, quum mihi vicissim, mihi proamplissimè relata gratia est. Eo tantum apud me crescet, quantum tu pulcherrimis cœptis tuis adjeceris incrementi. Quod si tibi respondeo literis, adversa valetudo fuit in causa, quæ me totâ æstate discruciavit. Quod nunc etiam minus appositè respondeo, in causa est, quòd epistolam tuam in hoc sepositam ut sinubique daretur ocium responderem, nancisci non potui. Verùm hoc aliàs pensabitur. Dominus Jesus sinat in te munificentiam tueri, semperque novis cumulis augere dignetur, *Carole* fili charissime: Idem conjugium tuum bene fortunet. Apud Bilsgoiam *Brissgoiæ*, VIII. Cal. Septemb. An. M. D XX.

Erasmus Rot. Matthiæ Kretzer S.

Epist. QUæ de novatis istic rebus scribis, sed non solus, magno cum animi dolore legi. Vereor nè quid isti civitati inter *Germanos* præcipuæ tum nobilitatis, tum opulentiæ accidat quod nolemus. Cæsar habet acres iras, nec parum excelsi animi est Rex *Ferdinandus*, cum *Turca* nunc fere fœdus. Nec desunt qui Cæsari & hujus germano satis, ut videtur, irritatis, suffundant frigidum, & oleum addant camino. Divinat opinor tua prudentia quos sentiam. In proximo sunt *Bavariæ* Duces, hi quo quæso speciosiore titulo possent ingredi ditionem suam, quàm expugnandam hæreticæ propugnandæ fidei catholicæ? Nescio an isti nonnihil addiderint purpurati quidam, qui quam non ignorent ex luxu fastúque; sacerdotum potissimùm natam & conflatam hanc invidiam, tamen istic, ut scribunt, incredibili pompâ gestare sese, comessantes, totas interdù noctes ludentes alea, idque non inscià plebe. Jam taceo de quorundam fævitiâ, qui minis, convictis, ac supplicijs hoc facile malum consopiri, vel magis opprimi posse confidunt. Quod erat omnium præsentissimum remedium, id prorsus negligitur. Quid istuc inquit ut ecclesiæ proceres ad meliorem conversi frugem subducant orbis tumultus hujus seminarium. Sit *Christus* adjungeret suum brachium. Nunc perinde quasi sit prorsus humanum negotium, ac non potiùs vindicta numinis, hominum sceleribus nimium efferveſcentibus irritati, ad mundana præsidia

toti

toti spectamus: crescit ecclesia sticorum fastu, nè dicam tyrannis: crescunt opes ac luxus, nec decrescit libido. De Pontifice non est meum judicare, sed tamen qui huc ex *Italia* veniunt, narrant quæ sine mœrore audire non possumus. Quàm inclementer à *Clemente* tractata est *Florentia*? Mihi videtur hoc habere in animo, ut favore Principum ac multitudine Cardinalium obruat hoc orbis incendium. Verùm istiusmodi quid aliud est quàm magis etiam irritare Deum? quasi mundus possit mundum vincere. Solus *Christus* verè dixit, *Ego vici mundum*. Si prophani monarchæ diligunt opes & gloriam, ut ferunt; ferendum est: & haud scio an expediat esse tales aliquot, qui malo nodo malum adigant cuneum. Sed si qui primas tenent in ecclesia, se monarchis præbeant non magistros & admonitores, sed mancipia, cupiditatúmque ministros, obsecro te quid spei est illi columbæ, quam unicè decuit sponsus? Quidam classicum canunt ad hæreticos armis dejiciendos, hoc tantum spectantes, ut sacerdotibus opes, otium & autoritatem vindicent. At ego vereor nè dum Principes alii nos impugnant, alii tuentur, utrinque spoliemur, ac bellum pio titulo susceptum non minus exitiosum sit ecclesiæ, quàm funestum *Germaniæ*. Faxit *Christus* Opt. Max. ut hoc meum vanum sit augurium. Quanquam hactenus quod divinavi verius fuit quàm vellem. Primùm, ubi prodierant *Lutheri* placita de indulgentiis, silentium erat optimum. Respondit *Prierias* satis gloriosè, & primus cicadam, ut *Græci* dicunt, ala corripuit. Respondit alter *Saxonicè*. Ibi *Jacobus Hochstratus*, quo suppetias ferret suis *Dominicanis*, nullum non movit lapidem, ut excitaret academias, nominatim *Lutetianam*, *Colonienſem* & *Lovanienſem*. Duspostiores utcunque commovit hucusque, ut in *Lutherum* ederent articulos satis moderatos, idque ut opinor, ex sententia *Adriani* postea *Romani* Pontificis. Ea res tametsi non erat indigna Theologi, tamen plerisque nihil aliud quàm risum excitavit, præsertim articuli *Colonienſium*. Sed quum quidam nondum lectis *Lutheri* libris apud imperitam multitudinem seditiosè vociferarentur, in primis *Carmelita* quidam morosissimis moribus; admonui his rationibus spargi malum, non extingui: populus enim libenter audiebat, esse qui docerent non esse necessariam exomologesim, supervacaneam esse satisfactionem: aut silentio negligerent hominem, aut scriptis agerent inter se docti. Contemptum est hoc consilium, & gratiæ loco tuli quod audiebam *Lutherum*, quum primus omnium illi negotio reclamârim, próque virili obstiterim. Evenit quod prædixeram, gliscebat indies incendium. Tandem *Carmelita* visum est, ut carceribus ageretur & incendiis; & huc ut verè dicam, provocabat multorum novis dogmatibus faventium improbitas. Venit *Συλλογατοφόρος* ab urbe cum bulla terrifica, minitans omnibus, & quacunque Cæsar iret, fumis & librorum incendiis implens omnia. His rebus quum nihil aliud excitaretur quàm risus, impetratum est diploma Cæsaris. Id editum est ante tempus, quemadmodum & bulla *Leonis* per monachos exierat priusquam ille vellet. Datus est *Carmelitæ* & huic simillimo collegæ gladius. Cœpta est carnificina. Tandem *Bruxellæ* tres *Augustinenses* publicitùs affecti sunt supplicio. Quæris exitum? Ea civitas antea purissima, cœpit habere *Lutheri* discipulos, & quidem non paucos. Sævitum est & in *Hollandia*. Quid multis? Ubicunque fumos excitavit nuncius, ubicunq; sævitiam exercuit *Carmelita*, ibi diceres fuisse factam hæreseon sementem. Hic aula Principis animadvertens ita rem geri per furiosum monachum, ut omnia spectarent ad seditionem, exarmavit illum cum suo collega, & aliis Theologis non monachis eam provinciam delegavit, aliquanto mitioribus: quanquam & ante sustulit aliquot, pluresmetu repulit. Interim ego dum alteram partem hortor ad meliorem mentem, alteram ad efficaciora remedia, utrique factus sum hæreticus. Sed ut prolixam fabulam in pauca conferam, hucusque serpit malum, cóque increvit, ut res ad arma spectare videatur. Quod si fiat, nolim malè ominari, tantum precor, ut Dominus omnia vertat in bonum exitum. Si præmium expectâssem ab hominibus, deplorarem gratis collocatam operam, próque benefactis reportaram ignominiam: nunc quum certârim agonothetæ *Christo*, levius fero mortalium ingratitudinem. Non sum tam hebes quin videam, quæ scribendo *Romanensi* regno placere possim. Hæreticis mederi malim quàm probari. Quàm mihi cum illis conveniat nescio, illud constat nullius nomen eis invisius esse quàm *Erasmi*. Quid igitur dicam de illo amico tuo, quem & meum esse credideram, qui me isthic tam inclementer lingua proscidit, quum apud omnes, tum præcipuè apud nobiles & magnates, ac multis persuasit; nimirum ἰχῆων νικᾶσας; Sed hæc *Christus* viderit. Omissis queremoniis ad tuam epistolam redeo. Illud unum video superesse, ut Dominus suo ineffabili consilio his malis finem imponat, quandoquidem hominum consilia nihil aliud hactenus quàm malum exasperant. Quis expectâsset tantam in *Oecolampadio* mutationem? Ante cucullam planè monachus erat, & superstitione nostro sodalitio submolestus, nunc quanto alius sit, obscurum non est. De altero qui à *Lutheranismo*, atque etiam Anabaptismo, rediit ad ecclesiam, tale nihil inaudieram: sed tamen illi gratulor, tametsi suspicor illum eam non admissurum gratulationem, *Sperserum* quem memoras non novi. Tuam eximiam perpetuámque pietatem non solùm ex tuis literis, verùm etiam ex aliorum scriptis cognovi, Dominique benignitatem in te exosculor, gratulor etiam felicitati tuæ, qui tot annos eadem in urbe factâ verbi divini sementè, cum bona gratia collegarum tuorum ad ampliorem fortunam vocaris. *Joannem Fabrum Dominicanum*, novi hominem in *Thomistica* Theologia pulchrè doctum, sed mirè vafrum ac versipellem. Is *Romæ* cœpit in me debacchari, videlicet quo se reconciliaret Cardinali *Cajetano*, de quo mihi tanta narrârat mala, ut nullus scurra in scurram posset dicere plura. Obiisse nunc primum audio, Dominus illius misereatur. Ex superioribus literis videre mihi videor nec tum animum omnino ab hac suspicione purum, quasi non essem alienus ab his sectis, donec prodisset epistola ad *Vulturium*, rursus *Apologia ad librum Ecclesiastarum*. Atqui si legisses *Servum arbitrium Lutheri* cum mea *Diatriba*, quàm odiosissimè lacerat: rursus duos *Hyperaspistas*, quibus illi respondi: ad hæc, libellum adversus *Leopoldum*, ut jam dicere supersedeam tot epistolas, quibus declaro meum animum, fortassis aliter de me sensisset. Si cum illis sentirem, quid opus erat relinquere nidum familiarem,

rem, magno rei familiaris detrimento, ſummóque valetudinis periculo? Sed in libris extant quædam dogmatibus improbatis affinia: id quum à multis malitioſo ſtudio ſit tentatum, nullus adhuc potuit uſſam ſententiam adferre pugnantem evidenter cum articulis fidei. Quis unquam quicquam adeo circumſpectè ſcripſit, quod malevolus non poſſit vel ſcandali, vel ſchiſmatis, vel erroris, vel temeritatis, vel alio quopiam titulo traducere? Quàm verò ab hæreſibus abhorream, vel illud ſatis arguit, quòd in hunc uſque diem irritatus à *Dorpiis*, *Leis*, *Stunicis*, *Beddis*, *Sutoribus*, *Clitheveis*, aliiſque multis, nulli ſectæ nec ducem me præbui, nec comitem; planè facturus niſi magis timuiſſem Deum quàm homines: ita ſaltem licuiſſet ulciſci quoſdam meo more. Sed ut in nullius hominis odium hæreticus eſſe volo, ita nolim in eorum gratiam, qui mundum diligunt, *Chriſti* gloriam obſcurare, duntaxat ſciens. Theologi ſatis habent negotii cum dogmatibus impiis, etiamſi non rixentur de malè ſonantibus, malè jacentibus, offenſivis, affinibus & ſuſpectis, adde non intellectis & ad calumniam depravatis. Complures enim *Beddæ* calumniæ hinc naſcuntur, quod non intelligit ſermonem *Latinum*. Mihi perſuaſi te virum æquum eſſe, utinam legiſſes quæ *Leo*, *Stunica*, *Sanctio*, monachis *Hiſpanis*, *Beddæ*, & aliis reſpondi. Jam ſuſpicor & tibi aliqua ex parte perſuaſum, in dialogis meis eſſe centum hæreticas opiniones. Codicem lubens ad te mittam, ſi nactus fuero cui tutò credam. *Chryſoſtomus* non tam à vobis deſideratur, quàm ipſe deſiderat emptores, ubique proſtans. *Apophthegmata* jam meas exierunt manus, ex officina typographorum prodibunt intra dies octo. Riſi *Polyphemum*, qui ſemper, & ubiq; ſui ſimilis eſt. Nihil illi magis convenit quàm ut in aula quapiam præpinguis Abbatis agat morionem. Bene vale, vir in Domino chariſſime. Datum apud *Friburgum* quinto Idus Martias. Anno Milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo, à *Chriſto* nato.

Eraſmus Rot. Guolphango Remo S. D.

Epiſt. 19. EGo verò non in poſtrema felicitatis meæ parte pono, quòd ornatiſſimum virum patrem tuum, téque patris optimi ſimilimum juvenem habeam amicos tam candidos. Ut autem ad tuas literas non minùs elegantes quàm humanas paucis reſpondeam, ſic in præſentia diſtrictus laboribus, ut vix aliàs æquè. Optarim meas lucubrationes aliquid habere tali dignum ingenio. Rudi ſeculo fortaſſis excitavimus juvenum ſtudia, præſertim apud *Cimbros* & *Batavos*: nunc alia eſt ætas, ut de meis ſcriptis non injuria dici poſſit, ἄλλος δρυὸς. Mihi quidem nihil accidere potuit exoptatius, quàm proventu felicioris annonæ, meam filiginem evileſcere. Iſthuc non niſi ſummo vitæ diſcrimine proficiſci licuiſſet, itaque malui vivere. Tum habebam perſpectum, ſi veniſſem, citiùs futurum ut aliquam novam tragœdiam in meum caput excitarem, quàm ut veteres tumultus ſedarem. Noveram à quorum judicio penderet Cæſar, nec me latebat quales iſtic adeſſent theologi, quibus illicò pluſquam *Lutheranus* eſt, qui pro negotio pietatis auſit hiſcere. Et ſum naturâ fucorum impatiens, linguæ liberioris. Quod ſi me ad quorundam affectus attemperâſſem, multa dicenda erant adverſus meam ipſius conſcientiam.

Itaque valetudini quanquam [illegible] modum hoc nomine gratiam habe[illegible] lam licuit iſtinc abeſſe. Dominus noſ[illegible] culam ſuam obtui ſanctibus, utcunque [illegible] mare. Non magni refert ubi corpuſ[illegible] ſepeliatur. *Auguſta* mihi abundè co[illegible] ta eſt, tantùm vereor nè ſi iſthic orta ſ[illegible] peſtas, non perinde liceat fugere, atque [illegible] cinam *Galliam*, & proclivem in *Bra*[illegible] ditum, nimirum *Rheno* ſecundo. Hoc [illegible] ſtatu difficile eſt aliquid certi ſtatuere; quum incerta ſint omnia, ut gladiator in arena, ita ego ex tempore conſilium capiam oportet. Jamdum *Guolphange* chariſſime, mutuis literis nobis invicem fruemur. Patrem tuum clariſſimum virum meis verbis quæſo ut ſalutes diligenter. Si *Polyphemum* invitas ad potandum, planè [illegible] *τὸν Νῖον*. Si conaris illum explere vino, planè id agis quòd apud inferos *Danaides*. Hoc tantum licuit in præſentia. Bene vale, *Friburgi* poſtridie Calend. Jan. M. D. XXXI.

Eraſmus Rot. Guilielmo Montjoio S.

SEreniſſimæ Reginæ munus mihi fuit [illegible] gratiſſimum, quanquam illius animus mihi [illegible] ullo munere abundè ſufficiebat. Sic enim [illegible] infignem illius fœminæ pietatem & eruditionem, nobis ignaviam ac mores corruptos exploratem, ut mihi beneficium accipere videar, ſi quid illi queam facere gratum. Habet ſui ſimilimâ neptem *Mariam* quondam *Ungariæ* Reginam, cui dedicavimus *Viduam Chriſtianam*, quæ quamprimùm libellum acceperit, quantóque ſtudio evolverit intelliges ex epiſtola, quam miſi *Margaritæ* filiæ *Mori*. Si Regis *Ferdinandi* res eſſent proſperæ, ſat beatus eſſet *Eraſmus*. Nihil enim eſt illo vel ſyncerius vel amicius. Nobis nihil promeritis ſic favet ex animo, ut non ſolùm ea libenter perſtet quæ rogamus, verumetiam ultrò addat quæ putat mihi fore commoda. Sed *Turca* ſic irrupit in *Ungariam*, ut *Auſtria* quoque, *Polonia*, vicinísque regionibus, ac fortaſſis *Italia* quoque ſit metuendum. Audio coiſſe pacem inter monarchas, utinam maturiùs. Hujus tamen felicitatis bonam partem debemus Regi veſtro, qui ſummâ conſtantiâ paríque prudentiâ non conquievit, donec potentiſſimos totius *Europæ* monarchas inter ſe conglutinaret; quod bonum utinam ſpem nobis perpetuum eſſe velint. Opinor eam humanitatem boni conſulere, quod *Adagiorum* inſcriptionem volueram tibi cum *Carolo* filio tuo quodammodo eſſe communem. Viſum eſt enim hoc addere calcar adoleſcentuli ſtudiis excitandis. Donec ſpes eſſet, continui me *Baſileæ*: fabricâ ſpe, commigravi *Friburgum Ferdinandæi* dicionis oppidum, ut magno rei familiaris dispendio, ita ſummo valetudinis diſcrimine. Vix enim ſperabam hoc corpuſculum adeo [illegible] ut ad vini mutationem, ut aliam quamvis levem occaſionem periclitari ſoleat, tantam rerum mutationem laturum. Malui tamen in capitis diſcrimen venire, quàm quæ illic gerebantur probare videri. Omnia ſunt hìc cariſſima, ac multis commodis quæ mihi ferebat officina *Frobeni* nunc careo, tamen hic hyems peragenda eſt. Si valetudo eſſet mediocris, nec opes deeſſent nec dignitas. Verùm, ut dicere ſolebat tua celſitudo, formam

[illegible] cibum offers edamulo. Miserè me- A
[illegible] hic funestum bellum gignet, [illegible]
[illegible] adeò fidendæ procerum ad arma. Au-
[illegible] rocus præcidit, qui me propemodum con-
[illegible]. Optarim Theologis quibusdam meliorem
[illegible], qui suis tumultibus malum exasperant,
[illegible] parum dextrè student mederi. Tædet hujus
[illegible] fati, perpetuò cum monstris depugnan-
[illegible]. Opinor ab orbe condito non fuisse seculum
[illegible]entius, adeò dissidiis ubique fervent omnia. B
Nunc *Ciceronici* moliuntur novam tragœdiam de nihilo, quod maluerim bonas literas sonare *Christum*, quam *Romulum*, quàm *Jovem* Opt. Maximum. Si serenissima Regina non legit *Viduam Christianam*, roga ut dignetur legere. Nam illic illius aliquoties fit mentio, apud quam te rogo, ut mihi sis epistolæ loco. Nunc enim quum maximè cupiam scribere, nec per valetudinem, nec per temporis angustiam licuit. In tantis molestiis magnam animo persentio voluptatem, quum an- C
cio tepatrovorum vetustissimum, & amicum incomparabilem rectè valere. Spero Card. *Campegium* jampridem discussisse nubeculam illam quam fuit. Nos in manu Domini sumus, qui vos omnes servet incolumes. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* Natali Virginis matris M. D. XXIX.

Erasmus Reverend. Thomæ Moro S. D.

Quo diutiùs graviùsque nos torsit pacis inter D
potentissimos orbis monarchas expectatio, *Thoma More* amicorum optime, hoc uberiore gaudio nunc exultamus sublatum exitiabile dissidium, adeò ut nondum satis audeamus felicitati nostræ fidere. Perdurat quidem constans rumor, scribitur multorum epistolis, narratur multis haud quaquam levibus autoribus, sed tamen adhuc veluti somnium audire videmur, quod accidere solet post summum dolorem, rebus subitò in ve-
hementer lætum exitum commutatis, quemad- E
modum accidere solet in tragœdiis, Deo quopiam mentè de machina semet ostendente. Neque verò sciunt homines se bonam hujus gaudii partem debere invictissimo *Angliæ* Regi *Henrico* octavo, qui summâ prudentiâ parique constantiâ non conquievit, donec immedicabilem, ut videbatur, discordiam vertisset in omnibus exoptatam concordiam. Superest omnibus votis comprecari superos, ut hoc munus suum velint nobis esse perpetuum: at si in rebus mortalium nihil omninò F
perpetuum est, certè diuturnum. Ego sanè perquam libens optimi pacificatoris tam pium verèque *Christianum* animum aliquo monumento posteris si qua possim, fecero testatum. Mihi sat beatus viderer, mi *More*, si *Ferdinando* Regi testam esset secundæ, quàm illius insignis pietas promeretur, qui mihi profectò videtur ad omnem virtutem natus; *Erasmo* tam candidè favet, ut amicioremanimum optare non possim. Ante biennium invitavit me *Viennam*, salario CCCC. florenorum, tantùm ut illic viverem. Nuper bibonem quendam tribus verbis commendâram Episcopo *Tridentino* illius Cancellario, ut esset in numero satellitum equitum; Rex illicò locum dedit. Quid inquies non facerem pro præceptore meo *Erasmo*? Nihil unquam de illo sum meritus: quid non facerem, si quid officii in illum collocâssem, qui nunc nullam occasionem prætermittit mihi gra- A
tificandi? Sed nondum fortuna respondit optimi Principis egregiis dotibus. Nuper *Spiræ* fuit, ut scis cõventus Principum, pensebatur subsidium adversus *Turcas* imminentes *Ungariæ*. Oblata est summa pecuniæ tam exigua, ut maluerit pro animo gratias agere, quàm pro munere debere. Quid acciderit *Mariæ* Cæsaris sorori, & hujus marito *Ludovico* nõrunt omnes. Nunc *Turca* rursus invasit *Ungariam*, bonamque partem populatus est. *Mariæ* cui dicavi *Viduam*, metu cessit in *Moraviæ* civitatem vulgò dictam *Znaymen*, nèc *Viennæ* quidem satis fidens. *Turcas* horret Cæsaris indies crescentem potentiam, eóque maluisset *Joannem* vicinum Regem quàm *Ferdinandum*. Et fortassis aliquis dicet, hic quoque satius futurum fuisse dimidium accipere quàm totum. Sed arbitror divinum consilium aliò spectare, nec dubito quin æterni Numinis bonitas omnia versura sit in lætum exitum, si nos animum ad ea verterimus quæ illi sunt placita. Ea quæ sint non tam ignoramus quàm dissimulamus. Utinam Cæsar maturiùs compositio cum *Gallorum* Rege dissidio, fratri ac sorori suæ in tempore adfuisset. Metuo nè nimium diu illum moretur *Italia*, & Pontificis amplexus, cui non dubito quin pro sua religione sit exhibiturus honorem omnem quem filius debet patri. Sed utinam ille gloriam ab hominibus ob *Christum* exhibitam *Christo* transcribat, quod tamen hunc *Clementem* facturum non diffido. Fœderibus Principum admisceri Pontificem, mihi nec Pontifici videtur expedire, nec Reipublicæ *Christianæ*. Ille major est quàm ut ullo fœdere sit astringendus, meâ quidem sententiâ. Si resedissem *Basileæ*, Theologi clamâssent me comprobâsse quæ illic geruntur. Nunc quidem jactant me cessisse metu, quum discesserim omnibus dolentibus, etiam iis quorum dogmata palàm ac liberè improbabam. Sanè invitus reliqui nidum quem tot annis presseram, & talis erat valetudo, ut nullam omninò mutationem latura videretur. Nec me clàm erat, quanto dispendio migraturus essem: sed de vita periclitari malui, quàm videri comprobator talis instituti. Erat bona spes rem ad moderatum statum redituram; sed duo monachi, alter concionator in summo, alter apud suos *Dominicanos*, excitârunt nobis hunc tumultum. Illi quidem fugerunt, alii verò feriuntur malo. *Georgius Saxoniæ* Dux non minùs odiosè conflictatur cum *Luthero*, quàm ego cum *Thrasone* quodam nugacissimo. Admonui illum ut negligeret hominem, cui plus satis ferociaderet animos. Interim triumphat, qui tanto etiam Principi facessat negotium. Hactenus profectio valetudini profuit, idque præter omnem spem. Æstas hic vehementer arrisit, sed autumnum metuo, oppidum semicinctum est proximè imminentibus montibus, ut vix ullus dies abeat absque nube aut nebula. Magistratus mihi designavit ædes planè regias, pridem extructas *Maximiliano* Cæsari, sed imperfectas, & æstati quàm hyemi aptiores. Utinam liceat adhuc semel in vita videre amicos mihi charissimos, quos in pictura quam *Olpeius* exhibuit, utcunque conspexi summa cum animi mei voluptate. Bene vale cum tibi charissimis omnibus. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* Nonis Septembris, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus

Eraſmus Roterod. Erardo Epiſc. ac Card. Leodienſi S. D.

Epiſt. 22. IMportunus haberi ſolet qui vehementer occupatos interpellat, cæterùm qui pietatis ac fidei negotia tractantibus obſtrepit, jure venit in periculum, nè non improbus modò, verumetiam impius habeatur. Itaque quo levìùs peccem, paucis expediam quod volo: Non rogabo tuam ſublimitatem, ut in tuendo *Eraſmo* vetere clientulo ſuo, ſui ſimilis eſſe velit: novi conſtantiam animi tui, ſcis quàm non ſoleam eſſe flagitator. Sed nunc præter morem meum agam petacem. Audio te non ſolùm ditionem tuam, verumetiam Cæſareæ ditionis urbes magnificis ædificiis exornare: quæ res tibi non mediocrem liberalitatis atque adeò pietatis in Rempublicam laudem conciliat. Fatentur enim omnes meritò in unum tantum opum ac dignitatum congeſtum, qui quod nactus eſt facultatum aut ſplendoris, non ſibi vindicat, ſed ad publicam confert utilitatem. Perſpicit, opinor, tua prudentia, collegium trilingue, quod *Lovanii* nuper inſtitutum eſt, non infimum eſſe Cæſareæ ditionis ornamentum. At cenſus ſunt admodum tenues, víxque ſufficiunt neceſſariis impendiis. Regium erat negotium, quod vir immortali hominum memoriâ dignus *Hieronymus Buſlidius* animo conceperat, cujus benignitatem ſi facultas æquâſſet, nihil opus eſſet alienis præſidiis. Univerſam fortunam ſuam huic pulcherrimo impendit negotio, cui ſi tua ſublimitas favere dignabitur, ut optimè mereberis de ſtudiis, ita & apud homines plurimum veræ gloriæ comparabis, & Deo rem cum primis gratam fœneraris. Nam quo verbo potiùs utar, quum pro temporaria munificentia, cæleſtis vitæ præmium reponitur? Incidunt interdum occaſiones, ut citra rerum tuarum detrimentum magnopere prodeſſe poſſis. Saltem hìc velim tibi in mentem venire trilingue collegium. Qui hoc animo eſt, ut quantum poteſt, tantum & velit omnibus benefacere, huic quodammodo præſtat officium qui vellicat aurem, admonens ubi rectè valeat beneficium collocari. Scis quàm non ſoleam mihi petax eſſe, proinde quòd ſtudiorum amor me facit flagitatorem, quæ tua eſt humanitas, pietati tribuet potiùs quàm improbitati. Lapidor hìc iſtorum libellis. Jam ſeptem provolârunt, longè plures expecto. Poſtremam *Apologiam* meam ad tuam celſitudinem mitto. Horum in me petulantiam oportet me boni conſulere, quum ea nec Cæſareæ parcat majeſtati. Me tamen non deficiet animus, ſi Principum favor me fulcire non deſinat. Avidè expectamus, ut Dominus noſtri miſertus, per Cæſaris ac Principum pietatem ac prudentiam, triſtiſſimam hanc rerum tempeſtatem nobis vertat in tranquillitatem. R. amplitudinem tuam ſoſpitet ac proſperet Dominus *Jeſus*. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* prid. Natalis Virginis, Anno M. D. XXX.

Eraſmus Roterod. Franciſco Theſaurario Beſontino S. D.

Epiſt. 23. ALterum è famulis emandâram in *Angliam*, quem hoc impenſiùs expecto, quòd vehementer cupiam ſcire, num verus ſit rumor hic jam non novus, magnum illum *Angliæ* Cardinalem conjectum eſſe in carcerem, atque [illegible] periclitari. O rerum humanarum [illegible] abfuit jam menſes tres, & expectatio [illegible] ſingulas. Ergo quum unus mihi [illegible] *Diſſus* pro ſua ſingulari humanitate [illegible] provinciam, imò propemodum [illegible] ſemel me pœnituit delegationis [illegible] commodo, idque perpetuò. Verùm [illegible] omnem metum vertit in gaudium, [illegible] citer geſtâ. Etenim quum pararem [illegible] lari, ille reſpondit alacriter, ſe ſibi [illegible] *Beſontionem* adierit, quum ob [illegible] præcipuè, quòd talium virorum [illegible] micitiam eſſet nactus. Munus [illegible] curâ pervexit, quàm ſi vaſa fuiſſent [illegible] ta, nec multò plus impendit, quàm [illegible] cifer accepit pro vectura, qui veſtrum [illegible] benignitatem. Semper amavi juvenis [illegible] hoc officio veſtráque commendatione [illegible] mihi longè charior. Supereſt ut [illegible] provocatus cogitem de ratione qui poſſim [illegible] nis ingrati notam effugere. *Bruxellenſis* [illegible] carmine, ei reſpondi carmine Trochaico, [illegible] mulans eſſe carmen. Diſſimulabis & tu, ut [illegible] gratiâ tentemus an ipſe non moniti [illegible] carmen. *Hiſpanienſium* epiſtolarum [illegible] ceperam, exceptâ unâ epiſtolâ *Mercurini* [illegible] Card. quæ tamen mihi fuit gratiſſima, [illegible] amantiſſimè ſcripta, & miror ubi illa [illegible] Brevi ſcripſi in *Italiam*, nunc non eſt [illegible] quod ſcribam. Et ſi quid eſſet hàc [illegible] meant qui perferant. Pergratum tamen eſt quod offers tuum officium. Cæſar in *Italia* [illegible] *Ferdinandus* luget. Vix hæc auſus [illegible] languidus à febri ephemera. Alias [illegible] voluminibus, ſi ſenſero non eſſe ingratum. Bene vale. Apud *Friburgum Briſgoiæ* quarto Idus Decembris M. D. XXIX.

Eraſmus Rot. Petro Caſtellano S. D.

VIdeo ſanè & gaudeo, mi *Caſtellane*, te totum in hoc eſſe, ut dictionem expolias, idque ad exemplar *Budæici* characteris, ad cujus [illegible] nem eruditi complures nunc ſeſe conformant: nec me pigeret operæ, ſi ſperarem [illegible] Sed non minùs verum eſt quàm vulgatum, [illegible] le eſſe ſenis mutare linguam. Quòd mihi [illegible] occinis comitatem, humanitatem, [illegible] rita neſcio quæ in te mea, uſque adeo [illegible] rum agnoſco, ut me mei pudeat quoties [illegible] reputo quàm parvam habuerim, [illegible] eſſes, tuæ dignitatis rationem. Sed [illegible] num ingenium, præſentem virtutem, [illegible] mus, ut ait *Flaccus*, certè negligimus, [illegible] oculis quærimus invidi, aut ſi minus invidi, certè incogitantes. Quo magis admiror [illegible] iſtius ingenii candorem, qui toties prodeas [illegible] nitatem meam, cujus *Scythicam* [illegible] meritò poſſes incuſare: neque gravabor hanc culpam ſarcire pro viribus, ſi vel ſeſe dederit occaſio, vel tu ſubmonueris quibus in rebus tibi poſſim commodare. Gaudeo tibi contigiſſe præſulem benevolum, magis gaviſurus, ſi te mitrâ bicorni auctoro infignitum: aut ſi te non capit hoc honoris genus, optârim tibi puellam affatim dotatam. Rurſus, ſi refugis capiſtrum, precor tibi fortunam *Baſilicam*, ut ipſe ſuis literis ſignificavit, contigit ocium cum dignitate.

...Tempori vigilandum censeo. Nimirum verum est, quod ait *Flaccus*, *Eben fugaces, Postume, labuntur anni.* Historiam triumphalem cupidè expecto. Habes epistolam *ἀυτόσχεδον*, ut hic quoque tecum paria faciam, nec ipsa *παιγνιώδη* ut arbitror te inferior. Sed heus, illud minimè mihi me fugerat. Quam tu mihi narras analogiam docentarum epistolarum ad unam? Vix arbitror ullam abs te huc venisse cui non responderim, hâc exceptâ postremâ, in qua significabas te relinquere *Lutetiam*, nec certò designabas quò mitterem si quid responderim, nec mihi constabat quos haberes ibi amicos. Bene vale, septimo Idus Februarii Anno M. D. XXXI. juxta veritam supputationem.

Erasmus Rot. Quintino Suo S. D.

25. *Octavius* suo functus est officio. Admonuit me tui, jussitque tuis verbis salvere. Sed quid hoc est rei? Nihil aliud me de te scire voluisti, nisi quòd copis agnosci pro meo? Nec enim de studiis tuis, aut rerum tuarum statu verbum ullum. Jam quod petis, jampridem à me factum est. Scripsi tibi, sed an scriptum meum acceperis nescio. Qui possim autem te profiteri meum, quum tu me tuarum rerum nihil scire velis? Si vis amari, præsta te amabilem: & si vis ut agnoscam te meum, fac ut intelligam liquidò me esse tuum. Non hæc scribo, quòd siniștri quicquàm de te suspicer, sed ut ad officium excitem. Panicus iste tumultus, quem excitavit meus *Ciceronianus* facit ut aliquanto minùs quàm soleo fidem *Gallorum* ingenio. Bene vale. *Friburgi* VII. Idus Martias, Anno à *Christo* nato M. D. XXXI.

Erasmus Roterod. Conrado Episcopo Wirzenburgensi S. D.

26. REverende Præsul & idem clarissime Princeps, quum mecum reputarem quàm humaniter tua celsitudo me non solùm in tuorum clientum, aut, quod tu mavis, amicorum numerum recepisset, verumetiam tum literis amantissimè scriptis, tum insigni suâ erga me favoris monumento cohonestâsset, nec ea daret occasionem, quâ possim vicissim ejus animi significationem edere, quem habere debet gratus cliens erga patronum optimè meritum: quoniam in meo paupere mundo nihil erat, cumulime in viridaria scripturarum, ex his Psalmum veluti flosculum odoris gratissimi decerptum ad te misi: hoc satius esse ducens, quàm incomparabilem amicum inani salutare epistolâ. Hæc ætas mihi prorsus fuit sterilis, nec hybernis mensibus ausus sum quassas diutino morbo corpusculi vires iniquis onerare laboribus. Cæterùm si vel tu submonere dignaberis, vel ipsum tempus obtulerit occasionem declarandæ erga te gratæ voluntatis, declarabo nec studium, nec fidem mihi defuisse, etiamsi cætera defuerint omnia. Dominus reverendam tuam amplitudinem, ecclesiæ reíque publicæ diu servet incolumem. Apud *Frib. Bris.* XVI. Cal. Apr. Anno à *Christo* nato M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Nicolao Holaho S. D.

27. NOn mediocri mihi solatio est, mi *Nicolae*, quòd hoc seculo, quod nobis undique tot gignit hominum portenta, quóque fides, charitas & humanitas non modò friget, verumetiam prorsus extincta sepultóque videtur, reperiuntur adhuc aliquot ingenia syncera candidaque: unde spes est aliquando fore, ut aureum illud genus mortalium *Saturnium*. Aliquot amicos habui sic addictos juratósque, ut vel vitæ suæ dispendio meis commodis consulturi viderentur si res ita tulisset, quos nunc patior hostes plusquam capitales, adeoque desierunt esse amici, ut homines etiam esse desierint. Nulla pristinæ consuetudinis, nulla meritorum memoria, nulla fidei religio, nullus humanitatis sensus revocat illos à maleficiis. Quæ res ut mihi veteres amicos qui in fide perstiterunt, reddit chariores: ita novos, si qui obtingunt, majorem in modum commendat. Ipse, simplici natus ingenio, delector candidis animis, qualem tibi esse tum ex literis tuis, tum ex *Quirini* mei narratione mihi videor liquidò deprehendisse, ut tuis manusculis, alioqui lepidissimis mihique gratissimis nihil fuerit opus. Penitiùs impressum est animo meo *Holahi* simulachrum, quàm ut inde possit revelli, aut aboleri: perquam grata tamen fuit ista tua supervacua solicitudo, quippe quam intelligo ab amoris abundantia proficisci. Hoc quoque voluptatis adferet mihi cocleare tuum ac fuscinula, quòd hâc certè ratione *Nicolaum* meum habiturus sum convivam, ac subinde licebit amiculis dicere: Hic est ille meus *Holahus*, quando reliquam vitæ consuetudinem nobis invidere fata. Libet autem utriusque felicitati gratulari: tuæ, cui contigerit apud eam, quâ inter principes fœminas nulla est neque humanior neque moribus sanctioribus, honorificum tenere locum: meæ, qui tam candidum habeam amicum apud præpotentem dominam, cui magnopere velim esse commendatus, cujúsque in me favorem optârim esse perpetuum. Ad id, quantum habeat momenti benevolus convictor jampridem experimentis compertum habeo. Et, si non mentitur vetus *Græcorum* proverbium, *Similè simili amicum esse*, non dubito quin illi pro morum tuorum syncerităte, próque ingenii candore sis egregiè charus. Nec me fugit quantum illa valeat apud germanos suos Cæsarem *Carolum* & Regem *Ferdinandum*. Quorum favor si me destituat, non video quî possim adversus tot portenta subsistere. Hactenus certè præstiterunt, quicquid ab amantissimis Principibus expectare debui. Supereſt ut Gratiarum auspiciis pulcherrimum hoc certamen inter nos decertemus, in quo, quo majore contentione nitemur, hoc erit firmior amborum amicitia. Sanctissimæ Reginæ *Mariæ* precor felicitatem plurimam. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* Nonas Octobris Anno Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Bernardo Episcopo & Cardinali Tridentino S. D.

QUando pares agam gratias tam inauditæ humanitati tuæ, Reverendissime Præsul, quæ toties me invitat ad suæ familiæ contubernium? Quid autem mihi potiùs ambiendum, aut apud quem libentiùs vixerim, nisi talis esset ætas ac valetudo, ut ad omnium convictum sim inutilis, nè victurus quidem, nisi corpusculum hoc mihi longâ experientiâ cognitum meo more temperarem? Olim eram ab aulica vita nonnihil abhorrens *Epist.* 28.

horrens, verùm ubi video & ipsos philosophari Reges, & in Principum aulis studiis ac virtuti suum haberi honorem, haudquaquam me ejus pigeret vitæ, quæ splendorem ac dignitatem habet cum honesto conjunctam. *Plato* verò cum hactenus existimet felices fore Respublicæ si aut Reges philosophiam amplecterentur, aut qui philosophiam callerent, rerum-publicarum gubernaculis admoverentur, non tam sentit disciplinarum cognitionem, quàm mentem optimis decretis imbutam, sublimem, ac rebus humanis omnibus superiorem. Hujus philosophiæ multò maxima pars est pietas *Christiana*. Cujus admirabile studium conspicimus in *Carolo* Cæsare, & Rege *Ferdinando*, quæ res mihi non exiguam spem præbet fore, ut per illos Deus hanc rerum tempestatem vertat in tranquillitatem. Proinde *Cæsarem Ursinum* multis nominibus felicem judico, cui præter summas ingenii, doctrinæ, facundiæque dotes, obtigit, ætate florentissimâ, corporis valetudine prosperrimâ, non sine dignitatis commendatione, cum optimis monarchis habere commercium; à quibus quum plurimum accipiat ornamentorum, illos vicissim à quibus ornatus est condecorare valet. Aut enim me fallit animus, aut ille futurus est aliquando inter eruditione, facundiâ, librisque celebres præcipuus. Quanta ingenii promptitudo, quàm emendata vel ex tempore dicentis oratio, credas illum de scripto dicere! Quàm felix stilus! quàm varia rerum cognitio! Tum quanta morum comitas, quæ præcipuè decet aulicum! Si talem convictorem tuæ celsitudini præstare possem, ultrò videlicet advolarem ad tam amicum patronum multò virtute quàm fortunâ splendidiorem. Nunc aliis saltem gratulari lubet. Mihi jam in extremo fabulæ actu versanti, nihil magis curæ esse decet, quàm ut dicam, Valete & plaudite, æquissimo animo discessurus è proscenio, si, quod futurum speramus, Cæsaris pietas, vestra integritas, ac Principum concordia hos eccl esiæ fluctus composuerint, & composuerint citra gravem humani sanguinis jacturam. Armis sæpenumero deterrimi superiores sunt, nec magni ingenii est occidere: verùm turbulentissimam tempestatem prudentibus consiliis ad quietem redigere, id demum facinus est summo Principe dignum. Non desperamus. Sub Imperatoribus *Christianis Arcadio* & *Theodosiis* gravioribus dissidiis quatiebatur orbis, quum *Arianis*, *Origenistis*, *Manicheis*, *Donatistis*, *Circumcellionibus*, inquinata essent omnia, ac multis etiam in locis adhuc viveret Paganitas. Et tamen illorum Principum consiliis, tanti rerum motus paulatim ad tranquillitatem compositi sunt, idq; nullâ gravi hominum strage. A morbo sensim revalesco, atque interim lapidor. Evangelicorum libellis, sex jam provolârunt, nec erit finis. Hìc adhuc hæreo præter animi propositum, sed ita jubent amici, utinam illorum sit felix consilium. Vix subsistam, ni me Principum sublevet autoritas. R. amplitudinem tuam Dominus prosperat in omnibus. *Friburgi* pridie Natalis Virginis, Anno M. D. X X X.

Erasmus Rot. Christophoro Cancellario Poloniæ S. D.

Epist. 29. VIr clarissime, *Martinus Slapus*, juvenis multis nominibus mihi tam charus, meique tam amans, ut si filius esset, nec ille [illegible] tiorem erga me præstare pietatem [illegible] officiorum ab illo requirere, [illegible] nt tuas literas minùs desideraret, [illegible] mihi denarravit tui erga me [illegible] Unde mihi liquet te nobis non vulgari[illegible] ex animo, certôque judicio bene velle. [illegible] diuturnitatem quæ fucata sunt ferunt [illegible] petui sunt affectus qui non à judicio [illegible] tur. Nobis cum tenacissimo morbo [illegible] or menses conflictandum fuit. [illegible] testinorum successit apostema, ac pene [illegible] medicis, crudeliùs etiam excarnificavit [illegible] Sed gratia *Christo*, paulatim revalescimus, [illegible] disque reddimur. Scio, meminique, vi[illegible] me, quid regiæ debeam benignitati, quid tu[illegible] Voluntas mea jam pridem in proclivi fuit, [illegible] periens si quid imperetis: si quid [illegible] præstare posse, quod animo regio [illegible] tum, beneficii loco fuerit, si admoneris. Exspectamus hìc jamdudum quid nobis parat constitutio Principum. Cæsar ut est singulari ingenio præditus, videtur omnia gesturus ex potestate Pontificis. Res salva est, si nihil peccet Pontifex, nisi quod *Christo* gratum est. Quod omnino futurum arbitror, si modò [illegible] bimur. Dominus prosperet res tuas in omnibus, vir ad publicam utilitatem natus. Datum apud *Friburgum* postridie Calendis Septembris, Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Guilhelmo Quirino S. D.

GAudeo tuum de *Montano* judicium cum [illegible] consentire, planéque mihi persuasum habeo, te quicquid in illum contuleris beneficium, apud optimæ fidei virum depositum. Porro, ut provehendis illius studiis ut meæ voluntati cum mi[illegible] consentit, ita non est par ambobus facultas. Denique non recuso tibi illius nomine sponsor esse, nec metuo sponsionis comitem. Amens ille noster quibus furiis agatur nescio, id certè videtur omnem humanitatem. Leonem, dicebam, nugonem esse sciebam, tantum perfidiæ, tantumque malitiæ nunquam suspicatus sum in eo fore. Quatuor libellos jam jaculatus est in caput meum suo nomine, duo prodierunt per alios autores, sed hujus instinctu: nec videtur unquam fatturnem, donec impegerit in suum malum genium. In *Concilio Cæsareo* dicas Bonæ deæ mysteria, adeò vix quisquam novit quid agunt. Si quid sectis concedet Cæsar, clamabunt se victos, nec video qui laturi sint illorum insolentiam. Si vicerit altera pars, quis ferat monachorum tyrannidem? Quod offers non solùm domi [illegible] etiam facultatum omnium communionem, [illegible] sco *Pythagoricam* amicitiam, qui utinam [illegible] piùs frui liceat. Bene vale. Datum apud *Fabrum Brisgoiæ* sexto die Septembris, Anno Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Andreæ Critio Episcopo Plosensi S. D.

REverende Præsul, literas tuæ celsitudinis [illegible] cum libello *De Missa* tuo, bonâ fide reddidit *Martinus Slapus*, optimis moribus juvenis. Libellum nec sine fructu nec sine voluptate percepi. Erigius

…volumine quàm multa complectitur; pu- …ant adversus hæreticorum dogmata, explanat no- …ctionem Dominicam, declarat rationem …ssæ, obiter commonstrans quæ inter sacrifican- …dum indecorè geruntur. Placuit quod stilum ad …mplicium mediocritatem nonnihil dejeceris, …ue episcopum agere quàm rhetorem. In *Bohemia Franciscanus* quidam pridem edito volumine docuit quid quæque declarent, quæ illic à sacerdote geruntur. Hic duo libelli prodie- runt, alter *Guimundi*, alter *Algeri*, uterque asse- rens veritatem sanguinis & corporis Domini in Eucharistia, meâ sententiâ non infeliciter. Idem typographus erat & tuum excusurus, ni metuisset ne vestri typographi *Francfordiam* essent venturi cum suis mercibus. Porrò, quod idem *Martinus* nuntium quoque reddidit celsitudinis tuæ munus, vereor ne ille immodico quodam mei studio dixe- rit aliquid, quod illi non mandâram. Mihi qui- dem symbolum fausti cujusdam ominis visum est, & rei hoc nomine fuit gratissimum, quòd ad tui imitationem me provocat. Anulus aureus gem- mam habebat figurâ cordis, colore rutilo. Quid amplius optare possis homini *Christiano*, quàm ut cor habeat sapientiâ illustre, charitate igneum? Adnitar ad exemplar pro mea quidem virili: vel longo intervallo talem sequi cursorem est ali- quid, si non datur assequi. Totam ferè hanc æta- tem luctati sumus cum molestissimo simúlque te- nacissimo morbo. Mense Martio & Aprili flabant venuli quidam mirè blandi, sed, quod ipsâ re compertum est, nocentissimi. Multis conciliârunt adversam valetudinem, quibus ægrè licuit reva- lescere. *Andreas Zebridovius* ætatem habet, nec dubito quin illi constet sui consilii ratio, ac spero quod sequutus est feliciter cessurum. Non omnibus ingeniis omnia congruunt, alius aliâ viâ pervenit ad sapientiam. Mihi certè convictus hominis erat gratissimus. Quanquam autem in juvene gloriæ …ius nonnullum est vitium, tamen arguit genero- …am indolem, miniméque desperandam. Hic nisi me fallunt omnia, videbimus cruentos tu- multus. Exhibita sunt hæreticorum dogmata, exhibita catholicorum responsio; Cæsar, qui, uti …xio, rem omnem ex præscripto Pontificis ge- rit, non patitur quicquam moveri in his quæ recep- it ecclesia: pollicetur tamen se vitiorum correc- tionem adhibituram utriusq; status primoribus, & jam nunc admonentur civitates, ut restituant quod episcopis ac sacerdotibus ademerunt. Erat omnino premenda quorundam levium effrenis petulantia, nec arbitror rem malè cessuram, si ut Cæsar pro sua religione fideliter exequitur quic- quid Pontifex jubet, ita Pontifex nihil jubeat nisi quod est in rem ecclesiæ catholicæ. Crescit ubique Cardinalium numerus, hoc an gratulari debeam ecclesiæ nescio. Veteres non absque causâ tanto studio Card. turbam conati sunt excludere. Satis erat fastûs in domo Dei, plus satis erat hominum devorandorum abbatias, episcopas & dignitates, e- tiam si hic tam numerosus non accessisset chorus. Olim Cardinalis officii nomen erat, nunc est regni. Sed hâc ratione suas res, ut videtur, com- munit Pontifex, & Principes habent splendidos famulos ecclesiæ salariis. Nos hinc adornabamus iter in *Brabantiam*, sed amici quidam ex aula Cæsaris monuerunt, nè quò moverem pe- dem ante perspectum Concilii exitum. Scribunt

A adhuc superesse nonnullam pacis spem: Sed hyeme fugere si minùs vetaret evangelium, hæc valetu- do non concedit. Ut Cæsar maximè velit pacem, evangelici jamdudum videntur ad bellum gesti- re, provolant undique libelli ad Cæsarem, ali- óque Principes, dira minitantes illis, ni matu- rè desinant persequi veritatem evangelicam. Te- nebriones, nescio qui, Cæsarem pinxerant *inflexo* ignominiosâ imagine, sed eam magistra-
B tus suppressit. In me non sobriè debacchantur, sex jam libellis emissis in caput meum: atque hæc nihil aliud est quàm velitatio, expecto longè atrociora. Hoc malum tolerabile est, quod habet adjunctum solatium: impetor, sed ab hæreseos damnatis: illud concoctu durius, quòd ea pars quam tueor habet inimiciores hostes. Apud *Hispanos* furit insigniter *Franciscanus* quidam, arctæ religionis: huic simillimum alterum habet *Brabantia*, *Thrasonicâ* gloriâ juvenem. *Albertus Pius*
C quondam *Carporum* Princeps, qui nunc *Galliæ* Regis benignitate fovetur, non contentus eo libro quem pridem in me edidit, adornavit alterum priore triplo majorem: per conductos aliquot curavit ex omnibus libris meis decerpenda quæ videntur affinia doctrinæ *Lutheranæ*, aut quæ ad calumniam detorqueri posse videantur. Alit do- mi suæ, ut aiunt, *Sepuluedam* quendam *Hispanum*, cujus operâ utitur ad dictionem poliendam. Miror quid isti homini veniat in mentem, nisi quòd su- D spicor illum hoc agere instinctu mitrati cujusdam, cui fœderatissimus est. *Magna inter molles concor- dia*, inquit Satyricus. *Franciscanis* gracculis post- hac ero mutus. *Alberto* fortasse respondebo. Cum *Sutoribus* & *Beddis* induciæ sunt. Sunt apud Cæsa- rem theologi, quorum arbitrio magna ex parte res geritur, qui mihi non optimè volunt. *Gatti- narii* mors mihi præcipuum amicum ademit. Pon- tificium nomen hactenus satis magno flagravit odio, etiamsi nihil accederet. Nunc *Florentia*
E pertinaciter obsessa, & à *Clemente*, nisi vanus est rumor, parum clementer vexata, vix credas quantum addat invidiæ. Si huc spectat, ut me- tuatur potiùs quam ametur, ut vi rem gerat, me- tuo nè malus sit futurus diuturnitatis custos me- tus. Hujus invidiæ nonnulla portio recidit in Cæsarem, qui ipse quidem si quid peccat, non peccat sævitiâ, sed obedientiâ. Ab hoc extorsit Pontifex ut liceret obsidere *Florentiam*, ab hoc impetravit ut esset arcis *Adriani* dominus, nec
F dubitandum quin in illo arctissimo convictu alia multa ab illo sit stipulatus. Sed spero rem habere rectiùs quàm vulgò jactat rumor. Equidem hinc interpretor Deum populi sceleribus vehe- menter iratum esse, quòd quum duos habeamus fratres, *Carolum* & *Ferdinandum*, pari religionis a- more, pari clementiâ præditos, tamen sub his tot calamitatibus affligamur. Primùm, apud *Hispa- nos* orta est seditio, cujus gratia & *Ferdinandus* in *Brabantiam* deductus est. Quum tot profecti-
G onibus, inauguratione, pompis, matrimoniis, ex- actionibus esset exhausta regio nostra, accessit Imperium, nomen magnò quidem venale, sed census exigui. Deinde quot annis miserè vexata est *Gallia*? Quàm penè funditùs perdita *Italia*? Nunc nisi Deus avertat, superest ut mutuis cædi- bus sese laniet *Germania*. Quid à *Turca* passa sit *Hungaria* & *Austria* notum est omnibus, quid pas- sura sit incertum. Quid nunc cõmemorem furiosos

agricolarum tumultus? Quid tot morborum ac pestium nomina, imò novas & nondum nomen sortitas species? Quid rerum ad usum vitæ necessariarum tantam vel inopiam vel caritatem? Quanquam haud scio an inter hæc mala primus locus debebatur hæreseon dissidiis. Tantúmne malorum sub optimis Principibus? Sed *dabit Deus his quoque finem*, si nos vitiis longum valere jussis ad ipsius misericordiam confugerimus. R. celsitudini tuæ precor omnia fausta lætáque. Datum *Friburgi Brisgoiæ*, Calend. Septemb. Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Roterodamus Jo. Rinckio S.

Epist. 32. SAlve plurimum, quantum vivit hominum candidissime. Etiamsi tam vile fuisset munusculum, quàm illud tua facit modestia; tamen animus iste tam aureus ac gemmeus, & epistola nihil spirans nisi meros amores, poterat illud ita commendare, ut pro quamvis magno acciperetur. Nunc quum tale sit, ut vel à Rege non indecore donari potuerit, tamen quæ tua modestia est, rogas ut boni consulam. Mihi potiùs rogandus eras, ut libellum ex tempore fusum ac velut abortu ejectum boni consuleres. Sed hac in parte video mihi rem esse cum *Hercule*, quem in tuo poculo conspicio. Quàm enim ille viribus & clavâ fuit invictus, tam *Rinckius* officiis aut beneficiis superari non potest. Nec malè quadrat in te aquilæ symbolum, quod habet tuus clypeus. Nemo tam velox esse queat ad bene merendum, quem tu non prævoles. Solus animus mutuus mihi sufficiebat. Epistola tam amica magni muneris loco esse poterat. At his non contenta tua benignitas addidit poculum, & opere & precio non vulgare. Do manus *Herculi*, nec contendam ultra, nisi hoc solum, nè videar amando inferior. In Principum conventu quid agatur, hactenus ad nos amici perscripserunt. Propositæ sunt capita rerum, primùm, ut *Germani* ferant suppetias adversus *Turcarum* rabiem: deinde, ut sectarum dissidium tollatur, si fieri possit, absque sanguine: tertium, ut eorum qui se gravatos putant habeatur ratio. Ad hæc peragenda vix sufficeret synodus διαμεινικὴ triennis. Quid sit futurum nescio, nisi Deus interveniat fabulæ, nullum video exitum. Et nisi res fuerit acta ex consensu omnium provinciarum, exitura est in seditionem. Quidam sperant cum *Lutheranis* rem posse transigi, quod & hi petant moderata, & Pontifex paratus sit etiam magna concedere. Nam habet *Augustæ* Cardinal. *Campegium* hominem perhumanum, qui bis ad me scripsit. Episcopus *Augustensis* censet æquum, ut concordiæ causâ quædam concedantur, quo nomine apud quosdam dicitur audire *Lutheranus*, quum nihil sit illo viro sanctius integriúsque. *Lutherani* exhibuerunt fidei suæ summam. Huic negotio præest *Melanthon*, qui suis ad me literis declarat sese non omnino desperare. De *Zuinglianis* primùm Cæsar non sustinuit audire. Nunc aiunt impetratum, ut illi quoque fidei suæ rationem exhibeant. Hac gratiâ missus est *Hedio*: nam ut audio, *Capito* constanter detrectavit eam provinciam. Multi me literis hortantur ut adsim Concilio, Cæsar tamen nondum vocavit: & si vocet, habeo excusationem justiorem quàm vellem. Nam quum quartum jam mensem ægrotem, nondum possim convalescere. Primùm ea pestis quibusdam blandis, sed pestilentissimis [illegible] sunt alvi tormina, qualia nunquam experta eram; ea vomitum extorserunt, gracili corpore, ut scribit *Hippocrates*, gravem. Ex vomitu [illegible] machi, cruciatus & inedia conciliatura [illegible] ani. Neque parum molestiæ addiderunt medici. Torminibus successit apostema durum, quod [illegible] quamdiu porrectum, dextrum ventris latus occupavit. Mox insiliit in umbilicum, hâc specie quasi serpens os infixum habens umbilico, medio corpore intorto, cauda peteret pubem. Postea [illegible] flexit se in latus lævum, ut penè cingeret [illegible] cum. Stimuli cruciabiles, nec noctu nec interdiu dabant quietem. Adhibitus est chirurgus, ut hîc sunt alicujus nominis. Is reclamantibus omnibus, nihil discernens inter vomicam & apostema durum, quod lenientibus ac frigidis [illegible] dum ac dissipandum erat, violentis emplastris ne tantum non enecavit. Puto levius cruciari qui agunt in igni purgatorio. Exulceravit mollia quædam, apostema tantum coxit. Interim polliciter omnia magnifica. Rupto ulcere ferro, è multi effluxit sanies; è duro per quod ferrum egerat, nisi sanguis. Ante triduum dimissi hominem curatus, at non sanatus. Manet enim idem apostema, mitiore licèt cruciatu. Revocandi erant medici. Quum vehementissimè affligeret morbus, [illegible] quem unicum habebam (nam alter superiore patriam) subitò correptus est sudore *Britannico*. Hunc ad modum Dominus dignatus est nos invisere. Animus jamdudum gestit hinc emigrare quovis, oppidum est sat elegans, sed non perinde frequens, utpote submotum a flumine, studiis aptus, mirabilis omnium rerum caritas, genus hominum parum hospitale, ut aiunt; nam mihi hactenus nemo fuit admodum molestus. At nusquam video tranquillum portum. Durandum est hic donec appareat quò vergat Concilii exitus. Quidam divinant futurum, ut in primis agatur de pecuniis exigendis, hæreseon negotium rejiciatur in synodum universalem, sacerdotibus, episcopis, monachis, & abbatibus ejectis ac spoliatis dentur bona verba. Opinor tibi jam conspectos libellos, qui nuper aliquot in meum caput provolarunt. Qui movet hoc organum, tibi, ni fallor, notus est. Inter hac inter mihi juratissimos amicos coryphæus referebat à quoquam nominari *Erasmum* cum prefationem honoris, nunc hostem agit plus quàm capitalem. Quis credidisset in illo ebriolo latere tantum veneni? Hujusmodi permulta me vehementer alienant ab istorum instituto. Oderat quicunque dissentiunt, & tamen negant esse liberum arbitrium. Si Deus nondum mihi gratiam illam impartiit, de qua sese jactant, erat cur pro me Dominum interpellarent, non erat cur odio proquerentur. Variant amicorum sententiæ, alii cessent nè legendas quidem istorum nænias, quibus hactenus subscribit animi mei sensus: alii qui versantur in cœtu Principum, suadent ut scriptis respondeam. Quid facturus sim nescio, ceteri quietem flagitant, & hic animus, & hæc ætas, & hæc valetudo. Habes epistolam languidam, nimirùm à languido. Si Dominus reddiderit vigorem, spero futurum ut aliquando nos invicem complectamur. Interim cura ut quàm rectissimè valeas. Datum *Friburgi* prid. Nat. D. *Margaritæ*. An. M.D.XXX.

Erasmus

Erasm. Rot. Georgio Saxoniæ Duci S.

SI quis rectâ viâ secum reputet conditionem mortalium, ac sortem humanæ vitæ, *Georgi* Principum *Christianorum* decus, non existimabit magopere deplorandam mortem *Bilibaldi Pirckheimeri*, ut cui tantum fœlicitatis obtigerit in tertis, quantum paucissimis hominum obvenire solet. Nam si externa ista vocemus ad calculum, genere patricius erat, partus & alumnus *Norenbergæ*, civitatis inter *Germanicas* cum primis tum claræ, tum opulentæ, re non modò lautâ, verumetiam opimâ, apud summos orbis monarchas, præcipuè *Maximilianum* Cæsarem, tantum gratiâ simul & autoritate valuit, ut vix cuiquam esset secundus. Idem honoris obtinuit, & apud *Carolum* Imperatorem, ipso etiam *Maximiliano* majorem. Quorum utrique non minùs prudenter quàm fidum consiliarium præstitit. Quin & patriæ suæ belli domíque, magna multáque pietatis documenta præbuit, pro civium incolumitate nullam unquam refugiens discrimen, vir ut rectissimi judicii, ita liberi constantísque animi, vel in pronunciando quod sentiebat, vel in exequendo quod instituerat. Nec infelix illi, nec sterile conjugium obtigit: reliquit enim, ut audio, filiam hæredem. Vixit justum ætatis modum sexagenarius, ni fallor, aut eo major. Nec deerant corporis dotes egregiæ, donec senectus quæ nihil non vitiat, podagram & calculum adduceret. Hoc igitur visum est Deo purgare famulum suum, ut esset aurum undequaque purum ac probatum. Nec tamen unquam corporis cruciatus tantum in eo viguerunt, ut animum vel à consulendo Reipub. commodis, vel à provehendis liberalibus studiis revocarent. Calamo pensabat quod corpusculi viribus erat diminutum. Rarò quidem commeabat in senatum, sed domus illius ab optimis quibúsque viris frequentata, senatus quidem erat, & scriptis latiùs pleniúsque præstabat vel senatoris, vel consiliarii munus, quàm alii linguâ pedibúsque. Quid enim ille scripsit, quod non vel ad Reip. disciplinam, vel ad studiorum profectum, vel ad pietatis causam pertinet? Quin & illud raræ cujusdam felicitatis arbitror, quòd nec fortunæ splendor, nec eruditionis gloria, nec animi libertas multum illi conflavit invidiæ. Extiterunt quidam, qui nomini illius nescio quid nebularum conati sunt offundere, sed integritatis illius fulgur ac sol, ut ita loquar, protinus calumniantium fumos dissipulit, résque prorsus in diversum cessit. Nam ipsi fumo suo sunt tincti, qui fumos offundebant, & *Bilibaldi* virtus effulsit clarior. Denique mors obtigit, quâ vix optari possit commodior. Nihil enim erat neque contagii, neque magni cruciatus. Corpus modò languebat, animi vigor ad extremum usque halitum erat integer. Defecerat humor ille quem medici vocant radicalem: itaque non tam emori, quàm placidè obdormiscere visus est. Extremi sermones quos habuit cum doctis amicis, nihil aliud spirabant, quàm miram erga patriam pietatem, flagrantissimum *Christianæ* religionis amorem, déque publicis literarum studiis plurimam sollicitudinem. Quum inviseret illum decumbentem *N.* obnixè rogabat, ut quàm posset ocyssimè pararet aliquem bonæ fidei nuncium, qui *Friburgum* transcurreret ad *Zasium* & *Erasmum*, quàdam perlaturus. Sed dum ille sedulò quærit qui peteret terrestre *Friburgum*, ipse postridie subvolavit in cœlestem *Hierosolymam*. Suprema vox morientis, quæ quidem auditi poterat, hæc erat: *Utinam post decessum meum bene sit patriæ, utinam tranquilla sit ecclesia.* Nec dubitandum quin reliqua verba fuerint ejusdem pietatis, quæ mors linguam occupans obscurabat, nostris quidem auribus, at non item divinis. Qui talis viri mortem putant deplorandam, quid aliud quàm lamentantur eum fuisse natum hominem? Justius fortasse defleret aliquis publicam studiorum jacturam, quòd festina mors obstitit, quo minus ad plenum absolverit duo præclara facinora quæ jamdudum moliebatur, videlicet, ut *Ptolomæi Cosmographiam* apud *Græcos* pariter ac *Latinos* depravatam restitueret, & eximium illum *Christianæ* philosophiæ præconem *Gregorium Nazianzenum*, sic *Latinè* loquentem nobis daret, ut *Græci* sermonis fontes nemo desideraturus fuerit. Sed quis fuit unquam vir eruditus, aut pius, aut publicis natus commodis, qui non istiusmodi de se querimonias posteritati reliquerit? Quum enim tales nunquam moliantur aliquid præclari facinoris, atque id impensiùs, quo magis accedunt ad extremum ævi diem, fieri non potest quin mors, quandocunque acciderit, egregium aliquod institutum interrumpat: quúmque nunquam ipsi finem faciant bene merendi de genere humano, profectò necesse est ut prius vitam finiant quàm instituta. Non hæc eo mihi dicuntur, clarissime Princeps, quasi parùm expolita sint quæ nobis reliquit, sed quòd lector fortè tanti artificis supremam manum alicubi sit desideraturus. In *Gregorio Nazianzeno* pietas propémodum ex æquo certat cum facundia. Sed amat significantes argutias, quas eò difficilius est *Latinè* reddere, quòd pleræque sunt in verbis sitæ. Tota verò phrasis nonnihil accedit ad structuram *Isocraticam*. Adde quod de rebus divinis, quæ vix ullis verbis humanis explicari possunt, libenter ac frequenter philosophatur. Frater ejus *Basilius* suavi quodam & inaffectato dictionis fluxu, & pietatem, & eruditionem, & acumen ficubi res postulat, & perspicuitatem, & jucunditatem, & si quam aliam virtutem in oratore *Christiano* quisquam desiderare possit, complectitur. *Johannes Chrysostomus Basilii* quemadmodum in literis, sic etiam in professione syncerioris vitæ socius, atque, ut ita loquar, *Achates*, quicquid ferè scripsit, ad popularem captum accommodavit, eóque fusior est ac simplicior, & in locis communibus spaciari maluit, quàm in difficillimis versari quæstionibus. Hos triumviros una tulit ætas apud *Græcos*, pietate pares, nec dispares eruditione, sed dictionis charactere dissimiles: quos si cum nostris conferre velis, *Chrysostomus* non dissimilis est *Augustino*, *Gregorius Ambrosio*, qui si *Græcè* scripsisset, plurimum negotii fuisset exhibiturus interpreti. Quem *Basilio* conferam nondum invenio, nisi si quis scripturarum cognitionem quam habuit *Hieronymus*, cum *Lactantii* felici facilitate copulet. Me à vertendo *Gregorio* semper deterruit dictionis argutia, & rerum sublimitas, & allusiones subobscuræ. Eam provinciam eximio quodam pietatis ardore sibi sumpsit *Bilibaldus* noster, cui & immortuus est. Hoc opus tibi, Princeps illustrissime, quo vix alius pietatis amantior, vivus destinârat, quod tua

ſingularis humanitas eo propenſiore etiam favore ſuſcipiet, quòd moriens extremum hoc μνημόσυνον ſui reliquit. Solent enim ſeri partus vel ob id eſſe gratiores quòd præterea nihil ſperatur. Proinde quum veluti poſthumum fœtum, tuâ ſingulari fretus humanitate tibi moriens in gremium dari voluit, non dubitamus quin hìc quoque ſis tui ſimilis futurus. Eâdem autem operâ quum amici memoriam illuſtrabis, tum omnibus ad pietatem non mediocre calcar addideris, ſi *Bilibaldi* reliquias tuo favore ſtudioſis omnibus commendabis. Porrò, quibus pietas cordi eſt, non offendentur, quòd priſcos eccleſiæ doctores ſequutus, non abhorret interdum à verbis quibuſdam noſtræ religionis peculiaribus, quódq; mavult interdum *Chriſtianè* loqui, quàm *Romanè*: quanquam non video, quamobrem illa non debeant haberi pro *Romanis*, quæ ante annos mille quingentos à *Romanis* ſcriptoribus neceſſariò ſunt uſurpata, nec id ſine *Græcorum* exemplo. Vale. Ex inclyta Academia *Friburgenſi*. Id. Maii, Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

Eraſmus Rot. Auguſtino Eugubino S.

Epiſt. 34. ET animum iſtum, & fortunam gratulor, *Auguſtine* doctiſſime, non tibi modò, ſed & ſacrarum literarum ſtudioſis, quos oportet omnes, ſi grati eſſe volunt, benè precari manibus incomparabilis viri *Dominici Grymani*, qui pulcherrimum hoc propoſitum & animo concepit, & conſtanter perfecit, ut bibliothecam optimis quibuſque libris diverſarum linguarum inſtructam, non mediocribus impendiis parârit, ſuíque monumentum reliquerit, qui non video quo ſpecioſiore titulo memoriam ſuæ gentis poſteritate valuerit commendare. Quum agerem *Romæ*, ſemel atque iterum ab illo ad colloquium invitatus, ídque, ni fallor, per *Petrum Bembum*, ut tum abhorrebam à cultu magnatum, tandem illius Palatium adii, pudore magis quàm ex animo. Nec in area, nec in veſtibulo ulla hominis muſca apparebat. Erat tum tempus pomeridianum. Equum tradidi famulo, & aſcendi ſolus, venio ad primum atrium, neminem video: ad ſecundum ac tertium, tantundem, nullum oſtium occluſum reperi, mecum demirans ſolitudinem: ad extremum venio, illic unum tantum reperio, *Græculum*, ut opinor, medicum, tonſo capite, cuſtodem oſtii patentis. Rogo quid ageret Card. Ait intus cum aliquot generoſis confabulari: quum nihil adderem, rogat quid vellem. Salutare inquam, ſi commodum eſſet, nunc quia non vacat, aliàs reviſam. Dum abiturus, pauliſper per feneſtram, loci ſitum proſpicio, redit ad me *Græcus*, percontans num quid velim renunciari Cardinali. Nihil inquam opus interpellare illius colloquium, ſed brevi rediturus ſum. Tandem ſciſcitanti nomen, edo. Eo audito, me non ſentiente ſe proripuit intrò, móxq; egreſſus, jubet nè quò abeam, ac protinus aceerſor. Venientẽ excipit non ut Cardinalis, & talis Card. extremæ ſortis homunculum, ſed ut collegam. Poſita eſt ſella, colloquuti ſumus plus quàm duas horas, nec interim licuit manum admovere pileo. Prodigioſam in tanto rerum faſtigio comitatem. Inter plurima quæ de ſtudiis eruditiſſimè diſſeruit, A ſatis indicans jam tum ſibi fuiſſe in animo, quid nunc de bibliotheca factum accipio, ſuaſit hortari me nè *Romam* ingeniorum altricem relinquerem. Invitat ad domûs ſuæ communionem & fortunarum omnium communionem, illud addens, cœlum *Romanum* ut humidum & crudum meo corpuſculo convenire, præcipuèque eam urbis partem in qua palatium habebat, olim à Pontifice quodam extructum, qui locum eum ut omnium ſaluberrimum delegiſſet. Poſt multos ſermones ultrò citróque habitos, accerſit nepotem ſuum jam tum Archiepiſcopum, adoleſcentem divinâ quâdam indole præditum. Conantem aſſurgere vetuit, Decet, inquiens, diſcipulum coram præceptore ſtare. Tandem oſtendit bibliothecam πολυγλωττον. Quem virum ſi mihi contigiſſet temporius nôſſe, nunquam urbem eram relicturus, quam longè ſuperi meritum meum reperi faventem. Sed jam aderam ſtatueram, eóque res proceſſerat, ut mihi vix integrum eſſet ibi manere. Quum diſſem me accitum ab *Anglia* Rege, deſiit urgere, tamen hoc iterum atque iterum ſuavi, ni fallor, ſpicarer ea quæ promitteret non ex animo proficiſci, néve ipſum ex vulgarium aulicorum moribus æſtimarem. Ægrè me dimiſit à colloquio, ſed quum abire geſtientem diutiùs remorari nollet, illud extremis verbis à me ſtipulatus eſt, ut ipſum adhuc ſemel inviſerem, priuſquam inde exeederem. Non redii infelix, nè hercule ſermonis victus, mutarem ſententiam. Nunquam mihi res æquè fuit leva. Sed quid agas, quum urgent fata? Eam felicitatem quæ mihi tum affulſerat, tibi nunc domi eſt, invidere tibi non poſſum; ſed mihi juſtiùs iraſcerer, méque ipſum oderim, qui oblatam recuſârim: verùm hoc me conſolatur, quòd tuâ induſtriâ video futurum, ut iſtius divini theſauri nos quoque reddamur conſortes. Nam adnotationes in *Pentateuchum* peream ni avidè quidem perlegi, in quibus & alia multa præclara nobis polliceris. In his quæ prodierant, mihi plurimùm vehementer arrident: ſunt tamen ſcopuli, de quibus te admoneri non minùs noſtri quàm tui refert, videlicet ut poſthac tuæ lucubrationes in manus omnium veniant elimatiores, & omninò tales, ut aut nihil, aut quàm minimum invenire queant *Momi* quod calumnientur. Hoc tibi, mi *Auguſtine*, cum primis perſuadeas velim, ut non aliâ mente monitoris partes ſuſcipere. Nam & induſtriam tuam exoſculor, & gloriæ ejus animo faveo. Hæc editio prima ſcatet prodigioſis mendis, præſertim in *Latinis*, ex quo videre quàm non tutum ſit typographorum operis fidere. Si tibi non eſt integrum adeſſe, præſtaret hoc munus alicui delegare, qui bonâ fide vicem tuam & poſſet & vellet. Interdum optarem te diligentiorem eſſe in probando, quàm ex in aſſerendo fortis, præſertim quum rejicis aliorum opiniones. Videris autem in quoſdam ſtomachoſior, quaſi privato quodam affectu ſis eis infenſus, velut *Nicolaum Lyranum*, & *Paulum* Epiſcopum *Sempronianum*, quorum uterque eſt noſtræ inferioris *Germaniæ*: non quòd fas non ſit ab illis diſſentire, ſed quòd ſtomachi ſignificatio tibi non nihil abrogat fidei. Diſſentis à *Reuchlino*, ſed civiliter cum laudis præfatione. Arbitror autem *Paulum* nulla in re *Reuchlino* inferiorem acumine ingenii, & Mathematicarum diſciplinarum cognitione ſuperiorem.

superiorem. Cujus tamen nomen nusquam quòd
A scium, citas, nisi cum reprehensione. Eum non
audiendum existimas, quòd sentiat hanc editio-
nem non esse totam *Hieronymi*, hoc uno fretus
argumento, quòd singuli libri præfationes habent
Hieronymi. Hæc ratio si solida est, orationes *Æs-
chinis* ac *Demosthenis* fatebimur à *Cicerone* versas,
quòd in eas præfatur *Cicero*: sed aliquo casu periit
illius translatio, præfatio ob utilitatem aliquam
servata est. Extat in *Job* gemina præfatio, cum
B utraque non competat in eandem versionem.
Probabilius est ecclesiasticos Proceres, quum jam
ferè recepta esset editio *Hieronymi*, mutâsse quæ-
dam ab illo versa, & ex veteri translatione, aut
ex *Septuaginta* restituisse nonnulla: ita factum est,
ut hæc editio temperata nobis remanserit, ex
autoritate ecclesiæ. Verùm hoc exempli dun-
taxat gratiâ protuli, non ut tecum super hac re
contendam. Interdum odiosiùs attingis *Aver-
roistas*, ut videaris in totum damnare philoso-
C phiam *Aristotelicam*. Nam qui sic addicti sunt *Ari-
stoteli*, ut negligant divinos libros, aut *Christi*
dogmata ad *Aristotelis* gnomonem exigant, me-
ritò reprehendendi sunt. Si *Basilius*, *Chrysostomus*,
Hieronymus, & *Augustinus* absque philosophiæ
cognitione venissent ad tractanda scripturarum
mysteria, obsecro quid egissent? Profiteris te
scripturum adversus philosophiam *Platonicam*,
quòd si *Platonicam* pariter atque *Aristotelicam*
damnes, nullam nobis relinquis. Non me fugit
D rectum esse quod sentis, sed expediebat hoc quod
sentis ejusmodi verbis expressisse, ut hinc tibi
quàm minimum conflaretur invidiæ, quo tua
scripta majore cum fructu legantur. Nunc pri-
mùm opinor prosiluisti in hoc theatrum, novus
actor. Permagni autem refert ad omnes fabulæ
partes, quàm auspicatò primam ejus scenam sal-
tum. Hâc excetrâ nulla bestia nocentior aut
pervicacior. Facio nunc quod solent hi qui infe-
E liciter navigârunt, quum alios vela pandentes ad-
monent, quæ in mari vitanda sint pericula. Simile
quid aggressis dulciter aspirat undique aura faven-
tum applaudentiúmque: verùm ubi se ventus in
diversum verterit, tum destituti hærent in vado.
Videris multa tumultuariâ lectione devorâsse, ea
si justo temporis spacio concoxeris, exibunt multò
gratiora, quàm si eadem juvenili calore effutive-
ris. Etiam atque etiam mihi rogandus es, *Augu-
stine* doctissime, ut hæc eo animo accipias, quo à
F me dicuntur: quæ ut frustra moneam, tamen
amor etiam tuta timens, non poterit non esse
gratus. Quid quod non tantùm & ad tui nominis
existimationem, & ad publicorum studiorum uti-
litatem pertinet, ut tua elaborata cum omni
plausu veniant in manus hominũ, verumetiam &
Gymnasica memoriæ, istiúsque bibliothecæ sem-
piternum decus, non leve momentum habet. Nam
non ita magni refert quid de me privatim sentias.
Videris enim aliquot locis, nescio quid stomachi
G te ferre, etiamsi mihi nondum liquet an illa
in me torseris. Veluti primo statim *Geneseos* capi-
te, quum tractas etymologiam nominis *Adam*,
taxas citra nomenclaturam quosdam, qui quòd
Augustinus in *Hebraica* dictione, *Græcam* signi-
ficationem exponit, quasi α noter ἀναπολῶ, ὁ, δύσις,
μ, μετανάστασις, appellârunt frigidam ex-
positionem. Hoc à me notatum fateor in Evan-
gelium *Johannis* capite secundo: sed illic frigidæ

expositionis nullum invenio mentionem, atque
adeo nè vocem quidem ullam minùs reverenter.
Fateor hoc commentum ab aliis proditum,
sed demiror illud *tam gravi viro* tantopere pla-
cuisse, ut sæpius putârit commemorandum:
quum addo *tam gravi viro*, præfatione laudis
mitigo dissentionem. Nec tu videris probare
quod improbo, tantum admiraris cur non eadem
operâ sit taxatus *Cyprianus*, qui hoc ante *Augu-
stinum* literis prodiderit. Fortassis in prima edi-
tione locum eum in *Cypriano* non legeram, aut
certè non memineram. In posterioribus editio-
nibus reperio hæc verba: Quod quidem & ante
adnotavit divus *Cyprianus*, sed homo fuit uterque.
Si probas, quod dissentio, dissentiendi modestiam,
ut opinor, non desideras. Sed admones *Cypria-
num* etiam illud addere, quod *Augustinus* tacuit,
eam terram unde factus est *Adam*, è quatuor
mundi cardinibus fuisse Dei pugno comprehen-
sam. Verùm poteras & illud addere, quòd fri-
volum commentum coactæ scripturæ testimonio
probare nititur, Palmâ mensus est cœlum, &
pugno comprehendit terram. Quis unquam eum
Esaiæ locum ad istum interpretatus est modum,
ut fileam quod, ut suo commento locum faceret,
vitiavit scripturam, pro, *de limo terræ*, citans *ex
omni limo terræ*. Prætereo quòd pro quatuor
mundi plagis ponit quatuor mundi stellas. Ut
arctos sit stella, quum potiùs sit sydus; quis un-
quam dixit orientem, occidentem, aut meridiem
esse stellam? Sunt in eo libello, cui titulus *De
montibus Sina & Sion*, præter dictionis figuram
alia multa quæ non recipiunt pectus *Cypriani*,
unde non temerè à nobis numeratus est inter ea
quæ illi viro falsò adscribuntur. Hæc igitur si nec
tu probas, ut opinor, quid *Augustino* patrocine-
tur illius authoritas? Quin arbitror ista nè *Au-
gustino* quidem placuisse, è quibus particulam
modò verecundiorem decerptam dedit auribus
populi. Nunc paulisper mecum velim consideres
argumenta tua, quibus refellere conaris eos qui-
bus hoc commentum videtur frigidum. Si hæc, in-
quis, frigida sunt, cur eodem modo non frigent
omnia quæ à *Platone* in *Cratylo* scripta sunt?
Cur & *Varronis* etymologiæ non frigebunt? qui
etiam nominibus Græcis etymon *Latinum* ac-
commodat. In qua re maximè reprehenditur à
Servio Donatus, quòd is *Lenæum Bacchum* dici
putat à *leniendo animo*. Obtestor prudentiam tu-
am, *Augustine*, an simile quippiam usquam tra-
didit vel in *Cratylo Plato*, vel in etymologiis *Var-
ro*, ut singulas literas per singulas dictiones in-
terpretemur? Quis unquam veterum Gram-
maticorum tam ociosè nugatus est? Aut quis
non rideret studium quorundam recentiorum,
quos hæc plusquam inepta cura delectavit, ut
dictiones aliquot literatim interpretentur? Ve-
lut, *Deus dans æternam vitam suis*, & ad hujusmodi
somnia sacrarum literarum testimonia accom-
modent? Vidimus olim singulis literis inter-
dum fuisse designatas singulas dictiones, ut,
S.P.Q.R. *Senatus populúsque Romanus*. Et P.M.
Pius maximus. Et P.P. *Pater patriæ*, de quibus non-
nihil prodidit *Probus*. Sed nemo tam ineptus nu-
gator fuit, ut *pater* exponeret, *pascens amanter
teneros ære vellit*. Aut *mater*, *animam accommo-
dans teneris ejulantibus roscidam*. Vides quan-
tum interfit inter etymologiam & hoc interpre-

tandi genus quod improbavi? Sed vidi quantum tibi donem. Finge nihil interesse, non protinus frigebunt omnes etymologiæ, si una atque altera friget. Eâdem ratione colliges, si *Festus Pompeius* unicam dictionem perperam exposuit, alias omnes perperam fuisse interpretatum: & si quis unum scripturæ locum non rectè enarravit, in omnibus errâsse. Hanc ratiocinationem si ridiculam & impudentem esse fateris, eâdem operâ de tua pronunciâsti. Quæ hoc etiam absurdior est, quòd non solùm transilit à proloquio singulari ad universale, verumetiam quòd à specie ad speciem, perinde quasi colligas, *Hic pisces est malus, nulli igitur sunt boni equi.* Etenim quum etymologia commonstret originem vocis, commentum de *Adam* nihil minùs est quam etymologia: sed propiùs accedit ad monstrosas voces *Basilidis*, *Abraxas*, *Lemsiboras*: & *Donatus*, ut ais, à *Servio* reprehensus est, quòd *Lenæum Græca* originis vocem (venit enim à λανὸς *lenus*) à *Latina* deduxerit. Sed utrum rectè notatus est à *Servio Donatus*, an secus? Dices opinor, Rectè. Benè ergo *Servius* adduxit etymologiam? annues. Non igitur statim frigent omnia, si friget una. Quis unquam Dialecticus ab individuo colligit speciem, nisi per inductionem simul omnia commemores? *Modestus* scribit *Cœlibes* dictos quasi *cœlites*, quòd *Saturnus* Cœlo amputaverit genitalia. Atqui patiuntur & cœlibes. Hæc si friget etymologia, non statim & illud frigidum est, *conjuges* dici à *societate jugi*: & si friget, quod *L. Ælius* dixit *pituitam* ab eo dictam quod *petat vitam*, non protinus friget *nasum* dictum, quasi *vivor*, id est, insulam in facie prominentem. Si meritò rejicitur quod *Varro* prodidit *agrum* esse dictum quòd illic *agatur aliquid*, non ideo rejiciendum quod scribit *Fabius* à *Græca* voce deductum. Si falsum est *graculos* dici quod *gregatim volant*, verum tamen est eam dictionem ab *avium voce* affictam esse. Si frigidum est, *orationem* dici quasi *oris rationem*; & *testamentum*, quasi *testationem mentis*: non ideo falsum est *orationem* esse nomen à verbo *oro*, sicut est *lectio* à *lego*: & *testamentum* à *testor*, sicut est *monumentum* à *moneo*. Sunt dictiones, quarum origo aut prorsus ignoratur aut ambigua est, non tamen ideo nulla est certa etymologia. Opinor te jamdudum perspicere, vir præclare, quàm hæc tibi hactenus parùm attentè, parúmque concinnè dicta sint. Sed multò minùs cohæret quod subjicis. *Mira est igitur*, inquis, *horum hominum impudentia, qui pluris unam Ciceronis voculam faverent, quàm quicquid divini illi homines dixerunt, quorum ut est maxima sanctitas & eruditio, ita maximè à vanissimorum hominum latrunibus tuta.* Hic sermo quoniam in me non hæret, suspicor & illa superiora in alios esse torta: proin hic non tam meam causam ago quàm tuam; quanquam non arbitror inter *Christianos* quenquam inveniri, qui pluris faciat unam *Ciceronis* vocularn, quàm universa quæ scripsit *Cyprianus* & *Augustinus*, præter Theologiæ cognitionem, etiam eloquentiâ non vulgari polleutes. Quòd si quis quum de *Romani* sermonis eloquentia disceptatur, plus tribuat *M. Tullio* quàm *Cypriano* & *Augustino*, puto nec ipsos, si viverent, id ægrè laturos, sed æquissimis animis cessuros autoritati *Ciceronis* hac dunta xat in parte. Ubi sunt igitur illi homines insigniter impudentes, ubi vanissimorum hominum latratus? Quid

A ista scribens cogitaris, divinare non [illegible] non videntur nisi ex his quæ ha[illegible] morâsti: nisi forte flagitium [illegible] in re tam levi dissentire ab *Augustino*, ipse in hoc opere & ab *Hieronymo*, [illegible] *ginia*, & ab aliis multis in re multo gr[illegible] sentias. Sed his non contentus pergis, inquis, *nunquam satis demirari potuisse* [illegible] *minimam tabeculam apud sanctissimos* [illegible]

B *rerunt, miras excitant tragœdias, clamant, [illegible] ingemiscunt errorem, lachrymas se non posse [illegible] protestantur. Dicunt eos in alio versari [illegible] non aliâ gratiâ sit ab eis, quàm ut [illegible] trahendo, gloriolam quandam, cujus [illegible] esse eorum scripta proclamant, adipis[illegible] tatem.* Ubi igitur modestia illa *Chris*[illegible] in aliis tantopere desiderant, ipsi omnes [illegible] tissimi? Hoecine est prodesse posteris, [illegible] magis obesse? Equidem, mi *Augustine*, [illegible]

C me, non inficior fieri posse, ut apud [illegible] quos ista meritò destomacheris: sed qui [illegible] in tuo sermone qui præcessit, nihil [illegible] dignum, mirabitur unde repentè in hac [illegible] voces incanduerit animus tuus. Nam qui [illegible] sanique sunt, prius indignitatem rei [illegible] oculos, quàm clament, O cœlum! O [illegible] matia *Neptuni*! Omittò nunc quòd tam [illegible] judicas de mente aliena, quasi quisquam [illegible] viris dissentit, nihil aliud quàm glo[illegible]

D tur. Nolis opinor alios simili exemplo [illegible] ctore judicare, quoties in hoc opere à [illegible] pariter ac doctissimis viris liberè dissen[illegible] nunquam & impacto colapho. Sed pergis [illegible] gere stomacho efferveseenti. *Quæ [illegible] est hæc tam inaudita, tam insolita barbaries, ut in hominum genus ortum eduit unquam? Num quid Christianos, an non magis ad Hyrcanos pios, & populos Caucasios? Ubi efferatiores, ut in Tauris, ac Derbices qui patres mactabant, [illegible] cipitabant? At ipsi omnes Ordines, omnes [illegible]*

E *& ætatem deformârunt, crudeliter laceran[illegible] nissimè dilaniârunt.* Hócne est esse [illegible] non magis plusquam *Turcam* ac [illegible] plusquam tragicam verborum atrocitatem [illegible] veniam, mi *Augustine*, verum fatebor [illegible] legere potui, nisi quòd interdum [illegible] quum hæc scriberes, animum [illegible] ad *Saxonem* illum, hujus ecclesiæ [illegible] autorem. Nam is interdum fortite [illegible]

F ctorum autoritatem. Sed aliunde [illegible] sermo, nempe ab his, quibus quod [illegible] stinus de literis quatuor in *Adam*, [illegible] dum commentum, & ab hoc occasionem [illegible] gida stilus tuus incaluit usque ad *Dardanum* [illegible] venio, aut si quod animal his immanius [illegible] stianus non est qui dissentit à sanctis [illegible] dissensit à *Petro*, & à *Barnaba*, quo[illegible] stitit in faciem, in alterum irritatus [illegible] Nam eo verbo *Lucas* est usus. [illegible]

G *brosio* & *Cypriano Hieronymus*: eidem [illegible] stino fuit non frigida velitatio. Et quo[illegible] rum, à quo non multis in locis dissen[illegible] tiores Theologi? Nullus igitur eorum [illegible] dignus *Christiani* titulo? Sunt interea [illegible] in quibus videri possis iratus *Mario* [illegible] ea nullum damnet Ordinem, sed hominibus [illegible] taxet; nec tamen omnia, sed ut [illegible] quisque, nisi sit morosior, posse æquo [illegible]

etiam cum risu audire. Interdum mihi videtis ita scribere, nunc in hunc, nunc in illum tendere oculos, nec semper ad eundem scopum dirigere sagittas. Atqui quemadmodum magis erat ingenuum aperte in quem tam atrociter stomachaberis, quàm incertâ vagáque suspicione multos perstringere: ita sanius erat, orationem sibi continare certoque ordine fluere, non temerè ferri. Subjicis haec, *Ubi sunt fateor, etiam sanctissimi viri reprehensibiles, etiam apostoli, etiam Christus. At quanta cum modestia, quanta cum lenitate prophetas & Deo adversantes castigabant! Quàm humanè Origines respondit Celso, Basilius Eunomium, ac reliqui!* Haec adeo non videntur in me dicta, ut è meis libris sumpta videantur mutuò. Atque in his rursum non perinde damnas si quid reprehendatur in sacris doctoribus, quàm in reprehensione desideras modestiam. Verùm an non satis modestè dissentit, qui dicit se mirare hoc commentum gravissimo viro placuisse? Nam hinc fluxit omnis haec stomachatio. Atque haec erat illa labecula, ob quam dicebas tam atroces excitari tragedias? Unde suspicor alium quempiam fuisse qui locum illum contumeliosius notârit, in quem ita torseris. Pergis, *At hi Christianos ipsos, divos ipsi, quanta cum ignominia, quibus sannis, quibus frommatis carpunt, allatrant, subsannant!* Haec tua sunt, *Eugubine*. Omitto nunc dicere, quàm leniter *Christus* & apostoli tractant ethnicos, quibus denunciant æternum Væ, quósque nonnunquam suis depingunt coloribus. *Paulus* magis destomachatur ineptia *Christianorum*, quàm exterorum, idque testatur se jure facere. *Quid*, inquit, *meâ refert de his qui foris sunt judicare?* Et divus *Hieronymus*, nonne acerbiùs invehitur in malos monachos, clericos & virgines, quàm in ethnicos aut *Judaeos*? Quod autem de divis meministi, bifariam potest accipi: Incertum enim utrum stomacheris in illos qui reprehendunt aliquid in scriptis eorum quos nunc ecclesia pro divis colit, an in eos qui simpliciter damnant divorum cultum & invocationem. Utrumcunque horum sentias, non arbitror in me competere. Quae addis de ignominia, sannis, frommatis & allatratu; fateor divorum memoriae nonnullam deberi reverentiam, sed non eousque ut nefas sit vel in moribus, vel in scriptis eorum quicquam reprehendere. Nunc quidem illi non peccant, sed quum in terris agerent, & errabant & fallebantur, & delinquebant. Quóque celebrior est illorum memoria, hoc magis expedit notare si quid perperam fecerunt aut docuerunt, ne nominis illorum autoritas simplicium animos inducat in errorem, qui sibi persuaserunt sanctum esse quicquid à sanctis, vel dictum vel factum fuerit. Imò existimo hoc officium ipsis divis esse gratius, quàm si quis accendat cereolum. Cultum divorum nusquam damno, sed quorundam hac in re superstitionem interdum taxo, nec id immeritò. Hic si quid est sannarum aut frommatum, ea non in divos recidunt, sed in errores superstitiosos. Rursus, quae subjicis, nec in *Eunomium* illum, nec in me, sed in *Italos* nescio quae detorta videntur. Ais enim, *Pudet profectò quoties in eorum scripta incidimus, in quibus nullum Christianae pietatis apparet vestigium, sed omnia ethnicis superstitionibus, virulentiis plusquam Judaicis scatent, omnia vano strepitu, vanissimis jactationibus refertam.* Haec tua sunt. Certè in libris eorum, mi *Augustine*, qui hunc haereseos nomine celebres sunt, religiosè praedicatur *Christi* majestas, plurimum tribuitur fidei & charitati, constanter affirmatur resurrectio mortuorum, sacrosancta habetur scripturarum autoritas. Haec opinor haud obscura sunt *Christianae* pietatis vestigia. Quòd si legisti meas *Paraphrases, commentarios in aliquot Psalmos, Methodum Theologiae*, libellum *De oratione, De misericordia Dei*, aliósque hujus generis, non dices, opinor, illic nullum esse *Christianae* pietatis vestigium. Unde mihi persuadeo, istic esse in quos ista competant, quorum scripta nondum ad nos pervenerunt. Itaque quum horum nihil in me competat, arbitror & ea quae sequuntur in alios dici. Et quod inquis, *Miserius est, cum aetate crescit delirium, & tunc inveniuntur deteriores, quando & divina minitante Nemesi, & toto orbi terrarum in eos vociferante, debuerant respicere.* Aetatis convicium fortassis suspicabitur aliquis in me jaci, qui me senem esse non inficior, licèt ab decrepita, ni fallor, aetate aliquanto spacio absim, ut qui nondum pervenerim ad annum septuagesimum. Nam imbecillitas corpusculi non est aetatis, sed naturae, talis fuit etiam juveni, qualia ferè sunt affixorum librîs. De delirio nihil judico: nam qui maximè delirant, sibi maximè sani videntur; ut qui maximè temulenti sunt, sibi videntur mirè sobrii: sit igitur hoc aliorum judicium. Quòd si delirant omnes senes, maximè delirabat divus *Hieronymus*, qui major annis octoginta aut nonaginta, ut quibusdam placet, plurima scripsit, eáque multo absolutiora iis quae scripsit florenti aetate. Quod idem arbitratur plerisque doctis viris accidisse, qui vicinâ morte cygneum quiddam dulcius cecinerunt. *Plinius* tradit è vitibus vetustioribus nasci vinum melius, è recentioribus copiosius. Quin & ipsa vina mitiora fiunt aetate. Sunt tamen in his quae aetatem non ferunt, & nimia vetustas generosis etiam vinis, vigorem & gratiam adimit. Certè ad eam aetatem nondum perveni, nec unquam, ut arbitror, perventurus sum. Fortassis ingenium meum ad ea vini genera pertinet, quae vapescunt eodem quo nata sunt anno. Mihi quod ad animi vigorem attinet, non videor habere multa de quibus incusem aetatem: sed senes si delirant, cum venia delirant: in juvenibus autem turpissima est deliratio. Quâ tu fis aetate mihi non liquet, nisi quòd filius exultans, & in senectam convicium arguunt te etiamnum *ἀνοήτον*. Quò magis tibi adnitendum est, nè quid extet in scriptis tuis, mi *Augustine*, quod delirationis speciem praeferat. Id fiet, si tibi undique cohaereat constétque sermo, si sobrio tenore fluat, si nusquam secum pugnet, si ubique sibi praesentem animum referat. Quod de *Nemesi* scribis, déque vociferante mundo, fortassis torques in haereticos, à quorum consortio me constantissimè abstinui, imò cum quibus magno capitis mei discrimine jamdudum cominùs eminúsque depugno. Quanquam non desunt qui in me vociferentur: sed paucis inaspectatis oppono tot Principum, tot Episcoporum, tot eruditorum hominum judicia, qui meos labores & amplis muneribus ornant, & honorificentissimis testimoniis comprobant, & mihi gratias agunt, quòd ex libris meis veram pietatis seminaria hauserint. Haec igitur mihi non eò dicuntur, ut mihi patrocinet; sed ut homini literatissimo aditus primùm in theatrum prodeunti

prodeunti consulam, quo fabulam optimi cujusq; applausu peragat, & vel nostro malo sit cautior. Supereſt epilogus tuus, neſcio quàm aptè hærens ſuperioribus. *Nos*, inquis, *& ſanctitatem & eruditionem ſummorum virorum ſemper admirabimur. Num protinus contemnit pietatem & eruditionem Auguſtini, cui quicquam in illius viri ſcriptis non probatur?* Jamdudum vides iſtud in tuum recidere caput, qui in hoc opere toties diſſentis a ſanctiſſimis viris. Probas eruditionem cum pietate conjunctam. Itanè ſtatim impius eſt qui diſſentit à piis viris? Abſit. Sed fac illum diſſenture contumelioſiùs, improbitas ea dici poteſt, impietas non poteſt. Nec illa quid ſibi velint ſatis intelligo, quum ais: *Non eſt igitur quòd de eruditione gloriemur, in qua ſive æquemus, ſive ſuperemus illos divinos viros, ſanctitate certè ſumus adeo inferiores, ut ſine lachrymis referri non poſſit.* Hìc admiſces perſonam tuam: nam abſit ut iſta cogitatio nunquam inciderit in mentem meam, ut mihi videar æquare, aut etiam ſuperare doctrinâ vel *Auguſtinum*, vel *Hieronymum*. Nec ſtatim æquat, qui deprehendit in alieno libro, quod autorem ſefellit, tantum abeſt ut ſuperet. *Tandem*, inquis, *incidimus in flagitioſiſſimas oſtentationes.* Hæc tua deſtomachatio tam atrox, tam vehemens, tam varia, diſpeream ſi divinare poſſum quos petat. Et tamen tota res exordium habuit ab *Adam*, quatuor mundi plagas deſignante. Sed bene habet quòd hæc ſcribuntur à juvene, nè audiat *delirus*, quanquam interdum delirant & juvenes. Hunc ſtomachum ſi in me effudiſti, æquitatem in te deſidero: ſi in hæreſeon autores, demiror totius ſermonis corpus tam malè cohærere cum capite: ſi in omnes quorum ſcripta putas impia & flagitioſa, non diſſimile facis, ac ſi quis eodem jure velit omnes perfundere; aut ſi ſtrabo multis præſentibus dicat acerba convicia, omnibus incertis quid in quem dicatur. Si quis ad iſtum modum deſtomachetur, permiſcens omne probrorum genus, quorum aliud in alios cadere videretur, nónne quiſquis audiret, diceret, Quid huic accidit? Quanto magis curandum eſt, nè quid tale dicatur in ſcriptum orbi proditum, in quo requiritur ſobrietas & ſanitas, per ocium in literas mittentis cogitationes ſuas? Uno tantũ in loco me nominas, & contemptim & diſſentiens, nec tamen indicas locum; niſi quòd ſuſpicor te notare, quòd mea *Paraphraſis* in *Lucæ caput xxiiii.* ita loquitur de *Chriſto*: *Apud Annam & Caiaphan Judæi per falſos teſtes intenderunt illi crimen blaſphemiæ, quo non aliud eſt atrocius.* Deſignatum eſt hoc in *Joſeph*, quem fratres invidiâ conjurati detulerunt de crimine peſſimo. *Miror*, inquis, *Eraſmum, cur in multis editionem Septuaginta noſtræ prætulerit, quum apertè & Hebraica veritas refragetur, & ipſi Græci interpretes.* Quàm id multis in locis faciam nunc non exeutio. Certè hoc loco quod verterunt interpretes *Septuaginta*, rectiùs quadrat ad typum *Chriſti* qui venit advocatus, non delator, nec accuſator fratrum, ſed accuſatus ac damnatus eſt à *Judæis*. Quòd ſi voces *Hebræa* non ſunt ancipites, credendum eſt aliud legiſſe *Septuaginta* quàm nos habemus. Quid autem mirum ſicubi ſequor editionem *Septuaginta*, quum idem aliquot locis faciunt apoſtoli & evangeliſtæ? Poſtremò, quum ipſe non rarò damnes quod vertit *Hieronymus*, & præferas *Septuaginta* tranſlationem? Quòd ſi mihi non concedis aliud legiſſe *Septuaginta*, quàm [illegible] *ronymus*; quid ſibi volunt illa verba [illegible] *cap. xliii. Miror ipſe hanc varietatem* [illegible] *ut ſuſpicer, pleraque alia tota Bibliæ* [illegible] Si *Hieronymiana* editio damnat verſionem [illegible] *ginta*, cur ipſe divus *Hieronymus* frequenter [illegible] illud enarrat quod illi verterunt? [illegible] nominis mei mentionem attingis [illegible] *Hæc eſt ergo*, inquis, *ejus nodi ſolutio,* [illegible] *Hieronymum ligaſſe, ac non ſolviſſe.* Lapſum illum, *Auguſtine*, nec miror, nec indefinit [illegible] frequenter accidit in his argumentis quæ [illegible] variâ tumultuariáque tractantur. Errori [illegible] præbuit typographorum incuria. Quum enim [illegible] notationum opus per ſchedas excuderetur, [illegible] bus quæſtionibus altera prætermiſſa eſt, videlicet de ſeptuaginta animabus. Id actum [illegible] non congruit annotationi ſequenti. [illegible] bet: *In ſeptuaginta quinq; animabus deſunt* [illegible] quum annotatio ſequens tractet eum locum: *Quod emit Abraham precio argenti, à filiis Emor* [illegible] Sed, utcunque fallebat titulus, ipſa annotatio [illegible] declarat in quem locum competeret. Exegit nodũ de empto ſepulchro fuiſſe ſolutum, nec ſimpliciter negat fuiſſe ſolutum, ſed in libro ad *Pammachium De optimo genere interpretandi* negat fuiſſe ſolutum. Sic enim habent mea: *Hunc autem illic nectit Hieronymus, nec eum diſſolvit.* Nam deinceps eum diſſolvit in quæſtionibus *Hebraicis*. Verùm hoc leviculum eſt. Interdum ſillam [illegible] ſtringis, meâ ſententiâ, quàm par eſt in [illegible] veluti *Deuteronomii capite ſexto*, quum [illegible] porrigat anſam incandeſcendi: *Neque enim impium hoc dicimus, quorundam Germanorum intemperantiam, qui ſibi omnibus & diis & hominibus & humanis & divinis rebus maledicendi licentiam ſumpſerunt.* Ita tu quidem. Fieri poteſt, ut [illegible] ſint qui non temperent à blaſphemiis in Deum, ſed in hos horrendis ſupplicüs animadvertit. At ego *Roma* his auribus audivi quoſdam [illegible] dis blaſphemiis debacchantes in *Chriſtum*, [illegible] illius apoſtolos, ſdque multis mecum [illegible] & quidem impunè. Ibidem multos novi, qui commemorabant ſe dicta horrenda audiſſe quibuſdam ſacerdotibus aulæ Pontificiæ [illegible] que in ipſa Miſſa, tam clarè, ut ea vox ad multorum aures pervenerit. Sed [illegible] libris eorum qui nunc nova tuentur [illegible] Quorundam ex his maledicentiam [illegible] poſſum, quum eam ipſe tot annis [illegible] libellis confoſſus, plus ſatis expertus ſim. Caſtalionem in Deum illic nihil reperio convicii, [illegible] quos tu deorum nomine ſignes addidiſti, [illegible] tror enim te nobiſcum unicum profiteri [illegible] Sed utinã hoc crimen ſolis *Germanis* [illegible] patet quàm vellemus. Similis quædam [illegible] macheris in ejuſdem operis *capite* [illegible] *Dathan & Abiron*, in gigantem [illegible] quorum veſaniæ jam nec cœlum ſufficit. Quid [illegible] iſtud ultra cœlum? An illud caput [illegible] pliciter & abſolutè ſummum vocat? [illegible] pronomen ἐμφατικὸν *illud*. Si de *Chriſto* [illegible] piè dicis: ſi de Pontifice, non tu quidem [illegible] ſed magnificentiùs quàm pro re, atque [illegible] quoque, ſi tuus ſermo naſciſcatur [illegible] terpretem. Hæc, mi *Auguſtine*, non ob aliud [illegible] moneo, niſi ut diligentior ſis ad rem [illegible] quàm ad conviciendum, mitiúſque tangas [illegible] genti

gentis nomen, quæ utcunque nunc tumultuatur, antiquam tamen in vera *Christi* religione cessit vestræ *Italiæ*, si rem æstimes ab annis octingentis. Hoc pacto fiet, ut & uberiùs profis ecclesiæ, & tibi minus confles invidiæ. Cuivis in promptu est, obijcere *Derbices & Tiburnas, Cyclopas & gigantes*, sed eruditis viris dignius, & gregi *Christiano* utilius est, solidis rationibus, & scripturarum testimoniis & docere errantes, & revincere pertinaces. Quod ni fiat, quivis auriga possit conviciis in quemvis detonare. In *Numerorum cap.* 5. detonacharis in *Saxonem*, quod neget confessionem sacramentalem institutam à Deo, generosè quidem asseverans esse à Deo institutam. Sed quum in eo quod asseveras, tot insignes Theologi desidârint, nec inter sè concordent, tuæ eruditionis erat solidis scripturis & argumentis instruere nos adversùs homines linguacissimos: nec satis erat eos appellare *impudentissimos*, qui non erubuerunt negare hoc esse primum à Deo repertum, ac declamare locum communem de hæreticis scripturam ad sua dogmata detorquentibus. Quæ immeritò abs te dicta sunt, minimum tamen conferunt ad refellendos adversarios: sed erant distinguenda confessionis genera, & quod nunc exigitur efficacibus argumentis erat probandum. Quis enim negat exigi pœnitentiam mentis? Hanc habet quisquis apud Deum agnoscit errorem suum. Rursum nullus inficiatur, reconciliationem esse juris & naturæ & divini. Quisquis autem redit in gratiam, agnoscit peccatum suum: ita qui publicâ satisfactione recipiebantur in ecclesiæ consortium, confitebantur ipsâ re, etiam si non proferrent ore sua delicta. Veluti quisquis venit ad baptismum, hoc ipso quòd venit, confitetur se habere quod egeat ablutione. Sed quid hoc ad nostram hanc confessionem? At *Numerorum* 5. *Moses* præcipit ut sacerdoti *Judæi* confiteantur peccata sua. Verùm ea lex loqui videtur de peccatis per humanam incuriam aut insciliam commissis, qualia multa solent hominibus accidere, etiam minimè malis. Sic enim habent verba legis, *Vir sive mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum.* An inter hæc numeranda putas, parricidia, incestus, blasphemias in Deum, & sacrilegia, quæ solent hominibus per negligentiam accidere? Jam & tu literis legem præcipuè loqui de furto. Quia nox subjicitur, *reddant ipsum caput, quintámque partem desuper ei, in quem peccaverint.* Multi porrò sint homines, qui per errorem aut humanam incuriam detinuerunt aliena. Hunc errorem expiebat confessio, & capitis restitutio cum accessione aliqua, & aries immolatus. Nam plagiarius *Exodi* 21. *capite* plectitur. Et ejusdem voluminis *capite* 22. abigeus pro bove uno reddit quinque, pro ove una quatuor. Suffossorem nocturnum licebat impunè occidere. Si bos repertus fuerat apud abigeum vivus, duplum reddebat. Quòd si urges nos literis, simul exige cum confessione sacrificium arietis. Rursum si nos præcepti verbis stringis, simul exiges à nobis ut sacerdoti confiteamur & quamlibet levia delicta, quæ solent hominibus per negligentiam accidere, quod non exigit ecclesia. Postremò, quum *Judæorum* ditio latè patuerit & plerique etiam *Romæ* & in *Asia* minore habitarent, nec sacrificare fas fuerit, nisi *Hierosolymis*, qui fieri potuit, ut omnes omnia peccata confiterentur sacerdoti in templo suis fungenti vicibus? & quæ turba fuisset arietum, si singuli pro singulis delictis obtulissent victimam? Hos scrupulos, vir optime, oportuerat discutere: nec satis erat dicere, *Si quis rectè consideraverit, inveniet primum omnium peccatorum confessionem esse positam. Non quòd ipse probatimibus nullis egeam, sed arrâsses nos adversus eos quibuscoms nobis communis est confirmatio.* Inibi simile quiddam attingis de Principatu *Romani* Pontificis, quum ea quæstio multos habeat sinus, quos utinam diligentiùs excussisses, aut omninò tacuisses: nedum quod fortiter asseveras, dilutè probas, nisi sis improbioribus, & eos in ipsorum opinione confirmes. Hæc, teste *Christo*, non te monerem, nisi te purè diligerem, tussque sanctissimis laboribus ex animo faverem; nam mihi persuadeo te *Christiano* in me esse animo, aut si quid animum tuum exulcerârunt malæ linguæ, ea res non tantum habet apud me momenti, ut ullam amarulentiam in te concipiam. Revertor ad hujus disputationis caput, quod me petere videbatur plerisque, quasi parum honoris habuerim *Augustino*, quòd in re nullius momenti ab eo dissensi non solùm modestè, verumetiam cum temperamento laudis. Quid si notâssem in ejus libris sententias, quas nunc Theologi judicant hæreticas? Eas opinor non diceres labeculas. Nec æquum esset te hoc in aliis tam atrociter reprehendere, quod ipse tibi permittis. In caput *Geneseos* secundum ita loqueris, *Quapropter fabulas esse arbitror, quæ illic paradisum comminisci homines fecit, nisi Adam peccâsset, fore, ut in eo paradiso jugiter homines habitâssent. Nam etiam si Adam non peccâsset, habitata tamen ista terra fuisset ita ut nunc sit, & homines vel mortales fuissent ut nunc, vel congruo tempore in cœlum fuissent assumpti.* In hac sententia quum fatearis gravissimos sanctissimósque viros fuisse, tamen non vereris appellare fabulas. Et in his sanctissimis viris est *Augustinus*, quem à me dolebas tam leviter attactum in te nihili. Sed inibi retractas, si quæ dicis sunt impia. Atqui si dubitabas, quid opus erat appellare fabulas? Rursus in *Geneseos cap.* 10. dissentiens ab *Augustino*, qui putat per errorem à nobis legi *coram Domino*, quum legendum sit *contra Dominum*, nullâ præfatione honoris liberè rejicis illius sententiam, his verbis: *Ipse potiùs propter linguæ Hebraicæ imperitiam lapsus est.* Interdum erumpis in laudes *Hieronymi*, sed non citra suggillationem Ecclesiæ, quam alicubi scribis in erroribus tantis fuisse futuram, nisi vir ille divinos libros vertisset ex *Hebræorum* fontibus. Primum illud durum est piorum auribus, Ecclesiam teneri errore, præsertim in sacris literis, licent errent homines plerique. Sed eundem bene laudatum subinde reprehendis, quum interdum possis culpam in librarios conferre. Jam si pleraque sunt immutata, ut suspicaris, in *Hebraorum* codicibus, quos sequutus est *Hieronymus*; unde nobis constat hanc editionem esse syncériorem? Siquidem *Exod.* 23. notas *Hieronymum*, qui perperam verterit, *Ostende mihi faciem tuam*, pro eo quod erat, *Ostende mihi viam tuam?* Et addis eum locum pejus etiam versum à *Septuaginta*, *Ostende mihi teipsum.* Sed undè liquet hoc quod tu reperisti in *Hebræo* codice, verius esse quàm quod legerunt

gerunt *Hieronymus* & *Septuaginta*, præsertim quum hìc nullum cites autorem, neque *Hebræum*, nèque *Græcum*? Verùm à *Septuaginta* non modò frequenter, verumetiam parum reverenter interdum dissentis: id quum facis, nónne palàm rejicis opinionem *Cypriani*, *Hilarii*, *Augustini*, nè *Græcos* commemorem, qui crediderunt *Septuaginta* divini spiritûs afflatu nobis eam prodidisse versionem? quod interdum profitetur & *Hieronymus*. Vides in quàm arduâ re non vereris à tantis viris liberè dissentire? & tam atrociter stomacharis in eum qui non probavit commentum de *Adam*, quod arbitror nec ipsum *Augustinum* probâsse scriò. *Exodi cap.* 34. reprehendis *Hieronymum* qui perperam verterit, *Ignorabat Moses quòd cornuta esset facies ejus*, pro eo quod erat, *radians erat facies ejus*. Atque hic adeò non lenis reprehensionem, ut non multùm absis à convicio, quum addis, *Mirum quòd Hieronymus non considerarit veritatem Hebraicam, non animadverterit etiam quid Septuaginta transtulissent, qui bene hunc locum verterunt*. Ac subjicis: *Rident itaque nos & execrantur Judæi, quoties Mosen in nostris templis cornutâ facie depictum aspiciunt, quasi nos eum diabolum quendam, ut ipsi stultè interpretantur, esse putemus*. Atqui istis Judæorum sannis locum fecit ille toties abs te laudatus *Hieronymus*, cujus errorem hoc quoque nomine facis insigniorem, quòd prior editio *Latina* habuerit *glorificatam faciem*, non *cornutam*. Non improbo tuam annotationem: nam & *Paulus* disputans de *Mose* & *Christo*, glorificationis & claritatis verbo utitur, de cornibus non meminit: tantum illud admoneo, non fuisse causam cur sic incandescerес per occasionem *Adam* secus interpretati. *Levitici cap.* 3. liberè damnas quòd *Hieronymus* verterit *pabulum ignis*, quum vertere debuerit, *panis sacrificii*. Ejusdem libri *cap.* 5. commonstrans has voces, *aut per se mortuum*, additum ab *Hieronymo*, quum eum locum *Septuaginta* pulcherrimè verterint. Et *Erasmum* miraris, qui interdum præferat *Septuaginta* translationem *Hebraica* veritati. Nec tamen ullâ defensione, aut erroris extenuatione sublevas *Hieronymum*. Ejusdem libri *cap.* 11. de *Chœrogrillo* liberè & ab *Hieronymo* & à *Septuaginta* dissentis. Ejusdem libri *cap.* 14. indicans quiddam additum ab *Hieronymo*, videlicet hæc verba de passeribus, *quos vesci licitum est*. At quum probabile sit hoc *Hieronymum* reperisse in codice *Hebræo*, aut à docto quopiam adjectum, qui voluerit interpretari quare *Moses* addiderat *vivos*, quòd morticino vesci non liceret: tu tamen *Hieronymum* oneras, dicens, *Additum ab ipso interprete*: quod certè miror. Non enim opus erat eâ cautione. Rursus, ejusdem operis, *cap.* 21. *Si parvo, vel grandi, vel obtorto naso. Hæc omnia*, inquis, *genera ab ipso interprete ficta sunt, quum neque in contextu Hebraico, neque apud Septuaginta habeantur*. Item, *cap.* 25. notas, *Et frugum superabundantiam non exiges*, falsò ab *Hieronymo* fuisse redditum, quum eum locum clarissimè reddiderint *Septuaginta*. Vides ut liberè dissentis, nec honoris præfatione, neque ullo patrocinio virum sanctissimum toties abs te prædicatum sublevas. Rursus, *cap.* 27. super his verbis: *Spoponderit Deo animam: Non erat*, inquis, *ita vertendum. Nam votum & alterius generis esse poterat*. Quàm hic nullus honos habetur incomparabili viro? In *Numerorum*, *cap.* 16. scribis, A *Capitis principium omissum ab Hieronymo, & desus est Chore*. Poterat hoc librariis imputari. Ejusdem libri *cap.* 17. super hæc verba, *Affer virga Aaron*, scribis ab *Hieronymo* omissum quod erat maximè necessarium, & subjicis quod partim erat supervacaneum, partim falsum. Ubi hic reverentia? Rursum, *cap.* 18. *Omne quod ex voto*, dicis *Hebraica* vocis proprietatem melius expressam à *Septuaginta* quàm ab *Hieronymo*. B Præterea, *cap.* 24. *Homo cujus obturatum est oculus*, ais, *Hieronymum* vertisse diversum, videlicet, *obturatum* pro *apertum*, & miratis quamobrem non sit secutus *Septuaginta*. Sed hic utcunque patrocinaris *Hieronymo*, culpam rejiciens in librarios, qui omiserint negativam particulam; quod lemma quum sit frigidum, habet tamen aliquid civilitatis. Verum alibi poteras illi probabiliore colore patrocinari. Ad hæc, *Deuteronomii cap.* 28. super hæc, *Illuviarum secundarum*, ita sane honoris C præfatione loqueris, *Quare longè à veritate nostra declinat editio*. At hanc editionem in solidum vindicas *Hieronymo*, ut hic non possis uti crimine translatione: proin quantò satius erat fateri hanc editionem ab aliis aliquot locis immutatam, quod ut erat civilius erga *Hieronymum*, ita vero propius est. Siquidem editio *Psalterii* ex *Hebraica* veritate non habetur eadem in omnibus codicibus. Alicubi scribis illum omisisse quædam, quòd fugeret iterationem, quum antea fuissent commemorata. D At quis hoc juris permisit scripturarum interpreti, ut addat, adimatque quod videtur? Si semper omittendum esset quod in sacris voluminibus bis dicitur, quàm multa forent amputanda? Jam mihi vide quot rationibus poteras sanctissimum virum excusare. Exemplar quod secutus est *Hieronymus*, secus habebat quàm codices *Septuaginta*. Hoc immutatum est à sciolis, hoc adjectum est à studioso quopiam, hoc verbis diversum, re idem est: hoc tametsi diversum est, tamen pium habet sensum. E E multis pauca, exempli causâ, decerpsi: quum enim illa percurrerem, non ista quærebam. Sed in his quoties liberè, nè dicam acerbè, dissentis à tanto viro, cujus operâ prædicas Ecclesiam à tot erroribus liberatam? At qualis ille liberator est, qui toties ipse labens Ecclesiam inducit in errorem? Quàm verò non religiosus interpres, qui in sacris voluminibus, quorum auctor est divinus ille Spiritus, sibi permittit adderе F præter necessitatem, & adimere quod à Spiritu sancto positum est? Postremò, quoties in his quæ commemoravi, versionem *Septuaginta* pertulers *Hieronymiana*? Et miraris quòd ego alicubi maluerim sequi *Septuaginta*, quam nostram editionem? Hæc, vir in Domino charissime, non admonerem, nisi vehementer amarem ingenium Dei in te dona, tuásque lucubrationes quàmprimùm cuperem exire, ut & lectori quàm plurimum utilitatis, & tibi quàm minimum invidiæ conciliarent. G Quòd si me simili modestiâ admonere dignaberis, plurimam à me inibi gratiam. Nam hoc suadet *Christiana* charitas, ut vicissim alii aliorum onera portemus, mutuísque operis nos invicem sublevemus. Dominus noster pias lucubrationes prosperare dignetur. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, sexto Calend. April. Anno M. D. XXXI.

Erasmus

Erasmus Rot. Georgio Commerstadio S.D.

VEtus *Graecorum* proverbium est, vir ornatissime, ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι τὸν ἔρωτα, quo significabant mutuo conspectu inter homines amorem ac benevolentiam solere gigni. Proinde meritò quis admirari posset, unde inter nos extiterit amor mutuus, quum neuter, opinor, sit alteri de facie notus, nisi perspicatiores oculos haberet animus quàm corpora, eóque conspectu multò puriores, constantioréque gignerentur amicitiæ, quàm corporum convictu. Ittius candidissimi, simul & eruditissimi pectoris simulachrum suo penicillo depinxit, non minùs fide spectatus, quàm arte præstans *Christophorus à Carlewitz*, & ad me per eundem pervenerunt officia tua non vulgaria, quæ par est hoc pluris à me fieri, quòd ultrò non lacessita venerint. Porrò, non amare virum tot eximiis ornatum dotibus, illorum est, qui nec virtutem nec eruditionem inter res suspiciendas numerant: non redamare autem bene meritum, adeò non est grati ingenii, ut nec hominis sit, vix etiam in ferarum genus cadens; quippe quæ beneficiis hominum non modò cicurantur & mansuescunt, verùm etiam gratiam reponunt, si quando datur occasio. Quanquam autem una ex parte studium meum mihi *Thrasonis* illius prodigiosa malitia nè dicam an stultitia, cessit in detrimentum, non arbitror tamen gratæ mentis esse, beneficium ex eventu potiùs æstimare quàm ex voluntate præstantis. Pro accepto par est haberi, quicquid aliquis pocero affectu largiri voluit. Quare velim ut posthac *Erasmum* in tuo ære numeres, cui nihil futurum est gratius, quàm dari occasionem, quâ vicissim declaret, ut cunque deest facultas, referendi tamen officii voluntatem accinctam & alacrem non deesse. Inter præcipuas felicitates meas numero quod illustris. Princeps *Georgius Erasmum* dignatur inter suos clientes ponere. Cur enim non magno mihi ornamento esse ducam, ab heroe laudatissimo laudari? Satis autem laudatur quem ille suo favore atque etiam amicitia dignum judicat. Cujus erga me favorem ac benevolentiam quæso, ut quod facere soles, pergas tempestivis & amicis sermonibus, quoties se dederit opportunitas, tum alere, tum augere, apud quem ut audio pro tuis egregiis virtutibus, & gratiâ & autoritate vales plurimum. Sit hæc epistola fœderis Gratiarum felicibus auspiciis inter nos icti syngrapha. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, septimo die Junii. Anno M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Ursino Velio S.

VAcat audire novarum rerum aliquid? Accipe: Quanquam inter ἀδύνατα numerari scio senis mutare linguam, tamen ego meditor mutare stilum. Ac primum applicui memet ad exemplar structuræ *Budaicæ*: legi pleraque illius epistolas feliciter elaboratas, annisus sum sedulò, sed conatus successu caruit. Nunc in effingendo *Cicerone* sum totus. Dices quid accidit? Huc extimulârunt me trium hujus ætatis in dicendo felicissimorum epistolæ, *Jacobi Sadoleti*, *Petri Bembi*, & *Julii Pflug*, quorum postremum nuper amicum habere cœpi, ex re mala magnum nactus bonum. Phrasis horum ita consentit, ut dicas à teneris unguiculis eodem in ludo doctos & educatos. Deum immortalè, qui candor orationis, quàm felix facilitas, quanta sensuum sanitas, quàm omnia cohærent, amnisque lympidissimi in morem inoffensè labuntur, nullâ salebrâ, nullo vortice lectorem remorante! Tales *Ciceronianos* toto pectore possum amare, utinam & assequi liceat. Sed arbitror consultius, ut sexagenarius ab his comitiis abstineam, nè per juventutem tumultuantem fiam depontanus. Principi tuo meóque gratulor splendidissimi nominis accessionem, Rex *Romanorum*, utinam & census respondeat. Laudo tuam in Rempub. pietatem, quàm vides tot cladibus ac pestilentiis vehementer imminutam. eóque jacturam hanc pro tua virili sarcire niteris ἀπὸ ἀνδὸς ἰσόπους, hoc est, auxiliante pro sua muliebri portione, nova nupta. Nonnulla spes est, inducias inter *Christianos* Monarchas & inter *Turcarum* Imperatorem coituras. *Italia* quieta est. Cum *Gallia* nobis est arctissima necessitudo. Negotium *Britannicum* multis conjecturis auguror brevi citra tumultum compositum iri. *Hispania* μαχαιρίζει. Si *Germaniam* ab armis tranquillam habere licebit, spes est aurei seculi. Vale. Id. Martiis *Friburgi Brisgoiæ*, Anno à *Christo* nato M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Johanni Ulatteno S. D.

QUod rariùs ad te scribo, in causa est, quòd tu veluti panagæa *Diana* per omnes regiones volitans, interdum apud superos, interdum apud inferos agis. Sum autem occupatior, quàm ut vacet in scribendis epistolis operam perdere. Illud inter nos indubitatum esse oportet, Ubicunque terrarum agit *Ulattenus*, ibi præcipuum quendam esse *Erasmi* patronum & amicum: rursus, ubicunque est *Erasmus*, ibi *Ulatteni* juratissimum esse amicum. Fac ut sciam quid rerum geras. Quid hic agatur ex *Quirino* meo cognosces, qui urgente patre redit in patriam ad nos non reversurus. Apud me non potuit amplius crescere. Opto tibi perpetuam prosperitatem. *Friburgi*, Id Mart. Anno M. D. XXXI. *Epist.* 37.

Erasmus Roterodamus Collegii Busleidiani Professoribus S. D.

VIdetis quanta sit vobis adversaria parata, quantúmque certamen ex collegio bilingui, quod *Galliarum* Rex *Franciscus* instituit *Lutetiæ* summâ omnium expectatione. Qualiscunque erit eventus, quem & opto & spero fore felicissimum, vobis certè laus hæc manebit integra, quòd priores negotium pulcherrimum sitis egressi, ac cæteros ad æmulationem provocaveritis. Accedit & illud ad gloriæ vestræ cumulum, quòd invidiæ primos impetus excepistis ac sustinuistis, sequuturisque provinciam tradidistis non paulò faciliorem. Quin hoc quoque nomine vestra virtus erit celebratior, quòd adversus excetram non est patrocinata regii nominis autoritas. Si illi in hoc antecellunt, quòd singulis linguis bini professores destinati sunt, idque salario, ut fertur, uberiore, *Hieronymo Busleidio* non potest imputari, qui quod habuit, in solidum isti negotio dedicavit. Cæterùm, quòd apud *Gallos* linguæ *Latinæ* nullus designatus est Professor, id adeò non improbo, ut vobis imitandum censeam, simulatque ejus linguæ Professor suo commodo cesserit, idque salarium cæteris duobus accrescat. Hæc eò scribo *Epist.* 38.

ſcribo, ut priſtinæ veſtræ diligentiæ aliquam adjungatis acceſſionem, & auditorum frequentiam profitendi dexteritate retineatis. Rebus novis plerique magis capimur, & *Galliam* pacatam habere cœpimus. Quòd ſi vos deſtituant auditores, fiet ut & ipſi frigidiores ad profitendum reddamini. Contra hæc vobis omni curâ & induſtriâ connitendum eſt. Hactenus pulchrè ſe habent primi actus fabulæ. Protaſim excitabat æmulatio collegii regii, veſtra vigilantia imponet plauſibilem cataſtrophen. Bene valete. *Friburgi Briſgoiæ* ipſis Calend. April. Anno M.D. XXX.

Eraſmus Rot. Guilhelmo Montjoio S.D.

Epiſt. 39. OPinor me tumultuanter reſpondiſſe tuis literis, amice incomparabilis: Nunc ad eaſdem ordine, ſed paucis. Quæ de ſereniſſimæ Reginæ in me ſtudio ſcribis, ut novum nihil, ita fuere jucundiſſima omnia. Quis talem fœminam tam ſanctis præditam moribus non amet, niſi impius; etiam ſi nullo munere honorario penſâſſet officium meum? *Maria*, cui dicavi *Viduam Chriſtianam*, literis propriâ manu deſcriptis teſtata eſt propenſam erga me voluntatem, eáque res mihi magnifici muneris inſtar eſt. Totus orbis nunc tumultuatur, nec ullus vel Principum vel plebeiorum expers eſt publicæ calamitatis. Hæc eſt hujus ſeculi fabula. Sed ſumus ille choragus omnia ſicuti ſpero conferet in lætum exitum atque plauſibilem. Regis *Ferdinandi* res indies creſcunt, ut ſpes ſit illum aliquando & potentiſſimum & orbi ſaluberrimum Principem futurum. Cum *Turca* ſperantur induciæ, quod ut ad orbis *Chriſtiani*, præſertim *Auſtriæ*, tranquillitatem neceſſarium eſt, ita ad proferenda noſtræ religionis pomœria non paulo conducibilius arbitror quàm bellum. Si *Carolus* filius tuus talem epiſtolam ſcripſit ſuo marte, tempus eſt ut *Eraſmus* abjiciat calamum. Certè toto pectore quum tibi talem filium, tum ipſi talem indolem gratulor. Servet ſua dona qui dedit. Æſtate proximâ cum medicis & chirurgis, hoc eſt, carnificibus mihi fuit res, ob durum ac dirum apoſtema, à quo lentè, ſed feliciter revalui. Non deeſſet fortuna, ſi valetudo pateretur me ulla ex parte hærere Principum aulis. Aut ſic mihi vivendum eſt ut vivo, aut omnino non vivendum eſt. Cedo fatis, fruſtra reluctaturus. Quod attinet ad improbitatem obtrectantium, næ tu vix trientem ſcis eorum quæ mihi ſunt toleranda. Habet ſuas excetras *Hiſpania*, habet *Italia*, habet *Gallia*, habet *Germania*, habet & *Britannia*, qui clàm ſpargunt ſuum virus, nec tamen in ſcenam prodeunt, ſed per ſubornatos agunt fabulam. Hactenus animus fuit præſens, ut ſpero futurum & in poſterum. Illud planè mei fati eſt. A magnis aut diligor, aut metuor, à canibus ac cimicibus impetor. Poſthac tamen decretum eſt non habere pantalabis & ſpermologis tantum honoris, ut illos digner reſponſo, quod uno ore mihi ſunt autores viri doctrinâ juxta & prudentiâ præcellentes, *Tonſtallus*, *Sadoletus*, & *Alciatus*. Optârim tuam, mi *Montjoie*, fortunam eſſe parem animo tuo, non quòd mihi res redierit ad incitas, ut aiunt, ſed quòd nunc deceat *Eraſmum* & ſenem & tantum bellatorem aliquanto magnificentiùs vivere. Non deſunt in *Germania* magni qui mihi bene velint, ſed honeſtius eſt non mutare veteres *Mecœnates*. Archiepiſcopum *Cantuarienſem* vereor nè mihi ſenectus eripiat. Quanquam [illegible] fœdus inter nos pacti ſumus, nè alter alteri eſſet. Verùm hæc utcunque habeant, perpetuo tuo in me ſtudio [illegible] dum delector, quam voluptatem filius ſuſcipiens, ut in literis ad me ſuis conduplicavit. Libens illi dicâſſem [illegible] *thegmatum*, quippe argumentum & tuo ingenio, & affine *Proverbiis*, ſed ſuppetit mihi fuit ſterilis, & hyems ob quaſdam nem non admodum fertilis. Debebam mam quamque fœturam mirâ indole ti *Guilhelmo* Duci *Juliacenſi*. Proinde *vium* quinque libris auctum dicavi ſaltem pacto & illius ſtudiis calcar elegantiſſimam ejus epiſtolam penſitem que, ſi cum ea paria facere non poſſem, epiſtolam reddet *Simon Grinæus*, cujus in *Præfatione*, rogo ut ei commoden tio, quod quidem ſine tuo incommodo poſſ homo *Latinè Græcè*que ad unguem doctus, philoſophia & Mathematicis diſciplinis verſatus, nullo ſupercilio, pudore penè Pertraxit hominem iſthuc *Britannia* piditas, ſed præcipuè bibliothecarum amor. Rediturus eſt ad nos, per hunc voles ſcribas licebit. Quòd ut faciam, *Carolo* tuo exhibeat volumen *Friburgi*, decimo quinto Calend. April. Anno *Chriſto* nato M.D. XXXI.

Eraſmus Rot. Johanni Roſeo S.D.

VIx credas, mi *Roſeé*, quàm me tuo illo adventu congreſſu tibi devinxeris, tuumque reddideris. Quanquam enim ingenii tui candorem, eruditionem, & humanitatem ex literis, tuóque carmine veluti deliniatam animo [illegible] ram, tamen eadem omnia è vivo colloquio oculis, & ipſâ fronte multò perſpexi evidentius. Quapropter diem illum inter candidos mihi notandum cenſeo, qui noſtram amicitiam tuo ore affatu confirmârit. Reſtat ut mutuis officiis & viciſſitudine literarum eam alamus. R.D. *Johannes*, cujus copiam mihi ſpoponderas, hoc ſeſſu labi excuſatum, quòd tu illius vicem quodammodo apud me explêſſes. Literis ex *Agrippina* [illegible] cuſavit, quòd per ſodales canonicos non licuiſſet inviſere nos, pollicens in reditu vel cum [illegible] diſpendio ſe nos aditurum. Sed quod ille [illegible] batur, vix ipſe mihi ſum auſus polliceri, quippe qui ſcirem omnium minimè ſui juris eſſe qui ſenet aulicis negotiis mancipârunt. Gaudeo te in humaniſſimi Principis regia honeſto loco [illegible] róque jam eſſe, ſperóque futurum ut accedat cenſus & dignitas tuæ doctrinæ tuíque [illegible] debita. Quanquam nihil erat ſeriæ rei quod ad te ſcriberem, tamen quum oblatus eſſet hic *Eraſmus* adoleſcens generoſus & eruditus, non potui committendum, ut iſtuc veniret ſine meis literis. Bene vale. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ*, decimo ſeptimo Calendas Aprilis. Anno à *Chriſto* nato Milleſimo quingenteſimo tricéſimo.

Eraſmus

Erasmus Ret. Augustino Trivultio Cardinali S. D.

DEum immortalem, ut crebrò felicius cadunt audacia quàm moderata consilia. Nonnihil antea succensebam *Germano* nostro, quòd suis violentis literis me ad hoc officium improbum perpulisset; nunc posteaquam ea res mihi tam prosperè successit, par esse puto, ut illi pro expostulatione maximas agam gratias, cujus operâ factum est, ut tanta felicitas commodis meis accesserit. Quis enim sibi non videatur felix, si vel longo ambitu in tanti támque laudati Principis familiaritatem reciperetur. Hæc verba quamlibet pro mea mediocritate honorifica, non placent isti tuæ singulari modestiæ: recipis in amicitiam, imò non recipis, sed tibi gratularis, cui contigerit per occasionem in nostram amicitiam insinuari. Istâ modestiâ quâ te nimio plus demittis, excelsior es meâ quidem sententia, quàm cæteris tuis vel virtutibus vel ornamentis, quæ *Germanus Brixius* facundâ epistolâ prædicavit. Ille suis literis prædicavit, tu fecisti fidem tuis tam prudenter támque amanter scriptis literis. Ad medendum febri *Germaniæ* hactenus & fidelem & strenuam & constantem navavi operam, ingenti rerum mearum dispendio, magnóq; valetudinis ac vitæ periculo: sed pro bene navatâ operâ mihi refertur pessima gratia, idque ab his etiam pro quibus depugno. Nam quòd diversa pars me machinis omnibus impetit, meo merito sróque jure facere videri potest. Sed quòd ab his quorum gratiâ pericliter, tot libellis veneno tinctis impetor, satis demirari non possum. Nec defuerunt *Romæ*, qui siniſtris criminationibus *Clementis* animum à me conati sunt alienare, neque nihil profecerunt. At si summus Pontifex penitùs nósset totius negotii circumstantias, haudquaquam inter postremos numeraret *Erasmum*, quos suo favore dignos judicat. Nam mitras & opes non ambio. Autoritatem vel in hoc adesse velim, ut improborum latratus submoveat. Sint igitur hæ morum in me officiorum primitiæ, ut per te summus Pontifex intelligat *Erasmum* summâ synceritate parique constantia *Christi* negotium egisse, tantúmque discriminum in suum caput accersisse, ut si mercedem hominum spectem, summi Pontificii conditionem fuerim recusaturus. Eruditos ferè omnes mihi reddidi infensos, & quibus antea sum usus amicis intimis, & omnium arcanorum conscios, hos nunc patior hostes maximè capitales. At nulli sunt ad perdendum hominem magis instructi, quàm qui cum eo familiariter vixerũt. Nam hi ut nullius criminis conscii sint, multam tamen habent materiam unde probabiles calumnias fabricentur. Et habent isti quosdam artifices omni malitiæ genere instructos ad criminationibus submovendos quos sibi sentiunt infestos. Apud Regem *Galliarum*, cujus ut antea calamitatem summopere dolebam, ita nunc tranquillitati vehementer gratulor, nihil est quod ambiam, nisi quòd illi charus esse cupio, quemadmodum ille frequenter propensam erga me voluntatem declaravit. Quod tua pollicetur benignitas, toto pectore recipio, ac vicissim defero quicquid obsequii patrono optimè merito præstare debet ac valet fidelis & gratus cliens. R. D. T. sospitet ac prosperet in omnibus Dominus *Jesus*.

A Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* pridie Idum Aprilis Anno M. D. XXXI.

Erasmus Ret. Leonardo Offi. Archiep. Bestuntini S. D.

HOdie demum cepi gustum rini quod tua dona- *Epist. 42.*
vit benignitas, ibero fore accommodum & meo stomacho, & ætivis mensibus, quos utinam liceret hic, ut hactenus, tranquillis rebus peragere. Abundè calamitatum erat, ut nihil accedat. Toleravimus pestem totâ hyeme sævientem, pertulimus omnium rerum caritatem prodigiosam, & quod monstri simile est, indies crescentem, quum infigniter decreverint homines, & anni superioris proventus satis fuerit benignus. Habemus jampridem tria inauspicata numina, *Erynnas, Furiasque, sed Lachesin*, quibus si se adjunxerit *ὁ ἐνυάλιος*, vereor nè conspiciamus in tota *Germania* miserandam rerum faciem. Precor ut hoc meum vanum sit augurium, certè hactenus non placent proœmia. Quin & illud metuo, nè res sacerdotum, quorum causa videtur agi, nihilo meliore statu futuræ sint quàm nunc sunt, utinam nè deteriore. Ut rectus sit ac simplex Principum oculus, quæ fex hominum sub hujus belli prætextu inundavit in *Germaniam*, *Judæi* quibus in *Hispania* non licet esse tutis, ex tota *Germania* latrociniis ac prædationibus assueti. Adde totum hoc genus aut esse propensum in sectarum partes, aut esse hoc animo, ut nullâ religione teneantur. An putamus feliciter cessuram arationem invitis bubus? Sed horum, inquies, temeritas Principum autoritate coercebitur. Scilicet exemplo nobis est *Roma*, totáque *Italia* tam miserè vexata. Exemplum est *Vienna*, plus à suis defensoribus perpessa quàm à *Turcis* hostibus, si vera scribunt qui illic agunt. Sed in quo bello, quamvis æquo, quamvis justo non audimus tales querimonias? Morbus inquies atrox, duris remediis sanandus est. At *Seneca* non probat remedia morbo graviora. Et *Crassus* medicis obnoxius alterius cruris sectionem passus, vetat chirurgum nè ad alterum transeat, quod existimaret curationem esse morbo graviorem. Sed quid fiet interim piis ac bonis viris, quibus non est commodum ex urbibus suis emigrare, utpote in quibus habent uxorem, liberos teneros, parentes ætate segnes, domos, census, debitores, aliáque retinacula? In horum capita maxima calamitatis pars recidet. Quale belli genus hoc futurum est, quod maximam orbis partem est occupaturum? Quis medicus censet ustu-ris aut sectionibus utendum, quum morbus nullam corporis partem reliquit integram? Habemus duos monarchas longè potentissimos, religionis amantes, sed juvenes, & hoc fraudi magis idoneos, quo sunt probiores ac religiosiores. *Carolus* obtemperaturus videtur quicquid præscripserit *Clemens* septimus. Quòd si Deus illius mentem afflaverit, ut nihil præscribat nisi *Christo* dignum, sperandus est horum tumultuum lætus exitus. Sed-- sed--. Sed nihil addo. Opus est hic noctuis aliquot, quæ per tenebras cernerent. Postremò, quid fiet de mei similibus? Ego jam partim ætate, partim adversâ valetudine, factus sum è re mobili res soli; sic enim vos soletis loqui: videórque transformatus ad genus animantium quæ vocantur *adhæsa*. Si tumultus exiterit, quid restat nisi

ut æquo animo decedam ex hac vita? Vocor *Augustam* tum amantissimè, tum magnificis conditionibus. Sed non libet periculum mutare periculo. Vocor in *Italiam*, *Sabaudiam*, & *Galliam*, sed certum est non egredi ditiones Cæsaris, cujus favore substiti hactenus, & longiori profectioni non audeo corpusculum hoc committere. Advos demigrare possum cum autoritate Cæsaris & *Ferdinandi*, sed nolim illis esse incommodo quibus optimè cupio, nisi fortè res jam sunt tranquilliores. Mississem aliquid librorum, sed hic non erat onerandus sarcinâ. Verùm simulatque *Hieronymus Frobenius* redierit ex emporio *Francofordiensi*, curabo è *Basilea* sarcinula ad te perferatur. Si admoneat, quo officio possim aliquam partem tuorum in me meritorum repensare, cupidissimè facturus sum. Ex animo loquor. Nam bonam vitæ partem tibi debeo. Bene vale. Datum *Friburgi Brisgoiæ*, postridie Nonas Aprilis Anno à *Christo* nato Millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Roterodamus Angelo Andreæ Rescendo S. D.

Epist. 43. QUum à me dimitteretur istùc *Quirinus* amanuensis meus, *Rescende* charissime, sic eram delassatus & epistolarum negotiis, & curis quibusdam domesticis, ut ægrè tueri licuerit corpusculi valetudinem. Quibus rebus factum est, ut carmen tuum sanè quàm elegans tantum degustârim, respondere autem nullo pacto vacârit. Verùm simulatque datum est à negotiorum tumultu respirare paululum, mox carmen tuum & attentè & avidè perlegi: in quo nihil mihi non magnopere placuit, nisi quod videretur brevius, méque adhuc famelicum ac sitientem reliquerit. Sed obsecro te quis deorum aut quæ dearum immisit tibi istum tam flagrantem *Erasmi* amorem? Nam quum in me nulla videam philtra, quæ vel mediocriter animum in me tuum inflammare possint, ista tam singularis erga me benevolentia *Ebornus* & sit oportet. Suspicor tamen arcanam quampiam esse geniorum nostrorum cognationem, quæ nos conciliat. Quo magis aveo te propiùs etiam cognoscere, quanquam ingenium & indolem tuam ex versibus tuis mihi videor satis habere perspectam. Illud tibi videndum est, ut & istum animi candorem, & eloquii venam bene colloces. Mihi quidem vehementer jucundum est abs te vel amari, vel prædicari, sed doleo nihil esse in me tuis dignum affectibus. Longum illum *Stentorem*, quem mihi quidem pulchrè deliniâsti, sed ipse seipsum in suo libello non minùs indocto, quàm infante sic omnibus expressit coloribus, ut nullum speculum certiorem cujusquam reddere possit imaginem; non potui non ridere. Quid illi venit in mentem, ut homo tragicam gerens personam, se pueris deridendum propinaret? Non me clàm est ab illis aliquid monstri ali clanculum. Hinc ista confidentia, de successu viderit Deus. Tibi verò, mi *Rescende*, lubens autor fuerim, nè quid istam excetram in te provoces. Fuit olim regnum *Assyriorum*, *Græcorum*, *Medorum*, *Romanorum*: quid si deus aliquis nunc velit esse regnum monachorum aut stultorum? Habeant & illi vices suas, si ita visum est fatis. Tu te Musis tuis oblecta. Cæterùm illud tibi persuadeas velim, & indolem istam & animum mihi cum primis non modò charum esse, ver[illegible] cundum. Scio nihil [illegible] ille quenquam [illegible] amo virum, ut vel solo illius affectu [illegible] quemlibet vel tantum illius [illegible] terea nihil requiram [illegible] Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* [illegible] ristiæ: Anno à *Christo* nato Mil[illegible] tesimo trigesimo primo.

Erasmus Roterodamus Tu[illegible] Fossa S. D.

NIhil opus erat ullâ excusatione, [illegible] charissime, qui nullâ in re [illegible] immodicè diligis. Fac ut habeas ra[illegible] letudinis, vel eò quod multi [illegible] est opus. *Gryneum* tibi placuisse [illegible] mulis duobus mihi jam prospectum [illegible] minùs eruditis, quàm illi fuerant [illegible] moribus commodioribus. Sic me[illegible] concionatorem absolvere nec vocet [illegible] nec expediat, hoc furioso seculo. [illegible] felicitatem gratulor. Comes à *Nov*[illegible] riùs vivere potuisset, nisi dignitatis [illegible] dinis rationem habere maluisset. [illegible] *Hagio* & *Joanne Greppero* næ tu ma[illegible] tem mihi nuntias, scribam illis [illegible] ocium. *Beldaicam* camarinam [illegible] sum suo volumine movit. *Gryneus* [illegible] narravit fabulam de Matrimonio, [illegible] bitror abs te perperam intellectam. [illegible] in suis ad me literis meam laborum [illegible] lerantiam in decrepita ætate, sed [illegible] di patientiam admirabatur. Ego [illegible] extuli vires meas, addens me jam [illegible] uxorculam, nè quid istâ decrepitæ [illegible] commemoratione officeret meo [illegible] ut est facetus, respondit, Si non [illegible] alia, se cessurum mihi suam quam [illegible] ellam, annos natam viginti duos. [illegible] pro commoditate. Tantum de Ma[illegible] minem indies expectamus ex *Ang*[illegible] Quanquam terret me carmen *Virgilianum*, *Facilis descensus averni*, nôsti cætera. Bene vale. *Friburgi Brisgoiæ*, Anno Millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Rot. Eobano Hesso S. D.

SUperiores tuas literas, *Eobane* doctissime, [illegible] non tam edentulas quàm eas vellem [illegible] hoc æquiore animo perlegi, quòd facilè [illegible] ret, illas alieno magis impulsu quàm tuo [illegible] scriptas esse: proindè moderatiùs ad eas [illegible] nihil omninò responsurus, nisi subinde [illegible] issem in civitatis ac magistratus læsi [illegible] telo quidam Evangelici titulo sese [illegible] mium frequenter uti gaudent. Ego ob [illegible] varietatem nulli amicitiam renunciavi, [illegible] iis quos mihi singularis eruditio conciliat: in quibus te vel in primis numero, cui [illegible] quod *M. Tullio* fuit negatum, quod [illegible] sibi arroganter vindicavit, ut ita pangas [illegible] quasi nunquam attigeris solutam [illegible] ita scribas prosam, quasi cum Musis [illegible] quam fuerit commercii. Hoc divorum [illegible] studio atque usu ad summum usque [illegible]

Qui

Quæ potuit igitur mens in te amor refrigescere, quum in te augescat indies id quod me in tui admirationem rapuit? De adito *Lovanio* nihil excidit. Memini ut veneris cum *Ægravio Sylvio*, nec sine monuscul o, quámque frigidè fueris acceptus: in causa fuit quòd ob valetudinem ab omnibus conviviis abhorrerem; præterea quòd tum temporis alternis fermè diebus adessent è *Germania* salutatorum juga, quorum nemo voluit discedere, nisi literis onustus. Jam tum moliri videbantur hanc fabulam, à quâ semper abhorrui: eam utcunque cœptam progressámque precor ut Deus εἰς μέγαιρῶν vertat in lætum exitum. *Anselmus Ephorinus*, vir singulari doctrinâ, parsq; morum probitate, quem commendâsti, mihi gratissimus est convictor, quo tamen non dabitur diutiùs frui. Sub autumnum petet *Italiam*. Agnosco verissimum esse quod scribis, Si totus ille *Thraso* æstimetur, non valet dupondio. *Hercules* tamen nunquam congressus est cum monstro pertinaciore. Omnia concoxi, nè per me consequeretur quod ambit. Pascitur mendaciis non aliter quàm Chamæleon aurâ, nec quicquam habet dulcius quàm fuco quæsitas gloriolas. Mirareris si pernôsses fabulam. Sed certum est posthac negligere gloriosum militem. Legi Epicedia tua, sed nullum majore cum animi dolore quàm *Bilibaldi*. *Joachimus* plus habere videtur curæ quàm naturæ. *Non omnia possumus omnes*. In scazonte novam usurpavit libertatem, haud scio quem sequutus autorem: nam quos ego legi, semper finiunt versum cretico & spondæo. Vide quàm sim curiosus rerum alienarum. Sed *Joachimum* mihi salutabis amanter. Utinam tuo commodo fiat, ut nos hìc aliquando visas. *Lovanii* vidisti hominis umbram, nunc visurus es umbram umbræ. *Theocritus* tuus hìc nondum prostat, sed curabo alicundè. Quidam nartârunt mihi edidisse te ingens volumen *Epigrammatum*, in quo esset crebra mei mentio: id an verum sit nescio, certè hactenus nancisci non potui. Bene vale, *Eobane* doctissime. *Friburgi* pridie Pentecostes. Anno M. D. XXXI.

Erasmus Rot. Mariæ Ungariæ quondam Reginæ S. D.

SErenissima Regina, *Viduam* meam utcunque pro mearum occupationum magnitudine, próque mei ingenii modulo tractatam, tam benigno animo à tua majestate receptam esse, majorem in modum gaudeo. Illud me cruciat ac rubore suffundit, opusculum nec tuæ magnitudini, nec isti animo tam pio satis respondere. Video te laudibus tuis nonnihil offensam, quàm hâc in parte studio fuerim parcissimus. Sed hoc laude dignior es, quòd eximiis virtutibus tuis modestiam ceu gemmam omnium pulcherrimam addidisti. Domini benignitas tuam pietatem semper in majus provehere dignabitur, ac pro tristibus læta reponere. Interdum adversis vel purgat vel exercet nos: sed ille novit amara, uberiore consolationis suæ dulcedine temperare. Is majestatem tuam sospitet, actionésque tuas omnes bene fortunet. De valetudine mea cognosces ex *Haskello*. Epistolium tuâ manu scriptum tanquam animi tui charissimum pignus inter ea reponetur, quæ mihi maximè sunt cordi. Datum *Friburgi Brisgoiæ* nono die Julii, Anno M. D. XXX.

Erasmus Rot. Maldonato S. D.

ACcepi literas tuas, *Maldonate* charissime, binas quidem illas, sed eodem argumento, nisi quòd exemplo posteriori coronidem adjeceras. Ad quas ut brevissimè respondeam. Ad prolixam illam epistolam quâ mihi velut ex amicorum delegatione, monachorum tragœdiæ unam atque alteram scenam pertexueras, jam pridem prolixiore respondi. Eam simulátque sensi ad te perlatam non esse, misi rursus exemplar, nec gravarer tertiò mittere, nisi migratio (nàm *Basileam* reliqui, magno rei familiaris dispendio, sed gratia superis, citra valetudinis jacturam) supellectilem omnem meam sic perturbâsset, ut non pauca perierint. Jámque res eò refrixit, ut non sit operæ precium studiosè perquirere. Quid acciderit illis demiror. Illud certissimum est me bis misisse, quidvis tamen suspicer potiùs quàm *Valdesii* hoc incuriâ factum esse, quum nihil sit illo juvene candidius aut amicius. Nec dubito quin histriones isti pergant reliquas fabulæ scenas absolvere. Sed adeò sum satur istorum tumultuum fatalium, ut nec illa libeat cognoscere, quæ ad me pertinent. Faciat de me Dominus quod ipsi visum fuerit, modò nos rectum, ut aiunt, clavum teneamus. Quod mihi de multis præclaris gestis ac dotibus gratularis, utinam id tam meo merito faceres, mi *Maldonate*, quàm id facis & amanter & diserte. Hi fatales orbis tumultus, hæ prodigiosæ calamitates, quarum nullus est modus neq; finis, sed semper ultimam excipit alia gravior, tum inaudita mortalium pravitas facit, ut omnium studiorum me propemodum pigeat, non modò artis istius gladiatoriæ. Mihi jam rudem dedi, vobis juvenibus lampadem tradens. Nobis hìc multæ res parum lætæ minitantur. Sub adventum Cæsaris muniunt se novis addicti sectis tanto studio, ut si nihil aliud quàm τὸ ἀσφαλὲς, spectem, dubitaturus sim utra in parte malim esse. Precor ut Dominus omnia vertat in prosperum exitum, qui nisi huic interveniat fabulæ, videtur cruentam habitura catastrophen. Bene vale, nósque quod facis ama. Datum *Friburgi Brisgoiæ* Id. Jan. Anno M. D. XXXI. *Epist.* 47.

Erasmus Roterodamus Valdesio S. D.

NIhil non debeo fratri tuo, *Valdesi* charissime, qui in me amando, tuendo, demerendo nullum servat modum. Is quoniam abest, æquum est ut isthic mihi in germani vicem succedas, quem hìc, uti spero, vere proximo videbimus. Facilè condono quòd non respondes meis literis, modò amore mutuo respondeas; quod te facere non dubito, nisi me fallunt omnia. Non onerabo te pluribus, cætera cognosces ex *Francisco Dilfo*, qui semel adamatam *Hispaniam* non potest relinquere. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* Idibus Jan. Anno M. D. XXX. *Epist.* 48.

Erasmus Roterodamus Valdesio S. D.

AN proximas literas meas, vir amicissime, receperis, nondum certè licuit cognoscere: nam audio complurium querimonias de epistolis interceptis, aut parum bonâ fide redditis. Scripseram autem satis prolixè. Miseram & R. D. Episcopo *Burgensi* literarum fasciculum, quum legatum *Epist.* 49.

ageret in *Anglia*, rogans ut eas in *Hiſpaniam* perferendas curaret, iſque hoc ſibi curæ futurum reſpondit. Nunc non eſt quòd pluribus tecum agam, quum χαμαιτυπῶν ſim nactus *Franciſcum Dilſum*, unde poſſis omnia quæ hic geruntur meliùs quàm ex meipſo cognoſcere. Eſt enim facundus, exploratæ fidei, mihi cum primis amicus ac familiaris, nec ignotus tibi. Nunquam enim deſinit nobis tuam erga ſe comitatem humanitatémque prædicare. Ex eo ſum expiſcatus omnia, quæ ad valetudinem, fortunas, ingenium ac mores tuos germanorúmque tuorum pertinebant. Ille ſic depinxit ſingula, ut mihi non minùs noti ſitis, quàm ſi annuam vobiſcum egiſſem conſuetudinem. Quid multis? Effecit, ut ex chariſſimis mihi ſitis chariores, hoc quoque nomine, quod quicquid officiorum in illum contuliſtis, exiſtimem ad me pertinere. Itaque tametſi non omninò feliciter ſucceſſit adita primùm *Hiſpania*, tamen mihi ſatis proſperè ceſſit. Δράκων, aiunt, δράκοντα, ſi non mentitur proverbium, haud mediocris felicitatis pars commodis meis acceſſerit, quandoquidem iſthic *Dilſum* habiturus ſum cui tutò poſſim quidvis committere, imò qui ſponte ſuâ ſit diligenter curaturus, ſi quid meis commodis aut exiſtimationi videbitur conducere. Ex hoc igitur ut emunxi quicquid de rebus *Hiſpanienſibus* ſcire volebam, ita tuum erit viciſſim ex illo exculpere, ſi quid de rebus harum regionum audire cupies. Bene vale. Idus Januarii, Anno Milleſimo quingenteſimo trigeſimo, *Friburgi Briſgoiæ*.

A B C D

Eraſmus Rot. Margaretæ Roperæ S. D.

Epiſt. 50. VIx ullo ſermone conſequi queam, *Margareta Ropera Britannia* tuæ decus, quantam animo meo perſenſerim voluptatem, quum pictor *Olpeinus* totam familiam iſtam adeò feliciter expreſſam mihi repræſentavit, ut ſi coràm adfuiſſem, non multò plus fuerim viſurus. Frequenter iſtud apud me ſoleo optare, ut ſemel etiam ante fatalem vitæ diem intueri contingat chariſſimam mihi ſodalitatem, cui meæ qualis qualis eſt, vel fortunæ vel gloriæ bonam partem debeo, nec ullis mortalium debeo libentiùs. Hujus voti non minimam portionem mihi præſtitit ingenioſæ pictoris manus. Omnes agnovi, ſed neminem magis quàm te. Videre mihi videbar per pulcherrimum domicilium relucentem animum multò pulchriorem. Equidem vobis omnibus iſtam gratulor felicitatem, ſed præcipuè parenti optimo. Quo minùs autem vos pœniteat ſtudiorum veſtrorum, mitto epiſtolam probatiſſimi viri, qui apud *Mariam* quondam *Ungariæ* Reginam Cæſaris ſororem eccleſiaſticæ munere fungitur. Ea eſt cui dicavimus *Viduam Chriſtianam*, quam arbitror tibi lectam eſſe. Ex literis autem intelliges quanto ſtudio tam nobilis fœmina complectatur liberalium ſtudia literarum. Nunc experitur illa non eſſe vanum quod ſcripſit *M. Tullius, literas in rebus ſecundis eſſe ornamento, in adverſis ſolatio*: quanquam illa cum primis erat digna perpetuâ proſperitate. Cæterùm quando ita ſunt res mortalium, ut, *Euripi* inmorem, alternis vicibus affluant ac defluant, animus eſt adverſus omnem fortunæ habitum philoſophiæ præſidiis muniendus. Hæc ſcripſi pluſquam obrutus negotiis, ad hæc imbecillâ valetudine: quare tua dexteritas hoc efficiet, ut omnes tuæ ſoboles ſibi perſuadeant hanc eſſe juſtam epiſtolam, de omnibus ad ſingulas quàm ad te ſcriptam. Ornatiſſimæ matronæ *Aleyſiæ* matri tuæ multam ex me ſalutem dices, eíque me commendabis & commendatum diligenter. Effigiem illius quando coram amplexus cuit, libenter ſum exoſculatus. Jamque *Albo* germano tuo precor omnia proſpera. Vxori ſeorſum mihi ſalutabis ornatiſſimam *Aſperam* conjugem, tibi meritò chariſſimam. Dominus ſervet vos omnes incolumes, omniáque veſtra ſua omnipotenti favore proſperare dignetur. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* poſtridie Nonas Sep. Anno M. D. XXIX.

E F G

Eraſmus Roterodamus Joanni Eraſmio Frobenio S. D.

EPiſtolium ad te meum quod hic per oblivionem, ut opinor, reliqueras, tibi remitto. Dixeras enim hoc inter tibi chariſſima ſupellectile reponendum eſſe. Mitto & *Colloquia* familiaria ornata, quæ ſi frequenter in manus ſumpſeris, fiet ut etiam abſentes inter nos miſceamus colloquium. Priuſquam relinquas *Baſileam*, fac ad me perſcribas, quàm tibi ſuccefſerit equitatio, quámque felicibus auſpiciis te tuâ patriâ redditum exceperit. Quod ſi non pœnitet migrationis, nos tui deſiderium moderatiùs feremus. Sin & alacritas & majore tuo bono vivis alibi quàm apud nos vitam, gratulamur etiam tuæ felicitati. Neque enim aliâ conditione te dimiſimus, quàm ut alibi ageres ex animi tui ſententia, fructúque uberiore vitam ageres. Id ſi contingit, plus capimus voluptatis ex tuis commodis, quàm ex abſentiæ molleſtia. Sin minùs, non dimiſimus te, niſi hoc reditum, donec ſeſe offerat commodior occaſio. Proinde hæc ſcribas & quamprimum & ex animo. Si non offertur alius certior, poteris per *Bonifacium Amerbachium* tutò quæ voles ſignificare. Scio nullas meas literas ad te venturas inanes. Bene vale ſuaviſſime *Eraſmi*. Saluta tuos omnes meis verbis. Salutat te *Haio*. Nam *Cannius*, ut conſpicio, ſcribet ipſe. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* poſtridie Calendas Novembris, Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Rot. Joanni Henkello S. D.

SAltem hoc nomine amo *Bellerophontem* noſtrum, quòd bonâ fide reddidit quæ mutuo acceperamus. Nunc ſcribit ſibi nihil deeſſe præter duodecim aureos quibus emat equum & paret ſe ipſum adverſus *Turcos*. Nam his atrocis præcurſoribus. Mi *Henkelle*, vix ullis verbis aſſequi valeam, quam mihi voluptati fuerit, quòd incomparabilis illa heroina, multò pietate quàm tot Regum ac Cæſarum ſtemmatis illuſtrior, *Viduam* noſtram tanto amplexa eſt affectu: ſed rurſum pudet pigétque, nec materiam, nec tractationem vel animo meo vel illius meritis reſpondere. Quòd autem, vir optime, quòd tu mihi tuo quoque nomine gratias agis pro tantillo officiolo, quo commodare verebar, nè tua offenderetur modeſtia? Quare mihi cumulariſſimam ab utroque relatam gratiam exiſtimo, vel ipſe potiùs me debere tibi profiteor; tibi qui hunc inſtigaris aliquot effatorem, illi quæ quæcunque [illegible] candide

candidè ſit interpretata. Itaque non eſt quod hæc res te ſollicitum habeat. Quòd ſi per horum temporum tumultus licebit aliquod viciſsim μνημόσυνον mittere, quod & ornet accipientem, nec gravet dantem, quicquid erit eodem accipiam candore, quo vos meam opellam eſtis amplexi. Audis ambitionis vocem, non avaritiæ. Sunt qui putent aprum illum τῆς ἀγορᾶς, non fuiſſe provocandum. Sed tamen poſteaquam hoc factum eſt, ita volente Deo, ſicut ego quidem interpretor, majorem in modum gaudeo, rerum exordia *Ferdinandi* auſpiciis feliciter ſuccedere, ſperóque futurum, ut duorum fratrum juncta potentia frangat, aut certè mitiget illius violentiam. Utinam brevior fuiſſet nobis rixa cum *Gallis*, atque hoc negotium matriùs fuiſſet ſuſceptum. Sed aliud meritis noſtris debebatur, & fortaſsis hoc magis expediebat orbi *Chriſtiano*. Mihi verò non paulò plus ſpei eſt in pietate Cæſaris & *Ferdinandi*, quàm in opibus, copiis & armis. Tibi eum podagra rem eſſe, vehementer doleo. Sed quid eſt in rebus humanis ab omni parte beatum? Etiam atque etiam te rogo, ut clariſsimæ patronæ tuæ me commendes diligenter. Bene vale. Datum *Friburgi Briſgoiæ* poſtridie Calend. Novemb. Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Rot. Richardo Pacæo S. D.

EXilii præ gaudio, *Pacæe* chariſsime, quum viderem illam mihi non ignotam manum, acciperémque te tantis calamitatibus ac malorum naufragiis incolumem enatâſſe, ac priſtinæ etiam dignitati reſtitutum. Hoc mihi gratius fuit quàm ſi quis angelatos miſiſſet ſexcentos. Video non dormire numen, quod & innocentes eruit, & feroces dejicit. Ipſe non referendis malis oppreſſis ob furias pſeudevangelicorum, videor mihi per te quodammodo revixiſſe. Utinam liceat ante mortem tuo conſpectu tuíque mellitiſſimâ conſuetudine frui. Poſt fatales iſtas tempeſtates confido poſthac tibi ſerena tranquilláque fore omnia. De epiſtola ad me relata, non eſt quod labores, præter officia ſalutationis ferè nihil habebat. Eam *Quirinus* meus ait eſſe inter excuſas. *Roberto Feldo* vel hoc nomine omnia bona cupio, quòd tibi charus eſt, etiam ſi mea contemneret. *Moro* tametſi ſummâ dignitate quam accepit, & digno eſt & par, tamen non tam illi gratulor quàm regno *Angliæ*, atque etiam Regi. Non alium eſſe ſcio iſthic, vel ingenio tali præditum, vel virum incorruptioribus moribus. Cura ut quàm ſuaviſsimè vivas *Pacæe*, inter patronos meos præcipue, inter amicos ſyncériſsime. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ*, vigeſimo ſecundo die Martii. Anno Milleſimo quingenteſimo trigeſimo.

Eraſmus Rot. Carolo Utenhovio S. D.

EXiſtimo noſtrum *Hervagium* iſthic fuiſſe, meásque tibi reddidiſſe. Nam huc nondum rediit. Binas abs te literas accepi, poſteriores miſit ad me ex *Auguſta Vindelicorum Joannes Cholerus* præpoſitus *Curienſis*. Ait ſibi traditas à ſcholaſtico quodam. Venerunt ad me non reſignatæ ſolùm, verùm etiam effractæ, in quibus, mi *Carole*, deſiderabam illam tuam ſolitam cautionem ac prudentiam. Scis hodie nihil tutò literis committi. Quàm erant illa liberè ſcripta de eo qui multorum fefellit expectationem? At quanto liberiora, quæ de eo quem omnes uno ore prædicarent τύραννον ἄπαντες; Delectat me ingenii tui ingenuitas, ſed hiſce temporibus ſub omni lapide Scorpius dormit. Poſtremæ literæ tuæ mihi videbantur indiligentiùs ſcriptæ. Nam ſermonis elegantia non reſpondebat alicubi meæ expectationi, de *Carolo* tot jam annos verſato *Patavii*. Atqui huc, *Utenhovi* chariſsime, nervis omnibus tibi contendendum eſt, ut maximam tuorum de te expectationem ſuperes etiam. Id facilè perfeceris, ſi naturæ felicitati parem addideris induſtriam. Spero tibi nihil opus his ſtimulis. Sed tamen eximium quoddam animi mei erga te ſtudium, quo fit, ut tuæ gloriæ faveam impenſiùs quàm meæ ipſius, ſuaſit currenti licèt addere calcar. Bene vale.

Audomarus tuus amantiſsimè ſcripſit ad me, ſæpius *Ammonius*, quo viro non arbitror alium vivere ſanctioribus moribus, aut ingenii ſanioris. *Polyphemus* bibit in *Bohemia* fortiter. Crebrò ſcribit ad me, ſed illi nihil reſpondeo. Ex *Marco*, qui has, ut opinor, reddet, cognoſces cætera. Rurſum vale. Apud *Friburgum Briſgoiæ*. vigeſimo tertio die menſis Martii. Anno à *Chriſto* nato M. D. XXX.

Eraſmus Rot. Joanni Vergaræ S. D.

DEcreveram iſthuc mittere quatuor ſummas operum *Auguſtini*, ſed demigratio perturbavit omnes res meas, nec quiſquam ſe obtulit, qui perferendi negotium ſuſcipere vellet. Arbitror autem iſthic jamdudum proſtare volumina, & ineptum eſſet ſi iſthic emi juberem ære meo, quod talibus amicis donetur. Non ignorabam quantum deberem ornatiſſimi Præſulis humanitati, vel pietati veriùs erga me. Munus tamen veluti pignus ac ſignaculum illius in me animi fuit longè gratiſſimum. Eam pecuniam bonâ fide partitus ſum cum his qui conferendo ſcribendóque juverant, ut mihi ducatum unum non fecerim reliquum, imò de meo nonnihil adjecerim, ut Archiepiſcopi benignitati jam non *Eraſmus* modò, ſed complures etiam habeant gratiam. Quòd ſi perinde noſtram induſtriam ſenſero illius judicio probari, planè triumpho. Eſt nunc in manibus *Chryſoſtomus*, ſimili majeſtate proditurus autumno proximo. Accedent non pauca partim à me, partim ab aliis verſa. Quanquam in his ſunt quædam ῥᾴδια, meo quidem judicio, veluti Commentarius in Epiſtolam ad *Hebræos*, in Epiſtolam ad *Corinthios* poſteriorem, in *Acta Apoſtolorum*, ut exemplum contaminandi ſacros autores à *Græcis* ad nos dimanâſſe videatur. Cardinalis *Eboracenſis* ſic offendit animum regium, ut, ſpoliatus bonis & omni dignitate, teneatur, non in carcere, ſed in quodam ipſius prædio, adhibitis triginta duntaxat ſeu famulis ſeu cuſtodibus. Proferuntur in illum querelæ innumeræ, ut vix exiſtiment effugere poſſe capitis ſupplicium. Hic eſt fortunæ ludus, ex ludimagiſtro ſubvectus eſt ad regnum. Nam planè regnabat veriùs quàm ipſe Rex, metuebatur ab omnibus, amabatur à paucis, nè dicam à nemine. Paucis ante diebus quàm caperetur, curaverat *Richardum Pacæum* conjiciendum in carcerem, ac minitabatur etiam meo Archiepiſcopo *Cantuarienſi*. *Ante ruinam exaltantur ſpiritus*,

ait *Salomon*. Archiepiſcopus *Cantuarienſis* vocatus, imò revocatus eſt ad Cancellarii munus, quo non aliud in *Anglia* majus: ſed is excuſavit ætatem, jam imparem tanto negotio. Itaque provincia delegata eſt *Thomæ Moro*, magno omnium applauſu, nec minore bonorum omnium lætitiâ ſubvectus, quàm dejectus Card. Hæc retulit famulus meus nuper ex *Anglia* reverſus. De noſtro privato déque publico *Germaniæ* ſtatu, quoniam longa eſt hiſtoria, meliùs eſt te ex *Franciſci Dilſi* relatione cognoſcere, nihil enim illum fugit rerum mearum. Vixit apud me menſes aliquot, atque utinam licuiſſet illo diutiùs frui: ſed rapitur miro deſiderio adamatæ *Hiſpaniæ*, quum alioqui ſit apud ſuos honeſto loco & opulentâ familiâ natus. Sed habet *Ulyſſeum* quiddam, & horret matrimonii capiſtrum, amore libertatis. Multis experimentis compertum habeo juvenem eſſe magno præditum ingenio, dextrum in gerendis negotiis, nec infacundum, nec imprudentem, fide verò certiſſima, animóque in amicum amiciſſimo. Nolim te, mi *Vergara*, gravare meâ commendatione, ſi tamen abſque tuo incommodo poteris illius conſulere commodis, & tuis in me officiis magnum nomen adjeceris, & niſi me fallunt omnia, rectè collocaris officium tuum. Hìc partim meam quoque rem ago, videlicet ut iſthic habeam alterum *Eraſmum*, qui mea non minùs diligenter curet quàm ego ipſe. Facilè illi dabitur aliquis locus in aula *Auguſtæ*. Nam hoc ambit. Pingit eleganter & ſcribit argutè quoties intendit animum, ut ipſe non poſſim argutiùs. Si quidam tam faviſſent illius negotio quàm ego volebam, non reliquiſſet *Hiſpaniam*. Næ ego ſum homo inſigniter impudens, qui quum tibi debeam omnia, nec ullam gratiæ partem reponam, tamen perinde quaſi bene meritus poſtulo tuum officium. Niſi mihi contigiſſet talis Grammatophorus, variis de rebus ad te ſcripſiſſem: nunc *Dilſus* meus complurium epiſtolarum inſtar eſſe poterit. Is nunquam deſiit narrare quantum tibi, quantum tuis fratribus debeat. Patronum tuum ita mihi totum depinxit, ut magis illum quàm antea tum ſuſpiciam tum amem. Hìc conſtans rumor fuit, Archiepiſcopum *Toletanum* in fata conceſſiſſe. Id quum mihi magno cum animi dolore nunciatum eſſet, atque etiam perſuaſum, nec adhuc *Auguſtinus* eſſet abſolutus, ut liceret hoc laboris alteri cuivis dicare: tamen fixum animo manebat, hoc officii illius dare memoriæ, quod vivo deſtinâram. Sed ex *Valdeſii* mei literis accepi nuncium, qui mœrorem omnem abſterſit. In auctis *Epiſtolarum* mearum voluminibus reperies aliquoties nomen tuum, & fratrum tuorum, atque etiam Archiepiſcopi: quod illum boni conſulturum ſpero, nam de veſtris animis nihil addubito.

A B C D E F G

Eraſmus Rot. Franciſco Vergaræ S. D.

Epiſt. 56. QUòd *Dilſum* meum qui has tibi reddet, tam comiter amplexus es, & hoſpitem & ignotum, agnovi, mi *Franciſce*, & exoſculatus ſum ingenii tui candorem, mihi quidem antea non ignotum, ſed perquam jucundum fuit illius memoriam hac occaſione renovari. Erat iſti animus optimus feliciſſimo domicilio dignus, ſed ita ſunt res humanæ, nihil eſt diu lætum aut ex omni parte beatum. Accipimus autem eos viros qui [illegible] animi dotibus excelluerunt, ſerè [illegible] dinarios. Sed poſt nubila ſuccedet [illegible] non ſuccedat, magna mali pars abeſt, ſi adſit [illegible] & æquus animus. Spero tamen futurum [illegible] vi lætior ad nos de te nuncius redeat. Nova [illegible] jam olim uni *Britannia* peculiaris, ſubitò ſe [illegible] ſit per univerſas nationes, atque initio [illegible] malum erat ſubitum & horrendum, videlicet intra horas XXIIII. ſæpe pauciores exanimans quàm invaſerat, animos omnium terrore pavidos, adeo ut multis metus & imaginatio morbum conciliârit: corripuit plurimos, pauciores tamen extinxit quàm ſolet jam nimium orbi non epidemia; mox nulli ferè periere, niſi per imperitiam medicorum, aut neglectam ægroti curam. Hæc peſtis ſi veſtram *Hiſpaniam* non attigit, eſt quod illi vehementer gratuler. Dominus te orbi reſtituat incolumem, *Vergara* clariſſime. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* Idibus Januariis Anno M. D. XXXI.

Eraſmus Roterodamus Joanni & Bernardo Boeriis S. D.

QUum hìc *Franciſcus Dilſus* juvenis, pluribus ornatus dotibus, honeſtiſſimo apud ſuos loco, mihíque multis nominibus chariſſimus, decreviſſet iſthinc in *Hiſpaniam* ſolvere, non putavi committendum, ut tam bonam occaſionem parere mihi fruſtra objectam. Huic in mandatis dedi, ut vos conveniret, meíque verbis ſalutem diceret, & ſi qua cupiditas vos tenet cognoſcendi quid agat *Eraſmus*, ex hoc licebit omnia diſcere, qui multo tempore mecum domeſticam habuit conſuetudinem. Inter amicitiam quæ mihi cum patre felicis memoriæ veſtro interceſſit, non ulla incidit nubecula: noſtra, ut ſcitis, nunquam fuit interrupta. Proinde ſpes eſt nondum prorſus excidiſſe vobis *Eraſmum*, olim fortem virum, quem cum ſcarabæo decertaret, nunc in ſenecta factum gladiatorem, ut cui aſſiduè cum tot monſtris ſit depugnandum. Mihi magnopere jucundum erit, ſi vos vero vos incolumes, & in olim feliciter captis ſtudiis gnaviter deſudare. Bene valete. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ*, Idib. Januar. Anno Meſeſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

Eraſmus Rot. Baptiſtæ Egnatio S. D.

EX *Utenhovii* clariſſimi juvenis literis cognovi te ſummâ cum dignitate profiteri [illegible] bonas literas, quas ubique feliciter [illegible] gudeo: ſed vereor nè quorundam operâ ſint, ut non levioribus diſſidiis vitientur ſtudia, quàm vitam eſt pietas, adeo frendent in me quòd [illegible] meus taxat ineptos *Ciceronis* ſimios, & ad verum illius imitationem hortetur. *Galli* quidem maledicis verſiculis nomen meum proſcindunt, quòd in eadem charta nominârim *Budæum*, & *Badium*: nec aliter indignantur, quàm ſi illis minxerim in faciem, quum *Budæus* gloriæ ſuæ candidiſſimè & conſtantiſſimè faverim, non alio nomine quàm ſtudiorum, quæ vir ille tum provehit feliciter, tum ornat magnificè. Nam quod ad me pertinet, nihil debeo præter charitatem meam tuam. Quot locis illius amantiſſimè facio mentionem in omnibus meis lucubrationibus? Atque

Atque in ipso *Ciceroniano* paucis quidem verbis, sed quantum illi laudis tribuo? Metuo nè Cæsaris adventus cruentos motus excitet in *Germania*. Civitates aliquot sese parant ad extrema. Scio magnam esse Cæsaris potentiam. Sed populus ubique maxima ex parte sectis novis addictus est, rustici penè omnes, nondum pristinæ cladis oblivi, & semel dato signo fortasse concurrent, qui nunc quiescunt. Vindictam molimur omnes, vitæ mutationem nemo vel somniat. Puto rem melius successuram, si Pontifex in *Christi* præsidiis spem suam reponeret potiùs quàm in turba Cardinalium, in Principum armis, & improbitate monachorum, quorum mores huic malo dedere seminarium. Hi nunc πυρφόρειον in *Brabantia*, & subinde sacrificant holocautoma. Quò *Turca* sit evasurus, hìc multi solliciti sunt. Neque enim dubium est, quin metuat duorum fratrum indies crescentem potentiam. Nusquam pax, nullum iter tutum est, rerum charitate, penuriâ, fame, pestilentiâ laboratur ubique, sectis dissecta sunt omnia: ad tantam malorum lernam accessit letalis fudor, multos intra horas octo tollens è medio, & crebrò quos reliquit brevi intervallo repetens, nec id semel, sed bis, ter, quater, donec in hydropem aut epidemiam, aut aliud morbi genus versus, tandem extinguat miseris excarnificatum modis. Nec toties πληγέντες φεύγειν γινόμεθα ἀνιπτοι. Qui has, ut spero, reddet, *Joannes* est *Hervagius*, qui duxit uxorem à *Joanne Frobenio* relictam, & in restituendi bonos autores provinciam illi successit, vir bonæ fidei, nec indoctus, cui si qua in re citra tuum incommodum commodare poteris, non dubito quin pro tua solita humanitate sis hoc officii studiis libenter præstaturus. Vale. M. D. XXX.

Erasmus Rot. Cutberto Tonstallo S.

58. UT vetus ille amicus per omnia veterem morem obtinet, & benignitate benignitate cumulans, & amantissimis pariter ac fidelissimis monitis consiliisque amici commodis famæque consulens. Quantum ex rerum procœmiis divinare licet, post longas vocum & libellorum rixas, brevi res hìc agetur halabardachis & bombardis. Nisi mihi prior esset animæ quàm rerum & corporis incolumitas, mallem in eorum castris esse unde profugi. Sed absit, ut ego ob tantillum vitæ quod superesse potest tum seni, tum calculum, hoc est, certam mortem in vesica alenti, deseram ecclesiæ unitatem. Quid illius ministri de meis lucubrationibus statuant, ipsi viderint. Si tales nunc regerent ecclesiam qualis fuit *Augustinus*, pulchrè mihi cum illis conveniret. At vereor nè si nunc *Augustinus* scriberet quæ scripsit, aut quæ hoc seculum postulat, non multò meliùs audiret quàm *Erasmus*. Pium est quod scribis, ignem igni non extingui: sed impietatis ferre calumniam, impium est. Quid fecit *Augustinus*? Ex eo colligam sexcenta loca, quæ nunc hæreseos notarentur: nec multò pauciora ex divo *Paulo*. Me quidem habebunt ovem, sed interim liceat oviculis dolere quod quidam humanis argutiis extinxerint vigorem evangelicum. Hoc quid sit, multi non animelligunt, multi his verbis abutuntur. Si Theologi Scholastici & Monachi putant sese hâc viâ vindicaturos ecclesiæ tranquillitatem, planè fallantur. Ad *Christum* est confugiendum. Hìc, hìc verum est, ignem igni non extingui. Hoc incendium ex tyrannide *Romanensium* & malorum monachorum extitit. Illi ut extinguant incendium, addunt oleum. Hæc videmus & dolemus, sed *Christo* chorago catastrophen relinquimus. Hìc scio me hærere inter sacrum & saxum, nec video quò me tutò recipiam, superest ut nos Domino commendemus. *Thomæ Moro* non admodum gratulor, tametsi nec illius nomine doleo: vestræ *Britanniæ* serò gratulor, nonnihil etiam mihi. Ex *Chrysostomo* in Acta verteram Homilias tres, cujus operæ me pœnituit, quum nihil illic viderem *Chrysostomi*. Tuo tamen hortatu recepi codicem in manum, sed nihil unquam legi indoctius. Ebrius ac stertens scriberem meliora. Habet frigidos & ineptos sensiculos, nec eos ipsos commodè potest explicare. Ex commentariis in epistolam ad *Corinthios* posteriorem verti Homilias sex, eundem artificem illic loqui sentio. Itaque non est animus bonas horas collocare malè. Aliud spirat *Chrysostomus*. Egi cum eruditis aliquot, ut quædam verterent ab *Oecolampadio* versa, *Brixius* vertit *Babylam*, nunc etiam *Monachum*, sed reperio segnes omnes. Illud curatum est, ut partim *Oecolampadius* ipse, partim alii docti corrigant ab eo versa. Scholia illius, annotationes marginariæ rejicientur, nè nomen quidem illius addetur. Ipse sua cum *Græcis*, ut ait, contulit, quod idem à me factum est in meis. Quod attinet ad fidem bene reddendi *Græca*, magis peccatum est ab *Aniano*, *Aretino*, ac cæteris, quàm ab *Oecolampadio*, qui magis peccat festinatione quàm imperitiâ. Versionem *Francisci Aretini*, in priorem ad *Corinth.* habemus usque ad cap. 30. Cepi gustum quàm scitè tractâsset rem, & ecce in ipso statim limine, quod est, ἡ τύφου κατύβλησις καὶ ὑπερηφανίας πάσης ἀνθρωπίνου οἴησις. οἴησις opinionem vertit pro *arrogantia*. Mox, οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς κατωθρώσαμεν, ἀλλὰ δεῖ τῆς θελήματος τοῦ θεοῦ τῆς σωτηρίας ἐφίεσθαι, καὶ ὁπόθεν αὐτὴν εὑρεῖν καλόν, vertit, *Nos nihil rectè faciemus, & salutem inveniemus*, non distinguens priùs Indefinitum à Futuro, nec saltem monitus verbis Præteriti temporis quæ mox sequuntur. Ex his conjicito cætera. *Anianus* nihilo melioribus avibus auspicatus est commentarios in *Mattheum*. Nam tertio statim versu pro δεύτερον πλοῦν, id est, *secundarium cursum*, vertit *secundas divitias*, suspicans πλοῦν esse dictionem decurtatam. Hujus generis tam multa sunt, ut prope facilius fuerit ab integro vertere, quàm emendare versa. *Origenicum* fragmentum bonâ fide reddidi: in quo etiamsi quid fuisset erroris, nihil erat periculi, quum nullus hodie legat illum ut dogmatisten, jam olim proditis hominis erroribus. De eucharistia prisci religiosè loquuti sunt, priusquam hoc veniret in quæstionem: fortasse nè nunc quidem evidenter definivit ecclesia quomodo sit ibi corpus, sub accidentibus, an sub vero pane. Deinde constat temporibus Apostolorum fuisse synaxim, quam laici inter se faciebant adhibitâ precatione & benedictione: & eum panem (ut est probabile) appellabant corpus Domini: ut frequenter etiam in sacris literis eadem vox signo & rei signatæ accommodatur. Fieri potest ut de hac synaxi loquatur ibi *Origenes*. Nec usquam in canonicis literis invenitur, ubi Apostoli certò consecraverint corpus Domini, sicut nunc consecratur in altari, excepto uno loco prioris ad

Corin-

Corinthios epistolæ XI. & tamen in X. cap. unde fluxerat hic *Pauli* sermo, non videtur agi de consecratione sacerdotali. Jam, ut accipiamus hic *Origenem* locutum de vera consecratione, sermo nihil habet absurdi. Nam quod illic est materiale, hoc est panis, sive accidentia abeunt in successum, nec est utilitas ex sumptione, si desit fides. Nec impium est illic verum corpus typicum aut symbolicum dici, quia sub typis latet ibi corpus invisibile, & hoc ipsum corpus verum quod sumitur, symbolum est unitatis corporis cum capite, & membrorum inter sese. Quod mones ut super hac re declarem meam sententiam, nè quâ in me hæreat suspitio: cur id ego faciam potiùs, quàm quivis alius, qui nunquam aliter senserim, loquutus sim, aut scripserim, quàm habet veritas catholica? Quanquam quod mones, & epistola ante biennium excusa ad concilium *Badense*, & mox libello in hoc edito curatum est, qui libellus etiam *Germanicè* versus habetur. Quid autem faciam istis qui mea non legunt? Nam tibi scio per occupationem non vacare. De Colloquiis respondi Episcopo *Lincolnienſi*. Qui dicunt me ridere *Christiana* jejunia, pia vota, ecclesiasticas ceremonias, abstinentias ciborum ab ecclesia præscriptas, invocationes divorum, & peregrinationes religionis ergo susceptas, ut simpliciter & compendio dicam, ἀτέχνως mentiuntur. Superstitionem quorundam in hisce rebus derideo, jure optimo ridendam. Si tibi ocium esset evolvendi quæ respondi *Hispanienſibus*, quæ *Beddæ*, videres istos de nihilo struere calumniam. Aliud est quod illos stimulat. In *Brabantia* regnant monachi, præsertim Observantes. Hi subornârunt quendam sui sodalitii juvenem, effrontem, inexhaustæ loquacitatis, effrenis petulantiæ, factum ad conspuendum *Erasmum*, nihil recusantem modò innotescat. Ridetur à doctis, sed sibi nihilo seciùs placet. Non miror juvenem insanire siti gloriæ, patres illos demiror, quorum autoritate fretus hæc audet: qui si non vident quantum invidiæ dedecorisque juvenis præcox temeritas sit Ordini conciliatura, desidero in illis judicium: si, quod arbitror, favent & suffundunt frigidam, desidero in illis sobriam mentem. Nos ad hæc occalluimus. Si calculum, quem jam biennium alo in vesica, possem excutere, cætera facilè contemnerem. Molestia perpetua est, sed adhuc tolerabilis. Mortem non horreo, tamen optârim mitiorem, Multi suadent sectionem, sed sectorem tum demum adhibebo, quum tædebit vivere. Hic bona spes est fore, ut Cæsaris autoritas coerceat sectarum jam nulli ferendam temeritatem. Atque utinam id fiat absque gravi sanguinis humani jactura, tum ut victoria non Pontificis & monachorum regno, sed pietati cedat & *Christo*. Ultionem molimur omnes, vitam emendatiorem nemo. Bene vale, patrone magne. D. Cancellario salutem plurimam, & pro munere gratiam. *Friburgi* prid. Calend. Feb. Millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Germano Brixio S.

Epist. 60. UT silerem ipse fuisti in causa, qui scripseras te longiùs aliquò secessurum, scripseram tamen amicis aliquot, sed literas typographus post IV. denique menses reddidit, ut accipio. *Monachus* tuus serò venit, altero jamdudum excuso. Et in [illegible] video nihil à nobis expectandum hac [illegible] re, præter συνίλω ὀπωσδιω, aut *Rhesi* potius μαχλαν. Totum opus exibit ad proximas nundinas autumnales. Res agitur multis [illegible] Commentariis in *Acta* vertimus Homilias [illegible] quartam adjecimus, nec est animus addere [illegible] quam, quum certum habeam opus esse [illegible] modi sunt & Commentarii in secundam ad *Corinthios*, unde nos vertimus Homilias decem, reliquas alius quidam vertendas suscepit: Homilias in priorem ad *Corinthios*, vertit *Franciscus Aretinus*, sed infeliciter usque ad X X X. reliquum alius quidam eruditus absolvit. Commentarios in epistolam ad *Romanos* docti quidam, ni fallor, vertunt *Lovanii*. Si quid habes præter ista quod excusum non est, mittendum est maturè. Exemplar Commentariorum in *Acta Græcum* est quidem apud me, sed onus est grave. Si isthic nanciſci poteris, absolvito. Verùm cura quàm primum ut sim certior, nè per imprudentiam duobus delegetur hæc provincia. De Card. non satis memini quid scripserim, nisi fortè narravi querelam *Fratrum minorum*, qui toties frustra egerint de privilegio Regis pro *Augustino*, & ipse rogatus hac de re scripsi Card. Cancellario, & id quoque frustra. Si quid aliud fuit rei, non memini. Epistolam ad *Tussanum* re verâ missum fuit, sed suspicor à *Berquino* suppressum, quod ille solet interdum. Nam scripseram & *Alberto Pio*, eam epistolam fatebatur ipsius operâ non esse redditam, quod judicisse non expedire. *Berquinus* scripserat ad me carmen esse *Lascaris*, distichon tantum extremum esse *Tussani*. Postea quidam homo minimè leviter cum compertam scripsit totum carmen illius esse. Et tamen me leviter commovit hoc quicquid est, magis dolebam hujusmodi dissidiorum materiam quæri, non sine gravi bonarum literarum jactura. Nam quod idem *Tussanus* frequentius me taxavit in publica professione, de periphrasi, qui locus & à *Budæo* taxatus est libro edito, quem feliciter, nunc non disputo, certè torsit meminit in *Suida*, in quo legimus κατέχων τὴν κεφαλὴν, quum sit κατεχόντων κακῶν pro *urgentibus malis*. Quod idem *Tussanus* notavit de orci galea, jam pridem id est correctum erit in postrema *Adagiorum* editione. Quod taxavit ex *Euripide*, χ' ὑπὸ κράνει κεφαλὴ, constat *Græcum* sermonem esse ancipitem. Et hunc sanè locum quum verterem, scio me aliquandiu hæsisse. Nec multò majoris momenti, quod notavit ex *Iphigenia*, εἰς ὄμμα μητρὸς, & cætera. Id si facit per occasionem & rectè, agitur boni professoris officio: Sin affectatè & contumeliosè, modò rectè, magis me delectat meorum utilitas, quàm offendit mea opinio detrimentum. Quæ portenta deprehendimus in his quæ verterunt *Itali* ex vitiis *Planudis*! In his quæ vertit *Theodorus Gaza*, vir sine controversia summus, multa reprehendit *Trapezuntius*, quæ castigavit admonitus. Id mihi *Lemæ* narravit qui *Gazæ* fuit à secretis, tantum abest, ut existimem me nusquam esse lapsum. Quin & in his quæ vertit *Budæus* possim aliquot manifestos lapsus ostendere. Sunt qui admonuerant excudi istic aliquot epistolas *Budæi*, in quibus traducor ut osor nationis *Gallicæ*, quam ego in aliam, ita me bene amet *Christus*, semper ferim propensiore studio. Indicant & in Commentariis

mmentariis de phrasi *Græca* linguæ subesse morsus figuratos. At ego suspiciones has omnes rejicio, ut *Budæo* non minùs indignas quàm mei. Eæqui sentiunt, non minùs malè merentur de *Budæo* quàm de studiis. Fortasse sunt qui cuperent spectare *Budæum* cum *Erasmo* commissum. Id per me nunquam fiet, imò nihil non fiet nè fiat. Jam ut *Budæus* sit extra omnem invidiæ suspicionem, tamen non effugiet quin de eandoris illius existimatione decedat nonnihil. Atque ut totum eruditorum theatrum illi applaudat, sicut optimo jure facit, tamen sunt aliquot, qui & *Erasmo* bene velint. Sed mihi placet in studiis concordia, candidèque. Quod si quibus vacat digladiari de gloria, perme palmam ferant licet. Ego malim in hoc ut prosim esse facundus. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoiæ* vigesimo septimo Martii. Anno M. D. XXX.

Erasmus Rot. Cassandro Cellismartiali S. D.

RIsi vestram concertationem, vir candidissime, ut rem paucis expediam, sic enim cogit valetudo. De epistola *Augustini* LIX. nulla est ambiguitas, quin sit ipsius germanissima, nec opus erat ad hoc evincendum quod *Augustinus* non fuerit omnino rudis linguæ *Græcæ*: declarat hoc in Categoriis, in Psalmis, aliisque multis operibus suis, & ad *Hieronymum* scribit se contuliſſe illius emendationes ad *Græcos* codices. Imò disputans adversùs *Pelagianos*, vertit quædam ex *Chrysostomo* non prorsus infeliciter. Qui potuit, inquies, destitutus præsidio linguarum? In novissima editione reperio, *Neque perinde munitus præsidio linguarum, etiamsi non omnino rudis fuit Græcanica literatura, at non eousque doctus, ut Græcos interpretes expeditè posset evolvere.* Fortasse in prima editione fuit, quod citat clarissimus *Cadeti* Vicecomes, idem tamen est sensus, sed ob calumniosos dici explanatiùs. Præcesserat enim commemoratio *Græcorum*, & eorum qui pulchrè callebant *Græcè*, pleraque ex illorum commentariis hauriente. Idem non fecit *Augustinus*, nisi quòd extremâ senectâ pugnans cum *Pelagianis*, coactus est undique præsidia contrahere. Itaque in his quæ scripsit juvenis, sæpe labitur deceptus *Latinis* exemplaribus, velut aliquot indico locis, & in postrema editione de loco ubi negavit *Petrus* Dominum, restitui germanam lectionem ex *Cyrillo*. Quin devexæ jàm ætatis probat liberum arbitrium ex hoc quod subinde legitur in Evangelio, *Nolite judicare, nolite jurare, nolite irasci*, &c. quum illud *nolite* sit interpretis, & non Evangelistæ aut Apostoli. Itaque ut maximè scierit *Græcè*, tamen in enarrando rarò utitur *Græcorum* commentariis. Itaque qui domi habet instrumenta belli, nec his utitur in prælio, rectè diceretur in certamine suis armis destitutus. *Augustinus* paululum Grammatices didicerat puer; olim enim utràque lingua mixtim tradebatur: sed oderat eam linguam adolescens, & abhorrebat à lectione *Græcorum* autorum, quod in *Confessionibus* deplorat senex. Libebat tecum diutissimè fabulari, sed tantum licuit per valetudinem. Supereſt ut ornatissimo præsuli *Baptistæ* Episcopo *Senecensi*, & clarissimo *Antonio Aurisonio Cadeti* Vicecomiti, meis verbis & gratias agas, & salutem dicas reverenter atque amanter. *Cassander* posthâc mihi scribetur inter candidos amicos. Bene vale. *Friburgi Brisgoia* quinto Calendas Aprilis. Anno millesimo quingentesimo trigesimo.

Erasmus Rot. Baptistæ Egnatio S.

DE *Budæo* tam malè sentio, támque malè odi hominem, ut etiamsi palàm in me stringeret calami mucronem, non possim non favere de studiis tam præclarè merenti. De collatione quâ quidam suspicantur illum offensum, mitto epistolam, quæ si tibi satisfecerit, non est opus pluribus verbis. Quanquam hoc ipsum incommodum collationis posteriore sublatum est editione. Mihi quidem nihil minus in animo fuit quàm *Budæum* lædere. Sed in præsentia de *Budæo* déq; *Ciceroniano* verbum non addam: De miserando ac propè deplorato *Christiana* religionis dissidio video consentire nostros animos. Id indicat mea ad *Vulturium* epistola, quam nunc ad te mitto. Nonnullam tamen spem mihi facit Cæsaris non tantùm autoritas, potentia, pietas, prudentia, lenitásque summo digna imperio, verumetiam genius quidam. Utinam res citra magnam humani sanguinis effusionem confici queat, & victoria denique cedat *Christo*. Divinat opinor tua prudentia quid indicem. Sed mutanda est in melius vita, & numen exorabile flagrantibus votis fatigandum. Felicitatem istam, mi *Egnati*, sanè dignam istis tuis virtutibus eximiis tibi magnopere gratulor: mihi in arena gladiatoria moriendum est, sic meum est fatum. Ego tamen vel pertinaci silentio adversùs provocatores conabor aliquantum ocii parare mihi. *Carolus Utenhovius* juvenis apud suos re lautâ, & clarâ gente, non eget admodum operâ tuâ. Si quando dignaberis hominem alloquio tuo, erit aliquod calcar ad studiorum amorem. *Hervagius* prædicat humanitatem tuam; oro si quid potes, adjuta ut *Chrysostomus* exeat plenus. Autor est cumprimis pius, & magnis impendiis res agitur. Ego præter laborem nihil meto. Est unde vivam, gratia superis. Resalutat te *Zasius* vir priscorum morum, & antiquæ virtutis rarum exemplar. *Rhenanus* abest in patria. *Henricus Glareanus* omnium bonarum disciplinarum perpetuus altor, huc nobiscum demigravit, cùm *Basileæ* novarentur omnia. Is hîc profitetur publico salario, quem opinor tibi non ignotum esse. Vale. Datum *Friburgi Brisgoiæ* pridie Calend. April. Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo. *Epist. 62.*

Erasmus Rot. Joanni Alexandro Brassicano Jureconsulto S.

LIbellus *Adagiorum* sine literis tuis pridem redditus, mihi fuit magnopere gratus, gratissima fuit & epistola quam reddidit famulus tuus, nisi quod jocandi de mortuis & vivis ibi nullum facis modum. Non hoc in *Ciceroniano* fusceperam omnes referre qui scriptis innotuissent: alioqui quis fuisset voluminis modus, aut quid omnino fuisset ineptius? Tui me admonuit *Ursinus*, sed serò. Nec tui quicquam videram præter versiculos aliquot. De te verò jam annis aliquot nihil inaudieram. Absit ut omnes mortui sint, qui illic non recensentur. Præteritus est *B. Rhenanus*, præteritus *Bonifacius Amerbachius*, cujus phrasis meâ sententiâ non ita multũ cedit *Politianica*. Scio te jocari, *Epist. 63.*

jocari, sed per totam epistolam ejus joci non potes obliviſci, quæ res nonnullam ſtomachi ſignificationem præbet. Atqui non pertexui, ut modò dicebam, catalogum ſcriptorum, in quo tamen ſi quis eſſet præteritus, ignorantiæ potiùs aut oblivioni dandum erat, quàm malevolentiæ. *Salvianum* mihi tuus famulus non exhibuit, quum tamen *Frobenius* ea in re nihil facturus ſit niſi ex meo judicio. Majorem in modum gratulor tibi, mi *Braſicane*, qui tam feliciter in utriuſque literaturæ peritia progreſſus ſis. Nam *Græca*, bonâ fide, nec ſine dignitate reddis, neque quicquam eſt in tota phraſi quod offendat legentem. Illud operæ mihi videris propemodum fruſtra ſumpſiſſe, quod in præfatione deprecaris culpam, qui poſt me tractâris Proverbia. Quis enim unquam tam iniquus fuit, ut cuiquam legem præſcriberet, nè tractaret argumentum ab alio tractatum? Quantò igitur ſit iniquius idem præſcribere in hoc argumento, quod ſuâpte naturâ infinitum eſt, præſertim quum quotidie proſiliant utriuſque linguæ ſcriptores hactenus ſepulti? Cæterùm quod addis me poſt alios ſcripſiſſe Proverbia, ſi de *Græcis* loqueris non inficior. Nemo tamen *Latinorum* attigit hoc argumentum ante me. Et utinam extarent *Græcorum* monumenta, qui tractârunt paræmiologias. Mihi primum aggredienti nihil erat à *Græcis* ſubſidii, præter *Diogeniani* commentaria manu deſcripta, ſed tum mutila, tum mirè depravata. Poſt nactus ſum *Zenobii* collectanea, non multò feliciora. Nam quòd *Polydorus* contendit videri prior, manifeſtò ludit, quum ipſi oſtenderim editionem meam primam anteceſſiſſe primam illius tribus menſibus, quum id temporis neuter alteri cognitus eſſet. Optârim autem, chariſſime *Braſicane*, ut meas etiam *Chiliades* ſuperes, & *Eraſmi* nomen obſcures. Refers tamen aliquot ceu nova quæ ſunt in meis; velut illud, *Si tibi non moleſtum, & mihi jucundum eſt*, recenſetur à me *Chiliad. II. Centur. I. Proverb.* XXXIII. Item illud, *Echinus parturiens*, eſt *Chiliad. II. Centur. IIII. Proverb.* LXXXII. Tunc *canent cygni*, &c. extat *Chiliad. III. Centur. III. Proverb.* XCVII. Sunt & alia quæ obiter citantur in meis *Chiliadibus*. Non hæc commemoro ut te à pulcherrimo inſtituto deterream; amicorum communia ſunt omnia: ſed ut aliorum vites calumniam. *Velio* non ſcribo, parùm alacri valetudine. Eum meis verbis ſalutato tum amanter tum reverenter, & ſi qui ſunt alii qui nobis non malè cupiunt. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* pridie Nonas Aprilis à *Chriſto* nato Milleſimo quingenteſimo trigeſimo.

Eraſmus Roterod. Conrado Herbipolenſi Epiſcopo S. D.

Epiſt. 64. QUoniam, ut accipio, non infeliciter ceſſit audacia mea, quòd Celſitudinem tuam per R. D. *Marium* appellârim, non ſum veritus idem nunc facere, præſertim nactus tam commodum latorem, ut commodiorem optare non poſſim, *Danielem Stibarum*, qui cum mihi quondam *Baſileæ*, nunc etiam *Friburgi* menſes alquot domeſtica fuit conſuetudo; & quod olim in præcipua amicitiæ parte ponebatur, menſa communis nos aliquandiu junxit. Nec antehac unquam expertus ſum quenquam ſanctioribus, purioribus, aut commodioribus moribus juvenem. Itaque [illegible] modum unius convictûs ad omnem, vel [illegible] velmoleſtiarum, vel ſenii tædium abunde [illegible] ſolatio; ita diſceſſus illius mihi fuit triſt[illegible] quem tamen hoc nomine fero moderatiùs, [illegible] ſuo bono revocatur in patriam. Iſti celeb[illegible] collegio non poſſum non vehementer gra[illegible] tot egregiis animi dotibus ornatum com[illegible] lem, cui ſi liberum eſſet unum adhuc aut [illegible] annum honeſtiſſimarum diſciplinarum ſ[illegible] re, tanto plus & decoris & utilitatis adſer[illegible] ſuo collegio, tum tuæ R. Celſitudini, erg[illegible] cuti par eſt, & amanter & reverenter [illegible] Non ſumam operam in eo tibi comm[illegible] neque enim quiſquam commendat eximi[illegible] mas divitiarum admiratori, ita virtus [illegible] pud tam egregium probitatis amatorem non [illegible] commendatione. Oſtendiſſe modò, [illegible] dâſſe eſt. Si quid erit in quo noſtra opella poſſ[illegible] amplitudini tuæ gratum facere, ſenties [illegible] omnia juſſa paratiſſimam. Dominus *T. A.* ſervet incolumem. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ* poſtridie Calend. April. Anno à *Chriſto* nato M. D. XXX.

Eraſmus Roterodamus Chriſtophoro à Carleuuitz S.

ERras, mi *Carleuuici*, ſi putas *Eraſmo* quicquam [illegible] tuis literis eſſe gratius. Gaudeo te [illegible] in iſtud theatrum orbis ampliſſimum, in quo poſſis eruditionis ac prudentiæ tuæ ſpecimen tot laroibus edere. De amico illo meo, qui [illegible] que adeò neceſſariâ, ut ſcribis, ſententiâ, ſibi [illegible] nihil conflavit invidiæ, cujus maxima pars in me recidat, doleo ſanè. Toties provocor ut imperiam meum conſilium ſarciendæ concordiæ, hoc præmium eſt, ſi quis quid æqui dixerit. Fuit ille quidem hîc apud me, collocutus mecum hoc ſermè tribus, ſed de ea ſententia verbum inter nos nullum fuit, nè in literis quidem. Ti [illegible] patrocinium non admodum moror, veretur ne plus officiat quàm juvet imperitus & intempeſtivus propugnator. Scripſi Principi tuo per [illegible] *Baſilienſem* à *Rina*: ubi rurſus incident [illegible] opportunitas, faciam & libenter & diligenter quod admones. Fac, mi *Carleuuici*, ut me ſæpe quenter tuis interpelles literis. Precor ut [illegible] tibi felix. Datum *Friburgi Briſgoiæ* ſeptimo die Julii. M. D. XXX.

Eraſmus Rot. Alberto Carpurum Principi S.

UT libellus tuus mihi redditus eſt, [illegible] Princeps clariſſime, protinus corpera [illegible] ſponſionis neſcio quid [illegible] ſed inverſa *Roma* ruentis fragor animos omnium percul[illegible] te varius rumor ferebatur: & ſi maximè conſtitiſſet, ubi locorum ageres, nullum erat iter epiſtolis pervium. Nuper ex amicorum literis accepi [illegible]te apud Regem *Chriſtianiſſimum* legatione fungi, eúmque libellum per multorum manus circumferri, minimúmque abfuiſſe quin fuerit per typographos evulgatus. Id ipſe jamdudum eruturus fueram, ſi quos fortè, vel tui nominis auctoritas, vel diſputationis æquitas, vel dictionis ſuavitas ad meliorem mentem incantare poſſet, ni tam atrociter, támque pertinaciter me urgeres. Cum enim

...capitale sit quod intendis, non magnè refert ... dere, mittam partem quâ mecum agis. Si hic ... vel exidio prius nam ... denunciasset, relecto libello tuo misissem responsionem meam: Verùm id faciam brevi per alium, si quid contra concoxero. Fe lecta flectes pro tua prudentia quod judicabis in rem utrinque fore. Vix quicquam tutum est literis committere. Verùm si vel coram darem colloqui, vel in his regionibus ageres tu, aut omnino me fallit mea de te existimatio, aut *Erasmus* tuo favore sublevandum potares potiùs quàm aliorum recitendis calumniis gravandum. Bene vale. Datum *Basileæ* X. Calend. Januarii, Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

D. ERASMI ROTERODAMI EPISTOLARUM LIBER XXVII.

Julius Pflug Erasmo Rot. S.

VErum id esse sentio, quod veteres magnâ autoritate statuerunt, virtutes omnes ita conjunctas esse inter se, ut uno societatis vinculo contineantur: quippe cùm tu, qui multorum omnium longè es princeps (sic enim judico) idem etiam humanitate omnes superes: ut etsi antehac mihi incognita non fuit, ex literis tamen tuis quas proximè accepi, illustrius nescio quomodo apparuit. Eam si me ita ut & res & ratio meum postulat, prædicare posse confidam, arrogans sim. Quàm verò me istâ ipsâ benevolentiâ tuâ devinxeris tibi, malo istud re, quàm verbis declarare. Jam verò si quod secutus sim in negotio quod nôsti, ut otium haberes ætati dignitatique tuæ aptum, id effecissem, incredibili voluptate afficerer. Verùm ut ut cadat, conscientia tamen rectæ voluntatis meæ, & benignitate tuâ quâ conatum nostrum æqui bonique facis, me consolabor. Te verò multum amo, quòd librum mihi tuum misisti, quem ego ita amplector, ut deleo munus à tanto viro profectum; quanquam doleo tibi negotium exhiberi à nescio quibus, & honestissimam senectutem tuam à studiis quietis ad certamen tale avocari. Vellem equidem quàm bene meritus es de genere hominum (es autem meritus optimè) tam tu fructum ex officiis gratorum, quæ jure quodam tuo repetere potes, perciperes. Sed quid facias? Ita ferunt tempora quieti ac virtuti inimica, ut citiùs invenias qui cogitet, quàm qui ex animo faveat. Sunt tamen non parùm multi, isque boni ac præstantes viri, qui beneficia agnoscunt, ac virtuti tuæ verum & justum fructum tribuendum putant. Hi cum te & colant & ament unicè, poteris tu quidem in eorum amicitia ita conquiescere, ut sermones invidorum facilè contemnas. Quod ut facias, & omnes boni hoc tempore optant maximè, & ipsa certè Respublica *Christiana*, si loqui posset, clarâ voce flagitaret. Etenim si antehac unquam, nunc profectò Respublica eam operam tuam desiderat. Ad hunc tibi animus quietus, & omni perturbatione vacuus est afferendus, ut quò publica commoda te vocant, eò toto pectore incumbas. Vides enim quorsum reciderint omnia. Timendum est profectò, nisi existant sapientes ac boni viri, qui Reipublicæ langueuti medicinam faciant, fore, ut ea funditùs evertatur. In te autem unum omnium eorum, qui pacem expetunt, oculi sunt conjecti. Eam namque cum autoritatem, tum verò etiam facultatem Deus immortalis tibi adjunxit, ut possis unus ex omnibus maximè, malis istis mederi, idque consequi, ut persuadeant sibi Principes nostri, controversiam de religione tolli posse, vel Deo ipso applaudente, si quæ ex sanctionibus ecclesiæ mutuari possunt, ea relaxentur, atque ita existiment leges institutaque hominum ex tempestate ecclesiæ moderari oportere. Quod si abs te fieret, fortasse ex altera parte permoveri posset bonus aliquis & à concordia *Christiana* non abhorrens, qualis est *Melanchthon*, qui suas quoque partes interponeret, aut orque esse suis, ut statuerent multa, quæ per se ferenda non sint, temporum causâ esse ferenda. Quibus divus etiam *Paulus* cesserit, cùm se abjiceret ad ritus nescio quos, contra quàm libertas *Christiana* postularet. Ita si persuaderentur utrinque, certè quæ perturbata nunc est Respublica, vehementer ea brevi, partibus de ardore isto suo remittentibus, constitueretur. Tu igitur cùm videas tempus illud ipsum venisse, cùm in procuranda tranquillitate studium tuum erga Rempublicam extare atque elucere possit maximè, fac quæso, ut cùm nos ad pietatem & studia rectissimè excitaris, pacem etiam nostram, sine qua illa coli haud possunt, tueare. Atque hæc scripsi non inflammandi tui causâ (es enim tuâ sponte ad rationem illam, & optima quæque satis incitatus) sed quòd amore cùm patriæ, tum verò etiam religionis hoc adducebar. Quod reliquum est, etsi non eges ullâ apud Principem meum commendatione (tam enim ille favet tibi, quàm qui maximè) parebo tamen voluntati tuæ, duplicem ex ea re capturus fructum: alterum quidem ut tibi, qui mihi es in majoribus, morem geram: alterum verò, ut cùm Princeps meus intelligat me esse amantem tui, quoniam omnes suos tecum vult esse conjunctos, accessio fiat haud parva ad pristinam illius erga me elementiam. Quam verò rationem colendæ amicitiæ præscribis, eam persequar, perficiámque ut nè meum in scribendo officium requiras. *Andream à Comitz* tuâ commendatione motus ità complectar, ut intelligat eâ re ad veterem, quem in eum habeo,

habeo, amorem multum accessisse. Vale. *Lipsiæ*, IV. Idus Maii, Anno millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Roterodamus ornatissimo Doctori Fulsio Pflug S.

Epist. 2. AD istam beatiss. virtutum catenam, quam mihi tuus candor tribuit, vir incomparabilis, nihil habeo quod respondeam, nisi μάκαρ λαχανικῶν, ô si! Nec video quam hic humanitatis laudem promerear, simpliciter inhumanus futurus si ex eventu, qui fortunæ non nobis in manu est, amicorum æstimem officia. Quod tibi venit usu, evenit omnibus qui simile quiddam tentârunt, & eventutum sciebam. Fruatur ille suâ gloriâ, quâ unâ decrevit fieri celebris, quando remedia quoque cedunt in diversum. Quemcunque doctum aut probum sentit mihi esse notum, cum ultrò adit, testificans sese cupere sartam amicitiam cum *Erasmo*, ut ob hoc ipsum videatur alicujus precii, quod simultatem habeat cum *Erasmo*. Si ille haberet ullum pilum hominis ad concordiam propensi, jamdudum ab hoc nugamento nobis esset quies. Nam ut cum talibus simultatem exercere nolim, ita nec Gratiarum fœdere velim astringi. Sed inter tot portenta hoc quoque mihi perferendum est. Optârim tamen posthac nomen illud inauspicatum à tuis literis prorsus abesse, quibus ut ipse summopere delector, ita libenter eas doctis amicis ostendere soleo, quo mihi voluptatem quam ex illis maximam capere soleo, subinde renovem. Fateor vix unquam fuisse seculum hoc furiosius, dicas sexcentas *Erinnys* ab orco provolâsse, adeò nulla pars neque profani status, neque ecclesiastici sana est: prorsus fatale malum est, cui nè synodo quidem οἰκουμενικῇ video medicinam adferri posse, tantum abest, ut ipse qui nihil sum opitulari possim, licèt tu mirificam quandam opinionem de me concepisse videaris. De Pontificis animo mihi non liquet, sed tamen video quosdam sacerdotes huc spectare, ut quoniam incendiis hactenus parum profectum est, ferro rem gerant. Hoc an expediat nécne, etiamsi nobis sit otium à *Turca*, nondum statui. Sanabilius esset malum, si utriusque status monarchæ synceris animis consentiant ad instaurandam evangelicam pietatem. Tum res committatur centum aut quinquaginta viris, ex singula quaque natione delectis, quos & vitæ sanctitas, & eruditio singularis, & judicii dexteritas commendet. Horum suffragia per pauciores selectos redigerentur in compendium. Theologorum placita versarentur intra scholarum parietes, nec quælibet opiniones haberentur pro articulis fidei. Constitutiones quædam abrogarentur, quædam verterentur in exhortationes. Esset autem illa cura præcipua Principum ac civitatum, ut hi gregi Dominico præficerentur, qui verbo Dei sunt instructi, exercitatique ad erudiendum, ad exhortandum, ad consolandum, ad increpandum, ad confutandum. Nunc quos satrapas alunt monasteriorum aut ecclesiarum reditus? populus interim per omnes sectas fluctuat, velut oves disjectæ ac pastore destitutæ: quanquam hic quoque, proh dolor, paucas videas oves, hoc est, qui simpliciter errent, ac non potius obstinatâ malitiâ peccent. Vereor nè nobis eveniat, quod solet in bellis, ubi pars utraque saturata est calamitatibus, tum demum de fœdere. [illegible] prorsus sublatum [illegible] notvult. Omnes [illegible] ut terreni sumus, ita [illegible] utinam Dominus & his & illis. Sunt alia quæ non est [illegible] tum ejus generis, ut [illegible] sperare. Ego fessus nonnunquam [illegible] tudine, quam tot rixis, tot [illegible] tot oblatrationibus, jamdudum [illegible] cium recipere: quod tamen ab [illegible] necesse est, hoc est, ut quod [illegible] amanter suades, secundum *Christum*, [illegible] luntatis conscientiam, in bonorum [illegible] cio conquiescam. Fata viam invenient. [illegible] hos omnes ecclesiæ tumultus tandem [illegible] catastrophen exituros, artificio [illegible] ragi, cujus inscrutabili consilio res [illegible] perantur. Id si me superstite [illegible] animo dicam, Valete & plaudite. [illegible] promeremur, Dominus est, faciat [illegible] æterna voluntas decrevit. Æquum est [illegible] optimo ducere, quicquid ille [illegible] potest melius. Exiit ingens [illegible] quondam *Carporum* Principis, [illegible] *Gallos*, deinde sycophantæ, postremò [illegible] Nam sacrosanctam illam vestem [illegible] priusquam moreretur. Sic mecum [illegible] damnem omnia quæ facit, docere [illegible] puduit hominem Principem, [illegible] valetudine moribundum, denique [illegible] sodalitio destinatum, manifestis [illegible] primo capitalem struere calumniam. [illegible] hoc illi commune est cum omnibus [illegible] mucronem in me stringunt: permittam [illegible] multa impudentissimè mentiantur, quam [illegible] profiteantur veritatis defensores, quasi [illegible] ignis restinguere. Non erat illi [illegible] me vehementer gravaret, primùm [illegible] celebritas, ad hæc liber *Lutetiæ* editus, postremò [illegible] dus cum gente *Seraphica*. Respondi tamen, sed perpaucis: & copiosiùs & acriùs [illegible] vir in medio opere reliquisset [illegible] *Dominicanum* theologum *Lovaniensem*, [illegible] bor responso: qui sic scripsit, [illegible] magis potuerit se pueris [illegible] omnibus invisum reddere, [illegible] *Cherubico* labem quovis atramento [illegible] ciorem imprimere. Neminem adhuc [illegible] machi tam patientis, quem exorare [illegible] libellum licèt perquam exiguum [illegible] térque quatérque tentavi, obortâ [illegible] sum rejicere. Nec hoc ignorari [illegible] φλαυτότατος, ipsum esse theologum *Lovaniensem*, quo nomine scio illi pessimam haberi gratiam [illegible] ejus *Gymnasii* theologis. Nec his contentus, [illegible] ridiculas, tam insulsas, tam prodigiosè [illegible] nias nominatim dedicavit omnibus [illegible] illustriss. Principi Card. *Leodiensi*. Si [illegible] argumenti summam cognoscere. Assumit [illegible] eloquentes esse hæreticos, & ex quinto [illegible] *Enchiridii* docet me citra discrimen [illegible] mnare ceremonias, quum tamen pietatis [illegible] externis quoque ritibus adorare. Ad hæc, quando monachorum vita magna ex parte constat [illegible] moniis, me in totum tot venerandas [illegible] rum & monacharum formas semel [illegible]

Alicubi

A licubi stultissimè colligit, me longè superare *Lutheranum* impietatem, nec ulla frons adest in mentiendo. Sed inter omnia nihil existimat esse magis impium, quàm quòd sub *Enchiridii* finem admoneo expedire, nè quis adamantinis illis votorum vinculis illigetur ante annum trigesimum. Proinde mirantur ni revocem juventutem, talibus dictis averssum à tam sancto contubernio, quod gignit tales ecclesiæ doctores, se præstaturum quod debetur pietati. Si totum hoc hominum genus cupiam funditùs extinctum, quid potiùs optarem ab illis fieri, quàm ut ad istum modum traducant sese cum fide? Nam mihi nullus erat creditурus, tam crassa capita illic inter *Cherubicos* haberi pro magnis theologis. Ante aliquot annos ex eadem officina prodierat libellus, complurium *Cherubicorum* operâ confectus, quo nè fingi quidem potuit quicquam vanius, insulsius, indoctius, aut insanius. Nec illos pudet talium stratagematum, tantus est ingeniorum stupor, támque cæca φιλαυτία. Quo pacto subsisteret ecclesia *Christi*, nisi talibus columnis fulciretur? C Jam ad eam epistolæ tuæ partem, in qua me magnâ piæ mentis significatione, summâ prudentiâ, pariq; facundiâ hortaris, ut in his inexplicabilibus ecclesiæ dissidiis sequestri personam susciplam, arbitror bona ex parte responsum esse. Cætera sapienter, in hoc uno vehementer hallucinaris, quod mihi facultatem tam arduo negotio parem adesse credis. Si mediocris adfuisset, haud quaquam, mi *Juli*, cessâssem, quanquam non omnino cessavi. In ipsa statim fabulæ protasi autor fui, ut res inter eruditos moderatis rationibus ageretur. At sanctissimis monachis visum longè consultius, ut incendiis disputaretur. Tentavi per literas Cæsaris & Cancellarii *Gattinarii* animum, si paterentur arcanis epistolis dari liberum consilium. Responsum est ad cætera, ad hoc nequaquam. *Adrianus* favebat scholasticis disciplinis, nec mirum si illis favebat, in quibus à teneris unguiculis educatus longo intervallo præcedebat omnes: sed ita favebat tum, ut apud eum prima esset pietatis ratio, satis etiam æquus & candidus erga bonas literas ac linguas. *Romano* Pontifici plurimum tribuebat, indicant hoc illius commentarii in quartum librum Sententiarum: eáq; res, ni fallor, effecit ut à *Leone* septimo in Cardinalium ordinem cooptaretur, mox etiam ad triplicem coronam evectus. Sed tamen si licuisset illi in cathedra *Petri* sedere decem annos, haberemus illam urbem, ni fallor, aliquanto puriorem. Huic per certum hominem significavi, me libenter communicaturum quod videretur, modò F liceret impunè. Exegit ut id facerem brevi, quod arbitror tibi lectum esse. Non offensus est, sed tamen non respondit. Unde facilè divinavi non idem illi placuisse, quod mihi videbatur expedire. Præterea si leges meas epistolas quum alias aliquot, tum nominatim illam ad *Vulturium*, intelliges me subindicâsse remedia quædam his tumultibus sedandis, ut mihi quidem visum est, non inutilia. Quam inierim hoc officio gratiam, testis est liber, G imò libelli aliquot, quos protinus jaculati sunt in caput meum utrinque. *Philippus Melanchthon* præter insignem eruditionem & raram eloquentiam, habet gratiam quandam fatalem, quam genio suo debet potiùs quàm ingenio, ut quum sit omnibus candidis gratissimus, nè apud hostes quidem habeat quenquam cui sit admodum exosus. Is *Augustæ* sedulò tentavit, quod tu suades: ubi si per morbum licuisset adesse, lubens meum qualecunque studium cum illius opera conjunxissem. Sed quid ille profecerit, obscurum non est. Erant tum illic, qui quosdam integerrimos nec extremæ dignitatis viros clamarent hæreticos, non ob aliud, nisi quòd aliquoties cum *Melanchthone* miscuissent colloquium: quid dicturi, si *Erasmus* crebrò cum illo contulisset? Id enim erat necesse. Jam finge à nobis duobus excogitatas rationes componendi dissidii, quid ageremus, si utriusque partis, neque proceres, B neque populus reciperent quod proposuissemus? Apud *Coloniam Agrippinam*, quum pestis hæc nondum hucusq; incruduisset, prodiit consilium quoddam indicans moderatas aliquot rationes sedandæ tempestatis, incolumi etiam Pontificis ac theologorum autoritate. Adeò receptum non est, ut me propemodum oppresserit suspicio, haud alio nitens argumento, quàm quòd sermo esset paulò *Latinior*. Quid si nobis eveniat, quod evenit monacho cuidam *Joanni*, ni fallor, cujus meminit *Historia Tripartita*? Is ut erat rerum civilium rudis, ut ruri educatus, quum fortè fortunâ pertractus in theatrum, videret duos gladiatores inter se congredi, vir pius insiliit in medium, clamans, Quid agitis fratres, cur in mutuam cædem sine causâ ruitis? Quid multa? Dum dirimit gladiatores, ipse gladiis interemptus est. Nec ea res illi soli accidit, compluribus aliis usu venit, qui capitales hostes dirimere conantur: cujusmodi certamen erat inter *Hectorem* & *Achillem*, quos sola mors dirimere potuit. D Nam quidam sic pugnant, ut optent diremptorem. Illustrissimi Principis clementissimum erga me favorem qui potui nescire, toties eum expertus? Sed nihilo seciùs jucundum fuit, id tuâ tam alacri testificatione confirmari. Nec tamen exiguo commendationis officium, nisi si quando sese commoda obtulerit opportunitas. Hoc baccare non esset opus, nisi tot essent ubique nocentes linguæ. Illud incredibili cum voluptate legi, Principem hoc esse animo, ut omnes suos mecum velit esse conjunctos. Cæterùm quod addis, Si intelligat E te esse nostri studiosum, fore ut ad pristinum illius in te favorem accessio haud parva fiat; quis neget omninò candidissimè esse dictum? Utinam & verè. Eximias ingenii tui dotes dux hoc seculo longè omnium cordatissimus non perspicit modò, verumetiam suspicit, ob quas te non solùm amat unicè, sed veneratur quoque; quod satis indicant illius literæ tui quàm honorificentissimè mentionem facientes. *Simoni Pistorio* collegæ tuo, tuíque simillimo quæso ut meis verbis salutem dicas, & quidem de nota meliore. Cui nunc non scribo, non quòd frigidiùs amem, sed quum non esset argumentum scribendi, nolui ἐνοχλεῖν occupatissimo. Quanquam autem tuæ literæ plurimum adferunt solatii, tamen nolim te vel hoc officio gravari. *Andream Conritz* meâ cõmendatione tibi factum ex amico amiciorem, magnopere tum gaudeo, tum gratiam etiam habeo. Porrò quando feliciter cedit mea in petendo audacia, unum quiddam adhuc abs te petam, ut mihi literis tuis significes, quâ re Principi quum optimo, tum optimè de me merito queam gratificari. Ipse viri molles aditus & tempora nôsti, ejúsque sensum pulchrè calles, quippe familiariter cum eo versans. Vale. Apud *Friburgum Brisgoæ* XIII. Calend. Septemb. Anno M.D.XXXI.

Erasmus Rot. Udalrico Hutteno S.

Epist. 3. HEnricus Epphendorpius nostri non instudiosus, certè tui amantissimus, subindicavit mihi te non satis amico in me animo esse, adeò ut nescio quid mordacioris scripti mediteris. Quod ego sanè eò magis sum admiratus, quod de meo in te animo, quem hactenus in te gessi, ut si in quenquam alium amantissimum, nihil adhuc immutârim, etiamsi pristinam familiaritatem nobis invidet ad tempus fortuna: nec dedignatus sum te alloquio quum hìc adesses, sed humanissimis verbis per *Epphendorpium* rogavi ut abstineres, si tantùm esset salutatio, propter invidiam quâ gravatus sum jamdiu usque ad capitis periculum. Quod autem consilium est lucrifacere invidiam, quum nihil prosis amico? Ego te, mi *Huttene*, in tali statu si fuissem *Huttenus*, ultrò rogâssem *Erasmum*, nè sibi frustra accerseret odium. Et tamen admonui *Epphendorpium*, si posses abesse ab hypocaustis, quæ ego nullo pacto ferre possum, mihi non ingratum fore tuum colloquium. Fortasse non sunt mea in te officia, quæ commemorem, & si qua essent, ineptum sit ea à me commemorari. Hoc possum verè prædicare, me veteris benevolentiæ semper fuisse tenacissimum. Nec unquam *Huttenum* à me vel dicto vel facto fuisse læsum. Ego sum hujus animi, ut tantam amicitiam, quantam inter nos conciliârunt bonæ literæ, vix etiam parricidium dirimere debeat. Sunt fortasse qui te instigent in me, hoc agentes ut tuo stilo abutantur ad animi sui saturandum odium. Quod si feceris, illud scito, primum facies in immerentem, non enim dicam bene meritum, certè in tibi bene volentem: deinde rem facies *Jacobo Hochstrato*, *Nicolao Egmondano*, aliisque compluribus, quos tu pro summis hostibus ducis, longè gratissimam; cæterùm summopere molestam bonarum literarum cultoribus, quorum te profiteris propugnatorem. Quomodo repubescent illa portenta, si senserint *Huttenum*, illam sic adamatam *Erasmo* ingenii venam, illum toties prædicatum *Erasmo* stilum, in *Erasmũ* stringere? Quare fuerit hoc tuæ prudentiæ, priusquam tollantur signa, priusquã rauco crepent cornua cantu, priusquam tuba terribilem bello sonitum taratantara dicat, veluti missis patre patrato ac feciale, secretis literis ad me liberè & amicè perscribere, quid de me tibi delatum sit, aut quid omninò sit quod exulceret animum tuum. Nam ipse, ita me Deus bene amet, non possum divinare. Non dubito quin tibi per omnia sim satisfacturus, nisi prorsus alius esse cœpisti quàm olim fueris. Utinam, mi *Huttene*, non haberes alios hostes quàm *Erasmum*. Utinam haberes quicquid hic inimicus tibi oprat, puta hoc tibi de tripode dictum. Jam si te ab instituto revocare non potest, nec veteris amicitiæ religio, nec studiorum communium ratio, nec hostium voluptas, cogita hoc non mediocriter ad tuam quoque existimationem pertinere. Quis enim non desideraturus est humanitatem & genere & literis dignam in *Hutteno*, si nullà lacessitus injuriâ ferrum letali veneno tinctum stringat in amicum? Nec fortasse defuturi sunt, qui perpendentes quo in statu res tuæ sunt in præsentia, suspicentur istis artibus prædam undecunque peti, & periculum est A nè apud multos hæreat conjectura, si[illegible] profugam, obæratum, & ad extremam [illegible] omnium inopiam redactum. Non es ignarus, qui fabolæ vulgò de te serantur, neque nescis [illegible] obrem tibi succenseat, quidque tibi [illegible] Comes *Palatinus*, qui de famulo tuo sumpsit capitis supplicium. Proinde nolim interpretere [illegible] meam admonitionem vel à metu, vel à mala conscientia proficisci potiùs quàm ab amore mei, mique nunc meum negotium agere magis quàm tuum. Ut odiosissimè scribas, primum nec horum malorum insolentem impetes, nec omnibus metum. Deinde ut obticescam, tamen gravis lesio ris tuam ipsius existimationem quàm meam. Quare etiam atq; etiam vide, mi *Huttene*, ut hic tuam prudentiam in consilium adhibeas, potiùs quàm obsequare levissimorum hominum cupiditati. Bene vale. *Basileæ* in die Parasceves, M. D. XXIV.

C Expecto tuam expostulationem.

Erasmus Rot. Alphonso Vervesio S.

ETsi nulla epistola venit à meo *Vervesio*, quæ non sit gratissima, tamen nulla venit gratior hâc postremâ, quam *Guidoni Morillono* tradidisti. Perlata est autem serius, nè tuid nescias, quidem scripta XIII. Cal. Septemb. Anno M. D. XXX. reddita est circiter Calendas Augusti, Anno D M. D. XXXI. Quanquam hic nihil incusandum arbitror *Morillonum*, licèt à morando cognomen videatur sortitus, & alioqui mitis Catilina, ut qui totos sex annos adornans iter, vix tandem *Hispaniam* potuerit relinquere. Sed longum est iter ab *Hispanis* in *Flandriam*, rursus à *Flandria Friburgum*, ut felicitatis sit, si quæ huc vel scrò perferantur. Hæc partim eò commemoro, nè quid meam in respondendo tarditatem incuses. Nam fieri potest, ut hæ literæ diutiùs etiam hæreant in itinere: Partim nè consolationem quam à me flagitas, expectes. Verum est quod scripsit *Cicero*, *seram gratulationem non solum reprehendi, sed serâ consolatione nihil potest esse frigidius*. Quam enim nihil addubitem, quin isti vulneri quàm acerbissimo, quod ex optimi fratris *Hieronymi Vervesii* decessu accepisti, jamdudum si minus tuo, quod arbitror maximè, certè tempus ipsum medicamen attulerit, ac cicatricem obduxerit: frigidum officium fuerit adhibere pharmacum, in humanum refricare quod dolere desierit. Quòd si crudum etiamnum ac recens sit vulnus, tamen ita mihi depinxisti virum illum, ut magis libeat gratulari felicitati tuę, qui talem habueris germanum, quàm consolari mœrentem qui talem amiserit. Quanquam hoc amittendi verbum, oportet in totum à *Christianorum* sermonibus esse sublatum. Quâ enim fronte tibi dicatur amissus, qui præsit in patriam cœlestẽ mox secuturum? Dimissum aut præmissum rectè dixeris, amissum nequaquam. Rursum quum mecum reputo, quot nominibus ille tibi germanus fuerit, ex iisdem progenitum, eidem monasticæ pietatis institutum professu, in eodem monasterio sub eodem magistro religiosè enutritus, iisdem literis ac disciplinis eadem in schola eruditus, sanctissimo muneri docendi populum pariter addictus, in eóque simili genere simul & fructu versatus, denique tam omnibus & corporis notis & animi dotibus atque etiam

etiam ipso dicendi genere tui similis, ut quibus nondum cognitum esset esse duos *Vervesios*, frequenter ambigerent, utrùm audissent concionantem, *Alfonsum* an *Hieronymum*: si rectè Proverbio vetere dictum est, τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, facilè divino, quantâ pietate tam admirabilis rerum omnium similitudo vos inter vos conciliârit. Deinde quanquam scio te in *Christiana* philosophia jam olim sedulò felicitérque versatum, ut periculum non sit nè quis casus humanus tuum animum à recto statu dejiciat: tamen ut hunc thesaurum adhuc circumferimus in vasis fictilibus, facilè divino quàm acerbam plagam naturæ sensus pectori tuo inflixerit; quam tamen nunc arbitror quum ipso tempore, quod malis etiam immedicabilibus mederi solet, tum multò magis ratione pietatéque jamdudum aut sanatam, aut ita mitigatam, ut ex optimi fratris recordatione, multò plus spiritualis gaudii sentias, quàm ex defuncti desiderio molestiæ. Quid autem referebat diutiùs vixisse, posteaquam consummatus in brevi explevit tempora multa? Diu vixit, qui paucis licèt annis, multa talenta *Christo* lucrifecit. Cùm in cæteris omnibus, mi *Vervesi*, tum in hoc præcipuè suspicio fratrem tuum, quòd tametsi nec *Seraphicus* fuit nec *Cherubicus* (nam his cognominibus illi gaudent appellari) sed ex posteritate divi *Benedicti*: tamen omne studium ad hoc munus contulit, quo non aliud vel magis Apostolicum, vel *Christo* gratius, vel gregi *Christi* salubrius. *Benedictus* pios agricolas instituit, tuus *Hieronymus* maluit in vinea Domini laborare, próque vomere, marrâ, ligone, rastro & sarculo, linguâ per spiritum eruditâ, ex animis hominum revellere persuasiones impias, dissipare carnales affectus, inserere pietatis evangelicæ plantaria, copiosúmque fructum convehere in horrea Domini, cujus se sciebat esse colonum. Nam hoc verissimè scribis, mi *Vervesi*, magnam ubique turbam esse eorum, qui concionantur apud populum, sed juxta vetustum Proverbium, πολλοὶ μὲν ῥαψῳδοί, παῦροι δέ τε βάκχοι, hoc est, pauci *Christianam* philosophiam purè syncerèque docent. Prima igitur *Hieronymi* laus est, quòd ad munus omnium sanctissimum semet assatim instruxit; altera quòd seipsum non ingessit, sed expectavit, donec exemplo *Pauli* vocaretur à Deo. Vocatum interpretor, qui jussu Abbatis, qui flagitante populo, cujus vox vox Dei est, qui precibus laudatissimæ fœminæ *Elisabelæ* Augustæ pellectus est ad eam provinciam. Tertia quòd in obeundo munere Apostolico, non quemvis Apostolum, sed inter Apostolos præcipuum studuit æmulari, videlicet magnanimum illum & generosum *Paulum*; qui non alio nomine magis gloriatur, quàm quod gratis docuerit Evangelium, id est, tantum laborum, periculorum, afflictionum, suopte sumptu victúque susceperit, obierit, exhauserit. Noverat vir pius, cui labores illos fœneraret, sciebat suam mercedem in tuto repositam, apud justum Judicem, imò apud benignissimum Dominum, qui centuplum reddit in hoc seculo, & vitam æternam in futuro. Quàm mihi arriserunt illa tua verba in epistola tua, *In aulas proficiscitur, incipit prædicare non se, sed ordinis sui insignia, non hominum commenta, sed Christum!* Hæc legenti quàm multa mihi veniebant in mentem, quæ frequenter ab ecclesiastis audivi, magno cum animi mei tædio. Ea non libet hìc commemorare. *Thrasonicas* glorias, quæstum olebant omnia. Qui nunc in monarcharum aulas accersuntur, nè dicam irrumpunt, quum profiteantur mendicitatem, plerique statim ambiunt mitram, deinde galerum Cardinalitium, denique triplicem coronam. At tuus *Hieronymus Christo* venabatur, non sibi. Ex aulæ pompis, opibus, deliciis, nihilo plus contraxit vitii, quàm pisces è sale marino. In medio luxu macerabat corpus suum jejuniis, & in servitutem redigebat, nè fortè aliis prædicans ipse reprobus efficeretur. Instabat extremus actus Apostolicæ fabulæ; in quo seipsum egregius artifex superaret. Subministravit Imperator *Christus* militi suo materiam, quâ virtutem suam eximiam omnibus declararet. Centurio *Cornelius* ambiit *Petri* colloquium, & impetravit. *Hieronymo* paratus est alter Centurio *Stephanus*, patriâ *Geunensis*, qui sitiret evangelium. Pudorem excussit assiduæ febris violentia; mittit legatos. At *Hieronymus* nihil deterritus morbi pestilentis contagio, vocatus invisit decumbentem, neque id semel: docet, consulit, hortatur, consolatur, audit arcana pectoris, quid multis? dum illi cibum ministrat animæ vitam, ipse ex ægrotantis halitu hausit corporis mortem. Hìc verò sinister quispiam interpres reclamabit: Nihil fecit novi, faciunt idem alii plerique, captavit à moriente prædam. Sed in hoc quoque *Paulum* imitatus est, qui sic pecuniam ab *Asiaticis* collegit in subsidium pauperum, ut non solùm ipse nihil inde contigeret, verumetiam caverit nè vel suspitio probabilis posset in ipsum recidere. Ducatorum plùs minùs decem millia reliquit *Stephanus*, ea tradidit in manus *Hieronymo*, non tanquam executori testamenti, sed ut ea pro suo arbitratu in pios usus expenderet. Ejus summæ si sibi bonam partem servâsset vir tam utilis Reipublicæ, quis negâsset in pios usus collocatam? Teruncium sibi non decerpsit, quum alioqui vix ullius rei perniciosius sit contagium quàm pecuniæ. Jàm si totam contulisset suo monasterio, quod ut ex tuis intelligo literis, pietatis opibus locuples est, censu perquam tenue, & religionis disciplinâ pulchrè constructum, externis ædificiis ruinosum, quis non probâsset hominis erga suos συμπάντας charitatem? Obolum ex tanta summa non decidit suis, fortassis obmurmuraturis. Adeò *Paulinâ* quadam generositate cavit, nè quam ansam daret hominum semper in deterius pronis suspicionibus. Totum depositum in pauperes effudit, ídque confestim, nec passus est apud se hærere, quod illis erat destinatum. Videtur enim invitus dare, quisquis contatur. Adeò vir purè *Christianus*, magis sibi metuit à pecunia quàm à pestilentia. Illam excussit protinus, hæc hæsit. Siquidem ut scribis, quarto à Centurionis obitu die cœpit æstuare febribus, hæres morbi, qui nummorum esse noluit. Non erat illa mors vulgaris, propitii numinis erat favor, strenuum athletam suum maturè ad brabeum evocantis, nè diuturniór in terris mora vel labe vel errore quopiam puríssimam illius animam contaminaret. Hinc est quod ille mortem præsagiit, atque etiam prædixit: nec hìc Domini sui dissimilis, initio mortem exhorruit, erat hoc humanæ naturæ: mox spiritus mirâ fiduciâ adversùs mortem erectus est, & hac in parte *Christum* referens,

cujus illa vox eſt: *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte;* ſed ejuſdem eſt illa: *Nolite flere ſuper me.* Quid quod & cauſa convenit & tempus: dum ſervare ſtudet proximum, impendit animam, immortuus eſt evangelio, iiſdem diebus quibus pro nobis occiſus eſt *Chriſtus:* nec ætatis ita magnum fuit diſcrimen, deceſſit annos natus quadraginta unum, nam ſunt ex veteribus qui hâc ætate putant obiiſſe Dominum. Triennium verſatus eſt in evangelico munere, quantum temporis putant & *Chriſtum* prædicâſſe. Toto hoc tempore quo per morbum decubuit, nunquam ceſſavit à prædicandi fervore. Corporis languorem excuſſit vigor ſpiritûs, monebat, hortabatur, obtĕſtabatur quicunque aderant, & ſervatoris exemplo tantùm non clamans exhalavit animam. Agnoſcas verum ac germanum *Chriſti* diſcipulum, cui tam multa etiam in rebus externis cum magiſtro convenerint, ut de cæteris animi dotibus non liceat ambigere: Agnoſcas & *Pauli* diſcipulum, qui in ſuo corpore ſupplevit quæ deerant paſſionibus *Chriſti.* Cæterùm ut interim *Momum* agam, & aliquid reprehendam in *Veneris* ſandalio: demiror eam ſolicitudinem, meâ ſententiâ ſupervacaneam, quâ famulos admonuit, nè qua mulier corpus exanime contingeret. Etenim ſi ſibi metuebat, planè fuit δεισιδαίμων· ſi mulieribus, plurimum fragilitatis tribuit illi ſexui. Abſit autem ut exiſtimémus illum fuiſſe μισογυνῆ, quum Dominus peccatricis fœminæ contactum non horruerit. Dices immodicum quoddam pudicitiæ ſtudium fuiſſe, itaque lubens interpretor. Iſtiuſmodi fratrem quum habueris, *Verveſi* chariſſime, poſtulas à me novam quampiam & inuſitatam conſolationem. Quid ſi te ſic conſoler, quemadmodum *Galliarum* legati *Neronem*? Oro te, mi *Verveſi*, ut felicitatem tuam fortiter feras. Nam quæ potuit obtingere major felicitas, quàm ut de tali germano jam tutò gloriari poſſis, non juxta carnem, ſed in Domino? Spero futurum, ut illius ſpiritus in te ſit geminus: ita fiet, ut omnes qui nunc mortem illius lugent, minore ſuo damno *Hieronymum* deſiderent. Sed dum pro uno *Hieronymo* gratulamur monachorum ſodalitati, dolor ingens occupat animum meum reputanti quanta ſit talium monachorum paucitas, quanta ubique turba ventri atque abdomini ſervientium. Utinam Dominus dignetur omnes afflare ſuo ſpiritu. Pro humanitate quam in *Franciſcum Dilſum* contuliſti, fateor me tibi debere plurimum. Vale. *Friburgi Briſgoiæ* duodecimo Calend. Septemb. Anno M. D. XXXI.

Eraſmus Rot. Carolo Utenhovio S.

Epiſt. 5. Accepi literas tuas mirè querulas atque etiam jurgatrices, *Carole* chariſſime, quibus adeò non ſum offenſus, ut hinc potiùs perſpexerim flagrantiſſimum tuum in me amorem, ac penè dixerim immodicum, eóque zelotypum. Scito nihil eſſe quod mihi tui oblivionem induxerit, aut meum animum abs te alienaverit, multò minùs quod irritârit. Sed te non poteſt latere, quibus ſemper ſtudiorum undis, quibus penè ſemper faſciculis epiſtolarum obruar. His acceſſerunt curæ domeſticæ, à quibus quo magis abhorret genius meus, hoc eas fero moleſtiùs. Accreſcit labor, & decreſcunt vires. Quid quod perquam rarò obtingunt, qui hinc petant *Flandriam*, & in iis qui obtingunt

A panci ſunt quibus poſſit aliquid tutò co[illegible]. Hoc multis experimentis didicimus. Ne[illegible] vides, cujuſmodi ſit hoc ſeculum. Itaque [illegible] admodum expoſtulas mecum quòd nihil ſc[illegible] poſſem aliquanto juſtiùs tecum expoſtulare, [illegible] hoc rerum ſtatu quum nullum ſit argu[illegible] requiras à me literarum officium, quæ [illegible] habeant, niſi *Si vales, valeo.* Satis arbitror ſi tu ſalveas, etiamſi non jubeam ſalvere, & valeat etiam

B non jubeam valere. Tantum ad tuam expoſtulationem, hoc gratiorem, quo eſt liberior. Riſiſtis quod ſcribis de *Seraphicis* hiſtrionibus, qui me toties occiſum linguâ, denuò iſthic ſepelierunt, videlicet ictum fulmine, ſimulatque non ſum veritus in ſacroſanctum *Franciſci* Ordinem debacchari. Ego verò nec in aurigarum ordinem unquam ſum debacchatus, tantum abeſt ut *Franciſcanum* Ordinem inceſſiverim. Quos ego noro, reor ipſi *Franciſco* magis inviſos eſſe, quàm ſint alii

C mortalium. Indignantur opinor quòd in Colloquiis attigerim *Medardum.* Quin ipſi magis indignantur, qui magno ordinis dedecore tam impudenter publicitùs ſcurram egit, & adhuc agit. Quaſi parum eſſet ſic fuiſſe ſcurratum. *Angelus* ſcripſit epiſtolam in aulam Regis *Ferdinandi*, quam ipſius digitis depictam ad me miſerunt regii Proceres. In ea de me inſunt hæc verba: *Expellebatur à d. v. domini doctoris Eraſ. nunc contra Medardum.* Sed ſatis ſperat, qui ſemper deſperat.

D Quanto magis ſobria apud *Horatium* loquuntur *Nomentanus* & *Balatro*, quàm hic *Seraphicus* illius modeſtiſſimi *Franciſci* diſcipulus? Putat mihi *Franciſcum* iratum, quòd eos notârim, qui eidem promittunt iis, qui in veſte *Franciſcana* ſepeliuntur. Atqui nuper in ſomnis mihi poſt mediam noctem apparuit beatus *Franciſcus*, vultu ſereno atque amico, egitque gratias quòd ea tradiderim corrigenda, quæ ipſe ſemper fuiſſet deteſtatus, méque inter Ordinis amicos numeravit. Nec erat

E eo cultu, quo nunc illum depictum oſtentant: veſtem habebat non ex lana diverſi coloris permixtam, ſed ex lana fuſca, quemadmodum ab ovibus detondetur intincta, ſeu *Græcè* mavis βάπτα, nec habebat roſtratam cucullam, ſed caperonem tunicæ à tergo affixum qui poterat in caput revocari, ſi fortè pluvia vehementior fuiſſet oborta, quod hodie quoque videmus in cultu quorundam *Hybernorum.* Nec funis habebat nodos arte factos, ſed enodis ac ſimpliciter ruſticanus erat funis: nec tunica defluebat uſque ad terram, ſed palmo,

F aut eo ampliùs ſupra talos erat. Nec calceos habebat feneſtratos, ſed planè nudis erat pedibus. Quinque veſtigiorum quæ pingunt, nullum omnino vidi veſtigium. Abiens dixit, dextrâ porrectâ, Milita ſtrenuè, brevi meorum eris. Quamquam de cultu non arbitror laborandum, ſi modò Patriarcham ſuum iis virtutibus referant, in quibus ille ſitam exiſtimavit ejus ordinis perfectionem. Illi ſex alas *Seraphicas* appellant. Primum eſt Omnimoda obedientia, ſecundum Paupertas Evangelica, tertium Caſtitas immaculata, quartum Humilitas profundiſſima, quintum Simplicitas pacifica, ſextum Charitas *Seraphica.* Hæc utinam omnes in pectore circumferant, quemadmodum circumferunt in veſte. Tum illos haud ſecus atque angelos pacis, non mulierculę tantùm, ſed cordatiſſimi quique complecterentur. Nunc quàm rari ſunt qui pure

docent

docuere evangelicam philosophiam, quanta porrò insolentia per aulas Principum, per divitum domos oberrant istorum, qui nec docent, & iis sunt moribus ut ædes in quibus versantur nihilo sint puriores. Intelliget hic prudens lector quid hic fileam, & quid silendo magis loquar. Utinam nihil committant ipsi quod silentio tegendum sit. Ostentant chirographum fratris *Leopoldi*, fratris *Bernardini*, quos nemo natos novit. Hoc abundè satis esse putant, ut pro bonis viris habeantur. Atque in longinqua profectione flagitant pecuniam, quam interea tamen excipiunt, non contingunt unâ cute. Quis hoc cordatus absque risu videre possit? Jam & illud à nonnullis repertum est, persuadent divitibus imperitis animam agentibus, non tantùm ut sepeliantur in veste *Franciscana*, datáque mercede veniant in consortium omnium ab ordine bene gestorum, verumetiam ut testamento jus faciant omnibus & singulis qui de grege sunt Observantium ad illorum ædes diversendi, vocatis & invocatis ut sit locus. Ac primùm hic hæredi sua libertas, quàm suæ cuique domi salvam esse par est, eripitur, præter naturæ jus ac civile. An non gravis est servitus, hominem cui sunt liberi, adolescentes ac puellæ, uxor ætatis integræ, pedissequarum chorus, obstrictum esse, ut, velit nolit, subinde recipiat in ædes suas homines ignotos, *Hispanos*, *Italos*, *Gallos*, *Anglos*, *Scotos*, *Hibernos*, *Germanos* & *Indos*, etiamsi in eadem civitate habeant *Seraphici* sodalitii monasterium? An non videmus quantâ cautione curent ipsi nè quis è vicinia qualiscunque prospectus sit in ipsorum monasteria? Quas hinc querimonias, quas tragœdias moveant? Ethnicus ille fabro talenti mercede pollicenti se effecturum nè ullus in ipsius ædes è vicinia prospectus esset, decem talenta obtulit, si quà posset efficere, ut quicquid in ædibus suis ageret, omnibus vicinis esset conspicuum. Dicent, Homines sumus: agnosco, nec illis objicio quod *Seraphici* gaudent appellari. At quid opinantur illos χαμαιτυπεῖν pati, qui quotidie novos hospites ignotos & inexploratos coguntur in intimas ædes recipere, qui si quid illic audiant videántve, veluti cereales per orbem disseminent? Saltem ex suo ipsorum sensu oportuit viros prudentes aliorum affectus existimare. Jam facilè divinant in tanta turba non omnes esse puris moribus, quum frequenter in diversam regionem relegentur ob id quod alibi parùm verecundè sese gesserint. Atque ut maximè sint pii omnes, sint sobrii, sint casti, homines tamen sunt, eandem carnem circumferentes quam alii. Proinde non miror esse qui hâc viâ ventri suo prospiciendum putârint, illud demiror satrapas ordinis perpeti, ut fratres & aliis molesti sint, & ipsi tanto periculo exponantur. Non enim hic referam fabulas quas vulgò narrant ii, qui tales hospites in domesticam admittunt familiaritatem. Dicent, cogit necessitas. At ea multis rationibus vel tolli vel temperari poterat. Primùm quid opus tot examina sursum deorsum per orbem vagari? Non omnes agunt negotium Evangelicum, ac veteres nè pauci. Dein magis conveniebat ut ad sui gregis fratres aut sorores diverterent. Sed nolunt gravare suos, at id gravamen facilè poterat eorum liberalitate pensari, in quorum ædes nunc irruunt, ut excipientium gravi molestia, ita suo ipsorum non levi periculo. Non hìc requiram *Seraphicam* illam charitatem in his qui suæ professionis hominibus negant hospitium, præsertim quum tales minimo contenti sint, nimirum Apostolorum æmuli. Quantuli sumptus est charissimis fratribus cibarii panis fragmentum, ac paululum leguminum, cum calice aquæ frigidæ impartiri? Verùm utcunque hæc habeant, certè mendicitatem professis conveniebat rogare hospitium, & ab hoc negatum, ab altero petere. Cæterùm ad volentem nolentem irrumpere non est hospitem agere, sed ædium dominum. Novi ante annos penè quadraginta fratrem *Theodericum* Monasteriensem: In nusquam ibat, nisi concionaturus; nec usquam cepit cibum corporis, nisi ubi feminabat animi cibum. Interdum invitabatur in ædes divitum, sed in iisdem morabatur decem aut octo dies, si qua magna spes fructûs affulsisset. Aliò vocatus excusabat, adeò ut quum *Bergas* adisset, aliquot dies ibi concionaturus, & in ædibus *Joannis à Merx* primarii civis loquium haberet, ejus civitatis Princeps admonitus de hominis singulari sanctimonia, vocáverit ad prandium. Ille ingenuè respondit si sibi permitteretur apud se vivere, concionaturum illic octo dies, sin minus, continuò abiturum. Quàm verò non gravis hospes erat vir ille pius! In extremis ædibus juxta posticum elegerat sibi sellulam, nec aliud ab opulento viro sibi dari passus est, quàm panem cibarium ac cervisiam frigidam. Ignem recusabat. Illic cum suo socio legebat, orabat, contemplabatur. Nusquam prodibat nisi ad templum, idque per posticum; nec unquam in primoribus ædibus visus est, ubi versabatur uxor cum liberis ac famulabus. Talibus viris quando deesse possit hospitium? Aut quis est tam tenui re, ut tali graveturhospite? Queruntur vulgo refrixisse charitatem. Fortassis in causa est, quòd in ipsis refrixit pietas. Accusent mundum si minus præstat ipsis quod debetur, modò ipsi præstent mundo quod debent. Nunc minùm non est, si mundus mundum negligit. Si seminârint sua spiritualia, æquum est, ut metant aliorum carnalia. Quòd si inciderint in tam inhumanos, ut suo functis officio victum quamvis simplicem negent, superest exemplum *Pauli* inter Apostolos maximè *Seraphici*. Si quis hæc illos admoneat, fortassis pro inimico duceretur, quum maximè sit in rem ordinis. Sed de his jam nimis multa. Quòd venaris uxorem, mi *Carole*, laudo: melius enim est nubere quàm uri: sed etiam atque etiam vide ut non oculis tantùm, sed & auribus uxorem ducas, multâque circumspectione facias, quod semel factum rescindi non potest. I nunc & objurga me, quòd nihil accipias literarum. Habes, ni fallor, epistolam verbosiorem, quàm velles. Nuper relegens epistolas meas titulo floridas, re marcidas, unam atque alteram reperi ad te. Unde suspicor isthuc non omnes perferri quas damus. *Edingo* cognato & *Ammonio* singulari pietate viro, salutem plurimam. Ornatissimo *Guilielmo à Vale* mè diligenter commendabis. Referrem hìc quàm illius nepos *Carolus Sucquetus Taurini* rem magnificè gesserit, nisi facilè suspicarer ipsum omnia perscripsisse. Bene vale. Datum *Friburgi Brisgoiæ* nono die Augusti, M. D. XXXII.

Erasmus Rot. clarissimo viro D. Balivo Lutetiæ Regio S.

Epist. 6. *Jacobus Omphalius*, vir clarissime, suis ad me literis multa prædicavit, quum de præclaris naturæ tuæ dotibus ac morum ornamentis, tum de peculiari quodam ac propenso studio erga nomen *Erasmi*, adeò ut quibusdam isthic hoc molientibus nè meæ lucubrationes apud vos publicitùs distraherentur, malitiosis conatibus tua obstiterit æquitas. Hæc quo magis esse vera & credo & gaudeo, hoc magis admiror quo fuco libellum, undique scurrilibus conviciis, impudentissimis mendaciis scatentem, ubique simpliciter furiosum, tuo obtruserint nomini, idque exemplo non minùs dedecoroso isti longè celeberrimæ Academiæ, quàm pernicioso studiosæ juventuti. Quum nulla isthic esset edita constitutio peculiariter minitans istiusmodi temeritati, nullus unquam extitit qui facinus auderet tam illiberale, pudor humanus pro lege deterruit omnes à pluspuam scurrili petulantia: Nunc ipsa constitutio talia monstra gignit etiam. Et tam illiberale facinus autores habet ut fertur Theologos quosdam, præsertim illum *κακοδαίμονα*, in quem vaticinatus videtur *Prudentius*, quum ait: *O tortuose serpens, qui mille per Mæandros fraudésque flexuosas agitas quieta corda!* Atque etiam minitatur Senatus indignationem, nisi subserviatur ipsius malitiæ. Aut prorsus ignoro Senatum, aut vehementer indignaturum arbitror si resciscat, turpissimum pariter ac pestilentissimum exemplum. Idem sentio de Rege *Christianissimo*. Nam de animo summi Pontificis compertum & exploratum habeo, cujus prudentiâ perspicit, quanta sit & religionis & studiorum pestis istiusmodi libellis debacchari. Quid autem facilius, quàm ficto titulo quidlibet in quemvis scribere? Sed absit, ut alienam insaniam imitando ipse fiam insanus. Hic prodigiosus fœtus *Venetiis* conceptus est, & parentem habet *Italum*: sed quem illic non ausi sunt edere, *Lutetiæ* invenit qui produceret, Theologis autoribus, ac tui nominis addito lenocinio. Mihi facillimum erat à Cæsare ac Rege *Ferdinando* impetrare literas expostulatorias, atque etiam à *Clemente* Pontifice, sed mihi visum est indignum Principes optimos, maximisque negotiis ac parum lætis occupatissimos, hujusmodi querimoniis interpellare. Vix adducor ut credam, *Natalem Beddam* hoc facinus approbare, & tamen perscribunt illum non solùm approbare, verumetiam singulis nonnihil addere veneni. Quæ si vera sunt, & eò vesaniæ profecit, haud multum abest à dæmoniaco. Egregius verò ludus sit, si coner par pari referre, quod mihi sanè bonum atque commodum foret. Habeo typographos ad omne paratos obsequium, & possem furiosum istum libelli parentem, nihil mentiens, suis ac veris coloribus depingere. Sed malo spectare quid me, quàm quid illo sit dignum. Verùm sit jam querelarum modus. Tibi, vir clarissime, pro tuo in me favore gratiam habeo maximam, rogóque ut istum animum pergas obtinere; quod quidem ultrò tu polliceris, sed sub conditione, si nihil scribam adversùs fidem *Christianam*, aut contra Regem *Christianissimum*. De fide non dubito quin audias interdum nonnullorum querelas, sed quas integrì jam toties deprehendunt esse meras calumnias, simul ut rem [illegible] runt. Quàm hic adversùs [illegible] agámque militem, ab aliis [illegible] Rege miror cur admonendum [illegible] obsecro mihi veniret in mentem, [illegible] mum in Regem hujus ævi flore[illegible] etiam laudatissimum, cui tantum [illegible] fiteor, quantum illius debuit beni[illegible] autem non semel conditiones ampliss[illegible] davi illum editis libris adhuc Cæsaris [illegible] accidisset mihi si nunc vituperarem [illegible] finem, ac fœderatum? Cætera dices [illegible] *lio*, quem apud me tuæ mentis interp[illegible] voluisti. Bene vale. Datum apud [illegible] *Brisgoiæ*, Anno à *Christo* nato millesimo [illegible] tesimo trigesimo secundo.

Def. Erasmus Rot. D. Joanni Vergaræ insigni Theologo S. D.

FOrtasse visus sum vobis paulò impotentius [illegible] mortem *Guilhelmi Vuarami* Archiepiscopi [illegible] *tuariensis*, qui literis tam plorabundis ac lamentabilibus animi mei dolorem in summum [illegible] derim. Idem opinor visum Archiepiscopo patrono tuo; Nam simile ferè responsum [illegible] R. D. *Bernardo* Episcopo & Cardinali *Trid[illegible]* & à *Christophoro* Episcopo *Augustæ*. Scio [illegible] dem mi scribitis, in simili casu aliorum [illegible] luctui, sed ipsâ re sum expertus esse verissimum [illegible] lud Comœdiæ, *Tu sis hic si alter fuerit* [illegible] men nè quod res est dissimulem, ipse nihil omnino [illegible] hil in tanta támque diutina animi ægritudine [illegible] plicui, eadémque tum mihi dixi, quæ alios [illegible] cturus: "Mortalis erat, ad extremum [illegible] "ctutem pervenit, summâ cum dignitate [illegible] "pietatem insigniter coluit, honestum hi [illegible] "riam reliquit, ex hoc infelici exilio migravit [illegible] "æternam tranquillitatem, ibi te expectat, [illegible] "sequuturum. Si verè diligis virum, [illegible] "gratuleris, non est quod deplores. Hæc[illegible]que permulta colloquebar cum animo meo, [illegible] ad omnia surdo. Neque verò hic locus erit [illegible] Satyrico,

Plorabitur lacrymis amissa pecunia veris.

Si æstimetur quod illius obtulit benignitas, animum erat; si quod accepi, minimum est momenti. Sed in illius amicitia sic comparatum ut mihi viderer abundè dives, qui talem habuerem patronum, unde petere quidvis possem si quo accidisset necessitas. Ea non incidit, nec facili quis incidere frugaliter viventi, atque ita rebus comparato, quas postulat corporis necessitas. Consolatus est hunc luctum meum mors *Christophori Schidovicii*, hominis apud *Polonos* summæ autoritatis, & nostri amantissimi. Sed Dominus pro sua clementia multis solatiis mitigavit hæc vulnera, & quæ cum tentatione provenerunt, ut possim [illegible] Siquidem in Archiepiscopi demortui locum [illegible] gnitatem successit R. D. *Thomas Cranmerus*, professione Theologus, vir integerrimæ [illegible] míque moribus, qui ultrò pollicitus est [illegible] dio ac beneficentia erga me, priori [illegible] cessurum, & quod sponte pollicitus [illegible] tè præstare cœpit, ut mihi *Vuaramus* non [illegible] ptus, sed in *Cranmaro* renatus videri [illegible] dit & *Vindelicorum Augusta* candidos [illegible] cos, eósque ultroneos. Quorum ut [illegible] beneficentiæ

[illegible] primùm est R.D. *Christophorus à Stadion* [illegible] *Augustanus*, vir ut majorum [illegible] illustri, ita prudentiâ, consilio, pietatis [illegible], ut munificentiâ vix ullum hâc ætate [illegible]. Huic accessit vir omnibus [illegible] longè illustrior, ac virtutibus quàm ce[illegible] dicior *Antonius Fuggerus*. Cui adhæsit jam [illegible] vel potiùs amicus *Joannes Cholerus* Propositus [illegible]. At vir antiquæ nobilitatis, moribus [illegible] *Joannes Paungartnerus à Paungarten* & [illegible], ut tempore postremus est, ita nemini [illegible] paratâ munificentiâ, non in unum alterúmve, sed erga omnes qui doctrinæ ac pietatis e[illegible] logio commendantur. Hunc vir clarissimus *Ulricus Zasius*, hujus seculi ornamentum, multis jam annis possidet: nunc ut est candidissimi pectoris hoc nomine sibi gratulatur, quòd eum mecum habet communem. *Fuggeri* nomen arbitror *Hispaniis* esse notum ac celebre, *Joannis à Paungarten* an vobis auditum sit nescio. Itaque pauca hominem tibi depingam, quo sicut pridem meo dolore doluisti, ita nunc meo gaudeas gaudio, & quemadmodum ibi consolando declarâsti tum in me benevolentiam, ita hic gratulatione declares inter veros amicos tristia simul ac læta esse communia. Ergo quòd *Joannes à Paungarten* amplissimè dives est, cum aliis aliquot habet commune; sed illud cum paucis habet commune, quòd opes suas possidet, non ab eis possidetur; quódque illi servit pecunia, non ipse pecuniæ. Possidet autem ista fortunæ quæ vocantur munera, non tantùm heriliter, verumetiam philosophicè, persuasum habens hæc non esse propria hominis bona, quæ promiscuè probis & improbis contingunt, nec tam egregium existimat divitias habere, quàm contemnere. Contemnit autem, qui juxta sapientis *consilium* illis affluentib. non adjicit animum, qui nec lucro tali fit obesus, nec jacturâ mœrentus: quippe perpendens hæc quoque à cœlesti Principe dari, non ut amentur, sed ut rectè prudentérque dispensentur. Dominus hortatur ut faciles de iniquo *Mammona* sibi parent amicos, à quibus recipiantur in æterna tabernacula. Majus est, quod præstat *Paungartnerus*, qui de justè partis mirâ benignitate reficit egenorum viscera, bene feneratum existimans, quod *Christi* membris fuerit impensum. Juxta *Stoicos* nulla felicitatis pars est habere divitias, sed sic habere meo quidem judicio magna felicitatis pars est. Sic Deo charus fuit ille prædives *Abraham* hospitalitatis & magister & exemplum. Accedit huc generis pervetusta nobilitas. Extent enim instrumenta testantia familiam illam inter claras habitam ante multa secula. Origo gentis fuit è *Francia Orientali* vetustissima nobilium virorum parente, unde qui nunc apud *Gallos Franci* dicuntur profecti sunt. Ibi sedem olim habuerunt majores hujus. Est etiamnum in ea regione monasterium, horum benignitate tum ornatum magnificè, tum amplissimis dotatum censibus. Verùm nè nimis antiqua persequar, pater hujus de quo nunc agimus, ob eximias animi virtutes, integritatem in moribus, prudentiam in consiliis, fidem ac dexteritatem in negotiis, pietatem erga patriam, in summa tum gratia, tum auctoritate fuit apud supremos orbis monarchas, *Matthiam Hungariæ* Regem excussi judicii virum, *Fridericum* Imperatorem, quem nominâsse satis est laudâsse, & hujus filium *Maximilianum*. Quibus omnibus sæpenumerò belli domique fidelem ac præclaram navavit operam. *Nec ullus labor est principibus placuisse viris*, præsertim laudatis, & ob laudanda. Nec minus interim gratiosus apud Procerum ac populum, ob morum amabilium comitatem, ac promptam perpetuámque de omnibus benemerendi voluntatem. Cæterùm ut sunt humanarum rerum æstuariæ vices, hujus familiæ clarissimæ facultates per se quidem amplissimæ, sub majoribus vehementer decreverant, partim bellorum inundationibus, partim filiabus multis summa cum dote splendidè elocatis, quæ magnam opum partem secum in familias alienas attraxerant. Quanquam autem veræ nobilitatis minima portio est opulentia, tamen hoc quicquid est decoris, *Joannes à Paungarten* non passus est suo decedere generi: sed jacturam sub progenitoribus acceptam singulari prudentiâ, vigilantiáque ita sarsit, ita lacunas omnes explevit, ut nullum usquam restet facultatum attritarum vestigium. Nè in Principum quidem amicitiis parente fuit aut est inferior, apud quos ob raram ingenii dexteritatem ac singularem prudentiam, summa in gratia summóque in precio & fuit hactenus & est hodie, nobilibus ac popularibus tam charus ob expositam in omnes præsertim egenos liberalitatem, ut optimo jure patriæ delicium possit appellari. In expeditione *Turcarum* à *Carolo* Cæsare accitus, illi & familiaribus largiter, & consiliis fideliter, & operâ fortiter adfuit, omnium periculorum socius, paratus & vitam patriæ ac Cæsari impendere, quam ante id temporis in hoc ipsum bellum suis impendiis Cæsari misisset XX XII. cataphractos pulchrè instructos, non numerum herculè, sed viros è multis selectos, quorum plerique poterant egregios belli duces præstare. Porrò fidem, studium & operam quam præstitit *Carolo* Cæsari, eandem nunc præstat hujus germano *Ferdinando*, cui & ipsi ob raras animi dotes cum primis charus est. Habes hominis pietatem in patriam & in Principem. Nunc audi quâ pietate foveat liberos suos. Quatuor habet filios, filias totidem, omnes felici indole. Dices forsitan, felicitatem hominis mihi narras, non pietatem. Sed mane, mox audies eximiam. Tantâ solicitudine, tantâ sanctimoniâ, prudentiáq; curat omnes educandos, ut non corporum modò, verumetiam animorum parens optimo jure dici possit. Nullum omnium destinavit negotiationi, aut aliis sordidioribus artibus. Ad eruditionem, ad pietatem, ad gerenda Principum ac reip. splendida munia instituit omnes: ad quæ frequenter evadunt parum appositi, qui libris ac disciplinis insenuerunt: nam umbris assueti, nescio quo pacto stupescunt, ac veluti glaucomate oculis oborto mentis vertiginem quandam patiuntur quoties in pulverem ac solem, hoc est, ad civilia munia asciscuntur. Tenera ætas domi formatur ad omnem probitatem atque innocentiam. Adhibentur præceptores, non de trivio, sed exploratis moribus ac literaturâ non vulgari. Adolescentia prima statim ab ædibus paternis ablegatur in *Italiam* aut in *Galliam*: quo simul & linguis & moribus alienis assuescant. Hæc est ingeniorum velut insitio, quâ mitescunt ac naturam exuunt sylvestrem, si quam habent. Nihil enim ferè morosius iis, qui in patria consenuerunt,

oderunt

oderunt exteros, ac damnant quicquid à vernaculis ritibus diversum est. Quibusdam permittit, ut Principum aulas degustent sed electas. Neque enim parum interest inter aulam & aulam: tametsi in omnibus aulis ut est varia rerum experientia, ita non desunt illecebræ, quæ juventutem ad dulcia quàm ad salubria promiorem corrumpant. Verum ab his periculis nullum vitæ genus liberum est, etiam si te abdas in *Cartusiam*. Adversus has *Sirenes* non locus nos tutos reddit, sed pro auribus animus diligenter obturatus, non cerâ quemadmodum fecit *Ulysses Homericus*, sed philosophiæ præceptis. Itaque natu maximus *Joannes* parentem nomine & cognomine referens nec minùs indole, primum in *Gallia* deinde in *Italia* literis haudquaquam infeliciter institutus, nunc agit in aula D. *Mariæ*, quondam *Ungariæ* Reginæ, quâ fœmina nihil habet hæc ætas sanctius ac prudentius. Huic proximus *Georgius* Jurisprudentiæ destinatus est, qui jam & in bonis literis, & in legum sapientia supra modum ætatis promovit. Tertius *Antonius* agit *Venetiis*, velut in theatro totius *Italiæ* splendidissimo, variis linguis expeditus, & omni morum elegantiâ perpolitus ad unguem. *Daniel* natu minimus, adhuc domi fingitur ad innocentiam, mox dicendus instituto, ad quod videbitur naturâ compositus. Nimirum intelligit vir ingenii perspicacissimi, ad hominis felicitatem plurimum referre, ut in teneris annis ad hoc quisque institutum applicetur, ad quod videatur naturâ compositus. An non istuc demum est verè patrem esse? Cur enim patres appellantur, qui nihil aliud gignunt quàm corpora, ac mox natorum curam omnem abjiciunt, aut si quid curant, præter corpora nihil curant; animi, quæ præcipua pars hominis est, nulla ratio. Sed his quoque deteriores sunt, qui pueros ad honestum vitæ institutum ut à natura factos ita & animo propensos, ad illiberalia studia retrahunt. Hoc profectò non est educare liberos, sed exponere. Ac meâ quidem sententiâ sceleratius est ingenium exponere vitiis, quàm corpus incertis casibus. Sit aliqua felicitatis pars ex opulentis nasci, è claris & illustribus progigni; [summa tamen ac proinde rara felicitas est ex tali parente nasci qualem se præstat suis *Joannes Paungartnerus*. Quid ego nunc memorem, quàm piâ, quàm vigilanti solicitudine filias educet, quâ comitate regat uxorem, quâ pietate foveat optimæ matris senectutem? Dicas hominem virtuti natum, qui nusquam cessat in officio. Quid hoc viro felicius, si qua omnino in hac vita felicitas. Contigit antiqua majorum nobilitas, contigerunt opes imaginibus dignæ. Contigit uxor ex animi sententia, claris & ipsa majoribus: contigerunt liberi à parentis optimis moribus haudquaquam degenerantes. Ipse corpore felici, ætate integra virentíque, sed animo cano, tot egregiis dotibus prædito, ut in ratione beatitudinis, extremum calculum occupent opes ac generis claritudo. Arces duas possidet, alteram cognomento *Paungarten*, quam superiorum incuriâ neglectam magnificè reficit, exornátque structuris. Altera cognomento *Ernbach*, hactenus corruptè vulgo dicta *Erbach*; sita est ad *Danubium* paulo suprà *Ulmam*, loco amœnissimo, ditione satis amplâ, cui oppidum subjacet ejusdem nominis. Felix ille populus tali Domino cujus auspiciis omnia redduntur flo-

A ridiora. Tanta hominis est [illegible] tas, ut hunc velimus dicas esse [illegible] tate magnam, ex obscura [illegible] Abundat *Germania* ingeniis [illegible] sed intimam quamplurimos habet [illegible] pares. Adde his, quòd quam [illegible] magna felicitas semper obtrectatores habet, *Paungartneri* successibus applaudit invidet nemo. Tanta est ingenii suavitas,

B animi candor, tanta erga omnes bonitas comitas, ac ut *Græcè* dicam φιλοφροσύνη. Quantum bonorum in hoc uno viro natio, qui Cæsaribus in negotiis [illegible] stat fidelem juxta ac prudentem [illegible] rebus bellicis fortem ac promptum [illegible] ἀδάματον, patriæ civem pacificum ac [illegible] domui suæ commodum ac vigilatum [illegible] probitatis ac literarum amatorem [illegible] *Mæcenatem*, amicis jucundum convictorem, [illegible]

C nis liberalem nutricium, aut parentem [illegible] Felix *Germania* tali heroe. Felix ego tali [illegible] qui cum mihi sunt omnia communia. Hoc jus [illegible] extat quidem in Cæsarum legibus, sed in Cæsarum tabulis descriptum est, quo meum esse duco, quicquid est in bonis *Paungartneri*. Non quod illius fortunas velim imminuere, quod nec animus hic postulat, nec res familiaris exigit: sed ob hoc ipsum vivo tranquillius, quod existimem in meo esse mundo quicquid possit

D syncerus amicus. Proin nunquam videbor mihi inops aut destitutus, quandiu tales superstes amici, non ita multi quidem illi, sed eximii, ut horum quilibet esse possit πολλῶν ἀντάξιος. Nam sincero amico nulla possessio pretiosior. In hac vita præcipuè conquiescere, méque ipsum adversus τὰ τῶν βαρεόντων κακὰ consolari: sed quoniam in hoc seculo nihil est proprium aut perpetuum, constitutum est, juxta beati *Pauli* consilium, hanc quoque possessionem sic habere quasi non habeam.

E Volubiles sunt animi mortalium, & ut tale nihil accidat, à morte nemo tutus est. Sed absit omen sinistrum. Communi patrono Archiepiscopo *Toletano* fac me commendes, quoties incideret opportunitas. Complures sunt anni, quod me dignatus est in amicorum numerum ascribere, & tamen ut omnes uno ore prædicant, adhuc in benevolentia recens est. Bene vale. Datum apud *Frib. Brisg.* XIII. Cal. Decemb. M. D. XXXIII.

Scripsi ante paucos dies per Cæsaris oratorem

F commendatorem quendam, virum ut apparet candidum nostríque studiosum, qui multa mihi prædicabat auditu jucunda de *Tolosani* præsidis erga me perpetuo favore.

Joanni Fabro Episcopo Viennensi Erasmus Roterodamus S. D.

TAntáne celeritate istuc usque pervolitse rumorem, clarissimum virum *Thomam Morum* jure submotum à munere Cancellarii, & in ejus locum surrogatum alium nobilem, qui proceres liberos dimiserit, quos *Morus* ob contentiosa dogmata conjecerat in vincula. *Homerus* Ossam, *Vergilius* Famam toto corpore pennis ac plumis sublevant, quo declarent illa nihil esse ponderis. At mihi tarda lentáque videtur omnis alarum celeritas, si ad hujus rumoris derepente translatè divagati velocitatem conferatur. Vix fulgor

ocyus

regnis dimicat in omnem mundi partem. Quanquam autem hæc fabula constanter per omnium ora volitabat, nec ullas è *Britannia* literas recepe-
A rim (Nam *Thomæ Mori* epistola, quam nunc ad te mitto, complures menses hæserat in *Saxonia*) tamen sciebam certo certius vanissimum esse quod jactabatur. Noveram enim humanissimi Principis ingenium, quantâ constantiâ foveat amicos quos semel complecti instituit, quámque gratè submoveat quenquam à suo favore, etiam si quid erroris humani in illis deprehenderit. Rursus noveram *Thomæ Mori* syncerita-
B tem atque in rebus maximis pariter ac minimis gerendis dexteritatem, ac nusquam connivere solitam eximiæ cujusdam prudentiæ vigilantiam. Imò mihi benevolus Regis erga *Morum* animus magis ex eo liquebat, quod eum munere splendidissimo quidem illo, sed oneris ac periculi pleno, liberâsset, quàm quod tantum honoris detulerat. Quum enim illi eas elitellas detrectanti imponeret Rex, φιλόπαιγμων erat, sibi súoque regno
C consulebat: quum roganti adimeret, φιλόμωρον sese declarabat. Illic pietatis ac prudentiæ laudem omnium applausu promeruit, qui provinciam multò difficillimam ei commiserit, quo haud scio an sit alius in eo regno tanto oneri sustinendo magis idoneus: hic egregiam humanitatis laudem est assequutus, qui & de suo judicio & de publicæ utilitatis respectu nonnihil concesserit amici precibus, tale quærentis ocium, quale à suo Principe quondam impetravit *Cassiodorus*. Nec enim
D dubito quin *Morus* gravissimis adductus causis ítam missionem à Rege flagitârit. Alioqui nec ille unquam tam impudens erat futurus, ut tam citò rogaret exonerari, nec Rex tam facilis, ut ob quaslibet causationes preces illius fuerit aditurus. Non ignorabat enim totius regni statum maxima ex parte pendere ex Cancellarii integritate, doctrinâ ac prudentiâ. Neque enim hic Cancellarius dicitur, ut apud nonnullas nationes, Secretarius; sed dignitas est regiæ proxima: eóque prodeunti à dextris gestatur sceptrum aureum,
E in cujus fastigio est corona aurea Imperialis, ad lævam liber: quorum altero summa sub Rege potestas, altero legum prudentia designatur. Est enim totius *Britannicæ* ditionis supremus Judex, ac Regis consiliíque regii dexter ut ita dixerim oculus, ac dextra manus. Tam arduam functionem sapientissimus Princeps nequaquam credidisset inexplorato. Vix alius penitiùs inspexerat, aut impensiùs amabat raras ac penè divinas illius ingenii
F dotes. Quin ipse Cardinalis *Eboracensis*, vir quæcunque fuit hominis fortuna, non stupidus, quum perspiceret nullam superesse spem redituûs ad dignitatem pristinam, asseveravit, in ea Insula nullum esse tanto oneri parem præter unum *Morum*. Nec hoc erat favoris aut benevolentiæ suffragium. Cardinalis dum viveret, *Moro* parum æquus erat, eúmque metuebat veriùs quàm amabat. Nec diversum erat populi judicium. Itaque
G sicuti cum tanta totius regni gratulatione susceperit magistratum, quanta ante illum alius nemo: ita magno sapientum ac bonorum omnium mœrore deposuit. Deposuit autem omnium pulcherrimum promeritus elogium, neminem antea mortalium illud gessisse dexteriùs aut majore cum æquitate. Et scis quàm soleat esse querulum vulgus adversùs eos qui summum gerunt magistratum, præsertim primis annis: etiamsi harum rerum tibi facilè fecero fidem si summorum virorum epistolas proferam, Regi, regno, tibi atque etiam mihi gestienti cum alacritate de suscepto honore gratulantes: rursus eorundem literas deplorantes, reipublicæ talem esse subductum judicem, ac ἀνυπόστατον, ut *Homerico* verbo abutar. Neque verò dubito quin Rex insignem aliquem virum in *Mori* locum substituerit, qui mihi tamen prorsum ignotus est: verùm quod ad generis claritatem attinet, quod laudis genus *Thomæ Mori*, ut est ingenio planè philosophico, nec affectavit unquam, nec jactavit; natus est *Londini*, in qua civitate multò omnium celeberrima natum & educatum esse, apud *Anglos* nonnulla nobilitatis pars habetur: deinde ex patre neutiquam obscuro, Juris *Britannici* doctore, cui ordini apud *Anglos* summa est dignitas, & ex hoc pleraque illius insulæ nobilitas fertur originem ducere. Huic ità successit filius, ut parentem per se clarum omni genere decorum obscurârit, tametsi nemo veriùs illustrat majores suos, quàm qui ad hunc obscurat modum. Omitto nunc dignitatis titulos, quibus uterque, non exambito, nec empto favore, sed spontaneo Regis judicio decoratus est. Nisi fortè rebus in bello semel atque iterum strenuè gestis arbitramur veram parari nobilitatem: egregiis autem in Rempublicam meritis, quæ pacatis temporibus consilio præstantur potiùs, quàm armis, nihil deberi honoris. Militarem industriam quo melius habet Reipub. status hoc minus desiderat: horum verò qui doctrinâ, qui consilio, qui jurisprudentiâ excellunt, opera semper est Regibus ac regnis necessaria belli juxta ac pacis temporibus. Audimus scripturam mysticam loquentem, *Per me Reges regnant*. Atqui ea vox non est militiæ, sed sapientiæ, quæ præstat nè bellum oriatur, & si vitari non queat, efficit ut quàm minimo Reipub. malo geratur. Felicius autem est effugere bellum quàm fortiter gerere. Pax autem non potest esse diutina, aut si est, gignit corruptos hominum mores, nisi prudentium virorum consiliis gubernetur. Si *Torquatus* illustris factus est, quòd hosti *Gallo* torquem detraxit, clarus non erit, qui compluribus annis æquum Judicem, fidelem consiliarium, præstitit patriæ? At multò secus visum est priscis Imperatoribus, qui assessoribus suis, legum prudentiâ claris summos honores detulerunt. Quin & Grammaticis, Dialecticis, ac Juris professoribus qui per annos viginti specimen eruditionis ac probitatis dedissent, eadem dignitatis insignia decreverunt quibus ornabantur vicarii. Vicariorum autem dignitas æquabat comitum ac ducum dignitatem. Testatur hoc *Codicis* liber duodecimus, titulo *De Professoribus*. At hodie non agnoscuntur pro nobilibus quibus non nativitas sed Princeps donat insignia. Non improbarem si dicant, vendit: cæterùm quum Principis autoritate bene meritis de Republica decernitur honos, meo judicio gemina est nobilitas, quum ad virtutem omnis veræ nobilitatis parentem accedit Principis autoritas: si requiritur antiquitas, magnificentius est nobilitatem promeruisse, quàm à majoribus accepisse. Verùm hanc laudem scio apud *Morum* esse levissimi momenti, qui mavult posteris suis pietatis amorem, quàm insignium honorem relinquere. Porrò, quod jactant de carceribus an verum sit nescio.

neſcio. Illud conſtat, virum naturâ mitiſſimum nulli fuiſſe moleſtum, qui monitus voluerit à ſectarum contagio reſipiſcere. An iſti poſtulant, ut ſummus tanti regni Judex nullos habeat carceres? Odit ille ſeditioſa dogmata, quibus nunc miſerè concutitur orbis. Hoc ille non diſſimulat, nec cupit eſſe clàm, ſic addictus pietati, ut ſi in alterutram partem aliquantulum inclinet momentum, ſuperſtitioni quàm impietati vicinior eſſe videatur. Illud tamen eximiæ cujuſdam clementiæ ſatis magnum eſt argumentum, quod ſub illo Cancellario nullus ob improbata dogmata capitis pœnam dedit, quum in utraque *Germania*, *Galliá*que tam multi ſint affecti ſupplicio. An non clementer odit impios, qui quum habeat jus occidendi, ita ſtudet mederi vitiis, ut homines ipſi ſint incolumes? Num illud poſtulant, ut Regis vices gerens adverſus Regis & Epiſcoporum ſententiam faveat ſeditioſæ novitati? Fingamus illum non prorſus abhorruiſſe à novis dogmatibus quod longè ſecus eſt: tamen aut munus quod ſuſceperat erat deponendum, aut diſſimulandus ille favor. Poſtremò, ut omittamus hìc contentionem de dogmatibus, quis neſcit, quàm multi leves ac ſeditioſi ſub hac umbra parati ſint ad omnium ſcelerum licentiam, niſi gliſcentem temeritatem cohibeat magiſtratuum ſeveritas? Et indignantur hoc à ſummo regni Judice factum in *Anglia*, quod in civitatibus quæ religionem innovârunt, interdum facere cogitur ſenatus? Quod ni factum eſſet, jamdudum pſeudoevangelici, in cellas & in ſcrinia divitum irrupiſſent, & papiſta fuiſſet quiſquis haberet aliquid. At plurimorum tanta eſt audacia, tam effrenis malitia, ut ipſi quoque qui novorum dogmatum ſunt autores ac propugnatores, acriter in iſtos ſtringant calamum. Et ſupremum *Angliæ* Judicem volebant connivere, donec impunè talis colluvies inundaret in regnum, & opibus & ingeniis, & religione cum primis florens. Fieri poteſt ut verum ſit & illud, in gratiam novi Cancellarii quoſdam dimiſſos è carceribus, vel innoxios, vel ob leviora crimina vinctos, quod ad conciliandum multitudinis favorem, in primo Regum adventu fieri ſolet. Idem opinor factum & *Moro* ſuſcipiente magiſtratum. Sed quid agunt iſti *Triptolemi*, qui tales ſerunt fabulas? An ut perſuadeant, ſectis ac ſectarum fautoribus præſidium eſſe paratum apud *Anglos*? Atqui ex multorum haudquaquam levium virorum ad me literis liquet, Regem aliquanto minus æquum eſſe novis dogmatibus, quàm Epiſcopos aut ſacerdotes. Nemo pius non optat eccleſiæ mores emendatos: at nemo prudens exiſtimat recipiendam rerum omnium confuſionem. Quum accepiſſem *Thomam Morum* ad ſummam evectum dignitatem, quoniam mihi videbar ingenium illius ex diutina conſuetudine aliqua ex parte perſpectum habere, ſcripſi me publicè Regi regnóque gratulari, privatim ipſi nequaquam. Nunc autem ex animo gratulor, cui cum ſumma Principis gratia, cum totius gentis honorificentiſſimo teſtimonio maturè contigerit à negotiorum civilium labyrinthis explicari, quod nec *Scipioni Africano*, nec Magno *Pompeio*, nec *M. Tullio* datum eſt. Optavit *Octavius Auguſtus* imperii ſarcinam deponere, non licuit. Nunc integra etiamnum ætate *Thomas Morus* hoc vitæ genus adeptus eſt cum dignitate, ad quod ab adoleſcentia ſemper [illegible] penſus, ut cum ſuis, eſt enim [illegible] quis alius, liberè ſalubribus ſtudiis ac [illegible] caret. Extruxit ad flumen *Thamyſin* haud [illegible] ab urbe *Londino*, prætorium nec ſordidum, nec ad invidiam uſque magnificum, commodum ac amen: illic agit cum intimo ſodalitio, [illegible] lio & nuru, tribus filiabus & totidem gen[illegible] cum nepotibus jam undecim. Vidit ſaverne *Jo[illegible]ſto* natos natorum, viſurus & qui na[illegible] illis. Quum enim nemo ſit inter illos [illegible] rente ætate, probabile eſt numeroſam ſobolem proventuram. Quin ipſe quoque poſſit [illegible] eſſe multorum liberorum parens, niſi mox jampridem per ætatem parere deſiiſſet, quum unicam vidnam, nec ex hac ullos ſuſtulit liberos. Num quos habet, ex priore ſuſcepit, quam etiamnum puellam amiſit cum aliquot liberis. Hanc tamen licèt ſterilem, licèt ætate provectam, non aliter amat fovétque, quàm ſi puella eſſet annorum quindecim. Vix alius vivit liberorum amantior, neq; ille neſcit diſcrimen inter anum & puellam: ſed ea eſt ingenii commoditas, imò, ut melius dicam, ea eſt pietas ac prudentia, ut quicquid obvenerit quod corrigi non poſſit, ſic adamet, quaſi nihil felicius potuiſſet obtingere. Dicat apud illum eſſe alteram *Platonis* academiam: ſed commeliam facio domui illius quum eam *Platonis* academiæ confero, in qua diſputabatur de numeris ac figuris geometricis, interdum de virtutibus moralibus: hanc domum rectiùs dixeris ſcholam ac gymnaſium *Chriſtianæ* religionis. Nullus ac nulla illic eſt, non vacans liberalibus diſciplinis frugiferæque lectioni, tametſi præcipua primaque pietatis cura eſt. Nulla illic rixa, nullum petulantius verbum auditur, nemo conſpicitur otioſus. Ac tantam familiæ diſciplinam vir ille non ſpecie cilio jurgiiſve tuetur, ſed comitate ac benevolentia. In officio ſunt omnes, ſed adeſt alacritas, nec deeſt ſobria hilaritas. In templo vici exmunt ſibi ſuiſque commune ſepulcrum, in quod tranſlatæ oſſa prioris uxoris, uſque adeo illi non placet illum divortium: paries habet tabulam teſtem fortunæ atque inſtituti illius, quam famulus meus ad verbum deſcripſit. Exemplar cum his literis accipies. Video me fuiſſe loquaciorem, ſed fabulari juvat de amico apud amicum. Quòd aſſidue concionando ad populum agis verum Epiſcopum, bonis omnibus vehementer placet. Iſtud exemplum utinam multos excitet imitatores. Quæ ſcribis de Regis *Ferdinandi* negotiis mihi fuere gratiſſima: ex his proœmiis bonam in ſpem veni, fore ut optimi ſanctiſſimíque Principis virtutibus aliquando fortuna reſpondeat. Vale.

Thomas Morus Eraſmo Roterodamo S. D

QUam rem ad hunc uſque diem à puero pene [illegible] ſemper optavi, *Deſideri* dulciſſime, ut quod tibi perpetuò contigiſſe gaudeo, idem aliquando gauderem contigiſſe mihi, nempe ut, publicarum rerum negotiis liberatus, aliquid olim temporis vivere Deo duntaxat ac mihimetipſi poſſem: id nunc tandem, *Eraſme*, Dei opt. max. benignitate ac Principis indulgentiſſimi beneficio conſecutus ſum. Cæterùm non ita tamen ſum conſequutus, ut volui. Fuerat enim in votis ut ultimum illum vitæ colophonem, quicquid annorum fuerat

famum habiturus, infractum, vegetúmque morbo saltem & cruciatu liberum (quoad per ætatem liceret) obineretem. Nunc verò an ejus voti, nimium fortassis improbi, compos aliquando sim futurus, Deo in manu est. Sed interim pectus mihi occupavit nescio quid morbi: cujus non tam sensu & dolore crucior, quàm eventus metu, ac timore solicitor. Nam quum aliquot menses eodem tenore semper infestaret, consulti medici responderunt, moram longam in morbis esse periculosam, & curam hujus agebant celerem esse non posse, tempore sensim, victu, pharmacis, quiete medicandum: neque finem medendi præfiniebant, neque salutem satis certam pollicebantur tamen. Hæc ego igitur mecum versans animo, quum aut deponendum mihi magistratum viderem, aut operam meam in eo gerendo claudicaturam, quando negotia quæ res poscebat obiri per me non possent, nisi mortem ipse obire periclitarer, quâ si defungerer, vel sic omninò cum vita simul relinquendum fuit officium, decreri mecum tandem altero potiùs quàm utroque carere. Quamobrem ut & publicis rebus pararet & meæ saluti consulerem, à clarissimi Principis & optimi benignitate supplex impetravi, ut magistratu isto quo me (quod tute scis) regni totius ampliſſimo incredibilis ejus in me favor tam longè supra meritum quàm supra spem ac votum omne meum honoraverat, nunc sub ejus pondere fatiscentem dignaretur ejus pietas exonerare. Superos igitur universos precor ut & istos indulgentissimos in me clarissimi Regis adfectus Deus, qui solus potest, dignâ repensetgratiâ: & mihi quicquid temporis reliquum daturus est, nè per ætas atque ignavum transigatur ocium, non eam modò mentem donet ut bonas horas bene collocare velim, sed eam etiam corporis addat firmitatem, quâ possem. Nam (quæ mea socordia est) infirmâ valetudine nihil omnino possum: Neque enim mi *Erasme* omnes sumus *Erasmi*, quod mortalium omnium uni propemodum tibi propitius donavit Deus, id nos conveniat omnes expectare. Quis enim præter te alius id polliceri audeat quod tu præstas? qui præter ætatis ingravescentis incommoda, sic assiduis affectus morbis ut fatigare atque obruere juvenem valentem queant, quotannis tamen totius temporis tui rationem, tanquam nihil inde neque annigraves, neque adversa valetudo surriperet, editis libris optimis orbi toti nunquàm cessas reddere. Quæ res una quum reputantibus universis miraculi vicem habeat, ad stuporem tamen usque miraculum geminat, quod nihil te deterrent à scribendo (qui vel herculeum pectus oppressuri viderentur) tot undique in te surgentes vitilitigatores tui: quales tibi multos indies exuscitat incomparabilis istius ingenii tui atque eruditionis, ingenium etiam tale superantis invidia: ad quas naturæ atque industriæ tuæ virtutes quum facilè se intelligant nunquam posse conscendere, & ferre tamen per animi tumorem, quo pene dirumpuntur, nequeant ut infra tam longè subsidant, machinantur inter se nimirum, ac pro sua quisque virili volunt, si quà possint efficere ut tua gloria ad ingloriam ipsorum vilitatem queat assiduâ detractatione deduci. Sed dum saxum hoc *Sisyphum* jam tot annos volvunt, quid aliud interim tandem tam irritus quàm improbus labor effecit, quàm ut saxum semper in ipsorum caput recideret, tu semper altior & sublimior evaderes? Nam si quid interdum aliquos, qui neque mali sunt, nec indocti, commoveat, in quo fortasse tractando aliter abs te temperatum stilo voluissent, quid magnæ rei est? quum id non modò nulli unquam scriptori non acciderit, sed nec ipsi quidem dum notarent tua, sic potuerint tamen temperare sibi, ut non idem vitii & illustrius quàm ut ex ipsorum honore sit, & frequentius quàm pro libelli cujusque modo contigerit. Quâ in re tanto difficiliùs veniam merentur illi, quod ignorare non possunt, quàm ingenuè fateris ipse quædam te tractâsse sic, priusquam hæreses istæ pestilentes orirentur, quæ jam passim grassantes pessundant omnia, ut si divinare potuisses tales religionis hostes, ac proditores aliquando proditurosesse, mitiùs ac dilutiùs eadem fueris propositurus: quæ ut tum proponeres fortiùs, diversa quorundam vitia, quæ pro virtutibus amplectebantur, extimulabant. Quem animum qui velit tibi vitio vertere, is haud dubiè sudabit satis, priusquam satis inveniat, quâ ratione possit sanctissimum quemq; ex antiquis ecclesiæ doctoribus excusare: quos ego certè non dubito si nostrum hoc seculum sic vidissent, ut viderunt suum, nonnulla suis quemque temporibus fuisse & cautiùs & explanatiùs enarraturos: quod quia non fecerunt, propterea quòd dum præsentibus medebantur malis futura non veniebant in mentem; idem nimirum illis accidit, quid isti nunc calumniantur in te; nempe ut posteà sucrescentes hæretici quædam sese jactent ab illorum scriptis hausisse: quæ res tibi non cum sanctissimis solùm patribus illis, & orthodoxæ fidei vetustissimis præfidibus; sed cum ipsis etiam Apostolis & Evangelistis est, atque ipso etiam Servatore nostro communis: ut ex quorum verbis maximè, imò propemodum solis hæretici omnes dogmata sua falsissima conantur stabilire. Macte igitur, mi *Erasme*, virtutibus istis tuis, & tantum, si quid interdum boni cujusquam viri anxiam solicitudinem, vel absque satis grandi causâ commoveat, nè te pigeat tamen ad pios eorum affectus quædam attemperare: alioquin neglectis malevolorum latratibus, perge placidus juvandis studiis & promovendis virtutibus nihil remoratus insistere. De illo quem mihi literarum gratiâ non etiam religionis commendaveras, per quàm circumspectè sanè ac civiliter, per amicos quosdam admonitus sum, ut caveam nè mihi sublinatur os: id profectò quo ad fieri per me poterit, curabitur. Neque enim nescio quantum sit periculi, novas istas errorum sectas admittere, quæ tametsi sedulò semper hactenus apud nos & Præsulum curâ & Principis auctoritate cohibeantur, mirum tamen quibus primùm technis irrepere, deinde quanta cum pervicacia nituntur irrumpere: neque cessant unus & alter è nostris, malè vertendo scripturas & deteriùs interpretando, omne genus hæreseos è *Belgica* (quo se velut in portum aliquem receperunt) in hoc regnum libris nostro sermone conscriptis mittere. Quorum ipsi sic plerisque respondimus, ut non valde cuiquam metuam, qui utrumque perlegerit: nisi quòd quidam & nova per levitatem & pernicioſa per malitiam ita libenter & cum favore perlegũt, ut non ideo assentiant, quia vera credant esse quæ legunt, sed quia cupiant. Sed isti hominum

generi,

generi, quibus malos eſſe libido eſt, nullâ unquam ratione ſatisfeceris. Mihi ſtudio eſt pro mea virili iis præſidio eſſe, qui non ſuâ ſponte deſciſcunt à vero, ſed verſutorum hominum fallaciis abducuntur. Vale, doctiſſime *Eraſme*, ac de bonis ſtudiis optimè merite. Ex ædibus noſtris *Chelcheicis*. Anno Domini M. D. XXXII. decimo quarto menſis Junii.

Tabula affixa ad ſepulchrum Thomæ Mori.

THomas *Morus* urbe *Londinenſi*, familiâ non celebri ſed honeſtâ natus, in literis utcunque verſatus, quum & cauſas aliquot annos juvenis egiſſet in foro, & in urbe ſua pro *Shyreno* jus dixiſſet, ab invictiſs. Rege *Henrico* octavo (cui uni Regum omnium gloria prius inaudita contigit, ut *fidei defenſor*, qualem & gladio ſe & calamo verè præſtitit, meritò vocaretur) adſcitus in aulam eſt, delectúsque in conſilium, & creatus eques, proquæſtor primùm, poſt Cancellarius *Lancaſtriæ*, tandem *Angliæ* miro Principis favore factus eſt. Sed interim in publico regni ſenatu lectus eſt orator populi: præterea legatus Regis nonnunquam fuit, aliàs alibi: poſtremò verò *Cameraci* comes & collega junctus Principi legationis *Cuthberto Tonſtallo*, tum *Londinenſi* mox *Dunelmenſi* Epiſcopo, quo viro vix habet orbis hodie quicquam eruditius, prudentius, melius. Ibi inter ſummos orbis *Chriſtiani* monarchas rurſus refecta fœdera, redditámque mundo diu deſideratam pacem, & lætiſſimus vidit, & legatus interfuit:

Quam ſuperi pacem firment faxintque perennem.

In hoc officiorum vel honorum curſu quum ita verſaretur, ut neq; Princeps optimus operam ejus improbaret, neque Nobilibus eſſet inviſus, nec injucundus populo, furibus autem, homicidis, hæreticísque moleſtus, pater ejus tandem *Joannes Morus* eques, & in eum Judicum ordinem à Principe cooptatus qui regius conſeſſus vocatur, homo civilis, ſuavis, innocens, mitis, miſericors, æquus & integer, annis quidem gravis, ſed corpore pluſquam pro ætate vivido, poſtquam eò productam ſibi vitam vidit, ut filium videret *Angliæ* Cancellarium, ſatis in terra jam ſe moratum ratus, libens emigravit in cœlum. At filius defuncto patre, cui quàm diu ſupererat comparatus, & juvenis vocari conſueverat, & ipſi quoque ſibi videbatur, amiſſum jam patrem requirens, & editos ex ſe liberos quatuor ac nepotes undecim reſpiciens, apud animum ſuum cœpit perſeneſcere. Auxit hunc affectum animi ſubſecuta ſtatim velut adpetentis ſenii ſignum pectoris valetudo deterior. Itaque mortalium harum rerum ſatur, quam rem à puero penè ſemper optaverat, ut ultimos aliquot vitæ ſuæ annos obtineret liberos, quibus hujus vitæ negotiis paulatim ſe ſubducens futuræ poſſet immortalitatem meditari, eam rem tandem (ſi cœptis annuat Deus) indulgentiſſimi Principis incomparabili beneficio reſignatis honoribus impetravit: atque hoc ſepulchrum ſibi, quod mortis eum nunquam ceſſantis adrepere quotidie commoneſaceret, tranſlatis huc prioris uxoris oſſibus, extruendum curavit. Quod nè ſuperſtes fruſtra ſibi fecerit, néve ingruentem trepidus mortem horreat, ſed deſiderio *Chriſti* libens oppetat, mortémque ut ſibi non omninò mortem ſed jamnam licioris inveniat, precibus cum pi optime, ſpirantem precor defunctum ſequere.

Epitaphium imibi fixum.

Chara Thomæ *jacet hic* Joanna *uxorcula* *Qui tumulum* Aliciæ *hunc deſtino, quo* *Una mihi dedit hoc conjuncta, virentibus annis,*
Me vocet ut puer & trina puella patrem.
Altera privignis (quæ gloria rara noverca eſt)
Tam pia quàm gnatis vix fuit ulla ſuis.
Altera ſic mecum vixit, ſic altera vivit,
Charior incertum eſt hæc ſit, an hæc fuerit.
O ſimul ô junctis poteramus vivere nutu
Quàm bene, ſi fatum religióque ſinant!
At ſocient tumulus, ſocient nos obſecro cœlum,
Sic mors, non potuit quod dare vita, dabit.

Epitaphii finis.

Thomas Morus Eraſmo Ro. S. D.

BInas abs te literas accepi, alteras *Fridovi* datas V II. Februarii proximi, alteras hic *Quirinus* attulit, qui præter literas impartivit alia, quæ in regionibus iſtis acta digna cognitu ſunt, quæ quod me ſcire voluiſti, magnas tibi gratias ago. De rebus tuis omnia potes è *Quirino* cognoſcere, qui mihi videtur & probus eſſe & diligens. Gaudeo tuâ causâ, &, quoniam te amo, etiam meâ, præſentem *Cantuariæ* Præſulem non minorem erga te amorem præ ſe ferre, quàm præſtitit olim *Uvaramus*, quo non alius vixit tui amantior: qui ſi viſus eſt in fine ad dandum ſegnior, ipſa res indicat impares facultates non impetum animum fuiſſe in cauſa, nam mortuus eſt ſupra quàm quiſquam credat pauper, niſi quòd non debuit unde diſſolverentur debita: neque ita multum debuit, ſed poſt impenſa juſta funeri, non admodum multum ſuperfuit. *Dunelmenſis* haud dubiè vehementer exhaurit hoc bellum, aut incurſiones potiùs quæ ſunt habitæ nobis cum *Scotis*: nam ejus ditio *Scotis* eſt conterminа, tam procul à nobis, ut ego tam rarò ferè ab illo jam audiam quàm abs te. Rumor hic erat *N.* hic fuiſſe cum *Melanchthone* unà ſervatum per noſcio quos diu clanculum, poſt furtim diſceſſiſſe: ſed is rumor paulatim evanuit, & res reperta eſt falſiſſima. Rex videtur adverſus hæreticos acriùs quàm Epiſcopi ipſi. *Tyndalus* hæreticus noſter, qui & nuſquam & ubique exulat, ſcripſit hic nuper *Melanchthonem* eſſe apud Regem *Galliæ*: ſemel collocutum cum eo, qui illum vidiſſet exeuntem *Pariſiis*, comitatu C L. equorum: addebat ſe timere *Tyndalus*, nè ſi *Gallia* per illum reciperet verbum Dei, confirmaretur in fide Euchariſtiæ contra *Vicleficam* ſectam. Quàm ſollicitè iſti tractant hoc negotium, tanquam illis delegaſſet Deus inſtituendum & rudimentis fidei imbuendum orbem? Quòd in epiſtola priore ſcribis, dubitâſſe te epiſtolam meam edere, quum tamen eſſent cauſæ cur editam cuperes, non eſt, mi *Eraſme*, quod dubites: locutulei quidam apud nos ſpargere cœperant, me, quanquam diſſimularem, invitum tamen eſſe magiſtratu abdicatum. At ego quum ſepulchrum mihi faciendum curaſſem, non dubitavi rem, ut erat, Epitaphio teſtari, ut contra ſi quis poſſet redargueret. Hoc illi

finxi

ut describerant, quum velut matrem non
videar, ut gloriosulum incessebant. Sed ego hoc
cauebam, quàm ut alterum illud persuaderi fine-
rem: non meâ certè causâ, cui quid dicant homi-
nes quòd probet Deus, non multum pensi habeo:
sed quoniam in fidei causâ libellos aliquos adver-
sus quosdam nostros contentiosorum dogmatum
propugnatores linguâ nostrate scripseram, arbi-
trabar oportere me integritatem nominis mei
defendere: &, nè nescias quàm gloriosè scripse-
rint, Epitaphium meum accipies: in quo vi-
debis quâ conscientiæ fiduciâ nihil illis blandior,
quo minus de me prædicent quod libet. Expe-
ctavi jam syndici tempus à gesto ac depositio ma-
gistratu, nec adhuc quisquam prodiit qui de mea
integritate quereretur. Aut tam innocens fui,
aut tam cautus saltem, ut æmulis meis necesse
sit, si me altero nolint, altero saltem sinant glo-
riari. Sed de hoc negotio Rex ipse quum aliàs,
tum privatim sæpe, tum bis publicè pronuncia-
vit. Nam supra quàm meus pudor pati potest ut
recenseam, per os Ducis illustrissimi, Ducis, in-
quam, *Norfolchiæ*, magni thesaurarii *Angliæ*, quum
successor meus homo inprimis egregius collocа-
retur in loco, honorificè jussit de me testatum
reddere, quòd ægrè ad preces meas me dimise-
rit: nec eo singularis erga me bonitas Regis
contenta, revocari fecit idem denuo multo post
in sua præsentia in solenni conventu magnatum
ac populi, per os successoris mei, in oratione,
quam ex more primam habuit in senatu, quem
senatum (ut scis) nos Parliamentum vocamus.
Igitur si tibi ita videbitur, nihil est quod dubites,
quo minus edas epistolam. Quod in Epitaphio
profiteor hæreticis me fuisse molestum, hoc am-
biosè feci. Nam omnino sic illud hominum
genus odi, ut illis ni resipiscant tam invisus esse
velim quàm cui maximè, quippe quos indies magis
ac magis experior tales, ut mundo ab illis vehe-
menter metuam. Illi de quo scribis (obsequar tuo
consilio) nihil omnino rescribam, quanquam lon-
gam epistolam jamdiu paratam habeam; nec ob
id contineo, quòd quicquam pensi habeam quid
ille, aut omnes ejus complices vel sentiant vel
scribant de me, sed quòd nolim onerare me ne-
cessitate rescribendi externis, quum curâ pro-
piore tangar respondendi domesticis. Tu, mi
Erasme, feliciter diu vale, felicissimè semper. E
rure nostro *Chelseico*.

A optare quidem potestam, quàm natura ipsa sponte
præstas. Fuit aliquoties animum admonere te
quiddam, sed quotiens videbamur illiberalius hac-
tenus visum est dissimulare. Nunc verò quoniam
indies crescit hominum impudentia, cogor ad-
monere præcipuos amicos, ne sibi diuiis patiantur
imponi. Scis hoc sæculo per omnes terras volitare
παράσιτας quosdam, nè dicam *γάστορας*, leberide tu-
diores, sed quibus nihil dulcius ocio & cibo alieno.
B Hanc si superis placet appellare libertatem. Ex
horum numero sunt qui novum commenti au-
cupium, vel ex scriptis meis, vel ex aliorum ser-
mone perdiscunt, quos, quibus locis habeam ami-
cos non frigidos. Per hos obambulant, jactantes
se famulos ac discipulos *Erasmi*, atque adeò si
divis placet, acerrimos mei nominis defensores,
paratos pro *Erasmo* non tantùm *μαχαίρᾳ*, ve-
rumetiam *ἀνδρασιν*. Affingunt de me quæ cre-
dunt fore jucunda amicorum auribus. *Erasmum*
C panceraticè valere, cudere divinas lucubrationes.
Quid multis? planè triumphare. Interim suavi-
ter accipiuntur aliquot diebus, interdum & mensi-
bus, nec absque viatico dimittuntur. Quotquot
enim hujus artificii sunt, quocunque veniunt, ve-
niunt à latronibus spoliati. Sed facetius est,
quòd nonnulli quæstum hunc venantur ab iis
quos existimant *Erasmo* malè velle. Apud quos
mira narrant, alii *Erasmum* equo delapsum fre-
gisse cervicem, alii decumbere morbo immedi-
D cabili, alii sepultum esse: ac, nè quis dubitet,
addunt locum, annum, mensem, diem & horam;
postremò, seipsos adfuisse sepulturæ, ac tumulum
calcâsse pede. Nec defuerunt qui spargerent, *Era-
smum* unà cum *Oecolampadio*, exsum virgis ejec-
tum *Basileâ*. Et his histrionibus à suo applaudi-
tur theatro. Quumque toties res ipsa vanitatem
illorum redarguerit, tamen non pudet subinde
similia confingere. Oportet enim insigniter per-
fricuisse frontem, qui tales agunt fabulas. At
E periculum est, nè per hos fiat, ut nè tum quidem
credar vitâ defunctus, quum revera diem obiero
supremum, qui profectò longiùs abesse non po-
test, tum seni, tum valetudinario, tum tot la-
boribus ac molestiis exercito. Verùm horum me
miseret, quibus nihil aliud precor quàm mentem
meliorem dari. Ad Encomiastas meos redeo,
quorum technæ dissimulari poterant, nisi quidam
nimis impudenter emungerent amicos, summas
non mediocres à divitibus ac Principibus extor-
F quentes, ut per illos obstrictus fiam, cogárque
gratias agere eorum nomine, quos aut non novi,
aut tales novi, ut nullâ re bonâ dignos existimem.
Ante annos jam fermè decem *Basileæ* juvenis quí-
dam in pugna deprehensus, quia ad inclamatam
pacem gladium noluerit recondere, quod ibi cri-
men est tantùm non capitale, conjectus erat in
carcerem, mihi nè de facie quidem notus. Suspicor
aliquando fuisse ex operis typographicis. Ab ami-
cis perpulsus sum, ut per Regis *Angliæ* legatum,
G qui tum fortè aderat, virum eximiè candidum,
impetrarem illi veniam. Pridie orator honoris
gratiâ nos invisérat, quòd accepisset me super oc-
cupationes non satis firmâ esse valetudine. Et ta-
men apud me tantum valuit quorundam efflagi-
tatio, ut ob nihili nugonem prodirem ad legatum
regium, ipse legatus perditi nebulonis. Vesperi
conveni legatum occupatissimum, exposui rem
paucis, postridie liberatus est ille bellator. Hoc

Erasm. Roter. Justo Decio Regis Poloniæ Secretario S. D.

Am olim sum tibi multis obstrictus nominibus,
Juste charissime, sed tu indies accumulandis
officiis me tibi reddis devinctiorem: in quibus
illud scito mihi summopere gratum esse, quod
me de iis quæ in *Polonia* publicè privatímque ge-
runtur tam accuratè facis certiorem, quódque tuâ
curâ & amicorum ad me, & meæ ad amicos lite-
ræ tutò perveniunt, quum simus tam vasto terra-
rum spacio disjuncti. Gravem hoc biennio ami-
corum jacturam passi sumus, præcipuè *Guilhel-
mi Uvarami* Archiepiscopi *Cantuariensis*, qui
mihi unus multorum instar erat. Quo videlicet
avidiùs fruimur iis qui scripserunt. Adnitendum
etiam ut hanc jacturam veterem, accessione novo-
rum sarciamus. Quam ad rem magis idoneum nè

beneficium mihi magno æstimavit senatus, eoq; ætúsque sum illi pro eo gratias accuratè agere. Expectas hic ut dimissus ille mihi gratias egerit? Eodem die quo fuerat dimissus, in ædibus typographi vino illius turpulentus, linguâ sic debacchatus est in *Erasmum*, ut nudato gladio minitaretur necem si adessem. Postridie rogatus an illa dixisset ex animo, excusavit ebrietatem; effecit apologia apud hoc tribunal. Hunc ut suspicor stomachum conceperat in me, quod illi viderer parum favere Evangelio, quod tum illi haud scio ubi sepultum resoderant. Hæc tum temporis me clam omnia. Discessit ille me insalutato, pervenit *Constantiam*; Illic apud *Betzemum* amicum unicè candidum, jactavit se famulum meum, & à me summa cum gratia dimissum profectsi nescio quò. Acceptus est aliquot dierum hebdomadas humanissimè, nec absque xenio dimissus. Id post casu ex *Betzemi* narratione cognovi. Nec dubito, quin similia designârit apud alios, præsertim apud *Melanchthonem*, qui eum noverat mihi amicitiam esse non vulgarem, satis adhuc gratioso apud magnates, qui tum *Lutheranos* favebant instituto. Alterum scio tibi notum esse, frequenter enim adiit *Poloniam*: Istic apud potentes ac liberales παρεγορικῶς prædicabat se famulum *Erasmi*, ab eo missum ut omnes salutaret amicos, quum *Basileæ* vix mihi de facie notus esset, adeóque me venerabatur ut nunquam obvio dignatus sit aperire caput. Hac tamen arte corrasit aureos non paucos, ut jam in ocio degat μάλα ἐυαγγελικῶς, mihi nihilo æquior, quàm si à me spoliatus esset suis facultatibus. Alius quidam adiit me, nunquam antea visum, nec visus ipse. Redibat *Româ*, repetens *Brugas*, ubi vixerat. Nec dissimulabat se fuisse *Franciscanum*, quum id non percontarer. Quum viderem malè cultum, rogabam unde suppeteret viaticum. Ait ingenuè, mendicato vivere sese. Quum vix crederem esse tantam hominum liberalitatem, addebat, sese in *Germania* simulâsse *Erasmum* esse sibi dominum. Demiranti meum nomen tam esse gratiosum apud *Germanos*, respondit, omnes libenter dedisse famulo *Erasmi*, præter duos sacerdotes in oppido *Loffenburg*, qui dedere quidem, sed obmurmurantes quòd *Erasmi* faceret mentionem. Ibi certè sanctius illi fuit nomen *Erasmi* quàm *Francisci*. Quid ipse fecerim rogas? Quid aliud? Risi simplicem hominis impudentiam, & pro honore mihi habito, dedi nummos aliquot in viaticum. Quidam habent orationem meditatam, quam edidicerunt; eâ verbulis aliquot immutatis utuntur apud multos. Si non recipiuntur ad colloquium, mittunt scriptum. Rogati unde & quò, aliis alia respondent, utcunque commodum est ad extorquendum aliquid. Nonnulli, quoniam metuunt nè à famulis submoveantur à congressu, nisi ab amicis adferant literas, mentiuntur se habere, sed ejus esse generis, ut de manu in manum sint reddendæ. Ubi data est alloquendi copia, summa orationis hæc est, cupiunt saltem consilio adjuvari. Ad quid? Ut absolvam profectionem meam. Quid obstat? Deest viaticum. Quæ necessitas adegit ad istam legationem? Ut viderem doctos, & te in primis. Quo consilio putas parandum viaticum? Si tu dederis. Expeditum consilium! At istuc est auxilium petere, non consilium. Alii respondent, se quærere conditionem. Quam vis famulari cupiam, non in [illegible] rum officinis operari? Nonnunquam [illegible] tur? Copio vacare literis. Quibus? [illegible] enim fateri, se novarum dogmatum [illegible] ri. Sed ad studia suppetit viaticum? [illegible] Quid igitur spei? Si quis suppeditet [illegible] suave! Ab ignotis atque etiam diversis [illegible] hominibus postulant, ut in ocio vivant [illegible] tu sanóque commodo. Hæc scio tibi [illegible] nugásque, sed hæc nugæ seriò docent. Si [illegible] tus perpenderent quàm non expedit [illegible] ocio assuescere, ac mundum paulatim [illegible] rioris & ignavis erroribus, maturè [illegible] currere periculo. Jam eadem discunt [illegible] umbrâ scholæ mendicantes, per alios [illegible] tes. Si invitentur ut inserviant alicui, [illegible] discant scribere quo lucretur aliquid, [illegible] dulce est illud miserum ac sordidum [illegible] porrò fiet de talibus posteaquam [illegible] Nesciunt literas, oderunt religionem, nihil [illegible] didicerunt. Quid nisi ut procurator [illegible] sub militiæ titulo discant latrocinium, [illegible] gignit ingenia neutiquam infelicia, si [illegible] teneris annis recta institutio. Sed his [illegible] qui quum & ætate sint provecti, & literis [illegible] & sacris sint onusti, tamen ocioso [illegible] specie, impudenter abutentes non meo [illegible] sed magnorum Regum ac Principum [illegible] nulli prorsus inserviant, nisi *Cereri* & [illegible] *Methe*, non aliter quàm gulæ ventrique [illegible] Horum stratagemata nunc non refero. [illegible] ἰδιαῖς ἀγκῶν. Tantùm admoneo, ut & ipse à talibus caveas, & amicos ut caveant admoneas. Quomodo cavebo inquies? Si nihil illorum fabulis credas, nisi literas à nobis ipsorum manu notatas, in quibus nominis tui [illegible] dentur. Dicent se incurrisse in latrones, omnibus exutos bonis, ademptis etiam epistolis: nisi credere. Fucum tu pro tua prudentia vel ex ipso vultu deprehendes. Quanquam ne epistolis quidem facilè fidem habeas. *Senis* discipulum [illegible] Archiepiscopum titulo S. *Andreæ*, [illegible] *tiæ* Regis nothum, dexterrimo ingenio juvenem, probæque indolis. Is in marginibus codicis quem nunquam viderat sic effinxerat manum meam, ut mihi planè fuerit impositurus, ni certò sciem eum codicem nunquam à me lectum aut visum. Urgebat ille, dicens me fuisse oblitum, aliquando, inquit, hæc manus tua? Agnosco inquam manum, sed librum nec hunc nec huic similem unquam ante hac vidi. Tandem ridens, fassus est artificium. Addam his unam historiolam, nec te plurima cerabo. *Christophorus Longolius*, vir in literis magnus futurus maximus, si fata dedissent longiorem vitam, ante annos fermè duodecim nos *Lovanii* liquit, repetiturus *Italiam*. Post unum atque alterum convivium petiit solitarium colloquium. Dictum est. Rogavit ecquem nôssem *Sylvium*? Respondi me legisse carmina cujusdam [illegible] *ni*. Movit caput; præcerea *Franciscum Sylvium* *Lovanii* videram. Uterque, inquit *Longolius*, vetulus est, hic de quo percontor septendecim aut octodecim annorum erat. Quum viderer me non alium nôsse *Sylvium*, exposuit rem planè jocularem audaciæ, ut ait Comicus. Venerat *Romam* adolescens, qui se ficto, ut suspicor, nomine *Sylvii* appellabat, elapsus, ut aiebat *Longolius*, è contubernio *Benedictinorum*. Acceperat mihi ardissimam

est

ille necessitudinem cum *Paulo Bombasio*, quo neminem *Italum* expertus sum ingenio candidiore. Suaserat *Leonis* Decimi propensum in me favorem, quo utinam fuissem dexterius usus. Hic *Sylvius* confingit duas epistolas tanquam à me scriptas in ipsius commendationem, alteram ad *Bombasium*, alteram ad *Leonem*. *Bombasio* facilè imposuit, homini minimè suspicioso, tum mihi sic amico, ut si quis vel salutem attulisset ab *Erasmo*, fuerit toto pectore complexurus. Illud generosæ cuiusdam audaciæ fuit, quod sibi tam impudentis sui conscius, non veritus est adire Principem totius orbis maximum *Leonem* Pontificem. Habeo, inquit, epistolam ab *Erasmo*, admissus est, reddit confictas literas. Quis suspicaretur juveni tam audax facinus in mentem venire potuisse? *Leo* pro sua humanitate complexus est hominem, & utroque brachio sublevavit procumbentem omnia pollicitus. Tantum valuit *Erasmi* ficta commendatio. Quum autem *Sylvius* moraretur redire ad summum Pontificem, ipse *Leo* suâ sponte rogavit, ubi esset ille juvenis ab *Erasmo* commendatus. Is autem febre correptus in itinere, periit priusquam ad Pontificem perveniret, qui tum agebat *Ostiæ*. Sic interrupta est fabula, alioqui multos actus habitura. Si qua similis avis devolârit in vestram *Polonii*, fac amicos admoneas, præsertim candidos ac munificos, nominatim R. D. *Petrum* Episcopum *Cracoviensem*, *Andream Critium* Episcopum *Plocensem*, *Joannem Dantiscum* Episcopum *Culmensem*, *Erasmum* Abbatem *Claræ tumbæ*, *Joannem Lascanum* præpositum *Gnesnensem*, *Severinum Bonerum*, *Antoninum* Medicum, & si qui sunt alii qui nos immensè diligunt. Non quòd obstem quo minus illis suas opes in quos voluerint erogent, sed quòd amicis nolim imponi mei nominis lenocinio, nec me his falsis nominibus obligari. Te cum omnibus tibi charis opto quàm prosperrimè valere. Datum *Friburgi Brisgoiæ* Calend. Novemb. M. D. XXXIII.

Clarissimo viro D. Julio Pflug Serenissimi Georgii Ducis à Consiliis.

Literas tuas, ornatissime *Juli*, semper desidero, veniunt enim mihi multò gratissimæ. Scribendi tamen officium nunquam abs te requiro, qui sciam istam humanitatem tuam nusquam in officio cessare posse. De synodi decretis factus sum aliorum literis certior. Bene habet, si *Conso* litatum est, nunc superest, ut τὸν ἐναύλιον nobis propitiemus. At nonnihil vereor, nè τῆς μήτηρος ἐκείνου τι πάθωσιν faciat quòd remiges solent, qui quum aliò spectent, aliò navim impellunt. Sed quando hæc, ut ait *Homerus*, θεῶν ἐπὶ γόνατσι sita sunt, nobis nihil restat nisi ut precemur lætum exitum. Epistolam meam laudum tuarum buccinatricem, quam dicas non satis intelligo. Nec tamen est, mi *Juli*, cur eo nomine gratias agas. Scitum est illud *Euripidis*, ni fallor, cui quum quidam dixisset, Ego te ubique & apud omnes magnopere prædico, &, Ego, inquit, illud tibi præstiti, ut vera prædicares. Remitto laudatori gratiam, qui se præbuit laudibus dignum. Vale. Datum *Friburgi*, decimo Calend. Septemb. Anno millesimo quingentesimo trigesimo secundo.

Generosissimo Adolescenti D. Petro à Castello Des. Erasmus Roterodamus S.

Epist. 13.

Quòd non statim pro tuis lautissimis, mi *Petre*, xeniis, sed lautioribus literis gratias egi, si fortè miraris, tum temporis gemino gravabar incommodo. Nam ad pituitam quæ me permolestè discruciabat, accesserat nova laborum sarcina, quæ vel sola vegetum & integrum requireret ingenium. Nam *Adagiorum* opus mihi ἀνῶθεν ἀν parturiendum erat. Qui quidem labor me jam *Apophthegmatum* rhapsodia delassatum excepit. Sic datur *Erasmo* respirare. Hæc itaque mihi devoranda sunt, posteaquam memet huic ascripsi glebæ. Nunc igitur quando paulò commodior esse cœpit valetudo, & minus urget laborum sarcina, epistolam illam, mi *Castellane*, tuam, quam perpetuæ tuæ erga me fidei benevolentiæque velut obsidem esse voluisti, lubens relegi, non ob id tantum quod mihi, non secus atque in speculo, repræsentat raram quandam ac penè dixerim fatalem tuam in me pietatem, verumetiam quòd *Græcarum* vocum emblematibus picturata testatur te pari studio utrâque literaturam amplecti. Quo sanè nomine mihi videris egregiè fortunatus, cui florentibus annis τοῦτο τὸν ἄριστα Deus immiserit, ut tibi dulcius sit in Musarum viretis obambulare, quàm conviviis aleâve bonas horas perdere malè. *Colloquiorum* opus parùm auspicatis avibus genióque sinistro natum videri poterat, nisi mihi te ut scribis multósque tui similes conciliâsset. Posteaquam enim, juxta proverbium, omnibus placere nè *Jovi* quidem fatis concessum est, non mediocre solatium est, aliquot candidorum hominum emeruisse calculum. Sed utinam ejusmodi sit argumentum illud, ut quod, sicuti scribis, arrisit puero, perpetuò probari mereatur. Veniet enim tempus, quum tu quoque forsitan dicturus es, *Non eadem est ætas, non mens*. Quid in *Colloquiis* videris nescio, forsitan amor oculis tuis fecit prætigium, cui frequenter, ut ait *Siculus* ille, τὰ μὴ καλὰ καλὰ νομίζουσι. De nostro congressu non est quod vel mihi gratias agas, vel tibi gratuleris. Neque enim *Erasmum*, sed *Erasmi* umbram vidisti. Quid enim aliud est γέρων ἀνὴρ, ἢ σκιὰ καὶ ὄναρ. Verùm si tantus est amor in me tuus, ornatissime juvenis, ut juvet etiam cum umbra colloqui, istius quidem voluptatis scito tibi paratam fore copiam, quoties erit commodum. Quod si quando possis istam si non tragicam, certè splendidam personam quam tibi fortuna imposuit, deponere, & uno *Claudio Alberico* velut *Achate* comitatus ad pullum simul lacerandum venire familiariter, aut etiam invocatus si libet, obrepere, quemadmodum *Nasica* solet *Ennio*, juvaret interdum tali contubernio repubescere. De perdicibus jam iterum missis habeo gratiam, nec illibenter debeo pro tuo in me studio. Nolim tamen te posthac eâdem teneri solicitudine, quandoquidem corpusculum hoc propè tam aridum est, quàm est σῶμα. Vix jam fert istarum avium esum. Itaque tum pro dono meditabar distichon:

Lauta mihi Petre mittis edulia, sed stomachus deest:
Vis mage quod placeat mittere, mitte famem.

Demiror autem cur *Apophthegmatum* opus octo justis voluminibus absolutum libellum

appellandum putaris, nisi quòd arbitror hoc tibi dictum φιλαυτίαν καὶ ἰφθονίαν μόνον ἀποτρέπειν. Nam & quæ tenerè amamus ἀπαρεσκευάστως ἀφιλοκάλως tixorculam, filiolam, corculum, solatiolum. Utinam autem ille libellus tantum voluptatis simul & utilitatis adferat studiosis, quantum mihi sudoris attulit. Sunt quibus facilè videtur *Apophthegmata* aut *Proverbia* scribere, sed libros & *Chiliadas* scribere difficile est : quâ de re accipe distichon nostrum :

Perfacile est fateor Proverbia scribere cuivis,
At perdifficile est scribere Chiliadas.

Superest, ornatissime juvenis, comprecari *Christum* Opt. Max. ut ego istam tuam in me benevolentiam perpetuò merear. Tu verò erga liberales disciplinas ac beatè vivendi magistram philosophiam indies magis ac magis incalescas, honestissimúmque senectuti viaticum maturè colligas. Quod me pulsu jubes explorare quid tinnias, quid opus est exploratore pulsu, quum tu tuâ sponte jamdudum declares tibi in pectore χρυσοῦν καὶ χρυσοῦν ἀγάλματα: Habes rursus epistolam non solùm ἀνυπόφορον, verumetiam ἀνυποφορώτατον effusam, eóque καταφορικόν. Atque hoc ipsum tibi fortasse gratum erit, ut solent amantes nævis amicorum delectari. Sed desino. Vale. *Friburgi* XXIV. die Septembris.

Def. Erasmus Rot. Gerardo ab Assendelf. S.

Epist. 14. Subinde mihi literis tuis aurem vellicat *Talesius* meus, vir clarissime, ut ad te dem aliquid literarum, quibus saltem declarem mihi tuum erga me studium haud quaquam vulgare, & notum & gratum esse, quod profectò est, ut esse debet, gratissimum. Verùm si quis ignoret quàm iniquis laboribus distringar hac valetudine, hac ætate, cui flagitanti jam olim missio rudísque debetur, fortassis hac in parte desiderabit in me plusculum humanitatis. Contra, qui cognitum habeat quas clitelas tergo sustineam, mirabitur me cuiquam omninò scribere, nisi magna quæpiam urgeat necessitas. Me verò etiam pudor quidam à scribendo deterruit, quòd vererer nè, nullo dato argumento homo tenuis ad virum præpotentem scribens, viderer alicui non tam gratias agere quàm venari gratiam. Nunquam fuit tam correctis moribus ullum seculum, quo non aliquid præclaræ rei molientibus livor exhibuerit negotium, non oblatrârint canes, non obgarrierint picæ & gracculi. Sed non arbitror unquam fuisse seculum, quo plus licuerit vel calumniæ vel ingratitudini. Eóque meâ quidem sententiâ, non minus debetur iis qui viros egregiis doribus præditos, vel benignitate suâ fovent, vel autoritate tuentur, vel testimoniis ornant, vel applausu ac laudibus excitant, quam illis ipsis, qui suis vigiliis suáque industriâ de studiis, déq; Rep. bene mereri nituntur. Tale si quid in me esset, gratias agerem tibi meo nomine, quòd candido tuo suffragio, & studiis meis calcar addas, & adversus malevolorum latratus θράσος præstes, ac θαρραλεώτερον. Nunc quòniam mihil in me reperio, quod istum favorem promereatur, apud me quidem erubesco, sed hoc magis arbitror me tibi obstrictum, quo minus isthuc honoris promereor. Itaque tibi, vir egregie, non tam meo privatim, quàm publicè studiorum ac pietatis nomine gratias ago. Siquidem dum mihi sic faves ob eas res, quas in me credis, nimirum ipsis virtutibus habet, quibus optimo jure favent bilem. Proinde dignus es, me, quem omnes ubique liberalium veræ pietatis cultores diligant : verisimillimum sit eos, qui doctrinam nem suspiciunt in aliis, ab his non esse certè, ut accipio, non minus ornatis claris animi dotibus quàm majorum Nam generis ornamenta bona vel majoribus tuis, vel fortunæ : istarum sunt. Pro candore tuo fateor me tibi debere, & sanè debeo quàm & de tuo judicio mihi possim Habes professum nomen, habes dedituin, cujus obsequium si qua in re requirere, faxo intelligas, ut desint certè promptam & accinctam voluntatem fuisse. Libebat pluribus tecum agere, pellant labores. Nam præter alia eodem tempore excuduntur *Basileæ Adagia* centuriis aucta, & *Lauræ Hieronymi* mandis laboribus jam quantum à me Opto te cum omnibus tibi charis quàm prosperrimè valere. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* Calend. Novemb. An. Millesimo quingentesimo trigesimo secundo.

Erasmus Rot. Guilhelmo ab Horno S.

ORnatissime vir, mari tranquillo navigare non est difficile, sed magna tempestas artificem, qui rectum teneat clavum. Olim quum Paganorum sævitiâ, tormentis ac supplicio debaccharetur in *Christianos*, erat facilius qui si reciperent : illic abditi velut in alieno quietam agebant vitam. Nunc rebus undique exulceratis, in quem portum se recipiat aliquis? Ego sanè nullum video, nisi quis in ipsum secedat & animi tranquillitatem in ipso quærat animo. Solus enim *Christus* verè tranquillat animum. Is intra nos est si velimus. Abunde magnum solatium suppeditant sibi *Christum* sectantes; horum alloquio quid esse potest in hac vita vel jucundius, vel salubrius? Hac in parte felicitati tuæ gratulor, cui contigerit otium cum dignitate. Mihi jampridem flagitanti ludum, ludus erat cadendum est. Unum hoc me consolatur, quod jam è propinquo apparet portus ille tranquillus, qui, favente *Christo*, laborum ac molestiarum omnium finem allaturus est. Fortasse mirabitur quod hæc ad te ignotus. Non potes me tibi pro ignotum dicere, quum tecum ut scribo crebrò fabuler, utinam te digna. Olim *Lovanii* juvenem quendam, *Hornici* cognomine arbitror te non esse. Equidem cupio tibi in numerum tuorum clientum, paratus ad omne obsequium. si quid erit in quo possim tibi gratum facere. Bene vale. Datum *Friburgi* XXI die Aprilis. Anno M.D.XXXIII.

Quum hæc scripsissem, relectâ quidem epistolâ *Goclenii*, quâ petit ut tribus verbis te inter sententias confusas reperi & tamen ad ipsi epistolam, quam aut non legeram, aut sic, in tanta turba epistolarum legeram parum attente. Subverebar nè parum frontis habere videret quod ignotus ultrò te literis lacesserem, sed hoc scrupulo

scrupulo me tua liberavit epistola. Prior ad amicitiam provocâsti: inhumanitatis futurum erat non rescribere. De reditu meo prorsus incerta res est. Corpusculum hoc collabitur, tantum abest ut magnis itineribus sufficiat. Et aula nostra pertusum est dolium, fitit semper, dat nihil: exteri tantum obtrectant, & qui student videri magni fautores, nihil aliud quàm deplorant. At istuc est conduplicare miseriam. In calce, inquis? Egone hominem clarum & candoris eximii consibam in calce amicorum? Tum verè essem, quod olim fuisse dicuntur *Batavi*, trux & à Gratiis alienus. Inter præcipuos amicos ac patronos scribetur *Guilhelmus Horion*. Et si qua in re meum desideras officium, fac periculum, num hæc ex animo loquatur *Erasmus*. Rursum vale, vir clarissime. *Friburgi*, eodem die & anno.

A quibus optimè sum meritus. Dicas esse fati mei. Sed tamen typographi aiunt vix aliud nomen esse vendibilius. Crederem illos blandiri, nisi sic à me semper aliquid flagitarent, si nihil aliud certè præfatiunculam. Addam aliud argumentum. Mundus nunc undique plenus erronum, qui vel deseruere sua sodalitia, vel alias ob causas profugerunt. His quoniam ferè Leberide sunt nudiores, variis artibus quærendum est viaticum. Nam B venter mirus est artifex. Quidam è scriptis meis nôrunt amicos meos: Hos adeunt, jactant se esse famulos ac discipulos meos, etiam si nunquam me viderint. Atque hoc fuco non mediocrem pecuniam extorquent ab illis. Ubi metuunt nè fucus deprehendatur, mutant pascua. Hoc te nescire volui, nè cui credas, nisi qui nominatim literis meis commendetur. Quanquam vix istuc satis est. Dicam quod rideas. Cùm *Lovanii* esset apud me *Christophorus Longolius*, narravit juvenem C quendam elapsum è *Benedictinis*, nomine *Sylvium*, ficto opinor, venisse *Romam*, attulisse literas meo nomine scriptas ad *Leonem* Pontificem, quibus diligenter commendabatur. Audierat enim me tum apud *Leonem* esse gratiosum: nec dubito, quin effinxerit manum meam. Pontifex hominem utroque brachio complexus est, omnia pollicens. Quùmque is nescio quò profectus esset, *Leo* ultrò rogavit, cur non rediret *Sylvius*. Sed ille correptus febri, periit. An non hanc D meritò dicas audaciam jocularem? Sed ut finiam, vir egregie, tametsi me hoc nomine superas, quod prior & literis & officiis ad amicitiam provocâsti, tamen quod superest, enitar nè mutuâ benevolentiâ videar parum respondisse. Porrò, si quid erit in quo tibi vicissim, vel commodo vel voluptati esse queam, experieris promptam & amicam voluntatem non deesse *Erasmo*, ut alia desint omnia. Cætera si libebit, cognosces partim è schedis memorialibus, quas tradidi famulo, E partim ex ipsius oratione, quem expertus sum esse bonæ fidei, miniméque vanum. Majorem in modum doleo *Anglis* negotium exhiberi à *Schottis*. Videor enim mihi plus isti regioni debere, quæ mihi tot eximios peperit amicos, quàm ei quæ me genuit. Vehementer tamen angit me *Hollandia* indignis tractata modis tum à *Danis* quod novum est, tum à *Gelriis* quod novum non est. Oraculum erat quod dixit *Hesiodus* πῆμα κακὸν γένηται. Ista sunt ὀξὺ ἀχθόντων λοιδορήματα. Opto tibi omnia læta, vir amicissime. Datum *Friburgi Brisgoiæ* vigesimo tertio die Aprilis, Anno M.D.XXXIII. F

Des. Erasmus Rot. Eustathio Chapusio Oratori Cæsaris in Anglia S.

Nulla possessio charior aut preciosior syncero amico. At quum alioqui non ita multum absim ab *Iro*, tamen in hoc opum genere mihi *Lucullus* quidam videor, qui quotidie comperio longè plures esse amicos, quàm existimabam. Falleris mihi crede, si putas mihi sacerdotium optimum futurum fuisse gratius, quàm *Eustathium* amicum, cujus imaginem in literis tuis expressam summa cum voluptate perspexi. Adeo fluunt inaffectato quodam candore ac puritate, ut hinc ingenium ab omni fuco alienum facilè deprehendas. Accessio, aut si mavis, cognitio amicorum hoc tempore ob id mihi jucundior est, quòd annus superior quosdam eximios ademit. In *Anglia* Archiepiscopum *Cantuariensem*, unum πολλῶν ἀνδρῶν ἄριστον. In comitatu Cæsaris *Alphonsum Valdesium*: In *Polonia Christophorum à Schidlouitz*, ejus regni supremum Cancellarium. Cæteros taceo, fortunâ minore, sed pari synceritate: inter quos est *Zacharias Deiotarus Phrysius* qui solet famulos meos quos interdum in *Angliam* ablegare cogor, lubens & alacriter excipere. Id officium eò fuit gratissimum, quòd vulgaria diversoria parum tuta sunt à contagio sceleratæ pestis, quæ nuper ab *Anglis* quibus jam plusquam quadraginta annis nimium familiaris est, in nostras regiones demigravit. Proinde quòd *Quirinum* meum isthic collegeris, scito te magnam solidámque apud me iniisse gratiam. Atque is quoniam tunc rem parum ex animi mei sententia gessit, quorundam amicorum tui dissimilium operâ, rursus istuc emendatus est, si forsitan hæc alea mihi cadat feliciùs. Quam imaginem in scriptis meis videris nescio, unde tantam amoris flammam conceperis, quum sciam infra mediocritatem mea esse omnia. Verùm hoc amplius debeo tuo in me studio, quo minus agnosco in me meritorum. Certè nihil præterea est *Erasmi*, quod tu spectatu dignum existimes. Videres enim non hominem, sed σύριγγας, ac simpliciter miserum, nisi persuasum haberemus, hoc cruvio depositio, novum nitidúmque juventa animal emersurum. Quibus fluctibus jacter, quibus agiter ventis tu quoque videris agnoscere, sed è propinquo apparet portus, molestiarum omnium finem allaturus favente *Christo*. Malè audio, proscindor linguis, ídque potissimùm ab his de

Erasm. Rot. Clar. V. D. Abeli Colstero S.

Epistola tua salibus *Atticis* undique scatens, præterquam quòd festivissimis leporibus exhilaravit animum meum, etiam hoc nomine fuit in primis jucunda, quòd declarat te & rectè valere, & suaviter agere; quod ut tibi perpetuum sit precor, vir animo meo charissime. Liberet tibi συγκαλεῖν, nisi hoc tempore centum epistolas scribere cogerer. Risi quòd scribis meam epistolam tam siticulosam, quæ tantum humoris potuerit ebibere; tam levem, ut suberis vice tantum virû sustinuerit, nè mergeretur. Magnus ille ac mirificus *Erasmus* quem te vidisse prædicas mihi prorsus ignotus est, nec usquâ visus aut auditus. Deterior illa *Epist.* 17.

pars jam planè ὄνος est. Utinam melior illa, vel aliqua ex parte accederet ad istam præclaram imaginem, quam nobis in epistola tua depingis. Sed hac de re tecum non disceptabo pluribus. Si quid in me boni est, Dei donum est: nec tibi possum honestè succensere, cui talis visus est *Erasmus* per nebulam, quam amor immodicus & singularis ingenii tui candor oculis tuis offudisse videntur. Ex eodem fonte manat ista gratulatio, quâ in magnâ felicitatis parte ponis quòd *Erasmicorum* amicorum albo contigerit ascribi. At ego multò justioribus de causis mihi gratulor, cui tam feliciter cesserit perfricta frons & obstersus pudor, ut amicorum catalogum tam splendido nomine auxerim. Id eo quoque charius est, quòd superior annus præcipuis aliquot amicis ademptis in possessione multò pretiosissima non mediocrem pauperiem mihi fecerit. Nam ut summos tantùm recenseam, In *Anglia* periit *Guilhelmus Uvaramus* Archiepiscopus *Cantuariensis*: *Vienna* in comitatu Cæsaris *Alphonsus Valdesius*, jam magnus, sed futurus si vixisset maximus. In *Polonia Christophorus* à *Schidlouvica*, ejus regni supremus Cancellarius, cui dicata est *Lingua*. Rectè factum quòd *Hollandia* te in sublimi specula collocavit, quo magis possis Reipub. prospicere, quæ nunc ut audio, eget cordatis & vigilantibus excubitoribus. Quis unquam legit, audit, aut vidit seculum hoc turbulentius & iniquius? Sed valeat querimonia nihil profutura. Quod ut animum curiæ negotiis lassescentem reficias, te soles ad meas lucubrationes, velut in viridarium quoddam recipere, utinam in hortis illis meis aliquid esset, quod vel oculos vel nares, vel palatum posset oblectare *Colsteri* hominis delicatissimi. Steriles sunt, aut si quid pariunt, beta est, aut malva, aut porrum, ut jam absit cicuta & aconitum, quæ non abesse clamant isti, quos tu lepidè vocas barbâ pallióque verendos. De viro, de quo quid sentiam rogas, magnificentiùs censeo, quàm ut de ejus ingenio censuram ferre possim. Librum non legi, sed nactus eum commodato, quum id temporis ob assiduos labores non daretur otium aliud, mihi à cœna inambulanti famulus recitavit, idque carptim, selectis aliquot capitibus. Cujus erat codex, non passus est eum diutiùs apud me manere. Ex eo qualicunque gustu deprehendi hominem esse ardentis ingenii, variæ lectionis, & multæ memoriæ, alicubi tamen majore copiâ quàm delectu, ac dictione tumultuosa veriùs quàm compositâ. In omni genere rerum vituperat mala, laudat bona. Sed sunt qui nihil aliud sustinent quàm laudari. Hodie respondi illius ad me literis, admonens ut si quâ possit, ab his turbis sese extricet. Minatur enim se jam justo Marte velle cum Theologis confligere. Id si non possit, & omninò statuerit jacere aleam, duo prospiciat: alterum ut pugnet in tuto, ne sese conjiciat in manus hostium, qui nec vinci possunt, nec placari: alterum nè me suo admisceat negotio. Scribit enim se non minus pugnaturum armis meis quàm suis: ea pars epistolæ mihi nonnihil displicuit. Ego hactenus ancipiti Marte depugno cum excetra non septem, sed innumerabilium capitum, vixque subsisto ob *Moriam*, & alia quædam liberiùs à me scripta. At vereor nè ille, si pergat, mihi totam renovet invidiam. Quem porrò fructum spectet non video. Si putat Theologos ac monachos, vel corrigi per ipsum, vel opprimi posse, tota [illegible] errat viâ. Quorsum autem attinet jam [illegible] fatigatos erabrones rursus irritare, & in [illegible] capita immittere? Quid acciderit *Carolo Borbonio* ipsi meliùs nôstis. *Ludovico Borquino* nihil erat periculi si meis consiliis obtemperâsset. Semel vicerat, adornabat triumphum, dissuasi. Non parui. Erat vir optimus, nec humili fortunâ, ingenio simplici, liberæ linguæ. Absente Rege apud *Hispanos*, denuò pertractus est in carcerem. Exierat, nisi mater Regis, mox ipse Rex fabulis eum, ex *Hispaniis* reversus. Paulò pòst è carcere collocatus est in aula commodiore, postremò bonâ fide dimissus est. Semper illi occurebam eandem cantionem, ut arte sese evolveret ex eo negotio. Ille sibi promittebat certam ac speciosam victoriam, quum ageret adversus monachorum examina, adversus Theologicam facultatem, & adversus senatum purpuratum. Nihil profeci monitis. Ille sibi blandiebat. Quis exitus? Idem accidit illi quod *Socrati*, de quo quum Judices essent mitiorem sententiam pronunciaturi, ac reum ex more percontarentur qui pœnæ sese dignum existimaret; Ut, inquit, *in Prytaneo* alar ex publico, qui honos apud *Athenienses* summus habebatur. Judices tam arroganti voce provocati damnârunt illum capitis. Ita quum *Borquinum* addixissent carceri, ille constanti vultu, Appello, inquit, Regem & Pontificem. Qui voce Judices irritati pronunciârunt, ut in Gravia exureretur, vir incorruptissimis moribus: de dogmatibus mihi nondum liquet. Quòd si hæc non movent istum, saltem nè me involvat suo bello. Idem sæpe petieram à *Borquino*, & is se fidorum promiserat: sed fefellit suo exitio, meo gravi incommodo. Nunquam Theologi censuram in me edidissent, nisi ab illo fuissent lacessiti. Tantum de judicio. Cætera cognosces è simulo mis fideli qui has perfert. Vale. Clarissimo viro *Assendelfio* salutem plurimam. Datum *Friburgi Brisgoiæ* XXV. die Aprilis. An. M.D. XXIII.

Erasmus Roterodamus Johanni Georgio Paungartnero S.

SI Librum quem patri dicavi videre cupis, hic Epist. ex ipso petas. Nam hic nullus occurrit, qui dignetur sarcinulam suscipere. De pensando officio non est quòd sis solicitus, optime adolescens. Inter Gratiarum fœdere copulatos mutuæ sunt officiorum vices, mercedis nulla est ratio. Et tamen patris tui benignitas ultrò non vulgi munere pensavit hoc officiolum meum, quum ego sedulò cavissem, nè quam *ἀντιδόσεως* significationem darem. Misit poculum ipsauratum, minus aptum homini *Batavo*, sed nunc minimè *Batavo* bibulo. Iste tuus in me pietatis affectus mihi gratissimus est, *Georgi* charissime, quem par est me mutuum erga te gerere. Quòd si quid ex me tibi gratum accidit, quod sanè aut nihil esse non, aut quàm minimi momenti, non aliâ ratione meliùs retuleris gratiam, quàm si quotidie des operam ut teipso melior, hoc est optimi parentis similior evadas: quo quidem in stadio tuipse sponte gnaviter currentem, non est quod meo hortatu extimulem. Non te pœnitet, ut scribis, voti tui, nec me pœnitet consilii mei. Idcirco etiam atque etiam admoneo, ut ex optimis au-

toribus

moribus eligas optima. In hoc albo non est *Erasmus*, qui tibi fortasse videtur quàm est formosior, nimirum amoris lenocinio, cui τὰ μὴ καλὰ καλὰ νομίζειν ut ait ille *Siculus*. Bene vale. *Friburgi* duodecimo die Maii, M.D. XXXIII.

Des. Erasmus Rot. Damiano à Goes S.

QUòd famulus meus præter salutem nihil ad te pertulit, *Damiane* clarissime, nihil aliud in causa fuit, nisi quòd non suspicabar te tam matutè absolutâ tam longâ periodo tuâ (dicebas enim, si rectè memini, te velle lustrare *Germaniam* & *Galliam*) rediisse in *Brabantiam*. Quum me reliquisses, diu mecum ipse rixatus sum, quòd tam candidum amicum tam frigidè excepissem. Primùm in nomine tuo peregrinabar, tanquam per somnium recordans nomen illud in aliquorum ad me literis extare. Nullus est fermè dies quo non accipiam aliquas epistolas, interdum uno plures viginti. Accedebat languor, qui me complurib⁹ jam mensibus nimium urget familiariter. His rebus factum est, ut noctu demum renovatâ memoriâ, uno tantum colloquio, unáque cœnâ tum amico hospite frui licuerit. Nec in libello quem reliquisti sciebam quicquam esse tuum, priusquam te profectò per ocium inspicerem. Et hac in parte mihi damno fuit tua modestia. Ex cœna colloquio sensi te esse virum bonum, ut olim loquebantur *Romani*, liberum, rectíque ac pietatis amantem. In literis ad *Amerbachium* nulla erat tui mentio. Scriptæ enim fuerant & obsignatæ priusquam huc venires. Is tamen me gratior statim sensit ingenii tui dotes, egítque mihi gratias quòd talem ad ipsum misissem. Adebat sibi visum virum bonum & integrum. Quàm facilè conciliantur cognata ingenia! Adeunt me interdum qui miram præ se ferunt benevolentiam, quum aliquot interdum comperiam longè alios animo quàm fronte. Ea res in causa est, ut nonnunquam frigidior sim in accipiendis peregrinis salutatoribus. Sed de te quum mei puderet, mihíque ipse succenserem, commodùm supervenerunt duæ epistolæ tuæ quibus me consolaris, néque mihi reconcilias, etiam pro singulari humanitate, si divis placet, gratias agens: nec hoc contentus, istius insuper animi pignus ac monumentum apud *Erasmum Schetum* reliquisti, quod nondum videre contigit, sed qui videre prædicant esse Rege dignum. Cæterùm quo tu prolixiùs declaras humanitatem tuam, hoc magis me pudet inhumanitatis meæ. Quid igitur superest, nisi ut quod hactenus cessatum est, juxta *Græcum* Proverbium, posterioribus officiis farciamus. Id verò, clarissime juvenis, sic à me curabitur, ut intelligas omnia potiùs mihi defuisse, quàm studium ac propensam voluntatem. Quòd ais *Lovanii* jactatum à nescio quibus, me ab his stetisse, qui probant ἀπροσόδιον βασιλικὴν, quærísque quid sit talibus respondendum: Quid aliud respondeas optime *Damiane* quàm illud è Psalmis: *Dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus?* Quanquam satis scio tibi nequaquam istud à viro gravi fuisse auditum, sed à spermologo quopiam & acritomytho rabulâ, quo pestilentissimo hominum genere nunc undique scatet mundus. Nullus unquam mortalium ullam syllabam ex me audivit, approbantem aut improbantem hoc factum. Hoc apud omnes ingenuè præ me tuli, mihi non vulgariter molestum esse principem alioqui felicissimum in eum Labyrinthum incidisse, cui cupiebam cum Cæsare per omnia convenire, quòd intelligerem id ad publicam orbis tranquillitatem summopere conducere. Quæ fuisset autem mea non dicam temeritas sed amentia, si nec postulatus, nec rogatus de re tam ardua pronunciassem, de qua tot eruditi apud eam gentem episcopi, atque ipse adeo legatus Apostolicus *Laurentius Campegius* vir utriusque Juris callentissimus, ferre sententiam contabantur. Meritò amo τὸν μακάρτην, ut cujus animum semper propitium ac faventem sim expertus. Quanquam ab eo tempore, quo cœpit hoc negotium agi, nihil ab eo beneficii accepi præter animi benevolentiam. Τὸν ἀνδρα σέβομαι multis de causis diligebam ac diligo, ídque, ni fallor, cum bonis omnibus, quam arbitror nec ipsi βασιλεῖ invisam esse. Cæsari Principi meo, cui juratus sum consiliarius, præclarè de me studíisque meis merito, nisi me agnoscam omnia debere, aut vehementer stolidus sim, aut insigniter ingratus. Unde igitur mihi mens tam læva ut ultrò me tam invidioso negotio involverem, ad quod si fuissem vel rogatus vel flagitatus, manibus pedibúsque fuerim recusaturus. Nullus unquam Principum super hoc argumento meam requisivit sententiam. Tantum ante annos duos adierunt me duo ex aula Cæsaris nobiles, uno atque altero colloquio urgentes me, ut quid de ea causa sentirem exponerem. Respondi id quod erat res, me nunquam ad eam quæstionem intendisse animum, de qua viderem summos tum autoritate, tum eruditione viros tot annis ambigere. Facillimum esse pronunciare quid ego optarem, at pronunciare quid jus divinum atque humanum concederet negarétve, non modò multorum dierum considerationem requirere, verumetiam circumstantiarum causæ cognitionem. Illi professi se nihil ex mandato Cæsaris agere, discessérunt. Præterea, nemo mortalium me super hoc interpellavit negotio. Ergo cum sit impudentissimum mendacium quod nugator ille, quisquis fuit, ad te pertulit, suspicor tamen unde arripuerit occasionem, ut, juxta proverbium, *Malis* præter occasionem nihil deest, ad quoduis audendum facinus. Ei quem ἀβασιλεὺς dicitur socerum asciscere, dicàram *Psalmum* vigesimum secundum, ídque ante annos complures, ut id facerem ab ipso rogatus. Est enim vir, ut uno ore prædicant omnes, unus propè inter nobiles eruditus, animóque planè philosophico. Hoc officium meum grato amplexus animo, petiit, ut aliquid ederem in *Symbolum* quod dicitur *Apostolorum*. Feci quod voluit, eóque lubentiùs, quòd res ad omnium utilitatem facere videretur. Hic nullum verbum est, quo ad illius causam attiner, cujus tamen vir ille, ut accipio, nec autor nec instigator fuit, utpote quietis quàm otium aut honoris amantior. Quum Cæsar & *Franciscus Galliarum* Rex bellis inter se conflictarentur, utrique dicavi meas lucubrationes, neque quisquam exiit, qui clamitaret me ab hoste Cæsaris stare. Quanto minus habuit frontis, qui calumniam istam fabricatus est? Sed hoc de nugamento plus satis. Venio nunc ad eam epistolæ tuæ locum, quo pio affectu deploras *Pilapiano* gentis exitium, quæ per *Christianos* Principes

cipes spoliatur externis bonis, nec finitur internis bonis ditescere; premitur humano jugo, nec docetur suavi *Christi* jugo colla submittere. Proceres enim illi qui victorias prædà metiuntur, malunt imperare beluis quàm hominibus. Ea res in causa est, ut pauciores gentes quæ *Christum* ignorant ad ecclesiæ consortium semet adjungant, videntes sese non ad *Christianissimum*, sed ad rapinam ac miseram servitutem peti, & quicquid est malorum morum insignius esse in vita *Christianorum*. Multò aliud est negotiari, aliud pietatis negotium agere. Itaque victorias ducis illius egregii quidem ac fortunati, qui tot urbes littorales spoliavit, conjectis in mare, quibus vehendis naves non sufficiebant, ut ingenuè quod res est fatear, non absque dolore legi. Sed de negotio militari, præsertim eo cujus qualitatem & circumstantias parum cognitas habeo, satius fuerit me non pronunciare. Illud in genere dicam: avaritiam, & imperandi libidinem non minimam esse causam cur religio *Christiana* in has sit contracta angustias. Mansuetudine ac beneficentiâ cicurantur, & ad manum veniunt etiam feræ, sævitiâ ac maleficiis efferantur & illa quæ naturâ mansueta sunt. Quod autem hac in re per me cupis fieri, per quam lubens obiero. Vereor tamen ut possim hisce nundinis. Serò rediit ex *Anglia* famulus meus, & qui hìc adest typographus unus, mecum totam languet æstatem. Adnitar tamen. Quòd famulus meus perpelli non potuit, ut vel operà vel pecuniâ tuâ uteretur, nihil illi mandàram, nisi ut ubique vitaret omnem petacitatis speciem, meminissétque illius vetusti proverbii, ὅτε πάντα, ὅτε πάντη, ὅτε παρὰ πάντων. Curâram autem nè quid illi posset deesse. Oppidum de quo tibi narratum est, *Germanis* dicitur *Schiltach*: Abest à *Friburgo* octo millibus *Germanicis* bene magnis: de quo an omnia vera sint quæ vulgò jactantur, non ausim affirmare. Illud nimis verum est, totum subitò conflagrâsse, mulierem confessam supplicio affectam. Conflagratio accidit quarto Idus Aprilis, qui dies erat *Jovis* ante Pascha. Anno à *Christo* passo M. D. XXXIII. Quidam ejus oppidi cives apud hujus urbis magistratum rem ita gestam pro comperto narrârunt, quemadmodum mihi retulit *Henricus Glareanus*, quantum meminisse possum: Dæmon sibilo signum dedit, è quadam ædium parte; Caupo suspicans esse furem ascendit, neminem reperit. Sed idem signum rursus ex altiore cœnaculo redditum est. Et huc conscendit caupo furem persequens. Quum nec illic quisquam appareret, sibilus auditus est è fastigio fumarii. Illicò tetigit cauponis animum, esse dæmoniacum quiddam: Jubet suos esse præsenti animo. Acciti sunt sacerdotes duo, adhibitus exorcismus. Respondit se esse dæmonem. Rogatus quid illic ageret, ait se velle exurere oppidum. Minitantibus sacrificis, respondit se pro nihilo ducere minas illorum, quòd alter esset scortator, uterque fur. Aliquanto post, mulierculam quicum habuerat consuetudinem annis quatuordecim, quum interim illa quotannis & confiteretur & acciperet eucharistiam, sustulit in aerem, imposuítque fumarii fastigio. Tradidit ollam, jussit ut inverteret. Invertit, & intra horam totum oppidum exustum est. An dæmon indignatus ob inductum rivalem cauponis filium, & oppidum perdiderit, & mulierem prodiderit, certum non audeo: tamen veri dissimile. Hujus facti vicini tam constans est fama, ut fictum videri non queat. Feruntur & alia hujus generis, sed non libet nugas tuas vulgi fabulis remorari. *Bonifacium Amerbachium* habet epistolam tuam. Hunc tibi possimus constantem & perpetuum amicum, atque adeo ministrum fidelem juxta ac diligentem si quid per eum fieri voles. Unum hunc, ut præsens dicebam præsenti, habet *Germania* verè aureum ac gemmeum, aut si quid his est pretiosius. Talis autem ingenii ad quamlibet pretiosas opes nulla est comparatio. An tamen *Germani* nomine censeri debeat ignoro, certè *Glareanus* non putatur. *Rauracorum* est *Basilea*, & habet in civitas peculiaris cujusdam civilitatis non obscura vestigia è Synodo universali relicta, quæ illic sedecim annis durâsse fertur. Efficiam autem ut plures & nôrint & ament *Damianum*, quod mihi bonum erit atque commodum, quippe qui non medioci nominis mei lucro sum id facturus. Tum splendidum munus ultro ab invictissimo *Lusitaniæ* Rege oblatum ex animo tibi gratulor, atque ut faustum felíxque sit precor. Si quando incident opportunitas, rogo excuses illam Præfationem meam in *Chrysostomum*. Eram multis verbis diligenter instructus, à *Lusitano* quodam, sed mendoso. Hic casus mihi parum felix poterit alio sarcire officio. Si quid scribes ad *Hieronymum Frobenium*, cùtò ad me perveniet. Moliebar reditum in *Brabantiam*, sed quum aliæ res multæ, tum *Junior* perpetuò infensus, & valetudo cœli asperioris impatiens cogunt hìc durare, usque ad Zephyros & novam hirundinem. Bene vale. Datum *Friburgi Brisgoiæ* VIII. Calend. Augusti. Anno Millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Erasmus Rot. Francisco Rupilio S.D.

EGo verò, mi *Rupili*, *Cholero* nostro magnis multísque nominibus obstrictus & isto metum libenter, tum plurimum debere profiteor, quòd instantiâ suâ tuum pudorem expugnârit, compulerítque ut ad me scriberes, & in amicorum meorum numero profitereris nomen tuum, tantum abest ut locus ullus apud me sit isti criminis translationi, quâ vis me culpam & offensionem in *Cholerum* rejicere, qui te, ut scribis ex verecundo impudentem, ex modesto molestum reddidit. Illi quidem jam gratias egi per literas: tibi verò quod ex Gratiarum legibus ultrò polliceris, ego vicissim bonâ fide polliceor, si quid exteris in quo requires officium meum, aut ut non requiras, ubi res ipsa postulabit amici partes. Mihi jam nimium vivaci, mors pleroſque amicos adimit, non *Romæ* tantùm, sed in *Angliâ*, *Galliâ*, *Germaniâ*, & *Poloniâ* quoq;. Illud igitur mihi pergratum erit, si quando significare dignaberis quid *Amerbachius* geratur, modò sit aliquid ejus generis, ut tuto literis committi queat. Quæ scribis de benignissimo *Mœcenate* tuo *Paungartnero* mihi, summæ fuere voluptati, non ob id tantum, quòd hominis amicissimi commodis non minùs ac meis delecter, verumetiam quòd mihi velut commentarium suggeris ad illustrandam illius gloriam: quum ipsius quidem modestia nequaquam ambiscio, sed ad bonos mores conducit publicitus excellentium virorum virtutes non abdi, sed ad imitationem

habitionem in theatro orbis proponi. Utinam A deam humanitatis vestræ fuerit huic ærati, ut nullis studiorum laboribus oneretur, nullis morbis frangatur, jam suâpte sponte fatiscenti dare veniam: præsertim quum undique tot ad me literarum mundent fasciculi, idque propemodum quotidie, ut interdum vix suppetat otium ad legendum, tantum abest ut vacet respondere singulis. Illud certè vobis usq; persuasum sit, sive rescribam, sive obticescam, vestrum istum erga me favorem esse mihi gratissimum, epistolas autem non gratas B modò verumetiam jucundas. Postremis literis quas ante paucos dies recepi, significaris meas per bibliopolam esse redditas, quæ res mihi non minori voluptati fuit quàm vobis. Hæc præfatus, ad rem accingor, ἀπὸ τετραποδῶν. Inhumanus sim, nisi vestrum erga me studium amplectar, nec vestræ diffido prudentiæ. Nam fieri potest, ut in hoc negotio perspicatiores sitis quàm ego. Meo tamen animo etiamnum sedet prior illa sententia, quâ censui consultius esse nobilem illum contatorem imitari, qui maluit sedendo quàm pugnando vincere: C præsertim quum non sit monomachia, ut unus cum uno committatur, neque res sit uni cum duobus. Quanquam accipimus *Herculem* se duobus imparem fuisse professum: sed uni adversus tot myrmecias, tot sphecias, tot ranarum phalanges, tot picarum, tot gryllorum gargara, tot sturnorum & graculorum examina confligendum sit, ut etiamsi nec aculeos haberent, nec rostra, nec ungues, D tamen ipso garritu possent hominem quamvis durum exanimare. Quoties rejeci manifestas & impudentes illorum calumnias? Et tamen perinde quasi nihil sit actum, in hodiernum usque diem occinuntur mihi vetera mendacia, idque libris etiam editis: *Erasmus* facit confessionem arbitrariam, damnat omnes ceremonias, irridet cultum divorum, irridet ritus ecclesiasticos, rejicit jejunia *Christianorum*, damnat ciborum abstinentiam, solvit sacerdotum cœlibatum, destruit vota & ritus E monachorum, damnat constitutiones humanas. Quid multis? stravit viam *Luthero*. Jam qui fingunt modestiam, quo majore cum fide calumnientur, aiunt se credere me bonum virum esse, nec illa in hoc scripsisse ut hi rerum tumultus consequerentur; collaudant etiam quod nunc diversa scribam. Hic nimirum, hic est nigræ succus loliginis, hæc est aruspicum mera. Aliis isto colore patrocinentur, ego sic defendi nolo. Illud ingenuè fassus sum & faceor, si præscissem hoc seculum F exoriturum, multa aut non scripsissem quæ scripsi, aut aliter scripsissem, quædam etiam non fecissem quæ feci. Prudentis inquiunt est divinare futura: fateor, sed non omnia. Agnosco tamen aliqua ex parte simplicitatem & incogitantiam meam. Ista tamen quæ mihi toties obganniunt, nusquam reperiuntur in scriptis meis, tantum abest malitiosus interpres: & in *Declarationibus* meis quas isti palinodias esse putant civili titulo, nihil expono secus quàm sentiebam quum illa scriberem, aut G quam verbis expressi: rursus excipio lectorem iniquum, cui nihil satis circumspectè scribi potest. Ego studiosis ac bonis viris scribebam Annotatiunculas aut commentarios, non arbitrabar me scribere cautiones aut Syngraphas forenses. Verùm isti jam mihi fecerunt, ut scribitis. Non magni refert, viri clarissimi, quàm mihi sint in me, magis admiror nondum esse delassatos, sed utinam verè mihi sint ad imaginem illius qui dixit: *Discite à me*,

quia

Si placet ἀπὸ τετραποδῶν nè offendat πανοῦργος. Sic sim. Me tua μακροχειρία nunquam offendet.

Des. Erasmus Rot. Paulo Sadoleto S. D.

QUid ni ego me splendido lucro auctum esse gaudeam, ornatissime juvenis, quum tu præclaras animi dotes, quas ego jam olim in R. D. *Jacobo Sadoleto* patruo tuo non amo tantùm, verumetiam suspicio veneróque, admirabilem eloquentiam cum singulari sapientia, pietate, modestiaque conjunctam, sic repræsentes in tuis ad me literis, ut idem ille mihi in te repubescere videar? Hactenus igitur est quod mihi gratuler. Tibi verò etiam gratias ago, mi *Paule*, quòd tua prædicatione cohonestas nomen meum: ut eumque tu pro singulari modestia tua hoc officium esse. Dialogum *De studiis rectè instituendis* per *Iusfacium Amerbachium* acceperam priusquam tu mitteres: & quanquam eram negotiis ac molestiis obrutus, tamen interdum animi lassitudinem illius lectione reficiebam, donec inundans occupationum pelagus coegit eum seponere: quem tamen mox repetam, non conquieturus donec totum devorâro: interim & te fruar quâ licet, & patruo tuo, quando aliter fatis negatum est. Illud scito, R. D. patruum tuum inter syncerissimos amicos meos Principem tenere locum, idque suo merito: ei proximus tibi dabitur qui illi simillimus est. Habes epistolam διπλοῦν, & ex tempore tibi cum dispunctis & adjectis: quod tu familiaritatis argumentum interpretaberis potiùs quàm negligentiæ. Vale. Apud *Friburgum Brisgoia* tertio Cal. Septemb. M. D. XXXIII.

Des. Erasmus Rot. Petro & Christophoro Mesiis fratribus S. D.

UT hoc compendii faciam, viri nobilissimi, amborũ epistolis aliquot unicâ respondebo. Fidem accepi literas à vobis, expostulantes, vel, quæ est vestra civilitas, deplorantes potiùs, quod ad vestra scripta nihil respondissem. Ea res mihi summopere grata fuit, quippe declarans vestrum erga me studium haudquaquam vulgare. Flagranti enim desiderio omnis mora longa est, cui lenta est etiam celeritas. Sed posthac velim reputet vestra prudentia, quot montes, quot campi, quot maria, non dirimant, & per quas ambages epistolæ à *Friburgo Brisgoia* ad *Hispalim Hispaniæ* perferantur, quanquam hoc ipsum cujusdam felicitatis est, si perferantur, vel resignatæ ac semilaceræ. Quòd si fors acciderit, ut ad aliquas non respon-

quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Tales aliquot arbitror & inter istos esse, sed nescio quâ meâ infelicitate fit, ut in quos impingo tam feroces, támque implacabiles comperiam, ut tutiùs sit cum quovis Cardinale conflictari, quàm cum illis, citiúsque placaturus sim quemvis Regum aut Pontificum offensum, quàm unum ex istis qui se jactant mundo mortuos, quum vix in alio mortalium genere magis vivat regnétque mundus; paucos exceptos volo, utinam possem quamplurimos. Nuperrimè novus quidam extortus est, qui pro civili admonitione, ipsi non utili tantum, verumetiam necessariâ, sic respondit quasi lapidibus à me fuisset impetitus. Equidem arbitrabar mihi rem fore cum ingenio sedato ac philosophico, sed videor impegisse in *Citeriam* quãpiam, adeo nihil non rapit ad maledicendi occasionem. Ut enim omittam veteres illas ac solennes fabulas, quibus isti solent sua condire convivia, objicit mihi quod in literis, imò, ut ille loquitur, in omni mortalium genere primus, imò non primus sed solus esse velim: quod quum sit impudens mendacium & atrox convitium, tamen absque risu legere non potui. Ego me ipsum haud alio loco pono quàm quo quondam oraculum posuit *Megarenses*. Ac nè quid dicam de studiorum Poceribus, quorum nulli me unquam æquavi, video & gaudeo ubique terrarum efflorescere juvenes, qui me in omni literarum genere multis præcurrant parasangis. Impingit & livorem, sed nullum adfert argumentum, tantum infigit aculeum. Fateor meam naturam multis vitiis fuisse obnoxiam, verùm si satis intelligo quid sit livor, nullum hujus affectus assultum unquam in me sensi, gratia *Christo*. Arbitror enim esse livorem, quum quis uritur alienâ felicitate, quæ tamen ipsi nihil adferat incommodi. Nam si quis doleat hostem evehi ad dignitatem, quod jam futura sit illi paratior lædendi facultas, metus est potiùs quàm invidia. At ego quendam olim capitalem hostem ad summos honores evectum etiam gavisus sum, quod sæpenumerò fiat, ut magnæ dignitatis accessio sive per contemptum adversarii, sive quia non vacat per negotia, finiat contentionem: quod in *Adriano* ferunt usu venisse, qui factus Imperator fortè obvio quicum acres exercuerat inimicitias, nihil aliud dixit quàm, *Evasisti*. Addit aliud crimen plusquam capitale, sed multò omnium vanissimum. Ait se suis oculis vidisse ac legisse epistolam meam, in qua scripserim apertè, Nullum in religione *Christiana* majus malum inveniri potuisse, quàm quum religiones istæ repertæ sunt. Quæ voces ut nunquam inciderunt in animum meum, ita nunquam exciderunt, neque calamo, neque linguâ. Quid fingi potuit atrocius ad concitandas universas monachorum catervas in exitium meum? Addit: *Dices epistolam non esse tuam*. Utinam non sit. Si epistola habet ea verba, quæ recitat, certò sciat non esse meam, sed ab impuro nebulone spiritu diabolico confictam esse. Nec desunt hisce temporibus istiusmodi stratagematum artifices. Sin est ea quæ fertur ad *Servatium*, nihil ibi simile scriptum comperiet: tantum illa de quodam, qui puerilibus annis per tutores & alios protrusus fuerat in religionem, hunc fermè in modum loquitur: Quum multæ essent illius infelicitates, nihil tamen in omni vita accidisse infelicius, quàm quòd compulsus esset in hoc vitæ genus, ad quod nec animo nec corpore compositus esset: opinor hic nihil esse [illegible] queat reprehendi. Jam si sensit epistol[illegible] ctam, cur quod & dubium erat, & [illegible] orbi? sin quod legerat parum memini[illegible] secro gravitatis erat, in convitio tam [illegible] incogitatem esse? Cætera non libe[illegible] Atque hæc qui toties devorat, nec ad [illegible] mum habet vel linguam, censetur ira[illegible] simili perfunderentur aceto, quomodo [illegible] Equidem in tanto convitiorum strepitu [illegible] consolor *Paulino* dicto: *Quem diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit*. Me illibenter usurpo *Christianissimum* beati [illegible] dictum: *Domine, hic seca, hic ure, ut parcas in æternum*: est aliquid vel sic conformem fieri [illegible] *Christi*. Ille vivens Agnus ipsâ puritate [illegible] non audivit à Pharisæis? Vinolentus, [illegible] populi, dæmoniacus, blasphemus. Quod indi[illegible] nus non passus est, à militibus conspu[illegible] percussus, spinis coronatus, colaphis & [illegible] cur ego qui duriora commerui recusem [illegible] conspui, cædíque maledictis hominum procac[illegible] atque hoc elementi pharmaco purgari? Consolatur & illud animum meum, quod à sancta vir dictum, & ab æquè sanctis probatum est. Longè alia esse judicia Dei, alia hominum. Quod si alii sedet sententia non conquiescere donec me ad crucem adegerint, orabo Dominum ut mihi largiatur patientiam, illis mentem meliorem. Inveni mihi decretum est cum hoc animantium genere posthac nec habere simultatem, nec assumere [illegible] tudinem: alioqui *Christianam* pacem habere cupio cum omnibus, dabóq; operam ut id assequar, quod quidem in me erit. Hoc animo velim omnes etiam esse qui pro me depugnant. Postremò [illegible] me unum cum uno commissum, an non [illegible] mum est, ut senex juveni cedam arenam? Vetus exemplum est, sexagenarios de pontibus dejici, at non igitur tempus est ut ego jam prope [illegible] narius me subducam è studiorum [illegible] ac jam suffragiorum aliis cedam? Multò [illegible] æquius est ut à juvenilibus digladiationibus [illegible] Mira est humanorum ingeniorum pervicacia, & sibi quisque pulcher est. Postremò [illegible] plumis tegimur, homines sumus omnes, non angeli. Fateor absque literis *ἀδιάφθορον* [illegible] vivit absque literis, qui piorum hominum [illegible] dis libris semet oblectat. Ago nunc rem [illegible] cujusmodi sit, è libello quem simul cum hac epist[illegible] la recipietis cognoscatis licebit. Titulus est, *De præparatione ad mortem*. Accepi & *Christophori Fantani* epistolam, mirè facetam & argutam. Quam ille multa paucis expedit? Vehementer [illegible] hominis ingenium, quod tamen in argumento plur[illegible] sibiliore cupiam exerceri. Itaque scriptum hoc non fuisse evulgatum gaudeo. Digamma [illegible] brum *Franciscani* majore honore quàm [illegible] ut apparet devoravit. Ego tantum [illegible] degustavi, ídque carptim, móxque [illegible] *Alphonso Valdesio*, quem amicum longè [illegible] mum mihi fata videntur invidisse. Epistolam [illegible] am quam cogitatis edere, si nondum [illegible] premi malim. Desiderant, inquitis, [illegible] am. His ea epistola obturabit os, [illegible] stissimè scripta. Quid facias variis [illegible] minum judiciis? Qui falcis & arrodi[illegible] interdum & furiosis conviciis, ultrò [illegible] minem, vindicant sibi *Christianam* modestiam, &

in his qui suam innocentiam defendit ab impiorum hominum desiderant modestiam. Quam obrem modestiam? Ut pro maledictis & calumniis gratias agat, & in gratiam ipsorum fateatur mendacii crimen à quo se novit esse purum. Nec illorum refert quod ea res gigneret grave infirmum offendiculum: tam accuratam honoris sui rationem haberi volunt. Quid isti modestiam appellent nondum satis intelligo. At sunt aliquot, atque hi quidem nec indocti nec feri, qui in *Apologia* meis improbant immodicam modestiam, existimantes malo nodo malum fuisse adhibendum cuneum: & si requirunt modestiæ nostræ specimen, legant *Declarationes* meas. Quanquam æqui Judices fatebuntur me nusquam oblitum moderationis & civilitatis, præterquam in *Apologia* quâ respondeo *Sutori*. Is enim quum haberet malam causam, & versaretur in argumento de quo judicare non poterat, tamen effreni petulantiâ debacchatus est tanquam vir & Theologus & *Cartusianus*. Quid igitur? an ideo protinus ob unam epistolam me in modestorum album adscribent? Non arbitror: Sed alii decent esse fucum, alii causabuntur me facere quod galli gallinacei victi solent, demissis alis è certamine fugere ac pro modesto jactabunt esse timidum. Quin & illud auguror futurum, ut epistolam quidam pariat: si ista prodierit in publicum, is cui scripta est non sinet premi suam. Nam ea quoque cum vestris literis mihi reddita est: quæ quo animo scripta sit Deus novit, ego certè in bonam partem interpretor. Non enim oportet suspicacem de *Christianam* charitatem. Salutabit is hominem meis verbis amanter, simúlque persuadebit is nequaquam esse malevolentiæ quòd non respondeo: imò ob hoc ipsum non respondeo, quòd cupiam mutuam inter nos benevolentiam esse perpetuam. Verum est quod *Graci* dicere solent, multorum amicitias silentio dirimi: sed rursus experimento verum esse comperi, quorundam amicitias melius à silentio quàm colloquiis aut literarum vicissitudine. Sum frequenter in scribendo simplicior, dum animos ex meo æstimans. Verùm ea res mihi non rarò malè cessit. Vos quoque vestra humanitate dignum feceritis, si juvenis animosi cursum non impediatis. Fortassis eveniet illi quod solet vino generoso. Acerbius est, dum est mustum, verùm posteaquam ætate defæcerit fit mitius. Aliquid dandum est juventuti, quæ philautiæ locorio, modò nè sit immodica, extimulatur ad laudatrium, honestósque labores. Habeo gratiam vestræ diligentiæ quod *Lodovici Vivis* epistolam ad me miseritis: quam si scripsit ex animo, suspicari videtur me retrixisse in amicitia, quòd literis suis laudarit *Franciscanum*: quæ suspicio videtur & in vestros animos demigrâsse, sed eam non patiar altius insidere. Itaque vobis tanquam è tripode dictum certum & indubitatum esse volo, istius rei ne levissimam quidem cogitationem unquam descendisse in pectus meum. Imò, ex laudatricibus illis epistolis unicam duntaxat legi, eámque perbrevem. Habebat commendationem, sed ita temperatam, ut facilè quivis sentire posset, *Vivem* gessisse morem hoc officiolum flagitanti. Cur autem essem i *Vive* alienior, quòd amicitiam haberet cum eo qui cum mihi simultas intercederet, quum id nè à famulis quidem meis unquam postulârim, modò sic exerceant amicitiam, ut me non lædant? *Lovanii* quum mihi esset capitalis digladatio cum *Britanno*, *Vives* habebat interim cum eo non amicitiam tantum, sed familiaritatem quoque. nec deerant qui prædicarent *Britannum* illius operâ fuisse adjutum: Mihi tamen ob id nunquam pilo minus charus fuit *Vives*, eámque de viro docto insimulationem manibus pedibúsque repuli. Soleo quosdam amicos ultrò admonere, nè meâ causâ recederent ab amicitia eorum quibuscum mihi inciderat concertatio, perspiciens hoc expedire ad finiendas simultates. Demiror autem unde *Vives* eam conceperit suspicionem, nisi fortè quòd ad ipsum rarius do literas. Ego verò ad veteres & exploratos amicos non temerè scribo, nisi quid inciderit occasionis. Nulla est regio ubi non habeam aliquot amicos. Quòd si quoties uni scribo cogar omnibus scribere, duris profectò legibus mecum agatur. Proinde si vobis hic scrupulus exemptus est, *Vivis* suspicioni primo quoque tempore medebor. Superest, viri clarissimi, ut vobis pro isto erga me studio gratias agam. *Christophoro Fontano* salutem plurimam. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ* pridie Natalis Domini Anno M.D.XXXIII.

Erasmus Roter. Andreæ Critio Archiepiscopo Gnesnensi S. D.

IN literarum vicissitudine nonnulla fuit intermissio, de mutua benevolentia nulla fuit remissio. Non me fugit, quantis negotiis tua pietas distineatur, nec te latet, opinor, quàm sim afflictâ valetudine, quæ mihi omnem penè studiorum consuetudinem ademit. At ubi literis amicorum factus sum certior, R.D. *Petrum* Episcopum *Cracoviensem* rebus humanis ereptum, simúlque te factum Archiepiscopum *Gnesnensem*, gemina data est occasio, ut hac epistolâ quodammodo συγκλαίειν cogerer; & quemadmodum *Jupiter* è duobus doliis res miscuit, ita in epistola læta miscere tristibus. Neque enim tibi non possum gratulari, qui pro tuis egregiis virtutibus ad istuc fastigii fis evectus, in quo, velut ex editiore specula, tua pietas clariùs latiúsq; diluceat. Rursus, non possum non jungere tecum lacrymas, tuámque pariter ac meam vicem deplorare: tuam, qui tibi sanguine conjunctissimum, animorum benevolentiâ conjunctiorem amiseris: meam, qui tam amico patrono & consolatore sum orbatus: vix enim verbis consequi queam, quantum solatii, quantum hilaritatis adferre soleant omnes illius epistolæ. Fortassis & totius *Poloniæ* vicem meritò quis deploret. Quando enim Ecclesiæ talis continget Episcopus, quando Regi talis Consiliarius, quando regno talis Cancellarius? Quot egregiis dotibus eum virum cumulârat supremi numinis benignitas, quot heroicis virtutibus exornârat? diceres ad publicam hominum utilitatem divinitùs esse factum. Quàm solida, quámque recondita fuit eruditio, quàm fervens sacrarũ literarum studium, quàm oculata prudentia, quàm rara in negotiis gerendis dexteritas? postremò, in tam eximiis Dei donis, in tam sublimi dignitatis fastigio, quàm amabilis civilitas, quàm omnis expers supercilii modestia? Atque, ut scribunt, contigit illi mors talibus digna moribus: ipsis divinis literis quas adamabat placidè immortuus est, expiravit enim nemine eorum qui officii gratiâ aderant, sentiente: diceres obdormisse, non expirâsse. Hæc quum mecum reputo, pudet fieri, magis libet illi ter beatæ animæ gratulari, quæ nunc pro bona

Epist. 23.

semente

ſemente quam fecit in hac vita, meſſem apud *Chriſtum* metit opimam. Sed hæc abs te rectiùs perſcribentur, tuâque tubâ ſanctiſſimi Præſulis gloria meliùs decantabitur. Tu longè præſtantiores artifex & univerſas hominis virtutes penitùs habes cognitas ac perſpectas: ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura. Non dubito quin pro tua erga illum pietate, ſis nobis eum virum totum ſuis coloribus, tuo illo felici penicillo, depicturus. Conducit autem hoc non mediocriter ad bonos omnium mores extimulandos, ſi eximiæ virtutis fragrantia ad quàm plurimos dimanet: porrò jam vitâ defunctos laudare tutum eſt, quando nec laudato periculum eſt ab inſolentia, nec laudanti ab adulationis ſuſpicione. Nos tenuem modò odorem dare ſtuduimus. Dominus R. A. T. ſervet incolumem. *Baſileæ* Calend. Februar. Anno à Natali Milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto.

Petrus Epiſcopus Cracovienſis, & Regni Poloniæ Vicecancellarius, Deſ. Eraſmo Roterodamo S.D.

Epiſt. 24. MEritò te amamus, *Eraſme* doctiſſime: meritò amicitiam tuam plurimi facimus: qui quanquam totius, ut ſcribis, corporis doloribus oppreſſus adeo fuiſti, ut neque pes neque manus officium ſuum facere potuerit, librarii tamen tui manu ſcribere ad nos maluiſti, quàm ut tuas à nobis jucundiſſimas optatiſſimáſque literas requiri paterēris. Credibile non eſt, quàm grata nobis accidit tanta hæc animi in nos tui propenſio: cupimúſque viciſſim tibi quacunque re poſſumus gratificari. Quæ de graviſſima valetudinis noſtræ perturbatione, allata ad vos fuere, ſunt veriora quàm vellemus. Necdum planè tantis ex malis emerſimus. Quanquam verò morbi genus non idem, eadem tamen propemodum cauſa, conciliâſſe utrique noſtrûm adverſam hanc valetudinem videtur. Nam & tu dum reipub. *Chriſtianæ* pro virili tua prodeſſe ſtudes, dum de nomine tuo immortalitati conſecrando, anxius es & ſollicitus, neque ſcribendi, neque legendi finem facis ullum. Et nos dum Reip. Regni hujus, quantum poſſumus adjumenti adferre conamur: dum de ea quam nacti ſumus ſparta ornanda cogitamus, & ipſi quoque noſtri memoriam quoad ejus fieri poſſit, longiſſimum in tempus propagari cupimus: non eadem quidem quæ tu, neque perinde jucunda atque tu, & legimus tamen aſſiduè & ſcribimus, & ſi quid à lectione ſcriptionéque temporis ſupereſt, id omne acerrimis in cogitationibus graviſſimíſq; in curis ponere ſolemus; adeò nobis publicæ ſalutis quàm privatæ noſtræ incolumitatis prior eſt cura & antiquior. Sed neceſſariò jam faciendum nobis eſt, id quod familiares nobis noſtri ſuadent, magis propemodum quàm nos ipſi de ſalute noſtra ſoliciti, qui nos & hortari, & orare, & liberiùs accuſare, & monere, ut tantos labores fugiamus, non deſiſtunt. *Roſcium* ferunt dicere ſolitum, ſe quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remiſſiores facturum. Quòd ſi ille, quem longiore hujus lucis uſurâ frui, non multum Reip. intererat, aliquid tamen ad requiem ſenectutis excogitabat: quid nobis, mi *Eraſme*, faciendum eſt, tibi præcipuè, quem magnam orbi *Chriſtiano* utilitatem attuliſſe ſcimus, multóque allaturum majorem, ſi te nobis, quod ſperamus & optamus, plures adhuc in annos [illegible] mem Deus ſervaverit. Mutare quidem [illegible] ſed laxandi nobis certè modi ſunt: & ſi [illegible] Reipub. diu ſervire, ſaluti quoque [illegible] gentiùs ſerviendum. Itaque quam [illegible] ares noſtri occinunt quotidie, eandem [illegible] nam tibi quoque nos occinendam [illegible] libenter facis, da operam ut id quàm [illegible] facere poſſis. Delectat te ſcribendo Reipub. *Chriſtiana* rationibus prodeſſe, & celebre [illegible] ad poſteros tranſmittere: da operam, ut quemadmodum te juvat ſcribere, ita diu ſcribere [illegible] prodeſſe queas. Aliquid de iſtis tuis [illegible] diis & laboribus remittito. Cave [illegible] quàm parricida dici queas, ſi te labori [illegible] vigiliis conficiendo, quaſi manus ipſe tibi [illegible] videaris. Sumus inter nos, mi *Eraſme*, non ſolùm ætate, verumetiam fortunæ quadam ſimilitudine conjuncti. Nam & noſtrum eſt, infirmum tuum, vitreum planè corpuſculum cum ſenio tum laboribus fractum, nunquam ferè aboni [illegible] ſus tentatione liberum. Sed utrunque noſtrum *Chriſtus* quandoque reſpiciet, & flagellatos atque in gratiam receptos, priſtinæ ſanitati compores faciet. Bono nos animo eſſe oportet; nihil tum enim juvare dicitur animus in re mala bene. Quanquam te jampridem omni cruciatu liberatum eſſe credimus. Sin autem noſtri nos adhuc fefellit opinio, dubium nobis non eſt, quin unà utrique, pulcherrimo hoc & ſalubérrimo anni tempore vires noſtras priſtinas ſimus recuperaturi. Id quod faxit *Jeſus Chriſtus*, vera ſanitatis & incolumitatis autor. De rebus novis, quarum nos particeps feciſti, magnas tibi & agimus & habemus gratias. Nos quid ad te novi ſcribamus non habemus. Niſi fortaſſe novum eſt hoc apud nos, Do. à *Laſco*, qui fuit per *Joannem* Regem in vincula conjectus, jam eſſe ab eodem dimiſſum. Laborum ergo, quos ejus cauſâ maximo maximo cum ſumptu ſuo pertulit, donatus eſt illi quidam *Keſmarke*, & alterius *Dobrzin* uſus fructus in id uſque tempus conceſſus, quo quidem ei millia numerentur: nec amplius jam Regi *Joanni* facit ſtipendia. Spes erat injecta pacificationis inter *Ferdinandum* & *Joannem* Reges *Hungariæ*, ſed ea præciſa jam eſſe dicitur. *Joannes Turcarum* Imperatoris auxilio nimis & magnopere confidit. *Ferdinandum* tam potentem hoſtem provocare multi miranur, præſertim cum fratrem *Carolum* Imperatorem à Rege *Galliarum* impediri rumor ſit, quo minus ſatis ferre poſſet ſuppetias. Rex meus pacis ſtudioſiſſimus, cum *Moſchis* nunc bellum gerit invitus. Conſcriptus eſt validus exercitus: lætæ & ſecundæ ſperamus omnia, atque à Deo precamur. Quanquam cognitam eſſe tibi jam & perſpectam putamus, benevolentiam in te noſtram: viſum eſt tamen nobis, exiguo hoc munuſculo eam tibi magis teſtatum facere. Speramus tibi non tam muneris parvitatem, quàm amoris in te noſtri magnitudinem, unde munuſculum iſtud eſt profectum, gratam fore. Vale, mi *Eraſme*; nos ut amas ama tui ſtudioſiſſimos. Datum in arce noſtra *Bodzanczimenſi*, die vigeſimo ſexto Aprilis, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto.

Deſ. Eraſmus

Des. Erasmus Rot. Petro Tomicio Episcopo Cracoviensi S. D.

TAntum habent eruditionis & eloquentiæ literæ tuæ, Præsul ornatissime, ut me prorsus à scribendo deterreant: sed eædem rursus tantam præ se ferunt humanitatem, ut non verear illis vel ex tempore respondere, quod mihi penè perpetuum est. Itaque multum citóque scribendo didici malè scribere. Quòd tuam amplitudinem veneror ac diligo, nihil mihi debetur gratiæ, *Scythis* omnibus immanior futurus, si virum tot eximiis virtutibus præditum, & tam egregiis fortunæ ornamentis, tam singulari modestiâ, non toto pectore amarem. Tuum in me favorem, meámque erga te reverentiam, amicitiam vocas, aut te multum dejiciens, aut me multum erigens: mihi verò abundè magnificum est, inter tuos clientulos annumerari. Ejusdem modestiæ est, quod omnia tua cum meis confers. Formica camelus, aiunt *Græcorum* Proverbia. Nec confers modò, verum etiam in iis quæ sunt præcipua priores tribuis *Erasmo*. Utinam è lucubrationibus meis aliquid utilitatis accederet: præsertim ad pietatem. De nominis immortalitate non sum anxius, tametsi non est boni viri famam negligere. Sed varia sunt hominum judicia; tum hoc seculo, quid obsecro turbulentius? In eodem choro quàm dissonæ voces? quàm non congrui motus? ut qui velit hisce temporibus aliquid in lucem edere, nullo pacto vitare queat, quin se exponat multorum linguis confodiendum; ut, juxta *Pauli* sententiam, *per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam*, necesse sit ad id quod rectum est pertendere. Si olim scissem quid sit celebre nomen, summâ vi fuissem admixus, nè quis præter domesticos novisset *Erasmum*; nunc frustra mihi placet illud *Epicuri* λάθε βιώσας. Sed quando hæc est *Epimethei* prudentia, serò sapiens, quod unum superest, huc toto pectore incumbo, ut *Christo* propitio hinc emigrem. Ab his laboribus, in quibus crediis me libenter versari, jamdudum animus gestit discedere; sed partim me retrahit necessitas, partim revocat flagitatorum improbitas. Necessitas cogit, ut mea quæ ferè sunt extemporalia, ac citra justam curam præcipitata, sub incudem revocem, quando typographos cohibere non possum, quin subindè meas ineptias excudant, etiam puero lusa; interdum & alienas meo nomine evulgant lucelli gratiâ. Flagitatorum duplex est genus, quidam urgent privato affectu, velut typographi, qui lucri gratiâ quærunt novos libros: sunt alii quidam qui de me bene meriti postulant argumentum, quod existimant Reipub. profuturum: aut si nihil sunt meriti, ea sunt autoritate ut rogando cogant: hujus ordinis sunt, libellus *De misericordia Domini*, ad *Christophorum* Episcopum *Basiliensem*, *Commentarius in Psalmum* quendam ad *Episcopum Lincolniensem*, alter item ad *Tuizonem* Episcopum *Olmucensem*. Duo præterea libelli: alter *De symbolo fidei*, ad comitem *Vualtiserium*, alter *De morte Christiana*. Sed acriùs urgent, qui ex promissis velut obsignatis tabulis mecum agunt. Hujus ordinis quum alia quædam sunt, tum est *Ecclesiastes*; quem nunc damnos seriò: non seriò promissum, idem passi quod solet quibusdam puellis accidere, quæ per lusum recipiunt, quod cum dolore coguntur reddere. Quis sit operis genius futurus nescio, meus certè genius à nullo argumento magis abhorruit. Malui tamen hanc aleam jacere, quàm malæ fidei sponsor videri. Sed quid mei labores sunt ad tuam industriam, qui doctrinâ, consiliis, integritate, gratiâ, prudentiâ, autoritate, de Rege, regno, & ecclesiis *Poloniæ*, tam præclarè summo cum omnium applausu mereris. Jam ut ætas conveniat, multum tamen interest inter senectutem omni dignitatis genere florentem, & inter marcidam omnibúsque invidiæ telis expositam, nè dicam ἴσως vel ὄν potiùs γῆρας. Si novus annus tuam amplitudinem pristino vigori restituit, est unde *Christo* gratias agamus: me verò usque ad Idus Maias inclementissimè tractavit, adeò ut cruciatum penè jugium tædio cœlum mutârim (Nam in morbis deploratis medici solent ad hanc sacram ancoram confugere) si quod fortè mali levamen invenirem, aut certè morte finem dolorum adipiscerer. *Basileam* arcerâ muliebri vectus sum, cujus urbis nec incelebris nec inamœnæ hospitio compluribus annis sum usus, atque ibi in spem reditus mei erat extructum cubiculum in gratiam meam, quale mihi sciebant esse commodum; tum erat excudendus *Ecclesiastes*, qui multis locis hiulcus & inchoatus, vix potuisset absolvi, nisi præsens adfuissem. Hanc civitatem quam ante annos ferè septem subturbulentam reliqueram, bene tranquillam reperi, & ad sobrios mores pulchrè compositam. Jam non me fugiunt diversæ hominum sententiæ: animíque plurimorum, ad malè suspicandum æquo proniores: Verùm arbitror me tum ætate, tum usu rerum, tum eruditione quantulacunque huc perveniſſe, ut mihi totum sit quovis loco vivere. Nec tamen hoc animo prorepsi è nido, ut *Basileæ* sedem perpetuam figerem, nisi urgeret inexpugnabilis necessitas: verùm hìc erat animus, ut si parum succederet audacia, *Friburgum* in ædes meas, quas illic sat splendidas emeram, & ad usum meum diligenter apparâram, commodáque supellectile instruxeram, me reciperem. Sin succederet cœli mutatio, hinc vel in *Brabantiam*, vel in *Burgundiam* cogitabam. In *Brabantiam*, præter alia multa, invitat aula Cæsaris & paratum salarium si rideam: *Besontino* Senatui simul & Clero me pridem, quum illuc commigrare statuissem, *Carolus* Cæsar literis suis non indiligenter commendavit. Et absque vinis *Burgundiacis* illicò periclitor. Contemni poterat, quòd non nisi magno huc advehuntur, nisi magna ex parte à furacibus aurigis exhausta, aut admixtu corrupta, ad nos venirent. *Friburgi* Universitas est (ut vocant) cum primis celebris: & omni studiorum genere satis florens; nec illibenter vivebam in ditione Regis *Ferdinandi*, cujus haud vulgarem in me favorem multis argumentis sum expertus. Sed ejus loci cœlum mihi semper visum est meo corpusculo parum amicum, atque ipsa etiam domus, quamvis elegans, nonnihil suspecta fuit. Hìc aliquanto minùs malè habeo: nam bene habendi spes omnis adempta est, in hac quidem vita. Siquidem à puero fui delicati corpusculi, ratissimæque (ut medici loquuntur) texturæ, eóque cœli injuriâ facilius offendebar: sed vigor ætatis partim negligebat, partim vincebat hæc incommoda. Nunc posteaquam non labore tantùm, sed multò magis tot letales calculorum nixus,

& his ſuccedentes articulorum diri cruciatus, abſumpto corpore præter cutem & oſſa nihil reliquerunt, conſentaneum eſt ut indies corpuſculo magis ac magis attenuato, faciliùs offendar auræ incommodis. Sic planè fio cœleſtis, ut ad omnem cœli habitum, pejùs aut commodiùs habeam: Sed leviùs feruntur mala quæ non poſſunt eſſe diutina. Majorem in modum me delectavit, quòd eruditè juxta & appoſitè adfers de *Roſcio* Comœdo, qui cum ætate mutavit tibi arum modos. Verùm utinam ego aliqua ſaltem ex parte id eſſem in eccleſia, quod *Roſcius* fuit in theatro; attamen quod illi perſuaſit ratio, me docuit neceſſitas. Illud inter nos diverſum: Tui te revocant à laboribus, ut Reipublicæ cui prodes plurimum, poſſis quàm diutiſſimè prodeſſe: at mei me recuſantem ac detrectantem ad labores ſubinde novos protrudunt. Utcunque hæc habent, admonitio tua vel potiùs conſolatio, mihi fuit multo gratiſſima, atque illud efficiet, ut poſthac majorem habiturus ſim valetudinis rationem; & quicquid erit moleſtiarum, æquiore feram animo. De *Hieroſlao à Laſco* gratæ nuncias: nam huc neſcio quæ rumoris aura pertulerat, eum cum duce *Grittio* fuiſſe capite truncatum. De Cæſaris victoriis multa tum ſcribuntur, tum vulgo jactantur, quæ non arbitror omnia ἀνεμώλια, ut *Homericè* loquar. Populus Cæſareæ ditionis multis in locis, accenſis pyris teſtatur gaudium publicum; idem factum eſt *Romæ* Pontifex tamen negavit ſe id facturum, niſi *Caroli* literis ad ipſum ſcriptis factus eſſet certior. *Guletam* vetuſtæ *Carthaginis* ruinas expugnatas rumor eſt conſtans, & puto verum eſſe, cætera dubia ſunt. Hìc nihil eſt quod ſcribam læti. Peſtilentia ſcintillat in multis *Germaniæ* civitatibus. Oppidum *Weſtphaliæ* Monaſterium: quod occupârant retincti: vi expugnatum eſt, animadverſum in omnes, qui duodecimum exceſſerant annum. Ea lues nonnihil compreſſa eſt veriùs quàm extincta. Ex *Hollandia* Anabaptiſtæ turmatim in has regiones affluunt, nec diſſimulant ſuam profeſſionem; feruntur ac diſſimulantur, ſi nihil moveant tumultus. Quorſum hæc evaſura ſint, Dominus novit. Corda Regum in manu Dei ſunt, precórque ut quæ *Carolus* noſter gerit, *Chriſto* proſperante feliciter cedant; multorum tamen ſententiâ non minùs operæ precium feciſſet, ſi *Germaniam* inferiorem ab iſtis peſtibus defendiſſet, quàm expugnando *Guletam*. Neque enim res jam intra λογομαχίας conſiſtit, ſed ferro & ſanguine graſſantur δίβαφοι· inſidiis, dolis, ac vi civitates occupant, cæde ac violentiâ invitos ad ſuam ſectam adigunt, creant novos Reges ac Reginas, condunt novas leges pro ſua libidine. Ante menſem Reverendus D. *Joannes Faber* Epiſcopus *Viennenſis*, Regis *Ferdinandi* conſiliarius ad me ſcripſit, à *Turca* veniſſe oratorem ad *Ferdinandum* ac paulò pòſt alterum, Item à *Vayvoda*: Nondùm eſſe certum, ſed ſuſpicari ſe agi de pace, ad quam Rex eſt propenſiſſimus: Et ſapit in hoc *Germanicarum* & *Ungaricarum* rerum ſtatu. Nihil habet hæc ætas eo Principe ſanctius aut humanius; dabit illi ſpero Dominus aliquando fortunam virtutibus parem, ut rebus humanis quantum prodeſſe cupit, tantum & poſſit. *Lantgravium Heſſiæ*, qui ducem *Vvirtenbergenſem* in ſuam ditionem repoſuit, honorificentiſſimè exceſſe dicitur. Citeriùs Idus *Auguſti* duæ ſorores, *Maria* quondam *Ungariæ* Regina, & Regina *Dalia*: parabant colloquium *Cameraci*: videbimus quid ille pariat ſenatulus; utinam ſalubrius decernat, quàm ille quondam *Romæ*, cui præſidebat mater *Heliogabali*. Hyemem ſuperiore *Lutetiæ* ſævitum eſt acriter in quoſdam, qui quosdam excitârunt tumultus, ipſi etiam Regi molestes, ni deſiſteret perſequi verbum Dei (ſic enim illi loquuntur) ſchedis paſſim affixis, ad ipſum etiam conclave regium. Vario ſupplicii genere extincti ſunt apud *Pariſios* ferme quatuor; Plurimi metu profugerunt, inter quos non pauci nobiles. Eorum aliquot Rex, jam factus mitior, revocavit, redditis ſuis bonis, & permiſſo (ut narrant) dogmatum arbitrio, modò nè petant Regni ſtatum. Hujus motionis autorem narrant fuiſſe Regem *Angliæ* & *Paulum* tertium. In *Anglia* quid actitatum Epiſcopo *Roffenſi*, ac *Thomæ Moro*, quo leminum jugo nunquam habuit *Anglia* quicquam ſanctius aut melius, ex fragmento epiſtolæ quod ad te mitto cognoſces. In *Moro* mihi videor extinctus, adeo μία ψυχὴ juxta Pythagoram duobus erat. Sed hi ſunt rerum humanarum æſtus. Verùm his ſeriis nimium onero te: Nunc audi quod rideas. *Paulo* tertio viſum eſt in futuram Synodum creare Cardinales aliquot, inſigniter eruditos, inter quos propoſitus eſt & *Eraſmus* κόγχος & φασὶν ἐν λαχάνοις· ſed obſtabant, quum alia quædam, tum verò præcipuè cenſus nimium tenuis: præterea ſenectus, ac valetudo parum utilis obeundis eccleſiæ negotiis. Itaque nunc magno ambitu agitur, ut me propoſituris onerent, reclamantem, ac nitentibus pedibúsque recuſantem, ac perpetuò etiam recuſaturum. Ego animalculum ἀμήχανον nunc ſuſcipiam certamen cum ociofis, violentis & opulentis competitoribus, ut dives moriar? Brevi Poſtumicis ad te mitto, cujus animum lubens ampleſtor: bos clitellas non recipiam. *Roffenſi* Epiſcopo ſolerus Cardinalitius exhibitus eſt in carcere, ſed ille jam mori decreverat. Regi veſtro pro ſua prudentia pacis amantiſſimo precor omnia proſpera, dignus erat vicinis commodioribus. Munus tuæ benignitatis nec expetitum, nec expectatum, bonâ fide redditum eſt. Tam docta, tamque amica epiſtola, etiam ſi veniſſet *absque* ullo, ampliſſimi muneris inſtar erat futura. Nec ulla unquam ad me tua venit epiſtola, quæ non plurimum lætitiæ præſtârit animo meo. Magis ſtudioſi autem, hoc eſſe peculiare malis ſpiritibus, ut terrorem ac tædium adferant: bonis, ut gaudium & alacritatem. Nihil igitur mirum, ſi tui ſcripta ſic exhilarant, ſic diſcutiunt omnem mœrorem, quem à ſpiritu optimo verèque *Chriſtiano* proficiscitur. *Eccleſiaſtæ* volumen lubens ad te mitterem, ſi quis voluiſſet farcinam recipere, per negotiatores iſthuc perferetur. Quoniam elegantiæ cum tuis literis paria facere non poſſi, quod nequicquam diminutum eſt, loquacitate penſavi. Dominus *R.* amplitudinem tuam diu nobis ſervet incolumem. Datum *Baſileæ* pridie Calend. Septembris M. D. XXXV.

Paulo

Paulus PP. III. Des. Erasmo Rot. sacræ Theologiæ professori S. D.

Dilecte fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Gratissimæ nobis fuerunt literæ tuæ, quas nobis dilectus filius *Lodovicus Berus* Canonicus *Basilien.* reddidit. Cum enim nos delectare vel ob id tantum potuissent, quod à te erant, cujus nomen celebre semper amavimus, & doctrinam magni fecimus, eo etiam erant ornatu verborum ac gravitate sententiarum, ut ob elegantiam gratiores, eam quoque pietatem præferentes, ut gratissimæ nobis evenerint. Nam quamvis in gratulando benevolentiam, in laudando humanitatem, in monendo prudentiam tuam exhibueris, tamen præ his omnibus tuam pietatem amavimus, quam in sanctæ ecclesiæ tranquillitate optanda, tuáque in id propensitate animi & promptitudine obsequii expromenda nobis ostendisti. Nec verò ignoramus, quantum tua excellens doctrina pari conjuncta eloquentiâ nobis adjumento esse possit ad novos istic errores ex multorum animis abscindendos. Quamobrem cum id ipsum jam decrevissemus facere, quod postea piè monuisti, ut medii & communes incedentes, toti in causam sanctæ fidei asserendæ & ecclesiæ tranquillandæ incumberemus, lætati sumus plurimum talis viri judicio & amore, quod ea moneret ac suaderes, quæ nobis pertinerent ad officium, ac redundarent ad gloriam, iisque pariter tuæ operæ promptitudinem ac ministerium offerres. Quâ nos quidem de re tibi justiùs ac lentiùs gratias agemus, quàm de gratulatione & laudibus nostris, quanquam de his quoque gratias agimus. Illam enim tecum cupimus ut debemus, hæc verò à nostris meritis, quæ nulla sunt, separantes, ad unam Dei benignitatem cuncta referimus, cujus beneficio grati, voluntati obsequentes, oneri pares utinam esse possimus. Nam cum semper hæc dignitas multum oneris ac sollicitudinis habere consuevit, tum hoc præcipuè tempore plurimum secum detulit molestiæ & laboris: ut quamvis ob Dei servitium non declinanda, ob tædium certè ac difficultates implicitas non fuerit optanda; subibimus tamen alacres, contráque tendemus, nihil fidentes viribus nostris, sed in Deo spem omnem collocantes, ut ipse tandem suos miseratus, naviculam *Petri*, quam regimus, diu jactatam fluctibus, ac ventis concussam, in portum reducat, maríque & procellis imperet. Quo magis te fili hortamur ut tu quoque, quem tot ingenii & doctrinæ laudibus Deus ornavit, nos in hoc pio labore tibi maximè consentaneo coadjuvans, verbis & scriptis Catholicam fidem nobiscum tuendam, & ante Synodum, & in Synodo, quam Deo adjutore omninò habere intendimus, suscipias, extremóque hoc pietatis opere quasi optimo actu viam religiosè actam, tuáque tot scripta concludens, criminatores refellas, provoces laudatores. In quo Dei tui quidem retributione contentus, qui tamen quoque haud ingratos neque immemores experieris. Sed hæc pleniùs, & quo animo erga te tuáque commoda futuri simus, ex ipsius *Beri*, quem & virtutis suæ & tuæ commendationis causâ libenter vidimus, & benignè exaudivimus, sermone intelliges. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum* sub annulo piscatoris die ultimâ Maii, Millesimo quingentesimo trigesimo quinto, Pontificatûs nostri anno primo.

Bartholomæus Latomus Trevir, Erasmo Roterodamo. S. D.

Intelligo ex literis tuis veterem tuam erga me benevolentiam nondum intermortuam esse, quod equidem tanto gratius mihi est, quanto longiore intervallo nullam mei apud te memoriam literis instauravi. Neque tu id negligentiæ meæ imputare debes, *Erasme* humanissime (sunt enim, ut opinor, non minus quàm decem anni, ex quo nihil à me ad te scriptum est) sed potiùs verecundiæ, quam mihi non solùm natura mea tribuit, sed etiam auxit tui clarissimi nominis observantia. Scio enim quotidianis multorum literis studia tua pene obrui, dum quisque cupit nominis tui fulgore aliqua ex parte illucescere. Sed ego nunquam putavi meas ineptias tuis gravissimis occupationibus interponendas esse, nisi subesset justa ad te scribendi causa. Itaque tacui in hunc usque diem, non oblivione aliquâ humanitatis tuæ, quæ mihi primo congressu tuo cognita fuit, sed quòd arbitratus sim, te pro tua æquitate atq; prudentia etiam silentii amicorum rationem habere. Quòd orationem meam legisti non tam gaudeo, quam vereor nè tuo eruditissimo palato parum responderit. Ego certè ad te non misi, quicunque pertulerit (neque enim dignam duxi) sed tantummodo edita fuit, non tam ut ostentarem infantiam meam, quàm quod idipsum tempus postulare videbatur. Provexit enim me *Budæus* ad regiam professionem, vir non literis tántùm, ut tu nôsti, sed etiam humanitate colendus: movebantúrque invidiâ, ut fieri solet, nunnulli, qui non putabant æquum esse in *Gallia* ut *Germano* homini tantum honoris deferretur. Itaq; ego ut purgarem ambitionem meam, & simul ut clarissimo viro gratias apud omnes agerem, passus sum vulgari orationem, quam habui in auspicanda prælectione publicâ, eadémque re factum est, ut ad te quoq; pervenerit. Utinam satisfacere possem gratulationi tuæ, *Erasme* doctissime, quæ mihi non solùm perjucunda fuit, sed etiam humanissima visa est. Non enim credere potes quantum oneris sustineam. Malè habet primarios aliquot collegiorum, quòd *Latina* professio publicè instituta sit, tum verò tam multi figuli invident, ut etiam quamvis bonum artificem artis pœnitere queat. Sed tamen obdurui, & satis feliciter processi in hunc usque diem, éstque spes fore, ut hoc regium institutum in linguis & bonis artibus provehendis magno commodo sit huic Academiæ. Quòd incommodior tibi valetudo est, dolet mihi ex animo, idque eo justiùs, quòd vel immortalem te esse, si fieri posset, oportebat. Equidem piget me conditionis nostræ, cum sæpe video tot nequam homines abundare viribus, torpentes omni ocio atque ignaviâ: tibi autem doctissimo pariter ac studiosissimo homini, qui omnes ingenii & corporis facultates diu noctúque impendis in publicam utilitatem, nè ad gratum quidem spiritum corporis salubritatem suppetere. Quanto æquius erat naturam rerum in Cyclopas istos & centauros, quibus abundat nimium *Christianus* orbis, malignam esse, quàm in publica literarũ præsidia. Sed te una consolatio sustentare debet, vir cordatissime, quòd hæc iniquitas laborum

tuorum compensabitur olim non solùm apud Deum opt. max. cœlestibus præmiis, sed etiam apud omnem posteritatem sempiternâ nominis tui memoriâ. Vives enim tu & gaudebis fructu laborum tuorum in futura etiam vita; tantúmque abest ut totus unquam interiturus sis hoc mortali caducóque corpusculo, ut etiam fama ingenii tui impressa literatis monumentis Regum pyramides superatura sit, clarissimorúmque Imperatorum victoriis illustrior futura. Jam vigesimus annus est, opinor, & ampliùs, ex quo primum mihi cognitus fuisti, quum interim nullum prætermisisti spacium, in quo non aliquam partem ingenii ac lucubrationum tuarum orbi terrarum communicaveris. Tantam igitur tu laudem tibi putas aliquando interituram esse, aut ullam futuram tam ingratam posteritatem, quæ de tot tantísque laboribus tuis leviùs censura sit, quàm hodie te vivo judicant non solùm doctorum hominum ingenia, sed etiam ipsę terrarum orbis? Confirmâsti immortalitatem nominis tui gloriæ magnitudine, tantúmque decus ingenii ac summæ eruditionis de te unus hoc seculo extulisti, ut etiam invidiæ dentibus frenos in omnem partem injeceris. Quamobrem macte virtute esto, *Erasme* laudatissime, & hanc quam peperisti gloriam fortiter omni incremento laudis ad finem usq; persequere. Nam qui invideant fortassis tuo nomini, & in arma ingenii tui incurrant, erunt nonnulli dum nobis superstes fueris: qui autem præripiant tibi palmam immortalis gloriæ, aut quicquam de splendore laudum tuarum detracturi sint, nè posteritas quidem æquo animo unquam latura est. Expectamus *Ecclesiasten* tuum, quem joco quidem promissum, sed tandem seriò extortum esse scribis. Utinam sæpe in hanc partem urbanus sis. Videris enim mihi in hac re imitatus esse puellarum festivitatem, quæ persæpe quod lusu conceperunt, coguntur bonâ fide in lucem reddere. Sed ô partus tuos felicissimos, qui etiam puellarum fœcunditatem nobis superaris! Non enim infantem nobis daturus es, quod satis scio, sed perfectum jam, &, qualis ille apud *Homerum* fertur, ἐσθλὸς καὶ βουληφόρος ἀνὴρ ἀγορητὴς annosum & consultissimum concionatorem. De nostris concionatoribus, vel potiùs de tota turbulenta concione, nihil opinor opus esse ad te scribere, quum non solùm omnia ex aliorum literis, qui ad te scribere solent, sed etiam ex fama ipsa cognoveris. Fuimus præteritâ hyeme in magno periculo & invidia *Germani* omnes in hac urbe, propter quorundam temeritatem, qui libellos seditiosos non solùm totâ urbe *Parisiorum*, sed etiam in aula Regis fixerant: Dederunt tamen illi pœnas, atque utinam omnes dedissent. Sed interim & alii complures eâdem tempestate abrepti sunt. Magnus terror erat, & formidolosa rerum facies apud omnes, vincula, carceres, tormenta, flammæ. Vidisses homines in altum suspensos subjectis ignibus vivos cremari, audisses voces insultantis vulgi, & increpantis damnatos inter ipsa supplicia cum magna atrocitate. Ita suprà quatuor & viginti homines absumpti sunt, *Gallici* nominis omnes, nec quisquam *Germanus* de capite periclitatus est. *Beda* tuus fecit emendam, ut vocant, honorabilem, cum hac confessione, quòd contra veritatem & Regem loquutus esset, quæ verba ante ædem divæ virginis magno populi concursu præeunte præcone palàm pronunciavit: nè fortè *Lutheranum* illum fuisse putes. Adhuc detinetur adhuc in carcere, [illegible] in monasterium aliquod, ut ferunt, ubi [illegible] Regi visum fuerit. Cætera jam tranquilla sunt omnia, éstque fama exules, qui metu profugerunt, redituros esse, restitutis etiam bonis quæ fuerant à fisco occupata. Vehementer detestatur concilium à bonis viris omnibus, quod nisi aliquando habitum fuerit, verendum est ne eadem hæ turbæ sint abituræ. Audio multos indignare *Hollandos* tuos, quod equidem doleo, pudéque illis accidisse, quod bene constitutis corporibus, ut aiunt medici, solet, ut quæ levia etiam tentari cœperint, vehementiùs turbentur. Quòd si malum hoc aliquando in *Gallias* inverserit, dii boni, quantam videbimus tempestatem? Sed de his satis. Sum enim prolixior ad te quàm debeo, vereórque nè patientiam tuam importunâ loquacitate offendam. Sed ignoscere mihi debes. Quum enim longo tempore ad te nihil scripserim, nunc oblatâ occasione tibi uni epistolæ ubertate compensare ante actæ temporis silentium: ac simul calor quidam amoris tui scribentem longiùs provexit. Puero, quem mihi commendâsti, libenter commodabo ubicunq; potero fecerísq; mihi pergratum si crebrioribus officiis à me exigendis benevolentiam erga te meam probare non dubitaveris. Vale. Datum *Lovanii* die *Petri & Pauli*, M. D. XXXV.

Desid. Erasmus Roterodamus Bartholomæo Latomo S. D.

ACcepi ante dies paucos epistolam à Paulo [illegible] tertio mirifici favoris, atque honorificentissimæ de me testificationis plenam. At ni vam, si ea mihi fuit tuâ gratior, ad quam nunc respondeo, sed λακωνικῶς, &, ut ita loquar, per aphorismos. Benevolentia, mi *Latome*, quæ rebus temporariis, & in quas jus habet fortuna, conciliatur, solet illis in diversum mutatis vel refrigescere, vel intermori. Me verò tibi nec forma, nec opes, nec dignitas, sed eruditio, candor animi, ac morum synceritas conciliavit; quæ ut propria perpetúque sunt hominis, ita perpetuam amicitiam pariunt. Nunc quum perspicio te iis virtutibus quas olim in te dilexi factum locupletiorem, æquum est, ut meo erga te favori nonnihil accrescat. Quod excusas silentium tuum, operam insumens [illegible] mihi crede; nunquam soleo spectare amicum hoc vulgari officio æstimare. Quid quod impudenter facerem, si id in te requirerem, in quo tu pari jure possis ἀντιπαγγέλλειν. Orationem tuam valde probavi, quanquam mihi reddita est mutila, neque quicquam unquam legi tuum, quod non vehementer arrideret, eo quod illic animadverterem ingenium ardens absque furore, liberum absque petulantia, amicum absq; adulatione, excelsum sine arrogantia. *Budæum* ob eximiam eruditionem, ac præclara in rem literariam merita semper animo sum veneratus, tametsi quidam conati sunt nostram amicitiam nescio quâ nubeculâ nonnihil offuscare. Enim nunc longè pluris facio, quod tam amanter consuluit honori commodísq; tuis. Collegiorum primores nihil actum vi faciunt. Metuunt nè quid decedat ipsorum quæstui, quem plerisq; unicum habent scopum. Vix credas quibus machinis *Lovanii* conati sunt obstare nè

ad Collegium trilingue reciperetur. Quâ quidem in re ſtrenuam navavi operam, ita plurimum invidiæ mihi conflavi. *Tornaci* cœperat inſtitui profeſſio linguarum, ſed academia *Lovaniſis & Franciſcani* qui *Tornacum* incolunt non conquieverunt, donec quod inchoatum erat omitteretur. Domus in hunc uſum extructa, proſpectum habebat in hortum *Franciſcanorum*. Hinc illæ lachrymæ. Te primos excetræ impetus feliciter ſuſtinuiſſe vehementer gaudeo, nec dubito quin reliqua futura ſint ſecundiora. Illud interim tibi providendum cenſeo, ut dum ætas laborum eſt patiens, ſeponas quod commodè ſenectutis alat ocium. Ego ſi annos numerem, diu vixi; ſi rationem ineam quantum temporis mihi lucta fuit cum febribus, cum calculo, cum podagra, non diu vixi. Sed par eſt non patienter ferre, quicquid ille ſupremus Dominus nobis immiſerit, cujus voluntati nemo poteſt reſiſtere, quíque ſolus novit, quid nobis expediat. Quod me conſolaris commemoratione clari nominis, nec apud poſteros unquam intermorituri, non ingratum eſt amicæ voluntatis officium. At me nihil movet iſta gloria, nec ſolicitus ſum de poſteritatis applauſu. Unum illud mihi curæ cordíque eſt, ut hinc *Chriſto* propitio emigrem. Huc multi *Galli* nobiles profugerant, hybernæ procellæ metu, qui revocati ſunt. *Leo rugiet*, inquit Propheta, *quis non timebit?* Similis terror diſſimili de cauſa occupavit animos *Anglorum*. De quibuſdam monachis ſumptum eſt capitis ſupplicium, inter quos fuit quidam *Brigittenſis* per humum tractus, mox ſuſpenſus, denique corde revulſo in quatuor ſectus partes. Hic conſtans & veriſimilis rumor eſt, ubi Rex cognovit Epiſcopum *Roffenſem* à *Paulo* tertio cooptatum in numerum Cardinalium, eo maturiùs productum è carcere truncâſſe capite. Sic ille dedit rubrum galerum. *Thomam Morum* jam pridem eſſe in carcere, facultatibus in regium fiſcum redactis, nimis verum eſt. Ferebatur & is ultimo affectus ſupplicio, ſed nondum certum habeo. Utinam periculoſo negotio ſe nunquam admiſcuiſſet, & cauſam Theologicam ceſſiſſet Theologis. Cæteri amici qui me ſubinde & literis & muneribus dignabantur, nunc metu nec ſcribunt, nec mittunt quicquam, neque quicquam à quoquam recipiunt, quaſi ſub omni lapide dormiat Scorpius.

Hic Pontifex videtur ſeriò moliri concilium. At non video quomodo ſit coiturum in tanta Principum ac regionum diſſenſione. Tota inferior *Germania* mirè infecta eſt à retinctis, In ſuperiore diſſimulantur. Turmatim huc affluunt, quidam *Italiam* petunt. Cæſar oppugnat *Goletam*. Meâ ſententiâ plus periculi eſt ab *Anabaptiſtis*. Non arbitror *Galliam* ab hac colluvie prorſus eſſe liberam. Sed muſſant iſthic formidine ſuâ.

Scis Monaſterium *Veſtphaliæ* metropolim expugnatum eſſe. Apud *Amſterdamos* periculoſus tumultus eſt in urbe. Neque neſcis opinor *Vandalum* conterraneum tuum *Tornaci* peſtilentiâ ſublatum eſſe, virum pulchrè doctum, jam digamum ac liberorum aliquot parentem. Prodit *Concinator* meus, utinam bonis avibus. Nam mihi quidem hoc argumentum nunquam arriſit.

A Feſtivum eſt quod adfers de puellis, quæ joco nonnunquam recipiunt, quod cum dolore coguntur reddere, optásque ut ſæpius ad eum jocer modum. Verùm illud quoque nonnunquam evenit puellis, ut quod per luſum receperunt abortu cogantur rejicere, aut in ipſo partu emori. Quorum poſterius metuebam, prius illud evenit. Nec eſt animus poſthac ad iſtum jocari modum. Nunc de meo ſtatu accipe quod rideas. Hortatu *Lodovici Beri* inſignis Theologi ſcripſeram *Paulo* B tertio. Is priuſquam reſignaret epiſtolam, honorificentiſſimè de me loquutus eſt. Quúmque ſtatuiſſet in futuram Synodum aliquot eruditos in Cardinalium ordinem allegere, propoſitum eſt & de *Eraſmo*. Sed objiciebantur impedimenta, valetudo ad obeunda munia inutilis, ac cenſus tenuis. Aiunt enim eſſe Senatuſconſultum quo ſubmoventur ab ea dignitate, quibus annui reditus ſunt infra tria ducatorum millia. C Nunc hoc agunt ut me onerent præpoſituris, ut hinc juſto cenſu parato doner purpureo galero. Feli aiunt crocoton. Eſt *Romæ* quidam amicus, qui hoc præcipuè molitur, fruſtra monitus non unis meis literis, me nec ſacerdotia nec penſiones morari, hominem ἀμεταθέτον, & indies mortem expectantem, nonnunquam & exoptantem, tam diri ſunt interdum cruciatus. Vix tutum eſt è cubiculo proferre pedem, ac nè proſpectus quidem aſini tutus eſt. Corpuſculum hoc rarum D ac tenue nullam fert auram niſi coctam; Et ſic affectum huc volunt protrudere, ut ambiam præpoſituras & galeros. Mihi tamen interim gratiſſimus eſt ſummi Pontificis, & error de me, & affectus erga me. Sed verboſior ſum quàm deſtinâram. Epiſtolæ tuæ prolixiori facilè ignoſcam, ſi culpam iſtam frequenter iteres. Puer quem tibi commendâram ubi vivat ſcire cupio: Rogo ut illum interdum amanter appelles. Habet patrem virum humaniſſimum, ipſe probæ indolis. E Bene vale. *Baſileæ* vigeſimo quarto die *Auguſti*. Anno M. D. XXXV.

Hector Hoxvirius Eraſmo Rot. S. D.

TAm multa támque inſignia extant tua in me, *Eraſme*, merita, ut quoties ea in calculum revoco, meritò mihi mortalium omnium videar ingratiſſimus: nam, ut cætera omittam quorum vel ſola recordatio me magno afficit pudore, F id cujuſmodi eſt quod nuper me tam humaniter & promptè, tam etiam honorificè commendaris *Alciato* tuis literis? ídque prolixiùs & diligentiùs, quàm vel conditionem decet meam, vel ipſe audebam poſtulare; nec verò me puderet hæc nova mihi quotidie à te alia ſuper alia beneficia cumulari, ſi modò eæ mihi facultates ſint tum fortunarum tum etiam ingenii & doctrinæ, quibus vel referendis vel agendis ſaltem gratiis hominis non ingratiſſimi munere defungi poſſem. Augent hanc ſollicitudinem meam *Alciati* ipſius G in me incredibilis humanitas officiáque plurima, quæ mihi poſt tuam commendationem cumulatiſſimè præſtitit, & majora ſi uti velim præſtaturum ultrò ſe offert: nam mox tuis literis acceptis accerſit me in ædes ſuas, ait me ſibi à te eſſe commendatum, neq; adeo opus fuiſſe cómendatione ullâ, ſed tamen poſtquam ita mihi viſum ſit ut te ejus rei gratiâ ſollicitarem, ſe daturum

Epiſt. 29.

operam ut intelligam tanti viri commendationem apud se haudquaquam exigui esse momenti; nec gravarer te, inquit, etiam in domesticum contubernium admittere, nisi rei meæ familiaris ratio hac in parte voluntati tuæ morem gerere prohiberet. Subinde autem multa de te honorificentissimè & amantissimè loquebatur, abeuntem arctissimè complexus dimisit non sine singulari suæ in me voluntatis contestatione. Interea quoties ad eum accessi nunquam non valde humaniter comitérque excepit. Nuper autem usus sum ejus operâ & consilio in negotio quod mihi de re mea familiari inciderat: cúmque illi (ut decebat) coronatos aliquot offerrem, & abnuentem vehementiùs urgerem, eo vultu recusavit quasi qui mihi amicus non fuerit futurus, nisi in ea re illi molestus esse destitissem: hæc omnia ut mihi ornamento & studiis meis emolumento esse intelligo, ita prima mea in eo ratio esse debet, ut ingrati (ut dixi) hominis notam effugiam: proxima ut operam dem nè vestram operam frustra requisisse videar, neu mihi desim ipsi, pulcherrimámque hanc discendi occasionem per socordiam & ignaviam mihi patiar elabi, quo nomine scio me utrique vestrum gratissimum facturum. Sed hæc hactenus. A *Viglio* jamdiu nihil accipio literarum: sunt hæc quidem illi inauspicata proœmia, qui in has turbulentissimas inciderit tempestates, & (quod dicitur) quasi in ipso limine impegerit. Miror quorsum evasurus sit horum audacia, ex amicorum literis intelligo quæ illic & in patria gerantur; sed tam absurda pleraque, ut vix inducam animum credere, nisi quod effrenis & inconsulta licentia cujusvis facinoris mihi abundè faciat fidem. Memini te olim ante annos quatuordecim, quum primum hanc telam quidam essent orsi majore audaciâ quàm consilio, & tum valde multis placeret quod pietatis & religionis speciem præferret; te tamen hæc, & quæ post secuta sunt prævidere & disertè vaticinari: quo nomine sæpe audivi graviſſimos viros exactissimum judicium tuum summámque prudentiam admirari. Spero tamen post hos tam atros turbines reditura aliquando Alcedonia. *Viglio* fortassis meliùs consultum sit, si relicto Episcopo suo ex illis rerum undis in quietam aliquam stationem recipiat sese, ad júsque civile docendum conferat, futurus aliquando inter ejus disciplinæ professores primi nominis. Qui has literas ad te defert, *Viglii* propinquus & cognatus est, juvenis insigni probitate, & proximis diebus hìc ab *Alciato* doctoreâ laureâ insignitus. Si *Alciato* aliquando scribes, rogo nè pigeat interim ad me quoque literulas aliquas adjungere, quo nostri quoque videare meminisse. Utinam sit quod vicissim tibi quoq; conficere possem: sed hac promptæ voluntatis conscientiâ, cum exiguum id sit quod possum, interim me mihi excuso. Vale, *Erasme*, omnium qui vivunt præstantissime, & diu nobis studiisque bonis firmus & valens superis; quod votum ratum velit esse Deus optimus maximus. *Ticini* Calendis Junii. M. D. XXXV.

A que suos patimur manes, ego militaris [illegible] am expertus sum, tu studiosorum quo[illegible] rulentas acerbissimásque invectivas. Sed [illegible] fortasse melior conditio, quod vindictam tu in manibus habes, ego nihil aliud adversus eos putui quàm ut veteri illo carmine me ipsum [illegible] τὰς τῶν πραττόντων ἐμαυτὸν ἀμοιβὰς ἀφείς. Sed [illegible] didissime *Erasme*, perpendimus quomodo à tu tuam hanc *Rhamnusiam* æquiorem experiri, vel B saltem transmittere ut cunque possis. Vide enim plurimum te hoc nomine affici, adeo ut mihi ex epistola ex his quas intra quadriennium hinc edidisti, unde manifesta solicitudinis hujus argumenta non erumpant: Sed quid epistolas commemorem, cum tot jam Apologias adornaris, in vulgarísque, tam ubere proventu, ut appareat te alium *Alcinoum* esse in cujus hortis [illegible] μῆλα δὶς μήκοις πεφυκέναι; at quid quæso inde profecisti? compressi nè ideo sunt aculei tui? nihil C minus, perinde ac crabrones cum irritantur, quo igitur usi tandem addiscis aut vehementiorem terrorem inveniendum à te esse, aut fore ut iste quidem coerceas: vehementiorem autem invenire non potes, cum nec veteres quidem illi *Tertulliani*, *Cypriani*, *Hieronymi*, *Augustini* potuerint. Quin igitur supervacaneum hunc laborem omittis, medióque omnibus negotium hisce ostendis, quos juvat dente dentem rodere. Candoris tui apud omnes maximum argumentum D dedisti, quòd in neminem primas dissimili libello, te à vellicantium impetu hactenus solummodo tutatus es, neminíque molestus nisi qui in se lunam (quod aiunt) deduxerit fuisti: quid quæ est si qui novi exurgunt novas parare defensiones, idque in te juris vitilitigatoribus concedere, ut eorum arbitratu alios super alios labores tibi injungas? quàm egregiè P. *Scipio*, cum relictis accusatoribus hodie, inquit, hostes vici, quæ suibus & jurgiis supersederi æquum est? *Triumphas* tu quotidie de hostibus tuis, quitor insignia E volumina edideris: ut *Adagia*, quibus docuisti quemadmodum Barbari, qui *Græcam Latinamque* linguam oppugnatum veniunt, summovere possis; ut *Novum instrumentum*, & *Paraphrasis*, quibus vera Theologiæ fundamenta adversus Theologistas jecisti: ut *Hieronymianos* commentarios, quibus cucullatis quibusdam cornicibus oculos confudi, & qui se plurimum acuminis nomine plebi venditabant, ostendisti meros esse *Plinios*. Quid ampliùs, partâ tantâ gloriâ in arenam descendis? F jamdiu rude donatus es omnium eruditorum consensu: quòd si excusatione ætatis uti non vis, quanto meliùs aliud argumentum tractaveris? non deerit in quo majore cum omnium utilitate possis versari, quàm his in Apologiis, quibus hæc una votorum summa est, tristi, ut ille inquit, lædere versu *Pantalabum* scurram. Nam & de libello quo in te specimen *Tyrannii* edimus conquereris, quid aliud dicam, quàm non multum G ad te pertinere: apparet in *Lutherum* potiùs scriptum à quo tu [illegible] dissides; nam quæ colligit ille ex scriptis tuis, ut inde confectum hæreticis præsticam declaret, haud quaquam multum fidei apud illos factura sunt qui utrinque opera viderint: quod ut demus quandoque fortassis contigisse, quæ tum denique culpa est tua? major certè illis ab ipsis evangelicis occasio antipitur, ut nullum est tam perversum dogma, quod in

Andreas Alciatus Erasmo Rot. S. D.

Epist. 30. ITa est ut scribis, *Erasme* optime, fortuna plerosque quos deprimere videtur, attollit, æstúque suo agitatos reddit meliores. Sed ut video quis-

in ſpeciem ſacras literas non prætendat, cur eadem ratione in earum autores non declamat? Nihil adeo pium eſt quod in malum uſum ab eis trahi non poſſit, ſiquidem ἁπάντων κτημάτων τὸ κάκιστον χειρίστου potuiſſes itaque illum libellum finere impunè vagari, ſicut & plerosque alios hujus generis qui autoribus ipſis oneri non honori ſunt: quis enim Imperatoris cujuſquam factum probet, tam periculoſo externo bello civilia arma adeo intempeſtivè pertractantis? Videntur mihi Theologi illi veteres id obſervâſſe, ut ſi qua in ſe opera ederentur quæ orthodoxæ legis autóritatem majeſtatémve imminuerent, adea reſcriberent, nè accuſatorum artibus ſimpliciores deciperentur, & recto tramite decederent: quòd ſi quicquam objectum eſſet quod ad particularem ſui injuriam pertineret, nullâ reſponſione dignabantur; conſtat ab æmulis *Cyprianum* τοῦ ἀνεπιγκλήτου *Cyprianum* dictum fuiſſe, & tamen adverſus hos nulla extat illius ſancti viri *Apologia*: Inſimulavit *Palladius* nominatim *Hieronymum* quòd cum virginibus nimium frequens eſſet; at talem obtrectatorem irrepercuſſum dimiſit tamen ille, ſolâ recti conſcientiâ contentus. Relinquamus igitur hujuſmodi *Aniicatones* ethnicis, ſinamus tales controverſias cum Demonſtrativo genere ſuo Rhetoribus, qui, ſi vera non habeant, ficto in themate declament: imitemur nos *Chriſti* Domini noſtri exemplum, & inſectantibus bene precemur. Quàm quinaris graves eruditósque viros ferre ſententiam, cum in manus hujuſmodi accuſatorum tuorum libros accipiunt, ſi tamen unquam accipiunt? Fregit nè hîc, inquiunt, in *Eraſmum* genuinum, quòd in divinis *Eraſmus* malè ſentiat? minimè verò, cum nec *livor* quidem objicere id ei poſſit homini ὀρθοδοξοτάτῳ; in eum invehitur qui prior laſus fuerit? atqui nulla extat ejus niſi provocati, dentatâ chartâ. Sequitur ergo ut inani quidam & Ethnicâ ambitione ducti hæc ſcripſerint, prodántque *ipſi* impietatem ſuam, dum alienam detegere conantur. Falleris, *Eraſme*, ſi tam malè de nominis tui majeſtate, déque ſtudioſorum in te obſervantia judicas, ut arbitreris hujuſmodi obtrectationibus de arce te eruditionis & probitatis, quam tam diu inſedisti, deturbari poſſe: atqui quod octiores ſunt qui in te ſcripſerunt, eo majore notâ imuruntur, quod tam modicum honorem communibus ſtudiis habeant, ut te de eis optimè meritum injuriâ afficere ſuſtineant: quid vulgares & indoctos dicere credendum eſt, cum tales controverſias adeo ardere inter doctrinarum Coryphæos vident? Bene habet, inquiunt, eſt unde imperitiam noſtram ſolemur, cum iſtis ſapientibus hæc excidunt, quæ in nobis nemo non rideret. Vides igitur quanto ſatius ſit ſemel hac de re conſtituere, ſilentióque in poſterum hos ulciſci, alioquin quem unquam finem res hæc habebat? Δίκη δίκλω ἕτερον, κοὐδὲν ἐκβλέπω. Vides ut breviſſimus libellus ingentium voluminum ſeminaria habeat, ut ex uno angue tot *Cadmei* fratres prodeant, ut unus omnium Eccleſiaſtarum metamorphoſin prætendat: oſtendiſti eruditis quid poſſeris cum tale argumentum tibi tractandum cenſuiſti; oſtende nunc quæ ſit animi tui magnitudo, quantus injuriarum neglectus, quanta æquanimitas, impones mihi crede *Zoilis* omnibus pudorem.

A Quæ ego ad te ſcribo, *Eraſme* humaniſſime, non quod tibi conſilium dare, id eſt, *Minervam* docere velim, ſed ut qualiſcunque ſententiæ meæ facerem te certiorem. Fieri enim poteſt ut aliæ ſubſint cauſæ quas ego neſciam, quibus tu compulſus neceſſariò ad claſſicum accurras. Tu quæſo boni conſule ſi liberiùs tecum egerim, quàm mea erga te obſervantia ferre videatur. Non deſuerunt & qui me huc ut ſcribis lacefferent, ſed imperitos ſilentio tranſmiſi, doctiſſimos humanitate & B reverentiâ demerui, ut mihi conciliarentur. Si viveret *Longolius*, & eum nobis hominem fata ante diem non eripuiſſent, non dubito quin ænigmata illa & allegorias quatenus famæ noſtræ obeſſe poſſent moderaretur: quid enim illi opus erat, Judicem ſe inter me & *Budæum* conſtituere, cùm egregiè nos concordes ſimus? quamvis nec ille ſolus mutuam hanc noſtram gratiam dirimere tentârit, ſed & alii quoque: verùm quum huc veniſſem falſas omnes criminationes deprendi, *Budæique* animum perquàm ingenuum ſyncerúmque eſſe certiſſimis argumentis cognovi, quo fit ut fide meâ ſpondere audeam, nihil eſſe quod addubites quin & tibi ſit æquus. Quare noli quæſo committere, ut plus tu credidiſſe tuis videaris, ſi qui in eum te ſtimulant, quàm ipſe ſuis credat: fieri non poteſt quin inter doctiſſimos quoſque oboriantur aliquæ ſimultates, ſed has publicè intereſt nec in inimicitias tranſire, nec diutiùs durare. *Carolum Subquietum* tuum ſum doctorali D laureâ quamprimùm ornaturus, quod publico impendio fiet: ejus enim doctrinæ, commendationiq; meæ hoc à Republica *Biturigum* tributum eſt, quod pauciſſimis ad hanc diem contigit. *Viglius* libentiùs in *Germania* ſua profiteretur, utinam deſtinâſſet ſibi *Zaſius* talem ſucceſſorem. Laudas tu illum quòd diligentiſſimè in Muſarum ſtudiis verſatus ſit: at ego, quòd pari diligentiâ legibus quoque, quod rariſſimum eſt, aſſederit. Quapropter ſubſtinendum tibi, cum inter & *Carolum* eſt E judicium, cautus uterque, peritus uterque, diſertus uterque. Haud mirum, bene convenire utrique. Imprecarer plurima mala hiſce *Pſyllis*, à quibus factum eſt ut quieſcere tibi non liceret, niſi ſcirem unà cum *Corinthiis* jam dediſſe ab arctico cœlo pœnas, & id quidem ἄχρι νῦνος. Vale, & *Alciatum* tuum mutuò quod facis ama. *Biturigibus*, Nonis Octobribus, Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo.

F

Henricus Angliæ Rex Eraſmo Rot. S. D.

INcomparabiles illas animi tui dotes ut ſumma ſemper cùm admiratione, tum favore benevolentiáque ſumus proſecuti: ita iniquo planè animo tulimus quod de tuæ fortunæ iniquitate haud ita pridem retulit nobis *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, impiiſſimos videlicet aliquot homines & *Chriſtianæ* religionis hoſtes inſenſiſſimos, ita miris artibus tuæ vitæ inſidiari, ut nuſquam penè tutò ab illis eſſe liceat tibi. Fuit quidem in teneris quibus te novimus annis ſtudium in te noſtrum neutiquam vulgare. At illud in majus indies provexit, quòd nos immortalitati conſecrare, editis à te libellis quibus honorificam admodum noſtri mentionem facis, ſedulò ſtuduiſti. Quod nos ſummæ obſervantiæ fidei & amoris in nos tui certiſſimum argumentum ſemper habuimus. Nunc *Epiſt.* 31.

autem

autem poſtquam in ſummum quidem crevit pertinax ille & indefeſſus animi tui tenor quem in propaganda & illuſtranda *Chriſtianâ* fide non æſtimandis laboribus tuis, ſed ingenti ſanè cum *Chriſtiani* orbis fructu commodóque ſtrenuè præſtas: eo viciſſim magnitudinis evaſit amor in te noſter, ut nihil quidem illi accedere poſſe videatur. Quin incredibili quoque alacritate geſtimus, quum ſolus propemodum provinciam hanc ſuſtineas, tam piis ſanctíſque conatibus tuis pro virili ſuccurrere & præſidio eſſe. Sentimus enim & ipſi jam aliquot annos vehementer incaleſcere & flagrare pectus noſtrum, divino haud dubiè ſpiritu huc incitatum, ut *Chriſti* fidem religionémque priſtinæ ſuæ dignitati aſſeramus: nec quicquam ſanè nobis unquam prius in votis fuit, quàm ut labores ſtudiáque omnia noſtra, & quidquid uſquam *Chriſti* beneficio, cui omnia accepto ferimus, virium habemus, in eo poneremus ut diſcuſſis & profligatis impiis hæreticorum impoſturis ſermo Dei purè ac liberè curreret. Sed quæ temporum eſt, ut vides, infelicitas, bonorúmque morum magna calamitas, omnia in deterius prolabuntur. Quo magis tuas imò *Chriſtianæ* religionis vices in te dolemus, de tuáque ſalute ſoliciti ſumus, nè te ſublato impiæ hæreticorum tenebræ latiùs in mundum ſpargantur, imò perniciosiùs multò graſſentur & regnent crudeliùs. Quibus malis quemadmodum occurrere oporteat tua prudentia facilè diſpiciet. Nobis certè non alia potior via ratióque videtur, quàm ſi relictâ prorſus *Italiâ Germaniá*que tuâ, in Regnum hoc noſtrum velis concedere. Quòd ſi tibi quoque gratum acceptúmque ſederit, non modò gratiſſimus nobis, ſed & optimis conditionibus, & quas ipſe ſatis amplas & honeſtas judicabis, ad nos venies. Meminimus dicere ſolitum te laſſum maris & viarum *Britanniam* ſenectuti tuæ ceu portum & quaſi vitæ ſedem delegiſſe. Quod animi tui decretum ut nè mutes aliquando te per ſacra piáque omnia obteſtamur. Nos tuâ dulciſſimâ conſuetudine prudentiſſimóque conſilio, quo deinceps uti decrevimus frui, magni beneficii inſtar ducemus. Tuæ autem vitæ incolumitati neque non ſtudiorum tranquillitati optimè hâc ratione conſultum erit. Poſtremò *Chriſti* evangelium mutuâ operâ & conjunctis opibus noſtris longè meliùs propugnabitur. Si amicorum ratio te moveat, præter eos quos hìc ſemper habuiſti amiciſſimos & ſtudioſiſſimos tui, ſummos etiam quoſque Regni noſtri Proceres qui tibi jampridem impensè favent, facilè conciliabimus. Si libertatis cura te tangat, nos nihil planè abs te officii poſtulabimus, quò minùs ubivis in regno noſtro ſumma cum libertate tua vivas. Breviter ut quidquid voles, quod vel ad vitæ tuæ vel ſtudiorum tranquillitatem ſpectabit, expoſitiſſimum ſenties in te favorem noſtrum. Facito igitur, optime *Eraſme*, ut noſtris viciſſim votis hìc reſpondeas. Vale. *Otfordiæ* XIV. Calend. Octobris.

Staniſlaus Turzo Epiſcopus Olmucenſis Deſ. Eraſmo Roterodamo S. D.

Epiſt. 32. NOn poſſum non confiteri, mi doctiſſime *Eraſme*, incredibili me cumulari, tum voluptate, tum gaudio, quoties in mentem venit, venit autem ſæpiſſimè, tuæ erga me eximiæ charitatis beneficium, in quo tam benignè te exhibes, ut me eundem in ſinum tuum dulciſſimum recipias, quo germanum meum Epiſcopum *Vuratiſlauiense* morte mihi nimis maturâ ereptum ſanctè & amanter complexus fueras, quemadmodum litteræ tuæ candidiſſimè ad me recens ſcriptæ, abunde teſtificantur. Quas ego tanti æſtimo ut nullum munus, quantumvis precioſum, magis. Nam quid mihi carius obvenire potuit, quàm ut me, ille magnus ſeculo noſtro *Eraſmus*, illeadeò *Eraſmus* omnium diſciplinarum linguæ utriuſque, ſine ulla exceptione facilè princeps, in amorem ſuum volens ac lubens admiſerit, nullâ planè mei notitiâ, nullo etiam digno officio præcedentibus, ſed ſolâ *Caſparis Velii* perſuaſiunculâ motus, aut verius ingenitâ illâ humanitate ſuâ, quâ ex æquo, penè in omnes bonis literis deditos utitur. Quid igitur non geſtiam, quid mihi ipſi non magnopere gratuler, tantum boni, quantum nunquam meruerim ſponte eveniſſe? Jamdudum certè ego *Eraſmum*, quaſi numen quoddam, cœlitùs nobis miſſum, colo, obſervo, admiror. Et quoquò proficiſcor, comitem ſemper ad latus habeo, ut cujus doctiſſimis pariter & ſanctiſſimis lucubrationibus non doctior ſolùm, ſed etiam quotidie melior fio. Nunc verò poſtquam ad illa omnia, amor quoque mutuus acceſſit, ſic me maximus ille Servator ſalvum eſſe velit, ut neſciam ullis verbis, quantum nomini tuo faveam exprimere: verum hoc tamen petere non omittam (Scis etiam quantum ſollicitus eſt Amor) nè me per oblivionem, ex tuo ſinu dimittas; viciſſim ego diligentem, charitate complectar immortali, faciámque promptiſſimè, tui nominis gratiâ, omnia, quæ gratus quiſquam & amori conſtans facere poſſet ac debet. *Caſparem* noſtrum *Velium*, mihi jam olim diu, ob ingenium literáſque, & ob multa item officia unicè commendatum, cùm tu quoque commendatione diligenti proſequeris, adjicam libenter ad priora corollarium, ut intelligat quàm non ſterilis fuerit tam magni & gravissimi viri commendatio. Mitto in præſentia Amplitudini tuæ exiguum pignus meæ erga te obſervantiæ, quod pro tua humanitate grato accipies animo, Nomiſmata videlicet quatuor aurea, bonorum Imperatorum. Sic enim accepi te plurimum ejuſmodi rebus, ex vetuſtate nobis relictis, oblectari. Si quid præterea eſt in quo tuæ charitati gratificari poſſem, exige, aut fac ut intelligam, & factum puta. Vale feliciter. Datum X. Aprilis M. D. XXII.

Mercurinus Gattinarius Caroli Cæſaris Cancellarius Deſ. Eraſmo Roterodamo S. D.

HOc nomine jam mihi placeo, quòd video aliquid peculiare cum tanto viro me habere commune. Scribis enim, vir tot nominibus egregie, æquiore animo hinc deceſſurum, ſi hoc orbis diſſidium in optatam tranquillitatem converſum tibi videri contigerit. Utinam hoc ipſum mihi conſpicere liceat. Nihil enim jam ardentioribus votis opto, nihílque ferventioribus ſtudiis aſſequi contendo. Quòd ſi omnes omnium *Chriſtianorum* Principum, atque etiam Pontificum animos ad id Cæſareo ſimiles haberemus, nihil certè verè felicitatis in *Chriſtiana* Republica eſſet deſiderandum. Veruntamen malo quodam fato adverſante, dum ſuis quiſque privatis commodis (Si tamen

ea quotidiè dici possunt) pertinaciter studet: A
reformandam undique labefactatam videmus. Nobis autem adhuc animum despondere. Spero enim brevi futurum, ut non modò componatur diffidium: verùm & corrigantur mala, unde hic tumultus pullulavit. Quod verò ad te attinet, fac quàm laboret mundus invidiâ, quàm sit antiqua iniquorum omnium in bonos ac pios, & barbarorum in eruditos conspiratio. Tibi verò qui præter Dei gloriam, & publicam salutem nil quæris, quid malorum linguæ obesse poterunt, dummodo quod facis, perpetuò facias: hoc est, bonas literas, rectioráque studia, & veram pietatem promovere semper cures? atque utinam mihi liceret aliquo non vulgari symbolo, quis sit meus erga te animus, declarare. Videres profectò voluntatem verè synceram, sdque sedulò, ut intelligas, faciam. Ad Academiam *Lovaniensem* scribo, quod ex incluso literarum mearum exemplo legere poteris. Miror profectò tantorum virorum petulantiam, atque impudentiam: sed gaudeo tibi accidisse, quod sæpiùs jam mihi contigit. Vidi enim quàm plurimos qui me pertinacissimis odiis insectabantur, & à Cæsaris aula sublatum cupiebant, ipsos priùs è vivis sublatos. Quod duobus ex adversariis tuis contigisse audio. Sic Deus suis favere solet. De libello *Eduardi Lei* nihil adhuc audivi: tametsi sciam hominem nescio quid calumniæ in te jamdiu moliri. Id tamen quicquid erit, nequaquam illi in *Hispania* edere licebit, nisi priùs maturè visum, & examinatum sit. Id enim summo studio apud *Hispanos* cautum est, nè cuivis sua somnia excudere liceat. Utinam idem servaretur apud *Germanos*. Tu fac bono animo sis, tuæque consulas valetudini: atque ad me sæpiùs scribas. Ex oppido *Vallisoleti*, die decima Februarii. M. D. XXVII.

Petrus Episcopus Cracovienſis Erasmo Roterodamo S. D.

Etsi mihi jamdudum antè cùm ex tuis perdoctis lucubrationibus, tum etiam ex *Antonini* medici relatione, & notus eras & charissimus, nunc tamen literis tuis ultrò in amicitiam tuam provocatus, tantò te impensiùs amare cœpi, quod nullis meis de te meritis, sed solâ humanitate tuâ adductus, non gravatus sis inter tot labores & vigilias tuas incomparabiles, non minùs eleganter quàm humaniter ad me scribere, unde quantum tibi debeam, quantique hanc tuam amicitiam faciam, non facilè dixerim. Accipe igitur, *Erasme* doctissime, hoc à me homine occupatissimo, laconicum quidem, sed integerrimum animi erga te mei responsum, nempe, eum esse me & futurum semper, qui nulli in te amando, & tuam istam eruditionem suspiciendo, cedat: quique felicitatis loco habeat, si qua in re gratificari tibi possit. Tu modò eâ benevolentiâ quâ cepisti, me complecti non desinas, & munusculum hoc quod tibi mittimus in pignus, & testimonium amoris nostri mutui, grato accipias animo. De *Antonini* tui adventu valetudine, equidem molestum est scribere, id malim ut ex aliis cognoscas. Vale, optime vir eruditissime, & sis felix. Ex conventu generali *Pistocovienſi* die vigesima mensis Feb. Anno Domini M. D. XXVIII.

Epist. 34.

Jacobus Sadoletus Episcopus Carpentoracti, Des. Erasmo Roterodamo S. D.

Accepi tuas literas IV. Novembris datas, quæ me maximo dolore affecissent, propter tuam de mea erga te mutata voluntate suspicionem, nisi divino quodam beneficio mihi contigisset, ut paucis ego horis literas ad te antea dedissem, plenas verissimi amoris, ut conscius mihi sum: neque tamen tanti quantus meus erga te in omnibus meis sensibus inclusus est, atque inhæret. Tu verò ut metueres, nè illo officio scripta mea corrigendi me læsisses, in quo tibi à me par nè haberi quidem potest gratia? Noli obsecro, mi *Erasme*, me ex eo genere hominum ducere, qui se castigari & admoneri ægrè ferant: nullum est obsequium quod mihi præstari possit gratius. Utinam verò tu semper mihi præsens, & corrector adesses & magister; nulla est felicitas tanta, quam huic anteponerem: Quòd si illa sanctitas amicitiæ, quæ inter probos maximè viget, nostros utriusque animos fideli vinculo astrinxit, nè unquam desiste quæso me & monere & reprehendere, ubi videris esse opus: quòd si viveremus unà, crebriùs usu veniret ut esset faciendum quam tu fortasse arbitreris. Sed tamen ut etiam absens id efficias, habes commentarios meos in vulgus nunc editos, qui tuum acre judicium expectant, non cum timore, sed cum spe meliùs eventurum & tibi & mihi, siquidem quod in his rectè reprehensum fuerit, alibi integriùs & incorruptiùs reponetur. Ego quòd tamdiu ad te literas nullas dederam, factum erat occupationibus meis & novitatibus horum temporum, quæ inexpectatæ & variæ nos quoque ipsos nonnihil attigerant: Deinde etiam eo, quod te in *Belgas* tuos non equidem certum habebam, sed tamen verebar profectum esse: Recordabar enim te ad me scripsisse, profectionem illam à te in proximum ver differri, quod tempus jam novem ferè mensibus transactum est; sed sive ego scribam, sive non scribam, illud tibi volo esse persuasissimum, cùm plurimos tui observantes, curiosos, amantésque habeas, nemini omninò eorum me cedere, potiúsque affirmare audere, nulli tam charam esse salutem & existimationem tuam, quàm ea est mihi. Quódque alias tibi indicàsse me memini, me, etsi vivam tenuibus fortunis, tamen cupere te mecum omnium meorum esse participem: id & nunc renovo dictum, & pro jure amicitiæ nostræ te obtestor, ut nihil meum esse statuas, quod non eodem modo tuum sit, & si quid adjici potest etiam efficacius & peculiarius tuum: Quòd si experiri opera institueris, maximè tuum amorem in ea re mihi ostendes. *Amerbachium* nostrum cupio valere, cui tu plurimam meis verbis mittes salutem. Vale, mi doctissime & optime *Erasme*, & de tuo confirmato in recta opinione de me animo primo quoque tempore me certiorem fac, ut quam ex tuis literis molestiam accepi, eam quamprimum ex meo animo exentiam. Iterum vale. Quinto Idus Decemb. M. D. XXXIV.

Erasmus

Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpentoracti Eraſmo Rot. S. D.

Epiſt. 36. LEgi tuas literas libenter: ſcriptæ enim ſimpliciter & candidè ſunt, plenæ erga Deum pietatis, in hunc verè ſummum & optimum Pontificem obſervantiæ: cujus admodum eſt propenſa tuis commodis omnibus voluntas. Habeoque gratiam *Bonifacio* mirè probo & erudito juveni, qui tibi occaſionem dederit ad me ſcribendi, & mihi reſpondendi tibi: quanquam enim intus mihi in animo incluſus reſidebat tui amor, debitus ille quidem præſtantibus virtutibus tuis: non erupiſſet tamen etiamdum is in actum, ſi non *Bonifacius* ſuis amiciſſimis officiis hanc ſalutationem literariam inter nos conciliâſſet. Pontificis in te uberior fuiſſet liberalitas, ni his difficillimis temporibus, ipſe quoque ad anguſtias redactus eſſet: tantâ eſt rerum omnium perturbatio, & quotidianorum ſumptuum, impendiorúmque effuſio, ut ſuſtinere ægrè poſſit. Sed erit locus aliquando & ornandi & augendi tui. Librum tuum adhuc non legi: nam neque dum habui ejus poteſtatem, & eram maximis occupationibus impeditus: certus ſum attamen ſimilem eum eſſe reliquorum tuorum, quæ mihi plurima & lecta & probata ſunt. Tibíque ego in eo magnopere gratulor, quo ingenio tuo præſtanti & ſingulari ocium ſuppeditatum eſt, quo facilè poſſes tuæ doctrinæ præclara monumenta in poſteritatem propagare, ex quibus tuum nomen perpetuum futurum ſit. Quamobrem quod te ſolus jam Deus beare poſſit ut tu ipſe ſcribis, hic jam deficientem, agnoſco pietatem tuam, & ſummopere laudo: illud non accipio, te ut deficientem debeas appellare, cujus virtus memoriâ omnium ſeculorum celebrabitur ſempiternâ: qui fructus etſi poſterior eſt longè cœleſtibus præmiis, tamen à te neutiquam eſt contemnendus. Ego, quod meum eſt, ſi quid obtineo autoritatis & gratiæ, quod quidem perquam puſillum eſt, tibi tamen totum ita polliceor & defero: ut ſi erit agendum tuâ causâ quippiam, nihil tibi meo ſtudio & operâ futurum ſit paratius. Vale. Octavo Idus Novemb. M. D. XXIV. Ex urbe.

Staniſlaus Turzo Epiſcopus Olmucenſis Eraſmo Rot. S. D.

Epiſt. 37. QUod jampridem *Urſinus Velius* pollicebatur, atque nos ipſi quoque avidiſſimè expectabamus, mi integerrime atque candidiſſime *Eraſme*, videmus tandem abs te cumulatè repræſentatum eſſe. Accepimus enim literas tuas ſuaviſſimas, unáque Pſalmum triceſimum octavum, à *Davide* ſpiritu verè prophetico decantatum, tuáque diligenti lucubratione ita feliciter temperatum, ut nihil prorſus chordæ hic à cithara diſcordent, nomini noſtro pro tua in nos *Chriſtiana* benevolentia dedicatum. Studium hoc tuæ erga nos fraternæ charitatis, imò veriùs ingens & nunquam intermoriturum beneficium, certò ſcias nobis eſſe gratiſſimum: quo inprimis tuo *Velio*, de te optimè merito, gratificari, nóſque præterea mirificè exhilarare voluiſti: utroque igitur nomine, *Urſini* videlicet & noſtro, tuæ integritati magnas agimus gratias. Atque pro hac tua amica voluntate, próq; noſtra veteri erga te obſervantia, Craterem

A inauratum, μνημόσυνον & pignus noſtræ gratitudinis certiſſimum, à nobis quo animo accipies. Nos interea in ſummis habebimus deliciis, ut quæ cælo bis & planè divinam reſonet harmoniam que non auribus modò, verumetiam pore & animo ſequi valeamus, quò illa pertrahere. Sunt quidem non pauci hoc culo, qui ſcitè & eleganter plurima

B Nemo tamen eſt (abſit verbo invidia) qui id faciat *Eraſmo* ſyncerius, doctius, fidelius, atque feliciùs. Eo fit ut tuis lucubrationibus nobis ſoleat eſſe oblectabilius, ut nunquam tui, tuáque volumina è manibus noſtris excidant, ut denique nihil aliud, cum tam ſalubri fructu perlegamus. De noſtro autem erga te obſervande *Eraſme*, amore, fide & integritate, quamvis longo terrarum ſpacio diſjungamur, nihil eſt quod ſubdubites, ſalva ſunt & integra tibi apud

C nos omnia. Nec eſt tam procaci quiſquam ingenio, qui aliud quidvis ac oporteat de te nobis perſuadere poſſit, quando probè intelligimus quo animo, quâ fide & integritate ſingula ſcribas, quæcunque ſcribenda aut interpretanda ſuſceperis. Sed dum hæc ad te ſcribimus, ecce tibi certiſſimus venit explorator, qui nos vehementer de *Turca* exterruit. Celeri inquiens itinere, ruſtal prius *Pannoniâ*, in *Syriam* irrupiſſe, eámque provinciam ferro, igne & cæde vexare, nullaque

D jam in cinerem redegiſſe, ſicuti paſſim omnibus facit regionibus, ad quaſcunque ſe receperit: proinde cogimur huic epiſtolæ finem imponere, & quod erat in pectore, in aliud ſeponere tempus. Niſi enim propitius nos Deus reſpexerit, metuendum eſt, nè nos hic præpotens tyrannus male mulctet: verùm ab hac parte ratio nihil ſuperſit agere vatem. Vale igitur felix & incolumis. Datum *Cremſirii* octava Auguſti. M. D. XXXII.

Eraſmus Rot. Damiano à Goes S. D.

E ACcipe ad ſingulas epiſtolæ tuæ ſatis prolixæ partes, ſed carptim ac breviter. Ex poſtremis literis tuis quas pridie Idus Julii ſcriptas ex *Auguſta Vindelicorum* recepi, conjicio tibi meas eſſe redditas, quas *Patavium* miſeram, quum tu jam *Patavio* diſceſſeras. *Lucas Rhemus* vir humaniſſimus, ut ſcribunt amici, paralyſi tactus alterum corporis latus gerit exanime, lingua tamen

F nam & hanc morbus ademerat, eſt reddita: ſpero rem rumore mitiorem eſſe. Is mirâ fide noſtras epiſtolas perferendas curat. A *Friburgo* depulſus, non eſt quod magnopere doleas, qui *Italiâ Germaniam*, & *Eraſmum Bembo* ac *Bembum* feliciùs permutâſti, quam *Diomedes* ærea commutavit armis. Ex epiſtola *Georgii Cæſii* perſpicio ſimultatem tuum, de cujus fide ſubdubitabam, in reddendis literis ſuo functum officio. *Reſpondere* nihil ſcribere demiror: ſuſpicor illi præclaram aliquam

G dignitatem obtigiſſe. *Cælium* ſubinvideo illi prolixam illam epiſtolam, quum ipſe perbrevem acceperit. Videor ambos offendiſſe, alterum epiſtolâ verboſiore, alterum breviore. Utinam Dominus dignetur me ab hoc furente ſeculo in ſuum requiem evocare. Tantum abeſt ut longævitatem quam mihi precaris deſiderem. Si cui mea ſcripta profuerunt ad pietatem, gaudeo; de ſumma nihil laboro, quâ utinam non eſſem onerata.

Miror

Mirer unde ista vertigo capitis in juvene. Habet Italia insignes medicos, quorum consilio possis hoc incommodum pellere. Ab attenta lectione cavendum, præsertim post prandium & cœnam; præsertim si literatorum hominum confabulatio. Times hyemem in *Italia* tepida? Quid faceres apud *Pilapios*? Quod si seriò times, recurre huc ad hypocausta, calebis quantum voles. Vel dono dabo tibi ædes quas habeo *Friburgi*. Sum adhuc *Basileæ*, ob editionem *Concionatoris* mei, ac valde sum animi dubius, an expediat *Friburgum* repetere. Adeo multa suadent, multa deterrent. *Geleniæ* pro sua doctrina non vulgari, próque morum sanctitate dignus est lautiore fortunâ, divitias vix animo illi optare. Quid periculi inquis? Nè segnior fiat ad provehendam rem literariam. Multos enim ad industriam stimulat. Quod de perpoliendis lucubrationibus meis admones, ut facis tu quidem amicè, ita frustra facis, etiamsi non admoneres serò. Naturâ sum extemporalis, & ad recognitionem mirè piger. Et scis quàm difficile sit pugnare cum natura, præsertim seni. Quid quod illa non scripsimus *Italis*, sed crassis *Batavis* ac rudibus *Germanis*, idque seculo non perinde felici atque nunc est. Jam quædam argumenta non recipiunt accuratam orationis politiem. Neque illa *M. Tullii* myrothecia conveniunt iis quæ vel ad docendum parata sunt, vel religionis negotium tractant. Prioris generis sunt *Adagia*, posterioris *Paraphrases*, *Annotationes*, aliáque permulta, quibus si coneris addere *Tulliana* phraseos nitorem, nescio quo pacto frigescunt apud veræ pietatis studiosos, qui spiritus δόκιμον quærunt, non verborum lenocinia. Cœlestis illa philosophia ut habet suam sapientiam ab humana diversam, ita suam habet eloquentiam. Mystica postulant suum quoddam dictionis genus. Quem obsecro ad pietatem accendit *Lactantius*? Atqui nihil eo nitidius. Dicas *Christianum Ciceronem* loqui, quanquam ille non tractat Scripturas, sed cum ethnicis digladiatur. Ipse *Melanchthon* in Commentariis quibus enarrat epistolam ad *Romanos*, studio dejicit stilum, quum illic affectet maximè videri Theologus. In eandem tres libros edidit illud eximium hujus ætatis decus *Jacobus Sadoletus*, admirabili sermonis nitore, & copiâ planè *Ciceronianâ*, nec deest affectus Episcopo *Christiano* dignus. Fieri non potest quin tale opus à tali viro profectum bonorum omnium suffragiis approbetur, vereor tamen nè apud complures ipse phraseos nitor nonnihil hebetet aculeos ad pietatem. Quid hic commemorem *Longolium*, qui totus in hoc incubuit, ut *Ciceronem* exprimeret, nec infeliciter cessit conatus? at hic quanto seipso frigidior est in his in quibus pugnat adversus *Lutheri* dogmata? Quid futurum censes si non pugnâsset, sed enarrâsset mysteria divinæ Scripturæ? Eum virum ut præmatura mors omnibus studiosis invidit, ita nominis gloriam nostræ *Hollandiæ* multi videntur invidere. Nam propemodum in illo evenit, quod olim in *Homero*, de cujus ortu septem urbes inter se decertâsse feruntur. Ita *Longolium* hinc *Gallia* sibi vendicant, hinc *Mechlinia* sibi asserit, quum reverà fuerit purus putus *Hollandus*, progenitus è patre *Hollando*, in oppido celebri *Hollandiæ*, cui hortorum pulchritudo nomen dedit, *Schonhavia*. Hic nè quis mihi protinus obstrepat, quod dico patruus ipsius *Petri Longolii* vir apprimè doctus mihi narravit. Non arbitratus sum committendum, ut hoc decoris *Hollandiæ* præriperetur: & ipsius *Longolii* gloriam illustrat, quòd in ea regione natus tantus evaserit. Sed hæc πάρεργα, ad id quod institueram redeo. Illud tu judicato, mi *Damiane*, an æquum faciant, qui postulant à nobis ut meliùs dicamus quàm possumus. Habuit & *Italia* in quorum scriptis desideratur illa ad unguem exacta polities, *Petrarchum*, *Poginum*, *Guarinum*, *Philelphum*, *Leonardum* ac *Franciscum Aretinos*, aliósque permultos, quos nos cum candore legimus, ad errata conniventes. Et isti nihil concedunt *Batavis*? Jam si fastidiemus omnes scriptores, qui *M. Tullio* sunt dissimiles, qui tandem nobis erunt reliqui? Me candor *Tullianæ* phraseos in aliis valdè delectat, ipse nec aspernor, nec anxiè affecto. Si quid erroris deprehendo in libris meis, præsertim ad bonos mores aut ad religionem pertinens, sedulò corrigo: de fama per orbem pervagatura, déque judicio posteritatis viderit Dominus. Verùm hæc utcunque habent, mihi gratissima fuit admonitio tua, quam scio ab amicissimo animo profectam. Spero te consuetudine doctissimorum hominum eam politiem feliciter assequuturum, ad quam me hortaris. Ad quam laudem nisi viderem te sponte currentem, non pigeret extimulare: videlicet ut hoc decus velut egregiam gemmam tuis stemmatibus & imaginibus adderes, atque hanc palmam si non primus, certè cum primis tuæ referres *Lusitaniæ*, in dies magis ac magis efflorescenti.

Quas *Berus* pertulit literas accepi, priores illas abs te *Romæ* scriptas non accepi, nec eas quas *Berus* eodem tempore misisse se significat. Longa est via.

Multa cadunt inter calicem supremáque labra.

Berus mihi non reddidit sed transmisit literas à *Bembo*, cui tamen non scripseram, & à *Lazaro Bonamico*. Nondum enim cum *Bero* sum colloquutus. *Bembi* literæ non egent responso; *Lazaro* cujus epistola mihi fuit gratissima nunc respondere non vacat. Antea diligebam hominem ob eximiam eruditionem, nunc longè mihi charior factus est, quod te complectitur. De rebus *Africæ* & hic multa jactantur, vereor nè *Africa* nobis aliquid novi pariat citiùs quàm læti. Ego talibus fabulis leviter commoveor. Interim inferior *Germania* tota perditur ab *Anabaptistis*. Monasterium expugnatum est. Occisi quotquot excesserant annum duodecimum, si vera est fama. Rex *Galliæ* revocat nobiles qui metu profugerant. Meditatur aliquam moderationem. *Melanchthonem* evocavit ad colloquium, nondum tamen profectus est. *Vuittenbergæ* sævit pestilentia, item *Augustæ*, *Argentorati* cœpit serpere. Rex *Angliæ* sævit in quosdam monachos, Episcopum *Roffensem* & *Thomam Marum* jampridem habet in carcere. Hæc nimium vera. Qui è *Brabantia* veniunt, narrant de utroque sumptum capitis supplicium: cum rumorem optarem esse vanum. Bene vale. *Bembo* & *Bonamico*, &, si datur opportunitas, *Cœlio Calcagnino* veteri amico salutem de nota meliore. Datum *Basileæ* decimooctavo die Augusti, millesimo quingentesimo trigesimo quinto.

Erasmus

Eraſmus Rot. Magnifico D. D. Petro Kmitha, comiti in Vyſnicze, Regni Poloniæ ſupremo Marſchalco, S. D.

Epiſt. 39. TAmetſi nequaquam eſt vel ingenii moriſque mei, vel occupationum mearum, vir nobiliſſime, literis eos laceſſere, à quibus ad ſcribendum non ſim provocatus, tamen quando huc extimulant duo ſpectatiſſimæ fidei amici, *Juſtus Decius* tibi notus, & *Sigiſmundus Gelenius*, homo doctus miniméque vanus, multa prædicantes, tum de tuis eximiis virtutibus, tum verò etiam de amiciſſima voluntate, quam erga me geris, non putavi mihi tam religioſè vitandam impudentiæ notam, ut in ingratitudinis incurrerem. Improbitas enim multis nominibus excuſari ſolet, ingratitudo nullam recipit excuſationem. Viſum eſt igitur hâc epiſtolâ nonnihil perfricare frontem, tibique gratulari tot animi bonis per ſupremi numinis à quo fluunt omnia, munificentiam affatim locupletato, ut fortunæ quæ vocant ornamenta, quamvis eximia, propemodum obſcurent: dein pro tam propenſo in me favore gratias agere, & quod unum poſſum, animum polliceri mutuum. Nulla poſſeſſio charior ſynceris amicis, è quibus quoniam vel mors, vel alia calamitas ſubinde nobis aliquos adimit, quam ego pauperiem duco graviſſimam, vel ambitu tantam jacturam ſarciendam cenſeo, tantum abeſt ut negligendos exiſtimem, qui ultrò ad amicitiam provocant. Magno cum animi mei dolore pridem ereptus eſt ornatiſſimus ille ſenex D. *Chriſtophorus à Schidlouuitz*. Ejus pectore nihil optari poterat, nec amicius nec ſyncerius. In cujus viri locum ſi tu ſuccedere dignaberis, illi ſicut audio, tum dignitate, tum naturæ præſtantiâ ſimillimus, *Chriſtophorum* ereptum moderatiùs deſiderabimus, ac viciſſim dabimus operam, ut ſi minus officiis, certè prompta & ad omne obſequium accinctâ voluntate tantum amicum agnoviſſe videamur. Sum brevior non ob id modò, quòd variis diſtringor curis, verumetiam quòd incertus ſum, an hæc epiſtola ſit ad manus tuas perventura. Immenſum iter dirimit *Rauracos* & *Sarmatas*, & rara eſt perferentium fides. Opto te, vir clariſſime, cum omnibus tibi charis quàm proſperrimè valere. Datum *Baſileæ*, vigeſimo die menſis Auguſti, Anno M. D. XXXV.

Petrus Bembus Eraſmo Rot. S. D.

Epiſt. 40. NÆ tu homo es mirificus, qui, cùm velles ut *Ludovicum Berum* perfamiliarem tuum *Romam* proficiſcentem cognoſcerem, mandâſti ei chirographo tuo, ut me de via inviſeret. Ille verò cùm iſthinc diſcedens *Mediolanum*, deinde adurbem rectâ ſe contuliſſet: ut tibi morem gerendi facultas eunti defuerit: in reditu alio itinere ſuſcepto *Patavium* venit, méque humaniſſimè inviſens plurimam abs te ſalutem attulit. Quâ de re valde te amo. Prudentem enim hominem & gravem, & doctum virum, &, ut mihi viſus eſt, ſummâ religione præditum & ingenio præſtantem cognovi. Porrò, is percontanti mihi ſe de ſtatu tuo multa dixit, longúmque de te ſermonem habuit: ex quo optimum erga te *Pauli* Pontificis maximi animum atque mentem perſpexi: cujus etiam ad te *Beri* literas afferebat cum mandatis ad tuam dignitatem pethonorificè. Ego vehementer lætor, doctrinam ſingularem probitatem, & continentes ac perpetuos norum labores: quibus te planè conſeciſti, ſtros homines ſcriptis erudires & locupletares is: apud illum virum omnium hominum pem eo loci eſſe, quo merentur. Itaque, rectè valeas, neque te imbecillitas impedias mihi ſpes eſt, te ab eo omnia ſumma honoris & dignitatis inſignia brevi conſequuturum. Quare te, mi *Eraſme*, hortor, ut valetudini tuæ ſervias; conſervéſque te cum nobis amantiſſimis tui, cum fortunæ: quæ ſe hilaris, ut tibi præſtò ſit, parat. Vale. XII. Calend. Quintiles Anno à Natali M. D. XXXV. *Patavio.*

Mercurinus Cattinarius Caroli Cæſaris Cancellarius Eraſmo Rot. S. D.

PRæſtantiſſime vir, Heri redditæ mihi ſunt literæ tuæ quibus vereri te oſtendis, ne aliquæ obtrectatorum ſubortæ ſint adversùs te calumniæ, téque quantum potes, excuſas, purgáſque. Inprimis facere non poſſum, quin pro ea quam de me habes opinione ac fiducia plurimas tibi gratias agam. Credo enim potuiſſe te ſemper facilè colligere, qui mens eſſet in te animo, & ſanè talis, quo promptiorem amicum quiſquam ab altero ſperare non auderet. Certè quantum in me fuit, non ſolùm tuas excuſationes libens accipio, verumetiam id effecerè, ut quum antea aliter de te, atque ſcribis, cogitare non poſſem, nunc verò illud ipſum videar intueri. Nihil enim unquam fuit, quare te unicum bonarum literarum in *Germania* lumen, ac qui labores omnes tuos, vitamque ipſam ad ornandam illuſtrandámque orthodoxam fidem contuliſti, in hiſque dies & noctes deſudas, credere deberem latum unguem à ſacroſanctis ejus inſtitutis diſcedere, aut ullo modo aliter ſentire: bonóſque omnes dicere poſſim cognoviſſe me ejus eſſe ſententiæ. Quod ſi fortè quid te in ſuſpicionem vocaverat, quod tamen non uſque adeò mihi compertum eſt, eſſe poſſit ſtilus quorundam librorum, qui ad nova maximè declinare videbatur, qui tamen & incerto autore editi erant, & ut brevibus dicam, hæreſi nihil in ſe continentes. Quare eo animo eſſe debes ut omnino tibi perſuadeas, te apud bonos non ſolùm alienum ab omni ſuſpicione, ſed dignos nos etiam obnixè operam, ut ſi quid quorundam inhæſiſſet animis, indies liberior evadas: tibique me ſemper eum futurum, qui & te ipſum, & labores tuos quanti faciat, malit te reipſa, quàm verbis experiri. Vale. *Vuormacia* quinto Aprilis, Anno M. D. XXI.

Eraſmus Rot. Amicis Lectoribus S. D.

PAucis hiſce diebus viſum ſchedarum mearum confuſiſſimos acervos excutere, partim obnam atque alteram epiſtolam, quas editis cupiebam, partim ut abolerem quæ fortaſſis alii poſt deceſſum meum eſſent edituri, aut me etiam vivo. Quid enim iſti non audent quibus licentia, quamlibet exiguum, aut gloriola, honeſto & amicitiâ eſt antiquior. Atqui non omnia in hoc ſcribuntur, ut evulgentur. Luſimus quandoque adoleſcentes, ſtili exercendi gratiâ: quædam alii diſtavimus

dervimus sic inambulantes, nihil minus cogitantes quàm de evulgando: nonnulla scripsimus dispudis tardis. Hujus generis erant *Colloquia*, quæ *Holmius* quidam, haud scio unde nactus (nam apud me nullum unquam fuit exemplar) carè vendidit *Joanni Frobenio*, simulans alios esse typographos qui empta cuperent. Hæc emendi orexis. Ejusdem sunt *Paraphrases elegantiarum*, quæ summâ cum admiratione meâ prodierunt, inepto titulo, quum ego nullum titulum addidissem: & singulis ad ordinem literarum digestis, quæ res totum turbavit ordinem: postremò, multis admixtis, non minus ineptis quàm indoctis, quæ ego nec puer sustinuissem dictare puero. Nuper vidi libellum De *Componendis Epistolis*, *Lugduni* excusum, hoc titulo, *Erasmus Petro Paludano S.D.* Atqui ego neminem novi mortalem hujus nominis. Lecto libello deprehendi scurrile furtum. Olim cuidam *Anglo* discipulo intra biduum scripsi librum De *Componendis Epistolis*, planè crassâ *Minervâ* crasso. Ex hoc ille quædam decerpsit, & sua quædam admiscuit. Adjecit prolixam epistolam in qua nullum est verbum meum, insigniter insulsam, nec quicquam facientem ad præsens argumentum. Si suo nomine edidisset opus incontaminatum, multo erat tolerabilius: verùm ex meo nomine quæsivit lucrum. Jam scio & apud alios quosdam servari juvenilia quædam mea Progymnasmata. Et in hoc vase quod nunc excussi, fuerant plurimæ chartæ juveni scriptæ longè aliâ manu quam nunc utor. Eas comperi sublatas ad unam omnes, nec me fugit penes quem lateant. Sed elevatur furtum literarium, verùm nihilo meliore fronte quàm vestiarii excusant furtum pannarium, aurigæ furtum vinarium, mostores furtum farinarium, cæteríque opifices suo quisque colore suum furtum excusant. At demus esse levem culpam penetrare in aliena scrinia, & quæ celata volebas suffurari: num leve crimen videtur ea quæ nolebas evulgari, cum alieni nominis infamia prodere, & quidem indoctis assuturis contaminata? Quid alii sentiant nescio, ego levius ferrem, & tuli non semel, è scriniis sublatos nummos. At hoc qui faciunt, aguntur in crucem. Illi vocantur studiosi. Ego verò istos studiosos non arbitror dignos qui laqueo præfocentur, sed qui ad *Thurini* exemplum, chartarum fumo pereant. In uno facto quàm multa sunt crimina, furti, sacrilegii, falsi, infamis libelli, perfidiæ? Quid isti non audebunt me mortuo, quum hæc audeant me vivo? Atque utinam hæc temeritas à veterum libris abstineret. Officina *Veneta* dedit nobis *Festum Pompeium* egregiè depravatum. Non insimulo *Aldum*. Solet ille tales operas alicui pædagogo committere. Ante annos aliquot sæpe mihi fuit in animo, excussis schedis meis, quicquid non esset edendum exurere. Sed dum variis occupationibus impeditus differo propositum, alii anteverterunt, quæ res eis vertat malè. Satis dedecoris mihi adferunt lucubrationes meæ, quas ipse edo, etiamsi isti non evulgent meas nænias quas vulgo non scripsi. Quum inter epistolas reperissem multas à Regibus ferè omnibus, à Ducibus, à Cardinalibus, Episcopis, & summis Pontificibus, aut à viris insigniter eruditis amantissimè scriptas libuit paucis ex his editis specimen dare, quales habeam combibones: sic enim quidam garriunt, qui scurrilem maledicentiam putant esse facundiam. Eas tantùm selegi, quas non per secretarios, sed proprio ingenio compositas propriáque manu scriptas animadverterem. Nam ipse mearum aliquot jam annis nullum exemplar servare curavi, partim quòd amanuenses omnibus describendis non sufficerent, partim quòd dum pluribus rescribo, cogor extempore scribere, quasdam etiam dictare. Et superiorum editionum me suppuduit. Postremò, mihi videntur sapere, qui epistolas suas servant post obitum edendas. Porrò, epistolæ quæ affectato argumento scribuntur ad eruditionis ostentationem, quoniam nihil habent veri affectûs, meo judicio non sunt epistolæ. In his verò quæ scribuntur ex animo, non temerè invenias quæ, uni scriptæ, ab omnibus citra cujusquam offensionem legi possint. Cardinalis *Cajetanus* aliquoties ad me scripsit; postremam illius epistolam his adjungere cupiebam, sed ad manus non venit. In literis quas ad illum novissimas dederam, questus sum de his qui libellum *De Concordia* malâ fide tractârant. Eas *Clemens* Pontifex legit. Libentiùs enim legunt ad alios quàm ad ipsos scriptas, quòd in illis credant esse plus veri. Rogavit, an eum libellum legisset, ait. Ecquid probaret. Nihil, inquit, illic video mali. Eam vocem Pontifex summâ cum alacritate excepit. Ubi ventum est ad locum ubi queror de *Nicolao Herborno* commissario cismontano, ilicò vocavit magistrum sacri palatii, rogavit ecquem ipse talem creâsset commissarium. Ille negavit. Qua ex re perspicuum fuit, nec Pontificem probare *Herborni* petulantiam, & ad glorioſum illum titulum quo se jactabat, à patribus *Franciscanis* fuisse datum, non à Pontifice. Inter excutiendum schedas illud admonuit me conditionis humanæ, quòd inter tam multas epistolas pleraſque intra decennium scriptas, tam paucæ venirent ad manus quarum autores essent superstites. Homo bulla. Hæc te scire volui, candide lector, nè statim meum esse credas, ubicunque videris meum præfixum nomen: néve putes *Erasmo* neminem favere præter combibones aliquot. Vale. *Basileæ* X. Calend. Martias, Anno à Natali M. D. XXXVI.

Erasmus Rot. Senatui Besontino S.

MAgnifici domini & patroni semper observandi, humanitatem vestram quâ jam non semel offertis supra quam ego fuissem ausus petere, toto pectore amplector atque exosculor. Munus verò honorarium licèt mihi multò gratissimum non tamen sine pudore accepi. Nec enim potuit non esse gratissimum, quod à talibus viris ultrò missum est, nec ambienti nec expectanti. Sed huic voluptati nonnullus pudor fuit adjunctus, dum reputo quàm nihil unquam vel de vobis, vel de Republica cui præsidetis sum bene meritus. Nec omninò quid gratiæ queam reponere video. Illud tamen bonâ fide polliceor, me, si quis submoneat quâ in re possim dominis meis optimè de me meritis viciſſim aliquid gratum facere, manibus pedibúsque enixurum, ut intelligant studium promptámque voluntatem suo clienti non defuisse. Dominus inclytum senatum vestrum, ac præclaram Rempublicam sospitet ac prosperet in omnibus. Datum apud *Friburgum* XII. die Martii, Anno à *Christo* nato M. D. XXXIII. *Epist.* 43.

Eraſmus Roterodamus Senatui Beſontino S.

Epiſt. 44. MAgnifici & plurimùm honorandi domini, quum res *Baſileæ* mutatæ cogerent me hoſpitium vetus & ob id gratum relinquere, cogitabam de commigrando *Beſontium*, nimirum expertus jam per occaſionem, tum veſtram tum canonicorum humanitatem. A canonicis tum reſponſum eſt iſtic eſſe neſcio quid diſſidii, itaque ſatius eſſe migrationem in aliud differre tempus. Ita factum eſt, ut in approbante & ſuis literis commendante me Rege *Ferdinando* ad *Friburgum* vicinum me contulerim: ubi jam duos annos & ultra vixi, gratus omnibus, ſed imprimis Academiæ. Nec interim fui cuiquam gravis impendio, meo ſucco victitans. At nunc quoniam video omnia in ſuſpenſo eſſe, nonnulla etiam bellorum aut tumultuum præſagia, quæ quidem opto vana eſſe, ſed ſi quid tale accidat, ubivis malim eſſe quàm *Friburgi*. Huc enim ſe contulerunt & hodie conferunt, qui *Baſileam* odio ſectarum reliquerint, à quibus illi ſuſpicantur inſtigari monarchas ut rem eccleſiaſticam armis vindicent. Oppidum eſt elegans & amœnum, ſed maligna rerum copia: & hoc corpuſculum ſenile jam & afflictæ valetudinis cùm aliis plurimis ſubſidiis eget, tum maximè vino *Burgundiaco*, quod huic ſtomacho cum *Germanicis* peſſimè convenit. Quum autem ea iſtinc huc adferri curo præter iniqua impendia, aut veniunt qualia nolim, aut in itinere per aurigas vitiantur. Speramus quidem omnia fore tranquilla, ſed tamen ſi quid extiterit quod nolumus, mihi gratum eſſet urbis iſtius hoſpitio ad tempus uti. Nemo per me gravabitur; eſt, gratia ſuperis, unde alam hoc corpuſculum. Nec cum ulla ſecta mihi commercium eſt. Nullos habeo diſcipulos niſi cum *Chriſto* communes, nec habiturus ſum volente Deo. De vitiis hominum quædam admonui, quæ nonnihil offendunt moroſos quoſdam, quum magis oportuerit ea corrigere, quàm ſuccenſere bene monenti. Tantum quæro portum & tranquillam ſedem huic ætati & valetudini. Vocatus ſum & vocor aliò ſplendidis conditionibus, ſed non eſt conſilium egredi Cæſareæ ditionis pomeria, cujus ſingulari favore hactenus ſubſtiti adversùs malevolorum conatus. Quòd ſi veſtra ſapientia putabit hoc quoque ad rem pertinere, verbo facillimè impetrabo, & à Cæſare & à *Ferdinando* literas commendatitias. Quanquam quæ veſtra humanitas eſt nec illorum commendatione, nec his meis literis opus eſſe arbitror. Attamen propter varias hominum ſententias, variòſque affectus viſum eſt nihil tentare, niſi priùs exploratis animis veſtris, ſine quorum favore neſcio an iſtic tranquillam ſedem habere liceat. Quamobrem veſtra clariſſima celſitudo, non gravabitur paucis verbis huic epiſtolæ reſpondere, cui me ſemper addictum clientem fore profiteor, quæcunque *Eraſmum* eſt habitura regio. Vos omnes ſoſpitet, réſque veſtras bene fortunet Dominus *Jeſus*. Apud *Friburgum Briſgoiæ* poſtridie *Jacobi* Apoſtoli, milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

Eraſmus Roterodamus Deſiderato More S. D.

GRatulor iſti Reipublicæ, *Deſiderate* clariſſime, quod ab eo diſſidio quod audieram liberata eſt. Is certè metus me deterruit, minùs iſtuc commigrarem, nè toties ob mei rielitarer inopiam; Nam à fine Februarii ad Septembrem perpetuò langui, ſic collapſo ſtomacho, ut omnino nihil admitteret, ut aliàs comperi languoris cauſam non aliam fuiſſe quàm vini idonei inopiam. Nam mutato vino protinus revixit ſtomachus. Hæc eſt hujus corpuſculi calamitas toleranda, donec & ventrem ſcelica deſtruat Deus. Nè verò mihi idem eveniat ruſtica hac hyeme, emiſi famulum *Gilbertum Cognatum*, mihi quidem multis nominibus chariſſimum, ſed hoc etiam titulo chariorem, quòd tibi propinquâ conſanguinitate conjunctus eſt, ut mihi duo aut tria vaſa adferat. Arbitror officialem nondum è legatione rediſſe, nam è *Lucria* nuper ad me ſcripſit amantiſſimè, & audio D. *Franciſcum Valotum* è rebus humanis exceſſiſſe. Quo magis te rogo, ut *Gilberto* noſtro, tuo conſilio velis adeſſe, ut pecuniam bene colloret, & quamprimum ad nos redeat. Ridebit aliquis me de re tam eſſe ſollicitum. Riderem & ipſe, niſi præſenti periculo toties eſſem doctus. Revocatus ſum in patriam à Regina *Maria*, Cæſare, Summo Cancellario & Duce *Arſcoti*, miſſo etiam viatico trecentorum florenorum, & præſtito ſalario tanto in annos ſingulos, jámque paratis omnia accinctus eram ad iter. Sed imbecillitas coegit expectare ver. Reliqua cognoſces ex *Cognato* tuo ſemel meo. Eccleſiæ concordiam jamdudum ſuſpiramus veriùs quàm ſperamus. Huc certè ſum adhortatus, libellum opinor exhibebit *Gilbertus*. Opto te quàm rectiſſimè valere. Datum *Friburgi Briſgoiæ* duodecimo die Octobris, Anno à *Chriſto* nato M.D. XXXIII.

Eraſmus Rot. Lodovico Monti S. Mariæ & Charitatis Abbati S.D.

REverende Domine ac pater mihi multis nominibus ſuſpiciende, *Gilbertum Cognatum* mihi jam pluſquam triennium fidelem & commodum præſtitit famulum, quem ego tamen ob mores liberales non tam pro famulo habui, quàm pro convictore, & in ſtudiorum laboribus ſocio. Proinde & tuæ R. amplitudini gratulor talem cognatum, & illi multo magis tam amicum & benignum patronum. Quo nomine ſicut ille tibi debet plurimum, ita & ipſe gratias ago. Nam mores hominæ tales ſunt, ut mihi magis in promptu ſit communicare literas quàm divitias, aut dare ſapientia. Spero autem fore, ut illum temporis quod me peracti non pœniteat. Nam præter eruditionis fructum quem ex mea conſuetudine capit haud pœnitendum, novit tua prudentia quæ illecebris juventus ſuo relicta arbitrio ſolleatur ad corruptelas. Poterat alibi nonnihil attrahere contagii à ſectarum amatoribus. Apud me verò etiamſi quid attraxiſſet, purgari potuit. Tum eſt vitæ noſtræ ratio, ut nullum ſit ocium ſervitiis voluptatibus etiamſi quis apperat. Hunc ego factum arbitror in ratione præmiorũ hanc quamquam

poſtremum

pulvinum mereri calculum. Sic autem meritus A
ero de me, ut meas fortunulas semper sit habitu-
rus communes, & præterea si quid officio præstare
valeo. Nunc perquam ægrè illo careo, itaque
vehementer gratum fuerit, si quamprimum ad nos
revertar. Te verò magnopere rogo, ut in illo fo-
vendo tui similis esse pergas. Crede mihi rectè
collocaris benignitatem istam, etiamsi tibi san-
guine junctus non esset. Quòd si *Erasmum* in tu-
orum numerum ascribere dignaberis, pro uno B
clientes duos es habiturus. Bene valeat T. R. A.
Friburgi XI. die Decembris, Anno Domini mil-
lesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Erasmus Roterodamus Francisco Bonvaloto Thesaurario S. D.

PRomo in me studio, vir clarissime, jam non
nov. 47. novo gratiam habeo: sed nihil adhuc aliud
possim quàm habere. R. D. *Lodovicus à Vers* Ab- C
bas montis S. *Mariæ* & *Charitatis* contulit *Gil-
berto Cognato* consanguineo suo meo famulo sa-
cerdotium quoddam: Qua in re si forsitan opus
fuerit illi favore tuo, etiam atque etiam rogo
ne illi desis vel quia dignus est ipse, utpote juve-
nis candidis & integris moribus, nec indoctus,
mihi certè jam annos aliquot in studiorum labo-
ribus magno fuit adjumento. Quare quod in il-
lum contuleris officii, in me collatum putabo.
Audio per te conferri pleraque sacerdotia; & no- D
vit tua prudentia magnam religionis *Christianæ*
partem pendere à pastoribus. *Lutetiæ* habeo quen-
dam *Philippum Montanum*, qui mihi olim fuit
adjutor studiorum, præclarè doctum, etiam in
re theologica; sed moribus sanctioribus aut ma-
gis piis vidi neminem. Non deest illi fortuna, sed
suopte spiritu cuperet *Christo* bonum pastorem a-
gere, si vocaretur. *Gallus* est natus annorum plùs
minùs triginta quinque, cujus si memor esse di-
gnaberis, non mihi tantùm, sed *Christo* etiam E
ipi rem summopere gratam facturus es, qui te
servet incolumem. *Friburgi* XI. die Decemb.
M. D. XXXIII.

Erasmus Rot. Simoni Leigniero S. D.

AManter tu quidem, vir optime, qui vinum
fasc. 48. ultrò obtuleris, sed *Gilbertus Cognatus* pa-
rum fecit prudenter qui acceperit. Mihi verò tua
benignitas hoc nomine multò gratior est, quòd
spontanea atque inexpectata. Quod de filiis mo-
nes faciam diligenter, & si qua alia in re possim
illis commodare, præstabo grati ac memoris ho-
minis officium. Non excidit mihi quantum de-
beam inclyto senatui *Besontino*, & hoc cœlum
perpetuò nebulosum ac nubilum durè me tractat.
Cæsar revocat me in *Brabantiam*, quò si per de-
bilitatem corpusculi proficisci non licebit, cona-
bor isthucusque prorepere. Det Dominus ut o-
mnes amicos meos offendam incolumes. Vale G
cum tibi charissimis. *Friburgi* XIX. die Novem-
bris M. D. XXXIII.

Erasmus Rot. Petro Richardoto S.

fasc. 49. JAm fermè mensis est, quòd patronus mihi re-
cum communis è *Lucernâ* scripsit ad me literas
humanitatis ac benevolentiæ plenas. Ad eas re-
spondi, sed paucis, quòd quidam indicâsset illum
necessariò fore *Besontii*, quod ipsum mihi non vi-
debatur verisimile. Scripseram per eundem E-
piscopo *Vercellano*, sed is jam revolârat in *Italiam*,
Mediolani expectaturus quid mandet Pontifex.
De epistolio quod per famulum misi non est quòd
sis sollicitus, nihil habet nisi gratiarum actionem,
& resalutationis officium. Veteris vini *Gilbertus*
meus plus adduxit quàm vellem. De novo cura-
bimus in Quadragesima. Ut autem scias quantus
sim οἰνοφόρτης, duo vasa mihi, si solus bibam, sufficiu-
unt in decem menses. Malo tamen superesse nè
desit poticis, famulis, liguritoribus, yapis & acri-
moniæ sua portio. Habeo gratiam quòd me do-
ces quomodo vapescenti vino vinaceis mederi de-
beam. Illud seriò tibi persuadeas velim, mi *Ri-
chardote*, tuum istum affectum, quem literis tuis
significas verius quàm exprimis, mihi esse gratis-
simum. Risi nec intellexi tamen, quòd me *tertium
eloquentiæ lumen* appellas. Nimium mihi tri-
buis, si putas hoc seculo non esse nisi duos *Erasmo*
facundiores. Equidem me vix millesimum esse
credo, nisi quòd magis arbitror me cum *Mega-
rensibus* nullo in numero ponendum esse. Utinam
hisce temporibus tam effloruisset *Christiana* pietas
quàm efloruit eloquentia. Audi rem mihi mole-
stam, sed tibi tamen risui futuram. Præter alia
incommoda quibus æstas & autumnus me afflixit,
fuit in ædibus meis tanta improbissimorum puli-
cum vis, ut per eos nec dormire liceret, nec legere
aut scribere. Quod malum nondum factum est
mitius. Soleo per jocum amicis dicere, non esse
pulices, sed dæmones. Non erat ille jocus, sed di-
vinatio. Siquidem ante dies aliquot exusta est
mulier, quæ quum haberet maritum, octodecim
annis furtivum commercium habuit cum rivale
dæmone. Ea inter alia crimina & illud confessa
est, quòd per amatorem suum in hoc oppidum
miserit aliquot magnos saccos pulicum. Nomen
vici ubi exusta est, dicitur *Kylchove*, abest hinc
duabus leucis. Hæc stans scribo, & tamen undi-
que pungunt in caligis, in indusio circa collum, &
pungunt more insolito, tam pusilli ut prendi
non queant. Tantúmne permissum esse malefi-
cis? Bene vale. *Friburgi Brisgoiæ* decimonono
die Novembris, Anno Domini millesimo quin-
gentesimo trigesimo tertio.

Erasmus Roterod. Gilberto Cognato Canonico Nozerethi in Burgundia S. D.

NUper per quendam è vestra familia scripsi *Epist.* 50.
paucis, quo tempore & lecto decumbens
coactus sum ad Regem *Ferdinandum*, & Cardina-
lem *Tridentinum* pro senatu *Basiliensi* scribere.
Nec tu per illum quicquam scripseras aut mandâ-
ras. Ille causabatur se præter spem venisse *Basile-
am*. λάθρα. Suspicor aliquid esse in causa, quâ nolu-
isses scribere? Idem aiebat te scripsisse ante men-
sem. νέος. Typographus qui apud te fuit, excusabat
non fuisse scribendi spatium. Is tamen injecit no-
bis aliquid bonæ spei, tibi in animo esse hue pro-
ficisci ad Paschæ festum, & curaturum ut ali-
quid boni vini ad me perferatur. Meministi è
duobus vasis Abbatis quum gustaremus alterum
fuisse turbidum, nec quicquam habuisse coloris
aut saporis. Hoc tu posueras proximum vasi Offi-
cialis, tanquam cæteris melius. Verùm poste-

quam aperuimus, reperimus colorem elegantem, cæterùm nihil caloris neque saporis nisi corruptissimi ex vitio vasis. Quid infuderint aurigæ nescio, certè hoc vas est effundendum in viam. Aperuimus alterum Abbatis vas, & invenimus vinum generosum & gratissimi saporis, nec dubito quin alterum vas fuerit simile. Ut illos συκοφάντας malè perdat *Jupiter*. Ego vel quadraginta florenis emptum velim, ut alterum vas esset quale missum fuit. Suffecisset in totum annum & superfuisset. Hac in re si mihi volueris gratificari, non perdideris operam tuam. Hæc hyems odiosè me tractavit. Sub Calendas Novembres odiosè me salutavit primo frigore. Ac nondum confirmatum obortus ventorum turbo prostravit. Cœperam & hinc commodè revalescere, nullum erat doloris vestigium, nulla capitis pituita, stomachus indies erat firmior, & ecce N. à prandio venit salutatum, méque tres horas detinuit ad ignem sedentem disputans de fidei dogmatibus. Ea attentio & ad ignem sessio mihi renovavit omne malum, utrunque enim mihi perniciosissimum. Nec ille ante noctem erat facturus finem. Interrupi sermonem ac dimisi eum, sed mox sentio occipitium plenum crudis vaporibus, utrisque auris gravem tinnitum, stomachum dejectum. Nunc absunt quidem immanes illi cruciatus, sed tamen in lecto ferè me contineo, nisi tribus horis circa prandium & totidem circa cœnam. Nuper & *Cholerus* mihi scripsit è lecto malè tortus chiragra. Similiter & Theologus *Brisgoicus* noster in literis queritur se fuisse in tantis cruciatibus, ut mortem optârit. Maritus sororis *Amerbachii* simili morbo torquetur: alioqui vir durus & robustus. In *Polonia* amissimus *Petrum Tomicium* Episcopum *Cracovienses*, qui cum epistola plena solatii miserat triginta ducatos. Vale, & amicitiam quam in descessu pacti sumus serva. Cætera coram. *Hieronymus Frobenius*, *Bonifacius Amerbachius* & *Sigismundus Gelenius* tuus te salutant. *Basileæ* duodecimo die Februarii, Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo sexto.

Erasmus Roterodamus Gilberto Cognato Nozereno S. D.

Epist. 51. ACcepi literas tuas duodecimo Calend. Martias datas, accepi autem tertio Calend. Martias, ex quibus perspicio meas posteriores tibi nondum fuisse redditas, eas satis verbosas per hujus urbis viatorem publicum misi ad *Stephanum à Pratis*, ut per illum ad te perferrentur. Spero te jam accepisse. Nunc ad tuam epistolam paucis. Silentii tui excusationem accipio non libenter, maluissem esse verum quod suspicabar, te rerum successu quodammodo ebrium nostri fuisse oblitum. Mihi tamen affectus iste tuus erga me fuit summopere gratus, licèt parum jucunda fortunæ tuæ deploratio. Amo te quòd libros ac literas meas *Besontione* bonâ fide reddideris, id quod nunc ex ipsorum etiam literis cognovi. *Leignieri* vicem ex animo doleo. De *Lambelino* quod monueris habeo gratiam. Veteres amici decedunt, parandi novi sunt, qui succedant. In *Polonia* periit *Petrus Tomitius* Episcopus *Cracovienſis*, *Friburgi Zasius*: In *Anglia* omnes aut mors sustulit, aut metus contraxit. Pensionarii excusant, præter spem tamen nescio quo [illegible] *Thomas Cromwelius* Regis secretarius, qui [illegible] secundum Regem potest plurimum, [illegible] viginti Angelatos, *Cantuariensis* octoginta, *Eboracensis* quindecim, nullus tamen hominum [illegible] pfit. Solus *Babyllus* ausus est scribere, & *Eustachius* Cæsaris orator, liberior quàm fortasse expedit. Credo tum *Anglos* nondum vitasse *Profationem* in nostrum *Ecclesiastem*. Habent apud *Germanos* oratorem *Edoardum Pharum* Equitem *Ertfordiensem*. Venio ad tuum negotium. Si tibi mea consuetudo tam felix videtur quam tu verbis exaggeras, civilis quàm vanis, scito tibi eam nunc quoque patere. Nullum accivi præter *Lambertum* optimis moribus juvenem, mihíque ad obsequia cubicularia commodissimum. Post intermissam consuetudinem utrique alteri futurus est jucundior. Tibi minuet laboris, & te jam isthoc animo in arctiorem locum recipiam, sentiésque meam liberalitatem aliquanto largiorem. Quòd si quid [illegible] acciderit humanitùs, curabitur ut tibi [illegible] portio non contemnenda. Tu vide quid [illegible] rentes & negotia liceat. Parentes [illegible] quàm tuam agunt negotium. Quorum [illegible] in quam domus inclinata recumbat. Fabile est ferè affectus parentum idiotarum. Procudunt aliquem è liberis in cucullam aut sacerdotium, persuadentes sibi tuta omnia, si quem Deus dilexerit qui pro se oret. At interim interdum sibi parant qui ipsis malè precetur. Sordidis istis negotiis consumes optimos vitæ annos, etiamsi cætera essent ut velles, fuderem tamen te à parentibus te sejungeres. Volunt perpetuâ imperare, nec meminerunt quæ filii dicti sint liberi. Reverentiam & charitatem oportet esse perpetuam, imperium non item. Vide quantâ invidiâ nunc laborent qui solent in summo esse precio. Si animus rapitur ad hoc religionis genus, obtempera spiritui tuo [illegible] ante justam ætatem, nec tibi liber ut fiat ad nostrum remigrare contubernium, poteris apud *Damianum à Goes* sat commodè vacare studiis. Si quid mea commendatio vel apud illum vel apud alios tibi prodesse potest, [illegible] quam defuturam. Si resignares tuam prebendam hâc conditione, ut cui traderes mereret tibi ad sex annos sexagenos coronatos, [illegible] liber futurus à pensione, posses ea pecunia liberè vacare studiis. Interim commodior aliqua fortuna affulgeret. Si te huc recipis, velim id maturiùs fieri. Ego vestram *Burgundiam* cogito, sed valde metuo nè valetudo me hic aliquantum teneat. Epistolam *Odoni* ac *Philippo* [illegible] legi, ad te quidem scriptam, sed de me totam. *Scaliger* rursus evomuit nescio quid libelli in me, quemadmodum & *Petrus Carsius*. Neutrum vidi. Pro munusculis tuis habeo gratiam, illaturus relaturus ubi dabitur commoditas. Fiet ut habuimus ante mensem *Lugduni*. *Galeas* [illegible] è *Roma* miserat *Anselmus Ephorinus*. Habes [illegible] pliciter expressum & meum erga te animum, & consilium absque fuco. Reliqua tui erunt judicii, quod precor ut tibi Dominus [illegible] promptum suggerat. Me in omnibus experieris amicum ex animo. Bene vale. *Basileæ* XI. die Martii, Anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto.

Philippi

Philippi Montani ad te epistolam inclusam in vesti in vase, dum excuterem. Profluvio ventris jam ultra decem dies debilitor usque ad mortem. Hanc epistolam bis misi, dubitans an prius exemplar sit redditum. Vale.

Erasmus Rot. Lodovico Bero S. D.

Epist. 52. MIsi procuratorium de facultate vendendam ædium. Nunc mitto *Gilbertum* meum, ut supellectilem divendat, & famulam benignis rationibus ableget. Non mediocre lucrum facit, qui litem pecuniâ redimit. Quòd si vir clarissimus D. *Petrus Rich* persistit in sententia, nihil obstat quo minùs immigret quum voler. Ego mecum reputans quot decoribus sit ornatus, quantóque studio tu causam illius per literas mecum egeris, nihil muto, atque etiam mihi gratulor, quòd ædes meæ tam honesto domino sint servituræ, tibi tanquam conjunctissimo amico futuræ communes. Nolim hîc jactare quod facio libenter. Nihil tamen verear dejerare, me in caminos, in fenestras, in contabulaturam, in tectorum & hostiorum reparationem impendisse supra centum florenos. Sed opifices & tribunus tractaverunt me ut hospitem. Illud admonebis D. custodem, in cubiculo in quo erant libri mei sub tabulis esse lateres integros & intactos, si fortè malit. Eò libentiùs explico me ab ædibus præsente pecunia, tametsi cum aliquo damno, quod hîc non alio animo hæreo quàm nautæ solent, quoties æstu destituuntur, jacere ancoram tantisper donec recurrat. Hanc parabolam vix arbitror abs te intelligi, cui nescio an unquam res fuerit cum mari. Scripseras R.D. *Puccium* non esse *Romæ*. Spero res esse salvas. Neque enim arbitror ad eum pertinere, quod rumor sparsit de Card. *Medicæo*. fortasse pestis abegit eum. Clarissimo domino Custodi precor felicem migrationem. Tibi tuóque fratri *Francisco* & amico singulariter in *Christo* omnia. *Basil.* Natali S. *Matthæi*, M.D.XXXV.

Erasmus Rot. Lodovico Abbati montis S. Mariæ & Charitatis S. D.

Epist. 53. REverendissime domine, Equidem optabam *Gilbertum* tuæ benignitatis alumnum, meum hactenus amanuensem, ad proximum usque ver manere mecum, quo simul cum birundine in vestram *Burgundiam* proficisceremur, nec ille abhorrebat, sed parentum affectus nescio quid cupientium aut metuentium compulit eum redire ad suos. Quæ causa quoniam à pietate proficiscebatur, malui illius animo obsecundare quàm mei commodi rationem habere. Quantum in literis profecerit tua prudentia dijudicabit. De fortunulis nostris quanquam exilibus, illi tantum impertivimus, ut arbitrer eum de sordibus non conquesturum. Nihilominus interim parati commodis illius inservire, ubicunque se tulerit occasio. Ætas & animus illum vocat ad majora. Mihi nihil superest, nisi decrescere indies. Accepi ex tua benignitate duo vasa vini, pro quibus habeo gratiam, semperque sum habiturus, si non datur referre. Reliqua cognosces è tuo cognato. Dominus R. amplitudinem tuam servet incolumem, cui cupio summopere esse commendatus. *Basileæ* septimo Octobris, Anno M. D. XXXV.

Erasmus Rot. Leonardo à Grueriis Officiali Besontino S. D.

MAgnam mihi voluptatem nunciavit, qui retulit te è legatione domum rediisse. Metuebamus enim nonnihil. Ego, quod vix credebatur futurum, nidum reliqui. Huc devolavi ad vos advolaturus receptis viribus. Sed hybernus September me coegit hîc ancoras jacere. Expectanda hirundo. Summus Pontifex, velim nolim, vult me inaurare. Jam contulit præpositurâ *Davantriensem*, ultrò submotis omnibus harpyiis. Mihi decretum est, etiamsi decem præposituras offerret, unam non accipere. Atque id jam sæpenumerò scripsi amicis *Romanensibus* qui hæc moliuntur. An ego mox emoriturus accipiam sarcinas, quas semper recusam. Committam opus *Ecclesiastæ Gilberto Cognato* Amanuensi meo, si possit ferre onus. Ex eo multa cognoscas licebit, quæ non vacat scribere, de *Lodovico Bero*, de novis martyribus, & cætera. Dominus te servet incolumem. *Basileæ*, duodecimo die Octobris, Anno millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Epist. 54.

Erasmus Roterod. Francisco Bonvaloto Thesaurario S. D.

PRo donato vino sanè quàm eleganti habeo gratiam. Sed quoniam ingenuæ mentis est, cui multum debeas, ei debere velle plurimum, oro ut pristinis tuis in me beneficiis unum addas, quod erit omnium gratissimum. Senectus indies ingravescit, morbus urget acriùs. Vehementer egeo auxilio *Gilberti Cognati*, qui multorum annorum convictu novit omnia mea. Sed ut audio involutus est istic nescio quibus tricis litium, à quibus tuâ ope poterit facilè explicari. Recipiet ille quasvis conditiones, modò vel paululum habeant æquitatis. Adjuvabit hac parte D. *Petrus Richardotus* officialis, si per te fuerit monitus, fiqué apud Senatum *Dolensem* tuum præstiteris patrocinium. Hic mihi crede à sectis nihil est periculi. Nemo nobis verbo molestus est, nec vellem habere domi qui novis dogmatibus esset infectus. Quòd si Deus dederit aliquid virium, ut liceat commigrare *Vesontium*, hic *Gilbertus* fuerit mihi valde necessarius. Nam alter famulus nescit *Gallicè*. Hic si præstiteris amicum, quem hactenus semper præstitisti, me jam olim tibi devinctissimum reddideris multò devinctiorem. Demiror *Dola* tantum posse duos *Franciscanos*. *Colloquia* & venduntur & excuduntur *Lutetiæ*, & *Dola* exulant. Qui dicunt in illis aliquid esse hæreticum, sive docti sunt sive indocti, mentiuntur. Id liquidò perspiciet qui legerit meas *Declarationes*. Dominus te servet incolumem, vir clarissime. *Basileæ* decimo septimo Maii. Millesimo quingentesimo trigesimo sexto. Epist. 55.

Erasmus Roterodamus Joanni Clebergero S.

VIr animo meo charissime, nihil erat seriæ rei, de quo ad te scriberem: tamen cùm oblati essent homines bene certi per quos scriberem, & suspicarer te istic in mercatu adfuturum, facere non Epist. 56.

potui, quin salutatrice epistolâ, quamvis brevi, testarer, miserum *Erasmum*, quem *Basileæ* bis vidisti semianimem, adhuc spirare (non enim ausim dicere vivere) & adhuc tuæ humanitatis memorem esse. Quòd si cognovero te incolumem, résque omnes ex animi sententia esse, erit quod majorem in modum gaudeam. Si quid me scire voles, per eos, qui has reddent, poteris tutò significare. Pontifex triumphat cum suis Cardinalibus: Sed magis illis gratularemur, si triumphus hic esset totius ecclesiæ communis. Bene vale. *Friburgi Brisgoæ* vigesimo die Octobris, Anno Dom. millesimo quingentesimo trigesimo secundo.

Erasmus Rot. cuidam S.

Epist. 57. SCribis te nolentem ac reluctante voluntate parentum rapi, protrudíque in aulam Principis. Quando igitur necessitas vinci non potest, superest ut commodè utendo perficias, ut aliquando te istinc explices quàm minimo malo. Nec enim omnibus infeliciter cessit hanc adisse *Laidem*. Et nè tibi videar non satis gravis admonitor, scito me ab ipsa pueritia ad annum usque quinquagesimum in aulis Principum militâsse. Primum illud tecum statuito, nè quid cui credas quantumvis in speciem amico, quantumvis arridenti, complexanti, pollicenti, dejeranti. Nec quenquam existimes tibi ex animo amicum, nec tu sis cuiquam amicus ex animo; tamen perinde quasi neminem non ames ita blandus & comis esto singulis. Esto largissimus eorum officiorum quæ tibi nihil afferunt impendii. Saluta blandè, complectere, cede viam, aperi caput, subinde repete honoris & charitatis titulos, lauda affatim, pollicere benigniter. Prius igitur domi vultum componito, ut is tibi paratus sit ad omnem fabulæ partem, nè quid veri affectus in facie subluceat. Meditanda domi est actio, ut oratio vultui, ut vultus ac totius corporis gestus orationi fucatæ subserviat. Hæc sunt aulicæ philosophiæ rudimenta, ad quæ nullus erit idoneus, nisi priùs omnem pudorem absterserit, aut vultu nativo domi relicto, quasi personam sumpserit. Proximum erit ut factiones totius aulæ subodoreris, sed ita, nè cui te facilè admisceas. Si quos, aut si quas videris nihil non posse apud Principem, vide ut te semper inflectas ad latus navis felicius. Nec pudeat aut pigeat assentari morionibus etiam, quos animadverteris gratos esse *Jovi*. Sed hunc ipsum technis omnibus captabis. Quoties in illius conspectu consistes, arte præ te feres simplicem quandam alacritatem, quasi gaudio gestias quoties illi datur adesse. Et posteaquam comperisti quibus rebus offendatur, quibus oblectetur, non multum erit negotii apud illum quamvis magnam inire gratiam. Commodè subservies, ad orationem arridebis, si loqui non dabitur, applaudes, velut admirabundus. Sed apud alios plenis ut aiunt tibiis, illius laudes decantabis. Aliqui certè perferent si passim prædicaveris. Nunc hic, nunc ille tibi captandus erit munúsculo, sed eleganti & apto magis, quàm precioso, nè videaris aureo piscari hamo, pretium addes oratione. Excusabis tenuitatem fortunæ, ubi illa contigerit opulentior, polliceberis montes aureos. Si qua præda affulserit, cave quisquam deorum aut hominum tibi tam charus sit ut illi cedas. [illegible] tibi proximus esto. Quoties de re agitur, [illegible] tri verba danda sunt. Non semper [illegible] venti secundi: ubi spirant, arripiendi [illegible] Nullius jurisjurandi tam sancta sit tibi religio ut hujus gratiâ patiaris opimam prædam aliis de manibus. Si quibus Principum [illegible] ter offensum, ac diversam factionem gestire victoriâ, semper accommoda te felicioribus; sed ita, ut alteram partem non lædas capitaliter, aut id fiat tuo magno certóque bono. Soleas enim Principum favores ventorum in morem subinde reflare in diversum. In summa, ubique venare commodum tuum. Nè quem aperté lædas. Cave mensam habeas domi: ea res exhaurit te sumptibus. Longè præstat convivam esse quàm convivatorem. Noli supputare quanti constet una cœna domi data, sed subducito rationem ad quantam summam post annum ea res tibi sit redditura. Proceres aliquot cole. Horum mensis te adjungito, sed ita, nè crebrius ad eundem. Hic comis & commodus esto conviva, sed festivus ac lepidus, ut nè quem offendas. Si quid in te dictum erit petulantius, in lusum jocúmque vertito, etiamsi seria res sit. Ab omnibus tanquam ab hostibus caveto. Nè cui concredas unde te possit lædere. Si quos senseris tibi parum amicos, fac artificio summo dissimules, & communibus officiis hoc magis apud illos amicum agas. Laudi apud eos quos suspicaris renunciatoros, hac arte aut fient amici, aut mitiùs erunt inimici. Tantùm cave nè qua detur ansa lædendi. In cæteris regis aulicorum esto lepidus congerro. Tantùm abalienatum temperato: si quidem ad hunc scopulum multi fecere naufragium, sic ut vix licuerit enatare nudos. Da operam ut quam minimum inquineris. Ad rem augendam, & constabiliendam ubique vigila. Ubi satis pingueris, excogitanda ratio, ut quod parcis contigit, feliciter ab aula te subducas tibique vivas. Neque perpetuus adsis Principi, neque nimium diu absis: quorum alterum parit tædium & satietatem, alterum oblivionem. Ut autem etiam commodo tuo absis, ambi legationes sed honorabiles, minimíque negotii: ita subinde rebus novus ad Principem tuum. Semper esto cærulus ac petax; &, quemadmodum callidæ meretrices variis nominibus ac modis semper aliquid auferunt ab amatoribus, ita tibi studio sit semper aliquid auferre à Principe. Sed ea potissimùm petenda, quæ ille fine suo sumptu largiri possit. Quod genus sunt sacerdotia, præposituræ, abbatiæ. Si quid erit tale, cujus tu capax non sis, suborna qui petant suo nomine, sed tuo commodo. Hæc arbitror esse satis pro primis elementis: posthac ubi te profeciisse videro, abstrusiora quædam impertiam. Vale.

Def. Erasmus Roterodamus Martino Dorpio S.

AUdivi, non sine summa animi voluptate, mi *Dorpi* charissime, quæ nobis de te narravit communis amicus *Paludanus*, quanto pectore in Præfatione tua damnaris istos, qui, neglectis divinis literis, anxiis ac frivolis quæstiunculis insenescunt, & quâ tubâ tuos auditores ad divinæ Scripturæ studia sis adhortatus. Macte animo virtutéque ὦ ἄνερ, sic itur ad astra. Quæso ut istam provinciam

præsidium tuo potissimùm dignam ingenio, A didicerum ex *Pahulano*, narravi *Tunstallo Britanniæ* oratori. Crede mihi, homo exilii præ gaudio, quòd toto animo negotium hoc capesseres. Demereberis tibi *Christum*: nomen tuum orbi commendabis, ac studiosis omnibus tem ut vehementer gratam, ita & salutarem facies. Bene vale, *Dorpi* multo omnium charissime. *Bruxellæ* sexto Idus Julias.

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARUM

LIBER VIGESIMUS OCTAVUS:

IN QUO PRÆFATIONES.

Præfatio in *Augustinum*.

Erasmus Rot. Alfonso Fonsecæ Archiepiscopo Toletano S. D.

EN totus solitóque nitidior, venit in tuos D amplexus, Præsulum amplissime, incomparabilis ecclesiæ doctor, & invictus propugnator, divus *Aurelius Augustinus*, quem tu non sine causâ sic adamare præ cæteris, sic in deliciis semper habere consuevisti. Quid enim habet orbis *Christianus* hoc scriptore vel magis aureum, vel augustius? ut ipsa vocabula nequaquam fortuitò, sed Numinis providentiâ videantur indita viro. Auro sapientiæ nihil pretiosius: fulgore eloquentiæ cum sapientia conjunctæ nihil mirabilius. Sunt aliis aliæ dotes, pro ut visum est τῷ δωροδότῃ Spiritui, qui pro suo arbitratu partitur singulis juxta mensuram fidei. In *Athanasio* suspicimus seriam ac sedulam docendi perspicuitatem. In *Basilio*, præter subtilitatem, exosculamur piam ac mitem suaviloquentiam. In hujus sodali *Chrysostomo* sponte profluentem orationis copiam amplectimur. In *Cypriano* spiritum veneramur martyrio dignum. In *Hilario* grandi materiæ parem grandiloquentiam, atque, ut ita loquar, cothurnum admiramur. In *Ambrosio* dulces quosdam aculeos, & Episcopo dignam amamus verecundiam. In *Hieronymo* divitem scripturarum penum optimo jure laudamus. In *Gregorio* puram nullóque fuco picturatam sanctimoniam agnoscimus. Ac, ne longum faciam, habet itidem & cæterorum quisque ex ejusdem Spiritus munificentia virtutes suas, quibus sese piorum hominum affectibus variè commendant. At non arbitror alium esse doctorem, in quem opulentus ille juxta ac benignus G Spiritus dotes suas omnes largiùs effuderit quàm in *Augustinum*, quasi voluerit in una tabula vividam quoddam exemplar Episcopi repræsentare, omnibus virtutum numeris absolutum, quas post *Christum* Episcoporum principem, *Paulus* & *Petrus* requirunt in his, qui pascendum Domini gregem susceperunt. Cæteris quidem non imputatur, quales fuerint antequam sacro lavacro renascerentur: in Episcopo tamen requirit beatus *Paulus*, ut & eorum qui foris sunt, testimonio comprobetur. Quid divus *Augustinus*? Talis erat, etiam quum ipse foris esset, ut ab his qui erant intus, vir bonus haberi posset, in suo quidem genere. Adolescens habuit concubinam, quòd humanæ permittunt leges, & hâc non repudiatâ, sed ereptâ, asciv it alteram. Verùm utrique servavit conjugii fidem, quam probitatem hodie non temerè reperias in sacerdotibus aut abbatibus. Inductus est in sectam *Manichæorum*, quo quidem hominum genere vix aliud habuit orbis pestilentius, adeo confictis titulis, prodigiosâ ciborum abstinentiâ, simulatione paupertatis, falsâ continentiæ specie, aliisque præscriptis immanibus, ac supra modum rigidis, tum portentosis fabulis philosophiæ fuco lenocinióque commendatis, fumos ac præstigias quasdam offundebant hominum mentibus, ut possent vel electis imponere. Ab his histrionibus impositum est juveni, nondum baptizato, nondum catechumeno, sed per omnes rerum species veritatem velut in somnis adamatam persequenti. Affectus erat pius, error simplex & humanus. Nec tamen illorum vitiis inquinatus est, nec diutiùs hæsit impio dogmati, & fortassis F ob hoc ipsum Dominus passus est illum ad tempus labi, ut efficaciùs alios ab errore pestifero vel arceret vel revocaret. A catechismo verò sic protinus ad *Christi* regulam vitæ rationem instituit, perpetuóq; tenore semper ad meliora proficiens, institutum persequutus est, ut etiamsi quod crimen in illum ab hæreticis impingeretur, nequaquam hæreret: & qui intendere sunt ausi, nihil aliud quàm impudentiæ lucrifecerint opinionem. Hoc de testimonio. Quod ad sobrietatis laudem attinet, quanquam erat corpore delicato, quemadmodum rarò solent ingenia insigniter felicia robusta sortiri corpora, sic dispensante naturâ, ut quod animi viribus additum est, corporis detrahatur, tamen illius mensa ferè nihil habebat præter olera & legumina, nisi quod interdum nonnihil etiam carnium admiscebatur, idque vel propter hospites, vel ob imbecilliores, ut agnoscas sobrietatis studium cum humanitate conjunctum.

Bibebat

Bibebat vinum, sed sic ut *Timotheus Pauli* consilio, neminem præscriptis adigens, sed firmiores exemplo suo provocans, infirmioribus clementer indulgens, in his duntaxat quæ per se nec pium faciunt, nec impium, ut facilè perspicias non Pharisaicam justitiam, sed verè *Christianam* pietatem, summo judicio, summáque mansuetudine conditam ac temperatam. Hæc est illa sobrietas quam Apostolus cum primis requirit in Episcopo, cui comes est vigilantia, quam & ipsam singularem quandam in hoc mirari licet. Diem totum precationibus, sacrificio, doctrinæ, disputationibus, audiendis causis, componendis litibus, confutandis hæreticis dabat, noctis bonam partem sacris lucubrationibus decidebat: itaque factum est, ut non solùm obeundis Ecclesiæ suæ negotiis sufficeret, verumetiam alias ecclesias vel oratione præsens, vel scripto absens moneret, doceret, institueret, confirmaret. Jam sobrietatis & vigilantiæ comes est castitas, quæ præcipuum est Episcoporum decus & ornamentum. Hujus illi tanta cura fuit, ut nec sororem, licet Deo dicatam, nec propinquo gradu cognatas fœminas, ad domesticum admitteret contubernium: & collegia mulierum, quæ instituerat, rarò admodum inviseret; nec omninò cum ulla fœmina misceret colloquium, nisi præsentibus clericis, aut aliis matronis, nisi fortè quid esset arcani, quod unius auribus esset committendum. Hic charitas admonuit maledicorum sibila contemnere. Nec enim usque adeo putabat serviendum improborum linguis, ut necessarium officium hac gratiâ prætermitteretur. Ubi non urgebat necessitas, ad cautionem suam redibat: non quòd sibi metueret, sed quòd parum esse judicaret Episcopi pudicitiam esse integram, nisi & famam haberet illibatam. Rursus non satis habebat, si suam unius famam intactam à sinistris rumoribus præstitisset, nisi clericos etiã haberet integri nominis. Porrò linguam habebat in tantum ab omni petulantia puram, ut etiam cum procacissimis hæreticis, vel scripto vel sermone disputans, mirè temperet à convitiis; sed scripturarum modò testimoniis & argumentis veritatem asserit, impietatem refellit, adeo ut nè lacessitus quidem regerat maledicta. Eandem moderationem obtinuit in castigandis improborum moribus, ut lenitate sanaret potiùs quàm austeritate exasperaret. Proin Episcopum *Africæ* quendam natione *Italum* literis adhortans, ut populum suum à vernaculo more temulentiæ revocaret, & ad *Italicæ* sobrietatis exemplum provocaret, illud diligenter admonuit, nè id faceret acerbiùs objurgando, sed lenibus monitis paulatim inveterato morbo mederetur. Hoc est quod *Paulus* non vult Episcopum esse πλήκτην, quemadmodum interpretantur *Græci*, & hos sequutus *Hieronymus*. Alioqui quid laudis habeat in Episcopo, si non sit percussor, hoc est, si neminem ferro vulneret aut occidat, aut manu depalmet? Adde quòd mensam habebat perquàm frugalem quidem ut diximus, sed hospitibus expositam, magis frugiferis sermonibus, quàm exquisitis eduliis opiperam. Ad hanc pendebat distichon, ceu lex quædam detestans maledicentiam & obtrectationem in absentes, qui morbus ferè peculiaris est iis, qui alioqui pietatem profitentur, quum nihil sit alienius à vera pietate. Obrepit enim hæc pestis probitatis imagine, dum videri vult vitiorum odium, ac virtutis zelus. A quo malo sic postea aliquoties ruit vir sanctissimus, ut interdum nec Apostolorum autoritati cesserit, quin se minaretur à mortuis vivio surrecturum, nisi à talibus fabulis temperarent. Eóque ferè vel sacram lectionem audiebat mensæ, vel de re quapiam frugifera conferebatur, ut non minus animi convivarum reficerentur quàm corpora. Jam quod Apostolus vult Episcopum ἄμαχον esse, καὶ μὴ φιλάργυρον, hoc est, *non pugnacem sive litigiosum, nec turpiter lucro deditum*, id adeo præstitit, ut sæpenumero causam totam cesserit adversario, pro magno lucro ducens, si quietem animi rei dispendio redemisset. Multas hæreditates ultrò delatas Ecclesiæ recusavit, unde suspicabatur ab hæredibus aliquid exoriturum vel litis vel querimoniæ. Cuidam qui possessionem volens donârat ecclesiæ, ac post liberalitatis pœnitens reposcebat quod dederat, *Augustinus* & tabulas & rem restituit, quum optimo jure summóque omnium applausu posset submovere improbum repetitorem. Interdum & sacris vasis divenditis pauperum inopiam sublevabat. Quin & liquoties tentâsse legitur, ut universam ecclesiæ censum populo resignaret, sibíque ac suis nihil faceret reliquum ad victum, nisi quod sportanea plebis liberalitas quotidie deferret. Quinque annos quadraginta aut eo ampliùs Episcopi munere summa cum laude functus esset, adeo nullum thesaurum sibi congesserat, ut decesserit intestatus, non tam quòd testandi jus deesset, quàm quod materia. Hæc non eò commemoro, quòd existimem horum temporum Episcopos ad hanc imaginem compellendos, sed ut declarem quantopere sanctissimi Præsulis animus abhorruerit à sordido quæstu, & hunc comitari solitis litibus. Præcipuè verò τὸ διδακτικὸν, quæ potissima functio Præsulum est, sic in illo modis omnibus enituit, ut neminem habeamus nec ex *Græcis* nec ex *Latinis*, quem hac sanè in parte cum hoc conferre possimus. Ingenii felicitas prorsus erat incomparabilis, sive spectes acumen vel obscurissima facilè penetrans, sive capacis memoriæ fidem, sive vim quandam mentis indefatigabilem. Difficultatibus quæstionum alebatur, huc quisquis provocabat, prorsus equum, ut habet proverbium, in planiciem invitabat, nec ullis materiis lubentiùs indulsit, quàm quæ subtilitate torquerent, nec conquiescebat, donec nodos omnes explicuisset. Ad docendum semper erat paratus, non aliter quàm navis negociator ad lucrum. Aderat interim admiranda quædam animi lenitas, quam *Paulus* vocat μακροθυμίαν, atque adeo mansuetudo quædam invincibilis; hanc *Petrus* appellat πραΰτητα, quam *Plato* putat non ita frequenter deprehendi in iis, quibus contigit acrius ingenium. Id perspicuum est ex conflictationibus quas plurimas habuit cum hæreticis, quorum alii miris technis studebant eludere pondus invictæ veritatis, alii supersilio & alienis tergiversationibus tempus eximere, alii convitiis à disputatione ad jurgium provocare, alii stolidissimis responsis fatigare vexatéque contra disserentem. Nihil horum unquam potuit efficere, quo minus ille rem urgeret, repetens, iterans, inculcans quæ utrinque dicta fuerant, idque tam dilucidè, tam explanatè ut imperita quoque multitudo perviderit hæreticis nihil esse reliquum præter impudentiam. Hâc mansuetudine cum infantia pertinaci conjuncta plurimos sanavit hæreticos.

tuitus, delicia omnes. Nam quemadmodum, juxta vetus dictum, *Africa* ſemper aliquid novi monſtri ſolet gignere, ita tum variis hæreſeon monſtris infeſtabatur. Et erat ea gens nec ſobria, nec ſatis firmæ fidei, novatúmque rerum ſupra modum avida, alioqui vafra & arguta. Adverſus hæc portenta dictu mirum, quàm ſtrenuum pugilem egerit *Auguſtinus*. Dejecit *Paſcentium Arianum*, licèt autoritate poteſtateque publica formidabilem. Tradidit *Manichæorum* prodigioſas fabulas, & obſcœna myſteria protraxit in lucem. Nam hæc prodidiſſe, erat viciſſe. *Donatiſtas* & *Circumcelliones*, pertinax malum, multis conflictibus tandem ſudit, profligavit, delevit. Poſtrema luctatio fuit cum *Pelagianis*. Denique Paganorum reliquias magna ex parte delevit in *Africa*. Et ad tantas res conficiendas, non vi, non armis, non copiis, non carceribus aut incendiis uſus eſt, ſed ſolo gladio ſpiritûs (quod eſt verbum Dei) atque armis apoſtolicis, tot victorias, tot triumphos paravit eccleſiæ *Chriſti*, licèt adverſus *Donatiſtas* & *Circumcelliones*, quoniam ipſi ferro rem gerebant, adhibita ſit eadem Cæſaris autoritas, refragrante primùm *Auguſtino*, mox Cæſaris edictum ſit interceſſione ſua moderante, ut pleriſq; multa auraria redderentur iis qui perſolverant. Summa verò cura interceſſit apud Cæſareos magiſtratus, nè quis hæreticorum occideretur. Cupiebat amicus medicus ſupereſſe quos arte ſuâ ſanaret. Imò, quod eſt majoris clementiæ, his etiam vitam impetravit, à quibus orthodoxi quidam fuerant nefariè trucidati. Hæc ſanctiſſimi Præſulis clementia non eò commemoratur à nobis, ut animum addamus impiis, qui falſis dogmatibus ſcindunt ac labefactant eccleſiam *Chriſti*, ſed ut oſtendamus quanta manſuetudo deceat doctorem eccleſiaſticum. Non ideo Cæſarum leges robur non habebant, quòd harum ſeveritatem aliquandò piorum hominum interceſſio mitigaret, præſertim ubi manifeſta pœnitentiæ ſigna ſpem vitæ correctioris præberent. Nec enim ideo non eſt juſta lex, quæ jubet homicidam plecti capite, quòd Epiſcoporum pietas talibus nonnunquam impetravit vitam. Alioqui latronem dimittere, in plurium perniciem graſſaturum, non eſt clementia, ſed crudelitas. Proinde, quemadmodum ad tuendam Reipublicæ tranquillitatem neceſſaria eſt legum principalium ſeveritas, ita laudanda eſt in Epiſcopis *Chriſti* vicariis *Chriſtiana* lenitas: quæ tam ſingularis fuit in hoc Præſule, ut cum in civitate quidam Pagani contra Cæſaris edictum publicitùs impetum feciſſent in *Chriſtianos*, multíſque vexatis, unum atque alterum occidiſſent, aut certè paraſſent occidere, jámque ſeveram Principis ultionem expectarent, quidam ex ipſis eruditus per literas ab *Auguſtino* petierit, ut interceſſione ſua Cæſaris iram mitigaret. Tam inſignis erat ſanctiſſimi Præſulis manſuetudo, ut hoſtis & idolatra non vereretur ab hoc petere, quod vix amicus ab amico auderet flagitare. Quo impudentior eſt poſtulatio, hoc magis arguit vix credibilem *Auguſtini* manſuetudinem. Eâdem manſuetudine moderatus eſt collegia virorum ac mulierum, quæ juxta regulam apoſtolicam aliquot inſtituit. Leviter delinquentium pœna erat admonitio; graviùs peccantium objurgatio; deſperatorum & inſanabilium, veluti capitale ſupplicium erat, è contubernio piorum ejectio. Clericos ſuos quos tradebat juxta Epiſcopi inſtitutum vivere, patiebatur ad alios Epiſcopos demigrare, qui clericos ſuos non adigebant ad domûs ac vitæ communionem: Amabat perfectam pietatem, ſed ſpontaneam, non extortam. En aliud in hoc Epiſcopo miraculum: In tam multis, tam eximiis virtutibus, quàm nullum omnino ſuperciliũm? Dicas illum paterna maternáque viſcera erga cunctos gerere, malos parturire ut renaſcantur in *Chriſto*, imbecilles veluti gallinam ſub alis fovere nè pereant, bonos provehere ut adoleſcant. Nullus erat tam deploratus hæreticus, aut alioqui flagitioſus, de quo ſpem prorſus abjiceret, donec ille ſpiraret. Sic in libris ſuis agit cum hæreticis, non ſolùm ut revincat, verumetiam ut quod quidem in ipſo eſt, ſanet: Sic objurgat improbos, ut ſemper vino ſeveritatis admiſceat oleum lenitatis. Nihil eſt uſquàm tam auſterum, quod non interim ſpiret *Chriſtiana* charitatis dulcedinem, quæ, juxta *Paulum* Apoſtolum, *omnia ſuffert, omnia ſperat, omnia credit*. Erat unius civitatis Epiſcopus, cui nomen *Hippo Regius*, quaſi dicas *Equile Regium*: nam erat ejuſdem nominis altera in eodem littore ad exortum, cognomine differens, *Sullectus* enim dicebatur: ſed omnium eccleſiarum ſollicitudinem in ſe recepit, Epiſcopos earum vel coram, vel miſſis voluminibus & epiſtolis inſtruens ad evangelii prædicationem, armans adverſus hæreticos. Porrò, quoniam vir prudens perſpiciebat librorum uſum multò latiùs patere quàm vocis, in hanc operam quicquid potuit temporis ſuffurabatur. Ad hoc quo plus haberet otii, diſcutiebat humiliora negotia, quæ tametſi non adverſabantur pietati, tamen ab optima parte *Mariæ* nonnunquam avocabant. Itaque conciliandis matrimoniis auxor eſſe recuſabat, juncta tamen, ſuâ benedictione confirmabat. Nec ædificandi cura ſuſtinebat occupari, licèt alios id agentes non reprehenderet. Nec omnium epiſtolis reſpondebat, niſi ſi quid tractarent ad religionis pertinens negotium. Poſtremò, ingraveſcente jam ætate ſucceſſorem ſibi deſignavit, ad quem levioris momenti cauſæ deferrentur, ipſe vacaret melioribus. Quo tempore libros omnes ſuos collegit, recognovit, & in ordinem digeſſit, nè vel interirent complures, quod *Ambroſianis* ſcriptis accidiſſe videmus: aut mendoſi depravatíque verſarentur in manibus hominum. O virum ad totius eccleſiæ publicam utilitatem natum, factum, datúmque divinitùs, quam ubi conſpiceret *Vvandalorum*, *Gothorum*, aliorúmque barbarorum qui ex *Hiſpaniis* in *Africam* eruperant, incurſione turbari, jam hujus vitæ cœpit tædere, quódq; ſolùm potuit, conſolatus ſuos & hortatus ad tolerantiam, è vivis exceſſit! Tanto ardore vir ſpiritu *Chriſti* plenus amabat, atque, ut ita loquar, deperiebat decorem, profectum, ac tranquillitatem domûs Dei. Hoc hoc nimirum erat ſummum illum eccleſiæ ſponſum imitari. Nam & ſuæ quiſque eccleſiæ quodammodo ſponſus eſt omnis Epiſcopus. Ille dixit: *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis*. Hic qui nullum unquam periculum metuit, quoties eccleſiæ commodis ſerviendum erat, cui vita erat acerba, poſteaquam eccleſiæ malis non potuit ſuccurrere, quàm lubens illam impendiſſet ovibus ſuis, ſi modò ejus diſpendio, gregis ſalutem redimere licuiſſet? Optabat, cum *Paulo*, vel anathema fieri pro filiis ſuis. Hæc pietas, hæc charitas

ritas, hîc ardor pectoris facit, ut omnia illius scripta non minùs inflamment ad pios affectus quàm doceant intellectum. Sunt enim qui frivolis argutiis utcunque delectent ociosos. Sunt qui subtiliter doceant necessaria, sed non efficiunt ut quod intelligitur ametur. Sunt rursus qui excitent ad studium pietatis, sed excitatos doctrinâ non provehunt. Frustra intelligas, nisi diligas quod percepisti. Ad quid autem conducit cæcus amor? Scientia, sit absit charitas, inflat: charitas absque scientia nonnunquam pernicioſa pro salutiferis amplectitur. Sed utraque res alterius opem poscit, & conjurat amicæ. At hic incomparabilis doctor simulatque maturuit in *Christo*, neglectis sophistarum ineptis argutationibus, ingenii plusquam aquilinam aciem ad necessariæ veritatis investigationem intendit; ita subtilis in disputando, si res postulet acumen dialecticum, ut semper dimittat lectorem, non tantùm eruditiorem, verumetiam ad bene vivendum inflammatiorem. Quid enim aliud potest ignis, ubicunque ponas, quàm urere? Amabat vehementer quod docebat, docebat arguté quod amabat, utrunque gignit in eo, qui scriptis illius propiùs intendit animum. Rhetoricæ multa sunt cum Dialectica communia. Rhetorum libros ad plenum imbiberat. *Platonicâ* philosophiâ, quoniam Rhetoricâ quâdam suaviloquentiâ multa tradit de rebus à corpore separatis, & his quæ sensibus deprehendi non possunt, sed animi cernuntur oculis, non pauca miscens *Christianorum* placitis consentanea, videtur impensiùs delectatus. Ex *Aristotelica* philosophia, vel quia jejuniore stilo tractat res subtiles, vel quia nondum in publicum usum venerat apud *Latinos*, nihil degustâsse videtur præter libros *De Enunciatione*, *De Categoriis* sive *De decem Generibus generalissimis*, & *De quinque vocibus prædicabilibus*, quem librum velut εἰσαγωγὴν ad *Aristotelis* philosophiam edidit *Porphyrius*. Nec usquam ullo vestigio deprehendere licet quòd ejusdem libros quos *De Topicis*, *Analyticis* & *Elenchis*, *De naturalibus rebus & ultramundanis*, *De Moribus* & *Reipublica* multos reliquit, usquam attigerit. Ut nè commemorem tot *Græcos Aristotelis* interpretes. Et tamen hic ipse qualiscunque *Aristotelicæ* Logicæ gustus, Dialectici non solùm opinionem illi conciliavit, verumetiam magnam apud hæreticos conflavit invidiam, quòd quum veritatis pondere premerentur, clamarent se artificio Dialectices circumveniri. Siquidem illis temporibus tanta fuit apud *Afros* hujus artis ruditas, ut qui sciret distinguere Substantiam ab Accidente, Genus à Specie, Relativam vocem ab Absoluta, vulgo Dialecticus haberetur, quo nomine *Julianus* visus est unus idoneus qui cum *Augustino* manus ex æquo consereret. Sed Dialectica fuit antequam quisquam de Dialectica præciperet: nec enim est de numero earum Disciplinarum quas instituit hominum voluntas, sed quas animadvertit sagacitas, qualis est Arithmetica. Tanta autem erat in *Augustino*, támque mirabilis ingenii felicitas, tanta sanitas, tantáque præsentia, ut nè ex istis quidem qui posterioribus seculis bonam ætatis partem in Dialectica contriverunt, quenquam invenias, qui citiùs aut certiùs perspiciat causæ scopum, qui dexteriùs ad hunc rationes & scripturarum testimonia dirigat, qui feliciùs nodos quæstionum dissecet. Scripsit, sed dictavit: pleraque per notarios ex ore loquentis excepta sunt, cujusmodi sunt illa *Enarrationes scripturarum ad populum*, quos ipse *Tractatus* appellat, aut *Consultationes* cum hominibus, quæ olim publicitùs apud plebem fieri consueverunt. Nec alibi mihi videtur admirabilior. Quibus mediocre contigit ingenium, si lucubrandi curam adhibeant, exercitum interdum aliquid non contemnendum. Cæterùm in extemporali dictione tantam adesse mentis perspicaciam, tantam memoriæ profunditatem, tam paratam orationis copiam, non sine perpetua quadam jucunditate, quis non miretur? Quis hoc hodie præstare queat, vel ex illis qui studium omne collocârunt in parandâ dictionis facultate? Sed quo dilabor? non enim instituera Encomium *Augustini*, quod si suscepissem, hæc quota portio laudum illius erat? Illud tantùm volebam ostendere, quàm dolendum fuerit tantum ecclesiæ thesaurum tam serò per typographos prodisse in publicum, quem maximè referebat in omnium versari manibus. Deterrebat nimirum illos impendiorum magnitudo. Primus hoc egregium facinus ausus est, vir singulari pietate *Joannes Amerbachius*, re sat beatus, sed animi dotibus longè beatior, quem nec sumptus immensi, nec in conquirendis undecunque exemplaribus instantia, nec in conferendis tædium, nec operis difficultas, nec distractionis alea, nec ulla res alia deterruit, quo minus totum *Augustinum* redderet omnibus communem. Non huc invitavit virum quæstûs amor, sed syncera pietas, quam omnes illius præfationes spirant, ac revocandi priscos illos ecclesiæ doctores studium, quos videbat ac dolebat paulatim antiquatos. Proinde non dubito quin illius manibus bene precentur omnes, qui per *Augustini* libros ad pietatem proficerent. Idem in universas *Hieronymi* lucubrationes majore etiam studio molientem Deus ad superos evocavit. Eam tamen provinciam tribus filiis, *Bruno*, *Basilio*, & *Bonifacio*, quos in hoc curârat, ut trium peritiâ linguarum instituendos, moriens delegavit, per quos non minore studio quàm fide peractum est, quod optimus pater voluit. Sic enim illos & ad pietatem, & ad eruditionem educârat, ut quodammodo se major ac melior in illis superesset, hodiéque superstes. Nam non maximus tantum in fata concessit. Tot sunt examina monachorum in orbe, quorum primum magnis censibus alitur. Tot sunt Abbatum mitrati reditus, nihil aliud quàm ædificantes, vel alentes equos, vel epulantes. Hic erat illorum proprius labor, quem homo laicus sibi sponte susceperit. Atque in *Augustino* quidem tantum adhibitum est ab illo curæ, studii, vigiliarúmque, quantum illa tum ferebat ætas, rudior adhuc, & perpaucos habens in hoc genere literarum exercitatos. Illud potiùs mirandum, quod quum *Augustini* lucubrationes tot jam annis versentur inter manus eruditorum, nulla extiterit de illo publica querimonia, quemadmodum de *Hieronymo* nemo non querebatur. Atqui ni multos haberem reos qui operi excudendo vel præfuerunt vel adfuerunt, nemo mihi crediturus est, quantum mendarum offenderim ac sustulerim, etiam illius, ubi nihil esse depravatum putabatur. Habet enim *Augustinus*

Syllaba simus quoddam dicendi genus, argutum & *Prosodia* in longum productis multa convolvens, quod lectorem & familiarem, & acutum, & attentum, & bene memorem requirit, denique tædii laboriosque patientem, quales non ita multos reperio. Jam tametsi profanas literas pareiùs oblectat quàm *Hieronymus*, tamen obiter ad eas frequenter alludit. His rebus factum est, ut lector audaculus magis quàm argutus, mutârit quicquid offendebat. Verùm quæ vel librariorum incuriâ, vel lectorum insciti commissa sunt, habent utcunque colorem, quo culpam liceat, si non excusare, certè extenuare: quanquam hanc oportuit esse publicam Principum, Præsulum & Abbatum curam, ac utilium, sed præcipuè sacrorum voluminum exemplaria, per eruditos viros quàm diligentissimè castigata, servarentur in publicis bibliothecis. Illos verò quis absolvat à sacrilegii crimine, qui nec errore, nec ullâ necessitate, sed ingentâ libidine, studio mutârunt hujus viri scripta, vertentes *que*, in *&*; *&* in *que*: *sed*, in *at*; *at*, in *sed*: *dixit*, in *ait*; *ait*, in *dixit*: *verbum*, in *participium*; *participium*, in *verbum*: aliáque innumera his consimilia, quasi luserint in opere alieno. Hoc flagitium quum aliàs, tum præcipuè deprehendimus in libris *De Trinitate*. Deprehendimus autem ex collatione codicis, quem nobis præbuit *Flandria* monasterium quoddam, cujus nomen in præsentia non occurrit, sanè bellum ac vetustum, dixisses bonæ fidei, magnæque auctoritatis exemplar. Vix enim occurrebant duo versus, quin esset quod jugularet transversus calamus. Hic non erat error aut oscitantia, sed impius ludus hominis malè feriati. Alibi nescio quis sententias expleverat, adjectis verbis aliquot non necessariis, velut quoties beatus *Augustinus* citabat è scripturis canonicis, quantum ad id quod agebatur satis erat, ille scripturæ testimonium altiùs repetitum, ex eodem loco longiùs prosequebatur, quum nihil esset ad rem necesse. Id præcipuè factum comperimus in Commentariis quos scripsit in epistolam ad *Romanos* & ad *Galatas*. Risimus non paucis locis insignem scribarum delirationem, qui quod lector inepties annotârat in margine sui codicis, retulerat in contextum. Ex multis duo proponam exempla, quorum alterum est in epistola LVIII. ubi legitur hæc *Augustini* verba: *Hos autem Prophetas qui post Apostolos posuit, non puto illos esse, qui ordine temporum ante Apostolos fuerunt, sed istos quibus jam sub Apostolis per gratiam donabatur, aut interpretatio scripturarum & inspectio mentium, aut prædictio temporis sequuturi.* In priore editione participium *sequuturi*, à suo nomine, temporis, prolixo verborum assumento divulsum comperimus, idque non solùm insigniter indoctum erat ac stultum, verùm nè ad rem quidem tantillum faciens. Non enim illic ambigebatur qui essent Apostoli, & unde ducta vox, sed de quo Prophetarum genere loqueretur illic Apostolus. Non repetam hic longum nugamentum, nè sim tædio; decerpam modò pauca, unde facilis sit conjectura, quàm cætera nihil habeant sanitatis. Hunc in modum orditur: *Si enim ego ipse in his quid sentiam habeas, differentiam facturum me speraverim.* Agnoscis sermonis florem. Ac mox: *Ut enim ad vim termini proficiscar, Apostolus Græcum, dicitur ab apos, quod notat augmentum vel præeminentiam, & scilon quod est mistio,*

A *quasi præeminenter missus ad augmentationem scilicet fidei catholicæ: vel Apostolus quasi post missus*, &c. Quid hac deliratione prodigiosius? *Apos* enim apud *Græcos* tantum significat, quantum *Kirkilderickum* apud *Latinos*, & *scholon Græcis* sonat *offendiculum*. Deinde stultissimè imaginatur, in nomine *Apostolus*, *apost* additum pro *postmodum*, pro quo barbari dicere solent *depost*. Atqui si *Græca* vox est *Apostolus*, ut ipse docet, unde illic *Latina* præpositio *post*? Sequitur,

B *Propheta* autem à *pro*, id est *procul*, & *for faris*; quum *Propheta Græcis* nihil aliud sonet, quàm *Latinis prædictor*. Hæc proposuisse satis arbitror ad totius nugamenti gustum quendam, quod ita attextum est, quasi quis pro *Augustino Paulinum* doceat, de quo significârat se dubitare. Alter locus est in libro secundo *De sermone Domini in monte habito*. Quoniam inter fructus spiritûs *Paulus* commemorat gaudium, nè quis

C existimaret illum de quovis gaudio loqui, sic locum explanat *Augustinus*: *Sanè sciendum est hic gaudium proprie positum. Mali enim homines non gaudere, sed gestire dicuntur propriè, sicut superiùs diximus voluntatem propriè positam, quam non habent mali*, &c. Hæc *Augustini* verba quum nihil habeant obscuritatis, tamen aliquis conatus erat dilucidiùs scilicet explicare sententiam hisce verbis: *Neque gaudium virtutis sit, sicut voluntas, & hæc potiùs ad sanctos pertinent; ad peccatores verò gestus magis & cupiditas deputanda sunt*. Et

D hoc tam insulsum nugamentum è spacio marginis in contextum relatum aliquandiu nos torsit. Cum hujusmodi portentis fuit nobis subinde luctandum. Alius, ex undiquaque decerptis frustulis veluti novum opus, *Augustini* titulo construxerat, alius aliena cum *Augustini* scriptis miscuerat, alius ex quæstione fecerat epistolam, assutis initio paucis verbis. Nè singula persequar, vix in alterius tam impiè, quàm in hujus sacri doctoris voluminibus lusit ociosorum temeritas. Ut omittam interim

E pseudepigrapha, quædam non inerudita, quædam vix tolerabilia, quædam prorsus indocta. Verùm in omnibus quæ illi falsò sunt inscripta, nihil insultiùs aut impudentiùs sermonibus ad Eremitas, in quibus nec verba, nec sententiæ, nec pectus, nec omnino quicquam est *Augustino* dignum: & tamen quisquis hoc opus connexit, homo suavis sibi promisit futurum, ut *Augustinus* crederetur, & sanè repererunt similes labra lactucas. Nihil tamen horum submovimus, nisi quòd ea quæ bis aut

F sæpiùs habebantur inter hujus viri lucubrationes, sat habuimus semel ponere, nè voluminum magnitudinem supervacuâ sarcinâ oneraremus. Censuris tantum additis indicavimus quid nothum esset, quid ambiguum, quid commixtum. Hæc igitur in tam eximio scriptore committi sanè dolendum est: sed æquè mirum, super his nullam hactenus fuisse studiosorum querimoniam, unde conjectura capi potest,

G divum *Augustinum* antehac à plerisque Theologis aut non legi solitum, aut indiligenter fuisse lectum. Nè mihi quidem unquam persuaderi potuisset, tantum in tam celebri scriptore latuisse mendarum. Equidem nihil minus habebam in animo quàm hanc capessere provinciam. Deterrebat immensa voluminum moles, & operis difficultas juvenile robur, ac prorsus adamantinum quendam hominem exigebat; me verò jam & ætas & valetudo

tudo ab hoc genere laborum in totum deſiortabatur. Sed felicis memoriæ *Joannes Frobenius*, vir ob ſingularem erga ſtudia favorem omnium ſtudioſorum amore perenni dignus, tandem illud à me precibus extorſerat, ut in Epiſtolis unicum ſenionem emendarem, quo poſſet operis ſpecimen in proximis nundinis oſtendere. Pollicitus ſum, ſed hâc lege, nè quid ſperaret ampliùs. Annuit. Cæterùm quum perſpicerem illi certum eſſe conſilium volumen Epiſtolarum abſolvere, neque quenquam eſſe paratum qui poſſet, aut certè vellet emendandi partes obire, vicit animi deſtinationem quum ſingularis amici pertinax voluntas, tum ipſa negotii pietas. Hoc volumen totum ad me recepi, ſed unicum, etiam atque etiam teſtificans, ut ſi pergere vellet, alium inveniret caſtigatorem, nec me ſuo quoque diſpendio, non modò ſtudiorum, à melioribus curis avocaret. Quid multis? quum nullus exiſteret qui vellet eam ſarcinam in humeros tollere, & *Joannes Frobenius* aſſeveraret, ſtare ſententiam, ut ſi non daretur aliud, totum *Auguſtinum*, qualis qualis erat, rurſus excuderet: ego, partim amici reſpectu cui nihil pernegare valebam, ſed multò magis inexpiabile piaculum eſſe reputans, ſi tam eximius eccleſiæ doctor, tot mendis obſitus, tantis impendiis denuò prodiret in orbis theatrum, hoc inſigniore deformitate notabilis, quo magis elegantiâ formularum, ac majeſtate voluminum, oculos omnium ad ſe rapturus eſſet, perinde quaſi purpuram eximiam oſtendas fœdis maculis deformatam, paſſus ſum imponi mihi clitellas. Tandem ubi tantum pelagus ingreſſus ventis vela dediſſem, longè plus quàm expectâram comperi difficultatis, ut non ſemel animum deſponderim, déque deſerendis inſtitutis cogitârim, ad quod ipſum evidens etiam valetudinis periculum invitabat, aut, ut rectiùs dicam, compellebat. Jam me terrebat & exemplum *Joannis Frobenii*, quem videbam huic immortuum negotio, virum alioqui quum firmo corpore, tum vitâ longiſſimâ dignum. Verùm quod primâ fronte deterrebat à negotio, hoc ipſum propiùs conſideranti ſtimulos addebat. Non enim oportet bonorum virorum amicitiam vitæ ſpacio terminari, præſertim quum hujus difficillimi negotii moles in filios illius *Hieronymum* & *Joan. Eraſmium*, reliquósque liberos eſſet devoluta, quibus hoc minus oportebat deeſſe, quòd tali patre eſſent orbati. Nam quicquid erat erga *Frobenium* affectûs, in hos tranſtuli. Itaq; obfirmato animo, ſic ut operi tam ſacro ſatius ducerem animam impendere, quàm ſemel ſuſceptum non abſolvere, tædium omne devici: quóque ſum altiùs ingreſſus, hoc labor aſſuetudine factus eſt levior. ipſo, ut opinor, *Auguſtino* cœptis noſtris proſperâ favoris aurâ cœlitùs aſpirante, donec tandem procul aperiret ſeſe portus, in quem propitii numinis auxilio delati, lætum celeuma nunc canimus. In digerendis porrò voluminibus hunc ordinem ſequuti ſumus:

In primum volumen contulimus ea, ex quibus tota *Auguſtini* vita, mores, ingenium, & affectus perſpiciuntur; quod hoc pacto futurum arbitrarer, ut & rectiùs intelligerentur, & avidiùs legerentur. Amor enim doctoris & attentum reddit & lubentem diſcipulum. Adjecimus ejuſdem Progymnaſmata, quibus vel infans adhuc in *Chriſto*, vel novus tyro feliciſſimè præluſit ad egregia facinora.

A Secundum volumen dedimus Epiſtolas, quòd in his quoque permulta ſunt quæ [illegible] venis, partim quod ex his maximè depr[illegible] ſi quid in illius natura fuit peculiare.

Tertium & Quartum dedimus his [illegible] nibus, quas ad docendum paravit.

Quintum habet *Civitatem Dei*, quod hoc opus ſimul & docens & confutans errores maximè Paganorum, utrinque mixtum eſſet. In hoc genere nihil eſt noſtræ induſtriæ, quòd hanc provinciam, hortatu meo, ſibi propriè ſumſiſſet vir optimè doctus *Joannes Lodovicus Vives*.

In Sextum & Septimum diſtribuimus pugnas adverſus diverſas hæreſes.

In Octavum & Nonum collecti ſunt Tractatus, ſic enim appellat *Auguſtinus* ſcripturarum enarrationes apud populum habitas, niſi quòd in Nonum farraginem quandam adjecimus libellorum, quos viri neſcio qui ſpirituales in hoc parſi videntur, ut affectum ſuum ad rerum cœleſtium amorem inflammarent.

Decimum volumen complectitur Homilias variis argumentis, in quibus permulta ſunt alicna, quemadmodum & in Nono. In ſingulis nè [illegible] eſſet ordo, vel ſacrorum voluminum quæ interpretatur, ordinem, vel hæreſeon origines ſequi ſimus. Ipſe *Auguſtinus* in libris *Retractationum* maluit ætatis ſuæ, & in *Chriſtianiſmo* progreſſum ordinem ſequi, recenſens quæ ſcripſit catechumenus, quæ ſacro lavacro renatus, quæ presbyter, quæ Epiſcopus. Niſi quòd Epiſtolis & Tractatibus ſuum locum deſtinâſſe videtur, quam hujus curæ partem non abſolvit, ut ex ipſius aliquot ſcripta apparet. Siquidem hoc moliebatur jam extremâ ſenectâ, veluti præſagiens extremum imminere diem, tantóq; ſtudioſiùs agens, ut quoniam vocis officio diutiùs eccleſiæ prodeſſe non potent, in libris illi ſupereſſet, quatenus licebat, & emendatus & integer. Quod propemodum aſſequutus eſt. Vix enim ex alterius monumentis minus intercidit, à depravatoribus nihil omnium potuit unquam eſſe tutum. Noſtram operam hîc non exaggerabimus, conſerat cui vacat & agnoſcet. Nec tamen tutum polliceri nihil reſediſſe quod egeat emendatore. Alicubi nos deſtituerant vetuſti codices, aliquando in opere tam prolixo ſomnus obrepſit, quem *Flaccus* putat eſſe condonandum humanæ naturæ. Jam ſi quid operarum incuriâ commiſſum eſt, à nobis præſtari non potuit, qui cum officina nihil habemus commercii. Tantum illos admonere poſſumus qui præſunt officinæ, quod quidem à nobis factum eſt ſedulò. Quicquid noſtra mediocritas potuit, bonâ fide præſtitit. Supereſt, ampliſſime Præſul, ut tantus eccleſiæ doctor tui nominis auſpiciis tuóque favore commendatus, prodeat in manus hominum, hoc avidiùs abomnibus rapiendus, quo magis erit perſpicuus. *Auguſtinum* inter omnes unicè ſemper placuiſſe tibi, viro præter clariſſimas gentis imagines, ut eximiis animi dotibus, ſeu potiùs Dei donis, ſic ornato cumulatóque, ut cum ſtemmatum illuſtribus ornamentis, cum muneris ampliſſimi dignitate, quo non aliud apud *Hiſpanos* auguſtius, aut etiam opulentius, non modò paria facias, verumetiam longè ſuperes, ipsáque ornamenta vehementer ornes. Teſtantur id non tantum hi qui tuam ampliſſimam cominùs intuentur ac venerantur: ſed literæ tuæ declarant epiſtolæ, ſpirantes undiq; ſingularem quandam

quendam animi pietatem, cum summa modestia humanitate que conjunctam, tum eruditionem spectatu dignam, denique judicium exactum præ se ferentes, ut non tam titulo quam merito tuo totius *Hispaniæ* primatem agas, nihil omittens quod ad ecclesiam Dei, vel ampliandam, vel ornandam pertinere judicas: Tres Academias, *Complutensem, Salamantinam,* & *Toletanam* tuâ benignitate, eaque studio provehens, ut in his linguæ, liberalésque disciplinæ, sed præcipuè Theologia per vires non minùs integros quam eruditos tradatur, unde jam nunc velut de equo, quod aiunt, *Trojano* prodisse vidimus permultos solidâ præditos eruditione, resectis iis quæ multa solent in scholis hactenus inculcari juvenibus, vel inepta, vel supervacanea, quæque magis faciebant ad Thetricam ostentationem, quàm ad eruditionis aut pietatis fructum. Est enim omninò medium inter eos qui hactenus perturbatè, & sophisticè disciplinas in scholis tradiderunt: & inter istos qui disciplinas humanas omnes, unà cum scholis è medio tollendas putant. Idem jampridem molitur eximius vir *Joannes Episcopus Roffensis* in *Anglia, Cantabrigiensis* Academiæ princeps, in qua tria collegia magnis impensis instituit, in quibus non ea tradantur quæ juvenes ad sophisticas palæstras instruant, ad serias functiones frigidos reddant & ineptos, sed unde prodeant veris disciplinis ac sobriis disputationibus exercitati, qui graviter evangelicóque spiritu prædicent verbum Dei, & efficaci quadam eloquentiâ commendent eruditorum animis, qualem ipse se jamdiu tum oratione, tum scriptis, denique & vitæ integritate præstat ecclesiæ *Christi*, idque autoritate & auspiciis *Guilhelmi Vvarami* Archiepiscopi *Cantuariensis* totius *Angliæ* primatis; cui, juxta dignitatis ordinem, est à suffragiis, juxta pietatis affectum & virtutum æstimationem, frater in Domino charissimus. Has laudes scio nec illi nec tibi placere, tametsi hisce commemorandis vel gratulamur utilitati publicæ, vel divinæ benignitati gratamur potiùs, quàm vestras laudes celebramus: sed ut est modestiæ non agnoscere laudes hominum, ita gratitudinis est non tacere viros, per quos numinis benignitas tanta commoda largitur humano generi. Egregiæ virtutis exempla, veluti lumen, in edito ponenda sunt, ut omnibus præluceant, multósque ad sui æmulationem accendant. Si quid autem gratiæ in hoc opere meæ debetur industriæ, ejus maximam portionem lubens tuæ celsitudini acceptum ferri patiar, qui lassescentem recreaveris, currenti frigidam, ut aiunt, suffuderis, idque non tantùm amico hortatu, verùm etiam benignitate tuâ spontaneâ. Quin & illud tibi magna ex parte debemus, quòd *Carolum* Cæsarem habemus, quum honestis studiis, tum *Christiana* religioni toto pectore faventem, nec malè cupientem *Erasmo*, nisi me fallunt omnia. Prolixior ad tot tantísque negotiis occupatissimum Præsulem videri poterat hæc Præfatio, nisi præterquam quod non uni scribitur, nihil vetat quo minus ex intervallo legatur. Dominus *Jesus* sublimitatem tuam diu nobis servet incolumem, omnibúsque rebus bonis eximiè florentem. Datum *Friburgi Brisgoiæ*, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

In Augustinum. De Civitate Dei.

Des. Erasmus Rot. Lectori S.D.

Improbis eruditorum flagitationibus jampridem appellabar, ut quod in *Hieronymianis* epistolis præstitissem, idem præstarem in divi *Aurelii Augustini* libris omnibus. Ego, tametsi jam exercitus essem non alium laborem plus adferre tædii, minus gloriæ gratiæque suo cultori, deinde deterrerer immensâ negotii magnitudine, tamen cœperam huc animum, licèt detrectantem & reluctantem appellere, totius operis ratione hunc in modum conceptâ: Primum locum tribueram illius *Progymnasmatis*, hoc est quæcunque scripsit catechumenus. Proximum *Epistolis*, quarum complures scripsit adhuc juvenis, & ob id magis etiam redolent eloquentiæ studium. Tertius destinatus erat τοῖς θεωρητικοῖς, id est, contemplativis quæ conducunt ad inflammandos animos amore rerum æternarum: cujus generis sunt libri *Confessionum* & *Soliloquiorum*. His adjunxissemus eos libellos qui pertinent ad *Institutionem vitæ*. Quartus decretus erat τοῖς διδακτικοῖς, hoc est, in quibus docet rem Theologicam: cujus generis sunt libri *De Doctrina Christiana*, & libri *De Trinitate*. Quintus habuisset τὰ πολεμικὰ, in quibus pugnat adversùs varias Hæresiarcharum pestes, atque in his ætates ipsæ quibus extitissent hæreses, & affinitas errorum dedissent ordinem. Nam in hoc genere plurima conscripsit; inter quæ sunt libri *De Civitate Dei*. Sextus exhibuisset τὰ ἐξηγητικὰ, quibus enarrat divinæ scripturæ libros, quos eramus digesturi secundùm ordinem voluminum sacrorum, quæ interpretatur: Videlicet enarrationes in *Psalmos* præcessissent enarrationem in Evangelium *Joannis*. Et Evangelium enarratum prius fuisset, enarratâ ejusdem Apostoli epistolâ, atque item de cæteris. Septimus indicâsset, τὰ ἀμφίβολα καὶ νόθα, hoc est, de quibus meritò dubites an sint *Augustini*, tum quæ illi falsò inscribuntur; Idem indicaturus erat etiam eos libros, qui injuriâ temporum intercíderunt. *Græca* restituissemus: Mendas vel scribarum, vel eruditulorum castigare volentium quod non intelligebant, culpâ inductas, bonâ fide sustulissemus, non sine præsidio veterum & emendatorum codicum, quos jam in hunc usum aliquot comperaveramus, qui vel ipsius *Augustini* sæculo scripti videri poterant. Summam operis, quoniam erat immensum, in doctos aliquot, & huic provinciæ pares, partiri statueramus, sed sic ut sua cuiq; laudis portio solida maneret. Habet enim hæc ætas permultos me feliciùs natos, qui plus queant in hoc genere præstare quàm ego. His rebus sperabã fore, ut *Augustinus*, vir non minus pius quàm eruditus, jam a pluribus simul & majore cum fructu legeretur, quod in *Hieronymi* libris evenisse tam manifestũ est, ut nec inimici possint inficiari. Atq; hujus tam impii conatus odor simul atque permanâsset ad quosdam *Dominicani* sodalitii fratres, jam non in sympoſiis tantùm, verùm etiam in publicis concionibus vociferari cœperunt, indignum facinus, nec diutiùs orbi tolerandum, *Erasmũ* deniq; & *Augustini* castigationem moliri, in cujus operibus nec tantulum intelligeret: atque hæresim etiam vocabant, asseverare quicquam esse in hujus viri li-

Epist. 2.

bris mendosum, adulterinum, aut non intellectum Theologis. Ego nunquam mihi vindicavi rarâm Theologiæ scientiam, & tamen non usque adeo meum hoc ingeniolum aut eruditionem contemno, ut existimem me nihil intelligere in libris *Augustini*, in quibus illi crassi ventres, stivæ nati potius quàm literis, intelligunt omnia. Id esse verum facilè credas, lector, si tres aut quatuor tibi nominem, qui hujusmodi nænias nusquam non vociferabantur: præsertim *Lovanii* & *Coloniæ*. Nec enim ordinem in jus voco, sed istos quosdam rabulas detestor, qui præcones Evangelii professi, scurras agunt, quos ordo coerceret vel ejiceret, si suo honori consultum vellet. Et tamen in hoc negotio non tracto rem Theologicæ subtilitatis, sed emendatæ lectionis. Grammatici partes mihi sumo, veritates & falsitates acutissimis illis magistris relinquo. Quòd si meam industriam experti sunt studiosis omnibus magno usui fuisse in restituto *Hieronymo*, cur hic maluerunt obstrepere, quàm ex eo quod bene cessit, hujus quod agrederemur præjudicium facere? Jam an aliquid falsò sit inscriptum *Augustino* mirari desinet, qui legerit librum *De vera ac falsa pœnitentia*, in cujus decimo septimo capite citatur ipse *Augustinus*, & ita citatur, ut qui librum scripsit ab *Augustino* dissentiat. Idem accidit in *Præfatione* quadam quæ divi *Aurelii Augustini* titulo præfertur commentariis in *Psalmos*, quum in eadem honorificè citetur idem *Augustinus*. Est alius libellus ex *Augustini* & aliorum scriptis, veluti cento quidam, contextus à studioso quopiam, & inscribitur *Augustino*. Hæc tam crassa non sentiunt isti, qui sibi videntur capreis & aquilis omnibus perspicaciores. Postremò, persuasum erat & mihi, in *Augustini* libris minus esse mendarum, quàm in *Hieronymianis*: at dum tentandi gratiâ libros aliquot emendo, res ipsa me docuit, plus esse prodigiosæ depravationis in hoc autore, quàm compererim in *Hieronymo* aut *Cypriano*. Atque hoc nimirum debet *Augustinus* suis illis eximiis amatoribus, à quibus solis intelligitur. Hæc à me non confingi, res ipsa abundè persuadebit, si quando per istos licebit absolvere quod instituimus. Interim unum atque alterum locum proferam in medium, ex quibus prudens lector de cæteris faciet conjecturam. Libri adversus *Faustum Manichæum* 16. *Cap.* 24. in libris non una editione excusis, sic habebatur scriptum: *Quem Dominus Jesus Christus eâdem commendatione commemorat, ejusque autoritatis adducta, eorum refellit errorem resurrectionem negantium, quum in pervetusto codice supereſſet incorrupta ſcriptura, ejusdémque autoritate Sadduceorum refellit errorem.* Notat enim *Augustinus* locum qui refertur *Matthæi cap.* 22. Rursus, libri 16. *cap.* 33. scriptura erat bifariam depravata. *Vides nequaquam*, vel *vides nequaquam*, quum scribendum sit, *Vides nè quàm tibi non dicam*, &c. Respicit enim *Augustinus* ad ea verba *Fausti* quæ præcesserant ejusdem libri, *cap.* 8. Aliàs, inquit, *Si Christianus es, crede dicenti Christo, quia de sese scripsit Moses. Quòd si non credis, Christianus non es. Inepta semper & imbecilla responsio est, nihil habentium quod ostendant.* Quoniam igitur *Faustus* fecerat *Augustinum* his verbis loquentem: *Si Christianus es, crede dicenti Christo*, &c. *Augustinus* negat se ita cum *Fausto* agere. Ac mox in eodem *cap.* 33. *Nec illud sibi patere præcipitium*, erat depravatum, pro eo quod rectum erat: *Nec illud sivi patere.* Ejusdem libri *cap.* 6. in [illegible] qui referens idioma sermonis ex vetere [illegible] tione dixerat, *Virorum virorum [illegible] gestaverit, exterminabitur*, depravarat [illegible] *rorum.* Nam *Hebræi* dicunt *viri viri*, [illegible] *que viri.* Hujus generis sunt innumera, [illegible] ferendis non est in præsentia locus, quæ [illegible] suo loco citra tædium referuntur. Et hoc [illegible] institutum, quo nostro sumptu, non [illegible] boribus, damus eis sacros autores ut [illegible] ita & dilucidiores, isti religionis [illegible] ipsi tantum ventri serviant & gulæ, [illegible] ditiosis concionibus exagitandum. Ut [illegible] se vertant ad ea studia, quæ digna [illegible] profitentur mortuos mundo: aut si ipsi [illegible] sipiscere, mundus resipiscens hos [illegible] fucos excutiat oculis & alvearii, ut si [illegible] cuiquam prodesse, certè nè obstrepant [illegible] rum utilitati servire cupientibus. Industriam [illegible] stram magis provocabit bonorum favor, quàm [illegible] terrebit malorum oblatratio. Nunc interim [illegible] dit eximium opus *De Civitate Dei*; quanto [illegible] ante fuit castigatius, quantoque doctorum [illegible] mentariis illustratum, malo te, lector, ex ipso [illegible] discere, quàm ex nostro testimonio credere. Nam hoc effecit *Lodovicus Vives* tam præter meritum prædicandis laudibus meis, ut ipsum vicissim aut promerentem liceat prædicare. Bene vale, curaque nè *Joannem Frobenium* impensa & operæ pœniteat, qui nihil detrectat, quod ornandis, provehendis, juvandísque bonis studiis conducat.

In Ambrosium.

Des. Erasmus Roterodamus Joanni à Lasco Archiepiscopo Gnesnensi S.D.

PRisci mortales, ornatissime Præsul, quid [illegible] num cunctisque venerandum esse voluerant, numini cuipiam dedicabant, ut vel religio pestilantiam hominum deterreret ab injuria. Exemplum hoc à lucis ac templis paulatim demigravit ad studia, ut si quid novi operis parareris edi[illegible], celebri cuipiam gratioſóque nomini consecraretur. Id tot jam seculis adeo receptum erat adversus rationis exactores, vel sola subscriptio. Illud tamen ineptum videri potest, quod quidam aliena dicant viris primatibus, nec alieno modò, verùm etiam ea quibus ipsorum operâ nihil prorsus accessit, nisi fortè quod eadem depravatiora reddiderunt. Alioqui quum mancorum librorum γέγγαες, ut habet vetus Comedia, penè nos obruant, mihi præclarius esse facinus videtur, veterum autorum monumenta temporum injuriâ scribarúmque temeritate collapsa reformare, quàm nova cudere volumina; præsertim quum quod suâ ætate verè dixit *Ecclesiastes*, nihil esse *novum sub sole, & scribendi plures libros nullum esse finem*, in hoc seculum multò verius dici possit: Inter priscos autem Ecclesiæ doctores *Latinos*, vix alium arbitror esse dignioren[illegible], cujus extent integræ lucubrationes, quàm divum *Ambrosium*. Hoc & ex animo dictum videri velim, & citra cujusquam contumeliam. Sit linguarum ac scripturarum peritior *Hieronymus*, sit elaborationis phraseos *Hilarius*, sit in quæstionum nodis explicandis argutior *Augustinus*, aliis item doctoribus excelluerint alii, sed quem mihi dabis qui pari syncerita[illegible]

pietate tractet sacras literas, qui cautiùs virum subjecta dogmata, qui sic ubique gerat *Christum* Episcopum, qui sic spiret paterna viscera, qui sanctum Præsulis autoritatem cum summa humanitate conjunxerit? Ubique sentias illum hoc affici quod loquitur, & adest dictioni modesta quædam ac pia jucunditas, gratáque civilitas. Est quem omninò sine causa *Doctorum mellissimum* vocant. At hic, juxta nomen suum, verè cœlesti munere *Ambrosiâ*, dignus qui sit quod dicitur *Ambrosius*, hoc est immortalis, non solùm apud *Christum*, verùm etiam apud homines. Quantum autem sudoris exhaustum sit in hoc restituendo, dum collatione veterum codicum emendantur depravata, restituuntur amputata, resecantur assuta, reponuntur *Græca*, quæ vel aberant prorsus, vel figuris nihil significantibus fuerant addita, tuæ prudentiæ fuerit æstimare. Ut autem tam insignem ecclesiæ doctorem tui nominis auspicio potissimùm veluti renatum in lucem prodire vellem, quum primis in causa fuit *Joannes à Lasco*, te patruum non minus morum ornamentis quàm nomine referens. Nam juvenis senem sic exprimit, ut in eo veluti renatus videri queas. Is tui simulachrum quoties mihi depingebat oratione, toties agnoscebam in narrante imaginis expressæ antitypon. Adeo dum patruum depingit, seipsum depingebat imprudens. Hunc mihi convictorem paucos licet menses contigisse, non in postrema felicitatis parte pono. Utinam mihi liceret per adulationis invidiam prædicare Dei dotes quas in illo & amavi, & veneratus sum. Illud non possum non fateri, senex juvenis convictu factus sum melior, ac sobrietatem, temperantiam, verecundiam, linguæ moderationem, modestiam, pudicitiam, integritatem quam juvenis à sene discere debeant, à juvene senex didici. O gentem pietati natam! Nec alio nomine mihi videtur felicior *Polonia*, quàm quod talem Regem, talem sortita sit Archiepiscopum, quorum insignis pietas, pari studio certat hos fatales bellorum & opinionum tumultus componere, prolapsósque *Christiani* populi mores instaurare. Quúmque eò processerit tua veneranda senectus, ut meritò possit à negotiis impetrare dimissionem, tamen ad ecclesiæ patriæque commoda procuranda juvenis es. Hic igitur veteris Proverbii venit in mentem, ὡς ἀνὴρ ἡμῖν ἄγγελος θεὸς ὡς ἐ θνητός. Itaque visum est pulchrè congruere ut proficisceretur *Ambrosius* Præsul ad Præsulem, claris natalibus insignis ad nobilissimum, pius ad pietatis antistitem, eruditus ad eruditionis eximium patronum, virgo & virginitatis præco facundissimus ad omnis pudicitiæ exemplar incomparabile, denique pacificator ad Episcopum pacis ac tranquillitatis publicæ studiosissimum, cui rei dicas *Ambrosium* divinitùs fuisse datum. Hoc agebat illa facunda lingua quum *Liguria* consularem ageret præsidem, sedebat tumultus, farciebat concordiam non minus accurate quàm dextrè ac feliciter: nec id solùm in his regionibus, ubi fungebatur magistratu, verùm etiam quoties res apud alios spectabant ad seditionem, *Ambrosius* veluti peritus ac felix nauclerus ad sedandam tempestatem accersebatur. Ac, nè multa commemorans, plus æquo præfationem extendam. Quum extincto *Auxentio*, qui foverat *Arianos*, *Mediolani* per Episcopos ageretur de Præsule subrogando, tantáque studiorum vahementia contentione flagrarent comitia, dū pars *Arianæ* factionis, pars orthodoxorum flagitat Episcopum, ut res ad extremos tumultus tendere videretur, *Theodosius*, Cæsarum piissimus, eò legat *Ambrosium*, ut rerum exitiales motus componeret. Is dum pro delegato munere templum ingressus, singulari facundiâ suadet concordiam, subitò cuncta, populi modò dissidentis studia in unum conversa sunt, jámque junctis vocibus suffragiisque concordibus, *Ambrosium* Episcopum flagitant. Multa causatur ille, se prophanæ functionis hominem esse, sacrarum rerum impotum, nondum sacro lavacro renatum, quum *Paulus* vetet etiam neophytum ad ecclesiæ gubernacula admoveri. Sed hic frustra facundus erat. Quo vehementiùs ille detrectat, hoc magis accendunt populi studia. Quid multis? Imperator perspiciens divinitùs geri negotium, populi constantem approbat voluntatem. *Ambrosius*, frustra reluctans, pro præside consulari fit Præsul insulatus, pro fascibus sumit pedum, ante præfectus gregi Dominico, quàm in gregem Dominicum cooptatus: exitiabile dissidium extinguitur, & ecclesiæ sua redditur concordia. Sed quod *Insubrium* uni gratulamur ecclesiæ, hoc jamdudum optamus ecclesiæ catholicæ, videlicèt ut exoriatur aliquis *Ambrosio* similis, qui paribus auspiciis hunc miserandum orbis tumultum, quo nulla ætas vidit quicquam perniciosius, redigat in tranquillitatem. Saltem talis quispiam nobis exoriatur ex Pontificum theologorum aut monachorum ordine, qualis tunc prodiit *Ambrosius* è classe catechumenorum éque prophano magistratu. Magnum pondus habet morum integritas, magnam habet autoritatem conjuncta mansuetudini constantia, denique plurimum valet eloquentiæ copulata prudentia. Sed hoc malum non simplex, hæc lues quæ non solùm ecclesiam tot opinionibus discidit, verùm etiam Principum animos implacabili dissidio committit, hominem requirit datum cœlitùs, cujus autoritatem revereatur populus, cujus constantiæ cedat & Principum sublimitas. Nulla ex victoria armis parta plus laudis tulit *Theodosius*, quàm quòd ab *Ambrosio* se vinci passus est. *Babyla* parum feliciter cessit, quod Imperatorem impiâ cæde funestatum, templo prohibuit; imò feliciter cessit ipsi, qui Præsulis autoritatem suâ morte confirmavit. At *Ambrosio* cessit feliciùs, qui summâ constantiâ suam ruens autoritatem, ipsum etiam Cæsarem *Christo* lucrifecit, ac pulcherrimum exemplum omnibus monarchis edidit, quanta sit Episcoporum dignitas, si modò verè sint quod audiunt. Nec dubito, quin tales simus habituri Principes aliquot, qualis fuit *Theodosius*. si tales haberemus Episcopos qualis erat *Ambrosius*; & haberem' opinor, nisi populi mores alienarent benigni numinis favorem. Quóq; magis liqueat quod dicimus, primùm rem, deinde personas expendamus. *Thessalonicæ* quidam è comitatu Cæsaris, per populi tumultum fuerat interfectus: Cæsar, irâ dissimulatâ, plebem ad ludos *Circenses* evocat, ibi repente circumfusâ militibus inermi multitudine, promiscuè sævitum est in noxios iuxta & innoxios, pœnáque non meritis est data, sed furori. Id factum hodie justum videri posset. Quoties enim in bello trucidantur, quibus ex pacto deditionis erat promissa incolumitas? Quoties oppido capto, sævitur propemodum atrociùs

in immerentes, quàm in nocentes? & sævitiam excusat odium criminis. Hæc de re. Jam mihi cogita *Ambrosium* unius civitatis Episcopum, quæ tum, ut opinor, minus erat ampla, minúsque frequens, quàm nunc est, nullis aliis armatum præsidiis, quàm quæ decent Episcopum, linguâ, precibus, & vitæ sanctimoniâ: ex adverso considera, Cæsarum illius temporis potentiam, cui si conferas horum temporum ditionem, eam duntaxat quam Cæsaris titulus addit electis (nam *Carolus* & sine Cæsaris titulo Principum maximus est) rem vix seriam esse dicas: & tamen talis Episcopus, talem Cæsarem, ob præcipitatum vindictæ jus, ab ecclesiæ foribus submovit, exprobrans crudelitatis immanitatem, docénsque illum à consortio *Christiani* gregis alienum esse. Reversus est in regiam Cæsar, agnoscens æquissimum esse, ut *Christi* legibus cedat humanæ potentiæ fastigium. Ibi post sex mensis, mœrore lachrymísque transactos, per *Ruffinum* aulæ præfectum agit, ut anathematis vinculo solveretur, quo saltem feriis natalitiis, nam instabant, liceret interesse. Nihil agit *Ruffinus*, ipse Cæsar impatiens non iræ, sed mœroris, adit *Ambrosium*, non in templum, nè iterum repelleretur, sed in locum quem *Græci* domum salutatoriam appellant. Nam ibi fortè tum sedebat Episcopus omnibus expositus, si quis quid vellet consulere. Patienter fert objurgantem, nec prius absolvitur, quàm, præter solennem pœnitentibus satisfactionem, etiam legem adversus edictorum Imperialium sævitiam polliceretur. Illicò prodita lex, ut si qui per edictum Cæsaris juberentur occidi, in tricessimum usque diem proferretur executio, quo spacium esset cognoscendi, locúsque daretur vel *Christianæ* clementiæ, vel necessariæ severitati: mox posito Regis diademate, Cæsaris personam exuit, pœnitentis suscepit, humi prostratus, ac lachrymis ubertim effusis rigans solum, supplici voce precatus est Domini misericordiam. Cui hæc non viderentur in Cæsare plusquàm satis? Sed mane dum auditurus, quod & invictam Episcopi constantiam, & Cæsaris non fucatam pietatem magis illustret. Quum ex more munus detulisset ad altare, rediens constitit intra cancellos. Id videns *Ambrosius*, per diaconum percontatur, cur ibi moraretur. Respondenti, Ut videam peragi mysteria: rursum misso diacono renunciavit, ut agnoscerent suum locum, nam eum, in quo consisteret, esse sacerdotibus designatum. *Purpura*, inquit, *Imperatorem facit, sacerdotem nequaquam.* Quid expectas? ut Cæsaris victa lenitas tandem excandescat? Nequaquam, verùm excusat se quòd non in contemptum loci restiterit illic, sed quòd quoniam *Constantinopoli* reperisset hunc morem, ut Cæsar intra cancellos videret peragi mysteria, credidisset idem esse receptum *Mediolani*. His placidè dictis, abiit in locum præscriptum. Nec eo contentus, ubi reversus est *Constantinopolim*, etiam quum invitaretur ut intra cancellos ex more consisteret, dum peraguntur mysteria, negavit se facturum, addens, se neminem nôsse, qui verè sciret Episcopum gerere præter unum *Ambrosium*. O nostri seculi prolapsos mores! Si nunc dignetur Princeps quilibet templum adire, extruitur illi tabernaculum altari sublimius: & intra cancellos non modò consistunt Proceres aulæ, verùm etiam sordidi negotiatores, quos *Cicero* vix recipit inter honestos cives, [illegible] & ecclesiæ primores è sellis suis detur[illegible] to minus fastûs addebat *Theodos[illegible]* diadema, quàm istis addit, sordido [illegible] semper justo, pauxillum partum pecun[illegible] constantiâ restitit *Justinæ Augustæ*, [illegible] ut aut *Arianos* reciperet, aut iret in [illegible] Ille verò nihil pavefactus, *Non prodam*, [illegible] *lupis gregem mihi commissum.* Hic occur[illegible] Sed nemo potest *Ambrosium* agere, [illegible] pietate mori paratus est. Imò difficil[illegible] cuiquam verè sacerdotem agere, [illegible] aliud est quàm sacerdos. Onera sunt [illegible] ornamenta, quæ libertatem adimunt [illegible] tate; fitque nonnunquam, ut duo [illegible] volunt esse, nec Principes sint nec Sacerdotes. Sed desino, nè vitæ *Ambrosianæ* videar [illegible] texere. In hoc diverticulum me dedit horum temporum miseranda calamitas. Nunc ad institutum revertimur. Quemadmodum singularis quædam hujus viri integritas, cum summa constantia parique mansuetudine conjuncta, fecit, ut nec regali fastigio cederet, nec malorum improbitati succumberet, gratus autem esset & venerandus etiam alienis, ac parum amicis; ita nullius unquam scripta latiùs inclamarunt, aut minùs obnoxia fuerunt invidiæ quàm hujus. Quibusdam serò contigit sua gloria, monstrum dum luctamen fuit cum æmulis, complacitum labores penitùs intercidérunt. Nè quid horum acciderat *Ambrosio*, causam ego præcipuam arbitror, perpetuam quandam in scriptis omnibus moderationem, quæ nec in redarguendis hominum vitiis obliviscitur *Christianæ* mansuetudinis (dicas eum dolere, non irasci) nec usquam excurrit in levitatis aut ostentationis speciem, ut ubique pectus verè *Romanum*, imò *Christianum* agnoscas. Fuere qui *Cyprianum* verterent in *Capria[illegible]*. *Origenes* ne mortuus quidem hydram invidiæ potuit effugere. *Hieronymo* ad extremum usque vitæ diem, amarulenta cum æmulis rixa fuit. *Tertullianus* bis perierat, primùm depravatione, deinde secta, nisi nuper *Beatus Rhenanus* eum luci restituisset. Idem evenerat propemodum *Irenæo* cum indigno qui periret. *Ambrosius* à nemine non honorificè citatur, etiam ab hæreticis: tanta erat nominis autoritas vivo, quæ vix alii à rogo contigit. Alius fortasse disertius laudavit Virginitatem, sed hujus mellita facundia virgines ex ultimis mundi regionibus, hoc est, è *Mauritania Mediolanum* pellexit, ambientes illic sacro velo decorari. Alius fortasse vehementiùs dissuaserit, sed hic grandem illum cetum in ecclesiæ sagenam pertraxit, *Augustinum*. Unus *Hieronymus*, quanquam illum aliquot locis multa cum honoris præfatione citat, tamen alicubi minus candidè de libris ejus sentire videtur. Siquidem in Præfatione in *Didymi* librum *De Spiritu sancto* ab ipso versum, taxat libellos cujusdam *De Spiritu*, ex *Græci* bonos *Latinos* non bonos; in quibus nulla vis sit argumentorum, sed tantùm orationis facies exquisita hinc inde coloribus pigmentata. Rursus in Præfatione, quâ præfatur in homilias in *Lucam*, recitatas *Ruffino* (nam opus hoc intercidit) taxat illum in commentariis in *Lucam*, ut verbis ludens cum sententia dormitantem, denique *Græcorum* plumis sese ornantem. Verùm sive hoc verè scripsit in *Ambrosium*, ut inimicus hoc exprobrat *Ruffino*, sive in alium,

abstinuit, certè à nomine temperavit, quod ipsum [illegible] cujusdam autoritatis est argumentum. In *Catalogo Scriptorum*, nec laudat eum, nec vituperat; *Ne in alteram*, inquit, *partem aut adulatio in me reprehendatur aut veritas.* Ac nè lucubrationes quidem illius recensèt, quod tamen in aliis solet. Ex quo divinare licet *Hieronymo* quædam in *Ambrosii* libris displicuisse, quæ ob singularem hominis autoritatem supprimere maluerit quàm evulgare. Nec ea res quicquam officit gloriæ sacri doctoris. Nam & *Hieronymus* erat homo, & nihil est humanum ex omni parte beatum, nec eadem placent omnibus. Illud confitendum, at non improbandum, quòd pleraque quæ scripsit *Ambrosius* hausit è *Græcorum* commentariis, præsertim *Origenis*; sed ita, ut quod sanum esset excerperet, quod à synceritate doctrinæ catholicæ alienum aut contentiosum, dissimularet, nec errorem proferens, nec autorem prodens, quorum alterum non erat tutum, alterum invidiosum. Quod in illo comprobat etiam divus *Hieronymus* epistolâ ad *Pammachium* & *Oceanum*: *Nuper*, inquiens, *sanctus Ambrosius sic Hexameron illius compilavit, ut magis Hippolyti sententias Basilíque sequeretur.* Rursus, ad *Pammachium* & *Marcellam*: *Habuit*, inquit, *Ambrosium, cujus pene omnes libri Origenis sermonibus pleni sunt.* Nec sanè quisquam vitio vertit, quòd in philosophicis argumentis *Græcos* sequeretur, non ut interpres, sed ut imitator. Nec erat corniculæ furtum, quòd *Græcorum* nomina, quæ pleraque tum apud *Latinos* magnâ laborabant dogmatum improbatorum invidiâ pressit, sed cauti pastoris omnem offendiculi dissidiique materiam excludentis. Porrò, dicendi character nec flaccidus est, nec humilis, quo nomine taxare videtur libellos *De Spiritu sancto Hieronymus*, excusante *Augustino*, quòd rem licèt grandem, tamen subtilem docenti, non laudanti conveniret oratio demissior, sed habet interim suos aculeos, ubi res postulat, propius tamen accedens ad argutam jucunditatem, quàm ad *Δεινοῦν* illam & affectus penè tragicos, in quos interdum exardescit *Hieronymus* & *Hilarius*. Ac plerunque totus ferè sermo ex variis sententiarum generibus, velut ex tessellis, contextus est, quo dicendi genere supra modum delectatus videtur *Seneca*. Hoc non minus creber est *Ambrosius*, sed tamen mollior, ut frustra reclamante *Fabio*, qui vult orationem esse veluti luminibus distinctam, non velut emblematibus compactam, frequenter & divisionem, & argumentum, & transitum, & conclusionem sive clausulam argumentationis per sententiam effert. Interdum totus apparatus collectionis, hoc est, propositio, assumptio, ratio, confirmatio, expolitio meris constat sententiis. Passim acciuntur epiphonemata, víxque alius crebrius aut frequentius utitur sententiarum genere, quas appellant *γνώμας*, in quibus latet aliquid arguti sensus, quod quum non exprimatur, intelligitur, eò hoc ipsum gratius, quia dictum obscurius. Porro, densitatis satietatem ac tædium excludit varietas, tam felix, ut naturæ rem esse dicas non affectationis, quod hoc dicendi genus à puero imbiberat. Nonnunquam eandem sententiam aliter atq; aliter variatam repetens, velut infigit animis, quod elabi non vult. Interim plurimum addit jucunditatis, illa paucis verbis modulata brevitas.

A Nusquam enim sermo longis ambagibus vix tandem absolvens periodum, obscuritate molestus est, quod in *Augustini* scriptis offendit *Hieronymum*; sed commatibus & colis, concentu nonnunquam, numero plerunque jucundus, tinnulus, & compositus incedit. Horum omnium non pigeret ex ipsius libris exempla proferre, nisi non solùm perlongum videretur, verùm etiam hic intempestivum. *Augustinus* in libris *De doctrina Christiana* quædam hujus generis commonstravit. In summa, hæc rhetorices imperitis frustra dicerentur, peritis in proclivi fuerit animadvertere, præsertim si legant hujus libros *De Virginibus & Viduis*. Nam hic velut in argumento plausibili magis expromit, nè dicam ostentat, dictionis ornamenta. Igitur *Ambrosii* si minus omni ex parte restitutũ, certè multò minùs depravatum dedimus. Supereſt ut huic conatui faveat *Roma*, quæ genuit *Ambrosium*; faveat *Liguria*, quæ Præsidem meruit; faveat *Insubria*, quæ Præsulem ascivit; denique faveat quacunque patet orbis *Christianus*, insigni *Christianæ* pietatis doctori. Vixit *Insubribus*, sed scripsit omnibus. Proinde hoc quicquid est studii nostri, Præsulum sanctissime, si tua celsitudo comiter approbârit, alios qui plus quàm ego præstare valent, ad similem industriam extimulabit. Bene vale. Datum *Basileæ* Id. Aug. Anno M.D.XXVII.

In *Chrysostomum*.

Christophoro à Stadio Augusta Vindelicorum Episcopo, Des. Eras. Rot. S.D.

Epist. 4.

DEdimus pridem, clarissime Præsul, facundissimum ecclesiæ doctorem *Hieronymum*, ex depravatissimo emaculatum, ex distracto integrum, ex squalido nitidum ac splendidum: Dedimus simili dignitate vocalem illam ecclesiæ catholicæ tubam *Hilarium*: Dedimus acerrimum fidei *Christianæ* propugnatorem *Augustinum*: Dedimus non minùs fortia quàm diserta loquentem *Cyprianum* martyrem: Nunc prodit divus *Joannes Chrysostomus*, mellitissimus ille concionator *Christi*que præco indefatigabilis, cui jure optimo ob sapientissimam eloquentiam, & eloquentissimam sapientiam, oris aurei cognomen tributum est. Sunt qui *Maximum* appellent. Hunc autem, uti speramus, hoc propensioribus studiis excipient studiosorum centuriæ, quòd incomparabilis Episcopus, laudatissimi Præsulis felicibus auspiciis prodit in lucem. Neque enim parum multa inter vos conveniunt, vitæ integritas, divinarum literarum amor, judicii rectitudo, veritatis libera professio, nec vulgaris zelus erga *Christi* sponsam ecclesiam. Quin & aliis compluribus Episcopo dignis virtutibus sic emines, ut inter omnia ornamenta tua minima portio sit generis claritudo, ac reliquorum fortunæ bonorum splendor, quæ contempsisse pulchrius est quàm possedisse. Nè illa quidem animi bona minuunt istam tuam singularem modestiam, quum non ignores esse gratuita Dei dona, ad usuram credita. Dixerit interim aliquis, Heus tu, quid magni das nobis, si *Chrysostomum* das toties excusum? Non hoc colore mihi patrocinabor, quod jam solenne est, quicquid excuditur à typographis, aliquo illustri gratioſóque nomine commendari: nec commemorabo quantum majestatis accesserit voluminibus,

luminibus, ex amplitudine chartarum, ex elegantia dignitatéque formularum: quæ res ut typographis vix credendis impendiis constant, ita doctori tam eximio non parum conciliant gratiæ, & lectorem, alioqui fastidiosum, ceu lenocinio quodam invitant. Extraria sunt ista fateor, sed ea tum demum fatebor pro nihilo ducenda, si sordida vestis, illota facies, impexus capillus nihil obscurant bonæ formæ gratiam, sique nihil eam commendant cultus & honesta mundicies. Sed hæc, ut dicebam, in præsentia non commemorabo; illa dicam quæ propius ad rem pertinent. In antehac excusis divi *Chrysostomi* lucubrationibus, qui supersunt interpretes sua quisque diligenter recognórunt, quod & à me factum est non oscitanter. Inter veteres interpretes multi sunt, qui neque *Græcè*, neque *Latinè* satis calluerunt. Horum interpretatio per doctos viros ex collatione *Græcorum* codicum plurimis in locis emendata est. Quod genus est illud *Aniani*, qui vertens commentarios in *Matthæum*, in ipso statim limine impegit, δίοπερ πάλιν transferens *secundas divitias*; quum *Græca* sonent, *secundarium cursum* sive *navigationem*. Item illud *Francisci Aretini* in ipso statim frontispicio commentariorum in priorem ad *Corinthios* epistolam, ubi ὄγκον transtulerat *opinionem* pro *fastu*. Sufficiat hoc gustûs dedisse gratiâ, neque enim hic consilii est omnes interpretum lapsus prodere, quorum infinitus est numerus. Pro sex libris *De dignitate sacerdotali* parùm feliciter versis, suppositimus interpretationem elaboratam *Germani Brixii*, cujus & *Babylam* adjunximus. Postremò, præter omnia quæ hactenus excusa fuerant, adjecimus non mediocrem accessionem: veluti commentarios in priorem ad *Corinthios* epistolam, quos *Franciscus Aretinus* absolverat usque ad homiliam XX. Eam partem ad nos misit unicum hisce temporibus ecclesiæ ornamentum *Joannes Phiscerus* Episcopus *Roffensis*: quod deerat supplevit vir utriusque linguæ peritissimus *Simon Grynæus*. Item commentarios in secundam ad *Corinthios* epistolam, quos ego verti usque ad homiliam VIII. libenter progressurus, nisi phrasis mihi suspicionem movisset, opus hoc non esse *Chrysostomi* γνήσιον. Quod supererat, alius transtulit non indoctus. Commentariis in *Acta* adjecimus homilias duas, præter eas quas prius dederamus: verùm & hic eadem causa quàm modò retuli, persuasit institutum relinquere. Sunt amici qui nobis ex *Italia* promittunt & alias quasdam *Chrysostomi* lucubrationes, quas si nanciscì continget, certa autem spes est fore ut contingat, idque brevi, non gravabimur eas *Christiana* philosophiæ studiosis communicare. Perspicio frigus vel potiùs interitum *Christiana* pietatis hinc proficiscì, quòd populus non alatur assiduè verbo Dei, & quibus hoc muneris delegatum est, aut omnino muti sunt, aut secus quam oportet tractant scripturas, vel propter insciti am, vel quia potiùs ducunt lucrum decimarum quàm animarum. Itáne nullum existere hoc seculo, qui hunc Ecclesiasten imitetur? quum *Thomas* & *Scotus* tam multos habeant imitatores. Attamen hic tam amabilis doctor, tot jactatus est tempestatibus, tot exercitus procellis, ejectus, revocatus, rursus majore tumultu relegatus in exilium. Verùm & vitæ tenorem, & egregias *Chrysostomi* dotes, ex his quæ subjiciam, plenius licebit cognoscere.

A

Vita Divi Joannis Chrysostomi ex [illegible] quam Tripartitam vocant, libro [illegible] ex parte concinnata: nonnullis [illegible] dialogo Palladii Episcopi Helenopo[illegible] fuerat Chrysostomi discipulus, & [illegible] Romanæ ecclesiæ diaconus, per Des. [illegible] Roterodamum.

B

JOannes Chrysostomus, patria *Antiochenus*, [illegible] habuit *Secundum*, inter eos qui in [illegible] dignitate præcellebant, cum primis [illegible] matrem *Anthusam*, juxta nomen [illegible] virtutum genere florentem, utrunque [illegible] lautáque fortunâ. Puer nondum sacro [illegible] regeneratus, audivit ingeniosum, sed [illegible] impium *Libanium* sophistam. Sic enim [illegible] appellabantur. Jam annum ingressus [illegible]

C octavum aliis quoque liberalibus [illegible] navavit operam, ætatis lubricum [illegible] laboribus coercens. Philosophiæ [illegible] habuit *Andragathium* jam tum *Egyptiorum* [illegible] Dominici templi structuram comparans, ut [illegible] ris statim annis eloquentiam cum [illegible] conjungeret. Verùm postea quam ante [illegible] mentis canitiem induisset, mature ad [illegible] literarum cognitionem studiumque [illegible] mum applicuit. Tam insignem adolescentis

D dolem variis indiciis emicantem animadvertens *Meletius Antiochenæ* ecclesiæ antistes, [illegible] se accitum inter familiares habuit, quem [illegible] ferme triennio *Christiana* fidei dogmatibus [illegible] imbuisset, aquâ regenerante tinxit, [illegible] lectorem ordinavit. At juvenis [illegible] tum ratus in civitate celebri publicis [illegible] implicari, in montes vicinos secessit, [illegible] seni cuidam *Syro* adhæsit, ut ex [illegible] continentiam vitæque austeritatem [illegible]

E Mansit autem apud hunc annos quatuor, divinarum literarum vigilanti studio [illegible] stimulos æstúsque domans ac repressa: ab hoc gradu tendit ad perfectiora, abiit & in remotiora deserti, ibíque speluncæ inclusus biennium ferè peregit solus, noctésque diésque versans in meditatione sacrorum voluminum, eáque [illegible] Verùm dum hìc humi cubat, saxo [illegible] ac pervigiliis utitur, carnis quidem [illegible] prorsus edomuit, sed corporis valetudinem [illegible]

F menter offendit. Ea res illum compulit [illegible] è gravi tempestate ad ecclesiæ portum [illegible] geretur, hæc omnia moderante providentia [illegible] minis ad publicam hominum utilitatem. [illegible] versus itaque à *Meletio* diaconus ordinatus, per [illegible] quennium sacris ministrat altaribus. In qua [illegible] ctione quum ita se gessisset, ut & vitæ [illegible] & egregia doctrina cunctis esset perspecta, atque explorata, à *Flaviano* Episcopo presbyter [illegible] craretur, præ singulari animi modestia [illegible]

G ris dignitatem pro viribus detrectatat: in hoc munere summa cum omnium laude, [illegible] ecclesiæ utilitate versatus est annis [illegible] nondum Episcopus Episcopi vices agens, [illegible] Domini eum morum integritate, [illegible] ac libris ad pietatem erudiendo. Sed [illegible] quantisper intermissis, ad rudimenta illius [illegible] ram: Juvenis studiorum sodali usus est [illegible] *Magno*, quod ipse in his testatur libris quos scripsit.

De

hoc est de munere functionéque
Nam id temporis sola Episcopi
habebantur presbyteri recitabant atq;
scripturam canonicam, cæterisque
functionibus Episcopum adjuta-
bant. Ea status erat causis forensibus verum
hoc vitæ institutum non solum
esse tranquillarum, multisque molestiis obnoxium,
inquinarum vitiis parúmq; conveni-
philosophico, ad pietatis professionem
Evagrii exemplo potissimum pro-
vocatus, qui & ipse post prophanas disciplinas qui-
solitarium vitæ genus elegerat. Mox igitur
posito fastu mundi, atque ipsâ etiam
morum simplicitate, mentis propositum
ferens, assiduus erat in evolvendis sa-
voluminibus, non ignarus ex hisce fontibus
esse veram sapientiam. Et nè sibi tan-
magister esset, frequens erat in templis sacras
conciones, à quibus non arcebantur
in Christo renati. Porro, quemadmodum
ipse tractus erat exemplo Evagrii, ita suo suasu
eidem instituta pertraxit Theodorum & Ma-
quos apud Libanium habuerat condisci-
pulos: Quorum uterque pòst vocatus est ad
Episcopi munus, Theodorus apud Mopsuestienses,
Maximus apud Seleuciam Isauriæ. Simul interim
se tradiderant literis sacris erudiendos Diodoro
atque Carterio, qui id temporis sacris monasteriis
præsidebant. Nam in his solis tum docebantur
sacræ literæ, ac juventus ad pietatem instituebatur. Siquidem scholæ multis pòst seculis inventæ
sunt: monasteria verò, ni fallor, eâ ætate dice-
bantur Episcoporum ædes, in quas se recipiebant
à popularibus feriati negotiis. Sed Diodorus pòst
Tarsensis Episcopus factus, etiam libris editis in-
claruit. Interea Joannes versabatur cum suo Ba-
silio, paribus animis quietam vitam meditante.
Verùm Christus non passus est illas lucernas diu
latere sub modio. Nam Basilius à Meletio creatus
est diaconus, deinde Cæsaream Cappadociæ per-
tractus, coactus est Episcopi sarcinam suscipere. Ab
hujusmodi tyrociniis olim non irruebant, sed per-
trahebantur absoluti doctrinâ vitâque viri ad ec-
clesiarum gubernacula: Joannem verò Meletius
Antiochiæ Episcopus, ut ante dictum est, lectorem
instituit. Miror autem cur quod Palladius refert à
Meletio factum, Socrates in historia, quam Tripartitam
vocant, dicat à Zenone factum: nisi fortè quem-
admodum Joannes ob eloquii suavitatem dictus
est Chrysostomus, ita Meletius ob insignem vitæ con-
tinentiam dictus est Zeno, aut nisi Zeno præcessit
Meletium: quanquam & alias in narrando magna
varietas est. Palladius ita refert quasi ab uno
Meletio Joannes fuerit lector, diaconus & pres-
byter ordinatus: quum ecclesiastica historia, cui
magis fido, narret eum à Flaviano creatum dia-
conum; ab Evagrio, qui Paulino successit, ordi-
natum presbyterum. Verùm utcunque hoc habet,
Joannes jam lector in delegato munere egregium
sui specimen dedit, edito libro adversus Judæos,
quem nos Latinum fecimus: paulò pòst à Meletio
creatus est diaconus, in quo gradu scripsit opus De
Sacerdotio, multósque Psalmos enarravit. Postea-
quam autem Meletius Constantinopoli decessisset
è vita, Joannes Chrysostomus ita recessit à Male-
vianis, Malevi cujusdam Ægyptii civitatis Episco-
pi ab ecclesia sua depulsi, perversum dogma se-
quentibus, ut ratum nec Paulinus, qui Flaviano
successerat, communicaret. Erat enim inter hos
contentiosa quæstio de Ario & Origene, itaque
neutri se parti admiscens triennium quietam egit
vitam. Paulino successit Evagrius, à quo provectus
est Joannes ad presbyterii dignitatem: quam ita
gessit, ut Nectario defuncto, imperiali jussione
Constantinopolim accitus sit, ac multorum Episco-
porum quos eò Imperatoris auctoritas evocârat,
autoritate coactus fuit ejus ecclesiæ gubernacula
suscipere: provinciam sanè perdifficilem multis
nominibus, ob Thraciæ gentis barbariem, ob ci-
vitatem, opibus, luxúque diffluentem, ob plebem,
Arianorum & Origenistarum dogmatibus infec-
tam. Nec minima malorum pars erat illic aulæ
Cæsareæ, plurimam, ut solet, malorum lernam
secum trahens, præsertim quum adhuc pro ratione
temporum Principis familia ex Paganis, Judæis,
hæreticis, & orthodoxis esset permixta. Ea rerum
difficultas egregium quempiam & impigrum du-
cem requirebat. Porrò, quantâ vigilantiâ docue-
rit, quanto studio pugnârit adversus hæreticos,
scripta viri declarârunt, de quibus mox suo loco
plura dicemus. Sed interim mirabitur aliquis qui
factum sit, ut Episcopus tam rarâ doctrinâ, tam
mirabili eloquentiâ, tam sanctis moribus bis
depulsus sit ab ecclesia, ac demum in exilio mori
coactus. Zelus domûs Dei quam amabat, con-
ciliabat apud multos invidiam integerrimo Præ-
suli. Nam præter sectarum dissidia, clerici &
Episcopi ad mundanos mores degenerârant, unde
factus est talis populus qualis sacerdos. Ergo
dum ille pro suo officio liberâ linguâ juxta pro-
pheticum sermonem evellit, destruit, dispersit,
dissipat, ædificat & plantat, barbaricæ gentis o-
dium in se convertit. Nec enim unius tantum ci-
vitatis curam gerebat, sed latissimè sese proferebat
ignea Chrysostomi charitas, per universam Thraci-
am, quæ sex præfecturis erat divisa, totámque
Asiam, quæ ab undecim Præsidibus regebatur:
hoc agens, ut sacerdotes juxta ecclesiasticas consti-
tutiones vivèrent, ni facerent, ab ecclesiis arce-
rentur, indignum esse prædicans eos Apostolo-
rum dignitatem usurpare, qui vitam illorum
nollent imitari. Idem molitus est per regionem
Ponticam, quæ & ipsa ab undecim judicibus gu-
bernabatur. Nam hæreticorum tyrannis & am-
bitio vitiârat omnes earum regionum ecclesias.
Quin ubi cognovisset in Phœnice nondum extin-
ctam idololatriam, delegavit eò monachos spe-
tatæ probitatis, imperialibus etiam edictis ar-
matos, qui pecuniis datis conducerent operas de-
moliendis Paganorum templis. Eam pecuniam
Joannes non acceperat ex ærario publico, sed à piis
fœminis, ultrò in rem sanctam conferentibus.
Nec his contentus, ubi sensit cohortem Celticam,
hoc est, Germanicam, quæ sub Imperatore me-
rebat, Arianorum dogmatibus corruptam, Cel-
tica linguæ presbyteros, diaconos ac lectores ali-
quos creavit, eísque unam dedit ecclesiam. Hac
arte plurimos ejus gentis pellexit ad ecclesiasti-
cam doctrinam. Ubi verò cognovit & apud
Scythas esse qui sitirent evangelicam doctrinam,
quum ipsi non esset integrum eò proficisci, se-
legit viros apostolico zelo ferventes, qui nation-
nem efferam Christi jugo submitterent: quod
& evenit. Rursus, ubi rescivit in vicis aliquot
adhuc spirare pestem Marcionis, scripsit ejus loci
pastoribus

pastoribus, ut ex Cæsaris edicto, qui *Marcionis* dogmata sequebantur, aut resipiscerent, aut in exilium ire juberentur. Nónne hunc meritò dixeris alterum *Paulum*, tantâ solicitudine prospicientem omnibus ecclesiis? Sed quo plures ille lucrifaciebat *Christo*, hoc vehementiùs in illum exarsit invidia diaboli, qui per organa sua moliebatur, ut ab opere sanctissimo depelleretur. Primus in illum impetus ab ipsius clericis exortus est, adeò vetus est, quod hodie quoque fit, ut collegiis malè conveniat cum Episcopo. Quidam hoc nævo conantur illius obscurare gloriam, quòd æquo rigidior fuerit ac præfractior, non solùm adversus clericos & plebeios, verùm etiam adversus magnates, & ipsam adeò *Augustam*. Donec enim tantum clericis suis habebatur exosus, populi favore facilè tutus erat. Sed excelsâ fulmen ab arce venit, ac populus, undarum in morem, quócunque spirat aurâ Principum, eò volvitur. Immodicæ severitatis exempla hæc ferè commemorant. *Eutropius* eunuchus præfectus Cæsaris Consulari dignitate, studens supplicium sumere de quibusdam qui ad templa confugerant, persuasit Imperatori, ut lex conderetur, vetans nè quis in periculo capitis ad templa confugeret: & si qui eò confugissent, liceret extrahere. Lata lex recidit in caput illius qui procuraverat, juxta vetus *Græcorum* Proverbium, *Malum consilium consultori pessimum*. Evenit enim ut ipse offenso Imperatore, ad templum confugeret. Is quum se præ nimio metu sub altare condidisset, *Chrysostomus* è suggesto, unde solet apud populum verba facere, multa jurgiosè dixit in *Eutropium*. Eâ homiliâ proditâ, non parum invidiæ conflavit Episcopo, quòd hominem in calamitate constitutum non solùm non sublevârit, verùm etiam oratione severâ gravârit. Extractus igitur ab Imperatore *Eutropius*, capite plexus est: nomen ejus è numero Consulum erasum. Ita cujus felicitas erat invidiosa apud populum, ejus calamitas conflavit odium Episcopo. Nam quòd *Gainæ* conatibus fortiter obstitit, feliciter cessit. Is genere *Celta*, ingenio barbarus ac ferox, religione *Arianus*, tyrannidis affectator, magister militum, tanta potentia, ut ipsi etiam Principi ob regni affectati suspicionem esset formidabilis, petit ab Imperatore, ut *Arianis* intra civitatem daret unam ecclesiam: Pollicitus est Imperator se voluntati illius morem gesturum. Interim accivit ad se *Joannem Chrysostomum*, petens ut *Gainæ* postulationi concederet, nè magis irritatus pergeret affectare tyrannidem. Ibi Præsul solitâ libertate, *Noli*, inquit *Imperator sanctum dare canibus*. Non enim potero Dei gloriam celebrantes ejicere, & blasphemis tradere ecclesiam. Nec est quòd metuas hunc barbarum, quin potiùs ambos nos accersi jube: tu tacitus audies quæ dicentur; ego sic os occludam homini, ut posthac non ausurus sit petere, quæ dare nefas est. Imperator delectatus hac Præsulis fiduciâ, jussit ambos vocari. Quúmque *Gainas* proposuisset suam postulationem, Episcopus respondit: Non licet, ô *Gaina*, Imperatori *Christianam* sectanti pietatem quicquã persuadere moliri, quod pugnet cum præceptis Dei. *Gainas* respondit esse par, ut ipse quoque haberet orandi locum. Ad hoc Præsul, Ubivis tibi patet domus Dei, neque quisquam te vetat orare. Tum *Gainas*. At sum, inquit, diversæ religionis, itaque cum meis peculiare templum habere cupio, nec æquum est hanc meam postulationem [illegible] qui tantum laborum pro [illegible] petim. Ad hæc Præsul, Præmia, [illegible] pisti longè superant tuos labores: tribu[illegible] factus es, consulari clavo ornatus. Co[illegible] dem fuetis, & qui nunc sis: Confer [illegible] piam tuam, cum opibus quas nunc po[illegible] quo cultu transieris *Hist[illegible]*, & quibus [illegible] vestibus, nec sis ingratus ei qui tibi ta[illegible] honoris. His dictis Episcopus *Gaina* [illegible] vit. Ille tamen non desiit moliri quod [illegible] tur; quúmque dolus parum succederet, [illegible] pertè tyrannidem exercere, per totam [illegible] populans ac vastans omnia: quúmque [illegible] cam feritatem expavescerent omnes, [illegible] riculosæ legationis onus imposuere. Is nec tamen contentionis memor, nec hominis [illegible] deterritus, profectus est. Ibi quidam [illegible] vix credibile. *Gainas* admiratus Episcopi fortitudinem, nullum omninò periculum pro pietate recusantis, occurrit illi longo itinere; ac Præsulis dextram oculis suis admovit, quin & filios [illegible] jussit sacra illius genua osculari. Tantum valet etiam apud impium barbarum *Christiana* fortitudinis admiratio. Apud clericos exasperavit odium Episcopi *Serapio* diaconus, qui præsentibus clericis (velut omnium nomine loquens) clarè dixit, Nunquam, Episcope, poteris hos corrigere, nisi uno baculo percusseris universos: sed maximè gravabat illum *Eudoxia Augusta* odium. Nam & hæc *Ariana* fuit, & *Arianis* ad nocturnos hymnos præbebat cruces argenteas, ac cereos argenteos, cum quibus totam noctem obambulabant per urbem, canentes sui dogmatis hymnos, at vel exprobrantes orthodoxis errorem, qui tres crederent esse naturâ unum. Eâ pompâ diluculò exibant civitatem ad suam ecclesiam: eam intra mœnia, ut dictum est, illis habere non licuit. Horum cantiones, quoniam videbantur celebriores, nè seducerent infirmos, *Joannes* item auxit hymnos: sed res in cruentam exiit pugnam, in qua *Brison* eunuchus *Augustæ*, præfectus hymnis exercendis, lapide ictus est in fronte, extinctis etiam utrinque nonnullis. Hac occasione vetuit Imperatrix *Ariani* intra urbem publicè canerent hymnos. Accessit oleum camino. *Severianus Gabalensis* Episcopo, viro docto, & ad populares conciones accommodato, favebat *Augustæ*: ei *Joannes* in *Asiam* proficiscens, commendavit ecclesiam suam. At *Severianus* magis se studuit commendare multitudini, quam *Joanni*, cui in sinu malè volebat, utcunque coram blandus. Reverso ex *Asia Joanne*, evenit ut præterirent *Severiano Serapis* duo opera non assurgeret, veluti non agnoscens pro Episcopo. Ille hac exacerbatus contumeliâ, Si, inquit *Serapis* mortuus fuerit clericus, *Christus* non est factus homo. Hanc vocem quum ceu blasphemiam ad *Joannem* detulisset *Serapio*, ejus autoritate civitate pulsus est. Sed *Augusta Severianum Chalcedone* revocavit, quem tamen *Joannes* non prius recepit in gratiam, quàm post multorum contemptas preces *Augusta* in templo Apostolorum, *Theodosium* filium Episcopi genibus imponens, ita supplex, obtestationibus extorsit, ut *Severianus* reconciliaretur. Ac revocatus ab exilio *Chrysostomus*, fuæque redditus ecclesiæ, nihilo mitior est factus erga peccantes. *Eudoxia Augusta* statua argenteâ chlamyde amicta in columna Porphyretica

rentia pulsa erat, haud procul ab ecclesia *Sophiæ*, ad eum publici ludi solent exerceri. Hoc Epiphanius ad ecclesiæ contumeliam pertinere ratus, statim à lavacro increpavit proceres qui talia fieri jubebant. Hoc *Augustæ* sic interpretans, quasi in ipsius odium fieret, irritata, procurabat ut dennò adversus *Joannem* synodus congregaretur. Id sentiens Episcopus, homiliam supra modum liberam in ecclesia pronunciabat, cujus initium est: *Rursus Herodias insanit, rursus turbatur, dennò saltat, denò caput Joannis in disco concupiscit accipere.* Fuerunt qui & illud optimo Præsuli vitio verterint, quòd quum inter Episcopi virtutes *Paulus* recenseat hospitalitatem, ipse solitus sit solus cibum capere, nec invitatus ibat, nec rogabat alios, nè cum clericis quidem suis mensam habens communem, quum id summæ laudis esse reor: sive hoc tribuebat corpusculi valetudini, quæ sæpenumero etiam firmior periclitatur in conviviis. At eam vir pius in eremo immodicà vitæ austeritate vehementer attenuârat: sive modestiæ fuit, qui singularem ciborum abstinentiam noluerit apud alios ostentare: sive temporis lucrum hac ratione captabat, vir tot distractus curis, tot distentus negotiis, super hoc totus intentus meditationi scripturarum, ut sæpe cibum differret in noctem. Quis enim nescit quantum temporis nobis pereat in frequentibus conviviis? In quibus, ut à deliciis non corrumparis, ut sobrietatis ac pudicitiæ thesaurum serves illæsum, multos tamen offendis, quia tua parsimonia videtur aliis exprobrare crapulam, tuúmque bonum perperam interpretantur quod pietatis est, hypocrisi tribuentes: Certè diutius accumbendum, apparatus lautior ob convivas apponendus, interdum & audiendæ fabulæ, nec gratæ, nec dignæ piis auribus. Quantam temporis portionem nos perdimus, qui ferè tres horas desidemus in prandio, totidem in cœna, quum reficiendo corpusculo sufficiat horæ dimidium? Nè commemorem interim quòd barbari lautitiarum ostentatores, pro hoste habent si quis non degustet appositas delicias, si quis calicem porrectum recusèt, si quis vocanti excusèt, quum apud alios egerit convivium. Nec ista est hospitalitas quam commendat Apostolus, vel assidere divitum, vel adhibere divites lautis mensis: sed advenas & egenos humaniter excipere hospitalitas est Episcopo digna, quam ipsam tamen per alios rectiùs exercet, quemadmodum Apostoli prædicando verbo Dei toti intenti mensarum curam delegârunt diaconis. Quanto verò studio prosperit egentibus, scripta hominis ubique clamant. Quin & clericos habuit, ejus gentis moribus corruptos, qui tam sobrium vitæ modum non tulissent. Ob has causas maluit solus capere cibum. Verùm interim Episcopo soli accumbenti, adstabat diaconus recitans aliquid è sacris voluminibus: quo convivio quid esse potest lautius, quum simul & animus & corpus reficitur? Ego sic existimo, meram esse calumniam, quod de illius sævitiâ præfractisque moribus jactatum est. Nam hominis scripta præ se ferunt admirandam quandam humanitatem ac mansuetudinem, quum ille & in reprehendendis vitiis sit admodum moderatus, magisq; videatur eblandiri religionis amorem, quàm exigere. Quòd si quando severiùs se gessit, dubitandum non est, quin illi constiterit sui consilii ratio. Minatur & *Paulus* interdum virgam: ac re-

A bellès evangelio tradit satanæ. Nec statim vituperandum est, quod à re laudata diversum est. Sunt variæ ingeniorum habitus, nec omnibus omnia congruunt. Dubitari jure potest, utrum plus contulerit reip. *Romanæ*, *Catonis* severitas, an *Lælii* mitis, ut ait *Flaccus*, sapientia. *Augustini* civilitas multum profuit ecclesiæ Dei, nec minus tamen utilis fuit *Hieronymi* austeritas, uterque diversis virtutibus Deo fuit gratissimus. Vitavit, inquiunt, turbam, ratóque conspectus est in populo, sed assiduus
B fuit in ecclesia. At nec singulos, inquiunt, aut paucos ad colloquium admittebat, nimirum & unus & pauci interdum turba sunt. Sed quò ille non alacriter ibat, si quando pietatis negotium agebatur? Quid ille non faciebat, ut dissidia aut non orirentur, aut citra gravem tumultum componerentur? In magnis ac manifestis criminibus fecit quod fecit *Joannes Baptista* erga *Herodem* quòd *Christus* erga pharisæos, quòd *Paulus* erga *Elimam*, *Hermogenem* & *Phygellum*. Non igitur mirum quòd has
C procellas pertulerit *Chrysostomus*, quas omnes ipse nondum Episcopus prospexit omnibus Episcopis syncerè *Christi* negotium agentibus imminere. Illud mirum, quòd per viros laudatos vir laudatissimus dignitate privatus sit, & in exilium actus. Ego *Theophilum Alexandrinum* Episcopum hominem egregiè doctum existimo, cæterum ingenio vafro, & ad compescendos illorum temporum tumultus fortassis accommodum. De sanctimonia
D nihil habeo comperti. Certè in *Historia Tripartita* multa de illo narrantur, de studio congerendæ pecuniæ, de vafricie quâ elusit monachos Anthropomorphitas; rursus, de impia versutia, quâ decepit monachos *Ægypti*, de studio vindictæ, de violentia, aliisque hujus generis, quæ non competunt nisi in malum virum. Nam epistolas illas *Theophili* ad *Hieronymum*, *Hieronymi* ad *Theophilum* confictas esse non dubito, quum ob brevitatem quâ non solet uti *Hieronymus*, tum ob characterem in utrisque similem, quum *Theophilus* utique si scripsit,
E *Græcè* scripserit. Quòd si vera sunt, ut sunt verisimilia, quæ de illo in dialogo narrat *Palladius*, déq; *Theophilo*, ac cæteris partes illius sequentibus, nostrorum temporum Episcopi ptæ illis sancti sunt. *Epiphanius Cypri* Episcopus, quum adhuc ageret eremitam, ob vitæ austeritatem multum honesti nominis meruisse legitur. Jam ut miracula recipiamus, de eo qui se mortuum simulavit, paulóque pòst verè mortuus repertus est: quod ad *Epi-*
F *phanium* attinet, nullum erat miraculum, sed erat vindicta Dei in irrisorem, miraculum erat futurum si mortuum revocâsset in vitam. Et potuit esse σύμπλοκα, cujusmodi permulta accidunt in vita mortali, hoc non minus mirabilia. Itidem quod narrant de auro conjecto in ædes œconomi, tale quiddam esse potuit, quale fecisse legitur divus *Nicolaus*. Sed ad illius monumentum pellebantur, ut fertur, dæmones. Id magis arguit fidem vivorum, quàm merita defunctorum, ut nè
G quid hic tribuamus impiorũ spirituum præstigiis, utque demus esse vera quæ memorantur. Nam monachorum genus, & simplex hominum vulgus hoc genus fabulis solet impensiùs indulgere. Neq; hæc eò dixerim, ut *Epiphanium* opinione sanctitatis spoliem: sed arbitror hominis in eremo educati simplicitati imposuisse *Theophili* calliditatem, ut *Epiphanius* persuasus non alio animo persequutus sit *Chrysostomum*, quàm *Paulus* initio persequutus

est

est *Christianos*. Postremò, ut centum miracula de *Epiphanio* proferantur, plus apud me ponderis habet animus ille *Chrysostomi*, in tot illius monumentis tam vividè spirans pietatem erga Deum, charitatem erga proximum, mirabile quoddam studium erga *Christi* sponsam ecclesiam. Denique inter sanctos quoque Deus permittit interdum humanos quosdam affectus incidere, nè pro diis habeantur. Etenim si inter *Paulum* & *Barnabam* tam acris incidit concertatio, ut alter ab altero discederet: quid mirum si talis error incidit inter *Epiphanium* & *Chrysostomum*? Et fieri potest, ut simili æstu *Theophilus* imposuerit *Hieronymo*, abusus simultate, quæ illi fuit cum *Joanne* Episcopo *Hierosolymitano*, à cujus communione abstinebat *Hieronymus*, quòd haberetur *Ariana* factionis. *Theophilus Dioscorum* monachum, opinione sanctitatis celebrem, fecerat Episcopum *Hermopoli*: duos illius fratres apud se detinuit, committens illis œconomiam ecclesiæ. Hi offensi opibus studióque congerendi auri, quod deprehenderunt in Præsule, *Ægypti* monasteria repetunt. *Theophilus* odoratus suam vitam illis displicuisse, simul odisse cœpit & *Dioscorum* Episcopum. Ardebat *Theophilus* cupiditate vindicandi: verùm quoniam hos omnes ob vitæ sanctimoniam suspiciebat populus ac monachorum cohortes, censuit rem æstu tractandam, & juxta proverbium, vulpinam pellem assuendam, si leonina non assequeretur. Id ætatis quidam sub *Origenis* titulo hæresim *Arianam* instaurare conantes, (nam *Arius* damnatus erat, *Origenes* non erat) multum invidiæ conflaverant *Origenico* nomini. Porrò, qui sequebantur *Origenem*, asseverabant Deum incorporeum esse, ac monachos secus sentientes contumelioso nomine appellabant *Anthropomorphitas*. Hinc arcis inter eruditos & indoctos monachos contentio. Porro, *Dioscorus* hac in parte sequebatur *Origenem*; *Epiphanius*, quem apparet parum fuisse literatum, cum turba simplicium monachorum sentiebat unde *Theophilus*, quem in prioribus epistolis Hæresiarcham appellaverat, post adversus *Chrysostomum* incitatum appellavit sanctissimum. Hinc homo vafer *Theophilus* ansam arripuit, quum ipse frequenter esset professus Deum esse incorporeum, tamen monachos aliquot simplices, minúsque literis divinis exercitatos misit in *Ægyptum*, qui spargerent Deum esse corporeum, &, juxta divinas scripturas, hominum more oculos, faciem, os, manus & pedes habere: recedendum esse à *Dioscoro* & fratribus ejus, qui sequentes blasphemum *Origenis* dogma, negarent Deum habere membra humana. Ea res tantam seditionem excitavit in *Ægypto*, ut *Theophilus* cum armatorum cohorte *Nitriam* profectus sit, oppressurus *Dioscorum* & fratres illius. Ita factum est ut *Dioscorus* comitatus duobus fratribus, & aliquo numero monachorum venerit *Constantinopolim*: In his erat *Isidorus*, quem *Theophilus* prius amicum ob hujusmodi causam cœpit habere exosum. Erat quidam *Petrus Alexandrinæ* ecclesiæ archipresbyter, hunc, quum ob privatas causas *Theophilus* haberet exosum, submovere tentavit ab ecclesia, crimen prætexens, quòd mulierem *Manichæam* ad communionem recepisset, nondum abjuratâ hæresi. Id quum *Petrus* diceret factum jussu *Theophili* Episcopi, isque inficiaretur, *Isidorum* citavit testem. Is *Roma* reversus, testimonium dixit pro *Petro*. Quare magis exasperatus *Theophilus* utrunque depulit ab ecclesia. Hanc ob causam *Isidorus* & *Dioscorus* cum aliis eremitis se contulerant *Constantinopolim* profecti sunt, ut *Joanni Chrysostomo* quid accidisset, referrent. Ibi *Chrysostomus* honorificè quidem excepit, sed nihil negare tamen cum illis potuit, nisi quod rem cognitâ. At mendax rumor ad *Theophilum* detulerat, *Joannem* cum illis communicâsse, hoc animo ut illis adversus *Theophilum* foret in petitas. Móxque accensus irâ, cogitabat deponendo, non solùm *Isidorum* ac *Dioscorum*, verùm etiam *Joannem Chrysostomum*, quem compellare ab Episcopi dignitate depellere. Nec minus quidquid invitus illum ordinârat. Id quo magis succederet, dissimulavit quid agitaret animo, scripsítque epistolas ad singulares civitatum Præsules, de damnandis libris *Origenis*, hoc facto sibi concilians *Epiphanium Cypri* Episcopum, qui cum ante ipsi fuerat simultas ob dogma dissensum. Simulavit igitur se pœnitere prioris sententiæ, & in eam opinionem pedibus discessisse, cui favebat *Epiphanius*: eóque hortatus est hominem, curaret *Cypri* celebrandam synodum, cujus authoritate libri *Origenis* damnarentur. *Epiphanius* pro sua simplicitate non sentiens *Theophilum* dolum, nec ab Episcopo sene tantum expectans versutiæ, coactâ synodo, vetuit legi libros *Origenis*, simúlque scripsit *Joanni Chrysostomo*, ut idem faceret *Constantinopoli* quod ipse fecisset in *Cypro*. Interim & ipse *Theophilus*, posteaquam videret successisse conatum, convocatis Episcopis damnavit libros *Origenis*. Nè *Chrysostomus* quidem obsoluit, quid vafer ille senex his Proœmiis moliretur, aut si quid suspicabatur, pro conscientiæ suæ synceritate negligebat, intentus ecclesiasticæ doctrinæ. Cæterùm ubi jam præ se ferret *Theophilus* quid ageret, quicunque ex clericis aut proceribus aulicis malè volebant *Chrysostomo*, *Theophilo* veluti signifero semet adjunxerunt, atque occasionem nacti moliebantur, ut adversus *Joannem* Episcopum synodus coiret. Quibus autem de causis clericos ac proceres aliquot, ipsum etiam *Augustam* haberet infensam, ante dictum est. Paucis pòst diebus *Epiphanius* à *Theophilo* persuasus venit *Constantinopolim*, Episcoporum decretum secum adferens, quo non ipse quidem *Origenes*, sed illius libri damnabantur. Nec legitimo more res gesta est ab *Epiphanio*, sed ex *Theophili* præscripto magis, quàm ex ecclesiastica disciplina. Nam quum *Joannes* offerret hospitium cæteraque necessaria, ille recusavit, in suo sese diversorio continens. Egressus urbem in basilica sancti *Joannis*, quæ abest ab urbe septem passuum millibus, celebravit illic collectam, quasi *Joannis* communionem evitans: ibidem ordinato diacono, reversus est in civitatem. Ibi convocatis Episcopis, recitabat *Origenicorum* librorum damnationem, cui subscribebant nonnulli, *Epiphanii* reverentiæ autoritatem. Plurimi tamen reclamârunt, præcipuè verò *Thectimus Scythiæ* Episcopus. At *Joannes* quem faciunt tam rigidum, non quidem offensus est, quòd *Epiphanius* in aliena ecclesia celebrâsset ordinationem: tantùm invitabat ut cum cæteris Episcopis uteretur suo hospitio. Ille verò negabat se vel ipsius usurum hospitio, vel cum eo oraturum, nisi *Dioscorum* & illi adhærentes urbe pelleret, atq; ipse quoque damnatis *Origenis* libris subscriberet.

subiberet. Ad id *Joannes* tergiversabatur, negans esse quicquam temerè agendum ante cathol. cognitionem. Erat enim *Origenes* ob admirabilem scripturarum peritiam doctis omnibus gratiosus, quem & ipse *Athanasius* aliquot locis honorificè citat, distinguens sermonem disputatoris à sermone decernentis. Atque adeo *Theophilus* post damnatos *Origenis* libros compertus est illis legendis incumbere. Quin & divus *Hieronymus* *Origenis* ingenio vehementer delectatus videtur, donec mutato nomine *Ariani* redderent illum invidiosum. Proinde videbatur iniquum ejus libros qui viverat ante ducentos annos, nec ullâ hactenus synodo fuerant damnati, nunc infrequenti Concilio condemnare. Ergo quum *Chrysostomus* detrectaret illicò damnationi subscribere, callidi quidam *Epiphanium* animo simplici præditum huc instigant. Quum in ecclesia Apostolorum esset celebranda collecta, efficiunt ut *Epiphanius* procedat coram universo populo, & recitatâ *Origenis* damnatione, inter *Origenistas* pronunciavit *Dioscorum* cum suis comitibus, simul & *Joannis* nomen perstrinxit, velut *Origenistarum* patroni. Hæc cum *Chrysostomo* essent renunciata, quum postridie *Epiphanius* rursus veniisset ad ecclesiam, misit ad illum *Serapionem*, qui illi Præsulis verbis hæc diceret: Contra regulas ecclesiasticas multa gessisti *Epiphani*, Primùm, quòd in ecclesia quæ tui juris non est, peregeris ordinationem: deinde, quòd injussu meo in ea sacra celebrâsti: ad hæc, quòd invitatus ad hospitium & communionem recusasti, nunc rursus fidis tibi, Cave nè turbato populo periculum in tuum recidat caput. Hac oratione territus *Epiphanius*, secessit, nec tamen pervenit in *Cyprum*, sed in navi mortuus est. Iam sperari poterat tranquillitas, verùm *Chrysostomus* ubi rescivit quicquid egisset *Epiphanius* instinctu *Augustæ* fecisse, concionem habuit apud populum dentatam in vituperationem omnium fœminarum. Id *Augusta* interpretans in odium sui factum, Imperatorem instigavit in Episcopum, dicens eam contumeliam uxori factam magis in ipsum recidere. Ad hanc fabulæ partem accessit *Theophilus*, hoc agens cum *Severiano*, ut quàm primùm adversùs *Chrysostomum* synodus fieret. Coiere permulti Præsules à *Theophilo* provocati, & in his Episcopi quos *Joannes* in *Asiâ* ob manifesta crimina, legitimè ob officio semoverat. Breviter, quotquot *Joanni* variis de causis malè volebant, *Chalcedone* primùm convenere, ubi *Cyrinus* ejus loci Præsul multa inimicè in *Joannem Chrysostomum* effudit, at non impunè. Nam *Maruthas Mesopotamiæ* Episcopus *Cyrini* pedem calcavit imprudens, quamobrem non licuit illi *Constantinopolim* trajicere, sed, latiùs serpente malo, coactus est pedem amputare, ac paucis post diebus vitâ defunctus est. *Theophilus* autem quum veniisset *Constantinopolim*, noluit ingredi ecclesiam, sed in *Placidiana*, quæ erat domus *Augustæ*, versabatur, ut agnoscas aulicam esse synodum non ecclesiasticam. Hic non jam de libris *Origenis*, sed de criminibus agebatur, quibus *Joannem* opprimerent. Quæ fuerint crimina, partim ex *Palladio*, partim ex *Chrysostomi* epistolis colligitur. Unum erat, quòd *Origenistis* communicâsset. Alterum, quòd sedecim in *Asiâ* Episcopos præter jus deposuisset: quum sex tantum submoverit, eósque legitimè, nec nisi coactus, quorum præcipuus fuit *Antoni-*

A *nus Valesinopoleos* Episcopus. Tertium, quòd non esset purus à consortio mulieram. *Palladius* affirmat omnia fuisse falsa, uno excepto, nempe, quòd instituerat, ut qui accessissent ad mensam Dominicam, mox aut aquam aut pastillos sumerent, nè quid sacramentorum excrearent. In suburbano *Chalcedonensi*, quod *Rufini* dicitur, ubi est basilica in *Petri* & *Pauli* honorem extructa, congregati *Episcopi*, citârunt *Chrysostomum* ad crimina responsurum. Jusserunt simul adesse *Serapionem* & *Tigrium* eunuchum presbyterum, & *Paulum* lectorem, quasi & hi criminibus essent obnoxii. At *Joannes* videns à palàm inimicis congregatam synodum, appellavit ad synodum frequentem & generalem. Illi contemptâ appellatione quater illum citârunt: qui quum non compareret, in absentem pronunciârunt, jam non aliud crimen intendentes, nisi quòd citatus non paruerit. Supererat executio ut ab ecclesia extraheretur. Id populus non sinebat. Sed urgebat jussio Principis. Hoc ubi rescivit *Joannes*, nè seditionis præberet causam, clam populo se tradidit deportandum tertio à damnatione die. Amicos qui flentes aderant consolatus est, petiitque ut sibi darent paululum temporis ad quietem. Jumentum illius stabat ad portam quâ putabatur exiturus, ut eò confluceret populus, ipse clàm per aliam portam evasit. Exulabat autem apud ostium *Ponti*, quod vocatur *Hieron*. Sed interim populus odio, ut fit, verso in misericordiam, desiderio Præsulis murmurabat adversùs Imperatorem & Concilium Episcoporum: sed præcipuè contra *Theophilum*, cujus odium in *Chrysostomum* privatum hoc argumento omnibus patefactum est, quòd illo depulso protinus cum *Dioscoro* ejúsque fratribus rediit in gratiam. Cæterùm cùm incruduisset populi tumultus, adeò ut multitudo circum regiam vociferaretur, *Augusta* metuens exoravit Imperatorem ut *Joannem* revocaret. Ad id missus *Bresson* eunuchus. Addunt quidam nocturno terræmotu territos *Constantinopolitanos*, per multos legatos sollicitâsse *Joannem* ut reverteretur, ac precibus suis pericula depelleret. Passus est vir sanctus expugnari animum suum, & rediit ad dignitatem nolens, ad benemerendum volens, oblitus ingratæ multitudinis. Occursum est incredibili frequentiâ venienti: Ingressus urbem, frustra detrectans adactus est improbis populi precibus ut in cathedra Præsulis sedens, populo orationem pacis impenderet, & concionem haberet apud multitudinem. Existimabant enim quod per invidiam contra regulas ecclesiasticas actum esset, actum non esse. Jam videbatur esse tranquillitas. Sed diabolus alias atque alias causas suppeditabat. *Serapionem Joannes* constituerat *Heracleæ Thracensis* Episcopum, quem simul cum *Joanne* damnârat *Theophilus*. Hinc rursus odium incanduit. Accessit quod antè narravimus, de ludis juxta *Augustæ* statuam agi vetitis, quâ occasione mulieris odium recruduit. Coit igitur denuo synodus, in qua aderant *Leontius Ancyræ Galatiæ*, *Ammonius Laodiceæ*, *Bresson Thraciæ Philippensis*, *Acacius Beroeæ Syriæ* Episcopus, aliique nonnulli. Subornantur accusatores veteres, *Joannè* flagitante ut accusatio legitimè institueretur. Quorum minis quum nihil moveretur *Chrysostomus*, Episcopi nihil aliud intendebant, nisi quòd per Concilium abdicatus à munere, nihilo

nihilo seciùs consedisset in cathedra. Quúmque respondisset *Joannes*, quòd post eam damnationem sexaginta quinque Episcopi ipsi communicantes declarâssent irritam esse depositionem, illi reclamârunt: Plures, inquiunt, *Joannes*, te deposuerunt. Ad hæc *Joannes* docuit eam regulam, ut numero æstimaretur decretum, *Arianorum* esse, non orthodoxorum. Nam *Ariani Antiochiæ* congregati regulam eam studio prodiderant, quò damnarent *Athanasium*: Quæ si valeret, oportet, inquit, & *Athanasium* pro damnato haberi, quòd à pluribus damnatus sit, quàm probatus. Sed Episcopi non receptâ hâc satisfactione condemnârunt *Chrysostomum*. Negotio favebat Imperator, dubium non est quin *Augusta* ad aurem obganniente. Sub natalem enim *Christi* non venit ex more ad templum, sed *Joanni* denunciavit se non communicaturum illi donec criminibus esset purgatus, ídque priùs quàm synodus in eum pronunciâsset. Sub Paschæ verò festum, quo tempore jam pronunciatum erat, rursus denunciavit ei Imperator, se non posse venire ad illius ecclesiam, qui duobus Conciliis esset condemnatus. Hoc accepto nuncio & *Joannes*, nè quid tumultûs oriretur, ab ecclesia abstinuit, cui qui favebant in thermis *Constantinianis* Pascha celebrârunt. Quod exemplum secuti complures Episcopi, presbyteri, clerici, diversis in locis collectas celebrârunt, qui pòst dicti sunt *Joannitæ*. *Joannes* autem vitans omnes tumultûs occasiones per duos menses nusquam processit in publicum, donec Imperator juberet illum duci in exilium. Quo die ducebatur, quidam *Joannitarum* incenderunt ecclesiam: quod incendium vento delatum etiam senatus basilicam corripuit. *Palladius* refert flammam ex ipsâ cathedra in qua sedere consuevit *Joannes*, erupisse. Is casus quoniam autore *Joanne* putabatur accidisse, effecit ut in longinquius ac durius exilium relegaretur. Hac de causâ *Optatus* urbis præfectus, homo paganus, in *Christianos* nactus occasionem, plurimos *Joannitarum* variis tormentorum generibus laceravit. Intempestivus itaque favor læsit *Chrysostomum*, ut durius ac longinquius exilium sortiretur, in pusillum ac desertum *Armeniæ* oppidulum, nomine *Cucuson*, deportatus. Quo ex loco scripsit *Cyriaco* Episcopo exuli exul. Ibi vixit annum unum, plurimos interim suâ vitâ linguáque ad evangelicam philosophiam pertrahens, & quoniam eam regionem premebat valida fames, miro studio sublevavit egenos. Hinc acrior exarsit invidiæ flamma. Itaque *Cucuso Arabissum* deportatus est, hoc studio agentibus qui eum deportabant, ut itineris incommodis extingueretur homo tenui corpusculo. Verùm ille spiritu infracto, & illic plurimos ad *Christi* fidem convertit. Quid enim aliud potuit lucerna, spiritûs igni accensa, quàm ardere & lucere? Ea res mirè discruciavit *Severiani* & *Porphyrii*, neque non aliorum aliquot è *Syria* Episcoporum animos, dum perspiciunt viri gloriam afflictionibus inclarescere, *Antiochenam* ecclesiam in *Armeniam* demigrâsse, ac rursus rerum in *Armenia* gestarum gloriam *Antiochiæ* prædicari. Quò se verterent invidiâ disrupti? Impetrant rescriptum atrocius, ut in desertum angustúmque locum deportaretur, unde non liceret prodire, *Pityuntem* vocant, ubi fines sunt *Ponti* regionis, imperiíque *Romani*, regio crudelissimis barbaris finitima. Milites præfecti prætorii, qui illum deducebant, non dissimulabant sibi promissa magnifica, si *Joannes* in itinere moreretur. Menſibus tribus per imbres, per æstus, sine ulla refrigeratione corpusculi durissimum iter [illegible]. Neque enim *Comana* remoratus est, sed per [illegible] perrexit ad templum quoddam, quod [illegible] plus minus quinque à *Comana* aberat. Ibi nocte *Martyr Basiliscus*, qui *Comanæ* civitatis Episcopus cum *Luciano Antiochiæ* presbytero sub *Maximino* coronatus fuerat, *Joanni* apparuit, dicens: Confide, frater *Joannes*, cras enim simul erimus. Ferunt enim prius & ejus templi presbyterum apparuisse, ac dixisse, Præpara *Joanni* fratri locum, venturus est enim. At vir pius nihil addubitans de orticulo, spiritúque exhilaratus non aliter quàm accepto læto nuncio, postridie rogat milites, ut illic commorarentur usque ad horam quintam. Qui metuentes nè refocillatus vires reciperet, ad iter perurgebant. Verùm quum jam stadia ferme triginta peregissent, conspicientes *Joannem* jam febribus concuti, ad templum unde discesserant retulerunt. Hic protinus, velut Episcopum actum, candidis sese induit, usque ad pedes, reliquum amictum in eos qui aderant distribuit. Mox sumptis ecclesiæ sacramentis, & extremâ oratione gratiis Deo actis, seipsum consignans, expiravit. Quamquam autem in extrema barbariæ vitam finiit, tamen mors ejus preciosa fuit in conspectu Domini. Tanta enim multitudo virginum, monachorum & aliorum vitæ testimonio insignium, è *Syria*, *Cilicia*, *Ponto*, *Armenia*, eò confluxit, ut plerique crederent ex conducto convenisse. Corpusculum honorificè juxta *Basiliscum* in eadem ecclesia conditum est, ac martyri junctus eli martyr. Cur enim vereat illum appellare martyrem, qui tot injuriis, tot contumeliis, tot afflictionibus, nec ad impatientiam perpelli, nec à propaganda *Christiana* pietate depelli potuit. Non percussus est securi, sed calumniis omni securi acutioribus non semel ictus est. Hoc præmii vir optimus pro tam præclaris in ecclesiam meritis retulit, per Episcopos orthodoxos, & sub Imperatore *Christiano*. At Dominus non passus est famulum suum diutiùs inter Barbaros vivere, sed citò illum ad cœleste brabeum evocavit. Tametsi secundam ad *Innocentium* Epistolam scripsit anno exilii tertio: Nam & nos, inquit, tertium jam annum in exilio versamur, exposti pestilentiæ, fami, bello, continuis incursionibus, solitudini inenarrabili, quotidianæ morti, & *Isaurici* gladiis. Hanc calamitatem vir sanctissimus forti alacríque tulit animo, quod liquet ex his quæ scripsit *Cyriaco*: *Ego*, inquit, *cum civitas cesset in exilium, nihil horum molestè ferebam, sed intrepidè dicebam: Si Regina vult me exulem, aqua in exilium: Domini est terra & plenitudo ejus: & si vult secare, secet, &c.* Tantum doluit hac occasione turbari tranquillitatem & concordiam ecclesiarum. Nam *Joannitæ* qui dicebantur, dum *Atticum*, quem *Augusta* in *Joannis* locum subrogarat, communicare nolunt, variis afflictionum generibus vexati sunt, adeò ut nonnulli presbyteri in carceribus ac tormentis mortui sint, multi præclari cives, gravésque matronæ *Constantinopoli* reliquerint. Ad hos scripsit epistolam consolatoriam, *Chrysostomi* verò celebris fama, & facti indignitas effecere, ut per Orientis pariter & Occidentis ecclesias negotii rumor protinus dimanârit. Hinc

Hinc & inter Episcopos grave dissidium. Siquidem *Europæ* & *Illyrici* Præsules refugerunt illorum communionem, qui *Joannis* damnationi consenserant: nec Occidentales ecclesiæ, *Ægyptiorum*, Orientalium, *Bosphorensium*, atque *Thracensium* communionem admiserunt, priusquam egregii doctoris nomen, qui jam decesserat, in Episcoporum catalogum reponeretur. Atqui hoc erat palàm rescindere, quod adversùs *Joannem* fuerat actum. *Arsacium* verò qui ejecto *Joanni* substitutus est, nè alloquio quidem dignati sunt, cum ætate major esset annis octoginta, vir alioqui moderatus. Porrò qui successit huic *Attico*, cum crebro missis legatis flagitaret pacem, non prius receperunt, quàm in tabulis inter Episcopos scriberet nomen *Joannis*. Quanquam in successoris nomine, scribarum, ut opinor, errore variant codices. Nam *Chrysostomus* in epistola ad *Cyriacum* significat *Nectarium* sibi successisse. Sic enim loquitur: *Audivi enim & ego de illo Nectario, quem Regina in throno collocavit, quòd afflixerit fratres & virgines nolentes ipsi communicare, quódque complures illorum propter me in carcere mortui sint.* Incertum autem an scriba quispiam ex *Arsacio* fecerit *Nectarium*: nam in senem magis competit deliri convicium: an quoniam procul aberat, rumor falsum nomen detulerit ad *Chrysostomum*. Quin & inter Orientales ecclesias erant plurimi, qui judicium illud pro irrito habebant, sed satius judicabant inultam sinere unius innocentis injuriam, quàm scindere tot ecclesiarum concordiam. *Chrysostomus* exul scriptis ad *Innocentium Romæ* Episcopum literis, per *Demetrium*, *Pansophum*, *Papum*, & *Eugenium* imploravit illius sedis auxilium, non ad privati doloris ultionem, sed ad coercendam ejusmodi licentiam, quæ semel recepta videbatur universas subversura ecclesias. Verùm ille præter misericordiam nihil attulit opis, nisi quòd *Chrysostomi* damnationem non approbavit, nisi res per legitimam synodum ageretur. Postea verò & *Alexander Antiochiæ* Episcopus, vir ob multa præclara Dei dona vehementer laudatus, *Joannis Chrysostomi* nomen retulit in Præsulum catalogum. Tandem & hujus reliquiæ *Constantinopolim* Imperatoris jussu deportatæ sunt, miróque totius populi gaudio ac celebritate exceptæ, existimantis eam civitatem incomparabili thesauro locupletatam. At nos pretiosiorem tenemus thesaurum, illius sanctissimæ mentis vivas reliquias in ejus monumentis possidentes ac fruentes. De quibus nunc pauca mihi dicenda sunt, ut quod polliciti sumus, absolvamus. In aliis ecclesiæ doctoribus alias divini spiritûs dotes admiramur, hic sic miscuit utile dulci, ut nemo feliciùs. Sed inter varia spiritûs dona, præcipuè in illo eminet τὸ διδακτικὸν, quod potissimum in Episcopo requirit beatus *Paulus* Apostolus. Quis enim docet evidentiùs? Quis hæreticos refellit acriùs? Quis in mores declamat, vel frequentiùs, vel liberiùs? At contra, Quis id faciat popularius? Tantâ charitatis suavitate condulcat etiam illa, quæ naturâ sunt amara. Quosdam vix ferimus adulantes, hunc & objurgantem possis amare. Jam quanta ubique cura providentiaque pauperum, quàm sollicita ad humanitatis officia cohortatio, quàm diligens monachorum commendatio, quos tum mundus, opinor, habebat optimos? Omitto quòd vix alius plura scripsit, nec in his ullum est argumentum quod non tractet ea quæ sunt *Christianæ* pietatis; cum *Augustinus* noster, qui cum hoc polygraphia fortassis certare possit, tantum operæ dederit Grammaticæ, Dialecticæ, Musicæ, ac prophanæ Philosophiæ quæstionibus. Harum disciplinarum cum *Chrysostomus* fuerit axactè doctus (Oratoriam enim puer, ut dictum est, sub *Libanio* Rhetore, Philosophiam didicit sub *Andragathio*) nullam tamen usquam præbet ostentationis speciem, sed omnes humanas disciplinas cogit servire *Christianæ* pietati, sic admiscens quasi vinum generosum aquâ modicâ diluas. Nusquam enim est aquæ vel cólor, vel sapor, sed tamen sentis vinum esse suavius. Cúmque tantus esset, tum eruditione, tum eloquentiâ; tamen incredibili quodam juvandi studio, quicquid ferè scripsit, accommodavit auribus populi, eóq; ad hujus captum demisit orationis habitum, quasi præceptor cum puero discipulo balbutiat. Quòd si cuncta dixit apud populum, quæ hoc modo figuráque scripta sunt, utrum magis admirari debeam nescio, illum nè qui tam assiduo concionandi labori sufficerit, an populum qui tam avidus fuerit discendi quæ sunt pietatis. Ad hæc dubium videri potest, an inter dicendum excipi passus sit voces suas, quod in *Augustini* scriptis aliquot perspicuum est: aut, quoniam hoc probabile non est, utrum scripserit dicturus: an post dictionem, quæ dixerat in literis redegerit. Nam de scripto non dixisse, liquet ex ipsius Homiliis, in quibus multa respondent iis, quæ casus fortuitus, aut tempus præter expectationem dabat, velut solito frequentior alacriórque populi conventus, indecora plebis acclamatio, aliúdve simile. Fortasse quædam scripsit, tanquam populo recitanda, qualia sunt *Isocratis* pleraque. Nec enim est verisimile lectori (nihil enim aliud erat cum scriberet adversùs *Judæos*) fuisse jus apud concionem loquendi, nisi fortè tali lectori permissum est, ut extra ordinem sua scripta recitaret populo. Jam nihil est tam reconditum in divinis literis, quod ille tractando non reddiderit theátricum, ut ita loquar, ac populare. Sic eruit quæ sunt abstrusa, sic ostentat, sic ingerit oculis, dicas esse quempiam, qui singularis artificii tabulâ spectatores remoretur: quam quo diutiùs ac propiùs inspicias, hoc magis aperit sese subinde novi quippiam, quod oculos fefellerat, & animad versum recreat. Tali revera tabulæ similis est divina scriptura, quam incomparabilis artifex spiritus ille cœlesti penicillo nobis depinxit, ut in hujus contemplatione jugiter versantes, & hujus mundi tædia fallamus, & semper aliquid novæ voluptatis percipiamus ex cognitione rerum æternarum. Atqui commonstrator idoneus hujus tabulæ non possit esse, nisi qui sit ipse præclarus artifex, & insigniter oculatus. Velut hic noster *Lazarum* ac divitem producit in theatrum: fit enim hoc exempli causâ propositum. Quis alius perspexisset, quæ ille ibi commonstrat? Cúmque jam spectator credens nihil superesse parat abitum, ille revocat, Heus, inquiens, superest aliud cum primis annotatu dignum: deinde rursus aliud ex alio commonstrat, nec te patitur à tabulâ discedere, tandem adhuc avidum & inhiantem dimittit. Metaphoris & collationibus, quoniam plurimum conducunt, & ad lucem, & ad jucunditatem orationis, frequenter utitur,

in quibus invetiendis quidem mirus eſt, ſed multo mirabilior artifex in tractandis. Tractantur autem ex circunſtantiis, à pari, majore & minore. Hìc mirum quos gradus invenit, vel deprimendi, vel exaggerandi. Addit ſubinde ſtimulos, nunc collaudans Illorum docilitatem, nunc objurgans ſegnitiem, nunc pollicens ſe digna cognitu prolaturum, ſi conſpiciat attentos & avidos, nunc aliis atque aliis nominibus commendans argumentum quod tractaturus eſt; nonnunquam repètens quæ pridie dixerat, nec rarò faciens idem in eadem concione. Dedit hoc vir eloquentiſſimus multitudinis ingenio, rudi pariter atque oblivioſo, quæ nec intelligit, niſi dilucidè craſsèque tradas, nec meminit niſi ſubinde repetitum infigas. Hoc admonui, nè quis loquacitatis nomine damnet, quod charitas, quæ nihil aliud quærit quàm ædificare, dedit auditorum imbecillitati. Sic & *Paulus* apud *Theſſalonicenſes*, ad illorum ruditatem ſubmiſit ſeſe, factus ut parvulus in medio eorum, tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos. Nec ſententias argutas, nec epiphonemata captat uſquam, quibus ſolet excitari concionis acclamatio, quod dictionis genus placuit *Hieronymo* & *Ambroſio*: nec jocos admiſcet in quibus frequens eſt, interim & immodicus *Tertullianus*, frequentior *Hieronymus*, ſed perpetuâ quâdam orationis jucunditate facilitatéque detinet auditorem, pietate delectans veriùs quàm facetiâ. Eccleſiaſticus orator facilè reperiet quo deliniat auditorem, ſi perfecerit, ut nôrit amétque populus quod diſcit. Affatim eſt in ipſis arcanis literis quod voluptate demulceat pios animos, etiamſi nihil illecebrarum ex poetarum aut mimorum ſalibus accerſatur. Si qui docet ardet, facilè accendet: ſi vehementer gaudet iis quæ docet, facilè transfundet eundem affectum in animos auditorum. Hoc pectus, hoc os aureum foro prophano deſtinatum, *Chriſtus* ad evangelii præconium intervertit. Utinam tales oratores nunc haberet ubique *Chriſtianus* orbis. Ab his enim præcipuè pendet totius Reipublicæ diſciplina. Ideo tam nihil penè tenemus de dogmatibus evangelicæ philoſophiæ, ideo ſic frigemus ad ea quæ ſunt charitatis, ideo tam dubiè credimus quæ debebant eſſe certiſſima, quia rarò populus audit concionatores evangelicos, rariùs idoneos. Et tamen hodie commodior eſt conditio dicentium quàm olim fuit. Tum enim paganitatis reliquiæ, gladiatorum paria, concurſus equorum, athletæ, pugiles, aliáque theatri certamina, plebem avocabant à concione ſacra, nec Epiſcopis ullum aliud jonerat, quàm linguæ. Ad hæc in ipſis concionibus cogebantur quiddam è theatro pati, ſibilos, applauſus, acclamationes, geſticulationes frequenter indecoras, quibus vel corrumpi, vel interpellari poterat dicentis impetus. Et tamen *Chryſoſtomus* quotidie loquens populo, frequens habebat auditorium. Quis enim non mallet talem virum audire de rebus divinis tantâ ſuavitate differentem, quàm ſpectare gladiatores, aut equos currentes, aut ludere aleam? Nunc ſublata ſunt avocamenta publica, populus humilis & quietus magnâ religione præbet aures, nihil obſtrepens, etiam ſi quid abſurdi proferatur è ſuggeſto: & tamen concionatorum idoneorum mira eſt raritas, cum epiſcoporum, ſacerdotum ac monachorum tanta ſit ubique copia. Hac in parte præcipuè vigilare oportuit Principum & Epiſcoporum [illegible] am, ut parentur idonei paſtores, qui [illegible] diſpenſent populo evangelicæ doctrinæ [illegible] ſum. Hoc officio multo citiùs [illegible] um, quàm exſtruendis monaſteriis, aut [illegible] dis canonicorum collegiis. Erat omni [illegible] opum genere florentiſſima *Conſtan[illegible]* *Arcadius* Imperator non exiſtimabat ſuam [illegible] tem & imperii ſummi ſedem ſat ſplendidam, ſi [illegible] & inſignem haberet evangelii præconem, [illegible] *Joannem Chryſoſtomum* ad ſacerdotii [illegible] unde *Nectarius* deceſſerat, *Conſtantinopolis* [illegible] vit *Antiochia*. Utinam *Arcadi* exemplum [illegible] nentur omnes Principes, utinam ad *Chriſtum* formam ſacerdotes quàm plurimi [illegible] Id ſi fierer, nec tot bellis, nec tot opinionum [illegible] diis concuteretur orbis, ac longè ab eſſemus omnes, & à *Judaiſmo* ſimul & à Paganiſmo: ſed regnaret in nobis *Chriſtus*, & ſubillius vexillo ſub [illegible] tranquillitate frueremur. Deniq; latiùs ſeſe proferent *Chriſtianæ* ditionis pomœria. Vereor enim ne noſtri mores partim in cauſa ſint, quo minus *Turcæ*, *Mahumetani*, *Saraceni*, *Moſchitæ*, *Græci*, & ſi quæ ſunt aliæ nationes, vel ſemichriſtianæ, vel ſchismaticæ, ſeſe adjungant ovili *Chriſti*, quò mirus ſudet reſipiſcant à ſua excitate, qua tot jam ſeculis detinentur; quos equidem demirabor ſi tam dilucidæ *Chryſoſtomi* rationes, ſi tam urgentia ſcripturarum teſtimonia, non ſaltem huc adigant, ut pudeat pigeátque tam diutinæ calamitatis. Apoſtolo *Paulo* hoc debet infelix hominum genus, quòd adhuc ſupereſt, quòd extat ſeminarium, unde poſſit reſtitui. Is enim ad *Romanos* XI. ſpem bonam nobis fecit, fore ut aliquando reſipiſcentes agnoſcant nobiſcum verum Meſſiam, & fiat unus paſtor, & unum ovile. Is hanc ſpem ſervavit à nobis. *Nolo enim*, inquit, *vos ignorare fratres, myſterium hoc (ut ne ſitis apud vosmetipſos elati animo) quod excæcatio ex parte Iſraeli accidit, donec plenitudo Gentium advenerit; & ſic totus Iſrael ſalvus erit, ſicut ſcriptum eſt: Adveniet ex Sion qui liberet, & avertet impietates à Jacob.* Ac mox, *Quemadmodum enim & vos quondam increduli fuiſtis Deo, nunc autem miſericordiam eſtis conſecuti per incredulitatem illorum: ſic & iſti nunc increduli facti ſunt, ex eo quod vos miſericordiam eſtis adepti, ut & ipſi miſericordiam conſequantur.* Rurſus in eodem capite docet *Judaicæ* gentis ruinam non eſſe deſperatam. *Num ideo*, inquit, *impegerunt, ut caderent? Abſit. Sed per lapſum illorum ſalus contigit Gentibus, in hoc ut eos ad æmulandum provocet. Quòd ſi lapſus illorum divitiæ ſunt mundi, & damnum illorum divitiæ Gentium, quanto magis plenitudo illorum? Vobis enim dico Gentibus, quatenus quidem ſum Apoſtolus Gentium, miniſterium meum illuſtro, ſi quo modo ad æmulandum provocem carnem meam, ut ſalvos reddam aliquos ex illis.* Si *Judæi* à *Chriſto* deficientibus nos magis ſumus, ut illos vicißim ad æmulationem provocemus, conandum eſt ut in omni vita noſtra reſplendeat veritas, puritas, & ſyncerita evangelica. Glorificemus & nos evangelium noſtrum. Id quidem in primis eſt Epiſcoporum ac Sacerdotum, qui dicuntur Angeli Domini, ex quorum ore populus requirit legem Dei ſui: omnis tamen *Chriſtianus* pro ſua quiſque portione glorificare poteſt evangelium, ſi ſpretis iis quæ ſunt ſuper terram,

converſationem

...habeat in cœlis. Sic enim futurum
...ut Turcæ simul & Judæi videntes opera nostra
...bona glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est,
...cupiat quisque in tale consortium ascribi. Ad Chry-
...sostomum rodeo, in cujus libris oportet assiduos
...esse, qui suscipiunt curam ecclesiarum. Operum
...illius ceterum indicem non habemus: saltem hoc
...beneficii nobis impendisset ecclesiastica historia.
...Apud Sabinum haud scio quis non indoctus, primam
...laudem tribuit operi *De Sacerdotio*, quòd non ali-
...bi stilo sit usus grandiore, nec magis elaborato;
...proximum commentariis in *Joannem*, *Matthæum*,
...*Marcum* & *Lucam*, quos libros utinam habere-
...mus omnes. In *Catalogo Scriptorum Ecclesiasti-
...corum* hæc tantum de illo *Hieronymus*: *Joannes
...Antiochenæ ecclesiæ presbyter, Eusebii Emiseni, Diodo-
...riique sectator, multa cómponere dicitur, de quibus nihil
...quorum tantum legi.* Divus *Augustinus* sex libro-
...rum contra *Julianum* primo, respondet loco cui-
...dam per *Julianum* citato ex homilia *De Baptiza-
...tio*, cujus initium est: *Benedictus Deus, qui fecit mi-
...rabilia solus*: & ipse citat ibidem testimonium ejus
...ex commentariis illius in epistolam ad *Rom.* Porrò,
...cum nullum nomen apud *Græcos* fuerit unquam
...celebrius quàm *Chrysostomi*, mirum est non plu-
...res libellos illius prodisse nomine. De opere in
...*Matthæum* imperfecto, suo loco ponemus nostrum
...judicium, quod extra controversiam est, *Ariani* cu-
...jusplam esse, licet eruditi. Commentarium in e-
...pistolam ad *Hebræos*, tametsi lectu non indignum,
...titulus ipse verecundè significabat non esse *Chryso-
...stomi*, indicans post mortem illius editum. De
...commentariis in *Acta Apostolorum*, déque com-
...mentariis in secundam ad *Corinthios* epistolam ju-
...dicent me doctiores, ego prorsus in eis *Chrysostomi*
...phrasin, pectúsque desidero. Nec enim ut *Chryso-
...stomum* videaris, satis est subinde repetere, ὅρᾳς πῶς,
...τί δὲ τοῦτο; ἢ λέγει τοῦ τόν δεῖνα, σκόπει δὲ ὄντως, quibus
...tropis ille interdum vel excitat oscitantem audi-
...torem, vel adjuvat tardum. Etiam in illis maximè
...popularibus vis quædam est & spiritus *Chrysostomi*:
...eam sinii non possunt exprimere. Nec satis est
...post enarratam scripturæ partem in locos com-
...munes excurrere. Hoc pari facilitate facere difficil-
...limum est. Dimittam lectorem, si prius illud admo-
...nuero, nè quis offendatur imprudens. Loca quæ ci-
...tantur è sacris voluminibus, in his duntaxat quæ
...nos vertimus, reddidimus juxta *Græcam* lectionem,
...quam in codice comperi. *Græcorum* autem lectio,
...non videtur esse tantum *Septuaginta*, sed ex *Aquila*
...quoque *Symmachi* ac *Theodotionis* editionem tem-
...perata. Cæterùm quo minus *Latinam* editionem
...supposuerim, illud obstitit, quòd aliquoties senten-
...tiæ tenor non quadrat ad nostram lectionem. Id
...frequenter accidit in novo Testamento, sed in ve-
...tere multo crebrior & insignior est lectionis vari-
...etas. Et consentiunt in citando *Græci* doctores,
...*Gregorius Nazianzenus*, *Basilius*, *Chrysostomus*, *A-
...thanasius*, *Theophylactus*, *Cyrillus*, aliíque quorum e-
...ruditissimis locubrationibus vehementer illustratur
...*Christiana* philosophia: ut vel ob hanc tantam uti-
...litatem operæprecium fuerit, novi Testamenti
...libros juxta *Græcorum* lectionem tradi *Latinis* au-
...ribus: quod à me pridem, magno reclamantium
...strepitu, sed ingenti studiosorum fructu factum est.
...Idem ut ab aliis curaretur in veteris Testamenti
...voluminibus, major etiam invitavit necessitas.
...His verò qui nobis *Cyrillum*, *Chrysostomum*, ac
Theophylactum verterunt *Latinè*, quobiam vulga-
tam *Latinorum* versionem supponere maluerunt,
sæpe ridiculum quiddam accidit, ut aliud sonet
vox contextûs, aliud cithara commentarii. Quòd
si stultè faciat qui nunc *Cypriani*, *Tertulliani*, *Am-
brosii*, & *Augustini* lectionem, velit ad nostram
translationem corrigere, reclamantibus illorum
commentariis, multò minus id fieri conveniebat
in vertendis *Græcis*, apud quos *Hieronymi* transla-
tio nunquam fuit recepta. Habes longam ac mole-
stam præfationis farraginem, ornatissime Præsul;
verùm hoc tædii facilè discutiet *Chrysostomi* suavi-
loquentia, à qua te non remorabor diutius. Domi-
nus R. amplitudinem tuam semper sospitet ac tue-
atur, *Friburgi* Anno M. D. XXX.

In *Irenæum*.

Erasmus Roterodamus Bernardo Episcopo Tridentino S. D.

EN tuis, ornatissime Præsul, auspiciis in lucem producimus magnum illum ecclesiæ propugnatorem, ac pro sui nominis augurio pacis ecclesiasticæ vindicem *Irenæum*. Nam εἰρήνη *Græcis* pacem sonat, & in Evangelio Dominus beatos pronunciat εἰρηνοποιούς, id est pacificos, *quoniam* inquit, *Filii Dei vocabuntur. Deus enim non est dissensionis autor sed pacis*, qui per Filium suum pacificavit ea, quæ in cœlis & quæ in terris. Contra, qui dissidiis orbem concutiunt, parentem suum referunt, qui primus sevit discordiam inter Deum & hominem, ac salutiferam Evangelicæ doctrinæ segetem vitiavit, clàm insperfis zizaniis: nocturnum opus aptúmq; Principi tenebrarum. Utinam in his ecclesiæ tumultibus, quibus nec in annalibus legimus unquam exortos vel graviores, vel latiùs divagatos, quanquam latissimè se sparserat *Arianorum* hæresis, exoriantur aliquot *Irenæi*, qui spiritu Evangelico mundum redigant in concordiam. Nam libri qui nunc utrinque provolant ejusmodi ferme sunt, ut citiùs novum excitent incendium quàm vetus restinguant. Verùm hoc per *Christianos* Principes faciet Dominus, postquam nobis ad meliora conversis ex irato cœperit esse propitius. Ad *Irenæum* meum redeo. Cur enim non meum appellem, quem penè sepultum, absterso quantum licuit situ, luci restituimus, indignum profectò qui perpetuâ oblivione obsoleisceret? Spirant enim illius scripta priscum illum Evangelii vigorem, ac phrasis arguit pectus martyrio paratum. Habent enim martyres suam quandam dictionem seriam, fortem, ac masculam. Fuit vicinus Apostolorum temporibus, quum adhuc martyrũ triumphis floreret ecclesia. Nam puer audivit *Polycarpum* in *Asia*, *Polycarpus* autem *Joannis* Evangelistæ fuit discipulus, à quo & Episcopus *Smyrnæis* datus, notus & aliis Apostolis discipulísq; qui viderant & audierant Dominum, ex quorum relatione multa solitus est commemorare, quæ literis prodita non sunt. Hujus viri de *Christo* déq; *Christi* discipulis sermones *Irenæus* puer avidissimis imbibit auribus, ac penitus inscripsit cordi suo, sic ut senex etiam horum omnium vividam ac præsentem retineret memoriam, quemadmodum ipse multis verbis testatur in his quæ scripsit ad *Florinum*. Referuntur autem *Ecclesiasticæ Historiæ* libro V. ca. XX. Manebant eo seculo veterum ecclesiæ charismatum manifesta vestigia, quando-

quidem ipſe lib. V. refert ſe multos audiſſe fratres in eccleſia, quibus eſſet donum propheriæ, qui Dei myſteria enarrarent, qui linguis omnibus loquerentur, qui ſecreta hominum proferrent non ad oſtentationem ſed ad utilitatem. Et alibi docet fuiſſe, qui invocato *Jeſu* nomine morbos ac dæmones profligarent. Habes *Irenæi* commendationem ab antiquitate. Accipe nunc pietatis & integritatis teſtimonia, quæ quidem hoc ſunt ſpecioſiora, quod eo ſeculo promerenti contigerunt, quo laus hæc ferè ſuppliciis ac mortibus erat emenda. Nunc delicata res eſt *Chriſtiani* nominis profeſſio, quum nec facultatibus nec corporibus ullum à perſecutore periculum eſt. *Irenæus* igitur presbyter eccleſiæ *Lugdunenſis* ad componendum eccleſiæ diſſidium *Romam* mittitur, ubi tum præſidebat *Eleutherus*; mittitur autem martyrum epiſtolis magnificè commendatus, & quòd Evangelii zelo præmineret, & quòd dignitati presbyterii morum integritate reſponderet: unde dignus eſt habitus qui *Photino* ſive *Pothino*, (variant enim in nomine codices) *Lugdunenſis* eccleſiæ Præſuli, qui natus annos ferè nonaginta martyrium peregit, ſubrogaretur. Eccleſiaſticæ concordiæ tam fuit ſtudioſus, ut cum *Victor Romanus* Pontifex multas eccleſias amputâſſet à communione, quod in celebratione diei Paſchalis, & in obſervatione jejuniorum, morem obtinerent à *Romana* conſuetudine diverſum, magnâ libertate *Victorem* reprehenderit, quòd præter exemplum eorum quibus ſucceſſerat, tam facilis eſſet ad amputandas eccleſias, non in fide ſed in ritibus quibuſdam diſſidentes. Refert hæc fuſiùs *Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ* liber V. cap. XXIIII. Hæc *Irenæus*, quum nunc *Ptolemæi* quidam ex quamlibet frivolis nugis, hæreſeon & ſchiſmatum excitent calumniam. Sed unde pietatis illius certius argumentum proferam, quàm ex ipſius ſcriptis, quæ ſpirant pectus evangelicum, & martyrii (ut ita loquar) candidatum? Nunc de doctrinâ paucis accipe. Eloquentiæ nec ſtudioſum nec peritum ſeſe fatetur ipſe præfans in primum librum. Ac non affectatam quidem ab eo facilè crediderim, ignoratam nè credam, facit ipſe ſermonis curſus, in rebus tam ſpinoſis ac perplexis, imò faſtidii plenis, dilucidus, digeſtus, ac ſibi cohærens, niſi quòd mihi nondum ſatis liquet *Græcè* nè ſcripſerit an *Latinè*, etiamſi magis arbitror *Latinè* ſcripſiſſe, *Græci* tamen ſermonis peritiorem. Itaque figuris *Græcis* tanquam ſuo jure abutitur *Latinè* loquens, veluti *nocere* pro *lædi*, quemadmodum *Græci* dicunt βλάπτεσθαι, ἔχοντες, id eſt, *habentes* pro *valentes*; cujus generis aliquot annotavimus in ſpaciis marginum, nè lector iis offenderetur. Certè liberalium diſciplinarum omnium peritiſſimum fuiſſe conſtat. *Tertullianus* enim in libro quem ſcripſit adverſus *Valentinianos*, indicans quos in eo opere ſuerit ſequutus, hunc in modum loquitur: *Ut Juſtinus philoſophus & martyr, ut Miltiades eccleſiarum ſophiſta, ut Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator.* Quin & *Euſebius Cæſarienſis* in *Catalogo Scriptorum illuſtrium*, qui circa *Soteris* ætatem eccleſiam Dei vitâ ſimul & ſcriptis illuſtrârunt, quum ventum eſt ad *Irenæum*, dicit, *Et præcipuus Irenæus, quorum omnium ad nos Apoſtolicæ fidei & ſanæ doctrinæ præclariſſima monumenta perlata ſunt.* Floruit autem potiſſimum *Commodi* temporibus. Cæterùm poſteaquam ordo nos vocat ut de tam egregii viri ſcriptis aliquid dica-

A mus, dolor quidam ſubit animum [illegible] ex tot laudatiſſimis monumentis hoc [illegible] lùm, ut videtur, remanſit incolume. [illegible] enim librum ad *Blaſtum De Schiſmate*, [illegible] *Florinum* presbyterum ab eccleſia [illegible] *Monarchia*, ſive quòd Deus non ſit conditor malorum. Nam *Blaſtus* eodem errore [illegible] batur, qui prius *Policarpi* diſcipulus poſt in ſim *Valentinianam* devolutus eſt. Scripſit [illegible]

B & *De Ogdoade* librum, quem eximiè probat [illegible] *Hieronymus*. Hic eſt cui affixit ob eſt [illegible] ſcribas, quàm & nos præfiximus huic [illegible] tantum viderat *Euſebius*. *Hieronymus* [illegible] lumen breve *Contra gentes*, rurſus aliud *De diſciplina*. Item ad *Martianum* fratrem *De Apoſtolica prædicatione*. Denique librum variorum tractatuum. Ex his tam multis viri [illegible] ſolùm hoc quod nunc damus, ſeculorum [illegible] reliquum eſſe voluit. Quod utinam ſic [illegible]

C iſſet, quemadmodum ab illo prodiit [illegible] mus & ſecundus, quoniam ferè occupant [illegible] ſendis monſtroſis hæreticorum & vocabulis & opinionibus, alicubi torſerunt nos, quos nemo niſi patientis ſtomachi poterit abſque tædio pervolvere. Tribus exemplaribus ſumus adjuti, imo quod *Romæ* deſcriptum illinc ad nos miſit egregius ſudiorum patronus *Joannes Faber*, duobus è monaſteriis commodato præbitis. Ex *Tertulliano* [illegible] reſtituimus, quod illic plus etiam erat depravationis in vocabulis, non pauca conjectura ſumus aſſecuti, quæ, ſi parùm certa videbuntur, in margine tantùm annotavimus. Solis autem ſcripturarum præſidiis pugnat adverſus cæteros hæreticorum, quorum Princeps fuit *Simon* ille *Samarites*, Magiæ peritus, qui ſe Deum ſummum auſus eſt prædicare, & *Selenus* ſcorum ſum perſuaſit eſſe ſummam mentem; & hic impoſor *Romæ* ſtatuam meruit cum hac inſcriptione, *Simoni ſancto Deo*. Hujus diſcipulus *Menander*, non

E in nomine *Jeſu*, ſed in nomine ſuo baptizabat, negans cum *Simone*, mundum hunc à Deo conditum, ſed ab angelis, quem errorem è *Platonis* philoſophia videntur hauſiſſe. Poſt hunc *Saturninus Antiochenus* dicebat hunc mundum conditum non à ſummo Deo ſed à ſeptem angelis. Hos ſequutus *Baſilides Alexandrinus*, in majorem erupit inſaniam, præter alia dogmatum portenta, ſummum quendam Deum invehens, & ficto nomen à què fictum imponens, *Abraxas*, qui *Valentini* ſeminarium inſaniæ præbuiſſe videtur. Nam quos

F ille cœlos vocabat, hic dixit *ἀιῶνας*. Deinde *Nicolaus* turpitudinis doctor, cum ſuperioribus negat mundum hunc à Deo conditum. Quin & *Ophitæ* monſtroſa quædam ſomnia de *Serpente* & eorum præcipuo *Jaldaboth* prodiderunt. Succeſſit his *Carpocrates* gnoſticorum autor, aperte magiam excercens, ac dæmones παρέδρους jactans, quale quiddam de *Socrate* legimus. Sequutus eſt hos *Cerinthus* negans mundum à Deo conditum, mentiens *Chriſtum*

G ex *Joſeph* ſemine natum, legem non à Deo ſed ab angelis latam. Huic contrarius *Ebion* ſic ultrò legem, ut ſubvertat Evangelium. Talibus portentis ſucceſſit *Valentinus* omnium portentoſiſſimus, *Platonicæ* philoſophiæ ſectator, vir alioqui doctrinâ pollens, juxta atq; eloquentiâ. Ambiebat Epiſcopi dignitatem, ſed indignè ferens ſibi prælatum illum, qui in tormentis confeſſus fuit nomen Domini, ad turbandam eccleſiam vertit ingenium, rerum

doctrinam

doctrinam *Chriſtianam* ad confictas voces & perplexas fabulas pertrahens. Hujus impiis inventis non nihil addiderunt *Ptolemæus* & *Secundus*, multo videlicet *Æonum* numero, ſic tamen ut in quibuſdam ab eo diſſentirent. Eadem cum *Valentino* docuit *Heracleon*, ſed novitate pronunciationis videri ſtuduit diverſa tradere. Poſt hunc *Marcus* & *Colorbaſus*, alioqui non degenerantes à *Valentino*, rem mirè ridiculam commenti ſunt, omnia fidei myſteria ad *Græcum* alphabetum pertrahentes. Succeſſit his *Cerdon* impietatum lernam ſecum trahens. Duos enim deos finxit, alterum bonum, alterum ſævum, à ſævo mundum creatum. Legem in totum repudiabat: ſolum Evangelium *Lucæ*, nec id totum recipiebat. Apoſtoli *Pauli* epiſtolas nec omnes nec totas probabat. *Acta Apoſtolorum* & *Apocalypſin* ut falſa rejiciens, docebat *Chriſtum* boni Dei Filium in phantaſmate tantùm veniſſe, nec verè paſſum, nec verè natum, Reſurrectionem animæ probans, carnis negans. Hic dum aliquando confiteretur errorem, & rurſus elàm, interdum & palàm doceret impia, tandem convictus, veluti deploratum membrum à communione fratrum rejectus eſt. In hujus impietatem ſucceſſit *Marcion* genere *Ponticus*, Stoicæ Philoſophiæ ſtudioſus, Epiſcopi filius, ob ſtupratam virginem ejectus ab eccleſia, qui tamen poſt interdixit nuptias *Chriſtianis*. *Cerdonis* ac *Marcionis* blaſphemam doctrinam excepit *Lucanus* quidam, ob id obſcurus, quod nihil innovàrit ex eorum doctrina quos ſequebatur. Sed *Apelles Marcionis* diſcipulus, quo ſe faceret novæ factionis autorem, multa ex magiſtri dogmatibus reprobavit, ſed ſic ut nihilo ſaniora ſubſtitueret. Hic allegavit nobis puellam nomine *Philumenem*, cui fingebat adeſſe propheticum ſpiritum, quam tamen *Auguſtinus* ſcripſit à *Severo* quodam inductam, haud ſcio quid ſequutus: Nam *Euſebius* & *Tertullianus* in hoc quod narro conſentiunt. Inter hæc portenta latuerunt *Potitus* & *Baſilicus*, qui *Marcionem* ſequuti duo rerum principia tradiderunt. *Syrenus* magis etiam delirans, tria principia ſive tres naturas induxit. Hos omnes ſequutus *Tatianus* ex *Juſtini* diſcipulo factus hæreticus, *Valentini* *Marcionis*que peſtifera dogmata revocavit; diſcipulum habuit *Caliſtionem*. In tam longam ſeriem ſe porrexit illa deteſtanda lues à *Simone* mago profecta, dictúq; mirum quàm ægrè deſiit. Jam enim *Valentini* nomen erat extinctum, quum tamen non deeſſent *Valentiniani*. Nec omninò finis videbatur futurus, niſi veniſſet *Montanus*, qui cæteris omnibus abrogavit autoritatem, ſe prædicans eſſe Spiritum ſanctum à *Chriſto* promiſſum, qui deduceret in omnem veritatem. Quanquam & *Manicheus* nonnihil erroris ex *Baſilide* videtur hauſiſſe. Accedit autem hic quod ſolet in febri vehementer tenaci, quæ nunc eſt remiſſior nunc acrior, nunc in aliam atq; aliam ſpeciem ſeſe vertit, nec deſinere poteſt, donec in phreneſim aut in aliud malum præſentius exeat. Adverſus hæc portenta ſcripſere *Juſtinus*, quem aliquoties citat *Irenæus*, *Miltiades*, *Proculus*, & *Tertullianus*. Cujus libros quos eruditiſſimos ſcripſit adverſus *Valentinianos* & *Marcionem*, præterea de hæreſibus & hæreticorum præſcriptis, ſi quis legere non gravabitur, rectiùs intelliget hos *Irenæi* libros. Jam mihi videor ſatis præfatus, ornatiſſime Præſul, quod ad hujus operis rationem attinet, & tempus erat finem imponere prologo. Quod quidem faciam ſi paucis aperuero, quæ cogitatio ſubierit animum meum in hoc argumento verſantis. Non enim queo ſatis admirari conſilium inſcrutabile Dei, qui miris modis ſponſam ſuam eccleſiam vindicârit, purgârit, erudierit, evexerit, illuſtrârit; in quibus omnibus nihil eſt non alieniſſimum ab humanis conſiliis, quemadmodum ipſe loquitur per *Eſaiam* hominibus: *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ; neque viæ meæ viæ veſtræ, dicit Dominus: Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.* Quemadmodum igitur ipſe Dominus deſcendens è cœlis viam aperuit in cœlos, & acceptâ formâ ſervi paravit ſibi dominium omnium quæ in cœlis quæque in terris, ac per ſummam ignominiam conſequutus eſt æternam gloriam, patiendo devicit hoſtem, morte promeruit immortalitatem: ſic puſillum & imbellem gregem ſuum alieniſſimis à mundi ratione præſidiis provehit. Per imperitos confutavit mundi ſapientiam, per paucos ſubegit omnes mundi nationes, per imbecilles proſtravit tyrannorum potentiam, per imbelles expugnavit omnem munitionem attollentem ſeſe adverſus Deum, per ignotos & humiles obſcuravit univerſam mundi gloriam, per oves domuit leones, per columbos abegit ſerpentes. Et paſſus quidem eſt in oviculas ſuas ſatanam & mundum hunc totis artibus ac viribus ſuis inſurgere, verùm arcanis ſuis conſiliis omnia mala vertit electis ſuis in bonum. Solus enim ille Rex regum novit & uti bonis & abuti malis in ſuam gloriam & eccleſiæ ſalutem. Infremuit adverſus paucos & humiles *Chriſti* diſcipulos *Judæorum* zelus, *Phariſæorum* ſupercilium, ſacerdotum autoritas, tum Regum legibus & copiis armata potentia, magorum præſtigiæ, philoſophorum eruditio, hæreticorum ſeditio. Tot machinis ſatana oppugnabat ovile *Chriſti*. Sed Domino temperante conatus & actiones hominum, ſuppliciis ac mortibus crevit & invaluit eccleſia, impiorum philoſophorum oblatrationibus confirmata eſt Evangelica philoſophia, præſtigiæ magorum illuſtrârunt *Chriſti* divinam virtutem in diſcipulis operantem, ſchiſmaticorum molimina piorum concordiam arctiùs junxerunt, ac velut in phalangem redegerunt, hæreticorum impia dogmata ad ſcrutandum arcanas literas compulerunt. Itaque factum eſt, ut dum *Judæi* zelo legis ſed non ſecundùm ſcientiam pugnant adverſus Evangelium, certiùs cognoverimus antiquatas eſſe legis umbras, & illuſtrata eſt Evangelii gloria. Rurſus dum perſequutor ignominiis, cruciatibus, ac mortibus conatur fidem in *Chriſtum* extinguere, fidem auxerit, charitatem accenderit, ſpem reddiderit firmiorem, & piorum tolerantiam dum exercet, illuſtrârit. Poſtremò, dum hæreticorum argutationibus agitatur, magis uti didicit armaturâ divinarum literarum, & confirmata eſt impugnata veritas. Primus eccleſiæ congreſſus fuit cum *Judæis*, quorum utinam non extarent & hodie reliquiæ. Hic ſtrenuum propugnatorem Evangelicæ libertatis præſtitit Apoſtolus *Paulus*. Magiæ Principem *Petrus* dejecit. Secundus fuit cum philoſophis & hæreticis, qui ferè philoſophiæ præſidiis bellabant adverſus Evangelium. Horum impreſſiones, poſt Apoſtolos exceperunt viri doctrinâ facundiáque præcellentes. Nec ideo damnanda eſt philoſophiæ ſobria cognitio, quòd à Philoſophis

ſophis ferè natæ ſunt omnes hæreſes, quum per philoſophos item oppreſſæ ſint. *Valentinus* philoſophus oppugnaverat eccleſiam, ſed *Juſtinus* philoſophus, & *Irenæus* philoſophus defendit. *Marcion* philoſophus impetiit veritatem, ſed *Tertullianus* philoſophus confecit hoſtem. *Celſus* philoſophus blaſphemias evomuit in *Chriſtum*, ſed *Origines* melior philoſophus ex illius blaſphemiis illuſtravit *Chriſti* gloriam. *Libanius* ſophiſta defendit idololatriam, ſed hoc facundior *Chryſoſtomus* aſſeruit verum Dei cultum. Idem fecit orator *Symmachus* quod *Libanius*, ſed hunc confodit potentior orator *Prudentius*. Itaque bona quædam ſpes habet animum meum, fore, ut hanc eccleſiæ tempeſtatem Dominus inſcrutabili ſuo conſilio vertat in bonos exitus, excitétque nobis *Irenæos* aliquot, qui compoſitis diſſidiis pacem orbi reſtituant. Hunc interim *Irenæum* velut ominis fauſti loco lætâ fronte dignaberis accipere. Præſul optime, tui nominis auſpiciis in lucem prodeuntem. Id ut facerem non tam mihi perſuaſit ſingularis quidam, ac ut gratuitus, ita perpetuus animi in me tui favor, quàm uno omniũ ore prædicata morum tuorum integritas, cum admirabili prudentia paríque humanitate conjuncta. Sed nulla laus Epiſcopo dignior, quàm quòd ubique ſtudes paci concordiæque *Chriſtiani* populi. Atque hæ quidem in te virtutes hoc ſunt admirabiliores, quòd ætate florenti *Neſtorem* quendam, ut ita loquar, præſtas, tum illuſtriſs. Principi *Ferdinando*, tum eccleſiæ *Chriſti*. Nec ignota, nec tuas dotes prædico, ſed pro donis in te collatis, & Deo gratias agimus, & nobis gratulamur. Amplitudinem tuam bonis omnibus augeat is, à quo ſolo proficiſcitur vera felicitas. Datum *Baſileæ* ſexto Calendas Septembris, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

In *Cyprianum*.

Eraſmus Roterodamus Laurentio Puccio Cardinali S. D.

Epiſt. 6. IN tam vaſta rei literariæ clade, quæ non ſolùm tot egregia veterum monumenta, vel depravavit, vel detruncavit, verumetiam innumeros ſcriptores immortali memoriâ dignos totos abſorbuit, fortaſſis ineptius videatur R. pater, unius aut alterius interitum deplorare, ni *Cyprianus* unus eſſet multorum inſtar habendus, ſive ſpectes eloquentiam, ſive doctrinam, ſive paſtoris dignitatem, ſive pectus Apoſtolici ſpiritûs vigorem ubique fragrans, ſive martyrii gloriam. Hanc autem jacturam haud ſcio an hoc moderatiùs ferremus, ſi totus nobis interiſſet. Nunc quoniam ex his fragmentis quæ nobis neſcio quis caſus ſupereſſe voluit, conjicimus qualia fuerint illa quæ perierunt, graviùs etiam animo diſcruciamur quicunque theſaurorum hujuſmodi ſumus avari. Porrò, ut nunc in obſcuro ſit, quæ & quàm multa vir ille ſcripſerit, operum claritas in cauſa fuit, quæ & *Hieronymo* perſuaſit, ut non duceret operæprecium lucubrationum illius indicem texere, cum ipſius ætate & ſole clariores haberentur, & publicitùs omnium manibus tererentur, haud quaquam exiſtimans fieri poſſe, ut tantam lucem ac celebritatem ullus caſus, oblivionis tenebris obſcuraret; quod idem malum nobis uſu venit in *Tertulliano*: nam alius quiſpiam caſus *Origenis* [illegible] catalogum nobis ademit, quem *Hieronymus* teſtatur attexuiſſe in quadam ad *Paulum* epiſtola, in qua hujus *Adamantii* libros cum libris *Ferronis* confert, quem & ipſum conſtat [illegible] fuiſſe. Cæterùm cum *Lactantius* [illegible] à *Cypriano* admodum multa fuiſſe conſcripta, rectiùs perſpiciet quanta fuerit ea calamitas quæ cætera nobis ademit, qui reliquiis quas habemus notha ac pſeudepigrapha detraxerit. Etenim ut *Cypriano* cum cæteris ſcriptoribus eſt commune, quòd ipſius lucubrationibus multa ſunt aliorum admixta: ita hoc ſuit *Hieronymo* felicior, quòd hujus voluminibus multa ſunt interſperſa, prorſus indigna lectu; *Cypriano* nihil aſcriptum eſt niſi doctum, & à magnis viris profectum. Proinde nos adeo nihil ſemovimus etiam hujus generis, & nonnulla ex veteribus codicibus adjecerimus: neque enim protinus rejiciendum, quod *Cypriani* non eſt. Jam nè quis in hac cenſeri putet nos nihil aliud ſecutos quàm ſomnium animi noſtri, *Symbolum fidei*, quod in evulgatis pariter ac deſcriptis voluminibus *Cypriani* titulum hactenus poſſidet, inter opera divi *Hieronymi*, ſettur *Ruffini* nomine. Liber *De ſingularitate Clericorum* habetur inter *Auguſtini* lucubrationes, quanquam is ad *Cypriani* ſit, dubito: certè *Auguſtini* non eſſe, præter phraſim arguunt ipſæ ſacrarum voluminum citationes. De cæteris conjecturam noſtram ſuis locis annotabimus. Vitam apparet ex eo libro deceptam, quem, ut teſtatur *Hieronymus*, conſcripſit *Pontius Cypriani* diaconus, in ipſo etiam exilio comes individuus uſq; ad ultimi ſupplicii diem. Nec enim mihi veriſimile fit, hoc eſſe voluisſe illud egregium, cujus in vita *Pontii* meminit *Hieronymus*, quum quod extat apud nos, nè libelli quidem vocabulum mereatur. Certè coronidem de tranſlatione corporis ejus, ab alio quopiam adjectam eſſe, clarius eſt quàm ut ſit admonendum, præſertim cùm ex *Carthaginenſi* Imperatoris fiat mentio. Jam quod *D. Hieronymus* memorat, octo tantum epiſtolas *Cypriani* ad *Cornelium Romana* urbis Epiſcopum extiſſe, cum in noſtris codicibus undecim, ni fallor, habeantur, fieri poteſt, ut non omnes pervenerint in manus *Hieronymi*: aut, quoniam ſit aliquoties ut in iiſdem diverſa tractentur argumenta, ſingulæ quarum in binas diſſectæ ſint, id quod nos in una certè factum & deprehendimus & indicavimus. Porrò cum olim *Africa* permultos ediderit eloquentiæ doctrinæque celebres, inter quos ſunt in primis *Tertullianus* & *Auguſtinus*, tamen vix ulli contigit *Romanæ* dictionis germana puritas, præterquam *Cypriano*. De Scriptoribus eccleſiaſticis loquor, aliqui *Lactantius* in primis erat excipiendus. Nam *Tertullianus* licèt denſus & argutus ſit in ſententiis, ſermo tamen difficilis eſt & obſcurus, atq; etiam inconceptior; quemadmodum indicat *Hieronymus* in epiſtola ad *Paulinum*, videlicet *Lactantii* judicio ſubſcribens. Jam in *Auguſtino* ſubinde lectorem offendit perplexum neſcio quid, & impedium atque obſcurum, quod in epiſtolis illi objicit & *Hieronymus*: at uterque *Cypriano* ſummas eloquentiæ dotes tribuit; ſic enim ſcribit *Hieronymus* in epiſtola ad *Paulinum*: *Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi dulcis incedit & placidus. Lactantius* autem in Præfatione libri quinti *De inſtitutione religionis Chriſtianæ*, non ſolùm illi tribuit facilitatem, jucunditatem, perſpicuitatem, copiam

ac nitorem, verumetiam vim ac nervos in perſuadendo. *Erat enim, inquiem, ingenio facili, copioſo, fluvio, & quo ſermonis maxima eſt virtus, aperto, ut diſſerere neque ac, utrùm ornatior in loquendo, an ſubtilior in explicando, an potentior in perſuadendo poſſimum fuerit.* Atque utinam divus *Auguſtinus*, ut *Afer Afrum*, Epiſcopus Epiſcopum numero vo-luminum præcurrit, ita dictionis elegantiâ potu-iſſet aſſequi: utinámque linguam hujus tam fe-liciter eſſet æmulatus, quam candidè miratur ac prædicat. Siquidem is librum *De doctrina Chri-ſtiana* IV. ex hujus voluminibus potiſſimùm petit exempla quibus demonſtret, nullam eloquentiæ partem in *Chriſtianis* ſcriptoribus deſiderari; hunc cum *Ambroſio* ſubinde conferens, quemadmo-dum *Fabius Marcum Tullium* cum *Demoſthene* committit. Idem in conflictationibus cum *Pe-tiliani* ac *Donatiſtis*, multa cum reverentia citat hujus ſententias. Non poſſum equidem inficias ire, quin olim inter orthodoxos ſcriptores primas tribuerim *Hieronymo:* verùm ubi *Cyprianum* quem priùs & carptim & oſcitans legeram, propiùs ſum contemplatus, prorſus animi dubius reddor, u-trùm utri præferam, adeò ſuis uterque virtutibus ſummus occurrit. Quòd ſi hoc nomine jure præ-ferat *Demoſthenes*, quòd propiùs acceſſerit ad verum illud ac naturale dicendi genus, & longi-ùs abſit ab umbra declamatoria, longè præcellit hac parte *Cyprianus Hieronymum:* magis ubique ſeriis ac minùs affectans; cùm hic, quemadmo-dum & *Tertullianus*, in riſu penè ſit immodicus, ſubinde deſidens in expatiationibus, plurimum admiſcens ex prophana literatura: quæ dotes, ſi illi dantur, non tam defuere *Cypriano*, quam vel ſpretæ ſunt, vel neglectæ. Nihil in hoc reperies, quod ad oſtentationem ingenii videri poſſit aſci-tum, aut quod ullo pacto vafritiem ſapiat, quæ non abeſt *Hieronymo*. Talis ubique ſermonis ha-bitus eſt, ut loqui ſentias verè *Chriſtianum* Epiſco-pum, ac martyrio deſtinatum. Pectus ardet evan-gelicâ pietate, & pectori reſpondet oratio: lo-quitur diſerta, ſed magis fortia quàm diſerta: ne-que tam loquitur fortia quàm vivit, ut ipſe me-minit alicubi. Huic nimirum perſonæ magis con-gruebat dignitas quàm lepos, etiamſi locis aliquot declarat ſibi non defuiſſe naſum, ſicubi res ita po-tuiſſet: velut ubi falſiſſimè ridet hæreticum quendam, qui negabat *Cyprianum* habendum pro Epiſcopo: deinde cùm refellit eos qui non im-merſos, ſed aſperſione aquæ baptizatos in pericu-loſis morbis, non *Chriſtianos*, ſed clinicos cenſe-bant appellandos. Nam hic præter perpetuam illam jucunditatem, ſanguinis in morem per o-mne corpus ſparſam, jocis etiam atque dicteriis utitur. In una duntaxat epiſtola, cujus initium eſt: *Bene admones, Donate*, nonnihil luſit appara-tu pompáque ſermonis: unde & *Auguſtinus* com-pta, jucunda, ſplendidaq; dictionis depromit ex-emplum. Talem eccleſiæ doctorem, talem *Chriſti-anæ* pietatis athletam nobis dedit rhetorum ſcho-la, nè quis ſibi ſtolidè placeat, quòd nihil rhetori-ces attigerit. Efferant alii quantum libet eos, quos nobis ediderunt Dialecticorum ac Peripatetico-rum ſcholæ, quos nec nos ſanè improbamus, cer-tè primas inter orthodoxos patres *Cypriano* tribuit Papa *Gelaſius*, in Decretis, XV. *diſt. cap. San-cta Romana*. Jam fortaſſis non abs re fuerit, nonnihil attingere de dogmatis hujus, à quibus hodie diſſentire videtur eccleſia, inter quæ cum primis jactatum eſt illud, quod exiſtimaret hæ-reticos ab eccleſiæ conſortio ſemotos ac ſchiſma-ticos nihil agere baptizando: atqui hæc ſenten-tia non uni placuit *Cypriano*, verùm pleriſque o-mnibus *Africæ*, *Numidiæ*, *Mauritaniæ*que Epiſco-pis: quod abundè perſpicuum eſt ex Actis Syno-di *Carthaginenſis*, quæ nos adjecimus in hac editio-ne. Error erat ſimplex, non ex ambitione maliti-áve, ſed ex hæreſeòn odio & eccleſiaſticæ unitatis amore profectus. Dum enim ſedulò vitat lacus hæreticorum contritos, horrétque bibere aquam de ciſterna aliena, incautiore mali fugâ, in eum errorem incidetat. Nec ille repertor fuit ejus er-roris, ſed à majoribus acceptum tuebatur, haud dubiè mutaturus ſententiam, ſi melioribus argu-mentis veritatem fuiſſet edoctus; quemadmo-dum pòſt, Epiſcopi cæteri priorem opinionem meliore ſententiâ mutârunt. Nam teſtimonia Scripturarum & rationes quibus illi fuerunt in eum errorem inducti, eleganter refellit *Augu-ſtinus* in libris *De Baptiſmo* contra *Donatianos*, præſertim libris tertio, ſexto, ſeptimo. Sunt & alia quædam, ſed hinc fermè profecta, quæ ſuis lo-cis attingemus. Jam quòd quidam (ut refert *La-ctantius*) homo diſertus, ſed impius, *Caprianum*, pro *Cypriano*, vocârit; hoc magis nobis placere debet vir optimus, quòd viro peſſimo diſplicuerit, imò cui nihil in *Cypriano* diſplicuerit præter *Chriſtia-nam* pietatem. Satis enim declarat quid ille de *Chriſto* ſenſerit, qui doctrinam ejus aniles fabu-las judicârit. Ad hæc, quòd huic *Hieronymus* in epiſtola quadam ad *Paulinum* videtur abſo-lutam ſacræ Scripturæ ſcientiam detrahere, nihil aliud ſenſit, opinor, quàm perſecutionum procel-lis, quibus tum agitabatur eccleſia, martyrióque præpeditum, non abſolviſſe in explanandis divinis voluminibus, quod egregiè præſtaturus videbatur, ſi licuiſſet. Nam quæ ſcripſit, ferè verſantur in locis communibus: unde non pauca decerpit *Hie-ronymus*, quoties in iiſdem verſatur, quemadmo-dum, ut eſt veriſimile, è *Tertulliani* libris mul-ta mutuatus eſt *Cyprianus*, quibus adeò delectа-tus deditúſque legitur, ut quoties ab amanuen-ſi codicem poſceret, dicere ſolitus ſit: *Da ma-giſtrum*, nihilominus ob id ingenio tribuens, quòd ab eccleſia ſeſe ſubmoviſſet, nimirum gnarus vel è ſterquilinio legere aurum, & intelligens ubi-que bonum eſſe quod bonum eſt, ac vitans pro-pheticam imprecationem adversùs eos, qui pro perſonarum varietate, vel pro ſuo magis affectu, de rebus judicium variantes: quod bonum eſt, di-cunt malum: quod dulce eſt, faciunt amarum. Sed nè celſitudinem tuam pluribus morer, reve-rende pater, prodit *Cyprianus* & emendatior mul-tò, ſublatis operâ noſtrâ mendis; & aliquanto purior, ſemotis iis quæ illi falsò tribuebantur; & auctior, adjectis aliquot ex vetuſtiſſimis exem-plaribus, quæ hactenus deſiderata ſunt. Poſtre-mò, prodit operâ *Frobenii* nitidior ſimul & augu-ſtior: prodibit autem & feliciter, ſi tua autoritas noſtræ favebit induſtriæ ſimul & conſilio, qui la-borem hunc tuo nomini dicatum eſſe voluimus, non ignari quantum ea laboret inſtaurandæ religi-oni *Chriſtiana*. Quorum enim auſpiciis magis conveniebat reſtitui priſcos eccleſiæ doctores, quàm veſtris, qui nunc illorum præcipuas vices ge-ritis? per quos potiùs oportuit aſſeri ſcriptorem

Apoſtolis

Apoſtolis proximum, quàm per eos qui nobis ſummates Apoſtolos repræſentant? Quin & illud mihi probè viſum eſt congruere, ut *Cyprianus*, cui primum locum tribuit ſedis Apoſtolicæ cenſura, tuis prodiret auſpiciis, cui meritiſſimò inter tot ordinis Cardinalitii lumina primas tribuit *Leo* Pontifex, non minùs eordatiſſimi, quàm maximi titulo clarus. Celebris eſt apud *Romanos Hannibal Pœnus*, qui cum *Italis* de *Romano* certavit imperio: hunc æquum eſt haberi celebriorem, qui cum *Romanis* orthodoxis feliciùs quàm *Hannibal*, de *Romana* certavit eloquentia. Ille cum *Scipione* conflixit armis, hic cum *Cornelio Romano* Pontifice ſic ſuſcepiſſe pietatis certamen videtur, ut ambos virtutibus pares, eodem die, licèt anno non eodem, ſimilis martyrii palma decorârit: eloquentiæ gloriâ vicerit *Cyprianus*. Mihi verò peculiaris etiam quædam cauſa fuit, ut hoc, quicquid eſt operæ, amplitudini tuæ dedicarem: quandoquidem non licuit aliâ ratione teſtari animum memorem officiorum haudquaquam vulgarium, quæ primùm R.D. *Antonius Puccius* nepos tuus, id temporis legatum agens ſummi Pontificis apud *Elvetios*, mox tua celſitudo *Romæ* mihi largiter impendit: quam precor ut *Chriſtus* Opt. Max. dignitati *Romanæ* ſedis, & reipublicæ *Chriſtianæ* juvandæ, diu ſervet incolumem. *Lovanii*, Anno à *Chriſto* nato M. D. XIX. pridie Calendas Auguſti.

Deſ. Eraſmi Roterodami de vita, phraſi, docendi ratione, & operibus Origenis.

Vitæ *Origenis Adamantii* epitome.

Origenes binominis fuit, idem dictus *Adamantius*, quod cognomen non ita tribuitur illi à ſcriptoribus, quaſi fuerit ex moribus additum, veluti *Baſilius* ob ingenii conſtantiam dictus eſt *Magnus*, *Joannes Conſtantinopolitanus* ob ſuaviloquentiam dictus eſt *Chryſoſtomus*, *Gregorius Nazianzenus* ob ſublimes de rebus divinis diſputationes *Theologi* cognomen meruit, ſed quaſi fuerit jam ab ipſo vitæ exortu inditum. Eſt autem hoc non infrequens in ſacris literis, eundem hominem pluribus nominibus appellari. Quòd ſi magnis viris nomina non fortuitò tribuuntur, ſed per divinam providentiam habent futurorum præſagia, utrunque nomen mirè quadrat in hunc eximium Eccleſiæ doctorem. Siquidem *Origenes Græcis montigenam* ſonat, primâ vocali productâ, quemadmodum fit in ὠρεσίθυια, quæ ſine controverſia hinc dicta eſt, quòd malefica in montibus perageret ſua ſacra. Ab ipſa ſtatim pueritia *Origenes* nihil humile cogitavit, ſed ad evangelicam perfectionem, quam Dominus in monte ſedens docuit, & ad ſublimia Scripturarum myſteria animum intendit: nec enarrans ſacros libros repit humi, deſidétve in ſenſu literæ terreno, ſed per allegorias ad excelſa cœlóque viciniora ſubvehit auditorem. Adamas autem indomiti nomen obtinuit, quòd quum ſit luciditſſimus nè chalybis quidem duritiæ, nec malleorum ictibus cedit. At *Origenis* animus pluſquam adamantinus fuit, quem nec vitæ auſteritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec æmulorum improbitas, nec ſuppliciorum terror, nec ulla mortis facies à ſancto inſtituto vel tantillum dimovere potuit. De patria nihil habeo comperti, niſi quod [illegible] eſt fuiſſe *Alexandrinum*, quòd illic pater [illegible] carcere, & ibidem martyrio peracto liberos [illegible] xorem reliquerit. Refert enim nonnihil ubi naſcaris, ſed magis refert è quibus naſcaris, plerumque verò à quibus à teneris inſtituaris. *Origenes* igitur uſque ab avis & atavis parentes habuit *Chriſtianos*, licèt impius *Porphyrius* tradat illum ex ethnicis prognatum: patrem habuit *Leonidam*, virum pium juxta & eruditum, qui ſub *Severo* Principe crudeliter in *Chriſtiani* nominis profeſſores ſæviente, poſt carceres & tormenta, capite plexus, martyrii lauream adeptus eſt, relicto *Origene* cum ſex fratribus adoleſcente, in ſumma nimirum egeſtate. Nam patris facultates aliquot ſatis opimas fiſcus occupavit. Quidam tradunt hunc *Leonidam* fuiſſe Epiſcopum, nec addunt cujus loci fuerit Epiſcopus. Extant apud *Suidam* duo anonymi, qui *Origenicæ* vitæ compendium ſcripſerunt; quorum prior ferè conſentit cum his quæ refert *Euſebius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ* libro ſexto, ac *Hieronymus* in *Catalogo Scriptorum illuſtrium*; poſterior quædam admiſcet nugalia, velut è rumoribus hauſta, parum æquus, ut videtur, *Origeni*; Is tradit *Leonidam* fuiſſe Epiſcopum, quod verum an fictum ſit in medio relinquimus. Cæterùm vir prudens ac perſpicax in puero divinam quandam indolem, & abſolutæ virtutis ſemina deprehendit, eóque ſolet interdum dormientis pectus nudatum exoſculari, ceu thecam & officinam adorandi ſpiritûs. Quod autem in viris ætate provectis, ac pietatis philoſophiâ exercitatis miramur, id adoleſcentulus ultrò nulliſque ſtimulatus hortamentis præſtitit. Tanto enim martyrii deſiderio flagravit, ut vehementer ambiret in ea laudis parte patri vel comes eſſe vel præcurſor; & prorſus antevertiſſet, ni mater præſentiens illum ſummo diluculo ad agones ubi multi trucidabantur velle procurrere, noctu clam omnia illius indumenta ſuſtuliſſet. Ita martyrii candidatum, quem terror mortis non potuit, pudor domi retinuit. An ea procurſio probanda fuerit interim non diſcutio. Nunc enim indolem tantùm laudamus. Quin & patrem cùm adhuc in vinculis eſſet, per epiſtolam cohortatus eſt, ut in pulcherrimo inſtituto inſiſteret, illud addens: *Vide, pater, ne quid meâ causâ ſecus facias.* Atqui ſolent liberi parentes lachrymis, precibus, blanditiis & complexibus à ſimili propoſito revocare: ſed in hoc puero pietas vicit pietatem, & naturæ affectum ſuperavit religionis ardor, carnis infirmitatem exuſſit fidei robur. Unde & aliis quibuſcunque potuit in agone certantibus, aut apud Judices periclitantibus, nequaquam ocioſus ſpectator, oculis ac verbis animos addere ſolet. Nonnullos etiam à ſqualore carceris eripuit, nihil ſibi metuens, illic gloriæ fautor, hic miſericors. Denique ſic ſe geſſit ſenilis ille puer, ut mortem pro *Chriſto* videretur ambire atque accerſere. Nec ſui diſſimilis fuit in progreſſu ætatis, ac frequenter impiorum inſidiis appetitus eſt, ſed ſupremi numinis providentiâ electum illud organum ſervatum voluit in ſummam eccleſiæ catholicæ utilitatem. Jam & in libris illius quoties incidit occaſio loquendi de martyrio, ſentias enthuſiaſmum quendam. Puer itaque jam annum agens decimum ſeptimum, patre ut dictum eſt orbatus, cum matre vidua & quinque fratribus parvulis relictis, non ſe vertit ad

ad mendicitatem, quam nonnulli magnam sanctitatis partem esse ducunt: sed juxta beati *Pauli* consilium atque etiam exemplum, labore sibi parabat victum, nè cui gravis esset, profitebatur Grammaticam. Hoc si quis dixerit esse sordidum, sordidius erat quod magnus ille *Paulus* caprarum pelles consuebat apud *Corinthios* in usum tentoriorum. Rursus si quis dicat Grammatices professionem nihil habere memorabile, quum hodie scholasticorum collegia pueris abundent Grammaticam profitentibus, sciat olim rarum & arduum fuisse negotium: nec enim à doctore tantùm expectabatur declinationum, conjugationum, & constructionum ratio, sed præter sermonis elegantiam, præter plurimorum autorum lectionem, præter antiquitatis, & omnium historiarum peritiam requirebatur Poetices, Rhetorices, Dialectices, Arithmetices, & Cosmographiæ, Musicésque cognitio, quas disciplinas omnes puerulus adhuc mirâ ingenii celeritate perdidicerat. Minore negotio tres Juris doctores absolveris quàm unum Grammaticum, qualis fuit *Aristarchus* apud *Græcos*, apud *Latinos Servius* ac *Donatus*. Profitebatur autem non privatim in angulo, sed in celeberrima civitate *Alexandria*, idque publicè, jam tum ad Episcopalem functionem præludens. Siquidem olim ad Episcoporum curam pertinebat, providere ut tenera ætas literis ac disciplinis imbueretur. Atque interim generosus adolescens sub personâ literatoris Catechistam agebat, obiter *Christiana* religionis semina quædam aspergens auditorum animis. Cæteris enim Catechistis omnibus metu persequutionum elapsis, aliquot ex Gentibus ad *Originem* se conferebant, cupientes *Christiana* philosophiæ rudimenta imbui, quibus ille non solùm Evangelicæ doctrinæ tradidit elementa, verumetiam multos ad perfectæ pietatis fastigium evexit. Quorum de numero *Plutarchus* martyrii lauream est consequutus: *Heraclas Plutarchi* germanus ob admirandam vitæ sanctimoniam post *Demetrium* ad *Alexandrinæ* ecclesiæ gubernationem ascitus est. *Serenus* etiamnum catechumenus pro *Christi* nomine cæsus est. *Heraclides* item martyrii gloriam promeruit, quam & Heros adhuc neophytus adeptus est. *Serenus* alter post diros cruciatus fortiter pro *Christo* toleratos capite plexus est: ut brevitatis studio taceam cæteros, in quibus fuit *Ambrosius*, quem ab hæresi *Valentiniana* ad catholicæ doctrinæ lucem reduxit: atque interim feminas fileam, quæ pro religione *Christiana* invictos animos præstiterunt, in quibus præ cæteris eluxit *Potamiena*. Ita adamandus ille *Adamantius*, multos adamantes ecclesiæ genuit, castigans interim corpus suum, & in servitutem rediges, nè fortè quum aliis prædicaret ipse reprobus efficeretur. Vigiliis enim, jejuniis, chamuniis, nuditate ac laboribus carnem durabat ad omnem patientiam. Hac admirabili vitæ integritate, ac jugibus officiis, cùm erga omnes, tum præcipuè qui persecutionum sævitiâ perclitabantur, quamvis ipse nihilo minus contemneret gloriam quàm pecuniam, tamen & clarum & gratiosum nomen sibi peperit, non tantùm apud *Christianos*, verumetiam apud Ethnicos. Nam eximia virtus etiam impios rapit in admirationem & amorem sui, unde factum est ut complures ad *Origenis* imitationem accingerentur. Id perpendens

A *Demetrius* ejus urbis Episcopus, adolescenti jam octodecim annos nato munus arduum ac planè senile delegavit, videlicet Catechistæ, quod *Alexandria* primus post Apostolos *Pantænus*, secundus *Clemens*, tertius *Origenes* administravit. In hac functione floruit *Origenes* compluribus annis. Catechistæ dicti sunt, quòd baptismum ambientibus vivâ voce traderent dogmata *Christiana* religionis: horum discipuli dicti sunt Catechumeni, quos auditores possis appellare. Nomina in hodiernum usque diem manent in ecclesiâ, res non item, eo quòd infantes tingimur. Superest tamen nonnullum priscæ consuetudinis vestigium, quum adhibentur susceptores ac susceptrices, quos compatres & commatres vocant quidam. *Origenes* igitur quòd primo furtim ac privato studio gessisset, jam publicè ex delegatione cœpit agere. Ad id usque temporis humanas disciplinas non omninò contempserat, sed Mathematicen etiam scire curavit. Verùm ubi jam totus ad divini verbi tractationem inflammaretur, Grammaticam scholam negligebat, prophanos libros amicis cuidam vendidit, hâc quidem cautione, ut ille quot diebus quatuor obolos annumeraret. Hac ratione provisum est, ut esset unde aleretur; non esset tamen, unde in suspicionem venire posset, quasi congerendæ pecuniæ studio teneretur. Vel hinc æstimare licet quàm ille non indulserit deliciis, cui quatuor oboli victum & amictum suppeditabant.

D Atqui *Paulus* docet jus esse Catechistis ut Catechumenorum liberalitate subleventur: nec id fugiebat *Origenem*, sed in hoc *Paulinam*, ut ita loquar, superbiam est imitatus, quod noluit uti suo jure, sed ultrò etiam oblata ab amicis munera constanter recusabat, ut ἀδάπανον ponaret Evangelium suum. Atque adeo, si fas est dicere, Apostoli generositatem quodammodo superavit: ille siquidem licèt à *Corinthiis* avaris & opulentiâ tumentibus nihil acceperit, nè suam apud illos autoritatem elevaret, aliorum tamen spontaneâ benignitate nonnunquam est usus. Porrò, quemadmodum *Origenes* in ministerio verbi cæterisque pietatis officiis seipsum quotidie superabat, ita fragrantia boni nominis indies latiùs diffundebatur, adeo ut per *Alexandrum Hierosolymorum* & *Theoctistum* Cæsareæ Episcopum, quorum id temporis apud *Palæstinam* erat præcipua autoritas, ad presbyterii honorem sit pertractus (erat enim id temporis magna presbyterorum dignitas, qui post turba evitaverant) & in *Clementis* locum surrogatus, hâc quidem occasione: *Achaiæ* ecclesiæ variis hæresibus vexabantur, ad eas sedandas missus est *Origenes* jam mediæ ætatis, idque sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ. At dum per *Palæstinam Athenas* tenderet, à modo dictis Episcopis apprehensus presbyter ordinatus est, ut *Christi* negotium majore cum autoritate gereret. Hoc igitur honoris susceptit summo omnium applausu, prædicantium hoc honoris longè infra viri meritum esse, cujus virtutibus vel summum sacerdotium deberetur. Hæc populi vox haud leviter momordit animum *Demetrii*, qui humanum quiddam passus (solet enim hæc tinea etiam perfectorum animos pertentare) cœpit in *Origenem* crimina spargere, & epistolis per orbem disseminatis, nominis illius claritatem offuscare. Et quoniam in purissima hominis vita nihil habebat quod reprehenderet, objecit illi puerilem errorem, quod admodum

modum adolescens fervido quodam zelo, sed non secundùm scientiam, seipsum execuisset, quo liberè citráque pudicitiæ periculum doceret Evangelicam philosophiam. Fertur & alia quædam Evangelii præcepta, juxta sensum historicum observâsse, veluti, De non habendo duas tunicas, De abjicienda sollicitudine crastini. Quidam tradunt illum sibi medicamentis genituræ stimulos ademisse, quod ego falsum arbitror; ferro res gesta est. Suspicor hoc esse, quod divus *Augustinus* in *Catalogo hæreticorum* refert ex *Epiphanio*. *Origeniani*, inquit, *à quodam Origene dicti sunt, non ab illo qui ferè omnibus notus est, sed ab alio nescio quo, de quo vel sectatoribus ejus Epiphanius loquens: Origeniani*, inquit, *cujusdam Origenis: Turpis autem sunt operationis. Isti sunt nefanda facientes, sua corpora corruptioni tradentes.* Hactenus *Augustinus*, qui haud scio an *Epiphanii Græca* rectè intellexerit: nam φθορὰς & φθορεῖς *Græcis* tam de violatoribus dicuntur quàm de obscœnis. *Epiphanius* autem homo virginei pudoris, non ausus est genitalia membra nominare. Et *Augustinus* de *Origenis* castratione nondum acceperat. Sed hujus rei penes lectorem esto judicium. Ut ad historiæ seriem redeam, hoc factum *Origenis* celatum cupiebat, ad *Demetrii* tamen notitiam nescio quo pacto pervenerat, qui tum quidem admiratus in adolescente tam insignem animi virtutem, spiritúsque robur, & collaudavit, & ecclesiæ gratulatus est. Siquidem interdum, sicut in equis ferocioribus, ita ex adolescentium vitiis, præclara virtutum indoles deprehenditur. Error erat, sed in puero ab ardentissimo pietatis studio profectus. Cæterùm *Demetrius* quod priùs collaudàrat, post objecit pro crimine. Hæc mutilatio corporis obstitit, quò minùs *Origenes* ad sacerdotii fastigium eveheretur, nè ad presbyterii quidem gradum admittendus nisi vitium hoc latuisset. Atque hodie quidem gnaviter advigilatur nè quis presbyter ordinetur qui corporis aliquâ parte sit mutilus, nè dehonestetur ecclesia: utinam pari studio advigiletur nè quis ad hoc honoris recipiatur, nisi cui mens sit integra. Mentem turpiter mutilam habet, cui deest sacrarum literarum cognitio, turpiùs qui nullo pietatis amore ducitur. Dehonestat ecclesiam qui corpore luscus est, & non dehonestat qui in cognitione Evangelicæ philosophiæ cæcus est? Dedecorat ecclesiam qui corpore claudus est, & non dedecorat, qui juxta Propheticum sermonem intus utroque pede claudicat, imò totus inclinat in mundum, à *Christo* præter titulum alienus? Sed redeo ad spadonem nostrum. Ingravescente invidiâ cessit quidem æmulorum importunitati, & *Alexandriam* reliquit; nusquam tamen fuit sui dissimilis *Adamantius*, ubique lucens, studióque indefatigabili prædicans Evangelium. Non se adjunxit damnatæ sectæ, quod fecit *Tertullianus*, ex orthodoxo factus *Montani* blasphemi satelles, contra mentis suæ sententiam appellans eum omnis veritatis deductorem: Neque enim mihi persuaderi potest, hominem tam acris judicii, sic in divinis literis exercitatum credidisse illum fuisse Spiritum sanctum quem *Christus* promisit Apostolis: nec orbem universum horrendo schismate perturbavit, quod fecit *Arius*, ac nè scripto quidem amariore contendens cum obtrectatoribus: sed quod est longè pulcherrimum victoriæ genus, juxta beati *Petri* consilium, male- A dicis benefaciendo obturavit os. Dem[illegible] potissimùm in *Cæsarea Palestinæ*. Illi[illegible] egregios viros in sacris literis exc[illegible] *Firmillianum Cæsareæ Cappadociæ* E[illegible] quo fierat cum omni *Cappadocia* [illegible] um diu apud se tenuit. Is post sub ob[illegible] rum locorum ad *Palæstinos* profect[illegible] *Origeni* discipulum præbuit multo te[illegible] tuit & *Theodorum*, qui post ad Episco[illegible] B scitus est; præterea *Gregorium*, quem [illegible] appellant, opinor, quòd miraculis clarue[illegible] hujus fratrem *Athenodorum*, quem [illegible] Philosophia ad Evangelicam adduxit, qui [illegible] adhuc juvenis ad ecclesiarum gubern[illegible] ctus est. A *Mamma Alexandri* [illegible] *Antiochiam* accitus est, & ab ea honorif[illegible] sus est. Hanc *Hieronymus* appellat [illegible] fœminam, *Christianam* non dixit. Quanquam filius illius *Syrus* erat, ac permulta fecit in vita non C indigna homine *Christiano*. Certè [illegible] tri hujus probro datum est, quòd *Moysen* & *Christum* quendam haberet in lacario suo. Ad *Philippum* autem Imperatorem scripsit epistolam, qui primus Regum *Romanorum* fuit *Christianus*, scripsit & ad matrem ejus. *Romam* vidit tantùm, quam ecclesiam magnam appellat in quadam epistola. Id factum est sub *Zephyrino* Pontifice priusquam *Cæsaream* proficiscereture; inde *Alexandriam* revertit, *Heraclam* presbyterum rerum D sibi in societatem Catecheseos adjunxit. Hoc diligenter expressit *Hieronymus*, quod quidam suspicarentur illum ejectum ab ecclesia sua, primùm *Romam*, deinde *Cæsaream* profugisse, quam antequam fuerit ejectus. Sed posteaquam Demetrius in absentem declaravit hostilem animum, malens in *Palæstina* docere *Christum*, quàm Alexandriæ cum furioso Episcopo contendere. *Ambrosius*, quem, ut dixi, à *Marcionis* errore revocavit ad fidei catholicæ synceritatem, habuit ὑποθήκης, hoc est, operis pensum exigentem: de quo scribitur in epistola quadam, quòd ab illo supra modum urgeretur, adeò ut nec legendi, nec à notariis excepta recognoscendi spatium daretur. Notariorum ars erat, ut quæ dicebantur notis quibusdam exciperent, tantâ celeritate, ut non dictantis tantùm, sed loquentis vocem sequerentur. Unde *Græcis* ταχυγράφοι dicuntur. Nam erat & χαλκηγράφοι, qui notulis excepta plenis describerent. *Ambrosius* igitur notarios ac membranas F suppeditabat, *Origenes* linguam. Hinc à multis hoc vitio datum est, quòd moriens amicis suis egeni non sit recordatus. Ex quo liquet *Origenem* ad extremam usque senectutem in paupertate perseverâsse, quum tali viro non fuerit difficile ditescere si voluisset. Tantæ erat modestiæ, ut serò passus sit excipi quæ differebat. Tam studii, ut nunquam cibum caperet absque lectione, indignum ratus deteriorem hominis partem refici, meliore neglectâ. Vixit in sanctissimis laboribus G usque ad annum ætatis suæ LXIX. *Tyri* mortuus est atque ibi sepultus.

Vitæ *Origenis Adamantii* finis.

De doctrina & libris ejus.

SUnt qui tradant *Origenem* fuisse [illegible] Sid hactenus esse verum arbitror, quòd nun-

...ginis filium in philosophia audisse *Ammonium* ...annis septem, & puer adhuc patrem so-...que flumenculis quibusdam lacessere. Quum au-...esset adeò discendi avidus, non est dubitan-...dum, quin undecunque potuit studuerit aliquid ...discere, & habebat *Alexandriæ* viros egregiè do-...ctos. Quòd si *Augustinus* citra operam præce-...ptoris tantam eruditionem consequutus est, quid ...sentiendum de *Origenis* ingenio quale vix un-...quam habuit docta *Græcia*, felicissimorum inge-...niorum parens. Ut autem facilius ita & felicius ...discuntur, quæ jam inde à teneris annis percipi-...untur; *Origeni* nulla pars ætatis periit à studiis. ...Natus *Augustinus* usque ad annum trigesimum ...sextum à religione fuit alienus, & catechumenus ...ac baptizatus nonnihil ætatis in prophanis disci-...plinis contrivit, *Ambrosium* jam adultus à munere ...civili fugit & ad baptismum & ad sacerdotium ar-...reptus est. Uterque docendo discere coactus est. ...*Origenis* ingenium sufficiebat ad omnia perdiscen-...da, adeò ut qui nihil aliud in vita sectabantur ...quàm Dialecticam, & hujus generis reliquas di-...sciplinas, ad hunc deferrent si quid esset perplexæ ...quæstionis. Quin & elari nominis philosophi, ...licèt à *Christo* alieni, frequenter in libris suis ho-...norificam *Origenis* fecere mentionem, præcepto-...rum ac magistrum reverenter agnoscentes. Cæ-...terùm quantum voluminum in sacras literas vel ...dictârit, vel scripserit, liquidò sciremus si extaret ...epistola quam *Hieronymus*, ut ipse testatur, scripsit ...ad *Paulam Eustochii* matrem, in qua recensuit o-...mnia *Origenici* ingenii monumenta, conferens e-...um cum *M. Varrone*, qui & ipse ut undecunque ...doctissimus, ita πολυγράφος fuit. Tantum autem fu-...it studium *Origenem* penitùs abolendi, ut ipsos eti-...am titulos voluminum extare passi non sint. Nunc ...tantùm ea nôsse licet quæ *Latinè* versa sunt, aut ...quæ citantur à veteribus. Et haud scio an nobis ...expediat posteaquam ipsi libri interciderunt, ti-...tulos quoque sublatos esse, videlicet quo mode-...ratiùs doleamus. Quæcunque verò reliquit, tri-...plici discrimine distinguuntur. Siquidem alia ...dicuntur Scholia, alia Homiliæ, alia Tomi. Scho-...lia *Latinè* possis dicere ociola. Quoties ad justam ...commentationem deerat ocium, breves quasdam ...annotatiunculas locis obscurioribus dictare solet. ...Homilias recte dixeris colloquia; vir singularis ...modestiæ, tem magnificam familiari nomine si-...gnavit. Ardua planéque regia res est, publicè ...docere populum. At ille sic orationem temperat, ...ut cum populo conferre videatur. Eas conciones ...non ipse scripsit, sed à notariis excipi passus est, ...quod tamen negant illum esse passum ante an-...num, ut ante dictum est, sexagesimum. Tertium ...genus ipse vocabat τόμους, quos tractatus, sive volu-...mina vertere possis. Eos ipse descripsit: & quo-...niam scripsit eruditis, abstrusiora quædam myste-...ria patefecit, tota (ut ait *Hieronymus*) ingenii sui ...vela pandens. Primi generis nihil extat, secundi ...pauxilla superfunt, tertii sunt libri περὶ ἀρχῶν, & ...commentarii in evangelium *Matthæi*, licèt im-...periti hoc opus in Homilias secuerint. Jam sunt ...quædam quæ nullo trium generum comprehendi ...videntur, veluti Epistolæ quas multas scripsit ad ...diversos. Nam quinque libros Stromateon nescio ...an Scholiis ascribere liceat: In his enim varias ...res commiscuisse videtur, unde à picturatis stragu-

A lis nomen assumptum est. Eum titulum à *Clemente* fuit mutuatus. Sed quo in ordine ponemus exapla & tetrapla? Quum enim animum appulisset ad scribendum commentarios in Scripturas divinas, ipsâ re comperit id ut oportet præstari non posse, nisi accederet sermonis *Hebraici* peritia; quòd ab his fontibus libri sacri, præsertim veteris Testamenti, primùm ad nos emanârunt: ad quos recurrere sæpenumerò compellit, vel interpretum dissonantia, vel codicum depravatio, vel sermonis obscuritas: hac parte nè mutilus esset noster *Adamantius*, alienâ ætate contráque gentis naturam, barbaræ peregrinæque linguæ rudium devoravit; cujus notitiam assequutus, non *Septuaginta* modò, sed & aliorum editiones in unum contulit, putà *Aquilæ Pontici*, *Theodotionis* & *Symmachi Ebionitarum*, unde *Hieronymus* eos appellat hæreticos *Judaizantes*: ea secta contendit *Christum* fuisse purum hominem. Quorum *Symmachus* scripsit commentarios in evangelium *Matthæi*, conatus illinc suam confirmare impietatem. Præter hos etiam *Origenes* nihil non perscrutans, quintam, sextam & septimam editionem adjunxit. Quas omnes ita digessit per columnas, ut singulæ vel inter sese vel cum *Hebraïs* conferri possent. Cui operi titulum fecit ἑξαπλᾶ. Rursus separatim digessit versiones *Theodotionis*, *Aquilæ* & *Symmachi* cum *Septuaginta*, unde hoc opus appellat τετραπλᾶ, à quadruplici ordine, unde ἑξαπλᾶ legendum videtur primâ vocali aspiratâ. Atqui constanter habent codices ἑξαπλᾶ primâ exili, quod mihi magis probatur. Nam *Theodotion*, *Aquila* & *Symmachus*, si accedat versio *Septuaginta*, cum quinta, sexta & septima editione, erunt septem ordines. Ἑξάπλοα *Græcis* sonat *explano*. Itaque ἑξαπλᾶ dicta sunt, non à numero columnarum, sed quòd res simpliciter absque involucris exponatur oculis. Sed horum mentione quæ non extant paulisper dilata, de iis quæ nobis supersunt judicium nostrum proponemus: ubi mihi rogandus est lector, nè protinus mihi tragœdiam excitet, si quid asseretur quod discrepet à saliva & persuasione quam imbibit. Opinionem meam in medium asseram, quam oportet expendi priusquam damnari. Si excussa displicebit, sinat valere meam, & fruatur suâ, ac, juxta beati *Pauli* consilium, incolumi amicitiâ in suo sensu acquiescat.

In *Basilium Græcè*.

Des. Erasmus Rot. R. D. Jacobo Sadoleto Episcopo Carpentoractensi S. D.

PRorsus obfirmâram animum, hujus ævi decus *Sadolete*, statuerámque Typographorum quamlibet importunis flagitationibus, obsequium præfandi in alienas lucubrationes in posterum omnino pernegare: sed ab hac adamantina, ut mihi quidem videbatur, sententia me transversum abripuit Divus *Basilius*, vir optimo jure dictus *Magnus*, sed *Maximi* cognomine dignior. Ex his quæ versa legeram, veluti per nebulam, suspiciebam ingenii dotes planè divinas, ac pectus humanâ conditione majus. Venim simulatque contigit audire *Christianum Demosthenem*, imò cœlestem oratorem suâ linguâ loquentem, sic animum meum totum perculit, inflammavitq; verè flexanima divinitus *Epist. 7.*

divinitùs afflati Præsulis eloquentia, ut mihi nihil priùs curandum duxerim, quàm ut inæstimabilis hic thesaurus in publicam utilitatem typis evulgaretur. Etenim si me luscioſum ac frigidulum sic ad pietatis amorem accendit, quanto magis rapiet eos, qui pro ingenii felicitate próque copiosiore doctrina, quum perspicaciores habent oculos, tum ad pietatis studium suapte sponte sunt propensiores. Neque enim hunc ut arbitror, affectum in me genuit arcana quædam ingeniorum cognatio, quemadmodum puerum rapuit olim *Horatium*, quum ipse nondum scirem quæ res me tantopere delectaret: Quid enim affinitatis huic mortalium infimo, cum incomparabili heroe? Sed omnipotens ille Spiritus per organum electum suam exercens ἐνέργειαν, sic afficit animos nostros. Hæc est enim illa, cujus somnium modò vidit *Plato*, verè pulcherrima rerum sapientia, quæ spiritualibus oculis conspecta, incredibiles excitat amores sui. Equidem contumeliam esse judico, *Basilii* facundiam cum quoquam eorum comparare, quorum eloquentiam supra modum admirata est *Græcia*, juxta modum æmulata *Italia*. Quis enim inter illos sic omnibus dicendi virtutibus excelluit, ut in eo non aliquid vel desideretur vel offendat? Tonat ac fulgurat *Pericles*, sed sine arte. *Atticâ* subtilitate propemodum friget *Lysias*. *Phalereo* suavitatem tribuunt, gravitatem adimunt. *Isocrates* umbratilis orator, affectatis structuræ numeris ac periodis orationis, perdidit illam nativæ dictionis gratiam. *Demosthenis*, quem velut omnibus numeris absolutum eloquentiæ exemplum producit *M. Tullius*, objectum est quòd orationes illius olerent lucernam, nec desunt qui in eo affectus & urbanitatem requirunt. Sed ut maximè aliquis extiterit, in quo neq; naturam, neque artem, neque exercitationem desideres, quem mihi dabis, qui divi *Basilii* pectus numine plenum, non dicam æquârit, sed vel mediocri consequatur intervallo? Quem tibi tantum philosophiæ, qui omnium disciplinarum circulum cum summa dicendi facultate conjunxerit? Sed, ut dixi, contumeliæ genus est virum divinitùs afflatum cum prophanis ac nihil aliud quàm hominibus conferre. Decentius est divum cum divis componere. Tulit eadem fermè ætas aliquot summâ facundiâ parique doctrina ac pietate viros, *Athanasium Alexandrinum* Episcopum, *Gregorium Nazianzenum Basilii Pyladem*, ac studiorum sodalem, *Joannem Chrysostomum* & ipsum *Basilio* familiarem, ac fratrem *Gregorium Nyssenum* Episcopum. Horum suis quisque dotibus summus erat. *Athanasius* ad docendum accommodatissimus: *Nazianzenus* floridum & argutum orationis genus amplexus videtur: *Chrysostomus* licèt pulchrè suo cognomini respondens, alicubi verbis redundat, & in digressionibus videtur immodicus: *Nysseno* placuit pia simplicitas. At *Philostorgius* in tantum prætulit *Athanasio Basilium*, ut virum alioqui summum cum *Basilio* collatum scripserit, videri puerum. *Nazianzenus* videbatur cum *Basilio* paria facturus, ni inter tot ornamenta, nævos aliquot interdum haberet inspersos. Argutiarum & externæ sapientiæ affectatio, dictioníque structura ab *Isocratis* exemplo non abhorrens, nonnihil resipiunt scholam Rhetoricam. Cujus rei si quis fidem requirat, in *Monodia*, quam ab se summâ curâ elaboratam non dissimulat ipse: videbit fabularum è Poetis ascitum, videbit & nem quâ *Basilium* cum veteris Testa heroibus committit, duriusculam esse *filio* nescio quid morosulus etiam lector fiderare. Manat è sanctissimo pectore humanis cupiditatibus defecato, simplex ralis oratio. Præstantur omnia quæ nec ulla tamen usquam artis significatio scas ibi summam mundanæ philosophiæ nem, sed nullam prorsus ostentationem illum callere disciplinas liberales, & in maticas omnes, sed sic adhiberi, ut quàm ancillentur pietati. Divinarum rum testimonia tam concinnè admiser perpetuæ, ut gemmas purpuræ non aſſitas, sed natas dicas. Nec in uno tantùm genere Tanta erat ingenii dexteritas, ut quocunque intendisset, felicissimè rem gereret. In sacrorum voluminum mysteriis, mirè diligens, cautus, apertus, minimèque Ad genus panegyricum putatur maximè fuisse compositus, in quo sic orationem rat ad animos aurésque multitudinis, ritis sit perspicuus, & eruditis admirandus. In disputando adversùs *Eunomium* quum admirabilem habeat subtilitatem, nusquam orationis perspicuitate recedit: atque dogmatis defensionem sese continet, nusquam evagatur in convitia nihil ad causam facientia. Nec sui dissimilis est in opere ad *De Spiritu Sancto*; sed quodcunque tractat argumentum, nusquam illum deserit perpetua divinitatis sanitas ac jucunditas, eáque non arcessita nativa. Adest ubique, juxta nomen illius, quædam majestas cum admirabili quadam humanitate conjuncta: Sic invehitur in mores hominum, ut objurgantem etiam possis amare. Qualis erat oratio, talis erat & vita. Hac ingenii dexteritate *Eusebium* Episcopum ambitione rendentem ad seditionem, ex æmulo reddidit amicissimum. Hâc *Modestum* Cæsaris præfectum sic contempsit, ut hominem impium virtutis fulgore raperet in sui admirationem. Hâc *Eupholium Ponti* præfectum devicit dejecítque, ac mox depulso tulit opem. Hâc ipsum Imperatorem *Valentem*, quum ingressus esset ecclesiam, primùm in stuporem adegit: mox sapienti colloquio à concepta crudelitate deterruit; atque etiam ab *Ariana* factione revocavit, nisi quod hujus amabilis libertas constructerat, aliorum pertinax improbitas detorsisset. Animus erat adeò paratus ad martyrium, ut illud muneris etiam exoptaret loco. In scriptis illius nihil usquam obstrepit humani affectus, usquam suam agit causam. Postremò, inest quidam, quod quo nomine sit appellandum, nondum inveni. Adest peculiaris gratia, quæ mirificè lætiat legentem, sed semper sitientem dimittit. Itaque quum mihi persuasissem haud mediocrem utilitatem & sacris studiis & *Christiana* pietati accessuram, si non umbra *Basilii*, sed ipse *Basilius* in manibus omnium versaretur, persuasi *Hieronymo Frobenio* atque hujus socio *Nicolao Epiſcopio*, ut quicquid ejus pervestigari posset, typis evulgarent. In his enim quæ *Basilii* titulo *Latinè* versa tenemus, *Basilii* maxima pars abest. *Georgius Trapezuntius* homo doctus, ingenuè fatetur sese imparem suscepto negotio, quòd neque tanta *Romani* sermonis

Romanis adesset facultas, quæ *Græci* sermonis genium elegantiámque referret, nec rei Theologicæ tanta peritia, ut ubique rerum quæ tractantur sibellitatem assequeretur. *Ruffinus* nusquam hanc elegantem nec bonæ fidei interpretem præstitit. Ut autem de his quæ vertit *Raphael Volaterranus* aliquod experimentum caperem, visum est cum *Græcis* conferre, quicquid primùm occurrisset. Occurrit autem Homilia *De Jejunio*, materiam tractans popularem, nullis difficultatibus involutam. Omitto nunc elegantiam, quâ fide rem gesserit, vide. In primo statim versu, quod est in *Græcis*, ἐν τοιαύταις, id est, *in istiis mensium*, omisit: sed id pensans, mox addidit de suo, *quia præceptum in Israhel est*: idque parum concinnè, quum mox sequatur, τοῦτο ἀφέστηκε δὲ ἀφ' ἡμῶν. Dein quod *Græce* est τὴν ἀφέστωσαν ἡ. ἡμέραν ἑορτὴν, id est, *antecellentem cæteris diebus festivitatem*, vertit, *hanc horum dierum celebritatem*. At *Basilius* alloquitur ad insignem diem qui præcessit. Rursus quod *Græce* est, ἀναπομπὴ τὰ ἀναγνώσματα, id est, *indicant biblines*, reddit, *significare videntur*: diminutè, quod auctum voluit *Basilius*, quum ante dixerit, omni tubâ vocaliùs, omníque musico instrumento significantiùs. Prætereo minutula, quod pro ἐγυμνάσαμεν, id est, *didicimus*, vertit, *novimus*; próque παραιτησαμένη, id est, *rejiciente*, dixit *temperante*. Atque hìc rursus ex *Esaia* adjecit interpres: *In die*, inquit, *jejunii convenitis debitores estis, sive contentione sque exercetis*; quum *Græca* sic habeant, μὴ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε, ἀλλὰ λύειν, &c. id est, *nolite jejunare ad lites & contentiones*. Paulò pòst, quod est, μὴ σκυθρωπάσῃς ὡς οἱ ὑποκριταί, id est, *ne tristis sis dum curâris*, vertit, *nemo curatu liberatúsque mœret*. Rursus, εὐθύμησον, id est, *bono sis animo*, vertit, *gaude si sapis*. Paulò pòst, ἡγοῦ δὲ ἀληθῶς ταύτης τῆς φειδωλείας ἄξια, prorsus omisit, quod ut opinor non intellexit illum alludere ad etymologiam *Græcæ* vocis νηστεία· quod idem mox facit, in his, ὁ ἀλείφων καὶ ἀγιάζετο, ὁ νηστεύων ἐπιτυγχάνει. Dehinc, quod est, δεῖ τὰ ἔνδον λάμβανειν ἢ μᾶλλον τὴν νομοθεσίαν, id est, *præceptum ad interna membra accommoda*, sic vertit, *intus intus unge sanctum oleo caput*. Item quod est, ἵνα μύρου καὶ γένη χεισῇ, perdidit allusionem à chrismate ad *Christum*. Mox, ἵνα προσέλθῃ τῇ νηστείᾳ, id est, *ita accede ad jejunium*, vertit, *hoc modo jejunio appareas*. Multa sciens transilio, nè molestus sim lectori. φείδεσθαι, id est, *accurre*, vertit, *prodi*: Paulò pòst, πατέρων δὲ παμπόλιον πᾶν τὸ ἀρχαῖόν τι διαφέρον δεῖ αἰδεῖσθαι, id est, *à majoribus traditus thesaurus est: Quicquid excellit antiquitate venerabile est*: priorem partem omisit, posteriorem sic reddidit: *proverbium est, Omne per antiquitatem fieri nobile*. Jam quod continenter sequitur, δυσωπῶν τὸν πολιὸν τῆς νηστείας, id est, *reverere canitiem jejunii*, vertit, *jejunii canitiem diligenter perscrutare*. Rursum post versus aliquot, φιλοῖ τῆς σαρκὸς τὸν βεβαπτισμένον, *in carnis indulgentiam cibum suggerentem*; refertur enim ad serpentem, qui præcesserat: ille separavit atque ita vertit, *parce carni cibum subministrare*, ratus φειδοῖ verbum esse, quum sit nomen dandi casu, alioqui esset φειδώ. Reliqua quid attinet persequi, quum ex his abundè liqueat, tantum interesse inter *Basilium* versum, & sua lingua loquentem; quantum inter luscinian modulantem, & corvum crocitantem. Equidem fateor & *Raphaelis*, & *Francisci Aretini*, & *Aniani*, aliorúmque hujus notæ scriptorum industriæ nos nonnullam debere gratiam: sed quid futurum conjectamus, quum ex ad hunc modum versis autoribus graves Theologi seriò proferunt testimonia, ac de catholicæ fidei dogmatibus pronunciant? Proinde quum omni professioni, tum in primis Theologicæ necessarium arbitror, ut aut è fontibus haurire malint, quàm è lacunis, aut eorum qui vertere, fidem exploratam habeant. Quanquam inter innumeros, qui hoc operæ susceperunt, quotusquisque est qui non plurimis in locis vel imperitiâ, vel oscitantiâ lapsus sit? Quo sanè nomine studiosorum omnium favorem meo judicio promeretur officina *Frobeniana*, quæ prima apud *Germanos* ausa est *Græcum* autorem antea non evulgatum excudere formulis, ab omnium laudatissimo *Basilio* rem auspicata. Quod si successerit, ut succéssurum spero, decretum est quotannis huic negotio prælum unum dicare. Dein quod in *Vitis Plutarchi* tentatum est à quodam utriusque linguæ peritissimo, idem curabitur in *Basilio*, *Chrysostomo*, *Athanasio*, *Cyrillo*, *Gregorio Nazianzeno*, & horum similibus autoribus, licèt quædam ita versa videantur, ut appareat minus negotii futurum ei qui denuò vertat ab integro, quàm qui depravata restituat. An non igitur publico omnium bonorum favore digni sunt, qui ad tantam studiorum ac religionis utilitatem & facultates omnes expendunt, & curam vigilantiámque summam impendent? Verùm hìc quoque videtur haudquaquam dormire *Ate Homerica*, quæ per *Eridem* malum contentiosum inter *Italos*, *Gallos* ac *Germanos* immittere conatur. At quanto consultius erat nos invicem mutuis officiis adjutare: ut qui posterior sit, præcedenti non invideat, sed applaudat: qui prior, sequi conanti manum porrigat? Hac admonitione nihil erat opus, si cunctis adesset is animi candor, eáque syncéritas, quæ tibi. Nihil enim dubito quin huic honestissimo instituto sis utroque fauturus pollice, aut, ut meliùs dicam, toto pectore. Atque hâc potissimùm de causa visum est curare, ut *Basilius* ille *Magnus* tui nominis auspicio prodeat in publicum, qui tam admirabili facundiâ tractas arcana volumina, ut non immeritò *Latinus Basilius* appellari possis. Propitia sit mihi tua modestia, si quod sentio reticere non valeo. Verùm hæc scribenti mihi recrudescit dolor, quem gravissimum ex bibliothecæ tuæ panolethria pridem conceperam. Poterat enim illa ad hoc institutum, quod absque *Græcorum* voluminum copia geri non potest, magno esse adjumento. Nunc si tua fortè bibliotheca *Basilium Græcum* non habet, hujus saltem accessione supellectilem tuam literariam angemus. Atque utinam totum *Basilium* dare licuisset. Libros enim quos divinitùs scripsit in *Eunomium*, multum vestigatos nanciscì non quivimus. Precor ut Dominus R. amplitudinem tuam studiorum ac rei *Christianæ* commodis diu servet incolùmem. Datum apud *Friburgum* octavo Cal. Martias, Anno à *Christo* nato, Millesimo quingentesimo trigesimo secundo.

In HILARIUM.

Eraſmus Roterod. Joanni Carondileto Archiepiſcopo Panormitano S. D.

Epiſt. 8. NIſi prorſus inane nomen fatorum eſt, Præſulum ornatiſſime, equidem arbitror hoc mihi prorſus in fatis eſſe, ut identidem in hoc genus labyrinthos revolvar, unde moleſtiæ tædiique ſit plurimum, gloriæ quàm minimum. Etenim quantopere ſudandum ſit ei, qui vetuſtos autores temporum ac librariorum culpâ, ſed multò maximè ſciolorum, & audaculorum temeritate, non uno modo depravatos emendare conatur, ut nemo ſentit, ita nemo credit, niſi qui periculum ipſe fecerit. Verùm illud mihi magni cujuſdam, & excelſi animi videtur, publicitùs bene mereri de omnibus, vel citra ſpem redituræ ad benemerentem gratiæ: Porrò, excelſioris etiam animi eſt, planéque *Regium*, ut ait ille, *malè audire quum benefeceris*. Quod mihi jam toties uſu veniſſe ferrem iniquiore animo, niſi perſpicerem idem, cùm omnibus qui ſuâ induſtriâ conati ſunt inſignem utilitatem adferre rebus mortalium, tum ipſo divo *Hieronymo*, quo viro nihil habet orbis *Latinus* vel doctius vel ſanctius, accidiſſe. Plurimum ſudoris compereram in emendando *Hieronymo*, ſed plus in *Hilario*: cujus talis eſt ſermonis character, ut etiamſi res per ſe dilucidas tractaret, tamen eſſet & intellectu difficilis, & depravatu facilis. Nunc quid cenſes fuiſſe negotii, quum res non modò difficillimas, verumetiam inexplicabiles, illâ ſuâ phraſi diſſerit, veriùs quàm explicat? Et tamen vix in alium autorem plus ſibi permiſit eruditulorum temeritas: ídque potiſſimùm in libris *De Trinitate* & *Synodis*; in quibus quoniam tractantur periculoſæ de rebus divinis difficultates, oportebat ſummam adhibere religionem, nec apicem ullum immutare. Siquidem ex collatis variis exemplaribus, deprehendimus alicubi librorum initiis additas præfatiunculas, rurſus in fine coronides, in medio pannos aſſutos, alicubi, quod *Hilarius* ſuo more fuerat prolocutus, ſciolum aliquem abſolutiùs & evidentiùs conatum explicare. Nonnullis paginis viginti aut triginta verſus erant aſſuti: Jam verò quoties incidebant loca, quæ videbantur ab opinionibus inter orthodoxos receptis diſſidere, plus quàm viginti locis pharmacum admiſcuerant, maximè quoties diſputat de doloribus, aut cruciatibus, quibus affectum fuit corpus & anima Domini noſtri *Jeſu Chriſti*. Id facit, cùm aliis aliquot locis, tum præcipuè libro *De Trinitate* decimo, ſed ita perplexè, ut aliquoties planè videatur *Chriſto* tribuere, corpus & animam nullis obnoxiam moleſtis affectionibus. Ad id docendum, quum adhiberet collationem, de telo aquam aut ignem ictu violento penetrante ſine vulneris ſenſu, propterea quòd corpus in quod fit impetus, non ſit capax vulneris, etiamſi teli nativa vis eſt vulnus infligere, de ſuo parentheſin admiſcuit quiſpiam, ſi tamen id aptè comparabitur. Rurſum quum paulò pòſt ſubjiceret: *Habuerit ſanè illud Domini corpus doloris noſtri naturam, ſi corpus noſtrum id naturæ habet, ut calcet undas, & ſuper fluctus eat*, &c. Nimirum ex hac diſſimilitudine colligens *Jeſu* corpus etiam in ſenſu doloris noſtris corporibus fuiſſe diſſimile, ſic ab illis correcta fuerat Scriptura: *Habuerit ſa-*

A *nè illud Domini corpus* (ex peccato) [illegible] *naturam, ſi corpus noſtrum id naturæ habet, ut calcet undas* (ſuapte naturâ, ſine admini[illegible] Dei) *& ſuper fluctus eat*, &c. Ac [illegible] quum divus *Hilarius* ſcripſiſſet, [illegible] *Deo eſt, habens ad patiendum quidem* [illegible] *paſſus eſt, ſed naturam non habens ad* [illegible] Sic erat correctus, hoc eſt, depravatus: [illegible] *paſſus eſt, ſed* (imbecillem ut noſtra ex peccato) B *naturam non habens ad dolendum*. Alicubi [illegible] ubi ſcripſerat *Hilarius: Fallitur ergo* [illegible] *ſtimationis opinio, putans hinc dolere* [illegible] quod ſcriptum erat emendârant: *Putans hinc* (tanquam in carne peccati) *dolere*, [illegible] Similiter in calce ſecundi libri quum [illegible] dum eſſet ſcriptum: *Hic ergo Spiritus Sanctus expetendus eſt, promerendus eſt, ſi* [illegible] *ceptorum fide atque obſervatione retinendus*, [illegible] erant, *promerendus eſt, adorandus eſt*, [illegible] C rum, nè quis ſuſpicaretur illum [illegible] Sanctum non eſſe adorandum, quum [illegible] modis doceat Patrem & Filium adorandum, de Spiritu nihil tale pronunciet, videlicet quia non [illegible] dit, aut quia nondum hoc id temporis erat [illegible] definitum. Mirum autem, cur iidem non comperiant, & hujus operis finem, ubi conſtanter ſcriptum eſt: *Patrem ſcilicet te noſtrum, Filium tuum unà tecum adorem, & Spiritum Sanctum tuum, qui ex te per unigenitum Filium eſt, primitus.* Nam D hic quoque, quum pronunciet Patrem & Filium *adorandum*, Spiritum Sanctum nihil aliud quam *promerendum* dicit. Hoc genus appendices, plus quam triginta locis comperimus addita in *Hilario*, tametſi nos exempli causâ unum atque alterum locum duntaxat in medium attulimus, ne moleſti ſimus lectori. Rurſus admiror non ſi illud eſſe correctum, quòd ſcribit Spiritum Sanctum et Patre eſſe per Filium, ac non potius ab utroque proficiſci; imò in uno quodam exemplari, id correctum comperi, *per eum* mutato in *eum*. Quanam eſt iſta temeritas in libris alienis, præſertim veterum, quorum memoria nobis, ut eſt dicta, ſacroſancta eſt, quum ipſi abſint à periculo querelæ, utcunque viſum fuerit, radere, expungere, addere, demere, mutare, ſupponere? An hoc agit, ne quis putet in veterum libris eſſe quicquam erroris? Atqui lateret, ut aiunt, laverit, quiſquis iſtius conatur. Hanc felicitatem Deus ſolis divinis voluminibus peculiarem eſſe voluit. Alioqui nemo, F quantumvis eruditus & oculatus, non labitur, non cæcutit alicubi, videlicet ut omnes ſe meminerint homines eſſe, & à nobis cum delectu, cum judicio, ſimúlque cum venia legantur, ut homines. Quòd ſi quid in his occurrerit quod ſpeciem habet erroris, quum aliud ſenſerit qui ſcripſit, non erat contaminanda Scriptura, ſed ſcholio adjecto ſcrupulus amovendus, quod plerique in locis conatur *Petrus Lombardus*, adducens ſuæ ſit exponens aliquot locos de dolore ac merore Chriſti libro G *Sententiarum* tertio, diſtinctione decima quinta. Non fert Epigrammaticus ille Poeta, cum qui velit ingenioſus videri in libro alieno. Quis autem ferat iſtos, qui tantum ſibi ſumunt, ut nihil ſibi rectum fuerit, pro germana Scriptura ſuos affutos pannos? Civilitatis eſt, commodè quod ſcriptum eſt interpretari. Cæterùm mutare ſuo quemque arbitratu, quod ſcriptum eſt in veterum libris, temeritas eſt, nè dicam impietas. Et tamen hoc ſi dum depreh-

deprehendissimus & in *Ambrosianis* libris, non uno in loco. Si mutatâ Scripturâ consulendum est scriptoris periculo, hoc in recentiorum libris potiùs fieri conveniebat, quos antiquitas nondum sumsit extra judiciorum aleam, nec mors adhuc ab invidia vindicat. Nunc erga veteres penè superstitiosè candidi, in horum libris qui nostrâ scribunt ætate, quædam etiam rectè scripta depravamus, omnia incommodè interpretamur, quasi talis interpres non reperturus sit & in *Paulinis* epistolis, quod ut erroneum, ut de hæresi suspectum, ut scandalodes, ut irreverentiale possit calumniari. Sed his interim omissis, præstat ut de singulis *Hilarii* operibus, judicium nostrum paucis aperiamus. Duodecim libros *De Trinitate* scripsit exul in *Phrygia*, quò relegatus erat factione *Saturnini* cujusdam Episcopi *Arelatensis* Imperatore circumvento. Siquidem *Ariana* factio, tam latè radices egerat, sic invaluerat, ut mundus aliquandiu miraret anceps, utram in partem sese inclinaret, præsertim quum per *Constantium Augustum*, exilii, direptionibus, minis ac terroribus compelleretur accedere partibus *Arianorum*. Quâ de re velut indignâ queritur apud Cæsarem *Hilarius*, hominem novo exemplo cogi ad fidem, magis quàm persuaderi: largiens interim illud, quòd *Arianorum* fides esset syncera. Quin & ipse locis aliquot testatur se diu filuisse, vel quòd in tanto mundi dissidio nonnihil ambigeret etiam illius animus, vel quia quum spes non esset meliorem partem posse vincere, satius esse duceret silentio consulere quieti, quàm intempestivâ audacià publicum orbis malum non tollere, sed exterbare. Videtur autem totâ vi adnisus, ut in hoc opere declararet atque exerceret, quicquid ingenio, quicquid eloquentiâ, quicquid sacratæ cognitione literarum posset. Videmus enim hoc fermè, ut egregiis pictoribus ac statuariis, ita claris scriptoribus studio esse, ut in uno quopiam opere, exactum aliquod & absolutum artis suæ specimen relinquant, unde posteritas æstimare valeat quid præstare potuissent, si summis viribus adniti voluissent. Id affectâsse videtur *Virgilius* in opere *Georgicon*, *Ovidius* in sua *Medea*, *M. Tullius* in libris *De Oratore*, *Augustinus* in *Civitate Dei*, *Hieronymus* in *Commentariis quibus explicat Prophetas*, *Thomas Aquinas* in *materia Eucharistiæ*, *Bernardus in Cantico*. Magis autem ad hunc conatum extimulamur, si contingat argumentum, non solùm amplum, ac magnificum, verumetiam novum, ac non perinde protritum. Siquidem operis amplitudo, præterquam quòd capax est magnificæ tractationis, etiam dignitatem ex se præbet, & novitas addit gratiam. Veteres autem parcissimè de rebus divinis philosophabantur, neque quicquam audebant de his pronunciare, quod non esset apertè proditum his literis, quarum autoritas nobis est sacrosancta. Sed huc primùm perpulit *Joannem* Evangelistam *Cerinthianorum* & *Ebionitarum* impia temeritas, ut arcana quædam de *Christi* divina natura literis mandaret: pòst *Arianorum* curiosa subtilitas ad majorem necessitatem adegit orthodoxos, videlicet ut De protensione naturæ divinæ, De super-creatione Filii, De adoptione in nomen Dei, tum autem, περὶ τῆς ὁμοουσίου, καὶ τῆς ὁμοιουσίου magnis contentionibus dissererent, ac denique definirent. Subinde necessitatem hanc deplorat sanctissimus vir *Hilarius*, haudquaquàm ignarus quàm periculi plenum sit, quàm parum religiosum, de rebus ineffabilibus eloqui, incomprehensibilia scrutari, de longè semotis à captu nostro pronunciare. Sed in hoc pelagus longiùs etiam provectus est divus *Augustinus*, videlicet felix hominis ingenium, quærendi voluptate, velut aurâ secundiore aliundè aliò proliciente. Moderatior est & *Petrus Lombardus*, qui sententias alienas recitans, non temerè de suo addit: aut si quid addit, timidè proponit. Res tandem usque ad impiam audaciam progressa est. Sed veteribus sit venia, quam precantur, quos huc adegit necessitas. Nobis quâ fronte veniam poscemus, qui de rebus longè semotissimis à nostra natura, tot curiosas, nè dicam impias movemus quæstiones; tam multa definimus, quæ, citra salutis dispendium, vel ignorari poterant, vel in ambiguo relinqui? An non habiturus est consortium cum Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, qui nesciat ad philosophiæ rationem expedire quid discernat Patrem à Filio, quid ab utroque Spiritum Sanctum, quid intersit inter Filii nativitatem à Patre, & Spiritûs processionem? Si credo quod traditum est, esse tres unius naturæ, quid opus est operosâ disputatione? Si non credo, nullis humanis rationibus persuadebitur. Atque hujusmodi periculosa curiositas, ferè nobis è philosophiæ studio nata est: id quod non uno in loco testatur ille inter *Latinos* Theologos multo omnium doctissimus *Tertullianus*, quanquam & ipse philosophiæ cumprimis callens. *Socrates Atheniensis*, cujus est illud celebratum Apophthegma, *Quæ supra nos nihil ad nos*, philosophiam à contemplatione rerum naturalium, in mediam hominum vitam deduxit, frequenter usurpans illud *Homericum*:

Ὀΐσι τὰ ἐν μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθόν τ' ἐτέτυκται.

Et tamen de naturis syderum, de motu cœlestium orbium, de fulminibus, de ventis, de iride, déque similibus rebus, quoniam ad id initia cognitionis suppeditant, vel sensus ipsi corporum, vel effectuum experientia, multa certò deprehenduntur, & in primis jucunda cognitio est, & in admirationem simul & amorem opificis subvehit; attamen quoniam vir sapiens animadvertit in hujusmodi studio totam ætatem homines desidere, neglectis interim his quæ propiùs ad nos pertinent, a contemplatione rerum naturalium omne studium ad mores devocavit. At ea quæ nos scrutamur, quæ definimus, interdum nec sacris literis prodita sunt, ut si comprehendi non possint, certè credi debeant: nec ullis rationibus idoneis probari, nec cogitatione concipi, nec similibus adhibitis adumbrari, ut sunt, possunt. In quibus vestigandis, quum à felicissimis ingeniis summâ vi diu defudatum fuerit, hic demum est extremus profectus, ut intelligant se nihil scire: & adeo ad vitæ pietatem nihil faciunt, ut nusquam magis habeat locum illud *Pauli: Scientia inflat, Charitas ædificat.* Quod supercilium, quas contentiones, quos tumultus, quæ mundi dissidia videmus ex hujus generis insita scientia scatere? Quúmque tam fugax sit vita nostra, interim ea negligimus, sine quibus nulla spes est cuiquam assequendæ salutis. Nisi condonàro fratri quod in me peccavit, mihi non condonabit Deus quod in ipsum admisi. Nisi mundum cor habuero, non videbo Deum. Hoc igitur totis studiis agendum erat,

hoc meditandum, hoc urgendum, ut livore, ut invidiâ, ut odio, ut superbiâ, ut avaritiâ, ut libidine purgem animum. Non damnaberis, si nescias, utrùm Spiritus à Patre & Filio proficiscentis, unicum sit Principium, an duo: sed non effugies exitium, nisi curâris interim habere fructus Spiritûs, qui sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Ad hæc igitur vertenda est, huc intendenda præcipua studii nostri cura. Non quòd in totum damnandam existimem, vel philosophiæ in tres partes dissectæ, vel rerum ultra-mundanarum vestigationem, modò adsit ingenium felix, & absit definiendi temeritas, absit pervicacia, & concordiæ pestis, vincendi pertinax libido. Summa nostræ religionis pax est & unanimitas. Ea vix constare poterit, nisi de quàm potest pauciſſimis definiamus, & in multis liberum relinquamus suum cuique judicium; propterea, quòd ingens sit rerum plurimarum obscuritas: & hoc morbi ferè innatum sit hominum ingeniis, ut cedere nesciant, simulatque res in contentionem vocata est, quæ postquam incaluit, hoc cuiq; videtur verissimum, quod temerè tuendum susceperit. Atque hac in re adeo modum nescire quidam, ut posteaquam nihil non definierant de rebus divinis, novam etiam in his, qui nihil aliud sunt quàm homines, θεότητα commenti sint: quæ quidem plus quæstionum, & atrociores tumultus excitavit orbi, quàm olim *Arianorum* temeritas. Sed pudet *Rabinos* quosdam alicubi non habere quod respondeant. Imò hoc demum est eruditionis Theologicæ, nihil ultra quàm sacris literis proditum est, definire: verùm id quod proditum est, bonâ fide dispensare. Multa problemata nunc rejiciuntur ad synodum οἰκουμενικὴν, multò magis conveniebat quæstiones ejusmodi in illud rejicere tempus, cùm, sublato speculo & ænigmate, videbimus Deum de facie. Sed hæc alicubi fortè tempestiviùs dicentur, nunc ad id quod erat institutum revertor. Erat quidem hoc argumentum splendidum inprimis, ac tali tubâ dignum: erat novum, quòd, nisi fallor, *Hilarius Latinorum* primus, eloquentiæ suæ gladium strinxit in *Arianos*. Ea quoque res illi plurimum famæ conciliavit, præcipuè quòd res esset cum hoste nobili. Nam non dubito, quin apud *Græcos*, præter *Athanasium*, plures idem fecerint. Sed hoc erat illius ætatis, præter sacras literas neminem nominatim citare, præsertim si quid hausissent è *Græcorum* fontibus. Id enim veluti suo jure sibi vindicabant. Alioqui mihi candidi pectoris videtur, non dissimulare, per quos profeceris. Sic autem moderatur orationem in toto hoc opere, quasi suâpte industriâ singula ederit è sacris voluminibus. Quanquam autem optâssem tali ingenio, tali facundiæ, tali pectori, feliciorem magísq; frugiferam materiam: tamen hinc quoq; non mediocris erit fructus Lectori, quòd pleraque loca, quæ multum habebant obscuritatis, apud *Joannem* & *Paulum* explicet, meâ sententiâ, non minùs feliciter, quàm accuratè. Porrò, quòd *Hieronymus* in epistola quadam ad *Paulinum*, de doctis censuram agens, *Hilarium* scribit *Gallicano* attolli cothurno, cùm alioqui *Græcorum* floscúlis ornatus incedat; fructráque legi ab imperitioribus, quòd interdum longis periodis involvatur: quanquam ubique suum quoddam dicendi genus habet *Hilarius*, tamen

A in hoc opere præcipuè verum est, [illegible] est probabile, mutuatus à *Græcis* [illegible] *licam* grandiloquentiam, quam [illegible] sit erudita simplicitas, & oratio [illegible] que magis arrideat, quàm grandis & [illegible] que rarò desidet in locis contrariis [illegible] nus sunt, periculosissimum de rebus [illegible] facere. Deploratum esse, cui pudor [illegible] lio, ut intellectum etiam errorem [illegible]

B tueatur, scripturam divinam non esse [illegible] dam ad nostros affectus, sed nostram [illegible] ad scripturæ regulam emendandam. [illegible] autem assurgit ad floridam quandam [illegible] cam sublimitatem, præsertim quum [illegible] ca, quæ facilè splendescunt tractata: [illegible] brica universi, De natura corporum [illegible] De concordi discordia elementorum, De [illegible] bris fontium, De cursu amnium, De [illegible] sus ac recessus maris, De variis terræ [illegible]

C que rarò usq; ad tragica schemata attollit [illegible] sopopeias & apostrophas, quibus vel homines, vel Deum ipsum alloquitur. Et haud scio, an hac grandiloquentia *Gallorum* ingeniis [illegible] Habet hujusmodi quiddam & *Lactantius*, habet & *Eucherius* etiam hoc elaborationis [illegible] licio re, si quid tamen ego judico. Nec [illegible] ab hac phrasi *Guilhelmus Budæus*, vir [illegible] ævi scriptores celeberrimus: adeo sublimis, [illegible] bam sonare credas, non hominem: adeo [illegible]

D elaboratus, ut eruditum lectorem nunquam [illegible] trivialiter literatos procul submoveat. Porrò [illegible] monis obscuritas, tametsi partim inde est, quòd [illegible] frequenter orationem diversis à membris [illegible] tam, vix tandem longo circuitu absolvit, [illegible] illud etiam officit orationis perspicuitati, quòd [illegible] argumento per se subtilitatibus involuto, [illegible] etiam affectavit argutias, nonnunquam [illegible] copia: quod idem in *Asse* fecit *Budæus*. Cæterum hoc [illegible] incommodi sit levius, si assueveris. Quemadmodum enim quosdam loquentes ægrè intelligimus, [illegible]

E sæpiùs audieris: & quemadmodum musica genus ob hoc ipsum minùs delectat, quia novum est, & insolens; ita quoniam suus cuique filius est, ita assuetudine familiarior, ac proinde jucundior; siquidem & *Titus Livius*, quo non alius jucundior, ad primum gustum subausterus est. Id autem potissimum evenit in his autoribus, in quibus [illegible] id quòd quisque suum quendam habet gustum peculiarem, accedit cura, & subtilitatis affectatio.

F Quales mihi præcipuè videntur inter Oratores *Quintilianus*, inter Poetas *Horatius*. Augustum hoc sensisse divum *Hieronymum*, qui in epistola ad *Romanum* oratorem, scribit hunc in modum: *Hilarius meorum Confessor temporum & Ecclesiæ duodecim Quintiliani libros & stilo similes est, & numero.* Difficillimum est autem cum, qui rei artis præcepta tradit, vel de rebus naturæ [illegible] bus argumentatur, curam expolienda [illegible] cum perspicuitate conjungere. Quæ [illegible] ter has difficultates, etiam brevitatem [illegible]

G Mihi verò veterum dictionem varia [illegible] deranti, videtur vix ullos provinciales [illegible] citer reddidisse *Romani* sermonis [illegible] tem, præter aliquot qui *Romæ* à puero [illegible] educati. Nam & *Tertullianus*, & *Apuleius*, [illegible] quidam est character, & in decretis *Afrorum*, quæ multa refert *Augustinus* [illegible] tilianum & *Crescentium*, deprehendas [illegible] affectationem

affectationem eloquentiæ, sed sic, ut *Afros* agnoscas. Subobscurus ac submolestus est nonnunquam & *Augustinus*, nec omnino nihil *Africum* habet *Cyprianus*, cæteris licèt candidior. Nec mirum si *Gellius* refert *Gallicum* quiddam, si *Pœnus Punicum*, quum in *Livio* nonnullos offendat *Patavinitas*. Ferè sit autem, ut major sit affectatio in his qui linguæ cujuspiam municipes sunt, quàm qui cives: qui advenæ, quàm qui indigenæ. Nimirum hinc est, quòd anus illa *Theophrastum* hospitem appellasse legitur, ut nimium *Atticè* loquentem. Quinquam mihi quidem videtur divo *Hieronymo* per ἐπιστροφὴν dictus imitatus, qui reddidit, aut expressit. Reddit enim aut exprimit parentem nata proles, potiùs quàm imitatur. Sed natura vetus in fœtu, nunc patrem, nunc matrem, nunc avum aut aviam, nunc materteram aut patruum imitatur. Ad hæc, in imitando conatus est, in reddendo effectus. Nec semper reddimus quod imitamur, & nonnunquam imprudentes reddimus aliquid. Alioqui ut fortè non ineptum sit æmulari stilum *Quintiliani*, ita superstitiosæ cujusdam diligentiæ meritò videatur, præsertim in argumento dissimili, librorum etiam numerum parem affectasse. Cæterùm ut in copia dissimilis est *Hilarius Quintiliano* (nam rem eandem subinde aliis atque aliis verbis repetit & inculcat,) ita in ordinis imitanda cura penè anxius est, nec parum temporis consumens in pollicendo quid dicturus sit, & in repetendo quid dixerit (quâ quidem in re similior est *Aristoteli*, quàm *Quintiliano*) multum in reperiendis transitionibus, quibus inter se partes concinnè contexat: multum in excusando, si quando per occasionem incidens attactum est, quod intra promissum ordinem alio loco tractari deberet. Duobus nominibus refert *Plinium*, qui scripsit historiam mundi: primùm Præfatione tam elaborata: deinde, quòd primum librum totius operis elenchum esse voluit, qui illi, ut apparet, postremo loco scriptus est. Atque hactenus quidem de opere, cui titulus est, *De Trinitate*: cui succedit liber *De Synodis*, idem argumentum aliter tractans. Refert enim in quibus Episcoporum conventibus damnata sit hæresis *Arianorum*. Hunc scripsit ad *Galliarum* Episcopos, gratulans illis quòd in tantis mundi tumultibus ab *Arianæ* factione temperâssent. Hunc, ut ipse testatur, vertit è *Græco*, sed hâc libertate, ut ubique neglectis verbis sententiam modò reddat, &, ubi locus invitat, aliquid de suo admisceat; quam libertatem sibi permittit, & in *Psalmos* scribens, quemadmodum mox suo dicemus loco. Porrò, quum hic recitet sententias synodicas, tamen defensionis periculum deprecatur: non perinde, opinor, quod illis quibus hæc scribebat, diffideret, aut quòd quædam non satis approbaret, sed religione quadam asseverandi, quam nos paulatim sic dedidicimus, ut nihil pudeat. Sic enim ferè res mortalium à parvis initiis ad majora proficiunt, donec in vitium usque luxurient. Divus *Hilarius* in calce libri duodecimi, nihil audet de Spiritu Sancto pronunciare, nisi quòd Spiritus Dei est; nec hoc ausurus, nisi legisset apud *Paulum*: non audet creaturam dicere, quia nusquam legerit in sacris literis. Hæc professio non satis esset hoc sæculo, quia plura nos docuit veterum necessaria diligentia, sed citra necessitatem non longiùs evehimur. Olim fides erat in vita magis quàm in articulorum professione. Mox necessitas admonuit, ut articuli præscriberentur, sed pauci, & apostolicæ sobrietatis. Deinde hæreticorum improbitas adegit ad exactiorem divinorum voluminum excussionem, pervicacia compulit ut quædam ex autoritate synodorum definirentur. Tandem fidei Symbolum in scriptis potiùs quàm in animis esse cœpit, ac penè tot erant fides, quot homines. Creverunt articuli, sed decrevit synceritas: efferbuit contentio, refrixit charitas. Doctrina *Christi*, quæ prius nesciebat λογομαχίας, cœpit à philosophiæ præsidiis pendere: hic erat primus gradus ecclesiæ ad deteriora prolabentis. Accreverunt opes, & accessit vis. Porrò admixta huic negotio Cæsarum autoritas, non multùm promovit fidei synceritatem. Tandem res deducta est ad sophisticas contentiones, articulorum myriades proruperunt. Hinc deventum est ad terrores ac minas. Quúmque vita nos destituat, quum fides sit in ore magis quàm in animo, cùm solida illa sacrarum literarum cognitio nos deficiat; tamen terroribus huc adigimus homines, ut credant quod non credunt, ut ament quod non amant, & intelligant quod non intelligunt. Non potest esse synceram quod coactum est, nec *Christo* gratum est nisi quod voluntarium. Meminit hujus operis divus *Hieronymus*, in epistola ad *Florentium*, hisce verbis: *Et prolixum valde librum De Synodis sancti Hilarii, quem ei apud Treviros manu meâ ipse descripseram, ut mihi transferas peto.* Jungitur huic liber, quem scripsit adversùs *Constantium Augustum, Ariana* factioni faventem: sed hic est, ni fallor, quem scripsit in eum jam vitâ defunctum. Fortiter enim conviciatur, cùm cæteri ad eundem duo, quorum alterum scripsit vivo, alterum etiam porrexisse creditur, blandiùs loquantur. Meminit hujus rei divus *Hieronymus* in *Catalogo*: *Est ejus*, inquit, *& ad Constantium libellus, quem viventi Constantinopoli porrexerat. Est alius in Constantium, quem post mortem ejus scripsit.* Hactenus *Hieronymus*. Quod autem duriùs scripsit in mortuum, pietati datum est: quod blandiùs egit cum vivo, *Christiana* prudentiæ fuit: quæ mavult mederi malo, si liceat, quàm exacerbare. Sed horum librorum mihi nullus videtur haberi perfectus. Quum enim exactum quiddam & operosum polliceantur, non præstant id quòd pollicentur, sed veluti subitò obticescunt. Ob affinitatem materiæ jungitur his epistola, quam scripsit adversus *Auxentium*, quem *Mediolani* de *Ariana* hæreseos consortio reum peregit: *Auxentii* epistola subnectitur, quâ se purgat, *Valentiniano & Valenti Augustis*. In his evolvendis, illud obiter subiit animum meum, fortasse non defuturos, qui mirentur, quòd quum tot libris, tanto studio, tantóque molimine, tot argumentis, tot sententiis, tot anathematis agatur, ut credamus Filium esse verum Deum ejusdem essentiæ; sive, ut aliquoties loquitur *Hilarius*, ejusdem generis, aut naturæ cum Patre, quod *Græci* vocant ὁμοούσιον, potentiâ, sapientiâ, bonitate, æternitate, immortalitate, cæterísq; rebus omnibus parem: de Spiritu sancto interim vix ulla fiat mentio; cum tota cõtroversia de cognomine veri Dei, de cognomine homusii, de æqualitate, non minus pertineat ad Spiritũ, quàm ad Filium. Imò nusquam scribit adorandum Spiritum sanctum, nusquam tribuit Dei vocabulum, nisi quòd uno aut altero loco in *Synodis*

refert improbatos eos, qui Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum auderent dicere tres Deos: sive quia putârit tum magis patrocinandum Filio, cujus humana natura faciebat, ut difficilius persuaderetur Deum esse, qui idem esset homo: & hunc *Ariani* divinitate spoliare tentabant, quum de Spiritu Sancto nondum esset agitata quæstio: sive hæc veterum religio fuit, ut licèt Deum piè venerarentur, nihil tamen de eo pronunciare auderent, quod non esset apertè traditum in sacris voluminibus. In quibus ut aliquoties Filio tribuitur Dei cognomen, ita Spiritui Sancto nusquam apertè; etiamsi pòst orthodoxorum pia curiositas, idoneis argumentis comperit è sacris literis, in Spiritum Sanctum competere quicquid Filio tribuebatur, exceptâ personarum proprietate: sed ob impervestigabilem rerum divinarum obscuritatem in nominibus tribuendis erat religio: de re divina nefas esse ducebant aliis verbis loqui, quàm sacræ literæ loquerentur, & publica ecclesiæ traderet autoritas. Spiritum Sanctum legerant, Spiritum Dei legerant, Spiritum *Christi* legerant. Didicerant ex Evangelio, Spiritum Sanctum non sejungi à Patre & Filio. Docentur enim Apostoli baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Servant trium personarum consortium solennes illæ preculæ, ex antiquissimo ecclesiæ ritu nobis relictæ, breves juxtà ac doctæ, in quibus Pater rogatur per Filium, in unitate Spiritus Sancti. Pater frequentissimè Deus vocatur, Filius aliquoties, Spiritus Sanctus exertè nunquam. Atque hæc dixerim, non ut in dubium vocem, quod nobis è divinis literis patrum orthodoxorum tradidit autoritas, sed ut ostendam quanta fuerit antiquis religio pronunciandi de rebus divinis, cùm sanctiùs etiam eas colerent, quàm nos, qui huc audaciæ prorupimus, ut non vereamur Filio præscribere, quibus modis debuerit honorare matrem suam. Audemus Spiritum Sanctum appellare Deum verum, ex Patre Filióque procedentem, quod veteres aliquandiu non videntur ausi: sed iidem non veremur illum subinde nostris sceleribus ex animi nostri templo deturbare, perinde quasi crederemus Spiritum Sanctum nihil aliud esse quàm inane nomen. Quemadmodum plerique veterum, qui summa pietate colebant Filium, tamen homusion dicere verebantur, quòd ea vox nusquam in sacris literis haberetur. Adeo prior fuit ecclesiæ profectus in puritate vitæ, quàm in exacta cognitione divinitatis; nec unquam plus accepit dispendii, quàm quum in eruditione philosophica, demum & in opibus hujus mundi quàm maximè promovisse videbatur: non quòd per se malæ sint opes, sed quòd plerunque involvant hominem curis hujus mundi. Nec per se mala est eruditio, sed plerunque gignit factiones ac dissidia. Prætexitur fidei catholicæ defensio, & interim admiscent sese affectus privati, & sub *Christi* titulo *Satanæ* negotium agitur. Non quòd tale quippiam suspicer de *Hilario*, quale certò comperimus in quibusdam hujus ætatis; sed tamen quum viveret, homo erat: non carebat humanis affectibus: falli poterat, corrumpi poterat. Ejectus erat, ac damnatus erat per *Saturninum*: apud *Phrygas* Barbarie nobiles exulabat annos aliquot: urgebat modis omnibus *Ariana* factio. Hæc aliáque permulta poterant etiam boni viri affectibus imponere, sub specie pietatis.

A Non inficior execrandam hæresim [illegible] am, si fanari non posset. Sed illud [illegible] dum, nè erroris unius odio, devolvam [illegible] errorem, eámque fervemus animi [illegible] nem, nè simultas nobis persuadeat, esse [illegible] quod rectum est; esse dulce, quod amarum est, & contrà. Id si nulli ferè veterum non [illegible] parte accidit, equidem non deprecabor [illegible] ocioso notam, qui hæc admoneam. [illegible]

B dum nimis acriter pugnat adversùs eos, qui plus satis tribuebant Matrimonio, delatus est in [illegible] ram foveam, damnans quod *Christus* [illegible] & exigens quod *Christus* non exegit, [illegible] *Hieronymus* tanto ardore pugnat adversùs eos qui Matrimonium efferebant, cum injuria Virginitatis, ut ipse sub iniquo Judice vix posset [illegible] causam; si reus fiat parum reverenter [illegible] conjugii ac digamiæ. *Ambrosius* [illegible] oppugnat illos, qui passim digni & [illegible] C riebant ecclesiæ fores, plus satis [illegible] disciplinæ ecclesiasticæ, in diversam [illegible] lum. Divus *Augustinus* adversùs [illegible] ro studio dimicans, alicubi nimis [illegible] arbitrio, quàm tribuendum putat qui [illegible] scholis regnant Theologici. Possem [illegible] neris exempla permulta commemorare, [illegible] ex recentioribus, sed præstat, opinor, [illegible] diosa non esse admodum copiosum. De *Hilario* nunc agimus, qui tum ob vitæ [illegible] D tum ob insignem eruditionem, tum ob [illegible] tiam admirabilem ævi sui lumen fuit. [illegible] stomacho sævit in *Arianos*, idemidem [illegible] abolos, blasphemos, satanas, pestes, [illegible] eos appellans, jam enim leve est [illegible] gnomen? Et tamen probabile est [illegible] rectionis homines fuisse, quibus persuasum [illegible] hoc quod de *Christo* prædicabant, verum ac [illegible] esse. Dogma magnis ac multis autoribus [illegible] tur: suffragabantur in speciem aliquot [illegible] E pturæ divinæ: nec deerant rationes [illegible] lam veri speciem præ se ferrent. Accedit [illegible] ris autoritas, & præter hunc ingens [illegible] um numeris, cui merito fuisset accedendum, si semper melior pars esset quæ major. Poterat certamen erat de rebus longè supra [illegible] ingenii captu. Monendum ac docendum [illegible] fuissem, si quis cum *Ario* sensisset, non [illegible] nus appellâssem satanam aut [illegible] Enim si hæc torquenda sunt in eum, quem [illegible] F alicubi, quid faciemus, præterea [illegible] fiæ doctores, ipsi huic *Hilario*, qui [illegible] videtur, *Christo* fuisse corpus, quod [illegible] pax non esset: famem, sitim, lassitudinem, [illegible] que hoc genus affectiones non fuisse [illegible] eo, sed assumptas? Nam hoc plane [illegible] nens Psalmum LXVIII, qui in synodo [illegible] anathema in illum, qui negaret solum [illegible] nascibilem Deum dici, quasi Spiritus [illegible] Deus non sit, aut nascatur & ipse à Patre. [illegible] G catisetur in synodis *Hilarium* recitatorem [illegible] rum sententiarum, non etiam autorem, [illegible] suo nomine libro *De Trinitate* XII, [illegible] lum Patrem Deum innascibilem esse, [illegible] um genitum, non creatum, Spiritum [illegible] proficisci ab utroque, ut nec natus dici [illegible] tamen admittendus sit in nomine [illegible] quidam Filio tribuebant, creaturam [illegible] lantes, cùm nos non nisi [illegible] mus

tum in Spiritu sancto, quàm in Patre aut in Filio. Et quum aliis, tum libro *De Trinitate* octavo, eandem contentione defendit, nos quoque cum Filio & Patre unum esse naturâ, non adoptione, neque consensu tantùm. Rursus ejus operis libro nono, sed magis libro decimo, sic loquitur de corpore *Christi*, ut sentire videatur *Mariam* Virginem præter concipiendi, gestandi, & pariendi ministerium nihil addidisse de suo, quum orthodoxi credant *Christum* ex opificio quidem Spiritus, sed ex substantia virginei corporis concepisse. Quin & alia loca sunt, quæ civilem & commodum requirant interpretem. Quam autem legem in se statuit, qui sic sævit in alios? Hæc aequanimi ideo nobis dicuntur, ut sanctissimi doctissimique viri gloriam obscuremus, famamque sugillemus, sed ut hujus temporis Episcopos ac Theologos admoneamus, nè quid tale finant ipsis subrepere, quale videmus summis alioqui viris accidisse. Primum Evangelicæ simplicitatis est, factum factaque candidè interpretari. Deinde, si quis lapsus est qui dissimulari non potest, non ilicò sæviendum in eum qui lapsus est, quem nemo non labatur, sed admitendum ut, homine salvo, tollatur error: denique sic est admonendus proximus, quemadmodum nos admoneri cuperemus, si quid accidisset humanitus. Nunc videmus quosdam, qui in alienis libris nihil non calumniantur, qui rabie quâdam desæviunt in famam proximi, quum in ipsorum libris repetuntur manifestæ blasphemiæ in *Christum*. Sit hoc verum, nisi reipsa doceam in libellis quorundam, qui jam annis aliquot hinc atque hinc multi prodierunt, Pontificiæ majestatis [illegible] esse quàm, quæ dum impensè tuentur hominis dignitatem, apertam habent contumeliam in *Christum*. Hoc nisi res evicerit ipsa, sim ego vanus autor. Non damno studium illorum, qui sobriè defendunt Pontificis autoritatem, adversus quorundam seditiosam petulantiam: tametsi magoprùm sic efflorescere *Christi* gloriam, ut totius mundi gloriam obscuret, etiam si fieri possit *Petri & Pauli*, non modò *Romani* Pontificis. Sic enim obscurati, verè fuerimus gloriosi, si nos ex nobis nihil essemus, sed *Christus* esset omnia in omnibus. De paucis interim loquor, qui dum immodicè student hominis suam asserere dignitatem, non satis consulerunt dignitati *Christi*, cui soli debetur omnis dignitas. In his quum sibi ignoscant *Mevii*, tam feroces, tam immites, tam inique sunt adversus alios. Quod illic judicium esse potest, ubi tam impotens est odium? Semper quidem vertendus est gladius sermonis evangelici adversus omnes errores impios, & omni quod sunt, pede standum adversus hæreses suppullulantes: sed illam oportet primam esse curam nè reperiatur in nobis, quòd in aliis insectamur: deinde, nè corrupti privatis affectibus, quod bonum est, dicamus malum: quod dulce, amarum: quod lucidum, tenebrosum. Est enim hoc pertinaciæ pleraque mortalium ingeniis insitum, ut quod semel, quocunque casu pronunciaverint, nunquam non defendant, etiamsi compererint sese perperam pronunciâsse. Primum pudor obstat, is per contentionem proficit in pervicaciam, pervicacia tandem exit in rabiem: ita fit, ut dum utrinque crudescit pugna, utrinque veritas amittatur. Sublimiorius error dicitur, si quis Pontifici Romano nonnihil detrahat autoritatis. Cæterùm cur nemo commoveatur, quùm hunc quidem plus nimio tribuunt, insigniter impudentes, & turpiter adulantes? Si displicet falsitas, cur non ubique displicet? Denique cur asseverans Virginem matrem immunem à peccato originis, apud *Dominicales* hæreticus est, apud *Scotistas* orthodoxus? An non hæc palàm testantur corruptum judicium? An istud est sermonem divinum [illegible]; nam verbo *Paulino* libenter utimur. Sit igitur purus ac simplex ejus oculus, qui paratus ex oculo fratris festucam ejicere, sempérque nobis ob oculos versetur illius lenitas, qui quum solus omnium vacaret omni errore, tamen non extinguit linteum fumigans, nec baculum fractum comminuit. Sed hæc quoque tempestivius aliàs differentur. Proximus his locus habet Commentariis in *Matthæum*, sic enim appellat *Hieronymus*; alii Canonem appellare maluerunt, od id opinor, quòd carptim titulos aliquot exponat. Nec dubito quin hoc opus verterit ex *Origene*, adeo per omnia sapit *Originis* & ingenium & phrasim. Quum enim illic multa præclara doceat, quæ planè clamitant autorem ad nullum absolutum in divinis literis, tamen aliquoties in allegoriis superstitiosior est, interim & violentior, nimium in hoc intentus, ut destruat historicum sensum, quasi locus non sit allegoricus, illo incolumi. Nonnunquam in conjectando (nam & in hoc occupatus est) videtur aliquoties ingenio lusisse potius quàm rem seriam tractâsse. Videmus autem inter innumeros doctos, hoc vitii *Origeni* ferè in omnibus scriptis esse peculiare, qui vir utinam haberet multos cæterarum virtutum suarum æmulos, ut hac in parte quosdam habuit etiam *Latinos* sectatores. Porrò, commentarios quos edidit in *Psalmos*, *Hieronymus* admonet ex *Origenis* commentariis imitatos esse veriùs quàm versos, præsertim quum ipse nonnulla de suo addiderit. Ea quæ sint, prudens lector non difficilè deprehendet. Sunt enim ferme ex his, quæ tot libris disseruerat adversus *Arianos*. Quòd autem ipse nusquam indicat quem sit secutus, non opinor ideo factum, ut dissimularet per quem profecisset, sed ut *Origenici* nominis invidiam vitaret. Quod idem ubique facit *Ambrosius*. Meminit hujus operis *Hieronymus* in præfatione secundi libri in *Micheam* citans *Hilarium*, qui quadraginta ferè versuum millia ex *Origene* verterit in *Psalmos* ad sensum. Mirum autem quo consilio *Psalmos* aliquot sibi sumpserit interpretandos, prætermissis reliquis, nisi fortè quia non contigit plenum opus *Origenis* nancisci. Scripsit autem quemadmodum recenset *Hieronymus*, in *Psalmum* primum & secundum, dein à quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, & rursus à centesimo decimo octavo usque ad extremum. Atqui nos plus habemus, quàm recenset *Hieronymus*, videlicet præter duos primos à *Psalmo* quinquagesimo primo usque ad sexagesimum nonum, rursus à centesimo decimo octavo usque ad finem, nisi quòd ultima pars abesse videtur in exemplaribus, extrema (ut suspicor) pagina, in manu descriptis codicibus, vel revulsa, vel detrita: quæ ferè perire solet non aliter quàm (quod est in proverbio) extrema faba. Ex quibus illud colligitur, quòd in *Psalmos* scripserat *Hilarius*, non totum pervenisse ad *Hieronymum*. Nam *Catalogum de claris Scriptoribus* edidit, *Hilario* mortuo, nè

nè quis causari possit, *Hilarium* addidisse quædam operi, post editum *Hieronymo* catalogum. Atque in his testatur sese ex nonnullis accepisse, quod scripsisset commentaria in *Canticum canticorum*; verùm negat hoc opus sibi conspectum fuisse. Nobis plura etiam interciderunt, videlicet Epistolæ quas scripsit ad diversos. Item liber Hymnorum: nam epistola quæ supereſt ad *Apram* filiam, nihil habet *Hilarii*, hymnus multò minùs, in quo nè carminis quidem ratio constat, quum *Hieronymus* alicubi testetur illum carmen scripsisse. Nos tamen utrunque addidimus, nè gustus deesset, si quis fortè vellet de his rebus judicare. Declarat hoc phrasis & compositio sermonis *Hilariani*, in carmine non infelicem fuisse. Et fortassis aliquot hymni, quos hodie canit ecclesia, non indoctos, sed incerti autoris, illius sunt: veluti hymnus *De ligno crucis*, cujus initium, *Crux fidelis: De Joanne Baptista*, cujus initium, *Ut queant laxis*. Desideramus & commentarios in *Job*, quos, ut indicat ibidem *Hieronymus*, ex *Origene* vertit ad sensum. Et extat quidem inter *Origenis* reliquias liber *Job* enarrator, cujus phrasis nihil habet affine cum *Hilariano* charactere. Quin & præfatio testatur, idem opus ab aliis nonnullis fuisse versum, sed neque bonâ fide, neque doctè, dum ex bene *Græcis* reddunt malè *Latina*, quum ipse qui hæc præfatur, re ipsâ declaret se fuisse hominem, qui nec *Latinè* sciret, nec ingenio aut eruditione valeret, sed qui tanto plus haberet arrogantiæ, quanto minus habebat peritiæ. Desideramus & eum librum, quem scripsit adversus *Salustium* præfectum, sive contra *Dioscorum* medicum, in quo videtur omnes ingenii facundiæque vires exeruisse. Declarat id divus *Hieronymus*, in epistola ad *Magnum* oratorem: *Brevi*, inquit, *libello, quem scripsit contra Dioscorum medicum, quid in literis posset, ostendit.* Desideratur & liber adversus *Valentem* & *Ursatium*, historiam *Ariminensis* & *Seleuciensis* synodi acta continens, nisi fortè hic synodorum libro admixtus est. Atque hactenus quidem de singulis ejus viri lucubrationibus attigisse satis est. Nunc in genere de laudatissimi viri dotibus pauca libabimus. Ac primum de vitæ sanctimonia quid attinet dicere, quum autoritas ecclesiastica jam olim eum divorum catalogo ascripserit? Quanquam alioqui & omnes viri libri mirum quendam pietatis ardorem spirant. Quanta verò fuerit nominis illius autoritas, vel hinc licet conjicere, quòd divus *Hieronymus*, qui penè contempsit *Augustinum*, nec ita multum tribuit *Ambrosio*, toties tanta cum veneratione citat *Hilarium*, alibi vocans eum *Orbis Deucalionem*, alibi *Latini sermonis turbam*, alibi *Latinæ eloquentiæ Rhodanum* appellans: nec uno in loco adversus calumniantes, quòd ipse *Origenicis* uteretur, huius exemplum veluti clypeum objicit, cui plenissimum testimonium reddit in epistola quadam ad *Marcellam*: *Tantum*, inquit, *virum, & temporibus suis disertissimum, reprehendere non audeo: qui & confessionis suæ merito, & vitæ industriâ, & eloquentiæ claritate, ubicunque Romanum nomen est, prædicatur.* Quid hoc elogio plenius? Nec minus honorificè meminit eius, in Commentariis, quibus enarrat *Esaiam*: *Sanctus* inquiens, *& eloquentissimus martyr Cyprianus, & nostri temporis confessor Hilarius, nonne tibi videntur excelsæ quondam in sæculo arbores ædificâsse ecclesiam Dei?* Quin & divus *Aurelius Augustinus*, non sine præfatione honoris autoritatem [illegible] in libris *De Trinitate*. Cæterum *Hebraïcæ* prorsus rudis fuit *Hilarius*, unde si [illegible] tigit, aut ex *Origenis* hausit fontibus, [illegible] feliciter attigit: siquidem enarrans [illegible] quempiam, admonet *Bresith* rectiùs verti [illegible] quàm *in principio*: quemadmodum refert [illegible] *nymus* in annotationibus quas scripsit *De Traditionibus Hebraeorum in Genesim*, quum reclamet [illegible] *ptuaginta* interpretum autoritas: ad hæc *Symmachi* ac *Theodotionis*, qui magno consensu veterum *ἐν ἀρχῇ* reclamet & ipsa sermonis *Hebraei* scriptura, quæ *Bresith* habet, quod *Aquila* interpretatur *ἐν κεφαλίδι*, id est, *in capitulo*, non *Babm*, quod interpretatur *in filio*. Dicitur autem & caput initium cujusque rei. Quâ quidem in re, non injuriâ quis desideret in *Hilario* constantiam, qui quum non uno in loco mirè prædicet *Septuaginta* translatorum autoritatem, à qua nefas putas latum, ut aiunt, unguem discedere, in hac voce non dubitaverit dissentire. Suspicor autem locum quem notat *Hieronymus*, esse in commentario quo tentat *Psalmum* secundum. Nam illic obiter annotat *Bresith Hebraïs* sonare tria, *in principio, in capite, & in filio*. Quumque vox ea variè reddita sit ab interpretibus, ille putat ab autoritate *Septuaginta* non esse recedendum. Sed insigniùs etiam lapsus est in *Osanna*, quàm vocem in commentariolo, quem scripsit in *Matthæum*, sic docet *Hebraïs* sonare, *Sanctificatio domûs David*; quum nihil sit in hac dictione, quod ullam habeat affinitatem cum hoc interpretamento, siquidem *Hebraïs* [illegible] dicitur *Pheduth*, *domus Beth*. Porrò, *Domus* quum sit eadem vox *Latinis*, *Græcis*, & *Hebraïs*, hìc non esse insertum, per se liquet omnibus, quemadmodum alicubi docet *Hieronymus*. Porrò *Græcas* literas tenuiter attigerat, si quidem *Hieronymo* credimus: cujus verba super hac re subscribam ex epistola quadam ad *Marcellam*, qui explanat *Psalmum* centesimum vicesimum sextum: *Nisi*, inquit, *quod non ejus culpa arcendum est, qui Hebraei sermonis ignarus fuit, Græcarum quoque literarum quandam aurulam cepera, sed Hebraeo presbyteri, quo ille familiariter usus est: ex quibus ea intelligere non poterat, quomodo essent ab Origene dicta quærebat. Qui, quoniam in hoc Psalmo commentatum Origenis invenire non potuit, opinionem magis insinuare suam, quàm inscitiam voluit confuti, quam ille sumptam claro sermone disseruit, & dilucida errorem disertius exequutus est.* Hactenus *Hieronymi* verba recensuimus, in quibus dum sedulò patrocinatur *Hilario*, satis odiosè tractat *Hieronymum*, præsertim quum id quod adfert, nihil aliud sit quàm divinatio. Sed, ut obiter hic patrocinemur *Hilario*, mihi non fit verisimile, virum tantum usque adeo fuisse credulum, ut in enarrandis divinis literis totus pependerit ex alieno judicio: nec adeo rudem *Græcæ* literaturæ, ut non potuerit ipse sensum deprehendere, præsertim in *Origene*, cujus sermo mirè perspicuus est: id quod facilè conjectari potest ex his quæ *Latine* versa supersunt. Quanquam non satis video, quid hic usque adeo divum *Hieronymum* offenderit. Nam quòd adfert, varias veterum interpretationes esse *Hebræo*, nihil ad *Hilarium* pertinet, qui semper ex professo sequitur *Septuaginta* versionem, qui hoc loco transtulerunt *ἐκτείνατε θύρας*. Cæterùm quod ait *Hilarium* interpretatum *filius excussorum*, [illegible] filii,

dabo, quòd justi sint pedum pulverem excutere in eos, qui non recepissent Evangelium, si quis attentiùs legerit commentarium *Hilarii* in *Psalmum*, *Nisi Dominus ædificaverit domum*, comperiet aliquanto secus habere. Nam, meâ sententiâ, vocat *Apostolos ac prophetas excussorum*, hoc est, *impiorum filios*, qui suâ culpâ rejecti sint à Deo, & excussi in execrationem, ob pertinacem incredulitatem. Cæterùm quod obiter duobus verbis meminit *de pulvere pedum excusso*, non huc pertinet, ut *Apostoli* dicantur *excussi*, sed ut *pulvis excussus* in incredulos *Judæos*, significet ipsos ob pertinaciter rejectam Evangelii gratiam excussos in reprobam mentem: id quod clariùs etiam explicat commentarios in *Matthæum*: *Et signa*, inquit, *pulveris pedibus excussi æterna maledictio relinquatur*. Referrem & ex *Psalmis* ipsius *Hilarii* verba, nisi longum esset ac molestum lectori, præsertim in Præfatione. Proinde res ipsa loquitur hîc *Hieronymum*, aut memoriâ lapsum esse, aut *Hilarii* commentarium parùm attentè legisse. Jam quòd probat *Hieronymus Marcellæ* commentum, quæ scripserit Apostolos fuisse filios excutientium potiùs, quàm excussorum, equidem non video quid sibi velit, nisi fortè quemadmodum *Græci* dicunt ἰατροῦ υἱὸς, id est, *medicorum filii*, pro *medicis*; ita dicti sunt *apostoli excussorum filii*, pro *excussis*: alioqui successores Apostolorum potiùs vocandi erant *excussorum filii*, si rectè nomine *excussoribus* intelligantur Apostoli. Nec absurdum est tamen excussos dici, qui se excusserint; quemadmodum loti dicuntur, qui se laverint; & cœnati, qui cœnaverint. Sic enim dicitur & *pulvis excussus*, & homo seu pes excussus, quemadmodum dicitur aspersa labes homini, & homo labe aspersus. Hæc obiter attingere visum est, non in hoc tantùm ut patrocinier *Hieronymo*, verùm etiam ut intelligamus olim non fuisse religionem sanctissimis viris, à quamlibet magnis autoribus dissentire. Præterea summos etiam viros aliquoties dormitare, quemadmodum hîc dormitavit *Hieronymus* in taxando *Hilario*. Amicus uterque, sed omnibus amicior esse debet veritas. Nunc ad aliud quod institueramus sese recipiat oratio. Quanquam facilè crediderim illum non ad plenum scisse *Græcas* literas. Etenim quod ad orationis concinnitatem attinet, felicior est in his quæ ex sese, suóque, quod aiunt, Marte scribit, quàm in his quæ vertit, cum in his quæ vertit, demior ac sanior sit in sententiis: idque suspicor in causâ fuisse, nè quid susciperet vertendum, nisi cum hâc libertate, ut suo arbitratu redderet sensum, omissis etiam aut additis quæ videntur. Nam id tutius semiperitis eius sermonis unde transferunt. Sumpsit idem juris sibi *Pogius* in vertendo *Diodoro Siculo*: sumpsit sibi *Ruffinus* in vertendis penè singulis quæ transtulit, præsertim in libris *Origenis*, & *Eusebii Cæsariensis* historia. Verùm hæc non est libertas interpretis, sed licentia potiùs contaminantis aliena scripta. Quanquam *Hilarius* nusquam interpretem profitetur, præterquam in Synodis, nihilo magis quàm *Ambrosius*, qui sua ferè hausit ex *Origenis* lucubrationibus. Mihi lapsûs videtur ex occasione Græci sermonis, quum distribuens suam cuique personæ proprietatem, æternitatem assignat Patri, imaginem Filio, usum Spiritui sancto. Fortasse *Græcè* legit, τὸ χρηστὸν, sive χρηστότητα, atque ea dictio *Græcis* dicta est ἀπὸ τῆς χρείας, hoc est, *ab usu*: unde & χρήσιμος dicitur *aptus & commodus ad vitæ consuetudinem*: ἀχρεῖος *inutilis*. Cæterùm χρηστὸν, sive χρηστότης *Græcis* non tam sonat *usum* sive *utilitatem*, quàm *benitatem*, *clementiam*, *suavitatem*, sive, ut frequenter vertunt, *benignitatem*. Potentia Patri tribuitur, sapientia Filio, bonitas Spiritui sancto. Quem locum citat *Augustinus* in opere *De Trinitate*, nonnihil laborans in exponendo quid sibi velit nomen *usûs*. Cæterùm utcunque hoc habet, quum divus *Hilarius* non admodum *Græcè* calluerit, tamen operæ precium est videre in *Psalmis*, quàm anxiè philosophetur in dictionibus *Græcis*, nunc proprietatem & emphasim diligenter indicans, nunc quiritans, à *Latino* interprete non satis commodè redditam *Græci* sermonis sententiam, nunc amphibologiam amovens ex verbis *Latinis*, *Græci* sermonis præsidio. Et ubi sunt interim isti, qui negant in literis sacris ullum esse usum *Græcarum* literarum? Ubi sunt isti Cameli verùm quàm homines, qui blaterant ex *Græcis* literis nihil aliud oriri quàm hæreses? Et quum hæc vociferentur in publicis concionibus, miramur si quibus videntur elleboro egere. Quin & translatio quâ utitur, diversa est ab hac quæ nunc vulgo recepta est. Porrò, quum *Cypriano* sua sit translatio, quum *Augustino* sua, quum *Ambrosio* sua, quum *Hilario* sua, quum *Tertulliano* sua, ab omnibus diversa, satis apparet olim nullam fuisse communem omnium. Minutiora fortasse videbuntur, quàm ut sint indicanda, voces quasdam & orationes esse huic peculiares, præter publicam consuetudinem *Latinè* loquentium. Nam his pronominibus, *sui* & *sum*, duriùs subinde utitur. Item *tecum*, & *camillis*, usurpat pro eo quod erat, *juxta tuam*, *juxta illorum opinionem*. Nam *intimare* pro *significare* repetitur & apud alios, sed recentiores. *Disproficit* aliquoties usurpat pro *degenerat*, sive *in pejus proficit*. *Zabolus* pro *diabolo* non apud hunc tantùm invenitur, & ex antiquitate ductum videri potest: quæ non solùm in dictionibus compositis, verùm etiam extra compositionem ζὰ usurpabat pro διὰ. *Græcas* aliquot, aut *Hebraicas* voces usurpat nonnunquam juxta *Latinam* inflexionem, nonnunquam juxta *Græcam*. *Rheumam* alicubi dicit pro *rheumate*, quasi dicas, *rheuma rheume*, ut *musa muse*. *Paschan* alicubi dicit & *mannam*. Rursùs alicubi dicit *diapsalmam*, & *diapsalma*, alias *diapsalma* & *diapsalmatis*. Est ubi manifestarium deprehendas solœcismum, sed quales solent nonnunquam & eruditissimis obrepere, adeo ut & in *Ciceronis* libris unum atque alterum deprehendas, nè quis continò mendum esse suspicetur, & rasuram paret. Referrem aliquot exempla, nisi suis locis annotâssem in spacio marginali, quanquam & alioqui non difficile cuivis fuerit ex Elencho reperire. Enarrans *Psalmum* centesimum vicesimum quartum, scribit hunc in modum: *Póstque conversio sit prophetæ, retributionem à Domino ei qui ab iniquitate manûs abstinuerit imprecantis: Bene fac Domine bonis & rectis corde, probitatem & voluntatis & factûs in utroque significans.* Sic enim subjecit *significans*, quasi præcessisset: *Póstque conversio prophetæ, retributionem imprecatur*, &c. Et hujus generis sunt fermè cæteri: sive hoc accidit humano lapsu, quales deprehenduntur & in *Cicerone*: sive à *Græcis* mutuatus est, qui sic paternum casum ponunt absolutè, quemadmodum nos ablativum, & rectum casum usurpamus interdum loco paterni.

paterni. Hoc vitium quod *ἀναδιόνυσον Graci* vocant, potissimùm accidit his, qui longo circuitu vix tandem absolvunt orationem, quique magis circa rem, quàm circa verba sunt intenti. Quod genus, si quis dicat, *Non licuit ad te scribere*: post multis in medio interjectis, tandem subjiciat, *variis negotiis occupatus*: quasi præcessisset, *Non potui ad te scribere*. Hoc à veteribus factum nos citra culpam imitamur, dicentes: *Non sum id nescius: Quoties ejus diei mihi venit in mentem: Id annus mihi indicium fecit*: Perinde quasi pro *Nescius sum*, dixisses *Nescio*: pro *Venit in mentem, Recordor*: pro *Indicium fecit, Indicavit*. Similis locus est, sed hoc evidentior, in enarratione *Psalmi* centesimi quadragesimi primi: *Corpus enim quod cruci affixerant contuentes, potestatem animæ, quæ se signis & factis Deum probaverat, nemo quærebat*. Hic rursus *contuentes*, positum est pro eo quod erat dum contuentur. Atque hæc exempli gratiâ retulisse sufficerit. Sed næ ego insigniter impudens, qui lectorem avidum, tam loquaci præfatione remorer à lectione divini operis. Desinam igitur, si prius unum illud abs te petiero, Præsulum optime, ut hoc quicquid est laboris, tuo dicatum nomini, mei erga te studii pignus ac monumentum esse velis. Quid præstiterimus, aliorum esto judicium. Certè magnis sudoribus adnixi sumus, ut *Hilarius* unicum illud *Galliarum* lumen, aliquanto castigatior ac nitidior exiret in manus hominum. Prodibit autem & gratiosior, si tuus acceserit favor, cujus prima est apud omnes autoritas, cujus integra syncerâque judicia, nulli non perspecta sunt. Nimirum respondes egregiæ *Corondiletica* gentis indoli, cujus felix fœcunditas, nobis præter eximium illum *Burgundiæ* cancellarium multos dedit, quorum ego quinque novi, viros non minus humanos quàm integros, omníque genere ornamentorum cumulatos. Vides igitur quid vener, nimirum ut ex *Carondiletici* nominis splendore, nonnihil favoris conciliem *Hilario*, quem oportet omnibus sacræ doctrinæ studiosis esse commendatissimum. Video enim quosdam præ novis libellis, qui nunc undiquaque provolant, veteres autores fastidire: in tantum, ut & *Origenem* & *Hieronymum* veluti sexagenarios, quod est in proverbio, de ponte deturbandos existiment. Ego verò ut non arbitror aspernandum, si quid horum temporum ingenia, vel excogitârint vel instaurârint: ita mentis est improbæ, veruſtati non suum deferre honorem: ingratæ verò etiam, eos rejicere, quorum industriæ tantum debet orbis *Christianus*. Quid enim nunc possemus in sacris literis, nisi *Origenis, Tertulliani, Chrysostomi, Hieronymi, Hilarii, Augustini* monumentis adjuti? Ego verò nec *Thomæ* nec *Scoti* libros in totum antiquandos esse duco. Scripsere suo seculo, multáque nobis è veterum libris hausta, subtiliùs excussa tradiderunt. Cæterùm nec istorum incivilitatem approbo, qui huic autorum generi tantum tribuunt, ut bonis literis feliciter ubique repullulantibus obstrependum putent. Variæ sunt ingeniorum dotes: multæ seculorum varietates sunt: quod quisque potest, in medium proferat: nec alteri quisquam invideat, qui pro sua virili, suóque modo conatur publicis studiis utilitatis aliquid adjungere. Veteribus debetur reverentia, præsertim quos præter eruditionem & eloquentiam, vitæ quoque commendat sanctimonia; sed ita, ut cum judicio legantur: recentioribus [illegible] dor; ut absque invidia legantur, [illegible] tamen. Absit autem ubique rabiosa [illegible] pacis & concordiæ pestis: nec absit [illegible] Gratiæ, quas Musarum comites non [illegible] xit antiquitas. Amplitudinem tuam [illegible] incolumem servet is, sine quo nihil esse [illegible] vum, Præsulum ornatissime. *Basileæ*, [illegible] nuariis, Anno à natali *Christi* Millesimo quadragentesimo vigesimo secundo.

In ARNOBIUM.

Adriano hujus nominis VI. Pontifici Romano nuper electo Erasmus Rot. S. D.

QUum facilè divinarem, beatissime pater, quantâ gaudiorum ambitione [illegible] *Roma* foret exceptura longè gratissimi Pontificis adventum, præsertim tot jam mensibus desideratum, ratio mihi quæsita est, ut inter tot millia gratulantium, inter tot acclamantium & applaudentium agmina, inter tubarum voces & bombardarum tonitrua, tamen humilem, etiã vocem denique procul etiam absentem non omitto tantum agnosceres *Erasmum*; ut quondam tua doctrinæ Theologicæ auditorem, & integritatis admiratorem, ita nunc tuæ sollicitudinis Apostolicæ oviculam. Sic *Zacheo* pusillo quæsitum sycomori præsidium, ut videret *Jesum* & ab eodem videretur. Imò non tam hæc ratio mihi quæsita est quàm ultrò oblata. Benignitas enim Domini *Jesu*, cujus peculiari voluntate ad illius munera ascitum esse te persuasum est omnibus, quam pollicita sit inventuros eos qui quæsissent, mihi non quærenti, organum, ni fallor, aptissimum obtulit, quo tibi gratulationis officium, haud quidem vulgari more persolverem. Obtulit enim *Psalterium Davidicum*, digitis *Arnobii*, perissimi Psalmistæ, meâ sententiâ dulcissimè resonans. Et si quid faciunt ad magnificentiam, tædarum ac funalium flammæ, habet hoc organum non solùm efficacem & amabilem piis auribus tinnitum, verùm etiam habet & ignem suum, habet suas faculas, de *Christi* igne lucentes, quem ille venerat spargere in terras. Hoc ut longè magis decorum est sanctè Theologo & integerrimo Pontifici, ita non dubito quin sit & multò gratius futurum animo tuo, quàm lituorum cantus, aut tormentorum ærearum crepitus, aut inconditæ populi tumultuarii acclamationes. Sed nè molestus sim antegnatis, rem ut habet simpliciter eloquar. Eodem fermè tempore, quo huc rumor omnibus lætissimus allatus est, te magno consensu Cardinalium ascitum ad Pontificii *Romani* culmen, missi sunt ad nos è venerabili collegio ac disciplinæ regularis nomine cum primis commendato, quod inter *Vvormaciam Vangionum* civitatem & *Spiram Nemetarum* urbem situm, vulgo dicitur *Frankental*, Commentarii in *Psalmos Davidicos, Arnobii* titulum præ se ferentes. Qui mittebant, non confidebant placituros, vel quòd jejuni viderentur, vel quòd impolito sermone passim manifestionis solœcismis scatentes. Verùm simulatque degustandæ lectionis gratiâ, unam atque alteram paginam evolvissem, sensi protinus non illam esse vulgarem infantiam, sed expolitissimam impolitiam, & copiosissimam breviloquentiam. In verbis [illegible] contur

damnavit esse parsimoniam ac neglectum, in sermonis amplissima splendidissimaque esse omnia. Quoque sum aliquis ingressus, hoc magis mihi crevit admiratio, ut planè sentirem mihi thesaurum quempiam infignem oblatum, sed ut *Paulo* more dictum, in vasculo fictili. Cœpit me semper facere, in autoribus etiam sacris sermonis mundities, & offendic balbuties. At utinam nobis contingat plures, qui de mysteriis scripturarum sic balbutiant, ut hic *Arnobius*, tantâ luce, tantâ evidentiâ, tam fecundâ brevitate, tantâ denique sanctimoniâ. Sed nè sermonis incondidi, multisque locis solœci præjudicium operis autoritatem ceret, præsertim apud eos qui ex orationis viriis, prudentiam etiam aut eruditionem æstimare solent scriptoris, priusquam aggrediar de laudibus autoris & operis dicere, primum illud lectorem admonitum volo, quicquid hic est solœcismorum, non esse profectum ab insciția, sed à judicio, nec homini imputandum, sed tempori. Quum enim *Arnobium* eloquentiæ professione clarum fuisse constet, etiam antequam fidei nostræ mysteriis initiaretur, quúmque *Lactantius* discipulus sris declaret, quam non infans fuerit ille præceptor, quúmque catechumenus scripserit eloquentissimos libros adversus gentes, *Tertullianum* imitatus, quemadmodum hunc imitatus est *Lactantius*, non potest imperitiæ videri, quòd in hoc opere tot solœcismi comperiantur, præsertim adeo manifesti, ut vix *Hoeot* & *Britos* solœcisset crassiùs. Nec est, quòd hinc suspicemur hunc *Arnobium* esse diversum ab illo, cujus opus *adversus Gentes*, etiam ob orationis elegantiam laudatur. Idem scripsit, sed non scripsit iisdem. Illud opus scripsit eruditis, hoc scripsit vulgo. Constat autem apud *Hispanos*, *Afros*, *Gallos*, reliquásque *Romanorum* provinciias, sic sermonem *Romanum* fuisse vulgo communem, ut *Latinè* concionantem intelligerent etiam cerdones, si modò qui dicebat, paululum sese ad vulgarem dictionem accommodâsset. Declarant hoc conciones ac disputationes quædam *Augustini* apud populum habitæ, quas ex ipsâ re constat non ab *Augustino* scriptas fuisse, sed à notariis exceptas, qui non solùm retulerunt in scriptum quod dicebatur, sed etiam quod agebatur. Quos siquis postulet sibi cen digito commonstrari, unde hujus rei possit experimentum certum capere, legat disputationem *Augustini* cum *Maximino*, & conferat initium disputationis à notariis exceptum, cum ejus operis fine, quem ipse descripsit, quod *Maximinus* se subdidisset disputationi. Legat duas conciones, quibus expurgat famam de clericis suis sparsam in populo; Legat orationem, quâ ex populi suffragiis sibi designat Episcopum successurum, & in cæteribus negotiis futurum vicarium; Legat cantionem adversus *Donatistas*, quam vulgo canendam linguæ vulgari descripsit. Hæc si quis conferat cum his quæ scripsit eruditis, veluti *De Trinitate*, *De Civitate Dei*, facilè colliget quantum intersuerit inter sermonem eruditorum & imperitæ multitudinis. Ac nè *Romæ* quidem eo tempore quo maximè florebat ea lingua, omnes loquebantur quemadmodum loquebatur *Cicero*. Et jam tum vulgus usurpabat sibi quædam suo jure, quæ docti damnabant. Dixerit aliquis, Quid venit in mentem *Arnobio* viro facundissimo, ut hos commentarios plebeiæ linguæ committere voluerit?

A Primùm, olim nihil erat popularius *Psalmi Davidici*, adeo ut hinc & arator aliquid modularetur ad stivam, & nucleus ad clavum, & nauta ad remum, & fullo ad glebam, & textor ad stamen, & uxor ad colum. Denique infantes hinc aliquid gestirent cantare nutrici, priusquam fari possent. Tantus amor olim habebat omnes hujus divinæ musicæ, quam nunc plerique fastidiunt etiam sacerdotes. Proinde voluit *Arnobius* ab omnibus
B intelligi, quod videbat cantari ab omnibus. Persuasit hoc illi *Christiana* charitas, quæ studet prodesse quàm plurimis. Maluit balbutiens utilitatem afferre multis, quam eloquentiæ laudem auferre apud paucos. Et hanc linguam popularem intelligebant & eruditi, ut nec illis periret fructus mysticæ cognitionis, quo percepto non oportet orationis phaleras flagitare. Adjiciam & alteram causam ex meâ suspitione, ut ego quidem arbitror, non improbabilem. Refert divus *Hieronymus*
C in Appendice quâdam, quam attexuit chronicis *Eusebii Cæsariensis*, hunc *Arnobium* quum ethnicus adhuc in civitate *Sicca* juventutem instituoret ad declamandum, in somniis adactum fuisse ut flagitaret baptismum. Quúmque non impetraret ab Episcopis quod petebat, quòd illis persuaderi non posset illum syncero animo velle profiteri religionem, quam hactenus impugnâsset, eluebravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros, atq; his tandem velut obsidibus datis, pietatis fœdus impetravit. Porrò, nè quid
D suspitionis etiam hæreret in animis simplicium *Christianorum*, qui superbam illam & artificio fucatam eloquentiam vel oderant, vel habebant suspectam, in his Commentariis deposuit omnem rhetoricæ ærepitum, seséque ad infimæ plebis orationem dejecit, quo declararet sese toto pectore *Christianum* esse. Nam opus hoc suscepit jussu duorum Episcoporum, *Rustici* & *Laurentii*, quemadmodum ipse testatur suâ Præfatione. Atque
E hoc factum obedientiam vocat, ut conjectura sit, aut catechumenum loqui, aut certè recens *Christianum*. Proinde si quis reputet, quibus ista scribat *Arnobius*, non debet videri solœcismus, si quid inciderit diversum à consuetudine loquentium emendatiùs, imò solœcismus erat nisi sic fuisset loquutus. Veluti si quis vulgo *Romanorum* hodie loquatur, quemadmodum olim loquutus est divus *Gregorius* quum adhuc esset sermo popularis incorruptior; aut si quis apud *Hispanos* verba faciF *em*, secus loqueretur quàm habet publica illius gentis consuetudo, duplex incommodum lucri faceret: Primùm, non intelligeretur ab iis quibus loqueretur: Deinde ut Barbarus offenderet ac rideretur. Quare scriptoris hujus exemplum nihil suffragatur his, qui quum scribant literatis, & eâ linguâ quæ temporibus his nihil habet commercii cum populo, tamen laudi quoque sibi verti volunt, quòd ineptis sensiculis sermonis ineptiam vincunt. Nam præcipua vis eloquentiæ in rerum
G inventione sita est. Quanquam hunc quoque non est fastidienda in scriptore *Christiano* munda simplicitas, modò sicut absint phaleræ, lenocinia que, sic absint & sordes. Neque enim *Arnobius* si nunc scriberet iisdem uteretur solœcismis, sed aut planè *Gallicè* scriberet, si vulgo *Gallorum* scriberet; aut purè *Latinè*, si scriberet literatis. Nimirum hujus generis erat Apostolorum sermo, quo nobis novum Testamentum literis prodiderunt.

runt. Sic tum aurigæ loquebantur & nautæ. Talis erat sermo, quo primùm in linguam *Latinam* translati sunt novi Testamenti libri, in quibus si qui solœcismi nunc offendunt aures literatorum, magis ascribendi sunt illorum temporum receptæ consuetudini, quàm interpretum imperitiæ. Sed ut tum expediebat sic scribere, quia populo scribebatur; ita nunc ineptum sit affectare solœcismos, qui nec illiteratis prosint, & literatos offendant, & rem obscurent, & autoritatem scriptoris elevent. Cæterùm ut satis constat, populum corrupisse *Romani* sermonis puritatem, ita verisimile est apud alias nationes, aliisque temporibus aliter fuisse corruptum. Certè duo quædam deprehendimus in hisce Commentariis, quæ divus *Aurelius Augustinus* testatur ætate suâ vulgo corruptè solere pronunciari. Nam in Commentario *Psalmi* centesimi tricesimi octavi, *ossum* pro *os*, unde ducitur paternus casus *ossis*, & multitudinis casus *ossa*: Et *floriet* pro *florebit*, non semel ab hoc positum est, & ita, ut satis appareat non esse casu factum: & quum dixisset *os*, velut interpretans populo, adjecit, id est, *ossum*. Utriusque rei meminit divus *Aurelius Augustinus* in opere cui titulum indidit, *De doctrina Christiana*. Siquidem libri tertii capite tertio scribit hunc in modum, de vocibus ambiguis differens: *Nam quod scriptum est, Non est absconditum à te os meum, quod fecisti in abscondito*, non elucet legenti, utrum correptâ literâ *ŏs* pronunciet an productâ. Si enim corripiat, ab eo est quod sunt *ossa*. Si autem producat ab eo quod sunt *ora*, intelligitur numerus singularis. Sed talia linguæ præcedentis inspectione dijudicantur. Nam in *Græco* non στόμα, sed ὀστέον positum est. Unde plerumque consuetudo loquendi vulgaris utilior est significandis rebus, quàm integritas literata. Malim quippe cum Barbarismo dici, *non est absconditum abs te ossum meum*, quàm ut ideo esset minùs apertum, quia magis *Latinum* est. Idem libro secundo capite XIII. de vitiis sermonis disputans: *Illud*, inquit, *etiam quod jam auferre non possumus de ore cantantium populorum: Super ipsum floriet sanctificatio mea, nihil profectò sententiæ detrahit. Auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non floriet, sed florebit diceretur; nec quicquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantantium.* Ex his colligere licet hos Commentarios & *Afris* fuisse scriptos, & priscis illis temporibus fortassis præstiterit & alios aliquot barbarismos indicare, quo minus offendatur præmonitus lector, quum inciderint, néve statim mutet scripturam à librariis depravatam suspicans. *Pœnitemini* verbum, non rarò usurpat deponentaliter. Item *tribulantes* frequenter ponit pro iis qui affliguntur, non qui affligunt. Similiter *confundentes* pro *erubescentes*, quasi *tribulari* & *confundi* deponentia verba sint non passiva. *Hoc flos*, & *hoc ros* constanter pronunciat genere neutro, nimirum ad formam *os oris*. Carendi & utendi verbo adjungit accusativum. *Hæc manna mannæ* inflectit, ut nos *anna annæ*. *Græcorum* exemplo sæpenumero nominativum ponit absolutè loco ablativi, velut in Commentario *Psalmi* centesimi decimi quarti, & *Psalmi* octogesimi quarti. Nonnunquam adjungit casum, non quem recipiunt ea verba quibus utitur, sed quem admittit verbum quod circumloquitur, veluti *Psalmo* octogesimo octavo: *Memor esto Apostolos* pro *memento Apostolos. Ad-*

tropare dixit alicubi, voce nimirum [illegible] poris vulgatâ magis quàm probâ, [illegible] erat *per Tropologiam applicare*. Hanc [illegible] *ratura*, quæ *Tertulliano* peculiaris [illegible] nunquam & apud hunc invenies, qui [illegible] præcessit *Arnobium*, ita gentis [illegible]. His non dissimilia quædam obvia sunt in libris *Augustini*, maximè iis, quibus loquutus est apud populum, velut *subdiaconus* & *diaconus*, & *baptismum* genere neutro. Hæc referre visum est, nè cui fordescat opus eruditum juncta impium, ob hæc & hujusmodi sermonis vitia, quæ apud eos quibus tum scribebat adeo vitia non erant, ut si secus dixisset, habitus fuisset barbarus. Poteram mutatâ phrasi & adjectis paucis exiguo labore totius operis gloriam in me transferre; sed primùm illud semper alienissimum fuit à moribus meis, alieni meriti gratium mihi fabricari. Deinde visus est *Arnobius* indignus, qui hac portione laudis apud posteros fraudaretur. Interciderunt illi laudati libri, quibus pugnat adversus Gentes. Saltem hoc superest illius totius *Hieronymo* laudati ingenii monumentum. Atque hujus quidem operis in *Catalogo Scriptorum* [illegible] non meminit *Hieronymus*. Fortassis in causa fuit, quòd is liber, ut vulgo scriptus, tantum in *Africa* circumferebatur, aut notior erat, omnibusque manibus tritior, quàm ut *Hieronymo* putaret recensendum. Ita rebus nonnullis nimia celebritas oblivionem induxit. Hâc nimirum ratione nunc desideramus titulos operum *Origenis*. Simili casu fueramus ignoraturi libros *Tertulliani*, nisi nuper aliquam partem felicior studiis Deus prodidisset. Proferam & aliud argumentum, unde præter stili conjecturam possis antiquitatem scriptoris colligere. Aliquot hæreticorum per occasionem meminit, *Manichæi*, *Novati*, & *Arii*; sed nullius, cujus ætas posterior fuerit ætate *Arnobii*. Nam *Arianam* hæresim apparet hujus ætate fuisse exortam. Floruit enim sub Imperatore *Diocletiano*, circiter annum orbis redempti trecentesimum vigesimum nonum. Cæterùm nec *Donatistarum*, nec *Pelagianorum* meminit, quum utraque pestis hæc exorta sit in *Africa*, quorum priores hoc defuncto, aut admodum sene exortos apparet; alteros ætate *Augustini* constat extitisse. Et tamen *Arnobius* hic uno atque altero loco disputat *De libero arbitrio*, ubi non tacuisset *Pelagium*, si ille fuisset antiquior. Quum igitur demonstratum sit in his quæ sola poterant offendere, nihil esse quod debuit quenquam offendere, quum & autorem tantopere nobis commendet *Hieronymi* autoritas, quum opus ipsum tanta commendet antiquitas, nunc paucis aperiam quæ me tantopere rapuerint in hujus voluminis admirationem. Primùm illud in confesso est, inter omnes sacræ scripturæ libros, nullum esse mysteriis abstrusioribus plenum, quàm librum *Psalmorum*, nec alium esse majoribus tenebris operatum verborum ac sententiarum. Atque in tali argumento simul & brevem esse & dilucidum quod hic utrunque mirè præstat, mihi videtur hominis pariter & exquisitæ facundiæ, & penitùs intelligentis rem de qua loquitur. Nullus enim paucis explicat, quæ parum intelligit. Nullus tam obscura tam dilucidè posset efferre, nisi dicendi rationibus omnibus exercita tissimus. Nusquam est peritionum ac digressionum ambagibus molestus, sed

sed ubique præclarus artifex festinat; & in medias res, non secus ac notus auditorem rapit, quod in *Homero* laudavit *Flaccus*. Nec usquam est ambitiosus in citandis sacrorum voluminum testimoniis, sed totus sermo velut ex emblematis ac reflexis arcanæ scripturæ concinnatus est; ac frequenter ita contexit *Psalmi* quem exponit versus aliquot, ut paucis verbis additis, etiam illa lucem habeant, quæ non interpretatur, sed ita refert, ut perpetui sibique cohærentes sermonis tenor suam habeat gratiam. Jam quod in perspicuis etiam argumentis difficillimum est, sic docet aperte, ut nihil sinat frigere ab affectibus. Plus indicat oratio quàm loquitur, ac properans multum & cogitationum & aculeorum relinquit in animo, ut nescias utrum prius in te efficiat, ut intelligas, an ut rapiaris. Jam hoc non solùm est eruditi, verùm etiam amantis quod docet. Si quid incidit, quod ex reconditis antiquarum rerum historiis, aut ex eorum libris qui de naturis animantium, aliarúmve rerum scripsêre, petendum erat; nihil est tam abstrusum, apud ethnicos, aut sacros etiam scriptores, quod hic paucis verbis non indicet, nihil interim ostentans aut jactitans varietatem eruditionis, quod in nonnullis etiam magni nominis scriptoribus sæpe nobis molestum est. Sed rem verè sacram Apostolicâ quâdam simplicitate synceritatéque tractat. Nec congerit aliena, nec usquam vim facit divinæ scripturæ, sed quicquid adducit, ei loco natum esse dicas. Malvit enim optima referre quàm plurima. Porrò, quum à jocis abstineat, quos argumenti severitas non patiebatur, tamen sentias per totam dictionem fusam esse perpetuam quandam festivitatem & jucunditatem. Nusquam ipse languet ut dormitat, & semper alacritate dictionis subleva, ac recreat lectorem. Sic incipit, ut illicò rapiat: sic properat, ut non possit somnus obrepere: sic finit, ut sitientem adhuc & plura cupientem dimittat. Jam quum in *Tertulliani*, *Origenis*, & omnium penè veterum libris quædam admixta sint, quæ aut manifestum habent errorem, aut suspecti dogmatis sunt, hic sic ubique temperat calamum, ut nihil usquam compererim, quod ulli hæresi sit affine. Nam quod scribit in commentario *Psalmi* decimiquarti: *Jesus autem immaculatus solus Virgineam aulam ingressus, ipsum tabernaculum à maculis carnalibus liberavit*: Non sensit de maculis quæ ante ingressum *Christi* fuissent in *Maria*, sed quæ in aliis fœminis esse consueverunt, à quibus *Christus* suam matrem servavit immunem, & auxit castitatem potiùs quàm violavit. Quin & ecclesiæ *Romanæ* videtur hoc honoris deferre, ut extra catholicam ecclesiam sit, qui sit ab hac alienus, quæ totius ecclesiæ teneat principatum, quæque *Petrum* Apostolorum principem meruerit habere pastorem. Locus est Commentario centesimo sexto, & in Commentario *Psalmi* centesimi tricesimi octavi. Docet eximiam quandam potestatem *Petro* tributam à *Christo*, quem ter negaverat, haud dubiè loquens de potestate pascendarum ovium. De Votis aliquoties meminit, sed his duntaxat quibus in baptismo *Christum* professi, mundo satanæque renunciavimus, non quòd arbitrer illum reliqua vota contempsisse, sed quòd hæc, ut sunt, præcipua duxerit. Nec dubito quin in his commentariolis, *Origenis* industriâ fuerit adjutus, qui in nullum opus divinæ scripturæ frequentiùs edidit commentarios quàm in *Psalterium*. Nam locis aliquot declarat se *Græca* calluisse. Sed interim duxerit mihi quispiam, Quid hic gratiæ tibi postulas, qui nihil largiris de tuo? Non recuso quo minus tota laus sit penes *Arnobium*, modò quàm plurimum utilitatis hinc manet ad veræ pietatis candidatos. Et tamen est aliquid prodidisse librum antehac obscurum, atque etiam ob dictionis vitia contemptum. Est aliquid hunc perpulisse *Joannem Frobenium*, ut suo sumptu, suóque periculo novum opus excuderet suis formulis. Non enim semper æquè feliciter illis cadit editionis alea. Postremò, vix quisquam credat quantum fuerit negotii in castigandis erroribus scribæ, quod ut facerem, sæpe totus *Psalmus* erat relegendus, ut illinc subodorarer lapsûs occasionem. Erant observandi familiares hujus operis solœcismi ac barbarismi. Alicubi res planè *Delium* quempiam natatorem postulabat, aut *Sibyllam* potiùs. Hujus generis unum exemplum dabo Commentario septuagesimo septimo. Scriba non intelligens sic pinxerat, *quod aures infaciens*. His verbis quum nihil omninò significaretur, diúque me torsissem, divinavi id quod res est scriptum fuisse, *quod auxesin faciens*. Nam in plerisque scripturis figura hujus literæ *x*, non multum abhorret ab *r*. Itaque scriba *Græcè* prorsus ignarus, & *Latinè* minimum doctus, ex *auxesin* fecerat *aures in*. Item Commentario centesimo quinto scriptum erat, *Suscipiat regulam pœnitentiæ, excluso nova ita ut centesimum quintum Psalmum* &c. Nos ex conjectura restituimus: *excluso Novato*, sive *Novatiano*. Nam uterque fuit ejusdem hæresis, nec admittebat pœnitentem. Novum igitur opus novo Pontifici, sanctum ac theologicum opus integerrimo Theologo Pontifici dedicamus. Id, uti spero, tua sanctitas hoc libentiùs accipiet, quod hoc munusculo nihil venamur (Sumus enim nostrâ quamvis tenui fortunulâ contenti) nisi ut hoc opus tuis auspiciis exeat in manus hominum, hoc nimirum uberiorem pietatis fructum allaturum, si tuo calculo fuerit comprobatum, quem ad istud dignitatis fastigium non ambitio, non ullus favor humanus, sed ut confidimus omnes propitii numinis voluntas evexit, ut esset non minus optimus integritate, quàm maximus autoritate, qui hos impios orbis *Christiani* tumultus, jam heu nimium diutinos, ac semper in pejus gliscentes aliquando componat. Videmus duos præcipuos orbis monarchas infensis animis inter se conflictari, vix ullam esse portionem orbis nostri immunem à bellis, à cædibus, à prædationibus. Et quanquam religio *Christiana*, quæ olim omnes mundi plagas occupârat, nunc *Europæ* angustiis minor sit, tamen hæc quoque sectarum ac schismatum pernitiosis dissidiis miserè dissecta est. Atque interim sic tumultuantibus imminet *Turca*. In rebus tam afflictis, magna quædam spes habet animos bonorum omnium, forè, ut discussis tempestatibus, per te nobis serenitas ac tranquillitas redeat. Pollicentur hoc nobis quum aliæ res permultæ, tum eruditio tua non vulgaris, deinde ista morum integritas à primis annis ad hanc usque ætatem spectata cunctis. Præterea senectus ista, quæ non sinet te aliò spectare, quàm ad gloriam *Christi*, ac profectum *Christianæ* pietatis. Postremò summus cum Cæsare *Carolo* consensus, cujus autoritas ac

potentia hoc præstabit, ut possis etiam efficere, quod optimum esse judicabis. Certè ad tantam corruptissimorum morum luem emovendam validis incantamentis est opus, ac venefico quodam artifice, qui incantet sapienter. Eam ad rem nos organum aliquod novum porreximus, non quòd deesset *Psalterium Davidicum*, sed quòd apud plerosque jaceret. Habet hoc, ut ferunt, humana musica, ut affectus hominum aut concitet, aut moderetur, si quis artifex certas harmonias aptè moduletur. *Timotheus* solitos fertur *Alexandri Macedonis* animum ad bellum certis modis accendere. *Pythagoras* spondæos ad *Phrygium* modum occinens, amore lymphatum adolescentem ad gravitatem immutavit. Simile quiddam fecisse narratur *Empedocles*, qui certis modis Musices adolescentem jam irâ percitum & in cædem ruentem, ad sanitatem revocârit. Et quanquam fabulosa videntur quæ de *Mercurii* atque *Orphei* cithara prodidere veteres, tamen hæc ipsa figmenta nata sunt ex artis miraculis. Certè *Terpandrum* atque *Arionem* apud *Lesbios* atque *Ionios* multis & gravibus morbis, harmoniis musicis mederi solitos, narrant rerum gestarum scriptores. *Ismenias Thebanus* apud *Bœotos* multis Ischiaticis cruciatum, apto modulamine exemisse legitur. Nam quod ait *Virgilius*,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,

ut à Poeta dictum contemni poterat, nisi nostræ quoq; literæ meminissent venefici incantantis sapienter, & aspidis surdæ. *David* suâ citharâ succurrebat *Sauli*, quoties à spiritu Domini malo agitabatur. Quod si tantam vim habet humana musica, ad mutandas affectiones corporum & animorum, quanto credenda est efficacior cœlestis hæc ac divina Musica ad purgandos animos nostros à morbis spiritualibus, ac spiritibus hujus seculi malis. Ingens morbus est ambitio, pessimus spiritus est livor & odium. Atque hujusmodi pestibus maxima pars *Christianorum* tenetur, nec his sæpe liberis, quos oportebat aliis mederi. Prophanis olim erant & verba & voces, quibus animi dolorem lenire possent, & magnam morbi deponere partem; & *Christi* Musica non habet verba & voces, quibus excantemus animis nostris amorem rerum fluxarum & incantemus amorem rerum cœlestium? *Pythagoras* habuit modos, quibus juvenem amore furentem ad sobrietatem revocaret; & *Christianus* Psaltes non habet modos quibus Principes, insanissimis bellis sic inter se sine fine tumultuantes, ad pacis amorem revocet? Sed ipsi prius nobis hâc Musicâ medeamur oportet, quàm aliorum morbis mederi paremus. Nulla est scripturæ sacræ pars, quæ non habeat efficaces modos, modo nè velut aspides surdæ obturemus aures nostras, nè penetret in animos nostros divinæ vis incantationis. Sed meâ sententiâ nulla efficaciores, quàm *Psalmorum*, in quo divinus ille Spiritus secretissimas suorum mysteriorum delicias nobis reconditas esse voluit, ac modos quosdam efficacissimos reposuit, quibus transformaremur in affectum *Christo* dignum, tantum adsit qui scitè moveat hujus Psalterii chordas. Hoc peculiare munus est Episcoporum ac Sacerdotum. Et tamen sibi quisque psaltes esse possit, aderit moventi chordas, & arcanam vim aspirabit intus, si modò purus & ardens adsit animus, hoc est, si purgatæ mentis aures. Utinam tua sanctitas nobis referat illum hujus Musices peritissimum *David*, qui non solùm ipse [illegible] est, sed & alios cantores multos instituit. [illegible] autem typum gerebat *Jesu Christi* psalm[illegible] qui nablo corporis sui in cruce tenso, [illegible] gare aut terrenum sonuit, sed harmoniam Patri gratissimam, & nobis efficacissimam [illegible] est. Quàm suave sonuit illa chamatis [illegible] *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt!* Habet & mundus organa sua, sed quæ infernum redunt sonitum inamabilem. Quid enim [illegible] iræ fides? *Ulciscere, spolia, ejice, occide.* Quid [illegible] ambitionis nervus? *Dilata dominium, ne perjurandi, aut pietatis sit ratio, quoties agitur de imperio.* Quid crepat avaritiæ chorda? *Videmus omnia bene esse, nisi qui plurimum possidet, per fas nefásque congere, rape, serva.* Quid sonat [illegible] libidinis chorda? *Hic suaviter vive, quid post hanc vitam habituros sis incertus.* Sic pessimum harmoniam reddit livoris & obtrectationis chorda. Hæc nimirum est mundi Musica, quæ modis hujusmodi pessimis incantat nobis pestiferas cupiditates, ac *Sirenum* in modum, malè dulcibus cantilenis nos pellicit in perniciem. His modis dirâ lymphatique sic belligeramur, tumultuamur, rabimus, rapimus, irascimur, ulciscimur, mordemus invicem, ac mordemur. Sed ille cœlesti Musica tactus erat qui dixit: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini!* Rursum ille: *Pallescit omne meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.* Afflaverat Apostolos hujus harmoniæ vis, quum aiunt: *Domine, quò ibimus? verba vitæ habes.* Suavissimus autem ac modulatissimus concentus est, quoties è charitate, pudicitia, sobrietate, modestia, cæterisque virtutibus concors quidam varietas resonat. Habet & modulos suos pro argumento diversos hæc Musica. Sunt quibus flebili, sed Deo gratissimo cantu deplorentur peccata. Sunt qui nobis animos ac robur addant ad fortiter resistendum diabolo. Sunt alacres ac læti, quibus gratias agamus Deo pro suis in nos beneficiis. Sunt quibus consolemur ac delinemus afflictos. Denique nihil malorum habet hæc vita, quod non facilè feramus, si, quemadmodum *Colos. scribit Paulus, nos invicem doceamus, & commonefaciamus cantionibus ac laudibus, & canticis spiritualibus cum gratia canentes in cordibus nostris Domino. Et quicquid egerimus sermone aut facto, omnia in nomine Domini Jesu faciamus, gratias agentes Deo & Patri per Filium.* Erit autem hæc musica grata Deo, si frequens chorus concordibus animis ac vocibus moduletur. Sed ut ad *Psalmos Davidicos* redeam, nemo potest hujus modulationis fructe dulcedinem nisi sensum mysticum perceperit. Quid est enim alioqui quod plerique monachi ac sacerdotes tanto cum tædio *Psalmos* hos lonant? Nimirum quia spiritu canunt non mente. Quòd si quibus non vacat prolixos aliorum commentarios evolvere, horum fastidio faciunt *Arnobius*, qui sæpe *Psalmo* ipso brevior est, ut qui hujus commentariolum legit, simul & *Psalmos* cecinerit & didicerit. Sit igitur hæc præcipua cura sacerdotibus, ut semel intelligant, quod quotidie recinunt: Ita fiet ut plus capiant solati ex uno *Psalmo*, quem intellectum mente cecinerint, quàm ex quadraginta spiritu destitutis. Illud in primis oportet esse persuasissimum pectori nostro, sic visum esse Spiritui sancto, & optimo consilio

consilio nisum, arcana sapientiæ cœlestis hujusmodi figurarum involucris obtegere. Eruendi mysterium ipse *Christus* in Evangelio, & Apostolicæ literæ viam nobis aperiunt. Horum vestigiis ingressi, veteres orthodoxi reliqua nobis prodiderunt. Sed meâ sententiâ nemo sanctior *Arnobio*. Quanquam is potissimùm occupatus est in sensu explicando, qui pertinet ad Evangelicam historiam, ut quemadmodum scribit *Paulus* Apostolus, ex fide in fidem magis in nobis confirmetur scientia *Christi*, dum quicquid in Evangelicis literis gestum legimus, in *Psalmis* prædictum conspicamur. Atque hæc sanè pars in tractando difficillima est, quâ rectè compertâ, facilè vel ex sese reliquos sensus addivinant, qui in mysticis literis sensus habent exercitatos: qua de re nonnihil attigimus in commentario quo nuper explanavimus *Psalmum*, *Quare fremuerunt gentes?* Sed, ut aliquando finiam, beatissime pater, orat & expectat illud abs te cum primis populus *Christianus*, ut arrepto Psalterio *Christi*, melodiam aliquam verè apostolicam incinas, quæ Principum ac populorum animos jungat *Christianâ* concordiâ, quæ pernicioſas opinionum pugnas discutiat, quæ ad cœlestium bonorum amorem inflammet, regno cœlesti destinatos. Non gratulor tibi dignitatem istam, non gratulor patriæ, atque etiam dioceſi mihi tecum communi, cui nunc primùm contigerit *Romanum* habere Pontificem. Non ambio ut apud te mihi prosit, vel patriæ affinitas, vel vetus inter nos consuetudo: sed orbi *Christiano* gratulabor, si, quod fore confidimus, ita tractaris munus istud Apostolicum, ut mundus intelligat tandem *Romæ* contigisse Pontificem, cui *Christi* gloria nihil sit antiquius, quique *Petri* ac *Pauli* spiritum refert veriùs, quàm titulos: qui *Christi* vicarium sic gerat, ut orbis sentiat *Christi* spiritum in illo versantem, & agentem. Audiet mihi crede populus veri pastoris vocem, ac promptè sequetur grex *Christi* vestigiis præeuntum, neque gravatim agnoscet Apostolicam potestatem, si senserit Apostolicam pietatem. Hæc conanti precor ut aspiret Dominus *Jesus* pastorum Princeps, Amen. *Basileæ* Calend. Augusti, Anno M. D. XXII.

In Algerum.

Des. Erasmus Rot. Balthasari Episcopo Hildesheimensi S. D.

SCio quidem parum esse civile, Præsul clarissime, tot negotiorum undis circumvallatum interpellare, sed quum tua pietas tanto studio causam agat Ecclesiæ, non erit, ut arbitror, molestum hoc interpellari negotio, quod ad Ecclesiæ tum concordiam, tum dignitatem cum primis pertinet. Nihil enim habet illa sublimius, quàm quod per corporis & sanguinis Dominici fit, etiam juxta naturam ac substantiam, unũ cum *Christo*, & quodammodo in Deum transformatur; nihil autem ad perfectam indissolubilémque concordiam efficacius, quàm quod eodem corpore vescens, eundem sanguinem bibens, per eundem spiritum in unum corpus redigitur, & *Christo* capiti vivo vivæ connectitur. Et tamen videmus artificio Satanæ factum, ut ea res quæ conciliandis omnibus data fuerat, tot dissidia olim genuerit, nuper re-

A novârit, dum alii negant quicquam esse in Eucharistia præter symbola corporis & sanguinis Dominici, alii fatentur ibi *Christum* verè adesse, sed sub panis viníque substantia. Rursus erant qui dicerent per verba consecrantia perire panis ac vini substantiam, & succedere corpus & sanguinem Domini. Alii *Christum* faciunt impanatum & invinatum, quasi parum sit semel fuisse incarnatum. Extiterunt & suo cognomine digni
B *Stercoranista*, *Græcia* nobis mittit *Fermentarios*; Successit rixa de sumendo sub utraque specie, qua tamen in re Pontificum autoritas variavit. *Gelasius* enim censuit ab utraque submovendos, qui sub una tantùm specie sumi volebant synaxim. Extiterunt qui contenderent ab impio sacerdote nihil confici, nec ab impiis sumi verum corpus. Et tamen omnium horum error, in hoc profecit, ut in tanti mysterii cognitione magis ac magis tum erudita, tum confirmata sit Ecclesia. Nulli
C tamen plus debet quàm *Berengario*, imò non *Berengario*, sed *Christi* sapientiæ, qui malitiam hominum vertit in bonum sponsæ suæ. Quos & qualium virorum calamos excitavit impudens error *Berengarii*? Nuper exiit opus *Guimundi* ex monacho *Benedictino* Episcopi *Aversensis*: Nunc prodit *Algerus* ex scholastico monachus ejusdem instituti. *Guimundus* acrior est & ardentior, ac plus habet spiritûs rhetorici, hic sedatior est & religiosior, uterque tum dialecticè, tum
D reliquæ philosophiæ bellè peritus, licèt citra ostentationem, uterque in Canonicis scripturis, ac priscis illis doctoribus, *Cypriano*, *Hilario*, *Ambrosio*, *Hieronymo*, *Augustino*, *Basilio*, *Chrysostomo*, quorum scripta plurimum adhuc referunt spiritus Apostolici, studioſè versatus. Uterque tantum habet eloquentiæ, quantum à Theologo requirere par est. Certè dictionis argutiam, & collectionis acumen nusquam in eis desideres. Agunt solidis rationibus, nec ut nunc quidam faciunt, bonam voluminis partem, rixis & con-
E vitiis occupant, aut sophisticis ratiunculis rem tractant. Et tamen hos tales viros apparet ante *Bonaventuræ*, *Thomæ*, *Scoti*, *Alberti Magni*, atque etiam *Petri Lombardi* tempora floruisse. Ac recentiores quidam ut plus jactant *Aristotelica* philosophiæ, ita phrasim habent aridiorem, nimirum *Aristotelem* suum imitati, qui tamen sic neglexit affectus & ornamenta dictionis, ut summam præstiterit elegantiam, quod idem hi
F non potuerunt. At nescio quo pacto mihi decere videtur, ut in mysteriis explicandis adsit quædam orationis dignitas, nec absit affectus. Ita demum fit, ut lector non solùm intelligat quod à docto docetur, verùm etiam amet quod ab amante traditur. Ex Evangelio habemus, *Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur*; Ex *Paulo* habemus, *Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, &c.* Et, *Qui ederit ac biberit indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini*. Hoc nobis
G est immobile fundamentum. Ac prisci quidam ecclesiæ doctores, interim obscuriùs, interim variè, nè dicam diverse, loqui videntur de hoc sacramento. Obscuritas vel ineffabili hujus mysterii profunditati tribuenda est, vel illorum cautioni, qui loquentes frequenter apud multitudinem ex *Judæis*, Gentibus & *Christianis* permixtam, noluerunt sanctum dare canibus. Varietas hinc nata est, quòd interdum ipsæ species sa-

cramentales dicuntur symbola, interdum ipsa
sumptio symbolum dicitur: postremò, corpus
ipsum sui alteriúsve rei symbolum nonnunquam
appellatur. Quoniam autem sub illis signis latet
corpus Dominicum, κατ' συνεκδοχὴν quod in species
competit corpori tribuitur, veluti frangi, atteríque.
Tum quoniam ibi consecratur corpus, substantiâ
quidem idem quod pependit in cruce, sed non
idem qualitate, nimirum jam glorificatum &
spirituale, sibi parum attentis pugnare videntur
antiqui, si quando dicunt corpus idem & non idem,
quum revera nulla sit pugnantia. Postremò, cor-
pus *Christi* nonnunquam dicitur naturale quod
sumpsit ex virgine, nonnunquam mysticum, quod
est Ecclesia: quæ res præbuit ansam oscitanti
lectori ut diversa loqui videantur. Quum igitur
tam evidens habeamus à *Christo* & *Paulo* testi-
monium, Quum per hos viros evidentissimè de-
claratum sit, priscos, quibus non sine causa tan-
tum autoritatis tribuit Ecclesia, concorditer sen-
sisse in Eucharistia esse veram substantiam corpo-
ris & sanguinis Dominici, Quum his omnibus
accesserit Synodorum constans autoritas, tantúsq;
populi *Christiani* consensus, simus & nos con-
cordes in tam cœlesti mysterio, & hic sub ænigma-
te edamus de pane & calice Domini, donec aliter
edamus ac bibamus in regno Dei. Utinam autem
qui *Berengarium* sequuti sunt errantem, sequantur
& pœnitentem, atque horum etiam error Eccle-
siæ cedat feliciter. Existunt circa hoc sacramen-
tum innumeræ quæstiones, quomodo fiat tran-
substantiatio, quomodo subsistant accidentia absq;
subjecto, quomodo colorem, odorem, saporem,
ac vim etiam saturandi, inebriandi, nutriendíque
retineant, quam habebat nondum consecratus
panis ac vinum; quo momento incipiat esse corpus
& sanguis Domini, quando desinat esse substantia
corporis & sanguinis; & an corruptis speciebus
succedat alia substantia, quomodo idem corpus sit
locis innumeris, quomodo justum hominis corpus
sit sub tantillo fragmento panis, aliæque permul-
tæ, quas inter eos sobriè tractari convenit qui
sensus habent exercitatos. Vulgo satis est credere
post consecrationem illic esse verum corpus &
sanguinem Domini, quod nec dividi potest, nec
lædi, nec ulli patet contumeliæ, quicquid acciderit
speciebus. Nam si corpus Domini projectum
in cœnum, aut in latrinam, aut in ventrem hominis
demissum sordidaretur, nullâ re magis sordida-
retur, quàm quum ab homine sumitur crimini-
bus inquinato. *Christiana* quidem religionis est,
species sacramentales cum omni tractare reve-
rentia, attamen quemadmodum Deus, qui juxta
naturam non minus est in cloacis, quàm in cœlis,
nec lædi potest, nec inquinari; ita nec corpus
Domini glorificatum. Breviter adversus omnes
humanæ cogitationis scrupulos, occurrat nobis
primùm immensa Dei potentia, cui nihil impos-
sibile, cui nihil non facile: deinde quàm inæsti-
mabiles sint dotes corporis glorificati, præcipuè
Domini *Jesu!* Superest igitur, ut quod sufficien-
ter persuasum est, dignè celebremus, & quod
credimus, ipsâ re nos credere declaremus. Quan-
tam enim puritatem, quantam reverentiam ac
tremorem requirat hoc térque quatérque ado-
randum mysterium, quis dignè verbis assequa-
tur? Quis autem credat illos ex animo cre-
dere, qui dum hoc peragitur mysterium, in
templo fabulantes obambulant, ubi velut ex more sit, in foro potius stant, ociosis fabulis terentes illic pœnitentium aut catechumenorum rat. Quidam, vix oblatis mysteriis, rapiunt in popinam, templumque linquunt. Quid hoc moris est? Dum dicula fabula, manes donec audias *Vade date*, & tam cœlestis mysterii finem non potes? Circumstant mensam rabundi spiritus angelici, præsens tota cœlestis militia gaudet prosperitate, perinde, quasi ludicra res agatur, oscitásque, aut garris aliquid, aut video morem apud plerosque receptum, impium dicere fortasse non oportet, affectu quodam pio, licet luxato, videatur, sed tamen præter veterum consuetudinem, parúmque congruens est. Dum peragitur consecratio mysterium, chorus Virgini matri cantiunculam verbosa precatione. An congruit ipso presente matrem appellare? Atqui si volumus ecclesiæ morem servare velimus, id tempore vox audiebatur in toto templo, terram pronus, tacitis affectibus Deo Patri, qui Filium suum in mortem rit pro salute generis humani. hortatur sacerdos, quum alloquens populum, cit, *Sursùm corda: Gratias agamus Domino Deo nostro.* Nam ineffabilibus mysteriis magis convenit quàm silentium, nec alio modo dignius laudatur stupenda Domini charitas, quàm illo loquacissimo silentio lente vocum humanarum strepitu, mente erecta soli Deo loquitur. Ut autem populus pro dignitate veneretur hoc mysterium, non parum habet momenti vetustum. Olim, quum maxime floreret Ecclesia, non noverat nisi unicum altare, quod solus Episcopus peragebat. Tanta sanctorum primùm religio, mox etiam Denique res eò devenit, ut nisi suo animo discant sacrificare, quam quisque discit opificium, alius sutorium, alius cocturiam, alius vestiariam. His missa nihil aliud est quàm viaticum. Par quidem est, ut qui altari deservit, ex altari vivat, ab hoc tamen mysterio decet procul abesse omnem speciem cauponationis; & hujus adorandi ministros oportet non gesticulationibus tantum, vestibus, aut vocibus, sed totius etiam vitæ muneris sui dignitati respondere. Illos decet sobrietas, quanta pudicitia, quanta puritas, quantus vulgarium temptus, quantus divinarum Quam indecorum est sacrificium mysterio, quod diei reliquum est, nibus, prophanis fabulis, chartis, tibus, aut ociosis obambulationibus nullam, aut minimam temporis crorum lectioni voluminum, aut rum contemplationi dare? Agnoscant tes suæ professionis sublimitatem: altari, ministros habent angelos, quidam non gravantur esse sodales hominum, nè quid dicam asperius. Nè eorum qui functionem obeunt angelici

majorem,

impudens, porrigant hæreticis ansam impiè sentiendi de tam ineffabili mysterio, sed honorificentiæ ministerium suum, ut eos vicissim honorificet Dominus, tum apud homines, tum apud Patrem suum cœlestem. Verùm quid ego hæc? Efficacius hunc adhortabuntur *Algerius* & *Guimundus*, quos ipse me fateor summo cum animi fructu perlegisse. Equidem antehac nunquam dubitavi de veritate corporis Dominici, sed tamen nescio quo pacto ex hac lectione mihi non parum & confirmata sententia est, & aucta reverentia. Hoc quicquid est laboris tibi dicatum esse volui, Præsul ornatissime, ut esset quod testaretur clientem *Erasmum* optimi patroni sui memorem esse, ac te vicissim mei commonefaceret. Dominus prosperet sanctissimos conatus tuos, in suam gloriam, ac pietatis *Christiana* profectum. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, Idibus Martiis, Anno à *Christo* nato M.D.XXX.

In Haymonem.

Des. Erasmus Roterodamus Joanni Emstedio Cartusiano Lovanii S.D.

Quanquam haud ignoro, charissime frater, non deesse tibi confabulones, qui & solitudinem tuam exhilarent, & silentium istud non sinant esse mutum, tamen visum est unum addere, qui pia loquitur verius quàm diserta: tametsi non video quo pacto negari possit disertè dici, quod piè dicitur: *Is* est *Haymo* monachus, Abbas & Episcopus, miræ brevitate, miràque simplicitate ac perspicuitate enarrans *Psalmos Davidicos*. Fuit hoc studium seculis aliquot monachis eruditis, ut quæ à veteribus vel subtilius essent scripta doctis, vel fusius dicta apud populum, in compendium redigerent adeo perspicuâ brevitate, ut & ab occupatis, & à tenuiter literatis facilè valeant percipi. Hujus ordinis præcipuè sunt *Anselmus*, *Beda*, *Claudius*, & hic qui nunc venit in tuos complexus *Haymo*; quorum industria non mediocrem utilitatem attulit Ecclesiæ: præsertim si quis spectet tum tempora, tum regiones in quibus illi vixerunt. Decet autem, ut qui, rejectis omnibus remoris, properant ad illam cœlestem vitam, quàm maximè sint expediti, nec ullis minus necessariis sarcinis graventur. Quo magis mirandum est, quod quidam, qui victu cultúque simplicitatem apostolicam profitentur, doctrinam amplectantur omnium minimè simplicem, sed argutiis supervacaneis, & *Averroicis* dogmatibus, ac novis insuper somniis spinosissimam. Quum igitur tales essent monachi, nomen erat apud omnes gratiosum, & honorificum erat appellari monachum: Nunc quorundam mali mores in causa sunt, ut boni quoque communis invidiæ molestiam ferant. *Aristippus*, quum unguento quodam vehementer esset delectatus, *Male sit*, inquit, *istis cinadis, qui rem tam bellam infamârunt*: Similibus verbis non absurdè quis stomachetur in eos, qui suo vitio, monachi nomen in invidiam vocârint, quum revera non conveniat ullum esse plausibilius. Quis enim non amet eos homines, qui verè mundo mortui, sese totos Deo dedicârunt? Quorum talis est vita, talis oratio, ut nemo ab illorum conspectu, nemo à colloquio non melior discedat. A quibus nemo quicquam metuat incommodi; non fraudem, ab his qui pecunias habent pro ruderibus, & hoc quod habent dilargiuntur egenis: non vindictam, qui, juxta doctrinam Evangelicam, orant pro persequentibus, amore prosequuntur eos quibus sunt invisi, benefacta reponunt pro malefactis: nec est ullius pudicitiæ periculum, ab his qui & corde & corpore sunt incorrupti; qui propter singularem animi modestiam nulli se præponunt, nulli invident, nullum fastidiunt; sed quo magis ad perfectionis culmen accedunt, hoc magis ducunt sese omnium infimos: & quum revera gemmæ sint & flores ecclesiæ, tamen ipsi sese fecem appellant: Aliorum lapsus aut elevant, aut commodè interpretantur, in proprios austeri censores: aliena benefacta candidè amplificant, sua modestè extenuant: nemini adulantur, neminem procacibus verbis percellunt præsentem, nemini obtrectant absenti: nihil auditur ex ore illorum nisi quod est in corde, verba charitatis, verba consolationis, verba amicæ admonitionis & gratiarum actionis. Adest in his comitas non fucata, sed ex bona conscientia proficiscens. In summa, cœlestis illius civitatis imaginem quandam nobis referunt, & angelicos choros quodammodo repræsentant, vel quòd jugiter decantant laudes Dei, vel quòd transformati in spiritus, nihil habeant commercii cum carnis affectibus, vel quòd in summa vivunt concordia, vel quòd angelorum ritu inter homines ac Deum velut internuncii, & populorum vota illi commendant, & plurima bona ab illo precibus assiduis impetrant, non sibi tantùm, sed in commune. Quid porrò si ad has virtutes accedat donum prophetiæ? ut gratis, ut purè, ut incorruptè doceant populum, sive voce, sive scriptis libris, sive utroque? Quid quod jejuniis, vigiliis, laboribus crucifigentes carnem suam, quantum licet, supplent ea quæ desunt passionibus *Christi*, ac seipsos quodammodo immolant pro salute populi. Et tu laicè potes malè velle illis, qui, dum crapulâ gravatus altum stertis, pro te vigilant, pro te jejunant: dum tu Deum alea, scortis, aliisque sceleribus ad iram provocas, illi pro te deprecantur: dum tu apud homines malè de illis loqueris, illi de te bene loquuntur apud Deum? Quis tales viros, non ut semideos quosdam veneretur, non amet, tanquam ad publicam utilitatem quasi divinitùs datos, etiamsi ipse sit vir improbus? Nam eximia virtus etiam inimicos suos rapit in admirationem sui. Et qui de nullo bene merentur, tamen instinctu naturæ reverentur eos, qui benefaciunt malis pariter ac bonis. Quænam igitur est quorundam perversitas, qui hoc ipso contemnunt aliquem, quòd monachus est? Qui monachum dicit, omnium heroicarum virtutum summam dicit, quæ benevolentiam ac favorem à bonis promerentur, à malis extorquent. Quòd si nihil aliud displicet quàm vocabulum, appellent pro monacho, si videtur, simplicem ac solitarium. Solitudo autem ea, non æstimatur numero convictorum, sed separatione malorum affectuum: alioqui nec *Cartusiani* soli sunt. Ubicunque adest hæc solitudo, ibi adest frequentissima sodalitas. Ille feliciter solus est, qui nullius improbi convictu corrumpitur, qui nullos habet in animo tumultus affectuum inter se pugnantium, nec tamen cum Deo consentientium. Hoc pacto licet & in Principum aulis, &

in publicis magistratibus, & in mediis hominum commerciis esse monachum. Quænam igitur est animi perversitas odisse monachum, ob hoc ipsum quòd monachus est? Profiteris te *Christianum*, & aversaris eos qui *Christo* similimi sunt? Hic protinus occinent scio, plerosque plurimum abesse ab hac imagine. Nullum igitur vitæ genus probabimus, si propter malos oderimus & bonos. Quid igitur superest? Quid nisi ut amemus homines, incertâ in meliorem interpretemur partem, ad vitia leviora conniveamus, gravioribus mederi studeamus potiùs quàm exasperare, ordinem ipsum & institutum veneremur etiam. Quòd si ad hominum vulgarium civilitatem accedat monachorum, sese ad ea quæ veræ sunt religionis toto pectore referentium industria, facilè revigesceret pristinus orbis favor, facilè obmutescent ora maledicorum. Itaque fiet, ut non solùm vivant grati Deo, gratiosi apud homines, verùm etiam feliciter hìc vivant & hilariter. Nulli enim vivunt quietiùs aut suaviùs iis qui verè monachi sunt, nulli miseriùs quàm qui non ex animo monachi sunt. Illis monasterium paradisus est, his pistrinum. Sed cuique magna ex parte in manu est, ut sibi pistrinum vertat in paradisum. Ad *Haymonem* redeo, qui *Davidicam* citharam pulsans, angelicum cœtum vestrum ad spirituales excitabit choreas, ut in hymnis & canticis Domino psallatis in cordibus vestris. Nemo fastidiat dictionis simplicitatem, sed amplectatur sententiarum pietatem. Hoc eò admoneo, quod suspicer multos esse tales, qualis ego fui olim, qui nauseant ad omnia, quæ carent rhetorum condimentis & ornamentis. Sed quum essem parvulus in *Christo*, sapiebam ut parvulus: atque utinam nunc quoque prorsus evacuâssem ea quæ sunt parvuli. Hoc meum officium si quam apud te gratiam promeretur, oro ut hunc ἀμαρτωλὸν aliquando precibus tuis *Christo* commendes. Exemplar exhibuit venerabile Monasterium Canonicorum regularium, vulgo dictum *Marpach* in *Elsatia*, reliquias inauspicatissimi tumultûs agricolarum. Dominus illis pro malis reponat bona. Vale. *Friburgi Brisgoiæ*, Anno à *Christo* nato M.D.XXXIII. pridie Calend. Martias.

In SENECAM.

Des. Erasmus Rot. Petro Episcopo Cracovienſi, ac regni Poloniæ Cancellario S.D.

Epist. 12. IN ipso statim hujus operis limine, Præsul ampliſſime, fortassis cœperit aliquem admiratio, quid acciderit, ut præter morem meum nunc *Seneca* prodeat, non ejusdem nomen præferens, cui fuerat antea dicatus. Quum enim alii quidam pluribus interdum dedicent eundem librum, nonnulli singulos ejusdem operis libros singulis nuncupent, quidam appendices adjectas aliis inscribant, quàm opus inscripserant; nos tamen hac in re summam præstitimus constantiam hactenus, adeo ut quum olim R.D. *Guilhelmo Uvarano* Archiepiscopo *Cantuariensi* solam *Euripidis Hecubam* præsentes exhibuissemus, absentes in editione & *Iphigeniam* aulidensem adjecerimus. Quantus autem fuerit *Adagiorum* libellus initio, quem clarissimo Baroni *Guilhelmo Monjoio* dedicavimus, plerique sciunt; quanta nunc sit operis moles, li-

A quet; nihil tamen mutarim est de tit[ulo] quod poteramus in *Chiliadibus*, aut *Centuriis* dicere, quod *Celius Rodiginus*, vir doctus ac [illegible] sedecim libris, quibus titulum esse voluit [illegible] *quarum lectionum*. Ab hac ambitione [illegible] summus, ut complures libellos emiserim [illegible] nuncupatione. Longiùs etiam ab eorum [illegible] dentia, qui idem opus mutatâ duntaxat [illegible] one pluribus dicant, eâdem, quod aiunt, [illegible] B res sibi generos asciscentes. Advertis[illegible] exempla, quam in hunc usque diem [illegible] meum morem obtinuerim, hoc velim [illegible] mirabitur aliquis, quod opus prideu[illegible] *Thomæ* Episcopo *Dunelmensi*, nunc vid[illegible] præferre nomen. Hoc, amplissime Præsul, [illegible] casu, nec temerè, sed consultò factum est [illegible] Siquidem vel hac ratione cunctis testatum [illegible] volui, priorem editionem non fuisse [illegible] quam plus satis fretus amici cujusdam [illegible] C addideram Præfationem. *Cantabrigiæ* quum [illegible] ctus essem aliquot *Senecæ* libros manu descripto, adhibito laboris socio totum *Senecam* percurri vèriùs quàm perlegi, annotatis in spatio marginis quæ vel diversa competeram in exemplaribus, vel ipse ex me addivinâram. In his erant permulta, quæ vigilantis & eruditi cujusque discussionem requirebant. Quum mihi, dum in *Basilea* commorari non esset commodum, veram hoc negotium amico cuidam, de cujus fide, nec [illegible] D tum quicquam addubitabam, nec nunc cuiquam libet, commisi. At post menses aliquot *Basileam* reversus, comperi hæc tractatum opus, ut me vehementer puderet ejus editionis. Non hic vulgari more culpam in alium transferam, sed partior magis inter eum qui commisit, & eum qui commissum ad se recepit. Metum peccatum erat quòd oblitus sapientissimi de *Cassica* apologi, amicorum operam expectarem in eo negotio quod per me rectiùs geri & potuit & debuit: illum, quòd inE exploratis humeris susceperit sarcinam viribus majorem. Quanquam haud scio an major culpæ portio mea sit, siquidem inscitior est qui boi clitellas imponit, quàm bos ipse qui recepit impositas. Sed civilius est, opinor, utriusque culpam si non licet excusare, saltem extenuare. Fidem amici perspectam habebam, de ingenio, doctrina, judicioque pro mea erga illum benevolentia magnificentiùs sensi, quàm pro re: & ille pro mutuo suo amore, gratificandi studio, fortassis & necessandi pudore, plus recepit quàm præstare nihil. F Quòd ego peccavi, simplicitatis & candoris erat; quòd ille, sedulitatis & obsequii. Cæterum quòd ea pars exemplaris quæ crebriores habebat annotatiunculas sublata est, sic interpretari libet, aut ab illo non esse factum, aut charitate nostri factum, qui maluit ibi parum meminisse fidei, quàm de nostra amicitia periclitari. Sed huic malo malum aliud geminum accessit, ut intelligas totum illud negotium sinistris auspiciis fuisse gestum. CaG râram per quendam bibliopolam, sibi fidum, aliis infelicissimum, *Senecæ* codicem tradidem Episcopo cui dicâram hoc laboris. Is ex [illegible] reversus, affirmavit, se cum fide quod erat mandatum peregisse. Credidi. Quis enim non crederet sic asseveranti? Interim in meis ad Episcopum literis iterum atque iterum faciebam dicati mei voluminis mentionem. Ille qui nihil acceperat, existimabat se mihi ludibrio esse. Huic [illegible] cum

dum etiam exasperavit Jureconsultus quidam, qui illi erat à consiliis. Nam indicârat Episcopo locos aliquot, qui tam manifestum habebant mendum, ut mirum sit nec ab operis animadversum fuisse. Tandem quum redissem in *Angliam*, ignaris harum rerum, comperi Præsulem illum, quem habere solebam amicissimum, mirè frigidum, & cunctum expiscatus sum. Itaque, præter editionis dedecus, propemodum etiam amici non vulgaris jacturam feci. Interim semper stimulavit animum calcar ignominiæ, ut quemadmodum solent milites post cladem acceptam in proximo conflictu, virtute dedecus acceptum pensare, ita felicitate recognitione sarcirem, quod in editione priore commissum erat. Quanquam illa quoque, qualis qualis erat, non parum multa restituit, certè ipsem aliquam ostendit eruditis hujus sententiæ in usum frugiferi novalis repurgandi. Itaque melioribus, ni fallor, avibus *Senecam* in manus recepi, in quo emaculando tantum curæ, tantúmque sudoris impensum est, ut optimo jure possim abdicare priorem illam editionem. Ac nè quid infelicium auspiciorum hic resideret, sed planè novo genio jam aliud prodiret opus, mutatâ Præfatione, tuo nomini auspicatissimo vigilias hasce meas dicare visum est. Speróque futurum, ut quemadmodum in consiliis, fidelibus juxta ac prudentibus, Regi *Sigismundo* pacis belliqué artibus juxta instructo, cum florentissimo *Polonia* regno, cui vigilantissimum præstas Cancellarium, cumprimis dexter es ac felix; ita nomen tuum *Senecæ* præfixum, lætum quoddam augurium sit allaturum studiosis omnibus, quos hactenus miserè torsit, autor lectu quidem dignissimus, sed ita tractatus, ut vix usquam sit lector possit explicare. Non hic verbis attollam, quantum mihi laboris exhaustum sit. Scio neminem crediturum, nisi priorem editionem cum hac contulerit. Id si quis non gravabitur facere, continuò fatebitur alium prodisse *Senecam*: non quòd nihil resederit excutiendum, sed quòd innumera portenta, non minùs feliciter quàm fortiter sustulerimus, ísque præsidio diversorum codicum, inter quos erant aliquot miræ vetustatis. Divinationi non temerè indulsimus, experimento docti, quam id tutum non sit. Et tamen alicubi divinandum fuit, nec rarò feliciter cessit conjectura, nisi me fallunt omnia. Adjuvit in hoc labore nonnihil industria *Matthæi Fortunati Pannonii*, hominis, ut res indicat, exactè docti, diligentis, sobrii sanique judicii. Is enim libros *Naturalium Quæstionum* accuratissimè recognovit, quod operæ utinam & in cæteris omnibus præstitisset, quem ut in plerisque libenter sequuti sumus, ita in nonnullis ab eo dissentimus, præsertim ubi nostro sensui suffragabantur exemplaria. Profuit & *Rodolphi Agricolæ* codex typis excusus *Tarvisii*, ante annos 50. quem is vigilantissimè videtur evolvisse. Arguebant hoc notulæ manus ipsius, quibus innumera loca correxerat, sed in multis aut apparebat, divinationem ingenii sequutus magis quàm exemplaris vetusti fidem. Incredibile verò quàm multa divinârit vir ille planè divinus, non enim possum *Rodolphi* dotes & plurimas, & eximias complecti brevibus. Ejus codicis nobis copiam fecit *Hayo Hermannus Phrysius*, juvenis tam felici natus indole, ut unus videatur idoneus qui *Rodolphicæ* laudis successionem capessat, tantique viri gloriam sustineat, alioqui & patriam habens cum illo communem, & affinitate propinquus. Quin & *Sigismundus Galenius*, qui jampridem in officina *Frobeniana* castigandæ præfecturam gerit, vir citra omnem ostentationem exquisitè doctus, & quòd in eruditis quoque rarum est, emunctæ naris, exactique judicii, non pauca feliciter deprehendit, quæ nos in multa distractos, interdum & defessos, fefellerant. Non enim est mei ingenii quenquàm laude meritâ frandare. Ut autem hunc *Senecam* tam prodigiosè depravatum haberemus, præter illas vulgares causas incuriam, insciti ámque scribarum, temeritatem sciolorum, mutantium quicquid non assequuntur, seorsum duas potissimùm fuisse perspicio: Prior est ipsa *Senecæ* phrasis, quæ quoniam nusquam non affectat declamatorias argutias, interdum usque ad ænigmatis obscuritatem, præsertim quum accedat orationis concisæ parúmque compositæ, abruptum, ut facillimus ita periculosissimus erat lapsus, vel minus eruditis, vel oscitantibus, quæ de re, mox plura nobis dicentur. Altera quòd hunc scriptorem prisci *Christiani* sibi studio quodam vindicârunt, ac propemodum pro orthodoxo sunt amplexi, partim ob præceptorum sanctitatem, quàm in hujus libris animadverterunt, partim commendatione libelli, qui continet epistolas aliquot ultrò citróque inter *Paulum* Apostolum & *Senecam* missas, mendaci quidem titulo; sed in rebus humanis mirum est, quantum interdum habeat momenti, fictum ac frivolum nugamentum. Non enim belli tantùm, juxta proverbium, sed totius vitæ mortalium multa sunt inania. Jam quum semper vulgo nihil soleat esse levius, quo seculum illud habebat homines ad pietatem proniores, magis credulos, minúsque suspicioso, hoc facilius erat illis fuco pietatis imponere. Nec parum accessit illi favoris ex divi *Hieronymi* commendatione, qui *Senecam* recensuit in Catalogo sanctorum, quanquam in eo Catalogo commemorantur aliquot non admodum probatæ sanctitatis: Velut *Josephus* professione *Judæus*, *Tertullianus*, *Novatianus*, & *Donatus* hæretici. Ita factum est, ut ob religionis amorem fastiditis ethnicorum literis politioribus, disciplinis, linguis, & antiquitatis peritiâ *Senecæ* libros & privatim sibi legerent, & publicè juventuti prælegerent, homines infantes, ac vix semigrammatici, tantùm aspersi rudis illius & inconditæ philosophiæ somnio veriùs quàm cognitione, qui professionem auspicabantur ab explicatione quatuor causarum, materialis, formalis, efficientis, & finalis. Deinde præfati epistolam esse moralis philosophiæ, dividebant eam in duas partes principales, & rursus harum singulas in tres aut quatuor minùs principales. His fumis ingressi, quum ventum esset in medium, si qua vox occurrisset insuetior, si quod schema, si qua ad autores non vulgares allusio, si quid græcitatis, si quid veteris historiæ, breviter si quid omnino retrusioris eruditionis, quum harum rerum nihil didicissent, quibus penè ad ostentationis vitium scatet *Seneca*, necesse erat, ut aut mera portenta comminiscerentur, aut mutarent scripturam. Quid ni? ὅπου γὰρ σὺ στυτὸς, ubi cathedram consenderis, & insciam profiteri non convenit ei, qui pileo titulóque magistri artium celebris est. Vix dictu credibile, quantam hîc impietatem commissam deprehenderim. Eundem locum interim adeo variè corruptum,

corruptum, & tam impudenter mutatum offendimus, ut nullum verbum nec inter depravatores, nec cum germana lectione, quam in pervetustis exemplaribus invenimus, conveniret. Itaque, dum quod semel depravatum est, alius simili temeritate nititur emendare, rursum, alius atque alius subinde novat aliquid, fit mendum inemendabile, ut nulla jam quamvis eruditi hominis divinatio possit opitulari. Nam quod scribarum inscitiâ committitur, habet aliqua germanæ scripturæ vestigia, quæ sagacibus ingeniis præbent aliquam veri conjecturam: quemadmodum in his quæ ex notulis excipientium, aut ex dictantis voce non æqualiter ad omnium aures perlata, vitiata sunt, locus aliquis relictus est eruditorum conjecturæ. Solent enim professores dictare scribendum quod erant enarraturi. His non omnes erant æqui vicini, & diversa est nationum pronunciatio, nec semper articulata lingua est pronuncianti. Hinc evenit, ut *contantius* scriberetur pro *constantius*, & *alea* pro *area*. Similiter notularum varietas dabat ansam erroris. Attamen illud debemus *Christianorum* studio, quòd quum tot clarissimi scriptores interciderint, *Seneca* nobis magna ex parte supersit; si tamen hoc est supereesse. Opinor autem à nobis rem eò deductam, ut si quis doctior, felicior, & ociosior, tantam accessionem addat huic editioni, quantam nos adjecimus superioribus, sperem talem fore *Senecam*, ut minimo cum tædio, maximo cum fructu legi possit. Adjecimus annotatiunculas, sed paucas, nec alibi, quàm ficubi putarem excludendam depravationem. Alioqui nullus erat futurus annotationum modus, si quod à *Fortunato* factum est, quicquid esset correctum annotare voluissemus. Et tamen vehementer optârim hunc autorem scholiis illustratum, veluti stellulis quibusdam, quæ depravatorum temeritatem submoverent. Vitam *Senecæ* quidam non prorsus indiligens ex *Suetonio*, *Cornelio Tacito*, & *Hyeronymo* decerptam literis prodidit, ex cujus libro decerptum est, quod hìc adjectum videmus. Cæterùm illis non assentior, qui certant *Senecam* facere *Christianum*, *Nicodemo* similem, qui quum nullum habeant argumentum probabile præter epistolas, quas post docebimus à studioso quopiam fuisse confictas, nullum prorsus habent argumentum, nisi quòd sub eodem Cæsare vixerunt *Romæ*. Sed fingamus *Senecam*, quo non alius *De contemnenda morte* scripsit unquam vel sæpiùs vel fortiùs, adeo fuisse meticulosum ut nè in scriptis quidem extrema senecta proditis usquam subindicârit suam professionem, tam cautum, ut nihil suboluerit *Neroni*, qui quum illum decrevisset è medio tollere, & causas commentitias prætexeret, *Christianismi* crimen non objecit; illud quo colore defendemus, quòd in extremis scriptis subinde loquitur *deos* & *deas*, subinde dubitat, nunquid hominis superst à funere? Ut largiamur esse, fas metu mortis dissimulare *Christianum*, impia certè dissimulatio est quæ pietatem impietate dissimulat. Aliud est veste prophanâ *Christum* occultare, aliud est libris editis pugnare cum *Christi* dogmatibus, & aliud est filere de *Christo*, aliud illo indigna loqui. Sed quorsum attinet hoc commentum? An ut libros illius *Christianis* hominibus commendent? Equidem arbitror magis in rem esse lectoris, ut *Senecæ* libros legat, velut hominis ignari nostræ religionis. Etenim si legas illum ut [illegible] scripsit *Christianè*; Si ut *Christianum* scripsit *Christianè*; Si ut *Christianum* scripsit *Christianè* ganicè. Quum autem in illo sint [illegible] segnitiem nostram possint ad virtutis [illegible] accendere, habebunt eadem acriores [illegible] cogitemus ab ethnico profecta. Apud illos [illegible] sunt quædam ita dicta gestáve, ut juxta *Christianam* quidem philosophiam vehementer sint improbanda, præ se ferant tamen miram virtutis indolem: velut illud *Socratis*, *Hoc unum scio quòd nihil scio*, quum sit absurdè dictum, tamen exprobrat nobis nostram arrogantiam. Et *Lucretia* factum, quum sit optimo jure detestabile, nobis tamen commendat pudicitiæ studium, & hoc efficaciùs commendat, quòd exemplum ab ethnica fœmina profectum sit. Itaque quod ad mores attinet, majore fructu legetur *Seneca*, si legatur ut, quemadmodum fuit, Paganus. Nam & *Christianè* dicta vehementiùs efficient, & secus dicta minùs lædent. Alioqui nusquam magis discrepat à *Christiana* philosophia, quàm quum ea tractat, quæ nobis sunt præcipua. Caput enim nostræ religionis est, nôsse Deum. At ille commendaturus nobis quid sit Deus, *Deus*, inquit, *est animal hoc quod vides & non vides*, quasi totus hic mundus sit ingens animal, cujus corpus sit oculis conspicuum, anima lateat, & hoc sit Deus. Jam num sit Deus an plures, vehementer ambigit, & tamen frequenter iterat *deos deásque*. Rursus irridet eos, qui putant in hoc mundo nihil geri, quod hunc Deum non fallat, perinde quasi culicem sentiat *Elephantus*. Jam an anima supersit corpori sic disputat, quasi nihil referat utrum credas. Alicubi, ut refert *Tertullianus*, pronunciat omnia finiri morte, etiam ipsam. Postremò, quoties incidit in sapientem illum *Stoicum*, sic eum attollit, ut frequenter diis æquet, nonnunquam & anteponat. Ait sapientem universam felicitatem suam sibi uni debere, diis nihil opus esse, imò deos aliquid debere sapienti. At pietas nobis persuasit, etiam passerculos & lilia Deo curæ esse; cum hominem nihil habere ex sese boni, sed summam suæ felicitatis debere munificentiæ Numinis. Quantum igitur sit periculi, si illa legantur velut à *Christiano* prodita. Cæterùm quod ad eruditionem aut eloquentiam pertinet, cum judicio delectúque legendum esse *Senecam*, jam olim admonuit *Quintilianus*, tantâ æquitate temperata suam de illo censuram, ut nec personæ studio laudet improbanda, nec odio damnet quæ laudem promerentur. Proinde fortassis non abs re fuerit, si studiosæ juventuti paucis indicem, quæ sint in hoc autore fugienda, quæ sequenda. Primùm, habet voces suas, velut in hoc affectata, ut dissimilis sit *Ciceroni*; quanquam hoc illi cum *Quintiliano Plinióque* commune, & haud scio an cum toto illo seculo, quod *Ciceronis*, velut argenteum aureo successit. Hujus rei pauca subjicium exempla, ut lector ex his conjiciat cætera. Pronomine reciproco *sui*, *sibi*, *se*, frequenter durius utitur. *Tanquam* penè semper usurpat pro *velut*, *sic*, *ut*, si quando vult exemplum subjicere. Aliquoties dicit *æquè quàm* pro *æquè atque*. *Cum* gaudet addere superlativis, quàm quod sciam, nunquam, ut *cum maxime*, pro *quàm maxime*. *Adversus* pro *erga* frequenter usurpat in bonam partem, ut *pietas adversus deos*. In hac sermonis forma non modò contemnit homines, sed deos negligit; vix

nequam addit conjunctionem, *Sed & deos*, aut, *sed deos quoque*. Hæc atque his similia, non reprehendo nec damno, tantùm indico non esse *Tullianæ* eandoris. *Quintilianus* libro decimo tribuit illi stili usum, quòd in nullo scribendi genere non esset versatus, tribuit ingenium facile & copiosum, tribuit studium & plurimarum rerum cognitionem, fatetur illum abundare multis & præclaris sententiis, probat libertatem in vitiis hominum insectandis, addens illius libros & ad mores formandos conducibiles esse. In summa, fatetur in illius libris esse multa quæ non solùm probari debeant, verumetiam admirationem mereantur. Sed ex adverso detrahit illi philosophiæ exactam cognitionem, adimit judicium de seipso, quod illi corruperat humanum vitium philautia, qui nævus nonnunquam in doctis ac bonis viris reperitur, sed quem abundè multis pensent virtutibus, nam id subindicat quum ait, *si non omnia sua amâsset. Ac* mox, *velles*, inquit, *eum sua ingenio dixisse, alieno judicio*. Unde parum æquus judex *Seneca* fuisse videtur alienorum scriptorum, quod hisce verbis significavit *Fabius: Quem non quidem omnino conabar excutere, sed potioribus præferri non sinebam, quos ille non destiterat incessere, quum diversi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse, in quibus illi placerent, diffideret*. Quod ad phrasim attinet, putat in eo corrupta esse plerasque, quæ hoc plus officiant, quòd abundant dulcibus vitiis: nominatim illud taxat, quòd ponderi rerum minutissimis sententiis frangat: & alibi, ni fallor, notat in eo concisum & abruptum dicendi genus. Candorem in illo desiderasse videtur & *Suetonius*, in *Nerone Claudio* scribens hunc in modum: *Liberales disciplinas omnes pari cura attigit, sed à philosophia eum mater avertit, tanquam imperaturo contrariam esse, à cognitione vero oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret*. At idem in *Caligula Senecæ* videtur tribuere lene comptumque dicendi genus, ita loquens de *Cæsare*, *Lenius comptiusque solendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem commissiones meras componere, & arenam sine calce esse diceret*. Quum *Seneca* sit affectibus tragicis vehemens, miror cur *Suetonio* videatur esse lenior, ut nè de sermonis cultu disputemus. At his etiam liberiùs in *Senecam* desto-machatur *Aulus Gellius*, *Noctium Atticarum* libro duodecimo, capite secundo: Posteaquam enim retulisset aliorum de *Seneca* judicium, quorum alii censerent illius libros protsus indignos qui legantur, quòd ejus oratio protrita videatur ac vulgaris, ita atque sententiæ, aut inepto inanique impetu fiat, aut levi quasique dicaci argutiâ, eruditio vernacula ac plebeia, nihil ex veterum scriptis habens neque gratiæ, neque dignitatis: alii paulò æquiores, sermonis elegantiam magna ex parte illi detraherent, rerum verò cognitionem non adimerent, in vitiis autem morum objurgandis, severitatem gravitatémque non invenustam comprobarent; nominatim, *Senecæ* judicium de *Cicerone* multa cum libertate reprehendit, usque eò insolescens, ut illum appellet nugatorem hominem: noxque subjicit, *Sed jam verborum Senecæ piget, hæc tamen inepti & insipidi & insulsi hominis juxta nos præteribo*. Denique sic claudit censuram, *Dignus sanè Seneca videatur lectione ac studio adolescentium*. Mox, ut arguat inter malè dicta *Senecæ*, quæ pluta videri vult quàm bene dicta, esse quædam quæ probare possis, unicam duntaxat profert sententiam, hanc: *Quid refert quantum habeas, multò illud plus est quod non habes*. Etiam si non videtur hoc *Senecæ* dictum, sed *Publii* mimi, quum sit versus trochaicus tetrameter catalecticus. In hoc *Gellii* judicio, neque nihil est, neque vera tamen sunt omnia. Æquior in hunc est *Cornelius Tacitus*, qui quum integritatem constantiámque hominis cum cæteris rerum scriptoribus prædicet, orationis etiam cultum tribuit, dicendi genus ad delectationem verius quàm ad severitatem comparatum, excusat hoc nomine, quòd vir prudens quum perspiceret rerum adolescentis ingenium, per philosophiæ præcepta ad virtutis amorem non posse flecti, suavioribus, amœnioribúsque studuerit illud vel emollire vel occupare. Hinc factum est, ut *Nero* pangendis carminibus præcelluerit, quum orationibus à *Seneca* compositis sese venditaret. Inter omnes virtutes, quas & multas & eximias in *Senecæ* scriptis esse fatetur *Quintilianus*, nulla potior, quàm quod lectorem miris aculeis ad honesti studium inflammet, ab humilibus curis ac sordidis voluptatibus avocet. Quod quum sit optimum, quid refert quâ phrasi id efficias? quanquam ipsa quoque talis est, ut eruditissimo seculo fuerit inter præcipuos, tantum abest ut hisce temporibus possit fastidiri. Neque tamen nihil habent veri quæ doctissimi scriptores de illo pronunciárunt. Fuit alienorum ingeniorum parum candidus censor. Subinde ludit in graculos, & interdum absque causa: neque ferè refert ex probatis autoribus, quod non conetur convellere, quasi turpe sit cuiquam omnino assentiri. Quoties autem ingeniorum & eloquentiæ censuram sumpsit, quod potissimùm facit in libris *Declamationum*, quàm multos incessit petulantius, aliis tribuens fatuas sententias, aliis insanas, aliis stultas, salibus plus satis dicacibus, parúmque dignis viro gravi, ludens in plerosque. Quæ res speciem habet animi parum alienæ laudi faventis, & suæ nimium indulgentis. Quanquam hic est fermè morbus ac fastidium eruditorum omnium, ut vix existat aliquis tam absolutus, ut alteri per omnia satisfaciat, nisi longa temporis præscriptio, submotâ judicandi libertate, religione quâdam animos omnium occupavit. *Nasonem* aliquoties parum amanter attingit, quòd indulserit ingenio suo, viciáque sua diligere maluerit quàm corrigere. Quod judicium videtur & *Quintiliano* placuisse, qui putat ex illius *Medea* colligi posse, quantum præstare potuisset, nisi maluisset indulgere ingenio suo, quàm temperare. Atqui *Seneca* magis indulget ingenio suo in oratione prosa, ac seriis argumentis, quàm *Ovidius* in poematibus, plerisque ludicris. Alicubi desiderat in illo gravitatem rebus dignam, velut in descriptione diluvii *Deucalionei*, aliàs offenditur copiâ. quòd desinere nesciat. Nonnunquam objicit quòd sententiam aliquam mutuetur à *Portio Latrone*, quasi talem non possit ex se comminisci, aut quasi non possit fieri, ut duobus eadem sententia veniat in mentem. Nec *Virgilio* parcit interim, nec *Ciceroni*, quæ tamen res conducit studiis, si fiat æquis judiciis, ac citra petulantiam. Jam hoc ipsum quod in *Seneca* cum primis laudatur, corruptum est. Insectatur mores hominum liberè salsèque, sed non semper

sempet in loco, interdum immodicè, tum aliquoties affectatiùs, hísque modis ut non ita multum absit à scurrilitate: quædam vitia sic describit, dum insectatur, ut videatur invidere potiùs quàm odisse, útque doceat magis quàm detestetur. Sunt enim quædam ejus generis, ut ea depinxisse sit vel docere vel irritare. Qualis est obscœnissimus ex- A cum, communia, quanquam optima [illegible] tur. Nec rarò quæ pessimè dicta fuerant, [illegible] quentissimè applaudebatur. Ita dis[illegible] illo simplici ac naturali dicendi genere, [illegible] mnibus antefertur, vel hoc nomine [illegible] mendatur. Quid autem est oratio culta [illegible] nisi cantio probè modulata? Hinc est [illegible] tur *Quintilianus*, quosdam vitia sua, [illegible] clamando assueverant, in forum & ad seria ac- B ones detulisse, reorum gravi periculo, dum pa[illegible] nus mavult causam perdere, quàm jocum, aut schema, nonnunquam cum risu quoque judicum & coronæ. Talia quædam & *Seneca* vester in libros, velut hæc quæ diximus, tum fictiones illas palàm falsas, quibus frequenter utitur (*Videamus velis. Posthac pendebo de vultu tuo. Quemquam Novatus frontem contraxit.* Quin & in personis fingendis ac mutandis, interdum subitus est, ut hinc etiam obscuritas oriatur, dubitésque nonnunquam an ipse loquatur, an is adversùs quem agit, an aliqua tertia persona. Non quòd hæc non sunt ab aliis, sed parciùs, sed mollìs, sed magis perfecte. Multus est & in dialogismis, dū his aut illis personis suum affingit sermonem, quæ res & ad copiam, & ad delectationem, & ad vehementiam confert non quòd hoc faciat infeliciter, sed quòd frequentiùs & declamatoriè, hoc est, ad voluptatem magis, quàm ad serium usum cauſæ proposita. *Caligula Cæsaris* judicium contemni poterat ab hominis parùm integræ mentis, & qui *Virgilii* ac *Titi Livii* statuas conatus sit è bibliothecis [illegible] nisi & *Fabius* hoc notâsset, & ipsa res propemodum loqueretur. Desideres enim fere in [illegible] scriptis ordinem, & compositionem. Habet autem argumentum omne susceptum, initium, progressum & finem. Primùm enim tractari solet quid sit. Id explicatur divisione, cujus partes digeruntur in ordinem, & in quáque tractanda ordo quidam est, dum ea primùm tractantur quæ proximè attinent ad rei substantiam, deinde ea quæ accidunt, tum si qua cognata sint aut contraria, mox quæ hinc proficiscuntur, commoda vel incommoda: denique quibus rationibus hæc parentur, serventur, augeantur, aut contra, detrahantur, depellantur, aut minuantur, ut totus liber corporis instar sit, constans ex membris decenter collocatis; id quod in *Aristotele* videre, in *Seneca* desideres. Nec enim semper propositum ac dividit, & si id fecit, non prosequitur quod proposuit, sed ad omnem occasionem excurrit, aut subinde veluti de novo orditur. Rarò utitur transitionibus, quod in docendo plurimum habeat momenti, nonnunquam & circa finem operis ubique dividere, est ubi oblitus sui repetit eadem. Quæ res declarat illum, vel ex declamatoriis exercitamentis traxisse hoc vitii, vel quod vero proposito non præmeditatum accessisse ad scribendum, nec tam judicium rationémque sequutum, quàm impetum ingenii. Non enim incedit illius oratio, sed fertur magis, salítque potiùs quàm ingreditur, id quidem quod ad sententias attinet. Jam quod pertinet ad verborum compositionem, parcus est in adhibendis conjunctionibus, quæ sunt velut orationis nervi. Gaudet enim asyndeto, quod interdum magis facit ad dictionis celeritatem, seu veriùs argutiam. Neque rarò contextus sermonis talis est, ut dubites utro referendum sit membrum, ad superiorane an ad sequens

Submolestum

Subtile eſtum eſt interdum in eodem diverſe di-
cendi ſtudium, velut quod *M. Tullius* illud *Plu-*
tonis ſuperis ἐφόρια ἐκ ἀύλῳ μέσον γίγνεται, eleganter red-
didit, *Nemo noſtrûm ſibi tantùm naſcitur*, nè ſi-
militer diceret, malùit deteriùs dicere: *Nemo*
ſibi natus. Quæ verba, ut ingenuè quod ſentio
dicam, nunquam intellecturus eram, niſi ex te-
nore ſermonis conjectâſſem illum æmulari vo-
luiſſe *Platonis* ſententiam. Sit ſanè copiæ laus,
eadem aliter dicere; quid laudis habet, ut aliter
dicas, malè dicere? Quid quod, carpendi libidine,
frequenter eadem committit quæ reprehendit
in aliis. Notat in quodam voces aliquot ſordidas,
in quibus ſunt *ſpongia*, *laterna*, *pulegium*, *acce-*
tum, miriſque ſalibus exagitat, quod quidam
inter declamandum quæſierat cur teſta ſi cadat,
frangatur, ſpongia ſi cadat non frangatur, quum
ipſe in una epiſtola tot inſuleiat voces ſordidi-
ores, univerſam balnei ſupellectilem ac functio-
nem, ſuis natis vocabulis explicans. Qui minus
tamen liceat teſtam appellare teſtam, aut ſpon-
giam ſpongiam, ſi res poſtulet, quàm ficum vo-
care ficum, & fabam dicere fabam? Libenter
jocatur in argutias ſophiſticas, & philoſophorum
ſubtiles magis quàm neceſſarias quæſtiunculas,
& hujuſmodi tricis ſæpe nimium diu moratur
lectorem, ſed ita ut facilè appareat eſſe verum,
quod notat *Quintilianus*, illum in philoſophia
parùm diligenter fuiſſe verſatum. Eſt enim ar-
tificis ſcitè illa ridere, quæ non ſine ingenio tra-
dantur à ſophiſtis, & à *Socrate* facetiſſimè deri-
dentur. Quorſum autem attinet *Chryſippeis* il-
lis rogatiunculis totas explere paginas, *An ſa-*
piens ſapienti poſſit prodeſſe. *An ſapienti dari poſſit be-*
neficium à diis. *An virtutes ſint animalia*. *An*
ſingula virtutes ſint ſingula animalia; *An unum ſint*
innumera. *An ſervare patrem ſit animal*. Hujuſ-
modi nænias, quum frequenter inculcet uſque
adtædium, tamen ſubinde damnat. Quid autem
quæ eſt facere quippiam, in hoc ipſum ut factum
reprehendas? Quòd alicubi quædam ex auto-
ribus perperam refert, ſic excuſat *Quintilianus*,
ut dicat illum deceptum eorum fiduciâ, quibus
ſolet quædam inquirenda mandare. Hujus generis
aliquot loca notata ſunt ab eruditis. Alicubi
citat ex *Ovidio* quod eſt in *Tibullo*. Hæc eò
commemorantur à nobis, non ut deterreamus
lectoris ſtudium, ſed ut majore cum fructu legatur
vir tot eximiis virtutibus commendabilis. Ad-
dam quod mihi nonnunquam ſubolebat in illo,
ut diximus, declamatoria quædam affectatio, &
alicubi deſideres ſimplex illud & naturale. Unde
Neronis mater quum filio vellet movere invidiam,
jactabat imperium *Burro* & *Senecæ* commiſſum eſ-
ſe, quorum *Burrum* appellabat vilem ac truncam
manum, *Senecam* exulem, & linguam profeſſo-
riam. Ingenio facili verſatiliſque fuiſſe colligitur
hinc, quòd in diverſis argumentis ſtilum exercuit
pari propemodum ſucceſſu; quod nec *Ciceroni* nec
Virgilio contigit. Nam *Tacitus* commemorat
illius poemata, de quibus ſentiens incertum.
Nam Tragœdiarum opus eruditi quidam ma-
lunt *Senecæ* filio tribuere, quàm huic; ſunt qui
fratri *Senecæ* adſcribant. Ex prima Tragœdia
verſus aliquot refert, *Duc me parens ſummíque*
dominator poli, &c. Quanquam mihi videtur opus
hoc Tragœdiarum non eſſe unius hominis. Certè
ex ludicro libello de morte *Claudii*, conjicere

A licet illum haudquaquam iratis Muſis & *Apol-*
line verſatum in hoc ſtudii genere. Tametſi *Fa-*
bius exiſtimat eam rem obſtitiſſe *Senecæ*, quo
minus in uno quopiam excelleret, quòd in omni-
bus argumentis verſaretur; id enim ſuſpicor
eſſe quod ſcribit, *Si parum concupiſſet*: certè *Ta-*
citus declarat hinc illi conflatam invidiam, quòd
occupans omnia, nihil aliis laudis relinquere vi-
deretur. Commemorat *Tacitus* & orationes e-
B juſdem, quæ à nobis deſiderantur, niſi fortè
ſentit has quas habemus conſolatorias, unam ad
Martiam, alteram ad *Polybium* acephalon, ter-
tiam ad *Albinam*, ſive ut in aliis reperitur *Elbiam*,
matrem, quas tamen libros dixeris citiùs quàm
orationes. Indicat idem alias quaſdam oratio-
nes, vulgo fuiſſe jactatas, *Neronis* quidem nomine,
ſed à *Seneca* compoſitas. Nec has opinor com-
memorat inter illius opera. Unicam ex *Cornelio*
Tacito huic adjecimus editioni, brevem quidem
C illam, ſed elegantem, planéque *Senecæ* phraſim
referentem; Utinam extarent & illa quæ mori-
turus dictavit. Nam ea *Taciti* temporibus habe-
bantur in manibus. Commemorat & Dialogos
ejus, quorum & *Fabius* meminit. Horum nihil
extat, præter unicum brevem, cui quidam titu-
lum fecerunt *Senſus & Rationis*, qui an illius ſit
neſcio, certè mutilatum habemus, & conſarcina-
tum. Divus *Hieronymus* adverſus *Jovinianum* ci-
tat *Senecæ* librum *De Matrimonio*. Ipſe in *Na-*
D *turalibus quæſtionibus* indicat ſe juvenem ſcripſiſſe
librum *De Terræ motu*. Edidit opus *De ſuperſti-*
tioſis ritibus colentium deos. Nam *Auguſtinus* in
opere *De Civitate Dei*, libri ſexti capite quinto,
multa hinc recenſet. Epiſtolas commemorat cum
Fabio Tacitus, quas ſcripſit ad imitationem *Platonis*,
ſed ad unum omnes, videlicet *Lucilium Balbum*
Siciliæ Præſidem: quod argumentum ſibi propo-
ſuiſſe videtur, ut ingenio ſuo indulgeret; nullum
enim liberius. Nam quicquid vel audieris, vel lege-
E ris, vel in ſomnis occurrerit, epiſtolæ ſit argumen-
tum: Deinde licet ordiri unde velis, tranſilire quò
velis, finire quum velis. Sed interim abeſt illud,
quod eſt in aliorum epiſtolis gratiſſimum, quæ
verè & ex re ſcribuntur; alioqui poteramus & nos
ex Proverbiis ſingulis ſingulas facere epiſtolas.
Jam an hoc opus habeamus integrum neſcio, cer-
tè verba *Senecæ*, quæ multa recenſet *Gellius* ex
vigeſimo ſecundo libro Epiſtolarum, nuſquam
in illius ſcriptis inveniuntur. Et tamen eſt in
F eo libro quædam epiſtola, cujus initium, *Quare*
quibuſdam temporibus, in qua taxat quorundam
πανζυπίαν, & ſtili vitia. Ex hac ut conjicio, ali-
quis *Ciceroni* bene volens, ſuſtulit eum locum quo
debacchatur in illius eloquentiam. Ex omnibus
porrò *Senecæ* monumentis, nullum, meâ ſenten-
tiâ, magis ſtudiorum referrebat integrum extare,
quàm libros *Declamationum*, quos fuiſſe multos
declarat Epitome quam habemus. Plurimùm
enim contuliſſet & ad inveniendum & ad judi-
G candum. De quo ſuo loco nonnihil dicemus. Ut
igitur *Seneca*, ornatiſſime Præſul, prodiret in
publicum, tui potiſſimùm nominis felicibus au-
ſpiciis, videor mihi non omninò ſegniter, nec in-
feliciter navâſſe operam. Certè tantum impen-
ſum eſt curæ, quantum nè juvenis quidem ullâ pe-
cuniariâ mercede fuerim ſuſcepturus. Non men-
titus eſt *Naſo*, quum ait,

——*& immenſum gloria calcar habet*:

ſed

sed ipsâ re comperi, ignominiam acriùs habere calcar. Extimulavit huc nonnihil ornatissimus juvenis *Andreas Zebridovius*, & suis imaginibus, & te patruo dignus, quòd intelligerem quantum utilitatis hinc esset illius studiis accessurum, vel ad rectè vivendi rationem, vel ad dicendi facultatem. Malo doctus, posthac meliùs meminero Cassitæ sapienter monentis, nè quid expectem amicos, quod ipse rectiùs præstare queam: nec excidet vetus Proverbium, quod verat bovi imponi clitellas. Quòd si tibi videor prioris editionis dedecus hac editione satis eluisse, non pœnitet hujus operæ, quamvis molestæ. Apud studiosos autem plurimum favoris ac dignitatis accesserit *Senecæ*, si tuo, hoc est, doctissimi & integerrimi Præsulis judicio fuerit comprobatus, qui ut his temporibus longè turbulentissimis inclyto *Poloniæ* Regi *Sigismundo*, totíque regno eximium Cancellarium, ecclesiæ Præsulem incorruptissimum præstas; ita disciplinis quoque liberalibus, quarum ipse peritissimus es, munificentissimum exhibes *Mecœnatem*. Eóque precor, ut pulcherrimos tuos conatus *Christus* Opt. Max. bene fortunare dignetur. Vehementer enim discruciat animum meum ista fatalis lues, quæ per orbem penè universum, & Principum concordiam, & *Christiani* populi religionem, & honestissimas disciplinas mirè vitiavit, adeò ut me studiorum, quibus alioqui nihil est dulcius, interdum pigeat. Sed in primis Domini clementiâ, deinde tuâ tuíque similium vigilantiâ spero futurum, ut huic plusquam ferreo seculo succedat ætas, si non aurea, certè paulò felicior. Datum *Basileæ*, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono. Mense Januario.

In ARISTOTELIS opera Græcè.

Erasmus Roterodamus Joanni Moro S. D.

Epist. 13. ARistoteles Philosophorum, nè *Platone* quidem juxta *M. Tullium* excepto, citra controversiam omnium doctissimus, ornatissime juvenis, crasso cuidam & ἀμύσῳ *percontanti, quid esset discriminis inter doctos & indoctos, expeditè respondit, quod inter viventes & mortuos*: rectissimè judicans, qui corporum modò vitâ fruerentur, quam habemus cum asinis, suibus, & anseribus communem, & corporeis tantùm oculis solem intuerentur, quem acutiùs cernunt aquilæ: animis verò, quibus, ut idem ait, lucem ac vitam donat philosophia, nihil cernerent, eos nec hominis appellatione dignos, & mortuos esse veriùs quàm vivos, minimóque intervallo à lapideis differre signis; hoc nomine etiam inferiores, quòd statuæ sic delectant oculos, ut nemini maledicant, lædántve quenquam. Idem dicere solet, *liberalium disciplinarum radices quidem subamaras esse, fructus verò dulcissimos*. Quod idem rectiùs, utpote Poeta significare videtur *Homerus*, quum depingens Moly, herbarum præstantissimam, & adversus omne maleficiorum genus efficacissimam, ait eam radice nigrâ esse, sed flore lacteo candidóque. Proinde præstat hoc nobis eruditio liberalis, non tantum ut homines simus, & à pecudum genere segregemur, ut toti veréque vivamus, verumetiam feliciter, suavitérque vivamus. Nihil autem addubito, mi *More*, quin tu jamdudum devoraro, si quid erat in studiis [illegible] mos philosophiæ fructus carpas, [illegible] patre natus, & ab eodem à teneris, [illegible] guiculis institutus, formatus, ac [illegible] non minus in utriusque linguæ disciplinis, [illegible] in pietate *Christiana*, moribúsque [illegible]. Siquidem ipse vir pius juxta ac eruditus, nihilmagis cordi studióque habuit, quam ut filium sui similem magis educatione fingeret, quam naturi genuisset, quo nimirum & ipse totus esset pater, & te filium haberet verè γνήσιον. Hoc profectò nomine non paulò fortunatior es, quàm si ex quovis Regum Cæsarúmve nasci contigisset. Si istam tuam felicitatem agnoscis, ut te maximè facere credo, non potes non & maximas agere gratias universæ felicitatis autori Deo: & summâ ope conniti, ut tum numinis tam effusæ in te benignitati, tum optimi parentis eximiæ pietati respondeas. Etenim si cuiquam omnino contigit, ut, quod ait Comicus, domi haberet unde disceret, & eruditionem ac pietatem uni cum lacte nutricum sugeret, hoc tibi datum est insigniter. Neque nescis ab hoc eodem *Aristotele* (nè ab illo recedamus) præclarè dictum esse, *plus debere nos iis à quibus instituti sumus, quàm à quibus prognati; quòd à parentibus tantùm accipiamus ut vivamus, à præceptoribus ut bene vivamus*. Utrunque munus tibi cumulatissimè præstitit optimus parens tuus, & tu illi geminam debes gratiam. Hæc quum ita sint, videor mihi supervacaneam sumpturus operam, si jampridem alacriter currentem coner incitare. Applaudere tantùm & acclamare libet, strenuè, multis à tergo relictis, ad perfectionis metam properanti, videlicet quo curras alacriùs. Arbitror enim te jampridem absolutis manuductionibus disciplinis, augustioris philosophiæ mysteriis initiatum, ut Sapientiam Eloquentiæ copulet, pedissequæ Reginam. Nam nimis ridiculè mihi facere videntur, qui per omnem vitam nihil aliud agunt quàm ut rectè loquantur, nec hoc ipsum quod unum expetunt, consequuntur, quum, juxta *Flaccum*, *dicendi rectè, sapere & principium sit & fons*. Hæc reputanti, suavissime *Joannes*, visum est *Aristotelem* totius Philosophiæ principem & consummatorem, modò veluti renatum, tibi dicare, ut in hujus penetralibus assiduè versans, si quid deest orbi disciplinarum, absolvas. Unus enim hic Philosophiam, à diversis per fragmenta sparsim mutilatímque traditam, in ordinem redegit, ac velut in corpus compegit, ut qui à Poetis ac Rhetoribus orsus, ad Logicen deducit: hinc moribus omni ex parte diligenter institutis, per omnes naturæ partes circumducit: postremò, ad ea quæ naturam humiliorem superat, evehit, usque ad summam illam mentem, quæ superat omnem intellectum. Unde non injuriâ *M. Tullius*, haudquaquam stupidus ingeniorum æstimator, hunc unum appellat aureum flumen, aptiùs meâ sententiâ dicturus, totius sapientiæ ditissimum quendam mundum. Sed ὁ φθονερὸς deorum invidentissimum, cui parum est exedere marmora & æra, corporum imagines, nisi & ingeniorum monumenta vel devoret, vel corrumpat. Tam opulentus, tam inæstimabilis thesaurus nobis in totum perierat, nisi per *Lucium Syllam* fuisset ab orco reductus, quo vel unico beneficio vir ille semet ab invidioso convicio vindicare

vulgare, poterat, quo contumeliosis versibus sibi felix dictus est, non Reipublicæ. Nam *Aristo.* nulis lucubrationibus in lucem revocatis, non uni tantum urbi, sed universo orbi felix dici promeruit. Sed hoc gaudium de recepto *Aristocle*, non mediocri dolore temperavit *Nemesis*, dum reputans quàm multa rursus ex hujus Philosophi monumentis interciderint, quæ prisci scriptores testantur ab eo composita: aiunt enim illum scripsisse libros plures trecentis. *Diogenes* summam æstimat versibus supra quinquies mille, trecentis & triginta. Nam prisci solent versuum numero signare voluminum magnitudinem, veluti notâ certiore, quod libri frequenter sint inæquales pro materiæ copiâ. Sed hujus jacturæ molestiam qualicunque solatio mitigant, quòd aiunt paucos quidem, sed optimos quosque nobis esse incolumes. Universos autem redigunt ad quatuor classes, quarum prima continet eos qui dicendi persuadendíque rationem tradunt: Ad hunc referri possunt ea quæ de Poetica, Musica, Proverbiisque scripsit, aut si quod est aliud simile. Secunda, qui disserendi ratiocinandíque scientiam docent. Tertia qui moralem civilémque disciplinam tradunt. Quarta, qui de naturalibus ac supernaturalibus tractant. Nunc quid in quaque classe nobis perierit aut extet, velut in tabula, tibi depingam.

In prima, quæ, ut dixi, *Rhetoricen* docet, qui *Græci* extant hi sunt:

Rhetorices ad Theodectum, libri tres, quum *Laertius* non numeret nisi duos, testans tamen illum de Rhetorica bis, duobus voluminibus tractâsse. Ad *Alexandrum De civilibus sermonibus*, liber unus. *De Poetica liber unus.*

In secunda, quæ *Dialecticen* tradit, extant hæc:

De Prædicamentis decem, liber unus. *De Enunciatione*, liber unus, quem nunc secant in duos. *Analyticorum Priorum*, libri novem, quum nobis extent tantùm duo; nisi fortassis hi sunt, quos *Laertius* hoc titulo commemorat, *Syllogismorum duo. Analyticorum Posteriorum*, sive *Demonstrationum* libri duo. *Topicorum*, libri octo. *Elenchorum* liber unus, quem nescio quis secuit in duos.

In tertia, quæ *Moralia* continet, hæc supersunt:

Ethicorum ad Nicomachum libri decem. *Ethicorum ad Eudemum* libro octo: sic videtur, est enim septimus longissimus. *Ethicorum quæ Magna* vocantur, libri duo. *Politicorum*, libri octo. *Oeconomicorum*, libri duo, quorum alter nothus est.

In quarta supersunt hæc:

Naturalium auscultationum, libri octo. *Meteorologicorum*, libri quatuor. *De Cœlo* libri quatuor. *Historiæ Animalium*, libri decem. *De Partibus Animalium*, libri quatuor. *De Generatione Animalium*, libri quinque. *De Generatione & Corruptione*, libri duo. *De Mundo* ad *Alexandrum*, liber unus. *De Coloribus*, libri duo. *De Plantis* liber unus. *De Sensu & Sensibili*, liber unus. *De Juventute & Senectute*, liber unus. *De Somno & Vigilia*, liber unus. *De Insomniis*, liber unus. *De Divinatione in somnis*, liber unus. *Problematum sectiones permultæ. De Vita & Morte*, liber unus. *De Respiratione*, liber unus. *De Flatu*, liber unus. *De Physiognomicis*, liber unus. *De Anima*, libri tres. *De Memoria & Meminisse*, liber unus. *De Mechanicis*, liber unus. *De Lineis illatabilibus*, liber unus. *De Xenophanis, Zenonis, & Gorgiæ placitis*, liber unus. *Supernaturalium*, libri quatuordecim.

Tantum nobis superest, & quidem *Græcè*. Nunc accipe quæ in quaque classe desiderentur.

De prima desiderantur hæc:

De Poetis, libri tres. *De Rhetorica*, liber unus, cui titulus *Gryllus*. *Nerinthus*, liber unus. *De Enthymematibus rhetoricis*, libri duo. *Artis Poeticæ tractatio*, libri duo. *De Consilio*, liber unus. *De Homericis ambiguitatibus*, libri sex. *Liberalium Disciplinarum*, libri duo. *Parabolarum*, liber unus. Ἀτάκτων, id est, *Inordinatorum*, libri duodecim. *Olympionica*, liber unus. *Pythionica*, liber unus. *Pythionicarum elenchi*, liber unus. *Dionysiacæ victoriæ*, liber unus. *Pithicus*, Musices liber unus. *De Tragœdiis*, liber unus. *De Doctrinis*, liber unus. *Proverbiorum*, liber unus. *Carmen ad Philoxenum*, Scripsit & *Elegias*. His adjungi possunt, *Mathematicus*, liber unus. *De Magnitudine*, liber unus. *De Musica*, liber unus.

Ex secunda desiderantur hæc:

Sophista, liber unus. *Menexenus*, liber unus. *De Scientiis*, liber unus. *Solutiones contentiosorum*, liber unus. *Divisiones sophistica*, liber quatuor. *De Contrariis*, liber unus. *De Speciebus & Generibus*, liber unus. *De Propriis*, liber unus. *Commentaria aggressoria*, libri tres. *De instantia*, liber unus. *De his quæ aliquot modis dicuntur*, aut *juxta additionem aut propositum*, ut reddidit *Diogenis*, interpres, quum *Aldina* editio habeat κατὰ πρόσθεσιν, liber unus. *De scientia*, liber unus. *Divisiones decem & septem. Divisibilium*, liber unus. *De interrogando & respondendo*, libri duo. *De Propositionibus*, liber unus. *Propositionum contentiosarum*, libri quatuor. *De Syllogismo*, liber unus. *De Quæstionibus*, liber unus. *Methodicorum*, libri octo. *De Syllogismis*, libri duo. *Syllogisticorum & definitionum*, libri duo. *De Eligibili & Contingenti*, liber unus. *De his quæ ante locos sunt*, liber unus. *Topicon ad finitiones*, libri duo. *Divisionum*, liber unus. *Definitionum*, libri tres. *Epicherematum*, libri duo. *Quæstiones aggressoriæ*, libri viginti quinque. *Artium collectio*, libro duo. *Ars*, liber unus. *Ars alia*, libri duo. *Compendium Artis*, liber unus. *Artis Theodecti contractio*, liber unus. *Enthymematum divisiones*, liber unus. *De Dictione*, libri tres. *Collectionum*, libri duo. *Adversus Gorgiam*, liber unus. *Problematum ex Democrito*, libri sex. *De doctrina*, liber unus. *Adversus Zenonis scita*, libri duo. *Encyclicorum*, libro duo.

Ex tertia interciderunt hæc:

De Justitia, libri quatuor. *De Philosophia*, libri tres. *De Republica*, libri duo. *Amatorius*, liber unus. *Convivium*, liber unus. *De Divitiis*, liber unus. *Exhortationum*, liber unus. *De Nobilitate*, liber unus. *De Voluptate*, liber unus. *Alexander*, seu *De Colonis*, liber unus. *De Regno*, liber unus. *De Bono*, libri tres. *De Platonis legibus*, libri tres. *De Republica Platonis*, libri duo. *De Amicitia*, liber unus. *Quid sit affici aut affectum esse*, liber unus. *Propositiones de Virtute*, libri tres. *De Perturbationibus iræ*, liber unus. *De Imperio*, liber unus. *De Meliori*, liber unus. *De Affectibus*, liber unus. *De Voluntario*, liber unus. *De*

Pulchro, liber unus. *Quæstionum de Amicitia*, libri duo. *Politicorum*, libri duo. *De Justis*, libri duo. *Justificationum*, libri duo. *Jura*, liber unus. *Lex commendatitia*, liber unus. *Legum*, libri quatuor. *Politiæ civitatum*, libri centum viginti octo: & seorsum *De Democratia*, *Oligarchia*, *Aristocratia*, & *Tyrannide*. Addantur his *Epistolæ ad Philippum*. *Selymbriorum epistolæ*. *Ad Alexandrum* quatuor. *Ad Antipatrum* novem. *Ad Mentorem* una. *Ad Olympiadem* una. *Ad Hephæstionem* una. *Ad Themistagoram* una. *Ad Philoxenum* una.

Ex quarta interciderunt hæc:

De Elementis, libri tres. *De Motu*, liber unus. *De Idea*, liber unus. *Quæstionum de Anima*, liber unus. *De Natura*, libri tres. *Physicus*, liber unus. *De Archytæ philosophia*, libri tres. *De Speusippi & Xenocratis philosophia*, liber unus. *De Timæi & Archytæ libris decerpta*, liber unus. *Adversus Melissi dicta*, liber unus. *Adversus Pythagoricos*, liber unus. *Adversus Alcmæonis placita*, liber unus. *Adversus Xenocratem*, liber unus. *De Pythagoricis*, liber unus. *De Incisionibus*, libri octo. *Excerptio incisionum*, liber unus. *De Compositis Animalibus*, liber unus. *De fabulosis Animalibus*, liber unus. *De non gignendo*, liber unus. *De Plantis*, libri duo. *Medicinalium*, libri duo. *De Signis Tempestatum*, liber unus. *Astronomicus speculativus*, liber unus. *De Motu*, liber unus. *Inspectorum problematum*, libri duo. *Expositæ generatim*, libri quatuordecim. Vides charissime juvenis jacturam simul & lucrum studiorum, quorum utrunque eo visum est proponere, ut his qui Deo propitio superesse contigit, fruamur avidiùs, cautiúsque servemus. Quanquam plura extant hodiè *Latinè* versa, quàm quæ *Græca* reperiuntur. Et in utroque genere sunt, de quorum autore non immeritò possit ambigi. Primùm illa minuta opuscula, *De Vita & Morte*, *De Memoria & Meminisse*, *De Longævitate & brevitate vitæ*, & hujus generis multa, vel hoc argumento videri possunt notha, quòd apud *Diogenem Laertium*, qui curiosiùs etiam recenset hujus viri lucubrationes, horum nulla omnino fiat mentio, etiamsi in his nihil ferè est non eruditum ac lectu dignum. Librum *De Pomo* constat hominis esse *Christiani*. In librum *De Vegetabilibus* qui præfatur, ait esse versum ex *Arabica* lingua: ac probabile est *Arabis* cujuspiam esse, adeò subinde citat *Abruculum* quendam, *Græcis* inauditum. Quicquid tamen est hujusmodi libellorum, quoniam ab his qui philosophiam *Aristotelicam* in scholis profitebantur, solent prælegi, *Aristotelis* titulum obtinuerunt. Liber *Moralium*, quæ *Magna* dicuntur, videtur ex libris ad *Nicomachum* decerptus. Qui verò ad *Eudemum* scripti sunt, in prioribus planè referunt vim & acumen *Aristotelis*, posteriores videntur ab alio quopiam adjecti, quum in his repetantur iisdem verbis quæ disputantur ad *Nicomachum*. Librum *De Mirabilibus narrationibus* res ipsa loquitur è diversis autoribus esse consarcinatum, nec præ se fert indolem *Aristotelicum*. *Opus Problematum* in primis eruditum, apparet à studiosis contaminatum, vel hoc indicio, quod toties eadem iterantur. Et haud scio an hoc sit opus, quod *Laertius* hoc titulo recenset, *Problematum ex Democrito* libri sex.

A Commemorantur & alii duo libri *Problematum rationalium*, unus *Encyclicorum*, rursus alii duo *Protaseon*, ex quibus probabile est [illegible] mus sectiones magna ex parte decerptas. *De Oeconomicis Laertius* non recenset nisi unum librum, quum *Leonardus Aretinus* verteris duos, quorum posterior non invenitur. In hujus locum *Aldus* suppositit *fragmentum strategematum*, nihil faciens ad rem œconomicam. Prior [illegible] est *Aristotelis*, sed utinam esset absolutus! Secundus, quem vertit *Leonardus*, nec cohæret cum superiore, nec resipit ingenium *Aristotelis*. *De Anima Laertius* unum tantùm librum commemorat, sed hunc fortasse studiosus aliquis antea dissecuit. *Rhetorica* ad *Alexandrum*, quamvis apprimè docta, tamen duplici nomine dubitari potest an sit illius germana: primùm quòd Oratorum more præfatur, id quod alibi non fecit, sed semper ad rem festinat: deinde quòd hujus *Diogenes* non meminerit. Liber *De Plantis* non est separatum opus, sed pars, aut, si mavis, tertius liber *De Coloribus*. Liber *De Mundo ad Alexandrum* diserti hominis est, sed multùm discrepans à Phrasi *Aristotelica*. Liber *De Lineis insecabilibus*, quamvis hominis apprimè docti non sapit tamen *Aristotelem*, nec ejus meminit *Laertius*. In his ita meam sententiam sperni, ut nihilo secus suum cuique liberum pro re quidem sit judicium. Reliquum est, ut paucis arguam, quid hâc postremâ, hoc est, *Bebelianâ* editione accesserit studiosis. Principio fateor plurimum gratiæ deberi *Aldo*, qui primus omnium sua industriâ typis *Græcè* evulgârit autorem, quo fit alius lectu dignior, nam ante hæc illum habebamus, sed ita versum, ut ad intelligendum Deûm, quod aiunt, natatore esset opus, si modò excipias quæ vertit *Theodorus Gaza*, in hoc genere felicissimus, & *Leonardus Aretinus*. Nam *Argyropulum* arbitror post editionem *Aldinam* eam provinciam aggressum. Sed *Aldina* volumina quoniam magno emebantur, submovebant tenui Philosophiæ candidatos, nec fere invenichantur nisi in *Italia*: pòst vix unquam repelii cuperunt, divenditis omnibus aut certè plerisque. At hæc præstitit *Joannes Bebelius*, ut inestimabilem thesaurum typis multò elegantissimis evulgatum, quamlibet tenuis non magno precio sibi possit comparare. Imò non prorsùs idem nobis prodiit *Aristoteles*, sed multò quàm ante hac emendatior, idque potissimùm studio, vigiliis, fidéque *Simonis Grynæi*, juvenis in omni genere literarum haudquaquam vulgariter eruditi: at non sine præsidiis fidelium exemplarium. Siquidem in *Dialecticis* adhibitus est emendatissimus codex, in quo vix ulla fuit pagina, quæ non aliquod operæprecium attulit. In *Physica auscultationibus* consulta sunt *Simplicii* commentaria, & in hujus argumenti libro septimo pro *Themistiana* paraphrasi, repositi sunt ipsius *Aristotelis* verba, idque ex autoritate *Simplicii*, ut confidimus in his duobus operibus aut nihil aut quammininimum fore quod lector desideret. In libris *De Animalibus* loca non pauca restituta sunt, præsidio translationis *Theodoreæ*. Liber *τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ* minimum erat inquinatus mendis, nisi quòd huic operi autor ipse non videtur extremam addidisse manum.

Ethica ad Nicomachum rectè habebant, nec admodum

modùm egebant emendatoris industriâ. Atque utinam licuisset in opusculis minutioribus omnes explere lacunas, & quod depravatum erat ad plenum restituere. Imò utinam liceret omnia quæ in hujus viri incubationibus desiderantur, adjungere. Certè quicquid ab *Aldo* fuit editum, hîc & solidum habetur, & multò castigatius, denique longè minori precio parabile. Id meo periculo non dubitem pollicèri, meámque fidem facilè probabit diligens Lector, si non gravabitur conferre. Jam si quis expendat, quantis vigiliis, quantis sudoribus, quantis etiam impendiis parata sit hæc studiosis omnibus commoditas, fatebitur plurimum & favoris & gratiæ deberi *Joanni Bebelio*, qui quum posset, aliorum exemplo, frivolis ac mox emoriturис libellis venari præsens lucrum, malnit in egregios autores maximam facultatem suarum partem periclitari. *Lacon* ille nihil morabatur divitias de funibus pensiles: sed haud scio an incertiora sint quæ pendent de chartis. Æquum est autem, ut omnes literarum studiosi talium virorum industriæ faveant, & favendo ad similia audenda studeant accendere. Id fiet, si quanto studio ille tantum thesaurum offert, tantâ aviditate rapiant quibus illo est opus: & quitandem non est opus? ut jam hoc multo magis sit favere sibi, quàm *Bebelio*. Sed ut ad te redeam, clarissime juvenis, scio te in hoc Peripatetico solitum libenter περιπατεῖν, libentiùs etiam obambulaturum, quum omnia deprehenderis purgatiora. Proinde ut huc hortari te serum arbitror, ita ut pergas, excitare non admodum puto necessarium, qui tot exemplis domestiсis undique pungaris extimulerisque, ut quamvis pigrum ac somniculosum ingenium possit ad sapientiæ studium excitari. Hic ipse *Aristoteles* dixisse fertur, *sibi turpe esse silere, loquente Xenocrate*: longè verò turpius tibi fuerit non philosophari, quum videas optimas sorores tuas *Margaritam*, *Aloisiam*, *Ceciliam*, tam sedulò, támque feliciter in utriusque linguæ scriptoribus versari. Quanquam omnium acerrimum ad omnem virtutem calcar esse debet, vir omnibus numeris absolutus pater tuus *Thomas Morus*, qui magis te genuit institutione quàm naturâ, & in quo velut in speculo vides esse verissimum quod dicere solitus est *Aristoteles*, κάλλιον εἶναι τῷ γήρᾳ παιδία. Siquidem hoc magna ex parte debet literis, quòd ei muneri, quo non aliud vel secundùm regiam dignitatem augustius, vel ad bene gerendum difficilius, non modò par esse, verùm & superesse potest. Quod tamen ipsum, nisi prorsus ignoro naturam illius, perlubenter recusaturus erat, si vel fas judicaret usquam non morem gerere Regis optimi voluntati, vel pium existimaret, patriæ concordibus suffragiis ac publicâ voce huc vocanti pernegare obsequium. Quin & illud debet philosophiæ, quòd nec tanta dignitas tantillum illi addidit supercilii, nec negotiorum undique circumstrepentium undæ, quicquam de pristina comitate diminuerunt. Video jamdudum epistolam excedere modum, sed dimittam te, si tibi adhuc unum *Aristotelicum* apophthegma recensuero. Quidam jactanti sese quòd amplæ celebrisque civitatis esset civis, *Noli*, inquit, *istuc spectare, sed expende num illustri civitate sis dignus*. Itidem tu quoque, mi *Joannes*, meritò gloriari poteris te tali patre prognatum, si, quod facis, adniti pergas, ut tali patre dignus videare. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, tertio Calendas Martias, Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo.

In Plinium.

Stanislao Turzo Olmutzensi Episcopo Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 14.

HAbent hoc egregia magnorum artificum opera, Præsul ornatissime, ut non solùm nobilitent autores suos, quorum auspiciis impendiisve nata sunt, aut quibus dicata fuerant, verùm etiam omnes, quicunque vel in absolvendo, vel in sarciendo portionem aliquam industriæ suæ contulerunt. Quorundam etiam æmulatio quamvis parum felix, tamen illustris fuit. Quis enim hodie nôsset *Mausolum Cariæ* regulum, aut hujus conjugem *Artemisiam*, quis *Scopam*, *Bryaxem*, *Timotheum*, *Leocharem*, aut *Pythim*, nisi *Mausoleum* opus longè celebratissimum his omnibus famam dedisset immortalem, cum ipsum sese ab injuriâ temporis exedentis omnia, vindicare non potuerit? Nullum hodie vestigium extat operosi tabernaculi quod condidit *Moses*, aut celeberrimi quondam templi quod *Hierosolymis* extruxit *Solomon*, *Esdras* restituit, & tamen semper victurum est in hominum memoria nomen laudati *Belesebelis*, & *Hyram Tyriorum* Regis. Quin & ipse *Solomon*, quamlibet aliis quoque nominibus inclytus, bonam magnámque gloriæ suæ partem nobili debet ædificio: solidior autem veriórque gloria contingit ex his monumentis quæ vitæ mortalium insignem aliquam adferunt utilitatem, quàm ex *Ægyptiarum* Pyramidum molibus, quæ præter opulentiæ barbaricæ stultam & ociosam ostentationem nihil habent, aut ex Labyrinthis, Colossis, nodis inexplicabilibus, musicis tegentibus quadrigam, *Dodoneis* lebetibus, heptaphonis porticibus aliisque id genus argumentis, quæ delectant quidem artis & ingenii miraculo, sed præterea nullo juvant usu. Hujusmodi famam pariunt autoribus suis veriùs quàm gloriam. Nobilitatus est suo tauro æneo *Perillus*, sed ut præstiterit obscurum esse. Plus itaque veræ laudis promeruerunt, qui extructis pontibus, portubus, thermis, & aquæ ductibus, utilitatem cum operum magnificentia conjunxerunt. E quibus omnibus, si quod est præstantissimum eligas, quid ad hoc opus, quod nobis vivum ac spirans ingenii sui monumentum reliquit *Plinius*? Imò non opus est, sed thesaurus, sed verè mundus rerum omnium cognitu dignarum. Proinde non mirum si unum tot viros nobilitavit, hodiéque nobilitat. Nemo fuit tam obscurus, quin illustris esse cæperit, postea quam huic operi manum admovit. Perierat nobis hoc divinum munus, ni certatim à summis ingeniis advigilatum esset, ut ex ruinis penè deploratis orbi renascereretur. Inter hos prima citra controversiam laus debetur *Hermolao Barbaro*, non tantùm ob id quod primus omnium facinus longè pulcherrimum ausus sit aggredi, verùm etiam quòd cæterorum nemo unus plura restituerit. Ac nè longum texam catalogum, inter plurimos qui *Barbari* exemplum sunt æmulati, non instrenuam operam hic nobis navavit *Guilhelmus Budæus*, vir præter

absolutam eruditionem, exquisitæ diligentiæ. Post hunc *Nicolaus Beraldus* homo supra peritiam humanarum literarum, Mathematices etiam pulchrè callens, quódque hic vel præcipuum erat, sani judicii, non minore studio quàm religione versatus est in hoc labore. Nuper omnium postremus *Joannes Cæsareus* in omni genere literarum exercitatissimus, non infelicem operam præstitit. Atque horum omnium quidem industriæ debemus, quòd *Plinium* habemus multò quàm antehac emendatiorem. Cæterùm ut in picturis quibusdam artis exquisitæ, semper oculis contemplantium offert sese novi quippiam quod admirentur, ita in emaculando *Plinio* versantibus, nunquam defuturum est quod sarciendum sit. Festiviter quidem dictum est à *Plauto: Negotii sibi qui volet vim comparare, navim & mulierem hæc duo comparato.* Nam nullæ res magis duæ plus negotii habent. Idem seriò veréque dici potest, nunquam ei defuturum negotium, qui in *Plinio* restituendo velit operam sumere. Ut enim nihil aliud, certè typographorum incuria facit, ut in probatissimis quibusque scriptoribus, semper eruditis viris retexenda sit, ut ita dicam, tela *Penelopes*, quandoquidem illi quotidie plus depravant suâ socordiâ, quàm eruditorum diligentiâ possit reponi. Nonnullorum operum ea divinitas fuit, ut omnium artificum manus, inimitabili quâdam artis eminentiâ deterrerent, vel à supplando quod erat inchoatum, vel à sarciendo quod erat depravatum. Inter *Apellis* opera duæ potissimùm *Veneres* celebrantur à scriptoribus, altera emergens è mari, unde & ἀναδυομένη dicta, altera quam *Coi* inchoavit, illum etiam superaturus, nisi mors invidisset operi nascenti. Prioris inferiorem partem corruptam, nullus inventus est qui posset reficere: posteriorem imperfectam, nemo potuit ad præscripta liniamenta perficere. Quo magis probata est artificum modestia, hoc magis detestanda est quorundam temeritas, nè dicam impietas, qui *Plinianum* opus, omnibus omnium sculptorum ac pictorum operibus anteponendum, sic vel describendo vel excudendo corruperunt, ut devotis animis in tam eximii scriptoris exitium conspirâsse videri, queant. Atqui id nè fieret, oportuit Regum esse curam, quum nullus sit liber dignior qui Regum manibus teratur, quòd non ex alio citiùs hauriatur rerum omnium cognitio. Quid autem magis decet orbis monarchas, quàm cæteris antecellere prudentiâ? Prudentia verò quæ rebus periclitandis colligitur non solùm misera est, quemadmodum verè scripsit ille, propterea quòd magno multorum malo paratur, verùm etiam dispendiosa, ut plerunque serò contingat. At istas moras nihilo magis fert Respublica, quàm navis in mari periclitans nauclerum imperitum donec proficiat. Præsens enim periculum artificem jam promptum requirit. Itaque monarchas non vacat ullam vitæ portionem amittere, nec pueros esse licet, etiam si sint imberbes, animi canities adsit oportet: ea non aliunde rectiùs colligitur, quàm ex hoc opere, quod tanto compendio rerum docet universitatem. Mundum docet *Plinius*. Quid autem absurdius, quàm imperare mundo, & nescire quid sit mundus? Nec est quòd excusent publica negotia. Talibus negotiis districtus hæc ex tot librorum millibus scripsit *Plinius*. Certè par erat, aliquam horarum partem quæ perditum iri alea, in tam frugiferam, nec minùs jucundam lectionem decidere. Verùm ut quò cœpi pergam, quo detestabilior est depravatorum temeritas, hoc eruditos omnes pro sua quisque virili, majore religione admovere manum oportet operi restituendo. Superstitio quidem est aliis hic audere, quum tam multis hic ausis [illegible] cesserit. Temeritas est ex quamlibet levi conjectura expunctâ vetere scripturâ novam adducere. Religio est deorsum annotare quid probabilibus argumentis deprehensum est, & emissis ad ulteriora pervestiganda, veluti gradum ponere. Atque utinam in hoc pulcherrimum negotium conspirarent omnes rei literariæ proceres, ut quisque quod deprehendit in medium conferat, donec *Plinium* haberemus absolutum. Non levi præmium ostenditur, vel unus locus restitutus promerebitur honestam apud studiosos nominis memoriam. Is est *Pliniani* nominis splendor, ea est operis tum gratia tum utilitas. Benemeritus de publicis studiis, si tua autoritas *Velsum* tuum, aut si qui sunt *Velii* similes, ad hanc provinciam extimulârit. Nos ex vetustissimo quodam codice, sed, ut ferè sunt, depravatissimè scripto, ac pauca restituimus, quæ citra subsidium exemplaris corrigi non poterant, quæque hactenus minime fuerant animadversa. Hoc dictum si fidem careat, præstabit hic locus libri XII. Cap. IIII. *Æthiopia forma, ut diximus supra alios*, &c. Item libro XIII. Cap. XXIIII. *Apes quoque non quam desore*, &c. Rursum libro XVIII. Cap. VI. *Verumque consitentibus latifundia*, &c. & Cap. XXI. *Omnésque ea differentia fiunt in aliena, proprio signorum*, &c. Sed ineptum fit recensere quicquid correctum est, hæc in hoc indicari, quo lector collatis his locis cum omnium editionum scripturis, liquet ad hunc modum plurima feliciter restituta ex fide vetustimi codicis, quæ nullis conjecturis potuissent restitui. In cæteris item ita vigilatum est, ut meo periculo non dubitem polliceri, nunquam hactenus exisse *Plinium* felicius tractatum. Accessit officinæ *Frobenianæ* majestas illi atque, qui vir mihi literis illustrandis natus videtur. Jam quo commendatior etiam *Plinius* exiret in manus hominum, hoc operæ tuo nomini dedicare visum est. Scio quantum debeam incomparabili viro fratri tuo *Turzoni* quondam Præsuli Viennensi, qui me tam procul semotum & splendidis verbis, & amantissimis literis ad amicitiam provocavit. Ab hoc ære alieno non liberat mors ejusdem. Memoriæ persolvendum, quod ipsi persolvere non licuit. Successisti in germani locum, jam sensi atque iterum lacessens ad amicitiam. Effice ita, amplissime Præsul, cum homuncione plus mereo. Subinde periclitor. Proinde si Deus dederit vitam longiorem, hanc aram esse puto, quæ adeo non liberat, ut obstrictiorem etiam reddat debitorem: sin minùs, hoc erit argumentum mihi facultatem defuisse, non animum bonis grati memorisque. Amplitudinem tuam servet Dominus *Jesus. Basileæ.* Anno ab orbe redempto Millesimo quingentesimo vigesimo quinto, sexto Id. Februariis.

b

In Titum Livium.

Des. Erasmus Roterod. Generoso Adolescenti Carolo Montjoio S. D.

ETsi nunquam hactenus contigit faciem intueri tuam, juvenis ornatissime, tamen in tuis ad me literis mirè puris, doctis, argutis, amicis, candidis, optimam tui partem animum, sic expressam video, ut nullus *Apelles* corporis effigiem in tabula repræsentare possit evidentiùs. Tam raram tamque variis naturæ tuæ dotes ista præsertim ætate quum libenter tum summa cum animi mei voluptate sum exosculatus. Equidem nihil non præclarum expectabam à *Guilhelmi Montjoio* filio, sed ingeniè fateor, longè vicisti spem meam quam de tuo profectu conceperam. Eam epistolam non in hoc tantùm servabo, quo me subinde tui contemplatione delectet, verum etiam ut hoc instrumento tecum velut obsignatis tabulis agere possim, nisi quà cœpisti perrexeris, donec operi pulcherrimo colophonem imposueris. Scribis te illa mea epistola, quàm *Adagiis* præfixi, velut in theatrum productum, ut velis nolis cogaris, bene salutari fabulâ, multitudinis auribus oculísque satisfacere. Hoc oneris tibi per me impositum esse, mi *Carole*, nondum sanè me pœniret: alterâ verò incipiat, quâ te magis etiam premi dicis, sollicitum quo pacto meis in te meritis gratiam referas, facilè te exonero. Nec enim metuo nè fallas tuorum de te expectationem, quin ista tam præclara exordia, vel, ut meliùs dicam, primus fabulæ actus, nobis spem faciunt fore, ut, quemadmodum suscepisti meam, ita vincas & cæterorum expectationem. Quod si præstiteris, arbitrabor mihi pro, si quid est meorum in te officiorum, in solidum atque etiam cumulatè relatam gratiam. Vera pietas, quâ clarissimum patrem tuum perpetuò sum prosequutus, quámq; nunc in te velut alterum illum transtuli, non moratur aliam mercedem, quàm ut teipsum talem præstes, qualem optat illa. Verùm nè tibi fabulam istam saltanti, nihil aliud quàm hortator applaudórque videar, sed ut non nihil etiam opis adferam, visum est tuo nomini dicare *Titum Livium*, *Latinæ* historiæ Principem, jamquidem frequenter excusum, sed nunquam antehac vel magnificentiùs vel emendatiùs: & si hoc parum est, quinque libris modò repertis auctum; quos bono quodam genio in bibliotheca monasterii *Laurissensi*, aut, ut vulgo, *Lorschensis*, reperit *Simon Grynæus*, vir ut in omni genere literarum citra supercilium eruditus, ita provehendis liberalibus studiis natus. Id autem monasterium est è regione *Vvormaciæ*, sive *Berbothomagi* trans *Rhenum*, à *Carolo magno* septingentis ab hinc annis & eo amplius extructum, ac librorum copiosissimâ suppellectile instructum. Nam hæc olim præcipua cura Principum fuit, & hic solet esse clarissimus cœnobiorum thesaurus. Archetypum erat admirandæ vetustatis, prisco more perpetuâ literarum serie ita depictum, ut difficillimum fuerit verbum à verbo dirimere, nisi docto, attento, & in hoc ipsum exercitato. Unde non parum negotii fuit in parando exemplari, quod typographicis operis traderetur utendum. Nec minore curâ quàm fide advigilatum est, nè usquam in describendo ab archetypo resederetur. Quòd si pridem magnâ studiosorum gratulatione meritò exceptum est, qualecunque fragmentum quod nobis dedit *Mogontia*; quanto plausu excipi par est, tantam *Livianæ* historiæ accessionem? Atque utinam faxit Deus Opt. Max. ut hic autor totus & integer nobis restituatur. Ejus rei spem nonnullam præbent rumores per ora quorundam volitantes: dum hic apud *Danos*, ille apud *Polonos*, alius apud *Germanos*, haberi *Liviana* quædam nondum edita jactitat. Certè posteaquam hasce reliquias præter omnium spem objecit fortuna, non video cur desperemus & plura posse contingere. Atque hic, meâ quidem sententiâ, principes viri rem se dignam facerent, si præmiis propositis, eruditos ad perversigandum tantum thesaurum sollicitarent, aut etiam ad editionem perpellerent: si qui fortè sunt, qui rem publicæ utilitati paratam, gravi studiorum jacturâ premunt, abdúntque. Vehementer enim absurdum videtur, homines ut parum auri argentíve inveniant, tantis impendiis tantísque periculis, ad ipsos penè inferos terræ viscera perfodere: & hujusmodi thesauros tanto illis pretiosiores, quanto corpore præstantior est animus, prorsus negligere, nec ullâ vestigatione dignos judicare. *Midarum* hic animus est non Principum, à quo quum sciam tuam indolem quàm longissimè abhorrere, non dubito quin hoc lucrum sis avidissimè amplexurus. Jam nè quis dubitare possit, an hæc dimidiata decas sit verè *T. Livii*, duæ res potissimùm efficiunt: primùm ipsa phrasis omnibus notis suum autorem referens: dein Argumenta sive Epitome *L. Flori*, hisce libris per omnia respondentes. Itaque cum scirem, magnatibus viris nullam esse lectionem magis accommodam quàm Historicorum, inter quos facilè primas tenet *T. Livius*, de *Latinis* loquor, præsertim quum *Salustianum* nihil extet, præter duo fragmenta: reputarémque quantus quámque inexplebilis historiarum, ut ita loquar, helluo semper fuerit pater tuus, quem non dubito quin hac quoque parte referas: visus sum mihi non incongruè facturus, si hi quinque libri, tibi propriè dicati prodirent in lucem. Quanquam hic nolim te parentis nimium esse similem. Solet enim ille singulis diebus à cœna ad mediam usque noctem incumbere libris, non sine uxoris ac pedissequarum tædio, magnóque famulorum murmure: quod quanquam illi hactenus præter valetudinis dispendium licuit, non arbitror tamen consultum, ut eandem tu jacias aleam, fortasse non perinde feliciter casuram. Certè quum pater tuus huic Regi etiamnum adolescenti socius esset studiorum, in historiis potissimùm versabantur, idque vehementer approbante patre *Henrico* septimo singulari judicio prudentiáque Rege. Adjuncta autem est huic editioni *Chronologia Henrici Glareani*, hominis exquisitè multifariámque docti, cujus indefatigabilis industria, non solùm hoc inclytum gymnasium *Friburgense*, verumetiam totam hanc regionem, liberalibus disciplinis expolit, exornat, locupletat. Ea *Chronologia* commonstrat temporum ordinem, bellorum species, ac personarum nomina, in quibus hactenus fuit mira confusio, scribarum ac sciolorum vitio inducta. Atqui hæc erat unica historiæ lux. Quòd si hæc absit cynosura, cæca prorsus est in historiarum pelago navigatio: & nisi hoc adsit filum, inextricabilis error involvit

lectorem, etiam eruditum, in his rerum gestarum labyrinthis. Hoc munere si tuam epistolam bene pensaram arbitrabere, tuæ jam vices erunt nos tuis impartire literis. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoiæ*, Calendis Martiis, Anno Millesimo quingentesimo trigesimo primo.

In SUETONIUM.

Erasmus Roterod. Saxoniæ Ducibus, Federico sacri imperii electori, &c. ejúsque patrueli Georgio S. D.

Epist. 16. UT ab his viris, quos fortunæ calculus mundi gubernaculis admovit, *Federici* ac *Georgi* ducum incorruptissimi, haud exegerim anxiam atque exactam scholasticarum disciplinarum cognitionem, in quibus qui consenuerunt, eos ferè sensu etiam communi carere videmus, tantum abest, ut tractandis rerum habenis sint idonei: ita vehementer ab istis dissentio, qui Reges prorsus ab omni librorum commercio ceu re noxia ablegant, perinde quasi hoc demum verè regium sit, nihil omnino vel scire, vel agere, præter aleam, venatus, moriones, & his etiam sordidiores voluptates. Cum quibus enim amicis libentiùs contabulentur cordatus & pius princeps, quàm cum iis, qui & semper præstò sunt, & sapiunt plurimum, & nihil loquuntur ad gratiam? Vérùm nullis ex libris, meâ sententiâ, plus utilitatis capi possit, quàm ex eorum monumentis, qui res publicè privatímque gestas, bonâ fide posteris prodiderunt, præsertim si quis regalis philosophiæ decretis imbutus huc accesserit. Etenim qui in hoc munere, rerum gerendarum exemplum, quàm gestarum fidem spectare maluerunt, in quibus est *Herodotus*, hactenus modò prosunt, quòd boni Principis simulachrum oculis subjiciunt, si qui tamen id scitè veréque effinxerunt. Cæterùm ex bonæ fidei scriptoribus super alias innumeras, hæc præcipua capitur utilitas, quòd non alia res æquè, vel bonorum Regum animos ad res cum laude gerendas accendit, vel Tyrannorum cupiditates cohibet ac refrænat, dum utrique cernunt horum literis suam vitam omnem, mox in totius orbis, imò seculorum omnium Theatrum producendam, & quicquid nunc vel in abdito patrant, vel ascito fuco prætexunt, vel metu dissimulari cogunt verius quàm ignorari, paulo post clarissimâ in luce sub oculos omnium traducendum, cum jam metu pariter, ac spe libera posteritas, nec ullo corrupta studio, magno consensu rectè factis applaudet, paríque libertate his diversa explodet exsibilabítque. Nec enim arbritror quenquam non dico Principem sed Tyrannum, sic penitus omnem hominis sensum exuisse, ut vitam sibi jucundam ducat, si nôrit suum nomen apud posteros omnium ætatum ac nationum animis tam invisum & execrabile fore, quàm nunc est *Neronis*, *Caligulæ*, *Heliogabali*, *Commodi*, *Domitiani*, ac *Juliani*: ad quorum mentionem, ceu portentorum verius quàm Principum, nemo jam non desuit, non abominatur, non detestatur. Nam *Vitellius* vivus etiam malè gesti Imperii pœnas dignas dedit, quas & *Nero* daturus erat, ni supplicii fœditate deterritus, ipse sui carnifex esse maluisset. Quod quidem exemplum utinam in hæc usque tempora duraret, si quis (quod Deus omen avertat) similis illorum existeret. enim nihil est impunitius, quàm quod tis gravis animadversio pensatæ quæ biti magistratus culpa. Jam in dotibus, quantum aliis quisque tret, ipse viderit suo arbitratu. Illud pud eruditos omnes in confesso est, narrationis fidem attinet, primas *ronio*: qui, ut quidam non insectivus *suo vel libertate scripsit Cæsares*, *runt ipsi*. Propemodum æquarunt hac sanè laude, *Ælius Spartianus*, *pitolinus*, *Ælius Lampridius*, *licanus*, *Trebellius Pollio*, *Flavius* eloquentiæ viribus sermonisque inferiores. Proinde mihi quidem tur, ut eorum lucubrationes studiosi servarent, quorum fide factum est, rum tam certa memoria duret in strum ætatem. Ac *Suetonium* deo propitio, & ante hac non in tum, nunc eruditorum meliquæ ni fallor, & integrum habemus, ad hoc negotii, perverusto quodam è bibliotheca monasterii, apud nunc *Termundenses*, vulgato cognomine *tini*, nobis exhibuit nobilissimus *Montjoius*, quid temporis regia vice gerebat. Reliquos, quoniam fidelis sublevabamur, quod unum certò minus depravatos dedimus vestri nominis lenocinio orbi dui, vel vestro in me studio, vel nas literas animi propensione vocatus, quo videlicet viri, clari, magis ac magis in his sunt, & velut ad speculum vitam ponere. Primùm enim dum orbis *Romani* statum, tanto pendio constitisse, ea res primo temerè novandis rebus deterreat. stare est operæ precium, quàm, cibus, *Euripi* cujusvis ritu, deorsum volvantur, ni solida tia, & incorrupta virtus fluxum atque. Quin & illud subit admirari, Principum numero vix paucos pauciſſimos probos, plerosque modò, verumetiam ostenta stes humani generis, multos etiam O novam seculi calamitatem, luæ totus serviret orbis, & caneret cantionem, quam servis *ristophanem ὡς δεχαῖον!* Et tamen tenta parricidiis, sacrilegiis, nullo non dedecorum genere imparata, aris, ac divinis honoribus donabat latio, fortunæ vel magis sceleribus eximiæ virtuti dari consuevit. Quis rectè factis grassetur ad nominis tem, si cœlum datur iis, qui terram contingerent? Nam quod *Commodus* uterque sceleratissimus, bulum vivi etiam usurpârunt, manifestariæ cujusdam insaniæ fuisse, quàm impudentiæ? Porrò, quibus de acciderit ut tanta fuerit bonorum raritas, nondum mihi satis liquet. Sive quid fortu-

dissimilis magnitudo, plurimas res secum defert, quæ bonæ natæ, rectèque institutæ ingenia queant corrumpere; id quod facilius credet, qui perpenderit *Neronis* adolescentiam laudatissimæ indolis fuisse, & quo non alius adhuc fuit orbi pestilentior, optimi tamen Principis spem initio de se præbuisse; tum ab hoc multò pòst, *Bassianum* Getæ fratrem, dum privatus ageret, virum integrum ac sanctum, pessimum egisse Principem: Sive quod ut quædam navigia immodicè magna, velut ipsa regi non queunt, ita totius orbis imperium majus est, quàm ut unius hominis animo sufficere possit, quam perdifficile sit domum etiam suam rectè administrare. Itaque qui maximè capit optima, tamen *Maronis* illud interdum cogitur dicere:

Fortes creantur fortibus, nec audit currus habenas.

Quod optimor intelligens *Octavius Augustus*, vir eruditus ac perspicax, & quod in priscis Cæsaribus rarum comperies, perpetuò sanus, non semel de deponenda imperii mole cogitavit, & fecisset, si nactus fuisset in cujus humeros citra publici status perniciem onus reclinare potuisset. Hanc ob causam, posteriores negotiorum impares, imperii molem in plures partiri studuerunt. Sive id iis rebus magis ascribendum est, quas permultas quidem at non omnes tamen in *Aureliano* recenset *Flavius Vopiscus*. Et tamen in tanta malorum Principum turba, reperias licèt dignas sancto Principe cogitationes, audias voces absoluto Principe dignas, comperias exempla in quibus nihil desideres. Inter ethnicos invenies qui *Christiano* animo reipublicæ gererent imperium, non ibi, qui tam laboriosæ administrationis non aliud tulerint præmium, quàm ut de rebus humanis bene mererentur; qui publicam utilitatem liberorum affectibus, imò suæ suorúmque incolumitati præferrent. O nos felices, si *Christiani* Principes suæ quisque ditioni præstarent animum, quem *Octavius* jam confirmatus, quem *Titi* duo, quem *Trajanus*, quem *Antonini* duo, quem *Aurelius Alexander*, orbi terrarum præstiterunt. Quin illud etiam mirandum, repertos qui ad Imperatorem de Imperatoribus non solùm liberè, verumetiam contumeliosè scribere auderent: Nam id quidam exigunt, ut de iis quoque qui reipublicæ præstiterunt, non Principes, sed Tyrannos, honorificè mentiamur, id agentes nè quando libertatis exemplum in ipsos recidat. Sed multò magis ad rem pertinet, in his contemplari nomen illud imperii, quod & olim orbi sacrosanctum augustúmque fuit, & nunc etiamnum multorum affectibus religiosum ac venerabile est, cum aliquot jam seculis non ita multum supersit, præter illustrem magni nominis umbram, quàm fœdis initiis in mundum irrepserit. Primum in *Julio* sceleratè, mox in *Octavio*, *Lepido* & *Antonio* sceleratius. Quid non potest fortunæ libido in rebus humanis? Potestas ea quam postea diis æquavit hominum consensus, impietate, cædibus, patricidiis, incestis, tyrannide, condita consecrataque fuit. His felicibus auspiciis cœpit illa Regibus totum orbis adorata majestas. Ac sceleratius ferè propagata fuit quàm nata. Fœda barbarorum militum colluvies frequenter, non suffragiis, sed insanis tumultibus dominum orbi dabat. Nec alia ferè succedendi lex, nisi mactato superiore. His avibus olim auspicabantur imperium, quod nihilo secius tamen interim emendum erat, quantiscúq; inexplebili militum avaritiæ libuisset. Nec satis erat in unum sævire caput. Ad liberos, ad affines, ad amicos omnes crudelissima tanicha proferebatur: ac sæpenumero reciprocantibus, ut fit, vindictæ vicibus, quos viros, quas matronas efferus immanitas indignè laniabat? Sæpe pluribus hinc & hinc imperium ad se trahentibus miscebantur omnia. Ita semper ad novum imperii successorem, totus terrarum orbis concutiebatur. Summa rerum in manibus erat, non senatus, non populi *Romani*, sed mercenarii facinorosique militis. Nec aliter imperare licuit, neque diutius imperare licuit, quàm illis belua collibuisset, qui nec bonos, nec malos Principes diu ferre potuerunt. Alius parcior erat, alius profusior, alius eruditior quàm vellent, alius matri obsequentior, alius militaris disciplinæ tenacior, alius imbellis, alius immodicè bellator, alius in senatum propensior, alii cognomen obstabat militi parum gratiosum, alii affinitas. Quamlibet levis causa satis erat istis ad jugulandum orbis Principem. Denique ut nihil esset causæ, expediebat illis subinde mutare Principem. Insatiabilis habendi fames ad res novandas incitabat. Trucidabatur ut inutilis quem jam exuxerant, accersebatur alius qui exhauriretur, mox & ipse trucidandus. Atque hisce rebus factum est, ut nonnullorum imperium paucis modò mensibus, nonnullorum pauciſſimis etiam diebus finiretur: ut mè quidem inter legendum crebrò subeat admiratio, fuisse ullos qui tam temporis vellent imperii vices capessere, cum tot exemplis didicissent quibus legibus esset suscipiendum. Et hoc honoris sic venditum, imò locatum, imperium vocabant. O miserum ac deplorandum illorum temporum statum! Oppressâ senatus autoritate, oppressis legibus, oppressâ populi *Romani* libertate, sic creato Principi serviebat orbis, Princeps ipse serviebat iis, qualem nemo vir probus domi vellet habere servum. Imperatorem timebat senatus, Imperator scelestam illam militum turbam formidabat: Imperator leges dabat Regibus, at huic leges dabant conductitii milites. Summa rerum orbis ab armata paucorum temeritate pendebat. O magnificam & exoptandam omnibus monarchiam! Et tamen nescio quo pacto, velut ex composito conveniebat inter Cæsares & milites Cæsarum dominos, quos legimus aliquoties se decimari passos ab iis, quos mox erant suo arbitratu jugulaturi, quasi vices alternas inter se pacti, dominandi ac serviendi. Non hæc eò dicuntur, ut per fas deam illegitimam fuisse Cæsarum potentiam, quum vi juréque belli; atque etiam scelere parta ditio paulatim consensu multitudinis radicibus actis fiat legitima. Alioqui si quis ab extremis initiis repetat ditionum origines, paucas reperiat legitimè natas. Scitum est illud *Octavii* de *Catone*, *Qui non patitur mutari præsentem reipub. statum, is mihi & vir bonus, & bonus civis videtur.* Tectè confessus est, *Julium* per nefas occupâsse monarchiam, non oportere tamen jam novatum & constabilitum reip. statum denuò novari. Satis constat nullum imperium neque patuisse latiùs, neque mansisse diutiùs quàm *Romanorum*: quanquam hoc imperium primitùs penes senatum ac populum erat: nec subitò, sed paulatim ad unum summa rerum attracta est. Nec senatus tamen nec Imperatorum quisquam

quisquam totius orbis monarchiam tenuit. Nam præterquam quod aliquot totæ regiones nunquam agnoverunt *Romanum* imperium, non minima pars orbis tum erat ignota, quum prodigiosæ vanitatis haberetur antipodum mentio, & terra sic crederetur innatare *Oceano*, quemadmodum si pila innatet aquæ, colle tantum aliquo prominente. Denique quum hodie reperiantur terræ incognitæ, quarum terminos nullus adhuc pervestigare potuit, quum compertum sit eas esse immensæ vastitatis. Sed imperii *Romani* majestas paulatim ad Evangelicæ lucis fulgorem, veluti luna ad solis splendorem elanguit. Tandem barbarorum inundationibus extinctum est, ac multis post seculis *Romani* Pontifices restituerunt, sed nomen verius quàm rem. Quid enim aliud potuerunt? Certè eligendi jus à tumultuario milite ad certos Principes rectè translatum est, qui summâ, ut par est, religione, nullo mercedis interventu darent orbi Principem, quem scirent rebus humanis maximè fore salutarem. Etenim si tot legibus minacissimis cautum est, nè Abbas aut Episcopus eligatur vel pecuniæ, vel cujuscunque siniſtri affectûs corruptelâ, quantâ oportet esse integritate, qui suis calculis Principem dant tam latè regnaturum? Alioqui longè præstabilius erat nasci Principem, quàm per corruptelam eligi. Ergo, ut boni civis est præsentem reipublicæ statum nolle mutari, ita boni Principis est, iis legibus quibus suscepit administrare Principatum. An vetus illud imperium quale fuit olim renovandum sit, nescio. Equidem non arbitror quenquam esse cordatum virum, qui id optet, etiamsi votis liceat restituere; tantum abest, ut quod jam multis seculis maxima ex parte sit antiquatum extinctúmque, magno rerum humanarum tumultu, summáque *Christiani* sanguinis jacturâ, vindicandum ac revocandum videatur: præsertim cùm inter ethnicos etiam hoc animo repertus sit *Otho*, ut potiùs duxerit spontaneâ morte vitam abrumpere, quàm imperium tot hominum vitâ mercari; vir vel ob hoc ipsum dignus imperio, si fortuna virtuti faveret. An parum est suum quanque regionem habere dominum, nisi singulæ rursus alium haberent dominum, conduplicatâ populi servitute, si summa rerum incideriſ in Principem improbum. Nec hæc dixerim quòd negem optimum esse Reipublicæ statum monarchiam, si modò is ad æterni numinis exemplum quantum potentiâ cæteris antecellit, tantundem vincat & bonitate sapientiáque: sed partim quòd, ut sunt hominum ingenia, haud scio an hujusmodi quispiam possit contingere, partim quòd etiamsi maximè contingat, vix arbitror capacem esse tantæ ditionis unius mortalis animum. Demum ut sit, quando Princeps tam procul agens, puta *Constantinopoli*, cognoscet quid agatur apud *Æthiopas* aut *Gangen*; & si cognoverit, quando mittet suppetias? Etenim qui vectigalibus exigendis tantùm agit Imperatorem, is quidvis est potiùs quàm Imperator. Non admodum desiderabit orbis monarcham, si *Christianos* Principes inter se junget concordia. Verus & unicus orbis monarcha *Christus* est, in cujus edicta si nostri Principes consenserint, sub uno Principe verè florebunt universa: sin humanis cupiditatibus res gerentur, æternâ rerum vicissitudine semper fluctuabimus jactabimúrque. Et tamen maximam hujus felicitatis partem ipsi [illegible] stare possumus, si concordibus studiis ad [illegible] per se optimum est, contendamus. At [illegible] nè ita demum arbitror felices fore re[illegible] Principes sanctè *Christianè*que institu[illegible] que susceperint regnum, pariter & ani[illegible] dignum suscipiant, publicis commodis [illegible] consilia omnia, ab omni tyrannidis [illegible] peste quadam abhorreant, ac pro se [illegible] tet, quod sortitus est regni, non ampli[illegible] liùs successori tradere: omnes pariter [illegible] nè bellum ullum sit, potiùs quàm ut bell[illegible] neque ullis sit opus copiis, magis quàm [illegible] bus sint instructi, pacis artibus magni vi[illegible] ant, quæ consiliis animíque viribus con[illegible] quidem si quid novari possit absque rerum [illegible] tu, judicârim ad publicam orbis *Christiani* tranquillitatem magnopere pertinere, si certis scribentibus ex usu publico sua cuique ditioni [illegible] præscribantur, quæ semel constituta [illegible] tibus, aut pactis, vel contrahi possint, [illegible] protsus antiquato veterum titulorum jure, [illegible] quisque pro re nata, quum bellum affe[illegible] prætexere. Quòd si quis fortè clamitet, [illegible] scio quod, suum adimi Principibus, [illegible] secum reputet velim, num æquum censeat ob hujusmodi jura, quæ sive habet aliquis fortasse, sive fingit, orbem *Christianum* impiis ac parricidalibus armis sine fine collidi, tot innocuos ea intermi, aut perdi, tot immeritas fœminas affligi, rumpíque, denique totam illam malorum tragœdiam, quæ bellum omne secum defert, in vitam hominum invehi. Nam his fortibus [illegible] bella, quæ nostrâ memoriâ vidimus, profecta esse constet. Verùm hæc non tantùm [illegible] deri possint, verumetiam impudentiùs ad vos scripta, Principes ut magnos, ita cum primis sapientes; ad hæc, quod est in ista fortuna rarissimum librorum etiam præsidiis cumprimis instructos. Siquidem tuas eximias *Federice* dotes quam sis insigniter insignes, non mirum si fama celeberrima ad nos usque devexit. Te verò, illustrissime *Georgi*, patrueli laudatissimo per omnia similem ac verè germanum è propinquo cognori, dum *Phrysiam* nobis finitimam administrares. Bene valete, Principes verè felices, stemmatis quidem illustrissimi, sed ornamentis animi longè illustriores. Istos animos vobis servet *Christus* optimus maximus, vos orbi *Christiano*, vestríque similes nobis complem velit existere. *Antuerpiæ*, Nonis Junii, Anno M. D. XVII.

In OFFICIA CICERONIS.

Erasmus Rot. Jacobo Tutori S. D.

QUemadmodum qui sunt à scorpiis ictis, solent ab iisdem remedium petere, ita mihi convenire videtur, *Jacobe* Jurisconsultorum eruditissime, ut qui literis sumus addicti, animi lasciviorem, aut corporis affectionem è studiis gravioribus contractam, ab iisdem studiis, sed amœnioribus recreemus. Etenim qui verè studiosi sunt, per omnem vitam nihil aliud agunt, quamvis licet illis suo arbitratu vitæ cursum moderari, nec tam intermittunt studia, quàm remittunt & relaxant aliquoties ingenium, cessant nunquam, otiantur interdum, sed interim agentes aliquid, ferantur

ponatur aliquando, sed sic, ut otii rationem pul- A
chrè queant reddere. Et, si liber, cessant etiam
nonnunquam, sed ut horum cessatio plus adferat
honestæ fugæ, quàm quorundam negotiosissimæ oc-
cupationes. Sic nimirum fortis, & gnavus miles
(conferam enim exemplum simile) dum in æ-
stivis, aut hybernis agit, aut dum indutiæ præ-
stant, ut necesse non sit in acie stare, aut excubare
sub pellibus, tamen ita lusibus relaxat animum, ac
vires reficit, ut lusus ipsi militiam sapiant. Pu-
gnat ad palum, jaculatur ad scopum, torquet fun-
dam, vibrat hastam, decertat palæstrâ, concurrit
lanceis, torrentem natatu transmittit, armatus in
equum insilit. Denique sic feriatur à belli muni-
is, ut ad ea redeat vegetior. Aliter ludit ganeo,
aliter egregius Princeps. Aliter scurra jocatur,
aliter vir probus & integer. Ad hoc igitur exem-
plum non nuper valetudo flagitaret, ut ingenii
corporisque vires diutinis atque immodicis studi-
orum laboribus fatigatas instaurarem sarcirém-
que, relicto *Lovanio*, per aliquot *Brabantiæ*, *Flan-*
driæque oppida circumvectus sum, quo simul & à
libris aliquantisper abessem, & amiculorum eru-
ditorum conspectu, fabulisque memet oblectа-
rem. Neque sic tamen abesse potui ab adamata
bibliotheca mea, quin unum aut alterum libel-
lum, itineris comitem circumferrem, ut si quan-
do fortè in vehiculo non contigisset congerro sat
commodus, non deesset tamen, cujus colloquio
temporis tædium fallerem. In his erant *Officia*
Ciceronis, *Lælius* & *Cato*, unà cum *Stoicorum* para-
doxis. Invitârat autem voluminis exiguitas, haud
multum additura sarcinulæ ponderis. Ex hujus
lectione, mi *Tutor*, geminum fructum cepi: pri-
mùm enim pristinæ consuetudinis nostræ, quâ ni-
hil esse potuit mellitius, memoriam sic mihi reno-
vavit, ut incredibilem animo persenserim volu-
ptatem. Deinde, sic me totum inflammavit ad
honesti, virtutisque studium, ut jampridem ni-
hil tale senserim, nostrates quosdam neotericos
legens, qui *Christiani*, *Christiane* philosophiæ my-
steria profitentur, & iisdem de rebus, magnâ, ut
nobis videtur, subtilitate disserunt, sed æquè frigi-
dè. Ego quid aliis accidat nescio, mihi quid
acciderit ingenuè fateor, sive id illorum vitio fit,
sive meo. Sic subinde mecum interlegendum cogi-
tabam: Hiccine ethnicus scribit ethnicis, pro-
phanus prophanis? At in præceptis vivendi quan-
ta æquitas, quanta sanctimonia, quanta synceri-
tas, quanta veritas, quàm omnia consentanea na-
turæ, quàm nihil fucatum, aut somnolentum?
Quem animum exigit ab his, qui gerunt rem-
publicam, ut admirabilem virtutis speciem ponit
ob oculos, quàm multa, quàm sanctè, imò quàm
divinitùs tradit, de gratis etiam juvandis omni-
bus, de tuenda amicitia, de immortalitate animo-
rum, de contemptu earum rerum quarum gratiâ
vulgus hodie, non dicam *Christianorum*, sed Theo-
logorum etiam ac monachorum, nihil non & fa-
cit & patitur? Pudebat interim nostrorum mo-
rum, qui sacris libris edocti, quì tantis & exem-
plis, & præmiis provocati, doctrinam Evangeli-
cam profitemur, nec præstamus. Describe nostris
Satrapis talem Principem aut magistratum, qua-
lem describit *Cicero*, dispeream ni cum sua imagi-
ne, ut delirus, ridebitur. Quis nunc Rempubli-
cam nisi spe lucri, aut honoris gratiâ capessit?
Quis non ita gerit, ut quæstum facere videatur, ut
hostem agat eorum, quibus debuerat etiam rei
suæ dispendio consulere. Ubi reperias inter *Chri-*
stianos par amicorum ad hanc imaginem, quam
proponit *M. Tullius*? Ubi senes, qui tam in-
fracto animo ferant ætatis incommoda? Ubi tam
sancta senum cum juvenibus colloquia? Nun-
quam antehac magis expertus sum verum esse,
quod scribit *Augustinus*, *Ex ethnicorum benefa-*
ctis, acriores addi stimulos ad virtutem quàm no-
stratium, cùm subit animo, quàm turpe sit, non ea
perspicere pectus evangelicâ luce illustratum, quod
perspectum est iis, quibus sola natura scintilla pra-
lucebat: Non præstare vos, qui sub Christi vexillis
militamus pietati, qui stipendium immortalitatis
ab eodem expectamus, quod præstiterunt ii, qui ni-
hil hominis à rege superesse, aut suspicati sunt, aut
planè crediderunt: Et posteà non desunt crassi
quidam, qui studiosos ab hujusmodi libris deter-
reant, ceu poeticis, ut vocant, ad morum integri-
tatem officientibus. Ego verò dignos censeam,
quos & omnibus in ludis prælegant adolescentiæ
literatores, & sibi legant relegántque senes, quos
olim emaculatos tibi dicavi, nunc denuò dico, non
solùm purgatiores, verumetiam auctario cumu-
latos. Siquidem adjecimus libellum *De amicitia*,
alterum *De senectute*, tertium *De paradoxis*, at-
que in omnes annotatiunculas quasdam, breves
quidem illas, sed, ni fallor, haudquaquam incom-
modas, in quibus hoc potissimùm agimus, ut quo-
rundam morosam in dicendo superstitionem re-
tundamus, qui ad singulas penè voces reclamitant,
Non est Latinum, *Non reperitur apud probos scripto-*
res. Ad hæc mendas aliquot prodidimus, ante-
hac à nemine, quod sciam, animadversas. Super-
est, ut quemadmodum mihi in hoc labore versan-
ti, *Tutor* semper ob oculos versabatur, ita tibi
cùm hæc leges, *Erasmus* in mentem veniat, tui
cumprimis & amans & studiosus. Bene vale. *Lo-*
vanii, quarto Idus Septemb. Anno M. D. XIX.

In Ciceronis Tusculanas Quæstiones.

Erasmus Rot. Joanni Ulatteno S. D.

CUm *Joannes Frobenius*, vir ornatissime, ador- *Epist.* 18.
naret suis typis excudere *Tusculanas Quæsti-*
ones M. Tullii, méque rogâsset, ut hic aliquid
adderem opellæ meæ, quo liber exiret aliquâ
recentis utilitatis accessione commendatus: eo
lubentiùs hanc suscepi provinciam, quòd pluribus
jam annis mihi nihil aut perpusillum commercii
cum musis mansuetioribus fuisset. Itaque confe-
rendorum exemplarium negotio famulis delega-
to, judicandi partes mihi sumpsi: totóque opere
non oscitanter perlecto, digessi versus carminum,
quæ ille quidem non sine exemplo *Platonis* & *A-*
ristotelis, ex *Græcis Latinisque* Poetis, sed prope-
modum ad tædium usque congerit: ubi variabant
exemplaria, vel quod probabatur, amplexi sumus;
vel si videbatur anceps judicium, utranque lecti-
onem servavimus, alteram in contextu, alteram
in spatio marginis: nonnulla citra codicum suf-
fragium restituimus, sed nec admodum multa, &
ibi duntaxat ubi res homini docto & exercitato
non esset obscura: nonnihil etiam scholiorum
adjecimus. Dum hæc ago, bidui triduíve dispen-
dium facere necesse fuit in aliis studiis, quibus rem
evangelicam utcunque promovemus. Atque hujus
dispendii

dispendii adeò me non pœnituit, ut in votis sit, si liceat, ad veteres illos amicos remigrare, ac menses aliquot eum illis familiariter vivere. Tantum fructûs me sensi percepisse ex his libris relectis, non tantùm ob stili rubiginem abstergendam (quanquam hoc quoque nonnihil est, meo quidem judicio) verùm multò magis ob animi cupiditates moderandas refrenandásque. Quoties inter legendum expuebam in stolidos istos, qui in *Cicerone* nihil præclarum esse dictitant, præter verborum phaleras? Quàm illic est varia lectio voluminum, quæ doctissimi *Græci* de rectè beatéque vivendo reliquerunt? quanta vis? quanta copia salubrium ac sanctissimorum præceptorum? quanta cognitio, quantáque memoria priscarum simul & recentium historiarum? Tum autem, quàm altæ cogitationes de vera hominis felicitate, quæ planè declarant illum hoc egisse, quod docebat. Jam verò in explicandis rebus procul à communi sensu ac sermone populari semotis, quásque multi desperabant *Romanâ* linguâ tractari posse, quæ perspicuitas, qui candor, quæ facilitas, quæ copia, quæ denique festivitas? Philosophiam, quæ primùm in rerum naturalium contemplatione occupata, procul aberat à vita communi, *Socrates* primus in terras atque etiam in domos deduxisse legitur. *Plato* & *Aristoteles* conati sunt eam, & in aulas Regum, & in Senatum, & in ipsa tribunalia producere. *M.* verò *Tullius* mihi videtur eam etiam in proscenium perduxisse, cujus operâ sic loqui didicit, ut promiscuum etiam vulgus possit applaudere. Atque hujus generis tam multos libros scripsit vir ille difficillimis temporibus, summóque Reipublicæ tumultu, quosdam etiam rebus in summam desperationem adductis. Et non pudet nos nostrarum confabulationum atque conviviorum, quum videamus homines ethnicos tam sanctis commentationibus & ocium, quod dabat Reipublicæ calamitas transegisse: nec ab ineptis voluptatibus quæsiviisse mentis avocamenta, sed à sanctissimis philosophiæ præceptis petiisse remedium? Quid aliis accidat, nescio; me legentem sic afficere solet *M. Tullius*, præsertim ubi de bene vivendo disserit, ut dubitare non possim, quin illud pectus, unde ista prodierunt, aliqua divinitas occupârit. Atque hoc meum judicium mihi magis blanditur, quoties animo reputo, quàm immensa sit, quámque inæstimabilis æterni numinis benignitas, quam quidam ex ingenio, opinor suo nimis in angustum contrahere conantur. Ubi nunc agat anima *Ciceronis*, fortasse non est humani judicii pronunciare. Me certè non admodum adversum habituri sint in ferendis calculis, qui sperant illum apud superos quietam vitam agere. Nulli dubium esse potest quin crediderit aliquod esse numen, quo nihil esse posset neque majus, neque melius. Porrò quid senserit de animorum immortalitate, quid de diversa sorte præmiisque vitæ futuræ, tum quanta fuerit synceræ conscientiæ fiducia, si non satis declarant tot ejus libri, certè vel una illa epistola satis arguit, quam ad *Octavium* scribit, jam ut apparet, destinatâ morte. Si *Judæis* ante proditum evangelium sufficiebat ad salutem rudis quædam & confusa de rebus divinis credulitas, quid vetat quò minùs ethnico, cui nè *Mosi* quidem lex erat cognita, rudior etiam cognitio profuerit ad salutem, præsertim quum vita fuerit integra, nec integra solùm, sed sancta? Perpauci *Judæi* ante lectum evangelii noverant exactè Filium ac Spiritum sanctum: multi non credebant resurrectionem mortuorum, nec tamen ideo de illorum salute desperatum est à majoribus. Quid si ethnicus aliquis credat, Deum quem persuasum habet esse potentem, sapientissimum, & optimum, ejus ratione subventurum bonis, & ulturum malis, quæ ipsi videatur quàm maximè accommodata? Quòd si quis objiciat vitæ maculas, exemplum mihi error nec *Jobi*, nec *Melchisedec* omnino vitiis caruisse per omnem vitam. Sed excusandum non est, quod immolavit idolis. Id fortasse fecit, sed non ex suo judicio, verùm ex consuetudine publica: quæ quoniam legibus etiam erat confirmata, non poterat convelli. Illum esse conficta quæ de diis ferebantur, vel ex Exodi sacra historia poterat cognoscere. Sed oportebat vel vitæ jacturâ populi stultitiam coarguere. Tantum roboris nec ipsis aderat Apostolis, priusquam hauserant cœlestem spiritum, ut impudens illi hoc exigere à *M. Tullio*. Verùm hæc de re liberum esto suum cuique judicium. Ad illos crassos redeo, qui præter inanem verborum tinnitum, nihil magni credunt esse in libris *Ciceronis*. Qui fieri potest, ut tot res eruditas, tam dilucidè, tam copiosè, tanto cum affectu explicet, nisi penitus intelligat quod scribit? Quis autem sanus ejusmodi libros in manum, quin fortunis animo sedatiore? Quis tam accersit mœrens, qui non abierit hilarior? Geri videtur quod legis, nec tecus afflat animum tuum quidam orationis σύσπασμὸς, quàm si ex vivo ipsius pectore, ac felicissimo illo ore manantem audires. Quamobrem mihi sæpe videri solet, inter omnia quæ in usum vitæ mortalium industria reperit, nihil esse utilius, quàm usum literarum, nec ullam artem præstantiorem opificio typographorum. Quid enim felicius quàm cum eloquentissimis simul ac sanctissimis viris, quoties lubitum est, confabulari? neque minus habere perspectum illorum, qui ante tot annos vixerunt, ingenium, mores, cogitationes, studia, facta, quàm si multis annis egisses cum illis consuetudinem? Nunquam mihi magis probatum est illud *Quintiliani*, *Ille scias se profecisse, cui Cicero valdè placere cœperit*. Mihi puero minus arridebat *Cicero*, quàm *Seneca*: jámque nunc ferè annos viginti, priusquam ferrem dicendi ejus lectionem, cùm cæteri penè omnes placerent. An ætatis progressu profecerim, nescio, certè nunquam mihi magis placuit *Cicero*, tum quum adamarem illa studia, quàm nunc placent mihi: non tantùm ob divinam quandam orationis felicitatem, verumetiam ob pectoris eruditi sanctimoniam. Profectò meum afflavit animum, atque mihi reddidit meliorem. Itaque non desinam hortari juventutem, ut in hujus libris evolvendis atque etiam ediscendis bonas horas collocent potiùs, quàm in rixosis ac pugnacibus libellis quibus nunc undique scatent omnia. Me verò, tametsi jam vergente ætate, nec pudebit, nec pigebit, simulatque extricâro me ab his quæ sunt in manibus, cum meo *Cicerone* redire in gratiam, priscámque familiaritatem, nimium molestis intermissam, renovare menses aliquot. Vtinam autem hoc, quicquid est operæ, tibi dicare, multis ac magnis dotibus, ornatissime *Warre*, sic ut hoc

hoc argumento declararem, mihi nondum excidit suavissimam illam consuetudinem, quâ mihi primùm *Friburgi* singularis humanitas tua, rarissima morum dexteritas, cognita perspectaque est: hæc ut haberes hos *Ciceronis* libros emendatiores, quos literariæ pubi juberes prælegi. Nam scholæ quoque earum potissimùm ad te pertinere dicebas. Cæterùm isthic esse ranarum chorum, quæ bonis obstrepant literis, mirum videri non debet, quum hæ nusquam desint, quæ cantionem illam decinant è vetere comœdia, βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. At illis fortiter neglectis, oportet ea sequi, quæ maximè sunt in rem juventutis. Ad id præcipuè conducet, si ludo præficiatur aliquis non minùs bonis moribus, quàm bonis literis præditus, cui salarium augeatur pro merito. Is primùm factis utriusque linguæ fundamentis, optimos quosque autores prælegat, hoc est, *M. Tullium*, & ut quisque est *M. Tullio* proximus. Ex poetis deligat castos: cæterùm ex his, qui lectu digni sunt ob eruditionem, sed pernicioſi ob obscœnitatem (quo de genere est *Martialis*) excerpenda censeo, quæ pueris tutò prælegi possint. Sed de his fortassis aliis plura, quanquam nemo rectiùs consulet, quàm *Leonardus Pricardus*, vir & eruditione variâ, & morum integritate, & multò rerum usu consultissimus. *Conradum Heresbachium* nobis ereptum dolerem, dispeream enim, si quicquam adhuc vidi illo juvene absolutius, sive spectes utriusque linguæ peritiam, sive felicitatem ingenii, sive morum comitatem integritati parem, ni nôssem, & quos *Midas* reliquerit, & quem Principem nactus sit patronum. Bene vale.

In Ptolomæum.

Des. Erasmus Roterodamus Theobaldo Fettichio S. D.

4.18. UT intelligas non temerè dictum à priscis sapientibus, vir ornatissime, πολυμαθίαν νῆσον τρισμάκαιραν, redit ad te tuus *Ptolomæus*, quem non dubito, quin pro ingenii tui candore, jam tibi chariorem sis habiturus, magísque tuum existimaturus, quod tibi cum universis optimarum disciplinarum studiosis futurus est communis. Bracteata fortunæ bona, communione decrescunt: vera bona, quo latiùs diffuderis, hoc & meliora redduntur & illustriora. Gratis typographo *Graci* voluminis fecisti copiam, non poteras, mihi crede, fœlicius vendere, etiamsi *Herculem* tibi decimis obstrictum, ac *Mercurium* faventem habuisses. Nunc tot studiosorum millia, *Theobaldi* nomen celebrabunt, *Theobaldi* candorem exosculabuntur, *Theobaldi* munificentiæ gratias agent. Quam verò mercedem cum hoc præmio conferat generosus animus? Sæpenumerò mirari soleo tam vetustum autorem, (nam floruisse sub *Trajano* & *Antonino Pio* satis liquet, tum ex quinto capite septimi libri *De magna constructione*, tum ex cap. 1. libri secundi ejusdem operis,) ad hæc, cum qui Geographiam quâ vix alia inter mathematicas disciplinas vel jucundior est, vel magis necessaria, sic tradidit, ut facilè superiores omnes qui de ea scripserunt obscurârit, posteris præluxerit, tot seculis neminem fuisse nactum, à quo pro dignitate *Latinis* autibus traderetur. A duobus interpretibus quomodo tractatus sit, quid attinet commemorare, quum & ipsa res per se claruerit, & vir excellenti doctrinâ *Joannes à Monte regio*, justo volumine prodiderit. Nuper vir sempiternâ dignus memoriâ *Bilibaldus Pyrchimerus* pulcherrimum opus feliciter aggressus est, quod utinam absolvere licuisset, mors & illi successum & nobis fructum hunc invidit. At nunc operâ *Frobeniana* officinæ prodit *Ptolomæus* ipse suâ linguâ loquens. Nam licèt *Alexandrinus* fuerit, tamen *Ægyptus* id temporis maxima ex parte *Græcè* loquebatur, in qua lingua apparet hominem non infacundum fuisse, quanquam hujusmodi disciplinarum tractatio, magis requirit sermonem distinctum, sanum ac perspicuum, quàm splendidum aut copiosum. Equidem non nego plurimum laudis deberi *Bilibaldo*, sed tamen qui *Græcè* peritus *Græcum* legerit *Ptolomæum*, fatebitur nonnihil interesse inter lacunam quamvis puram, & fontem ipsum. Complures quidem tum apud *Græcos*, tum apud *Latinos* mixtim de Geographia & Chorographia conscripserunt, inter quos nemo *Strabone* vel diligentior vel copiosior. At *Ptolomæus* omnium primus hanc disciplinam ad certiorem rationem redegit, commentus dimensionem latitudinis universi orbis à polo ad polum, longitudinis ab exortu ad occasum, adhibitâ collatione tetræ habitabilis ad cœlum, ut jam non facilè quis, toto quemadmodum aiunt, cœlo possit aberrare. Utinam & numerorum notas sicut à *Ptolomæo* traditæ sunt, incorruptas haberemus, præsertim libro octavo. Sed hanc quoque, ut spero, provinciam aliquis arripiet, cui & ingenium, & eruditio, & ocium supperet, tam arduo negotio par. Unum tamen est, quod librariis imputari vix potest, in gradibus mira est dissensio. Siquidem *Ptolomæus* libri primi capite septimo, rursus libri septimi capite quinto, scribit singulis majorum circulorum in cœlo gradibus, in terris respondere stadia quingenta. *Eratosthenes* autem, quem *Plinius* & *Strabo*, ac veterum plerique sequuti videntur, septingenta. Id unde acciderit, nondum assequor. Vix enim credibile est, tantos viros in singulis gradibus ducentis stadiis variare: nec multò probabilius est, *Ptolomæum* veteres omnes tam insigni damnâsse errore, præsertim quum eum nusquam coarguat, alioqui non indiligens & hac in parte, quippe qui tam multa reprehendat in *Marino*. Quòd si fortè *Ptolomæus* aliter accipit stadium, quàm superiores, erat & super hac re non levis momenti, lector admonendus. Verùm hoc quicquid est scrupuli, doctis excutiendum relinquo. Qui præsunt liberalibus studiis, probè consuluerint juventuti solidæ doctrinæ candidatæ, si eam omnibus stimulis ad Geographiam excitent, & si hanc exemplo veterum statim post degustatam Grammaticam tradant. Plurimorum magnis laboribus effectum est, ut hæc disciplina jam nec ita multum laboris, nec multum temporis desideret. Olim plus habebat negotii, quum ambigeretur, An cœlum esset sphæricæ figuræ, quum essent qui affirmarent orbem terræ sic innatare Oceano, quemadmodum pila innatat aquæ, prominente tantùm vertice, cæteris aquâ tectis: atque in aliis item multis errarent, qui scriptis artem prodiderunt. Nunc quum ab aliis compluribus, tum à *Ptolomæo* præcipuè, porrectum est filum, cujus ductu quivis facilè possit sese ex his labyrinthis explicare: strata est via quâ sine dispendio celeriter ad hujus artis fasti-

fastigium pervenias; quam qui negligunt, eos oportet frequenter in evolvendis bonis autoribus hallucinari. Ego verò, vir eruditissime, tibi gratias ago, ut par est, maximas, non tam typographi meóque nomine, quàm studiosorum omnium, quos æquum est pro hoc non vulgari beneficio tibi, tuísque semper læta faustáque precari omnia. Vale. Apud *Friburgum Brisgoæ*, Calendis Februariis. Anno à *Christo* nato M. D. XXXIII.

In TERENTII Comœdias.

Des. Erasmus Rot. Joanni & Stanislao Boneris fratribus Polonis S. D.

Epist. 20. IN *teneris*, inquit ille, *consuescere multum est*, proinde consultum est protinus optimis assuescere: Sic enim fiet, ut quæ naturâ sunt optima, eadem usu fiant & jucundissima. Nihil autem est homini melius pietate, cujus semina cum ipso statim lacte sunt instillanda parvulis. Proximum locum habent disciplinæ liberales, quæ, licèt per se virtutes non sint, tamen ad virtutem præparant ingenium, dum id ex sylvestri & immiti reddunt mansuetum ac tractabile. Porrò, quod *Aristoteles* negat adolescentes idoneos esse discendæ morali philosophiæ, fortassis haud omnino falsum est. Verùm id non tam accidit vel rei, vel humani ingenii vitio, quàm eorum culpâ, qui vel serò tradunt eam animis jam educatione pravâ corruptis, ac malis cupiditatibus occupatis: vel molestè & operosè tradunt, magis illud affectantes, ut ipsi videantur acuti, quàm ut discipulos reddant meliores. Alioqui nihil magis secundùm naturam est, quàm virtus & eruditio, quæ duo si adimas homini, jam homo esse desiit. Unumquodque autem animal ejus rei maximè docile est, ad quam naturâ compositum est: velut equus ad cursum, canis ad venatum, avis ad volandum, simius ad lusum. Non est igitur quòd naturam incusemus, sed magni refert, unde pietatis & eruditionis elementa primùm hauriantur: tum quem ad hæc ducem nanciscatur puer, præsertim rudibus illis annis, quibus ingenium etiamnum à viciis purum, veluti cera mollis in omnem fingentis habitum sequax est & obsecundans. Itaque multis nominibus vos felices judico, ornatissimi pueri: primùm quòd hoc seculo nati sitis, quo ut veræ pietatis, ita & melioris literaturæ syncera restituta mirificè revixit. Nam me puero multum superstitionis habebat religio, & in scholis adolescentes summo cruciatu nihil ferè discebant, nisi dediscendum. Deinde, quòd is vobis pater contigit, qui liberos suos parum beatos forè judicat, si opum ac dignitatis, quibus inter *Polonicæ* gentis proceres præcipuum tenet locum, eos paraverit hæredes, nisi & veris animi bonis tum locupletes reddiderit, tum expolitos. Nec enim ille sibi videtur parentis munus ad plenum obiisse, nisi quemadmodum genuit corpora, ita fingat & animos, haud ignarus, hanc esse meliorem hominis partem, hanc esse præcipuam hominis possessionem. Vir enim pius non tam sibi vos educat, quàm *Christo* & Reipublicæ. Quòd vos genuit, naturæ est: quòd vos curat statim è nutricum sinu egressos, honestissimis disciplinis imbuendos, veræ pietatis est: prudentiæ verò quòd ad hæc *Anselmum Ephorinum* delegerit, virum integritate, prudentiâ, fide, doctrinâ, vigilantiáque cum primis spectatum & exploratum. Quo nimirum acriùs vobis enitendum est, ad quum omnia ad felicitatem suppeditata sint; ipsi vobis ipsis defuisse videamini. Magna de vobis te præsertim, *Joannis Boneri*, expectatio est. Declarant hoc tam multæ Principum virorum ad me literæ, quibus indolem tuam mihi diligenter commendant: in primis prudentissimi Regis *Sigismundi*, dein ornatissimorum Præsulum *Chmavienſis* & *Plocensis*, clarissimi viri *Christophori à Schydlowitz*, *Sarmatici* regni Præfecti: nil jam commemorem *Antonium* medicum, & *Joannem* Regis à secretis, dignitate quidem inferiores, sed benevolentiâ pares. Intelligunt enim regni nullis ornamentis meliùs decorari, quàm vera eruditione prudentiáque præcellentibus. Hanc laudis partem non minùs ambit Rex hujus ævi Regum prudentissimus, quàm tot ex hostibus victoriis delectatur. Et hactenus quidem sat feliciter studiis efflоruit vestra *Sarmatia*, & quidquid erat nativæ feritatis, commercio literarum exuit. Sed bona spes est fore, ut hoc ornamentorum genere cum qualibet regione certare valeat, præsertim ductu auspiciisque *Sigismundi* Regis junioris, qui præter alias virtutes excellenti Principe dignas, optimis quoque literis sese regno parat. Verùm exhortandi gratiâ, nonnihil & antea scripsimus tibi, & in posterum quoties dabitur occasio scripturi sumus. Nunc quo calcar aliquod addamus currenti licèt, *Terentii* Comœdias, *Boneris* nominis auspicio prodire voluimus, sed multò quàm antea fuerunt castigatiores. Hoc ut vellem efficeres *Stanislai* q; *Glandini* famuli tui dexteritas, qui nobis interdum aliquot scenas tam feliciter agere soletis, ut & imitationem, primum ut ait *Fabius*, in pueris ingenii signum, & memoriam vehementer admirarentur, quicunque nobiscum spectabant. Non ex alio scriptore meliùs discitur *Romani* sermonis puritas, nec est alius lectu jucundior, aut puerorum ingeniis accommodatior. Cæterùm id præstabit *Ephorini* præceptoris dexteritas, ut & ad eloquentiam & ad mores sit utilis. Quemadmodum enim bona prudentiæ pars est nôsse varios hominum mores, & ingenium: ita decorum & tractatio affectuum, qui cum primis afferunt jucunditatem orationi, *Græci* vocant ἦθη, ex nullo Rhetorum meliùs discitur. Porrò, quum inter oratorias partes præcipua sit argumentorum inventio, ad hanc quoque facultatem in omni earum genere parandam *Terentiana* lectio conducit plurimum. Nec enim sine causa Criticorum fuerunt qui artem huic autori tribuere. Plus enim exacti judicii est in una Comœdia *Terentiana*, ubi *Nemesis* dicto, quàm in *Plautinis* omnibus. Sed in tali autore, velut in tabula quapiam *Apellis*, magni refert quis adsit commonstrator. Qui si contingat egregius artifex, hæc lectio non solùm valebit ad exhilarandum animum, non tantùm ad emendatè loquendum, non modò ad uberiorem dicendi facultatem, verumetiam non parum adferet philosophiæ Moralis, quam unam *Socrates* existimavit esse perdiscendam homini, qui cupiat beatè vivere. Itaque ni te sponte currentem viderem, charissime *Joannes*, etiam atque etiam hortarer, ut reputes quantum sis Deo nomen, cujus munificentiâ tam felicem indolem docilémque ingenium sortitus es, cui debes & parentem *Sere-*

rissimum

Budæum, & Anselmum parentem alterum: tum qualium virorum quanta de te sit expectatio, & in te conjecti oculi: postremò, quàm illibet ætas ad honestas disciplinas sit apposita. Nondum enim ut opinor, annum decimumquartum excessisti. Nam ad parandam eruditionem plus valet in teneris annis unicus, quàm decem, ubi jam animus aliis occupatus curis, ad docilitatem induruit. Adde hoc, quòd ea demum in omnem vitam tenacissimè hærent, quæ pueri imbibimus. Dimittam te, si prius illud admonuero, ut in omni genere carminum temet diligenter exerceas, eò quòd qui hanc eruditionis partem neglexerunt, minore tum fructu, tum voluptate versantur in autoribus, qui carmen conscripserunt. Iidem facilius labuntur decepti mendis codicum, quos sæpenumerò prodit metri ratio. Quoniam autem in hoc autore perturbatior ac liberior est carminum ratio, pauca quædam annotavimus, lucis, ut opinor, nonnihil allatura parum exercitatis. Vale, & fruere. *Friburgi Brisgaviæ*, prid. Id. Decemb. Anno M. D. XXXII.

A nes adjecimus nonnullas, adjecturi permultas, si vel paucorum dierum ocium contigisset. Scimus hoc laboris genus esse minimè glorioſum, præsertim quum pauci reputent, quot autores sint excutiendi, ut vocem aliquot ab aliis præteritas seligas. Verùm hoc plus debetur illis gratiæ, qui publicæ utilitatis gratiâ non detrectant ingloriam ac molestiæ plenam industriam. Veterem Indicem, qui verso dictionum ordine ex *Latinis* indicabat *Græcas*, omisimus velut inutilem, ac nihil aliud quàm onerantem volumen. Primùm, ille qualis qualis erat, mutilus erat, nimirum tantùm eas dictiones complectens, quas *Aldus* primâ dedit editione. Qui si perficiatur, duplicari voluminis magnitudinem necesse est. Nec tamen hujus ullum usum video, nisi si quis meditetur *Græcè* scribere. Atqui ea facultas e autoribus petenda est, quæ ex Dictionariis infeliciter peteretur. *Aldus* ipse quondam à me rogatus, cur Indice tam operoso pariter & ocioso duxisset onerandum esse codicem: nihil aliud respondit, quàm hâc difficultate deterritos fuisse editionis æmulos. Proinde nemo minoris æstimet hoc volumen, cujus sarcinæ nonnihil detractum est, utilitati multùm accessit. Bene vale. *Basileæ*, Calend. Julii. Anno M. D. XXIV.

B

C

In Lexicon.

Erasmus Roterodamus Græcæ literaturæ candidatis S. D.

Epist. 11. CRescentem, inquit *Horatius, sequitur cura pecuniam*. Idem multò magis usu venit in liberalibus studiis. Quo plus hauseris, hoc sitias magis. Facit hoc felicissimus *Græcarum* literarum profectus, ut *Lexicon* jam toties auctum nobis prodierit, nec desinat tamen efflagitari. Debetur omnibus gratia, qui pro sua quisque portione nonnihil contulerunt. Quanquam nulli minus debeo puto, quàm ei, qui quo crescerent paginæ, multa hujus generis adjecit, ἀλφὰ nomen proprium, & ἄνθος nomen insulæ. Utinam *Guilhelmo Budæo* vel libuisset, vel vacâsset huic negotio nonnullam temporis portionem decidere, præsertim in annotandis *Græcorum* tropis & idiomatibus. Nec enim est alius *Græcanica* supellectilis ditior. *Maimo* non parum debemus, ac malè precamur invidæ febri, quæ studiosis eam utilitatem reddiderit maligniorem. Habes lector in hoc volumine quicquid diversis locis ac temporibus ab aliis fuerat additum, nè his quidem prætermissis, quæ nescio quis ociosè, ut diximus, adjecerat. Ad summam autem prius editorum accessit ingens vocabulorum numerus, ex optimis autoribus selectus per *Jacobum Ceratinum*, qui, quod est rarissimum, exactam utriusque literaturæ peritiam cum incredibili modestia copulavit. Hujus accessionem cùm conferrem cum aliorum auctariis, quæ in proxima *Germanii* editione fuerant addita (nam hanc *Ceratinus* noster non viderat) miro modo vix ullam vocem ab hoc annotatam comperi, quam illi priores occupâssent. Pauperis est numerare pecus, sed pauperius est numerare dictiones. Satis multas adjecit *Ceratinus*, sed ingentem fateberis thesaurum, si expendas quod accessit potiùs quàm numeres. Hic mihi obstrepet aliquis, opinor: Os impudens, quid tu præfaris in labore alieno? Dicam: *Ceratinus* impulsu nostro laboris hoc susceperat, alioquin à nullo magis abhorrens. Qui nisi tam procul abesset, haberes præfationem aliquanto minùs jejunam. Quanquam & ipsi dictio-

D

E

F

G

In Georgium Agricolam, De re metallica.

Des. Erasmus Rot. Andreæ & Christophoro à Conritz S. D.

EVolvi clarissimi juvenes propemodum ἀνάσχ, sed tamen haud oscitanter, *Georgii* dialogum *De metallicis*. Nec satis possum dicere, majorène id voluptate fecerim an fructu. Magnopere delectavit argumenti novitas, exhilarârunt joci liberales obiter insperſi, nec injucunda fuit dictionis simplicitas, Atticum quiddam referens, præcipuè verò me attentum habuit rerum sub oculos expositarum enargia. Visus sum mihi valles illas & colles, & fodinas & machinas non legere, sed spectare. Nec multùm abfuit, quin ex tot venis argentariis & aurariis conceperim aliquam ejusmodi rerum cupiditatem. Utinam animis eo studio feramur in cœlum quo scrutamur terram, non quòd improbem hanc industriam (nobis enim terra gignit quicquid gignit) sed quòd hæ venæ quantumvis fœcundæ, beatum hominem adeo facere non possunt, ut non pancos operæ & impendii pœnituerit; sola divinarum literarum vena verè locupletet hominem. Feliciter præluſit *Georgius* noster, nec ab illo ingenio quicquam expectamus mediocre. Ad rem medicam restituendam juvenes aliquot accinctos video, in quibus est *Simon Ricuinus*, cui præter eruditionem haud vulgarem adest summa morum ingenique dexteritas, & *Joachimus Martianus Gandavus*, cujus ingenium, exactum quiddam & excussum polliceri videtur. Nec minus spei ostendunt nobis hæc *Georgii* παιγνιάσματα. Quare nec me pœniret hujus operæ, nec dubito quin *Hieronymus Frobenius* sit in gratiam vestram, tum studiorum, libenter excusurus. Bene valete. *Friburgi*, duodecimo Calend. Martii. Anno M. D. XXIX.

Epist. 22.

In aliquot opuscula CHRYSOSTOMI GRÆCA.

Erasmus Rot. Carolo Utenhovio S. D.

Epist. 23. QUàm multos videmus hodie juvenes, *Carole*, gentis *Utenhovie* decus, qui præter majorum imagines nihil habent nobilitatis, nec in aliud valere putant gentis claritudinem, quàm ut sub hujus umbra licentiùs & impunitiùs indulgeant ocio, lusibus, amoribus, comessationibus, reliquisque nequitiæ partibus, judiciis adeò perversis, ut quum ex virtute profecta sit omnis nobilitas, sibi persuaserint, virtute nobilitatem amitti, gentisque decus obscurari: quod meâ sententiâ nihilominus absurdum est, quàm si quis affirmet solem tenebras invehere, noctem rebus lucem infundere? Siquidem tam crasso tenentur errore, ut existiment ocium, ignaviam, omnium liberalium disciplinarum inscitiam, mores luxu perditos, cæteráque vitia non modò licere, sed etiam decere bene natos, quæ nullum omnino mortalem non dedecent. Atqui longè turpius est progenitorum claritati tenebras offundere, quàm obscuris natum esse. Neque enim in cujusquam est potestate, ex qualibus nascatur, sed quemadmodum ea laus propriè nostra est, si disciplinis ac rectè factis efficiamus, ut à nobis initium sumat nobilitas, ita nostrum propriè dedecus est, si à majoribus virtute partam nobilitatem degenere vitâ obscuremus. Sed his quoque sunt deteriores, qui se mendaci nobilitatis titulo venditant, quo magis liceat, quicquid animo collibuit. Ab horum tum ingeniis tum moribus, immane, quantum abes, ornatissime *Carole*, quem, licèt eâ florentem ætate, cui vita solutior vitio verti non solet, generis dignitas & opulentia rei familiaris adeò non dejicit ad ineptas voluptates, & ocium omnis nequitiæ magistrum, ut ad disciplinarum integritatisque studium potiùs erigat atque inflammet. Sic enim tibi persuasit philosophica ratio, ut parum te dignum ducas progenitorum stemmatibus, nisi eos veris animi bonis vel æques vel antecedas. Sollicitat nimirum verè generosam indolem tuam domesticum exemplar, clarissimi viri patris tui *Nicolai Utenhovii*, qui præter exactam Juris peritiam, præter elegantiorum etiam literarum scientiam, tantâ modestiâ, prudentiâ, judicio, animi moderatione atque integritate fuit ornatus, ut multis annis nemo *Gandavi*, principali totius *Flandriæ* concilio, majore cum laude præsederit. Et si quid in tanto causarum undique strepentium tumultu contigisset ocii, id evolvendis sacris voluminibus impendebat, frequenter & noctis aliquam partem huic curæ decidens, homo tot virtutum luminibus illustris, ut in illo minima claritatis portio videretur generis decus. Ad hujus exemplum properanti non possim non magnopere gratulari, utinam & aliquid adjumenti possim adferre, qui mihi videris, non solùm eò destinâsse conatus tuos, ut parentem laudatissimum imitatione referas, verumetiam ut æmulatione antevertas, quo possis cum omnium applausu *Homericum* illud dicere,

——Τέτυ παιτὸς ὔυχομαι εἶ).

Neque enim verè γνήσιοι sunt filii, sed nothi potiùs, qui parentes non alio referunt, quàm corporis lineamentis, animi speciem tanto præclariorem, adeò non exprimentes, ut sint etiam dissimillimi. Porrò, quum triplex sit nobilitatis genus: unum quod contingit nativitate, alterum quod [illegible] liberalium disciplinarum cognitio: tertium [illegible] mia virtus, & ingentia in Rempublicam [illegible] perspicuum est cum inter nobiles esse [illegible] mum, qui circulum hunc suis meritis [illegible] Id quemadmodum à patre tuo videt [illegible] fectum, ita laudis hujus stadium ingressus, [illegible] illius currens vestigia, summo studio [illegible] ut ad eandem metam perveniat. Quemadmodum autem nulla est absoluta doctrina sine pietate [illegible] guarum, ita nulla est perfecta virtus absque [illegible] te, quæ vel sola potest & nobilem & beatum [illegible] dere, quum eruditio religionis expers [illegible] scelerati[illegible]simos animos: porrò absque hac [illegible] nis nobilitas nullum habet usum, nisi quod [illegible] ad virtutem enitenti domesticis præluceat exemplis, vel à majorum instituto degenerantem reducat. Quisquis autem scelere clarus est, ille profectò plusquam ignobilis est. Quis enim non malit nullum habere nomen, quàm cum *Thersite*, *Pygmæa*, & *Cercopibus* celebrari? Is demum verè nobilis est, qui propriis bonis inclaruit. Etenim qui nihil habet quo se commendet hominum memoriæ, quàm progenitorum imagines, quibus striorum parietes ornantur potiùs quàm is qui jactat, nihilo decentiùs dicatur nobilis, quàm si quis vocetur dives ære alieno. Ad hos stimulos haud quaquam segnes, accedit & urbis *Gandavi* splendor. Neque enim arbitror, quaquà patet *Christiani* dicio, civitatem ullam reperiri quæ cum hac conferri queat, sive spectes amplitudinem urbis ac potentiam, sive politiam, sive gentis indolem. Nec enim alibi feliciora prodeunt ingenia, nec expressiora priscæ virtutis exempla, quorum & hodie supersunt *Lodovicus à prato*, de quo dubites literis sit ornatior an stemmatis; *Guilhelmus à Vda*, cujus ingenio nihil excogitari potest dextrius; *Antonius Clava*, senex quidem ætate, sed animi bonique omnibus unicè vernans; *Audomarus Cleyn*, integer homo moribus; *Livinus Ammonius*, vir eruditione juxta ac pietate insignis; *Nicolaus Utenhovius*, juvenis nihil non eximium de se pollicens: aliique complures, quorum nemo non præclarum de te spem concepit. Proinde non mediocrem mi *Carole* sustines expectationem, ut non modò *Utenhovii* nomini, patriisque virtutibus; verumetiam tam inclytæ civitatis, parentis & altricis tuæ claritudini, denique talium virorum voti respondeas. Habebat pater tuus illud cum *Catone Romano* commune, quòd nullum omnino tempus paterentur elabi sine fructu studiorum, adeò ut in conflictu etiam secum deferret Enchiridia quædam, in quibus legeret aliquid, si quid fortè incideret negotiis vacui temporis, quod alii solent vel fabulis vel inanibus cogitationibus dare. Laudo quod hic quoque parentem refers, nusquam proficiscens comitatus erudito quopiam libello, ut ne in ambulationibus quidem, aut vectationibus, aut colloquiis, tempus abeat absque lucro literario. Itaque paravi libellum hunc, qui tibi quovis loco quovis tempore suavissimum confabulonem exhibeat, nec minus tamen salutiferum quàm suavem. Sunt enim fragmenta quædam *Joannis Chrysostomi*, qui non minus expolit linguam tuam elegantiâ *Græci* sermonis, quàm pectus instruet disciplinâ pietatis. Si te delectat *Demosthenes*: habes *Demosthenem*: si cognitio *Christianæ* philosophiæ, habes insignem Theologum.

Erat

1705

fiant lectorum justum aliquod hujus autoris opus da- A nec varium est, neque quicquam habet amplum
re Basileæ, quando jam plerique Græca malunt aut insigne, mirum est quibus depingat eloquen-
quam Latina, nec ulla tam felix, tamque fidelis tiæ coloribus, quibus ingenii opibus locupletet hic
est interpretatio, quin præstet ex ipso haurire fon- verè aurens artifex. Novi multos huic literarum
tibus; sed novi typi nondum erant satis apparati. generi deditos, quibus nihil arridet, nisi quod à
Visum est tamen interim hâc, velut arrâ studio- *Christo* sit alienissimum, quanquam ethnicos auto-
rum expectationem vel irritare vel consolari. res ob sermonis elegantiam professoribus legen-
Hoc quicquid est tuo paternóque nomini dica- dos arbitror, potiùs quàm adolescentibus prælegendos. Quâ quidem in re semper exosculatus
tum esse volui, quo simul & nostræ necessitudinis B sum animum tuum, cui studio fuit, hac quoque ra-
extaret aliquod monumentum, & optimi patris tione, linguarum peritiam doctis pariter & in-
mihi perquàm amantissimo erga me studio, vicem aliquam doctis commendare. Quânam, inquies? ut ex i-
referrem, si memoriam illius meo quoque cala- sto celeberrimo collegio parentes reciperent suos
mo, si quid omninò valet meus calamus, ab obli- liberos, non solùm linguaciores, verumetiam ma-
vione vindicarem. Sed non imponam epistolæ fi- gis pios melliúsque moratos. Siquidem ut opti-
nem, donec Epitaphia, quæ illius memoriæ dica- marum etiam rerum novitas non caret invidiâ,
vi, recitavero. vulgus hominum solet mores imputare studiis, e-
tiamsi non hinc proficiscantur. Eodem nomine
vix dici possit quantum amem & professores, qui
Latinum sic habet: C sedulò cavent, nè quam ansam calumniandi porri-
Hoc saxo tegitur celebris heros gant τοῖς μισογλώσσοις. Quid illorum moribus in-
Ultenhovius *ille* Nicolaus, corruptius, aut modestius? Religionis professores
Quo sub præside, Flandriæ *senatus* esse dicas, non linguarum. Nullius professionem
Multos floruit unicè per annos, suggillant, quod à nonnullis fieri videmus, gravi
Hoc patri orphana turba liberorum literarum detrimento, quum non in hoc instau-
Mœstior posuit, pia quidem illa ratur linguarum peritia, ut hactenus receptæ di-
Sed cassa officio. Quid attinebat sciplinæ profligentur, sed ut puriùs faciliúsque di-
Hæc illi monumenta comparare, scantur; nec ideo discimus linguas, ut loquamur
Cujus scilicet adprobata virtus tantum, sed ut eruditissimos autores rectiùs intel-
Hæret mentibus omnium, nec ulla D ligamus. Ad id quantopere conducat exacta lin-
Illam vis abolebit aut vetustas? guarum peritia, jam olim satis cognitum habens,
nuper compertiùs habere cœpi. Nam res ipsa me
docuit, quod nunquam eram creditura, hasce ca-
Græcum sic habet: lumnias quibus nuper inauspicati quidam tumul-
Τὸ δ' ὕδωρ; ἔνεχ' ἧς μοι δίκης. tuati sunt, maxima ex parte profectas ex insciti a
Τί δικαιότ' ἦν; τὸν δικαίαιχον κελὸν *Latini Græci*que sermonis. Id protinus agnoscet,
Τὸν Νικόλαον Οὐλτενόβιον τόδε, qui legerit ea quæ *Natali Bedda* respondimus.
Ὃς ἐν ἄκροις Φλανδρίας κλέος μέγα. Quum igitur tam ingens utilitas à vobis omni
Τέτρυ χρόνοις βίβλιον φίλοις ἀνήρ. studiorum generi conferatur, prudenter & illud
Τοῦ δαίφρονος συναίθουσι, ἃς μοι δοκῶ, E curæ habetis, ut commodè dextréque detis bene-
Οὐκ ἐν δίκαιος, ἀλλὰ μᾶλλον ἢ δίκη. ficium. Perit enim frequenter dantis vitio bene-
ficium, quia dare nescit. Quanquam autem æ-
quissimum erat, ut velut in pilæ lusu, sic etiam in
beneficio, dantis & accipientis mutua commodi-
tas sibi respondeat; tamen ut parentum ita do-
ctorum est, aliquamdiu ferre eorum quos institu-
unt vel fastidium, vel ingratitudinem, donec ætas
& rerum usus illos doceat, quantum munus acce-
perint. Hoc pacto futurum est, ut qui nunc obla-
trant his studiis, pòst utrisque manibus applau-
dant. Omnium autem pessimè de studiis mere-
ntur, qui ad novitatis ac petulantiæ invidiam ad-
dunt etiam impietatis suspicionem, quales aliquot
habet *Germania*. A quibus omnibus quoniam hactenus singulari vigilantiâ abstinuistis, favore divino collegium habetis longè florentissimum, flo-
rentius autem habituri, si quà cœpistis perrexeri-
tis. Nec dubito, quin hujus pulcherrimi fructus
gratissimus quidam census, ad sanctam illam *Hie-
ronymi Busleidi* mentem perveniat, qui nihil dubi-
to quin propitii numinis afflatu hujus præclari
muneris autor fuerit nostræ patriæ. Neque nihil
hic attulere momenti tua monita. Professoribus
optimis, cum toto φιλογλώσσων choro, meis verbis
salutem dices. Datum *Basileæ* postrid. Id. August.
Anno M. D. XXVII.

Bene vale. *Basileæ*. Calend. Feb. An. M.D. XXIX.

In Babylam Chrysostomi.

Des. Erasmus Rot. Nicolao Marvillano Collegii Busleidiani, apud Lovan. præsidi S. D.

Lib. 14. MEritò mihi Proverbium illud ingesseris, *Nicolae* doctissime, δαλὸν ὕδωρ, qui tantillam cenguram mittam ad fontem linguarum, nisi nos moneret Evangelium, habenti dandum esse quo magis exuberet. Visus est autem mihi hic *Chrysostomi*, quamvis exiguus, libellus multis nominibus dignus qui tuo collegio prælegatur; adeò singulari quodam artificio summam pietatem cum admirabili copulat eloquentia, ut non aliud exemplum accommodatius meâ sententiâ adolescentibus, tractatione thematum exercendis proponi queat. Quid enim habent *Aphthonius*, *Lysias*, aut *Libanius* quod cum hoc argumento, non dico pietate, quam habet propriam, sed vel elegantiâ dictionis, vel argutiâ rationum, vel copiâ denique conferri possit? Quid autem utilius isti etati, quàm ut linguam simul & eloquentiam protinus imbibant ex his autoribus, quorum oratio non minus *Christum* spirat quàm *Demosthenem*? Argumentum simplex est: *Babylas* Episcopus *Antiocheni*, à Cæsare, quòd eum impiâ cæde contaminatum conatus sit à templi penetralibus arcere, occisus est, sepultus extra civitatem, ac multò pòst tempore in urbem translatus. Hoc thema, quod

In CORVINUM, De libero arbitrio.

Des. Erasmus Rot. ornatissimo Floriano Motino S. D.

Epist. 25. EN tibi rursum laconismus etiam superiori contractior, quum tu me tam liberali, tam disertâ, atque etiam festivâ provocaris epistolâ, ut mihi bonam tædiorum partem excusseris, quorum nunc ipse temporum status abundè multum ingerit, etiamsi propitius esset calculus, & nihil haberet molesti senectus, nihil assidui studiorum labores, denique si nihil aliunde inveheret negotiis hæc vita tot malis obnoxia. Auxit epistolæ tuæ gratiam *Cœlii* libellus *De libero arbitrio*, brevis quidem ille, sed expolitus, satis præ se ferens, quanto studio vir ille versetur in adytis philosophiæ. Hactenus nihil illius videre contigit. Ipsum, ni fallor, semel duntaxat vidi *Ferrariæ* in ædibus *Richardi Pacei*. Salutavit me summâ quidem cum humanitate, sed oratione tam disertâ, támque fluenti, ut ego prorsùs viderer elinguis. Hæsitavi fateor aliquandiu, utrum libellum flagitantibus Typographis traderem, an premerem. Video, mi *Floriane*, & apud vos esse sinistrè suspiciosos homines, quales apud nostros perpetior. At nihil tale perpeterer, nisi prorsum inversus esset ordo hujus fabulæ. Utinam ista suspitio demigraret in *Germaniam*, & picturæ famosæ, libellique furiosi qui subindè provolant in caput meum istuc deferrentur. Nunc hic periclitor ut hujus factionis oppugnator, apud *Italos* ac *Brabantos* gravius etiam periclitor ut adjutor. Nonnulli me calumniantur incedere medium. Inter *Christum* & *Belial* incedere medium, magna fateor impietas est. At inter Scyllam & Charybdim medium tenere cursum, arbitror esse prudentiam. Nihil unquam magis detestatus sum quàm seditionem, nec adhuc ulla in re mecum pugno. Profiteri nolo quod non assequor, aut de quo dubito, aut quod non probatur animo meo. Nec ab istis unquam prædicor Theologus, nisi quum invidiâ gravandus sum. Quoties agitur de consortio gloriæ, procul absum ab albo Theologorum. Sed regium est undique malè audire quum omnibus benefacias. Vivit *Christus* Agonothetes noster, qui te servet incolumem, vir optime. Datum *Basileæ*, postridie Idus Maias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

In DEMOSTHENEM.

Des. Erasmus Rot. ornatissimo adolescenti, Joanni Georgio Paungartnero S. D.

Epist. 26. UT antehac pessimè de studiis merebantur isti qui præsentis lucelli cupiditate maledicis ac futilibus libellis implebant orbem: ita bonorum omnium favore digni sunt, qui curam omnem atque industriam huc conferunt, ut vetustos multorúmque seculorum consentientibus suffragiis probatos autores nobis revocent, idque cum dignitate. *Demosthenem* autem inter *Græcos* Rhetores sic esse primum, ut vix invenias quem cum illo possis conferre, magnus eruditorum omnium consensus est. Neque non rectè præceptum est illud, *Ab optimis auspicandum esse*. Eóque quondam

A apud *Latinos* à probatissimis Poetis [illegible] sebant literarum elementa. Nec [illegible] *Horatius*, ita de suis poematibus sa[illegible]

Hos quoque te manes, ut prima elementa [illegible]
Occupet in vitiis Sofiarum [illegible]

Plurimum enim refert, qui secum [illegible] num ingenii testulam imbuas. [illegible] primam *Latini* sermonis institu[illegible] Poetis suspicabantur, quòd hi [illegible]
B ratorias, habent aliquid propriæ nitoris [illegible] tatis, quâ, velut escâ, quibus magis [illegible] bribus gaudere eras allicianur ad [illegible] rem. Itaque qui quis *Latinos* Poetas [illegible] rectiùs intelliget Oratores. Apud G[illegible] ratio est. Tantum enim discrimin[illegible] etarum & Oratorum dictionem, ut [illegible] diversâ linguâ loqui. Eóque fit, ut qui a Poetis fecerunt institutionis rudimentum, quum ad Oratorum lectionem sese contulerint, [illegible]
C in peregrino sermone restiterit, & [illegible] quæque vox declaret non ignoret, [illegible] sum non percipiant. In causa est scientia [illegible] porum, & idiomatum proprietas, in quibus haud ita multum opitulantur Lexici. Hic quidem in parte præclaram operam [illegible] *Guilhelmus Budæus*. Verum ut [illegible] *Romanæ* linguæ non statim accommodet se *M. Tullius*, qui *Fabio* judice, nisi valdè placet, nisi qui jam egregiè profecerit: ita Græcarum literarum peritiam ambientibus non arbitror admodum convenire *Demosthenem*, qui plus artis habet in recessu, quàm primâ fronte præ se ferat. Hic enim, quod honorifico joco dixit [illegible] scripsit ad aquam, nec nisi à sobriis et [illegible] potest intelligi. Proinde quod de *M. Tullio* scripsit *Quintus Fabius*, pari jure de [illegible] dici potest: Is se sciat in arte dicendi [illegible] cui *Demosthenes* valdè placere cœperit. Quemadmodum tabulâ magno artificio depictâ, nemo magnopere delectatur artis imperitus, ita *Demosthenis* divinum illud, & quod facundissimi quique semper in eo mirati sunt, [illegible] nisi & rhetoricis præceptionibus exercitus, & historiarum cognitione instructus itaque paratus, ut puer quidem degustet *Demosthenem*, sed is cum serò redeat, jam factus oculatior, quæ prius illam verè Atticam Venerem, illud excellens pulcritudinis exemplum, illa summo artificio consorta [illegible] mata, postremò vim illam omnibus [illegible] vix ulli imitabilem. Elegans [illegible] ercitatio, quòd à veteribus nonnulli [illegible] in *Homero* ac *Virgilio*, si quis idem [illegible] *Demosthene* & *M. Tullio*, ut ex collatione [illegible] deprehendas, quid hic ab illo sit [illegible] noster sit *Græco* par, ubi superior, ubi [illegible] plari nonnihil degeneret imitatio. Vis [illegible] æquè conducit ad parandum judicium. Non [illegible] sumpturus sum operam in laudando *Demosthene*, ad quem pro dignitate prædicandum [illegible] loquentiâ *Demosthenis* à; imò nullo [illegible] est eloquentiâ, ad cum laudandum, [illegible] ore in cœlum ferunt omnes: nec [illegible] addere studebo, *Georgi* clarissime, quem [illegible] spicio in hoc pulcherrimo studio [illegible] haud segniter currentem. Quare [illegible] cognitus cursus tuus, qui te [illegible] rim. Optimam tui partem vidi, adolescens fortunatissime, adeo [illegible] depinxit

1709 duxerit *Viglius Zuichemus*, haud vulgaris artifex, cui domeſticâ conſuetudine penitùs cognitus ac perſpectus es. Quin tute mihi teipſum tuis ad me literis ſic expreſſiſti, ut ſi coram adeſſes, plus videre nequeam. Illic exoſculatus ſum iſtam felicem indolem tuam, qui vix egreſſus annum decimum ſextum, ſcribas epiſtolas primùm bene *Latinas*, deinde, quod pluris facio, ſenſibus argutis, & aptè ſibi connexis. Quid autem collaudem iſtum ingenuum ac liberalem pudorem, quid ſingularem iſtam in me pietatem, quam tota ſpirat epiſtola? Et hic agnoſco germanè germanam ornatiſſimi viri *Joannis Paungartneri* prolem. Jampridem enim mihi cum eo viro ictum eſt amicitiæ fœdus, quam ego ſanè rem inter præcipuas felicitates meas numero. Quid enim illo candidius, aut amabilius? In hujus fœderis conſortium temet tuo jure inſeris, mi *Georgi*. In hoc enim poſſeſſionum genus, & fas eſt, & æquum eſt vivo etiamnum patri hæredem exiſtere. Ut tali parente multò beatior es, quàm paternis opibus: ita iſtis egregiis animi dotibus, quas tibi partim largita eſt propitii numinis benignitas, partim indefeſſâ tuâ tibi paris, longè verius ac ſplendidiùs locuples fueris, quàm majorum tuorum quamlibet ampliſ facultatibus. Accipe igitur *Demoſthenem* qui nunc prodit ceu poſitis novus exuviis nitidúſque juventa, ſimul & mutuæ meæ in te pietatis ἀνεψιότητος, & ſtudiorum tuorum incitamentum futurus. Multum debemus *Aldo*, qui nobis primus oratorum principem dedit; plus debemus *Hervagio*, qui non parum addidit illi, tum dignitatis, tum etiam commoditatis, haud mediocribus impendiis parique vigilantia, ut jam meritò poſſint omnes admirabundi dicere, Οὗτος ἦν ὁ ἐκεῖνος Δημοσθένης. Poſthac igitur expectabimus abs te epiſtolas ſemi-*Tullianas* ac ſemi-*Demoſthenicas*. Vale. Datum *Friburgi Briſgoiæ*, poſtrid. Calend. Auguſti. Anno M.D. XXXII.

In Copiam.

Deſ. Eraſmus Rot. Matthiæ Schurerio Selatano S. D.

Bonæ partis iſtorum qui formulis excudunt libros, *Matthia Schureri*, vel inſcitiâ literarum, inopiâque judicii, peſſimos autores pro optimis ſuſcipiunt, vel aviditate quæſtûs, eum librum optimum eſſe ducunt, unde plurimum emolumenti rediturum ſperent. Unde quod cæteris in rebus fere ſoler, id in hac quoque arte videmus uſu venire, ut quod ad ſummam ſtudiorum utilitatem ſit excogitatum, id abutentium vitio in gravem vergat perniciem. Quâ quidem in re tu mihi duplici nomine laudandus videris: Primùm, quòd pro tua non vulgari eruditione, próque acri judicio ea deligis, quæ ad veram eruditionem conferant. Deinde, quòd ingenuo quodam erga bonas literas amore, noſtris ſtudiis potiùs quàm tuis ſcriniis conſulere gaudes, unum hoc agens, ut libros quàm optimos, quàm emendatiſſimè excuſos in lucem emittas. Proinde *Copiam* noſtram ad te miſimus, à nobis diligentiſſimè recognitam, & emaculatam, ut pridem apud *Britannos* concepta, apud *Parthos* utcunque edita, nunc rurſus velut abjectis exuviis, nitida prorſus, & expolita, in feliciſſima *Argentoratorum* civitate, felicioribus auſpiciis exeat in manus hominum, ſi modò videbitur non indigna tuo prælo; erit vel ob id ipſum omnibus bonarum literarum amatoribus commendatior, quod è *Schureriana* prodierit officina. Ex qua jam perſuaſum eſt, nihil proficiſci, quod non ſit & autoris elaboratum ingenio, & tuâ curâ caſtigatiſſimum. Adjecimus & ἐμμελείων librum, nuſquam adhuc editum, ſed ab ipſis, quod aiunt, follibus ad te profectum. Lucubrationes *Rodolphi Agricolæ*, hominis verè divini, jamdudum expectamus, cujus ego ſcripta quoties lego, toties pectus illud ſacrum, ac cœleſte mecum adoro, atque exoſculor. Bene vale. *Baſileæ*, ad Idus Octob. An. M.D. XIV.

In Copiam.

Deſ. Eraſmus Rot. Joanni Coleto, Decano Sancti Pauli apud Londinum S. D.

NOn poſſum equidem non vehementer laudare, *Colete*, ſingularem iſtam, veréque *Chriſtianam* animi tui pietatem, qui conatus tuos omnes, omnia vitæ ſtudia ſemper huc deſtinaris, non ut tuis privatim commodis conſuleres, ſed uti patriæ, civibúſque tuis quamplurimùm prodeſſes. Neque minus admiror judicium, qui duas præcipuè res delegeris, quibus id cumulatiſſimè conſequi poſſes. Videbas enim ampliſſimum charitatis fructum in eo ſitum eſſe, ſi quis aſſiduis concionibus, ſacráque doctrina, *Chriſtum* populariũm ſuorum animis inſerat. Quo tu quidem in negotio jam annos complures verſaris, non dicam quantâ cum laude, quam tu adeò non ſpectas, ut nec admittas, ſed certè magno cum fructu. Quo nomine *Paulus* ille tuus, alioqui modeſtiſimus, ſubinde gloriatur, ac ſeſe ſanctâ quadam inſolentiâ jactat. Deinde quod proximum exiſtimabas, ludum literarium longè pulcherrimum, ac magnificentiſſimum inſtituiſti, ubi ſub electiſſimis, ac probatiſſimis præceptoribus, *Britannica* pubes rudibus ſtatim annis, ſimul & *Chriſtum*, & optimas imbiberet literas: nimirum graviter intelligens, & in hac ætate velut herba, ſpem reipublicæ poſitam eſſe, & quanti referat in omnem vitam, protinus ab incunabulis optimis imbui. Jam verò quis non adamet etiam generoſam iſtam animi tui celſitudinem, ac ſanctam (ut ita dixerim) ſuperbiam, qui utrunque hoc in patriam officium ita gratuitum ac ſyncerum eſſe volueris, ut nec ex tot annorum laborioſiſimis concionibus vel teruncio factus ſis ditior, cúmq; tua ſeminaris ſpiritualia, nullius unquam carnalia meſſueris, & Scholæ ſumptus, tam videlicet ingentes, ut ſatrapam quoque deterrere poſſint, ſolus omnes ferre volueris? Et cùm vulgus hominum nulla in re libentiùs ſocium accerſere ſoleat, tu patrimonium, tu cenſum univerſum, ad hæc domeſticam etiam ſupellectilem profundere maluiſti, quàm ullum mortalem in iſtius gloriæ partem admittere. Quæſo quid iſtud eſt aliud quàm in univerſos tuorum liberos, in univerſos cives animum pluſquam paternum gerere? Teipſum ſpolias, ut illos locupletes; teipſum nudas, ut illos ornes; teipſum laboribus conficis, quo tua ſoboles vegeta ſit in *Chriſto*. Breviter totum te impendis, ut illos *Chriſto* lucrifacias. Nimium profectò ſit invidus, qui talia conanti non impenſiſimè faveat. Impius qui reclamet & obſtrepat: Hoſtis *Angliæ*, qui non pro ſua virili, adjumenti aliquid conferre ſtudeat. Ego ſanè non ignarus, & quantum *Angliæ* debeam publicè, & quantopere tibi privatim

sim obnoxius, officii mei sum arbitratus, literarium aliquod munusculum in ornamentum scholæ tuæ conferre. Itaque duos hos novos *De Copia* commentarios, novæ scholæ nuncupare visum est, opus videlicet cùm aptum pueritiæ, tum non infrugiferum, ni fallor, futurum. Sed quaptum habeat eruditionis, quantúmve sit utilitatis allaturus hic labor meus, aliorum esto judicium. Illud verè mihi sumere possum, argumentum hoc à me & primum excogitatum, & proditum fuisse: Nam quod *Julius Pollux, Græcus* & antiquus autor, singularum rerum vocabula per locos digessit, & synonyma quædam, ac finitima velut in acervos congessit, quis non videt quàm id sit à nostro instituto alienum? Neque enim *Isidoros, Marios*, aut *Philiscos* libet commemorare, homines in tantum alienos à *Copia*, ut nè semel quidem quæ sentiunt, *Latinè* possint efferre. Jam verò libellus ille, qui *Ciceroni* inscribitur (ego enim ab aliquo *Ciceronis* studioso, ex illius scriptis collectum arbitror) quæso quid aliud habet quam tumultuariam pancarum vocum congeriem? Hos formulas quasdam *Copiæ*, ceu fontes ostendere nobis conati, sic ut à generalibus per gradus ad particulares deveniremus. Quanquam & summo & doleo huic operi justam curam defuisse. Siquidem olim rudem materiam in futurum opus remerè congesseramus, ad quam expoliendam plurimis vigiliis, plurimorum autorum lectione videbam opus fore. Itaque non admodum erat in animo edere: verùm cùm intellexissem quosdam his commentariis insidiari, paratosque adeò quin incastigatissimos etiam ediderint, eruditus sum utcunq; emendatos in lucem emittere. Nam id malum visum est levius. Bene vale, *Celsa* optime. *Londini*, An. M.D. XII. III. Calend. Maias.

DES. ERASMI ROT.
EPISTOLARUM
LIBER VIGESIMUS NONUS:
IN QUO
EPISTOLÆ DEDICATORIÆ.

In Theod. Gazæ Grammaticam.

Des. Erasmus Rot. Joanni Cæsario Juliacensi utriusque literaturæ vindici S. D.

Epist. 1. HAbent in omni disciplina, *Cæsari* charissime, præceptiones naturâ subamarum quiddam; verùm hoc molestiæ, comes pensat utilitas: proinde ut non possum non mirari quorundam fastidiosas delitias, qui quamlibet levi incommodo offensi protinus resiliunt à literis, tantam utilitatem in omnem usque vitam allaturis: ita rursus optimo jure indignor his, qui rei per se submolestæ, de suo molestiam addunt. Etenim dum ostentandæ eruditionis suæ studio, in ipso statim operis limine perplexa quædam insulciunt, quæ pòst erant tradenda, nimirum rudem discipulum odio suo retundunt, & alienant quem allici, inescaríque potiùs oportuit, commodâ brevitate, luce, ordine, simplicitate, aliísque id genus illecebris. At unus omnium *Gaza*, vir ubique sui similis, hoc est, in quavis materia insignis artifex, non minori judicio, quàm fide discentis agit negotium: non id statim captans ut ipse doctus appareat, sed ut lectorem doctum reddat. Is primo libro, Deum immortalem, quo compendio, quàm miro ordine, quantâ simplicitate *Grammatices* summam complexus est, ceu simulacro quodam nobis deliniato? Nos igitur quo magis etiam quorundam tædio consuleremus, commoditatem hanc nostrâ juvimus industriâ, eúmque librum *Latinum* fecimus, exemplis duntaxat exceptis. Ad hæc, titulis distinximus, & annotatiunculis additis nonnihil lucis addidimus, ut jam quàm minimo negotio percipi possit. Mendas confessas modò sustulimus. Nam quod è doctissimis viris, qui cum *Theodoro* consuetudinem egerunt, quíque huic interfuere negotio, olim audire memini: id liber ipse palam præ se fert, nimirum locos aliquot à scioli & in alieno libro impudenter ingeniosis, perperam immutatos esse. Quod genus est illud, quod comparativum excipit in tertia nominum Declinatione, quod Præsens & Præteritum imperfectum tanto Verborum dispendio per Modos omnes reperit: cùm in his per omnia consentiant Passiva cum Mediis. Quod verborum in μι desinentium Passivis additur Futurum, ac Præteritum perfectum, cùm regula præcedens negârit hæc Tempora illis esse propria, quod & aliàs in horum Declinatione miscet nonnullas voces Primitivorum & Derivatorum. Atque hoc erroris *Demetrio* imputat *Chalcondylo*, viro tum probo, tum erudito: sed cujus mediocritas exactum illud ac sublime *Theodori* judicium haudquaquam assequi potuerit. Gratulor, mi *Cæsari*, nostro seculo quo viderimus passim repullulascere *Græcas* literas: Nam ut harum neglectus omnium bonarum disciplinarum, omnium elegantiorum autorum *naufragium* invexit, ita spes est futurum, ut his renatis & illa reflorescant. Illud aliquoties mecum soleo demirari, cùm *Sarmatæ*, cùm *Scoti*, & *Hiberni Græcas* literas jampridem nec illiberenter, nec infeliciter amplectantur; quo fato fiat ut una *Agrippinæ*, urbs ut

ne vinctissima, ita celeberrima, quàm conveniebat in hoc pulcherrimo negotio vel primam occupare laudem, meliores literas adeo gravatim recipiat. Etenim si studia quibus nunc solenniter utimur, recta sunt, harum accessione non obliterabuntur illa, sed illustrabuntur: sin secus, magis etiam oprandum, ut pro nothis syncera, pro frivolis utilia succedant: & juxta *Diomedis*, & *Glauci* permutationem τὰ χαλκεῖα τῶν χρυσῶν ἀντιλαμβάνηται. Quis enim sanus recuset, vel bona melioribus, vel mala bonis commutare? Hunc nostrum bidui laborem tibi visum esse dicare, cum haudquaquam me fugeret, munusculum hoc longè infra tuam esse dignitatem: majora merebatur ista eruditio, ista morum integritas candórque, meliora flagitabat arctissima nostra familiaritas; verùm hæc interim boni consulet humanitas tua, dum parantur tuis meritis digniora. Tu mi *Cæsari* hæc pergas de literis ac seculo tuo benemereri, & istam quoque laudem *Colomiensi* scholæ addere. Verè generoso comiti *Hermano Nova aquila*, aut (si *Græci* mavis) *Neottio*, bonarum literarum candidissimo *Mecænati*, multam ex me salutem dicito. *Antverpiæ* Anno M. D. XV III. Pridie natalis *Joannis Baptistæ*.

In Luciani Dialogos.

Des. Erasmus Rot. Reverendissimo in Christo Patri, D. Guilielmo Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ primati S.

Mitto ad te Dialogos aliquot *Luciani*, partim nuper à me traductos, partim recognitos. Nugas, inquis, mittis, nugas sanè, sed literatas, nimirum ut rideas, si tamen unquam ridere potes, homo tot curis districtus, tot negotiorum fucibus obrutus. Sed cui potiùs mittam, quicquid fuerit illud, seu ludicrum, seu serium, quod nec Camœnæ produxerint, quam tibi unico meo *Mecænati*, qui solus & addis animum *Erasmo*, & alis ingenium, & ocium suppeditas, & ornas studia? Bene vale. *Londini*, tertio Calend. Maias, Anno M. D. XII.

In Luciani Toxarim.

Reverendo Patri ac Domino D. Richardo Episcopo Wintoniensi, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

E Priscorum usq; seculis mos hic in hæc nostra tempora deductus est, amplissime pater, ut Calendis Januariis principe ineuntis anni die, munuscula quæpiam mittantur: quæ nescio quid lætioris ominis afferre creduntur, tum ad quos abeunt, tum illis ad quos redeunt. Itaque quum ego dispicerem ecquid tandem muneris à nobis iret ad tantum patronum, ad tam potentem amicum; neque quicquàm in mea reperirem supellectile, præter meras chartulas, profectò chartaceam strenam mittere sum coactus: quanquàm quid aliud potius mitti conveniebat ab homine studioso ad Præsulem, omnibus quidem fortunæ muneribus magnificentissimè cumulatum: sed qui virtutem virtutisque comites, honestas literas infinitis calculis anteponat; quique tanquam contemptim, penéque dixerim invitus fortunæ dona admittat; contra animi bonis quum sit opulentissimus, tamen semper magis ac magis cupiat ditescere? Porrò nostrum hoc munusculum, si nulla alia licet, saltem *Terentiani Parmenonis* exemplo, hoc nomine commendabimus: quòd non ex *Æthiopia*, verùm é *Samosata* usque *Comagenorum* urbe sit profectum. Est autem dialogus *Luciani*, cui titulus *Toxaris*, sive de amicitia, quem nos paucis hisce diebus *Latinum* fecimus. Qui quidem (uti spero) non omnino futurus est ingratus tuæ excellentiæ, vel ob id quod amicitiam prædicat, rem adeo sanctam, ut barbarissimis etiam nationibus olim fuerit veneranda: Nunc *Christianis* usque adeo in desuetudinem abiit, ut non dicam vestigia, sed nè nomen quidem ipsum extet: quum nihil aliud sit *Christianismus*, quàm vera perfectáque amicitia, quàm commori *Christo*, quàm vivere in *Christo*, quàm unum corpus, una anima esse cum *Christo*: hominum inter ipsos talis quædam communio, qualis est membrorum inter se corporis. Neque minus tamen jucundus, quàm frugifer futurus est, si quis modò decorum observet, quod in personis situm est. Nam *Menæsippi Græci* sermo, quàm totus *Græcanicum* quiddam sapit? comis, facetus, festivus: Contra, *Toxaridis Scythæ* oratio, quàm tota *Scythicum* quiddam spirat? simplex, incondita, aspera, sedula, seria, fortis. Quin etiam dictionis discrimen, quasique diversum filum à *Luciano* de industria affectatum, pro nostra virili referre curavimus. Hanc igitur qualemcunque clientuli tui strenulam, amplissime Præsul, felicibus auspiciis accipe. Et *Erasmum* sicuti jam pridem facis, amare, ornare, juvare perge. Vale. *Londini*, Calendis Januariis, M. D. VI.

In Luciani Pseudomantem.

Reverendo in Christo Patri, ac Domino D. Renato Episcopo Carnutensi, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

Cum modis compertum haberem, ornatissime pater, quàm candidè de meo ingeniolo, meisque nugis tum sentias, tum prædices, vir alioqui naris emunctissimæ, jámque ad *Italicum* iter accincto, per itineris comites non liceret celsitudinem tuam invisere, ut esset tamen interim quod de tui *Erasmi* commonefaceret, *Luciani Pseudomantem* misi sceleratissimum quidem illum, sed quo non alius sit utilior ad deprehendendas coarguendásq; quorundam istorũ impostoras, qui hisce quoque temporibus vel magicis miraculis, vel fictà religione, vel adsimulatis condonationibus, aliísque id genus præstigiis, vulgo fucum facere solent. Eum igitur leges, uti spero, non modò cum fructu aliquo, verùm etiam summa cum voluptate, propterea quod intelligam te, licet præter generis claritatem, fortunæ splendorem, muneris autoritatem, seriis illis, ac tetricis studiis absolutum, non solere tamen admodum ab his etiam elegantioribus Musis abhorrere: & hujusmodi lusus nec inamœnos nec infrugiferos arduis negotiis libenter intermiscere. Porrò quicquid est, vel nigri salis, quem *Momo* tribuunt, vel candidi, quem *Mercurio* ascribunt, id omne in uno *Luciano* copiosissimè reperias licebit. *Carnutensis* oppidi tam splendidum profectò, támque celebre fanum

fanum fulmine conflagrâſſe, dici non poteſt quàm feram acerbè. Bene vale in reditum ex *Italia* noſtrum. *Lutetiæ* Anno milleſimo quingenteſimo quinto.

In LUCIANI SOMNIUM.

Ornatiſsimo Viro D. Chriſtophoro Urſewico Deſ. Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 5. EQuidem hâc mente ſemper fui, ornatiſſime, idémque humaniſſime *Chriſtophore*, ut à nullo prorſum vitio perinde abhorruerim atque ab ingratitudine. nec unquam iſtos hominẽs vocabulo dignos judicârim, qui alieni in ſe meriti tempore ullo poſſent obliviſci. Rurſus eos exiſtimaverim beatos, quibus tantum facultatis fortunæ commoditas ſuppedit âſſet, ut bene de ſe meritis, poſſent parem remetiri gratiam : beatiſſimos autem quibus licuiſſet acceptum beneficium aliquo cum fœnore rependere. Proinde cum antehac ſæpenumero mecum repeterem, quantum in me nihil promeritum tua benignitas contuliſſet (nam collatum arbitror quicquid ita delatum eſt, ut haud ſcio utrum per fortunam, an per meipſum, certè per te non ſteterit quo minùs acceperim) circunſpectarémque quonam argumento poſſem aliquam ſaltem erga te memoris gratíque animi ſignificationem dare, neque in tanta fortunæ meæ tenuitate quicquam occurreret, quod ulla exparte, non dicam tuis meritis reſponderet, ſed quod vel animo ſatisfaceret meo : illud denique mihi venit in mentem, ut ſaltem iſtos quoſdam non inurbanos homines imitarer, qui floſculo quopiam inſigni, aut alio ſimili ſymbolo miſſo, voluntatis propenſionem, prompt íque animi ſtudium teſtificari ſolent : præſertim ipſi tenues erga eos, quibus neque res, neque animus ſit alienorum egens munerum. Ergo *Græcanica* ingredienti μοῦσα (nam muſarum horti vel mediis vernant brumis) ſtatim inter multos varia adblandientis gratia, hic *Luciani* floſculus præter cæteros arriſit. Eum non ungue, ſed calamo decerptum ad te mitto, non ſolùm novitate gratum, colore varium, ſpecie venuſtum, nec odore modò fragrantem, verùm etiam ſucco præſentaneo ſalubrem & efficacem. *Omne tulit punctum* (ut ſcripſit *Flaccus*) *qui miſcuit utile dulci.* Quod quidem aut nemo, meâ ſententiâ, aut noſter hic *Lucianus* eſt aſſequutus; qui priſcæ comœdiæ dicacitatem, ſed citra petulantiam referens, Deum immortalem, qua vafricie, quo lepore perſtringit omnia, quo naſo cuncta ſuſpendit, quàm omnia miro ſale perfricat, nihil vel obiter attingens, quod non aliquo feriat ſcommate, præcipuè philoſophis infeſtus, atque inter hos *Pythagoricis* potiſſimum, ac *Platonicis* ob præſtigias : *Stoicis* item propter intolerandum ſupercilium, hos punctim, ac cæſim, hos omni tellorum genere petit; ídque jure optimo? Quid enim odioſius, quid minus ferendum, quàm improbitas virtutis profeſſione perſonata? Hinc illi blaſphemi, hoc eſt, maledici vocabulum addidere. ſed hi nimirum, quorum ulcera tetigerat. Pari libertate Deos quoque paſſim & ridet & lacerat, unde cognomen inditum ἀθεΐας, ſpecioſum profectò vel hoc nomine, quod ab impiis ac ſuperſtitioſis attributum. Floruit (uti putant) *Trajani* fermè temporibus, indignus ita me Deus amet, qui inter ſophiſtas annumeretur. Tantum obtinet [illegible] cendo gratiæ, tantum in inveniendo [illegible] tantum in jocando leporis, in mordendo [illegible] titillat alluſionibus, ſic ſeria nugis, [illegible] miſcet; ſic ridens vera dicit, vera dicendo ridet; ſic hominum mores, affectus, ſtudia, [illegible] cillo depingit: neque legenda, ſed planè [illegible] da oculis exponit, ut nulla Comœdia, nulla Satyra cum hujus Dialogis conferri debeat, ſeu voluptatem ſpectes, ſeu ſpectes utilitatem. Caeterum ſi nominatim quæras hujus argumentum Dialogi, facit id quod ſemper facit. *Pythagoras* vitæ impoſtorem, ac præſtigiatorem taxat: *Stoicorum* faſtum, & ſapientem barbam rider: divitum, ac Regum vita quantis ſit ærumnis obſita docet: contra, quàm expedita res paupertas ſibi, ſuique contenta ſorte. Quem uti legas attentè, te majorem in modum rogo, ſi quando tibi per tua licebit negotia frontem exporrigere. Audies enim *Gallum* cum hero ſutore confabulantem, magis ridiculè quàm ullus poſſit γελοιοτερος, ſed rurſum ſapientiùs quàm Theologorum, ac Philoſophorum vulgus nonnunquam in ſchoſis magno ſupercilio, magnis de nugis diſputat. Vale optime, atque humaniſſime *Chriſtophore*, & *Eraſmum* inter tuos aſcribito clientulos, amore, ſtudio, officio ceſſurum nemini. Ex arce *Hammenſ.* Anno M. D. III.

In LUCIANI TIMONEM.

Ornatiſsimo Juris utriuſque Doctori Thomæ Ruthallo Secretario Regio, poſt Epiſcopo Dunelmenſi, Deſ. Eraſmus Roterodamus S. D.

VIde quantum audaciæ mihi ſuppediret ſingularis quædam ingenii tui, morúmque facilitas, humaniſſime *Ruthalle*: qui cum neminem ignorem te inter Aulicos primores vel autoritate, vel gratiâ, vel ſplendore, vel eruditione præcipuum eſſe; tamen non vereor meas nugas rudes adhuc, víxque è prima ſcheda repurgatas ad tuam excellentiam mittere. Sed quid facerem? *Jam* urgebat navita, ventos, & æſtum nulli ſervire clamitans. Itaque nè nihil mei apud hominem tam noſtri ſtudioſum relinquerem, id quod tum fortè erat in manibus, *Miſanthropum* miſi, nimirum ad virum unum omnium Philanthropotatum. Is eſt *Luciani* dialogus, quo vix alius lectu, vel utilior, vel jucundior, verſus quidem ille jampridem ab alio neſcio quo: ſed ita verſus, ut interpres hoc modo demonſtrare voluiſſe videatur, ſe neque *Græcè* ſcire, neque *Latinè*: nec temerè adeo quis ſuſpicetur eum interpretem ſubornatum eſſe ab iis, qui *Luciano* malè volunt. Tu noſtram hanc audaciam boni conſules, & *Eraſmum* in eorum numero pones, qui tui ſunt amantiſſimi. Vale. *Londini*, Anno M. D. IIII.

In LUCIANI TYRANNICIDAM.

Eraſmus Rot. Richardo Witfordo Britanno docto, & cum primis jucundo amico S. D.

CUm annis jam aliquot totus *Græcis* in literis fuerim, *Richarde* chariſſime, nuper quo cum literis *Latinis* redirem in gratiam, [illegible] declamare

A

...adulatione emptis, idque impulsore *Thomâ Moro*, ...(sui scio) tanta est famigerabilis, ut nihil non ...publicè privatimve vel hostis tantâ autem homi... ...cine complector, ut etiam si salutare me, ...aliquem salutare jubeat, sim non gravatim ob... ...temperaturus. Tractat ille idem argumentum, ...in unum, ut nullus sit omnino locus, quem ...non exornet ornátque. Neque enim arbitror (nisi vehemens in illum fallit amor) unquam ma... ...turum finisse ingenium hoc uno præceptivo, ...perspicuo, oculatius, argutius, brevitéque doctius omnigenis absolutius. Accedit lingua ingenio par, cum morum mira festivitas, salis plurimum, sed candidi duntaxat, ut nihil in eo desideres quod ad absolutum perdeat patronum. Quare non hoc animo laborem hunc suscepi, ut eum unicum vel æquarem, vel vincerem, sed uti cum amico omnium dulcissimo, qui cum libenter soleo seria, ludicraque miscere. In hæc ingeniorum palæstra quasi collactarer, idque feci eo libentius, quod magnopere cuipiam hoc exercitii genus, quo nullum aliud magis frugiferum, in ludis nostris aliquando instaurari. Neque enim aliud est in causa quod, quod hac nostra tempestate quum tam multi sint, qui scriptores eloquentissimè evolvant, tam pauci tamen existant, qui non insulsissimi videantur, si quando res oratorem poposcerit. Quid si tum *Ciceronis Fabiique* autoritatem, tum veterum exemplum sequuti *versuarias* ...diligenter à pueris exercerentur, non esset (opinor) tanta dicendi inopia, tam miseranda infantia, tam pudenda balbuties, etiam in his qui literas oratorias publicè profitentur. Nostram declamationem ita leges, ut eam me pauculis diebus fecisse cogites, non scripsisse. Hortor autem ut & *Mosam* conferas, itaque judices, num quid in filio sit discriminis inter hos, quos tu ingenio, moribus, affectibus, studiis usque adeo similes esse dicere solebas, ut negares ullos gemellos magis inter se similes reperiri posse. Utrunque certè ex æquo amas, utrique vicissim ex æquo charus. Vale, mearum delicium, *Richarde* festivissime, Ruri, ad Calendas Maias, M. D. V I.

In Luciani libellum, cui titulus est, De Mercede Conductis.

Erasmus Rot. M. Joanni Paludano Rhetori Lovaniensis Academiæ S. D.

UT intelligas, humanissime *Paludane*, *Erasmum* illum tuum tametsi per omnes terras mariáque volitantem, tamen tui memoriam perpetuò secum circumferre: mitto quasi symboli vice *Lu...*ciani Dialogum, cui titulus, ...sed nihil adhuc audiluv. Quem in *Italiam* profecturus, in ipso penè procinctu *Latinum* feci. In eo non sine voluptate tanquam in speculo videbis aulicæ vitæ incommoda: quæ tu mihi sæpenumerò commemorare solebas, nimirum expertus, & veluti naufragio ejectus, ac vix itti liberæ, literariæque vitæ redditus. Idque feci eo studiosiùs, ut meo exemplo te provocarem, quo jam diu *Græcanicis* in literis versatus, incipias, & ipse aliquando audere aliquid. Cur enim non dicam audere? Quum nullum sit meâ sententiâ facinus audacius, quàm si conaris ex bene *Græcis*, bene *Latina* facere. Vale, méque tui amantissimum mutuum ama.

In Luciani Dialogos aliquot.

Hieronymo Busleidano Ratisponsi Ariensi Consiliario Regio Erasmus Rot. S. D.

RUmor jampridem hic perseverat, scribor quum ut verum esse libeat credere, sed constantior rumor, quàm ut vanus credi possit, *Philippum* principem nostrum è vivis excessisse. Quid queror, mi *Busleidiane*, quid vociferer, quem incusem, hominémne, Deumve? Quæ comploratio tam Tragica, quæ huic tam atroci vulneri sufficiat? Nimirum, heu omnia consentiens *Hispania*, quæ quidem primum *Franciscum Busleidianum* Archiepiscopum *Bracharensem* nobis ademisti, neque tanto viri jactura contenta, Principem etiam eum absorbuisti, quo (si vivere modò licuisset) nihil unquam habuit hic orbis neque majus neque melius. Quanquam quid, quæso, superaret etiam adolescenti, nisi uti jamipse sese superaret. Sed ô dirum fortunæ ludum! ô novam fatorum invidentiam! ô mors quàm iniqua! tam etiam invida, ut semper præstantissima quæque quàm ocyssime tollis è medio, vixque oculis ostensa protinus subducis. Cujus ego vicem hic potissimum deplorem? *Mexicumne* an patris, qui tali sit orbatus filio, quem unum multis etiam imperiis anteponebat? An liberorum magis, quibus ætate tam immaturâ, tam pius sit ereptus pater? An patriæ potiùs, cui de charissimo Principe, tam serum gaudium, tam præpropere contigerit luctus? An orbis demum universi, cui tam singulare lumen sit ademptum, idque tam ante diem? Hoc? nimirum hoc tempestas illa fatalis, quâ medio è cursu in *Britanniam* depulsus est, portendebat, videlicet fatis illum palàm ab *Hispaniis* rejicientibus. Equidem Panegyrico qualicunque laudari juvenem. Tum autem, bone Deus, quot mihi Panegyricos, quàm copiosos pollicebar? Et en repentè commutatis rebus, epitaphium paro miser. Eamus nunc nos homunculi, & fortunulis nostris fidamus, quum eos etiam pro sua libidine mors rapiat, quos quàm diutissimè vivere tantopere omnium refert. Sed quid ego, mi *Hieronyme*, dum meo indulgeo dolori, tuum exulcero? Quod reliquum est, precor ut superi propitii liberis paternam quidem felicitatem, sed cum divi *Federici* vivacitate copularam largiantur. Tibi item in moderandis illis fraternos successus, sed vitam fraterna diuturniorem. Literis his, nè ad tantum, támque doctum amicum nullo literario munusculo comitatæ venirent, Dialogos aliquot *Luciani*, comites addidi: quos paucis his diebus, dum obsidionis metu *Florentiam* profugeremus, *Latinos* feci: hoc nimirum agens, nè nihil agerem. Nam in præsentia quidem in *Italia* mirè frigent studia, fervent bella. Summus Pontifex *Julius* belligeratur, vincit, triumphat, planéque *Julium* agit. Vale, & ampliſſimo patri *Nicolao Ruterio* Episcopo *Atrebatensi*, etiam atque etiam *Erasmum* commendato. *Bononiæ*, X V. Calendas Decembris, M. D. V I.

In

In Luciani Convivium.

Erasmus Rot. Joanni Eutichio suo S.

Epist. 10. QUanquam hic *Luciani* Dialogus, *Eutychi* doctissime, plurimum habeat artis, ob decorum mirè servatum in personis tam multis, támque diversis: tamen aliquot reperi, qui dicerent esse premendum, quod liberiùs, ac velut ἐξ ἀμαξης Philosophorum omne genus laceret. Ac mihi videtur justius esse stomachandum in hujus seculi mores, quo, videmus Philosophorum ac Theologorum scholas multò pueriliùs etiam inter se dissidere: nec minus atrociter digladiari, tum inter religionis professores nihilominus cruentam esse pugnam, quàm in eo convivio fuisse *Lucianus*, vel finxit, vel retulit. Hunc igitur libellum, quoniam fortè αὐτόθεν reperi, & tamen patrono videbatur egere, *Eutichio* dicavi. Bene vale, καὶ εὐτύχει, ut planè sis quod diceris. *Antuerpiæ* Anno M. D. XVII.

In Librum De Ratione Conscribendi Epistolas.

Des. Erasmus Rot. Nicolao Beraldo S. D.

Epist. 11. POsteaquam *Holonius* ille desierat esse apud superos, eruditissime *Beralde*, non putabam mihi quenquam alium metuendum, qui nænias, quas juvenis, vel exercendi stili gratiâ, vel obsequundans amicorum affectibus scripsissem, in vulgus ederet, in quidvis potiùs, quàm in hoc natas. Et ecce de repentè apud *Britannos* exortus est alter *Holonius*, qui librum *De componendis Epistolis* excudit, quem annis ab hinc fermè triginta *Lutetiæ* scribere cœperam, cuidam amico parùm sincero, cui simili munere gratificari volebam, videlicet ut haberent similes labra lactucas. Lectioni simul, & compositioni, non plus temporis tributum est, quàm dies viginti. Atque adeo non erat tum animus hoc opus absolvere, ut archetypum illi tradiderim auferendum (nam adornabat longinquam profectionem) nullo antigrapho apud me servato. Aliquanto post, amici quidam, qui, nescio quo casu, nacti, nugas eas descripserant, precibus adigerunt me, ut operis rudimentum absolverem. Erat enim non solùm rude, verùm etiam truncum, ac mutilum. Receperam in manus, sed quum nè retractanti quidem arrideret, in totum abjeci, nequaquam fore suspicans quenquam tam effrontem, qui me vivo, & reclamante schedas meas evulgaret. Verùm ut video, nihil jam pudet typographos. Posteaquam experiuntur nihil avidiùs rapi, quàm nugaciſſimas quasque nænias, neglectis interim prisci ac probatis autoribus, perfrictâ fronte sequuntur illud è Satyra: *Lucri bonus est odor ex re qualibet.* Proinde nos tametsi sic essemus affecti, ut nunquam antehac æquè senserimus, quomodo fuerit animatus *Flaccus* quum scriberet carmen illud *Ut nox longa quibus*, &c. nam agnoscis reliqua: tamen sepositis operis sacratioribus, quæ ut magis decent hanc ætatem, ita magis juvant hunc animum: dies aliquot in recognoscendis quæ jam exierant perdidimus, nescio quantâ jacturâ studiorum graviorum, certè maximo meo tædio. Quod nè mihi sæ-

A piùs accidat, etiam atq; etiam te rogo, effice quovis pacto, ut juvenis ille, apparet, amans mei, librum, quem callido venditore magno emit, an certè tibi tradat ad me transmittendum, ut hi liberum sit de ea statuere. Typographi imprecor, nisi mentem meliorem B perræ perdat. Video, discrasi[a]que hoc inter *Germanos*, & *Gallos* indies gis increscere. Quanta rerum rei lamitas, duos potentissimos orbis feralibus dissidiis inter se conflictari! lius esset malum, si res eorum quorum monomachiis finiretur. Sed quid cives, & agricolæ, qui spoliantur fortunis, eiguntur sedibus, trahuntur captivi, laniantur. O ferreos Principum animos, si C perpendunt, ac ferunt! O crassos, si gunt! supinos, si non expendunt! Erat spes in hoc novo Pontifice, primùm inde spectatæ à primis annis integritatis. haud scio quo pacto fit, ut Pontificum longè plus valeat ad excitandum inter Principes bellum, quàm ad componendum. tus non dirimunt Musarum fœdera, mercia nobis intercipere possunt bellantes Non convenit *Cæsariano*, & *Gallo*, convenit honestissimorum studiorum D Quare valebis, vir humanissime, dabitur opportunitas, *Baldæum*, *Dolonium*, *Arisium*, ac reliquos amicos meo nomine diligenter. *Basileæ* octavo Calendas Junias Anno M. D. XXII.

In Tractatum cui titulus, De Pueris Statim Ac Liberaliter Instituendis.

Illustrissimo Principi Guilhelmo Duci Cliven. Juliacensi, Montensi, Comiti Marchiæ, & in Ravenspurg, &c. Erasmus Ro. S.

COnradus Heresbachius, vir ad unguem factus, Epist. qui magno Reipublicæ bono, puerilis tuæ formator contigit, clarissime Princeps, indolem tuam eruditioni pariter ac pietati suis literis frequenter depinxit, ut si complures menses tecum domesticam habuissem consuetudinem, non esse posses notior. Idem jam pridem ri quodam erga te amore, quem undique spirat illius Epistola, magno studio, multisq; argumentis illud agebat, ut aliquo monumento literario, & tibi in isto longè pulchertimo studio strenuè currenti, calcar, ut aiunt, adderem, & alios adolescentes generis imaginibus claros ad æmulationem tam felicis exempli provocarem. Ab hoc officio, adeo mihi non abhorrebat animus, ut beneficii loco ducerem admonitum fuisse. Verùm quod in annos aliquot distulimus officium, nihil aliud, mihi crede, fuit in causa, nisi quod non obtigit argumentum, quod tuæ magnitudini aliqua ex parte respondere videretur. Nam ille sic temperavit orationem suam, ut appareret nos quilibet munere fore contentum. Quum igitur nihil occurreret quale volebam, cœpi, tandem me fidere promissi mei, visúmque est tenuis

sed calliditas alientes imitari, qui cum ingentem summam debeant patronis suis, nec adhuc solvendo sint, hortensibus quibusdam munusculis eos delinire, quo patientiùs ferant rectastinatam solutionem, hoc pacto testantes non animum ingratitudinis, sed facultates animo deesse. In *Italia* deliniàram opus de Verborum Rerúmq; copia. Adjeceram exemplum ejusdem argumenti, quam potuit in compendium contracti. & ejusdem fusiùs copiosiúsque tractati. Is cui *Romæ* tradiderim describendum, reddidit hanc partem mutilam, ac vix dimidiatam, ut quod supererat, mihi frustra superesset. Deinde quum ab eruditis amicis subinde rogarer, ut excitandis studiis, quæ jam refrigescere videbantur, opus illud absolverem: animum vehementer abhorrentem, tamen hoc perpuli, ut inspectâ divisione, quæ totius argumenti propositiones ceu columnas habebat, demùm receptum in manus pertexerem. Puta hoc esse munusculum aliquod ceraseum. Adjeci duos libellos nunquam antehac editos, puta hæc esse duo mala *Cydonia* ex horto paupere selecta. Quæ quàm exigua munuscula non in hoc damus, adolescens generosissime, quòd his fidem nostram liberatam velimus, sed ut liberandi voluntatem adesse testemur. Solent autem humani creditores minus appellare eos, qui subinde veluti seipsos appellantes profitentur æs alienum. Quod qui dissimulant, meditari videntur infitiationem. Quanquam hac causa mihi potiùs agenda fuerat cum *Hæresbachio*, qui me ex stipulatione poterat in jus vocare. Sed apud te malui, quem mihi sciebam æquiorem fore in negotio proprio, quàm ille foret in alieno. Sic enim ille te deamat, sic favet, commodis, honori dignitatíque tuæ, ut si usquam possit, in his procurandis videatur ab illa genuina verecundia posse recedere. Age Princeps ornatissime, perge in isto pulcherrimo certamine, ut ille tuam celsitudinem optimis disciplinis, tu illius doctrinam, fortunæ ac dignitatis accessione illustres. Libellum non laborabo tibi commendare, nisi hoc nomine quod & novus est, & totus meus. Deinde quod docet multa paucis complecti, quod dictionis genus nullos magis decet quàm summos principes. Unicum exemplum à nobis proditum est, ex divo *Augustino* plura suppetunt, qui nonnunquam *Psalmum* mira brevitate complectitur, quem mox largissima Rerum ac Verborum copia differit. Postremò quod hæc institutendi ratio, Principum liberis potissimùm est accommoda, quippe qui cum maximè omnium egeant rectâ institutione, tamen non convenit secus quàm liberaliter erudiri. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoiæ*, Calend. Juliis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

De Ratione Studii.

Erasmus Rot. Petro Viterio liberalium disciplinarum professori eximio S. D.

1713. NEc tu rem istam, mi *Petre* suavissime, & perspicis acutè, & graviter veréque judicas, pluriùm referre, quâ ratione, quoque ordine quid instituas, idque maximum habere momentum, cum cæteris in rebus omnibus, tum verò præcipuè in bonarum studiis literarum. An non videmus ingenia pondera, si artem adhibeas, minimo tolli negotio, quæ nullis alioqui viribus moveri poterant? Quemadmodum & in bello non perinde refert, quantis copiis, quantísque viribus hostem adoriaris, ut quàm probè instructo exercitu, quo consilio, quóque ordine pugnam capessas. Ac multò celeriùs quo tendunt, perveniunt ii, qui semitas compendiarias nôrunt, quàm qui amnem, ut ait *Plautus*, ducem sequuntur, & vel contempto *Pythagoræ* τῷ κανόνι ingrediuntur, vel variis etiam errorum ambagibus circumaguntur. Proinde rogas, ut tibi studiorum ordinem, ac viam, formámque præscribam, quàm tu, veluti *Thesei* filum secutus, & in autorum labyrinthis citra errorem versari queas, & ad eruditionis summam celeriùs emergere, vel magis aliorum studiis consulere, quos bonis literis *instituis*, quandoquidem ipse jam propemodum ad eruditionis fastigium perveniſti. Equidem pro mea certè virili non gravatim parebo homini tam amico, ut nefas sit quidvis etiam flagitanti negare, nedum rem tam honestam, támque frugiferam. Quod si senseris nostrum hoc consilium tibi commodò fuisse, tui candoris erit, & aliis ad bonas literas enitentibus, digito viam indicare.

De Ratione Studii.

Des. Erasmus Roterodamus Christiano Lubescensi S. D.

CUm te incredibili quodam ardore literarum flagrare minimè dubitarem, *Christiane* non vulgaris amice, hortatore nihil opus esse putavi, sed ejus quam ingressus esses viæ duce modò ac tanquam indice: Id quod mei officii esse judicavi, videlicet ut tibi homini non modò multis modis copulatissimo, verumetiam jucundissimo, vestigia quibus ipse à puero essem ingressus, commonstrarem. Quæ si tu pari curâ accipies, atque ego dicturus sum, futurum confido, ut neque me monuisse, neque te paruisse pœnituerit. Prima igitur cura sit, ut præceptorem tibi deligas quam eruditissimum. Neque enim fieri potest, ut is rectè quemquam erudiat, qui sit ipse ineruditus; quem simplárque nactus eris, fac omnibus modis efficias, ut ille patris in te, tu filii vicissim in illum induas affectum. Ad quod quidem cum ipsa honesti ratio nos debet adhortari, quòd non minus debeamus iis à quibus rectè vivendi rationem, quàm à quibus vivendi initia sumpsimus; tum ista mutua benevolentia tantum ad discendum habet momenti, ut frustra sis literatum præceptorem habiturus, nisi habueris & amicum: deinde ut te illi & attentum & assiduum præbeas. Contentione enim immodicâ nonnunquam obruuntur ingenia discentium. Assiduitas verò & mediocritate suâ perdurat, & quotidianis incrementis majorem opinione acervum accumulat. Satietate cum omnibus in rebus, tum in literis nihil perniciosius. Laxanda est igitur aliquoties illa literarum contentio, intermiscendi lusus, sed liberales, sed literis digni, & ab his non nimis abhorrentes. Imò mediis ipsis studiis perpetua quædam voluptas est intermiscenda, ut ludum potiùs discendi, quàm laborem existimemus. Nihil enim perdiu fieri potest, quod non agentem aliquà voluptate remoretur. Optima quæque statim ac primùm disce. Extremæ est dementiæ discere dediscenda. Quod in curando

stomacho

stomacho solent præcipere medici, idem tibi in ingeniis servandum puta. Cave aut noxio, aut immodico cibo ingenium obruas, utroque enim juxta offenditur. *Ebrardum Catholicon, Brachylogum*, cæterósque id genus, quos percensere neque possum, neque operæ precium est, iis relinquito quos barbariem immenso labore discere juvat. Initio non quàm multa, sed quàm bona percipias, refert. Sed jam rationem accipe, quâ possis non solùm rectiùs, sed etiam faciliùs discere; hoc enim in homine artifice præstare solet artis ratio, ut tantundem operis, quum rectiùs expeditiúsq;, tum leviùs etiam efficiat. Diem tanquam in operas partito, id quod & à *Plinio Secundo*, & à *Pio* Pontifice Maximo, viris omnium memoriâ præstantissimis factitatum legimus. Principio quod caput est, præceptorem interpretantem, non attentus modò, sed & avidus auscultato. Non contentus impigrè sequi differentem, aliquoties prævolare contende. Omnia illius dicta memoriæ, præcipua etiam literis mandabis, fidelissimis vocum custodibus. Quibus rursus ita confidas cave, ut dives ille ridiculus apud *Senecam*: qui sic animum induxerat, ut se tenere crederet, quicquid servorum quisquam meminisset. Noli committere, ut codices habeas eruditos, ipse ineruditus. Audita nè effluat, aut apud te, aut cum aliis retracta. Nec his contentus, aliquam temporis partem tacitæ cogitationi tribuere memento: quam unam divus *Aurelius*, tum ingenio, tum memoriæ in primis conducere scripsit. Conflictatio quoque & tanquam palæstra ingeniorum nervos animi præcipuè tum ostendit, tum excitat, tum adauget. Nec sciscitari, si quid dubitas: nec castigari, si quid errabis sit pudor. Nocturnas lucubrationes atque intempestiva studia fugito, nam & ingenium extinguunt, & valetudinem vehementer offendunt. Aurora, Musis amica, est apta studiis. Pransus aut lude aut deambula, aut hilariùs confabulare. Quid quod inter ista quoque studiis locus esse potest? Cibi non quantum libidini, sed quantum valetudini satis sit sumito. Sub cœnam paulisper inambula: cœnatus idem facito: Sub somnum exquisiti quid piam, ac dignum memoriâ legito; de eo cogitantem sopor opprimat: id experrectus à te ipso reposcas. *Plinianum* illud semper animo insideat tuo, *Omne perire tempus, quod studio non impertias*. Cogita juventâ nihil esse fugacius: quæ ubi avolârit semel, redit nunquam. Sed jam hortator esse incipio, indicem pollicitus, suavissime *Christiane*; hanc formam, aut si quam poteris meliorem, sequere, ac bene vale.

In Declamationem, De Laude Medicinæ.

Def. Erasmus Roterodamus D. Henrico Afinio Lyrano insigni Medico S. D.

Epist. 15. NUper dum Bibliothecam recenseo, doctissime *Afini*, venit in manus oratio quædam, olim mihi nihil non experienti in laudem artis Medicæ declamata: continuò visum est orationem non optimam optimo dicare Medico, ut vel tui nominis lenocinio studiosorum centuriis commendetur. Erit hoc interim mei in te animi qualecunque documentum, donec dabitur aliud, nostrâ necessitudine dignius. Bene vale. *Lovanii* tertio Idus Martiis, Anno millesimo centesimo decimo octavo.

In Libanii Declamationem.

Reverendo in Christo Patri Nicolao Raseto, Episcopo Atrebatensi, insignis ac florentissimæ Lovaniensis Academiæ Cancellario, illustrissimi Archiducis Austriæ Philippi Consiliario, Erasmus Rot. S. D.

CUm nuper essem declamationes aliquot Græcas nactus, Præsul amplissime, eique vendidis periculum de me ipse facere statuissem, quantum in utriusque linguæ facultate felicis operæ precium, circumspicienti mihi cui potissimum hoc progymnasmatis consecrarem, tu primus, atque adeo solus occurristi. Cui enim potius, etiamsi nihil aliud, convenit studiorum nostrorum proventus appendere, quàm hujus florentissimæ scholæ Cancellario, id est, omnium studiorum moderatori, ac principi perpetuo? Huc igitur sponte eunti, multum & fiduciæ, & animi addidit, cum passim per ora mortalium volitans eximiæ virtutum famæ, tum præcipuè hospitis mei, *Joannis Paludani* hominis doctissimi, atque humanissimi penè quotidiana prædicatio, qui mihi unum animi tui simulachrum quoddam absolutum ita depinxit oratione, ut nullus *Apelles* corporis figuram penicillo expresserit evidentius. Atque inter innumera tua decora, illud inprimis memorabile, quod cum perpaucis mortalium contigerit uni Principi diu placuisse, tu singulari quadam sapientiæ, rarâque morum dexteritate, quatuor jam *Burgundionum* Ducibus, alii post alium sic perpetuò placuisti, placésque, ut nullos inter aulicos Proceres tantundem gratiâ floreret, auctoritate polleret, sapientiâ prospiceret, consilio prodesset. Quum interim usu tam longo nihil unquam de tua sinceritate aula deterruerit, nusquam aliquid de illius moribus emendaris. Nec minùs insignis illa tua laus, quàm ea quam tui *Nullo* tribuit *Homerus*, quòd incorrupta tui in agendo integritas, simplex in dicendo libertas, semper fuit Principibus gratior, multitudini popularis, quàm aliorum obsequiosa assentatio. Quid ego jam referam toties obitas summa cum laude legationes, quæ quidem faciunt, ut apud exteros quoque largè latéque, solis instar, tui nominis splendor sit propagatus? Quid amplissimos honores, aliasque fortunæ munera, quàm virtutum tuarum præmia, quos omnes ita gessisti, gerisque, ut longè plus illis per te, quàm tibi per illos, dignitatis accesserit: neque tam tu honoribus, quàm te honores felices esse videantur? Verùm hæc quidem quàm sint amplissima, deterrere poterant, nisi me illa rursus invitarent, quod audio te, ut literis ac pietate insigniter esse præditum, ita omnes, in quibus egregium aliquod probitatis, aut doctrinæ specimen elucereat, singulari semper amore complexi, eximiam beneficentiâ solere prosequi. Nec prorsus alium multis jam seculis extitisse, qui pari, atque tu, studio, libertate, dimicatione, invidiæ contemptu, tum ecclesiæ, tum studiorum dignitatem, fortunásque tueretur. Adeo quicquid facultatis vel tua tibi fortuna largita est, vel propria industria,

hebetiùs, ad totum ad ornandos, juvandos, provehendosque probos ac doctos viros conferre gaudes. Hæc quidem, & cum his alia plurima ubi cognovissem, pater humanissime, cum ultrò mihi jamdudum ardebat animus, tum hospitis adhortatio, quasi currenti calcar accessit, ut tuam amplitudinem, mihi quoquo modo demererer. Auxit insuper fiduciam, quod recordarer olim, ut refert *Plutarchus*, tenuem quendam ac plebeium hominem, donato pragmatio malo, magnam ab *Artaxerxe* Rege gratiam iisse. Tum *Maronem Augusti* benevolentiam unico distichо redemisse: neque rarò aliàs, summos viros exiguis munusculis impendio fuisse delectatos. Postremò, quod eleganter scripsit *Plinius*, numinibus ipsis salsa mola litare eos, qui thura non habent. Quibus rebus fretus, ausus sum & ipse tuæ præcellentiæ, hos quasi tres flosculos, strenuæ vice, dono mittere, de *Græcorum* rosariis decerptos. Quandoquidem hoc nomine vel *Pamphilæ* filicias vincunt Musarum hortuli, quòd nullo mense non vernant. At primus quidem longè bellissimus, ac fragrantissimus in *Latinum* sermonem transplantatus est, de cultissimis areolis *Liberi Sophistæ*, cui doctorum hominum calculis, inter *Atticistas* præcipuus locus tribuitur. Ejus ille seminarium, hoc est argumentum, ab omniparis *Homeri* campis desumpsit, idque ex *Antenoris* oratione, libro *Iliados* tertio. Ubi refert *Menelaum*, atque *Ulyssem*, quum ad res repetendas *Trojam* venissent, apud se fuisse diversatos, & utriusque speciem ac dictionem à se diligenter animadversam describit, conferrque. Dialectos *Attica* est, quanquam nihil omninò *Veneris Attica* deest. In *Menelai* persona decorum mirè servavit. Nam & *Spartanum* illum in dicendo simplicitatem libertatémque proverbio quoque locum fecit, scitè admodum; tum, velut ex *Homerico* archetypo, Regi summum animi magnitudinem appinxit, sed summam cum moderatione, neque non animi jucunditate conjunctam. Nam *Priamum* etiam laudat, à populo verò omnem criminis invidiam in unum *Paridem* confert; ac nè in hunc quidem quicquam atrocius aut rabiosius dicit. Porrò, bellum ita dissuadet, ut ipse jam de victoria securus, tantùm ipsorum rebus consulere videatur. Denique breviloquentiam nominatim etiam effinxit, quam quidem, præterquam quod homini *Laconi* quasi gentilitia est, peculiariter in *Menelao*, cum subtilitate, elegantiâ, jucunditateque fuisse conjunctam *Cicero*, *Fabius*, & *Gellius* testantur, sed omnes eundem autorem *Homerum* secuti, cujus hæc verba sunt in eo loco, quem modò retulimus:

Αλλ' ὅτε δὴ μύθοις, καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον,
Ἦτοι μὲν Μενέλαος ὀπιπεύχδην ἀγόρευε
Παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος,
Οὐδ' ἀφαμαρτοεπὴς, εἰ καὶ γόνου ὕστερος ἦεν.

Quæ nos utcunque vertimus ad hunc modum:

Verùm ubi consilia, & sermones texere cunctis
Capere, strictim est Menelaus *pauca locutus,*
Pauca, sed argutè nimium: neq; multiloquus, nec
In verbis errans, quamvis natu minor esset.

Porrò, altera declamatio è Tragœdia sumpta est, tertia ex *Iliados* ultimo, ubi in comploratione *Hectoris* fere similia lamentatur *Andromache*: utraque autem ut incerto authore, ita notæ multò inferioris. Quanquam res tota levicula est, sed in hac placuit primam hujus laboris aleam experiri, nè videretur juxta *Græcam* paræmiam ἐν τῷ σιδῷ τὸν μυελὸν, id est, *In dolio figulariam*, sed potius

A ἐν τοῖς τὸν ἀέθλιον, id est, *In vere periclitaret*. Secutus sum veterem illam *M. Tullii* regulam, ut in vertendo, sententias modò mihi putarim appendendas, non annumerandas verba. Tametsi novus interpres, religiosior esse malui, quam audacior. Verùm quantum nostro conatu simus assecuti, aliorum esto judicium. Illud unum testamur, nimirum experimento docti, nihil esse difficilius quam ex bene *Græcis*, bene *Latina* reddere. Quòd si cognoverimus hæc nostra præludia, & quasi primitias tibi B non displicuisse, tum tuo judicio, tuaque authoritate freti, magno animo ad majora accingemur; jámque non flosculos, sed fruges de literariis segetibus collectas mittere audebimus. Vale, Pater, ac Præsul amplissime, ac me, meáque studia in tuam clientelam ascribere dignare. *Lovanii*. Anno à *Christo* M.D.III. XV. Calendas Decembris.

In Similia.

C *Erasmus Rot. cum primis erudito Petro Ægidio celebratissimæ civitatis Antuerpiensis à libellis* S.D.

VUlgare quidem, & crassum istud amicorum genus, *Petre*, amicorum candidissime, quorum ut omnis vitæ, ita necessitudinis quoque ratio in corporibus sita est; si quando procul sejunctos agere contigerit, annulos, pugiunculos, pileolos, atque alia id genus symbola crebrò solent invicem missitare: videlicet nè vel consuetudinis intermissione D languescat benevolentia, vel longâ temporum ac locorum intercapedine prorsus emoriatur. Nos verò, quibus animorum conjunctione, societate éq; studiorum omnis amicitiæ ratio constat, cur non potiùs animi xeniolis, & literatis symbolis identidem alter alterum salutemus? Non quòd ullum sit periculum, nè propter interruptam vitæ consuetudinem, frigus aliquod obrepat, néve tantis regionum intervallis semota corpora, copulam E ac nexum solvant animorum; qui vel hoc arctiùs sibi conglutinari solent, quo vastioribus spaciis illa fuerint dirempta: verùm ut siquid ex amicitiæ fructu detrahere videatur absentia, id hujusmodi pignoribus literariis, non sine fenore farciamus. Proinde nihil quidem vulgarium xeniorum ad amicum adeo non vulgarem, sed plurimas in uno libello gemmas mitto. Cur enim non sic appellem has ἐμπόρους, ex opulentissimo summorum autorum mundo selectas? Nuper enim dum *Aristotelem*, *Plinium*, ac *Plutarchum* locupletandis Adagiorum Chiliadibus relego, dum *Annæum Senecam* à mendis quibus ille non contaminatus erat, F sed prorsus extinctus, repurgo, has obiter annotavi, tibi munusculum haudquaquam ingratum futuras: Sic enim augurabar, quòd & te perspicerem ad orationis elegantiam naturâ compositum esse, & intelligerè non nitorem modò, sed universam propè sermonis dignitatem à Metaphoris proficisci: Nihil autem aliud est μεταφορὰ, quam *Cicero* Collationem vocat, quàm explicata Metaphora. Cæterorum ornamentorum singula suam quandam, ac G peculiarem adferunt gratiam, & commoditatem dictioni: Metaphora sola cumulatiùs præstat universa, quàm exornationes reliqua singula. Delectare vis? nulla plus habet festivitatis. Docere studes? non alia probat vel efficaciùs, vel apertiùs. Flectere paras? nulla plus addit acrimoniæ. Studes copiæ, nusquam supellex locupletior. Placet *La-*

conissmus? nulla plus cogitationi relinquit. Sublimitatem affectas? hæc quidvis quantumvis attollit. Est quod velis extenuare? nulla magis dejecit. Ἐνάργειαν captas, ac lucem? nulla melius rem ob oculos ponit. Hac ferè condiuntur Adagia, huic gratiam suam debent Apologi, hæc commendat Apophthegmata, hujus accessione conduplicatur sententiæ dos, adeò ut *Solomon* ille vir divinus, oracula sua non alio magis quàm Parabolarum titulo voluerit commendari. Tolle Metaphoras, supellectilem ex Oratoribus, jejuna erunt omnia. Tolle parabolas è propheticis, & evangelicis literis; magnam gratiæ partem detraxeris. At fortassè dicet aliquis, *Belle hic munus suum ornat verbis*; quasi verò magni sit negotii, Similitudines nusquam non obvias adducere: verùm nos non passim obvias sumpsimus, nec lapillos in littore sparsos colligimus; sed exquisitas aliquot gemmas, ex abstrusis Musarum thesauris depromptimus. Neque enim hæc à tonstrinis, aut sordidis fori conciliabulis petuntur, quæ doctorum aures & oculos morentur: Ab intimis naturæ arcanis, è penitissimis disciplinarum adytis sunt eruenda, ab eloquentium Poetarum eruditis fabulis, à nobilium Historicorum monumentis. Quà quidem in re, ut duplex est difficultas, ita gemina laus debetur: Primum illud ipsum nonnihil est, pervestigâsse quod sit egregium. Neq; verò minus est, quod deprehenderis, id concinniter accommodare. Quemadmodum est aliquid, primùm insignem reperisse gemmam: deinde nonnulla laus est, repertam aptè sceptris, aut annulis addidisse. Addam exemplum quo res fiat dilucidior. Cicuta venenum est homini, vinum cicutæ; quòd si cicutæ vinum admisceas, jam venenum multò præsentius, & prorsus immedicabile reddis, propterea quòd vis, & impetus vini, veneni noxam citiùs ad vitalia membra perferat. Jam hoc ipsum rem naturà tam abstrusam tenere, nónne pars eruditionis, nec inelegans, nec injucunda? Age jam, si quis ad hunc usum accommodet ut dicat, adulationem amicitiæ præsentaneum esse venenum: verùm ei rursum veneno venenum esse libertatem admonendi, quam *Græci* vocant παῤῥησίαν. Quòd si libertatem prius inficias, & ita commisceas cum adulatione, ut tum maximè aduleris amico, cum maximè videris objurgare, jam immedicabile malum esse: nulláne hic ingenii laus esse videbitur? Non mediocris opinor, neque velim tamen aucupari gratiam, ubi nihil promereat. Quibus hic titulus præfertur ex *Aristotele*, *Plinióque*, in his mea est collationis inventio. Porrò, quæ ex *Plutarcho*, *Senecáque* desumpta testatur inscriptio, in his nihil mihi vindico præter colligendi, explicandíque laborem, & siquid laudis meretur commoda brevitas. Neque verò me clàm est quantum Similium pelagus possit è rerum omnium naturis, è tot Disciplinis, è tot Poetis, è tot Historiographis, è tot Oratoribus aggregari. Verùm quæ dementia sit, quod infinitum est velle persequi? Gustum duntaxat dare voluimus, ut ingenia juvenum ad his similia conquirenda excitaremus. E *Plutarcho* complura recensuimus, partim quòd is autor *Græcus* est, partim quod in hoc genere sic excellit, ut cum hoc nemo vel eloquentissimorũ jure conferri queat. E *Seneca* quoniam in eo tum aliud agentes versabamur, non ita multa decerpsimus. Non alienum fuerit hunc libellum *Adagiis* aut, si mavis, *Copiæ* commentariis, ceu coronidem adjungere,

A quod cum illis plurimum habeat affi[nitatis], hanc vel in primis faciat. Epithal[amium] quo minus & absolutum sit, & edi[tum] meus in causa fuit, qui *Lovanii*, me quotidie [ur]gente, reliquit exemplum. Bene vale. Anno à *Christo* nato, millesimo quingentesimo decimo quarto, Idibus Octobrib.

In Colloquia.

B *Des. Erasmus Rot. optimæ spei puero Joanni Erasmio Frobenio* S. D.

VIcit libellus tibi dicatus expectationem nostram, *Erasmi* mellitissime; tuí erit videre ne fallas expectationem nostram. Ille se [ad]mittit, sic rapitur, sic teritur manibus studiosæ juventutis, ut & patri tuo fuerit subinde typis excudendus, & mihi novis accessionibus identidem locupletandus, dicas & illum Ἐφύμιον quempiam esse, delitiásque Musarum sacra colentium. Quo magis adnitendum erit, ut tu quoq; sis quod dicitur hæres, ut literis, & morum probitate sis omnibus bonis charissimus. Vehementer autem pudendum fuerit, si quum tam multos hic libellus, & latinior reddiderit, & meliores, tu commiseris, ut ipse ipsum non redierit eadem utilitas, quæ per te proveniet ad omnes: quúmque tam multi sint adolescentes, qui tibi nomine *Colloquiorum* gratias agent, plane meritò censeatur absurdum, si tuà culpà fallere videatur, quo minùs mihi possis eodem nomine gratias agere? Accrevit libellus ad justum voluminis magnitudinem, tibi quoq; conandum est, ut quantum accrescit ætas, tantum accedat & bonæ eruditioni, & morum integritati. Superiorem vulgarem expectationem, cui respondere melíssimum, vincere pulcherrimum fuerit, certè fallere sine summo dedecore non potes. Nec hoc dico, quòd hactenus pœniteat profectus tui, sed ut currenti calcar addam, quo curras alacriùs, præsertim quum eam ætatem ingressus sis, quæ non alia contingit felicior ad imbibenda literarum, & pietatis semina. Fac igitur ut hæc *Colloquia* verè tua dici possint. Dominus *Jesus* servet illum ætatem tuam puram ab omnibus inquinamentis, semperque ad meliora provehat. Vale. *Basileæ*, Calend. Augusti. Anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

De utilitate Colloquiorum.

Des. Erasmus Roterodamus Lectori S. D.

ADeo nunc in omnes & in omnia per universum orbẽ grassatur comitata Furia *Autodidasci*, ut tutum non sit ullum emittere librum, nisi satellitio munitum. Quanquam quid satis esse tutum possit adversus sycophantæ morsum, qui velut aspis ad vocem incantantis, ita ad omnem purgationem, quamvis justissimam, obturat aures? Prima pars hujus operis, quæ mea fuit & non mea, temeritate cujusdam erat edita. Quam quum ingenti applausu viderem exceptam à studiosis, abusus sum affectu vulgari, ad profectum studiorum. Quandoquidem nec medici semper ægrotis ministrãt salubrima, sed illis nonnihil concedunt ob hoc ipsum, quod vehementer appetant. Itidem mihi visum est hoc genus illecebris inescare teneram ætatem, quæ jucundis

ludo facilius ducitur, quàm seriis aut exactis. Itaque quod editum erat repurgavi, deinde adjeci quæ moribus etiam formandis conducerent, velut irrepens in animos adolescentium, quos rectè scripsit *Aristoteles* inidoneos auditores Ethicæ Philosophiæ, duntaxat ejus quæ seriis præceptis traditur. Quòd si quis clamet: Indecorum homini seni sic pueriliter ludere, nihil moror quàm puerileriter, modò utiliter. Et si laudantur literatores ætate provecti, qui pueritiæ crustulis blandiuntur, *elementa velint ut discere prima*: mihi non arbitror vitio verti debere, quod simili studio juventutem illecto, vel ad elegantiam *Latini* sermonis, vel ad pietatem. Adde quòd bona prudentiæ pars est nôsse stultas vulgi cupiditates, & absurdas opiniones. Eas arbitror satius ex hoc libello discere, quàm experientiâ, stultorum magistrâ. Multis amara sunt Grammatices præcepta. *Aristotelis* Ethica non est apta pueris. Theologia *Scoti* minus, nè viris quidem admodum utilis ad parandam bonam mentem: & plurimum habet momenti gustum optimarum rerum protinus inseviisse teneris animis. Et haud scio, an quicquam discitur felicius, quàm quod ludendo discitur. Est hoc nimirùm sanctissimum fallendi genus, per impostaram dare beneficium. Laudantur enim medici, qui sic fallunt ægrotos. Et tamen si nihil hic aliud quàm nugatus fuissem, videbantur lauti; nunc quoniam præter linguæ politiem inspersi quædam, quæ mentem instruant ad religionem, calumniantur, ac perinde quasi dogmata *Christiana* professionis hic seriò pronuncientur, ita syllabas etiam ad vivum excutiunt. Id quàm faciunt iniquè, magis erit perspicuum, ubi declarâro *Colquiorum* aliquot non vulgarem utilitatem. Ut enim omittam tot serias sententias mediis jocis admixtas, tot fabulas, tot historias, tot rerum naturæ dignas cognitu: In Colloquio *De visendo loco sancto* cohibetur superstitiosus & immodicus quorundam affectus, qui summam pietatem esse ducunt vidisse *Hierosolymam*, & huc per tanta terrarum marisque spacia currunt senes episcopi, relicto grege, qui curandus erat; huc viri principes relictâ familiâ ac ditione, huc mariti relictis domi liberis & uxore, quorum moribus, ac pudicitiæ necessarium erat custos; huc adolescentes ac fœminæ, non sine gravi discrimine morum & integritatis. Quidam etiam iterum atque iterum recurrunt, nec aliud faciunt per omnem vitam; & interim superstitioni, inconstantiæ, stultitiæ, temeritati prætexitur religionis titulus; ac desertor suorum, contra doctrinam *Pauli*, sanctimoniæ laudem aufert, ac sibi quoque pietatis omnes numeros expleviisse videtur. *Paul.* 1 *Tim.* 2. intrepidè pronunciat, *Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem abnegavit, & est infideli deterior.* Atqui hic *Paulus* loqui videtur de viduis, quæ liberos atque nepotes negligunt, ídque prætextu religionis, dum sese mancipent obsequiis Ecclesiæ. Quid dicturus de maritis, qui, destitutis teneris liberis, uxore juvenculâ, ídque in re tenui, proficiscuntur *Hierosolymam*. Ex multis unicum exemplum proferam, nec tam recens, ut metuenda sit invidia, nec tam vetus, quin nepotes supersint quos damni magnitudo non sinit oblivisci rei gestæ.

Virquidam præpotens decreverat ante mortem invisere *Hierosolymam*, pio quidem animo, sed parum felici consilio: Rebus igitur ordinatis, facultatum omnium, uxoris, quam gravidam reliquit, oppidorum & arcium curam tutelámq; commisit Archiepiscopo, ceu parenti. Ubi rumor allatus est, hominem in ea peregrinatione periisse, Archiepiscopus pro parente gessit prædonem, occupavit possessiones omnes defuncti, denique & arcem munitionē, in quam gravida confugerat, vi expugnavit: &, nè supereresset ultor atrocissimi facti, gravida confossa simul cum fœtu periit. Nonne pium erat, tali viro dissuadere periculosam & non necessariam profectionem? Hujus generis quàm multa compendantur exempla, cæteris æstimandum relinquo. Nè quid interim dicam de sumptibus, quos ut fateamur non omnino perire, tamen nemo prudens non fatebitur, in usus longè meliores expendi potuisse. Quod autem ad religionem attinet, divus *Hieronymus* laudat *Hilarionem*, quòd cum esset *Palæstinus*, & in *Palæstina* viveret, tamen semel duntaxat viserit *Hierosolymam*, ob loci viciniam, nè videretur contemnere loca sacra. Si meritò laudatus est *Hilarion*, quòd abstinuerit ab *Hierosolyma*, tam vicinus, nè Deum angusto loco claudere videretur, semel tantùm adierit ob loci propinquitatem, nè quos offenderet; quid dicendum de his qui ex *Anglia* & *Scotia* tantis impendiis, per tot discrimina petunt *Hierosolymam*, præsertim domi relictis charissimis, quibus juxta doctrinam Apostoli debent perpetuam curam? Clamat sanctus *Hieronymus*, Non magnum est *Hierosolymis* fuisse, sed bene vixisse magnum est. Et tamen ætate *Hieronymi* probabile est, evidentiora vestigia veterum monumentorum extitisse, quàm nunc extant. De Votis disputationem aliis relinquo, tantùm hoc agit Colloquium, nè quis temerè talia vota suscipiat; id esse verum declarant hæc mea verba, *Præsertim quum domi haberem uxorem, integrâ adhuc ætate, liberos & familiam quæ pendebat ex me, & operâ meâ quotidianâ alebatur*, & cætera quæ sequuntur. De Votis igitur susceptis nihil dicam, nisi quòd si summus essem Pontifex, non admodum gravatè relaxarem obstrictos. In suscipiendis, quemadmodum fateor fieri posse, ut aliquis cum fructu pietatis eat *Hierosolymam*; ita non dubitarem multis ex rerum circumstantiis dare consilium, ut eas impensas, tempus & operam insumerent in alia quæ propiùs conducunt ad veram pietatem. Hæc arbitror esse pia, eóq; consideratâ multorum vel levitate, vel ignorantiâ, vel superstitione, visum est super ea remonere juventutem; neque video quos offendere debeat hæc admonitio, nisi fortè quosdam istos, quibus charior est quæstus quàm pietas.

Nec illic damno Pontificias Indulgentias, aut diplomata, sed taxo nugacissimū nugatorem, qui nè cogitans quidem de corrigenda vita, totam spem collocârit in Condonationibus humanis. Hic si quis mihi confideret, quanta jactura pietatis nata sit inter mortales, partim ex eorum vitio, qui prostituunt Pontificias Indulgentias, partim eorum culpâ, qui illas secus quàm oportet accipiunt, fatebitur operæprecium, juventutem super hac re commonitam esse. Verùm hoc modò parùm consultum est commissionariis. Audi, ô bone, si viri boni sunt, gaudebunt esse monitos simplices; sin potior est illis quæstus quàm pietas, valeant.

In Colloquio *De captandis sacerdotiis* taxo eos, qui *Romam* cursitant venantúrque sacerdotia, crebrò gravi jacturâ tum morum tum pecuniæ, eóq; deduco sermonem ut sacerdos pro concubinâ, lectione bonorum autorum semet oblectet.

In *militis confessione*, taxo facinora militum, & impiam militum confessionem, ut adolescentes ab ejusmodi moribus abhorreant.

In *monitis pædagogicis* doceo puerum verecundiam, ac mores ætati decoros.

In *pietate puerili*, nonne piis præceptis imbuo puerilem animum ad studium pietatis? Nam quod quidam arrodebant *De confessione*, mera fuit calumnia, cui jam pridem respondi. Doceo confessionem esse suscipiendam, perinde quasi nobis esset B instituta à *Christo*. Cæterùm, an id sit factum, nec refellere est animus, nec asseverare, quod nec mihi satis perspectum est, nec aliis probare possim. Quod autem admoneo de genere vitæ seriò delegendo, déq; seligendo sacerdote cui cómittas arcana tua, judicabam adolescentibus esse necessarium, nec video cur me debeat pœnitere. At fie erunt pauciores monachi, & sacerdotes. Fortassis erunt, sed meliores. Idem probabit quisquis verè monachus est. Porrò, qui venatur proselytos vel ad prædam, vel C ob superstitionem, digniſſimi sunt qui omnibus omnium scriptis traducantur, quò resipiscant.

In *convivio prophano* non damno constitutiones Ecclesiæ de jejuniis, ac delectum ciborum, sed indico superstitionem quorundam, qui his plus tribuunt quàm oportet, negligentes eorum, quæ magis faciunt ad pietatem: damnóque eorum crudelitatem, qui hæc exigunt ab his, à quibus Ecclesiæ mens non exigit. Item eorum præposteram sanctimoniam, qui ex hujusmodi rebus condemnant D proximum. Hic si quis reputet quanta veræ pietatis lues hinc nata sit inter mortales, fatebitur vix aliam admonitionem esse magis necessariam: sed hac de re copiosiùs aliàs respondebimus.

In *convivio religioso* quum omnes faciam alienos à sacris, omnes conjugatos satis doceo quale debeat esse convivium omnium *Christianorum*. Ad quam formã si sacerdotes quidam & monachi conferant sua convivia, intelligent quantum absint ab ea perfectione, quâ conveniebat illos laicis antecellere. E

In *Apotheosi* doceo quantum honoris debeatur egregiis viris, qui suis vigiliis bene meriti sunt de liberalibus studiis. Sunt inepti, quibus Colloquium *Proci & Puellæ* videatur lascivum, quum nihil fingi possit castiùs. Si res honesta est matrimonium, & procum agere honestum est. Atque utinam omnes proci tales essent, qualem hìc fingo, nec aliis colloquiis coirent matrimonia. Quid facias istis ingeniis tetricis & ab omnibus Gratiis alienis, quibus impudicum videtur quicquid amicum est, ac festivum? Hæc puella negat proco discessuro osculum, quò totam virginitatem illi servet illibatam. Quid autem nunc vulgò non dant puellæ procis? Deinde non vident, quàm multa philosophica sint inspersa jocis, de non præcipitando conjugio, de delectu non solùm corporum, sed multò magis animorum, de firmitate conjugii, de non contrahendo matrimonio sine consensu parentum, de castè colendo matrimonio, de sanctè educandis liberis; postremò, puella comprecatur *Christum*, ut illius auspiciis sit felix connubium. An hæc non convenit scire juvenes? Et qui hanc lectionem ob lasciviam putant esse noxiam pueris, patiuntur illis prælegi *Plautum* & facetias *Pogii*. Præclara judicia!

In *Virgine misogamo*, detestor eos, qui adolescentes aut puellas invitis parentibus pelliciunt in monasterium, abutentes illorum vel simplicitate, vel superstitione, persuadentes eis non esse spem salutis extra monasteria. Nisi talibus pi[illegible] mus est mundus, nisi innumera felici[illegible] per istos infelicissimè sepeliuntur ac de[illegible] va, quæ fuissent electa vasa Domini, si [illegible] pissent institutum naturæ congruens, [illegible] admonui: at si quando cogar in hoc [illegible] proferre quod sentio, sic depingam [illegible] illos, & ipsius mali magnitudinem, ut [illegible] fassurus sit me non sine causa hæc mo[illegible] quam civiliter id quidem à me factum [illegible] daretur ansa delinquendi. In proximo C[illegible] non induco virginem quæ professa [illegible] tum, sed quæ ante peractam professio[illegible] ad parentes quos habebat optimos. In [illegible] quàm multa sunt philosophica, de cæ[illegible] torum vitiis, de non interrumpenda [illegible] benevolentia, de farciendis offensis, de [illegible] maritorum moribus, de obsequiis [illegible] Quid aliud docet *Plutarchus*, *Aristæ.* & *Xenophon*, nisi quòd hic personæ vitam quandam [illegible] tioni? In Colloquio *militis & Cartusiani* [illegible] pingo & insaniam juvenum qui procurant [illegible] lum: & pii *Cartusiani* vitam, quæ sine [illegible] amore non potest non esse tristis, & [illegible] In *Pseudocheo* depingo quorundam ingenia, qui mul[illegible] sunt ad mentiendum, quo quidem [illegible] nihil execrabilius, utinam esset rarius. In Colloquio *Adolescentis & Scorti*, nonne & lupanaria facio cista? Quid autem dici potuit efficacius, vel ad [illegible] rendã adolescentũ animis pudicitiæ curam, vel ad D revocandas ab instituto non minùs [illegible] turpi, puellas ad quæstum expositas? [illegible] cõmovit quosdam, quod impudica [illegible] ens adolescenti, vocat illũ suam [illegible] hoc apud nos vulgatissimum sit etiam [illegible] tronis. Hoc qui ferre non potest, pro [illegible] la, scribat meâ voluptas, aut si quid [illegible]

In *Convivio poetico* doceo cujusmodi [illegible] convivium inter studiosos, parcum, sed [illegible] hilare, conditum literatis fabulis, [illegible] obtrectatione, sine turpiloquio. E

In *Inquisitione* doceo summam catholicæ professionis, idque aliquantò vividiùs ac liquidiùs, quàm docent Theologi quidam magni nominis, inter quos pono & *Gersonem*, quem interim honoris causã nomino. Ideò porrò fingo personam *Lutheri*, quo faciliùs rẽdeant in concordiam, inter quos de præcipuis articulis orthodoxæ professionis convenit. Etiam si reliquam Inquisitionis partem non addidi, propter hæc exulceratissima tempora. F

In *Senili Colloquio* quàm multa velut in speculo exhibentur, quæ vel fugienda sunt in vita, vel vitam reddunt tranquillam? Hæc præstat adolescentes ex festivis colloquiis quàm experimento discere. *Socrates* philosophiam è cœlo deduxit in terras, ego philosophiam etiam in lusus, convivationes, & comportationes deduxi. Oportet enim & ludicra *Christianorum* sapere philosophiam.

In *Ptochoplusiis* quàm multa sunt, ad quæ passim res rusticani, rudes & indocti, nihilq; minus quàm pastores possint suam vitam corrigere? Præterea ad tollendam stultam gloriam vestium, tum ad coercendam illorum insaniam, qui monachorum cultum execrantur, quasi per se mala sit vestis. Et obiter describitur forma, quales deberent esse monachi, qui per vicos obambulant. Neque enim admodum multi tales sunt, quales hìc describo. G

In *erudita puella*, simul & *Paula*, *Eustochii*, *Marcellæ*,

nullo, quod exemplum renovo, quæ cum integritate morum conjunxerunt studium literarum, & monachos abbatésque sacrorum studiorum osores, luxui, otio, venationibus, aleæque deditos, puellæ conjugare exemplo extimulo ad aliud studiorum genus ipsis magis congruens.

In *Spectro* detego technas impostorum, qui credulis simplicium animis solent illudere, fingentes apparitiones dæmonum & animarum, voceisq; diversas. Quantam verò pestem hæ præstigiæ invexerunt pietati *Christianæ*? Quoniam autem rudis ac simplex ætas hujusmodi fraudibus potissimùm est obnoxia, visum est exemplo non inamœno depingere modum imposturæ. Sic impositum fuit *Celestino* Pontifici *Romano*. Sic *Bernæ* delusus juvenis à monachis. Sic commentitiis oraculis & hodiè plurimi deluduntur.

Nec minima pars humanarum calamitatum est *Atramentifica*, quæ doctis etiam & cordatis viris imponit, adeò morbus hic adlubescit, si quem corripuerit. Huic affinis est *magia*, eodem nomine, sed cognomine blandiens *naturalis*. Similes impostura taxo in *Hippoplano* & *Ptochologia*, rursus in *Convivio fabuloso*. Ex his, si nihil aliud discerent pueri quàm *latinè* loqui, quantò plus laudis mea meretur industria, qui per lusum ac voluptatem id facio quàm illorum, qui miseræ juventuti Mammetrectos, Brachylogos, Catholicontas, & significandi modos obtrudebant.

In *Puericia*, præter naturalium rerum cognitionem, quam multa sunt moralia de cura matrum erga liberos, primùm infantes, mox grandiores.

In *Peregrinatione religionis ergò*, taxo istos qui per tumultum ejecerunt omnes imagines è templis: rursus eos qui insaniunt in peregrinationes quæ suscipiuntur prætextu religionis, unde jam & sodalitates inventæ sunt. Qui *Hierosolyma* fuerunt, equites auri vocâtur, séq; fratres vocant, & in die Palmarum seriò rem agunt ridiculam, fune trahentes asinum, ipsi non multum differentes ab asino ligneo quem trahunt. Id imitati sunt qui *Compostellam* adierunt. Dentur hæc sanè, dentur affectibus hominum, at non ferendum quod hinc sibi vindicant pietatem. Notantur & ii, qui reliquias incertas pro certis ostendunt, qui his plus tribuunt quàm oportet, qui quæstum ex his sordidè faciunt.

In *Idolophagia* tracto quæstionem de constitutionibus humanis, quas quidam prorsus rejiciunt, multùm aberrantes à recta ratione; quidam propemodùm anteponunt divinis legibus: rursus alii abutuntur & divinis & humanis constitutionibus ad quæstum ac tyrannidem. Conor itaque partem utramque ad moderationem temperare, inquirens unde natæ sint, & quibus gradibus huc usque progressæ constitutiones humanæ, quos & quatenus obligent, ad quid conducant, quantum distent à divinis, obiter indicans præpostera mortalium judicia, quibus jam olim mundus plenus est, & unde totus hic orbis tumultus natus est. Hæc ideo quoq; tractavi copiosiùs, quò doctis suppeditarē occasionem accuratiùs hisce de rebus scribendi. Nam quæ adhuc prodierunt non satisfaciunt curiosis. Traducere fortationem, temulentiam, adulterium, non perinde ad rem pertinebat, quandoquidem hæc mala nullum fallunt: sed ex his est periculum veræ pietatis, quæ vel non sentiuntur, vel sanctimoniæ fallaci specie blandiuntur. Quod si quis calumnietur, personis sordidis affingi Theologicam disputationem, ab his talia nunc in omnibus convivijs disputantur, & hujusmodi personis opus erat familiariùs crassiúsque rem tractaturo.

In *Funere*, quoniam mors arguere solet *Christianæ* fiduciam, in duobus idiotis depinxi diversum mortis genus, velut imagine vivâ ponens ob oculos dissimilem exceſſum eorum qui fidunt rebus cōmentitiis, & qui spem salutis fixerunt in misericordia Domini; obiter taxans divitum stultissimam ambitionem, qui luxum, ac superbiam suam & ultrà mortem proferunt, quam mors saltem debebat auferre: simul eorum perstringens vitium, qui sui compendii gratiâ, stultitiâ locupletum abutuntur, quam ipsi potissimùm debebant corrigere. Quis enim audebit liberè monere potentes ac divites, si monachi qui se profitentur mundo mortuos, palpantur illorum vitiis? Si nulli tales sunt, quales descripsi, tamen ostensum est exemplum quod oportet vitari: sin vulgò referuntur longè his quæ proposuimus execrabiliora, qui sunt æqui, meam agnoscant civilitatem, suumque vitium corrigant; & si vitio vacant ipsi, alios peccantes vel emendent vel coerceant. Nullum Ordinem perstrinximus, nisi fortè totum *Christianissimum* infamat, qui quicquam, monendi gratiâ, dixerit in corruptos *Christianorum* mores. Quos tantopere movēt honos Ordinis, eos in primis compescere debebant qui palàm factis suis dehonestant Ordinem. Nunc quum illos ut germanos sodales agnoscant, fovēant ac tueantur, quâ fronte causantur à bene monente lædi existimationem Ordinis? Quanquam quæ ratio dictat, sic habendam hujus, aut illius humanæ sodalitatis rationem, ut publicam *Christianorum* utilitatem negligas? In *differentia verborum ac rerum* taxo præpostera quorundam judicia. In *Convivio vario* commonstro rem civilitati congruam. In *Charonte* detestor bellum inter *Christianos*. In *Synodo grammaticorum* rideo studium cujusdam *Cartusiani*, suo judicio doctissimi, qui cum in *Græcas* literas soleat stolidissimè debachari, nunc libro suo indiderit *Græcum* titulum, sed ridiculè, *Anticomaritas* dicens, quos appellare poterat *Antimarianos*, vel *Antidicomarianos*. In *Cyclope* taxo quosdam qui Evangelium semper habent in ore, quum in vita nihil sit Evangelicum. In *Conjugio impari* pono ob oculos vulgi stultitiam, qui in sponsalibus supputant dotis modum, nec ad rationem vocant sponsi scabiem, leprā deteriorem. Atque id hodie fit tam passim, ut nemo miretur, quum nihil sit in liberos crudeliùs.

In *Ementitâ nobilitate* depingo genus hominum, qui sub umbra nobilitatis existimant sibi nihil non licere, quæ præcipua pestis est *Germaniæ*. In *Senatulo* traductus eram vitia quædam mulierum, sed civiliter, nè quis expectet tale quippiā, quale habet *Juvenalis*. Verùm hoc agenti, obortus est quidam *ἰταμὸς ἀνὴρ*, *lupus*, ut aiunt, *in fabula*. Reliqua ferè comparata sunt ad voluptatem, sed non illiberalem; non hoc est dehonestare Ordines, sed erudire. Quapropter omnibus Ordinibus, & privatim & publicè rectiùs consultū fuerit, si depositā quidvis columniandi rabie, candidis animis amplectamur omnes, quicquid pio studio in publicā utilitatē adfertur. Aliis aliæ sunt dotes, & alios alia capiunt, milléque modis homines trahuntur ad pietatem. Laudatū est *Juvenci* studium, qui sacrā Evangeliorum historiā carmine prodidit. Nec suâ laude fraudatus est *Arator*, qui idem fecit in *Acta Apostolorū*.

Adversus hæreticos tubam intendit *Hilarius*, argutatur *Augustinus*, *Hieronymus* dialogis pugnat. *Prudentius* vario metri genere dimicat. *Thomas* & *Scotus* Dialectices, ac Philosophiæ præsidiis pugnant. Simile studium omnium, sed dissimilis singulorum ratio. Non reprehenditur diversitas, quæ scopum eundem petit. Prælegitur pueris *Petrus Hispanus*, quò doctiliores veniunt ad *Aristotelem*. Multum enim promovit, qui gustum dedit. Acqui hic libellus, si teneræ pubi prælegatur, tradet illos ad multas disciplinas magis habiles, ad Poeticen, ad Rhetoricen, ad Physicen, ad Ethicen, demum ad ea quæ sunt pietatis *Christianæ*. Stulti personam suscepi, factus ipse mearum rerum Encomiastes, sed me compulit, partim quorundam improbitas nihil non calumniantium, partim *Christianæ* juventutis utilitas, in quam oportet omnes omnibus studiis incumbere.

Hæc ita quum habeant, omnibúsque qui literas didicerunt perspicua sint, est tamen quoddam hominum genus mirè bliteon, deputatos appellant *Galli*, opinor quòd malè putati sint, aut certè plus satis putati, qui sic pronunciant de meis Colloquiis, Opus esse fugiendum, præsertim monachis quos illi religiosos appellant, & adolescentibus eò quod jejunia & abstinentiæ Ecclesiæ parvi penderentur, beatæ *Mariæ* Virginis & Sanctorum pro ludibrio haberentur suffragia; virginitas, si conjugio conferatur, nullius esse, aut parvi momenti, religionis etiam dissuaderetur omnibus ingressus, quódque in eo arduæ difficiléque; Theologiæ quæstiones grammaticulis proponantur, contra statuta per magistros in artibus jurata. Agnoscis, mi Lector, *Atticam* eloquentiam. Ut ad postremum primo loco respondeam, quid artium magistri proponant grãmaticulis, nescio; quæ tractantur in Colloquiis de Symbolo, de Missâ, de Jejuniis, de Votis, de Confessione, nihil habent Theologicæ difficultatis, sed ejus generis sunt, ut non oporteat ea quenquam nescire. Et si pueris prælegantur epistolæ *Pauli*, quid periculi est, si gustus quidam illis præbeatur Theologicæ disputationis? Ad hæc, quum non ignorent pueris sophistices candidatis perplexas de personis divinis statim quæstiones summæ difficultatis proponi, nè dicam ociosæ subtilitatis, cur nolunt pueros hoc discere, quòd ad communem vitam pertinet? Jam si putant nihil referre, quid sub quâ personâ dicatur, intelligunt opinor, quàm multa comperiantur in Evangelicis, & Apostolicis literis, quæ secundùm hanc legem manifestam habent blasphemiam. Multis locis approbo jejunium, nusquam damno. Qui secus asseverat, eum declarabo impudentissimè mentiri. Sed in *Pietate puerili*, inquiunt, leguntur hæc verba: *Cum jejunio mihi nihil est negotii*. Finge hæc verba dici sub persona militis, aut temulenti, num protinus *Erasmus* damnat jejunia? Non opinor. Nunc dicuntur ab adolescente nondum adulto, quam ætatem lex non obstringit ad jejunandum. Et tamen is adolescens præparat se ad justa jejunia. Sic enim subjicit, *Sed tamen si sensero opus, prandeo cœnóque* parciùs, quò me præbeam alacriorem studiis pietatis per diem festum.

Abstinentias verò quàm damnem, declarant hæc verba quæ sunt in *Convivio prophano*: *In pleriſq́, non res, sed animus discernit nos à Judæis. Illi manum abstinebant à certis cibis velut ab immundis, & animum inquinaturis. Nos, quum intelligamus omnia munda esse mundis, tamen carni lascivienti velut equo feroci pabulum subducimus, quò magis* [illegible] *dicto spiritui*: *Nonnunquam* [illegible] *rerum usum abstinentiæ molestiâ* [illegible] *post reddit rationem, quare Eccles*[illegible] *esum quorundam ciborum. Omnibus* [illegible] *ducet. Nam tenuibus ecclesiæ aut* [illegible] *aut tepas, parumve arridere, medi*[illegible] *nonnihil quotidianis obsoniis: quod si quid* [illegible] *ciantur hoc occasione, sine gula* [illegible] *Ecclesiæ constitutionem.* Mox loquor [illegible] Rursus aliquantò post, *Scio modestè temperan*[illegible] *mutatum esse piscium esum, sed secus* [illegible] *ribus nostris, quibus obtemperare religio* [illegible] protinus doceo hic vitandum etiam [illegible] infirmorum.

Æquè falsum est, in Colloquiis irrideri [illegible] gia beatæ Virginis & aliorum Sanctorum, [illegible] irrideo, qui petunt à Sanctis, quæ non [illegible] bono viro petere, aut hoc animo petunt à [illegible] divis, quasi aut hoc aut illud, hic aut ille [illegible] aut possit præstare quàm alius, aut [illegible] *Christus*. Imò in *Puerili pietate*, sic loquitur puer, *Salutem dixi nonnullis. Quibus? Cleric*[illegible] *aliquot*. Et aliquantò post, *Rursus tribus vel* [illegible] *saluto Jesum, ac divos divásque omnes, sed* [illegible] *tim Virginem matrem, tum eos quos habeo* [illegible] *liares*. Et infra commemorat nominatim, [illegible] divos saluter quotidie.

Mirum verò si procus amans laudat [illegible] cítque castum conjugium non multum [illegible] laude virginitatis, quum *Augustinus* [illegible] rum polygamiam anteponat nostro [illegible].

Quod objiciunt de ingressu religionis, [illegible] manifestæ vanitatis, declarant mea verba in *Virgine misogámo*, sic enim loquitur virgo: *Dum agitur hoc totum vitæ institutum?* Respondet [illegible] *Nequaquam, verùm quemadmodum* [illegible] *velim, ut quæ se in hoc vitæ genus* [illegible] *mergere; ita non dubitem hortari puellas* [illegible] *sertim indolis generosæ, nè si teneræ eò* [illegible] *post sese non possint explicare*. Hæc est illius Colloquii conclusio, utcunq; certatum est argumento. Obsecro, an hoc est omnibus dissuadere ingressum religionis? Non damnatur ingressus, sed præceps temeritas damnatur. Hæc igitur malitiosè torquent ad calumniam. At non perpendunt quàm multa illic discunt grammaticuli, qui pugnant cum decretis *Lutheranorum*. *In Puerili pietate* traditur ratio bene & utiliter audiendi Missam. Datur ratio bene & efficaciter confitendi. Admonetur puer ut antequam sumat Eucharistiam confiteri purget animum. Ibidem docētur grammaticuli quæ recepta sunt usu populi *Christiani*, quamvis in sacris literis non habeantur, hactenus esse servandos nè cui simus offendiculo. In *Prophano* [illegible] docentur, magis obtemperandum Pontificum constitutionibus quàm medicorum consiliis, [illegible] admonentur, in necessitate cessare vigorem traditionis humanæ, & mentem legislatoris. Item probat quispiam benignitatem in monachorum collegia, modò detur ad usum non ad luxum. Apostissimũ detur religionis disciplinam observare.

De constitutionibus humanis hæc pronunciantur in colloquio ἐθελοθρησκία, *Pugnant quædam, ego censeo leges majorum reverenter suscipiendas, & observandas religiosè, velut à Deo profectas, nec esse tutum, nec esse pium de potestate publica sinistram concipere, aut ferere suspiciones. Si quid*

qui ignoscitis quod tamen non cogat ad impietatem, sa-
tis est fortasse ignoscere, si tolerari. Hujusmodi per-
nubia grammaticuli dicunt ex meis colloquiis,
quibus sic obmurmurant isti. Sed indecorum est
Theologi jocularis falsetto hoc mihi concedant apud
pueros, quod ipsi permittunt sibi viri apud viros in
re seria ac sacra, rem ineptissimam insulsissimo vocabulo
pueriliter vocare, quum in Hispaniis objecerit
quidam, asinandi meram esse somnia hominum, nec
fabulosiora, nec Latinè scientium. Nec minùs in-
doctum est, quod quidam pronunciavit hæreticè
dictum quod in symbolo Pater dicitur simpliciter
omnipotens. Verùm is deceptus insciti à Latino
sermonis, existimat autorem nihil aliud quàm
creatorem, aut fabricatorem significare. Atqui si
consilium non qui callent eleganciam Romani sermo-
nis, si evolvat Hilarium aliósque vetustos autores,
comperiet autoritatem accipi pro eo quòd scholas-
tici vocant rationem perfectissimam principii, eó-
que Patri peculiariter tribuunt, & autoris nomine
sæpe designant Patrem quam personas inter se
confundunt. An Pater rectè dicatur causa Filii, nihil
med refert quum nunquam eo verbo sim abusus,
nisi quòd illud est verissimum, nos de Deo non pos-
se loqui nisi verbis impropriis, nec magis proprium
verbum est fons, aut principium, aut origo, quàm
causa.

Jam hinc mihi perpende, lector, quales sint inter-
dum, qui suis sententiis homines pertrahunt ad
incendium. Nihil turpius quàm reprehendere quod
non intelligas. At ista quidvis calumniandi febris,
quid aliud gignit quàm amarulentiam, ac dissidia?
Quæ pia in aliena candidè interpretentur, nec
fucis nostra prooraculis haberi velimus, nec eo-
rum judicia pro oraculis ducamus, qui quod legunt,
aut intelligunt. Ubi in consilio est odium, ibi cæ-
cum est judicium. Pacificator universorum spiri-
tus, qui suis organis variis utitur modis, faciat nos
omnes concordes & unanimes, in sanâ doctrinâ,
luculentâ; moribus, quò contingat pariter ad cœle-
stis Hierosolyma, quæ nescit ulla dissidia, consortium
perveniri. Amen. *Basil.* XII. Cal. Jun. M. D. XXVI.

De rectè Græci Latinique sermonis pronunciatione.

Generosissimo Adolescenti Maximiliano à Burgundia Erasmus Rot. S. D.

Quòd tanto affectu nostras literas desideraris, *Maximiliane* charissime; vehementer quidem gratum mihi fuit amoris erga me tui testificatio, nec hac in re gravatè morem gessi tuæ voluntati. Nam licèt obrutus veriùs quàm occupatus negotiis, tamen epistolam *ἀντίγραφον* ad te misi eram, quòd facilè conjecturarem, eam ita tibi fore charissimam. Cæterùm quod interceptam ægrè tuleris, quam si quid earum rerum periisset, quæ tibi maximè sunt in deliciis, magnam, ut ingenuè dicam, ex tuo dolore voluptatem cepi, non dubiis argumentis perspiciens, teenim in *Anna* charissimæ sororis, avitæ tuæ, tum in ornatissimi patris *Adolphi* principis *Veriani*, non vulgarem affectum, quem à teneris unguiculis in me conceptum, constantes, perpetuæque retinuit, velut hæreditario jure succedere: verùm ut dolorem istum, quem tibi nescio quorum insidiis perfidia, meâ civilitate leniam, pro epistolâ mitto libellum, *De rectâ Pronunciatione*, quàm hodie maximè ex parte deperditam habemus in Græcis juxta ac Latinis. Hoc argumentum tibi dicare visum est, non tam eâ, quòd ætati, studiisque tuis videretur accommodatum, verùm etiam quòd magnum exemplorum partem ex *Burgundorum, Brabantorum*, & *Gallorum* populari sermone protulisset, quæ lingua omnes tibi non incognitæ esse solebant. De autem misericordia, quoniam de rebus magnis subitò differis, per se minus anxiaris, aliqui voluptarii illecebris noctisque communem furorem, dialogo rem facetam vinum, subindè nonnihil aspergentes quod lectionis satietatem, vel recreet, vel excludat. Porrò, quanquam studio te *Leonis* in arduam vitam avocari, nihil eo rumore deterritus sum à dedicationis instituto, scienter & insulsa, præsertim Cardinalitia, dari loquimur studia. Nam pietatis affectum, quem tuus avus erga *Johannem Bossalii* Decanum *Veronensem*, virum quum egregiè doctum, tum singulari morum integritate, sanctitate q; præditum, jam pridem hausisti, non oportuit nec in aulis, nec in castris deponere. Ita fiet, ut *Maximiliane*, ut & laudatissimum Cæsarem, quem nomine refers, ornamentis exprimas, & clarissimis majorum tuorum imaginibus plurimum decoris, ac lucis apponas: postremò, ut Cæsarem, totíq; patriæ, non vulgarem adferas utilitatem. Si libellus hic placebit, pro tuo candore communicabis adolescenti divinâ indole prædito *Maximiliano* ab *Isolstein*, reliquisq; sodalibus tuis, quibuscum tibi non tam generis, opum, aut dignitatis, quàm eruditionis ac probitatis longè pulcherrimum certamen susceptum est. Bene vale. Datum *Basileæ*, Anno à *Christo* nato M. D. XXVIII.

In Ciceronianum.

Des. Erasmus Roterod. ornatissimo viro Joanni Ulattenio S. D.

ARduum in primis, planéque regium munus est, vir ornatissime, prudentibus fidisq; consiliis reip. prospicere, quod nimirum intelligens *Homerus*, cum, pestes quem erat summa rerum, *λοιμὸν* appellat: nec alii mortalium ulli præclariùs de civitatibus, ac regionibus merentur, quam omnibus quidem tempore, tum verò præcipuè hoc seculo, quò, nescio quo fatali tumultu, furfum deorsum miscentur omnia, sive *Christiana* religionis statum inspicias, sive Monarcharum, ac rerum publicarum conditionem reputes, sive studiorum ac literarum rationem intueare, omnibus sic perturbatis, ut non alio tempore veriùs fuerit illud *Græcis* celebratum, *ἐκ τοῦ κακοῦ*. Te verò in hoc pulcherrimo negotio summâ fide, mirâ vigilantiâ, parique dexteritate versantem interpellare, fortassis improbum, aut impium etiam videatur: Sed quoniam arbitror non sine causa præcipere *Flaccum*, *Misce stultitiam consiliis brevem*, en adest ab *Erasmo* tibi libellus, qui suis nugis aliquantisper avocet animum tuum à gravibus, tetricisque negotiis. Quanquam hæ nugæ sunt ejus generis, ut, quemadmodum ait idem, *seria ducant*; tantum autem abest, ut nihil ad remp. ut ad re quoque peculiariter spectent, qui rei scholasticæ apud *Aquisgranos* summam curam susceperis. Multorum enim partim ignaviâ, partim istis moribus fit, ut bonæ sitellæ, quæ sat feliciter cœperant

efflorescere, jam passim vergant ad interitum; &, quasi sit hoc parum, extitere pridem, qui nobis veluti novam sectam moliuntur invehere: *Ciceronianos* sese vocant, intolerabili supercilio rejicientes omnium scripta quæ *Ciceronis* lineamenta non referunt, & adolescentiam, à cæterorum scriptorum lectione deterritam, ad unius *M. Tullii* superstitiosam æmulationem adigunt, quum nulli minus exprimant *Ciceronem* quàm ipsi, qui se hujus tituli fumo molestissimè venditant, jactitántque. Quanta verò studiorum pernicies, si persuasum fuerit neminem præter unum *M. Tullium* vel legendum esse vel imitandum? Suboleat autem & aliud hujus nominis prætextu geri? nimirum ut pro *Christianis* reddamur Pagani, quum ego nihil prius agendum existimem, quàm ut bonæ literæ, *Christi* Domini, Deíque nostri gloriam, eâ sermonis copiâ, splendore, nitoréque prædicent, quo *M. Tullius* de rebus prophanis dicere solitus est. Et animadverto juvenes aliquot, quos nobis remittit *Italia*, præcipuè *Roma*, nonnihil afflatos hoc affectu. Visus itaque sum mihi rem facturus nec inutilem ad pietatem, & studiis adolescentiæ conducibilem, si lucubratiunculam unam huic rei darem, non ut eloquentiæ candidatos à *Ciceronis* imitatione deterream: quid enim insanius? Sed ut ostendam quo pacto fieri possit, ut verè *Ciceronem* exprimamus, & summam illius viri facundiam cum *Christiana* pietate copulemus. Argumentum hoc dialogo tractavimus, quo simul & minus esset tædii lectoribus, & res faciliùs illaberetur in affectus juvenum. Bene vale. *Basil.* postridie Idus Feb. Anno M. D. XXVIII.

In Galeni exhortationem ad bonas artes.

Ornatissimo Joanni Antonino Cassovienſi, medico, Des. Erasmus Rot. S. D.

Epist. 22. ORnatissimi viri *Joannis Henkelli* literis ut mihi tui reditus adempta spes est, *Antonine* charissime, ita non mediocriter mitigatum est absentis amici desiderium, posteaquam intelligo te summis magnatum favoribus, ac præmiis amplissimis apud tuos alligari, præterea ductam uxorem puellam, non minus sanctissimis moribus quàm forma præstantem, quæ te non sinit avolare, tenétque gratâ compede vinctum. Reliquum est ut hoc quo licet modo mutuas inter nos fabulas misceamus. Prodiit totus *Galenus* suâ linguâ nobis loquens, cujus primitias ad te mitto, inflammandis ad rei Medicæ studium juvenum animis versas; & quidem majore negotio quàm credas. Causam non eloquar, verùm ipse si non gravaberis nostra cum *Græcis* conferre, statim intelliges minorem fuisse laboris portionem vertere. Margaritum tuum haudquaquam patietur mihi excidere amabilem istum nivei pectoris tui candorem. Neque me fallit quid ἀνὴρ λόγιος concionatoris *Sebastianus*, videlicet *Erasmum* maledicorum jaculis expositum. Reddita sunt & à clarissimo *Christophoro Palatino Cracovienſi* ἀπερείσια δῶρα, qualia nè Regi quidem indecorum fuerit vel dare, vel accipere. Rescribam singulis, nisi quod hic libellus in publicum emissus aliquâ fortassis occasione celeriùs isthuc perveniet, quàm epistolæ. Bene vale, mi *Antonine*, cum suavissima conjuge: cui precor ut tecum contingat feliciter consenescere. *Basileæ* IIII. Cal. Maias, Anno M. D. XXVI.

In Epitomen Elegantiarum Laurentii Vallæ.

Des. Erasmus Rot. Lectori S. D.

ECO nunc redisse videantur homines, amice lector, ut quod cuique libeat, id sibi licere putet: tantáque sit injuriæ licentia, ut nos pudeat toties queri, quum illos non pudeat sine fine lædere. Adolescens annos natus plus minus octodecim, rogatus à quodam ludi literarii magistello, ut ex *Laurentii Vallæ Elegantiis* quædam decerperem, puerorum ingeniis accomodas; cui geminâ [illegible] ætatis, tum ingenii, morem gessi, ac plus quàm multuario studio quæ videbantur excerpsi. Scriptum literatori tradidi, nullo mihi reservato exemplari, de edendo nihilo magis cogitans, quàm de meipso suspendendo. Id nunc paulò ante video, exemplaribus innumeris propagatum. An non hæc sit atrox injuria, & legibus vindicanda, judicent boni viri. Nec hoc satis visum est, adjecerunt titulum *Paraphraſis*, quod [illegible] factum videri potest. Tolerabile fuerit *Epitomen* appellare. Nè id quidem istis visum est. Has injuriæ, admiscuerunt nonnulla quæ nec in *Laurentio* habentur, nec à me sunt addita. Quædam omiserunt, quæ prætermitti non poterant. Hactenus injuria potest appellari, illud verò non jam injuria solùm est, verumetiam crassa impericia, quod præter argumenti naturam [illegible] ordine literario. Atqui hoc non est ordinare, sed scopas (ut aiunt) dissolvere. Tota fere hujus operis ratio constat similium ac dissimilium dictorum collatione: quæ si distrahantur, nulla est præceptio. Veluti quùm *Laurentius* docuit quid interſit inter *ut*, *ſicut*, *velut*, *tanquam* & *quaſi*, quid absurdius si quis horum singula in singula distrahat literas? Atque adeò in ipso statim hujus operis initio, habes quid sit abstinentia, continentiam ac temperantiam nè in summis quidem literis inveniebamus. At *Valla* hæc tria refert è cumulo, continentiam, abstinentiam & temperantiam. Quid quod quædam habent præceptiones generales, de Dativis in *abus*, de Gerundis & Gerundivis, de utroque Supino, de Comparativis & Superlativis, de Reciprocis, quæ per literas [illegible] non possunt, ni fortè *asinabus* quæram in *a*, *fabus* in *f*. *equabus* in *e*. *deabus* in *d*. & item de cæteris. Unde liquet quisquis hoc fecit, adeo nullum habuisse judicium, ut caruerit etiam sensu communi. Proinde quoniam jam bis excuso libello, nihilum typographum *Gallum* ad tertiam editionem accinctum, quod unum licuit feci, recognovi quod erat excusum, & additis, detractis, mutatisque permultis, feci ut aliquanto purgatius reserent in puerorum manibus, quandoquidem emendari non potest. Quid supereſt, nisi ut emittam & illos commentarios, quos ante annos XXXV. scripsi *Lutetiæ*, non homini, sed lapidi, cique adjuro, nè cuiquam communicaret. Quod jusjurandum ita servavit, quasi juraſſet commentarium. Neutrum scripsi ut ederetur, & tamen illud quod scripsi jam adultâ ætate, multò tolerabilius erat quàm illud quod adolescens enotavi. Sed precor istis mentem meliorem, qui tantùm sibi permittunt in schedas & famam alienam: qui si nec [illegible] mina

mana jura norunt nec divina, saltem illud perdiderint, cum quod mihi faciunt, idem vellent sibi fieri. Bene vale, Lector. In alma Academia *Friburgensi*, pridie Calendas Januarii, Anno M. D. XXXIIII.

In Euripidis Hecubam.

Reverendo in Christo Patri Guilielmo Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ Primati, & summo ejus Regni Cancellario Erasmus Rot. S. D.

QUum in animo statuissem, Præsul amplissime, vertendis *Græcis* autoribus rem Theologicam, Deum immortalem quàm indignè sophisticis nugis depravatam, pro virili meâ vel restituere, vel adjuvare, nè statim juxta *Græcorum* adagionem ἐν τριξὶν γλυκὺ κεφάλιον, periclitari viderer, & ad tantum munus illotis (ut aiunt) pedibus irrumpere, visum est mihi prius periculum facere, quàm non lusissem operam, in utriusque linguæ studium insumptam, idque in re difficillima quidem illa, sed tamen profana, quo pariter & negotii difficultas ad meditationem conduceret, & si quid esset peccatum, citra sacrarum scripturarum injuriam solius ingenii periculo peccaretur. Itaque duas *Euripidis* Tragœdias, *Hecubam*, & *Iphigeniam* in *Aulide*, *Latinas* facere sum aggressus, siquis fortè Deus cœptis tam audacibus dexter aspiraret. Deinde quum viderem operis instituti specimen non displicere, viris utriusq; linguæ callentissimis (quos profectò jam aliquot habet *Anglia*, liceat modò verum citra invidiam fateri, quovis in genere doctrinæ *cultui* totius admiratione dignos) intra paucos menses, Musis bene juvantibus, ad umbilicum perlimi. Quanto cum sudore, id ii demum experientur, quicunque in eandem palæstram descenderint. Etenim quum illud ipsum ex bene *Græcis*, bene *Latine* facere, sit ejusmodi, ut singularem aliquem requirat artificem, neque solùm sermonis utriusq; copiosi, paratáque supellectile ditissimum, verùm etiam oculatissimum vigilantissimúmque, adeo ut seculis jam aliquot nullus extiterit, qui in hoc munere omnibus eruditorum calculis probaretur: facilius nimirum est conjectura, quantum fuerit negotii, carmen carmine reddere, præsertim tam varium, & inusitatum, idque ex autore non modò tam antiquo, eóque Tragico, verumetiam mirum in modum presso, subtili, excusso, in quo nihil otiosum, nihil quod vel adimere, vel mutare citra flagitium queas; præterea qui in tractandis locis Rhetoricis tam ereber sit, tam acutus, ut passim declamare videatur. Adde nunc choros, nescio quam affectatione, adeo obscuros, ut *Oedipo* quopiam, aut *Delio* sit opus magis quàm interprete. Accedit ad hæc codicum depravatio, exemplarium inopia, nulli interpretes ad quos confugiamus. Quo minùs admiror, si nè hoc quidem felicissimo seculo quisquam *Italorum* ausus fuit hoc munus aggredi, ut Tragœdiam aliquam, aut Comœdiam verteret, quum plures *Homero* manus sint admoliti, inter quos etiam *Politianus* ipse sibi non satisfecit: quidam *Hesiodum* tentârit, necne id satis feliciter: alius *Theocritum* sit aggressus, sed multò etiam infeliciùs. Denique quum *Franciscus Philelphus* (id quod post institutam interpretationem cognovimus) primam *Hecubæ* scenam in oratione quadam funebri traduxerit, sed ita ut nobis aliisque puticulis, vir tantus animi non parùm adderet. Ego porrò neque tantis exemplis, neque tam multis operis difficultatibus deterritus, magis quàm Poetæ hujus suaviloquentiâ, plus quàm mellitâ, quam illi tribuunt etiam inimici, allectus, rem hactenus intentatam non sum veritus aggredi, futurum sperans, ut etiam si parum præstitissem, tamen candidi lectores vel hunc meum conatum laude aliquâ dignum ducerent: porrò, maligniores saltem veniam darent operis tam ardui novo interpreti: maximè quòd ad cæteras difficultates ipse prudens non mediocre pondus adjecerim, meâ in vertendo religione, dum conor, quoad licet, *Græcanici* poematis figuras, quasíque filum repræsentare, dum versum versui, dum verbum penè verbo reddere nitor, dum ubique sententiæ vim, ac pondus summâ cum fide *Latinis* auribus appendere studeo. Sive quòd mihi non perinde probatur illa in vertendis autoribus libertas, quam *M. Tullius* ut aliis permittit, ita ipse (penè dixerim immodicè) usurpavit: Sive quòd novus interpres in hanc malui peccare partem, ut superstitiosior videar alicui potiùs quàm licentior, id est, ut littoralibus in arenis nonnunquam hærere viderer potiùs, quàm fractâ nave mediis natare fluctibus: maluíque committere, ut eruditi candorem & concinnitatem carminis in me forsitan desiderarent, quàm fidem. Denique nolui Paraphrasten professus, eam mihi latebram parare, quâ multi suam prætexunt inscitiam, ac loliginis in morem, nè deprehendantur, suis se tenebris involvunt. Jam verò quòd *Latinæ* Tragœdiæ grandiloquentiam, *ampullas*, & *sesquipedalia*, ut *Flaccus* ait, *verba* hic nusquam audient, mihi non debent imputare, si interpretis officio fungens, ejus quem verti, pressam sanitatem, elegantiámque referre malui, quàm alienum tumorem, qui mè nec aliàs magnopere delectat. Porrò certissimè in spem vocor, fore ut hic labor meus, quum adversus iniquorum calumnias sit egregiè tutus, tum candidis, & æquis gratissimus exeat, excellentissime pater, si tuo quoque calculo fuerit comprobatus, quem equidem in tanto ornatissimorum Principum numero facilè mihi delegi, cui meas has vigilias consecrarem, ut quem unum perspexerim præter summum fortunæ splendorem, literis, eloquentiâ, prudentiâ, pietate, modestiâ, integritate, postremò singulari quadam erga bonarum literarum cultores benignitate, sic præditum, ornatum, cumulatum, ut istud Primatis vocabulum in neminem magis competat, quàm in te, qui non solùm officii dignitate, verùm multò magis omnium virtutum genere primas teneas, idem & regiæ aulæ præcipuum ornamentum, & ecclesiasticæ dignitatis unicum fastigium. Quòd si mihi contigerit ut hoc meum studium probetur à viro tam probato, profectò nec hactenus exhausti laboris me pœnitebit, neque gravabor in posterum majore conatu rem theologicam adjuvare. Vale, & *Erasmum* in eorum numero ascribito, qui tuæ paternitati toto pectore sunt addicti. *Londini* nono Calend. Februarii.

In

In Euripidis Iphigeniam.

Guilielmo Archiepiſcopo Cantuarienſi, Deſ. Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 25. POſteaquam huic Tragœdiæ manus admoliri cœpiſſem, ampliſſime Præſul, protinus alium quendam orationis guſtum, diverſámque carminis indolem ſentire mihi ſum viſus. Nam (ni fallor) & pluſculum habet candoris, & fuſior eſt dictio. Quo quidem nomine *Sophoclea* videri queat. At rurſus argumentorum denſitate, quaſique declamatoriâ quadam ſuadendi ac diſſuadendi facultate, parentem *Euripidem* magis refert. Quanquam utri ſit inſcribendum, neque meum eſt pronunciare, neque magni referre puto. Nobis tamen viſum eſt de priſtina illa noſtra religione nonnihil remittere, nè non hac etiam in parte congrueremus argumento. Proinde *Iphigeniam* paulò tum fuſiùs, tum copioſiùs traduximus, at ita rurſum, ut ab interpretis fide neutiquam recederemus. Hoc uno in utraque ſumus auſi diſſentire, quòd in choris immodicam illam carminum varietatem, ac licentiam aliquantulum temperavimus, ſperantes futurum, ut hac in re docti nobis veniam darent, nimirum in tantis verſantibus anguſtiis: quando quidem neque *Flaccus* Lyricorum, neque *Seneca* Tragicorum Poetarum tantam in metris aut pedum libertatem, aut generum diverſitatem ſit æmulatus, cum uterque ſequeretur *Græcos* duntaxat, non etiam interpretaretur. Quòd ſi mihi per graviora ſtudia liceret alias aliquot vertere Tragœdias, non modò me non pœniteret hujus audaciæ, quin etiam non vererer chorum, & ſtylum, & argumenta commutare; mallémque vel locum quempiam tractare communem, vel in amœnam aliquam παρέκβασιν expatiari, quàm in canoris (ut vocat *Horatius*) nugis operam ſumere. Nuſquam enim mihi magis ineptiſſe videtur antiquitas, quàm in hujuſmodi Choris; ubi dum nimium affectat novè loqui, vitiavit eloquentiam; dúmque verborum miracula venatur, in rerum judicio ceſſavit. Vale, meum decus.

In Ovidii Nucem.

Deſ. Eraſmus Rot. optimæ ſpei adoleſcenti Joanni Moro S. D.

Epiſt. 26 NE pro xeniolis veſtris, nè pro tot amicis epiſtolis nihil omnino videar reponere, ſuaviſſime *Joannes*, mitto *Nucem*: nè ſperne munuſculum, ſanè quàm elegantem, nimirum *Ovidianam*. Quanquam alioqui munus nec omninò puſillum mittere videri poſſit, qui totam mittit arborem: nec vile, qui tam facundam. Nè verò mireris apud *Ovidium* loqui *Nucem Latinè*, quum apud *Lucianum* tam diſertè litigent vocales: apud *Homerum* loquatur *Argos* navis, ídque carmine. Tantiſper igitur dum hæc legis, eſto *Pythagoricus*, ut credas & arboribus animum eſſe; linguam addidit *Naſo*, vel reddidit potiùs. Nam & olim in *Dodona* quercus edebant oracula. Mihi tametſi jam pridem ab hoc genere ſtudiorum alieniſſimo, libuit carmen tam feſtivum, & eruditum, addito commentariolo, commendare ſtudioſis. Nec me fallebat fore, qui protinus ſucclamarent planè juxta *Græcorum* vetus proverbium, τὸ γύρτιλλα rediſſe ad nuces. Ego ſanè nec puerile, nec ſeni cuiquam indecorum arbitror Nucibus ludere, talique laxamento ingenii dinem, ex ſeriis ſtudiis contractum, reficere. Cæterùm quid alii dicant, non magnopere laboro. Tibi, mi *Joannes*, perſuaſum eſſe velim, artificem ubique ſui ſimilem eſſe, ſeu colloſſum fingat, ſeu ſemipedalem ſtatuam, ſive gat, ſive *Therſitem*, ſive æri vulgariq; imaginem, ſive gemmis aut auro, materia vili, minutáq; major eſt artis Laudata eſt *Naſonis Medea*, ſed videbis *Naſonem* eſſe. Illic materia ſuppeditabit tiam, ac bona pars laudis erit deciſorum qui toties tractârint idem argumentum. quid eſt laudis ingenio Poetæ debetur. non ſum is, qui ſoleam de eadem dealbare parietes, attamen & tu videris, & ego minus ingratus, ſi *Nucem* hanc, fructum natura fecit in quatuor partes minùs placet arborem findere, *Margaritæ*, *Elizabetæ*, *Ceciliæ*, duleiſſimis ſororibus tuis, ſodalitio felici *Gygiæ* voles eſſe communem, me toties epiſtolis ſuis laceſſunt, tam ſuis, tíſque ſenſibus, tam caſtæ *Latinitati*, ut noſtris ægrè perſuadeam ipſarum confectas, quum id habebam compertiſſimum. Proinde quorſum attinet hortari te, mi *Joannes*, ad literarum ſtudium, vel ad virtutem quam præditus indole, domi patrem habeas, eruditionis omnibus numeris abſolutum, probitatis, & integritatis perfectiſſimum exemplar, à quo degenerare turpiſſimum ſit, præſertim quum ab illo nihil non aſſatim habeas, quod conducere poſſit ad te omnigenere perpoliendum? Latere non poſſit tibi paternæ famæ ſplendor, quem ne ſummâ cum laude referas oportet, aut ſummo cum decore fallas omnium de te expectationem. Quanquam & ſororum æmulatio tibi ceſſari poterit acre calcar addere, quarum comitatem, modeſtiam, pudicitiam, ſimplicitatem, mutuam concordiam ſiquis contempletur, tres juret eſſe Charites. Si varias muſicorum organorum ſpecies intuentes videat, ſi per omne genus aurorum utriuſque linguæ, velut apiculas quaſdam volitare conſideret; hîc annotantes aliquid, quod imitentur; hinc decerpentes inſigne dictum, quod in mores transferant; hinc lepidam aliquam hiſtoriolam edi ſcentes, quam inter ſodales referant, dicat *Mœnas* in amœniſſimis *Aoniæ* campi ſuavia dentes, floſculos & amaracum concinnandis ſertis colligere. Certè ſic omnibus animique doribus ornatæ ſunt, ut formæ gratia, quamvis eximiæ, minimum adferat commendationis. Hi velut ex compoſito ſic properant in hoc laudis ſtadio, quaſi fratrem velint à tergo relinquere. Quo magis oportet te nervos omnes ad curſum intendere, ut quoniam illas natura priores in hoc ſtudium induxit, utpote te grandiuſculas, anteverta. Tum illis cum *Cornelia Gracchorum* matre certamen erit, quæ ſeorum ſum geminâ laude decoravit, tum pudicitiæ, eloquentiæ: tibi cum patre quem æquaſſe optima laus fuerit, & tamen ille nihil malit, vinci. Verùm hæc aliàs fortaſſe Interim vale.

In

In Erasmi Epigrammata.

Illustrissimo puero Duci Henrico, Des. Erasmus Roterod. S. D.

MEminisse debes, *Henrice* dux illustrissime, eos qui te gemmis, auróve honorant, dare plurimùm aliena, quippe fortunæ munera, præterea caduca, deinde qualia quàm plurimi mortales possint largiri, postremò quæ tibi ipsi domi abundent, quæque donare aliis quàm accipere, magno Principi longè sit pulchrius. Atqui carmen suo ingenio, suis vigiliis elucubratum nomini tuo dicat; is mihi non paulò præstantiora videtur offerre: utpote qui non aliena, sed propria largiatur, nec paucis annis intermoritura. Sed quæ gloriam etiam tuam immortalem queant efficere, tum ea quæ perquam pauci possint donare (neque enim pecuniorum & bonorum Poetarum par copia) denique quæ non minus sit Regibus pulchrum accipere, quam remunerari. Et opibus quidem nemo non Regum abundavit, nominis immortalitatem non ita multi sunt assequuti, quam quidem illi pulcherrimis facinoribus emereri possunt, at soli Vates eruditis carminibus præstare. Siquidem & ceras, & imagines, & stemmata, & aureas statuas, & incisos in æs titulos, & operosas pyramidas longa annorum series demolitur. Sola Poetarum monumenta, ipsâ ætate, quæ res omnes debilitat, invalescunt. Quod prudenter intelligens *Alexander* ille cognomento *Magnus*, à *Cherylo* Poeta, non admodum sanè bono, singulos versiculos tolerabiles, singulis *Philippicis* ex pacto redimebat: proficiebat nimirum & *Apellis* tabulas, & *Lysippi* statuas, paucis annis interituras, nec quicquam omnino fortium virorum memoriam æternam posse reddere, præter immortalitate dignas, eruditorum hominum literas: nec ullum esse gloriæ genus sincerius ac præstantius, quàm quod à posteris virtuti datur hominum, non fortunæ, non ab amore, non à metu, non ab assentatione, sed libero judicio profectum. Age jam qui malos versus tam clarè prodigus emit, nonnè optet *Homericos* non singulis aureis, sed singulis urbibus emercari? Quem quidem Poetam, & in deliciis habuisse, & *Achilli* invidisse legitur, beatum illum pronuncians, non solùm virtute, sed potissimùm tali virtutum suarum præcone. Quanquam non me clam est, hac nostrâ memoriâ, principes pleroscque literis tam non delectari, quam eos non intelligunt: qui utrunque juxta ineptum existimant, imò pudendum, optimatem virum, vel scire literas vel à literatis laudari: quasi verò sint ipsi vel cum *Alexandro*, vel cum Cæsare, vel omninò cum ullo veterum, aut gravitate, aut sapientiâ, aut benefactorum gloriâ conferendi. Ineptum putant à Poeta laudari, quia desierunt facere laudanda, nec tamen à *Gnathonibus* suis laudari refugiunt, à quibus rideri se, aut sciunt, aut, id si nesciunt, stultissimi sint oportet. Quos quidem ego vel ipso *Midâ* stolidiores judico, qui asininis auriculis deturpatus est, non quòd carmina contemneret, sed quòd agrestia præferret eruditis. *Midæ* itaque non tam animus defuit quàm judicium: at his nostris utrunque à quorum stultitia quem intelligerem generosam tuam indolem vehementer abhorrere, dux clarissime, eóque jam nunc à puero tuos conatus spectare, ut non tam tuorum temporum, quàm veterum similiis evadere cupias, non veritus sum hunc, qualemcunq; Panegyricum nomini tuo nuncupare. Qui si tuæ celsitudini, longè impar, ut est, videbitur, memineris facito & *Artaxerxem* Regem præstantissimum, aquam à rustico quodam operario, quam ille manu utraque hausta, obequitanti obtulerat, hilarem subridentemque accepisse, & ejusdem nominis alium, ut opinor, pro malo à pauperculo quopiam allato, perinde, ut pro magnificentissimo munere gratias egisse; ratum videlicet, non minus esse regale parva prompte accipere, quàm magna munificè elargiri. Quid? nonnè etiam superi ipsi, qui nullis mortalium opibus egent, ita muneribus hujusmodi delectantur, ut contempta interim divitum Hecatombe rusticanâ micâ, & thusculo paupere placentur, animo nimirum offerentis non rerum precio, nostra donaria metientes. Et hæc quidem interea tanquam ludicra munuscula tuæ pueritiæ dicavimus, uberiora largituri, ubi tua virtus unà cum ætate accrescens uberiorem carminum materiam suppeditabit. Ad quod equidem te adhortarer, nisi & ipse jamdudum sponte tuâ velis, remisque (ut aiunt) eò tenderes, & domi haberes *Skeltonum*, unum *Britannicarum* literarum lumen ac decus, qui tua studia possit non solùm accendere, sed etiam consummare. Bene vale, & bonas literas splendore tuo illustra, autoritate tuere, liberalitate fove. *Basil.* Cal. Jun. Anno M. D. XXIX.

In Adagia.

Erasmus Roterodamus Philologis omnibus S. D.

SI, juxta vetus Proverbium, *omnium rerum modus est optimus*, par erat & in colligendis Proverbiis adhibere modum; est enim optimarum quoque rerum si minus satietas, certè modus quidam. Multis itaque de causis statueram ab hoc studii genere posthac feriari: vel quòd argumenti natura sit infinita, ut nihil egerit qui hoc agat ne quid omninò prætermittat (præsertim vetustis autoribus, qui hactenus delituerunt, in luce emergentibus:) vel quòd tantum operæ sit huic impensum negotio, ut citiùs metuendum existimarem, nè Lector copiam pertæsus clamaret, Ohe jam satis est, quàm aliquam desideraret accessionem: vel quòd hæc ætas ac mens jam profectò non eadem, ab hujusmodi literis abhorrens, magis ad ea raperetur, quibus vel immori nec indecorum sit nec inutile: vel quòd perpenderem hoc genus floscules ac gemmas, quibus eruditi scripta sua consueverunt insignire, plusculum habere gratiæ, si quis eos sibi ex autoribus non omninò vulgo prostitutis decerpat, quàm si ex protritis hujusmodi collectaneis desumat. Quanquam hæc causa non deterruit *Græcos* quo minus tam multi viri graves juxta ac eruditi, *Paræmiologias* conscriberent. Apud me quoque vicit utilitatis ratio, quòd hanc operam plurimum conducere videbam, cum ad eluendas mendas ex priscis autoribus, tum ad submovendas salebras, ad quas subinde restitabant mediocriter literati. Proinde quòd nunc hanc non exiguam coronidem adjecimus, magis, nè dolo dicam,

Epist. 28.

datum

datum est typographorum efflagitationi, quàm animo meo. Facit enim *Pyladis* quædam amicitia, quæ mihi quondam cum optimo viro *Joanne Frobenio*, nunc cum patris simillimo *Hieronymo Frobenio* intercedit, & par utriusque in provehendis optimis studiis industria mirabilis, ut quum interdum illis quædam negare voluerim ac fortasse debuerim, pernegare quiverim nihil. Etenim autem hæc laboris portio tantum utilitatis adferat studiosis, quàm mihi parum attulit voluptatis. Porrò ut nihil horum fuerit, tamen incivilius parúmque candidum videbatur, aliis eruditis ad ejusdem argumenti tractationem accinctis, nihil facere reliqui? qui vel ingenii vigore, vel industria juvenili, vel copiosiore voluminum lectione instructi, fructum uberiorem studiis allaturi sunt. Quorum conatibus adeo non est animus obstare, ut vehementer etiam gavisurus sim si quis nostram obscuret operam. Illud modò lectorem, quòd jampridem admonui, nolim oblivisci: nequid miretur si in hoc opere quædam occurrent diversis temporibus scripta; in causâ sunt crebræ editiones, non sine novis auctariis. Primùm enim hujus argumenti gustum dedimus apud *Parisiorum Lutetiam*, per typographum *Joannem Philippum* natione *Germanum*, qui tum officinam habebat in vico divi *Marci*, ad insigne *Trinitatis*, anno M. D. Mensem non expressit typographus, sed epistola quam præmisit *Faustus Andrelinus*, habet ejusdem anni decimum quintum diem Junii. Hanc editionem aliquanto pòst æmulatus est *Jodocus Badius*: deinde *Matthias Schurerius Argentorati*: post hæc, opus ad voluminis magnitudinem adauctum, *Venetiæ* edidimus apud *Aldum Manutium*, Anno millesimo quingentesimo octavo. *Aldinam* editionem me inscio æmulatus est *Basileæ Joannes Frobenius*, à quo plus septies excusum est idem opus, at nunquam sine accessionibus. Quoniam autem hoc scripti genus constat industriâ hinc atque hinc deterpendi, non ita multum laudis tulerit qui primus apud *Latinos* aggressus sit παροιμιολογεῖν, nisi quid promereatur judicandi tractandíque dexteritas. Siquis proferet editionem vetustiorem eâ quam ostendi fuisse primam, ei lubens hoc laudis tribuero, quòd illi non illiberalis cogitatio ante alios venerit in mentem. Et sanè mirum est, quum apud *Græcos* tot clarissimi scriptores ex professo tractarint hoc genus, apud *Latinos* nullum extitisse, vel è turbâ Grammaticorum, qui simile negotium susciperet: quum, meâ sententiâ, *Latinorum* horti non minus vernent istiusmodi flosculis quàm *Græcorum*. Sed nescio quo pacto *Græcorum* admiratio propensior effecit ut *Latini* sua videantur habuisse neglectui. Alioqui non video quamobrem *Vergilius* sit *Homero* & *Hesiodo* posthabendus: aut *Seneca*, quisquis is fuit, *Euripidi*; aut *Plautus* & *Horatius Aristophani*; nam *M. Tullius* quod ad hanc sanè rem attinet, longe superat *Demosthenem*. Quisquis igitur hoc primus apud *Latinos* aggressus est, rem nec illiberalem nec infrugiferam aggressus est. Jam biennium exierat ex quo *Lutetiæ* operis hujus gustum fueram auspicatus, quum *Lovanii* agens, fortè ex *Hieronymo Buslidio*, qui tum recens ex *Italia* venerat, nactus sum libellum Adagia pollicentem; in eo comperi proverbia ferè sepruagin-

A mentariis collecta. Contuli autem [illegible] nus erat idem, sed [illegible] præcesserat: & res satis ipsa declarat [illegible] alterî tum fuisse notum, [illegible] gitationem incidisse [illegible] fert quis primus hoc argumentum attentaverit, quisque nostrûm primus fuerit; si primus [illegible] neri est sequutus. De *Lavinio* [illegible] auxit Proverbia qui plura edidit, [illegible]

B auxi, qui prima statim editione [illegible] octingenta, quorum bonam partem [illegible] fragmentis *Diogeniani Græci*. At [illegible] mìn tot *Chiliadas*, curvis proclive [illegible] lectaneis aliquam accessionem adj[illegible] profiteatur ex bonis autoribus esse [illegible] nec mentiatur tamen; non enim [illegible] ex optimis quibusque autoribus decer[illegible] genti nomenclatura, sicuti par est, [illegible] quid cui ferannus acceptum; adeo ut [illegible]

C *Solinus* debitâ laudis portione fr[illegible] tantum abfuit ut me plumis alienis [illegible] luerim. Hæc indigna decrem quæ [illegible] rentur, nisi viderem hoc à quibusdam [illegible] ut primi hoc exemplum induxisse [illegible] à aliis, nè quid ex meis *Chiliadibus* [illegible] pisse mutuò, sed rem totam suis [illegible] *Marte* confecisse. Atqui si decerpta [illegible] tustis autoribus quæ prodant, quum [illegible] fideat infinita Proverbiorum copia [illegible]

D terminissimus, cur, his præterim[illegible] congerunt à nobis prodita, tam pauca [illegible] à nobis intacta? Cur tam rarò citant [illegible] à nobis non citatos? Et si quid [illegible] vent, an credunt illicò bene [illegible] tum, si veteribus ollis novas [illegible] Si nostra non legerunt, quâ fronte [illegible] se nihil habere mecum commune! [illegible] ac dissimulandum putant, certè [illegible] dexteritate tractandi perficiendum [illegible]

E suboleret fucus. Ego sanè quanquam [illegible] tus videor in bonis autoribus, ut non [illegible] sit opus ex recentiorum miscellaneis [illegible] men nullus est hodie literator tam [illegible] si libellum ederet Adagia pollicentem, [illegible] turus sim eum lectione: quòd verè [illegible] lum esse librum tam malum unde [illegible] boni possis decerpere. Nolle legere [illegible] tant argumentum commune tecum, [illegible] arrogantiæ: dissimulare quum legeris, [illegible]

F est ambitionis: inficiari beneficium, [illegible] ingratitudinis. Hæc illorum causâ [illegible] priusquam meâ. Nam quod ad meum [illegible] mum, térque quatérque libenter [illegible] volo, cudere ac recudere Proverbia, [illegible] lint seu malint vetera. Si id fecerint [illegible] ùs, nihil offecerint meo nomini: sed [illegible] pura deterior purpuram meam illustrabit [illegible] Sin fœliciùs, gratulabor communibus [illegible] in his mihi quoque. Nec addubito quin [illegible]

G lum plurimos habeat juvenes qui me [illegible] hoc stadio præcurrere: palma in medio [illegible] at qui potest. Sed de his plura quum [illegible] Unum est in quo mihi fortassis opus [illegible] æquitate; quoniam toties ex longis [illegible] ditum est hoc opus, non arbitror ubique [illegible] nè repetantur eadem. Vale, quisquis [illegible] Lector.

De

De Ratione veræ Theologiæ.

Reverendissimo sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ T. T. S. Chrysogono Cardinali Moguntinensi, & Magdeburgensi Archiepiscopo, Principi Electori, Primati, &c. Administratori Halberstadensi, Marchioni Brandenburgensi, Def. Erasmus Rot. S. D.

Liberalis quidam, & ingenuus ingenii tui cantor inciderat, opinor, reverendissime Præsul, & adeò Princeps illustrissime, ut ex meis libellis, longè quàm pro meritis majorem opinionem de me conceperis. Et tamen istum animum tuum si mihi, certè literis ac virtuti gratulor, quarum ibi sunt id, quod me credis esse. Siquidem ut hactenus errat tua celsitudo, quòd tantum laudis tribuit *Erasmo*, non errat tamen in hoc, quòd egregiam virtutem cum eruditione pari copulatam, in quocunque comperiatur homine, summorum Principum studio fovendam ornandámque censet. Quanquam autem non dubitabam, quin ex congressu nonnullam opinionis meæ jacturam facturus essem apud te, tamen apprimè gestiebam in tam eximii Principis amplexum accurrere, ac nè prorsus ἀδωρος venirem, *Pauli* ad *Romanos* epistolæ Paraphrasin tuo nomini destinâram. Hunc animum meum literis significâram juveni, non minùs eruditione, quàm imaginibus claro, *Udalrico Huttено*, sed hoc tuæ nobili, quòd tua dignitas illum inter præcipuos, ac interiores officiarios complectitur. Sed ea mox mutata est sententia, quòd magis convenire videretur, ut quod *Romanis* scriptum esset, illorum inscriberetur. Interea nec per fortunam tui conspectu frui datum est, nec per studiorum immodicos labores licuit apparare, quod tuâ celsitudine dignum haberetur. Etenim cùm proximè *Basileam* repeterem, in diversam ditionis tuæ partem procul te contuleras; rursum ubi me recipierem in patriam, jam apud Cæsarem agebas *Augustæ*. Quod quidem iter cùm mihi vel cunctis, vel redeunti multis nominibus infaustum fuerit, nullo tamen infelicius, quàm quòd tui non contigit copia. Porro, dum posthabitis curis omnibus, pro viribus adnitor ut No. Test. *Leone* X. cui dicatum erat, dignum efficiam, ac proinde iterum atque iterum novo, mihi penè veternum collegi, dum hoc à senio vindico, mihi senium contraxi; dúmque illud, ut scribis, pristino nitori restituo, mihi squalorem ac situm conciliavi. Nam laboris, ut voluptatis & gloriæ quàm minimum habet, ita tædii, molestiæque plurimum. Ac penè duplicabat molestiam, quod complures experiret ingratissimos, quorum utilitati potissimùm tantum laboris defodabatur. Tandem & à laboribus quibus distringebar, & à morbis qui me propemodum exinanierant, utcunque mihi restitutus, officii mei meminisse cœpi, atque hisce literis, quando adhuc secum non licet, amplitudinem tuam saluto, simúlque gratulor tot ornamentis tuis Cardinalitiæ dignitatis fastigium accessisse, unde tibi hoc etiam plus decoris adjunctum est, quòd à Pontifice integerrimo, nec emptum, nec ambitum obtigit, & adeò non ambitum, ut nisi *Maximiliani Cæsaris* auctoritate permotus, obstinatè fueris recusaturus.

Adjunximus epistolæ libellum *De ratione studii Theologici*, nomini hoc tuo nomini dedicato, fidem meam liberemi, verùm ut hoc velut arrabone dato, magis ac magis astringam. Optabat R. T. D. ut Divorum vitas illustrarem meo stilo, ac ego conatus sum, ut ipsi Divorum Principi meâ qualicunque industriâ lucis nonnihil adderem. Nam gaudet ille, totius gloriæ fons, etiam piis suorum studiis utcunque nobilitari. Cæterùm sermone vix consequi queam, quantopere deamem indolem istam tuam, cui juveni, inter tot ditionis administrandæ necessarias magis, quàm sacras sollicitudines, illud vel inprimis cordi est ut Divorum vitæ, quæ partim habentur fabulis anilibus simillimæ, partim eo proditæ stilo, ut nemo doctus aut gravis absque nausea possit legere, primùm majore delectu, majoréque fide: deinde sermone si non facundo, certè mundo, castóque tradantur. Perspicit nimirum tua prudentia, id quod verissimum est, non mediocriter ad *Christiana* Religionis ornamentum facere, nè quid omnino canatur, aut legatur in Templis, quod non gravissimo doctissimóque cuique placere queat, hoc est, quod non ex divinis libris haustum sit, aut certè à viris eximiis profectum. Nunc *Siculis*, quod aiunt, gerris vaniora: nunc cujuslibet deliri senis, aut etiam aniculæ, somnia huc irrepserunt, & indies magis ac magis irrepunt. Verùm hac in re præstare quod desiderat celsitudo tua, magis opto quàm possum. Ego præter conatum sedulum nihil polliceor. Non desunt autem vel apud *Germanos*, qui meâ sententiâ cumulatè valeant tuis sanctissimis votis satisfacere: vel *Huttenum* habes domi, linguæ *Latinæ* delicium. Interea mihi magis libet tibi mentem istam Episcopo dignam, quàm fortunam quamlibet amplam gratulari. O felicem *Christi* populum, si passim contingat tales esse Præsules, quibus *Christi* gloriâ nihil sit antiquius, qui gemmarum lutem, qui auri fulgorem, qui argenti nitorem, qui byssi candorem, qui cocci ignem; breviter, qui totum *Aaronis* ornatum moribus ac vitâ referant, quibus etiamsi pallium ac pedum detrahas, tamen Episcopos agnoscas! In te fortuna, quam antiquitas cœcam faciebat, oculata videtur. Generis tui longè clarissima stemmata morum tuorum ornamentis illustras. Archiepiscopi dignitatem vitæ integritate conduplicas. Cardinalitio galero nescio quid Majestatis additum videtur, posteaquam tu non recusâsti. Quid superest, nisi ut *Christum* Opt. Max. comprecemur, ut istam mentem tibi, te nobis quàm diutissimè servet incolumem. *Lovanii* XI. Calend. Januarii, Anno M. D. XVIII.

De modo Confitendi.

Def. Erasmus Rot. R. P. Francisco Molinio Episcopo Condomiensi designato S. D.

Hilarius noster tuas perferens literas, ornatissime Præsul, rari cujusdam candoris & benevolentiæ singularis erga nos plenas, profectò plurimam attulit hilaritatem. Itaque quando tu dignatus es nobis significare, quid istic rerum geras, mihi vicissim visum est curare, nè nescias quid rerum nos hic agebamus, quum tua redderetur epistola. *Horatius*, quum ea meditaretur quæ pertinerent ad bene vivendum, ita scribit, *Epist.* 30.

Condo & compono, quæ mox depromere possim. Hoc carmen mihi justiùs usurpâro, qui tum in his eram, quæ faciunt ad bene moriendum. Nam hæc est præcipua Philosophiæ pars, maximéque seria. Id tametsi per omnem vitam agendum est omnibus, tamen nescio quo pacto *Phryges* sumus plerique, nec ferè nisi plagis reddimur emendatiores. Renum dolor, quum aliàs sæpe, tum mense Julio proximè acto, me sic afflixit, ut seriò fuerit de migrando cogitandum: verùm idem ad *Jesu* natalem me sic invasit, ut desperatâ vitâ, mors fuerit etiam in votis. Acerbus quidem, & agrestis monitor est calculus, & ipsâ quoque morte crudelior. Sed tamen hoc illi debeo, vel per illum potiùs Domino *Jesu*, quòd nunc sedulò damus operam, nè mors nos opprimat imparatos, etiamsi non dederit spatium exomologesi supremæ, quam nunc mittimus, velut appendicem mearum ad te literarum. Quâ si tuam epistolam bene pensatam judicabis, erit cur vehementer gaudeam. Nam animum istum scio me nullo unquam officio pensare posse. Eia Præsul integerrime, sic interim nobis fruamur in Domino, donec reddita temporum tranquillitas patiatur nos propiùs jungi. Bene vale. *Basileæ*, sexto Calendas Martias, Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

In Psalmum 1. Enarratio.

Des. Erasmus Roterodamus Beato Rhenano Selatstadiensi S. D.

Epist. 31. QUum videamus, *Beate* optime, illiteratum etiam hominum vulgus, xeniolis ultrò citróque missitatis, necessitudines suas vicissim alere, non putavi convenire, ut in optimarum literarum cultoribus hæc civilitatis, & officii pars cessare videatur, præsertim in nobis, quos communis studiorum ardor tam arctâ necessitudine copulavit, ut arctiore non possit. Nuper igitur cum itineris labore delassatis equis, dieculas aliquot apud divum *Audomarum* cogerer subsidere, nè tempus hoc omnino periret studiis, de parando tibi xeniolo cœpi cogitare, & commodùm veniebat in mentem quod graviter admonet *Seneca* noster, cumprimis esse despiciendum, non solùm uti munus dignum sit eo qui mittit, verumetiam aptum ei cui mittitur. Sic enim fieri, ut quæ per se vilissima sunt, hoc ipso reddantur pretiosissima, quòd commodè fuerint delecta. Quid autem magis mitti decuit ab homine Theologo, quàm eximium aliquem flosculum ex vernantissimis divinarum literarum areolis decerptum? Quid autem magis conveniebat mitti *Beato*, quàm ipsam verè beati formulam, divini Spiritûs penicillo depictam? Divinum planè cognomen, ut quod hominis naturam superet. Unde *Græci* Poetæ Numinibus hoc ceu peculiare tribuere consueverunt, μάκαρας eos appellantes. Neque prorsus in ullum mortalem tam eximii cognominis honor competit, nisi qui sic insitus sit *Christo*, ut jam veluti transfiguratus, & unum cum illo factus, quemadmodum in ipsius immortalitatis, ita & in tam egregii cognominis consortium asciscì mereatur. Nihil enim magis abest à veræ beatitudinis appellatione, quàm isti quos stultissimum vulgus beatos appellat. Sic enim illis tribuit beatitudinem, ut tribuit & divinitatem, vel impune ferans, vel turpiùs assentans. Toties in literis iteratur hoc *Beati* cognomen. Verùm usquam tributum offendimus [illegible] quam Monarchis, usquam *Sa[illegible]* *Beatos qui timent Dominum*, qui [illegible] ejus. Lego, *Beatum cui non imputavit* [illegible] *peccatum*. Lego, *Beatum, qui intelligit* [illegible] *& pauperem*. Lego, *Beatos immaculatos in via, qui ambulant in lege Domini*. Tot [illegible] nis ordines, & tamen istorum [illegible] ὄλβιος δὲ τις ἔστι, quemadmodum habet *Græcum* proverbium. Primus beatus ille, quem Dei timor à peccando cohibet. Rursum, beatus & is qui prolapsus quidem est in vitia, sed ita lachrymis commissa diluit, ut ei clemens Dominus non imputet, quod admisit. Neque non beatus ille qui precibus & charitatis officiis, vitæ superioris errata pensat. Nam hunc in die judicii à malo liberabit Dominus. Sed beatior est, quem divinæ legis [illegible] ab omni vitiorum inquinamento custodem immunem. Beatissimus autem, quem hic *Psalmus* describit, cui non solùm contigit nullis imbui vitiis, sed ita jugiter versatus est in præceptis divinis, ut cùm ipse perpetuæ vitæ [illegible] innocentiâ, tu aliis exemplo morum, [illegible] doctrinâ fructum pulcherrimum afferat. Macte igitur te tibi, hoc est Beatum *Beato*. Quid enim aliud magis quadrabat? præsertim cum tu ut ingenium nactus es nullis obnoxium vitiis, ita vitam pariter & famam ab omni vitiorum labe intactam tueri studeas, támque indefesso studio versèris in optimis literis, ut *Christi* tuo pulcherrimos conatus bene fortunante, & civitatis tuæ, jam tot egregiis ingeniis edita nobili, non mediocre lumen ac decus addas, & ipse sis fore, ut toti *Germaniæ* cum aliquando rursum erhibeas, ut intelligant homines, *Beati* vocabulum tibi non fortuitò, sed divini Numinis consilio contigisse. Proinde xeniolum hoc non solùm te commonefaciet *Erasmi*, cui, verumetiam teipsum tibi proponet. Faxit Deus Opt. Max. ut sicut hactenus studiorum societate dulcissimè conjuncti fuimus, ita posthac æternæ, veræque beatitudinis consortio simul frui possemus. Vale, amicorum optime. Apud divum *Audomarum*, Idibus Aprilibus, Anno millesimo quingentesimo decimo quinto.

In Psalmum 4. Concio.

R. P. Joanni Episcopo Lincolniensi in Anglia, Erasmus Rot. S. D.

ANte complures annos primus omnium *Coletii* me cohortatus es, integerrime Præsul, ut in *Psalmorum* opus ederem commentarios; nec verò desinis frequentibus epistolis, eandem occinere cantilenam. Exorti sunt deinde, quum eruditi quidam, tum etiam Principes qui idem flagitarent. Quibus dum video exsatisfactionem meam, licèt meâ sententiâ justissimam, non probari, subinde conatus sum introspicere sanctissimum hoc divini Spiritûs adytum: Verùm ad tentantem, aut aliò avocârunt occupationes, aut Religio quædam, ac veneratio Majestatis ab ingressu deterruit. In primum *Psalmum* olim ceu prælusi,

1753 ...ubi, in Secundum justum addidi Commentarium, in Tertium tentavi Paraphrasin; nunc in Quartum mitto Concionem, nullum non movens lapidem, si quà fortè succedat. Nec adhuc usque mihi satisfacio. Paraphrasin vix recipit hujus operis natura, & tamen in tanta commentariorum turba Lector esset aliquà tractationis novitate retinendus. Pergam, si tu gustum hujus conatus probaris, & si conantem tuis apud Deum precibus juveris. Bene vale. *Basileæ*, Nonis Januariis. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

De puritate Ecclesiæ Christianæ.

Christophoro Eschenueldio Teloni Poppardiensi, Erasmus Rot. S. D.

Epist. 33. *Christus Matthæum* à telonio sevocavit ad Evangelium, tu, *Christophore*, *Christum* & Evangelium in ipsum telonium induxisti, qui sic terreni Principis negotium geris, ut inter prophanas syngraphas semper sit aliquid libellorum, qui mentem tuam ad cœlestem Philosophiam instruat, quo verè sis *Pheronymus*, hoc est, fac nomini tuo respondens; nec jam scis *Chrysoborus*, ut sunt istius ordinis plerique, sed *Christophorus*. Plurimum enim abes à quorundam opinione, qui putant nusquam esse *Christum*, nisi in monasteriis, quum ille sit magis omnium communis, quàm sol iste, pariter lucens universo mundo. Et in aulis Principum, & in castris militum, & in triremibus nautarum *Christo* locus est, si adsit pius animus. Me verò quum in *Christo*, non tantùm supra meritum, sed propè etiam supra modum diligas, tamen charitati tuæ non est satis, quòd amore mutuo tecum paria facio; vis apud te extare proprium ac perpetuum aliquod nostræ amicitiæ pignus, quo *Erasmum* tibi præsentem fingas, & absentis desiderium leves: Id fieri posse significas, si *Psalmum* aliquem cum nostra enarratione ad te mittam; non libuit excusare; primùm homini tam amico, dein rem piam, juxta ac facilem postulanti. Tu puta tibi non chartaceum munus ex *Erasmi* paupere supellectile, sed pretiosam gemmam è mundo Sancti Spiritûs esse missam, quam non gestes digito, sed in corde recondas. An tu *Psalmum* designaris non satis memini. Nam Epistola tua latet in acervo, itaque quem sors obtulit arripui. Vale. *Basileæ*, sexto Calend. Februarii, Anno à Natali millesimo quingentesimo trigesimo sexto.

In Psalmum 22. Enarrationes.

Clarissimo Angliæ Baroni, Domino Thomæ Rocheforde Des. Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 34. EXimiæ cujusdam mentis evidens specimen jam olim dedisti, vir clarissime, quòd non satis ornatus tibi videbaris majorum imaginibus, stemmatis, torquibus aureis, & annulis, quæ tu cùm pro vetusta gentis tuæ nobilitate, tum pro moribus genere dignis meritò gestas, nisi & animum preciosiore quâdam catenâ ex honestissimis Philosophiæ disciplinis velut ansis contextâ, decorasses. Nunc impensiùs etiam gratulor tuæ felicitati, quòd homini potenti, laico, & aulico perspiciam etiam sacras literas esse cordi, téque nobilis illius margaritæ desiderio teneri, quo lubentiùs morem gessi sanctissimæ voluntati tuæ, *Psalmumque* quem designaris, trifariam enarravi; quàm feliciter, tuum facio judicium. Ipse certè non mediocrem hujus opellæ fructum cepi, quòd inter tractandum haud vulgarem animo voluptatem, solatiúmque persensi. Si tuo quoque animo perinde placuerit, mihi gratulor qui paruerim: Sin quæ displicent non gravaberis indicare, tibi gratias agam, qui me doctiorem reddideris. Scripsit in hunc *Psalmum* divus *Hieronymus*, sed suo more breviter, breviùs etiam *Arnobius*: beatus *Augustinus* non enarravit, sed notulas tantùm brevissimas addidit quod in memoriæ subsidium, opinor, solet dicturus apud populum; ac demiror quo casu commentarius interciderit. *Cassiodorum* non habebam, nec solet ille multum adferre momenti. Itaque magna ex parte res erat meo, quod aiunt, Marte gerenda, quanquam si quid bene cessit uni *Christo* debetur in solidum. *Basileæ*, Idus Augusti. Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo septimo.

In Psalmum 33. Enarratio.

Ornatissimo Præsuli, eidémque illustrissimo Principi D. D. Conrado Episcopo Wircenburgensi, orientalis Franciæ Duci, Des. Erasmus Roterod. S. D.

EXimiæ cujusdam felicitatis loco deputo, Præsul ornatissime, quòd tantus Princeps hunc infimæ sortis homunculum, in tuam clientelam, atque adeò, quæ tua est benignitas, in tuam amicitiam recipere dignatus sis, idque non vulgaribus etiam argumentis testatum esse volueris. Quanquam non hinc perinde magnam cepi voluptatem, quod viri summa utriusque status dignitate pollentis, & antiquissimis majorum imaginibus cum primis clari, favorem nactus essem, atque ob id quod in summam spem erigerer, fore ut aliquando hæc Religionis *Christianæ* tempestas nobis in tranquillitatem verteretur, posteaquam summatibus viris Ecclesiæ clavo assidentibus, sacras literas, verámque pietatem cordi esse videbam. Sed optimo jure videar ingratus, si tam optabile bonum, quod tua singularis humanitas occasione levi submonita verius, quàm provocata, tam amanter obtulit, ego meâ negligentiâ patiar obsolescere. Nam hominum benevolentia quemadmodum diutino silentio, sive ut elegantiùs à *Græcis* dicitur, ἀνεσιγηλείᾳ, primùm refrigescit, dein paulatim emoritur: ita vicissitudine literarum, & officiolis ultrò citróque commeantibus alitur ac vegetatur. Verùm, nè tuam R. amplitudinem inanibus appellarem literis, quæ nihil haberent præter vulgare salutationis officium, *Psalmum* adjunxi, quem in hoc ipsum recenti incubrationculâ enarravi, quo non solùm te tui clientis commonefaceret, verumetiam ceu xenium quoddam reponi posset, quotiescunque luberet deprimere, vel aliquid oblectamenti curis defesso, vel ab externis negotiis ad sacra-

tiora secedenti nonnihil utilitatis allaturum: si quid tamen omnino hic est, quod tali Præsuli, ulli possit esse usui. Certè per te aliis non parum fructûs accessurum spero. Nec dubito quin optimus pastor in tuis lucris numeres, quicquid ullo pacto gregis Dominici pietatem vel adjuvat, vel excitat: cui fovendo tuendóque, te summus ille pastorum princeps, ut quàm diutissimè servet incolumem precor. Vetustissimus mos est, ut clientes, ac liberti subinde misso munusculo gratam erga patronos voluntatem testarentur. Puta igitur hanc esse strenulam à clientulo, tenuis quidem fortunæ, sed devoti animi profectam. Apud *Friburgum Brisgoiæ*, nono Calend. Martias. Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo.

In Psalmum 38. Enarratio.

R. Præsuli, eidémque illustrissimo Principi, D. Stanislao Turzoni Episcopo Olmutzensi Def. Erasmus Rot. S. D.

Epist. 36. UNas *Amyclas* perdidit silentium, sed πολλὰς φιλίας ἀσφαλεστέρα σιώπησις, si qua fides priscorum Adagiis. Quum autem inter omnes possessiones nulla sit quæ cum fideli amico queat comparari, non existimavi, Præsulum ornatissime, committendum, ut mihi perpetua literarum intermissio tam insignem patronum videretur ademisse. Animo quidem meo nunquam exciderat amabilis ille *Turzo*. Id enim qui possim, ni essem unus omnium qui vivunt non solùm inhumanissimus, verumetiam ingratissimus? Sed interdum audiebam te mutâsse sedem, interdum addubitabam num in tantis rerum tumultibus esses incolumis, interdum nonnulla suspicio vellicabat animum, nè quis fortè ex istorum numero, qui aconitum in lingua circumferunt, veterem tuam in me benevolentiam vel extinxisset, vel certè refrigerâsset. Sed *Gaspar Velius* quondam tuæ benignitatis alumnus, quum Cæsaream synodum apud *Spirenses* indictam petens obiter nos inviseret, scrupulum omnem depulit, confirmans & tibi res omnes esse ex animi sententia, nec pristino tuo erga me studio quicquam decessisse; sed quod ante crebrò fecerat per literas, tum præsens præsentem objurgabat, quod apud tam eximium amicum, non aliquo studiorum meorum monumento refricarem mei memoriam. Quum responderem, eam quidem voluntatem mihi fuisse perpetuam, cæterum hactenus nihil enatum quod tanto Præsule dignum videretur, acriùs etiam me objurgavit, qui non satis pernôssem *Turzonis* humanitatem. *Nullus*, inquit, *libellus est tam pusillus, quem ille non sit magni muneris loco accepturus, modò is sit γνήσιος Erasmici ingenii fœtus.* Hic rursus quum excusarem jamdudum effœtum laboribus, calamitatibus, morbis, & annis ingenium, nullam accepit tergiversationem, nec conquievit, donec pollicerer quod exigebat. Feci itaque quod solent *Britanni*: inter absentes mittuntur symbola, signa vocant illi, in quibus nemo spectat pretium, sed ejus qui mittit animus gratiam addit xenio, etiamsi fragmentum sit panni cujuslibet, non magis ungue pollicis. Hoc exemplo provocatus, ac spe successûs è *Velii* sermone conceptâ, mitto *Psalmum* trigesimum octavum, à veteribus variè tractatum, sed sic ut meo quidem judicio torsisse, quædam parum intelle[illegible]. Ego porro quid præstiterim tum [illegible]. Illud verè profiteri licet, mihi nonnihil [illegible] esse, ut totius argumenti tenor [illegible]. Hoc quicquid est munusculi, si tua pie[illegible] serenâ acceperit, magnâ me affecerit [illegible], sed eam ipsam conduplicabis, si per literas [illegible] care dignaberis, si quid secus à me tra[illegible] les. Nec dubito quin hujusmodi multa [illegible] curtura. Cæterùm in hoc commentario [illegible] bis obiter nonnullam horum temporum [illegible] nem, quibus inter tot humanæ vitæ calamitates nulla perniciosior, inter tot pestes nulla pestilentior, quàm linguæ letali veneno tinctæ, quæ sic τυραννεύσαι hoc sæculo, ut non alio magis. Cognosces autem & nonnullam partem rerum nostrarum, ac fortasse miraberis hunc seniculum sententiam in tantis undique lacessentibus procellis ac tempestatibus, adhuc rectum tenere cursum. Sed ὁ κύριος ἐφανερώσατο τῇ ζωῇ μου, ἀπὸ τῶν [illegible]. Libet enim apud te ἰωνιζειν, quem accipio nuper idem, licèt, ni fallor, ὀφθαλμὸν οὐ γέρων [illegible] esse φιλόμουσα, *Gracísque* literis strenuam [illegible] operam, ingenti sanè multorum pudore, qui juvenes præcipuam hanc studiorum partem negligunt, & ad Theologiæ adyta illotis, ut aiunt, pedibus irrumpunt. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, Idibus Februarii, millesimo quingentesimo trigesimo secundo.

In Psalmum 83. Enarratio.

Def. Erasmus Roterodamus clarissimo viro Julio Pflug S. D.

QUantopere te pigeat horum semper in pejus gliscentium dissidiorum, quantóque pectoris ardore suspires piis omnibus optabilem [illegible] concordiam, *Juli* vir ornatissime, satis [illegible] tot tuæ ad me Epistolæ, semper eadem [illegible] nentes cantilenam, magnáque instantia [illegible] gitantes ut hujus tempestatis me sedatum [illegible] beam: quod tu quum nihilo verecundius [illegible] quàm si jubeas *Pigmæum Atlantis* vice [illegible] cœlum, tamen à me nullam admittis excusationem. Erras tu quidem, mi *Juli*, vehementer ignorantiâ mei; verùm hic error quo major est, hoc magis declarat insignem tuam pietatem erga Dei domum, in qua tu non infirmum [illegible] cum, tenésque ob eximias virtutes tuas [illegible] simò: quibus hoc decentius ornaris, quòd [illegible] nullum omnino tollis supercilium, sed [illegible] Domini munificentiam; quales viros si multos haberet Respublica *Christiana*, aut si [illegible] non extitissent, aut jampridem essent [illegible] ti. Ipse verò sic inter sacrum, ut aiunt, & [illegible] xum constrictus, ut quod flagitas nec [illegible] re per te liceat, nec ex me præstare valeam; medium quiddam reperi, quo te posthac [illegible] liquanto placatiore. Tractavi *Psalmum* LXXXIII. in quo divinus ille Spiritus mirè nobis commendat Ecclesiæ concordiam. Non parum juvat hortator in hoc sanè negotiorum genere, in quo [illegible] na pars facti est propensa voluntas, cui nunquam deesse solet benigni numinis præsidium. Quòd si *Christus* & illud largiri dignetur, ut Ecclesiæ pacis amor, quo tu tam insigniter [illegible] omnium

1757 omnium animos corripiat, brevi futurum est, ut nec ego flagitando, nec ego recusando summam inanem operam, sed uterque alteri gratulemur. Vale. Ex *Friburgo*, pridie Calend. Augusti, millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

In Psalmum 85. Expositio Concionalis.

Reverendo in Christo Patri ac D. D. Joanni Longlando Episcopo Lincolniensi in Anglia, Des. Erasmus Rot. S. D.

pag. 38. VEtus, ac vera sententia est, suspiciendæ Præsul: *Rogando cogit, qui rogat potentior*: sed longè magis rogando cogit, qui rogat bene meritus. Potentiori non gerere morem, parum est totum, sed bene merito non obsequi turpissimum est. Longè detestabilius est ingratitudinis, quàm imprudentiæ vitium. Porrò, quoties rogat, cui jus est imperare, is hoc ipso magis imperat, quia non imperat, sed rogat. Siquidem imperanti negare, contumacis est; roganti, inhumanitatis. Jam qui quum possit pro sua autoritate præcipere, pro meritis reposcere, verecundè etiam rogat, & quodammodo rogando non rogat, is nimirum multò violentissimè rogat, ut frequenter impetret pudor, quod nulla impetrâsset flagitatio. Tot igitur machinis quum me pulsaris, reverende pater, autoritate, meritis, verecundâ petitione, hoc minus fuit excusare, quòd ipse quasi suggesteris excusationem. Mihi verò nec una, nec simplex erat excusandi materia, eáque fortasse justior quàm tu quoque velles, sed tanto Præsuli, sic meritò, sic petenti negare non potui. En habes *Psalmum*, utcunque tractatum, tamen obsequii citra omnem exceptionem devoti testimonium. Animum probes oportet, si minus probas ingenium. Nec conatum potes aspernari, si parum respondet eventus. Non te remorabor à *Psalmo* diutiùs. Bene vale. Datum *Basileæ* mense Augusti, Anno à *Christo* nato, millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

De Misericordia Domini.

Reverendo in Christo Patri ac Domino, D. Christophoro Episcopo Basilienſi, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

pag. 39. GAudeo quod perquam elegans tua veneranda Opiera Misericordiis Domini dicatum institutum, nos misericordiæ Encomium consecravimus, nec ulla in re libentiùs paruimus voluntati tuæ, Præsul integerrime, cui semper paremus perlibenter. Nullum enim argumentum magis congruebat vel isti tuæ pietati, quâ vehementer cupis universos mortales per Dei misericordiam salutem consequi, vel huic seculo longè corruptissimo. Nimirum in tanto miseriarum diluvio conveniebat omnes ad asylum divinæ misericordiæ cohortari. Hanc operam eò libentiùs tuo jussu suscepimus, quòd reputaremus nos simul, & tuæ sanctissimæ voluntati gratificaturos, & Deo rem non ingratam facturos. Utinam autem, & apud homines tantum valeat studium utriusque nostrum, ut nostro hortatu quamplurimi pristinam abjicientes malitiam, ambiant Domini misericordiam, quæ tuam venerabilem senectutem semper fovere dignetur. *Basileæ*, quarto Calend. August. Anno M. D. XXIV.

De Virginis & Martyris comparatione.

Des. Erasmus Rot. integerrimo doctissimóque Patri Heliæ Marceo Machabæiticarum, honoratissimi Machabæorum Collegii Moderatori S. D.

MIttimus libellum & brevem, & serò: sed quem fatearis & prolixum, & satis maturatum, si scias quàm nihil otii mihi reliquum faciant ad gratificandum amicis in hujusmodi materiis crebræ ægrotationes, penè jugis occupatio, quum aliis in rebus, tum præcipuè in mittendis, ac recipiendis Epistolis: deinde studiorum labor, quem exigunt argumenta suscepta. Si satis factum est voluntati tuæ, vehementer gaudeo: sin minùs, certè promptam animi nostri voluntatem probes oportet, si modò non falsò nobis tua prædicatur humanitas. Quum dabitur plus otii cumulatiùs tuo pio desiderio satisfaciemus. Bene vale, cum honorabili choro tuo, vir optime. *Basileæ* tertio Calend. Augusti, M. D. XXIV. *Epist. 40.*

De Christiani Matrimonii institutione.

Inclyta Anglorum Regina D. Catharinæ, matronarum decori, Des. Erasmus Rot. S. D.

JAm plusquam biennium est, Regina clarissima, quod clarissimo *Guilielmo Montjovio* aulæ tuæ præfecto, recepi me nonnihil conscripturum *De Institutione Christiani Matrimonii*. Quanquam autem mihi perpetua fuit usque voluntas præstandi quod spoponderam, tamen toties tot negotiis, molestiis, ac morbis, ab hoc negotio vel submotus sum, vel avocatus, ut cœperim vereri, nè fidem meam hic requireret, quàm serò quidem libero, cæterùm an in totum liberem nescio. Nam qui justo numero, sed iniquo pondere, nec satis probâ materiâ resolvunt æs alienum, à commodis creditoribus dimittuntur, cum difficilibus habent litem. Idem mihi metuo, nisi quòd res est cum æquissimis, ac facillimis creditoribus. Ad hoc ut vivat, spirétque, deinde ut sibi constet quod scribis, plurimum habet momenti; calor, & impetus animi, si liceat illum persequi. Nunc mihi nunquam contigit totum biduum in argumento suscepto perseverare. Unde mirabor ipse, si non offendet passim frigens, & abruptus sermo. Quòd si ego in depingendo Matrimonio non satis probum artificem præstiti, tamen ex tuis sanctissimis moribus absolutum exemplar petere licebit, vel sanctissimi, vel felicissimi conjugii. Absit adulationis suspicio. Non tua bona, sed dona Dei in te tum miramur, tum prædicamus. *Elizabetha Hispaniarum* quondam Regina, matris tuæ virtutes heroicæ pridem orbe toto celebrabantur, cujus integerrimi mores verè bonus odor erat Dei in omni loco. Tuæ dotes nobis propiùs cognitæ sunt, ex quibus & illius virtutes æstimamus, non aliter quàm ex tabula pictoris artem agnoscimus. Nec minus absolutum opus in *Maria* filia tua expectamus. Quid enim non expectemus à puella sanctissimis prognata *Epist. 41.*

parentibus, & ſub tali matre educata? Dominus hanc felicitatem orbi *Chriſtiano* ut perpetuam eſſe velit precor. Bene vale. Datum *Baſileæ*, Id. Julii, Anno Dom. M. D. XXVI.

De ratione Concionandi.

Clariſſimo Principi & ampliſſimo Præſuli, Chriſtophoro à Stadio, Epiſcopo Auguſtæ Vindelicorum Def. Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 42. REipſa comperi, *Chriſtophore*, Præſulum hujus ævi decus, nequaquam eſſe vanum, quod priſcis oraculis proditum eſt, ſponſionis comitem eſſe noxam. Ante complures annos pollicitus ſum opus aliquod *De ratione concionandi*, nec ſeriò, ut ingenuè quod res eſt fatear, nec ſatis ex animo. Dein quum non ſeriò promiſſum ſeriò flagitaretur, nec eſſet ocium ad præſtanda de quibus appellabar, cœpi obiter in chartis quædam annotare velut uſui futura, ſi quando fortè daretur voluptas & facultas opus aggrediendi. Verùm id factum eſt nec diligenter, nec ordine, ſed ſparſim, ut quicquam ſeſe cogitationi per occaſionem offerebat. Poſtea quum magis etiam urgeret flagitatio, cœpi ſchedas recolligere, non diſjectas modò, verumetiam laceras jam & ſitû corruptas. Quibus excuſſis, magis ac magis meus animus à negotio abhorrebat, cùm antea ſemper arcano quodam ſenſu mentis abhorruiſſem. Videbam argumentum varium pariter ac vaſtum, quod in immenſum volumen eſſet evaſurum, ſi juſta cura tractaretur, tum, ut nunc quidem eſt temporum ſtatus, non cariturum invidiâ. Cæterùm quum non eſſet appellandi finis, nè viderer omnino malæ fidei ſponſor, reluctante genio calamum admovi chartis. Quum nihil ſuccederet, rejeci quod orſus eram. Iterum rejecta ex longis intervallis recepi in manus, ſi fortè incaleſceret animus: quem non aliter vinculis tenacibus ſtrinxi, quàm apud *Maronem Proteum* ſtringit *Ariſtæus*. Sed illi ſucceſſit conatus, mihi non ſucceſſit. Sperabam interim in tanta mora aliquem exoriturum, qui ſibi materiam hanc ſumeret, præſertim in tanto proventu felicium ingeniorum quæ producit hoc ſeculum, tantóque ſtudio cudendi nova volumina. Quum nullus exiſteret qui vices meas ſuſciperet, & indies acriùs multorum tum vocibus, tum literis appellarer, nec jam ſine convitio, propemodum invitâ *Minervâ* ſylvam operis congeſſi, rudem quidem illam & indigeſtam, ſed quæ teſtari poſſit mihi voluntatem præſtandi promiſſi non defuiſſe, ſi par animo fuiſſet facultas. Nec hoc ipſum tamen licuit perpetuo labore peragere: ſed nunc adverſa valetudo, nunc alii labores tranſverſum incurrentes compulerunt orſa de manibus deponere, víxque datum eſt poſt longa intervalla ad inſtituta redire. Hinc eſt quòd eruditus lector fortaſſe deprehendet quædam hiulca, quædam inchoata, quædam repetita, quædam loco alieniore dicta. Dicet hîc aliquis, Quin igitur extremâ manu quæ diſplicebant emendâſti? Nè dicam dolo, piguit vaſtum opus retexere, quando hoc ipſum quod præſtiti, ægrè licuit per valetudinem indies afflictiorem. Neque quiſquam facilè credat, quàm miſerè animus jamdudum affectet ab his laboribus in tranquillum ocium ſecedere; quódque ſupereſt vitæ, ſupereſt autem vix brevis palmus ſive pugillus, ſolum cum eo ſolo [illegible] qui clamavit olim, nec hodie mutat vocem: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & reficiam vos.* Quandoquidem in tam [illegible] nè dicam ſorente ſeculo, in tot moleſtiis [illegible] ipſa tempora publicè invehunt, ſel [illegible] ætas ac valetudo, nihil reperio in quo meus [illegible] libentiùs conquieſcat quàm in hoc arcano [illegible] quio. Has ob res magis etiam confido fore, [illegible] ctor æquus hoc qualecunque eſt quod [illegible] ni conſulat. Qua de re recum non ego [illegible] ornatiſſime, cujus ſcio tantum eſſe [illegible] ad *Eraſmi* tui nævos amanter connivere [illegible] ſicubi conatum noſtrum vires deſtitu[illegible] ptam voluntatem pro officio interpretari. [illegible] mam argumenti in quatuor libros digeſſ[illegible] primo demonſtravimus munera digni[illegible] quibus virtutibus oporteat eſſe præ[illegible] aſten. In ſecundo ac tertio quæ ſum[illegible] onibus Rhetorum, Dialecticorum ac [illegible] rum, ad uſum concionandi accommoda[illegible] tus velut elenchus commonſtrat. Eccleſi[illegible] ſententias ex quibus Scripturæ locis petan[illegible] quem tamen hactenus abſolvimus, ut [illegible] lectori viam modò commonſtraverimus, [illegible] erat nec unius nec exigui voluminis. Hanc [illegible] ſylvam, ſic enim appellare malim quam [illegible] quidem promiſeram, ſed tacitâ dumtaxat cogitatione propemodum deſtinâram *Joanni* Epiſcopo *Roſſenſi*, viro ſingulari pietate [illegible] eruditione, qui cum mihi vetus & arcta [illegible] amicitia. Is enim potiſſimùm me [illegible] hoc laboris impulit, ſignificans ſe in celeberrima ſchola *Cantabrigienſi*, cui perpetuus erat [illegible] Cancellarium vocant, tria inſtituere collegia, de prodirent Theologi, non tam ad [illegible] mati, quàm ad ſobriè prædicandum verbum Dei inſtructi. Erat ipſe ſingulari linguæ [illegible] tus, atque hoc nomine olim egregiè [illegible] *Henrici* qui nunc *Angliam* moderatur, [illegible] næ. Inſpirârat Deus ei mulieri cogitationem [illegible] minimè muliebrem. Quum enim aliæ Principes primos cenſus extruendis monaſteriis [illegible] ant, ídque, ut vereor, gloriæ cauſâ magis [illegible] pietatis: hæc omne ſtudium ſuum ad rem omnium ſanctiſſimam contulerat, vivens etiamnum valens, adeò nihil inde captans auræ populari, hæc propemodum furtim ageret. Complurib[illegible] locis non mediocribus ſalariis conſtituebat, ſi quos reperiſſet idoneos ad populo tradendam Philoſophiam Evangelicam: atque etiam in [illegible] ingentem pecuniarum vim *Joanni* Epiſcopo [illegible] dit, quam omnem vir integerrimus vel in [illegible] hendos Eccleſiaſtas, vel in ſolatium egentium impendit, adeò nihil inde ſibi detruncans, ut [illegible] etiam facultates largiter adderet. Recte judicarunt & heroina illa ſancta, & Epiſcopus ea pietatis unicum exemplar, nihil eſſe quod ad [illegible] dandos populi mores plus habeat momenti, quàm ſi per idoneos concionatores ſpargatur ſanus Evangelicæ doctrinæ. Unde enim in plerorumque pectoribus adeò friget *Chriſtus*, nè dicam extinctus eſt? Unde ſub *Chriſtiano* nomine tanta paganitatis, niſi ex inopia fidelium Eccleſiaſtarum? Mihi viſus eſt etiam *Italiæ* populus, de Principibus nihil dicam, docilis ad pietatem, niſi deſint doctores. Sed hæc aliàs tempeſtiviùs. Nunc ut peragam quod cœperam, quando Præſul [illegible] mihi

fato ademptus est, visum est hoc, quod ejus est laboris, felicibus tui nominis auspicijs hominum emittere, cujus insignis humanitas mecum animum in tanta amicorum jactura præcipuè consolatur. Deflentur merces naufragio amissæ, at quæ merx tam pretiosa, ut cum syncero amico conferri queat? Quid igitur hac tempestate crudelius, quæ me tot spectatissimis amicis spoliavit? Pridem *Guilhelmo Vuarano*, Archiepiscopo *Cantuariensi*, nuper *Guilhelmo Mauritio*, Episcopo *Roffensi*, & *Thomæ Moro*, qui fuit ejus regni supremus judex, cui pectus erat omni nive candidius, ingenium quale *Anglia* nec habuit unquam, nec habitura est, alioqui nequaquam infelicium ingeniorum parens. In tanta calamitate duæ mihi res præcipuè dolorem leniunt. Primùm dum cogito nos brevi felicius apud *Christum* jungendos esse. Deinde dum reputo quam insignem amicorum chorum mihi dederit *Anglia Vindelicorum*: cujus tu ut primus es, ita longè syncerissimus, nisi quòd tecum pariter facere tendit magnus ille *Joannes Paungartnerus*: cui proximus est *Antonius Fuggerus*, benignissimus studiorum altor. Hic est funiculus triplex, quem *Salomon* negat facilè rumpi: sed is fit firmior accessione *Joannis Choleri*, qui, ceu quartus funiculus tribus illis circumvolutus, conjunctionem reddit prorsus indissolubilem. Vestra igitur benevolentia mihi præstat, non quidem ne doleam, sed ne dolori succumbam. Orandus Deus est, ut tam pretiosum thesaurum mihi servet incolumem. Porrò, quod ad operis spem attinet, si minus contingat eruditorum calculis approbari, illud fortassis efficiet, ut doctior aliquis hoc exemplo provocatus, id præstet quod nos præstare volumus, próque sylva proferat opus numeris omnibus absolutum, ac tandem fiat, ut Dominus plures syceros operarios mittat in messem suam. Etenim quemadmodum, juxta veteris Proverbii jocum, multi sunt boum stimulatores, sed aratores pauci: ita facilè pares qui loquatur apud populum, at qui ex animo, qui bona fide dispenset verbum Dei, non petinde facilè reperias. Dei munus est, ut sementis per fideles ministros facta bene proveniat. Mundus videtur jamdudum parturire Christum, qui si verè formetur in animis nostris, multis indiciis sese proferet syncera radix eorum. Neque enim Evangelium verba sunt, ut loca ligna, quemadmodum ait *Flaccus*: sed quoties semen efficacis verbi exceptum fuerit à terra bona, multiplices edit fructus, ac velut herbescens mentis occultam syncritatem variis argumentis foràs profert. Populus fit magistratui obsequentior, legum tenacior, pacis amantior, à bellis alienior. Inter conjuges major est concordia, fides integrior, major adulterii detestatio. Maritus fit erga uxorem mitior, uxor erga maritum reverentior. Liberi majore cum tremore parentibus obsecundant, servi magis ex animo parent dominis suis, famuli inserviunt alacriùs. Opifices & quæ debent operas, meliore fide eas præstant. Qui negociantur, nemini faciunt quod sibi fieri nolunt. Atque, ut summatim dicam, omnes sunt ad benemerendum promptiores, ad vindicandum ac lædendum tardiores, minus avidi, magis sobrij. In quorum moribus hæc non apparent, sed his diversa potiùs: periculum est, nè nondum bonum semen hæserit in cordibus ipsorum. Sed desino concionari, quo jam vacet tibi *Concionatorem* meum legere, si tamen tuis oculis attribuíque digitis videbitur. Vale. *Basileæ*, postridie Nonas Augusti, anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo quinto.

In Symboli Catechesin.

Clarissimo viro D. Thomæ à Rascheford, Comiti Ormoniæ & Wilscheriæ, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

EQuidem videbam fore, Comes illustrissime, ut à nonnullis mihi improbitatis dica scriberetur, si post tam multos, tamque celebres Ecclesiæ doctores, quorum *Cyprianus* sic primus apud *Latinos* hoc tractavit argumentum, ut præcurrentem hactenus nemo potuerit assequi, cōmentarer aliquid in *Symbolum Apostolorum*. Rursus improbitatis reus ipse mihi futurus videbar, si tibi non gessissem morem, præsertim rem tam piam pio affectu flagitanti: maximè quum prius illud meum obsequium vetiùs quàm officium, quo *Psal.* XXII. exposuimus, tam candidè fueris interpretatus. Neque me clam est, te hanc opellam meam, non tibi, qui me doctore non eges, sed aliis rudioribus postulatem. Eóque sic tractavi rem, ut ad simpliciorum captum orationem totam accommodarim. Nec omnino video quid laudis hoc studio meo sim assequuturus, nisi fortè quòd quædam dicta sunt crassius, atque explanatiùs. Verùm laudem nihil moror, sed utinam hinc tantum utilitatis hauriant *Christianæ* militiæ tyrones, quantum & tu, vir clarissime, pro tua insigni pietate desideras, & ego pro mea quantulacunque portione dedi operam. Orandus interim Dominus, ut quod meis viribus diminutum est, de sua benignitate suppleat; & qui tibi istum religionis affectum inspiravit, dignetur felicem addere successum, non hac in re tantùm, sed etiam in omnibus quæ studio pietatis instituëris. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, Anno à *Christo* nato, M. D. XXXIII. *Epist.* 43.

In Precationes quasdam.

Optimæ spei puero Davidi, clarissimi viri Joannis Paungartneri à Paungarten filio, Des. Erasmus Rot. S. D.

OPtima primùm discenda sunt, nihil autem homini pietate melius, eóque parens tuus singulari prudentiâ vir, nihil prius habet, quàm ut liberos suos protinus à teneris unguiculis ad pietatem instituat, videlicet quo se vobis verum & integrum præstet genitorem; nimirum intelligens, felicitatem hac possessione longè beatiorem quàm opibus, quas habet amplissimas sine fraude partas: multóque ornatiorem, quàm antiquâ generis nobilitate, Regum amicitiâ, popularíque applausu, ditione externâ, cæterísque honoribus, quos ille magnos consequutus est, majores promeritus. Hæc enim illum reddunt hominibus suspiciendum, & amabilem, sola pietas Deo commendat. Ego verò ut pro mea erga illum benevolentia, & ipsius votis, & tuis conatibus nonnihil adferam adjumenti, *Epist.* 44.

adjumenti, mitto Precationes aliquot, quibus jam nunc insuescas cum Deo colloqui, qui tuæ puritiæ studia suo favore prosperare dignabitur. Vale, apud *Friburgum Brisgoiæ*, Idibus Feb. Anno à *Christo* nato M. D. XXXV.

In Præfationem ad D. JESUM, pro pace Ecclesiæ.

Des. Erasmus Rot. clarissimo L.L. Doctori Joanni Rinco S. D.

Epist. 45. LIteræ tuæ, vir ornatissime, quibus & pro tua prudentia sagaciter divinas imminentes *Germaniæ* calamitates, & eas piè deprecaris, permoverunt animum meum, ut ad omnipotentem illum pacificatorem, &, ut *Paulus* vocat, μεσίτην, precationem conscriberem, quâ simul omnes Dominum, iratum quidem ut videtur, sed exorabilem appellemus. De non movenda *Camerina* amanter tu quidem ac fideliter, sed serò mones, & merebatur hoc quorundam scurrilis improbitas, nec deerant amici qui per literas huc hortarentur. Bene vale, vir amicorum candidissime. *Friburgi* V. die Martii, Anno à *Christo* nato, M. D. XXXII.

In Precationem Dominicam, digestam juxta septem dies.

Des. Erasmus Rot. Jodoco, sive Justo Ludovico Wissenburgensi, sereniss. Poloniæ Regis à Secretis, & Oratori S. D.

Epist. 46. NOn abs re multis jam seculis *Mimo* illi applauditur, vir absolutissime: *Rogando cogit, qui rogat potentior:* verùm is haud scio an in quemquam magis competat quàm in te, qui tam eruditæ epistolæ, munus tam elegans addideris, idque sic è longinquo missum, ut recusare non liceret, nisi voluissem abjicere. Quid autem non dicam à me, qui sum plus satis expugnabilis, sed à quantumvis etiam difficili, non extorqueat talis epistola, tot machinis ad expugnandum animum instructa, blanditiis petax, argumentis urgens, eruditione perstringens, eloquentiâ rapiens: sed nullâ re violentior, quàm mirâ quadam & amabili modestiâ, quæ tantum apud me valet, ut non solùm hanc rem, & facilem & piam, verumetiam aliquid iniquius impetrare potuerit? Mox igitur ut tuæ mihi redditæ sunt literæ, redditæ sunt autem seriùs, hoc est, sub Calend. Septembres, arrepto calamo præstiti quod volebas. Erit hoc qualecunque, & nostræ amicitiæ, & meæ erga *Polonicam*, aut, si prisco vocabulo magis caperis, *Sarmaticam* gentem, benevolentiæ felix auspicium. Genti gratulor, quæ quum olim ob barbariem malè audierit, nunc & literis, & legibus, & moribus, & religione, & si quid aliud est, quod à barbariei probro vindicet, sic floreat ut cum præcipuis, ac laudatissimis nationibus certare possit. Quanquam & olim quum inter feros, & barbaros censerentur *Sarmatæ*, tamen à morum censore *Juvenale*, integritatis nomine prælati sunt cultissimis *Athenienſibus*,

——*Neque Sarmata* (inquit) *nec Thrax,*
Qui sumpsit pennas, mediis sed natus Athenis.

Nè commemorem interim ditionis amplitudinem, *Rossos* etiam albos, & *Lituanos* [illegible] tis, quibus omnibus latissimè impe[illegible] flumine ad *Tauricam Chersonesum*, à [illegible] ad *Carpathum* montem *Sigismundus* [illegible] omnibus magno dignis Principe doctissimo [illegible] lens, tum multis ac magnis ex hoste *Tartaro* [illegible] schóque relatis victoriis clarus; quibus [illegible] an ullæ magis fuerint necessariæ tuendis *Christia*[illegible]ræ ditionis limitibus. Verùm hæc alias [illegible] tempestiviùs dicentur. Nunc accipe *Precationem Dominicam* in septem partes digestam, [illegible] bebas, & ab aliis factitatum video: [illegible] mihi duæ postremæ, *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo*, nihilo rectius [illegible] distractæ, quàm si quis ex proxima, *Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris*, duas facere velit. Quòd si tua pietati parum erit septem diebus totam absolvere, [illegible] quod etiam à majoribus video factum, [illegible] es in septem precandi tempora partiri. Bene vale. *Basileæ*, IX. Calend. Novemb. M. D. XXIII.

De contemptu Mundi.

Des. Erasmus Rot. candido Lectori S. D.

SÆpe questus sum, optime lector, me grauari studiis amicorum, qui me vivo & [illegible] evulgant quaslibet nugas, quas puer [illegible] cendi stili gratiâ lusi, nihil minus cogitans, quàm ut in hominum manus venirent. Quæ [illegible] re hoc etiam sum infelicior, quòd [illegible] hoc felicissimo seculo, minus obnoxia [illegible] nis hominum, si tum fuissent edita, [illegible] erant condita. Nunc leguntur ut à [illegible] quæ nec adolescens in hoc scripsi; & [illegible] hac ætate, quæ tam multos habet [illegible] sissimæ. Olim vix annos natus viginti, [illegible] probas preces cujusdam qui adhuc in [illegible] psi epistolam quâ ille cupiebat *Iodocum* [illegible] ad suæ vitæ consortium evocare. Hinc [illegible] scriptæ, & passim evulgatæ meum [illegible] men, cùm mihi nullus sit nepos *Iodocus*. [illegible] stomacho scripsi, & ut res ipsa clamitat, [illegible] neglectè, ludens extempore in locis communibus, nulla tum instructus autorum lectione. Ac typographi palàm minitabantur sese edituros, [illegible] rem ipse. Itaque relegi, paucula[illegible] verba immutatis, passus sum officinis committi. Sic [illegible] nor fiet aliquando, ut desinant pueritiæ [illegible] nias adamare. Bene vale, lector optime: [illegible] gis hæc, cum venia lege, & sic lege, ut [illegible] scripta stomacho.

De præparatione ad Mortem.

Des. Erasmus Roterodamus clarissimo viro domino Thomæ Comiti Wiltsiberia, & Ormaniæ S. D.

AD ipsum *Christiana* Philosophiæ [illegible] nem me vocas, vir clarissime, sed pietatis studio quàm fortunæ ornamentis clarior, [illegible] hortaris, ut superioribus addam vel brevem commentarium, *quomodo se quisque ad mortem præparare debeat*. Hic est enim extremus humanæ vitæ, veluti fabulæ, actus, unde pendet vel æterna felicitas hominis, vel æternum exitium. Hic est supremus

dimicat cum hoste conflictus, à quo *Christi* militi frustra expectat triumphum si vicerit, frustra ignominiam si victus fuerit. Equidem in hoc negotio jamdudum totus eram, quum adhortatio tua, mihi veluti calcar accessit currenti. Quanquam tum quidem uni mihi philosopharer. Sed tua pietas cupit ut hic quoque fructus per nos fias multorum communis. Urinam Dominus benignitas largiatur sanctissimis votis tuis meisque conatui felicem eventum, ego certè non refragabor illius voluntati, cujus instinctu hoc meum obsequium abs tè postulari arbitror. Vale. *Apud Friburgum Brisgoiæ*, Calend. Decemb. Anno M.D.XXXIII.

De discrimine Adulatoris & Amici.

Invictissimo Anglorum Regi Henrico octavo Def. Erasmus Rot. S. D.

Sicuti non alia res, vel ad vitæ consuetudinem jucundior, vel ad obeunda negotia magis necessaria, quàm syncerus ac verè liber amicus: ita nihil omnium solet homini rarius contingere; quemadmodum & aliàs præstantissimarum rerum summa raritas esse consuevit. Verùm ut scitè dixerit *Hiero* ille *Xenophonticus*, hanc tantam felicitatis partem nulli magis desiderant, quàm Principes alioquin felicissimi, quum nulli magis habeant opus amicis vel pluribus, vel syncerioribus. Etenim plurimùm perspiciat oportet is, qui unus ex hominum millibus prospicit. Proinde multis oculis, hoc est, multis prudentibus ac fidis amicis præditum esse Principem decet. Quod quidem prudenter intelligens *Darius Persarum* Rex, oblato malo punico quopiam, insigni magnitudine, tantum optavit *Zopyrorum*, quantum inesset in eo granorum. Erat is *Zopyrus* vir egregiè probus, Regis amicus, unde illum Rex non injuriâ tanti fecit, ut diceret se malle *Zopyrum* unum integrum, quàm centum capere *Babylonas*, palàm testificans, nullum esse thesaurum, quo non sit amicus præcellior. At hujus filius *Xerxes*, *Græciam* invasurus in tot hominum millibus, quot nullus adhuc hominum ausus est credere, unum reperit *Demaratum*, à quo liberè & amicè moneretur: sed cujus fidem non prius intellexerit, quàm eventu comperiam. Quod ipsum usu venit & *Cræso Lydorum* Regi in *Solone*. *Alexander* item *Magnus* in tam numerosa convictorum turba, unum habuisse *Cabilionem* legitur, *Aristotelis* discipulum, & hunc tamen liberum magis quàm amicum. *Dionysio Syracusano* soli aderat *Dion* & *Plato*, *Neroni Seneca*, cujus consiliis si paruisset, & imperium habuisset diuturnius, & inter bonos Principes numerari potuisset. Sed horum fortasse mores & ingenium negatos amicos non recipiebant. Quanquam etiamsi facillima sit natura Principis planèque tua, qui nihil cogitari potest facilius; tamen fortunæ splendor, qui turbam amicorum allectat, idem obstat quò minùs queat verus amicus à fucato dignosci. Neque enim temere dictum est illud, *Amicos secunda res parant, adversa probant*. Atqui quo melior est possessio syncerus amicus hoc nimirum est pestilentior qui hoc titulo personatus obrepit. Itaque cum coticulis diligenter exploremus aurum, purum sit an secus, neque desint notæ, quibus nativam gemmam à factitia secernamus, nónne vehementer absurdum sit, in re tanto majoris momenti parem diligentiam non adhibere, videlicet ut assentatorem ab amico, hoc est, rem omnium longè pestilentissimam ab omnium salubertima dignoscamus? Verùm nè cui ceu venenum gustu, sic amicum experimento, magno suo malo deprehendere sit necesse, *Plutarchus* autor, inter *Græcos*, sine controversia doctissimus, miram quandam rationem prodidit, quâ facilè possit ingenuus ac syncerus amicus à personato fucatóque distingui. Jam verò quoniam in admonendis amicis, velut in medicando non sat est adesse fidem, verùm & prudentiam adhibere convenit, nè dum parum aptè mederi studemus erratis amici, subvertamus amicitiam, & hanc adjecit coronidem, docens quâ moderatione sit admonendus amicus, si quid extiterit admonitione dignum. Tam frugiferum igitur opus in majestatis tuæ gratiam *Latinitate* donavimus, quo idem studium eundem animum quem tibi olim amplissimæ spei puero testati sumus, nunc Regi regum omnium florentissimo testaremur. Bene vale.

De utilitate capienda ab inimicis.

Reverendissimo in Christo Patri D. D. Thomæ Archiepiscopo & Cardinali Eboracensi Erasmus Rot. S. D.

QUm hoc literario xeniolo, Præsul ornatissime, cuperem & meum in te animum testificari, & tuum vicissim ambire favorem, cujus tanta est *apud* regiam majestatem tum autoritas tum gratia, ut nullus in universa *Britannia*, non idem & optet, & agat: aliquandiu me deterruit magnitudinis tuæ splendor, dum vehementer improbum existimarem, tantulo munusculo, heroa tam incomparabilem sollicitare. At è diverso multò magis tua invitavit facilitas bonitásque, cogitantem quàm non sapiant mores tui fortunam tuam, quámque sis omnibus juvandis expositus: haud ignorans divino consilio tibi contigisse, ut unus omnium plurimum posses, quo unus omnibus quamplurimum prodesses. Est libellus perquam exiguus, sed memineris minutissimis nonnunquam gemmis, maximum esse precium. Quin magis ut eum tibi compendio commendem, *Plutarchi* est, quem ita demum intelligam amplitudini tuæ placuisse, si libellum eum, quem regio nomini nuncupavi, te commendante sensero non displicuisse. Atque id quoque ita liquebit, si negotii quod agimus eventus, & meis votis, & vestris pollicitis respondebit. Nullus est, cui plus debere possim, quàm Regi regum omnium florentissimo; nullus cui magis debere velim, quàm Principi principum omnium optimo, præsertim de nostro ingenfolo tam candidè sentienti, tam honorificè loquenti. Equidem plurimum illi jam debeo, quòd me toties ornat testimonio vocis suæ. Quis enim non gaudeat tali ore laudari? Plus tamen debiturus sim, si auctis fortunulis nostris, fidem quoque laudibus, quas mihi tribuit, astruat; nam nunc quidem multi non credunt me talem esse, qualem ille prædicat, quòd conspiciant hanc fortunam tam magnificis illius præconiis parum respondere. Bene vale, eximium & regiæ, & totius regni decus.

De cohibenda Iracundia: & De Curiositate.

Clarissimo viro Alexio Turzoni, serenissimi Hungariæ Regis à Thesauris, Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 51. NE solis lamiis existimes oculos esse emissitios, vir ornatissime, aut soli *Midæ* prælongas aures: en nos tanto locorum intervallo dirempti, etiam isthuc usque porrectis auribus atque oculis audimus quid optimus quisque de te prædicet, spectamus ac suspicimus raras animi tui dotes, quibus longè ditior es, quàm thesauris regiis, etiamsi tuum esset, quicquid dispensandum accepisti. Quin potiùs quod te non visum novimus, haudquaquam aurium aut oculorum nostrorum curiositati tribuendum est, sed quemadmodum tonitrui strepitus procul auditur etiam surdastris, ac fulguris emicantis jubar procul etiam cæcutientium præstringit oculos, ita virtutum tuarum splendor famáque nusquam gentium non penetrat. Nos verò naturâ penè dormitabundos hisce temporibus expergefacit necessitas, ut homines virtute præstantes, & cognoscere studeamus, & cognitos demereri: non aliter quàm qui viribus hostium pressi metuunt extrema, è regionibus quamlibet longinquis ascíscunt auxilia, & nusquam non habent aures atque oculos, videlicet captantes si quid alicunde præsidii rebus laborantibus affulgeat. Itaque quum perspiciamus homines quosdam, si tamen qui tales sunt, homines dici merentur, devotis animis & conjuratis copiis imminere bonarum literarum exitio, quibus ut ingenuè fateor me debere plurimum, ita fatentur & illæ, se nonnihil vicissim & mihi debere, non pudet undiquaque præstantium heroum emendicare præsidia, adversùs *Gothorum* ac *Vandalorum* istorum insanas incursiones: ut prorsus videatur actum non modò de linguis ac politioribus literis, verumetiam de disciplinis omnibus homine libero dignis, ni contingat non unus aliquis *Camillus*, sed multi propugnatores, qui tantum valeant ingenio, virtute, & autoritate, quantum adversarii valent insaniâ, malitiâ, & impudentiâ; quibus rebus sine controversia valent plurimum. Extinctis autem hujusmodi studiis, quæso quantulum aberit vita nostra à vita pecudum, ferarum ac piscium? Atque ut hanc legationem publico studiorum nomine non detrectarem ad te suscipere, vir clarissimè, ceu calcar addidit *Joannes Antonius Cassovienſis*, vir moribus non minùs integris quàm candidis. Apud me certè fidei spectatissimæ sit oportet, cui corpusculum hoc, vitro fragilius, ausim credere, quod tamen nulli seni medico vel fidentiùs vel feliciùs unquam credidi, quàm illi juveni. Is mihi, quum hic esset, nunquam destitit prædicare, quàm propensus esset animi tui favor erga rectorum studiorum cultores, tum autem quantum apud inclytum *Hungariæ* Regem polleres gratiâ, quantum apud *Hungaros* omnes autoritate. Quid multis? persuasit hanc legationem nec mihi, nec studiis infeliciter cessuram. Orator itaque pro literis veniens, ab ipsis literis munusculum adfero, duos *Plutarchi* libellos, qui utinam per me tam disertè loquantur *Latinis* auribus, quàm hactenus *Græcè* peritis loquebantur. Mihi certè non mediocre negotium exhibuit

A ipsa *Plutarchica* phraseôs subtilitas, [illegible] conditi ex retrusis omnium autorum [illegible] narum apothecis sic deprompti [illegible] non orationem sed Centonem, aut, [illegible] cam, musaicum opus existimes, ex [illegible] exquisitissimis concinnatum: quod ut [illegible] cillimum, qui pectus habebat instru[illegible] mni genere literariæ supellectilis; ita [illegible] mum est interpreti, quid unde decerpserit obser-

B vare, præsertim quum plerique scriptores non extent è quorum pratis decerpsit suos [illegible] corollas hasce contexuit. Præter hæc [illegible] tem habet concisum quiddam & abrup[illegible] sibi lectoris animum transmovens in [illegible] gionem: ut jam non solùm requirat [illegible] doctum, verumetiam attentum ac [illegible] em. Denique *Boetus* quidem est *Plutarchus*, sed non animúmque *Boetum* longè submovet à lectore. De mendis interim librariorum nihil dicam, quæ

C tamen veluti salebræ non rarò cursum nostrum remoratæ sunt. Vicimus quidem pervicacia nonnullas, sed admodum paucas transiimus, [illegible] quàm submovimus. Verùm omnem difficultatem abundè pensat utilitas argumenti. Socrates philosophiam è cœlis deduxit in terras, *Plutarchus* introduxit in cubiculum, in conclave, in [illegible] singulorum. In hujusmodi campis nunc ideo versor libentiùs, quòd eò tumultus videam devenisse rem *Christianam*, ut de *Christo* loqui parum sit tutum, sive bene loquaris sive malè, adeo ab omni

D lapide Scorpius dormit. *Plutarchus* autem in his libellis ea tractat, quæ quivis quoris tempore mox in usum vitæ depromere possit. Quo magis admiror, quicquid hic autor prodidit de moribus, non teri manibus omnium, non à pueris ediscis. His certè libellis quanquam & olim non inelegenter lectis, sentio me nonnihil profecisse, dum attentiùs verso, dúmque penitus introspicio. Sunt vitia, quæ senectus vel tollit, vel saltem mitigat.

E Cæterùm Ira, quam in juvenibus acris [illegible] fervor, ac rerum inscitia, in senibus reprehensionem ob ætatis imbecillitatem, nisi rerum usus ac philosophiæ ratio pharmacum præsentaneum admoveat: Quin & Curiositatis vitium uniuscujusque ætati pubescenti videlicet ac reperascenti familiare videtur, nisi quod in pueris nomen habet lenitatis, in senibus suspitionis. Et si *Perspicuus* erudimus, pueris hic veluti stimulus additus est ad rerum cognitionem, senibus ceu remedium adversus

F lethargum ac veternum, aut submonitor prudentiæ adversùs captionem. Rerum alienarum curiosus adeo me nunquam tenuit, ut propriarum etiam securior sim quàm expediat. Cæterùm iratior fui, at sic ut placabilis essem. Nonnunquam averti hic affectus ac fallit animi propositum, præsertim ut quod peccatur cum impudentia stultitiáque conjunctum est. Et tamen unum è paucis esse me puto qui gravatim ac seriò discedat ab amicitia, quíque capitaliter læsi, ídque non semel,

G possunt non μνησικακῆσαι. Fortasis tuæ prudentiæ, ingeniíque lenitati, non est opus talibus remediis, nisi quòd tantum negotiorum sustinenti perutile est non alibi commòveri. Certè nullus est mortalium tam absolutus, ut non habeat quo proficiat, etiamsi desit quod corrigat. Bene valeat vir clarissime. *Basileæ* pridie Calendas Maias, Anno M. D. XXV.

De

De vitiosa Verecundia.

Des. Erasmus Roterodamus eruditissimo juveni Francisco Dilfo S. D.

1552. NUlla vitia graviorem afferunt perniciem, *Francisce* charissime, quàm quæ virtutis specie furantur. Quorum de genere est *immodica verecundia*, quam *Græci* vocant *Δυσωπίαν*. Atque hoc noxium germen optimis quibusque ac generosissimis ingeniis potissimùm innascitur; quod si vitiosos evellere, succedit aliud nocentius: Si relinquis, multam malorum vim secum invehit. Cæterùm si cætà moderatione cotrigas, optimus est innocentiæ custos, ac virtutum omnium velut ornamentum. Et rectè quidem *Aristoteles* negat pudorem esse virtutem, sed in adolescentibus affectionem probam bonæque spei indolem arguentem. Ita Comicus ille senex: *Erubuit, salva res est.* Verùm si immodicus sit, celat vitia, nè possint sanari, quemadmodum scripsit *Flaccus*,

——Incurata malum pudor ulcera celat.

Et *Plato* censet hunc affectum largioribus invitamentis excutiendum. Obstupefacit ingenii vigorem. Unde prisci primum insaniæ gradum, quem gignere dicitur strychnum drachmæ pondere potum, *lesum pudoris* vocaverunt. Nec rarum est cernere quosdam hujusmodi pudore sic delirantes, ut non abesse videatur. Breviter non solùm ad discendum ac judicandum, verumetiam ad dicendum & ad omnem honestam vitæ functionem reddit inutiles. Itaque hunc *Plutarchi* libellum, quem *Lesbo* nostræ appendicem esse volui, eo libentiùs verti, quòd ipse repetens animo vitæ peractæ seriem, comperio me non aliâ re magis peccasse quàm *Δυσωπίᾳ*, neque quicquam infelicius mihi obtigisse quàm ea quæ contra animi mei sententiam, amicorum improbis flagitationibus tribui. Quoniam autem animadverti cum eximiis naturæ tuæ dotibus, multum verecundiæ, multúmque facilitatis esse conjunctum, hoc libello te velut auctoto moniendum putavi, nè quando pudor exeat in *Δυσωπίαν* quæ an tibi hactenus damno fuerit nescio, certè illi acceptum fero, quod serò cognovi tam felix & amicum ingenium. Quod si maturiùs contigisset, tuo quoque, ni fallor, bono contigisset. Sed non te remorabor diutiùs à *Plutarcho*, ex quo meliùs audies hæc omnia. Bene vale. *Basileæ*, postrid. Purificationis. Anno à Christo nato M. D. XXVI.

In sex priores *Apophthegmatum* libros.

Illustrissimo Principi Juniori Guilhelmo, Duci Cliven. Juliacen. Montan. Comiti Marchiæ & in Ravenspurgo, &c. Des. Erasmus Rot. S. D.

1553. QUoniam priores libellos quos mei erga te animi velut arrabonem qualemcunque miseram, tam comiter accepisti, *Guilhelme* Princeps junior illustrissime: nec tu modò, sed & ambo clarissimi parentes tui, visum est aliquid & tuâ nobilitate dignius, & tuis studiis, ni fallor, utilius adjungere. Proin ex optimis quibusque autoribus collegi, quæ *Græci* vocant *Apophthegmata*, hoc est, egregiè dicta, quòd viderem non aliud argumenti genus Principi, præsertim juveni, magis accommodum. Sunt illa quidem scitu dignissima, quæ Philosophi de moribus, de republica administranda, déque bello gerendo literis prodiderunt. Sed quoto cuique vel privato tantum est ocii, ut apud *Platonem Socraticarum* argutationum, Ironiarum & Isagogarum ambages ac labyrinthos evolvere vacet? *Aristoteles* autem copiosè quidem scripsit de moribus, sed Philosophis scripsisse videtur, non Principi. Dilucidiora sunt quæ tradidit de re Oeconomica & Politica, sed is vir nusquam non requirit lectorem & attentum, & ociosum: ad hæc, quoniam affectibus caret, non perinde retinet animum principalibus curis intentum. Jam in philosophicis & *Marci Tullii* de Philosophia libris pleraque sunt ejus generis, ut non admodum referat Principem ea scire: quod genus sunt quæ disputantur ab illis *De finibus bonorum ac malorum*, majore subtilitate quàm fructu. Conveniunt hæcillorum instituto, qui de honesto per omnem vitam nihil aliud quàm disputant. At ei qui ditioni nascitur, statim expedienda virtus est, non per ocium disputanda. Restat historia, quæ quoniam res præclarè secúsve gestas velut in tabula spectandas repræsentat, nec id absque voluptate, magnatibus viris aptior esse videtur: sed hic ut infinitam voluminum vim Principi vacet evolvere, quis possit meminisse? Atqui quemadmodum ii qui certant in palæstra, certos quosdam prehendendi elabendique modos ad manum habent: ita qui in pacis bellique negotiis versantur, certas rationes in promptu habere convenit, quibus admoneantur, quid pro re nata sit facto opus, quid non. Hac in parte videmus eruditissimos viros Principum curas suâ diligentiâ sublevare conatos, quorum alii scripsere sententias, veluti *Theognis* & *Isocrates*; alii celebrium virorum stratagemata & Apophthegmata, veluti *Valerius Maximus*, & *Sextus Julius Frontinus*, qui indicat idem ab aliis nonnullis factitatum. Non mediocris ocii res est aurum scrutari in venis, aut gemmas in arenis marive quærere. Is demum occupatissimo Principi gratum præstat officium, qui aurum purum factissimque exhibet, qui selectas ac repurgatas gemmas, auro inclusas, aut poculis additas offert. Id officium quum à multis tentatum sit, meâ tamen sententiâ, nemo feliciùs præstitit quàm *Plutarchus*, qui post editum egregiè frugiferum opus, *De vitiis virorum illustrium*, in quo permixtim facta simul ac dicta illorum referuntur, *Trajano* Cæsarum laudatissimo collegit insignia diversorum Apophthegmata, quòd in his velut in certissimo speculo repræsentatur animus singulorum. Nam in factis bonam laudis partem sibi vindicat consiliarius, dux ac miles, maximam fortuna, per quam videmus interdum optimè consulta pessimum habere exitum: rursus quorundam inconsultam temeritatem felicissimè cedere. Nam quemadmodum dixisse fertur *Strammes Persa*, Dux, ut opinor, interrogatus cur facta præclaris ejus dictis non responderent: Quid loquar mihi in manu est, quid eveniat in arbitrio fortunæ & Regis. Nec tamen ideo suâ laude frustrantur honesta consilia. *Plutarchus* autem non tantùm in delectu cæteris præstat, verumetiam in explicando; habent enim Apophthegmata peculiarem quandam rationem & indolem suam, ut breviter, argutè, falsè, & urbanè cujusque ingenium

ingenium exprimant. Siquidem ut ſingulis hominibus, ita ſingulis etiam nationibus ſuus quidam genius eſt: unde fit ut alia conveniant *Alexandro*, alia *Philippo*, aut *Antigono*, alia *Phocioni*, alia *Alcibiadi*: rurſus alia quadrent in *Lacænem*, alia in *Scythum* aut *Thracem*, alia in *Athenienſem*, aut in *Romanum*. In his igitur exprimendis mihi dilutior videtur *Xenophon*, ſuffrigidus *Herodotus*, loquacior *Diodorus* & *Quintus Curtius*, nè pergam de cæteris dicere. *Plutarchus* omnes implevit numeros. Eóque viſum eſt hunc ex omnibus potiſſimùm ſequi. Quicquid igitur erat in hujus opere quod inſcripſit, *De Apophthegmatibus*, hìc in ſolidam reperies. Comperimus hoc opus bis *Latinè* verſum, primùm à *Franciſco Philelpho*, deinde à *Raphaele Regio*, quem *Patavii* novimus. *Philelphus* in nonnullis locis fuerat lapſus, quæ reſtituit *Raphael*, ſed ipſe rurſus impingens alicubi: nimirum homines erant ambo. Sed uterque nihil aliud eſſe voluit quàm interpres, nos *Plutarchum* multis de cauſis ſequi maluimus quàm interpretari, explanare quàm vertere. Primùm ut dilucidior eſſet oratio, quippe minus aſtricta *Græcis* vocibus. Non enim hæc *Trajano* ſcribuntur, viro tum utraque literaturâ, tum longo rerum uſu exercitatiſſimo, ſed adoleſcenti Principi, imò per te pueris & adoleſcentulis omnibus liberalium ſtudiorum candidatis: nec illo ſeculo, quo dicta geſtáque ejuſmodi vulgi fabulis celebrabantur, in balneis, in conviviis ac circulis forenſibus: deinde ut mihi liceret indicare dicti argutiam, ſi quod occurreret obſcurius, qualia nunc ſunt permulta, non ſolùm rudibus, verumetiam ultra mediocritatem eruditis. Me certè in multis torſit divinatio, & haud ſcio an alicubi fefellerit etiam. Nec paucis in locis lucta fuit cum mendis codicum, in quas neceſſariò impegerunt etiam interpretes. Vix enim credibile eſt quantum ſibi permiſerint vel librarii, vel ſcioli quidam in hunc autorem, cui ſumma debebatur religio. Nullus enim extitit inter *Græcos* ſcriptores *Plutarcho*, præſertim quod ad mores attinet, ſanctior aut lectu dignior. Atqui hoc ipſum quod abſtergere debuerat, invitavit gloriæ quæſtúſque ſitientes ad depravandum, addendum, detrahendum. Etenim quo quiſque ſcriptor eſt plauſibilior ac celebrior, hoc magis ad quæſtum corrumpitur. Arguit hoc ipſa *Græcorum* codicum varietas. Nam ut aliis omiſſis, de hoc opere quod eſt in manibus loquar, quædam habet *Philelphus* quæ *Raphael* non attigit, & contrà. Deinde quum *Plutarchus* in Præfatione, profiteatur ſeſe in *Vitis*, dicta factáque virorum illuſtrium promiſcuè retuliſſe, ſed in hoc opere compendii gratiâ tantùm Apophthegmata contexuiſſe, permulta tamen admixta videmus quæ nihil aliud ſunt quàm ſtratagemata. Jam eodem in opere toties eadem repetita, nónne palàm clamitant, argumentum hoc ab alio contaminatum? Ut jam ignoſcamus Apophthegma referri ſub ejus nomine cui dictum eſt, non à quo dictum eſt, ut de *Lyſimacho* & *Philippo*. Nam in *Plutarchi Collectaneis* quod à *Philippo* reſpónſum eſt *Lyſimacho*, ſub titulo *Lyſimachi* refertur. Majoris erat audaciæ, quòd ex uno opere fecerunt duo. Quoniam enim *Plutarchus* è *Laconicis* quæ plurima feruntur, ea duntaxat attigiſſet quæ videbantur occupatiſſimo Cæſari futura ſatis, ille quiſquis fuit, ſi modò fuit unus aliquis, *Lacedæmoniorum* dictis proprium [illegible] idque ſecundùm [illegible] quem *Raphael* vertit in ordinem [illegible] hìc erat è cæteris [illegible] dinem ſententiarum [illegible] tinus, quæ ad religionem, [illegible] ad fidem, ad fortitudinem [illegible] & item de cæteris, in [illegible] gerentes. Eruditiſſimos eſt [illegible] *Plutarchus*, ſeriem [illegible] vans, & in ſingulis [illegible] Regum ſuos adjungens Duces, [illegible] ſuos collegas. A *Perſis* venit ad *Ægyptios* ad *Thraces*, à *Thracibus* ad *Scythas* ad *Siculos*, à *Siculis* ad [illegible] ad *Athenienſes*, ab his ad *Lacedæmonios* ſingulis temporum non [illegible] quens: à *Lacedæmoniis* ad *Thebanos* ad *Romanos*, ut lector è pauconum [illegible] tius agnoſcat ſeriem quam [illegible] *Laconicis* ſeparavit, repetens [illegible] ad *Trajanum* collegerat *Plutarchus* [illegible] id frequentiùs in altero [illegible] in utroque toties, ut ea dormitio [illegible] *Plutarchum* ſcriptorem exactè [illegible] quòd hæc pars nullam habet [illegible] la prior ad *Trajanum* quadrat [illegible] Jam quid gratiæ debeatur [illegible] torum libros ad hunc [illegible] præſentia non diſputo, mihi [illegible] ſe videtur. A me tamen [illegible] nicio, quòd eadem in altero [illegible] omnia, nihil eorum prætermiſſum [illegible] *tarchi* titulo feruntur: partim [illegible] raret lector avidus magis quàm [illegible] quod nihil illic viderem non [illegible] licèt non ſuo dictum loco. Sed [illegible] dam modo meum feci, dum & [illegible] fero quæ *Græcè* referuntur, [illegible] quæ apud alios autores addita [illegible] tis item permultis quæ in hoc opere [illegible] tur, ubique veluti ſcholiis [illegible] vel uſum Apophthegmatis, in [illegible] lucis aliquid deſiderabunt; ſed [illegible] ter, nè ab Apophthegmatum [illegible] rem. Ordo verò nobis etiam [illegible] illic inveni, quod quum initio [illegible] cos duntaxat eximios recenſere, [illegible] citavit, ut mutatâ ſententiâ [illegible] mur: nec erat futurus finis, ni [illegible] ferentium velut immenſum [illegible] canere compuliſſet. Nam ut [illegible] Grammatici virtutes collocat [illegible] ita in hoc argumenti genere, [illegible] videtur quædam præterire. [illegible] vator eſſe malui quàm moleſtus, [illegible] ſi quid in hac cœna prætermiſſum [illegible] alia proponi, poſteaquam hæc [illegible] Porro ordinis neglecti incommodum [illegible] ſavimus. De titulo nihil refert [illegible] in his quæ collegit *Plutarchus* ſub [illegible] tum nomine, multa ſunt quæ alios [illegible] λοίδορα, ἄσεμνα, ἀνεπίδεκτα ſive [illegible] rùm poſteaquam in his diſtinguendis [illegible] vit *M. Tullius*, nec *Quintilianus* [illegible] homo doctiſſimus, atque adeo nec [illegible] anus *Marſo* doctior ſibi, non arbitratus [illegible] præcipuum in hoc animum [illegible]

hubique alicubi dicti, jocive specimen obiter indicasse. In his certè quæ nos adjecimus, sedulò cavimus, nè stratagemata cum Apophthegmatis confunderemus, tum nè quid omninò poneremus, nisi ex probatissimis utriusque linguæ scriptoribus, iisque vetustis decerptum: non quòd nesciam à recentioribus permulta referri salsè lepidéque dicta, sed plus habent autoritatis quæ consecravit antiquitas, & adhibendus erat operi modus. Nè illud quidem quenquam movere debet, quòd nonnunquam idem dictum, ab hoc aſcribitur huic, & ab illo tribuitur alteri. Nec enim tam refert à quo quid dictum sit, quàm quid dicatur, etiam si celebris & gratiosus autor nonnihil ponderis & gratiæ dicto adjungit. Id frequentius occurrit, quàm ut exemplis sit probandum. Fit autem hoc interdum humanæ memoriæ lapsu, quanquam nihil verat eandem sententiam à diversis autoribus proficisci, sive id faciat imitatio, sive casus: quemadmodum hunc senarium, σοφοὶ τύραννοι ϑ' ὅσοι τυραννοῦσι, constat esse *Sophoclis*, & tamen citatur à *Platone* ex *Euripide*. Rursus, hic versus γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ φρὴν δ' ἀνώμοτος μένει, quum sit in *Philoctete Sophoclis*, tamen idem reperitur in *Bacchis Euripidis*. Similiter hic versus, στυγῶ δ' ὅταν δεῖ καὶ λέγειν τὰ χρήσιμα, quum sit in *Æschili Prometheo*, deprehenditur apud *Euripidem* duabus literulis immutatis στυγῶ δῆτ'. Nonnunquam nec de re nec de nomine convenit inter autores. Velut qui *Fabio Max.* exprobravit, quòd ipsius opera recepisset *Tarentum*, *M. Tullio* est *Livius Salinator*, *T. Livio M. Livius*, *Plutarcho M. Lucius*, sive ut *Græci* codices habent, μάρκος λίβιος. Item *Fabius* & *Philostratus* narrat *Leonem* Sophistam corpore insigniter obeso movisse risum populo *Atheniensi*, *Plutarchus* pusillo. *Val. Max.* & *Plin.* de altercatione *Cn. Domitii* & *Licinii Crassi* quàm dissonant in narrando? Illa frigidissima sunt quæ personis fabulosis affinguntur, quod genus sunt *Philostrati* sophistæ, quum *Palamedi*, *Ulyssi* ac similibus affingit quod libet: eáque fiunt bis frigida tractando, quorum omnino nihil attigimus. Proxima sunt, quæ variis personis attribuuntur in dialogis, non ad veri fidem, sed ad delectandum confictis. Minus illa frigent quæ dicuntur in comœdiis aut tragœdiis, habéntque magnam gratiam in loco adhibita, tametsi sub Apophthegmatis appellationem non cadunt, nisi quum ab autore nobili ad rem præsentem accommodantur, gratiora si nonnihil etiam ad alienum sensum detorqueantur. Veluti quum *Aristoteles Calisthenem* liberiùs cum *Alexandro* quam expediret agentem, *Homerico* versu admonuit,

Ὦ παῖ Πηλείδη μὴ τίκτε ἔοικας ὃ ἀγορεύεις.

Nec ex *Herodoto* libuit multa colligere, quod plerique videantur à scriptoris ingenio reperta. Eadem farinæ sunt quæ incidunt in orationibus quas historiographi pro suo quisque ingenio solent arcessere personis, licet & illa plurimum conducant & ad judicium, & ad dicendi facultatem. Optimum Apophthegmatis genus est, quod paucis verbis sensum non vulgarem significat potiùs quàm exprimit, quale nemo facilè possit studio fingere, quódque quo propiùs ac diutiùs contempleris, hoc magis ac magis delectat. Universum autem hoc genus quod Proverbia, sententias, insigniter dicta factáque complectitur, accommodatissimum est Principibus viris, quibus ob reipub. negotia non vacat magnam vitæ partem libris impendere. Hæc autem ut cum voluptate discantur, faciléq; insidunt animo, ita longè plus habent philosophiæ in recessu quàm primâ fronte præ se ferunt. Legimus *Cæsarem Augustum*, quicquid usquam talium præceptorum nactus esset, describendum curare solitum, & ad varia loca mittere. Videmus autem priscis illis sapientibus hoc præcipuo fuisse studio, ut res dignas cognitu, voluptatis illecebra teneris ingeniis insererent, quo rudis ætas nondum matura seriis philosophiæ præceptis per lusum disceret, quæ per omnem vitam magno forent usui. Hoc consilio cosmographiam, astrologiam, & musicam, naturalem ac moralem philosophiam, scitè confictis fabulis & apologiis asperserunt. In his verò nostris videbuntur esse quædam, quæ nihil faciant ad bonos mores, sed risum modò commoveant. Nè id quidem vitio dandum existimo, risu nonnunquam relaxare animum curis fatigatum, modò risus sit argutus ac liberalis. Hæc enim exhilarant ac vegetant juvenum ingenia, nec mediocriter faciunt & ad vitæ comitatem & ad orationis jucunditatem. Quid enim magis edulcat *M. Tullii* dictionem, quàm quòd eam hujusmodi dictis subinde condit? Quid porrò sunt *Plutarchi* Moralia, nisi aulæa hujusmodi coloribus picturata? Jam illa quæ maximè videntur ridicula, tractando fiunt seria. Quid enim magis ridiculum quàm *Diogenes* in meridie cum lucerna obambulans, & hominem se in frequenti foro quærere dictitans? At interim ridendo discimus, non esse statim homines qui speciem habent hominis, quam habent & statuæ, sed ut invenias hominem investigandus est animus. Is si rectâ ratione ducitur potiùs quàm affectu, tum demum reperisti hominem. Item quid æquè ridiculum, atque quod *Phryne* stipulata, ut quod ipsa prior faceret, idem cæteræ mulieres in convivio facerent omnes: manum bis aquæ immersam admovit fronti, hoc commento magno omnium risu prodens cæterarum fucos, quum ipsa videretur etiam formosior? Sed hic risus nos docet idem quod seriò dixit *Socrates*, ut tales esse studeamus quales haberi velimus, nè detracto fuco pro gloria malè affectata reportemus ignominiam. Docet & illud, nè nitamur bonis externis fluxísque, quæ variis casibus facilè eripiuntur homini, sed paremus veras opes animi, in quas nullum jus habet fortuna. Tantum seriæ philosophiæ docet nos illud ridiculum meretriculæ factum. Proinde quanquam alioqui severis rationibus instituerit cives suos *Lycurgus*, tamen liberales jocos illis non solùm permisit, sed etiam præcepit. Instituit enim exercitamenti genus quod λάκας appellabat, ad quod conveniebant seniores jam à publicis functionibus emeriti, lepidis dictis liberalibúsque jocis tempus cum voluptate transmittentes, sed quæ vel ad honesti laudem, vel ad vitiorum vituperationem conducerent. Quin & signum collocavit γέλωτι deo, id est, *Risui*, quòd utilissimum judicaret modestis facetiis animorum vigorem recreare, & ad honestos labores alacres reddere, quando in rebus humanis

Quod caret alternâ requie durabile non est.

Quin & *Cleomenes* adeo severus, ut nec mimos, nec psaltrias, nec tibicines unquam admiserit in rempub. probavit tamen ut cives jocis liberalibus salsísq; dicteriis inter se decertarent. Deniq; quo-

ties datur à negotiis vacuum tempus, aut ipsa res postulat hilaritatem, quanto decentius est hujusmodi dictis ludere, quàm illiberalibus indoctis & obscœnis fabulis oblectari? mihi videtur aliquanto consultius pueros in ludis literariis hujusmodi thematis exerceri, quàm vulgaribus istis, quæ ut sensiculos habent frigidos, ita non indicant linguæ *Latinæ* mysteria: modò præceptor indicet rationes quibus quod breviter dictum est queat dilatari, & quod ridiculè dictum est possit ad usum serium accommodari. His addamus & illud: In sacris concionibus fortasse non convenit scripturis divinis admiscere jocos humanos, sed tamen excusatius hæc adhiberentur ad excitandos dormitantes, quã aniles fabulæ, quas nonnulli solent ex abrupto interponere, prorsus è media vulgi fece haustas. *Julius Cæsar* tot civilia bellicáque negotia sustinens, argutis dicteriis, quibus adeo delectabatur, ut etiam in ipsum torta probaret, modò scita, solet curarum lassitudinem discutere. Vix alius Imperatorum fuit *Augusto Cæsare* vel sanctior vel occupatior. At rursus quis in hoc genere urbanior? De *M. Tullio* nihil dicam, qui nonnullis videtur in jocando nec modi nec decori satis meminisse. *Xenocrates* philosophus ingenii fuit tristioris, vir alioqui magnus, sed hunc *Plato* subinde jubebat litare Gratiis. *Zenon* totus *Stoicus*, *Socratem* ob perpetuam sermonum urbanitatem, scurram *Atticum* solet appellare: nullus tamen est quin fateatur *Socratem* utroq; sanctiorem. Nè commemorem quòd nullorum dicta magis celebrantur quàm quæ leporibus condita sunt; certè pueris instituendis utilior esset *Socrates*, *Diogenes* aut *Aristippus*, quàm *Xenocrates* aut *Zeno*. Quod si rectè visum est sapientissimis viris primam ætatem oblectamentis quibusdam ad amorem sapientiæ severioris allicere, multò magis id convenit tum juveni tum Principi, quem ut vigilantem esse decet, ita non oportet nec ipsum unquam esse tristem, nec quenquam à se tristem dimittere. Animus autem amœnioribus studiis educatus, fit ad omnes curas ferendas vegetior, & ad omnem hominum consuetudinem festivior. His rationibus me tueri poteram, si nihil collegissem nisi facetias: nunc seriis hæc duntaxat admixta sunt, veluti convivis condimenta. Quo genere si te sensero delectatum, haud me pœnitebit hujus operæ licèt humilioris, ut aliqui fortasse judicabunt. Scribunt aliqui provectioribus, nos Principis ætatem teneram lactamus. Quòd si hæc infra tuos profectus fuerint, certè optarim esse, tamen scio tibi non ingratum fore, per te communibus adulescentulorum studiis hoc utilitatis accessisse. Et nos fortasse dabimus aliquando severiora, postquam hæc edidiceris. Nam ediscenda sunt omnino, quo semper ad manum præstò sint. Quanquam quid meis opus, quum domi habeas *Conradum Heresbachium*, virum omni genere literarum absolutum, quem sic in te video affectum, ut quod optimo præceptore dignum est, alumni sui commodis & ornamentis impensiùs gaudeat quàm suis. Is ut tuam puritiam formavit literis, ita grandiorem ætatem poterit fidelibus prudentibúsque consiliis adjuvare. Mihi quoque non minus jucundum quàm honorificum fuerit, quantulacunque ex parte feliciſſimam indolem tuam, nostrâ promoviſſe industriâ. Quod superest Deum Optimum Maximum precamur, ut sua dona quæ largissimè in te contulit, servare, tueri, & augere dignetur, quo simul & laudatissimorum [illegible] votis respondeas, & clarissimis majorum tuorum imaginibus dignus evadas, & [illegible] cui natus ac destinatus es, pár esse queas. Deficiam si verbum addidero: dum in his versor, [illegible] te non *Christianorum*, sed Ethnicorum [illegible] mata legere, videlicet ut legas cum judicio. [illegible] *Friburgum Brisgoiæ*, quarto Calend. Martias. Anno M. D. XXXI.

In duos posteriores Apophthegmatum libros.

Illustrissimo Principi juniori Guilielmo, Duci Clivensi, Juliacensi, Montensi, Comiti Marchiæ & in Ravenspurgo, &c.
Des. Erasmus Rot. S. D.

APud priscos illos, illustrissime Princeps, non *Græcos* modò, verùm etiam *Latinos* [illegible] ac patronis causarum forensium certus aquæ modus per clepsydras infundebatur, nè supervacaneæ verborum copiæ quum judicibus tædium afferret, tum ipsi etiam causæ officeret; denique aliis agere volentibus, aditum præcluderet. At non idem fieri solet in philosophicis orationibus, in quibus tamdiu proferendus est sermo, quamdiu auditor alacriter hauriat ea quæ dicuntur, præsertim si quæ dicuntur conferunt vel ad liberalem eruditionem, vel ad bene beatéque vivendum. Itaque perquam eleganter *Plato Antisthenem* prolixius disserentem admonuit his verbis: *Videris*, inquit, *quæso quòd orationis modus non sit is qui detur, sed is qui audit.* Sic & *Carneades* quum esset in differendo vocalior, admonitus est à gymnasii Principe, ut vocem moderatius promeret; sed quum ille à gymnasiarcha peteret ut sibi præscriberet modum, sanè quàm appositè respondit, *Hæc quæ à me petis, rectiùs sumes ab auditoribus.* Jam videmus quosdam non clepsydris, sed clepsammidis metiri convivium. Hoc ut fateor ad frugalitatis disciplinam utiliter fieri, atque etiam necessario, duntaxat apud eos qui nesciunt unquam à mensa surgere, nisi hirudinum ritu sic distenti, ut tantum non crepent ac dissiliant: ita non conveniet opinor ei qui lautos & elegantes homines hactenus excipere vellet: sed hunc oporteret apparatus modum à convivarum orexi petere. At ego in hoc argumento convivatoris personam induens, & posteaquam cœnæ tot instructæ mensis, quot actus permittuntur comœdiæ, secundas mensas non omninò jejunas adjeceram, mihi videbar sic egisse partes meas, ut si non *Lucullus* quidem, certè mundus & lautus *εὐτράπελος* videri possem: atq; adeo metuebam, nè apud frugalitatis amatores citiùs luxuriæ quàm sordium crimen incurrerem. Verùm simulatque prodiit opus, tanta subitò distractum est, ut protinus à typographo cuperet efflagitari denuò, sive hic est argumenti vis, quod magis arbitror, tuus ornatissime Princeps genius, quem confidimus non solùm ditioni tuæ, sed & studiis fore felicem. Itaque prioribus sex libris recognitis & auctis, adjecimus duos, quos tu vel *Pœcile communem*, vel *Pomœria*, sive *ἀνδρογύναια*, si libet, vocare poteris, nè à conviviii metaphora recedamus. Vale.

In

In Moriæ Encomium.

Erasmus Rot. Thomæ Moro suo S. D.

Epist. 55. SUperioribus diebus cum me ex *Italia* in *Angliam* recipierem, nè totum hoc tempus quo equo fuit insidendum, ἀμύητον & illiteratis fabulis tereretur, malui mecum aliquoties vel de communibus studiis nostris aliquid agitare, vel amicorum, quos hîc ut doctissimos, ita & suavissimos reliqueram, recordatione frui. Inter hos tu, mi *More*, vel in primis occurrebas: cujus equidem absentis absens memoria non aliter frui solebam, quàm præsentis præsens consuetudine consueveram, qua disperearn, si quid unquam in vita contigit mellitius. Ergo quoniam omnino aliquid agendum erat, & id tempus ad seriam commentationem parum videbatur accommodatum, visum est *Moriæ encomium* ludere. Quæ *Pallas* isthuc tibi misit in mentem? inquies. Primùm admonuit me *Morus* cognomen tibi gentile, quod tam ad *Moriæ* vocabulum accedit, quàm ea ipse à re alienus; ea autem vel omnium suffragiis alienissimus. Deinde suspicabar hunc ingenii nostri lusum tibi præcipuè probatum iri, propterea quòd soleas hujus generis jocis, hoc est, nec indoctis, ni fallor, nec usquequaque insulsis, impendio delectari, & omninò in communi mortalium vita *Democritum* quendam agere. Quanquam tu quidem, ut pro singulari quadam ingenii tui perspicacitate, longè latéque à vulgo dissentire soles, ita pro incredibili morum suavitate facilitatéque cum omnibus omnium horarum hominem agere, & potes & guades. Hanc igitur declamatiunculam non solùm libens accipies, ceu γνησίωτατον tui sodalis; verùm etiam mendam suscipies, utpote tibi dicatam, jamque tuam non meam. Etenim non deerunt fortasse vitilitigatores, qui calumnientur, partim leviores esse nugas, quàm ut theologum deceant, partim mordaciores, quàm ut *Christiane* conveniant modestiæ: nósque clamitabunt veterem Comœdiam, aut *Lucianum* quempiam referre, atque omnia mordicùs arripere. Verùm quos argumenti levitas, & ludicrum offendit, cogitent velim, non meum hoc exemplum esse, sed idem jam olim à magnis autoribus factitatum. Cum ante tot sæcula Βατραχομυομαχίαν luserit *Homerus*, *Maro Culicem* & *Moretum*, *Nucem Ovidius*. Cum *Busiridem* laudârit *Policrates*, & hujus castigator *Isocrates*, Injustitiam *Glauco*, *Thersiten* & Quartanam febrim *Favorinus*, Calvitium *Synesius*, Muscam & Parasiticam *Lucianus*. Cum *Seneca Claudii* luserit ἀποθέωσιν, *Plutarchus Gryllí* cum *Ulysse* Dialogum, *Lucianus* & *Apuleius* Asinum, & nescio quis *Grunnii Corocottæ* porcelli testamentum, cujus & divus meminit *Hieronymus*. Proinde, si videbitur, fingant isti me latrunculis interim animi causâ lusisse, aut si malint æquitâsse in arundine longa. Nam quæ tandem est iniquitas, cum omni vitæ instituto suos lusus concedamus, studiis nullum omninò lusum permittere, maximè si nugæ seria ducant, atque ita tractentur ludicra, ut ex his aliquanto plus frugis referat lector, non omninò naris obesæ, quàm ex quorundam tetricis ac splendidis argumentis? veluti cum alius diu consarcinatâ oratione Rhetoricen aut Philosophiam laudat, alius Principis alicujus laudes describit, alius ad bellum adversus *Turcas* movendum adhortatur, aliis futura prædicit, alius novas de lana caprina comminiscitur quæstiunculas? Ut enim nihil nugacius, quàm seria nugatoriè tractare: ita nihil festivius, quam ita tractare nugas, ut nihil minus quam nugatus fuisse videaris. De me quidem aliorum erit judicium: tametsi, nisi planè me fallit φιλαυτία, Stultitiam laudavimus, sed non omninò stultè. Jam verò ut de mordacitatis cavillatione respondeam, semper hæc ingeniis libertas fuit, ut in communem hominum vitam salibus luderent impunè, modò nè licentia exiret in rabiem. Quo magis admiror his temporibus aurium delicias, quæ nihil jam ferè nisi solennes titulos ferre possunt. Porrò, nonnullos adeò præposterè religiosos videas, ut vel gravissima in *Christum* convicia ferant citiùs, quàm Pontificem aut Principem levissimo joco aspergi, præsertim si quid τοῦ τυράννου attinet. At enim qui vitas hominum ita taxat, ut neminem omninò perstringat nominatim, quæso utrum is mordere videtur, an docere potiùs ac monere? Alioqui quot obsecro nominibus ipse me taxo? Præterea qui nullum hominum genus prætermittit, is nulli homini, vitiis omnibus iratus videtur. Ergo si quis extiterit, qui sese læsum clamabit, is aut conscientiam prodet suam, aut certè metum. Lusit hoc in genere multò liberiùs ac mordaciùs divus *Hieronymus*, nè nominibus quidem aliquoties parcens. Nos prætereamus quòd à nominibus in totum abstinemus, ita præterea stilum temperavimus, ut cordatus Lector facilè sit intellecturus, nos voluptatem magis quàm morsum quæsisse. Neque enim, ad *Juvenalis* exemplum, occultam illam scelerum sentinam usquam novimus, & ridenda magis quàm fœda recensere studuimus. Tum si quis est, quem nec ista placare possunt, is saltem illud meminerit, pulchrum esse à Stultitia vituperari, quam cum loquentem fecerimus, decoro personæ serviendum fuit. Sed quid ego hæc tibi patrono tam singulari, ut causas etiam non optimas, optimè tamen tueri possis? Vale, disertissime *More*, & *Moriam* tuam gnaviter defende. Ex Rure quinto Idus Junias, Anno M. D. VIII.

In Panegyricum ad PHILIPPUM Burgundionum Principem.

Des. Erasmus Rot. Joanni Paludano doctissimo atque humanissimo inclytæ Lovaniensium Academiæ rhetori S.D.

Epist. 56. INtelligo tuis ex literis, Musarum meúmque delicium, *Joannes Paludane*, id quod & sine literis facilè conjectabam, ut ea mei nominis vel meipso studiosior, te jamdudum sitienter expectare, *Panegyrici* nostri jam emergentis in lucem, quasique natcentis, quod tandem fatum, quis genius fore videatur. Vix dum prima pagella recens, & adhuc ab officina madens cœperat ostentari, atq; (ut fit in re nova) aliis ab aliis per manus tradi; *Erasmus* interim, quem scias quantopere semper delectârit *Apelles* ille post tabulas latitans, nusquam non aures arrectas habebat, undique captans, non quàm multis placeret (cum mihi quidem ad conscientiæ fiduciam, & unius hominis judicium abundè

sufficiat, modò is, vel *Valasci* nostri, vel cui similis sit) sed quâ parte displiceret. Nam laudator nisi eximiè doctus, officit quoque; at reprehensor etiam parum eruditus, aut admonet quod te fugerit, aut ad defensionem rectè dictorum expergefacit, & aut doctiorem facit, aut certè reddit attentiorem. Proinde disperearn, nisi mihi *Adamum* unum malim sanus, quàm decem *Polybymnias*. Sed quid verbis opus? Illud in totum affirmarem, si quàm verè, tam non arroganter dictum videretur, non paulo plures fore qui carpant, quàm qui intelligant. Ex tribus autem reprehensorum generibus, primum haud satis etiam scio, risu mihi magis fuerit, an miserationi, videlicet eorum qui sibi præclarè literati videntur, cum nihil sint minus. Ii me statim in ipso *Panegyrici* limine offendisse, quasique in portu (quod aiunt) impegisse prædicabant, ibi erratum esse putantes, quoties non satis intelligebant. Quid autem, bone Deus, intelligunt isti? Itaque quasi sorices suomet judicio peribant, propriam prodentes insciti am, dum insectantur alienam. Sed totam hanc fabulam malo coràm, quam quidem scio tibi magnæ voluptati futuram. Cæterùm haudquaquam mihi contemnenda ducebam reliqua duo calumniatorum genera, alterum imperitorum, neque satis prudentium, qui totum hoc meum ornandi Principis studium, adulationem vocabant: alterum mediocri literaturâ hominum, qui in opere quasi nondum dedolato, nonnullis rebus offendi, vel desiderare quædam potiùs videbantur. Et altiùs quidem me pupugit prior illa reprehensio, quippe quæ moribus labem conaretur aspergere. Alterâ levius commovebar, quòd ingenium modò taxaret, non etiam vitam contaminaret. His igitur pro viribus est satisfaciendum, illi sunt seriùs refellendi. Principio qui Panegyricos nil aliud quàm assentationes esse putant, prorsum ignorare videntur quo consilio, cui rei, genus hoc scripti sit à prudentissimis viris repertum, nempe, ut objectâ virtutis imagine improbi Principes emendarentur, probi proficerent, rudes instituerentur, admonerentur errantes, extimularentur oscitantes, denique ipsi apud sese pudescerent deplorati. An verò credendum est *Calisthenem* tantum Philosophum, cum *Alexandri* laudes diceret, an *Lysiam* atque *Isocratem*, an *Plinium*, & cum his innumerabiles, cum hoc in genere versarentur, aliò spectâsse, quàm ut sub laudandi prætextu cohortarentur ad honesta? An tu censes Regibus sic natis, sic educatis, tetrica illa *Stoicorum* dogmata, & Cynicos latratus esse proponendos? Scilicet ut aut cachinnum moveas, aut acriùs etiam irrites? Generosus animus quantò commodiùs ducitur quàm trahitur, quantóque meliùs blandimentis sanatur, quàm convitiis. Quod autem efficacius, imò quod aliud prudentibus est usurpatum cohortandi genus, quàm ut magna jam ex parte tribuant ea decora, ad quæ provocant? An non laudata virtus

Crescit, & immensum gloria calcar habet?

Quid, quòd ipse *Paulus* Apostolus non rarò hoc artificio quasi pia quadam utitur adulatione, laudans, ut emendet? Iam verò qui possis scelesto Principi tum impunitius, tum acerbius exprobrare crudelitatem, quàm si in eo clementiam prædices: qui rapacitatem, violentiam, libidinem, quàm si benignitatem, moderationem, [illegible] stimoniam effingas?

Virtutem ut videat, intabescátque relicta?

Sed *Magistratus*, [illegible] mentitum fuisse in referendis laudibus [illegible] ris. Quorsum istuc pertinuit, quod [illegible] obstinatis etiam infensus mendacio, [illegible] jus loci disputare. Certè *Plato*, certè [illegible] dacium officiosum permittens [illegible] rectè puerilem indolem falso [illegible] quam ad virtutis studium [illegible] & optimus quisque medicus in ægris [illegible] bi placere colorem, atque ora [illegible] quòd tales sint, sed ut tales [illegible] quod candidi pectoris est, [illegible] ratione vel hallucinari, & ideò [illegible] obliviscí, in quo amando nullus detur [illegible] Tum autem publicitùs interest, ut de [illegible] etiam non optimo, tamen plusquam [illegible] tiant ii quibus imperat. His nimirum [illegible] cus scribitur, non Principi, si sit illaudatus [illegible] enim uni præstatur de quo dicitur, [illegible] apud quos dicitur, quorum [illegible] bus necesse est; quemadmodum [illegible] bus, cui Panegyricorum genus esse [illegible] ipsa vox admonet, quæ *Græci* [illegible] *fauæ multitudinis* dicitur. Unde [illegible] genere tantum esse licentiæ [illegible] in quibus fas est ad demulcendas [illegible] omnes Rhetorices fucos, omnia [illegible] stentare. Denique posteris [illegible] scribuntur orbi: neque ita magni [illegible] Sancti, cujus nomine boni Principes [illegible] proponatur in publicum, modò id [illegible] cordatis non insciè fecisse, sed [illegible] Verùm qui crimen adulationis [illegible], parum animadvertere videntur, [illegible] hi, quàm ipsi Principi convicium [illegible] non intelligunt in se recidere [illegible] ipsi adulatores sint maximi. An verò, [illegible] *Hesiodum*, hic quoque

—— *κεραμεὺς κεραμεῖ ζηλοῖ, τέκτονα τέκτων.*

Verùm nimium est intervalli inter [illegible] rimum assentandi genus, & hoc non meum, [illegible] eruditorum omnium. Illi laudant [illegible] sui compendii causâ serviliter blandientes [illegible] stultorum: nos amabilem illam virtutis [illegible] ciem in commune proponimus, [illegible] mine, quem ea maxime deceat, [illegible] facillimè commendari queat multitudini. Quod si qui clament, totum hoc ineptum esse, [illegible] quempiam: possem istis *Plinium* [illegible] verbis, sic illis videri, quia desierint [illegible] danda. Verùm sint isti quantumlibet [illegible] bis liceat ineptire cum *Ambrosio*, cum *Hieronymo*, qui multos scriptis ad ipsos laudibus [illegible] runt. Quod vitio tam divinis in privatis [illegible] pistolis, mihi in tam populari tamque [illegible] trico scripti genere non licebit? Hæc [illegible] apud prudentes Judices non inhonesta [illegible] opinor, etiam si mihi *Phalaris* aliquis, [illegible] *Sardanapalus*, aut *Heliogabalus* hoc Panegyrico [illegible] datus esset. Nunc nè quis fortè [illegible] stulare, ut mihi quicquam eorum [illegible] versus adulationis calumniam patrocinetur. [illegible] cipem utcunque depinximus, juvenem [illegible] lum, sed in quo præter fortunæ [illegible] bus nulli certè secundus est, magnæ jam [illegible] cherit,

eluceant, tum in posterum nulla non virtus ex-
pectetur. A quo quidem non tam mihi speranda
sit studii mei gratia, quòd laudarim, quàm metu-
enda (quod abominor) indignatio: idque pro-
pter singularem ipsius modestiam, cui nulla non
de se laus nimia videtur esse. Rursus autem in jus
vocabant alii, quibus illius decora notiora sunt
quàm mihi, quod omnia tum minora, tum pau-
ciora veris scripserim. An effecerim nescio, cer-
tè sedulò conatus sum, sic totius orationis consi-
lium dictúmque temperare, ut doctis atque at-
tentis quovis potiùs spectâsse viderer, quàm ad
assentationem. A quo profectò vitio (te in pri-
mis teste) sic abhorrui semper, ut nè possim qui-
dem adulari cuiquam si velim, neque velim si
possim. Proinde nihil vereor, nè crimen istud in
meos hæret mores, apud eos qui tecum *Erasmum*
intus & in cute nôrunt. Ut igitur apud istos tu
meæ simplicitatis vel testis vel patronus esse opti-
mus potes: ita quantum ad ingenii calumniam
attinet, nemo te melius novit, quippe sub cujus
oculis res omnis & cœpta est & absoluta, tria quæ-
dam præcipua defuisse, πράγμα, πάθος, καὶ χάρις.
Quorum primùm tantum habet momenti, ut
fiat eo, nè quod incipias quidem dicere habeas.
Quid enim dicat vel *Tullius* ipse, nisi de causa
eloctus? Alterum tantum adfert momenti, ut,
teste *Fabio*, vel citra doctrinam disertissimos so-
leat reddere. Scis autem quàm vix extuderis,
quàm vix mihi imperarim, ut hanc curam susci-
perem, quam reſraganti reclamantíque animo, de-
nique quam non meo stomacho scripserim. Por-
rò, tertium ejusmodi est, ut nè doctissimus qui-
dem quicquam elimatum queat adferre, nisi
multa dies & multa litura coercuit. Jam regni
limites attigerat Princeps, priusquam tibi veni-
ret in mentem. Et frigidum fuerat tum de re-
ditu gratulari, cum is jam inveteravisset, πᾶν
γὰρ ἄωρον ἴσον ἀπόβλ. Itaque tumultuanter moles
quædam verborum congesta est: quid enim aliud
poteram totius ignarus argumenti? Quod autem
est sine ossibus corpus, id est, sine rebus oratio;
quasdam verò res accipit orator, non excogitat.
Neque mihi pro temporis angustia defuit per-
contandi studium, sed alii conviviorum appara-
tus atque id genus nugas respondebant, partim
incompertiora quàm ut auderem literis commit-
tere. Quòd si in hac parte tam non defuissent
gloriæ Principis quàm suis commodis, non desunt
quidam, equidem pervidebam rem probè posse
splendescere, verùm esse totam orationis telam
de integro retexendam. Et jam minùs etiam
adjuvabat animo, quòd spe quoque parandæ
instructionis essem destitutus. Quod igitur so-
lùm & licuit & libuit, relicto tenore pristino,
multis locis multa velut intertexui, idque ex
tempore, nè à reliquo corpore velut perperam
assuta discreparent. Hoc pacto certè longiorem
feci Panegyricum, an meliorem fecerim nescio.
Porrò necessum erat aliquoties ad locos com-
munes divertere, & duriores interdum παρεκβάσεις adhibere, quæ tamen ipsæ quocunque modo
erant ad profectionis argumentum detorquen-
dæ. Quanto videlicet me felicior *Plinius Ce-
cilius*, non solùm disertior, non modò quòd ei
talis contigerit Imperator, isque jam canus, jam
omnibus civilis ac bellicæ rei muneribus perfun-
ctus, sed multò maximè, quòd quæ laudabat plera-
que viderat. Optimè narratus quæ nobis notis-
sima sunt. Nihil autem notius quàm quod oculi
tradiderunt animo. Quàs quidem ob res ausus
est lectorem ille in epistola quadam oscitantem
ad pressiùs annotandas figuras, transitus & ordi-
nem expergefacere. Mihi magis rogandi sunt ii
quibus lyncei sunt oculi, ut ad multa conniveant.
Video & ipse quædam adhuc hiantia, quædam
ascita, quædam perturbatiora, nonnulla verbis
luxuriantia, nihil autem satis excussum atque
expolitum. Et tamen qui sunt æquiores, non
tam mihi imputabunt, quàm iis incommodis quæ
modò retuli. Atque hæc quidem verbosiùs ad te,
doctissime *Paludane*. Cui enim potiùs quam tibi,
cum nullius magis partes esse videantur quàm tuæ,
adversus omnes calumnias nostri patrocinium su-
scipere, non solùm quòd abundantiâ quadam a-
moris erga me tui, meis rebus perinde ut tuis so-
leas commoveri; verumetiam quòd bona pars ad
te pertinere videatur vel criminis, si merear re-
prehendi, vel etiam laudis, si qua laus hinc mihi
debeatur. Tu siquidem mortalium unus ut hoc
laboris capesserem reluctantem detrectantémque
perpulisti, idem ut pergerem assiduos stimulos
subdidisti: tu ut illustrissimo Principi exhiberem,
& autor & adjutor fuisti. Idem ut ederem deni-
que non conquievisti, donec persuaseris. Quin in
ipso operis progressu cum alia quædam, tum illud
in primis suggessisti, id quod ego libenter arripui,
ut honorificâ mentione ornatissimi patris *Francisci
Busleidiani* Archiepiscopi *Bizontini*, viri nunquam
satis laudati memoriam, quâ possem, ab obli-
vione situque assererem. Adjeci carmen ejus-
dem texturæ, id est, extemporale, id quod
vel tacente me, ipse facilè perspicies. Vale,
literarum decus, nosque (quod & potes & de-
bes, unus omnium maximè) fortiter defende.
Antuerpiæ ex officina calcographica.

In Panegyricum ad Philippum Burgundionum Principem.

*Amplissimo Patri ac Domino D. Nicolao Ru-
terio, Episcopo Atrebatensi, Des. E-
rasmus Roterod.* S. D.

MUltis adeo nominibus mihi visum est conve- *Epist.* 573
nire, ornatissime Præsul, ut Panegyricus quem
Principi *Philippo* ex *Hispaniis* reduci nuper exhi-
bui, tui potissimùm nominis auspiciis in manus ho-
minum exiret: primùm quòd unus omnium apud
nos rei literariæ candidissimè faveas, prorsúsq; erga
doctos omnes *Mecœnatem* quendam, vel parentem
potiùs agere soleas: deinde sive quid ad illustrandam
Principis gloriam labor hic meus adferet momen-
ti, nemo te dignitatis illius studiosior; sive magis ad
cohortandum valebit, istuc verò tibi semper uni-
cum, & à *Philippo* ad *Philippum*, proavo pronepo-
tem, perpetuum studium fuit salutaribus ac liberis
consiliis, ducum animos ad honesta vocare: postre-
mò ut per eundem bonis ingeniis commendare-
tur nostra gratulatio, per quem antea Principi pla-
cuisset. Placuisse autem cum oculis, vultu, atque
ipsâ (quod aiunt) fronte, tum amplissimo mune-
re, veluti judicii sui pignore testatus est, nihil
non offerens, si voluissem in aulicam immigra-
re familiam. Nam plures alioqui causæ suade-
bant, ut eam pro viribus abderem premerémque,

quod hinc ingenioli mei modulus succurreret, hinc obversabatur animo, quàm arduum esset maximorum Principum majestatem oratione sustinere, quantum autem flagitii, eam culpâ deterere ingenii, quemadmodum ait *Horatius*. Neque enim cujusvis penicillo numinum effigies dignè repræsentantur. Adde jam quod & alias impar, ipso etiam tempore, sicuti scis, excludebar. Etenim cum mihi serò venisset in mentem, tum de re nihil tenerem, nisi quantum homini rerum hujusmodi minimè curioso, semperque libris immussanti, publicus rumor suggessisset, tumultuariâ primùm operâ, verborum quasi sylvam quandam repentè corrui: ac veluti primò, sicut aiunt, ecclo, futuri *Panegyrici* rudem simulachrum deformavi. Dehinc ubi de re multum vestigata, non multò factus essem instructior, negligentibus aliis, aliis etiam studio cælantibus, & editio jam passim efflagitaretur à studiosis, neque liberet totam operis telam retexere, compluribus locis interfulsi quædam. Unde vereor, nè peritiorum ungues, orationis inæqualitatem & hiantes alicubi commissuras sint deprehensuri. Porrò, cum oculi sint unici bene narrandi magistri, mihi nè audire quidem contigit, nisi perpauca quædam, eáque incomperta, ut hic totus locus fuerit quasi summis pedibus transiliendus. Nam de Principe & parum confessa scripsisse, sacrilegii genus est. Accedebat huc, quod mea simplicitas, ut ingepuè dicam, à toto hoc scripti genere nonnihil abhorreret, in quod unum, vel maximè videatur hærere *Socraticum* illud, τὸν μηδὲν εἰδότα ἀγνοεῖν εἶναι ἢ πολλὰς μάχας μάχεσθαι. Quanquam ista non tam *aurum* quàm *aeris alieni* est. Nec alia prorsus æquè efficax emendandis Principis ratio, quàm si sub laudandi specie boni Principis exemplar offeras, modò fic virtutes tribuas, sic vitia detrahas, ut ad illas adhortari, ab his deterrere videare. Neque enim medici quemlibet eâdem, sed aptissimâ quenque curant viâ. Hac videlicet formulâ tueri me poteram, nisi in eum Principem incidissem, in quo laudando nè necesse quidem fuit quicquam affingere, hac unâ in re fortunatus: fortunatiores tamen futuri, qui hunc ipsum jam senem describent, cujus consilia ut nobis divina benignitas, magis magísque prospera velit esse, precor. Bene vale.

A negotiis distringaris; etiamsi non negem te [illegible] splendidiore premi, gravioré non arbitrorem [illegible] rinâ culicem cum elephanteo componas. Illud verò cum non ignorem, pectus istud [illegible] quidem prorsus, & homine majus, sed [illegible] num, tanti is negotiorum molibus [illegible] non aliâ ratione mihi videor in te officium esse posse, quàm si salutationis officio [illegible] Quin modis omnibus mihi videar [illegible]

B Regem catholicum, cui velut *Atlanti*, [illegible] es vice, aut, si mavis, velut *Hercules* [illegible] tum in universum potentissimi Principis [illegible] nem, cujus juvandis rebus superum benignitate donatus videris, si te frequenter meis literis interpellem, præsertim nihil aliud quam [illegible] te meum testaturis; quem ego finè, si facultas animi studio respondeat, solidioribus argumentis testari cupiam, &, opitulatore *Christo*, testimonium sum aliquando, si modò in paucos annos vitam & incolumitatem superi propitii largiuntur. Nunc in hoc pistrino, in quod me [illegible]

C molendum est menses aliquot, & [illegible] quod ipse intrivi, mihi exedendum sit. Hoc tamen aliud interim ago, quàm agit [illegible] pari quidem studio, licèt impari successu, aut pari splendore. Tu, velut in celeberrimo totius orbis theatro, summo cum omnium applausu versas Principis ejus negotia moderaris, à cujus genio rerum humanarum summa potissimùm pendere videtur, & ita moderaris, ut cum ille pulcherrimum quoddam certamen susceperit [illegible]

D trum unus ille syncerius regnis [illegible] mum gerat imperium, an tu nova [illegible] amplissimum. Ego inclusus & inter [illegible] sans, prorsus nihil honestissimorum studiorum negotium ago, nihilo secius interim [illegible] Principis agens negotium, cui scio nihil esse magis in voto, quàm ut ipsius auspiciis *Christiana* pietas, ac ditio digna *Christianis*, magis ac magis [illegible]

E efflorescat, & latissimè propagetur. Atque [illegible] fortassis potest armis propagari, veruntamen [illegible] copiis, aliisque præsidiis propagandæ est. Hac parte, quàm ego vel primarium esse [illegible] dicam ducem, sed certè gregarium [illegible] militem præsto, non me pœnitenturus [illegible] Tantum oro, ut communibus nostris votis *Christus* Opt. Max. aspiret. Aspirabit autem, si nos syncteris animis illius, non nostrum agemus negotium. Atque ita nostrum [illegible]

F acturi, si illius negotium egerimus. Nos [illegible] versâ valetudine, & sycophantarum [illegible] fati, magis animo quàm corpore vivimus. Cæterùm & mihi gratulor, & *Christo* [illegible] gratias ago, quod ex amicorum literis [illegible] sco celsitudinem tuam, inter immensos [illegible] rarum ac discriminum undas, quibus [illegible] ferendis vix adamantinum pectus [illegible] petuò prosperâ valetudine usum fuisse, [illegible] res istas præter ætatis rationem [illegible]

G naturæ felicitas suppeditat, sive [illegible] optimum Principem ac patriam [illegible] sive numinis humano generi [illegible] tas, Principis causâ tibi, per te [illegible] tur. Adeo quoties vegetam istam & [illegible] gotiis senectutem contemplor, *Musonium* quempiam aut *Catonem* mihi videre videor, [illegible] illos zonas patientiâ, ita prudentiâ [illegible] moderatione superas. Cujusmodi [illegible]

multi

De Institutione Principis Christiani.

Clarissimo viro D. Joanni Sylvagio, Regis Catholici Caroli Cancellario summo, Des. Erasmus Roterodamus inter ejusdem Regis Consiliarios minimus S.

Epist. 58. Subindè me flagellat litigatricibus epistolis *Petrus Barbirius* sacellanus tuus, meus *Pylades*, quòd postea quam itineris *Hispanici* comes esse recusavi, non saltem crebris literis celsitudinem tuam intervisam. Ego verò, si mihi persuasum habeam prudentiam tuam, vel desiderare literarum officium, vel hujusmodi vulgaribus officiis æstimare clientis in te animum, nolim mihi hac in causa ullam, quantumvis justam, excusationem esse præsidio: licèt illud verissimè queam dicere, me hactenus non levius districtum fuisse studiorum laboribus, quàm tu tanti Principis, & non unius regni

multi contingerent, spes esset brevi futurum, ut orbis *Christianus*, & honestissimis disciplinis, & moribus integerrimis, & pace jucundissimâ floreret. Audio *Ferdinandum* illustrissimum feliciter ad nos appulisse, ei libellum *De Principe instituendo* instauravi: quandoquidem cum *Carolo* jamdudum supervacaneum reddidit tum ipsius indoles, ultro ad omnia summo Rege digna, prævolans, tum tua non minus fida quàm cordata consilia. Bene vale. *Basileæ*, Anno M. D. XVIII. Id. Julii.

De Institutione Principis Christiani.

Illustrissimo Principi Carolo, invictissimi Maximiliani Nepoti, Des. Erasmus Roterodamus S.D.

Epist. 59 Cùm per se res eximia quædam est sapientia, *Carole* Principum amplissime, tum verò nullum sapientiæ genus excellentius existimat *Aristoteles*, quàm quæ doceat salutarem agere Principem: at optimo jure *Xenophon* in libro, quem inscripsit *Oeconomicum*, arbitretur esse quiddam homine majus, planéque divinum, imperare liberis ac volentibus. Hæc nimirum est illa Principibus expetenda sapientia, quam unam cæteris rebus contemptis, optavit cordatissimus adolescens *Solomon*, quámque jugiter regio throno voluit assidere. Hæc est illa castissima simul & pulcherrima *Sunamitis*, cujus unius complexibus unicè delectatus est *David*, sapientissimi filii sapientissimus pater. Hæc est quæ loquitur in *Proverbiis*: *Per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam.* Hanc quoties in consilium adhibent Reges, exclusis pessimis illis consultoribus, ambitione, ira, cupiditate & adulatione, jam rebus omnibus florens respublica, Principis sui sapientiæ, felicitatem suam acceptam ferens, meritò sibi gratulatur: *Venerunt*, inquiens, *mihi omnia bona pariter cum illa.* Proinde *Plato* non alia in re diligentior est, quàm in instituendis reipublicæ suæ custodibus, quos non opibus, non gemmis, non cultu, non imaginibus, non satellitio, sed solâ sapientiâ cæteros vult antecellere: negans unquam beatas fore respublicas, nisi aut philosophi gubernaculis admoveantur, aut ii quibus fortè contigit administratio, philosophiam amplectantur: philosophiam, ipsam, non istam quæ de Principiis, de prima Materia, de Motu aut Infinito disputat, sed quæ falsis vulgi opinionibus, ac vitiosis affectibus animum liberans, ad æterni Numinis exemplar rectè gubernandi rationem commonstrat. Tale quiddam sensit opinor & *Homerus*, cum *Mercurio Ulyssem* adversus *Circes* veneficia, Moly herba præmunit. Nec sine causa *Plutarchus*, neminem existimat de republica melius mereri, quàm qui Principi animum, omnibus consultiquum, optimis ac Principe dignis rationibus imbuerit: è diverso acutissimum æquè gravem perniciem adferre rebus mortalium, atque eum qui Principis pectus pravis opinionibus aut cupiditatibus corruperit, haud secus quàm si quis fontem publicum, unde hauriant universi, letalibus venenis infecerit. Idem haud abs re taxat celebratissimum illud *Alexandri Magni* dictum: qui cum à colloquio, quod habuerat cum *Diogene Cynico*, digressus admiraretur animum illum philosophicum, excelsum, intrectum, invictum, & omnibus humanis rebus superiorem, *Ni Alexander*, inquit, *essem, Diogenes esse optarem*: imò, quo pluribus rerum procellis obnoxia est ingens divitiæ, hoc magis illi fuerit optandus *Diogenis* animus, qui tantis rerum molibus par esse posset. Sed quàm *Alexandrum* felicitate superas, *Carole* Princeps inclyte, tam speramus futurum, ac anteeas & sapientiâ. Nam ille quidem ingens imperium occupârat, nec citra sanguinem, nec admodum duraturum. Tu pulcherrimo hæres imperio, majori destinatus, ut quàm illi fudandum erat ut invaderet, tàm tibi fortè laborandum erit, ut aliquam ditionis partem ultrò cedat potius quàm occupes. Superis debes quod incruentum, & nullius malo emptum contigit imperium, jam tuæ sapientiæ partes erunt, incruentum item ac tranquillum tueri. Est ea naturæ tuæ bonitas, ea mentis integritas, ea vis ingenii, ea sub incorruptissimis præceptoribus fuit institutio: denique tot undique te majorum tuorum circumstant exempla, ut omnibus certissima spes sit, *Carolum* aliquando præstaturum, quod à patre tuo *Philippo* dudum expectabat orbis: neque fefellisset expectationem publicam, ni mors illum ante diem terris eripuisset. Itaque cùm non ignoratem, tuæ celsitudini nihil opus esse cujusquam monitis, nedum meis, tamen visum est optimi Principis simulachrum in commune proponere, sed tuo sub nomine; ut qui magnis imperiis educamur, per te rationem accipiant administrandi, abs te exemplum: quo simul & tuis auspiciis hæc utilitas ad omnes permanaret, & non jam tui, his ceu primitiis, animum ut te nostri studium utcunque testificaremur. *Isocrates De regno administrando præcepta, Lutherus* donavimus: ad cujus æmulationem adjecimus nostra, velut aphorismis absoluta, quo minus esset tædii legentibus, sed tamen ab illius decretis haud parum dissidentia. Siquidem ille sophista regulam nescio quem, seu tyrannum potius instituit, ethnicus ethnicum, ego theologus inclytum & integerrimum Principem, ad hæc, *Christianus Christianum.* Quæ si mihi scriberentur ad provectioris ætatis Principem, poteram fortassè nonnullis in suspicionem venire, vel adulationis vel præcocitatis. Nunc cum hic libellus dictatus sit ei, qui tamen summam de se spem præbeat: tamen ut admodum adolescentis, & nuper inaugurati imperio, ne potuerit quidem admodum multa gerere, quæ solent in aliis Principibus aut laudari aut reprehendi; liber nimirum utraque suspicione, non possum aliud quærisse videri, quàm publicam utilitatem, quam ut Regibus, ita & Regum amicis ac familiis oportet unicum esse scopum. Inter innumera decora, quæ tibi Deo præside tua parabit virtus, erit & hæc nonnulla pars laudum tuarum, talem fuisse *Carolum*, ut non veritus sit aliquis illi citra ullam assentationem, integri verique *Christiani* Principis simulachrum offendere, quod vel libenter agnosceret optimus Princeps, vel sapienter imitaretur adolescens, semper sepso melior evadere cupiens. Bene vale.

In Declamationem de Morte.

Erasmus Rot. Henrico Glareano suo S.D.

ANte complures annos, cum *Senæ* valetudinis confirmandæ gratiâ, menses aliquot commorarer, *Epist. 60.*

morarer, *Alexandrum* Archiepiſcopum titulo divi *Andreæ*, feliciſſimæ indolis adoleſcentem, apud quem tum diverſabar, variis thematiis, quas *Graci* μελέτας vocant, exercui. Ex his à me neglectis, neſcio quo caſu, ſervatum hoc unum inter ſchedas reperi. Id hac lege ad te mitto, ut ſi non probas, abjicias quò meretur: Sin approbas, noſtro exemplo tuos item adoleſcentes hoc genus argumentis exerceas, atque etiam ſi videtur, libellum hunc cæteris lucubrationibus meis adjiciendum cures. Bene vale, *Glareane*, *Helvetiæ* tuæ decus.

De Pacis querimonia.

Clariſſimo Præſuli Trajectenſi Philippo, Des. Eraſmus Roterodamus S.D.

Epiſt. 61. GRatularer tibi, *Philippe* Præſul, non minus vitæ ornamentis, quàm ſummorum Ducum imaginibus clariſſime, quòd tanti muneris honore ſis auctus, ni compertum haberem quàm invitus ſuſceperis, quámque gravatè optimi maximíque Principis *Caroli* autoritate fueris adactus, cujus alioqui charitati nihil non eras daturus. Atque hæc ipſa res ſpem nobis certiſſimam facit, fore ut cum laude perfungaris ſuſcepto, quandoquidem *Plato* vir exquiſitiſſimi, planéque divini judicii, non alios exiſtimat ad rempublicam gerendam idoneos, quàm eos qui huc nolentes pertrahuntur. Auget autem noſtram de te fiduciam, quoties in mentem venit, & cui tu ſuccedas fratri, & quo patre ſitis ambo profecti. Nam *David* germanus tuus, vir eruditus juxta ac prudens, permultis annis ſic locum iſtum tenuit, ut ſuis ornamentis, plurimum ſplendoris ac dignitatis addiderit ipſi muneri, per ſe licèt ampliſſimo, multis ille quidem modis magnus ac ſuſpiciendus, ſed in hoc præcipuè ſalutaris reipub. quòd nihil ducebat antiquius pace publicâ, hac quoque in parte patrem *Philippum Burgundiæ* Ducem referens, virum nulla non re maximum, ſed tamen pacis artibus cum primis inſignem, & æternæ hominum memoriæ commendatum. Qui tibi hoc etiam impenſiùs erit exprimendus, ut non tantùm filius patri, ſed ut *Philippus Philippo* reſpondeas. Intelligit jamdudum tua prudentia, quid abs te populus univerſus expectet. Triplex onus humeris ſuſtines, patris exemplum ac fratris, tum horum temporum fata (quid enim aliud dicam?) neſcio quo modo ad bellum pertrahentia. Vidimus ipſi nuper, ut quidam amicis quàm hoſtibus graviores, nihil intentatum reliquerint, nè bellorum aliquando finis eſſet: rurſus ut vix expreſſerint alii qui reipub. Principíque ex animo bene volunt, ut pacem cum *Francis* ſemper optandam, hiſce verò temporibus etiam neceſſariam amplectaremur. Cujus ſanè rei indignitas movit animum meum, ut tum Pacis undique profligatæ querimoniam ſcriberem, quo nimirum hac ratione juſtiſſimum animi mei dolorem vel ulciſcerer, vel lenirem. Libellum ad te, ceu primitiolas novo Epiſcopo debitas mitto, quo diligentiùs tueatur tua celſitudo pacem utcunque partam, ſi non patiar eam obliviſci quanto negotio nobis conſtiterit. Bene vale.

In Linguam.

Illuſtri D. Chriſtophoro à Schidlovitz, Poloniæ & Capitaneo Cracovienſi, regni Poloniæ Cancellario, Deſ. Eraſ. Rot. S.D.

TOt tantiſque malis undique conſumitur eſt *Epiſt. 62.* vita mortalium, vir non imaginibus tantùm illuſtris, ut *Homerus*, conferens ſortem ſuam conditionis cum ſingulis animantium generibus, pronunciârit, nullum eſſe animal homine calamitoſius: *Silenus* judicarit optimum aut non naſci, aut quàm ocyſſimè aboleri: *Thales* exiſtimârit, nullum munus homini datum à ſuperis majus aut melius, quàm vitæ brevitatem, & interim nulli negatam facultatem abrumpendi vitam, ſi videatur. Apud *Lucianum Pythagoras*, cujus animus fingitur ſubinde mutato domicilio, per omnia virorum ac mulierum, bipedum & quadrupedum corpora fuiſſe peregrinata, fatetur ſe longè ſuaviùs vixiſſe quum eſſet rana, quàm quum eſſet Rex. Atque hæc quidem licèt abſurdè dicta, non ita multum abeſſent à vero, niſi cœleſtis ille Philoſophus nobis perſuaſiſſet, æternam felicitatem eſſe paratam his qui totius ſeſcitatis prorſum ac puppim, ut aiunt, in ipſo collocârint. Ea ſpes tantam habet vim, ut in maximis etiam malis ſervet ac tueatur alacritatem animi ſibi bene conſci, præſertim, quum hic interim adſit arnbo ille mirificus & arcanus, qui quicquid fuerit hac vita fellis vertit in mel. Ad hæc, quoniam homo ſicuti corpore conſtat & animo, ita duplici genere malorum affligitur, quæſitum eſt & illud à ſapientibus viris, utrum graviora ſint mala corporis an animi, & pronunciatum eſt ab animi malis plus eſſe calamitatis. Quanquam ab hac ſententia non diſcrepat vulgus: Quotus enim quiſque eſt, qui non miſerius eſſe ducat hydropicum eſſe quàm avarum? Sed idem felicius eſſe ducit, habere corpus formoſum, quàm animum honeſtis diſciplinis ac virtutibus exornatum. Nec nihilò ſi poſterè judicant de malis ac bonis, qui corpus præferunt animo. Antiquitas præter culpas & vitia, numeravit trecenta morborum genera: quibus acceſſerunt, & indies accedunt ignotæ novæque morborum ſpecies, veluti cum ante mœnia eorum ex inſidiis bellum gerentes. Quis autem enumeret animorum vitia? Atque utinam numero tantùm vincerent: Superant, proh dolor, ſuperant & aliis multis nominibus. Primùm quid vitiant meliorem noſtri partem: deinde quid quum corporis mala tantùm affictos reddant, animorum morbi reddunt etiam malos & infelices, eo quòd à nobis acceſſantur. Jam ſunt quædam corporum ægritudines, quæ cruciatum afferant, veluti phthiſis. An verò eſt ullus hydrops, ulla febris, quæ ſic diſcruciat corpus, ut pecuniæ ſtudium, ut amor impotens, ut zelotypia, ut invidia torquet animum? Ad hæc, corporis morbi crebrò medentur animi malis, quum ex animi vitio ferè naſcantur & corporis mala. Graviores exiſtimantur corporis morbi, qui præter moleſtiam habent & turpitudinem. At hujuſmodi ſunt omnes animorum morbi: Non enim ſolùm adimunt animi tranquillitatem, verumetiam infamiam adferunt. Medici nullum morborum genus putant ſanabilius, quàm quod ægroto mali ſenſum eripit. Similiter

Sanabilior enim est podagricus, qui se miserum clamitat, & paulum decessi jubet, quàm phrenetici aut lethargicus, quorum hic sibi videtur sanissimus medicum epistolari capitatam invadit. Ac huiusmodi ferè sunt omnes animorum morbi: Quo quisque gravius ægrotat, hoc minus admittit opem medicinæ: Nam in his quoque vera est. Longè facilius medemur luxui, libidini, & prodigalitati, cæterisque erassis, ut ita dicam animi morbis, quàm ambitioni, quàm invidiæ, quàm philautiæ, quàm hypocrisi. Videas multos quibus non possis objicere stuprum, aut temulentiam, sed toti mundi amore sui, ad hunc gnomonem examinant omnia. Si quis obsistat, nullum vindictæ genus non molinentur, sceleratissimis interim cupiditatibus prætexentes honestos titulos. Quo quidem hominum genere nihil nocentius neque deplorabilius. De corporis morbis judicat animus: idem in animi morbis fieri non potest, quum ea pars nostri laboret, quâ judicamus. Proinde quo remedio succurras illi, qui sibi inexplebilem habendi vocat providentiam, qui livorem appellat honesti zelum, qui cæcum amorem sui nominat prudentiam, maledicentiæ morbum facit titulo libertatis? Accedit ad hæc quod eis pedes alligavit podagra, tamen oculis & auribus sanus est. At unusquispiam animi morbus totum vitiat animum. Rursum, cui res est cum calculo, cæteris morbis caret. At nullus est animi morbus, qui non secum trahat agmen viciorum. Jam si par est ex contagii noxa morbum æstimare, pestilentia tuti sunt senes, si *Plinio* credimus; nec ex quovis denigrat, sed ab Austrinis regionibus orta, ferè demigrat ad Occidentales. Sunt morbi qui non attingunt pueros, sunt qui parcunt sexui feminino, sunt qui potentes impetunt, plebi parcunt, cujusmodi ferunt lichenas: Sunt qui suis tantum ætatibus aut etiam regionibus sæviunt. Elephantiasis & Gemursa, quum immigrâssent in Italiam celeriter extinctæ sunt. Sudorem letiferum ante annos triginta non novit *Anglia*, nec ea hactenus transiit ejus insulæ fines. Habent hæc mala tractus suos, habent vices suas, habent personarum atque etiam membrorum delectum. Animorum pestes nec ordini, nec sexui, nec ætati parcunt ulli, nec ullis se limitibus continent, incredibili celeritate pervagantur orbem, nec invicem sibi cedunt, quemadmodum vicissitudine sæviunt, nunc pestilentiæ, nunc anginæ, nunc tussis, sed morbum morbus, velut animam anima trahit: nec facilè cedunt ubi semel incubuere. Jam si quis percontetur, inter corporum morbos cui debeatur principatus; nec judice, facilè tribuetur ei malo, quod incertâ origine, tot jam annos per omnes orbis plagas impunè grassans, nondum certum nomen invenit: plerique vocant *Pestis Gallica*, nonnulli *Hispanienses*. Quæ lues unquam pari celeritate percurrit singulas *Europæ*, *Africæ*, *Asiæque* partes? Quæ penitiùs sese inserit venis ac visceribus? Quæ tenaciùs hæret, aut pervicaciùs repugnat artis curæque medicorum? Quæ faciliore contagio transiit in alterum? Quæ crudeliores habet cruciatus? Utiligo præter cutis deformitatem nihil habet noxæ, & curationem recipit. Lichenes fodo quidem furfure, primùm faciem, deinde reliquum corpus operiunt, sed cita eruptarum, nullóque vitæ discrimine, etiam si remedium non admittant, nisi cui mori sit antefavendo. Hanc luem quicquid in aliis est horrendum una secum defert, sitis ærumnarum, contagium, vitæ periculum, curationum difficillimam penitiæ ac fodissimam, & tamen utcunque cohibitam, subinde scrupulas, non aliter quàm podagra. Postremò, si quis scisciteretur inter animi morbos, cui nocendi primatus tribuatur, nihil addubitem hanc illaudatam laudem, & ingloriam gloriam tribuere linguæ effreni. Pestis hæc neque simplex est, neque recens, universos animi morbos complexum, nec ulla fuit ætas tam sanis moribus, ut de hoc malo non fuerit quæsta. Verùm ut febres ac pestilentiæ quædam, quum nunquam prorsus intermoriantur, tamen aliquando ex intervallo velut erumpentes inundatione latiùs & acriùs sæviunt, perinde quasi interceptorem humano generi ministentur: Ita videmus nunc hunc fatalem linguæ morbum miro contagio totum orbem occupâsse, seséque per aulas Principum, per domos idiotarum, per scholas Theologorum, per collegia sacerdotum, per militum cohortes, per agricolarum casas ipasisse, sanâ vi lentiâ, ut honestis disciplinis, ut integris moribus, ut publicæ concordiæ, ut ecclesiæ procerum, ut propinquorum Principum autoritati pernicitiam quandam ac perniciem moliri videatur. Dormitatum est initio adversus orientem pestem, de qua modò diximus, nec adhuc vigilatur adversus contagium, quum attracti lepra, leviore malo, semoveantur ab hominum commercio. Sed majore rerum humanarum exitio cessatum est hactenus adversus linguarum intemperias, & adhuc cessatur: Interim malum indies gliscens fit immedicabile. Extitere quidem nonnulli, qui quod solent imperiti medici, morbum siniſtrâ curatione nihil aliud quàm exacerbârunt. Hæ partes erant Episcoporum qui *Christianam* prudentiam, qui Evangelicam eruditionem, cum animi moderatione conjunxerunt. Usturis, sectionibus, & compedibus quid hactenus profectum sit videmus. Nos, tametsi nec autoritate, nec eruditione prudentiâque prædili simus, quantam morbi fatalis magnitudo requirit, tamen ad publicam orbis *Christiani* calamitatem, ingemiscentes, qualecunque pharmacum attulimus, quo si malum hoc funditùs tolli non potest, certè mitigetur. Ex ornatissimo viro *Joanne à Lasco* cognovi plurimum priscæ integritatis apud vestram gentem residere: ut *Astræa*, loquar enim Poetarum more, fugiens è terris, isthic ultima pressisse vestigia videri possit: nec mediocriter florere rectis institutis, sub integerrimo vigilantissimóque Præsule, *Joanne à Lasco* Archiepiscopo, qui priscorum Præsulum exemplum in hanc corruptissimam ætatem refert. Id eo facilius credo, quòd in ipso qui hæc narrat, eam morum synceritatem modestiámque perspiciam, ut parem hactenus non temerè in quoquam alio repererim. Quòd si communis hæc linguæ pestilentia nondum vestram attigit *Poloniam*, vinum est hoc scripto vestræ gratulari felicitati. Sin & isthuc aliqua pars contagii serpsit, minimus antidotorum. Id ut tui nominis auspiciis evulgaremus, vir illustris, fecit modò dictus *Joannes à Lasco*, qui mihi non desinit, admirabili quodam affectu, tuas dotes ac virtutes eximias prædicare, ut ipse quoque succensus admiratione laudum tuarum, cogar primum te tibi, deinde toti *Polonia* regno talem negotiorum administratorem

ministratorem gratulari. Hæc qui persuasit, juvenis quidem est, sed provectis moribus, sed senili judicio. Nec fallitur tam oculatus, nec fingit qui hæc tam constanter, tanto pectoris ardore deprædicat. Quòd si hunc homuncionem non gravaberis in tuorum numerum ascribere, gratulabor & mihi, talem vel patronum vel amicum, non me pudet hujus ambitionis: Talium virorum amicitiam in præcipua felicitatis parte numerare soleo. Quanquam quum Principum virorum favores ambimus, non tam nobis ambimus quàm optimis studiis, quàm pietati, quæ nunc quorundam seditiosis tumultibus ubique periclitantur: collapsura nisi tui similium autoritate studióque fulciantur. Ridiculus essem si nunc ambirem dignitates aut opes, propediem hinc emigraturus. Sarcinæ sunt ista quæ gravant evolare meditantem, nec tamen comitantur exeuntem. Si quid lucubrationibus meis, si quid per bonos viros nostris hortatibus extimulatos, juvimus vel honesta studia, vel pietatem *Christianam*, hoc viaticum lubens mecum extulero. Sed nimium diu te remoror à *Lingua*, in qua vereor necubi tua prudentia desideret ordinem magis digestum. Argumentum erat infinitæ varietatis, itaque dum singula cogor attingere, miscens interim sacra prophanis, vix effugi rerum confusionem, præsertim quum non vacaret expolire quod erat congestum. Bene vale. *Basileæ*, postridie Id. Augusti, An. millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

In Xenophontis Hieronem.

Des. Erasmus Roterodamus clarissimo viro D. Antonio Fuggero S. D.

Epist. 63. NOn sine causa, vir amicissime, veterem de *Ata* querelam in tuis ad me literis renovas. Nullo enim unquam seculo illa magis suo nomini respondit, quàm hoc, nec latiùs per omnium mortalium capita divagata est; cui, præter innumeras calamitates, hoc quoque mali jure ferimus acceptum, quòd nos animorum benevolentiâ conjunctissimi, consuetudine distracti vivimus. In hujus tamen incommodi solatium, nonnihil remedii videor mihi reperisse. Nam hisce diebus quum inquirens nescio quid, chartarum mearum acervos excuterem, ultrò, & ut arbitror, Deo quopiam ita volente, venit in manus, quod ante annos aliquot vertere tentâram ex *Xenophontis* Tyranno. Id quo minus tum absolverim, præter alia, fuit & illud in causa, quòd *Græcus* codex videretur mihi parum emendatus. Ad hoc laboris nunc integer reversus, perpetuo cursu, citráque respirationem ad umbilicum deduxi. Apud priscos nihil intererat inter nomen *Regis* ac *Tyranni*: quum postea *Tyranni* vocabulum cœperit esse invisissimum apud omnes, *Regis* etiam apud eas duntaxat respublicas, in quibus vigebat Democratia. Alioqui quod *Simonides* subinde *Hieronem* appellat Tyrannum, nihilo civilius esset, quàm si quis cum pirata familiariter & amicè confabulans, identidem appellaret illum piratam. Fateor hoc argumentum non per omnia temporum horum statui congruere, in quibus sub monarchis præpotentibus tranquillissimè degunt, non ut tum singulæ civitates, sed amplissimæ ditiones; multa tamen insunt, quæ nostris quoque Principibus non inutilia cognitu futura sint. [illegible] tibi dicato, quoties versaberis, [illegible] putato te cum *Erasmo* tuo colloqui. [illegible] viro *Joanni Cholero* salutem [illegible] quo uno nec inter amicos habeo [illegible] didiorem, nec inter patronos magis [illegible] ejus literis nil nisi meros amores spiro [illegible] tum capio, mihi crede, voluptatis [illegible] vix alia quapiam ex re tantundem. [illegible]

Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*, Idib. Febr. Anno à *Christo* nato, M. D. XXX.

In Liturgiam Virginis Lauretanæ.

Des. Erasmus Roterodamus Theobaldo Rinvicio Parocho Burentrutensi S. D.

INeptio jam toties in gratiam tum, [illegible] *Bietrici*, restim etiam opinor in medio foro ducturus, aut cyclopem saltaturus si tu jubeas: at interim abs te non impetro, ut ex vetere Psaltas novus Ecclesiastes. Ubique gentium omni genere musices, ac diversis multorum organis obstrepitur sanctissimæ Virgini, quæ quotidie audit angelorum choros, aliquanto, ni fallor, modulatiùs canentes nobis. Sed non aliunde venit, quod in pagis, & nonnullis etiam oppidis videmus tantam hominum ruditatem, tantam inscitiam rei *Christianæ*, quàm quòd vocum & organorum turpitus frequenter audiant, sermonem evangelicum aut nunquam audiant, aut perquàm raro. Atqui hæc demum est musica, quæ nobis pectorum cantat hujus mundi spiritum, & *Christi* spiritum inserit. Si tantum potuit *Amphion* sono testudinis: si tantum valuit *Orphei* citharæ ut saxa moveret & quercus; quanto plus valebit citharæ *David*, qui modulis suis spiritum malum depellere solitus est à *Saule*? quanto erit efficacior evangelica testudo? Fateor bonam Ecclesiastæ partem præstitit, qui sobriâ castáque vitâ præluit cæteris suis. Verùm ut hac in parte nihil in re desiderem, excusantur quidam, mi *Theobalde*, qui morum insigni sanctimoniâ linguæ pensant infirmum, quum utrunque præstare nequeant; & habet ipsi quoque vita linguam, ut ita loquar, [illegible] Sic excusatus est *Valerianus* Episcopus *Hipponensis*, qui linguâ utens alienâ, dimidium sui muneris cessit *Augustino*. At ego te qui potes eumque præstare, non patiar dimidiatum esse pastorem. Ita demum virgo mater putabit sibi [illegible] suum *Lauretum*, si quàm plurimos alienis amorem filii. Quanquam fortasse jamdudum hoc facis, ad quod te hortor. Adjeci Coronidem, nè non esset integra Liturgia. Bene vale. *Basileæ*, quarto Non. Maias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

In Hymnum Prudentii, de Natali pueri JESU.

Des. Erasmus Roterodamus castissimæ puellæ Margaretæ Roperæ S. D.

TOties jam provocor tuis, sororumque tuarum literis, optime *Margareta*, tam lautis, tam argutis, tam modestis, tam candidis, tam amicis, ut etiam si quis titulos detrahat, *Thomæ Mori* [illegible] possim agnoscere. Nè verò semper

videamini cecinisse surdo, studiis quibus obruor, A
paulisper cessi sussuratus, hisce diebus Natalitiis,
paucula minuscula, quod spero vobis non ingra-
tum futurum. Quod felix faustumque sit, *Guil-*
helmum Ruperto eâ morum integritate, suavitate,
modestiâque præditus, ut ni iponsus esset suus,
germanus videri posset: dedit tibi auspicatissi-
mas conjugii primitias, aut si mavis tu illi dedisti:
vel ut verius dicam, uterque dedit alteri *vicissim*,
quod diffluvietur. En mitto tibi & alterum pue-
rum, multò auspicatissimum *Jesum* nascentem B
Judæis, & mox illucescentem Gentibus, qui con-
subiis vestri proventum bene fortunabit, quique
studiorum vestrorum verus erit *Apollo*, cujus lau-
des pro sexu feminis tuis infantulis lyræ poteris oc-
cinere. Solus enim hic dignus est, qui fidibus,
qui fistulis, qui voce, qui musices omni genere,
sed præcipuè modulatis piæ mentis affectibus ju-
giter celebretur. Non dedignabitur à talibus
conjugibus decantari, quorum ea est vitæ totius C
puritas, concordia, tranquillitas, simplicitas, ut
ægrè reperias virginitatis professores, qui se auint
comparare. Rarum exemplum hoc præsertim
sexu, sed quod video brevi ad plures permanatu-
rum. Habetis isthic Reginam, velut istius sanctissi-
mi chori *Caliopen*. Sunt & in *Germania* familiæ
non obscuræ, quæ neutiquam infeliciter meditan-
tur, quod vos hactenus felicissimè præstatis. Bene
vale, non infimum ævi *Britannici* que tuæ decus, &
totum istum chorum mihi saluta diligenter. *Ba-*
sileæ ad *Christi* natalem, Anno millesimo quingen-
tesimo vigesimo quarto. D

In D. Ambrosii libellos de Apologia David. Et, De David Interpellatione.

Illustrissimo Principi Guilhelmo Duci Clivensi, Juliacensi, Montensi, Comiti Marchiæ, & in Ravenspurg, &c. Eras. Rot. S.D. E

Epist.66 VOs in opacis saltibus, clarissime Princeps, nos in vetustis bibliothecis venari solemus, in quibus nuper nacti sumus duos libellos, titulo quidem divum *Ambrosium* autorem præferentes, sed ipsi phrasi *Ambrosiana* dictionis æmulum, verùm ita feliciter æmulum, ut dotibus aliquot præcurrat. Nam & explicat dilucidiùs, & minus à re digreditur, nec aptè pariter ac densè citandis scripturarum testimoniis, nec pietate sententiarum, nec allusionum gratiâ, nec aculeorum acrimoniâ, *Ambrosio* tot suspiciendo nominibus inferior, meâ quidem sententiâ. Hujus arbitror esse libellos duos, quos habemus *Ambrosii* titulo *De vocatione Gentium*. O nos felices, si Theologi, quorum bona pars nunc sophisticis argutationibus infecescit, hujusmodi progymnasmatis, in adytis arcanarum literarum ad Ecclesiasticas conciones exercerentur! Sic enim nemo loqui poterit, nisi qui scripturas divinas omnes, penitus exusserit, imbiberit, concoxerit, tantóque usu contractrit, ut in naturam abisse videantur. Habes, ornatissime Princeps, duos heroas, eximiæ pietatis exempla; quorum alterum Deus in grave crimen prolabi passus est, ut in eo cunctis quidem hominibus, sed præcipuè Principibus ostenderet pœnitentiæ remedium: alterum facultatibus universis exutum, liberis ac nepotibus orbatum, diris etiam corporis ulceribus excruciari passus est, ut in hoc ederet omnibus invictæ tolerantiæ formam. Gravior erat *Davidis* calamitas quàm *Jobi*: Hic enim externis tantum spoliatus est, incolumi possessione omnium optimâ, bonâ mente: At is qui ab amore Numinis excidit, plus jacturæ fecit quàm si mundum universum, unà cum vita corporis, amitteret. Proinde *David* tam miserè, tam sine fine ploratus, nos admonet, quàm advigilandum sit, nè quid hujus possessionis nobis pereat. *Jobus* gratias agens, docet hominem, nec in summa rerum prosperitate tollendos animos, nec in quamlibet gravibus fortunæ procellis exanimari oportere, modò hoc sit incolume, quod unum beat hominem, nec nobis nisi nostro vitio potest eripi. Confido futurum, ut *Christo* tuam eximiam indolem moderante, nec in *Davidis* lachrimas, nec in *Jobi* calamitatem incidas: expedit tamen sapientis animum ad omnes casus qui possunt homini accidere, præmunitum atque instructum esse. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoiæ*. Calend. Julii, An. millesimo quingentesimo vigesimo nono.

In Paraphrasin in Evangelium Matthæi.

Invictissimo Cæsari Carolo, ejus nominis quinto, Des. Erasmus Roterodamus S.D.

HAudquaquam ignarus, *Carole* Cæsar invictissime, quanta religio, quantaque reverentia debeatur, quam omnibus sacris literis, quas nobis sancti Patres divini Numinis afflatu prodiderunt: tum præcipuè iis, quæ nobis bonâ fide referunt, quæ Pater ille cœlestis ad totius orbis salutem per Filium suum *Jesum* vel gessit, vel proloquutus est: simúlque conscius indignitatis propriæ, quum ante annos aliquot primùm admolirer manum epistolis *Paulinis*, *Paraphrasi* explanandis (nam id mihi tum ultrò suggessit impetus animi) videbar mihi facinus aggredi vehementer audax & improbum, ac periculosæ, quod aiunt, aleæ: adeò ut postea quàm in uno alteróve capite feciſsem operis periculum, planè contractis velis desiturus fuerim ab instituto cursu, ni me mirus amicorum eruditorum consensus, uti pergerem perpulisset. Nec mihi licuit per horum efflagitationes conquiescere, donec quicquid esset Apostolicarum Epistolarum absolvissem, quum ipse non sumpsissem tractandas nisi eas, quæ citra controversiam omnem à *Paulo* conscriptæ sunt. Non semper mihi prosperè cessit amicorum instigationibus obsequundâsse. Sed hac tamen in re mihi gratulatus sum eam audaciam expectatione fuisse feliciorem: tum autori, cui minimum peperit invidiæ; tum Evangelicæ philosophiæ candidatis, qui mihi certatim gratias agunt, quòd hac meâ industriâ ad cognitionem Apostolicæ sapientiæ, vel excitati sint, vel adjuti. Sed hac defunctus provinciâ, non expectabam posthac unquam mihi rem fore cum hoc scripti genere. Et ecce R. D. *Matthæus* Cardinalis *Sedunensis*, cujus hortatu perfeceram epistolas canonicas, quum illum è *Vuormaciensi* Concilio reversum salutandi gratiâ conveniſsem *Bruxellæ*, primo statim colloquio, velut hoc meditatus, incipit hortari, ut quod fecisem

Epist.67.

ciſſem in Epiſtolas Apoſtolicas, idem facerem in Evangelium *Matthei*. Ego protinus excuſare multa, plus ſatis audax fuiſſe facinus, quod id tentâſſem in Apoſtolicas literas : viros quidem divinos Apoſtolos, ſed tamen homines fuiſſe ; cæterùm *Chriſti* majeſtatem eſſe majorem quàm ut in hujus verbis idem audere fas ſit. Quòd ſi non ſubmoverit operis majeſtas, tamen argumenti naturam refragari, nec admittere Paraphraſten ; non tantùm ob hoc, quòd hìc variæ ſint perſonæ, quibus dum neceſſariò attemperatur oratio, fit ut intra cancellos arctiſſimos cohibeatur calamus: nimirum excluſus ab ea libertate, quam admittunt reliqua commentariorum genera. Nam & Paraphraſis Commentarii genus eſt. Deinde quum bona pars Evangelii conſtet narratione rerum geſtarum, eáque ſimplici ac plenâ, fortaſſis videbitur hìc Paraphraſtes nihil aliud quàm lucernam accendere in meridie, juxta *Græcorum* Proverbium. Jam quum veteres in allegoriis explicandis, partim varient, partim ſic agant, ut mihi nonnunquam ludere videantur : nec mihi licuerit eas, niſi ſub perſona vel *Chriſti*, vel Evangeliſtæ referre, palàm eſt, in quantis anguſtiis eſſem verſaturus. Omitto quòd *Chriſtus* quædam ita loquutus eſt, ut tum quum diceret intelligi noluerit : quod genus eſt illud, *Solvite templum hoc, & in triduo ædificabo illud.* Rurſum, de emendo gladio, de fermento *Phariſæorum* vitando. Porrò, in eo ſermone quo prædicit excidium urbis *Hieroſolymitanæ*, finem hujus mundi, & afflictiones olim Apoſtolis eventuras, ita miſcet ac temperat ſermonem *Jeſus*, ut mihi videatur non ſolùm Apoſtolis, ſed nobis etiam obſcurus eſſe voluiſſe. Sunt rurſus loca quædam, meâ ſententiâ, inexplicabilia, quorum eſt de peccato in Spiritum ſanctum nunquam remittendo : de die ſupremo, quem ſolus Pater nôrit, etiam Filio incognitum. Hìc in Commentariis licet abſque periculo referre ſententias diverſorum diverſas, licet ingenuè fateri locum tibi non liquere. At idem jus non eſt Paraphraſtæ. Præterea, ſunt quædam ita dicta, ut ad hæc quoque tempora pertineant, in quibus plurima ſunt ab Apoſtolicis inſtitutis diſſidentia. Hæc ut ſpiritu prophetico præſcierint Evangeliſtæ, certè ſub illorum perſona non poſſunt narrari, niſi frigidè & coactè. Movebat & illud animum meum, ſi in ſolum *Matthæum* hoc operæ ſumerem, fore protinus qui idem efflagitarent in cæteros Evangeliſtas. Quorum voluntati ſi morem gererem, futurum ut mihi ſæpiùs eadem eſſent repetenda, nimirum omnia in quibus inter ſe conſentiunt Evangeliſtæ. Sin ex omnibus perpetuam quandam narrationis ſeriem contexerem (quum explicare diſſonantes locos in Evangeliſtis nihil aliud ſit, quàm in labyrintho quodam verſari) non potuiſſem ſervire perſpicuitati Paraphraſeos. His & hujuſmodi plurimis argumentis quum deprecarer delatam provinciam, mihíque viderer habere cauſam bonam ac vincibilem : tamen ille vicit facundiâ, vicit autoritate, totius negotii periculum & aleam in ſeſe recipiens. Nec auſus ſum diutiùs illius viri reluctari conſilio, cujus conſiliis tua majeſtas graviſſimis in rebus ſolet non illibenter obtemperare. Et tamen quum ego non planè recepiſſem negotium, ſed tantùm pollicitus eſſem aliquando conaturum me, ſi fortè procederet, ille *Mediolanum* ſe conferens, meo nomine ſpoponderat *Germanis* opus hoc [illegible] proditurum. Itaque quum ipſe [illegible] ſic urgebar undique à *Germanis* [illegible] ribus non parùm improbis, ut quo [illegible] meam liberarem, opus menſtruò [illegible] perfecerim. Utinam ſit omnibus [illegible] perium ac meum obſequium : & ſpero [illegible] majeſtas hoc munuſculum ſibi dicatum [illegible] Sed hìc fortaſſe dicet aliquis, qui te non alio titulo quàm Cæſaris novit, Quid hoc [illegible] tum ad prophanum Principem, quod magis conveniebat Abbatibus, aut Epiſcopis conſecrare? Primùm mihi videtur aptè datum, quicquid honeſtum offertur *Chriſtiano* Principi. Ad hæc, cum nullus Princeps tam prophanus ſit, ut ab Evangelii profeſſione ſit alienus, Cæſares in hìc ungun-tur & conſecrantur, ut Evangelicam religionem vel tutentur, vel ſarciant, vel propagent. Itaque non doctor eſt Evangelii Cæſar, ſed propugnator : fateor : ſed interim par eſt non ignorare quale ſit, pro quo ſumis arma. Porrò, cum unum illum animum contemplor ſic religioni pietatíque deditum, ut Epiſcopis & Abbatibus ad pietatis ſtudium vel regula poſſit eſſe, vel calcar ; non mihi viſus ſum ulli congruentiùs hoc munus dedicaturus, quàm tuæ majeſtati. Præterea, quòd aptè dicaturus eram *Chriſtiano* Principi, aptius Cæſari, aptiſſimè dico *Carolo*. Minus apta deferunt qui gemmas raras, qui feroces caballos, qui canes venatorios, qui aulea barbarica largiuntur. Jam cum Evangeliſtæ nulli non ſcripſerint Evangelium, non video quo minus ſit ab omnibus legendum. Et nos ita tractavimus, ut ab illiteratis poſſit intelligi. Legetur autem ſummo cum fructu, ſi quiſque hoc animo ſumet in manus, ut ſeipſo reddatur melior : nec Evangelicam ſcripturam ad ſuos accommodet affectus, ſed ſuam vitam, ſuáſque cupiditates ad hujus regulam corrigat. Nos in hoc opere potiſſimùm ſequuti ſumus *Origenem* rei theologicæ longè peritiſſimum, *Chryſoſtomum* ac *Hieronymum* ex orthodoxis probatiſſimos. Det tibi Cæſar Auguſtiſſime cœleſtis ille Princeps, ea velle conatúque, quæ ſunt optima, atque idem tuos conatus bene fortunet, ut ampliſſimum imperium, quod citra ſanguinis humani jacturam hactenus contigit, poſſis iidem vel propagare vel tueri. Illud interim ſemper meminerit tua clementia, nullum bellum, neque tam juſtis de cauſis ſuſcipi, neque tam moderatè geri, quod non ingens & ſceleratum, & calamitatum agmen ſecum trahat : tum maximam malorum partem ad innoxios & indignos recidere. *Baſileæ*, Idib. Jan. Anno M.D.XXII.

Reverendiſsimo Domino D. Matthæo Cardinali Sedunenſi Deſ. Eraſm. Rot. S.D.

TAndem auſus ſum me committere itineri *Germanico*, quum tota via undique militibus eſſet operta. Adeo multos contemnebam, quos paucos metuiſſem. Miſerè cupiebam adeſſe *Novo Teſtamento* jam tertiò renaſcenti. *Græcum* illemalebat ter in acie ſtans *Martis* aleam experiri, quàm ſemel parere. At quanto nos infeliciores, quibus idem fœtus toties eſt parturiendus? Cæterùm quum aſina per medios ignes ſuis pullis ſuccurrere tradatur, non mirum ſi nos per tot pericula ſubinde tranſcurramus ad fœtus noſtros. Sed parum

rum abfuit, quin frustra periculosum ac molestum nec suscepérimus, mox enim ad nidorem hypocaustorum ægrotare cœpimus, vixque recreatos morbus sic repetiit, ut non abessemus à periculo vitæ. Sed interea tamen semianimes Paraphrasin in Evangelium *Matthæi* absolvimus, quam operam & ego tibi *Bruxellæ* recepéram, & tu *Mediolanum* proficiscens *Germaniæ* meo nomine promiseras. Neque nescit tua celsitudo, quàm illa sit improba flagitatrix. Eâdem igitur operâ tuam simul & meam fidem liberare studui. Valetudini congruebat argumentum, in quo vel emori pium sit & optabile. Sumus utrique in negotio nescio quàm simili, certè toti. Utinam utrique succedat quod agit. imò, utinam in *Christi* gloriam æquè cedat quod agimus omnes. Nescio quod fidei infaustum, quisve genius malos hos tantos tumultus excitat inter mortales. Nec satis est sic bellis intestinis regna, civitates, summos orbis monarchas inter se collidi, nisi studia literarum, nisi religio fidésque *Christiana* tam periculosis dissidiis concuterentur. Equidem si tantis malis nullum adhibere remedium possim, certè, me duce aut autore, nullus erit factiosus. Video sæculum hoc esse malum ac periculosum. Quid moliantur quidam, aut quid parturiat mundus, nescio. Ego quod semper feci, non desinam favere gloriæ *Christi*. Homunculus sum miserrimus, qui minùs possim quàm nihil, tamen voluptati est mihi reflorescere, ac velut ἀναζωπυροῦσθαι doctrinam Evangelicam. Quam quidem ad rem utinam liceat tantundem adferre momenti, quantum cupimus. Certè sedulò bonáque fide conamur. Hic animus sibi conscius est, & testem habet *Christum*, quòd nec opes ambit, quarum nunquam fuit avidus: nec honores, à quibus semper abhorruit: voluptates multò minus, quæ nec ætatem hanc deceant, si libeat frui, & brevi mihi sciam esse relinquendas: Illud mihi potiùs studio est, commeatum aliquem parare, quo instructus hinc feliciter emigrem ad *Christum*, cui nostra desudant studia. Utinam pariter succedat hic conatus noster, ac successit in Epistolis Apostolicis. Jam enim passim teruntur manibus etiam laicorum. Atque utinam per istas negotiorum procellas amplitudini tuæ liceat hoc agere, quod solùm erat agendum. Et tamen, quantum licet, scio te favere negotio *Christi*; proinde non dubito quin faveas & *Erasmo*: Opus dicavimus optimo Principi *Carolo*, partim quod divinarem, ut est pietate singulari, hoc illius majestati fore gratissimum: partim ut tam favorabili titulo plurium animis commendaretur. De *Leone* nostro cœptus est hic spargi rumor, quem magnopere cupiam esse vanum. Nihil illius ingenio mitius, unicè favebat honestis literis. In me peculiari quodam animi favore propensus erat, sed mortalis erat. Si visum est Deo pastorem suum ad solidiorem felicitatem evocare, precor ut nobis contingat aliquis tui simillimus, si quis tamen tui similior esse potest, quàm es ipse tui. R. D. T. diu florentem & incolumem servet Dominus *Jesus*. *Basileæ* postridie Idus Decemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo primo.

In Paraphrasin in Evangelium MARCI.

Christianissimo Galliarum Regi Francisco, ejus nominis primo, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

QUo minus ad hunc usque diem tam propensa tuæ majestatis in me favore sim usus, *Francisce*, Rex *Christianissime*, neque per me stetit, neque per te: sed quum aliæ causæ complures hactenus obstiterunt, tum præcipuè temporum horum tumultus hanc mihi felicitatem inviderunt. Semper enim expectabam, ut in tam diutinis bellorum tempestatibus alicunde nobis affulgeret aliqua pacis serenitas. Nec unquam tamen arbitratus sum me vel pilo minus obnoxium esse tuæ benignitati, quàm si jam accepissem quicquid ea detulit. Atque etiam nunc bona spes est, brevi futurum ut hunc in te animum certioribus argumentis declarare liceat. Interim dum remoratur opportunitas, visum est hujus pollicitationis velut arrabonem ad te mittere, *Paraphrasin in Evangelium Marci*. Ad hoc consilii propensum ac velut ultrò currentem, incitabat & ipsa rei congruentia. Quum enim *Matthæum Carolo* Principi meo dedicâssem: *Joannem*, quem ilicò post *Matthæum* sum interpretatus, *Ferdinando Caroli* germano: *Lucam*, quem tertio loco sum aggressus, *Anglorum* Regi: videbatur *Marcus* tibi relictus, ut quatuor Evangelia quatuor orbis præcipuis monarchis consecrarentur. Atque utinam quàm congruenter nomina vestra jungit codex Evangelicus, tam concorditer pectora vestra conglutinet spiritus Evangelicus. Sunt qui *Romano* Pontifici tribuant ditionem etiam apud inferos, sunt qui tribuant imperium in angelos, quam autoritatem illi tantum abest ut invideamus, ut optemus etiam ampliorem: sed utinam hanc sibi potestatem illius salutarem sentiat orbis in concilianda, retinendáque Regum concordia, qui tamdiu summa rei *Christianæ* pernicie non minùs fœdis quàm feralibus bellis inter ipsos conflictantur. Et interim execramur & devovemus *Turcas*. Quod autem spectaculum gratius exhiberi poterat *Turcis*, aut si qui sunt qui pejus volunt nomini *Christiano*, quam tres longè florentissimos totius *Europæ* monarchas exitialibus dissidiis inter sese committi? Vix mihi persuadeo, quenquam esse tam truculentum *Turcam*, qui plus malorum imprecetur *Christianis*, quàm ipsi vicissim infligunt sibi. Neque quisquam interim exoritur pacificator, qui tam impios rerum motus autoritate suâ componat, quum non desinit qui instigent; quique oleum, quod aiunt, adjiciant camino. Non est meum ullius partis causam meo præjudicio vel gravare, vel sublevare. Scio suam cuique causam videri justissimam, & fateor, in hujusmodi judiciis plus favoris tribui solere ei qui depellit illatam injuriam, quàm qui infert. Sed tamen magnopere cupiam, ut omnes *Christiani* Principes illud apud sese veris rationibus expendant, quàm ingens lucrum fecerit quisquis maluit pacem iniquàm amplecti, quam bellum

Epist. 69.

æquissimum persequi. Quid hâc nostrâ vitâ fragilius, quid brevius, quid calamitosius? Omitto tot morborum genera, tot injurias, tot casus, tot fatales calamitates, pestilentias, fulmina, terræmotus, incendia, exundationes, reliquásque calamitates, quarum neque modus est, neque numerus. Nam inter omnia mala quibus discruciatur vita mortalium, nihil bello sceleratius, nihil nocentius, quod atrocius exitium infert moribus hominum quàm facultatibus aut corporibus. Minus damni dat qui vitam aufert, quàm qui bonam mentem. Nec ideo minus est detestabile bellum, quòd maxima pars malorum redundat in capita tenuium & humilium, velut agricolarum, opificum ac viatorum. Nihilo minus sanguinis Dominus omnium *Jesus Christus* effudit pro redimendis illis quamlibet contemptis, quàm pro sumnis monarchis. Quúmque venietur ad *Christi* tribunal, quo brevi sistendi sunt omnes quantumvis potentes hujus mundi satrapæ, non minus exactè rationem exiget judex ille severus pro pauperculis illis, quàm pro satrapis ac magnatibus. Itaque qui putant esse levem jacturam, quum expilantur, affliguntur, ejiciuntur, exuruntur, opprimuntur, occiduntur tenues & humiles, *Jesum Christum*, qui est sapientia Patris, stultitiæ condemnant, qui pro talibus servandis preciosum sanguinem suum effuderit. Proinde nullum ego genus hominum arbitror exitialius, quàm qui monarchis suggerunt bellorum semina, quorum animi quo sunt excelsiores, hoc facilius his imponitur. Atque inter regias virtutes cum primis numeratur animi sublimitas. Prædicata est hæc olim in *Julio* Cæsare, prædicatur & hodie magno consensu gentium in *Francisco*. Porrò, nullum certius argumentum animi verè sublimis, quàm injurias posse negligere. Laudata est veterum ducum virtus, qui de imperio certabant, non de vita, sed in ethnicis & ab ethnicis. *Christiano* Principi glorioſius est aliquo ditionis dispendio pacem ac Reip. tranquillitatem redimere, quàm speciosos & opimos referre triumphos tantis hominum malis emptos. Proinde qui dilatandi imperii studium injecerunt monarcharum animis, quid aliud quàm perennem bellorum fontem repererunt? Neque minorem perniciem inveliunt rebus mortalium, qui Principum animis suggerunt iræ materiam, ac persuadent esse regiæ fortitudinis dictum aliquod, quod fortasse falsò delatum est, aut atrociùs delatum quàm dictum est, armis ac bello vindicare. Quanto fortius est publicæ tranquillitatis respectu convitium negligere? quod si lædit, privatim lædit: imò, nè lædit quidem, si fuerit neglectum. Atque in aliis quidem rebus fortasse licet utcunque cessare Regibus si tamen usquam cessare licet, qui tam multis vigilant. Cæterùm in bellis suscipiendis, quoniam ingentium malorum inducunt diluvium, oportet omnibus oculis advigilare, nè quid temerè statuatur. Non hæc dico, Rex *Christianissime*, quo Principibus gladium è manibus excutiam. Est fortasse boni Principis aliquando bellum gerere, sed tum denique posteaquam omnibus frustra tentatis hue adigit extrema necessitas. Dominus *Jesus Petro* gladium ademit, Principibus non ademit. *Paulus* eorum autoritatem etiam comprobat, præcipiens, ut qui *Romæ Christum* essent professi, Principum, licèt ethnicorum, autoritatem adeo non contemnerent, ut illis, veluti Dei ministris, nec vectigal, nec tributum, nec honorem detrahi [illegible] mit gladium, qui dicit, *Non enim sine causa gladium portas?* Nec aliud docet *Petrus* ordinis [illegible] Princeps: *Subditi, inquit, estote omni humana creatura propter Dominum: sive Regi tanquam præcellenti, sive Præsidibus tanquam ab eo missis, ad vindictam quidem nocentium, laudem verò bonorum agentium.* *Petro* nihil esse voluit armorum, præter gladium Evangelicum, qui est sermo [illegible] ut docet *Paulus* ad *Hebræos*, *vividus est & efficax ac penetrantior quòvis gladio utrinque incidente, ac pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus.* Ensem qui jubet recondi gladium, nec aptior, plus facit, quàm si auferat. Cur enim jubet recondi? nimirum nè bellet pastor Evangelicus. Cur autem deponi nec jubet, nec verat? nimirum ut intelligamus, nè tum quidem esse parandam ultionem, quum vires suppetunt ad vindicandum imperium. Habent igitur Evangelici pastores gladium Evangelicum à *Christo* traditum, quo jugulant vitia quo resecant humanas cupiditates. Habent Reges gladium suum ab eodem permissum, ad terendos malos, & honorandos bonos. Non adempta est gladius, sed præscriptus est usus: habeat ad publicæ tranquillitatis defensionem, non ad ambitionis præsidium. Duplex est gladii genus, duplex est regni genus. Habent & sacerdotes suum gladium, habent suum regnum. Próque diademate tiaram & galeam habent mitras, pro sceptro pedum, habent loricam, baltheum: denique totam panoplian quam illi non uno in loco strenuus ille bellator *Paulus* describit. Reges Evangelici pastores dicuntur, sed & prophani Reges *Homero* dicuntur pastores populi. Idem agunt utrique, tametsi diversa functio est, quemadmodum in fabulis iisdem alias alii partes agunt. Quòd si suum utrique gladium semper haberent expeditum, hoc est, potestate traditi sicut oportet uterentur; non toties, opinor, *Christiani*, qui vocamur potiùs quàm sumus, in fratrum viscera gladium impium stringeremus. Porrò, dum utrique suo munere neglecto, quod est alienum affectant, neutri satis tuentur neque dignitatem suam, neq; tranquillitatem. Quando Rex plus habet regiæ majestatis, quàm quum in judicio sedens, dictat jus, coercet injurias, dirimit lites, tollevat oppressos: aut quum in consiliis sedens, prospicit Reip. commodis? Cæterùm Episcopus quando plus habet suæ dignitatis, quàm quum è suggesto docet Evangelicam philosophiam? Tum enim verè in suo solio est Rex Evangelicus. Quam verò *Nero* fuit indecorum in theatro certare cum phonascis & citharœdis, aut in circo cum aurigis: tam indecorum est Regi in humilibus ac sordidis negociis versari, quæ pertinent ad privatos affectus opes, & officiunt incolumitati Reipub. Rursum, quam indecorum esset, si philosophus cum pallio & barba fabulam salutaret in proscenio, aut in arena falcem teneret ac rete, gladiatoriam canens cantionem: *Non te peto, piscem peto, quid nos fugis nude?* tam indecorum est Evangelicum Regem belligerari aut nundinari, nè quid dicam inhonestius. Cur nunc invenitur Episcopus, qui sibi pulchrius ducit trecentos equites, basiliis, lanceis ac bombardis instructos secum ducere, quàm pios & eruditis diaconis comitatum sacros libros secum circumferre? Cur earum rerum ostentatione sibi magni videntur, quarum contemptu magni fuerunt illi, in quorum locum successerunt? Cur illi delicias

sonant tubæ & cornua, quàm sacra lectio? Age, quid si Rex pro diademate & trabea sibi imponat mitram & infulam; contra, pro mitra & infula sibi diadema & trabeam sumat Episcopus, nónne portenti simile videbitur? Adeo movent inversa insignia, cur non magis movet inversa functio? Jam si quid privatim facit vel Rex, vel Episcopus, non aliò spectare debet quàm ad salutem populi. Aut enim monet errantes, aut corrigit lapsos, aut consolatur dejectos, aut comprimit elatos, aut extimulat cessantes, aut reconciliat dissidentes. Hæc est functio Regum, sed præcipuè Evangelicorum, quos non decet ambire regnum hujus mundi. Quoniam autem *Jesus Christus* utrunque genus in se complexus est, tametsi regnum Ecclesiasticum tantum expressit in terris, utrisque conandum est, ut pro suâ quisque portione Principem suum æmuletur. Ille se totum impendit suis. Et quâ fronte quisquam sibi vivit, qui se *Christi* vicarium prædicat? Ille per omnem vitam nihil aliud quàm servatorem, quàm consolatorem, quàm beneficum egit. Sive versabatur in templo, sive in synagogis, sive in publico faciebat iter, sive in privato versabatur domi, sive navigabat, sive in desertis agebat; docebat multitudinem, sanabat ægrotos, mundabat leprosos, restituebat paralyticos, mancos & cæcos, profligabat dæmones noxios, excitabat mortuos, liberabat periclitantes, saturabat famelicos, refellebat Pharisæos, patrocinabatur discipulis, & unguenti prodigæ peccatrici: consolabatur *Cananæam* peccatricem, & adulteram deprehensam. Repete totam vitam *Jesu*, nulli mortalium quicquam immisit mali, quum ipse tot malis afficeretur, & in promptu esset ulcisci si libuisset. Ubique servatorem agebat, ubique beneficum. *Malcho* restituit auriculam quam *Petrus* amputârat. Nè tantulo quidem damno voluit vindicari incolumitatem suam. *Herodem* ac *Pilatum* redegit in concordiam. In cruce pendens servavit alterum è latronibus. Mortuus Centurionem pertraxit ad *Christianæ* professionem. Hoc erat verè Regem agere, prodesse omnibus, nocere nemini. Ad hujus exemplum oportet omnes Principes, quatenus licet, accedere. Te verò Rex *Francisce*, peculiariter etiam ad hoc excitare debet *Christianissimi* cognomen, ut *Christum* Principem pro viribus referas. Cæterùm quid frontis habent isti, qui quum se *Christi* vicarios appellari gaudeant, immensâ sanguinis humani jacturâ postulent defendi, non dico vitam aut dignitatem suam, sed avaritiam ac fastum? Atque hæc scribo, Rex inclyte, non ut Episcopos ullos notem aut taxem (atque utinam nulli exoriantur, in quos ista meritò dici possint) sed ut indicem quibus in rebus sita sit vera Regum & Episcoporum dignitas, ut utrique felices vivant, dum suam utrique dignitatem agnoscunt ac tuentur. Longiùs autem absunt ab officio suo pastores Evangelici, qui quum Reges inter se tumultuantes debuerint in concordiam redigere, ultrò faces ad bellorum incendia suggerunt. Atqui si usquam erat tempus bono pastori vitæ suæ jacturâ gregi consulere, si usquam summus ille pastor cujus vices gerunt, erat referendus, hic potissimùm erat officio locus, ubi tantum mare scelerum ac malorum inundat in orbem. Ex tanta multitudine Abbatum, Episcoporum, Archiepiscoporum, Cardinalium, cur nemo prodit, qui vel capitis sui periculo tantos rerum motus componat? Quàm feliciter moritur, qui suâ morte tot millium vitæ consuluit. Nihil monomachiis & gladiatoriâ laniená crudelius aut immanius. Et tamen hoc spectaculo tam insanè delectata est antiquitas, ut turpissimum exemplum ab ethnicis relictum, diu resederit etiam apud *Christianos*, præsertim in urbe *Roma*, quæ nondum dedicere potuit veterem Paganismum. Sed monomachiarum abolitionem, ut refert Historia, quam *Tripartitam* vocant, debemus *Telemacho* cuidam, ex eorum numero, qui olim ob vitæ *Christiana* simplicitatem, ac studium solitudinis, fugámque contaminatæ multitudinis, vulgo monachi vocabantur. Is hac gratiâ relicto Oriente *Romam* venerat, atque in theatrum ingressus, ubi vidit prodire duos armatos, & utrunque in alterius necem tendere, prosiliit, sesèque medium inter furentes injicet, clamans, *Quid facitis, fratres? Cur in mutuum exitium ferarum more ruitis?* Quid multa? Dum vir ille pius studet utriusque vitæ consulere, vitam amisit *ipse* à populo lapidatus. Tanti faciebat insana multitudo crudelem oculorum voluptatem. Quid consequutum est? Imperator *Honorius*, hac re cognitâ, jussit aboleri morem exhibendi paria gladiatorum. Nunc mihi cogita, quàm fœdus fuerit ille ludus, & quot hominum millia per hunc infeliciter perierint, & intelliges, quantum mundus debeat unius hominis morti. Atque ob hoc factum meritò relatus est in numerum divorum *Telemachus*. Quanto autem justius hoc honoris deberetur ei, qui tantos orbis monarchas inter se conflictantes dirimeret? Neque enim gravis est jactura, si gladiator occidat gladiatorem, & sceleroſus sceleroſo vicissem præstet carnificem. Et tamen ut summo totius orbis malo colliduntur inter sese Principes, ita minore periculo possunt dirimi, quàm ille diremit gladiatores. Primùm *Christiani* sunt, quóque sunt animis generosioribus, hoc sunt tractabiliores, si quis *Episcopus*, aut alioquin autoritate præditus Evangelicâ, synceris rationibus cum illis agat. Quod si quis forsitan inciderit in Principem inexorabilem ac violentum, extremum denique malorum, quod vel sævissimus possit inferre, mors est. Et ubi, quæso, præstabunt exemplum Apostolici spiritûs, qui in Apostolorum vices successerunt, si hic non præstant? Dicet aliquis, Quid profecero si morior, nec impetro quod studeo? Non committet *Christus* agonothetes, ut huic athletæ pereat suum præmium. Tametsi mors frequenter impetrat, quod vita non potuit. Est enim efficax piorum hominum occubitus. Non hic repetam exempla priscorum, quæ sunt innumera. Apud *Anglos* divus *Thomas*, Archiepiscopus *Cantuariensis*, leviore de causâ libertatem Evangelicam exercuit adversus Regem, cui pridem servierat, cujúsque favore, ceu longi servitii mercedem, acceperat eam dignitatem. Non agebatur de reconciliandis inter ipsos Principibus. Quanquam illud seculum nec habebat ullos Principes, quorum ditio tam latè pateret, quàm horum, qui nunc tot annis inter sese conflictantes, cæteros etiam minores in belli contagium pertrahunt. Et tamen agebatur de secessu quodam, magis apto homini pio, quàm Regi. Loco nomen est *Ortfordia*, Nè me quidem admodum cepisset hic locus, prius quàm R. D. *Gulhelmus Uuaramus*, Archiepiscopus *Cantuariensis* ac totius *Angliæ* Primas, vir multis nominibus dignus, qui in laudatissimi

datissimi viri dignitatem succederet, ibi sic ædificârat, ut magis videatur novam structuram excitâsse, quàm instaurâsse veterem. Adeo nihil reliquit veteris ædificii, præter aulæ cujusdam ac templi parietes. Itaque quum levioribus de rebus esset contentio, quum nihil non molitus esset vir ille pius, nihil tamen impetravit vivus. Cæterùm, mors illius tantam autoritatem conciliavit ordini sacerdotum apud eam gentem, tantas opes aggessit, ut nunc ob hæc gravi laborent invidiâ. *Joannes* ob linguæ libertatem decollatus est: sed non omnes sunt *Herodes*, nec omnes habent *Herodiadem*. *Ambrosius* Episcopus *Mediolanensis* ausus est *Theodosium* Cæsarem ob crudelem ac præcipitatam in *Thessalonicenses* sententiam à templi limine secludere, póstque sævas objurgationes, post indictam satisfactionem in pœnitentium classem relegare. Ac tanti Principis majestas cessit autoritati Præsulis. Tentavit idem *Babylas Antiochenus* Episcopus adversus Regem innocentis homicidio pollutum. Et interfectus est, sed mortuus formidabilis esse cœpit non solùm ethnico Cæsari, verùm etiam dæmonibus, qui tum adhuc pro diis colebantur. Ego verò sic mihi, Rex optime, de *Caroli* Cæsaris, de tuo, de Regis *Angliæ* ingenio persuadeo, ut non dubitem vos omnes salubribus consiliis obtemperaturos fuisse jampridem, si quis monitor, modestè liber, & liberè modestus extitisset. Atque interim ingens ubique copia est istorum, qui Principum animos instigent ad bellandum: nimirum hi, quorum commodis expedit res humanas esse perturbatas. Alius suggerit, Ille te contemnit, Ille hoc in te jecit scomma: Alius, Hanc partem si adjeceris ditioni tuæ, facilè quum voles adjicies & illam. O consultor inconsulte! cur suggeris quousque possint proferri ditionis limites, potiùs quàm in mentem revocas quàm angustis terminis olim ditio, quæ nunc est, circumscribebatur? Quin admones, quibus modis quod adest queat administrari rectè, potiùs quàm proferri? Proferendi limites nullus est finis. Ac vero verius est, quod scripsit *Seneca*: *Multi Imperatores fines aliis abstulerunt, sibi nemo constituit*. Cæterùm in bene administrando vera Principum laus est. *Alexander Magnus*, ubi ventum esset ad Oceanum, desideravit alterum orbem: videlicet, illius ambitioni mundus hic erat angustus. *Hercules* ultra *Gades* non est progressus. Nunc ambitioni nostræ nullæ sunt *Gades*, nullus Oceanus. Verùm adversus istorum pestiferas voces oportet animos *Christianorum* Principum *Christi* decretis, velut antidotis, diligenter esse præmunitos, atque ad Evangelicam regulam, velut ad scopum, omnia dirigere consilia. Quæres forsitan cur tibi occupatissimo tam prolixam œcinam cantionem. Imò cunctis optarem hanc cantilenam esse decantatam, nec ob aliud, nisi quòd me discruciat publica mundi calamitas: quódq; vehementer cupiam res *Christianas* ubique tranquilliores esse, sed præcipuè *Gallias*, quâ ditione nescio an hactenus ulla fuerit vel sanctior, vel florentior. Quòd si tumultus hujusmodi rariùs existerent, veluti diluvia, terræmotus, aut bulimiæ, res esset tolerabilior. Nunc sine fine talibus dissidiis concutitur mundus. Ac medici quidem corporum in novis morbis exortis sagaciter inquirunt mali causas, quibus deprehensis, non ita magno negotio medentur. Nec hoc contenti, rationes excogitant quibus fiat, nè pestis eadem subinde recrudescat. Cur in tantis [illegible] recurrentibus malis non ferutantur [illegible] dentiâ, ac rerum usu pollentes, quibus [illegible] tibus hi tumultus subinde scateant in [illegible] incisis radicibus liceat tantis mederi malis? Cur in rebus multò levioribus tam sæpe [illegible] ces, in re longè omnium gravissima [illegible]? Mihi videtur maxima bellorum pars ex [illegible] aliquot vocabulis, velut in alimentum [illegible] gloriæ excogitatis, oriri: quasi parum [illegible] ambitionis inter mortales, nisi nomen [illegible] remus hoc malum, ex sese nimium [illegible], in nobis. His atque hujusmodi bellorum [illegible] excisis, non fuerit difficile leges pacis inter *Christianas* Principes sancire, quæ prohiberent hanc multus identidem repullulascere. Hæc vis foret, ut & Principum opes crescerent, videlicet, per amicitiam jam factæ communes, & sub horum tam magnis monarchis populus *Christianus* annabilis rerum tranquillitate frueretur. Sic faveret nobis ille verus totius orbis monarcha Dominus *Jesus*, rebus nostris bene fortunaret. Sic efficeret *Christi* nominis hostibus formidabiles, adversus quos nunc ægrè tuemur nostra, tantum abest ut illos longiùs submoveamus. Quanquam ego malim & illos corrigi, quàm submoveri. Sed qui corrigamus alios, si nosipsi simus illis pene deterior corruptiores? Non enim jam æstimo *Christianos* ex articulis quos ore profitemur, ex moribus æstimo. Ubicunque regnat ambitio, divitiarum amor, superbia, ira, vindicta, nocendi libido, interpretor abesse fidem Evangelicam. Porrò, quum hæc lues corripuerit etiam illos, quorum præcipuæ partes erant rebus collapsis consulere, hoc tamen quampiam spem mihi præbet, quòd video sacras literas, sed præcipuè *Novum Testamentum*, sic teri manibus omnium, etiam idiotarum, ut hi qui divinorum voluminum scientiam profitentur, non rarò sint impares in congressu. Mihi verò vel illud argumento est, à plurimis legi *Novi Testamenti* libros, quod quum tot voluminum millia singulis annis in publicum emittant typographi, tamen tot officinæ non sufficiant emptorum aviditati. Vendibilis hodie merx est, quicquid molitur aliquis in Evangelium. Non poterit hoc pharmacum tam efficax semel haustum, non exerere vim suam. Itaque mihi nunc mundus non aliter affectus videtur, quàm solet corpus hominis gravibus morbis obnoxium, devorato elleboro, aut alio quopiam præsenti pharmaco: totum enim conturbatur & concutitur, spe morituro simillimum. Atq; utinam hoc venenum Evangelicum, posteaquam semel collusserit ac penetravit omnes animi nostri venas, sic erumpat, ut ejectis malorum seminibus, sinos se puros nos restituat *Jesu Christo*, póstq; tantos rerum tumultus, ac morbum orbis penè deploratum, lætam & optabilem tranquillitatem reducat omnibus. Magis autem sperarim hæc publica bonorum omnium vota non irrita fore, si primates orbis, veluti fidi medici, sic laboranti mundo curent adesse, hoc est, si monarchæ, de quorum arbitrio nunc potissimùm pendent res mortalium, meminerint sese brevi (quid enim in hac vita longum est) *Christo* summo Principi, rationem administratæ ditionis esse reddituros. Rursum, si Episcopi, theologi & monachi meminerint sese non successisse in locum *Annæ* & *Caiaphæ*, aut Scribarum & Pharisæorum, qui

qui dum suum regnum impiè ruebantur, Evangelii regnum conabantur opprimere: dum suam dilectabant gloriam, *Christi* gloriam studebant sedpetere: dumque suam justitiam nitebantur approbare, Deum lacebant injustum; sed potiùs in locum Apostolorum, qui sanguinis etiam sui jactura gaudebant asserere *Christi* regnum, gloriam ac justitiam. Semel passus est *Christus*, revixit non quam moriturus. Sed eadem quæ passus est, denuò patitur, quoties damnatur, conspuitur, cæditur, crucifigitur & sepelitur Evangelica veritas. Denique sibi putat infligi, quicquid malorum infligitur membris ipsius. Hæc & liberiùs fortassis & prolixiùs à me dicta sunt, Rex *Christianissime*, quàm par erat; verùm amoris magnitudo fecit, ut & loquacior esset & confidentior. Omnibus *Christianis* bene volo *Christianus*. Cæterùm erga tuam præstantiam ac florentissimum *Galliarum* regnum singulari quodam ducor studio. Precor autem ut *Jesus*, immortalis totius orbis monarcha, cui divinitùs data est omnis potestas in cœlo & in terra, Spiritum suum impartiat tum populis, tum Principibus: his quidem ut omnes inter sese sub communi Principe *Jesu* concorditer, ac perinde feliciter vivant; illis verò ut sub sanctissimis ac florentissimis monarchis rebus pacatis fruantur: itaque demum fiat, ut Evangelica pietas inter nos bene constituta, quàm latissimè propagetur, non invadendis aut diripiendis aliorum regionibus; sic enim pauperiores redduntur, non meliores: sed Evangelica philosophia syncerè per vitæ Evangelico spiritu præditos ubique prædicanda; atque ita vivendo, ut nostræ pietatis fragrantia plurimos alliciat ad ejusdem instituti professionem. Sic nata est, sic crevit, sic latè prolata est, sic constabilita est Evangelica ditio: diversis autem rationibus sic nunc in angustum contractam, ac propemodum explosam videmus, si totius orbis vastitatem consideres. Iisdem itaque præsidiis oportet restituere collapsam, dilatare contractam, constabilire vacillantem, quibus primùm & nata est, & aucta, & firmata. Hæc affectu puro scribo, *Francisce* Rex *Christianissime*, neque perstringens quenquam, quum omnibus bene velim; neque blandiens cuiquam, quum à nullo quicquam ambiam. Bene vale. An. M.D. XXIII. Calend. Decemb.

In Paraphrasin in Evangelium Lucæ.

Invictissimo Angliæ Regi Domino Hiberniæ, Catholicæ Fidei Defensori, Henrico ejus nominis octavo, Des. Eras. Rot. S.D.

Epist. 70. MIttо tibi *Lucam* medicum, generosissime Rex, non alium quàm antehac habebas, sed *Latinis* auribus explanatiùs fusiúsque loquentem. Nec mihi hic puto sumendam operam, ut placem istos qui nobis occinere solent, rectè proditam à doctissimis viris sententiam, in muneribus dandis illud in primis esse spectandum, ut apta sint quæ donamus. Factum est hoc nuper à nobis, cum *Carolo* Cæsari dicaremus *Matthæum*, & ante nos ab eruditissimis hominibus demonstratum est ex præscriptione vetustæ consuetùdinis, quodvis argumentum rectè dicari Principibus, quos etiam si sciamus nunquam lecturos, tamen hinc ea capitur utilitas, quòd illorum titulis opus studiosorum affectibus commendatur: quemadmodum non inscitè scripsit *Plinius*, Quædam ob hoc ipsum summo haberi in precio, quòd sint templis dicata. Est autem quorundam erga nuper natos libros tanta morositas, ut prius rejiciant quàm degustent. Itaque perit & scriptori speratus fructus, & lectori sua utilitas. Ab his illud saltem impetrabit præfixus in frontispicio voluminis summorum Principum titulus, nè damnent, nè fastidiant, nè conspuant, priusquam legerint. Quanquam & alioqui quorundam Principum pietas facit, nè videatur absurdè facere, qui Regi dono mittit Evangelium. Quandoquidem mihi retulerunt homines minimè vani, & *Carolum* Cæsarem, si quid in tantis rerum tumultibus darur ocii, id in Evangelico codice libenter consumere, & illustrissimum Principem *Ferdinandum* hujus fratrem, *Paraphrasim in Joannem*, quam ipsi nuper dedicavi, frequenter habere in manibus: atque inclytum etiam *Danorum* Regem *Christiernum*, id quod tibi quoque notum esse potest, *Christianos* libellos frequenter habere in manibus, nostrámque in *Matthæum Paraphrasim* cupidè legere. Cur igitur videatur ineptè mitti Evangelium iis qui tractant & amant Evangelium, quod certè ab omnibus tractandum est, qui se meminerunt esse *Christianos*? Quanquam autem juxta rationem humanam hoc potissimùm donandum est, quo maximè eget cui mittitur: tamen juxta regulam Evangelicam, *habenti donandum est, ut exuberet*. Proinde videbar mihi facturus congruentissimè, si tibi medicum hunc Evangelicum mitterem, qui sacras literas adeo non fastidias, ut quod tua scripta testantur, in his etiam ultra mediocritatem profeceris, ut qui tibi donet aliquid hujus generis, non tam munus dare videatur, quàm officium reponere. Quid quod & conjunx tua nobilissima, unicum hoc ævo veræ pietatis exemplar, fastiditis nugis muliebribus, bonam diei partem collocat in sacris libris, quum alias Principes fœminas, quæ maximam temporis partem in fucando, in alea, similibúsque lusibus conterunt, admonens quid ipsas deceat: tum nobis nostram exprobrans ignaviam, vel impietatem potiùs, qui maximam vitæ partem in profanis literis absumimus. Jam si hoc in primis curæ est, ut in monarcharum aulis semper adsint exactè docti perspectæ fidei medici, qui curam agant regii corporis: quantò magis convenit illic versari *Lucam* medicum, qui non scammonio aut elleboro tueatur corporis bonam valetudinem, sed cœlesti pharmaco liberet animum à morbis ad æternam mortem pertrahentibus, qui sunt, ignoratio veri, diffidentia erga Deum, amor hujus mundi, ambitio, avaritia, luxus, odium, invidia? Nam his morbis obnoxia est omnis vita mortalium, quemadmodum ait *Joannes* Apostolus, deplorans totum mundum in malo positum esse, nec aliud in eo regnare, quàm concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ. Ab his morbis hoc plus est periculi summis Principibus, quo major est indulgentia fortunæ, & quod libet faciendi licentia. Videor autem mihi non inanem operam sumpturus, si tibi primùm *Lucam* medicum, deinde pharmacum quod adfert paucis commendàro, tametsi non dubito, quin utrunq; sit, ut esse debet, tuæ pietati cõmendatissimũ. Nimirum hic est ille *Lucas* patriâ *Antiochensis*.

Est autem *Antiochia* civitas, olim adeo celebris ac potens, ut ei parti *Syriæ*, quæ *Ciliciam* attingit, nomen dederit, hoc ipsâ quoque *Româ* felicior, quòd hic primùm sedem habuerit Apostolorum Princeps *Petrus*, quódque in hac *Paulus* & *Barnabas* Apostolici muneris dignitatem acceperint. Fuit autem familiaris Apostolorum omnium, sed præcipuus assectator *Pauli*, atque etiam peregrinationis illius individuus comes. Ex convictu Apostolorum scripsit Evangelium, ex his quæ *Paulus* ipso teste gessit, scripsit volumen cui titulum fecit, *Acta Apostolorum*. Eam historiam produxit usque ad secundum annum *Pauli Romæ* commorantis, hoc est, usque ad quartum *Neronis Cæsaris*. Unde conjiciunt eadem in urbe librum esse scriptum. Satísque constat inter eruditos hunc esse, cujus toties in epistolis meminit *Paulus*; velut in epistola ad *Corinthios* secunda: *Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cujus laus est in Evangelio per omnes ecclesias*. Rursum scribens ad *Colass. Salutat*, inquit, *vos Lucas medicus charissimus*. Rursum in epistola ad *Timotheum* secunda: *Demas*, inquit, *me reliquit, diligens hoc seculum, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus*. Quin & illud proditum est à veteribus, quoties *Paulus* vocat Evangelium suum, velut ad *Timotheum*: *Memor esto Dominum Jesum resurrexisse à mortuis, ex semine David secundum Evangelium meum*: eum sentire de Evangelio *Lucæ*, quod quemadmodum *Marcus* ex autoritate *Petri*, ita *Lucas* ex autoritate *Pauli* conscripserit historiam Evangelicam. *Hieronymus* arbitratur eum *Græcæ* literaturæ cæteris fuisse peritiorem, & ob id exactiùs contexuit narrationem historicam, ab ipsa *Joannis Baptistæ* conceptione exorsus, permulta referens de nativitate déque infantia, quædam etiam de pueritia *Jesu*, multas etiam parabolas ac miracula, quæ cæteri brevitatis studio prætermiserant. Quúmque cæterorum nullus egressus sit tempus Domini assumpti in cœlum, hic solus altero volumine nascentis & gliscentis ecclesiæ prosecutus est historiam. Addunt & illud, quemadmodum *Matthæus* Evangelium, *Petrus* epistolas scribit *Judæis* potissimùm, ita *Lucam* Evangelium potissimùm scripsisse Gentibus, nimirum discipulum *Pauli*, qui ut doctor erat Gentium, ita ad Gentes scripsit omnes epistolas, præter unam ad *Hebræos*, de cujus autore semper est dubitatum. Scripsit post *Marcum*, sed ante *Joannem*, unde & Discipulus præfertur Apostolo. Denique quod medico congruit, traditur fuisse longævus. Nam sequutus consilium *Pauli*, qui scripsit, *Bonum est uxorem non attingere*, vixit cœlebs octoginta quatuor annos. Ossa defuncti ex *Achaia* translata sunt *Constantinopolim* unà cum reliquiis *Andreæ* Apostoli, anno *Constantii* vicesimo. Habes medicum ex medico, Apostolorum familiaritate commendatum, *Pauli* Apostoli non uno testimonio laudatum, denique ecclesiarum omnium consensu comprobatum. Quum enim multorum Evangelia rejecta sint, hic consentientibus omnium suffragiis receptus est, ut expleret sacram illam ac mysticam tetrada, quam olim designavit *Moses*, exponens nobis quatuor fluvios ex uno paradisi fonte scatentes, qui irrigant universam terram: pòst vidit *Ezechiel*, quum nobis depinge-

A ret animalia mystica quatuor, & in una. Nunc de pharmaco [illegible] paucis si videtur, dicamus. Ex [illegible] consueverat remedia quibus [illegible] varet, cæterum ex Apostolis qui [illegible] ac audierant, imò ex ipso Servatore [illegible] pharmacum, quo postea [illegible] priscos medicos erat quoddam [illegible] efficacissimum, ex variis & [illegible]
B commixtum, quod illi nocabant [illegible] est, *Deorum manus*. Verùm nullum [illegible] cum repertum est à medicis, quod [illegible] rum morbis medeatur, quantum [illegible] cem illam, sed nulli notum [illegible] &us morbus nullo cedit medicin[illegible] magnus est Dei, quæ per Servatorem [illegible] omnes animorum morbos, & quæ [illegible] confert immortalitatem. Nec [illegible] *Græcorum* Proverbiis: *Animi [illegible]*
C *esse sermonem*. Neque desinerunt [illegible] corporum morbos concepti[illegible] habentibus propelli posse. Dominus [illegible] erat, qui dum viveret in terris, [illegible] morbos corporum quamlibet [illegible] rato, sermone mortuos excitabat [illegible] enim erat sermo magicus, sed [illegible] Patris omnipotentia. Idem [illegible] morbos animorum, quum ait: *Remittuntur [illegible] peccata*. Et, *Vade, fides tua te salvam [illegible]*
D prophetia *Christum* medicum [illegible] enim in libro *Sapientiæ*: *Et [illegible] malagma sanavit eos, sed tuus Domine [illegible] omnia*. Hæc nimirum est illa vera [illegible] mus item mysticus sic habet: *Misit [illegible] sum, & sanavit eos ab interitionibus [illegible]* Patris vivus *Christus* est. Missus [illegible] tas per hos curata est *Judæorum [illegible]* sanata. Solus Sermo Patris efficax [illegible] minum morbis, non solùm leviori[illegible]
E letalibus. Letales morbos agnovit [illegible] Propheta, *ab interitionibus eorum*. Quæ [illegible] est stomachus, ut fastidiat ac rejicia[illegible] cibum, ægrotus ad mortem tendit. [illegible] borabat universus mundus ante [illegible] ventum. Id quod paulò superiùs dixi[illegible] *escam abominata est anima eorum, [illegible] usque ad portas mortis*. Miscuerant [illegible] Philosophi *Pythagorici, Academici, Stoici, [illegible] Peripatetici*, promittentes animi [illegible]
F citatem etiam. Multa miscuit *Moses* [illegible] varias religionis cæremonias. [illegible] invalescentibus morbis nihil prosit [illegible] nisi quod auxit morbum & prodidit. [illegible] machus pravis cupiditatibus, velut [illegible] noxiis, corruptus, & aversabatur [illegible] elaborata præcepta. & *Mosi* præscripta [illegible] tiosiores reddebantur non meliores: [illegible] bat amara Propheta[illegible] obiurgatio. [illegible] promissis non est habita fides. Id [illegible]
G cœlestis, nihil volens perire eorum qui [illegible] emisit Sermonem suum, qui cœlesti [illegible] beraret universos abomnibus [illegible] tantum ut morbum agnoscamus & [illegible] dico. Quemadmodum autem [illegible] quando non licet semper adesse ægris, [illegible] solent pharmacum aliquod quo sibi [illegible] dici qui laborant, si res ita postulet. [illegible] sus in cœlum reversus, reliquit nobis per [illegible]

sum plurimorum Evangelium, facile quidem & cui vis suppetens, sed efficax si quis ut oportet sumat. Quippe ut enim ut illinet fauces, præcipuè præstat febrium ergo medicum. Nec satis est gustâsse, trajiciendum est in viscera, ut stomacho receptum, per omnes venas vim suam diffundat. Tum demum incipit concutere totum hominem odio prioris vitæ: sed hanc perturbationem sequitur magna animi tranquillitas. Habent corporum medici empiricos & pharmacopolas artis suæ ministros, ipsi præscribunt quid dandum sit ægrotis. Ita *Christus* unus est qui præscripsit salutis æternæ remedium, Apostoli & horum successores Episcopi eorum ministri sunt, miscent, terunt, admovent, non sua pharmaca, sed *Christi*: tingunt aquâ, sed *Christus* abluit animum: docent quæ *Christus* ipsis tradidit, sed *Christus* ipse facit ut sermo illorum sit efficax. Corporum medici frequenter variant & in morborum judiciis, & in præscribendis remediis, nonnunquam & pro remediis præscribunt venena, juxta dictum *Graci* Poetæ:

ὁφελεῖ γάρ τ' ἐσθλὰ μιγέντα κακοῖσι, καὶ λυγρά.

Unicum autem Evangelicæ medicinæ præscriptum est, quod à nullo mortalium corrumpi debet aut mutari. Denique simplex est, ut si cessent hi quos oportebat hujus pharmaci ministros esse, sibi quisque possit sumere, modò adsit animus fidens, sincerus & salutis avidus. Nam & summus ille medicus, qui solus totum hominem sanare potest: aliquando per se conferebat sanitatem, nonnunquam & per Apostolos ac Discipulos. Jam tota medicorum ars duos potissimùm scopos habet, primum ut morbis, & ab his quæ gignunt morbos, corpora liberet; hanc partem Therapeuticen vocant: deinde ut bonam valetudinem tueatur, ac robur addant; eam in ratione victûs collocant. Neque enim medici semper urunt aut secant, non semper infundunt scammonium quo corpus exhauriant propemodum occidentes ut vivificent, sed aliquando ministrant quæ cor exhilarent, quin & pascunt benigniter. Ita nobis primum administratur potio fidei, quæ pœnitentiâ perturbat animum, & inaniens nos exonerat peccatis. Mox additur pharmacum consolationis, exhortationis ac doctrinæ perfectioris. Etenim si medicus posteaquam corpus inaniit, subitò destituat ægrotum, periculum est nè vacuum ac viribus defectum, major aliqua morbi vis invadat, velut Paralysis, Apoplexis aut Phthisis. Ita posteaquam pœnitentia nos prostravit, exagitato morbo baptismus nos vacuos reddidit ab omnibus peccatis, adhibentur ea quæ jam bene vacuum animum salubriter impleant. Exhausta est iracundia, infunditur lenitas & mansuetudo. Exhausta est invidia, subjicitur candor. Exhausta est rapacitas, succedit liberalitas. Exhaustus est ardor bellandi, succedit studium pacis. Exhaustus est amor voluptatum carnis, succedit amor rerum cœlestium. Vis audire scammonium Evangelicum? Pœnitentiam agite. *Jam securis ad radicem arboris posita est: Et omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur.* Itidem *Paulus*: *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiem, libidinem, concupiscentiam malam & avaritiam.* Ac mox: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis.* Exhausit, quomodo rursus implet? *Induite vos, inquit, sicut sancti Dei & electi, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, & condonantes vobis invicem, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris.* Hujusmodi domum mandatam scopis, & talibus ornamentis undique plenam, non rursus occupabit spiritus malus, reversus cum aliis septem ipso pejoribus. Habet igitur Evangelica medicina suum vinum, quod eroordeat sapiem vulnerum nostrorum. *Abi post me Satana, non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Vinum est. Nunc vide oleum: *Confidite, quia ego vici mundum. Capillus capitis vestrimus peribit. Nolite timere, pusille grex, quoniam vestrum est regnum cælorum.* *Paulus* habet cibum quo fovet nuper conversos ad *Christum*, nè relabantur in morbos adhuc imbecilles: habet & solidum cibum, qui corroboret eos semper proficientes usque ad mensuram plenitudinis *Christi*. Robur collegerant, de quibus scriptum est in *Actis Apostolicis*: *Ibant gaudentes à conspectu Concilii, quòd digni habiti essent pro nomine Jesu contumeliam pati.* Robur collegerat, qui dixit: *Omnia possum in eo qui me fortem reddit.* Proinde Dominus *Jesus* in Evangelio hortatur ad esum panis è cœlo profecti, cujus esus præstat immortalitatem. Hortatur ad esum carnis suæ, ad potum sanguinis sui: nimirum de doctrina sua sentiens, quæ ut panis vegetum ac robustum reddit animum, ut vinum efficax inebriat usque ad hujus vitæ contemptum, ut caro solidam habet alimoniam, ut sanguis vitalem habet vim. Quanquam autem omnis divina Scriptura vim habet medicam, tamen nullum pharmacum habet efficacius quàm Evangelicum. Idem in omnibus est spiritus, sed in his esse voluit, in quo præcipuè vim suam exereret, nè nullum esset discrimen inter ministros & Dominum, inter lacunas & fontem. Operæprecium est autem considerare, quanta sit vis hujus pharmaci. Respublica corpus quoddam est. Hujus pestes ac morbi sunt mali mores. Quibus diversis regionibus præcellentes sapientiâ viri, leges ceu remedia quædam opposuerunt; velut apud *Athenienses Solon*, apud *Lacedæmonios Lycurgus*, apud *Cretenses Minos*, apud *Romanos* Decemviri. Nullus tamen horum potuit efficere, ut legès quas condidisset aliæ quoque nationes amplecterentur. Ac nè tentavit quidem hoc illorum quisquam, nè præter inanem operam, impudentiæ quoque lucrifaceret opinionem. *Solon* decenni exilio leges suas obtrusit uni civitati. *Plato* vir tam doctus ac perinde facundus nunquam persuasit, ut *Athenienses* reciperent ipsius leges. Neque dubitandum tamen est quin omnes sibi persuaserint, leges quas condidissent esse veras, & optâsse si fieri potuisset, ut totus terrarum orbis amplecteretur. Ac nè *Mosi* quidem leges ultra nationem unam propagatæ sunt, quanquam Pharisæi magnâ ambitione Proselytos aliquot venarentur. Denique nè Cæsarum quidem violenta autoritas extorquere potuit, ut ipsorum leges apud omnes gentes haberent pondus. Et quod hi conati sunt proditis legibus, idem conati sunt Philosophi præceptis suis magno judicio summáque curâ proditis. Quorum nemo tam eloquens fuit aut tam eruditus, ut unicuipiam nationi persuadere potuerit. Adeo pharmacum quod adferebat, vim habebat

bebat dilutam & inefficacem. Sola veritas Evangelica intra paucos annos cunctas totius orbis regiones occupavit, persuasit ac vicit: *Græcos* ac barbaros, doctos & indoctos, plebeios ac Reges ad se pertrahens. Tam efficax erat hujus veritatis pharmacum, ut tot hominum millia, relictis patriis legibus, relictâ majorum religione, relictis voluptatibus ac vitiis, quibus ab incunabulis assuevérant, novam ac peregrinam doctrinam amplecterentur, & ex diversis linguis, diversis institutis, in humilem quandam Philosophiam consentirent: præsertim quum nulla ætas magis fuerit instructa, vel eruditionis facundiæque præsidiis, vel monarcharum potentiâ: quúmque mundus omnibus suis præsidiis pugnaret adversùs inermem Evangelii veritatem, tamen efficere non potuit, quin ea primùm occupata *Græcia*, *Neronis* urbem & aulam invaderet, móxque per omnes *Romani* imperii provincias sese spargeret usque ad *Gades* & *Indos*, usque ad *Afros* & *Scythas*,

Et penitus toto devisos orbe Britannos.

Hæ gentes, linguis, legibus, ritibus, moribus, institutis, diis, religione, formâ, plurimùm inter se dissidebant. Mox ex tanta discordia facti concordes, eandem cantionem canere cœperunt, *Jesum Christum* unicum orbis Dominum Servatorem laudibus vehentes. Interim direptio bonorum, exilia, carceres, cruciatus, mortes, nihil aliud erant quàm profectus Evangelii. Quis unquam inventus est, qui pro *Solonis* legibus, aut *Zenonis* decretis mortem oppetere sustinuerit? Pro simplici *Christi* doctrina quot senum ac juvenum, quot matronarum ac virginum millia suas cervices præbuere secandas? Et tamen quanto sunt admirabiliora magísque à sensu communi abhorrentia, quæ docet Evangelium, quam paradoxa Philosophorum? Et illorum doctrinam nemo Principum oppugnavit, & tamen suâ sponte evanuit; quemadmodum & leges, & magia, & ritus sacrificiorum. Quis enim nunc sacrificat diis ethnicorum, aut mactat *Judaicas* victimas? Quis nunc novit *Zoroastren*? Quis *Pythagoræ* ænigmata pili facit? Quis *Apollonii Tyanei* vitam non veluti somnium quoddam legit? imò quis legere dignatur? Nam quòd *Aristoteles* hodie celebris est in scholis, non suis debet sed *Christianis*: periisset & ille, nisi *Christo* fuisset admixtus. Adversùs Evangelicam Philosophiam adhuc teneram ac nascentem statim coortus est mundus omnibus suis præsidiis, per *Judæos* prætextu religionis adversùs omnis religionis fontem pugnantes, per Philosophos omni doctrinæ genere pollentes, per sophistas disputandi pertinaciâ invictos, per rhetores eloquentiæ viribus admirabiles, per tyrannos omni genere sævitiarum armatos, per Reges, Præsides, magistratus, per magos ac præstigiarum artifices, per dæmones hujus mundi dominos. Hos omnes tumultus, velut inundans malorum pelagus, Evangelicæ veritatis vis excepit, sustinuit, perrupit, devicit. Ad lucem enim Evangelicam æquum erat omnia humanæ potentiæ simulachra evanescere. Emicuit Evangelium illud simplex & humile, quod omnes moliebantur obruere. Libri eorum qui summo ingenio, mirabili eruditione, exquisitâ facundiâ scripserunt adversùs Evangelium, ceu somnia quædam ultrò evanuerunt, adeo ut nè extent quidem, nisi si qua fragmenta servata sunt à *Christianis*. Reges quod priùs impugnabant, adorant: magica vis evanuit, [illegible] ejulantes ejiciuntur. Philosophia [illegible] am inscitiam, & relictâ stultâ hominum [illegible] tiâ, amplexa est sapientem stultitiam crucis: Rhetores scribunt encomia *Jesu Christo*, [illegible] deos veteres exibilant, & pro [illegible] *Jesum Christum* decantant. Hæc tanta [illegible] mutatio paucis annis à *Christo* occiso, per totum orbem fieri cœpta est, ac nullis præsidiis humanis semper increvit in majus, donec fermentum admixtum farinæ satis tribus, totam afficeret consperſionem, donec granum sinapis terra insossum, per *Asiam*, per *Africam* & *Europam* latè pandéret ramos suos. Accedit huc, quòd qui vetustum Evangelicam oppugnabant, non solùm habebant varia terriculamenta, quibus masculi quoque pectora possent labefactari, edicta, tribunalia, confiscationes, proscriptiones, exilia, carceres, equuleos, virgas, secures, cruces, ignes, bestias, mortes, & etiam illecebras varias, quibus animus quamvis continens posset corrumpi. Dicebat Cæsar, Abnega *Christum*, & esto inter proceres meos primus: ni facis, confiscabuntur omnes tuæ facultates, saviam in uxorem ac liberos, ipse bestiis objiciens. Quis hìc persuasit tot hominum millibus, ut cum gaudio acciperent honores ademptos, facultates direptas, ut conspicientes eos quibus nihil habebant secundùm Deum charius, rapi ad immania supplicia, gratias agerent: ut ipsi deorum cum liceret effugere, cùm liceret tantis potiri commodis, ultrò se præberent excarnificandos? Nulla vis humanæ facundiæ id potuisset, sed divina vis potuit, quæ latebat in grano sinapis. Nec Philosophorum doctrina caruit lenocinio. *Stoici* libertatem, veras divitias, sanitates, regnum, aliaque dicta magnifica pollicebantur. *Epicurei* voluptatem auribus hominum commendabant. *Peripatetici* corporis bona cum virtute copulabant. At Evangelica doctrina, ut nullis terroribus humanique quam pertrahebat: ita quàm nihil habebat in speciem plausibile, imò quàm multa prorsùs incredibilia. Annunciat quendam *Jesum* fuisse cruci, qui morte suâ liberâsset genus humanum: hunc esse Deum & hominem, natum ex Virgine, qui revixisset à morte, sederétque ad dextram Dei Patris, qui docuisset esse beatos, qui hìc ob nominis ipsius professionem lugerent, sitirent, esurirent, affligerentur, malè audirent & occiderentur, olim revicturos omnes: tum ipso judice pios fortituros immortalitatem, impios perennes gehennæ cruciatus. Quis Philosophus ausus fuisset hæc tam paradoxa, tam non plausibilia proponere? Et tamen hæc ita persuasit humilis Evangelii sermo, ut insanus habeatur qui non credat, ut tot hominum millia vitam citiùs deserant, quàm veritatis Evangelicæ professionem. Et per quos tandem hæc tanta mutatio nata est? per paucos discipulos, ignotos, humiles, tenues, idiotas. Quid attinet de reliquis dicere, quum *Petrus* horum princeps piscator fuerit idiota, *Paulus* sutor coriarius, nullus omnium dives, aut potens, aut nobilis? Aut nihil habebant hujus mundi, aut si quid habuerant, relinquebant. Et quomodo tales rem tantam præstare potuerunt? nimirum adferebant pharmacum in vili pyxide, sed divini ri potens & efficax. Simplex & incondítus est Evangelii sermo, quem si quis expendat ad *Thucydidis*, aut *Titi Livii* historiam, multa desideraba[illegible] offendetur.

offendamus. Quàm multa prætermittunt Evangelistæ? quàm multa tribus verbis attingunt? quàm multis locis non convenit ordo? quàm multis locis inter se videntur pugnare? Hæc poterant Lectoris animum alienare, ac fidem abrogare lectioni. Contrà, qui scripserunt humanas historias, quàm soliciti sunt unde rem exordiantur? quàm curant, nè quid præter decorum, nè quid parum probabile, nè quid inconsistens aut absurdum narrent? Tum quâ evidentiâ rem subjiciunt oculis, quibus deliciis deliniunt ac retinent animum Lectoris, nè quid obrepat tædii? Atqui horum elaborata monumenta magna ex parte interciderunt, & quæ supersunt, nec ab omnibus, & sine fide leguntur. Quis est enim usque adeo credulus, qui confirmet in *Tito Livio* nihil esse falsæ narrationis? Verùm tot hominum millia reperta sunt, quæ mallent decies mortem opperiere, quàm admittere, in Evangelicis literis unicam esse falsam sententiam. Ex his annon palàm agnoscimus, rem non esse potestatis aut prudentiæ humanæ, sed virtutis divinæ? Latens vis est in pharmaco, quod, semel infusum corpori, se sparsit per universas orbis nationes, veluti per omnia membra. Habemus causam cur evangelica veritas intra tam paucos annos per homines humiles, omni sævitiæ genere rebellante mundo, sese sparserit per universum orbem. Nunc verò subierit alicui demirari, quâ ratione factum sit, ut propioribus seculis, quum mundus haberet Principes *Christianos*, Episcopos doctos, opulentos, magnáque autoritate præditos, sic in angustum contracta sit diuio *Christi*. Nam hujus rei compertâ causâ, fortasse citiùs inveniretur remedium. Sed ego jamdudum oblitus mei, Præfationis excedo limites. Redeo nunc ad nostrum medicum *Lucam*, quem ut tibi non dubito fore commendatissimum, ita velim per te omnibus reddi commendatiorem. Ait sapiens *Ecclesiasticus*, *Honora medicum propter necessitatem:* Quanto magis huic medico suus est habendus honos, qui tam efficax pharmacum exhibuit, quod nulli non est necessarium, nisi si quis est qui vacat omni crimine, nec opus habet, ut seipso melior evadat? Erit autem & efficax, si pertæsi morbos nostros, pharmacum hoc frequenter arrodemus, si assiduè commandemus, si trajiciemus in stomachum, in intima pectoris, si non renovemus quod sumptum est, sed in animi stomacho continebimus donec explicet vim suam, nósque totos in se transformet. Expertus sum hoc in meipso, parum esse fructûs ex Evangelio, si quis oscitanter ac perfunctoriè legat. Sed si jugi & accuratâ meditatione in eo versetur, vim quandam sentiet, qualem in nullis aliis libris. Jam, ut hominum suspicionibus occurramus, quòd singulas Evangeliorum Paraphrases singulis Principibus dicavimus, casus est, non ambitio. Siquidem idem nobis hic evenit, quod in Epistolis Apostolicis. Quum scriberemus in *Matthæum*, nihil minus expectabamus, quàm ut flagitaretur *Joannes*, ac mox *Lucas*. Nunc nè qua lacuna vacua videatur inter Evangelistas, addemus & *Marcum*. Quanquã qui diversa Evangelia diversis dicat, nihilo videatur facere absurdius, quàm fecit divus *Hieronymus*, qui Prophetas etiam minores diversis attribuit. Admonuimus aliàs, ac rursus admonemus lectorem, nè plus tribuat nostræ Paraphrasi, quàm tribueret aliorum Commentariis. Non enim in hoc scribimus Paraphrases, ut Evangelium excutiamus è manibus hominum, sed ut commodiùs & majori cum fructu legatur: quemadmodum condiuntur cibi, quo libentiùs ac jucundiùs sumantur. Quin & illud mihi monendus est Lector crassior, me nusquam in Paraphrasi loqui, nè quod sub Evangelistæ persona modestè veréque dicitur, sub mea videatur arroganter dici. Impartiat tibi Dominus *Jesus* spiritum suum, Rex inclyte, ut sub Principe verè *Christiano* indies magis ac magis regnet flores atque veritas evangelica. *Basileæ* X. Calend. Septemb. Anno M. D. XXIII.

In Paraphrasin in Evangelium secundùm Joannem.

Illustrissimo Principi D. Ferdinando, Austriæ Archistratego, Caroli Cæsaris germano, Des. Erasmus Rot. S. D.

ANno superiore Paraphrasin in Evangelium *Matthæi*, magis ex autoritate R. D. *Matthæi* Cardinalis *Sedunensis*, quàm ex animi mei judicio susceperam, *Ferdinande* Principum integerrime: partim quòd ipsa majestas operis, religione quadam animum meum ab attrectatione submoveret: partim quòd & alioqui plurimæ variæque difficultates imbecillitatem meam sibi probè consciam ab aggrediendo deterrerent. Jámque mihi videbar in totum hujus generis scriptione defunctus. Tamen nescio quo pacto rursus huc me perpulit, tum superioris audaciæ successus, tum summorum virorum autoritas, quorum voluntati non satisfacere mihi vehementer sit inhumanum, justis non parère nefas quidem erat, ut *Joannis* Evangelium ad eundem modum explicarem. Non me fugiebat quanto etiam augustior esset hujus argumenti majestas, quòd magna ex parte versatur in abditis illis naturæ divinæ mysteriis enarrandis, & hujus admirabili cum nostra commercio. Quis enim hominum vel cogitatione consequi possit, quomodo Pater Deus sine initio, sine fine semper gignat Filium Deum: in quem genitorans sic se totum effundit, ut ipsi nihil decedat: à quo sic nascitur Filius, ut ab eo qui producit nunquam recedat: Rursum quomodo ab utroque procedat Spiritus Sanctus, sic ut inter omnes sit ejusdem naturæ perfectum consortium non confusâ personarum proprietate? Quis ingenio complecti queat, quo nexu summa illa & ineffabilis natura hominem sibi copulârit; ut idem qui semper fuerat ex Deo vero Deus verus, homo verus ex homine nasceretur? In hujusmodi rebus explicandis, in quibus nonnunquam verbum mutâsse, piaculum sit inexpiabile, ubi Paraphraseôs libertas? Ad hæc videbam mihi fore iter, per loca crebris ac variis difficultatibus impeditissima, salebris intersepta, saltibus ac lamis impervia, eluvionibus ac voraginibus intercisa. Nullum enim est Evangelium, unde natæ sint plures, aut operosiores de fide quæstiones: aut in quo vehementius fudatum sit ab eximiis veterum ingeniis? denique in quo enarrando magis varient interpretes, quod ego sanè non illorum tarditati vel imperitiæ, sed vel sermonis obscuritati, vel rerum difficultati tribuo. Accedebant & illæ peculiares huic negotio difficultates, quod totus fere sermo, quem Evangelista tribuit Domino

Jesu,

Jesu, sit ænigmatis involutus: quæ si explices Paraphrasi, jam non cohærent quæ respondentur ab his, qui quod dictum erat, non intellexerant. Sic enim multa dicuntur à Domino, ut non priùs intelligenda sciret, nec priùs intelligi vellet, quàm rerum eventus quod dictum erat explanaret. Porrò quum Paraphrastæ sit, quod astrictiùs est dictum, id explicare fusiùs, nè temporis quidem modus mihi servari potuit. Etenim quum extremam cœnam Dominus noctu legatur peregisse cum Discipulis, atque inter cœnandum interim laverit suorum pedes, tamen à cœna tam prolixum sermonem habet cum suis, ut mirum sit tempus tot verbis suppetisse: præsertim quum ex aliorum Evangelistarum narratione constet & alia multa, nocte eâdem, tum dicta tum facta fuisse. Modus igitur temporis mihi servari non potuit, cui illa omnia erant prolixiùs etiam explicanda. Postremò habet *Joannes* suum quoddam dicendi genus, ita sermonem velut ansulis ex sese cohærentibus contexens, nonnunquam ex contrariis, nonnunquam ex similibus, nonnunquam ex iisdem subinde repetitis, ut Paraphrasis has orationis delitias non possit reddere. Quod genus est, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* In his tribus membris, Verbum Verbo, Deus Deo succinitur: ac mox repetito *principio* circulum absolvit: *Hoc erat in principio apud Deum.* Ac rursum, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* In his liquet, ut orationis quodque membrum semper excipiat prius, sic ut prioris finis sit initium sequentis, ac tale quiddam hìc agnoscas, quale *Græcorum* ἀχὼ solet affectare, quibus de rebus nonnihil dictum est nobis in argumentis. Hanc peculiarem sermonis gratiam intelligebam mihi frequenter in Paraphrasi perituram. Itaque quum has hisque consimiles difficultates multas perspicerem, tamen aggressus sum provinciam, tot nimirum ac tantis viris suo hortatu huc vocantibus, autoritate compellentibus: præsertim autem superioris obsequii veriùs quàm audaciæ successu fretus. Nec enim hactenus modò successit, quòd undique candidus Lector pro hoc officio mihi gratias agit, verumetiam quòd *Carolus* Cæsarum, quos octingentis ab hinc annis habuit mundus, ut maximus, si ditionis amplitudinem spectes, ita & optimus, si quum alias illius verè Cæsareas virtutes, tum præcipuè religionis ac pietatis studium contemplere, làborem hunc meum (nam illi dicâram) non tantùm vultu & oratione, sed literis etiam non minùs honorificè quàm amanter ad me scriptis sibi multò gratissimum fuisse testatus est. Proinde mihi convenire visum est, ut quoniam *Matthæus Carolo* consecratus esset, *Joannes Ferdinando*, velut alteri *Carolo* dedicaretur. Ac sanè bona quædam spes blanditur animo meo, futurum pollicens, ut quemadmodum illud successit *Caroli* Cæsaris auspiciis, ita & hic conatus *Ferdinandi* succedat auspiciis. Sunt duo nomina hujus ævi felicissima, est fratrum par hujus ætatis auspicatissimum. Nec dubitandum arbitror, quin sanctissimorum Principum pia studia, divini Numinis favor bene fortunet. Licet enim, opinor, bene ominari de his, in quibus adhuc adolescentibus egregius virtutum proventus, magnifica spei, quam de se primæ ætatis velut hęres præbebat, respondet. Nam & puerilis tum animi quædam & admirabilis indoles, jam tum ejusmodi prudentiæ, moderationis, munificentiæ, integritatis, religionis ac pietatis scintillas ostendebat, ut nemo non sibi polliceretur eximium quendam ac numeris omnibus absolutum Principem. Jam verò publicam orbis de te spem quam hactenus non fefelleris, illud insuper effici, ut votis etiam omnium, non solùm spei, jam fœtus natu grandior, cumulatissimè satisfactum esse credaris. Libellum *De Principe Christiano* qualis qualis est, jampridem adolescens suscepisti omnibus commendàsti, posteaquàm tuâ lectione dignatus es. Et hunc igitur propriè tuo nomini dicatum, juvenis hujus seculi florentissime, multisque nominibus orbi gratiosissime, dignaberis commendare: nec id adeo, quo vel tibi gloriæ quippiam, vel mihi commodi nonnihil accedat, quum nec istius fortunæ splendor, nec istius ingenii modestia, laudem humanam vel desideret, vel affectet: nec hic animus quicquam ambiat, præter *Christi* favorem, sed ut his quibus hoc laboris desudatum est, desudatum est autem in commune omnibus, uberiorem adferat fructum. Etenim quæ per se recta sunt, tum demum adferunt magnam utilitatem, si seposito livore favorem publicum meruerint. Ad hunc rem plurimum adferet momenti, si declararis hoc munus meæ lucubrationis tibi non ingratum fuisse. Nec enim metuo est, opinor, nè istos audiendos existimet tua prudentia, qui forsan dicturi sunt, quum viderint evangelicam Paraphrasim *Ferdinando* dicatam, Quid profano Principi, Quid juveni cum Evangelio? nèque juxta vetus *Græcorum* proverbium, βαπτόχοι χοιρῶν cavillabuntur. Quasi verò soli omnium Principibus apta munera deferant, qui de venatu, de alendis canibus, de hab'endis equis, de machinis bellicis, aut fortasse de lusi'eis libellos barbarica quapiam lingua elucubratos offerunt. Ego contrà sic existimo, Philosophiam evangelicam, quæ omnibus, & summatibus, & infimatibus, & mediocribus sit in primis frugifera, nullis tamen magis esse necessàriam, quàm potentissimis orbis monarchis. Nam quo major est negotiorum moles quam sustinent, quo periculosior est rerum tempestas quam moderari debent, quo plures sunt illis occasiones quæ solent & recta ac bene nata benèque instituta ingenia corrumpere: hoc diligentiùs oportet eos evangelicæ doctrinæ sanctissimis certissimisque præceptis instructos ac præmunitos esse, qui non nisi magno totius orbis malo peccant. Episcoporum peculiare munus est, ex evangelicæ sapientiæ largissimo penu populum alere, unde & pastores appellantur. Fateor. Attamen *Homerus* non sine causa à viris etiam apud *Christianos* laudatissimis laudatus est, quòd Regem appellet ποιμένα λαῶν, id est, *pastorem populorum*. Quanto magis oportet hoc cognomen in *Christianum* Principem competere? Princeps non docet Evangelium, sed præstat, docet autem etiam quisquis præstat. Cæterùm quo pacto præstabit, si nesciat? Quo modo sciet, nisi diligenti crebráque lectione verset, nisi magno studio penitùs infigat animo? Quibus magis oportet esse persuasum, cœlestem esse Regem hujus

hujus mundi gubernatorem, quem nihil fugiat: cujus oculos nemo possit fallere, cujus potentiæ nemo possit resistere, qui pro suis quenque meritis sit judicaturus: quàm summis Principibus, qui ob potentiam neminem metuunt, & facilè, si velint, fallant: & si quid peccant, non modò non vocantur ad hominis tribunal, sed laudantur etiam ob flagitia? Quorum animis altiùs oportet esse infixum, post hanc vitam quæ nec Regibus vel ad unius diei spacium certa est, nec ulli potest esse longa, supereſſe vitam nunquam finiendam: in qua sine conditionis aut dignitatis ullo delectu, nisi quòd gravior erit illorum causa, qui hic potentiâ cæteris antecellnerunt, ad incorrupti Judicis inevitabilem sententiam ita quisque messurus est, ut hic sementem fecerit: neque quisquam elapsurus est, quin aut pro benefactis coronam referat æternæ beatitudinis, aut pro malefactis, perennibus gehennæ suppliciis dedatur: quàm horum quibus undique secundæ res, quibus hominum applausus, & præsentium rerum amorem, & futurorum oblivionem suadent? Quibus penitùs impressum esse refert, à *Christo* denunciatum, *Væ divitibus ac potentibus, qui solatium habent in hoc seculo*, quàm his quibus omnium rerum copia quæ solent evirare mortalium animos, affatim adest? Quibus magis inculcatum esse par est, suum cuique creditum talentum in lucrum Domini, rationem ab omnibus exacturi, solicitè dispensandum esse, quàm his quibus ob potentiam à Deo traditam in manu est, vel plurimum prodesse, vel plurimum nocere rebus mortalium? Quibus oportet certiùs esse persuasum, homines, quamlibet magnos ac sublimes, ex sese nihil posse, sed omnia quæ verè bona sunt, omnibus à *Christo* proficisci, ab illo petendum, quicquid *Christianis* votis optari potest, ad illum unum referendam omnium rerum bene gestarum gloriam, quàm his quibus ob ea bona quæ *Christus* docuit esse spernenda, mundus applaudit ut felicibus, quos ob inania quædam bonorum simulachra, vulgus hominum tantum non ut deos adorat ac suspicit? Quibus magis oportet esse persuasum, ferociam esse Deo invisam: injuriam non esse retaliandam injuriâ: nihil esse pace melius, nihil mansuetudine clementiáque Deo gratius, quàm his quos tot res quotidie ad tumultus, ad bella, ad vindictam solicitant? Quorum mentibus convenit intimius impressum esse, nec vitæ cupiditate, nec mortis metu deflectendum ab honesto: nec in hac vita cuiquam pro benefactis sperandum esse præmium, quum in futuro seculo nulli sua merces sit defutura, quàm Principum, quos tot illecebræ, tot rerum tumultus, tot occasiones identidem ad inhonesta solicitant? Talis nimirum animus, unde pendet orbis publica vel felicitas, vel calamitas, gravibus ac solidis Philosophiæ decretis munitus sit oportet, quo possit erectus & illabefactus adversùs omnes hujus mundi machinas subsistere. Sed hujusmodi dogmata, quæ veluti saburra navim, ita non sinunt animum fortunæ rerúmque fluctibus jactari, non aliúnde, nec meliùs, nec certiùs, nec efficaciùs hauriuntur, quàm ex evangelicis literis. Quòd si Princeps profanus, quoniam in crassioribus negotiis plerunque versatur, & ob publicam tranquillitatem tuendam, non semper ea potest obtinere, quæ perspicit esse rectissima: tamen hoc illi certè præstabit semel hausta penitùs evangelica Philosophia, ut quantum potest semper ad ea quæ *Christi* præceptis sunt proxima nitatur, & quàm minimum à scopo deflectat. Id quum in omnibus optemus, qui res humanas in terris moderantur, tamen in te, *Ferdinande*, magnopere speramus etiam, ut quum noverimus à primis annis mirè propensum ad evangelicæ lectionis amorem, quippe qui non solitus sis hoc temporis quo sacrum peragit sacerdos, vel superstitiosis precatiunculis, vel frivolis alloquiis terere, quemadmodum plerique magnatum solent, sed aperto codice evangelico reverenter inspicere, quid doceret ejus diei vel Epistola, vel Evangelium. Nec dubitamus quin isti pueritiæ tuæ specimini multum adjecerit ætatis accessio. Nec mediocris spes est, futurum ut tuum istud exemplum quàm plurimi mortalium passim æmulentur. Etenim ut vitiorum contagia facillimè serpunt ad plurimos, à summatibus viris profecta: ita virtutis exemplum celerrimè commendatur omnibus, si à claris autoribus fuerit exortum. Quanta fuerit olim evangelicæ doctrinæ majestas, vel ritus illi, quos ex antiquitate traditos etiamnum servat Ecclesia, docere nos poterunt. Codex habetur auro, ebore, gemmis pulchrè ornatus: inter sacra religiosè servatur, non sine veneratione ponitur aut sumitur. Petitur à sacerdote pronunciandi facultas: fit sacer è thure, ſtacte, myrrha & galbano suffitus: frontes & pectora signantur crucis imagine, submissis cervicibus defertur gloria Domino: assurgitur ab omnibus, astatur erecto corpore, nudatis capitibus, arrectis auribus, venerabundus oculis. Ad *Jesu* nomen quoties incidit, curvantur genua: mox magnâ religione pectori admotus codex circumfertur, osculo singulorum adorandus, tandem inter sacra reverenter reponitur. Hæ cæremoniæ, quid aliud nobis loquuntur, quid aliud monent, quàm nihil oportere *Christianis* antiquius esse, nihil charius, nihil venerabilius, quàm cœlestem illam Philosophiam, quam omnibus *Christus* ipse tradidit: quam tot jam seculis totius orbis consensus comprobavit, quæ sola nos reddit adversùs hunc mundum, & hujus mundi Principem invictos? Sed quemadmodum optimo jure reprehenditur *Judæorum* inanis ac præpostera religio, qui legis suæ codicem mirâ veneratione prosequuntur: substernunt mundissima lintea, procidunt, adorant, non contrectant nisi puris manibus, quum ea quæ præcipuè lex docet, impiè negligant: ita nobis curandum est, nè quàm sumus in cæremoniis religiosi cultores Evangelii, tam reperiamur in non observando profani. Quorsum enim attinet codex ebore, argento, auro, serico, gemmis exornatus, si nostra vita sordibus vitiorum, quæ execratur Evangelium, oblita sit: si animus noster nullis Evangelicis virtutibus niteat? Quid prodest liber admotus pectori, si quod docet, procul abest à pectore? si quod damnat, regnat in pectore? Quid sibi vult suffitus odoratus, si nobis sordet illius doctrina, si nostra vita odor est letalis? Quid prodest submissa ad codicem cervix, si nostræ cupiditates erectis cervicibus pugnant adversùs ejus præcepta? Quid confert assurrexisse, nudo vertice astitisse, si tota vita nostra talis est, ut palàm evangelicæ doctrinæ contemptum præ se ferat? Quâ fronte codicem exosculatur evangelicum, qui libidini, qui avaritiæ,

qui

qui ambitioni, qui gulæ, qui iracundiæ ſerviens, conſpuit evangelica monita? Quâ fronte dat oſculum libro, nihil aliud docenti quàm pacem, quàm manſuetudinem, quàm charitatem: qui contemptâ *Chriſti* doctrinâ, totus livore tabeſcit, odio madet, irâ fervet, ulciſcendi libidine fertur, rapitur, furit in proximum ſuum: qui dum ſuo morem gerit animo, furialibus bellis miſcet orbem? Quo ore complectitur & adorat evangelicum codicem, qui totis vitæ ſtudiis huic mundo fœderatus eſt, quem velut hoſtem execratur evangelica Philoſophia? Puris manibus ac religioſè contrectamus evangelicum codicem, & impuris animis deſpicimus evangelica præcepta? Quin hæc magis admovemus pectori, hæc exoſculamur animo, his cervicem inflectimus? Quidam etiam Evangelii ſecundùm *Joannem* partem deſcriptam, de collo ſuſpenſam circumferunt adverſùs morbos, aut triſtes alioqui caſus remedium. Quin magis Evangelii doctrinam animo circumferimus, adverſùs omnes vitiorum morbos remedio futuram? Non improbo cæremonias, non exagito vulgi ſimplicis religionem. Sed tum demum iſta fuerint nobis uſui, ſi quod ſignis viſibilibus admonemur, re præſtiterimus. Si verè *Chriſtiani* ſumus, hoc eſt, ſi legitimi evangelicæ doctrinæ profeſſores, totum hoc quod illic foris geritur, intus in animis noſtris peragatur. Audio morem eſſe apud quoſdam, ut Princeps nudatum enſem manu tenens adſtet Evangelicæ lectioni, cæteri manu capulo admota. Quo pacto autem gladio defendet Evangelium, cujus animus hoſtis eſt Evangelii: qui totus ſpirat mundum: cui nihil contemptius quàm nobile illud margaritum Evangelicum: cui nihil inviſius, quàm id quod ſolum *Chriſtus* docuit expetendum? Qui populum expilat, qui tenues opprimit, qui bellis res humanas ac divinas miſcet, qui tot malis cauſam præbet in cujus ambitionem tantum humani ſanguinis funditur, enſem vibrat, quo defendat Evangelium *Chriſti*? Priùs ipſe ſe reconciliet Evangelio: priùs evangelico gladio pravas cupiditates reſecet ab animo ſuo: tum, ſi videbitur, in hoſtes Evangelii minax ſtringat ferrum. Et hæc quidem, illuſtriſſime Princeps, admonendi gratiâ dicta ſunto, citra cujuſquam contumeliam. Rem tantùm oſtendimus, non notamus perſonas: & hoc liberiùs hæc ſcribimus, quòd in tuam integritatem nè levis quidem horum malorum ſuſpicio poſſit competere. Neminem ſecundùm Epiſcopos magis decet evangelica religio, quàm Principes. Sed horum ſimplicitas ſæpenumerò fallitur religionis imagine. Siquidem perſuaſi nonnunquam ab his qui perfectæ religionis profeſſione commendantur, exiſtimant ſummam eſſe pietatem, ſi quotidie precum, quas horarias vocant, penſum abſolvant: ſi nullus dies abeat abſque ſacro. Atque hæc quidem, ut in profano ſimul & juvene Principe, fateor argumentum aliquod eſſe piæ mentis, ita permulta ſunt quæ propiùs ad *Chriſtiani* Principis officium attinent. Etenim ſi proſpiciat nè belli tempeſtas oriatur, nè publica libertas violetur, nè populus tenuis ad famem adigatur, nè magiſtratus corrupti creentur, meâ quidem ſententiâ, ſacrum Deo gratius obtulerit, quàm ſi ſex annis recenſuerit preculas illas. Et tamen hoc quoque laudo, ſi modò quod eſt præcipuum acceſſerit. Cæterùm

A ſi Princeps exiſtimet nihil ſibi deeſſe ad [illegible] etatem, fretus obſervatione talium [illegible] glectis aliis quæ propria ſunt regij [illegible] nimirum vera peſtis eſt religionis, [illegible] publicæ pernicies: & qui talia perſuadent, [illegible] Principibus bene conſulunt, nec populo ſuum eſt adeſſe ſacro, ſi quis modò purus accedat. At quo pacto purus accedam ad communionem illius veri ſummíque Principis, qui pro ſuis ſe-

B orum vitam impendit: ſi ob iram, ſi ob ambitionem, ſi ob ſocordiam meam tot hominum millia vel affliguntur, vel intereunt? Nec dicam interim, quòd vix ullum tempus magis vacuum, minúſque ſolicitum eſt Principibus, quàm quo vacant rei divinæ. Quid autem magni illi preces illas ſtatis horis dictas eſſe Principi, cui nullum tempus ſatis magnum curandis reipublicæ negotiis? Abundè multùm precatus fueris, ſi quotidie recenſeat, & ex animo recenſeat illam ſapientiſ-

C ſimi juvenis precationem: *Domine, da mihi ſapientiam & intelligentiam, ut ingrediar & egrediar coram populo tuo.* Aut huic ſimillimam, quam idem, ni fallor, recitat in libro, cui titulus, *Sapientiæ*: *Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, ut mecum ſit, & mecum laboret, ut ſciam quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa, & intelliget omnia, & deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua poteſtate, & erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum juſtè, & ero judex ſe-*

D *dium patris mei. Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſſimis: & ſic correcta fuerint ſemitæ eorum qui ſunt in terris, & quæ tibi placent, didicerint homines?* Atque hanc ſapientiam quam optat ſapientiſſimus ille juvenis, maximè reperire licet in literis evangelicis, ſi quis eas animo, & quis piâ curioſitate rimetur. Alioqui quid factum eſt ut *Chriſtianorum* mores, partim in nitam pluſquam ethnicam recideriut, partim in

E *Judaiſmum* quendam degenerarint, niſi ex evangelicæ doctrinæ neglectu? Quanquam ut ingenuè fatear, nullis ſeculis defuerunt, apud quos Evangelio ſuus conſtiterit honos; ſed tamen his annis quadringentis vigor illius apud plerosque refrixerat. Quo magis omnibus ſtudiis adnitendum, ut igniculum illum pro ſua quiſque virili ἀναζωπυρῶμεν, quem æterna veritas Dominus noſter *Jeſus* miſit in terram: nec aliud optat, quàm vehementer accendi, quàm latiſſimè vagantem

F omnia corripere. In moribus ſeculi tam corruptis, in tantis opinionum diſſidiis, quibus nunc miſcentur omnia: quò potiùs confugiendum eſt, quàm, quod rectè monet divus *Hilarius*, ad puriſſimos divinæ Scripturæ fontes, quorum puriſſima & illibatiſima pars ſunt Evangelia? Nequè verò debet monarchis hoc nomine ſuſpectum eſſe Evangelium, quòd, ut quidam jactitant, ſeditioſos reddat eos, quos oporter Principibus dicto audientes eſſe: imò Principibus hoc præſtat,

G ut pro tyrannis ſint veri Principes, & populo præſtat, ut bono Principi libentiùs obtemperet, pirum commodum manſuetiùs ferat. Denique non debet Evangelio verti vitio, ſi quis re per ſe optimâ non optimè utatur. Pacis Evangelium dicitur, primùm Deo nos reconcilians: deinde nos inter nos mutuâ concordiâ copulans. Si quis in hunc lapidem impegerit, ſibi impegit, non Evangelio. Nulla vis eſt hominum, nullum ingenium,

animi, nulla conspiratio quæ veritatem evangelicam possit opprimere, tum potissimùm exerentem sese, quum maximè premitur. Sed hisce de rebus vereòr ne jam plus satis dictum sit. Nunc quo majore cum fructu legatur, de autoris consilio pauca loquutus, finem faciam. Quum vita doctrinaque Domini *Jesu Christi*, jam Apostolorum prædicatione, ac cæterorum evangelistarum literis latè per orbem esset divulgata, *Joannes* ille *Jesu* amore nobilis, postremus omnium hoc Evangelium scribendum suscepit: non tam ut Evangelicam texeret historiam, quàm ut quædam ab aliis Evangelistis prætermissa suppleret, quum non indigna cognitu viderentur. Præcipuam autem causam fuisse putant, cur scripserit hoc Evangelium, ut *Christi* divinitatem assereret adversus hæreses, jam tum velut malam zizaniam in bona segete suppullulantem: sed præcipuè *Cerinthianorum* & *Ebionitarum*, qui præter alios errores docebant *Christum* nihil aliud fuisse quàm hominem: nec omnino fuisse priusquam de *Maria* nasceretur. Expediebat autem in primis, ut orbi scíret & crederet *Christum* eundem & verum Deum, & verum hominem fuisse. Quorum posterius primum ad amorem hominum in illum excitandum facit: libentiùs enim amamus nobis cognata: deinde stimulos ad imitandum acriores subjicit: Quis enim conetur æmulari, quod ab angelo per speciem modò, non etiam verè gestum esset? Porrò, quoniam ut sunt ardua quæ præcipit, ita summa sunt quæ promittit, oportebat non ignorari divinam ejusdem naturam, ut confidamus illum haud dubiè præsidio futurum suis, quos sic dilexit: nec frustraturum in promissis, qui quicquid vult, nutu possit efficere. Superiores autem Evangelistæ de divinitate Domini *Jesu* penè nihil attigerant. Nam hanc opinor esse sapientiam, quàm *Paulus* loquebatur inter perfectos: inter cæteros nihil se scire profitens, nisi *Jesum Christum*, & hunc crucifixum. Fortè nondum ferebat tempus tam ineffabile mysterium vulgo literis prodere, nè rideretur ab impiis, quod nec credere possent, nec intelligere. Quanquam & alioqui veteres omnes quoties de rebus divinis verba faciunt, & parcissimè & religiosè loquuntur: copiosiores in his quæ magis conducunt ad vitæ pietatem. Hæreticorum itaque temeritate Apostolus compulsus est, apertiùs asserere *Christo* divinam naturam, quemadmodum *Arianorum* audaciâ compulsi sunt orthodoxi patres certiora quædam de rebus iisdem definire, quum maluerint ab ejusmodi rebus definiendis abstinere, quæ & longè superant humani captum ingenii, nec nisi magno periculo definiuntur. Atque hæc pars meritò beato *Joanni* relicta est, *Jesu* ἀγαπητῷ καὶ ἱερομίῳ, quem ut ille qui fons est omnis sapientiæ præ cæteris magis dilexit, ita credendum est, quod plenius arcana quædam suis, ut ita loquar, deliciis inspirârit. Hunc igitur χρισόφιλον imbibamus omnes, ut & ipsi φιλόχριστοι fieri mereamur. Tantum illud Lectorem admonitum esse volo, me quidem in hoc opere probatissimos ecclesiæ doctores sequutum fuisse: verùm nec passim, nec in omnibus, quandoquidem & ipsi inter sese non rarò dissentiunt: semper tamen bonâ fide profero, quod mihi germani sensus esse videbatur, quum perspicerem ab autoribus vetustis contra hæreticorum opiniones dimicantibus, quædam violentiùs detorqueri. Nolim tamen ut quisquam huic Paraphrasi plus tribuat, quàm tributurus erat commentario, si commentarium scripsissem, quanquam & Paraphrasis commentarii genus est. Allegorias, in quibus video veterum quosdam ad superstitionem usque fuisse diligentes, parciùs, nec ultra quàm satis esse judicabam, attigi. Valeto, Princeps ornatissime, totísque studiis Evangelii gloriæ faveto, sic *Christus* Opt. Max. vicissim tuis votis dexter aspiret. *Basileæ*, Anno à *Christo* nato, millesimo quingentesimo vigesimo tertio, Non. Januariis.

In Paraphrasin in Epistolam Pauli ad Romanos.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino Dominico Cardinali Grimano Veneto titulo sancti Marci, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

Quibus novum videri solet, reverendissime Pater, cur *Paulus* Apostolus πολυγλωττότατος *Romanis Græcè*, quàm *Romanè* scribere maluerit, mirari desinent, si perpenderint primùm, illis temporibus *Græci* sermonis usum penè tam latè patuisse, quàm latè *Romanum* patebat imperium. Deinde *Romanis* ipsis adeo quondam in deliciis fuisse *Græcanicas* literas, ut ea res Satyrarum convitiis sit exagitata. Siquidem apud *Lucilium Scævola* ridens *Albutium*, ut plus æquo φιλέλλανα, χαῖρε, inquit, *Prætor Athenis*: & apud *Juvenalem* stomachatur quispiam, negans se ferre posse *Græcam* urbem. Quanquam ita *Græcè* loquutus est Apostolus, ut à merè *Græcis* non satis queat intelligi, ob passim admixtam *Hebraï* sermonis proprietatem. Quod si maximè *Græca*, ac purè *Græca* fuisset oratio, multum tamen adhuc difficultatis superesset Lectori, quòd quum scriberet rudibus adhuc, & nuper *Christo* initiatis, mysteria quædam magis attigit, quàm tractavit, & indicavit verius, quàm explicavit, videlicet tempori serviens. Nunc verò cum *Roma* tota adeo sit *Christiana*, ut illic totius *Christianæ* religionis sit arx culménque, ac per universum terrarum orbem *Romanè* loquantur quicunque *Romanum* agnoscunt Pontificem, videbar mihi facturus operæprecium, si effecissem ut *Paulus* jam merè *Romanis*, ac plenè *Christianis*, non solùm *Romanè*, verùm etiam explanatiùs loqueretur: atque ita loqueretur *Romanè*, ut *Hebræum* quidem non agnoscas, agnoscas tamen Apostolum loqui. Solicitus est ille mutare linguam, semper observatâ Apostoli dignitate. Non hìc attollam verbis, quanti mihi constitit hoc quicquid est opusculi, quòd id sciam nemini proclive vel æstimare, vel credere, nisi qui ipse periculum in simili negotio fecerit, quid sit hiantia committere, abrupta mollire, confusa digerere, involuta evolvere, nodosa explicare, obscuris lucem addere, *Hebraissimum Romanâ* civitate donare: denique *Pauli*, hoc est, cœlestis oratoris, mutare linguam; & ita temperare παῤῥησίαν, nè fiat παῤῥησιαστής, hoc est, sic aliter dicere, ut tamen non dicas alia, præsertim in argumẽto non solùm tot modis difficillimo, verũetiam sacro, ac majestati Evãgelicæ proximo: in quo cum in lubrico verseris, & labi sit facillimũ, citra grave

Epist. 73.

periculum labi non possis. Illud modò testabor, ingenuè magis quàm arroganter, non multùm laboris accessurum fuisse, si justum commentarium in hanc epistolam edere voluissem. Arbitrabor autem hujusce operæ præmium abundè magnum mihi persolutum, si meo studio sensero perfectum esse, ut *Paulus* primùm tibi, deinde per te cæteris *Romanis* sit aliquanto commendatior, aut certè familiarior, quibus & commendatissimum & familiarissimum esse par est. Compertum enim habeo quàm multos antehac sermonis peregrinitas, quanto plures tum explicationis, tum rerum difficultas alienârit ab ejus lectione: quanquam à tam eximio fructu non oportebat ullis incommodis deterreri. Hôrum igitur vel fastidio, vel desperationi, hac nostrâ industriâ studuimus succurrere, ita negotium temperantes, ut ei qui nôlit quicquam in sacris literis immutari, commentarii vice sit futurum; rursus ei qui vacet hujusmodi superstitione, *Paulus* ipse loqui videatur. Amplectere *Romam* principem, aut certè præcipuam religionis tuæ magistrum. Exoscula priscæ laudis tuæ præconem: redama eum, qui te nondum visam adamavit. O feliciter commutatam sortem felicitatis tuæ! Olim sub tyrannis Cæsaribus mutis simulachris litabas, nunc sub *Petro* & *Paulo* terrarum orbi præsides: olim eras superstitionum omnium ancilla, nunc es veræ religionis magistra. In *Jovis Capitolini* locum successit *Christus* solus optimus maximus: In Principis locum *Petrus* & *Paulus* suis uterque dotibus summus: In augustissimi illius senatûs vicem successit toti orbi reverendus Cardinalium ordo. Si quid te movent fornices, aut pyramides pristinæ superstitionis vestigia, cur non magis te capiunt in horum libris receptæ religionis monumenta? *Adriani* statuam, aut *Domitiani* miraris thermas. Quin potiùs *Petri Paulique* sacrosanctas epistolas amplecteris? Si juvat in *Salustianis* aut *Livianis* libris fabulosa vetustas, à quibus initiis ad orbis tyrannidem brevi ruituram fueris evecta vulturum auspiciis: cur non magis juvat in Apostolorum & Evangelistarum literis agnoscere, quibus primordiis ad ecclesiæ monarchiam nunquam cessaturam perveneris, auspiciis *Christi*? Ut apud *Judæos* sacrosancti quondam templi, hodie nè vestigium quidem ullum extat, ita tui Capitolii, quod quondam vanissimi vates æternum fore pollicebantur, adeo nullæ supersunt reliquiæ, ut nè locum quidem possis ostendere. Si *Ciceronis* linguam miraris, de qua vix pronuncies plúsve profuerit, an obfuerit reipublicæ; cur non magis delectat *Paulina* facundia, cui salutis ac religionis tuæ summam debes? Semper avida laudum fuisti, habes tam gravem, tam inclytum gloriæ tuæ buccinatorem. Quid triumphalius quàm Apostolico ore laudari? Agnosce *Romana*, agnosce quid tibi tribuat *Paulus*, ut intelligas quæ laudes tibi sint tuendæ: Audi quid moneat, nè nescias quid tibi sit cavendum. Fidem laudat, quæ nusquam adhuc fuit incorruptior: obedientiam prædicat, quæ fecit, ut citò superstionem religione mutares. Facilitatem tribuit, cui solet esse comes credulitas; hæc in causa fuit, ut à pseudapostolis in *Judaismum* pelliceris. Sed aderat facilitati prudentia, quæ fecit ut maturè resipisceres. Subnotat animi celsitudinem, atque ob id tam solicitè deterret à [illegible] lentia, à luxu avocat ad sobrietatem, à [illegible] ad castimoniam, à ferocitate ad [illegible] dissidiis ad concordiam, à bellis ad [illegible] est indoles verè *Romana*, à qua [illegible] turpe. Vide nè è *Roma* degeneres in [illegible] Fatetur divus *Hieronymus* suis [illegible] poribus laudatæ *Paulo* religionis [illegible] menta. *Ubi*, inquit, *alibi tanta studia [illegible] quentia ad ecclesias & ad martyrum [illegible] concurritur? Ubi sic ad similitudinem [illegible] trui amen reboat, & vatua idolorum templa [illegible] tinuntur? Non quòd aliunde habeat Roma fidem, nisi hanc quam omnes Christi ecclesiæ, sed quòd devotio in vis major & simplicitas ad credendum.* Magnificum quidem *Hieronymi* nomen: At idem quid dicturus fit si [illegible] eadem in urbe tot ecclesias, tot Cardinales, tot Episcopos; si conspiceret ab uno hoc [illegible] *Christi* oraculo ab universis mundi Principibus responsa peti? Huc religionis causa ex [illegible] que terrarum angulis agmibatim concurri? Rarum *Christianum* sibi quenque videri, nisi *Romam*, nisi *Romanum* Pontificem viderit ea numen quoddam terrestre, ut à cujus [illegible] nutu res universæ mortalium pendeant? Denique si cerneret sub *Leone* decimo, compositis bellorum procellis, *Romanam* urbem, non minùs literis, quàm religione floreatem [illegible] unà tam multos habeat ecclesiastici [illegible] præminentes, tot viros omni [illegible] insignes, tot mundi lumina decorique, [illegible] verius, quàm urbem dixeris. Nihil [illegible] superis, nisi ut perpetuò suis [illegible] perpetuò felicitatem suam pietate [illegible] majestatem anteeat bonitate. Id fiet, si Pauli, quorum auspiciis præsidioque regnat, pectus vitámque pro viribus studeat [illegible] Atqui horum imaginem nusquam expressiorem magísque vivam liceat reperire, quàm in [illegible] literis. Interea *Pauli* fragmentum [illegible] amplectentur, amplissime Pater, si tui [illegible] manibus porrigetur, qui studiorum omnium, præsertim eorum quæ cum linguarum peritia conjuncta sunt, mirum quendam [illegible] agas, sic nihilo minùs integritate morum conspicuus, ut inter tot clarissima lumina, tamen eluceas atque emineas, non ita quidem, ut alios offundas tenebras, sed ut per te illustribus & ornatis, plurimum addas lucis ac decoris. Bene valeat tua pietas. *Lovanii*, Anno à Christo nato Millesimo quingentesimo vigesimo [illegible] Id. Novembris.

In Paraphrasin in Epistolas PAULI ad Corinthios.

Clarissimo Principi & eidem Reverendissimo Præsuli Leodiensi D. Erardo de Marka, nunc Cardinali, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

QUum mihi multorum, & literis & omnium [illegible] tua celsitudo fuerit sæpe numero prædicata, [illegible] lut omnib⁹ ornamentis, omnibus affatim [illegible] dotibus, quæ magno principe dignæ videri [illegible] tamen pancorum dierum consuetudine [illegible] expertus sum, ut illi perquam [illegible] &c

ac prope diverim invidè tuam felicitatem, imò
tuorum potius retulisse viderentur. Itaque mu-
tatis in diversum rerum vicibus, factum est, ut tu
tibi ex tumula musca, tantum fecerint elephan-
tum; ego contrà, qui prius satis magno tenebar
tui desiderio, simulatque datum est coràm, & co-
minus te contemplari, totus raptus sum in amo-
rem & admirationem tuæ magnitudinis, móxque
cum his expostulavi, qui te mihi tam malignè
deprimerant. Neque verò hic commemorabo ve-
tustissimam gentis tuæ nobilitatem, clarissimáque
majorum stemmata, non ditionis amplitudinem,
non totius corporis prorsus heroicam majestatem,
quæ procul etiam eximium Principem testetur,
quanquam haud sum nescius, hisce quoque rebus
animi dotes commendari. Mihi magis admirari
libet, quæ magis tua sunt, incredibilem morum
suavitatem, nulli non obviam atq; expositam co-
mitatem, quâ fit, ut quocunque te converteris, pro-
tinus hilarescant omnia, ingenium mirè dextrum,
& in omnia versatile, nusquam non sibi præsens,
nusquam non expromptum, judicium in omni ge-
nere rerum singulare, quod suapte naturâ felicissi-
mum, felicius reddidit plurimarum rerum usus,
inauditam consilii vim, quo nomine nostro quoq;
Principi, nostræque aulæ, cui nuper adjunctus es,
gratulor. Ad hæc haud vulgarem animi propensio-
nem erga pietatem ac bonas literas, quibus utrisq;
præmines ipse. Cum primis autem perpetuum pacis studium, qui post tot bellaces Episcopos,
incredibili prudentiâ sic moderatus es populum,
alioqui satis ad bella præcipitem, ut nec ipse cui-
quam prædæ fuerit, nec quenquam armis lacessive-
rit. Ardam ac ratum est, probum agere Princi-
pem, ratus integrum & incorruptum præsulem.
Tu unus utrunque munus sic præstas, ut vix alius
alterutrum possit absolutiùs; nec minus religionis
antistitem geris, quàm reip. ducem. Verùm hæc a-
liis fortasse tempestivius referentur, & ut arbitror,
aliis festiùs quàm tibi. At interea, nè talem Prin-
cipem, à quo sic essem provocatus officiis, denuò
vacuus & asymbolus convenirem, aut nè putares
ab hac tua florentissima Academia, præter aroma-
tites nihil mitti, literarium hoc xeniolum pauculis
hisce diebus adornavi, Paraphrasin in duas Episto-
las ad *Corinthios*, quo *Paulum* illum unicum nostræ
religionis antistitem, quócunque lubitum fuerit
circumferas; posthac absque prolixis commentari-
is tecum dilucidè familiariterq; confabulaturum.
Neque dubito quin hujus colloquium sit tibi non
minus frugiferum quàm volupe futurum. Primùm
enim in hisce duabus Epistolis aperiuntur permul-
ta de nascentis Ecclesiæ primordiis, de quibus ad-
mirore propè nihil esse proditum historia graviore,
cuique tuo possis credere. Solus *Lucas* de paucis
Apostolis pauca quædam attingens, *Paulum Ro-*
manos usque prosequitur. Nam *Dionysius*, qui in
Hierarchia secunda, priscos Ecclesiæ ritus satis co-
piosè describit, eruditis recentior quispiam fuisse
videtur, quàm fuerit *Areopagites* ille *Pauli* disci-
pulus. Legi *Græcorum Liturgiam*, quam illi *Chri-*
sostomo tribuunt, cui nihil ferè non tribuuntur, mihi
non sit verisimile. Atque utinam quæ *Paulus* hic
attigit, ac veluti per transennam ostendit, de riti-
bus ecclesiasticis aliquanto copiosiùs & explanati-
ùs tradidisset. Quàm enim circumcisè meminit
de eucharistia sive synaxi, quasi veritus, nè quid
de tanto mysterio secus diceret quàm oporteat,
de quo recentiores quidam quàm illotis, ut aiunt,
pedibus, quid non disserunt, quid non definiunt?
Utinam illud saltem aperuisset, à quibus, quo
tempore, quo cultu, quo ritu, quibus verbis conse-
crari soleat panis ille mysticus, ac sacrosanctum
Dominici sanguinis poculum: è cujus indigna tra-
ctatione *Paulus* crebros morbos ac mortes nasci
docet, qui sermo nos quoque circumspectiores
reddere debet, nè fortè lues, quæ compluribus
jam annis passim grassatur, hinc nobis orta sit. Tra-
ctat autem indigne non solùm, qui libidine pol-
lutus accedit, sed multò magis qui livore, qui o-
dio, qui virulentiâ, qui obtrectatione, qui vindictæ
studio conspurcatus, aliisque hoc genus vitiis; quæ
suâpte naturâ ex diametro pugnant cum *Christia-*
na charitate, quam hoc mysterio repræsentamus.
Plenius aliquanto disserit de donis linguarum,
interpretationis, prophetiæ, cæterísque, in quo-
rum locum postea successit cantus ecclesiasticus, sa-
cra lectio & concio. Nam dona sanationum &
apocalypsis, jam olim nos destituerunt, postea
quàm frigescente charitate, & languescente fide,
magis ab humanis præsidiis pendemus, quàm ope
cœlesti. Attingit nonnihil & de jurisdictione ec-
clesiastica, cum prohibet adiri *Judices* ethnicos, ac
lites pecuniarias per *Christianos* arbitros transigi
jubet. Quin & sibi cognitionem judiciariam vin-
dicat, cum ait: *Ubi venero, in ore duorum aut tri-*
um stabit omne verbum. Rursus in execu-
tione demonstrat autoritatem Apostolicam, tra-
dens Satanæ virum, qui patris uxorem sibi adjun-
xerat: in cujus rei locum nunc successit excommu-
nicatio, quæ hisce temporibus, meâ sententiâ,
plus satis in promptu est, dum passim & quamlibet
frivolis de causis intentatur fulmen illud terrifi-
cum, nec unquam acriùs, quàm cum pecuniola
periclitatur: cum *Paulus*, ni fallor, præter *Hyme-*
næum & *Alexandrum*, unum modò tradiderit
Satanæ: illos quod pertinaciter obsisterent Evan-
gelio, cum haberentur *Christiani*, quos ut damna-
tos legimus, ità non legimus restitutos; hunc ob
publicum vulgóque notum incestum: & tamen
nec in hunc pronunciavit, nisi ex communibus
omnium suffragiis; nec usquam hominis nomen
prodidit, in damnando crimen notâsse contentus:
in reconciliando nè criminis quidem facit men-
tionem, ut in flagitium sævitum intelligas, non in
hominem. Neque tum aliud erat tradi Satanæ,
quàm ad tempus vitari à cæteris, quo pudor ad
resipiscentiam adduceret. Nam id admiscet sen-
tentiæ *Paulus*, in afflictionem carnis, ut spiritus
salvus fiat in die Domini: ut ipsa quoque severi-
tas, quâ medetur malo, spiret Apostoli charita-
tem. At mox eundem quanto studio commen-
dat *Corinthiis*, ut correctum blandè recipiant in
sinum consortium, solicitus nè graviore mœrore
absorberetur. Hac pœnâ tum erat contenta lenitas
apostolica. Ad hæc cum plures essent qui pecca-
rant, in unum modò, quo sit aliis exemplo, voluit
animadvertere, sed miti supplicio, imò remedio
potiùs quàm supplicio. Cæteros per epistolas cre-
bris minis territat, quo resipiscant, veluti non habi-
turus sæviendi jus in eos, qui sua sponte resipuissent.
Nunc quàm tyrannicè sævimus in plebeculam,

ipsi nobis graviorum scelerum conscii? Sed interim, hujus incesti damnati ac recepti argumento, explosum est dogma *Montani* ac *Novatiani*, qui lapsum graviter à Baptismo non recipiunt in gregem *Christianum*. Quanquam *Augustini* temporibus semel duntaxat dabatur locus publicæ pœnitentiæ, nè frequenti usu vilesceret remedium, etiamsi relapsis in idem flagitium non adimit veniæ spem apud Deum, hac de re pluribus differens in epistola ad *Macedonium*, quæ nunc habetur quinquagesima quarta. Ab eodem exemplo natæ sunt canonicæ satisfactiones, quas olim severissimas fuisse testantur veterum Pontificum decreta. Ab his rursus ortas apparet, quas nunc vulgo vocant indulgentias, quibus utinam nobis contingat tam pietate ditescere, quàm quorundam arcæ nummis locupletantur. Ac primùm de pœnis solennibus ab Episcopo indictis, relaxabatur aliquid, sed ut parcè, ita non nisi ob graves piásque causas; nunc passim venditur purgatoriæ carnificinæ remissio: nec venditur modò, sed obtruditur nolentibus, non jam dicam ob cujusmodi causas; Jam pseudapostolos, tametsi *Paulus* sciret esse pestilentissimos, tamen tolerat ad tempus, nè sæviens in paucos, publicum ecclesiæ statum perturbaret: non abhorrens ab *Augustini* sententia, qui quosdam clàm, non palàm arguendos putat, nè ad majorem insaniam concitentur, & ex flagitiosis fiant vel tyranni, vel hæresiarchæ. Quin & in ferendis legibus Apostolico munere fungitur. De Matrimonio concesso aut inconcesso, pari & impari, de Digamia, de Divortio; quorum alia suadet ut utilia, rursus alia præcipit ut necessaria. Ex his quædam meâ sententiâ satis, nè dicam plus satis, mordicùs tenemus, veluti de Divortio; quædam prorsus abrogata sunt, veluti quod *Paulus* suadet, ut uxor *Christiana* adhæreat ethnico marito, si is non quærat divortium. Præscribit & de carnibus, idolothytis, de quibus & in *Actis* decernunt *Jacobus* & *Petrus*, quod nunc fortasse locum non habet, cum nemo jam sacrificet dæmonibus. Etiamsi huic quoque decreto jam derogatum est, quòd suffocato & sanguine vesci nefas non habeatur. At *Ambrosius* sub interdicto sanguinis, omnium animantium quæ sanguinem habent, esum prohibitum interpretatur: & ob id à *Græcis* ex supervacuo adjectum de suffocato, quod qui prohibet simpliciter, nè vescamur pecude, idem prohibet edere de suffocato. Verùm an *Ambrosianæ* sententiæ subscribendum sit, alii viderint. Mihi purioris *Christianismi* videtur magísque consentaneum Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ, si nulli certum cibi genus præscribatur, sed admoneantur omnes, ut quisque pro corporis habitu vescatur, quæ maximè conducunt bonæ valetudini, non ad luxum, sed ad sobrietatem, cum actione gratiarum, ac studio bonæ mentis. Sed ut currat oratio, docet hic obiter Apostolus, quatenus mos gerendus infirmis, & quatenus vitandum offendiculum, videlicet ubi præsens imminet fidei periculum, & offendiculi occasio penè est invincibilis: tum reperta est ex pristino vitæ instituto relicta, non nata è nobis & accersita. Nam an *Augustino* sit assentiendum, qui in epistola quadam ad *Publicolam*, in qua varias quæstiones tractat hujus argumenti, existimat simpliciter esse rectiùs fame mori, quàm immolatitiis carnibus fortè repertis vesci, si constet esse immolatitias; aliorum esto [illegible] *Paulum* hic nihil offendat, nisi [illegible] lum, palàmque clamitet, nec idolum [illegible] tum esse aliquid; & indignatur [illegible] ob id, pro quo ipse gratias agit. Quanquam [illegible] lato, quid est cur fame moriatur [illegible] enim similia sint, quæ conferre in [illegible] *jugii*, suscipere liberos & mori fame. [illegible] *tus* hanc admiscet circumstantiam, quæ [illegible] stinere pro tempore jubet, cum [illegible] supperat, quo venenum sedare [illegible] mihi conceditur furtivo cibo vitam [illegible] ob alienam suspicionem mori jubet. [illegible] quidem tum erant constitutiones [illegible] rum rudimenta, cum nondum de [illegible] præbendis, nondum de pallio & [illegible] de decimis prædialibus ac personalibus [illegible] de repræsaliis quæstio verteretur. [illegible] tur nonnihil de censu, sílarióque [illegible] palàm inculcat æquum esse, ut qui [illegible] gelio, vivant ex Evangelio: sed [illegible] scant, non satis pas agant, neq; vitam [illegible] serviant & assideant altari. Quanquam [illegible] aliis defendem, ubi non usurpat, etiam [illegible] bus in Evangelii negotio laborans. [illegible] am ac verè generosam *Pauli* [illegible] culis non video qui studeat æmulari. [illegible] geritur, imò exigitur præmium, nec [illegible] ficium; cum Apostoli ultrò delati [illegible] nè delatis quidem. Colliguntur [illegible] quæ sponte conferebantur ab his, [illegible] non extorquentur: & colliguntur [illegible] rum egentium, non in [illegible] colliguntur, ut hinc nec ad *Paulum*, [illegible] per quos agebatur negotium, [illegible] compendii rediret. Unde post [illegible] ecclesiæ multorum opes committerentur [illegible] rum ac senum aliorúmque necessitates [illegible] quas postea quorundam improbitas in [illegible] tyrannidem. Mittuntur ultrò citróque [illegible] bus & suus habetur honos, tum in [illegible] in deducendo: sed opinor pompam [illegible] rem, quàm hodie videmus. De [illegible] nihil disputo. Gratulandum tantis [illegible] si cum splendore strepitúque tam [illegible] religio. Neque tamen id tempore [illegible] defuit dignitas ac majestas, non [illegible] Jactat *Paulus* arma sua non carnalia, [illegible] lia: potentia, non armatis [illegible] dio Dei: non ad demoliendas [illegible] prædandum populum, aut trucidandum [illegible] sed ad dejiciendam omnem cogitationem [illegible] tem esse adversus consilium Dei. [illegible] sint, clarius etiam explicat *Ambrosius*: *De vidnis: Ecclesia*, inquietu, [illegible] *ribus vincit adversarius potestates, sed* [illegible] *tualibus, quæ sunt fortia Dei.* At [illegible] *Arma*, inquit, *ecclesiæ, fides: arma* [illegible] *est, quæ adversarium vincit.* Sunt [illegible] tiæ *Nicolaus* Papa, cujus verba [illegible] tentiis theologicis lib. IIII. dist. [illegible] §. *His adjiciendum*. His armis, his [illegible] instructo milite *Paulus* bellator [illegible] actâ *Græciâ*, magnáque minoris [illegible] *Romanum* aggressus est, ac cupi [illegible] tum nullis Regum armis expug [illegible] quid autem terrarum subegit, [illegible] nonsibi cujus præsidiis hoc ipso [illegible] pollit

superstitio, quòd nullis humanis præsidiis niteretur. Cœleste regnum, cœlestibus armis asserit, & Evangelicam militiam, Evangelicis opibus gessit. Coriarius Pontifex, peripsema mundi, sed electum organum *Christi*, cujus humili sublimitate, & facundâ infantiâ atque eloquenti balbutie suum nomen voluit per superstitiosam *Judæam*, per eruditissimam *Græciam*, per regnorum omnium Reginam *Romam* illustrari: in quem verè competit, quod olim in *Periclem*, nisi fallor, dictum est, *Fulgurat, tonat ac miscet*, non *Græciam* modò, quemadmodum ille, verumetiam universum terrarum orbem. Cæterùm illud interim mirari subibit, in ipsis statim initiis ac rudimentis periclitatam fuisse doctrinam Evangelicam, ni *Paulus* omni, quod aiunt, pede contra stetisset, non aliter quàm fœtus quidam de vita periclitantur, priusquam in vitam emerserint. Tanta zizaniorum vis coorta est, quæ teneram etiamnum, & herbescentem *Christi* sementem penè obruit, mox philosophia mundana, mox *Judaica* superstitio, ceu compositò junctis copiis in *Christum* conspirabat. Philosophia dissuadebat resurrectionem, & humanis argutiis nonnihil vitiare cœpit Evangelii synceritatem. *Judaismus* totum *Moses* vel usque ad Circumcisionis injuriam nobis invexerat, ac cœlestem illam Philosophiam ad crassas frigidásque cæremonias pertraxerat, nisi strenuissimus hic *Isaac* noster tot puteos Evangelicæ venæ, tot fontes vivi laticis adversus *Philistæos*, omnia terrâ opplentes, aperuisset. Philosophia tum per morosophos suos libris ac linguis: per tyrannos gladiis etiam grassabatur in pusillum ac simplicem *Christi* gregem, vestigiis & in hæc usque tempora relictis. *Judaismus* per Apostolos personatos, sub umbra prætextúq; pietatis perniciosius etiam irrepebat, adeóque totam *Christi* segetem occupavit, ut nè nunc quidem revelli possit. Certè divus *Augustinus* in epistola quadam ad *Januarium*, quæ nunc habetur numero CXIX. testatur in *Africa* tantâ superstitione observare solere pelluvia, quorum meminit & *Juvenalis*, ut gravius corriperetur, qui per octavas suas terram nudo pede tetigisset, quàm qui mentem vinolentiâ sepelisset, stomachans & indignans ecclesiam *Christi*, quam paucissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, tot servilibus oneribus premi, ut tolerabilior videretur conditio *Judæorum*, qui etiamsi tempus libertatis non agnovissent, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subjicerentur. Sed hujusmodi zizania utcunque tolerat, licèt invitus; illud nullo pacto ferendum putat, utpote palàm repugnans fidei sanæque doctrinæ, quod quidam sic ab esu carnium abstinerent, ut eos qui vescerentur pro immundis docerent. Extant & hujus superstitionis hisce temporibus non obscura vestigia, plerisque bonam pietatis partem in ciborum delectu ponentibus, quos ex æquo Deus creavit ad vescendum, cum gratiarum actione. Nec hic minùs præposterum judicium, quàm apud *Afros* in pedum lotione, dum nemo ferè non gravius crimen existimat, die sabbati carnibus vesci, quàm mendaci virulentiâ famam fratris incessere, aut etiam hominem ferro jugulare. Erant qui juxta *Pauli* vaticinium in totum prohiberent nubere. Ex qua superstitione reflctum videtur, quod divus etiam *Gregorius Romanæ* ecclesiæ usu receptum, præcepit observandum, ut vir qui cum uxore propria rem habuisset, abstineret aliquandiu ab ingressu templi, nec ingrederetur nisi lotus, noctem, ut ait ille, flumine purgans, ac rei superstitiosæ causam adfert: non addam qualem, nimirum hanc, quòd licèt honestum sit matrimonium, tamen voluptas, sine qua non conflat coitus, nullo modo possit esse sine culpa. Quod dico, refertur in sententiis theologicis, lib. IIII. dist. XXXI. §. *Sed fortè aliquis*. Ficulnum verò auxilium est, quod ibi comminiscitur magister, hoc intelligendum de congressu per incontinentiam; qui dicit nullo modo, nihil excipit. Quin & aliarum hæreseon, quamvis sublata sint vocabula, tamen reliquias ac ceu cicatrices quasdam licet hodiéque deprehendere, velut eorum qui dicebantur *Esseni*, qui *Ebionitæ*, qui *Apostolici*, qui *Psalliani*, sive *Euchitæ*, nè quid attingam de *Simoniacis*, quæ vox jam olim habetur inter obsoletas. Verùm hujusmodi sectarum dissidia, quibus postea totus propè conflagravit orbis, præsertim *Ario* duce, rebus tam ambiguis, ut incertum esset utro se mundus inclinaret, vivo etiam *Paulo* pullulârunt, non de condonationibus, aut applicationibus, aut id genus aliis, quæ nunc obtorto collo trahimus ad fidei materiam: sed de resurrectione mortuorum, quæ caput ac basis est nostræ professionis. Adversus hanc pestem, quanquam acerrimè depugnat *Paulus*, tamen adhuc veretur nè spiret etiamnum in quorundam animis excetræ quandoquidem apud *Italos* quotannis in publicis concionibus conantur asserere resurrectionem, existimantes rem in portu fore, si docuerint *Aristotelem* non sustulisse prorsus immortalitatem animarum. Nihil enim interim dicam de conviviorum fabulis. Porrò quid credant alii, non est meum divinare: certè, quod est in propatulo, sic vivunt quidam, præsertim potentes in hoc mundo, quasi de futuro sæculo nihil omnino credant. Atque utinam hic quoque *Paulus* aliquanto plus lucis nobis aperuisset: qualiter extent animæ semotæ à corpore, & ubinam extent, an fruantur immortalitatis gloriâ: an impiorum animæ jam nunc crucientur, an eis subveniant nostræ preces, aut alia benefacta, an indulgentiâ summi Pontificis subitò liberentur à pœnis, quando video multos super hisce rebus ambigere, aut certè disputare, quod superva-cuum erat, si *Paulus* apertè definisset. Ad hæc cum in *Christum* renatos conveniat veterem hominem exuere cum actibus & affectibus suis, tamen videmus adhuc Evangelio recenti, præsidente *Paulo*, libidinem, avaritiam, contentionem, ambitionem, dissidia, cæterásque pietatis ac bonorum morum pestes in populum irrepsisse, quædam vitia ex superiori vitâ relictâ, non potuisse prorsus atque à stirpe revelli, nè quis admiretur his temporibus esse, in quibus, quia refrixit charitas, abundet iniquitas. Quin vivo etiamnum *Paulo* ingesserant sese pseudapostoli, qui rem Evangelicam in suum quæstum verterent, qui *Christi* gloriam in suam tyrannidem transferrent, qui se prædicarent magis quàm Deum: qui pro *Christo* mũdum, pro Spiritu carnem docerent: qui cœlesti doctrinæ doctrinas hominũ admiscerent: qui fundamento *Christo* structuram indignam inducerent, hoc nocentiores hostes ecclesiæ, quòd hæc agebant sub prætextu *Christi*, quòd Apostolorũ titulo personáq; cõmendati. Atq; utinam hodie nullos ha-

beret pseudapostolos ecclesia *Christi*. Utinam omnes, qui in Evangelii prædicandi vices successerunt, ad exemplum *Pauli*, *Jesum Christum* non ad quæstum, non ad ambitionem, non ad gratiam potentum, non ad odium aut favorem hominum, sed purè synceréque prædicarent. *Paulus* enim ipse vinculis alligatus gloriatur sermonem Domini non esse alligatum. Nunc prob dolor cernere est quosdam, qui potentum salariis in hoc ipsum velut auctoramento redempti, non tam ea prædicant, quæ faciant ad *Christi* gloriam, quæque ad veram pietatem, quàm quæ conducunt ad venanda sacerdotia, ad illaqueandas dignitates, ad irretiendos episcopatus: ibi fortes ac vocales, ubi non tuta modò, verùm etiam quæstuosa est adulatio: rursus ubi damnosa veritas, magis mutivel ipsis piscibus. Quòd si sal insulsus esse cœperit, quid supereſt, unde saliatur insipidus populus? Si lumen vertitur in tenebras, quid discutiet imperitæ multitudinis caliginem? Si pastores vertuntur in lupos, quæ spes gregi? Si cæci sunt qui viæ duces agunt, quis revocabit ab errore? Si caupones sunt, qui patres esse debebant, quis erit usquam synceritati locus? Adeo nè plus apud nos valet hominum terror, quàm timor Dei? Plus humanis, quàm divinis præmiis commovemur? Nisi fortè nobis ipsis primùm adulamur, quo perditiùs adulemur aliis. *Paulus* non patitur quenquam mortalem prædicari, non patitur Evangelii laudem in homines transferri. Nunc quidam velut antiquato *Christo*, novum idololatriæ genus invehunt, ex hominibus ut ita loquar, deos facientes. Interim imponitur plebi, interim populus non simplici premitur tyrannide. Hæc plerique perspicimus, & tacemus: nec solùm tacemus, sed diversam etiam partem adjuvamus. Fateor, inquimus, esse rectum, sed tutum non est. Si apud *Christianos* tutum non est Evangelium purè liberéque prædicare, ubinam id tutò fiet? Quodsi hic metus apud omnes valuisset, quis nobis tradidisset Evangelium? Et ideo forsassis procerum aures ægriùs ferunt vera consilia, quòd nimium illas assuefecimus assentationi. Non hæc loquor quo quenquam taxem, utinam nulli sint, in quos hæc verè competant. Non prodentur à me, sed ipsi sese libris editis, ipsi se publicis concionibus quotidie produnt, tam impudenter assentantes, ut ipsis etiam mimis sint deridiculi. Vox ea, quam pietati dicatam esse oportebat, servit quæstui: quæ docere debebat regnum cœlorum, subservit regno mundi: quæ *Christi* mysteria debebat enarrare, narrat hominum somnia. Evangelica tuba, quam intendi jubet *Esaias* ad ebuccinandam Dei gloriam, in citharam versa, delinit aures hominum. Lingua, quam idem gloriatur sibi datam eruditam, ad revellenda vitiorum plantaria, ad inserenda semina pietatis, ad usum longè diversum accommodatur, docens quod non oportet, & insectans quod laudatum oportuit. Lingua canis, quâ decuit cum mansuetudine mederi vulneribus nocentium, sæpe lacerat famam innocentum, imò quod est fœdius benemerentium. Hæc nobis vice teli est, quo confodimus, si quis nos offendat, imò si nec offendat, sed officio provocet. Dicas medicam illam linguam, versam in linguam viperæ. Quin potiùs *Paulinam* imitamur linguam, quæ præter Dominum *Jesum* nihil sonare potest. Quin potiùs meminimus prædicatorem angelum esse Domini, è

A cujus ore populus legem expetat [illegible]
cia in membra *Christi*; plurimi[illegible]
inter hierophantam & sycophantam[illegible]
logum & spermologum, inter doctissimum
torem. Hic Episcoporum partes [illegible]
quorum est curare, nè passim cuivis [illegible]
apud populum concionandi. Nec sa[illegible]
mus ad munus Apostolicum obeundum [illegible]
cucullam. Non omnes qui lingu[illegible]
B habent: sed his de rebus aliàs forsa[illegible]
ùs dicetur. Nunc ut ad id, quod in [illegible]
redeam: Cum *Paulus* noster ubique [illegible]
lubricus, in his tamen duabus epistolis [illegible]
ac Chamæleontem, sic *Petrum* ac [illegible]
quendam agit, ut cum *Corinthiis* plus [illegible]
agens, quodammodo, juxta vetus [illegible]
πρὸς κρῖτα κριτίζειν videatur, in omnia [illegible]
quo illos transfiguret in *Christum*. Ad[illegible]
varios labyrinthi flexus, sese volvit [illegible]
C subinde alius atque alius nobis prodit[illegible]
supplex ac blandus alicubi, obsecrat [illegible]
tudinem *Christi*, rogat, ut ferant [illegible]
aliquantisper! Rursus austerus ac minax [illegible]
An experimentum quæritis per me [illegible]
Christi? Alibi sese dejiciens per[illegible]
abortivum & indignum Apostoli [illegible]
ingens & erectus summis etiam Apostolis [illegible]
præfert; hic humi repit, illic è ter[illegible]
apparet. Nunc collaudat *Corinthios*, [illegible]
D mox in vitia illorum deromo. Quo[illegible]
exigit, quædam ceu per tunicules [illegible]
cubi imperiosius sermone, nihil nosse [illegible]
hunc crucifixum; alibi sapientiam [illegible]
perfectos. Alicubi cordatorum ac [illegible]
rursus alibi *fumit* sibi stulti par[illegible]
sonam. Nunc suum jus sibi [illegible]
illis blandè remittit. Ex animo loquitur [illegible]
est ubi ἰερωδεῖ, Condonate, inquit, [illegible]
juriam. Reperias ubi sibiparum [illegible]
ita sui dissimilis, ut maximè tamen [illegible]
E ita inconstans, ut maximè constans. [illegible]
nim non agit *Christi* negotium: [illegible]
consulit gregis sui commodis, sed [illegible]
nullum remediorum genus non [illegible]
perfectam sanitatem suis restituat. [illegible]
eruditissimis viris in explicandis Poe[illegible]
torum consiliis, at in hoc Rhetore [illegible]
doris est, ut deprehendas quid agat, [illegible]
quid vetet, adeo stropharum plenus [illegible]
F absit invidia verbis. Tanta varietas [illegible]
das eundem hominem loqui. Nunc [illegible]
quidam fons sensim ebullit, mox [illegible]
rem ingenti fragore devolvitur, multa [illegible]
cum rapiens: nunc placidè lenitèque [illegible]
latè, velut in lacum diffusus expatiatur. [illegible]
alicubi se condit, ac diverso loco [illegible]
cum visum est, miris Mæandris, nunc [illegible]
illas lambit ripas, aliquoties procul [illegible]
procato flexu in sese redit. Quo [illegible]
G quosdam, qui cum vix primoribus [illegible]
rudimenta Grammatices, nec omnia [illegible]
quid sit dicere; tamen *Pauli* linguam [illegible]
rem facilem, ac penè puerilem exist[illegible]
nos præstiterimus, aliorum erit judicium. *Ambrosium* ac *Theophylactum Bulgarium* [illegible]
potissimùm secuti sumus, quorum hic [illegible]
centior est, tamen veterum interpre[illegible]
rum commentarios legit, qui nobis [illegible]

Et

Ita tum eos duos hic habuimus in consilio, ut semper id amplecteretur, quod ex sententia Pauli maximè videretur. Fidei meæ *Paulum* ipsum testem facio. Video Præfationem æquo longiorem, nec habeo quo lemmate culpam deprecer, nisi quod hic error mihi cum multis communis est, hic præsertim tempestate, & amor erga te meus me facit aliquanto loquaciorem. Cetera tua mea tum incolumem, ac florentem nobis studiosa tuam incolumem, ac florentem nobis quàm diutissimè servet Princeps ac Dominus noster *Christus Jesus*. Anno M. D. XIX. Nonis Feb. *Lovanii*.

In Paraphrasin in Epistolam Pauli ad Ephesios.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino D. Laurentio Campegio, S. R. E. T. T. S. Thomæ in Parione Cardinali, Des. Erasmus Roterod. S. D.

Quoties inconstantiam rerum humanarum incuseor, *Laurenti*, Cardinalitii ordinis non infimum decus, videor mihi prorsus *Euripum* quendam videre, aut si quid *Euripo* instabilius, adeò ventibus irrequietis sursum deorsum volvuntur ac revolvuntur, nec possunt eodem in statu diu consistere. Cum ad summa ventum est, recurritur ad relicta, donec rursus eò veniatur, ut à fastigio jam intolerabili rursum deflectere cogamur. Porrò, si quis nati conetur obsistere, aut hujus cursum aliò derivare, nunquam id fecerit sine gravi discrimine rerum, ingentique tumultu. Sic olim *Romanorum* Monarchiam excepit Democratia, aut certè Oligarchia, quæ & ipsa tandem eò licentiæ processit, ut Tribunis plebis ac Dictatoribus foret opus: mox etiam Imperatoribus, quorum potestas in immensum evecta fecit, ut rursus priscini reipublicæ status desiderarentur. Sed infinitum foret, ad hunc modum conferre singula rerum genera, surgentium vicissim ac cadentium, florentium, jacentium, ac denuò reflorescentium, noviique subinde specie repullulantium. Illud magis mirum, sacris etiam studiis, quæ maximè decebat sibi constare, suas esse vices æstuarias. Olim credebatur philosophia *Christiana*, non disputabatur: & pia simplicitas hominum, sacrorum voluminum oraculis erat contenta: nec egebat variis præscriptis ultrò prompta charitas, omnia credens, nusquam hærens. Mox Theologiæ patrocinium capessebant humanis instructi disciplinis, sed fermè his, quas hodie Rhetoricas vulgus appellat. Paulatim magis ac magis adhiberi cœpit philosophia; primùm *Platonica*, mox *Aristotelica*: cœptum quæri de multis, quæ vel ad mores, vel cœlestium rerum speculationem pertinere videbantur. Quæ res primùm visa est propemodum necessaria. At sensim eò successit, ut pleriique neglectâ linguarum ac politioris literaturæ peritiâ, imò neglectis divinis voluminibus, inscriosis, supervacaneis, & immodicis quæstiunculis, velut ad *Sirenes* scopulos consenescerent. Jam arrogare cœpit Theologia, potiùs quàm sapientia; theatrica veriùs, quàm ad veram pietatem accommoda: hanc præter ambitionem, avaritiamque vitiarunt & aliæ pestes, adulatio, contentio, ac superstitio. Quibus rebus ubi tandem eò ventum est, ut *Christus* ille parvus, propemodum esset obrutus humanis argutationibus, ac limpidissimi quondam evangelicæ doctrinæ fontes, *Philistæorum* scrobe oppleti, divinæque scripturæ certissima regula, nunc huc, nunc illuc detorta, nostris serviret affectibus magis quàm gloriæ *Christi*, quidam piâ certè mente conati sunt orbem ad pristinam studiorum simplicitatem revocare, atque à lacunis jam ferè turbidis ad vivas illas ac purissimas scatebras reducere. Eam ad rem conficiendam, linguarum ac bonarum, ut vocant, literarum cognitio visa est in primis conducere, quarum neglectu videmur huc prolapsi. Atque hic protinus ingens tumultus in ipso rerum confinio, dum altera pars nimium mordicus tenet ea quibus assuevit: altera violentiùs irrumpit, hosti, quàm hospiti similior. Ita utriusque malo peccatur utrinque. Sic olim Evangelicæ doctrinæ multum aversabantur *Judæi*, veteri vino *Mosaicæ* legis assueti, & contumeliam interpretabantur, quo prior illa lex & perficiebatur, & ornabatur: ac novitatem habebant invisam, cum potius ad priscam vetustatem revocarentur. Porrò sic fit, ut beneficium vertatur in dispendium, cum & medicus inclementer atque incommodè admovet remedium, & ægrotus saluti consulentem pro hoste ducit. Conveniebat magis, ut qui profitentur has literas, quæ vulgo laborant invidiâ novitatis, cum sint antiquissimæ, civiliter irreperent potiùs quàm hostiliter irrumperent: neque statim velut sexagenarios de ponte depellerent, sed paulatim coalescerent novi hospites cum veteribus coloniis. Neque enim in hoc adhibentur literæ politiores, ut aboleantur disciplinæ, quæ cum maximo generis humani bono traduntur in publicis scholis, sed ut purgatiores sint, magisque sobriæ, quàm hactenus fuerint apud quosdam. Sit sanè Regina Theologia, sed nulla Regina tam potens quæ pedissequarum recuset officium: ab aliis admoneri se patitur, ab aliis comi, & ad suam gloriam pertinere credit, si famulas habeat quàm honestissimas. Quòd si qui bonarum literarum præsidio veterem eruditionem studeat ornare, comiter & placidè suum adhiberi officium: & hi, qui in pristinis studiis consenuerunt, nec sibi, nec junioribus inviderent, sed novos advenas in civitatis suæ consortium humaniter reciperent, futurum esset ut utraque res alteri sit tum ornamento, tum usui futura, nimirum duplicato lucro, mutuâ commutatione bonorum. Nunc dum nos invicem luto conspergimus, imò dum invicem nos lapidamus, perit utrisque suus fructus, & utraque pars magno cum malo discedit. In libellis, quibus alteros alteri lacerant, plus est conviciorum quàm argumentorum. In scholasticis diatribis plus est dentis quàm eruditionis, plus convitii quàm judicii, plus studiorum quàm libertatis. In sacris concionibus Evangelica doctrina, quam oportebat esse purissimam, humanis affectibus vitiatur. Peccant, qui odiosè vociferantur in hactenus recepta studia, licet infantia: sed gravius peccant, qui consenso suggesto, unde solet audiri tuba Evangelica, *Christi* gloriam personans, seditiosè clamitant: *Arcete liberos vestros à Græcis literis, hinc nascuntur hæreses. Nè tangite libros illius & illius* (neque enim à nominibus temperant) *qui corrigit Precationem Dominicam, qui castigat canticum Magnificat, qui emendat Evangelium sancti Joannis.*

Joannis. Adeste Præfecti, succurrite cives, tantam pestem arcete rebus humanis. Quæ cum dicuntur apud imperitam multitudinem, quid fingi possit seditiosius? si apud eruditos & cordatos viros dicantur, quid insanius? Et tamen qui hæc publicè taciunt, haberi volunt *Christianæ* religionis columina. Nec interea perpendunt, quòd *Christi* doctrinam profitentes, dum incessunt famam benemerentium, aut certè studentium benemereri, ex diametro dissident ab eo quod profitentur. Præterea, non cogitant interim operæ suæ fructum magna ex parte perire, cum ipsis, tum populo, dum hisce rebus sibi fidem abrogant apud auditores. Quis enim credat odium & simultatem præ se ferenti? E diverso lucubrationes eorum, qui suis vigiliis & studiis & veræ pietati pro sua virili consulere student, minore cum fructu leguntur. Nisi parvi referre putamus, integro animo librum sumas in manum, an inimicâ persuasione, aut certè imaginatione occupato. Postremò pro semine Evangelico, pessima zizania seritur dissidiorum atque odii, quæ ubi semel occupavit hominum animos, haud facilè revellitur. Nec facilè quis credat; è quantulis scintillis paulatim gliscentibus quàm ingens incendium sæpe nasci soleat. Nihil est autem in rebus humanis tam florens, quod non vertat in perniciem discordia. At eam nusquam magis vitatam oportuit, quàm in studiis, præsertim sacris, quorum autoritate præcipuè tumultus humanarum cupiditatum sedari par erat. Quid enim aliud, quàm pacem docet, qui *Christum* docet? Quod si contigerit salem esse insulsum, quid superetur quo condiantur insulsa? Si lucem Evangelicæ philosophiæ cupiditates obscurant humanæ, quid erit quod discutiat animi nostri caliginem? Quis autem nescit bonam religionis nostræ partem pendere à studiorum ratione? At nunc hanc quoque vitæ nostræ paradisum sic suo veneno vitiavit veterator ille serpens, ut mihi non paulò præstabilius videatur, quemvis hortulum colere quàm literas, videlicet cepis & caulibus, plus allaturis fructûs cultori suo, quàm ad lucernam vigilatis noctibus. Sed jam dudum obmurmurat mihi tuus animus, Quorsum tandem hæc tam multa? Videlicet, ut tuo tuique similium admonitu *Leo* noster P. M. circulum immortalis suæ gloriæ, quam feliciter orsus est, absolvat. Jampridem rem divinam præstitit orbi *Christiano*, qui Reges ac populos impiis bellis inter se tumultuantes in concordiam redegerit, fortasse non minùs insigne beneficium præstaturus, si studiis quoque suam restituat tranquillitatem. Res enim tam amaris odiis, tam virulentis linguis, tam cruentis conflictationibus agitur, ut mihi nondum liqueat, majore nè malo constiterit humano generi ille tumultus armorum, an hæc dissidia studiorum. Quod serenissimus *Angliæ* Rex *Henricus*, ejus nominis octavus, unà cum *Achate* suo R. D. *Thoma* Cardinale *Eboracensi*, nec dubito quin te quoque consulto, præstitit suæ *Britanniæ*, id *Leo* præstare debet orbi terrarum, cui præsidet, *Christi* vicibus fungens, cui nulla res magis cordi fuit quàm concordia. Non opinor cuiquam veterum Regum aut Imperatorum titulum speciosiorem erectum fuisse, quàm hic est nostro *Leoni* positus, ut ferunt, *Leoni* decimo ob pacem orbi *Christiano* restitutam. Quid quod hæc res non solùm generali quadam ratione ad illum pertinet, ad quem pertinet religionis ac pietatis negotium [illegible] culiariter etiam illius refert, [illegible] bet liceat in linguas ac bonas liter[illegible] suo gravissimo judicio tantum trib[illegible] impendiis suis conducat undique, [illegible] fiteantur, sic existimans, urbi tot [illegible] clytæ, non mediocre decus hinc eti[illegible] Nimirum perspicit pectus illius [illegible] linguarum cognitionem non solùm [illegible] rum professionem esse necessariam, [illegible] ad *Christianæ* ditionis pomœria, vel [illegible] vel stabilienda. Quod enim unquam [illegible] coalnit, aut diuturnum fuit absque [illegible] communium glutino? Jam ipse judex, [illegible] pere illius interfit, si *Novum Test*[illegible] illius hortatu suscepi, quod ejusdem hortatu [illegible] recognovi, quod *Christo* & ipsi dicavi, [illegible] vis rabulæ indocto apud indoctos [illegible] Me sanè mei nominis jactura leviter [illegible] modò *Christo* suus constet fructus, [illegible] Quòd si ratio sarciendæ concordiæ [illegible] rem confici facillimè posse arbitror, si [illegible] oraculum edicatur, ut suam quisque [illegible] ornet efferátque, citra contumeliam [illegible] ut trinque coerceatur lingua calamique [illegible] tissimùm ab his, quos magis decet [illegible] Quod siquid dissentietur, ut est frequ[illegible] admodum in palatis, ita & in ingen[illegible] dissensio, omnis contentio intra civiles [illegible] flictum consistat, in rabiem nè exeat. Porrò, si quid ad fidei synceritatem magnopere [illegible] (neque enim huc obtorto collo pertrahenda [illegible] omnia) primùm res agatur per eos, qui vel abrunt fidei mysteria; deinde qui non [illegible] sub prætextu fidei suum agant negotium; postremò ut res moderatis judiciis, non [illegible] moribus agatur. Neque enim omnibus [illegible] libet, quorumlibet arbitrio *Christiana* [illegible] Hæc non dubitabam, quin tibi facilè perfu[illegible] cujus eruditus candor, & eruditio candida, non sum nescius quàm abhorreat ab omni [illegible] Nec difficilè T. R. D. persuadebit S. D. N. *Leo*, sive quòd is te ob eximias dotes tuas [illegible] facit plurimi, sive quòd ipse sponte [illegible] pacem & concordiam mirè propensus [illegible] Hæc opellæ quam petimus, si parum [illegible] præmium, quod omnibus seculis [illegible] cohors *Laurentii Campegii* nomen [illegible] en addo & ipse meo nomine qualecunque [illegible] rium, *Paraphrasin in quinque Paulinas* [illegible] quas ex omnibus illius germanis reliquis [illegible] petu proximo absolvi. Neque enim [illegible] hic mihi peractus est, nec eodem tempore, [illegible] dem impetu. Ita factum, ut alias [illegible] dicârim. Mihi bona spes est, hoc [illegible] opus, utpote quod probatur & ab iis, qui [illegible] professo nostra omnia solent arrodere. [illegible] tem visum est, fidem meam R. T. D. [illegible] aliqua saltem ex parte liberare. Neque [illegible] cidit, & quantum debeam inauditæ [illegible] humanitati, & quid illi per literas sim [illegible] pollicitus. Hunc igitur arrabonem boni consules, donec [illegible] unde summam quoque resolvam. *Brasis* [illegible] hac oratione (memini) dimisit me R. T. D. quæcunque aulâ habitura esset *L. Campegius*, [illegible] derem illic esse amicum ex animo [illegible] *Erasmo*. At ego vicissim, quæcunque [illegible] tura

tuum ab Eboraco, illic R. T. D. credat esse mancipium sibi dilectissimum. Bene valeat R. T. D. Louanii, Nonis Februarii. Anno millesimo quingentesimo decimo nono.

In Paraphrasin in Epistolam PAULI ad TIMOTHEUM, TITUM & PHILEMONEM.

Des. Erasmus Ro. optimo Præsuli & eidem clarissimo Principi Trajectensi Philippo à Burgundia S. D.

Olim hisce nostris arva passim inda sterilia- Epist. 75.
que jacitur, ornatissime Præsul, literaria tamen seges nostrum non aliquem fructum edit: nec est olla cum rigida bruma, quin ex studiosum agris provectus aliquis redeat. Mihi porrò visum est æquum, ut hinc nonnulla portio decideretur Episcopo, velut hujus agricolationis Principi. Etenim cum rem Evangelicam pro nostra virili adjuvamus, aliqua ex parte in vices tuæ solicitudinis succedimus. Id autem eo feci libentius, quod argumentum etiam ipsum ad hoc ipsum invitaret. Explicavimus enim Paraphrasi Epistolas divi *Pauli*, ad *Timotheum* duas, ad *Titum* unam, quibus adjecimus, cum coronidis vice, quam scripsit ad *Philemonem*, ne sola relinqueretur cum sit ultima, licet argumento dissimili, quanquam in *Paulo* nihil est quod non pertineat ad Episcopum. Siquidem in tribus superioribus mirè depingit ac repræsentat imaginem germani verèque *Christiani* Præsulis, & quibus dotibus præditum oporteat ad tam arduam provinciam asciscì, & quibus officiis obire mentus delegatum. Nam quàm sit ardua res inculpatum Episcopum agere, quanta rursum pernicies sit humanæ vitæ parùm syncerus custos Dominici gregis, vel illud arguit, quòd non alia de re *Paulus* unquam instantiùs ac magis anxiè præceperit. Quoties enim identidem inculcat & inigit eadem? Quoties obsecrat, obtestatur, adjurat per omnia sacra, nunc blandiens, nunc pollicitans, nunc territans, nunc suo, nunc *Christi* exemplo provocans? Jam cum *Paulus* sic metuat his, quos ipse sua doctrina formârat, quos suis ipsius manibus impositis ordinârat, quorum fidem & integritatem tot modis perspectam & exploratam habebat, quanto plus hodie periculi est, tam difficile nemini cuivis temerè credere? Olim singulis civitatibus singuli præsidebant Episcopi: atque in his ipsis sanè quota portio erat *Christi* religionem profitentium? Ut nè dicam quod illis temporibus servebat adhuc in pectoribus hominum *Christi* sanguis, utpote recens effusus: ardebat adhuc ignis ille cœlestis, qui dabitur à Baptismo: quorum utrumque nunc, nescio quomodo, refrixisse videtur in moribus nostris. Has ob res Episcopus, non solum paucioribus præsidebat, verumetiam ultrò parentibus. Proinde mihi non paulò difficilius videtur hodie Præsulem fidum & incorruptum agere, non tantum ob hoc quòd unus tot opidis præsideat, verùm multò magis quòd plerique præter dispensationem evangelicæ doctrinæ, quæ præcipua ac peculiaris est Episcopi functio profanæ quoque ditionis administratione sint onerati. At di tu mirum quàm agrè inter se cohæreant mundus & *Christus*, quàm difficilè conveniat cœlestibus cum terrenis. Cumque multò difficillimum sit alterutrum præstare, sed bonum Episcopum, vel salutarem Principem, quantum negotii fuerit utroque distrissum, sic moderari negotium, ut nec religioni desis, nec dignitati: sic satisfacere Principi mortali, ut Principem immortalem non offendas: sic placere mundo, ut non displiceas cœlo? Olim quisquis suscipiebat episcopatum, huic statim ad omnes persecutionum procellas præparandus erat animus. Sed hanc hâc, an horum temporum tranquillitas, si tamen hæc tranquillitas est, plus habebat periculi, quàm illorum tempestates. Quanquam autem pro mutato rerum statu fieri non potest, ut per omnia sit eadem gerendi episcopatûs ratio, neque protinus damnandum, quod ab illius ætatis exemplo dissidet: nec sinunt rerum humanarum æstus, sed semper impetrare Præsulem quod optimum judicârit, quemadmodum peritus etiam ac vigilans gubernator, nonnunquam frustra clavo assidens undarum ac ventorum arbitrio rapitur: tamen minus aberrabit ab illa syncera perfectâque boni Præsulis imagine, quisquis hanc *Pauli* formam, ceu scopum quendam semper habebit præoculis. Ut egregius nauclerus, licet nonnihil à recto cursu cogatur deflectere, tamen à Cynosura non dimovet oculos, nè toto (quod aiunt) cœlo contingat errare. Si *Paulum* assequi non licet, est tamen aliquid illum utcunque sequi. Ad optima nitenti non deerit *Christi* præsidium, cujus vices gerit tua celsitudo, & sine cujus ope frustra est omnis conatus mortalium. Bene vale. Anno millesimo quingentesimo decimo nono.

In Paraphrasin in Epistolas PETRI & JUDÆ.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino D. Thomæ S. R. E. TT. S. Ceciliæ presbytero Cardinali, Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ Primati, ac totius regni Cancellario summo, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

Olim frequenter circumspectâssem, quanam Epist. 76.
studiorum meorum fœtura magnitudini tuæ responderem, quæ me hactenus sanè deterruit, nè quid lucubrationum mearum auderem tibi dedicare, tandem mihi visus sum bis ineptus: primum quasi sit aliquid in meis literis ingenióve, quod etiam si nec supero, tuam amplitudinem possit æquare, sive spectemus dignitatis istius fastigium, sive hoc fastigio dignissimas animi tui dotes, sive officia, quibus quotidie tua benignitas onerat non tam me, quàm ipsa bonarum literarum ac veræ Theologiæ studia: aut quasi tu is esses, qui librum voluminis magnitudine magis quàm utilitate soleas æstimare. Quanquam igitur nondum perfunctum provincia Paraphraseon, quibus Epistolas *Paulinas*, certò germanas duntaxat explicui, fatigatis etiamnum viribus, mox exciperet dimicatio cum obtrectatoribus: tamen illis tumultuario milite profligatis, iisdem statim copiis aggressum duas epistolas Apostoli *Petri*, & unam *Judæ*: simul illud mecum cogitans, quod divis offertur aut viris summatibus, aptum esse oportere magis quàm æquale. Siquidem olim absurdè fieri visus fuisset, si quis Musis offerret hecatomben,

tomben, aut hederaceas corollas *Marti*. Itaque primùm illud mihi visum est congruere, si ad tam eximium religionis antistitem iret *Petrus*, incomparabilis ille *Christiana* religionis princeps: ut quemadmodum illo duce nata est ac propagata syncera veréque Evangelica philosophia; ita tuâ pietate, quæ se magis ac magis indies exerit, nonnihil collapsa restituatur, ut est natura rerum humanarum semper in deterius prolabentium, ni magno studio nitamur in diversum. Quòd si quid etiam commendationis adjungit operis difficultas, multò plus hic fuit negotii, quàm pro voluminis modo. Facit hoc partim *Petri* phrasis, multò quàm *Paulina* perplexior, partim, quòd in his non perinde sublevamur veterum commentariis. Nam quos hodie habet *Glossa*, quam vocant *Ordinariam*, ex *Beda* vestri commentariis ad verbum desumpta sunt, viri profectò nec indocti, nec indiligentis, quantum illa ferebat ætas, idque miro artificio factum est. Pars commentariorum subducta est in spacium marginis, pars resecta est in intervallum, quod versus epistolæ dirimit. Titulus in totum fere ademptus est, haud scio quo consilio. Insunt in omnibus loca nonnulla, quæ Lectorem attentum & cautum requirant: velut in prima de *Christo*, qui in spiritu prædicârit spiritibus in carcere constitutis, qui olim fuissent increduli: Item de Evangelio mortuis etiam prædicato: In secunda, de Dæmonibus in judicium servatis, de maledico judicio, quod nec angeli ferunt adversum se: tametsi nos locum hunc aliter sumus interpretati, à *Beda* dissimulatum: de terra ex aqua & per aquam condita, de cœlis & elementis incendio solvendis: quibus ex locis nonnulli hauserunt occasionem erroris: In epistola *Judæ*, de judicio blasphemiæ, qui locus desumptus putatur ex apocryphis *Enoch*, ex quibus & paulò pòst adducitur vaticinium, cum is non legatur quicquam scripsisse. Hanc autem ideo subjecimus, quòd cum epistola *Petri* posteriore, non solùm stilo ac sententiis, verumetiam verbis mire congruat, quædam illius velut interpretans, quod genus illud, de judicio blasphemiæ. De priore *Petri* nunquam fuit dubitatum, de posteriore fuit, tametsi mentionem facit transfigurati Domini, cui rei non plures tribus discipulis testes adfuerunt. Unde si *Petri* non est, oportuit esse alicujus, qui se *Petrum* haberi voluerit. Epistola *Judæ* seriùs obtinuit autoritatem, quod adducit testimonium è libro qui inscribitur *Enoch*, in quo ferunt haberi quædam non satis consentanea doctrinæ catholicæ. Sed quid vetat, sic ex apocryphis adducere nonnihil in loco, quemadmodum *Paulus* ex *Epimenide* citat testimonium? Cæterùm cum in priore *Petrus* testetur se scripsisse per *Sylvanum*, & in posteriore apertè testetur eam esse secundam. *Hanc*, inquiens, *ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam*, non video, qui res possit explicari, nisi aut posterior *Petri* non sit, aut *Sylvanus* eam scripserit jussu *Petri*. Quòd si hæc ab ipso *Petro* scripta est, videtur tres scripsisse, quarum prima intercideret. De tempore ac loco nihil habetur comperti, nisi quòd conjectant priorem *Romæ* scriptam, quam in fine *Babylonem* appellavit, imperante *Claudio Cæsare*. Sed nè longior sit opere Præfatio, magnopere cupimus, ut hanc industriam nostram, si quo pacto meretur, R. T. D. candido calculo commendet studiosis, non quòd ipsi veniemur aliquid apud celsi[illegible] nec hic animus unquam, nec [illegible] ad ambitionem, sed quòd ex co[illegible] cióque, qui summâ dignitate pr[illegible] ardor ac stimulus addatur studiosis. [illegible] tos absolutè doctos subolescunt in [illegible] tuæ benignitatis auspicius compiant[illegible] juvenes, qui olim & majora præstabu[illegible] si studium illorum inflammaric [illegible] Atque utinam hoc incumbaris posse[illegible] dia, ut ad optimas disciplinas animi [illegible] brevitatis & facilitatis illecebra p[illegible] tiùs, quàm dum nos affectata di[illegible] tatéque studemus videri magnifici [illegible] quæque ingenia à rebus optimis [illegible] præstabunt feliciùs alii permulti, [illegible] majore fide, quàm nos fecimus, [illegible] Quòd si hujusmodi sanctissimis [illegible] instituit, favere perget amplitudo tua, [illegible] Deum egregiam laudem tibi parabit, [illegible] posteros honestissimam sui memoriam [illegible] Eam nobis diutissimè servet incolumem *Christus* Optimus Maximus.

In Paraphrasin in Epistolam Judæ.

Reverendissimo Domino D. Matheo Cardinali Sedunensi, comiti Valesii, Des.
Erasmus Roterod. S. D.

JAm videbat ad hujus cuticuli metam pene [illegible] nisse, & ipse mihi ferias destinabam [illegible] taxat genere studiorum, propterea quòd omnes epistolas explicuissem, quas *Pauli* genuinas esse judicabam, quibus adjunxi *Petri* duas & *Judæ*: nam quòd hæ non solùm consentiunt cum *Paulinis* in vigore doctrinæ evangelicæ, sensu majoribus etiam tenebris quàm illæ, essent involutæ. Siquidem quæ fertur ad *Hebræos*, præterquam quòd multis argumentis conjici potest non esse *Pauli*, quum stilo rhetorico veritis quam Apostolico sit scripta, non perinde multum habet difficultatis: quemadmodum nec ea, quæ *Jacobi Joannisque* tribuuntur. Nam *Joannes* ipse [illegible] copiâ veluti sui ipsius interpres est, & *Jacobus* [illegible] versatur in locis communibus: quod genus [illegible] Ob *Christum* fortiter tolerandas res adver[illegible] his Dei præsidiis maximè nitendum: Homines non naturæ Deíve vitio, sed suapte culpâ fieri malos, sive sæviat fortuna, sive blandiatur. Non tamen loquendum, aut iræ indulgendum. Non satis esse verbo tenus tenere professionem evangelicam, nisi factis & affectibus exprimamus. Inanem esse religionem, quæ cum intemperantia linguæ sit conjuncta; veram pietatem istam esse in re[illegible] quibus proximum egentem misericordiâ [illegible] mus. Neminem æstimandum è bonis [illegible] sed è veris animi bonis; Fidei profitentem [illegible] tilem esse, ni piis factis comprobetur: Nemini temerè suscipiendam docendi provinciam: Principuam vitæ pestem nasci ex lingua effrena, quemadmodum contrà, bonâ moderatâque linguâ nihil utilius. Plurimum interesse inter mundanam & *Christianam* sapientiam: Non constare pacem, nisi submotis ex animo cupiditatibus humanis: Nihil convenire huic mundo cum Deo: A Deo destitui, qui elati suis fidunt opibus, cum [illegible] esse, qui sibi diffisi ab ipso pendunt. Deo facere injuriam,

injuriam, qui condemnat ac judicat proximum: Evanidam ac fugacem esse præsentis vitæ felicitatem: Potentes, quibus hic impunè licet quod libet, pòst acerbissimas daturos pœnas: Vindictam malorum Deo Judici relinquendam esse: Preces piorum hominum plurimum valere apud Deum: Hoc officio maximè flecti Deum, ut nostris peccatis ignoscat, si nos fratri in nos peccanti condonemus, & si aberrantem amanter in viam revocemus, aliáque id genus, in quibus non potest admodum esse multum difficultatis in explicando, cum plurimum sit in præstando; & tamen incidunt loci quædam, in quibus erat nonnihil luctandum, velut in illo in quo hæret *Augustinus*: *Quisquis offenderit in uno, factus est omnium reus.* Item, *quod negat fidem valere absque factis*: quum *Paulus* ex diverso contendat, *Abraha non ex factis, sed ex fide contigisse, ut justus haberetur apud Deum, & amicus Dei diceretur.* Jam quædam etiam hiare videntur, ut in connectendo nonnihil fuerit negotii. Sed hæc uteunque habent, cum primum hanc operam susciperem, non erat animus hoc honoris impendere, nisi duobus illis Apostolorum & Evangelicæ philosophiæ Principibus, *Paulo & Petro.* Et ecce jam metam amplexum, jam spectantem ocium, tua vox me revocat ad stadium, etiam atque etiam hortans, nè quam hujus laboris portionem aliis relinquam: non solùm ob hoc, quòd judicares studium hoc vel præcipuam utilitatem allaturam evangelicæ philosophiæ candidatis; verumetiam quòd cum his temporibus penè nihil sit intactum à sycophantarum morsibus, tamen hoc unum opus adhuc *Momis* omnibus ἀμώμητον (ut ita loquar) fuerit. Sequor quò tua vocat autoritas, reverendissime domine. Non me clam est, quàm ex animo faveas doctrinæ verè *Christianæ*, in qua tu non paucos annos feliciter es versatus, quàm non fictè faveas *Erasmo*, quàm sis ingenio perspicaci, quàm certò, quàm non vulgari judicio. Quales si complures haberet ecclesia catholica, multò florentiores & aliquanto tranquilliores essent res *Christianæ*. Quis autem spiritus agitet istos, qui suæ quoque famæ & autoritatis dispendio, cum injuria sacrarum etiam concionum, tam pertinacibus studiis conantur, ut è nostris lucubrationibus minus fructûs redeat ad studiosos, ipsi viderint. Me magis movet aliorum judicium, quos & eruditio non vulgaris, & morum integritas ab omni suspicione livoris ac malevolentiæ vindicat. Ego nullius obscuro gloriam, neminem è cathedra sua depello, nullius obstrepo studiis, non ambio dignitates, non venor quæstum, sed qualecunque talentulum meum in commune profero. Cui mea non placent, liberum est abstinere: nos hæc gratis largimur. Si quis volet dare meliora, favebimus utroque pollice. Nulli me factioni unquam admiscui, nemo meis scriptis vel pilo factus est nigrior. Nullo seculo non licuit alicubi dissentire à quamlibet probatis autoribus. Si à solo *Thoma* dissentirem, videri possim in illum iniquior. Nunc & ab *Ambrosio* & ab *Hieronymo* & ab *Augustino* non rarò dissentio, sed reverenter, in *Thomam* etiam candidior, quàm ut multis bonis & eruditis viris gratum sit: sed hanc reverentiam non opinor me debere *Hugonibus* aut *Lyranis* omnibus, etiam si *Lyrano* nonnihil debemus. Nullum fuit seculum tam felix, quin optima paucioribus placuerint. Sed haud scio an ulla plus licuerit insciliæ, audaciæ, impudentiæ, stoliditati, linguæque petulantiæ. Libris diffidunt, qui tacita doctorum hominum judicia subire coguntur, res geritur linguis veneno tinctis, idque apud imperitam plebem, apud credulas mulierculas. In horum simplici credulitate, tota victoriæ spes illis sita est. O fortes viros qui hoc uno telo formidabiles sunt, quo metuuntur & scurræ. Et postea nobis imputant, si qui pejus de ipsis sentiant, pauciores sese adjungant sacrosancto ipsorum gregi, cum ipsi publicitùs etiam declarent ipsà re, quanto propius absint ab impiis sycophantis, quàm à veræ pietatis cultoribus. Sed illis continget aliquando sua *Nemesis*, videlicet ipsis suo sibi jumento malum accersentibus, & continget alicunde malo nodo malus cuneus. Neque enim consultum arbitror, dimicare cum ventribus conjuratis, qui nec aures habent, nec mentem. Et viro *Christiano* dignius est ferre scurras, quàm imitari. Nos tuo tuíque similium hortatu, sed in primis auspice *Christo*, pergemus & nosipsos & alios hujusmodi vigiliis ad meliora provocare. Bene vale, patrone cum primis colende. *Lovanii*, decimo septimo Calendas Januarias, Anno à *Christo* nato, millesimo quingentesimo vigesimo.

In Parahrasin in Epistolas Joannis.

R. D. D. Matthæo Cardinali Sedunensi, Com. Valesii, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

NUper *Jacobum* dedimus & *Latinè* loquentem, & explanatiùs; nunc *Joannem* damus, ut & nos paulatim carpamus operis partes, nec tuam celsitudinem negotiis imperialibus occupatissimam obruamus, si quod tamen datur tempus vacuum hisce nostris lucubrationibus cognoscendis. Bene vale, vir eximie. *Lovanii* VIII. Id. Januarias. *Epist.* 78.

In recognitionem Novi Testamenti.

Leoni Decimo Pontifici modis omnibus summo, Des. Erasmus Roterodamus, Theologorum infimus, S. D.

INter tot egregia decora *Leo* X. Pontifex Maxime, quibus undique clarus & suspiciendus, ad Pontificiæ dignitatis culmen adisti; hinc infinitis *Mediceæ* domûs ornamentis, non minus eruditorum hominum monumentis, quàm majorum tuorum imaginibus & honoribus inclytæ; hinc innumeris corporis animíque dotibus, quas partim divini Numinis indulsit benignitas, partim eâdem aspirante, tua paravit industria, non alia res te veriùs aut magnificentiùs illustravit, quàm quòd ad istum honorem, quo major inter homines homini non potest contingere, parem morum attuleris innocentiam: neque enim vitam modò ab omni dedecore longè latéque semotam, verùm etiam famam, nullâ unquam sinistri rumoris labe aspersam, ad Pontificiam sublimitatem pertulisti. Id quod quum ubique difficilimum est, tum præcipuè *Romæ*, cujus urbis *Epist.* 79.

bis tanta est libertas, nè dicam petulantia, ut illic à conviciis parùm tuta sit & integritas, ac nè ii quidem absint à crimine, qui plurimum absunt à vitiis. Quibus rebus factum est, ut *Leoni* non paulò plus veræ laudis pepererit, quòd summum Pontificium promeruisset, quàm quòd accepisset. Jam in ipsa pulcherrimi simul & sanctissimi muneris functione, quum tot præclaris factis, tot eximiis virtutibus susceptum honorem vicissim cohonestes, nihil tamen est quod te superis pariter & mortalibus commendet efficaciùs, quàm quod summo studio pariqne sapientiâ illud potissimum agis ac moliris, ut indies in melius provehatur *Christiana* pietas, hactenus temporum maximéque bellorum vitio, nonnihil labefacta collapsáque, ut est cæterarum item omnium rerum humanarum natura, nimanibus pedibúsque obnitamur, paulatim in deterius relabi, velutíque degenerare. At res egregias aliquoties ut difficilius, ita & pulchrius est restituisse, quàm condidisse : proinde quando tu nobis velut alterum præstas *Esdram*, & sedatis, quod in te fuit, bellorum procellis, sartiendæ religionis provinciam strenuè capessis, par est nimirum, ut omnes ubique gentium ac terrarum *Christiani*, rem omnium pulcherrimam ac saluberrimam conantem, pro sua quisque facultate adjuvent. Jam video passim excellentes ingenio viros, ceu magnos & opulentos Reges, *Solomoni* nostro in templi structuram mittere marmora, ebur, aurum, gemmas. Nos tenues reguli, seu potiùs homunculi, qualescunque materias, aut certè caprarum pelles, nè nihil conferamus, mittere studemus : vile quidem munusculum, quod ad nostram attinet operam, sed unde (nisi me fallit animus) *Christi* templo, si non multum splendoris, certè non parum utilitatis sit accessurum; præsertim si ejus calculo comprobetur, de cujus unius nutu ac renutu summa rerum humanarum pendet universa. Etenim quum illud haberem perspectissimum, præcipuam spem planéque sacram, ut aiunt, ancoram, restituendæ sarciendæque *Christianæ* religionis in hoc esse sitam, si quotquot ubique terrarum *Christianam* philosophiam profitentur, in primis autoris sui decreta, ex Evangelicis Apostolicísque literis imbibant, in quibus sermo ille cœlestis, quondam è corde Patris ad nos profectus, adhuc nobis vivit, adhuc spirat, adhuc agit & loquitur, sic ut meâ quidem sententiâ nusquam aliàs efficaciùs aut præsentiùs : ad hæc, quum viderem salutarem illam doctrinam longè puriùs ac vividiùs ex ipsis peti venis, ex ipsis hauriri fontibus, quàm ex lacunis aut rivulis, *Novum* (ut vocant) *Testamentum*, universum ad *Græca* originis fidem recognovimus, ídque non temerè neque levi operâ, sed adhibitis in consilium compluribus utriusque linguæ codicibus, nec iis sanè quibuslibet, sed vetustissimis simul & emendatissimis. Et quoniam novimus in rebus sacris, religiosè quoque versandum esse, nec hac contenti diligentiâ, per omnia veterum Theologorum scripta circumvolantes, ex horum citationibus aut expositionibus subodorati sumus, quid quisque legisset aut mutâsset. Adjecimus *Annotationes* nostras, quæ primùm Lectorem doceant, quid quâ ratione fuerit immutatum : deinde, si quid alioqui perplexum, ambiguum aut obscurum, id explicent atque enodent. Postremò quæ obscura, quo minùs proclive sit in posterum deprav[illegible] quod nos vix credendis vigiliis restituissemus. Quamquam, ut ingenuè dicam, quicquid hoc est operæ videri poterat humilius quàm ut ei dignum esset, quo nihil majus habet hic orbis : mihi conveniret, ut quicquid ad religionem instaurandam pertinet, haud alii consecretur, quàm summo religionis Principi, & eidem assertori. Neque metus est, nè munus hoc nostrum qualecunque, sis aspernaturus, qui non loco tantum referas illum, qui donaria non preciis sed animis solitus est æstimare, qui duo minutula panperculæ viduæ, splendidis & optimis divitum donariis prætulit. Jam an non quotidie videmus inter aurea gemmísque radiantia Regum donaria pratensibus flosculis, aut hortensibus herbulis concinnatas corollas suspendi divis, quas re tenuis, pietate dives offert plebecula ? Alioqui quicquid illud est, seu magnum, seu pusillum, seu ludicrum, seu serium, quod hujus ingenioli fundus produxerit; id omne, ut nullus dedicem, suopte jure sibi potest vindicare, summus ille apud suos, virtutum ac literarum omnium *Mœcenas* & antistes *Guilielmus Vuaramus* Archiepiscopus *Cantuariensis*, totius *Angliæ* non tituli tantùm honore primas, ac tuæ sanctitatis legatus, ut vocant, natus : cui meipsum quoque quantus quantus sum debeo, non modò universum studii mei proventum. Siquidem is (ut nè dicam interim, cujusmodi tum publicè tum privatim in me fuerit) id præstat suæ *Britanniæ*, quod *Leo* præstat orbi terrarum : quódque *Medicea* domus jam olim est *Italiæ*, vel hoc nomine terrarum omnium felicissimæ, hoc is suis est *Angliæ*, ceu salutare quoddam sydus, ab ipsis fatis in hoc datus, ut eo Præside, quicquid est bonarum rerum repullulet ac subolescat. Nam perinde quasi uno in homine plures sint heroes, & in unico pectore non simplex inhabitet numen : ita miris modis Archiepiscopum gerit ecclesia, Legatum sedi *Romanæ*, Consiliarium regi, Cancellarium justitiæ, *Mœcenatem* studiis; cujus operâ potissimùm factum est, ut insula jam olim viris, armis, opibúsque pollens, nunc optimis item legibus, religione, moribus, ad extremum ingeniis omni literarum genere perpolitis, adeo floreat, ut cum quavis cæterarum regionum possit ex æquo contendere. Verùm quo latiùs hujus laboris nostri manaret utilitas, visum est, tui nominis apud omnes sacrosancti, ceu lenocinio quodam ad publicam orbis aburi commoditatem, præsertim quum hoc vocet ipsa quoque rei ratio, quod pulchrè congruebat, ut illius auspiciis hæc *Christiana* philosophia derivetur ad omnes mortales, qui *Christianæ* religionis teneret arcem, ac per eum proficisceretur doctrina cœlestis ad universos homines, per quem *Christus* nos voluit accipere, quicquid homines è terris evehit in cœlum. Quanquam adeo quid tandem vetat, quo minus hic liber gemina commendatione fultus, hoc etiam feliciùs & auspicatiùs exeat in manus hominum, si duobus totius orbis summatibus viris communiter fuerit consecratus ? quandoquidem aris templísque videmus hoc plus accedere majestatis ac venerationis, quod pluribus simul divis sint dedicata. Jam hoc quantumlibet novum videatur, modò publicæ conducat

conducat militari. Et ea est *Leonis* modestia ci-
vilisque, ut hac parte non minus sit maximus,
quàm eà quâ maximos omnes longo superat in-
tervallo. Et ea est Archiepiscopi in omni deco-
rum genere præstantia, ut *Leonem* omnibus nu-
meris summum, non alius magis deceat colle-
ga. Postremò, si fas est apud tantum Principem
nihil *Thaïsis* è comœdia referre, quantumvis in
speciem humilis videatur hic meus labor, tamen
confido futurum, ut attentus Lector aliquanto
plus deprehendat in secessu, quàm primâ statim
fronte præ se ferat opus. Sed nè cessitudinem
tuam jugi solicitudine terrarum orbi consulen-
tem, longiori sermone remorans, in publica pec-
cem commoda, quod reliquum est, cum plebeio
Lectore transigam: sed prius illud apprecatus, ut
cujus providentiâ *Leo* X. contigit sublevandis re-
bus mortalium, idem cum nobis & quàm maxi-
mè longævum esse velit & felicissimum. *Basileæ*,
Calendis Februariis, anno restitutæ salutis mille-
simo quingentesimo decimosexto.

Dilecto filio Erasmo Rot. sacræ Theologiæ Professori Leo PP. X.

Epist. 80. Dilecte fili, salutem & Apostolicam benedi-
ctionem. Valde nos delectârunt lucubrati-
ones tuæ in *Testamentum Novum* jampridem edi-
tæ, non tam quia nostro nomini dicatæ fuerant,
quàm quòd non vulgari, sed novâ & insigni qua-
dam eruditione præstabant, omniúmque doctо-
rum calculo plurimum laudabantur. Quas nuper
à te recognitas, & pluribus additis Annotationibus
completatas, illustratásque fuisse, certiores facti
non mediocriter gavisi fuimus, ex prima illa edi-
tione, quæ absolutissima videbatur, conjectu-
ram facientes, qualis hæc futura, quantúmve
boni, sacræ theologiæ studiosis, ac orthodoxæ
fidei nostræ sit allatura. Macte igitur istius ani-
mi tui esto, ac publicæ utilitati studens, operi
tam sancto, ut in lucem exeat, sedulò invigila,
dignam quidem tot laborum mercedem ab ipso
Deo relaturus: à nobis verò meritam commen-
dationem & cunctis *Christi* fidelibus perpetuam
laudem consecuturus. Datum *Romæ* apud San-
ctum *Petrum*, sub annulo Piscatoris. Die decи-
mo Septemb. millesimo quingentesimo decimo
octavo, Pontificatûs nostri anno sexto.

In Annotationes Novi Testamenti.

Des. Erasmus Rot. pio Lectori S. D.

Epist. 81. Quanquam id pro nostra virili, in ipso statim
hujus operis vestibulo fecimus, tamen haud
abs re fuerit, denuò Lectorem commonere pau-
cis, & quid illum in hisce commentariolis opor-
teat expectare, & quid nobis vicissim ab ipso
præstari conveniat. Primùm Annotatiunculas scri-
bimus, non Commentarios; & eas duntaxat, quæ
ad lectionis synceritatem pertinent, nè quis ut
improbus conviva pro merenda cœnam efflagitet,
& requirat à nobis quod ab argumenti suscepti
professione sit alienum. Hanc in præsentia fa-
bulam agendam suscepimus. Proinde ut nobis
argumento serviendum fuit, ita par est, ut can-
didus & comis Lector, ceu commodus spectator,
faveat agentibus, & præsenti scenæ sese accom-
moder. *Testamentum*, quòd vocant *Novum*, o-
mni quâ licuit diligentiâ quâque decuit fide re-
cognovimus, idque primum ad *Græcam* veritа-
tem, ad quam ceu fontem si quid inciderit con-
fugere, non solùm illustrium Theologorum ex-
empla suadent, verumetiam toties monent *Hie-
ronymus* & *Augustinus*, & ipsa *Romanorum* Pon-
tificum decreta jubent. Deinde ad fidem vetu-
stissimorum *Latinæ* linguæ codicum, quorum du-
os exhibuit eximius ille divinæ Philosophiæ my-
stes *Joannes Coletus*, *Paulinæ* apud *Londinum* ec-
clesiæ Decanus; adeo priscis literarum typis, ut
mihi ab integrò discenda lectio, & in noscitandis
elementis fuerit repetendum. Tertium præ-
buit illustrissima virago *Margarita Caroli* Cæsa-
ris amita, cujus in hac editione tertia frequenter
adduximus testimonium *Aurei Codicis* titulo,
quòd totus & auro sit convestitus, & aureis lite-
ris pulchrè descriptus. Mox aliquot miræ vetu-
statis exhibuit *Brugis*, ut antiquissimum, ita long-
gè celeberrimum collegium divi *Donatiani*. Nam
ante, codicem bellè castigatum præbuerat colle-
gium *Corsendonkense*, præter eos quos nobis eru-
ditissimi fratres *Amerbachii* communicârant. Non
igitur ad animi nostri somnium emendavimus
quædam, sed ad horum quos recensui codicum fi-
dem: & aliórum his similium, quos non perin-
de refert memorare. Postremò ad probatissimo-
rum omnium suffragiis autorum, vel citationem,
vel emendationem, vel enarrationem, nempe
Origenis, *Chrysostomi*, *Cyrilli*, *Hieronymi*, *Am-
brosii*, *Hilarii*, *Augustini*, *Theophylacti*, *Basilii*,
Bedæ: quorum testimonia compluscullis locis in
hoc adduximus, ut cùm prudens Lector perspe-
xerit certis in locis nostram emendationem cum
illorum judicio consentire, in cæteris item no-
bis habeat fidem, in quibus haud scio an casu fa-
ctum sit, ut illi nihil annotârint, aut alioqui
suffragati fuerint. Verùm quoniam sciebam ho-
minum more fieri, ut cùm omnibus in rebus,
tum præcipuè in studiis semper offendat novitas,
& veterem illum gustum ac familiarem notám-
que, sicut aiunt, salivam plerique requirant;
deinde perpendens quanto facilius sit, his præser-
tim temporibus, emendatos libros depravare,
quàm depravatos emendare, sacris libris reco-
gnitis, hos velut indices annexuimus: partim ut
Lectori faceremus satis reddità ratione, quid
cur mutatum sit, aut certè placaremus, si quid
fortè offenderit, ut varia sunt mortalium tum in-
genia, tum judicia; partim ut operis incolumi-
tati consuleremus, nè posthac cuivis in proclivi
esset rursum vitiare, quòd tantis sudoribus fue-
rat utcunque restitutum. Primùm igitur si quid
librariorum vel incuriâ vel inscitiâ, si quid tem-
porum injuriâ vitiatum comperimus, id non te-
merè, sed omnia quæ licuit, subodorati, germanæ
reddidimus lectioni: si quid obscurius dictum oc-
currit, illustravimus: si quid ambiguè dictum ac
perplexiùs, id explicuimus: sicubi varietas exem-
plariorum, aut diversa distinctio, aut ipsa sermonis
ambiguitas varios gignit sensus, sic eos aperuimus,
ut ostenderemus quid nobis magis probaretur, cæ-
terùm Lectori judicium deferentes. Et quanquam
ab Interprete quisquis is fuit, ob inveteratam & re-
ceptam editionem non libenter dissentimus, ta-
men sicubi res ipsa palàm clamitat illum vel
dormitâsse, vel hallucinatum fuisse, non veriti

sumus & hoc indicare Lectori, ita patrocinantes veritati, ut in neminem simus contumelioſi. Solæciſmos evidentes ac prodigioſos ſubmovimus, & ita ſermonis elegantiam ubique, quantum licuit, ſecuti ſumus, ut nihilo minor eſſet ſimplicitas. Neque piguit, ubi *Græci* ſermonis vel *idioma*, vel *ἐμφασιν* aliquid habet, quod ad myſterii rationem pertinet, commonſtrare & aperire. Denique teſtimonia *Veteris Inſtrumenti*, quæ non panca citantur, vel ex interpretatione *Septuaginta*, vel ex ipſis *Hebræorum* fontibus, ſi quando illorum editio cum *Hebraica* diſſentit origine, contulimus & excuſſimus: quanquam id quidem *ἐν ἀσὶ δυσὶν*, ut *Græcorum* habet Proverbium; nihil enim alienius ab ingenio moribúſque meis, quàm ad exemplum *Æſopicæ* corniculæ alienis me vendicare plumis. Hæc igitur in parte cùm primùm hoc opus ederemus, nonnihil adjuti ſumus operâ ſubſidiariâ viri non ſolùm pietate, verumetiam trium peritiâ linguarum eminentis, hoc eſt, veri Theologi *Joannis Oecolampadii Vinimontani*, quod ipſe in literis *Hebraicis* nondum eò proceſſeram, ut mihi judicandi ſumerem autoritatem. Equidem haud neſciebam, has minutias & ceu ſpinas longè plus habere ſudoris quàm gloriæ, neque multum gratiæ ex hoc genere laboris ſolere redire ad autorem, tum Lectori magis uſui eſſe quàm voluptati. Verùm ſi nos tantum tædii publicæ utilitatis reſpectu devoravimus, par eſt nimirum, ut Lector item, vel ſuæ utilitatis cauſâ, nonnihil moleſtiæ decoquat, & eum animum quem nos juvandis aliis præſtitimus, ipſe præſtet ſibi ſuóq; cómodo. Sunt hæc quæ tractamus minutiſſima, fateor, ſed ejus generis, ut minore propemodum negotio magna illa tractari potuerint, quæ ſublimes Theologi magno ſupercilio, buccis typho crepantibus ſolent *ὀυρανομήκεις*. Ad hæc, ejuſmodi, ut ob has minutiſſimas minutias, & illa maxima fuerint aliquoties excutienda. Minima ſunt, verùm ob hæc minima, videmus maximos etiam Theologos nonnunquam & labi inſigniter & hallucinari. Quemadmodum & locis aliquot indicavimus, non utì quenquam inſectemur (qui morbus ab opere *Chriſtiano*, imò à tota vita *Chriſtiana* quàm longiſſimè debet abeſſe) ſed ut paucis exemplis, citra cujuſquam contumeliam adductis, noſtram fidem Lectori probemus, nè quis has ceu nugas contemnat, quandoquidem re verâ juxta *Flacci* dictum, ——*ha nugæ ſeria ducunt*. Cur in ciborum apparatu tam moroſi ſumus, in cultu minimis etiam offendimur, in re pecuniaria nihil eſt tam minutum, cujus non habeatur ratio, in ſolis literis divinis diſplicet hæc diligentia, placet neglectus? Ut nè dicam interim eam eſſe rei majeſtatem, ut nulla pars tam humilis eſſe poſſit, quæ ſit homini pio faſtidienda, imò quæ non reverenter ac religioſè tractanda. Humi reptat, inquiunt, in verbulis ac ſyllabis diſcruciatur. Cur ullum ejus verbum contemnendum ducimus, quem verbi titulo colimus & adoramus? Præſertim cùm ipſe nè minutiſſimum quidem Iota, aut apiculum in vanum abiturum teſtatus ſit. Infima pars eſt, quam vocant literam, ſed huic ceu fundamento myſticus innititur ſenſus. Rudera ſunt, ſed his ruderibus admirandi illius ædificii moles anguſta fulcitur. Divus *Hieronymus* eximios aliquot *Græciæ* ſcriptores taxat, quòd, hiſtorico contempto ſenſu, ſuo arbitratu maluerint in allegoriis ludere: ſéque ipſum deplorat, quòd calidus adhuc juventa, Prophetam *Abdiam* allegoricè ſhiſſet interpretatus, ſcirem hiſtoriam. Ita in viliſſimis [illegible] latet margarita, ut ſub frigida [illegible] gius granum, ut ſub arida [illegible] tam miranda ſeminis vis lateret in [illegible] paret plebeis, in ſyllabis, in ipſis [illegible] apiculis, ingentia divinæ ſapientiæ [illegible] dita ſunt. Qui miratur, cur furina [illegible] ac opes his ſub volucris tegere voluerit, [illegible] tur, cur æternæ ſapientiæ pauperie, [illegible] tempti damnatio, hominis perſona [illegible] Ut hæc minuta ſciret diem *Hieronymus*, [illegible] *num*, cùmque nocturnam aſperaverit [illegible] nec ullum fugit laborem. Ob has [illegible] *Auguſtinus*, jam Epiſcopus, jam ſenex [illegible] faſtiditas *Græcas* literas rediit. Ob has [illegible] *genes*, jam cæcus & ſenex ceu repuerascens [illegible] *bræas* linguæ deſcendit elementa, [illegible] nam illum *Romanum* ſuperans. Ad [illegible] libenter allidit *Ambroſius*, neſciò [illegible] paſſim excutit, in his piâ curioſitate [illegible] ille non ore tantùm aureus *Chryſoſtomus*. Et *Cyrillus* hujus ſecutus, grande myſterium [illegible] *Græce*, id eſt, unicâ literulâ i, detexerunt hinc vehe- inevitabile telum mutuatur, quod torqueas in hæreticos. Ut nè dicam interim, [illegible] profeſſo curamus, illo tamen aliquo [illegible] periantur; etenim quòmodo [illegible] enarrant, cogunt ut aliquoties verborum [illegible] rationem, ina nos dum in verbis [illegible] mur, cogimur interim & ſenſum [illegible] rire. Denique hæc gravioribus olim in *Paulum* commendatis [illegible] quibus fortaſſis apparebit, ut [illegible] ad has minutias deſcenderim. Sed [illegible] qui volet, nihil aliud præſtare poterit, [illegible] ob ingenii tarditatem, & frigidum circum [illegible] ſanguinem, vel ob eruditionis inopiam, [illegible] hanc ſuppoſiſſe provinciam, tamen *Chriſtiani* [illegible] ris eſt, qualecunque officium boni conſulere, quod piâ ſedulitate præſtatur. *Chriſtus* [illegible] gazophylacium à paupercula quadrantem [illegible] vit, rem per ſe viliſſimam animo [illegible] offerentis. In re vehementer præclara, [illegible] functio ſplendida eſt. In regiis, & qui [illegible] & qui coquunt habenter honeſti. Caterùm [illegible] Dei, quæ tandem functio faſtidienda [illegible] Nos rudera comportavimus, ſed [illegible] templi Dei. Alii locupletiores, ebur, [illegible] mor, & gemmas addituri ſunt. Nos [illegible] bris ac lamis moleſtam, induſtriâ noſtri [illegible] mus, ſed in qua deinde magni Theologi [illegible] diùs eſſedis ac mannis vectentur. Non [illegible] æquavimus, in quo jam inoffenſus [illegible] ſuæ ſapientiæ pompas edant. Nos [illegible] ſpinis ac lappis incómodum ſarculo [illegible] quo facilius illi felicem exorcent ſegetem. Nec campum aperuimus, amoliti quæ obſtabant, in quo qui volent poſthac arcanas explicare [illegible] colludant liberiùs, vel congrediamur [illegible] Quibus vetus illa Theologia magis [illegible] magnum habent adminiculum, quò nitamur [illegible] di. Rurſus qui juxta parabolam evangelicam [illegible] *vetus vinum melius eſt*, & hujus reverentia Theologiæ ſtudio veterem negligit, habet [illegible] ſua quæ mavult, certiùsque fidelibus [illegible] nihil hinc accedat commoditatis, nihil [illegible] ditum eſt de ſuo, ſi hæc acceſſerint, [illegible]

drium

divinas literas è puriſſimis fontibus, quàm ex qualibuſcunque rivulis ac lacunis haurire, toties aliunde aliò tranſfuſis, nè dicam unguli ſuum & aſinorum perturbatis. Ut gratius eſt pomum, quod tuis manibus ex ipſa matre decerpſeris arbore; ut dulcior aqua, quam ex ipſa vena ſubſcatentem hauſeris; ut jucundius vinum, quod ex eo depromptum ſeris dolio in quo primùm fuerat conditum: ita divinæ literæ, neſcio quid habent nativæ fragrantię, neſcio quid ſpirant ſuum ac genuinum, ſi eo ſermone legantur, quo primùm ſcripſerunt ii, qui partim è ſacro illo ac cœleſti hauſerunt ore, partim ejuſdem afflati ſpiritu nobis tradiderunt. Si *Chriſti* ſermones extarent *Hebraicis* aut *Syriacis*, hoc eſt, iiſdem verbis proditi quibus ille locutus eſt, cui non cordi foret in illis philoſophari, & non ſolùm verborum vim ac proprietatem, verùm ſingulos etiam apices excutere? Certè quod huic eſt proximum habemus & negligimus. Si quis oſtentet *Chriſti* veſtem, aut pedis veſtigium, procumbimus, adoramus, exoſculamur. Atqui ut univerſas illius veſtes, & totam maternæ domûs ſupellectilem proferas, nihil eſt quod *Chriſtum* expreſſiùs, efficaciùs, abſolutiùs referat, exprimat, repręſentet, quàm Evangeliſtarum & Apoſtolorum literæ. Proinde ſi cui aut non licet, aut non libet, in his ſacris verſari deliciis, certè nè obſtrepat, nè obturbet, nè invideat meliora conantibus. Amplectantur ipſi quod amant, habeant, fruantur. Nemo vetat. Nos illis hęc non ſcripſimus. Sed erunt è diverſo quibus hæc admodum pauca videantur, & malint nihil cum editione vulgata convenire. Verùm non hoc egimus ut ſermo politior eſſet, ſed ut emendatior ac dilucidior: nec erat hic in ſcyrpo quod aiunt, quærendus nodus. Quin illud potiùs optandum eſt omnibus, ut nihil uſquam ſit obvium in ſacris literis, quod hanc operam poſtulet. In Evangeliis, quoniam per ſe dilucidus ac propè ſemet explicans hiſtoriæ tenor ſimplici & inaffectato ſermone profluit, nè fieri quidem potuit, ut admodum multa vitiare potuerit, vel interpres vel librarius. Quanquam hæc ipſa, ſi quis ad ſummam expendat, nimium etiam multa ſunt, illic ubi nullum oportebat ſubeſſe ſcrupulum. Cæterùm in Epiſtolis Apoſtolicis ob ſermonis pariter & ſententiarum obſcuritatem, plura neceſſe fuit immutare. Nos interim admonendi diligentiam ita moderati ſumus, ut nec ſuperſtitione moleſti, nec in diligentia diminuti videremur. Rem autem omnem quàm potuimus pauciſſimis verbis indicavimus magis quàm explicuimus, nè negotio ſuapte naturâ parum amœno, loquacitatis quoque tædium adderemus. Pium eſt opus, *Chriſtianum* eſt opus. Proinde te quæſo, Lector optime, ut tu quoque viciſſim pias aures, & *Chriſtianum* pectus ad legendum adferas. Nè quis hæc eo animo in manus ſumat, quo fortaſſis ſumit *Noctes Gellianas*, aut *Angeli Politiani miſcellanea*; videlicet quo nervos ingenii, vim eloquentiæ, & eruditionem retruſam velut ad *Lydium* exigat lapidem. In re ſacra verſamur, & in ea re, quæ ſimplicitate puritatéq; potiſſimum eſt orbi commendata. In qua ridiculum ſit humanam eruditionem oſtentare velle, impium humanam jactare eloquentiam quam etiamſi forſan adeſſet, diſſimulare conveniebat, nè quis meritò poſſit objicere τὸ, ἐν φανῇ μίσγειν. Simplici puróque ſtudio tradidimus hæc *Chriſtianis* auribus, quo poſthac in ſacroſancta hac Philoſophia, & plures verſarentur, & lubentiùs, denique ut minore cum negotio, ita majore cum fructu. *Chriſtum* ipſum, quo teſte & adjutore molimur hæc, parum mihi propitium imprecor, niſi ex hiſce laboribus adeo nihil venamur emolumenti, ut magnam etiam certámq; rei pecuniariæ jacturam ſcientes ac volentes accepetimus. Porrò famæ dulcedine tantum abeſt ut titillemur, ut nè nomen quidem noſtrum fuerimus aſcripturi, ni veriti fuiſſemus, nec hac ratione operis minueretur utilitas; quod apud omnes ſuſpecta res ſit liber ἀνώνυμος. Nos ad utrunque juxta parati ſumus, ut vel rationem reddamus ſi quid rectè monuimus, vel ingenuè confiteamur errorem, ſicubi lapſi deprehendimur. Homines ſumus, & humani nihil alienum à nobis eſſe ducimus. Hoc igitur animo cùm ego dederim hæc, optime Lector, fac ut tu quoque ſimili accipias. Ea res utrique noſtrûm commodò futura eſt. Nam & tu plus capies utilitatis, ſi libenter & candidè quod donatur acceperis, & me mearum vigiliarum minùs pœnitebit, ſi cognovero bonis uſui fuiſſe. Quod ſi quis exiſtet, vel adeò præfractus ac moroſus, vel adeò durus & iniquus, ut nullis incantamentis deliniri queat, ab hoc certè vel precibus impetrare nitar, ut illud ſaltem æquitatis tribuat piis ſtudiis, quod tribunalia tribuunt parricidis & ſacrilegis. Illic turpe judicatur, ſi cognitionem antevertant caléuli, nec pronunciatur, niſi causâ diligenter excuſiâ. Legat priùs ac inſpiciat, deinde, ſi videatur, damnet ac rejiciat. Superbum eſt de libro ferre ſententiam, quem non intelligas, ſuperbius & de eo quem nè legeris quidem. Vale Lector quiſquis es, quem etiam atque etiam rogo, ut ſi quid fructûs è noſtris excerpſeris lucubrationibus, officii memor ſicuti *Chriſtiano* dignum eſt, me viciſſim piis votis *Chriſto* commendes, à quo uno ſolidum laboris hujus præmium expectamus.

Deſ. Eraſmus Rot. pio Lectori S. D.

MEmini, Lector optime, & aliàs alicubi teſtificatum eſſe, me plurimum diſſentire ab iis, qui laicos & illiteratos in totum putant ſubmovendos à lectione ſacrorum voluminum; nec admittendos ad hæc adyta, niſi paucos *Ariſtotelicâ* Philoſophiâ, ſcholaſticáq; theologiâ multis annis detritos. Equidem in præſentia non digladiabor cum iis, qui hos potiſſimùm judicant idoneos legendis & enarrandis voluminibus arcanis, quòd ingenium adferant humanis diſciplinis exercitatum. Sit ita ſanè modò eas per ętatem ſobriè modicéq; attigerint: modò nè in illis conſenuerint, modò nè plus ſatis illis tribuant, modò abſit ſuperciljum & cæcus amor ſui: modò ſimplex & purus ſit oculus, quo in Scripturis arcanis conſpicitur Deus, neq; animus ſit mundanis affectibus viciatus, à quibus refilit Spiritus ille cœleſtis. Alioqui pulchrè tenebant ſacras literas Scribæ & Phariſæi; & interrogati de *Chriſto*, incontanter proferebant è Prophetis teſtimonium: rogati de præcipuo legis præcepto, aptè reſpondebant. *Caiaphas* etiam vaticinium edidit de mundo *Chriſti* morte redimendo. Sed videntes non videbant, quòd oculos haberent livore, odióque viciatos: audientes non audiebant quòd aures haberent malarum cupiditatum ſordibus obturatas: intelligentes non intelligebant, quòd mentem haberent ambitionis & avaritiæ tenebris obcæcatam. Nec ulli pertinaciùs obſtitere *Chriſto*, quàm qui præcipuè tenebant *Epiſt. 82.*

eos libros, in quibus & promiſſus fuerat, & adumbratus. Sed non ideo damnanda eſt ſacrarum literarum exacta cognitio, ſi quidam ſuo vicio ſibi vertunt in perniciem, quod ſuapte naturâ bonum eſt ac ſalutiferum. Ut igitur iis detur primus locus in docendo, non video tamen cur idiotæ ſint ab Evangelicis præcipuè literis, ceu prophani à ſacris ſubmovendi, quæ doctis pariter & indoctis, quæ *Græcis* æquè ac *Scythis*, quæ ſervis itidem ut liberis, quæ fœminis ſimul & viris, quæ plebeis non minùs atque Regibus proditæ ſunt. Quod docent, ex æquo ad omnes pertinet: quod pollicentur, pariter ad omnes pertinet. Et ita proditæ ſunt, ut citiùs intelligantur ab idiota pio modeſtóque, quàm ab arrogante Philoſopho. *Judæorum* eſt populum celare ſua myſteria, qui in umbris verſabantur. Evangelica lux premi non ſuſtinet. Olim in ſancta ſanctorum unus ingrediebatur ſacerdos: At ut templi velum in morte Domini ſciſſum eſt, ad ipſum uſque *Chriſtum*, qui verè ſanctus eſt ſanctorum, & ſanctificator omnium, datus eſt omnibus aditus: & exaltatus à terra, omnia trahit ad ſe, qui cupit omnes ſalvos facere. Exclamant indignum facinus, ſi mulier aut coriarius loquatur de ſacris literis. At ego puellas quaſdam audire mallem de *Chriſto* loquentes, quàm quoſdam ſummos vulgi opinione *Rabinos*. Cur nos ſumus immitiores *Judæis*? Illi ferebant puerum *Jeſum* in medio doctorum reſpondentem & interrogantem, cùm nihil adhuc in eo divinum ſuſpicarentur. Increpat ille diſcipulos ſuos, qui prohiberent pueros adire ſe: *Talium eſt enim, inquit, regnum cœlorum.* Neque nos igitur arceamus parvulos ab evangelica lectione. Fortaſſe *Jeſus* & illos complecti dignabitur, ſacríſque ſuis manibus contingere, ac benedicere. Hæc ætas Phariſæis obtrectantibus Domino cecinit gratum Oſanna. Ex hoc genere delegit evangelicæ Philoſophiæ diſcipulos, non ſolùm piſcatores, & ἀνδραποδίστους, ſed etiam naturâ tardiuſculos, quod multis argumentis liquet ex evangelica narratione. Pro his parvulis gratias agit Patri: *Confitebor tibi Deus cœli & terræ, quòd abſconderis hæc à ſapientibus ac prudentibus, ac revelâris ea parvulis*, hoc eſt, juxta mundi judicium, ſtultis. Sæpenumerò qui mundo contemptiſſimi ſunt, apud *Chriſtum* ſummo in precio ſunt. Et quos mundus habet pro doctiſſimis, *Chriſto* ſunt idiotæ. De quibus loquitur *Paulus*, ſcribens *Romanis: Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obtenebratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Neque verò hæc dixerim, quo bonis doctoribus adimam autoritatem ſuam, aut idiotis quibuſlibet addam animos, ut ſibi vindicent ſcientiam Scripturæ myſticæ, ſuæque prudentiæ innitentes, aſpernentur doctores eccleſiaſticos. Habet humana ſapientia ſupercilium ſuum, ſed habet & idiotarum inſcitia non minus arrogans ſupercilium ſuum. *Paulus* non patitur mulierem loqui in cœtu eccleſiaſtico, nè diſcendi quidem gratiâ: taxátque mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes, nec unquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Contra, divus *Hieronymus* & virgines, & viduas, & conjugatas hortatur ad lectionem ſacrorum voluminum, & tamen queritur hujus ſcientiæ profeſſionem paſſim ab indignis arrogari: *Hanc*, inquit, *garrula anus, hanc*

A *delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc omnes præſumunt, lacerat, docent antequam [illegible]*. Tum autem abeſt, ut in laico [illegible] tem Scripturæ divinæ profeſſionem, [illegible] in eruditis videatur tolerabilis. Quid [illegible] rogantius quàm ut homo ſe profitetur [illegible] rem rerum divinarum? Sed ut [illegible] eruditis uſurpatur ſatis modeſtè, ita [illegible] permittendam arbitror ſolicitam ac [illegible]

B tionem, præſertim eorum quæ [illegible] meliorem. Porro quum in iis horis [illegible] ra delicianum naſcantur, decerpat ſibi [illegible] quod commodum eſt. Conſideret [illegible] ditores habuerit ipſe *Chriſtus*, nónne [illegible] am multitudinem, & in hac cæcos, [illegible] mendicos, publicanos, centuriones, [illegible] mulieres ac pueros? An graveretur [illegible] quibus voluit audiri? Me quidem [illegible] agricola, leget faber, leget lanarius, [illegible]

C meretrices & lenones, denique leget [illegible] Si hos non ſubmovet à ſua voce *Chriſtus*, [illegible] ſubmovebo eos ab illius libris. Qui fit [illegible] quoque veniat uſu, quod accidit Eunucho? Inter Veteris Teſtamenti libros fortaſſe [illegible] nonnulli, à quibus ſit cur arceas idiotas. Quales eſt *Ezechiel*, & *Canticum Sponſæ*, ac pauci [illegible] libri Veteris Teſtamenti: quòd in iis ſuperior offendit vel hiſtoria in ſpeciem abſurda, vel [illegible] gmatum obſcuritas. Nec horum tamen lectio-

D nem cuiquam *Chriſtiano* Philoſophiæ cupido interdixero. Hoc certè ſanctis [illegible] operiet, quòd inſtructiores ac paratiores venient ad eccleſiaſticas conciones: & libentiùs audient, ſi quibus [illegible] gnaſcent aliqua: & faciliùs intelligent, quorum jam guſtum qualemcunque ceperunt. Quicquam in libris evangelicis divina ſapientia ſe totam demittit ad captum etiam infirmorum, ut nemo tam indoctus eſſe poſſit quin ad evangelicam Philoſophiam ſit docilis. Tantùm adſit animus, quan-

E tumvis rudis, modò ſimplex, modò pura, ac vacuus ab iis curis & cupiditatibus, quæ doctiſſimos etiam *Chriſto* reddunt indociles. Idem priuſquam codicem evangelicum ſumet in manus, præcatiunculâ ſe præparet ad lectionem: oret ut optimus ille *Jeſus*, qui pro contemptiſſimis etiam hominibus mortuus eſt, impartire dignetur Spiritum ſuum, qui non requieſcit, niſi ſuper humilem ac manſuetum, & trementem verba ſua. Ac confirmatus conſilio *Jacobi*, *Qui indigit*

F *ſapientiâ, poſtulet à Deo, qui det omnibus affluenter, nec exprobrat*, Dicat cum Pſalmographo, *Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Item illud: *Servus tuus ego ſum, da mihi intellectum Domine.* Deinde nihil aliud ventetur in hoc ſaltu quàm ut ſeipſo melior evadet. Laborat ignorantia, obſervet ſi quid alicunde lucis affulgeat. Torquetur odio aut livore, teneatur libidine, avaritiâ, ambitione, alióve mentis morbo, hic remedium quærat, & inveniet. Mœret

G aliquis, hinc petat lenimen doloris, & diſcedat alacrior. Hæret ac perplexus eſt quiſpiam, non alunde melius ſupperet conſilium. Tentatur quis & periclitatur, ab Evangelio petat præſidium. Sitit aliquis juſtitiam, hic reperiet fontem purißimum, unde qui biberit, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, nec ampliùs ſiciet aquas quæ promuntur è ciſternis contritis ac curvis ungulis omnium beſtiarum terræ. Si quis cupiat

cibum

cibum vitalem, hic est panis de cœlo descendens; unde qui ederit, vegetus ac robustus evadat in *Christo*, donec occurrat in virum perfectum, in mensuram plenitudinis *Christi*. Hic fons est ille paradisiacus, unde prorumpunt quatuor amnes irrigantes universam faciem terræ. Hic est panis sermonis divini, unde *Jesus* & hodie reficit promiscuam turbam ad se confluentem, & in desertis locis sibi hærentem. Scio pastorum esse partes, panem hunc à *Christo* fractum, ac traditum distribuere populo. Sed quid si cessent pastores? Quid si vertantur in lupos? Horum est fodere puteos, & ex iis haustum liquorem doctrinæ cœlestis porrigere populo, nè siti pereant in deserto. Sed quid si pastores versi sint in *Philistæos*, & venas aquæ vivæ obturent injectâ terrâ? Quid faciet populus? Nimirum implorabit opem Principis pastorum *Jesu*. Vivit adhuc, nec deseruit curam gregis sui. Interpellatus publicis suorum precibus, faciet quod pollicetur apud *Ezechielem*: *Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas, sicut pastor visitat gregem suum, in die quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum*: cæteráque quæ sequuntur in hanc sententiam apud eundem Prophetam. Oves sunt idiotæ, sed rationales: & ex iis ovibus sunt pastores. Aç nonnunquam fit, ut ovis plus sapiat ipso pastore. Proinde ut non decet laicum seditiosè rebellare presbyteris suis, nè confundatur ordo, quem *Paulus* vult esse in corpore *Christi*: ita non decet sacerdotes exercere tyrannidem in gregem. Alioqui his erit imputanda seditio. Ergo quoties pastores funguntur officio suo, reverenter sunt audiendi, tanquam Angeli Dei, per quos nobis loquitur *Christus*. Sin insincerè docent, tamen excerpendum, si quid admixtum sit boni. Sin aut omninò cessant, aut ea docent, quæ planè pugnant cum Evangelio, aut si quando per occasionem non est doctoris copia, reficiat suum quisque animum lectione privatâ. E fontibus Servatoris hauriat sibi quisque quod potest. E panibus sacris decerpat sibi quisque, quo satiet animum esurientem. Non deerit *Jesu* spiritus veluti meditanti tale quiddam in nomine ipsius, qui se promisit adfuturum, quoties duo congregarentur in nomine ipsius. Frustra vel sex millia conveniant, si non conveniant in nomine *Jesu*. Conveniunt autem in illius nomine, qui nihil aliud spectant, quàm gloriam Principis sui, & salutem æternam. Dicet mihi quispiam: *Difficilis est discretio spirituum, & angelus Satanæ nonnunquam transfigurat se in Angelum lucis*. Fateor: & eam ob causam, nolim esse præceps judicium. Sed tamen certissimum cuique suffragium est testimonium suæ conscientiæ. Proximum est consensus Scripturæ & vitæ *Christi*. Denique quædam dilucidiora sunt, quàm ut oporteat ambigere, aut requirere interpretem. Et tamen his offenduntur, qui se totos dedicârunt mundo, non ob aliud, nisi quòd officiunt institutis votisque suis. Quam enim aliam ob causam tam gravis erat Pharisæis & Scribis *Christus*, cujus doctrinâ nihil erat æquius, cujus vitâ nihil innocentius, cujus potestate nihil beneficentius? Nimirum jam illi regnum quoddam possidebant. Honorabantur ut docti, adorabantur ut sancti, ditabantur affatim, cupiebant eum statum esse perpetuum, qui tamen erat sceleratissimus. Et ideo

A non ferebant lucem Evangelicæ veritatis, per quam videbant autoritatis suæ scenam discutiendam. Hujusmodi si palàm deplorati sint, quantum sit tribuendum, satis indicat *Christus*: *Sinite, inquit, illos, cæci sunt cæcorum duces*. Certè Scripturarum suarum penum nulli pio claudit *Christus*, etiamsi subulcus esset, qui quondam pastoribus imparriit spiritum propheticum. In hujus igitur libris versentur omnes qui venantur *Christianam* Philosophiam. Si succedit, age gratias Deo. Sin minùs, nè protinus abjice animum, quære, pete, pulsa. Quærenti continget ut inveniat, petenti dabitur, pulsanti aperiet is, qui habet clavem, quâ sic aperit, ut nemo claudat: sic claudit, ut nemo aperiat. Consule proximum, si quid non assequeris: fortasse per illum tibi loquetur spiritus arcanus; qui non uno modò sese solet inserere mentibus hominum. Adsit quidem pia curiositas, & curiosa pietas, sed absit temeritas, absit præceps & pervicax scientiæ persuasio. Quod legis & intelligis, summâ fide complectere. Frivolas quæstiunculas, aut impiè curiosas dispelle, si forte oboriantur animo. Dic, *Quæ supra nos, nihil ad nos*. Quomodo *Christi* corpus exierit clauso sepulchro, noli disceptare: tibi satis est quod exiit. Quomodo in sacra mensa sit corpus *Christi*, ubi ponebatur panis, noli disquirere: tibi sufficit credere quod illic est corpus Domini. Quomodo Filius sit alius à Patre, cùm sit una natura, noli scrutari: tibi satis est credere Patrem, Filium & Spiritum Sanctum tres personas, sed unum Deum. Sed illud inprimis cavendum, nè Scripturam tentes ad tuas cupiditates, tuáque decreta detorquere: sed ad hujus regulam potiùs tuas opiniones ac vitæ rationem attempera. Alioqui ex hujusmodi fontibus nascitur asseverandi pervicacia, nascuntur contentiones, nascuntur dissidia & odia, nascuntur hæreses, fidei simul & *Christianæ* concordiæ venena. Neque tamen protinus arcendi sunt à sacris libris idiotæ, si quis exortus fuerit, qui per hanc occasionem prolapsus sit in errores. Neque enim istud lectionis vitium est, sed hominis. Nec olim ideo vetitum est Evangelium in templis recitari, quòd hinc hæretici prisci hauserint errorum suorum semina. Nec ideo prohibentur apes à floribus, quod ex iis aliquando venenum sugat aranea. Legant igitur omnes, sed qui volet cum fructu legere, legat sobriè, legat non oscitanter, velut historiam aliquam humanam, ad se nihil attinentem; sed avidè, sed attentè, sed assiduè. Tanquam pius *Jesu* discipulus, assectetur illum per omnia vestigia: observet quid agat, quid loquatur: subodoretur, vestiget, scrutetur singula, & reperiet in simplicissima illa rudique Scriptura consilium ineffabile sapientiæ cœlestis: videbit in illa stultitia Dei, si fas est ita loqui, primâ fronte humili & contemnendâ, quod longè superet omnem prudentiam humanam, quamvis sublimem & admirabilem. Nihil autem illic narratur, quod ad unumquemque nostrûm non pertinet: nihil illic geritur, quod quotidie non geritur in vita nostra, rectiùs quidem, sed veriùs. Nascitur in nobis *Christus*, nec desunt *Herodes*, qui tenerum adhuc & lactantem conantur occidere. Grandescit & proficit gradibus ætatum. Sanat omne morborum genus, si quis modò cum fiducia imploret illius opem. Non repellit ille leprosos, non dæmoniacos, non sanguinis profluvio impuros, non cæcos, non claudos. Nullum est animi

vitium tam tetrum, tam immedicabile, quod ille non tollat, si dicamus illi ex animo, *Jesu fili David, miserere*: Et, *Domine, si vis potes mundare*. Quin & mortuos excitat ad vitam. Docet, terret, minatur, blanditur, consolatur. Habet & nunc *Judæos* suos, qui non ferunt illius luce obscurari suum *Mosen*. Habet Scribas & Pharisæos, qui insidientur. Et utinam non habeat plures quàm duos *Annam* & *Caiaphan*. Habet *Iscariotas* suos, qui sanguinem innoxium pecuniâ vendant. Nec deest *Pilatus* & cohors, per quam flagelletur, conspuatur, & crucifigatur. Habet interim & pusillum gregem suum, ex ipso pendentem. Habet qui dicant: *Domine, quò ibimus, verba vitæ æternæ habes*. In hujusmodi Philosophia profuerit omnibus versari, quamlibet idiotis aut illiteratis. Nec deerit sobriè versantibus unctio, quæ doceat illos de omnibus quæ pertinent ad salutem æternam: juxta vaticinium *Joëlis*: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & erunt omnes Dei sui vates*, hoc est, *divinitùs docti*. *Paulus* non vult prohiberi spiritum, sed optat ut prophetent omnes. Et *Moses* rogatus, ut prohibeat *Heldad* & *Medad* à Prophetia: *Quis*, inquit, *tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?* Quidam piaculum arbitrantur, si sacri libri vertantur in linguam *Gallicam*, aut *Britannicam*. Sed Evangelistæ non veriti sunt *Græcè* scribere, quod *Christus Syriacè* loquutus est. Neque *Latini* veriti sunt Apostolorum sermonem in *Romanam* linguam vertere, hoc est, promiscuæ multitudini prodere. Neque *Hieronymo* religio fuit sacras literas *Dalmaticè* vertere. Equidem cupiam in omnes verti linguas. Cupit *Christus* suam Philosophiam quàm latissimè propagari. Pro omnibus mortuus est: ab omnibus cognosci desiderat. Ad id conducet, si aut illius libri vertantur in omnes omnium gentium linguas: aut Principum operâ fiat, ut tres linguæ, quibus potissimùm credita est divina Philosophia, discantur à populis omnibus. Hoc si paucis annis potuit *Romanorum* Principum industria, ut *Galli*, *Germani*, *Hispani*, *Afri*, *Ægyptii*, *Asiani*, *Cilices*, *Palæstini*, *Latinè Græcè*que loquerentur, etiam vulgo: nec ob aliud, nisi ut commercio linguarum commodiùs propagaretur imperium non diu duraturum; quanto justius hoc nobis curandum est, quo *Christi* imperium sine fine mansurum, per omnes orbis regiones proferatur? quod nunc nescio quibus de causis sic in angustum contractum est, nisi quòd, ut suspicor, homines sunt, qui malunt sub *Christi* prætextu regnum mundanum tenere in arcto orbis angulo, quàm *Christum* ipsum toto terrarum orbe regnare. Sed de hoc aliàs fortasse tempestiviùs dicetur. Nunc ut quod instituti pergam: Cur indecorum videtur, si quisquam sonet Evangelium eâ linguâ quâ natus est, & quam intelligit; *Gallus Gallicâ*, *Britannus Britannicâ*, *Germanus Germanicâ*, *Indus Indicâ*? Mihi magis indecorum vel ridiculum potiùs videtur, quod idiotæ & mulierculæ, Psittaci exemplo, Psalmos suos & precationem Dominicam *Latinè* murmurant, quum ipsi quod sonant, non intelligant. Ego cum Divo *Hieronymo* sentiens, citiùs gratuler gloriæ crucis, magnificúmque cum primis ac triumphale duxerim, si linguis omnibus ab omni hominum genere celebretur. Si stivam tenens arator aliquid suâ linguâ decanteret è psalmis mysticis. Si textor assidens telæ,

A nonnihil ex Evangelio modulet rem. Hinc nauclerus affixus clam quid. Denique ad colum sedenti aut cognata hinc recitet aliquid. Q mysteriis prophetarum, quum *daces* Reginæ, in regia nutritus, sequiis addictus, denique *Æ* vix ulla efferminatior; tamen dum vehitur, legit *Esaiam* de *Christo*.

B Non intelligebat scripturæ sanctum nus & idiota: & tamen quoniam pia bat, subitò mittitur illi *Philippus* Eunuchus in virum, tinguitur aqua, *ops* niveo agni immaculati vellere bitóque ex mancipio prophanæ Regis vus *Jesu Christi*. Jam quod tam mus *Christianos* adeo nudes, ut non teneant sapientiæ *Christianæ*, quam *Christianâ* professione alienissimi, imputandum arbitror sacerdotibus.

C mihi videre viam, quâ fieri possit, ut paulò minùs inidoneos habeamus sacri videlicet si summa fidei ac doctrinæ lucidâ brevitate, & doctâ simplicitate neretur quotannis populo *Christiano* tio concionatorum depravatum aliquid confici velim à doctis ac integris viris, qui multitudini voce sacerdotis recitetur. Non cinnari cupiam non ex humanis

D fontibus Evangelicis, ex Apostolico Symbolo, quod an ab Apostolis nescio; certè, majestatem ac gravitatem Apostolicam præ se fert. Hoc opinor, non fieret feriis Paschalibus. Atque hoc nor, quam populum ineptis, nugis joçis ad cachinnos concitare. nescio quis cacadæmon invexit in & si populus aliquâ voluptate rapiendus etiam excitandus nonnunquam ludicris excitare risum, scurrarum est,

E logorum. Quin & illud mihi videtur criter ad hanc rem conducturum, si pueri ti, quum jam ad pubertatem perve tur hujusmodi concionibus adesse, dilucidè declaretur, quid in se contineat Baptismi. Deinde diligenter privatim à probis viris, satis nè teneant, ea quæ docuit sacerdos. Si compererint

F nere, interrogentur ratum nè habeant, ptores illorum nomine polliciti sint. Si respondeant se ratum habere, novetur ea professio, simul congregatis idque ceremoniis gravibus, aptis, magnificis; quæque deceant eam profestionem, quâ nulla potest esse sanctior. Quid humanæ professiones, nisi simulachra jus sanctissimæ professionis, hoc est, quædam *Christianissimi* prolapsi ad runt monachi suas professiones hujusmodi moniis imitatitiis commendare populo agant hanc fabulam, ut nonnunquam lachrymæ spectatoribus. Quanto magis convenit in hac longè religiosissima quâ non homini, sed *Christo* damus juramus in regulam *Francisci*, aut *Benedicti*, sed in regulam Evangelicam? Ita fiet, ut adolescentes intelligant, quid Principi suo præstare debeant, & quibus studiis eniti ad veram pietatem.

terim

quàm majoribus etiam succurret, quos modis à fide vera exorbitarint. Aguntur nunc in templis quibusdam concœdia, mihi non prorsus inepta quibusdam comœdiis, probatur, de *Christo* resurgente, de ascendente in cœlum, de misso Spiritu sancto. Quàm verò magnificum esset hoc spectaculum, audire vocem totius juventutis sese *Jesu Christo* dedicantium, totorum in illius verba jurantium, abrenunciantium huic mundo, qui totus in malitia positus est: abjurantium & exsibilantium Satanam cum omnibus pompis, voluptatibus & operibus ipsius? Videre Christos novos, Imperatoris sui signum gestantes in frontibus? videre gregem candidatorum prodeuntem à sacro lavacro? Audire vocem reliquæ multitudinis acclamantis benéque ominantis *Christi* tyronibus? Hæc sic publicè fieri velim, ut nihilo segnius interim ab ipsis statim incunabulis privatim ac publicè *Christi* doctrinam imbibant, quantum fieri potest. Quæ quidem hoc plus habebunt autoritatis, si tractentur per ipsos Episcopos, non per parochos, aut conductos suffraganeos. Hæc si fierent, quemadmodum oporteret, aut ego fallor, brevi haberemus aliquanto synceriores *Christianos*, quàm habemus. Verùm hic geminus exstitit scrupulus: primum quòd videatur iterari Baptismus, id quod fas non est: deinde quòd periculum sit, nè quidam audità professione non approbent quod gestum est per vicarios. Prior ille facilè discutitur, si hæc sic gerantur, ut nihil aliud sint, quàm instauratio quædam ac repræsentatio pristini baptismi: quod genus est, cum aquâ sacrâ quotidie conspergimur. Posterioris difficilior est solutio. Sed omnia tentanda sunt, nè quis resiliat à prima fide. Quod si non potest obtineri, fortassis expediet illum non cogi, sed suo relinquî animo, donec resipiscat: nec ad aliam interim vocari pœnam, nisi ut ab eucharistia sumenda reliquisque sacramentis arceatur. Cæterùm nec à sacris, nec à concionibus excludatur. Atque etiam libellos de philosophia *Christiana* conscriptos passim circumferri velim, in quibus purus ille *Christus* depictus sit, non cæremoniis *Judaicis*, non commentis aut decretis hominum obnubilatus: denique non tetricus & asper, sed ut est blandus & amabilis. Hujusmodi rudimentis qui fuerint instituti, non venient omnino rudes ad lectionem sacrorum voluminum. Nunc multi sunt quinquagenarii, qui nesciant quid voverint in Baptismo: qui nè somniarint quidem, quid sibi velint articuli fidei, quid Precatio Dominica, quid ecclesiæ sacramenta. Hoc ita esse sæpenumero deprehendimus vel ex familiaribus colloquiis, vel ex arcanis confessionibus. Sed hoc magis deplorandum, quod plerique sacerdotes hujusmodi simus, ut nunquam seriò cogitaverimus, quid sit esse verè *Christianum*. Titulo, consuetudinibus, cæremoniis *Christiani* sumus, magis quàm ex animo. Aut inopiâ scientiæ non habemus quod doceamus populum: aut cupiditatibus mundanis corrupti, nostrum negotium agimus potiùs quàm *Jesu Christi*. Quid igitur mirum, si in tenebris versatur populus, cum ii quoque tenebricosi sint, quos oportebat esse lucem mundi; cum ipsi nihil *Christo* dignum sapiant, quos conveniebat esse salem terræ: quum ipsi cæcutiant, quos oportebat esse lucernam toti domui lucentem: cum sordidis lucris ac voluptatibus immersi sint, quos oportebat esse civitatem in ædito monte sitam, quæ monstret viam errantibus. Atq;

A utinam non essent tam multi, in quos verè dici posset illud *Esaiæ: Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt universi canes muti, non valentes latrare, dormientes & amantes somnia: cæci impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinaverunt, unusquisq; ad avaritiam suam.* Item illud *Hieremiæ: Grex perditus factus est populus meus. Pastores eorum seduxerunt eos.* Rursus, *Ezechiel* magnâ libertate destomachatur
B in pastores versos in lupos, qui pascentes semetipsos gregem infelicem dissipent ac laniant. Sed & aliis item in locis frequens querela est apud prophetas de pastoribus, quòd ab iis fere proficiscatur calamitas populi, teste *Zacharià* propheta: *Affligentur, quia non est eis pastor.* Nonnunquam merentur hoc peccata populi, ut Deus patiatur regnare hypocritam & idolum loco pastoris: quando, juxta *Paulum*, aversantur sanam doctrinam, & asciscunt sibi doctores, qui grata doceant magis quàm salutaria, nimirum prurientibus auribus. Tunc datur dignum patellæ cooperculum: & juxta prophetiam *Oseæ* fit, ut talis sit populus qualis sacerdos. Habet enim grex popularis lupos, vulpes, pardos, aliásque noxias feras admixtas. Sed tamen magna ex parte ex ovibus constat populus. Rudes sunt, simplices, & indocti, tamen utiles Domino, si fidi pastoris curâ regantur. Horum vicem doluit optimus ille pastor, qui nihil vult perire de grege suo, qui ovi culam erraticam multo labore quæsitam in
D montibus reduxit in humeris suis. Siquidem is quum videret ingentem hominum multitudinem, simúlque consideraret, quam non agerent pastores, qui tum erant sacerdotes, Scribæ & Pharisæi, commotus est misericordiâ, quòd essent velut oves dissectæ ac destitutæ, non habentes pastorem. Felix ille populus, quem suo intuitu dignatus est *Jesus*! Non est otiosus illius aspectus: non habet oculos fascino noxios, sed virtute divinâ salutiferos. Intuitus est *Petrum* abjurantem, & resipuit. Ac primum
E intuitus eum, novato nomine, ominatus est illi fidei soliditatem. In monte intuitus est suos discipulos, & inhæsit animis illorum doctrina cœlestis. Quid igitur fratres? Demus operam, ut simus oves omnem deponentes malitiam, superbiam, iracundiam (nihil horum competit in ovès) ac precibus solicitemus benignissimum *Jesum*, ut oculos suos dignetur & in nos deflectere. Pastor est bonus, miserebitur nostri: & aut mittet operarios in messem suam idoneos, si modò id postulemus à Domino
F messis, quemadmodum legimus apud *Matthæum*: aut ipse docebit nos, quemadmodum scribit *Marcus*: *Et cœpit*, inquit, *illos docere multa*: nec docuit solùm, verumetiam totam illam multitudinem quam Pharisæorum tyrannis sinebat perire fame, panibus saturavit in deserto. Non desinit & hodie suos docere *Jesus*, non desinit pascere, qui relictis urbibus ipsum sequuntur in deserta. Effudit olim spiritum suum in discipulos, neque nunc est abbreviata manus Domini; neque defecit spiritus
G illius vis in animis piorum: quem ut mereamur accipere, faciamus quod olim fecerunt discipuli. Conscendamus in cœnaculum, animos procul submoventes à sordidis rerum fluxarum curis. Simus concordes, unanimiter perseverantes in precationibus, si velimus audiri vota nostra. Eadem sit omnium vox, eadem mens, idem conatus. Petamus in nomine *Jesu*, & audiet nos Pater cœlestis. Nunc quibus dissidiis, quibus contentionibus tumultuatur

tut ſine fine populus *Chriſtianus*? Nec ulla ex parte tranquillitas eſt. Exitiabilibus bellis conflictantur Principes prophani: bellorum undis involvuntur & proceres eccleſiaſtici. Populus perniciōſis odiis inter ſe committitur. Quin & fidei ſyncerĭtas variis modis vitiatur, pax *Chriſtiana* diſtrahitur. Non ego nunc in hanc aut illam partem pronuncio: ubicunque diſſidium eſt, ibi diabolus eſt. Quis unquam vidit vel atrociores, vel diuturniores bellorum tumultus inter ethnicos, quàm annis jam aliquot videmus inter *Chriſtianos*? Ut nè cauſas interim excutiam, quando ſic undis jactata eſt eccleſiæ navis? Quur non horum malorum cauſas inveſtigamus, quo cognito fonte peſti huic facilius medeamur? Equidem apud Evangeliſtas reperio bis periclitatam navim Apoſtolicam, ſemel noctu quum abeſſet *Jeſus*, quemadmodum legimus *Matthæi cap. xiiii.* *Navicula*, inquit, *in medio mari jactabatur fluctibus.* Quid autem mirum in eccleſia naſci tumultus, ſi ibi non adſit *Jeſus*? Quoties abeſt ſpiritus *Chriſti*, tunc ſpiritus illi hujus mundi miſerè jactant ac vexant naviculam. Quid mirum illic non eſſe ſalutiferum conſilium, ubi tantæ ſunt tenebræ, ut *Jeſum* advenientem non agnoſcant, & ad Servatoris adventum expaveſcant, ſuſpicantes eſſe phantaſma noxium? Et niſi *Jeſus* illos notâ voce compellans, juſſiſſet eſſe bono animo, metu fuerant exanimandi. Ibi *Petrus* tutiùs judicavit in fluctibus eſſe cum *Jeſu*, quàm in navi periclitante. Imitemur fidem *Petri*, & *Jeſus* ilicò, reverſus in navim, ſedabit omnem tempeſtatem. Rurſus, periclitatur navis apud eundem Evangeliſtam, cap. 8. præſente quidem *Jeſu*, ſed altum dormiente. Nam & caput innixum fuiſſe cervicali, addit *Marcus*, nec temerè adjecit id factum fuiſſe in puppi navis. Vis autem audire quantum ſit periculi dormire *Jeſum*? *Facta eſt*, inquit, *procella magna venti, & fluctus mittebat in navim, ita ut impleretur navis*, aut, ut *Matthæus* narrat, *operiretur fluctibus.* Horribilis ventus ambitio, peſtilens ventus avaritia, pernitioſus ventus voluptatum amor, cæteræq; cupiditates rerum mundanarum. Hi venti cient hos motus, ſic ut fluctus bellorum ac diſſidiorum inundent in eccleſiam. Fítque ut periclitetur non ſolùm navis, in qua erant Apoſtoli, ſed cæteræ quoque quæ *Jeſu* navim comitabantur: addit enim *Marcus*, *Et aliæ naves erant cum eo.* Quid autem ſibi vult ſomnus *Jeſu*? Utinam non ille tam ſæpe dormiret in animis paſtorum, qui lòctm in puppi tenent, totius navis honoratiſſimum, ubi convenit eſſe naucleram, qui temonem moderetur. Quid ſibi vult cervical capiti ſuppoſitum? Nónne is erat qui dixit, *Filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet?* Quid autem eſt, *Non habet ubi caput reclinet?* certè diverſorium habebat *Jeſus*, & conſentaneum eſt illi non defuiſſe culcitram in qua dormiret. Sed qui nihil habet in hoc mundo, cui innixus animus acquieſcat, ſed totus invigilat ſtudio rerum cœleſtium, is non habet ubi caput reclinet. O quàm molle cervical eſt ambitioſo, ſummus honos tandem per fas nefáſque obtentus? Quàm dulce cervical eſt admiratori divitiarum, res domi pulchrè aucta & conſtabilita? Qui ſic funguntur magiſtratu, ut non ſibi gerant, ſed aliis, qui cogitant epiſcopatum opus eſſe non regnum, his non eſt cervical quod ad ſomnum invitet: ſed crepitaculum potiùs, quod non ſinat obrepere ſomnum. Nunc quoſdam videmus ſucceſſu rerum mundanarum ſi delinitos, ac penè dixerim ebrios, ut non cervicali, ſed mandragoræ, quod aiunt, indormire videantur. Hinc nimirum illa periculoſa mundi tempeſtas, quia *Chriſtus* dormit in nobis. Verum in tanto diſcrimine, quod ad univerſos pertinet, quid conſilii fratres? Solent enim nauclerī ſupellibet etiam conſilium admittere in magnis tempeſtatibus. Unde potiùs conſilium ſumamus quàm ab Evangelio? Diffiſi præſidiis noſtris ſuſcitemus *Jeſum*, pulſemus aures illius, vellicemus, donec expergiſcatur. Sic excitari & poteſt, & capit. Dicamus illi flebili voce: *Domine, tuā nos refert ſi pereamus?* Dicamus cum ſumma fiducia, *Domine, ſerva nos, perimus.* Ille, ut eſt exorabilis, aſſurget ſuos, ſuóque ſpiritu repentè ſedabit tempeſtatem mundano ſpiritu excitatam. Dicet ventis, *Quieſce.* Dicet mari, *Tace, obmutéſce.* Quid autem conſequutum eſt? *Ceſſavit ventus, & facta eſt tranquillitas magna.* Quamdiu navis eccleſiæ ventorum arbitrio jactatur, in ſummo verſatur diſcrimine. Et ſi datur aliquando temporis tranquillitas, rurſum aliunde obortus ventus renovat tempeſtatem. Si conquieſcit ad tempus Auſter avaritiæ, ſurgit Aquilo ſuperbiæ: ſi voluptatum Zephyri ceſſant, exoritur Boreas iracundiæ: Aſſequutus ſum hoc aut illud, cujus gratiā dies noctesque laboravi, mox objicitur aliud, cujus gratiā novum & atrocius certamen ſuſcipiam. Nam mundanarum cupiditatum nullus eſt finis. Hi venti ſuāte non poſſunt, niſi illis comminetur *Jeſus*. Omnes igitur in commune conſulamus tranquillitati *Chriſtiani* nominis. Exuamus privatas quiſque cupiditates. Ea concordibus animis ſtudeamus, quæ digna ſint animo profeſſionéque *Chriſtiano*. Populus ſeſe componat ad ſtudium veræ pietatis, & conſentientibus pariter atque ardentibus votis ſolicitet *Jeſum Chriſtum*, ut Principum animos vertat ad conſilia pacis. Principes autem, præſertim eccleſiaſtici, ſic inſtituant conſiliorum rationes, ut ſyncerà conſcientiā non aliud moliantur, quàm ut per fidem, charitatem, pietatem, concordiam, per rerum mundanarum contemptum, per rerum cœleſtium amorem quàm latiſſimè regnet, floreat, & imperet *Chriſtus*. Ita demum verè magni Principes erunt, ſi illorum autoritas ſerviat æterni Principis gloriæ, & *Chriſtiani* gregis utilitati. Ita felix erit populus, ſi talibus Principibus, velut ipſi *Chriſto* obtemperet. Alioqui ſi pergimus inteſtinis conflictationibus noſtras ipſorum vires atterere, periculum eſt ne Deus, peccatis noſtris offenſus, immittat nobis aliquem *Nabuchodonoſor*, qui durioribus remediis doceat rectiùs ſapere. Concordiā conjunctos protegit Deus, diſſidio ſegregatos contemnit hoſtes. Nunquam autem coibit concordia, ſi ſuum quiſque jus mordicùs tenere voluerit: nec unquam erit firma diuturnáve pax, niſi veri ſolidiſque rationibus conglutinetur. Non eſt perpetuum quod terroribus ac minis conficitur. Non eſt firmum quod humanis technis obliquiſque conſiliis texitur. Niſi *Chriſtus* interfit conſiliis noſtris, etiamſi malum prematur ad tempus, mox tamen erumpet majore cum orbis pernicie. Bene vale, Lector. *Baſileæ* poſtridie Idus Jan. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo.

In

In JOANNIS CHRYSOSTOMI Homilias { Adversus JUDÆOS. / De LAZARO & DIVITE. / De Visione ESAIÆ. / De PHILOGONIO Martyre.

Serenissimo Lusitaniæ Regi Joanni, hujus nominis tertio, Emanuelis filio, Des. Eras. Roterodamus S. D.

Epist. 83. SOlent olim, Rex inclyte, cultores agrorum, qui pii memoréque videri studebant, ex his ipsis quæ sibi credebant ex benignitate Numinum provenisse, singulorum munificentiam agnoscere, veluti spiceam coronam offerentes *Cereri*, pampineam *Baccho*, populeam *Herculi*, rosaceam *Veneri*; existimantes earum rerum uberiorem fore proventum, si bonorum autorem aliquo munusculo demeruissent. Hoc si fecit gentium superstitiosa religio, quanto magis æquum est ut nos, qui colimus agros melioris annonæ feraces, rei *Christianæ* monarchis, quorum favore simul ac liberalitate foventur, aluntur, & ornantur honestissimarum studia literarum, ex ipsis studiis quibus per eos fruimur, aliquod gratæ voluntatis indicium dare studeamus? Frequenter hoc titillabant animum meum invictissimi Regis *Emanuelis* patris tui, celebri per orbem famâ, non aliter quàm clarissimâ tubâ prædicatæ virtutes. Inter quas innumeras, hæ singulari *Christianorum* omnium applausu excipiebantur, quòd *Joannem* cognomento bonæ memoriæ, primum hujus nominis, decimum ordine *Lusitaniæ* Regem, ut stirpis autorem habuit, ita factis æmulatus tantâ ingenii dexteritate, regnum per se non amplum, veluti *Spartam* nactus, ut est in proverbiis, sic ornârit, ut vix ulli regnorum cedat, honestissimi nominis celebritate. Deinde quòd ab urbe *Ceptæ*, quæ est ad *Herculeas* columnas, usque ad *Sinus Indiæ* civitatem vastissimum pelagus antehac ob incursionem barbarorum prorsus innavigabile, suis præsidiis ingenti *Christianæ* ditionis emolumento, adeo pacatum reddidit, ut vix alio in mari nostris sit navigatio tutior, obiter & *Christianæ* Religionis propagandæ negotium agens, sparso variis in locis Catholicæ pietatis seminario. Quod quo feliciùs, latiúsque propagetur, providet & illud singularis viri sapientia, nè qua victoriam ex barbaris partim prædandi suspitio corrumperet. Siquidem ex octo magnis *Africæ* civitatibus, quas ideo tui majores redegerunt in suam ditionem, quòd ex his potissimùm erumpentibus, & huc sese recipientibus pyratis, nulli in *Indiam* esset tuta navigatio, ferunt ad vos nihil emolumenti redire, nisi quantum tuendæ ditioni impenditur. Atque utinam hoc vestrum tam insigne beneficium, non corrumperent quorundam monopolia, per quos, sicut audio, fit, ut quum multò commodior sit importatio, tamen precio rerum adeo nihil decesserit, ut multùm etiam accreverit; quædam autem, veluti saccarum, corruptiora quoque, non modò chariora, perferantur ad nos: Sed horum avaritiæ fortassis aliquando Principum autoritas modum imponet. Interim animi vestri pietas non fraudatur suâ laude. Atque his quidem pulcherrimis facinoribus applaudunt omnes quicunque favent *Christiano* nomini; illa nos propiùs movent, quòd tantâ benignitate curáque foverit quum omnibus honestissimis disciplinis, tum præcipuè Theologiæ deditos. Nam animi pietatem *Christiano* Rege dignam, literis etiam proditis aliquando testificatus est: His, inquam, egregiis rumoribus gestientem animum magis etiam accendebant quorundam hortatus, efflagitantium ut studiosorum omnium nomine, tantum studiorum patronum symbolo quopiam agnoscerem. Verùm interim dum quæritor aliquid quod eo non prorsus videretur indignum, ille vir cœlo dignus, terris ereptus, ad tranquilliorem piorum sedem translatus est. Verùm recanduit hic meus affectus simul atque cognovi te, Rex inclyte, sic in patris successisse locum, ut ille non defunctus, sed in te, juvene, vix dum annos nato viginti sex, resloruisse videatur; qui quicquid à patre cum laude cœptum erat, absolveris, quicquid perfectum, communieris, quicquid præclarè gestum, auxeris, siquid omissum, adjeceris: Nam protinus suscepto regno, rem judiciariam, advocatorum quæstu nonnihil corruptam, restituisti, salaria decreta disciplinarum cultoribus adauxisti, navigandi facultatem instructissimâ classe communisti, ditionem tuam ab omnibus zizaniis, quæ synceræ pietatis lætissimam segetem viciabant, repurgâsti. Nec jam contentus faviſse ac foviſse studiorum, & in his præcipuè Theologiæ vel professores vel candidatos, ipse tam feliciter à teneris annis in *Græcis* pariter ac *Latinis* literis sub eruditissimis viris, in quibus est *Ludovicus Teixera*, qui cum mihi in *Italia* (ni prorsus nomine fallor) fuit arcta, nec minus amœna familiaritas, quod ego sanè inter meas felicitates numero; deinde in Mathematicis disciplinis, Astrologia & Geographia, in rerum gestarum cognitione, quæ præcipua Regum Philosophia, sic eruditus es, ut tuo exemplo possis, & cessantes & aversos ad disciplinarum amorem excitare. Jam quid fratrem tuum *Ferdinandum* commemorem, quem cum cæteris jure tibi charissimum, tamen præter cæteros hoc nomine chariorem habes, quòd in amplectendis, evehendísque studiis se tibi præbet unanimem: Quibus rebus fit, ut quàm tibi cordi sunt honestissimæ disciplinæ, tam tu charus sis studiosis omnibus, in quorum vel extremam classem ascribi cupiam. Hinc itaque certam animo fiduciam, aut, si quis malit, audaciam concepi, ut quod patri destinâram, illius felici memoriæ, tuóque nomini persolverem. Id cupienti, molientíque Deus, opinor, porrexit materiam. Missus est huc è *Venetia* codex pervetustus *Græcè* descriptus, in quo deprehendi complures *Joannis Chrysostomi* Conciones, quas antehac nemo verterat, quum essent indignæ quæ delitescerent, imò quum vehementer esset à re *Christiana*, ut in manus omnium prodirent. Vix enim alia mihi videntur, quæ perinde referant os illud aureum, ac planè mellitam suaviloquentiam. Satísque commodè res cecidit. Opus enim adversus *Judæos* omnium primùm scripsisse traditur, adhuc lector *Antiochenus*. Cæterùm libris *De sanctione sacerdotali*, quos scripsit jam diaconus, primam eloquentiæ laudem inter hujus lucubrationes tribuunt *Græci*, hósque solos testatur sibi lectos *Hieronymus*, videlicet, ut omnium celeberrimos. Eos ante biennium evulgâram *Græcis* formulis,

mulis, quos meo quidem hortatu *Latinos* fecit *Germanus Brixius Altissiodorensis, Latinis* juxta ac *Græci* sermonis facundiâ sic exuberans, ut *Chrysostomici* fontis ubertatem suâ propemodum superârit copiâ, vixque alio Interprete mihi videar *Chrysostomum* audire loquentem. Sanè feliciter quod habebamus hujus doctoris elaboratissimum in parem incidit artificem. Mihi cesserunt hæc non minùs utilia, sed minùs elaborata. Siquidem illa scripsit eruditissimo *Basilio*, hæc paravit auribus promiscuæ multitudinis. Porrò, quæ nunc tui nominis auspiciis damus nova *Latinis* auribus hæc sunt; *Adversus Judæos* Conciones quinque: *De Lazaro* quatuor: Totidem *De Visione Esaiæ*, & *Osiæ* Rege: Una *De laudibus Philogonii, Déque dignè sumenda Eucharistia.* Commentariorum in *Acta*, quoniam de tituli fide subdubitabamus, gustum modò præbuimus, quod supereſt, ex eruditorum suffragiis, vel omissuri, vel addituri. Habebamus & alias *Chrysostomi* lucubrationes, sed prolixiores, quam ut nunc eas dare potuerimus, tot aliis studiorum argumentis distracti, ut in his vertendis coacti simus aliquoties ad dictandi compendium confugere. Sed illa dabuntur brevi, si *Christus* aspiravetit. Nec enim in alio scriptore libentiùs ocium, ac negotium nostrum collocamus. Nam hic profectò, siquis alius inter scriptores Ecclesiasticos,

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Quis enim docet evidentiùs? &c. [*De quo plura supra, pag.* 1605. F.] —— cupiántque in tale consortium ascribi. Neque verò mediocre momentum adfert & tua pietas ad glorificandum Evangelium, dum alis ac foves qui sterilibus agris inspergant semina Catholicæ doctrinæ, qui quidem quo propiùs accesserint ad exemplum hujus *Chrysostomi*, hoc plures allicient ad nostræ religionis communionem. Quod tibi, Rex inclyte, magno studio, singularíque pietate molienti precor, ut summus orbis Princeps, qui consiliis arcanis & inscrutabilibus moderatur, & in tantis tempestatibus ac procellis tuetur Ecclesiæ navim, dexter aspirare dignetur. —— Hanc igitur, Rex inclyte, corollam ex *Chrysostomi* floribus contextam, quam publico studiosorum nomine deferimus, serenâ fronte dignaberis accipere. Majestatem tuam sospitet prosperétque Dominus *Jesus*. Datum *Basileæ* nono Calend. April. M. D. XXVII.

In CHRYSOSTOMI libros De orando Deum.

Reverendo in Christo Patri ac D. D. Maximiliano à Burgundia Abbati Mittelburgensi Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 84. INter multa commoda quæ literis debemus, reverende pater, illud non arbitror esse postremum, quod in orbe penè dixerim alio constituti, per eas tamen cum amicis colloqui possumus. Emiseramus nuper libellum, *De modo orandi Deum*; talibus enim argumentis quæ non multum adferunt laboris, & ad pietatem maximè conducunt, senectutem nostram exercemus, jam, veluti solent athletæ cum ingravescit ætas, missionem ambientes. Is ubi per manus omnium volitaret, non fine gratia, commodum inter [illegible] brationes reperi duas orationes, [illegible] dum *Latinè* versas. Illico mihi [illegible] dere, quàm inter nos conveniret in [illegible] ria versantes. Sic opinor affici [illegible] deprehendunt aliquem non vulgarem [illegible] in eodem laborâsse argumento, in [illegible] runt ipsi. Juvat enim hic collatis tabulis [illegible] vertere, ubi par fuerit artis facultas, ubi [illegible] ubi inferior. Verùm hæc collatione mihi [illegible] adeo non placui, ut si licuisset, meam tabellam prorsus abolitam voluissem. *Rotabam* dicerus cum *Apelle* commissum. Quis enim illius eloquentiam plus quàm auream assequatur, si non [illegible] propositum exemplar conetur æmulari? Et tamen multum vigoris addere solet [illegible] landi contentio, quo magis mihi visus [illegible] cum camelo compositus, cum nullo [illegible] stimulus, qui meam oscitantiam expergefaceret. Sed hac de re tuum potiùs expecto judicium, idque quo certiùs facias, mitto simul & *Græca*, ut quis causari possit, me malè vertendo hoc egisse, ut mea minus displicerent. Verùm [illegible] hujus æstimationis cadet alea, viciſſe [illegible] bor, si sensero quàm plurimos hoc meo libro ad frequenter orandum vel excitatos, vel [illegible] alacriores. Nam tuæ quidem pietati [illegible] hujusmodi stimulis nequaquam opus est, qui pietati, quam alii vix multo diutinóque studio possunt discere, natus esse videaris. Etenim puerili ex aula subitò translatus ad monasterium, sic in hoc vitæ genere te gessisti, ut modestiâ, sobrietate, castimoniâ, religione superares & illos qui in schola religionis consenuerunt. Nusquam in tuis moribus ullum juventutis tuæ vestigium, nusquam aulicæ consuetudinis reliquæ, nusquam generis quod à *Philippo Burgundiæ* duce, cui *Boni* cognomen additum accipimus, clarissimum ducis, ullum supercilium. Nimirum hæc erat naturæ tuæ synceritas, quam nec aulæ contagio potuit corrumpere, cum sint tam multi, quos in mundo humiles ac frugaliter educatos, non dicam Abbatis dignitas, sed Monachi cultus ac victus corrumpat. Quid autem eo concentu potest esse jucundius, cum vestem undique candidam, niveus vitæ candor vel æquat, vel superat? Pertractus es ad istud vitæ genus quod intelligeres tibi non fore licitum, ut prius esses Monachus quàm Abbas. Talibus ingeniis turò committuntur Episcopi munia, quibus non alia functio sanctior intra mortales, qui nequaquam sibi dignitatem vindicant ex munere, sed incorruptis moribus ipsi dignitatem muneri suscepto conciliant. Bene vale.

In CHRYSOSTOMI Homilias De DAVIDE & SAULE: Déque Tolerantia.

Ornatissimo viro Joanni Paungarto, Des. Erasmus Roterod. S. D.

A *Peripateticis* in beatorum album referuntur, qui fortunæ bonis, suapte industriâ conjunxerunt animi bona, ita partientes felicitatem, ut dimidium illius ascriberent casui, dimidium homini. At ego te, vir ornatissime, multò feliciorem

non judico, quòd omnem ille *virtutis humanæ ideam*, A
in *Marcello* virtus abutar: istam ineptam tibi
longius est, ut intelligas, ea illa bona quæ Philo-
sophi vocant externa, non solùm, sed Dei esse
munera, in hoc data, non ut sint voluptatibus ac
superbiæ instrumenta, sed ut sint virtutis & offici-
orum organa. Quisquis enim animo verè *Chri-*
stiano præditus est, magis illis possidet, quàm
dispensat: quisquis tanquam Dominus. Agnoscit
esse meum quod habet, & scit ei qui credidit,
acquiri expensique rationem ad assem esse red-
dendam. Itaque vulgus sæpe mentitur, quum de
opulentis dicit: Ille habet divitias. Siquidem ha-
bere divitias, philosophicæ res est, eóque pauco-
rum. *Aristippus* reprehensus quòd consuetudinem
haberet cum *Thaide*, velut unus è multis: respon-
dit plurimùm interesse, quod cæteri haberentur B
à *Thaide*, ipse haberet *Thaidem*. Nullis autem
potest haberi divitias, nisi adsit animus Philoso-
phicus, qui norit, & quantum sit hujus bonorum
generi tribuendum, & quomodo sit illis utendum.
Proinde, multò plus debes benignitati divinæ,
quòd istum animum omnibus divitiis superiorem
dedit, quàm quòd rerum copiam largita est.
Pulchrius est istas opes contemnere quàm possi-
dere. Contemnit autem qui non servit, sed eas
pietati servire cogit. Quid enim sunt ista bona
iis qui nesciunt uti? Quid aliud, nisi quod auro
gemmisque picta cythara, Musices imperito? Aut
gnomon, circinus, ascia, & securis fabricandi artem
ignoranti. Vix ausim addere, quod tamen arbi-
trer esse verum: excellentioris cujusdam Philo-
sophiæ est, in medio divitiarum affluxu, tempe-
rantiam obtinere, quàm paupertatem generoso
animo ferre. Sicuti *Platonem*, qui *Siculis* affidens
mensis, ferè præter legumina nihil attingebat,
Dionysii pezsero, qui si nihil contigisset lautius,
poterat crudis holeribus placare latrantem sto-
machum. Sapienter itaque facis, vir animo meo
charissime, quòd animum ad literas ac philoso-
phiam applicas, quæ hoc præstat, ut & divitiis
quum adsunt rectè utaris, & si quo casu contin-
gat eripi, non discrucieris, nimirum salvis iis bonis,
quæ vel sola beatum reddunt. Vides enim quàm
sit absurdum habere domum aulæis, marmoribus,
tabulis, auro, gemmis, ac variis ornamentis un-
dique decoratam, pectus autem habere nullis
disciplinis, nullis virtutibus excultum. Porrò, ut
ipse tibi non videris dives externorum bonorum
copiâ, nisi veris bonis ditescat animus: ita non
videris tibi liberos habiturus esse divites, nisi in
meliorum possessionum hæreditatem tibi succe-
dant: eóque prima curarum omnium ea tibi est,
ut à teneris statim annis, honestissimis disciplinis,
sed præcipuè pietatis instituantur. Hoc pulcherri-
mum exemplum quod tu, & *Antonius Fuggerus*
insigne par hominum in istam civitatem induxi-
stis, utinam quàm plurimi imitentur: sic enim
fieret, ut quæ nunc multis ornamentis, meritò
Augusta Vindelicorum dicitur, magis ac magis
εὐφημῶς, hoc est, suo nomini respondere videretur, utpote veris bonis splendorem, ac majesta-
tem sibi vindicans. Quin potius utinam singuli
parentes, quibus suppetunt facultates, liberos suos
à primis statim annis, curarent disciplinis libe-
ralibus erudiendos: quibus nè id faciant obstat
rei familiaris angustia, cogerent illos artem ali-
quam sedentariam perdiscere: idem censeo fa-
ciendum iis, quibus non tam facultates desint,
quàm liberis impugnat *Minerva*. Id si fieret,
profectò longè minus erronum, desidiosorum, pra-
donum, ac spectatorum nullium haberet nostra
Germania. Nunc parentem incuriâ, plerique per-
veniunt ad annos virginei, ut prorsus *ἀναφάλαντοι*,
ita nullo artificio adversus otium, vitiorum o-
mnium fontem, & egestatem, plurimorum ma-
lorum magistrum instructi. Cæterùm pro nostra
mutua benevolentia, præsertim *Ludovico Zuñe* cur-
rente, ut ajunt, instigante, jamprìdem destinà-
ram aliquid à studiis mihi ad te mittere, quod tu-
um propositum excitaret non modò, sed non nihil
etiam adjuvaret. Verùm hactenus nihil occurrit,
quod vel *Pannartzero*, vel *Erasmi* in illum studio
dignum existimari posset. Nè tamen videres hac
tergiversatione suffugere officium, arrabonis vice,
mitto aliquot *Chrysostomi* Homilias, antehac nec
versas à quoquam, nec excusas: Nihil autem
vereor nè quis illud *Græcorum* in me jactet γαῦ
κεράμῳ, quòd *Chrysostomum* Theologum mittam
homini laico. Immò hæc fuit colloquia quæ vir
ille divinus apud vulgus promiscuum habuit, non
de mysteriis theologicis, sed de reprimendis af-
fectibus; cujusmodi legimus *Socratis* fuisse
sermones cum quibuslibet è medio plebis. Nam
hæc philosophiæ pars ad omnes pertinet. Quin
& ipsa dictionis ratio tota est ad populares aures
accommodata. Spes est autem hoc eventurum
aliis compluribus ex lectione, quòd mihi accidit
inter vertendum. Sensi enim, in me sensi, quæ-
dam cupiditates, velut incantamento delinitas,
mitescere, dum *Chrysostomus* ob oculos ponit,
quàm eximia fuerit in priscis illis animi mode-
ratio. Ad hæc animadvertere quantopere fallantur,
qui *Veteris Testamenti* historias eodem pene animo
legunt, quo legunt *Livianas*, aut *Sallustianas*.
In sacris enim narrationibus immane, quanto
major, uberiórque latet Philosophia. Eam *Chry-*
sostomus mirâ curiositate sic eruit, sic enucleat, sic
insigit animo, ut nemo credituus fuerit sub hi-
storiæ tunica tantum latere spiritualium delicia-
rum. Itaque si hujusmodi colloquiis transmittes
aliquot horas in hisce *Quadragesimæ* diebus, confi-
do te id non sine lucro bonæ mentis facturum.
Additurus eram & alias aliquot Homilias, sed
deprehendi pleraque vel esse notha, vel nothis
contaminata. Quam temeritatem heu nimium
sæpe deplorare cogimur, in veterum monumentis
versantes. Codex erat bellè descriptus, aureis
licteris, & coloribus magnificè depictus: Sed omni-
um prima cujus initium, multo tempore silui,
nihil habebat *Chrysostomi*: quam non in aliud
verti, nisi ut specimen esset, me toties non omni-
no de nihilo queri. Occasionem argumenti sum-
psit ex historia: Vulgaris hic locus est. Deinde
quàm nihil cohæret. A turbis venit ad eos apud
quos tranquilla erant omnia: Et subitò, velut obli-
tus sui, tragicè vociferatur, in rebus humanis turba-
te esse omnia, nihil fidum, nihil syncerum. Ab hoc
gradu desilit ad divites, & avariciam, velut horum
malorum fontem; atque hic tractatus locus
communis de reprehensione Divitiarum, ac laude
Paupertatis. Post hæc *Job* protrahitur in medi-
um, quo probet summum esse divitum philoso-
phium, si in divitiis expectent paupertatem. In
summa, sensus teneræ fundi verba vocúmque
nubes explent chartas, neque quicquam ex animo

dici

dici. Hunc sacrilegum ludum in gratiosissimis quibusque autoribus fusit Bibliopolarum avaritia, non minus apud *Graecos* quàm apud *Latinos*. Et quod turpe dictu est, longè major fuit *Christianorum* temeritas in sacros Ecclesiæ doctores, quàm unquam fuit ethnicorum in libros prophanos. Hanc cantilenam toties recino, quo doctos excitem ad incorruptiora exemplaria investiganda, & ad repurganda pro viribus quæ tenemus contaminata. Hunc libellum non judicabo exiguum esse, si intellexero hinc tuis piis studiis aliquid accrevisse lucri. Bene vale. Apud *Friburgum Brisgoiæ*, Calend. Martiis, Anno à *Christo* nato millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

In CHRYSOSTOMI Homilias in Acta Apostolorum.

Erasmus Roterodamus Lectori S. D.

Epist. 86. QUum aggressus essem vertere Commentarios in *Acta Apostolorum*, cœpi de eiusdo subdubitare, non quòd displiceret opus, sed quòd stylus haberet concisum quiddam & abruptum, id quod à phrasi *Chrysostomi* videbatur alienum. Quanquam alioqui multa congruebant, crebræ percontatiunculæ ac dialogismi, & illud ἔφη & ἐγώ, quibus subinde Lectori renovat attentionem: Ad hæc, digressiones Locorum communium, præsertim sub finem Homiliarum, ut si non sit *Chrysostomus*, simium quempiam hujus fuisse oporteat. Verùm hic judicio meo nolui fidere; proinde paucas Homilias in gustum dedimus, daturi reliquas volente Domino, si docti censebunt opus esse *Chrysostomo* dignum: quorum judicio freti, libenter hoc quicquid est suspicionis ponemus, quam tamen haud temerè concepimus, toties tam insigniter delusi mendacibus titulis. Bene vale.

In CHRISOSTOMI Comment. ad GALATAS.

Reverendißimo Domino, Domino Joanni Cardinali Lotharingiæ, Des. Erasmus Roterodamus S.D.

Epist. 87. BEne habet quòd non omnia licent isti malo, seu fato, seu genio, qui nunc res hominum undique miscet exitialibus dissidiis. Datur etiamnum piis animorum benevolentiâ jungi: datur scriptis ultrò citróque commeantibus confabulari. Itaque quâ licet venio literis tuis amantissimis invitatus: quóque veniam gratior, comitem inprimis gratiosum ac facundum adduco, *Joannem Chrysostomum*, qui tibi *Pauli* ad *Galatas* epistolam, *Latinè* loquens, & paucis & luculenter enarrabit, ut vel hoc modo *Galatæ* quoq; postliminio remigrent in suam *Galliam*. Ut tale quid auderem crebrò mecũ egit *Claudius Cantiuncula*, minimúmque abfuit, quin perpulerit. Quid enim est omnino, quod ille non facilè cuivis persuadeat, vir tali præditus ingenio, tam non vulgari tum philosophiæ cognitione, tum utriusque juris prudentiâ, tum bonarum etiam literarũ peritia præditus: adde his omnibus, præter eam dicendi facultatem, quam Rhetorum præceptiones conferunt, naturalem quendam facundiam, ut optimo jure, si non unicum (nam id forsasse dictu videatur invidiosum) certè

A

B

C

D

E

F

G

fimus tractet quæstionem de *mendacio feruanda*. Illud autem demiror in *Augustino*, quòd *Petrum* Apostolorum principem, primúmque fidei præconem sic tractarit, ut alicubi impingat illi superstitiosum simulationem, alicubi perversum studium innocendi Legis onus in humeros Gentium sublicubi pravam simulationem, alicubi perversitatem, adeóque peccatum hoc non elevet, ut conferat etiam cum peccato ter abnegati *Christi*. Hæc quum diversis locis inculcet vir ille, tamen in *Retractationibus* nusquam mitigat ea dicta, quum ibi nonnulla pene frivola leniat. *Augustinum* sequuti *Parisienses* theologorum articuli, tribuunt illi errorem in fide. Jam ex hac admiratione subit altera admiratio. Quum æquis animis hæc feramus dicta in eum, cui *Christus* tradidit claves regni cœlorum, quémcunque voluit esse principem totius Ecclesiæ suæ, nec offendantur aures nostræ quum audimus à tantis viris summo fidei doctori, etiam post acceptum spiritum cœlestem, post edita miracula, tribui ἐτεροδοξίαν in fide, animúmq; perversum: tamen hodie quidam scismata, scandala, blasphemias & hæreses vociferantur, siquis dicat *Hieronymum* virum doctum quidem ac pium, sed tamen hominem fuisse: siquis dicat *Hieronymum* tanto studio mirari virginitatem, ut non multum absit à contumelia matrimonii, quum nemini sit obscurum, quæ verba per talorem ille de matrimonio locis aliquot effuderit. Sed hanc materiam hic *Chrysostomus* tantâ dexteritate tractat, ut declaret non solùm nihil inter *Petrum* & *Paulum* rancoris intercessisse, verumetiam summam fuisse concordiam ac benevolentiam, nec ullam fuisse de fide dissensionem, tum omnem illam de *Mendacio* risam esse supervacaneam, quum hic nihil inciderit, præter charitatem ad tempus obsequundantem invincibili *Judæorum* imbecillitati, prætérque piam simulationem, juvandi studio susceptam. Hæc interpretatio, meâ quidem sententiâ, digna est summis illis *Evangelii* Principibus, ac piorum hominum auribus acceptior. Verùm hisce de rebus tu melius judicabis ubi totum volumen perlegeris, quod facilè citra tædium feceris. Ut enim longum non est, ita dilucidum est ac facundum, nisi siquid hic detrivi malus interpres. Precor autem ut Dominus magis ac magis in te excitet sincerum amorem Evangelii sui, cui nunc non minus esse video periculi ab his qui *Christo* debitam victoriam ad se conantur arripere, quàm ab iis qui sub hostium vexillis scindunt Ecclesiæ concordiam. Luctuosa victoria est, quæ sic civitatem liberat ab uno tyranno, ut eam tradat multis illo gravioribus. Si quid hic aliud spectetur quàm *Christus*, non poterit esse læta victoria. Sed optima spes habet animum meum, fore ut *Christus* hos tumultus vertat in lætum exitum, si modò nos promeriamur. Bene vale. *Basileæ* III. Cal. Jul. Anno M. D. XXVII.

In Athanasii Epistolas ad Serapionem De Spiritu Sancto.

Reverendo in Christo Patri ac D. D. Joanni Episcopo Lincolniensi in Anglia.

Erasmus Rot. S. D.

Aliis alia placet venatio, reverende Præsul: mihi felicitatem opimam videor nactus, quòd nuper obtigit codex multas D. *Athanasii* lucubrationes continens, & quòd ad publicam *Christianæ* dictionis utilitatem arbitror plurimum referre, nè quid omnium, quæ facundus ille propugnator Ecclesiæ scripta reliquit, desideraremus. Et alioqui merebatur vir egregius, ut, juxta nomen suum, etiam apud mortales esset immortalis, totúsque superesset orbi. Hactenus enim paucas aliquot illius lucubrationes habemus, utcunque versas. Nam commentarios in omnes *Pauli* epistolas, neutiquam aspernandos, demiror quò quo casu inscripserit *Athanasio*, quum *Græci* codices titulum habeant *Theophylacti Bulgariensis* Archiepiscopi, tum phrasis plurimum discrepet ab hujus eloquentia; quòd si cui nè hæc quidem persuadent, dabimus aliud argumentum: In commentariis, de quibus modò loquebamur, frequenter citatur *Joannes Chrysostomus* ac *Basilius*, quorum uterque fuit *Athanasio* annis ferè quadraginta posterior. Ex *Chrysostomo* verò tam multa hauserit, ut frequenter complures versus, ad verbum, ex eo referat, suppresso autoris nomine; sed frequentissimè sensum illius reddat, verbis aliquot leviter immutatis. Itaque videtur is *Theophylactus* recentiorum fuisse quispiam, nec *Hieronymo*, nec *Gennadio*, nec iis ex quibus *Tripartita* contexta est *Historia* cognitus, qui apud *Græcos* eam operam præstiterit, quam *Bedæ*, *Remigius*, *Claudianus*, & si qui sunt hujus generis alii, apud *Latinos*. Siquidem hi vitatis digressionibus, quibus apud populum disserens, frequenter admodum prolixis utitur *Augustinus*; & siquid aliud non perinde videbatur ad loci præsentis enarrationem pertinere, prætermissis, in compendium redegerunt ab aliis dicta fusiùs. Habet & *Chrysostomus* crebras ac prolixas digressiones, in quibus tractat τὰ ἠθικὰ, sed eas ferme sub finem concionis: Ex hujus igitur, & aliorum variis lucubrationibus, *Theophylactus* contexuit suos commentarios in Evangelia quatuor, & omnes epistolas *Pauli*. Porrò, D. *Hieronymus*, ex iis quæ scripsit *Athanasius*, recenset duos libros adversus gentes, quorum nos tantùm unum habemus: Item de *Psalmorum* titulis quem habemus ex parte versum. De persecutione *Arianorum* plurimos, ex quibus nos aliquot nunc damus, *De Virginitate*, qui an is sit quem nos hoc titulo reperimus περὶ παρθενίας, ἢ περὶ ἀσκήσεως, nondum satis liquet. Si illius est, multum submisit stilum ad virginis, cui scripsit, simplicitatem. Item contra *Valentem* & *Ursatium* librum unum. De vita *Antonii* monachi, Ἐγκρατικὰς ὑποθήκας, hoc est, epistolas ad festorum celebrationem pertinentes, quarum nihil habemus, nisi fortè in hoc genus referenda videntur ex quibus aliquot vertimus, De passione Domini, De pullo asinæ, De blasphemia in Spiritum sanctum, & his nominatim commemoratis, addit *Hieronymus* & multa alia, quæ enumerare longum est. Ex his igitur quæ nobis obtigerunt, tibi talium deliciarum avidissimo, pauca degustanda vertimus, plura daturi, nisi nos, id temporis, tanta laborum moles circumvallâsset, ut hæc ipsa magna ex parte pomeridianis horis dictare fuerimus coacti (audis dictaturam rei miseræ spendidum vocabulum) haudquaquam ignari quantùm interfit inter ea quæ calamo tradimus ipsi, & ea quæ voce præimus amanuensi. Sed ad hanc dictaturam nos præter morem adigit, partim indies imbecillior corpusculi valetudo, partim efflagitatorũ

instantia. Quòd si senserimus hæc placuisse, captabimus otium, ac plura mittemus. Quanquam, juxta Proverbium, quo dicitur, *ubi mel, ibi fel; ubi uber, ibi tuber*, gaudium hoc meum, quo penè insolenter gestiebam, temperavit comes ægrimonia. Præter negotium, quod scriba suis cacographiis exhibuit, comperi subinde titulorum imposturas, hoc *Athanasio* tribuentium. quod vix sani hominis videri posset, nè quid memorem de ambiguis: in his non parum temporis & operæ nobis periit, dum inter vertendum quò longiùs processeramus, hoc deprehendimus absurdiora, ac tandem cœpta coacti sumus abjicere. Ex hoc tamen genere fragmenta quædam dedimus. In quem, inquies, usum? ut hinc liqueat quantâ impietate *Græcorum* quoque scribæ debacchati sint in talium virorum monumenta, in quibus vel syllabam immutâsse sacrilegium est. Eadem temeritas quid non ausa est apud *Latinos*, in supponendis, truncandis, augendis contaminandis orthodoxorum commentariis. Dicam quid nuper compererim; prodierant in lucem aliquot scripta *Clementis*, ac nonnullæ priscorum Pontificum epistolæ: jubeo famulum recitare, nam hoc solatio soleo fallere quod temporis intercedit inter cœnam & somnum. Tandem incidimus in epistolam *Antheri Rom.* Pont. Illic comperimus complures versus penè ad verbum intertextos, quos partim ex epistola D. *Hieronymi* ad *Heliodorum*, partim ex ejusdem ad *Nepotianum* epistola consarcinator ille fuerat mutuatus, nec dubito quin pleraque sint ejusdem farinæ reliqua, nam hæc tum fortè agnovimus. Argumentum apparet sumptum ex eo quod *Catalogus Rom.* Pont. habet, hunc constituisse, ut fas esset Episcopis, si gregis utilitas ita postulâsset, ad aliam Ecclesiam transire. Hujus querelæ nullus esset finis, si singula velimus persequi. Utinam vel serò in hanc rem vigilet Episcoporum cura publica. Sed ad *Athanasium*. Agnosces in hujus scriptis seculum huic non ita multum dissimile. Cujus tumultibus utinam ille qui imperat ventis & mari, profligátque spiritus immundos hujus aeris, dignetur lætum aliquem finem imponere. Erat vir ille seculo tranquillissimo dignus, dedisset nobis egregios ingenii facundiæque suæ fructus. Habebat enim verè dotem illam, quam *Paulus* in Episcopo putat esse præcipuam, τὸ διδακτικὸν, adeo dilucidus est, acutus, sobrius, attentus, breviter omnibus modis ad docendum appositus. Nihil habet durum, quod offendit in *Tertulliano*: nihil ἐπιδεικτικὸν, quod videmus in *Hieronymo*; nihil operosum, quod in *Hilario*; nihil laciniosum, quod est in *Augustino*, atque etiam *Chrysostomo*, nihil *Isocraticos* numeros aut *Lysiæ* compositionem redolens, quod est in *Gregorio Nazianzeno*, sed totus est in explicanda re. Accipies gustum, & remittes tuum judicium, quo nullum sequimur libentiùs. Dominus te servet incolumem. *Basileæ*, Anno à *Christo* nato, M. D. XXVII. tertio die Martii.

In fragmentum ORIGENIS in Evangelium MATTHÆI.

Def. Erasmus Rot. pio Lectori. S. D.

Epist. 89 INeptum fortassis alicui videbitur, in tam vasto tot voluminum *Origenicorum* naufragio, uni-

A us fragmenti jacturam deplorare. Hinc
rinde fit, ac si quis cui navis
omnia periisset, unius pallii
quanquam ego sic affectus sum,
gravi jactura non queam non
men majore cum dolore
pit in *Novum Testamentum*,
Hebraicorum præsidio non
toties in rebus obscuris ad
B it confugiendum. Nusquam
det, sed nusquam est ardentior,
Christi sermones actúsque
gelistas autem nemo, meà
plenius omnem Redemptoris
nari complexus est quàm
primus scripsit, ita primam
Cæterùm hoc opus esse de
non solùm tituli qui extant
etiam ipsa res declarat,
C secuit illud nescio quis in
enim hìc usquam vides
miliarem, quæ semper
admixtâ nonnunquam
his Commentariis quos
cem abesse Tomos indicant
li, ex quo nos adjecimus
decimi partem. Utinam
emplari totum hoc opus
ctu profectò dignissimum.
D pagellam procurrimus in
habemus versam, idque
mùm ut hoc argumento
adjecimus partem illius
quod habebamus truncum:
liennque degustatiuncula
re, quantum sibi permiserit
interpres: quem ut fateor
absit Præfatio, ita probabili
ligi potest, fuisse *Russinum*.
ronymus agnoscit hoc opus,
E tia *Russinum* indicat, in
mus potiùs quàm
quum Interpretis
præcipua laus sit fides. Vale.

In S. BASILII expositionem in ESAIAM.

Reverendissimo in Christo Patri, & D. D. Joanni Episcopo Roffens. Def. Erasmus Roterodamus S. D.

TAntis & officiis & beneficiis, totiens ut pro-
vocatus, Præsulum integerrime
doctissime, nè simpliciter ingratus videre
dem circumspicere si quod munus literarium
rare possem, tuâ dignum amplitudine, hoc est pi-
G um juxta atque eruditum; & commodum
Grecini Bibliotheca mecum advexeram
commentarios in *Esaiam*, hoc est,
Theologi, in eloquentissimum
Hunc aggressus, *Latinum* facere
altiùs descendo in operis penetralia, hoc
hi visum est, divinam illam *Basilii* phrasin
Tametsi mox in ipso libri vestibulo,
nullam animo suspicionem injecerat,

ab

ab ipso quidem *Basilio* descriptum opus, cæterùm ab illius obitu, ab alio quodam Presbytero evulgatum. Auxit suspicionem, quod nè apud scriptores quidem, qui *Basilii* recensent lucubrationes, hujus voluminis ulla fiat mentio. Proinde sum in hac propemodum sententia libros hos, aut alterius esse *Basilii*, ut sunt ejus nominis plures, non illius *Cæsariensis* Episcopi, cui frater fuit *Gregorius Nazianzenus*, aut titulum studio additum, quo magis commendarentur Lectori. Quod ni tu prorsus à me dissentis, mihi non satis idoneum videtur, vel quod tuo dicetur nomini, vel in quo nos tantum ponamus operæ. Gustum interea damus, tuum in cæteris judicium, non secus atque oraculum, secuturi. Bene vale, è *Cantabrigia* tua Anno millesimo quingentesimo decimo.

In S. Basilii librum De Spiritu Sancto.

Reverendo in Christo Patri ac Domino D. Joanni Dantisco Episcopo Culmensi, sereniss. Poloniæ Regis apud Cæsarem oratori, Des. Erasmus Roterodamus S. D.

Epist. 91 NÆ tu mihi tui cupientissimo, te totum ἀφθόνως exhibuisti, Præsul ornatissime: Nam mentis ingeniique tui simulacrum, hoc est integritatem, candorem, pieratem, eruditionémque non vulgarem in carminibus epistolísque tuis, haud secus atque in speculo contemplari licet; oris autem habitum, & in hoc quoque magna ex parte relucentem animum, mirè repræsentat imago gypso singulari artificio expressa: quo certè sum æquior aulicis negotiis, isti fabulæ revera motoriæ, quam tot jam annis agere cogeris, quæ hactenus obstitit, quo minus licuerit propiùs exoptatissimâ tuâ consuetudine frui,

—Corámque vivas audire, & reddere voces.

Nondum quidem expletum est, sed tamen bona ex parte mitigatum est meum tui desiderium. Verùm nè nullâ pensatione videantur παλίνδρομοι αἱ χάριτες, quemadmodum tu mihi pectus aureum gypso expressum exhibuisti, ita tibi vicissim scriptorem mitto chartaceâ expressum materiâ, verè gemmeum, nisi si quid plastæ culpâ factus videbitur deterior. Misisti τὸν πάνυ βασιλέα, inter hujus ævi Monarchas sine controversia primum; ego remitto τὸν ἀληθῶς μέγαν βασιλεῦντα, omnium suffragiis inter *Græcos* scriptores principem, meo quidem penicillo, non in gypso, sed in charta deformatum, quàm feliciter, tuum erit judicium, qui literaturam utranque pulchrè calles. Argumentum est *De Spiritu sancto*, quem *Arii* viperina posteritas Filio, non Deo, quemadmodum ille docuit, sed creatæ substantiæ ministrum adjungere conata est, ut in consessu personarum tertium imúmq; subsellium cederet Spiritui. Ea quæstio per illa tempora fervebat ut quum maximè; & ut fit, ex una excetra multis subinde capitibus enascentibus, ac diversis opinionum ventis tàcto turbine inter se decertantibus, Ecclesiæ navis non minùs jactabatur sectarum undis, quàm hodie summo cum animi dolore jactari videmus: nimirum altum dormiente *Christo* in animis hominum, quum omnium, tum eorum præcipuè in quibus maximè debebat vigilare. Hoc probatissimi datoris opus, quoniam videbam à *Gregorio Nazianzeno* magnopere laudatum in monodia, nec hactenus à quoquam, quod equidem sciam, *Latinè* versum, eò libentiùs hoc laboris mihi sumpsi, quod subodoraret hisce temporibus, furtim reviviscere conantem jam olim extinctæ viperæ progeniem, quæ rursus duas personas, Verbum & Spiritum, meditatur à vero Dei cognomine depellere, ut jam hac in parte nihilo meliores futuri sint *Christiani*, quàm *Judæi* aut *Turcæ*: qui, quoties sese componunt ad pietatis professionem, facilè patiuntur *Christum* appellari Propheram aut etiam Deum, si urgeas: sed talem, qualis fuit *Moses*, cæteríque Prophetæ. Si quis indignetur *Mosen* æquari *Christo*, fatentur *Christum* longè potioribus donis à Deo locupletatum. Qui modestiores sunt, fatentur Spiritum sanctum excellentem esse creaturam, sed *Christo* famulantem: quibus minus est frontis, aiunt Spiritum sanctum nullam esse substantiam, sed tantùm bonæ mentis concitationem: sed absit ut hujusmodi viperatum sibila quenquam afflent in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti renatum. Non hìc sumam operam in prædicandis *Basilii* laudibus, nè audiam τὸ τὶς αὐτὸν ἐπῄνεσε non filebo tamen quid mihi inter vertendum acciderit. Visus sum mihi in hoc opere deprehendisse factum, quod in celeberrimis quibúsque laudatissimísque scriptoribus, velut in *Athanasio*, *Chrysostomo*, & *Hieronymo* factum & videmus & indignamur. Quid istuc, inquis? Posteaquam dimidium operis absolveram citra tædium, visa est mihi phrasis alium referre parentem, aliúmque spirare genium. Interdum ad tragicum cothurnum intumescebat oratio, rursus ad vulgarem sermonem subsidebat, interdum subinane quiddam habere videbatur, velut ostentantis se didicisse quæ *Aristoteles* in libris *De Enunciatione* & *Prædicamentis*; *Porphyrius* in libello *De quinque vocibus Prædicabilibus*, tradiderunt. Adhæc, subinde digrediebatur ab instituto, nec satis concinnè redibat à digressione: Postremò, multa videbantur admisceri, quæ non admodum facerent ad id quod agitur: quædam etiam repetuntur oblivione veriùs, quàm judicio: quum *Basilius* ubique sit sanus, simplex & candidus, sibi constans, atque etiam instans, nunquam ab eo quod agitur excurrens temerè, nusquam divinis mysteriis admiscens philosophiam mundanam, nisi per adversarios coactus, ídque contemptim: sed ubique placidus, ac virgineo quodam pudore incedit, ab omni ostentatione alienissimus, nè in pugna quidem ab ingenii lenitate recedens. Ex his rebus subiit animum meum suspicio, studiosum quempiam, quo volumen redderet auctius, mula intertexuisse, vel ex aliis autoribus decerpta emblemata (nam hoc argumentum à compluribus *Græcis* accuratè tractatum est) vel ex sese reperta. Sunt enim in his quædam erudita. sed à charactere *Basilii* discrepantia; quædam rursus ejusmodi, ut indole referant parentem suum, videlicet eum, qui doctissimis *Athanasii* libellis *De Spiritu sancto*; suas loquaces, sed elumbes attexuit nænias, quíque in Epistolam ad *Corinthios* posteriorem, & in *Apostolorum Acta Chrysostomus* haberi studuit. Potrò, sceleratissimum contaminandi genus est, egregiorum virorum splendidissimis purpuris suos pannos intertexere, aut, ut melius dicam; generosa illorum

illorum vina ſuis vapis corrumpere : quod in *D. Hieronymi* commentariis, quibus enarrat *Pſalmos*, intolerabili ſacrilegio factum eſſe clarius eſt, quàm ut negari poſſit. Adverſus tantam eccleſiæ contumeliam promptum erat remedium, ſi Principes & Epiſcopi librorum, quos lectu dignos cenſuiſſent, archetypa in certis Bibliothecis reponenda curâſſent. In his itaque vertendis fateor mihi nonnihil obrepſiſſe tædii, adeo ut identidem illud *Maronis* mecum ſubmurmurarem,

Non alias vires, converſáque numina ſentis?

quum in cæteris nihil eſſet quod offenderit guſtum meum. Sed hanc meam ſuſpicionem nihil aliud haberi volo quàm ſomnium, ſi tu diſſenties. Sub operis calcem veluti celeuma canens, excurrit in navalis pugnæ deſcriptionem, verbis planè tragicis phaleratam, in qua mirè ponit ob oculos eccleſiæ tum miſerabiliter fluctuantis imaginem, ſed non ita multum abhorrentem ab horum temporum ſtatu, in quibus tam cæca eſt opinionum digladiatio, ut interdum amicos, pro hoſtibus feriamus, nec ulla ſit charitas aut concordia, ſi qua eſt ulla, niſi quam conciliavit erroris conſpiratio, hoc eſt, morbus communis: & in tanta dogmatum varietate, in tanta morum corruptione, in tam confuſo vociferantium tumultu, propemodum ſublato rerum hominúmq; diſcrimine, meritò dubitet aliquis, cui ſeſe globo adjungat. Nulla ſinceritas, ſed prodigioſa quædam calumniandi ſcabies, nè dicam rabies, habet pleroſq; vel alienorum lapſuum ſævos expenſores, vel rectè dictorum malignos interpretes. Sub omni lapide Scorpius dormit. Ex unica ſyllaba quantus tumultus incomparabili viro ſuſcitatus eſt? quoniam in ſolenni clauſula precationis aut concionis pro, *in Spiritu*, ſemel atque iterum dixerat, *cum ſpiritu*, *Baſilius* per omnes urbes, per omnes pagos, per omnia fora, per omnia conventicula calumniantium vocibus lapidabatur : nec illum vel inculpata morum integritas, vel eruditio rara, cum pari facundia conjuncta, vel ipſa functionis dignitas, vel admirabilis quædam erga omnes, tum comitas, tum benignitas, à venenatis obtrectatorum ſibilis vindicare potuerunt: ut ego optimo jure nimis delicatus videri poſſim, ſi nullo pacto cum tali viro conferendus homuncio, linguacium quorundam obtrectationes perpeti non queam. Simul illud ex hoc argumento liquet, quod ſcripſit beatus *Hieronymus*: *Arianorum*, *Eunomianorum*, *Origeniſtarum*, aliorúmque circa divinas perſonas errores, ex humana philoſophia duxiſſe ſeminarium : non quòd Philoſophia per ſe ſit impia, ſed quòd ad hujus regulam cœleſtis illa philoſophia quæ venit è ſinu Patris per Filium, nec velit, nec debeat exigi. Quì namque iſti, qui nihil aliud erant quàm homines, divina myſteria poſſint perſpicere, qui ſic in pleriſque naturæ rebus cæcutierunt? Quanquam illi qui tum divo *Baſilio* faceſſebant negotium, Philoſophaſtri veriùs erant quàm Philoſophi. Apud imperitam multitudinem ſeſe pro conſummatis Philoſophis venditabant, quod ex *Ariſtotele*, *Porphyrióq*; deguſtârant veriùs, quàm didicerant quid ſit Enunciatio, quid Genus, quid Species, quid Subſtantia, quid Accidens, quid Quantitas, quid Qualitas, quid ad Aliquid, quot modis dicantur Oppoſita, quot modis aliquid vel ſit in alio, vel de alio prædicetur. Quæ nunc ſunt elementa puerorum ad Philoſophiæ limen accedentium, ut iſtorum impietas magis ſit inexcusabilis falſæ perſuaſioni, quàm Philoſophiæ. Quæ tandem concitâſſent in orbe, ſi illa quoque deguſtâſſent, quæ *Ariſtoteles* tradidit De formis Syllogiſmorum, De Demonſtrationibus, De Topicis, & Elenchis, De naturalibus, & iis quæ ſunt ultra naturalia? ſed evehor longiùs, ut in præfatione. Itaque ut finiam, Quicquid hic eſt noſtræ opellæ, tibi dicatum eſſe volui, Præſul ampliſſime, non tantum ob id, ut tui nominis lenocinio ſtudioſis reddatur commendatius, verùm multò magis ut acri tuo judicio, tuáq; limâ fiat emendatius : nam primam manum ad te mitto. Hic ſiquis mihi temeritatis dicam ſcribat, nihil aliud adferam ad ejus criminis purgationem, quàm naturam, & hac valentiorem diuturnam conſuetudinem. Naturam refingere difficillimum eſt, ſed multò difficilius dediſcere quod diutinus uſus penitùs infixit, utranque alteri junctam mutare prorſus ἀδύνατον arbitror homini, ὅτι ἄν τις πάντα δυνάμενος. At iſthuc inquies eſt accuſare teipſum, potiùs quàm excuſare. Quid facias? Sæpenumerò tamen apud clementem Judicem veniam promeruit ingenua culpæ confeſſio. Cujus tamen partem aliquam, ſi libeat tergiverſatorem agere, in typographos rejicere liceret, qui mihi fere extorquent ovum antequam pepererim; & ſiquid concepram eſt, non ſinunt fœtum matureſcere, ſed, inviti *Lucinâ*, cogunt per abortum ejicere. Non ignorabam quid te dignum eſſet, vir clariſſime, ſed inanatus, Græculum illum è paupere pera deprompto paucos obolos ὁ κατ' ἀξίαν σοῦ ὢν σιβαστὴ, οὐ γὰρ πλὴν λέγω, πλὴν ἀδύνατον. Precor ut iſta motoria fabula, quam tot jam annos agis, ſortiatur cataſtrophen tum tibi privatim, tum publicè Regno *Poloniæ* felicem, téque *Sigiſmundus* Rex, ut ſiquis alius omnibus ornamentis egregio Principe dignis cumulatus, dilecti patriæ, gregíque chariſſimo, cujus ſolicitudo pietatem tuam per omnes negotiorum undas comitatur, brevi reſtituat. Datum apud *Friburgum Briſgoiæ*, pridie Calendas Maias, Anno à Chriſto nato, M. D. XXXII.

In D. BASILII Homilias de laudibus JEJUNII.

Deſ. Eraſmus Roterodamus ornatiſſimo viro D. Joanni Cholero præpoſito Curienſi. S. D.

NE ſemper accipias à nobis Epiſtolas ſteriles atq; ἀδιάφορους, mittimus duas Homilias *De laudibus Jejunii*, quod nunc magna ex parte ſublatum è vita *Chriſtianorum* & videmus, & dolemus. Dices has ante fuiſſe verſas : fateor, nimirum à *Raphaele Volaterrano*. Sed ob id ipſum hoc operæ ſumpſi, quo declararem quantum ſit periculum quorumlibet verſioni fidere, quantóque rectius ſit ex ipſis haurire fontibus. Demiraberis ipſe fat ſcio, ſi utriuſque noſtrûm tranſlationem cum *Græci* contuleris. Nam id ut cuivis in promptu ſit, proniſſimum eſt edito *Græcè Baſilio*. Poſterior Homilia mihi non videtur *Baſilii*, ſed ſtudioſi cujuſpiam ſeſe ad prioris æmulationem exerentis. Equidem non pugnabo, ſiquis diverſum ſentiat, arbitror tamen eruditos, ſi propiùs admoverint oculos, meæ ſententiæ ſubſcripturos. Probo genus exercitationis, at eorum fucos non probo, qui nota ac degenerantia ſummorum virorum ſimilis

titulis obtrudunt orbi. Impostaram hanc & in *Athanasio*, & in eloquentissimi cujusque scriptis deprehendimus. Ab hac audacia saltem *Basilii* Magni divinitas debuit absterrere. Quanquam in hoc autore parcius est peccatum. Adjecimus & *Hieronymi Xenophontiacum*, cui admovimus *Adria*ni quæstiones. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgiæ*, Anno à *Christo* nato, M. D. XXXII.

In Enchiridion Militis Christiani.

Des. Erasmus Roterodamus amico cuidam aulico S. D.

Epist. 93. EFflagitâsti non mediocri studio, frater in Domino dilectissime, ut tibi compendiariam quendam vivendo rationem præscriberem, quâ instructus, posses ad mentem *Christo* dignam pervenire. Ais enim te jampridem aulicæ vitæ pertæsum, hoc tecum agitare, quo pacto queas *Ægyptum* unà cum suis & vitiis & delitiis effugere, ac *Mose* duce ad virtutum iter feliciter accingi. Quo mihi charior es, hoc impensiùs gratulor tuo tam salutari proposito, quod spero, vel citra nostram operam fortunabit provehétque ipse, qui dignatus est excitare. Ego tamen nimis quàm libens parui vel homini tam amico, vel tam pia postulanti. Tu modò annitere, nè vel ipse nostrum officium sine causa videare flagitâsse, vel ego sine fructu tuæ morem gessisse voluntati. Imò votis communibus benignum illum *Jesu* spiritum imploremus, ut & mihi scribenti suggerat salubria, & tibi ea reddat efficacia. Bene vale.

DES. ERASMI ROT.
EPISTOLARUM
LIBER TRIGESIMUS.

Erasmus Roterodamus Huberto Barlando Medico S. D.

Epist. 1. SI deest quod rideas, *Huberte* suavissime, en tibi argumentum. *Stunica*, quem dicas *Rome* prorsus agere γελοιοποιὸν, pridem emisit libellum, quem *Friburgi*, dum suppellectilem migratione confusum excutio, fortè reperi: ac dum prætet solitum esset ocii nonnihil, percurri, in quo veterem interpretem sic vindicat à soloecismis, ut asseveret illum & benè *Latinè* & eleganter vertisse omnia. Audis magnificam ἐφεύρεσιν. Huc assumit quædam manifestò falsa, quædam vehementer controversa. Manifestæ vanitatis est, quod in Præfatione prædicat me græculum *Æsopicum* referentem, compilâsse *Laurentii Valle* commentarios, atque illius suppresso nomine aliena pro meis venditare, quùm omnium primus *Valle* commentarios meâ operâ meóque impensu curaverim evulgandos *Lutetiæ*; deinde quum innumera sint in meis quæ *Laurentium* non attigit, denique quum in ipsò opere toties citem *Valle* nomen, nisi fortè putavit mihi ad quamvis frivola facendam *Laurentii Valle* mentionem, præsertim quum liber extaret.

Porrò, hanc editionem vulgatam, eam esse quam divus *Hieronymus* jussu *Damasi* castigavit, sic est controversum, ut inter manifestò falsa numerari possit. Habes pollicitationem prologi, nunc accipe conclusionis triumphum. Jactat nihil esse salvius, quàm eum hominem indoctum illiteratúmque toti orbi commonstrare, quem multi antea putárunt aliquid scire: & subinde gloriatur se *Erasmum* vincere non solùm in sacris literis, verùm etiam in prophanis, in quibus mihi videar excellere. Quàm proclive est esse disertum, ubi quis sibi permittit quicquid collibitum est fingere! Nam ipse nec sacrarum nec prophanarum literarum peritiem insignem unquam jactavi. Et si hanc laudem affectat *Stunica*, per me quidem suo fruetur arbitratu. Verùm nè plus satis sibi placeat hac victoriâ, habet hoc seculum plusquam decem millia, quibus in omni literarum genere lubens herbam porrigo. Utinam adesset *Stunicæ* tantum eruditionis, quántum sibi tribuit. Cæterùm quid stultius quàm eum protinus haberi doctiorem, qui in opere alieno præsertim vario reperit quod arrodat? Non mihi videor dignus qui *Hermolai Barbaro* si viveret, matulam porrigam, & tamen in illius scriptis sunt, quæ jure possim carpere. *Nicolaus Leoniceus* quædam notavit in *Plinio*, num ideo continuo doctior? Ipse divum *Augustinum*, *Ambrosium* & *Thomam* aliquot in locis reprehendo, nec immeritò, num ideo doctior? *Aulus Gellius* indicavit in *M. Tullio* memoriæ lapsum, & autore *Augustino* literatores in oratorum eloquentissimis libris deprehenderunt soloecismos, quos aliquot & ipse in *Cypriano*, *Hilario*, *Ambrosio*, & *Hieronymo* possim à me notatos ostendere. Denique sutor reprehendit aliquid in *Apellis* tabula, num ilicò gloriabitur *Apelles* ab se victum? Quis hoc non videt esse stultissimum, etiamsi quid animadversum sit fœdi pudendique lapsûs. Nunc mihi vide quàm ex frivolis nugis, quos triumphos agat *Stunica*. Exagitat capitis numerum perperam notatum, fortasse typographorum incuriâ, nusquam enim peccatur sæpiùs. Sed age, sit meus memoriæ calamive lapsus, quid est quod hic plaudat *Stunica*, quùm hoc officii non raro nobis præstent famuli, & amanuenses? Librum Annotationum scribere difficile est, at nihil facilius quàm in magno opere *Mo-*

mum agere, & nævum aliquem qui fefellerit oſtendere. Denique ſi ex profeſſo ſuſcepit interpretem ab omni ſermonis vitio vindicandum, cur tot loca à me notata diſſimulat? Tametſi quid ſtultius quàm hoc anxiè à ſacris literis depellere, quod in illarum gloriam à probatiſſimis viris prædicatur, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, &c. Et qui tales ſcribit libros, mihi objicit ingenii obtuſitatem, quo convicio nè tantulum quidem offendor, tantum à *Stunica* objici rideo. Verum nè pluribus morer, loca ſingula tribus verbis indicabo.

1. *Matthæi* cap. 5. Noto quòd interpres recedens ab Evangeliſtæ verbis, poſt *mille paſſus*, ſubjecerit *alia duo*. *Stunica* dicit rectè intelligi *alia duo*, nimirum *millia*, quia præceſſit *mille*. Verùm illud *mille* quod anteceſſit Adjectivum eſt, non Subſtantivum. Nec agitur quid poſſit ſubaudiri, ſed de ſermonis integritate agitur. Niſi fortè videbitur *Latinè* dicere, qui ad hunc loquetur modum, *Do tibi mille nummos, cras daturus alia duo*. Excuſari poterit, ſi hæc ſermonis forma reperiatur apud probatos ſcriptores. Nunc quum per ſe ſit abſurda, nec apud ullum veterum inveniatur, quid eſt quod nugatur *Stunica*? At præceſſit, inquit, *mille paſſus*, ad quod non reſpondet, *alios duos mille paſſus*. Verùm quid opus erat dicere *mille duos paſſus*, quum *Matthæus* ſcripſerit μίλιον, id eſt, *millarium*: Et ſi omninò fuiſſet cauſa gravis, cur mallet *mille paſſu*, dicere poterat, *alteros bis mille*. Quid hac annotatione ſtultius? Et tamen colligit *Stunica*, interpretem hìc eleganter ac propriè loquutum.

2. *Matthæi* 6. Quoniam ſolœciſmum indicans inverſo vocum ordine dico, *Magis plurus eſtis vos*, quum habeatur, *vos magis pluris eſtis*, exprobrat memoriæ lapſum, quaſi verò id quicquam ad rem faciat. Hic hoc colore tuetur interpretem, quod Comparativi duplicationem retulerit ex idiomate ſermonis *Hebraici*. Atqui hæc præcipua eſt ſolœciſſandi occaſio, quòd *Latinè* loquentes alienæ linguæ tropos referimus. Hoc *Stunica* commentum ſi recipimus, emendatè loquetur, qui pro, *ut ita loquar*, dixerit, *ut figura dicere*, quod *Græci* rectè loquuntur, ὡς τύπῳ εἰπεῖν. Item qui pro *incumbit in hanc rem*, dixerit, *ille jacet ibi ſupra ad*, quod noſtratis linguæ formam expreſſerit. Id ſi libeat aut vacet pluribus exemplis ob oculos ponere, quos cachinnos ſim eruditis excitaturus? Et tamen hæ ſunt illæ præclaræ Annotationes, quibus *Stunica* declarat orbi ſe eſſe virum undiquaque doctiſſimum; *Eraſmum* nihil omninò ſcire literarum. Sed hìc ad aliam confugit ancoram. Apud *Plautum* legimus:

Nam niſi qui argentum dederit, nugas egerit,
Qui dederit magis majores nugas egerit.

Primum quis unquam ad *Plautinam* vel licentiam vel obſoletam antiquitatem exegit orationem proſam? Deinde *Plautinus* verſus non conſtat, niſi in *magis* eliſeris *s*. Probabilius eſt fuiſſe ſcriptum, *Qui dederit, is majores nugas egerit*. Habes inſignem *Eraſmi* errorem.

3. Accipe magis inſignem. Eodem cap. *Videbis ejicere*, pro *diſpicies ut ejicias*, aſſeverat purè ac *Romanè* dictum ab interprete. Quo argumento? Quia *Græcè* ſcriptum eſt διαβλέψεις ἐκβαλεῖν. Sequitur ſuam regulam, quam modo docuimus eſſe ridiculam. Addit quiddam inſigniter impudens, *videbis ejicere*, nihil aliud ſonare *Latinis* auribus quàm *Græcis* ſonat διαβλέψεις ἐκβαλεῖν. *Nil extra eſt in nuce duri*. Hic miſeræ cuticulæ tracta eſt una pluma, ſic enim ille jocatur.

4. Sed infeliciùs decidet altera. *Matthæi* 8. *Quid nobis & tibi*, pro eo quod erat *quid tibi nobiſcum*, aſſeverat eleganter dictum. Qui ſic? Plus quàm cæco perſpicuum eſt. Sic enim loquuntur *Græci* & *Hebraicam* formam expreſſit Evangeliſta, à cujus verbis non oportet diſcedere. Poſtremò *Hieronymus* eandem figuram reddidit *Judicum* 11. Quis credat *Stunicam* fuiſſe ſobrium quum hæc ſcriberet? Non licet ab Evangeliſtæ verbis uſquam diſcedere? Cur id ſexcentis locis fecit interpres? Cur *Hieronymus* in Vetere Teſtamento paſſim recedit ab idiomate ſermonis *Hebraici*? Id ni feciſſet, quæſo te quid eſſet eo ſermone prodigioſius? Quas leges nobis præſcribit hic magiſter. At longè alias præſcripſit *Hieronymus*, in libello *De optimo genere interpretandi*.

5. *Matthæi* 11. *Quum conſummaſſet præcipere*, pro eo quod erat, *quum feciſſet præcipiendi finem*, aſſeverat ſermonem merè *Romanum*. Ad quam regulam? Quia reddidit *Græci* ſermonis figuram. Itaque *Latinè* loquetur qui dixerit μνησθεὶς ἦλθον, *memini veniens*, pro *memini me venisse*.

6. Eodem cap. *Pauperes evangelizantur*, pro eo quod erat, *pauperibus adfertur bonus nuncius*, autumat eſſe *Latinum*, confitens interim hanc ſermonis formam *Latinis* inauditam eſſe: perinde quaſi quis dicat, Nummum eſſe aureum, quum tamen non habeat aurum. Nam *Latini* loquentium conſuetudo, norma eſt bene *Latinè* loquendi. Rogat ſi quis ad *Græci* ſermonis formam dicat eos annunciari, quibus aliquid annunciatur, num *Eraſmus* ſit vetiturus nè id faciat? Ne me licebit ut ſic loquatur *Stunica*, ſed quo minùs *Latinè* loquatur, obſtabit *Latini* loquentium conſuetudo: niſi fortè *credimus* poterimus dicere, cui quid *concreditum* eſt, & *bene paſſum*, qui *affectus eſt beneficio*. Poſt hæc flagellat *Valam* pudendo errore lapſum, quod putarit εὐαγγελίζονται accipi hìc ſignificatione activi. Id quum didicerit ex Annotatione mea, tamen velut ab ipſo repertum jactat, quod in hoc libello paſſim facit, atque interim me fecit conniculam *Æſopicam*, ipſe propriis plumis conſpicuus.

7. Illud verò vehementer etiam ridiculum putat, quod capite decimo quinto interpres pro *ſcriba Hieroſolymitani*, verterit *ſcriba ab Hieroſolymis*. Nihil enim intereſſe. Poſt hæc igitur *Latinè* loquetur, qui dixerit *Stunicam* ab *Hiſpanis* delirare *Romæ*, pro eo quod erat *Stunica Hiſpanus* delirat *Romæ*. Quanquam hìc ſermo præter ſolœciſmum habet amphibologiæ vicium.

8. *Matthæi* 20. *Principes gentium dominantur eorum*, negat interpretem fugiſſe quod *eorum* ſit neutri generis, ſed ad rem ſignificatam reſpexiſſe. Id videri poterat probabile, niſi interpres multis aliis locis ad hunc lapidem impingeret. Velut in *Pſalmo*, *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia*. Jam ſic ubi deprehendiſſem apud autores probatos, *dominantur eorum*, non annotaſſem eſſe ſolœciſmum; *Stunica* nullum autorem profert, prolaturus haud dubiè ſi quid haberet.

9. Eodem

9. Eodem cap. *Stunica* rectè *dicitur ministrari, cui ministerium exhibetur.* Ad quam regulam? *Quia sic*, inquit, *loquuntur Graci.* Itidem rectè dicetur, *committi, cui aliquid committitur.* Atque hic homo prudens impingit mihi calumniam.

10. *Matthei* 22. *Impleta sunt nuptia discumbentium*, putat *Latinè* dictum, quod *Virgilius* dixerit,

Implentur veteris vini———

quasi statim liceat in oratione soluta, si quid Poetæ vel ad ostentationem antiquitatis, vel pro suo jure dixerint. Tum si rectè dicitur, *plenus vini*, non statim *Latinè* dicetur *impletus vini*: & si *Latinè* dicitur, *homo vini plenus*, continuò rectè dicetur, *domus impleta convivarum.* Nam quod ex *Cicerone* profert ridiculum est, *neque ollam denariorum implere*: genitivus enim non refertur ad *implere*, sed ad *ollam*, quæ denariis erat destinata. Nam *ollam denariorum* dixit, denariis reponendis destinatam.

11. Eodem cap. *Neque nubentur*, docet priscos dixisse *nubo te*, unde *nupta* & *nuptus.* Fateor hoc dixit antiquitas, sed obsoleta; quam imitari nunc solœcissare est. Quùmque divus *Hieronymus* indicet interpretem reddidisse *Graci* sermonis idioma, quod tamen non respondeat consuetudini *Latinæ*, *Stunica* tamen pronunciat esse *Latinum.* Quid enim est solœcissare, quàm præter consuetudinem rectè loquentium loqui. Jam & illud suave, quod quum agatur de castimonia linguæ *Latinæ*, profert nobis *Tertullianum* autorem: nec minus ineptum, quòd quoniam *Tertullianus* scripsit *ubi non nubitur*, colligit dici *nubor.* Hâc ratione dicemus & *vivor*, quia *Terentius* dixit, *ubi non vere vivitur*: dicetur *dormior*, quia *Juvenalis* dixit,

——— *Minimum dormitur in illo.*

O *Chrysippum*, cui ego sum *Erasmus*!

12. Cap. 24. Ex *Suetonio* probat *Latinè* dictum *opiniones bellorum.* Quibus argumentis? Primùm quia *Græcè* est δοξαὶ. Atqui si non licet recedere ab Evangelistæ verbis, quemadmodum ante docuit *Stunica*, dicendum erat, *auditus*, sive *auditiones bellorum.* Deinde, qui exactiùs requirunt *Romanæ* linguæ castimoniam, rejecturi sunt *Suetonium* ex albo Judicum. Sed quid dixit *Suetonius*? *Exiit opinio decessurum eum.* Quid hoc ad *opiniones bellorum*? *Opiniones bellorum* nemo dixit, præsertim multitudinis numero. Sed *Ambrosius* sic loquitur. Quid ni? referens scripturæ verba. Nec statim *Latinum* est, si quid dixit *Ambrosius.*

13. Admonueram quod quum ὅτι *Græcis* ambiguum sit, interpres perperàm pro *quod* vertit *quia*: *quod* enim interdum est εἰδικὸν, *quia* nihil aliud sonat quàm causam. *Stunica* docet nos, nihil referre utrum dicas *quod* an *quia.* In hujusmodi orationibus, rectè dixisti, *quia virum non habeo*, & confessus est, *quia non sum ego Christus*, nihil aliud intelligi, quàm intelligit populus *Christianus.* Non ego laborabam quid intelligeretur, sed quid ipsa exprimerent verba. Ridemus & intelligimus *Marinos* perperam loquentes, sed posteaquam illorum solœcismis assuevimus: balbus balbum rectiùs intelligit. Non statim *Latinum* est quod intelligitur à quolibet. Negat interpretem retulisse *Græci* sermonis proprietatem, sed *Hebraici.* Quid? an interpres evangelium *Græcè* proditum, vertit ex *Hebraeis*? Sed valeat idem *chy* apud *Hebræos* quod ὅτι apud *Græcos*, continuò nè *Latinè* dicitur, quod ad peregrinæ linguæ formam dicitur? Interpres inquit evangelistæ vertit ad verbum, vertit igitur *Latinè.* Proinde contumelia est in Spiritum sanctum si dicam interpretem vertisse perperam, qui verbum verbo reddiderit. At hæc est unica ratio malè vertendi. Et si dicam in ipsius Evangelistæ verbis esse solœcismum non opinor ullam injuriam fieri Spiritui sancto. Non enim in puritate sermonis est regnum Dei. Quod si impium est reprehendere, quod non variat ab Evangelistæ verbis, impiè fecit interpres qui toties recedit, etiam nullâ necessitate. Quis non miretur hujus hominis acumen?

14. *Lucæ* 1. Notâram interpretem pro *meminisse* μνησθῆναι vertisse *memorare*, quum codex habeat *memorari.* Bellè depulsus est solœcismus, si typographus pro *i.* posuit *o.* Non in hoc est τὸ σολοικὸν, sed in genitivo. *Memorare Latinum* est, & *memorari Latinum*; sed *memorari testamenti*, pro *meminisse*, sive *recordari*, doceat *Stunica* esse apud probos autores, & vicerit.

15. *Lucæ* 4. Notavi interpretem, *Græcis* ancipitem vocem, & τοσαῦτα, sæpè perperam vertere in *quanta* & *tanta.* *Stunica* nos docet, *quanta* & *tanta* rectè ad numerum referri, nec aliud valere quàm *quot* & *tot.* Id probat hoc lemmate, quia in hunc sensum subinde vertit interpres. Si hac ratione poterat defendi interpres, nunc eò malagmate licebat omnibus illius mederi vulneribus. Doceat *Stunica* sic probatos autores fuisse loquutos, ac dixisse, *tantos habes digitos in pedibus quantos in manibus*, pro *tot* & *quot.*

16. *Lucæ* 19. Exegissem *illud*, pro *illam* positum, *Stunica* mavult ascribere librariis, quàm interpreti. Et ipse in Annotatione demonstro illam lectionem inveniri in quibusdam antiquis codicibus. Sed interpres non hic tantùm sic dormitavit, quia præcesserat ἀγγίεον.

17. *Lucæ* 23. *Ventres qua genuerunt. Stunica* dicit in castigatis codicibus legi, *qui genuerunt.* At ego in duobus meis codicibus reperio *quæ*; & quoniam ita subinde labitur interpres, non inscitiâ sed negligentiâ, probabilius est illud *quæ* à posterioribus fuisse castigatum, quàm ab interprete positum. Verùm hac de re nolim contendere. Fuerit hic felicior *Stunica*, qui codicem habuerit emendatiorem.

18. *Joannis* 1. *Quasi unigeniti à Patre*, ostendi dicendum *Latinè tanquam.* Nam ὡς *Græca* vox anceps est, & ad rei veritatem, & ad similitudinem. Id *Stunica* non refellit, sed refert nobis verba *Hieronymi*, secus hunc locum interpretantis in epistola ad *Ephes.* cap. 5. Quid illic docet *Hieronymus*? Gloriam unigeniti, non sic accipiendum quasi sit alter unigenitus, cujus gloriam haberet & *Christus*, sed ut intelligamus ipsi *Christo* habitum à Patre honorem, non ut cuivis è numero sanctorum, sed ut unigenito. Hoc commentum, aut nihil ad rem facit, aut pro nobis facit. Si enim est alter Filius Dei, *Christus* non est unigenitus, sed unigenito similis. Atqui ad hunc sensum exprimendum, opus erat *tanquam*, non *quasi.* Nec meâ refert, quod apud quosdam affecta jam eloquentia *Romana*, secus usurpatum reperimus *tanquam* & *quasi.* Hic jacent simul *Laurentius* & *Erasmus.*

19. *Joan.* 4. *Contuntur* verbum ut solœcum notâram;

tãram. *At in Græco*, ait *Stunica*, *est συγχόρτασι, nec poterat interpres propriùs traducere*; nam *Stunica* verbis libentèr utimur. Quid monstri audio? Est hoc propriè transferre, verbum verbo reddere? Quis credat huic homini sanum esse cerebrum? Fatetur hanc sermonis formam nusquam inveniri apud *Latinos*, tamen vult videri bene *Latinum*.

20. *Joan.* 6. *Navis fuit ad terram*, vult *Latinè* dici, & suspicatur *Joannem* scripsisse, ὅτι τὴν γῆν, idque reclamante codicum omnium consensu. Si profert ullum *Latinum* sic loquutum, aliquid egerit. Nunc fundit verba.

21. *Joan.* 7. *Feste mediante*, vult esse *Latinum*, nec ullo probat argumento, nisi quòd licet effingere *Græcam* vocem. Id à priscis factum in quibusdam agnoscimus. Nobis non idem licet. Alioqui quid erit nostro sermone portentosius, si nobis hoc velimus permittere in reddendis *Græcis*.

22. *Joan.* 14. *Et majora horum faciet*, non alio colore defendit, nisi quòd interpres expresserit *Græci* sermonis formam. Fatemur, sed hoc ipso commisit solœcismum, nisi fortè *Latinè* loqueretur, si pro *Pater major me est*, vertisset, *Pater major mei est*.

23. *Joan.* 15. *Ut fructum plus adferat*, sic excusat, ut existimet locum à librariis vitiatum, quum nullus reperiatur codex, qui habeat hanc scripturam.

24. Eodem cap. *Et colligent ea. Stunica* legit *eum*. Id qui potest, quum Evangelista scripserit ἀυτὰς; At præcessit κλῆμα non κλήματα: fateor, sed ostendi nihil in hujusmodi referre, utrum ponas singularem vocem an multitudinis. Hìc *Stunica* debebat inspicere meam Annotationem, non tantum verborum fudisset incassum. Verum *Stunica* censet pro ἀυτὰ legendum ἀυτὸ. Id quum nullus habeat codex, tamen pro sua autoritate pronunciat locum esse depravatum. Si quid fieret à me simile, quo boatu vociferaretur, *Erasmum* emendare sermonem Evangelistæ? Superius in ὅτι, quum dixissem interpretem expressisse formam *Græcam*, *Stunica* non tulit, & maluit hoc laudis asserere suæ linguæ. Hìc quum iterationem Pronominis Relativi annotàssem venisse ex proprietate sermonis *Hebræi*, *Stunica* deridet, *Quì potuit*, inquit, *quum non esset Hebræus*? Quo quid dici potuit stultius? An *Latini* non sæpe reddunt proprietatem *Græci* sermonis, quum non sint *Græci*? Evangelista retulit formam *Hebræi* sermonis, & hanc reliquit interpres. Jam quid refert ad solœcismum, utrum imitatione *Græci* sermonis an *Hebræi* recesserit à castimonia linguæ *Latinæ*? At *Stunica* negat in utraque lingua vitium esse, quod *Joannes* reddiderit proprietatem *Hebraicæ* dictionis, interpres *Græcum* expresserit, *Non est*, inquit, *vitium in Grammatica sic loqui*, O leges!

25. *Actorum* cap. 2. notâram, *ad invicem*, pro, *inter se*, parùm *Latinè* dictum. *Stunica* defendit hoc colore, *Interpres crebrò sic loquitur, ideo Latinè loquitur*. Deinde, *Valla non notavit hunc locum, ideo nihil habet vitii*. Postremò, *Apuleius dixit*, de repente, *licet igitur quibuslibet Adverbiis addere Præpositionem*; & *Latinè* dicemus *ad extra, ad intra, ad supra, & ad infra*. O doctorem!

26. *Actorum* cap. 3. Notâram vocem *pœnitemini*, ceu parùm *Latinam*. Hic mihi impingit

A calumniam non uno nomine. *Valla, inquit, notavit hunc locum*; & *veteres dixerunt*, [illegible]. Quid signi? Nisi ita esset, *Valla* damnasset enthymemata!

27. *Actorum* 5. *Venundatum erat* [illegible] quum præcederet *ager*. *Stunica* putat codicibus vitiatos, quum nullius testimonium possit adferre, quúmque tot locis interpres ad eundem lapidem.

B 28. *Actorum* cap. 8. *Multi autem eorum qui habebant spiritus immundos clamantes voce magna exibant*: hujus orationis absurditatem sic tollit, ut dicat locum à librariis vitiatum. Atqui reclamat codicum omnium consensus.

29. *Actorum* 10. pro ἀνὴρ, *vertit per se*. Imò ob hoc ipsum, inquit *Stunica*, *Latinè* vertit, quia sic habetur *Græcè*. Imò ob hoc ipsum loquutus est malè *Latinè*, quia *Græcam* formam non recipit *Latina* consuetudo, rectè loquendi magistra.

C Quanquàm *Græcè* non est *per se*, sed *ad se*, ut hæc *Stunica* tergiversatio nihil patrocinetur interpreti.

30. *Actorum* 16. *Foras portam*, pro *extra portam Latinè* dictum affirmat *Stunica*. Quo tandem argumento? Quia quædam Adverbia usurpantur vice Præpositionum. Ubi? Hui, hoc ipso loco, *foras portam*, & in *Psalmis*, *subtus pedes*. Bene scio quasdam Præpositiones transire in formam Adverbiorum, contra fieri nondum comperi, sed

D donemus id factum in uno alterove vocabulo, continuóve licebit in omnibus?

31. *Actorum* 17. pro ἀναθεωρῶν *verbum pulsè celeriter*, sic excusat, ut dicat eandem Græcam formam inveniri apud *Ciceronem*, quem nullum interim proferat locum. Atqui quum ante tulerit legem, nè recederetur à verbis Evangelistæ, hìc bis peccavit interpres; & quòd Superlativum vertit in Positivum, & quòd præter *Latinam* consuetudinem loquutus est.

E 32. *Actorum* 20. *Commendo vos Deo & verbo ejus qui potest*, &c. Indicâram, vertendum *qui*, ut referat verbum. *Stunica* docet, *qui* referendum ad *Deo* qui præcesserit: potest ea ratio fieri, fateor, sed nimium durè. Quòd si ad Deum retulisset, poterat dicere, ἐν ἀναφορᾷ.

33. Eodem cap. *Neque facio animam meam pretiosiorem quàm me*, ut tueatur interpretem, corrigit *Lucam*, quum nullus codex *Græcus* habeat reliam scripturam. Unde id asserit? Quod *Laurentius* locum præterierit tacitum. O syllogisten!

F

34. *Actorum* 21. *Cum suadere ei non posset*, ut ostendat *Latinè* dictum, dubitat utrum vitii adferre scribarum vitio, *suadere* positum pro *persuadere*, an interpretem abusum *suadendi* verbo, pro *persuadendi*. Si vult prius illud receptum, proferat vel unius codicis testimonium: si posterius verum est, constat interpretem vitiosè loquutum.

G 35. *Actorum* 26. *De omnibus quibus accusor* [illegible] nihil referre addásne Præpositionem an omittas. Itaque nihil interierit utrum dicas, *accusavit illum variis rebus*, an *variis de rebus*: *Multis accusor*, an *de multis accusor*. Nam accusare est *multis criminibus*, perinde est quasi dicas, *multis criminibus*. Quædam adduntur paterno casui, quædam auferendi, sed additâ Præpositione, quædam extra Præpositionem. In his nullum est discrimen.

discrimen. *Æstimo* pro *existimo* docet frequenter esse apud *Ciceronem*, ac verè dicit sic frequenter in libris illius esse depravatum. *Beatum apud te*, sic defendit, ut *apud te* referatur ad sequentia. Sed quid hoc ordine durius: *Apud te quum sim defensurus*. Sed hunc ait esse *Graci* sermonis ordinem. Imò res ipsa reclamat, μᾶλλον ἀπολογεῖσθαι παρὰ σοῦ, id est, *quod me defensurus sim apud te. Omnia quæstiones*, sic tuetur, ut dicat hoc à librariis vicia-tum. Verùm hìc erant citanda vetustorum codicum testimonia. *Nulla* inquit, *erat hic labendi occasio*. Vicerit, si nusquam absque occasione, imò contra occasionem labitur interpres, & tamen erat occasio, σάρτην enim vel masculini generis est vel neutri. Itaque quoniam per masculinum vertere erat absurdum, vertit per neutrum, & eo neglecto ἰδίων καὶ ζητημάτων, pro quo *Stunica* scripsit ζητηματων, reddidit genere fœminino. Sed unde colligit interpretem scripsisse *omnes*? *Non asseverat, sed possumus*, inquit, *sine dubio suspicari*. Novum sermonis genus! Quis suspicatur absque dubio? Et si nihil dubitat *Stunica*, cur confugit ad alteram excusationem frigidiorem, quàm ut sit referenda?

36. *Rom.* 2. *Inter se invicem cogitationum accusantium aut*, &c. Hujus solœcismi culpam rejicit in scribas, quum nullum proferat codicem syncerioris scripturæ. Nam quod ait *Ambrosium*, sequutum veterem translationem, manifestò falsum est. *Hieronymus* alicubi legit, *cogitationibus*, sed nec ille sequitur hanc editionem, licet minùs ab illa variet quàm *Ambrosius*.

37. *Rom.* 10. *Quis credidit auditui nostro*, pro eo quod erat, *quis credidit verbis nostris*: hoc colore tuetur à crimine solœcismi, *Si hoc*, inquit, *vitium in Latino est, nimirum & in Graco quoque esse debet, quum illic sit ἀκοῇ*. Fateor & in *Graco* redditam *Hebraici* sermonis proprietatem. An ideo non est solœcismus apud *Græcos* emendatè loquentes? Quid autem ad rem pertinet quod *Ambrosius* interpretatur, *Qua audivimus abs te & loquimur*? sed *Hieronymus* apud *Esaiam* ita vertit. Quasi verò *Hieronymus* observatione sermonis *Hebraici* non frequenter recedat ab integritate *Romanæ* linguæ. Sed idem interpretatur his verbis significari raritatem credentium. Verè dicit, sed quid istuc ad *Bacchum*?

38. *Rom.* 12. *Odientes malum*, pro *odio habentes*, ita defendit: Veteres dixere *odio, odis, odivi*. Nec ullum profert exemplum, quum aliud doceant Grammatici. Nec protinus *Latinum* est quod habuit obsoleta antiquitas: Alioqui rectè loqueretur, qui nunc diceret, *scibo*, pro *sciam*, quia sic loquutus est *Terentius*, qui *Tiburchinabundus* & *Lurchinabundus*, quòd hæ voces extent apud *Catonem*: qui *hos lodices*, quia sic ausus est loqui *Pollio*; qui *gladiolam*, quoniam ita dixit *Messala*; qui *parricidatum*, *Cœlium* sequutus: qui *hoc nasum*, autore *Plauto*, aliáque plura quàm ut numero comprehendi queant. Sed *Hieronymus* vertit, *odibunt scientiam*, ut hoc donemus, non statim *Latinum* quod ille vertit. Vertit *odiunt* in *Esaia*. Tum *Ambrosius* legit *odientes malum*. Postremò *Valla*, non attigit hunc locum. Quid tum postea? Ergo baculus stat in angulo. O ratiocinatorem!

39. *Corinthios* 2. cap. 8. *Non minoravit*, pro *non minus habuit*, hoc lemmate tuetur, quod *Græcè* sit ἠλαττόνησεν. Quid aliud efficit, quàm utrunque interpretem, dum exprimit sermonis *Hebraei* proprietatem, viciosè loquutum, si modò verbum ἐλαττονέω aut non receptum est apud *Græcos*, aut non nisi activè usurpatum est. *Septuaginta*, inquit, hoc verbo sunt usi, atque item *Ambrosius*, nec *Valla* locum hunc annotavit. Quid tum postea? De solœcismo agitur. Et hæc *Erasmi* calumnia est.

40. Ad *Philip.* cap. 4. *Refloruistis pro me sentire*, pro eo quod erat, *reviguit* sive *refloruit vester in me affectus*, notavi parum *Latinè* dictum: hoc loco hic agit quasi tantum notârim *reflorescendi* verbum, quum id me nihil offenderit. Quis *Latinus* audivit, *refloruistis sentire*? Quis intellecturus erat *sentire* pro *affectum esse*? Quis pro *me*, intelligeret *de me* sive *erga me*? Sed quid facias? *Ambrosius* ita legit, nec *Valla* notavit hunc locum. *Amussis*, ut aiunt, *alba, in albo lapide*.

41. Ad *Hebræos* cap. 3. *Quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricavit illam*. Hic miserè cæcutiit *Erasmus*, qui non animadverterit *domus* hìc paterni casûs esse, qui juxta *Græcorum* idioma ablativi vice sit positus. Atqui istuc est mutare solœcismum, non tollere. Posthac igitur, autore *Stunica*, licebit ita loqui. *Faber est melior domus sue*, pro *faber est melior domo suâ*. Unde porrò *Stunica* collegit mihi non animadversum casum *domus*, quum id indicem in annotatione mea?

42. *Heb.* 6. *Per majorem sui jurant*: pronuncieat *Latinè* dictum, eo quòd interpres expresserit *Græci* sermonis idioma. Posthac itaque rectè dicemus, *Filius est minor patris*, & *Stunica ultior est Corebi*.

43. *Deus enim intentator est malorum*, pro eo quod erat, *Deus nemini immittit tentationes ad mala*: *Stunica* vult esse *Latinum*, méque commiseratur qui hìc tam fœdè lapsus sim, qui putârim *intentator* dictum ab *intento*, quod ille verbum simplex appellat, quum sit æquè compositum, quum *intentator* hìc dictum sit, ab *in* privativo, & *tentare*, quemadmodum *Græcè* est ἀπείρασος. *Intentatus* erat tolerabile, at quis unquam *Latinus* audivit; *indoctor* pro eo *qui non docet*, aut *inconsultor* pro eo *qui non consulit*? Quis autem docuit ἀπείρασος *Græcis* sonare activè? Et si id sonat, cur mox idem repetit, *ipse enim neminem tentat*? Hic ostendit nobis quid senserit *Jacobus*. At ego non de illius sententia, sed de sermonis integritate loquebar.

44. *Luc.* 21. *Et omnis populus manicabat ad eum*, pro eo quod erat, *mane commeabat ad eum*, magnificè docet *Latinè* dictum. Qui? *Horatius* scripsit,

——— *Licuit semperque licebit,*
Signatum præsente nota producere verbum.

Quid? Idem licet Oratori, quod Poetæ? Idem hodie quod ætate *Flacci*? Idem in quibuslibet verbis? Jam *manearis* à *mane* dicendum erat potiùs, quàm *manicare* à *manica*. Et quid opus erat *manicare*, quum liceret dicere *diluculari*? nec ὀρθρίζειν significat tantum *mane surgere*, ut nos docet *Stunica*, sed quidvis *agere diluculò*, quemadmodum *pernoctare* est *noctu aliquid agere*.

45. In *Apoc.* Ἀπὸ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Hìc *Stunica* mihi non solùm calumniam, sed blasphemias & impietates objicit, quod in Apostolorum literis existimem esse solœcismos; quasi hoc ego solus dixerim, aut quasi hoc non potiùs ad evangelii *Christi*que gloriam pertineat, quàm ad

Apostolorum

Apostolorum contumeliam. Vulgo indocto scripserunt, & vulgatâ linguâ scripserunt: apud illos non erant solœcismi, sed apud eruditos emendatè loquentes erat sermonis vicium. Quòd si *Stunica* putat esse piaculum, si in Apostolorum scriptis reperiatur aliquid solœcon, hoc est aliquid dictum præter emendatè loquentium consuetudinem, impius erit & ipse nisi hunc locum magnificè defenderit à solœcismi calumnia. Quibus autem modis rem gerit? *Atqui*, inquit, *potiùs illa verba oportebat Erasmum admirari, ac quod extra Grammaticæ regulas esse cerneret, non sine aliquo mysterio factum id esse reputare.* Bellum patrocinium! Fatetur hunc sermonem esse extra Grammaticæ regulas, ac præter *Græci* sermonis consuetudinem: Sed quibus argumentis possis evidentiùs docere solœcismum? An mysterium excludit solœcismum? Non, sed excusat. Cæterùm nihil excusatur quod non est. Nec ego criminor Apostolos, quod alicubi parum emendatè loquuntur, non magis quàm si fuissent *Hispanicè* loquuti. Ita *Christus* ipse *Syris Syriacè* loquens, apud *Hebræos* exactè loquentes solœcisabat. Quòd si incommutabilis Dei natura significata est vocibus indeclinabiliter positis, cur ipsum Dei nomen ubique per casus inflectitur. Sed valeat hoc in duobus ὁ ὤν & ὁ ἐρχόμενος, quid sonat *Græcis* ὁ ὢν; An unquam legimus in sacris literis Deum appellatum ὢν, quemadmodum dicitur ὁ ὤν, & ὁ ἐρχόμενος; Postremò, si tanti facit hoc mysterium, cur interpres ausus est ab hoc mysterio recedere vitato mystico solœcismo? Obsecro te, nónne fortiter ac feliciter defendit interpretem & Apostolos? Quid supereſt, nisi ut bene navatâ operâ canat triumphum? Id facit seriò, mentiens suo more, quod *Erasmus* negligat mysteria, tantum intentus elegantiæ sermonis, quod nec Apostolis parcat, emendaturus & illorum sermonem, quod in vertendo *Novo Testamento* sermonis lenocinium adhibuerit, in multis nec *Græca* sit assequutus, nec *Latini* sermonis proprietatem observârit: atque hujusmodi Annotationum tam elegantium pollicetur & alios complures libellos, nimirum ad utilitatem studiosorum, ut totus mundus lectis *Stunicæ* scriptis sciat, fuisse quendam *Lopidem* virum divinum, qui clarissimis argumentis demonstrârit *Erasmum* nihil scisse literarum, ut posthac omnes *Stunicæ* nomen pro numine venerentur. Quum in libero maledicentiæ campo versatur, nihil *Stunicâ* disertiùs; quum ventum est in rem præsentem, & cominus conserendæ manus, quantus ibi nugator sit declaravit hic libellus. Et tamen hujusmodi nænias *Romæ Dominicani* curârunt excudendas, præter Pontificis & Cardinalis edicta. Dices, cur mihi mittis hujusmodi nugas? Non in aliud nisi ut rideas, novi enim quàm sis φιλόγελως. Quod si factum est, scopum attigi. Neque secius scopum suum tetigit *Stunica*, celebratur. Unum hoc spectabit. Atque hic est ille *Stunica*, quem *Bedda* vir tantus pronunciavit absolutum theologum, quum ipse se tantum profiteatur theologum absque flocco. Libellus *Epistolarum medicinalium* quem *Argentorati* reliqueras, ad me mittendum, mense ni fallor, Martio, mihi *Friburgi* reditus est ad Idus Junias. Mira celeritas! An è *Francfordia* scripseris nescio, mihi nulla litera est reddita. Quoties, mi [illegible] te, malè precatus sum isti [illegible] tuâ mellitissimâ consuetudine nos [illegible] orbavit. Quanquam tui desiderium [illegible] ùs laturi sumus, si tibi contigit adamu[illegible] Hæc una deerat ansa tuæ encyclopa[illegible] alioqui numeris omnibus feliciter [illegible] Hactenus sementem fecisti, nunc re[illegible] nam messem metas. Bene vale, apud *Frobe[illegible]gum Brisgoiæ* sexto Id. Junias. Anno à *Christo* nato, Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Roterodamus Joanni Botzemo suo S. D.

VEl hinc intelligo te non usque adeo negotiis obrutum quàm putabam, quòd effugium ut τῷ γεροντοδιδασκάλῳ gustum tibi præbeam. Scis hoc tempore tumultuari præla, ut quum maximè, tamen perlectis cursim aliquot paginis, tibus verbis signavi, quid possit responderi si perspicerem hoc studiis conducere: sed simul mitto paginas aliquot operis, quod judices, num recto consilio sim existimârim obtiscescere, quàm in respondendo magnum laborem, minimo literariæ rei fructu subire. Multa sunt in scriptis ejus quæ spectare habent humanæ gloriæ: toties inculcat, quòd in celebri Academia sacras literas profiteatur, quum senes etiam deplorare soleant quòd ad provinciam viribus majorem, imperio seniorum compellantur. Quòd si nihil aliud est quàm gloriæ studium, quanquam ut in *Franciscano* parum decorum, tamen ut in juvene sanabile malum est: sin subest fucus, morbus est immedicabilis. Quanquam inspersa sunt quædam qui significant [illegible] quidem, sed solus Deus est cardiognostes, non est meum de alieno spiritu judicare. Si mihi notus ac vehementer charus esset, admonuissem hominem ne tamopere festinaret ad edenda volumina, sed potiùs animum suum multâ codicum evolutione instruxisset. Nam illum parum scire *Latine* ipse loquatur, *Græcè* tantum legit; quantum ego sanè possum animadvertere. Sed nunc gustum accipe.

In Præfatione, quam præfixit operi bene loquacem, multa stomachatur in eos qui veterem interpretem execrantur, conspuunt, exibilant, explodit pedibus & conculcant: nos etiam nominatim flagellat in collationis exordio, quod operi nostri tam malè tractatur interpres; quæ verba ad me certè non pertinent: nec adhuc video concertatam veterem interpretationem, quum ubique legatur in templis ac scholis, nec meminisse potest, quod nos incolumi publicâ lectione, dedimus quod habent *Græcorum* codices. Existimat atrocem esse injuriam, si quis solœcismum impingat interpreti, quum fateatur & in Apostolorum scriptis inesse solœcismos, quos si referat interpres, non putat admissum solœcismum. At videtur non intelligere, aut certè non perpendere, sermonem Apostolorum quo prodiderunt evangelicam doctrinam, non fuisse proprium eruditorum sed vulgarium, institoribus, nautis, textoribus ac textricibus, atque adeo lenonibus & lenis fuisse communem. Nam & his scriptum est evangelium. Quòd si tum lingua *Græcorum* tam fuisset corrupta, quàm est hodie, & si ea lingua tam latè patuisset, quàm hæc tum patebat, opinor illos eâ linguâ fuisse usuros: quemadmodum

Epist.

dum *Gallus* non quod *Hebraicè*, sed *Syriacè* lin- A
guæ hospitem est, nimirum aliarum linguarum
commercio corruptâ. Sic & interpres *Latinus*,
quisquis arbitror fuisse primum, eâ linguâ vertit, quæ
vinæ, quæris, mulierculis & infimæ plebi tum erat
communis, sed quæ nihilominus à doctis intellige-
retur, ob usum publicum. Quod si tum lingua *La-*
tina tam fuisset corrupta, quàm nunc est apud *Gal-*
los, *Hispanos* & *Italos*, probabile est illum populari
linguâ licet corruptâ fuisse usurum: quemadmo-
dum hodiè qui prædicant Evangelium *Galliè* aut B
Hispaniæ aut *Italiæ*, corruptissimâ linguâ utuntur,
si conferas ad linguam *Latinam*. Non igitur mirum
si solœcisset interpres apud emendatè loquentes,
quum ab idiotis voluerit intelligi potiùs quàm à
doctis, qui præcipuè repugnabant Evangelio. Jam
solœcum videri non vult, quoties ob piam causam
aliquis negligit rectè loquendi rationem. Hoc an-
tehac nunquam audivi. Non tamen inficior ob pi-
am causam excusari solœcismum: sed qui excusat
solœcismum, fatetur admissum. Neq; protinus ea- C
ret solœcismo quod legitur apud *Augustinum*, *Cy-*
prianum aut *Ambrosium*, præsertim quum scriptu-
ræ verbis utuntur. Ad hunc modum frequenter &
nos solœcissamus. Colligit aliquot loca quæ sic ha-
bentur in editione vulgata, quemadmodum emen-
davit *Hieronymus*, sed tacit ea quæ secus habentur
quàm ille docuit. Sed potuit, inquit, fieri, ut post
nactus sit emendatiores codices unde quædam re-
stituerit. Atqui dixerat priorem illam castigatio-
nem esse ex afflatu Spiritus. An delirat & Spiritus. D
Quid autem opus erat codicibus, si res prodigioso
afflatu agebatur? Vehementer nec sine causa sto-
machatur in eos qui fastidiunt sacra volumina, si
absint lenocinia, phaleræ, verba sesquipedalia, bullæ
& ampullæ verborum: eosdem & nos damnamus,
neq; nos aliud moliti sumus, quàm quod legitur in
Græcis codicibus sermone mundiore, simplici ta-
men magisq; dilucido reddere. Miris laudib' effert
interpretem, virũ optimum, sanctissimum, pruden-
tissimum, eruditissimum, Spiritu sancto afflatũ prædi- E
cans; & potest fieri ut talis fuerit. Atqui si quis ur-
geat hunc laudatorem, non possit nobis expedire,
Judæus nè fuerit, an Ethnicus, an *Christianus*, hæ-
reticus an orthodoxus, futor an miles, juvenis an
senex, vir an mulier. Et si Paganus nobis dedisset
Novum Testamentum, hoc plus haberet apud nos
ponderis, quòd alienus ab Evangelio vertisset: nec
est admodum metuendus interpres, quum extent
fontes. Ecclesia rem approbavit, autorem non no-
vit. At nemo potest rectè interpretari scripturas, F
nisi afflatus eodem Spiritu, qui scripturarum est
autor. Sed aliter interpretatur, qui de lingua trans-
fert in linguam, aliter qui exponit sensum mysti-
cum. Est item duplex afflatus: afflatum illum quo
primum prodita est scriptura divina nulli certò
tribuimus, nisi primis autoribus. Quanquam ut li-
bros philosophorum nemo facilè versurus est re-
ctè, nisi re mediocriter cognitâ; ita in Vetere Te-
stamento vertendo fortasse requirebatur aliquis af-
flatus: in novo Testamento tanta est sermonis
simplicitas, ut quivis è vulgò potuerit ad hunc mo- G
dum transferre, quemadmodum hic transtulit.
Nos credimus omnibus probatis ecclesiæ doctori-
bus adfuisse Spiritus afflatum, juxta modum ali-
quem: & tamen non rarò labuntur etiam in hæ-
reticos errores. Divus *Hieronymus* vertit & inter-
pretatus est Prophetas, & tamen frequenter fate-
tur se non assequi sensum. Potest igitur aliquis
vertere quod ad plenum non intelligit. Minus est
enim vertere, quàm exponere. Quòd si non est fas,
ut hic ait, interpreti vel à schematibus ac tropis
primogeniæ linguæ discedere, impius est *Hieronymus*, qui in Vetere Testamento tropos *Hebraicos*
ferè omnes audacter sustulit, frustra reclamante
Augustino. Et si totum est ex afflatu Spiritus,
quod fecit interpres, nè verba quidem oportuit ab
Hieronymo mutari. Atqui id non veritus est facere.
Illud festivum, quod quoties *Hieronymus* palàm
adversus ipsum facit, respondit illum rhetoricari.

Nec protinus erit humana scriptura, si interpres
humanis ingenii viribus vertit quod legit: in sen-
sibus enim est scriptura, non in verbis, & si in ver-
bis est, eorum integritas manet in lingua primitiva,
non in translatione. Quòd si vult omnia sermonis
incommoda depravatoribus imputare, per me qui-
dem licebit, sed vereor, nè neminem qui hoc cre-
dat inveniat. Hactenus de illius Præfatione. In col-
lationibus forsitan alius reprehenderet, quòd mor-
tuos & vivos miscet colloquio. Nam quod nos suo
more loquentes facit, facilè negligo. Porrò, quod
juvenis agit γεροντοδιδασκαλον, unus in tres senes
censorem agens, nonnunquam & severè cùmque
autoritate castigans ac flagellans, fateor & olim
in *Daniele* juvene Spiritum sanctum suam vim ex-
plicuisse, nec me pudeat vel à puero discere, quod
utile sit cognitu. Quædam approbat, quædam con-
cedit condonátq;, quædam rejicit ac damnat, non
sine jurgio. Atqui res egregias adferat juvenis o-
portet, qui adversus tres grandævos, ac me fortassis
excepto non vulgariter eruditos, sumit ferulam.
Illud satis juvenile, pollicetur concordiam, si nos
velimus esse amici veritatis, quasi non possit & ipse
falli. Certè librum suum reddidisset vendibiliorem,
si majore compendio rem egisset. Nunc dum re-
censet quid dixerit *Laurentius*, quid *Jacobus Faber*,
quid *Desiderius*, dum eadem suis verbis explanat,
dum præfatur, dum objurgat, dum recitat quid le-
gerit *Cyprianus*, *Ambrosius*, *Hieronymus*, *Augustinus*
Sedulius & *Hesychius*, quod nihil adversus nos fa-
ciebat, qui *Græca* expendimus, & de sermonis pu-
ritate disputamus, dum præfatur, dum interloqui-
tur, dum coronide profert collationem, dum mul-
ta admiscet, quæ nec pro interprete faciunt, neque
contra nos pugnant, Lectorem vehementer onerat.

Ex epistola ad *Romanos*.

Qui factus est ei. Quod *Valla* mavult, *genitus*
aut *natus* quàm *factus*, alo, me nec probare nec im-
probare. Sed probas, inquit, quia sic vertis. Quum
utrunque rectè legatur, diversam vocem posui:
partim ut Lector admoneretur & sic posse legi, &
intelligeret non quovis modo factum sed nativi-
tate: partim ut vitaretur duritiem sermonis, *factus*
ex semine David: Potest enim fieri qui non nasca-
tur, quemadmodum *Adam*: sed nemo nascitur
juxta carnem, quin fiat aut certè factus sit. Frustra
autem hic mecum disputat, *Christum* rectè dici
factum, quum in annotatione idem doceam quod
ipse docet. Quo minus autem refellerem *Vallæ*
sententiam, in causa fuit, quòd *M. Tullius Pla-*
tonis sententiam ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίγνεσθαι sic
reddidit, *Nemo nostrùm sibi natus est*. *Seneca* duriùs,
nemo sibi contigit. Ex quo apparet & γινόμενον rectè
verti posse *natus est*.

Qui factus est ei.

Admoneo *ei*, non esse in *Græcis*. Erat, inquit,
fortassis

fortassis in vetustis codicibus. Hoc est planè divinare, quum nullus extet codex in quo hoc reperiatur. *Laurentius*, inquit, hoc non admonuit. Si pecco quoties admoneo quod prætermisit *Laurentius*, subinde pecco. Mox multis verbis docet rectè dici, *natus* est *Abrahæ* filius. Quis hoc negat, quoties indicatur pater? Hic præcesserat, de filio suo: ac mox sequitur, qui *prædestinatus* est filius Dei. Nec tamen hic reprehenditur interpres, sed aio illum de suo addidisse Pronomen, ut excluderet absurditatem sermonis, *factus est ei ex semine*.

Qui prædestinatus est.

Probat meam Annotationem, sed ita ut putet alterum quoq; consistere. Atqui paulò ante præscripsit nobis legem, nè interpres recedat à verbis scripturæ principalis. Verùm hic constat *Paulum* scripsisse ὁρισθέντος, quod non potest verti *prædestinatus*, nisi recedatur à verbo Apostoli. Hoc ut excusset, facit nobis duplicem destinationem, futuri temporis & præsentis. Mater infantem nondum natum prædestinat literis, & eundem quum tradit præceptori, destinat. Hoc absurdissimum est, nisi accipias *destinare* pro *mittere*; nec inficior quosdam ita loqui, sed præter rectè loquentium consuetudinem. Frustra verò tot verbis probat, Filium Dei rectè dici prædestinatum juxta naturam humanam, quod nemo negabat: ac indicavi, sive legas destinatus sive prædestinatus, malè cohærere *Filius Dei*. Sic enim dictus est *destinatus Filius Dei*, ac si diceres, *designatus est consul*, ut *Filius Dei* à tergo adhæreat Participio *prædestinatus* est, non à fronte. At noster hic χιαστὸν invertit ordinem, ita legens, *qui Filius Dei prædestinatus est ei secundùm carnem*, &c. *ex semine David*: Atqui paulò ante præcessit *de Filio suo*, cui durè subjicitur, *qui Filius Dei*: durè cohærent & illa, *qui Filius Dei prædestinatus est Deo ex semine David*. Duriùs etiam ea quæ sequuntur, *prædestinatus est ex semine David secundum carnem, in virtute Spiritus ex resurrectione mortuorum*. Ad hæc quum hic sermonis ordo quem comminiscitur, durus sit apud nos, apud *Græcos* prorsum absurdus est, ubi Participio præponitur Articulus, *Filio Dei* non præponitur, τῦ ὁρισθέντος υἱῦ Θεῦ. Postremò, quum hunc locum ecclesiæ probatissimi doctores magno consensu producunt adversus *Arianos*, ut evincant in *Christo* fuisse geminam naturam divinam & humanam, perit totum hoc testimonium, si sequimur hujus interpretationem. Cæterùm quod ex *Augustini* verbis colligit, hunc locum sic accipi posse, quemadmodum ipse torsit respondere possem, illum aliter loquuturum fuisse si *Græcorum* commentarios consuluisset. Nec tamen *Augustinus* invertit sermonis ordinem, nec Prædestinationem refert ad superiora, sed sentit *Christum* Filium Dei ut hominem, in hoc prædestinatum, ut sit caput ecclesiæ. Verùm *Augustinus* hoc in loco non poterit meliùs excusari, quàm quod humanum quiddam passus sit. Et hic est ille triumphalis locus, quem tam magnificè promisit in prologo, quo nostram coargueret temeritatem, & interpretem defenderet à calumnia. Atqui mea annotatio non taxat interpretem, tantum quærit exitum difficultatis.

Ex resurrectione mortuorum.

Nec hic interpretem mea taxat Annotatio. Tantum ostendo, quot sensus pariat *Græca* lectio, nec ullam improbo. Verùm mea, inquit, versio excluſit aliquam partem fœcunditatis. Est fœcunditas scripturæ, quæ nobis uberem [illegible] rum gignit, dum idem locus nunc ad caput ecclesiæ, nunc ad corpus, nunc utrumque, nunc ad unumquemque nostrum, nunc ad certos hominum ordines, nunc ad [illegible] lam hierarchiam: hanc fœcunditatem [illegible] datam à sacris doctoribus, at sensum quam gignit sermonis ambiguitas, aut [illegible] aut hyperbaton, adeo non laudant, ut [illegible] am pro sua quidem virili. Bona est fœ[illegible] sed molesta est diversitas. Non optimè [illegible] quum Jureconsulti dicunt, *vel die, vel die*, [illegible] Unico modo verti, quia non aliter licuit, [illegible] sioni addidi Annotationem.

Per quem accepimus gratiam & apostolatum.

Apostolatus vox est usitata quidem [illegible] sed improbata rectè loquentibus: [illegible] nota, sed nobis inaudita. Itaque verti: *accepimus apostolici muneris functionem*. Verbum hic mavult *apostolicum munus*, quòd munus sit cum, functiones variæ. Atqui [illegible] pud eruditos hæc verbalia, non semper [illegible] actionem, sed officium: quemadmodum [illegible] ratoris multæ sunt procurationes, sed [illegible] est procuratio, quemadmodum [illegible] & procurationem habet etiam is, qui [illegible] negligit officium. Sicuti dispensator [illegible] dispensat. Sed fingat *functionem* accipi [illegible] *ministratione*, num exeluditur autoritas [illegible] opinor. Sed indicatur officium posse [illegible] titulus. Postremò, quemadmodum [illegible] significat *sectionem*, ita *apostolatus* [illegible] nem, nomen æquè verbale, atque [illegible] *functio*.

Pro nomine ejus.

Hic mavult ambiguum interpretis [illegible] At eum nemo illi eripit, & ambitio [illegible] non optandam amphibologiæ [illegible] comitatur & inscitiam. Quod mihi [illegible] optimum, expressi.

Cui servio in spiritu meo.

Pro, *cui servio*, verterami, *quem colo*. Id interpres inquit, *cultum* uni Deo debitum [illegible] *servitutem*: idem ego non nego, sed [illegible] *Dei cultum appellavit servitutem*, contra [illegible] pellat frequenter & *Hieronymus* in [illegible] *mento*, & hic interpres in *Novo*. Sed [illegible] est *colendi* significatio; *Colimus* quem [illegible] quem frequenter adimus; *Colimus* agrum [illegible] læ, *Colunt* cœlum cœlicolæ. Fateor. Sed [illegible] dem domino *servit* mancipium, [illegible] suis commodis, ambitiosus famæ, [illegible] ventri, superstitiosus interpres *servit* [illegible] prudens *servit* tempori: postremò, *Hercules* servivit *Omphalæ*. Quin & *Græca* voces [illegible] sunt, λατρεία & δουλεία & ὑπηρετεῖν, nec hoc propriè significant, ad quod à *Græcis* [illegible] docendi gratiâ sunt accommodatæ, [illegible] dum aliud apud Jureconsultos sonat [illegible] aliud apud Rhetores.

Memoriam vestri facientes.

Ais *memoriam facere* rectè dici: fateor, sed nemo *Latinè* emendatè loquens sic loquutus est. [illegible] pres sic loquitur. Verum, quia sic tum vulgò loquebantur ex imitatione *Græcorum*, qui dicunt [illegible] ῦμων quàquam μνεία magis sonat *memoriam*, id quod declarat μνήμη. Sed [illegible] quit, *facimus ejus de quo loquimur absenti*: [illegible] mea

mea Annotatio admonuit precationem nihil aliud esse quàm cum Deo colloquium, nè cui sermo videretur durior. Hoc iste dissimulat, ut expleret paginam.

In voluntate Dei.

Ex *Origene* docet nos, aliud esse *in voluntate Dei*, aliud *volente Deo*. Tales Annotationes multas habet *Origenes*, haud magni ponderis: certè hæc non est tanti ponderis, ut non liceat dissentire. Quemadmodum in scripturis sæpenumero Deus *velle* dicitur quod *permittit*, ita *voluntas* pro *permissu* ponitur.

Ut aliquid impertiar vobis gratiæ.

Ait *gratiam Latinè* positam pro *dono*. Id probat, quia *Græcè* est χάρις, & sic loquuntur sacri doctores: fateor, *Christianè* quidem, sed malè *Latinè*: & tamen tum ita loquebatur vulgus semi-*Græcum* & semi-*Latinum*. Si eandem vocem, inquit, variè reddere vicium est, tu plus centies peccas. Non variè reddere vicium est, optime juvenis; sed bene *Græca* malè *Latinis* reddere vicium est apud *Grammaticos*, & inepta est varietatis affectatio, ubi nulla invitat utilitas. Sed magnum putat convicium, quod interpres vir tantus & afflatus Spiritu, dictus est *ludere* copiâ: Quicquid citra necessitatem animi gratiâ fit, *ludere* dicimus, nè putet non esse ludum nisi aleæ. Non est contumeliosum vocabulum *ludere*. Et in hoc interprete tam insignis est affectatio varietatis, ut qui de singulis velut commentitiis reddere causas, nihil aliud videatur quàm ineptire & verè ludere.

Ad confirmandos vos, id est, simul consolari.

Ait, τοῦτο obstare, quo minus interpres verterit alterum infinitum: imò, potiùs cogit ad vertendum, nisi fortè sic rectè loquemur hunc in hunc modum, *Litandum est musis*, hoc est, *animum applicare ad literas*, pro eo quod erat, *animus applicandus ad literas*. Aut, *cupidus es illaqueandi nos*, hoc est, *dolo circumvenire*, pro *dolo circumveniendi*. Indicàram συμπαρακληθῆναι juxta *Græcos* referri ad *Pauli* personam, nominatim citans *Theophylactum* & *Origenem*. Hic arguit me mendacii, quod sacri doctores verbum hoc non ad *Paulum*, sed ad utrosque referant. Quid? an ego negavi ad utrosque referri posse? Sed Pronomen ὑμᾶς obstabat, quo minùs posterius verbum ad *Paulum* quoque referri posset, nisi subaudiretur aliud Pronomen: hoc igitur ago, ut ad *Paulum* quoque pertineat. Quid igitur mentitus sum, ô bone juvenis? Verùm illam mutuam consolationem non exprimit ipsum verbum, sed conjunctio συν. At ipsa meæ Annotationis verba quæ citat, indicant me idem sentire, quod interpretantur hi quos mihi objicit. *Græcanica* inquam scholia posterius verbum referunt & ad *Paulum*. An nescit quam vim habeat addita conjunctio *in*? ac mox, *Paulum autem solatium mutuum accepturum*. An ignorat quid sit *mutuum*? Hic tamen mecum dimicat, quasi voluerim vel ad solos *Romanos*, vel ad solum *Paulum* referri, συμπαρακληθῆναι, quum ipsa præpositio obstet, quo minùs ad alteros tantum pertineat. Deinde ratiocinatur, interpretem rectè reliquisse infinitum, ut vel ad *Romanos*, vel ad *Paulum* referri possit, quum, ut indicatum est, non possit non nisi ad utrosque referri. Sic autem agit, quasi ad alteros tantùm pertineret, si verbum infinitum versum fuisset in aliam formam. Verùm, id ridiculum est: Sive referas ad personam primam, ut, *ego mutuam consolationem accipiam in vobis*: sive ad secundam, ut, *vos mecum consolationem accipiatis*, ad utrosque refertur. Hæc, quum perspicua sint, tamen in fine queritatur: *Videte*, inquit, *quomodo justus ac fidelis, tamen reprehenditur interpres*, &c. Proinde si singula coner refellere, quid fructûs redibit ad Lectorem?

Incompositos.

Hic nobis persuadere conatur, *Latinè* dici *incompositos*, quibus non convenit cum cæteris hominibus, quum inter omnes homines sit naturalis quædam societas: sed proferre debuit autorem probatum linguæ *Latinæ*, qui sic loquutus sit. Ecclesiasticos doctores sic loqui non ignorabamus. Atqui hæc vox *incompositos*, invitavit quosdam ut interpretarentur habitu & gestu honesto, verùm tales *Graci* vocant ἀσχήμονας non ἀσυνθέτους. Sed hic adversus *Theophylacti* testimonium miram commentus est rationem. In *Theophylacto*, inquit, distinctio depravata fefellit *Erasmum*. Ita legendum erat *incompositos*, absque fœdere, id est, conventis & pactionibus non stantes, infidos scilicet & mutabundos, ut hæc interpretatio pertineat ad ἀσυνθέτους. Atque eadem est distinctio in *Theophylacto Græco*. Sed ut donemus hoc illi quod asseverat, *Theophylactum* non alteram dictionem prætermisit inexplanatam, sed utramque velut eandem propè rem declarantes communi commentariolo complexus est: itaque alterâ expositâ, alteram veluti dilucidam subjecit. Idem facit *Chrysostomus*, cujus æmulus est *Theophylactus*. Ordine dissentit à nobis: Sic enim jungit, ἀσυνθέτους, ἀσυνθέτους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας, ut ἀσυνθέτους pertineat ad societatem, quæ est inter omnes homines communis, ἀσυνθέτους ad fœdera civilia, ἀσπόνδους ad affectus propinquitatis, ἀνελεήμονας ad commiserationem quam afflictorum calamitas exigit à nobis. Hæc quum insita sint omnibus à natura, ut homines cum hominibus tranquillè degant, quod sine pactorum ac fœderum observatione fieri non potest, ut charitate prosequantur, uxorem, liberos, cognatos & affines, patriam & amicos, ut miserorum calamitatibus indolescant, tamen adeo traditi fuerant in reprobum sensum, ut ad omnes naturæ sensus obstruerint. Sed sacri doctores, inquit, legerunt *incompositos*; fateor: sed illi, quoniam *Græcè* nôrant, & vulgi consuetudinem, intelligebant quid sibi vellit vox apud emendatè loquentes barbara, qui *incompositum* vocant *inconditum*, *tumultuosum*, aut *indecorum*. Et hæc est annotatio quam tot verborum ambagibus tantum non gestiens ac triumphans nobis objicit.

Qui cum justitiam Dei cognovissent.

Hic miro supercilio flagellat nos prolixâ rixâ, campum videlicet egregium nactus objurgandi: Severissimè verò destomachatur quod dubitârim an interpres mutârit *Græcam* lectionem, & aliquid addiderit explicandæ rei gratiâ, quod constat aliàs ab eo factum. Quòd si hic idem feciſſet, quod erat piaculum, ô gerontodidascale? Sed hæc inquit, addita verba faciunt sensum diversum. At mea Annotatio indicat addito percontandi signo sensum eundem reddi. Et si hoc est corrumpere scripturam, aliquam vocem addere, sæpe corrupit interpres iste divinus & adorabilis, ut sæpe prædicat, quum incertum sit *Christianusne* fuerit an Paganus, hæreticus an orthodoxus.

Verùm ſalva res eſt, vidit codicem fratris *Amandi* ſatis vetuſtum, opinor eſſe ex collegio Canonicorum *Corſendonchenſium*. Nam illinc *Novum Teſtamentum* deſcripſit *Amandus*. At eo codice nihil mendoſius, & feruntur ejus generis *Græci* codices permulti, qui ad *Latinam* lectionem emendati ſunt. Ex eis caſtigare noſtros, eſt amuſſim albam applicare ad album lapidem. Sed fatetur à me adnotatum, ſcholia *Græcorum* indicare diverſam lectionem. Verum, at non fateor ab illis addi, non intellexerunt qua de re diſputamus, ſed tantum duarum vocum inverſum ordinem συνδρομὴν & μέλουσιν. Illud mirè exaggerat, quòd quum priores editiones non habuerint hæc verba, & haud ſcio an interpres mutârit *Græcam* lectionem, certè locis aliquot utitur Paraphraſtæ libertate, me in quarta adjeciſſe, quod præſtiterat reſecuiſſe, quum nihil horum ſit in quarta editione. Ille negat eſſe in ſecunda aut tertia: Nuſquam igitur ſunt ſi vera prædicat. Nam primam conſului, non habet. Sed fortaſſe putavit eſſe quartam quæ erat tertia. Nam quarta prodiit Anno M.D.XXVII. Lapſus eſt humanus. Sed juvenem ſic ferocire quum erret, tantâ loquacitate rixari, quale ſit alii judicent. Fatetur interpretem alicubi Paraphraſten agere, quoties utilitas poſtulat, imò demonſtro eum aliquoties id facere, quum nulla invitet utilitas. Et hìc declaratum eſt fuiſſe gravem cauſam aliquid addendi, niſi confugiamus ad interrogationem. Utcunque autem excuſatur *Latinâ* editio, *Græca* longè ſimplicior eſt & commodior.

Ex capite ſecundo.

Pro *longanimitate* voce ad *Græcam* efficta, ſed præter *Latini* ſermonis uſum, verti *lenitate*. Ille putat rectè verſum *longanimitate*; non nego, ſed parum *Latinè*: Verùm *lenitas* ad ſuperiores etiam voces pertinet χρηστότης & ἀγαθωσύνη. Eódem pertinet & *longanimitas*, nec novum eſt *Paulo*, verbis idem ſignificantibus, rem animis infigere. Quid igitur peccavit *Eraſmus*, ſi pro voce parum *Latina* repoſuit elegantem? Equidem optarim *longanimitatem* eſſe receptam apud *Latinos*. Vereor nè hæc tibi plus ſatis ſint. Sed tibi imputes oportet, qui efflagitaris. Bene vale, vir animo meo chariſſime. Apud *Friburgum Briſgoia* XIIII. Calend. Septemb. Anno M. D. XXIX.

Eraſmus Rot. ſacris virginibus juxta divi Franciſci inſtitutum Chriſto militantibus prope Cantabrigiam S. D.

Epiſt. 3. BEne nos hortatur Dominus, dilectæ in *Chriſto* Virgines, ut recondamus nobis theſaurum in cœlis, ubi neq; tinea corrumpit, neque fur furatur. Xenium quod veſtra pietas miſit, intercipi potuit, ſed veſtram charitatem, veſtras ſanctiſſimas preces, quibus me quotidie ſponſo veſtro cómendare dignamini, homo quamlibet furax intervertere non potuit. Demus igitur operam, ut hoc opum genere diteſcamus, quarum elargitione non pauperior, ſed locupletior fit qui communicat egenti, nec fraudari poteſt is in quem fit elargitio. Minima tam gratis, tam alacribus animis accipere, quid aliud eſt quàm ambire majus beneficium? Itaq; quoniam intellexi vobis epiſtolam illam quam ſic ex tempore efflagitante *Thoma Greio*, cui negare nihil poſſum, effudi veriùs quàm ſcripſi, tantopere gratam fuiſſe, viſum eſt unà cum epiſtola mittere ſoſculum, ex *Eſaia* ſemper vernantibus horti deceptum, qui veſtros animos ſacri ſpiritus ſuauitate ſimul & recreet, & corroboret. Etenim ſi dies quotidie nos admotus naribus non ſolùm exhilarat, verùm etiam vires cordis confirmat: quanto magis hujuſmodi flores, quos aura divini Spiritus genuit, afluſtq;, animis & hilaritatem & robur addere ſpirituale, ſi animis admoveantur. Quis enim eſt cui non interdum obrepat mœror ac tædium quoddam intuenti mala, quibus hiſce temporibus undique plena ſunt omnia? Quis tam confirmatus ſpiritu, cujus animum in tantis opinionum diſſidiis non perſtringat aliqua tentatio? En igitur vobis *Eſaiæ* floſculus, qui pro tædio det alacritatem, & animum fidei robore confirmet fulciatq;: *In ſilentio*, inquit, *& ſpe erit fortitudo veſtra*. Quis hæc dicit? Non *Eſaias*, ſed ſanctus *Iſrael*, hoc eſt, æterna Veritas, quæ nec falli poteſt, nec fallere. Quoties adverſi nobis immittit Dominus, qui *flagellat omnem filium quem recipit*, meminerimus eſſe patrem, qui noſtræ conſulit ſaluti, non ignarus quid expediat nobis: nè obmurmuremus, ſed taciti patienter ferramus manum emendantis, licet naturæ ſenſui moleſtam, hoc eſt *ſilentium* quod per Prophetam exigit Dominus; feramus autem non ſolùm abſque murmure, verùm etiam alacres, nimirum ſpe mox ſecuturæ ſanitatis. Quod affligit leve eſt ac momentaneum, quod delectat æternum & inæſtimabile. Charitas fidei miniſtra eſt, (per hanc enim, ut ait *Paulus*, operatur) ut riuſq; filia ſpes eſt. Ut enim demus fidem à charitate ſejungi poſſe, certè ſpes de qua loquimur, non niſi ex fide & charitate naſcitur. Proinde ſi filii ſumus potius quàm ſervi, patri fidamus, patrem amemus oportet: & noſtram ſalutem illi cordi eſſe credimus, non ignari quàm immenſa ſit illius miſericordia in omnes qui diligunt ipſum, in mediis etiam moleſtiis multam alacritatem noſtro ſpiritui præbebit expectatio divinæ conſolationis, *qua non patitur nos tentari ſupra quam poſſimus, ſed facit cum tentatione proventum, ut valeamus ſuſtinere*; ſæpe miſcens triſtia lætis, ſemper addens unctionem Spiritûs, quæ triſtia quoque vel leniat, vel exhilaret. Sunt autem quotidiana incommoda, quorum finem in hac vita non expectamus, qualis eſt ſenectus, morbus, ut inter medici, immedicabilis, & alii morbi nonnulli arte medicorum ſuperiores. Et in his ſilentium ac ſpes et fortitudo noſtra. Nam & —*levius fit patientiâ,*
Quicquid corrigere eſt nefas,
ut ait ille: &, *neq; enim condigna ſunt paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ nos revelabitur in nobis*. Cur enim non dicam *mors*, cum hæc vita omnis vix temporis momentum ad punctum ſit ad æternitatem? Quòd ſi ſpes humana tantum habet vim, ut verè meritóque quidam Ethnicus Poeta de illo ſcripſerit:

Spes bona dat vires, animum quoq; ſpes bona firmat.
Vivere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Quid non efficiet illa ſpes quam in nobis gignit ſpiritus *Chriſti*? Spes humana ſæpenumero fallit, ſpes autem hæc non confundit, ut ſcribit beatus *Paulus*. Cæterùm, *confundendi* verbum, quo uſus eſt Apoſtolus *Græcè* ſcribens, non eſt *perturbationis*, ſed *pudoris* potiùs, & *probri*. Siquidem iis qui præſidiis hominum freti, magna de ſe jactitarunt, ſi res præter ſpem evenerit, propémodũ acerbior eſt exprobratio quàm ipſa calamitas, pudore multum conſupli-

conduplicante. Verùm quiſquis totam fiduciam ſuam collocavit in Domino, certam habet ſpem, nec periculum ullum eſt, nè fruſtratus expectatione ſuâ pudefiat. Et ſi nonnunquam pii videntur hic ad tempus pudefieri, certè non pudefiunt in æternum. Opprobria opprobrantium ceciderunt ſuper Dominum in cruce pendentem, audivit voces omni felle amariores, *Speravit in Deo, liberet eum nunc, ſi vult eum.* Hæc audivit caput, audiunt ſimiles voces & illius membra. Sed quemadmodum afflictionis exemplum habent à capite, ita habent & ſpei fiduciam. Nunquid ille ad impias voces reſpondit? Nihil invenies, ſed in ſilentio & ſpe poſuit fortitudinem ſuam, tranquillo animo dicens Patri, *In te, Domine, ſperavi, non confundar in æternum.* Ubi vident homines pios morbis, bellis, damnis, exiliis, cruciatibus & mortibus affligi, vox eſt impiorum, *Ubi eſt Deus eorum?* Quæ utinam interdum non audiatur & inter *Chriſtianos.* Sed gravius eſt quoties hæ voces perſtrepunt inter præcordia noſtra, nonnunquam & ad blaſphemiam uſque prorumpentes, cum animus dolore tædióque victus, Deum vocat immitem, injuſtum, negligentem rerum humanarum, benigniorem erga malos quàm erga bonos, quòd illis ferè res magis ſecundæ ſint, quàm iis qui pietatem ſequuntur, non intelligentes quòd Dominus noſter per cruciatus & ignominiam tranſiit ad gloriam, & obliti quod *Paulus* ſcripſit ad *Timotheum*: *Omnes qui volunt piè vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiantur in hoc ſeculo.* Si nihil adjeciſſet, tædere nos poterat afflictionis perpetuæ, nunc ſpem mox finiendi cruciatus & ſecuturæ felicitatis oſtendit, dicens, *In hoc ſeculo.* Quin & *Hebræus* ille ſapiens hoc præceptum inter pietatis rudimenta ponit: *Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Videut ſcripturæ divinæ ſibi conſentiunt in ſententiis, licèt verbis ac figuris varient. Idem dicit *Sirach* quod *Petrus, Paulus,* & *Eſaias.* Quod hic vocat *ſilentium*, ille dicit *ſtare in juſtitia & timore.* Quod ille *ſpem*, hic *tentationis* verbo ſignificavit. Qui ſtat, non turbatur, non dejicitur animo. Qui ſtat in juſtitia, agnoſcit ſuam injuſtitiam, ac Dei flagellantis juſtitiam adorat. Qui ſtat in timore, non obmurmurat ei qui poteſt & animam & corpus mittere in gehennam. Rurſus, qui præparat animam, non exanimatur, velut inſperatis malorum procellis, ſed boni conſulit quicquid Deo viſum fuerit immittere. Quod aliis verbis præcipit *Petrus* Apoſtolus: *Chariſſimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi novi aliquid vobis contingat, ſed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, ut in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes.* Jam qui intelligit afflictionem eſſe tentationem, hoc eſt, exploration em divinam, expectat probationem, quæ ſpem habet comitem, omnis moleſtiæ lenitricem, quemadmodum *Romanis* ſcribit Apoſtolus, Sed & *gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Non ſatis erat divinæ benignitati, gaudiis æternis penſare temporarios ac momentaneos cruciatus, in mediis etiam afflictionibus dat ſuis pignus arcani ſpiritûs tam efficax, ut non ſolùm non deficiant in malis, verùm etiam glorientur & exultent. Itaque piorum ſpes, etiamſi videatur eos pudefacere apud homines, revera non pudefacit, dum intra ſe ſentiunt teſtimonium Spiritûs teſtificantis humano ſpiritui, quòd ſint Filii Dei, gaudéntque ſe manu clementiſſimi Patris ad hæreditatem vitæ cœleſtis explorari fingíque. Sic enim proſequitur ille ſapiens: Quoniam igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & ſpera in illum. Qui credit ſe Deo, filet. Silentem ille ſic flagellat, ut emendet: ſic proſternit, ut erigat: ſic necat, ut vivificet. Tu ſine medicum ſuo more operari; tantùm relinque peccata, & ira Dei vertetur in miſericordiam. Fruſtra ſperas Dei miſericordiam, ſi perſiſtis in his quæ provocant iram Dei. Narrant humanæ literæ, quendam negotiatorem ubi conflatis facultatibus proficiſcetur in longinquas regiones, ut multo ditatus lucro rediret in patriam, poſteaquam naufragio periſſent omnia, dixiſſe, *Age Fortuna, ſentio quid velis, ad philoſophiam me vocas, venio quò vocas.* Huic jactura rerum ceſſit in maximum lucrum, ſiquidem ex avaro mercatore factus eſt inſignis philoſophus, ditior contemptu pecuniarum quàm poſſeſſione. Saltem hujus exemplum nos imitemur, quoties nobis accidit vel publica vel privata calamitas, nè conſternemur animo, nè murmuremus adverſus manum Omnipotentis, quemadmodum fecerunt *Hebræi*, qui à ſerpentibus perierunt; ſed quod Ethnicus ille dixit Fortunæ, nos dicamus Deo, rerum humanarum unico gubernatori: *Age, clementiſſime Pater, ſentio manum tuam invitantem ad pœnitentiam, en ad te venio, me totum tibi trado, finge ac refinge pro tua ſancta voluntate filium tuum hactenus male dicto audientem.* Nunc hominum vulgus, ſi quid immittitur adverſitatis, non cogitat hoc immitti à Deo, ſed alii ſideribus, alii naturæ humanæ, alii his atque illis hominibus, aut etiam occaſionibus iraſcuntur, & ulciſci ſtudent, haud multò ſapientiores canibus, qui lapidem mordent ab homine jactum, ipſo relicto homine. Tempeſtas perdidit fruges, merces periere naufragio, cœlum peſtilens afflavit corpori morbum, miles incendit horrea, Sycophanta faceſſit negotium, obſtrepit maledica lingua. Quid malè precaris cœlo & mari? Quid ultionem paras in hominem? Iſthuc eſt mordere lapidem. Primùm illud cogita hæc à Deo immitti, nec multum referre per quos immittat, utitur enim ille & elementis, & improbis hominibus ad ultionem. Mox circumſpice teipſum, nuncubi tuis ſceleribus iram Dei provocaris, & ſi deprehenderis, (quis autem non deprehendat?) primum ultionem à te ipſo ſumito, correctis moribus & ad Deum converſus, qui miſit lapidem. Sin minus, tamen cogita, tentat me Deus, an verè diligam ipſum, orabo ut in me augeat charitatem. Ab hoc animo quantum nunc abſumus plerique? Quot annis jam omni malorum genere affligimur? Decem plagis afflicti ſunt *Ægyptii*, & ad ſingulas cœperunt reſipiſcere. Nos tot jam annis tanto pluribus atterimur, nec agnoſcimus Domini manum, nec quiſquam ad vitæ correctionem confugit, ſed in alios alii culpam rejicimus, ſibi quiſq; blanditur, molimur vindictas, quaſi quicquam poſſint homines adverſus divinam potentiam. Quod

enim mali genus est, quod non premit nos? Aut quæ pars est orbis ab horum malorum immunis contagio? Ubi terrarum non furit *Mars*? cum *Martem* dico, non unum aliquod malum dico, sed malorum omnium oceanum. Ubi non pestilentia? Ubi non rerum caritas & fames? Ubi non expilationes? Ubi non latrocinia? Nec alicubi desunt inundationes. Quàm acres & implacabiles Principum iræ, quantum calamitatum invexerunt rebus humanis, quantóque graviora minitantur? Quanquàm hæc levia sunt, si conferantur ad ecclesiæ dissidia. Quot sectis discerpimur, & subinde suppullulant novæ? Quos jungit sanguinis propinquitas, quos eadem domus, quos idem lectus copulat, distrahit opinionum dissensio. Inter has plagas quotum quenque videmus, qui cogitet de corrigenda vita, qui confugiat ad Domini misericordiam? Suam quisque vicem ulciscitur. Sua quisque commoda tueri conatur, nec aliud quàm códuplicamus nobis mala, & aggravamus Domini manum. Mittimus legationes in *Ægyptum*, oneramus camelos opibus, confugimus ad veloces, & irritis tumultibus miscemus omnia. Nec audimus sanctum *Israel* clamantem nobis: *Si revertamini & quiescatis, salvi eritis. In silentio & spe erit fortitudo vestra.* Quid est reverti? relinquere mores & affectus pugnantes adversus Deum. Quid est quiescere? Est abdicatis cupiditatibus carnis, nos submittere voluntati divinæ. Ita demum felix illud ac verum subbatum erit in animis nostris, si nostris affectibus consopitis & requietis, Dominus in nobis quæ vult operetur. Quid primum curant medici? Exhauriunt corpus noxiis humoribus; cætera permittunt naturæ. Abjiciamus & nos scelera nostra, Dominus, in cujus manu sunt corda Regum, ilicò flectet ea ad studium pacis & concordiæ, tollet è medio locustas militum omnia depopulantium, & ranas opinionum, auferet tenebras nostras, ac veritas illucescet cordibus nostris. Audimus vocem Domini cunctos ad vitæ correctionem provocantes, nè auribus obturatis obduremus & corda nostra, dicentes cum impiis apud *Esaiam*, *Nequaquam, sed ad equos fugiemus, & super veloces ascendemus*. Nè rursus illud ingerat nobis, *Ideo fugietis, ideo velociores erunt qui vos persequentur*. Fortasse talibus verbis nemo reclamat nunc Domino, sed factis penè reclamamus omnes. Hæc publica tempestas vos leviùs perturbat, ô beatæ Virgines, quæ, seculo mortuæ, jam in terris cœlestem quodammodo vitam agitis, & abditæ cum sponso *Christo* deliciamini; cui quo propiores estis, hoc magis decet vos ecclesiæ tranquillitatem piis votis, sacrísque precibus illi commendare, levantes non modò puras manus juxta *Paulum*, sed multò magis pura corda ad Dominum, veluti columbæ in foraminibus petræ, & in cavernis maceriarum, gratissimo gemitu semper obmurmurantes sponso: Petra autem *Christus* est, quæ multas habet latebras, in quibus piorum animæ tutò latitent ab hujus mundi tumultu: Ubi dulci temperie refrigerantur ab æstu carnalium desideriorum, quæ militant adversus spiritum. In his foraminibus hoc tutiùs ac feliciùs delitescitis, quo minus instructæ estis præsidiis humanis, quemadmodum columbæ nec rostro, nec unguibus, nec vi, nec dolis armatæ sunt adversus injuriam aliarum avium, tantum fugâ latebrísque tutæ sunt, neque nôrunt ulli cæterorum animantium moliri vim [illegible]. Grata simplicitas relucet in oculis, quam [illegible] sus adamat in Canticis, & Evangelium [illegible] nobis commendant. Nec obstrepunt [illegible] garritu, quemadmodum aliæ pernoctes, [illegible] amabili murmure solitudinem suam solantur. Ad hanc imaginem, ô beatissimæ Virgines, & vos in *Christi* cavernis latitatis, in silentio & spe collocantes fortitudinem vestram. Est murmur impium, quod odit Dominus. Est & vacuum gratúmque murmur, quo non desinunt gemere mentes afflatæ spiritu *Christi*, donec evacuetur quod ex parte est, veniátque quod perfectum est. Talia sunt columbina murmura. Est & pernicio-sum silentium, quo vetus proverbium dixit perisse *Amyclas*. Est silentium impium, quod nescit fateri commissa, quod premit gloriam Deo debitam. Nimirum hoc erat mutum dæmonium, quod solus *Jesus* potest ejicere. Est & gratum tranquillúmque silentium, quod cum spe junctum, reddit invictum animum adversus omnium malorum incursus. Hic silent affectus carnis, sed indiuntur gemitus spiritus. Sic ingemiscebat *Paulus*, cum diceret: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Sic *David*, cum diceret, *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Habent vulpes lustra sua, habent volucres cœli nidos, in quibus requiescant*, columbæ quietem nesciunt, nisi in foraminibus petræ, & cavernis maceriæ. Ideo perforatus est in cruce tot vulneribus, ut illic pii mentes, quæ mundi præsidiis omnibus renunciâssent, quietum ac tutum esset suffugium. Idem dictus est lapis angularis, connectens ut utrunque parietem. In hujus cavernis dulciter ac feliciter latitate Virgines, donec audieritis vocem sponsi ad æternam felicitatem evocantis: *Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, & in cavernis maceriæ, ostende mihi faciem tuam.* In his cavernis latitavit instituti vestri parens *Franciscus*, humillimus apud mundum, apud Deum maximus. In his latitavit sanctissima Virgo *Clara*, vestri sodalitii dux & patrona, quæ nullis hujus mundi præsidiis, nullis humanis freta viribus, sed silentio & spe fortis, calcavit mundum, profligavit satanam, vicit carnem, & post temporarios gemitus meruit vitæ cœlestis coronam, regnans cum sponso, quem spretis omnibus satanæ pompis & illecebris unum adamavit. Hujus vestigiis ingredientes perseverate Virgines, ac semper ad meliora proficite, ut quemadmodum nunc estis sociæ cestaminis, ita sitis & gloriæ, quæ mox revelabitur in vobis. Nè vos terreat ætas tenera, sexus fragilis, corpusculi imbecillitas, Satanæ potestas mille dolis armata; petra in qua latetis fortior est omnibus, comminuet quicquid in hanc impegerit, tutus erit quisquis confugerit inhæserit. Quo quis magis fidit suis viribus hoc est imbecillior: at qui sibi diffidit totus, qui tollum aliud spectat præsidium quàm *Christum*, is omnia potest cum *Paulo*, non in se, sed in eo qui *elegit infirma mundi, ut confunderet fortia; elegit stulta hujus mundi, ut pudefaceret sapientes; elegit ignobilia, & ea quæ non sunt, ut ea quæ videntur ipsi magni momenti derideret.* Jam etiamsi quæ sunt inter vos, quæ juxta carnem gloriari possint, quemadmodum

quemadmodum potuit *Paulus*, non expedit tamen gloriari, nisi in cruce Domini nostri *Jesu Christi*, qui cum omnem mundi gloriam usque ad crucem contempserit, quem postea non pudeat in hoc mundo gloriari? *Paulus* in tertium cœlum raptus non audet gloriari, nisi in infirmitatibus suis, & nos homunculi gloriabimur in viribus nostris? Ille imbecillitate suâ potens est. Non est igitur quod metuas, pusille grex, confide quoniam qui vos tuendas suscepit, vicit mundum. Te verò religiosissima domina, quæ virgineæ sodalitatis curam agis, nihil arbitror necesse, ut horter, admoneámque tui officii, gratulari magis liberet, nisi vel parum id tutum esset humanæ fragilitati, vel parum gratum tuæ singulari modestiæ. Tantum oro, ut, quod facitis, pergatis nostri in vestris ad Dominum precibus meminisse; nominatim autem *Greiis* sororibus ex me salutem dices. Dominus vos omnes servet incolumes. Simul orabit vestra charitas pro interceptore, ut ex milvio vel harpyia potiùs fiat columbus, desinátque tandem cretissans involare quidlibet, nè provocet in se manum *Christi*, & nomen illi vertatur. Valete.

Erasmus Roterodamus Cl. D. Mutiano Rufo, viro omni doctrinæ genere consummatissimo S.P.

Epist. 4. INcommodè offendit me *Eobanus* noster, & ægrotum & occupatissimum. Alioqui nihil unquam vidi libentiùs, ὦ φίλαι μοῦσαι! qui carminum fluxus? quæ vena? quæ felicitas? ut dicas natum Poetam, non institutum. Eadem orationis solutæ *Minerva* est. Jam mores ii, quos optem Theologis esse. Felicem *Germaniam*, sed præcipuè *Erphurdiam*, si modo nôrit sua bona. Delectavit me tuæ quoque epistolæ candor, animi tui candorem referens. Munusculum diu rejeci; donec abs te profectum intelligerem. Nugatum mearum indicem subtexui, etiamsi ipse vix memini ineptiarum mearum. Bene vale. *Lovanii*, XVI. Cal. Novemb. M. D. XVIII.

Erasmus Roterodamus Joanni Draconi, ex urbe Karoli, suo, S.

Epist. 5. UT ad epistolam tuam paucis respondeam, humanissime *Draco*, primùm, post longam apud *Basileam* ægrotationem, denuo periculosissimè relapso, deinde negotiis ingentibus occupatiori quam quisquam credat, *Eobanus* noster voluptatis attulit plurimum, tum lucri non parum, qui ipse vir & admiratione dignus, & amore, te novum amicum mihi conciliavit, licet hac certè parte satis opulentum: & vel unus *Helius* queat *Germaniam* nostram à barbariæ calumnia vindicare. Deum immortalem! quàm felix felicitas, quàm facilis facilitas in carmine! dicerem in hoc renatum *Ovidium*. Neque sui dissimilis est in oratione soluta. Nam in utroque specimen sui præbuit, idque ex tempore. Tum autem qui morum candor? quæ comitas? quæ facilitas? quàm nusquam est affinis iis vitiis, quibus vulgo sunt obnoxii, præsertim apud *Italos*, qui Poeticen deamant? quàm piâ Musâ castáque *Christianas* celebrat Heroidas? Felicem ter quatérque *Germaniam*, si plures huic simillimi vates exorirentur: & exoriuntur jam aliquot. Sed longè plures exorituros video, si Principes ac primates ingeniis honorem habere cœperint; tametsi jam hoc facit inclytus ille *Saxoniæ* Dux *Fredericus*, Archiepiscopus *Moguntinensis*, vel citra Cardinalitium galerum maximus ac clarissimus. Unum hoc me malè habet, quòd *Hessus* noster tantum itineris exanclarit frustra. Quid enim fructûs erat? aut quod operæprecium vel totum *Erasmum* vidisse? Meliorem mei partem, si quid in me boni est, jam in lucubrationibus meis conspexerat. Porrò, quod supereſt, quæso quid habet visendum? Gratum fuit tuum munusculum, animi in me tui symbolum. Bene vale. *Lovanii*, XVI. Cal. Novembr. M. D. XIX.

Erasm. Rot. Eobano Hesso suo S.

Epist. 6. JAm arbitrabar mihi probè cognitam *Germaniam*, & quicquid esset insignium ingeniorum perveſtigatum. Admirabam ingenium *Beati Rhenani*: exosculabar indolem *Philippi Melanchthonis*: suspiciebam *Capnionis* majestatem: capiebar *Hutteni* deliciis. Et ecce derepente *Hessus*, quod antehac in singulis vel mirabam, vel mirabar, unus universum exhibuit. Quid enim aliud Heroides tuæ quàm *Christianum Ovidium* referunt? Cui vel in oratione soluta contingit ea facilitas, quæ tibi in omni carminis genere? Eloquentiam æquat eruditio; & utrumque decorat *Christiana* pietas. Jam in oratione prosa talis es, ut alienus à carmine videri possis. O venam ingeniiverè auream! Nec à stylo mores abhorrent, quibus nihil candidius, nihil simplicius, nihil potest esse purius. Rara avis, eximia doctrina sine supercilio. Quid supereſt optandum, mi doctissime *Hesse*, nisi ut egregiis tuis dotibus, quas partim tuis vigiliis, partim cœlo debes, Fortuna respondeat? Id fiet, si *Germaniæ* Principes ingeniis honorem habere cœperint; & bellicæ gloriæ hanc quoque meliorem laudis portionem adjunxerint. Tu mihi terrâ marique visendus eras, & ultro tam immenso, támque periculoso itinere *Erasmum* petit *Eobanus*, homuncionem visurus famâ malignâ, sed tamen hac ipsâ minorem. Mihi tam insigne lucrum gratulor, qui cum *Hesso* meo tot egregios amicos lucrifeceris, tuam vicem doleo, qui tam levi fructu tantum laboris susceperis. Bene vale, *Germaniæ* nostræ vel præcipuum decus. *Lovanii*, XIV. Calend. Novemb. M. D. XIX.

Erasmus Roterodamus integerrimo doctissimoque viro Jodoco Jona, amico unicè charo S.D.

Epist. 7. NÆ tu mihi, doctissime *Jona*, non epistolam, sed meros amores, meras flammas amantissimi pectoris misisti. Deum immortalem, ut spirat, ut afficit, ut agit undique! In qua dum me depingere tentas, tui ipsius simulachrum effinxisti. Dúmque meam eloquentiam laudibus vehis, tuam declaras eloquentiam. Doctrinæ aut facundiæ laudem nihil moror; unum illud me delectârit seriò, si quis meis redditus sit melior, si meæ lucubrationes ad *Christi* gloriam faciant. *Enchiridion* proximis his diebus excusum est à *Frobenio*. Adjecimus præter alia quædam Præfationem prolixam ad Abbatem *Velzium*. Sed utris accedam, optime *Jona*? tibi mea sunt aurea; rursus sunt qui clamitent, me nec sapere, nec fari:

ex meis libellis pestem hauriri pietatis. Quot convitiis fratrum ac Theologorum lapidatum est *Novum Testamentum*? Sed hactenus in absentem omnia, coram nemo verbum. Quod vos tribuitis, non agnosco; quod illi impingunt abominor. Certum est igitur neutris credere: animóque infracto per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam, pro nostra virili ad *Christi* scopum eniti. Dabis veniam brevitati nostræ. Scribo hæc cum valetudinarius, tum plus quàm obrutus scribendi labore. Bene vale. *Lovanii*, XIV. Calend. Novemb.

Erasmus Roterodamus M. Conrado Goclenio S. P.

Epist. 8. AMo profectò *Melchiorem*, & precor illi Musas omnes propitias, ὅττως βαλλόντω. Sic innotescet bonis, ac fortunam tibi parabit. Nec est quod cogitet de suffugio, sed de progressu. Tantum caveat, nè det ansam improbis. Cum *Lodovico* civiliter exerce amicitiam. *Nesenо* si quid scribis, cautè scribe. Ille sanè mihi fuit amicus infelicissimus. Nihil continet; nec dispicit, quid, quando dicendum. Nec prodest bonis literis, nec causæ *Lutheranæ*, nec suis discipulis. Is demum sapit, qui novit hoc seculo sapere. Vix etiam fidas tibi ipsi. Spero me isthic adfuturum in Quadragesima, nisi hi tumultus obstabunt, qui videntur imminere. *Verdunii* epistola mirè delectavit, si tamen ille tantum potest. Additurus eram operi nostro, sed erat cur non fecerim. Miror quin *Hilario* dederis aureum, nam erat illi satis viatici ex me; & ex *Petro Ægidio*, de meo. Scripsissem plura, sed hic parum videbatur notus, per quem scribo. *Campensi* gratulor. Decebat ut ego senex jam particeps essem vestrarum felicitatum, sed video meos labores planè fuisse *Herculanos*. Bene vale. *Basileæ*, postridie Non. Febr. Anno millesimo quingentesimo vigesimo primo.

Erasmus Roterodamus eidem M. Conrado Goclenio S.

Epist. 9. ACcepi tuas literas. *Georgium*, opinor, jam vidisti, ex quo cognovisti rem. Dic illi non sacerdoti, ut si decrevit abire, quod tamen ego non probo. Δεῖ διαῤῥεῖν. Prima coitio. — Nebulo magnus est. Veniat huc bonis avibus sub proximis nundinis. Non deerit illi bona conditio. Sed tamen ego malim non solvi chorum, multis de causis. Alius erit exitus, quàm putatur. Loquor de bonis literis. Scripseram de *Ceratino*. Saltem ille veniat. Σίγα, φρόνει, νῆφε, ἀκρίβει, καὶ διαῤῥεῖ, καὶ ἥρμοσται. *Basileæ*, Postridie Trinitatis Anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Erasmus Roterodamus eidem M. Conrado Goclenio S.

Epist. 10. QUum per *Hilarium* expectem literas tuas, mi *Gocleni*, non est quòd nunc magnopere scribam. Nè quid te cruciet aliorum successus, sed expecta feliciora. Quanquam non video cur istius fortunæ te magnopere pœniteat. De *Vive* miror. Scripsit mihi se cogitare de reditu in *Brabantiam*. Quod si verum est, opinor sexaginta libras propositas esse pro sexaginta Angelatis. Aiunt etiam

A *Parisiis* exustum esse quendam, [illegible] nandus mirè in *Lutheranos*: in ejus [illegible] meus *Constantiensis* Vicarius [illegible] salario. Gratum fuit, quod scripsit [illegible] vit. Non dubito quin *Spongia* jam [illegible] sit. *Hattenus* excessit è rebus humanis [illegible] Augusti. Cujus morte periit magna [illegible] *Spongiæ* gratia. Tumultus rerum [illegible] ens cogit nos hic adhuc sedere [illegible]
B Quòd si literas nuper à *Roma* allatas [illegible] cepissem, jam iter ingressus fuissem. [illegible] ut spero, dabit finem malis. *Gallo* [illegible] Faveo Principi meo, sed nullum video [illegible] procedat Imperii dilatatio. Ἐγὼ [illegible] simplicitatem. Venit huc ut emeret [illegible] neret τὸ χρῶμα, denique & τὸ γνῶθι [illegible] obulum. Admoneo te, nè cum hoc [illegible] criminum genere multum habeas [illegible] Admonui & olim, nè valde implicareris τῶν γνησίων
C amicitiis; Sunt equus *Sejanus*. Bene vale, et magno animo perage Musarum negotium; fortuna alunde fulgebit. De *Francisco* [illegible] admoneo, nè quid rerum mearum illi committas. *Basileæ*, VII. Calen. Octob. Anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Honorabili Domino Joanni Cano, sive de Hondt, Canonico Curtracensi S. P.

D QUum alteræ vestræ jam obsignatæ [illegible] Epist. allquæ apud me, venerunt literæ è Flandria scriptæ à *Michaële* quodam *Benio*, qui nunciabant te inimicissimo esse in me animo, ac juvenem quendam, qui nescio quem [illegible] libellorum haberet, acriter objurgasse, quod hæretica legeret, addens meos libros esse pestiferos *Lutheranis*, téque sperare brevi [illegible] ego cum meis libris comburere. Non dubito quin hæc sint conficta nisi tu aut plane [illegible]
E in alium hominem, aut prorsus ignoro quantum malorum hic sustineam à *Lutheranis*. Ego paro mortem esse leviorem his quæ patior. Et si novissem statum hujus conjurationis, migrassem ad *Turcas* demigrare, quàm huc. Aliter judicavit *Adrianus* Pontifex de libris meis, qui Theologis frustra de me blaterantibus imposuit silentium. Aliter Cardinales, qui *Stunicæ* de me scribenti indixêre silentium; quod super hoc fecit *Clemens* VII. Aliter Cardinalis *Campegius*,
F qui nullius operam magis implorat adversus *Lutherum*, quàm meam. Aliter ipsi *Lovanienses*, qui in neminem magis fremunt quàm in [illegible] Hoc te scire volui, nè quid erres in [illegible] Bene vale. *Basileæ*, post Pascha, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Erasmus Roterodamus eidem D. Joanni de Hondt, Canonico Curtracensi S. D.

G VIr optime, doleo te meis literis [illegible] Epist. fuisse. Nec in te quadrabat, [illegible] fuit unquam apud me multum fidei. De [illegible] gano quid dicat non laboro, qui [illegible] in publicâ concione debacchatus est in [illegible] meum. Mitto ad te literas *Barbii* posteriores, nam priores non accepi. In his [illegible] se inscio factum, quod alii numerata [illegible]

Et

...ribus reddet, si (quod meminerim est) ...ne ...ere ? aut quos illinis ... persequar ? patitur tantum jacturæ ... amicitia, sed nunc non patitur fortuna. ... debet sexcentos florenos aureos ex pensio- ... Neque quidquam accipiam, nisi redeam in ... Et fortassè nè tum quidem nume- ... Et interim excusavi me Regi *Galliarum* ... Thesaurariam, ut minimum quingento- ... aureatorum. O aulam nostram semper fa- ... Hæc scribo, nè posthac iterum fiat ... quod factum est, & pro tuâ humanitate adjuves, ... quamprimum redeat ad me data *Molendino* ... Bene vale. *Basileæ*, postrid. *Jacobi*, An- ... M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Ornatissimo D. Alexandro illustriss. Comitis à Nassouwen Secretario S. D.

Occurrit hic meus mihi subinde recursans fa- ... negotium, ac tibi vicissim negotium ... exhibeo. Curare te rogo, si aut non est spes, aut ... est vehementer exigua, liberes eum inutili ... Nam mihi est aliud, quod agam. *Lutheri* li- ... bros non legi : nihil est mihi rei cum homine, ... nisi quod est cum quovis *Christiano*. Certè correc- ... dum hominem malle, quàm extinctum. Et si ... quid veneni erit in vulgus, nemo meliùs retrahet, ... quàm qui infudit. Nec obsto, si vel assum malint *Lutherum*, vel elixum. Levis est unius hominis ja- ... ctura. Sed tamen tranquillitati publicæ consu- ... lendum est. Qui hoc negotium agunt, calido ... magis quàm salubri consilio, utinam tam prudenter ... fuerint dignitati *Romani* Pontificis, quàm vi- ... derunt favere sedulò. Hic certè nemo magis offi- ... cit Pontificiæ dignitati, quàm qui odiosissimè ... clamant in *Lutherum* : nemo magis illum com- ... mendat affectibus populi, tam stolidè, tam sedi- ... tiosè res agitur per monachos quosdam, inter quos ... nulla est habitus vir bonus. Bulla jubet, ut præ- ... dicent adversus *Lutherum*, hoc est, ut opiniones il- ... las refellant testimonio sacrarum literarum, ac ... docta meliòraque doceant. Nunc nullus est, qui ... sinat calamum ad refellendum illum, quum id ef- ... fugiant omnes ; nullus redarguit, tantum con- ... vicium, sæpe etiam mentientes. Aiunt illum ... tollere Confessionem, aiunt tollere Purgatorium, ... aiunt scribere blasphemias in Deum. Qui- ... dam *Jodoca Antverpiæ* dixit, illum scripsisse, ... quicquid miraculorum egisset *Christus*, egisse ma- ... gicis artibus. Apud Regem *Galliæ Carmelita* qui- ... dam dixit in concione, ventatum Anti-*Christum* ; ... jam quatuor esse Præcursores, *Minoritam* nescio ... quem, in *Italia* ; *Jacobum Fabrum Stapulensem*, in ... *Gallia* ; *Reuchlinum*, *in Germania* ; *Erasmum*, in ... Bohemia *Brugis Minorita* quidam, Suffraganeus ... *Tornacensis*, in Templo Divi *Donatiani* totam ho- ... ram concionatus est in *Lutherum*, & in me. (Nam ... hoc consilium inter pocula condidere Monachi ; ... ut me, qui nihil habeam commercii cum *Luthe- ... ro*, semper cum illo conjungant.) Nec tamen ... quidquam docuit ? tantum vocavit nos graves, asi- ... nos, bestias, stipites, Anti-*Christos* ; adeo ut nullus ... in populo judicaret, hominem esse sani capitis. ... In altera concione dixit, in libris *Erasmi* esse quæ- ... dam hæretica. A concione rogatus à docto quo- ... dam Magistratu, quænam essent illa ? negavit se ... meos libros legisse ; voluisse quidem legere Para- ... phrases, sed ob aetatem *Lutheranos* intelligere, nè ... possem in aliquam Hæresim prolabi. Audivi cur- ... tum *Episcopum* perfricte frontis. His erant stultio- ... ra blateranti *Jacobus Antverpiensis* ; adeo fe- ... dè josè, ut Magistratus hunc quoque multos, me- ... cum populi tumultum, admonuerit eos, ut a- ... pud populum nec probarent *Lutherum*, nec incef- ... serent, sed prædicarent Evangelium *Christi*. Mox ... exortus *Minorita* quidam, homo linguacissimus, ... nomine *Mathias*, dixit, *Si vultis audire Evange- ... lium, id audire licebit à Pastoribus vestris, etiamsi ... nolitis concubuerint cum aliquo sexto. Levanii Car- ... melita* quidem *Nicolaus Egmondanus* in ordinariâ ... lectione Theologica dixit, *Paulum ut persecutore Ecclesiæ sublatum bonum virum ; proinde ut idem evenire in Luthero & Erasmo*. Alterâ lectione di- ... xit, *esse dissidium inter Erasmum & Jacobum Fa- ... brum, nec mirum*, inquit, *nunquam pax est inter Hæreticos*. Et hic est primus hujus Academiæ ... Theologus, homo stultus ac furiosus, ac mirè per- ... tinax. E pluribus pauca narravi, è quibus licet a- ... liorum facere conjecturam. Utinam *S. D. N.* ... sciret, quibus modis hic res geratur. Crede mihi, ... Monachi non agunt illius negotium, sed suum. ... Quidquid meretur *Lutherus*, certè tempus est, ut ... *Carolus* prospiciat tranquillitati *Christianæ*. Id e- ... rit, si prorsus imponatur silentium apud populum ... utrique parti, & *Lutherus* desinat scribere libros ... hujusmodi ; imò quos scripsit, reparget ab iis, ... quæ præbent seditionis materiam. Qui laudem ... aucupantur è publicis malis, malunt sævitiâ rem ... confici. Et utinam esset rectè confecta in gloriam ... *Christi*. Sed nemo credat, quàm latè *Lutherus* ir- ... repserit in animos multarum gentium, & quàm ... altè insederit libris omni linguâ quaquâ versum ... sparsis. Mussant hic nescio quid de terrifico Man- ... dato *Caroli* ; precor, ut felix sit orbi *Christiano*, ... quidquid agit Princeps optimus ; sed vereor, nè ... non perinde succedat ac quidam putant. Roga- ... bis, humanissime *Alexander*, cur hæc tibi scribam ? ... Non ob aliud, nisi ut occurratur pernicioso tu- ... multui, quem video imminere, si Princeps quo- ... rundam affectibus obsequi malent, quàm Rei- ... publicæ consulere. Non ago *Lutheri* negotium, ... etiamsi refert, quo modo ille puniatur : publicæ ... tranquillitati metuo ; & scis, rebus turbatis, pes- ... simo cuique esse optimè. Favet *Prædicatorum* ... Ordini, non odi *Carmelitarum*. Sed ex his novi ... quosdam tales, ut malim parere *Turcæ*, quàm ho- ... rum ferre Tyrannidem. Erit igitur prudentiæ ... Pontificiæ, erit providentiæ Principum, nè hoc ... hominum genus in fortunas & capita bonorum ... virorum immittatur. Bene vale, mi *Alexander*, ... meque illustrissimo Comiti diligenter commenda. Et, si inciderit commoditas, saluta Dominum ... *Florentium Iselsteinium*, cujus filius heri me visit, ... quod subinde facit, ac mirâ promptitudine reddit ... *Græcum Homerum*. Servet Deus puerum, magno ... ornamento futurum suæ patriæ. *Levanii* III. Idus Martias.

Honorabili viro D. Joanni de Hont, Canonico Cantuariensi S. D.

Minimum aberat, quin te liberarem onere pensionario. Et nunc ægrè reviviscо, si reviviscere sit servari in novos cruciatus, vel mortes potiùs. *Epist.* 14.

potiùs. Sit Dominus benedictus, cui sic visum est purgare *Erasmum*, hìc flagellans ut pareat in æternum. *Bentinus*, de quo scripseras, hìc duxit uxorem. Expostulavi cum homine quòd sic infecisset juventutem: fassus est hoc esse verum, & risit suaviter. Expectat ut aliquo vocetur in oppida *Gallorum* proxima, quemadmodum in montem *Bellicardi* vocatus est *Pharellus* ad prædicandum Evangelium hoc novum, cujus hìc mirus est successus. Jam multi repudiârunt Baptismum, & revocârunt Circumcisionem. Missam abominantur plurimi: sunt qui publicè doceant in Eucharistia nihil esse nisi panem & vinum: Velum & Cuculla deponitur passim. Nubunt & ducunt uxores monachæ & monachi. Jam mihi tutum non est hìc diutiùs vivere. Mores istorum qui hìc docent magis mihi displicent, quàm ipsa dogmata. *Bentinus* reviset suos in Quadragesima, ut confirmet suos in fide. *Barbirius* petiit *Galliam* in comitatu *Alexandri* nunc Archiepiscopi *Brundusini*, paupertate, ut autumo, coactus. Itaque decrevit nunc raptò vivere. Me certè nimium tractârunt familiariter. Olim detraxit è pensione Cæsaris XL. ni fallor, florenos. Id quoniam ob amicitiam, nunc invadit hanc quoque pensionem, fretus novâ facilitate. Mitto syngraphum hanc more solito vacuam. Non gravaberis numerare pecuniam vèl *Petro Ægidio*, vel *Marco Laurino* Decano, aut huic *Francisco* Canonico *Antuerpiensi*, si fortè tibi ipse literas reddiderit. Bene vale. Datum *Basileæ*, III. Idus Februar. Anno millesimo quingentesimo decimo quinto.

A B C D

Erasmus Rot. D. Conrado Goclenio S. D.

Epist. 15. VElim te meminisse de domo conducenda, quæ mihi sit commoda, & hortum habeat. Potes hac de re communicare cum *Dorpio*. Nam etiamsi petam *Germaniam* hoc autumno, ob nomen, tamen cuperem isthìc habere nidum paratum. Mitto librum, quem petit *Rutgerus*. Reddes epistolas *Helvetio*. Bene vale. Sexto Id. Junias, Anno M. D. XXI.

E

Accipe ab hoc *Snaphano* camisiam imperfectam, quam mihi misit uxor *Frobenii*. Videtur enim hic illam sibi qualificâsse.

Erasmus Rot. M. Conrado Goclenio S.

Epist. 16. HIc *Thomas Grevii* mihi numeratur inter amicos *Pyladeos*; si continget illum sedere *Lovanii*, dignaberis illi dare fidele consilium de rectè collocando puero. Fortasse non erit locus in Collegio. Magis opinor expediet, si commendetur alicui probo, qui duos aut tres bonos juvenes privatim instituit. Bene vale.

F

Erasmus Roterodamus M. Conrado Goclenio Latinæ Linguæ Professori in Collegio Buslidiano S. D.

G

Epist. 17. ERuditissime *Gocleni*, *Franciscus Berckman* bibliopola *Antuerpiensis* debet mihi, præter cætera, tredecim florenos aureos, quos mihi detraxit in summa meo nomine *Frobenio* numeranda; detraxit autem, hoc nomine, quòd tantum librorum tradidisset meo jussu *Guidoni Morillonio*. Constat autem literis *Guidonis* nè paginam quidem vel ad ipsum *Guidonem*, vel ad uxorem ejus pervenisse. Quare eam pecuniam ille te transferre jussit pro me creditorem constituo, libenter in periculo literis, si quid ille contradicat. Nam hæc res est extra controversiam. In hujus rei fidem hanc syngraphum meâ manu scripsi, & signo subnotavi. *Basileæ*, tertio Idus Octobr. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

"*Erasmus Roterodamus* hoc chirographo testor
"*Franciscum Berckmannum* Bibliopolam mihi
"debere tredecim florenos, quos detraxit mi-
"hi in ratione cum *Frobenio*, pro libris, quos
"tradidisset *Guidoni Morillono*, quum charta
"non sit tradita; item *Terentium* impressum,
"aut illorum precium, quos accepit à *Fro-*
"*benio* mihi non reddidit. Hæc ipse apud me
"confessus est, nec potuit negare, convin-
"cendus testimonio utriusque *Frobenii*, & lite-
"rarum *Morillonii*, quas illi exhibui, & exem-
"plar misi *Nicolao Buscoducensi*. Hujus debiti
"jus transfero in *Joannem Campanum* Prof.
"sorem Linguæ *Hebraicæ Lovanii*. In cujus
"rei pleniorem fidem hæc meâ manu scripsi, &
"annuli signum appressi. *Basileæ* IV. Non. O-
"ctob. Anno M. D. XXV.

Erasmus Rot. M. Conrado Goclenio S.

EMoriar, ni quòd tibi sic affulget undique fortuna, mihi jucundius est quàm si mihi simile quippiam accidisset, idque non eo tantùm quòd tuis faveam commodis, quibus certè, ut par est, toto faveo pectore; verumetiam quòd bene cupiam optimis literis, quas & tu & eruditione non vulgari, & profitendi diligentiâ, & ingenii dexteritate, sic vel ornâsti, vel exercuisti, ut vix alius feliciùs. Per *Frobenium* tantum scripsi *Morillono* Præsidi vestræ sodalitatis, quod patremodum *Quirinus* decreverat in miseros suos. Vix credas, quàm infeliciter acciderit, quòd non saltem per *Nicolaum* miseris *Augustini* libros *De Trinitate* apud *Dorpium* collatos. Jam enim *Frobenii* ferrent quatuor præla, quibus fortassis accessit unum aut alterum. Itaque te rogo, nè saltem nunc negligas, per hunc mittere. *Franciscus Deloo*, apud nos agit, utinam tam felix nostro convictu, quam illius mihi jucundus. Certè quod licebit in his occupationibus, adnitar, nè nullum ex nostra consuetudine fructum ferat: Vix oratione consequar, quantopere succenseam his, qui tam generosam indolem ad nugas avertere conati sunt. Hunc nostro sumptu conduximus, quum nihil aliud haberet negotii. Quare nè redeat inanis. Verùm ita tracta negotium cum illo, quæ res ad *Frobenium* pertineat, ut reverà pertinet. Ἐν οἷς μόνοις τὰ λοιπὰ μὴ ἀξίωμα πάντα πλὴν φιλοσοφίας, sic te magnificè prædicatam, in eo desidero veritus, quàm considero. Meditatur συνουσίαν τῷ φιλοσόφῳ. Malim cum alio. Tu facilè conjectas causam. Ego monendi officio nunquam sum defuturus. *Frobenius* cogitat excudere *Terentium* cum Commentariis: hìc si quid potes, opitulare, sed properè. Sed omnino per hunc veniat ὁ πλοῦς. Jam opus est. Non enim semper commodum est magno conducere, qui transeurrant. Delevi quæ missa sunt. Bene vale. *Lovanii*, Id. Octob. Anno M. D. XXVII.

Erasmus

Erasmus Rot. clarissimo Angliæ Baroni Guilhelmo Montejovio in regia Angliæ, S. P.

Ornatissime *Mecœnas*, si singulæ spectentur epistolæ, ἀπαισίως· si universæ, quas in omnes mundi plagas cogor mittere, plusquam *Asiaticus* sum. Hic tolerabili in statu sumus, exceptâ incredibili rerum caritate; tantum liceat effugere bellum, quod ut liceat vereor, prout hactenus habent hujus fabulæ exordia. Sed in manu Domini sunt omnia nostra. Utinam optimis votis æquè per omnia respondeat fortuna; atque illius benignitas meis abundè respondit. Apud Regem *Ferdinandum* habebam patronum incomparabilem, *Bernardus* Episcopum *Tridentinum*, is, ut audio, se subduxit ab aula; offensus, ut arbitror, his belli præludiis, cujus quando simus habituri finem, novit Deus. Quibus agatur consiliis Cæsar, nescio. Amissâ *Hungariâ*, miseris modis vastatâ *Austriâ*, & rursus imminente *Turcâ*, nonnullis videtur nimium diu hærere in *Italia*. Nec pauci mirantur, qualis sit illa pax inter Cæsarem & *Gallum*, quum duo filii nihilominus detineantur in *Hispania*. Rex *Ferdinandus* habet invictum animum, sed novus Princeps destituitur nervis belli. Quòd si Cæsar vi *Lutheranos* aggrediatur, hic prorsus de nobis actum fuerit. Quod optimi Regis vestri pietas semper molita est inter Cæsarem & *Gallum*; hoc Rex *Poloniæ Sigismundus* magno studio molitus est inter *Ferdinandum* & *Joannem*, regni competitorem. Sed fata superant hominum consilia. Officium meum erga *Carolum* tuum tibi non ingratum fuisse, mihi fuit gratissimum, cujus indolem felicissimam precor, ut Dominus *Jesus* tum servare, tum usque in majus meliúsque provehere dignetur. Nescio quàm mihi fortuna cibum offerat edentulo, certè *Petrus Barbirius* sic mihi admatus, sic à me literis celebratus, me pensione *Cantuariensi* spoliavit inauditâ perfidiâ. Et audio *Cantuariensem* deficere, cui si quid acciderit, nihil est quod sperem de pensionibus. Mihi sat animi est, si carnificem meum calculum queam excutere. Quanquam apud *Gallos* exoritur *Budaica* factio, stolidis modis in me velitans. Nec ipsi sciunt, quamobrem mihi succenseant. *Thomæ Moro* nihil gratulor, nè studiis quidem admodum; isti regno gratulor, cui non potuit sanctior meliórque Judex contingere. Consolaris me de tumultu obtrectatorum, at tu vix nôsti decimam partem eorum, quæ in me ex insidiis diabolicis artibus moliuntur quidam sceleroſi, sub Evangelii titulo latitantes. Scribam filio & præceptori, quorum utrunque tibi gratulor, si patietur valetudo. Nam inter epistolarum tumultus, cœpit esse vehementer molesta, nec possum suspicari causam, nisi siccitatem intestinorum. Ignosce *Mecœnas*, non vacabat hæc relegere. Apud *Friburgum* V. Cal. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Agnosce manum tui veteris Clientis.

Erasmus Rot. ornatissimo viro D. Joanni Cholero Præposito Curiensi, S. P.

Quum *Basileæ* res jam viderentur intolerabiles, nè viderer iis, quæ gerebantur, assentiri, demigravi *Friburgum*; sed antè diligenter commendatus per Regem *Ferdinandum* venerabili hujus urbis magistratui: qui mihi suâ sponte detulerunt usum harum ædium, quas exstruxit D. *Jacobus Villingerus*, piæ memoriæ, parati etiam majoribus officiis honorare me, si passus fuissem. Has ædes tum occupârant *Ottonarius Lascinius*, & *Augustinus Marius*, quondam ecclesiastes *Basileæ*. Mihi cum his cessit aliqua pars. Post octo ferè menses migravit *Marius*, dedítque, ut ait *Lascinius*, florenos duos, civilitatis gratiâ. *Lascinius* mansit diu. Ego, nè viderer incivilis, pro tot ferè mensibus, quot hic egerat *Marius*, misi honorabili domino D. *Udalrico* Tribuno plebis coronatos quatuor, præter ea quæ insumseram in hujus domûs necessaria, ea redibant ad quinque coronatos. Aliquanto post, circa natalem *Christi*, Tribunus per *Henricum Glareanum* cœpit agere de conducenda tota domo, una cum area quadra, quæ est post ædes; significans se posse locare in annum viginti florenis. Respondi & per *Glareanum* & scripto, si vidua non horreret nomen locatricis, me facilè daturum duodecim coronatos, modò domus mihi traderetur libera: cæterùm *Lascinium* non libenter cessurum, nec me velle cum quoquam contendere, minimè verò cum *Lascinio*. Aliquanto pòst denno misi scriptum ad Tribunum, apertè testans animum meum, illo quadro mihi non esse opus. Ibi *Smotzernus* & alii habebant equos, ibi operabantur fabri lignarii & lapidarii, quos ego nollem expellere: Sed si hanc domum mihi faceret liberam, tum si proponeretur æqua merces, responsurum; nolletn, an vellem. Hoc scriptum sibi servavit Tribunus. Quum nihil aliud diceretur à Tribuno, arbitratus sum me hic habitare eâ ratione, quâ antehac habitâram, hoc est, sine ullo pacto, expectans si quid aliud denunciaret Tribunus. Sub hyemem cœpit migrare *Lascinius* in domum cujusdam Abbatis, relictâ tamen hic maximâ parte supellectilis, & quotidie huc ventitans, velut in binis habitans ædibus. Sub hyemem abstulit ferè totam supellectilem; id ubi viderem, adii hominem, seriò inquam nunc migras? Arridens, annuit. Tandem quum admonerem, si molestum non esset, ut alicui traderet claves, quo locus posset purgari, si modò id sine ipsius incommodo fieri posset; contraxit se, respondítque se post reditum ex *Argentoratis* cum Tribuno velle loqui. Post hæc verba de clavibus, nè videretur migrando jus suum amittere, reliquit quod superat recularum. Totum unâ sportâ componi poterat. Quum redisset, rursus egi de clavibus, non ut conductor, nihil enim minus suspicabar, sed blandè & precariò, cum his exceptionibus, si id illi commodum esset, suóque jure incolumi posset. Multa tergiversatus, venit in colloquium: præfatus sum, si citra suum incommodum vellet mihi ea in re gratificari, fore pergratum; sin minus, me nolle super hac re contendere. Cùm, ut fit, incalesceret sermo, magnificè respondit, id quod frequentissimè dicere solet omnibus, se à *Jacobo Villingero* & illius hæredibus esse institutum in hanc domum totam, nec posse eam possessionem cuiquam cedere, se compertum habere voluntatem illorum. Cùm responderem nihil illius deperitutum juri, si traderet claves ut locus maneret purus, nunc occupari muribus & araneis, non acquievit, sed servavit claves, & diligentius locum clausit quàm antea. Tandem adjeci, Tribunum mecum agere cœpisse de tota domo conducenda.

Respondit

Reſpondit ſe jus habere in totum quadrum, méque hic ex illius gratia vivere, quum poſſet ſolus occupare totam domum. Si ita eſt, inquam, cur Tribunus mecum agit de conducenda tota domo? Et ego, inquit, loquar cum Tribuno, & ego ſcio animum Tribuni. Multáque ejuſmodi de jure ſuo, quod animo teneretur, non corpore. Remiſi contentionem. Ubi vocâſſet Tribunum cum aliis ad convivium, gloriatus eſt apud *Quirinum* famulum meum, quod optimè conveniret ipſi cum Tribuno, quòd ille multa alia loquutus eſſet ipſi, quàm mihi. Poſt hoc colloquium ſenſi hominem mihi parum æquum. Multa queſtus eſt apud *Quirinum* de me. Et *Argentorati* quidem alleverant eum in me dixiſſe plus quàm hoſtilia; & credo, utcunque ille negat. Quid ſcribat ſuis, facilè divino. Aliquando pòſt quum hìc ſæviret peſtis, quo plus eſſet ſpatii, ſi quid cui ex noſtris accidiſſet, blandè rogavi, ut ſineret illum locum, quem habebat clauſum & vacuum, nobis eſſe apertum. Quid reſponderit cognoſces ex epiſtola quam mitto, in qua ſuum jus conſtanter aſſerit. Tandem blandè epiſtolâ impetravi, ut oſtium ſineret apertum, quod abſque clavi clauſum nec intus nec foris aperiri poteſt. Claves ſervavit ſibi. Dedi ſcrinium, in quo reponeret tres chartas, non ob aliud relictas, niſi nè videretur emigrâſſe, ejus ſcrinii clavem ſecum abſtulit. Pòſt fuerunt *Alcedonia*, licèt eo loco (gratia Superis) nunquam ſim uſus. Tantum curavi, ut maneret purus. Jam ſub finem Martii Tribunus vocat *Glareanum*, oſtendit & epiſtolam cujuſdam procuratoris, clariſſimi viri *Joannis Leblin*, Regii Theſaurarii, quâ ſcribit ſibi mandatum à Domino, ut ego jubear hinc migrare ad natalem *Joannis Baptiſtæ*, hoc eſt intra tres menſes, ſimúlque Tribunus petit à me viginti florenos pro anno retroacto à natali *Chriſti* uſque ad natalem. Id mihi, qui nunquam ſomniâram me haberi pro conductore, tam novum fuit, quàm ſi quis oſtendiſſet cygnum nigrum. Nunquam recepi conditionem, ſemper excepi domum liberam: *Luſcinius* conſtanter affirmabat, ſe habere jus in hanc domum totam. Habuit claves domûs, ingreſſus eſt quandocunque voluit. A Tribuno nunquam admonitus ſum, me habitare in conducto, nunquam juſſus ſum à *Luſcinio* petere claves. Unde mihi potuiſſet in mentem venire, me eſſe totius domûs conductorem? Tribunus principiò dicebat, agat *Eraſmus* cum *Luſcinio*, imò nè cum illo contenderem, expreſſè excepi libertatem totius domûs, & teſtatus ſum illum non libenter ceſſurum. Si quis dono dediſſet hanc domum eâ lege, ut *Luſcinium* volentem nolentem excluderem, incontanter recuſâſſem munus, tanti abeſt ut eâ lege voluerim conducere. Objectum eſt & illud, poſteaquam facta eſt mentio de pretio conductionis, manſi in domo velut approbans, imò ſcripto & verbis conſtanter affirmavi, me de domo niſi tota & libera nolle paciſci. Manſi autem eâ conditione, quâ antea, videlicet precario, paratus exire quandocunque juberer. Nemo juſſit. Secus fuiſſet, ſi habitanti in conducto diceretur, *Poſſum hanc domum locare pluris*; Is ſi admonitus maneret, videretur accipere pretium auctum. Tam multi ſunt his ædibus uſi gratis, putabam magiſtratum partim ex ſua benignitate, partim ob commendationem Regis *Ferdinandi* mihi velle hoc honoris habere; & quanquam nulla interceſſiſſet pactio, plus dediſſem quàm alios dediſſe audio. Ea vox à me frequenter & dicta eſt & ſcripta, me malle pro hac domo libera dare viginti florenos, quàm pro non libera, ut nunc eſt, quinque. Tribunus dicit ſe repetiiſſe claves à *Luſcinio*, atque illum reſpondiſſe, *reliqui in ædibus*. Verum dixit, reliquit in ædibus aliquas claves, ſed non illas, de quibus Tribunus ſentiebat. Claves primi oſtii & domûs, quam obtinebat, ſervavit ſibi, & adhuc ſervat. Ita verba data ſunt Tribuno. Non cuperem in his ædibus habitare vel precario vel conductis: erat tamen hoc humanitatis ſenem, valetudinarium vel ægrotum potiùs, tum hoſpitem, & *Caroli* Cæſaris & Regis *Ferdinandi* literis commendatum tempeſtiviùs admonere de migrando, præſertim cùm mihi in novis ædibus ſit extruendum fumarium, & apparandus huic corpuſculo commodus nidus. Ad inveniendas ædes, conducendas aut emendas, ad ornandas, ad extruendum focum, perquam anguſtum ſpatium ſunt tres menſes. At ego ſub finem Martii jubeor migrare ad Natalem *Joannis*. Et interim quum nec conduxerim ædes, nec conducere voluerim, niſi traderentur liberæ, ídque conſtanter & dictis & ſcriptis ſim evidenter teſtatus, à feſto Natalis *Chriſti* anni M. D. XXIX. uſque ad natalem *Joannis* M. D. XXXI. petuntur à me floreni triginta, quaſi totam domum conduxerim ac poſſederim. Sed confido Tribunum re diligentiùs expenſâ mutaturum ſententiam.

Splendidiſſimo Domino Bilibaldo Pirckheimero, Cæſareæ Majeſtatis Conſiliario, Senatori Norimberg. ſuo, Eraſmus Rot. S. D.

JAmpridem ardebam deſiderio tui, néque mediocrem amoris in te flammam è tuis conceperam lucubratiunculis, in quibus mihi viſus ſum *Bilibaldi* mei velut expreſſum ſimulachrum agnoviſſe, hominis, vel potiùs herois cujuſpiam incomparabilis, in quo viciſſim & fortunæ ſplendorem ornarent literæ, & literas ornaret fortunæ ſplendor: utrumque commendaret morum integritas, & hæc pari ingenii comitate ſuavitatéque cumulata. Accendit ardentem, &, juxta *Græcum* proverbium, πῦρ δὲι πῦρ, addidit *Beati Rhenani*, quo non alius tui nominis ſtudioſior, prædicatio. Nam hujus penè quotidianâ conſuetudine, doctiſſimâ pariter & mellitiſſimâ, ſic delector, ut hac re me planè putem eſſe, quod ille dicitur. Is mecum de nemine confabulatur vel ſæpiùs, vel honorificentiùs, vel amantiùs, quàm de ſuo *Bilibaldo*. Super hæc acceſſit epiſtola tua, non illa quidem ad me, ſed tota de me ſcripta. Et tamen ad me quoque ſcripta, quandoquidem ad eum data eſt, quem ego verè μίαν ψυχὴν poſſim appellare. Ambo noſtram neceſſitudinem, & optas conſuetudinem, quorum utrumque jampridem ipſe magnis votis ſuſpirabam veriùs quàm ſperabam. Quanquam ſejuncti ſumus, nihil vetat quò minùs arctiſſimâ neceſſitudine copulemur. Demus operam, ut mutuis item fruamur amplexibus. Edentur *Adagiorum Chiliades*, ſic emendatæ, ſic locupletatæ, ut novum opus videri poſſit. Edentur univerſa D. *Hieronymi* monumenta, argumentis & ſcholiis à me illuſtrata, nec ſine ſummis fideribus emendata, notatis ac ſemotis quæ nothæ ſuerunt

mine admixtâ. Emendavimus totum *Novum Teſtamentum*, additis ſcholiis; molimur obiter & alia. His laboribus ſic obruimur jam ſextum fermè menſem, ut vix valetudinem tueri poſſimus. Sit tamen non mihi potui temperare, quin his plus quàm extemporariis magis *Bilibaldum* laceſſerem. Sciebam quid tua poſtulabat dignitas, quid eruditio; ſed boni conſules, quod non ſuaſit, ſed imperavit amor tui. Præter expectationem mentis hic oblatus eſt. Malui eum ineptis quàm nullis meis literis comitatum venire. Dabitur brevi pluſculum otii, jámque non literis, ſed voluminibus tecum agam. Utinam propius adeſſes! nam Menſe Martio *Britanniam* repeto. Bene vale, præcipuum noſtræ *Germaniæ* decus. *Baſileæ*, Non. Cal. Febr.

Eidem Bilibaldo Pirckheimero, Senatori Norimberg. ſuo, Eraſmus S. P.

NEc erat argumentum ad te ſcribendi, nec otium, utpote jam ad iter accincto: & tot jamjam menſium laboribus tantum non extinctus eram. Et tamen nactus qui perferret, non potui non ſcribere ad meum *Bilibaldum*. *Novum Teſtamentum* utcunque eſt abſolutum. *Hieronymus* jam ad metam anhelat, propemodum exiturus in manus hominum. Exceditur nunc libellus *De Inſtitutione Principis*, unà cum aliis aliquot. Nos humiles, quod licet, molimur, & rei literariæ ſuccurrimus pro virili. Tu, quo felicior es, hoc optes majora. Quæcunque regio nos habitura eſt, ſemper *Bilibaldum* animo circumferemus. Etiam atque etiam te rogo, ut *Annotationes in Novum Inſtrumentum* tuæ vocis præconio omnibus commendes. Scis enim, novitatem omnem obnoxiam eſſe invidiæ. Bene vale, literarum decus. *Baſileæ*, poſtridie Pentecoſtes, Anno M. D. XVI.

Eraſmus Bilibaldo ſuo S. D.

ACcepi libellum unà cum literis tuis, vir clariſſime, ad quas ut paucis reſpondeam, quippe ſummis diſtrictus laboribus, vivo utcunque, verſorque *Lovanii*, cooptatus in conſortium Theologorum, licèt in hac Academia non ſim inſignitus titulo Doctoris. Id malui, quàm Principem *Carolum* in *Hiſpanias* comitari, maximè cùm viderem nam in tot ſectarum factiones *Hiſpanos*, *Maros*, *Civericos*, *Gallos*, *Cæſareanos*, *Neapolitanos*, *Siculos*, & quos non? Proximo vere cùm *Angliam* ob privatum quoddam adiſſem negotium, Rex ultrò me mirâ complexus eſt humanitate, atque item Cardinalis Rex alter, ut ita loquar. Obtulerunt præter ædes magnificas ſexcentos florenos in ſingulos annos. Sic egi gratias, ut nec acciperem conditionem oblatam, nec rejicerem. Hîc licèt maximo meo ſumptu vivam, tamen certum eſt menſes aliquot deſidere, partim ut abſolvam quod eſt in manibus, partim ut videam quorſum evaſuræ ſint ſpes ampliſſimæ, quas Principis nomine mihi diſcedens hinc oſtendit Cancellarius *Burgundiæ Joannes Sylvagius*, vir ut eruditiſſimus, ita literatorum omnium patronus. *Novum Teſtamentum*, quod pridem *Baſileæ* præcipitatum fuit veriùs quàm editum, retexo ac recudo, & ita recendo, ut aliud opus ſit futurum. Abſolvetur, ut ſpero, inter quatuor menſes. Perplacuit tuus libellus, ut illa tam amica *Reuchlini* defenſio, in qua mihi videre ſolito facundior, credo quod, ut *Fabius* inquit, pectus quoque te reddiderit eloquentem, non tantùm ingenium, aut eruditio. Sed ego nihil puto calamitoſius, quàm quocunque modo bellare. Tum autem nihil eſſe calamitoſius, quàm ſi res incidat cum hoſte ſordido ac pudendo. Nam cum quibus tandem eſt conflictandum *Reuchlino*? Cùm populo crabronum, quem & ipſe *Romanus* Pontifex vereatur provocare, adeo, ut *Alexander* ſolitus ſit dicere, ſe tutiùs ſibi putare quemlibet è ſummis Regibus offendere, quàm unum quemvis è gregibus iſtorum mendicorum, qui ſub abjecti nominis prætextu veram in orbem *Chriſtianum* exercerent tyrannidem. *Etiamſi hoc, quod paucorum vitio committitur, non opinor æquum in ordinem univerſum conferre.* Deinde vide quæſo, quonam organo utantur iſti veræ religionis haudquaquam veri profeſſores. Homine prorſus idiotâ, frontis perfrictæ, & de quo peccando nullum omnino detrimentum fieri poſſit, cui non eſſet impingendum ſemi-*Judæi* vocabulum, niſi factis ſeſe declararet ſeſqui-*Judæum*. Quod aliud inſtrumentum optaret ſibi Diabolus, *Chriſtianæ* religionis æternus hoſtis, quàm iſtiuſmodi angelum Satanæ transfiguratum in angelum lucis, & falſiſſima defendenda religionis prætextu, id ubique turbantem, quod noſtræ religionis & caput eſt & optimum; nempe publicam orbis *Chriſtiani* concordiam? Quid indignius, quàm viros immortali memoriâ dignos cum iſtiuſmodi portento digladiari? cujus ego ſolo nomine chartas pollui puto. Diſpeream, niſi ille ſe non alio conſilio tingendum aquâ curavit, niſi ut majore pernicie graſſaretur in *Chriſtianos*, & nobis admixtus, univerſum populum ſuo *Judaico* veneno inficeret. Quid enim lædere poterat, ſi *Judæus*, ut erat, manſiſſet? nunc demum verum agit *Judæum*. Poſteaquam *Chriſtiani* perſonam induit: Nunc ſuo reſpondet generi: illi *Chriſtum* ſunt calumniati, ſed unum. Iſte debacchatur in tot integros ac ſpectatos vitâ & eruditione viros; Nullum officium poterat ſuis *Judæis* præſtare gratius, quàm ut perfugam ſimulans, rem *Chriſtianam* hoſtibus proderet, homo ad cætera lapis; tantùm ad calumniandum ingenioſus. Quod ſacrificium poterat Satanæ fieri acceptius, quàm inter omnes *Chriſtianos* iſtiuſmodi diſſidiorum jaci ſemina? Unde Satanas dictus *Hebræis*? nimirum ab adverſando. An non illius vices gerit, qui claris viris publicam utilitatem molientibus, nefariis modis obſtat & obſtrepit, & huic uni rei ſe natum putat? Unde *Græcis* Diabolus dictus eſt? non à fœnerando, non ab adulterio, non à furto, non ab alio vitio, ſed à calumniando dictus eſt. An non hujus Apoſtolus eſt, qui totam vitam huic ſtudio dedicavit, ut apud imperitam plebem optimorum virorum nomina infamet ac traducet? ad rem omnium ſceleratiſſimam religionis abutens titulo: quæ non cujuſvis Dæmonis, ſed inſigniter verſuti cujuſpiam techna eſt. Scit, ſe doctis ac bonis viris placere non poſſe, nec his facilè imponi. Atque eâ gratiâ apud indoctam plebem quiritatur, inter mulierculas ſuperſtitioſas, &, ut *Paulus* inquit, *oneratas peccatis* gannit, & peſſimo ſemini terram captat habilem. His magnificis titulis offundit fumos, his defenſionem *Chriſtianæ* religionis, his hæreſes & excommunicationes occinit. Qui craſſiores

fiores ſunt, quàm ut animadvertant graſſatorem lupum ſub ovilla pelle latentem. O ſceleratum granum, & illi diſſimillimum, quod cadens in terram, & mortuum vitæ pabulum attulit. Hoc granum Diaboli manu jactum eſt, aconiti puto, aut ſi quod aconito peſtilentius, quod ni in tempore proſpicietur, nocentiſſimum diſſidiorum venenum in *Chriſtianorum* invehit concordiam. Quid enim futurum eſt tandem, ſi ſinetur ille ſycophanta ſic in omnes ſui diſſimiles ad eundem debacchari modum? & impuriſſimæ belluæ docti viri cogentur libris reſpondere, qui indignus eſt, qui nominetur inter homines. Crede mihi, *Bilibalde* doctiſſime, latiùs ſpectant hæc oſſa, quàm fortaſſe vulgus hominum intelligit. Videmus ex quantula favilla quantum aliquoties naſcatur incendium. Proinde demiror Epiſcopos hic non advigilare, ut iſtam hydram in tempore exurant, & malo venenum victori, & per omnia pervagato occurrant. Sceleſtus ille maledicus vinci non poteſt, qui totus ex maledicentia conflatus eſt, & habet tot ἀλάστορας, qui defeſſo ſuggerant novas vires. Conviciis igitur ille nunquam vincetur. Hanc unicam laudem ille affectat, ſi omnium eruditorum libris quocunque modo decantetur apud poſteros. Sic ſanè agitat ὀλόθριξ ὑτιοῦ· Si paucis bonis ac doctis ero infamis, mihi ſat eſt, quòd majori hominum parti placeam. Quòd ſi detectis technis ac præſtigiis evulgatis apud univerſos *Chriſtianos* fiam execrabilis, certiſſimam gloriam adipiſcor apud meos *Judæos*, qui tum intellecturi ſunt, quod non inimico animo ab eis defecerim. Igitur eruditi non ſolùm turpiter, verumetiam inaniter contra hunc congrediuntur, à quo præter infamiam nihil poſſunt contrahere, ſive vincant, ſive vincantur. Carnifex aliquis meliùs iſtam compeſcat rabiem. Id curare Epiſcoporũ eſt? eſt juſtiſſimi Cæſaris *Maximiliani*: eſt magiſtratuum inclytæ urbis *Agrippinæ*, non fovere viperam tam virulentam in certiſſimum *Chriſtianæ* religionis exitium, niſi paretur antidotus tali digna malo. Atque hæc dixerim nullo quidem privato ſtomacho; nihil enim me læſit unquam, aut ſi quid in me blateravit, nihil me movet, & cauſa nè tantillum quidem ad me pertinet: ſed tamen dolet, concordiam plebis *Chriſtianæ* ſic indignè diſciſſum iri, unius verpi prophani & indocti præſtigiis, ídque illorum auxiliis, qui ſe *Chriſtianæ* religionis columina profitentur. Sed hiſce de rebus ſatis eſto. Nè nihil reprehendam, mi *Bilibalde*, in tuo libello alioquin doctiſſimo, mihi non admodum Catalogus ille *Reuchlino* faventium probatur. Quis enim uſquam illi non favet, eruditus ac pius? quis non iſtam execratur belluam, niſi qui aut cauſam non intelligit, aut publico malo ſuis conſulit commodis? Deinde dum in Dialecticos ac Philoſophos expatiaris, maluiſſem te cæteris intactis hoc ſolùm agere quod agebas. Bene vale, Clariſſime Doctorum, & Clarorum Doctiſſime. *Lovanii* poſtridie omnium Divorum, Anno M. D. XVII.

Clariſſimo Domino Bilibaldo Pirckheimero, literarum & Germaniæ decori, ſuo, Eraſmus S. P.

Epiſt. 24. EQuidem arbitror fatali quâdam propenſione ingenii fieri, ut *Bilibaldum* meum tam unicè deamem. Teſtis eſt mihi *Beatus Rhenanus*, cùm vix dum guſtâſſem libellum abs te verſum, protinus flammam novi cujuſdam amoris ergà te concepiſſe. Nunc & è literis ad me tuis, & doctiſſimi ingenii tui monumentis quotidie accumulo adjungitur. Prorſus rariſſima es avis hujus ſeculi, qui tam eximiam eruditionem cum tanto fortunæ ſplendore, rurſum cum hoc tantum comitatis & humanitatis copularis, ut qui me meique ſimiles homunculos non graveris in tuorum amicorum numerum aſcribere, libellum quendam abs te verſum *Brugis* exhibuit mihi *Thomas Morus* ex *Anglia* reverſo. Nam is tum apud nos Regis ac gentis ſuæ nomine legatione fungebatur. De literis nulla mentio. Tantum adjecit obiter, ad me miſſum, nec explicuit à quo. Suſpicor te commiſiſſe literas tuas *D. Roberto Wimphilio*, qui olim me ſæpiùs in *Anglia* ſalutârit, & quodam die diutiùs etiam fuerit collocutus, demiror quam ob rem nè verbum quidem unquam ſuper hac re fecerit. Quòd mihi tantum tribuis laudum, quas nè ſi immodeſtiſſimus quidem ſim, poſſim agnoſcere, hoc certè effeciſti, ut paulò minùs mihi diſpliceam. Obruimur hic duplici ſarcinâ, quarum utravis *Herculem*, non *Eraſmum* requirat. Præteri alia minutiora, ſuſtinemus *Hieronymum* & *Novum Teſtamentum*, quod nunc typis excuditur. Formina, quam tibi ex *Mechlina* commendavi, ſoror eſt ejus cui *Enchiridion* dicavi. Id operis nuper excuſum eſt *Argentorati*. Adjeci commentarium in *Pſalmum*, *Beato Rhenano* noſtro dedicatum; nihil enim hoc amico amicius. Miſſurus eram codicem, ni reſpondiſſent, jam iſthuc eſſe deportatum. Scripſimus hæc non ſolùm incredibilibus obruti laboribus, verumetiam à cœna ſubitò de tabellionis diſceſſu admoniti. Unum illud adjiciam, quantumvis eruditione & fortunâ vincatur *Eraſmus*, ſtudio & amore nunquam ceſſurum licet invicto *Bilibaldo*. Ubi dabitur commoditas (dabitur autem, ut ſpero, brevi) totis voluminibus tecum agam, nedum epiſtolis. *Beatus Rhenanus* planè *Pythagoricus* amicus, hoc eſt, φίλος ἴσος, ſalutem abs te libenter acceptam multo cum fœnore reprecatur. Bene vale, præcipuum rei literariæ decus. *Baſileæ*, Natali divi *Galli* ad multam noctem.

Eraſmus Bilibaldo ſuo S. D.

ORnatiſsime *Bilibalde*, nuper mihi redditæ ſunt tuæ literæ, quibus expoſtulas, quòd tuis non reſponderim. Id adeo miror, cùm mea reſponſio copioſa jampridem excuſa ſit *Baſileæ*. Demiror, te citatum eſſe *Romam*, cùm ſciam Pontificem hoc inprimis dediſſe in mandatis, nè quem innocuum læderent, imò conſcios etiam ac fautores, ut ipſi vocant, hæreſeôs, modis omnibus allectarent. Sed aliter viſum eſt furioſis Theologis aliquot. Copio te quàm optimè valere, ac fugere poſſe feliciter. Ego hìc in quotidianis concionibus lapidor à prædicatoribus, & *Luthero* copulor, quicum mihi nihil eſt negotii, ſed ita ſtolidè rem gerunt, ut populus etiam craſiſsimus intelligat. Non poterunt magis officere *Romano* Pontifici, neque magis *Lutherum* commendare affectibus hominum. Nunc demum incipiunt illi favere. Utinam *Leo* ſciret quibus modis hìc res agatur. In illos primùm effet leo. Bene vale, vir optime. *Lovanii*, VII. Cal. Feb.

Bilibaldo suo Erasmus S. P.

Optatissime vir, postremæ literæ tuæ mihi redditæ sunt, confabulanti *Aleandro*. Nam cùm fortè agebamus *Lovanii* in eodem diversorio, is mihi sæpiùs de te verba fecit, & ita fecit, ut tibi videretur favere. Nam ostendit diploma quo liberareris ab ista molestia. Ista querela, mi *Bilibalde*, tibi cum multis est communis. In me non simplex exitium moliuntur. Equidem demiror, quis Deus *Lutheri* animum moderatus sit, ut toties amicis à provocando Pontifice deterrentibus semper acerbiora scripserit. Magis autem demiror malitiosum quorundam studium, qui volentes nolentes conati sunt aliquot in suam sententiam pertrahere: quasi cuperent perire cum multis. Quid enim aliud quæsiêre talibus libellis, quàm exitium? Qui sic scribunt, qui sic minantur, debebant habere paratas copias, si voluissent esse incolumes. Vide verò quantum promoverint. Bonas literas depravârunt invidiâ, & optimus quisque, qui maximè favet Evangelicæ veritati, affinis est suspicioni periculosæ. Ingens orbis dissidium excitatum est inter omnes, fortasse duraturum in multos annos, & semper in pejus progressurum. Pro sinistro tentatâ libertate duplicatur servitus: adeò ut nè vera quidem liceat tueri. Porrectum est telum sceleratissimis quibusdam, quâ se ulciscantur adversùs optimum quemque. Inusta est non levis nota *Germaniæ*, ut solet paucorum temeritas universitati imputari. Desiderabunt in nobis prudentiam & consilium, & qui vel armis solemus esse formidabiles, contemnimur & à contemptissimis, ut qui nec mentem habeamus nec arma. Nobiles aliquot hic minitantur Sacerdotum opibus, quasi huc spectet finis *Lutheræ* fabulæ, & ita Collegia omnia conciliant adversæ parti. In me nihil adhuc tentatum est palàm, nisi quòd *Lovanii* potissimùm prædicatores quidam me mendacissimis concionibus infamant apud populum: apud Principes variis titulis deferunt. Quidam cogunt ut scribam adversùs *Lutherum*, cui non est ocium ullum, ut vel legam illius libellos. Nihil ego video meliùs quàm in hac remussare. Tibi suaserim, ut pro tua causa scribas ipsi *Leoni*. Est ingenio mitissimo, & favet viris eruditis. Apud *Aleandrum* ea de re loquutus sum, quæ sint in rem tuam, quæque puto esse vera *Basileæ*. Bene vale. Prid. Natalis S. *Andreæ*, Anno M.D.XXI. Raptim.

In quibusdam Germanis, quibus toto pectore fidebam, minimum reperi fidei.

Erasmus Bilibaldo suo S. P.

Epist. 27. Nihil mihi fuit tuis literis gratius, ornatissime *Bilibalde*. Nunc ut occupatissimus, paucis agam quod volo. Nemo nescit, quantum bonæ literæ debeant *Frobenio*, qui solus omnium suo damno nostris studet compendiis, sed ut sunt κεφαλεῖς, plerique insidiantur homini propemodum conjurato, ut illum perdant. Ubi quid novi operis prodit, quod putent fore vendibile, mox unus atque alter suffuratus ex ipsius officina exemplar, excudit ac venditat minimo. Interim *Frobenius* immensam pecuniam impendit in castigatores, frequenter & in Exemplaria. Huic iniquitati facilè succurretur, si fiat Imperatorium interdictum, nè quis librum primùm à *Frobenio* excusum aut cui sit aliquid ab autore additum excudat intra biennium. Tempus longum non est, & officina *Frobeniana* vel ob hoc favore digna est, quòd nihil ex ea prodit ineptum aut seditiosum. Excuditur nunc *Paraphrasis in Evangelium Joannis Ferdinando* dicata, cujus partem ad te mitto, ut ostendas, si videbitur commodum. Non dubito, quin res facilè possit impetrari. Referet tamen, si id fiat quàm primùm. Si non est commodum, ut fiat per te, poteris aliis mandare. Adest enim, ut audio, *Jacobus Spiegel*, mihi cum primis amicus, homo candidus; adest Episcopus ac Princeps *Teramnensis* nuncius Apostolicus, qui pro sua humanitate mihi semper favit unicè. In hoc negotio, mi *Bilibalde*, mihi nec seritur nec metitur, & tamen *Frobenii* ac literarum causâ libenter & hic tibi debebo, qui multis aliis nominibus tibi sum obstrictissimus. Si diploma Cæsareum non statim poterit expediri, saltem sciamus impetratum esse ut in his nundinis *Frobenius* possit uti titulo. Summus Pontifex ad me diploma plenum honoris ac benevolentiæ misit. Jurat illius Secretarius, non esse vulgare, sed verè omnia ab ipso Pontifice dictata. Bene vale, vir hujus seculi decus. *Basileæ*, quinto Calend. Februar. Anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Bilibaldo suo Erasmus S. D.

UTinam sicut alter alteri συμπαθῶς, & alter alterum consolamur, ita nobis invicem mederi liceret. Quanquam mihi sanè minima dolorum pars est corporis morbus. Ego mihi, teste *Christo*, conscius, me nihil ambire eorum quæ sunt hujus mundi, volens emigravero ex hoc domicilio, simulatque evocaverit ille noster Imperator; neque detractem tamen interim vel immori piis laboribus, si modò fructum aliquem adferre liceat *Jesu Christo*; sed videmus imbecillitatem vel potiùs infelicitatem nostram, videmus hoc seculum prodigiosum, adeo ut nesciam cui parti me addicam; nisi quòd conscientia mea satis confidit apud Judicem *Johann.* Qui sub nomine Pontificis nescio quod agunt negotium, sic urgent omnibus laqueos veteris Tyrannidis, ut videantur addituri citiùs multa, quàm quiequam detracturi. Rursus, qui sub nomine *Lutheri* præ se ferunt vindicationem Evangelicæ libertatis, nescio quo spiritu rem gerunt. Certè multi se admiscent, quos malim non admiscere, si meum esset negotium. Interim exitialibus dissidiis ubique scinditur charitas *Christiana*. Interim in suspenso sunt hominum conscientiæ. Qui propensi sunt suapte naturâ ad licentiam, facilè accipiunt occasionem è libris *Lutheranis*. Qui modestiores sunt, inter sacrum & saxum hærent. Hinc vident argumenta probabilia, & sensum naturæ; illinc vident autoritatem Principum ac turbam innumerabilem. Quorsum autem res sit evasura, nescio; ego coactam & extortam fidem non magni facio. Gravis est autoritas bullarum, gravior diplomatum Cæsaris: sed ista fortasse cohibebunt ad tempus, linguas hominum an animos vertere possint, nescio. Utinam Deus placatus nobis hoc immittat animis Principum, ut

Epist. 28.

concordibus & ſynceris animis, nec aliò ſpectantibus, quàm ad gloriam *Chriſti*, ſcrutentur haud mali fontes, & remedium aliquod efficax ac duraturum adhibeant, ídque quàm minimo orbis tumultu, hoc eſt, quàm minimum convulſo Reipublicæ ſtatu. Quid multis? res eò delapſa eſt, ut omninò ſuccurrendum ſit populi *Chriſtiani* libertati. Adeo multa irrepſerunt paulatim in publicos mores, & ceu præſcriptiones vim legis inerutabilis occupârunt. De Conciliis non aufim aliquid dicere, niſi fortè proximum Concilium *Lateranenſe* Concilium non fuit. Multum item ſumpſit Scholarum autoritas paulatim aucta, quæ nunc ſuas definitiones propemodum pro articulis fidei haberi poſtulavit. Jam ſub umbra *Romani* Pontificis cauponantur, partim nimirum ſibi vindicârunt, partim eò inſolentiæ progreſſi ſunt, ut omnibus fuerint intolerabiles. Quæ paulatim collegêre robur, non poſſunt ſubitò convelli, & Magnatum autoritatem palam contemnere nec tutum eſt, nec utile, meâ ſententiâ. Nunc ex una parte res agitur bullis & edictis, miníſque: ex altera licentioſis, nè dicam ſeditioſis libellis. Quòd ſi Principes aliis rebus occupati, non poſſunt his animum advertere, demiror non exiſtere bonos viros, qui prudenti conſilio tantis malis occurrant. Mea res non admodum agitur. Inſtat vitæ meæ terminus. Sed morientis etiam eſt, bene velle rei *Chriſtianæ*; ſi modò rectè perſuaſum eſt nobis, *Chriſtum* eſſe caput immortale totius Eccleſiæ. Alius conſulit ſuis privatis commodis: alius metuit, nè perdat quod habet: alius abhorret à tumultu, & quieſcit; ſed interim gliſcit periculoſum incendium. Me quorundam malevolentia tantâ gravavit invidiâ, ut fruſtra ſim conaturus, ſi quid tentem. Theologi quidam ſentientes renaſcentibus per nos antiquis ſtudiis ſuæ autoritati paulatim aliquid decedere, etiam priuſquam *Lutheri* nomen audiſſet orbis, nihil non moliebantur in me. His *Lutherus* telum porrexit, quo nos conficerent: tamen ſemper abſtinui à *Lutherano* negotio, niſi quod hortabar ſedulò, ut aliter ſcriberet, ſi vellet proficere. Succeſſit *Aleander*, ut antè *Lutheri* nomen hoc *Eraſmo*, quod figulus figulo naturâ excelſus, ferox, irritabilis, cui nihil neque lucri neque gloriæ ſatis eſt. Hunc quidam implerunt falſiſſimis mendaciis, & ſic inſtigârunt hominem, ut nihil haberet, quid de me prædicaret, etiam apud ſummos viros, modò perderet. Et tamen apud me dejerebat, non vivere quenquam amiciorem *Eraſmo*, quàm eſſet ipſe. Diſcedens reliquit Organa ſua probè inſtructa duos Theologos *Lovanienſes*, D. *Caracciolam* Epiſcopum *Laodienſem*, hominem linguæ facilis, & *Hiſpanum* neſcio quem in aula Cæſaris, ſuſpicor eſſe apud *Mottenſem*. Habet *Romæ Stunicam*, hominem omni judicio inſanum, & ad maledicentiam natum. Is exhibuerat *Leoni* libellum, qui continebat ſex myriades hæreſeôn decerptas è meis lucubrationibus, & eâ causâ periclitabar niſi mors intercepiſſet *Leonem*: alioqui non infenſum *Eraſmo*. *Lutherani* multi palàm minantur libellos maledicos, & Cæſari propemodum perſuaſum eſt, me fontem & caput eſſe totius *Lutherani* tumultûs. Atque ita magnificè periclitor utrinque; de omnibus bene meritus decreveram aliquid ſcribere, non adverſùs *Lutherum*, ſed de concordia: verùm video partes ambas ſic ardentes, ut præſtet quieſcere. Quanquam vellem jam ante annos aliquot ſcripſiſſent *Lutherani*. Levâſſent me gravi invidiâ. Conſului doctiſſimos Theologos, ſi quid eſſet in nono cap. Epiſt. ad *Rom.* Negant quicquam eſſe mali, niſi hoc iſtis malum videatur, quòd aliquid tribuam libero arbitrio, tam eſt perpuſillum. Bene vale, vir clariſſime, atque, quod ſoles & facis, ama. *Baſileæ*, III. Cal. April. Anno M. D. XXII.

Non vacavit relegere epiſtolam: quare ignoſce.

Bilibaldo ſuo Eraſmus S. P.

Durero noſtro gratulor ex animo, dignus eſt artifex, qui nunquam moriatur. Coeperat me pingere *Bruxellæ*: Utinam perfeciſſet. Nos eodem in ſtatu ſumus, quo ille malò ex te nihili nato. Perſentiebam animo voluptatem quandam, quod ex hoc turbulentiſſimo ſeculo migratus eſſem ad *Chriſtum*. Gliſcit indies hæc peſtis, nec ullum video exitum. Scripſeram Pontifici conſilium meum, ſed *Eccius* ſcribit ſuum conſilium maximè placuiſſe, ſéque apud Pontificem valere plurimum. Ego me ab his contentionibus abduco, & ad tranquilliora. In Paraphraſibus tractandis videor mihi fieri melior: & nemo lædit. Gravamina reddidit mihi *Sylvius Ægranus*, ſed nondum perlegi. Si tu rectè vales, eſt quod magnopere gaudeam. Ut video alius ſibi ſumpſit partes reddendi libros meos *Ferdinando*, ut aliquid ab eo extorqueret. Miſi poſt libellos inauratos. *Ferdinandus* & literis humaniſſimis gratias egit, & centum florenos aureos dono miſit. Emoriar, mi *Bilibalde*, ſi creditum eram, in univerſis *Germanis* eſſe tantum inhumanitatis, impudentiæ, vanitatis, virulentiæ, quantum habet unus libellus *Hutteni*. Tot teſtimoniis onatus eſt à me. Toties per me ſuo Cardinali ac cæteris Principibus commendatus eſt. De nullo candidiùs ſentiebam & loquebar. Nunquam à me verbo læſus eſt. Imò cùm hic eſſet, obtuli ei colloquium, ſi quid eſſet rei ſeriæ: detuli ei officium, ſi quod à me præſtari vellet. Nihil minùs expectabam, quàm hunc aſſultum ab *Hutteno*. Multis conjecturis adducor, ut credam *Henricum Epphendorpium* hujus fabulæ artificem. Adeo ille ſubitò factus eſt *Huttenianus*. Ego tamen non deſinam eſſe ſimilis mei. Nondum ſtatui, an velim illi reſpondere. Furit, nec habet, cujus jacturam faciat. Fugitat ac latitat nunc apud *Helvetios*, non abſque periculo. Fovet illum *Zwinglius Thurregii*, ſed clàm. Bene valeat mens *Bilibaldus*. Reliqua cognoſces ex *Ægrano*. *Baſileæ*, XIV. Calend. Aug. Anno M. D. XXII.

Eraſmus Bilibaldo ſuo S. P.

VEhementer gratæ fuere tuæ literæ, vel ob hoc, quòd alacritatem quandam præ ſe ferebant. Nos his feriis natalitiis calculis dolori conjunctus, quem Colicum vocant, peniſſimè liberârat ab his vitæ malis. Et adhuc adeo dejectum eſt hoc corpuſculum, ut verear nè non perficiam, quod eſt in manibus *Alterum* opus. Non metuo mortem. Satis enim diu vixi. Optarem aliud mitius mortis genus. Nunc quot mortes habet unius calculi partus? Et quoties reſuſcitanda mors?

mum? Sed Dei voluntati nos ſubjiciamus oportet. Clemens ſeptimus magnis promiſſis *Romam* vocat. Illuſtriſſima Domina *Margareta* & Cæſaris *Bruxellarium*, aliòqui periit penſio, quæ jam plus quàm biennium non ſolvitur. Hic fremunt in me *Lutherani* ingenioſiores. Et *Lutherus* ad ſuos ſcribit nobis parum amicos. *Roma* quid ſit futurum, ſatis divino: ſunt enim illic, qui gladiatoriis animis mihi certum exitium moliuntur. Ac jam penè peregerant ante mortem *Adriani*. Cui cùm ſcripſiſſem conſilii mei partem, ab ipſo rogatus literis ſecretis, mox ſenſi mutatos animos. In *Brabantia* furioſis datus eſt gladius, qui me pejus oderunt quàm *Lutherum*. Hic nihil aliud, quàm ægroto. Invitat jam ſæpe Rex *Galliæ*. Sed videbor ad hoſtem fugiſſe; id inimici ſuadebant Cæſari, qui adhuc ſatis favent *Erasmo*. Rex *Anglus* ſic urget, ut ſcribam adverſus *Lutherum*, ut videatur indignè laturus, ſi pergatis negare. Quid hoc ſeculo turbulentius? Feceris pergratum, ſi reliqua quæ iſthic aguntur, perſcripſeris, déque *Lei* noſtri geſtis. Ut *Lutherus* omnes inimicos ſuos nobilitat ac ditat. Demiror quis ſit exitus futurus hujus conſilii, & apparatus ad bellum, quod ſit undique. Concurrent mentes, opinor. Deus noſtros tumultus vertat in bonum publicum. De fuſili *Erasmo* rectè conjecturas. Feliciùs provenire ſolet ex materia cupro ſtannóque temperata. Et Terminus, qui à tergo eſt, obſtat, quò minùs facies feliciter exprimatur. Id velim iſtos tentare. Gaudeo *Durerum* noſtro contigiſſe ſutorem ſuum, cui ex me multum dices ſalutem, & item *Vatenbulio*. Hoc ægrè ſcripſi, manibus adhuc à morbo vacillantibus, in ipſo nuncii digreſſu ſubmonitus. *Fabro* noſtro precor omnia felicia. Scribe de ſingulis. *Iulocus* Orator Regis *Poloniæ* nondum accepit precationem Dominicam, quam opinor iſthic jam proſtare. Bene vale. *Baſileæ*, tertiâ ab Epiphaniis die, Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimò tertio.

A dò tutò commiſeris literas, quod antehac bene ſucceſſit. Quòd *Clemens* ſeptimus fœdus adverſùs *Gallos* renunciat, non ſatis intellexi; nam renunciat qui nunciat, & renunciat qui reſcindit. Nihil minus decet quàm Pontificem, qui pater eſt omnium, cum hoc aut illo ferire fœdus, ſed æquam omnibus oportebat inter omnes componere concordiam. Et hoc omnibus bonis viris optandum eſt. Et *Galli Chriſtiani* ſunt. Imperii titulo minùs faveo, quod video eſſe perennem fontem bellorum. Sed iſta θεῶν ἐν γόνασι κεῖται. Veriſſimum eſt quod ſcribis, *Lutherum* plurimos evehere; ille creat Canonicos, Epiſcopos, Cardinales, atque etiam ditat plurimos, velint nolint. Sed rurſum multos dejicit ac ſpoliat, quorum de numero ſum ego, cui per *Margaretam* ac Cæſarem promittitur penſio conſiliarii, ſed in patriam reverſo. Verum illic regnat *Egmondanus* homo furioſus, armatus gladio, qui me duplo pejus odit quàm *Lutherum*. Habet collegam *Franciſcum Hulſtum*, mirum hoſtem bonarum literarum. Primùm conjiciunt homines in carcerem, ac pòſt quærunt quæ objiciant. Iſta Cæſar neſcit, quæ tamen operæpretium eſſet illum ſcire. Interim mihi debentur quingenti floreni aurei. Periclitatur & altera penſio reſignatæ præbendæ. Iterum atque iterum magnis promiſſis *Romam* invitor, ut advolem. Cancer volabit, ego vix vivo, & hæc ſcribenti nunciatur mors *Wonaci* ex calculo. Humaniſſimo *Vatenbulio* curabimus ut ſatisfiat, cui & ipſe plurimum debeo. Pontifex hic deputavit ſex Cardinales eruditiſſimos, qui de rebus *Lutheranis* reſpondeant. Addunt & illud: *Germaniæ* Principes implorâſſe auxilium Pontificis adverſùs *Lutherum*. Itaque ſperant rem brevi confectum iri. Nec dubito, quin inter hos ſex præcipuus ſit *Cajetanus*, etiamſi mox, ubi hæc ſcripſeram, audio eum eſſe in *Hungaria* legatum. De fuſili *Erasmo* ſcripſeram, ex quo conjicio, literas eas non fuiſſe redditas. Si artifex quiſpiam plumbeum archetypum expreſſerit purgatis angulis, felicior eſſet fuſio. Deinde materia mixta ex ære & ſtanno feliciùs reddit imaginem. Poſtremò, ſi ſolus *Erasmus* abſque Termino funderetur, opinor meliùs cederet; nam denſitas ſaxi & aggeris, qui eſt à tergo, obſtat, quò minùs bene reddatur facies & collum. Licebit utrumque experiri. Si bene ceſſerit, fundat ac vendat ſuo bono. Si mihi miſerit aliquot exemplaria felicia, quæ donem amicis, numerabo quod volet. Bene vale patrone magne. *Baſileæ*, poſtridie Dominicæ Quinquageſimæ, Anno à *Chriſto* nato milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto.

Erasmus Bilibaldo ſuo S. P.

Epiſt. 31. CApito ſcripſit ad me, queri neſcio quid *Vatenbulium* ob librum carius emptum à *Conpegio*. Jube illum eſſe bono animo. Efficiam, ut iſthuc, quicquid eſt, bene penſetur. Miſi plumbeam imaginem, videlicet ineptiens apud amicum. Cupio ſcire, de ea quid ſit actum. Spero *Fabrum Conſtantienſem* Vicarium, ſic moderatum autoritatem ſuam, ut non prodat *Chriſtum* Phariſæis, Scribis, & Pontificibus. Vellem hos quoque plus ſapere in generatione ſua. Moneo ſedulò, & proficio nonnihil, minùs tamen quàm vellem. Tu nos amare perge. Nos noſtri diſſimiles unquam erimus. Bene vale cum tuis omnibus, vir clariſſime. *Baſileæ*, undecimo Calend. Decemb. milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio. Reſalута noſtrum *Apellem*.

Erasmus Bilibaldo ſuo S. P.

Epiſt. 32. PRioribus literis tuis jam reſpondi, quibus nunciabas *Leum* adeſſe, ac de *Dureri* tabulis cenſuram egiſſe. An meas acceperis, non ſatis quirit extuis literis intelligi. De rebus οὐκ ἐγχωρούντων ſcito, te mihi quidem tutò ſcribere, ſi modò tutò commiſeris literas, quod antehac bene ſucceſſit. Quòd *Clemens* ſeptimus fœdus adverſùs *Gallos* renunciat, non ſatis intellexi; nam renunciat qui nunciat, & renunciat qui reſcindit. Nihil minus decet quàm Pontificem, qui pater eſt omnium, cum hoc aut illo ferire fœdus, ſed æquam omnibus oportebat inter omnes componere concordiam. Et hoc omnibus bonis viris optandum eſt. Et *Galli Chriſtiani* ſunt. Imperii titulo minùs faveo, quod video eſſe perennem fontem bellorum. Sed iſta θεῶν ἐν γόνασι κεῖται. Veriſſimum eſt quod ſcribis, *Lutherum* plurimos evehere; ille creat Canonicos, Epiſcopos, Cardinales, atque etiam ditat plurimos, velint nolint. Sed rurſum multos dejicit ac ſpoliat, quorum de numero ſum ego, cui per *Margaretam* ac Cæſarem promittitur penſio conſiliarii, ſed in patriam reverſo. Verum illic regnat *Egmondanus* homo furioſus, armatus gladio, qui me duplo pejus odit quàm *Lutherum*. Habet collegam *Franciſcum Hulſtum*, mirum hoſtem bonarum literarum. Primùm conjiciunt homines in carcerem, ac pòſt quærunt quæ objiciant. Iſta Cæſar neſcit, quæ tamen operæpretium eſſet illum ſcire. Interim mihi debentur quingenti floreni aurei. Periclitatur & altera penſio reſignatæ præbendæ. Iterum atque iterum magnis promiſſis *Romam* invitor, ut advolem. Cancer volabit, ego vix vivo, & hæc ſcribenti nunciatur mors *Wonaci* ex calculo. Humaniſſimo *Vatenbulio* curabimus ut ſatisfiat, cui & ipſe plurimum debeo. Pontifex hic deputavit ſex Cardinales eruditiſſimos, qui de rebus *Lutheranis* reſpondeant. Addunt & illud: *Germaniæ* Principes implorâſſe auxilium Pontificis adverſùs *Lutherum*. Itaque ſperant rem brevi confectum iri. Nec dubito, quin inter hos ſex præcipuus ſit *Cajetanus*, etiamſi mox, ubi hæc ſcripſeram, audio eum eſſe in *Hungaria* legatum. De fuſili *Erasmo* ſcripſeram, ex quo conjicio, literas eas non fuiſſe redditas. Si artifex quiſpiam plumbeum archetypum expreſſerit purgatis angulis, felicior eſſet fuſio. Deinde materia mixta ex ære & ſtanno feliciùs reddit imaginem. Poſtremò, ſi ſolus *Erasmus* abſque Termino funderetur, opinor meliùs cederet; nam denſitas ſaxi & aggeris, qui eſt à tergo, obſtat, quò minùs bene reddatur facies & collum. Licebit utrumque experiri. Si bene ceſſerit, fundat ac vendat ſuo bono. Si mihi miſerit aliquot exemplaria felicia, quæ donem amicis, numerabo quod volet. Bene vale patrone magne. *Baſileæ*, poſtridie Dominicæ Quinquageſimæ, Anno à *Chriſto* nato milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto.

Erasmus Bilibaldo ſuo S. D.

Epiſt. 33. ÆGranus ſolet exaggerare omnia, quanquam nihil adhuc accidit mihi indignius hoc facto *Hutteni*. Hanc technam ſtruxit *Henricus Eppendorpius*, qui omnia ſua conſilia miſcuerat cum *Hutteno*, quum eſſet *Baſileæ*. Uterque debebat animam, viſum eſt illis hâc viâ poſſe extundi ducentos florenos ab amicis *Erasmi*. Et extorſiſſent aliquid, niſi obſtitiſſes. Nam olfeci technam. Cùm viderent nihil extorqueri poſſe, ſaltem à typographo voluerunt paululum abradere. Neuter fecit odio mei, quum de utroque ſim bene

meritus: ſed amore prædæ. Nunc ab aliis quibuſdam extorſerunt ſexcentos florenos & triginta. *Huttenus* habet ducentos: Juvenis, cujus nomine bellum indictum, quadringentos: *Eppendorpius* legatus triginta. Favit alea, & hæc ſors attulit ei lucrum nonaginta. Iſti habentur hîc pro honeſtis viris. *Spongiam* meam, quâ *Hutteno* reſpondeo, jam penè excudit *Frobenius*. Itaque ſerò mones: Quanquam reſpondeo contemptim. *Emſerum* exiſtimabam eſſe defunctum. Simile quiddam accidit mihi *Lovanii*. Scripſeram *Hermanno Gaudano*, qui præter utriuſque linguæ literaturam non vulgarem *Lutetiæ* primam laudem meruit, familiariter de rebus ad ipſum pertinentibus, nec credebam fore, ut ulli ſuorum eas literas oſtenderet. Epiſtola circumfertur excuſa. In ea, ut ſcribunt, taxantur *Franciſcus Hulſtus* & *Egmondanus Carmelita*, quibus Cæſar & Pontifex regnum commiſit, exurendi *Lutheranos*. Nondum vidi epiſtolam. Pontifex impoſuit ſilentium *Egmondano*. Itaque muſſant Theologi. Neſcio an tibi ſcripſerim de tragœdia exorta in *Anglia*. Injecta erat Regi ſuſpicio, me adfuiſſe *Luthero* in novo ludicro libello. Ea de cauſa miſi famulum. Is rediit omnibus feliciſſimè geſtis. Rex excuſat ſeſe: & item Cardinalis. Amicis veteribus accrevit & amor, & numerus. Donârunt famulo ſupra triginta florenos. *Buſchius Hutteno* furioſior, ſemper à me laudatus, & humaniter acceptus *Baſileæ*, certè nullo verbo à me læſus, excudit neſcio quid in me: quod fortaſſis exibit hiſce nundinis: Hujuſmodi conciliant non optimam famam *Germaniæ*. Nihil ſtolidius. Principes omnes hortantur in *Lutherum*. Ego autem non ſcribam, aut ita ſcribam, ut qui pugnant pro regno *Phariſaico*, malint me ſiluiſſe. Bene vale, quarto Calend. Septemb.

Bilibaldo ſuo Eraſmus S. P.

Epiſt. 34. CHariſſime *Bilibalde*, adiit me *Antwerpiæ* juvenis ſingulari indole, tuæ ſororis maritus, & mihi tuo nomine ſalutem dixit, ſimúlque officium ſuum mihi attulit. Prodiit tandem liber *Edvardi Lei*, quo nihil unquam natum eſt neque virulentius, neque mendacius, neque ſeditioſius, addo, neque ſtultius, neque indoctius: & tamen homo ſibi placet, & invenit, quod in * * applaudunt. Reſpondimus ex tempore illius invectivis, ad quas ſi conferantur ſcripta *Hocheſtrati* & *Pefercorni*, nihil ſunt niſi merum mel. Nos, quod ad rem attinet, ſatis ſtrenuè nos geſſimus in refellendo. Cæterùm, quomodo monſtrum hoc natum in perniciem bonorum ſtudiorum ſit, à vobis expediendum, ex amicorum literis cognoſcetis, quibus hoc negotii dedimus. Niſi peſtis nos deterrebit, fortaſſis hoc vere toto commigrabimus in *Germaniam*. Interea cura, ut quàm optimè valeas, amice magne & patrone incomparabilis. *Lovanii*, decimoquarto Calend. Aprilis.

Eraſmus Bilibaldo ſuo S. P.

Epiſt. 35. DOleo tibi rem eſſe cum podagra. Si *Luciano* credimus, ſolent hoc tempore hujus Deæ myſtæ redire ad ſuas cantiones. Hoc magis iraſcor morbo tuo, quòd nos privat dulciſſimis tuis literis. Nos aliquot dies [illegible] *Burgundiam*, abſterſuri fictum, quem [illegible] tio latebríſque contraximus. Expect[illegible] iſthic agatur, ſi quid tamen agitur. [illegible] dit, prædicat, ſibi neſcio quid affut[illegible] intercederet. Alioqui non eram ſcriptu[illegible] vale, vir optime. *Baſileæ*, poſtridie [illegible] lis. Anno milleſimo quingenteſimo [illegible] quarto.

Bilibaldo ſuo Eraſmus S. P.

VIr ornatiſſime, ſcripſi nuper per eum, qui *Epiſt.* fuſiles imagines reddidit, ſimúlque [illegible] cavi, tuas literas hactenus bonâ fide [illegible] ſuiſſe, quod videreris aliud ſuſpicari. [illegible] ſeptimus miſit ad me diploma honorificum, cum honorario munere ducentorum florenorum, quos non accepiſſem, niſi nominatim expreſſiſſet, ſe miſiſſe ob Paraphraſim inſcriptam. Polliceur & in poſterum magnificè. Cardinalis *Campegius* miſit ad me proprios nuntios, quibus reſpondi, quæ mihi videbantur pro publica concordia facere. Quanquam, ut nunc agitur hæc fabula, ego nullam video cataſtrophen. Ita me Jeſus bene amet. Res indies ſerpit latiùs. Nemo pacem agit de componendo diſſidio: Imò plerique nihil aliud agant, quàm ut oleum addant camino. In *Hollandia* mea paſſim fugiunt Monachi, ac nubunt in Domino. *Carmelita* ille exauctoratus eſt & à Cæſare & à Pontifice. *Hulſtus* illius collega vix effugit capitis ſupplicium. Studia feliciſſimè procedunt, fruſtra frementibus Theologis. Me clamant hæreticum. Sed nemo credit illis. Scripſit ad me *Martinus Lutherus* per *Joachimum* quendam ſatis humaniter. Cui non ſum auſus pari humanitate reſpondere propter ſycophantas. Reſpondi tamen paucis. *Melanthon*, ut audio, cupiebat colloqui nobiſcum: ſed non audebat me gravare invidiâ. Ego certè eam invidiam contempſiſſem. Eſt juvenis ingenii candidiſſimi. *Argentorati* magnus eſt tumultus, etiam in ſenatu. Noſter magiſtratus cœpit moderatiùs favere *Lutheranis*. Timent exemplum *Argentinenſium*. *Othonis* libellus ratſus exiit per autorem recognitus, &, ni fallor, auctus. Nondum vidi. Exiit & epiſtola *Alberi* omnium ſtultiſſima. Ea non dubito quin ſit *Buſchii*, tametſi ſtylum quantum potuit diſſimulavit. Sed novi penitus illius ingenium. Is homo ſemper à me amanter cultus, nè verbo quidem unquam à me læſus eſt. Hujuſmodi muſcæ perdent unguentum & Evangelii & bonarum literarum. Hiſce præſtigiis delectatur *Eppendorpius*. Gaudet lædere, & vult me ſcire; ſed ſic, ut apud alios poſſit inficiari. Poſthac non eſt animus talibus næniis reſpondere. *Rami* excuſi ſunt clam duo libelli *Stunica*, in quorum altero defendit Interpretem à ſolœciſmis, quos illi impegeram: ſed interim diſſimulat innumeros, quos tueri non poterat. Et hos quadraginta, opinor, ſic tuetur: *Græcè* eſt ἀθεῖς· igitur Interpres rectè dixit, *manicas*: quia licet fingere nova vocabula. Aut reddidit ſigeram, aut *Hebraicum*: Igitur non commiſit ſolœciſmum. Nam in *Græco* eſt ἐν δυσὶ, ergo bene vertit, *per ter*, in *Actis*. In altero probat, quid ex ipſius Annotationibus caſtigatum, incito

cusio ipsius nomine, quasi patrum fuisset, illi libro respondisse, nisi totum opus Annotationum insulso nomine contaminarent. *Roma* rideatur ab omnibus. Et tamen homo sibi plaudit. Promittit enim, se non conquieturum, donec *Erasmus* agnoscat unum *Stunicam* præ cæteris exiciosis, qui ipsum vincat non solùm in sacris literis, verumetiam in prophanis. Pontifex tamen vetuerat excudi. Nec audent vendere. *Clemens* VII. misit Legatum in *Angliam* quendam *Mauritium* Archiepiscopum, qui pacem indiceret Principibus. Sed nihil egit. Itaque magnam pecuniæ vim à Rege oblatam recusavit accipere. Arbitror *Angliæ* Regem jam trajecisse. Sic inus in *Turcas*. Jusserat Cæsar, mihi solvi pensionem: sed excusant belli onera. Promittunt tamen cum fœnere redeunti. Libens aliquò demigrâro vel ob invidiam, quâ me gravat amicitia *Frobenii* apud Typographos. Nondum statui. Sed statuam brevi. Quando rumor Libelli *De libero arbitrio* sparsus est, nè quid suspicentur atrocius, opinor esse satius edere. Nam ego rem ei moderatione tracto, ut sciam, nec ipsum *Lutherum* indignaturum. Invisimus *Bisantium*; sed affecti pituitâ vix revolavimus in nidum. Ubi revisissemus, sic adortus est calculus, ut nunquam antehac periculosius. Utor nonnunquam terebinthino. Balneis, quoniam non assuevi, non audeo me credere. Bene vale, vir incomparabilis. *Basileæ*, XII. Cal. Aug. Anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto.

Nosti manum tui mancipii.

Bilibaldo suo Erasmus S. P.

1917. ARbitror omnes epistolas tuas mihi bonâ fide redditas, quarum nulla mihi non fuit jucundissima. De meis dubito. Nam de prima imagine æneâ mihi reddita, scio me bis scripsisse. Et nunc has accepi, quas promiseras literis per civem quendam scriptis, unà cum epistola, quâ significas, quid post abitum Principum sit ist hic gestum. *Ferdinandus* fuit *Brisaci* ac *Friburgi*. *Faber* studiosè me ad Principis colloquium evocavit: id meâ magnopere interesse. Ego sedulò excusavi. Cupiunt conflatam invidiam mecum dividere. Ubi videro, partem utramque se præbere ad concordiam, non deero meo officio. Scripsit ad me *Lutherus*; sed suo more, pollicens, se agnoscturum imbecillitati meæ, si modò nè ex professo scribam adversus illius dogmata. Illi respondi, sed paucissimis, ac meo more civiliter. Non vacabat pluribus, nam aderat eodem tempore *Hieroslaus Baro*, Regis *Poloniæ* orator, homo candidus, & nostri amantissimus: sed *Luthero* vehementer infensus, quemadmodum & Rex ipse. *Melanchthon* invisit patriam suam, me, ut aiunt, invisurus, ni metuisset me gravare invicta. Misit ad me *Joachimum* quendam, quem unicè diligit, & scripsit de me ad *Pellicanum* amantissimè. Scis, opinor, *Petrum Mosellanum* vitâ defunctum. *Hedio* noster penultimo Maii duxit uxorem *Argentorati*, bene dotatam. Ego & Cardinali, & Pontifici, atque etiam *Fabro* scripsi, nè rem tractarent sævitiâ, néve odio malorum læderent bonos. Et promiserunt, se facturos. Miscent se huic negotio quidam, qui nihil aliud videntur affectare, quàm tumultum ac seditionem. Magistratus hic incipit minùs favere *Lutheranis*. Hæc ægrè scripsi, mi *Bilibalde*, miserè gravidus calculo, quo jam menses aliquot carueram, posteaquam desieram vesci pyris assis, sed ut hic sunt, sylvestribus. Quidam putant, fusionem fœliciùs eventuram, si *Cyprio* æri misceatur stannum, ex quali materia funduntur campanæ. Est & aliud remedium, si caput Termini vertatur ad latus. Nunc ut rinque respondens densitas facit, ut vultus minùs fœliciter reddatur. Est insuper & ars contrahendi imaginem: sed longum id est, & laboriosum: si excipiatur argilla incluso circulo æreo, deinde siccescat, idque fiat sæpiùs, tandem ex argilla excipiatur plumbea. Id commodiùs fieret, si haberetis fontem. Is est in plumbo, sed apud artificem: quanquam is pollicitus est, se mihi illum redditurum. Nam habuit ex me supra triginta florenos operæ suæ pretium. Tantum idem habuit pro pictura. Et rursus nuper misi in *Angliam Erasmus* bis pictum ab artifice satis elegante. Is me detulit pictum in *Galliam*. Rex me denuò vocat. Paratum est amplum Sacerdotium. Hic ob vinum subinde periclitor. Si qua pax affulserit, fortassis eò me conferam. In Aprili contuleram me *Bisantium*. Magistratus simul & Canonici obtulerunt ampliter. Egi gratias & respondi, mihi satis esse ad simplicem victum: me malle meo otio & illo libero favore uti, quàm pactâ munificentiâ. Expecto propediem famulum meum ex *Anglia* & *Brabantia*. Tum statuetur aliquid. Id quicquid erit, tu non ignorabis. Utinam meus calculus conjugatus tuæ podagræ simul exularent apud *Indos*. Experior, quod scribis, omnes ferè literas aut intercipi, aut resignari. Scripsi pridem Duci *Georgio*, ab ipso provocatus. Quum non responderet, idem argumentum per alium misi. Nec responsum est. Rursum nuper scripsi aliis de rebus. Eas suspicor suppressas, quanquam ibi nihil erat quod ad *Lutherum* pertineret. Bene vale. *Basileæ*, tertio die Junii. Has non relegi, ignoscès.

Nosti manum.

Bilibaldo suo Erasmus S. P.

VIr clarissime, jam bis scripsi, licèt paucis. Primas suspicor non esse redditas. Erat *Minoritâ*, qui cucullum excusserat; sed improbitatem non excusserat. Dedi septem blaphardos, pollicitus largiora, si hic fidem hominis comprobâssem. Talibus erronibus nunc plena sunt omnia. Scripsi rursus per negotiatorem quendam. Anulum, & fusilem *Bilibaldum*, mox & pictum fœliciss imâ *Dureri* manu accepi. His utrumque cubiculi mei parietem ornavi, ut quócunque me vertam, obversetur oculis *Bilibaldus*. Utinam scripsisses, quid haberent argumenti nugaces isti libelli. Suspicor ex *Argentorato* venire. Nam *Eppendorpius* apud quosvis etiam jactat, se scripsisse in me. *Othonis* furias nôsti. Hoc tantum nunc licuit scribere, mi *Bilibalde*, vix à morte restituto, imò verius alteri carnificinæ servato. Parturii totos decem dies: tandem prodiit calculus ingens. Jam desperatus. Ita subinde se variat morbus, nè sit remedium. Scribam brevi copiosiùs. Scripsi pridem *Roberto* à *Mossham*, & *Joachimo Camerario*, quem audio nunc esse

Bamberga. Si potes isthinc, cura ut epistolæ ad istos perveniant. *Durero* salutem plurimam. *Basileæ*, V. Febr. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Erasmus Bilibaldo suo S. P.

Epist. 39. ACcepi meum *Bilibaldum*, primùm fusilem, cum anulo & literis: nunc etiam pictum ab *Apelle*. Respondi quidem per quendam impudentissimum planetam, qualibus nunc impletur mundus. Dedi blaphardos septem, quæ res illi vertat malè, pollicitus largiora, si bonâ fide perferret. Is, ut video, verba dedit. Quæ isthic geruntur, ubique fient brevi, nisi quis Deus prospexerit. Huc omnino provocant Evangelici, vel reclamante *Luthero*. Planè quidam tendunt in exitium rerum & disciplinarum omnium. Cuperem hujus tumultus fœlicem exitum. *Lutherum* planè contemnunt, postquam cœpit esse moderatior. A *Durero* cuperem pingi, quidni à tanto artifice? Sed qui potest? cœperat *Bruxella* carbone, sed jamdudum excidi, opinor. Si quid ex fusili & memoria sua potest, faciat in me, quod in te fecit, cui addidit aliquid obesitatis. Pharmaco tuo nondum ausus sum uti. De meis scribam brevi. Nam auriga qui tuas reddidit, postridie mane abiturus, post cœnam renunciatur abire. Et idcirco nolui multum Scripturæ periclitari. Bene vale. Octava Circumcisionis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Bilibaldo suo Erasmus S. P.

Epist. 40. QUod semper ad moderatiora consilia votum, pars altera vocavit timiditatem; altera colr lusionem cum *Lutheranis*: nunc cùm utraque pars mordicus tuetur sua, & adeo nihil remittit de jure suo, ut prioribus & jam occupatis nonnihil etiam addat; res eò progressa est, ut solus Deus tempestatem rerum humanarum in tranquillitatem possit vertere. Nusquam non pervagatur fatale malum. Aiunt Archiepiscopum *Hungaria* profligatum. *Carolus Campegius* sese recepit in *Italiam*, cessit & *Ennius* Episcopus *Veruland*. Archiepiscopatus *Salisburgium* obsidetur. Hìc rursus ruricolæ & nobiles in armis sunt, altera alterius internecionem minitantes. *Basileenses* conati sunt compositis rebus, sanguinis effusionem excludere; sed inanis sumpta est opera. *Ferdinandus* agit apud *Wirtenbergenses*, expectatur *Friburgi*, an venturus nescio. Est civitas *Brabantiæ* satis ampla frequénsque, *Sylvam-ducis* appellant, hic populus ejecit *Minoritas* & *Dominicanos* omnes. Eam nunc obsidet *Margareta* Cæsaris amita. *Antwerpiæ* quidam ausi sunt extra civitatem concionari, nec veritus est illò populus confluere, contemptis omnibus Cæsaris, *Margaretæ*, & Magistratuum edictis. Itaque tota civitas illa fervet periculoso tumultu. Aguntur excubiæ nocturnæ, diurnæque. Castigatis *Buscoducensibus*, vereor nè impetatur *Antwerpia*. Utraque civitas est opulenta. Proceres invitabit prædæ magnitudo, cui nunquam non inhiant, sic ut sufficiat quævis levis occasio. Apud *Hollandos* meos aliquot damnati sunt hæreseós. In hos sævietur. *Hulstus* pridem exarmatus, denuo per Cæsarem armatus est. Is erat solus profanus Inquisitorum coryphæus. Maxima populi pars apud *Hollandos*, *Flandros* scit doctrinam *Lutheri*, quam capitali ferunt in Monachos. Qui sint plerique sint mali, tamen pro his rabimur. Qui si vicerint, actum omnibus. Incipiunt hunc ferocire *Campester Lutetia* corrupit mea *Dominicanus*. *Petrus Sutor* bellum in me *Parisiis*, simpliciter respondimus, non responsuri, ni *lica* testaretur, autoritate *Lovanii* sceleratissimus nidus est *minicanorum*. *Vincentius* homo stivâ natus, nunc Theologus aliquot scripserat librum in me, edere, profectus est ad suum no vetuit, nè tale facinus sed ægrè. Nunc tandem gi potest barbarius, dacius, impudentius, tum est à quatuor; *Cornelius Juvelandus* fecit: Tertius quidam floseulis: *Godefredus* recepit. Ad hæc connivent *Latomus* tres emisit libellos, strophis me petit. Huic *su*. Aiunt titulum esse, nim vidi. Vereor nè hic *am* transvolet, quàm interim non agnoscimus *rum* exemplo tot plagis provocantis nos ad pœnitentiam, mur meliores. Multis in locis Monachi, verùm plerique alià tamen ratione privilegiis, tot armati sunt. Civitates aliquot consiliis utuntur, permittunt ratione cupiunt mutare vitæ liquid unde vivant ab ipsis nil intulerunt, ceu longæ jubentur abire, qui illic illis suas colonias admodum solent. Nec fas nisi permissu Magistratus. A collegiis arcentur. Nec permittitur nari, nisi in suis monasteriis, duntaxat horis. Qui simul cultum, permittitur. Qui nolunt, men obedientiam jurare pertinent ad reipublicæ rum arbitrantur, ut aut habeant Monachos, aut habeant magis sobrios. sterium vertentur vel in gogeia. Nec posthac passuri scipiantur vota perpetua, sit triginta sex annis. ut sint probi pastores. rit magnus numerus monasteria relinquentur, vitatum mœnia, imò procul graviter exerceant infinitam varietatem quæ illi *Capitula* vocant, abutuntur ad impunè diti suis Episcopis ac

dum

...sacerdotes & laici. Hæc an probanda
...sint, in præsentia non disputo: certè, minore tu-
...multu coercebitur malorum monachorum tyran-
...nis, & bonis mondichis consuletur, imò juvenibus
...studiosis, ne in talium servitutem posthac dedant
...se. Quod populari tumultu geritur, infelicem
...habet exitum. Quod pro sua quisque libidine ge-
...nus vitæ quærat, improbis fenestram aperit ad ne-
...quitiam. Si res ageretur Pontificis & Episcopo-
...rum auctoritate, rectissimè fieret. Nunc certè pro-
...ximum est, ut Magistratus autoritas excludat con-
...fusionem, & ita consulat bonis, ut malis non de-
...tur peccandi licentia. Utinam omnes essemus veri
...Mauchi, hoc est, mundo mortui. Verùm hos
...populos conjuratos, hos fomites mundus non vide-
...bit diutiùs laturus. Et quanquam immane videtur,
...quòd nostri monasteria quædam diripuerunt, ta-
...men hoc istorum improbitas provocavit, qui nul-
...lis legibus corrigi possunt, ut ipsi inter sese conni-
...vent. Scripserat mihi de poculo, quod dono misis-
...set Episcopus *Olmucensis*: cujus tamen in posteriò-
...ribus literis non memineras. Id autem datum est,
...mihi quidem inscriptum, sed quoniam *Beatus* ac-
...ceperat literas ab *Olmucensi* de phiala inaurata
...missa, & item à *Velio*, cum mihi nil esset scriptum,
...ne data esset Episcopo occasio cur mihi mitteret
...aliquid, tradidi poculum *Beato*, suspicans *Cuper-*
...*gium* errâsse in nomine. Si quid habes hac de re
...compertius, scribito. *Ptolomæum* tuum nondum
...vidi: sed tamen curabo ut habeam. Hîc neminem
...invenio qui sciat ex gypso fundere imagines.
...Itaque malissem archetypum apud te manere.
...*Lingonum* emissimus, ut fatearis posthac *Erasmum*
...elinguem fore. Calculus jam aliquando mitiùs
...me tractat, posteaquam assuevi vinum omne di-
...luere aquâ ex glycyrrhiza decoctâ. Sed tamen cor-
...pusculum hoc indies attenuatur & exarescit.
...Brevi, ni fallor, abjicietur hoc syphar, & exiliet
...non cicada. *Martinus Dorpius* nos antevertit;
...perit & *Linacrus* in *Anglia*, *Longolius Bononiæ*,
...& *Baptista Cassalius Romæ*, & *Franciscus Deloinus*
...*Lutetiæ*, magnus bonarum literarum patronus.
...Hic sesquimensem perpetua duravit pluvia, ut
...quasi parum sit, commaduisse imbre cœlesti;
...sunt in procinctu nobiles & agricolæ, congres-
...suri, quo magis madescant mutuo sanguine. Sa-
...luta *Durum* artis *Apellea* principem. Et *Paulum*
...*Rixum*: cujus Catapotio sum usus hodie
...feliciter. Non sumo, nisi quantum est dimidium,
...nisi ut minus etiam, & tamen solvit alvum citra
...molestiam. Expectamus *Erasmum*, illâ felicissimâ
...*Dureri* manu pictum, simúlque literas tuas. Bene
...vale. Datum *Basileæ*, quinto Calendas Septembr.
...Anno M.D.XXV.

Agnoscis manum tui, &c.

Erasmus Bilibaldo suo S.P.

Epist. 41. OPinor jam redditum opus *Chrysostomi Græci*, cui præfationem ad te præfiximus. Si hic reddat *Jacobus Ceratinus*, rogo, ut hunc velut alterum *Erasmum* amplectaris. Vir est ita callens *Græci*, nec minus *Latinè*, ut posset cum dignitate vel in quavis *Italiæ* parte profiteri, tum moribus planè niveis, sed adeo modestus, ut pene putidulus. Nec aliud habet vitium, si tamen hoc vitium est. Hunc jussu vel flagitatione potiùs *Georgii* Principis per literas evocavi, non admodum spe-
rans futurum, ut hanc conditionem non aspernaretur. Nam & apud suos amplis præmiis ad publicam professionem invitabatur. Succedet *Petro Mosellano*, sed decem *Mosellanis* eruditior; etiamsi *Mosellani* doctrinam, & ingenium haud vulgariter adamabam. Alius fortassis indignè ferret, quòd juvenes præcurrunt senem; ego magnam capio voluptatem, quoties video minores eò profecisse, nonnihil etiam adjutos nostris lucubrationibus, ut his, quos habuere præceptores, possint ipsi vicissim præcipere. In *Ceratinum* itaque si quid officii collocaris, gratius mihi futurum est, quàm si in me ipsum contulisses. Non deest illi viaticum, nec deerit, nisi contigerit obiter spoliari. Id si accidat, (quod avertat Deus) me sponsorem accipe, si quid illi mutuaris. Plura scriberem, sed vehementer incertum erat, an *Ceratinus* esset isthàc futurus iter, quod tamen ille videbatur capere, vel tui videndi gratiâ. Saluta *Rixium* ac *Durerum*. Nuper rursum enixi sumus viperinum partum, atque etiamnum anceps est valetudo. Bene vale, vir ornatissime. *Basileæ*, V. Id. April. Anno M. D. XXV.

Bilibaldo suo Erasmus S.P.

Epist. 42. ORnatissime *Bilibalde*, volupe est te rectè valere. Scripsi per *Frobenium*, per quem expecto tuas literas. Nullus mundus vacat ab hoc tumultu. Quò sit evasurum hoc Evangelium, nescio. Mihi certè peperit certum exitium, quod ad hujus mundi felicitatem attinet. De *Ceratino* doleo, & metuebam nè suum commendatorem pudefaceret, oblitus monitorum. Sic ferè sunt novi Evangelici Professores. *Christus* omnia vertet in suam gratiam. Tuas mihi reddidit hic juvenis, mirè modestus ac placidus. Saluta *Durerum*, & medicum *Basileæ*. Pridie *Matthæi* millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Bilibaldo suo Erasmus S.P.

Epist. 43. DE *Philippo* facilè satisfactionem accipio. *Nesenus* erat vehemens & constans amicus, sed mihi infeliciissimus. Is, uti suspicor, instigavit *Lutherum*, ut sic scriberet in Regem *Angliæ*, & in *Cochlæum*. *Oecolampadio* curavi protinus reddendas literas tuas. Quid ille moliatur nescio. Quod meministi de literis ac munere Ducis *Georgii*, literæ jampridem redditæ sunt ex *Baden*, ubi fuit disputatio. De munere nihil audio. *Compergius* misit duas pelles *Gabellinas*, sed epistola *Bonifacio* missa mentionem facit vasciculi albarum pellium. Fortè, *Polonius* mutato consilio servavit per aliam mittendas *Alberto Durero*; quam gratiam referre quèam, cogito. Dignus est æternâ memoriâ. Si minus respondet effigies, mirum non est. Non enim sum is, qui fui ante annos quinque. Jam fere biennium est, quod sub Februarium laborans calculo sic concussus sum vomitionibus, ut ex hoc tempore semper decreverit corpusculum, quod ante solet post morbum sarciri. Aliquot menses sat commodè valueram. Sed præter expectationem velut ex insidiis abortum est aliud malum. Mirus urinæ fluxus, primùm sine dolore, mox cruciatus velut ex locis exulceratis cum fluxu materiæ, veluti gypsatæ, mirâ copiâ. Medici non plus adferunt spei, quàm musæ. Aut vesicæ calculus, aut exulceratio

ulceratio mors erit. Dabit Dominus, ut spero, tolerantiam. Memoriam mei vobis amicis commendo. Aliàs copiosiùs: hoc nunc tantùm licuit. Bene vale. *Basileæ*, III. Calend. Aug. Anno M. D. XXVI.

In quibusdam de Eucharistia ego velut parum eruditus subdubitarem, nisi me confirmaret autoritas Ecclesiæ. Ecclesiam autem voco, consensum populi *Christiani* per universam orbem. Literas quas scripsi Duci *Georgio*, cuperem quàm celerrimè ad eum perferri.

Erasmus Bilibaldo suo S. P.

Epist. 44. VIr clarissime, Libellum tuum *De Eucharistia* lecturus sæpe, nunquam hactenus licuit perlegere, tot obruor undique tragœdiis. Strages agricularum sic in spem victoriæ erexit animos omnium. Sunt *Romæ* quidam Pegasi, qui pessimè volunt *Germanis* omnibus: sed duo præcipuè mihi peculiariter infensi, qui nunc extrema môliuntur denuò, quum id facere nunquam cessârint. Pontifex bis misit mandatum ad Academiam *Lovaniensem*, ut blaterones illos coercerent, & per Rectorem totius Academiæ nomine fieri cœptum: reversus *Latomus* cum suo collega pressérunt rem. Interim is, cui commissa fuerat executio, Theologus est persuasus à *Latomi* collega, quo nullum animal sceleratius vivit; scripsit clanculum *Datario*, quòd mutaret consilium, excusaret se Pontifici. *Datarius* clam missis literis probavit factum, probavit prudentiam, & promisit silentium. Venit edictum *Cæsaris* admodum severum, & hoc eluserunt. Impetrârunt ab aula edicti interpretationem, hoc est irritationem. Habet *Jodocum* præsidem Senatus *Mechlinienses*, hominem plusquam capitaliter infensum bonis literis. *Bedda* misit ad me plusquam ducentos articulos damnabiles, ex libris meis collectos, nullius momenti. *Lodovicum Berquinum* præfectum & consiliarium regium iterum conjecerunt in carcerem, non ob aliud, nisi quòd libellos quosdam meos vertisset *Gallicè*. Mater bis scripserat, ut expectarent Regis reditum, delegati nihilo secius progressi pronunciaverunt eum Hæreticum. Articuli sunt ad me missi, qui nihil aliud declarant, quàm impudentissimas illorum sycophantias, & crassissimam inscitiam. Quibus respondi: Rex ubi rediit, & quid esset actum cognovisset, misit caduceatorem, denuncians illis, se velle cognitorem illius causæ fieri; scripsit per alium; se vitam ac mortem *Berquini* ab ipsis reposciturum, si quid esset factum. Quid deinde factum sit nescio: *Jacobus Faber*, qui metu profugerat, non ob aliud, nisi quòd verterat Evangelia *Gallicè*, revocatus est in aulam. *Romæ Verpus* quidam, quem nôsti, qui miserè invidet omnibus doctis *Germaniæ*, exhibuit libri partem olim in me scripti, nisi quòd adjecit quædam ex hoc temporum statu. Furiosè nomen suum dissimulat. Inter cætera dicit se mirari, quòd in *Germania* tot hominum millibus cæsis, ego supersim, qui sic docuerim *Germaniam*. Deinde dicit *Lutheranos*, quanquam impiissimos, ideo scribere in me, quòd impietatem meam ferre non possint, qui Virgini *Mariæ* detraxerim suam virginitatem, *Christo* suam divinitatem, aliáque his furiosiora. In *Hispania* monachus quidam scripsit ad me librum plenum laudibus, sed virulentis aculeis respersum. *Lutherus* sic scripsit, ut [illegible] micitiæ locum reliquerit, & [illegible] mirè coercuisse stomachum. Dum adversus *Lutherum* pugno, scio me juvare partes [illegible] qui me mallent extinctum, quàm [illegible] Liber tuus *De Eucharistia* vehementer [illegible] Anti-*Lutheranis*, *Oecolampadianis* [illegible] Hoc dissidium, si tantum læderet nocentes, [illegible] rabilius esset, nunc illis dissidentibus erigun[illegible] quidam, qui nulli bono bene volunt. [illegible] eam materiam fuisse translatam in alium [illegible] aut saltem fuissent in vero concordes. [illegible] displiceret *Oecolampadii* sententia, nisi [illegible] consensus Ecclesiæ. Nec enim video qui [illegible] corpus insensibile, nec utilitatem [illegible] sentiretur, modò adsit in symbolis [illegible] tualis. Et tamen ab Ecclesiæ consensu [illegible] sum discedere, nec unquam discessi. Tu [illegible] tis ab *Oecolampadio*, ut cum *Luthero* sentire [illegible] quàm cum Ecclesia. Citas autem illum [illegible] rentiùs alicubi, quàm erat necesse, quum [illegible] rum autoritatem potuisses adducere. Ubi [illegible] cæro me aliquantulum, perlegam totum [illegible] tuum, deinde dilucidiùs intelliges quid [illegible] si tamen pateris me de tuis ferre [illegible] Has literas pro tua prudentia non [illegible] bis quibuslibet, faciésque me de iis, [illegible] geruntur, certiorem. Vale. *Basileæ*, [illegible] Non. Junias, Anno millesimo quingentesimo [illegible] gesimo sexto.

Georgius Saxoniæ Dux crebris literis [illegible] rat me, ut mitterem qui *Mosellano* [illegible] misi *Jacobum Ceratinum* egregiè peritum utrúque literaturæ. Res non optimè successit. Fortassis incidit in suspicionem, quòd non satis abhorreret à doctrina *Lutheri*. Si vacat illhic profitendi locus, fac ut sciam. Nam *Sigismundo* decretum est, hinc non discedere. Pro *Ptolemæo* tuo & *Dureri* libello jam gratias egi; nunc picturam *Erasmum* expecto.

Bilibaldo suo Erasmus S. P.

VIr ornatissime, Hùc me contuleram, ut adessem meis lucubratiunculis excudendis. Et statim ad nidorem hypocaustorum graviter ægrotare cœpi. Idem mali genus, quo laboravi quum hic essem proximè. Convalueram, sed ex intervallo repetiit nos morbus priore gravior. Jam dudum expecto, quem exitum sit habitura *Lutherana* tragœdia. Omnino spiritu quodam res geritur, an ex Deo sit, nescio. Ego, qui nunquam faverim *Luthero*, nisi quomodo favet, qui hortatur ad meliora, utrique parti sum hæreticus. Apud nostros pauci quidam aliis de causis inimici, etiam Cæsari persuadere conantur, me causam esse hujus tumultûs, non alio argumento, quàm quòd non scribo adversus *Lutherum*. A *Lutheranis* proscindor in professionibus quasi *Papicus*, quòd plus tribuam *Libero arbitrio*. Nonne bellè mecum agitur? Absolvi *Paraphrasin in Matthæum* jussu Cardin. *Sedunensis*. Bene vale, vir clarissime. Saluta sorores tuas, & si qui sunt qui diligunt Evangelicam doctrinam. *Basileæ* Prid. Idus Febr.

Bilibaldo

Bilibaldo suo Erasmus S.P.

Redditæ sunt epistolæ tuæ, super alias aliæ, quæ mihi magno fuere solatio. Quid attinet *Dorei* mortem deplorare, quum simus mortales omnes? Epitaphium illi paratum est, in libello meo. Allatus est huc rumor, qui mirè doctos exhilaravit, sed præcipuè *Bonifacium Amerbachium*, ubique sumptu & autoritate Senatûs excudi *Pandectas*: Optârunt & *Græcas Justiniani* excudi. Optimus Dorpius tibi narrâsse de reatu meo. Ego hac in re obsecundavi consilio *Beati Rhenani*, & *Ludovici Vives*. Alioqui sciebam illum nihil acturum. Fumos hominis jam olim novi. Sed *Beati* ingenio semper ibatis est ad hujusmodi dramata. Turbam molesti sumus qualibuscunque conditionibus, pacem iniquam æquo bello præferentes. Nihil omissum est, compromissum est. Adhibiti duo testes. Arbitri datis dextris stipulati sunt obsequium. Pronunciatum est de scripto arbitrium. Assentitus utrique. Subscripsimus manu utrique. Deinde bibimus ex eodem poculo, facto inter nos pacto, datæ dextræ. Ominatus sum amicitiam fore perpetuam. Annuit ille, & comprobavit. Exhibitum est omnibus convivium ἐλλιῶν. In abitu petiit epistolam ad Ducem. Id præter pacta prælisi, nè quam darem occasionem. Petiit præfationem in librum ipsi dicandum. Id, quanquam absurdum & ineptum, tamen autore *Bonifacio* feci. Quid consectum est? Mox dicitur misisse famulum properum, qui sub nundinas vulgaret atrocem rumorem, *Erasmum* esse damnatum *Basileæ*, conditionibus gravissimis, ut scriberet librum & epistolam contra seipsum, deinde daret pecuniam. Et hic ante abitum jactaret se adigisse *Erasmum* ad conditiones, ad quas ipse nollet descendere pro tribus millibus aureorum. Hic rumor mirum quantum exhilaravit pseudo-evangelicos. Qui triumphi? Quæ exultatio de nihilo? Hæc ego suspicabar futura, sed neque *Beato*, neque *Bono* potui persuadere, qualis esset artifex. Et erat plus quàm occupatissimus, præsertim in novis libellis. Quæ est hæc *Germaniæ* levitas? Omnes Evangelici ἐξοχὰς exultabant *Erasmi* autoritatem sepultam, amici metuebant. Et hæ fabulæ de *Hutteno*, de *Othone*, de hac lite aguntur per quendam Evangelistam *Argentinensem*, qui se fingit amicissimum, & putat me non intelligere, ego cogor dissimulare. Semper provocavi Principes à sævitia, quo studio concitavi mihi quorundam iras. Posthac nec compescam illos nec incitabo, sed relinquam illos suo ingenio. Nec enim ullum finem fore video, nisi sævitiâ, quam ad multos pervenire miserandum est. Sed hæc *Christo* relinquam. Mitto ad te postulationes illius, meam responsionem, & arbitrorum sententiam, ut rem omnem cognoscas, & amicis communices.

Libelli inscriptionem promitto, jam amico, & amicitiæ nomine. Nec est præscriptum tempus, nec semper natant libelli, & multi sunt, quibus hoc officium debeo pro meritis.

Epistolam ad Ducem promitto civilem, & quatenus licet cum tali Principe agere. Fortassis odit *Epphendorpium* ob altas causas mihi incognitas. Neque enim sine causa est, quòd septem annis hic agens ociosus, nunquam interim invisit patriam. Arbitrium nominatim dicit, ad evitandam molestiam, & citrà notam alterutrius. Ac præscribit, ut utrinque offensæ & querelæ aboleantur. Primos duos articulos ita mihi præstandos dixi, ut scripto præcepi. Scriptum vides, quod legit & probavit *Epphendorpius*.

De Eleemosyna non gravor. Nam arbitrium Judicum facilè cum meo consentit, nec est præscriptum tempus, & plus largio meâ sponte.

Fortassis negabit se sparsisse hos rumores: quod si fecit, quid hac perfidiâ detestabilius?

Dixit apud me, te sibi scripsisse, *Tuere famam tuam, stringe calamum in Erasmum*. Sciebam rem se aliter habere. Dixit *Melanchthonem* sibi respondisse, quod scripserat de alio quodam scripsisse. At *Melanchthon* affirmavit, nec se scripsisse quicquam unquam *Epphendorpio*, nec illum sibi. Optârim, mi *Bilibalde*, horum exemplar communicari amicis, atque etiam mitti in consilium ad amicos, præsertim ad *Hermannum Novæ Aquilæ* Comitem, & *Joannem Ulstenium* omnium mortalium candidissimum. Tibi precor prosperam valetudinem. Nos tenuiter valemus, sed interim sufficientes immensis laboribus. Nam *Augustinus* quatuor prelis excuditur: *Adagia* duobus, præter aliâ. De *Pandectis* quæso ut nos reddas certiores. *Basileæ*, VIII. Cal. Maias. Anno M.D. XXVIII.

Non relegi, ignosce.

Agnoscis tuum.

Exemplum codicillorum Erasmi ad Joannem Oecolampadium.

ANte dies complures cupiebam te evocare ad colloquium: nam & tempus erat incommodum, & affligebat pituita tenacissima non sine febri. Sed verebar, nè quid hinc fabularum nasceretur in populo, quòd res tum minus essent quietæ, quàm nunc sunt. Hodie mihi narravit *Hieronymus Frobenius*, esse, qui nescio quid sinistri suspicentur de animo in te meo, quasi te scriptis meis perstrinxerim: deinde quasi nuper deflexerim ab itinere, nè te salutarem. Scito, utrumque esse vaniissimum somnium. Nullam literam scripsi, quâ te perstrictum volui, aut quam scribens, de te cogitavi. Quum excuderetur colloquium *Cyclops*, quidam ex operis *Frobenianis* suspicati sunt, quod dicitur de ove in capite, vulpe in pectore, déque longo naso ad te pertinere; quum constet hoc lusum in *Nicolaum Cannium* famulum meum, qui ambiebat in colloquiis celebrari. Is talem gestat pileum, & nasum habet longum, & calore est fusco, capilitio nigro. Te simili uti pileo, nunquam audieram, nisi hac occasione. Non sum tam ineptus, ut talibus nugis utar in viros. Ambiebat & *Polyphemus* celebrari, qui circumferebat codicem Evangelicum bellè ornatum, quum ipsius vitâ nihil esset inquinatius. Sic res habet de scriptis. Jam eâ viâ soleo fere semper adire hortum *Frobenii*, quum cœlum est commodius, & altera sit angustior, & fœteat. Itaque si nullus adfuisset, illâc tamen eram iturus. Nec te tum novi adversum, sed famulus admonuit. Itaque reflexissem iter ad te, nisi plures adfuissent mihi ignoti, quorum cœtum turbare nolui. Idque tum dixi famulo. Sic habet de suspicione. Quod si quid aliud est rei hodie circa horam quartam usque ad sextam ero in horto *Frobeniano*, si dignaberis eò venire, uno comitatus, aut si mavis alio die,

Epist. 47.

die, libenter tecum conferam. In libello quo respondes *Bilibaldo*, notas me, quasi dixerim, tuam de Eucharistia sententiam esse longè meliorem. Hoc fortasse *Joannes Dantus* ad te pertulit, sed perperam. Dixi tuam simpliciorem & expeditiorem, quod minus habeat quæstionum perplexarum. Alioqui si mihi certò persuaderem, tua dogmata esse meliora receptis, sic ut in ea persuasione conscientia mea possit acquiescere, hac ipsâ horâ profiterer eadem quæ tu profiteris, ulturus meo more furiosos quosdam monachos ac *Beddaicos* Theologos. Nunc quod unum possum, opto, & operam do, ut hi tumultus habeant lætiorem exitum. Bene vale. Reliqua in colloquio, si videbitur.

Bilibaldo suo Erasmus S.P.

Epist. 48. TAndem vertimus solum, ex *Rauracis* facti *Brisgoi*. Dum promiscua fex plebis armata ac dispositis machinis versaretur in foro, nemo non timebat sibi, cui domi esset quod nolit perire. Aliquamdiu res videbatur spectare ad arma. Melior pars favebat Ecclesiastico negotio, sed numero minor. Nam altera multos habebat admixtos exteros, multos decoctores, multos palam infames. Hanc tragœdiam orsi sunt sub ipsam brumam, nè cui promptum esset vel fugere, vel accersere suppetias. Ecclesiastica pars, ubi videret contra Senatûs edictum, contráque jusjurandum fieri conventicula, induit arma; mox idem fecit altera, operas etiam educens in forum, ac bombardas. Autoritate Senatûs factum est, ut pars Ecclesiastica deponeret arma; quod ægrè fecit & altera, sed ad tempus. Nam quum decretum esset sævire in divos ac divas, condensant sese in foro, dispositis tormentis æneis, & aliquot noctibus illic sub dio agebant, extructâ pyrâ ingenti, magno omnium metu: in nullius tamen ædes irruperunt, neque cujusquam corpus attigerunt, nisi quod consul mihi proximus vicinus, vir facundus, & de Republica crebrò bene meritus, noctu scaphâ subduxit sese, periturus ni id feciſſet. Profugerunt & alii complures metu, qui tamen ex autoritate Senatûs revocati sunt, si vellent jure civium vivere: è Senatu verò submoti sunt, quotquot faverent pristinæ religioni, nè qua esset illic suffragiorum dissensio. Hactenus tamen Senatus moderatus est tumultum, ut per fabros & artifices tollerentur è templis, quæ tolli placuisset. Tantis autem ludibriis usi sunt in simulachra divorum atque etiam crucifixi, ut mirum sit, nullum illic editum miraculum, quum olim tam multa soleant edere vel leviter offensi divi. Statuarum nihil relictum est nec in templis, nec in vestibulis, nec in porticibus, nec in monasteriis. Quidquid erat pictarum imaginum, calceâ incrustură oblitum est; quod erat capax ignis, in rogum conjectum est; quod secus, frustulatim comminutum. Nec pretium nec ars impetravit, ut cuiquam omnino parceretur. Mox in totum abrogata Missa, ut nec privatim domi fas esset sacrificare, nec in finitimis pagis audire sacrum. Ubi summus ille metus ademptus est, ac propemodum spes esset fore, ut in nullius facultates aut caput sæviretur, ad hanc clementiam adhortante *Oecolampadio*, quotidie tamen ex synodis illorum prodibant nova plebiscita, cœpi de migrando cogitare, sed dissimulanter. Id quo minùs fecerim ante Paschas, [illegible] ratissima quædam pituita fuit in causa. Animus verò metuebam, nè malè mihi verteret, [illegible] solum: nonnihil etiam verebar, nè quos [illegible] remoram injicerent. Itaque procuravi à [illegible] *Ferdinando* duo diplomata, alterum quo [illegible] cersit ad sese, alterum quo tutus & [illegible] per ipsius ac Cæsaris totam ditionem. [illegible] omnium immitto clam nummos, aureos & [illegible] argentea, quæ potissimùm invitam [illegible] Aliquanto post palam onero duo plaustra [illegible] & lectis; hoc facto nuntiatur mihi *Oecolampadium* & Ecclesiastas infensos esse, idque [illegible] quas ex literis adjunctis intelliges [illegible] volas. Ego tamen reputans, meorum [illegible] rerum status, scripto placavi *Oecolampadium*, & [illegible] múlque ad colloquium evoco. Colloquimur [illegible] mus diu, sed absque contentione. Obtuli illi [illegible] ceram benevolentiam, quam ego non [illegible] modò pateretur me in quibusdam dogmatibus ab ipso dissidere. Tandem cœpit dissuadere, ne relinquerem *Basileam*. Respondi me à nulla gratiosiore civitate multis nominibus [illegible] dere, sed me diutius invidiam perferre non posse. Viderer enim probare quicquid hic [illegible] Quum urgeret, respondi eam operam [illegible] sumi, quum tota supellex esset *Friburgi*, [illegible] bat, ut saltem abirem redditurus *Friburgi*, [illegible] mensibus aliquot commorabor, illinc [illegible] quò me Deus evocaverit. Sic datis [illegible] tris, discessum est. Hunc sermonem [illegible] cavit, ut suspicor, tribuno plebis, qui semper [illegible] hujus negotii coryphæus, vir prudens sedatique ingenii. Egit cum *Beato*, nè discedam multis argumentis. Mihi nemo verbum fecit. Si dimissem me offensum abire, promisissent satisfactionem, si ob id, quod non probarem ea quæ illic instituerentur, vocâssent me ad elenchum, eoque aliquavi iram Principum, & invidiam Theologorum. Alioqui exceperam voces aliquot ferocius minaces eorum, qui plurimum valerent in hac factione. Et acciderant quædam prædia. Itaque non arbitratus sum esse consultum in ea civitate vivere, in qua nullus esset tam abjectus qui posset me lædere. Nec enim consentaneum est, magistratum ac plebem ex animo favere ei, qui dictis ac scriptis ab ipsorum dogmatibus dissentiret. Quum ipse conscensurus essem navim, nescio quæ difficultates injecerunt de sarcinis ancillæ. Cupiebam nautam solvere à portu secretiore, nè populo essemus spectaculo. Id constanter vetat Senatus, quum antehac semper fuerit liberum à quovis civitatis portu solvere. Parui, & à ponte subii, comitantibus aliquot amicis. Mihi nemo verbum. Hæc profectiuncula melius cessit quam expectâram. Hujus urbis magistratus obtulit omnem humanitatem suâ sponte, priusquam me Rex *Ferdinandus* suis literis commendaret. Detenti ædes regias, & *Maximiliano* extructas, sed imperfectas. Sedebimus hìc aliquot menses, ni bellum oriatur. Complures enim hùc confluxit è *Basilea*, fertúrque totum Canonicorum collegium hùc commigraturum. Ea res citiùs huc invitaret hostium sævitiam. Videor hìc satis gratiosus omnibus. An tibi notus sit *Ludovicus Berquinus*, nescio. Is XV. Calend. Maias *Lutetiæ* exustus est, pridie duodecim Judices pronunciârant, ut exustis libris ac peractâ palinodiâ, lingua illi perfodere-

retur,

mum, & mox æterno carceri dederetur. Quum A
is appellaret Regem ac Pontificem, irati Judices
respondêrunt: se curaturos nè posthac quoquam
appellaret, ac postero die tradiderunt hominem
incendio. Id si non commeruit, doleo; si com-
meruit, bis doleo: nec enim mihi causæ ratio
fuit cognita est. Nec *Berquinum* novi, nisi ex scri-
ptis & quorundam commemoratione. Vitam ho-
minis nemo non probabat, fortuna erat sat splen-
dida. Regi cum primis charus. Quod evenit, semper
illi timui: nec ullas ad illum literas, nisi in quibus
non amicè dehortarer ab hac contentione, cujus
non posset non infelix esse exitus. Primam cau-
sam vicerat. Eam causam jactabat etiam scripto.
Deterrui nè faceret, sed frustra. Admonui, ut
simulo legationis aliquò se subduceret, fugeret
embronos. Ille plenus fiduciæ, jubebat me bene
sperare. Retractus est paulò post in carcerem,
& perierat, ni Rex ab *Hispaniis* reversus illum e-
ripuisset incendio. A carcere datus est aulæ, sub C
custode tamen. Tandem liber, causam agere cœ-
pit adversus tres Priores, quæ suâ sententiâ illum
damnarunt hæreseos adversus facultatem sacra-
tissimam. Ego semper illi vaticinatus sum infe-
licem exitum, etiamsi causam haberet non omni-
nò malam. Ille contra sibi mihique pollicebatur
indies speciosam victoriam. Quid facies eis, qui
devoti sunt exitio? Hæc res mirè tollat cristas
Beddæ adversus linguarum ac politioris literaturæ
cultores. Proximis literis scripseram *Berquino*, D
me à nullo hactenus fuisse infelicius adamatum,
nec quenquam vidisse consiliis fortioribus, sed
infelicissimis, nec alium cui spes essent æquè per-
tinaces, sed falsissimæ. Dominus, ut spero, recep-
it illum in requiem suam. Bene vale. *Friburgi*
VII. Idus Maias, Anno M. D. XXIX.

D. *Bilibaldo Pirckheimero, Cæsareæ Majestatis à Consiliis* S.D.

Epist. 49. OPinor tibi redditas literas, quas ante dies ali-
quot misi, quibus instruxeram te adversus
rumorem, quem *Epphendorpius* videtur per totam
Germaniam sparsisse, non minus atrocem quàm
vanum. Nunc quid velim, paucis expediam. *Op-
sopœus* edidit epistolas *Basilii* & *Gregorii Nazi-
anzeni Græcas*, quas in manus sumpsi versurus, quo
Palmo episcopo *Cracoviensi*, qui me ultrò hono-
rario munere sexaginta ducatorum provocavit,
gratificarer. Sed comperi depravatissimè editas. In F
ipso statim titulo est, πάλεων pro πάλρὸς. Nam πάλεων
apud *Græcos* non dicitur. In prima epistola conji-
cio fuisse scriptum βαδεῖ χάρῳ. Is fecit βαδιζικέρα,
pro *gravato crapula*, quod nec *Græcum* est, nec *La-
tinum*. Ex his conjectans cætera, abstinui à ver-
tendo. Proinde de te rogo, ut si exemplar manu
descriptum est apud *Opsopœum*, jubeas mihi com-
municari. Id si in tempore fiat, ante autumnum
emittam. Sin minus, primo quoque tempore.
Simul non est committendum, ut tantus autor G
ita depravatus maneat. Hujusmodi juvenes au-
daciores quàm eruditiores, & avidiores rei quàm
commodi publici magnam pestem invehunt lite-
ris. Opto te quàm bellissimè valere. Datum *Ba-
silæ*, V. Cal. Junias, M. D. XXVIII.

Erasmus & nexu & mancipio tuus.

Bilibaldo suo Erasmus S.P.

EXistimo tibi redditas literas, quibus rogabam, *Epist.* 50.
ut codicem calamo descriptum Epistolarum
Basilii & *Nazianzeni* ad me mitteres. Vehe-
menter enim hoc cupio: nec levibus de causis,
& fiet absque tuo detrimento. Sed expecto hit
nundinis scripta tua. *Ferdinandus* honorificen-
tissimè scripsit ad me, invitans *Viennam*, salario B
quadringentorum florenorum, tantum ut illic vi-
vam. Sed non est animus in alium migrare mun-
dum. Si cognovero te rectè valere, erit longè
gratissimum. Bene vale, vir ornatissime. *Basileæ*,
VIII. Septem. millesimo quingentesimo vigesimo
octavo.

Bilibaldo suo Erasmus S.P.

CLarissime *Bilibalde*, Jussi ut *Hieronymus* ad te *Epist.* 51.
mitteret unum volumen Epistolarum. In his
reperies unam, quâ tibi gratias ago pro patera
tua: quod munus non minus grecum mihi fuit,
quàm si talentum auri penderet, quod quasi pi-
gnus esset constantissimæ tuæ erga me benevolen-
tiæ, quam ego non in infima felicitatis meæ par-
te duco. De codice *Græco*, ignoscat tua humanitas
mihi, quod non præsto fidem. Sub nundinas
cœpimus conferre, quo sumus ingressi altius opus,
hoc plus offendimus portentorum. Interdum D
toti versus omissi sunt, multa mutata, studio, ut
videtur. Quin & epistolæ multæ omissæ. Postre-
ma plusquam tertia pars voluminis abest. Colla-
tio peracta est: sed cœpimus, quod nobis deest,
describere. De Codice nè fis sollicitus, erit domi-
no suo incolumis. Fortasse curabimus excuden-
dum exemplar nostrum. Plura scribere in præ-
sentia non vacabat. Nam & urget tempus, & au-
tumnus me gravissimo dentium apostemate, non
E
sine febri, parum humaniter salutavit. Cupio te
quàm optimè valere, patrone & amice incompa-
rabilis. *Friburgi Brisgoiæ* VII. Id. Septemb. mille-
simo quingentesimo vigesimo nono.

Bilibaldo suo Erasmus S.P.

NOs hactenus sub medicis ac chirurgis miserè *Epist.* 52.
fuimus excarnificati, nec dum satis firmi, &
tamen fugam adornamus, nec partem ullam vi-
deo tutam ac tranquillam. Ab *Italia* deterret
iter & prolixum & periculosum. In *Gallias* vide-
tur quies à *Beddis*, vereor, nè & illuc se proferat
bellorum incendium; imò, vix audeo sperare à
bello quietam fore *Brabantiam*. Jam enim bellum
ardet cum *Phrysiis*. Suspicor autem hoc esse in
capitulis fœderis, ut *Gallus* sibi vicinam *Helveti-
am* invadat, si nolint ab hæresi resipiscere. Jam
enim illos admonuit Rex, precibúsque minas re-
galiter addidit. Cæsar videtur omnia facturus ex
præscripto Pontificis; quæ religiosa optimi
Principis obedientia magno malo & *Florentinis*:
vereor, nè & *Germaniæ*. Res agitur per *Joannem
Fabrum* & *Eccium*. Adest Episcopus *Hispalensis*,
homo severus, ut aiunt, qui mihi tamen in mona-
chorum *Hispaniensium* tumultu bonam navavit
operam. Adest alter *Hispanus* genere, professione
Theologus *Sorbonicus*, frater ejus *Dominicani*, qui
apud *Hispanos* vexillifer fuit adversum me. Adest

Franciscanus

Franciſcanus Cæſaris à concionibus, malè mihi volens *Eccius*, quod non expectâram: inter hæreticos ponit aliquot meas ſententias, niſi quod pro *Eraſmo* ponit *quidam*. Te perſtringit etiam, veteris odii memor. Multorum literis invitatus ſum *Auguſtam*, Cæſaris tamen nomine nondum. Decreveram hiſce nundinis petere *Brabantiam*. Sed *Faber*, & Epiſcopus *Conſtantienſis* ſuadent, nè quò moveam pedem ante perſpectum Concilii exitum. Atqui tamen mihi ſerum erit moliri fugam bello cœpto, & urgente hyeme. Quidam *G.N.* è *Brabantia* profugus, & ex amiciſſimo ſubitò factus capitalis hoſtis, novam tragœdiam movit *Argentorati*; nebulo ſeditioni natus. Is eſt ficto nomine *Vulturius*. Quid rei ſit, libelli te docebunt. Liber, qui prodiit titulo Miniſtrorum verbi *Argentorati*, dicitur eſſe *Buceri*, cui adfuit *Novimagus*. Nihil unquam legi ſeditioſius, nec fucatius. Quin & *Albertus Pius* rurſum ingens volumen ſcripſit in me per conductos aliquot, omnibus locis è lucubrationibus *Eraſmi* decerptis, quæ patent calumniæ. *Aleander* agit *Venetiæ*, dicitúrque quicquid eſt operum meorum diligentiſſimè évolvere in hoc, ut ſuſpicor, quo *Alberto* ſuo ſuppeditet calumniandi materiam. Magna inter molles concordia. *Brabantia* habet *Franciſcum Titelmannum*, juvenem glorioſiſſimè loquacem: apud *Hiſpanos* ejuſdem ſodalitii ſatis gladiatoriè furit *Caruaialus*: ſed talibus rabulis poſthac ero mutus. Agnoſco ruſticitatem meam, ornatiſſime *Bilibalde*, qui toties liberalitate tuâ provocatus, nihil repono gratiæ. Debebam opera *Auguſtini* ad te mittere. Sed tamen non venit in mentem. Nunc juſſi ut mittant tibi *Chryſoſtomum*. Ex quo ſi quid habes abs te verſum, velim communices. Habemus Commentarios ejus in Epiſtolam ad *Romanos*, ſed quibus dederamus vertendi negotium, nobis dedere verba. Curabimus tamen, ut ad Paſcha accedant. Nonnullam ſpem præbuit & *Baptiſta Egnatius*. Opto te quàm optimè valere, vir immortalitate digniſſime. Datum *Friburgi*, IIII. Cal. Septemb. milleſimo, quingenteſimo trigeſimo.

Eraſmum tuum agnoſcis.

Eraſmus Roterodamus egregio viro Joanni Cholero Præpoſito Curienſi S.

Epiſt. 53. MUlta mihi frequenter ſcripta ſunt & prædicata de *Eccii* vanitate, arrogantia, levitate, ac temulentia; in me tam virulentum animum gerere nunquam ſuſpicatus ſum, præſertim cum aliquoties juſſerit me ſalvere: & amicos habeamus communes *Ludovicum Berum* & *Joannem Fabrum*. Quam nihil ſani habet illius reſponſio; ita loquitur, quaſi articuli ad ipſum delati ſint tanquam ad Imperatorem; non ipſe legerit, nec ſcierit, cujus eſſent, antequam expoſtularem. Appellat σκανδαλώδεις, quaſi ob ejuſmodi nænias coierit Concilium. Notat quod vocârim eas *Sententias*, quaſi profitear me ita ſentire, tutius erat appellare *Articulos*. Quid impudentius, quàm ſcripto damnare, quod nec legeris, nec ſcias cujus ſit? Juſſi ut indicaret loca; ad hoc obticeſſit: admonui duos eſſe, qui nuſquam ſunt in ſcriptis meis; ad hoc nuper reſpondit, quum maximè debuerit; tantum promittit ſe indicaturum, quid in eis offenderit, ſi vacârit à comitiis, quaſi ab ipſo pendeant comitia; promittit ſe fore ſtimmei obſervantiſſimum, ſi pergam in *Lutheranos*, quaſi nihil audierit de *Diatriba*, de *Hyperaſpiſte*, aliiſque libellis & epiſtolis. *Infantuli Thomiſtæ* vicium neſcit utrum in me torſerit, an in alium. Quid hic homo habet penſi? Nec quòd conjectare unde hoc pus in me conceperit, niſi quod nuſquam in ſcriptis meis celebratus *Eccius* inveni literis. Suſpicor hominem exaſperatum per *Henricum Epphendorpium*; qui videtur hac potiſſimùm de cauſâ veniſſe *Auguſtam*, ut in ea celebritate hominum ſeminaret ſua mendacia, quæ non aliter ex ſe gignit, quàm aranea filum. Demiror ſi ad te non penetrarit, quum nuſquam non reperierit tantus mendaciorum artifex, ut oratio nuſquam inveniat fidem, niſi apud expertos. Homo treſſis exiſtimat ſibi valde glorioſum, ſi dicatur habere controverſiam cum *Eraſmo*. Expetiit colloquium Ducis *Georgii*. Dux reſpondit ſe deliberaturum; poſt multos dies rediit eandem cantilenam. Dux non admiſit hominem, negans ſe velle eum agnoſcere, qui non agnoſceret patrem ſuum. Jactavit enim ſe nobilem, quum ſit plebeius. Sed audiendi negotium rejecit in *Simonem Piſtorium*, cui cauſam omnem perſcripſeram. Ibi *Thraſo*, *Non eſt mihi*, inquit, *negotium cum Simone. Apud ipſum Ducem volo me purgare*; atque ita magno cum ſtomacho abiit: quievit, donec *Piſtorius* rediret in patriam unà cum *Carlevio*. Tandem improbitate ſuâ perfecit, ut Dux cauſam delegaret *Julio Pflug*, cujus aures *Epphendorpius* noſter explevit innumeris mendaciis, quod erat illi bonum atque commodum, quod *Julius* nec *Epphendorpium* nôſſet, nec cauſam. Itaque ſcripſit ad me Dux, ut *Julii* literis fidem haberem. *Julius* ſcripſit amantiſſimè doctiſſiméque multa, quorum hæc erat ſumma, ut præfationi adderem libellum *Epphendorpio* dicatum, velutì ex fœdere, quotiam ille multis modis violârit fœdus, priuſquam exiret *Baſileam*, nec poſt deſtiterat de me hoſtiliter & ſcribere & loqui, ſubinde recitans furioſum librum, quem in me ſcripſit. Nec in aliud quærebat librum, niſi ut iterum gloriaretur, ad quas conditiones adegiſſet *Eraſmum*. Spembat ex arbitrorum ſententia nonnihil prædæ, id quoniam fefellit, factus eſt ex inimico inimicior; & quum nemo neſciret, illum omnia feciſſe contra pacta, tamen perinde petit ſuum jus, quaſi omnia præſtiterit, nec pudet quicquam. Decreveram omnia perpeti potiùs, quàm leviſſimi hominis nomine meas chartas contaminare, ſed poſteaquam ille nullum facit mentiendi finem, cauſæ ſummam perſtrinxi excuſo libello, nè toties fatigem annuenſes meos. Temperavi ſtilum, ut non *Epphendorpium* læſerim, & tamen qui audierant hominem, agnoſcant quàm ille impudenter mentiatur. Curavit, ut epiſtolæ Ducis & *Julii* id temporis ad me venirent, ut non eſſet reſpondendi ſpatium. Reſpondi per præfectum *Briſacenſem*, cui commiſeram & ad alios epiſtolas, ad quarum nullum accepi reſponſum. Metuo, nè artifex ille interceperit. De *Eccio* ſolet ſemper peſſimè loqui: ejus tamen mentione voluit abuti. Tantum portentorum eſſe in *Germania*! Pro hoſpitio humaniſſimè oblato & tibi & D. *Antonio* habeo gratiam. Sed quì convenit ut me invites *Auguſtam*, quum & metuas, & veriſimillimum ſit iſthic poſt abitum Cæſaris graves tumultus excitaturos? Nihil

Nihil est Cæsare mitius ac religiosius, sed vereor nè quorundam militia illius abutatur bonitate. Video nugas agi seriò, in seriis nugas. In Pontificiis ceremoniis nihil prætermissum est, & nunc agitur de titulo Regis *Rom.* Utinam suppetent quantum annui census hi magnifici tituli illis adferunt. Sed desino, quando hoc seculo nec gemere licitum. D. *Antonio* meis verbis agito gratias, orans, ut literas ad *Brassicanum* curet perferendas *Viennam*, & si dimissum est concilium, perveniant ad *Pulpherium*, aut *Joannem Henchellum*. Bene vale, vir in Domino charissime. *Friburgi*, postridie *Martii*, M. D. XXX. Hæc in sinum tuum effusa, nè surgantur.

Erasmus Roterodamus eruditissimo ac πολυγλωττάτῳ viro P. Vulcanio S.

VVlcani charissime, si hæc epistola te inventum est apud *D. Montjovium*, rogo ut hunc *Simonem Grynæum*, hominem in utraque lingua absolutum, & in philosophia non vulgariter doctum, velis cognoscere, &, si quibus in rebus potes, commodare. Mihi ob egregias virtutes cum primis charus est. Cætera ex ipso cognosces. In præsentia non vacabat pluribus tecum agere. Scribe per hunc: nam ad nos rediturus est. Bene vale. *Friburgi* XV. Calend. April. millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Roterodamus clarissimo viro D. Ægidio Buslidio S. P.

CLarissime vir, *Goclenius* me literis suis admonuit *Campensem* deposuisse profitendi munus, id quod doleo. Sed *Goclenii* literæ ad Idus Julias scriptæ, ad Idus demum Novembres mihi redditæ sunt. Hic neminem novi, quem ausim vobis commendare. Adeo lues hæc opinionum corrupit studia. Vestigabo tamen diligentiùs, & perscribam. Nisi diligentia professorum advigilet, metuo nè tandem frigeat hoc collegium. Mirum est humani ingenii fastidium, obdormiscit, nisi subinde vel voluptate, vel novitate excitetur. Hac de re professores admonui per literas. Opto te cum tuis quàm optimè valere. Datum *Friburgi* XV. die Decemb. M. D. XXXI.

Adest ilthic rursus orator furiosus, qui pro uno incendio multa nobis excitabit. Nihil hoc seculo furiosius.

Erasmus Roterodamus M. Conrado Goclenio S. P.

CEnsuris *Sorbonicis* jam respondi, libellus propemodùm excusus est, cujus mitto gustum. Quamquam ad pleraque jam responderam. Sunt proposita *Beddaica* fere omnia. Sciebam quid mereretur illa conjurata sodalitas, sed tamen coercui stili impetum, nè plus satis irritata exurat libros meos, id quod illi fuerit bonum atque commodum, quum illic regnet *Bedda* cum aliquot conjuratis, habeátque regii Senatus præsidem faventem, ut scribunt. Non tamen erant prodituræ Censuræ, nisi quidam oleum camino addidissent. *Lutetiæ* fuit *Eccius*, &, ut suspicor, *Aleander*; quem suspicor hac de causa præcipuè venisse, ut *Erasmo* moliatur exitium. *Julii Scaligeri* libellum, tam scio illius esse, quàm scio me vivere. Id tamen dissimulandum est, nè magis insaniat prodito suco. *Beddaicos* scio nunquam cessaturos. Quamquam *Bedda* quantumlibet hostis non probavit, ut ederetur *Scaligeri* furiosum nugamentum. Furtim excusum est, & aliquandiu pressum, donec impetrarent veniam qualemcunque à nescio quo *Lieutenanto*. De fisco nihil habeo quod respondeam, nisi illud Jurisconsultorum, *Abundans cautela non nocet*. Scio mihi rem esse cum fucatissimis beluis. Jam & Evangelici quidam, quorum magister sceleros ille *Gelrius*, miris technis hoc agunt, ut Cæsaris ac *Ferdinandi* animum in me irritent. *Argentorati* excuderunt libellum *Teutonicè* contra Cæsaream majestatem, in quo subinde citant autoritatem *Erasmi*, locis aliquot, ut suspicor, decerptis è proverbio *Scarabæus aquilam*, & præfatione in *Suetonium*. Non dubito, quin hæc agant *Capito* & *Bucerus*, fortasse adjuvante etiam *Ephendorpio*. Librum nondum vidi, sed rem hodie cognovi ex literis Cardinalis *Tridentini*, qui *Ferdinando* caput est Secreti concilii, mihi singulariter amicus. *Argentorati* nemo quicquam in me molitus est, priusquam eò commigrâsset *Novimagus*, qui nunc agit *Augustæ*, profitetúrque Poeticam salario, ut aiunt, sexaginta florenorum. Bene habet, quod duo Coryphæi perierunt, *Zinglius* in acie, *Oecolampadius* paulò pòst febri & apostemate. Quod si illis favisset εὐανθῶς, actum erat de nobis. De professore nihil habeo, quod pollicear. Hic unicus erat *Erasmi* nostri præceptor. Is clam demigravit *Argentoratum* amore sectæ. Omnia studia hic deficiunt, exceptâ Jurisprudentiâ. Titulos tantum vidi Constitutionum. Hoc agunt, nè nihil egisse videantur χρηματολόγοι. Quid ego audio? Evenit nobis illud, φοβοῦ τὸ νικῶν ἐγχάραγμα. Equidem mirabar, sed non audiebam tibi tam clarò affirmanti ἀπιστεῖν. Hic est ludus *Curtisanorum*. Commendavi te *Valdesio* non indiligenter, quanquam nondum etiam scio apud quos agatur causa. Libenter & *Campegio* te commendatem, nisi vererer, nè per occasionem officerem tuo negotio. Sed brevi expecto fore, ut vigilans audiam, *Vicimus*.

Caminga totus quatuor? Atqui summæ deerant plures quatuordecim, ni fallor. Nihil unquam vidi illo juvene vanius aut morosius. Suspicor offensum proximis literis meis, quibus significavi me nihil fugere, de adita *Italia*, quum interim ad me scriberet velut è *Frisia*. Et hæc quidem joco. Hortatus autem sum hominem, ut cum amico simplici simpliciter ageret. Nec alter *Hayo Hermannus* scribit quicquam, *Alardi*, ni fallor, opera: qui nuper scripsit *Hieronymo Frobenio*, se venturum *Basileam* cum commentariis suis in opera *Rodolphi Agricolæ*, si vellet mittere viaticum, & de cæteris æquâ mercede paciscí. In me concepit odium capitale, quòd in *Ciceroniano* sit prætéritus. Quæ portenta gignit hæc ætas? *Caminga* nec irritandus est, nec curandus. Quatuor illi floreni tui sunto, qui tuo sumptu miseris huc medicum *Theodrincki* famulum, nec quicquam dedit *Hieronymus*, licet tota res ad illum pertineret.

Quas appelles proximas literas, nescio. Non enim omnes ad me perferuntur. In quibus hoc petis, quæ fuerint scriptæ XVI. Cal. Augusti, sub finem Novembris mihi sunt redditæ. Ad quas respondi per *Galterum* quondam Canonicum *Trajectii*

ſuperioris & *Leodii*. *Valdeſio* non ſcripſi, quòd non videbatur aditurus aulam brevi. Per eum & *Martino Lypſio* ſcripſi, &, quando ipſe hoc flagitabat, *Hezio*, qui quum *Romæ* me impotenter amaret, reverſus in patriam videtur factus alius. Demiror, cur *Levinus* tantopere ambiat cubicularii locum apud Reginam *Mariam*, quum magis illi congruat ſecretarii munus: obſecutus ſum illius animo, ſed meo reclamante animo. Primùm adhæſit *Sceppero*, cui, ut audio, dedit L. coronatos mutuo. Nunc *Scepperus* eum mihi tradit, ſcribens ſe illi nulla in re poſſe prodeſſe. *Levini* ingenio nondum ſatis fido. Maluiſſem dare bonam pecuniæ ſummam, quam eam commendationem. Miſeret me *Eraſmi* noſtri, qui tantum vulnerum paſſus pro literis, nunc meditatur eſſe negotiator, ut ſit aliquando famulus eorum, quorum poterat eſſe dominus. *Hieronymus* conſtabilivit rem ſuam. Opto ut feliciter diſcat linguam, qui ſic hæſitat; & bonus fiat negotiator, qui duo verba rectè ſcribere nè tot quidem annis diſcere potuit. *Levinus* ſcribit hunc ruſticum ab ſe conducendum, at is primâ voce ſtatim quæſtus eſſe ſibi non eſſe obulum. Agnoſco *Levini* mores. Scribere debebat quanti, & quibus conditionibus, ab eo pactus eſſet. Alioqui mos eſt illis geminam ſolutionem flagitare. Per illum duas epiſtolas, alteram tuam, alteram *Arnoldi*, miſi *Hieronymo*, ſi quid fortè vellet in *Brabantiam*. Interim dum ille abeſt *Baſileæ*, ego adorno literarum faſciculos. Effutivi apud *Cantingam*, quòd *Hayo Hermannus* in *Italia* laborâſſet ſcabie *Gallicâ*. Hoc ille fortaſſe narravit odioſiùs apud plures. Fieri poteſt, ut ea res offenderet illius animum. *Vigilius* hìc nos inviſit, *Italiam* petens. Nihil hoc juvene vivit amabiliùs. Faſciculum univerſum juſſi tibi tradi, ut ipſe reddas, ſi voles, quæ videbuntur. Vale, *Friburgi* decimo quarto die Decembris, M. D. XXXI.

JESUS MARIA.

Detur Theologis Lovanienſibus.

Epiſt. 57. QUum res rumore tantum, ſed probabili, ad me delata eſt, ſolùm in hoc reſpondebo nunc, nè quid per calumniam temerè fiat, me non audito. Jactitat quidam in novis Colloquiis eſſe tria aut quatuor loca, in quibus ſentiam cum *Luthero*, videlicet, *De Confeſſione* & *Jejunio*. Id ſecus eſſe intelliget, qui libellum integer legerit.

Id priuſquam efficiam, tria præfari viſum eſt: Primùm, non poſſe mihi objici contemptum edicti Cæſarei, quòd audio publicatum ſexto die Maii, an. M. D. XXII. quum hic libellus multò ante fuerit excuſus *Baſileæ*: ubi tamen nullum adhuc Cæſaris edictum, vel publicè vel privatim, fuit exhibitum. Secundò, quòd in eo libello non trado dogmata fidei, ſed formulas loquendi *Latinè*; tametſi quædam admixta ſunt obiter, quæ faciunt ad bonos mores. Quòd ſi Grammaticus præſcripto themate *Gallico*, ſic docet hunc ſenſum *Latinè* reddere: *Utinam nihil edant prater allia, qui nobis hos dies piſculentos invexerunt*; non opinor deferretur hæreſeos, qui ſententiam improbam doceret emendatò reddere. Tertiò, videndum eſſe, qualis ſit perſona, cui ſermonem tribuam. Non enim illic facio Theologum concionantem, ſed pueros aut bellos homunculos inter ſe nugantes.

A Quòd ſi nolint mihi ſuffragari perſona qualiscunque, mihi igitur imputent, quod illic *Epicurum* (opinor) quidam, contemnit. Honeſtum *Stoicorum*, & præfert Sectam *Epicureorum*, quòd ſummum bonum poſuerunt in voluptate: mihi imputentur, quod illic miles quidam inter multa, quæ militariter loquitur, ait ſe velle quærere meretricem, cui quàm minimum ſit bonæ mentis. Hæc ſi mihi abſurdè tribuerentur, cur in cæteris non debet reſpici perſonæ qualitas? Niſi fortè, ſi *Tullius* loquentem faceret, mihi imputandum putarit quicquid ille dixerit.

Nunc de locis pauca. In primo loco (puto) quidam ſedecim annorum, ait ſe confiteri peccata duntaxat certò mortalia, aut vehementer ſuſpecta: *Lutherus* docet non eſſe neceſſe confiteri peccata mortalia omnia, ſed tantum manifeſta. Proinde ſermo pueri multum diſſonat à dogmate *Lutheri*. Deinde puer rogatus, an ipſi ſufficiat confiteri *Chriſto*, reſpondet ſatis futurum animo ſuo, ſi idem viſum fuiſſet Eccleſiæ proceribus. Ex hoc colligunt, me affirmare hanc Confeſſionẽ, quâ nunc utimur, non eſſe inſtitutam ab ipſo *Chriſto*. Et iſtorum collectio poſſet eſſe probabilis, ſi *Chriſtus* non dixiſſet unus primatum Eccleſiæ, quum ſit princeps paſtorum. Ergo qui proceres Eccleſiæ dicit, non excludit *Chriſtum*, ſed complectitur & illum cum Apoſtolis & Apoſtolorum ſucceſſoribus. Jam ut ex ſuperfluo demus hoc dictum de puris hominibus Pontificibus, an puero non eſt ſatis, quod in conſtituendo ſequitur autoritatem illorum, etiamſi non habeat certum, an Pontifices hoc potuerint inſtituere de ſuo, an tradiderint ex inſtitutione *Chriſti*, quum illi ſit animus parere, quocunque modo tradiderint? Mihi nondum ad plenum conſtat, quod Eccleſia definierit hanc Confeſſionem, ut nunc fit, eſſe ex inſtitutione *Chriſti*. Sunt enim multa argumenta mihi inſolubilia, quæ ſuadent contrarium. Et tamen hunc animi mei ſenſum ubique ſubmitto judicio Eccleſiæ, libenter ſequuturus, ubi clarum illius vocem audiero. Quòd ſi maximè hoc expreſſiſſet Bulla, & ego vel neſcirem, vel non meminiſſem, ſufficeret interim obſequi autoritati Eccleſiæ, cum animo parendi, ſi etiam illud conſtaret. Non ſequitur, Hæc Confeſſio eſt ex inſtitutione hominum, ergò non eſt ex traditione *Chriſti*. Et tamen quod confitemur ſemel in anno, quod tempus Paſchæ, quod tali aut tali ſacerdoti idoneo, certum eſt eſſe ex conſtitutione Pontificum.

F Non fit ibi mentio de *Jejunio*, nobis per Evangelium & Apoſtolicas literas commendatum eſt, ſed de delectu ciborum, quem contemnit Evangelium, & ſæpe damnant *Paulinæ* literæ: præſertim ſuperſtitioſum. Nec illic quiſquam dicit hoc quod docet *Lutherus*, conſtitutiones Pontificum non obligare nos, niſi acceſſerit contemptus: imò concedit Pontificem hoc poſſe, tantum quærit, an hìc fuerit animus Pontificis, obligare ex æquo omnes ad carnium abſtinentiam, ſub pœna gehennæ, niſi adſit perverſus animus. Et qui hoc dicit, ait ſe non aliter odiſſe piſces, quàm angues.

Si omnis conſtitutio Epiſcoporum obligat ad pœnam gehennæ, dura eſt conditio *Chriſtianorum*. Si quædam obligant, quædam non obligant, nemo melius declarabit mentem ſuam quàm ipſe Pontifex. Veluti ſi Pontifex ſtatueret, ut ſacerdotes incederent cincti, an hoc animo ſtatueret, ut ſi quis ob dolorem renum deponeret cingulum, eſſet

esset obnoxius gehennæ? Itidem, si quis cum ægrotante uxore vesceretur carnibus, quo lubentius illa comedat, an Pontifex velit illum obnoxium esse gehennæ? Hoc tantum ibi quæritur, neque quicquam asseveratur.

Nec illic, nec alibi damno Indulgentias, quamquam hactenus plus satis indultum est eis; tantum quidam ridet congerronem suum, qui quum aliàs esset nugacissimus nugator, tamen præsidio Bullæ putabat se posse pervenire in cœlum. Hoc ideo non arbitror hæreticum esse, ut existimem nihil esse sanctius, quàm admonere populum, nè Bullis confidant, nisi studeant mutare vitam & pravos affectus.

Hæc ad rumorem delatum: ubi certiora cognôro, respondebo accuratius. Nunc vide, an ferendus sit is, qui lymphatus odio fratris, in conviviis, & concionibus vocat *Erasmum* hæreticum ex hujusmodi lemmatis.

Erasmus Roterodamus .....
..... S. P.

Epist. AGunt hic duo illi *Hollandi* qui te adierunt, sed uterque zonam perdidit. Minor mirè ambiebat esse famulus. Nam meorum alter invisérat suam *Burgundiam*: Sed rediit. Expecto redditum *Bebelli* ex *Anglia*, qui nisi adfert certa, consilium est unum è meis in *Angliam* amandare. In literis hoc aberat, quod expectabam maximè, ut certum vigilans audirem te esse Canonicum. Tanta enim volturum turba facit, ut non vacem omni sollicitudine. Cum *Aleandro* per literas expostulâram de libello *Julii Cæsaris*. Is, quo se liberet stolidissimi facinoris invidiâ, excusat se literis accuratè scriptis, sed utitur lemmatibus multò frigidissimis. Exemplar ad te mitto. Ut video, tibi propemodum persuasit: at ego qui domestico cóvictu, ac lectuli quoque contubernio, totum intus & in cute novi, tam scio esse ovum illius, quàm scio me vivere. Sed huic tempori serviendum. Pro verbis dabuntur verba. Accitus est in aulam *Alfonsius Vorvesius* monachus, qui scripsit ad me septem collationes, ut multa paucis dicam, valde monachales. Eas aiunt jam excudi *Lutetiæ*. Ipse scripsit ad me ex aula amicè, sed (quod est monachorum proprium) non absque minis. Episcopus *Augustensis* promisit se per proprium nuncium scripturum, quid agatur in Synodo. Non dubito, quin *Aleander* futurus sit sui similis per omnem occasionem. *Joannes Campensis* agit motoriam fabulam. Nunc *Norenbergæ* excudit opus, nescio quod. *Joannes Dantiscus* offendit Episcopum *Culmensem* ob jactatam epistolam meam. De Collegio, non sine causa sollicitus est *P. Ægidius*. Sed in admittendo *Resio* cum uxore, dormitatum est. Principiis obstandum erat. Hic quotquot callent bonas literas, amant Evangelium. Alioqui non deessem officio meo. Bene vale, III. die Maii, M.D.XXXII. Adhuc ædificio sepulchro proximus. Tu fac ut litem absolvas. Fortassis *Aleander* nihil tibi profuit in causa tua. Et τεχνῶν δεινῶν δεινὸς artifex. Ignosce, non relegi. Saluta *D. Jodocum* præsidem, & *Resium*. Expostulat mecum *Resendius* ob editum carmen. Atqui putabam hominem esse liberum. Alioqui nunquam eram editurus. Demiror autem quare me hoc nescire volueris. Rursum vale, ὦ φιλτάτη μοι κεφαλή.

Erasmus Roterodam. ornatissimo viro D. Joanni Cholero Præposito Curiensi S.

Epist. 59. NEc ex tuis, nec ex aliorum literis hactenus scire potui, an fasciculus ille, qui continebat epistolas ad *Joannem Paungartnerum*, ad filium illius, ad *Antonium Fuggerum*, ad *Anselmum*, & *Viglium*, & alios nonnullos, sit redditus. Magna autem in hisce rebus perfidia. Nuper *Basileæ* monachus quidam sexagenarius duxit uxorem monacham, & paulò post famulam fecit. In civitate quadam, *Zorst* opinor dicitur, æqualis *Argentorato*, ditionis Ducis *Juliacensis*, *Lambertus Campester*, qui olim *Lutetiæ* edidit *Colloquia* mea velut à me emendata, persuaso typographo rem esse vendibilem, & sub nomine meo præfatus, & admixtis per totum opus miris emblematibus, quibus meipsum accusabam, omnina plena scurrilis cujusdam stoliditatis, quo peracto fugit *Lugdunum*; & simulans se summum *Erasmi* amicum, reperit patronum, cui mox suffuratos trecentos coronatos fugit, & in fuga deprehensus est inter aliquot puellas, suffigendus in crucem, nisi sacra cuculla Dominici servâsset eum: Is, inquam, multis aliis flagitiis ac sceleribus designatis, tandem in ea civitate excussa cuculla docet Evangelium, hoc est, meras seditiones. Dux petiit, ut hominem ejicerent. Responderunt, se non posse carere suo ecclesiastâ. Et ista pestis serpit indies. Ac minimum abfuit, quin in *Angliam* irrumperent, hoc est, tyrannidem occuparent. *Basileæ* in locum *Oecolampadii* surrogatus est *Myconius* homo ineptus, & quondam ludi-magister frigidus. Demiror, quid sperent, aut quid sibi proponant magistratus. Ego nihil video, nisi funestum exitum. Moliuntur manifestam ἀναρχίαν, ut improbis liceat quod libet. Principes tandem cogentur extremis uti remediis. Sed opinor *Morum* meum impetrâsse ab humanissimo Rege, ut gravissimo Cancellarii munere exoneraretur. *Lutherani* jactant illum verè depositum, & suffectum illi quendam nobilem, qui statim quadraginta Evangelicos liberavit à carcere, quo *Morus* eos detruserat. Habent suos veredarios, per quos nihil non explorant. Sperabam illos, clade *Lutetianâ* doctos, revocaturos sese ad statum aliquem tolerabilem. Sed moliuntur duriora prioribus. *Basileæ* renovârunt suas constitutiones; negant se quenquam velle cogere, sed si quis alibi acceperit Eucharistiam, mulctabitur librâ: si iterum, duabus: si tertiò, quatuor: si quartò, exilio. Et hoc non est cogere.

Quid *Luscinio* acciderit nescio, sed nuper apud *Cartusianos* in convivio dixit, *Erasmum* esse nebulonem, & omnes qui legunt ipsius libros fieri nebulones. Instigatus est, ut opinor, à *Pelargo* Dominicano, qui multis beneficiis à me affectus, quum dare desiissem degustato hominis ingenio, tentavit mecum agere injuriarum, quod in epistola quadam *Floridarum* ad *Morum* inessent hæc verba: *Hunc tumultum nobis excitârunt duo monachi, quorum alter concionabatur apud summam Ecclesiam, alter apud Dominicanos. Et illi quidem fugerunt, nos autem malo ferimur*, &c. Quum omnes deterrerent ab agendo, supplex petiit eleemosynam, & dedi.

Si saccarum vobis petitur è *Francfordia*, jam illius mihi providi. Sed est quale solet mitti in *Germaniam*.

De famulo nè sis anxius, nisi fortè obtigerit idoneus. Nam *Gallum* habeo fidelem, & alterum æquè fidelem amandavi in *Angliam*, in Novembri rediturum. Sed neuter bene scit *Germanicè*. *Polyphemus*, quum isthic discederet, noluit quenquam scire, quò iret. Ivit autem rectà ad *Lutherum* & *Melanchthonem*; ac literis commendatitiis onustus, venit ad *Joannem Saxoniæ* Ducem, fingens se esse famulum & intimum amicum *Erasmi*. Magnificè tractatus est aliquot menses. Tandem abeunti Dux dedit elegantem equum & aureos quadraginta. Inde *Coloniam*. Illic apud *Tielmannum* summum amicum meum potavit aliquot menses. Pòst huc venit futurus custos domûs meæ. Ego extrusi illum in Legationem ad *Ratisbonam*: illic bibit sex hebdomadas, & extorsit multum pecuniarum. *Ratisbona* rediens obiter invisit ipsum *Augustensem*. Ab eo extorsit equum & coronatum. Decreverat cum suo claudo equo commorari in meis ædibus. Equum exclusi, ipsum exceptum decem ferme dies dimisi non admodum volentem. Voluit adire *Angliam*: Dissuasi. Deinde *Poloniam*. Ita rediit *Coloniam*, unde decessit cum pessima gratia *Tielmanni* hospitis, qui dicit multa fœda illic de eo spargi. Venit *Francfordiam* cum literis meis, petiturus *Poloniam*. At ego curâram, ut literæ committerentur negotiatori. Hoc ubi videt *Polyphemus*, rediit in *Hessiam*, & petiit commendationem Cancellarii Ducis, qui synceriſſimè me amat. Res illi nebuloni rediit ad incitas; nec dubito, quin brevi sit habiturus miserum exitum.

Non dubito, quin *Conradus Heresbachius* fuerit apud te, per quem scripsi paucis. Is per quem promiseram scripturum fusiùs, mutato consilio repetiit *Flandriam*. Iuvenis doctus ac veri studiosus; sed vereor, nè sectarum contagio infectus. Hoc isti agunt, ut literæ cum secta aut stent aut cadant. *Basileæ* instaurant Academiam scilicet.

Gumpenbergius mihi videtur homo sedulus ac simplex. Suspicor esse negotium, de quo mihi scripsit Cardinalis *Cajetanus*, ut pauca quædam in scriptis meis explicarem. Respondi, me hoc agere, & si quæ ostendat vera errata, me non defuturum officio hominis *Christiani*. Est quidam mirificus artifex scelerum, qui molitur *Erasmo* exitium, & tamen se simulat summum amicum. Et si quem ad *Gumpenbergium* mitterem: quid tum postea? Si tibi communicavit arcana, per te scire possum, res est non magni impendii. Fautores pii moliuntur vindictam. Nam *Sepulveda* fatetur in suis ad me literis, se per illos fuisse compulsum addere quædam libello suo atrociora, quàm vellet. Moliantur quæ velint, non tamen efficient, ut me sectis adjungam. Scripsi liberè; an hic nuncius certus sit, nescio. Vale. Quinto die Octobris, M. D. XXXII.

Erasmus Rot. tuus ex animo.

Erasmus Roterodamus eruditissimo viro Quirino Talesio, inclytæ civitatis Harlemensis Pensionario S. P.

Epist. 60. Quòd bonis avibus uxorem nactus ex animi sententia, mi *Quirine*, mirandum in modum gaudeo: qui mihi hoc nomine videre felicior, quod, juxta Poetam Epigrammaticum, quod es, esse velis. Precor autem, ut quemadmodum hic *Junonem* habuisti propitiam, ita faveat & *Ilithya*. Quòd viduam duxisti, non est quod te pœnitent. Id malunt, qui uxorem ad usum rei domesticæ ducunt potiùs, quàm ad voluptatem. Et qui quærunt ad usum quærunt, malunt domitos, quàm indomitos. Quod si illa genuit priori marito, tu magno malo metu liberatus es, nè sterilem duxeris. *Morus* mihi sæpenumero narrare solet, se, si eligendum uxores esset ducturus, nullam ducturum esse virginem; nunc habet vetulam nimium vivacem; quæ si migrâsset, potuisset ille opulentissima elatarumque fœminæ maritus esse. Hoc incommodi est, quod Episcopus nunquam esse poteris, nisi prius fias Monachus. Nactus & *Levinus* meus uxorem, verùm ut neglectis amicorum monitis, ita parum fœliciter. Res calidè peracta est magis, quàm callidè. Noster *Hilarius Lugduno* migravit cum uxore sua, sed nondum liquet quò. Quidam aiunt in *Italiam*. Non refert, ubicunque erit, *Hilarius* erit. Pro munusculo tuæ conjugis gratiam habeo maximam; libenter relaturus, si detur occasio. Scripsisti noctu, reclamante uxore. Hic risum non tenui. At *Montjoius*, omnibus pediſequis malè precantibus, solet post medium noctis venire ad lectum. Saltem ibi gustâsti servitutem, sed illa jus suum meritò postulat. Quod adhuc spiras *Galliam* amore studiosum, ubi sic pupugeris τὸν ζώοντον ὄν, ut illi turgescant ilia, facilè impetrabis à Magistratu, ut menses aliquot agas *Aurelii*. Quòd si Magistratus ille haberet aliquid negotii, eâdem operâ studiis & illis servieris. Verior hæc in molestissimo pistrino *Proverbiorum*, quæ denuò excuduntur. *Apophthegmatum* opus auctum duobus libris. Auximus & *Declarationes* nostras. *Coloniæ* rursus efflagitantur, opus ut mihi vehementer invidiosum, ita typographis bene lucrosum. *Hieronymus* excuditur *Lutetiæ*; vix credendi vigiliis à me recognitus. Itaque non vacârat accuratiùs scribere, quibus tunc volebas. Nonnihil etiam metuo captantis notam: verùm eam ecquam tu dilues, qui huc perpueris. Scis opinor *Leum* esse factum Archiepiscopum *Eboracensem*. *Morus* magnis precibus à Rege impetrâsse, ut Cancellarii munus liceret deponere. Fortasse metuebat invidam repudii, quod semper dissuasit. *Cantuariensis* concessit in fata mense Augusto, ubi mihi perit verè sacra anchora. *Alexander* geminâ matri ingnitus: Nam *Brundusinus* & *Orcinus* est. Apud Cæsarem agit legatum *Anglicum*. Amici mei decrescunt; inimici crescunt. Scripsi, quibus volebas. Tu improbitatem excusa; ego excusabo cætera. Tibi cum dulcissima conjuge, parentibus ac sororibus precor omnia læta. Datum *Friburgi*, prid. Calend. Non. M. D. XXXII. Salutat te *Gulielmus* meus. Nam *Jacobum* obtrusi *Sapientiæ*. Hic cum nova famula orsus fuerat miram comœdiam. Si diutiùs potuisset ὀικοφθορεῖν cum illa, fecisset vacua dolia, scrinia, denique totam domum. Recepta est *Margareta* furax, rapax, bibax, mendax, loquax.

Erasmus Roterodamus ornatissimo viro D. Petro Vulcanio, inclytæ Reipublicæ Brugensis à pensionibus S.

PRo isto tuo candore veriùs, quàm judicio de me, mi *Vulcani*, gratiam habeo plurimam; nec minorem, quòd meas ærumnas amicâ consolatione mitigare studes. Sic est ut scribis, hoc sæculum

culatus prodigiosè ingratum est. In altero quærendis meritis. Amicorum alii moriuntur, alii mutant animum. *Christus* seipsum abnegare non potest. Illam fortunam tibi gratulor, nec minus isti Reipublicæ sibi virum tot dotibus instructum atque ornatum asciverit. Nam profiteor me civitati vestræ plurimum debere. *Carolus Blontus* à tuo discessu mutavit stilum, ἀλλ' ἐν εἰς τὸ βέλτιον. Aberat enim à bonis. Sapiunt *Brugenses*, qui tibi compedes injicere cupiunt, utinam gratas & aureas. Precarer *Vulcano Venerem*, ni me terreret Martis omen. Sed extra jocum, ubi contigerit te digna, quod opinor jam esse factum, non gravabimur epithalamium canere: nec est quod tu de præmio cogites. Non sum *Simonides*, præsertim erga doctos & candidos amicos. *Leonardum Casimbrotum* ipsius causâ semper amavi plurimum, idque me feciisse mùnò credo. Quare per *Quirinum* meum nihil scripserit, demiror. Vir est multis virtutibus perpolitus. Cupio scire, an fortuna meritis ipsius respondeat. Bene vale. *Friburgi*, Octava Paschæ, Anno M. D. XXXIII.

Erasmus Rot. meâ manu ex tempore.

Erasmus Roterodamus D. Conrado Goclenio S.

Quo modo te saluto? ὅνον ἢ βασιλέα. Terret me omen exusti templi *Antuerpiæ*, si verus huc rumor advolavit. *Joannes Dantiscus* Episcopus scribit oppidum, cujus erat dominus, & ubi habebat arcem, sic conflagrâsse, ut præter rudera & mœnia nihil supersit. Antea conflagravit *Culmum* metropolis illius. Narrantur diversis locis diversa ac prodigiosa incendia. Hoc quid sibi velit, nescio; nisi quòd quemadmodum olim *Africa*, ita nunc Evangelium hoc quotidie adfert aliquid novi. *Joanni Campensi* jam, ut opinor, reliquit *Poloniam*, per ambages visurus *Venetiam*, ut colloquatur cum *Judæo* quodam, cujus copiam illi promisit *Alexander*, qui nunc *Venetiæ* planè vivit *Epicureum*, non sine dignitate tamen. *Campensis* mentionem feci in proximis ad *Dantiscum* literis honorificam. Eo nomine mihi gratias agit ingentes, non dissimulans se suspicatum me implacabili in illum odio teneri, quòd toto quinquennio nunquam jusserim illum salvere. Hic risi satis, quum de odio in illum nè somniarim quidem unquam. Sentio *Parisiis* esse sodalitium *Germanorum*, cui præsidet *Carinus*, declamans quàm atrocia commissa mihi condonarit ob *Christum*. Est illic *Guinterius Andreæus*, è cujus literis intelligo *Paschasium* frequenter ad ipsum scribere. Tibi prudenti non est opus monitore. Obruent te tandem, si frequenter ad illos scripseris.

Melanchthon vocatus est in *Poloniam*. Id ad me scripsit Episcopus *Plocensis*, qui eum vocavit. Et ipse *Melanchthon* in Commentario Epistolæ ad *Romanos*, & in privatis ad me literis, satis declarat se suorum pigere: Sub finem mensis Septembris accepi literas *Delfi*, mense Maio scriptas in *Hispania*, unà cum literis *Joannis Vergaræ*. Uterque promittunt pecuniam ab Archiepiscopo *Toletano*. Neuter tamen summam exprimit. Ad me nè umbra quidem pecuniæ pervenit. *Quirino* famulo, quum isthic esset, nihil dixit *Delfus*, nec per eum scripsit verbum. Imò ablegavit, pollicitus se per proprium famulum missurum literas ad te. Hic succurrit illud è tragœdia πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. Quæ per *Levinum* scripsi, puto tibi bonâ fide esse reddita. Redeundi propositum non deposui. Qui rumor sparsus est, secus quàm volebam. Facilè sentiuntur animi quorundam. Doleo Collegium istud tam citò frigescere, & periturum video, nisi Præsidis & Exequutorum cura vigilet, ut Professorum adsit diligentia. *Campensis* abest. Tu litigas, quamquam cœlebs. *Rescius* varias personas sustinet. Hæc scripsi per *Viglium*, qui mihi apud te prolixæ epistolæ instar erit. Vale, *Friburgi* VII. die Novembr. millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Erasmus Rot. ornatissimo viro Domino Joanni Cholero, Præposito Curiensi S. P.

Duas eodem die & per eundem abs te epistolas accepi, quarum altera scripta est decimo Januarii, altera Calendis Februarii. Ad utramque respondeo, & paucis, & alienâ manu, nam dextram jamdudum totam occupat chiragra, sic ut nè chartam aut calamum possim tenere manu. Quòd scribis meam *Concordiam Romæ*, Cardinalibus quibusdam displicuisse, demiror siniſtra quorundam hominum judicia. Sed ut videtur, illis decretum est, hoc publicum orbis malum suis remediis curare. Ego autem sperabam autoritate Synodi rem minoribus incommodis posse sanari. Ad hoc meus libellus videbatur satis appositus. Quid *Lutherus* scripserit in Missas, nescio: nam audio illius libellum ante meum prodiisse: quòd si contumeliosè tractat Missam, quî potuit ex meo libello sumere ansam, quum ille nullum articulum tractet aut diligentiùs aut reverentiùs, quàm de Missa? Sed hæc fatalia sunt, nec dubito quin Anti-*Ciceronianus*, de quo scribis, plurimum habeat veneni. *Stunica* periit, sed illi successurus videtur *Sepulveda*, *Alberti Pii* alumnus, & *Stunicæ* sodalis, *Hispanorum* omnium gloriosissimus, cujus libellum in me opinor te vidisse, insigniter stultum & contumeliosum. *Itali* quum insaniunt, insaniunt luculenter. *Augustinus Eugubinus* respondet epistolæ meæ, sed furiosè & indoctè. Equidem putabam me cum homine philosopho rem habere. *Nauseam* unico tantùm colloquio & aliquot epistolis novi: Is de offensis *Romanis* mea *Concordia* pertulit in aulam *Ferdinandi*, ut conjicio ex epistola *Joannis Fabri*, Episcopi *Viennensis*. Demiror autem, quæ negotia cõmiserit illi Cardinalis *Tridentinus*, quum, quantum ego possum ex libris & epistolis ipsius cognoscere, non admodum præcellit sapientiâ. Nam priusquam vocaretur ad aulam regiam, per literas à me petiit, ut aliquod opus dicarem Cardinali, & in præfatione testarer neminem esse, cui negotia ardua rectiùs committerentur. Videtur tamen nostri studiosus. Video res Principum ac Regum suppuratas, si vera narrant de Comite *Mirandulano* cum liberis in *Italia* necato; de arce *Mediolanensi Gallorum* insidiis impetita, de *Vayvoda* contra fœdus multa moliente, de classe *Turcarum* à *Venetorum* triremibus per ignorantiam malè vexata, præter ea quæ literis in tuis commemoras, *Lutetiæ* terribili edicto proposito sævitur in *Lutheranos*, aliquot in carcerem conjectis, nonnullis metu profugis, quorum de numero quidam suspicantur esse filium *Copi*, qui nunc agit *Basileæ*, quum esset Rector Academiæ *Parisiensis*. Hoc an verum sit; nescio;

neſcio ; ſed *Baſileæ* eſſe certum eſt,nam ad *Berum* ſcripſit è *Baſilea*. *Bedda* cum collegis ſuis revocatus eſt,ac triumphat ſeriò. Ante menſes aliquot hic rumor fuit, aliquot certas lucubrationes meas *Pariſiis* fuiſſe vetitas diſtrahi autoritate cum Theologorum,tum Senatûs :ſed hoc mihi non fit veriſimile, neque quiſquam amicorum tale quiddam ad me perſcripſit. Regnum *Franciſcanorum* floret ſub hoc Cæſare. De me quid ſit futurum, Dominus viderit ; nihil enim nunc euræ eſt, niſi ut ſynceram conſcientiam præſtem *Chriſto*, brevi hinc migraturus. *Romæ* eſt quidam *Franciſcanus*, nomine *Nic. Herborn*, ampliſſimæ ditionis, quippe commiſſarius *Ciſmontanus*. Is *Antuerpiæ* emiſit librum *Sermonum Quadrageſimalium*, quaſi eos habuerit apud populum, quum ſcribat *Latinè*, nec in his quicquam ſit populare, tantum autem ineptiarum, ut nullus populus laturus fuerit talia deblaterantem. In eo libro nulla mica eſt nec ingenii, nec facundiæ, nec ullius eruditionis, ac nè piæ quidem mentis ullum veſtigium. Videtur in hoc tantum ea coacervâſſe, ut ſub religioſo titulo haberet occaſionem offundendi ſua venena. Ex officina miſerunt ad me tres pagellas, in ſpecimen guſtúmque magnifici operis.In una,præter alia convitia,hæc ſcribit: *Lutherus magnam Eccleſiæ partem ad ſe traxit ; nonnullam Zuinglius & Oecolampadius ; maximam Eraſmus*. Et addit, *bonum eſſet, ſi natus non fuiſſet homo ille*. In altera vocat *Lutherum, Zuinglium*, & *Oecolampadium* milites *Pilati*, qui crucifixerunt *Chriſtum*, me illis annumerans ; addens, me eodem ſpiritu, eodémque conſilio ſcripſiſſe, quo ſcripſerunt illi ; nihil intereſſe, niſi quòd ego jocor, illi rem ſeriò agant. Adjicit dictum de Monachorum dictis melioribus, *me poſuiſſe ova, Lutherum & cæteros excluſiſſe pullos*. Nec dubito, quin totum opus ejuſmodi floſculis reſperſum ſit. Scribunt amici ſynceriores, hoc genus animantium nihil non poſſe in aula Cæſaris. *Maria* nihil aliud eſt, quàm alumna noſtræ patriæ. *Montegnius*, qui plurimum valet, totus eſt à *Franciſcanis*. Card. *Leodienſ.* anceps & amicus ; acerrimus inimicus, ſi quid offendatur. Archiepiſcopus *Panormitanus* Χριστόλογος eſt, præterea nihil. Quòd ſi tumultus oriantur in *Germania*, ego hìc pulchrè ſedeo inter ſacrum & ſaxum. Sed de me non admodum ſum ſolicitus,ego enim jam propemodum in portu navigo. Si licebit iſthic commodum commorari,etiam mutatâ religione,non ſuaſerim migrationem. De *Fuggero* ex animo doleo, quòd ipſe ſibi plus nocet, quàm fortuna aut inimici. Debebat animum erigere in hac rerum tempeſtate,ſpe fortunę melioris. Equidem libens adhortarer hominem, ſed quum non novi morbi circumſtantias,periculum eſſet,nè, ut imperitus chirurgus, vulnus ſiniſtrâ curatione magis acerbarem. Rogas, ut per hunc nuncium reſcribam, verùm qui duas epiſtolas reddiderit, fatebatur ſe non eas accepiſſe *Auguſtæ*,ſed alicubi in propinquo. Puto in hoc oppido. Ex *Anglia* nihil omnino affertur novi: nè ex *Brabantia* quidem, niſi quod rumor eſt nimis verus,ſummum ibi templum magna ex parte conflagrâſſe. Si quid hiſce nundinis novarum rerum afferetur,faciam te participem. De valetudine mea utinam poſſem lætiora ſcribere,adeo crebro me repetit hæc ſive podagra, ſive chiragra, ſive panagra, omnes tentans artus, & aliunde aliò migrans, ubi ſatis priorem locum excarnificavit, dolor intolerabilis [illegible] fere quatriduum ; deinde tumore obortus, [illegible] quantum mitior, ſed more dolentium, qui [illegible] ces occupant,relicto præſidio occupat aliud [illegible] brum, ibi de integro ſæviens, rurſus inde aliud [illegible] viſſimâ occaſione vel redit, vel interdum [illegible] vem quidem contactum patitur,ut dicas [illegible] eſſe, quam *Grecorum* Proverbia verant [illegible] Vereor autem, nè tam crebris cruciatibus hoc ſenile corpuſculum, ac tot malis tortum, [illegible] ſufficiat. *Quirinus* meus, de quo quæris, hic vivit, auditor *Zaſii*,pulchrè veſtitus pecuniis [illegible] habet ſuos conſurſurrones, de quo alias per otium plura, quæ partim ridebis. Hæc ad primam tuam epiſtolam,Calend. Febr. ſcriptam.

Venio ad alteram prius ſcriptam, ſed eodem die redditam. In literis ad *Paungartnerum* nullam facio mentionem epiſtolæ, quâ illius laudes prædico ; tamen mitto librum *De præparatione ad mortem*. Civilius enim arbitror, ut ſe laudatum ex te cognoſcat potiùs, quàm ex me. Quoniam autem ſignificas te languere deſiderio ejus libri,ſtatim à mandavi hunc puerum meum ſuâpte ſponte propenſum ad iter,nè tu deſiderio moriaris. Tantum vereor, nè dicas tibi pro theſauro repertos carbones.Novi *Paungartneri* benignitatem ſemper paratam, tamen curabis,nè huic puero præter literas aut ſimilia aliquid committatur, niſi fortè felix uno aureolo augere viaticum. Nam quemadmodum apud me non diu fuit, ita non videtur diu manſurus.Si Epiſcopus adeſt *Auguſtæ*, cura ut recipiat ea,quæ per hunc mitto ; ſi jam conceſſit *Dilingam*, jube puero, ut illàc faciat iter rediens ; ſi obambulat per varias arces, tu recipe à puero omnia, & cura ut primo quoque tempore ad eum perferantur. Idem ſi fortè *Paungartner* abeſt longiùs, non eſt opus ut eum ſequatur puer, ſed per *Chriſtophorum Geringum* famulum illius ad eum perferantur. Multi negant hoc malum eſſe podagram, ſed ſui generis eſſe morbum, quem vulgò *Souch* appellant. Eo dicuntur multi hic laborare. Doleo tibi meçum tam multa mala eſſe communia. Verùm ſic eſt,non minima felicitatis pars homini fidus & aptus famulus. Fatale eſt, mundus impletur ſceleratis hominibus ſub Evangelii titulo : Et ego præter hunc duos famulos receperam, ſed maturè me ab illis abſolvi. Curabis, nè libellus iſthic excudatur, nè ea res fraudi ſit *Frobenio*. Spero fore,ut hic puer mihi læta referat de tua valetudine. Amicos, ſi qui iſthic reſidant, meo nomine ſaluta. Si dextra manus fuerit reddita, ſcribam ad te copioſiùs. Vale. Datum *Friburgi Brisgoiæ* XIX. die Februarii, Anno à *Chriſto* nato, M. D. XXXIIII.

Eraſmus Roterodamus tuus manu propriâ, manu alienâ.

Eraſmus Roterodamus eruditiſſimo viro Cornelio Grapheo S.D.

Damianus exhilarat me,nuncians te & animo & corpore meliùs habere,atque etiam formam eſſe commodiorem. Me diſcruciat novum malum podagra, ſeu panagra verius. Adeo pertentat omnes artus, aliunde aliò migrans, ut vix unquam detur reſpirare. Negant eſſe podagram, ſed ſui generis eſſe malum, quo nunc hic laborent complures. Vulgò *Souch* appellãt. Tot cruciatibus,

tot

tot modis fractum senile corpusculum non potuit diu esse par. Maximè opus esset aliquo fideli famulo nostrate: nam *Germani*, sicut Poetæ, *Rudere gaudent*. Mallem provectiorem, quàm adolescentem: eruditionem nihil moror, modò sciat *Latinè*, & scribat utcunque: dein nulli morbo sit obnoxius, scabiei aut comitiali. Non superstitiosum ferre possum: addictos sectis non fero. Dabitur salarium quantum tu præscripseris, viginti aut viginti quatuor floreni *Carolei* in singulos annos. Provestitu hinc, ut ex liberalitate spontaneâ aliquid accedat, in ipso situm erit. Quòd si mihi aliquid acciderit humanitùs, efficiam, ut non malè collocârit officia sua. Veniat sumptu meo, & si illi forsitan displicebunt omnia, remittetur sumptu meo. Hac de re poteris communicare cum *Schets*. *Damianus* videtur, recusato officio, quod Rex offert, ad nos reversurus. Spero illum prudenti usurum consilio. Tu cura valetudinem tuam, cui cum uxore & liberis precor omnia læta. Datum *Friburgi* III. Idus Martias, Anno à Virginis partu M. D. XXXIV.

Erasmus Rot. clarissimo Juveni Damiano à Goës Lusitano S. P.

Epist. 65. PRandenti oblatæ sunt tuæ literæ, vir amicissime. Mox à prandio scripsi præter solitum, properante nuncio. Quòd tam magnifica requiris, precor ut sit felix faustúmque. Ego totus sum tuus. Valetudo est afflicta, cui servire cogor. Tradam tibi partem domûs satis elegantem ac semotam, ubi vivas vitam *Anachoriticam*. Quòd si mea non placebit, Comites à *Rennenberg* fecerunt partem domus vacuam, in qua priùs habitavi. Habebis *Erasmum* paratum ad omnia. De vestibus non magni refert, isthic noves an hìc. Cætera coram. Vale vir amicissime. *Friburgi*, XI. die April. M. D. XXXIV. Bibemus de poculo tuo, quod perindie advehetur.

Quandocunque venies, invenies paratum locum. Opinor, te nolle alere equos. Stabulum habemus elegans, sed occupatum. Etiam atque etiam vale.

Erasmus Roterodamus Nobili Viro D. Damiano à Goës Lusitano S. P.

Epist. 66. DOleo tibi istud iter parum ex animi sententia succedere. Tuâ causâ nihil non alacriter facturus est *Erasmus*. Scio, quid tibi debeam. Si tuus *Matthæus* caret contagiosâ scabie *Gallicâ*, à qua ego semper non secus atque à morte abhorrui, tota hæc domus illi serviet: sin secus, nec illi expedierit hìc esse, nisi haberet famulum proprium. Meliùs fuerit, ut donec convalescat sit apud chirurgum. Non sinam illum egere pecuniâ. Utcunque fuerit, dabitur opera ut bene curetur. Has duas epistolas ad me misit *Thomas Blaurerus*, quem salutabis *Constantiæ*, si illuc appuleris. Est vir probus, & unus è senatu. Quòd literæ diu hæserunt in itinere, in causa fuit is, cui *Melanchthon* eas commisit. Ad me venerunt XXII. die Augusti, quum tu quatriduo antè discessisses. Volitârunt per manus multorum fortassis resignatæ, ut fit. Mihi redditæ sunt per publicum nuncium *Schaphusiensem*. De domo paranda *Patavii*, nemo tibi meliùs consulet, quàm *Anselmus Ephorinus*, & fortassis non gravabitur tecum ire *Patavium*. *Bononiæ* roga, num vivat *Paulus Bombasius*. Consultissimum est, ut de sectis neque bene neque malè loquaris, quasi ista non cures neque intelligas. Variæ sunt hominum simulationes. Nec multum erit in rem tuam, si crebræ epistolæ inter *Melanchthonem* aut *Gryneum* & te commeent. Bene vale patrone & amice incomparabilis. Postridie *Bartholomæi*.

Erasmus Rot. nobilissimo viro D. Damiano à Goës Lusitano S. P.

ACcepi tres epistolas tuas per *Lucam Remium*, quod tamen ignoraturus eram, nisi tu significâsses. Quid actum sit de cæteris epistolis, quas tibi commendâram abeunti, non liquidò novi. *Botzemus* accepit suam. Sed an *Jo.* Comes primus & *Alciatus* acceperit suas, nescio. Miror è *Lusitania* nihil venire responsi. Nescio an expediat *Lazarum* grandævum magnæque autoritatis onerare domesticis professionibus. Magis conveniret tibi juvenis, qui te domi exerceret, tuáque scripta corrigeret. Debes honorare studia, ut illa vicissim honorent te. In *Italia* turpe non est etiam canos audire publicè profitentes. Si mihi capitalis esses inimicus, non potes quicquam facere inimicius, quàm si schedas, quas uni tibi notavi, patiaris excudi. Quare cura nè fiat, magno mei nominis dedecore. *Petro Bembo* salutem plurimam, cui profectò te charum esse gaudeo. A Natali Domini gravissimè decumbo, nec per cœli inclementiam possum respirare. Hæc ægrè scripsi in lecto semivivus. *Friburgi* undecimo die Januarii. Epist. 67.

Erasmus Roterodamus doctissimo ac ornatissimo patri D. Petro Curtio, Rhetori in Academia Romana clarissimo, amico singulari S. P.

CUm reverendissimus in *Christo* Pater & Dominus D. *Matthæus* T. T. S. *Angeli* Cardinalis *Româ* in *Germaniam* revertisset, nihil mihi prius fuit, quàm ut ex suis familiaribus, inter quos nonnulli sunt, quibuscum trecentos salis modios, ut est in proverbio, consumpsi, intelligerem, quidnam bonæ spei de componendis dissidiis, & resarcienda concordia *Christiana* afferrent, eámque ob causam ad quærendum præstantissimum mihíque charissimum illius aulæ Principem virum literas è vestigio dedi, ut mihi hunc scrupulum eximeret: eram enim inter sacrum & saxum, quod aiunt, dum spe ac metu huc illúcque jactarer, constitutus; verebárque, nè causa publica in privatis affectibus omnino desereretur. Qui cùm primùm epistolam aperuisset, & manum meam jam diu suis oculis familiarem agnovisset, ad Cardinalem statim accurrit, nunciátque literas esse ab *Erasmo*. Quo audito Cardinalis suaviter subridens, Egregiè, inquit, nobiscum, quòd *Erasmus* literis suis invisat, nam annus mihi esse videtur, ex quo nè apicem quidem ab eo literarum conspexi. Quid multis? recitari eas jussit, & sub finem earum magna mea cum laude, quod de pacando religionis statu sollicitus essem, planè regia & tali Principe digna verba in frequentissimo illius aulæ theatro protulit, nihil se usquam habere, quod doctorum Epist. 68.

doctorum virorum proprium esse nolit; multáque alia de me adjunxit, quæ molestiæ causâ prudens omitto. Sed unum tamen hoc præterire non possum, quod aureum poculum artificiosissimè cælatum, quod tum congerronibus suis fortè ostentabat, transmitti ad me, veluti μνημόζυον animi erga me sui, voluerit, ut declararet gratam sibi fuisse sollicitudinem meam. Quo ego profectò ita fui ob *Phidiacum* planè artificium delectatus, ut professus sim inter doctissimos & scitissimos compotores meos, qui tum aderant, inter quos fuit D. *Rhenanus*, & *Henricus Glareanus*; Hic Poeticæ, quæ bibax esse solet, ille Historiæ deditus, me non alio poculo vel pharmacum adversùs calculum, vel ad extinguendam sitim liquorem sumpturum esse. Nam operculum, quod paulò infra crepidinem *Æsculapium* tornatilem habebat, medicinæ propinandæ fabrefactum, datâ operâ videbatur: Cyathus ipse non mediocris capacitatis, σειρῶντας circum habebat Satyros, & in eorum medio *Bacchum* ebriosulum, tantâ (ita me Deus amet) elegantiâ, ut jam *Praxitelis* opera mihi sordere perfacilè possint. Sed hæc præter rem. Perlectis literis meis, respondi mihi jussit, *Paulum* III. Pont. Max. ab ipsâ statim electione pollicitum esse sibi, & Reverendissimo in *Christo* patri & Domino D. *Bernardo* Cardinali *Tridentino*, Concilium se congregaturum, ut infinita malorum examina apud *Germanos* funditùs extirpentur & eradicentur. Reliquum esse, ut ipsi homines eruditos & cordatos passim in *Germaniâ* cohortentur, ut Religioni ferre suppetias velint. E quibus plusquam monogrammum amplissimus Præsul me primum nominare decrevit. Sed tamen committere non voluit, quin me de nonnullorum impudentia, de quibus *Romæ* intellexerat, admoneret, qui *Theoninis* dentibus famam meam arroderent & lacerarent. Idque eo consilio fecit prudentissimus & hoc propè facto illustrissimus Princeps, ut labes mihi aspersas priùs abstergerem, quàm huic studio me præpararem. Equidem non ignorabam *Romæ* esse, qui nomen meum sugillarent; sed tamen qui mihi tam manifestam calumniam impingeret, quàm à te fieri audiebam, hominem esse natum nè nunc somniare quidem potui. Aiunt enim te detorquere, nescio quam voculam impressorum incuriâ depravatam, ad meam ignominiam, adeóque fulmina quædam orationum scribere, & miserum *Erasmum* in sacerrimis studiis desudantem ita traducere, ut nunc omnia fora, omnia templa, omnia compita, omnia convivia, nihil aliud crepent, quàm sacrilegum *Erasmum*, & sexcentis tantis *Phalaridis* dignum. Quo audito mirari principiò, deinde obstupescere, postremò etiam obstipescere cœpi, quid te induxerit, ut mihi non aliâ ratione, quàm injuriâ notus esse velis, nomen enim tuum alioqui nunquam audieram. Age, mi *Petre*, te oro obtestórque per viscera *Christi*, cogitemus quanto in discrimine versemur, quot hæresum diluvia, quot bellorum tumultus, quot dissidiorum incendia *Christianum* orbem inundent. Missas faciamus has tam insignes calumnias, cujusmodi multas objicere etiam diligentissimis & sanctissimis Doctoribus possis. Nam, ut tandem ad rem veniamus, quid obsecro flagitii commisi, quod *Attalum* cen *imbellem* notaverim, quem *Hecataus* in *Dionysium* ἀπόλεμον καὶ ἄμαχον appellat? An mihi dependendum est, quod typographorum ignavia commisit? At si non erant [illegible] *Cyram* relegandus perpetuò, qui bellicosissimam omnium nationum *Italiæ* auferre hanc [illegible] narer; certè nominis mei oblitus esse [illegible] sem, si *Latinorum Græcorúmque* hominum [illegible] omnia *Italiæ* laudibus amplissimis [illegible] meminissem: præcipuè verò his, quæ ad [illegible] rum & militiæ gloriam spectant. Verùm ubi nullam in me suspicionem inferendæ injuriæ extare nunc, aut extitisse unquam testis est animus meus, cùm haud rectè meminerim, ubi de *Attalo* ista scriptis meis prodiderim, neque eram id unquam animadversurus, nisi amanuensis meus recordatus fuisset in Proverbio *Micones calvi*, tale quippiam esse, ubi statim deprehendi formularios, quibus non satis familiare erat *Attalus* nomen, ex eo *Italum* fecisse. Atque utinam mihi non quotidie hujusmodi tragœdiæ excitarentur! Nuper enim cùm inter imprimendum exemplorum aliquot conquesti fuissent me sibi xenia nondum persolvisse, exortus est inter eos quidam eximiæ nolentior, qui profiteretur se pœnas à me eraturum, ni darem: atque id profectò veremur tum egregiè effecit, ut aureis nummis trecentis redimere eam ignominiam voluissem. Cùm enim in *Vidua* mea, quam Serenissimæ *Hungariæ* Reginæ dedicaveram, ad laudem cujusdam sanctissimæ fœminæ inter alia liberalitatem illius in pauperes referrem, hæc verba subjunxi: *Atque utinam illi usum eam semper fuisse, quæ talem fœminam decet.* Unde scelestus ille animadvertens sibi videri occasionem oblatam esse, ex *mente illa mendosa* fecit. Itaque volumina mille fuere impressa. Quid igitur mirum, si istorum hominum quispiam vel per errorem, vel sciens volénsque fefellerit? Hoc profectò constat in archetypo meo *Attalum* scriptum esse. Sed, nescio quo fato, bis jam hæc vox magnos mihi tumultus peperit. Reprehensum enim à *Lovanienſibus* Theologis in me fuit, quòd *Actor.* 15. ex *Italia* mutarim ad fidem *Græcorum* codicum *Attalia*; atque ob eam causam me prope impium esse proclamabant, quòd negarem *Paulum* unquam in *Italiam* venisse, quasi vero non tota ferè Apostolorum historia id pernecet. Nunc verò rursum, quòd librarii *Attalum* in *Italum* commutârint, me omnino insci, novum à te mihi bellum indicitur, adeóque ἀπὸ τοῦ, ut aiunt, πόλεμος. Vix arbitror usquam alias calamitosissimam *Aten* infestiorem mihi sese exhibuisse, quàm in *Attalia* cognata sibi voce, vel ipso etiam sono metuenda. Cæterùm, charissime frater, admonitum te velim, nè vel tuo ipsius judicio, vel instinctu aliorum teipsum in hujusmodi præcipitia abjiceres, in quibus prope semper plus mali incommodi, quàm gloriæ; si hâc viâ aggrediare aucupandæ gloriolæ rationem, nihil efficies aliud, quàm ut totum te deridendum propines aliis. Respondere debes tuis, qui nomini tuo isthic officiunt conantúrque tenebras offundere. Comperi enim postea te *Archilochum* habere, quem in nomen tuum proprio rabies armavit *Iambo*. In eo tu conciendo olei plus debes consumere, quàm in appetendo *Erasmo*, qui jam depontanus senex tot exantlatis molestiis, nihil aliud est, quàm asinus non omnino iners inter simias. Illi rursum, qui mihi insultant, canes videntur esse in præsepi, qui armenta à fœno invidis latratibus abigunt, quo ipsi non

mum veſtrarum. Quòd ſi cognovero, quod equidem mihi ſpero, te vel tantillum contra me publicasſe, experieris (ni fallor) *Eraſmum*, jam LXX. annis natum, neque edentulum eſſe omnino, neque exanguem. Si verò modeſtus (ut ſpero) fueris, tibi gratias quoque ſum habiturus, qui me librariorum ignaviæ commonefeceris. Sunt enim *Chiliades* meæ auctæ multis decuriis, quæ tamen ad centuriam non perveniunt, revocatæ ſub prelum, ubi literulas has mutari curabo, quæ mihi, ni maturè perveniſſem, magnæ tempeſtatis cauſa futuræ fuiſſent. Quod reliquum eſt, dare operam debemus, nè bonæ literæ apud imperitos malè audiant propter inanes digladiationes, quæ tandem, niſi dimicare in frivolis rebus deſierimus, non modò patribus ovis à plebe promiſcua dirimentur, ſed etiam cathenis, quibus veſaniam noſtram coerceant. Deus Opt. Max. faxit, ut ſubmiſſis animis noſtris ſuſcipere illius gratiam poſſimus, cujus præſidio nefarios Eccleſiæ hoſtes proſternere valeamus. Vale, & nomine meo *Geneſium Sepulvedam*, & *Auguſtinum Eugubinum*, viros inſignes, cohortare, ut ſtudiis ſuis labefactis rebus occurrere potiùs velint, quàm *Pantalobi* eſſe. Datum *Friburgi Briſgoiæ*, quinto Idus Januarias, M.D.XXXV.

Mitto amicis aliquot meis urbanis unum atque alterum hujus epiſtolæ exemplum, ut alienati à me accuſatione tuâ, eò celeriùs atque faciliùs fiant de innocentia mea certiores.

Eraſmus Rot. clariſſimo D. Damiano à Goës Luſitano S. P.

UTinam in rem tuam eſſet, *Damiane* chariſſime, his ædibus vel nunc tuo uti arbitrio. Nunquam mihi viſæ ſunt neque tutiores, neque ornatiores, quàm te hoſpite. Sæpiùs tamen ſcripſi quàm ſemel, ſed non ſemper perfertur quod traditur. Negotiatores gravatè recipiunt literas ſtudioſorum. *Luna Remo* gratias egi, & ille pollicetur operam ſuam prolixè. Non dubitabam, an ru bonâ fide commiſiſſes literas meas famulo tuo, ſed an ille omnes reddidiſſet dubitabam, & adhuc ſubdubito. Scripſi per eum ad *Schetum* & *Utenhovium*. Nullo veſtigio deprehendere poſſum, eas eſſe redditas. E *Luſitania* nihil ad te redire valde miror. Mea valetudo ſemper vergit in pejus. Animus meditatur ex hoc miſero domicilio emigrare; quod utinam fiat favente *Chriſto!* Aliquot amici nos præceſſerunt in *Brabantia*; *Viandulus* egregiè doctus, *Martinus Davidis* hoſpes quondam meus, *Bruxellæ*; *Petrus Ægidius Antverpiæ*, & *Franciſcus Delfus*; hic *Botzemus*: perierunt & ſenes aliquot menſe Aprili. Multæ gravidæ abortierunt. Ego graviter diſcruciatus ſum, ita ut jam vultures aliquot excitârim. Arbitror vertiginem tuam jam abiiſſe. A lectione temperandum eſt. Multum diſcitur literatis confabulationibus. De ſchedis ſupprimendis, habeo gratum, & ut pertendas rogo. *Sigiſmundus Gelenius* tuo nomine dicavit *Annotationes in Plinium* jam tertiò ab ipſo caſtigatum. Sed mirè impoſuit illi codex manu deſcriptus, in quo ſciolus aliquis è ſuo capite mutavit quicquid libuit, & quodam modo novum *Plinium* nobis dedit. Admonui, nè fideret illi exemplari, ſed auditus non ſum. *Hermolaus* non auſus eſt mutare lectionem *Plinianam*.

Gelenius ſe putat rem mirificam præſtitiſſe, ego cenſeo crimen eſſe inexpiabile. *Eccleſiaſtes* meus jam excuditur, nondum dedolatus, ſed quum flagitaretur; hoc malui, quàm poſthumum eſſe partum, non ignarus quâ fide tractentur opera defunctorum. Libris quatuor abſolvetur. *Itali* paſſim in me debacchantur maledicis libellis. *Romæ* excuſa eſt *Defenſio Italiæ adverſus Eraſmum*, dicato *Paulo* III. Rixa nata è duobus verbis meis non intellectis. Ea ſunt in proverbio, *Miconius calvus. Veluti ſi quis Scytham dicat eruditum, Italum bellacem.* Hoc interpretantur, quaſi notârim *Italos* quòd ſint imbelles, quum his verbis *Italia* laudata ſit, non vituperata. *Edere, bibere, loqui*, verba ſunt media, *edacem, bibacem* ac *loquacem* eſſe, ſonant in vitium. Ita *bellacem* eſſe, non eſt laudis, ſed vituperii. *Scythæ* ob barbariem & naturæ immanitatem contemnunt omnes diſciplinas liberales, ad arma tantùm intenti. *Itali* colunt philoſophiam, diſciplinas, & eloquentiam, quæ pacis alumnæ ſunt, *Scytharum* ex diametro diſſimiles. Vides egregiam apologiæ materiam. Prodiit & alius libellus cui titulus, *Cicero relegatus*, & *Cicero ab exilio revocatus*, qui tamen me non magnopere petit. In eo *Cicero* odioſiſſimè laceratur, frigidè defenditur. Et alius paratus, cui titulus, *Bellum civile inter Ciceronianos & Eraſmicos*, quaſi ego ſim hoſtis *Ciceronis*. Aiunt & *Doletum* quendam in me ſcribere. Minitatur neſcio quid & *Julius Scaliger*. Sunt aliquot juvenes malè feriati qui conſpirârunt in *Italia* & *Ciceronis* hoſtem. Nec deſunt artifices, qui inſtigant partim odio mei, partim ut alienâ fruantur inſaniâ. *Romæ* ſparſerunt epiſtolam, quaſi à me ſcriptam, plenam jocis ſcurrilibus. *Auguſtini Eugubini* monachales nænias arbitror te vidiſſe. Ego iſta nec lego. *Lutherus* jam nihil edit, in quo non perſtringit *Eraſmum* papiſtam & *Chriſti* adverſarium. Homo ſimpliciter furit, concepítque parricidiale odium. Salutem dixi quibus juſſeras, excepto *Bero*, qui *Romæ* agit: cujus reditum expectamus hoc menſe. De *Bombarda* ſcribet ipſe *Gilbertus*. Mihi ſi vivere velim in totum abſtinendum eſt à ſcribendo, imò à ſtudiis omnibus. Quanquam mihi ſanè non videtur vitâ, vivere ſine commercio ſtudiorum & in aſſiduis cruciatibus. Sed Dominus eſt, in cujus manu ſumus omnes. Ex literis *Beri* cognovi te luſtrare *Italiam*. Cupio te quàm proſperrimè valere, *Damiane* chariſſime. *Friburgi*, XXI. die Maii, Anno M. D. XXXV.

De *Plinio* depravato ideo admonui, nè ſinas eum autorem edi rurſus ad hoc exemplar: alioqui bene volo *Gelenio*, ut promeretur.

Eraſmus Rot. meâ manu.

Eraſmus Rot. M. Conrado Goclenio S. P.

BAlthaſar *Auſtriacus* tuus diſcipulus affirmat *Epiſt. 70.* ſe proprium famulum miſſurum *Lovanium*; ei commiſi literas ad te, & ad *Iodocum Sasbontum*, apertas, ut, ſi videtur, cures ad illum perferendas. Illud nè te fugiat, *Cannium* nihilo eſſe ſynceriorem *Hagio* furioſo. Quicquid veneni hauſerat ex *Alardo*, in ſinum hujus effudit, aſpis viperæ. Idem fecit ſcurræ *Polyphemo*. Miror unde aut quò *Cannius*, quum iſthàc faceret iter. *Hagii* colloquio & *Quirinus Taleſius* infectus eſt, & viciſſim ſuum virus

virus in hujus sinum effudit. Nihil enim reticuit *Hagius*, nec posset. Suspicor quod & *Gandavi Carolum Utenhovium* alienârit. Nihil enim scribit, solitus crebrò me literis appellare. *Delphus* nihil ad me scripsit, nec puto illum esse syncero in me animo. Quemadmodum nec *Morillonum*. Ex quo repetiit *Hispanias*, verbum ad me non scripsit. Hic paulò meliùs habeo. Itaque fortassis hybernabo, proximo vere, volente Deo, *Burgundiam* vicinam petiturus. Quod tibi narravit *Theobaldus* de pensionibus per *Bodyllum* ad me missis, puta ἀνεμώλιον τι). Mitto epistolam ad *Sasboutum* apertam, ut, si videtur, illi transmittas. Bene vale.

Placet *Lambertus*, quem misisti, jam alterum eram nactus *Antwerpiensem*. Tres habebo, donec *Gilbertus* abeat, jam factus Canonicus. Cum neutro famulorum novorum pactus sum. Si opus eo quem commendas, significabo. Pro officio tuo habeo gratiam. Est *Friburgi* quidam fucatus amicus, per quem non licuit nec famulam nec famulum habere frugi. Ejus nomen tibi prodam aliàs, ut caveas. Nam post Nundinas fortè mittam proprium nuncium. *Aleander* denuò emisit librum furiosum sub nomine *Doleti*: quo & *Morum*, quem acceperat esse in carcere, ulciscitur; & *Villenovanum* mendicum mortuum, facit imperiosum, *Morum* timidè loquentem. *Furia Romæ* subordinavit *Cursium*, qui scripsit in me. Excuditur nescio quid *Mediolani*. *Romanenses* velim nolim pertendunt me censu onerare, quo mox fiam Cardinalis. Nam id seriò fuit agitatum. Pontifex est mirè propensus in me, & sex Cardinales cum oratore *Lusitaniæ* sedulò moliuntur. At ego scripsi, me nec sacerdotia, nec pensiones recepturum. Breve Pontificis ad te mitto. Iterum vale. Postridie Calend. Septemb. Anno M. D. XXXV.

Saluta *Rescium*, & *Hebrææ* linguæ Professorem. *Balthasar* à *Khieveringe* tuus discipulus apud me fuit. Visus est juvenis perhumanus, ac bene *Latinus*, tuique amantissimus.

Erasmus Rot. nobili cum primis & omni virtutum genere perpolito viro D. Damiano à Goës Lusitano S. P.

Epist. 71. ULtra mensem jam perpetuò lecto sum affixus, cruciatu vix credibili, certè intolerabili. Nec spes est recreandæ valetudinis ejus, ob urgentem hyemem. Non horreo mortem, sed opto magis, si Domino placeam. Ad vetus malum, quod ex intervallis solet recurrere, accessit exulceratio extremæ spinæ, cui cogor incumbere, sive jaceam, sive sedeam. Huic crudelissimo dolori nullum est remedium, quod oporteat ipsi vulneri semper incumbere. Utinam cruciatus sint tolerabiles, sed Dominus est, hìc secet atque urat, modò parcat in æternum.

Erasmus Roterodamus nobili viro Damiano à Goës Lusitano S. P.

Epist. 72. AMice magne, Scheda addita literis meis suppeditabit causam justiorem, quàm vellemus, quâ me excuses egregiis illis literarum heroibus *Bembo*, *Bonamico*, & *Cælio*, quos ego toto pectore suspicio venerórque. Epistolam tuam accepi per *Lucam Remum*, sed seriùs XV. die Decembris: non ipsius culpâ, sed nuncii. De *Resendio*, nam possum satis mirari. Valeat ille tam ingratus. *Ecclesiastes* jam opinor ibi prostat. Excusa sunt duo millia voluminum & sexcenta. Nunc denuò excusus est minore formâ. De Commentariis *Jacobi Sadoleti*, mihi tale quiddam præsagiebat animus. Admonui illum literis, quatenus licuit tantum admonere Præsulem. Insumpsit in hoc opus immensos labores. Audio nec à *Sorbonicis* probari. *Gelenio*, viro bono ac docto, optârim fortunam aliquanto commodiorem. Divitias vix optârim. Nunc penia adigit illum ad honestos labores. Adolescens, quem mihi commendas, nondum me adiit: curabo, ut accipiat epistolam suam. *Gilbertus* me reliquit, jam Canonicus. Cantabit missam. Ædes vendidi ac supellectilem distraxi, non magno lucro meo, nec tamen prorsus infeliciter. *Italicè* non intelligo, sed curabo vertendum, quod vertit *Polus*. Mitto vicissim historiam bonæ fidei; in qua qui ex *Anglia* redeunt, & actis interfuerunt, negant quicquam esse falsi; nisi quod pauciores *Carthusiani* fuerunt affecti supplicio. Cupiebam tecum pluribus agere, amicorum dulcissime, sed vix credas quàm hæc ægrè parârim. Vale, & salutа amicos. *Basileæ*, XV. die Decemb. M. D. XXXV.

Erasmus Rot. Consiliario cuidam S. P.

Epist. OMnes boni publicè tibi debent plurimum, vir clarissime, qui in ista constitutus dignitate, constanti animo stamen usque rectum tenes. Nam syncera Judicis præcipuæ partes sunt, ut malos coerceat, bonos ab improborum injuria vindicet. Ego verò privatim etiam tibi debeo, quod olim in *Goclenii* causa effeceris, ut ille justa consequeretur, & pòst eodem animo conatus sis manifestam injuriam ab eo depellere. Hujusmodi rixas nobis suscitant Harpyæ *Romanenses*, ut nec apud *Gallos*, nec apud *Scotos*, nec apud nos ullum sit sacerdotium, pro quo non sit annis aliquot litigandum. Optârim *Anglos* cum Pontifice concordes esse. Illud tamen jam olim bene provisum est ab illis, nè quid litium apud ipsos ciciet *Romana* Curia. Etiamsi *Goclenii* causa aliquà ex parte laboraret, tamen vir ille, qui sua doctrina & juvat & ornat Cæsaris ditionem, dignus erat, qui Judicis favore sublevaretur. Nunc quum causa sit justissima, quàm indignum est, talem virum à publica utilitate ad istas turbas avocari, cum summo studiorum detrimento, nec sine jactura autoritatis, quâ Concilium istud semper polluit apud *Brabantos*. Spero *Goclenium*, bonorum virorum auxilio jam tranquillitati studiisque redditum esse. Quod si nondum contigit, etiam atque etiam rogo, ut illi eum animum præstare pergas, quem hactenus præstitisti. Hoc officio tibi devincies omnes, qui vel liberalibus studiis, vel istius Concilii favent autoritati. De me nihil dicam, qui jam olim sum in ære tuo totus. Vale. Datum *Basileæ* quarto Calend. Junias, Anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto.

Erasmus Rot. M. Conrado Goclenio S. P.

SCribe inquis *Cancellario*, quasi habitem *Mediolaniæ*. Hìc vix intra quatuor menses contingit, cui literas rectè committamus, si tamen contingit ullus.

tulus. Si literæ tuæ veniſſent ad nundinas, potuiſſem per nundinas reſpondere. Nunc quando hæc epiſtola ad te perveniet? Interim ſpero tua cauſa feliciter cataſtrophen ſortita fuerit. Scripſi tamen. Quum epiſtola tua mihi redderetur, ſic eram afflictus, ut nunquam in vita gravius. Itaque per dies aliquot, nè legere quidem potui. Mihi nunquam arriſit *Antuerpienſis* præbendæ negotium. Id poſteaquam eviceras, credebam nihil non ſucceſſurum. Quod ſi nunc quoque ſucceſſerit, fuerim tamen, ut aliquâ commodâ conditione te ſubmoveas ab illo grege. Ad abſentem non multum redibit emolumenti; ſi præſens, erit tibi vivendum in loco peſtilenti, ſerviendum conviviis, deſidendum totos dies in Capitulo, ſimulandum ac rixandum. Si quæ te urget neceſſitas, ſciro meam pecuniam eſſe tuam. Suſpicor harum moleſtiarum τὸν κτίστην eſſe eum, qui *Scaligeras*, *Doletos*, & *Merulas* in me ſubornat. Non ſat habet homo, *Judaicè* vindex, impetere me, niſi & meos impetat. In furioſo Dialogo *Doleti* vexatur *Morus*: habet *Leodii*, qui ſuffundit frigidam, & hominem ad malitiam inſtruit. Heroinam à *Naſſonem Hiſpanum* quidam huc venientem ſuis literis commendârat. Me jubes ad illam ſcribere, & ego neſcio ubinam agat. Significabas enim diceſſuram. Si mea bene noviſſes, debebas illi reſpondere, me neceſſariò valetudinis causâ reliquiſſe *Friburgum*, hoc animo, ut *Eccleſiaſtâ* abſoluto *Beſontium* peterem, nè non eſſem in ditione Cæſaris, ſed hic ingraveſcens valetudo cogit hybernare. Hic enim, quanquam ſum apud amicos ſinceriſſimos, quales *Friburgi* non habebam, tamen ob dogmatum diſſenſionem malim alibi finire vitam. Utinam *Brabantia* eſſet vicinior. Neſcio an mihi fuit commodum cauſam tuam Cancellario commendare ob *Panormitanum*, quem alienare non expedit. Opinor tibi redditas literas, quas per nundinas ſuperiores miſi, tibi, *Rutgero*, *Andreæ*, *Lypſio*, & *Scheto*.

Quid neceſſe fuit, *Rutgerum* interpretari *Græcas Inſtitutiones* è *Latino* verſas? Conducibilius erat interpretari *Demoſthenem*, *Lucianum*, ſi quid habet caſti, Tragœdias gravibus ſententiis refertas, ac ſimiles autores, unde diſcitur *Graci* ſermonis elegantia. Sed ille totus ad quæſtum ſpectat, & graviter perdit iſtud Collegium. Vale. *Baſileæ*, IV. Calend. Julias, M.D. XXXVI.

Eraſmus Rot. agrâ manu.

Eraſmus Rot. erudito M. Petro Ægidio amico incomparabili Antuerpiæ.

Epiſt. 75. MAtura, ut *Hieronymus* probè concinnatus huc veniat, propter annotationes adſcribendas. De numero & ordine Voluminum *Petrum* conſulito. Mihi ſatis videtur, ſi in ſex Volumina compingantur, ſi epiſtolas ad *Baſilienſem* & *Bernenſem* tradit. *Franciſco* non dubito quin ſint redditæ. Suſpicabar nos alteri commiſiſſe. Nuſquam adorno. Tu fac præfationem mittas, ſed ad alium potiùs quàm ad me, ad *Buſlidium* potiùs. In cæteris fungor officio amici. *Pauli* ſententias, ſi videtur, huc mitte per *Franciſcum*, ut *Badio* committamus, à quo nunc binas accepi literas, & item à *Budæo* prolixiſſimas, ſed amicas. *Dorpianas* nugas propediem impartiam tibi. Nunquam vidi hominem inimicis amicum. *Tunſtallus* lectis illius ad me ineptiis, & ad me reſponſo ſic execratur hominem, ut vix nomen ferre poſſit: Vide quantum profecerit. Reſpondi & ego viciſſim illi, ſed teſtatus me poſthac non inſumpturum operam in hujuſmodi nænias. *Tunſtallus* optimè de te ſentit, & ingenium tuum unicè amat. Næ tu homo bonæ fidei es, qui non ſolùm cum bonis ex veteri formula bene agendum exiſtimas, verùmetiam cum veſtiariis ac nautis; paciſci debueras cum nauta. Nunc petiit, quantum libuit. Deinde ex textu *Tornacenſi*, quo veſtem ſubduplavimus, non rediit ad nos præter ulnas plùs minùs quinque, nimirum ex viginti. Verùm hæc levicula. *Cocles*, aut ſi mavult *Cyclops*, illorum teſtamentum pro loco tradidit. Si eſt cur te huc velis recipere, mihi ſanè adventus tuus erit gratiſſimus. At nolebam te meâ causâ circumagi tuo incommodo. Nam mihi decretum eſt hanc perdurare hyemem. Ab hac nec στιμὴ τῦ χθοὶ. Si quid ſævies in *Joannem* puerum tuum, in me ſævias oportet, qui biduum illum remoratus ſim. Equum alterum ita vendidi, ut perditum putem, non venditum: Rurſus hunc, quem donavi Abbati *Bertinico*, non minus arbitror periiſſe. Bene vale amice incomparabilis. Optimo patrono & ſuaviſſimæ conjugi multam ex me ſalutem dicito. *Bruxellæ* pridie Natalis *Lucæ*. Ubi dabitur commodus τεσσαρακοστὸς, fac habeam.

Eraſmus Rot. eruditiſſimo viro D. Cornelio Sceppero Cæſaris à conſiliis S.

Epiſt. 76. MIhi cum tenaciſſimo malo res eſt, non ſine vitæ periculo. Rogo fac ſciam, quid acciderit *Alfonſo Valdeſio*. Tot menſes non ſcribit verbum. Aut ægrotat, aut ablegatus eſt, aut totus alius in me factus eſt. Aveo & des *Livino* noſtro cognoſcere. Tantum ægrè potui, mi *Corneli*. *Friburgi*, poſtridie Pentecoſtes.

Epiſtolæ Eraſmianæ Fragmentum.

Epiſt. 77. —UTraque pars ſic tendit funiculum, ut utriuſque malo rumpatur: & hinc hic orbis tumultus. Tollunt omnes imagines, rem cum primis & elegantem & utilem. Tollatur colendi ſuperſtitio, tollantur imagines templis indecoræ aut immodicæ, ſidque paulatim, & ſine tumultu. Volunt ejicere ſacerdotes; dent operam, ut ſint ſacerdotes docti & pii, nec temerè admittatur ad hoc honoris, niſi probatus & dignus. Erunt pauciores: quid tum? Præſtat habere tres bonos, quàm trecentos inutiles. Non placet illis cultus Eccleſiaſticus. Multa canuntur ac fiunt in templis inepta; corrigantur vitia, idque paulatim, maneat cultus. Exectantur Miſſas odio ſordidorum ſacrificulorum, qui nihil aliud didicerunt quàm miſſare, cætera Laicis prophaniores. Submoveantur illi conductitii, ac more veterum unum ſacrum celebretur in templo, aut in feſtis diebus duo: mane unum privatum, ob famulos & hoſpites; alterum circa decimam. Indulgentiæ jam exploſæ ſunt, quibus aliquot ſeculis impoſitum eſt mundo, adjuvantibus monachis, conniventibus Theologis. Qui putant Miſſas & Parentalia nihil prodeſſe defunctis, erogent in pauperes vivos, quod vulgus à morte jubet fieri. Nè moleſti

moleſti ſint iis, quibus perſuaſum eſt vivorum bona opera prodeſſe defunctis, quæ vivi curârunt ut fierent. Quibus perſuaſum eſt, ſanctos nihil agere apud *Chriſtum*, invocent bonâ fide Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Divos colant ac venerentur imitando, nè obſtrepant qui pio affectu colunt & invocant eos. Superſtitio reprehendatur, affectus probetur, quem puto *Chriſto* non eſſe ingratum, etiamſi ſit erroneus. Non ſentiunt Sancti vota noſtra: at *Chriſtus* ſentit, ac pro illis donat quod petimus. Quibus perſuaſum eſt, Confeſſionem non eſſe partem Sacramenti, nec à *Chriſto* inſtitutam; ſervent tamen eam ut rem ſalutarem, à patribus inductam, & multorum ſeculorum conſenſu probatam, donec aliud de ea ſtatuat Eccleſia. Et in confitendo adſit ſyncericas, abſit ſuperſtitio. Non multum gravabitur Confeſſione, qui deligit idoneum ſacerdotem, qui non confitetur niſi manifeſtò mortalia, & qui cavet nè quod facinus capitale admittat. De Purgatorio in ſuo quiſque ſenſu abundet, non eſt quòd ob hæc ſcindatur *Chriſtiana* charitas. De Libero Arbitrio diſputent in *Sorbona* Theologi, Laici ſimpliciter ambulent & confidenter. Sive juſtificent Bona Opera, ſive non, nihil refert, modò conveniat, ad ſalutem non ſufficere Fidem ſine Bonis Operibus. De Baptiſmo ſervetur, quod tot ſeculis ſervavit Eccleſia. Poſſet tamen unicuique parenti relinqui liberum, utrùm malit ſtatim tingi infantem ſuum, an differri uſque ad adoleſcentiam, modò interim diligenter inſtituatur in dogmatibus orthodoxis & ſanctis moribus. Anabaptiſtæ nullo modo ferendi ſunt. Apoſtoli jubent nos obedire magiſtratibus, & iſti gravantur obedire Principibus *Chriſtianis*. Communio bonorum ſit ex charitate, poſſeſſio & jus diſpenſandi maneat penes proprietarium. Si de Euchariſtia ſic inter ſe ambigunt, ut quotidie pariant novas & abſurdas opiniones, quanto conſultius erat manere in vetere ſententia, donec vel Synodus univerſalis, vel revelatio divinitùs aliquid aperiat certiùs. De adorando ſcrupulus facilè ſolvitur. Nemo adorat Euchariſtiam, niſi ibi ſit totus *Chriſtus*. Nec quiſquam tam demens eſt, ut humanam *Chriſti* naturam adoret pro divina. Divina autem nuſquam non eſt præſens. Abuſus hujus ſacramenti poſſent corrigi. Olim non oſtentabatur, ſed ſervabatur incluſum in loco mundo. Nec circumferebatur in ludis, aut per agros ab equite ſacerdote. Volentibus ſumere, porrigebatur. Nunc in *Anglia* nulla eſt domus, nulla caupona, pene dixeram lupanar, ubi non ſacrificetur. Hæc vendunt *Cortiſani*. In cæteris item ſi utrinque adhiberetur moderatio, fortaſſis hi tumultus paulatim redirent in aliquem tranquillum ſtatum. Hoc conſilium ſequutus eſt Dux *Juliacenſis*, & fatetur proſperè cedere. Nec dubito, quin idem futura ſit veſtra civitas, ſi per Eccleſiaſtas liceret. Vereor, nè illi ſuum agant negotium, ut ſint in tuto.——

A hi deſtinatam. Scribis autem te, cùm [illegible] jam literis me tuis provocaveris, nihil [illegible] ſponſi à me tuliſſe, quæ res tibi offenſæ [illegible] ſpitionem afferat. Ego verò reſcripſi ad [illegible] literas tuas, quas quidem acceperim, & ut recognoſcas, quas acceperim, mitto hic unà alias exemplum poſterioris reſponſionis meæ, poſteriori-bus literis tuis deſtinatæ. A quibus ſi [illegible] quas alias dediſti, ſcito mihi non eſſe redditas:
B quòd ſi enim redditæ eſſent, non profectò committerem, ut in hoc genere officium meum deſiderare poſſes, præſertim cùm hæc mea perpetua ſit conſuetudo, ut neminem nè humaniſſimum quidem ſine reſponſo dimittam, ſi modò ea quæ ſcribuntur digna ſint reſponſo. Quod pertinet te laudis, quam quibuſdam effuſiùs quàm pro merito tribueris, etſi non injuriâ ejus te pœnitet, tamen ita ego ſtatuo; Niſi hoc modo illos ipſos, quos dicis, tractâſſes, iſtiſque produxiſſes falſis commendationibus, quam nunc tibi indignitatem oſtenderunt, eandem te ab illis jamdiu expertum fuiſſe. Hæ nimirum ſunt illæ præclaræ virtutum actiones, quæ ab hoc doctrinæ fonte dicuntur. Hæc opera charitatis, quam tradit *Lutherus*, & alii, qui ſe pluſquam Evangelicos jactitant, imò potiùs, quàm ſpiritui adhærentes. Hæc fidei & integritas pluſquam *Germanica*, quam illi generoſè ubique oſtentaverunt. Quòd ſi hi, qui capita hujus factionis haberi volunt, tales ſint, quales cæteri, quæ membra ſint, facilis eſt conjectura.
D Equidem *Epphendorpium*, ſi quid hujuſmodi rem proficeretur, optàrim aliunde vitæ ſuæ ornamentum ex hac noſtra terra prodiiſſe; cui cùm ornamento eſſe debeat, ita ſe bonus vir comparavit, ut magis ejuſdem labes & macula ſit. Cùm enim animo repeto, quibus tu illum virtutibus deſcripſeris, videtur mihi haud aliud exquiſitius hominis perfidi ejuſdémque profligatæ conſcientiæ poſſe exemplum excogitari poſſe. Jam verò etiam ante triennium hanc tibi mentem Deus dediſſet, ut
E à factione *Lutherana* te ſejunxiſſes, ut edito aliquo adverſùs illos ſcripto, planè nihil tibi cum ipſis commune eſſe, & diſſenſionem gravem intercedere teſtatus eſſes. Quanto enim facilius fuerat inardeſcentem etiamnum flammam reſtinguere, quàm nunc, poſtquam in ingens adeo incendium evaſit, extinguere? Ea itaque culpa, ut dicam quod ſentio, ad te vel imprimis pertinet; ſi enim tu, dum tempus ad eam rem ferebat, nec dum tam multi hoc malo correpti erant, hunc in
F *Lutherum* animum ſumpſiſſes, quem nunc præ te fers, deſcendiſſéſque in arenam, & ibi ſeriam & veram pugnantis perſonam geſſiſſes, non eſſet quod laboraremus. Quia autem tu haſtenus ita cum illo pugnâſti, ut apertum ei bellum nunquam intentaris, ſed ex occulto tantùm eum petieris, idque leniter & eum propè in modum, quaſi qui deditâ operâ ferire nolueris, diverſa eſt hominum conſequuta opinio. Quippe pars hoſtem *Lutheri*
G eſſe te, pars cum eodem colludere & in ſpeciem ſimulare diſſenſionem, reipſa verò conſentire exiſtimaverunt; quem tu errorem & opinionem à te ſi amotam cupis, etiam atque etiam opus habebis, ut quamprimum te aperias, prodeaſque tandem, & cum *Luthero* apertè congrediendo ſententiam tuam orbi teſtatam reddas, ſimulque eccleſiam à nefandiſſima hæreſi vindices; quod ni feceris, omnes te dignitati eccleſiæ deſiſſe ac

Evangelicæ

Georgius Saxoniæ Dux, &c. Eraſmo Rot. Theologo.

Epiſt. 78. SAlutem, Gratiam, & Favorem. Cùm nobis in feriis Pentecoſtes redderetur epiſtola tua, etiamnum inſcriptione carebat, eámque is, qui pertulit, à *Moſellano* addendam fuiſſe oſtendit. At eâ perlectâ, apertè intellexi, nulli alteri quàm mi-

Evangelicæ synceritatis, & tui ipsius officii nullam rationem habuisse, omnes unâ voce clamabant. *Mosellanus* noster diem suum obiit, sed nimium ante diem. Fuit enim is vir summum *Lipsensis Gymnasii* decus. Atque utinam Deus ita comparâsset, ut ille diutiùs meam liberalitatem experiri potuisset; certè vix quicquam optatius mihi accessurum fuerat: sed cum aliter de eo statuit, necesse est æquo animo feramus ejus mortem; demúsque operam, ut aliquem in ipsius locum suggeramus, qui & ipse Academiam meam Linguâ *Græcâ* & literatis literis illustret, & nostræ terræ homines ad virtutum & officiorum munera instruat. Cujus generis si quem nôsti, qui tamen omnino à factione *Lutherana* sit integer, eum cupio ad me mittas: facies enim in hoc nobis rem gratam, & illi non pœnitendam. Bene vale. Ex *Dressen*, XXI. Maii à *Christo* nato, M. D. XXIV.

Fabritius Capito Erasmo Rot. undecunque doctissimo, Christianissimóque S. P.

CHristi nuper satis prolixè, & fortassis variè, de industria. Nam eâ nobis cautione opus est inter tot insidias. Exemplum istud tuum est, qui ad me omnia prudenter & circumunitè. Quod consilium tuum amplector, ingenium istud referre nequeo. Sum etiam fermè viribus parum integris, & mirâ occupatione exhaustus, nam aulicus sum. *Lutherani* omnia furiosiùs, insolentiùs, arrogantiùs; mordicus quemlibet arripiunt; cuíque in faciem barbara cum impudentia convicíantur; præter se omnia ingenia publicè contemnunt. Quibus intercessi pridem, oravi nè impetu in illum modum veherentur, nè contumeliosè suam causam tuerentur, & imprimis sum obtestatus, abstinerent captare minutias ex autoribus reprehendendas: Nam vehementer æqua hominum judicia ab illis tantum supercilium abalienat. Spero fore, ut honestiùs deinceps tui mentionem habeant: non est professio, quâ te non perstringunt apud suos, & in publicum suæ factionis principem statuunt præposterâ ratione. Liberè fateor, mihi stomachum concitârunt, gloriæ nominis tui studiosissimo. Modestiùs tecum, ut dixi, subinde agent, quantum video. *Caroli* Regis sententia olim longè alia erit. *Glapionis* apophthegma comprobo. *Christus* finem indubiè faciet his malis. Nam Evangelium dicendum & legendum nemo prohibere poterit; comburendis libris nihil efficitur, nec aliud non pauci exoptant, quàm ut se propter veritatem proceres ecclesiæ, perditos eant, tum aiunt causam suam firmatam: Interim verò videri ambiguam, tanquam sine sanguinis testificatione. Libelli famosi ex animo displicent: excitabunt semel orbem ad occurrendum, quod nolim citò fieri, nè perperam fiat. De *Carolostadio* scimus mutatam sententiam Regis. Ducunt apud nos uxores presbyteri annuentibus Principibus, aut certè dissimulantibus. Meus ille à *Wormatia* reversus recepit sacra legenda. Nuper dixit se intelligere, fidem non vocari in discrimen, sed nummis & potentiæ deperiturum quippiam. Magnificéque se promittit rebus communibus adfore. Atque unus est & Princeps. Multi verò nihil earum rerum intelligunt, quò fit ut atrociùs sæviant. Non est dies, quo non instet . . . . . de te sibi conciliando. Nam subodorat vim latentis veritatis, quam tu primus in lucem eruisti. Scribe semel atque iterum, quid ei faciendum, nam videtur . . . . . librum ceu aliud affectat modò, tanquam certissimum mali remedium. Intellexit constitutiones plenásque nimium impudentes, & mutandas curaret, quantum in eo situm esset, modò sic . . . . . tametsi princeps est, & insolentissimis adulatoribus obnoxius: præterea educatus, ut solent. Jussit ut excusarem neglectum tui, quod pudori & reverentiæ tribuit, non insincero animo. Mirè timet famosos libellos, quibus tam confirmatur in factionem monachalem, quocirca omnes diligentissimè moneo, ei ut pareant. Quòd si me ames, obsecro significes, quid me velis conari, dum sic habeam obsequentem Principem, à quo discedam quantociùs aperuerit suum erga bona studia iniquiorem animum. Contendam & ipse pro virili in publicum profuisse. Vale, & *Alexandrum* nè lacessas. Devoranda nobis multa videntur. Fata viam invenient. Vale XIV. Octobris, Anno millesimo quingentesimo vigesimo primo.

Joannes Eckius D. Erasmo Roterodamo Theologo S. D.

QUod *Ludovicus Berus* communis amicus noster, eruditissime *Erasme*, meo nomine salutem tibi annunciavit, probè quidem fecit, & meo jussu: sed quòd subindicas aliquam fuisse inter nos simultatem, non intelligo, neque agnosco. Fateor mihi displicuisse, qui sæpiùs, quàm cuniculi, pariens, tantopere distuleris hostes fidei aggredi, id quod abs te, ut fateris, sæpiùs fuit petitum. Affirmans te dissimulâsse, quòd amicis indicantibus, in opere quodam meo, *infantilem* te vocârim *Theologum*, id quomodo amici indicare potuerint miror, qui te eloquentissimum Theologorum semper prædicem. In alium fortè detorsi hunc aculeum, etsi suspicantur te fuisse notatum. Quod ad sententias tuas attinet, ita enim eas asseris & vindicas, non infitior, cùm extraxissem 3000. articulorum è *Lutheri* & aliorum libris, delegi 400, his comitiis publicandos, ut etiam feci, licèt nemo mecum congredi voluerit, me id in conspectu Principum *Lutheranorum* bis expostulante, præsentibus etiam concionatoribus *Lutheranis*. Allatæ fuerunt mihi & illæ sententiæ quatuor, quas aliis dogmatibus injeci. Videbantur enim mihi tunc, sicut & modò, scandalosæ. Quòd irascaris mihi proponenti, irascaris oportet primùm & tibi, si tu prior illas asseruisti. Quid autem me offenderit in his sententiis quatuor, supernumerariis, cùm vacavero ab his Comitiis, non te celabo. Nec *Zuinglianorum* nec *Lutheranorum* gratiam quæro, gaudeo potiùs & malo illis displicuisse. Familiaris tuus Apologeticam adversùs *Capharnaitas Argentoratenses* exhibuit, mihi crede gratissimum donum. Qui si pergeres capere vulpeculas, quæ vineam Domini demoliuntur, filium me habiturus es & discipulum, tui observantissimum. Vale feliciter in Domino salvatore nostro. *Augustæ*, 18. Sept. An. gratiæ M. D. XXX.

DES. ERASMI ROT. EPISTOLARUM LIBER XXXI.

Erasmus Rot. Gulielmo Goudano S.

Epist. 1. IAm fortè, *Gulielme* mi, non mediocris animum tuum tenet admiratio, cùm literis literas cumulaveris; ego dormitans literarum reddiderim nihil. Tu nunc solutâ oratione numeros, nunc numeris prosam alternas; ut vel improbitate tuâ à me quippiam extorqueas, meúmque rumpas silentium. Ego verò pristinæ oblitus consuetudinis (quippe qui te immodicâ epistolarum crebritate lacessere solitus sum) nihil contra responsi paraverim? Et jam nescio quid siniſtræ suspitionis infausta tibi incantitârit volucris, quam tectis insedisse tuis memoras, horrendi utique mali nuncia, cujus noster meminit *Virgilius*:

Soláque culminibus ferali culmine bubo,
Sæpe queri, & mœstas in longum ducere voces.

Sed, quæso te, *Gulielme* (libet enim jocari) Augurióne, an Philosophiæ vacas? hoc quidem existimâram, illud verò videre mihi videor. Quis, quæso, Superum, quæ-ve arcana naturæ virtus istâc alitem tuam donavit prudentiâ, ut quæ te latent, illa divino eructans pectore vaticinetur? & forsan (ut secundùm *Pythagoreos* loquar) *Catonis* anima illius pectus inhabitat, aut certè à deorum sedibus mali nescio cujus nuncia ad te profecta est, nè te Superûm laterent consilia, ita enim in carmine tuo sonas,

——*Nuncia sæpe mali.*

Admiror vehementiùs, cur non *Junonia* Iris tanti serii nuncia ad te delapsa sit; quippe quæ semper lugubres arduásque res nunciare solet. Verùm illam fortasse eo articulo alio quolibet deorum regina mandata laturam miserat. Quid bubonis ergo opus erat ministerio? accersitur, maturat illa accessum, acceptóque mandato, emensóque ætheris spatioso itinere, tectis tuis insedit; & dirissimi casus, cujus tu nescius eras, funestâ voce te reddidit certiorem. Quæro ex te augurii mysterium, tu non sine pudore meum in te amorem extinctum interpretaris. O sanam vatem! ô sale plenam interpretem! Habe mihi fidem, *Gulielme*, quantum videre videor, ita res gesta est. Dum solis, lunæ, siderum, cæterorum cœli monstrorum faciem æquo curiosiùs aspectat tua vates, excidit quod *Juno* commiserat: quid faceret? usa est quo plurimum calleret ingenio, novi aliquid secum commentata est, atque ad te pertulit, cui tu nimium credulus illusus es. Nam & vetus amoris in te mei benevolentia, quam tu extinctam auguratus es, non solùm non periit; sed nec refrixit, neque elanguit quidem, indies valescit, indies illi aliquid incrementi accedit, sumítque ex tempore vires, nullis unquam fortunæ casibus, nullis aemulorum studiis cessuras. Corpori sejungi, conjunctum intercipiant, colloquia invidiosa, id certè nunquam effecerint, ut meus abs te pergnetur animus. Et (ut *Virgilii* verbis utar)

Dum juga montis aper, fluviis dum pisce natabit,
Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Lucida dum current amnosi sidera cœlo,
Oceanus vastum dum fluctibus ambiet orbem:
Non me tam dulcis meminisse pigebit amici.

Sed heus vide, nè tu mutuæ nostræ amicitiæ siculam injecisse videaris, qui eam, tam scitè dictus opinione, extinctam suspicatus es. Vide ne illi fictionis notam imposuisse notam dicatur. Amicitia enim (ait *Seneca*) *quæ desinere potest, vera nunquam fuit.* Nisi fictum meum in te amorem putâsses, immortalem quoque non arbitrari oportuit, & tu ex conjectura & eâ quidem tam tenui, ejus interitum argumentaris, ut quæ non crebriùs istuc meæ veniant literæ, te pœnitere nostro excidisse credas; tantíne tu æstimas silentium tuum? Ego quidem hoc me purgabo crimine, quo me ferire contendis; in te retorquebo jaculum, tuóque te jugulabo gladio. Nonne jampridem, te prorsus dormitante, tantâ te literarum assiduitate pulsavi, ut molestè jam ferres? orabas, nè magis solito lacesserem, qui oraculæ cuidam animum adverteras. Quibus non modò vicissitudinem non reddidisti; sed rix illarum lectioni breve otium accommodasti, tam brevi nostri consuetudine expletus eras, ac demum fastiditus. At mendacii me forsitan arguet, quippe qui sæpenumerò ad me scripseris. Non inficias eo, extorsi quidem tandem imorobu epistolæ indignas nomine literulas quasdam, ut perras, ita & brevissimas, *Philolphicis* plenas blandiis, lutulentas & pulvere graviores ipsâ facilè fronte inæstimabilem animi in me tui benevolentiam præ se ferentes. Et (quod omnium fuerat molestissimè) tu levioribus quibusdam in eis joci & salibus indulgens votis meis minimè morem gerebas. At si ego forsan in eis, quas ad te dedimus literis, quidquam jocantius scripseram, non ubique ludum me agere creditum oportuit, sed jocis joca, & seria comparanda seriis erant. Tu utrobique ludebas. Præterea dum vicissim mihi adjocari pares, illius fraudem nostri dogmatis oblitus es: *Sint fabulæ mi fine dentes.* Et item: *Amicum quidem nè joco quidem ludere oportet.* Tenes quid velim? Itaq; si me crimen, quòd paulisper calamum suspenderim, quamvis æquis eodem te vicissim condemnabo crimine, qui post diuturna silentia calumniosè scripseris. Jam me piatum credo; jam, quo me petebas, in te retortum jaculum; jam tuo te ense jugulatum arbitror.

At

At tu fortè nondum fatebere: pergam igitur, & aliud certius proferam telum. Adeo te silentii mei impatientem fingis, ut te animi scriberes habere nihil. Ubi autem epistolam, quam ad te dandam festinarem, in manibus mihi esse resciveras, jam venturæ insultabas nondúmque visam carpebas, quod ego vaticinium rectiùs, quàm judicium appellaverim, nisi hanc fortè æstimabis ex aliorum, quæ olim edidi, carminum judicio, quæ tu obscuritatis arguis. Fateor equidem, id apprimè oratori simul & poetæ operæpretium est, ut non tantùm erudita, sed & luculenta & hilarescens sit oratio, teste *Horatio*:

Non satis est pulchra esse poemata, dulcia sunto,
Et quocunque volent animum auditoris agunto.

Id autem vehementer admiror, qui, cùm semper me meâ tibi recitante carmina, mirum in modum blandam in eis atque hilarem laudaveris luculentiam, nunc autem pectore mutato aut linguâ, obscuritatis & somnolentiæ notes; jocóne an seriò, incertus sum. Si ludis, id significato; sin ex animo dicis, quibusnam intellectu obscura videantur, me certiorem reddas, velim. Si rusticis & barbaris, mecum & *Tullium* & *Virgilium*, & universum poetarum gregem criminare, horum quippe illi intelligunt nihil: sin eruditis tuíque similibus, id quidem vitio dandum non inficior. Verùm idcirco, ut frequentes tuæ eant ad me literæ, oro; ut *Tullianam* in eis luculentiam imiter, dediscámque obscurus esse. Porro amicum corrigere emendem, fides est; illudere, nefas. Tu te epistolæ carptorem, non correctorem promittis. Quid? nónne hoc ipso meritus es, qui nostras nunquam videas literas? Meritus sanè. Veruntamen has unas tibi carpendas objiciam, siquidem in eis aut limâ aut liturâ dignum conspicies, amicum amicè ut corrigas, te etiam atque etiam rogo. Ego non solùm non ægrè tulero, verumetiam summum arbitratus me beneficium consecutum, gratias habebo immortales. Sin verò amicum ladere est animus, iniquum quidem, *Gulielme*, certamen. Jam enim in mediis *Tulliana* artis versaris studiis: mihi omnis prorsus studiorum facultas sublata est.

Tu nova quæque legis, & munda volumina versas:
Sordida charta legi vix datur ulla mihi.
Tu facis in parva, sublimia carmina cella:

Mihi omnem pristini ingenii vivacitatem casus ademit durissimus.

Contulit ingenium patientia multa laborum,
Et pars antiqui nulla vigoris adest.

Veruntamen si nulla effugii via est, id me præmonitum facias, quæso, nè, quas ego epistolas ad te daturus sum inermes, tanti certaminis discrimini exponam. Hactenus jocati sumus, nunc seriò loquamur, atque ex animo. Tantopere te mirari, *Gulielme*, silentium nostrum vehementer admiror, quasi verò illud sapientis legeris nunquam: *Musica in luctu importuna ratio.* Huícne tempestati acerbissimæ blanda humanitatis studia conveniunt? Profectò *lætum* (ut ait) *carmina*,

Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.

Ubi nunc quæso lætitia? ubi pectoris tranquillitas? amaritudine plena sunt omnia, atque tumultu: quoquò oculos torsero, nil nisi tristia, sævámque conspicio:

Multus ubique dolor, & plurima mortis imago.

Quæ si singula memorare perrexero, non tam epistolam, quàm tragœdiam texere videbor. Et tu in tanto circumstrepentium agmine *Pierio* me jubes vacare labori? Tu potiùs, quem felicia sidera spectant, perge, dum licet, eximia ad virtutem immortalitati commendare; tu, quod posteri cantitent, præclarum aliquid edito. Nos rerum decet nihil præter lachrymare & gemere, quibus adeo jam hebuit ingenium, adeò emarcuit animus, ut pristinorum studiorum collibuerit nihil. Non me delectat *Pierius* vatum lepos, sordent & (quondam unica cura) Camœnæ. Fateor tamen ubi oratiunculam tuam, lepidam quidem & totum spirantem *Tullium*, sed mei immemorem, *Servatius*, tibi admodum familiaris, mihi æquè amicissimus ad me pertulit, non aliter quàm alto sopore excitus, paululùm respirare cœpi, meam increpitans ignaviam ipse me, ut aliquid scriberem, compuli. Et singulis epistolæ sententiis ex ordine responderem, nisi finitâ chartâ finem ponere juberet. Quod autem de *Joannis* epistola quid sentiam, rogas, paucis accipe. Mihi equidem *Bernardum* magis quàm *Tullium* redolere visa est. Mirabar tamen in ea cùm non illepidam verborum compositionem, tum senile adolescentis pectus. Cæterùm de *Cornelio*, homine mei amantissimo, quid sentiam, eloqui chartæ vetat angustia, præsertim cùm testis sibi res sit visa. Unum autem te plurimùm rogo, ut eum moneas, horteris, & obsecres; utì literario se labori accingat, pergat ob curæ eloquentiæ monita in lucem proferre: potest enim; nam illi secunda sunt omnia, etsi omnia Dii nobis laboribus vendant. Vale, mi *Gulielme*, méque ut facis, ama.

Erasmus Roterodamus Servatio amico integerrimo S.

Epist. 2.

QUietem tuam, nè inertiam dicam, *Servati* mi, indies admiror vehementiùs: nec emirari queo, qui omnibus literarum commodis affatim arridentibus, quæ sola supereſt, operam cures impendere nullam. Ais quidem ægrè te admodum ferre imperitiam tuam: sed quid, quæso, tibi sententiæ est? Non dubitárunt celeberrimi veterum seculorum viri, literarum comparandarum gratiâ, dulcem patriam tristi mutare exilio, alias calentes sole terras invisere, innumera procellosi maris subire discrimina, quidvis denique & operæ & impendii ferre: & tu bonæ spei columen dormienti tibi hæc confecturos deos putas? Num eam legisti Fabellam, quæ in rustico tuam condemnat incuriam. Nam is cùm fortè quadrigæ suæ rotam luto hærere, nec à jugalibus evelli posse conspiceret; ipse otiosus in auxilium summos invocâsse divos dicitur: quo jamdudum incassùm orante (quo nihil exorante) id *Apollo* è nubibus oraculi reddiderit: *Si tibi auxilio esse deos cupis; ipse quoque dexteram admoveas, necesse est.* Haud aliter tu quoque, *Servati* mi, si tantus te (ut ais) literarum tenet affectus, tuâ inprimis operâ opus est: nec divûm nec hominum quenquam profuturum speres, si tibi defueris ipse. Omnia enim Dii mortalibus labore vendunt:

Dii tibi dent animos, à te nam cætera sumes.

Quo tu, quæso pallio in tanta eodicum copia, tantâ eruditorum præsentiâ, imò benevolentiâ, tuam prætexueris inertiam? quam excusandi profers

materiam? Si itaque quod ſolùm ſupereſt, mi *Servati*, quod optas, aſſequi cupis, cupis autem, ſi ſanum ſapis, noſtris monitis aurem præbeas, neceſſe eſt. Inprimis ut retecto erga nos animo vivas, apprimè opus eſt. Túne inter amicos celandum eſſe quippiam cenſes? Gratias ſolutis ſonis noſter deſcribit *Horatius*: & tu neſcio quo ſimulationis cingulo contrahis. Profectò aut tu errore duceris, aut non rectè definivit amicum, qui dixit: *Amicus eſt unus animus in duobus corporibus.* Communi ergo in nos animo ſis, operæpretium puto; nec ſciſcitari dubia, nec ignorata pudeat fateri. Deinde id eo, quo pergis, omninm conducet maximè, ſi crebriùs, ac facis, ad nõs ſcripſeris: nec id ſanè priſtino tuo more mendicatas quaſdam ſententiolas, imò (quod turpius eſt) voces hinc ex *Bernardo*, illinc ex *Claudiano* paſſim coacervando, tuiſque non aliter, quàm ſibi cornicula pavonis plumas, aptando, imò ineptè aſſuendo: neque enim id eſt literas condere; ſed colligere. Nec nos tam craſſi ingenii, támque ſtupidos ſuſpicere, qui nequeamus diſcernere, quid è tuo, quid alieno fonte mutuatus ſis. Quin magis pro tui ingenii viribus (atque id quoque ex tempore malim) quidquid in buccam venerit, ſcribe. Nec te barbariſmi (ſi quid inciderit) pudeat, ſenties nos correctores, non irriſores. Quo pacto curabitur vulnus, quod non aperitur? aut quid illos celare contendis id, quod in te eſſe, te ipſo clariùs nõrunt, & certiùs? Sed eſto, nos fugerit: idcircóne in te non eſt, quia in te eſſe neſcitur? Si itaque, *Servati* ſodalium meorum chariſſime, non dico me, ſed ſi teipſum amas, ſi ulla tuæ tibi cura ſalutis, meis animum præbe hortatibus, excute torporem, puſillanimitatem exue, virum indue, tandémque vel ſero operi manum impone. Quouſque te hodiernus eludit dies ſub expectatione craſtini? Vide, quæſo, quantum jam temporis inter digitos (ut aiunt) fluxerit: anni jam abiere quatuor, cùm in eodem hæſitas tuto. Quod ſi primum noſtris monitis morem geſſiſſes, jam in talem evaſiſſes virum, qui nos literis non ſolùm æquare, verumetiam erudire viciſſim poſſes. Veruntamen nè nunc quidem deſperandum puto, pertinaci operâ quod perditum eſt ævi, recompenſandum eſt. Adhuc ſanè integrâ, imò virenti adhuc ætate es,

——*Calidúſque ſalit circum præcordia ſanguis.*

Antequam pernix igitur fugiat adoleſcentia, nunc tibi parare contende, quo ſenex gaudeas:

Jam molire animum qui duret, & inſtrue formam,
Solus ad extremos permanet ille rogos.

Quo autem id pacto conficiendum ſit, poſtea conſultabimus. Interea tu ſedulò cura, ut quamprimum tuæ ad me eant literæ, animi tui non ambigui nunciæ. Aut certè ſi me tuâ familiaritate indignum cenſes (non contendo quidem) tantùm ita me fugias, ut tuam ipſius ſalutem non præterfugias: tum vel *Gulielmo*, qui tua commoda non minùs ac ſua curat, animum committe, credéque conſilia. Porro, ſi quid meâ operâ præſtari poſſe putabis, invenies ad omnia non minùs me paratum, quàm benevolum. Vale.

Eraſmus Rot. Cornelio Gaudano undecunque doctiſſimo S.

Epiſt. 3. INopinato mihi atque præter ſpem (jam enim prorſus exciderat) redditus eſt per dominum *Joannem*, tum tui, tum etiam mei amantiſſimum, libellus tuus, *Corneli* omnium mihi chariſſime, quem ubi abs te ipſo narrante perfectum eſſe dixeram, quid ex eo volupeatis ceperim, haud facile dictu puto, quippe qui me tantum abs te conſecutum eſſe intelligerem, quantum ne ſperare quidem unquam potui. Quanquam cùm *Martinum* iſtuc, ut quidquam vel literarum vel carminum tuorum ad nos referret, mitterem; aebat nos reviſens, id tibi animo ſedere ſententiæ, ut juberes nos priores glaciem (ut aiunt) ſcindere, deinde te quamprimùm viciſſitudinem redditurum. Et jam certè neſcio quid operis in manibus tibi eſſe narrabat, quod noſtro dedicare nomini ſtatueras. Parabam itaque ego primus (non quod tanquam cæteris aut literis vel ætate præſtantior, ſed tanquam tui omnium amantiſſimus) id carminis, quod iſtuc tandem advolaſſe ſcribis. Porro cur non maturius ad te pervenerit, ſatis emirari nequeo. Tantâ enim ſolicitudine, tantâ vehementiâ illi mandâram, ut ſi qua in re unquam mihi quid gratificaturus eſſet, in hac una, quam omnium eſſem facturus maximi, mihi ſolùm morem gereret, ídque ad te perferre maturaret, ut majore nequiverim. Nec ſanè id me ab ingenio arrogantiæ gratiâ, aut invidiæ ſtimulis eſſe ſuſpiceris, velim (neque enim tanti æſtimo meæ poemata, quæ gloriam mihi comparent, ſed pudorem) quid magis ob id cauſæ actum indubitato tibi quid utique facturus es, perſuadeas: ut meis ineptiis aliquid tuorum elicerem carminum, non aliter quàm *Pan* agreſti calamo cicharum ſuſcitabat *Apollinis*. Neque enim aliâ te lege ſcripturum eſſe aſſerebas. Sed ille, ut ex tuis accepio literis, & meo me voto, & tuo te fraudans deſiderio, penes ſe ſervavit reconditum, diſſimularíque ad te perferre; propterea fortè, quo facilius diſſimularet imperitiam. Cujus quidem ambages ſi ego reſciſcere potuiſſem, alterum mehercule è duobus vel improbitate meâ extorſiſſem, ut aut tibi tradidiſſet, aut certè alteri cuilibet committendum reddidiſſet. Sed ille technas ſuas mirâ diſſimulabat induſtriâ: nam cùm ex eo iſtinc redeunte quid tecum, aut abs te actum eſſet, ſolliciti ſciſcitaremur, ille argutam nobis & bene longam de te texebat hiſtoriam, quídque tu aut egeris, aut dixeris, ſcrupulatim memorabat. His itaque deluſis argutiis plurimum vereri cœpi (nam & id ex illius ſermonibus mihi videre videbar) nè carminis mei ruſticitas tuas eruditiſſimas offendiſſem, néve tu aliorſum accepiſſes, ac ego feceram. Deinde ubi tantum interfluxiſſe temporis conſpicerem, quo tu neque carminum neque literarum redderes quippiam, jam quod mihi ante conjecturam certè perſuadere cœpi, putà te meis læſum ineptiis, indignoſque eas duxiſſe, quibus vicem rependeres. Sed ſenſi longè, ac ego ratus eram, rem actam eſſe, gaudeo plurimùm. Nam te & carmen accepiſſe gaudeo, & id non modò non offendiſſe (quanquam id haud injuriâ metuerim) verumetiam tuam in me benevolentiam vehementer auxiſſe, luce clariùs intelligo. Utpote quod non ſolùm probare, ſed etiam ad declarandũ quanti illud faceres, tuis ſplendidiſſimis verſibus immiſcere dignatus es. Facis tu, *Corneli* amiciſſime, non quidẽ pro meis meritis, ſed pro ſingulari tua, ingenuáq; humanitate, quâ alienis ingenia, etiam quantũlibet craſſa, admirari rudaq; amare ferre ſoles: aut certè plurimo tuo erga me amore,

quo

quo ea quoque venusta censes, quibus venustatis A mus, non habemus. Quidquid ab his (fatebor enim) literis non mandatum est, ego in medium proferre non ausim. Tu si quos alios admiseris, id ego vituperio minimè dedero. Sed his de rebus satis. Cæterùm quod scribis, ut tuo *De Morte* opusculo limam diligenter adhibeam, certiorem te reddo; legi quidem jampridem tum illud, tum insuper Belli *Trajectensis* historiam, & item divi *Nicolai*, ut admirandâ orationis venustate, ita plurimâ sententiarum affluentiâ abs te conditam: sed ea, mi *Corneli*, longè digniora visa sunt, quàm quibus ego asinini manum limaturus admoveam. Nec quidquam me scire arbitror, quod tu nescias. Sed plerunque, inquies, etiam eruditissimis in longo opere quædam subrepunt maculæ, quas aut incuriâ aut immodicâ occupatione ad unguem castigare nequeunt, istos tuos mihi objiciens versiculos:

Non etenim sic quisque suæ perfectus in arte est;
Quin fugiat celeres publica menda manus.

Sed, *Corneli* charissime, quidquid tibi *Argo* subrepserit, id nec meis excutientibus oculis facilè deprehendi poterit. Verùm jam (ut suspicor) id mihi ingesturus es, quod vulgò dicitur, *plus vident oculi, quàm oculus*. In hoc sanè fateor omnem mihi excusandi aditum præclusisti. Itaque frater amantissime, si sic tibi visum, si isthæc tibi stat sententia, malo tibi hac in re (tametsi longè meis viribus impar est) morem gerere: quàm tuam in me lædere charitatem. Veruntamen nè id quoque te lateat, tuum *De Morte* opusculum jampridem apud nos esse desiit. *Martino* enim, qui attulerat, restituimus. Tuum igitur fuerit curare, ut huc quàm primùm redeat: ego omnem impendam operam, si quid in eo quod minimè reor maculæ offendero, id sedulò annotem, atque tuo nihilominus acumine quidquid ego limavero relimandum tradam. Vale, *Corneli* suavissime; méque ut facis, ama. Ex *Stein*, Idus Maias.

Erasmus Rot. Magistro Petro Vuinckel Tutorì quondam suo S.

VEreor, & vehementer timeo, nè terminus brevis & currentis spatii res nostras nondum in tuto locatas, sed jampridem, etsi serò, locandas inveniat. Quare omni ingenio, omni curâ, omnique studio invigilandum censeo, nè res nostra aliquid detrimenti patiatur. Inquies fortassis, me illorum numero esse, qui, nè cœlum ruat, solliciti sunt. Fateor quidem, si jam summa expectaret in loculis. Sed exiget prudentia tua rerum nostrarum rationem cautiùs. Adhuc libri vænum exponendi sunt, adhuc emptorem quæsituri, adhuc licitantem visuri. Vide quàm procul sit illos emptos esse; adhuc terræ mandanda semina, quibus conficiatur panis: interea *cito pede* (ut est apud *Nasonem*) *labitur ætas*. Non video prorsus quid lucri poterit in hac re mora conferre: quid autem jacturæ, utique. Audio præterea *Christianum* libellos nondum, quos habet, restituisse; vincatur oro illius tarditas tuâ improbitate: si rogatus differt, vel jussus mittat. Vale. *Epist. 4.*

Quos ego Poëtas, quibus in Epistolis utor, & quos non utor? Quos ego Historicos, quos Oratores, quos Philosophos, quos Theologos, quos Patres, quos Ecclesiasticos scriptores, quos Græcos, quos Latinos, quos veteres, quos recentiores, quos Christianos, quos Ethnicos, quos Hebræos, quos Arabes, quos Chaldæos, quos Barbaros, quos Græcanicos, quos Italos, quos Gallos, quos Germanos, quos Britannos, quos Hispanos, quos Pannonios, quos Sarmatas, quos Scythas, quos Indos, quos Æthiopas, quos Mauros, quos Africanos, quos Asianos, quos Europæos, quos Orientales, quos Occidentales, quos Septentrionales, quos Meridionales, quos Insulanos, quos Mediterraneos, quos Littoreos, quos Montanos, quos Campestres, quos Sylvestres, quos Urbanos, quos Rusticos, quos Nautas, quos Militares, quos Mercatores, quos Agricolas, quos Pastores, quos Venatores, quos Piscatores, quos Aucupes, quos Opifices, quos Mechanicos, quos Artifices, quos Medicos, quos Jurisconsultos, quos Magistratus, quos Principes, quos Reges, quos Tyrannos, quos Sacerdotes, quos Monachos, quos Eremitas, quos Virgines, quos Matres, quos Viduas, quos Conjugatos, quos Cœlibes, quos Divites, quos Pauperes, quos Mendicos, quos Servos, quos Liberos, quos Ingenuos, quos Libertinos, quos Nobiles, quos Ignobiles, quos Plebeios, quos Patricios, quos Senes, quos Juvenes, quos Pueros, quos Infantes, quos Fœminas, quos Mares, quos Neutrales, quos Hermaphroditos, quos Monstra, quos Homines, quos Deos, quos Dæmones, quos Angelos, quos Archangelos, quos Cherubim, quos Seraphim, quos Thronos, quos Dominationes, quos Principatus, quos Potestates, quos Virtutes, quos Cœlestes, quos Terrestres, quos Infernales, quos Cœlum, quos Terram, quos Mare, quos Aëra, quos Ignem, quos Tartarum, quos Elementa, quos Mundos, quos Chaos, quos Omnia, quos Nihil? Quos ego Poëtas? Meminisse operæ pretium est. *Homerum*, *Hesiodum*, *Pindarum*, *Callimachum*, *Aratum*, *Nicandrum*, *Theocritum*, *Musæum*, *Orpheum*, *Phocylidem*, *Theognidem*, *Tyrtæum*, *Simonidem*, *Bionem*, *Moschum*, *Anacreontem*, *Sapphonem*, *Alcæum*, *Stesichorum*, *Ibycum*, *Alcmanem*, *Corinnam*, *Erinnam*, *Myrtidem*, *Telesillam*, *Praxillam*, *Nossidem*, *Myrinnam*, *Anytem*, *Melinnam*, *Mnasalcam*, *Damophilam*, *Eudociam*, *Sulpitiam*, *Cleobulinam*, *Cercidam*, *Hipponactem*, *Archilochum*, *Callinum*, *Mimnermum*, *Semonidem*, *Hermesianactem*, *Philetam*, *Euphorionem*, *Parthenium*, *Rhianum*, *Boeum*, *Nicandrum*, *Alexandrum Ætolum*, *Lycophronem*, *Dionysium*, *Periegetem*, *Apollonium*, *Rhodium*, *Aristophanem*, *Menandrum*, *Philemonem*, *Diphilum*, *Posidippum*, *Cratinum*, *Eupolidem*, *Phrynichum*, *Plautum*, *Terentium*, *Cæcilium*, *Pacuvium*, *Accium*, *Lucilium*, *Varronem*, *Ennium*, *Lucretium*, *Virgilium*, *Horatium*, *Persium*, *Ovidium*, *Lucanum*, *Manilium*, *Grattium*, *Nemesianum*, *Calpurnium*, *Juvencum*, *Sedulium*, *Prudentium*, *Paulinum*, *Claudianum*, *Sidonium*, *Rutilium*, *Fortunatum*, *Boëtium*, *Cassiodorum*, *Ennodium*, *Venantium*, *Alcimum*, *Avitum*, *Arborium*, *Dracontium*, *Corippum*, *Alanum*, *Joannem Scotum*, *Joannem Damascenum*, *Joannem Hierosolymitanum*, *Joannem Gazæum*, *Joannem Euchaitensem*, *Joannem Mauropum*, *Joannem Geometram*, *Joannem Diaconum*, *Joannem Cyprium*, *Joannem Mediolanensem*, *Joannem Cantacuzenum*, *Joannem Tzetzem*, *Joannem Camateram*, *Joannem Antiochenum*, *Joannem Malalam*, *Joannem Nonnum*, *Joannem Cyrillum*, *Joannem Philopon

Eraſmus Roterodamus Sasbondo ſuo S.

Epiſt. 5. QUanquam aliquid ex te literarum accepiſſe maluerim; tamen, non mediocri me affecit voluptate nuncius, quem ad me miſiſti, tuæ ſententiæ interpretem. Nam cùm multo tempore nihil ſignificaveras, verebar nè animo tuo excidiſſem, mutuæque noſtræ neceſſitudinis prorſus oblitus fuiſſes. Tibi autem libenti animo atque ex ſententia tua morem gererem, ſi quid ex nuntii verbis certò conjicere potuiſſem. Nam narrabat is, te floſculos, neſcio quos, ut ad te darem, ſummopere rogitare. Et quidem, ſi ſanum ſapis, non latet te jam floſculos minus tempeſtivos eſſe, cùm illos verna temperies proferre ſoleat; hyemis verò aſperitas neſciat. Sed hoc jocati ſumus. Ut autem ſeriò loquar, quos floſculos dixeris, non video; niſi fortè libellum illum, in quo quoſdam tibi flores, cùm unà eſſemus, depinxeram: qui quidem neſcio quo pacto ad nos nuper rediit. Qua in re quid mihi mali tua pene paraverit incuria, haud facilè dixerim; ſiquidem qui illum abs te deferebat *Henricus*, aiebat te aſſeruiſſe, à me tibi venditum eſſe; quod quàm alienum à vero ſit, ipſe non es neſcius. Inficiabar itaque ego, ut debui, vehementer, fecíque tandem fidem, rem aliter, atque acceperat, ſe habere. At tu, *Sasbonde*, ſodalium meorum chariſſime, cave te adeo huic pingendi artificio dedas, ut literarum tibi cura recedat. Scis certè, quid hinc jam abiturus, mihi pollicitus ſis; & quâ lege libros à me poeticos ſuſceperis, videlicet ut totum te literarum amori ſtudióque dedicares. Quod quidem, ut ſpopondiſti, ſervare curaveris, rem facies pro meo erga te amore non injucundam, tibi autem ſummæ & utilitati & voluptati futuram. Sin, tuæ ſalutis incurius, minimè feceris; me quidem, qui tua incommoda æquè atque mea doleo, acerbo mœrore affeceris; tu verò perpetuò perieris. Poſſem tibi (niſi me temporis epiſtolæque prohiberet anguſtia) memorare quamplurimos, & quidem è noſtris, qui jam quid gloriæ literæ, quid dedecoris habeat imperitia, experti, maximâ quidem, ſed ſerâ, afficiuntur pœnitentiâ, quod aptum literarum ſtudio adoleſcentiæ tempus inter digitos fluxiſſe conſpiciant. Itaque & tu, *Sasbonde* ſuaviſſime, dum integra tibi floreat ætas, formicæ exemplo, tibi parare contende, quod ſenium tuum oblectet alátque; adoleſcens collige, quo ſenex gaudeas. Atque id ut ſtudioſiùs conficias, operæpretium eſt, ut ætatis tuæ intemperantem libidinem ſi non penitùs arcere potes (nam id vix hominis eſt) ſaltem modereris atque coerceas. Quid dicam, intelligis. Hiſce de rebus ſatis. Vt valeas, quid iſthic rerum actites, quid tibi ſententiæ ſit, quid ex me velis, aut certè ſi quid aliud quod meâ ſcire interſit; me quamprimùm literis certiorem reddas, etiam atque etiam rogo. Vale, *Sasbonde* mi ſuaviſſime; quæſo ut cùm bene agi mecum ſenſeris, mei conjunctiſſimi quondam ſodalis nunc æquè amantiſſimi, facito, memineris.

Eraſmus Rot. Franciſco Theodorico S.

QUòd literis animum tuum dederis, & priùs ſalutis rationem habere coperis, id tum tibi ſummæ utilitati, tum mihi ineſtimabili voluptati futurum eſt. Sed quo id, quod cupio, conſequaris (cùm viæ nondum gnarus es) operæpretium eſt, ut noſtris conſiliis aurem præbeas, & profectò id tibi perſuadeas, non ſecus in iſta tua cauſa acturus ſum, quàm in mea ipſius. Siquidem tua ſalus (crede mihi) non minùs mihi cordi eſt, quàm tibi tua ipſius, aut mea ipſius mihi. Quamobrem, ſi ſapis, ſac pro noſtris monitis vitam tuam inſtituas; quoniam ſi ſine duce iter ingrediaris, facilè erraveris. Vale.

Eraſmus Rot. Servatio amico S.

CUm tantus in te meus & ſemper fuerit, & ſit amor, mi *Servati* chariſſime, ut hiſce te oculis, hâc animâ, denique etiam me ipſo chariorem habeam, quid te uſque adeo reddit inexorabilem, ut tui amantiſſimum non ſolùm non ames, verùm nè diligas quidem. Uſque adeóne inhumano ingenio es, ut odientes te ames, amantes te odio? Nemo adeo unquam vixit barbarus, adeò ferus, adeò contumax, qui non ſaltem in amicos quid humanioris animi geſſerit. Tunc una es, quem nec monita movent, neque flectunt preces, neque vel amantis emolliunt lachrymæ? Adeóne ferus es, ut non miſereſcere poſſis? Quibus ego te non hortatibus, quibus non precibus, quibus non tentavi lachrymis? at tu ſaxis duriot duriſſimis, quo rogaris ampliùs, eo obſtinatus ardentiùs duris, eo inexorabilior redderis, ita ut non injuriâ *Virgilianum* illud de te conqueri poſſim,

Nec lachrymas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt.

Quid id ego, mi *Servati*, eſſe dixerim, durities, an pertinaciam, an ſuperbiam, an contumaciam? an fortè eo ingenio es, quo pertinaces eſſe puellæ ſolent, ut voluptati tibi ſit cruciatus meus, & ſodalis tui tibi gaudia dolor, riſúmque parant lachrymæ? Quàm rectè *Terentianum* illud tibi ingeſſerim! *O mi, utinam eſſe mihi pars aequa amoris tecum, ac pariter fieret, ut hoc aut itidem tibi doleret, aut ego iſtud abs te factum nihili penderem.* Quæ, obſecro, tanta mea in te culpa, quod ſcelus, quæ offenſa, ut uſque adeò mihi obverſus, uſque adeò ſis inimicus? Quid certè peccaverim, non video; niſi hoc unum peccâſſe voces, quod eſt unicè amâſſe. Qui adeò crudelis es amanti, quid eſſes, oro, odienti? Tu mihi in ore, tu in pectore ſemper, tu una ſpes, tu animæ dimidium, tu vitæ ſolatium; te abſente, dulce mihi eſt nihil; te præſente, amicum nihil; cùm lætum te videro, obliviſcor dolorum meorum: ſin quid tibi acerbi acciderit, ſic Dii me ament, ſi id non mihi quàm tibi ipſi dolet vehementius. Hæccine faciens tantum tuum in me commereri odium? Sed jam, mi *Servati*, non ſum neſcius, quid reſponſurus ſis mihi: id enim quod ſæpenumerò ſoles: & quid inquies, rerum tibi vis fieri, quid à me exigis, num te odio habeo? quid, inquam, tibi vis? Rogas? non mihi poſco ſumptuoſa munera; tantùm is in me tuus ſit animus, qui erga te meus; jam me lætum reddideris. Aut ſi adeo averſus eſt animus tuus, ut nullis flecti precibus queat; id ex animo planè edicito.

Quoſque

Quousque mihi illudis? quousque suspensam tenes animam? nunc te amicum simulas, nunc rursus dissimulas; atque ego inter hæc quos non animi patior cruciatus? Itaque, sodalium dulcissime, si nullis precibus meis apud te locus superest, id unum maximopere & oro, & obsecro, ut animi tui sententiam non ambiguè mihi proferas, nè me diutiùs hoc crudeli enece dispendio.

—Sed quid ego hæc incassum effundo querelas?

Jam scio te aurem minimè præbiturum. Quid inani studio littus arare, aut abluere laterem contendo? quid ego diutiùs hoc saxum volvo? Si itaque tu perpetuò in tua persistis sententia, ut odisse, quàm amâsse, malis, odito ut lubet; ego tamen te nunquam amare non potero. Moderatiùs tamen id facturus sum, nè ipse me frustra excruciem, quandoquidem abs te solatii proficiscitur nihil. Vale, anime mi; & te amantem (si quid in te hominis est) redames, facito.

Erasmus Roterodamus Servatio, amico unicè dilecto S.

UT nihil omnium rerum jucundius, nihil suavius est quàm amare, amarique; ita, meâ quidem sententiâ, mi *Servati*, nihil ex adverso molestius, nihil infœlicius, quàm amare, nec amari: atque nihil humanius est, quàm amantem redamare; itaque nihil est ab homine alienius, feræ vicinius, quàm amantem adversari, nè dicam, odio habere. Jam fortè suspicaberis idcirco id me texere exordii, ut rursum te mihi conciliem, abruptámque inter nos gratiam denuò refarciam. Sed quid ego id mihi de muta promittam epistola, quòd neque blandimenta, neque preces ullæ coram fusæ potuerunt, imò, nè lachrimæ quidem. Nihil ime intentatum relictum est, quibus animum flecti juvenilis possit; at tu adamante durior in tua usque sententia perstitis. Quid ego mihi posthac promittam infœlix, aut quid spei reliquum est? Rursùm sine inani sudore cum *Sisypho* adversus montem saxum incipiam volvere? Minimè. Sed quid? ergóne deserto sodali, viduus & sine amico instituto vivere? At equidem sine amico vitam, non vitam; imò, mortem puto: aut certè, si vita appellanda est, primùm, misera est, deinde, non hominis, sed ferarum vita. Egóque eo ingenio sum (si à meipso laudandus sum) ut nihil in hac vita amicitiæ anteferendum putem, nihil avidiùs expetendum, nihil studiosiùs conservandum. Verumtamen, quoniam, juxta *Vergilium*,

Te nunquam nostri poterunt mutare labores,

hac, quàm omnium mihi cupio maximè, carendum est. *Durum* quidem, *sed levius fit patientiâ, quicquid corrigere est nefas.* Quanquam autem, mi *Servati* charissime, tu jam *Erasmi* tui oblitus es (loquar enim molliùs) ille tamen *Servatii* sui & meminit, & meminerit,

Dum memor ipse sui, dum spiritus illius artus
habitabit. Tu illum contemnas, tu averseris, tu odio, licebit; ille tamen nunquam non amare poterit, non colere, non observare. Hesternâ die, mi *Servati*, aliquid solatii præbiturus, te convenissem, nisi tibi usque adeo præsentiam meam molestam cognoscerem: videbam enim immutatos vultus tuos, demissos oculos, colorem subtristem, atque omnis corporis gestus nescio quid doloris mihi portendere. Dolebam itaque (crede mihi) non mediocriter & ego, cum dolore confici conspicerem sodalem meum carissimum, atque animæ dimidium meæ. Quid enim, mi *Servati*, tibi acerbi accidit unquam, quod non me multò quàm te crudeliùs excruciaverit? Quid autem tibi doleret, non omnino (si non fallebar) eram nescius. De impudentia illius loquar, quâ te indignè atque injuriâ ibidem criminatus est. Sed, quæso, nè te ob rem exiguam nimium affligas, anime mi, atque exercucies. Memineris, obsecro, homines esse, non deos, eáque lege natos, ut omnibus fortunæ casibus subjaceamus,

Et quis non causas mille doloris habet?

Memineris hanc non tuam unius, sed communem omnium sortem esse mortalium. Præterea, si pauca occurrant, & quidem meo judicio parva admodum, unde doleas; certè plurima sunt (tantum bona si tua nôris) quibus multò justiùs gaudeas. Nè igitur diu te morer, si quid *Erasmi* tui apud te preces valebunt, si unquam quicquam meâ causâ facturus es, id unum abs te peto, contendóque, ut te colligas virúmque præbeas, nè te diutiùs detineat mœror: Quin magis summo enitere studio, ut in talem evadas virum, qui eos, qui tibi insultant, tu vicissim irrideas, idque jamdudum confectum esset, si nostris monitis obtemperatum esset. At nunc quoque quoniam nihil est, quod non studio faveat, & res, & locus, ipsa quoque temporis amœnitas non mediocre mihi videtur colendarum literarum incitamentum. Fac excutias quicquid in te resedit hactenus torporis & ignaviæ. Atque (ut acriùs accendaris) scito idipsum egisse *Gualterum* nostrum, totúmque eum in literarum studio versari. Nec ulla res ei tam dolet, quàm quòd non jam olim id inceperit. Fac semper hilari sis animo: cæterum quod abs te requiram, est nihil. *Guilhelmus* meus erit tibi omnibus in rebus & adjutorio, & solatio (quandoquidem me fugis) quem & ego, id ut sedulò faciat, assiduè monebo. Vale.

Erasmus Roterodamus Cornelio viro eloquentissimo S.

GRatias ago immortales tuæ humanitati, *Cor-* Epist. 9.
neli dulcissime, cui me usque adeo curæ esse video, & inermi mihi jaculum, quo derisorum latera perfodiam (sic enim scribis) tanto studio paraveris. Et id enim singularis tui in me amoris non obscurum est argumentum. Sed hic, proh pudor, non argumentationum, sed jurgiorum invidiæque jaculis dimicatur, si quando fortè de Poesi oriatur contentio. Quòd si rationibus (ut æquum est) aurem accommodarent, jam nescio quid factu posset esse facilius, quàm eos convincere. Damnant illi inter verborum nitorem, rerum spurcitiem; & nos unà cum illis damnamus. Immodico studio poematum occupari, vitio dant: nec nos quidem illud laudi damus. Sed quid? continúone quidquid disertum, quidquid poeticum fuerit, spurcum quoque esse censebimus? Tu certè qui Poetarum libros evolvere solitus es, liquidò intelligis quanta melliflua Poesis non modò orationis venustate, sed & sententiarum gravitate, & omnium denique rerum peritiâ luxuriet. An ego, ubi tanta nitet, paucis offendar maculis? Sed illi suæ rusticitati pallium obtendunt, ut contemnere putentur, quod consequi desperant. Qui si

si *Hieronymianas* epistolas rectè aspicerent, intelligerent utique rusticitatem sanctimoniam non esse; nec disertitudinem, impietatem. Quod autem ad eas lectitandas mè invitas, habeo gratissimum. Jam olim tamen eas non modò legi, sed & quotquot sunt propriis ipse descripsi articulis, in quibus etsi quàm plurima, quibus dicto facilius, ut aiunt, barbarorum convitia refelli possent, jacula inveniamus; id tamen vel unum sufficere posset, quod in pagina, quâ de prodigi filii siliquis disputans, mulieris captivæ exemplum in medium adducit, nobis studiosè parat atque exacuit. Sed, *Corneli* dilectissime, ponamus jacula; nec fruſtra aerem verberemus. Id ego olim pulcherrimum victoriæ genus existimaverim, si *Scyllaos* illorum latratus surdis præterierimus auribus; & non expugnare contenderimus, sed contempserimus, juxta tuos elegantes versiculos,

In nos ore fero Livide garrias,
Consumens proprios invidia sinus:
En summos sequimur per studium viros,
Nec sentit pulices equus.

Erasmus Roterodamus Cornelio Poetæ atque Theologo doctissimo S.

Epist. 10. FAcile perspicio me à te fieri plurimi, omnium, vir amicissime, cum tu literis literas accumulas, amoris & benevolentiæ plenas: quas tu quidem ineptias vocas; ego & singulares tuæ sapientiæ atque eloquentiæ insigne exemplar, & optimi tui erga me animi testes certissimas dixerim. Et quidem, mi *Corneli*, si tam eleganter ineptis; quid, quæso, erit, ubi vires intenderis? An nosti te accommodare tempori & personis, qui ardua & exacta disertis, negligentiùs condita proferas ineptis? Sed hæc jocati sumus. Quod scribis, tutò te apud me deponere quicquid tuorum habes opusculorum, quippe quem tibi amicum fidelem (ut scribis) studiosum, benevolum, non invidum, jampridem esse persuasisti: benignè quidem de me sentis; dabóque sedulò operam, nè ista de me fallat opinio. Et si parum sermoni fidem accommodas, fac periculum; invenies certè meum officium, si quando eo opus habebis, nulla in re unquam deesse. Porrò cum eum me dicis esse, qui tuum pudorem facilè possem abstergere, & de tuo villico meâ arte speciali (ut ais) domesticum panem præparare: suspicarer nè mentiar, te, mi *Corneli*, illudere rusticitati meæ, nisi tantis argumentis tuam in me benevolentiam haberem exploratissimam. Facilè itaque mihi persuadeo, cum tu arduum quidquam de me (qui nihil sum) sentis, id de amoris magis errore, quàm industriâ proficisci. Verùm nè me difficilem causeris, tibíque in amicitiæ officiis minimè respondentem, eâ tibi lege hisce in rebus meam polliceor operam, ut tuam vicissim rependas. Vale nostri memor.

Erasmus Roterodamus Francisco suo S.

Epist. 11. QUanquam tuum erga me amorem jamdudum habeo exploratissimum, tamen eum indies magis magísque intelligo ex tuis suavissimis literis, quas per tabellarium nuper ad me dedisti. Quamobrem ineffabili me voluptate affeceris, si ut crebrius isthinc tuæ ad nos advolent literæ, effeceris. Sed quod hactenus rariùs ex me, quàm expectâsti, literas vicissim accepisti, nè me, quæso, negligentiæ nomine suspectum habeas. Sed meorum id non meâ incuriâ, sed immodicis, quæ me impedierunt, occupationibus actum esse. Postliac ubi me meis expediero negotiis, tantâ te literarum mearum crebritate perculsurus sum, ut jam vehementiùs rogare incipias, quo desinam, quum nunc hac unquam, ut scriberem, rogitâsti. Vale; amicos tuos meo saluta nomine, quos æquè meos, atque tuos duco.

Erasmus Rot. Servatio Roterodamo S.

CRebriùs ad te scriberem, mi *Servati* charissime, si id certò præscirem, te non magis legendis literis nostris, quàm me scribendis fatigandum. Sed tam mihi chara sunt tua commoda omnia, ut longè malim me tuâ quiete torqueri, quàm te meâ voluptate fatigari. Verùm quorum nihil ægriùs ferre amantes solent, quàm sibi adesse mutuò non licere, ejusque rei facultas nobis est rarissima, non potui committere, quin has meas literas, mei loco, ad te ire juberem. Atque utinam ea aliquandò emergat fortuna, ut jam literis uti desineremus, coràmque quotie libeat, conferendi potestas esset. At nunc quoniam id (quod non sine lachrymis meminisse possum) satis nobis negatum est; num tui, mi *Servati*, prorsùs privabor consuetudine? & si corporum præsentia (quod quidem esset quàm jucundissimum) uti esse nequimus, quid erit cur non literarum vicissitudine, si non quàm sæpissimè, at interdum tamen, unà simus? Has igitur quoties intuebere literas, quoties lectitabis, te *Erasmum* tuum coram videre, coram audire putes. Quid igitur rerum agitas, ô animæ dimidium meæ? rectène omnia? Num interdum animo tuo, amantissimi tui subit imago? Nam (ut suspicioſi sunt omnes qui amant) nescio quid nonnunquam videre mihi videor, te mei minus memorem esse, nè dicam oblitum. Optâram quidem, si fieri posset, ita me tibi curæ esse, ut mihi es; at rursùm ita te mei cruciari amore, quemadmodum ego tui assidè torqueor desiderio. Vale.

Erasmus Roterodamus Servatio amico sincerissimo S. P.

QUòd te rectè valere conspicio, *Servati* mi suavissime, id mihi quoque non mediocri voluptati est; non enim possum tuis, etsi minùs amici, charissimi tamen, secundis successibus non gratulari. Quod autem jam longâ *Erasmi* tui amantissimi oblivione premeris, id unum, nè mentiar, me miserè excruciat. Ita dii me ament, si non hi pauciſſimi dies, quibus tui conspectûque carui; toto mihi anno longiores vitæ fuit, tanto me confecere dolore, tantis cruciavere ploratibus, ut jam vitam exosus crudelem, mortem non semel oraverim. Interea vigiliæ molestæ, somnus irrequietus, cibus insipidus omnis, ipsum quoque Musarum studium, quondam unicum vitæ solatium, fastidio fuit. Adeoúsque, mi *Servati*, nihil est, quod animi mei curas dilucre, quod exhilarare possit, te uno mihi adempto. Denique, ipsa frontis meæ mœstitia, vultûs pallor, oculorum subtristis dejectio, facilè tibi, si attendisses, internos animi luctus indicare poterunt.

rumpunt. At tu, Tygride crudelior, tam facilè dissimulas omnia, ac si de *Erasmi* tui salute nihil ad te attineret. Heu crudeles animos, heus hominem insanum! sentiunt vel atrocissimæ belluæ amoris affectum; adamantes redamant, ingenitæ feritatis immemores. Sunt quidem hujus rei exempla innumera: sed ex pluribus unum proferam. Ferunt auctores, quendam adolescentem educâsse draconem dilectum admodum. At ubi excrevit, ille & naturæ feritate & mole belluæ territus; à se in silvam protinus abjecit. Accidit fortè multo post tempore, ut iq; deserta peragrans, latronum insidiis circumveniretur: ejularit homo, moriturum se videns: clamore excitus draco, vocem quondam sui nutricii agnovit: prosiliit illico, eúmque de latronum feritate eripuit. Ecce, mi *Servati*, dracones, leones, canes amantes se amant: & tu tui amore pereuntem contemnis? Quod feras movit, te hominem, & quidem adolescentem, movere non potest? Esset quidem nonnihil, quo te purgares, si quid arduum, siquid difficile, siquid à virtute alienum à te peterem. Quid ego te orem, tute certè conscius es, quòd non muneris gratiâ, non beneficii ullius cupidine te tam misèrè, tum pertinaciter consectatus sum. Quid igitur? tantum ama amantem. Quid hâc re facilius, quid jucundius, quid ingenuo animo dignius? tantum, inquam, ama, & sufficit mihi. Sed jam non me latet, quid ad hæc objecturus fis mihi, ex ipsâ certè, quæ crebro soles: Quid enim *vis*, quid me molestas, quis te aversatur, quis contemnit, quis odio habet? Honesta quidem, mi *Servati*, oratio est; modò facta illi fidem facerent. Sed proferam ex adverso, quid mihi doleat, si tu placidus audire volueris. Occidis me simulationibus & dissimulationibus tuis: tenes, quid velim: at quid à vera amicitia alienius? Vis hîc tibi commemorem veri amoris officia? Primum omnium amicorum, mutuâ se complecti benevolentiâ: alterum nihil scire quod lateat alterum; libenter sibi adesse mutuò; uno gaudente, alterum gratulari; altero dolente, condolere alterum; credere sibi mutuò omnem animum, omne consilium, omnem denique vitæ rationem communem agere invicem. Hæc sunt veri amoris argumenta. Nunc conjecta, obsecro, mi *Servati*, nihílne horum tibi defuerit: non nihil profectò, meâ quidem sententiâ: at tu aliter fortè senties. Sed falli me, utpote hominem, nihil miraculi esset, præsertim in causâ propriâ. Si igitur à me orta est culpa, si quidquam in me est, quo tu offendâris, cur id non (ut amicorum est) liberè indicas mihi? ego certò quicquid id erit, corrigere sum paratissimus: quid me fingendo, dissimulandóque exanimas? Sed quid ego hæc inani studio commemoro? quasi his verè mutari possis epistolis, qui nullis ante hac potuisti, imò, nè fletibus quidem. Ridebis me fortè, dum fletus narro, at herclè non faceres, *Servati*, si æquè hæc res tibi cordi esset, atque mihi est. At injurium aut ridiculum tibi videtur, si hæc molestè fero. Inte uno omnem spem, omnem vitam, omne animi solatium collocâram, jam totus tuus factus, mei mihi relinquens nihil. Et tu te (me miserum) tam crudeliter subducis, tam pertinaciter fugis, præsertim cum pusillanimitatem meam non ignorares, quæ, nisi quenquam habeat, in quem inclinata recumbat, tantis me conficit lachrymis, ut vivere prorsus pigeat. Deum testor, & hoc cœli amabile lumen, si non quoties animo tui subit imago, ex oculis subitò prorumpant lachrymæ. Sed nè has quidem literas, crede mihi, sine plurimo fletu perscribere licuit, adeò usque divortii nostri impatiens est animus. Vide, quæso, mi *Servati* suavissime, quæ me premat angustia: atque, si quid in te generosi animi est, vel tandem miserere mei, imò herculè tui ipsius. Sed quid ego, rursúsne ad blandimenta precésque redeo? Scio te minimè auditurum, nedum facturum. Jam perdiu obsurduisti; obstirmâsti animum: quid rursus contendo? *Durum* quidem, *sed levius sit patientiâ, quicquid corrigere est nefas.* Verùm, nihil huic vulneri meo medetur patientia, nihil confert temporis usus. Tu unus es, qui medelam ferre possis, qui dolores in gaudia, qui luctus in risum vertere facillimè queas. Itaque, mi *Servati* charissime, si eam amicitiam, quam olim velim maximè, abs te consequi nequeo, saltem, quæso, vulgaris sit inter nos consuetudo: quòd si eam quoque mihi negandam putas, nihil est quod diutiùs vivere velim. Quæ autem animo tuo hisce de rebus sedeat sententia, quæso, ut quamprimùm literis me certiorem facias, atque id quidem ex animo; non pro veteri tuo more dissimulanter. Vale, unica spes vitæ meæ.

Erasmus Roterodamus Jacobo Cantero, viro eruditissimo S.

QUanquam pridem ingens mihi ad te scribendi *Epist.* 14. necessit cupiditas, *Jacobe*, vir eruditissime, vetuit tamen in hunc diem tabellariorum aut penuria, aut incommoditas, præsertim quòd parùm certus essem, quo te loco nostræ comprehenderent literæ. Nunc verò quando eum hominem nactus sum, cui neque in perferendo sollicitudinem, neque in exigendo improbitatem, neque in conveniendo gratiam defuturam confido, ex quo omnem animi mei sententiam vel sine literis discere possis, non potui committere, quin ei istuc ituro literas meas comites darem: quarum me herculè felicitati subinvideo, quibus te visere liceat, mihi non liceat. At unde, inquies, ista nostri videndi cupiditas? Profectò ab incredibili, quo te complector, amore. Rogitabis forsan, unde & is profectus sit, cum non modò nullus mihi tecum usus fuerit, verùm nè viderim quidem unquam. Ridiculum: quasi verò tua unquam tibi conspecta sit facies. Verùm (quod magis ad rem attinet) tua mihi cognita probitas, tuum mihi perspicuum ingenium: & si nihil horum in te esset, quod te nobilem redderet, parentis tamen fama faceret conspicuum. Cujus enim auribus celebre illud *Antonii* nomen non insonuit, viri tum probitate, tum literis ornati, ut non hâc tempestate, sed ut vel eruditissimo illo *Ciceronis* seculo? Volitant per omnium ora vestræ familiæ laudes, quæ ferunt teneram ætatem recens editam unà & materno lacte & *Latinis* literis imbui solitam; ad colum non aniles nugas, quibus gaudent plerumque mulierculæ, sed doctis auribus dignas audiri sententias. Dignus sanè tali pater familiâ, digna vicissim tali familia patre. Cui ergo vel ignoto, mi *Jacobe*, dubium sit, te hisce educatum institutis, atque id quidem à primis, ut aiunt,

aiunt, incunabulis, in virum evasisse literatissimum? quâ sis ingenii bonitate, ubi gentium non dictatur? Tam fertile igitur solum tanto studio cultum, heus quanto fœnore agricolæ respondisse sudoribus æquum est credere? At nè me conjecturâ solâ duci existimes, hominem non nimis credulum. Primùm, *Gerardus Leo*, impressoriæ artis opifex, vir sanè lepidus, omnium tuarum rerum me reddidit certiorem. Hunc enim cum à nobis abeuntem usque ad *Isale*, quàm trajiciendus erat, ripam prosequerer, plurima mihi de te cupidè auscultanti narrabat: quæ res meum tui amorem non mediocriter adauxit. Nec mora: continuò mihi *Probæ* feminæ carmen adferendum curo: audieram enim tuum esse. Quod ubi lectitare cœpi, simúlq; *Probæ* ** comperi, non me magnopere cepit. Tua verò epistola ac prologi ita me delectârunt, ut iterum atque iterum lectitantis expleri animus nequiverit. Tantum enim meherculè veteris tum eloquentiæ, tum eruditionis præ se ferunt, ut nisi jam ubique gentium tuorum natalium splendore nobilitata esset *Frisia*, nemo te neque barbarâ regione, neque his natum sæculis crederet. Quum igitur, mi *Jacobe*, virum te esse, literarum non modò egregiè peritum, verùm etiam patronum esse fidelissimum, exploratum habeo; visum est à te petere, primùm, ut nos amemus mutuò; quæ res quum inter quoslibet perjucunda est, tum verò inter literarum studiosos quàm jucundissima. Deinde, ut (quod facis) de literis, proh fœdè oppressis, bene mereri pergas, & teterrimam barbariem, jam orbi ferè dominantem, explodere labores. Postremò, ut scribendi vicissitudine, quandoquidem convictus negatus est, nostram levemus absentiam. In quibus, si nobis morem gesseris, rem facies & nobis gratissimam, & tuo nomine dignissimam. Pluribus scribere neque licet, neque opus esse puto: qui enim has perferat literas, omnia coram narrabit: est nobis tum cæterarum rerum, tum studiorum socius. Vale, nósque vicissim fac diligas.

A B C D E

Erasmus Roterodamus Francisco suo S.

Epist. 15. Quoniam tantus in te meus amor, ut nihil accedere possit, non potui non interdum meas ad te dare literas. Neque enim jucundius ullum amicitiæ officium esse puto, quàm hâc scribendi inter se vicissitudine uti. Quod itaque, mi *Francisce* charissime, diligentiùs contuenti mihi subtristis jamdudum frons tua apparet, nescio quid mali portendit. Solet enim plerumque internus animi dolor in vultum erumpere, mentísque habitus in fronte non aliter quàm in speculo relucere. Intelligo itaque non obscurè (quid id sit, incertus) certè aliquid esse, quod tibi doleat, quod te excruciat. Et herculè, mi *Francisce*, (fidem habe mihi) dolet & mihi dolor tuus, nec ullus mihi potest esse lætitiæ locus, ubi te mœrore affectum aspicio. Quid autem sit quod te malè habet, ut mihi indices, te etiam atque etiam rogo. Si quid mea poterit opera, te aut re aut certè consilio juvero. Quòd si à me doloris tui orta est causa, dabo operam, ut per me quamprimùm corrigatur itidem. Quæso te, animæ dimidium meæ, nè te in re mediocri tam dirè excrucies. Virum te præbe, excute quicquid in te est mollioris animi. Hoc pacto & tibi consuleris, & profectò me tui amantissimum hilarem lætúmque reddideris.

A B C D E F

Erasmus Roterodamus Cornelio Pusa Theologo S. P.

NEscio, *Corneli* charissime, quì animum meum voluptate tuæ morentur epistolæ, quæ tui in me desiderium vehementer accendunt. Aiditum tibi esse scribis, me quandam historiam versibus in laudem divi *Bavonis* edidisse. Id quidem falsò tibi fallax fama narravit. Non enim ego, sed alter ego hujus carminis autor est. *Guilhelmum* loquor, nepotem tui amantissimum, cum quo mihi tanta necessitudinis familiaritas intercedit, ut unum dicas animum duobus inesse corporibus. Veruntamen nihil posthac (quandoquidem id me tam benignè mones) condere statui, quod non aut sanctorum præconia, aut sanctitatem ipsam redoleat. Aut si quid eorum, quæ ad te do, carminum æquo mollius sonare videbitur, id pro tua indulgentia ætati, in qua condita sunt, ignoscès quàm facillimè. Excepto enim carmine Lyrico, quod, cum tuæ mihi redderentur epistolæ, in manibus erat; & Oratione lugubri, quam nuper conditam ad te dandum existimavi, quo quid in soluta quoque oratione possim, liquidò perspicias, & eâ solâ Satyrâ: cætera omnia à me puero & propemodum adhuc seculari composita sunt. Porrò aliud quod ad te darem, ut manum habui nihil: quidquid enim reliquum erat, partim ad *Alexandrum Hegium*, laudi literarii magistrum, quondam præceptorem meum, & *Bartholomæum Colonienſem*, virum eruditione singulari, ac Poesis amantissimum, cujus carmina penes nos sunt, partim *Trajectum* per quendam familiarem meum amicâ quâdam violentiâ abductum est. Epistolæ autem exemplar, quam olim rogatus ad magistrum *Engelbertum*, virum vitâ venerabilem, misi, ad te dare curavi, si fortè te intercessore aliquam ex eo vicissitudinem accipere merear, quam hactenus nequivi. Nec ob eam rem tantum mihi virum aut fastûs, aut arrogantiæ nomine suspectum habeo, sed amicorum meorum loquaces linguas, quæ meam apud illum famam quàm inimicissimè commaculârunt. Tuæ igitur humanitatis, *Corneli* optime, fuerit, me illi apud quem plurimum habes autoritatis, rursum reconciliare. Id si feceris, rem facies & mihi gratissimam, & à tua benignitate non alienam. Vale, &

——*mente fidâ*
Mutuus absenti te mihi servet amor.

Erasmus Rot. Cornelio Gaudano S.

QUoniam jam satis literis tuis responsum esse arbitror; lubet mei erga te amoris vehementia aliquid scribere, cui tu vicissim respondeas: & quidem nescio meherculè, *Corneli* charissime, quo pacto contra morem literarum assiduitas non modò mihi fastidium non pariat, sed voluntatem, sed fervorem: crescit scribendo scribendi studium. Videor enim hâc arte nostri fallere absentiam, tecúmque, tuâ dulcissimâ delectatus præsentiâ, coram miscere sermonem. Nec sine hac in re usque adeo me falli crediderim. Siquidem (si fidem habemus *Turpilio*) literarum vicissitudo amo-

res

rus est, quæ absentes conjungat amicos. Nec gratius, nec proximius inter sanctos consuetudinis genus ullum reperiri poterit, quàm ut alternis epistolis mutuò sibi sui referant imaginem; alterque alteri, etsi non corpore, certè animo ac voluntate se præsentem exhibeat. Hoc studio duo illi insignes Ecclesiæ duces, *Hieronymum* loquor & *Augustinus*, cum ingenti locorum ac temporum intervallo una esse, mutuisque pro voto complexibus sui minimè sinerentur; nunquam tamen alteri non aderat uterque, alteriusque & animum & benevolentiam neuter nesciebat. Nos itaque, *Corneli* dulcissime, quo & nostram vindicemus absentiam, & satis perfectum amorem debitis exsequamur officiis, sedulò demus operam, ut crebris aut isthinc aliquid tuorum ad nos advolet, aut hinc quippiam proficiscatur. Hóque quàm jucundissimo amicitiæ contendamus certamine semper, in quo cum mihi à te superari molestum non erit, tum mihi abs te vinci quàm gratissimum. Neque enim unquam, quantumlibet contenderis, tuæ me tam crebrò invisent epistolæ, ut mi meum desiderium explere queant, nedum in fastidium vertere: nec item ita facilè, si is tuus à me sit amor, quem tuæ præ se ferunt literæ, (quod minimè dubitaverim) nostri consuetudine habueris. Imò (ut apertiùs dicam) si is est in me tuus animus, æquè tu nostris delectabere scriptis, atque ego tuis. Me quidem quâ voluptate tum tuus *Apologetus*, tum tuæ effecerint epistolæ, dictu difficillimum puto. Meminisse tamen lubet, nisi id assentandi magis gratiâ, quàm ex animo loqui videri vererer. Novi enim, mi *Corneli*, noviquàm sit laudum tuarum impatiens tua humilitas. Id tamen unum (ut cætera præteream) dixisse sufficiat, nihil te misisse muneris potuisse, quo me gratiore beneficio affeceris. Is enim mihi est, atque à puero fuit literarum amor, ut dignæ prorsus videantur, quas vel omnibus *Arabum* gazis, non immeritò anteferim; nec totis *Cræsi* opibus, quantæcunque fuerint, commutaverim. Et quidem quo literarum amore vehementiùs, eò me literatorum studia delectant jucundiùs. Tu igitur, mi *Corneli*, si me amas (ut certè facis) fac, amabò, tuorum me semper studiorum participem reddas. Porrò, si qui alii isthic sunt artis Poeticæ non imperiti, illorum quoque aliquid monimenti ad nos dare cures velim: quo & nos apprimè delectemur, & tantorum virorum præconia hîc quoq; in lucem proferamus. Tu sanè in carmine tuo cujusdam, nescio cujus, meministi *Hieronymi*, qui & in *Italis* regionibus & *Parisiis*, viginti quinque annos in Poematum studio exegerit, cujus quidem Epitaphium quoddam annotare curâsti, sed brevius, quàm ex quo hominis liquidò perspiciamus ingenium. Gratum itaque erit nobis, si latius aliquod atque evidentius ingenii illius argumentum ad nos miseris. Miror autem majorem in modum cum hunc solum dixeris, qui veterum vestigia ferver. Nam, ut te præteream, innumeros videre mihi videor nostrâ hâc tempestate literatissimos, qui ad veterum eloquentiam non parum accedunt. Ecce occurrit imprimis *Alexandri* mei Præceptoris quondam Præceptor, *Rodolphus Agricola*; vir cum omnium liberalium artium egregiè eruditus, tum Oratoriæ atque Poeticæ peritissimus. Denique & *Græcam* linguam non minus, quàm *Latinam* calluit. Accedit huic *Alexander* ipse, tanti magistri non degener discipulus, qui tantâ elegantiâ veterum exprimit dicendi stylum, ut si deest carmini titulus, in autore facilè erraveris: sed nè hic quidem *Græcarum* literarum omnino ignarus est. Denique, *Antonius Gaza* cum suo *Friderico Normanno*, quid *Westphalia* singulari suâ peritiâ contulerint dignitatis, haud facilè quis dixerit: dignus planè pro mea sententia uterque, quorum perpetuò meminerit posteritas. Præterea, *Bartholomæum Colonienses* à literatorum numero secludendum censuerim minimè. Nostram quoq; *Guilhelmum Gaudanum*, consanguineum tuum, minimè silentio prætererim, nisi mihi & familiaritate & studio esset conjunctissimus. Malo autem abs te illius audire laudes, nè ego amore falli existimer. Hos omnes & nostra viderunt, vidêntque sæcula, & nostrâ edidit *Germania*: quorum si curiosus es poematum, cutabimus, ut quamprimum advolent. Ut autem ad *Italos* veniam: quid *Laurentio Vallensi*, quid *Philelpho* veteris eloquentiæ observantius? quid *Æneâ Sylvio*, quid *Augustino Dathо*, quid *Guarino*, quid *Poggio*, quid *Gasparino* eloquentius? Et hos omnes nostris penè superfuisse temporibus, nemo est qui ambigat. Sed ea, *Corneli* charissime, literarum mihi videtur esse vicissitudo, quæ & in cæteris opificum (quos mechanicos appellant) officiis. Nam & priscis temporibus omnis generis opifices clarissimos viguisse omnium propemodum vacuum testantur carmina. At nunc, si ultra tercentum aut ducentos annos ex laturas, picturas, sculpturas, ædificia, fabricas, & omnium denique officiorum monimenta inspicias, puto & admiraberis, & ridebis nimium artificum rusticitatem, cum nostro rursus ævo nihil sit artis, quòd non opificum effinxerit industria. Haud aliter quoque priscis sæculis cum omnium artium, tum præcipuè eloquentiæ studia apprimè floruisse constat; atque inde rursus, Barbarorum increscente pertinaciâ, ita evanuisse, ut nè vestigium reliquum videre fuerit. Tum cœpere illiteratissimi quique, qui nunquam didicere, docere quod nesciebant; docere, inquam, magnâ mercede nil scire, stultiores reddentes discipulos, quàm acceperant, imò & eò redigentes, ut seipsos quoque nescirent. Tum à tergo rejectis veterum præceptionibus itum est ad recentia quædam imperitiæ præcepta, pura modos significandi, verbosa commenta, & ad ridiculas Grammaticæ disciplinæ regulas, deliramenta æque innumera. Et cum jam omnia summo sudore perdidicerant, in id literarum eloquentiæque consenderant fastigium, ut nè unam quidem orationem *Latinè* proferre noverint. Et sanè quantum mihi videre videor, si id barbarum hominum genus eò, quò cœperat, cursu perrexisset, nescio in quam novam sermonis speciem nostram *Thaliam* vertissent. Sed eam tum nostri *Laurentius*, tum *Philelphus* jam propemodum extinctam admirandâ eruditionis præstantiâ ab interitu vindicârunt. Quo contenderit studio *Laurentius*, ut & Barbarorum refelleret ineptias, & jamdiu oblivionis situ obductas Oratorum Poetarumque observantias in medium reduceret, illius te docebunt libri, quos *Elegantias* vocant. Quos si (quod quidem suspicor) jam legisti, non est opus, ut tibi persuadeam. Sin minimè legisti, ut lectitare incipias, te non solùm hortor, sed & vehementer oro; nunquam te illis operam impendisse pœnituerit. Si voles eos requirere, fac *Joannem* tui amantissimum

mum ſollicites. Hæc hactenus. Præterea, ſcribis quidem te ex titulo, quem *Græcis* expreſſeram characteribus, conjectâſſe, Odam noſtram ad *Cornelium* ſcriptam eſſe: ſed quoniam eam laudem, quâ ille te proſequitur, in te minimè invenies, oras ut ſi alius quiſpiam ſit, quem meis ornaverim præconiis, eum tibi ſignificem, nè tanti viri ingenium in tenebris diutiùs lateat. Sed viciſſim, mi *Corneli* amantiſſime, (ut jocis joca referam) ex crebra mei nominis iteratione ſuſpicatus ſum & ego, tuas literas ad me datas eſſe: ſed quoniam nullam in me video peritiam, quæ tantis reſpondeat laudibus, ſummopere peto, ut quiſquis is eſt, quem tuis ornâſti præconiis, per te mihi reddatur notior. Vbi tu mihi alterum pertuleris *Eraſmum*, ego quem alterum dixerim *Cornelium* indicabo. Hæc tuo more jocati ſumus. Cæterùm (ut ſeriò loquamur) neque ego tuas literas ad me datas eſſe dubius ſum, neque noſtram ad te Odam ſcriptam eſſe, ambigas velim. Sed ut tute meas laudes (quas ego meritis longè impares reor) pro tua ſingulari humilitate meritum indicas, ita eas, quas mihi immerenti tribuis, ab amoris cæcitate profectas eſſe, nihil eſt quod dubitaverim: quas tu inſuper etiam cumulâſſes, niſi, nè me fortè vanitatis aura obreperet, metuiſſes. Et ego certè tuas cumularem, niſi te uſque adeo laudis tuæ impatientem intelligerem. Vale, pater ampliſſime: quo autem *Guilhelmus* in te ſit animo, ex illius perſpiciès literis. Si qui iſthic ſunt, qui tecum nos amant; eos ut noſtro ſalutes nomine, te rogo plurimum, atque iterum. Vale.

A B C D

Eraſmus Rot. Jacobo Batto, Secretario Opidi Bergenſis, viro apprimè docto S. D. P.

Epiſt. 18. EPiſtolas noſtras in manus tuas veniſſe, lætor: Subverebar enim, nè nauta homo leviſculus mandata noſtra negligentiùs curâſſet. Literæ autem tuæ adeo mihi erant optatæ, expectatæque, ut ad navim redditas continuò reclusas inſpexerim. Deinde diverſæ affectus variavere animum: primâ enim fronte tibi ſubiraſcebar, qui tam breves miſeris. Cuperem enim te (quæ mihi *Batti* mei eſt aviditas) non epiſtolas, ſed volumina ſcribere. Deinde, volanti (ut aiunt) oculo percurrens, cum te Febri pertinaciſſimâ (ut ſcribis) correptum legerem, toto intremui pectore, fixiſque oculis id paulò accuratiùs relegere cœpi; ubi autem te noſtris literis convaluiſſe intellexi, continuo illo vel dolore, vel metu levatus ſum: cætera hilarior legi. Omnem quidem rem, mi ſuaviſſime *Batte*, tuæ prudentiæ relinquo: at iterum atque iterum moneo, nè importunâ ambitione meis rebus officias. Primùm danda opera, ut *Eraſmo* tuo conſulas; deinde, ſi quid vel meum ſtudium, vel commendatio, vel ſcripta poterunt, id omne viciſſim ad te ornandum expromam. Placuiſſe autem epiſtolam domino *Bergenſi*, mihi voluptati eſt; verùm ea non à me ſcripta erat, ut placerem modò, ſed ut voluntati meæ morem gereret. Quid de hoc ſpei ſit, nunquam meminiſti. Oravi te quâ potui vehementiâ, nunc rurſum te oro, obſecro, obteſtor, ut rem, mi *Batte*, quæ mihi magnopere cordi eſt, tu non mediocri habeas curæ. Itaque epiſtolas noſtras ita diligenter fac legas, ut nihil in eis temere me, quamvis inconditè, ſcripſiſſe exiſtimes. Vale.

E F G

Eraſmus Roterodamus Servatio Sulaimo jucundiſſimo S.

ETſi, mi *Servati* ſuaviſſime, tales fuerunt literæ tuæ, ut eas ſine multis lachrymis minimè legere potuerim, tamen animi mei dolorem, qui me jam miſerè conſecerat, non pepulere modò, verùm etiam incredibili ac inſperatâ voluptate affecere. Sed quid conveniunt lachrymis gaudia? inter legendum enim tuam dulciſſimam epiſtolam, optatiſſimique tui in me amoris teſtem haud futilem, & gaudens flebam, & flens æquè gaudebam. At priùs totis diebus mœroris lachrimis ploratum eſt: tum verò largus ille tumor, quo tuas rigebam literas, non de pectoris dolore, ſed de incredibili tui amore manabat. Habet enim (crede mihi) & amor lachrymas ſuas: habet ſua & gaudia. Et quidem, mi *Servati*, quis tam ferei pectoris eſt, quem tua talis non flere cogat epiſtola? quanta in ea verborum ſuavitas, quæ ſententiarum gratiâ, quid in ea non affectûm, quid non amorem præcipuum redolet? Hanc coram lego (lego enim penè omni horâ) videor mihi *Servatii* mei ſuaves audire voces, vultus intueri amiciſſimos. Ubi tamen coram miſcere ſermonem minimè licet, illa mihi ſolatio eſt; illa me tibi refert abſentem, illa *Servatio* me conjungit abſenti, ut aptiſſimè illud *Virgilianum* mihi conveniat,

—*Abſens abſentem auditque videtque.*

Locupletiorem itaque atque etiam beatiorem tuis me reddidiſti literis, quàm *Alexandrum Magnum* triumphorum numerus, aut fas *Crœſo* divitiæ. Sed obſecro te, animæ dimidium meæ, per meum in te, qui non vulgaris eſt, amorem, nè me rurſum in dolorum abyſſum dejicias. Fidem habe mihi, tam moleſtè fero iram tuam, ut ſi rurſum eam intellexero, exanimaveris illicò. Parce quæſo amanti, non es ignarus meorum morum, ingenium meum non ignoras. Tenerioris animi ſum, quam qui tam crudeles ludos totiens perferre poſſim; atque etiam, ſi apertiùs dicendum eſt, non eſt amantis officium amantem lædere, nè joco quidem. Quòd ſi, ut ſcribis hoc, prior te lædi, quod ſimulare & diſſimulare te dixerim, cogita quæſo, mi *Servati*, ſi id tibi tam durum atque acerbum auditu, quanto id mihi acerbius perferre quoddam abs te. Et quid tam abeſt à verâ amicitiâ quàm quidquam celare amicum, præſertim quod illius referat nôſſe? Modò negare, modò aſſerere atque identidem vertere ſermonem, obſecro te, an non id ſimulare eſt, ac diſſimulare? Age enim, age mihi ut lubet, tantum quæſo nè his artibus hominem tibi amiciſſimo illuſeris. Utut ſe res habet, plane edicito: pudenti enim animo neſcio an quidquam ſit moleſtius. Quòd ſi hac unâ in re te exorare nequeo, &, ut apud *Virgilium* eſt,

—*Miſero lachryma volvuntur inanes*
Mortem oro, taedet cœli convexa tueri.

Vale, Spes mea, vitæ ſolatium unicum. Fac, amabò, ut tuæ quamprimum ad nos veniant literæ.

Eraſmus Roterodamus Domino Petro germano ſuo S.

ITáne totum fratrem exuiſti? itáne prorſus *Epiſt.* mi tui tibi cura receſſit? Scribo, mando, remando, iterum

iterum atque iterum expostulo, sciscitor ex familiaribus tuis istinc profectis: neque literarum habeas quidquam, neque mandatum ullum; tantum te rectè valere aiunt. Nihil isthoc quidem mihi gratiùs jucundiùs, sed tu facilè nihilo magis tuo officio functus es. Ut ego tuam pertinaciam video, procliviùs factu credo, ut ex cote lac, quàm ex te aliquid literarum eliciamus. Et ubi quæso, mi *Petre*, pristina illa tua in me benevolentia, & vetus ille non vulgaris, sed fratre dignus amor? Itáne subitò ex *Mitione* transisti in *Demeam*? Itáne animo in nos factus es alieno? Quid enim aliud suspicari possum? Si tantillum Epistolæ scribendæ otium amori nostro tribuendum non putas (vix stomachum teneo) aut ego parum tibi cordi sum, aut profectò jam planè excidi. Si me hac suspicione levatum cupis, si ulla *Erasmi* tui tibi cura est, si quid in te tratis reliquum est; cura, quamprimùm ad me scripseris. Ita te, *Petre*, rectè valentem propediem lætus aspiciam; & ego nihil tuis literis habebo neque optatius, neque charius. Nullâ re aliâ certiùs mihi fidem feceris, te nostri memorem esse, & germanissimum tuum erga me animum, innumeris jam olim argumentis perfectissimum, adhuc solidè perpetuóque manere. Sin verò ille jam ullâ non dico culpâ (quam à me abesse scio maximè) sed culpæ suspicione alienatus sum, vel nunc nostrâ purgatione acceptâ, obsecro te, ad ingenium redi; exue *Demeam*, rursum *Mitionem* indue: & qui mihi difficillimis temporibus defuisti, nunc quoque fortunâ, etsi non secundâ, mitiore tamen adsis; adesse autem propius nullâ aliâ re potes (quandoquidem corporum convictus negatus est) nisi tuis crebrimè ad nos datis epistolis. Id itaque si curaris, tam grato me beneficio affeceris, ut prorsus gratiore non possis. Si, quid actitem, audiendi cupidus es; te tuo merito amamus quàm maximè; te oro, te animo ferimus; te cogitamus, te somniamus, de te nobis frequens cum amicis sermo est: verùm cum nemine crebriùs, familiariùs, atque jucundiùs, quàm cum *Servatio* conterraneo nostro, adolescente (me hercule) indole pulcherrimâ, ingenióque suavissimo, earúmque disciplinarum, quæ cum me, tum te à pueris apprimè delectárunt, studiosissimo: hic tui videndi cupidissimus est. Quòd si te ad nos propediem (ut spero) receperis; sat, scio, juvenem non modò tuâ amicitiâ dignum judicabis, verùm etiam mi fratri facilè antetuleris: siquidem probè & tuam humanitatem, & illius virtutem novi. Is enim est, ut nemo illum non amet. Quamobrem majorem in modum à te peto, ut *Juvenalis* Satyras, quas pusillo codice descriptas habes, illi commodes. Fidem habe, mi *Petre*, nunquàm rectiùs beneficium collocaveris: senties hominem & gratum, & memorem. Vale mi jucundissime frater.

Erasmus Roterodamus Elizabethæ Moniali Virgini, Deo dicatæ, S. D.

REddítæ sunt mihi, Soror una omnium in *Christo* carissima, literæ tuæ: quæ quantâ me voluptate affecerint, haud facilè dixerim. Præ se ferunt enim singularis tuæ erga me benevolentiæ (quàm semper mihi conciliare studui) certissimum argumentum. Itaque in modum gaudeo, superesse adhuc, quibus curæ sim, etiam in tanta fortunæ acerbitate, quique meam vicem doleant. Et id sanè eo mihi gratius duco, quo rarius miseris evenire solere intelligo. Siquidem dum tibi integra, dum secunda manent omnia; aderunt innumeri, qui te amico frui gaudeant, qui tuam necessitudinem quærant: at ubi primùm fortuna averso sereno (bifrons enim est) truci te vultu aspexerit, protinus amicorum tuorum (quos rerum tibi conciliavit felicitas) videbis superesse neminem; fugiunt enim, fugiente felicitate; mutante fortunâ vices, animum mutant & ipsi. Quod certè, & aptè, & eruditè ille poeta nobis cecinit, qui dixit:

En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flaret velis aura secunda meis:
Ut fera nimboso tumuerunt æquora vento,
In medijs lacerâ puppe relinquor aquis.

Sed te, *Elizabeth* amicissima, non in eorum te esse numero jam sole (ut aiunt) clarius perspectum habeo, quàm unam in tanto omnium rerum tumultu, in tantæ fortunæ meæ incommodis mihi & esse, & fuisse semper reliquam intelligo, quæ tuum in me amorem nunquam intermiseris. Quare si officiorum studio tibi ex æquo contendere minimè possum, amoris tamen literarúmque vicissitudine nunquam à te sum superandus. Et si tu rebus non longè anteibis, ego certè animo ac voluntate posteriorem me fieri non finam. Et si meis fidem sermonibus non habes; fac periculum, efficiam, si quid potero, ut quanti te faciam, intelligas. Vale semper.

Erasmus Rot. Hectori Boetio viro literatissimo atque amicissimo S.

QUid sibi volunt tot tuæ litigatrices epistolæ? quænam est illa improbitas? scribis enim atq; rescribis, minitaris, convitiaris, bellum denique palam denuncias, ni tibi meorum carminum copiam fecero. Vide, quæso, quàm sis iniquus, qui ejus rei tibi per me copiam fieri postules, cujus mihi non sit ipsi copia. Equidem persanctè dejero, me neque jam olim in istis versari studiis, & si quid puer aliquando lusi, id omne in patriâ reliquisse. Neque enim barbaras, aut pingue quiddam peregrinúmque sonantes Camœnas meas huic celebratissimo gymnasio *Parisiaco* inferre sum ausus; in quo ego absolutissimos in omni genere literarum quamplurimos florere non essem nescius. At tu nihil horum credis, & vel in hoc poetari me suspicaris. Quis, malùm, istuc rei tibi persuasit, poetam esse *Erasmum*? isto enim vocabulo subinde tuis in literis nos appellitas, olim quidem honorato, nunc ob multorum stolidam imperitiam invidioso. Proinde tu, si me amas, cave posthac isto me nomine compellaveris: cæterùm *Hector* vir amicissime, ne eadem sæpe scribendo & te fatiges, & nos obtundas; paulò liberiùs apertiúsque loquamur necesse est. Principiò non sum tam ineptus, ut à quoquam pluris, quàm sim, haberi studeam. Quamvis enim puero mihi dulces fuerunt ante omnia Musæ: non tamen in hoc studiorum genere tam accuratè elaboravi, ut quidquam *Apolline* dignum è nostro possit officina prodire. Hi sua carmina

ad omnia pulpita, omnibus in triviis cantare gaudeant, qui, juxta *Horatium*, Judicii arguti nihil acumen formidant, neque cum *Ciceronè* recusant, quo minus omnes omnia sua legant. Nos cum *Lucilio Siculis* ac *Tarentinis* scribimus, si quid tamen scribimus. At enim dices, qui minus audeas tu, quàm hi atque illi, neque doctrinâ tibi, neque eloquentiâ pares? Adde si placet illud Satyrici:

Scribimus indocti doctique poëmata passim.

Et illud,

Stulta est clementia, cum tot ubique
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.

Ego, mi *Hector*, istorum ineptam facilitatem, ac (ut ita dixerim) tentiginem odisse soleo, non imitari, qui præcones (nam sic nos appellat *Quintilianus*) ubi unum atque alterum poetam legerint, & tentati à *Apollinis* fistulâ nescio quid arguti sonare cœperint, illi ad scribendum prosiliunt, adeo sibi ineptè placentes, ut quicquid produxerint, non secus ipsi mirentur, ament, amplexentur, quàm deformes simia filios. Nam si verum fateri fas est, quot *Marsias*, quot *Panas* hac nostrâ tempestate videmus, qui nè ipsum quidem *Apollinem* minimò (ut aiunt) dubitent provocare? Et reperiunt quidem isti plausores cantore dignos; inveniunt *Mydas* suos, quorum pingues auriculas barbarico deliniant carmine, ac judicum suorum vecordiâ freti *Mantuana* gaudia famæ sibi pollicentur.

Non ego ventosa venor suffragia plebis,

non mihi dulce est, cum meo ipsius displiceam, imperitorum judicio probari; quorum alius nihil miratur, nisi quod ipse aut facit, aut potest; alius è regione nihil, nisi quod non intelligit. Hunc portentosa quædam ac phalerata capiunt,

——*nugæque canoræ,*

ut apud *Flaccum* est. Hic obsoleta atque ex *Aboriginum* sæculo usque petita veneratur, attonitúsque legit,

Aurai frugiferai.

Alius verborum congerie delectatus, garrulitatem putat eloquentiam: sunt qui Poema venustum negent, nisi sexcentis fabulis refarciatur. Solida perpauci suspiciunt; neque enim perspiciunt. Si pictori *Apelli* (si satis commemini) molestum fuit ab *Alexandro* Rege potentissimo sua judicari opera; viro docto molestum non erit, à quovis sutore, à quovis bubulco judicari? Adde invidiæ monstrum improbissimum, quod optima quæque libentissimè solet impetere; ego hujus excetræ sibilos cur gratis quidem à me provocem? hanc contentionem subeant hi, qui ventre magistro ad fandum incitantur, aut certè quibus *Siren* illa laudis ac famæ adeo blanditur, ut malint vel *Herostrati* more nobilitari, quàm inglorii vivere. Ego gloriam invidiâ non emo. At quorsum ista tandem, inquies? Nempe huc, quòd cum indoctior sum, quàm qui doctorum (si qui tamen sunt) possim auribus satisfacere; & doctior fortasse, aut certè generosior, quàm qui cum istis digner ardelionibus contendere: si quid scripsissem, *Harpocrati* potiùs quàm *Apollini* dicare statuimus. Veruntamen nè in hominem, mihi singulari benevolentiâ copulatum, nimium *Demea* viderer; ego *Mitionis* exemplo expugnari me sum passus (nam quis resistat *Hectori*?) ac de meo instituto paululum decedens, unum atque alterum carminum meorum ad te dedi, quæ nuper, dum A ruri ad amnem spatiaremur, per otium [illegible] quibus neque tu *Maronis* felicitatem, [illegible] *Lucani* sublimitatem, neque *Naſonis* copiam, neque *Baptiſtæ Mantuani* lenocinia ac doctrinam quæsiveris. Ego enim cum omnia miror, nihil tamen quo pacto in scribendo *Horatium* illa simplicitas & siccitas placet. Tu si solida magis ac nitidiora mirabere, spero carmina nostra non aliquaque fastidies. Sed, heus tu, penè prætermisi B quod maximè mandatum volebam. Si quid *Erasmum* amas, cave illius nugas usquam effluere. Vale. Scriptum ruri tumultuariè, Sextò Idus Novemb.

Erasmus Rot. Religioso Patri Nicolao Wernero S. D.

SI vos istic omnes valetis; ita est, ut & cupimus, & confidimus: equidem perbellè valeo, quia superis. Quatiti apud me sacræ literæ fuere, [illegible] C antehac obscurum fuit, jam re ipsâ declarat. Dictu quidem superbius; at non decet [illegible] patrem amantissimum celare quicquam. Nuper in *Anglos* quosdam fortè incideram nobiles, & parentes omnes. Accessit nuperrimè Sacerdos quidam adolescens, nummatissimus, & qui [illegible] tum oblatum recusâsset, quòd illiteratorem se non ignoraret. Intra annum nihilominus [illegible] ad Episcopatum revocandus, qui nunc [illegible] nem etiam Episcopatum plus duo millia [illegible] rum annuè possidet. Is ubi de meis [illegible] me incredibili amore cœpit complecti, [illegible] venerari: nam aliquandiu in familiâ [illegible] Centum scutatos obtulit, si se [illegible] voluissem; obtulit beneficium intra [illegible] ses; obtulit trecentos scutatos [illegible] D dignitatem comparandam opus [illegible] de beneficio reddidissem. Eram mihi [illegible] jus urbis *Anglos* eo beneficio devinciendi [illegible] nes enim sunt ex primatibus, & per eos totam *Angliam*, si voluissem. Contempsi rem amplissimam, & spem multò ampliorem: contempsi & preces, & lachrymas, quæ [illegible] debant. Rem veram loquor, & nihil [illegible] intelligunt *Angli*, me nihili totius [illegible] E nias facere. Neque temerè hæc recusavi [illegible] nullâ enim mercede à sanctis studiis [illegible] Non huc docendi aut auri cumulandi [illegible] sed discendi. Doctoratum quidem [illegible] petam, superis ita volentibus. *Augustanensis* mirum in modum me amat, liberaliter promittit: mittit non liberaliter, [illegible] F cam. Te, pater optime, bene valere [illegible] Deo optimo maximo tuis precibus [illegible] mendatum ut facias, te etiam atque etiam [illegible] itidem fecero. *Parisiis* è meâ Bibliothecâ. [illegible] Septembris.

Erasmus Rot. Religioso Patri Nicolao Wernero S. P.

G JAm mensem & dimidium gravidæ [illegible] Pater observande, nec adhuc spem salutis video. Quid est vita hominis, quantis doloribus mixta! Febricula levis me pene occidit, [illegible] Jam mundus displicet, continuo illud [illegible] desidero illam vitam, quâ in sancto ocio [illegible] mihi, & uni Deo vacare, meditari in scripturis sanctis, eluere lachrymis veteres errores; hoc meorum votorum

volvo : quod spero me aliquando tuâ operâ & consilio assecuturum. *Cornelius Gaudanus* hic gloriosè agit. Charissimus est Episcopo *Parisiorum* : charissimus itidem Abbati. Bene vale.

Erasmus Rot. Religioso Patri Nicolao Wernero, S. P.

SOlidam sanitatem & omnes virium numeros recepimus. *Bruxellis* jam multos dies sedemus inviti admodum. Non data est hactenus neque comitatus, neque essedi copia. Apud *Antistitem* decem fermè dies, reliquos apud ejus vicarium egimus. Ille cum legatione in *Angliam* concessit, Principis nomine. Quid negotii sit, mussitatur. Episcopus (ut ipse divino) præter rei Principis suam quoque causam agit, ut operâ *Anglorum* Cardinalium adsequatur. Nam & ab *Anglorum* Rege vehementer est desideratus, & Cardinali *Angliæ* majorem in modum charus, à quo nuper vestem nobilissimam accepit dono, simulque ejusdem literis & summo Pontifici & Cardinalium collegio diligenter est commendatus. Utcunque est, hæc legatio meis loculis non parum damni attulit, tum quòd occupatissimus est *Antistes*, tum quòd ipse de viatico comparando non minus quàm ego sollicitus. Vir enim magnificus ad populum & opulentum & ambitiosissimum mittitur, sexcentis duntaxat florenis à Principe adjutus. Munera autem, quæ solent oratoribus donari, in eventu sunt, non in manu. Calendis Julii pulcherrimum & mysticum munus est Principi nostro à summo Pontifice oblatum, Rosa aurea, non minus opere ipso, quàm materiâ admirabilis. Ego me meásque fortunas tuis exterioribus maximo affectu commendo. Jubeo tuam paternitatem secuto esse animo: superi adsunt, spero, & navim nostram in portum optatum provehent. Interim quanquam velæ ventis permittemus, non tamen à clavo discedemus. Te tueatur immortalis Deus. Ex *Bruxellis* Id. Septemb.

Erasmus Rot. Guilielmo Gaudano amico primario S. P.

SAlve etiam atque etiam, mellitissime *Guilielme*. Veni nuper declamatiunculas aliquot : unam *Libanii Sophistæ* ; duas incerto authore : eas dicavi donatásque domino *Nicolao Ruterio*, Episcopo *Ambacensi*, hujus Academiæ Cancellario. Is magnopere nostro munusculo delectatus, quanquam perquam pusillo, ad convivium vocavit ; obtulit officium suum, quacunque in re aut mihi, aut meis posset gratificari. Abiens misit per Decanum *Mechlimensem* aureos decem. Adorietur ante Dominicum Natalem & Ducem nostrum *Philippum Panegyrico* de profectione *Hispanica* & reditu fœlici : quem jamdudum tradidissemus, nisi de re parum fuissemus instructi. Conciliavi mihi, vel potiùs se mihi conciliavit *Hieronymus Busleidanus*, Archidiaconus *Cameracensis*, frater Episcopi, vir utriusque linguæ callentissimus. Is subinde dictitat me fortunatum fuisse futurum, si vir ille redisset incolumis : spes certè mihi omnis in eo viro sita fuerat. Donavi illi Apologos meos cum epistolâ, laudatrice ingenii morumque ejus. Neque enim desino passim apud amicos prædicare *Guilielmum* meum ; quanquam jam pridem video te gloriâ *Hollandicâ* contentum. Jam enim tot annos verso in *Gallia*, in *Anglia*, in *Artesia*, in *Brabantia*, neque tu unquam quidquam lucubrationum tuarum misisti, ut idoneam haberem occasionem prædicandi ingenii tui : non saltem scribis epistolam, quam doctis ostentem amicis. Et tamen in Odis perspexisti candorem animi mei : etiamsi me contemnit *Hollandia*, hic certè non usquequaque contemnor, neque inter magnates, neque inter religiosos, neque inter eruditos. Tu fortasse jam dices, abundè sat famæ, modò pluisculum rei. Ego verò in hoc toto animo abs te dissentio, quanquam non rarò compendium ex fama nascitur. Hac de re sæpenumero sum admiratus, mi *Guilielme*, tuum institutum ; sed nolui crebris hortamentis odiosus esse amiculo indissociabili. Conjector autem te fortassis studio subducere à familiaritate nostrâ, nè & in invidiæ communionem voceris. Quæ si me conjectura non fallit, nil moror, quàm officiosè istud facias, qui pro amico vetustissimo, æmulo studiorum (nè quid addam amplius) non sustineas cucullatorum aliquot homuncionum, aut muliercularum blateramenta contemnere : quos, si ingenii doctrinæque tuæ magnitudinem respicias, non pluris facere oporteat, quàm muscam elephantus. Isto certè metu quantum ipse tibi incommodaris, nemo me melius nôsse potest. Sed missa hæc. Hospes meus *Joannes Paludanus*, rhetor hujus Scholæ, vir utriusque linguæ peritus, ardentissimè expectabat adventum tuum, quem miror cur promissum non exhibueris. Dominus Præpositus *Trajectinus*, vicinus noster, frequenter & lubenter de te loquitur. Quæso te, quantum esset negotii talium virorum amicitiam literulis alere? *Florentius Egmondanus* in omnibus certaminibus victor, tantum laudis ex *Hispania*, *Sabaudia*, *Gallia*, *Germania* retulit, ut unus omnium Procerum gloriam, non dicam offuscârit, sed planè extinxerit. Ejus laudes *Panegyrico* nostro admiscebo. Tu sapies, si illi epistolâ fueris gratulatus ; aut, quod malim, carmine : curabo, ut accipiat, & quidem per me. Episcopum *Cameracensem* tribus *Latinis* Epitaphiis celebravi ; uno *Græco* ; miserunt sex florenos tantum, ut etiam mortuus sui similis esset. Si hospiti meo dignareris vel brevem epistolam scribere, tum illi, tum mihi pergratum faceres, & tibi fortassis non inutile. Est enim omnium, qui vivunt, candidissimus admirator & adjutor hominum literatorum. Vale doctissime *Guilielme*. *Lovanii*, quinto Calendis Decembris.

Erasmus Rot. Religioso Patri, Nicolao Wernero S. P.

SAlve Pater observantissime. Scripsi pridem ad tuam paternitatem. Verùm arbitror Tabellarium non reddidisse. Spero te bene valere, nos satis valemus. Nuper in quartanam incideramus, sed convaluimus confirmatíque sumus non operâ medici, tametsi adhibeamus, sed unius divæ *Genovefæ*, virginis nobilissimæ, cujus ossa penes Canonicos regulares servata, cotidie monstris coruscant & adornantur : Nihil illâ dignius, mihi salutarius. Vereor nè istic pluvia agros & omnia merserit. Hic quidem tres fermè menses perpetuò pluit. *Sequana* alveum egressus passim in

Epist. 16.

Epist. 27.

agros, atque in mediam urbem sese effudit. Area divæ *Genovefæ* è suo loco in ædem divæ *Mariæ* deducta est, Episcopo cum tota Universitate obviam prodeunte, summâ pompâ. Canonici regulares ducebant, Abbas ipse cum omnibus suis, nudis pedibus incedentes. Quatuor toto corpore nudi arcam gestabant. Nunc nihil est cœlo serenius. Non permittor plura scribere plusquam occupatissimus. *Guilielmum*, animæ meæ partem, quæso ut tua pietas foveat, commendatúmque habeat. Ejus nomen in hac Academia adoratur, colitur: & meritò, dignus autem ille est, quem universus orbis miretur amétque, etsi inter notos doctrina singularis præter invidiam nihil reportat. Non poterit fieri, quin in magni nominis virum sit evasurus. Corrugent nasum, qui volent; hoc tamen impedire nemo. Bene vale.

Erasmus Roterodamus Fatri Nicolao Wernero S. P.

Epist. 28. SI mihi vera nunciantur, videris non nihil offensus nostrâ epistolâ fortasse, quanquam esset verissima tamen, quia liberiùs scripta, quàm oportebat. Verùm hoc vel justo dolori meo tua humanitas debebat ascribere; vel quia in epistola, cui semper arcani fides debetur, licet interdum liberiùs agere. Nam qui talia verba in me effudit, vel evomuit potiùs, quid ego dignum stomachari queam? Contemnunt me ittic, nescio qui, planè stolidi & indocti, qui pietatem universam in cucullo & tristitia sitam esse putant: nihil facilius quàm aliena contemnere, nihil etiam stolidius. Vix *Lovanium* veneram, continuò mihi nec ambienti, nec expectanti magistratus oppidi publicè legendi munus obtulere, idque commendatione spontaneâ domini *Adriani* de *Trajecto*, hujus loci Decani. Quam conditionem ego certis de causis refutavi, quarum hæc una est, quòd tam propè absum ab *Hollandicis* linguis, quæ plurimum nocere nôrunt, nulli autem prodesse didicerunt. Vale.

Erasmus Rot. Amico suo S. D.

Epist. 29. QUoties animo meo recursant cum multa, tum maxima tua in me merita, imò tuus liberalissimus animus, toties ego meam fortunam incuso, malignam, invidam, iniquam voco, per quam mihi non sit facultas, ubi tuum abundè expertus sum, mei vicissim in te declarandi amoris. Equidem inter mala, quæ mille me vel syderis natalis vi, vel Dei jussu à puero usque prosequuntur, hoc ego vel molestissimum ac miserrimum judico, eum mihi esse insitum animum, qui multò malit dare, quàm accipere, aut certè bene meritis cum fœnore referre gratiam eam contrà conditionem, quæ à quovis beneficium postulet accipere, nemini sinat reddere. Et quid prudenti ac generoso ingenio possit esse acerbius? *Æschines* adolescens ingeniosus, at pauper, quum condiscipulos pro suis quémque facultatibus præceptori *Socrati* munera ferre videret, hoc uno modo se pauperem sentiebat, quòd animum gratissimum, quo etiam exereret, nihil esset, & tamen ille quod fortuna negârat, ingenio reperit. Seipsum enim præceptori donavit, idque munus ut *Socrati* esset gratissimum, verecundiâ & prudenti oratione effecit. Verùm quo ego sum *Æschine* pauperior, quando nè id quidem mihi relictum est, id unum arte pro tuis meritis gratiis referes; *Erasmi* animum & gratum, & memorem, & amantem, & amico suo omnia semper bona cupientem; quæ quidem generosis animis etiam citra rem grata esse solere scio, cum ea sine his nullum unquam nisi sordidissimum juverit. Tum si qua vel voce vel scriptis referri gratia solet, hanc tibi vicissitudinem magnificè polliceri possum. Hunc verò codicem, quem ad te propriâ manu perscriptum mitto, nostri mutui amoris pignus, ac monimentum ut habeas oro, in quo quidem castigando plus penè quàm scribendo laboris insumpsi. Hoc igitur tu nostrum vel nostrum sæculum, vel monimentum (si ita mavis appellari) tam habebis gratum, quàm *Erasmum* charum habuisti. Gratissimum autem fuisse sic demum intelligam, si in eo evolvendo assiduum te præsteteris, si accepero tibi semper in sinu, in manibus, in genibus esse. Neque hi mihi libros amare videntur, qui eos intactos ac scriniis abditos servant, sed qui nocturnâ juxta ac diurnâ contrectatione sordidant, corrugant, conterunt, qui margines passim notulis hisque variis obliment, qui mendi rasi vestigium, quàm mendosam compositionem malunt, idque cum in cæteris autoribus, tum in hoc *Terentio* factitandum censeo, qui non semi-*Latinè* ac semi-*Gallicè* (quod fere nostri ludimagistri cum suo *Alexandro* docent) sed qui planè *Romanè* loqui cupiat. Est enim in his *Terentianis* Comœdiis mirifica quædam sermonis puritas, proprietas, elegantia, ac (ut in tam antiquo *Comico*) horroris minimum; lepos (sine quo rustica est omnis, quantumvis pisserata, oratio) & urbanus & salsus. Aut hoc igitur magistro aut nemine discere licebit, quo pacto veteres illi *Latini*, qui nunc vel nobis pejus balbutiunt, locuti sunt. Hunc itaque tibi non modo etiam atque etiam lectitandum censeo, verum etiam ad verbum ediscendum. Cave autem ad homuncionum istorum imperitulorum, imò lividulorum garritus te quicquam pensent, qui ubi in ineptissimis autoribus *Florida*, *Eberdo*, *Graecista*, *Huigutione* se sensisse viderint, nec tantis ambagibus ex imperitiæ labyrintho potuisse emergere, id unicum sibi salutis solatium proponunt, si in eundem errorem suos juniores omnes pelliciant. Nefas ajunt à *Christianis* lectitari *Terentianas* fabulas. Quam ob rem tandem quæso? Nihil, inquiunt, præter lasciviam, ac turpissimos adolescentum amores habent, quibus lectoris animum corrumpi necesse sit. Facilè unde libet corrumpitur, qui corrupta accesserit. *Syncerum nisi vas, quodcunque infundis, acescit.* Itáne isti religiosuli ad cæteri vel utilissima talpis cæciores, ad unam, si qua est, lasciviam, capreæ sunt? Imò capri ac stolidi nihil sibi præter nequitiam, quâ solâ imbuti sunt (docti quippe iidémque mali) rapientes, non vident quanta illic sit mortalitas, quanta vitæ instituendæ tacita exhortatio, quanta sententiarum venustas. Neque intelligunt totum hoc scripti genus ad coarguenda mortalium vitia accomodatum, imò adeo inventum. Quid enim sunt Comœdiæ, nisi servus nugator, adolescens amore insanus, meretrix blanda ac procax, senex difficilis, mercator avarus? Hæc nobis in fabulis, perinde atque in tabula,

bula proponuntur dipicta; ut, quum in moribus hominum quid deceat, quid dedeceat, viderimus, alterum amemus, alterum castigemus. En (in *Eunucho*) *Phædria* ille ex summa continentia, in summam ineptiam amore, tanquam morbo validissimo, immutatus, adeò ut eundem esse non cognoscas, quàm pulchro exemplo docet, Amorem rem esse & miserrimam & anxiam, instabilem, & prorsus insaniæ turpissimæ plenam. Assentatores istos (pestilens hominum genus) *Gnatonem* suum, artis suæ Principem, spectare jubeto. Jactabundi & sibi placentes, quales divitum plerosque impericos videmus, *Thraso*nem suum spectent, ac tandem cum suâ magnificentiâ, quàm ridiculi sint, intelligant. Sed de his latiùs (quum de literis scripsimus, edemus) nostra leges, volente quidem Deo. Ad præsentem locum satis fuerit tetigisse Comœdias *Terentianas*, modò rectè legantur, non modò non ad subvertendos mores, verùm etiam ad corrigendos maximopere valere; certè ad *Latinè* discendum planè necessarias judicaverim. An potiùs illud ex *Catholicon*, *Huguitione*, *Ebrardo*, *Papia*, cæterisque ineptioribus sperare jubebunt? Mirum verò si his authoribus quis quid *Latinè* dicat, cum ipsi nihil non barbarè locuti sint. Hujusmodi amplectatur, qui balbutire volet; qui loqui cupiet, *Terentium* dicat, quem *Cicero*, quem *Quinctilianus*, quem *Hieronymus*, quem *Augustinus*, quem *Ambrosius* & juvenes didicere, & senes usi sunt; quem denique nemo, nisi barbarus, non amavit. Sed de his satis. Cæterùm literas tuas optatissimas accepi, non inconditas, extra jocum *Latinissimas*, quàm expectâram: quæ quidem me cum suâ quadam facetia, tum tuo, quem plurimum præ se ferunt, amore, plurimum delectârunt. Te amamus, te somniamus, tui videndi incredibili voluptate tenemur. Uxorem tuam optimam unà tecum bene valere cupimus.

Erasmus Roterodamus Francisco suo. S. P.

Epist. 30. VEhementer mihi gratum feceris, amice jucundissime, si dederis operam, ut Epistolæ, quas accuratiùs ad alios atque alios scripsi, quantum potest colligantur. Nam mihi in animo est, unum Epistolarum librum edere, earum potissimùm, quas scripsimus multas ad *Cornelium Gandavum*, plurimas ad *Guilielmum* meum, nonnullas ad *Servatium*. Corrade quicquid potes, & undecunque potes, verùm nè miseris, nisi per quem jussero. Obsecro te, mi *Francisce*, per mutuam charitatem nostram, & per felicitatem tuam, quæ mihi non minùs curæ est, quàm mea, ut toto pectore incumbas in sacras literas: evolve veteres interpretes. Crede mihi, aut hac viâ perveniemus ad beatitudinem, aut nunquam perveniemus, quanquam non dubito jam id te facere, ad quod hortor. Vale, ac tuis precibus me subinde *Christo* commenda. Salute impartias *Guilielmum* meum, cui non scribo, videlicet occupatissimus, tum valetudine dubiâ. Extunde, si potes, à *Guilielmo*, ut scribat quàm potest accuratissimè comiti meo: est enim eo animo in doctos, ut nihil unquam sol viderit simile. *Londini* ex ædibus Episcopalibus.

Erasmus Rot. Domino Servatio suo S.

Epist. 31. DEdi ad te jam epistolas aliquot, ad quas te nè literam quidem referre demiror. Ago adhuc *Londini* gratissimus (ut videtur) maximis ac doctissimis totius *Britanniæ* viris. Rex *Anglorum* sacerdotium pollicitus est, eam rem Principis in *Angliam* adventus intermittere coegit. Ego id etiam atque etiam in animo verso, quemadmodum possim, id quod mihi superest ævi, (quod quidem quantum sit futurum, nescio) totum pietati, totum *Christo* impartiam. Vide vitam hominis, etiam ut longa sit, rem esse fugacem & evanidam, tum me corpusculo esse delicato, cujus viribus non parum etiam studiorum labor detraxit, nonnihil infortunia. Video in studiis nullum esse exitum; fieríque, ut quotidie videamur incipere. Quare decrevi hac meâ mediocritate contentus, (præsertim cum *Græcitatis*, quantum sat est, adhibuerim) meditandæ morti & animo fingendo operam dare. Oportebat quidem jam olim id agere, & annis, id est rei pretiosissimæ, tum parcere, cum esset optima. Verùm tametsi sera in fundo parsimonia, tamen hoc nunc parciùs dispensanda, quo minor est, quo deterior. Vale, *Londini* Calendis Aprilis.

Erasmus Roterod. Guilielmo Gaudano amico doctissimo S. P.

Epist. 32. LOvanii, quò nos conjecit pestis, adhuc retinet: hoc anno magnificè sæviit in nos fortuna. *Battum* mors ademit, vel venenum potiùs, & item Episcopum præterea *Bisontinum*, in quo mihi summa spes erat. Dominam *Verjensem* matrimonium plusquam servile eripuit: Comitem *Anglum* mare à me segregat: *Augustinum* Juris studium avocavit: pestis simul & *Galliam* & *Britanniam*, & *Germaniam* mihi adimit. *Lovanii* placent omnia, nisi quòd victus rusticior & nimio emendus, præterea quæstus omnino nullus. Legendi munus à magistratibus oblatum, recusavi. In *Græcis* literis sum totus, neque omnino operam lusi, eò enim profeci, ut mediocriter, quæ velim, *Græcè* scribere queam, & quidem ex tempore. Audio editos esse Apologos tuos, quare libros aliquot mittito; tum *Græcas* fabellas, quoniam jam opus non habes, remittito. Nos enim hic magnâ *Græcorum* librorum penuriâ laboramus. *Augustinus* de suis Adagiis satis contumeliosè ad me scribit, tu nihil aliud quàm rides. Si quid istic est, quod meâ referat scire, scribito. Miror te nihil scribere, nam etiamsi me haberes invisum, tamen scriberes ad eum, qui possit tuæ famæ prodesse, versor enim tum apud multos, tum apud doctissimos interdum. Es mihi tamen in ore plurimus, nequedum ex animo elapsus, quanquam te video animo penè inimico. Sed amore quidem tecum libenter certavero, contemptu verò aut odio non libet, præsertim tecum, quem sic amaverim. Bene valebis, optime *Gulielme*, nósque, si potes, amabis.

Erasmus Rot. Servatio suo S. P.

Epist. 33. SCripseram ad te multò ante, quàm è *Parisiis* discederem, eas literas opinor tibi redditas esse, verùm vereor nonnihil (ut est tabellariorum

indiligentia) nè interciderint. Quare si quid casu peccatum est, id nos diligentiâ crebræ scriptionis resarciemus. Longum sit exponere, quo consilio in *Angliam* nos receperimus, præsertim quod & hic olim pecuniis exuti fuerimus, & istic jam non contemnendæ spes impendere viderentur. Sed hoc velim credas, me non sine gravibus causis ac prudentum virorum consilio *Britanniam* repetiisse, porrò ut ea res bene vertat, superis in manu est, quanquam nos non fortunam, sed eruditionis compendium sumus secuti. Ago nunc menses aliquot apud comitem meum *Montioye*, qui me magno studio in *Angliam* revocavit, non sine consensu omnium eruditorum virorum. Sunt enim *Londini* quinque aut sex in utraque lingua exactè docti: quales, opinor, nè *Italia* quidem ipsa impræsentiarum habet. Nihil mihi arrogo; sed, ut videtur, nemo horum est, qui non multum tribuat ingenio, doctrinæque meæ. Quòd si ullo pacto gloriari liceret, hoc certè nomine mihi placerem, quòd his viris prober, quibus nemo tam invidus, nemo tam est inimicus, quin in literis illis tribuat principatum. Verùm ego nihil actum arbitror, nisi prober & *Christo*, ex hujus unius calculo pendet summa fælicitas nostra. Vale, *Londini* ex ædibus episcopalibus.

Erasmus Roterodamus Magistro Martino Medico S. P.

Epist. 34. PErge, perge ita, ut cœpisti, *Erasmum* tuum tuis præconiis nobilitare, *Martine* humanissime. Sensi enim, nec jàm gratis sum abs te prædicatus. Tuâ videlicet prædicatione fretus patruus *Theobaldus* tunica altera me exoneravit, nepoti opinor commodare studens, nè longiùs iter ingressurum sarcina premeret. Tua verò erga me studia, mi *Martine*, vehementer quidem mihi & grata sunt, & jucunda. Sed tu (si verum audis) amiculum non perquam vehementer modò, sed & ineptè laudas. Pecuniosum jactas *Erasmum*: quis istud tibi credat de homine poetico, & fataliter infortunato? Si certum est recentem amicum tuis mendaciis celebrare, modestiam finge eximiam, mentire bene literatum; talem fac, qualem me esse & decebat & cupio, cum pecunia quid *Erasmo*? De valetudine te certiorem fieri par erat, ego (ut apud te cœperam) valetudinem meam tota *Hollandia*, compotatione multâ fatigavi, perrupi tamen pericula omnia & in virum evasi, rediit & color & animus; Superos precor, ut munus suum tueantur. Virium extremum periculum *Dordraci* feci, bene processit; omnes numeros adesse sentiebam. Sanè quàm invitus ex eo opido sum extractus, & quàm illinc invitus discessi, tum hìc invitus hæreo. Quid, inquies, te remoratur? malus credo genius meus, qui mihi loculos hìc sine fructu exhaurit. Apud *Antistitem* sum decem fermè dies commoratus. Is quinto Nonas Julias cum legatione in *Angliam* concessit. Nocuit & hæc mihi legatio. Nam Episcopus & turbâ negotiorum oppressus, & de viatico congerendo solicitus, atque adeo subiratus, quod Princeps *Philippus*, cujus nomine mittitur, sexcentis duntaxat aureis juverit, multum apud me querelarum, pecuniæ perparum effudit. Nunc, quod est molestissimum, hìc hæreo magno meo dispendio. Neque vehiculi neque comitatus adfertur copia, & *Parisiis* esse quàm primùm expedit. Verùm hæc de rebus satis. Quòd rediens te non offenderim, sanè molestè tuli. *Lovanium* visi, ubi nostrem & diem commoratus, à *Francisco Cremensi* viro egregiè literato aliisque sum singulari hospitalitate tractatus. Quòd si novas etiam res à me expectas, summus Pontifex Archiduci nostro præclarum munus transmisit Rosam auream, non materia tantum, sed multò ampliùs ipso opere admirabilem. Oratori Princeps unà cum *Antistite* ad duas leucas obviam est profectus, idque pridie Calendas Julias. Munus ipsum solemniter *Bruxellas* est illatum, comitantibus utrinque Episcopis, ipso Oratore medio & Rosam auream subtùs manibus sustinente, quem ubi usque ad hospitium suum dux esset prosequutus, ad sua quisque reversus est. Postridiè, hoc est Calendis Julii, in templo frigidi montis pontificale donum frequenti cœtu Principi traditum est. Habita oratio de muneris ipsius amplitudine, de Principis laudibus gratiæ per cancellarium actæ. Multum nugarum effudi. Ita tanquam tecum fabulor, jucunda hæc mihi scriptio fuit. Bene vale, ac nos, ut soles, ama. *Bruxellis* è bibliotheca *Antistii*.

Erasmus Rot. Servatio suo S. P.

ITaliam multis de causis adivimus, quanquam hanc magnis bellorum tumultibus agitatam offendimus: adeo ut Pontifice unà cum *Gallorum* copiis *Bononiam* obsidere parante, illinc *Florentiam* profugere simus cõacti. Verùm quoniam certus adfertur rumor, *Bentivolum* unà cum tribus filiis profugum à *Gallis* interceptum esse, rebus (ut spero) pacatis *Bononiam* redimus. Nam illic Pontifex cum suis Cardinalibus hyematurus est. Doctoratum in sacra Theologia accepimus, idque planè contrà animi mei sententiam, ac precibus amicorum expugnati. Æstate proximâ te revisam, uti spero. Vale.

Erasmus Roterodamus Domino Joanni Obrecht S. D.

VOluptati mihi est, quòd tam amicè de nobis & sentias, & loquaris. Id enim mihi renunciavit Magister *Gulielmus*, liberorum *Thesauri* magni præceptor, homo tui amantissimus, qui jam *Bononiæ* agit nobis familiarissimus. Nuper in Theologia doctoratum accepimus, idque contrà animi sententiam ab amicis compulsi, qui tantum hunc putabant mihi non nihil autoritatis allaturum. Revisam vos, ut spero, æstate proximâ, eorámque omnia conferemus. Pluriman fabulam annunciabis communibus amicis nostris, quibus equidem omnia læta precor. Si te nugæ nostræ delectant, nuper *Parisiis* impressa sunt multa mea lucubramenta formulis *Badianis*. Vale.

Erasmus Rot. Servatio suo S. D.

TAmetsi scripsim' nuper è *Florentiâ*, tamen quia non rarò fit, ut in tanto itinere literæ intercidant, de eisdem denuò scribo. *Italiam* adivimus, *Græcitatis* potissimùm causâ, verùm hìc jam frigent studia, fervent bella, quo maturiùs revolare studebimus. Doctoratum in Theologia accepimus, neutiquam ex animi sententiâ, verùm ab aliis compulsi.

2001

compulsi. *Bentivolus* excessit *Bononia*. *Galli* urbem obsederant, sed repulsi à civibus, paucis occisis. Natali divi *Martini Julius* summus Pontifex *Romanam* ingressus est, proximo die dominico sacrum in summo templo fecit. Expectatur Imperatoris adventus, paratur & in *Venetos* expeditio, ni cedant locis Pontifici debitis. Studiorum interim sunt feriæ. Vale. *Bononiæ*, decimo sexto Calendis Decembris.

Erasmus Rot. Magistro Facobo Mauritii, utriusque Juris Licentiato doctissimo, S.

Epist. 38. ETsi eram jampridem multo scribendi labore penè delassatus, quid enim laboriosius, quàm scribere, præsertim edenda? tum impræsentiarum quoque in absolvenda *Panegyrici* coronide sic occupatus, ut occupatior esse non possem. Et hic labor, quem tu mihi injunxeras, quum molestissimus sit, tamen inutilissimus. Quid enim molestius, quàm alieno scribere stomacho? quid inutilius, quàm ea scribere, quibus scribendis dediscas hæc scribere? Tamen meus in te amor effecit, ut neque molestus esset mihi, neque inutilis videretur, quando mihi semel decretum est meo *Jacobo* per omnia morem gerere, non solùm officiosè, verumetiam libenter. Vale, *Lovanii* quarto Calendas Octobris.

Erasmus Rot. Facobo Mauritii, utriusque Juris Licentiato doctissimo S. D.

Epist. 39. SI vales, amice syncerissime, est cur majorum dum modum gaudeam. Nos valemus bellè, tuique semper meminerimus, dum spiritus hos regit artus. Futurum spero, ut te hac æstate sim visurus. Tum omnia coram & inferorum mysteria prodemus. Nam in regno *Plutonis* oportet de redeundo cogitare, cunctáque cautim agere. Principem nostrum in hanc incidisse regionem, equidem ex animo doleo, idque multis de causis. Is nondum solvit, meo magno malo. *Mecenas* meus regio jussu illi adesse cogitur, idque suopte sumptu. Interim ego pecuniolam profundo meam. Scripsi *Guilielmo* nostro copiosius. Saluta Dominum *Reynerum* medicum, alterum literarum *Hollandicarum* decus: & magistrum *Henricum* festivissimum hominem, reliquósque mei amantissimos. Uxori tuæ dulcissimæ, jucundissimísque liberis omnia fausta lætáque precor. Vale. *Londini*, postridie Calendas Apriles.

Erasmus Roterod. Magistro Facobo Mauritii, utriusque Juris Licentiato doctissimo S. D.

Epist. 40. ERasmus tuus vivit valétque, gratia superis, nusquam non memor tui. Is hoc officii abs te petit, ut has literulas quamprimùm cures reddendas domino *Joanni Obrecht*: quæso nè pigeat tantillum operæ pro me suscipere. Multa sunt hic in *Italia* nova, scriptu digna, verùm jam aufugit tabellio. Saluta eruditissimum dominum *Reynerum* medicum, itémque *Henricum*, reliquósque amicos omnes. Vale faustissime cum omni familia. *Florentiæ*, pridie Nonas Novembres.

Erasmus Rot. Cornelio suo. S. P.

DUas res esse, quæ languorem ingeniis nostris maximè afferre soleant, scripsit *Cicero*: otium & solitudinem. Harum neutra nobis deest. Solitudinem quidem vitæ nostræ ratio poscit: Otium verò inde vel maximè nascitur, quod videamus literas, quæ olim suis summam peperere & utilitatem & gloriam, nunc hominibus damno & dedecori esse. Eò enim res rediisse videtur, ut quo quisque fuerit literatior, eo vivat ridiculus magis atque infelicior. Quamobrem, mi *Cornelii*, nihil visum est nobis, quare in literarum studio, ætatem otiosè velimus consumere, adeo ut jam diu à literis animum prorsus abduxerimus. Accessit præterea his rebus corporis non satis recta valetudo, quæ & ipsa ingenii ardorem non minuere modò, verùm etiam extinguere solet. Veruntamen quoniam nulla nobis res æquè proposita est in vitâ, quàm tibi omnibus in rebus gratificari, obsequi, morem gerere (ut certè pro cumulatissimis tuis in me beneficiis debeo maximè) hanc rursus operam tui causâ suscepimus, orationémque tuam, quam petieras, quo potuimus studio, absolvimus. Partes præterea oratorias, itidem quam quæque speciem, quem quæque colorem habeat, studiosè annotare curavimus, ut tu quidem potiare voto tuo, gratulentúrque studio nostro literati, videant autem & invideant illiterati, erubescant scioli & jactabundi. Porrò mediocres aliquid sibi profectus ferant. Hæc enim, mi *Corneli*, hominum genera nusquam non reperies. Literati qui sunt, literas magnopere non probare, non amare non possunt. At hi, qui omnium artium sunt imperiti, damnandas, lacerandas, insectandas putant omnes; nihil laudi dandum, quod ipsi nesciant; quod noverint, vitio dandum nihil. Callidè sanè: parvi faciunt quocunque carent, nè quicquam illis magnarum rerum deesse putetur. Horum sententiâ barbarus est ipse *Tullius*, doctus *Ebrardus*. Quamobrem? Profectò ob aliud nihil, nisi quòd hunc noverunt, illius ignari sunt. Hi quidem orationculam nostram videant, invideant, criminentur, rumpantur, nihil ad me attinet, & mihi enim laudi erit talibus non probari, & ipsi dum tacere nequeunt, se barbaros ridiculósque omnibus probabunt. Præterea quosdam videre est *Thrasone* illo *Terentiano* plenos, qui cum omnium sint imperiti, omnium sibi artium facultatem temerariâ confidentiâ, & confidenti temeritate vendicant. His equidem nihil in medium proferes, quod non pulchrè calleant; bellè orant, bellè argumentantur, bellè carmina condunt, bellè Grammatices docti sunt, bellè Musices, & quæ non?

Nil bene cum faciant, faciunt tamen omnia bellè.

His certè si quando vacabit nostram orationculam legere, intelliget (ut arbitror non obscurè) haud mediocris esse artificii *Latinè*, Oratoriè aut dicere aut scribere, definéntque (si quid in eis pudoris erit) earum sibi rerum, quas nunquam didicerunt, vendicare peritiam. Quòd si usque adeo gloriæ cupidi sunt, ut qualibet eam ratione aucupentur, eas potiùs sibi res comparare laborent, quibus immortalem gloriam consequi possunt, nè tam glorioſi, quàm gloriabundi appellentur. Nam malè parta gloria, brevi dilabitur; vera radices agit,

agit, atque indies latiùs clariúsque relucet. Cæterùm mediocres qui sunt, cum literatorum aut orationes aut poemata legerint, sentiunt se vehementer commoveri, atque quocunque sermo traxerit, agi rapíque: quid tamen eos commoverit, ignari. Hi nostro labore vel ex parte, quid eos tantopere delectet, discere poterunt. Postremò & tu, mi *Corneli* suavissime, ex hoc nostro studio aliquid aut profectûs aut certè voluptatis capies, spero. Sin nihil capies, ego tamen amicissimi viri officio functus fuero. Vale, meque, ut facis, ama.

Erasmus Roterod. Martino Dorpio Theologo eximio S. D.

Epist. 42. NOn fuit reddita nobis epistola tua, sed tamen exemplar, haud scio quomodo exceptum, amicus quidem exhibuit *Antuerpiæ*. Deploras *Moriam* parum feliciter editam, studium in restituendo *Hieronymo* nostrum magnopere comprobas, ab editione *Novi Testamenti* deterres. Quibus literis tuis, mi *Dorpi*, tantum abest, ut quicquam fuerim offensus, ut posthac mihi cœperis esse multò charior, cum semper fueris charissimus. Adeo syncerè consulis, mones amicè, objurgas amanter. Habet nimirum hoc *Christiana* charitas, ut etiam cum sævit maximè, tamen genuinæ suæ dulcedinis gustum obtineat. Multæ mihi cotidie redduntur ab eruditis viris literæ, quæ me decus *Germaniæ*, quæ solem, quæ lunam faciunt, & splendidissimis titulis onerant veriùs quàm ornant. Harum, emoriar, si ulla unquam me perinde delectavit, ut illa *Dorpii* mei jurgatrix epistola. Verè dictum est à *Paulo, charitatem non peccare*; sive quid adulatur, studet prodesse, sive stomachatur, non aliud agit. Atque utinam liceret per ocium ad tuas literas rescribere, quo tanto amico satisfaciam. Vehementer enim cupio, quicquid ago, te approbante fieri, cujus ingenio pene cœlesti, cujus eruditioni singulari, cujus judicio longè acerrimo tantum tribuo, ut malim unius *Dorpii*, quàm mille cæterorum calculis approbari. Verùm adhuc à navigatione nauseabundus, & mox equitatione fessus: ad hæc, in componendis sarcinulis occupatus, satius esse duxi, quomodocunque respondere, quàm amicum in ista relinquere opinione, sive hanc ex teipso conceperis, sive instillaverint alii, qui te ad eam epistolam scribendam subornârunt, quo sub alieno persona suam agerent fabulam. Primum igitur, ut ingenuè dicam, editæ *Moriæ* propemodum me pœnitet. Is libellus nonnihil mihi peperit gloriæ, vel si mavis famæ. At ego nihil moror gloriam cum invidia conjunctam. Quanquam ô superi, quid est hoc totum, quod vulgò gloriam vocant, nisi nomen inanissimum ex gentilitate relictum? Quod genus non pauca resederunt apud *Christianos*, dum immortalitatem appellant, famam posteris relictam, & virtutem qualiumcunque literarum studium. In omnibus edendis libris hic unicus semper mihi fuit scopus, ut meâ industriâ aliquam adferrem utilitatem. Id si minus assequi possem, certè nè quam adferrem noxam. Proinde cum magnos etiam viros videamus literis suis abusos, ad affectus suos digerendos, dum alius cantat ineptos amores suos, alius adulatur iis quos captat, alius injuriâ lacessitus stilo referit, alius ipse sui tibicen est, & in efferendis propriis laudibus quemvis *Thrasonem*, quemvis *Pyrgopolinicem* superat; ego tamen quamvis ingenio tenui, & perquam exiguâ doctrinâ præditus, tamen hæc semper spectavi, ut, si possem, prodessem; si minus, nè quem læderem. *Homerus* suum in *Thersiten* odium molestâ carminis hypotyposi ultus est, *Plato* quàm multos nominatim perstrinxit suis dialogis? Cui pepercit *Aristoteles*, qui nec *Platoni* pepercit, nec *Socrati*? Habuit suum *Demosthenes Æschinem*, in quem stilo debaccharetur. Habuit suum *Cicero Pisonem*, habuit *Vatinium*, habuit *Sallustium*, habuit *Antonium*. Quàm multos nominatim & ridet & carpit *Seneca*? Quòd si recentiores expendas, & *Petrarcha* in medicum quendam, & *Laurentio* in *Pogium*, & *Politiano* in *Scalam*, filius teli vice fuit. Quem ex omnibus mihi dabis tam modestum, qui non amarulentiùs in aliquem scripserit? Ipse *Hieronymus*, vir tam pius & gravis, aliquoties non sibi temperat, quin in *Vigilantium* incandescat acriùs, in *Iovinianum* insultet immoderatiùs, in *Ruffinum* amarulentiùs invehatur. Semper hîc eruditis mos fuit, quicquid dolet, aut delectat, chartis ceu fidis sodalibus committere, in harum sinum omnes pectoris æstus effundere. Imò deprehendas quosdam, non alio consilio libros scribendos suscipere, quàm ut in his elucet animi sui motus infulciant, atque hac ratione transmittant in posteros. At ego in tot jam editis voluminibus, cum tam multos eruditissimè laudarim, quæso, cujus unquam denigravi famam? cui vel levissimam aspersi labem? Quem genium, quem ordinem, quem hominem nominatim taxavi? Quid si scias, mi *Dorpi*, quoties ad id faciendum fuerim, nulli tolerandis contumeliis, provocatus? Semper tamen vici dolorem animi mei, magísque rationem habui, quid posteritas esset judicatura de nobis, quàm quid illorum mereretur improbitas. Si res ipsa perinde fuisset nota cæteris, ut erat mihi, nemo me mordacem judicasset, sed æquum, sed modestum etiam, ac moderatum. Sed ita mecum cogitabam, quid aliis cum nostris privatis affectibus? Aut quî nostra hæc nota poterunt esse vel procul dissitis, vel posteris? Ego non quod illis, sed quod me dignum esse, faciam. Præterea nullus est tam inimicus, quem non optem, si fieri possit, in amicum redire. Cur ei viæ præcludam viam? Cur hîc scribam in posteri, quod aliquando frustra nolim scriptum in amicum? cur notabo carbone, cui famæ candorem, etiamsi promereatur, non possim restituere? Malo in hanc peccare partem, ut vel parum meritos prædicem, quàm ut meritos vituperem. Nam si quem falsò laudaris, candori tribuitur; sin quantumlibet etiam ignominiâ dignum, suis pingitur coloribus, non illius factis, sed tuo morbo ascribitur. Ut nè dicam interim, quod ut ex injuriis mutuâ talione reciprocantibus, ingens bellum aliquoties exoritur, sic ex malè dictis vicissim ultrò citróque regestis, periculosissimum incendium non rarò nascitur. Et ut parum *Christianum* est injuriam injuriâ pensare, ita parum generosi pectoris est dolorem suum, fœminarum exemplo, convitiis ulcisci. Hujusmodi rationibus ipsi mihi persuasi, ut semper innoxias & incruentas haberem literas, nec eas ullius mali nomine contaminarem. Nec aliud omninò spectavimus in *Moria*, quàm quod in cæteris lucubrationibus, tametsi via diversa.

versû. In *Enchiridio* simpliciter *Christiana* vitæ formam tradidimus: In libello *De Principis institutione*, palam admonemus, quibus rebus Principem oporteat esse instructum: In *Panegyrico*, sub laudis prætextu, hoc ipsum tamen agimus obliquè, quod illic egimus apertâ fronte. Nec aliud agimus in *Moria*, sub specie lusûs, quàm actum est in *Enchiridio*. Admonere voluimus, non mordere; prodesse, non lædere; consulere moribus hominum, non officere. *Plato* philosophus tam gravis, largiores in compotationibus invitatiunculas approbat, quòd arbitretur quædam vitia, per hilaritatem vini posse discuti, quæ severitate corrigi non possent. Et *Flaccus* existimat jocosam quoque admonitionem non minùs atque seriam conducere.

——*Ridentem*, inquit, *dicere verum*
Quid vetat? ——

Neque non perspectum est hoc sapientissimis olim viris, qui saluberrima vitæ præcepta, ridendis ac puerilibus in speciem apologis proponere maluerunt, quòd per se subaustera veritas, voluptatis illecebra commendata, faciliùs penetrat in animos mortalium. Nimirum hoc est illud mel, quod apud *Lucretium* medici pueris medentes abinthii poculo prælinunt. Nec in alium usum veteres illi Principes, hoc Morionum genus in aulas sûas induxerunt, quàm ut horum libertate leviora quædam vitia, citra ullius offensam, & aperirentur, & emendarentur. Fortasse *Christum* in hoc album vocare non conveniat. Verùm si licet cœlestia cum humanis ullo modo conferre, nonne hujus parabolæ, confine quiddam habent cum veterum apologis? Et jucundiùs illabitur, & acriùs infidet animos evangelica veritas, hujusmodi lenociniis commendata, quàm si nuda produceretur, id quod in opere de doctrina *Christiana* divus *Augustinus* copiosè persequitur. Videbam quàm esset mortalium vulgus, stultissimis opinionibus corruptum, idque in singulis vitæ institutis, & remedii votum erat verius, quàm spes. Proinde videbar mihi reperisse rationem, ut delicatis animis hâc arte tanquam obreperem, & cum voluptate quoque mederer. Et sæpenumero conspexeram, festivum hoc & jocosum admonendi genus, multis felicissimè cedere. Quod si respondebis personam, quam induxi leviorem esse, quàm ut sub illius prætextu de rebus seriis disputetur, hanc culpam fortassis agnoscam. Inepti reprehensionem non admodum deprecor, amarulenti deprecor. Quanquam & illud probè tueri possem, si non aliâ ratione, certè tot gravissimorum hominum exemplo, quos in ipsius libelli prætiunculis recensui. Quid autem facerem? Diversabar id temporis apud *Morum* meum, ex *Italia* reversus, ac rerum dolor compluscules dies domi continebat. Et mea bibliotheca nondum fuerat advecta. Tum si maximè fuissêt, non sinebat morbus quicquam in gravioribus studiis acriùs agitare. Cœpi per otium *Moriæ encomium* ludere, nec in hoc sanè, ut ederem, sed ut morbi molestiam, hoc velut avocamento levarem. Operis incœpti gustum amiculis aliquot exhibui, quo jucundior esset risus, cum pluribus communis. Quibus cum vehementer placuisset, institerunt uti pergerem. Obsequutus sum, & in hoc negotii septem plus minus dies impendi. Qui sanè sumptus mihi pro argumenti pondere nimius etiam videbatur. Deinde quorum instinctu scripseram, eorundem operâ deportatus in *Galliam* libellus formulis excusus est, sed ab exemplo non solùm mendoso, verùm etiam mutilo. Porrò quàm displicuerit, vel illud satis est argumenti, quòd intra paucos menses plus septies fuerit typis stanneis propagatus, idque diversis in locis. Demirabar ipse, quid ibi cuiquam placeret. Hanc, mi *Dorpi*, si ineptiam vocas, habes reum confitentem, aut certè non reclamantem. Ad hunc modum & per otium, & amiculis obsecundans ineptivi, idque semel duntaxat in vita: Quis autem omnibus horis sapit? At ipse fateris cæteras lucubrationes meas ejusmodi esse, ut juxta piis atque eruditis omnibus magnopere probentur. Qui sunt isti tam rigidi censores, vel potiùs *Areopagitæ*, qui homini vel unam ineptiæ culpam nolint condonare? Quæ tam insignis morositas, ut unico ridiculo offensi libello, tot vigiliarum superiorum gratiâ, repente scriptorem spolient? Quot ineptias aliorum proferre possem, hac multis partibus ineptiores, etiam in magnis Theologis, dum rixosas & frigidissimas quæstiones commenti, de nugacissimis nugis, perinde ac pro focis & aris inter se digladiantur. Atque isti tam ridiculas fabulas, & vel ipsis *Atellanis* ineptiores citra personam agunt. Ego certè verecundiùs, qui cum ineptior esse vellem, Stultitiæ personam obtexui; & quemadmodum apud *Platonem Socrates* obtectâ facie, laudes amoris recitat, ita ipse fabulam hanc personatus egi. Scribis ab istis ipsis, quibus argumentum displicet, & ingenium, & eruditionem, & eloquentiam probari, verùm eosdem offendi nimis liberâ mordacitate. At isti reprehensores plus etiam tribuunt mihi quàm velim. Quanquam nihil moror hanc laudem, præsertim ab his profectam, quibus ego nec ingenium esse puto, nec eruditionem, nec eloquentiam. Quibus si pollerent, mi *Dorpi*, crede mihi, non tantopere jocis offenderentur, salutaribus magis quàm ingeniosis aut eruditis. Obsecro te per Musas, quos tandem oculos, quas aures, quod palatum adferunt isti, quos offendit in eo libello mordacitas? Primùm quæ potest illic esse mordacitas, ubi nullius omnino nomen perstringitur præterquam meum? Cur non venit in mentem, quod toties inculcat *Hieronymus*, ubi generalis est de vitiis disputatio, ibi nullius esse personæ injuriam? Quòd si quisquam offenditur, non habet quod expostulet cum eo qui scripsit, ipse si volet, secum agat injuriarum, utpote sui proditor, qui declarârit hoc ad se propriè pertinere, quod ita dictum est de omnibus, ut de nemine sit dictum, nisi si quis volens sibi vendicet. An non videt me toto opere, sic à nominibus hominum temperâsse, ut nec gentem ullam acriùs taxare voluerim? Etenim ubi cuique nationi peculiarem philautiam recenseo, *Hispanis* ascribo militiæ laudem, *Italis* literas & eloquentiam, *Anglis* lautas mensas, & formam, & cæteris item ejusmodi quædam, quæ quisque in se dicta, vel agnoscat non illibenter, vel certè cum risu audiat. Ad hæc, cum juxta argumenti susceptí rationem, per omnia mortalium genera volvar, & in taxandis singulorum vitiis versor, quæso quid usquam aut dictu fœdum occurrit, aut virulentum? Ubi flagitiorum sentinam aperio? ubi secretam illam vitæ humanæ moveo amarinam? Quis nescit, quàm multa dici potuerint, in malos Pontifices, in improbos Episcopos

agit, atque indies latiùs clariúsque relucet. Cæterùm mediocres qui sunt, cum literatorum aut orationes aut poemata legerint, sentiunt se vehementer commoveri, atque quocunque sermo traxerit, agi rapíque: quid tamen eos commoverit, ignari. Hi nostro labore vel ex parte, quid eos tantopere delectet, discere poterunt. Postremò & tu, mi *Corneli* suavissime, ex hoc nostro studio aliquid aut profectûs aut certè voluptatis capies, spero. Sin nihil capies, ego tamen amicissimi viri officio functus fuero. Vale, meque, ut facis, ama.

A

B

Erasmus Roterod. Martino Dorpio Theologo eximio S. D.

Epist. 42. NOn fuit reddita nobis epistola tua, sed tamen exemplar, haud scio quomodo exceptum, amicus quidem exhibuit *Antuerpiæ*. Deploras *Moriam* parum feliciter editam, studium in restituendo *Hieronymo* nostrum magnopere comprobas, ab editione *Novi Testamenti* deterres. Quibus literis tuis, mi *Dorpi*, tantum abest, ut quicquam fuerim offensus, ut posthac mihi cœperis esse multò charior, cum semper fueris charissimus. Adeo syncerè consulis, mones amicè, objurgas amanter. Habet nimirum hoc *Christiana* charitas, ut etiam cum sævit maximè, tamen genuinæ suæ dulcedinis gustum obtineat. Multæ mihi cotidie redduntur ab eruditis viris literæ, quæ me decus *Germaniæ*, quæ solem, quæ lunam faciunt, & splendidissimis titulis onerant veriùs quàm ornant. Harum, emoriar, si ulla unquam me perinde delectavit, ut illa *Dorpii* mei jurgatrix epistola. Verè dictum est à *Paulo, charitatem non peccare*; sive quid adulatur, studet prodesse, sive stomachatur, non aliud agit. Atque utinam liceret per ocium ad tuas literas rescribere, quo tanto amico satisfaciam. Vehementer enim cupio, quicquid ago, te approbante fieri, cujus ingenio pene cœlesti, cujus eruditioni singulari, cujus judicio longè acerrimo tantum tribuo, ut malim unius *Dorpii*, quàm mille cæterorum calculis approbari. Verùm adhuc à navigatione nauseabundus, & mox equitatione fessus: ad hæc, in componendis sarcinulis occupatus, satius esse duxi, quomodocunque respondere, quàm amicum in ista relinquere opinione, sive hanc ex teipso conceperis, sive instillaverint alii, qui te ad eam epistolam scribendam subornârunt, quo sub alieno persona suam agerent fabulam. Primum igitur, ut ingenuè dicam, editæ *Moriæ* propemodum me pœnitet. Is libellus nonnihil mihi peperit gloriæ, vel si mavis famæ. At ego nihil moror gloriam cum invidia conjunctam. Quanquam ô superi, quid est hoc totum, quod vulgò gloriam vocant, nisi nomen inanissimum ex gentilitate relictum? Quod genus non pauca resederunt apud *Christianos*, dum immortalitatem appellant, famam posteris relictam, & virtutem qualiumcunque literarum studium. In omnibus edendis libris hic unicus semper mihi fuit scopus, ut meâ industriâ aliquam adferrem utilitatem. Id si minus assequi possem, certè nè quam adferrem noxam. Proinde cum magnos etiam viros videamus literis suis abusos, ad affectus suos digerendos, dum alius cantat ineptos amores suos, alius adulatur iis quos captat, alius injuriâ lacessitus stilo referit, alius ipse sui tibicen est, & in efferendis propriis laudibus quemvis *Thrasonem*, quemvis *Pygmalionem* superat; ego tamen quamvis ingenio tenui, & perquam exiguâ doctrinâ præditus, tamen hæc semper spectavi, ut, si possem, prodessem; si minus, nè quem læderem. *Homerus* suum in *Thersiten* odium molestâ carminis hypotyposi ultus est. *Plato* quàm multos nominatim perstrinxit suis dialogis? Cui pepercit *Aristoteles*, qui nec *Platoni* pepercit, nec *Socrati*? Habuit suum *Demosthenes Æschinem*, in quem stilo debaccharetur. Habuit suum *Cicero Pisonem*, habuit *Vatinium*, habuit *Sallustium*, habuit *Antonium*. Quàm multos nominatim & ridet & carpit *Seneca*? Quòd si recentiores expendas, & *Petrarcha* in medicum quendam, & *Laurentio* in *Pogium*, & *Politiano* in *Scalam*, filius teli vice fuit. Quem ex omnibus mihi dabis tam modestum, qui non amarulentiùs in aliquem scripserit? Ipse *Hieronymus*, vir tam pius & gravis, aliquoties non sibi temperat, quin in *Vigilantium* incandescat acriùs, in *Iovinianum* insultet immoderatiùs, in *Ruffinum* amarulentiùs invehatur. Semper hìc eruditis mos fuit, quicquid dolet, ut delectat, chartis ceu fidis sodalibus committere, in harum sinum omnes pectoris æstus effundere. Imò deprehendas quosdam, non alio consilio libros scribendos suscipere, quàm ut in his iram animi sui motus insulciant, atque hac ratione transmittant in posteros. At ego in tot jam editis voluminibus, cum tam multos candidissimè laudarim, quæso, cujus unquam denigravi famam? cui vel levissimam aspersi labem? Quem genium, quem ordinem, quem hominem nominatim lacessivi? Quid si scias, mi *Dorpi*, quoties aliud faciendum fuerim, nulli tolerandis contumeliis, provocatus? Semper tamen vici dolorem animi mei, magísque rationem habui, quid posteritas esset judicatura de nobis, quàm quid illorum mereretur improbitas. Si res ipsa perinde fuisset nota cæteris, ut erat mihi, nemo me mordacem judicâsset, sed æquum, sed modestum etiam, ac moderatum. Sed ita mecum cogitabam, quid aliis cum nostris privatis affectibus? Aut qui nostra hæc nota poterunt esse vel procul dissitis, vel posteris? Ego non quod illis, sed quod me dignum esset, fecero. Præterea nullus est tam inimicus, quem non optem, si fieri possit, in amicum redire. Cur ei rei præludam viam? Cur hìc scribam in hostem, quod aliquando frustra nolim scriptum in amicum? cur notabo carbone, cui suum candorem, etiamsi promereatur, non possim restituere? Malo in hanc peccare partem, ut vel parum meritos prædicem, quàm ut meritos vituperem. Nam si quem falsò laudaris, candori tribuitur; sin quantumlibet etiam ignominiâ dignum, suis primùm coloribus, non illius factis, sed tuo morbo adscribitur. Ut nè dicam interim, quod ut ex injuriis mutuâ talione reciprocantibus, ingens bellum aliquoties exoritur, sic ex malè dictis vicissim ultrò citróque regestis, periculosissimum incendium non rarò nascitur. Et ut parum *Christianum* est injuriam injuriâ pensare, ita parum generosi pectoris est dolorem suum, fœminarum exemplo, convitiis ulcisci. Hujusmodi rationibus ipsi mihi persuasi, ut semper innoxias & incruentas haberem literas, nec eas ullius mali nomine contaminarem. Nec aliud omninò spectavimus in *Moria*, quàm quod in cæteris lucubrationibus, tametsi vià diversâ.

C

D

E

F

G

verſâ. In *Enchiridio* ſimpliciter *Chriſtiana* vitæ formam tradidimus: In libello *De Principis inſtitutione*, palam admonemus, quibus rebus Principem oporteat eſſe inſtructum: In *Panegyrico*, ſub laudis prætextu, hoc ipſum tamen agimus obliquè, quod illic egimus apertâ fronte. Nec aliud agitur in *Moria*, ſub ſpecie lusûs, quàm actum eſt in *Enchiridio*. Admonere voluimus, non mordere; prodeſſe, non lædere; conſulere moribus hominum, non officere. *Plato* philoſophus tam gravis, largiores in compotationibus invitatiunculas approbat, quòd arbitretur quædam vitia, per hilaritatem vini poſſe diſcuti, quæ ſeveritate corrigi non poſſent. Et *Flaccus* exiſtimat jocoſam quoque admonitionem non minùs atque ſeriam conducere.

——*Ridentem*, inquit, *dicere verum*
Quid vetat?——

Neque non perſpectum eſt hoc ſapientiſſimis olim viris, qui ſaluberrima vitæ præcepta, ridendis ac puerilibus in ſpeciem apologis proponere maluerunt, quòd per ſe ſubauſtera veritas, voluptatis illecebra commendata, faciliùs penetrat in animos mortalium. Nimirum hoc eſt illud mel, quod apud *Lucretium* medici pueris medentes abſinthii poculo prælinunt. Nec in alium uſum veteres illi Principes, hoc Morionum genus in aulas ſuas induxerunt, quàm ut horum libertate leviora quædam vitia, citra ullius offenſam, & aperirentur, & emendarentur. Fortaſſe *Chriſtum* in hoc album ſocare non conveniat. Verùm ſi licet cœleſtia cum humanis ullo modo conferre, nonne hujus parabolæ, confine quiddam habent cum veterum apologis? Et jucundiùs illabitur, & acriùs infidit in animos evangelica veritas, hujuſmodi lenociniis commendata, quàm ſi nuda produceretur, id quod in opere de doctrina *Chriſtiana* diſertus *Auguſtinus* copioſè perſequitur. Videbam quàm eſſet mortalium vulgus, ſtultiſſimis opinionibus corruptum, ſidque in ſingulis vitæ inſtitutis, & remedii vocum erat veriùs, quàm ſpes. Proinde videbar mihi reperiſſe rationem, ut delicatis animis hâc arte tanquam obreperem, & cum voluptate quoque mederer. Et ſæpenumero conſpexeram, feſtivum hoc & jocoſum admonendi genus, multis feliciſſimè cedere. Quod ſi reſpondebis perſonam, quam induxi leviorem eſſe, quàm ut ſub illius prætextu de rebus ſeriis diſputetur, hanc culpam fortaſſis agnoſcam. Inepti reprehenſionem non admodum deprecor, amarulenti deprecor. Quanquam & illud probè tueri poſſem, ſi non aliâ ratione, certè tot graviſſimorum hominum exemplo, quos in ipſius libelli præfatiunculis recenſui. Quid autem facerem? Diverſabar id temporis apud *Morum* meum, ex *Italia* reverſus, ac rerum dolor compluſculos dies domi continebat. Et mea bibliotheca nondum fuerat adveſta. Tum ſi maximè fuiſſet, non ſinebat morbus quicquam in gravioribus ſtudiis acriùs agitare. Cœpi per ocium *Morias encomium* ludere, nec in hoc ſanè, ut ederem, ſed ut morbi moleſtiam, hoc velut avocamento levarem. Operis incœpti guſtum amiculis aliquot exhibui, quo jucundior eſſet riſus, cum pluribus communis. Quibus cum vehementer placuiſſet, inſtiterunt uti pergerem. Obſequutus ſum, & in hoc negotii ſeptem plus minus dies impendi. Qui ſanè ſumptus mihi pro argumenti pondere nimius etiam videbatur. Deinde quorum inſtinctu ſcripſeram, eorundem operâ deportatus in *Galliam* libellus formulis excuſus eſt, ſed ab exemplo non ſolùm mendoſo, verùm etiam mutilo. Porrò quàm diſplicuerit, vel illud ſatis eſt argumenti, quòd intra pauculos menſes plus ſepties fuerit typis ſtannеis propagatus, ſidque diverſis in locis. Demirabar ipſe, quid ibi cuiquam placeret. Hanc, mi *Dorpi*, ſi ineptiam vocas, habes reum confitentem, aut certè non reclamantem. Ad hunc modum & per ocium, & amiculis obſecundans ineptivi, idque ſemel duntaxat in vita: Quis autem omnibus horis ſapit? At ipſe fateris cæteras lucubrationes meas ejuſmodi eſſe, ut juxta piis atque eruditis omnibus magnopere probentur. Qui ſunt iſti tam rigidi cenſores, vel potiùs *Areopagitæ*, qui homini vel unam ineptiæ culpam nolint condonare? Quæ tam inſignis moroſitas, ut unico ridiculo offenſi libello, tot vigiliarum ſuperiorum gratiâ, repente ſcriptorem ſpolient? Quot ineptias aliorum proferre poſſem, hac multis partibus ineptiores, etiam in magnis Theologis, dum rixoſas & frigidiſſimas quæſtiones commenti, de nugaciſſimis magis, perinde ac pro focis & aris inter ſe digladiantur. Atque iſti tam ridiculas fabulas, & vel ipſis *Atellanis* ineptiores citra perſonam agunt. Ego certè verecundiùs, qui cum ineptior eſſe vellem, Stultitiæ perſonam obtexui; & quemadmodum apud *Platonem Socrates* obtectâ facie, laudes amoris recitat, ita ipſe fabulam hanc perſonatus egi. Scribis ab iſtis ipſis, quibus argumentum diſplicet, & ingenium, & eruditionem, & eloquentiam probari, verùm eoſdem offendi nimis liberâ mordacitate. At iſti reprehenſores plus etiam tribuunt mihi quàm velim. Quanquam nihil moror hanc laudem, præſertim ab his profectam, quibus ego nec ingenium eſſe puto, nec eruditionem, nec eloquentiam. Quibus ſi pollerent, mi *Dorpi*, crede mihi, non tantopere jocis offenderentur, ſalutaribus magis quàm ingenioſis aut eruditis. Obſecro te per Muſas, quos tandem oculos, quas aures, quod palatum adferunt iſti, quos offendit in eo libello mordacitas? Primùm quæ poteſt illic eſſe mordacitas, ubi nullius omnino nomen perſtringitur præterquam meum? Cur non venit in mentem, quod toties inculcat *Hieronymus*, ubi generalis eſt de vitiis diſputatio, ibi nullius eſſe perſonæ injuriam? Quòd ſi quiſquam offenditur, non habet quod expoſtulet cum eo qui ſcripſit, ipſe ſi volet, ſecum agat injuriarum, utpote ſui proditor, qui declarârit hoc ad ſe propriè pertinere, quod ita dictum eſt de omnibus, ut de nemine ſit dictum, niſi ſi quis volens ſibi vendicet. An non vides me toto opere, ſic à nominibus hominum temperâſſe, ut nec gentem ullam acriùs taxare voluerim? Etenim ubi cuique nationi peculiarem philautiam recenſeo, *Hiſpanis* aſcribo militiæ laudem, *Italis* literas & eloquentiam, *Anglis* lautas menſas, & formam, & cæteris item ejuſmodi quædam, quæ quiſque in ſe dicta, vel agnoſcat non illibenter, vel certè cum riſu audiat. Ad hæc, cum juxta argumenti ſuſcepti rationem, per omnia mortalium genera volvar, & in taxandis ſingulorum vitiis verſer, quæſo quid uſquam aut dictu fœdum occurrit, aut virulentum? Ubi flagitiorum ſentinam aperio? ubi ſecretam illam vitæ humanæ movео camarinam? Quis neſcit, quàm multa dici potuerint, in malos Pontifices, in improbos Epiſcopos

ſcopos & ſacerdotes, in vitioſos Principes, breviter in quemvis ordinem, ſi ad *Juvenalis* exemplum, non puduiſſet ea mandare literis, quæ multos non pudet facere ? Tantum feſtiva quædam & ridicula magis quàm fœda recenſuimus, ſed ita recenſuimus, ut obiter & maximis de rebus nonnunquam admoneamus, quod illos ſcire magnopere referat. Scio tibi non eſſe vacuum ad hujuſmodi nugas deſcendere. Sed tamen ſiquando dabitur ocium, fac attentiùs excutias ridiculos illos *Moriæ* jocos, nimirum comperies non paulò magis quadrare ad Evangeliſtarum & Apoſtolorum dogmata, quàm quorundam ſplendidas, ſicuti putant, & magnis dignas magiſtris diſputationes : Atque ipſe quoque in tuis literis non diffiteris pleraque vera eſſe, quæ illic referuntur. Verùm exiſtimas non expediſſe,

Auriculas teneras mordaci radere vero.

Si putas nullo pacto liberè loquendum eſſe, nec unquam promendam eſſe veritatem, niſi cum non offendit, cur medici pharmacis medentur amaris, & λυσὶν πικρὰν, inter laudatiſſima ponunt remedia ? Quod ſi illi faciunt, corporum medentes vitiis, quanto magis par eſt nos idem facere in ſanandis animorum morbis ? *Obſecra*, inquit *Paulus, argue, increpa, opportunè, importunè.* Apoſtolus vult omnibus modis inſectanda eſſe vitia, & tu nullum vis ulcus attingi ? Præſertim cum id eâ moderatione fiat, ut nè poſſit quidem quiſquam lædi, niſi qui ſtudio læſerit ſeipſum. Quòd ſi nulla eſt ratio, citra ullius offenſam, medendi vitiis hominum, hæc una, ni fallor, eſt omnium maximè accommoda, cum neque nomen cujuſquam editur, deinde cum temperatur ab iis, à quorum commemoratione quoque bonorum abhorrent aures. Etenim quemadmodum in Tragœdiis quædam atrociora ſunt, quàm ut oculis ſpectatorum conveniat exhiberi, & narâſſe ſufficiat, ita in hominum moribus quædam obſcœniora ſunt, quàm ut verecundè poſſint narrari. Poſtremò, cum illa ipſa quæ narrantur, ſub ridicula perſona, per luſum & jocum efferuntur, ut omnem offenſam ſermonis hilaritas excludat. An non videmus, quantum aliquoties apud ſeveros etiam tyrannos, valeat jocus commodus, & in tempore dictus ? Quæſo te, quæ preces, quæ ſeria oratio, potuiſſet Regis illius animum tam facilè placare, quàm militis jocus ? *Imò*, inquit, *niſi lagena nos deſtituiſſet, longè atrociora fueramus in te dicturi.* Arriſit Rex, & ignovit. Nec ſine cauſa tam diligenter de riſu præcipiunt duo ſummi rhetores, *M. Tullius* & *Quintilianus*. Tantam vim habet lepos & jucunditas ſermonis, ut etiam in nos aptè tortis dicteriis delectemur, id quod de *C. Cæſare* literis eſt proditum. Proinde, ſi fateris vera quæ ſcripſi, ſi feſtiva magis quàm obſcœna, quæ ratio commodior excogitari poterat, medicandi communibus hominum malis ? Primùm ipſa voluptas illectat ad legendum, & illectum remoratur. Nam in cæteris, alias res alii venantur. Voluptas ex æquo blanditur omnibus, niſi ſi quis ſtupidior eſt, quàm ut literatæ voluptatis ſenſu tangi poſſit. Porrò, qui illic offenduntur, ubi nullius editur nomen, ii mihi videntur haud multum abeſſe à muliercularum affectibus, quæ ſi quid in malas fœminas dictum fuerit, ſic commoventur, quaſi ea contumelia ad ſingulas pertineat. Rurſum ſi quid laudis tribuatur probis mulieribus, ſic ſibi placent, quaſi quod alterius eſt, id pertineat ad omnium [illegible] ſit hoc ineptiæ genus à viris, at multò [illegible] rudibus viris, maximè verò à Theologis. [illegible] hic offendo criminis à quo ſum immunis, [illegible] offendor ; ſed ipſe mihi gratulor, qui [illegible] malis, quibus multos obnoxios eſſe video. [illegible] eſt tactum ulcus aliquod, & ſum ipſe [illegible] ſtenſus in ſpeculo, nec hic quicquam eſt [illegible] cur offendi debeam. Si prudens ſum, [illegible] labo quod ſentio, nec ipſe mei veniam [illegible] tor. Si probus, admonitus cavebo, nè [illegible] le convitium poſthac in os nominatim poſſit impingi, quod illic ſine nomenclatura [illegible] video. Cur non ſaltem hoc donamus huic libello, quod vulgaribus iſtis comœdiis tribuunt & illæ ? Quàm multa, quantâ cum libertate [illegible] tur illic in monarchas, in ſacerdotes, in [illegible] in uxores, in maritos, in quos non ? ſit [illegible] quia nemo nominatim inceſſitur, arridem omnes, & ſuum quiſque morbum, aut fatetur [illegible] nuè, aut diſſimulat prudenter. Violenti quoque tyranni ferunt ſcurras & Morionas [illegible] cum ab iis aliquoties manifeſto convitiis [illegible] tur. Non ultus eſt Imperator *Flavius Vespaſianus* exprobratam ſibi cacantis faciem. [illegible] nam iſti tam delicatis auribus, qui *Moriæ* [illegible] non ferunt in communem hominum vitia, ſine ullius nominis inuſtione ludentem ? Nonnam exploſa fuiſſet vetus comœdia, ſi ab [illegible] nominibus illuſtrium virorum abſtinuiſſet. At tu quidem, optime *Dorpi*, ita propemodum ſcribis, quaſi totum ordinem Theologicum *Moriæ* libellus à nobis alienâſſet. Quid opus fuit, inquis, Theologorum ordinem tam acriter lacerſere, meámque deploras fortunam ? Olim, inquis, tuas lucubrationes magno ſtudio legebant omnes, te præſentem videre geſtiebant. Nunc *Moria* veluti *Davus* interturbat omnia. Scio te nihil per calumniam ſcribere, nec ipſe tecum tergiverſatorem agam. Quæſo laceſſitum Theologorum ordinem putas, ſi quid dictum ſerit in ſtultos aut malos Theologos, eóque infames nomine ? Atqui ſi placet iſta lex, nullum mortalium genus infenſum habeat, qui quid dixerit in ſceleratos homines. Quis unquam fuit tam impudens Rex, qui non fateatur, Regum nonnullos eſſe malos, & hoc honore indignos ? Quis epiſcopus tam inſolens, quin idem de ſe fateatur ordine ? An unus ordo Theologorum, in tanto numero, nullum habet ſtupidum, nullum indoctum, nullum rixoſum, ſed tantum *Paulos*, *Baſilios*, & *Hieronymos* nobis exhibet ? Iniquum hoc contra fit, ut quo quæque profeſſio præſtantior eſt, hoc pauciores habeat qui reſpondeant. Plures invenies bonos naucleros, quàm bonos Principes, plures medicos bonos, quàm bonos Epiſcopos. Atqui ea res haud pertinet ad contumeliam ordinis, ſed ad laudem paucorum, qui in pulcherrimo ordine, ſeſe pulcherrimè geſſerunt. Rogo dic mihi, cur magis offendantur Theologi, ſi modò ſunt qui offendantur, quàm Reges, quàm primates, quàm magiſtratus, quàm Epiſcopi, quàm Cardinales, quàm ſummi Pontifices ? Denique quàm negotiatores, quàm mariti, quàm uxores, quàm jureconſulti, quàm poetæ ? (Nullum enim omninò mortalium genus præterit *Moria*.) Niſi quòd non uſque adeo deſipiunt, ut in

ſe

si quisquam dictum existimet, quod in genere dictum sit in malos? Divus *Hieronymus* scripsit ad *Eustochium De Virginitate*, atque in eo libro eximiam virginum mores ita depingit, ut nullus *Apelles* magis possit oculis exponere. Nunquid offensi sunt *Eustochium*? Nunquid succensuit *Hieronymo*, quòd virginum ordinem dehonestâsset? Nè tantillum quidem. At quamobrem tandem? Nempe quòd virgo prudens, non existimaret ad se pertinere, si quid dictum esset in malas, imò gaudebat admoneri bonas, nè in tales degenerarent: Gaudebant admoneri malas, ut tales esse desinerent. Scripsit ad *Nepotianum De vita Clericorum*. Scripsit ad *Rusticum De vita Monachorum*, ac miris coloribus pingit, miris talibus tamen utriusque generis vitia. Nihil offensi sunt ad quos scripsit, quòd scirent horum nihil ad se pertinere. Cur non alienatus est *Guidelmus Montioius*, inter optimates aulicos non infimus, quòd multa luserit *Moria* in proceres aulicos? Nempe cum ipse sit vir & optimus, & prudentissimus, arbitratur, id quod res est, quod in malos ac stultos dictum est primates, nihil ad se pertinere. Quàm multa lusit in malos & laicos Episcopos *Moria*? Cur nihil hisce rebus offensus est *Archiepiscopus Cantuariensis*? Nempe quia vir omni virtutum genere absolutus, nihil horum ad se pertinere judicat. Quid ego tibi pergam commemorare nominatim de summis Principibus, & cæteris Episcopis, de Abbatibus, de Cardinalibus, de viris eruditione claris, quotum tamen nullum adhuc sentio vel pilo factum alienorem, *Moriæ* gratiâ? Nec abduci possum, ut credam illos Theologos irritatos hoc libello, nisi forte paucilos aliquot, qui vel non intelligant, vel invideant, vel naturâ sint adeò morosâ, ut nihil omninò probent. Habet enim, id quod in confesso est, hoc *hominum genus* admixtos quosdam, primùm ingenio judicioque adeò infelici, ut ad nullas omnino literas sint appositi; nedum theologicas: Deinde, posteaquam pauculas *Alexandri Galli* regulas edidicerint, ad hæc paululum ineptissimæ Sophistices attigerint; Post ex *Aristotele* decem tenuerint propositiones, nec has intellectas; Postremò ex *Scoto aut Occam*, totidem ediderint quæstiones: Quod superest, ex *Carbone*, *Marsilio*, & consimilibus dictionariis, velut ex Copiæ cornu petituri, mirum quàm eristas efferant, ut nihil est arrogantius imperitiâ. Isti sunt qui contemnunt divum *Hieronymum*, ut Grammaticen, quia non intelligant. Isti *Græcas*, *Hebraicas*, imò & *Latinas* rident literas. Et cum sint quovis sue stupidiores, ac nè sensu quidem communi præditi, putant se totius aream tenere sapientiæ. Censent omnes, damnant, pronunciant, nihil addubitant, nusquam hærent, nihil nesciunt. Et tamen isti duo trésve magnas sæpenumero commovent tragœdias. Quid enim est inficiâ vel impudentius, vel pertinacius? Hi magno studio conspirant in bonas literas. Ambiunt in senatu Theologorum aliquid esse, & verentur, nè si renascantur bonæ literæ, & si resipiscat mundus, videantur nihil scisse, qui antehac vulgò nihil nescire videbantur. Horum sunt illi clamores, horum illi tumultus, horum conjuratio, in viros melioribus addictos literis. His non placet *Moria*, quia non intelligunt, neque *Græcè*, neque *Latinè*. In hujusmodi non Theologos, sed theologiæ histriones, si quid fortè dictum sit acerbius, quid hoc ad magnificentissimum bonorum Theologorum ordinem? Nam si pietatis studio commoventur isti, cur *Moria* potissimùm succensent? Quàm impia, quàm spurca quàm pestifera scripsit *Pogius*? At hic ut autor *Christianus* passim habetur in sinu, in omnes penè versus linguas. Quibus probris, quibus maledictis clericos insectatur *Pontanus*? At hic ut lepidus ac festivus legitur. Quantum obscœnitatis est in *Juvenale*? At hunc quidam putant concionatoribus etiam utilem esse. Quàm maledicè scripsit in *Christianos Cornelius Tacitus*, quàm inimicè *Suetonius*, quàm impiè deridet immortalitatem animarum *Plinius* & *Lucianus*? At hos tamen eruditionis gratiâ legunt omnes, & meritò quidem legunt. Solam *Moriam*, quia talibus aliquot luserit, non in bonos theologos, & eo dignos titulo, sed in ineruditorum frivolas quæstiunculas, & ridiculum magistri nostri titulum ferre non possunt. Ac duo trésve nebulones, theologico schemate personati, mihi conantur hanc movere invidiam, quasi theologorum ordinem læserim & alienarim. Ego tantum tribuo Theologicis literis, ut eas solas soleam appellare literas. Ita suspicio venerórque hunc ordinem, ut huic uni nomen dederim, ac voluerim ascribi. Quanquam pudore prohibeor, quo minùs mihi tam eximium titulum asseram, quippe qui non ignorem, quæ dotes & eruditionis, & vitæ, theologico nomini debeantur. Nescio quod homine majus profitetur, qui theologum profitetur. Episcoporum ea dignitas est, haud mei simi lium. Nobis satis est *Socraticum* illud didicisse, quod nihil omninò scimus, & qua possimus operam nostram juvandis aliorum studiis conferre. Equidem nescio ubinam lateant isti duo trésve Theologorum dii, quos scribis mihi parum esse propitios. Ipse complurib us in locis fum versatus ab edita *Moria*, in tot Academiis vid, in tot frequentissimis urbibus. Nullam unquam Theologum mihi sensi iratum, nisi unum aut alterum ex istorum numero, qui omnibus bonis literis sunt hostes. Nec ii tamen unquam verbo mecum expostulârunt. Quid in absentem inusserint, non admodum observo, tot bonorum judicio fretus. Ni vererer, mi *Dorpi*, nè cui videar arrogantius, quàm verius hæc dicere, quàm multos tibi possem recensere theologos, vitæ sanctimoniâ celebres, eruditione præcellentes, dignitate præeminentes, aliquot ex his etiam Episcopos, qui me nunquam magis amplexi sunt, quàm post editam *Moriam*; & quibus ille libellus magis arridet, quàm mihi ipsi. Horum singulos titulis ac nominibus suis hoc loco referrem, nisi vererer nè tantis etiam vitiis, *Moriæ* causâ, futuri sint inquiores tres isti theologi, imò unum duntaxat esse puto apud vos istius autorem tragœdiæ. Nam rem propemodum conjecturis assequor. Quem si vellem suis depingere coloribus, nemo miraretur ejusmodi viro displicuisse *Moriam*, imò mihi non placeret, nisi talibus displiceret. Quanquam nec mihi placet. At isto certè nomine minùs displicet, quòd talibus ingeniis non placet. Plus apud me ponderis habet sapientum & eruditorum Theologorum judicium, qui tantum absunt, ut me suggillent mordacitatis, ut moderationem etiam & candorem meum laudibus vehant, qui procax per se argumentum, citra procacia tractarim, & in re jocosa sine dente luserim. Etenim ut solis respondeam theologis, quos solos

audio

audio offendi, quis neſcit quàm multa vulgo quoque dicantur in mores malorum Theologorum? ℣Moria nihil attingit iſtiuſmodi. Tantum jocatur in ocioſas illorum diſceptatiunculas, nec has ipſas tamen ſimpliciter improbat, verùm eos damnat, qui in his ſolis Theologicæ rei puppim, ut aiunt, & proram collocant, quíque logomachiis, ut divus apellavit *Paulus*, ejuſmodi ſic occupantur, ut nec Evangelicas, nec Prophecticas, nec Apoſtolicas literas vacet legere. Atque utinam, mi *Dorpi*, pauciores eſſent huic obnoxii crimini. Poſſem tibi producere, qui annum egreſſi octogeſimum, tantum ætatis in hujuſmodi tricis perdiderint, nec unquam contextum evangelicum evolverint, id quod à me compertum, ipſi quoque demum confeſſi ſunt. Nè ſub *Moriæ* quidem perſona ſum auſus dicere, quod tamen non rarò multos audio deplorantes, Theologos & ipſos, ſed verè Theologos, hoc eſt viros integros, graves, eruditos, & qui *Chriſti* doctrinam penitùs ex ipſis imbiberint fontibus. Ii quoties apud eos ſunt, apud quos fas liberas animi voces depromere, deplorant hoc recentius Theologiæ genus mundo invectum, & vetus illud deſiderant. Quid enim eo ſanctius, quid auguſtius, quid æquè reſipiens ac referens illa cœleſtia *Chriſti* dogmata? At hoc, ut omittam barbari factitiſque ſermonis ſordes, & portenta, ut omittam omnium bonarum literarum inſcitiam, ut imperitiam linguarum, ſic *Ariſtotele*, ſic humanis inventiunculis, ſic prophanis etiam legibus eſt contaminatum, ut haud ſciam an purum illum ac ſincerum *Chriſtum* ſapiat. Fit enim, ut dum ad humanas traditiones nimium avertit oculos, minus aſſequatur archetypum. Hinc ſæpenumero coguntur Theologi cordatiores aliud apud populum dicere, quàm vel apud ſe ſentiant, vel apud familiares loquantur. Et aliquoties non habeant quod reſpondeant conſultoribus, cum perſpiciunt, aliud docuiſſe *Chriſtum*, aliud humanis traditiunculis imperari. Quæſo, quid commercii *Chriſto* & *Ariſtoteli*? quid ſophiſticis captiunculis, cum æternæ ſapientiæ myſteriis? Quorſum tot quæſtionum labyrinthi? Inter quas quàm multæ ſunt ocioſæ, quàm multæ peſtilentes, vel hoc ipſo quòd contentiones & diſſidia pariunt? At ſunt veſtiganda quædam, ſunt & decernenda quædam. Non abnuo: ſed è diverſo permulta ſunt, quæ rectiùs ſit omittere quàm inquirere. Et ſcientiæ pars eſt quædam neſcire, permulta de quibus ſalubrius eſt ambigere, quàm ſtatuere. Poſtremò ſi quid ſtatuendum eſt, id velim reverenter, non arrogan. ter, & ex divinis literis, non è commentitiis hominum ratiunculis ſtatui. Nunc neque quæſtiuncularum ullus eſt finis, in quibus ipſis tamen, quanta familiarium & factionum diſſenſio. Et cotidie decretum ex decreto naſcitur. Breviter eò redacta res, eſt ut negotii ſumma non tam ex *Chriſti* præſcripto, quàm ex Scholaſticorum definitionibus, & Epiſcoporum qualiumcunque poteſtate dependeat. Quibus rebus ſic involuta ſunt omnia, ut nè ſpes quidem ſit, mundum ad verum illum *Chriſtianiſmum* revocandi. Hæc aliáque permulta perſpiciunt ac deplorant ſanctiſſimi, iidémque doctiſſimi viri, quorum omnium præcipuam cauſam in audax hoc & irreverens recentium Theologorum genus rejiciunt. O ſi tibi liceret, mi *Dorpi*, tacitis oculis animi mei cogitationes intueri, nimirum [illegible] quàm multa prudens hoc reticeam [illegible] tum aut nihil attigit *Moria*, aut [illegible] attigit, nè quem offenderem. Atque [illegible] tionem in omnibus ſervare curavi, nè [illegible] nè ſcriberem, nè quid peſtiferum [illegible] quid ſeditioſum, aut quod cum ullius [illegible] juria conjunctum videri poſſet. Si quid [illegible] eſt de Divorum cultu, ſemper reperies aliquid ſcriptum, quod palam teſtetur, nihil aliud curari, quàm ſuperſtitionem non rectè coleniam Divis. Item ſi quid in Principes, ſi quid in Epiſcopos, ſi quid dicitur in monachos, ſemper addimus, quod declaret, illud in ordinis injuriam non eſſe dictum, ſed in corruptos & ſuo indignos ordine, ne quenquam bonum læderem, dum malorum inſector vitia. Ac rurſus, dum hoc ago, ſiborribus omnium nominibus, effeci quod in me ſit, nè vel mali poſſent offendi. Poſtremò, dum ſalibus & jocis, fictáque & ridiculâ perſonâ, tota peragitur fabula, curatum eſt, ut triſtes etiam & moroſi, boni conſulant. Jam illud, non ut mordacius dictum notari ſcribis, ſed ut impium. Nam quo, inquis, acto ferant piæ aures, quod futuræ vitæ felicitatem dementiæ ſpeciem vocas? Obſecro te, optime *Dorpi*, quis tuum candorem docuit ſubdolum hoc calumniandi genus? Sive (quod magis arbitror) quis aſtutus, ad hanc mihi ſtruendam calumniam tui abuſus eſt ſimplicitate? Ad hunc modum ſolent iſti calumniatores peſtilentiſſimi, duo tria decerpere, eáque nuda, nonnunquam & immutata nonnihil, prætermiſſis his quæ dum alioqui ſermonem leniunt & explicant. Nosti ac docet hanc aſtutiam in ſuis inſtitutionibus *Quintilianus*, ut noſtra quàm commodiſſimè referamus, additis confirmationibus, & ſi quid eſt quod mitiget, quod extenuet, quod alioqui eorum adjuvet. Contra, quæ ſunt adverſariorum, ei deſtitutâ his omnibus recitemus, idque verbis, quàm fieri poteſt, odioſiſſimis. Hanc artem illum ex *Quintiliani* præceptis, ſed ex ſua malevolentia didicerunt, quâ ſæpenumero fit, ut quæ maxopere placitura fuerint, ſi ſic referantur, ut ſcripta ſunt, aliter recitata vehementer offendant. Relege, quæſo te, locum, ac diligenter inſpice, quibus gradibus, quóque ſermonis progreſſu, huc perventum ſit, ut felicitatem illam demum ſpeciem eſſe dicerem. Ad hæc obſerva, quibus verbis id explicem, videbis illic eſſe, quod pure pias aures etiam delectet, tantum abeſt, ut quicquam ſit quod offendat. In tua recitatione offenditur illum eſt, non in meo libello. Etenim cum hoc ageret *Moria*, ut univerſum rerum genus ſtultitiæ nomine complecteretur, docereque totam humanæ felicitatis ſummam à ſtultitia pendere, per omne mortalium genus perrepta eſt, uſque ad Reges ac ſummos Pontifices. Deinde perventum eſt ad ipſos Apoſtolos, atque adeo *Chriſtum*, quibus ſtultitiam quandam interam reperimus in ſacris literis. Neque verò periculum eſt, nè quis hìc imaginetur Apoſtolos aut *Chriſtum* verè ſtultos fuiſſe, ſed quòd in his quoque fuerit infirmum quiddam, & noſtris tributum affectibus, quod ad æternam illam, ac puram ſapientiam parum ſapiens videri poſſit. Verùm hæc ipſa ſtultitia vincit omnem humanam ſapientiam; quemadmodum & Prophera omnem mortalium juſtitiam pannis confert feminæ menſtruo

mentis tuo fluxu contaminatæ. Non quòd bonorum justitia polluta sit, sed quòd ea quæ apud homines purissima sunt, quodammodo impura sint, si ad illam ineffabilem Dei puritatem conferantur. Et ut sapientem proposui stultitiam, ita sanam insaniam, & cordatam amentiam facio. Quóque mollius esset, quod de sanctorum fruitione secubatur, præmitto tres *Platonis* furores, è quibus felicissimus sit amantium, qui nihil aliud sit quàm extasis quædam. At piorum extasis nihil aliud est, quàm gustus quidam futuræ beatitudinis, quâ toti absorbebimur in Deum, in illo magis quàm in nobis ipsis futuri. At hunc *Plato* furorem vocat, cum quis extra se raptus, in eo est quod amat, eóque fruitur. Non vides quàm diligenter paulò post distinxerim stultitiæ & insaniæ genera, nè quis simplicium in verbis nostris labi posset? Verùm de re non pugnò, inquis, à verbis ipsis abhorrent piorum aures. At cur non offenduntur eædem aures istæ, cum *Paulum* audiunt dicentem, *Quod stultum est Dei?* & *stultitiam crucis?* Cur non divum *Thomam* in jus vocant, qui de *Petri* extasi scribit in hunc modum, *Dum piè desipit, sermonem incipit de tabernaculis.* Sacrum illum ac felicem raptum desipientiam vocat. Et tamen ista canuntur in templis. Cur mihi non olim scripsere dicam, quòd in precatione quadam *Christum magum* dixerim & *incantatorem?* Divus *Hieronymus Christum Samaritanum* appellat, cum fuerit *Judæus*. *Paulus* eundem & *peccatum* vocat, quàm plus dicas quàm *peccatorem*; *Maledictum* vocat. Quàm impium convitium, si quis malignè velit interpretari? quàm pia laus, si quis, ut *Paulus* scripsit, ita accipiat? Ad consimilem modum, si quis *Christum* prædonem appellet, si quis adulterum, si quis temulentum, si quis hæreticum, nónne futurum sit, ut boni omnes obturent aures? At si quis commodis verbis hæc efferat, & sermonis progressu paulatim huc Lectorem veluti manu deducat, quemadmodum triumphans per crucem, prædam ab inferis abductam patri reverterit, quemadmodum *Moysi* Synagogam, velut uxorem *Uriæ*, sibi adjunxerit, ut ex ea nasceretur pacificus ille populus, quo pacto charitatis musto temulentus, semetipsum nobis impenderit, quemadmodum novum doctrinæ genus invexerit, ab omnium & sapientum & insipientum placitis longè diversissimum; quis quæso poterit offendi, præsertim, cum horum vocabulorum singula nonnunquam reperiamus in arcanis literis, in bonum usurpata sensum? Nos in *Chiliadibus*, nam id obiter venit in mentem, Apostolos *Silenos* appellavimus, imò, *Christum* ipsum *Silenum* quendam diximus. Accedat iniquus interpres, qui hoc tribus verbis odiosiùs explicet, quid intolerabilius? At legat pius & æquus, quæ scripsi, probabit allegoriam. Demiror autem nec illud animadversum ab istis, quàm cautim efferam ista, quámque correctione studeam mitigare. Sic enim propono: *Sed posteaquam semel τῷ λογικῷ induimus, age deceamus & illud, felicitatem Christianorum, quam tot laboribus expetunt, nihil aliud esse quam insaniæ stultitiæque genus quoddam.* Absit invidia verbis. Rem ipsam potiùs expendite. Audísne? Primùm quod *Moria* de re tam arcana disputat, id mitigo Proverbio, quòd jam leonis exuvium induerit. Nec simpliciter appello stultitiam aut insaniam, sed *stultitiæ insaniæque genus*, ut piam stultitiam, & felicem intelligas insaniam; juxta distinctionem, quam mox subjicio. Nec hoc contentus, addo *quoddam*, ut appareat figuram subesse, non simplicem esse sermonem. Nec his contentus, offensam deprecor, quam verborum sonus possit gignere, & admoneo, ut magis observent quid dicatur, quàm quibus dicatur verbis; atque hæc quidem in ipsa statim propositione. Jam verò in ipsa rei tractatione, quid est omninò quod non piè, quod non circumspectè sit dictum, ac reverentiùs etiam quàm ut conveniat *Moriæ?* Sed ibi malui pauliſper oblivisci decori, quàm non satisfacere dignitati rei; malui rhetoricen offendere, quàm lædere pietatem. Ac postremò, peractâ probatione, nè quem moveret, quod de re tam sacra Stultitiam, hoc est, jocosam personam, fecerim loquentem, & hanc deprecor culpam hisce verbis: *Verùm ego jamdudum oblita mei, ὦ τὰ ἰσταμένου πηδῶ. Quanquam si quid petulantiùs aut loquaciùs à me dictum videbitur, cogitate & stultitiam & mulierem dixisse.* Videt ut nusquam cessarim omnem offendiculi ansam præcidere. Verùm ista non perpendunt, quorum aures, præter propositiones, conclusiones & corollaria nihil admittunt. Quid quod præfatione præmunierim libellum; quâ conor omnem præcludere calumniam? Neque quicquam addubito, quin ea candidis omnibus faciat satis. Quid autem facias istis, qui vel ob ingenii pertinaciam sibi satisfieri nolint, vel stupidiores sint, quam ut satisfactionem intelligant? Nam quemadmodum *Simonides* dixit, *Thessalos* hebetiores esse, quàm ut possint à se decipi; ita quosdam videas stupidiores, quàm ut placari queant. Ad hæc, non mirum est invenire quod calumnietur, qui nihil aliud quærit, nisi quod calumnietur. Quòd si quis eodem animo legat divi *Hieronymi* libros, centum locos offendet quæ calumniæ pateant, nec deerit in omnium *Christianissimo* doctore, quod ab istis hæreticum possit appellari. Nè quid interim dicam de *Cypriano*, de *Lactantio*, déque cæteris consimilibus. Denique, quis unquam audivit ludicrum argumentum in Theologorum vocari cognitionem? Quod si placet, cur non eâdem operâ, quicquid à Poetis hodie scribitur, aut luditur, ad hanc excutiunt legem? Quot illic reperient obscœna, quot veterem paganismum olentia? Verùm hæc, quoniam inter seria non habentur, nemo Theologorum existimat ad se pertinere. Neque tamen postulem istorum exemplum mihi patrocinari. Ego nec joco scriptum à me velim, quod ullo pacto *Christianorum* officiat, pietati. Modò detur, qui quod scriptum est intelligat, modò detur æquus & integer, quíque cognoscere studeat, non affectet calumniari. At si quis istorum habeat rationem, qui primùm nullo sunt ingenio præditi, minore judicio, deinde nihil omninò bonarum literarum attigerunt, sordidâ tantum istâ, perturbatáque doctrinâ infecti potiùs quàm eruditi; denique, infensi omnibus qui sciunt, quod ipsi nesciant, nec aliud secum adferentes propositum, quàm calumniandi, quicquid illud sit, quod fortè utcunque intellexerint, is nimirum nihil omnino scripturus est, si vacare velit calumnia. Quid quod istorum nonnullos gloriæ studium, ad calumniandum adducit? Nihil enim gloriosius insciti, cum scientiæ persuasione

conjunctâ. Proinde, cum vehementer ſitiant famam, nec eam poſſint bonis rationibus aſſequi, malunt *Epheſium* illum juvenem imitari, qui incenſo fano totius orbis celeberrimo nobilitatus eſt, quàm inglorii vivere. Et quum ipſi nihil lectu dignum poſſint edere, toti ſunt in hoc, ut celebrium virorum lucubrationes carpant. De aliis loquor, non de me, qui nihil omninò ſim. Ac *Moriæ* libellum ipſe nè pili quidem facio, nè quis putet hâc re commoveri nos. Quid autem mirum, ſi tales, quales modò diximus, propoſitiones aliquot eligant, ex magno decerptas opere, quarum alias faciant ſcandaloſas, alias irreverentiales, alias malè ſonantes, alias impias & hæreſim ſapientes, non quòd hæc mala reperiant illic, ſed quòd ipſi ſecum adferant? Quantò placabilius erat, & *Chriſtiano* candore dignius, eruditorum hominum induſtriam favore alere? &, ſi quid fortè fortunà fuerit elapſum incogitantiùs, aut connivere, aut comiter interpretari, quàm inimicè quærere quod reprehendas, & ſycophantam agere, non Theologum? Quantò feliciùs mutuâ collatione vel docere, vel diſcere, & ut *Hieronymianis* utar verbis, in ſcripturarum campo ſine noſtro dolore ludere? At in iſtis mirum quàm nihil ſit medium. Quoſdam autores ſic legunt, ut quantumvis manifeſtum inciderit erratum, vel frivolo prætextu defendant; in quoſdam adeo ſunt iniqui, ut nihil tam circumſpectè dici poſſit, quod non aliquâ ratione calumientur. Quantò præſtiterat, dum hæc agunt, dum viciſſim & lacerant, & lacerantur, ſimul & ſuum perdentes ocium & alienum, *Græcas*, aut *Hebraicas*, aut certè *Latinas* literas diſcere? Quarum cognitio tantum adfert momenti ad divinarum ſcientiam literarum, ut mihi ſanè videatur vehementer impudens, earum rudem, Theologi nomen ſibi vendicare. Proinde, *Martine* optime, pro mea in te benevolentia, non te deſinam adhortari, quod antehac ſæpiùs feci, ut ſtudiis tuis, ſaltem *Græcarum* literarum cognitionem adjungas. Rara quædam eſt ingenii tui felicitas. Stilus ſolidus, & nervoſus, ac fluens & exuberans, animum arguit non ſanum modò, verumetiam fœcundum. Suppetit ætas, non tantùm integra, ſed virens adhuc & florida. Et vulgatum iſtum ſtudiorum curſum, jam feliciter abſolviſti. Crede mihi, ſi iſtis tam præclaris initiis, *Græcanicæ* literaturæ colophonem addideris, auſim tum mihi, tum aliis omnibus, magnum quiddam de te polliceri, & quod antehac nemo recentium Theologorum præſtiterit. Quòd ſi in hac es opinione, ut amore veræ pietatis, putes omnem humanam eruditionem eſſe contemnendam, & arbitraris ad hanc ſapientiam majore compendio perveniri, transfiguratione quâdam in *Chriſtum*, cæteráque omnia, quæ digna cognitu ſint, pleniùs in fidei lumine perſpici, quàm in hominum libris, facilè tuæ ſubſcripſero ſententiæ. Quòd ſi, ut nunc habet humanarum rerum ſtatus, veram Theologicæ rei cognitionem tibi promittis, abſque linguarum peritiâ, præſertim ejus in qua pleræque ſunt traditæ divinæ literæ, totâ nimirum erras viâ. Atque utinam hanc rem perſuadere tibi tam poſſim, quàm cupio, nam cupio non minùs quàm & te diligo, & tuis ſtudiis faveo, porrò, tum diligo effuſiſſimè, tum faveo impenſiſſimè. Quod ſi tibi [illegible] approbare, ſaltem illud amici [illegible] velim, ut periculum facias. Nihil [illegible] eſt, niſi fateberis amicum ac fidum [illegible] tum. Si quid meretur hic meus in te [illegible], quid valet patria communis, ſi quid [illegible] ic, non aufim dicere, doctrinæ, ſed certè laboriosæ in bonis literis exercitationi; ſi quid etiam [illegible] bus ætati (nam quantum ad annos attinet, ego tibi pater eſſe poſſem) ſine me hoc vel gratiâ, vel auctoritate, ſi minùs argumentis, ab te impetrare. Ita demum mihi videbor eloquens, quòd tu mihi ſoles tribuere, ſi hanc rem perſuaſero. Quod ſi aſſequor, futurum eſt, ut utrique gaudeamus, ego dediſſe conſilium, tu paruiſſe. Et qui nunc es omnium chariſſimus, hoc nomine non paulò futurus es charior, quòd te tibi reddiderim chariorem. Sin minùs, vereor, nè tanta jam grandior, ac rerum uſu doctus, & meum probaturus ſis conſilium, & tuam damnaturus ſententiam: quódque ferè ſolet uſu venire, tum intelligas errorem tuum, cum ſerum erit medelæ. Poſſem tibi permultos enumerare nominatim, qui cani jam cœperint in his literis repuerare, quòd tandem animadverteſſent, ſine his mancum ac cæcum eſſe literarum ſtudium. Verùm hæc de re nimis jam multa. Ut ad tuam redeam epiſtolam. Quoniam eximias hâc unâ ratione tibi poſſe Theologorum invidiam, & veterem auferre favorem, ſi quaſi παλινῳδῶν, *Sophia* laudem oppugnam *Moriæ Encomio*: vehementer hortaris & obſecras ut ita faciam. Ego, mi *Dorpi*, qui neminem contemno, nihil meipſum, quique eſſem, ſi liceat, univerſos mortales habere placatos, nec hoc laboris gravarer ſuſcipere, niſi præſcirem futurum, ut ſi quid apud pauculos hujuſce & indoctos ortum eſt invidiæ, non ſolùm non extinguatur, verumetiam magis exacerbetur. Proinde, ſatius eſſe duco, μὴ κινεῖν τὸ ἐν ἀδύτοις κεῖμενον, ut ταύτης κεφαλαίνας μὴ ἀνῇδεῖν. Rectiùs, ni fallor, tempore langueſcet hæc excetra. Nunc ad alteram epiſtolæ tuæ partem venio. Operam meam in *Hieronymo* reſtituendo magnopere comprobas, & ad conſimiles hortaris labores. Hortaris ut quidem jam currentem, quanquam non tam hortatoribus opus eſt ad hanc rem, quàm adjutoribus, tantum eſt in negotio difficultatis. Verùm nolim poſthac mihi quicquam credas, niſi hic veracem deprehenderis. Iſti quos tamopere offendit *Moria*, nec *Hieronymi* probabunt editionem. Nec iſti multò ſunt æquiores *Baſilio*, *Chryſoſtomo*, *Nazianzeno*, quàm nobis, niſi quòd in nos liberiùs debacchantur. Quanquam aliquoties irritaores, nec illis indigna luminibus verentur effingere. Bonas literas metuunt, & ſuæ timent tyrannidi. Atque ut intelligas me non temere hoc divinare, cum opus eſſet inſtituendum, & fama jam percrebuiſſet, accurrere quidam graves, ut habentur, viri; & inſignes, ut ſibi videntur, Theologi: per omnia ſacra typographum obtreſtantes, nè quid *Græcitatis* aut *Hebraiſmi* pateretur admiſceri: Ingentia in eis literis eſſe pericula, nec quicquam eſſe fructûs, ad ſolam curioſitatem eſſe paratæ. Et ante hoc tempus cum apud *Britannos* agerem, fortè fortunâ incidit mihi compotatio, cum *Franciſcano* quodam, primi nominis *Scotiſta*, qui plebis judicio multum ſapere, ſuo nihil neſcire videtur. Hunc cum expoſuiſſem quid in *Hieronymo* conarer, vehementer

vehementer admiratus est, esse quicquam in hujus libris, quod à Theologis non intelligeretur: homo usque adeo indoctus, ut demirer, si tres versus in omnibus *Hieronymi* lucubrationibus rectè intelligat. Addebat homo suavis, si quid in *Hieronymi* præfationibus addubitarem, *Britonem* omnia luculenter exposuisse. Quæso, mi *Dorpi*, quid istis facias Theologis, aut quid preceris, nisi fortè fidelem medicum, qui cerebro medeatur? Et tamen hujus farinæ sunt aliquoties, qui in Theologorum consessu fortissimè vociferantur: hi de *Christianissimo* pronunciant. Timent & horrent, ceu rem periculosam ac pestilentem, quam divus *Hieronymus*, quam *Origenes* etiam senex magnis suoribus sibi paravit, quo verè Theologus esset. At *Augustinus* jam Episcopus, jam senex, in Confessionem libris deplorat, quòd juvenis ab eis literis abhorruisset, quæ sibi in exponendis sacris literis magno usui esse potuissent. Si periculum est, non metuam hoc discriminis, quod viri tam sapientes affectârunt. Si curiositas, nolim esse sanctior *Hieronymo*, de quo quàm bene mereantur isti, qui quod ille fecit, curiositatem vocant, viderint ipsi. Extat pervetustum Pontificii Senatûs decretum, de constituendis doctoribus, qui linguas aliquot publicè traderent, cum de Sophistica, de *Aristotelis* philosophia perdiscenda, nusquam unquam quicquam sit cautum: nisi quòd ista in Decretis vocantur in dubium, utrum fas sit ea discere, nécne. Atque horum studium à multis ac magnis autoribus improbatur. Cur quod Pontificum autoritas jussit, negligimus: de quo dubitatum est, imò quod improbatum, id solum amplectimur? Quanquam idem istis evenit in *Aristotele*, quod in divinis literis. Adest ubique *Nemesis* illa, contempti sermonis ultrix: passim & hic hallucinantur, somniant, cæcutiunt, impingunt, meráque portenta proferunt. His egregiis Theologis debemus, quòd ex tam multis scriptoribus, quos in catalogo recenset *Hieronymus*, tam pauci superint, quia scribebant, quod magistri nostri non intelligerent. His debemus, quòd divum *Hieronymum* sic habemus depravatum ac mutilum, ut aliis plus propè negotii sit in restituendo, quàm ipsi fuerit in scribendo. Jam verò quod tertio loco scribis de *Novo Testamento*: Sanè demiror, quid tibi acciderit, aut quónam interim perspicacissimos ingenii tui oculos averteris. Nolis quicquam à me mutari, nisi si quid fortè sit apud *Græcos* significantius: & negas in hac, quâ vulgò utimur editione, quicquam esse vitii. Nefas esse putas, rem tot sæculorum consensu, tot synodis approbatam, ullo pacto convellere. Obsecro te, si vera scribis, eruditissime *Dorpi*, cur frequenter aliter citat *Hieronymus*, aliter *Augustinus*, aliter *Ambrosius*, quàm nos legimus? Cur *Hieronymus* multa reprehendit, & corrigit nominatim, quæ tamen in hac habentur editione? Quid facies cum tam multa consentiunt, hoc est, cum secus habent *Græcorum* codices, cum ad horum exemplar citat *Hieronymus*, cum idem habent vetustissima *Latinorum* exemplaria, cum ipse sensus multò rectius quadrat? Num his omnibus contemptis, tuum sequeris codicem, fortassis à scriba depravatum? Neque verò quisquam asseverat in divinis literis ullum esse mendacium. Quandoquidem & hoc adductum est abs te, neque totum hoc, de quo cum *Hieronymo* digladiatur *Augustinus*, quicquam ad rem pertinet. At illud ipsa res clamitat, & vel cæco, quod aiunt, potest esse perspicuum, sæpe vel ob imperitiam interpretis, vel ob ostitantiam, *Græca* malè reddita esse, sæpe germanam ac veram lectionem ab indoctis librariis fuisse depravatam, id quod quotidie videmus accidere, aliquoties mutatam à semidoctis, parum attentis. Uter magis favet mendacio, qui hæc corrigit ac restituit, an qui citiùs ferat addi mendam, quàm tolli? Quandoquidem ea depravatorum natura est, ut menda mendam gignat. Et sunt ferè ejusmodi, quæ mutamus, ut ad Emphasim pertineant magis, quàm ad sensum ipsum, quanquam sæpenumero magna sensûs pars est Emphasis. Verùm non rarò totâ aberratum est viâ. Quod quoties accidit, quæso te, quò confugit *Augustinus*, quò *Ambrosius*, quò *Hilarius*, quò *Hieronymus*, nisi ad *Græcorum* fontes? Id cum sit ecclesiasticis quoque decretis comprobatum, tamen tergiversaris, & studes refellere, vel potiùs elabi distinctiunculâ. Scribis eo sæculo *Græcorum* codices emendatiores fuisse *Latinis*: nunc contra esse, nec fidendum illorum libris, qui desciverint ab ecclesia *Romana*. Vix adducor, ut credam te hoc ex animo scribere. Quid ais? non legimus eorum libros, qui desciverunt à fide *Christianâ*? Cur igitur *Aristoteli* tantum autoritatis tribuunt Ethnico, cui nihil unquam fuerit cum fide commercii? Tota *Judæorum* gens à *Christo* descivit, nihil igitur ponderis habebunt apud nos *Psalmi* & *Prophetæ*, illorum sermone scripti? Jam mihi recense capita omnia, in quibus *Græci* à *Latinis* dissentiunt orthodoxis: nihil reperies, quod ex *Novi Testamenti* verbis natum sit, aut quod huc pertineat. Tantum de vocabulo *hypostaseos*, de processione sancti Spiritûs, de consecrandi ceremoniis, de paupertate sacerdotum, de potestate *Romani* Pontificis, controversia est. At nihil horum ex falsatis approbant exemplaribus. At quid dices, ubi videris sic interpretatum *Origenem*, sic *Chrysostomum*, sic *Basilium*, sic *Hieronymum*? Num eo quoque sæculo falsaverat aliquis *Græcorum* codices? Aut quis unquam deprehendit *Græcorum* codices, vel uno in loco falsatos fuisse? Postremò, cur falsare velint, cum hinc non tueantur sua dogmata? Adde huc quòd semper in omni doctrinæ genere, *Græcorum* codices emendatiores fuisse, quàm nostros fatetur & *M. Tullius*, quanquam alioqui *Græcis* iniquior. Nam distinctio literarum, apices, & ipsa scripturæ difficultas, in causa est, quo minus facilè queant vitiari: aut si quid fuerit vitiatum, faciliùs possit restitui. Porrò, quod scribis, ab hac editione non esse recedendum, tot videlicet consiliis approbata; more vulgarium Theologorum facis: qui quicquid ullo modo in publicum usum irrepsit, ecclesiasticæ tribuere solent autoritati. At mihi vel unum profer synodum, in qua sit hæc editio comprobata. Nam qui comprobavit, quæ cujus sit, nemo novit? Nam *Hieronymi* non esse, vel ipse testantur *Hieronymi* præfationes. Sed esto comprobârit synodus aliqua: num ita comprobavit, ut nihil omninò liceat ex *Græcorum* fontibus emendare? Num mendas etiam omnes comprobavit, quæ variis modis potuerint irrepere? Num hujusmodi verbis conceptum fuit decretum à patribus? Hæc editio cujus sit autoris

ris neſcimus, ſed tamen eam approbamus : nec obſtare volumus, ſi quid ſecus habent *Græci* codices, quantumvis emendati : ſi quid ſecus legit *Chryſoſtomus*, aut *Baſilius*, aut *Athanaſius*, aut *Hieronymus*, etiam ſi illud magis quadraverit ad ſenſum evangelicum : & tamen hos ipſos autores in cæteris magnopere comprobamus. Quin etiam quicquid in poſterum, quocunque modo, vel à ſemi-doctis & audaculis, vel ab imperitis, ebriis, oſcitantibus librariis fuerit vitiatum, depravatum, additum, omiſſum, eâdem probamus autoritate : neque cuiquam volumus licere, mutare ſcripturam, ſemel inductam. Ridiculum decretum inquis. At hujuſmodi neceſſe eſt fuiſſe, ſi nos autoritate ſynodi deterres ab hac induſtria. Poſtremò, quid dicturi ſumus, ubi viderimus nec hujus editionis exemplaria conſentire? Num & hanc pugnantiam approbavit ſynodus, præſcia videlicet, quid quiſque mutaturus eſſet ? Atque utinam, mi *Dorpi*, tantum eſſet ocii *Romanis* Pontificibus, ut hiſce de rebus ſalutares ederent conſtitutiones, quibus caveretur, de reſtituendis bonorum autorum monumentis, de parandis & reponendis emendatis exemplaribus. Verùm in eo conſilio ſedere nolim iſtos falſiſſimo nomine Theologos, qui huc tantum ſpectant, ut quod ipſi didicerunt, id ſolùm habeatur in precio. Quid autem iſti didicerunt, quod non ſit ineptiſſimum, & idem confuſiſſimum ? Quibus ſi contingat tyrannis, futurum eſt, ut antiquatis optimis autoribus, inſulſiſſimas iſtorum næniias pro oraculis habere cogatur mundus. Quæ uſque adeo nihil habent bonæ eruditionis, ut ego ſanè malim vel mediocris eſſe eerdo, quàm iſtius generis optimus, ſi nihil melioris acceſſerit doctrinæ. Iſti ſunt, qui nolint quicquam reſtitui, nè quid ignorâſſe videantur. Hi nobis fictam ſynodorum autoritatem objiciunt : hi magnum *Chriſtianæ* fidei diſcrimen exaggerant : hi periculum eccleſiæ, quam iſti ſcilicet humeris ſuppoſitis ſulciunt, rectiùs plauſtrum fulturi : & hujuſmodi fumos ſpargunt, apud vulgus indoctum ac ſuperſtitioſum : apud quod cum pro Theologis habeantur, nolint ullam opinionis ſuæ jacturam facere. Verentur nè, cum perperam divinas citant literas, id quod ſæpenumero faciunt, *Græca* aut *Hebraica* veritatis autoritas in os jaciatur, & mox appareat eſſe ſomnium, quod velut oraculum adducebatur. Divus *Auguſtinus*, vir tantus, ad hæc Epiſcopus, non gravatur vel ab anniculo puero diſcere. Iſti tales malunt omnia ſurſum ac deorſum miſcere, quàm committere, ut quicquam videantur ignorare, quod ad abſolutam pertineat eruditionem. Quanquam nihil hìc video, quod magnopere pertineat ad fidei *Chriſtianæ* ſynceritatem. Quod ſi maximè pertineret, hoc certè magis eſſet elaborandum. Neque verò periculum eſt, nè protinus omnes deſciſcant à *Chriſto*, ſi fors auditum fuerit, repertum eſſe in ſacris libris, quod vel ſcriba depravârit indoctus aut dormitans, vel interpres neſcio quis parum aptè verterit. Aliis ex rebus hoc periculum eſt, quas hoc loco prudens ſubticeo. Quantò *Chriſtianius* fuerit, ſemotis contentionibus, quod quiſque poſſit, in communem uſum libenter conferre, idque candidè amplecti, ſimúlque & citra faſtum diſcere quod neſcias, & citra invidiam docere quod ſcias. Quòd ſi qui

A ſunt illiteratiores, quàm ut quicquam rectè dicere poſſint ; elatiores, quàm ut quicquam discere velint : hos, quoniam pauculi ſunt, opera ſuum mus, & bonarum, aut certè bonæ ſpei potiùs habeamus rationem. Oſtendi meas annotationes rudes adhuc, & adhuc tebus, quod aiunt, callentes, viris ſummis Theologis, doctiſſimis Epiſcopis. Illi tebantur ex illis qualibuſcunque rudimentis, ſibi B plurimùm lucis affulſiſſe, ad divinarum literarum cognitionem. Porro, quod admonui, ſciebam, *Laurentium Vallam* ante nos hoc laboris occupâſſe, quippe cujus annotationes primùm curarim evulgandas, & *Jacobi Fabri* in *Paulum* epiſtolas commentarios videram. Atque utinam ab his ſic eſſet elaboratum, ut noſtrâ induſtriâ nihil foret opus. Equidem *Vallam* plurimâ laude dignum arbitror, hominem rhetoricum magis quàm theologum, qui hâc diligentiâ ſit uſus in ſacris literis, C ut *Græca* cum *Latinis* contulerit, cum non pauci ſunt Theologi, qui nunquam univerſum Teſtamentum ordine perlegerint. Quanquam ab hoc aliquot locis diſſentio, præſertim in his, quæ ad rem Theologicam pertinent. Porrò, *Jacobus Faber*, commentarios illos jam tum habebat in manibus cum nos hoc operis moliremur : ac parum commodè evenit, ut nec in familiariſſimis colloquiis alterutri noſtrum in mentem veneriſſe ſe meminiſſe inſtituto. Nec ante cognovi, quid ageret D ille, priuſquam opus formulis excuſum prodiſſet. Et hujus conatum vehementer approbo. Quanquam ab hoc quoq; locis aliquot diſſentimus inviti, cum tali amico libenter ὁμόψυχον futuri per omnia, niſi veri magis quàm amici eſſet habenda ratio, præſertim in ſacris literis. Sed mihi nondum ſatisfaciet, cur hos duos objicias. Num ut à re velut occupatâ deterreas ? At apparebit me poſt tantos etiam viros, non ſine cauſa laborem hunc ſuſcepiſſe. An hoc ſignificas, nec iſtorum induſtriam probari Theologis ? Equidem quid *Laurentio* ad veterem illam invidiam acceſſerit, non video. *Fabrum* E audio probari ab omnibus. Quid, quod nec omninò ſimile negotium molimur ? *Laurentius* quidem annotavit locos aliquot, ídque ut apparet in tranſcurſu, levíque quod dici ſolet, brachio. *Faber* in *Paulinas* duntaxat Epiſtolas edidit commentarios, eáſque ſuo more vertit. Tum ſi quid diſcrepabat, obiter annotavit. Nos univerſum *Teſtamentum Novum*, ad *Græcorum* exemplaria vertimus, F additis è regione *Græcis*, quo cuivis promptum ſit conferre. Adjecimus ſeparatim Annotationes, in quibus partim argumentis, partim veterum autoritate Theologorum docemus, non temerè mutatum quod emendavimus, nè vel fides erret noſtra correctio, vel facilè depravari poſſit quod emendatum eſt. Atque utinam præſtare potuiſſemus, quod ſedulò ſumus conati. Nam quantum ad eccleſiæ negotium attinet, nihil verebor has meas vigiliolas, cuivis Epiſcopo, cuivis Cardinali, G cuivis etiam *Romano*, etiam Pontifici dicam, modò talis ſit, qualem habemus. Poſtremò, non dubito futurum, quin tu quoque ſis edito libro gratulaturus, qui nunc ab edendo dehortaris, modò vel paululum eas deguſtaris literas, ſine quibus hiſce de rebus rectè judicari non poſſit. Vide, mi *Dorpi*, ut eodem officio geminam inieris gratiam : nimirum alterum apud Theologos iſtos, quorum nomine diligentiſſimè functus ſis tali legatione

tione) alteram apud me, cui tam amicè admonitione testatiorem feceris amorem tuum. Tu vicissim boni consules nostram æquè liberam satisfactionem: & si sapis, nostro consillo potiùs accedes, qui tuam unius rem ago, quam istorum, qui tuum ingenium eximiis rebus natum, non ob aliud student in suam trahere factionem, quàm quo tanti ducis accessione suas communiant copias. Sequantur illi meliora si possint; sin minus, tu tamen quod est optimum sequere. Quòd si non potes illos reddere meliores, id quod velim te adniti, saltem illud cave, nè te reddant deteriorem. Porrò, fac, ut quâ fide causam istorum apud me egisti, eâdem meam agas apud istos. Placabis homines, quoad fieri potest: & persuadebis me, quod facio, non in eorum facere contumeliam, qui hasce literas nesciunt, sed in publicam omnium utilitatem, quæ nemini non patebit, si velit uti: neminem urgebit, si malit carere. Tum eo esse animo, ut si quis exoriatur, qui rectiora docere possit, aut velit, me primum fore, qui nostra rescindam & abrogem, & illius subscribam sententiæ. *Joanni Paludano* multam ex me salutem dicito, cum quo fac ut hanc de *Maria* litem partiaris, propter commentarios illi dicatos à *Listrio* nostro. Doctissimo *Nevio*, humanissimo D. *Nicolao de Bevtris*, Præposito divi *Petri* fac me diligenter commendes. *Menardum* Abbatem, quem tam magnificis ornas præconiis, nec dubito, quin quâ es fide, verissimis, vel tuâ causâ diligo, veneróque, neque negligam in literis meis, simulátque inciderit commoditas, ejus honorificam facere mentionem. Bene vale, mortalium charissime *Dorpi*. *Antverpiæ*, Anno millesimo quingentesimo decimo quinto.

R. D. Christophoro Episcopo Basilienſi, Erasmus Roterodamus S. D.

Vix oratione consequi queam, reverende Præsul, quàm malè habeant animum meum hi tumultus, nuper per nescio quos excitati in hac urbe, quam ego sanè tranquillam ac pacatam huc adveniens reperi. Olim multum turbarum invexit aper ille *Calydonius*. At hoc tumultûs nobis invexit, ut audio, porcellus domesticus. Res per se non est capitalis, fateor, sed animus ille contumax videtur ad quodvis facinus esse paratus, si modò res sic habet, quemadmodum ad me sermone multorum est delata. Legimus apud *Græcos*, magistratus supplicium de puero quodam sumpsisse, cui ludus erat, avium oculos, ubicunque nanciscì posset, configere, quòd ex gratuita peccandi libidine conjectarent eum fore civem pernicioſum & sanguinarium. Legimus & alteri cuidam gravem mulctam dictam, quòd à magistratu rogatus ex more, num haberet uxorem ex animi sui sententia, ludens respondit: *Habeo sanè, sed non ex animi tui sententia.* Id si in convivio sodalis respondisset sodali, jocus erat lepidus; verùm non in loco dictus, animum levem & publicæ potestatis negligentem præ se ferebat. Proinde pœnam meruit, non dictum ipsum, sed dicti circumstantia. Res quædam impotens est consuetudo longo usu confirmata, quæ tametsi fuerit absurda, tamen postea quàm semel occupavit, ægrè potest absque rerum humanarum tumultu convelli: nec aliter ferè potest abrogari, quàm irrepsit. Nunc jejunium & delectus ciborum ejusmodi sunt, ut si quis rectè utatur, adminicula sint ad veram pietatem. Primùm sobrietas ac moderatio cibi reddit animum expeditiorem ac liberiorem ad vacandum iis, quæ propiùs faciunt ad veram pietatem. Deinde, sicut in peccando corpus minister & instigator fuit sceleris, & socius impiæ voluptatis: ita par est, ut in pœnitentia consors sit doloris & cruciatûs, animæque resipiscenti subserviat. Valet igitur jejunium ac ciborum delectus, ad duas quasdam res: Primùm ad domandam corporis lasciviam, nè ferociat adversus Spiritum. Quemadmodum enim equis ferocientibus, ac minùs jam obtemperantibus sessori, pabulum subducitur, próque avena datur fœnum: ita carni ob sicci, ac spiritum abundantiam rebellanti spiritui, rectè subducitur alimonia, & ejusmodi ciborum genus suppeditatur, unde quàm minimè recalcitret animo sessori suo. Nam quemadmodum cibus subtractus minuit corporis luxuriem; ita sunt escæ quædam, quæ sic alunt corpus, ut vivat, non ut lasciviat. Deinde conducit ad placandam iram divinam nostris sceleribus provocatam: primùm quum videt nos de nobis ipsis pœnam sumere, ille remittit vindictam suam. Nulla verò pœna propiùs ad unumquemque pertinet, quàm quum & animus affligitur odio commissi, & corpus abstinentiâ rerum suavium cruciatur. Atque hanc viam placandi numinis, compluribus in locis nobis ostendit scriptura veteris instrumenti. Et *Christus* ipse nos docuit, esse quoddam dæmoniorum genus, quod non ejicitur, nisi per jejunium ac deprecationem. Quanquam autem illud & à Prophetis erat prædictum, fore ut neomeniæ, sabbata, jejunia, ciborum delectus, cæteræque legis umbræ ad emicantem Evangelii lucem evanescerent, tamen recens illa, ac tota spirans novum Evangelici spiritûs mustum *Christi* ecclesia, post sublatum in cœlos sponsum, nihil prius amplexa est, quàm jejunium ac deprecationem. Ac tum quidem omnes & quotidie jejunabant quum nullo præcepto ad jejunium adigerentur. Et plerique *Christianorum*, non solùm à carnibus, verùm etiam ab omnium animantium esu temperantes, leguminibus, oleribúsque victitabant, quum per *Christum* & Apostolos liberum esset cuique quibus vellet vesci. Postremò, receptam jam & tacitis orbis suffragiis comprobatam consuetudinem, primùm aliorum Episcoporum, mox & *Romani* Pontificis autoritas confirmavit, quod jam, ut opinor, refrigescente populi charitate, plerique quæ carnis erant amplecterentur. Accessit igitur autoritas Episcoporum, veluti calcar extimulandis animis imbecillium, jam ad deteriora prolabentibus. Accessit constitutio, quæ licentiam ceu cancellis quibusdam coerceret, nè latiùs in omne flagitium effunderet sese. Jejunium igitur ac ciborum delectus non possunt in totum hoc nomine damnari, quòd nihil omninò conducant ad pietatem, si quemadmodum oportet adhibeantur. Ad hæc, magna quædem res est ordo, sine quo non constat inter mortales concordia. Hanc aut æqualitas alit, aut suus cuique datus locus, sua cuiq; data functio. Velut in corpore, inter manus, oculos, pedes, aures, æqualitas est. Inter oculos, ventrem, ac pedes, non æqualitas sed ordo concordiam alit: quâ sublatâ, quæso quid bonæ rei re-

linquitur inter *Christianos*, hoc est, quemadmodum *Paulus* Apostolus docet, ejusdem corporis membra? Non mediocrem igitur pestem invexit Reipublicæ quisquis turbavit ordinem, præsertim si id fiat non per occasionem aut necessitatem, sed temerariâ contumaciâ, etiam in his rebus, quæ neglectæ suâpte naturâ nihil habent mali. Quemadmodum usus ecclesiasticus habet, nè in Quadragesima canatur Alleluia. Atqui laudare Deum quocunque tempore, quacunque linguâ pium est, & pro his vocibus ecclesiâ substituit alias idem fermè pollentes. Et tamen si quis contemptor publicæ consuetudinis parochus, suo in templo decantet Alleluia, cæterôsque non canentes irrideat, nónne rem fustuario dignam omnium judicio committere videbitur? Aut in his postremis Quadragesimæ diebus, si quis parochus non per errorem, sed datâ operâ juberet in suo templo sonare nolas æreas, quum receptum sit ligneis crepitaculis ciere populum, nónne videbitur in anticyras relegandus? Quid commeruit, inquiet aliquis? In re nihil est flagitii fateor: sed in contemptu publicæ consuetudinis, in turbato rerum ordine multum est flagitii. Et hoc indignior est veniâ delinquentis malitia, quòd nullo incommodo servari poterat publica consuetudo. Quantò magis idem sentiendum est in hac re, cujus exemplum nobis à Prophetis, à *Joanne Baptista*, à *Christo*, & Apostolis manavit, quæ nobis longissimâ retrò majorum consuetudine commendata est: quæ patrum autoritate commendata: quæ præcipuum habet momentum, & ad placandum Deum nostris sceleribus offensum, & ad spiritum sermoni divino, sacris precibus, divinis hymnis, cæterísque piis veréque *Christianis* studiis præparandum. Quòd si quid esset usu receptum, quod pro re nata ob causas idoneas præstaret antiquari, id ita paulatim fieri conveniret, ut tumultus excluderetur. *Christus*, tametsi volebat *Mosaicæ* legis umbras Evangelicæ luci proditæ cedere, tamen ipse, nè cui præberet offendiculum, nihil omnium præteriit quæ lex præscripserat. Nec unquam palàm docuit eas ceremonias, quas *Judæi* religiosiùs observabant, quàm ut damnari paterentur, esse spernendas. Imò, nec frivolas illas traditiunculas, quas Pharisæi de suo legis oneribus addebant, inciviliter damnavit. Illud reprehendit tantum, quòd harum superstitione violarent seria legis præcepta: quod ipsi negligerent constitutiones suas, quibus onerabant populum. Nec discipulis sic patrocinatur, ut dicat licere quavis de causa violare sabbatum, sed necessitatem excusat, & *David*, ac sacerdotum exemplo, discipulorum innocentiam tuetur. Quin & *Paulus* ipse fortissimus Evangelicæ libertatis assertor, tamen *Judæis* factus est *Judæus*, detonso capillitio, votum in se recipiens, nudipedalia observans, seséque cum cæteris in templo purificans. Idem quum sciat idolum nihil esse, & idolothytum nihil esse, tamen mavult non vesci carnibus in æternum, quàm committere, ut frater infirmus esu suo offendatur. Mavult ad tempus obsequi *Judæorum* invictæ superstitioni, quàm alienatis infirmis, Evangelii jacturam admittere. Mavult in totum abstinere ab esu carnium, quàm infirmis præbere speciem consentientis idololatrarum impiæ superstitioni. [illegible] servum *Christianum* ethnico dotato, [illegible] roso, dicto audientem esse: [illegible] *stianam* ethnico marito morigeram [illegible] initiatos *Christo*, magistratibus ethnicis [illegible] mnia satisfacere, sive vectigal exigant, [illegible] butum, sive honorem, ne quod offen[illegible] daretur Evangelio: daretur autem, [illegible] professio seditiosa videretur. Non [illegible] *Paulus* libertatem Evangelicam, sed ad Evangelii negotium expediebat sciemiam [illegible] ritati. Nam & hi, quemadmodum [illegible] texerunt libertatem Evangelicam, cujus *Lutherum* vindicem faciunt, & assertorem. [illegible] bus non solùm desidero spiritum [illegible] licum, qui sobrius est, mitis, ac mod[illegible] plicitate præditus, verùm etiam, [illegible] Si *Lutheri* causæ malè volunt, prudenter [illegible] sin favent, non poterant aliâ viâ magis [illegible] Si hoc agunt, ut populus *Christianus* [illegible] libertatem pristinam, istorum temeritas [illegible] aliud quàm jugum conduplicat, huc [illegible] Magistratus ac Principes, ut savis edictis [illegible] vitutem exasperent. Sed qui se tueatur [illegible] libertatis Evangelicæ, primùm illis præstare [illegible] deberent, quorum studio hæc res [illegible] venia negligi poterant. Qui totis viribus [illegible] juvandis proximis: qui injurias [illegible] non retaliat, ut pro maleficio referat [illegible] um: qui perpetuò sobrius est, & jejunus, [illegible] milis, cujus & animus, & habitus, & [illegible] castitatem spirat: quique totus est in his [illegible] moliendis, quæ magnam aliquam, aut publicam utilitatem polliceri videantur, huic facilè condonabitur, si in ceremoniis observandis, quæ vulgo & infirmis magis congruunt, nimis superstitiosus videatur. Verùm quorum omnis vita luxui voluptatibusque servit, quorum ore ferox & impudica, quorum animus atro non mitis, ut pro levi convicio parati sint pugnam, aut etiam pugionem impingere, hi impudenter concionantur de libertate Evangelica, quam tales sint, ut *Judaicis* cancellis adhuc coerceri debeant, donec proficiant ad Evangelici spiritus vigorem.

Proinde, ut horum temeritas merito displiceat bonis & cordatis omnibus, ita sunt in quibus iidem doleant *Christi* gregem nimium involvi *Judaicis* ceremoniis, & opprimi, vel autoritate, vel indiligentiâ procerum quorundam ecclesiarum: quâ de re queritur & *Augustinus* in epistolis suis, clamitans *Judaorum* conventicula tolerabiliorem esse propemodum, quam *Christianorum*. Tantum hujusmodi superstitionum *Judaicarum* jam tum inundaverat in publicum *Christianorum* consuetudinem. Populus ipse servitutem sibi hujusmodi servitutem accersit, ut *Canis*, quod aiunt, nubes. Sed Præsulum erat, emendare liberati gregis, quam acceperat a *Christo* & Apostolis. Nunc sæpe addimus onus onori, & laqueos laqueis adjicimus; tantum abest, ut expediamus animas populi, quo magis illum obnoxium habeamus nostræ tyrannidi, nostróque quæstui verius quàm illius saluti servientes. *Paulus* non judicat inter diem & diem, sed omnem diem pro sacro habet: nec aliud opus prophanum judicat, quod adhibeat Evangelicæ charitati. Post hæc majori probabili

bili fundo de causa diem Dominicum festum esse
A dico, quòd velim à laicis contemni dies festos,
voluerunt, quo populus omnis conveniret ad au-
sed quòd ecclesiæ pastores mihi videantur rectè
diendum sermonem Evangelicum. Mox indictæ
facturi, si hujusmodi dies festos, exceptis Domini-
feriæ ab operis cerdonicis, quum aliquoties san-
cis, & paucis eximiis, omninò tollant. Et in his
ctius esset operâ manuariâ prospicere liberis &
ipsis, quod relinquunt, permittant tenui plebecu-
uxori fame periclitantibus, quàm audire cantiun-
læ, post factum & concionem, si res urgeat, opifi-
culas sacerdotum in templo non intellectas. Non
cio suo succurrere liberis & familiæ, aut aliquid
quòd damnandos censeam solennes hymnos, qui-
etiam parare, quod in pauperes erogent. Nunc
bus ecclesiasticus chorus canit laudes Deo suo, sed
sæpenumerò, quum post menstruam pluviam ob-
quemadmodum *Christus* docet, non hominem
B tigit dies serenus, agricola cogitur sinere demes-
conditum esse propter sabbatum, sed contrà, sab-
sam segetem in agris putrescere, quam iavente
batum institutum propter hominem; ita censeo
cœlo poterat in horreum convehere, idque ob hu-
eam hæc quoque cedere debere, quoties proximi
jusmodi dies festos, quos nobis non veterum au-
necessitas exigit officium charitatis. Verùm po-
toritas, sed affectus quidam humanus invexit, nè
pulus à quibus debebat hæc discere, ab iisdem
quid addam durius. Hæc primùm obrepunt ho-
frequenter cogitur ad diversa. Nec hoc satis e-
nesti specie: deinde copiosiùs inundant: mox u-
rat; quot festis diebus pòst oneratus est populus,
su confirmata tyrannidem occupant, ut jam tol-
& indies magis ac magis oneratur? Nam apud
li sine tumultu vix queant. Quò minùs est Epi-
quosdam penè solenne est, ut quisque Episcopus
scopis ad hæc primùm irrepentia connivendum.
C Nam in totum quæ juris humani sunt, quemad-
diem festum, velut peculiare quoddam sui mo-
numentum adjiciat. Idque fit nonnunquam le-
modum in morbis remedia, ita sunt ad præsen-
vissimis de causis. Est fortasse qui quondam ha-
tem rerum ac temporum statum attemperanda.
buerit in deliciis puellam nomine *Barbaram*, hâc
Quæ quondam pium erat instituere, pòst pro re
gratiâ volt *Barbare* diem esse feriatum. Alii ma-
natâ, próque mutata temporum ac morum quali-
ter sua nomine *Catharina*, hoc satis est causæ visum, ut huic sacer dies populum arceat ab opere.
tate, magis pium fuerit abrogare. Quod tamen
Alii nomen est *Guilhelmus*, eóque magno studio
hoc agitur, ut *Guilhelmo* sint feriæ peculiares. Sint
enim hæc exempli gratiâ duntaxat dicta. Malu-
imus enim fictis exemplis uti, quàm quenquam
D providendum est, quos non oportet pertinaciùs ad
offendere. Sunt & privatim nonnullis peculiares
justas populi querimonias obsurdescere. Fortassis
affectus, huic erga divum *Erasmum*, illi erga
idem sentiendum de conjugio sacerdotum. Olim
divum *Christophorum*. Sunt & publici quidam
sacerdotum ut erat magna paucitas, ita erat sum-
affectus ordinum aut nationum, urbiúmve: Ve-
ma pietas: Iisquo liberiùs vacarent sanctis studi-
luti dum *Prædicatores* qui vocantur, faveant im-
is, ultrò sese castrabant. Atque adeo priscis illis
pensè suo *Dominico*, *Minoritæ* suo *Francisco*, pi-
tantus erat amor castitatis, ut quidam ægrè per-
ctores *Lucæ*, medici *Cosmo* & *Damiano*, calce-
miserint *Christiano* matrimonium, si baptismus
arii *Crispino*, milites *Martino*, *Galli Claudio*, *Lu-*
deprehendisset cœlibem: ægriùs etiam digami-
tetii Genovefæ, *Oxonienses Vuerenfridæ*. Hujus ge-
am. Jam quod plausibile visum est in Episcopis
E ac Presbyteris, translatum est ad diaconos, tan-
neris est & illorum studium, qui *Christum* ac di-
dem & ad hypodiaconos. Consuetudinem ultrò
vos superstitiosè coli volunt per partes, quibus
receptam confirmavit Pontificum autoritas. In-
non satis est, quòd *Christi* mortem toties renova-
terim crevit sacerdotum numerus, ac decrevit pi-
mus commemoratione quotidianâ, quòd sanctæ
etas. Quot examina sacerdotum alunt monaste-
cruci duo dies festi dati sunt: nisi effuso cruori,
ria, quot collegia? ac præter hos etiam innume-
quem aiunt multis in locis servari: nisi clavis, ni-
rabilis est ubique sacerdotum multitudo. Et in-
si spinea corona, nisi præputio, quod adorant a-
ter hos quanta raritas eorum, qui castè vivunt?
licubi: nisi facti virginis matris, quod multis lo-
De his loquor, qui domi palàm alunt concubinas
cis ostentant, suus dies festus consecretur. Quòd
uxorum loco. Nec enim attingo nunc secretio-
si quid erit hujus generis, quod piè coli posse vide-
F rum libidinum mysteria. Tantùm ea loquor, quæ
bitur, satis erat in templis duntaxat diem festum
vulgò quoque notissima sunt. Et hæc quum sci-
celebrari, ad quem liceat accedere divitibus, aut
amus, tamen in admittendo ad sacrum ordinem
quibus alioqui commodum est, non cogantur te-
facillimi sumus, in relaxanda cœlibatûs constitu-
nues, quorum manus alunt numerosam familiam.
tione difficillimi, quum contrà *Paulus* docuerit,
Atqui hi quidem affectus tametsi fortassis repre-
nemini facilè manum imponendam: & non uno
hendendi non sunt, tamen non oportuit Episco-
in loco diligenter præscripserit, quales oportet
porum prudentiam tantum illis tribuere, ut sin-
esse sacerdotes, quales diaconos: de cœlibatu ne-
gulis statim suæ feriæ, sua sacra, suúsque cultus
que *Christus*, neque Apostoli legem aliquam in sa-
peculiaris dedicaretur. Quid hoc est aliud, quàm
cris literis præfixerunt. Olim nocturnas ad mar-
tenuem populum ad famem adigere, quum eripi-
tyrum monumenta vigilias, publicâ *Christianorum*
G consuetudine receptas, idque seculis aliquot, abro-
tur hoc, quo solo suam alit familiam? Imò, ut
gavit ecclesia. Jejunium in vesperam usque pro-
nunc sunt mores, ab honestis sanctisque laboribus, ad ocium & luxum invitare? Quibus enim
cogari solitum, in meridiem transtulit. Aliúsque
diebus plus peccatur luxu, temulentiâ, libidine,
permulta pro causis emergentibus variavit. Cur
aleâ, rixis, pugnis, homicidiis, quàm festis die-
hic humanam constitutionem urgemus tam ob-
bus? Et quàm hic sumus præpostero judicio! Si
stinatè, præsertim quum tot causæ suadeant mu-
quis toto die festo fuit ebrius, & scorto adhæsit, si
tationem? Primùm enim magna sacerdotum
lusit aleam, nemo facessit homini negotium: si
pars vivit cum mala fama, parúmque requieta
calceum consuit, ut hæreticus defertur. Non hæc
conscientia

conſcientia tractat illa ſacroſancta myſteria. Deinde perit magna ex parte fructus illorum, propterea quòd ob vitam dedecoroſam à populo contemnitur illorum doctrina. Quòd ſi his, qui ſe non continent, concederetur matrimonium, & ipſi viverent quietiùs, & populo cum autoritate prædicarent verbum Dei, & liberos ſuos liberaliter educandos curarent, nec alteri alteris viciſſim eſſent probro. Hæc non eò ſpectant, ut ſacerdotibus autor aut patronus eſſe ſtudeam, qui nuper citra Pontificum autoritatem cœperunt eſſe mariti, ſed ut eccleſiæ proceres admoneam, diſpiciant, an expediat veterem conſtitutionem ad præſentem utilitatem accommodari. Interim & Epiſcopos admonitos velim, nè tam temerè, quoſlibet, & inexploratos recipiant in ſacerdotalem ordinem. Cæteros item admonendos cenſeo, etiam atque etiam excutiant ſeipſos, num idonei ſint muneri gerendo quod ſuſcipiunt, nè lucri cauſâ, nè ocii gratiâ tantæ profeſſionis onus ſuſcipiant, & ſibi damnationem, & eccleſiæ probrum accerſentes. Porrò qui jam initiati ſunt, etiamſi Pontifices aperiant feneſtram ad conjugium, tamen illud conſuluerim, ut nè leviter aut temerè ſemet involvant matrimonio, fiátque ut jam duplici pœnitentiâ diſcrucientur, & ſacerdotii, & conjugii. Bona pars continentiæ eſt ex animo velle continere. Nihil magis optandum, quàm ut ſacerdos immunis à conjugio, liber, ac totus ſerviat Domino ſuo. Sed ſi fruſtra tentatis remediis omnibus vinci non poteſt carnis rebellio, ſupereſt ut cùm una caſtè vivat, ad remedium habens uxorem, non ad voluptatem: illud interim conans pro viribus, ut imbecillitatem carnis, cui conceſſa eſt uxor, reliquâ vitæ integritate, piiſque ſtudiis compenſet. Sic enim omnes intelligent uxorem neceſſitati quæſitam, non voluptati. Neque dubito, quin plerique ſint Epiſcopi, qui perſpiciant hæc ita habere, quemadmodum dicimus: ſed vereor, nè hìc quoque quæſtus obſtet, quò minùs id ſequamur, quod videmus optimum eſſe. Si Epiſcopi tentent mutare, fortaſſe reclament officiales, qui plus ſentiunt rediturum ex concubinis ſacerdotum, quàm ſenſuri ſint ex uxoribus. At non æquum eſt, ut quæſtus apud nos tantum valeat, ut ob eum in re tanti momenti minùs ſyncerè conſulatur. Hujus generis permulta ſunt, ſed hæc duo exempli gratiâ poſita ſunto. Nunc ad jejunia redeo. Si quis adeò firmus ſit, ut perpetuâ ſobrietate ſibi temperet, huic non admodum opus ſit indictis jejuniis, niſi pro tempore, hujuſmodi victimâ placanda ſit ira Dei. Sed ob rudes, inquies, & craſſos certi dies præſcribuntur. Sit hoc ſanè tolerabile. Præſcribitur unica refectio; præſcribitur & cibi genus. Nec hoc ſatis. Intentatur æterna damnatio conſuetudinis humanæ violatori. Sic enim parochi quídam denunciant populo jejunium, haud ſcio an ex Pontificum ſententia. Nè id quidem ſatis. Veluti parricida penè dixerim, rapitur ad ſupplicium, qui pro piſcium carnibus, guſtárit carnes ſuillas. Jam dixi ſeditioſam temeritatem ubique gravi dignam ſupplicio. Nec hujus generis cauſam ago, ſed alioquin quorundam judicium hìc mihi non ſolùm incivile videtur, verumetiam præpoſterum. Indictum erat jejunium.. Hoc erat ejus rei caput. Acceſſorium erat talibus aut talibus veſci cibis. Nunc paſſim cœnatur, & nemo movet tragœdiam. Guſtavit aliquis carnes, clamant omnes: O ecclesiæ fluctus, maria *Neptuni*! Notat eccleſiæ ſtatum, hæreſes. Ut eorbes, nullà opus eſt veniâ, ut liceat veſci carnibus aut ovis, emendum eſt Pontificis diploma. Ita quod ſpecie pietatis accedit ad *Judaiſmum*, & omninò tale, ut mirari quis admiretur hoc tantopere receptum à *Chriſtianis*, qui circumciſionem, cæteraſque Judaicas ceremonias execramur, tenemus mordicus. Ciborum delectum maximi facimus: id quod propiùs accedit ad Evangelicæ pietatis ſtudia, ſanctiquari. Quum enim precatio *Chriſtiana* ſit peculiaris hoſtia, & hujus ſodalis comes ſit jejunium, quòd in Evangelicis & Apoſtolicis literis hæc duo fermè copulantur, deprecatio & jejunium (nam jejunio purgatur animus, ut valeat ſpiritus, ut pura, ut ardens, ut alacris ſit deprecatio) tamen in ciborum delectu longè tenaciores ſumus humanæ conſtitutionis, quàm in jejunio. Quanquam & jejuniis multò crebrioribus onerantur *Chriſtiani*, quàm unquam *Judæi*. De ciborum generibus dixit Dominus *Jeſus*: *Quod intrat in os, non coinquinat hominem*. Et *Paulo* præceptore non diſſentiens: *Regnum*, inquit, *Dei non eſt eſca & potus*. Cæterum in ciborum delectu, quanto noſtrorum opus videtur durius quàm illorum. Illis licuit ex omni piſcium, quadrupedum, ac volatilium genere ſalubrimis quibuſque veſci: Nobis in bonam anni partem omnium carnium eſus interdicitur. Et vidè quæſo, quàm hic fuerit curioſa vel conſuetudo, vel majorum autoritas. Certis temporibus præter carnium eſum nihil interdicitur alicubi, extis ac pingui veſci licet. Aliàs pingui tantùm, aliàs nihil ex animante terreſtri, aut volatili guſtare licet. Atque hic ſanè non paucæ quæſtiones exiſtunt, quouſque porrigatur carnis vocabulum. Habet enim mare quidam animantia terreſtribus non diſſimilia, ut porcos & canes: habet & amphibia, ut caſtor. Quin & de cochleis, teſtudinibus, ranis, & colubris diſputatur. Rurſum aliis diebus ovorum & lactariorum eſus permittitur, aliis lactariorum duntaxat. Sunt in quibus & hæc tetigiſſe nefas ſit: Sunt in quibus interdicitur, quicquid aliquando vixit, ut jam ſpongiæ veniant in quæſtionem, quæ quibuſdam ſentiunt. Et reperiuntur qui nihil ſibi permittunt præter panem & aquam. Ut demus hæc non aſpernanda, tamen quis non videat, quàm frigeant ſi conferantur ad Evangelica præcepta, quorum oportuit primam eſſe curam. Deinde conſiderandum, an hoc congruat Evangelicæ libertati, quam tantâ contentione defendit *Paulus*, hæc ab omnibus tam moroſè, támque rigidè exigere. Nunc videamus, quàm hìc quoque verum ſit, quod ſcripſit *Paulus* Apoſtolus: *Exercitatio corporis ad modicum utilis eſt: pietas ad omnia valet*. Nullis diebus operoſiores ſunt culinæ, quàm piſcalibus; nec unquam apparatus major, aut ſaporum gravior. Ita fit, ut tenues eſuriant, divites vivant etiam delicatiùs. Quis non malit filium, quem, opinor, vulgò ſturionem vocant, aut troſtam, aut murenam, quàm ſuillam fumo duratam, aut vervecinam? Atque in his etiam ea quæ à carnium vocabulo ſeparantur, ſunt quæ plus addant alimoniæ, quàm caro bubula, aut ovilla; pelagi teſtudines, cochleæ, & colubri: magis etiam irritant libidinem. Atque hæc reperias etiam in oleribus, & arborum fœtibus. Quid prodeſt abſtinere à

carnibus

ovibus ovillis, si ventrem distendas crucis pal-
mulis, ficis, & uvis passis, uberibus, cardais, & bul-
bis, quæ genitalia magis accendunt tentigine,
quàm pullastræ? Condita myrobalanus vegetius
reddit corpus, quàm bubula. Nec horum quic-
quam interdicitur. His rebus fit, ut qui tenui sunt
fortunâ, graventur hujusmodi constitutionibus,
quum minimùm egeant; qui divites sunt, ad deli-
cias invitentur. Dixerit aliquis, hoc nostro vitio
fit. Fateor. Et ideo fortasse tollendum, ubi vide-
rimus ex eo plus nasci mali quàm boni. Neque
multò plus fructûs videtur provenire ex jejunio.
Nam qui tenues sunt, aut imbecillo corpore, æ-
grè ferunt diutinam inediam. Contrà qui valent,
ventrem onerant tridui commeatu, ut jam à pran-
dio nulli rei sint idonei, præterquam somno. Et
tamen jejunium in hoc potissimùm adhibetur, ut
spiritus minùs gravetur onere corporis. Ut nè
commemorem interim valetudines, morbos, æ-
tatum imbecillitatem, inopiam, corporum pecu-
liarem quandam naturam, ut nonnullis etiam sa-
nis inedia paucarum horarum letalis sit: nonnul-
lis quilibet piscis, quod aliis scorpius, aut lepus ma-
rinus, aut vipera. Jam in regionibus quæ labo-
rant inopiâ piscium, interdicere carnium esum,
quid est aliud quàm famem indicere? In tanta re-
gionum, corporum, valetudinis & ætatis inæqua-
litate, satis apparet quàm multos gravet lex, o-
mnibus, ut putant, æqualis. Sunt corpora quæ la-
sciviant, etiamsi fœno pascantur. Sunt quæ vix
vivant, etiamsi perdicibus & phasianis avibus alan-
tur. Si juberet edictum, ut in his diebus opulen-
ti frugaliter vivant, & quod suis mensis detrahunt,
mitterent ad mensulas pauperum, tum fieret æ-
qualitas, & evangelicum quiddam saperet consti-
tutio. Nunc passim fit quod ait *Paulus*, *Alius es-
surit, alius ebrius est*. Opulentis mutatum cibi ge-
nus, voluptati est, & fastidii remedium: nec ullo
tempore magis deliciantur, quàm quum abstinent
ab esu carnium. At interim tenuis agricola, ra-
pam crudam, aut porrum arrodens, hoc obsonium
addit atro ac furfuraceo pani: próque mulsu divi-
tum, serum lactis subacre bibit, aut aquam è la-
cuna, interim perpetuis sudoribus uxorem, parvos
liberos, reliquámque familiam ægrè sustentans.
Denique eò redière mores hominum, ut ista tan-
tùm gravent eos, quorum gratiâ non admodum
sunt instituta; nihil pertineant ad eos, ad quos ma-
ximè pertinebant. Dixerit aliquis, si quis grava-
bitur hisce rebus, est unde sublevetur. Unde? Re-
dimat à *Romano* Pontifice jus vescendi. Pulchrè
dixti. Atqui nec omnibus vacat, nec omnibus sup-
petit pecunia, quâ jus ejusmodi redimant. Atque
hic rursùm fit, ut divitibus quibus maximè opus
erat interdictio carnium, quibus maximè opus e-
rat jejunio, ferè sit relaxata constitutio: tenues
& inopes solos premat grave jugum. Quin & il-
lud interim demiror, jus hujusmodi constitutio-
nes relaxandi soli *Romano* Pontifici relinqui. Sic
enim existimat vulgus. Quod meâ quidem sen-
tentiâ magis conveniebat tradi parochis, qui nunc
in Episcoporum vices successerunt, quod ad labo-
res attinet. Nam hi cujusque statum, valetudi-
nem, opes, atque animum etiam nôsse possunt,
præsertim quum hæc non sint admodum magni
momenti, quod ad pietatem attinet. Concredi-
tur illis dispensatio sermonis Evangelici: con-
creditur potestas administrandi sacramenta ec-
clesiastica, jus audiendi confessiones, & ab enor-
mibus etiam flagitiis absolvendi: licet illis etiam
cum capitis sui periculo adesse peste laborantibus,
aut alioqui morbo fœdo & abominando, & iisdem
negatur autoritas indulgendi veniam vescendi ci-
bis, quos aliquorum postulat imbecillitas. Si pa-
rum idoneus est, qui hæc levia dispenset, nimi-
rum culpa penes episcopos est, qui tali credide-
runt gregem *Christi*. Sin est idoneus, cui gra-
viora quoque committantur, aliquid monstri
subsit oportet, cur hæc leviora non eidem com-
mittantur. Sed hìc rursus audire videor quæ-
stum quorundam obmurmurare parantem. At-
que utinam hæc ærugo prorsus eradatur ex ec-
clesia *Christi*, quæ non patitur usquam quic-
quam esse sanctum ac syncerum. Hæc enim fa-
cit, ut constitutiones ad pietatem institutæ, pro-
pè nihil aliud sint, quàm laquei captandis pecuniis
accommodi. Quorsum enim attinebat, tot tam
rigidas constitutiones prodere de electione Epi-
scoporum, Abbatum, & aliorum Ecclesiæ proce-
rum, si nunc passim datâ pecuniâ, vel violatur, vel
excluditur electio? Narrant *Dionysium Syracusa-
num* tyrannum, plurimas leges dedisse suis, atque
his provulgatis, datâ operâ connixisse, donec o-
mnibus securè quod erat constitutum negligen-
tibus, haberet multos obnoxios. Ita leges illi cas-
sium erant vice, quibus captabat prædam. Absit
autem ut *Christi* vicarii simili consilio, vel novis
populum constitutionibus onerent, vel veterum
decretis abutantur. Omninò opus est majorum
constitutionibus, & incidit frequenter, ut ob pe-
culiares causas expediat etiam laxari publicæ legis
rigorem, modò nè id fiat passim, modò nè per
sordidos negotiatores, modò nullo judicio, sed
magno compendio. Magni referret ad synceritatem
Ecclesiasticæ disciplinæ, si nulla juris relaxa-
tio esset venalis, & his committeretur, qui possint
hominem nôsse, cui fit publicæ constitutionis gra-
tia. Nunc ad impetrandam hanc ferè nihil est o-
pus, nisi nomine & pecuniâ. Si causa justa est, cur
exigitur pecunia? Sin minus, quid facit relaxa-
tio? Quin in nonnullis poteram fortassis & hoc
uti dilemmate: si causa est idonea, quid opus est
relaxatione? Si non est, quid prodest relaxatio?
Romanus Pontifex indicit jejunium, at hâc, opi-
nor, lege non vult obstringi pueros, admodum
senes, valetudinarios, ægrotos: breviter omnes
qui non nisi magno suo malo sint jejunaturi. Hìc
igitur ubi certa ac manifesta causa intercedit, ni-
hil est opus laxare legem, sed interpretari potiùs.
In dubia causâ, quem potiùs consulas, quàm paro-
chum tuum, aut ordinarium Episcopum? Si refu-
gis illius judicium cui cognitus es, prodis insyn-
ceram conscientiam. Sin vel simultas, vel inscitia,
vel aliud quippiam intercedit, quò minùs ille ju-
stam relaxationem indulgeat, tum pateat Archi-
episcopi, aut *Romani* Pontificis asylum. Ipse dis-
putationis progressus nos admonet, optime Præ-
sul, ut paucis consideremus, quàm arctè nos astrin-
gant hujusmodi constitutiones, quæ humani juris
sunt: qualia satis convenit esse præscripta Ponti-
ficum, de jejuniis, delectu ciborum, ac sacerdo-
tum conjugio: nam de cæteris nihil disputo. Est
aliquis qui patrem senem, ægrotum, egentem re-
cuset opibus & obsequio sublevare, quum sit unde
id faciat: huic Episcopus præcipit, ut adsit paren-
ti, docens honorem in præcepto divino subsidium
intelligi,

intelligi, non apertionem capitis, aut ceſſionem de via. Is ſi recuſet obedire, dubium non eſt quin ſe gehennæ reddat obnoxium. Rurſum, ſi cui fimultas eſt cum proximo, & qui læſit reſipuit, orat veniam, paratus etiam ſarcire injuriam; ſi qui læſus eſt, Epiſcopo præcipienti ut remittat vindictam, redeátque in gratiam cum proximo, recuſet obtemperare, dubitari non poteſt, quin ob hanc inobedientiam ſe reddat obnoxium gehennæ. Cur ita? Quia quod præcipit Epiſcopus, juxta doctrinam Evangelicam præcipit, & magis ingerit *Chriſti* præceptum, quàm profert ſuum. Sed an in hiſce rebus, de quibus nunc agimus, idem fiat diſpiciamus. Dicam enim quicquid dicturus ſum, non ut aſſeverans, ſed ut inquirens, apud Præſulem ut integerrimum, ita longè doctiſſimum. Conſtat hujuſmodi pleraque, de quibus nunc eſt ſermo, primùm invectâ conſuetudine, quæ quos obliget, in quibus, & quatenus, quando, quamdiu, prolixius ſit hìc diſſerere. Primùm illud videtur certè probabile, conſuetudinem non arctiùs alligare quenquam, quàm voluerint ii, qui conſuetudinis fuerunt autores. Sit interim ſemper exceptum offendiculum & contemptus. An credendum eſt, quòd ii qui primùm ultrò facultates ſuas depoſuerunt ad pedes Apoſtolorum, hoc animo depoſuerunt, ut qui non deponerent, eſſent æternis pœnis obnoxii? Aut qui primùm cœperunt abſtinere ab eſu carnium, hoc animo principes eſſe voluerunt hujus conſuetudinis, ut qui pòſt non idem facerent, aſtringerentur æterno exitio? Imò magis opinor hanc fuiſſe mentem illorum, atque etiam orationem, ut ſi quem vidiſſent imbecilliore corpore, qui provocatus ipſorum exemplo, conatus ſit idem facere, monuerint his verbis: *Chariſſime frater, ego qui ſum rebelli corpore, meritò carnem meam ſubigo jejuniis: tibi corpuſculum eſt & imbecillum, & Spiritui ſatis morigerum, cujus valetudo curanda ſit potiùs, quàm coercenda laſcivia. Quare ſumptis moderatè, & cum gratiarum actione cibis idoneis, cura valetudinem corpuſculi tui, quò poſſit alacriùs ſervire Spiritui ſuo.* Sic *Paulus* admonet *Timotheum* ſuum, ut modico utatur vino, propter ſtomachi imbecillitatem, & frequentes valetudines. Jam an conſuetudo præter voluntatem eorum qui fuerunt autores, alliget ad crimen: quemadmodum qui monet errantem, tametſi non in hoc admonet, ut gravetur culpâ qui monetur, tamen qui monitus de re flagitioſa non reſipiſcit, graviùs peccet quàm antea, non eſt hujus loci diſcutere. Illud videndum, an in his rebus quæ per ſe licitæ, tantum humanâ conſtitutione fiunt illicitæ, Epiſcopis aut Pontificibus *Romanis*, quum receptam conſuetudinem comprobarent, hic fuerit animus, ut qui nullo malitioſo contemptu, ſed per infirmitatem aut negligentiam non obſervarent, addicerent gehennæ. Deus non eſt adeo moroſus, aut irritabilis, ut ob quamlibet culpam conjiciat in gehennam, quos ſuo ſanguine redemit: Novit infirmitatem ſui plaſmatis, multáque diſſimulat in nobis, priuſquam amputet à corpore Filii ſui. Sed quiſquis admittit crimen capitale, ex membro *Chriſti*, fit membrum diaboli: ex hærede vitæ cœleſtis, fit hæres gehennæ. Porrò quem Epiſcopi locum teneant ejus, qui quærit omnes ſalvos facere, & perdere neminem, qui paterna viſcera gerunt erga gregem ſuum: denique qui & ipſi ſunt homines obnoxii infirmitatibus, & pleriſque in rebus egentes miſericordiâ Dei, qui conſentaneum eſt, quod hoc animo fuerint, ut ſuis conſtitutionibus merè humanis voluerint fratres ac filios ſuos obligare ſuppliciis æternis, præſertim quum non ignorarent vel ex ſuis ipſorum animis mentes humanas pronas ad peccandum: & qui ipſo interdicto frequenter irritari ſoleant ad peccandi libidinem. Profani Principes qui ferrum geſtant, ac ſæpe ſupplicii ſque ex profeſſo coercent multitudinis licentiam, nollent tamen, etiamſi poſſent, cum eſſe rigorem legum, quas inſtituunt, ut violator illicò capite plecteretur. Atque hi nihil aliud occidere poſſunt quàm corpus. Et Epiſcopi, quorum eſt gladio ſermonis divini ſervare homines, ob cibum aut potum, cujus poteſtatem nobis fecit *Chriſtus*, poſtulant ſuæ conſtitutionis negligentem totum abire in gehennam: præſertim cum ipſis in manu ſit, non injicere hunc laqueum, nec in hoc diſcrimen adducere? Jam majora ſunt vincula charitatis Evangelicæ, quàm cognationis Spiritûs, quàm carnis: Dei, quàm naturæ. Sed quis pater unquam tam crudelis fuit in filios ſuos, ut ſi interdixiſſet illis potionem vini, nè quando immodicè bibentes, ſibi contraherent febrim poſtularet ſuum interdictum tantum valere, ac ſi negligerent, capite pœnas darent, præſertim quum & citra noxam vinum ab illis bibi poſſet, ſi modicè bibatur. Nimirum temperaret ab edicto ſuo, ſi ſciret filios ſuos fore tanto periculo obnoxios, mallétque illos in febris, quàm in capitis periculum venire. Præterea non arbitror quenquam eſſe, quin fateatur plus tribuendum legibus quas inſtituit Deus, quàm iis quas condunt homines. Sed Veteris Teſtamenti leges à Deo prodita, non omnes aſtringebant olim ad culpam letalem, imò credimus magni nominis Theologis, quosdam nè ad ullam quidem culpam, quod genus arbitrii eſſe, ſi quis contigiſſet morticinum: & hoc poſſe labit clementioris teſtamenti diſpenſator, non autor, ut quibuſlibet ſuis conſtitutionibus aſtringat ſuos ad pœnam ignis æterni? Venium ad Apoſtolorum autoritatem, quibus tantum ſemper tribuit conſenſus totius orbis *Chriſtiani*. At ego ſanè non auſim affirmare, quòd quicquid hi præceperunt, hoc animo præceperint, ut tranſgreſſorem quemlibet vellent eſſe obnoxium gehennæ. *Paulus* multis locis interdicit avaritiam, libidinem, iram, contentionem, invidiam, nominatim addens: *Scimus quòd qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Et tamen Theologi fatentur, non omnem iram eſſe peccatum capitale. Nec omnem invidiam fortaſſe. Rurſus idem ſeriem edixit, nè mulieres loquantur in eccleſia, ne ſexus inſolentior ſibi vindicaret autoritatem apud maritos. Et tamen non arbitror *Paulum* illud hoc animo præcepiſſe, ut ſi qua per infirmitatem muliebrem aliquid fuiſſet in eccleſia locuta diſcendi ſtudio, continuò fieret obnoxia gehennæ. Hæc ſic propono, ut tamen ſit integrum ſuum cuique judicium. Poſtremò, fortaſſis & in Evangelicis præceptis reperire liceat, quæ non ſtatim quemlibet obſtringant peccato letali. Videmus religioſorum ordinum patres illud palàm teſtari de ſuis conſtitutionibus, quas ob convictûs concordiam & æqualitatem neceſſariò addunt præceptis Evangelicis, quòd iis nolunt aſtringi quenquam nec ad venialem culpam. Quo magis admiror quoſdam

ejuſdem

cujusdam generis, qui citiùs patiantur fratrem vel
cancri, vel morbo diseruciati, qui sit morte gra-
vior, quàm carnium esum indulgeant. Non hic
repetam, quòd quidam non inclebres Theologi
asseverârunt, Nullum Prælatum mortalem subdi-
tum suo præcepto, astringere posse ad peccatum
capitale, nisi quod præcipit pendeat à lege divina.
Hoc axioma equidem in præsentia nec refello,
nec approbo: tantum illud obiter quæram, utrùm
omnes hujusmodi constitutiones obligent ad æ-
ternam pœnam, an aliquot duntaxat. Si omnes,
profectò grave est jugum *Christianorum*, quum tot
extent Pontificum constitutiones: sin aliquot,
scire cupiam, quâ notâ distinguant quæ obligent,
quæ non; quum additur, *Præcipimus, ac manda-
mus*? At *Romæ* quotannis hujusmodi constituti-
ones edunntur novæ: nè sponsus sponsæ munus a-
liquod donet ultra pretium duodecim ducato-
rum. Sit enim hoc exempli causâ propositum.
Quæro si quis absque malitia donaret munus tre-
decim ducatorum, an peccet letaliter? Respon-
debis, opinor, non videri. Atqui in his, & aliis re-
bus etiam levioribus, præter gravem culpam, sem-
per additur pœna excommunicationis latæ sen-
tentiæ. Et sunt Theologi, qui negant quenquam
excommunicari posse, nisi ob admissum quod sit
apud Deum capitale. Sed hanc disputationem, An
possit Episcopus aut Pontifex subditos quacun-
que in re astringere ad capitalem pœnam, omit-
tam in præsentia. Illud rogabo, an probabile sit
Pontificis hunc esse animum, ut si possit etiam, ve-
lit ad hunc modum onerare suos. *Paulus* indi-
gnatur, quòd aliquis judicat fratrem suum in ci-
bo aut potu: & ego ob cibum aut potum detru-
dam fratrem meum in gehennam? Jam in aliis
qui sit Pontificum animus, relinquamus interim
in medio. Certè *in jejunio* palàm est, illum non
omnes suo præcepto voluisse astringere. Proinde,
cur iniqui Judices in proximum aliter interpreta-
mur legem Pontificis, quàm pro ipsius animo?
Nec enim consentaneum est, illum voluisse quen-
quam obstringere ad jejunium, aut esum piscium,
qui hoc facturus sit insigni valetudinis, aut vitæ dis-
pendio. Itaque non obligat infantes, non admo-
dum senes, non ægrotos, non inopiâ laborantes:
non denique cæteros, qui ob aliam quampiam cau-
sam non ferunt inediam, multò minùs de esu car-
nium. Hi si vescuntur: utique vesci videntur ex
ejus sententia, qui legem condidit. Dices, sed in-
terim aperitur fenestra malis, qui hoc prætextu
vescentur, quum non sit idonea causa. Hoc peri-
culum si spectaret ad homicidium, aut aliquid gra-
ve malum, audirem. Nunc tolerabilius arbitror,
ut sexcenti vescantur carnibus extra necessitatem,
quàm ut unus hâc superstitione periclitetur de vi-
ta. Proinde mihi non displicet mos apud *Italos*,
juxta quem etiam in Quadragesima publicè in
macellis venduntur carnes vitulorum, hœdorum,
& agnorum, sed à paucioribus nè quid desit ægro-
tis, aut iis qui ægrè carent esu carnium. Nec
quisquam notat ementem aut vescentem, etiamsi
nihil morbi præ se ferat. Sunt enim causæ, quas
ex vultu non possis deprehendere. Et *Christiana*
charitas est, in meliorem interpretari partem,
quicquid rectè fieri potest. Temulentia, obtrec-
tatio, turpiloquium, verè arguunt improbum,
juxta canonem Evangelicum: Si quidem hæc ve-
rè mala, quum prodeunt ab ore, declarant corru-
ptum cordis fontem, unde illa *Mephitis* exhala-
tur. Et tamen his leviter offendimur, aut etiam
applaudimus. Vescentem carnibus sic execramur,
quasi defierit esse *Christianus*, quum Evangelium
vetat judicare quenquam in his quæ per se mala
non sunt: & *Paulus* nolit quenquam judicare in
cibo & potu. Ergo qui vescitur carnibus ex causa
gravi, nè peccat quidem adversus legem, quum
nihil admittat adversus mentem ejus qui legem
condidit. Qui vescitur extra necessitatem, si pec-
cat, tantum peccat in legem humanam. Cæte-
rùm qui condemnat fratrem suum, qui obtrectat,
qui defert ac traducit, peccat & adversus Evan-
gelicam doctrinam, & Apostoli *Pauli* præce-
ptum: ac meâ sententiâ gravius delinquit, quàm
si totum decennium carnibus vesceretur. Appel-
lant *Lutheranos* & hæreticos, qui carnibus vescun-
tur. Jam hoc est non vitulorum, sed fratris car-
nem arrodere. Utrùm quæso sceleratius? Et ta-
men ad id quod vetat autoritas Evangelica; quod
vetat *Paulus* Apostolus, nemo commovetur: ad
hæc, quæ præter Evangelicam doctrinam invexit
humana consuetudo, sic inhorrescimus, quasi se-
mel collapsura sit tota *Christiana* religio. Verùm
hic interim obstrepit geminus scrupulus, alter qui
pertinere videtur ad ordinem, alter ad offendicu-
lum proximi. Ordini fatemur plurimum esse tri-
buendum, adeò ut præstet etiam tyrannidem ali-
quam perpeti, quàm ordine turbato miscere res
mortalium; & *Paulus* vitari jubet *Christianum*
ἀτάκτως, hoc est, inordinatè versantem. Atque idem
nè cui simus offendiculo, præcipit abstinere non
solùm à re mala, verumetiam ab omni specie ma-
la. Verùm ut constet ordo, & per ordinem tran-
quillitas, expedit ut proceribus sua constet autо-
ritas, ac populus his non secus obediat ac Dei vica-
riis. Fatemur hæc esse verissima. Et *Petrus* A-
postolus damnat eos, qui suis cupiditatibus servi-
entes, contemnunt gloriam, hoc est, eximios viros
publicâ potestate præditos, quum illic sermo sit
de magistratibus ac Principibus, ni fallor, ethni-
cis: quantò magis oportet Pontificum autorita-
tem sanctam & inviolatam esse? Qui si boni sunt,
obtemperandum est tanquam amicis Dei: Sin
mali, sed tamen ea quæ recta sunt docent, obtem-
perandum est doctrinæ quam tradunt. Si neque
boni sunt, neque bona docent, tamen aliquousque
ferendos censeo, nè turbato rerum ordine, gravi-
or pestis exoriatur. Hoc ego consilii populo *Chri-
stiano* dederim. Porrò, si illorum impietas eò
processerit, ut divis atque hominibus sit intolera-
bilis, id quod avertat *Christus*; ipse novit hujus-
modi flagella nectere, quibus ejiciat è templo
suo, quos nolit illic agere. Nam quemadmodum
non sine consilio Pontificum electio translata est
à populo ad paucos, ita non placet revocari exem-
pla, quibus multitudo suos Episcopos ob quodvis
crimen exigebat. Siquidem *Brixium* ob suspicio-
nem stupri cum lotrice, populi tumultu depulsum
legimus. Cæterùm quemadmodum *Paulus* præci-
pit uxoribus, ut per omnia morem gerant, ac re-
vereantur maritos suos tanquam dominos: ac vi-
cissim admonet, ut mariti moderatè ac civiliter
utantur autoritate in uxores, cogiténtque socias
esse, & pares in *Christo*, cohæredes regni cœlestis,
alteram sui portionem, ùtque illarum infirmitati
semet accommodent cum judicio: ita monendi
sunt ecclesiæ primores, nè vel autoritate sua abu-

tantur

tantur in populum, nève populi ſimplicem obedientiam vertant in ſuam tyrannidem. Oves ſunt, ſed *Chriſti* potiùs, quàm Epiſcoporum. Oves ſunt, ſed pro his ovibus ſummus ille Paſtor precioſum ſanguinem ſuum fudit. Oves ſunt, ſed adeo charæ Domino ſuo, ut unam erraticam, anxiâ ſolicitudine quæſitam, ac tandem inventam, humeris ſuis revexerit ad caulas ſuas. Oves ſunt, ſed rationales, & hâc parte pares Epiſcopis; nonnunquam etiam plus ſapiunt, quàm Epiſcopi quidam: denique ex his ovibus fiunt paſtores. Non populus propter Epiſcopos, ſed Epiſcopi populi causâ ſunt inſtituti. Unde tametſi Epiſcopus ad ſingulos è plebe collatus præcellit, duplicíque, ut inquit *Paulus*, honore dignus eſt; tamen major eſſe ratio debet totius populi, quàm unius Epiſcopi. Et ſi quis adderet, major etiam dignitas, hujus oratio non prorſus abhorreret ab oratione *Chriſti*: Rogat enim in Evangelio Dominus *Jeſus*, uter videatur major, qui miniſtrat, an qui accumbit. *Nonne*, inquit, *qui accumbit?* Sed populus ſunt illi filii ſponſi, qui ut honorabiles diſcumbunt ad menſam Evangelicam. Primores eccleſiæ ſunt miniſtri, qui adſtant, & obambulant, circumſpectantes nè quid cui deſit in eo convivio. Et quod cuique convenire viderint, id depromunt è divite penu ſponſi *Chriſti*. Quòd ſi *Chriſtus*, qui ſine controverſia fuit omni comparatione major, ſe miniſtrum appellat, & miniſtrum geſſit uſque ad pedum lotionem, quid oportet facere Pontifices, qui juxta D. *Hieronymi* ſententiam patres ſunt, non domini, quibus diſpenſatio myſteriorum Dei credita eſt, non autoritas: qui & ipſi labi poſſunt, & ignorant multa? Imperet igitur Epiſcopus populo, ſed ut pater filiis, ſed ut maritus ſponſæ dilectæ. Neque putet ſibi quidvis licere in gregem ſuum, de quo redditurus eſt ſummo veróque Paſtori rationem. Atque illud etiam meminerit, autoritatem non ſolùm tuendam eſſe ſeveritate jubendi, ſupercilio, minis, ac vindictâ, quibus rebus nè tyranni quidem ſuam ſatis tueri ſolent: ſed multò magis vitæ ſanctimoniâ, modeſtiâ, manſuetudine, ſacrâ doctrinâ, paternis monitis, amicis exhortationibus. *Paulus* in puniendo eum, qui patris uxorem habebat, exerit autoritatem Apoſtolicam: ſed quoties idem demittit ſeſe, blandiens, rogans, obſecrans, exhortans, obteſtans, adjurans? Suſpicienda quædam res eſt perpetua vitæ ſynceritas, incredibilem populi favorem conciliat Evangelicus animus, contemptor opum, contemptor honorum, contemptor voluptatum, avidus bene merendi de omnibus: paratus vel vitæ diſcrimen ſubire pro grege ſibi credito. Magnam admirationem conciliat pectus divinis literis refertum: linguâ non minùs ſanctâ quàm diſertâ, depromens ex opulento penuario nova & vetera. His rebus potiſſimùm & paratur, & defenditur Epiſcoporum autoritas, multóque rectiùs ac tutiùs, quàm his verbis, *ordinamus, decernimus, ſtatuimus, præcipimus, volumus, ac mandamus*. Hæc faciunt, ut populus ultrò plus præſtet, quàm exigatur; magiſque commoveatur exhortatione paternâ, quàm ullis quamlibet regalibus minis. An non videmus, quoties exoritur aliquis qualicunque opinione ſanctimoniæ commendatus, ac ſpeciem aliquam Evangelici doctoris præbens, quanto ſtudio populus pendeat ab illius ore, quàm ex animo faveat? Quid ſi videret verè paternum animum, qualem habebat *Paulus* aut *Petrus*, quid non faceret populus? *Paulum* non ſecus ac *Jeſum Chriſtum* amplecteretur diſcipuli, parati vel oculos ſuos eruere, ac dare illi ſi poſtulâſſet. His igitur rationibus optimè conſtabit ordo, conſtabit autoritas, conſtabit pax & concordia, ſi pars utraque viciſſim certet officio. Alioqui tyrannica pax eſt, quoties populus oppreſſus vi, quieſcit corpore, ſed animo obmurmurat, ac malè precatur. Neque ſtatim clamitent detrahi Præſulum autoritati, ſi populi libertati ſimul & quieti conſulitur. Primum illud pertinet ad Præſulum autoritatem, ut populus de ipſis quàm optimè ſentiat. At parum pene ſentire videtur, qui judicat eos hoc animo eſſe, ut velint ſuos quàm plurimis conſtitutionum laqueis irretitos eſſe, modò ipſi ſuo arbitratu imperent. Is demum bene ſentit de Pontifice, qui judicat illum hoc eſſe animo, ut gregem ſuum capiat quàm maximè liberum in *Chriſto*, & expeditum ſcrupulis & captionibus. Neque enim ille detrahit autoritati Regis, qui nolit illi quicquam licere contra æquum ac bonum, contra publicas leges, contra conſuetudines ac privilegia civium, contra jusjurandum quo ſuſcepit principatum. Imò ut tam autoritatem detrahit, qui hoc ſentit de Rege, quod tyrannis dignum eſt potiùs, quàm legitimo Principe. Proinde ſi Rex non poſſit, ut ſuo edicto quenquam obſtringat ad pœnam pecuniariam, aut corporalem, niſi ſit æqua, juſta, rationabilis, ritè lata, & tacitis populi ſuffragiis comprobata: denique non poſtulat, ut omnis conſtitutio reddat obnoxium periculo capitis, nonne Epiſcopis animum planè tyrannicum tribuere videtur, qui ſuſpicatur hanc eſſe mentem, ut quibuſlibet conſtitutionibus velint ſuos obnoxios eſſe gehennæ? At Principum leges ſæpe minaces ſunt, & atrociore pœnâ deterrent veriùs quàm puniunt, qualis fertur illa duodecim tabularum de diſſecando corpore ejus, qui pluribus creditoribus deberet, nec eſſet ſolvendo. At veteres illi multitudinem imperitam, & philoſophiæ rationibus intractabilem, *Jovis* fulmine ſævientis in ſontes, dirarum ultricum, *Rhadamanti*, terribilium apud inferos ſupplicium figmentis, deterrebant à maleficiis. Sit hujuſmodi ſucorum nonnihil concedamus Principibus prophanis, non arbitror in Epiſcopis eſſe recipiendum, qui profitentur doctrinam Evangelicæ veritatis. Sed qui præcipit, injicit laqueum: qui exhortatur, ſic vocat ad meliora, ut non adimat libertatem. Dicet aliquis, dilutam eſſe exhortationem, propter intractabiles opus eſſe præcepto. Mihi contrà videtur. Sæpe plus impetrat exhortatio paterna, quàm tyrannica exactio. Sit hoc vanum, niſi quotidie experimur in uxoribus ac liberis: & niſi ſuo malo verum eſſe docuit *Hieroboam*, cui malè ceſſit ſævum ac minax juvenum conſilium. Si populus conſpexerit verè ſacerdotem & Epiſcopum, non erit inefficax exhortatio. Sin vita palàm impia, mores impuri, inſcitia crassa, avaritia inſatiabilis, ſævitia barbarica prorſus alienum animos plebis, quid proficietur præceptis? Qui non parebunt, graviùs peccabunt ob contumaciam qui parebunt metu; nihil promerebuntur, aut certè quàm minimum, quòd non præſtet præceptum qui vi coactus præſtat. Et fortaſſe culpam con-

137 conduplicabit hypocrisis. In nobis igitur potissimum situm est, ut apud populum pondus habeat exhortatio quamvis blanda & placida. Itaque probè quidem faciunt, qui consulunt procerum auctoritati: sed malè consulunt, qui eam non aliter quàm minis ac terroribus sartam tectam esse volunt. Sed interim æquum est, ut gregis quoque libertati, quantum æquitas postulat, consulatur. Est enim huic sua quædam autoritas, nec ea sanè levis. Nónne consuetudo derogat & abrogat legem; adeo ut lex non mereatur nomen legis, nisi fuerit ureptium tacitis suffragiis comprobata? Quæ res abrogavit proximi Concilii *Lateranensis*, quod [illegible] *Julio* secundo cœptum, sub *Leone* decimo perfectum est, tot constitutiones? Nónne tacita populi suffragia, sine calculis abrogantia quod erat decretum? Hæc nimirum est vox populi, quæ eadem Dei dicitur: hæc est autoritas liberæ multitudinis, cujus æquum est haberi rationem, quoties non aberrat à regula pietatis. Proinde rectè consulet, qui sic moderabitur consilium, ut prospiciat utrique parti. Nunc scrupulo scandali quantum tribuendam sit, paucis disquiramus. Princeps noster *Jesus Christus*, aliis nonnihil tribuit vitando scandalo: rursus aliis negligit offensos Pharisæos. E conjugata nasci voluit, circuncisus est, observavit à lege præscriptas ceremonias; jejunavit, nè quid illi posset impingi, quod probabilem haberet speciem impietatis, aut injustitiæ. Cæterùm non desiit prædicare patrem suum: non desiit docere cœlestem philosophiam: non desiit benefacere omnibus: non veritus est hominem sanare sabbato, quanquam his rebus urerentur *Pharisæi*. Scandalo fuit & *Herodi*, quem contempsit, vicissim ab ipso contemptus. Et alicubi monitus de offensis Pharisæis, quid respondit? *Sinite*, inquit, *illos, cæci sunt duces cæcorum.* Ad hujus exemplum & Apostoli multa dederunt infirmitati *Judæorum*, nè qua res impediret Evangelii cursum. At non usquequaque indulgent offensis omnium. Nullis enim *Judæorum* clamoribus huc perpelli potuerunt, ut gentes adigerent ad circuncisionem. Hoc modo ad tempus datum est invincibili *Judæorum* pertinaciæ, quod jubentur ethnici abstinere à stupro, sanguine, suffocato, & idolothytis. *Paulus* tondet cæsariem, exercet nudipedalia, purificatur in templo, quo mitiget quorundam animos ad seditionem spectantes. Sed hæc facit, ubicunque licet, reclamans. Fatetur licere vesci quibuslibet, sed indicit ubi non expediat uti jure tuo. Evangelicam porrigit libertatem, sed charitas omnia metiens utilitate proximi, nonnunquam volens decedit de jure suo, non usquequaque, neque perpetuò, sed interim oblectans pro viribus infirmitati eorum qui temerè offenduntur, donec & illi proficiant ad robur Evangelicum, nec ampliùs offendantur his rebus, quæ per se neque bonæ sunt, neque malæ. *Paulus* in cibis aliquando *Judæis* fiebat *Judæus*, ut *Judæos* lucrifaceret. Rursus ethnicis ethnicus, ut illos lucrifaceret. Sed absurdum fuerit, si quis nunc quoque *Judæis* fieret *Judæus*, abstinens à cibis apud illos vetitis, nè *Judæos* alienet. Imò *Paulus* objurgat *Petrum*, quod cum jam eousque propagata foret doctrina *Christi*, ut æquum esset *Judæos* edoctos ac monitos abjicere superstitiosam infirmitatem, adhuc nè *Judæos* offenderet, subducret sese à convivio, & offendiculum vitans, incidit in aliud gravius. Erat ille Evangelii velut infantia. *Judæis* sic penitùs erat infixa legis religio tradita à majoribus, longóque usu confirmata, ut hic affectus ad tempus esset ignoscendus ac tolerandus, quòd ex honesta causa natus esset, & subitò revelli non posset ex animis hominum. Deinde hæc offensa grave periculum secum trahebat, *Judæorum* natio tenax avitæ consuetudinis, alienabatur ab Evangelio. Ethnici sic abhorrebant ab onere legis, ut multi citiùs à *Christo* sustinuerint resilire, quàm *Judaismum* admittere. Et quum nihil sit execrabilius idololatriâ, qui vescebatur idolothytis, tum temporis probabilem suspicionem præbebat assentientis illorum superstitioni, quibus cum vescebatur. Et tamen hic *Paulus* clamat legem jam antiquatam esse. Clamat idolum nihil esse, & idolothytum nihil esse. Objurgat eum qui sciens offendit fratrem esu suo. Sed rursum objurgat eum, qui judicat alienam conscientiam, in cibo aut potu: qui malè loquitur de fratre, ob cibum pro quo *ille* gratias agit benigno domino, qui omnia creavit in usus hominum. Irridet illorum stultam sapientiam, qui ut magnum quiddam docentes, dicebant: *Nè tetigeris, nè gustaveris, nè contrectaveris.* Quemadmodum *Judaicus* ciborum delectus, autore *Paulo*, contemni cœpit Evangelio satis jam provulgato, sic à simili videtur idolothytum contemnendum, ubi satis jam innotuit *Christianos* puro animo vesci quibuslibet cibis ad corporis necessitatem, gratias agentes ei, qui suis cultoribus omnia paravit quæ sunt in hoc mundo, quum ipse sit omnium Dominus, qui nihil voluit puris impurum esse. Proinde si cessat idonea causa scandali, & si regnum Dei non est esca & potus, & si ciborum abstinentia pleroque invitat ad luxum ac delicias: tenues autem inclementer gravat, videndum est, an pro constitutionibus hujusmodi sit tantopere digladiandum. Illic pro tempore consulebatur nascenti Evangelio. Dabatur aliquid affectibus ex priori vita relictis. Et dabatur ad tempus ex charitate, non ex jure. Nec dabatur in omnibus, nec perpetuò, nec sine reclamatione. At nunc, unde offendiculum, ex his rebus, quarum usum non interdicit Evangelium? Imò quarum interdictores damnant Apostolicæ literæ: *Prohibentes*, inquit, *cibos, quos Deus creavit ad vescendum, & prohibentes nubere?* Denique quousque videntur scandali proferendi limites? *Paulus* abstinet ab idolothyto, sed admonitus, hoc esse immolatum idolis. At idem vescitur quibuslibet, nihil interrogans propter conscientiam. Atque hic levi incommodo vitatur offendiculum. Et enim qui temperat pro tempore à carnibus immolatitiis, habet ad manum alias carnes quibus vescatur. Abstinet à tauro immolato *Neptuno*, & vescitur perdice, aut capo, nulli Deo immolato. Nè id quidem facit, nisi per occasionem. Abstinet à carne suilla, & vescitur ficedulâ. Abstinet ab anguillis, & vescitur acipensere. Nunc quum plerisque diebus omnium carnium esus sit interdictus, num æquum censes, ut ego ob infirmitatem ac superstitionem hujus aut illius, de salute vitáque pericliter, quum jam omnes *Christianos* illud edoctos esse oporteat, nè ex rebus hujusmodi judicent proximum? Quòd si *Christiana* charitatis videtur sic indulgere idiotarum aut

ſuperſtitioſorum imbecillitati, ut hac de cauſa velimus eum qui firmus eſt, in valetudinis aut vitæ venire diſcrimen: cur non idem facimus in his rebus, quæ juſtum ac manifeſtum habent ſcandalum? Sunt eccleſiæ Proceres, qui quum abundet eccleſiaſtico cenſu, uſque ad Regum opulentiam, tamen nec docent populum, & palàm impiè vivunt. Offenduntur idiotæ. Hìc nihil datur populi ſcandalo, ſed ab infirmis tanta firmitas exigitur, ut jubeantur credere, ni malint eſſe hæretici, quicquid per illos agitur: ſive quum abſolvunt, damnántve, ſive quum benedicunt aut maledicunt: ſive quum largiuntur indulgentias, aut retinent, tantundem valeré, ac ſi per Apoſtolum *Paulum*, *Andream*, aut *Jacobum* fuiſſet actum. Attamen hoc ſcandalum natum eſt ex re per ſe mala, & adeo non vitatur incommodo ejus unde ſumitur, ut ſi nullum eſſet offendiculum apud homines, tamen vitandum erat, quod offendit oculos Dei. Ad hæc, quum omnis obtrectatio ſpeciem habeat ſummi mali, tamen hìc negligimus offendiculum infirmorum, ac fortiter animo noſtro morem gerimus. In his rebus tantum, quæ hujus generis ſunt, ut qui interdicunt, egeant patrocinio, nè videantur facere adverſus doctrinam Evangelicam: tantum valet ſcandali vocabulum, ut ob ſtultam ſuperſtitionem, velimus periclitari fratrem, cui cibus eſt neceſſarius. An non hoc eſt tranſgredi præcepta Dei, propter traditiones hominum? Jamdudum dixit, ſcio, tua pietas, eximie Præſul: Quorſum iſta tam multa? An ut damnem ciborum delectum, quem comprobat uſus eccleſiaſticus? Ut ingenuè dicam, cupiam omnia quæ ſunt hujus generis, aut certè talium exactionem prorſus è medio ſublatam, modò veræ pietatis ſtudiis accreſcat, quod deceſſerit ceremoniis: & hoc addatur *Chriſtianiſmo*, quod *Judaiſmo* detractum fuerit. Quòd ſi vulgus idiotarum abſque hujuſmodi obſervatiunculis prorſus in officio contineri nequit, nolim *Chriſtianam* libertatem hujuſmodi multis gravari. Nolim ſic aſtringi conſcientias, ut ſe credant capitale facinus admittere, ſi veſcantur, niſi perverſus & contumax animus acceſſerit: nolim præpoſtero judicio tantum his tribui, quæ per ſe penè nullius momenti ſunt, neglectis iis, ſine quibus non conſtat Evangelica pietas. Sed tamen hæc poſtea quàm publicâ conſuetudine fixa radices egerunt, nolim ſeditioſè contemni, ſed vel paulatim aboleri, vel autoritate majorum tolli, ſed ita tolli, ut interim populus ad meliora vocetur. Sed objiciet hic mihi quiſpiam, ſi non multum conducunt hujuſmodi ceremoniæ, certè nihil obſunt: & hactenus proſunt ad pietatem, quòd & admonent veræ pietatis, & ad hæc infirmis ſunt pædagogi, quemadmodum lex *Moſaica Judæis*. Et videmus quanta ſit *Chriſtianorum* etiam imbecillitas. Interdictus carnium eſus, admonet & docet omnem luxum, & quicquid luxum conſequi ſolet, eſſe fugiendum. Indictum jejunium, admonet ac docet ab omnibus vitiis eſſe temperandum. Nam id demum Deo gratum eſt jejunium. Hæc ſi placet ratio, circuncidamur eâdem operâ, quando circumciſio & temperat titillationes voluptatum in coitu, & admonet cor ab omnibus craſſis affectibus eſſe circuncidendum. Mactemus victimas, ea res admonet brutos animorum affectus eſſe domandos. Verùm ut [illegible] hujuſmodi figuris, ſatis eſt nobis, hæc [illegible] fuiſſe quondam obſervata à *Judæis*. Quòd ſi pietas non periclitatur ex ceremoniis, cur *Paulus* tanto ardore ubique pugnat adverſus [illegible] monias *Moſaicæ* legis? Hæc ſi [illegible] hibeantur, obruunt Evangelicam [illegible] His fidere, ut ferè vulgus hominum [illegible] eſt veræ pietatis. Ex his obtrectare [illegible] nenum eſt Evangelicæ religioni. Hæc [illegible] rum videbat *Paulus*, quum acriter [illegible] tur adverſus irrumpere conantem [illegible] Imò ſi vacet, docere poſſim gra[illegible] rei *Chriſtianæ* peſtes ex ceremoniis [illegible] Non probo contumaciam iſtorum, qui [illegible] & inſultantes, velut in ludibrium [illegible] ſuetudinis, carnes ederunt: ſed hactenus [illegible] ut docendos, admonendos, &, ſi res poſcat, etiam increpandos exiſtimem, non ut pericli reos deferendos apud magiſtratus: & rem negligendam magis, quàm exagitandam, vel ob hoc, nè ex hac ſcintilla concitata magis naſcatur incendium, & odium adverſus clerum, jam ubique ſatis exacerbatum. Mihi diſplicet quicquid tendat ad ſeditionem. Attamen, ſi nullis obſtet hujuſmodi ceremoniis ſemper in majus glíscentibus, actum planè fuerit de libertate Evangelica: ſed à nullis potiùs obſiſti convenit, quàm à proceribus eccleſiæ. Sic paulatim [illegible] conſuetudo, quæ nobis diem Veneris [illegible] reddidit. Deinde ubi hoc ſucceſſit, [illegible] & Sabbati dies. Nunc & Mercurii dies periclitatur. Et ob id genus obſervatiunculas videmus tot homines affligi, periclitari, denique mori, multos ſibi ſtultè placere, ſibíque *Chriſtianos* videri, quum ſint *Judæi*, & harum rerum ſcibeli ea negligere, quæ veræ ſint pietatis. At Evangelica charitas docet afflictis opitulari. Evangelica libertas non debet hujuſmodi præter [illegible] inductis, à ſeriis ſtudiis avocari. Atque hactenus quidem in genere dictum ſit de rebus hujuſmodi, non ut patrociner contumacibus & inſolentibus, ſed ut excuſſis cauſæ circumſtantiis, dijudiciat tua prudentia, nè plus minúsve ſit, quàm res ipſa poſtulet. Nunc meam ipſius cauſam paucis agam, non quòd ulli bono fuerim offendiculo: Quod enim feci, non veritus ſiſſem ipſo *Chriſto* accumbente facere; ſiquidem eram in eo ſtatu, ut quivis citiùs judicâſſet miſtionem ſignum, quàm reprehenſione: ſed tamen ne committam, ut apud eos quibus res ut habet ignota eſt, quiſquam meum exemplum ſub prætexat licentiæ, meáque neceſſitate, ſuam defendat temeritatem. Primum ego nullum hortatus ſum, ut citra neceſſitatem carnibus veſcerentur, imò potiùs docui publicæ conſuetudini ſervicndum. Ipſe ſic affectus ſum erga carnes, ut ſi liceat vitam ac ſalutem tueri cicere ac lupino, nec piſces nec carnes ſim deſideraturus. Porrò, quum ob habitem corporis valetudinem, & naturale quoddam odium piſcium penè ſingulis Quadrageſimis ſoleam periclitari, tamen frequenter ad carnium præſidia vocantibus medicis, nunquam obtemperavi, niſi ſemel in *Italia*, medico jam dies aliquot mortem minitante, ni parerem: cui tamen hactenus paui diebus paucis, ut jus carnium, ovorum vitellis temperatum ſumerem, ab ipſis carnibus abſtinerem: quæ enim ſi

animus

animus appetisset, non recipiebat stomachus, tanta erat imbecillitas. Et nunc dies aliquot in Quadragesima, idque jussu medici, nec sine venia Pontificis, à quo jam complures annos diploma paratum est, quo nunquam antehac sum usus, quod ad carnes attinet. Jam finge me hoc absque medici autoritate fecisse. Quis medicus rectius novit hoc corpusculum, quàm ego? Finge absque diplomate fecisse, nónne quovis diplomate melius excuset necessitas? Primum expende senectutem, perpetuam penè corpusculi hujus valetudinem: expende laborem itineris, labores studiorum, in quibus supra vires corporis, & animi versor assidue. Ad hæc me viginti fermè dies pituita, imò non pituita, sed mera pestis ad mortem usque afflixit. Eadem ex intervallo recurrens, gravius etiam ac diutiùs nos habuit. Sub Quadragesimam nos calculus cum mira quadam totius corporis affectione corripuit. Hoc malum quum sit atrocissimum, & præsentis periculi: nec enim majore vitæ discrimine nituntur gravidæ, alternis penè diebus mihi recurrebat: sic ut miserâ fœcunditate uno de conciperem, altero niterer, tertio parerem. Hic quis sanus non diceret me esse mei ipsius homicidam, si carnibus abstinuissem. Qui *Erasmum* imitari volunt, totum imitentur, & ignoscetur. Nunc quid validis, ociosis, temulentis, ad lubitum, non ad necessitatem edentibus cum exemplo *Erasmi*? Restat unus scrupulus de scandalo. Suadit illud *Christiana* charitas fateor, ut ubique quoad liceat imbecillium offendiculo consulatur. Audio *Paulum* paratum, vel in æternum abstinere ab esu carnium potiùs, quàm ut cum offendiculo proximi vescatur. Sed idem, ut ante dictum est, objurgat ex cibo potùve judicantes fratrem, & interim pestilentissimos commemorat, qui prohiberent vesci cibis, quos Deus parâsset in usum hominum. *Cur tu*, inquit, *judicas servum alienum? Domino suo stat aut cadit. Et cur judicor ab alina conscientia in eo, pro quo ego gratias ago? Qui vescitur, non vescentem non spernat: qui non vescitur, vescentem non judicet.* Itaque *Pauli* judicio infirmior est, qui non vescitur. Et is gravius peccat, qui judicat se meliorem, cui magis debebat cedere. Et tamen hujus infirmitati si ex causâ probabili fuerit offensus, si corrigi non possit, ad tempus cedit charitas omnibus sese attemperans. At non usquequaque. Est enim in quo monendus ac docendus est infirmus. Est enim in quo reprehendendus. Est in quo spernendus. Alioqui perpetuo obsequio nihil aliud quàm alere morbum imbecillium, rectissima via est ad extinguendam omnem pietatem Evangelicam. Et tamen *Paulus* illic agit de imbecillitate, propemodum invincibili, quod ex majorum traditione, longáque consuetudine sic altè insederat animis hominum, ut subitò revelli non queat. Sic *Judæi* legem in qua nati fuerunt & educati, & in cujus religiosa observatione consenuerant, non ferebant abrogari. Sit aliquis ex gentibus conversus, si vidisset *Christianum* accumbentem in convivio, quo simulachris immolatæ carnes proponebantur, non potuit non suspicari illum consentire superstitioni eorum quibuscum agitabat prophanum convivium. Et tamen *Paulus* strenuè clamat interim, idolum nihil esse, & fas esse vesci, quicquid in macello apponitur. Clamat legis ceremonias ad tempus institutas, ad Evangelii vigorem oportere antiquari. Denique *Petro* restitit in faciem, quod nondum inane *Judæorum* offendiculum auderet contemnere. Erat igitur aliud offendiculi genus de quo *Paulus* ait, cujus occasio præbebatur ex vitæ superioris inolitâ consuetudine. Nos ipsi gignimus & accersimus nobis offendiculorum hujusmodi materiam, quum videamus quanta pestis veræ pietatis hinc nata sit vitæ mortalium. *Paulus* tolerat infirmos hâc spe, ut proficiant ad firmitatem. Nos toti inclinamus in hæc, negligentes eorum, quæ sola verè pios faciunt. Cæterùm ut ad meam causam redeam, utcunque res habet, de oratione offendiculi, nec hic quisquam in me desiderabit, opinor, charitatem cedere cupientem infirmitati proximi. Diploma Pontificis velut antidotum opposui hujusmodi offensis. Nec enim video in quem alium usum mihi sanè valeat. Deinde quantum licuit, secretò sum usus carnibus. Imò usque ad manifestum vitæ periculum in totum abstinui, sæpe contempto medico. Quid superest, nisi ut ob superstitiosam infirmitatem, nè dicam perversam temeritatem quorumdam, nihil non calumniantium, etiam moriar? Impius sit, opinor, qui hoc exigat: & ipse paricida sim, si obtemperem. *Christiana* charitatis est, commodè interpretari quicquid animo recto fieri potest. Nec illud oportuit nescisse *Christianè* doctos, jejunium & pisces non esse præscriptos morbo, sed carnis luxuriâ periclitantibus. Quòd si quis adhuc adeo superstitiosus est, si qui vescitur, hunc admonuerit hisce verbis: Frater, nè quid offendat te nostrum exemplum, coactus facio quod facio: Utinam essem felicior, ego tuo robori gratulor; tu noli meam imbecillitatem calumniari: satis, ut opinor, suam liberârit conscientiam. Sed ut finiam, quemadmodum acriter arguendos arbitror istos, qui seditiosâ temeritate violant publicam consuetudinem, præsertim eam, quæ non pugnet cum vera pietate: ita mihi parochi & concionatores rectè facturi videntur, si ex autoritate Præsulum sic jejunium denuncient populo. Oportebat quidem omnem *Christianorum* vitam perpetuâ sobrietate jejunium quoddam esse, non solùm à cibis, verùm multò magis ab omni luxu, à cunctis voluptatibus hujus mundi, à cupiditatibus carnis, quæ militant adversùs spiritum: sed tamen adhortatur nos autoritas ecclesiastica, & consuetudo majorum, ut qui possint per corporis valetudinem, ætatem, aut rei familiaris copiam, jejunio præparent animos suos diei festo. Sed *Christianum* sit jejunium vestrum, si gratum esse vultis *Jesu Christo*, sit perfectum & absolutum. Minima jejunii portio est abstinentia ciborum. Ingratum est Deo jejunium, quo scinditur pax & concordia. Qui jejunant, gratias agant Domino pro robore corporis, quòd inedià redditur aptius rebus divinis. Qui non jejunant, gratias agant Domino, qui suâ benignitate variam ciborum copiam suppeditat, refocillandæ imbecillitati corporum nostrorum. Qui jejunant, non hoc nomine sibi placeant, quasi rem magnam agant, nisi majora adjecerint. Qui non jejunant, tanto magis adnitantur piis studiis, ut

quod ob corporis imbecillitatem præstare non possunt, aliis studiis pensent ac sarciant. Qui non abstinet, nè turbet publicam consuetudinem, vitans offendiculum infirmorum, quantum commodè potest. Qui abstinet, caveat nè contra doctrinam Evangelicam & Apostolicam judicet proximum suum, ex eo quod natura sit anceps, & rectè secúsve fieri possit. Leviùs peccat, qui totam vitam cœnat absque necessitate, quàm qui ob cibum aèt potum obtrectat ac mordet proximum, quem juxta divinum præceptum non secus amare debebat, quàm seipsum. Hujusmodi monita quoniam vehementer ad rem faciunt, identidem sunt inculcanda. Quin & illud ob infirmas ac meticulosas conscientias clarè cupiam explanari, quæ constitutiones, quos obligent, & quos non obligent: aut quatenus obligent, aut non obligent. Nec opinor expedire in his quæ ab homine laxari possunt, limites usque adeo angustos præscribi meâ sententiâ. Sit hic lenis & indulgens paterna charitas. Cæterùm adversus livorem, adversus obtrectationem, adversus homicidia ac bella, cæterásque certas ac veras *Christianæ* pietatis pestes, sæviat Episcoporum autoritas. Hæc visum est ad te scribere, clarissime vir, & integerrime Præsul, non ut doceam doctissimum, aut ut meam causam agam apud tuam celsitudinem, cui noti sunt & mei labores in studiis, publicæ utilitatis gratiâ suscepti, & animus hic meus, nullius rei minus appetens, quàm cibi aut potûs, & corporis imbecillitas, quam aggravat etiam senectus, & hic præsens morbus nimium hærens & urgens: sed ut per te vel placem, vel sanem alios, si quos fortè vel offendit factum meum, vel exemplum ad licentiam pertraxit. Quod autem hæc liberiùs à me disserta sunt, nihil aliud in causa fuit, nisi quòd optimè sentirem de tua singulari prudentiâ ac mansuetudine. Quum enim generis tui nobilitatem, & moribus integerrimis, & eruditione non vulgari, denique prudentiâ singulari, cæterísque dotibus Episcopo dignis decores, non verebar nè quid raperetur in suspicionem liberiùs dictum de Præsulum officio. Bene valeat tua celsitudo sanctissime Præsul. *Basileæ* postridie Paschæ. Anno à *Christo* nato, M. D. XXII.

A æquè consentientibus. Atque hactenus nihil commoveor, si quis ea de me prædicet, quæ ipse tum dictis, tum scriptis ingenuè profiteor, nullis magis indignans, quàm his, qui me falsis & invidiosis laudibus onerant. Si me venditarem pro magno theologo, aut philosopho, meritò mihi detrahat aliquis leonis exuvium. Nunc cum nihil magni de me pollicens, præstem id quod possum, nulli me præferens, neque cujusquam officiens gloriæ, miror si quisquam bene natus, & ingenui doctrinâ præditus, breviter adeo felix, ut contemnere possit citiùs, quàm odisse vulgares istos doctrinæ simios, dignetur obtrectare *Erasmo*, qui tui similes semper venerari consuevit & adorare: qui nec invidere novit æqualibus, qui inferiores gaudet quantum potest, evehere. In argumentis, quæ mihi suscepi, arbitror me non omnino infeliciter versatum esse, præsertim si cogites me barbarum ea scripsisse barbaris. Nihil adhuc tractavi, quod theologum requireret multâ philosophiâ instructum, præterquam liberum arbitrium, quod à multis impositum, ægrè susceptum, quàm potui, simplicissimè tractavi, nec tamen impiè, ni fallor, si parum eruditè. Proinde, quis oro fructus, si vir tantus persuaseris *Erasmum* esse rudem heroicarum disciplinarum? Sunt hujus classis quamplurimi, qui tamen se jactant doctores. His magis conveniebat detrahere personam, qui passim in scholis docent adolescentes nihil scire, & persuadent nihil nescire. Jam facilè fero, si quisque pro suo arbitratu de ingenio, literisque meis, aut eloquentiâ judicet. Magis me commovent illæ voces, quas audio subinde repeti ab eodem Principe in convitiis Cardinalium, in conciliabulis eruditorum, quicquid est hujus tumultûs, ex *Erasmo* natum esse. Hoc quum sit vanissimum, quid dici poterat hostilius ab eo cujus utrumque parentem veneno sustulissem? Quum prodire cœpisset *Lutherana* tragœdia protinus, eique ferè totus orbis applauderet, ego primus omnium dehortatus sum amicos, nè se illi negotio admiscerent, cujus exitum augurarer fore cruentum. Et quoniam quidam jactabant me cum *Luthero* sentire, videlicet quo plures ad suam allicerent factionem, ego libellis editis professus sum mihi nihil esse rei cum *Luthero*, nec unquam fore: Ipsum *Lutherum* admoni, rem evangelicam ita tractaret, nè quid ambitioni, nè quid odio datum videretur, caveréque nè res in seditionem exiret. *Frobenium* misso etiam coercui nè quid excuderet *Lutheranum*. Abstinuit ille, non absque suo luculento damno, meo potiùs obtemperans animo, quàm suo commodo serviens. Quotquot apud *Germanos*, & *Gallos* amant bonas literas, initio erant *Lutheri* addictissimi. Hos omnes ex juratis amicis mihi foci hostes acerrimos, paucis exceptis. Quinque hinc theologi quidam odio bonarum literarum nullum non moverint lapidem, quo me in factionem (ut ipsi putabant) jamjam damnatam protruderunt, hinc *Lutherani* blanditiis, rechsis, denique minis & convitiis idem hoc agerent, licet consilio diverso quàm theologi, tamen hactenus digitum latum dimoveri non potui, ut ab ecclesiæ *Romanæ* societate discederem: hunc animum non omnino contemneres, si nosses tot regionum nostratium animos, si Principum

Epist. 44. Q Ullum ingenii candor deceat illustri genere prognatos, & eximia felicitas nesciat invidere cuiquam, tum autem ab iis, qui te domesticâ consuetudine penitus cognitum habent, prædicetur insignis quædam naturæ tuæ benignitas, quâ complecti soles etiam parum dignos tuo favore: demiror quis genius instiget animum tuum in *Erasmum*. Quæso, ut æquo animo feras libertatem nostram. Fieri potest ut error sit in nomine; neque me fugit quàm non sit tutum rumoribus hujusmodi credere. Quare te rogo, ut si quid est hujusmodi, existimes hæc non tibi scribi. Complures qui istinc huc veniunt, consentientibus vocibus narrant *Romæ* quendam esse Principem *Carpensem*, doctum magnæque apud purpureos patres autoritatis, qui passim ac palam deprædicet, *Erasmum* nec esse philosophum, nec theologum, nec ullius solidæ doctrinæ. Idem ad me perscribitur epistolis multorum

Clarissimo D. Alberto pio Principi Carpensi S. D.

F

G

Epist.

cipum consilia, si scires quos tumultus excitare parassent, si me ducem hujus negotii voluisses creari: sed ego malui me nudum & inermem ultrò usque partis jaculis exponere, quàm ullum porrigere digitum factioni quam non agnoscit ecclesia Romana. Sed occasionem Lutherus hausit è libris meis: id ferriter negat ipse Lutherus, qui eadem de me prædicat & scribit quæ Princeps ille Capnio, videlicet nihil me scire theologiæ, quòd nusquam cumillius dogmatibus consentiam. Sed fingamus aliquid haustum è lucubrationibus meis, qui magis istud imputetur mihi quàm Paulo aut Augustino, unde sua ferè confirmat dogmata? Certè cum illa mea scriberem nihil minus suspicabar, quàm hujusmodi tumultum exoriturum. Sunt qui dicant, Cur non statim nascenti malo occurristi? Quia cum multis suspicabar Lutherum esse bonum virum, corrigendis depravatissimis hominum moribus divinitus missum, quanquam jam tum mihi displicebant quædam, de quibus illum admonui. Porrò, quum mundus esset plenus academiis, viderémque fabulam esse mirè plausibilem, non vulgo tantùm, sed etiam Principibus, Episcopis ac nonnullis etiam Cardinalibus, quæ fuisset temeritas me privatum homuncionem publico orbis favori oppedere? Quòd si me pateris liberè proloqui, qui fuerit hujus mali primus fons dicam, pro mea quidem sententia. Sacerdotum quorundam palam impia vita, Theologorum quorundam supercilium, Monachorum quorundam non amplius ferenda tyrannis, huic tempestati locum fecit. Hoc velim ita dictum in malos, ut bonorum existimationem nihilo faciat deteriorem; & ita dictum in genere, ut ordini nulli fit irrogata contumelia. Principiò erat bellum cum linguis ac Latinis literis; his ego hactenus favi, ut admissæ ornarent juvarentque recepta studia, non ut veteres professores de ponte, quod aiunt, dejicerent, & servirent gloriæ Christi, non ut veterem Paganismum nobis revocarent. Hìc quum ancipiti Marte decertaretur, res per monachos detracta est ad negotium fidei, hic illis placebit prætextus. Non dubito quin audita tibi sit Reuchlinica tragœdia. Hìc cœpit in illos incudescere doctorum odium: Mox fervente adhuc bello inter mystas, & osores Musarum, exortus est Lutherus. Illicò conati sunt illi literarum politiorum cultores Lutherano negotio involvere, quo simul & illos perderent. Ita gradibus quibusdam res alterius partis semper in pejus vergentis pervicaciâ, tum alterius quorumdam odiis, & intempestivis clamoribus hucusque progressa est tragœdia. Habes rem, ut est, absque meo descriptam. Nunc si verum est, quod ad me delatum est, quæso, ut istam persuasionem abjicias, & istiusmodi voces mihi periculosas coniceas: sin vanum est, ignosce, quòd hujusmodi næniis obtuderim celsitudinem tuam, cui precor omnia læta feliciáque. Datum *Basileæ*, sexto Idus Octobris. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Des. Erasmus Roterodamus Joanni Coleto, Theologo doctissimo facundissimóque S. D.

Epist. 45. QUàm præter meritum nos superioribus literis tuis laudâras, doctissime *Colete*, tam his proximis immerentem objurgas. Quanquam non paulò æquiore animo fero reprehensionem tuam, quam non mereor, quàm laudes tuli tuas, quas non agnoscebam. Nam accusati, non solùm sine vitio nosmet ipsos purgare possumus, verùm etiam hoc citra culpam non facere non possumus. Cum interim laudes accuratiùs refellere, hominis esse videatur laudum jejuni avidíque, neq; simpliciter id agentis nè laudetur, sed ut aut sæpiùs laudetur, aut copiosiùs. Tu (credo) utroque in genere periculum nostri facere voluisti, & quid mihi placerem tanti viri præconio cohonestatus, & quid aculeorum haberem, objurgatiuncula irritatus. Constantissimus in amore his oportet, qui quidem sis in recipiendis amicis tam cautus, tam diligens, tam contabundus, tam explorans: verùm his tecum jocari libuit. Alióqui quàm lætabar antea vel falsò laudari à viro omnium laudatissimo, tam hunc admoneri gaudeo ab amico sinceriſſimo. Igitur posthac, pro tuo arbitratu, tuum *Erasmum* vel laudato, vel objurgato, modò quotidie literarum tuarum aliquid hinc advoler, quà re nihil possit accidere jucundius. Sed jam ad Epistolam tuam paucis, nè puer qui literas tuas attulit, inanis ad te redeat. Quòd neotericum theologorum genus, qui meris argutiis & sophisticis cavillationibus insenescunt, tibi negas placere, næ tu mecum vehementer, mi *Colete*, sentis. Non quòd illorum studia damnem, qui nullum omninò studium non laudo, sed quum sola sunt ista, nec ullis antiquioribus, elegantioribusque condita literis, ejusmodi mihi videntur, ut sciolum, & contentiosum hominem reddere possint, sapientem an possint, viderint alii. Ingenium enim jejunâ & asperâ quadam subtilitate exhauriunt, neque ullo vegetant succo, neque animant spiritu. Et, quod omnium est maximum, Theologiam illam omnium disciplinarum Reginam, sic veterum facundiâ locupletam ornatámque, suâ balbutie & orationis spurcissimæ sordibus devenustant; sic priscorum ingeniis expeditam, spinis quibusdam impediunt, involventes omnia, dum omnia conantur resolvere, quemadmodum ipsi loquuntur. Itaque videas eam quæ quondam augustissima fuerit, majestatísque plena, nunc penè mutam esse, inopem, pannosam. Illicimur interea dulci quodam & illecebroso morbo, nunquam satiatæ contentionis. Rixa è rixa nascitur, & miro supercilio de lana caprina digladiamur. Tum nè nihil inventis veterum Theologorum adjecisse videamur, satis audacter & certas quasdam rationes præscripsimus, quibus Deus mysteria sua peregerit: cum interdum perfectius sit credere fieri, cæterùm quibus modis id fiat, omnipotentiæ Dei permittere. Adde quod ostentandi ingenii studio, nonnunquam ejusmodi quæstiones agitamus, quas aures piæ vix ferant, cum quærimus, num Deus potuerit diabolum, aut asinum assumere. Fortasse tolerandum, siquis ista tanquam acuendi ingenii gratiâ modicè per ætatem attigerit; sed in his, tanquam ad scopulos *Syrenes*, non consenescimus modò, verùm etiam immorimur, præ his nullas non literas contemnimus. Accedit ad hæc, quòd nostrâ tempestate ferè ad Theologiæ studium sese applicant, literarum omnium Principem, qui propter ingenium pingue parúmque sanum, vix ullis sunt literis idonei. Hæc autem dixerim, non de doctis ac probis theologiæ professoribus, quos in-

primis ſuſpicio veneróque; verùm de ſordido hoc ac ſupercilioſo vulgo Theologorum, qui præ ſe omnes omnium literas pro nihilo docent. Quo cum hominum genere inexpugnabili quum tu, *Colete*, dimicationem ſuſceperis, ut veterem illam ac veram Theologiam, illorum ſpinis obſitam implexámque, in priſtinum nitorem ac dignitatem, pro tua virili reſtituas, provinciam (ita me Deus amet) ſumpſiſti multis modis pulcherrimam, ipſius Theologiæ nomine piiſſimam, quum omnium ſtudiorum, tum hujus *Oxonienſis* florentiſſimæ Academiæ causâ ſaluberrimam; verùm (nè quid mentiar) & negotii & invidiæ plenam. Quanquam negotii quidem difficultatem tua tum eruditio, tum induſtria ſuperabit, invidiam animi tui magnitudo facilè negliget. Sunt & inter ipſos Theologos non pauci, qui tam honeſtos tuos conatus & velint, & poſſint adjutare. Imò nemo non dextram junxerit, quum nullus etiam doctorum ſit in hac celeberrima ſchola, qui tibi *Paulinas* epiſtolas publicè jam triennium enarranti, non attentiſſimas antes præbuerit. Quâ quidem in re, utrum magis laudanda modeſtia illorum, quâ non verentur omnium διδάσκαλοι hominis ætate juvenili, nullâque doctoratus, (ut vocant) autoritate præditi, ἀκροατὰι videri, an tua ſingularis tum eruditio, tum eloquentia, tum morum integritas, quam illi hoc honore dignum judicant. Demiror autem, non quòd tu tanto oneri ſuppoſueris humeros, cui par eſſe potes, ſed quòd me nihili hominem in tam magnifici muneris ſocietatem voces. Hortaris enim, imò penè convitio efflagitas, ut quemadmodum tu *Paulum*, itidem ego vel priſcum illum *Moſen*, vel facundum *Eſaiam* enarrans, hibernis his menſibus frigentia (uti ſcribis) hujus gymnaſii ſtudia coner accendere: Ego verò qui mecum habitare didici nec ignoro quàm ſit mihi curta ſupellex, neque doctrinæ tantum arrogo, quæ tantis obeundis rebus ſufficiat, neque tantum animi robur mihi reor adeſſe, ut tot hominum, ſua fortiter tuentium, invidiam queam ſuſtinere. Res iſta non tyronem, ſed exercitatiſſimum requirit Imperatorem. Neque verò me impudentem vocaveris, qui iſta recuſem, imprudentiſſimus omninò futurus, ni recuſarem. Tu, mi *Colete*, parum prudenter facis, qui (quod ait *Plautus*) è pumice poſtules aquam. Quâ tandem ego fronte docebo, quod ipſe non didici? Qui frigus aliorum accendam, ipſe totus tremens horrénsque? Ipsâ temeritate mihi magis temerarius videar, ſi ſtatim tanta in re vires meas periculer, &, juxta *Græcam* παροιμίαν, ἐν τῷ πίθῳ τὴν ἀρετὴν experiar. At expectâram, inquis, & opinione te falſum quereris. Tecum igitur expoſtules oportet, haud mecum. Neque enim nos te fefellimus, quippe qui nihil iſtiuſmodi vel promiſerimus, vel etiam oſtenderimus. Sed tu teipſum fefelliſti, qui mihi de me vera prædicanti, credere nolueris. Neque verò huc appuli, ut poëticas, aut rhetoricas literas docerem, quas mihi dulces eſſe deſierunt, poſteaquam deſierunt eſſe neceſſariæ. Hoc recuſo, quia minus eſt inſtituto meo; illud, quia majus viribus. In altero objurgas immerentem, mi *Colete*, quippe qui ſecularium (ut vocant) literarum profeſſionem nunquam præ me tulerim: ad alterum fruſtra hortaris, ut cui me nimis imparem eſſe cognoſcam. Quòd ſi maximè par ſim, nè liceat quidem. Nam mox *Lutetiam* relictam repeto. Interim dum me partim hyems hic attinet, partim recens ducis cujuſdam fuga non ſinit ex hac laudatiſſimam Academiam me conferre, unum aut alterum menſem cum tui ſimilibus, quàm cum torqueatis iſtis aulicis, malim. Tuis verò pulcherrimis ac divinis conatibus tum abeſt ut velim adverſari, ut me (quamquam nondum adjutor ſum idoneus) ſedulum & non ignavum, & fautorem fore poſſicear. Cæterùm ita mihi conſcius ero, adeſſe robur & vires ſatis, accedam & ipſe tuis partibus, & in aſſerenda Theologia, ſi non egregiam, certè ſedulam operam navabo: Interim nihil mihi poſſit eſſe commodius quam (ita ut cœpimus) quotidie vel coram, vel per epiſtolas de ſacris literis inter nos conferendi. Vale, mi *Colete*. Humaniſſimus præſul *Robertus Cicenocus*, hoſpes meus, communis mihi tecum amicus, juſſit tibi ſuis verbis multam ſalutem adſcribi. *Oxoniæ* è Collegio Canonicorum Ordinis divi *Auguſtini*, quod vulgo dicitur *S. Mariæ*.

In JOANNIS COLETI reſponſionem ad argumenta ERASMIANA, De tædio & pavore Chriſti.

Joannes Coletus Eraſmo Theologo ſa-cundiſſimo S. D.

TUa Epiſtola, eruditiſſime *Eraſme*, (nec eſt bene longa, ita eſt eadem, vel multo magis certè & difertiſſima, & jucundiſſima. In ea vidi memoriam tenacem, & noſtræ altercationis fidelem recenſionem. In ea acumen illud tuum quovis tam facilè penetrans, quàm felicem. In eadem etiam ſtilum Philoſophi dignum, aptum, verum, ſignificantem, educentem in lucem rei ipſius, & eaſdem quatenus materiæ acrimoniâ pectus, dulcorantem. Itaque & docuit me tua epiſtola, lectitantem valde, & delectavit. Tamen quanquam & argumentis impetuoſa eſt, & poſſet exemplis potentibus certè tam pondere, quàm numero violenta, tamen meam mihi opinionem, quam ex *Hieronymo* altè imbibi, nihil adhuc hæc extorquet, nec diminuit: Non quod animo protervi nos, & improbâ pertinacia indurati, ſed quòd (haud ſcio an rectè) tamen quod vel verum, vel quod verſimilius eſt, nos ſequi & tueri arbitramur. Quapropter non poſſumus tam admittere, quæ contra adducis, quam valdè iisdem, quàm velle refellere. Impellit enim nos ipſa veritas ut acuti & eloquentis hominis diſputatione magis diſerta & copioſa, quàm vera, eam obrui indignè & opprimi non patiamur. In qua defendenda, ut nos opitulatur, invocamus ejuſdem numinis ſubſidium, cujus tu ad oppugnandam veritatem videris nobis invocaſſe. Verùm nos nolimus cum univerſa tua epiſtola congredi. Nam ad tantum prælium ſubitò & ſtatim, nec animus nec vires habemus. Sed primæ ejus partis, & quaſi aciei & frontis, quæ mihi videtur, ut par eſt, belli eſſe validior, expugnationem aggrediamur. Tu interea patienter audi, te nos ambo collidentibus inter ſe ſilicibus, ſignis ignis excutiamus, eum avidè apprehendamus. Veritatem enim quærimus, non opinionis offenſionem, quæ forſan argumento argumentum recutiente, ut ignis ex ferro, ſæpe percuſſo, elucebit. Vale.

In

In Pseudevangelicos.

Erasmus Ant. Vulturio Neocomo S. D.

Pridem quidam reddidit mihi *Davidis* quondam *Viennæ* Allobrogum Præsulis galerum, villis hirsutum istricis, mihi quidem nulli futurum usui, sed tamen hoc nomine gratum, quod mihi cum ipsius, tum *Philippi* fratris ejus, qui illi in dignitate successit, memoriam refricat: sub quorum altero sacris initiatus sum, alterum habui singulari studio meis faventem commodis: qui & anulum insigni sapphiro decoratum germani *Davidis* olim gestatum, *εἰκόνισμα* quoddam, penes me esse volui, utriusque certè memoria mihi sacrosancta esset, non tantum ob id, quòd imaginibus magnum illum *Philippum* Patrem, cognomento *Bonum*, nobis referebant, quo non temerè reperias alium inter Burgundiæ duces laudatiorem; verùm etiam quòd studio pacis, & religionis amore præclluerunt, in hoc quoque laudatissimum parentem nobis referrent. Alterius virtus crebris seditionibus fuit exercita, ac proinde illustrior; altero diu frui non licuit, quòd senex jam, ac vergente ætate, pervenisset ad hoc muneris, móxque magis etiam contra mihi sententiam autoritate *Caroli Cæsaris*, bellorum tumultibus involutus, relictis terris, in felicioren sedem demigravit. Porrò, quod significas tibi molestum egestatem, equidem nec tam sum inops ut non possim; nec tam parcus, ut graver amiculo aureo aliquot impartiri: sed hæc benignitas quantulum haberet momenti ad tuam egestatem sublevandam? Res mihi sanè mediocris est, minimúmque supereſt meis necessitatibus: Multum impendii requirit hoc corpusculum, etiam tum delicatum quum ætate floreret, aliquanto plus senectus, plurimum adversa valetudo, geminúsque morbus, uterque immedicabilis. Nam ut adversus senectutem nullum est à medicis remedium, ita negant calculum in senibus esse sanabilem. Jam bona pars mihi deciditur in famulos, & præsentes & dimissos, in nuncios, & *ψευμιατοφόρους*, in eos, qui nostras labores industriâ suâ nonnihil sublevant, hoc est, qui venantur vetustos codices, qui conferunt emendantque, qui nostra relegunt, qui describunt. Ad hæc, vix credas quanto rei familiaris detrimento reliquerim *Basileam*: Nam illic, præter alia commoda, domum habebam alienis impendiis factam, alienâ supellectile instructam; hîc æra mea paranda sunt omnia. Postremò, ut pretia rerum accrescunt supra modum, ita decrescunt census, *Cæsar* agit fabulam planè motoriam, ut nè creditores quidem nunc ausint illum appellare, tántum abest ut ociosus consiliarius, & appellator non minus piger quàm verecundus, stipendium accipiam. *Ferdinandi* Regis eo statu res sunt, ut illius benignitas intra benevolentiæ animi pomœria consistat. Jam quod ex *Anglia*, *Flandria*que solvitur, adeo venit accisum & attrisum, ut interdum quarta pars absit: sive in causa est novata apud *Anglos* moneta, sive mutata nummismatum æstimatio, sive mensariorum ars. Quin jampridem nec ex *Anglia*, nec ex *Flandria* quicquam adfertur, quum hactenus certissima fuerit illorum census solutio. Suspicor aliquid monstri ali. Eáque gratiâ famulorum meum fidelissimum illuc emandavi, ingenti quidem sumptu meo, sed quod mihi charius est, incolumitatis illius non levi discrimine. Verum postquàm, mi *Vulture*, induxisti in animum Evangelicam vitam profiteri, miror paupertatem esse molestiam, quum beatus *Hilarion*, ubi non inveniret quod pro naulo solveret, gloriandum duxerit, quòd inscius ad tantam Evangelii perfectionem pervenisset. Gloriatur & *Paulus*, quòd sciat abundare, & penuriam pati, quòd nihil habens omnia possideat. Idem collaudat *Hebræos* quosdam Evangelium amplexos, quòd rapinam bonorum suorum cum gaudio suscepissent. Nemo tibi quicquam opinor eripuit, sed ultrò quod erat, licet exiguum, pro derelicto habuisti, téque ipse prudens, ac volens isti paupertati dedicâsti. Adde, si *Judæi* non patiuntur inter ipsos esse pauperes, quanto magis convenit ut qui jactant Evangelium, fratrum inopiam mutuâ benignitate sublevent: præsertim cum Evangelica frugalitas minimo sit contenta. Si panis cibarius adsit & aqua, non desiderant *Attica* bellaria qui spiritu vivunt. Nescium luxum, jejunio pascuntur. Ipsi Apostoli confrictis manu aristis famem sedâsse leguntur. Alium forsasse deterreret, quod diploma *Leonis*, ut audio, devoveat omnes qui istius doctrinæ professores aquâ, igni, aut hospitio juvant. Verum id ego sic interpretor, qui juvant ob sectæ favorem, alioqui si germano fame periclitanti subveniam, non ob aliud nisi quòd germanus est, non arbitror diplomatis minas ad me pertinere. Idem existimârim si hominem, licèt damnatum, sublevem, non ob aliud, nisi quia germanus est, & quàm diu spirat, spes est illum ad meliorem frugem rediturum. Nam, juxta *Theocritum*,

——*Non spes est ulla sepultis.*

Fortasis hîc tibi videbor cavillis ludere, ut aliis non idem videtur. Dices, Non postulo subsidium pecuniarum, tantum operam tuam ad Poetices professionem requiro. Verecundè flagitat quisquis queritur. At mihi, *Vulture* charissime, longè major est ocii, quàm nummorum penuria; nec istuc operæ quod petis, exiguo negotio præstare queam, ut maximè præstare valeam quod petis. Quid me jam tot annis abesto studiorum genere alienius? Quod autem attingis de offensione, non possim tali amico irasci, etiamsi velim; dolere me fateor, quòd in istum labyrinthum temet conjeceris, unde utinam te possim eximere. Utinam tibi, tum pro aliis quibusdam fuissem in consilio, qui nunc, ut scribis, detestantur ad quod pridem instigârunt. Sed harum rerum sera est querimonia. Sanabilius erat malum, nisi te libellis editis orbi prodidisses, à quibus tamen nè monitus quidem temperâsti. Parum erat evulgâsse epistolam ad *Spirense* Concilium, non magno intervallo prosiliit nobis ridiculus ille *Cometes Carolo Cæsari* dicatus. Quum iterum te meis scriptis admonuissem, ut à talibus jocis temperares, qui & Principum animos ad sævitiam irritarent, & adeo nihil juvarent causam, à cujus victoria vestra pendet incolumitas, ut etiam gravissimè lædant, placidòquidem respondisti: sed perinde quasi te fuissem hortatus, ut simile quiddam iterum designares, ita rursus ad Concilium *Spirense*, cui tum Rex *Ferdinandus* præsidebat, missus est libellus, nomen *Erasmi* literis bene magnis præferens. Titulus erat *Epistolæ Erasmi*, quum esset fragmentum alicunde è libris meis decerptum, ut Lector parum

attentus

attentus existimaret meam esse sententiam, non esse fas in quenquam hæreticum pœna capitis animadvertere: eáque res Cæsarem *Ferdinandum*, aliósque Principes atque etiam *Romanum* Pontificem in meum caput irritaret. Post hoc fragmentum sequebantur quædam tuo nomine, simpliciter, ut ab omnibus audio, seditiosa: nam mihi nondum vacavit legere. Hoc factum tam abhorrens ab humanitatis, amicitiæque natura, ego vehementer admiratus sum, alii magnopere detestati sunt. Cæterùm, quo minùs tecum expostularim, migrationis negotia fuerunt in causa. Concoctum est hoc aut potiùs dissimulatum, & ecce nundinis autumnalibus prorupit similis libellus, eandem canens cantilenam, qui in frontispicio prægrandibus literis profitebatur *Annotationes Erasmi*: reliqua tuo nomine succedebant magis ad excitandas seditiones, quàm ad pietatem conducentia: Nisi fortè non videtur seditiosum hortari Principes, ut facultates sacerdotibus ac Monachis adimant, & in bonos vestri similes conferant: aut non offenduntur illorum animi, quum audiunt, *Noli occidere innocentes*, *Noli tuo periculo recalcitrare Evangelio*, *Sine verbum Dei in tua ditione prædicari*. Hæc quid aliud sunt quàm atrocissima convitia nondum persuasis, imò, in diversum persuasis. Quos tu vocas innocentes, illi habent pro seditiosis & hæreticis; & quod tu vocas Evangelium, illis persuasum est esse doctrinam Satanæ. Priùs igitur erat illis persuadendum: Quod si non potes, aliis rationibus tractandus erat illorum animus. Jam finge mihi in tot libris alicubi excidisse, *Hæreticos non esse capite plectendos*: An hoc erat humanitatis, quod videbatur ad mihi conflandam invidiam accommodatissimum, id truncatim decerptum, oculis & auribus Principum ingerere, prætermissis his quæ vel mitigabant atrocitatem dicti, vel quid verè sentirem explanarent? Si hoc faceret alienus in alienum, quis non desideraret in eo candorem, & humanitatem; nunc hæc facit amicus in amicum, & amicus Evangelicus in eum amicum, qui nunquam tibi, neque facto, neque dicto præbuit ansam dissuendæ necessitudinis. Jam hoc atrocius est, quòd nusquam id doceo, non esse sumendum capitis supplicium de hæreticis, nec usquam adimo gladii jus Principibus, quod illis non ademit *Christus* nec Apostoli: tantum admoneo locis aliquot, nè sit hic princeps Principum severitas, nec facilè præbeant aures quorumlibet Theologorum, aut Monachorum delationibus. Sunt dogmata scholastica de quibus dubitare non est semper impium, & in quibus inter ipsos sæpenumerò non convenit: est error simplex, neque statim est hæreticus qui lapsus est in aliquo fidei articulo. Ubi non subest perversitas animi, ubi nulla est pervicacia, ibi sublevandus est charitate *Christianâ*, qui lapsus est, non occidendus. Præterea, sunt Monachi ac Theologi, qui vel naturæ sævitiâ, vel stoliditate, vel gloriæ quæstúsve gratiâ, vel denique privato ducti odio, deferunt atrociter non solùm quæ frivola sunt, aut utraque in parte disputabilia, sed etiam quæ rectè dicta sunt, perversissimè calumniantur. Nôsti *Jacobum Hogheſtratum*, nôsti *Nicolaum Ecmondanum*, nôsti *Beddam*, quos nominâsse sufficit; precor ut reperiant Deum sibi mitiorem Judicem, quàm ipsi fuerunt aliis. Tales admoneo *Christiane* mansuetudinis, ut quod Ecclesiasticis viris dignum est, magis ut sanent, quàm ut perdant: Talis fuit *Chrysostomus*, tales Apostoli, talis *Ambrosius*, *Cyprianus*, *Augustinus*, quorum charitas Cæsarem [illegible] ab occidendis hæreticis, quantum poterat, cohibebat, ipsi linguâ libríque rem Ecclesiæ [illegible] & frequenter pro occidendis interc[illegible] Princeps non sine causâ gladium portat, [illegible] at certè Theologorum & Episcoporum est docere, arguere, mederi: docere errantes, arguere feroces, mederi deceptis: & quod Dominus parabola admonuit de non tollendis *Zizaniis*, vel ad illa rudis Ecclesiæ primordia, vel ad Apostolicos viros pertinet, quibus non est traditus gladius, nisi gladius Evangelicus, quod est verbum Dei. Hoc me sentire non potuit te latere, quum hac de re ante complures annos respondérim *Latomo*, priùs *Beddæ*, ac nuper stolidissimis Monachorum *Hispalensium* calumniis. Rursus est hæresis quæ manifestam habet blasphemiam, veluti quæ *Christo* detrahit naturam divinam, quæ divinos libros insimulat mendacii. Est quæ malitiosis artibus per tumultus ac seditionem tendit ad opes, ad regnum, ad rerum humanarum confusionem. An hic allegabimus Principi gladium? Ut non liceat occidere hæreticos, certè blasphemos & seditiosos tum sit est, tum ad tuendam Rempublicam necessarium. Itaque, ut peccant qui ob quemvis errorem pertrahunt homines ad ignem: ita peccant qui in nullos hæreticos arbitrantur prophano magistratui jus esse occidendi. Verùm, quum hi, qui pro hæreticis habentur, suadent non occidendo hæreticos, vel cæco perspicuum sit non defendi veritatem, sed quæri maleficiis impunitatem. Quid aliud optarent prædones ac piratæ, quàm persuasum esse, nulli *Christiano* Principi jus esse quenquam plectendi capite. Bonus est timor qui deterret à scelere. Quòd siquis vult non timere magistratum, quod bonum est operetur, & publica potestas non solùm non erit formidini, sed erit etiam honori, juxta B. *Pauli* consilium. Necessaria est Principum severitas, quam ipsi sævitiam appellant. Atqui sæpenumerò fit hominum vitio, ut Principes naturâ clementes, malorum improbitas cogat ad sævitiam, dum ipsorum lenitate abutuntur, ac primùm contemnunt, mox etiam illudunt, & illorum mansuetudinem interpretantur impietatis approbationem. Hujuscemodi docent mei libri, si quando locus postulat: non hoc cujus suspicionem tuus iste ludus mihi conatur impingere, non quòd ipse hoc de me sentias, sed ut imponas simplicioribus. Quæso te per amicitiam nostram, an tibi videor parum gratus invidiâ, nisi studio tantum addas sarcinæ? Adversus tot viperas, adversus tot crocodilos, adversus tot excetras, ægrè me sustineo favore Monarcharum, nec ulla res erat quæ poterat illos magis alienare, quàm si illis gladium excutiam è manibus, eásque sectas defendam, quas illi velut execrabiles radicitùs evulsas cupiunt, & facerent, nisi rerum motus aliò vocaret illorum animos. Obsecro te amice, quid hostis in hostem faceret hostilius? Ut nihil in te contulerim officii, certè jam olim diligo te candidissimè, tuis commodis, perinde ac meis, semper gavisus sum; incommodis tuis, æquè ac meis indolui. Quonam igitur scelere commerui, ut istis artibus caput meum adducas in discrimen? Nôsti Monachorum ira, scio

scio quòd fulmen vibrent irati *Jovες*. *Indignatio Regis*, ait *Salomon*, *nuncii mortis*: nec semper adest vir ille bonus, qui placet iram ejus, sed frequenter adsunt mali, qui oleum addunt camino: Nec ignoras quàm multa nesciant Principes, quàm ad multa parum sint attenti, tot nimirum distracti negotiis: nec te fugit quot artibus sit armata calumnia, quantúmque valeat interdum apud summos etiam Monarchas. Sæpe jacet innocens priùsquam sciat se delatum. Itaque non queo satis demirari, quo tandem consilio libellos istiusmodi alium post alium evulges. Si hoc agis ut me perdas, quo evanuit animus ille tuus, olim tam amicus, tam syncerus, tam candidus? ubi leges amicitiæ? Sin hoc moliris, ut me compellas ad istius sectæ professionem, id jampridem meâ sponte fecissem, mihi crede, si animo meo proburetur fabula. Ut autem profitear ea quibus reclamat mea conscientia, nullus efficiet mortalium, ut nunc quidem affectus sum, mortem citiùs oppetiero. Sed ubi interim vestrum illud dogma, Fidem persuadendam esse, non cogendam? & in Evangelii negotio nihil adhibendum præter gladium verbi Dei? Quòd si ista, ut arbitror, non facis malevolentiâ, sed animi gratiâ ludis, quæso quid hâc voluptate crudelius? Annon est aliud ludendi genus, quàm cum amici pernicie deliciari? Sunt qui suspicentur, hinc emolumentum quæri, vel tibi, vel typographis. An tantillum lucri tanti est, ut hoc amici summo dispendio captandum existimes? An desunt gratiosa nomina, quorum lenocinio pelliceatur emptor? Quòd si istinc operæ vel commodas, vel locas aliis qui mihi malè volunt, quid fingi potest, non jam dicam alienius ab amicitia, sed sordidius atque abjectius? Si magno conductus esses, præmii magnitudo utcunque facti turpitudinem elevaret: nunc si pretium est, non potest non esse vilissimum. Atqui lex amicitiæ postulat, ut quoties vita, seu fama, quæ sæpenumero vitâ charior est, vocatur in periculum, amicus pro amico vel in capitis discrimen prompte descendat. Sed mittamus amicitiæ rationem, si ex animo probas quod profiteris: si verè tibi persuasum est esse sanctum, pium, ac Deo gratum quod tueris, quo pacto magis valeas alienare bonorum animos à vestro negotio? *Cometen* dicâsti Cæsari, nec tuum suppressisti nomen. An ille parum indignatur vobis, nisi talibus ludibriis magis etiam exasperetur? An Regem *Ferdinandum* habetis parum iratum, nisi talibus fomentis etiam atque etiam inflammentur, tum ipse, tum alii Principes illi consentientes? Quorsum attinebat addere oleum camino? An vobis talium Monarcharum potestas videtur contemnenda? Hoc ut impium non sit, an tutum existimas? Atqui movere vos debet recens agricolarum exemplum. Quid erat illis ferocius? Sed experti sunt verum esse quod scripsit *Solomon*, *Contritionem præcedit superbia*, *& ante ruinam exaltabitur spiritus*. Et tamen hîc quieverunt Cæsar *Carolus*, & Rex *Ferdinandus*. Interim, non ago vestræ causæ Judicem, habet illa Judices legitimos, Cæsarem & Pontificem. Sed interim fingamus esse piam, ubi illa serpentis Evangelici prudentia, quâ *Paulus* solicitè cavet, nè quod offendiculum det Evangelio, sed in omnia se vertit, ut omnes *Christo* lucrifaciat? Ubi columbina simplicitas, quæ nec inimicos novit lædere? An istiusmodi technis propagatum est Evangelium ab Apostolis? Atqui jactatis vos Evangelicam veritatem jam plus mille annis sepultam revocare nobis in lucem. Si verum dicitis, difficilius negotium agitis, quàm olim habuerunt Apostoli: Nec enim paulò facilius erat *Judaicos* abrogare ritus, ac gentium superstitionem destruere, quàm ea convellere, quæ Ecclesiæ proceres magno consensu tot seculis ut oracula Dei docuerunt, coluerunt, tenuerunt, hodiéque tenent. Nam Gentium religio tantum habebat absurditatis, ut etiam qui inter illos literas scirent, aut paulò essent cordatiores, intelligerent esse mera figmenta: quæ de diis ferebantur, à callidis hominibus in hoc excogitata, ut incondita multitudo, quæ Philosophiæ rationibus gubernari non poterat, deorum metu utcunque contineretur. Et Prophetarum vaticiniis prædictum erat futurum, ut Gentes, relicto dæmonum & simulachrorum cultu, verum Deum agnoscerent; quemadmodum & de *Judaicis* cæremoniis prædictum erat futurum, ut ad coruscantem Evangelii lucem, velut umbræ, evanescerent. At in his quæ vos convellitis, quid obsecro vel absurdum, vel ridiculum? Aut quis unquam Prophetes prædixit hoc futurum, ut totus orbis ignoraret *Christum* ab Apostolis prædicatum, ac pro Deo coleret idola: tum quotquot in Apostolorum vicem successerant excæcati, nihil viderent in sacris literis; deinde, post mille trecentos annos à nescio quibus novis Evangelistis ad veritatis cognitionem revocaretur? Adde, quòd Apostolorum prædicationi fidem astruebat perpetuus dogmatum consensus ac miracula; quum vos non solùm dissentiatis inter vos, sed iidem subinde novetis ritus pariter & dogmata, alterâ parte sitis omnino destituti. Arbitror autem nec miracula, tantum attulisse momenti ad novandum mundum, quantum Evangelistarum mores undiquaque puros & inculpatos. Non jam loquor de jejuniis aut vestibus, similibúsque ritibus quos simulant & hypocritæ; sed in afflictionibus alacritas, in perferendis injuriis lenitas, animus simplex, mansuetus, nulli malum cogitans, & de omnibus bene mereri studens, omnibus humanis rebus superior, & vitæ contemptor, præcipuè commendabant illorum doctrinam. Avocabant illi à solitis, sed adducebant ad longè meliora. Vos strenuè clamatis in luxum Sacerdotum, in ambitionem Episcoporum, in tyrannidem *Romanæ* Pontificis, in garrulitatem Sophistarum, in preces, jejunia, & missas: Nec ista purgari vultis, sed tolli; nec omninò quicquam in receptis placet, sed zizaniam evellitis cum tritico; aut, ut melius dicam, triticum evellitis pro zizania. At quid interim nobis profertis melius, & Evangelio dignius, ut ab assuetis recedamus? Circumspice populum istum Evangelicum, & observa num minùs illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ, quàm faciunt ii quos detestamini. Profer mihi quem istud Evangelium ex commessatore sobrium, ex feroci mansuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos ostendam qui facti sunt ipsis deteriores. Excussæ sunt è templis statuæ, sed quid refert, si nihilo seciùs in animo colantur idola vitiorum? Nec video quo consilio quidam tanto studio demoliti sint imagines, nisi ut esset conspirationis symbolum.

ſymbolum. Interim obtenditur horrendum idololatriæ crimen: Sed quis nunc eſt tam lapis ut putet lapidibus ac lignis ineſſe ſenſum? Et ſi qui tales ſint, quantulum erat negotii docere populum, imagines ad hoc tantum repertas, ut imperitis memoriam adjuvent? Excuſſæ ſunt preces ſolennes, ſed jam plurimi ſunt qui nihil prorſus orant, quum frequens puráque oratio ſit ſacrificium maximè proprium *Chriſtianis*. Abrogata eſt miſſa, ſed quid illi ſuccedit ſacratius? Non enim jam confero ritus cum ritibus, inductos cum relictis. Nunquam illorum Eccleſias ſum ingreſſus, ſed aliquando vidi redeuntes à concione, veluti malo ſpiritu afflatos, vultibus omnium iracundiam, ac ferociam miram præ ſe ferentibus: neque quiſquam erat omnium qui mihi viris aliquot honeſtis comitato deferret honorem, quem exhibemus quibuſlibet, præter unum ſeniculum. Sic opinor diſcedunt milites à concione ducis ad prælium, & ad θύειν ἄλκαρ exhortati. Quis unquam vidit in illorum concionibus, quenquam pro peccatis ſuis fundentem lachrymas, tundentem pectus, aut ingemiſcentem? Jam quanta pars ibi conſumitur in laceranda ſacerdotum vita, ac, ſi verum narrant, frequenter in iis ſermonibus, qui magis faciunt ad ſeditiones, quàm ad pietatem. Abrogata eſt confeſſio, ſed interim nè Deo quidem confitentur plurimi: Abjectus eſt cum jejuniis ciborum delectus, ſed interim graviter indulgetur crapulæ: & ita quidem effugerunt *Judaiſmum*, ut cœperint eſſe Epicurei. Protritæ ſunt ceremoniæ, ſed nihil acceſſit ſpiritui, imò, multum deceſſit meo quidem judicio. Ceremonias quaſdam *Judaicas* obſervavit *Paulus*, nè *Judæos* alienaret ab Evangelio; ſaltem hoc animo non erant omnes ceremoniæ rejiciendæ. Neſciebant Apoſtoli præſcriptos jejuniorum dies; verum: ſed ultrò injuſſíque jejunabant quotidie. Neſciebant ciborum diſcrimina, ſed ſponte viliſſimis utebantur, ſummámque in omnibus frugalitatem obtinebant. Nemini præſcribebatur leguminum eſus, ſed ultrò leguminibus erant contenti, ſi res ita tuliſſet. Nulli interdicebatur uſus vini, ſed *Timotheus* volens tam vivebat abſtemius, ut *Paulo* monitore eſſet opus, qui præſcriberet modicum vini uſum ad fulciendam corpuſculi imbecillitatem. *Paula* mater *Euſtochii*, nec *Hieronymi*, nec Epiſcopi ſenis autoritate perpelli potuit, ut anus vel in morbo guſtaret vinum. Si libertatem Evangelicam amplectimur, ſic excutiamus legis jugum, ut charitas plus ultrò præſtet, quàm lex imperabat. Excuſſum eſt jugum humanarum conſtitutionum, ſed ubi ſunt qui ſubmiſerunt cervicem ſuavi jugo Domini? Et interim conſtitutiones humanæ, conſtitutionibus humanis; imò, parum humanis mutantur. Titulus modò mutatus eſt, vocatur enim verbum Dei; cæterùm res adeo nihilo eſt mitior, ut complures boni viri præferant ultroneum exilium iſti magnificæ decantatæ libertati. Atque adeo proceres quidam, & anteſignani iſtius factionis, quum nondum ad Epiſcoporum dignitatem, opes, ac ditionem pervenerint, tamen ejuſmodi ſpecimen de ſe præbent, ut ego me malim in Epiſcoporum, quàm in horum poteſtatem tradere, ſi detur optio: malímque Cæſaris potentiſſimi ferre jugum, quàm quorundam magiſtratuum Evangelicorum, quamvis humili ſorte. Sic excutiunt jugum hominum, qui veſtro Evangelio ſubmittunt cervicem. Magis vereor nè plerique pro gravi jugo hominum, portent gravius jugum diaboli. Excuſſa eſt obedientia Epiſcoporum, ſed ita, ut nè prophanis quidem magiſtratibus pareatur. Olim *Chriſtiani* ſub ethnicis Principibus quietè vivebant, ſtudioſè cavendes, nè quam ſeditionis occaſionem darent, exhibentes honorem cui debebatur honor, vectigal cui vectigal, tributum cui tributum: hortabantur *Chriſto* initiatos, ut idololatris etiam Magiſtratibus obtemperarent, pro illorum incolumitate quotidie Deum orabant: At iſte populus tam Evangelicus, etiam *Turcarum* Principi dicitur deteſtabilis, quem ait ſeditioni natum. Quos ſubinde tumultus excitat? quoties quàm levibus de cauſis procurrit ad arma? nè ſuis quidem Eccleſiaſticis ſatis obtemperans, niſi dicant blanda auribus, profligandi etiam, ſi liberiùs in vitam illorum invehantur, aut ab opinione diſſentiant. Initio tantum non deus erat illis *Lutherus*, nunc iiſdem prorſus delirat, quòd novum de Euchariſtia dogma non recipiat. Novam verò libertatem Evangelicam, impunè facere, ſentiréque quod cuique libitum eſt. *Paulus* jubet Satanæ tradi eum, qui contra naturæ pudorem, novercam duxerat uxorem, hortatúrque diſcipulos, ut ſubtrahunt ſeſe à conſuetudine fratris inordinatè ambulantis. Cum his verò, qui manifeſtis vitiis infames ſunt, nè menſam quidem vult haberi communem. Nunc circumſpice mihi ſodalitatem iſtam Evangelicam, quot habet adulteros, quot temulentos, quot aleatores, quot decoctores, quot aliis vitiis infames? Et hos quidem habent etiam in deliciis, tantum abeſt ut vitent. Apoſtoli quo magis vacarent Evangelio, aut abſtinebant ab uxoribus, quas ducere tum licebat, aut legitimè ductas vertebant in ſorores. Nunc floret Evangelium, quod Sacerdotes & Monachi contra leges, certè humanas, contra profeſſionem ſuam ducunt uxores. Condonetur hoc, circumſpice num caſtiora ſint eorum conjugia, quàm aliorum quos ducunt pro Ethnicis. Agnoſcis, opinor, quas hic fabulas tibi poſſim referre ſi libeat, neque enim neceſſe eſt ut notiſſima referam, quæ vel magiſtratus vel plebes, reclamante aut connivente magiſtratu, publicitùs deſignavit. Profligatus eſt Monachiſmus, ſed utinam cum cuculla ſimul excuſſiſſent vitia, quæ huic hominum generi dicuntur eſſe peculiaria. Quid refert poſuiſſe cucullam, ſi manet obtrectandi morbus, ſi invidentia, ſi impudentia, ſi philautia, ſi fucus, & ſimulatio, ſi otium, ſi cibus alienus, ſi petacitas, & oberrandi libido, ſi rerum alienarum curioſitas, ſi vindictæ cupiditas, ſi animus ad iracundiam præceps? Mihi videtur novum monacharum exoriri genus, altero ſceleratius, de malis loquor monachis. *Nota mala, mala non ſunt*, inquit ille. Stultum eſt igitur mala mutare malis, dementis etiam mala mutare deterioribus. Atque interim dum neminem amant præter ſeſe, dum nec Deo, nec Epiſcopis, nec Principibus ac Magiſtratibus obtemperant; dum Mammonæ, gulæ, ventri, & inguini ſerviunt, poſtulant haberi pro Evangelicis, & *Lutherum* magiſtrum proferunt. At quâ fronte *Lutherum* magiſtrum agnoſcunt, qui, quod præcipuè docet & inculcat *Lutherus*, inprimis negligunt? Fidem ubique prædicat *Lutherus*, ea ubi eſt, ocioſa eſſe non poteſt,

2057

reſt, operatur per charitatem, nec operatur niſi
hominem. Spiritum ubique prædicat *Lutherus*; at
qui ſunt fructus Spiritûs? Charitas, gaudium,
pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,
manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſti-
tas. At nos in pleriſque videmus opera carnis,
Spiritûs nullum vestigium. Quid autem illis cum
Luthero, qui quod illius doctrinæ caput eſt, pili
non faciunt? Quanquam hæc non ſunt *Lutheri*,
ſed *Chriſti* & Apoſtolorum. Sit hoc diſputabile,
utrum bona opera gignant fidem, an fides pariat
bona opera, an bona opera juſtificent nécne: Il-
lud certè extra controverſiam eſt, abſque fide non
eſſe cuiquam ſpem ſalutis, & ex fide per charita-
tem neceſſariò naſci bona opera, ut impudenter
jactent fidem, qui non ſtudent bonis operibus, ac
fruſtra ſibi promittant ſalutem, qui fide gloriun-
tur bonis operibus deſtitutâ. Jam vereor nè ſub
iſto nomine multi nobis oriantur Pagani: quo
magis etiam ſint liberi, ſi nec cœlum credant eſſe,
nec inferos, nec animos à morte corporis ſuper-
eſſe. Atqui interim iſti jactant liberatas conſci-
entias. Perfecta pietas habet quietam conſcien-
tiam, ſed habet & ſumma impietas. At ego ma-
lim irrequietam conſcientiam, quam fidei ſemen
perpetuò ſtimulans non ſinat eſſe tranquillam.
Inſanabile malum eſt quod non ſentitur; ſed ut
ad rem redeam, Si fidem tam habent in pectore,
quàm illis natat in labiis, quid eſt quod ſic ad
callida conſilia, technáſque confugiunt? Non
jam loquor de plebe, ſed de primoribus. Erat mi-
hi familiaritas *Baſileæ* cum quodam nondum prorſus afflato hoc ſpiritu Evangelico: Is cum ſta-
tuiſſet totus eſſe Evangelicus, primum rumorem
ſparſit, me de Euchariſtia idem ſentire quod ipſe
ſentiebat, cum ex colloquiis ſciret me diverſum
ſentire. Tum enim ea quæſtio potiſſimùm ver-
tebatur. Expoſtulavi cum homine de techna tam
parum amica. Primùm inficiari, mox tergiverſari,
tandem faſſus eſt ſe ita fuiſſe quibuſdam loqu-
tum: *Eraſmus benè ſentit de Euchariſtia, nimirum
idem quod ego.* Rogavi quid ipſe ſentiret: Corpus,
inquit, eſſe *Chriſti*. Hoc inquam, ſanè mihi tecum
convenit. Sed ſentis illic eſſe corpus *Chriſti* ſub-
ſtantialiter? Negavit cum averſatione. Atqui
hoc mihi tecum non convenit inquam. Cæterùm,
quid profiteris apud tuos? Corpus illic non eſſe
niſi in ſigno? Annuebat. Atque interim, inquam,
dum audiunt *Eraſmum* idem ſentire quod tu,
nónne bellâ techná falluntur? Obticuit. Is jam
proficiſcens emiſerat unam atque alteram Epiſto-
lam, in quibus laudabat ſubinde meam pruden-
tiam, ſubindicans Lectori me non ex animo lo-
qui, ſed callidè diſſimulare quid ſentirem. Idem
domi ſuæ reliquit Epiſtolam ad Magiſtratum
Baſilienſem, quâ hortabatur, armatis precibus me-
cum agerent, ut aperirem animi mei ſententiam,
quam ſemel magiſtratui etiam ſcripto reſpondiſ-
ſem. Obſecro te num hujuſmodi technæ reſpon-
dent Evangelicæ ſynceritati? Ejuſdem ni fallor
inſtinctu ſub Concilium *Badenſe*, quod huic quæ-
ſtioni diſcutiendæ fuerat indictum, prodiit libel-
lus *Germanicè* ſcriptus, nè mihi promptum eſſet
reſpondere, quo frivolis argumentis probare co-
nabatur artifex, quòd *Lutherus* & *Eraſmus* de Eu-
chariſtia ſentirent cum *Carolſtadio*, qui tum pri-
mùm ſparſis clam libellis inſulſiſſimis *Germanicè*
ſcriptis, ſemen hoc *Baſileam* recens invexerat.

A Quid hoc pacto impudentiùs, præſertim quod
ad *Lutherum* attinet? Is *Carolſtadium* ejecerat ob
hoc dogma, & reverſum ut erat conſtans rumor,
adegit ad palinodiam. Id quum libellis, & epi-
ſtolis editis teſtatiſſimum eſſet, tamen homo ſua-
vis orbi perſuadere conabatur, *Luthero* cum *Ca-*
rolſtadio convenire utcunque diſſimularent. Ut
autem perſuaderet idem me ſentire, collegerat
loca quædam è libris meis, quos multò ante edi-
B deram quàm hæc exiſteret quæſtio, aut priuſquam
ſomniaſſem quenquam de Euchariſtia dubitatu-
rum, tantum abeſt ut ipſe dubitarim. An qui
talibus artibus rem agunt, habere videntur fidem
evangelicam? Hoc erat illorum conſilium, priuſ-
quam inveniat *Eraſmus* interpretem, priuſquam
reſpondeat, priuſquam excudatur Apologia, jam
hic libellus per omnium manus volitans, omnibus
perſuaſerit quod volumus. Is populi error pariet
nobis in eo conventu victoriam. Denique, ſi quid
C reſponderit, pauci legent *Latina*, & populi ſuffra-
giis tota res agitur. Senſi technam, & quod u-
num licuit, jam præfectis qui vocati fuerunt ad
illam Synodum, arripui calamum, & epiſtolâ tum
meam declaravi ſententiam, tum illius Artificis
fucum detexi. Eam epiſtolam curavi *Germanicè*
vertendam, & utráque linguâ deſcriptam, per
nuncium proprium miſi in Concilium, poſtulans
ut publicè recitaretur, id quod factum eſt; ac
paucis poſt diebus emiſi libellum Apologeticum,
D quem in epiſtola fueram Concilio pollicitus. Hoc
facinus cum Apoſtolorum moribus collatum, ſi
velim Rhetoricis rationibus amplificare, vides
quàm fœcundam habeam materiam. Neque verò
hic tantùm deſidero ſimplicitatem illam colum-
binam, ſed humanam etiam prudentiam. Facilè
divinare poterat me tantam contumeliam non
tacitè laturum, & ut ipſe diſſimulâſſem, rem
ipſam confutaturam impudens mendacium, præ-
ſertim apud eruditos atque etiam illiteratos, non
E omninò ſtupidæ mentis. Quid igitur captavit?
temporariam ejus uſuram fuci? Sed cum fœnore
recidit deprehenſa vanitas, efficítque ut poſtea nè
vera quidem dicentibus habeatur fides. At *veritas
Domini manet in æternum*, nec evangelii prædica-
tio volvitur per *etiam*, & *non*, *ſed in omnibus eſt
etiam*. Venatus eſt animos ſimplicium fraudi i-
doneos, quemadmodum multi nunc ſub umbra
literarum inſidiantur ætati teneræ, ſexuíque mu-
liebri. Immane quàm hæc non ſapiunt Evan-
gelicum ſpiritum, quem jactitant. Habes duorum
F iſtius doctrinæ procerum ſpecimen, quorum te
ſimilem eſſe nolim. Nuper, ut audio quidam iſti-
us factionis Eccleſiaſtes non incelebris, verſo no-
mine, dicavit librum filio Regis *Galliarum*, & in-
ſparſit identidem voces aliquot *Gallicas*, nè in
autorem *Germanum* cadat ſuſpicio, affictis & aliis
aliquot conjecturis, ut liber *Lugduni* à *Gallo* &
ſcriptus & excuſſus eſſe videatur. Agnoſcis eſſe
veriſſimum quod dico, neque enim obſcurum eſt,
G quis hanc techam commentus ſit, & aliàs in lu-ſu
ſimili deprehenſus. Hunc ludum ſi ſibi permitte-
ret in re vulgari, & prophana, tamen indignus
eſſet gravi viro: Nunc quid minùs conveniebat
in eum qui ſe profitetur ſacroſancti Evangelii præ-
conem? Appello tuam conſcientiam, *Neocome*,
tam ſerium, tam ſanctum, tam arduum negotium,
quod vos moliri jactatis, talibus facetiis peragen-
dum videtur? Si ex animo judicatis eſſe pium quod

tractatis,

tractatis, utique cupitis universos homines eodem pellicere. At quo pacto valeatis optimum quenquam magis alienare? Sin persuasum quidem habetis Dei esse negotium, non hominum, & tamen reclamante conscientiâ; istis fucis hoc agitis, quo sitis multitudine incolumes: ut homines fallatis omnes, non veremini Deum, cujus vindictam nullus potest effugere? Si ille maledictus dicitur, qui facit opus Domini negligenter, quanto est execrabilior qui facit fraudulenter? *Christus* gloriam crucis non passus est tribui humanæ sapientiæ, & isti volunt eam ascribi talibus ludibriis, ac præstigiis? Quod si rem ludieram esse creditis, & aliud agitis sub Evangelii titulo, quem tandem speratis fore exitum istius tragœdiæ? Quem nisi cruentum, & infelicissimum? Sed sive luditis, sive seriò agitis, saltem hoc erat vestræ prudentiæ non irritare talibus petulantiis animos Principum, méque ad purgandam famam meam compellere; quod quo facio diligentiùs, hoc magis, magísque gravo causam vestram. Vides quantopere *Lutherus* obsuit fabulæ primùm non omninò pessimæ, odio violentiáque scribendi, quem nunc velut *Aten Lita* sequitur *Melanchthon*, componere studens quod turbavit ille; sed ipsa res docet quantò celerior est offensio quàm medela. Videndum est itaque vobis, nè moribus neutiquam Evangelio dignis subvertatis totum negotium; quod si impium est, rectè facitis licet imprudenter: sin pium, quod pluribus longè secus videtur, non solùm imprudenter, sed & impiè facitis. Quid aliis accidat, ex me conjecturam facio. Vix credas quantopere mores isti animum meum alienent à toto hoc negotio. Quod etiam si quando mihi ulla ex parte probatum fuisset, his rationibus adduci possem, ut resilirem. Dices, nihil tam felix unquam fuit in rebus humanis quin malorum admixtu viciaretur, ad bonos verte oculos. Fieri potest ut mea sit infelicitas, mihi adhuc neminem contigit nôsse, qui non videatur seipso factus deterior. Arduum est quod profitemini, & Apostolorũ negotio durius, quemadmodum antea demonstratum est, nec vos sublevant ulla vel vaticinia, vel miracula: quòd si vita quoque non solùm non commendat doctrinam vestram, sed fidem potiùs abrogat, si neglectâ hâc commendatione ficuciam in improborum conspiratione, in seditiosis tumultibus, in maledicis libellis, in armis, in fucis, & technis repositis, piget commemorare quid vobis metuam; sed magis miseret me tot hominum millium, quos ea calamitas involvet. Apostolorum doctrinam tot res orbi commendabant, cœleste erat ac plausibile quod docebant. Narrabant ea quæ viderant oculis, audierant auribus, nihil adferebant quod non esset olim multis modis & figuris adumbratum, & Prophetarum oraculis prædictum. Accedebat tantus in prædicando consensus, eadem loquebantur, quia eodem spiritu: Aderat præsentanea miraculorum vis, aderat spiritus ille igneus, qui sese moribus illorum, atque etiam vultu oculísque promebat. Nihil verebant, tantùm utebantur gladio Spiritûs, neminem agebant in exilium, nullius facultates invadebant, ac nè gentium quidem idola frangebant, nisi fortè precibus ad Deum fusis. Denique, non aliter loquebantur apud suos, aliud in tormentis. Adde nunc tot Martyrum mortes: & tamen talis doctrina, tot rebus commendata paulatim ac sensim occupavit orbem. Vos postulatis, ut intra novem annos mundus aspernetur, quod ante annos mille à majoribus est traditum, & in vestra dogmata eat pedibus ac manibus, nullâ harum rerum, quas recensuimus commendatâ. Quale est autem quod exigitis? Ut credamus Ecclesiam annis mille quadringentis cæcutisse *Christo*, sed sponso stertente, sponsam pro Deo coluisse larvas & idola, in sacris literis enarrandis fuisse prorsus cæcam, miracula sanctorum nihil aliud fuisse, quàm præstigias dæmonum. Non hic pergam collationem persequi, tu ipse confer to, simúlque judicato, num æquum sit quod à nobis flagitatis, & num vestræ saluti bene consultum sit dum ista sequimini. Si vos offendunt vitia *Christianorum*, ostendite nobis Ecclesiæ vestræ specimen, quæ non habeat maculam neque rugam, & amplectemur illam. Quòd si nostra scelera commeruerunt iram Domini, solet ille per *Pharaones*, *Antiochos*, *Cyros*, & *Nebuchadnezzares*, punire suos, non per viros Evangelicos, quales haberi vultis. Quid vobis polliceamini nescio; mihi rerum procœmia, progressus, & omnia signa, nihil aliud promittunt, quàm calamitosum exitum, nec vobis tantum tristem; multos secum trahit ingens ruina. *Qui bene conjiciet, vatem hunc existimo optimum*, habet Proverbium: nec fortasse est aliud certius divinandi genus, quàm si quis ex præteritis ac præsentibus colligat futura. Evangelica pietas à minimis initiis paulatim crevit in majus accrescens, & optimus quisque se illi jungebat, hanc doctrinam ferè leviſſimus quisque amplectitur. Ad *Romanos* Pontifices, cæterósque Præsules serò repsit opum amor, delitiæ & damnandi libido, vos statim regnare vultis, statim vultis diteſcere. De deliciis quid attinet dicere? Monachorum ordines hominum inventum est, donemus istud, sed quot egregios viros *Franciscanorum*, & *Dominicalium* sodalitia nobis dederunt, sive spectes eruditionem, sive sanctimoniam? Primùm bonos gignit *Argus*, ut *Graci* solent dicere, & hæc est rerum humanarum infelicitas, ut ab optimis initiis, paulatim in pejus degenerent. Pudet autem referre quales sint vestri instituti primitiæ, quàm non auspicata primordia. Jam mihi specta, quàm omnia fere cedant in diversum. Conabantur demoliri Pontificum, Episcoporum, ac Monachorum tyrannidem, quod per illos non liceret vesci quibuslibet, nec vestiri quomodolibet: atqui hanc libertatem minimò faciléque parare licebat ab Episcopis, aut *Romano* Pontifice. Nunc antea contemptis Theologis ac Monachis, per vos data est magna tyrannis excutiendi facultatibus, si quibus malè velint: conjiciendi in vincula, denique exurendi, quod jam experti sunt complures, nemo non metuit. Antea licebat varias agitare quæstiones de potestate Pontificis, de condonationibus, de restituẽdo, de Purgatorio: nunc tutũ non est hiscere, nè de his quidem quæ piè veréque dicuntur. Et credere cogimur quòd homo gignit ex se opera meritoria, quòd benefactis meretur vitam æternam etiam de condigno: quòd beata virgo potest imperare Filio cum Patre regnanti, ut exaudiat hujus aut illius preces, aliáque permulta ad quæ piæ mentes inhorrescunt. Ante hac nemo magnopere molestus erat vescenti carnibus modò privatim, nunc pro hæretico trahitur in carcerem, & de capite periclitatur, qui vel valetudine coactus gustârit ovum in Quadragesima.

Antea

Antea licebat conspuere Monachos ac Theologos, eosdem nunc sic armâstis, ut capitale sit quemquam verbo lacessere: Antea licebat vobis proscisci quò lubebat, nunc aut latitatis metu, aut paucis civitatibus velut obsessi continemini: Antea Clericos consecratio tuebatur a rigore juris prophani, nunc sacerdotes æquè atque cerdones à carnifice torquentur, cæduntur, suspenduntur, decollantur, exuruntur sine ulla regradatione. Sic effugitis regnum Pontificis. Excussistis aliquot locis Episcopos, Canonicos, ac Monachos, sed muscas jam propemodum saturas, ac pro his siticulosas ascivistis. Hæc sunt renascentis Evangelii vestri præclara auspicia; quid immineat malorum, vos divinate. Verùm jamdudum piget hujus comparationis, multóque proclivius est præterita reprehendere, quàm corrigere. Atque utinam per quosdam vestræ professionis liceat mederi pristinis. Ultimum res, utcunque cœpta, ad eam moderationem redigatur, ut quæ officiunt pietati, commodâ prudentique curatione sanentur: quæ pia sunt, in his animo *Christiano* consentiamus: quæ nec admodum conducunt ad pietatem, nec officiunt, sinamus in his unumquemq; in suo sensu abundare; & probatis omnibus, sibi quisque quod bonum putarit teneat. Quæ sunt ardua, nec adhuc ad plenum discussa videntur, sic in aliud tempus differantur, ut interim maneat inter sententiâ discordes benevolentiæ concordia, donec & illa Deus alicui revelare dignetur. Denique si quid irrepsit hominum vicio, fiat idem quod à probatis medicis fieri solet, vitia rerum tollantur, non res ipsæ. Sed interim meminerimus nunquam tam feliciter actum fuisse cum rebus humanis, ut non multa fuerint condonanda. Cum primis autem junctis votis Dominum oremus, ut ex irato nobis factus propitius, suo spiritu conciliet animos omnium in Evangelica sinceritate, utriq; vitam in meliùs commutemus. Nec enim dubium est quin hæc orbis, miseranda calamitas divinitùs nostris sceleribus infligatur.

Una manus nobis vulnus, opemque feret.

Nec tamen vetat pietas, hujusmodi malis quæ probabile est, vel Deo volente, vel ejus permissu nobis immitti, adhibere remedia, nisi fortè suam voluntatem evidenti signo declaret, quod in vetere Testamento factum semel atque iterum legimus. Neque enim si pestilentiæ lues ingruerit, nefas est opem quærere malis: neque si *Turcarum* vis irrumpat in *Christianos*, vetamur ad arma confugere: neque non licet debitorem inficiantem, ad reddendum quod debet adigere, aut adversus calumniantem tueri famam nostram, modò id fiat per eos, per quos oportet, & concessis rationibus. In morbo medicum adhibere licet, ad Magos, ad Incantatrices confugere fas non est. Agaricum, & scammonium sumere nulla lex vetat; superstitiosis applicaturis, ac magicis precaminibus uti, vetat *Christiana* pietas. Hostium incursum legitimo bello depellere fas est; maleficiis, beneficiis, aliisve dæmoniacis artibus eos perdere fas non est. Itidem ab improbo debitore licet legibus vindicare nummos tuos, aut à Sycophanta famam asserere: at idem dolo, vi, aliisve malis artibus non licet. Quãquam hic quoq; peccant qui fidunt humanis remediis magis quàm Deo. Vult Deus ut quod nostra potest industria, sedulò adhibeamus, sed hactenus, ut in ipso sit tota nostra fiducia: & si res cesserit ex sententia, nihil hic tribuam nobis, sed universam laudem Deo transcribamus. Servavit per medicum, liberavit per arma, vindicavit p leges: sic enim illi visum est; sed nihilominus absq; his omnibus poterat opitulari: at citra illius auxilia nihil opus fuissent hæc omnia, quantùvis diligenter adhibita. Ita Dominus interdũ permittit existere schismata & hæreses in Ecclesia sua, ut suorum & exerceat patientiam, & erudiat imperitiam. Quis enim nescit Ecclesiam per hæreses fuisse vehementer & corroboratam, & illustratam? nec ideo non semper acerrimè restitit hæreticis, non quidem armis neq; venenis, nec dolis, nec calumniis, sed armis spiritualibus; & hactenus semper vicit, non suis præsidiis, sed divino favore. Illa tamen interim quod sui muneris erat, graviter adhibuit, monens, obsecrans, arguens, revincens, jugulans gladio spiritûs, insanabiles demũ à *Christi* corpore segregans. Nullum autem hujusmodi malis remedium præsentius, quàm si causas, quibus offensus Deus eas calamitates nobis immisit, amputemus; non his incorrectis, tantum ad confiscationes, carceres, gladios, & ignes confugiamus. Irascitur Deus pastoribus quod gregem Domino charissimum, quem ter amare, ter pascere debuerãt negligunt, deglubunt, deserunt ac produnt, cóque, nobis mittit lupos hæreticos. Prima sit cura Pastorum ut officii sui meminerint, & in melius commutata vita, tum demum adversus lupos armentur. Offensus est Deus otio, luxu, superbiâ, libidine sacerdotum; pro deliciis amplectantur studium sacrarum literarum, pro luxu sobrietatem, pro libidine castimoniam, pro superbia pœnitentiam, ac deinde Domini præsidium implorent adversus hæreseon & schismatum autores. Hujus mundi Principes interdum offensi duritiâ populi, de rectâ ntis pendere q illis debetur, conniventes patiuntur illum ab hostib' infestari, quo vel sic docti resipiscant, & agnoscant quantum suo Principi debeant. Hi si protinus ad Regis auxilium confugiant, nihil egerint, nisi submoveant irarũ causas. Quòd dico de sacerdotibus, idem de monachis, de clericis omnibus sentiendum arbitror. Quem ex his adhuc conspeximus his calamitatibus doctũ, ad frugem meliorem se recipere? Quis abjecit Concubinam? quis luxum vertit in jejunium? quis opes quibus hactenus equos, canes, amicas aluit, effudit in pauperũ subsidia? quis strepitu, deliciisq; valere jussis, solatium omne in sacris libris reposuit? Quis Monachorum abjectâ hypocrisi, veram pietatem amplexus est toto pectore? Et haud scio an populi mores sint etiam corruptiores. Quòd si simul omnes agnoscentes peccata nostra, supplicésq; confugeremus ad Domini misericordiam, non est surdus, mihi crede, nec inexorabilis. At si perseverantes in his, ob quæ Deum nobis iratum novimus, nec perseverantes modò, verùm etiam pejora prioribus adjicientes, oleum additmus camino, fruſtra nostris freti consiliis pollicemur nobis malorum finem. Nunquam tam feliciter actum est cum Ecclesia, quin inter paucos bonos multos pertulerit malos. Quoties clamat *Paulus* in Pseudapostolos, in canes, in malos operarios, in falsos fratres, in ventris mancipia? Solent omnium rerum fervere principia. Erat tum temporis tarus, ac pusillus Ecclesiæ grex, & tamen in hoc erant dissidia, factiones, contentiones; In hoc erat qui palam uxoris loco novercam haberet, in hoc *Domus*, qui relicto Evangelio, secutus est seculum; in hoc qui insincerè prædicaret Evangelium, qui mentirentur, qui circumvenirent, qui fraudarent fratres, qui circumciderentur;

cumciderentur; In hoc quæ ocioſæ circumibant domos alienas, garrulæ & curioſæ, oneratæ peccatis; In hoc erãt viduæ quæ collectâ ex eccleſiæ cibo laſciviâ, deſerto *Chriſto*, ſeſe reflecterẽt ad ſatanam; In hoc erant qui blandiloquiis ſeducerent corda ſimplicium; In hoc erant qui mentirentur ſibi apparuiſſe angelos: hæc aliáq; multa tum fuiſſe liquet ex epiſtolis Apoſtolicis. Tantum malorũ jam tum lactens raráq; tulit Eccleſia, & miramur ſi in eadem tam numeroſa, tam latè diffuſa ſunt quæ bonis diſpliceant, & ob vitia quædam inſperſa, ſenſemus univerſam Eccleſiæ ſcenam invertendam? Optabile quidem eſt, omnes Eccleſiæ Præſules eſſe quàm maximè ſacrâ doctrinâ, ſtudio pietatis, charitate, ſinceritate morum ornatos. Paſtores ſunt ovium, ſed ipſi ſunt oves, homines hominũ curam gerunt. Nec tamen eſt quorumlibet horum vitia corrigere: denique ut boni ſint, magna pars populo in manu eſt. Præbeant ſe *Laici* dociles, non deerunt illis doctores per Dei providentiam. Clament inſtanter ad ſummam paſtorem, ut ille placatus proſpiciat ſuo gregi. Quamdiu trahitur per hujus ſeculi fluctus Eccleſiæ ſagena, nec dum ad littus pervenit, malis bona permixta feramus oportet: eáq; ſemper fuit, ſempérq; futura eſt rerum humanarum conditio, ut plus habeat aloes, quàm mellis. Quòd ſiquis undiquaq; tantùm decerpat mala, nimirum illi nulla vitæ portio placebit, ſed probavit *Sileni* ſententiam, *Optimum eſſe non naſci, proximũ quàm ocyciſſimè aboleri*. Quòd ſi in æſtimandis rebus, ſiniſtrum duntaxat oculum intenderit occluſo dextro, ea quoq; quæ rectiſſima ſunt, videbũtur peſſima: Porrò, cum Eccleſia, quemadmodum res cæteræ mortalium omnes, habeat rudimenta, progreſſum, & ſummam, nunc ſubitò illam ad primordia revocare, nihilo ſit abſurdius quàm virum adultum ad cunas, & infantiam velle retrahere. Multa ſecum defert tempus & rerum ſtatus, multa commutavit in melius. Olim clanculum in ædes privatos conveniebãt pauci *Chriſtiani*, nunc in templum publicum & conſecratum cõgregantur omnes. Utrum decentius? Nimirum hoc. Olim in cœnis ſumebatur Euchariſtia; in quibus, teſte *Paulo*, alius eſuriebat, alius ebrius erat; nunc à jejunis ſumitur ad ſacram menſam. Utrum religioſius? Olim in Eccleſia alius habebat hymnum, alius apocalypſim, alius Pſalmum, alius loquebatur linguis, alius prophetabat, & interim garriebant mulierculæ; nunc certis hominibus diſtributa ſunt officia, cæteri taciti compoſitíq; auſcultant aut orant. Utrum religioſius? Olim in nocturnis vigiliis curſitabatur ad ſepulchra martyrum, à pueris, puellis, viris, monachis, uxoribus, ſacris virginibus, atqui flagitia quæ ſub umbra pietatis admittebantur, perſuaſerunt ut hoc vigiliarum genus tolleretur. Noctu populus obambulabat cum crucibus argenteis, canens hymnos, & interdũ dum diverſæ profeſſionis ſibi occurrebant chori, hymni verſi ſunt in rixam, cruces in arma. An non igitur & hoc rectè ſublatum? Olim corpus Domini dabatur in manum, ut domi cum vellent ſumerent, qui accepiſſent: at quum exiſterent qui tractarent indignè, qui ad artes magicas abuterentur, mutata eſt in melius cõſuetudo. Olim populi ſuffragiis creabantur Epiſcopi, ejuſdem libidine dejiciebantur, interdum lapidabantur. Res erat plena tumultûs, interdum & cædis. Itaq; res ipſa perſuaſit, ut penes paucos ac certos homines eſſet jus deſignandi Epiſcopos, aut etiam ſubmovendi. Olim Epiſcopi apud populum loquentes, cogebantur ſcenicũ quiddam exhibere, non aliter quàm hiſtriones, quo tum alio niſi placeat populo, non optimo Judici, ſibilis ejiciebantur è proſcenio. Atq; interdũ audiebantur indecoræ acclamationes, incõpoſitæ manuum jactationes, aliíq; turbulenti geſtus, ſibili, cachinni, ſquid diſplicuiſſet, aliáque quæ vulgus è theatris ac circis ſecũ ferebant in Eccleſiam Dei. Queritur hoc frequenter *Joan. Chryſoſtomus*, nõnunquam & *Hieronymus*. Nunc è ſuggeſto dicentem taciti, multáq; cũ reverentia auſcultãt omnes. Utrum, quæſo, templo dignius? Olim totus populus canebat, & ſacerdoti reſpondebat, *Amen*. Ibi ſtrepitus tonitruo non abſimilis, & ridicula vocũ confuſio ſpectaculum exhibebat indignũ cultu divino; nũc deſigunati ſunt qui canant decenter, cæteri pſallũt in cordibus ſuis Domino. Recens Eccleſia nullam ſpeciem Muſices recipiebat, nec ſine reclamatione recepta eſt, ſed modulatæ recitationi ſimilior quàm cantui, primùm apud *Græcos*, deinde apud *Latinos*, cujus ſpecimen adhuc videre licet in *Precatione Dominica*, aut ſi quid aliud eſt ejus generis: nunc, ut eſt natura rerum humanarum, eò degeneravit uſus, ut in multis templis ferè nihil audiatur præter immanem boatum, aut ineptum vocũ garritum, qui citiùs invitet ad laſciviam, quàm ad pietatis affectum. At non ideo Muſica omninò ſubmovẽda è templis, ſed quod paulò irrepſit, arte corrigendũ eſt. Seculis aliquot abominabile cenſebatur in templis *Chriſtianorum* videri pictam aut ſculptam imaginem. Id juxta illorum temporũ rationes ſuadebat pietas, partim ob *Judæos*, qui ex præcepto Dei deteſtabantur omnia ſimulacra, alioqui proclives ad Idololatriam; partim ob eos qui ex Gentibus venerant ad Evangelium, in quibus probabile eſt aliquandiu reſediſſe veteris inſtituti reliquias. Nunc imaginum uſus eò proceſſit, ut non ſolùm modum exceſſerit, verùm etiam à decoro receſſerit. Videmus, in templis quæ parum decorè pingerentur, in portieibus aut popinis. Nihil tamen neceſſe eſt in totum ſubmovere picturas, quæ plurimum habent & voluptatis, & ornamenti, & utilitatis; ſed quod eſt vitii corrigendũ erat. Olim Eccleſia nullas habebat ſcholas publicas, duntaxat in re theologica, ſolus Epiſcopus erat doctor omnium. Sed quanto rei *Chriſtianæ* bono inſtitutæ ſunt ſcholæ, præſertim apud nationes barbaras? Nunc quæſtus & ambitio vitiavit hoc bonum quæſtiunculis, ad oſtentationem magis quàm ad pietatem facientibus. An ideo tollẽdæ ſcholæ? Nequaquam, ſed ad *Chriſtianam* ſobrietatem revocanda ſunt ſtudia. Atqui ex iſto ſodalitio extiterunt, qui pravatim ac publicè docuerunt, diſciplinas humanas nihil aliud eſſe, quàm retia dæmonum rantúmq; profecerunt, ut perquàm raros in iſto grege conſpicias, qui ſeriò dent operam literis, vel ſacris, vel prophanis: quæſtui, voluptati ſtudetur aſſiduè. Olim liberum erat Monachorum genus, ſed cum increſcens turba ſe per orbem ſpargeret, exordiis ab *Ægypto* profectis, multáque flagitia ſub obtextu pietatis committerentur, jámque per hoc metueretur totius Eccleſiæ confuſio, neceſſariò redacti ſunt in vitæ genus aſtrictius. Et hoc certè conducunt veſtium diſcrimina, quo viterentur faciliùs ſi mali ſint. Olim adverſus hæreticos non pugnabatur, niſi gladio ſpiritûs: verùm poſteaquam eò pervicacia ſtudiorum efferbuiſſet, ut res ad cruentum orbis tumultum ſpectare videretur, coacta eſt Cæſarum poteſtas legibus & armis publico occurrere diſcrimini. Olim Eccleſiæ Præſides alebantur his quæ ſponte

te deferebat populus, nec aliis armabantur præsidiis quàm doctrinâ, precibus, & lachrymis: atqui apud nationes efferas, ipsa persuasit necessitas, ut adversus populares incursus, opibus, ædificiis, & ministeriis munirentur. Quid multis? Si *Paulus* hodie viveret, non improbaret, opinor, præsentem Ecclesiæ statum, in hominum vitia clamaret. Et quibusdam nihil usquam placet nisi quod ipsi instituerunt, quanquam nè in his quidem constantes. Medendum itaque vitiis, sed citra tumultum, & illud obiter cavendum, nè morbo sint atrociora remedia. Quòd si altera pars nihil omninò noxæ patitur, altera nihil patitur relinqui, quis erit contentionis finis? Si Præsules Ecclesiæ, si Principes prophani, sepositis mundanis affectibus, nihil sibi proponant nisi Domini gloriam & Ecclesiæ spirituale commodum, malum absque magno tumultu poterit sedari. Hic igitur erat ambiendus bonestis rationibus, & monarcharum, & Præsulum favor potius quàm alienandi illorum animi. Superest instanter orare, ut hanc mentem *Christus* omnibus inspirare dignetur. Verùm hisce de rebus plura quàm statueram. Quòd supereſt, facerem quod antehac feci, hortarérq; ut ad nos te recipere, si sperarem me quicquam profecturum. Dominus afflet animo tuo, quæ saluti tuæ conducunt. Ignoses libertati meæ, *Vulturi* charissime. Quum hæc quæ facis mecum reputo, multa in te desiderare cogor, in primis pristinum illum animi tui candorem, & in nos peculiarem etiam quandam benevolentiam. Tum prudentiam non vulgarem, ad hæc mentem sobriam, denique totum illum *Vulturium*, quem olim cum multis bonis doctisq; viris, & novi & amavi. Saltem hoc impetrem abs te, ut si minùs in gratiam meam, certè tuâ ipsius causâ, postremò negotii respectu, quod tu pium, ac sanctũ existimas, ego nondum omnino desperо ad aliquod temperamentum posse reduci, temperes ab istiusmodi næniis. Est satis argumentorũ si libet, vacátq; ludere, ut citra noxam amici, jocis indulgeas. Sin prodesse cupis, multò alia tibi ineũda est ratio. Hæc pro tibi ab homine verè amico scripta esse. Dominus te servet. *Frib. Brisg.* prid. Non. Nov. M.D.XXIX

Erasmus Rot. Eleutherio suo S. D.

Epist. 48. Quid ais, *Eleutheri* lepidissime? Tot beneficiis me oneravit *Vulturius*? Amavit fateor, idque fecit mutuum, in officiis quoque puto me cum illo paria facere. Sed fac me meritis inferiorem, quid est quod expostulas? Traducitur, inquis, indignè per ora hominum. Quo nomine, ut Evangelicus? Hoc ipsum ille tot libellis editis non passus est cuiquam obscurum esse. Ejus rei vel illud argumentum est, quod in scholiis quibus ex tuo consilio, contaminavit, penè dixeram concacavit Epistolam meam, pro *Vulturio* verum nomen expressit. Quin hoc ipsum quod tu pro crimine objicis, amici non vulgaris officium est. An non amantis est ab errore revocare? Sed non erat inquis. Utinam ita sit: verùm hoc quoque officiosum est, admonere nè malè saltando fabulam ex bona faciat malam. Quod quidem mihi videor satis comiter, atque etiam amanter fecisse. Clam inquies, admonendus erat: Id à me non semel est factum, sed quàm hoc tulerit æquo animo, sat arguunt libelli, quos emisit non sine magna nominis mei invidia. Sed quis obsecro eacangelicus tibi narravit, eam ad *Vulturium* Epistolam primùm à me clam missam *Simoni* medico, ut *Agrippinæ* excuderetur, prius quàm accepisset is ad quem erat scripta? Siccine decet veritatis professores indulgere mendaciis? Imò primùm missa est manu descripta ad *Vulturium*, admonitum fore ut forsitan typis excuderetur: post excusaret *Friburgi* multò antequam perveniret *Agrippinam*, quò me inscio perlata est per famulum meum: quod sanè factum nolebam, vel eo; nè meus typographus aliquid caperet detrimenti, si illic iterum excuderetur. Nihil igitur opus erat hic tuo officio ut exemplar ad *Vulturium*, & universam sodalitatem mitteres, eúmque tam horribili nuncio ad bellum extimularet. Quod de *Bucero* dubitas, scito mihi hominem nè de facie quidem esse notum, tantum abest, ut inter nos ulla intercesserit familiaritas. Mihi tamen persuaseram in eo paulò plus esse civilitatis ac prudentiæ, quàm præ se fert ille liber, multo melle condiens aconitum. Itáne verò visum est tibi bellum facinus; quòd *Huttenus* in *Leonis* Bullam edidit *Postillas*, ut ad illius imitationem invitares *Vulturium*? Quin eâdem operà ad omnium stratagematum quæ terrâ marique gessit *Huttenus* æmulationem invitas? Quid autem confectum est illis scurrilibus scholiis? An hinc meliùs habet Evangelium? Aliquanto deteriùs opinor. Magistratus *Argentoratensis* typographum conjecit in carcerem, satis declarans quantopere probaret *Vulturii* operam. Sed dulcis est vindicta. Etiámne dispendio vestræ causæ empta? O lenitatem Evangelicam! Ubi verò dictũ est à me, Vos velut aviculas caveæ inclusas contineri? Nónne plurimi latitant metu, nónne plèrique nusquam eunt, nisi publicâ fide Principum? Quis autem fuit ille nugator, qui dixit me vix audere *Friburgum* egredi? Mihi verò licet etiam *Basileam* redire si velim, & *Argentorati* habitare, si lubeat. Cur, inquis, non proficiscitur *Lovanium*? Cur non *Coloniam*? Cur non *Lutetiam*? Quin addis, Cur non *Toletum*, *Romam*, aut *Hierosolymam*? Egrè migravi *Friburgum*, tantum abest ut animi gratiâ debeam per omnes civitates obambulare. Quid mihi negotii est *Lutetiæ* aut *Agrippinæ*? Sed finge mihi non esse tutum proficisci quólibet, unde hoc periculum, nisi quòd in vos lenior fui quàm illi volebant? Hoc scilicet decuit mihi à vobis hominibus æquissimis objici. Egóne tendo extinctum Evangelium? Jam aures nobis istiusmodi vocibus occalluerunt: *Evangelium, Evangelium, Evangelium*. Sed quis angelorum isthuc tibi patefecit me hoc consilio in vos scribere, ut Sophistis me reconciliem? Quasi nesciam quid quo pacto scribendum sit, si contemptâ conscientiâ tantùm hoc agerem ut cum illis redeam in gratiam. Nec me fugit quod ais quosdam Sophistas vociferari, me hujus autorem tragœdiæ. Sed iidem ante ad ravim usque clamârant, mihi cum *Lutheró* convenire. Id quum jam nemo crederet, repererunt aliud clamandi argumentum. Vos autem quum sciatis utrunque pariter esse falsum, tamen gaudetis quocunque modo negotium exhiberi *Erasmo*. O sancta pectora! Pius *Albertus Carpensis*, dum excussis propriis, aliena negotia curat, edito libro conatus est hoc quod isti grunniunt persuadere: Cui nos respondimus; sed ille conductis pluribus operis, redintegravit pugnam: opus ingens jam opinor ad calcem properat in officina *Badiana*. Valetudinarius avocârat animum à scribendo, sed in gratiam *Franciſci* sodalium edidit,

ac nondum absoluto libro decessit. Hoc nimirum est, juxta Proverbium, *infixo aculeo fugere*. Spero tamen animam illius inter Seraphicas mentes ludere. Nam corpus triduo ante mortem *Franciscano* cultu decoratum est, ac mortuum eodem ornatu *Franciscanorum* humeris per mediam urbem religiosâ pompâ deportatum in monasterium, nec quicquam omninò ceremoniarum prætermissum est, quæ solent γνησίου *Francisci* τύκου impendi. Quid audio? Blandior *Lutheræ* illâ ad *Vulturium* Epistolâ, quòd sperem illum causâ cassurum? Quod hoc Enthymematis genus est obsecro? Blandimur his, quos speramus casuros? Sed quum vobis hæc causa communis sit, exceptâ Eucharistiâ, qui fit ut in vos scribens, ut dicitis, illi blandior? Adeo, inquis, offendit Sophistas in opera *Augustini* Præfatio, ut nunquam sit illis propitiis usurus. Equidem mihi videor in eâ præfatione sic temperâsse stilum ut nemo meritò possit offendi. Verùm an continuò vos triumphatis, si Sophistas non placat *Erasmus*? Jam si quid illic ullos offendit, suspicor illud esse, quod aio, beatum *Augustinum* solo gladio verbi divini pugnâsse cum hæreticis. Id quum pro vobis faciat, tamen gaudetis mihi malè vertere. Mira verò charitas. Quàm porrò candidè interpretaris nomen *Vulturii*, quasi illi intendam avaritiæ crimen? sciebam in illum citiùs hæsuram profusionis notam, quàm avaritiæ. Sed si nesciebas *Vulturium* esse jactum talorum, saltem scire poteras me allusisse ad verum illius nomen, juxta linguam *Germanicam*. Id eo feci, ut apud pauciores traduceretur. Sic illum appellavi *Vulturium*, quemadmodum nunc te voco *Eleutherium*; tibique permitto, ut quemadmodum ille pro *Vulturio* suum nomen innotescere maluit, ita pro *Eleutherio* dicaris qui es. Postremò, comminaris etiam *Vulturio*, ut si verè cupiat esse *Christi* discipulus, hanc maculam eluere festinet. Itáne germani *Christi* discipuli sunt, qui statim parant vindictam? An illud effectum est illis præclaris scholiis, ut omnes magnificè sentiant de *Vulturio*? Quæ nisi ex tuo consilio edidissem, auditurus erat quod ego. Quid tandem? pecunia inexplebilis! Profer mihi vel unum, unde aliquid non dicam extorserim, sed petierim, & ego tibi multos proferam, à quibus ultrò delata non accepi, multos quibus fortunulas meas quantulascunque impartivi. A *Joanne Frobenio* nonnihil accepi, imò non accepi sed ille obtrusit, ut promerito, sed vix trientem accepi eorum quæ detulit: Et vobis *Erasmus* est in pecuniis inexplebilis? Ab hoc vitio puto me puriorem etiam, quàm sit *Vulturius*. Multis vitiis inferior sum fateor, sed avaritiæ nunquam fuit in me manuum injectio. Hujusmodi Epistolis Evangelici sese vicissim animant ad pietatem, in quibus vanitatis est plurimum, nulla mica sinceri pectoris. Ego cum multis pristinam amicitiam colo, à quorum tamen dogmatibus dissideo. Vos ex amicis tam acres inimici statim reddimini, si quis à vobis dissentiat. Et ista tam pia, tam ad rem Evangelicam facientia, erant tibi scribenda scilicet, etiam contemptis medicorum præscriptis. Opto tibi utriusque hominis sanitatem. *Friburgi* sexto die Martii, Anno M D. XXX.

Erasmus Rot. ornatissimo viro Alfonso Valdesio Cæsareæ majestatis secretario S. D.

QUod mihi pro tuo ingenio modestiam & fi[illegible] Epp. 43. gnificas, idem ex aliorum literis d[illegible] gnovi, extitisse qui *Terminum* stimuli mei [illegible] in calumniam vocent, vociferantes [illegible] arrogantiæ esse, quod adjectum est [illegible] *Concedo nulli*. Quid est, si hic non est [illegible] dam morbus calumniandi omnia? Videat *Momus*, qui sandalium *Veneris* reprehenderit; ut ille *Momum* ipsum superant, qui in annulo quod arrodant invenerint. *Momos* dicerem, sed *Momus* nihil carpit, nisi quod prius attentè perpenderit. Illi *cynaidoi*, vel sycophantæ potiùs, clausis oculis carpunt, quod nec vident, nec intelligunt: Tanta est morbi vis. Atque interim sibi videntur Ecclesiæ columnæ, cùm nihil aliud quàm crudescant suam stolidicatem, cum pari malitia conjunctam, jam notiores orbi quàm expedit. Somniane ab [illegible] dici, *Concedo nulli*. Atqui si mea scripta legerint, viderent vix quenquam esse tam mediocrem, ut illi me præferam, citiùs concederes omnibus quam *nulli*. Jam qui me propiùs ex convictu familiari noverunt, quidvis vitii tribuent potiùs, quàm arrogantiam: néque fatebuntur propiorem esse illi *Socratico, Hoc unum scio, me nihil scire*; quàm hoc, *Concedo nulli*. Sed fingant animum tam indocilem esse mihi, ut metuet omnibus anteponam, existimet tam stultum existimant, ut id symbolo profitear? si quid haberent *Christiana* mentis, interpretentur ea verba aut non esse mea, aut aliam habere sententiam. Vident illic sculptam imaginem, infernè saxum, supernè juvenem capillis volitantibus. An hæc habet aliquid *Erasmi*? Id si parum est, vident in ipso saxo expressum, *Termino*, in quam dictionem si desinas, versus erit Iambicus dimeter acatalectus, *Concedo nulli termino*: Sin hinc incipias, erit dimeter Trochaicus acatalectus, *Termino concedo nulli*. Quid si pinxissem leonem, & addidissem symboli loco, *Fuge, ni mavis dilaceri*, cum hæc verba mihi tribuerent pro leone? At nihilo sanius est quod nunc faciunt: Nam similior leoni sum, quàm saxo, ni fallor. Dicent, non animadvertimus esse carmen, nec novimus *Terminum*. Arguitur posthac crimen erit scripsisse carmen, quorum illi metricam rationem non didicerunt? Certè quum scirent in hujusmodi symbolis captari etiam obscuritatis aliquid, quod conjecturæ incertum exerceat, si non noverant *Terminum*, quantum hoc ex *Augustini* & *Ambrosii* libris poterant discere, scisciari debebant, à talium rerum peritis. Olim fines agrorum signo quopiam discernebantur: Id erat saxum è terra prominens, quod [illegible] esse jubebant priscorum leges, quarum hæc vox est apud *Platonem*, *Quæ non posuisti, ne tollas*; addita est superstitio, quo magis deterreretur imperita multitudo à tollendi audacia, dum credit in saxo [illegible] ri Deum, quem *Romani Terminum* vocant, cui fanum ac festum etiam dicatum, *Terminalia*. Hic *Terminus*, ut est in *Romanis* annalibus, solus *Jovi* noluit concedere; quod cum cæterorum omnium sacellorum exauguraciones admitterent aves, in solo *Termini* fano non adfuere. Refert *T. Livius* lib. ab Urbe condita primo, ac rursus lib. VI. narrat, quum augurato liberaretur Capitolium, *Juventus Terminusque* moveri se non

non sunt. Id omen magno omnium gaudio exceptum est, quòd existimarint portendi perpetuitatem Imperii. *Juventus* ad bellum utilis, & *Terminus* fixus est. Hic fortè clamabunt, quid tibi cum fabuloso Deo? Obvenit, non ascitus est. *Alexander* Archiepiscopus titulo S. *Andreæ*, quum à patre *Jacobo Scotiæ* Rege, *Senis* in patriam revocaretur, mihi *Romam* avocato, velut gratus & amicus discipulus, annulos aliquot dono dedit, habitæ inter nos consuetudinis μνημόσυνον. In his erat, qui in gemma sculptum habebat *Terminum*. Nam hoc prius ignotum indicavit *Italus* quidam, rerum anciquarum curiosus. Arripui omen, & interpretatus sum admoneri me, non procul abesse vitæ terminum: Nam id temporis agebam annum circiter Quadragesimum. Hæc cogitatio nè posset excidere, literis hoc signum imprimere cœpi. Addidi carmen ut ante dictum est. Itaque ex profano deo feci mihi symbolum, adhortans ad vitæ correctionem. Mors enim verè *Terminus* est, qui nulli cedere novit. Atqui in fusili imagine ascriptum est *Græcè*, ὄψα τέλος μακρᾶς βίου, id est, *Specta finem longæ vitæ*; *Latinè*,

—Mors ultima linea rerum.

Poteras, inquient, insculpere defuncti cranium. Forsitan accepturus eram, si obvenisset: sed hoc artius, primùm quia fortuitò contigit, deinde quòd geminam haberet gratiam; alteram ex allusione ad priscam ac celebrem historiam, alteram ex obscuritate, quæ symbolis est peculiaris. Habes Apologiam de *Termino*, ceu verius de lana caprina. atque utinam isti tandem calumniis suis terminum ponerent. Lubens enim cum illis paciscar, ut mutem symbolum meum, si illi mutent morbum suum: Ita sanè rectiùs consuluerint autoritati suæ, quam clamant per bonarum literarum studiosos labefactari. Ego profectò tantum absum à cupiditate lædendi existimationem istorum, ut vehementer doleam quòd ipsi sese tam stolidis sycophantiis orbi propinent deridendos, nec erubescant toties cum ludibrio confutati. Dominus te servet incolumem & corpore & animo, amice in *Christo* charissime. Datum *Basileæ*, Calen. Augusti. Anno, Millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

In Apologiam adversus debacchationes Petri Sutoris.

Ornatissimo D. Joanni Selvæ Augustissimi Senatûs Galliarum summo Præsidi, Erasmus Rot. S. D.

Epist. 50. SCitè quidem dictum est ab antiquis, vir clarissime, *Ex malis moribus natas esse bonas leges*; cæterùm illud certius exitium minitatur rebus humanis, quòd vicissim ex optimis legibus nascuntur mores pessimi. Etenim quæ superest spes salutis, si remedia vertuntur in venenum, & quæ morbo propulsando reperta sunt, morbum exasperant? Id nè accidat, vix aliâ ratione caveri potest, nisi pharmacum, quod medicus doctus ac fidus præscripsit, idem administret. Optima lex erat opposita temerariis ac famosis libellis, veluti pessimo morbo gliscenti salubre necessariúmque remedium. Cæterùm rem salutiferam hominum perversitas vertit in magis malum, nisi qui legem tulerunt, iidem administrent ac tueantur. Alioqui video futurum, ut cum constitutio in hoc prodita sit, nequid excuderetur *Lutetiæ*, nisi tali Academiâ, talique Senatu dignum, exulent istinc optimi quique libri, & excudantur impunè tales, quales jam duos provolâsse videmus: quorum alter impudentiâ plusquam scurrili corrupit *Colloquia* mea, additâ præfatione falso mei nominis titulo. Ibi me facit de me ipso loquentem quicquid ipsi collibuit. Sic vacabit opus inspicere, videbis ingenium deploratum, quod nullum facinus exhorresceret, si qua causa provocaret vel ad incendium urbis, vel ad veneficium, vel ad parricidium. Si non vacat, ex operum meorum catalogo quem nunc simul ad te mitto, poteris non multo tædio quale sit perdiscere. Autor notus est, nec ignotus Typographus, uterque fruitur suo maleficio. Ea quoniam bene cessit audacia, prosiliit *Petrus Sutor*, cum suo libro. Sed hac de re verbum non addam. Tua prudentia si parum deprehendet ex Apologia nostra, quale sit opus, qualis sit artifex, ipse liber, velut in speculo, repræsentabit tibi totum *Sutorem*. Non me clam est inter Theologos esse quosdam, qui contenti iis quæ juvenes didicerunt, magno odio ferantur in linguas ac bonas literas, adeo ut illis nihil placere queat, quod sapiat aliquid politioris literaturæ. Et instructi sunt sexcentis titulis & articulis innumeris. Qui si desint, condunt pro suo arbitratu nova dogmata, quemadmodum hic facit *Sutor*. Vel ipsi *Paulo* Apostolo mille locis calumniam struere poterit, qui tot laqueis instructus, talem animum adserat ad censuram, qualem præ se fert *Sutor*. Optima lex est quæ Schismaticorum & Hæreticorum impietatem, si sanari nolint, coercet. Sed quorundam perversissima mens est, qui privatis affectibus obsequentes medicinam paratam ægrotis, vertunt in perniciem bonorum, atque abutentes cauterio, quod sanum est exulcerant, rectiùs suo nomini consulturi si recentium libros cum candore legant, & linguas ac bonas literas comiter in suum contubernium recipiant. Neminem tamen arbitror esse *Parisiis* Theologum tam iniquum rectioribus studiis, ut istam *Sutoris* debacchationem approbet. Quò severiùs puniendi sunt, qui illudunt optimæ constitutioni: quibus si licebit impunè quod libet, tales nimirum libros nobis dabit *Lutetia*. Siquis apparet ab sese depellere manifestam calumniam, aut aliquid edere quod conducat publicis studiis, tum vigebit lex, & vigilabit censura. Et ferè fit, ut in omni consessu plus valeat paucorum improbitas, quàm multorum æquitas. Nec enim novum est, si pars major superat meliorem. Hìc frequenter & minor & deterior superat majorem ac meliorem. Adversus horum malitiosam pervicaciam, ni Principum virorum candor & æquitas opituletur humanioris literaturæ cultoribus, futurum est, ut, oppressis elegantioribus disciplinis, etiam illa collabantur, quæ isti sola vellent esse in precio. Mors ornatissimi viri *Francisci Deloini*, quali patrono, quali propugnatore, orbavit optima studia. Nisi fortuna nobis Regem *Franciscum* ad tempus eripuisset, hac querimoniâ non obtudissem aures tuas, ipsum implorâssem Musarum vindicem, adversus barbarorum incursiones. Interim tuarum partium erit, cum tui similibus fortiter sustinere causam studiorum, vestráque æquitate *Sutorum* iniquitatem moderari. Siquidem com-

plurimum eruditorum literæ, mihi perſuaſerunt, A te unum eſſe, qui ingenii, doctrinæ, judicii, vim admirabilem, naturæ bonitate, morúmque comitate ſuperes. Quibus doribus non mediocre decus apponis Senatui cum primis Auguſto, cui meritò præſides. Cæterùm hoc officio non ſolùm conſulueris honeſtiſſimis ſtudiis, verùm etiam nomini Theologico, quod nunc ob paucorum cerebroſorum iniqua callidáque judicia, peſſimè audit apud plurimos. Videmus quanto odio laboret univerſus ordo ſacerdotum, ob paucorum vitia. Videmus quàm indigna patiantur etiam boni Monachi, ob quorundam intolerabilem improbitatem. Itaque nemo magis conſulueriт Theologorum vel dignitati vel authoritati, quàm qui tales rabulas, non Theologos, ſed ordinis Theologici carcinomata, vomicásque compeſcuerit. Nec ulli facinori juſtiùs applauſerint ſani probíque Theologi. Erat mihi talis heros auſpicatiore quopiam B argumento conveniendus, verùm hoc in præſentia *Sutor* obtruſit, avis inauſpicatiſſima. Bene vale.

Eraſmus Rot. Lamberto Grunnio S.

Epiſt. 51. QUid ais, ſapientiſſime *Grunni*? Strinxit *Eraſmus* calamum in omnes Evangelicæ pietatis profeſſores? In univerſos igitur *Chriſtianos*. Quanquam nec in vos ſtrinxi, ſed amanter admonui, nè quorundam inconſultâ temeritate hoc C eveniat civitatibus, quod evenit agricolis. Verùm multi ſunt in veſtra ſodalitate, tam ſiniſtris animis ut fallendi ſint, ſiquis eis velit benefacere. Si tam eſſem cupidus ulciſcendi, quàm vos eſſe video, ſentiretis quid poſſim. Sed quod hactenus egi non deſinam agere, ut, ſi fieri poſſit, ad arma non veniatur; ſed utriuſque partis obſequio, quod quidem liceat incolumi pietate, ſuæ tranquillitati reſtituatur eccleſia. Non efferantur Principum animi quibus perſuaſum eſt vos eſſe pluſquam hæreticos, D quum audiunt, Nolite occidere innocentes, Nolite obſiſtere Evangelio? Sed nihil, inquis, deterruit *Moſen Pharao* magis ac magis ſæviens in populum Dei, quo minus loqueretur quæ præceperat Deus. Ignoſce mihi, *Grunni* chariſſime, hactenus non credidi *Vulturium* fabulari cum Deo. Quod ſi *Moſi* conferendus eſt, edat miracula, & has calamitates, bella, penuriam, peſtilentiam ſuis precibus à nobis depellat. Non vos pudet iſtius magniloquentiæ? Quid? Optant fratres, ut mihi E *Vulturius* reſiſtat in faciem? An hoc eſt reſiſtere, ſcurrari ſcholiis? Ita demum feliciter reſiſtet, ſi ſuos ſodales revocet ad ejuſmodi mores, ut nihil eorum quæ illic deploro competat in quenquam illorum. Nihil, inquis, moliendum ſine Dei conſilio. Itáne ſcholia illa divino afflatu prodita ſunt? Jam an ideo ſitio pecuniam, quod homo ſenex, quaſſæque valetudinis habeam quo corpuſculi neceſſitatibus ſuccurram? Nec interim vel ætas vel valetudo à me impetrat, ut vivam in ocio, ſed F laboro manibus, nè cui ſim gravis, & habeam unde largiar aliquid neceſſitatem patienti; ſecus quàm multi faciunt ex veſtro ſodalitio? Sed deſino ad tuas nænias reſpondere. Opto vobis mentem aliquanto ſaniorem, aut certè Evangelio digniorem. *Friburgi* tertio Nonas Martias, Anno à *Chriſto* nato, milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

In SPONGIAM adverſus HUTTENUM.

Eraſmus Roterodamus eruditiſſimo Ulrico Zuinglio, apud inclytam Helvetiorum civitatem Thurregium concionatori S. D.

QUoniam iſtic primum hinc allatum eſt vene- *Epiſt.* 5 B num, *Zuingli* doctiſſime, viſum eſt conducere, ut eódem primùm iret antidotus, non quòd meruam nè apud te aut ullos cordatos viros lædere exiſtimationem meam *Huttenica* crimination, ſed ut his quoque mederer, qui vel mihi parum ſunt æqui: vel naturæ vitio, liberiùs ea vrdunt quæ lædunt famam hominis, quàm quæ commendant. Quis enim vir bonus, aut cordatus non deteſtetur hoc exemplum, quod *Hutteno*, nec verbo, nec facto unquam læſus à me, ſed ſic toties C etiam editis voluminibus à me prædicatus, ut nemo neque benignius aut candidius, neque crebriùs, toties meis literis apud Primates virtutem commendatus, ſubitò velut ex inſidiis talem libellum emiſit in amicum, etiam tum candidiſſimè atque amantiſſimè de ipſo prædicantem, quum iſta ſcriberet, nihil omnium minus ſuſpicantem, quàm ut ab *Hutteno* naſceretur aliquid tragedie. Quid excogitari potuit alienius ab omni humanitate fi- D déque *Germanica*? quid optatius aut gratius bonarum literarum hoſtibus? quid ipſis bonis literis incommodius? quid Evangelico negotio pernicioſius? aut, ſi libet etiam *Lutheranæ*, cui ſe jactat favere? Bellum indixerat *Romanenſibus*, & amicum ſinceriſſimè amantem, nullâ expoſtulatione præmiſſâ, tam amarulento libello inexpectatum aggreditur, ut in nullum hoſtem adhuc ſcripſerit virulentiùs. Et interim auxit, ut audio, libellum, E quaſi parum ibi fuiſſet veneni, nec videtur unquam faſturus finem, poſteaquam ſemel bellum indixit & Muſis & Gratiis. Equidem non invideo illi *Helvetiorum* humanitatem, qui conducat latebras, quò tutus ſit interim ab his qui vocantur illum ad ſupplicium. Sed tamen curandum eſt, nè ſic abutatur *Helvetiorum* humanitate, ut quod ea tutò latitans, tales libellos ejaculetur in capita quorumlibet de ſtudiis publicis benemerentium; interim nec Pontifici pareens, nec Cæſari, nec *Germaniæ* Principibus, ac nè *Helvetiæ* quidem gentis F integerrimis viris, quorum de numero eſt *Ludovicus Berus*. Hæc quoniam ſcribit apud *Helvetios* latitans, metuendum eſt, nequid hinc olim invidiæ, aut incommodi perveniat ad hanc gentem, quam optamus publicâ tranquillitate, ſtudiisque bonis eſſe florentiſſimam. Nihil autem facilius quàm ſerere diſſidia, quum difficillimum ſit mederi malo ſemel nato. Bene vale.

In librum primum Antibarbarorum.

Deſ. Eraſmus Roterodamus Joanni Stapido ſuo S. D.

MIram quandam eſſe naturæ vim atque energiam, vel hinc colligo, *Stapide* chariſſime, *Epiſt.* 9 quòd cum me puero prorſus exularent ludis literariis bonæ literæ, cum deeſſent librorum atque præceptorum ſubſidia, cum nullus honos adderet ingenio

genio caleas, imò cùm passim omnes ab his studiis deterreant, & ad alia compellerent, tamen non judicium, quod mihi tum per ætatem esse non poterat, sed naturæ sensus quidam ad Musarum sacra velut afflatus rapiebat. Invisos habebam quoscunque noveram humanioribus studijs insenses. Adamabam quos eadem delectabant; qui in his aliquid opinionis sibi parâssent, eos ceu numina quædam venerabar ac suspiciebam. Hujus animi, nè senem quidem adhuc pœnitet. Non quòd aliorum studia damnem, quæ mihi non perinde placuerunt, sed quòd intelligam quàm frigida, nuncq; cæcáque sit eruditio, si quis Musarum detrahat præsidia. Cæterùm dictu pudendum, quàm hanc longè optimam doctrinæ portionem, stolidè contemnant quidam, poetriam appellantes quicquid ad vetustam ac politiorem literaturam pertinet. Hi cùm mihi puero satis odiosè facessirent negotium, méque à meis amoribus depellerent, institueram ulcisci me calamo; sic tamen, ut nullius nomen perstringerem. Nondum annum vigesimum attigeram cùm hoc operis sum aggressus. Pauculis deinde pòst annis est idem argumentum in dialogum retexere, quo lectio minus haberet tædii. Operis summam in quatuor libros digesseram. Primus refellebat ea quæ quidam vel superstitiosi, vel hypocritæ religionis verius quàm religiosi solent nobis in os jacere. Secundus subornata persona, qualis est apud *Platonem Glauco*, summis eloquentiæ viribus, vituperabat eloquentiam, totámque Rhetorices panoplian, ex intimis illius armariis petitam, in ipsam Rhetoricen expediebat; adeò ut felicis memoriæ *Joannes Coletus*, simulátq; eum librum legisset, serio mihi dixerit in familiari colloquio, *Planè liber tuus mihi persuasit neglectum eloquentiæ*. Cúmque monerem suspenderet sententiam, donec audiret eloquentiæ patrocinantem, negabat à me posse dilui, quæ intendissem. Tertius refellebat secundi voluminis argumenta, verùm id nondum absolverat. Quartus agebat separatim causam Poetices, mihi puero tenerè adamatæ. Hunc nondum digesseram, sylva tantum ingens erat congesta operi futuro. Primum librum locupletâram *Bononiæ*, jam meditans editionem. Secundum emendâram, relicturus *Italiam*, deposui apud *Richardum Pacæum*, virum omni virtutum & ornamentorum genere cumulatum. Apud hunc uterque periit, eorum videlicet culpâ, quorum fidem vir syncerissimus è suis moribus æstimabat: prioris libri jactura me sanè leviter movit, quòd nimium referret ingenium puerile. Et in hunc crassissima quæque congesseram. Cæteros malebam superesse, sed aliter visum est fucis istis, qui cùm ipsi nihil præclari moliantur, insidiantur alienis laboribus. *Lovanium* ubi commigrâssem comperi primum librum, ut olim à me scriptus erat, latiùs esse sparsum, quàm ut premi posset. Parum enim abfuerat, quin jam evulgatus fuerit à quibusdam, qui sedulò magis quàm prudenter favent *Erasmo*. Id nè quando fieret, ipse recognitum librum typographis commisi, cùm alioqui perpetuò suppressum maluissem, præsertim cùm hac de re prodiderit opus eruditum, acutum, & expolitum, *Hermannus Buschius*, cui titulum fecit, *Vallum humanitatis*. Sed tamen à nobis utcunque recognitum exire malui, quàm sic ut erat descriptus, nempe depravatissimè. Addetur secundus, si licebit nanciſci. Reliquum operis addetur è pectore nostro, nisi penes quos lateant nostri commentarioli, maluerint esse boni viri, quàm alienarum vigiliarum furunculi. Quibus hæc pars, quæ totius operis deterrima est, non omnino displicet, advigilent, ut cætera quoque pervestigentur. Eò libentiùs dabimus & alia, quæ nobis adhuc in schedis sunt indolata, velut opus *De conscribendis Epistolis*. Interim tibi dicabitur hoc fragmentum, eruditissime *Sapide*, qui tuæ civitatis juventutem non minùs diligenter instituis bonis moribus, quàm bonis literis. Constanter perge quod cœpisti, neque conquiescito, donec omnem barbariem pro tua virili à *Germania* nostra profligaris. Satis diu nos ipsos ignoravimus, penè pro belluis habiti iis, qui sibi nihil non tribuunt. Bene vale. *Lovanii.*

Des. Erasmus Rot. quibusdam fratribus absque observantia bonam mentem.

VIdeo quid agatis, fratres patres: subornatis aliquot indoctos, ac perfrictæ frontis juvenes, qui junctis phalangibus conficiant *Erasmum*. Nihil habent frontis, nihil cordis, non habent quod illis possit eripi, non possunt deprehendi, plusquam *Polypi*, aliunde aliò migrant, & sub unius umbone latet exercitus. *Salamanta* habet unum, cujus nomen putabam esse fictum. Inauditum erat, nec mihi persuadere potui in illo sodalitio latere tantam petulantiam. Cognomen sonabat quiddam *Judaicum*, nec in *Hispaniis* tantùm latitant *Judæi*, latitant & in aliis nationibus sub *Christiani* nominis titulo. At ille noluit perdere suum triumphum, eámque gloriam putavit suo ordini asserendam. *Brabantia* habet alteram quendam ejusdem farinæ glorioſissimæ loquacitatis. Mera hypocrisis est modestia quam præ se ferunt. Hæc in malos dicta velim, sine ulla bonorum nota. Hâc syngraphâ vos præmoneo, fratres patres, subornate, fingite, fallite, contemnite Cæsaris & Episcoporum constitutiones, emittite furtivos libellos, posthac nec legere dignabor nænias vestras, nec refellere. Ipse Deus inveniet impios hypocritas, cui justè judicanti vindictam tradidi. Quàm sum illis decrepitus? *Budæus* biennio me minor est, *Bedda* fortasse quinque aut quatuor, *Latomus* tribus. Ad hanc usque ætatem perpetuò versor in laboribus, unde maxima pars valetudinis & senii. Senex unus quatuor juvenum robustorum sustineo sarcinam: non caligant oculi, gratia Deo, quum multi mirentur jam olim non esse prorsus exoculatum. Conspicillis vitreis nunquam usus sum hactenus, neque interdiu, neque ad lucernam; scipionem nunquam attigi, firmis pedibus & alacriter ingredior; manus minùs tremunt quàm ulli juveni, calculus indies fit mitior, & si moderer studiorum labores, favente Deo, possim adhuc integris sensibus quatuordecim annos vivere. Sed vitæ modus in manu Dei est. Qui mecum vivunt, nec ingenii, nec memoriæ magnam jacturam sentiunt. Et ubi est illud decrepitum, ac mox collapsurum filicernium? O scurras non mihi tantùm sed toti mundo graves! Quid autem proficient istis loquacibus & indoctis nænijs? Eruditi non legent, pii detestabuntur. Ego nondum invenire potui qui pro me legeret ejusmodi nugas. Sed talibus libellis conficient decrepitum senem. *Epist. 54.*

Hoc

Hoc ſicis commodiùs effecerint: nihil enim refert quo utantur organo, quum adſit ſicariorum animus. Atqui hic decrepitus ſenex dedit vobis *Hieronymum*, dedit *Cyprianum*, dedit *Auguſtinum*, nunc dat *Chryſoſtomum*, ex quo & *Athanaſio* tam multa vertit. Ex *Græcis* autoribus tot loca illuſtravit in novo Teſtamento, legant indicem, & intelligent quàm multa dederit hic decrepitus ſenex tum ad eruditionem, tum ad pietatem conducentia. Quid faciunt iſti? Coaxant & obſtrepunt alienis laboribus, neque quicquam adferunt præter improbam, & indoctam garrulitatem, perinde quaſi mundus non habeat niſi ſues & aſinos. Cæſar ſemel dedit eis poteſtatem accuſandi me legitimè, dedit ſummos Judices, tum debebant proferre ſuam ſapientiam. Iſtis libellis ſe doctis ac bonis omnibus propinant deridendos. Et mihi adhuc tantum eſt roboris, ut poſſim ex alto deridere, etiamſi exoriantur tria millia. Apud doctos & poſteros cygni loquentur, quum tacebunt graculi. Si ſenem volunt conficere, ſicis opus erit. Niſi aliter diſcant ſcribere, nihil aliud ſibi parabunt apud optimum quemque, quàm odium ac ludibrium. Vos, pii patres, tales aſinos compeſcite; vos, pii Laici, quos ſic inſanire ſcitis, nè quid detis, niſi tales blaterones abigant è ſuo contubernio, qui vel ſic moniti reſipiſcant: nam aures habent, non in capite, ſed in ventre. Suas dulcorationes ſtolidas adhibeant ſuis pultibus, à me nihil expectent: ſed videant exitum malitiæ. Rurſus hæc admoneo in pios non eſſe dicta: novi enim plurimos eſſe in eo ſodalitio, qui iſtam petulantiam deteſtantur. Et poſt hæc occinitur nobis excommunicatio Pontificis in eos qui lædunt ordinem Minorum. Ea excommunicatio ſi quid valet, in iſtos potiſſimùm cadit, qui ſtolidis libellis adducunt ordinem ſuum in odium eruditorum ac bonorum omnium. Satis illos admonui, indies vergunt in pejus, poſthac contemnentur, quod utinam initio factum eſſet. Non libet τοῖς βατράχοις ἀντικοάξαν. Contemptis fortiter & divinis & humanis legibus, dicant, *Oportet Deo magis obedire quàm hominibus*. Rectè dictum eſt hoc ab Apoſtolis, nec prorſus incongruè dicitur ab iſtis: Non idem utrorumque Deus. Illis Deus erat cœli terræque conditor, his pro Deo venter eſt. Vàlete.

A partem in te transferam. Atque utinam inſtituto tuo tantum adjumenti poſſim adferre, quantum & hic cupit animus, & tua iſta promeretur virtus. Sed hæc ætas, hæc valetudo, jamdudum à ſtudiorum laboribus, ſi minùs rudem, certè remiſſionem flagitat, ídque ſuo jure. Proinde non eſt quod vos ἐργοδιώκτας, quibus frequenter obſequentior ſui quàm mihi fuit opus, expectetis à me parem penſa. Hoc verò tempore ſum in eo rerum ſtatu, B ut ſi maximè deſit ætatis aut valetudinis excuſatio, ab omni Muſarum commercio ſim alieniſſimus. Rogabis, quid novæ rei? Num & uxorem duxerim? Profectò rem facio, quæ mihi nec minùs moleſta eſt, nec minùs operoſa, nec minùs aliena ab ingenio genióque meo. Ædes hic mercatus ſum honeſti quidem nominis, ſed iniqui precii. Itaque *Eraſmus* ille, rerum omnium diſpendio literarium ocium redimere ſolitus, nunc licitatur, contrahit, ſtipulatur, cavet, conſulit, demolitur, C extruit, rem habet cum fabris lapidariis, lignariis, ferrariis, vitrariis, nôſti genus hominum, tanto cum tædio, ut malim totum triennium in quamlibet iniquis ſtudiorum laboribus verſari, quàm unicum menſem hoc genere curarum agitari. Nec antea unquam perinde atque nunc intellexi quantopere ſapuerit *Diogenes*, qui maluerit ad dolium confugere, quàm cum talibus conflictari. Huc miſerarum me redegit hujus ſeculi infelicitas, & quorundam fucata improbitas, quos aliquando forſitan D non fraudabo ſuâ laude. Atque in his malis minima moleſtiarum portio eſt nummorum aſſida profuſio. Tu conjicito cætera. Hæc eò commemoro, mi *Hervagi*, ut boni conſulas quod nunc mitto, non cujuſmodi volo, ſed cujuſmodi poſſum. Nam hoc mittendum erat, aut nihil. Mitto autem epiſtolas aliquot florentulas. Scio *te* mirari quid hoc ſit tituli. Sed nihil magnæ rei eſt, nè quid fallas teipſum. Vix hoc opellæ per turbulentas emigrandi & immigrandi occupationes licuit ſumere, ut ex immenſo Epiſtolarum acervo floſculis E notarem quas expediret excudi, quanquam vix ullas in hoc ſcribere ſoleo. Hoc quicquid eſt libelli, quale quale eſt, tibi certè bonum eſſe cupio: erit autem, ſi in diſtrahendo ſenſeris tuum ἐμὴν tibi fuiſſe propitium, qui precor ut tibi viam cõmonſtret compendiariam πρὸς τὸ πλουτεῖν, quò nunc ferè properant omnes, at non pari ſucceſſu. Sed extra jocum, precor ut Dominus, ſoſpitator rerus ac proſperator omnium, ſanctum iſtud inſtitutum tuum bene fortunet: cui non ſumus pro noſtra quantulacunque portione defuturi, ſimulatque priſtinæ tranquillitati redditi fuerimus. Bene vale cum tibi chariſſimis. Apud *Friburgum Briſg.* pridie *Laurentii*, M. D. XXXI.

Deſ. Eraſmus Rot. Joanni Hervagio S. D.

Epiſt. 55. MUltæ quidem, *Hervagi* chariſſime, virtutes F erant in *Joanne Frobenio*, felicis memoriæ, quæ illum affectui meo magnopere commendarent: ſed non aliâ re tenaciùs arctiúſve ſibi devinxerat animum meum, quàm quod in omni vita nihil priùs habebat, quàm ut quantiſlibet laborum ac pecuniarum impendiis, excudendo probatiſſimos quoſque autores, juvaret publica ſtudia, cui pulcherrimo inſtituto vir optimus etiam immortuus eſt. Nec video quæ mors illi potuerit contingere ſpecioſior. Ita factum eſt, ut rem literariam magis auxerit quàm familiarem, ſuíſque hæredibus plus honeſtæ famæ reliquerit quàm pecuniæ. Quoniam autem video te non tantùm ornatiſſimæ conjugis ab illo relictæ κατάλοχον extitiſſe, verumetiam illius animi quem ille provehendis ornandíſque literis præſtitit, ſucceſſionem capeſſere, facere non poſſum, quin ejus benevolentiæ quâ ſemper illum proſequutus ſum, bonam G

Eraſmus Rot. Nicolao Winmanno S.

EX literis tuis, mi *Nicolae*, mihi perſpexiſſe vide- *Epiſt. 9*
or te virum eſſe animo verè *Chriſtiano*, omnísq; fuci expertem, tum mihi cum primis bene cupientem. Suſpicor autem te eſſe illum, quem quidam è ſodalitio noſtro gaudentes jocis ſubmoverunt à colloquio meo, & eundè pòſt admiſerunt ſubornato quodam, qui ſumptâ veſte meâ ſe gereret pro *Eraſmo*. Is erat *Conradus Fontanius*, ſi fortè nomen agnoſcis. Alioqui non ſoleo difficilis eſſe in admittendis ſalutatoribus, niſi quòd poſtea comperi quoſdam venire non ſalutandi, ſed irridendi infi-

diúndive

audivo gentis. Latitant enim sub Evangelii titulo quidam homines levissimi, qui solutis legibus omnibus, & divinis & humanis, sibi persuadent esse licitum, quicquid animo collibuit. Et in his sunt quidam adeò stolidi, ut se lædi putent quum juvantur maximè. Hi mihi videntur esse musceæ quas notavit *Hebraus* ille sapiens, quæ immorientes unguento corrumpunt illius suavitatem; cúmque *Christus* præcipiat, ut maledicentibus benedicamus, hi benemerentem non desinunt maledictis impetere, quibuscum non est operæpretium vel decertare. Agnosco paupertatem meam, sed tamen exemplo viduæ evangelicæ, duo minuta confero in templum Domini. Rependet ille præmium, qui solus introspicit corda nostra. Complures aliunde utrinque, sed his oppono multos & eruditos & magnos mihi ex animo benevolentes, quorum unumquemlibet plurib facio trecentis *Futuris* aut *Bucephalis*. Utinam isti ita gererent rem, ut optimis quibusque comprobantibus, res *Christiana* aliquando redigatur ad statum melioremquàm hactenus fuit. Nam ille prior ita mutatus est in diversum, ut mihi malo quodam genio videatur afflatus. *Bucephali* libro, nam is erat autor sub Ecclesiastarum falso titulo, nihil unquam legi stultius. Provocabat me ut dicerem si quid possem in *Oecolampadium*, in *Capitonem*: quasi mihi deessent quæ dicerem, si mihi permitterem agere scurram, & quicquid vulgò jactatur in literas mittere. Narrat illic multas historias tàm impudenter ficticias, ut ipsi etiam evangelici rideant. Meis diebus libellis multos in me, ut scribis, irritum fecit, sed alteros conciliatos nondum sentio. Furit *N.* impotenter, quem antehac mihi persuaseram esse amicum. *Lutetia* excudit ingens volumen adversùm me titulo Principis *Carpensis* qui periit nuper, sed sub eo nomine *Franciscus* & Theologi quidam effundent sua venena. Quin & *Bedda* resumptis spiritibus totus est in negotio. Hæc sunt meæ senectutis solatia, quam tamen unquam fatebor afflictam, quamdiu *Christus* habuero propitium. Habes thesaurum quem non audebas petere, epistolam propemodum justæ magnitudinis, eámque tum ἀντίγραφον, tum ἀρχέτυπον, una cum liuris ac mendis. Posthac meus *Wimpinæus* ponetur in amicorum catalogo. Bene vale. *Friburgi Brisgoiæ*, decimo sexto Calend. Maias, Anno millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Erasmus Rot. Gerardo ab Herema S.

Epist. 57. QUòd te suspicio virum & virtute præstantem, & literarum amantem, necessitatis est. Quisquis enim hæc bona diligit, omnes diligat oportet, in quibus ea cognoverit eminere. Quòd te mei, sicut audio, studiosum redamo, gratitudinis est. Cæterum quod ad virum antiquis imaginibus elarum, nullà lacessitus occasione scribo, fortassis videbitur improbitas. Sed si duas priores rationes boni consulis, hoc quicquid est culpæ *Haiconi Camingæ* diluendum relinquo. Nam is hujus audaciæ mihi fuit autor, multa frequenter prædicans tum de singulari tuâ humanitate, tum de non vulgari tuo erga me candore. *Haiconem* autem meum sic amo, non solùm ob ingenii morumque syncritatem, verumetiam ob incredibilem in me observantiam, ut nec tam charo quicquam negare possim, nec debeam sic de me merito. Non mediocri solatio mihi fuit illius convictus, sed negotiorum necessitas illum invitum ab invito retraxit. Hic autem eâ sobrietate, eâ morum comitate se gessit, ut apud optimum quemque sui reliquerit desiderium, non modò apud me. Proinde si hæc ad te scribendi audacia feliciter ceciderit, & illi gratias agam qui huc perpulerit, & mihi gratulabor qui obsecundârim. Bene vale, vir clarissime, cum omnibus tibi charis. Datum apud *Friburgum*, pridie Calend. Februar. Anno M. D. XXX.

Erasmus Roterodamus omnibus veritatem amantibus. S. D.

JAm vetustissimum est, amici charissimi, ut sub prætextu rerum optimarum, pessima exempla irrepant in virum mortalium: veluti conspicimus hisce temporibus, libellos plus quàm famosos, absque titulis, aut, quod est sceleratius, fictitiis titulis spargi in vulgus, ab his qui spiritûs libertatem profitentur, & facitut quod ethnicorum leges capite puniebant, ab iis qui nihil crepant nisi Evangelium, pro ludo jocóque duci. Proinde viditus in hoc dissidio, nullos magis remoratos successum Evangelii, quàm qui sibi maximè videntur Evangelici: nec alios æquè læsisse causam Pontificiam, quàm istos quosdam, qui maximè credunt sese velut *Atlantes* nutanti Ecclesiæ humeros supposuisse. Ante paucos dies provolavit è latebris libellus quidam, de quo difficile sit pronunciare, stultiórne sit, an malitiosior, cui titulus erat præfixus, *Doctissimi Erasmi Roterodami, ac Martini Lutheri opinio, de Cœna Domini nostri Jesu Christi, nuper edita decimo octavo die Aprilis.* Primùm illud non simplicitatem columbinam, sed vulpinam astutiam sapit, quòd in ipso statim libelli frontispicio, meum nomen conjungit cum nomine *Lutheri*, eúmque titulum præfixit singulis paginarum frontibus: tum in ipso libello subinde repetit & inculcat nominum jugum, quo mihi plus conciliet invidiæ, quasi multum inter nos conveniat, quum editis libris abundè declaratum sit, quantum sit inter nos commercii. Deinde prælatum etiam est meum nomen cum doctrinæ præcellentis elogio, quo videatur amicus, me tam ineptè glorioſum judicans, ut famosis laudibus, & honorificâ delectet contumeliâ. Insuper & *Germanicè* scriptum sub hoc *Badense* Concilium evulgârunt, quo simplicibus ac parum attentis, hujusmodi fuco imponerent, mesque nominis fumo in laqueum traherent incautos, nec mihi interim, linguæ vulgaris ignaro, promptum esset vel meæ infamiæ, vel aliorum periculis occurrere. Hæc quàm sapiant Evangelicam syncritatem, prudens Lector facilè perpendet. Jam illud manifestum est argumentum malæ conscientiæ, quod quum scriptores in ipso statim operis limine autoris nomen præfigere soleant, hic nec typographi nec loci nomen ausus est usquam addere: & haud scio an is cui scribitur, fictitio nomine notetur, quanquam id nihil refert, quum liberum sit, cui velis tuas nænias dicare, quâ re nec proditur autor, nec gravatur admodum is ad quem scribitur. Certè suum ipsius nomen, quisquis est hujus sceleris artifex, nusquam ausus est apponere, nisi quod furtim in

fine

fine ſubnectit fictitium titulum *Ludovici Leopoldi*; ſed ita, ut dubites autorſine ſit titulus, an typographi. Hæc techna malitioſè timida, ſatis admonere Lectorem debet, nihil eſſe in hoc libello ſani aut ſynceri. Quanquam autem ipſæ formulæ ſatis arguunt typographum, neque levibus conjecturis colligi poteſt, quis ſit ille Λεόπουλος *Leopoldus*, cum ſuo inſtructore; tamen quoniam ipſi tantopere lucem reformidant, patiar ipſe quoque tantiſper illos in ſuis tenebris deliteſcere, donec ipſi ſe prodant. Interim agam cum libello, non minùs ſcelerato quàm ſtulto, declarabóque quàm frivolis, quámque palàm falſis argumentis, conetur ſimplicibus idiotis perſuadere, me de Euchariſtia ſentire cum *Carolſtadio*, aut ſi quis eſt alius ejus opinionis propugnator. Atque hujus calumniæ proœmium hoc facit, quòd ego prior in omnibus libris meis arguerim & Pontificias, & omnes humanas conſtitutiones: velut in *Moria*, in *Enchiridio*, in *Annotationibus in Novum Teſtamentum*, in *Adagiis*, aliiſque locis; quod idem, me ſequutus, fecerit *Lutherus*, ſed fortiùs & apertiùs. Quo ſtatim mendacio quid eſſe poteſt impudentius? Nullus eſt locus in omnibus libris meis qui damnat omnes humanas conſtitutiones: alioqui damnarem & leges civiles, quas nec *Paulus* damnat, nec *Chriſtus*. Sed frequenter taxo Phariſaicos quoſdam, qui *Chriſti* populum onerant hujuſmodi conſtitutionibus, quæ magis conducunt ad ſuperſtitionem, quàm ad veram pietatem: ad hæc, quorundam ſuperſtitionem, ſeu præpoſterum judicium noto, qui propter traditiones hominum violant præcepta Dei, quíque in ceremoniis, quæ ſunt adminicula duntaxat ad pietatem, conſtituunt finem pietatis. Hæc ut piè dicta ſunt, ita tum erant dictu neceſſaria. Quid autem *Lutherus*? Adimit Pontificibus & Epiſcopis omne jus condendi leges, nè cætera referam. Itaque palàm eſt *Lutherum* non eadem docuiſſe ſimpliciùs, ſed prorſus alia, cùm meis ex diametro pugnantia. Id teſtificantur utriuſque lucubrationes, evidenter coarguentes impudentiſſimam iſtorum vanitatem, qui tales ſpargunt rumores apud imperitos: alii quo me lædant invidioſâ ſuſpitione, nonnulli quo ſuam factionem inani nominis mei fumo communiant. *Moriam* ſcripſi tranquillis rebus, quum mundus altum indormiret ceremoniis ac præſcriptis hominum, haudquaquam ſcripturus, ſi horum temporum tempeſtatem exorituram præſciſſem. Sed attende, Lector amice, ſtultiſſimam hujus autoris collectionem. Si *Moria* ideo tollit Papatum, eo quòd attingit quædam vitia Pontificum, eâdem operâ tollit univerſos humani generis ordines, quoniam nullum omninò præterit intaxatum. Habes hujus calumniæ proœmium, ipsâ causâ dignum. Nunc accipe probationes huic proœmio congruentes. In pleriſque locis, ut inquit, appello panem & vinum Euchariſtiæ ſymbola, hoc eſt ſigna, & *ſymbolicum panem*, id eſt, panem aliquid ſignificantem: dubitat tamen an hoc dixerim in *Adagiis*, an in *Querela Pacis*, an in *Enchiridio*, an alio quopiam librorum meorum. Quid impudentius quàm velle impingere tantæ rei calumniam, & fateri ſe non meminiſſe loci? Age dic mihi quis ferat vel teſtem, vel actorem ſic intendentem furti crimen; Non memini quo tempore, quo loco, quid quibus furatus ſim, ſed tamen videor mihi deprehendiſſe, quòd aliquod furtum commiſerit? At nihilo minùs delendâ facit hic meus calumniator. Ait ſibi excidiſſe locum. Imò ipſe potiùs à mente excidit. Nuſquam enim voco *panem ſymbolicum*. Sed hoc ſomnium concepit ex carmine quod addidi *Catoni*. Hîc enim de ſacramento *Euchariſtiæ* loquens, *cibum myſticum* appello, quòd ſub ſpeciebus viſibilibus recondita ſit gratia ſpiritûs inviſibilis. Carmen ſic habet,

Myſticum ille cibus Græci *dixere ſymbola,*
Qui, panis vinique palàm ſub imagine, Chriſtum
Ipſum præſentem verè exhibet.——

Atqui hic locus clarè docet me non ſentire, quod *Carolſtadius* docuit. An non ſatis evidenter profiteor illic eſſe *Chriſtum* ſubſtantialiter, quum dico, *exhibet*. Nec hoc contentus, addo, *ipſum*, excludens figuram. Nè hoc quidem contentus, addo, *verè*. Quid abeſt niſi, *ſubſtantialiter*? Atqui hanc vocem nec recipit carminis ratio, nec *Latini* ſermonis elegantia. In eodem carmine leguntur hæc,

Aſt ubi ſacrati me ad corporis atque cruoris
Cœleſtes epulas pietáſque diſſque vocabit.

Ac mox,

——*Sumam* Chriſti *venerabile corpus.*

Annon hic legis *epulas ſanguinis & cruoris*? Hæc cur non adduxit, qui jactat ſe diligenter excuſſiſſe libros meos? An tergiverſabitur hæc & his ſimilia mihi falsò adſcribi? Nam & hanc rimam ſibi patefecit ad effugium, dicens multa inſcribi *Luthero* & *Eraſmo*, quæ non ſint ab ipſis profecta. Quid accidat *Luthero* meâ nihil refert. Ego certè nec tuli, nec feram vivus, mihi quicquam adſcribi quod meum non ſit. Semper excipio quæ depravant typographi, quorum error à me præſtari non poteſt. Jam ſi maximè ſcripſiſſem alibi *panem ſymbolicum*, quid erat periculi? Si recipimus recentium opinionem, nónne ſpecies panis & vini *ſymbola* ſunt corporis & ſanguinis Dominici? Sin minus, nónne panis & vinum conſecratum *ſymbola* ſunt corporis & ſanguinis Dominici ſub his latentium? Poſtremò, corpus & ſanguinem illic eſſe quodammodò ſenſibus noſtris expoſitum, nónne *ſymbola* ſunt eorum quæ cerni non poſſunt niſi oculis fidei? Tantum de mendacio *panis ſymbolici*. In *Adagiis*, nimirum in *dulci bello inexpertis*, deploro vesaniam *Chriſtianorum*, qui ſic inter ſe belligerentur, quum ex eodem veſcantur pane, & eâdem calicis ſint participes. In *Querimonia Pacis* hæc mea ſunt verba, *Ethnicis etiam ſancta eſt amicitia, quam menſa communis conciliavit: & Chriſtianos cœleſtis ille panis, ac myſticus ille calix, non continet in amicitia, quam ipſe ſanxit Chriſtus?* Ac paulò inferiùs, *Audet quiſquam ad ſacram illam menſam, amicitiæ ſymbolum, audet ad convivium pacis accedere, qui bellum deſinat in Chriſtianos?* Hactenus mea recenſui. Voco ſumptionem corporis & ſanguinis Dominici, ſymbolum myſtici corporis conjuncti capiti *Chriſto*, & membrorum inter ſeſe concordiam. Ubi nunc ſunt igitur illa verba, quæ excludunt veritatem corporis & ſanguinis *Chriſti*? Nec cauſari poteſt ſalaria metúſque Principum (quanquam

quam & hoc inſigne mendacium eſt, quum ego hoc nomine ſalarium ab ullo Principe ut non accepi nec ambii, ita nec ambiam nec accipiam) ſiquidem hæc mihi ſcripta ſunt rebus adhuc tranquillis, quum nemo ſuſpicaretur exoriturum tam effrontem, qui *Vuiclevi* ſententiam auderet revocare. Verum eſto, fuerit hic meus cavillator delapſus ab aſino, certâ memoriâ profert ex *Euchiridii Cauſæ quinto*, per quæ demonſtret quid eclem in corde. Illic docere ſtudeo ſemper à viſibilibus & carnalibus proficiendum ad inviſibilia & ſpiritualia. Verba mea, quæ hic artifex pro ſuo commodo depravavit, ſic habent, *Et, ut apud* Joannem *ipſe dixit* Chriſtus, Caro non prodeſt quicquam, ſpiritus eſt qui vivificat. *Mihi quidem religio fuiſſet dicere*, Non prodeſt quicquam, *ſatis fuerat ſuorum, Caro nonnihil prodeſt, ſed multò ampliùs ſpiritu. Nunc ipſa dixit Veritas*, Non prodeſt quicquam, *adeóque non prodeſt, ut, juxta* Paulum, *mortifera ſit, niſi ad ſpiritum referatur. Alioqui vel ad hoc utilis eſt caro, quòd infirmitatem noſtram quaſi gradibus quibuſdam ducit ad ſpiritum. Corpus ſine ſpiritu non poteſt ſubſiſtere, ſpiritu corpore nihil eget. Quòd ſi*, Chriſto *auctore, tanta res eſt ſpiritus, ut ſola vivificet, huc tendendum, ut in omnibus literis, omnibus actibus ſpiritum reſpiciamus, non carnem. Et ſi quis obſervarit, animadvertet hoc unum eſſe, quò nos vocat, inter Prophetas præcipuus* Eſaias, *inter Apoſtolos* Paulus, *qui nullâ penè epiſtolâ non hoc agit, nos inculcat, Nihil fidendum eſſe carni, in ſpiritu eſſe vitam, libertatem, lumen, adoptionem, & fructus illos optabiles quos enumerat: carnem ubique contemnit, damnat, diſſuadet. Attende, & deprehendes hoc idem paſſim agere præceptorem noſtrum* Jeſum, *dum in tollendo de puteo aſino, in illuminando cæco die Sabbati, in confricandis ariſtis, in non lotis manibus, in conviviis peccatorum, in parabola Phariſæi & Publicani, in jejuniis, in fratribus ſecundùm carnem, in gloria* Judæorum *quòd eſſent filii* Abrahæ, *in muneribus offerendis, in orationibus, in phylacteriis dilatatis, multiſque ſimilibus locis contemnit carnem legis, ac ſuperſtitionem eorum, qui malebant eſſe* Judæi *in manifeſto quàm in occulto. Et quum dicit mulierculæ* Samaritanæ, Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque *Hieroſolymis* adorabitis Patrem: ſed venit hora, & nunc eſt, quum veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. *Idem facto ſignificavit, quum in nuptiis aquam frigidæ & inſipidæ literæ vertit in vinum ſpiritus, ad vitæ uſque contemptum animas inebrians ſpirituales. Et nè magnum putes quòd iſta contempſit* Chriſtus, *quæ modò commemoravimus, imò contempſit & carnis ſuæ manducationem, & ſanguinis potum, niſi & ſpiritualiter edatur atque bibatur. Quibus enim putas iſta loquutus eſt*, Caro non prodeſt quicquam, ſpiritus eſt qui vivificat? *Nempe non iis qui Evangelio de collo ſuſpenſo, aut cruce æreâ, ſe tutos ab omni malo putant, idque perfectam religionem exiſtimant: ſed quibus ſummorum myſteriorum de ſumendo corpore ſuo aperuerat. Si res tanta nihil eſt, imò ſi perniciosa, quid eſt cur ullis aliis rebus carnalibus fidamus, niſi adſit ſpiritus? Tu fortè quotidie ſacrificas, & tibi vivis, neque ad te pertinent incommoda proximi tui, adhuc in carne es ſacramenti. Verùm ſi ſacrificans das operam id eſſe quod illa ſumptio ſignificat, putà idem ſpiritus cum ſpiritu* Chriſti, *idem corpus cum corpore* Chriſti, *vivum membrum eccleſiæ; ſi nihil amas niſi in* Chriſto, *ſi omniatua bona putas omnibus eſſe communia, ſi omnium incommoda tibi perinde ut tua dolent, ita demum magno fructu ſacrificas, nempe quia ſpiritualiter. Si te ſentis in* Chriſtum *quodammodo transfigurari, & jam minùs minúſque in te ipſo vivere, ſpiritui gratias age, qui ſolus vivificat. Multi quot quoque die ſacris adfuerint numerare ſolent, atque hâc tanquam re maximâ freti, quaſi nihil jam præterea debeant* Chriſto, *ita templis egreſſi ad priſtinos mores redeunt. Quòd carnem pietatis amplectuntur laudo, quòd illic conſiſtunt non laudo. Peragatur in te, quod illic oculis repræſentatur. Repræſentatur mors capitis: excute te intus in ſinu, quod aiunt, quàm propè ſis mortuus mundo. Quòd ſi te totum adhuc poſſident ira, ambitio, cupiditas, voluptas, invidia; etiamſi contingas altare, procul tamen abes à ſacro. Occiſus eſt pro te* Chriſtus, *macta & tu pecudes iſtas, ſacrifica temetipſum illi, qui pro te ſemet immolavit Patri. Hæc ſi nè cogitas quidem, & in illis confidis, odit Deus pinguem tuam & craſſam religionem.* Hæc mea verba ſunt in *quinto Canone*: quæ iſte truncatim ac depravatè retulit, quo magis ſervirent calumniæ. Hic appello Lectorem ſanæ mentis, num in his ullam vocem audiat, quæ arguit me ſentire in Euchariſtia non eſſe verum corpus & ſanguinem *Chriſti*. Quo provocem homines à viſibilibus ceremoniis ad profectum ſpiritualem, oſtendo in omnibus ceu carnem quandam eſſe & ſpiritum, hoc eſt viſibile quiddam & inviſibile: ſed inviſibile, quod vulgus mortalium negligit, longè præſtantius eſſe eo quod videtur, quemadmodum in homine potior eſt anima quàm corpus: atque hanc ſententiam catholicam tracto per omnes rerum ſpecies, ſermonem Dei, in quo fruſtra elementorum figuræ tangunt oculos, voces feriunt aures, niſi ſecretâ vi tangatur ac feriatur cor: In jejunio fruſtra corpus arcetur à cibis, ſi animus non temperat à pravis cupiditatibus, atque item de cæteris: idem declarans & in novæ legis ſacramentis, nominatim Baptiſmo, Euchariſtiâ & Unctione. In Euchariſtia ſunt elementa quæ oculos, tactum, olfactum, ac palatum movent: ſunt verba quæ feriunt aures: eſt ſumptio corporalis quæ cernitur; verùm in his non eſt ſpes ſalutis, niſi accedant ea quæ non videntur. Ea partim ſunt muneris, partim congruentiæ, partim exempli. Muneris ſint fides reliquáque Spiritûs dona, quæ per elementorum viſibilium miniſterium infunduntur. Congruentiæ ſunt, ad quæ reſpondent ſigna ſacramentorum viſibilia, velut in Matrimonio repræſentatur ineffabilis illa conjunctio divinæ naturæ cum humana in *Chriſto Jeſu*. Item individua ſocietas myſtici corporis, quod eſt eccleſia, cum capite *Chriſto*. Exempli, ut in Euchariſtia ſignificatur immenſa *Chriſti* charitas erga genus humanum, pro cujus ſalute ſemetipſum in mortem tradidit, ut nos mutuâ charitate Redemptori reſpondeamus ſignificatur arctiſſima ſocietas *Chriſtianorum* inter ipſos, vel quòd ex multis granis unus conficitur

panis,

panis, & ex multis uvis confluit vinum: vel quòd cibus potúsque communis amicitiæ sodalitatísque symbolum sit. In his igitur qui præfert id quod est invisibile, visibilibus elementis, an is tollit elementorum veritatem? An qui in Matrimonio præfert conjunctionem animorum, tollit conjunctionem corporum? Et qui Baptismo visibili præfert fidei donum purificans corda, num tollit aquam, verba, & ministerium sacramenti? In Unctione, qui fidem & Spiritûs sancti gratiam anteponit oleo, num is negat illic esse oleum? Et in Pœnitentia qui præfert odium peccatorum, fidem, & gratiam sancti Spiritûs condonantem peccata, an negat illic esse verba & impositionem manus? Imò nè quis suspicaretur à me damnari quod est in sacramentis aut exercitamentis pietatis visibile, nominatim his verbis admoneo Lectorem: *Quòd carnem pietatis amplectuntur laudo, quòd illic consistunt non laudo.* Rursus aliquanto post: *Non damnantur opera corporalia, sed præferuntur invisibilia. Non damnatur cultus visibilis, sed non placatur Deus nisi pietate invisibili. Jam quanquam in synaxi non est corpus sensibus obnoxium, tamen res est quæ sentiri potest, eóque nec hujus præsentia prodest, nisi adsint illa quæ naturâ sunt invisibilia.* Jam mihi vide quàm stupidus ratiocinator sit, qui scripsit hunc libellum. Si negat in Baptismo adesse veram aquam, qui dicit aquæ tincturam inutilem, nisi adsit invisibilis gratia Spiritûs, ego negavi in synaxi esse verum *Christi* corpus, quia docui corporalem sumptionem corporis & sanguinis Dominici nihil prodesse, vel obesse potiùs, nisi spiritualiter sumamus. Qui ex talibus argumentis tales colligunt sententias, nónne iidem possent ex vite colligere carduos, ex ficu sorba? Nemo magis asseverat in synaxi substantiam corporis & sanguinis Domini tegi speciebus visibilibus, quàm *Thomas Aquinas*. Et tamen ille docet eadem quæ nos docemus in *Canone*, nihil prodesse carnem sacramenti, si desit gratia spiritualis. Nónne idem docet *Paulus*, admonens, ut *se quisque examinet, nè indignè accedens ad mensam Domini, condemnationem sibi edat bibátque*? Porrò, quòd *Paulus* contempsit carnem *Christi*, dicens, *Etsi Christum novimus secundùm carnem, sed jam non novimus*: non est negantis *Christi* veram carnem pro nobis immolatam ac resuscitatam, sed præferentis id quod magis conducit nostræ saluti. Qui diligentiùs curat animi quàm corporis salutem, non abjicit corpus, sed præfert animum. Contemnimus pravas cupiditates, contemnimus & plumbum præ gemmis. Cogita mihi, Lector, quàm hic sibi persuaserit, idiotis nihil esse sensûs humani, qui non veretur has nænias in vulgus edere, perinde quasi subus & asinis ista scribat, non hominibus. Et audet homo perfrictæ frontis, etiam mediocri præditos ingenio ad hujus argumentationis spectaculum invitare, nimirum testes futuros, quàm ipse nihil videat qui hæc scripsit, deinde quàm impudenter mea verba truncârit, inverterit, ac depravaverit. Cæterùm *Enchiridii* libro sic arrogat fidem, quod ante multos annos scripserim, nondum oborto Principum metu. Imò & carmen de summa fidei scripsimus ante multos annos: nullo terrore minante. Cur carmini non creditur, & *Enchiridio* creditur? Nec mutavi senex sententiam quam habui juvenis, nisi quòd nunc variis argumentis in utramque partem vacillare possem, nisi me confirmaret autoritas ecclesiæ. Quum scriberem *Enchiridium*, adeo non dubitabam de veritate corporis & sanguinis, ut diversi opinionem nè per somnium quidem unquam tetigerit animum meum. Commentus est & alteram rationem, quâ mihi fidem abroget, etiam si scribam adversùm ipsius opinionem, significans me hoc fulminum metu majestatis Cæsareæ ac fulminis Pontificii: id quo fiat probabilius, facit me meticulosum, videlicet juxta præcepta Rhetorum, crimen jungens naturæ vitium. Cæterùm vir pius non vult contemni formidolosos, sed fòveri, precibúsque sanctis juvari, quo robur colligant. Hujusmodi nænias gannit ille nugator, perinde quasi stultis indicram agat fabulam, ac non potius de re maximè seria tractet apud populum Christianum. Certè timiditatem ab alio quovis potius opprobrari decebat, quàm ab isto, qui sine libello non est ausus nomen suum ascribere, quod ego, quamvis formidolosus, sum ausus in omnibus meis libris, in quibus de Principibus, Episcopis ac Monachis, multa libertinè vel reprehendo vel moneo. An non ridiculè miles è manibus convicia jaculans, & in ruèo latrans, in acie versantibus exprobret ignaviam? Aut Turpo post fratris clypeum delitescens, *Trojam* appellat formidolosos? Sed bona timiditas est quæ cohibet à peccando. Sic enim respondit philosophus ille cuidam objicienti timiditatem, *Proindè*, inquit, *non pecco*. Haud sitè perpendit, quantum intermittat inter temeritatem & fortitudinem, inter timiditatem & prudentiam aut religionem. Turbare res humanas nullo fructu pietatis, temeritas est, non fortitudo. Suscipere negotium cui par non sis, audacia est, non pietas. Palàm apud alios asseverare quod ipse tibi nondum persuaseris, stultitia est. Reclamante conscientiâ profiteri cum periculo capitis quod non insedit animo tuo, demens est. Impugnare quod tot seculis ecclesiæ consensu receptum est, impietas est. Qui novam fingit qui spiritum, qui revelationem jactat, fac professionis rationem reddant ecclesiæ Dei. Mihi gregario homunculo satis est ecclesiæ dictum sequi, præsertim quum scripturarum autoritas fiet à nobis, à cujus rectâ pronunciatione, cur ad nutus deflectamus, nullam satis gravem video causam. Sed accipe aliud lemma, simile superioribus. *Si diversum*, inquit, *sentiat, librum scribat adversus eos qui negant veritatem corporis & sanguinis in Eucharistia.* Quasi verò mihi non liceat quod scribam, aut quasi desint qui scribant libros ad hanc provinciam me longè magis idoneos. Eorsus eram & ipse inter primos: operis huius videre non pauci: sed pia gravisque causa mihi persuasit ut abstinerem; nisi fortè levis aut nulla est, qui consulit publicæ tranquillitati, vitæque tumultum. Mihi & operis suscepti fides, & causæ justissima ratio constat apud viros bonos & eruditos: nisi fortassis & hanc vocabunt timiditatem. Orent illi pro timidis, nos orabimus pro temerariis, ut Deus adimat illis audaciam, & addat sapientiam Evangelio dignam. Flaccum non fortis prodidit stultitiam suam, nisi clarioribus eius argumentis eam traducat, ac, nè quid non audeat vir fortis absque nomine, profert in vulgus pecanum, quod clam actum est inter incptum Senatum *Basiliensem*, & doctos aliquot, inter quos

quod error hominum me quoque admiscuit. Meam sententiam (quoniam *Germanicè* nescio) *Latinè* dedi: quam iste suo more depravatè refert. Talis enim à nobis prodita est hisce verbis:

"S. P. *Magnifici Domini, Celsitudinis vestræ horatu perlegi librum Joannis Oecolampadii de verbis cœnæ Domini, meâ sententiâ doctum, disertum, & elaboratum, adderem etiam pium, si quid pium esse posset, quod pugnat cum sententia consensuque ecclesiæ, à qua dissentire, periculosum esse judico.* Hic putat rem esse mirè evidentem: *Vides hic*, inquit, *quid dicat bonus ille vir, modò velis intelligere.* Quid hic dico, vir non bone? In eo libello tria probo, doctrinam, argumentandi dexteritatem, & curam. Quoniam autem illic multa insunt quæ piè dicuntur de sumptione corporis & sanguinis Dominici, quæ nec me legisse pœnitet, libenter & pium pronunciâssem, nisi dogma defenderet, quod ecclesia velut impium damnavit. An ideo sentio cum *Oecolampadio*, quod civilitate temperavi sententiam? Dari solet hoc his de quibus spes est, futurum, ut se vertant ad meliorem frugem. Datum est idem à me & aliis peculiaribus causis, quas hìc referre non expedit. An plus ponderis erat habiturum meum judicium, si pronunciâssem librum hæreticum, impium, pestilentem, non modo dignum incendio? Dixi quod sensi, & hoc majore cum fide, quòd sine affectibus. Nam tria illa elogia, *doctum*, *disertum*, & *elaboratum*, poteram & *Porphyrii* seu *Arii* libris tribuere. An ille sentit eum esse formosum, cujus faciem dicit alienam ab omni forma? Itáne diritem pronunciaret, qui sic loqueretur: *Hic opulentus esset, si tantum possideret quantum optat?* Aut bonum virum pronunciaret, qui sic loqueretur: *Dicerem hunc esse bonum virum, si pareret rationi potius quàm affectibus?* Equidem arbitror hunc syllogismum collecturum, Vinum esse dulce, si quis dixerit amarum.

Prodidit arcanum Senatus, nunc periculum est nè prodat seipsum homo futilis. Addit me privatis quibusdam literis ad amicos datis scripsisse, nunquam fuisse ejus opinionis, ut crederem in synaxi nihil esse præter signa corporis & sanguinis Dominici. Scripsi quidem, sed ad illos qui mendacium hoc instillârant primùm clanculum amicorum auribus, mox etiam in rumorem verterant. Et in his epistolis nullum est verbum non ex animo scriptum, quod ad me quidem attinet: Harum aliquot, quoniam eâdem fide sunt editæ, quâ liber hic recitat citátque mea, curabimus eas excudendas, ut ab utrisque scriptæ fuerunt, nominibus etiam additis. Ex illis apparebit idem fuisse studium ejus qui rumorem illum seminârat, & hujus qui nugacissimum hunc libellum sparsit in vulgus. An idem rumoris ac libelli sit autor, alii viderint, meâ non magni refert. Quæ nugatur interea de duplici interpretatione verborum, *Caro non prodest quicquam*, quoniam nihil faciunt ad id quod hìc agitur, sciens prætereo.

Rediens ad me, offundit nobis agmen locorum, ex quibus liqueat me sentire cum *Vuielevitis* de Eucharistia. Primus est in annotationibus quas scripsi in *Marci* caput decimum quartum. Illic nihil annoto nisi duo, quorum alterum est benedicere non esse quod vulgo dicunt, manu motâ pingere crucis imaginem, sed, verba boni ominis dicere, hoc est, laudare Deum, eique precari gloriam & honorem, aut gratias agere. Alterum pertinet ad verba quibus dicitur *Christus* consecrâsse panem & vinum, quæ sic referuntur à *Marco*, ut in consecratione calicis videantur esse pronunciata, postquam Apostoli biberant. Quo quidem in loco Theologi respondent, per tropum inversum narrationis ordinem. Verba mea subscribam ex Annotatione: *Qui pro multis effundetur*, indico *Græcis* ἐκχυνόμενον posse legi sensu præsentis temporis, id est, *qui pro multis effunditur. Jam enim*, inquam, *hoc repræsentabat, quod paulò post esset futurum. Qui tantopere asseverant quibus verbis Christus consecraverit, quum id nusquam expressè legatur, hunc annotent locum, quo res ita narratur, quasi* Christus *prius poculum porrexerit, deinde ubi bibissent, tum demum dixerit:* Hic est calix, &c. *Sic enim habent verba Evangelistæ*, Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, *& ait illis:* Hic est sanguis meus, &c. *Et subjicio*, Quanquàm hac in re nolim esse perversè contentiosus, quum locus excusari possit per figuram προθύστερον. Hactenus ad verbum bonâ fide mea recensui, in quibus vides, Lector, nè syllabam quidem esse, quæ significet in Eucharistia non esse verum corpus Domini. De calice loquuntur quæ recitavi, de corpore nulla illic mentio. Quo magis admiror oscitantiam hujus scriptoris, qui nè lecto quidem loco, blaterat quicquid in buccam venerit. Tractatur idem locus *Matthei* XXVI. nec illic ullum est verbum in Annotationibus, quod vel minimam suspitionem possit gignere. Rursum *Luc.* XXII. ac nè hìc quidem ulla vox est, quam possis in suspitionem trahere. Alius locus est in Paraphrasi, in prioris ad *Cor.* cap. X. & XI. ubi jactat me palàm multisq; verbis satis significare in Eucharistia esse panem & vinum, quæ voco *symbola*, hoc est signa aliquid declarantia. Illic in decimo capite exponens Apostoli sermonem de esca & potu spirituali, quam *Judæi* quoque comederunt ac biberunt spiritualiter, loquor his verbis: *Nos quoque baptismo purgati sumus, ex aquo sacrosancti corporis cibo vescimur, de calice mystico bibimus omnes.* Ac mox, *Christus hæc in illis tum præludebat, quæ nobis palàm ac verè præstitit.* Hactenus ibi. Nónne hìc est mentio sacrosancti corporis? Nónne profiteor nobis in Eucharistia verè ac palàm exhibitum, quod *Judæis* exhibitum est in figuris? Rursum aliquanto inferius: *Nónne*, inquam, *poculum illud sacrum, quod nos in memoriam mortis Christi cum actione gratiarum sumimus & consecramus, consortium arguit, quod pariter sanguine Christi sumus redempti?* Rursum, *Sacer ille panis, quem exemplo jussúque Christi partimur inter nos, arguit fœdus ac societatem summam inter nos, velut iisdem Christi sacramentis initiatos, &c.* Quid hic est quod sinistram præbeat suspitionem? An quod prius dictum *sacrosanctum corpus Dominicum*, mox appello *panem?* Quid ni id faciam Paraphrastes, quum idem non semel faciat *Paulus*, quem explano? Imò hoc nomine justiùs reprehendi poteram, quod consecrandi verbum addo de meo, veluti bifariam exponens *Pauli* sermonem: *Cui benedicimus.* Frivolum enim est quod quidam argutatur, consecrandi verbum non ex animo, nec sine tædio adjectum, quum duobus verbis ut dixi, geminam indicarim interpretationem.

Unus ſenſus eſt, *Cui benedicimus*, id eſt, *pro quo gratias agimus*. Alter, *Cui benedicimus*, id eſt, *quem conſecramus*, ut hic propriè pertineat ad ſacerdotes. Prior interpretatio placuit veteribus, nominatim *Theophylacto*; poſterior à recentioribus adjecta eſt, & ideo hanc ſecundo loco ſubjicio. Quid autem obſtabat illi conſecrandi verbum? An quicquid conſecratur ſtatim in aliam rem vertitur? Nónne cerei conſecrati manent cerei, & parietes conſecrati manent lapidei? Quorſum in re ſeria conferunt argumentationes tam pueriles? Item aliquanto inferiùs: *Non poteſtis*, inquam, *ſimul bibere de ſacroſancto poculo Chriſti, & execrabili poculo dæmoniorum; nec poteſtis menſæ Dominicæ participes eſſe, ſimulque menſæ dæmoniacæ.* Utor verbis quibus utitur *Paulus*, niſi quòd eandem ſententiam ob ſimpliciores craſſiùs explano, quantum Paraphraſtæ ſatis eſt. Neque enim illic diſputo de cœna Dominica, nec ſatis adhuc conſtat, an *Paulus* illic propriè loquatur de conſecratione corporis & ſanguinis Dominici. Nam opinor non ſemper Apoſtolos conſecrâſſe, quoties diſtribuebant panem, aut calicem porrigebant in memoriam Dominicæ mortis. Verùm hac de re nihil aſſevero, præſertim quum nihil attineat ad id quod nunc agitur. Poſteaquam igitur palàm factum eſt, quod hoc calumniæ rete nihil attraxerit, veniemus ad caput undecimum, in quo nunc voco panem & calicem, nunc corpus & ſanguinem Domini, videlicet *Paulum* imitans, cujus ſum Paraphraſtes, dico id fieri in commemorationem mortis *Chriſti*. Sic enim nos docuit in evangelio Dominus, ſic docet *Paulus* dicens, *Mortem Domini annunciabitis donec veniat*. Video tantum Apoſtolum in tanto myſterio religioſiſſimè fuiſſe loquutum: ejus religionem ſum imitatus ut decuit Paraphraſten, niſi quod ſæpiùs appello corpus Domini quàm ipſe *Paulus*. Annotabo loca, nè quod videar refugere. Primus ſic habet: *Nam ipſe ut Apoſtolus accepi à Domino quod & tradidi vobis, nimirum quòd Dominus noſter Jeſus, ſub eam noctem, quâ per diſcipulum proditus eſt & captus, accepit panem, & gratiis actis Deo, fregit panem, ac dixit, Sumite, edite, hoc eſt meum corpus, quod pro vobis frangitur omnibus impartiendum. Hoc quod me facere videtis, poſthac & vos facietis in memoriam mei.* Ac mox, *Ad eundem modum poſt diſtributum panem, & poculum ſumpſit in manus, cœnâ jam peractâ, dicens: Hoc poculum novum eſt teſtamentum per meum ſanguinem, ex hoc quoties bibetis, in mei memoriam facite*, &c. Ac mox iterum, *Chriſtus hoc convivium mortis ſuæ commemorationem, & æterni fœderis ſymbolum eſſe voluit, quum nunc per luxum ac diſſenſionem apud vos celebretur. Myſticus eſt panis, cujus ex æquo participes eſſe debent omnes: ſacroſanctum eſt poculum ad omnes ex æquo pertinens, haudquaquam paratum ad placandam corporis ſitim, ſed ad arcanæ rei repræſentationem, nè vobis veniat in oblivionem, quo pretio ſitis à priſtinæ vitæ vitiis redempti. Proinde quoties ad edendum hunc panem, aut bibendum ex hoc poculo convenitis, non ventris negotium agitis, ſed mortem Domini Jeſu, myſtico ritu repræſentatis, cujus jugis memoria vos in officio contineat, donec ipſe rurſus advenerit judicaturus orbem.* Hactenus ex Paraphraſi recenſui. Hic unguem latum non digredior à ſententia *Pauli*. Quum enim *Paulus* dicit *panem hunc*, ipſo Pronomine ſignificat illum non eſſe vulgarem panem. Hoc explicans aio, *Myſticus eſt panis, & ſacroſanctum eſt poculum.* Quod *Paulus* ait, *Mortem Domini annunciabitis*, ſic explico: *Mortem Domini Jeſu myſtico ritu repræſentatis.* Quod ille dicit, *Donec veniat*, ſic explano: *Donec ipſe rurſus advenerit judicaturus orbem.* Nihil horum non ſatebuntur eſſe religioſè dictum, qui maximè cum *Thoma Scotóque* ſentiunt. Nam Dominus in Evangelio *Joannis* ſeipſum *panem* vocat, qui de cœlo deſcenderit: unde nihil abſurdi, corpus Domini in Euchariſtia vocare *panem*. Quòd ſi quis urgeat argumentum ex commemorationis vocabulo, non mecum agat, ſed cum ipſo Domino *Paulóque*, qui ſic loquuntur. Rurſus ſi quis ex hiſce verbis, *donec veniat*, argumentetur, *Chriſtum non venturum in terras, dònec redeat glorioſus ad judicium:* non excutiam quàm hæc argumentatio ſit ridicula, quaſi *Chriſtus* ſibi terris interdixerit, aut quaſi loquatur de ſecreto ac ſpirituali adventu, ac non potiùs de manifeſto, quo venturus eſt & impiis & piis omnibus conſpicuus. Certè mecum agi non poteſt, qui à ſacris verbis non diſcedo. Si quem movet quòd ante cum *Paulo* dixi *panem & calicem*, eundem movere debet, quod hic cum *Paulo* voco *corpus & ſanguinem Domini*. Sequitur enim in Paraphraſi, *Qui corpus & ſanguinem Domini ſecus tractârit quam ipſe tractari juſſerit.* Ac mox, *Licet enim res ſit ſalutifera corpus & ſanguis Domini*, &c. Iterum mox, *Cum tremore ſumendum corpus Domini.* Ubi nunc eſt iſte libellus, qui dicit me vocare *panem & vinum*, eáque eſſe *ſymbola*, hoc eſt, ſigna rerum? Perinde enim facit me loqui, quaſi nuſquam appellârim *corpus & ſanguinem Domini*; quum id toties faciam in hoc ipſo capite. Deinde ſic proponit artifex me vocâſſe *ſymbola*, quaſi *panem & vinum* intelligi velim ſigna *corporis & ſanguinis Dominici*: quum ego palàm exprimens quid ſentiam, appellem *ſymbolum æterni fœderis*. Verba mea ſic habent: *Chriſtus hoc convivium mortis ſuæ commemorationem, & æterni fœderis ſymbolum eſſe voluit.* Non appello *corpus & ſanguinem ſymbola*, ſed ipſam *ſumptionem* appello *ſymbolum* concordiæ inter nos, & memoriale ſacratæ mortis quâ redempti ſumus. Vides hîc, optime Lector, quos fumos nobis objecerit iſte ſtultiſſimus libellus. Jam quod ait me *ſanguinem* appellare *vinum*, manifeſtiſſimum eſt mendacium. Cum *Paulo* voco *calicem* aut *poculum*, *vinum* nuſquam: non quòd in his verbis non poſſit accipi ſanus ſenſus, ſed quòd hunc ſermonem nec in Evangeliis, nec in Apoſtolicis literis inveniam. Nihil ſupereſt, niſi quòd poſſet aliquis cavillandi ſtudioſus dicere: Quum hîc tot verbis tractes materiam Euchariſtiæ, cur nuſquam apertè pronuncias eſſe illic ſubſtantiam corporis & ſanguinis? Reſpondeo paucis; me illic Paraphraſim ſcribere, non diſputationem: deinde quum illa ſcriberem, nemo vocabat in controverſiam quod nunc diſceptatur, nec ego quicquam minus expectabam quàm hoc futurum. His itaque relictis, quæ nec Paraphraſi ſatis congruebant, nec erant cuiquam ambigua, ea tractavi quæ faciebant ad *Paulini* ſermonis intellectum. Supereſt unus locus in Actis Apoſtolicis in quo perſtrictâ

fronte prædicat me eadem multis verbis scribere, quæ scripseram in epistolam *Pauli* modò citatam. Quo mendacio nihil esse posse impudentius, non hîc ut intelligas, *Christiane* Lector. Nam in hæc verba *Lucæ*: *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis*, sic scribo Paraphrastes: *Atque in sumendo symbolo fœderis nunquam rumpendi, quam illi communionem vocabant. Id à Domino traditum erat hujusmodi: Frangebatur panis, & ex eo cuique dabatur particula, atque hoc agentes in memoriam Dominicæ passionis, agebant gratias divinæ benignitati, qui per unici Filii sanguinem ipsos expiasset à peccatis*, &c. Tantum illic de communione panis. Nimirum vel me tacente, Lector, intelligis hîc me non eadem scribere quæ scripseram in epistolam ad *Corinthios*. Illic enim appello *corpus & sanguinem Domini*, hîc non ausus à *Luca* verbis digredi, tantum appello *panem*. Si requiris causam: Dicam, Quoniam interpretes ambigunt, utrum hîc loquatur de *corpore & sanguine Christi*, an de *pane communi*. Sic enim habet glossa ordinaria. Proinde sic temperavi sermonem, ut ad utrumlibet sensum sermo possit accommodari. Neque enim semper Dominus consecrabat corpus & sanguinem suum, quoties frangebat aut porrigebat calicem. Quum pasceret hominum turbam in deserto, accepit panes in manus, gratias egit ac benedixit, fregit, dedítque discipulis, utique panem communem, non consecratum in corpus ipsius. Rursus in *Emmaüs* à duobus discipulis agnitus est in fractione panis. Unde conjectant hunc morem ubique Domino fuisse peculiarem in conviviis. Quod apparet & Apostolos fuisse imitatos, non tamen semper consecrantes corpus Domini. Sequitur enim in hoc ipso capite: *Frangentes circa domos panes, sumebant cibum cum exultatione*. Et hic locus tametsi potest de consecratis panibus accipi, tamen hoc interpretes non audent affirmare. Nam *Chrysostomus* & *Beda* locum hunc dissimulant. Sic igitur meam Paraphrasim sum moderatus, ut neuter sensus excludatur, sive de pane consecrato in corpus Domini, sive de pane communi velis accipere. Verba mea sic habent: *Deinde toto die talibus studiis peracto, per singulas domos frangebant panem, atque invicem capiebant cibum incredibili gaudio, ac synceriſsimâ simplicitate cordis, collaudantes Deum, cujus beneficio tantam gratiam erant consecuti*. Hactenus ibi. Nihil autem prohibet & in distributione panis non consecrati in corpus Domini, esse symbolum aliquod concordiæ *Christianæ*, & commemorationem mortis *Christi*. Quemadmodum & hodie in multis regionibus sacerdos aut æditus populo distribuit panem in multas partes dissectum, quod idem faciunt *Græci* peracto sacro. Et ex *Græcorum* monumentis deprehendimus, domi inter se virgines crebriùs in die solere peragere synaxim. Proinde demiror istum scriptorem, qui voluerit Lectorem ad horum locorum considerationem invitare, in quibus tale nihil invenitur, quale prædicabat copiosè perspicuéque comperiendum. Quoniam autem in calce libelli scribit, alia multa esse loca in scriptis meis, quibus indico me sentire cum istis, proferam unum aut alterum locum ex Paraphrasibus, in quibus hæc materia tractatur, si quid fortè excidit mihi, quod ullam præbeat suspitionem malevolis. Certè nisi scriptor hic fuisset incogitans, justiorem ansam habebat ex Paraphrasi mea in caput *Matthæi* XXVI. ubi, *Paulum* sequutus, appello *panem*, sed eodem in loco appello *corpus & sanguinem*. Porrò, quòd illic dico non esse aliam hostiam expectandam pro peccatis, nihil aliud dico, quàm *Christum* non amplius moriturum, sed satis esse pro redemptione generis humanæ semel esse mortuum. Quod idem prædicat ipse S. *Thomas*, qui fortissimè asserit missam esse sacrificium, & in syntaxi esse substantialiter corpus Domini. Rursum *Marci* capite XIV. pari religione tracto locum. Sumptionem corporis & sanguinis appello sacrosanctum symbolum mortis Dominicæ, perpetuíque fœderis, nec involvo rem fumis verborum, nè quisquam suspicari possit me secus sentire de Eucharistia, quàm nobis tradidit ecclesia. Item *Lucæ* capite XXII. tractans in Paraphrasi locum hunc, sumptionem corporis & sanguinis Dominici voco sacrum symbolum, quo Dominus consecrârit novum testamentum. Vetus enim sanguine pecudis consecratum erat, novum sanguine agni immaculati. Nec hîc dico panem symbolum corporis, aut vinum symbolum sanguinis, sed ipsam consecrationem ac sumptionem appello symbolum. Cujus rei? Nempe ejus quam aliis in locis frequenter explicui, mortis Dominicæ, & nostræ concordiæ. Rursum explanans illud, *in mei memoriam*: scribo hunc in modum, *Mors mea non iterabitur. Sufficit enim unica victima pro peccatis omnium seculorum. Sed vos vobis hujus meæ cœnæ vos charitatis memoriam frequenter renovabitis*. Ac mox de sumptione nostra subjicio: *Erit enim hoc sacrosanctum signum fœderis inter nos initi*. Hîc adverte Lector: Non dico panem signum corporis, quod sumosus ille scriptor videri vult, sed ipsam consecrationem ac sumptionem appello signum fœderis inter Deum & nos. Hæc eadem si docet S. *Thomas*, fortissimus assertor substantiæ corporis in Eucharistia, unde somniator iste colligit me diversum innuere? Nisi quod hoc esse verum supra modum cupiebat: *Et qui amant, ipsi sibi somnia fingunt*. *Joannis* capite XIII. de cœna sic loquor in Paraphrasi: *Posteaquam igitur suprema illa & mystica cœna peracta esset, in qua dato corporis & sanguinis sui sacro symbolo, perpetuam sui memoriam pacturus erat, & amicitiæ nullis unquam modis intermorituræ fœdus sancire constituerat*, &c. Hîc datum corpus & sanguinem appello sacrum symbolum, non panem aut vinum, nimirum sentiens ipsam porrectionem esse symbolum amicitiæ nunquam interrumpendæ. Atque id quidem ex aliis Evangelistis adjeci, quum *Joannes* consecrationem & sumptionem non explicet. Si mihi non placuisset corporis & sanguinis mentio, licebat hîc omittere, & aliis in locis ubi non licebat, aliquo commento rem in alium sensum deflexisse. Rursum *Joannis* VI. ubi Dominus per ænigmata commendat cœlestem doctrinam suam, & juxta nonnullos etiam corporis & sanguinis sui sumptionem in sacramento, quum mihi liceret priorem duntaxat interpretationem sequi, tamen hæc addo: *Panis vitalis est & hæc caro, quam videtis, quam impendam ac tradam in mortem, pro redimenda totius mundi vita, credite, sumite, & comedite*. Tum aliquanto inferius clariùs

rius etiam loquutus de societate corporis & capitis, subjicio: *Atque hujus societatis vobis mysticum symbolum relicturus sum carnem meam & sanguinem meum, quod nè ipsum quidem sumpsisse profuerit, nisi secundùm spiritum sumpseritis.* Appello carnem & sanguinem in Eucharistia relictum mysticum symbolum, nimirum arcanæ communionis, quæ inter *Christum* & ecclesiam, quæque est mystici corporis inter membra. Quis hoc orthodoxus negat? Atqui libellus hic offundit fumos, quasi symboli nomine sentiam panem & vinum esse signa corporis & sanguinis, quæ revera non adsint. Qui talibus officiis conturanimis simplicium imponere, immane quantum abest à simplicitate Evangelicæ Columbę, similior Polypi subinde speciem variantis. Restat unus tantum locus in Annotationibus in 1. *Cor.* Ca. 11. qui patuit cujusdam, sed hominis stupidissimi, calumniæ, qui lapsus erat in sensu Grammatico, quod nobis jam nimium frequenter usu venit. Verùm in hoc loco tantùm attingitur quæstio, quibus verbis Dominus consecrârit corpus & sanguinem suum. Imò recitatur sententia S. *Thomæ*, qui pronunciârit hæreticam opinionem eorum, qui negant in Eucharistia adesse verum corpus & sanguinem Domini; nec à nobis improbatur. Abundè patefeci quàm nihil hic libellus habeat nec mentis nec frontis, qui sic agit quasi nemo mortalium legat meas lucubrationes, quæ protinus coarguant ipsius nænias. Et in fine videlicet interpretatur gravis autor, quid sentiam quoties appello corpus Domini, aut quoties missam appello sacrificium, méque vult sensisse videri quicquid ipse somniârit. Quantum huic scriptori tribuendum censeas, optime Lector, nescio; res ipsa loquitur eum magis idoneum qui pascat porcos, quàm qui scribat libros. Addam unum argumentum, In meis lucubrationibus nihil inveniri, quod errorem habeat de veritate corporis & sanguinis Dominici. Quum tot extiterint meorum operum iniquissimi censores, qui nihil non trahant ad calumniam, nullus tamen exortus est, qui hoc nomine mihi facesseret negotium, præter unum *Bucentam*, quovis *Coræbo* stupidiorem, quem nunc opinor pudet ejus næniæ. Postremò, lubens rogârim hunc scriptorem, quo consilio fuerit adductus ad hasce nugas in vulgus emittendas? An ut me perpelleret ad profitendum si quid fortè celem in pectore, quod ob metum Principum profiteri non audeam? hoc enim iste comminiscitur. Atqui non potuit hominem formidolosum ullâ machinâ citiùs impellere ad inficiandum quod celar in pectore: piè verò sentientem, quod hac in re certè facio, cogere ad fortiter defendendum, quod sentit, & impugnandum adversarium. An voluit nos ad suam professionem compellere? Persuadeat prius, & profitebor. Sed esto, fingat me obticuisse, & hoc esse falsò persuasum idiotis, me tacitè sentire cum *Carolstadio*: num multitudo peccantium excusat errorem? Et num ideo videbitur omnibus esse verum, quia consentit *Erasmus*? Itáne talibus præsidiis, hoc est, fucis & præstigiis nititur istorum evangelium, & syncerissimæ veritatis doctrina? Verùm ut hunc cum suis ineptiis missum faciamus, audio voces has vulgo quoque jactari, Evangelii victoriam in manibus esse, si velim profiteri quod in sinu celo. Quibus pauciſſimis respondeo, hic

A geminam agi controversiam, De judicio dogmatum, & De moribus hominum. Dogmatum duplex est genus. Primum est eorum quæ nunc controversiam magnóque consensu tenet ecclesia catholica, qualia sunt quæ expressè continentur in sacris literis, & in symbolo Apostolorum, quibus adjungi pariter quæ in Conciliis rite recepta ac peracta decreta sunt. Secundum est eorum de quibus nondum evidenter pronunciavit
B autoritas ecclesiæ, & de quibus inter sese animum disceptant Theologi. Tertium est eorum quæ nobis ut ecclesiæ oracula obtruduntur, quum sint opiniones hominum, frequentes earum conducentes ad rixas & dissidia, minimum aut nihil ad pietatem. In primo genere nihil est quod non semper ingenuè professus sim in omnibus scriptis. Ex secundo genere si quid mihi certè persuasum est, ingenuè profiteor; si quid ambiguum, nec probo nec improbo. Si quid displicet, si nul-
C lum video fructum præter tumultum, mussio. Si video fructûs spem, communico. Hujus generis esse puto, an confessio quam sacramentalem vocant, sit instituta ab ipso *Christo*, an ex sacris literis deprompta, an ex generali ecclesiæ constitutione inducta: qua de re sic suspendo meam sententiam, ut tamen interim observem, perinde quasi *Christus* instituisset. De tertio genere multa admonui, velut indicans doctis excutienda. At isti quærunt de singulis certam & indubitatam sententiam. Verùm a me quærent sententiam de his quæ manifestâ, legitimâ, & publicâ autoritate tradita, receptáque sunt ab ecclesia, non videtur esse pietatis. De cæteris de quibus nondum expressè pronunciavit ecclesia, non est meum, hoc est hominis nec eruditi, nec autoritate publicâ præditi, pronunciare. Quin & in tertia genere satis excusabat me mea imperitia: quam si videor callidè magis pretexere quàm verè profiteri, adversus hos qui fovent novis dogmatibus, gravissimum habeo testem E *Martinum Lutherum*, qui libris editis toties prædicat me nihil scire rei Theologicæ: adversus hos qui favent causæ Pontificis habeo testes quàm plurimos Theologos summi nominis. Proinde tales expostulatores admonere possum, ut mecum citra disceptationem amplectantur, quæ citra controversiam nobis afflatu Spiritus sancti tradidit ecclesia: deinde ut in dubiis aut eos consulant qui scientiâ præcellunt & autoritate, F aut mecum suspensâ sententiâ expectent ecclesiæ judicium: interim in his sua quisque conscientiâ fruatur absque tumultu & offendiculo infirmorum, quemadmodum docuit *Paulus Rom.* Capite XIV. *Unusquisque in suo sensu abundet.* Sed fingant me nihil nescire: quid proderit pronunciâsse, de quibus nunc est controversia? Tot sunt hodie factiones. Num protinus omnes positâ contentione, discedent pedibus in meam sententiam? Nequaquam, sed junctus huic aut illi factioni, nihil aliud quàm renovatum incendium. Quod si dividam moderéque sententiam, id quod solent arbitri, prospicio non alium exitum quàm expertus est ille monachus, de quo refert Ecclesiastica historia, qui quum medius intercurreret inter duos gladiatores in arena commissos, cupiens illorum pugnam dirimere, ab utroque confossus interiit. Porrò, quod attinet ad corruptos ecclesiæ mores, quos nemo

non

non faretur eò prolapsos, ut jam nec vitia nostra, A
nec remedia pati possimus: quid ego vermiculus
aliud possum quàm monere? Monui verò libe-
ùs quam mihi vel conveniat vel expediat. Hinc
nimirum tantus in me fremitus istorum, qui Pha-
risæos nobis referunt. Nec hoc malum simplex
est. Minima pestilentiæ pars ab iis proficiscitur,
qui luxu, libidine, aleâ, venatu, præ se ferunt qua-
les sunt. Magis lædunt ea mala, quæ fuco pieta-
tis obrepunt. In his sunt sacrarum literarum B
dulcedinæ interpretationes, quibus fit, ut regula
in hoc data, ut ad eam omnes corrigant vitam
suam, applicetur ad cupiditates nostras: & lux
in hoc prodita, ut coarguat tenebras humanæ vi-
tæ, prematur modio: atque hoc pacto sepelitur
vigor Evangelicæ doctrinæ, vocantis nos ad hujus
mundi contemptum. Præterea multorum impie-
tas qui potestatem à *Christo* traditum ad ædifica-
tionem ecclesiæ & non destructionem, detor-
quent ad quæstum ac tyrannidem. Ad hæc, con- C
stitutiones quædam ab hominibus ad quæstum
aut dominatum excogitatæ, insuper tot cerimo-
niarum pompæ ab hominibus humano spiritu, ad
hominum gloriam repertæ. Et in his quidem
potissimùm peccare solent Principes, Episcopi
ac Theologi. Cum his æquè peccat vulgus ho-
minum præposterè judicans de rebus plerisque,
plurimi faciens quæ minimum habent momen-
tum, aut officiunt etiam, rursus negligens quæ
sunt præcipua. Hic lævâ mente multitudinis, D
potentes interdum abutuntur ad suum commo-
dum: rursus ipsa multitudo partim adeo tenax
est eorum quibus assuevit, ut etiam si per cor-
datos Episcopos cœperint aliqua verti in meliùs,
reclamet, cœlúmque terræ misceat: partim a-
deo præceps est in malitiam, ut si quid relaxes
Judaismi, non aliter quàm equus excussis habenis
ac sessore, per fas nefásque feratur ad extremam
impietatem, & à *Judaismo* vocatus ad *Christia-*
nismum, rapiatur ad Paganismum. Jam si lues
hæc unam aut alteram civitatem occupâsset, pos-
set bonorum virorum consilio sanari, nunc fatale
malum totam propè *Europam* pervasit, licèt alibi
magis emicet quàm alibi. Quid hic faceret ho-
minis privatum consilium huic aut illi reipublicæ
datum? Res tanta Principum ac civitatum sobri-
um consensum requirit, sed abdicatis interim pri-
vatis affectibus, ac procul ablegatâ temeritate
præcipiti. Quod superest potissimum situm est
in concionatoribus, ac ludorum magistris, qui te-
neram ætatem instituunt, in quibus deligendis
oporteret summam adhibere curam. Dicent, ple-
rosque Principes & Episcopos aliò spectare. Pri-
mum igitur illud secum reputet populus, nè fortè
Deus nostris sceleribus provocatus, tales animos
inferat Principibus, quo nos puniat, id quod cre-
brò legimus factum in literis sacris. Hoc igitur
primum esto remedium, ut suam quisque mali-
tiam agnoscens, vitam emendet, ita fortè Domi-
nus factus ex irato propitius, flectet Principum G
animos ad consilia salubriora. Alioqui querimo-
niis nostris occinet scriptura, Qualis populus, talis
sacerdos, & Regnare feci tyrannos & hypocritas
propter peccata populi. Neque sic est studendum
rebus novandis, ut non consideres, an succedura
sint meliora. Etenim mutatio præter seditionem
quam fere solet adferre, plerunque vergit ad de-
teriora, ea est rerum humanarum infelicitas: non-
nunquam remedia sunt ipsis malis quibus mederi
studemus atrociora. Denique nullo seculo tam fe-
liciter composita fuit res *Christiana*, quin multas,
magnásque querimonias fuisse comperiamus. De
Pseudapostolis, desertoribus & hæreticis quoties
queritur beatus *Paulus*? de Episcopis, Presbyte-
ris, sacris Virginibus, Monachis quàm multa que-
ritur *Hieronymus*? Semper fuit & semper erit quod
pii spirituálesque viri querantur & ferant. Pro-
inde prudentiam in istis desidero qui mutare stu-
dent omnia, nihilo leviùs peccantes, quàm hi qui
mordicùs retinent quicquid receptum est, sive re-
ctè, sive secus: magis etiam in his, qui id conan-
tur simul ac repentè facere, quod nè monarchis
quidem & ecclesiæ primatibus succedurum arbi-
tror. Objiciunt, regnum hoc mundanum sic per
omnes hominum ordines egisse radices, & hoc re-
te sic esse nodis indissolubilibus contextum, ut ab-
rumpi possit, explicari non possit. Non hic excu-
tiam quàm sit impium rebellare potestati à Deo
ordinatæ, nec quàm sit infelix id tentare quod
efficere non possis, si tamen verum est quod *Joan-*
nes Cocleus adversus *Melanchthonem* defendens li-
berum arbitrium literis prodidit quosdam animo
concepisse, quod mihi sanè nondum compertum
est. Sed fingant esse fas, fingant esse factum, vide-
licet extinctum Cæsareum nomen, *Romanũ* Pon-
tificem redactum in ordinem, Episcopos ad verbi
divini ministerium velut ad pristinum astrictos,
dissipata sacerdotum & monachorum collegia,
abrogatas constitutiones humanas, antiquatas ce-
remonias, & si quid aliud est quod clamitant ob-
sistere vigori evangelico, num protinus vita ca-
rebit malis? Imò periculum est, nè pejoribus suc-
cedentibus, desideremus rejecta. Quid refert tan-
to rerum tumultu, non effugere servitutem ac
tyrannidem, sed mutare tyrannos fortassis in pe-
jorem partem, mutare hypocrises, non effugere
hypocrisim? Hic nobis in mentem venire debet,
Vulpis ex Apologis exemplum, quæ museas jam E
expletas expungi noluit, nè succederent siticulo-
sæ. Dicent, Ergóne hæc & hæc perpetuò fere-
mus? Respondeo, nota mala commodiùs feran-
tur quàm ignota. Deinde non tam est laboran-
dum ut laxentur rerum ordines, quàm ut suos qui-
que mores corrigamus privatim. Hoc agentibus
aderit Deus, & Principum animos afflabit suo spi-
ritu. Tumultuum ac seditionum semper fuit
infelix exitus. Quod de Principibus & Episcopis
dico, idem sentio de civitatum magistratibus, F
quorum consensus sobrius premet seditionem,
dirimit partis utriusque parum moderatum vehe-
mentiam. Feliciùs res succedet, si sic medeantur
vitiis, ut non lædantur homines præsertim innoxii;
deinde si quæ rectè sunt instituta non convellan-
tur, nec omnia tamen tollantur quæ mutanda sunt,
sed quædam suo tempori serventur, quædam fe-
rantur. Postremò si quemádmodum paulatim
mala quædam irrepserunt in consuetudinem, ita
paulatim revocentur ad meliorem habitum. Quid
efficit sector aut ustor, quum febris per omnes
corporis venas sparsa est? paulatim eximendus
est vitiosus humor, donec redeat eucrasia. Ad hu-
jusmodi consilium si *Christi* spiritus dignaretur
inclinare mentes Regum, Præsulum, magistra-
tuum ac populorum, quod ego quotidianis pre-
cibus opto, non gravarer pro mea quantula-
cunque portione conferre meum consilium.

Quòd ſi quid interim novant magiſtratus, quod jure meritóque corrigendum videtur, ſummâ vigilantiâ curandum nè lædantur qui ſanari poſſunt, certè cavendum nè innoxii malis nocentium involvantur, & vbique quantum licet civilis concordia ſervetur incolumis. Hæc ad illos qui ſpargunt querimonias injuſtas, me premere conſilium quo poſſim mederi diſſidio. Effudi quicquid celo in pectore. Fateor illic celo multa optima, multa item peſſima, optima vota, bene cupiens rei *Chriſtianæ*, peſſimos dolores, quòd conſpiciam indies rem in pejus vergere, utriuſque partis intemperantiâ, vereórque nè fiat, ut pòſt multas magnásque calamitates incipiamus velle, quod nunc audire non poſſumus. Nunc paucis mihi placandi ſunt, quos illud malè habet, quod literis ad Concilium *Badenſe* ſcriptis, reddiderim, ut aiunt *Oecolampadii* cauſam deteriorem, quemadmodum & hoc libello. Imò in illis literis, *Oecolampadii* nulla mentio, tantum depello falſam inſimulationem, quam ineptus ille mendáxque libellus mihi impingit. Si quid aliis datum eſt lucis aut ſpiritus, nihil obſto ſpiritui Dei. Cæterùm non patiar mihi imponi ſententiam, quæ nunquam deſedit in animo meo, nec profecta eſt ab ore meo, nec ullis literis meis prodita eſt, neque ſignificata. Quæ res ſi fortè per occaſionem officiat *Oecolampadiano* negotio, mihi non debet imputari, ſed illi parum auſpicato libello, per quem ſi licuiſſet libenter eram quietem acturus in hoc negotio. Nec enim arbitror quenquam eſſe tam iniquum, ut æquum videri poſtulet, tantam habendam eſſe mihi rationem diſſentientium, ut in horum gratiam ad calumniam, quæ me vocabat in manifeſtum famæ vitæque diſcrimen, debuerim eſſe mutus: præſertim reclamante conſcientiâ, cui ſcrupum profectò prædurum injeciſſem, ſi paſſus fuiſſem ſimplices, mei nominis fuco deceptos, in eam pertrahi ſententiam, quam ipſe non auſim profiteri, quia mihi nondum perſuaſi. Meo ſum officio functus, reddidi facti mei rationem populo. Quod ſupereſt, precor, ut Dominus nos omnes faciat unanimes in doctrina ſana, & charitate non ficta. Amen. *Baſileæ*, Anno M. D. XXVI. Menſe Junio.

A nè pereatis diluvio: manete in navicula *Chriſti*, nè vos fluctus abſorbeant: Perſeverate in ovili Eccleſiæ, nè fiatis præda lupis ac Satanæ, qui non obambulat venans quem devoret. Solem expectate religioſiſſimi Cæſaris ac Principum, reliquíque concilii decretum. Per hos enim, ut ſpero Dominus dignabitur haſce rerum undas componere, qui ſolus imperat mari & conſileſcit, tantum nos aliquantiſper, ut apparet, dormientes velli-
B cemus piis operibus, excitemus claris & indefeſſis precibus. Ex una ſecta complures indies naſcuntur. Certè priùs finite ut inter illos conveniat, quàm voſmetipſos huic aut illi addicatis. De ſingulis inquirere ſobriâ diligentiâ non dum vitio, periculoſa eſt addictio, quæ ſimul atq; ſemel animum occupavit, admit judicii ſinceritatem, ſiquidem ut quæque res non ideo nobis pia videatur, quòd eſt ſuâpte naturâ pia, ſcripturis & rationi conſentanea; ſed pium eſſe videatur quodcunque dogma
C ſecta produxerit. In his rebus, ſi liber, eſtote præcipites, quæ poſterioribus conſiliis ac melioribus eorrigi poſſunt. In hoc negotio quo periclitatur ſalus animarum veſtrarum, ſi fortes eſſe non poteſtis, ſitis ſaltem contabundi. Blanda dicta ſunt iſta: Nullus obligatur ad confitendum ſacerdoti, Pontificum præſcriptiones de jejuniis ac delectu ciborum rejiciendæ ſunt: Non eſt cur quiſquam ſeſe maceret operibus ſatisfactionis, *Chriſtus* dependit abundè pro nobis, nec ad ſalu-
D tem refert bona an mala ſint opera noſtra, tantum crede illum pro te redimendo mortuum, & ſalvus eris, qualiacunque erunt opera tua; In Euchariſtia non eſt niſi panis & vinum, Pontificum & Epiſcoporum ſanctiones non obligant quenquam, Vota ut ſuſcipienda non ſunt, ita reſcindenda ſunt quæ ſuſceperis; Jus contrahendi matrimonii nullius autoritate poteſt cuiquam interdici. Hæc illáque ſimilia primâ ſpecie blandiuntur auribus, ſed etiam atque etiam videndum eſt, nè populum
E melle prælitum, habeat aconitum diſſimulatum. Eſtote ſimplices ſicut columbæ, nè quem lædatis aut circumveniatis; ſed iidem eſtote ſapientes ſicut ſerpentes, nè vos Satanas mille inſtructus artibus circumveniat, corrumpátque ſenſus veſtros à ſinceritate quæ eſt in *Chriſto Jeſu*. Verùm cohortationi dabitur alius locus, interim paucis attingam ea quæ iſti ſparſerunt libris editis apud vos, non perinde ob id, vt vobis me purgem: tales libelli apud cordatos nihil me gravant; ſed
F quòd exiſtimem vos cautiores futuros lectâ Apologiâ noſtrâ, quam quanto potero compendio vobis abſolvam. Admonueram amicum quendam, ex animo dolens quòd ſeſe ſectis involviſſet, tamen interim adeo non mutans meam in illum benevolentiam, ut, quod nunc inter amiciſſimos rarum eſt, pecuniâ quoque meâ paratus fuerim opitulari & exuli, & egeno. Hac occaſione nonnihil etiam de ſectis horum temporum admonens, cum ipſo nihil aliud expoſtulans, niſi quòd
G meo nomine ſuis libellis characteribus prægrandibus præfixo, non parum mihi moveret invidiæ, adeo, ut amici pro me ſolliciti, me putarint admonendum. Primum contempſi, ubi rurſus idem factum eſt, per literas expoſtulavi, & his doctis apud omnes volui purgatus eſſe. Ea res graviter offendit quoſdam *Argentorati*, non dubium quin inſtinctu illius qui cum expoſtulâram. Nam antea nullus erat Eccleſiaſtes, præſertim *Argentorati*, qui me

Deſ. Eraſmus Roterodamus dilectis in Chriſto fratribus Germaniæ inferioris, & Phryſiæ Orientalis S.D.

Epiſt. 59. PRodiit hic liber quidam ſcriptus ad inferioris *Germaniæ* fratres, *Phryſiæ*que Orientalis, qui ſuſpitionem multis præbet in iſtis regionibus eſſe permultos, qui novis hiſce ſectis addicti ſint, quæ ſe nunc Evangelii titulo venditant. Is utcunque ad vos ſcriptus, reverà adverſum me ſcriptus eſt. Graviùs tamen doluit mihi patriæ noſtræ calamitas, quàm mea privata injuria. Quare cum primis vos obteſtor per ſalutem animarum veſtrarum, nè qua res vos dimoveat ab Eccleſiæ Catholicæ conſortio, nec circumferamini omni vento doctrinæ, neq; citò transferamini ab Evangelio quod à *Chriſti* ſponſa traditum, hactenus ſervâſtis: Nec facilè moveant animos veſtros epiſtolæ aut libelli, multum manſuetudinis ac pietatis præ ſe ferentes, ſed dijudicate ſpiritus, an ex Deo ſint. Solet enim Satanas ſe transfigurare in Angelum lucis, quo magis imponat ſimplicibus & incautis. Conſiſtite firmi in lapide *Chriſto*, continete vos in arca,

me verbo aspergeret, nec cuiquam ut id faceret
A cansum, ni fallor, dedi, nisi fortè contumeliam a-
troceni interpretantur, siquis nolit ab Ecclesia
catholica recedere, & ipsorum Evangelio dare
nomen. Epistolam apellant Apologeticam, quasi
ipsi propriè à me sint impetiti: nec cujusquam
nomen habet titulus, tantum est, *Per ministros*
verbi Ecclesiæ Argentoratensis. Atqui cum præ-
ter duos Ecclesiastas neminem nôrim *Argento-*
ratî, qui mihi venisset in mentem omnes perstrin-
B gere? Non est mei moris quenquam lacessere,
nedum ignotos, multò minus in illam Rempubli-
cam petulanter invehi, præsertim *Argentinensem*,
cui ut multis nominibus debeo, ita præ cæteris
faveo. Hoc certè laudis illi debetur, quod non
res alibi gesta vel moderatiùs, vel minore tumul-
tu. Similiter Epistola venit ad me ministrorum
verbi nomine scripta, quum existimem totius ne-
gotii duos tantum Architectos esse. Lecto titulo,
sepositi libellum, hoc animo ut nunquam lege-
C rem, erat enim immodica loquacitas, fumi plurimi, convicia non pauca; post, ubi contigit otium,
cœpi carptim inspicere, tandem & devoravi. Utinam in animis omnium esset millesima pars ejus sanctimoniæ, quam libellus multis locis præ se fert. Non potuerunt sese melius depingere, quàm in eo libro expressêrunt, adeo miris fucis hoc agunt, ut in me concitent omnes Evangelicas Ecclesias, sic enim vocari malunt quàm hæreticas, ac Principes qui videntur huic negotio non-
D nihil favere, tum populum Euangelicum universum. Quid porrò mirum, quum isti novum prodiderint dogma, fas esse fucis ac technis uti, quod legibus etiam Cæsareis permissum est, modò citra fraudem cujusquam? quasi verò si quid profanæ leges permittunt in re prophana, idem liceat in negotio Evangelico; aut quasi dum primogenium Regis *Gallorum* dicato libro vocant in suspitionem, veluti qui non abhorreat ab istorum instituto, in nullius fraudem cedat fucus: dúmque fingunt opus à *Gallo* scriptum, non onerent
E *Gallorum* gentem invidiâ. Quin & hoc artis est Evangelicæ, quod omnium Ecclesiarum nomine prodiderunt librum, nequis certus sit, in quem stringam telum, & siquid liberiùs respondero, chorum universum in me provocem. Ejusdem artis est quod toto libro, quicquid in genere dictum est, propriè detorquent ad Ecclesiam *Argentinensem*. Atqui si sermonem generalem vo-
luissent refellere, non ita loquendum erat; Nos
F hic non facimus, sed hoc quod objicis nusquam fit in ulla Ecclesia nostræ professionis. Rursus quum ego in Epistola testor expressè me non loqui de omnibus evangelicis, sed tantum de mihi notis, illi interpretantur me, utcunque testor, universum tamen Evangelicum populum impetere. Et si quid in mores quorundam dictum est, illi nobis narrant quid ipsi doceant, ut frequenter illud proverbium mihi veniat in mentem, ἄμας ἀνίπτοις &c. Si quid nacti sunt in scriptis meis, quod pro ipsis
G videri facere, id eum laude mea citant, simplici scilicet animo, quum alicubi habeant hæc verba, *Siquid Erasmus, actus spiritu Christi, vel nesciens pro nobis scripserit, &c.* Quis non agnoscit morsum Evangelicum? Imò non omnes sectarum professores taxavi, sed tantùm addictos, qui non judicio, sed studio mordicùs tenent quicquid ipsis traditum fuerit. Vix interim temperabam à risu quo-

A ties sese *Christo* & Apostolis martyribusq; comparant, quod faciunt subinde. Hoc sibi sumunt pro confesso, quòd docent *Christum* purè, quòd orbi syncerè tradunt Evangelicam veritatem. Ubique prædicant sacras literas, quasi apud nos nec *Christus* sit, nec Evangelium, nec sacræ literæ. Ipsi quum & à summo Pontifice, & à Cæsare, & à Theologorum scholis, denique maximè totius orbis partis consensu damnati sunt hæreseos, liceat
B enim manifesta loqui, saltem nobis æquum jus concederent, ut hac in causa pares simus. Ipsi *Arianos* habent pro hæreticis. Quo freti, nisi judicio Præsulum, & orbis consensu? At *Ariani* pernegabant sese hæreticos, sed asseverabant scripturam à cæteris perperàm intelligi. Miris modis urgent nè hæretici trucidentur, quum ipsi *Anabaptistas* plectant capite, qui multò paucioribus articulis damnati sunt; & in suo sodalitio plurimos
C habere dicuntur, qui à perditissima vita ad emendatissimam se converterint, utcunque delirant in opinionibus, nec ullas Ecclesias aut Urbes occupârunt, nec se fœderibus communierunt adversus vim Principum, nec quenquam suâ ditione aut facultatibus ejecerunt. Denique nituntur & illi scripturarum testimoniis, aliquanto evidentioribus, quam hi qui dicunt, *Hoc est corpus meum*, id est, *Hic panis est signum corporis mei.* Atque inter istos quidam tam procaciter rem gerunt, ut Principum animos ad clementiam propensos cogant ad sævitiam. In vitam Pontificum, Cardinalium Epi-
D scoporum, Sacerdotum ac Monachorum mirè diserti sunt, de quibus ita loquuntur, quasi inter eos nullus sit non sceleratissimæ ac deploratissimæ vitæ, quum arbitrer inter illos esse longè plures, qui *Christo* in sinceritate spiritûs serviunt, quàm inter istos. Mendacium mihi subinde fortiter impingunt, quum totus hic sanctissimus illorum liber mendaciis scateat & hypocrisi. Mirificis præstigiis exaggerant quàm sobriè, quàm castè, quàm
E innocenter vivatur sub Evangelio, quæ majore fide alieno ore prædicarentur. Quid *Argentorati* fiat nescio: Alicubi scio nusquam fuisse majorem luxum, plus adulteriorum, quàm inter Evangelicos, sic enim appellari gaudent. Hoc nec ipsi negant Evangelici, utinam omnes ad bonam frugem sese recipiant, ut hic habear vanus. Nónne *Lutherus* coactus est visitatores mittere, qui populum in omnem licentiam rientem cohiberent? Nónne idem dixit se malle pristinum Papæ ac
F Monachorum regnum, quàm hoc hominum genus, sub Evangelii prætextu in *Sogdianorum* vitam sese proripientium? Nónne idem suis ad me literis deploravit *Melanthon*? Nónne idem in Colloquio fassus est *Oecolampadius*? Quin & ipsi non semel in hoc libro deplorant plurimos esse perditissimè viventes sub Evangelii titulo; sed illos inquiunt execramur, non agnoscimus. Atqui quum ego non in alios stringam calamum, quàm quos ipsi quoque damnant, nulla est inter nos con-
G troversia, quemadmodum neque nos tuemur impiorum Episcoporum, aut improborum Monachorum scelera. Hoc interest, quòd illi citra exceptionem damnant nos omnes, ego testor me non loqui de mihi ignotis. Proinde quid frontis habet, quòd quæ non dicuntur nisi in improbos, sic interpretantur, quasi in ipsos propriè dicta sint, qui volint haberi probatissimi? Sed improbo, ut aiunt, ipsorum dogmata, imò

profiteor

profiteor me illic non agere Judicem causæ, quum habeant Judicem Cæsarem ; tantum hoc queror, quòd nihil illis placet in hoc Ecclesiæ statu, quódq; quum tam multa submoveant, nihil succedat melius. Et utranque partem admoneo, quâ ratione possit Ecclesia pristinæ tranquillitati restitui, penè severior in meos, quàm in illos. Monere quid oporteat fugere, magis est illorum sectam juvare, quàm traducere. Amicus utranque partem admoneo, si quâ possint in unum coalescere. Quod isti veluti plusquam hostiliter factum interpretantur, poterat & ab amico fieri officiosè. Quanquam hoc obscurum esse non potest, mihi non omnia probari quæ isti faciunt : quæ si probâssem, non tanto meo tum periculo tum dispendio reliquissem civitatem cui tot annis assueveram, sed jampridem ipsorum sodalitio totus adhærerem. Etiam cum agerem illic tum dictis, tum scriptis, haud obscurè præ me tuli me dissentire ab istorum dogmatibus. Verùm hic homines religiosi scilicet nolunt judicare de mea conscientia, sed hoc Deo soli κεφαλαιοκρίτῃ relinquunt : sed interim insinuant esse quod metuam aut sperem, quasi verò in sinu cum ipsis sentiam, sed metus ac spes à profitendo deterreat. Planè me spes ac metus deterrent ab istorum sodalitio : metuo gehennam, si reclamante conscientiâ profitear quod reor impium esse : spero Dominum meis peccatis citiùs propitium futurum, quod ab istius sponsa non defecerim, utcunque lacessitus. Gratulentur isti sibi quantum velint, ego non alio nomine mihi magis gratulor, quàm quod nulli sectæ, nec assensus sim, nec nomen dederim, nec videor mihi daturus unquam, favente *Christo*. Quin omnibus perlubens persuaserim, nè se cuiquam addicant sectæ, quam non agnoscit Ecclesia Catholica. Sunt qui cum judicio legunt istorum libros, at ego multos novi qui simul atque sese addixerant, prorsus exuerint hominem. Fingunt me miro odio flagrare in Evangelicos ; id si verum fuisset, aliter strinxissem in illos calamum. Sed primùm religione quadam abstinui, cujus rei nunc me pœnitet : deinde *Gamalielem* quendam egi, & adhuc propemodum ago. Postremò, quum viderem multos Ecclesiæ proceres ad omnia monita obsurduisse, suspicabar hos ministros à Deo, ut eorum improbitas excitaret nos à Lethargo, ac malum nòdum malus eventus protruderet. Adeóque non sævii in illos, ut magnates quidam ac docti me clamitent in hoc rerum conflictu desertorem egisse, meúmque calamum Ecclesiæ periclitanti defuisse, nonnulli etiam in suspitionem vocârint, quasi dissimulanter istorum instituto faverem. Me quidem nihil movet verborum religio, folia sunt ista, *at ex fructibus*, inquit Dominus, *cognoscetis eos*. Ejusmodi fumis nihil commoveor, vim spiritûs requiro, quam in istorum scriptis non sentio, quum hac in re existimem mihi quoque nonnihil esse nasi. Sed tamen hujusmodi verborum præstigiis periclitantur incauti. Fuit hoc semper proprium hæreticis, simulatâ Religionis specie simplicibus imponere. Maximus *Arianus* pene sanctiùs ac religiosiùs loquitur quàm *Augustinus*. *Manichæi* non solùm dictis, sed prodigiosâ vitæ severitate pietatem simulabant. Si quos agit spiritus sanctus, non solùm in actionibus, sed etiam in oculis, ipsáque, quod aiunt, fronte relucet. At hunc arrogant isti sibi magnâ confidentiâ. Quòd si *Zuinglius* & *Bucerus* sunt afflati spiritu, quid prohibet & in nostris esse similes animos charismate? *Erasmus* ex se nihil est nisi [illegible], nec potest capere quæ sunt spiritûs : Quasi verò isti sunt dii. At ego homo sequor illos quibus non defuisse *Christi* spiritum credimus, sequuntur probabiliùs, quàm si credamus *Bucerum*, aut alium huic similem, ex afflatu sacri spiritûs scribere aut facere omnia. Sed, ut verbosissimato illis quisquis est querimoniam in pauca conferam, prætermitto prolixam rixam, quâ cum *Plauto* & *Tacito* delitigat ; ea quæ propiùs ad rem pertinent delibabo. Quum, ut dixi, non legar nisi de mihi notis & compertis, nec his [illegible], nec ullum crimen cuiquam objiciam nisi in genere, tamen aiunt, me omnia firmè in eos effudisse, quæ sævissimi quique hostes hactenus voce scriptique sparserunt. Quisquis meam legit Epistolam, an non protinus videbit hoc esse manifestum mendacium? Nè ea quidem effutivi, quæ vulgo notissima feruntur, atque adeò diligenter cavi, nè quid excideret quod *Vulturii* etiam famæ posset officere. Quæ vulgo in istos jactantur nihil moror, nec ad me pertinent. At sunt non pauci, qui libris editis hæreticos, schismaticos, hostes Ecclesiæ, blasphemos subinde vocent. Quid tale legitur in libris meis? Verùm ipsi, quo mihi moverent invidiam, ex epistolis meis sublegerunt quædam verbula, ex quorum singulis excitem miras tragœdias, nusquam non ex musca facientes Elephantum, aut si quid Elephanto grandius. Et si ea verbula tantam habent vim ut universos Principes in ipsorum exitium concitent, quanto meliùs latebant in turba Epistolarum? Et si tantopere periclitantur, quòd mihi non placeat populus Evangelicus, ante complures annos hoc ingenuè professus sum editis libris. Quæ nascitur isti illis per me infestior? Hic si commemorem quid alii narrant, quid scripserint de Ecclesiastis, tum demum fieret evidentior istius vanitas. In Epistola ad *Vulturium* neminem taxo nominatim, nec alios noto quàm quos ipsi quoque detestentur, præter unum atque alterum. Nec horum tamen arcana profero, sed ea tantùm attingo, quæ ipsi scriptis editis voluerunt esse nota mundo. Quòd si se voluissent purgare de criminibus, sunt alii quibus oportuerit respondere potiùs quàm mihi. Quorsum igitur attinet illa tam nimia toties repetita, quòd luculenta mendacia, quòd atrocissima crimina in innocuos *Christi* Confessores effuderit *Erasmus*? Dicit aliquis, *Ne nobis parcas, Erasme, effunde in nos quicquid habes*. Nunquam me hic provocabunt ut tam abjectè calumniatorem agam, & ad tantam descendam illiberalitatem. Hanc provinciam alii, si libet, delegent. Tot scripsimus apologias, adversus quem unquam quantumvis petulantem criminibus egimus? Ab hac civilitate nullius me depellet improbitas. Quin & illud non minùs vanum quàm seditiosum, quòd scribit me per totâ ad ter venerandum *Vulturium* Epistolam queri, quòd spernant constitutiones Pontificũ & Episcoporum, quòd oppedant Scholasticorum dogmatibus, quòd imagines ejecerint, quòd Missam abrogârint, aliáque permulta, quum ipsa Epistola declaret me tantum queri, quòd quum ista novârint, nihil succedat melius : & si maximè damnarem quod isti faciunt, quid aliud facerem, quàm quod jampridem fecit

fecit Ecclesia Catholica? Certè in totum sublata illa minimè probavi, nec probaturus sum, correcta cupierem permutata. Hic verò nobis recensent longam Ecclesiarum Catalogum, quas omnes hæc mea damnet Epistola. Enumerent sexcentas Ecclesias, una Catholica plus apud me ponderis habet: nec hoc cupio dissimulatum, me istas ecclesias si tales sunt, quales hic partim videmus, partim audimus, non probare, nec istam invidiam magnopere formidamus. Illud tribuit insigni cuidam improbitati, quòd scripserim istos veritatem Evangelicam plus mille annis sepultam in lucem revocare, &c. Negant unquam tale aliquid ab ipsis auditum. A quibus? Ab *Argentinensibus* Ecclesiastis? In illos propriè non scripsi, sed in genere in totam cohortem. Legant quæ jactat *Lutherus* de suo Evangelio, videant quomodo tractarit probatissimos Ecclesiæ Doctores, ut tum me vanitatis arguant. Quid *Argentorati* loquantur nescio, quanquam quum docerent summam impietatem & idololatriam esse adorare Eucharistiam, quod factum est ante ætatem *Augustini* & *Cyrilli*, &, ut est etcredendum, ab ipsis traditum Apostolis, nonne damnant totam Ecclesiam? Confugiant ipsi ad illam nulli cognitam Ecclesiam, sub cujus titulo cuique liceret quod libet. Si quid tribuendum externis quoque judiciis, mihi tot patrum, tot Conciliorum, & Orbis *Christiani* consensus pro oraculo est, maximè cum & scripturæ stent à nobis. Revocant, ut aiunt, veteris ecclesiæ ritus, revocent potius veteris ecclesiæ sanctimoniam. Ritus *ἀδιάφορα* sunt, nec pios faciunt, nec impios; & ante annos mille quingentos scripsit *Petrus*, *Obedite præpositis vestris, non solùm bonis, verùm etiam difficilibus*. Ista externa pro temporum ratione mutari possunt. Et *Paulus* post *Christum* multa instituit in ecclesiis pro illius ætatis ratione. Ex sese non magni refert lineâ veste quis ministret altari an laneâ, sed magni refert an in altari credas adesse *Christum*, an panem ac vinum tantùm. Quòd si nemini licet instituere quicquam præter id quod scripturis continetur, cur *Johannes Baptista* suis discipulis præscripsit certas preces, certâque jejunia? Cur *Jacobus Hierosolymorum* Episcopus decrevit de suffocato, sanguine, & immolato simulachris, quod nulla scriptura Gentibus præscripserat? Cur post hoc decretum *Paulus* ausus est dicere: *Omnia munda mundis*, &, *Omne quod in macello venit, comedite*? Cur nostri majores ausi sunt pro temporis qualitate diversum statuere? nisi fortè nobis fas non est vesci gallinâ suffocatâ, aut fartis ex sanguine? Postremò, si nihil aliud proponunt, quàm quod sunt ab Apostolis constitutum, cur ipsis auctoribus viri ac mulieres promiscuè canunt in ecclesia, quum *Paulus* sanxerit, nè qua mulier loqueretur in ecclesia? Ad hæc, cujus Apostoli institutum est, ut Psalmi cantarentur redacti in rythmos in fine concinentes, mutatis etiam, quod est necesse, multis verbis? Proponunt nobis summam fidei suæ, multa repetentes de tribus personis, ejusdem essentiæ, de Patre qui per Filium suum redemit genus mortalium, de sancto Spiritu, qui operatus est per sanctos Apostolos, deque similibus, quam nos damnemus totam ipsorum doctrinam, aut quasi *Ariani* non habuerint plura cum Catholicis communia, quam illi nobiscum. Sed interim sibi constanter sumunt afflatum spiritus *Christi*, cæteros dissentientes tradunt Satanæ: Improbata verò dogmata sua tectioribus verbis admiscent, velati non esse nisi duo Sacramenta, Baptismum, Infantum non salutis, sed honoris causâ dari, qui tamen non prosit nisi prædestinatis, imò nulli sit necessarius: in Eucharistia non esse verum corpus & sanguinem Domini, itaq; à *Christo* dictum, *Hoc est corpus meum*, ut ab *Ecclesia* dictum, *Hæc est Hierusalem*; nihil audis argumentum, & inevitabile telum. Frequenter hoc inculcant; mirè gloriantes se hujus novi dogmatis autores, à solo *Christo* petendam salutem, quasi nos petamus à divis, aut ab imaginibus, aut à sacrificiis salutem. Atqui quum peccat et sibi ipsi displicent, nondum tamen valent à vitiis recedere, ambit piorum hominum preces, ut per illos impetret bonam mentem, num ab alio petit salutem quàm à *Christo*. Non ab alio, sed per alium. Idem dicit potest de divis. Jam quum reddunt rationem, quare Missæ, preces horarias, & cantum, aliaque sustulerint, ita loquuntur, quasi nullus hæc piè tractaverit usquam, tractetve; quasi ob quorundam vitia res per se salutares deberent funditus tolli, potius quàm repurgari. Si protinus tollendum quo plures abutuntur, illorum Evangelium esset tollendum, sub cujus umbra tam multi perditissimè vivunt, id quod nec ipsi negant: Tollenda potestas Principum ac Magistratuum, quòd immunieri sua potestate ad quæstum, rapinas ac tyrannidem abutantur. Denique quid erit tandem reliquum in rebus humanis? Sed Magistratibus plurimum tribuunt, quibus à Deo datus est gladius ad vindictam malorum, laudem verò bonorum. Atqui gladium habent & qui damnant ac pulsant ista profitentes, quæ docent, ut sublimaticos & hæreticos. Cur his non obtemperant? cur non obediant summæ potestati Cæsaris ac Regum? *Sed oportet* inquiunt, *magis obedire Deo, quàm hominibus*. Atqui prophanus Magistratus non judicat nisi de his quæ palam legibus vetantur, de fide Catholica sunt alii Judices. Horum judicium sequutus Cæsar, plectit illos si nolint resipiscere. At istorum Magistratus unde docti sunt? Ab ipsis reis, non enim dicam hæreticis. Et Pontificum & Episcoporum potestas à Deo est, cur hanc non agnoscunt? Non habent, inquiunt, nisi gladium verbi. Sed hoc gladio jugulati sunt isti ac traditi Satanæ. Immeritò, inquiunt. Quo argumento? Quia contra divinas Scripturas fulmina vibrant in innoxios. Sed harum interpretationem sibi propriè sumunt, quum interim inter se de re tanta dissentiant. Ita denique fiet, ut nulla Scriptura valeat, nisi juxta sensum ipsorum, nulli magistratui sit obediendum, nisi qui ipsis consentiat. Non est, inquiunt, magistratui parendum, nisi juxta Scripturæ divinæ regulas utatur potestate. Scripturas autem interpretari nostrum est, non aliorum. Agnoscunt publicam potestatem in omnibus, quæ non adigunt ad impietatem. At quæ tandem impietas est certis diebus à cœna temperare, iis qui hoc citra corporis incommodum, imò cum animi & corporis commodo facere possunt? Quæ impietas est canere laudes Deo in templis? aut dicere preces horarias? Dicuntur, inquiunt, ad quæstum, dicuntur linguâ tantùm. At non ab omnibus, imò permulti psallunt linguâ simul & affectu. Cæterùm sedulò monentur, ut qui psallunt spiritu,

ſpiritu, pſallant & mente; monentur ut præcipuè ſpectent utilitatem proximi potiùs quàm quæſtum. Quanquam & hic dignus eſt operarius mercede ſuâ. Qui altari ſervit, quocunque modo, par eſt ut de altari vivat. Verùm ſacerdotes, inquiunt, non vivunt de altari, ſed luxuriantur eccleſiæ ſtipendiis. Luxus igitur amputetur, non ſacerdotium. Perlibenter autem rogaverim iſtos, an in templis ipſorum omnes canant mente. Longe aliter narrant, qui verſantur in illorum cœtu, non Catholici, ſed illius profeſſionis homines, qui confirmant jamdudum pleriſque à viris faſtidiri cantiunculas, quod à me cerè malitiosè dictum quiritantur in hoſpitam civitatem. Quid hoc ad dignitatem civitatis, ſi qui refrixerunt ad pietatem? Hoc incommodum illi cum omnibus civitatibus eſt commune. Nimium felix illa futura ſit, ſi nihil haberet quod mutatum cuperet. Dicent, uti ſolent, hoc luculentum mendacium à perditiſſimis nebulonibus ad me delatum. Miram Evangelicam modeſtiam, *perditiſſimos nebulones* appellat, ignarus in quos hoc dictum jaciatur. At ſi eos nominem, qui mihi quædam retulerunt, puderet nimirum, ſiquid frontis habent, tales appellare *perditiſſimos nebulones*. Nunc hoc ut alia pleraque, mihi retulerunt; qui ſectæ iſti dedere nomen. Si populus Evangelicus fovet perditiſſimos nebulones, cur mihi indignantur, quum in quibuſdam deſidero mores Evangelio digniores? Iidem referrebant multas ſic adeſſe concioni, ut ſatis præ ſe ferant; nihil affici iis quæ dicuntur, ſed tantum adeſſe, nè videantur deeſſe ſectæ ſuæ. Quòd ſi eccleſiaſtæ tantâ ſævitiâ clamitarent in vitia ſuorum, quàm clamitant in vitia ſacerdotum, demirabor, ſi tres habituri ſint auditores. Sed *Argentorati* canunt omnes, & quidem frequentes. Utinam illorum cantiones Deum ita deliniant, ut eum nobis ex irato reddant propitium. Sed cur hoc memorant quum ego de *Argentoratenſibus* non ſim loquutus? Quòd verò ſcribunt hos eſſe mores eccleſiarum ipſorum, ut ſobrietatem amplectantur, quæ nimirum abſit à jejunio, ſcio multos etiam ſymmyſtas non ſine riſu lecturos. De *Argentinenſibus*, quod crebrò repetendum eſt, non loquor, non novi quid illic agatur. De his loquor quos mihi propiùs nôſſe contigit. Sed *Paulus* Apoſtolus in ſuis, ut aiunt, eccleſiis tulit ebrioſos, contentioſos, fraudatores, *Judaïſſantes*, &c. Fateor, ſed in hos acriter invehitur, opportunè, importunè, arguens, increpans, obſecrans, quoſdam etiam tradidit Satanæ. An iſti idem faciant, ipſi viderint. Mihi tale nihil unquam auditum eſt. Idem *Paulus* vetat cibum capere cum eo, qui cum fratris, hoc eſt *Chriſtiani* titulo commendetur, tamen avarus ſit, aut adulter, aut maledicus: Num idem iſti faciunt? Sed mirum non eſt, ſi qui nuper venerant à contaminatiſſima vita, ab idolis ac profundis ignorantiæ tenebris, ſubitò fingi ad perfectum *Chriſtianiſmum* non poſſent. Verùm iſti, unde quæſo venerunt? A *Chriſtianiſmo* ad Evangelium, nonnulli à ſacerdotio ac Monachiſmo. Ad hæc, qui ſcire potuit hic ſcriptor, qui mores ſint in omnibus ipſorum eccleſiis? Et ſi tales ſunt ubique mores, quid opus erat *Luthero* viſitatoribus, qui ſuos à Paganiſmo revocarent? Poſtremò, ſic colligunt: Si *Paulus* & *Eraſmus* non damnant ſuas eccleſias, quum habeant multos impuræ vitæ admixtos, cur à nobis plus exigit? Imò cur ipſi ſuas eccleſias damnari nolunt ob admixtos malos, & noſtras damnant eadem de cauſâ? Quanquam aliis eſſet in promptu quod reſponderetur, in Eccleſia Catholica paratam eſſe remiſſionem peccatorum, quum in hæreſi malè vivant, etiam qui bene vivunt. Quanquam & hoc falſum eſt, quòd illorum eccleſias in totum damno. Habent illæ ſuos Judices, tantùm ab his qui tantâ fiduciâ ſibi vendicant ſpiritum *Chriſti*, tantâ libertate clamant in mores omnium, requiro, ut plus in vita præſtent ſanctimoniæ, quàm adhuc videmus. Illud non video cur exiſtimârint commemorandum. Ait ſe nôſſe quendam inſignis Eccleſiæ Canonicum, qui dixerit, jam nullum Tiguri poſſe haberi ſcortillum, quo hoſpiti gratificentur, quum ingens antequam irrepiſſet hoc Evangelium, elegantium ſcortorum illic fuerit copia. Hunc locum oſtendi Canonico quem petere videntur; Nam addunt quædam verba, unde deprehendi poſſit, de quo ſentiunt. Is ridens, negavit ſe unquam in vita quicquam tale à quoquam audiſſe, tantum abeſſe ut ipſe hoc dixerit. Et eſt is vir omnium teſtimonio, quum aliis vitæ inculpatiſſimæ, tum homo minimè vanus. Simili candore perſtringit & alium quendam vicedecanum, additis aliquot notulis, unde curioſus præcipere valeat, quem mordeat. Eum ait malè audire, quod conſtuprare ſoleat alienas uxores, quum ego qui domeſticam cum illo conſuetudinem egi, nullum unquam impudicitiæ veſtigium in eo deprehenderim, vel dicto, vel facto, & longè alium de illo rumorem eſſe ſciunt, qui noverunt hominem. Sed Canonico malè volunt, quòd de ſecta ipſorum parum bene ſentiat: vicedecanum oderunt, quòd initio viſus in iſtos propenſior, maturè reſilierit. Quàm hæc indecorè ſcribuntur ab eis, qui de ſe nihil dici volunt, niſi quod oculis conſpexeris, manibus contrectaris. Malè audiunt, inquiunt, ſed fingamus utrumque verùm eſſe, quod rumor detulit, an ideo purgati ſunt ipſi ab omnibus criminibus, quòd uno falſo ſunt impetiti? An ideo deficiendum eſt ab Eccleſia Catholica, quòd unum habeat vicedecanum adulteriis inquinatum? Jam quòd ſcribit, quæ ſacerdotibus eripiuntur, in ſubſidium pauperum & ſtudioſorum converti, hoc an *Argentorati* fiat neſcio, novi certè ubi ſecus fiat. Ac vereor nè pluribus locis id accidat, quàm expediat. Quod autem jus habeant in ſacerdotes, viderint ipſi, nam addit *pro ſuo jure*. Cum magiſtratibus mihi non eſt concertatio. Habent Cæſarem, certè Deum habent, cui reddituri ſint rationem. Et ſiquid delinqueret magiſtratus, cui potiùs imputandum, quàm his, qui velut è ſcripturarum autoritate perſuadent hæc piè fieri? Criminantur & illud, quòd ſcripſi, quotquot in locis regnat hoc novum Evangelium, ibi frigere ſtudia literarum. *Noremberga*, inquit, ſunt decreta ſatis ampla ſalaria linguarum profeſſoribus. Scio, ſed qui illic vivunt, ſcribunt auditores eſſe pene nullos, & Profeſſores non eſſe minùs pigros ad docendum, quàm auditores ad diſcendum; ut non minus opus ſit ſalario diſcipulis, quàm doctoribus. Quid iſtorum ſcholæ quas habent pérque urbes, pérque pagos ſparſas, nobis parituræ ſint, neſcio; hactenus neminem audivi qui in ſecta didicerit

didicerit literas. Pelliciunt doctos ſalariis, & literatos juvenes artibus attrahunt, ut per hos commendentur, magnâ ſtudiorum invidiâ. Sed magni refert quid in ſcholis eorum tradatur. Dogmata & linguæ potiſſimùm. At iſtorum dogmata non omnibus conveniunt, nec linguæ abſolvunt eruditionem. At non video quo pacto conſentaneum ſit, fore qui magni faciant diſciplinas, quum nullus honos huc invitet. Sublato ſacerdotio, ac ritibus Eccleſiaſticis, ademptâ ſpe fortunarum ac dignitatum, ad quas antehac literæ provehebant, quis vellet gravibus impendiis curare liberos erudiendos? Porrò, quòd ſcribit hoc eſſe ſuæ charitatis, ſacerdotes ac monachos, quibus non ſuppetit aliunde unde vivant, ſuis emolumentis minimè ſpoliare: Fortaſſis id ſit *Argentorati*, at quibuſdam *in locis* non ſine riſu legetur. Datur aliquid his qui ſacram veſtem volunt ponere, & ipſorum parere legibus, reliquis licet ire quò velint, nè id quidem integris facultatibus. Quis autem æquo animo ferat tutorem, qui ſuo arbitrio adimat ipſius facultatibus? Quemadmodum nec illud abſque riſu legetur, quod aiunt, ſe neminem velle lædere, neminem cogere, à ſeditione longè latéque abhorrere, minimis ſalariis contentos prædicare Evangelium. An contenti ſint Deus novit, illud in confeſſo eſt, quoſdam graviter egiſſe cum magiſtratu de augendo ſalario. Sed faciat magiſtratus periculum, offerat cuique Concionatori aureos mille, ſi recuſant, fatebor illos eſſe contentos ſuis ſalariis. Quid autem hoc eſt *neminem lædere?* Hoccine eſt neminem lædere, Canonicos depellere à Collegiis, monachos è monaſteriis, Abbates & Epiſcopos ditione ſpoliare, movere cives magiſtratu, virulentis libellis etiam in Regum ac Principum capita debacchari? Hæccine longè latéque diſcrepant à ſeditione? Neminem, inquit occidimus. Hic nimirum habenda gratia qui ceſſerunt, alioqui vidiſſemus cruentam pugnam. Nec Piratæ quenquam occidunt, ſi nemo reſiſtat. Hæc an nuſquam fiant, aliis relinquo judicandum. Atroces certè multorum querimonias audimus quotidie. Non eſt Evangelica virtus neminem lædere qui te non lædat, ſed immane ſcelus eſt lædere innocuum. At maleficium beneficio repenſare, id demum eſt Evangelicum. Nos, inquit, ſinimus hoſtes noſtros inter nos tutò vivere. An hoc ubique fiat dubito. Quos autem vocant hoſtes? Omnes Catholicos? Quid magni faciunt? An non & ipſi quotidie veniunt ad alias urbes, vel animi gratiâ, vel negotiandi cauſâ? At idem non eſt tutum Eccleſiaſtis. Nec noſtris Epiſcopis tutum eſt apud ipſos verſari. Præterea, nihil intereſſe cenſet inter damnatos, & non damnatos? Nos certè nemo damnavit. Et tamen quot damnati feruntur ac diſſimulantur apud nos? Quòd ſi nulli læduntur, cur tam multi ceſſerunt è ſuis urbibus? Cur apud Cæſarem querelarum plena ſunt omnia? Licet illis, inquit, nobiſcum vivere civium jure. Quàm verò ſuave vivere cum illis, quos habent pro hæreticis, & illorum jugo præbere cervicem: Qui ſi perſiſterent in ſua fide, quam putant eſſe ſinceriſſimam, non ſunt ignari, quem favorem magiſtratus ac populi ſint experturi, ſi quid ſecus, ut ſunt res humanæ, accidat. At non ſumus, inquiunt, hæretici. Ut non ſint, illis tamen perſuaſum eſt magnis autoribus, ſi errant cum tot ſcholis, cum Pontifice, cum Cæſare. An hoc non eſt cogere, Niſi audis noſtras lectiones, nihil ex prædenda numerabitur? Nè quis proficiſcatur tali die ad tale feſtum, nè quis audiat Miſſam, aut accipiat Euchariſtiam in vicinis pagis; ſi fecerit, librâ damnatus eſto. Niſi quis acceſſerit tempore Paſchæ ad menſam Eccleſiaſtæ, ſumpturus panem & vinum pro *Chriſto*, expectet ſenatus judicium. Hæc ſi negabunt *Argentorati* fieri, non admodum reluctabor: ſin affirmabunt nuſquam fieri, nihil aliud quàm impudentiæ notam lucrifacient. Qui verò poteſt eſſe ſyncerus amor inter eos, qui Religione diſſident? Et hac de cauſa impar conjugium prohibuit eccleſia contrahi. Hìc mihi patebat dicendi campus latiſſimus, ſed quid attinet ea commemorare, quæ vulgo decantatiſſima ſunt? fateor in nulla civitate rem moderatiùs geſtam, quàm *Argentorati*; nam imagines non videbantur abjecturi, niſi fœderis legibus coacti. Poſt hæc diluturus crimina, quæ, ut ait, ipſis impingo, precatur, ſi purgandi ſui cauſâ uſquam à vero receſſerit, aut quicquam reticuerit, dicendóve obſcuraverit, ut *Chriſtus* id manifeſtâ ultione orbi declaret, Amen. Hæc præfatus, in ipſa ſtatim criminum propoſitione recedit à vero. Principiò ſcripſi illos artibus uti Evangelicâ profeſſione indignis, tum ei quoque negotio, quod agunt officientibus. Id ita recenſet, quaſi crimen hoc impingam omnibus eccleſiaſtis, quum in Epiſtola paucis notem. Atque hoc eſt unum crimen, quo tot egregias Eccleſias uſque ad *Phryſiam* orientalem porrectas intolerabili injuriâ affeci. Verùm admiror hoc illos vocare crimen, quũ ipſi libris editis profiteantur, eſſe fas Evangelium fucis ac technis promovere. Hoc crimen non erat diluendum, ſed ego magis notandus ſtultitiæ, qui rem honeſtam pro crimine objecerim. Alterum erat, quod ſcripſeram illos diverſam ab Apoſtolis cauſam agere. Hoc certè obſcurè dictum eſt ab iſto. Scripſi non eſſe eandem rationem negotii Apoſtolici & iſtorum, ſed proclivius fuiſſe quod agebant Apoſtoli, quàm quod iſti moliuntur. Deinde quòd addunt, *nullâ vitæ innocentiâ inſtructos*, nuſquam eſt in Epiſtola mea, tantum aio: *quòd ſi vita quoque non ſolùm non commendat doctrinam veſtram, ſed potiùs abrogat*, &c. Ubi nunc eſt *Chriſtus* ultor? Addiderunt & illud de ſuo, *tanquam in hoc devotis animis ſimus, ut omnium rerum παρολεθρίαν invehamus.* Hoc nuſquam eſt in meis ſcriptis. Tantum dixi, me metuere funeſtum hujus negotii exitum, & utinam vanus ſim augur. Qui ſibi tantum permiſit in ipſo limine, quid ab hoc expectandum eſt in progreſſu? Fateor, expoſtulari cum eo cui tum ſcripſi, quòd jam bis editis libellis, quibus meum nomen majuſculis præfixerat, & me vocaret in invidiam, nec ſuæ cauſæ prodeſſet. Id quoniam viſum eſt illi facinus lepidum, tertiò jam idem fecit. Quem ſi ſciſſem eſſe talem, qualem ſe declaravit, ſyllaba cum eo non expoſtulâſſem. Putabam me amico ſcribere, nec ſuſpicabar tantam Evangelii metamorphoſim. Etiamſi ex animo faverem iſtorum cauſæ, admonerem talibus libellis, quales ille prodit, nihil aliud quàm irritari Principes, & impediri quod agunt. Licet, inquiunt,

unt, ex editis libris, & jam omnium factis excerpere, quod videtur. Sed quid sibi volebant illæ prægrandes literæ? Quid tale exordium talibus Epistolis præfixum. Nihil, inquiunt, erat in illis seditiosum. An non seditiosum hortari Principes, ut facultates adimant sacerdotibus, ac Monachis, ut in usum pauperum conferant? quasi hoc soleant facere Principes; nec dubium est, quin sentiant de pauperibus Evangelicis. Cur ex uno me citavit aliquid, quum *Joannes Brentius* toto libello nihil aliud agat, quàm de non occidendis hæreticis? Ego Theologos ac monachos admoneo *Christianæ* clementiæ, quorum aliquot videmus adeo propensos ad occidendum, ut si Principes illorum animis obtemperâssent, vidissemus ingentem stragem hominum. Quin & ipsos Principes ab occidendo deterreo, si liceat aliis rationibus mederi malo: verùm quos ego illic voco hæreticos, ille vocat innocentes. Nec illud verum est, licere quovis modo ex aliorum scriptis decerpere. Ex disputatione, si quædam per se referas, videbuntur pessimè dicta; si in contextu negas, non est cur reprehendas. *Stunica* quum me maximè vellet gravare invidiâ, quid aliud fecit quàm quòd ex lucubrationibus meis loca quædam congessit? Sed per me sanè ludat ut lubet *Vulturius*, apud cordatos nihil me lædet, ipse ni caverit, aliquando impingit in suum *Temesæum* genium. *Paulus* inquiunt, titulum aræ apud *Athenienses* torsit in argumentum Evangelii. Primum probabilius est, verum esse quod *Paulus* narrat illic aram fuisse titulo, *Ignoti Dei*. Sed ut donemus esse verum, quod prodidit *Hieronymus*, nónne his verbis, reliquisque diis ignotis, comprehensus est & verus Deus? Quid igitur fuci fecit *Paulus*? Merus autem fucus est, quòd, ut aiunt, mea verba simplici animo, bonáque fide citârint. Ipsa res aliud loquitur. At quæ tandem est ista veritas, quæ nobis invitis erupit? Mira vox sit oportet, quam per me, veluti per asinam *Balaam*, expressit spiritus. Hortatus sum, inquit, ad spiritualem sumptionem corporis & sanguinis *Christi*, sine qua corporalis illa non solùm nihil prodest, verùm etiam exitialis est. Quid hoc facit ad istorum impium dogma? An non *Paulus* idem suasit *Corinthiis*? An non *Augustinus*? An non idem hodiè quicquid est orthodoxorum Theologorum? An hinc sequitur, in Eucharistia nihil esse præter panem & vinum? Non pudet hæc tam absurda libris editis ingerere oculis hominum? Nunc bellè excusatur *Pellicanus*, à cujus nomine tamen mea temperavit Epistola, quòd iste pro sua civilitate ad invidiam mei putavit addendum, qui fassus est se multis dixisse, quod cum ipso de Eucharistia sentirem; idem mihi fassus est, se tale nihil unquam ex me audisse. Sed suspicatus est, inquit, te consentire. Unde? Quia spiritualem manducationem laudavi, ut præcipuam? Quid hoc ad rem? Num ideo non sparsit novum rumorem? Quin idem suspicabantur illi de *Paulo*, & *Augustino*, & omnibus Theologis, in quorum scriptis idem legitur quod in meis? Quis autem tam stupidus est, ut in Epistolis, quas urbem relicturus edidit, non sentiat illius obliquas strophas laudatæ prudentiæ? Semel responderam senatui me de Eucharistia sentire cum Ecclesia Catholica: Apud ipsum *Pellicanum* testatus sum me ab ea sententia, quam tum primùm apud me profitebatur prorsus abhorrere. Quid opus erat illis obliquis Epistolis? Quid opus erat precibus armatis, ad quas hortatur Magistratum? Sed eam Epistolam isti non viderunt. At *Gnaphæus*, qui præerat reliquiis ejus sodalitatis, eam in cubiculo *Pellicani* reperit; is qui vidit mihi narravit. Sed *armatas*, inquiunt, non intellexit *violentas*; Nam id esset levitatis eximiæ. Quid igitur dixit *armatas*? blandas opinor & amicas. Quasi non fuerit illic à quibusdam populariter jactatum, me debere teneri, nec dimitti, donec de singulis quid sentirem ederem. Sciebam quid quidam audire cuperent. Siquid dixissem catholicè, futurus eram prudens & callidus dissimulator: Si gratificatus fuissem quorundam auribus & corpus & animum meum exposuissem periculo. De facto nulla est ambiguitas, armatæ preces non aliæ sunt quàm quæ vim addunt recusanti, proinde non ineptè pronunciant in suam symmystem, factum hoc esse eximiæ improbitatis. Ego nihil aliud dico quàm ejusmodi facta non respondere Evangelio. Nónne pulchrè defensus est *Pellicanus*? Invitus ad ista descendo, in quibus dum civilitatem meam tuere conor, interdum mihi prodenda est causa mea. De *Pellicano* nihil questus sum, nisi quod ipse scripto voluit plurimis esse notum. Miseret me veteris amici potiùs quàm irascor homini. Nihil simile in eo deprehendi priusquam decrevisset totus esse Evangelicus. Supereſt defendendus *Leopoldus*, qui inquiunt, *Pellicano*, librum suum confecit. Unde id sciunt? credunt. At aliud narrabat, qui veniebant *Tiguro*. Non dissimulavit, inquiunt, *Leopoldus* suum nomen, ut mentitus est *Erasmus*. Quis pro *Lodovico Leopoldo* intelligeret *Ludovicum Judæum*, nisi fortè symmystæ? Quis autem suum nomen adjicit in calce libri in anglum? Sic autem erat adjectum, ut magis videri posset Typographi. Sed *Leopoldus*, ut aiunt, nusquam dicit me sentire cum *Luthero*; Tantum mea quædam bonâ fide recitavit. At quisquis legerit illius libellum ac meam responsionem intelliget illum nihil aliud agere, quàm ut insinuet me sentire, quod ipsi docent de Eucharistia: quod idem sentire vult *Lutherum*. Recitat, ut inquit, mea verba. Ut recitet, stultè colligit, imò ne recitat, quidem verba mea, sed frequenter imprudentissimè depravat, truncatímque refert. Primi statim citatione, vide quantum mendacium: in pleríque, ut ait, locis appello panem & vinum Eucharistiæ *symbola*, hoc est signa & symbolicum panem, quum hæc verba nusquam sint in scriptis meis, sed audivit ab aliquo, nam *Leopoldus* videtur mea non legisse. Dubitat tamen, an hoc dixerim in *Querela Pacis*, an in *Enchiridio*, an in alio quopiam librorum meorum. Vides bonam citantis fidem? Verba quæ citat ex *Enchiridio* Cap. V. depravatè citat. Imò eo ipso in loco carnem & sanguinem appello his verbis; *Christus contempsit carnis suæ manducationem, & sanguinis potum, nisi & spiritualiter edatur atque bibatur.* Et hic est locus qui palam declarat, quid eadem in corde metu Pontificis ac Cæsaris, homo videlicet meticulosus. Nam & hoc præstruxit: Si diversum, inquit *Leopoldus*, sentiret *Erasmus*, scriberet adversus eos, qui negant veritatem corporis & sanguinis in Eucharistia. Qui sic loquitur, nónne dicit me cum ipsis sentire? Quin & senten-

& sententiam meam, quam Senatui *Basiliensi* scripto tradidi, depravatè refert: Ea quum palàm profiteatur me sentire cum Ecclesia catholica, ac dissentire ab *Oecolampadio*, tamen hic ita loquitur: *Vides hic quid dicat bonus ille vir, modò velis intelligere.* Itidem stultissimè refert Annotationem in *Mar. cap.* 14. quum illic pronunciem hæreticum esse, negare in Eucharistia veritatem corporis & sanguinis. Addunt locum ex Paraphrasi in prioris ad *Cor. cap.* 10. & 11. ubi jactat me palàm, multísque verbis satis significare in Eucharistia esse panem & vinum. Quum illic habeantur hæc mea verba: *Nos quoque baptismo purgati sumus, ex aquo sacrosancti corporis cibo vescimur, de calice mystico bibimus omnes.* Ibidem crebro repeto hæc verba, *Corpus & sanguis Domini.* At ibidem corpus *Christi* voco *panem*, voco, sed addo, *sacrum*. Quì minùs id mihi liceat, quum *Paulus*, cujus Paraphrasten illic ago, idem faciat eodem in loco? Quin & illud improbè mentitur, me vocâsse panem & vinum *symbola* corporis & sanguinis Domini, quasi sentiam hæc elementa esse signa corporis & sanguinis absentis, quum ego dilucidè, quid sentiam explanans, ipsam sumptionem appellem *Symbolum* æterni fœderis. Impudentius etiam mendacium est, quod ait me sanguinem appellare *vinum*, nusquam appello vinum, sed appello *sacrosanctum poculum*. Adducit locum ex *Actis*, ubi prædicat me eadem scribere quæ scripsi in Epistolam ad *Corinthios*, quum ipsa res doceat hoc esse vanissimum. Addit alia multa esse loca in scriptis meis, quibus indico me sentire cum ipsis. Hoc mendacio quid impudentius? Alia multa sunt loca, quæ declarant me sentire cum Ecclesia catholica, nullum est verbum quod suspitionem præbeat diversæ sententiæ. Cur illa dissimulavit *Leopoldus*? subindicat illa mihi falsò tribui. Qui libri sunt editi meo nomine, qui mei non sunt? Quum scripto edito evidentissimè declarârim, quantis mendaciis, quàm stolidis sycophantiis scateat *Leopoldi* libellus, tamen hic, quisquis fuit, non veretur ejus facere mentionem, & audet etiam patrocinari, audet affirmare illic mea verba bonâ fide recitari, audet negare mihi impingi, quod cum ipsis sentiam. Vanissimum libellum à manifesto mendacio *Leopoldus* est auspicatus, dicit me cum *Luthero* damnare omnes constitutiones humanas. Os impudens, ubi legit hoc in scriptis meis? Sed quid mirum est sic ineptire *Leopoldum*, quum *Zuinglius*, quem quidam habent pro semi-deo, nihilo saniùs ratiocinetur, ex verbis meis, quibus expono locum *Pauli*, *Calix cui benedicimus*; *Benedicimus* inquam, & *consecramus*; Consecrandi verbum ait non ex animo, nec sine tædio additum. Quòd si non adjeci ex animo, non probo consecrationem. Sed quæ tandem necessitas compulit, ut adderem, quum *Paulus* eo verbo non utatur? Si dixissem *consecramus & benedicimus*, fuissem ex animo loquutus. Nunc quia sequitur, non ex animo adjectum est. O graves argumentationes, & tamen calumniosas! Non pudet istos tam manifestis *Leopoldi* næniis patrocinari? Potui, ut aiunt, in tempore rescire de libro, quum liber tum demum venerit, quum jam proficiscerentur disputaturi. Et erat *Germanicè* scriptus, tum ipse eram occupatissimus aliis. Quid, inquit, ille libellus ponderis habuisset in re tanta? Habuisset apud idiotas, & rude vulgus. Nos, inquiunt, nullam causam dedimus concipiendæ de nobis istiusmodi suspitionis. Qui vos? Ecclesiastæ *Argentoratenses*? De vobis illa scripta non sunt. Nondum enim prodierat in theatrum ille, qui quædam in libris *Lutheri* & *Pomerani* falsavit, & ad suum dogma non vertit, sed invertit: nondum, qui doceret vos, esse fas in evangelico negotio fucis ac technis uti, qui fictis titulis commendârant libros suos. Et qui talia faciunt ac docent, nunc scribunt, *nunquam tali suspicioni locum dedimus.* Verbo, inquiunt, Dei nitimur, faceßat omne mendacium. Appello, ut aiunt, *Carolstadii* libros insulsissimos, quos tamen non legi, nam erant *Germanicè* scripti, sed docti qui legerant ita prædicabant. Atque ipse etiam *Oecolampadius*, qui sententiam amplectebatur, probationes damnabat. Deinde sic placuerunt Senatui, ut suppresserint. Tot scatebant convitiis. Non cecinit, inquiunt, palinodiam. Cur igitur dicitur *Luthero* reconciliatus? In libro, inquit, aliud scripsit. Nimirum jam extra *Lutheri* potestatem constitutus. Qui tamen in eum fuit mitior, quàm *Zuinglius* in *Balthasarum*, quem *Tigurini* sex, ut aiunt, menses detinuerunt in carcere, nec nisi publicâ recantatione dimissus est, imò non dimissus, qui fugit è carcere. Certè *Basileæ* publicus erat rumor, *Carolstadium* recantâsse: & quid mali fuisset, si à tanto errore resipuisset? Postremò, qui damnant asseverationem dogmatis, quod priùs asseverârat, nonne canit palinodiam? De *Leopoldo* & *Carolstadio* satis. Superest alter Ecclesiastes, quem aiunt hujus cui nunc respondemus libri certè maxima ex parte architectum, eóque nomen suum supprimit. Vocetur, si libet, *Bucephalus*; is ficto titulo scripsit librum ad primogenitum Regis *Gallia*, admixtis aliquot verbis *Gallicis*, quo videretur à *Gallo* scriptus ad *Gallum*. *Pius*, inquit, *dolus est, qui nocet nemini, prodest multis.* Primùm, nulli nocet hæresis? Hoc protinus audiret ab alio; nam hoc de istis pronunciatum est. Non læditur tantus Princeps ac natio religiosissima quæ gravatur invidiâ? Quod autem simile exemplum ab Apostolis, aut probatis Ecclesiæ doctoribus profectum est? Si hic fucus nulli nocet, cur *Lutherus* tam indignè tulit suos libros per hunc fuisse corruptos? Cur *Pomeranus* de simili temeritate illius questus est? Quod ab aliis & ab ipsis adeo legibus falsi gravissimo crimine notatur, huic lepido Evangelistæ pius dolus est. De *Vulturio* jam respondi, cujus simplicitatem, bonam fidem, ac sinceritatem satis habeo compertam. Dabitur tamen hoc amicitiæ pristinæ, nè quid atrociùs in illum scribam. Si *Cometes* res erat seria, libellus erat ridiculus, tam ineptè tractatus. Libellos illius, quibus meum præfixerat nomen, nondum potui nancisci, sed homines optimæ fidei, qui legerunt, narrabant illic excitari *Germaniæ* Principes, ut sacerdotes ac monachos exnerent suis facultatibus. Idem habetur in Epistola cui titulus, *Argyrophylax*. Atque haud scio an eadem fuerit Epistola. Si nihil in illis erat mali, cur statim hic magistratus minimè stultus vetuit eos distrahi, adeò ut nullum liceat reperire? Id porro factum est, antequam scirem libros huc allatos. Alterum videram *Basileæ*, sed non dignatus sum legere. Nec idem ille scribit quod ego, sicut hic asseverat. Ego nolim hæreticos

perſuaſione ſimpliciter errantes ſtatim ad ignem pertrahi, ille qui pertrahuntur appellat innocentes. Si illi ſunt innocentes, impii ſunt Principes qui eos capite plectunt: & ſi illi tenent veritatem Evangelicam, Cæſar pluſquam hæreticus eſt, qui jubet illos occidi. *Vulturio* tribuit meram ſanctimoniam, quam optârim quidem tum illi, tum mihi adeſſe, patiârque illum interim iſtis frui laudibus: nec meâ refert quantum æris vel ſui vel alieni reliquerit, quanquam plus opinor alieni. Quàm religioſè ſervârit amicitiæ leges, quàm Evangelicâ fide duxerit uxorem ſuam, ipſe novit, nec me clam eſt. Sed illum ſuæ ſanctimoniæ relinquamus. Agricolarum exemplum in hoc produxi, nè rem per tumultum agentes, ſimilem exitum iſti ſortirentur. Alibi negat eum tumultum exortum ab Evangelio, ſed à ſævitia dominorum. Iſtud haud inficior, ſed illud in propatulo eſt, plurimos qui ſe Evangelii titulo venditabant, fuiſſe pòſt admixtos ei turbæ. Et novi quendam ex præcipuis Evangelii columnis, qui quum dicerem me ruſticis timere miſerum exitum, tantum arriſit, indicans ſe ſperare meliora. Cúmque Eccleſiaſtæ nunquam non ſævirent in vitam ſacerdotum, in ruſticos penè erant elingues. Populus autem Evangelicus multos habebat admixtos, qui adeò non improbabant eam fabulam, ut magiſtratus de Reipublicæ ſalute ſollicitus, magis metuerit à ſuis, quàm ab exteris, ac Senatus *Baſilienſis* unum ex Evangelii columnis jufſerit ire in exilium, quem ſatellites narrabant ſe nocte Paraſceves deprehendiſſe, non adorantem crucem, quod iſti nefas eſſe ducunt, ſed in *Paphiæ* deæ myſteriis operantem. Illa vereor ut quiſquam abſque riſu legat. Sic abhorremus, inquit, à rebus novandis, ut nemo magis. Si pro ſua republica reſpondet, patiar; ſi de omnibus loquitur, magis abhorret in parte *Lutherus*, qui nec imagines ſuſtulit, nec prohibet quenquam ſi velit ſacrificare, nec ad ſuam menſam compellit quenquam, nec Canonicos templis, nec Monachos monaſteriis exigit per vim. Cupimus, inquit, Monarchis per omnia placere. Cur igitur quidam templa ſpoliant ab illis extructa? Sed quum præcipiunt, inquit, impia, contemnendi ſunt. Verùm impium erit quicquid ipſis incommodum eſt. An non plerique apud *Saxones* negârunt Cæſari, ac Regi *Ferdinando* ſuppetias adverſùs vim *Turcarum*, ſequentes dogma *Lutheri*, cujus nunc ille palinodiam cecinit? Nónne voces haſce jactârunt Evangelici, ſe malle pugnare pro *Turca* non baptizato, quàm pro *Turca* baptizato, hâc notâ deſignantes Cæſarem. Omitto quæ *Romæ* geſta ſunt, quàm evangelicè ſe geſſerunt *Viennæ*? Quis eam hiſtoriam non deteſtetur? Nec illa ſine riſu legent omnes, *percutienti alapam dextram, obvertendam & lævam; auferenti tunicam, concedendum & pallium, &c. & docemus*, inquiunt; *& meditamur*. Si tales ſunt *Argentorati* Eccleſiaſtæ, magnopere gratulor ei reipublicæ; cæterùm hæc indecorè ſcribant, qui demoliuntur aliorum extructa ſumptibus, qui occupantes collegia ac monaſteria, dicunt,

Veteres migrate coloni,

qui armati procurrunt in forum. Quid interim Eccleſiaſtæ? Nè quem lædatis, niſi ſi quis vos prior læſerit; parate tamen arma & bombardas, nè quis vos opprimat. Scio quoſdam conjectos in carcerem, quòd verbum ipſis excidiſſet in Eccleſiaſtas, quendam etiam de capite periclitatum. Mitto quæ de *Zuinglii* clementia vulgò jactantur. Sic falſa *Heſiodi* ſententia: *Nec omnino penitus quod populari rumore ſpargitur*. Quod ſi verè mediatur patientiam Evangelicam, cur tam amarulentis, & criminoſis libellis quidam debacchantur in hunc & illum? *Zuinglius* in *Emſerum*, *Lutherus* in Regem *Angliæ*, & *Georgium Saxoniæ* Ducem ac Cæſarem, *Jonas* in *Fabrum*, in me *Lutherus*, *Hactenus* & *Otto*? Propugnamus, inquiunt, Evangelion. Alius hìc recineret, hæreſim, ſed dicemus, quid opus tot convitiis & ſannis? Ubi interim ſiniſtra maxilla ad ictum præbita? In hoc ipſo libello quot figurati morſus, quantum artificium onerandi me invidiâ, quantum ſtudium concitandi in me Principes, civitates, & regiones, quantum veneni melle verborum tegitur? Sed *Eraſmus*, inquit, quoque queritur de ſuo ſeculo, quod protulit aliquot qui Pontificis autoritatem propemodum anteponebant *Chriſto*, ceremoniis metiebantur totam pietatem, confeſſionem in immenſum arctabant, quo Monachi regnabant impunè, jam manifeſtum Phariſaiſmum medicantes. Convenit, inquit, nobis cum *Eraſmo*, quæ ille damnat, ea ſola nos convulſa volumus. Sed agendum, nuncubi *Eraſmus* docuit Miſſam eſſe abominationem, altaria demolienda, Euchariſtiam eſſe Idololatriam, confeſſionem nec neceſſariam eſſe, nec utilem, ceremonias omnes rejiciendas, Pontificum conſtitutiones omnes adverſari verbo Dei? Si ceremonia eſt quisquid ſignis externis geritur, & Baptiſmus eſſet tollendus. Quanquam qui dicit *aliquot*, (quâ voce ſum uſus) non damnat omnes, nec iſti vitia ſola convulſa volunt, ſed bona cum malis pariter ſublata. *Eraſmus*, inquunt, ſcribit imagines in templis non ſolum exceſſiſſe modum, verumetiam à decoro receſſiſſe. At nuſquam ſcribit omnes promiſcuè ſubmovendas, & in ignem conjiciendas, exceptis aureis & argenteis. Taxat *Eraſmus* operoſum hoc Muſices genus in templis quibuſdam receptum. At non damnat eos qui *Pſalmos* religioſè canunt in templis, qui preces horarias decenter recitant. Sic colligit ex meis verbis, homo mirè Dialecticus: Eſt aliquid abſurdi in his quæ convellimus, ergo rectè totum convellimus. Eſt aliquid vitii in corpore, totum igitur corpus tollendum eſt. Ubi didicit hanc Dialecticam? Prætereo totum illum locum, quo ut doceant ſe pares Apoſtolis, probare conantur, *Chriſtianiſmum* qui hactenus fuit, nihilo meliorem eſſe ſuperſtitione Ethnicorum, nihilominus fuiſſe prædictum ab Apoſtolis, quod iſti nunc moliuntur, quàm prædictum erat à Prophetis, Gentes relicto dæmonum cultu verum Deum ignaras, *Judaicas* ceremonias ad coruſcantem Evangelii lucem evanituras. Cujus aures ferant eam blaſphemiam? Sed quòd interim loca, quæ ex novo Teſtamento in Pſeudapoſtolos ac malos *Chriſtianos*, & hæreticos ſunt dicta, notant tantum, non etiam recitant, prudenter faciunt, nè pretium in ipſos retorqueantur. Præclara verò nuncia quæ cum veterum Prophetarum oraculis conferantur. Sed audiamus *Chryſippeum* enthymema: Quid accidit, inquiunt, *Eraſmo*, ut cùm ipſe toties invehatur in tantum Eccleſiaſticum, in preces ſine mente demurmuratas, in ſophiſticas Theologorum argutias, nunc nos roget quid ſit abſurdum in his quæ nos convellimus?

Atqui

Atqui ego res ipsas non damnavi, sed hominum quorundam mores bonis rebus utentium malè, isti res ipsas per se bonas convellunt. Quid isti accidit ut calumniaretur quod non intelligit? Impingunt mihi mendacium, quod scripserim istos jactare, se veritatem Evangelicam plus mille annis sepultam, in lucem revocâsse, quòd dicant priscos Ecclesiæ doctores nihil vidisse in sacris literis. *Hæc nos*, inquiunt, *non diximus*. Qui sint isti *nos*, nescio. At quid aliud in libris suis jactat *Lutherus & Zuinglius*? Nam in genere sum locutus, qui *Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, Gregorium*, cum cæteris dicit in carne fuisse, caro autem nihil sapit eorum quæ Dei sunt, quum divinæ literæ non intelligantur nisi per *Christi* spiritum, quem adeo illis non tribuit, ut vix liberet à gehenna, nonne facit quod dixi? Quum verò *Lutherum* in nullo reprehendant, præterquam in causa Eucharistiæ, verisimile est eos hîc cum illo sentire. Deinde quum ipsi quoque vocent idololatriam, blasphemiam & *Christi* contumeliam, contráque sacras literas invecta, quæ veteres tot retrò sæculis docuerunt, & religiosè servârunt, veluti de jejunio quod fuit tempore *Origenis*, de cantu Ecclesiastico qui fuit ante *Ambrosium* & *Augustinum*, de sacrificio Missæ, de Eucharistia, de invocatione Sanctorum, de statuis in templo quod non damnat *Gregorius*, & ipse *Hieronymus* tundebat pectus coram imagine crucifixi, de libero arbitrio, de Monachismo, déque aliis compluribus, nonne bellè sentiunt de priscis ecclesiæ doctoribus? Retegant suorum libros, ac tum dicant hîc esse multa non ἀκυρώτως à me dicta, dicant *Erasmi* dictum est, non nostrum, nolo dicere τὰ σφῶν σφῶν. Nec satis est illis sua vaticinia priscis æquâsse, præferunt. Referam unum è multis, *Act. cap. 20. Paulus* ita loquitur: *Scio quod introibunt post abitum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* In utros ista magis competunt? in nos, qui quod à mille quingentis annis tradidit ecclesia tenemus, an in eos qui novis dogmatibus tantos excitant tumultus? Quid autem prædixit *Christus* apud *Matth. cap. 24*? *Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus, & multos seducent: Et multi Pseudoprophetæ surgent, & seducent multos.* Annon hæc ταυτόκυρα sunt? Quemadmodum illa quæ scribit *Paulus* posterioris ad *Thess. Epist. cap. 2. sic nos veluti compellans, rogamus vos, ut non citò moveamini à vestro sensu, neque terreamini.* Quis autem est ille homo peccati, & filius perditionis? *Romanus*, ut arbitrantur, Pontifex: at is daturus est eis diversam interpretationem. *1. Tim. cap. 4.* quid docet *Paulus*? Prædixit exoriturros, qui prohiberent nubere, qui jubgerent abstinere à cibis. Hæc in eos quadrant, qui simpliciter damnant omne matrimonium, ceu suâpte naturâ spurcum? Hos exsecratur Ecclesia Catholica. Cæterùm qui semel duxit uxorem, nonne is rectè vocatur inire matrimonium? Nonne *Paulus* vetuit novercam uxoris loco haberi? Nonne *Johannes Baptista* damnat matrimonium *Herodis*? Ecclesia non arcet à matrimonio, nisi qui matrimonium abjurârunt. Quòd si se non continent, deplorent suam vel temeritatem vel imbecillitatem, non damnent ecclesiam. Audiamus jam vaticinium *Joan. Epist. 1. cap. 2. Filioli, novissima hora est, & sicut audistis, quòd Antichristus venit, jam Antichristi multi facti sunt? Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis*, &c. Vident hæc statim ipsis in os posse regeri. Similiter quod habetur ejusdem Epist. cap. 4. nonne nobis dicta videntur? *Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint, quoniam multi Pseudoprophetæ exierunt in mundum.* Quid porrò in Epist. *Pet. 2. cap. 2. Fuerunt & Pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis.* De quibus vaticinatur *Petrus*? Judicet sensus communis: in nos certè ista non competunt. Hujus generis sunt istorum vaticinia propheticis dissidiora, quæ *Paulus* autoritate suâ interpretans confirmavit. Post hæc suam inter se dissensionem cum Apostolorum ac veterum dissensione conferunt. Apostoli nusquam dissenserunt in dogmatibus fidei. Nam quod quidam aiunt *Petrum* in fide errâsse, & ob id à *Paulo* reprehensum, non rectè scriptum est ab *Augustino* quem parum attentè sequuti sunt recentiores. Nec est eadem ratio de dissensione priscorum, & istorum dissidio. Ignoscitur *Origeni* & *Cypriano*, quòd quædam disputârint ex Scripturis non satis intellectis, de quibus nondum erat ecclesiastica autoritate pronunciatum. Sic in multis ignoscitur & *Chrysostomo*, & *Ambrosio*, & *Hieronymo*, & *Augustino*. Jam an hoc verum sit quòd isti nusquam dissentiunt in his quæ sunt ad salutem necessaria, viderint ipsi. Nos arbitramur certè de Eucharistia sententiam ad necessitatem salutis pertinere, nè cætera multa commemorem. Nec ideo scripsimus eos novare dogmata, quòd quædam nunc proferunt quæ initio tacuerunt, sed quòd in libris dictisque suis doceant inter se pugnantia. Id si falsum est, refellant eos qui tot loca proferunt, in quibus *Lutherus* & *Zuinglius* à seipsis quoque dissentiunt. Extant illorum libri, nè mihi sit hoc operæ sumendum, quanquam possum & alia quædam referre ab illis prætermissa. Doceant inter doctrinam *Lutheri* & *Zuinglii* nullum esse discrimen. Alium igitur fucum quærant oportet, quo suum excusent dissidium. Verùm hoc quoque sibi volunt ignosci, quod initio quædam ignorârint, velut *Antiochiæ* fratres expostulant cum *Petro* quòd baptizâsset *Cornelii* familiam, & erant inter *Judæos* qui Gentibus volebant imponere onus legis, nonnulli volebant totam legem admiscere *Christo*. Hujusmodi lemmatibus patrocinantur suorum dogmatũ discrepantiæ. At ego de grege fratrũ non disputo: Apostoli quibus isti se comparant, nunquam, ut dixi, dissenserunt in dogmatibus fidei, legis cerimoniæ per se malæ non erant, nec ciborũ delectus, nec Deus voluit suam legem subitò rejici, nè videretur suisse impia, quum abolendæ quoque ceremoniæ typum haberent *Christi*, sed paulatim antiquari. Cæterùm quoniam Dominus jusserat illos incipere ab *Hierosolymis*, tota *Judæa*, & *Samaria*, tandem veniret usq; ad extrema terræ, fieri potuit ut *Petrus* dubitârit, quando Deo visum esset, palàm doceri leges ceremonias abolendas, & à *Paulo* monitus sit, jam esse tempus. Porrò, *Petri* difficultas quam præ se ferebat in baptizando *Cornelio*, & murmur fratrũ adversus *Petrum*, & *Pauli* objurgatio, nihil aliud erat quàm Dei dispensatio hoc agentis, ut omnibus liqueret earum rerũ novationem non levitate hominum, sed Dei voluntate fieri. Sed quando quisquam Apostolus probavit idololatriã?

At isti Missam probárunt initio & sacrificárunt, quum eam nunc existiment summam esse idololatriam. Hoc excusent suâ Rhetoricâ, si queant. In hoc, ut ait, à me dissentiunt quòd scripserim Apostolos initio dissimulâsse *Christi* divinitatem. Idque ita referunt, quasi Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum receperint aliquos ad gratiam evangelicam quibus non indicârint *Christi* divinitatem. Absit ut ea cogitatio mihi unquam venerit in mentem, sed ex probatorum autorum sententia annoto, quòd *Petrus* primâ concione apud eadem illam multitudinem *Christum* appellat *virum approbatum à Deo*, de divinitate silet, quam si tum expressisset, non habuisset attentum auditorium. Itidem *Paulus* apud *Athenienses* nondum mysterii capaces, *Christum* appellat *virum per quem Deus statuisset servare mortalium genus*. Quis enim tum tulisset hominem cruci affixum appellari Deum? Hoc pro ratione temporis apud indoctos. Cæterùm discipulis non dubium quin in primis apparuerint divinæ naturæ mysterium. Jam cùm à *Christo* mitterentur per *Judææ* civitates prædicaturi Evangelium, vetiti sunt dicere *Jesum* esse *Messiam*, tantùm aberat ut prædicarent Deum. Quid est ergo quod isti non agnoscunt? Fateantur potiùs se non intelexisse quod scripsi. Auferant igitur fumos verborum, desinántque se cum Apostolis conferre. De synodis nihil interim disputo, quas ipsi sortiter contemnunt, neque nos tuemur illic acta omnia. Ad mores redit oratio, multáque commemorant de lenitate ac mansuetudine suorum, & præcipuè *Caesarum* Principis, quæ si à me fuissent scripta, clamarent me magistratibus & Principibus adulari. Sed hæc quoniam ad magnates attinent, non est animus respondere, præsertim cùm mihi quæ procul gesta sunt parum sint explorata. Quid *Caesarum* Princeps sentiat nescio, quæ vulgò jactantur nihil moror, quæ isti prædicant de his quos putant suo favere instituto, nihil me movent, nihilo magis quàm ea quæ de scipsis nobis ingerunt. Illud non potui non ridere, quod in argumentum evangelicæ lenitatis adducunt, quòd cùm tam diu in epistolis meis tam dira falsáq; crimina in eos congereps Monarcharum, & omnium mortalium animos in ipsos provocârim, tamen id impunè tulerim. Et ubi sunt ista dira falsáq; crimina? Quin clamant in *Eckium*, in Episcopum *Rossensem*, in alios complures, qui scriò cum istis sectis belligerantur. Omnia crimina semel objecerunt, qui pronunciant hæreticos & schismaticos. Videant quibus flosculis ipsos ornârit, in hoc Principum conventu *Johannes Eckius*. Ego semper, pro viribus, Principes à sæviendo revocavi; & ipse adeo non fui sævus in eos, ut multis viderer colludere. Tot vulgò volitant detractissimi libelli, pleníque amarulentiâ, & convitiis tam acerbis, ut non temerè quicquam simile reperias apud ethnicos, & nobis toties jactant admirabilem illam mansuetudinem, quæ percussâ dextrâ maxillâ, percutiendam præbet lævam. Nos, inquiet, non ista facimus. Quum meus sermo sit generalis, nè dicat, *nos non facimus*, sed quod objicis nusquam sit. Sibi tutam esse volunt in Episcopos, Reges ac Principes quicquid libet convitiorum effundere; experiatur qui velit, an si simili modo debacchetur in Ecclesiastas aut magistratus istorum, impunè sit abiturus. Ego privatam quorundam mansuetudinem abundè sum expertus. Novi quendam quem plus decem annis non aliter atq; filium adamavi, méque vicissim non secus ac parentem observabat, imò quum dixissem probitati natam: sinout atque hactenus tum evangelicum, præter omnem expectationem cœpit esse bonus alector; pernox chorearum lasciva, non inelegans scortator: cœpit dissimulare, prælongum ensem, cogitare de matrimonio. Postremò verbulo læsus, ex tali amico quum esse videbatur, subitò mutatus est in viperam, vindictæ avidissimus, perinde quasi matrem ipsius ferro petissem. Quid alterum commemorem, sicut modum evangelicum, qui nunquam à me verbo læsus, sed tum voce, tum scriptis meis perfectum, nonnihil etiam officiis meis adjutus, cum mecum nunquam expostulâsset, post abitum, pectorum hostilem præ se tulit animum, nec sicut habet linguæ spiculum in me vibrare, libuit in me scriptum recitat suis compotoribus. Ob quod meritum meum? Quia cum furente non furere libuit. Quanquam per me tum licuit illi facere quod libuit. Apud Episcopum *Christoforum* [illegible] didissimè excusavi. Quum à Magistratu immineret illi periculum, etiam scripto [illegible]. Nec erat intempestiva admonitio, jubens adire magistratum, maluit vertere jocum. Atqui hoc [illegible] est ex præceptis evangelicis. Quando præterea literam in exilium persecutus, qui tale quidpiam referam bene meritus? Qui porrò [illegible] stringere calamum in hominem, à quo se [illegible] amatus, si scriptis edito prædicatis, aut meis scribis adjutus officiis? An non hunc [illegible] cori evangelii placebat populo evangelico? Et tamen hunc quidam præceptor illius [illegible] sensor, in epistola quadam, appellat furiam. Lutherus dolet asperitate *Spongiæ*. Quid hunc de vulgo memorem. In quo malorum, [illegible] tum etiam injuriarum impatientissimo, & [illegible] quamvis frivola offensa atrocem vindictam moveret. E multis unum attingam. Quidam juvenis erat conjectus in carcerem ob non leve factum. Adegerunt amici, ut per oratorem legis *Apollonium*, qui tum forte aderat, impetrarem veniam. Factum est, dimissus est, multa remissa est. quo nomine, veluti pro summo beneficio gratias agere. At ille bonus ea eadem die quo liberatus est, eorum per quos liberatus est, vino ebrius, fanda atque infanda dixit in me, & stricto gladio mortem etiam minitatus [illegible]. Rogatus postridie num illa dixisset ex animo, excusavit temulentiam. Evangelica purgatio. Deinde contulit se *Constantiam*, & apud [illegible] quem noverat esse mihi suavissimum, [illegible] esse famulum *Erasmi*; hâc commendatione [illegible] ter ibi tractatus est hebdomades aliquot. Inde contulit se *Wittembergam*, absoluturus evangelium suum. Habes exempla mansuetudinis, hinc accipe exemplum bonæ fidei & veritatis. Expulsabam cum quodam vehementer evangelicum, qui in sua patria obambulasset per ludimagistros ac pædagogos qui domi puerilem institutionem, quique sedecim ferè tradidisset articulos, superesse nam esse confessionem. Pontificum constitutiones nihil obligare, & hujus generis alia quot: quum inficiaretur cætera quæ objiciebam, hoc ingenuè fassus est. Revertens [illegible] in patriam me dissuadente, minimum abfuit quin fuerit comprehensus, tamen elapsus est. Quum mihi totam historiam denarrasset, rogabam

evangelium quid commeruisset, ut tanto studio pe-
terentur à fratellitibus. Necesse est, inquam, ut a-
liquid fœdi dixerim vel, quo deprehenderint te
non esse alienum à sectis. Ille sanctè dejeravit se
nec fecisse, nec dixisse quicquam. Quid ais, in-
quam, impudens, nónne mihi fassus es tale præ-
sente de disseminatis articulis? Negavit. Quo
magis urgebam, hoc magis abjurabat. Alius
quidam irrupit in ædes meas, expetens colloqui-
um meum. Ut ex famulis cognovi πλανήτην esse,
jussi dicerent mihi non esse ocium. Jussus abire
semel atque iterum, Nihil, inquit, moror *Erasmi*
verba, pecuniam illius volo. Quid factum? Post
totam horam, cum jamdudum abiisse crederem,
fortè cubiculum egressus, reperi cum famulis gar-
rientem admodum familiariter. Fuerat autem
Franciscanus, quod ipse ultrò apud meos effuti-
verat. Inter colloquendum incidit ut diceret se
rectà *Norenbergam* iturum. Scripsi ad *Bilibal-*
dum, dedi septem asses. Ille pilum non pertulit,
sed olim per occasionem unum è famulis misissem
Vuitebergam, illic virum reperit Evangelicum. Alius
quidam adiit me, querens de extrema egestate,
& offerens obsequium suum. Nolui statim in fa-
miliarem admittere ignotum, sed datis quatuor
assibus, jussi ut postridie rediret ad me. Rediit,
tradidi illi *libellum*, ut eum transcribendo di-
sceret scribere, pactus cum illo duobus assibus in
singulos dies, addidi præ manibus, præter qua-
tuor ante datos, asses quatuordecim. Ille bonus
vir nactus viaticum, profectus est inscio me *Ti-*
gurum, ibi nescio cui locavit operam suam. Ubi
sex diebus nusquam apparet, jubeo perquiri, ai-
unt profectum. Librum meum deposuerat apud
hospitem suum, at ille abjurabat quicquam apud
se relictum. Nec priùs recepi codicem, donec il-
le literis authenticis mandâsset, ut redderetur.
Rediit, nec reddidit pecuniam, nec perscripsit
quod receperat, nec mihi saltem gratias egit, imò
cum aliquot sodalibus præteriens, nè moto qui-
dem pileo salutavit. Taceo multos qui irrupe-
runt in ædes meas subornati, ut mihi literas aut
libellos redderent, ludibrii causâ confictos. Com-
peri quosdam qui ultrò adibant quos mihi scie-
bant familiares, offerentes officium suum si quid
vellent ad *Erasmum*. Acceptas literas perferebant
ad *fratres*, ut scirent arcana nostra. Hujus gene-
ris centum historias proferre valeam. Quòd si ne-
gant tales esse Evangelicos, mecum profectò faci-
unt, & ideo posui Pseudevangelicos. Verùm hu-
jusmodi multa colluvies, quæ initio non postre-
mas partes gerebat in hac fabula, multos bonos a-
liemores reddidit ab hoc negotio. Proinde mihi
non debent succensere si minùs probo quos ipsi
quoque damnant. Sed ad id quod institueram re-
deo. Adducit & hoc exemplum Evangelicæ man-
suetudinis, quod apud ipsos etiam qui sectæ ipso-
rum adversantur commodissimè vivant. Id quale
sit in præsentia non excutiam. Certè multorum
querelas audio, nonnullos video profugientes, ali-
quot etiam desciscentes, compertâ tandem istio-
rum sanctimoniâ. Illud rursus impudentissimæ va-
nitatis est, quod cùm, ut aiunt, *Argentorati*, *Basileæ*,
Constantiæ tam multi se converterint ad vitam in-
corruptissimam, ego perinde scribam de eis, quasi
nemo in eis cœpisset vivere emendatiùs, imò qua-
si nemo esset non seipso factus deterior. Os im-
pudens, ubi sic loquitur *Erasmus*? Imò testatur
se paucos nôsse, nec scribere nisi de notis; &
quod scribo verissimum est, idque multis experi-
mentis docere possim, nè putent me populi rumo-
ribus niti. Quos antea noveram puros, candidos,
& fuci ignaros, ubi se sectæ dedidissent, loqui cœ-
pisse de puellis, lusisse aleam, abjecisse preces, fa-
ctos ad rem attentissimos, impatientissimos o-
mnis injuriæ, vindices, obtrectatores, vanos, vi-
perinis moribus, ac prorsus hominem exuisse.
Quæ de luxu quorundam vulgò ferebantur non
referam. Expertus sum, si quid erat negotii duri-
ores esse, minúsque fidos plerosque Evangelicos
quàm cæteros. Si tam multi facti sunt meliores,
gaudendum est & fieri potest, ut inscio me tales a-
liquot sint. Quomodo vivatur *Romæ* aut inter *Ca-*
nonicos, nec meâ refert, nec admodum novi. Nam
isti placuit simpliciter mendax hyperbole, *nemo*
melius novit, cùm vix quisquam minus nôrit. Verùm
nè conferat nunc suos Ecclesiastas cum nostris E-
piscopis, ubi ad dignitates ac opes illorum perve-
nerint, tum erit conferendi tempus. Nunc ut adsit
animus, deest facultas. Omnes Episcopi *Romani*
usque ad vigesimum primum, ni fallor, martyrii
gloriam tulerunt, videbimus qualis futurus sit qui
Zuinglio, aut *Oecolampadio*, aut *Capitoni* vigesimus
successerit. Tamen inter Episcopos nostros novi,
quorum sanctimoniam malim, quàm mille Evan-
gelicorum. Proinde, quòd mihi falsò impingunt
me sic loqui de Evangelicis, quasi nemo rectè vi-
vat, id verè potest in istos retorqueri, qui sic lo-
quuntur de sacerdotibus, monachis & Episcopis,
quasi sint omnes sceleratissimi, & hostes *Christi*.
Scripseram illos preces & jejunia tollere, hic vo-
ciferantur, *Quid est, si hæc calumnia non est?* To-
tidem verbis in illos recinam: *Quid est, si hæc*
calumnia non est? Dixi illos tollere jejunia ab Ec-
clesia indicta, preces horarias ab Ecclesia præscri-
ptas; id quum ipsi fateantur, quid quiritantur de
calumnia? Nec simpliciter damnavi quod sustu-
lerint, sed quòd quum illa sustulerint, multi ni-
hil prorsus nec orent, nec jejunent. Vera, in-
quiunt, precatio non potest ab homine præcipi,
quum ea non sit in hominis potestate. Nec hoc si-
bi sumit Ecclesia, verùm ea præscribit quæ ad spi-
ritualem precationem conducunt provehúntque,
in quibus precipua sunt jejunium, eleemosyne, sacra
lectio, & precum vocalis recitatio; ad id quod ex-
igi non potest, hortatur tantùm. Cur, inquiunt,
sibi sumunt Pontifices, quod sibi non sumpserunt
Apostoli? Quia tum ultrò precabantur, & je-
junabant, nostra segnitiei capistro fuit opus &
stimulis; & probabile est si tali seculo vixissent A-
postoli, duriores etiam constitutiones nostris
moribus imposituros. Jam & illud inficiantur,
quòd Missam sustulerint. Quid igitur sibi volunt
tot libelli de abroganda Missa? Aut qualis est il-
la Missa quæ careat corpore & sanguine *Christi*?
Ea quum asserant, tamen audent dicere, quòd
quæstum modò aliàque sacerdotum, non rei vi-
ra sustulerint. Num Apostoli celebrârunt Missam
absque corpore *Christi*? Nam vestes & ritus me-
dia sunt, non zizania, quæ pro tempore vel omitti
possunt, vel adhiberi, vel mutari. Dolet illis hy-
perbole, quod scripserim illis in receptis nihil
placere. Proferant igitur quod in totum pro-
bent *Lutherus* & *Zuinglius* in receptis; nihil in-
venient. Porrò, quòd ait à me scriptum, ip-
sos pro bonis, aut certè tolerabilibus, pessima

quæque invehere, hoc in mea epistola non arbitror usquam legi; & si scripsissem, plurimorum applausu scripsissem. Verùm ea *δείνωσις* visa est illis commoda ad mihi movendam invidiam. Exigunt à me ut eorum nomina proferam, quos aio post susceptam sectæ professionem factos sepsis deteriores, quum ipsi protulerint unum Principem mihi quidem ignotum, quasi nusquam appareant, aut quasi vulgo non sint obvii, quos sibi volunt nominatim commonstrari. Sinant me hic meam tueri civilitatem: quod si urgent, relegabo eos in *Saxoniam*, ubi sunt qui visitatoribus eguerunt, qui Cæsaris suppetias adversus *Turcam* negârunt, qui leges Matrimonii omnes commiscuerunt. A visitatoribus discant quos casus audierint. Sed quid opus est quenquam nominare, quum ipsi fateantur occasione Evangelii, multò licentiùs in sceleratuere. Ipsi igitur eos pro me nominent. Rursus congerit aliquot manifesta mendacia, *permitto*, ut ait, *mihi ut ab aliquot malos admixtos totam istorum professionem damnem.* Hoc nusquam est in Epistola, nec aliis scriptis meis. Imò contrarium legitur. Tantùm dico quorundam impuram vitam officere negotio quod agunt. Id ipsi non negant. Rursus illa verba, *quasi apud nos nihil nisi scelera decernantur*, quum nihil tale sit in scriptis meis; demiror istius scriptoris impudentiam: quemadmodum & illud falsissimum est, quasi nostræ doctrinæ nemo hactenus discipulus fuerit, qui non factus sit sepso deterior, quum ego tantum negem me nôsse quenquam. Pauciſſimi sunt quos ego novi propiùs, *Argentorati* nullus. Et pòst tam impudens mendacium exclamat hic Rhetor: *O gravem contumeliam Christi*, &c. Nec his contentus, *Quos hic*, inquit, *tantus Ecclesiæ Catholicæ vindex, tanquam bipedum nequissimos, meráque portenta omnium odiis & extremæ Principum sævitiæ exponit, addicit, devovet.* Quis non admiretur hanc *δείνωσιν* ex meris mendaciis profectam? Et hic est ille mansuetudinis Evangelicæ doctor, qui præter causam ad seditionem excitandam sic cornu *Alectûs* personat. Ego semper ad moderationem & tranquillitatem hortatus sum, & hortor etiamnum. Istud classicum in alios decuit intendere. Fortassis hoc illi excidit imprudenti, quòd meam Ecclesiam vocat Catholicam: quòd si nostra Catholica est, videlicet ipsorum Ecclesiam hæreticam pronunciat. Jam alius sic collegerit: *Quisquis ex orthodoxo fit hæreticus, nónne ipso fit deterior?* Verùm hoc ut non sensi animo, ita non est consilii defendere. Imagines sic ejectas semper improbavi. Qui picturas tollit è vita, præcipuas tollit vitæ delicias, atque adeo rem non uno modo frugiferam. Sæpe plus videmus in picturis, quàm ex literis concipimus. Proinde falsum est quod ait, imagines nihil adferre utilitatis. Et olim in templo *Judæorum* erant imagines, Cherubim, facies hominis prominentes & leunculorum effigies. Nec probabile est hoc sensisse Deum, nè qua omninò haberetur imago, sed nè idolum more Gentium. Multæ imagines proponuntur, non ut adorentur, sed ut vel exornent ædificium, vel ibi versantem admoneant alicujus bonæ rei. An inutile sit, si in templorum porticibus pingeretur tota vita *Christi*, ut qui illic spatiantur ocioſi, habeant frugiferam aliquam confabulandi, aut cogitandi materiam? Quanquam apud *Christianos* nulla proponitur imago propriè adoranda. Nam quod ho-

A noris illis impendimur, si impendimur, quod non præsentamus. Quòd si istis dictionibus [illegible] gò tollenda est, tollendi erant & [illegible] tibicines, quos sabbati addunt [illegible] tollendis & gallus farinæ [illegible] solitus. Probabile est igitur Deum [illegible] vis imagine fonsisse, sed de Gentium [illegible] quibus velut animatis immolabant; & si maximè sensisset, præceptum erat illorum

B rum, quemadmodum alia permulta. [illegible] hil est periculi ab Idololatria. Nec hoc [illegible] quod interpretantur, vitiorum ideas [illegible] pectoribus remanere, sed indicio quidpiam. Idem illos admonuit *Lutherus*. Quid si se tales autumant, ut in pectore alii [illegible] carnalium affectuum, sine causa monitos de his pectoris imaginibus. Sed ipsi fremunt & adhuc luctari cum carne, unde miror eos offendi.

C tur. Quod scripsi me non videre quid sibi velit imaginum demolitio, nisi ut sic conspiratio symbolum, sic fidissimè exaggerat, quasi ego scripserim illos seditiosæ conspirationis adversus Principes, quod existimant esse crimen nefandum. Cum nihil aliud senserim, quàm de fœdere, quod aliquot civitates inter se coierunt, in quorum fœdus recepti *Argentoratenses*, nisi profligatis impiis. Hoc fœdus cum *Vuldensis* etiam [illegible] celebrârit, cur in me sic debacchantur, quòd ejus fecerim mentionem, quanquam ibi de edictis

D *non sibus* non sum propriè locutus, sed in genere. Hoc fœdus adversùm quos sit, nihilominus non [illegible] rioſus: quid multi jactent Evangelio [illegible] que novit. *Conspirandi* verbum accepi [illegible] non in bonam quidem in malam partem vergens. Nec omnis conspiratio sit adversùs Principes. Et potest esse adversùs Principes quoque legitima. Asserant itaq; mihi tragicus ista exaggeratione. Ego fœdus illorum nec probo, nec improbo. Ad *Tabernanum* Præsulem, ut ait, scripsi me augurari illos

E moliri novam Democratiam. Quid hoc ad Ecclesiastas *Argentoratenses*? De vulgo loquor in genere. Et tamen illud proverbium [illegible] habet in ore. Hoc augurium an sit vanum, rerum exitus probabit. Iste pronuncia[illegible] tempus. Sunt civitates quæ non agnoscunt Principem, de illis potissimùm scripsi. Hic loquis, ex *Aristocratia*. Ridiculum, an *Aristocratia* verti [illegible] in *Democratiam*? Et si jam multæ civitates in hoc profecerunt ut Episcopos abdicârint, [illegible]

F aliæ huc proficere, ut Principes suos ejiciant? Non licuit ad amicum scribenti significare quid de quorundam animis divinarem? Et an [illegible] divino, vidimus tentatum ab agricolis? Quod addidi de callidis consiliis, ex ejusdem sectæ [illegible] cepi. Quosdam mihi videri prorsus homines [illegible] esse scripsi, sed de his duntaxat scripsi, quorum [illegible] res habeo compertos. An qui nec laesus, & beneficiis affectus, nec amicitiæ memini, nec fidei ac civilitatis, quam hostis præstat hosti,

G exuisse hominem? Et hic homo vanissimis [illegible] gicis verbis impingit mihi manifesta mendacia, quibus tamen non tam ipsos lædam, quàm ut prodam contumeliosissimè in *Christum*. Audit lenitatem Evangelicam? Audis Apostolicam syncéritatem? Quam sibimet reperit manifesta mendacia, nondum tamen ullum probavit mendacium. Depingit nobis quam sancte rei gerunt *Argentorati*. An verum dicat, nescio, certè apertum

esse

esse tentatorem; illud inficiari non possim, vorum hoc magis unum, quod tam multis verborum phaleris circumtitum, geri sine *Christo*, quum jactet se tantum sensu, quem *Christus* instituit. Redeuntes à templo meis oculis vidi, nec erat tanta turba, ut non liceret singulos contemplari. Nunquam sum ingressus illorum templa, ne viderer illis assentiri; & si venissem, non fuissem illis gratus, quum scirent me diversa sentire. Verùm ab his qui sectam illam profitebantur, sæpe diligenter perunctatus sum, quid illic ageretur, nominatim an concionante *Oecolampadio* vidissent aliquem illic lachrymantem aut ingemiscentem pro peccatis; negarunt, sed multos osciantes se vidisse aiebant, spiritorem aut illacrymantem nemimem. De his locutus sum, de quibus propius licuit cognoscere, de *Argentina* nihil. Et hoc videri volunt unum insigne mendacium, quo me declarem contumeliosum in *Christum*. Multò alia narrant etiam hi, qui sectæ illi dedere nomen. Dicent illos non esse Evangelicos. Quid mi? Quisquis malè sentit de illis non est Evangelicus. Quod scripsi, vereor ne Pharisaismo succedat Paganismus, quum non intelligant tamen calumniantur: Pharisaismum ad nostrorum quorundam superstitionem referebam, quem isti sic exorarent, ut metuerim ne multi jam habeamus, quibus ut cunque coercebantur, liberi, prorumperent in Paganicam licentiam. Quid hoc ad Ecclesiastas, aut ad cæremonias *Basilienses*? Non dubito quin multi sub hoc Evangelii pallio lateant, titulo *Christiani*, animo Pagani. Atque hoc plerumque videmus accidere, ut dum fugiò magis quàm circumspectè vitamus malum aliquod, incidamus in aliud gravius, ac de calcaria, quod dici solet, feramur in carbonariam. Quod ego me tuo, jam compertum est. Nam nuper *Basileæ* tale portentum excusserant. Ex hujusmodi magistro hic vir modestissimus toties impingit mendacia, magna, dira, falsa, venena libris editis cæsis in membra *Christi*. Non vult quicquam scribi, nisi quod oculis viderimus, auribus audierimus, quum ipse tot historias nobis decantet, quid actum sit apud *Hessos*, apud *Tigurinos*, apud *Basilienses*, apud *Bernates*: unde hausias, nisi ex aliorum relatione? Et ubi est hic mendaciorum acervus, quem in epistola congero? Priusquam sacerdotes cederent urbe, narrabant non adversarii, sed symmystæ, à quibusdam Ecclesiastis nullam fieri concionem, in qua non stomacharentur in Canonicos. Quòd si Canonici voluissent contendere, nonne vidimus in ea civitate tristissimam rerum faciem? Dixi sic excussam confessionem, ut plurimi ad Deo quidem confugerent: sic excussam cum jejuniis ciborum delectum, ut interim à multis graviter indulgeatur crapulæ. An non hæc fuit publica querela vulgi, non solùm laicorum? Quinor hoc nomine & *Oecolampadio* multos displicuisse. An hic quoque requirunt exempla? Sed denicor illos hoc inter mea mendacia referre, quum ipsi fateantur esse permultos, qui per occasionem Evangelii, sese in omnem scelerum licentiam effuderint. At hos non agnoscunt pro suis. Desinant igitur mihi indignari, nèque vanitatis accusare, quum de illis in genere sim locutus, nullam Rempublicam, nec ullum Magistratum notans. Etsi ultro occinitur, *nos non*. Natum nobis quid *Argentorati* docuerit, quum ego nequitiam quorundam moribus sim locutus, non de doctrina, quæ quidò sit *Argentinensis*, non novi. At vide scriptoris hujus efficaciam. Paulò antè testabatur tales, qualem novit, & mox subjicit: *Cur Erasmo nobis fallo impingis?* Si pronomen *nobis*, indicat Ecclesiastas *Argentinenses*, de his non loquor. Si populum universum Evangelici nominis, in hoc sunt quos nevavi, vel ipsis fatentibus. Et tamen cum eadem loquamur ambo, *Erasmus* est mendax, ille nihil loquitur nisi veritates Evangelicas. Scripsi, ut ait, *Sic excussum ab ipsis jugum humanarum constitutionum, ut nemo interim cervicem submiserit suavi jugo Domini.* Jamdò non sic loquor, vir Evangelice, *salubri sunt*, inquam, *qui submiserunt cervicem, &c.* Non inficior esse, sed ostendi cupio. Gratias agunt pro insigni testimonio, quod dixerim Apostolos nescisse præscriptos jejuniorum dies, nec ciborum delectum. A nullo, inquit, exigi potest, quod non instituerunt Apostoli. Si prophani Principes habent jus statuendi aliquid in externa Republica, qui minus ecclesiæ proceres habent jus statuendi in suam ecclesiasticò? Sed impudenter ista dicuntur ab his, qui ipsi à suis multa exigunt, quæ non sunt ab Apostolis instituta. Cæterùm quid hoc testimonium meum sublevat illorum causam, qui sic contemnunt præscripta jejunia, ut nunquam omnino jejunent? Exigunt à me quibus humanis constitutionibus ipsi gravent, in quos habent jus. Quærant hoc ab illis qui suis civitatibus pridem ceciderunt, & quotidie denigrant. Quid autem attinet eas proferre, quum quicquid ab istis geritur, aut istorum hortatu instituitur, ad publicam utilitatem à spiritu Dei profectum sit? Nullum verò novi Episcopum, cui non auderem me tutò credere, & Cæsaris favore semper fui hactenus sublevatus, quemadmodum & ab Aula *Brabantica*. Abitus à *Brabantia* præcipua causa fuit, nè quod tum agebatur, odiosum adversus *Lutherum* negotium, in meos humeros protraderetur. Quòd à magistratu nullum sit intentatum periculum, isti quam ignorent, tamen affirmant. Si fortiter tutatus fuissem causam Ecclesiæ Catholicæ, fortassis fuissem periculo non levi vicinus. Sed quid audio, etiam paterarum odor ad istorum nares pervenit? Nam id obiter libuerit queri. Solus Archiepiscopus *Cantuariensis* dedit mihi poculum, sed quum nondum innotuisset *Lutherus*. Post hunc *Albertus* Card. *Moguntinus*, priusquam *Lutherus* gravi laboraret invidiâ, imò quum vix notus esset. Tertius quidem nuper dedit, post hunc quartus, nullus unquam mihi vel tacta significavit, ut scriberem adversus sectas. Nec me pudet ejusmodi munera quæ à summatibus viris ultrò deferantur. Nam hoc genus testimoniis me vehementer ornari puto, quæ si minus in me competunt, certè plausibilia sunt monumenta, Principes viros favere literis ac pietati, quibus bonis me prædium existimant. Adeò verò me non habent Episcopi σύμμυστον, ut dicar in tanto ecclesiæ discrimine dormitare. Quàm multa falsò hic congerit ex animi sui somnio, qui non patitur quicquam dici, nisi sensibus compertum. Nescio an hoc ad me pertineat, quod indicavit quidam hic crescere. A *Probenio* minimum accepi, quòdque vix sufficiebat mihi alendo & manuenti, & hoc ipsum quod conatus est dare, videlicet ædes, in quibus habitabam, constanter recusavi. Interim ob absentiam ex petitione Cæsarea renuncium non accepi, sed in *Germania*, ubi carissima

ma sunt omnia, meæ pecuniæ jam aliquot florenorum millia consumpsi, neque cuiquam assem debeo. Unde venirent divitiæ? Nec paucis eget hoc corpusculum, neque parvo mihi constant amanuenses, postremò nec frugi sum paterfamilias, nec esse possum cyminopristes. Jam tantum non insanit, quod scripserim me vereri, nè plerique pro gravi jugo hominum portent gravius jugum diaboli. Tales quum & ipsi fateantur Evangelico nomini permixtos, quid est quod sic in me efferantur? Tales quum & ipse quosdam nôrim, quid mirum si dixi me vereri deteriora? Hunc locum ita claudit: *Quicquid falsorum criminum siki in nos evomere Erasmus permittit, ab ipsissimis certè diabolis, id est, calumniatoribus ipsi ingestum.* Hanc amarulentiam in me evomunt, patientissimi illi evangelici, quum hactenus nè unum quidem crimen probare potuerint, aut ullum mendacium. Tantum audio, *nos, nos*, quasi tantum scripserim in ecclesiastas *Argentinenses*. Sed homo civilis sublevat me, ea mendacia non confinxi ex me, sed hausta à diabolis, irà præcipiti pereitus evomui in membra *Christi*. Quum narrem vel comperta, vel ab his relata, qui sunt ejusdem professionis, ubi sunt isti Diaboli? Nos, inquit, tribuimus honorem, cui debemus honorem, ac modis omnibus tranquillitati studemus. Si pronomen *nos* propriè demonstrat *Argentoratenses*, nihil repugno; fieri potest ut verum dicat. Atqui si sentit in toto corpore profitentium evangelion nullos esse, qui nec honorem habeant quibus debetur, & publicam tranquillitatem turbent, vanus rumor fuit, *Augustæ* magistratum aliquamdiu milites alere coactum adversus populi tumultus. In ea civitate in qua tum agebam, quoties edicto cautum, nè diversæ partis homines convitiis sese provocarent? Quàm hoc parum servatum est ab evangelicis quibusdam? de omnibus non loquor. Quoties edixit magistratus nè ab evangelicis fierent elancularii conventus, quoties ibi concursum est adversus edictum Senatûs, & adversus datum jusjurandum; testis est tum tribunus plebis, nunc consul, qui autore senatu illos, qui fermè trecenti apud *Augustinenses*, convenerant, discussit, & perjurium magno stomacho exprobravit. Rursus, quum tot armati forum obsiderent, & imagines demolirentur, non obscurum est quid Senatui responderint. Et in hoc cœtu multi fuisse dicuntur operæ armatæ, contra vetustum Senatûs edictum. Quum in conventu quodam Senatus proponeret conditiones, quibus cum Catholicis transigeretur, quidam è turba, voce tumultuosâ clamavit, *Hoc nolumus, hoc nolumus, boni Domini.* Qui astitit mihi narravit. Eodem tempore vir clarissimus *Jacobus Sturmius*, suæ civitatis tum legatus & consul, nónne populum è suggesto graviter objurgavit, quod pleraque faceret per tumultum, idque cordatissimo quoque approbante? Cum Senatus toties edixisset, nè quis daret occasionem seditionis, quidam præcipuus Evangelii Zelotes pulchrè potus, à convivio nuptiali venit in summum templum, reperit *Mariam* concionantem, à quo quum nihil diceretur, quod ad sectam ullam pertineret: (Nam tum finiebat concionem) ille seditiosâ voce succlamavit, *Mentiris Monache, ut te percutiat mala pestilentia.* Hoc si quis Catholicus fecisset in ecclesia diversæ communionis, quod præmium retulisset? Quid supplicii de illo sumptum est? cessit

A in vicum aliquem ad triduum, & nullis [illegible] clementiam Evangelicam. Si commissum fuisset à Catholico, de capite erat periclitandum. Similium exemplorum nullus est numerus. Quum ibidem timeretur seditio, multique civium conjecti essent in carcerem, quidam rigidus Evangelii satelles, utinam nunc juxta nomen suum aliquid boni faciat, jussus est exulare. Postea tum *Pharellus*, ni properâsset, ducendus in carcerem.

B Hæc nulli non notissima sunt, quæ non referuntur in magistratus ignominiam, sed in laudem potius, qui suâ vigilantiâ inconditæ multitudinis violentiam temperârit. Ea natura est vulgi tumultus ciere. Quid hæc ad respublicas? Quid ad Magistratus? Quid ad Ecclesiastas? nisi quicquid etiam ab improbis actum est, ipsorum actum est impulsu. Habitus est honos Magistratui, sed gratis præscribenti. Quis honos habitus est consuli, quiclam profugit? Atqui erat is summus Magistratus.

C Quid honoris habitum est Magistratui *Argentoratensi* ab his, qui toties adversus edictum excudebant stolidos libellos? Is qui *Vulturii* scholis excudit, ob honorem habitum magistratui, conjectus est in carcerem. Possem innumera recensere, sed desino. At desinant & isti hoc dicere sibi fallus, quod scripserim aliquos sic excussisse jugum Episcoporum, ut nec prophano magistratui parent. Generalis est sermo meus, quem si hic patronus volebat refellere, docendum erat nusquam in

D ipsorum Ecclesiis fuisse contemptæ magistratus edicta. Negat Evangelicos unquam movisse in multus, aut procurrisse ad arma. Quum proximè procursum esset ad arma, hinc atque hinc ad pugnam paratis viginti millibus, nónne ob paulum pecuniæ procursum est? Nónne hic primum ab Evangelicis arma sumpta sunt? Nam hi erant petitores. *Ceratorum* expeditionem fuisse, istorum jocus est, non meus. Et homo effrons urget me, quos tumultus, quæ narrem arma? & adjicit,

E *Quis te*, inquit, *adeo commovit intra immunes Christi Ecclesias?* Hoc si rogâsset hominem parum civilem, qui σῦχα nihil aliud vocare posset quam σῦκα, illicò recineret, quis vos commovit adversus innocuas *Christi* Ecclesias, per totum orbem *Christianum* sparsas, ut eas vestris dogmatibus ac defectionibus turbaretis, tot oviculas à vestris distraheretis, & Orco mitteretis? Ego tam incivilis non sum, ut hoc pacto respondeam, tantum queror esse qui se falsò jactant Evangelicos, quum nec

F tranquillitati studeant, nec magistratui dicto sint audientes. Hic denarrat nobis historiam ridiculam, quam illic ubi res gesta est, nec ipsi Evangelici poterunt absque risu legere, Catholicos irrupisse arma, Evangelicos inermes supplicem libellum Senatui porrexisse, statuam putrem fuisse contactam hastâ concidisse, motos è Senatu, qui vehementer Evangelium oppugnârant. Imò quum Senatus edixisset, nè quis fieret concursus, & in id edictum non semel jurâssent omnes, nec Evangeli-

G ci finem facerent nunc hic, nunc illic conveniendi, tandem Catholici adierunt senatum, postulantes, ut edictum suum tuerentur: si metus obstaret quo minus id facerent, se vitæ suæ periculo senatûs autoritatem defensuros. Pro hoc studio senatus egit gratias, pollicitus se fore hujus unius memorem. Addiderunt Catholici, ni id facerent, se non passuros ejusmodi seditiosos [illegible]. Deinde quum multò etiam frequentiores concurrerent,

rerent, tamel Catholici armati convenerunt. Nec evangelici quoties conveniebant prorsus erant inermes, habeant enses & pugiones. Ubi senserunt Catholicos esse in armis, induerunt & ipsi arma. Ibi Consul Catholicus *Melchior*, ut alias sæpe, egregiam operam navavit Reipublicæ. Nam oratione suavi suos compescuit, & ab armis discedere compulit. Negat fuisse jactatum, suffigendum in crucem Consulem, nisi clam fugisset. Adeo hic scriptor par sibi jus sumit mentiendi, & mihi mendacium impingendi. Imò hoc ab armatis evangelicis jactatum fuit, in foro palam, qui audierunt, retulerunt. Et in illorum potestate erat tum etiam ipse Senatus. Habebant bombardas in foro dispositas, illic incensâ pyrâ pernoctabatur, donec extorsissent quæ volebant. An revocatus sit consul, nescio: audio vitâ defunctum; atque hominem vergentis ætatis ac valetudinarium ab uxore & ædibus depellere, quid aliud est quàm occidere? Quem autem non terreret illa exceptio, *nisi commiserit aliquid in Rempublicam?* Atqui oppugnâsse evangelium, dixisse aliquid in hunc aut illum ecclesiasten, fuisset contra Rempublicam. Cæterùm ii qui dicuntur oppugnâsse evangelium, persuasum habent se oppugnâsse sceleratam & impiam hæresin ei Reipublicæ pestilentem, atque hoc nomine sibi deberi gratiam maximam. Ego non sic ago, tantùm arbitror æquum esse, ut si sibi permittunt damnatam ab orbis primatibus doctrinam tueri, veniam dent illis, qui eam doctrinam, quam verè *Christianam* esse habent persuasum, non possunt illicò deserere. Pro nobis, inquient, steterit major populi pars. Et maxima populi pars in *Christum* clamavit, *Crucifige*: Et major episcoporum pars damnavit *Athanasium*. Non statim melior quæ major. Quis autem dedit promiscuæ turbæ jus pronunciandi de articulis fidei? Sequebatur, inquient, judicium Ecclesiastarum. Alius responderet, sed eorum, quos Cæsar & ecclesiæ Primates damnârunt hæreseos. Verùm immeritò aiunt, Qui unquam hæretici non jactârunt se præter meritum damnatos? Nónne eadem fuit *Donatistarum*, *Arianorum*, & *Manichæorum* querimonia? Quid est, ait quidam, si hic non est afflatus spiritus? Quasi non idem probabiliùs dicere valeat *Mahumet*. Hæc commemoro, non quòd his conviciis illos notatos velim, sed ut declarem viris literatum imperitis non oportere esse capitale, si religionem à majoribus traditam, non sustinent reliquere, recusantque se eis addicere sectis, quas videant à summis utriusq; status Principibus, à probatissimis hoc ævo Theologis damnatas. Jam quæ narrat de tumultu *Bernatum*, de tumultu *Tigurino*, de tumultu *Rouvilensi*, de tumultu *Hessorum*, quoniam earum rerũ levis & inconstans rumoris ad nos permanat aura, aliis cedam respondendi provinciã; nihil tamen dubito, quin & hic multis fucis rem puleràrit. Quid enim aliud expectes ab eo, qui profitetur evangelion technis ac fucis propagandum? Hic perinde quasi rem pulchrè peroràsset, debacchatur in me conviciis. Ego verò mihi non theo probro à talibus incessi, quos prodamnatis habet orbis *Christiani* multò maxima pars. Ipsi se laudent, & mutuum, ut habet Proverbium, Muli scabant. At oportet ecclesiasten habere bonum testimonium, etiam ab his qui foris sunt. Quid divinius *Luthero*, si ille de se prædicanti crederemus. *Paulus* dicit, *Puto quod & ego spiritum Dei habeam*: Isti sibi sic arroganter vindicant spiritum, ut aliis contumeliosè adimant. *Paulus* ait se *peccatorum primum*. Iste dicit, Reputare num ab incunabulis sic vitam instituerim, ut an bonorum virorum loco habendi simus, quisquam bonus unquam dubitaverit. *Quis me arguit de peccato*, solus *Christus* potuit dicere. Et annis jam non paucis quum in divinis, tum in humanis literis ita stupenda fecimus inquit, ut temerè quod docemus non sit. Quanto decentiùs laudaret illos os alienum. Facilis est victoria, si eo concedas jus pronunciandi, tum de scse, tum de actoribus ac judicibus. Quoties Catholici moliuntur aliquid pro defensione suæ fidei, seditiosus tumultus est: quoties ipsi faciant eadem pro suo instituto, sanctissimus est evangelii zelus: quódque manifestius est, quàm ut excusari possit, ἀναισχύντως, sed tam impudenter, ut videatur *Indus* scribere, qui nihil rerum gestarum alioqui scire potuerint. Nec unquam hic Patronus recedit à suo colore, quod in genere dicitur, detorquet ad omnes, singulas, universas, & totas ecclesias, quasi tot respublicas, tot ecclesias, tot Principes funditùs extinctos velim. Qui sic? Quia non probavi mores quorundam, qui se falsò venditant evangelii titulo. Numerent Respublicas suas & nostras, ecclesias suas & nostras, Principes suos & nostros, & agnoscent quantò plures ipsi funditùs extinctos volunt, quos toties clamitant in *Christum* blasphemos, evangelicæ veritatis hostes, vasa iræ, innocentum occisores. Nullum tam atrox dictum in meis libris usquam invenient. Qui tantopere detestatur seditionis crimen, nónne hoc libro declarat se seditionibus excitandis natum? Quin in eos ista exaggerat, qui tot libris editis declarant ipsos esse manifestos hæreticos & exitiales schismaticos, qui ipsorum ecclesias appellant concillabula Satanæ, ecclesiastas interfectores animarum, aliisque pingunt coloribus. Hi potiùs hoc agunt, ut omnes ipsorum ecclesiæ funditùs tollantur. In eos clament, qui Cæsarem extimulant, ut in istos omni genere supplicium sæviat. Ego quod semper egi, et tantum ago ut Principum animos à sæviendo revocem, utinam pari studio ipsi se revocent à contentiosis dogmatibus. Dixi, in aliquot civitatibus rerum summam esse penes populum. Ubi ex infima plebis nota sedent in Senatu, ubi moventur Senatu qui populo non placent, ubi populus non paret edictis, nisi commodis; ubi populus contra Senatûs edictum didicit armatus occupare forum, & bombardis dispositis minari civitati, an non illic rerum summa est penes populum? Impingunt aliud loculentum mendacium: Scripsi *Othonem* ex ædibus *Capitonis* prodisse ad excudendum libellum, quem in me scripserat. Imò hoc ipse *Capito* suis ad me literis propriâ manu scriptis fassus est. *Othonem Basilea* reversum biduum apud se fuisse, priusquam libellum excuderet: ut nihil frontis habet hic evangelicus rabula! De *Thrasone* nunc dissimulo, tametsi ex ipsius *Capitonis* literis satis deprehendi, quàm esset ab ipso alienos, & famulus quem *Argentinam* misérum, retulit illos interdum in eodem lavare balneo. Quanquam alios referre possum, supra modum evangelicos, à quibus ille studiosè colitur. Sed quid hic reclamatur? Nónne *Hutterum* plerique evangelici habuerunt in deliciis? Vitam hominis nórunt omnes. Etiam *Lutherum* malè

malè habuit mea *Spongia*, cum tam multa ſuppreſſerim, quæ partim in me commiſerat, partim vulgo quoque decantabantur. Si *Hedio* preſſit literas, unde reſcivit ille *Thraſo*? *Othoni* fuiſſe conſcium *Capitonem* initio minimè ſuſpicatus ſum, & mirabar illam acuratam excuſationem. Nulla in re ſe excuſavit diligentiùs, cum nullus expoſtularet, ego nè ſuſpicarer quidem. Scripſit ad me bis, non hoc contentus, ſcripſit bis ad *Oecolampadium* eadem de re, ad *Beatum Rhenanum*, &, niſi fallor, ad *Frobenium*. *Oecolampadius* cum ex prioribus literis *Capitonem* mihi excuſaret, rogabat nunquid de ipſo ſuſpicarer; abſit, inquam, ut de tali amico talem ſuſpitionem demittam in pectus meum. Quum acceptis poſterioribus denuò mecum loqueretur, rogavit idem. Reſpondi me nihil antea ſuſpicatum, tantum ex tam anxia purgatione levem concepiſſe ſuſpiciunculam; arriſit *Oecolampadius*, velut aſſentiens. Sed ad *Hedionem* ſcribens, nego me quicquam inimicè ſuſpicari de *Capitone*. Quæ hìc pugnantia, ſi quod prius non feci, poſtea cœpi ſuſpicari; aut ſi quod faciebam, civilitatis causâ, diſſimulavi? Quod autem crimen eſt, ſi tribuo illi vafriciem? Eandem tribuo interim *Paulo* Apoſtolo. *Otho* nunc eſt reverens Dei, & utilis Reipublicæ Doctor, quum, ut ante dixi, quidam eccleſiaſtes, & haud ſcio an hic ipſe, qui putatur hujus libri opifex, ſuis ad me literis appellârit nebulonem vix ſuæ tolerabilem eccleſiæ. De *Hedione* nihil queſtus ſum, niſi quòd epiſtolam nec preſſit, nec diſſimulavit, ſed miſericorditer ſublevavit illius ſanctiſſimi negotii contra Senatûs edictum molitores; verùm ejus miſericordiæ illum poſt pœnituit. Poſteaquam enim illos bis ſublevâſſet, alioqui puniendos acriter, quod ipſe ſuis ad me literis faſſus eſt, cum ſentiret illos tertiò ad eundem rediiſſe ludum, negavit ſe velle pòſt illis opitulari, ſed mihi permiſit, facerem de illis quod vellem, quum ter ictus eſſem. Sed illi erant fratres evangelici. Succurrendum erat ſcilicet illis meo malo. Et iſti ſunt viri timentes Deum, & omnis honeſtatis amantes; iſti qui parent ſuo magiſtratui, iſti qui ſtudent prodeſſe omnibus, lædere neminem. Et hæc ſunt illa manifeſta & immania *Eraſmi* mendacia. Jam quod addit de damnatis diſciplinis, nónne *Lutherus* totam Philoſophiam *Ariſtotelicam* appellat diabolicam? nónne idem ſcripſit omnem diſciplinam tam practicam quàm ſpeculativam eſſe damnatam? omnes ſcientias ſpeculativas eſſe peccata & errores? Nónne *Melanchthon* aliquando damnavit ſcholas publicas? Nunc hic dicit, Maneant ſcholæ quæ bonæ ſunt, vitia corrigantur. Quin idem dicit de rebus eccleſiaſticis, quas indiſcriminatim convellunt. Nónne paſſim & publicè clamabat *Pharellus*, omnes humanas diſciplinas eſſe inventa diaboli? Pòſt, ubi viderunt hoc fore incommodum ſectæ, verterunt orationem, cœperúntque condu. cere Profeſſores, quo fructu quóve animo, neſcio. De *Argentinenſi* eccleſiaſta, qui diſciplinas omnes pro concione damnârat, exceptâ linguâ *Hebraicâ*, & pauculâ portione linguæ *Græcæ*, ipſe fatetur fuiſſe rumorem per orbem ſparſum; quàm hic verè id excuſet, neſcio, apud me certè caret fide, qui ſucos probat in viro evangelico. Patrocinaturus *Zuinglio*, ſermonem auſpicatur à luculento mendacio. Nuſquam, inquit, non facit ſeditioſum *Zuinglium*, nec adfert niſi duo loca tribus verbis perſtricta. Ea latebant in acervo Epiſtolarum. Nec tamen appello *Zuinglium* ſeditioſum, ſed improbo quòd rem evangelicam ſeditioſè gerat. An non hæc mea vox fuit, ad primum auditum illorum *Lutheri*, *Res exibit in ſeditionem*? Hujus rei teſtis eſto ſi velit *Capito*. An non ſeditioſè rem gerit, qui tam à petulantiâ debacchatur in Cæſarem, Reges, ac Principes præpotentes? In Pontificem, Cardinales & Epiſcopos? Mihi ſemper diſplicuit, quòd initio *Zuinglius* tam odioſè ſcriberet Epiſcopo ſuo. Deinde, nónne imaginum ejectio per ſe res eſt ſeditioſa? Etiam cremata, ſi Canonici, & Catholici voluiſſent tueri, quod tuendum putant. Nónne bellè probatum eſt, quod *Zuinglium* nuſquam non facio ſeditioſum? Sed quamobrem tantopere nunc horrent ſeditioſi vocabulum, quum *Lutherus* ſcripſerit eum eſſe peculiarem evangelii natalem movere ſeditiones celebretúrque *Zuinglii* dictum: *Evangelium ſanguinem*? Poſtremò, cum *Lutheri* in ſcriptis violentiam damnent etiam qui ſunt illi gratiſſimi, quum *Carolſtadius* agnoverit petulantiæ crimen, quum hic fateatur *Pharellum* in circumſedione zelo rem geſſiſſe, quid eſt quod mihi idem dicenti indignantur? An fides erat ruitura ſi ſuſtulerim nebulones imagines? Rurſus, an non ſeditioſum vaſa ſacra conflare in monetam? Exigere Aliones ſeditione? movere Magiſtratu qui veterem eccleſiæ diſciplinam deſerere noluerunt? Nec eiquam obſcurum eſt, quicquid Senatus facit, evangeliſtarum inſtinctu facere. Prætereo quædam frivola, quæ arrodit. Addit à me notatos evangeliſtas *Baſilienſes*, quòd *Lutherum* in me inſtigârint. Fieri poteſt, ut hoc verum ſit, à me tamen nuſquam ſcriptum eſt, ſed nè cogitatum quidem. Ad *Michaelem Linconienſem* Epiſcopum in genere ſcribo, iſti novi evangeliſtæ, ſentiens de quodam apud *Auguſtam*, de quo mihi quidam vir probatiſſimæ fidei ſignificârat, quòd *Lutherum* qui librum inſtituerat quidem, ſed quorundam arbitror hortatu intermiſerat, acriter ut perficeret animâdvirit. Unde verò novit iſte aſſeverator, neminem fuiſſe *Baſileæ* qui *Lutherum* inſtigârint? An ſi quidam dehortati ſunt, ideo nemo fuit qui hortaretur? Alibi vocat me ingratam hoſpitem, quòd quorundam ibi mores mihi non probarim. Si *Baſilienſis* Senatus velit omnibus bellum indicere, quibus diſplicent aliqui cives, habiturus eſt multum negotii. Nec ipſi Senatui placent omnium evangelicorum mores, vel hoc argumento, quòd in multos animadverterunt. Fatear me multis annis uſum ejus civitatis hoſpitio, ſed illi, ni fallor, viciſſim talem hoſpitem præſtiti, ut ſibi gratulari poſſit, ſi nunquam contigit hoſpes incommodior. Quod ſi fas eſt aliquid magnificè de me ipſo dicere, arbitror mihi civitatem *Baſilienſem* non minus debere, quàm ego debeam illi. Ærarium illius teruncio non minui, illic de meo aliquot florenorum millia conſumpſi. A *Frobenio* minimum accepi, nè ex legato quidem obolum, quòd mors illi fuerit ſubita. Atque ita illic vixi, ut nemini ſit quod de me queratur, niſi quòd ſectæ noluerim dare nomen. Poſtremò, *Oecolampadius* præfans in *Eſaiam*, me recenſet inter ornamenta illius Reipublicæ, ſi mea repudiant teſtimonia. Supereſt *Pharellus*, bone *Chriſte*, quàm pius, quàm innocens vir! In quem quid ſcripſerim non referunt. Si nunc eſt converſus ad meliorem

liorem fugam, gratulor homini. Qualis olim erat, mihi valde displicuit, seditiosus, acidæ linguæ, & vanissimus. Sic rem gessit in monte *Pellicardi*, ut his inde profugerit. *Basiliensis* Senatus, quum cuperet civitatem esse tutam à seditione, jussit *Pharellum* ire exulatum. *Oecolampadius* cujus mentà tum utebatur non semel objurgavit hominem, quòd obtrectandi nullum faceret finem, testatus se non posse ferre in convivio tam amarulentas obtrectationes. Id mihi narravit, qui in eadem mensâ accumbebat, vir integritatis rarissimæ. Appellârit me *Balaam* hac de causa cum illo expostulanti, nihil certi respondit, sed sic elapsus est, ut diceret negotiatorem quendam *Duplerum* hoc dixisse, is enim jam abierat; & fieri potest ut dixerit, sed à *Pharello* doctus. De colloquio nostro scripsit epistolam ad fratres *Constantiam*, in qua sæpe in decem versibus non erat unum verbum. Omitto jam leviora. Talem expertus, si talem depinxi, nihil mirum. Nunc qualis sit nescio. Quid *Cartusianus* quidam in illum dixerit & asseverârit, meâ nihil refert. In epistola tamen ficto nomine illum noto, hic modestus malui verum ponere, quo magis addat invidiam. Et hic rursus occurrit illud insigne mendacium, me concionatores omnes, omnes ipsorum ecclesias infinitis mendaciis deturpare. Atque interim quicunque pugnant pro ecclesia Catholica, appellat confessos innocentiæ hostes, & sibi videtur nunquam mentiri. Quúmque toties iteret, inculcet, infinita mendacia, nè unum quidem adhuc probavit. Sacerdotem *Basileæ* virgis cæsum, mox urbe ejectum, non nomino. Quid refert quando desierat concionari? istius erat professionis. Is ut publicum ferebat rumor, & in carcere, & extrà portam, quum à carnifice dimitteretur, publicè testatus est, se posteaquam se illi sectæ addixerat, in omne flagitiorum genus prorupisse: quid de tota secta dixerit, non referam. Nam audita narro, sed de propinquo. De rustico qui in veteri pago subitò post sumptum panem, quem vulgò appellant hostiam, exanimatus est; nihil scripsi, nisi quòd publicus, isque constans rumor ferebat: Nec ita multum istius narratio dissonat à mea. Accepit hostiam eam, fractam more sacerdotum comedit, mox bibit, & periit: Nec dubito quin hanc rem denarret, ut cætera omnia. Leniter, inquit, inclinans in ædituum expiravit: quin potiùs dixit, obdormivit in Domino. Si nihil peccavit, cur cadaver in prophano sepultum est? Sed favet homini quod irriserit Eucharistiam, & ille crimine initit gratiam. Restat adhuc unum mendacium, sed luculentum, nam homo civilis innumera prætermittit. Scripsi alicubi, *Ubicunque regnat Lutheranismus, ibi frigere literarum studium.* Si hoc non erat verum, cur *Lutherus* tam solicitè coactus est homines ad literarum amorem revocare? Cur idem coactus est facere *Melanchthon*, qui non dissimulabat esse verum quod dico? Quàm floreat Academia *Wittenbergensis*, nescio. Siquid est illic bonæ literaturæ *Melanchthoni* debetur. Quid fiat in pagis, nescio: Certè nuper cœperunt aliquot civitates conducere professores, sed opus erit ut & auditores conducantur. Tam ardet studiorum amor. Non excutio nunc, quo id consilio fiat. Conferat Academiam *Wittenbergensem* cum *Lovaniensi* aut *Parisiensi*, quanquam & hæ nonnihil detrimenti sentiunt ex *Lutheranismo*. Typographi narrant se ante hoc evangelium citiùs distrahere solitos tria volumina millia, quàm nunc distrahant sexcenta, vel hoc arguit quàm floreant studia literarum. Quid autem isti ferè docent nisi linguas? Sed proferant nobis vel tres, qui in *Lutheranismo* feliciter in literis progressi sunt. Hic paucitas literis se dedentium imputatur sacerdotibus, nam in hunc campum libenter expatiatur, quum in *Anglia* tot studiosorum Collegia sint Episcoporum impendiis magnificentissimè extructa, & additi census ampli, tot adolescentes alantur eorundem & sacerdotum munificentiâ. Nec in *Anglia* tantùm, verùm & in *Brabantia* & in *Gallia*. Quod alicubi scripsi (nihil enim non excutiunt) quod quidam Evangelici ducant uxores dotatas, quod nihil quærant nisi census, & uxorem quosdam videri non ob aliud ducere, nisi quia vetitum est: Priora duo per se nota sunt, in quosdam, nec enim in omnes dictum est, fatentur hoc ipsi symmystæ paulò saniores. Tertium demiror cur negent, quum hoc ipsi doceant, impias Pontificum leges fortiter abrumpendas, & quædam ob hoc ipsum facienda, quia Pontificum edictis interdicta sint. Si hoc libris editis docent *Lutherus* & *Zuinglius*, quid in me destomachantur? Ficulnum verò patrocinium, si ideo putant sibi licere contrahere matrimonium, quod multi sacerdotes contra leges divinas alant concubinas. Assumunt quòd obiter laudans Apostolorum spontaneam continentiam, dixerim, Apostolos, cum eis liceret ducere uxores, abstinuisse à conjugio; si qui duxerant, vertisse in sorores. *Christus* in Evangelio dixit, *Qui potest capere, capiat*; nec usquam legimus ab illo abrogatum Apostolis ducendi jus. Nullus igitur, inquit, nos cogere potest ad cœlibatum. Verùm Apostoli non abjurârant matrimonium. Quis coegit istos abdicare sibi jus contrahendi matrimonii? Saltem hoc differunt ab Apostolis. Efferunt honorabile conjugium, & thorum immaculatum, sed intui nonnullos Evangelicos, nam in genere loquutus sum, nihilo castiùs colere conjugium, quàm Catholicos. Jubet me proferre fabulas. Quid attinet, quum vulgo narrentur? Negat esse notissima quum falsa sint, & tamen ipse fatetur de duobus. Ego novi Monachum, qui pro una duxerit tres. Novi sacrificum, virum alioqui probum, qui duxit uxorem, quam post comperit alteri nupsisse. Similia permulta de Monachorum & Monacharum conjugiis referuntur, qui ductas repudiârint eodem jure quo duxerant. Jam an inter Evangelicos minus indulgeatur libidini, an non minus sit adulteriorum: Quid *Argentorati* fiat, nescio, quid alibi compertum sit, mecum novit populus. Jam ut donemus istis Evangelii præconibus esse fas uxores ducere, quis non jure admiretur oviculas mactationi destinatas, nihil in hoc mundo quærentes præter *Christi* gloriam, tot curis districtos, tot afflictionibus obnoxios, quibus accedit & paupertas, onus tum miserum, tum grave, non posse vivere sine uxoribus, quas tam multi ob leviores causas aut non ducunt, aut ductas nollent? At istis omnis tragœdia exit in catastrophen comicam. Ubi contigit uxor, occinitur, Valete, & plaudite. Quæ malum est ista tanta sælacitas, quam tot mala non possunt excutere, unde tanta carnis rebellio, in his qui se jactant agi Spiritu *Christi*?

In Epistola ad *Anrbachium Stromerum* scripsi, nobis

nobis ex hoc Evangelio novo gigni genus hominum, quod mihi minimè placeret. Hic homo Dialecticus putat grave crimen admissum, quòd non dixerim ex occasione Evangelii gigni, quum ipsorum Evangelium sine dubio sit Evangelium *Christi*. An quod per occasionem gignit, non gignit? An non *Lutherus* glorians scripsit hanc esse Evangelii naturam, ut conjunctissimos distrahat? Deum immortalem, quanta calumniandi scabies hunc tenet, qui è syllabis venatur quod arrodat! quod genus est & illud: In Epistola scripseram Apostolos nè Gentium quidem idola fuisse demolitos. Hic miratur quid mihi acciderit, quum hæc scriberem, quasi id temporis *Christiani* habuerint idola. Verùm si complexim legas, nihil est scrupuli. Apostoli adeo non submovebant quæ mala non erant, ut nè Gentium quidem idola sustulerint. Atque hoc loco rursus quod in genere dictum est, sic interpretatur, quasi dictum sit in universos. Et hic scilicet erat exclamandi locus, O inconsultam iram & temerariam! ὦ φιλαυτίαν! quanto decentiùs quis ad ista reclamet, *Io Bacche!* Taxavi quosdam qui se jactant *Lutheranos*, quum id quod præcipuè commendat negligant, fidem. Id rursus sic interpretatur, quasi in omnes Evangelicos dictum sit. Si nulli sunt tales in istorum grege, tum vociferetur in me: si sunt admixti plurimi, quid est quòd seditiosè quiritatur, *nos, nos, nos*? Et interim non vult nos scire qui sunt isti *nos*. Sed en tibi aliud crimen: *Lutherum* comparavi *Atæ, Melanchthonem Litæ*. Hoc eò detorquet, quasi ob id dixerim *Aten*, quod fidem tantopere prædicârit. Unde hoc somnium illi venit in mentem? Imò locus ipse declarat me loqui de violentia scriptionis, quæ turbavit orbem, ac plurimorum animos offendit. Jamdudum me piget hujusmodi nugalibus respondere. Rursum quod dixi me veteri nè sub umbra Evangelii exorirentur qui nihil omnino crederent, sic interpretatur, quasi in eos omnes dictum sit. Imò jam nunc aliquot tales exoriuntur magno piorum hominum dolore. Et qui tales sunt, sub nulla umbra tutiùs latere possunt, quàm sub istorum Evangelio. Deinde multi parum firmâ fide, quum vident convelli prisca ecclesiæ decreta, & ipsos inter se variare dogmatibus, incipiunt dubitare de tota fide Catholica. Quid hic habet, quod clamet, *nos, nos, nos*? Exagitat, quod dixerim, *ad bonos verte oculos*. Quum quid his verbis senserim non intelligat. Verba mea sic habent: *Dices nihil tam felix unquam fuit in rebus humanis, quin malorum admixtu vitiaretur. Ad bonos verte oculos*. Hic enim sermo affingitur Evangelico monenti, ut, præteritis iis qui improbè vivunt sub Evangelii obtentu, oculos vertamus ad eos qui piè vivunt. Ille sic interpretatur, quasi senserim etiam optimum quenque apud ipsos his vitiis obnoxios esse, quæ commemoro: & in margine annotavit, *Præcipua Christi contumelia*. Quid non blateraret in me si quid simile accidisset? Non pudebit istum Apostolicum virum unquam tam stolidi facti? quum ego *Latinè* ac dilucidè sim loquutus. Adsimili errore impingunt mihi, quòd mentitus sim istos docere sanctorum miracula esse dæmonum præstigias, méque redarguunt per Apostolos aliósque sanctos, qui miraculis inclaruerunt, quum ego loquar de miraculis, quæ fiunt ex invocatione divorum. An non hæc docuerunt *Zuinglius* & *Oecolampadius*, qui & apparitiones animarum tribuunt Dæmonum ludibriis? Quid hoc calumniatore impudentius? Rursus quod [illegible] forsitan meæ fuisse infelicitatis, quòd [illegible] neminem mihi nôsse contigit, qui non [illegible] seipso deterior, hunc detorquet, quasi in [illegible] dictum. Objicit mihi *Oecolampadium*, *Capitonem*, *Zuinglium*, & plerosque alios, rogans in quo degenerârint. Cum *Pellicano* posteaquam [illegible] addixit Evangelio, nihil habui commercii, [illegible] Epistolis editis multò alium se declaravit quam expectâram, aut quàm olim se præbuit. Cum *Oecolampadio*, cujus ingenium & doctrinam [illegible] fateor nihil jam annis aliquot fuit familiaritatis. Cum *Zuinglio*, semel atque iterum [illegible] convivium, colloquutus aliquoties ante annos octo. Quo tempore hominem liberè admonui, ut à novis dogmatibus abstineret. Eam admonitionem tum aut boni consuluit, aut probè dissimulavit. Cum *Hedione* semel duntaxat quod sciam egi convivium, nec inter nos ullus erat sermo peculiaris. *Capitonem*, fateor, amavi familiariter, virus est mihi tum vir pius & humanus. Nulli horum renui civilis amicitiæ tesseram, familiaritatem abnui, nè vulgus existimaret nos in dogmatibus conspirare. *Pellicanum* ex quo *Tigurum* commigravi, vidi nunquam, nè *Capitonem* quidem postea quam se contulit *Argentoratum*. Itaque quales olim fuerint utcunque nôsse potui: quales nunc sint haud novi, nisi si quid ex libellis conjici potest, a quibus tamen jam triennium abstinui, sentiens me tali lectione nihilo fieri meliorem. Si quid in eos vulgo jactatur, non sum tam levis ut ea mittam in literas: & si quid nôssem arcani criminis, haud evulgarem, utcunque provocat hic seditionis artifex. Certè *Vulturius* alio candore fidéque fuit olim, quàm nunc se declaravit esse. *Io* [illegible] quantum è scriptis aliisque signis conjicere licuit, nullus est omnium, in cujus fidem hujus animulæ salutem velim committere. Porrò, quòd in hoc quoque se se æquant Apostolis, quòd nihil omninò gerant vi, scio multos non sine risu lecturos. Fortasse nec hoc quòd suos Martyres conferunt cum priscis ecclesiæ Martyribus, qui sanguine suo testimonium reddidere *Christo*. Si illos rectè conferunt cum *Stephano* & *Laurentio*, meritò Cæsar conferendus est cum *Nerone*, *Diocletiano*, & *Maxentio*. Calumniosum mendacium appellat, quod dixi, secundùm istos *Christi* sponsam tot annis cæcam fuisse, stertente sponso. Negat sponsum stertere unquam, quasi non dixerim hoc [illegible]. Atqui qui vocant abominationem & idololatriam quod ecclesia tot annis religiosè coluit & docuit, nónne illis cæca fuit stertente sponso? Qui docent Baptismum nulli necessarium ad salutem, qui docent in Eucharistia nihil esse nisi panem & vinum, aliáque permulta similia, qui dicunt veteres ecclesiæ doctores scripsisse meras ineptias, & periculum esse nè omnes sint apud inferos, nónne faciunt cæcam ecclesiam? Erat & illud ingens mendacium, quod *Lutherum*, quem prius cum [illegible] non pro Deo habebant, nunc illis scripsi delirare. Nec agnoscunt hyperbolen, non admodum inverecundam. Cujus dogmata ut oracula suscipiebant, adeo ut pro illis irent in ignem, quem Pontificibus, Synodis Generalibus, & omnibus ecclesiæ Doctoribus præferebant, quem nusquam labi prædicabant, quantulum abest ut pro Deo habuerint? Nunc, inquiunt, non delirat omninò nobis.

Nobis,

Nobis, nobis qui sitis, nescio, in genere loquutus A *nasmus*? sin multi tales sunt, nihil frontis habent isti, qui nusquam non exaggerant, quòd diris, immanibus, atrocibus, in ipsos confictis mendaciis Principes & orbem universum in eorum exitium concitaverim. Sed non audebunt, opinor, inficiari, *Lutherum* violentiâ scribendi, convitiis & sannis multorum animos vel abalienâsse, vel etiam adversùs doctrinam ipsius irritâsse. Hoc ipsi fatentur in hoc ipso libello. Idem fatentur de *Pharello*. Quid? Videtur *Lutherus* omnia feciſſe, ut Pontificem, Regem *Anglia*, Ducem *Georgium*, Cæsarem, quem & ipsum odiosè perstringit, ad Evangelium pelliceret? Videtur *Zuinglius* nihil intentatum reliquisse, ut Episcopum *Constantiensem* attraheret? Omitto cæteros. Reprehenderunt, inquit, & Apostoli vitia *Judæorum* ac Gentium, sed illorum objurgatio multo charitatis melle condita est, nec omnino quicquam simile *Christus* interdum stomachatur in *Pharisæos*, sed is noverat omnium corda. *Paulus* appellat pseudapostolos *canes & operarios malos*, abstinens interim à nominibus. Hæc omnia videri possint blandimenta, si conferantur cum his quæ quidam Evangelici scripserunt in Pontificem, Episcopos omnes, in sacerdotes & Principes *Christianos*. Nec statim quemlibet decet, quod decuit *Paulum*. Indecorè clamant in alios, in quos possint atrociora retorqueri. Quæ inquient? ut nihil aliud, hæresis & schisma. Qui verbis odiosis proponit, quæ commodè proposita fortasse probari poterant, num is omnia facit, quæ poterant omnes allicere? Doctor *Wesellus* multa habet cum *Luthero* communia, sed quanto *Christianiùs* ac modestiùs ille proponit sua dogmata, quàm istorum plerique faciunt? Non inficiatur hic *Bucephalus*, inter Monachos olim extitisse viros eximios: Quin fatetur & hodie tales esse aliquot? Cæterùm qui potuerunt esse pii, qui cæremoniis utebantur, qui sacrificabant, dicebant preces, jejunabant ex præscripto, utebantur delectu ciborum, quæ omnia constanter affirmant adversari Evangelio? Adeóne rapuit istum mihi maledicendi libido, ut eodem in opere loquatur pugnantia? Dejecerunt, ut inquit, in multorum conscientiis regnum Pontificis, sed idem antea in suis conscientiis fecerant innumeri, nihil habentes pensi: Quanquam ego de conscientiis non sum loquutus, sed de externa tyrannide; sic enim illi vocant ecclesiasticam potestatem. Interim quod dixi de sævitia quorundam Theologorum ac Monachorum, sic interpretator, quasi in singulos & universos dixerim; videtur omne proloquium indefinitum habere pro universali. Probat hoc votum meum, ut quæ officiunt pietati, commodâ prudentique curatione sanentur; quæ pia sunt, in his animo *Christiano* consentiamus; quæ sunt *dubiosa*, finamus in his suo quenque sensu abundare; quæ sunt ardua, nec adhuc ad plenum discussa, sic in aliud tempus prorogentur, ut interim maneat inter sententiâ discordes benevolentiæ concordia, donec & illa Deus olim revelare dignetur. Denique si quid irrepsit malorum, fiat quod à probatis medicis fieri solet, vitia rerum tollantur, non res ipsæ. Hoc consilium meum probat hâc sanè lege, ut ipsi nobis pronuncient quæ pietati offi-

tis, qui modò *Basileæ*. Si sem- B per velint respondere per *nobis*, omnia mendacia sunt *Erasmus*. Nam mihi de ignotis quidvis ipsi possunt confingere. Illud quâ fronte multi lecturi sint nescio. Scribit, *Profitr vel mutum, cui tyrannis à nostris ademptus sit, eò quòd deversum vestigium sequatur*, quum constet aliquibi multos pecuniâ mulctatos, quòd Eucharistiam recepissent in vicinis pagis: de spoliatis templis, de accisis censibus multorum taceo. Exigitat & illud, quòd scripsi levissimum quemque istis sectis accedere, nimirum de vulgo, ac mihi notis loquens. Sunt enim in his plerique tenues, decoctores, profugi, desertores instituti sui, novarum rerum ac licentiæ cupidi, juvenes, mulierculæ incogitatiores, operæ mercenariæ, parum cordati, errones, milites, quidam etiam C criminibus infames, per hujusmodi magna fabulæ pars initio gesta est alicubi; rursus testorme de notis loqui. Quales sint *Argentorati* non novi. *Quæ stulta sunt*, inquit, *mundi, elegit Deus*, sed inter istos sunt aliis titulis clari, quos hic non referam. Ut ostendat non esse leves omnes qui Evangelium amplectuntur, profert nobis Principem *Hessorum*, quem *eximium Germaniæ decus* vocat, & Electorem *Saxoniæ* Ducem, quorum uterque mihi nè de facie quidem notus est, uterque longo regionum intervallo à D nobis dissitus, ut ad nos vix tenuis famæ perlabatur aura. Quid illi probent, improbentve nescio. Mihi non sit verisimile illos per omnia probare, quæ ab istis vel fiunt, vel scribuntur, præsertim de Eucharistia. Itaque cùm illa scriberem, nihil minùs cogitabam quàm de Principibus, & tamen nihil prohibet eundem esse Principem & levem. Quàm contemnant opes Evangelistæ, quantúmve habeant in scriniis, nescio: de quibusdam parum secundus est rumor. Hic E scilicet ex arte movet affectus à misericordia, clamitans ipsos solos esse, quibus & paupertas & divitiæ probro dentur; quis non illachrymet? At quid mirum si inter multos egenos sint aliquot opulenti? Paupertas, si necessitatis est, nulli probro vertenda est; sed illi risu digni, qui se venditant Evangelii nomine, quum nihil habeant Evangelicum præter ægestatem. Eos quoque meritò quis taxet, qui sub umbra nominis evangelici colligunt opes. An nulli sint qui hoc egerint, tempus omnia retegens patefaciet. De Regno quod scripsi, plebem linguâ temperare, magistratum nihil gerere, nisi ex ipsorum sententia, senatu movere qui à doctrina ipsorum dissentiunt, conjicere in carcerem qui verbo ipsos terigerit, fœderibus sese communire, an non hoc est regnare? Damnavit hoc in illis egregius ille vir, *Jacobus Faber*, quum metu cesserat *Gallis*, & in *Germaniam* concesserat. Multa præterea oportet, tanta est hujus loquacitas, tam G tragica verborum singulorum exaggeratio. Dixi quosdam istorum importunis scriptis, ac seditiosâ prædicatione effeciſſe, ut res in diversum cesserit, & pro captata libertate duplicata sit servitus, iisque tyrannis sit addita, quos conabantur à tyrannide dejicere. Si nusquam sunt aut fuerunt, in quos ista quadrent, mentitus est *Erasmus*.

ciunt, quæ sint media, quæ ardua: & inter ardua ponit dogma de Eucharistia. Hoc demiror quâ fronte nobis concedent, qui fortiter affirmant esse sceleratissimam idololatriam adorare panem pro *Christo*, cùm vestes sacras, & imagines, preces horarias, præscripta jejunia nullo pacto ferant. Si dogma de Eucharistia tam arduum est, ut nondum ingenium humanum potuerit assequi, cur asseverant quod non intelligunt? cur nos tot onerant convitiis, qui simpliciter quod ab Ecclesia traditum est amplectimur? His igitur conditionibus nobis offerunt pacem, si Pontifices, Episcopi, Principes & Plebeii simul resipiscamus, & quicquid ab istis factum est, aut futurum, fateamur esse merum Evangelion. Id ni fiat, dira minitantur. Petunt ut simus uno sacro contenti, sed absque *Christo*, contra quàm tot seculis credidit Ecclesia. Cæterùm *Erasmus* scripsit nullum reperiri locum in Scripturis divinis, unde certè constet Apostolos consecrâsse panem & vinum, in carnem & sanguinem Domini. Quid tum postea? Num igitur non consecrárunt? Sed nec ullus est locus unde constet eos non consecrâsse. At finge Apostolos nunquam consecrâsse, quod dictu absurdum est, quum audierint à Domino, *Hoc quotiescunque feceritis, in memoriam mei facietis.* Et *Paulus: Hoc accepi à Domino quod & tradidi vobis.* Nec dubitandum sit, quin & ipsi fecerint, & aliis faciendum tradiderint. Num ideo vanum est quod *Christus* instituit, Ecclesia tenuit? Sed istis persuaderi non potest hunc esse germanum sensum Scripturæ. Unde igitur constat illis non esse ibi corpus Domini? Negant Patres hoc sensisse, quod nos interpretamur. Ad id quid respondeam, nisi manifestum esse mendacium, quum tot sint loca in priscorum libris, quibus evidentissimè declarant quid sentiant. Sed *Erasmus* dixit se posse in *Oecolampadii* sententiam pedibus ire, nisi impediretur tanto orbis consensu. Dixi, fateor; sed hoc quid est aliud, quàm profiteri me cum Ecclesia sentire catholica, quam voco Scripturarum interpretem, & quod isti docent hæreticum videri? Quidam hoc adjecerant, mihi videri meliorem *Oecolampadii* sententiam, ni obstaret Ecclesiæ consensus. Hoc falso falsius est: dixi in privato duntaxat colloquio, eam esse simpliciorem & expeditiorem, hoc est paucioribus quæstionum difficultatibus involutam; si meliorem judicarem, eam profiterer. Plurimorum, inquit, consensus interdum maximus est error. Sed multò frequentiùs paucorum consensus maximus est error. Si iste non credit Ecclesiæ, facit quod solent hæretici: Si novam quærit Ecclesiam, facit quod solent schismatici. Fatetur *Christum* haberi, & edi à fidelibus, nec quicquam vult addi, quum ipsi addant non *substantialiter*, sed *spiritualiter*. Si illi clament, in Eucharistia esse corpus Domini, sed in signo tantùm, non in substantia; nósque profiteamur corpus Domini, nihil addentes, quid aliud efficiet nostrum silentium, quàm ut illis videamur assentiri? Nec pudet istum denuò *Christianismum*, qui fuit hactenus in Ecclesia, conferre cum impia superstitione Ethnicorum, imaginem Crucifixi cum imagine *Veneris*, nostros Divos cum Dæmonibus, somnia *Platonicorum* de prima causa & logo, cum firmatissima fide *Christianorum*, de Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Ait Gentes non coluisse idola pro diis. Nè loquar de vulgo, ipse *Plato* docet statuas sci tè factas animari à dæmonibus. Si Gentes non coluerunt simulachra pro diis, mentitus est *Paulus*, qui scribit Gentes coluisse creaturam pro Creatore. Insigniter delirat *Esaias Cap.* 44. si quid hujusmodi fuisset à me scriptum, quàm atrociter impingeret blasphemiæ crimen? Hæc eò toties inculcat, ut persuadeat hoc quod agunt, non esse minoris facilitatis, quàm quod egerunt *Apostoli*: ac Gentes, *Judæósque* non minùs probabiliter potuisse tueri suam Religionem, rejecto Evangelio, quàm nos tuemur Ecclesiæ catholicæ ritus ac dogmata. Hoc non minùs impium quàm absurdum ut illis donemus, fateamúrque paria, quæ nihil habent simile, quum ipsi fatentur initio opus fuisse miraculis, meritò requiremus & ab istis miracula. Si nobis tot Ecclesias objiciant pro miraculis, responderi poterit olim *Arianos* plures habuisse Ecclesias, quàm Orthodoxos, & *Mahumeticam* sectam latiùs patere quàm *Christianam* Religionem, quanquam isti si cum Orthodoxis conferantur, quota portio est orbis Christiani? Si Martyres suos nobis objicient, constantiores sunt in sua persuasione *Judæi*. Porrò nihil est facilius quàm apud homines fingere spiritus testimonium. Ut ex illis multi sua vitâ innocentes, certè nullius adhuc videmus tam insignem sanctimoniam ut miraculorum loco possint esse mores Apostolici. Mihi indignanti, quòd attigerim, ut ait, Ecclesias, innocuas, & nihil nisi *Christum* quærentes, quum ipsi non vereantur totius orbis Ecclesias, Ecclesiæ primates, universúmque gregem *Christi*, idololatriæ & blasphemiæ scriptis omnibus insimulare. Sed jamdudum me tædet hujus scriptoris gloriosæ loquacitatis: nihil novant, ut ait, nisi quod officiebat pietati, nullam dare volunt seditioni causam, sed omnia fieri omnibus, quatenus licet incolumi ipsorum doctrinâ, quam certo certius sciunt *Christo* probari. Parati sunt propter Evangelium omnia perdere, modò nè *Christus* ipsis auferatur. Student prodesse omnibus, lædere neminem. Aguntur Spiritu Dei, unde non possunt recedere. Quid multis? Illos post Evangelicum agonem manet æternæ vitæ præmium; nos, ni resipiscamus, exitium atrocius supplicio *Sodomorum*; nos inquam, qui occidimus innocuos verbi Ministros, qui totis viribus repugnamus Evangelicæ veritati, qui Spiritui Sancto pertinaciter restitimus, qui colimus idola, qui blasphemi sumus in *Christum*, qui perperam interpretamur Canonicam Scripturam, qui prorsus ignorantes *Christum*, Satanam colimus: tales enim facit omnes, qui à dogmatibus ipsorum dissentiunt; in me sic debacchatur nihil aliud crepans, quàm luculenta *Erasmi* mendacia, contumelias & injurias in *Christum*, quòd in quorundam Evangelicorum mores ausus sim hiscere. Et non vident ista tam atrocia crimina, in Cæsarem, in tot orbis *Christiani* Principes, in tot civitates *Christum* religiosè profitentes, in tot Ecclesias, in tam latè patentem *Christi* gregem recidere? Atqui severior aliquis diceret, in concilibulis hæreticorum nec esse *Christum*, nec *Christi* Spiritum,

Spiritum, nec sacras literas, nec pietatem, nec veræ spem. Sunt qui hæc de istis & sentiant & scribant, qui Principes extimulent ad tale genus hominum funditùs è medio tollendum, quin in eos ista evomunt quibus in me debacchantur? qui hactenus calamum cohibui, quamlibet à summatibus viris etiam convitiis efflagitatus; qui diligentiùs quàm istos scire expediat hoc ago, ut citra sanguinis effusionem componatur dissidium, adeo ut censuerim satiùs esse sectas hoc quo nunc sunt loco sinere, donec vel tempus vel Deus ipse remedium aliquod adferat, quàm totam *Germaniam* misceri cædibus. In *Eckium*, in Episcopum *Roffensem*, in *Iodocum Clitovium*, in *Joannem Cochleum* elingues sunt; in *Erasmum* bilem omnem effundunt, ut appareat privatum esse odium, & ebrioli cujusdam instinctum. Sed hunc stomachum si conceperunt è scriptis meis, quibus testor mihi non probari sectas, cur tam din dissimulârunt? Sed nondum commigrârat *Argentoratum* ille mirabilis concitandæ seditionis, & mox turbatis rebus, alióque profugiendi artifex: ille qui loca ex omnibus Epistolis meis ad calumniam idonea enotaret, móxque fingeret sibi librum à fratribus clam ereptum. Qui adeò flagrabat impotenti odio, ut hunc librum è mendaciis & conviciis non aliter contextum, quàm cento contexitur ex pannis, non potuerit expectare, sed furtim emisit insulsissima scholia, & interim mihi scribebat blandas Epistolas: Eram Dominus ac Præceptor, à quo libenter admoneretur, qui sine imagine mei non poterat vivere, qui proximis ad me literis etiam consolatus est me, hortans ut læto essem animo, contemnens rabulas loquaces & scribaces: denique jamdudum editâ epistolâ meâ, quòd me facturum scripseram, in suis ad amanuensem meum literis volebat mihi commendari, & interim hæc parabantur, tantâ arte mordacia, ut magis lædar laudatus, quàm convitiis affectus. Et hi se cum Apostolorum sanctimonia conferunt, quum hoc *Vulturii* factum propiùs accedat ad exemplum *Judæ* proditoris, quàm *Christi*. Illa magnifica verba, cum talibus conjuncta moribus, quos in multis comperimus, quid aliud esse possunt quàm mera hypocrisis? Sed quid aliud expectemus ab his qui profitentur esse fas Evangelion, hoc est sectam, saltem exterioris Ecclesiæ judicio damnatam, fucis ac technis propagare? Cur hic Artifex non apposuit nomen suum? *Ministri verbi apud Argentoratenses.* Omnésne? Quâ fronte igitur tantum laudum congerunt in seipsos? Præclaram verò laudem hic, quisquis fuit, concilivit *Argentoratensibus*, qui tales alant concionatores: tum Ecclesiastis, qui tam vano, tam calumnioso, tam seditioso libello vel adfuerint, vel faverint. Equidem optârim illi Reipublicæ feliciora, quàm ut non habeat sapientiores Ecclesiastas, quàm hic est qui scripsit hunc librum. Excideràt unum mendacium: Aiunt me mitiorem esse in *Lutherum* quàm in ipsos, *Melanthonem* à me laudatum etiam. Laudavi *Melanthonem* ob ingenii candorem, & industriam in provehendis bonis literis, sed semper exceptis dogmatibus. Is quum plurimum tribuat *Luthero*, tamen non est adeo offensus, neque *Diatribâ*, neque duobus libris *Hyperaspistis*, ut mihi renunciârit amicitiam, aut quicquam in me scripserit amarulentiùs, quum isti ob attactum, vel admonitum veriùs *Vulturium*, tam impotenter in me debacchentur. Quàm fuerim mutus in *Lutherum*, declarant duo libri quibus illi respondeo. Quòd si *nos* Pronomen, rursus declarat *Argentinenses*, in neminem Ecclesiastarum adhuc quicquam scripsi atrocius. In populum *Argentoratensem* nè verbum quidem unquam effutivi, ut qui illic neminem nôrim. In Ecclesiastas quid effudi conviciorum? Tantùm indico me nonnihil suspicari de *Capitonis* vafritie. Cum *Hedione* leviter expostulo quòd Epistolam meam ad Senatum, nec reddiderit nec dissimulârit. *Othoni* nunquam respondi. Typographus ille famulo meo negavit se esse Evangelicum. Et hæ sunt graves illæ causæ, cur tam querulum hunc librum in me evulgarent. Nec dubito quin magistratui persuaserint me graviter læsisse famam ejus Reipub. quum nec in Ecclesiastas, nec in populum, nec in magistratum, usquam stringam calami cuspidem. Aiunt se in hoc incumbere, ut omnibus fiant omnia, parati summa cum mansuetudine & modestia, reddere cuilibet poscenti vitæ doctrinæque suæ rationem. Poterat aliquis hoc credere verum, nisi hic liber tam maledicus, tantâ arte ad seditionem instructus reclamaret. Manifestæ vanitatis est & illud, quòd ait multos hoc summis eniti viribus, ut ipsos extinguant funditùs, cùm hactenus tantâ lenitate toleratur à Cæsare, Principibus & Episcopis, quibus non erat difficile sic istos tractare, quemadmodum tractati sunt agricolæ tumultuantes; sed quidam Principum lenitate abutuntur, semper ad deteriora promentes; & hoc, ut videtur, agentes, ut ipsi Principibus sint formidabiles, utcunque jactant se omni carnis præsidio destitutos, solo verbo *Christi* præsidio fretos, veritatem prædicare. Si *Vulturius* est, ut hic asseverat, in ovili *Christi*, gaudeo: certè in eadem Ecclesia non sumus, nec est quod posthac metuat *Erasmum* hortatorem, posui omnem de illo solicitudinem. Quin & illud illi per me licebit, quoties volet scholiis ac libellis meum nomen in frontispicio præferentibus ludere. Nec mihi tamen, nec ulli mortalium, cui nasus sit ullus, persuasurus est, se hæc animo puro simplicíque facere. Si tam excelso animo nunc fert paupertatem Evangelicam, bene habet, quanquam pridem non unis ad me literis de exilio egestatéque suâ questus est. Quòd si tantopere displicent illi Episcopi, conferat se licebit ad suum Principem *Carolum Gelriæ* Ducem, cui notus est, cuique scribit tam familiariter. Deventum est tandem ad Epilogum hujus sanctissimi operis. Negant, ut ait, se adferre nova dogmata, sed instaurare vetera: Quasi vetera non sint, quæ ad hunc usque diem ab annis mille quadringentis docuit ac servavit Ecclesia, magno orbis consensu; aut quasi ipsis constet, quid Apostoli tradiderint suis Ecclesiis. Si ministri verbi nihil addere debent scripturis, cur *Paulus* ausus est quædam statuere in Ecclesiis, quæ Dominus non docuit? An non illud novum dogma, *Hic panis consecratus est corpus Domini, Hoc vinum est sanguis Domini?* Corpus sub pane

est sine sanguine, sanguis sub vino est sine corpore, neutri adest anima? An non novum est: *In Eucharistia nihil est nisi panis & vinum?* An non novum: *Baptisma nulli necessarium esse?* Docent purum & purum Evangelion: quodnam? Ut per fidem ab uno Deo, per unum Servatorem & conciliatorem nostrum *Jesum Christum*, omnis & justitia & salus petatur. Quid his verbis religiosius? At quantum in his latet veneni? Impium est invocare divos, aut colere, quum nihil possint apud Deum. Impium est orare Sacerdotes, ut in sacro precentur Deum pro ipsis. Sola fides justificat, nec refert cujusmodi sint hominis opera. Nihil opus est operibus satisfactoriis: nam hoc est diffidere *Christo*, qui pro nobis dependit. In purgatorio nulla est satisfactio per cruciatum; inutilis est confessio: nam hoc est justitiam ab homine petere. Hæc omnia latent sub illis religiosissimis verbis. Cæterùm quo consilio toties in hoc sermone prætermiserit Spiritum sanctum, non satis intelligo. Vereor nè sub hoc quoque lapide dormiat Scorpius, quem nobis pòst injecturi sint. Nam & hoc profitentur, se initio quædam dissimulâsse, quæ suo tempore pro captu hominum proferunt. Negant se aliò spectare, quàm ut prosint omnibus; hoc si suo nomine propriè scribunt Ecclesiastæ *Argentoratenses*, ἰσχύω· sin omnium nomine quos Evangelii titulus complectitur, nimis impudens mendacium est. Atqui ego in genere sum loquutus. Negant se recessisse ab Ecclesia, quum sint ejecti & proscripti: ab his quorum vita talis sit, ut quidvis potiùs illos comprobet esse, quàm Ecclesiæ consortes. Hoc Cæsari ac *Ferdinando* defendendum relinquo, qui se putant Ecclesiæ consortes. Quanquam quum ipsi doceant, soli Deo cognitum esse quis ad Ecclesiam pertineat, præterquàm quòd quisque sibi conscius est: quùmque doceant, nihil ad justitiam referre qualia sint opera nostra, unde judicant illos alienos esse ab Ecclesia? Ex affectu mentis? Hunc solus novit Deus. Ex factis? Ea qualia sint, nihil refert, modò fides adsit. Aiunt se idem negòtium agere quod agebant Apostoli. Id si verum est, nos quotquot ab illis dissentimus, aut *Judæi* simus oportet, aut Ethnici Idololatræ. Literarum studia quantum provehant, nescio; certè gravant illa non mediocri invidiâ. Morigerantur omnibus Principibus, Episcopis, & Magistratibus, quatenus licet illæsâ pietate, sed quicquid ab ipsis non traditur probatúrve, lædit pietatem. Abhorrent ab omni tumultu & seditione sic, ut non alius magis; verùm si nemo repugnet illorum instituto. Non agnoscunt eos qui sub Evangelii titulo serviunt ventri suo. Quàm multos hic commemorare possum, quos multi suspiciunt pro coryphæis, non modò agnoscunt. Et quid prodigii, si sunt in hoc numero qui nepotes, ganeones & aleatores amplectuntur, quum sint qui eadem faciant? An nullis artibus instructi, nullâ malorum fiduciâ freti, solâ in *Christum* fiduciâ nitantur, aliis judicandum relinquo. Nunc audi dinosin, & illacryma: *In tam mites*, inquit, *oviculas, in quas fremit armatus mundus, tam diris mendaciis & calumniis importunis debacchatus est* Erasmus, *ac veluti elassitum cecinerit toti orbi.*

A *Quis iste lenis*, inquit, *quis ingenii suavis & boni, qui non quamprimùm fremitum ejus audiit in eos, qui professi salutiferum Evangelium Jesu* Christi, *vivunt tamen ipsi flagitiosissimè, & confundant, invertant, perdantque sedulò omnia, optimis pessima sufficiant, salvatore pulsato Principe, plebem in optimos quosque erumpere, seditos tumultus excitent, ad arma identidem nullis de causis procurrant, foveant quoque sceleratissimos, sint in bonos nostri Phalarides, omnem reipublicæ abdicant, ut certissimus expectetur Paganismus? Et* B *quis enumeret quot, quámque immania & importuna in nos crimina, ea simul falsissima, quàque diritate torsit?* Sic ille. Utrùm hæc est vox mansuetissimæ, & omnibus placere cupientis oviculæ, an lupi potiùs, ejulatu ceteros lupos ad lanienam provocantis? Dicas hunc, quisquis est, Rhetoricen didicisse. Sed Rhetoribus quidam concedunt mentiri, modò in loco & arte; at C idem Evangelico viro turpissimum est. *Esse qui sub Evangelii titulo perdite vivant*, fatentur ipsi quoque: quòd *perdant seditiosè omnia*, quod *optimis pessima sufficiant*, à multis in eos dicitur; à me nihil aliud scriptum est, quàm quòd quum vetera norent, nihil tamen adferam melius. Quòd *solvant potestatem Principum*, quamvis à me non scriptum est, tamen multis videbitur ab ipsis verissimè dictum, ac pulchrè quadrare in quosdam, qui procacissimè profitebantur quolibet orbis monarchas, qui nec Pontificem, nec D Episcopos suos agnoscunt, qui nec Cæsarem interim habent pro Cæsare. Ego nihil aliud scripsi, quàm mihi videri quosdam istorum demoliri Democratiam. Quòd *plebem armari in optimos quosque*, non ex meis scriptis depromptum est, sed ex ipsorum conscientia. Quòd *nullis de causis procurrant ad arma*, bellè exaggerat, quum ego dixerim *frivolis de causis*: Quod *foveant quosdam impurè viventes*, perspicuum est, E nec ipsi inficiantur: Quòd *in bonos sint muti Phalarides*, à me nusquam est scriptum, sed faciebat ad dinosin Rhetoricam. *Et omnem abdicare Religionem* à plurimis dicitur, à me nusquam est dictum. *Certissimum expectari Paganismum*, tum quam in meis legitur; tantùm dixi *me vereri, ni ad hunc modum luxatis, & in dubium vocatis omnibus succedat Paganismus.* Quantum hic in mendosi mendaciorum, quanta diritas, quantum seditionis excitandæ studium? Ac toties recinit F nobis illud, *Nos, nos*, quasi quicquam horum scripserimus in *Argentoratos*. Et ubi est ista diritas in scriptis meis? Durius penè tractamus, & illi silent, iste vociferatur. Mirè verò gaudent gratiâ & authoritate meâ, quam illi pro nihilo habeant consuevere *Erasmum*. Ego habeo hunc, quod hoc tempore prodierit Epistola mea, quo tractatur de perdendis sectis: non prodiisset, si me intactum reliquissent. Si fuit importuna pestiva purgatio mea, illi imputetur, qui in me insperserit lutum. Appellat non solùm insanum, verumetiam omnis sectioris judicii hostes, qui meam Epistolam curárunt *Grimaldi* verendam. At magistratus qui id me dissuadere voravit, putat se hisce titulis indignum. Bellè verò me excusant, quòd hæc tam diræ, tam turpiculenta mendacia non ex me confixerim, sed à vanissimis & perditissimis delatoribus facilè credulitate

dultate receperim, quam non partem nisi aut
consilii, aut compertæ, pleraque ab ejus sectæ
symmistis delatæ. Jam proferant vel unum E-
vangelicum, qui per me sit perfectatus, quam
sint quibus averim, quibus fortunulis meis sim
opitulatus. Necvamen illum hic finem facit re-
tundi, *dirè, sævè, cruentè, intercalabith credulitatem*
confictis maledictis. In hominem nihil dicam, ne-
que enim certò novi quis sit, certè liber hic va-
nissimus est, sycophanticus & seditiosus, nec
minus stultus quàm indoctus. Audi mihi furio-
sum artificem: incessit *Erasmum* ea quæ in tot
jam regionibus & rebus publicis, non per istos
scelerosos Evangelii fucos, sed per sinceros ejus
sectatores, plentissimos Principes, gravissimos
senatores, consentiente & id optante ex plebe
optimo quoque ad ipsissimum Dei verbum im-
mutata sunt. Taxantur nonnihil in *Tigurum*,
Basilea, *Argentinam*, horumque Ecclesiastæ,
quos nostræ Ecclesiæ Patriarchas, & novi Evan-
gelii Episcopos vocat. *Et hos solos*, inquit, *qui*
soli ex Christi *gloriæ ex animo student, nos hic*
defraudare volumus, &c. Seditiosè Spiritus, ut
paucis respondeam: Si mihi persuasum esset vos
omnes sequi syncritatem Evangelii, jam es-
sem in castris vestris. Id non esse, sat arguit
vestra inter vos dissensio. Et si persuasum habe-
rem, quicquid mutatum est, ad ipsissimum Dei
verbum novatum esse, non possem non proba-
re. At qui quum illi nusquam non incessant ea
quæ tot seculis recepta sunt, in quot pientissimos
Principes, in quot graves Senatores, in quot
regiones, in quot civitates, in quot hominum
millia contumelioſi sunt? Objiciunt nobis E-
vangelion, *Christum*, *Christi* Spiritum, Scri-
pturam; nihil horum Ecclesiæ catholicæ deesse
putamus. Sed ubi à me taxatur *Tigurum*? An
quia scripsi amico, quam seditiosè *Zuinglius* rem
gerit *Tiguri*? Ubi taxo *Basileam*? an nominâs-
se tantùm est? Nullam Rempublicam usquam
lacesso, sed nullam minùs quàm *Argentinensem*,
& tamen ingeruntur ad invidiam nomina civi-
tatum. Ita scribunt qui sic abhorrent à seditio-
ne, ut nemo magis. Ecclesiastas appello *novæ*
Ecclesiæ Patriarchas, & *novi Evangelii Episcopos*;
sed aliquanto civiliùs opinor his qui eosdem vo-
cant *Archiarchas*. Nam *Episcopi* vocabulum ipsi
sibi vendicant. An non *novum* adfetunt *Evan-*
gelion, qui secus interpretantur quàm hactenus
interpretata est Ecclesia. Anima Scripturæ sen-
tentia est. Frustra consentiunt in verbis, qui
sensu dissident: Nec potest subsistere novum,
nisi subversò vetere. Ubi tandem Ecclesiastas
reos perago læsæ majestatis? Ita, ut aiunt, scri-
psi ad *Butzerum*: *Qui se venditant Evangelii*
titulo, sic ferme rem gerunt, ut vel ad nequitiam,
vel ad opes, vel ad anarchiam, & quicquid libet
audendi impunitam licentiam spectare videantur.
Quis non perspicit hoc in Ecclesiastas non esse
totum, in quos citius cadat regni suspitio quàm
anarchiæ? In populum Evangelicum hæc dicta
sunt, nec in totum tamen, quum addam *fer-*
mè. Postremò, in Pseudevangelicos, quos &
ipsi detestantur: Id meus arguit sermo, *qui se ven-*
ditant Evangelii titulo. Cur offendit syncteros E-
vangelii præcones, nam tales videri volunt;
quod in falso nomine Evangelicos dictum est?

Quis igitur erat locus querimoniæ de atrocibus & exitialibus calumniis *in nos*, & *in hos* intem-
peratis? Toties enim *illud nos, nos*, audire co-
gor, quum nondum noverat, quod animantium
genus sub illa litera lateat syllaba. Et ubi est illa te-
meraria ira, quæ mihi secundum humanitatis ex-
cussit. Sibi magis irati videntur qui Principes
in se irritant, nec id facere desinunt. Qui ni-
hil non torquet ad calumniam, qui nihil non
tentat quod faciat ad seditionem, qui toties si-
ne causa repetit *lucalenta mendacia*, *atroces calu-*
mnias, *injurias in Christum*, hunc dicit, *quum*
fecerimus id tam simpliciter, tam timide. Et ne
quid omittat homo simplex & candidus, profert
& illud in medium, quod scripsi ad *Oecolampa-*
dium: *Optimum erat hoc temporis statu à vobis*
nec laudari, nec vituperari: quod si non queat ob-
tineri, saltem illud nullo, quantum præstari, præstetur
Noster. *Jam*, inquit, *quum certò sciamus, nos*
esse Christi, non possumus quinquam solidè laudari,
nisi tandem nostrum quoque faciamus. Cu-
jus sint nescio, quid de illis pronunciatum sit
nescio. Si hæc offertur conditio, non ambio
ab illis solidè laudari. Quod si prædicant esse
certum, apud me vehementer ambiguum est.
Tandem ipse fatetur, quod toto libro in me
exagitat: *Coarguor*, inquit, *sæpe non tam demitta-*
ri, quàm deplorare; ideo parum Evangelici vigo-
ris relucere in vita, quum dudum sit nosse tam mul-
tis non infectum. Atqui hoc ipsum est quod ego
queror, paucos respondere titulo Evangelii. Sic
celebrat suam civitatem, in qua scribit & vivit.
Quò spectet magistratuum animus, novit Do-
minus. De his nunquam quicquam pronunciavi. Perquam festivum illi videtur, quòd veniam precatur quòd mihi non tribuit magnificos
titulos, sed tantum appellat *Erasmum*, sæpe ma-
juscules, subindè & Theologum contumeliæ
causâ nominans. Sed cur omisit illos [illegible]dos
titulos? *Non convenibat*, inquit, *ut eis ascri-*
bimus tot lucalenta mendacia, tot injurias in Chri-
stum, eidem tribuamus honorificos titulos. Quan-
tum otii fuit huic nugoni tam frivola garrienti?
Postremò, excusat infantiam suam, meâmque
prædicat eloquentiam inimirabilem. Quid ha-
bebat eloquentiæ extemporalis Epistola? Ve-
rùm quum hic nihil omissum sit artificii, tamen
ita de se prædicat, *Sed visum est Domino nostro*
ut reliqua, ita & in hac parte humilia esse, & cru-
cem referre, & nostrâ sola veritate & afflatu spiri-
tus niti nitatur. Id si verum credi volunt, alios li-
bellos emittant oportet. Excusans volumen pro-
lixius, *Non satis*, inquit, *perpenderamus Erasmi*
Epistolam esse tam facilem criminum. Imò non-
dum aranem ille suppeditarat venenum, ex Epi-
stolis meis undique collectum, cujus emblemata
quædam agnosco: atque is, ut fallor, codi-
cem unde collegit, meâ emit pecuniâ. Si tanta,
quamlibet frivola, excusandi cupido esset istum fecun-
ditas, quin illud excusat, quòd professus se re-
sponsurum ad Epistolam *Vulturio* scriptam, bo-
narum voluminis partem occupavit exaggerandis
his quæ *Vulturius* ex *Epistolarum* voluminibus de-
cerpsit, quòd nomina quæ illic vel latebant, vel
dissimulata fuerant, hic studiosè explanat & in-
culcat, ut omnium calamos irritet in *Erasmum*?
Quòd librum mihi respondentem, scripsit ad

Phrysios

Phrysios Orientales, & inferioris Germaniæ fratribus: Quòd Epistolâ quâ se profitetur doctrinæ vitæque suæ velle rationem reddere, tot strophis, tot convitiis, tot mendaciis scatet? Eat nunc, & enumeret harum rerum catalogum, & comperiet in ipsum verè competere, quæ falsò mihi impingit *luculenta mendacia.* Rectè fecerint, si quod pollicentur, præstiterint; si per bonam famam ac malam sic tueantur innocentiam suam, ut pudefacti obmutescant, qui nunc ipsis obtrectant. Veneram ad loquacissimi voluminis umbelicum, simúlque putabam fucorum esse finem, verùm ut à fuco cœperat, ita in fucum desinit. Titulus autorem fecit incertum, finis nec typographum indicat, nec locum excusi voluminis, quæ res arguit & hanc editionem esse furtivam adversùs magistratus edicta, per eos qui nunquam non parent jussis magistratuum. Adjectum est, *Argentorati XXI. Calend. Maii, M. D. XXX.* ut Lector parum attentus, ibi putet excusum, quum sit scripti voluminis titulus. Quanquam & hîc sese prodit impostura: nullus enim est dies XXI. Calend. Maii. Præclarum verò de libro suo præjudicium nobis prodiderunt, quem ipsi declarant magistratui non fuisse placiturum. Id ni fuisset, utique civitatis nomen ascripsissent. Atque hinc liquet quàm malâ conscientiâ rem gerant, qui magistratibus suis hîc diffidunt, quos habent causæ favéntes. Jactant hunc librum facere ad promovendum Evangelium, atqui inter magistratus sunt aliquot tam cordati, qui perspiciunt talibus scriptis impediri quod explicatum esse cupiunt, & abalienari quos vellent allici. Hactenus ad Epistolæ Apologeticæ nænias. Quod reliquum est, obtestor vos, amici charissimi, nè qua falsæ religionis specie imponat simplicitati vestræ, nè quis vos effascinet, ut ab Ecclesiæ consortio recedatis, sed stantes in timore Dei, expectate divinum oraculum, per eos penes quos Dominus Ecclèsiæ gubernacula esse voluit. Non fugit illos, multa repsisse in usum Ecclesiæ, quæ prorsus amputanda sunt, multa quæ corrigenda; & huc incumbunt seriò Monarchæ, ut turbata tranquillentur, depravata corrigantur, impia resecentur. Sunt permulta, quæ privato cujusque studio citra tumultum queant corrigi: sunt quibus peculiaribus plebiscitis liceat mederi. Velut festorum turbam Episcopi aut Magistratus possunt minuere, per eosdem sordidum hoc sacrificulorum genus amoveri, sacerdotum indecorus quæstus coerceri, vita recentior refrenari, tyrannis, si qua est, premi. Si cui non placet Monachorum vulgus, eligat è multis optimum quenque; Si totum displicet genus, suos quisque liberos & uxores ab illorum consortio contineat. Nemo cogitur ut illis donet, legétve quicquam. Si in sua quique parochia curent, ut sint idonei verbi divini dispensatores, excludentur ordines Mendicantium nullo tumultu. Si Canonicorum collegia sese ad sacrarum studia literarum, vitæque puritatem convertant, magnâ invidiâ gravabunt Monachos impurè viventes. Quin & ipsi Monachi sibi mederi possunt, si quod dicuntur, esse studeant. Jam quædam amore publicæ tranquillitatis facilè remittent Præsules, velut obligationem jejuniorum, ac ciborum interdictum, tametsi quid hæc gravent non video. Qui nihil nocet piscium esus, utique non gravatur, imò voluptatis nonnihil habet varietas: cui per ætatem, inopiam, valetudinem, aut aliam quampiam ob causam, incommodum est jejunium, eum non obligat lex Pontificia. Cujus & animo & corpori conducit jejunium, cur se querunt gravatum? præsertim quando Ecclesia translatâ in prandium cœnâ, multò tolerabilius reddidit jejunium. Si quis infirmo est animo, aut sibi ignotus est, consulat utrumque medicum: si quis sibi notus, rectam habet conscientiam, sibi potest utrunque præstare medicum. Qui non eget Pontificum indulgentiis, nemo cogitur assem dare: si quis opus habet, cur queritur? Si quis votis irretitus est, quæ præstare non potest, nisi prætermissis his quæ propius faciunt ad salutem, quærat solutionem nulli non paratam, minimóque parabilem. Qui non est irretitus, abstineat à votis. Tantum illud curæ sit nè libertas quæratur carni Confessionis onus, qui ratione sibi quisque possit reddere levius, in *Exomologesi* jam bis editâ monstravimus. Et si quid de hac novandum, expectetur Ecclesiæ vox. Postremò, si quis est firmiore conscientiâ, modò nè erronea, nec remordet animus, fruatur suâ firmitate, nè turbet aliorum infirmitatem. De repurgando toto Ecclesiæ statu Principibus erit curæ, per quos res absque tumultu geri poterit. Vos interim manete in unitate corporis, non declinantes ad dextram; neque ad sinistram, diligenter cavent es à quibusdam quorum sermo blandus, sed pestilens, ut cancer serpit. Objicitur mala vita Sacerdotum, exaggeratur Pontificia tyrannis, attollitur monachorum pharisæismus, promittitur libertas spiritûs; hæc esca est, sed sub ea videte, nè lateat uncus chalybs mortem allaturus. Quid autem stultius quàm sic odisse sacerdotes aut monachos improbos, ut ipse te reddas illis deteriorem, nec illos tamen reddas meliores? Nullum enim est vitium hæresi aut schismate deterius. Congerantur in unum sacerdotem, luxus, libido, ambitio, avaritia; & si quid præterea criminum est, totam hanc vitiorum lernam una superat hæresis. Nunquam tam bene fuit actum cum rebus mortalium, ut non multum fuerit querelarum, tum de sacerdotum ac Principum, tum de populi moribus. Aliis temporibus alia vitia magis regnârunt, nullo tempore non fuerunt. Ita indignemur sacerdotibus, ut & illos, & nos homines esse meminerimus. Quæ ferri non possunt, ea Principum autoritate resecabuntur, multò efficaciùs quàm per nescio quos imperitos medicos, qui malum dum siniſtrè medentur, nihil aliud quàm exacerbant. Rectiùs hoc agat *Christus* per *Carolum* Imperatorem, summâ potentiâ, summâ clementiâ, parique religione præditum. Hujus animo non defutura sunt *Germanorum* Principum auxilia. Plurimæque res nobis bonam spem porrigunt eodem incubiturum summi Pontificis animum; eam sui propositi significationem dedit, Non succedet Ecclesiæ correctio, nisi à summatibus oriatur. Id solus Pontifex ac Cæsar præstare valent; & hanc mentem illis indidit *Christus*, nisi nos fallunt omnia.

omnia? Nos interim agentes superioris vitæ A pœnitentiam, præparemus nos instanti regno Dei. Nè quid vos moveat quorundam præpropera ferocia, nec hic rerum tumultus ita perturbet ut despondeatis animum. Graviores procellas olim, & tulit & vicit Ecclesia. Sub *Arcadio* & *Theodosio* Imperatoribus, quàm immedicabilibus dissidiis tumultuabatur orbis, quum nihil usquam purum esset ab *Arianis*, *Origenistis*, *Donatistis Circumcellionibus*, *Marcionistis*, *Manichæis*, *Anthropomorphitis*, *Pelagianis*? quæ pestes non ut nunc, intra populares homines sese continuerunt, sed ipsos Ecclesiarum antistites implacabilibus odiis committebant, nec ipsis Imperatorum aulis intactis? Habebat Imperator intra eadem mœnia, imò intra palatii muros, *Pagano*, *Arianos*, *Manicheos* & *Orthodoxos*, & tamen autoritate prudentiáque suâ inter tam inconditos rerum motus publicam tranquillitatem tueri potuit, citra cruentas pugnas: tot monstris paulatim repurgavit orbem, paganorum & hæreticorum templis, primùm ademptis privilegiis, mox quum excitarent seditiones, sublatis è civitate templis, postremò funditùs deletis sectis omnibus. Accedebant his malis *Hunnorum*, *Vuandalorum* & *Gothorum* incursiones. Quantò proclivius erit *Carolo* Cæsari hisce malis finem imponere, qui Reges omnes habet concordes, B Principes morigeros, si pauciſſimos excipias, omnes, Episcopos omnes consentientes, tum orbis partem multò maximam; nec dubitandum est quin pro singulari vitæ pietate *Christum* quoque faventem habeat. Interim, nè quis vos dimoveat à recto mentis statu, tantùm orate Dominum, ut per famulos & vicarios suos nobis tranquillitatem reddere dignetur. Apud *Friburgum Brisgoiæ*, Calend. August. Anno millesimo quingentesimo trigesimo.

Des. Erasmi Roterodami Epistolarum

FINIS.

INDEX
Rerum, Verborum, Scripturarum.

Abbatum & Præpositorum officium. 1242. a.
Abraxas, deus Basilidis. 1612.
Abusus rei non tollit usum ejus. 1071. 1124. a. 1962. c. 2102. c.
Abusus in Ecclesia. Vide *Ecclesia.*
Abuti, non semper sumitur in malam partem. 1361. g.
Academia. In Germania tot ferè Academiæ; quot oppida. 755. a.
Angelopolitana ab Herneſto Duce Bavariæ fovetur. 121.
Cantabrigiensis. 112. 346. 369. V. *Cantabrigia.*
Colonienſis pertinaces habuit malarum literarum propugnatores. 343. 755. a. V. *Colonia.*
Complutensis. 755. 771.
Erfordiensis. 336. 608.
Friburgensis. 1339. g. 1536. f.
In Lyciensi Crocus Anglus Græcas literas docet. 512.
Pòst Petrus Moſellanus; tum Jacobus Ceratinus. 993, &c.
Ejus fovet Georgius Saxoniæ Dux. 627. 995.
Lovaniensis. 180. 186. 343. 635. d. 636. 750. a. 751. a. Ejus celebritas & frequentia. 736. b. 756. 994. 1067. 1090. Hieronymus Buſlidius in ea collegium trilingue exſtruxit. 180. 186. 736. 755. 756. 1123. 1405. Quidam illud tollere ſtudent. 1261. 1405. 1542. g. Eraſmus rogat Erardum Cardinalem Leodienſem ut illud locupletaret. 1435. In Lovaniensi Acad. qui præcipuè eminebant. 756. a. Lovaniensis Academiæ vetera privilegia confirmare negat Clemens Pont. 1667. Ibi bonis literis obnixè obſiſtitur. 1090. c. V. *Lovanienſes.*
Oxoniensis. 346. 369. 755. V. *Oxonia.*
Parisiensis. 1704. V. *Pariſienſis Academia.*
Accuſ qui. 463. b.
De Adagiorum ſcriptoribus. 749.
An ſi Adam non peccaſſet, homines jugiter in Paradiſo habitaſſent. 1458. d.
Nominis ADAM etymologia à Cypriano & Auguſtino notata excutitur, & frigida eſſe cenſetur. 1449, &c.
Aſſeri, mavult Eraſmus quàm *aſſero.* 778.
Admirari poſſumus quod non reprehendimus. 137. a.
Admonitio jocoſa non rarò perutilis. 2005. b.
Admonitores varii. 140. c.
Adoleſcentes facilè trahuntur ad vitium. 317. d. 318. d. 476. f. 615. c. De eorum educatione. 1500, 1501. 1699, 1700. 1865. f. An, ut aic Ariſtotelcs, non ſint idonei diſcendæ morali philoſophiæ. 1699. c. Non ſunt ad monachiſmum alliciendi. 1183, &c. V. *Monaſtica vita.*
Adoptio. Nos non adoptione, ſed naturâ unum eſſe cum Patre & Filio, aſſerit Hilarius. 1641. a.
Adriani Barlandi encomium. 756.
Adrianus, Judæus, Hebraicæ linguæ peritiſſimus. 205.
Adrianus Imp. 1529.
Adrianus VI. Pont. Eraſmum conſulit de Lutheranis tumultibus ſedandis. 785. 1159. Monet eum ut quod in Novo Teſtamento fecerat, idem faceret in Veteri. 914. 921. In Scholaſticis diſciplinis educatus, iis favebat. 1487. Scripſit commentarios in IV. librum Sentent. 1487. e. Ei Pontificatum gratulatur Eraſmus. 1199. 1648.
Adtropare, Arnobio quid. 1652. a.
Adverſa quæ dicenda. 883, g. 884. a. Salubriora ſunt proſperis. 884. b. V. *Afflictio, Calamitas, Mala.*
Adverſus, pro *erga*, Seneca uſurpat in bonam partem. 1668. g.
Adulatio cicutæ ſimilis. 1727. d.
Adulatores fugiendi. 198, 199.
Adulatorem ab amico ut dignoſcamus, diligentiam adhibere oportet. 1765. g.
Ægidius. V. *Petrus.*
Ægidius Delphus penè totam ſcripturam carmine complexus eſt. 109.
Æmylius. V. *Paulus.*
Æones hæreticorum. 1612. f.
Æquitas quid. 843. c.
Æſtati pax comparatur. 619. c.
Affectus corporis quid. 1153. c.
Afflictionibus virtus redditur ſpectatior. 89. a. 501. d. 847. c. 849. c. 1058. e. 1386. d.
Nullum animal magis obnoxium afflictionibus quam homo. 1788. b.
Vulgus hominum non cogitat afflictiones immitti à Deo. 1898. d.
Quomodo Deus adſit ſuis cùm afflictionibus exercentur. 773. b. 858. c. 884.
Cur Deus afflictionibus ſuos afficiat. 1134. a. 1310. g. 189, &c.
Deus ſuorum afflictiones lenit & temperat. 1032. c.
Afflictum hominem non decent facetiæ. 486. b.
Afflictos quomodo ſe gerere oporteat. 847. 849. 853. a. 884. 1129. c. 1310. g. 1316, 1317. 1896, &c.
Quodnam ſit eorum præcipuum ſolatium. 883, 884. 1058. d. quodnam optimum remedium. 2062. b. 2093. f.
Dolet Eraſmus, quòd mundus tot plagis afflictus non reſipiſcat. 1898. g. 1928. d. 2062. c.
Afri temporibus Auguſtini fuerunt rudes Dialecticæ. 1577. f.
Africus ſtylus notatur. 1636. g.
Ager, unde dicatur. 1451. d.
Agricola. V. *Georgius*, & *Rodolphus.*
Agricolarum tumultus in Helvetiis. 955. a. 1022. 1340. c.
De Corn. Agrippa judicium Eraſmi. 1319.
Albertus Pius. V. *Pius Carpenſis.*
Alcyonius. V. *Petrus.*
Andreas Alciatus laudatur. 1047. a. 1086. 1263. 1386.
Monet Eraſmum, ut rabulas negligat, nec eorum convitiis reſpondeat. 1410. 1546. Hectoreum Hoxvirium ab Eraſmo commendatum humaniſſimè excipit. 1544.
Alea fugienda. 1570. d.
Aleander. V. *Hieronymus.*
Alexandri Magni impetus & ambitio damnatur. 201.
Chœrili verſus quàm carè emerit. 1745.
Alexander, Eraſmi præceptor, laudatur. 1985. g.
Alexander, Archiepiſcopus S. Andreæ, diſcipulus Eraſmi. 832. 1068. Oculorum vitio laborabat. 834. Manum Eraſmi dextrè effingebat. 1514.
Alfonſi Fonſecæ Archiepiſcopi Toletani laus. 1582. f.
Algerus de Euchariſtia ſcripſit. 1658, &c.
Amantium iræ amoris redintegratio eſt. 1334.
AMBROSIUS tumultus ſedat. 1585. f. Ex profano Præſide fit Epiſcopus. 1585, 1586. Theodoſium Imp. templo prohibet. 1586, 1587. (Quod factum cum facto Babylæ confertur. 1586.) Juſtinæ Auguſtæ ſimili conſtantiâ reſiſtit. 1588. Reliquos Latinos Doctores in quibuſdam antecelluit. 1584. g. Eum Auguſtino cur poſtponant Scholaſtici. 138. a. Ei ſimilis, è Græcis, Gregorius Nazianzenus. 1446. Nullius ſcripta minùs obnoxia invidiæ. 1588. c. Unus Hieronymus alicubi minùs candidè de libris ejus ſentire videtur. *ibid. f.* Pleraque hauſit ex Origenis commentariis. 1589. 1645. g. De ſtylo ejus & ſcriptis cenſura Eraſmi. 1589. Ejus opinio de interdicto ſanguinis *Aſſuet.* XV. notatur. 1827. c.
Ambroſius Leo, Nolanus medicus, quæ ſcripſerit. 531. c. Græcas literas jam caneſcens didicit. 532.
Amerbachius. V. *Bonifacius*, & *Ioannes.*
Amicitia *ἀπροσωπολήπτως* refrigeſcit. 1754. f. 1755. c.
Amicitia inter bonos ſolida & conſtans, inter malos inſtabilis. 464. a. 479. a. 512. d.
De hominum amicitiis queritur Eraſmus. 1371. e.
Amicorum poſſeſſio optima. 149. 183. 751. b. 1074. e. 1519. c. 1521. d.
Amico ſincero nullum fidus felicius. 568. e.
Amicorum fidorum deſcriptio. 297. b. 302. f.
Amicus ſincerus & liber rarò, præcipuè regibus, contingit. 1765. c.
Amicorum officium. 1981. e.
Amici officium non fungitur qui ab amico verbum *Rogo* exſpectat. 520.
Amici abſentes literis conjunguntur. 1985. e.
Andreæ Ammonii altaria Britanniæ. 387. Multis offen-

ditur in Anglia.424. Ægrè fert fortunæ malignitatem. 426.*a*. Eraſmo æquum donat.427.*d*. Poemata edit.433.*b*. Ejus carmen de Tornaci expugnatione ſummè laudat Eraſmus. 420. Sudore Britannico extinguitur. 386. V. *Mori*. Ejus laus. 413.*c*. 422. 1210.

Amor Platonicus non, ut ille Poetarum, cæcus fuit, ſed oculatiſſimus. 573.*c*.

Amor nonnunquam conciliatur malorum ſocietate. 1078.*c*.

Amori τὰ μὴ καλὰ καλὰ πίφαυλα. 1516.1523.

Anabaptiſtæ. 851.*g*. 1543.*f*. ἀναρχίαν invehere ſtudent. 1159.*g*. 1161.*c*. Reges creant, civitates vi & dolis occupant.1537.*f*. V. *Germania*.

Anabaptiſtæ in Weſtphalia trucidati. 1537. 1543.*g*. 1556.*c*.

Anabaptiſta quidam Baſileæ Joannem Baptiſtam ſimulat, qui tandem Lucernæ exuritur.1264,1265.

Ἀναιδῶς quibus potiſſimùm accidant.1647.*a*.

ANDREÆ Apoſtoli reliquiæ Conſtantinopolim tranſlatæ.1807.*f*.

Andreæ Critii Epiſcopi Plocenſis laus.1127. Scribit libellum De Miſſa. 1440. Fit Archiepiſcopus Gneſnenſis. 1532.

Andreas Zebridovius peregrinas nationes inviſit. 1131. 1332.*g*.

Angelus Politianus, Leonis X. Pont. R. præceptor.88.*f*. Laudatur.274.581.

de Angelo Paradiſi cuſtode lepida fabula.307.

Angliam patriam vocat Eraſmus.123.*c*. Ejus felicitatem prædicat.181.*c*.309.356. Ingreſſus Eraſmi in Angliam inauſpicatus. 311.*f*. Ædificia in Anglia ei videntur inſalubria. 1140. Latrocinia ibi compeſcuntur.356.*b*. De monachis quibuſdam ſumitur capitis ſupplicium.1543.*d*. In Anglia triumphans bonæ literæ.364,*&c*.368,369. V. *Britannia*.

Dolet Eraſmus quòd non potuerit contumeliam, quam in Anglia acceperat, rependere. 497.*g*.

Anglos bellum adornare dolet Eraſmus.142. A Scotis infeſtantur. 1510.1520.

Anianus. V. *Chryſoſtomum vertunt*.

Ἀνίναι & ἀφίναι quomodo differant.1063.

Anima. Optat Eraſmus ut Paulus conditionem animarum poſt mortem plenius aperuiſſet.1830.*c*.

Animantium diverſorum formas & ingenia ſpectare, Tho. Moro præcipua erat voluptas.536.*b*.

Animi bona appellationem Bonorum maximè merentur. 549.*c*. Quo pretio paranda.550.*c*.

Animi mala plura & graviora quàm corporis. 1788, *&c*. 1806.*c*.

Animus excelſus quis. 1144.*d*. 1146.*d*.1304.*c*.1799.*d*.

Anna Berſala Princeps Veriana Eraſmi & Batti patrona. 286.293.500. Quàm alacriter adverſa tulerit.501. Laudatur. 500. Eraſmus pecuniam ab ea impensè rogitat. 449.452.473.*g*. 501.*f*. Cur eum ſublevare deſierit. 478.*d*. 482.*b.c*. 484.*a*.

Annas tres veterum literæ prodiderunt, quibus confertur Anna Veriana.500.

Annum Poloni auſpicantur à Paſchali die.828.*d*.

Ἄνωθεν, Luc.1.3. ἄνω ἀρχῆς, *retrorſus*. 19.*g*.

Anſa cà quiſque prehendendus quâ commodè teneri queat. 271.*b*.

Anthropomorphitæ.1599.*d*.

Antichriſti præcurſores appellantur, Lutherus, Eraſmus & Faber. 669.

Anticomaritus ſtolidus quidam dixit pro *Antidicomarianita*. 1734.*c*.

Antiochiam Româ feliciorem cur dicat Eraſmus. 1807.*a*.

Antipodes priſcis inauditi.1691.*a*.

Antoninus. V. *Johannes*.

Antonii à Bergis, Abbatis D. Bertini, encomium. 503.

Antonii Fuggeri laus. 1358.

Antonius à Grimberga, Principis Bergenſis F. unà cum præceptore Adriano Barlando, in aulam Britannicam commigrat. 622. *&c*.

Antonius Nebriſſenſis, Academiæ Complutenſis ornamentum. 755.

Antonii Sucqueti laus. 1261,1262.

Antuerpiæ templum exuritur. 1949.*c*. 1951.*g*.

Apelles, hæreticus. 1613.*d*.

Ἀφίημι, quomodo reddendum. 1063.

Apocalypſis nullo modo recipit paraphraſten, vix interpretem. 1079.*f*.

Apoſtoli & *Seleſti* qui antiquis. 59.*b*.

Apophthegmata, Principibus maximè accommodi. 1770.*a*. 1773.*g*.

Apophthegmata qui ſcripſerint. 1770.*d*.

Plutarchi Apophthegmata laudantur. 1770, *&c*.

Apophthegmatis optimum genus quod. 1773.*g*. V. *Proverbia*.

Apoſtolatûs vox improbata rectè loquentibus. 1892.*b*.

Vocabuli *Apoſtolus* ineptæ derivationes. 1379.*b*.

Ægrè fert Eckius, quòd Eraſmus ſcripſerit, Apoſtolos Græcitatem ſuam è ſubligi colloquio didiciſſe. 1334.*f*.

Apoſtoli cur impolitiùs loquuti ſint. 1343.*c*.

Librorum adminiculo eos uſos fuiſſe, non fuit indignum. 135.*g*.

Sermonis rudeſtas & barbaries in Apoſtolicis literis inde. 1360.*b*. 1650.*g*. 1887.*a*. V. *Solœciſmi*.

Quantâ civilitate & manſuetudine in concionibus uſi fuerint. 762. *&c*.

Initio diſſimulabant Divinitatem Chriſti. 1214.*a*.

Cur dicantur *filii exceſſorum*. 1645.*a*.

Cur pauperes eos eſſe voluerit Chriſtus. 555.556.*c*. cur ἐνδυνάτους. 1208.*b*.

Apoſtolorum dignitas, arma, & præſidia. 1818.*c*.

Quantùm Epiſcopi & Sacerdotes ab Apoſtolorum moribus degeneraſſent. 1816, *&c*.

Aquinas. V. *Thomas*.

Ἀρχή. Οὐδ' ἀρχῳ, quid. 778.*a*. τῷ ἀρχῷ, abſque negatione, præterquam in Joanne non reperit Eraſmus.778.*b*.

Aretinus. V. *Chryſoſtomum vertunt*.

Argumenti tractandi methodus. 1672.*d*.

Arianorum hæreſis.768,1595. 1633. V. *Chryſoſtomus*, & *Hilarius*.

Eorum curioſa ſubtilitas Patres ad arduas diſputationes adegit. 1633.*g*. 1821.*f*.

Videtur Eraſmus eis aliquantulùm patrocinari.1640.*d*.

Ariſtoteles laudatur. 1675.*c*. 1676. Ejus ſtylus quilis. 1658.*c*. Nuſquam non requirit lectorem attentum. 1770.*a*. Ejus ſcripta per I. Syllam ab interitu vindicata. 1676.*g*. Quot libros ſcripſerit. 1677, *&c*. quot interciderint. 1678, 1679. Libri Ariſtotelis aſſeripti, de quorum tamen autore ambigitur. 1679, 1680. Plura ex ejus ſcriptis exſtant Latinè verſa quàm quæ Græca reperiuntur, 1679.*d*. Qui Ariſtotelem interpretati ſuerint. 717.

De Aldina Ariſtotelis editione.1680.*d*. De bibliotheca *ibidem*.

Armis conſilium melius. 1504.*c*.

ARNOBIUS quo tempore floruerit.1651.*c*. Ejus antiquitas unde colligatur.1652.*d*. Erat Sanctamii præceptor.1649.*c*. In ſomnia adactus fuit ut flagitaret baptiſmũ.1650.*c*. Ejus in Pſalmos Commentarios unde natus fuerit Eraſmus.1648.*f*. Cur illius operis non meminerit Hieronymus.1651.*c*. Idẽ fuit cum eo qui ſcripſit Adversùs Genres. 1649.*g*. (Quod opus intercidiſſe putabat Eraſmus. 1651.*c*.) Quo modo tractandi uſus fuerit. 1652.*g*.*&c*. 1657.*a*. Et brevis eſt & dilucidus. 1648.*g*. 1651.*g*. Barbariſmi ejus nonnulli indicantur.1651.*g*. Ejus ſolœciſmi & impolities excuſantur.1649, *&c*. Nihil ſcripſit quod hæreſi eſt affine.1653.*c*. Quantum in eo emendando laborarit Eraſmus. 1654.*b*.

Artes quomodo reperiæ. 1088.*g*.

Aſpera vaſtatur. 572.

Aſperum dupliciter dicitur. 1645.*d*.

ATHANASIUM vertit Joan. Reuchlinus. 997. Baſilius illi præfertur.1617.*g*. Ille præferur Baſilio aliiſque Patribus.1871.*f*. Commentarii in Epiſtolas Pauli qui Athanaſio adſcribuntur, ſunt Theophylacti.1096.1870. De ejus ſcriptis, 1870.

Atticiſmus & Atticiſare quid.126.*f*.

Avari, pecuniarum cuſtodes vetiùs quàm domini. 537.*d*. Deus cujus lucri ſit avarus. 550.*g*.

Averroes, impius καὶ τῆς καθόλου. 532. Adversùs eum libros XLVI. ſcripſit Ambroſius Leo. 531.

Auguſta, civitas Germaniæ.854. 1305. V. *Cartonus Auguſtanus*.

Auguſtenſis Epiſcopus Lutheranus eſſe cenſetur. 1443.

Auguſtinenſes duo monachi Bruxellæ ſunt cruci. 1076. 1278.1429.

Auguſtinus quidam Eraſmi amicus, 473. valdè & perdè cum

cum illo agit. 488.498.f. V. *Erasmus.*
Augustinus Eugubinus scribit in Erasmum. 1950.c. Ejus lapsus nonnulli notantur. 1449, &c.
AUGUSTINUS, fons in Paradiso à Mendicante dicitur. 769.e. Ei nimium tribuit Joannes Eckius, 1372.c. & tribus Scholastica. 138.a.
Nomen illi quàm apcum contigit. 1571.d.
Concubinam habuit 3: quâ erepta assciit alteram. 1572.d.
Fit Manichæus. 1572.d.
Non fuit omnino rudis linguæ Græcæ. 1481. Platonicæ philosophiæ impensiùs delectabatur: Aristotelicæ parùm degustabat. 1577. Dialecticam quàm exactè calluerit, *ibid.* In extemporali dictione quantum valuerit. 1578.a. Pleraque per notarios ex ore loquentis excepta sunt. 1578.a. 1649.e.
Ejus ingenium, 1574.e. Mansuetudo, 1574.f. Clementia, 1575.c. sobrietas, 1572.g. 1573.g. industria & vigilantia, 1573.b. castitas, 1573.c. moderatio linguæ, 1573.c. charitas in pauperes. 1574.c. A maledicentia & obtrectatione quàm abhorruerit, 1573.g. & libris. 1574.b. Cæsaris iram intercessione suâ mitigat. 1574.
Quando fuerit Episcopus. 1574.c. Ejus mors. 1576.f.
Quos hæreticos prostraverit. 1575. Quâ mansuetudine erga eos usus fuerit. 581.651.861.1152.1574.1575.
Lapso, post satisfactionem, aperit Ecclesiæ januam; relapso non aperit. 767.
Liberum arbitrium probat ex eo quòd dicitur, *Nolite judicare, Nolite jurare, &c.* 1481. Minus tribuit libero arbitrio quàm Pontificii. 1640.
Obstinatiùs infensus fuit mendacio. 1780.a.
Quosdam ejus errores notat Erasmus. 1355.a.
Scriptor fuit obscuræ subtilitatis & parùm amœnæ prolixitatis, 959. 1579. ἀνεκφοίτητος, 1027. ὁδοιπορικὸς. 1246. Solus præstat omnes Christiani scriptoris dotes. 849.
Censura Erasmi de ejus libris De sermone Domini in monte. 904.b.
Ejus Retractatio non est palinodia, sed recensio suorum operum. 1329.g. 1354. Non omnia retractavit quæ sunt retractatione digna. 919.b. 1885.g.
Chrysostomus ei similis fuit. 1446. Confertur cum Hieronymo. 134. 138, 139. Ei præfertur Origenes. 1394. Eloquentiâ eum longè superat Cyprianus. 1616.f. 1617.a.
Quodnam ex ejus scriptis sit absolutissimum. 1633.e.
De scriptis quæ falsò ei tribuuntur. 1580.a. 1583.c. Quantum ejus scripta depravarint sacrilegæ manus. 1579. 1583.e.
Augustinum primus excusit Joan. Amerbachius. 1578.
Ad Augustinum emendandum Joan. Frobenius Erasmum instigarit. 1581. Ei propemodum gratis Erasmus operam suam impendit. 1047.f. Eum Ætnam suam & Athonem vocat. 1027.e. 1030.c. Quàm scatebant mendis priores editiones. 1177.g. 1578.g. 1583.d. Quid in eo opere præstiterit Erasmus. 1177.f. 1180.a. 1579. Quem ordinem sequutus fuerit in digerendis Augustini voluminibus. 1581.g. 1582.b. Quem sequutus fuerit ipse Augustinus. 1581.c.
Pro Augustini editione optat Erasmus ut impetretur privilegium Regis Galliæ. 1047. Ab eo opere pendebant facultates liberorum Frobenii. *ibid.*
Malè habet Dominicanos quod Erasmus Augustini castigationem moliatur. 1582.g.
Objicitur Erasmo, quòd Augustinum non legerit. 134.c. Cui objectioni respondetur. 138.b.
Aula. Vix ulla aula quæ prorsus absit ab omni specie tyrannidis. 535.c.
Aulicorum mores. 414.g. 486.c. 535.c. 1569. 1570. V. *Præcepta.*
Quibus rebus temporis tædium soleant fallere. 535.f.
Aulica vita quid. 131.d.
Auli Gellii locus excutitur. 832.
Autin Latinis quid. 1198.1354.f. V. *Pater.*
Autores qui præcipuè legendi. 464.d. V. *Libri.*
Autores quidam antiqui inter se dissonantes. 1773.c.
Autores quidam recensentur qui ludicra tractarunt. 1777.
Autores quidam magni ab aliis magnis autoribus reprehensi & contempti. 270.a. 384.
Inter autores veteres multa phraseos discrimina. 1065.c.
Autores veteres emendare, quàm arduum negotium. 1631.b.
Autores solent in uno aliquo opere quid possint ostendere. 1633.d.
In eos qui autores veteres præ novis fastidiunt. 1647.e.
Qui quibusdam autoribus contigerint patroni. 501.f.
Autores eâ quisque ansâ prehendendi quâ commodè teneri queant. 271.b.

B

BAalis prophetas quomodo pingebant quidam Lutherani. 1061.
Babylæ mors. 1705.g. Ei minùs feliciter cessit quàm Ambrosio, Imperatorem templo prohibere. 1586. 1803.
de Badio judicium Brixii, 1166.g. Erasmi. 1172.g. Eum cum Budæo confert Erasmus. 1030. V. *Budæus.*
Baisius. V. *Lazarus.*
Baptismum, neutro genere, apud Augustinum. 1652.b.
Baptismus non eò feliciot, quò pluribus cæremoniis peragitur. 1207.d.
Baptismum infantulis non salutis, sed honoris causâ dari, dicunt Lutherani. 2102.a.
Cypriani error de Baptismo excusatur. 1618.e.
Susceptores & susceptrices olim in Baptismo adhibebantur. 1622.b.
Joannem Baptistam simulat Anabaptista quidam Basilie. 1264.
Barbariem pellendi optima ratio. 146.b. 611.b.
Barbariem quidam affectant. 546.c. 717.c.
Barbaries quanta undique fuerit paulò ante Erasmum. 716.c.
Barbaries in Apostolicis literis unde. 136.b.
Barbari quibusdam etiam Cicero, Maro, Livius visi. 611.
Barbirius. V. *Petrus.*
Barbarus. V. Hermolaus.
Barlandus. V. *Adrianus.*
Basilea, Erasmo gratissima. 1301. Dicit Basileam non minùs ipsi debere quàm ipse Basileæ. 2128.f. Cur illinc emigrarit. 1302. 1935.c. Ecclesiastæ illic cum ei infensi. 1302.c.
Reformatio Basileæ. 846.a. 852.
Basileense concilium. V. *Concilium.*
Basilides hæreticus. 1612.c.
Basiliscus, hæreticus. 1613.d.
Basiliscus martyr. 1604.
BASILII Magni laus. 1626, &c. Græcos Oratores eloquentiâ superat, 1627.c. & Græcos Patres. 1627.e. Cuinam ex Latinis similis fuerit. 1446. Inter ejus ætatis scriptores Erasmo unicè placet. 1320. 1446. 1873.f.
Censura Erasmi de ejus expositione in Esaiam 3 1872. deq; libro de Spiritu Sancto. 1874.
De Basilii interpretibus. 1628.g. 1629.
Magnus illi tumultus à philosophis suscitatus est, quoniam *Cum Spiritu* pro *In Spiritu* dixerat. 1875.d.
Ejus humanitas. 1618.d.
Battus. V. *Jacobus.*
Beatus Rhenanus. V. *Rhenanus.*
Beatitudinis præcipuam portionem nulli secundùm Deum magis debemus quàm nobismetipsis. 549.e.
Beatitudinis circulus quibus rebus absolvatur. *ibid.* V. *Felicitas.*
Beatorum nomen quibus competat. 1751.f. An illis quos vulgus beatos appellat. 1751.g.
Fortunatos potiùs quàm beatos reddunt naturæ dotes. 549.f.
Nihil est ab omni parte beatum. 1178.g.
Bebelius. V. *Joannes.*
Bedda. V. *Natalis.*
Belli mala. 12.c. 62.d. 143.619.c. 959.d. 1586.g. 1692.c. 1799.a.
A bello gerendo dehortatur Erasmus, 91.d. 142.g. 370.a. 389.b. 401.c. 861.g. 1135, 1136. 1143, &c. 1798, &c. & Coletus. 708, 709.
Solius belli nulla satietas. 895.g.
Principum fœdera cum Pont. Romano, bellorum cruta. 964.b. 1146.c.

Julio Pont. R. mortem imprecatur Eraſmus, utpote belli ciendi cauſæ. 412. *b.*

Magna pars bellorum oritur ex inanibus vocabulis & titulis. 1804. *a.*

Bella inter Chriſtianos plùs quàm civilia ſunt. 1144. *a.*

Bellum quando licitum. 1145. *a. g.* 1799. *g.*

Bellum ſi qua jura admittant, craſſia ſunt, & Chriſtum degenerantem ſapiunt. 144. *e.*

Caſtrenſis vitæ forma. 418. *a.*

Bellum geminum. 91. *e.*

Opinionum calamitas bello gravior eſt. 1273. *b.*

Bembus. V. *Petrus.*

Benedicere, quid. 2085. *g.*

Benefacere malis multo periculoſius eſt quàm bonis malè. 465. *d.*

Benefacere aliis, fortunatorum hominum officium. 550. *f.*

Beneficium ingratis conferre præſtat quàm non intelligentibus. 378. *a.* 436. *e.*

Beneficium ſeneratur quis. 1010. *b.*

Bene patientes erunt ut annuncient, locus difficilis intellectu iis qui Græcæ linguæ ſunt ignari. 475.

Berengarius. 1658.

BERNARDUS. Quodnam ex ejus operibus ſit maximè abſolutum 1633. *e.*

Beroaldus. V. *Philippus.*

Berquinus. V. *Ludovicus.*

Bilibaldi Perkheymeri felicitas, virtutes, ſcripta, mors 1445, 1446. V. *Perkheymerus.*

Boethius quare dixerit Camœnas *Lacteas*. 162. *f.* An Thomas ille qui in *Conſolationem* ejus commentatur, ſit Aquinas. *ibid.*

Bohemis communio ſub utraque ſpecie à Concilio Baſileenſi conceſſa. 673.

Tres ſectæ inter Bohemos. *ibid.*

Bombardicus pulvis fulmine attactus turrim Baſileæ diſjicit. 1275, 1276.

Bombardici pulveris vis. 1276. *d.* Ejus inventionem ſcelerato & ingenioſo cacodæmoni tribuit Eraſmus. *ibid. f.* Ejus uſum in feſtis non probat. *ibid.*

Bombaſius. V. *Paulus.*

Bonifacium Amerbachium monet Eraſmus, ut mortem filiæ patienter ferat. 1315, *&c.* Juris profeſſionem Baſileæ ſuſtinet. 1382. Laudatur. 1086.

de Bonorum tribus ordinibus. 549. *e.*

Bona externa an & quid ad beatitatem conducant. 550. 552. 555.

Corporis & Fortunæ dotes *Bona* appellantur, quia Virtuti ſubſerviunt; quemadmodum Regum caduceatores *Reges* dicimus, quòd Regibus ſerviant. 556. *b.*

Cicero miratur opes à priſcis Romanis *Bona* appellari. 543. 546.

de Bonis operibus. 1139. *a.* 1231. *d.* 1288. *a.* 2060. *g.*

An juſtificent. 2057. *b.*

Bonis in Eccleſia ſemper admixti mali. 2062. *f.*

Botzemus. V. *Joannes.*

Brentius. V. *Joannes.*

Breſith, Hebræis quid. 1644.

Britannia laudatur. 315. 356. 1298. V. *Anglia.*

In Britannia mos eſt ad idem poculum viciſſim invitare ſeſe. 534. *g.*

Litigandi mos qualis. 537. *c.* Olim ſacerdotes & theologi illic veſtiebantur purpurâ. 704. *c.* De Cancellarii Britanniæ dignitate & officio. 1503. *d.* Cur frequentibus peſtilentiis vexetur. 1140. Quo pacto ſalubrior reddi poſſit. *ibid.* Propenſiſſimo fuiſſe in Romanam ſedem animo, ait Eraſmus. 522. *a.* Lignorum pretium ibi auctum ob crebra hæreticorum holocauſta. 410. *g.*

Nautæ ſunt totius inſulæ dehoneſtamentum. 438. *d.* Magna ibi ſcriptorum inopia. 401. *f.* 409. *f.*

In Britannia habuit quicquid habuit Eraſmus. 144. *g.* Plurimos ibi amicos habuit. 436. *a.* 511. 522. 725. *b.* Illic invenit omnia ejus meritis inferiora. 434.

Britanni laborem fugiunt, otium amant. 377. *a.* Oculis ſubcæſiis capiuntur, ut Germani nigris. 534. *d.* Sudore peſtilenti laborant. 386. *b.* V. *Sudor Britannicus.*

Britannorum fides. 820.

Britannica aula. V. *Henricus VIII.*

Brixius. V. *Germanus.*

Bruta fulmina quæ. 1255. *b.*

Bruxellæ exuruntur duo monachi *Auguſtiniani*. 1076. 1278. 1429.

Buceri quidam liber damnatur. 1939. De libro quem ſcripſit ad primogenitum Regis Galliæ. 2110. *d.* ſcribit adverſus Eraſmum. 2068. *b.* 2077. Eraſmus vocat eum *Bucephalum*. 2077. 2110. *d.*

Budæus. V. *Guilielmus.*

Bullarum gravis autoritas, gravior diplomatum Cæſaris 1918. *g.*

Burgundiacum vinum admodum laudat Eraſmus. 1000, 1221, 1222. 1561.

Buſlidianum collegium laudatur. 1261. V. *Academia*, & *Hieronymus Buſlidius.*

C

CAbaliſtica ars. 384. 642. 739.

Cælius Calcagninus ſcribit De libero arbitrio, 1013. 1707. In Lutherum acriter invehitur. V. *Lutherus.*

Cælius Rhodiginus laudatur. 1020. *a.*

Cæſarem totius orbis eſſe monarchiam, imperii probat Pantalabus ex verbis Chriſti, *Date Cæſari, &c.* 840. De Cæſaris titulo. 1587. *b.* 1691. *b.*

Cæſaris res. 1336. *a.* 1356. V. *Carolus.*

de Caino fabula feſtiva. 307. Ejus prima culpa quæ fuerit. 306. *g.* Cur vetuerit Deus nè quis de eo ſumeret vindictam. 593.

Calamitas pro crimine nemini objicienda. 1196. *e.*

Calculus, tyrannus Menzentio & Phalaride crudelior; 785, 1213. podagrâ gravior, 796. *d.* & quovis alio cruciatu. 1208. *c.* Nihil habet commune. 1211. *d.* Quo remedio adverſus eum uſus fuerit Eraſmus. 798. *e.*

Calliſtio, hæreticus. 1613. *e.*

Calumniæ Patres ad quaſdam calumnias referebant, ad quaſdam tacebant. 1547. *b.*

Nil tam circumſpectè dicitur quod non ab aliquibus rapiatur in calumniam. 1240. 1547. *c.*

Calumniæ an liceat reſpondere. 1410, &c.

Calumniatores quo ſpiritu agantur. 898. *d.* Eorum artes. 2012. *d.* Quomodo erga eos nos gerere oporteat. 213, *&c.* 219, &c. 959. *d.* 2018. *g.* 1546, 1547. Si negligantur, quieſcunt: ſi quis iis obſiſtat, magis ferociunt. 957. *d.* 1019. *c.* Calumniatorum quæ pœna. 600. *a.* Calumniator cane pejor & angue. 938. *d.* 1250. *c.* V. *Obtrectatio*, & *Convicia.*

Camerarius. V. *Joachimus.*

Caminga. V. *Haya.*

Campegius. V. *Laurentius.*

Campeſter. V. *Lambertus.*

Cancellarii apud Britannos dignitas & officium. 1503. *d.*

Canonici, medium genus inter Monachos & non Monachos. 1192. *d.*

Canoſſa, Leonis X. Legatus, cultu profano in Angliam venit. 1323. *g.*

Cantabrigiæ, in quodam collegio cautum eſt nè quis utatur Eraſmi editione N. T. 308. *c.* Quibus ſtudiis ibi incubuerint paulò ante Eraſmum. 112. *e.* Joannes epiſcopus Roffenſis tria collegia ibi inſtituit. 1581. 1760. *d.* Ubi floret ſolidæ Theologiæ ſtudium. 751. *a.* 755.

Cantabrigia quomodo Eraſmo arriſerit. 408 *g.* 409. *f.* 410. *a.* 411. *c.* 412. *d.* 417. *c.* 434.

Cantellius monachus Florentium in ſodalitium ſuum pellicit. 1288.

Claudii Cantiunculæ encomium. 1867.

Canus eccleſiaſticus fuit ante Ambroſium & Auguſtinum. 2113. *c.* V. *Muſica.*

Cantus promiſcuus in Eccleſiam à Lutheranis inductus. 2101. *f.*

Capito. V. *Fabritius*, & *Wolfgangus.*

Capnionis (ſive Reuchlini) Triumphus. 358. 359. V. *Ioannes Reuchlinus.*

Caraffa. V. *Joannes.*

Cardinalium numerum & faſtum non probat Eraſmus. 1441. *f.*

Chriſtoph. Carlevitrii laus. 837, 838. 879.

Carmelitæ & Dominicani non patiuntur ſuos ordines nominari ſine honoris præfatione. 600. 732. 1068. *f.*

Eorum decretum, Rem austeritate faciendam esse. 1003. c.

Carmilianus, V. *Petrus*, 417. 418. 435.

Carmina in laudem Erasmi. 76.

de Carnium esu interdicto, 2027, 2028.

Carnotensis oppidi fanum fulmine conflagrat. 1715. c.

Carolstadius de Eucharistia quid senserit. 818. V. *Eucharistia*.

Duo typographi qui ejus libros de Eucharistia excuderant, in carcerem conjiciuntur. 818. 822.

CAROLUS Imperator eligitur, competitore Francisco Gall. R. 560. a. 561. Laudatur. *ibid. f.* 1786. 1796. c. Germani metuunt nè tyrannum se iis præbeat. 572. Edicto maledicos libellos compescit. 751. a. Bellum inter ipsum & Gallianum Regem luget Erasmus. 750. b. 759. b. 1080. 1135. f. 1163. 1720. b. 1798. f. Provocat Regem Gall. ad monomachiam. 1163. b. Gallos superat. 970. Pontifex inter eos molitur concordiam. 1030. g. 1042. c. Pacem init cum Gallo hâc conditione, ut exstinguat factionem Lutheranam, 930. b. 1108. atque Helvetios invadat, si nolint à Lutheranismo resipiscere. 1538. f. Generale concilium molitur. 868. c. Bellum gerit cum Turcis. 1080. De ejus victoriis rumores. 1537. c. Guletam expugnat. 1537. 1543. f. Accipit coronam à Pontifice. 1398. c. *Ecclaxiæ* & à quibusdam pingitur. 1442. Erasmus eum monet ut à bello & cæde abstineat. 1786. b. 1796. c. Ejus aulam dicit esse pertusum dolium, & semper sitire, nihil dare. 1519. a.

Carolus Utenhovius commendatur. 1039. 1051.

Carpocrates magus. 1612. f.

de Carusianis. 1361. Eis licet sacram vestem deponere. 1191.

Cassiodorus scripsit in Psalmos. 1268. Erasmi de eo judicium. *ibid.*

Casum patremum Græci ponunt absolutè, sicut nos ablativum. 1646. g.

Casus septimus quis. 1098. a.

Catus, repertor artium. 1088. g.

Κατηχεῖν, Luc. 1. 4. quid. 29. g.

Catechistæ & Catechumeni qui. 1622. a.

Catechizandi utilitas. 1856. c.

Catharina, Angliæ Regina, laudatur. 846. 883. ejus rogatu Erasmus scripsit *Præcepta connubialia*. 780. 790. d.

Catholicum se esse, quibus rationibus Erasmo constiterit. 94. g.

Dolet Erasmus, quòd multi sint pro Catholicis cacolyci, pro Evangelicis dysangeli. 1362. b.

Cerasinus, V. *Jacobus*.

Cerdon, hæreticus. 1613. b.

Ceremoniis instupuit mundus ante Lutherum. 1075. d. 1187. a.

Queritur Erasmus Christianos ceremoniis nimiùm involvi. 1024. c. 1028. 2033. b. 2039. d. 2040. a.

Vera pietas in iis non est sita. 665. a. 733. a.

Pium est, Deum externis ceremoniis adorare. 1488. g.

Ceremoniæ Judaicæ cur paulatim, & non simul & semel, fuerint abrogatæ. 2023. c. 2114. f. Earum significatio, 2039. f.

Cherubici qui dicantur. 1487. 1491.

Chorus. Nusquam magis ineptierunt antiqui poetæ quàm in choris suis. 1743. c.

Χριστὸς & χρυσόστομος Hilario quid. 1645.

Christianos à bello gerendo abstinere debere, multis argumentis suadetur. 142, 143. 1143, &c. V. *Bellum*.

Christianorum omnia communia. 811. d.

Christiani non ex professione, sed moribus æstimandi. 1804. c.

Christianorum mores in causa sunt quò minùs Turcæ, Judæi, Græci, &c. resipiscant. 1608. Eorum dissidia Turcis gratissimum spectaculum. 1798.

Christianis stimulos addunt ethnicorum bene facta. 1694. a.

Philippus Imp. primus Regum Romanorum fuit Christianus. 1624. f.

Non statim non est Christianus, qui à sanctis viris dissentit. 1452.

Christophorus Longolius ubi natus. 1555. laudatur. 249. 548. 966. 968. 1211. 1259. 1514. 1555. Ciceronianam dictionem arctè affectabat. 1094. Cupit Erasmus Commentarios ejus edi. *ibid.* Ejus de Erasmo & Budæo censura 247. Candorem in eo desiderat Erasmus, 1047, c. 1094. 1095. 1259. 1388. Nimium Gallis ei videtur. 623. Stomachi ejus in Erasmum causæ. 1106. c.

CHRISTUS quomodo sponsus noster, Dominus, & Medicus. 883. g. quomodo Pax nostra dicatur. 1098. d. Quo sensu Stultitia ei tribuatur. 1012. g. Magus, Incantator, Peccatum, Maledictus, Pœdo, Adulter, Temulentus, Hæreticus aliquo sensu dici potest. 2013.

Christus quàm per omnem vitam beneficus fuerit. 1801. c. Scandalo vitando quàm tribuerit. 2023. c. 2037. c. Semet Judæorum affectibus attemperabat. 762. Cur parabolis usus fuerit. 2005. d. Syriacè loquebatur. 1849. 1889. a. De ejus somno in navi. 1859. Quædam ad ordinem Reip. necessaria dissimulabat, quædam ab se rejiciebat. 1237. f.

Quidam ex veteribus putant Christum obiisse anno ætatis xli. 1493. a. Ejus mortem deplorandam, docent Scholastici. 1137. f. Ejus sanguis æquè pro pauperibus ac pro Regibus effusus est. 1799. Denuò patitur, quoties damnatur evangelica veritas. 1805. a. Nihil ab eo gestum quod non quotidie geritur in vita nostra. 1854. f.

Hilarius videtur sentire Christi corpus ex substantia Virginis non fuisse conceptum, 1641. a. atque ejus corpus & animam nullis obnoxiam fuisse doloribus. 1631. f.

Ambrosius Syragrius accusatur quòd dixerat in genealogia Christi esse peccatrices. 925. c.

Medicus quidam ineptus ait, Christi testamentum esse, *Crescite & multiplicamini*, &c. 1054.

Expediebat imprimis ut orbis sciret & crederet Christum esse Θεάνθρωπον. 1821. c. Evangelistæ, solo Joanne excepto, penè nihil de Divinitate Christi attigerunt. *ibid. d.* Apostoli initio eam dissimulabant. 2115. a. Quid de Christo sentiant Ariani, 1873. f. quid Judæi & Turcæ. 1874. b.

An Christus ulli mortalium debuerit obedientiam. 912. f. An Mater ei nunc pro sua auctoritate possit imperare. 1237. g. 1060. g. Eum in negotio à Patre delegato debuisse Matri obedientiam, à quibusdam perperàm docetur. 1137. c.

Christus solus verè tranquillat animum. 1518. c.

Christus, centrum; Sacerdotes, Principes, Populus, tres circuli eum ambientes. 1237, 1238.

Christo suum ingenium dicavit Erasmus. 544. g. 545. a. 546. d. 549. a. Dolet, quòd mundus sua tantùm quærat, non quæ sunt Christi. 1038. f. 1040. b. 1273. f. Vult eum in omnibus vincere. 1191. d.

Chronologiarum usus. 1686. g.

CHRYSOSTOMUS. Ejus patria, parentes, educatio, præceptores, studia. 1592. Ad pietatis professionem Evagrii exemplo potissimùm provocatur. 1593. Ad eandem suasu suo pertrahit Theodorum & Maximum. *ibid.* Fit Lector, 1592, 1593. Diaconus, *ibid.* Presbyter, *ibid.* Episcopus, 1594. 1608. a. Quàm difficilem provinciam susceperit, cùm Constantinop. Ecclesiæ Episc. factus fuerit. 1494. Malè illi convenit cum clericis suis. 1595. quos Serapion exasperabat. 1596. Eutropii supplicium ei plurimum invidiæ conflat. 1595. Gainæ Ariani faventi fortiter obstitit. *ibid.* Severianum Episcopum civitate pellit. 1596. Eudoxia Augusta, ei gravis. *ibid.* Exulat 1596. 1598. c. Ægrè fert quòd ludi publici exerceantur ad Eudoxiæ statuam. 1597. Quæ ei vitio verterunt nonnulli, excusantur. 1597, &c. Origenis libros damnare recusat. 1601. Concionem habet in vituperationem omnium fœminarum *ibid. d.* Synodus adversùs eum cogitur Chalcedone *ibid. e.* Crimina illi objecta. *ibid. g.* Citatus appellat ad Synodum generalem: damnatur, ducitur in exilium: revocatur. 1602. Denuò coactâ synodo, 1602. c. deponitur, & primò in Cucuson Armeniæ oppidum, tum in Arabissum deportatur. 1603. tandem, cùm Pityuntem versùs ducebatur, 1603. g. in itinere moritur, cùm pridie per visionem de morte admonitus fuisset. 1604. c. Eum martyrem appellat Erasmus. *ibid. d.* Ob ejus damnationem grave dissidium

ſidium oritur inter Epiſcopos. 1605. Quis fuerit ejus ſucceſſor, ambigitur. *ibid.b.* Fruſtra implorabat Rom. ſedis auxilium *ibid.d.* Ejus reliquiæ juſſu Imp. Conſtantinopolim deportantur. *ibid.e.* Ejus nomen in Epiſcoporum catalogum reponitur. 1605. *a.b.c.* V. *Epiphanius.*

Chryſoſtomi ardens zelus, 1594. ſeveritas, 1597. *g.* hoſpitalitas. 1597. *b.c.* Cur ſolus cibum capere ſolitus ſit. 1597. *b.* Quo modo concionandi uſus fuerit. 1606. Ejus πολυμαθίαν taxat Eraſmus, 1320. 1627. *f.* eam excuſat. 1607. *b.* Ab argutiis, epiphonematis & ſoeis abſtinuit. 1607. *c.* Phraſes quædam illi peculiares. 1609. *d.* Quam lectionem ſequutus fuerit in citando ſcripturas. *ibid.e.* Optat Eraſmus, ut ſacerdotes eum imitentur. 1591. 1607. *d.* 1608. *b.*

Chryſoſtomum citat Auguſtinus. 1609. Ejus *Babylas* ſummè laudatur, 1705. Et Comment. in epiſt. ad Galatas. 1868. Opus imperfectum in Matthæum non eſt ipſius, ſed Ariani cujuſdam. 1609. Ferè totus eſt in Theophylacto. 1121. Ejus νόθα quædam recenſentur. 1474. 1478. 1480. 1591. 1609. 1866. *c.* 1867. *c.* Ex ejus ſcriptis quænam habuerit Eraſmus. 969. 1365. *d.* Eraſmi de eo judicium. 1446. 1605. *g.* *&c.* 1704. *g.* 1863.

Chryſoſtomum vertunt nonnulli. 960. 1121. 1353. *g.* 1365. *c.* 1366. 1478. 1480. 1591. 1862. *&c.* Sumptibus Epiſcopi Veronenſis Græcè editur. 1363. 1365. Quæ res Brixium ad eum vertendum pigriorem reddit. 1363. *c.* 1366. *a.* Franciſcus Aretinus & Anianus malè eum verterunt. 1478. 1591.

Cibi uſus moderatus præſtat jejunio. 655. *f.* 2042. *c.* 2055. *c.*

Ciborum delectus. 843. *c.* 1187. *a.* 1736. *g.* 1827. *f.* 1829. *f.* Ante Auguſtini ætatem nullus fuit. 1153. Nihil de eo Chriſtus vel Apoſtoli præceperunt. 1241. *f.* 1944. *f.* 2022. *c.*

Ciborum delectus & jejunium, ſi quis rectè utatur, conducunt ad pietatem. 2022. 2039. *f.* Quomodo primùm indici cœperint. 2022. *c.*

Ciborum delectum ſuperſtitiosè obſervare, Judaiſmum olet. 2028.

Num humanæ conſtitutiones de ciborum delectu, jejuniis, &c. obligent ad gehennam. 2030, *g.* *&c.* Num pueri, ſenes, ægroti, &c. iis obſtringantur. 2030. *c.* 2033. *c.* 2144. *a.* Jus eas relaxandi parochis potiùs tradendum, quàm Epiſcopis aut Pontifici. 2029. *g.* Divites plerunque invitant ad luxum, pauperes ſolùm gravant. 2028. *f.* 2038. *d.*

CICERO valetudinem imbecillem quomodo confirmaverit. 549. Tanta in eo Latinorum verborum peritia quanta in tota Roma. 553. Quanti illum æſtimarit Quintilianus. 1696. *c.* 1708. *c.* Vapulat Auguſtinus quòd eum vocarit Philoſophaſtrum. 139. Quid cum illo commune ſe habere fateatur Eraſmus. 127. *c.* Ejus myrothecia non conveniunt religionis negotiis. 1555. Soloeciſmi & ἀναπόδοτα ei nonnunquam obrepſerunt. 1646. *f.* Eraſmi judicium de ejus libris Philoſophicis, 1770. *b.* De Officiis, 1693. *d.* Tuſculanis quæſtionibus, 1695. de ejus ſtylo, 979. *c.* 1030. 1039. 1092. 1096. 1170. 1328. 1555, 1556. 1739. doctrina, 1695. *b.* Sanctimonia, 1695. *d.* æterna ſalute, 1695. *f.* Quantum ab ejus præceptis aberrent Chriſtiani. 1693. *c.* Ejus libri De Oratore cæteros antecellunt. 1633. *c.*

Ciceronianorum factio in Italia. 979. 1030. 1096. 1118. 1328. 1433. 1739. Eam deridet Eraſmus. 1106. Non Ciceronianum appellari illis multo probroſius quàm appellari hæreticum. 957. 979.

Ciceronianus quis. 1121.

Cicutæ natura. 1727. *d.*

Circunciſio quid admoneat. 2039. *g.*

Clara, virgo, laudatur. 1900. *c.*

Clemens VII. Pontificatum adipiſcitur. 936. Eraſmus ei mittit Paraphraſin in Acta Apoſtolorum. 815. 937. *c.* Inclemenſer tractatur à Caroli militibus. 1163. *b.*

Clementia Principum in quibus rebus ſe oſtendat. 1148. *f.*

de Cœlibatu ſacerdotum Eraſmi ſententia. 775. *b.* 779. *a.* 902. *a.* 2026, 2027.

Cœlibes dici quaſi *cœlites*, an verè ſcribat Modeſtus. 1451. *c.*

Cœlibes evehere, proclivius eſt Principibus. 760. *a.*

Cognatus. V. *Gilbertus.*

Coitum quendam inter Deum & B. Virginem fuiſſe, quo ſenſu dixerit Eraſmus. 1089.

Gregorii decretum de lotione pedum poſt coitum improbat Eraſmus. 1830. *a.*

Colarbaſus, hæreticus ridiculus. 1613. *a.*

Colendi & *Cultus* multiplex ſignificatio. 1891. *c.*

Coletus. V. *Joannes.*

Collationarii fratres. 1284. Votis inſolubilibus non adſtringuntur. 1285. *b.*

Coloniæ nunquam in pretio fuerunt manſuetiora ſtudia. 755.

Colonienſibus delegatur Eraſmicorum voluminum examinatio 431.

Columbis ſimiles Chriſtiani. 1899. *f.*

Comœdiarum lectio, apprimè utilis. 1996, 1997.

in Compendia olim redigere ſolebant doctorum ſcripta monachi eruditi. 1661. *d.* 1870. *c.*

Complutum πολυμαθὲς vocat Eraſmus. 771. V. *Academia.*

Concedere & *permittere* quomodo differant. 741.

Concertationes inter ſanctos incidere cur nonnunquam Deus permittat. 1599. *a.*

Concilium Baſileenſe communionem ſub utraque ſpecie comprobat. 673. V. *Conventus.*

Concionatoris officium. 331. *c.* 362. *c.* 698. *f.* 761, 763. 1607, *&c.* 1831.

Concionatorum conditio commodior hodie quàm olim fuit. 1607. *c.* Debent ſe ad vulgarem dictionem accommodare. 1649, *&c.* 1651. *d.* Iis carere, maximum malum. 1670. *g.* 1792. *c.*

ad Concionandum quomodo animum ſuum præparabat Virrarius Franciſcanus. 698. *f.*

Concionari de charta, frigidum. 708. *c.*

Concionum diviſio non eſt neceſſaria. 698. *g.* Obtrectationes ab iis abeſſe debent. 721. 982. *b.* 1183. *c.* 1250, 1251. 1831. 1833. *f.* Periculoſius eſt eas indignè tractare quàm ſacram ſynaxin. 647. *f.*

Olim nemo dicebat pro concione, niſi diſpoſitis notariis qui ſermonem exciperent. 769. *a.*

Concionibus inſtruitur populus, non organis & muſicâ. 1792. *c.*

Concordiæ quantopere ſtudendum. 370. *c.* 540. *c.* Ad eam plurimum facit donorum quæ Deus hominibus diſtribuit, varietas. 330. *f.* Quàm impunè eam amarit Eraſmus. 997. *e.*

de Confeſſione peccatorum Eraſmi opinio. 485, 718. *d.* 764. *a.* 859. *g.* 901. *g.* 948. *a.* 1173. *c.* 1963. *b.* Incipit de ea concionatur monachus quidam. 769. An fuerit à Chriſto inſtituta. 903. *d.* 914. *b.* 948. *b.* 1001. *c.* 1186. *d.* 1457. 1731. *b.* 1944. *c.* 2092. *c.* Cur Monachi eam tantopere urgeant. 1186. *c.* Onus erat vulgo grave. 651. *b.* Eam non eſſe neceſſariam, docet Oecolampadius. 903.

E confeſſionibus flagitia nonnunquam diſcunt Monachi. 732. *b.*

Confeſſio præcipua quæ. 1186. *c.*

Confiteri, vox ambigua. 769. *a.*

Confundendi verbum Apoſtolo quid. 1896. *g.*

Confundentes pro *erubeſcentes*, Arnobio. 1651. *f.*

Conjuges unde dicti. 1451. *d.* Eorum officium. 1140. *c.*

Conjugii incommoda. 971. *g.*

Conjugium ſacerdotum videtur ab Eraſmo non improbari. 775. *b.* 2026, 2027. V. *Cœlibatus.*

Conradi Goclenii laus. 611. 613. 756. Eraſmus eum Tho. Moro commendat. 751.

Conradus Pellicanus adverſatur Farello. 774. Objurgat eum Eraſmus, quòd rumorem ſparſerat, eum de Euchariſtia idem ſentire quod ipſe. 927. 929.

Conſcientiæ malæ cruciatus *Furias* appellarunt Poetæ. 467. *a.*

Conſcientiam quietam habent tam ſummè impii quàm perfectè pii. 2057. *c.*

Conſecratio. V. *Euchariſtia.*

Conſiliarius fidus prudénsque quantum de Republ. mereatur. 1738. *c.*

Conſilio præſtat quàm armis tumultus ſedare. 1439. *c.* 1504. *c.*

Conſilium bonum, à quocunque proficiſcatur, non repudiandum. 1200. *f.*

Conſolatio ſera, frigida. 1490. *c.*

de Conſpicillis vitreis. 834. *f.*

Conſtantia præcipuè celebris eſt Joannæ Fris illic exuſto.

sio. 1220.
Constantienſibus literas adimit Pacatus, tribuit temulentiam. 729. V. Patrum.
Constantinopolis lucus. 1220.
Conſultatio, aliud jureconſultis, aliud Rhetoribus. 1892. f.
Conſuetudinum eccleſiaſticarum diſtinctio. 775. a.
Conſuetudines humanæ quatenus non obſtringant. 2030, &c. Eraſmi de iis ſententia. V. Erasmus.
Contentio paulatim & ſine tumultu antiquanda eſt. 2068, 2084. Neminem arctiùs alligat quàm voluerit ſuiſſe ejus autor. 2031. c.
Contentio, imperatis vires amittit, ſi obicem non offendat. 204. g.
Contentiones inter eruditos luget Erasmus. 747. 1834. 1835.
Contentiones inter ſtudioſos ſedarum in ſuis regnis Henricus VIII. Angliæ, & Franciſcus Galliæ Rex. 559.
Contentiones tumultuoſæ damnantur. 559. b. 584. 592. 1612. 725. a. 733. &c. 747. 760. V. Concertationes.
Contextum eſſe rem facillimam, negatur. 1132. f.
Contra quid ſignificet in illo Pſalmi loco, Pectorum meum contra me eſt ſemper, vix intelliget qui Græca non legerit. 475.
Conventus Auguſtanus. 1373. 1391, 1392. Quid ab eo actum ſit. 1398. b. 1441. c. 1443. c. 1488. a.
Coquecrichis. 832. 1538.
Corcovicenſis. 1551. g.
Sparenſis. 1055. g. 1057. 1133. 1136. 1333. 1434.
Correctores malè periculoſi. 317. d. 476. f.
Corvini vafre improbat Erasmus. 559. b. 642. f. 662. b. 871. b. Ad quædam obticeſcere non licet. 859. c. alia licet & expedit. 957. d. 1536, 1547.
Coſmi deſcriptio. 267. d. 300. 305. f.
Coſmorum frequentium incommoda. 1397. c.
De Coſmi ſcriptoribus. 28. f.
Coſmus. V. Guilielmus.
1. Cor. IV. verſus 11. explicatur. 1193.
Paulus Corinthiis Hebraicè ſcripſiſſe, ineptè à Stancaro aperitur. 1194. a. V. Paulus.
Cornelius quidam à Gallorum præſidiis ſpoliatur. 787.
Cornua nobis facies, ni rectè dicatur & pangatur. 1459. b.
Corona Fortunæ bona. 549. 552. 555.
Corpora in Animi malis graviora. 1788. &c.
Corporibus rapis aura ſubtilis & colam peſtilens eſt. 809. d. Quomodo curanda ſint. 1290. c.
Ingenia inſigniter felicia raro ſortiuntur corpora robuſta. 1572. g.
Corpus Chriſti abutitur quidam maleficus in diabolicis ſuis cæremoniis peragendis. 507.
Cranmarus. V. Thomas.
Critius. V. Andreas.
Crocus Anglus docet Græcas literas in Acad. Lipſienſi. 512.
Cromwellus. V. Thomas.
Croyus. V. Guilielmus.
Crux, communis omnium ad cœlum via. 884. b. 1060. b.
Culmum, urbs, exſtitit. 1949. d.
Cultûs multiplex ſignificatio. 1892. c.
Cultus divinus vet. Interpreti Servitus. ibid.
de Cultu divorum quid ſentiat Erasmus. 901. g. 1191. f. 1317, &c. 1983. a. quid Sadoletus. 1348. f.
Quis cultus divis gratiſſimus. 1186. f. 1191. g. 1377. f.
Curioſæ quæſtiones vitandæ. 1854. c.
in Curioſos diſputatores. 1633, 1634. 1638. b. 2046. f.
Curioſitas, vitium & pueris & ſenibus familiare. 1766. c.
Cuthberti Tonſtalli laus. 27. b. 120. 148. 400. d. 783. 1509. Zelandiam deſcribit. 172. Fabert illi vapulat. 173. Acriter in Lutherum & Lutheranos invehitur, monetque Erasmum ut contra Lutherum ſcribat. 1138, &c. Molitur Annotationes in jus Cæſareum. 582.
Cygni poetæ comparantur. 323.
Cynarz & Cynarus. 832.
CYPRIANUS quanti fecerit Tertullianum. 1618. c. Inter Latinos, ad Apoſtolici pectoris vigorem proximè acceſſit. 567. Eloquentiâ ſuperabat reliquos Africæ doctores, 1616. f. imò & ipſum Hieronymum. 1617. c. Eum cum Hannibale confert Erasmus. 1619. Cur ei abſolutam Scripturæ ſcientiam detraxerit Hieronymus. 1618. d. Cur ejus operum catalogum non texuerit. 1615. g. Cur memoret octo tantùm epiſtolas ejus ad Cornelium. 1616. c. Liberſius de mendicis Sinai & Sion ei falsò aſcribitur. 1450. d. Multa illi adſcripta, ſed nil niſi doctum. 1616. b. Ejus etymologia nominis Adam, frigida. 1450. Quatuor mundi plagas, quatuor ſtellas vocat. 1450. c. Cyprianus ab ænulis dictus, 1547. & Caprianus. 1588. 1618. c.
Emendatur ab Erasmo. 567. 1618. f.
Cyrinas, Chalcedonenſis epiſcopus, Chryſoſtomi inimicus. 1601.

D

DÆmonarches, nobis perpetuus hoſtis. 151. c.
Dæmon oppidum Germaniæ, nomine Schiltach, exurit. 1525.
Maleſica confitetur, ſe per Dæmonem magnos ſuccos pulicum in Peibingam miſiſſe. 1584. d.
Damianum à Goes Erasmus ad ſe invitat. 1933. d.
Davidis calamitas gravior quàm Jobi. 1794.
Definiendi temeritas damnatur. 1633. f. &c. 1635. b.
Delectus ciborum. V. Cibi.
Deloinus. V. Franciſcus.
Delphus. V. Agidius.
Demetrius Chalcondylus. 1722.
Democratiam veterem antiquatam dolet Erasmus. 572. d.
Demoſthenes quantum improbâ curâ & meditatione perfecerit. 549. Objectum ei eſt, quòd ejus orationes olerent lucernam. 1627. Erasmi de eo judicium. 1707, 1708.
Deſtinatio duplex notatur, ſed abſurdè. 1891. b.
Detractio, pejor famoſis libellis. 801. c.
Deuteron, ineptè quidam Theologo quid. 1198. a.
Vocis DEUS etymologia inepta. 1450. f.
Deo ſupremo peculiare erat antiquitas, Jovi hominem mortalem. 550. g. De Deo & Divinis rebus Stoicæ opiniones. 1668. c. Monachi quidam negant eum eſſe incorporeum. 1599. d. Velut egregius choragus, nobis quæ cuique ſtatuit expediunt partes delegat. 1381. d. 1403. f. 1411. b. Irati Dei & propitii quæ ſigna. 791. d. Sæpe magis propitius eſt, cùm immittit amara, quàm cùm delinit dulcibus. 884. a. 1511. b. Mala vertit ſuis in bonum. 1612. Plerumque iis velut ex machina adeſt. 1143. c. Omnia bona noſtra ei tranſcribenda. 1147. c. 1148. d. 1149. c. 1427. f. Quæ ad eum proximè accedunt, veriſſimè ſunt. 610. g.
An Deus Pater dici debeat autor Filii. V. Pater.
Diabolicarum artium nomina, differentiæ; & quibus olim pœnis ſingulæ coercerentur. 507, 508.
Diacones & Subdiacones, apud Auguſtinum. 1652. a.
Dialectica fuit antequam quiſquam de Dialectica præciperet. 1577. f.
Dialecticæ rudes erant Afri, tempore Auguſtini, ibid.
Dialecticæ profeſſores quâ dignitate ornati à priſcis Imp. 1702. a.
Dicendi varia genera. 462. d.
Dies nunquam non eſt. 1243. f.
Diem in operas partiri ſtudioſum oportet. 509. c. 1723. b.
de Diei tum obſervatione. 2024. g.
Singuli penè divi ſuos feſtos dies habent. 2025. c.
Digamia quare à veteribus prohibita. 767. b.
Digeſtum ridiculâ paſſim barbarie ſcatet. 508. c.
Dignitatis acceſſio ſæpe ſimit contemptionem. 1529. a. V. Honor.
Diſſus. V. Franciſcus.
de DIONYSII libris Erasmi Lutheriique judicium. 764. Recentior quiſpiam quàm Areopagites fuit. 1825. g.
Dioſcorus patrem ejus à Theophilo fugari, excipiuntur à Chryſoſtomo. 1599, 1600.
Diſcubitus & convivii deſcriptio. 207. a.
Diſſmæ, adoleſcentis cujuſdam, laus. 317. 456. 476. Studet Erasmus eum ex otioſorum quorundam ſodalitio eximere. ibid.
Diſproficit pro degenerat, Hilario. 1646. d.
Divitiæ, Forma, Valetudo, &c. non adferunt Beatitudinem, abſolvunt tamen. 555. 1499. c.
Divitias contemnere quis dicatur. 557. b. 1499. d. 1865. c.

Divitiarum dominus quis. 1358. *f.*
Divitias habere, quid. 1865. *b.*
de Divortio aliter Chriſtum, aliter Eccleſiam ſtatuiſſe, ait Eraſmus. 740. 767. *b.*
Divorum cultum & invocationem non improbat Eraſmus. 901. *g.* Quis ſit eis cultus gratiſſimus. V. *Cultus.* Nullus Scripturæ locus eos invocare permittit. 1377. *f.* Singuli penè ordines, nationes & urbes Divos peculiares colunt. 2025.
Non à Divis, ſed per Divos peti ſalutem. 2102. *b.*
Divorum Vitæ, ſomnia ſunt & aniles fabulæ. 1750. *b.*
Divorum errata notari maximè expedit. 1453. *a.*
Doctoris titulus neminem (licèt aliter vulgo videatur) doctiorem reddit. 502. *d.* 1088. *e.*
Doctos inter & indoctos quantum ſit diſcrimen. 1675. *e.*
Doctrinam ſuam qui aliis non impertiunt, avaris ſunt deteriores. 527. *d.*
Dogmata quædam abſurda. 677. 1612, 1613.
Dogmatum diverſitas. 904. *f.* Eorum triplex genus. 2092. *a.*
de Dominicanis. 586, *&c.* 600. Se Cherubicos vocant. 1487. 1491. Non licet iis ſacram veſtem abjicere. 1292. Non patiuntur à quoquam attingi eorum vitia. 600. 604. 648. 692. 732. 747. *a.* Eraſmi erant conjurati hoſtes. 648. 688. 691. 694. Decernunt ut omnes ejus libri ejiciantur è bibliothecis. 945. *f.* Eos ἀλοχόλυκους vocat. 720. 737. 742. *b.* 747. *a.* Eorum hypocriſis. 747. *a.*
Dominicanis & Romanenſibus bellum paratur. 610.
Dominicanorum quorundam inſignis ſtultitia & malitia. 1193, &c.
Dominicani cujuſdam ridicula inſcitia. 1040. *g.*
Dominici Crimani Card. erga Eraſmum humanitas. 1447. Exſtruit bibliothecam. *ibid. d.*
Donatiſtas docendos non cogendos voluit Auguſtinus. 585. 651.
Dona ſua cur non ſingulis omnia, ſed aliis alia, Deus impertierit. 330. *f.*
Donum Linguarum, 133. *f.* 136. *a.* 164. *a.* Prophetiæ. 136. *d.* In eorum locum ſucceſſit Cantus Eccleſiaſticus, ſacra Lectio, & Concio. 1826. *c.*
Donatus. V. *Hieronymus.*
Draconis cujuſdam in nutricium gratitudo. 1981. *a.*
de Ducati valore. 390. *d.*
Durerus pictor laudatur. 1910. *b.* 1927. *f.* 1929. *a.*
Δυσωπία maximè fugienda. 1769.

E

EBion, hæreticus. 1612. *g.* 1633. *g.*
Eboracenſi Cardinali adblanditur Eraſmus. 197. 1766. *d.* Quàm charus fuerit ac utilis Principi ſuo. 197. 199. 1766. *d.* Eum Regem alterũ vocat Eraſmus 1913. *f.* Quibus in rebus Britanniæ profuit. 541. Laudatur. 197. 365. 369. 542. Quantâ ejus fuerit in Flandria reverentia. 428. Regiâ munificentiâ excipitur à Carolo Imp. 759. Rogat eum Eraſmus, ut ſtudiorum tranquillitati conſulat. 612. Livinum ſuum ei commendat. 811, 812. Conjicitur in carcerem, & de capite periclitatur. 1436. *a.* 1474. *f.* Paulò antè Pacæum in carcerem conjecerat, & minitatus fuerat Cantuarienſi. 1474.
Ebria nautæ uxor. 267. *b.*
Ebrietas & luxuria damnatur. 771. *b.*
Eccleſiæ bono quàm miris modis Deus proſpiciat. 1614. *a.* Mortibus creſcit & invaleſcit. *ibid. d.*
Eccleſiæ autoritatem quanti fecerit Eraſmus. 960. *f.* Nec inſtituendi nova Sacramenta, nec condendi novam Scripturam jus habet. 1250. *b.*
Eccleſia quibus gradibus ad deteriora fuerit prolapſa. 1638. *a.* 2060. Abuſus in ea notantur. 941. *b.* 943. *f.* 1075. *d.* 1078. *g.* 1312. 1487. *e.* 1962. *e.* 2023, *&c.* 2093. Eam reformare difficilius quàm condere. 2054. *a.* 2059. *e.* Quales Eccleſiæ reformatores optet Eraſmus. 1161. *g.* De ratione Eccleſiam reformandi. 1487. *e.* 1962. *e.* 2093, 2094. 2143, 2144. Quantum hodierna Eccleſia à primitiva differat. 2063, 3064. In Eccleſia ſemper bonis admiſcentur mali. 2062. *e.* 2094. *a.*
Eccleſiarum reditibus ali ſatrapas, iniquum. 1487. *g.* Neutiquam ſunt invadendi. 763. *b.*
Eccleſiaſticæ conſtitutiones variæ. 775. *a.*
Eckius. V. *Joannes.*
Ecſtaſis Piorum; 170. *e.* trium diſcipulorum. 171. *b.*
Edvardus Foxus, Epiſcopus Herefordienſis, Anglorum Orator apud Germanos. 1966.
Edvardus Leus ſycophantiis Eraſmum traducit. 366. 589. 595, 596. 616. 911, *&c.* 1923. Quàm arrogans fuerit, incivilis, & vanæ gloriæ ſtudioſus. 742. 745. *a.* 746. *a.* Qualis fuerit cùm puer eſſet. 191. *g.* Alterum libellum adverſùs Eraſmum adornat. 606. 630. Eraſmus orat Wintonienſem, ut eum coerceat. 606. poſtea autem libellum editum cupit. 667. Regis Angliæ Legatum agit in Hiſpania. 885, 963. ubi tumultus ciet. 885, 897, 960. *a*, *c.* 963, 1153. Germani libellos adverſùs eum edunt; quod factum noluit Eraſmus. 610. 620. 661. 683. 1368. Cum eo expoſtulat Eraſmus, atque eum mitius tractat. 742. Cur libellum ſuum diu preſſerit. 742, *&c.* 746. Eraſmus obnixè laborat ut edatur. 742, *&c.* nonnullique, ut rationibus non contumeliis rem ageret. 744. *b.* Eum excuſat. 745. *a.* Ejus liber excrementis humanis oblitus in bibliotheca Franciſcanorum reponitur. 841. Quibus conditionibus pacem inire velit cum Eraſmo. 1122. *a.* Fit Archiepiſcopus Eboracenſis. 1948. *e.*
de Educatione puerorum. 289. *b.* 1865. *f.*
Ἐλατήριον. 1885. *g.*
Eloquentiæ unde hauriendæ. 161. Quæ ad eam conducant. 200. *e.* Sapientiæ copulanda eſt. 1676. *d.* Ejus vis. 183. *e.* laus 717.
de Eloquentia Sacrarum literarum. 161.
Eloquentia an, & quæ, argumentis theologicis conveniat. 1555. *f.*
EMANUEL, Luſitaniæ Rex, laudatur. 146. *d.*
Eobanus Heſſus laudatur. 336. 367. 1468. 1901, 1904. De ejus verſione Theocriti & Homeri. 1909. Ægrè ferre in Eraſmi *Ciceroniano* præteritum ſe. Viſit Eraſmum. 1901. *c.* 1902. *c.*
Ephedri in palæſtricis qui. 152. *b.*
Epimenidis pellis aſſervata in templo Sorbonico. 398. De ejus ſomno feſtiva fabula. *ibid.* Eum in Scoto renatum dicit Eraſmus. 380. *a.*
EPIPHANIUS quo animo perſequatur S. Chryſoſtomum. 1598. *g.* Theophilus Alexandrinus Epiſcopus ei fraudi imponit. 1599. Conſtituit modo libros Origenis damnat. 1600. *c.* Commentorem Chryſoſtomi evitat. 1600. *f.* In alienâ Eccleſiâ ſacra celebrat & ordinationem. 1600. *f.* 1601. *c.* Moritur. 1601. *d.* Miracula quæ ei imputantur, futilia. 1598. *c.*
Epiſcopa Dominicano cuidam quid ſignificare videatur. 1041. 1197.
Epiſcopatus, nec Græca vox nec Latina. 1041. 1197.
Epiſcopius. V. *Nicolaus.*
Epiſcopos olim populus ſibi eligebat. 679. 1063. *g.* Ii ſoli *Sacerdotes* vocabantur ætate Chryſoſtomi. 1593. *a.* Eorum officium. 1239. *e.* 1750. *d.* 1800, 1801. *a.* 1837, 1838. 2035, 2036. Olim in juſtis ſuppliciis intercedebat eorum autoritas. 1237. *e.* Olim ad eorum curam pertinebat, providere ut pueri literis imbuerentur. 1631. *e.* 2064. *e.* Reges inter ſe tumultuantes debent in concordiam redigere. 1801. *g.* Oportet eos meminiſſe ſe non ſucceſſiſſe in locum Annæ & Caiaphæ, &c. ſed Apoſtolorum. 1804. *g.* Non debent tyrannidem exercere in populum. 2035, 2036. Quomodo tuenda ſit eorum autoritas. 1237. *e.* Quàm ardua res ſit inculparum Epiſcopum agere, 1837. *d.* hodie præſertim, cùm plerunque & terrenis curis diſtringantur. 1838. *g.* Quibus potiſſimùm vitiis ſint obnoxii. 1239. *e.* In eorum vitia non temere à theologo involandum. 332. *d.* 942. *d.* Eorum faſtus & pompa notatur. 1800. *g.*
Epiſtolæ brevitas quomodo excuſari ſoleat à pigris ſcriptoribus. 1028. *d.*
Epiſtolarum religioni etiam in mediis bellis aliquid datur. 880. *e.* De iis qui Epiſtolas intercipiunt & inſpiciunt. 824, 825. 880. 924. *c.* 994. *f.* 1010. *f.* Mos geminum faciendi Epiſtolarum exemplar, ſi quid ſit reſcriptum. 796. *a.* 843. *a.* 844. *f.*
de Epiſtolis conſcribendis edendiſque judicium Eraſmi, 3. 459, *&c.* 1560. *a.* De quibuſdam qui ante eum

tum de ſcribendis Epiſtolis præceperant, ejuſdem cenſura. 459. 460.
Epiſtolis nullum argumentum liberius. 1674. *d.*
Epiſtolæ obſcurorum virorum quomodo à monachis exceptæ. 1195. *f.*
Epphendorpius. V. *Henricus.*
Erardus, epiſcopus Leodienſis, laudatur. 1824, 1825.
ERASMUS quo die natus. 1215. *a.* Ejus genethliacon. 81. 371. Anno CIↃIↃXIX egit annum quinquageſimum ſecundum aut tertium. 533. *d.* Utrum Gallia an Germania ſit ejus patria. 645. Nominis ſui duplex etymon adhibet. 424. *g.* Staturâ erat humili, 250. *a.* 1648. *c.* rariſſimæ texturæ, 1536. *g.* 1544. *d.* voce exili. 533. *c.* 1648. *c.* Qualibus veſtibus utebatur. 498. *b.* 1061. *c.* Effigiem ſuam ære expreſſam Alberto Card. Moguntino mittit. 628. Cupit à Durero pingi. 1920. *b.* 1927. *c.* 1929. *f.* Effigiem ejus fingit Durerus, fudit Quintinus. 864. De fuſili ejus imagine. 1921. *c.* 1922. *d.* 1926. *a.* 1927. *c.* Qualis pingebatur. 1061. *c.* Apologia ejus de annulo ſuo Terminum inſculptum habente cum hoc ſymbolo, CONCEDO NULLI. 2068.
Quadrageſima ſæpe ei morbum attulit. 496. *d.* Piſces, ci inſalubres. 955. *g.* 1055. *g.* Cervilia Britannica ei non placuit. 416. *a.* 618. *c.* De vino parando quàm fuerit ſolicitus. 1561. *c.* 1562. *b.* Quale vinum ei placuerit. 805. *g.* 1125. *c.* 1221, 1222. Perdicum eſum ſe vix ferre ait. 1516. *g.* Hypocauſtorum nidorem non tulit. 936. *f.* 1000. 1002. *d.* 1011. *b.* 1057. *d.* 1084. *d.* 1085. *a.* 1086. *d.* 1216. *d.* 1223. *a.* 1932. *c.* Epulas elegantes amabat magis quàm multas. 621. *g.* Cibum & potum ſemper ſumebat ut pharmacum. 1211. *f.* Largiore ſomno utebatur, ſub aurora redormiſcens. 664. *c.* A cœna ceſſabat ab intentione. 1139. *c.* Stans ſcribebat. *ibid. d.*
Laborat glaucomate & ſyncope, 326. *g.* Inguinis exulceratione, (Chirurgi cujuſdam judicio, peſte, 227. *f.* 327. *d.* 549. *c.*) 326. *d.* 549. *e.* Stomachi cruciatu, 327. *g.* Stomachi profluvio, 1332. *a.* 1335. *e.* Febre, 320. *d.* 389. *b.* 452. *e.* 496. *d.* 670. *d.* Pituitâ, 329. *b.* 838. *g.* 855. *d.* 856. *a.* 931. *f.* 944. *b.* Podagrâ, 1332. *a.* 1335. *e.* 1951. *g.* 1952. *e, g.* Chiragrâ, 1950. *c.* 1951. *g.* 1952. *g.* Apoſtemate circa umbilicum, 1387. *c.* 1388. *f.* 1391. *e.* 1395. *d.* 1397. *f.* 1414. *d.* 1440. *b.* 1444. *a.* Calculo, 142. *f.* 414. *f.* 618. *c.* 785. *b.* 796. &c. 809. *e.* 936. *d.* 944. *b.* 1002. *d.* 1028. *e.* 1029. *c.* 1082. *b.* 1085. *b.* 1138. *e.* 1217. *c.* 1219. *f.* 1920. *g.* 1926. *a, g.* 1930. *f.* Quem æquiùs fert quòd nihil habeat contagii. 1211. *d.* Cui cauſæ eum imputarit. 618. *e.* 1000. *c.* 1221. *e, g.* Quo remedio adverſùs eũ uſus fuerit. 798. *c.* Calculus ei in calcem vertitur. 869. *g.* Suadent quidam ſectionem, ſed fruſtrà. 1479. *f.* Laborat exulceratione organorum urinalium, ità ut urinam gypſatam emittat. 960. *e.* 961. *c.* 1029. *c.* 1199. *f.* 1321. *e.* Ejus conjectura de cauſis iſtius mali. 1138. 1139. *g.* 1930. *g.* Peſtem fugit. 321. *c.* 434. *f.* 476. *c.* 479. *c.* 487. *e.* 488. *g.* 514. *e.* Frigus colligit quatriduanâ navigatione. 511. *c.* Laborat exulceratione extremæ ſpinæ. 1959. *f.* Monachis eum decrepitum ſenem vocantibus oſtendit quàm adhuc vegetus ſit. 2074. *e.* Dolet, quòd per valetudinem nonnunquam non licuerit erga amicos humanitatis obire munia. 798. *b.* 826. *a.* 1397. *c.*
A puero humanioribus ſtudiis deditus fuit. 2072. *g.* Quàm fœcundo ingenio fuerit. 132. *f.* 154. *a.* Quàm ardenter literas amaverit. 480. *g.* Græcarum literarum ſtudio incumbit. V. *Græca literæ.* Hebraicas attingit tantùm, 313. idque jam ſenex factus. 115. *e.* Dicit, ſibi neque Cabalam neque Talmud unquam arriſiſſe. 542. 584. 739. 1118. Quos autores præcipuè ſecutus fuerit. 1973. *g.* Hieronymi epiſtolas dicit ſe propriis articulis deſcripſiſſe. 1979. Legit Cantabrigiæ Chryſoloræ Grammaticen. 408. Lovanii cooptatur in ordinem Theologorum. 1913. *e.* Cur Græca nonnunquam ſcriptis ſuis admiſcuerit. 645. Poetices famam, ab aliis tributam, 125. *g.* ſibi denegat. 126. 129. Carmen illud maximè probat quod à proſa non longè recedit. 420. *d.* In quem finem ſtudia ſua potiſſimùm dirigebat. 544. *g.* 545. *a.* 546. *d.* 559. *a.* 567. *a.* 575. *e.* 576. *f.* 663. *e.* 764. *b.* 776. *a.* 794. *a.* 910. Facilitatem ſtyli (quam taxat Budæus, 35, 36. 38.) excuſat, imò defendit, 46, &c. 249. *f.* Nemo ferè ſcripſit iſtis temporibus qui non aliquid ejus ſtyli referret. 544. *f.* 576. *d.* Hæreticum eum vocant monachi propter altam Latinitatem. 665. *b.* 666. *c.* 669. *a.* 916. *c.* Cur adeò celeriter & quaſi tumultuariâ operâ ſcriptâ ſua ediderit. 1876. *b.* Piget eum ſcripta ſua recognoſcere & perpolire. 437. *c.* 1555. *c.* Indefeſſa ejus diligentia. 451. *a.* 474. *f.* 498. *f.* 592. *b.* 637. *b.* 816. *b.* 831. *e.* 957. *c.* 1517. *d.* Quantis laboribus diſtringebatur. 959. *a.* 973. *a.* 1050. *d.* 1344. *a.* 1414. *g.* 1758. 1783. *g.* 1912. *g.* 1913. *c.* 1934. *c.* Vetera ſtudia cum novis ut coaleſcant, cupit. 608. *d, g.* V. *Theologia Scholaſtica.*
Ejus encomium. 18. 40. *a.* 54. *d.* 57. *b.* 65. 76, &c. 114. *a.* 115. 132. *e.* 145. 151, &c. 174. *g.* 203. 274. 282. *d.* 302. *b.* 309. *e.* 350. 373. 405. 424. 435. *e.* 552. *f.* 563. 580. 670. 685. *f.* 847, 848. 1017. 1338. 1341. 1347, &c. 1507. 1539, &c. Eum ſummè laudat Lud. Vives. 753. Longolii de Eraſmo cenſura 3247. Budæi 35, 36. Hermolao Barbaro & Politiano præfertur. 145. 274. 753. Cum Budæo confertur. 146. *a, c.* 247, &c. Eraſmus & Budæus ſeſe inter ſe conferunt. 31. 35. 43. Hieronymus Aleander à quibuſdam ei præfertur. 814. *b.* Quantis titulis fuerit inſignitus. 909. *g.* Paulus Volzius eum appellat *Scholarum ἀμφίβιον*. 807. 1060. *d.* *Batavum Herculem* vocant. 1352. Bocrius eum hederæ comparat, 1360. *d.* & Soli. *ibid. g.* Cognomentum *Magni* illi tribuit Brixius. 1364. & Bayfius. 1402. *d.* *Ter maximum* eum vocat Zahus. 1402. Tertium eloquentiæ lumen appellatur. 1564. Pythagoræ & Proteo comparatur. 529. Se Viti illi & Ficui *Judicii*. comparat. 1218. *c.*
Qualis vir ſit, ipſe deſcribit. 310. *g.* 909, &c. 1841. *f.* Vitæ, actionum & fidei rationem dat. 859, &c. 1186, &c. Uni Deo vivere cupit. 320. Quàm fuerit pietatis ſtudioſus. 909. 910. Quamobrem ſibi viſus fuerit eſſe Catholicus. 904. *g.* Ab hypocriſi ſe alienum aſſerit. 438. *g.* Romanæ Sedis ſtudioſum ſe profitetur. 653. *e.* 654. *a.* Ab Eccleſia Catholica ſe nunquam diſceſſurum, air. 727. *b.* 728. *a.* 858. 1191. *a.* Ægrè diſcedit à conſtitutionibus Eccleſiæ. 775. *a.* 859. *f.* 921. *b.* 928. 938. *b.* 960. *g.* 1179. *d.* Pietatem exoſculabatur, in quocunque pallio ſeſe protulerit. 648. *b.* Quàm ſtudioſus fuerit publicæ pacis inter Chriſtianos. 91. 142, &c. 662. *g.* 750. *b.* 1135, 1136. 1143. 1147. *b.* 1232. *c.* 1487. *d.* 1756. *d.* 1798, &c. 1835, 1836. V. *Bellum.* Tumultus, bella & diſſidia luget. 849, &c. 856. &c. 861. *a.* 863. *c.* 867. 907. 908. 940. 979. *g.* 985. *c.* 1009. *c.* 1022. *d.* 1041. *c.* 1101. *a.* 1107. *d.* 1135, &c. 1158. *a.* 1163. 1267. *g.* 1272. *d.* 1356. 1442. *c.* 1610. *d.* 1654. *c.* 1675. *a.* 1720. *b.* 1797. *b.* 1797, &c. 1859. *a.* Se citiùs delerturum ait aliquam veritatis portionem quàm turbarum concordiam. 997. *e.* Tumultus odit. 653. *f.* 728. 764. Semper cavit, nè quem ſcripto læderet, 2004, &c. 2100. *f.* nè quid aut impiè ſcriberet, aut ſpurcè, aut ſeditioſè. 544. *g.* 559. *a.* 588. *d.* 2012. *a.* Admonet alios, ut immodicam libertatem temperent. 544. *b.* 566. *g.* 614. *b.* Profitetur ſe alienum à diſcordia & diſſidio, 4, &c. 7. 10. *a.* 540. *d.* 943. *d.* 948. 954. *d.* 997. *e.* 1150. *a.* 1218. *c.* 1226. *d.* atque à maledicentia & convitiis. 369. *d, g.* 542, &c. 559. *a.* 567. *a.* 584. 592. *f.* 747. Iraſci celer erat, at placabilis. 1768. *f.* Rationem reddit cur nonnunquam fuerit ſtomachantior. 747. *b.* Quid ejus animum à contentione revocarit. 567. *b.* Se ab invidia alienum dicit, 43. *f.* 51. *e.* 632. *g.* 1173. *b.* 1175. *a.* 1529. *d.* Budæum alióſque ipſi præferri, æquo animo ſert. 1320. 1431. *f.* 1529. *c.* 1564. *g.* 1748. *f.* 1930. *a.* Se alienum dicit ab ambitione. 96. *c.* 100. *c.* 183. *c.* 208. *d.* 210. *f.* 238. *d.* 848. *c.* 852. *a.* 910. *c.* 1067. *d.* 1084. *c.* 1117. *c.* 1191. *a.* 1211. *g.* 1305. *g.* In aulis Principum ſe à pueritia ad annum uſque quinquageſimum militaſſe dicit. 1569. *c.* Principes ſalutare ſe non ambire dicit. 802. 809. *a.* Ab aulis principum abhorruit. 131. *d.* 211. *f.* 357. *a.* 623. *a.* 661. *d.* Amplam fortunam non ambiit. 208. *d.* 210. *f.* Aditum ſibi ad ampliorem fortunam ſponte præcludit. 848. *c.* Gloriam mundanam ſe non ſitire aſſerit. 909, 910. Honores nec ambiit, nec omnino rejiciendos cenſet. 757. *b.* Præniret eum quòd honores reſpuerit. 845. *e.* 1211. *g.* Doctoratûs gradum ambit. 310. *f.* 449. *d.* 491. *f.* 497. *d.* 1992. *e.* & cur, 502.

d. Eum tamen ſe invitum accepiſſe dicit. 2000. *d, e. g.* Se vanæ gloriæ ſtudioſum non eſſe aſſerit. 45. *d.* 128. 140. *e.* 632. *f.* 684. *b.* 909. *e.* Immodicas laudationes damnat & reſpuit. 322. *d.* 582. *d.* 632. *e.* 831. *e.* 909. 978. *d.* Seipſum elevat. 43. *&c.* 51. *g.* 55. *g.* 126. 204. *a.* 209. 310. *b.* 363. *f.* 373. *a.* 418. *f.* 486, 487. 569. *f.* 654. *e.* 684. *e.* 1564. *e.* 1825. *a.* 2044. *a.* 2047. *d.* Seipſum glorioſiùs commendat, 449. *e.* 453. *c.* & ab aliis commendari cupit. 294. *g.* 322. *a.* 449. Cupit ut Budæus in ſcriptis ſuis mentionem ejus faciat. 1120. *c.* Ab adulatione ſe alienum ait, 513. *e.* 1781. *b.* à curioſitate, 1768. *f.* à pertinacia. 911, *&c.* Jus ab eo diſſentiendi, eúmque corrigendi, aliis concedit. 745. *a.* Se ab ingratitudinis nota vindicat. 484. Nun citò de quoquam opinionem ſiniſtram concepit. 908. *f.* Alienus fuit à vindictæ cupiditate. 1212. *b.* Nimium conſtans fuit in amicitiis tuendis. 968. *d.* 1768. *f.* Se ab immodeſtia vindicat. 1530. *g.* Modeſtè de ſeipſo loquitur. 1521. *a, d.* Ab avaritia quantum abhorruerit. 1212. *a.* 2067. Dignitates & opes recuſat. 1322. *d.* Odit luxum & vinolentiam. 771. Gaudet, quòd cœlibem vitam elegerit. 463. *d.* Veneri nunquam inſervivit. 1211. *g.* Mortis metum, quo afficiebatur juvenis, depoſuit ſenex. 328. *e.* 873. *f.* 1211, *&c.* Martyrium non timuit; 852. *b.* quod quidam dicebant eum detrectaſſe. 822. *d.* 823. *a.* Vindicat ſeipſum à calumniis cujuſdam qui eum meticuloſum dixerat. 2084. *a.* 2099. *c.* 2108. *g.* Nonnunquam titillabatur in aliquam factionem concedendi deſiderio. 858. *e.* Certam de ſalute fiduciam habere cupit. 1212. *c.*

Seculi vitia redarguit. 11. *f.* 30. *a. f.* 143. 269. *f.* 368. *b.* 502. *d.* 508 *d.* 585, 586. 595. *a.* 612. *a.* 682. 747, 748. 791. 922. *c.* 1059. *c.* 1235, 1236. Abuſus notat in Eccleſia. 941. *b.* V. *Eccleſia.* Excuſat ſe quòd Epiſcoporum & Sacerdotum mores reprehendit. 1066. *b.* Queritur de moribus quorundam qui tumultuantur Evangelii titulo. 811. *b.* 817. *a.* 818. 822. *g.* 891. 950, 951. 1066. *c.*

Indigentiam ſuam deplorat. 437. *d.* 449, 450. 452. 462. *b.* 473. 498. *b.* 519. *a.* 520. Cupit fortunulas ſuas augeri. 1766. *g.* De nummis corradendis valde eſt ſolicitus. 452. 454. *c.* 474. 493, *&c.* 499. *c.* 513. *f.* 518. *d.* 519. *a.* 607, 843. 1007. *c.* 1021. *f.* 1083. 1109. *d.* 1117. *e.* Quibus argumentis ad id utatur. 449. *&c.* De penſionibus ſuis admodum ſolicitus eſt. 1389. *c.* Equo mercenario & vili pudet eum inſidere, 993. *g.* 994. *d.* Nihil æquè odio habuit atque appellari. 403. *f.*

Infortunia ſua narrat. 285. *g.* 323. *d.* 377. *f.* 458. *f.* 498. *d.* 501. 514. *f.* Miſerrimum eſſe ſe dicit. 291. *e.* Iter quod per frigus gelúque intenſiſſimum confecerat, deſcribit. 285. *g.* Aliud iter moleſtum deſcribit. 696. *b.* Profectionem ſuam à Baſilea ad Lovanium moleſtiſſimam deſcribit. 323. *d.* Spina dorſi ab equo conſternato diſtorquetur: Quod periculum ſi contingat evadere, vovet D. Paulo, ſe Commentarios in Epiſt. ad Rom. abſoluturum. 406. *f.* Narrat quomodo latrones illum nummis ſpoliaverint. 469, *&c.* Epomidem, in qua erant decem aurei, &c. perdit. 498. *d.* Pecuniæ jacturam quàm fortiter tulerit. 377. *f.* 458. *f.* Syngraphis quietantiis ſe deluſum fuiſſe ait. 843. *f.* Queritur quòd contumeliam in Anglia paſſus ſit, nec potuerit talionem referre. 497. *g.* Nautæ Britannici manticam ejus lucubrationibus onuſtam ſuffurantur. 438. *b.* Petrus Barbirius eum penſione fraudat. 1909. Se Stephano & Sebaſtiano graviora paſſum dicit. 852. 857. Literas ad eum ſcriptas quidam intercipiunt. 875. *a.* Faſciculus epiſtolarum ejus Thannis intercipitur. 880. Typographus quidam ob xenia non ſoluta librum ejus corrumpit. 1956. Senem quendam invidum qui gravi eum contumeliâ affecerat, vehementer exagitat. 465, *&c.* Suam conditionem pejorem eſſe quàm hiſtrionum dicit. 943. *a.* Se Tantalo apud inferos comparat. 876.

Queritur amicos ſuos in hoſtes verſos. 851. *g.* 856. *g.* 1376. *e.* 1404. *d.* 1438. *a.* 1444. *e.* 1465. *e.* De hominum amicitiis queritur, 1371. *e.* ingratitudine, 1081. *a.* 1090. *a.* & perfidia. 869. Libros fidiſſimos amicos vocat. 297. *b.* 302. *f.* Quidam jactantes ſe famulos & diſcipulos Eraſmi, amicos ejus impudenter emungunt. 1515, *&c.* 1520. *b.* Queritur quòd Jacobus Batrus factus fuerit propenſior in Guilielmum Budæum quàm in illum. 486, 487. 491. Auguſtinum quendam ſubdolum & perfidum eſſe ſuſpicatur. 453, 454. 486. 492. Cum eo redit in gratiam. 495.

Eraſmi amicitia Budæo quanti æſtimata; 149. *a.* 734. quanti Budæi, Eraſmo. 183. 231. 754. Objurgatrices alter alteri epiſtolas mittunt. 211. 218. 227. Cujus rei cauſam reddit Lud. Vives. 754. *c.* Veretur Eraſmus nè joci Budaici, quibus in epiſtolis utitur, aliis convitia videantur. 231. *d.* 253. *b.* 255. *a.* Amicitiam inter eos ſtabilire ſtudet Vives. 754. Ægrè fert Eraſmus, ſe in Budæi Commentariis figuratè nonnunquam morderi. 1370. *a.* 1371. *a.* 1372. *b.* 1481. *a.*

Ludov. Vives ſuſpicatur eum refrixiſſe in amicitia. 1531.

Quid ſenſerit de Adoratione in Miſſa; 1138. *b.* 1963. *e.* de Autoritate B. Virginis in Filium; 1137. *e.* [V. *Chriſtus.*] de Bonis operibus; 1138. *a.* 1231. *d.* 1288. *a.* [V. *Bona opera.*] de Ceremoniis Eccleſiaſticis; [V. *Ceremoniæ.*] de Cœlibatu & Conjugio ſacerdotum; 775. *b.* 1528. *d.* [V. *Cœlibatus.*] de Confeſſione; 764. 1528. *d.* [V. *Confeſſio.*] de Conſtitutionibus humanis; 1312. *e.* 1487. *f.* 1528. *d.* 1733. *e.* 1944. *f.* 2079. *c.* de Continentia; 1137. *f.* de Delectu ciborum; 1187. *a.* 1241. *f.* 1479. *c.* 1528. *d.* 1827. *f.* [V. *Ciborum delectus.*] de Divorum cultu; 1186. *f.* 1273. *d.* 1528. [V. *Cultus.*] de excommunicatione; 1826. *d.* de Feſtis diebus; [V. *Feſti dies.*] de Jejuniis; 1479. *c.* 1528. *d.* 1735. *f.* 1944. *f.* 2144. *a.* [V. *Jejunium.*] de Imaginibus; 1191. *f.* 1312. *a.* 1377, *&c.* 1962. *c.* de Indulgentiis; 1730. *f.* 1827. *b.* 1945. *a.* 2144. *b.* de Invocatione B. Virginis; 917. 1137. *f.* 1736. *b.* de Libero arbitrio; 1230, 1231. 1963. *c.* de Matrimonio & Divortio; 740. de Meritis; 1137. *f.* 1138. *a.* de Miſſarum nundinatione; 1312. *c.* 1962. *f.* de Muſica templorum 1312. *b.* 1792. *c.* de Peregrinationibus; 764. 1240. *f.* 1479. *c.* 1729. 1733. *d.* de Pont. Romano; 586. *f.* 652. de ejus Poteſtate; 1311. *g.* [V. *Rom. Pont.*] de Prædeſtinatione; 1231. *f.* de Votis monaſticis. 764. 1487. *a.* 1528. *d.* [V. *Monaſtica vota.*] Orat pro defunctis. 779. *f.* 1037. *c.* 1320. *c.* 1353. *b.* idque pium arbitratur. 1046. *c.* Invocat Coleti & Vitrarii animas. 710. *b.* Virginem Walſingamicam viſere ſtatuit. 416. D. Genovefæ opem ſe expertum ait. 496. 1994. *g.* Precationes ad Virginem matrem (quas Annæ Verianæ miſit, 503. *a.*) alieno ſtomacho à ſe ſcriptas ait. 513. *d.* Scholaſtica quædam dogmata reſpuit. 1137. *e.* Fugit dogmatiſtæ perſonam in negotio religionis. 663. *b.* 772. *b.* 911. *b.* Dicit non eſſe ſuum dogma, Sanctos invocandos eſſe. 804. *g.* Bedda eum taxat, quòd ſcripſerit B. Virginem invenîſſe gratiam non ſuo merito, ſed favore Divino. 797.

Quantam familiam aluerit, & quanti. 1607. *g.* 249. *d.* De fideli famulo parando valde eſt ſollicitus. 1952. *e.* 1953. *a.* Servum abjicit. 399. *e.* In uxorem ſuam jocatur. 1309. Quantum in grammatophoros quotannis inſumſerit. 1366. *f.* Juvenem quem in Britanniam miſerat, miratur non redire. 488. 491. Nicolaum Cannium famulum ſuum peregrè agentem monitis inſtruit. 1298. Gilbertum Cognatum famulum ſuum ad ſe revocat. 1566. *b.* 1568. *d.* Ludovicum puerum ſuum Batto commendat. 495. Cubiculum quod habet latrinam deſiderat. 400. *e.* Cur frequentibus civitatibus delectaretur. 1306. *c.* Queritur de improbitate pulicum. 1394. *g.* Eos dæmones eſſe joco dixit. Gallum & gallinam Epiſcopio mittit. 1309. Domum emit Friburgi. 1321. *a.* 1331. *f.* 1335. *d.* Quantum pecuniæ in ea reparanda impendebat. 1567. *c.* Eam divendit. 1560. *b.* 1567. *a.* Cum Luſcinio & tribunio Friburgenſi de domo contendit. 1910, *&c.* Hayo Caminga cupit ei eſſe ὁμοβάπτιζ. 771.

Crebras à Principibus & Magnatibus epiſtolas & dona accepit. 774. 880. *c.* 886. *d.* 1122. *b.* 1213. *g.* 1383, *&c.* 1559. *g.* Maximos & integerrimos viros propitios habuit; tenebriones, malevolos. 1028. *a.* 1099. *f.* 1122. *b.* 1123. *c.* 1351. *f.* 1463. *f.* Totus orbis Chriſtianus illi favit. 118. *a.* Undique ambitur. 295. *b.* 938. *b.* 976. *c.* 999. *c.* 1028. *a.* 1031. *c.* 1041. *d.* 1104. *b.* 1222. *d.* 1383. *f.* Dicit, ſe non multò propen-

penſorem eſſe in unam regionem, quàm in aliam. 977.f. Omnes nationes ſibi gratiores expertus eſt quàm ſuos. 978.a. Quàm honorificè ubique exceptus fuerit. 1216, &c. 1222.d. Angelopolitani eum expetunt & allicium. 121, 122. Anglorum erga eum benevolentiam adornatio belli minuit. 142.f. Quàm illis charus fuerit. 1999.b. Fatetur ſe apud eos habuiſſe quicquid fortunæ habuerit. 142.g. In Anglum propè transformatum ſe dicit. 516. Angliam patriam vocat. 123.e. In Angliam invitatus, 869. 875. 900. 1031. cur eam non adierit. 1031. Fortuna ejus in Britannia non reſpondit ejus votis. 96.e. 99.f. Dubitat utrùm Britannia an Gallia ſit ei dulcior. 511. 522. Galliam cupit relinquere. 491.c. Invitatus à Gallis, 1225.e. 264.d. 275.e. 363. 388.a. 433. 755. cur Galliam non adierit. 1223, 1224. Eam adire recuſat, eò quòd fidem Catholico Regi obſtrinxerat. 275. Quos amicos habuerit in Gallia; 637.d. quos in Polonia. 1515. Invitatur in Hiſpaniam. 976.e. 1104. Cur Italiam adire cupiat. 502.d. Opera Romæ eſſe. 1012.g. 1219. Cur eam non adierit. 1219. Flandriam adire cur vereatur. 1362. In Brabantiam invitatur. 1303. 1562.d. 1921.a. Cur eam petere noluerit. 1083.e. Auguſtam invitatur. 354. Profectionem ſuam Beſontinam narrat, quámque honorificè illic excipiebatur. 930. Cur Cæſarem non adierit. 1218. Iter ſuum Baſileam deſcribit. 1214. &c. Sibi metuens, cupit Baſileâ aliò emigrare. 1055.f. 1057. Baſileæ jus civitatis non redemit. 1223.a. Nè Lutheranos probare videatur, Baſileam relinquere cogitat. 838.g. 852.e. 855.b. Oecolampadius ei diſſuadet, nè eam relinqueret 1936.e. Baſileâ demigrat Friburgum, à Ferdinando invitatus. 1131.a. 1909.g. De ejus emigratione. 1301. 1432, 1434. 1935, 1936. Rumores quoſdam de ejus fuga & metu ſparſos diluit. 1213. &c. Cogitat de commigrando à Friburgo ad Beſontium. 1361. Baſileam redit. 1536.d. Nullo loco ſtabilis, nullis certis ſtipendiis adjutus fuit. 114.f. Quamvis locum ſæpius mutarit, ſe tamen ab inconſtantia vindicat. 190.b. 191.g. 531.g. Cur Principes ipſum invitantes non adierit. 282.d.

Patroni ejus ac Mecœnates. 175.b. 186.e. 189.e. 192.

HENRICUS VIII. Rex Angliæ. 71, &c. 95.e. 189.e. 192. 455. 546. Munus illi dat. 182.e. offert ſexcentos florenos quotannis. 1913.f. De ſalute ejus ſolicitus, eum in Angliam tanquam in portum tranquillum ſedulò invitat. 1548. Guil. Waramus Archiepiſcopus Cantuarienſis. 29.f. 60.f. 92.g. 96.e. 98.e. 99.g. 101.b. 123. 188.b. 208. 438. 515, 516. 520, 521. 774. 799. 921. 1005. 1519. 1521. 1844. Penſionem illi largitur. 142. Sacerdotium offert. 268. Dat ei XX. libras, 1006.b. & equum. ibid.c. Quem lepidè deſcribit. ibid. Mittit ei XXX. angelatos. 393. Veretur nè eum deſtituat. 430.d. Centum florenos ab eo accipit. 670.e. Sacerdotium ei pollicetur. 671.a. Thomas Cardinalis Eboracenſis. 189. 192. 428. 438. 774. Penſionem ab eo accipit. 118.g. De qua redimenda cogitat. 178.d. Thomas Cranmarus, 1498. mittit ei XVIII. angelatos. 1566.a. Joannes Roffenſis. III. 192. 438. 515. 774. Joannes Lincolnienſis. 774. 1110. mittit XV. angelatos. 1566.a. Epiſc. Wigornien. 430. 615. Cuthertus Tonſtallus. 434.g. 438.d. 774. Tho. Cromveli' ei mittit XX. angelatos. 1566. Ab Urſewico equũ petit; 415.e. 427.a. accipit. 431.e. Ammoni' ei equũ dat. 427.d. Guilielmus Montjoys. 60.e. 96.b. 100. 268. 515. Joannes Coletus. 309.g. Polydorus Vergilius dat ei quo equum emat. 1093.c. Tornacenſem canonicatum, à Ricardo Samſone paratum, 176. quare non obtinuerit. 118.e. Eum recipit, 428. & conſtat in penſionem. 430.e.

CAROLUS Imperator. 63.g. 70.d. 104. 123. 189. 275. Offert illi Epiſcopatum apud Siculos. 141.a. 428. Aſſciſcit eum ſibi in ordinem conſiliariorum, 661.e. 943.g. 946.a. 970.e. 1082.c. 1783.f. jubétque ei numerari penſionem ducentorum florenorum. 954.f. 1267.e. Sed non numeratur. 771.a. 1007.g. 1008.f. 1010.g. 1083. 1109.d. 1110.c. 1267.e. 1905.a. 1921.a. 1922.e. 2049.f. Eraſmus cupit eam eſſe perpetuam. 943.c. 945.f.

FRANCISCUS Galliarum Rex. 15.g. 192. 211.g. 229.f. 247.b. 275.e. 361, 362. Ei pollicetur CIↃ florenos annuos, ſi Galliam adire velit. 432. Iterum ab eo invitatus, moras nectit. 810. 815. 915.f. 924.f. 1080. 1082, 1083. Theſaurariam Turonenſem ab eo oblatam recuſat, 1003.g. 1011. 1060.e. 1905.a. Stephanus Pariſienſis Epiſc. 192. 274. Epiſcopus Baiocenſis. 63. 189. 192. Erardus Epiſc. Leodienſis. ibid. 206, &c. Albertus Card. Maguntinenſis. ibid. 358.d. 560. 572. Poculum aureum cælatum ei mittit. 583. 613. Philippus Epiſc. Trajectenſis. 189. 202. 209. Chriſtophorus Epiſc. Auguſtanus. 1499. Epiſc. Baſilcenſis. 192. 195. 388. 394. 409. 1217.a. Franciſcus Archiep. Toletanus. 192. Guilielmus Croyus Card. Toletanus. 554. Alfonſus Fonſeca Archiep. Toletanus. 773. Dominicus Card. Grimanus. 93, &c. Jacobus Sadoletus. 1348.g. 1552, 1553. Joannes Card. Lotharingiæ. 1025. Ennius Epiſc. Verulanus. 1000. Laurentius Card. Campegius. 774. mittit ei adamanta annulo incluſum. 578.e. Quantum eum ejuſque ſcripta coluerit. 577. Hugo Epiſc. Conſtantienſis. 1000. 1219. Epiſcopus Cameracenſis. 320. 478. 484, 485. Joannes Thurzo Epiſc. Uratiſlavienſis. 372. octo dierum iter ſuſcipit Eraſmi viſendi ergò. 338.e. Ei mittit quatuor horologia, quatuor auri puri particulas, & pileum ex Sabellinis pellibus confectum. 686.d. Aloiſius Marlianus Epiſc. Tudenſis. 727, 728. Conradus Epiſc. Wircenburgenſis. 1393. Bernardus Card. Tridentinus. 877. 999. Eum invitat. 1438. Andreas Critius Epiſc. Plocenſis annulum mittit. 1441.b. Petrus Epiſc. Cracovienſis. 1030. Monet eum ut aliquid de ſtudiis & laboribus remittat, 1534.e. & XXX. ducatos ei mittit. 1565.d. Staniſlaus Turzo Epiſc. Olmucenſis quatuor nomiſmata aurea ei mittit, 1550.e. & craterem inauratum. 1553.g. Georgius Cæſaris Maximiliani F. Epiſc. Brixinenſis. 876. Matthæus Card. aureum poculum ei mittit. 1955.a. Ei IↃ ducatos annuè offert, ſi velit Romam adire. 947.e. 1001.f. 1003.a. 1218.

FREDERICUS Saxoniæ Dux duo nomiſmata illi mittit. 643.a.

GEORGIUS D. Saxoniæ. 1400, 1401.d. Ei dono mittit argenti infecti maſſulas, 627.f. 628.d. & poculum. 776.

SIGISMUNDUS R. Poloniæ ei munus mittit, eúmque ad ſe invitat. 1147. 1383. Chriſtophorus à Schydlovi etz ei aurea munera donat. 1127.a. Dux Juliacenſis, poculum. 1392. 1419. Joannes Rinckius, poculum. 1443. Joannes Sylvagius Burgundiæ Cancellarius. 30.b. 51.e. Antonius à Bergis Abbas D. Bertini. 503. Canius Canonicus. 188.a.

HERNESTUS Dux Bavariæ. 121, &c. 192. 201. 388. Theologi Lovanienſes. 174. Jacobus Piſo Hungarus ei nomiſmata mittit. 1128.e. Antonius Fuggerus, poculum, 1266.e. 1303. 1384. & vinum. 1358. Bilibaldus Pirkheymerus, munera. 1303.d. Germanus Brixius. 278.b. Guilielmus Comes ab Eiſenburgo ei pugionem mittit. 1327.e. Joannes Pauntgartnerus, aurum infectum, 1329. & poculum inauratum. 1522.f. Viglius Zuichemius ei annulum donat aſtrologicis notis ſculptum, qui explicitus ſphæræ vicem exhiberet. 1326.

LEO X. Pont. R. 71. 103. 106. Ei adblanditur Eraſm. 87. &c. 103. &c. 557.

ADRIANUS VI. ei diploma mittit. 807.

CLEMENTI VII. Pontificatum gratulatur. 813. Honorificum breve cum centum angelatis ei mittit. 1005. 1924.b. Bis mittit ducentos florenos. 1122. Eum Romam invitat. 99.e. 1011. 1921.a.

PAULUS III. Pont. Præpoſituram Daventrienſem ei offert, ſed eam recuſat. 1568. Ab eo Cardinalis deſignatus eſt. 1538.d. 1544.b. 1557.g. 1955.d. 1959.d. Anna Princeps Veriana. 286. 293. 501. Ducentos francos ab ea emendicat. 439. 453. Ab eadem gemmam oculis confirmandis utilem efflagitat. 450.b. Rogat Battum ut cauſam ejus apud illam diligenter agat. 493. Cur à Batto invitatus non continuò advolaret. 487.e. 490.f. 492.e. 495.g.

FERDINANDUS R. Hungariæ eum Viennam invitat ſalario CCCC. florenorum. 1029. 1633. 1432, 1433. quingentos pollicetur. 855. Ei mittit centum aureos. 1005. 1920.d.

MARIA Hungariæ R. literas propriâ manu deſcriptas ei mittit. 1463. 1469.g.

Præbendam adipiſcitur. 73. *e.* quam in penſionem vertit 74. *b.* Abhorret à præbendis, nè res ei ſit cum capitulis. 603. *g.* Sacerdotium efflagitat. 449. *g.* Sacerdotium nanciſcitur. 104. *b.* Literas teſtimoniales de non-reſidendo cupit. 780. *b.* Epiſcopatus ei offertur, ſi velit in Lutherum ſcribere. 604. *d.* Decanatum ab Adriano Pontifice oblatum recuſat. 951.

Alexandrum (poſtea Archiepiſcopum S. Andreæ in Scotia) inſtituebat. 832. Joannes miniſter ejus & diſcipulus à patre alteri committitur. 436. *b.* Cujus diſceſſus Eraſmum malè habet. 377. *g.* 436. Ferdinando Principi conantur eum præceptorem dare. 365. Auguſtinum diſcipulum ſuum rogat, ut eum hoſpitio excipiat. 322. *g.*

Autores vetuſtos in lucem eruere & emendare ſtudet. 510. *e.* Quanti illi conſtiterit autorum emendatio. 843. *g.* 845. *e.* 853. *c.* 1049, 1050. 1064. Monet eum Cochlæus, ut ab emendandis veterum libris ceſſet, & tractet diſciplinas aut argumenta. 1268. *g.* Ejus operam in veteribus autoribus reſtituendis carpunt nonnulli. 1063, 1064. Arnobium ſuum Adriano VI. dicat. 807. 1199. Auguſtini opera recognoſcit. 666. 669. Queritur editionem ejus operarum conſpiratione tardari. 845. 849. Baſilium in Eſaiam vertit. 518, 519. Chryſoſtomum vertit 972. 1321. 1365. Cyprianus emendatur. 567. 572. Errata in editione Cypriani excuſat. 813. 1064, 1065. Quantum laborarit in repurgando edendóque Hieronymo. 92, *&c.* 97. *&c.* 100. 211. 422. 424. 430, 431. 449. 451. 475. Iterum excuditur. 779. *b.* 790. Quartùm recognitus, excuditur Lutetiæ. 1518. Irenæum edit. 828. 1129. Origenis fragmentum in Matthæum vertit. 798. 835. Agit cum eo Cantuarienſis, ut vertat Origenis commentarios in Pſalmos. 621. Ejus de Baſilio, Chryſoſtomo & Nazianzeno judicium. 1320.

Ciceronis *Officia* edit. 1693. & *Tuſculanas quæſtiones*. 1694. Emendat Curtium. 200. Euripidis *Hecubam* & *Iphigeniam* cur? & quanta cum cura, verterit. 1741, *&c.* Eas ab Eraſmo verſas, negatur. 813. 1065. Gazæ grammaticam vertit. 1711. *g.* Interpretatur Luciani *De Aſtrologia* commentarium, 517. *Convivium*, 1719. libellum *De mercede conductis*, 1717. *Saturnalia*, (quæ Waramo dedicat) 616. *Somnium*, 1715. *Timonem*, 1716. *Toxarim*, 1714. & *Tyrannicidam*. 1717. Commentarios edit in *Nucem* Ovidii. 1743. Quadraginta aureis conductus caſtigat Plautum. 814. 1064. *g.* Plutarchi quoſdam libros vertit. 391. *d.* 518. Quintilianum edit. 1119. Senecam emendat. 517. Secundam editionem molitur, 1043. 1049. 1064. cum prioris eum puderet. 1044. *a.* 1049. *f.* 1054. *f.* 1664. *d.* Amicum excuſat cui priorem editionem commiſerat. 813. 1064, 1065. 1664. *e.* Agit cum Aldriſio ut Frobenianum Senecam cõferat cum manuſcripris Cantabrigienſibus. 1093. 1123. Cur ſecundam editionem non eidem dedicarit cui primam, 1663, *&c.* Quantum in ea laborarit, 1664, *&c.* 1674. *g.* & à quibus fuerit adjutus. 1665. *e.* Suetonium, Spartianum, &c. edit. 1688. Xenophontis Hieronem vertit. 1791.

Adagia primus Latinorum ſcripſit. 1483. *c.* 1747. *e.* Se à livore & plagio vindicat, contra Polydorum Vergilium, qui eum accuſarat tanquam ipſius *Adagia* compilaſſet. 748. Videtur Polydorum taxare, quòd *Adagia* ſua ex Eraſmianis decerpſerit. 1742. *c.* De *Adagiorum* Chiliadibus. 49, 50. 268. 276. 421. 497. *b.* 748. Quibus titulis à Budæo inſigniantur. 152. *e.* Idem in eas feſtivè jocatur: 242. *c.* cui reſpondet Eraſmus. 253. *c.* Excuduntur à Frobenio. 781. Prioris editionis Eraſmum pœnitet. 514. Aliquot centuriis aucta, iterum excuduntur. 1516. *b.* 1518. *c.* Quoties, & à quibus excuſa fuerint. 1747. *&c.*

Antibarbarorum libros cur ſcripſerit. 2073.

Apophthegmata ſcribit. 1350. *g.* 1358. 1362. 1373. *g.* 1422. 1516, 1517. Ejus operis ratio & utilitas. 1770, *&c.* Cur & jocos nonnunquam Apophthegmatis immiſcuerit. 1774. *b.*

Cæſarum vitas recognoſcit. 339. *a.*

Ciceronianum, ſive *De phraſi Ciceronis*, ſcribit. 862. 864. Ejus libelli ſcopus & ratio. 1170, *&c.* 1259. 1383, *&c.* 1739. Cur in eo aliquot prætermiſerit. 1026. 1044. 1050. *a.* 1259. 1482. Gallos offendit, 1030. 1034. 1050. *g.* 1266, *&c.* 1283. & ſeqq. 1289. *g.* Germani Brixiã de eo judicium. 2169. *b.*

Colloquia ejus Lutetiæ interdicuntur. 842. *c.* 1029. *d.* 1103. *f.* 1281. *d.* Nicolaus Egmondanus ea hæreſeos damnat. 947. *e.* Eraſmus ea defendit. 867. 1103. 1113. 1186. *e.* 1288. *d.* 1729, &c. Dolet à Franciſcanis interdicuntur. 1368. Quàm invitè ab eruditis legantur. 1728. *b.* Eorum utilitas oſtenditur. 1729, *&c.* Quænam in iis damnarint monachi. 1735. *c.* Ea corrumpit Lambertus quidam ſcurra Dominicanus. 906. 916. 1101. 1104. *a.* 2070. *a.* V. *Campeſter*.

De ratione Concionandi ſcribit. 1535. *g.* 1541. *d.* 1958. *a.* 1960. *a.* Quo ſuaſore, 380. 1760. *f.* Ejus operis ratio & ſcopus. 1759, 1769.

De libello ejus *De Concordia*. 1560.

Connubialia præcepta (rogatu Reginæ Angliæ. 780.) ſcribit. 790.

Libellus *De Contemptu mundi*, ipſo invito, evulgatur. 1764. *d.*

Copiam ſuam defendit. 27, 28. *d.* Laudatur. 396. *a.* Eam locupletatam rurſus edit. 311. *a.* Duci Cliventi commendat. 1299.

Elegantiarum Laur. Vallæ Paraphraſis, malâ fide evulgatur. 1559. 1740.

Enchiridion edit. 399. *f.* Explicatum cupit Lyſtrius. 611. Hiſpanicè vertitur ab Archidiacono Alcorano. 829. 872. 1262. 1271. Germanicè, Gallicè, Tuſcè vertitur. 1262. Ab omnibus probatur. 913. Ab Eraſmo defenditur, 1232, *&c.*

Epigrammata edit. 1745.

Epiſtolas ſuas cur ediderit. 1. Cur nonnullas non ediderit. 1569. *a.* Cur & quaſdam amicorum, quibus reſpondet, admiſcuerit. 4. 1559, 1569. Aliam editionem parat. 630. *c.* 632. *c.* Dolet quædam ex ejus Epiſtolis editas fuiſſe. 620. *b.*

Libellus *De conſcribendis epiſtolis* ab Anglo quodam contaminatus, 1559. 1719. ab Eraſmo recognoſcitur, ac iterum editur. 1719. *g.*

Librum *De Euchariſtia* expoſuit, 780. interminit. 1104. *a.*

De ejus *Exomologeſi*. 903. *c.*

Inſtitutionem Principis Chriſtiani ſcribit. 1785.

Linguam ſcribit. 1790. *e.* Ea multis placet. 1116, 1127.

Liturgia Virginis Lauretanæ. 1792.

De ſiniendo negotio Lutherano libellum ſcribit. 944. *b.*

De Matrimonio ſcribit. 1126. 1128. Ejus encomium Matrimonii à Collegio Sorbonico damnatur. 913.

De Miſericordia Dei ſcribit. 807. 910. &

De Modo orandi Deum. ibid.

Moriæ encomium omnibus eruditis placet, 537. *g.* 2006. Pſeudotheologis quibuſdam diſplicet, 1008, *&c.* Illud tuetur Eraſmus, 569. *g.* 517. *f.* 1003, *&c.* idque magnis & exemplis & rationibus. 1777. Ejus operis ratio & ſcopus. 2005, *&c.* Lyſtrius illi commentaria addit. 195. Georgius Haloinus Gallicè vertit, *ibid.* 527. *f.* Sedenale. 622. *b.*

De præparatione ad Mortem ſcribit. 1764.

De *N. Teſtamenti* priori ejus editione. 21. *e.* Quos tumultus excitarit inter Theologos Lovanienſes. 5, *&c.* Cavetur Cantabrigiæ à quodam Collegio, ne quis eâ utatur. 108. *e.* Eam defendit. 5. 198. 159, *&c.* 330. Novam editionem parat. 191. *a.* 197. *g.* 209. *d.* 329. *b.* 606. *b.* V. *Guilielmus Lasmerus*. Quantum in N. T. recognoſcendo laborarit. 209. *d.* 1749. *e.* Ejus operis rationem oſtendit, 329. *e.* 911. *c.* 913, *&c.* 1843. *e.* 1845, *&c.* & utilitatem. 1846, *&c.* Breve Pontificis deſiderat, quo opus ſuum commendetur. 547. Leo X. illud laudat. 1845. Quàm avidè ab eruditis legatur. 557. *f.* 564. *a.* Ab Anglo quodam ſugillatur. 565. Tertiam editionem adornat. 669. *e.* 768. *b.* 1084. *b.* 1085. *e.* 1796. *g.* Quartùm retexit Annotationes in N. T. 928. *c.* 1120. *e.* Rationem reddit interpretationis ſuæ N. T. 1096. *c.* Ad quorum codicum fidem N. T. emendarit. 1846. Joannis Oecolampadii operâ ſe adjutum fatetur. 1847. Dicit ſe ex eo opere nec emolumentum nec gloriam venari. 1850. *a.* Interpretationem ſuam à frivolis Stunicæ objectionibus vindicat. 1877, *&c.* Defendit interpretationem ejus loci Joan. VII. *Nondum enim erat Spiritus Sanctus*. 1245, *&c.* De Annotationibus ejus in N. T. 98. *d.* 104. *f.* 431. *b.* Commendatur à Tonſtallo

stallo. 173. d. Quàm insulsè & impudenter à quibusdam damnentur. 344, &c. 612. b. Taxantur à Scandicio perquàm ridiculè. 596. 612. c. Quibus testibus & approbatoribus prodierint. 111. a. 913, &c. Novum Testamentum ab Erasmo recognitum publicè damnat Nicol. Egmondanus. 719, &c. 735.

Paraphrases ejus in N. T. laudantur. 107. g. 113. g. 189. d. 388. d. Parisiis interdicuntur. 916. g. Bedda articulos in eis notat, 778. 797. eáque calumniatur. 877. 893. Quo ordine in Evangelia Paraphrases scripserit. 1798. d. Scribit Paraphrasin in *Matthæum*, Cardinalis Sedunensis hortatu. 1794. g. 1797. a. 1814. c. 1932. g. ídque menstruo fermè tempore. 1796. a. Eam Cæsar dicit sibi gratissimam fuisse. 997. c. 1001. g. 1004. Ecclesiastes quidam eum temeritatis arguit, quasi de suo adjecisset *Matth. xx.* hæc verba, *& baptismate quo ego baptizor, baptizari.* 1337. Paraphrasin in *Lucam* Henrico VIII. R. Angliæ dicat. 999. a. Paraphrasis in *Joannem* Ferdinando dicatur. 997. 1004. 1026. Paraphrasin in *Acta Apostolorum* Clementi VII. mittit. 815. Lovanienses eum reprehendunt, quòd *Actor. xv.* posuerit *Italiam* pro Italia. 1956. e. Quàm difficile negotium susceperit, cùm Paraphrasin scripserit in Epist. ad *Romanos*. 1822. f. Quos secutus fuerit in Paraphrasi in Epist. ad *Corinthios*. 1832. g. Quàm raptim scripta fuerit. 510. Laudatur. 545. Scribit in epistolam ad *Galatas*. 835.

Panegyricum suum ad *Philippum* Burgundionum Principem defendit. 1779, &c. Quàm tumultuanter eum scripserit. 1781. c. 1783. b.

Edit libellum *De recta Pronunciatione Græci & Latini Sermonis*. 862. 864. 1046. 1258. 1737.

In Psalmum I. scribit: 1751. in II. 1657. in IV. 1752. in XXII. 1344. d. 1524. 1753. in XXXIII. 1350. g. 1358. 1362. 1374. a. 1422. e. in XXXVIII. 1553. f. 1755. in LXXXIII. 1756. in LXXXV. 1340. f. 1343. g. 1757.

Ejus De Querela pacis, libellus. 201. 205. e. 209. g. 210. b. Hispanicè vertitur. 1079. d. Cur eum scripserit. 1787. f.

Similia suæ ex quibus autoribus selegerit. 1726. e. Ejus operis rationem & utilitatem ostendit. 1726, 1727.

Symbolum Apostolorum explicat, 1762. & *Precationem Dominicam*. 1763.

Viduam Christianam dicat Mariæ Hungariæ Reginæ. 836, 837. 846. 1056. b. d.

Operum ejus nomenclatura & encomium. 67, &c. 83, &c. 152. d. 276. Quorum hortatu quos libros scripserit. 921. Summa eorum quæ libris suis egit. 1181. f Quantum suis laboribus rem Christianam adjuverit. 1179. f. Quantum literis contulerit. 1385. d. Scripta sua aliorum judiciis submittit. 911, &c. 939. 1009. f. 1012. a. 1085. c. Se emendatorum pollicetur si quid in iis erroris sit vel offendiculi. 1329. 1330. 1354. e. Loca quædam emendat. 1329. f. 1354. b. Scripta ejus laudantur. 1542. 1546. 1550. c. 1554. b. Parisienses laudant ejus opera & admirantur. 753. Paraphrases aliique libri Gallicè vertuntur. 819. Berquinus quædam ex ejus scriptis vertit. 923. 1040. c. Atque ob id à Natali Bedda in ignem penè pertrahitur. 829. 832. 873. a. 974. V. *Ludovicus Berquinus*. Ægrè ferunt monachi Erasmi libros in vulgatas linguas verti. 829. g. 832. f. 872. a. 973. g. 1271. b. V. *Monachi*. Typographi aiebant, nullum nomen Erasmico vendibilius. 1520. a. Acriter invehitur contra eos qui chartas ejus suffurati evulgarant, 1559. 1764.

Tussanus & Budæus aliquot ejus lapsus taxant. 1480. c.

Judicium ejus quanti complures æstimarint. 2091. g. Ille solus idoneus judicatur qui Germaniæ erroribus & seditionibus labenti opem ferat. 848. Cur ab eo negotio tamdiu abstinuerit. 850. Qualem reformationem optarit. 817. g. Cupit quædam in Ecclesiâ mutata, quæ salvâ pietate mutari queant. 815. c. 988. f. 1161. c. 1487. f. Invitant eum Helvetii ut Badensi concilio interesset. 865. Cur non adfuerit in Colloquio Wormaciensi. 1213. Ad Conventum Spirensem invitatur. 1333. 2076. b. Conventui Augustensi interesse recusat. 1391, 1392. 1431. f. Ei tamen interfuit. 1334.

Offenditur quòd Oecolampadius eum citans *Erasmum nostrum* appellarit. 789. Expostulat cum Pelicano, quòd rumorem sparserat, Erasmum de Eucharistia idem sentire quod ille. 795. Expostulat cum Vulturio Neocomo, quòd ejus mentionem faciens in libellis suis, ei invidiam conflasset. 2050. f. &c. 2053. V. *Vulturius*. Probat se cum Wiclevitis de Eucharistia non sentire. 2085. g. Cur adversùs eos non scripserit. 2084. f. 2108. g.

Luthero se favisse negat. 7. 19. c. 566. 605. 650. Respondet iis qui objiciebant Lutherum quædam ex illius libris hausisse. 8. d. 10. f. 542. Admonet Lutherum quid vitare eum velit. 650. Cur eum non reselerit. 651. Ejus causæ patrocinatur. 584. &c. Adriano VI. monenti ut Romam se conferat, & bellum indicat Lutheranis, 1201, &c. respondet. 787. Dolet, contra Lutherum convitiis & libellis rem actam fuisse. 9. 585. 594. 602. f. 651, &c. 657. d. 663, 664. Impulsu Cuth. Tonstalli, 1158, &c. Pauli Bombasii, 756. Pontificis, Regis Angliæ, & aliorum, scribit *Diatribam* De libero arbitrio adversùs Lutherum 777. 797. 806. 811. g. 1066. 1087. 1185. a. Ejus negotii suscepti rationem reddit. 810. 821. Cur eum librum ediderit. 952. c. 1005. g. Dicit se in suâ arena non versatum, cùm eum librum scripserit; 810. b. 811. a. 821. d. 1092. e. atque liberum arbitrium perdidisse, istum emittendo. 821. d. 835. d. [V. *Liberum arb.*] Cur opus illud nemini dicarit. 812. b. 1067. Dicat Card. Eboracensi. 815. *Diatribæ* exquisitissimis animis accipitur Wittembergæ. 801. [V. *Philippus Melanchth.*] Lutherus ei respondet. 789. b. 790. 1087. g. 1094. Erasmus spatio duodecim dierum 790. c. 795. a. 796. scribit *Hyperaspisten*. 835. 963. c. 972. eumque Georgio Duci Saxoniæ mittit. 867. 875. 879. Is autem eum culpat quòd non priùs in arenam contra Lutherum descenderit. 1073. Cum Luthero acriter expostulat. 1094. Quantum Lutheranis obstiterit. 1012, 1013. 1109. a. 1359. d. Quibus argumentis quidam eum Lutheranum faciant. 1081. Quidam eum cessatorem putant in negotio Lutherano. 1013. a. 1038. b. 1964. c. 1966. d. 2122. f. Accusatur apud Pontificem tanquam auctor vel fautor istius negotii. 1038. b. 1040. d. Aleander miratur, cùm in Germania tot hominum millia sint succidata, Erasmum adhuc spirare. 1052. 1118. f. 1379. c. 1931. g. Leonem & Leodiensem episcopum in eum irritat. 949. V. *Aleander*. Nicolaus Egmondanus precatur ut Erasmus convertatur. 605. 688. 692. 735. b. 915. Erasmi judicium de Lutheri dogmatibus, 949. f. déque nonnullis ejus discipulis. 950, &c. Hutteni colloquium cur detrectaret. 949. Lutherani, eum consulendi gratiâ, Basileam confluunt. 1225. Nicolaus Mallarius Lutheranus dicitur, quòd Erasmum invisserit. 1353. d. 1356. a. Quàm infensi ei fuerint Lutherani. 1012. d. 1013. c. 1024. a. 1057. 1080. a. 1109. Hortatur fratres Germaniæ inferioris & Phrygiæ Orientalis, nè ad Lutheranismum desciscant. 2095, &c. Vide *Lutherani*, & *Lutherus*.

Apud Hispanos exoritur tumultus de libris Erasmi. 773. a. 776. 799. Fingunt quidam, libros ejus, unà cum imagine, Romæ publicitus exustos fuisse. 807. 1007. c. Fingunt alii, eos (tanquam hæreticos) in Gallia exustos. 842. c. Alii, eos exustos in Brabantia. 1224. Alii, eos à Pont. condemnatos Romæ. 1225. Alii, eum, unà cum Oecolampadio, ejectum Basilcâ. 1512. Lovanienses scholastici, ei molesti. 429. 432. c. 620. f. Eis delegatur Erasmi eorum voluminum examinatio. 431. Erasmo eum illis convenit. 195, 196. V. *Lovanienses*. Galli eum versiculis lacerant, quòd Budæum cum Badio contulerit. 857. 1025. Monet eum Lud. Berquinus, ut Budæo apologiam scribat, 1044. g. Idem suadet Tussanus: sed Erasmus id facere recusat. 1406. c. Romæ quidam ei invident. 857. 1005. 1012. a. 1025. 1121. 1955. d. Pontificem in eum irritant. 1379. 1399. c. 1921. a. 1931. c. Itali passim in eum scribunt. 1958. Petrus Curtius arbitratus eum Italos ceu imbelles notasse, graviter in ipsum invehitur. 1955, 1956. Romæ excuditur *Defensio Italiæ adversus Erasmum*. 1958. a. Caracciola & Aleander adver-

adversùs eum in aula Cæsaris moliuntur. 1002. 1919.*e.*

Ubique terrarum eum libellis & convitiis impetunt 776.*d.* 777.*a.* 780. 795.*a.* 955, 956. 1101.*f.* 1118. 1128.*a.* 1178.*c.* 1313, 1314. 1327.*g.* 1346. 1369. 1375. 1439.*f.* 1442.*b.* 1463.*f.* 1928. 1931. 1939. 1958, 1959. Quales fuerint qui ei detraxerunt. 113. 133.*a.* 135. *a.* 167. *d.* 182. *a. c.* 190.*b.* 239.*b.* 329.*c.* 344, *&c.* 352.*c.* 370. 542, &c. 558.*a.* 565, 566. 600.*b.* 602.*e.* 646. 653. *g.* 665. *a.* 856, &c. 981, 982. 1028.*b.* 1403. *g.* 2009. *d.* Sycophantiis penè obruitur. 361. *g.* 542, *&c.* 558. 620.*f.* 695. *b.* 746. *b.* 748. *a.* 780. 813. 849. 856, *&c.* Iis penè cogitur ab Ecclesia deficere. 899.*a.* 903.*a.* 924.*a.* 1012.*b f.* 1113.*d.* 1040.*c.* 1085.*f.* Adversarios suos vespas, crabrones, pulices, graculos, picas, ranas, viperas, excetras, &c. vocat. 1528.*c.* 2076.*b.c.* V. *Monachi.* Quibus argumentis se soletur adversùs eorum calumnias. 1351. *f.* 1502. *d.* Agnoscit Deum fuisse qui eum adversùs malorum affluxus firmabat, 856. *d.* eúmque ideo præcepisse adversariis ut ei maledicant, ut hoc remedio eum purget. 1191 *f.* Multas eorum deliberationes, ineptias, & calumnias enumerat. 1193, *&c.* Cupit autoritate Principum defendi, 954.*c.* 961.*f.* 962. 980.*g.* 985.*d.* 988. 993.*b.* 1004.*c.* 1008.*f.* 1032, 1033. 1108. 1253.*a.* 1438.*e.* 1791.*b.* 2070.*f.* & Magistratuum. 986. 1415.*f.*

Impudens de eo mendacium. 370. *a.* Objicitur, quòd Augustinum non legisset. 134.*c.* Λεξιλογίαν suam, quam illi Budæus objecerat, 20.*b.* 25.*e.* 219. excusat. 22.*b.* 27.*g.* 215. Quidam blaterant, eum nihil aliud esse quàm grammatisten. 770.*a.* Alius Thomæ eloquentiam tribuit, Erasmo adimit. 731. Lutherus dicit, eum nihil scire rei theologicæ. 2092.*e.* Eum cæcum vocat, affixum literæ, &c. 822.*a.* ἄθεον, Epicureum, scepticum, blasphemum, 1095. *a.* Bedda eum non agnoscit συνθεόλογον quod tamen Leo, Clemens, ac Adrianus, PP. fecerunt. 909. Vocatur *Balaam*, 852. 951. Pelagianus & palpo, 945. Desertor Evangelii, 987.*a.* Sibi contrarius, 989.*c.* Piarum religionum hostis, 1058. *Doctor asinus*, 852. *Erasmus*, 814. 1412. *Erasmus*, 1412. *Arasmus*, 1412. 1881.*d. Behemoth*, 1416. Blasphemus in B. Virginem, 1089. Hæreticus, 915.*e.* 973.*g.* 1079.*g.* 1195.*e.* 1252.*d.* 1359.*b.* Hæresiarcha, 795.*a.* Hæreticus Luthero pejor, 1023.*f.* 1181.*b.* 1904.*d.* Antichristi præcursor, 669.*g.* 1905.*f.* Antichristus. 1194.*b.* Peccatum in Spiritum S. à Theologastro illi impingitur. 345.*b.* 1193. Accusatur, quòd *Magnificat* & *Pater noster* correxerit, 344, 345. 1193. quòd Resurrectionem sustulerit, 598.*c.* 768.*b.* quòd malè senserit de Matrimonio, 598.*c.* déque Eucharistia, *ibid.* 600.*f.* quòd cum Carolstadio senserit, 1118. quòd evangelium Joannis corrigere voluerit. 596. 612. Quidam ei substomachantur, quòd bella detestans ad pacem adhortetur. 1042.*a.* Fraterculus quidam obesus ὀρθοπαχίαν ei vitio vertit. 591.*e.* Libellorum penè omnium suspicio illi impingitur. 543, 544. 575.*f.*

Albertus Pius Carpensis omnem solidam doctrinam ei adimit. 1013. 1379.*g.* 2043.*g.* Eum autorem & principem Lutheranæ factionis esse, libello edito asserit. 836. 1048. 1056, 1057. 1352. 1388. 1399. 1425 1484. 1488. 2044. Cui Erasmus sex diebus respondet, 836. 1050.*g.* 1052. Alterum librum adversùs Erasm. operâ Sepulvedæ edit. 1442. 2066.*g.* Multa virulentè in eum loquitur Farellus (quem Phallicum vocat) 804. V. *Farellus.* Convitiatur ei Egmondanus. 723, &c. V. *Nicolaus.* Pantalabus eum calumniatur. 839. Doctor quidam Constantiensis ejus effigiem conspuit. 1352. De fraterculo quodam Mendicante Erasmi obtrectatore pertinacissimo & ineptissimo. 600. 729.

Adversùs eum scribunt, Petrus Curtius, 1566. Sepulveda, 1388. 1950. *d.* Dominicanus quidam Lovaniensis, 1488. Jacobus Latomus, 726. 956. Jacobus Stunica, 725. 814. 911, *&c.* 956. 1008. Vincentius Lovaniensis, 765. 777. 780. 901. 916. 955. 1194. *e.* 1928. Edvardus Leus, Petrus Sutor, 916. 918. 956. 1088. (cujus libellus excudebatur autoritate Collegii Sorbonici. 934. 940.) Ludovicus Carvajalis Franciscanus, 1375. 1383. Scaliger, 1566. 1941. *g.* 1945. *d.* 1958. *c.* Martinus Bucerus, 1066. *b.* 2077. *b.* Otho Brunsfeldius, 801. 934. 1924. *e.* Ulricus Huttenus, 934. 986. 1080. impulsu Henr. Epphendorpii, 1920. 1922. & amore prædæ 1923. Ludovicus Minorita, 1058. Nicolaus *Clerici* in eum concionatur, 1023. 1047. Joannes Gacchus Franciscanus, 981. 1178. Phrysius, 604. & Scandicius Theologus Anglus. 596. 915. Monachorum adversus eum odium unde ortum. 665. V. *Monachi.*

Respondet, Latomo, 343. 352. *g.* 361. Carvajali, 1383. Ludovico Minoritæ, 1058. Censuris Sorbonicis, 1329. *a, f.* Petro Sutori. 779, 780. 906. 2069. Pœnitet quòd Sutorem responso dignatus sit. 1088. *b.* 1377. Eobano Hesso nonnulla querenti respondet. 1407. Diluit calumnias cujusdam qui eum arrogantiæ, livoris, atque impietatis accusarat. 1519. Respondet objectionibus cujusdam (quem Μισοδιδάσκαλον vocat) qui nonnulla culparat in ejus versione epist. ad Rom. 1888, *&c.* Respondet libello (Leonis Judæi, 2108. *d.*) cui titulus, *Doctissimi Erasmi Roterodami & Martini Lutheri opinio de Cœna Domini*, &c. 2078, *&c. Spongiam* scribit adversùs Huttenum. 932. 1080. 1904. *a.* 2072. Pœniter eum quòd Stunicæ responderit. 946. 996. *b.* Joannis Eckii objectionibus occurrit. 135. Scribit Apologiam in eos qui illum traducebant, quòd vertisset, *In principio erat Sermo.* 626. Edvardi Lei virulentis sycophantiis leniter & modestè respondet; 589 593. 616. & libellum suum Henrico VIII. mittit. 617. Hoochstratum monet ut nimium calorem temperet. 738. De ejus ad Beddæ calumnias responso. 892.

Apologias contra adversariorum calumnias cur, & quàm moderatè scripserit. 1375, 1376. 1410. Jac. Sadoleto monenti, nè Ordinem quenquam lædat, 1341. *d.* respondet. 1345. *c.* 1374. *f.* Andr. Alciatus eum monet, ut rabulas ulteriùs responsione non dignetur. 1410. 1546. Jul. Pflug monet, ut rabulis contemptis, publicis Ecclesiæ malis mederi studeat. 1485, 1486. Monachos acriter objurgat quòd scurras in eum subornarant: 2074, 2075. quos se prorsus neglecturum promittit. 2074. *e.*

Quàm ægrè cum Martino Dorpio certamen susceperit. 4, *&c.*

De Apologia ejus adversùs Fabrum. 125. 130. 172. 179. 188. 212. 284. 395. De eo quàm amanter ubique & honorificè loquitur & sentit. 132. 174. 179. 181. 187, 188. 213, *&c.* 217. Dolet, sibi cum eo ortam esse controversiam. 200. 212. 233. *d.* 540. Litem inter eos componere laborat Budæus. 135. 219, *&c.* Budæo, qui ipsum reprehenderat quòd cum Fabro tertasset, 125. 219. 229. respondet. 212. 232. Quàm fuerat pacis cum Fabro redintegrandæ studiosus. 179. 199. 237. *e.*

Ejus cum Henrico Epphendorpio controversia. 1933. *b.* 1940. *b.*

Augustini Eugubini errata quædam notat. 1448, *&c.*

Heliam quendam senem objurgat, quòd seipsum appellarat vivum cadaver. 800.

Scribit Epitaphium in obitum Dorpii, 934. Philippi Hanetoni, 1105. Joannis Frobenii: 1258. Cujus mortem immodicè luget. 1256. Solatur Amerbachium post mortem filiæ, 1315, *&c.*

Falsi de Erasmi morte rumores sparguntur. 529. *g.* 568. *b.* 807. 1512 *c.* Hinc Poeta quidam carmen elegiacum scribit, quo Erasmum inter Divos collocat. 568. *b.*

Errarunt Patres; 1632. *e.* Errarunt Apostoli, errare potest Ecclesia, citra tamen discrimen fidei. 136. *f.*

Errones. V. *Mendici.*

Esaiæ locus, *In silentio & spe erit fortitudo vestra*, explicatus. 1896, *&c.*

Ethicen in civitates domósque invexit Socrates. 554.

Ethnicorum benefacta Christianis stimulos addunt. 1694. *a.*

de Etymologiis plurium vocum. 1450, 1451. Etymologiæ quædam ineptæ. 1450, *&c.* 1579. *g.* 1580.

Evangelistarum typi, quatuor Fluvii in Paradiso, & Ezekielis quatuor Animalia & quatuor Rotæ. 1807. *g.* Eos alicubi memoriâ lapsos, scribit Erasmus. 133. 135.

Evange-

Evangelium (quod Solonis, Lycurgi, &c. leges nunquam potuerunt) intra paucos annos totum orbem occupavit, 1810. d. idque fruſtrà obſiſtente mundo. 1811. b. c. 1812. b. Ad ejus exortum evanuerunt, magia, ſacrificia, &c. 1811. d. quamvis nihil habuerit in ſpeciem plauſibile, imò multa prorſus incredibilia, 1812. e. & per paucos ignotos & idiotas ſimplici & incondito ſermone fuerit prædicatum. 1812. f. Sævitiâ perſecutorum latiùs ſpargitur. 952. g. 1811, 1812.

Evangelium quomodo cum fructu legi poſſit. 1796. d. 1813. c. Evangelium pharmaco, Evangeliſtæ medici comparantur. 1808. &c.

Evangelii prædicati & recepti effecta. 1761. c. 1820. f. Evangelium animum cohibet; Lex, manus. 1062. Ejus natura eſt, movere ſeditiones, 2128. b. & conjunctiſſimos diſtrahere. 2131. a.

Nihil in Evangelio de Chriſto narratur, quod non quotidie geritur in vita noſtrâ. 1854. f.

Evangelium Joannis cæteris cur obſcurius. 1004.

Evangelium quot olim ceremoniis & ritibus colebatur. 1818. c. &c. 1819. c.

Evangelia cur vix admittant Paraphraſes. 1795. a. 1814. d. Quo ordine Paraphraſes in ea ſcripſerit Eraſmus. 1798.

Evangelicæ pietatis propagandæ ratio. 1805. c.

Pſeudevangelicorum mores. 2053, &c. Dolet Eraſmus, multos pro Evangelicis dyſangelos fuiſſe, pro Catholicis Cacolycos. 1362. b.

Euchariſtiam celebrarunt Chriſtus & Apoſtoli in quotidiano veſtitu. 679. d. In Evangelio Marci calix Euchariſticus conſecratus eſſe videtur pòſt quàm Apoſtoli biberant. 2086. a. Apoſtoli non ſemper conſecrabant Euchariſtiam quoties diſtribuebant panem, aut calicem porrigebant in memoriam Dominicæ mortis. 2087. c. 2089. c. Nuſquam in Scripturis invenitur, ubi Apoſtoli certò conſecraverint corpus Domini ſicut nunc conſecratur in altari, niſi 1 Cor. 11. 1478. g. Optat Eraſmus, ut Paulus apertiùs & copioſiùs de Euchariſtia diſſeruiſſet. 1826. a.

De verbis conſecrationis dubitat Eraſmus. 860. b. An, *Hoc eſt Corpus meum*, ſint verba conſecrantis, an panem jam conſecratum porrigentis. 602. b. 730.

Non idem nunc mos celebrandi Euchariſtiam qui olim fuit. 2063. e. f. Olim ſilentio peragebatur. 1660. c. Mos occinendi cantiunculam Virgini matri, dum celebratur Euchariſtia, damnatur. 1660. b.

Variæ quæſtiones circa Euchariſtiam. 1659. d. Variæ opiniones. 1658. a. Origenis ſententia notatur. 1478. Unde factum quòd tam obſcurè & diverſe de ea loquuti fuerint Patres. 1658. g.

In Euchariſtia eſſe veram ſubſtantiam corporis & ſanguinis Dominici. 1659. 2080, &c. Nullus locus adduci poteſt qui palàm huic ſententiæ adverſetur. 918. f. 2135. b. Argumenta contra realem Chriſti præſentiam Eraſmus vocat ſtupea. 918. c. Perſuaderi non poteſt, Chriſtum tamdiu paſſurum fuiſſe Eccleſiam hærere in errore tam abominando, ut eruſtulum farinaceum pro ipſo adoraret. 860. b. Scire quomodo tranſubſtantietur panis, non multum conducit ad profectum pietatis. 681. b. 1659. d. Corpus Chriſti in Euchariſtia nec lædi poſſe, nec inquinari. 1659. e.

In Euchariſtia nihil eſſe præter panem & vinum, aſſerunt, Carolſtadius, Zuinglius, & Oecolampadius. 779, 780. Quam opinionem refellere, Eraſmus ait eſſe difficillimum, 1023. a. & in eam ſe pedibus diſceſſurum, niſi obſtaret Eccleſiæ conſenſus. 1138. c. 2085. a In quibuſdam de Euch. dicit ſe ſubdubitaturum, niſi eum confirmaret autoritas Eccleſiæ. 1931. a. 1932. b. 2135. d. Cum Carolſtadio non ſentit, 2057, 2058. 2079, &c. nec cum Wiclevitis. 2085. g. Pellicanus rumorem ſpargit, Eraſmum de Euchariſtia idem ſentire quod ille: 795. 927. 2107. quod vehementer negat Eraſmus. 927, 928. 2108. a. Reſpondet cuidam Eraſmus, qui libello edito eſſe ſcripſerat, Eraſmum ſentire, in Euchariſtia eſſe tantùm ſymbola corp. & ſang. D. 2079, &c. 2108. f. Eum de Euchariſtia malè ſenſiſſe, calumniantur monachi. 598. c. 600. f. 730. 865. V. *Eraſmus*.

Communio ſub utraque ſpecie à Concilio Baſileenſi Bohemis conceſſa, 673. ab Eraſmo probari videtur. 678. f. 775.

Sacerdotes, qui Euchariſtiam adminiſtrant, quomodo ſe gerere oporteat. 1660. c. Debet abeſſe omnis ſpecies cauponationis. *ibid.* Periculoſus eſt indignè tractare tonciones quàm Euchariſtiam. 647. f.

Quanta cum puritate & reverentia ad Euchariſtiam accedere oporteat. 1659. g. 1660. 1826. b. A viſibilibus & carnalibus ad inviſibilia & ſpiritualia proficiendum 2081, &c.

Ruſticus, dum Euchariſtiam irridet, ſubitò exanimatus eſt. 1033. a. 2129. e.

Εὐδοξία, *Luc. ii.* 14. quid. 1057. e. Vis ejus vocabuli à quibuſdam interpretibus parùm intellecta. 1098. g.

Eudoxia. V. *Chryſoſtomus*.

Eugubinus. V. *Auguſtinus*.

Eunuchus Candaces Reginæ. 1856. a. Locus de eo *Actor. viii.* explicatus. 1070.

Euripides, qualis auctor. 1741. e.

Εὐδυμία unde ſperanda. 151. a. 1048. c.

Eutropius legem procurat quæ in ipſius caput recidit. 1595.

Exactiones Principum iniquæ taxantur. 1072. d.

Ἐξαπλᾶ Origenis, quid: &, num legendum primâ aſpiratâ an exili. 1626.

Exceſſus animus quis. 1144. d. 1146. d. 1799. d.

Excommunicationis abuſus notatur. 1826. d.

Excuſſorum filii cur dicantur Apoſtoli. 1645.

Excuſſus, dupliciter dicitur. 1641. d.

F

FAber Stapulenſis mutato nomine agit Argentorati. 795. Vide *Jacobus*, & *Joannes*.

Fabritii Capitonis encomium. 14. a. 380.

Facetiæ. 18. 21. 24. 27. 33. 42. 59. 127. 151, &c. 172. 188. d. 189. d, f. 206. b, c. 207. c. 225, 226. 242. 307. 312. 378. 393. c. 413. 417. a. 418. 486. 519. a, b. 529. f. 583. f. 863. b. 908. d. 976. f. 978. g. 1054. d. 1085. b. 1164, 1265. 1326. e. 1353. a. 1357. f. 1743. f. 2075. e. V. *Joceſa*.

Facetiæ hominem affictum non decent. 486. b.

Famæ cur plumæ & pennæ à poetis tribuantur. 1502. g. Famæ gravior quàm pecuniæ aut vitæ jactura. 747. Eam invidiæ fermento temperatam noluit Eraſmus. 872. e. 909. e. Ex ea neminem metiri decet. 384.

Farellus. 774 790. Eum mendacem, virulentum & ſeditioſum vocat Eraſmus. 798. Eum *Phallicum* vocat. 950, 951. 2129. a. Ejus ingenium quale. *ibid.* Humanas diſciplinas vocat inventa diaboli. 2127. f. Dicit Eraſmum rectè ſentire, ſed non audeſe profiteri; 929. eúmque minus tenere Theologiæ quàm uxorem Frobenii. 805. Prædicat Evangelium in monte Bellicardi. 1907.

Fauſtus Andrelinus qualis fuerit. 1090.

Felicitas vera quæ. 1157. d. Epicureorum de ea opinio refellitur. 552. Utrùm Peripatetici an Stoici meliùs de ea ſenſerint. 549. 552. 555.

Feneſtræ quales eſſe debeant. 1140.

FERDINANDUS Hungariæ R. Anabaptiſtas ſuppliciis terret. 869. Fit archiſtrategus Auſtriæ, 1398. & Rex Romanorum. 1462. Cum Joanne Rege Hungariæ bellum gerit. 1534. Pacem inter eos molitur Sigiſmundus R. Poloniæ. 1909. Gratulatur ei Eraſmus quòd modico ſanguinis diſpendio Pannonios Bohemóſque ſubegerat. 1156. Laudatur. 1004. 1156. 1816. a. 1818. a.

Fermentarii. 1658. b.

de Feſtis diebus, eórúmq; obſervatione, ſententia Eraſmi. 679. f. 1187. c. 2025, 2026. Plurimos ex iis omnino tolli vult. 2026. a. Singuli pene Epiſcopi ſingulos feſtos dies addunt calendario. 680. 2025. c. Majus crimen quibuſdam videtur calceum die feſto conſuere quàm ſcorto adhærere, &c. 2025. g. V. *Dies*.

Feſtus prodit egregiè depravatus ex Aldi officina. 1559.

Fides Germanorum & Britannorum. 820.

FILIUS Dei perpaucis olim Judæis notus. 1696. a. Ejus Divinitas & Incarnatio akiſſima ſunt myſteria. 1814. a. V. *Chriſtus*.

in Flandria quanta Card. Eboracenſis reverentia. 428.

Florentiam à Clemente Pont. vexatam, dolet Eraſmus. 1429.

1419. 1442.
Florentii cujuſdam in monaſterium protruſi hiſtoria. 1284, *&c.* Ob lineam veſtem bis in vitæ periculum incidit. 1291. *g.*
Floriet, pro *florebit*, vulgò olim dictum. 1651 *c.*
Flos, neutrius generis Arnobio. *ibid. f.*
Fœdus inter Pont. R. Regem Hiſpaniarum, & Venetos. 411. *a.*
Fœminarum genus, querulum & avidum. 463 *c.* Bonis literis imbuendæ ſunt. 760. Quædam doctæ Fœminæ recenſentur. 846 *f.* 1744 *c.*
Hieron. Verveſius moriens famulos monet, nè qua Fœmina corpus ejus exanime contingat. 1493 *c.*
Fonſeca. V. *Alfonſus.*
Forma, robur, opes, &c. non adferunt beatitudinem, abſolvunt tamen. 555 *f.*
Formæ dignitas nonnullis multum autoritatis conciliavit. 555 *f.*
Fortunæ bona pleriſque ſerò contingunt. 549 *g.* An, & quid ad felicitatem conducant. 550. 552. 555.
Fortunatorum virorum officium. 550 *c.*
Fortunatum, & *Beatum* eſſe, differunt. 549 *f.*
Foxus. V. *Edvardus.*
Franciam Eraſmus geſtit relinquere. 491.
Franciſcanorum vita, vita ſaturorum. 698 *c.* Nigrum pallium ſumere, iis ſcelus videtur; ſacram virginem adulterare, non item. 1071 *f.* Eorum ordo cæteris incorruptior. 834. *a.* 885. Eum taxat Eraſmus. 1183 *b.* Quantum periculi ſit quicquam illis negare. 841. *a.* Tumultus plurimos moverunt. 834. *b.* 885. 1346. Duo illorum genera. 841 *d.* Cur Eraſmum odio habuerint. 982 *a.* 1494. Pro concione in eum debacchantur. 981 *a.* 1313, 1314. Se *Seraphicos* vocant. 1487. 1491. Sex eorum alæ Seraphicæ. 1494 *f.*
Franciſcanorum quorundam inſignis inſcitia & malitia. 1193, *&c.* Unus ex iis Chriſtum & B. Virginem & Apoſtolos facit monachos. 1315 *b.* 1417 *a.* Idem in Eraſmum plurima inſulſa deblaterat; 1415, *&c.* quibus Eraſmus dedignatur reſpondere. *ibid.* Alius locum illum, *Conculcabis Leonem & Draconem*, de Luthero & Eraſmo interpretatur. 1314. Cum alio expoſtulat Eraſmus, qui pro concione convitia in eum profuderat. 1178, *&c.* Alius ſimulans ſe famulum Eraſmi, amicos ejus emungit. 1513 *d.*
Franciſcani Obſervantes. 841. 1351. 1383 *a.* Eorum mores, 1494, *&c.* Quantum abſint à charitate quam profitentur Seraphicâ. 1495, 1496. Cavent nè quis proſpectus ſit in eorum monaſteria. 1495 *d.* 1543. *a.* Perſuadere ſolent divitibus morituris, ut teſtamento jus faciant omnibus & ſingulis de grege Obſervantium ad illorum ædes divertendi. 1495 *b.* Cœlum promittunt iis qui in veſte Franciſcana ſepeliuntur. 1494, 1495 *b.*
Franciſcana veſtis an arceat cacodæmonas. 1182. *f.* 1196 *f.* 1292. 1312 *f.*
D. Franciſcus. 981 *a.* 1179 *d.* 1417. Dicit Eraſmus, quòd in ſomniis ipſi apparuerit. 1494. Quali habitu uſus fuerit. *ibid. c.*
FRANCISCUS Gall. R. Eraſmum ad ſe præmiis allicere conatur. 15 *g.* 53 *c.* 57 *c.* 61 *d.* V. *Eraſmus.* Bonis literis quantum faverit. 1402. 1406 *a.* Collegium bilingue Lutetiæ inſtituit. 1462. Laudatur. 12 *c.* 15 *c.* 58 *b.* 629. V. *Carolus Imp.*
Franciſcus Aretinus. V. *Chryſoſtomum vertunt.*
Franciſci Deloini encomium. 277.
Franciſcus Dilfus commendatur. 1024.
Franciſcus Hulſtus. V. *Lutherani.*
Franciſci Philelphi judicium de Auguſtino & Hieronymo. 134 *b.*
Franciſcus Vergara laudatur. 978 *c.*
Fratres Collationarii qui. 1284. Pueros vitæ monaſticæ fingunt. *ibid.*
Fratres Mendicantes. V. *Mendicantes.*
FREDERICUS D. Saxoniæ Lutherum ejúſque cauſam tuetur. 619. Imperium ab omnibus delatum recuſat. 619. 643 *b.* Oblata triginta florenorum millia reſpuit. 619. Scholam inſtituit. 643 *c.* Legat Melanchthoni mille florenos aureos. 780. Laudatur. 627 *a.* 628. 643 *b.*
Friburgi deſcriptio. 1261 *f.* 1331 *d.* 1339 *g.* 1434 *f.* 1444 *d.* Cœlum ibi plerunque pluvium. 1301 *b.*
Frigoris acerrimi deſcriptio. 285 *g.*
Frobeniana officina commendatur. 94. 330. 382. 563. 671. 827. 1257, 1258. Ejus princeps Lachnerus moritur. 189. 807. Ea prima apud Germanos auſa eſt Græcum autorem antea non evulgatum excudere. 1630. Ex ea Ariſtoteles Græcè, & Livius quinque libris auctus, prodeunt. 1358.
Joannis Frobenii egregiæ virtutes commendantur. 1256, *&c.* 2075. Monet Hieronymum Frobenium Eraſmus, ut rem typographicam & Patrem adjuvet. 767. Diſſuadet ei quidam nè quid Lud. Vivis excudat. 801. V. *Lud. Vives.* Cupit Eraſmus ut Imperatorio interdicto contra adverſarios muniatur. 1917, 1918. Uxorem ejus plus tenere Theologiæ quàm Eraſmum, dicit Farellus. 805. Paralyſi correptus moritur. 855. 897. 900. V. *Mors.* morbi ejus & mortis deſcriptio. 1257, 1258. Epitaphium. 1258. Poſt ejus mortem officinæ ratio mutatur. 1050. *g.* Ejus liberi ab Auguſtini editione pendebant. 1047 *f.* Ejus viduam ducit Joannes Hervagius. 1477. 2075 *g.*
de Frugibus à Caino furtim de paradiſo acceptis bella fabula. 307.
Fuggerus. V. *Antonius.*
Fulvius & Rutuba, pictores inepti. 534.
Functio, quid ſignificet. 1892 *c.*
Furiæ poetarum, quid. 467 *a.*

G

de GAlatis, ſeu Gallogræcis. 965. 967.
In epiſtola ad Galatas locus de Petro Pauli voce objurgato nondum ſatis à quoquam veterum explicatus. 366 *c.*
Galenus mendoſè prodiit ex Italia. 1017 *a.* 1096. 1107 *b.* Ex eo colligunt proverbia, Eraſmus, & Joachimus quidam. 1027.
Gallia laudatur. 86 *g.* Quot eruditos viros habuerit. 363 *a.* 637. Eraſmus dicit, ſibi nunquam fuiſſe in animo, commigrare in Galliam. 968 *b.* In eam ſemper fuit propenſiſſimo animo. 1170 *a.*
de Gallicis ingeniis quid ſenſerit Eraſmus. 965. 967. Galli ſtupidi ac leves olim habiti. 1368 *d.* Gallicana grandiloquentia. 1635, 1636.
Gallicæ res. 410. 420. 428. Tumultus Gallicos luget Eraſmus. 86, 87. Galli vincuntur à Cæſare. 970. V. *Carolus Imper.* Gallorum rationes omnes conturbantur morte Maximiliani Imp. 146 *a. f.* 147 *a.*
Galli quidam nobiles religionis cauſâ exulantes revocantur. 1538 *b.* 1542 *a.* 1543 *c.* 1556 *f.*
Monachi in Gallia quàm levibus de cauſis homines ad mortem trahant. 829. 873 *a.* 874. 1031 *a.*
Gandavum, urbs, laudatur, 1704 *c.*
Gaza. V. *Theodorus.*
Gelenius. V. *Sigiſmundus.*
D. Genovefæ arca magnâ pompâ geſtatur. 1995 *a.*
Geographia pueris quando tradenda. 1698 *f.* Olim plus negotii habuit quàm nunc habet. 1698 *f.*
Geographi de gradibus diſſentiunt. 1698 *d.*
GEORGIUS D. Saxoniæ Lipſienſem Academiam fovet. 627. Maſſam argenti rudem Eraſmo mittit. 627 *f.* 628 *b.* Eum ceſſatorem putat in negotio Lutherano. 1964 *c.* Laudatur. 616. 628.
Georgius Agricola De ponderibus & menſuris ſcribit. 1319 *e.* Ejus dialogus De re metallica laudatur. 1702.
Germanum dici pro *γνήσιον*, Franciſcanus quidam ignorat. 1196 *f.* 1253.
in Germania quot oppida, tot ferè Academiæ. 755. *a.* Latrociniis cur adeò obnoxia. 672 *d.* 676 *f.* Sectis, erroribus, & diſſidiis mirè infeſtatur. 848. 936, 937. Eraſmus ſolus videtur idoneus qui ei opem ferat. 848 *b.* Veretur nè ea bellis inteſtinis colliſatur. 1356. 1466. V. *Lutherani.*
Germanorum fides, 820. Eorum animi quales. 634 *b.* Surdas habent aures quoties de dando fit mentio. 1133 *f.* 1136 *c.* Luthero favent, Pontificem odio habent. 785. Metuunt nè Carolus Imp. tyrannicè ſe gerat. 572. Fremunt in Eraſmum. 937. Cur apud eos impunè tumultuabantur ſtudioſi, non alibi. 559.
Germanici Imperii titulus plus habet juris quàm autorita-

luriatis. 5865.

Germania inferior ab Anabaptiſtis perditur. 1537. *c.* 1542. *b.* 1543. *f.* 1556. *e.*

Germano Brixio cur non reſcripſerit, rationem reddit Eraſmus. 637. Dolet, quòd Brixius & Morus tam acriter concertarint. 683. 694. 710. 725. De Brixii *Antimoro.* 637. 713. Monet Morum Eraſmus, nè ei reſpondeat. 710. Laudat & excuſat Brixium. 712. Mori cenſura de Brixii *Antimoro* & *Chordigera.* 712, *&c.*

In vertendis Græcis ſe exercet. 836. Chryſoſtomum vertit. 969. 1354. 1863. Chryſoſtomi *Babylam* vertit. 1049. 1424. Eum ad vertendum Chryſoſtomum pigriorem incitat Eraſmus. 1365, 1366. 1423. Ejus de Eraſmi Ciceroniano judicium. 1167. *b.* Excuſat Tuſanum & Budæum. 1363, 1364.

Gilbertus Cognatus Eraſmi famulus, 1562, *&c.* fit Canonicus Nozerethi. 1564. 1566 *e.*

Gladius Evangelicus & Politicus: & eorum uſus. 1800. Chriſtus cùm jufſerit recondi gladium, nec abſtulerit, plus fecit quàm ſi abſtuliſſet. 1800. *b.*

Glareanus. V. *Henricus.*

Gloriæ cupiditas animi contentionem alit. 149. *f.* Ejus ſtudioſis poſteritatis potiùs quàm præſentis ſeculi habenda eſt ratio. *ibid. g.*

Gloria, D. Petro quid. 2034. *d.*

Gocknius. V. *Conradus.*

Gracilis, an à *Gregatim volendo* dictus; & unde. 1451.

de Gradibus diſſentiunt geographi. 1698. *d.*

Græca lingua Latinæ præfertur. 474. Ejus uſus & neceſſitas. 475. 514. 1646. *b.* 1712. *g.* 2015. *d.* Ejus ſcientia ad medicinam præcipuè conducit. 629. *f.* Quàm latè diffundatur. 136. *b.* Ejus imperitiam Apoſtolis tribuunt Patres. 136. *c.* Ejus ſtudium πολυπραγμοσύνη à quibuſdam veteris inſcitiæ patronis vocatur. 341. *e.* Concionator quidam Anglus ſtolidè *in* eam debacchatur. 346 *f.*

Græcorum codices emendatiores quàm Latinorum. 1018. *c.* An falſarint ſacros libros, ubi deſciverint à Rom. Eccleſia. 165. *d.* 2018. *c.* In quibus diſcrepent à Rom. Eccleſia. 366. *b.* 2018. *d.*

Græcis literis Eraſmus operam dat. 474. 479, 480. 497. *d.* 513. 1998. Quamdiu, & ſub quibus præceptoribus, iis diſcendis operam dederint Grocinus & Linacrus. 525. Eas in ſenectute didicit Guil. Copus, 629. Ambroſius Leo, 532. Joannes Coletus, 115. *c.* & alii. 629. Eas addiſcere, res eſt laboriosa magis quàm difficilis. 524, 525.

Græcorum librorum in Britannia paucitas, Latimeri ætate. 524. Agit cum eo Eraſmus, ut Epiſcopum Roſſenſem Græcas literas doceat. 522. 525.

Sanctum in Senatu Veneto, eligendum ſucceſſorem M. Muſuro, qui Græcas literas publicè doceat. 530.

Grammaticæ laus. 271. *f.* Ejus cognitio ad Theologiam conducit. 110. *e.* 271. *d.* 717. Eam profiteri, quàm arduum olim negotium fuerit. 1621. *b.* Ejus profeſſoribus qui honos olim ab Impp. delatus. 1504. *e.*

GREGORII M. decretum de lotione poſt coitum, ſuperſtitionem redolet. 1830. *a.*

GREGORIUS NAZIANZENUS, affectatè argutus. 1320. Ambroſio fuit ſimilis. 1446. Eraſmi de eo judicium. 1446. Eraſmi de eo judicium. 1446. 1627. *g.* Eum vertit Bilibaldus Pirkheymerus. 1446.

Gregorius THAUMATURGUS, Origenis diſcipulus. 1624. *b.*

Greius. V. *Thomas.*

Grimanus. V. *Dominicus.*

Grinæus. V. *Simon.*

Guilielmus, nomen Eraſmo amicum. 5. Complures ejus nominis recenſet Eraſmus ipſi amicos. 59, 60. 552. 554. 570.

Guilielmi BUDÆI encomium. 15. *f.* 27. *c.* 29, 30, 31. 50. *f.* 145. 148. *c.* 231. 247. 277. 554. 753. 1166. *c.* 1171, *&c.* 1901. *e.* Præfertur Hermolao, Politiano, Vallæ, &c. 145. 753. Confertur cum Eraſmo. 146. *a*, *e.* 247, *&c.* Seipſum cum illo conferr. 35, 36. Longolii de eo cenſura. 247. Ἐν τῇ γραφῇ ἰλλιτερᾶτος primas ei tribuit Eraſmus. 1063. *d.* Eum Germanis omnibus præfert. 755. Eum confert cum Thoma Moro: 761. Quòd eum Badio contuliſſet, ægrè ferunt Galli; 857. 1166. & eum epigrammatiis lacerant. 1025. *c.* 1030. *f.* 1035. *a.* 1039. 1044, 1045. *b.* 1169. *f.* 1364. 1367. 1476. Budæus ipſe idem ſtomachatur. 1045. *a.* 1051. *c.* Eraſmus id factum defendit. 1171, *&c.* 1482.

Qualibus præceptoribus uſus fuerit. 155. *d.* Se αὐτομαθῆ καὶ ἀδιδάκτον profitetur. 32 *g.* Quàm obnixè Philologiæ navarit operam. 150. *d.* Stylum ſuum, & ſcribendi rationem modúmque defendit, 34, *&c.* Styli ejus ſublimitas. 1636. *c.* Poſt cibum, niſi coactus neceſſitate, à legendo abſtinebat. 263. *d.* Dolore capitis crebrò laborabat. *ibid.*

Vitam aulicam averſatur. 57. *c.* Monet eum Eraſmus, nè literas deſerat, poſtquam in aulam aſſciſceretur. 255. *b.* Amicos prædiis & pecuniâ chariores duxit. 149. *d.*

Liberos plures quàm libros ſe genuiſſe ait. 150. *f.* Quis ſit ſcopus illius libri quem *De Aſſe* ſcripſerit. 37. *c.* Ejus *Pandectæ* & *De Aſſe* laudantur. 146. *f.* 753. De ejus *Epiſtolis*. 1372. *c.* 1406. *g.* 1413-1414. 1480. *g.* Eas edendas curat. 398. Græci autores ab eo verſi. 1423. *g.* In aliquibus manifeſtè lapſus eſt. 1480. *g.* Error ejus de Hieronymo, 220. *d.* notatur. 236. *c.* De ejus *Commentariis*. 964. 967. 1034. 1052. 1120. *d.* 1364. *e.* 1370. Rogat eum Eraſmus, ut in ſcriptis ſuis ipſius mentionem faceret. 1120. *c.* Ægrè fert quòd in Commentariis ſuis ejus mentionem non fecerit, 1370. *c.* ſed quædam in eum citra nomenclaturam torſerit. 1370. *a.* 1371. *a.* 1481. *a.*

Ἀστεϊολογίαι Eraſmi taxat. 20. *b.* 25. *c.* Contentionem inter Eraſm. & Fabrum ſedare ſtudet. 219 Joci ejus paulo liberiores videntur Eraſmo. 227. *d.* 231. Amarulentiam ſuam excuſat. 256. 258. Sincerum ejus in Eraſmum amorem profitetur. 260. 965, *&c.* Rationem reddit Vives, cur Budæus & Eraſmus paulò acerbiùs epiſtolis luſerint, 754. & mutuam inter ipſos amicitiam firmare ſtudet. *ibid.* Nonnulli inter ipſos ſemina diſcordiarum jactant. 754. *b.* 1025. Budæus Eraſmo ſuccenſet. 335. 363. *g.* Penè objurgat eum, quòd Gallica ingenia cavilletur ut tarda, &c. 965. Eum φιλοσκωπτικὸν, ironem, & momum appellat. *ibid.* Candorem in eo deſiderat Eraſmus. 1047. 1368. *f.* 1370. *a.* 1371. *d.* 1481. *a.* Eraſmus dicit ſe à livore in eum aut malevolentia alienum eſſe. 1025. 1173, &c. 1367. *b.* 1403. 1406. 1476. *g.*

Rumor de ejus morte falſus. 1096. *b.*

Guilielmi Copi encomium. 15. *f.* Græcas literas in ſenectute didicit. 629.

Guilielmi Croyi, Card. & Archiepiſcopi Toletani, felicitas. 550. Laudatur. 583. 641. *e.* 682. Moritur. 682. 686.

Guilielmus Grocinus laudatur. 1210.

Guilielmus Latimerus Eraſmo ſuadenti, ut in N. T. recognoſcendo illi ſuppetias ferat, 606. & Joanni Roſſenſi Græcarum literarum ſtudioſo menſtruam operam largiatur, modeſtè reſponder. 522. Ejus laus. 525.

Guilielmus Montjoyus laudatur. 309. 554. 1427. 2009. Ἀκαταδοξίας ſuſpicione abhorret. 433. *c.* Adagia ei inſcribit Eraſmus. 1432. *f.*

Guilielmo Neſeno obſiſtunt Lovanienſes. 1090.

Guilielmi Parvi, prædicatoris Dominicalis, laus. 56, 57. Eraſmo ſuſpectus eſt. 212. *a.*

Guilielmi Warami, Archiep. Cantuarienſis, encomium. 92 *g.* 96. *c.* 516. 521. 552. 554. 1742. *e.* 1844. 2009. *c.* Se Cancellariatu abdicat: 106. *f.* 119. *c.* Ei Card. Eboracenſis ſufficitur: 106. Quo in carcerem conjecto, ad Cancellariatum revocatur, ſed excuſat ætatem. 1475. *a.* Mortuus eſt pauper. 1510. *d.* Ejus mortem luget Eraſmus. 1498. Ei ſuccedit Thomas Cranmarus. *ibid.* 1510. *d.*

H

HÆreſis, quantum crimen. 2144. *e.* Eam nemini licet à ſe non depellere. 213, *&c.* 859. *c.* 889. *g.* 892. *f.* 1375. *a.* 1412. *d.* Hæreſeos diſtinctio. 741. *b.* Alia aliâ peſtilentior. 767. 2051. *f.* 2052. *b.* Hæreſes circa Divinas Perſonas ex humana philoſophia ortæ, 1875. *f.* ut & aliæ pleræque hæreſes:

768. a. Sed non ideo damnanda ſobria ejus cognitio. 1614. g. Longè aliter de hæreſi hæreticiſque olim ſtatuebant quàm nunc dierum ſtatuitur. 588. a. 651. d. Hæreſin impugnare, quàm glorioſum: 1159. a. non eſt cujuſvis. 1074. g. Eorum officium qui hæreſes impugnant. 1640, 1641. Non ſic oportet hæreſin exſecrari, ut ejus odio non auſimus admonere quæ recta ſunt. 953. f. Exempla quorundam, qui dum nimis acriter oppugnarent hæreſin, delati ſunt in alteram foveam. 1640. a. Hæreſes nonnunquam cedunt in Eccleſiæ commodum. 1391. b. 1633. g. 1638. a. 1658. b. 1821. b. f. 2062. a.

Hæreſis Luthero objicitur, 585. a. & Eraſmo. 733. b. V. *Eraſmus*.

Hæreticis proprium, ſimulatâ religionis ſpecie ſimplicibus imponere. 2099. g. Patres & ſcripturas ad ſententiam ſuam detorquent. 1508. c. An ſint morte plectendi. 651. e. 1076. a. 1425. d. 2051, 2052. 2064. g. 2111. a. Id ineptiſſimè probatur à Britanno quodam Theologo. 1198. a. Docendi potiùs ſunt quàm cogendi aut perdendi. 585. e. 652. c. 690. e. 718. c. 861. d. 1152. f. 1638. c. 1918. g. 2051, 2052.

Hæretici quidam abſurdi. 677. Nemo unquam fuit tam abſurdus, quin ſuos reperit ſectatores, *ibid.* Quorundam prodigioſæ opiniones. 767. b. Hæreticorum catalogus & quaſi genealogia. 1611, 1613.

Hayo Hermannus Caminga, Eraſmo iratus. 1942, 1943.

ab Hebraicis literis diſcendis cur deſtiterit Eraſmus. 513.

Quidam docent, Nihil diſcendum præter linguam Hebraicam. 820. a.

Standicius ineptè aſſerit, Paulum Corinthiis Hebraicè ſcripſiſſe. 1194.

ad Hebræos Epiſtola an ſit Pauli, dubitatur. 779. 1840. d.

Helvetii nec vivunt medicè, nec bibunt modicè. 961. d. Eorum medici quales. *ibid.* 994. e. Eorum agricolæ tumultuantur, 955. a. 1340. c. monaſteria diripiunt, 956. c. 1928. d. imagines & aras deſtruunt, 1308. c. [V. *Imagines*.] cum proceribus confligunt. 1022. A Gallis vincuntur. 428. Armis inter ſe contendunt. 1133. c.

HENRICOS, VII. & VIII. Angliæ Reges, laudat Eraſmus. 73. c. 517.

HENRICI VIII. encomium. 182. 198, 199. 267. d. 355, &c. 368, 369. 535. 539. 617. 658, 659. 942. 1228, 1229. De ejus parentibus, ingenio, educatione, ſtudiis, ſtylo, &c. 1269. Græcis literis favet. 346. Contentionibus inter ſtudioſos ſilentium indixit. 559. De libro ejus adverſus Lutherum. 658. d. 659. 890. 1228. Eum ab ipſomet Rege ſcriptum fuiſſe, exiſtimat Eraſmus, 942. b. 946. 1229. & penè probat. 1269. Scribit Diſputationem Theologicam, An laicus obligaretur ad orationem vocalem. 942. b. Probat Confeſſionem à Chriſto fuiſſe inſtitutam. 903. Seduló ad ſe invitat Eraſmum. 1548. [V. *Eraſmus*.] Divortium quod cum Catharina conjuge fecit, Eraſmus ſe nec probare nec improbare dicit. 1523, 1524. Ejus aula cæteris omnibus præfertur. 131. e. 181. e. 357. a. 365. e. 368. c. 375. e. 539. a. 622. f. 624. e. 625. d. 935. d. Aulicorum ejus catalogus & encomium. 131. 375. 539. Nulla de privilegiis quæſtio inter ipſum & cives orta eſt. 120. c. Minùs æquus fuit novis dogmatibus (i.e. Proteſtantium) quàm Epiſcopi aut Sacerdotes. 1505. f. 1510. f. Leone X. P. R. autore arma depoſuit, quæ Julii P. R. inſtinctu ſuſceperat. 90. c. Adornat colloquium cum Rege Galliæ in littore Caleſi. 628. 716. Clemens VII. P. R. per legatum ei pacem cum Gallo indicit. 1925. b. Bedda taxat Eraſmum, quòd eum vocarat *Angliæ, Franciæque Regem*. 1309.

Henrici Epphendorpii mendacia in Eraſmum. 1933. b. 1940. b.

Henrici Glareani eruditio & virtutes laudantur. 16. 800. 830. 1086. 1323. Uxorem ducit. 1000. Demigrat Friburgum. 1482.

Heracleon, hæreticus. 1613. a.

Herbornus. V. *Nicolaus*.

Hermannus Lethmannus laudatur. 750.

Hermannus Phryſius commendatur. 1033, 1034, 1665.

Hermolal Barbari laus. 274. 1065. In quibuſdam hallucinatur. 1064.

Herodotus ſpectare maluit rerum gerendarum exemplum quàm geſtarum fidem. 1687.

Hervagius. V. *Joannes*.

Heſſus. V. *Eobanus*.

Heſychius vult omnes Pſalmos Davidis eſſe. 1349.

Hierarchiam Romanam laudat Eraſmus. 678. b.

HIERONYMUS eloquentiæ laude ipſi Ciceroni præfertur. 319. Eraſmus eum Auguſtino præponit, refragante Eckio. 134. b. 137. Scholaſtici ei minus tribuunt quàm Auguſtino; & quare. 138. a. Apud Latinos eſt Theologorum princeps. 92. d. 97. a. 319. Ille unus inter Patres utráque doctrinâ, ſacrâ & gentili, juxtâ abſolutus. 475. f. Ei præfertur Cyprianus. 1617. c. Ejus nimius ardor notatur. 163. g. In ritu fuit immodicus. 1617. d. Minùs candidè de Ambroſio ſenſiſſe videtur. 1588. f. A communione Joannis Epiſc. Hieroſolymitani abſtinebat, quòd laberetur Arianus. 1599. Palladium eum inſimulabat, quòd cum virginibus nimium familiaris eſſet. 1547. Solebat pectus tundere ante imaginem Crucifixi. 2113. c. Nonnulli ejus lapſus ab Auguſtino notantur. 1458, &c.

Quibus autoribus aggreſſus fuerit tranſlationem S. Scripturæ. 168. d. 272. An fuerit autor Vulg. Interpretationis. 159. b. 164. c. 329. g. 1449. a. Quodnam ex ejus ſcriptis ſit maximè eruditum. 1633. e. Locus ejus, de numeris Conjugii, Viduitatis & Virginitatis, nodoſus. 405. Graeca & Arabaſia apud eum qui ſint, Eraſmus fatetur ſe non intelligere. 462. g. Alia quædam ejus loca expugnare non potuit Eraſmus. 779. b. Nodus de eum ab Abrahamo ſepulcro ab Hieronymo ſolutus. 1496. Romam ex Apocalypſi *Babylonem* appellat. 762.

Philelphi de eo judicium 134. b. rejicitur ab Eraſmo. 137. c. Budæi judicium de Hieronymo, diſque Eraſmi laboribus in illo inſtaurando. 152. g. Qui cum Eraſmo in illo reſtituendo ſudarint. 94. 97. c. De editione Hieronymi Eraſmica. 92. 100. 169. 318, 319. 389, 390. 475. 1518. V. *Eraſmus*.

Hieronymus Aleander. 757, &c. 761. 568. Nuncium ingens apoſtolicum, adverſus Eraſmum invitatur, 769. 1021. aliósque irritat. 949. d. 1040. 1941. g. Gravis ei fuit, operúmque ejus moroſus cenſor. 812, 813. 1379. a. Coram blandus fuit, abſens alius. 1011. 1021. Alios in Eraſmum ſubornat. 1959. c. 1961. b. Miratur, tot millibus mucidis, Eraſmum adhuc ſupereſſe. 1379. c. Eraſmo à quibuſdam præfertur. 814. b. 1065. Multa ſcripſit adverſus Lutherum. 1012. Geminâ mitrâ inſignitur. 1948. a.

Hieronymi Buſlidii laus & epitaphium. 176. Legavit multa millia ducatorum ad inſtitutionem collegii trilinguis apud Lovanium. 180. g. V. *Lovanium*.

Hieronymus Donatus. 1210.

Hieronymi Weſtphali laus. 756.

Hilarion de paupertate gloriabatur. 2050.

HILARIUS in Phryſiam relegatur. 1633. b. 1639. g. Arianis obſtitit. 1633. 1635. 1638. 1640. Eum Hebræi ſermonis rudem fuiſſe, oſtenditur, 1634. a. & Græcas literas tenuiter attigiſſe. 1644, 1645, 1646. De ſtylo ejus & ſcribendi ratione. 1635. g. &c. 1645. e. Intellectu eſt difficilis. 1631. d. 1635. g. 1636. d. Phraſes quædam quibus præter publicam loquendi conſuetudinem utitur. 1646. d. Nonnunquam σολοικίζει. 1644. e. Cum Quinctiliano confertur, 1636, 1637. & cum Plinio. 1637. d.

Videtur de Spiritu S. non ſatis orthodoxè ſenſiſſe. 1632. 1637. g. 1638. f. Chriſti Corpus doloris capax non fuiſſe ſentit. 1631. f. 1640. f. Alii ejus errores notantur. 1640, 1641.

De libris ejus *De Trinitate* Eraſmi judicium. 1633. &c. De Commentariis ejus in *Pſalmos*. 1642. d. Eorum *De Synodis* è Græco vertit. 1637. e. Commentarii ejus in *Matthæum* ex Origene verſi. 1642. Cur nuſquam indicet quem fuerit ſequutus. 1635. e. 1642. e. 1642. e. Tranſlatione utitur diverſâ ab ea quæ vulgò recipitur. 1646. c. De libris ejus qui intercederunt. 1643. Cum veneratione citatur ab Hieronymo & Auguſtino. 1643. Hieronymus eum immeritò taxat. 1644, 1645.

Quan-

Quantum in eum sibi permiserit sciolorum temeritas. 1631, 1632.
Hippocentaurus, in Ægyptiorum hieroglyphicis quid. 1149.c.
Hircudo in nivis quæsita. 1009.d.
Hispaniam summè laudat Erasmus. 977.c. 1092. Teresia à Paulo vocatur. 786. Saracenicæ tyrannidis vestigia dicuntur. 372. Ibi efflorescunt bonæ literæ. 976. 977.c. Ibi canum est, nè quivis quidvis scribere liceat. 1552.d. Ibi monachi tumultus concitant, 773. 776. 799. 862.a. 866. 962. 973.c. impulsu Edvardi Lei. 897. 960.a.c. 963. 964. 978. 1151. qui per Cæsarem & Archiepiscopos temperantur. 885.
Hispani nonnulli bonarum literarum studiosi. 753.a. 771.
Hispani quidâ libris Erasmi offenduntur. 773. 776.a.
Histrionum conditio quæ. 943.a.
Hoeke, & Bricot. 1649.
Hollandia laudatur. 726. Malè tractatur à Dathi, & à Gelrijs. 1520.
Hollandicæ res. 1318. Erasmo malè convenit cum cœlo Hollandico. 750.a.
Hollandorum mores qui. 479.f. 481.f.
Homo, animal calamitosissimum. 1788.b.
Honorem mereri quàm obtinere pulchrius. 551.b. An & quid conferat ad beatitudinem. 549. 552-555. Nec ambiendus est, nec omnino rejiciendus. 757.b. Cur amplectendus. 831.f. 835.a. 1211.g. Absque virtute farcina est, non dignitas. 550.d.
Hoochstratus. V. *Jacobus.*
Hospitalitas quam commendat Apostolus, quæ. 1597.b,c.
Huldricus Zuinglius. V. *Zuinglius.*
Hullus. V. *Lutherani.*
Humanæ res incertæ. 143.f. 1833.c.
Humilis non est qui sortem suam iniquo animo ferat. 519.b.
Humilitas cum Invereundia à Cæleto an rectè copulata. *ibid.*
Hungaria à Turcis vexatur. 1133.f. 1136. 1434.
Hutenus. V. *Ulricus.*
Hyems bella, æstati pax comparatur. 629.c.
Hymni quos canit Ecclesia, cujus autoris sint. 1643.b.
Hypocrisis. V. *Erasmus.*

I

Iacobi nomen Erasmo parùm felix. 972.
D. JACOBUS. Locorum communium qui in ejus Epistola tractantur, recensio. 1840.a.
Jacobus Batus Erasmo amicus eximius. 455. Eum impensè rogat, ut ducentos francos à Domina Veriensi pro ipso efflagitet. 449. 453. 474. ut Ludovicum vestiat. 451. 453. Ægrotat. 478. Queritur Erasmus quòd Guilielmum quendam illi prætulerit. 486, 487. 491.
Jacobus Ceratinus, Mosellani in Acad. Lipsiensi successor, laudatur. 993, &c. 1919. Græcum Lexicon auget. 1701.
Jacobi Fabri laus. 132. Inter eum & Erasmum controversia orta. 125. [V. *Erasmus.*] Quàm intemperanter & indignè Erasmum lacessierit. 174. 179. 187. 200. 213. Molitur Apologiam adversùs Erasmum. 187.c. 212. 540. Vapulat à Tonstallo, 172. & à Roffensi: 351. 618. Quod factum noluit Erasmus. 621. Pœnitet eum quod Erasmum irritaverat. 398. Ejus de Triduo Christi opinio discutitur. 187. 215. De ejus in Paulinas Epistolas commentariis. 2020. Vertit Chrysostomi quædam. 1121. Grammaticis erat infensus. 215.c.
Jacobus Hoochstratus nimis acriter scribit adversùs Capnionem. 738. Erasmi sententiam de matrimonio & divortio fugillat. 740. Comitem à nova aquila contumeliis afficit. 841. Sed cogitur palinodiam canere. *ibid.* 958. In Lutheranos sævit. 1419.g.
Jacobus Landavus. V. *Stunica.*
Jacobus Latomus contra linguarum studium contráque Erasmum scripsit. 343. 352. 555. 780. Erasmus ei respondet. 361. 566.
Jacobus Lopis Stunica in Erasmum scribit. 723. 757. 815. 911, &c. 978. 1000. 1079. 1082. 1877. Leo X. P. R. jubet nè ulteriùs nomen Erasmi proscindat. 756.b. Erasmus ei respondet. 758.a. Cujus operæ cum pœniteat. 996.b. [V. *Erasmus.*] Quoties illi impositum fuerit silentium. 912.d. 978, 1003.a. 1079. 1887.f. Jacobus Landavus in eum velitatur. 996. Quàm absurdè & ridiculè veterem N. T. interpretem à solœcismis vindicarit, & Erasmi interpretationem reprehenderit. 1877, &c. 1924.
Jacobus Middleburgensis Apologiam suam pro Cæsare Erasmi censuræ submittit. 573.
Jacobus Osorius. 874.
Jacobus Piso. 338.
Jacobus Sadoletus laudatur. 1342.a. &c. Ejus bibliotheca incenditur, cum Roma diriperetur. 1163. 1165.c. 1338. Scribit Commentarios in Psalmum quinquagesimum. 901. Interpretatur Psal. XCIII. 1340.g. 1342. Ejus commentarii in Epist. ad Romanos, nimis nitidi. 1555. A nonnullis non probantur. 1960.c. Quid de Veneratione Sanctorum & de Picturis senserit. 1348.f. Monet Erasmum nè populi ordinúmque studiis se opponat. 1341.d. 1348.f.
Jacobus Spiegel, Maximiliano Imp. Secretarius. 1004.
Jacobus Tussanus maledicis versiculis in Erasmum debacchatur. 1051. Erasmus eum increpat. 1058.
Jacobus Tutor, Erasmo amicissimus. 455.g. Laudatur. 477. 479. Dismam ei commendari cupit Erasmus. 317. 456. 477. Commendatur. 477.g. 479.d. 480.c. 482.c.
Jacobi Wimphelingi Sletstadiensis laudes, vita, mors. 1266.
Janus Lascaris epigrammata in Erasmum scribit. 1030. 1039. 1044. 1051.f. 1172.
an Idola pro diis coluerint gentes. 2136.d.
de Idolothytis edendis. 1827.g. 2038.
Jejunium non admodum probat Erasmus. 655.f. Persuadendum censet potiùs quàm præcipiendum. 779.a. 2035, 2036.
Jejunium ac ciborum delectus ad duas res valent. 2022.a. Superstitiosa eorum observatio Judaismum olet. 2018. V. *Ciborum delectus.*
Jejunium Deo gratum quod. 2039.g. 2042.g.
Igni comparantur Christus & ejus sacerdotes. 1237.d. 1238.f.
Ignorantia populi unde, & quomodo ei succurrendum. 1856.b.
Imagines prisci Christiani abominabantur. 2064.c. De earum cultu Erasmi judicium. 1191.f. 1378.a. 2054.g. & Sadoleti. a 348.f. Usum imaginum tuetur Erasmus. 2119.f.
Imagines à Lutheranis ejiciuntur. 821. d. 846.a. 870.b. 1135.c. 1935. 1962.c. 2054.g. V. *Lutherani.* Mirari se dicit Erasmus, neminem Divorum statuarum & imaginum everborem fuisse unum. 1308.c. 1935.f.
Imitari, ἀνεγλόγως ab Hieronymo usurpatur, pro *Reddere*, aut *Exprimere*. 1637.b.
Immodica omnia sunt incommoda. 555.f.
Imperatores Romani quomodo olim, 1689.g. quomodo nunc electi. 1691.b. Quomodo orta fuit & propagata eorum majestas. 1689.f. Quàm latè patuerit eorum imperium. 1690.g. De ejus extinctione & restitutione. 1691.b. An vetus illud imperium, quale fuit olim, renovandum sit. 1691.d. V. *Cæsar.*
Impietatis crimen qui moderatè fert, leviter pius est. 316.b. 889.g. 892.f. 1375.a. 1412.d. 1531.a.
Impleta convivarum domus an rectè dicatur. 1881.f.
Impossibilia Juliano quæ. 203.b.
Incantatoris cujusdam Aurelianensis historia. 505.
Incompositi qui. 1894.
Indulgentiæ unde ortæ. 1827.b. Erasmi de eis sententia. 1945.a.
Industria quantum valeat. 549.c. Ejus laus. 1970.a.
Infirmis obsecundandum, stultis & malitiosis non item. 1296.b.
Ingratis præstat beneficium conferre quàm non intelligentibus. 378.a. 436.c.
Ingrati hospitis historia, ex Seneca. 1111.
Iniquus quid significet, monachus quidam ignorat. 839.f. 843.d. 1071.d.
Injuriam negligere, optimum vindictæ genus. 467.c. 1799.d. 1800.b.
Insolita in feminina, magnum malum. 760.
de Institutione puerorum. 289.b. V. *Educatio.*
Instrumenta sumi pro codicillis in quibus pacta scribuntur. 1355.a.

Instrumentum Vetus aptiùs dici quàm *Testamentum*. 1354.*f.*
Intelligibilia, quæ contemplatione mentis comprehenduntur, sola verè sunt. 610.*f.* Cur philosophus iis non fruatur perfectè. *ibid.g.*
Intemperantiæ mala. 771.
Interpres debet esse linguarum peritus. 272. 475. Superiorum interpretum lapsus qui prodit, rem facit aliis utilem, sibi periculosam. 1423.*f.* 1424.
Interpres Vetus Bibliorum non fuit Hieronymus. 159.*b.* 164.*c.* 329.*g.* 940.*b.* 2018.*g.* Quis fuerit, Ignoratur. 1889.*c.* 1894.*g.* An ejus interpretatio ex afflatu Spiritus S. prodierit. 161.*b.* 271.*g.* 940.*b.* 1889.*d.* Solœcismis scatet. 1879, *&c.* 1889.*a.* Eam licet emendare, 159. 164.*g.* 271. idque absque Concilii autoritate. 108, *&c.* 164. 2018.*g.*
Interpretaturus Scripturas, an necesse sit ut Spiritu S. affletus. 1889, 1890.
Quam Interpretationem V. T. sequuti fuerint Græci Patres. 1609.*f.*
Interpretatio LXX. ab Hieronymo mendacium vocatur. 165.*c.*
Interpretatio N. T. Erasmiana à nonnullis damnatur. 5. 108. 2017.*e.* V. *Erasmus*, & *Stunica*.
Intimare, pro *Significare*, Hilario. 1648.*d.*
Inventio artium cui debeatur. 1088.*g.*
Invidentiâ nullum supplicium gravius. 466.*f.*
Invidi senis descriptio. 466.*a.*
Invidia egregios conatus, non secùs atque umbra lucem, solet comitari. 542.*c.*
de Invocatione Sanctorum. 804. 1052.*e.*
Joachimus Camerarius suspicionem evulgatæ Erasmi & Lutheri epistolæ à se depellit. 824. Erasmus dicit eum plus curæ quàm naturæ habuisse. 1469.*c.*
JOANNES cur Evangelium suum scripserit. 1821.*b.* Mysteriis est refertissimum. 1814, 1815. Pars ejus de collo suspensa adversùs morbos circumfertur à superstitiosis. 1819.*b.* Cerinthiani & Ebionitæ eum perpulerunt ut de Divina Christi natura scriberet. 1633.*g.*
Joan. I. 1. *In principio erat Verbum*. 596. IV. 11. verba Samaritanæ, *Puteus altus est*, &c. quomodo exponenda. 1069. VI. 63. *Caro non prodest quicquam*, exponitur. 2081. VII. 39. *Nondum erat Spiritus S.* excutitur. 1245, *&c.*
1. Epist. Joan. cap. IV. & V. quidam versus quomodo habeantur in ms. quodam Vaticano. 757. Cap. V. versus septimus in vetustis codicibus non habetur. 804.
Joannes III. Lusitaniæ R. laudatur. 1862.*b.*
Joannes quidam monachus, dum gladiatores dirimere tentat, interimitur. 1488.
Joannes Amerbachius Augustinum primus excudit. 1578.
Joannes Antoninus, medicus, è graviſſimo morbo convaluit. 1134.
Joannes Baptista, medicus Henrici VII. & VIII. 517.
Joannes Bebelius, typographus, laudatur. 1681, 1682.
Joannis Botzeni laus. 991. 1219. Lutheranismi suspectus est. 991, 992.
Joannes Brentius. 404.
Joannes Capnion. V. *Joannes Reuchlinus*.
Joannis Coleti encomium. 306. 309. 311. 619. 702. 1710. *a.* 2047.*d.* Pater ejus bis in urbe Londinensi præfecturam summam gessit. 702.*f.* Ejus mater quanto animi robore fuerit. 1317. Nomen ejus ab Hebræo *Cobeleth* derivat Erasmus. 655.*f.* Stylus ejus laudatur. 311. In senectute Græcas literas discit. 115.*c.* Scotistas hebetes ac stupidos judicabat; 706. Thomam, arrogantem & mundanum. *ibid.* Monachorum & Episcoporum mores, cultum Imaginum, Collegiorum nimios sumtus, Confessionem auricularem, Sacrificulorum preces quotidianas, anxiam & laboriosam sapientiam non probabat. 706, 707. Ad Venerem erat & luxum & somnum proclivis. 705.*d.* Iracundiæ remedium ex Enchiridio Erasmi petit. 1205. Frugali victu utebatur. 703.*f.* Duriusculus fuit in distribuenda pecunia. 607.*d.* Quindecim angelatos Erasmo promittit, neque dat. 607.*b.* Monet eum Erasmus, ut seipsum à mundanis negotiis semoveat. 607.*f.* Scholæ, quam extruit in cœmeterio D. Pauli, 1710, *d.* forma & leges describuntur. 704. *d.* Magnificentissimus æ-

des struit prope Richemondium. 703.*a.* Defertur apud Cantuarienſem, & apud Regem. 708. Pacem iniquam bello æquissimo præfert. 708.*f.* Hydrope perit, 626. *a.* vel potiùs sudore pestilenti. 705.*b.* Ejus mortem luget Erasmus. 619. 625. 630. 648. Ejus animam invocat. 710. *b.* Ejus testamentum. 705.*c.* Ejus vitam se literis mandaturum promittit Erasmus. 614. quod præstitit. 555.*f.* 706. Succedit in ejus dignitatem Ricardus Pacæus. 614. 623.
Joannis Eckii objectiones. 133. solvuntur. 135. Erasmi fuit hostis virulentus. 1939.*f.*
Joannes Faber commendatur. 588. 618. 633. 635. 639. 644.
Joannes Frobenius. V. *Frobenius officina*.
Joannes Grolierius summè laudatur. 183, 184. Ejus amicitiam ambit Erasmus. *ibid.*
Joannes Hervagius in Joannis Frobenii provinciam succedit. 1477. 2075.*g.* V. *Frobenius officina*.
Joannes Lascaris, Româ relictâ, in Galliis agit. 548. Laudatur. 694.
Joannes à-Lasco, præpositus Gnesnensis, laudatur. 779, *&c.* 794. 828. 831. 1834. Se discipulum Erasmi vocat. 830.*b.* In vincula conjicitur, dimittitur, 1534.
Joannes Marardus, Italus, laudatur. 1019.
Joannes Morus Thomæ parer. 1509.
Joannis Nævii laus. 1205. *Mors. ibid.*
Joannes Oecolampadius seipsum ejecit, Basileæ Erasmum. 403. Coram Crucifixo preces effundere solebat. 403.*c.* Tragœdiam meditatur. 602. Fit monachus. 592. 595. 631. Adversatur Lutheræ. 774. 819. *g.* Taxat Erasmum. 774. Chrysostomum vertit. 1354. 1478. Asserit in Eucharistia aliud esse præter panem & vinum. 779, 780. Offendit Erasmus quòd Oecolamp. cum *nostrum* appellaverat, 789. 2142.*b.* quod ejus nomen libris suis adscripserat, 959. quódque dixerat, eum idem sentire de Eucharistia quod ipse. 2037.*d.* Dicit Erasmus, se posse in Oecolampadii sententiam discedere, nisi eum moveret Ecclesiæ consensus. 1138. 1932. 1935. *a.* 2175. *d.* Docet confessionem non esse necessariam. 903. De ejus doctrina. 836. Ægrè fert Melanchthon, quòd Erasmus eum cum indignis quibusdam nominarat. 816. Erasmus de quibusdam se illi excusat. 1934.*c.* Uxorem ducit. 863. Moritur. 1942. Ei succedit Myconius. 1946.
Joannis Petri Caraffæ, Pont. R. apud Angos Legati, encomium. 93.
Joannis Reuchlini, seu Capnionis, laus. 94. 98. 101. 283. 590. 1210. Judæus quidam & monachi machinantur exilium. 1914, *&c.* Ab ejus tædio alienus fuit Erasmus. 587. Monet eum ut temperet à convitiis. 542. Græcè & Hebraicè prælegit Ingolstadii cc aurorum salario, 610. De controversiis inter eum & Hoochstratum. 738. Judex fertur. 739. Athanasium vertit. 997.
Joannis Roffensis Episcopi laus. 368.*g.* 357.*b.* 360. 455. 526. 522. 524. 922. 1581. 1760.*d.* Scribit libellum adversùs Fabrum. 352. 618. Quem Erasmi esse suspicatur Sycophantæ. 344. Eo offendi Erasmum suspicatur Roffensis, seu falsò. 609.*d.* Agit cum Latinero Erasmus, ut Roffensem Græcas literas doceat. 522. 526. Cardinalitiis galeris eum ad nitere exhibetur. 1538.*c.* 1543. Supplicio afficitur. 1538.*c.* 1543. 1556. 1781.*b.*
Joannem Scottum, Argentinensem typographum, qui Hutteni libellum evulgarat, Erasmus ulcisci cupit. 986. 1060. 1067.*c.*
Joannis Sixtini laus. 126. 129.
Joannes Sylvagius, Caroli V. Cancellarius, laudatur. 1783.
Joannes Thurzo, episcopus Vratislaviensis, octo dierum iter Erasmi visendi gratiâ suscipit. 1386. Moritur. 749.
Joannis Vitrarii, Franciscani, vita. 698. Quibus modis animum præparabat ad concionandum. 692.*f.* Munusculum ab adultero missum respuit. 701. Simoniacos Pontificis Commissarios pallio redarguit. 702. 1032. Sororculæ quondam mobilis illum fascijs præfocant. 699.*d.*
Joannes Zirkzi. 673.
Jovianitæ. 1603.*c.* 1604.*f.*

Jubæi. V. Judæi.
Jocosa. 287. 288. d. f. 287. 298. 305. 315. 316. 342. 343. 344. f. 378. 631. d. 486. 488. 570. 575. 592. d. 822. V. 1007. c. 1021. c. 1022. g. 1228. b. 1253. c. 1352. 1539. 1541. d. 1545. d. 1870. g. 1967.
Jocosa admonitio non minùs utilis quàm seria. 1005. b. 1007. c.
Jocos liberales non solùm licitos esse sed & utiles. 1774. c.
Jodocus Jonas laudatur. 331. d. 338. f.
Josephus historiographus, insanabiliter depravatus. 1332.
de Ira. 1768. c.
IRENÆUS commendatur ab antiquitate, 1610. f. à pietate. 1611. a. Primùm presbyter, tum Episcopus Ecclesiæ Lugdunensis. ib. b. Victorem Pont. R. ob negotium Paschæ reprehendit. ib. c. De ejus doctrinâ & linguâ quâ scripserit. ib. c. Figuris Græcis utitur Latinè loquens. ib. Eum rectiùs intelliget, qui Justinum Martyrem legerit. 1613. g.
Isidorus à Theophilo cur depulsus fuerit. 1599. g.
de Isocratæ judicium Erasmi. 1627.
Italiam cur adire cupiat Erasmus. 502. d.
de Italorum ingeniis. 15. f. 29. d. 42. g. 43. a. 45. b. 126. a. 129. c. 309. a. 341. 347. 525, 526. 1063. c. 1305. Isabelles cur eos dixerit Erasmus. 1956. 1958. Apud eos bonæ literæ nihil præter paganismum crepant. 912. a. 975. f. 1034. c. 1739. c. Culpantur quòd bonas literas disciplinis bonis non admiscuerint. 755. a. Nihil illis placet nisi Ciceronianum. 975. 979. 1170. Erasmo cur infensi. 975. f. 1121. c. Cur Erasmum & Budæum ex albo doctorum submoverint. 1096. In Italis quibusdam desideratur sermonis polities. 1556.
Italorum res. 412. 413. a. 423. g. 425. a. 1308. 1950. f.
JUDÆ Epistola cur serius obtinuerit autoritatem. 1839. c.
Judæi legis codicem quantâ veneratione prosequuntur. 1818. c. Ante proditum Evangelium sufficiebat iis ad salutem rudis quædam & confusa de rebus Divinis credulitas. 1695. g. Perpauci eorum exactè noverant Filium ac Spiritum S. nec credebant resurrectionem corporum. 1696. a. De eorum conversione, quidque eam impediat. 1608. De eorum ceremoniis, V. *Ceremoniæ*.
Judas proditorem quidam pro Divo coluerunt. 637. Salutem humani generis ei acceptam ferentes. 767.
Judex studiosorum qualia esse decet. 339. f. 340. c.
Judicium vulgi quale. 943. b. Præpostorum est. 1240. c. &c. 1788. d. 2093. c.
Judicium de sententiis vel dictis alicujus quomodo ferri oporteat. 1152. c. 1153. d.
Judicio duci oportet in rebus agendis, non animi impetu. 141. g.
Julius Cæsar jocis admodum delectabatur. 1775.
Julius Pont. R. orbem ad bella concitavit. 90. Eum culpat Erasmus. 144. 412. b. 416. 425. Librum *De Julio coelis exclusso* ab Erasmo fuisse scriptum Sycophantæ nonnulli conantur persuadere. 521. 575. g.
Julius Pflug laudatur. 1396. 1399. g.
Jurisconsultorum libri Augeæ stabulo similes. 533. b. De industria suam artem difficilem reddiderunt. 1234. a. Quâ dignitate à priscis Impp. ornati fuerint. 1504. c.
Jus Juriurandi necessitas, ibi humana infirmitas. 932. g.
Juris professio, à veris literis alienissima. 536. d. Apud Britannos via est ad gloriam parandam maximè idonei. *ibid.*
Juris-prudentiæ laus. 69. c.
an Justificent bona opera. 2057. b.
JUSTINUM Martyrem qui legerit, rectiùs intelliget Irenæum. 1613. g.
Justum & æquum quomodo differant. 843. d.

I.

Laboris maxima pars, laboris imaginatio. 1298. a.
LACTANTIUS, nimis nitidus. 1555.
Laici nonnunc arcendi à lectione Scripturarum, V. *Scripturæ*. Eorum officium erga Sacerdotes malos. 1853. 2034. c.
Lambertus Campester Erasmi *Colloquia* corrumpit. 1946
[V. *Erasmus*.] Partum commutat. *ibid. c.*
Lapsus aliorum qui prodest, tem facit aliis utilem, sibi periculosam. 1423. f. 1424.
Lascaris. V. *Janus*, & *Joannes*.
Lascivi autores fugiendi. 464. d.
Latimerus. V. *Gulielmus*.
Latini quidam autores Græcis æquantur. 1747. f.
Latomus. V. *Jacobus*.
Bartholomæus Latomus Latinam linguam regiis stipendiis Lutetiæ profitetur. 1540. Laudatur. 1542.
Latriâ non adoratur corpus aut anima Christi. 1238. b.
Latronum mysteria quædam narrantur. 469, &c.
Laudare est grati animi officium. 387. b.
Laudare defunctos, quando tutum. 1533. b.
Laudationes immodicæ invidiæ stimulos excitant. 70. f. 322. d. 632. c. 978. d.
Laudationes quomodo accipiendæ. 127, 128.
Laudator nusquam ferè non nocet; reprehensor semper prodest. 976. c. 1087. c. 1779. a. Laudatori gratiam retulit, qui se præbuit laudibus dignum. 1515. g.
Quod à re laudata diversum est, non statim vituperandum est. 1598. a.
Laurentius Campegius Card. Erasmum summè colit. 577. Laudatur. 579. In Germaniam delegatur ad componendum Lutheranum negotium. 936. 1080. 1083.
Laurentius Valla ab invidia mordacitatis asseritur. 269, &c. 385. Eum vindicat Erasmus. 382, &c. Laudatur. 1209. 1973. g. 1986. b. f. Ejus Annotationes in N. T. laudantur. 271. 2020. Nonnunquam labitur. 1064.
Laus vera ea solùm est quæ de laudati ore procedit. 275. g. 310. b. 591. b.
Lazarus Baisius. 870. 1044. Ejus opus *De re vestiaria* laudatur. 1063. 1173. 1177.
Lectionis varietas non officit studio Scripturarum, sed conducit. 330. b.
Legati munus non penitus laicis quàm sacerdotibus convenire, Thomæ Moro videtur. 119. g.
Leges bonæ non eârò hominum pervicacitate in Reip. malum vertuntur. 2069. g. 2070.
Leges quasdam etiam à Deo proditas non omnes astringere ad culpam lethalem. 2031. d.
Leonis X. origo & educatio. 87, 88. Laudatur. 72. 545. 557. 649. 1842, &c. Leonum PP. virtutes percurrit Erasmus, & Leoni X. adscribit. 91. a. Erasmum Henrico VIII. commendat. 103. Avidissimè legit & laudat ejus epistolas. 756. b. Sylvius quidam Benedictinus lenocinio nominis Erasmi eximponit. 1515. 1520.
Leo Judæ Erasmum ad contentionem provocat. 775.
Leonitenus, Italus, medicus celeberrimus. 1019.
Levinus cubicularii locum apud Mariam R. ambit. 1943.
Leus, V. *Eduardus*.
Lex Mosis manus cohibet; Evangelium, animum. 1062. b.
Libanius, Sophista impius, præceptor Chrysostomi. 1592. Laudatur. 1725.
Libellis qui nomen non præfigunt, gloria frui volunt. sine invidia. 1068. c.
Libelli famosi & convitiosi, seminaria seditionum. 987. c. Eos valdè improbat Erasmus. 8, 9. 280. g. 285. c. 343. f. 359. g. 542, &c. 559. b. 585. 592. f. 661. b. 710. 751. a. 766. 805. Alunt famelicos & sordidos typographos. 949. c. 952. b. Cæsaris edicto ædercentur, 751. a. 833. g. & Pontificis. 833. g. Eos edere, quantum crimen. 1061. d. 1151. b. Eos aliquando excusat necessitas. 602. d. 747. a. Eorum autores apud ethnicos punicbantur capitis supplicio. 866. a. 987. f.
Liberi. Parentes plerique non meminerunt quare filii dicti sint *liberi*. 1566. d.
Liber mendosus, crux veriùs quàm liber. 1332. d.
Libertas Evangelica nimiis ceremoniis obruitur. 2014. c. 2040. d. V. *Ceremoniæ*. Libertas immodicè damnatur. 9. 544. 984. a.
Liberum arbitrium quomodo probet Augustinus. 2481. f. De eo scribit Cælius Calcagninus. 1013. Erasmi de eo sententia. 1230, g. 2231. Cùm de eo scripserit, dicit aliud dictasse animum, aliud scripsisse calamum. 835. d. Ejus Diatriba *De Libero arbitrio* æquè

æquè accepta est Wittembergæ. 816. d. 1060. Mortatur eum Melanchthon, nè Lutherum in ea causa ulteriùs oppugnet. 816. f. Locus de Libero arbitrio diligenter excuti debet. 816. e. 1138. a.

Libris usos fuisse Apostolos, annon fuerit indignum. 133. d. 135. g.

Qui libri superbiam humanam maximè dejiciant. 910. d.

An liceat libros sacros vertere in linguam vulgarem. 922. g.

Librorum magnitudinem prisci versuum numero signabant. 1677. a.

In scribendis libris quis ordo servandus. 1672. d.

De dedicandis libris. 1663. f.

Ex amplitudine chartarum & elegantia formularum plurimum majestatis libris accedit. 1591. a.

Libri, amici commodissimi. 297. b. 302. f. 551. e.

Librorum oportet delectum fieri. 198. e. 509. 1706. a. 1961. c. Libri qui, & quomodo legendi. 141. c. 142. b. 509. 1697. b. Qui præjudicio laborat, minore cum fructu libros legit. 612. d. Quos libros potissimùm legere debeant qui in Republ. sunt versaturi. 1122. e.

Non ejusdem est librum parere, & de eo judicare. 879. c.

Qui libris & disciplinis insenuerunt, cur ad splendida munia parùm sint appositi. 1500. f. 1687. b.

Librorum amatores qui dicendi. 1996.

Libros vetustos in lucem eruere & emendare studet Erasmus. 510. e. 1332. c. Libris vetustis instructissima fuit Melensium Canonicorum bibliotheca. 510.

Libri quidam inepti recensentur. 1996. c. 1997. c.

Lilianus schola. 436.

Linacrus, V. *Thomas.*

Lingua effrænis, morbus pernicioſissimus. 1790. a.

Linguarum donum. V. *Donum.*

Linguarum peritia, 1706. c. interpreti necessaria. 272.

Linguæ ignotæ usus in templis, indecorus & ridiculus. 1855. f.

Lingua Græca & Latina per universum Romanum imperium etiam vulgo notæ. 1855. c. Lingua Romana in provinciis etiam fuit vulgo communis, 1649. d. Sed parùm depravata. 1649, 1650.

Major est affectatio in linguæ cujuspiam municipibus quàm in civibus. 1637. a.

Linguarum major cura fuit proceribus Ecclesiæ quàm Sophistices aut Philosophiæ. 163. c. 475. 2017. f.

Quæ sit optima via ad linguam Gallicam addiscendam. 1053. f.

Literæ bonæ commendantur. 301. d. 480. g. 760. b. 905. c. 926. 1675. a. Earum instauratores. 12, 13. 145. f. 716. Earum fautores laudibus ornat Erasmus. 184. 186. b. 339. b. 627. 629. 977. Earum hostes acriter insectatur. 262. c. 280, 281. f. 303. b. 339. b. 343. 363, &c. 532. d. 542, &c. 546. f. 558. a. 566. 602. c. 612. a. 617. c. 647. d. 755. a. 799. 979. a. 1745. f. 2002. d. Quibus technis & sycophantiis uterentur. 543. 558. 603. e.

Sine Christo sunt Sirenæi scopuli. 1066. Apud Italos nihil aliud quàm paganismum crepabant. 911. a. 975. f. 1034. c. 1127. Bonis literis tum suus est honos, cùm disciplinis gravioribus admiscentur, 755. a. & cum Christum sonant. 979. 1065. 1176. a. 1739. b.

Literarum professoribus qui honores à priscis Impp. delati. 1504. e. Eorum officium, 1706.

Literæ in Hispania efflorescunt, refrigescunt in Germania. 976. Eas in Hispania qui foverint. 977. c. Qui apud Italos & Gallos renascentibus literis opitulati sunt, quales fuerint. 543. 716.

Literarum studium fœminis etiam perutile. 760.

Literarum bonarum studio totos quinque annos tribuit synodus Lateranensis. 604. g.

Earum cultores cur συγχρηστέον velit Erasmus. 611. 1035. a. 1058. f. 1120. f. 1170. c. 1373. a. 1422. b.

Literarum interitus Lutheranismum comitatur. 869. f. 874. d.

Liturgia Græcorum. 1825. g.

Livinum suum Eboracensi commendat Erasmus, 811, 812. & Veronensi Episcopo. 1099. In illum transferri vult pensionem quandam, si quid ei accideret humanitus. 1008.

LIVIUS, Latinæ historiæ princeps. 1685. a. 1686. d. Ad primum gustum sobaustus est. 1686. 1687. a. Quinque ejus libri de novo reperti a Sancto Gynæo in monasterio Laurisseno. 1681. f. Spes & reliquos reperiendi. 1686. g. Illos quinque vere esse T. Livii. 1686. d. Livius iis quinque libris auctus ex Probenii officina prodit. 1358. Chronologia Glareani multam lucem affert Livianæ historiæ. 1686. f.

Livor quid. 1529. d.

Locum commutare non est vitium, sed perperàm commutare. 191.

Locus nullus ab illecebris tutus. 1501. a.

Lodovicus. V. *Ludovicus.*

Logium, Mercurii Salinum, Budæ, 152. a.

Londini natum & educatum esse, nonnulla apud Anglos nobilitatis pars. 1504. Nulla regio, quæ universa tot amicos Erasmo peperit quot una urbs Londinensis. 522.

de Longævitate. 1208. f.

Longanimitas, vox parùm Latina. 1895. d.

Longolius. V. *Christophorus.*

Lotharingi bellum timent à Carolo. 389. 394.

Lovanii licèt obnixè oppugnentur, tamen maximè invalescunt politiores literæ. 755, 756. 1090. Ibi trilinguæ collegium exstruit Busleidius. V. *Academia.* Illic erat Erasmi bibliotheca. 404. Lovaniensium mores molestè fert Erasmus. 419. 620. f. 636. 755. Cœlum autem & locus cum illic retinere. 755. b.

Lovanienses Theologi Erasmicam N. T. editionem incusant. 5. Eis & Colonienſibus delegatur Erasmicorum voluminum examinatio. 431. Articulos ex iis colligunt. 918. Tandem bene cum Erasmo conveniunt. 195, 196. 583. g. 619. a. 621. a. 624. c. f. 626. b. 630. 723. Rursus cum eo litigant. 584. a. 613. Cum iis expostulat. 765. 777. Eos gravius increpat. 902. Iis silentium imponitur à Pont. & à Cæsare. 961.

LUCÆ patria. 1806. g. Evangelium scripsit ex auctoritate Apostolorum, 1807. b. idque post Marcum, sed ante Joannem. *ibid. f.* Scripsit potissimùm Gentibus. 1807. a. Acta Apostolorum produxit usque ad quartum annum Neronis. *ibid. b.* Vixit octoginta octoginta quatuor annos. *ibid. f.* Ossa defuncti ex Achaia Constantinopolin sunt translata. *ibid.*

Luc. I. locus, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, &c. excutitur. 19. d. 23. e. II. canticum Angelorum, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, &c. excutitur. 1096, &c.

Lucanus hæreticus. 1613. c.

Lucianus 1714. quo tempore floruerit. 1715. g.

Lucretiæ factum. 1668. b.

Lucubrationes nocturnæ fugiendæ. 509. g. Oculos lædunt. 834. g.

Ludere, quid. 1893. d.

Ludimagistri sors, utut laboriosa, neutiquam tamen deploranda. 81. a. Munus hoc, inprimis hoc tempestate, 520. c. Secundùm Principes & Episcopos nemo magis meretur de Repub. quàm Ludimagistri. 336. c.

Ludovicum puerum suum Erasmus Budæo commendat. 495. V. *Budæus.*

Ludovicus Berquinus quædam Erasmica Gallicè vertit. 923. atque ob id factum periclitatur. 1045. 1048. c. 1108. 1931. Quod consilium ei dederit Erasmus. 1279, &c. 1522. Erasmum amore suo prave invidiâ. 1045. g. 1048. c. 1051. g. 1279. Combustus. 1277. 1313. 1395. 1522. 1936. Quæ crimina ei impingebantur. 1279. a. Laudatur. 1278. f. 1313. 1522.

Ludovicus Berus laudatur. 380. 937.

Ludovicus Vives laudatur. 262. 620, &c. 756. 761. 935. Fortuna ipsi iniqua. 641. c. A Parisiensibus amicè tractatur. 752. Eorum eruditionem & disciplinam laudat. 753. Erasmum & Budæum summis laudibus evehit. *ibid.* Amicitiam inter eos firmare studet. 754. Frobenius queritur, se non posse vendere ejus opus in *De Civitate Dei.* 802. 1044. Erasmus monet, ut quædam in eo corrigat. 986. Stomachatur Vives, quòd Frobenius illud excudere nolit. 1044. d. Scribit De Matrimonio. 835. In ejus scriptis quædam esse abstrusiora, censet Morus. 641. a. Erasmus cum ζῶον ἀμφίβιον vocat. 985. Suspicatur Erasmum refrixisse in amicitia. 1551.

Lucretius.

Lupsius. V. *Thomas.*
Lutheranismi suspicione seipsum vindicare conatur Erasmus. 650, &c. 657. *b.* 758. 762. 1013. 1038. 1040. 1084. *c.* 1085. *f.* 1182. *b.* 1430. 1905. *c.* 2044.
Lutheranus quis. 10. De Lutheranis honorificè loquitur Erasmus 1454. *a.* 1456. *d.* Asperis remediis nihil adversùs eos proficitur. 822. *b.* 952. *g.* 1066. *g.* 1075. *a.* 1076. *c.* 1116. 1429. *f.* Uruntur in Hollandia. 930. Nulla Principum coit amicitia, nisi hâc conditione, ut extinguantur Lutherani. 930. *b.* Leo Pont. devovit omnes qui Lutheranos aquâ, igni, aut hospitio juvarent. 2050. Egmondanus & Hulstus inquisitores adversùs eos in Brabantia, 1921. *b.* 1922. *b.* 1923. *b.* exautorantur. 1924. *d.* Hulstus gladio denuò armatur. 1927. *g.* Sex Cardinales deputantur qui de eorum rebus respondeant. 1922. *d.* Sententiâ Cæsaris in Augustano Concilio offendantur. 1398. Principum & Pontificum in eos sævitiam non probat Erasmus, 867. 876. 879. 942. *a.* 1116. 1429. *a.* 1487. *c.* 1905, 1906. sed cohibet quantum potest. 950. *a.* 952. *g.* 988. *f.* 1038. *f.* 1059. *c.* 1076. 1112. *c.* 1925. *g.* 1933. *f.* 2107. *b.* 2115. *f.* 2126. *c.* Eorum res prospere succedunt. 853. *a.*
Eorum nimium calorem damnat Erasmus. 7. *c.* 762. Quàm impotentes fuerint quorundam spiritus. 820. *c.* Quàm furiosè se gesserint. 1965. *d.* 2112. *a.* Turcis cur detestabiles. 2056. *b.* Eorum mores arguuntur. 811. *b.* 817. *a.* 818. 822. *g.* 890, 891. 950, &c. 984. *a.* 2053, &c. 2098, &c. Quantum discrepent à doctrina Christi, 951. *g.* quantum à praxi Apostolorum, 2054, &c. 2059. *f.* 2126. *a.* quantum ab ipsius Lutheri doctrina. 2056. *g.* 2111. *d.* De iis Lutherus queritur, & alii. 2098. *c.* Lutheranis nonnullis Lutherus desirat. 2132. *g.* Quantum abfuerint ab innocentia, 2106. à clementia & patientia, 2111. *f.* 2112. à mansuetudine & lenitate, 2115. *d.* à bona fide & veritate, 2116. *c.* à pietate & sanctimonia. 2118. Eorum arrogantia. 2125. *g.* Se pares Apostolis esse aiunt, & eorum reformationem ab Apostolis prædictam. 2112. *c.* Inter seipsos dissentiunt. 890. *f.* 1101. *c.* 2054. *d.* 2096. *b.* Suam dissensionem cum Apostolorum dissensione conferunt. 2114. *b.* Eorum miracula & martyres. 2136. *c.*
Eorum dogmata. 818. *c.* 1159. *f.* 1161. *d.* 2096. *c.* 2102. *a.* 2132. *f.* 2139. *a.* Baptismum infantibus non salutis sed honoris causâ dari, aiunt. 2102. *a.* nec necessarium esse. 2139. *a.* A nullo exigi posse quod non instituerunt Apostoli; 2123. *b.* Omnes Christianos ex æquo Reges & Sacerdotes esse; 1159. *g.* Quædam ob hoc ipsum facienda, quia Pontificum edictis interdicta sunt. 2130. *c.* Philosophiam & disciplinas omnes damnant. 2127. *c.* Quæ sint illa quinque verba quæ in ore semper habuerint. 811. *b.* 950. *c.*
Eorum licentia. 984. *b.* Lutherus visitatores misit qui eorum licentiam cohiberent. 2098. *c.* 2119. *b.* Eos Wicleffanis pejores, dicit Tonstallus. 1159. Anabaptistæ illis præferuntur. 2098. *b.* Eorum factio quibus præsidiis nitatur. 1116. *b.* Quâ ratione cogant homines ad suam religionem. 1946. *c.* 2105. *c.* 2106. *a.* 2133. *a.* Acriter in eos invehitur Erasmus, quod tumultibus, libellis, fucis & technis Evangelium propagare studuerint. 2053, 2054. 2059. 2097. *d.* 2106. *d.* 2110. *a.* 2137. *c.* Seditiosi sunt & tumultuabundi. 2123, &c. Tumultuantur in Helvetiis, 1935. *c.* [V. *Helvetii.*] in Germania & Brabantia. 1927. *c.* Erasmus dicit, eos solvere potestatem Principum, 2140. *c.* Episcopis & Magistratibus inmorigeros esse. 2055. *g.* 2056. 2102. *d.* 2111. *c.* 2123. *c.* 2124. *b.* Quibus titulis Pontifices, Cardinales, Episcopos, Sacerdotes, Monasteria, &c. ornent. 1230. *c.* 1282. *c.* Metuit Erasmus, nè civile bellum ob eorum opiniones in Germania oriatur. 1425. *c.* 1429. 1433. *a.* 1441. *c.* Sub Cæsaris adventum se muniunt. 1470. *d.* 1477. *a, c.* Negant suppetias Cæsari & Ferdinando adversùs Turcas. 2111. *c.* 2119. *b.* Quale regnum exerceant. 2133. *f.*
Quæ reformationem optarint. 2094. *b.* Preces horarias cur sustulerint. 2102. *c, g.* In imagines, aras, & fanum sæviunt. 1308. *c.* 1935. 1962. *c.* 2054. *g.* 2119. *f.* Imaginum demolitio, iis conspirationis symbolum. 2120. *c.* Quæ sacerdotibus, &c. eripiunt, in subsidium pauperum & studiosorum convertunt. 2104. *c.* Quomodo se gerant in templis. 2121. *a.* Erasmus dicit, eos solita sustulisse, sed non vocasse ad meliora; 2054. *c.* 2055, &c. 2099. *a.* 2118. *d.* Omnia eis cessisse in diversum; 2060. *c.* 2133. *g.* Nonnullos eorum qui Lutheranismum amplexi sunt, seipsis deteriores factos; 2118, 2119. 2131. *a.* Levissimum quemque eorum sectæ accedere; 2133. *b.* Eos duo tantùm quærere, censum & uxorem; 869. *f.* 874. *d.* Ubi Lutheranismus, ibi literarum interitum esse, *ibid.* 890. *d.* 1029. *d.* 2104. *g.* 2129. *f.*
Admodum cupiebant Erasmum in suas partes trahere. 2091. *g.* Cur eorum Ecclesiæ nomen non dederit. 890. *d.* 987. *c.* Quomodo se erga eos gesserit. 2099. *c.* Quantum iis obstiterit. 1012. 1109. *c.* Monet Monachum quendam nè ad eos desciscat. 984. Admonet fratres Germaniæ inferioris & Phrysiæ orientalis, ne Lutheranæ sectæ se involvant. 2095, &c. Uni Erasmo imputant, quòd de Pontifice non triumpharint. 1012. *d.* 1013. *c.* 1082. *d.* 1087. *d.* Spargunt, eum præmiis corruptum adversùs illos scribere. 1109. *g.* 2122. *c.* Respondet iis quæ ipsi objiciebant. 1227, &c. 2100, &c. Ejus opinionem de libero arbitrio damnant. 1230. Miratur eos odisse quicunque dissentiunt, cùm tamen negent esse liberum arbitrium. 1444. *f.* Quàm infensi fuerint Erasmo. 1013. *c.*
Lutheranum stomachum se habere dicit Erasmus. 1081.
LUTHERUS. V. *Martinus.*
Lycurgus non solùm permisit liberales jocos, sed præcepit. 1774.
Lysias Attica subtilitate friget. 1627.

M

MAgadiz. 1532.
Magicæ ceremoniæ. 505.
Magister. Vulgò nemo doctus videri potest, nisi *Magister noster* appelletur. 502. *c.*
Magistratui gerendo quis idoneus. 991. *c.* 1787. *c.*
Magistratus favere videntur iis quorum intemperias non cohibent cùm possint. 902. *d.* 1061. *a.*
Magnatum officium. 550. *c.* Eorum dicta & facta in exemplum rapiuntur. 551. *a.* Licet illis delassatum animum risu reficere. 616. *f.*
Magnificat. 1834. *g.* V. *Erasmus.*
Maledicentibus quomodo occurrendum. 213, &c. 219, &c.
Malefica. V. *Venefica.*
Malefici scelestissimi historia. 505.
Malis remedia adhibere licet, sed licita. 2061. *c.* Malis remedium præsentissimum quod. 2062. *b.* 2093. *f.*
Mammæa, Severi mater, laudatur. 1624.
Manioare, pro *Manè commeare*, Vet. interpreti. 1886. *f.* 1924. *g.*
Manichæi, quales. 1572.
Manna, manna, Hilario, 1646. *a.* & Arnobio. 1651. *g.*
Mansuetudo rarò contingit acrioribus ingeniis. 1574. *f.* Theologum maximè decet. 585. *c.* 762. 1575. Quali mansuetudine Christus & Apostoli usi fuerint. 762, &c.
Mantuanus. 1065.
Marcion hæreticus. 1613. *c.*
Marcus hæreticus. 1613. *a.*
Marcus Musurus laudatur. 532. 629. 1209.
Mare jure naturali commune est. 242. *c.*
Margareta, Comitissa Derbiæ, laudatur. 1760. *c.*
Margareta, Regina Navarræ, laudatur. 970. *a.* Eam monet Erasmus, ut Gallorum cladem Christiano animo ferat. 970, *c.* 971. *c.*
MARIA. An Christus in negotio à Patre delegato ei debuerit obedientiam. 1137. *c.* An nunc in cœlis pro sua auctoritate possit ei imperare. *ibid.* De ejus invocatione. 919. 1137. *f.* Coitum quendam inter Deum & ipsam fuisse, quo sensu dicat Erasmus. 1089. V. *Christus.*
Maria, Henrici VIII. filia, bene docta. 849.
Mariæ Hungariæ Reginæ Latinos codices habuit in deliciis. *ibid.*

Martialis quomodo legendus. 1697. *c.*
Martinus Bucerus. V. *Bucerus.*
Martinus Dorpius laudatur. 646. 750. *a.* 905. 933. 956. 2003. *e.* 2015. *e.* Cum eo certamen ægrè ſuſcipit Eraſmus. 4, *&c.* Cum Eraſmo convenit. 630. Buſlidii & Mori libellos adverſùs eum premit Eraſmus 1369, *&c.* Eum hortatur Eraſmus, ut Græcam linguam diſcat. 215. *e.* Ejus adverſùs *Moriam* Eraſmi objectionibus reſpondetur. 2003, *&c.* Eraſmi epitaphium in ejus obitum. 934.
Martinus LUTHERUS. Ejus nomen quid Germanorum linguâ ſignificet. 792. *b.* Scholaſticis literis magis quàm politioribus erat inſtructus. 344. 348. *b.* 649. Uxorem ducit, eámque indotatam; 780. ex qua Antichriſtum naſciturum, dicebat vulgus. 789. *a.* Pallium & barbam ponit. 780. Eraſmo probari cupit. 339. *g.* 348. De eo honorificè loquitur Eraſmus. 543. *a.* 584. 594. 609. 634. *f.* 649. *f.* 651. *f.* 656. *d, g.* 664. 718. 721. 770. *a.* 1059. *c.* 1138. *a.* 1160. *g.* 1454. *a.* Ejus ſpiritum miratur. 777. *a.* 790. *f.* Optat ut ſtylum aç animum temperet, 643. *e.* 656. *e.* 728. 762. 769. 1227. *c.* & civiliùs moderatiúſque agat. 609. 762, *&c.* 941. 1073. *g.* Monet eum, nè quid ſeditioſè aut iracundè ſcriberet, 584. *d.* 604. *a.* 650. 792. *d.* 2044. *e.* & ut parceret Rom. Pont. & Principibus. 650. *d.* Quædam hortatu ejus ſcribit plauſibiliora. 792. *e.* Confingunt quidam eum Eraſmi adjutum operâ. 542. 566. 575. 585. *d.* 649. *d.* Quod negat Eraſmus; 758, 759. 766. *a.* 769. & cur id conſtanter negarit, rationem reddit. 1227. *f.* Quædam Eraſmi dogmata Lutheranis ſimilia. 764. *a.* Dicunt monachi Eraſmum peperiſſe ovum, Lutherum excluſiſſe. 989. *d.*
Quænam ejus animum moverint ut ſeſe Papicolarum impudentiæ opponeret. 585. *g.* 695. *c.* 762. 769. 887. 2045. *c.* Quibus potiſſimùm dogmatibus ſe oppoſuerit. 586. *c.* 587. *g.* 943. *f.* Lutheri tempeſtas unde nata, & quomodo progreſſa. 887. 941. 975. *c.* 1346. *d.* 1429, 1430. Ejus opiniones quàm latè propagatæ. 809. *g.* 852. *c.* 855. *d.* 888. *f.* 947. *d.* Ejus ſucceſſus monachorum intemperiis imputatur. 887. 941. *d.* 997. *d.* 1346. 1478. *a.* Odium monachorum & ſedis Rom. ei favorem conciliabat. 1003. *e.* 1012. *c.* 1017. *b.* 2045. *c.* Initio ei totus mundus applauſit. 1070. *c.* Eraſmus ſuo diffidit judicio, cùm tot millia videt Luthero conſenticntia. 1075. *b.* Ejus dogmata penè fatetur eſſe vera. 1138. *a.* 1226. *c.* Ejus cauſæ patrocinatur. 585, *&c.* Vehementiam ejus excuſat. 820. *c.* Dicit, corruptos mores Chriſtianorum flagitaſſe talem caſtigatorem. 817. *c.* 819. *f.* 1227. *c.* Dicit eum eſſe neceſſarium malum. 806. *d.* 821. *d.* 1040. *d.* Eum Pharaoni, Nabuchodonoſori, *&c.* comparat. 793. 858. *c.* 1075. Sperat Deum ex malis Lutheranis Eccleſiæ bonam ſanitatem donaturum. 793. 806. *d.* 809. *f.* 811. *b.* 819. *e.* 858. *b.* 989. *a.* 1003. *f.* 1013. *e.* 1076. *f.* Ait, Lutherum optimam fabulam ſuſcepiſſe, 1073. *d.* ſed egiſſe perperàm. 941. *a.* Malè ei metuit. 604. *a.*
In eum acriter declamat Cælius Calcagninus. 1014. Dicit eum initio modeſtum, poſtea arrogantem & pertinacem fuiſſe. 1014, *&c.* Ejus dogmata recenſet. 1015. *b.* Dicit eum ſubornaſſe ſibi adverſarios, quos expugnaret. *ibid. d.* Sophiſtam aç præſtigiatorem vocat, *ibid. g.* & antiquitatis contemtorem. 1016. *a.* Eum Maometh æ & Epicuro confert. 1017. Bene cecidiſſe ait, quòd Germania eâdem ætate quâ Lutherum peperit, Eraſmum dederit. *ibid. f.* Acriter adverſùs eum invehitur Tonſtallus. 1158, *&c.* Leonem Pont. adverſùs eum incitant nonnulli. 653. 664. 720. 758. Ejus bulla in eum Eraſmo videtur inclementior. 653. *b.* 664. *g.* 720. *a.* 942. *a.* Uruntur ejus libri, 605. *g.* 632. *b.* in Britannia. 628. De edicto Cæſaris adverſùs eum. 942. *a.* Albertus Pius adverſùs eum & Eraſmum ſcribit. 1056. Egmondanus precatur, ut convertantur Lutherus & Eraſmus. 605. 688. *c.* 915. 1906. *b.* Idem cupit, ut Eraſmus teſtetur Lutherum victum eſſe à Lovanienſibus. 691. *e.* 724. Lutherus, Eraſmus & Faber, Antichriſti præcurſores appellantur. 669. Diſputant ſcribúntque adverſùs eum nonnulli. 604. *b.* 605. *c.* 653. *b.* Duæ tantùm Academiæ damnant aliquot ejus dogmata. 652. *f.* 1429. *d.* Monachi mordacia in eum evomunt. 1905. *c.* Gulam ejus dentibus demordere cupit Dominicalis quidam. 736. *a.* Dicitur aper ferus devaſtans vineam Dei. 1013. *a.* Eum Protea & atheum vocat Tonſtallus. 1158. Cadet, ſtipes, fungus, *&c.* vocatur. 770. 1905. *g.* Ejus hæreſin non fuiſſe ab ipſo inventam, aſſerit Adrianus VI. Pont. 1202. *b.* Quales habuerit adverſarios. 666. 757. 766. *b.* 776. *a.* 851. *d.* Libros adverſùs eum ſcriptos nemo audet excudere. 1080. *g.* Nihil apud Germanos vendibile præter Lutherana & anti-Lutherana. 801. Typographi non audent quicquam excudere quod attingat Lutherum. 1009. *g.* Inimicos ſuos nobilitabat & ditabat. 1921. *c.* 1922. *b.* Nonnullos adegit ad evolvendos Patres. 609. *b.* 736. *b.*
Ejus cauſæ ſe non admiſcuit Eraſmus; 584. 614. 632. *b.* 665. *c.* 666. 727. 764. 769. licèt à multis ſolicitatus. 765. 890. 2091. *f.* Se neutri parti addicit; 775. *b.* 792. *d.* 941. *f.* 1078. *c.* Sed utramque in ſe provocat. 777. 779. 785. 790, 791. *a.* 795. 797. 801. *d.* 809. *e.* 814. *f.* 851. 857. 868. *a.* 898. *g.* 910. *b.* 941. 944. *d.* 947, 948. 954. *b.* 974. *a.* 980. 1012, 1013. 1027. *g.* 1057. 1079, 1080. 1082. *d.* 1085. *f.* 1102. *b.* 1224. *e.* 1226. *g.* 1404. 1425. *e.* 1430. 1932. *f.* Quinam erant qui eum inſtigarunt ut contra Lutherum ſcriberet, & quo animo id faciebant. 1074. *b.* Bombaſius ad id eum ſuadet, 756. & Montjoyus, 769. & Cantiuncula, 773. & Adrianus VI. 1201, *&c.* Cur ſtatim cum non refellerit. 651. 657. 690. *f.* 718. 724 758. 766. *b.* 770. 785. 850. 950. *a.* 1073, *&c.* 2045. *b.* Difficile negotium cenſet adverſùs eum ſcribere. 758. *a.* 770. *a.* 772. *b.* Cœl. Calcagninus ſecùs exiſtimat. 1015. *e.* Epiſtolam ſuam ad Albertum Card. Moguntinenſem, de Luthero, editam dolet Eraſmus. 644. 649. 730. Lovanienſes quidam eâ offenduntur. 765. Eraſmus propter quorundam vitia cauſæ Lutheri faccenſet: 811. *b.* 816. *a.* Ejus maledicentiam & arrogantiam taxat: 1218, *&c.* Ejus incivilitatem & aſperitatem Chriſti & Apoſtolorum lenitati & manſuetudini opponit: 762, 763. Eum taxæ ſcurrilitatis, 790. *f.* dicíſque, eum miſcuiſſe perſonam Evangeliſtæ cum perſona ſcurræ; 792. *c.* 793. *f.* 892. *g.* 972. *f.* & per leves homines illum ad eam intemperantiam incitari. 792. *e.* Scribit adverſùs Lutherum. 777. Quare id fecerit. 952. *c.* 1006. *a.* 1008, *d.* 1115. *g.* 1127. *g.* Lutherus ei hoſtiliter reſpondet: 789. *b.* 790. 962. *b.* 1100, 1101. dicit tamen ſe ei pepercciſſe. 1102. *e.* 1115. *c.* 1127. Vocat Eraſmum cæcum, ignarum Chriſti, aſinum literæ, *&c.* 822, *&c.* atheum, hoſtem Chriſtianæ religionis. 1115. *c.* Excuſat ſe quòd adeò vehementer Eraſmo reſponderat. 1094. *g.*
Quàm optarit Eraſmus Lutheranum tumultum compeſci. 763. 767. 941, *&c.* 950. 1075. *f.* Conſilium de eo ſedando Adriano VI. dat. 787. 1200. *f.* Quodnam remedium ſupereſſe ſperet. 793. *a.* 1425. *b.* 1488. *b.* Eum doceri & corrigi, non cogi aut perdi, æquum cenſet. 585. *e.* 652. *c.* 718. *c.* 720. 727, 728. 765. 861. *d.* 1905. *c.* Ejus judicium de ratione componendæ tragœdiæ (ut vocat) Lutheranæ. 633. 652, *&c.* 657. *d.* 719, 720. 727, *&c.* 765, 766. 777. *b.* 787. 861. *d.* 879. 941, 942, 943. *e.* 944. *c.* 1116. 1379. *e.* 1428. *f.* 1487. *c.* 2065. *b.* Judicium Julii Pflug de eadem. 1486. Linguas ac bonas literas invidiâ degravat. 792. *f.* 890. *d.* Idcirco ejus cauſam à literarum cauſa ſejungere ſtudet Eraſmus. 587. *d.* 603. *d.* 604. *a.* 633. *g.* 649. 656. 690. 764. 766. 769. 775. *b.* 786. 814. *f.* 989. 1077. 1099. *g.* 1103. *b.* 1123. *f.* 2045. *d.*
De ejus ſcriptis. 349. 543. 584. 1227, *&c.* Obſtitit Eraſmus, nè libri ejus cuderentur. 652. *c.* 656. 728. 1073. *f.* 2044. *f.* Eraſmo ineptè tribuitur ejus *Captivitas Babylonica*, 758. & libellus quem in Regem Angliæ edidit. 1158. *e.* 1229. Scribit acerbè adverſùs Georgium D. Saxoniæ. 1390. 1434. Scribit de Miſſa. 1950. *d.* Ejus librum *De quatuor decim ſpectris* commendat Eraſmus. 1078.
Difficilius negotium egit cùm Eccleſiam reformaret, quàm olim habuerunt Apoſtoli. 2054. *c.* 2059. *c.* 2136.

1136.*b.* Fredericus D. Saxoniæ ejus perſonam & cauſam tuetur.619. Cur Pontificis judicio & Cæſaris fidei ſeſe non commiſerit.763.*b.* Eum inſidiis interceptum & exſtinctum, falſò ferunt. 737.*a.* Suorum pravos mores conatur cohibere. 1066.*e.* 1067.*b.* 1080.*c.* Negat ſe debere παλινῳδεῖν ob ſcandala à diabolo excitata. 815. Eraſmus dicit omnia penè illi ceſſiſſe in diverſum. 2060.*e.* 2133.*g.* Penè videtur παλινῳδεῖν, 1024.*g.* 1027.*f.* ideóque à cæteris hæreticus ac delirus habetur. 1024.*g.* 1164.*c.*

Ejus ſententia de confitendo peccata damnatur à quibuſdam qui eam non intellexerant. 585.*a.* 718.*d.*

Ejus de bello adverſùs Turcas ſententia. 1390.

Philoſophiam Ariſtotelicam appellavit diabolicam. 2127.*c.*

Zuinglius & Oecolampadius ei adverſantur. 774. 890. Melanchthon ſtuduit componere quod Lutherus turbavit.2059.*c.*2131.*d.*

Martinus Slapus commendatur. 1395.

Martyris morte nihil lætius.1208.*b.*

Marullus nihil ſonat præter paganiſmum.1065.

vocis *Mater* inepta expoſitio.1450.*g.*

de Matrimonio quæ fuerit Eraſmi ſententia. 740. 769.*a.* 1001.*d.* Inter Sacramenta propriè dicta à veteribus non recipiebatur. 1001.*d.* De Matrimonio ſcribit Vives.835.

Muſoleum quàm multis famam dederit.1682.

Maximiliano Imp. Carolus ſuccedit. 560. Ejus mores Gallorum rationes omnes conturbavit. 246.*a.f.*

Maximiliani, Abbatis Middleburgenſis, encomium. 1864.*c.*

Maximus, pòſt Epiſcopus Seleuciæ, ad Chriſtum pertrahitur ſuaſu Chryſoſtomi.1593.

Medicinæ inſtauratores. 716.*g.*

Medicina animæ, Scripturæ.1808, *&c.*

Medicorum ſcopi duo.1809.*d.* De induſtria ſuam artem difficilem reddiderunt. 1234.*a.*Quantum eis debeatur.314.*a.* Quales eſſe debeant. *ibid. b.*

De Medico quodam Baſileenſi fabula lepidiſſima. 1054.*c.*

Medicum familia laudatur.500.*b.*

MELANCHTHON. V. *Philippus.*

Memoriæ ſublevandæ ratio.141.*f.* 509.*f.*

Menander hæreticus. 1612.*d.*

Mendacium an nuſquam permittendum.1780.*a.*

Mendicantes fraterculi, ipſi Pontifici Rom. ac Regibus formidabiles. 586.*a.* Quidam ex illis Eraſmo vitio vertit, quòd gallinas comedere ſoleret. 591.*c.* Alius concionabatur, Auguſtinum eſſe fontem illum in paradiſo unde prodierunt quatuor amnes, *i. e.* quatuor ordines Mendicantium. 769.*a.* Alterius inſignis inſcitia. 601.*b.* 730. 769.*a.* Eos πλωχοτυφλους vocat Eraſmus. 800.*a.*887.*c.* 973. 1073. V. *Dominicani,* & *Monachi.*

Mendici quidam & errones quomodo abuſi fuerint nomine Eraſmi.1512, *&c.* 1520.*b.*

Mendici à Magiſtratibus maturè coercendi.1514.*b.*

Mens utrùm quicquam agat in corpore, nullo corporis organo.611.*a.*

Meritum de condigno rejicit Eraſmus.1137.*f.*2060.*g.*

de Miſâ præpoſitionis ſignificatione.187.

à Metaphoris ſermonis dignitas propè univerſa proficiſcitur. 1726.*f.*

Metaphraſis & Paraphraſis differunt.954.*a.*

Metenſium Canonicorum bibliotheca vetuſtis libris refertiſſima.510.

Militiâ ſapientia potior.1504.*c.*

Miniſtrorum moribus non vitiantur ſacramenta. 679.*a.* V. *Sacerdotes.*

Minuta quædam graviùs infeſtant quàm ingentia.849.*a.* 856.*f.* 857.*d.*

Miracula à monachis conficta.1187.*d.*

Miſericordia in Principe. 1148.*e.*

Miſſa funditus ſublata Baſileæ. 846.*a.* 870.*b.* De Miſſæ abrogatione Eraſmi opinio.891.*g.* 1138.*b.*

Μνία *Mentionem* ſonat potiùs quàm *Memoriam.*1892.

Μνμικὸν σφάλμα nullis frequentiùs accidit quàm iis qui non loquuntur ex animo. 743.

Modeſtia abjicienda eſt ab iis qui volunt emergere.413.*d.* Avocat à juvandis ſtudiis publicis.527.*e.*

de Moguntini agri antiquitate libellus.630.

Monachatus non eſt pietas. 1253,1254.

Monachorum officium. 733.*a.* 859.*e.* 863.*d.* 1191. 1241, *&c.* 1345.*d.* Optimorum monachorum forma. 1243. Pii monachi quàm olim honorati ſint, atque etiamnum honorandi.1661, *&c.* Eorum ſolitudo non æſtimanda eſt numero convictorum, ſed ſeparatione malorum affectuum. 1662.*g.* Monachi eruditi olim in compendia doctorum ſcripta redigebant. 1661.*d.* 1870.*c.* De eorum veſtitu. 1241.*e.* Titulorum, veſtium & rituum varietatem inter eos damnat Eraſmus.1190.*e.* 1241, *&c.* Utrùm veſtem eis liceat deponere.1293, *&c.*

Joannes quidam Monachus, dum gladiatores dirimere tentat, ab iis interimitur. 1488. 2092.*g.* Theodorici cujuſdam Monachi pietas.1496.

Monachi infenſiſſimi erant Eraſmi hoſtes. 344.532.*d.* 558.565.*g.* 587.*c.* 594.*c.* 596, *&c.* 602.*e.* 604.*g.* 646. 648. 730. 746.*b.* 751.*a.* 755.*a.* 765. 777.*a.* 780. 799. 839, *&c.* 866.*c.* 871. 979.*a.* 1013.*d.* 1100. 1151, *&c.* 1833.*f.* Ubique eum convitiis proſcindunt.741.857. Quomodo in eum conſpirarint. 1185.*a.* 1189.*d.* Eos Dodonæis lebetibus comparat.1385.*f.* Quibus technis adverſùs eum uſi fuerint. 842.877,878. Ejus libros detorquent & depravant; 1155.*a.* è bibliothecis emovent; 834.*b.* 945.*f.* operam dant nè in vulgatas linguas vertantur. 829.*g.* 832. 866.*g.* 872.*a.* 873.*a.* 973.*g.* 1271.*b.* Hæreſeos cum arguunt propter altam Latinitatem. 665.*b.* 666.*c.* 1906.*a.* Libellorum penè ominum ſuſpicionem conantur illi impingere. 543, 544. Eos objurgat Eraſmus, quòd ſcurras in eum ſubornarant. 1074, 1075. Cur eum odio habuerint. 665.*a.* 671.*f.* 859, 860. 866.*f.* 885.*b.* 952.*c.* 982.*a.* 1507.*f.* Cimices, pulices ac pediculos ſuos eos vocat Eraſmus, 1122.*c.* 1133.*e.* & eorum monaſteria σφήκια crabronibus improbis differta. 844. 1528.*c.*

Pſeudomonachorum mores notantur. 190.*c.* 192.*a.g.* 195.*c.* 239.*a.* 278.*c.*303.332.*f.* 344, *&c.* 368.*c.*453. *b.* 506.*d.* 586, *&c.* 648. 670.*f.*682. 684.*f.* 685.*a.* 694.732, *&c.*746,747.768.*a.* 831.*b.* 878. 917. 958. 981, 982. 1068, *&c.* 1103.*a.* 1182.*d.* 1187, *&c.* 1293, *&c.* 1312. 1345, 1346. 2056.*f.* Quibus potiſſimum vitiis ſint affines. 1239.*f.* Mundus eorum mores gravatè fert, 733.*b.* 735.*a.* atque eos cupit excutere.778.*a.*902.*c.* Maledicentiâ ſuâ penè omnes à ſe alienant.733, *&c.* 736. 751. Carne veſci, illis ſcelus habetur; fratrem linguis confodere, ſanctum. 566.*a.* 591.*c.* 646.*d.* 1241.*f.* 1829.*g.* Vitiis indulgere, leve ducunt; veſtem abjicere, abominandum. 1294.*e.* Eorum perverſa malitia, 594.*c.* 530, *&c.* 752.*a.* 1193, *&c.* 1252, *&c.* 1415.1529.*a.* ambitio. 1492.*a.* Religionis & Religioſorum vocabulum ſibi ſolis arrogant. 1253.*f.* Quomodo ſe gerant erga Principes, Epiſcopos & Pontificem ipſum. 958. 973.*c.* 974.*c.* 1128.*b.* 1151.*e.* 1181.*d.* 1215.*e.* Monachi Hiſpanienſes, ipſi Cæſari formidabiles. 864. In Principum capita monachi tyrannidem moliuntur. 1108.*f.* 1119.*a.* Eos πλωχολυφάντας vocat Eraſmus. 800.*a.* 887.*c.* 973. 1027. 1361. Quam obedientiam Pontifici præſtent. 1293.*d.* 1295.*d.* Debent Epiſcopis ſubjici. 1190.*f.* Quomodo eos in ordinem redigi velit Eraſmus. 1190.*e.* Quibus terriculamentis populo imponant. 1187.*e.* 1733.*a.* Quibus modis adoleſcentes in naſſam ſuam illiciant. 1283.*b.* Monachorum hæreſis quæ. 768.*a.* Eorum inſcitia. 344, *&c.* 532. 597, *&c.* 601, *&c.* 658.*b.* 839.*f.*843.*d.* 864.*b.* 1069. 1072. 1193, *&c.* 1252, *&c.* Præpoſtera ipſorum judicia. 1071.*f.* Nimium tribuunt theologiæ ſcholaſticæ. 919, 920. Bonas literas pejus oderunt quàm hæreſin aut magiam. 878.*b.* 1013.*d.* 1080.*d.* 1082.*d.* 1092.*e.* 1100, 1101.*f.* 1164.*d.* Monachus quò indoctior & ſtupidior, eò pluris inter ſuos habetur. 1361.*g.* Ciceronis & Senecæ temporibus coqui & apicii eloquentiores fuerunt quàm nunc ſunt monachi. 935. Miro applauſu excipiunt *Epiſtolas obſcurorum virorum.* 1195.*f.* Eraſmus eos vocat Ventres, 864. *c, e, f.* 973.*d.* 1013.*g.* 1072.*e.* 1351.*e.* γαστρόλατρας, 975. 2075.*e.* Carcinos, Planodorpios, Picas, Graculos, Upupas, &c. 1264.*b.* Dolet talibus belluis, velut Atlantibus, fulciri eccleſiam.1041.*d.* 1042.*a.* 1113.*f.* V. *Carmelitæ, Dominicani, Franciſcani,*

Mendicantes.
Ex illis orituram eccleſiæ perniciem, olim prædictum. 974. *g.* Suum agunt negotium, non Chriſti. 1040. *b.* 1158. *b.* Quantillum apud eos valeant Scripturæ. 1071. *c.* Cur eas paucis notas velint. 1070. *d.* Philiſtæis comparantur, qui fontes Abraham & Iſaac terrâ opplerunt. 1236. Cur confeſſionem tantopere urgeant. 1186. *c.* Cur tantopere ament Purgatorium. 1046. *e.* Eraſmus eos magis metuiſſe videtur quàm Lutheranos. 1011. *c.* 1030. *g.* 1111. *a.* 1132. *c.* 1189. *g.* 1906. *f.* Incendium Lutheranum iis imputat. 887. 891. *c.* 975. *d.* 1017. *b.* 1164. *d.* 1905. *d.* 2045. *d.* Dicit eos nimium ſuum tetendiſſe funiculum, 891. *d.* & Lutheranum malum exagitaſſe. 941. *d.* 1040. *c.* 1114. *c.* 1116.
Monachi duo Bruxellæ exuſti. 1076. 1278. Monachis ſolenne eſt, poſt exſtinctum hominem ſpargere rumores quòd in incendio cecinerit palinodiam. 1278. *e.* Adoleſcentes vivos defodiunt. 1294. *c.* Florentium quendam ad monaſticam vitam invitum protrudunt. 1284, *&c.* Reuchlino exitium moliuntur. 1914, *&c.* Eorum monaſteria nihil differunt à publicis lupanaribus. 1189. *f.* Eraſmus inſtare tempus credit quo minus illis futurum eſt licentiæ. 976. *a.*
Monachi & Monachæ jubentur ponere ſacram veſtem. 846. *b.* 852. *c.* Caſeorum & ovorum colligendorum jus iis ab Hermanno Comite *à Nova aquila* ademtum. 841. 958. Eraſmi ſcripta nonnullos ab inſtituto monaſtico deterrebant. 733. *a.* Is ut Lutheranus traducitur, quòd Monachos emendare ſtudeat. 993. *f.* Monachi quidam uxores ducunt, & deſerunt monaſteria. 983. *e.* 984. *b*, *d.* 1032. *g.* Monachi multis in locis in ordinem coguntur. 1928. *d.*
Monachum quendam obnixè hortatur Eraſmus nè monaſticam vitam deſerat. 984.
Monarcharum iniquæ exactiones damnantur. 1072. *d.*
An debeat eſſe unus totius orbis Monarcha. 839. 1691, 1692. V. *Princeps.*
Monarchia quomodo ariſtocratiæ præferenda. 840. *b.*
De Monarchia Cæſaris ſtolidè diſputat Pantalabus. 839.
Monaſteria, ergaſtula inſtinctu Satanæ indicta. 1361. *d.*
In Gallia quidam de vita periclitatur, quòd dixiſſet pecuniam rectiùs impendi in ſubſidium orphanorum, *&c.* quàm in ſtructuram Monaſterii. 1031. *a.* 1190. *a.*
Chryſoſtomi ætate Epiſcoporum ædes *Monaſteria* dicebantur. 1593.
In Monaſteriis tantùm, ante inventas ſcholas, olim docebantur ſacræ literæ, *ibid.*
Monaſterium aliis paradiſus, aliis piſtrinum. 1663. *c.*
Monaſteria quædam diripiuntur; 902. *c*, *g.* 906. *e.* quædam incenduntur; 956. quædam in parochias vel in pædagogeia vertuntur: 1928. *f.* Quod populari tumultu fieri, non probat Eraſmus. 1929. *a.*
Monaſteriorum reditibus non ſunt alendi ſatrapæ. 1487. *g.*
Monaſticæ profeſſiones, ſimulacra tantùm profeſſionis in Baptiſmo. 1856. *f.*
de Monaſtica vita. 520. *g.* 595. *a.* 692. *f.* 732. 1289, 1290. Ejus origo: 404. *f.* 731. *b.* 1242, 1243. laus. 984. An pubertas reddat idoneos ad eam ſuſcipiendam. 1295. *b.* Adoleſcentes non ſunt ad eam pelliciendi. 665. *a.* 733. *a.* 764. *a.* 775. *b.* 1182. *e.* 1242. *c.* 1283, *&c.* 1731. *g.* 1736. *d.* Ejus moleſtias pati, genus martyrii eſt. 1361. *e.* Eam deſerere non prorſus vetat Eraſmus. 1062. *f.*
Monaſtica vota. V. *Vota.*
Monomachias abolet Telemachus monachus. 1802. *a.*
Monopolia damnantur. 1861. *g.*
Montanus hæreticus. 1613. *f.*
Montjoyus. V. *Guilielmus.*
Monumentum, unde dictum. 1451. *e.*
Morbi plerique ab animo proficiſcuntur. 141. *c.* Trecenta eorum genera numeravit antiquitas. 1788. *c.* Multi morbi vincunt virgas, ungulas, ſecures & cruces. 1208. *b.* Morbi æquo animo ferendi, 1211. *e.* Ad morbos depellendos qualibus remediis utendum, & quomodo. 2061. *e.*
Morbi animi plures & graviores quàm corporis, 1788, *&c.* Inter corporis morbos quis maximus? 1789. *f.* inter animi, quis. 1790. *a.*
Moriones in quem uſum nutriant Principes. 2005. *c.* 2008. *c.*
Mori ſolum, an ſit miſerum. 1207. *e.*
Mors feliciſſima quæ. 1208. *f.*
Mors ſubita, piis & impiis communis; 1206. *d.* Felicior lentâ ægrotatione; 1207. Optanda potiùs quàm formidanda; 1206, *&c.* Superſtitioſa quædam adverſùs eam remedia. 1206. *d.* Exempla quorundam qui ſubitâ morte perierunt. 1207.
Mortem nonnunquam parit ſubita & vehemens affectuum mutatio. 1208. *a.*
Martyris morte nihil lætius. 1208. *b.*
Mors Alberti Pii Carpenſis, 1352. Aldi, 1210. Alphonſi Valdeſii, 1519. 1521. Ambroſii Leonis Nolani, 779. Andreæ Ammonii Lucenſis, 132. 189. 198. 386. 1210. Angeli Politiani, 1209. Antonii Clavæ, 1362. Antonii Sucqueti, 1261. Baptiſtæ Caſalii, 906. 1929. Bilibaldi Pirkheymeri, 1445. Chriſtophori Longolii, 906. 1047. *a.* 1094. 1106, 1107. 1121. 1211. 1259. 1413. 1929. Chriſtophori Schidlovicii, 1498. 1519. 1521. 1557. Cœlii Rhodigini, 1019. Dubleti, 1109. Dureri, 1933. *a.* Fauſti, 132. 189. Franciſci Archiep. Toletani, 192. Franciſci Delfi, 1957. Franciſci Deloini, 906, 907. 939. 1926. 2070. Franciſci Molinii, 1109. Friderici Ducis Saxoniæ, 780. Guilielmi Croyi Card. Toletani, 682. 686. Guilielmi Grocini, 1210. Guilielmi Montjoyi, 1761. Guilielmi Neſeni, 816. Guilielmi Warami Archiep. Cantuarienſis, 1498. 1510, 1511. 1519. 1521. 1761. 1948. *e.* Henrici à Bergis Epiſc. Cameracenſis, 574. *f.* Hermolai Barbari, 1209. Hieronymi Buſſidiani, 176. 198. 202. Hieronymi Donati, 1210. Hieronymi Emſeri, 874, 875. Hieronymi Verveſii, 1490, *&c.* Jacobi Batti, 1998. *d.* Jacobi Hoochſtrati, 829. Jacobi Wimphelingi, 1260. Joannis Atenſis, 939. Joannis Botzemi, 1957. Joannis Capnionis ſeu Reuchlini, 1210. Joannis Coleti, 614, 615 626. 705. *b.* 1210. Joannis Fabri, 1430. Joannis Frobenii, 895. 897. 900. 1177. 1258. 1301. 1581. 2075. *f.* Joannis Mori, 1509. Joannis Nævii, 1205. Joannis Oecolampadii, 1942. *c.* Joannis Epiſc. Roffenſis, 1538. 1543. 1761. *a.* Joannis Sixtini Phryſii, 1270. Joannis Sylvagii Burgundiæ Cancellarii, 529. *b.* Joannis Turzonis Epiſc. Vratiſlavienſis, 749. Lachneri, 189. Laurentii Valiæ, 1209. Leoniceni, 1019. Marci Muſuri, 130. 189. 1209. Martini Davidis, 1957. Martini Dorpii, 829. 905, 906. 956. 1929. Maximiliani Imp. 245. *a.* Mercurii Gattinarii, 1393. 1442. Michaelis Arantii, 1109. Michaelis Bentini. 870. Nicolai Egmondani, 829. 962. 1032. Palæoti Camilli, 130. 189. Paludani, 1091. Papilionis, 907. 1108. Petri Ægidii, 1957. Petri Epiſc. Cracovienſis, 1532. 1565. Petri Marſi, 1210. Petri Moſellani, 993. 1077. 1965. *a.* Petri Phædri, 1210. Philippi Beroaldi, 1209. Pici Mirandulani Comitis, 1209. 1950. *f.* Raphaelis Regii, 1209. Scipionis Carteromachi, 1209. Stunicæ, 1950. *d.* Thomæ Linacri, 801. 906. 961. 1929. Thomæ Mori, 1538. 1543. 1761. *a.* Udalrici Taſii, 1565. *g.* Vianduli, 1957. Vincentii, 829. 962. 1032. Ulrici Hutteni, 1080. 1904. *d.* Ulrici Zuinglii. 1942. *c.*
Mortui non ſunt amiſſi, ſed dimiſſi, vel præmiſſi. 1490. *f.*
Exempla quorundam virorum celebrium qui ante ſenectutem mortui ſunt. 1209, *&c.*
MORUS. V. *Joannes*, & *Thomas.*
MOSIS faciem *cornutam* an rectè dixerit Hieronymus. 1459. *b.*
Mumpſimus pro *ſumpſimus* cùm ſacrificulus viginti annos uſurpaſſet, admonitus mutare noluit. 109. *d.*
Mundum non fuiſſe à ſummo Deo conditum, Simon magus ejúſque diſcipuli aſſerunt. 1612. *e.*
Munera debent eſſe apta iis quibus offeruntur. 1838. *g.*
de Munuſculis recipiendis. 1298. *d.* Munuſcula exigua non rarò delectant ſummos viros. 1725. *a.* 1746. *a.* 1755. *g.*
Muſica Divina. 1655. *d.* Muſicæ humanæ miracula. 1655. Muſica mundana. 1656. *a.* De Muſica templorum judicium

judicium Erasmi. 1792. e. 2112. e. Primitiva Eccleſia nullam ſpeciem Muſicæ recipiebat. 2064. b.
Mutare locum licet. 192.

N

Nævius. V. *Joannes.*
Naſus dicitur, quaſi *vnos.* 1451.
Natalis Bedda tumultus in Gallia molitur. 864. 870. 873. 877. 886. 892. 896. 900. 1047, &c. Luthero, Eraſmo & Fabro in actu publico convitiatur. 1052. Scribit adverſus Fabrum. 877. 1198. 1113. Liber ejus edicto Regio ſupprimitur. 877. 892. 962. 974. d. 1381. b. Rogat eum Eraſmus, ut admoneret ſi quid eum in N. T. editione offenderet. 939. Loci in quibus Eraſmus illi viſus eſt periculoſius ſcripſiſſe. 922. b. Paraphraſes ejus calumniatur. 877. 887. e. 1108. 1113. 1150, &c. 1188. *Articulifer* vocatur. 1155. d. Monet Eraſmum ut ſcribere deſinat. 921. a. Eum agnoſcit συμπροβάτιον, συνδιάκονον non agnoſcit. 909. b. Cum eo expoſtulat Eraſmus, 897. 908, &c. & eum ad reſipiſcentiam hortatur: 898. a. Monet Collegium Pariſienſe, ut Beddæ & Sutoris furores cohibeant. 888, 889. 893. 1113. 1150, &c. Lutheri incendium Beddaicis intemperiis imputat. 887. 1114. Bedda ad ignem penè quendam adigit, quòd quædam Eraſmica Gallicè verterat: 829. 832. 873. a. 974. 1108. g. qui poſtea à Rege liberatus Beddam aliòſque reos peragit. 974. e. 1180. e. Bedda Eraſmum taxat quòd Henricum VIII. vocarat Franciæ Regem. 1309. Intemperantiam Sutoris cohibere conatur. 1089. Lectionem Poetarum damnat. 918. g. *Emendam* facit. 1541. g.
NAZIANZENUS. V. *Gregorius.*
Nebriſſenſis. V. *Antonius.*
Negotiatores vix inter honeſtos cives recipit Cicero. 1588. a.
Nemo, libelli ludicri nomen, ab Hutteno ſcripti, Eraſmo aſcripti. 543. 575.
Neocomus. V. *Vulturius.*
Nicolitæ volunt uxores eſſe communes. 677. 767.
Nicolaus, hæreticus. 1612. f.
Nicolai Beraldi encomium. 56. b. 1683. a.
Nicolaus Egmondanus. 1079. Convitiatur Eraſmo. 723, &c. 735. 915. 947. 1003. Scribit adverſus eum linguâ Hollandicâ. 1068. Precatur ut Eraſmus converſatur. 605. 688. 692. 735. b. Novum T. ab eo recognitum publicè damnat. 719. 735. Ei ſilentium imponitur. 988. b. 1011. c. 1068. a. 1079. g. Narrat de concertatiunculæ quæ Eraſmo erat cum iſto apud Rectorem Acad. Lovanienſis. 690. c. 721. g. Stolidè & ridiculè citat locum Joannis. 1069. Autoritate à Pont. armatus indignè tractat nonnullos. 1059. Rem infeliciter gerit Lovanii. 1067. Vomitu præfocatur, ſtatim poſtquam in Nævium paralyſi abreptum vociferatus eſſet. 829.
Nicolaus Epiſcopius. 1309.
Nicolaus Herbornus, 1560. Eraſmum perſtringit. 1951. f.
Nobilis, numiſmatis ſpecies. 107. b. 118. d. 397. c. 413. f. 417. d, g. 519. a.
Nobilitas triplex. 1704. a. Sine virtute ſordet. 926. b. 1703, 1704. Vera quæ. 1504. f. 1703, 1704.
Nominibus an ſemper abſtinere debeant qui vitia redarguunt. 732.
Norenbergæ primus Regis conventus celebrari ſolet. 542. c. Succenſet Eobanus Eraſmo, quòd Norenberg. Remp. & diſciplinarum ibi profeſſores traducere viſus fuerit. 1407, &c.
Notariorum aviditas notatur. 1297. f. Quidam eorum erant ταχυγράφοι, quidam καλλιγράφοι. 1624. Illorum mira celeritas. 1624. e.
Novæ Aquilæ Comes laudatur. 324. g. Hoochſtrati contumeliis ſtrictus eum ad palinodiam adigit. 841. 958.
Novum Teſt. Græcè ſimul & Latinè Eraſmus primus omnium edidit. 68. f. Reſpondet quibuſdam qui opus illud damnabant, utpote ſine Concilii autoritate ſuſceptum. 108, &c. 719, &c. V. *Interpres*, & *Interpretatio.*
Novæciſmi in prima N. Teſt. tranſlatione cui aſcribendi. 1651. a.
Novum Teſtamentum etiam ab idiotis legi, gaudet Eraſmus. 1804. d.

O

O Articulus grande myſterium continet. 1842. f.
Obediendum magiſtratibus, modò quæ præcipiunt calamitoſum faciant non impium. 1244. d.
Oblivionem nonnullis rebus inducit nimia celebritas. 1652. f.
Obſcœni autores, non ſecùs ac peſtis, fugiendi. 464. d.
Obſcœnitatem ſemper vitavit Eraſmus. 544. g.
Obſcurorum virorum Epiſtolæ magno applauſu à monachis excipiuntur. 1195. f.
Obſequium amicos, veritas odium parit. 384.
Obſervantes. V. *Franciſcani.*
Obſoletæ quorundam voces notantur. 1885. f.
Obtrectatio, quantum flagitium. 730, &c. 747. 897. 987. d. 1061. d. 1183. c.
Obtrectatores qui non caſtigat, irritat. 1018. g. Quomodo erga eos nos gerere oporteat. 1019. a. Si quis iis reſpondeat, magis ferociunt; ſi negligantur, conquieſcunt. 957. d.
Oculi ſubcæſi Britannis ſunt amabiles, ingenium arguunt feliciſſimum, & minùs infeſtantur vitiis. 534. d.
Oculis quæ proſint, quæ obſint. 834. f.
Multi ingenio præcellentes oculorum vitio laborarunt. *ibid.*
Odio, odii, odire, malè. 1885. e.
Oecolampadius. V. *Joannes.*
Offendiculum quatenus vitandum. 1827. g. 2023. e, 2037. c.
Operum fiduciam, religionis maximam peſtem vocat Eraſmus. 1231. d.
Opes contemnere, quid. 557. b. V. *Divitiæ.*
Ophitæ, hæretici. 767. 1612.
ex Opinione aliorum neminem metiri decet. 384.
Opiniones bellorum, an rectè à Vet. interprete dicatur. 1881. e.
Orare pro defunctis, pium arbitratur Eraſmus. 1046. e, 1188. a.
Oratio dici, quaſi *oris ratio*, frigidum. 1451. e.
Orationis virtutes tres. 163. b. De orationis virtutibus judicium Eraſmi, 31. 46. 477. f. Budæi. 35, &c. Id genus orationis potiſſimum nobiſmetipſis proponere debemus, ad quod nos potiſſimùm natura compoſuit. 462. d. Orationis impuræ quæ cauſæ. 611. e. Orationis politiem quædam argumenta non recipiunt. 1555. e. Ad eam expoliendam plurimum conducit quotidiana lectio, 200. c. & præcepta. 611. b. In oratione teſtimonia citra neceſſitatem non ſunt inculcanda. 574. e. Orationis modus non is qui dicit, ſed is qui audit. 1776. d.
de Oratoribus Græcis Eraſmi cenſura. 1627. e.
Ordo neutiquam turbandus. 2022. g. 2034. c. Multùm refert quo ordine quid agatur. 1721. g.
Ordo univerſus non eſt deteſtandus ob paucorum improbitatem. 1178. f.
Organorum & vocum ſtrepitus, ad erudiendum populum inidoneus. 1792. e.
Oricularium ſacrum, Budæo quid. 56. g.
ORIGENES. De ejus nomine & cognomine. 1619. De patre ejus, déque ejus indole, & martyrii deſiderio. 1620. Grammaticam profitetur Alexandriæ. 1621. a. Catalogus diſcipulorum ejus. 1621. d. 1624. a. Catechiſtæ munus ei deſignatur. 1622. a. quod priùs furtim & clàm geſſerat. 1621. d. Profanos libros vendit. 1622. e. An fuerit αὐλοκόπαξ. 1624. g. Fit presbyter. 1622. e. Demetrius ei caſtrationem objicit pro crimine. 1622. g. 1623. πολυγράφος fuit. 1625. Queritur quòd Ambroſius, ejus ἀμφοδιάρχης, cum nimiùm urgeret. 1624. d. Ejus libri damnantur ab Epiphanio, Theophilo, aliiſque. 1599, &c. Ejus operum diſtinctio. 1625. e. 1872. b. Ejus *Exapla* & *Tetrapla*, quid; & cur ità dicantur. 1626. Ejus fragmentum in *Matthæum*, malâ fide à Ruffino verſum, 1872. d. interpretatur Eraſmus. 798. 1872. Nonnunquam vim facit Scripturis. 767. Laudatur à Joanne Vitrario. 698. Origenis unicam paginam præfert Eraſmus decem Auguſtini. 1394. Ejus mors. 1624. g.
de Orthographia quædam. 778. b.
Oſſuna. In ea voce inſigniter lapſus eſt Hilarius. 1644.

Oſculandi mos apud Britannos. 315. f.
Oſorius. V. *Jacobus.*
Oſſa, eadem Homero Dea quæ Maroni *Fama.* 209. a.
Oſſum, pro *os*, vulgo olim uſurpatum. 1651.
Ovidius parùm amanter à Seneca attingitur. 1670. b. Quodnam ex ejus ſcriptis ſit elaboratiſſimum. 1633. c. Ejus *Nux* laudatur. 1743.
Oxoniæ Collegium trilingue à Ricardo Wintonienſi fundatur. 281.
Oxonienſes initio bonis literis adverſati ſunt. 755.

P

PAcis laus. 90. 355, 356. 1108. b. Tria in eo requiruntur qui pacem inter Principes conciliaturus eſt. 1143. c.
Palladius à Socrate hiſtorico diſſentit. 1593.
Panegyricis Principes laudare an liceat. 1779, &c. 1783. d.
Pantalabus. 839, &c.
Papa. V. *Pontifex Rom.*
Parabolæ pro tempore adhibitæ ſunt. 1070. f. Earum maximus uſus. 1726. f. 2005. d.
Παρακολουθεῖν, Luc. 1. 3. quid. 19. d. 23. a.
Paradiſus. V. *Adam.*
Paraphraſis quid; & quomodo differat à Metaphraſi. 954. a.
Paraphraſten Evangelia vix admittunt; & quare. 1795.
Περὶ τὴν ἔσοδον, quidam interpretatus eſt, *apud Heſiodum.* 130. d.
Parentes pleriq; non meminerunt quare filii dicti ſint *Liberi.* 1566. d. V. *Educatio*, & *Patres.*
Parere. Satius eſt ter Martis aleam experiri quàm ſemel parere. 1796. g.
Pariſienſes, ſpretâ pſeudotheologiâ, veram ac ſolidam Theologiam amplectuntur. 753. a. 1090. Ludovicum Vivem humaniſſimè excipiunt. 753. Eraſmum ejúſque ſcripta admirantur. 753. V. *Sorbona.*
Pariſienſis Academia in re Theologica principem ſemper locum tenuit. 652. 751. a. Quid in ea emendandum velit Eraſmus. 1120. g. Franciſcus Rex collegium bilingue ibi inſtituit. 1462.
Pariſiis ſævitur in Proteſtantes. 1538. a. 1541. e.
Parochis potiùs quàm Epiſcopis tradi convenit jus relaxandi jejunia. 2029. g.
Paſcha, *paſchæ*, Hilario. 1646. e.
Paſchaſius Carmelita in bonas literas debacchatur. 1123.
Paſtoris officium. 737. V. *Sacerdotes.*
Pater noſter. V. *Eraſmus.*
Vocis *Pater* inepta etymologia. 1450. g.
Pater patriæ, titulus magnificentiſſimus. 1143. f.
An Deus PATER commodè dicatur *autor* Filii. 1198. 1354. f. 1737. b. Eum ſolum innaſcibilem eſſe, aſſerit Hilarius. 1640. f.
Patres quomodo liberos educare debeant. 1500, 1501. 1566. c. 1699.
PATRES parciſſimè de rebus Divinis philoſophabantur. 1633. f. 1639. Quid eos perpulerit ad curioſas & arduas diſputationes. 1633. g. Nunquã magis declararunt quid ingenio doctrinàque valuerint, quàm in conflictibus adverſùs hæreticos. 1159. a. 1161. b. Quibus calumniis reſpondere ſoleant, quibus non. 1547. b. Nonnunquam Evangelici vigoris ſtudio plus exigunt quàm oporſet. 740. 767. b. 887. f. In quibuſdam eorum quædam reprehenduntur. 1871. f. Alicubi labuntur in impium dogma. 889. a. 1508. c. 1632. e. Eorum notari errata, maximè expedit. 1453. c. Eorum ſcripta depravare vel immutare, temerarium & impium. 1631, 1632. Quantum in eos ſibi permiſerint eruditi. *ibid.* 1871. b. 1874. f. 1876. g. Singuli penè diverſâ Bibliorum tranſlatione utebantur. 1646. c. De eorum nominibus. 1571. d. 1585. b. 1610. e. 1619. d. 1626. g. 1627. f. 1628. d. 1870. a. Eorum variæ dotes notantur. 1571. e. 1584. g. 1590. 1598. a. 1627. f. 1734. g. Græci Latinis præferendi. 137. e. Quantum eorum induſtriæ debeamus. 1647. f.
In Patriam utcunque meritam non fas eſt ferrum ſtringere. 1356. f.
Patroni Eraſmi qui fuerint. V. *Eraſmus.*
PAULUS quantâ lenitate & prudentiâ uſus fuerit. 763. Quomodo in omnia ſe verterit; quid hominem transfiguret in Chriſtum. 1832. b. 2023. f. 2037. e. Quomodo exercuerit autoritatem Apoſtolicam. 1826. &c. Quàm ſtrenuè ſe geſſerit adverſùs Philoſophos, Judæos, hæreticos, & pſeudapoſtolos. 1829, 1830. Quibus armis & copiis orbem terrarum Chriſto ſubegerit. 1818. e. Quomodo uſus fuerit Chriſtianâ libertate. 2023. f. Quid tribuerit vitando ſcandalo. 2037. e. Quanta fuerit ejus ſolicitudo erga diſcipulos. 1868. f. De diſſenſione quæ fuiſſe fertur inter eum & Petrum, opinio Hieronymi, Auguſtini, Chryſoſtomi, & Sorbonicorum Theologorum; 1868, 1869. Eraſmi. 2114.
Non omnes quæ ei tribuuntur Epiſtolæ, illas eſſe citra controverſiam dicendæ ſunt. 778. b. Ejus ad Corinthios Epiſtolarum ſumma. 1825, &c. Quædam ab eo dicta, ſi nudè ſumantur, videntur impia. 893. 1154. a. Quædam ex ejus præceptis nunc ſunt abrogata. 1827. d. Optat Eraſmus, ut Paulus copioſiùs & explanatiùs tradidiſſet de ritibus Eccleſiaſticis. 1825. g. de Euchariſtia, 1826. a. de Reſurrectione, & ſtatu animarum poſt ſeparationem. 1830. a.
Quantum maxima pars ſacerdotum à Pauli praui & moribus diſſentiant. 1831.
D. Pauli Decanatus, dignitas apud Britannos ejus nominis prima. 703. c.
Paulus Bombaſius ſuadet Eraſmum ut adverſùs Lutherum ſcribat. 756.
Pauli Æmylii hiſtoria Galliarum, opus plus triginta annis elaboratum. 61. a.
Pauli Volſcii Curienſis abbatis encomium. 83. e.
Pauperes cur fuerint Apoſtoli. 556. e.
Paupertas, ingens impedimentum. 550. a. Nonnulli ſancti de ea gloriati ſunt. 2050. a.
Pax in Apoſtolicis literis quid. 1037.
Peccatorum confeſſio. V. *Confeſſio.*
à Peccato animmunis fuerit B. Virgo. 601. 730. 1194. g. 1642. a.
Lutheri dogma, Quicquid agimur eſſe peccatum, Eraſmo non probatur. 728. a.
Peccatum in Spiritum S. Eraſmo inexpiabile adſalios monachus. 345. b. 1193. d.
Pecuniæ, tam ſtudiorum quàm belli nervi. 1333. f. Earum valor, nihil niſi publica Principum æſtimatio. 390. d.
Pelagianorum (inquit Eraſmus) hodie licet veſtigia deprehendere. 768.
Pelargus. 1946.
Pellicanus. V. *Conradus.*
Pelluvia ſuperſtitioſè in Africa obſervari. 1819. e.
Penia, æmula & comes Philologiæ. 16. d. 150. d.
Peregrinatio non ſemper vitio dandaeſt. 192. a. Vera ſapientia citiùs ex philoſophia, coſmographia & hiſtoriis paratur quàm ex peregrinatione. 1130. f.
Peregrinationes ad D. Jacobi, Hieroſolymam, &c. non valde probat Eraſmus. 764. 1240. f. 1719, 1730. 1733. d. Peregrinatio ad Hieroſolymam quàm infeliciter cuidam ceſſerit. 1729. g.
Pericles tonat & fulgurat, ſed ſine arte. 1627.
Pericula non ſunt accerſenda. 1130. g.
Peripatetici Stoicis præferuntur, eò quòd ad populare captum ſeſe magis demittant. 555. Utri de felicitate rectiùs ſenſerint. 549, 552. 555.
Perkheymerus laudatur. 1912. e. 1916. a. Scripſit de Euchariſtia. 1931. b. Euchariſtia. 1931. b. 1932. d. Problemæum edit. 1929. e. 1932. d. De ejus verbum Nazianzeni. 1446. V. *Bilibaldus.*
Permittere & *Concedere* quomodo differant. 741.
Perſonis Trinitatis quas proprietates aſſignet Hilarius. 1645. g. V. *Hæreſes.*
Pertinacia, hominum ingeniis inſita. 1641. g.
Pervicacia damnatur. 1635. b.
Peſtem non formidare, non ſtrenui hominis eſt, ſed ſtipitis. 321. e. Ad eam vitandam quæ ſcripſerit Eraſmus. 377. e. 1140. Ejus judicia. 327. g. Ab ea tuti ſenes, judicio Plinii. 1790. d. Cur ea frequenter vexetur Britannia, cauſas aſſignat Eraſmus. 1140.
PETRUS, etiam poſt acceptum Spiritum S. alicubi lapſus. 135. e. 1869. De ejus ſimulatione *Gal. ii.* Patrum quorundam & aliorum judicium. 1868, 1869. 2114. Eum *Principem Apoſtolorum* vocat Eraſmus. 1001.

Epiſtolam 2 Petri eſſe probatur. 1839. *e.* loca difficilia in ejus Epiſtola, 1839. *f.*
1 Petr. IV. 7. σωφρονήσατε quid ſignificet. 2145. 2193.
2 Petr. III. 16. locus de depravatione Paulinarum Epiſtolarum explicatur. 1971. *f.*
S. Petri milicum ordo à Joanne inſtitutus, ab Adriano VI. ſublatus. 1861.
Petrum Ægidium monet Eraſmus, ut abſtineat ab animi perturbatione & intempeſtivo coim. 398. *e.* & à nimio dolore. 401. *a. f.* & ab ineptiis adoleſcentiæ: 1118. *e.* nè patrem vitâ defunctum immodicè lugeat. 761. De patris ejus vita, moribus, conjugibus, liberis, obitu. 761.
Petrus Alcyonius multa è Græco in Latinum vertit. 531.
Petrus Barbirius Eraſmum penſione fraudat. 2009.
Petri Bembi laus. 1339.
Petrus Carmilianus, ineptus poeta. 417. 418. 435.
Petrus Epiſcopus Cracovienſis monet Eraſmum ut aliquid de ſtudiis & laboribus remittat. 1524. *a* Laudatur. 1532. *e.*
Petrus Falco, vir novarum artium ſtudioſus. 65. *e.*
Petrus Lombardus notatur. 194.
Petrus Marſus. 1210.
Petrus Moſellanus, Græcæ Linguæ profeſſor in Academ. Lipſienſi, 993, *&c.* 1077. Laudatur. 343. *d.*
Petrus Phœdrus. 1210.
Petrus Sutor & Bedda in Eraſmum fremunt. 838. 845. 1048. 1049. *b.* 1108. In Eraſmum debacchatur. 1070. V. *Bedda*, & *Eraſmus*.
Petrus Toſſanus commendatur. 1023.
Petri Zutpenii encomium. 568.
Phœg. V. *Julius*.
Phallicus multa in Eraſmum blaterat. 804. Tumultus excitat in Burgundia. 809. V. *Farellus*.
Pharellus. V. *Farellus*.
Philelphus. V. *Franciſcus*.
Philippus Imp. primus Regum Romanorum fit Chriſtianus. 1624. *c.*
Philippus Beroaldus. 1209.
Philippi à Burgundia Epiſc. Ultrajectini encomium. 583.
Philippus Macedo. 1111.
Philippi, Maximiliani F., mortem luget Eraſmus. 1718.
Philippus MELANCHTHON laudatur. 340. *d.* 404. 949. *f.* 2137. *g.* Agnoſcit Eraſmum ſtudiorum ſuorum parentem. 339. *d.* Ejus Paraphraſin ſe κατορθοῦν negat *ibid.* Fredericus D. Saxoniæ ei legato relinquit mille florenos aureos. 789. Rex Galliæ eum evocat ad colloquium. 1556. *f.* Cur veritus fuerit Tindallus nè Gallia per Melanchthonem recipiat verbum Dei. 1510. Eraſmus eum ad palinodiam hortatur. 953. *a.* Lutherum tuetur, & monet Eraſmum nè doctrinæ ejus propter aliorum ſtultitiam iniquior ſit. 816. Nonnulli Lutherani ab eo diſſentiunt. 950. Dicit ſe eorum pigere. 1949. *f.* Etiam hoſtibus gratus fuit. 1487. In commentariis in Epiſtolam ad Romanos ſtudio dejicit ſtylum. 1555. Aliquando ſcholas publicas damnabat. 2137. *f.* Lutherum Atq; Melanchthonem Litæ comparat Eraſmus. 2059. *e.* 2131. *d.*
Philologiam conjugem ſuam vocat Budæus. 159. *d.*
Philoſophia minor olim quàm linguarum cura. 163. *e.* V. *Lingua*. Magni autores eam improbarunt. 1634. Non ideo damnanda eſt quòd à philoſophis ferè natæ ſunt omnes hæreſes. 779. *a.* 1614. *g.* V. *Hæreſis*. Ad Scripturarum cognitionem conducit. 1449. *c.* Moralis Philoſophia præfertur naturali. 1634. *d.*
Philumene, puella Marcionis. 1613. *d.*
Phriſia, feliciſſima ingeniorum parens. 756. 772. 1326. Ubi luxus laudi datur, frugalitas vitio. 771.
Phrynæ meretricis factum ridiculum. 1779. *d.*
Picta in quibus potiſſimum rebus ſita ſit. 665. *a.* 678. *a.* 1239. *b.*
Pilapiana gens. 1524.
de Piſcium eſu. 948. *b.* 1241. *f.* V. *Ciborum delectus*. Eraſmo fuit inſalubris. 955. *g.* 1055. *g.* 1081. *c.* 2040. *g.* Aquibuſdam non exigendus. 1981. *d.* 1944. *f.*
Piſculenſi dies. 2040. *d.*
Piſo. V. *Jacobus*.
Pituita an ab eo dicatur quòd *petat vitam*. 1451. *d.*
Pius Princeps Carpenſis laudatur. 1018. Omnem ſolidam doctrinam Eraſmo adimit. 1013. 1043. *g.* Scribit eum autorem eſſe Lutheranæ tumultûs. 1038. 1040. 1048. E ditione ſua pulſus exulat in Gallia. 1488. Alter libellus adverſus Eraſmum ſub ejus nomine editur. 2077. *d.* Mortuus in veſte Franciſcana effertur. 1353. 1488. 2067. In nomen ejus jocatur Eraſmus. 1353. *c.*
PLATO voluit uxores eſſe promiſcuas. 677. Fucum, diſſimulationem & mendacium quatenus tolerayerit. 763. 818. *c.*
de Plauto cenſura Eraſmi. 1879. *f.*
Πλάσται D. Paulo quid. 1573.
in PLINIO reſtituendo qui laborarint. 1682. *f.* Quantum laboraſit Eraſmus. 1684. *c.* In eum annotationes ſcribit Gelenius. 1957. *g.* Nullus liber dignior qui Regum manibus teratur. 1683. *c.*
de PLUTARCHO judicium Eraſmi. 1768. *a.* 1771. De ejus Apophthegmatis. 1770, *&c.* Opus illud quàm fuerit contaminatum. 1771. *d.*
Poculum Gratiarum Eraſmo ab Alberto Card. Moguntino datum. 583.
Pœnitemini, deponentaliter, Arnobio. 2651. *f.* & Ver. interpreti. 1883. *g.*
Poetarum lectio periculoſa. 68. *b.* Cygnis comparantur. 320. *a.* Commendantur. 344. *a.* 734. 1745. *c.* Apologia pro Poetis. 161. *c.* 162. *f.* 164. *b.* 918. *g.* 1978. *g.* Quantum diſtet eorum furor à furore iſtorum qui nihil niſi libellos virulentos gignunt. 344. *a.* Græcorum Poetarum & Oratorum lingua penè diverſa. 1708. *a.* E Poetis olim pueri diſcebant literarum elementa. 1708. *a.* Ex Poetis caſtè deligendi. 1697. *b.*
Pogius, impius, indoctus & obſcœnus fabula. 270. 3010. Malè vertit Diodorum Siculum. 1645.
Politianus. V. *Angelus*.
Polonia (olim Sarmatia) laudatur. 1763. 1790. *c.*
Poloni cum Tartaris, Pruſſiis, Turcis, *&c.* feliciter bella gerunt. 1144. Eorum Rex Sigiſmundus paci inter principes conciliandæ ſtudet. 818. *d.* V. *Sigiſmundus*. Annum novum auſpicantur à Paſchali die. 818. *d.*
Polydorus Vergilius Eraſmo dat quo equum emat. 1093. Ejus opera ex officina Froben. prodeunt. 669. 1093. Vertit *Monachum* Chryſoſtomi. 1354. Eraſmus livoris & plagii ab eo accuſatus ſeipſum vindicat. 748. videtur eum tanquam plagiarium notare: 1747. *g.* 1748. monet eum, ut præfationem *Proverbiorum* retexat. 1007. *b.*
Polyphemus, nebulo. 1947.
Poncherius. V. *Stephanus*.
Pontanum quidam præferunt Auguſtino & Hieronymo. 979. Eraſmi de eo cenſura. 1065. *c.*
Pontifices Rom. autoritati debemus, inquit Eraſmus, & quod Evangelio credimus. 557. *f.* Eum primum præconem Evangelii vocat, & Epiſcoporum primum. 586. *f.* Qui ſultè vel corruptè ei ſaveant, maximè ei officiunt. 652. *b.* Quatenus ei mos gerendus. 634. *c.* 727. V. *Romanus Pontifex*.
Populum citiùs flectit exhortatio paterna quàm tyrannica exactio. 2035, *&c.*
Eſt & populo ſua quædam autoritas. 2037. *g.*
Quomodo Epiſcopi & paſtores ſe erga populum gerere debeant; 2035, *&c.* quomodo populus, erga eos. 2034. *d.*
Porrophagus. 1065. *d.*
Poſcæ Gallicæ, morborum peſſimus. 1789. *f.*
Poſteritatis potiùs quàm præſentis ſeculi à gloriæ ſtudioſis habenda ratio. 149. *g.*
Poſt triduum reſurrexiſſe Chriſtum qui dicit, non contradicit articulis fidei. 187. 215.
Poſtulatum, nomiſma rarius. 470. *a.*
Potitus hæreticus. 1613.
Præcepta Aulica, 414. *g.* 429. *f.* 1306. *f.* 1569, 1570. à Concionatoribus obſervanda. 331. *c.* de Jejunando, 2042. *f.* de Munuſculis recipiendis, 1198. *d.* à Magnatibus & viris fortunatis obſervanda. 550, *&c.* Moderationem ſuadentia, 449. *c.* 509. *d.* de curandis Oculis. 834. *f.* ad Pietatem ſpectantia. 883. 1078. *c.* 1243, 1244. 1427. *f.* 1638, *&c.* 2061. *c.* Rhetorica, 462. *c.* 788. *c.* 979. ad ſalutem conſervandam ſpectantia. 809. 1140. ad Studia, Vitam, Moreſque dirigendos inſtituendoſque pertinentia. 141, 142. 509. 697. *a.* 767. *a.* 781. *c.* 833. *d.* 881, 882. 1022. *c.* 1323,

1323. d. 1353. f. 1355. c. 1699. 1701. 1704. 1721, 1722. 1744. d. 1970, 1971. 1975. d. 2095. f. 2134. f. 2143. d.
Præcepta debent esse pauca, sed optima. 611. b.
Præceptoribus plus debemus quàm parentibus. 1676. c. 1699. g. 1722. c. Eorum officium. 1711. c. Qui libri præcipuè ab eis prælegendi. 1697. b. In Præceptoribus deligendis summa cura adhibenda. 2093. f. Quales deligere oporteat. 509. a. 1722. c. Præceptoribus carere nonnunquam juvat. 147. c. 148. a.
Prædestinatio. Quæstio de ea, impervestigabilis. 1231. f.
Præjudicio laborantes minimum fructûs ex librorum lectione reportant. 612. c.
Præpositorum officium. 1242. a.
Precatio Dominica an in septem partes sit dividenda. 1764. b. Erasmus taxatur eam emendasse. 13 f. Eam explicat. 1763.
Preces. Nihil constat cariùs quàm quod precibus emitur. 520. a.
Presbyterorum officium quale fuerit Chrysostomi ætate. 1593. a.
Magna olim Presbyterorum dignitas: post turbâ eviluerunt. 1622. c.
Magìs advigilandum nè quis mente mutilus quàm nè quis corpore mutilus Presbyter ordinetur. 1623. d. V. *Sacerdotes*, & *Theologi*.
Prieras. V. *Sylvester*.
Principatus apud Christianos quid. 144. c.
Principum officium. 15. d. 198. d. 335, &c. 550, 551. 1136. 1143, &c. 1148. 1237, 1238. 1420. d. 1687, &c. 1798, &c. Multùm refert ut ab optimis præceptoribus formentur. 569. c. 1785. Linguarum, rei Medicæ, Matheseos cognitio à Principibus alienior vocatur. 551. e. Quantum utilitatis ex lectione librorum, præcipuè Historiæ, percipere possint. 1687, &c. Apophthegmata illis valde accommoda sunt. 1770. 1773. g. Nullius consilium debent aspernari. 199. c. Eos oportet cæteros antecellere prudentiâ. 1683. e. 1785. Sinceri ac liberi amici rarò illis contingunt. 1765. c. Non derogat eorum majestati, qui eos officii admonet. 1239. e. Quomodo erga eos se gerere debeant aulici, 1569, 1570. Quibus potissimùm vitiis sint obnoxii. 1239. d. In eorum vitia non temerè à Theologo sæviendum. 332. d. 942. d. Non sunt exacerbandi convitiis. 1238. d. 1238. e. Quædam illorum actiones crassæ sunt, non tamen insectandæ. 1238. b. In quem usum Moriones in aulis nutriant. 2005. c. 2008. c. Eorum iniquæ exactiones taxantur. 1072. d. Principes illi splendidissimè regnant qui liberis ac felicibus imperant. 572. d. Quid faciendum quando regula Christianæ charitatis cum Principum legibus pugnabit. 1237, 1238.
Publicitus interest, ut de Principibus etiam non optimis plùs quàm optimè sentiant subditi. 1780. b. Eorum autoritati quis detrahere dicatur. 2036. c. Cur pauperes & humiles ab iis non sint contemnendi. 1799. b. Populus ab iis pendet, ut inferior mùsdus à corporibus cœlestibus. 355. b. Argumenta eos ad benefaciendum stimulantia. 550, 551. In quibus se maximè oblectare debeant. 1136. a. Eorum favore studia revirescunt. 629. b. Quidam eorum literas odio habent. 1745. f.
An Principes deceat titulum suum bello asserere. 143, 144. 1691, d, 1692. Optat Erasmus ut sua cuique ditionis pomœria præscribantur. 1692. b. Eorum cupiditas proferendi limites culpatur. 1803. d. Regiones procul dissitas recusare debent. 1146 b. 1691, 1692. Paci, non bello, studere debent. 1798, &c. Adversùs eos qui Principes instigant ad bellandum. 1799. e. 1803. d.
Evangelii doctrina Principibus apprimè necessaria. 1816, &c. Mos apud quosdam est, ut Princeps nudatum ensem manu tenens adstet Evangelicæ lectioni. 1819. d. Precum pensum quotidie absolvere, non sufficit Principibus ad veram pietatem. 1819. f. Gloriam & virtutes Deo transcribere debent. 1147, &c. 1817. d. An iis liceat gladio plectere hæreticos. V. *Hæretici*.
An liceat Principem Panegyrico laudare. 1779, &c. 1783. d.
Quibus hieroglyphicis Principis imaginem expresserint Ægyptii. 1149.
de Principibus Romanis. 1688, &c. V. *Imperatores*.
Professorum officium. 1708. V. *Grammatica*, & *Litera*.
vocis *Prophetæ* inepta derivatio. 1580. b.
Prospera quæ dicenda. 883. g. 884. a.
Prosperitate adversitas lucrosior. 884. b.
Proverbia primus Latinorum scripsit Erasmus. 1483. c. 1747. c. Idem argumentum tractat Brassicanus, 1483. & Polydorus Vergilius. 748, 749. Proverbia aut Apophthegmata scribere, facile est; Chiliadas & libros, difficile. 1517. a. De Proverbiis scribendis. 1746, &c. V. *Adagia*.
Nulla natio quæ non aliquo est notata proverbio. 967. f.
PROVERBIA. Ἀπὸ τοῦ σώματος, ubi tabidus ea conscenderit. 1666.
Βατταρὸς ἵππος. 1298.
Βαβάκης σπογγιᾶς. 1816.
Ἐν κρεῖ ὁ κίνδυνος. 1726.
Ἐν τῷ πίθῳ τῷ κεκριμένῳ. 1725. 1741. 2047.
Ἐν φακῇ μύελον. 1849.
Θαλάττης ὕδωρ. 1705.
Κόρακες ἐν λαχάνοις. 1538.
Μεῖζον τετίμωγμα τῆ δυλάκι. 1259.
Οὐκ ἀνὰ θησαυρούς. 1847.
Οὔτε σάρξ, οὔτε τάρτε, οὔτε πρὸς σάλτον. 1535.
Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παυροὶ δὲ τὸ βάκχειον. 1491.
Τὸ χαλκεῖον τετύφλωται rumpitur. 888. c. 891. 1373. b. 1311. f.
Abjicere ubi cervi deponunt cornua. 909. c.
Amussim album applicare ad album lapidem. 1895. g.
Apelles post tabulas latitans. 1778. g.
Asinus in apes. 1327. f.
Bos clitellas. 1060. c. 1074. f.
Bovem ad ceroma. 1283. c.
Callipiden agere. 1325. 1329.
Cornicis oculi. 1063. f.
Dedi malum & accepi. 925. f.
E pumice postulas aquam. 2047. e.
Ex cicada Apollinem. Ex lumbrico mustum. Ex mure elephantem. 1132. d.
Ex musico retiarius. 821. d. 1067. a.
Feli crocotam. 1544. c. 1866. c.
Formica camelus. 902. c. 1535. e.
Indormire mandragoræ. 922. c.
Inter sacrum & saxum hærere. 902 d, 1288. d, 1756. f. 1918. g. 1951. e. 1954. f.
Leberide nudior. 1512. a. 1520. a.
Mali cervi malum ovum. 1063. f.
Malis nihil opus est prater occasionem. 1175. c.
Mus in picem incidit. 1081. a. 1311. c.
Mutuum muli scabunt. 2125. g.
Oleum camino. 1170. d.
Præstat esse subulcum quàm suem. 832. g.
Pro thesauro carbonem. 1094. c. 1952. c.
Pusillis aviculis non multus opus est pluma. 1382. c.
Res rediit ad incitas. 1463. g. 1947. d.
Sub omni lapide scarpius dormit. 1474. a. 1543. c. 1761. d. 1875. d.
Prudentia *mistra* quæ. 1130. f.
Prussii à Polono sæpius vincuntur. 1144, 1145.
Psalmos omnes esse Davidis, asserit Hesychius. 1349. Psalmis Davidicis nihil olim popularius. 1650. a. Eorum excellentia. 1655. f.
Quinam in Psalmos commentarios scripserint. 1344. c. 1754. b.
Cur monachi & sacerdotes tanto cum tædio Psalmos sonent. 1656. f.
Ut Psalmi cantarentur redacti in rhythmos in fine concinentes, Lutheranorum fuit inventum. 1101. f. Germanicis rhythmis compositi canuntur Basileæ. 846. b. 852. c.
Pseudevangelici. V. *Evangelici*.
Pseudomonachi. V. *Monachi*.
Pseudotheologi. V. *Theologi*.
Ptolemæus Geographus laudatur. 1697. Quo tempore floruerit. *ibid.* f. Cæteros geographos superat. *ibid.* 1698. c. Eum edit Perkheymerus, 1929. c. 1932. d. Ejus de Gradibus opinio. 1698. d.
Ptolemæus hæreticus. 1613. a.
Pugna inter heram quandam & famulam. 312, b.

Pulices. 1394. g. Malefica mulier fatetur se per dæmonem magnos saccos pulicum in Friburgum misisse. 1564. d.
Pacus, aliud veteribus Latinis, aliud Hispanis atque Italis hodiernis. 1041. 1197.
Pyghardorum secta apud Bohemos unde orta. 674. Eorum opiniones. 675. b. Erasmi de iisdem censura. 679.
Pythagoras fabarum esum interdixit. 677.

Q

Quadragesima. In ea non licet cantare *Alleluja*. 2023. a. In Gallia duo de vita periclitantur, quòd coacti morbo ederent carnes in Quadragesima. 1031. a. 1187. b. 1190. b. In Quadragesima carnes publicè venduntur apud Italos. 2033. f.
Quanta & *Tanta* pro *Quot* & *Tot* malè dici. 1882. c.
Quasi pro *Tanquam* Vet. interpreti, *ibid. f.*
Quia pro *Quòd* à Ver. interprete perperàm usurpatum. 1881. f.
Quintiliani stylus. 1636, 1637.
Quintinus, elegans pictor. 177. 1125.
Quintus Curtius laudatur. 220.

R

Racha. 1118.
Raphael Regius Marci Musuri assiduus auditor. 1209.
Raphael Volaterranus quàm malâ fide verterit Basilium M. 1629.
Reddere aut *exprimere*, & *imitari* differunt. 1637. b.
Reformatorum inter se dissensiones. 774. 890.
Quales Ecclesiæ reformatores desiderarit Erasmus. 1161. g.
Reformare Ecclesiam difficilius negotium quàm condere. 2054. a. 2059. e.
Erasmi judicium de ratione reformandi Ecclesiam. 1487. e. 1962. e. 2093, 2094. 2143, 2144.
Regale, nummi genus. 438. e.
Regis Monachis idem quod *Monachismus*. 1253. f.
Religionis Christianæ summa. 680. f. 733. a.
Remedia malis depellendis qualia & quomodo adhibere liceat. 2061. e. &c.
Renunciandi vox ambigua. 1922.
Reprehendi satius est quàm laudari. 279. c.
Non statim doctior habendus, qui alium reprehendit. 1878. e.
Nemo majore fide reprehendit vitia aliorum quàm qui ejusdem est ordinis. 1069. a.
An liceat vitia liberè reprehendere. 2007. b. V. *Lapsus*.
Reprehensio jocosa nonnunquam prodest. 2005. b. 2007. e.
Reputa quid. 1052. c.
Resurrectionem corporum perpauci Judæi credebant. 1696. a.
Resurrectionem ab Erasmo tolli, ineptè asseritur. 598. c. 768. b. 1193. g.
Quomodo Itali in concionibus Resurrectionem asserere conentur. 1830. d.
Optat Erasmus ut Paulus de Resurrectione explanatiùs disseruisset. *ibid. e.*
Resurrexisse Christum *post tres dies*, synecdochicè intelligendum. 187. 215.
Retractatio quid. 1329. g. 1354. g.
Reuchlinus. V. *Joannes*.
Rex, viva lex. 1148. g. Ejus præcipuæ virtutes quæ. 1148. e. Quomodo eum expresserint Ægyptii. 1149. V. *Principes*.
Rhenani laus. 380. 1752. d. Edit annotationes in Plinium. 795.
de Rheno fluvio. 1220.
Rhetores olim Sophistæ vocabantur. 1592.
Rhetorica præcepta. V. *Præcepta*.
Rheuma, *rheumæ*, Hilario. 1646. e.
Rhodiginus. V. *Cælius*.
Rhodus à Turcis occupatur. 1136.
Ricardus Pæræus laudatur. 364. &c. 1020. excusatur. 614. Scribitur in eum Apologia. *ibid.* V. *Constantinus*. Succedit Colero in Decanatum D. Pauli. *ibid.*
Ricardus Vintonienſis collegium trilingue Oxoniæ exstruit. 281. 369.
Ridicula tractando fiunt seria. 1774. e.
Risus quandoque etiam summates viros decet. 615. f. 1775. b. Risus argutus & liberalis, nequaquam illicitus. 1774. c. 1777. e.
Ritus nec pios faciunt nec impios. 2101. d. Pro temporum ratione mutari possunt, idque præter id quod in scripturis continetur. *ibid. e.* Ritus hodierni quantum à priscis differant. 2063, 2064. Optat Erasmus, ut Paulus aliquantò copiosiùs & explanatiùs de ritibus ecclesiasticis tradidisset. 1826. a. V. *Ceremoniæ*.
Rodulphus Agricola. 862. Ejus laus. 1985.
Roffensis. V. *Joannes*.
Rogando cogit qui rogat bene meritus. 1757. b.
Rolandus, Caroli M. nepos, siti perit. 1357.
Roma paganica cum Christiana confertur. 1823. Qui eam nunc incolunt, non sunt priscorum Romanorum posteri. 967. Præsens ejus majestas, longè major quàm Hieronymi temporibus. 1824. Ejus laus. 1141. 1163. 1165. Capitur. 895. 1163. 1165. Eam ex Apocalypsi *Babylonem* appellat Hieronymus. 762.
Romanæ Ecclesiæ principatum tribuit Arnobius. 1653. f. Multitudinem articulorum & definitionum in ea improbat Erasmus. 680, 681. De ratione conciliandi omnes Rom. Ecclesiæ. 680. b, c.
Romanæ sedis autoritatem Augustinus non agnovit. 167. b.
Romanenses harpyiæ sacerdotia faciunt litigiosa. 1960. d.
Romani nominis odium unde ortum. 634. b. 680. b.
Romanis cur Græcè scripserit Paulus. 1822. c.
Plurima loca in capite I. epist. ad Rom. excutiuntur. 1890, &c.
de Romano Pontifice quid senserit Erasmus. 586. f. 633. f. 634. c. 652. a. 1230. Unde illi delata sit autoritas. 664. a. Optat Erasmus, ut Pont. cum suis sub Christo vivant; 871. g. 1428. g. 1477. b. 1657. d. ut Christum imitetur, 1801. c. ut nihil præscribat nisi quod Christo gratum est. 1440. c. 1441. f. 1466. g. De ejus monarchiâ sententia Erasmi. 1001. b. 1079. b. An rectè vocetur summum Ecclesiæ caput. 1456. g. 1458. b. Ejus primatûs assertores. 946. b. 1798. c. De potestate Pontificis Parisienses dissentiunt ab Italis. 1076. Eum unum esse potiorem universis Ecclesiis & populo Christiano, quidam censent. 775. b. Ejus autoritas valere non debet ad opprimendam veritatem & innocentiam. 889. g. Cur eum monuerit Gerson, nè temerè vibret fulmen anathematis. 1154. d.
Erasmus taxat nonnullos, qui dignitatem R. Pontificis ità tuentur ut in Christum sint contumeliosi. 1641. d. Magna de eo querimonia. 853. d. Eum excusat Erasmus. 614. b. 678. d. Quibus nominibus à Lutheranis insigniatur. 1230. c. R. Pont. & universus clerus ambitioni & lucro dediti. 672. g. Ejus mos nunc cum hoc nunc cum illo Principe pangendi & repingendi fœdus, bellorum causa, judicio Erasmi. 964. b. 1146. e. 1434. d. 1922. a. Optat Erasmus, ut Pontifex moliatur Ecclesiæ concordiam potiùs quàm privatam vindictam. 1057. a. 1798. c. An ei soli jus relaxandi jejunia sit relinquendum. 2029. f.
Non licet impium Pontif. de solio præcipitare. 1230. d.
Nemo magis timet monachos quàm Rom. Pontifex. 975. e. V. *Pontifex*.
Res, gen. neutro, Arnobio. 1651. f.
Ruffi cujusdam historia. 1117.
Ruffinus nihil unquam vertit bonâ fide. 1332.
Rusticana vita urbanæ antefertur. 752. a.
Ruterii Episcopi Atrebatensis encomium. 1724.
Rutgerum Rescium monet Erasmus nè collegium & professionem deserat. 971.
Rutuba & Fulvius, inepti pictores. 534.

S

Sabaudi cum Bernatibus discordant. 1357. 1398.
Sacerdotia sacerdotibus accumulandi nullus finis. 1146. c.
Sacerdotum officium. 1237. 1491. V. *Concionatores*, *Ministri*, *Theologi*. Eorum conjugium Erasmus videtur non improbare. 775. b. 779. a. 1062. d. 1241. a. 2026, 2027.

2027. V. *Cœlibatus.* Cum Regibus conferuntur. 1800. *c.* Chryſoſtomi ſeculo ſoli Epiſcopi *Sacerdotes* vocabantur. 1593. Difficillimum eſt cuiquam verè Sacerdotem agere qui libenter aliud eſt quàm Sacerdos. 1588. *b.* Quomodo populum inſtituere debeant. 1856. *e.* Iis præcipuè imputanda eſt populi ignorantia. 1856. *b.* 1857. *e.* De eorum ſalario. 1828. *b.* Eorum quædam vitia notantur. 1730. *g.* 1831. Eorum luxus & faſtus notatur. 1428. *f.* 1828. *c.* 2039. *a.* Acriter invehitur Eraſmus in eorum ambitionem, adulationem, *&c.* 1831. & ignorantiam. 1857. *f.* In illis cætera crimina præter libidinem levia ducuntur. 1241. *a.* V. *Euchariſtia.*

de Sacramentis quid ſentiat Eraſmus, additur libello Catonis. 946. *c.* Caro Sacramenti nihil prodeſt, ſi deſit gratia ſpiritualis. 281, *&c.*

Sacrificare pro defunctis, pium arbitratur Eraſmus. 1046. *e.*

Sacrificorum officium. 1660. *e.*

in Sacris nemo ſatis religioſè verſatur niſi qui perpetuò verſatur. 1381. *a.*

Sadoletus. V. *Jacobus.*

Salute nihil nobis oportet eſſe antiquius. 142. *a.* 289. *a.* 394. *b.* Quæ ad eam tuendam ſpectent; 180. *b.* 181. *d.* 394. *b.* 509. *g.* quæ ei officiant. 809. *c.* V. *Præcepta.*

de Sanctorum invocatione. 804. Cur Deus inter Sanctos interdum permittat humanos affectus incidere. 1599. *a.*

de Sanguinis interdicto, *Actor. xv.* Ambroſii ſententia. 1827. *c.*

Sapientia militiâ potior. 1504. *c.*

Satanæ tradi, quid. 1826. *f.*

Satisfactiones canonicæ unde natæ. 1827. *b.*

Saturninus hæreticus. 1612.

Scaliger ſcribit adverſùs Eraſmum. 1566. 1941. *g.* 1945. *d.* 1958. *c.*

Scandalum. V. *Offendiculum.*

Schiltach, oppidum Germaniæ à dæmone exuſtum. 1525.

Scholarum autoritatem nimis auctam, queritur Eraſmus. 1919. *b.*

Scholas publicas olim non habuit Eccleſia. 2064. *e.* Aliquando eas damnabat Melanchthon. 2127. *f.*

Scholaſtica quædam dogmata damnantur. 1137. *e.*

Scholaſtica Theologia. V. *Theologia.*

Scholaſtici cur Hieronymo & Ambroſio Auguſtinum prætulerint. 138. *a.* Convertendis Turcis parùm ſunt idonei. 1234. In eorum curioſas & arduas diſputationes. 1634. V. *Curioſus.*

Scientias & diſciplinas humanas damnabant Lutherani. 2127. *c.*

Scipio Carteromachus laudatur. 1209.

Scirporum uſus apud Britannos Eraſmo videtur inſalubris. 1140.

Scoti Angliam infeſtant. 1510. 1520.

Scotiſtæ, vix purè Chriſtiani. 708. *b.* Eos hebetes & ſtupidos cenſet Coletus. 706.

Scottus. V. *Joannes.*

SCOTUS, ut olim Homerus, à diverſis regionibus certatim adoptatus. 378. Ejus diſciplinam & diſcipulos falsè deridet Eraſmus. *ibid.*

Scribit Eraſmus mori ſucco. 464. *c.*

SCRIPTURÆ laus. 1606. *c.* 1852, *&c.* Ejus autoritas non vacillat, (ut Eckius aſſerit, 133. *d.*) ſi ubi memoriâ lapſus Evangeliſta nomen ponat pro nomine. 135. *d.* Ejus ſtudio non officit lectionis varietas, ſed conducit. 330. *b.* Nemo ſubmovendus eſt ab ejus lectione. 1069. *f.* 1850, *&c.* Cur eam paucis notam eſſe velint monachi. 1070. *d.* Vertenda eſt in linguas vernaculas. 1855. *c.* V. *Interpretatio.* Lud. Berquinus Lutetiæ comburitur, quòd ſcripſerit, in rem pietatis eſſe ut Scripturæ in linguam vulgarem verſæ legerentur à populo. 1277. Quomodo legendæ ſint. 1850. *f.* 1852. *c.* 1854. Non ideo damnanda eſt Scripturarum exacta cognitio, ſi quidam ſuo vitio eas ſibi vertant in perniciem. 1851. *a.* 1854. *d.* Medicinæ comparantur. 1808, *&c.* Earum utilitas, 1852, *f. &c.* fœcunditas. 1892. *a.*

De Scripturis canonicis Auguſtini regula. 166. *g.* An Græci falſarint eorum libros ubi deſciverint à Rom. Eccleſia. 165. *d.* Scribæ nimium ſibi permiſerunt in Scripturis. 1248. *b.* Nihil illis addendum vel detrahendum, etiamſi hæreticis anſam præbeat. 1249. *f.* Optimum eſt Scripturas eo ſermone legere quo primùm ſcriptæ ſunt. 1849. *a.* Quam lectionem ſequuti fuerint Græci Patres: 1609. *f.* Nulla fuit omnibus Patribus communis 1646. *c.* In Scripturis etiam minutiſſima neutiquam contemnenda. 1847, 1848. An cuiquam liceat inſtituere quicquam præter id quod in Scripturis continetur. 2101. *c.* 2138. *g.* Quæ certis Scripturis docti non poſſint, ſed ab humanis pendent conjecturis, non ſunt fortiter aſſeveranda. 602. *c.*

Secundus hæreticus. 1613. *a.*

Selandia. V. *Zelandia.*

Seleƈti & *apoleƈti* antiquis qui. 59. *b.*

Selene, Simonis magi ſcortum. 1612.

SENECAM cur tanto ſtudio ſibi vendicarint Chriſtiani. 1666. *c.* Hieronymus eum recenſet in *Catalogo Sanctorum.* 1666. Non fuiſſe Chriſtianum probatur. 1667. *e.* Satius eſt eum legi ut Paganum quàm ut Chriſtianum. 1668. *a.*

Quintiliani de eo judicium, 1668. *e.* 1669. *a.* 1670. *f.* 1671. *d.* 1672. *g.* 1673. *e.* 1674. *a.* Suetonii, 1669. *d.* Caligulæ, 1669. *e.* A. Gellii, *ibid.* Taciti, 1670. *a.* Eraſmi. 1670, *&c.*

Ciceroni diſſimilis eſſe ſtuduit. 1668. *f.* 1673. *a.* Quàm facili verſatilíq; ingenio fuerit. 1673. *f.* Aliorum ſcriptorum fuit parùm candidus cenſor. 1669. *c.* Vitia ita reprehendit, ut doceat magis quàm deteſtetur. 1671. *a.* Obſcœnus nonnunquam eſt. *ibid.* Jocos nimis affectat, 1671. *c.* 1673. *c.* & frigidas argutias. 1671. *d.* Peccat in petendis affectibus. 1671. *e.* Aſyndetis utitur, 1669. *a.* 1672. *g.* & ſolœcismis frequentiùs. 1672. Ordo & compoſitio in ejus ſcriptis deſiderantur. 1672. *d.* Eadem committit frequenter quæ reprehendit in aliis. 1673. *b.* Perperàm citat autores. 1673. *e.* Quæ in eo fugienda ſint, quæ ſequenda. 1668, *&c.*

Quænam ex ejus ſcriptis interciderunt. 1674. *Tragediarum* opus an illi adſcribendum. 1673. *g.* An opus *Epiſtolarum* ſit integrum, dubitatur. 1674. *c.* Ejus ſcripta prodigioſè depravata fuiſſe; ejuſque rei cauſæ. 1666, *&c.* V. *Eraſmus.*

Senis cujuſdam invidi deſcriptio. 466. *a.*

Senſibilia verè non ſunt. 610. *e.*

Septuaginta Interpretum tranſlatio ab Hieronymo mendacium vocatur. 165. *c.* Eam aliquot in locis ſequuntur Apoſtoli & Evangeliſtæ. 1455. *g.* Eraſmus eam Vulgatæ in multis præfert; 1455. *f.* Hieronymianæ in aliquibus, Eugubinus. 1458, *&c.* Cyprianus, Hilarius, Auguſtinus, *&c.* LXX. Divino Spiritu afflatos credidérunt. 1459. *a.*

Sepulveda in Eraſmum ſcribit. 1950. *d.*

Sera gratulatio non ſolet reprehendi: Sera conſolatio, frigida. 1490. *e.*

Seraphici. V. *Franciſcani.*

utrùm *Sermo* an *Verbum* verti debeat ὁ Λόγος, *Joan. 1. cap.* 596. 612.

de Sermone Prophetarum & Apoſtolorum. 136. 161, *&c.*

Servare, quid. 1254. *e.* Hieronymo quid. 1196. *a.* 1254.

Serviendi multiplex ſignificatio. 1892. *f.*

Servitus pro Dei cultu, an rectè. 1892. *e.*

SIGISMUNDUS Rex Poloniæ paci inter Principes conciliandæ ſtudet: 828. 899. Ad quod negotium hortatur eum Eraſmus. 1143. Laudatur. 1142. 1764. *a.* Cum Moſchis bellum gerit. 1534. Ejus pietas, celſitudo animi, clementia & prudentia. 1143, *&c.*

Sigiſmundus Gelenius ſcribit Annotationes in Plinium. 1957. *g.*

Silentium, Eſai. xxx. 15. quid. 1896, *c.* 1897. *c.*

Simon Grinæus laudatur. 1464. Britanniam viſit. *ibid.*

Simon magus, ejúſque diſcipuli. 1612, 1613.

Sixtinus. V. *Joannes.*

Slapus. V. *Martinus.*

Sobrietatem laudat Eraſmus. 771.

SOCRATES cur à contemplatione rerum naturalium homines ad mores revocarit. 1634. Ejus dictum, *Hoc unum ſcio, quòd nihil ſcio*, abſurdum. 1668. *b.*

Socrates historicus à Palladio dissentit. 1593.
Sodales mali, periculosi. 317. d.
Solœcismi Arnobii excusantur. 1649, &c. Non tamen imitandi sunt his temporibus. 1650. f. 1651. a.
Solœcismi qui in sacris literis reperiuntur, non ad communeliam Christi & Apostolorum spectant, sed ad gloriam. 1882. a. 1886. g. 1888. f. Solœcismi in prima translatione N. T. cui adscribendi. 1651. a. 1889. a. Plures in ea translatione solœcismi notantur. 1879, &c.
de Somniis philosophatur Erasmus. 300. b.
Somnii narratio. ibid. d.
Sophianum nomen Rhetoribus olim tributum. 1592.
Σοφισταὶ 1 Petr. 4. 7. quid. 345. 1193.
Sorbonam Σοφοκλέα λιμὸν appellat Budæus. 18. a.
Sorbonicum collegium Erasmi Paraphrases damnat. 877, 878. 1150. &c. Monet eos Erasmus, ut dignitatem suam & veritatem tueantur. 888, 889. 893. 1113. 1150, &c. Eorum censuris respondet. 1329. ef. De istius collegii statu, déque modo illic decernendi. 889. d. 893. 1045. e. 1188. e. 2070. e. Ejus auctoritas secundùm Regem maxima. 894. c. 1150. f. Bedda cum suis conjuratis hortantur Erasmum ut Facultatem Sorbonicam aperto Marte adoriatur. 1047.
Spectra quibus monachi populo imponunt. 1187. e.
Spiegel. V. *Jacobus*.
de SPIRITUS SANCTI Divinitate. 804. Argumenta eam probantia. 1639. c. Cur de ea nunquam scribat Hilarius. 1638, 1639. De ejus processione sententia Hilarii. 1631. d. Perpauci Judæi eum exactè noverunt. 1696. a. Hæreticorum quorundam de eo opiniones. 1247. b. Quid de eo senserint Ariani, 1873. f. Judæi, & Turcæ. 1874. b.
Quæstiones quædam de Spiritu S. curiosæ, nec necessariæ. 1634. e. 1635. a. 1639.
Berquinus damnatur, quòd scripserit, rectiùs invocari spiritum S. quàm Mariam Virginem. 917.
Quis sensus ejus loci, *Nondum erat Sp. S. Joan. VII.* 1245, &c.
Peccatum in Spir. S. V. *Peccatum*.
Spiritus, pro donis ejus. 1245, &c.
Scandicus, Anglus, Episcopus de S. Asino, debacchatur in Erasmum. 596. 724. Quàm egregiè ineptus fuerit. 597, &c. 915. 1193. g. Inquisitionis summa apud Anglos ei committitur. 1103. e. 1118.
Stephani Poncherii, Parisiensis præsulis, encomium. 58. e. 273. 570. Summis laudibus Erasmi virtutes, eloquentiam, eruditionem evehit. 274.
Stercoraniste. 1658. b.
Stharus commendatur. 1483.
Stoicine an Peripatetici rectiùs de felicitate judicarint. 549. 552. 555. Peripatetici cur iis præferendi. 555. Eorum frigidæ quædam & ridiculæ opiniones. ibid. d.
Stoicum Sapientem nimis extollit Seneca. 1668. d.
Στρεφερὸς pro *obstreperus*, an rectè. 1355. e.
Studiorum ratio. 141. e. 1721, 1722. V. *Præcepta*.
Studiosorum otium quale. 1692. g. 1722. g.
Studium lucerna & ad lucernam oculos lædit. 834. g.
de Stultitia quam Deo tribuit Paulus. 170. c. 171. a.
Stunica. V. *Jacobus*.
Successus rerum prosperus vel modestissimum spiritum potest corrumpere. 830. c.
Sucquetus laudatur. 1261, 1262.
Sudor Britannicus. 386. b. 1789. e. Spargit se per alias nationes. 1476. a. 1477. c. 1519. e.
Suetonius, historicus optimæ fidei. 1688. a.
Summularii. 1233. d.
Summus Pontifex nomen ignotum ætate Hieronymi, 168. e. & Augustini. 167. b.
Superbiam humanam qui libri maximè dejiciant. 910. d.
Superstitiosum divorum & imaginum cultum damnat Erasmus. 1377, &c.
Super. V. *Petrus*.
Sylvagius. V. *Joannes*.
Sylvester Prierias. 1011.
Sylvius quidam Benedictinus Epistolis tanquam ab Erasmo scriptis Leoni X. P. R. & Bombasio imponit. 1514. 1520.
de voce *Synere* in A. Gellio Erasmi judicium. 832.
Synous hæreticus, 1613. e.

T

TAbellarius Erasmi nummis spoliatur. 491. g.
Talmud Erasmo non arrisit. 543. 584. 1118.
Tanquam pro *velut, sive, ut*, à Seneca usurpatum. 1668. g.
Tanta pro *tot* malè usurpari. 1882. c.
Tatianus hæreticus. 1613. e.
Tecum, Hilario quid. 1646. d.
Telemachus. V. *Monomachia*.
Telones quidam, nomine Christophorus Cinicampius, Musis addictus, & Erasmo amicus. 267. 324.
Tempestatis frigidissimæ descriptio. 285. g.
Tempori mos gerendus. 502. d.
Terentiana lectio apprimè utilis. 1700. d. 1996. Plus exacti judicii in una comœdia Terentiana quàm in Plautinis omnibus. 1700. f.
Terminus, Erasmiani annuli signum. 2067.
de Terminis agrorum. *ibid. f.*
Terram Oceano innatare, antiqui credebant. 1691. a. 1698. g.
Terriculamentis populum deludunt monachi. 1187. e.
TERTULLIANUS, Latinorum Patrum doctissimus. 1634. Contra mentis sententiam fit Montanista. 1623. f. Ejus lapsum in Montanismum elevat Hieronymus. 767. Impudentiùs vim facit Scripturis quàm Origenes. 767. b. De eo censura. 767. 1616. f. 1617. d. Emendatur à B. Rhenano. 767. a.
Testamentum dici quasi *testationem mentis*, frigidum. 1451.
Testamentum Christi medicus quidam Basileensis dicit esse, *Crescite & multiplicamini*, &c. 1054. c.
Tetrapla Origenis unde dicta. 1626. a.
THAUMATURGUS. V. *Gregorius*.
Theodorus Episcopus Mopsuestiæ Chrysostomi suasu convertebatur ad Christum. 1593.
Theodorus Gaza Demetrio Chalcondylo præfertur. 1712. Ejus Grammatica laudatur. 1711. In nonnullis hallucinatus est. 1064. Mendæ quædam ejus notantur. 1712.
THEODOSIUS Imp. ob Thessalonicenses interfectos templo prohibetur ab Ambrosio; post sex menses lacrymis & pœnitentiâ transactos ab anathemate absolvitur. 1586, 1587. 1803.
Theologia, interprete Hieronymo, est Regina illa quæ æterno Regi dextra adstitisse dicitur *Psal. XLV.* 502. c.
Theologiæ Scholasticæ origo vel occasio. 1638. b. 1833. c. Quid de ea senserint, Erasmus, 14. c. 16. e. 17. a. 21. c. 22. e. 45. b. 138. a, d. 170. 319. a. 331. g. 362. c. 370. a. 378, &c. 519. 521. 532. d. 564. 580. a. 594. b. 860. c. 911. a. 919, 920. 1137. f. 1189. a. 1233, &c. 1647. f. 1658. 1661. e. 2011. 2046. c. Budæus, 153. a, d. Beraldus, 563. b. Coletus, 2046. c. Vives. 753. In ea nihil humile vidit Erasmus præter orationis filum. 910. c. Corrigi eam mavult quàm explodi. 608. d, g. 609. a. 627. d. 647. d. 859. d. 911. a. 1834. b. Nimium ei tribuunt nonnulli. 919, 920.
Theologorum officium. 585. 588. b. 687. f. 737. b. 1792. c. 1831. V. *Concionator, Minister, Paulus, Sacerdos*. Quid ab eo agendum, quid vitandum. 331. d. 652. e. Eos maximè decet mansuetudo. 585. e. 651. e. 762. Eos ad fontes revocare studet Erasmus. 889. b. Olim nullæ erant Theologorum scholæ. 1189. a. Avaritia & superbia in Theologo magis exsecranda quàm libido. 706. f. Theologi odio laborant, & quare. 915. a. Eorum odia & contentiones amarulentas luget Erasmus. 612. g. 1834. f. Pseudotheologi notantur. 2008, &c. 2014. f. 2016. f. 2019. c.
Theophania quæ. 153. b.
Theophilus Alexandrinus Episcopus, qualis vir fuerit. 1598. Ejus Epistolæ ad Hieronymum, & Hieronymi ad eum, confictæ. *ibid.* Cur tentarit opprimere Chrysostomum. 1598, &c. Epiphanio aliisque imponit. 1599, &c.
THEOPHYLACTUS eandem operam apud Græcos præstitit quam Beda, Remigius & Claudianus apud Latinos. 1870. In eo Chrysostomus firmè totus est. 1121.
verbo Θεοκτονία abusum fuisse Martyrum, miratur Erasmus,

raſmus. 1334.a.

Thomas AQUINAS, Eraſmi judicio, parum expolitus autor. 580. Quid de eo ſenſerit Coletus. 706. Loci multi in quibus ille hallucinatus eſt, ab Eraſmo explicantur. 191.c. Ejus opinio de Eccleſia notatur. 170. Quodnam ex ejus operibus ſit maximè elaboratum. 1633. Excuſat ſeipſum Eraſmus, quòd à Thoma nonnunquam diſſentiat. 1841. Ei eloquentiam tribuit fraterculus, quam interim Eraſmus adimit. 731.

Thomiſtæ duo ex eodem ligno citiùs fingi poſſunt quàm unus tolerabilis Poeta. 734.

Thomæ Becketi factum notatur. 1802.f.

Thomas Cranmarus Waramo ſuccedit in Archiepiſcopatum Cantuarienſem. 1498. Eraſmo mittit octodecim angelatos. 1566.

Thomas Cromwellus liberos dimittit Proteſtantes quos Morus conjecerat in vincula. 1502.g. 1505.f. Eraſmo mittit viginti angelatos. 1566.

Thomas Card. Eboracenſis. V. *Eboracenſis.*

Thomæ Greii laus. 467.d. Ejus ſortem luget Eraſmus, utpote cui cum ſene invidentiſſimo & moroſiſſimo ſit vivendum. *ibid.*

Thomæ Linacri laus. 21.b. 25.a. 61.a. 309. 525. 532. In Eraſmum aliquid molitur. 402. c. Sacerdotio auctus eſt. 434. Ejus Grammaticam à Coleto rejectam, dolet Eraſmus. 518. Ejus verſio Galeni laudatur. 529. 532. 717. 1423. Verſio Proculi cur illi malè ceſſerit, 1423, 1424. Vertit etiam & emendavit Meteorologica Ariſtotelis. 533. 1423. Monet eum Eraſmus, nè lucubrationes ſuas premat. 655.

Thomas Lupſetus magno uſui fuit Eraſmo. 608. Coleti vitam imitabatur. 655.

Thomæ MORI encomium. 175. 309. 525. 533, &c. 638. 689. 711. 751. 1473.c. 1503, &c. 1681. 1717. a. Ejus corpus, vultus, mores, ingenium, vita, fortunæ, ſtudia, parentes, uxores, liberi, omnia, velut in tabula accuratiſſimè depinguntur. 534. 1503, &c. Ejus pater, Joannes Morus, laudatur. 1509. Ejus ſcripta laudat Vives. 640. *Utopia* ejus commendatur. 61.a. 62.b. 391, 392. Eraſmus eum confert cum Budæo. 761. Bonas literas quanti habuerit. 760. Quàm benignus fuerit erga eruditos. 760.a. Filios filiaſque quomodo educarit. *ibid.* 846. 1506. 1681.c. 1744.e. Domum ejus Platonis Academiæ confert & præfert Eraſmus. 1506. Totam ejus familiam ab Olpenio pictore expreſſam habuit Eraſmus. 1471.

Quænam officia obierit. 1509. Legati munus ei non arriſit, & quare. 119.g. 386.f. 393. Regi ſuo eſt à theſauris. 751, 752. 759. Cur penſionem à Rege oblatam recuſaverit. 120.c. Cancellarius fit. 1475. Munus illud abdicat, non jure (ut ferebatur) ab eo ſubmovetur. 1502, &c. 1506, &c. 1509.g. 1510.g. 1511. 1946.d. 1948.e. Severitas ejus erga novorum (ut vocabantur) dogmatum autores excuſatur. 1595. Proteſtantium libris reſpondet. 1508.g. Iis valde fuit moleſtus. 1511. d.

Ejus carmen in effigiem Eraſmi. 177. Reſpondet fraterculo, qui cum reprehenderat quòd Eraſmum & Ægidium Caſtori & Polluci contuliſſet. 179. Brixius dentatum libellum adverſùs eum edit, 278.g. 637, 638. ubi Mori *Epigrammata* vellicat: 711. Cui nè reſpondeat, Morum monet Eraſmus. 710. Morus rationem reddit cur ei reſponderit; 713. libros autem excuſos apud ſe premit. 715.a. Aleander eum perſtringit. 1959.c. 1961.c. Eboracenſem parùm æquum habuit. 1503.

Ei Conr. Goclenium commendat Eraſmus. 751.

Ædes exſtruit in vico Chelſeico. 1506.a.

Ei longævitatem ominatur Eraſmus. 761.a. Sepulcrum ac epitaphium ſibi condit Morus. 1509, 1510. Capite truncatur. 1538. 1543. 1556.

Thurinus chartarum fumo perit. 1559.

Thurzo. V. *Joannes.*

Tigurini divorum imagines ejiciunt è templis. 822.

Timiditas bona quæ. 2084.c.

Tindallus veretur nè Gallia per Melanchthonem recipiat verbum Dei. 1510.

Tomi, Homiliæ, Scholia, quomodo differant. 1625.c.

Tonſtallus. V. *Cuthbertus.*

Tonſtrina, Schola garrulitatis. 2053.f.

Tornacum captum. 420.

Toſſanus. V. *Petrus.*

Traductio quid. 193.

Tranquillitas ab animo petenda eſt potiùs quàm à loco aut vitæ inſtituto. 595.b. 615.c. 628.d.

Tranquillo Parthenio Dalmatæ pro ſeipſo & Academia Lovanienſi reſpondet Eraſmus. 279.

TRIADIS repræſentatione utitur maleficus dum diabolicam ſuam artem exercet. 505. V. *Deus, & Perſonæ.*

Tribulantes pro *afflicti*, Arnobio. 1651.f.

Turca tres adornat exercitus. 1356. Expeditionem in Germaniam parat. 1360. Auſtriam & Moraviam miſerè tractat. 1398. Pannoniam & Syriam raſtat. 1554. Hungariam populatur. 1434. Joanni Hungariæ Regi cum Ferdinando bellum gerenti auxiliatur. 1534. Sperantur cum eo induciæ. 1400. 1462, 1463.

de Turcis. 530. 1136. 1362. 1425, 1426. 1432. Quid de Chriſto & Spiritu S. ſentiant. 1874.b. Efficaciſſima convertendi eos ratio. 1215, &c. Quid eorum converſionem impediat. 1608. De bello adverſus eos Lutheri ſententia. 1390. Vitæ parcere potiùs quàm armis ſunt ſubigendi. 91. e. 1234. 1240. Diſſidia Chriſtianorum iis ſunt gratiſſimum ſpectaculum. 1798. e.

Quidam dicit, Turcas Monachorum & Pontificis tyrannidem conſopituros. 1137.a.

Tuſſanus Græca regio ſtipendio profiteatur. 1411. Quondam Eraſmi lapſus publicè notat. 1430.c. Brixius ſtudet cum Eraſmo reconciliare. 1363, 1421. Laudatur. 1367. V. *Jacobus.*

Tutelaris vita qualis. 317.c. 476.f.

Tympanorum uſum in nuptiis & feſtis non probat Eraſmus. 1276.f.

Typographia, ars præſtantiſſima. 1696.d. Occaſio eſt depravationis librorum. 272.c.

Typographis bonis quantum debeatur. 1681.b. Malè, quæſtûs præcipuè rationem habent. 969.b. 1709.e. 1719.f. Queritur de iis Brixius, 969.f. & Eraſmus. 1027.c. Libellis convitioſis alendis. 949.e. 952.b. 1061.

Typographi, fermè inter ſeſe *κατ' ἐξοχὴν*. 367.a. Semper aliquid ab Eraſmo flagitabant. 1520.a. 1535.e. Triplex iis excudendi ratio. 1007.a.

Tyranni inter & *Reges* nomen olim nihil intererat. 1991.f. Erga Tyrannos quomodo nos gerere oporteat. 1230.

V

VAlentinus hæreticus. 1612.g.

Valetudo proſpera, divitiæ, honores, &c. an & quid conferant ad felicitatem. 549. 552. 555.

Vates optimus, vir prudens. 1150.c.

Udalrici Taſii laus. 204. 581.e. 717. 1304. 1339. Scripta. 581.c.

Venefica quædam octodecim annis commercium habet cum dæmone. 1512. Alteta oppidum Schilach ope dæmonis exurit. 1564.d.

Venefici Aureliani diabolicæ artes. 505.

Venetiæ, urbs omnium magnificentiſſima. 531.f. Quos illic amicos habuerit Eraſmus. *ibid.*

Veniam potiùs majoribus quàm minoribus deberi. 1715.c.

Verbalia non ſemper ſonant actionem, ſed & oblectam. 1892.c.

utrùm *Verbum* an *Sermo* ὁ Λόγος Joan. I. verti debeat. 596. 612.

Verecundia immodica, quantum malum. 1769.

Vergara. V. *Franciſcus.*

Veritas, vulgo odioſa. 384. Ejus comites quæ. 2048.f. Eam celare nonnunquam expedit. 650. c. 748.a. 763. 770.a.

Eraſmus dicit ſe citiùs deſerturum aliquam veritatis portionem, quàm turbaturum concordiam. 967.c.

Hieronymus Verveſius Alphonſo fratri quàm ſimilis fuerit. 1490.g. Ejus in concionando ſedulitas. 1491. opum contemptus. 1492.b. mors. 1492.f. V. *Femina.*

Veſtem ſacram abjicere, aliis licet; aliis non, item. 1292.

de Veſtitu religioſorum. 1241.c. 1292.

Vetus Instrumentum aptiùs dicitur quàm Testamentum. 1354. f.
Victoria speciosissima quæ. 1157. a.
Victus frugalis laudatur. 771.
Vina quot modis vitiant œnopolæ. 1221. g.
Vincentius Lovaniensis, Erasmi obtrectator pertinacissimus. 729. b. 829. 1194. e. Eum Bucentam appellat Erasmus. 729. b, 1194. e. 2091. V. Erasmus. Moritur. 819.
Vindicta optima quæ. V. Injuria.
Vini Burgundiaci laus. 1000. 1221, 1222. 1561.
Vinolentia damnatur. 771.
Vinum Hippocraticum à doctis Trimma & Aromatites dicitur. 351. e.
VIRGILII Georgicon cæteris ejus poematis præstantius. 1633.
de B. Virginis visceribus lepida narratio. 1081.
Virginitatem cur exigebant veteres. 767, b. Quæ ad eam conservandam sint utilia, 760. b.
Virginitatem servare, Hieronymo quid. 1196. a. 1354.
Viri viri, Hebræis quid. 1584. a.
Virtus nobilitatem illustrat. 926. b. Sola felicitatem præstat. 555. e, g. Eam sibi notam esse cur oporteat. 884. c. Ejus imaginem populo proponere potiùs quàm vitia insectari debent Theologi. 332. b.
Ut ad eximias virtutes quis perveniat, quæ sint necessaria. 550.
Vitæ instituendæ optima ratio. 141. e.
Vitâ humanâ nihil calamitosius. 1788. b. 1799. a.
Vita rusticana urbanæ præfertur. 752. a.
Vitia diversis vitæ generibus cognata. 1239. d. Quando maximè detestanda. 1238. g.
Vitrea conspicilla. 834. f.
Ulrici Hutteni libri & res gestæ. 358, 359. Laudatur. 561. 611. 1750. Monet eum Erasmus nè adversùs ipsum scribat. 1489. Scribit mendacem & convitiosum libellum adversùs Erasmum. 934. 986. 1061. 2072. Eum gloriosum & egentem militem vocat Erasmus. 949. V. Erasmus.
Ulrici Zuinglii mors. 1942. V. Zuinglius.
Volaterranus. V. Raphael.
Vultu Dei pro permissu sæpe ponitur in Scripturis. 1893. a.
Vomitus, gracili corpori gravis. 1444. a.
de Votis suscipiendis sententia Lutheri & Erasmi. 764. 775. Nullum debet esse Votum insolubile præter Baptismi. 1285. e.
de Votis monasticis. 859. e. 1243. g. 1295. e. 2144. b.
Urbana vita rusticanâ insalubrior. 752. a.
de Urbanitate & jocis liberalibus. 1774, 1775.
Urinæ frigidæ remedium. 1138. f.
Ursini Velii laus. 372. 1439 Ejus carmen genethliacon in Erasmum. 82. 371. Scribit de gestis Ferdinandi Regis Hungarorum. 869.
Utenhovii [Nicolai] laus. 1703, &c. Epitaphia. 1705. V. Carolus.
Westphalus. V. Hieronymus.
Wiclevitæ, regum potentiâ oppressi potiùs quàm exstincti. 787. Fingunt quidam, Erasmum eorum opinionem probare. 865.
Wimphelingius. V. Jacobus.
Wirtembergensis Dux profligatur. 572. 610.
Vulgata interpretatio N. T. an sit Hieronymi. 159. b. 164. c.
Vulgi præposterum judicium. V. Judicium. Quàm difficile sit vulgo placere. 943. b.
Vulgus tenax eorum quibus assuevit. 2093. d. Subtiles distinctiones non intelligit. 741. b.
Vulgo doctior habetur qui reprehendit. 745. a.
Ad Vulgi captum descendere sapientem suum vult Plato. 555.
cum Vulturio Neocomo expostulat Erasmus, quòd mentionem ejus in libellis suis fecerat. 2050. f. De eo vide plura. 2066. 2071. 2077. 2110, &c. 2137, &c.
Wolfgangus Capito. 1061.
Uxor qualis eligenda. 760, 761.
Uxores multi ducere videntur non ob aliud nisi quia legibus non licet.
Uxores esse communes voluit Plato, & Nicolaitæ. 677.

Z

Zà pro sed olim usurpatum, 1646. &
Zabolus, pro diabolus. ibid.
Zasius. V. Udalricus.
Zebridovius. V. Andreas.
Zelandiæ descriptio. 172.
Zelus sine scientia valde perniciosa res est. 1160. f.
Zirka. V. Joannes.
ZUINGLIUS adversatur Luthero. 774. 819. g. Taxat Erasmum. 774. Asserit nihil esse in Eucharistia præter panem & vinum. 779, 780. V. Eucharistia. Eum seditiosum fuisse. 2127, 2128. Quomodo se gesserit erga Episcopum suum. 2128. b, 2134. b. V. Ulricus.

FINIS.

EPISTOLARVM

D. ERASMI ROTERODAMI

Libri XXXI.

ET

P. MELANCTHONIS

Libri IV.

Quibus adjiciuntur

TH. MORI & LVD. VIVIS

EPISTOLÆ.

Vnà cum INDICIBVS locupletiſsimis.

LONDINI

Excudebant M. FLESHER & R. YOUNG. M. DC. XLII.

Proſtant apud CORNELIUM BEE in vico vulgò vocato *Little Britaine*

ſpondi me nihil aliud credere, quàm quod definiſſet eccleſia catholica. Id reſponſum malè habuit hos Euangeliſtas novos, qui miſerè cupiebant ſententiam ſuam obtinere. Hic quum ſtarem à *Luthero*, qui hac in parte diſſentit ab iſtis, tamen illum inſtigarunt, ut quicquid habet veneni in me effunderet. Hæc nimirum ſunt Euangelica ſtratagemata. Et tamen quum hujuſmodi monſtris depugnantem me, laceſſunt *Sutores* & *Beddæ*, videlicet utraque pars ſic agit ſuam fabulam, quaſi nolint felicem exitum. His literis ſi tibi moleſtus ſum, imputato huic juveni, quem tua liberalitas docuit, quamvis ocioſas extorquere literas. Bene valeat *T. R. D.* Datum *Baſileæ* tertio Idus Martias. Anno à *Chriſto* nato milleſimo quingenteſimo vigeſimoſexto.

Eraſmus Rot. Ioanni Henckello, Mariæ Reginæ Vngariæ à concionibus S. D.

Epiſt. 25. QUemadmodum non poteſt animus verè *Chriſtianus* non ingemiſcere conſiderans quò prolapſi ſint mores *Chriſti* nomen profitentium, quàm penè fuerit antiquatum Euangelium, quàm propè nihil fidei charitatiſq; reliquum fuerit, præter nomen ac titulos, ad hæc quàm in anguſtum contracta ſit ea profeſſio: ita non poteſt non exhilarari quoties audit Deum in viris doctis, integris, & dignitate præminentibus, innovare ſpiritum ſuum bonum, quòd ea res nobis velut oſtenſâ luce, deſperationis tenebras abigat, & in ſpem bonam vocet, fore ut juſtiſſima numinis ira verſa in miſericordiam, exoriantur Euangeliſtæ, qui diſjectas, palantes ac diſſipatas oves revocent ad ſalutiſera *Chriſti* paſcua, & ad eccleſiaſticæ concordiæ caulas reducant. Frequenter enim Deus in prophetis, irritatus populi ſui ſceleribus, minitatur illi Principes pueros, & tales ſacerdotes qualis eſt ipſe populus, & ſpiritum in prophetis mendacem; Contrà propitiatus, veluti felicitatis ſummam pollicetur, Principes cordatos, legum ac religionis tenaces, paſtores fideles, prophetas veraces. Nec ego ſanè aliunde natum arbitror, quòd hactenus pleriſque in locis videmus ſolo titulo *Chriſtianos*, adeo rudes & ignaros ſuæ profeſſionis, ut nè ſymboli quidem apoſtolici ſententias teneant, aut ſaltem illud intelligant quid in baptiſmo profeſſi ſint. A veritate aures avertimus, & ideo miſit nobis Deus doctores non qui linguâ medicâ ſanarent ulcera noſtra, ſed qui pruritum & ſcabiem affectuum noſtrorum commodè ſcalperent. Quàm verò potens res & amabilis ſit Euangelium, declarant hæc tempora, quibus conſpicimus orbem ad auditum Euangelii nomen, velut è lethargo expergiſci, ac veternum excutere. Quid ſi mundus videret in Euangeliſtis mores & animum Euangelicum? Nunc videmus multis in locis exortos novos prophetas, homines ferè humiles, contemptos ac juxta mundum etiam infames, qui validis clamoribus, magnificis pollicitis *Chriſtianum* orbem, iis quæ carnis ſunt, ceremoniis & humanis præſcriptis, veluti mandragoræ, quod aiunt, altum indormientem excitârunt, excitatum bona ex parte ad ſe rapuerunt. Atque initio quidem ut in proſcenium venit, etiam bonis viris plauſibilis erat fabula, donec prædicabatur majeſtas & autoritas incomparabilis ſcripturæ divinæ, donec inculcabatur fiduciam omnem in Deum transferendam, damnabatur fiducia virium humanarum, præferebatur optabile nomen Euangelicæ libertatis. Quin & ea quæ magnâ libertate velut è plauſtro dicebantur in curiam *Romanam*, in Epiſcopos prophanos, in monachorum jam non tolerabilem tyrannidem, in Theologos ſophiſticos, & abſque *Chriſto* doctos, ſatis frequenti cum applauſu excipiebantur, & impavidum hominis pectus in eos qui pro diis habentur, bonæ conſcientiæ ſignum interpretabantur. Quin inſuper addebat nonnihil læti ominis ipſum *Lutheri* cognomen, quod *Germanorum* linguâ *repurgatorem* ſonat. Id habet ex patris opificio, qui rudes æris maſſas officinâ ſuâ repurgat. Augebant theatri favorem, inepti tumultus quorundam, qui protinus moliebantur exibilare cœptam fabulam, vociferationibus apud populum, cenſuris, articulis ac debacchationibus in bonas literas ac linguas. Ii quoniam & ante gravi odio laborabant apud eruditos ac bonos, *Lutheri* cauſam reddebant favorabilem. Jam & illud arguebat hoc negotium aliquo numine geri, quod quo magis in adverſum nitebantur conjuratæ phalanges & his favens monachorum potentia, hoc latius ſerpebat malum. Exuſtis aliquot promittebant ſibi finem totius tumultus. Hoc erat monachorum conſilium. Hic planè nobis uſu venit quod *Herculi* in hydra. Damno crevit peſtis, & à ſævitia duxit opes animúmque noſtra. Ego inter applauſores & exibilatores medius ex multis conjecturis divinavi rem in ſeditionem exituram, nec fefellit vatem ſua divinatio, multo plus vidimus malorum quàm metuimus. Utraque pars tendebat in diverſum funiculum contentionis. Altera Pontificum conſtitutiones æquabat Euangelio, altera vociferabatur eſſe peſtem *Chriſtianæ* pietatis. Itaque *Lutherum* ante annos quinque literis privatim ſcriptis admonui, ut ad tam periculoſum negotium, ſi ſuo fideret ſpiritui, adhiberet animum modis omnibus incorruptum. Ac meo quidem hortatu ſcripſit quædam plauſibiliora, veluti in Pſalmos aliquot, in Precationem Dominicam, De quatuordecim ſpectris; Sed his incredibili celeritate perfectis, provolârunt alii ſuper alios libelli, quorum noviſſimus quiſque violentiſſimus erat. In his me vehementer offendebat præter arrogantiam, inſatiabilis quædam conviciandi libido, non abſque ſpecie ſcurrilitatis, & compertum habeo eum per leves quoſdam homines ad hæc incitari, ſimpliciter indignos, quorum vel in coquendis oleribus conſilium admittat. Et ad talium ſuſurros ſtringit petulantem calamum in Reges, & in homines publicitùs de omnibus bene mereri cupientes, velut oblitus in quo theatro quam perſonam ſuſtineat, quam fabulam agendam ſuſceperit. Hæc hominis intemperantia fecit, ut inciperem de ſpiritu illius vehementer eſſe ſollicitus, mihíque gratulari quòd in eam factionem nec blanditiis pellici, nec odiis protrudi potuerim. Non deſinam tamen optare lætum aliquem exitum hujus tragœdiæ, undecunque natæ, quomodocunque progreſſæ. Videbam enim fore ut ſi victoria cederet quorundam affectibus, *Lutheri* ruina multas res optimas ſecum traheret in exitium: veluti nunc videmus ubique frigere linguas ac bonas literas, quas intolerabili degravavit invidia. Jacent priſci

prisci scriptores, Theologia scholastica, quam correctam optabamus non extinctam, obsolescit. Emoriuntur ferè omnes disciplinæ liberales. Denique ipsum Euangelii nomen, factum est apud multos invidiosum, adeo ut vix illa profiteri liceat quæ docuit *Paulus*. Tyrannis illorum quos videbatur oppressurus gladio spiritûs, quod est verbum Dei, exasperata est non sublata: & adeo non contigit sperata libertas, ut bonis jugum sit aggravatum, pessimo cuique laxatæ habenæ. Una spes adhuc superest. Quænam inquis? Dicam pro mea quidem sapientia, quæ perquàm exigua est. Si fortè meruit hoc mortalium impietas, ut per tales homines, perque tam sævum chirurgum curaretur, quando malagmatis, potionibus & emplastris sanari non poterat, spero futurum ut quos Deus afflixit rebelles, consoletur respicientes. Solet enim nonnunquam populi sui peccata, per *Philistæos* & *Holophernas* & *Nabugodonosoras* emendare, & ut est omnipotens artifex, impiorum malitiâ in Ecclesiæ suæ bonum, inque suam gloriam vertere. Sic & venena data nonnullis cesserunt in remedium, & interdum hostis gladius cum vulnere dedit sanitatem à medicis desperatam. Legimus & viperam complexu suo veterem ac deploratam podagram à morbo liberâsse. Plus valet Dei bonitas quàm casus. Morbus erat ingens & inveteratus, nec quicquam hic poterant levia vulgariáque remedia, datum Elleborum jam pridem torquet intestina totius orbis, adeo ut periculum sit nè pereat in remedio, quod multis accidit. Utinam cœlestis ille medicus dignetur ex his malis donare populo suo aliquid bonæ sanitatis. *Charitas* juxta *Paulum omnia sperat*. Hanc spem ego nondum omnino deposui, fretus nota Domini misericordiâ, qui non solet suis irasci perpetuò, sed pacisci cum tentatione exitum, ut possimus sustinere. Nam quod in me nuper tam scurriliter debacchatus est, idque sine causâ, quum mea *Diatriba* civiliter absque conviciis disputaverit, leviter feram privatam contumeliam, modò publicum *Christianæ* religionis negotium ut optamus succedat, & Euangelium *Christi* verè regnet in conscientiis omnium mortalium, ac nobis apud homines ingloriis, glorificetur, laudetur, triumphet apud universos adorandum nomen Domini nostri *Jesu Christi*: Idque quo magis speremus facit, quod videmus aliquot in locis exoriri novos Euangelistas, qui placidè, prudenter, & Euangelico spiritu prædicent Euangelium, nec in dextram nec in lævam declinantes: quibus sic placet veritas Euangelica, ut displiceant tumultus, luxatæque rerum compages, quique doctrinam suam vitæ integritate, ac morum lenitate commendent, nec misceant Euangelistæ personam, cum persona scurræ. Non hìc te prædicamus vir optime, sed misericordi Deo pro dotibus amplissimis quas in te contulit, & per has in te ἐνεργοῦντι gratias agimus, ex animo gratulantes inclytæ Reginæ *Mariæ*, fœminæ, ut audio, tum piæ tum prudenti, vel toti potius *Ungariæ*, in quâ hoc impensiùs optamus florere *Christianismum*, quo magis patet eorum incursionibus qui *Christianæ* ditioni malè volunt. Porrò quod meis quoque studiis tantopere faves: id enim intelligo ex *Antonini* mei literis: amo candorem tui pectoris, quo faves ut ille scribit, omnibus, qui modò spem aliquam bonæ frugis de se præbeant. Ego nescio quo spiritu afflatus, pro modulo gratiæ mihi donatæ, cœperam Theologiam scholasticam nimium nimiúmque prolapsam ad argutias humanas, ad fontes revocare. In hoc dedimus Novum Testamentum, & aliquot insignes autores. Addidimus paraphrases, quo segnibus etiam consuleremus, & fastidiosos alliceremus obviâ facilitate: nec omninò malè successit, nisi tempestas hæc fatalis fuisset consequuta: quæ si Deo volente mota est, licèt per improbos, tamen speramus futurum, ut ὑπὲρ μυριάδας χαρὰς præter expectationem inponat lætam κατάστασιν. Id citiùs confido futurum si plures exoriantur Euangelistæ tui similes, et si monarchæ suas cupiditates submiserint Euangelii gloriæ. In Paraphrasibus, quando has dignaris tuâ lectione, comperi lapsus aliquot typographorum incuriâ commissos, quos partim curavimus farciendos, videlicet in *Matthæo*, *Luca* & *Joanne*; nam hi tres nunc rursus excusi sunt. Mitto igitur simul & quos in his deprehendimus errores & quos in aliis, nisi quòd illa minutula negleximus. Tantum licuit in præsentia vir ornatissime. Ubi tuæ literæ fuerint redditæ, pro viribus adnitar efficere, nè videaris hominem ingratum & inhumanum ad amicitiam provocâsse. Dominus *Jesus* te servet in æternum. Datum *Basileæ* Nonis Martiis, Anno à *Christo* nato, M.D.XXVI.

* *Eras. Roterod. Ioanni à Lasco Poloniæ Baroni* S.D.

SI tibi feliciter cessit tua demigratio Clarissime Comes, est profectò cur levius doleam. Mihi sanè tuus abitus multis nominibus fuit infelix: ut enim reliqua taceam, mensibus aliquot mihi sudandum erat, ut domum hanc tuâ magnificentiâ corruptam, ad pristinam frugalitatem revocarem. Deinde totum pene autumnum & hyemem, cum calculo mihi fuit colluctandum. His quasi parum esset, tantum molestiarum aliunde accessit, ut facilè senserim genium meum bonum abesse. Non audebam te remorari, quum jussu Regis, ad magna negotia vocareris, tametsi suspicabar id fore quod accidit. Certè minoris hìc expectâsses literas certiores. *Carolus* huc rediit, adferens myrobalanos, sed succo jam absumpto. Questus est ob eam profectionem tantum temporis perisse studiis suis. Agnoscis novam temporis parsimoniam. Ablegavi hominem in *Angliam*, nè situ torpescat. De nuncii tui reditu, nihil adhuc audimus, tantum ex *Antonini* medici literis intelligo, linguam & supputatorium codicem redditum quibus volebamus. Quod hortaris ut scribam Regi *Sarmatiæ*, nondum decrevi an expediat. Hic nè musca quidem erat quæ peteret *Venetiam*. Et incertum quidem erat quis orbis te haberet, *Hispanus* nè an *Gallicus* an *Sarmaticus*. Itaque verebar nè literæ seriùs redditæ, nihilo plus apud Regem haberent gratiæ, quam apud Cæsarem sera consolatio. Scribam tamen, te quidem autore tam auspicato, si quid dabitur ocii. Semper abhorruit ingenium meum ab arena gladiatoria, nec mihi placuit unquam retiarium agere: nunc, ita fatis visum, cogor etiam σκιαμαχεῖν. *Lutetia* misit nobis librum *Petri Sutoris*, quondam Theologi

Sorbonici, nunc monachi *Cartuſiani*, in quo nihil crepat, niſi hæreſes, hæreſiarchas, blaſphemias, & ſchiſmata. Huic reſpondi, penè oblitus meæ ſolitæ civilitatis. Et liber erat excuſus cum autoritate. Eodem tempore venit cenſura *Beddæ*, præceſſerant tres libelli *Latomi*, mox famoſus libellus quatuor ſcurrarum *Dominicanorum*. Denique præter expectationem provolavit liber *Lutheri*, in quo ſuperat ſe ipſum omni genere petulantiæ, cui nunc ex parte reſpondimus. Nam ante mercatum vix mihi dabantur dies duodecim. Videor olfacere è *Lutheri* ſcriptis, *Pelicanum* è noſtris colloquiis quædam per literas illi ſignificâſſe. Qui penè concitavit hìc alteram tragœdiam. Sparſerat rumorem, ipſum de Euchariſtia idem ſentire quod ego. Scripſi ad eum hac de re literas expoſtulatrices, ſed abſque nominis indicio; Eæ *Pelicani* literæ per *Berum* & *Cantiunculam* nonnullis oſtenſæ ſunt, quin & in ſenatu lectæ, tandem verſæ *Germanicè* longè latéque ſparſæ non ſine dolore meo. Reſpondit per literas *Pelicanus*. Reſcripſi, deſineret ſcribere, ſi quid vellet, adiret me. Venit. Rogabam hominem quid ſibi vellet ſuis epiſtolis. Ille variè tergiverſabatur. Urgere cœpi, Tandem utcunque confeſſus eſt ſe dixiſſe, quod idem ſentiret quod ego. Rogabam quid igitur ſentiret, quod mihi eſſet cum ipſo commune: poſt multas tergiverſationes, reſpondit in Euchariſtia eſſe corpus & ſanguinem Domini; Idem, inquit, tu ſentis. Nihil amplius inquam? Credis illic eſſe tantum in ſigno? Non inquit, ſed arbitror adeſſe virtutem *Chriſti*. Pergebam, Nòn credis illic adeſſe ſubſtantiam corporis? Faſſus eſt ſe non credere. Poſt hæc rogabam an eam opinionem fuiſſet unquam apud me profeſſus. Faſſus eſt id quod erat, nunquam id factum. Mox percontabar, an unquam audiſſet eam ſententiam ex me. Negavit audiſſe, & adeo non audierat, ut ſæpenumero diverſam audierit. Pergebam; Tu profiteris, inquam, apud alios, me ſentire tecum, quumque hæc dicis, interpretaris apud animum tuum, te hactenus ſentire mecum, quod credas ibi eſſe corpus Domini, & qui te audiunt, intelligunt me tecum ſentire, quod docuit *Oecolampadius*. Nunc audio circumferri illius epiſtolas duas cuibus nihil inſulſius vidi. Accitus eſt *Tigurum* ut illic doceat literas Hebraicas. Is erit poſtremus Euangelicorum cui quicquam ſim fiſurus. Quum exiſtet liber *Oecolampadii De Euchariſtia*, ſenatus rei novitate nonnihil turbatus, privatim conſuluit me, præpoſitum *Berum*, *Bonifacium* & *Cantiunculam*. Is odor ſimul atque pervenit ad illos: erat autem res mirè cordi, *Zuinglio*, *Oecolampadio*, *Capitoni* ac *Pelicano*: mox huc advolavit epiſtola *Capitonis*, quæ nobis autoritatem adimeret. Erat paratus & libellus famoſus, qui preſſus eſt, quidam ſuſpicabantur & illum fuiſſe *Capitonis*. Talibus præſidiis nititur Euangelium. *Faber Stapulenſis Gallicâ* profugus agit *Argentorati*, ſed mutato nomine, quemadmodum Comicus ille ſenex, *Athenis Chremes erat, in Lemno Stilpho*. Sed quid tuam Celſitudinem hiſce næniis onero? *Beatus Rhenanus* excudit neſcio quid annotatiuncularum in *Plinium*, eas opinor tibi dedicabit. Poſteaquàm cognitum erit ubi conſederis, prolixioribus epiſtolis tecum agam. Hanc commiſi ventis, ſi qua fortè ad te tranſvolet. Priuſquàm haſce literas obſignarem, reddita eſt epiſtola tua Calendis Februariis ſcripta, quâ ſignificas periſſe nuncium, téque in patriam revolare. Utinam apud nos tam inconſtantes epiſtolas expectâſſes à tuis. Alioqui nec abs te nec à *Polo* quicquam eſt redditum, præter epiſtolam tuam quam attulit *Carolus* meus, & hanc poſtremam. Geminum feci hujus epiſtolæ exemplar, quorum alterum miſi *Francfordiam*, alterum *Conſtantiam*. Hanc artem docuerunt me Cardinales, ſi quid ſit rei ſeriæ. Bene vale *Baſileæ* poſtrid. Nonas Mart. Anno M.D.XXVI. Saluta *Palatinum* germanum ac cæteros amicos.

Eraſ. Rot. Hilario Bertulpho S.D.

INvitavi te proximis literis, ut ad nos te conferas, quòd ſi à *Gallicis* lotis non potes avelli, ſaltem per literas inſtitue nos quomodo gratulandum ſit *Franciſco* Regum optimo ad ſuos reduci: idque quàm primum. Facilè diſces ex aulicis quæ ſcriptu digna ſunt. Multis quidem duriores videntur coiti fœderis leges, ſed Deus omnia vertet in bonum exitum. Quæſo te pollicitator ubi ſunt calendæ *Latinæ*? Bene vale. *Baſileæ* XVII. Calendas Junias. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto. *Epiſt. 27.*

Eraſmus Hieronymo Emſero S. D.

NOn tam gaudeo meam excuſationem à vobis recipi, quàm hoc quod recuſavi fuiſſe poſtulatum. Senectutem & morbos tibi mecum communes eſſe doleo, quanquam longè crudelius malum eſt calculus ſorore podagrâ. De nomine tuo præterito jam putabam tibi ſatisfactum eſſe. Sic res habet ut ſcripſi: quum ſcriberem ſpongiam, prorſus ignorabam abs te quicquam in *Lutherum* editum. Et ſi ſciſſem, non protinus odi, quorum non facio mentionem. Quamquam hoc ſeculum tale eſt, ut interdum mihi ſanè non ſatis tutum ſit, etiam amiciſſimos prodere ſcriptis, propter linguas faſcinatrices. Miror ubi ceſſârit tuus cognatus: nam librum cum liters X. Januarii ſcriptis, reddidit 14. Cal. Aprilis. Redditus erat caſu liber *Lutheri*, ſed adeo ſero, ut ante nundinas, ad legendas illius loquaciſſimas næniias, ad relegendam diatribam meam, ad ſcribendũ & ad antigrapha recognoſcenda, ad excudendum & caſtigandum vix ſuperfuerint dies duodecim. Incredibile dico, niſi quod multis teſtibus res acta eſt. *Frobenius* ſex prælis excudebat ſingulis diebus tres ogdoadas paginarum. Et tamen *Lutheri* codex offendit me jam diutinis laboribus delaſſatum, præterea ex perpetuâ pene ægrotatione languidum. Nullum enim cœlum inimicius huic corpuſculo, quam quo vix unquam caruimus à fine Julii ad hunc uſque diem. Cur ita properarem, in cauſa fuit, quod quum idem opus ſimul excuderetur & *Auguſtæ* & *Argentorati* & *Norẽbergæ*, tamen incredibili ſtudio curabatur ab iſtis nè quid ad meas manus perveniret. Videlicet hoc venabantur, ut ad proximas uſque nundinas triumpharent impunè. Id nè fieret, reſpondi operis dimidio. Reliquum nunc eſt in manibus. Quod abſolutum eſt ad te mitto, in quo reperies nomen tuum, ſed abſque præfatione honoris, quam illic ob certas cauſas nulli tribuo. *Epiſt. 8.*

Si

Si amicitiam æstimas amore mutuo, non patiar me abs te vinci; Sin prædicatione nominis, nè hac quidem parte defuturus sum officio meo, simulatq; se dederit opportunitas. In carmine tuo mihi placuit & perspicuitas & splendor non sine nervis. In usurpandis *Græcis*, uteris magnâ libertate, corripiens ultimam in disdiapason, producens primam in Catholico, quanquam idem aliquoties facit *Prudentius*. Nec hujusmodi libellis nec sævitiâ quicquam profecturi sumus. Hìc me verum fuisse vatem, rei declarabit exitus; Adeo latè serpsit malum. Laudo tamen quod Principes gnaviter coercent seditiosos. Quid meâ *Diatribâ* civilius? Quid profecit tamen, nisi quod *Lutheranos* excitavit ad majorem insaniam? Id non ignarus futurum, tamen morem gessi Regi & Card. *Angliæ*, Pontifici & doctis aliquot amicis, nos tacens interim quid esset sequuturum. Nihil expectabam à *Luthero* moderatum, tantum malitiosæ calumniæ non expectabam. Occupant sibi passim bonas literas, quo videlicet hoc prætextu constabiliant suam factionem, & tandem obruent hæc quoq; studia. Quales furias habeat *Lutetia*, declarabit apologia quâ *Sutori* respondeo. Et *Natalis Bedda*, notavit plusquam ducentos articulos in *Paraphrasibus* meis, quorum hic est periculosissimus, quòd exponens angeli verba, Invenisti gratiam, scripserim, non est hoc tui meriti sed favoris divini. Mitto carmen *Andreæ Critii* Episcopi *Vngariæ*. De *Ceratino* miror te nihil scribere. Audio duci non perinde fuisse gratum atque ego sperabam: est tamen vir egregiè linguarum peritus ac bonus, nec sine meo sumptu fuit evocatus, quod tamen non eram facturus, nisi Princeps toties efflagitâsset. Cupiebam plura in sinum tuum effundere, sed cum *Luthero* rixandum est, quæ res ille vertat malè. Demiror quid ille sibi proposuerit, simul & scurram agens & euangelistam. *Basileæ*. M.D.XXVII.

A B C D E

Eras. Roterod. Antonio Puccio Episcopo Pistoriensi S.D.

Epist.29. REverende Præsul, quum penitus infixa sint animo meo tua in me neutiquam vulgaria officia, tamen hactenus ab officio literarum temperavi, quod officii potiùs esse ducerem tuam amplitudinem tot negotiis occupatam non interpellare supervacaneis epistolis. Sed quum oblato nuncio rogarem *Lodovicum Berum* præpositum, mihi singularem patronum, ecquid vellet mandare *Romam*, ortâ mentione tui nominis, obnixè rogavit, ut te tribus verbis salutarem: quem incolumem esse gaudeo vehementer, bonâque spe sumus fortunam, quæ cœpit evehere dignitatem tuam, aliquando tuis virtutibus respondsuram, quibus ex teipso maximus es, velit nolit fortuna. Nobis hactenus cum calculo & oblatratoribus tantum res fuit, nunc incidit ea tempestas, ut superiorum malorum penè simus obliti. Quum volet Dominus, & quum promerebimur, hìc rerum tumultus aliquâ serenitate commutabitur. Affulsit enim aurula quædam pacis inter monarchas sarciendæ: Id si contingat fortassis sub autumnum isthuc adrepemus. Rogarem nisi confiderem te id sponte facere quod soles, ut *Erasmo* clientulo tuo faveas. *Berus* opinor ad te scribet, tametsi pudet hactenus siluisse, & veretur magnitudinem tuam. Certè ex animo te suspicit amátque si quis alius. Ei precor omnia fausta lætáque. *Basileæ* feria quarta post Pentecosten. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

F G

Eras. Rot. Leonardo Officiali Archiepiscopi Besontini S.D.

VIr egregie, leviùs odissem hanc valetudinem, si mihi tantum adferret cruciatum, non etiam amicis gravem redderet, ac molestum. Tolerabilior enim esset, si dolorem haberet absque pudore: nunc non tam pigebat morbi, quum apud vos essem, quam pudebat, quod vestro in me affectui longè humanissimo deesse coactus sum. Et haud scio, an sint non eâdem humanitate prædita quâ vos estis, qui meam calumnientur calamitatem, & infelicem necessitatem interpretentur inhumanitatem. Post abitum, hìc diu langui, magnáque victûs moderatione, sensim ac paulatim revixi. Ubi sum factus paulo firmior, aperuit se calculus, qui latuerat in insidiis. Eum ejeci, sed cum summa vitæ desperatione, post aliquanto commodiùs habere cœpi, repertâ aquâ ex adipso coctâ, quâ vinum diluo: quod si amarum est, dulcescit; si acidum, corrigitur; si austerum, mitescit; si acerbum, fit lenius; si ardens, refrigeratur. Nescio quid rumoris huc allatum est, discessum isthinc nostrum sequutam esse famam, nos esse *Lutheranos*. Verùm ad hos tumultus jam occallui. Utinam utraque pars huc incumberet, ut Euangelica synceritas verè floreret apud omnes: Non deesset stilus meus. De confirmanda missa magnâ sedulitate tumultuatur *Bietricius*: at mihi res cordi non est, & præstat hoc seculo non dare ansam improbis tumultuandi. Habetis isthic in propinquo novum Euangelistam *Pharellum*, quo nihil vidi unquam mendacius, virulentius aut seditiosius. Mihi videtur esse tempus ut Episcopi cum Principibus seriò conferant sua consilia, quo dissidium hoc quod indies serpit latiùs, sic componatur nè facilè repullulascat. Nam vulgaribus remediis, hoc est palinodiis, carceribus & fasciculis video nihil profici nisi in pejus. Commendabis me diligenter *D.* Archidiacono & hujus Officiali, præterea *Francisco* Thesaurario, *Desiderato* cæterisque dominis & amicis meis. Bene vale. *Basileæ* postrid. Innocentium. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Epist.30.

Eras. Rot. Medico cuidam S.

EUm qui tuas reddidit nondum alloquutus sum. Quum huc veniret eram occupatissimus in *Origene* vertendo, cujus fragmentum in *Matthæum* nacti sumus: quum rediret, obortus erat intolerabilis dentium cruciatus, adeo ut nec loqui possem, nisi exasperato malo, propter haustum aerem. Media æstate passi hìc sumus hyemem. Pro commonstrato remedio gratiam habeo maximam, etiamsi mihi non cum arenulis, sed cum saxis res erat, unde medici λίθωσιν appellant. Verùm hoc malum in aliud est commutatum, quod perpetuam habet molestiam, sed dolore tolerabiliore. Id ni factum esset, jam ab his tumultibus liber esset *Erasmus*. Fuit apud nos *Gervasius* Theologus verè

Epist.31.

candidus, cujus colloquium mihi magno fuit ſolatio. *Claudio Felici* multam opto felicitatem. Quod me amantiſſimè conſolaris adverſus hominum invidiam, vel malitiam potiùs, ſcito me non tam meâ cauſâ dolere quàm *Chriſtianæ* religionis nomine, quæ tales habet & doctores & propugnatores. De me meiſque ſtudiis viderit *Chriſtus*. Et utinam præter *Beddam* ac *Sutorem* nullus eſſet eâdem infectus malitiâ. Reverendo Præſuli tuo meis verbis plurimam dices ſalutem. Bene vale. X. Cal. Junias. M.D.XXVII.

Eraſ. Rot. Guilhelmo Waramo Archiepiſcopo Cantuarienſi S.

Epiſt. 32. VNicum meum in *Chriſto* decus ac præſidium, partim ex literis tuis, partim ex his quæ famulo mihi narranda commiſeras, dilucidè perſpexi pluſquam paternam tuam erga me pietatem. Idem utriuſq; votum eſt. Verùm obſtat præſens temporum conditio. Nondum ab acie licet diſcedere. Sed brevi fortaſſe licebit, ut minore intervallo dirimamur. Interim jubeo te bono eſſe animo. Tumultus hi planè fatales ſunt. Me non citiùs deficiet animus, quàm vita. Is quem nôſti totius hujus tragœdiæ, & quæ mota eſt *Lutetiæ*, & quæ nunc fervet vel furit potiùs in *Hiſpania*, autor eſt, homo natus ad hujuſmodi ſycophantias, nec aliâ re celebris inter mortales. Verùm apud *Hiſpanos* præcipuè mendicantes agunt hanc fabulam, faventibus mihi Epiſcopis ac doctis præcipuis, præter aulæ ſtudia. Res habebit ut ſpero proſperum exitum. Pecunia penſionaria nondum pervenerat ad *Petrum Ægidium* circa finem Julii, nunc arbitror redditam. Amplitudinem tuam incolumem ſervet Omnipotens. Datum *Baſileæ* IX. Cal. Septemb. Anno M.D.XXVII.

Eraſ. Rot. Matthiæ Laurino domino de Vvateruliet.

Epiſt. 33. EX *Marci Laurini* literis cognovi, quod mihi fuit longè gratiſſimum, te rectè valere, veterémque tuam in me benevolentiam, nec locorum, nec temporum intervallo poſuiſſe. Quorundam malè auſpicatorum hominum improbitate laborant bonæ literæ, & qui his provehendis navârunt ſtrenuam operam, lapidantur à picis, graculis & corvis, ego cum primis. Quod ni eſſent boni omnis aves, quæ funeſtis obſtreperent, prohibeant ſuperi, quod iſti videntur auſuri. Quare tibi vir generoſe, non meo tantum, verùm etiam literarum ac publico ſtudiorum nomine gratias ago, quod adverſus iſtos blatterones optimam cauſam & prudenter & feliciter tueris. Rurſus apud *Hiſpanos* tantos excitârunt tumultus mendici quidam, ut nec à Cæſare, nec ab Archiepiſcopis compeſci queant. Tantum valent clamoribus. Tota ſpes illis eſt in maledica lingua. Niſi me revocaret *Chriſtiana* modeſtia, & ni vererer, nè dum improbis digna rependo, lædam probos, ſentirent qualem artificem provocâſſent. Miror autem iſtos nullum moliendi finem facere, quum toties malè ceſſerit conatus. Quid enim aliud efficiunt, niſi quod exacerbant publicum in ipſos odium. Metui volunt non amari, quo quid eſſe poteſt magis tyrannicum? Tyrannus qui timetur à multis, multos metuat oportet, & mendici volunt & Regibus eſſe formidabiles, eò progreſſæ ſunt res humanæ. Cura ut quàm optimè valeas. *Baſil.* M.D.XXV.

Eraſ. Rot. Tielmanno à Foſſa S.D.

Epiſt. 34. DExtro *Mercurio*, pro tam neglecto brevíque epiſtolio, duas epiſtolas accepi, alteram juſtam, alteram quæ breve volumen videri poſſet. Utraque mihi fuit gratiſſima, multis quidem nominibus, ſed præcipuè ob ſyncerum pectoris in me tui candorem, imò non in me, ſed in eas potiùs dotes quas in me credis eſſe, non meas. Quid enim eſt noſtrum, ſed ſi quid eſt, Dei eſt. *Heliam* optimum ſenem nobis ereptum doleo, cœlis redditum gaudeo. Quid enim illo candidius aut integrius? Proximis ſuis ad me literis ſubſcripſerat, *Helias tuus, barbarus, decrepitus, vivum cadaver*, quaſi præſagiens imminere mortem. Illud vivum cadaver mihi diſplicuit, eâque gratiâ noviſſimis literis objurgavi hominem, qui templum ſancti Spiritus appellaret cadaver, quum nulli magis vivant quàm qui ſic moriuntur. Reſpondit ille non calamo, ſed re. Gratum eſt quòd mihi depinxiſti tuæ familiæ ſimulacrum, gratius quòd fortuna tuo reſpondet animo, qui liberos tuos cures ſanctè educandos, ſed ita ut unum duntaxat dicaris negotiationi. Quare quum octo liberos habeas, eoſque tam ſanctè inſtituas, fruſtra mihi offers tuas fortunas communes: non enim ſum tam impius, ut tam piè collocandis facultatibus quicquam detraham, animum totum amplector atque exoſculor. Supereſt ut hanc amicitiam è ferreo munuſculo natam, adamantinis vinculis aſtringamus. Dominus *Jeſus* bene fortunet res tuas cum tota familia. *Baſileæ* ſexto Calendas Septembris. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo. *Sobio* ex me ſalutem plurimam.

Eraſ. Rot. Vrbano Regio S.D.

Epiſt. 35. SIc exiſtimo *Vrbane* doctiſſime, me jam nunc omnia debere, vel Illuſtriſſimo Principi *Herneſto*, vel tibi, ob animum in me tam propenſum. Proinde judicavi me nonnullam gratiæ partem hâc ratione poſſe referre, ſi quando mihi cupienti non eſt integrum, hominem commonſtravero, qui quod à nobis expectabatis, longè cumulatiùs præſtare poſſit. Eſt apud nos *Henricus Glareanus* Cæſareâ laureâ inſignis, quod equidem decus, inter tot juvenis ornamenta multo infimum eſſe duco. In omnibus diſciplinis quas mathematicas vocant, eximiè doctus, neque vulgariter exercitatus. In omni quæ nunc in ſcholis traditur *Ariſtotelica* philoſophia, eò progreſſus, ut cum ſummatibus etiam congredi poſſit. Magnam inſuper Theologicæ rei partem aſſecutus. In geographia, in hiſtoriis abſolutus. Denique nullum eſt genus literarum in quo ille non ſit feliciſſimè verſatus; *Græcè* quoque doctus uſque ad mediocritatem, & hìc brevi abſolvendus, quæ eſt hominis tum induſtria tum dexteritas. Adde huc ætatem maximè tempeſtivam huic negotio. Ad trigeſimum accedit annum, quæ ætas ut grandior eſt, quàm ut contemptui ſit obnoxia, ita laborum omnium longè eſt tole-

tolerantiſſima. Eſt autem *Glareanus* præter ætatem, peculiari quâdam naturæ dote literarii laboris, & appetens & patiens. Quod neſcit, diſcit avidè; quod ſcit, docet libenter & candidè. Moribus alacribus ac feſtivis, ac prorſus omnium horarum homo. Addam extremum calculum, quem ego vel in primis æſtimandum arbitror. Ingenium integritati natum. Abhorret à compotationibus iſtis temulentis, abhorret ab alea, à turpiloquio, à ſcortis, ita ut harum rerum nè mentionem quidem ferre poſſit. Invitatur à multis, nec aſpernandis conditionibus, & jam addictum putabam. Verùm inter confabulandum ſenſi hominem iſtuc pellici poſſe, ſi modò offeratur, quod illius virtutibus ſit non indignum. Juvenis eſt, plus habet eruditionis quàm opum aut autoritatis, quamquam autoritas jam non levis, indies accreſcit homini. Illuſtrabit hunc Principis ſplendor, & ille viciſſim Principis imagines ac fortunam cohoneſtabit, quódque decoris mutuum acceperit ab illius Celſitudine, vel cum fœnore reponet aliquando. Arbitrabar me initurum gratiam apud vos ſi hæc literis meis indicâſſem. Et ſcio quem commendem. Novum Teſtamentum editum eſt. *Hieronymo* ſupremus imponitur colophon. Bene vale. *Baſileæ*, Nonis Martiis. Anno M.D.XVI.

Eraſ. Rot. Lodovico Vivi S. D.

Epiſt. 36. DIatribam meam *Philippus Melanchthon* ſcribit æquiſſimis animis acceptam *Vuittenbergæ*, ſed ita ut non diſſimulet ſe metuere cauſæ *Lutheranæ*, quam ait cum Euangelio conjunctam, ſi perrexero. De victoria, mi *Vives*, quæ futura ſit gemitus orbis ſi vindicetur à quibuſdam, rem ipſam divinas. Urgeor utrinque, dici vix poteſt quam odioſe, ſed in utraque parte video futuros intolerabiles ſi vincant. Hic res planè ſpectat ad ſeditionem, & aliquot διναται me conantur volentem nolentem huic involvere negotio, nihil profecturum, niſi ut utranque partem in me provocem. A tanto Rege, a tali Regina laudari vehementer gratum eſt, ſed quid iſthuc πρὸς τ' ἀλφιτα; bellè diſputo, ſed hic magno fumat culina. *Montjoius* nè verbum quidem mandavit aut ſcripſit, opinor ſubitum *Livini* diſceſſum fuiſſe in cauſa. Quem dicas novum meum colluctatorem non ſatis intelligo, niſi fortè dicis *Othonem Brunsfeldium*, quem ipſe *Lutherus* magis execratur quàm ego. Et hoc tamen inſanior eſt *Phallicus*. Horum inſolentiam coercuerunt magiſtratus graviſſimis minis, alioqui impotentiſſimè debacchaturorum in me. In *Hieronymi* ſcholiis, ſi non omnia, certè permulta caſtigavi. Habebam id temporis plurimos inſtigatores, adjutorem neminem. O me rudem ingenii *Germanici*. Erratum de *Laberio* nuper deprehendi, dum certior eſſe cupio de ætate: Tametſi antea quoque ſubdubitabam. *Linacri* mortem acerbiùs ferrem, ni reputarem quantis cruciatibus ſubductus ſit. De *N.* ſcripſi non quantum ille meretur, omnibus *Eurybatis* ac *Phrynondis* ſceleratior, ſed quantum meæ modeſtiæ tuæque prudentiæ ſatis eſſe judicavi. Hic ſedulò diſſuadet *Frobenio*, nè quid tuorum excudat. Et *Frobenius* duntaxat hac in re, abſque illius præſidio nihil poteſt. Nam apud *Germanos* vix quicquam vendibile eſt præter *Lutherana* ac *Antilutherana*. Mea tamen adhuc ſatis favorabilia ſunt, vel hoc argumento, quod *Frobenius* tam multos habet æmulos magno ſuo diſpendio. Cæſaris edictum quod deterret æmulos, hujus non faciunt ipſi qui nobis dant Cæſarem: imò vendunt Cæſaris nomen. Ego jam pridem geſtio quopiam ab his figulis demigrare. *Frobenius* mihi ſeriò queſtus eſt, ſe nè unum quidem opus *De civitate Dei* vendere *Francfordiæ*; Idque eo vultu dixit, ut planè credam hominem nihil fingere. Vides etiam in Muſarum rebus regnare fortunam. Ego illic nihil non ſuſpicio, niſi quòd brevitas quam tibi olim commendavi, reddidiſſet librum vendibiliorem. Atque hoc negotium *Frobenius* ſuſcepit à me non perſuaſus, ſed compulſus. Et res eſt non exigui ſumptûs. Miſeret me boni viri, nimiúmque ſynceri, cui pſeudocheus ille miris technis imponit. Si *civitatem* illam vel prælegendo, vel aliâ quapiam ratione poſſes vendibiliorem reddere, ſublevares hominem. Ego nullam video viam, niſi ut totus *Auguſtinus* emendatus prodeat. In hoc velim te adjutare, ſuſceptâ aliquâ portione laboris. Nos tametſi jam laſſi, non defuturi ſumus officio noſtro. Ex animo mi *Vives* gaudeo tibi *Britanniam* eſſe proſperam, quod ut tibi proprium ac perpetuum ſit precor. Bene vale. *Baſileæ* Natalis *Joannis* Apoſtoli, Anno M.D.XXIV.

Eraſ. Rot. Rudberto à Moſham Decano Patavienſi in Bavaria S.D.

HÆret animo vultus tuus humanitatis tuæ index, memini frequentium colloquiorum & officiorum tuorum, non excidit venationis fragmentum abs te verſum, meâ quidem ſententiâ feliciter: Denique totus *Rudbertus* ſic præſens eſt animo meo, ut poſſim illum vel coloribus exprimere. Solum illud non memini, quod ambierim ſalutare Card. *Gurcenſem*. Non contemno proceres Eccleſiæ, ſed ſic eſt ingenium meum, nihil minus ambio quàm tales ſalutationes, præſertim apud *Germanos*. Hic ſi quid ineptii, ſcias me planè gratificatum animo tuo. Eam ſalutationem ſi perdidi, nihil eſt quod me magnopere moveat. Quotidie ſalutor à ſordidiſſimis, qui extortâ etiam pecuniâ, me rident, aut traducunt inter ſuos combibones. Et tamen nihil eſt quod ego ſanè querar de Card. Exhibuit p'us humanitatis quàm expectabam. An *Germani* Principes non ſoleant quenquam indonatum dimittere, viderint alii. Me certè non offendit ea novitas, niſi quòd ſalutato *Frederico* duce *Saxoniæ*, poſtridie *Georgius Spalatinus* in lecto decumbenti detulit materiam veſtis damaſcenam, quum ego nihil minus ſomniarem. Quóque magis credas quod ſcribo, recordare me tres hebdomadas egiſſe *Coloniæ*, nec eo tempore quemquam *Germaniæ* Principem à me ſalutatum. Omnibus ſi queam prodeſſe cupio, ſervire nemini: quod ſi ſerviendum eſſet, plus faſtûs experiot in una opera typographica *Germaniæ*, quam in decem Epiſcopis *Angliæ* aut *Galliæ*. Nè ob id quidem ſum pilo alienior à ſynceris *Germaniæ* amicis, quod in multis & fidem & animum memorem deſidero. Hæc ideo refero, nè quid ſuſpiceris me alieniorem factum ulla de cauſa. Amicorum mentionem vides quam liberaliter fecerim in libris noſtris, videlicet obſequens illorum affectui potiùs, quàm meo judicio. Ex his vides quàm pauci perſtiterint in amicitia, quàm multi verſi in hoſtes. Et tamen horum culpa non tantum valet apud me, ut minus amē *Bilibaldum* cæteroſque candidos amicos,

Epiſt. 37.

micos. Porrò quod in literis meis nulla tui mentio facta est, primum excepto nomine te totum animo tenebam, deinde se nulla dabat occasio. Et sunt qui nolunt in scriptis meis nominari, horum querimonias nonnunquam audio. Quod te ab aulæ servitio extricaris, hoc magis probo, quod id fecisti maturè. Efficiam igitur post hac, ut nec *Laurino* nec *Bilibaldo* invideas, si tamen hæc appellanda est invidia. *Laurinum* à puero novi, à *Bilibaldo* multo plus accepi lucis, quam dederim. Quod me adhortaris ad fortiter agendum, multo gratissimum est, etiam si id meâ sponte faciebam. Tantum dolet quorundam insaniis pessum ire tum Euangelium tum bonas literas. *R.D.E.* mihi per te refrictam esse memoriam, fuit vehementer gratum. Si medicus *Antoninus Cassovienſis* has reddiderit, rogo ut juvenem cognoscere velis, cognitus placebit sat scio: Discessit hinc meo magno dolore. Bene vale. Datum *Basileæ* pridie Idus Novembr. M.D.XXIV.

Eras. Roterod. Eustachio Andreæ monacho Cluniacensi S.D.

Epist. 38. FRater in *Christo* charissime. Singularis tuus in me affectus, quem non tam oratione quàm fronte, quod aiunt, ipsâ, quàm oculis, quàm toto vultu loquebaris, facit ut non possim te non redamare, nisi velim haberi omnium inhumanissimus. At vereor nè tibi usu venerit, quod de *Ixione* narrant fabulæ, qui pro *Junone* nubem amplexus est. Superest autem, ut nostros labores, quibus tam impensè faves, precibus tuis adjuves: te verò in amicorum numerum perquàm lubens recipio, non defuturus officio meo, si quid extiterit in quo possim tibi gratum facere. Salutabis mihi duos fratres humanissimos jure consultos, quorum in colloquio nostro inciderat mentio: præterea doctissimum juxta & humanissimum doctorem, qui mihi olim notus *Mechliniæ*, me salutavit *Besontii*. Nam præter nomen nihil illius excidit mihi. Tu fac sic invigiles honestis studiis, ut ordini tuo possis & ornamento esse, & usui. Abbatis dignitas non est quidem ambienda, sed ea tamen ultro sequetur virtutes tuas. Bene vale. *Basileæ*, prid. Innocentium. M.D.XXIV.

Erasmus Roterodamus Christophoro Episcopo Basilienſi S.D.

Epist. 39. REverende Præsul, dum ego decanto misericordias Domini, corripuit me illius misericordia; Sed morti non tradidit me, licèt nunquam fuerim morti vicinior. Exemplar primæ manus ad te mitto. Id poteris aliquot diebus apud te retinere, quo per ocium perlegas. Dignaberis admonere nos, si quid addi aut mitti, si quid aliter tractari velis. Priusquam enim *Frobenio* committamus excudendum, opus sub incudem revocabimus, ac reddemus paulo expolitius, fortassis etiam copiosius. Si videbitur, addemus præfatiunculam, quæ sacelli abs te instituti faciat mentionem. Porrò quemadmodum tuæ sanctissimæ voluntati hac in re libenter fumus obsequuti, ita cupimus omnia fieri ex animi tui sententia. Dominus *Jesus* honorabilem senectutem tuam foveat suâ clementiâ. *Basileæ* duodecimo Calend. Julias, Anno M.D.XXIV.

Eras. Rot. Antonio Brugnario in monte Bellicardi S.D.

SIgnificas te quater ad me scripsisse, primam & ultimam epistolam accepi, duæ mediæ redditæ non sunt, quare noli scribere nisi per certissimos nuncios. Amplector animum in me tuum perlibenter. *Besontii* cum nemine mihi fuit odiosa contentio, neque quenquam sensi à me alienatum. *Epist.* 40. Tristis abii ob valetudinem oppido gravem. Et tamè isthe rumor huc perlatus mirè exhilaravit quosdam valde *Lutheranos*. Quid istic doceat *Phallicus* aut quid rerū gerat nescio. Utinam hoc præstaret quod profitetur. Profitetur enim Euangeliū, at ego nunquam vidi hominem confidentiùs arrogantè, aut rabiosiùs maledicū, aut impudentiùs mendacem: breviter talem comperi, ut cum talibus, nec amicitiam habere velim, nec inimicitiam. Nec ipsi *Lutherani* ferre potuerunt hominis insatiabilem petulantiam. Sæpe objurgatus est ab *Oecolampadio*, etiam literis, sæpe à *Pelicano*, sed nihil profectum est, tanta morbi vis. Cum illo nunquam disputavi, sed diremi disputationē quâ cum aliis quibusdam altercabatur. Volebam enim cum illo expostulare cur me vocâsset *Balaam*, quod dictum à *Bleto* quodam negotiatore jactum in me, sic arripit *Phallico*, ut me passim appellaret *Balaam*, quū mihi nullus adhuc teruncium potuerit obtrudere hoc titulo ut scriberem in *Lutherum*. Proinde discere volebam, quid homini in mentem venisset, ut hoc nomine me dignum judicâsset. Nam cætera convitia quæ quotidie in me deblaterabat neglexerā. Vix decem verbis velitati sumus, rogabam quare censeret sanctos non invocandos, an quia non expressum esset in sacris literis, annuit. Jubebam ut demonstraret evidenter per sacras literas, Spiritum sanctum invocandum. Si Deus est, inquit, invocandus est. Urgebam ut demonstraret è sacris literis, semel atque iterum testatus me disputandi gratiâ loqui, quum hìc planè de re conveniret. Siquidem hoc tantum agebā ut illius enthymema refellerē, quo conabatur evincere, ideo non invocandos divos, quòd hoc è sacris libris doceri non posset: Protulit locum ex epistola *Joannis*, *Et hi tres unū sunt*. Respondi eum locum non sentire de eadem naturâ, sed de consensu testimonii, & quod additum est, de sanguine, aquâ & spiritu, non patitur aliam interpretationem: Præterea pars illa de Patre, Verbo, & Spiritu, in vetustis codicibus olim non habebatur, nec citatur ab his qui maximè pugnant adversus *Arianos*, puta *Athanasio*, *Cyrillo* & *Hilario*. Mox omissâ disputatione, nam imminebat nox, expostulavi cum eo abiens sed paucis. Hac de re scripsit ad amicos suos mirè glorioſas epistolas, quarum una ad me transmissa est à *Constantia*. In hac aliquando sunt decem versus in quibus nec una syllaba vera est. Non potuit ille probare Spiritum sanctum dici Deum, quod tamen ex *Paulo* probari potest, & tamen si probâsset, non vicisset me. Nec enim meum est dogma, sanctos invocandos esse, quanquam ineptiunt, qui rem à primordiis ecclesiæ traditam, & suâpte naturâ piam tragœdiis exagitant. Quod si mihi tum notus fuisset, qualis experimento compertus est, nunquam dignatus fuissem illum alloquio; & si casu fuisset obvius, deflexissem. Sunt enim quidam adeo siniſtri, ut vel occurrisse sit infelicitatis pars.

Unde

Unde metuo nè veſtræ civitati magnum aliquod immineat malum, poſteaquam iſtuc devolavit avis tam inauſpicata. Feliciter fugit è ſua *Gallia*, verùm hìc reliquit librum inſigniter ſcurrilem, non appoſito quidem ſuo nomine, ſed nemo non clamat *Phallicum* eſſe. Scripſit, ut aiunt, alterum *Gallicè* in me, qui latitat inter manus conjuratorum. Magiſtratus *Baſilienſis* obſervat, ſi poſſit deprehendere Typographum : Hæc jactitavit *Lugduni Lotharingus* quidam ſculptor imaginum. Idem detulit aliquot *Phallici* apophthegmata, quorum alterum erat, *Vxorem Frobenii plus tenere Theologiæ quàm Eraſmum* : Alterum, *Malim*, inquit *Phallicus, indies mori cum martyribus, quàm non nocere famæ Eraſmi, ubicunque potuero. Phallico* facilè fiam magnus Theologus, ſi paſſim inſulſero Pontificem eſſe antichriſtum, Conſtitutiones humanas eſſe hæreticas, Ceremonias eſſe abominationes, aliáque hujus generis. Hunc ſtomachum in me concepit, quòd in *Spongia* dubitem de *Lutheri* ſpiritu. Præterea quòd ſcripſerim, quoſdam ſordidos & impuræ vitæ, ſe jactitare nomine Euangelii: deinde quòd *Adriano* promiſerim conſilium, quo ſic extinguatur incendium *Lutheranum*, nè facilè redaccendatur. *Phallicus* interpretatur me velle extinguere Euangelium, at ego ſentiebam de reſcindendis hujus mali fontibus, & hac de re ſcripſi nonnihil *Adriano*, & item *Clementi*, & Cardinali *Campegio*, & Cæſari : ſed ut video illi malunt vulgaribus uti remediis, manicis ac faſciculis. Res indies ſerpit latiùs, quis ſit exitus futurus viderit Deus, ego Principes quod potui ſemper à ſævitia coercui, exceptâ ſeditione. Nec Euangelium eſt quicquid iſti docent, & docendi modus nonnunquam ſeditionem movet, non Euangelium. Ego faveo Euangelio, ſed iſti Euangelio non adjungar, niſi videro alios Euangeliſtas, aliúmq; populum, quàm adhuc video. Provolant libelli famoſi ſine titulis, & iſtos mirè probat *Phallicus*, & applaudunt cæteri quoque, quaſi mendaciis & flagitiis defenſandum ſit Euangelium, quaſique huc valeat Euangelium, ut hujus prætextu peccemus impunè. Poſt invadent ſcrinia noſtra & dicent, ſic *Aegyptios* ſpoliaverunt *Iſraelitæ*, & poſt facinus invenient novum dogma. Si *Lutherus* nôſſet *Phallicum*, non dubito quin in eum ſtricturus ſit ſtylum. Et hi ſunt qui nobis jactitant ſpiritum Euangelicum. Equidem quid *Chriſtus* ſibi velit neſcio, cæterùm ut cõmodiſſimè interpreter, ſuſpicor hoc eſſe conſilium illius, ut ſacerdotes, hujus mundi commodis ebrios, atque his altum indormientes, per talia portenta cogat expergiſci. At tamen quicquid hactenus in me blateravit *Phallicus*, non minus vanè quàm virulentè, facilè condonabitur hominis morbo, modò poſthac ſumat mores Euangelii præcone dignos. Sed harum næniarum plus ſatis, aliàs plura quum vacabit. Egi cum hoc œnopola, de tribus vaſculis dimidiatis, uno veteris vini, duobus novi. Vinum quod emit Decanus mihi mirificè profuit : unde ex quo cœpi bibere, carui calculo, is nunc dicitur abeſſe. Tu velim adjutes, ut mittatur elegans, aptumque ſtomacho meo, non laboro de precio, ſi vinum ſit quale volo. Vetus, ut abſit ab acore, novum maturum, non dulce, non acerbum, mediocri colore, colore leviter rubido. Oenopola propemodum ſcit quale cupiam. Bene vale. *Baſileæ* pridie Natalis *Simonis* & *Judæ*. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto.

Eraſmus Roterodamus Toneſio conſiliario Cardinalis Eboracenſis S. D.

VIr ornatiſſime, Non injuriâ me objurgat per literas *Guilhelmus Burbancus*, quòd te tam candidum amicum, tam fortem patronum, tam inſigniter eruditum hominem, nunquam hactenus ſalutarim epiſtolâ. In cauſa eſt, quod dum & amicis & inimicis cogor reſpondere, quorum ingens eſt numerus, nullum temporis ſpacium mihi vacuum relinquitur. Cæterùm eximias ingenii tui dotes, ac ſingularem quendam in me favorem, *Thomas Morus* autor, ut ſcis, & gravis & facundus mihi non ſemel prædicavit. Scio mi *Toneſi*, agnoſco & memini, agóque gratias, libentiùs ſi queam relaturus. Ubi plus ocii dabitur, pluribus tecum agam. Interim precor ut quàm belliſſimè valeas. Datum *Baſileæ* Nonas Septembres, Anno M. D. XXIV. *Epiſt.* 41.

Eraſmus Rot. Georgio Duci Saxoniæ S. D.

ILluſtriſſime Princeps, quòd hactenus tuæ celſitudinis hortatibus non paruerim, quum alia multa tum duo præcipuè in cauſa fuere : primum quòd non ſolùm me viderem & ætate & ingenio imparem huic periculoſiſſimo negotio, verùm etiam quod miro quodam naturæ ſenſu ab hujuſmodi gladiatoriis pugnis abhorrerem. Quid enim his libellis qui nunc undique provolant agitur, niſi quod agi ſolet in arena gladiatoria? Deinde quod perpenderem *Lutherum* qualis qualis eſt ejus doctrina, quoddam eſſe neceſſarium malum, in undiquaque corruptiſſimis eccleſiæ rebus, atque ex eo pharmaco quamvis amaro ac violento optabam, ut aliquid bonæ ſanitatis naſceretur, in corpore populi *Chriſtiani*. Nunc quum comperio pleroſque hanc meam moderationem interpretari colluſionem cum *Luthero*, cum quo nihil unquam mihi fuit ſecreti fœderis, ſimúlque cum video ſub prætextu Euangelii, ſubnaſci novam gentem, procacem, impudentem & intractabilem, breviter talem ut nec *Lutherus* ipſe ferat, quanquam illi eadem improbitate quâ contemnunt Epiſcopos & Principes, contemnunt & *Lutherum*, prodimus in arenam eadem fermè ætate quâ *Publius* Mimographus prodiit in ſcenam, quæ res quàm mihi ſit futura felix neſcio ; certè opto ut reip. *Chriſtianæ* ſit felix fauſtáque. Mitto tuæ celſitudini libellum *De libero arbitrio*, de quo vidi pridem tuam eruditiſſimam epiſtolam. Addidit mihi ſuis literis calcar ſereniſſimus *Angliæ* Rex, & *Clemens* 7. ſed longè vehementiùs iſtorum quorundam rabularum improbitas, qui niſi coerceantur, ſimul & Euangelium & bonas literas ſubverſuri ſunt. Ego Phariſæorum tyrannidem tolli cupiebam, non mutari : quod ſi ſerviendum eſt, malim Pontifices & Epiſcopos, quales quales ſunt, quàm iſtos quoſdã ſordidos *Phalarides*, illis omnibus intolerabiliores. Expecto tuæ celſitudinis judicium, cui precor omnia felicia. *Baſileæ* prid. Non. Sept. M. D. XXIV. *Epiſt.* 42.

Eraſmus Rot. Paulo Abbati Volzio S. D.

HAbeo gratiam, quòd mihi mortuo bene precaris, relaturus etiam, ſi quando tu mori voles. Rumores iſtiuſmodi planè rideo. Cæterùm ex *Epiſt.* 43.

ex animo dolet, tantum esse malitiæ inter *Christianos*. Ego quantum in me est, servio cōmodis omnium, lædo neminem, idque facio meo victu quod aiunt, imò magno etiam dispendio. Et tamen præter alias contumelias toties efferor. Tibi *Gallus* sacrificulus nunciavit, se pede calcâsse tumulum meum. Et apud *Heidelbergam Anglus* quidam sparserat se interfuisse funeri meo, addidit me conditum in eodem sepulchro in quo jacet *Lachnerus Frobenii* socer. Et antea in *Flandria* jactatum erat, me quodam horribili mortis genere periisse. Alii sparserant in *Brabantia*, meos libros unà cum imagine *Romæ* publicitùs exustos fuisse. Hæc qui fingunt non ignorant fucum ilicò prodendum esse, sed interim fruuntur exultatione malorum, ac dolore bonorum. Hac mente quid esse potest sceleratius? Si Satanas ipse viveret inter nos, quid facere posset se dignius? Et hæc faciunt *Christiani*, hæc sacerdotes, hæc monachi, hæc *Dominici Franciscique* nepotes. Fit autem contra præsidio Dei, ut nunquam melius habeam, quàm quum isti me rumoribus affligunt pessimè. Quum ante annos tres agerem *Anderlaci*, alibi decideram ab equo & fregeram cervicem, alibi perieram febri, alibi correptus apoplexiâ subitò reliqueram vitam. Atqui intra annos quatuor nunquam prosperiore valetudine fueram usus quàm id temporis. A discessu sparsum erat, *Romæ* libros meos publicè condemnatos, autore *Adriano* sexto. Cæterùm eodem tempore missum est ab *Adriano* diploma honorificum: sequutum est honorificentius: accessit tertium quod illis rabulis indiceret silentium, me nihil ambiente. Quum maximè jactarent officium dedicati *Arnobii* fuisse ingratum *Adriano*, supervenit epistola, declarans fuisse multo gratissimum. Atque hæc diplomata prius perlata sunt in *Brabantiam*, ubi sæviebat rumor, quàm ad me. Rursus eodem tempore quo sparsum erat, sub *Clemente* libros & imaginem *Erasmi Romæ* exustam, supervenit diploma non sine promissis ac munere honorario. Postremò his aliquot mensibus, quibus me sepelierunt, ea fuit valetudo, ut tribus annis non fuerit firmior, & arbitror repertam viam, quâ posthac leviùs crucier calculo. Et tamen aliquando futurum est, ut isti verum divinârint. Ego nec mortem opto vitæ tædio, nec horreo, fretus Dei misericordiâ. Interim urgebimus propositum de omnibus bene merendi, lædendi neminem, quantum sanè licebit in hoc seculo longè turbulentissimo. Nulli factioni me nec addixi, nec addicturus sum. Illud tamen ago agámque sedulò, ut hanc tempestatem, aliqua serenitas excipiat. Nec interim me movet jocus tuus quo me scholarum ἀμφίβιον appellas in ὀπισθογραφία. Sim ἀμφίβιος factionibus, modò nè sim ἀμφίβιος *Christo*. Unde verò iste novus titulus *exabbas*? Memini quid olim mihi dixeris de deponenda tituli sarcina. Atqui si vis omnem molestiam fugere, dimigrandum è vita. Quanto *Erasmus* te prudentior, qui sarcinas istiusmodi toties oblatas perpetuò fortiter contempsit? Nunc etiam exconsiliarius Cæsaris, quandoquidem ex pensione præter honorifica verba, nihil dum ad me redit ex quo reliqui *Brabantiam*. Et tamen gratia superis, nihil defit. Arbitror jam vidisse te libellum *De libero arb. De modo orandi Deum*, *De misericordia Dei*, & ideo non mitto. Servet pietatem tuam Dominus *Jesus*. *Basileæ*, Natali S. *Catarinæ* Anno M. D. XXIV.

Erasmus Rot. Iacobo Vvimphelingio S. D.

SI meus *Vvimphelingius* rectè valet, est quod vehementer gaudeam. Nos mediocri valetudine sumus, & aliquanto prosperiore quàm solemus. Vides me ex musico retiarium esse factum. Sic erat in fatis meis. Tu vir optime nè macera te hujus seculi tumultibus; Fruere conscientiâ benefactorum tuorum. Scito *Erasmum* ex animo tuum esse, cui si nihil scribes, non referet, modò ames vel redames potiùs, quod non dubito quin facias. Saluta *Sapidum*, qui cum suadeo ut veterem retineas amicitiam, in quâ si quid peccatum est, humanitaris tuæ fuerit hoc hujus seculi fatis imputare. Bene vale mi charissime frater. *Basileæ* Natali *Catarinæ* Anno M. D. XXIV. *Epist. 44.*

Erasmus Rot. Augustino Scarpinello, ducis Mediolanensis apud Anglos oratori S. D.

SIc insculptus est animo meo *Scarpinellus* ille candidissimus & gratiarum antistes, ut ipse mihi citiùs excidero, ne tu putes opus, ut ullis argumentis mihi refrices tui memoriam. Voluptati fuit quòd famulus meus nunciavit te bene valere. Nam *Vvormacienſ.* consilium ut memini, conciliârat tibi nonnihil adversæ valetudinis, & video multos Principum legationibus dum nimium immorantur immori. Sed quis te genius adegit in *Britanniam*? Quomodo nos fata distrahunt? Præsulem *Theatinum* attraxit *Roma*; Ego factus sum *Elvetius*, tu *Britannus*. Utinam ὁλόχρυσον te remittat *Britannia*. Miseret me *Mediolani*, præter tot bellorum calamitates, nunc sævissimâ peste laborantis. Plura scripsissem, sed ut vos *Mercurii* subinde aliò atque aliò devolatis, verebar nè meæ literæ te istic non essent reperturæ. Verùm ubicunque futurus est meus *Augustinus*, precor illi fortunam eruditione non vulgari, moribúsq; sanctissimis pariter & candidissimis dignam. Nos vicissim quæcunque expectat regio, *Scarpinellum* intimis animi recessibus penitùs infixum circumferemus. Bene vale. Tertio Calend. Septemb. Anno M. D. XXIV. *Epist. 45.*

Eras. Rot. Richardo Bero Abbati Glasconiensi S.

OLim persuasus à *Richardo Pacæo*, qui mihi quum ageremus *Ferrariæ*, sæpe prædicabat tuam erga literas benignitatem, venabar & ipse notitiam amplitudinis tuæ. Verùm ea venatio mihi parum successit, fortassis ob hoc, quòd uteretur cæco duce, videlicet *Bernardo* illo *Andrea Gallo*, quondam *Arcturi* Principis optimi non optimo præceptore. Itaq; quoniam eram cæcus, quia non noveram amplitudinem tuam, & cæco duce sum usus, factum est ut ambo in foveam deciderimus. Præterea sacellanus tuus qui prodierat ut nos salutaret, multa odiosè disputabat de libro quem adferebam: putabat enim esse argumenta *Hieronymi*, quæ tractâssem stylo politiore, quasi divus *Hieronymus* mihi non satis politè loquatur. Verteram è *Græcis* quæ nunc vides addita novo Testamento Græcè, ut tum erant. Mea versio posteaquam displicuit tibi, cœpit & mihi displicere. Alioqui addidissem supremam manum, & nisi tu dissuasisses, edidissem. Sed magis ipse mihi displicui, qui præter *Epist. 46.*

ter ingenium ac morem meum captâſſem amicitiam tanti patris. Nihil enim improbius hoc hominum genere, qui ſordidè captant potentes, ut aliquid abradant vel ab invitis, nec hic animus ab ullo mortalium genere magis abhorret. Et fortaſſe tua amplitudo ſuſpicatur me è ſordidorum iſtorum eſſe numero. Ego tamen te nunquam amare deſii, vel ob *Richardum Pacæum* dimidium animæ meæ, cujus ſtudia tua liberalitas olim adjuvit, vel ob *Zachariam Phryſium*, virum integerrimum, mihique multis nominibus chariſſimum, qui tuam erga ſe humanitatem ſuis ad me literis nunquam deſinit prædicare. Quod in tales amicos collatum eſt, in me collatum arbitror. Precor ut *Chriſtus* amplitudinem tuam diu ſervet incolumem. Datum *Baſileæ* octava S. *Auguſtini*. Anno M. D. XXIV.

Eraſmus Roterodamus Ioanni Epiſcopo Roffenſi S. D.

Epiſt.47. REverende Præſul, mœrens ac dolens hoc verbum legi in epiſtola tua, *Vtinam vivum me reperiat liber*, &c. Auxit famulus dolorem, qui nunciavit affligi te adversâ valetudine. Nihil indulges iſti corpuſculo. Suſpicor magnam tuæ valetudinis partem naſci ex loco. Nunc enim medicum agam ſi pateris. Mare vicinum & lutum ſubinde maris deceſſu nudatum, cœlum exaſperat. Et habes bibliothecam undique parietibus vitreis, qui per rimas tranſmittunt auram ſubtilem, &, ut medici loquuntur, colatam, peſtilentem raris & imbecillis corpuſculis. Nec me fugit quàm aſſiduus ſis in bibliotheca, quæ tibi paradiſi loco eſt: Ego ſi in tali loco commorarer tres horas, ægrotarem. Magis conveniret cubiculum pavimento ligneo & parietibus undique ligno contabulatis. Spirant enim lateres & calx noxium quiddam. Scio piè viventibus mortem non eſſe formidabilem, ſed totius eccleſiæ refert, talem Epiſcopum eſſe ſuperſtitem in tanta bonorum inopia. Quomodo valeat *Eraſmus* non perinde refert. Id tamen ſi cupis cognoſcere, Calculo nunquam ſum graviùs periclitatus, quàm menſe Maio. Nactus aliud vinum, jam menſem unum aut alterum mitiùs habet me calculus. Gratularis mihi triumphos, quomodo triumphem neſcio, certè triplex ſuſtineo certamen; Cum paganis illis *Romanenſibus* qui mihi miſerè invident; Cum Theologis quibuſdam ac monachis, qui nullum non movent lapidem ut me perdant; Cum rabioſis quibuſdam *Lutheranis*, qui fremunt in me, quod unus, ut aiunt, remorer ipſorum triumphos. Remoror autem, quod nolim capitis mei periculo profiteri totam *Lutheri* doctrinam, in quâ multa ſunt quæ non aſſequor, multa de quibus ambigo, multa quæ etiamſi tutum eſſet, non auderem profiteri, propter conſcientiam. Optarim ex hoc tumultu quem *Lutherus* excitavit, velut ex amaro violentóque pharmaco, naſci bonam aliquam ſanitatem Eccleſiæ. Et tamen quum video quorundam malitioſos mores qui nunquam non crepant nomen Euangelii, præſagit animus infelicem & cruentum exitum. Factio creſcit indies latiùs, propagata in *Sabaudiam*, *Lotharingiam*, *Franciam*, atque etiam *Mediolanum*. Tumultuatur & *Burgundia* nobis proxima, per *Phallicum* quendam *Gallum*, qui è *Gallia* profugus, huc ſe contulit, homo rabula, effreni tum linguâ, tum calamo. Ceſſit hinc, nec opinor rediturum, ſic rem geſſit, ita quondam ſolent Euangelii præcones. Admoveram manum operi quod efflagitas, nec ſolus efflagitas, ſed morbus extrema minitans, & alia quædam quæ inciderunt, coëgerunt intermittere. Huic negotio ſumam hanc hyemem volente Deo. Quanquam decreveram poſthac à contentioſis dogmatibus abſtinere, & vertendis *Græcis* aut profanis argumentis, ſed ad mores non infrugiferis ocium fallere. At in ratione concionandi cogor quædam indicare, quæ perperam fiunt à quibuſdam concionatoribus, tum attingere aliquot Theologorum dogmata, tuis tamen auſpiciis accingar. Edidi libellum *De libero arb.* haud quanquam neſcius quàm non verſarer in mea arena. Sed Principibus jam data ſpes erat, apud quos me videbam per inimicos periclitari, eam ego ſpem literis confirmâram. His viſus fuiſſem dare verba, ſi nihil prodiſſet, & *Lutheranis* odioſè provocantibus, viſus fuiſſem metu conticeſcere, & atrocius aliquid expectantes, acriùs quàm ſæviunt, ſæviſſent. Nec defuiſſent qui me jactâſſent ex pacto filere, quòd jam intelligerem ſparſam per neſcio quos epiſtolam, quâ *Lutherus* mihi deferebat pacem: ſed hâc lege, ſi non ex profeſſo impugnarem ipſius dogmata, etiam ſicubi nomen ejus aliquo dicto perſtrinxiſſem. Sic erat in fatis meis, ut hoc ætatis ex muſico fierem gladiator. Dominus *Jeſus* conſervet te Præſul optime, & patrone unice. *Baſileæ* pridie Nonas Septembris. Anno M. D. XXIV.

Eraſmus Cutberto Tonſtallo Epiſcopo Londonienſi S.

VEreor nè videar improbus & obſtreperus, ſi toties agam gratias, quoties tu provocas, ut debeam. Jacta eſt alea. Exiit libellus *De libero arbitrio*, moderatiſſimè quidem ille ſcriptus, ſed qui graviſſimos tumultus, ni fallor, ſit excitaturus. Jam aliquot libelli provolârunt in caput meum, At tamen timent, oderint dum metuant. Retexui pleraque. Cuperem ut per ocium perlecto libello ſcriberes mihi ſententiam tuam, ut ſoles, amicè. *Joannem Damaſcenum* hîc nuſquam potui nanciſci. Non miſi aurum, cujus ſcio tibi domi eſſe vim immenſam, ſed novitatem. Sic fluxit in terræ venis ut vides. Si quid mihi accideret humanitùs, periſſet. Nunc in tuto poſui. Dum iſtic ageret meus famulus, ſic periclitatus ſum calculo, ut planè ſperarem malorum finem. Nunc vinum nactus novum, unum atque alterum menſem meliuſculè habeo. Rex *Galliarum* incredibili eſt in me affectu. Expector. Theſauraria *Turonenſis* parata eſt, τουλάχιστον quingentorum coronatorum. Præmiſi *Hilarium* meum. Sed dum cogito Regem eſſe totum in bellis, inſtare hyemem, valetudinem aliquanto commodiorem, ſed quæ quamlibet facili occaſione poſſet periclitari, poſtremò dignitates ejuſmodi mihi nihil aliud eſſe quàm bovi clitellas, propemodum decrevi hîc hybernare. Accedit & illud, ſi quò nunc migrarem, clamarent omnes *Lutherani*, me ceſſiſſe metu. Præſtat in primo fremitu adeſſe. Si cupis tuum opus excudi, agam cum *Frobenio*. Nondum enim egi ſeriò. Bene vale Præſulum optime. Datum *Baſileæ* prid. Nonas Septemb. Anno M. D. XXIV.

Eraſ-

Eraſmus Rot. Theodorico Hezio S. D. N. Adriani dudum Secretario S. D.

Epiſt.49. MItto ad te collationē *De libero arbitrio*, quam his diebus edidi, non ignarus quàm non verſarer in mea arena, quantámque tempeſtatem concitarem in caput meum, attamen declarare volui, mihi certè promptam voluntatem non deeſſe. Favor *Lutheri* indies latiùs ſerpit. Jam *Galli* quidam magis inſaniunt quàm ulli *Germani*. Omnes habent in ore quinque verba, *Euangelium*, *verbum Dei*, *fidem*, *Chriſtum*, & *Spiritum*. Et tamen hìc tales video multos ut non dubitem quin agantur ſpiritu ſatanæ. Utinam hic tumultus à *Luthero* excitatus, veluti violentum pharmacum, adferat nobis aliquid bonæ ſanitatis. Texuiſſem tibi longam hiſtoriam rerum quæ hìc geruntur per *Lutheranos*, ut vocantur, quum hoc etiam cognomine ſint indigni, ſi vacâſſet. Cura valetudinem tuam vir optime. *Baſileæ* poſtr. Cal. Sept. Anno M. D. XXIV.

Eraſ. Rot. Zachariæ Phryſio Deiotaro S. D.

Epiſt.50. IStum animi tui erga meos candorem lubens exoſcularer mi *Zacharia*, ſi tua fortuna par eſſet tuis virtutibus. Nunc non opus erat tuas facultates, mediocres ut arbitror, gravari impendiis, præſertim quum *Livino* non deeſſent pecuniæ, & à me in mandatis haberet, nè quid te gravaret ſumptu. Non poſſum non vehementer amare ſenectutem *Thomæ Lovelli* in linguis ac bonis literis reflorescentem, quum vulgus hominum hoc ætatis ſoleat congerendis pecuniis inhiare. Munus quod mittit adeo gratum eſt, ut ſi centum Marcas miſiſſet, non fuerint futuræ gratiores, quanquam non ſine pudore accepi. Sed quis auderet recuſare quod ſic datur? Πάντα, inquit, κοινὰ φίλων, & do non de meo, ſed de patrimonio *Chriſti*, cujus quum ſit omnium commune, diſpenſator ſum non dominus. Hic nimirum animus eſt Euangelicus, & tibi mi *Zacharia* talem amicum gratulor, ita me Deus amet, ex animo. Ægerrimè cariturus ſum *Livino*, tamen quoniam jam grandeſcit, nolui illi perire ætatem in obſequiis meis. Itaque decreveram illum mittere *Lovanium* meo ſumptu, ut aliquot annis totus vacaret honeſtiſſimis diſciplinis, ad quas eſt naturâ compoſitus. Nolim tamen illum eſſe ſcribam Cardinalis, nè pereat in aula. Si patietur eum *Lovanii* ſtudere cum ſuo ex fratre ſororis nepote, non improbabo. Sin minus, me certe improbante rem geſſerit *Livinus*. Bene vale *Zacharia* chariſſime. Saluta diligenter *Andream Smithium*, cui fortaſſe non vacabit ſcribere. *Baſileæ* octavo Auguſti, Anno M. D. XXIV.

Eraſmus Roterodamus Regi Angliæ Henrico octavo S. D.

Epiſt.51. INvictiſſime Rex, non ignorabam, quàm eſſem ineptus arenæ gladiatoriæ, ſemper in amœniſſimis Muſarum hortis verſatus. Sed quid non audeam tuæ feliciſſimæ majeſtatis fretus auſpiciis? Jacta eſt alea, exiit in lucem libellus *De libero arbitrio*, audax, mihi crede, facinus, ut nunc res habent *Germaniæ*. Expecto lapidationem, & jam nunc aliquot rabioſi libelli provolârunt in caput meum. Sed conſolabor me ipſum, exemplo majeſtatis tuæ, cui non parcit iſtorum immanitas. Decretum erat & alioqui facere ad quod per literas hortaris, & religioni *Chriſtianæ* juvandæ immori, ſed tamen alacrior id faciam, poſtea quàm tua majeſtas currenti, quod aiunt, calcar addere dignata eſt, cui precor felicitatem perpetuam. Datum *Baſileæ*, poſtridie Nonas Septemb. Anno M. D. XXIV.

Thomæ Card. Eboracenſi Eraſ. Rot. S. D.

Epiſt.52. SEreniſſimi Regis tuámque ſequutus autoritatem, protinus & abſolvi & edidi libellum *De libero arbitrio*, facinus audax in *Germania*, ut nunc quidem res habent. Temperavimus à conviciis, nè meritò poſſint irritari. Quòd ſi, ut ſolent, contumelioſè reſponderint, ſeipſos gravabunt non me. Jam aliquot libelli provolârunt in caput meum, ſed ſpero hoc illis non ſemper impunè fore. Opus hoc nemini volui dicare. Clamâſſent ilicò me conductum in gratiam Principum hæc ſcribere, itaque & magis illos provocâſſem, & operi derogâſſem fidem: alioqui vel tibi dedicâſſem, vel ſummo Pontifici, qui miſſo diplomate humaniſſimo, atque etiam ducentis florenis aureis, egit gratias pro inſcriptione actorum. Non arbitratus ſum hanc occaſionem dandam malis, qui vel ſine occaſione maledicunt. *Livinum* meum tuæ celſitudini placere gaudeo. Apud me ſat feliciter proceſſit in utraque literatura. Cæterùm amplas fortunas illi dare non poſſum. Natus eſt ad liberales diſciplinas, & quanquam mihi vehementer neceſſarius erat, tamen magis habui rationem commodorum illius, quàm meorum. Poteſt adjuvare ſtudia cognati tui in Academia *Lovanienſi*. Amplitudini tuæ facillimum erit illum ditare, tantum id rogo ut illi relaxes ſatis ocii ad literas; quo doctior evaſerit, hoc futurus eſt utilior, tum tibi tum tuis. Mitto libellum *De libero arbitrio* celſitudini tuæ, alterum regiæ majeſtati, cui dignaberis me ſemper commendare. Quod in *Livinum* contuleris, in me collatum arbitrabor. Pro miſſo munere ago gratias. Datum *Baſileæ*, poſtridie Calend. Septemb. Anno M. D. XXIV.

Eraſmus Rot. Hieronymo Aleandro Archiepiſcopo Brunduſino S. D.

Epiſt.53. VIr eximie, rurſum quereris, quòd te literis meis traducam. Imò jam tribus aut quatuor locis in lucubrationibus meis honorificentiſſimam facio tui mentionem, quæ res apud *Germanos* mihi ſummam conflavit invidiam. Quod olim nonnihil queſtus ſum per literas apud amicos, novum videri non debet, quum non ignorarem, quàm hoſtiliter me primum impeteres. Vidi literas quas ſcripſeras *Leodienſi Epiſcopo*, quæ me præter cauſam ſatis odioſè attingebant. Mox animum tuum iniquiorem in me magis exacerbavit atratus ille omnium qui vivunt ſceleratiſſimus ac mendaciſſimus: cujus tamen res erant in eo ſtatu, ut potuerim illum verbo perdere. Itaque & tu fugitabas colloquium noſtrum, & Præſul ex eo tempore factus eſt parum amicus. Nec enim neſcio quæ dixerit in concilio *Vvormacienſi*, nec hodie ſui diſſimilis eſt. Porrò quæ tu paſſim prædicares de me *Agrippinæ*, etiam *Poloni* & *Vngari* mihi narrabant in viis obvii. Certè ille tibi notus, qui jamdudum eſt patriarcha novæ eccleſiæ

Argentoratè,

Argentorati, nunc etiam novus maritus, nihil non vel ſcripſit vel narravit. Quin ex *Glapione* cognovi quàm atrociter detuliſſes me apud Cæſarem, idem hic narravit præter cæteros Epiſcopus *Argentinenſis*. Porrò quod poſtea ſublevaris, habeo gratiam, & hoc patriarcha mihi narravit, ſed ſic ut eam laudem ſibi vendicaret. Nec obſcurum eſt mihi quàm odioſas cenſuras de me ferant eruditi quidam *Romæ*, quibus tamen leviter commoveor. In eruditione facilè cedo omnibus. Certè apud noſtros barbaros tempore parum felici, non omninò infeliciter promovi recta ſtudia, quæ tibi quoque non parum debent, nec tu minus illis. Quod ſi voles nos tuis etiam lucubrationibus adjuvare, videbis *Eraſmum* candidum applauſorem tuæ gloriæ. Nec dubito quin inter nos pulchrè conveniret, ſi liceret convivere. Eſt iſtic *Angelus* neſcio quis, qui ſcribit invectivas in me: ſunt qui vocent *Lutherum Eraſmianum*, ſunt qui minus impudenter jactant *Hecubam* & *Iphigeniam* à me non verſas, quum tot ſint qui viderint me ſudantem in hoc piſtrino: ſunt qui dicant me in *Hieronymo* tantum divinâſſe, quum frequenter citem vetuſta exemplaria; quæ ubi deſtituunt, ſic divino, ut admoneam lectorem, non fallam. In *Cypriano* verſus à typographis omiſſos mihi imputant. Nam non aderam editioni. In *Seneca* quidam, ut ſcribunt, emendavit tria millia mendorum in opere *De naturalibus quæſtionibus*. In hoc opere non ſuccurrebat ullum exemplar vetuſtum. Et totum hoc negotium commiſſum erat cuidam, cui crediturus eram etiam vitam meam, is rem abſente me peſſimâ fide geſſit. Ubi ſenſit me queri, ſuſtulit exemplar meâ manu notatum, nè convinceretur. Epiſtolæ *Hieronymi* modò ſunt rurſus editæ, plurimis locis emendatis. Præcipitandi culpam agnoſco, nec poſſum inficiari, ſed interim provehuntur ſtudia: ſi quis adferet elimatiora, non habet cur in me debacchetur, qui quod potui præſtiti. *Erraſmus Romæ* vocor, quaſi veſtri ſcriptores, non dicam *Pios* & *Beroaldos*, ſed *Hermolaus Barbarus* & *Politianus* nuſquam lapſi ſint. Fingunt me hoſtem *Italiæ*, quum nemo candidiùs prædicet de ingeniis *Italorum*. Quadraginta aureis conductus male caſtigavi *Plautum*, imò pactus coronatis viginti, tantum curſim perlegi, ut diſtinguerem verſus, ubi genus carminis eſſet perpetuum, de mendis tollendis nihil receperam. Itaque quiſquis hìc præſtiterit operam, nihil habet rei mecum. Aliáque permulta dicuntur iſtic à moroſis cenſoribus, in quibus nonnulla ſunt quæ videntur abs te profecta. Nam quod quidam te mihi præfert in omnibus, etiam in re Theologica, non arbitror ad meam ignominiam pertinere, non herculè magis, quàm quod ditior es, aut formoſior. Hoc ipſum abundè glorioſum eſt mihi, vel conferri tecum. Sed de his jam nimis multa. Eſto liberum cuique ſuum de me judicium, modò me patiantur eſſe orthodoxum. Hæc liberiùs ad te ſcripſi, nactus notum ac certæ fidei ἐξαμαλλοφόρον. Sit igitur inter nos omnium illorum ἀμνησία, & ſenties *Eraſmum* conſtantem & candidum tuæ gloriæ fautorem. Bene vale, *Baſileæ* poſtridie Calend. Septemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto.

DES. ERASMI ROT.
EPISTOLARUM
LIBER DECIMUS NONUS.

Clementi ſeptimo Eraſmus Roterod. S. D.

Epiſt. 1.

BEatiſſime pater, Oratione vix conſequi queam, quantum animo gaudiorum conceperim, ubi primùm rumore, mox Card. *Campegii*, & eruditorum hominum literis cognovi, ex illa clariſſima *Medicium* familia *Clementem* VII. rerum gubernaculis admotum, talibus animi corporiſque dotibus præditum, quales hæc undique turbulentiſſima tempora poſtulabant: quæ ut ante me publicæ tranquillitatis amantiſſimum majorem in modum diſcruciabant, ita mihi protinus geſtire cœpit animus, neſcio quid novæ felicitatis præſagiens, adeo ut magis liberet publicè gratulari orbi *Chriſtiano*, quàm privatim tibi. Auxit hoc gaudium meum, quod ex amicorum literis liquidò cognovi, quàm tua Sanctitas amanter ſentiret de *Eraſmo*. Longum eſſet hæc ab initio repetere, nec tuæ occupationes prolixum ſermonem patiuntur. Illud auſim dejerare apud *Chriſtum* mentis noſtræ conſcium, ſi pernôſſet tua Sanctitas, quantâ fide, quantáque conſtantia me geſſerim in hoc negotio, qui nec magnorum Principum ſollicitationibus, nec amicorum eruditorum illecebris nec rurſus quorundam Theologorũ ac monachorũ odiis, qui me ob invectas apud nos & evectas linguas ac bonas literas pejus oderũt quàm *Lutherũ*, perpelli quiverĩ, ut ſeditioſo negotio me adjungerem, & adverſus ſedis iſtius dignitatem conſpirarem: quantum etiam nunc odiorum ac minarum ſuſtineam hac ipſa de cauſa apud *Germanos*, judicaret me indignum, in quem iſte *Stunica* toties debaccharetur impunè, furioſis ac famoſis libellis, non ſine dedecore iſtius urbis, nec ſine invidia Pontificii nominis. Nam almæ urbis *Romæ* titulum ubique jactat, quum conſtet illum hæc facere contra edicta Card. adverſus juſſa *Leonis* & *Adriani*. Crede mihi beatiſſime pater, qui iſtum hiſtrionem ad tales ſycophantias natum ſubornant, parùm rectè conſulunt, vel Pontificio nomini, vel negotio publicæ tranquillitatis, ſed privatis ipſorum odiis morem gerunt, & in hoc alienâ abutuntur inſaniâ. Decerpſit ex omnibus

bus libris meis, quos ediderам ante *Lutheri* nomen auditum, frustula quædam, quæ depravat & in pessimam interpretatur partem, sed tam impudenter ut nullo respondente tamen lector paulo æquior hominis mentem execretur. Plura reperiam in libris *Hieronymi* & *Bernhardi*, si libeat ad istum modum calumniari. Quum illa scriberem, nihil minus suspicabar, quàm hoc seculum exoriturum. Quod si scissem, multa aut sliuissem, aut aliter scripsissem, non quòd impia sunt, sed quòd qui mali sunt nihil non rapiunt in occasionem. Atque hac de causa ante annos duos in posterioribus editionibus multa sustulimus, ut talibus ansam eriperemus, libenter & cætera mutaturi, si quis fraternè monuisset. Sed hac de re copiosiùs scripsi Card. *Campegio*, simul ex tempore quædam respondens ad *Stunicæ* postremas calumnias. Ego semper me meáque omnia submisi judicio *Romanæ* ecclesiæ, non repugnaturus, etiamsi iniquam de me ferat sententiam. Nam omnia patiar potiùs, quàm ut sim seditiosus. Sed hoc mihi certior est fiducia, tuæ Sanctitatis æquitatem non passuram, ut paucorum insanis odiis dedar. Mitto hujus in te animi pignus *Paraphrasim in Acta apostolorum*, quæ tum fortè excudebatur. Eam destinâram Card. *Eboracensi*, quo ego jam pridem amantissimo patrono utor. Sed verso consilio dicabitur illi liber qui nunc in manibus est *De libero arbitrio* adversus *Lutherum*, quod illi suspicor etiam gratius futurum. Cæsar & *Margareta* revocant in *Brabantiam*. Rex *Gallus* montibus aureis invitat ad se. Me verò nihil avellet à *Roma*, nisi mors, aut calculus morte crudelior, si modò sensero tuam istam æquitatem adversus iniquos calumniatores mihi præsidio futuram. Doctrinam non confido me omnibus approbaturum: Certè fidem ac synceritatem conscientiæ, planè confido me bonis & æquis omnibus declaraturum. Precor beatiss. pater, ut Dominus *Jesus* te velit esse novi & aurei seculi vindicem & instauratorem, id quod vehementer & optamus & futurum confidimus omnes, quibus hæc dissidia meritò displicent. *Basileæ* Idus Febr. Anno M.D.XXIV.

Crede mihi, tua S. superabit omnium Pontificum gloriam, si hos bellorum & opinionum tumultus composuerit: alterum efficiet, si se præbuerit æqualem Principibus omnibus; alterum, si spem fecerit se velle mutare quædam, quæ salvâ pietate mutari possunt.

Philippus Melanchthon Erasmo Rot. S. D.

Epist. 2. NOn injuriâ quereris de moribus eorum, qui Euangelium hoc tempore profitentur, mi *Erasme*. Nam & hi qui dignitatem tuam adlatrârunt, obliti mihi planè & humanitatis & religionis videntur; Debebatur enim sic merito de Rep. & tali ætate melior gratia: & hi qui in Ecclesiis, seditiosis concionibus multitudinem concitant, in literas sæviunt, & civilem disciplinam universam labefaciunt, sibi regnum parant, non *Christum* docent. Dissimillimus horum *Lutherus* est, nec raro deplorat, privatis cupiditatibus prætexi religionis vocabulum, ab his quoque, qui cum Pharisaico Pontificis regno bellū gerere videri volunt. Quanquam autem his malis vehementer commoveatur, tamen quum hæc scandala excitari à diabolo judicet, in hoc ut opprimatur quoquo modo Euangelium, negat se debere παλινδρομεῖν, aut publicam causam deserere. Tu verò improbum quorundam vitiis, ita offendi videris, ut causæ quoque & doctrinæ succenseas. Fortasse tibi consilii ratio constat, verùm ego metuo necubi hac ratione Euangelium periclitetur. Neq; enim negare potes, quin Euangelii doctrinam complectatur *Lutheri* causa. Nam cum in summo disputationes *Lutheri* omnes partim ad liberi arbitrii quæstionem pertineant, partim usum ceremoniarum contineant, de priore jam olim animadverti te dissidere, at de posteriore magna ex parte convenit, quæ quum tuo judicio sit aliqua Euangelii pars, veretur certè nè patiare opprimi. Quidam ex philosophis dicere solebat, dextra se tradere philosophiæ præcepta, verùm hæc sinistra excipi à discipulis. Fit hoc multo veriùs in theologicis. Sed est iniquissimū doctrinæ imputare, quicquid peccant auditores. Quare te rogo mi *Erasme*, primum nè credas *Lutherum* cum iis facere quorum merito reprehenduntur mores, deinde nè doctrinæ propter cujusquam stultitiam aut temeritatem iniquior sis. De *Lutheri* animo licet conjecturam facere nullo negotio. Nam ut Pontificis causam omittam, certè nunc declarat quantum abhorreat à crudelitate, atq; ambitione, & seditiosis consiliis omnibus, cum magno capitis famæque discrimine, se novæ cuidam factioni sanguinariorum doctorum opponit. Tu catalogum texis, ubi colligis improbissimos omnium bipedum, quos cum *Oecolampadio* & similibus conjungas, quæso quid oportuit? Ego integrâ conscientiâ dogmata *Lutheri* non possum damnare, facturus id etiam fortiter, si cogant sacræ literæ, quod sive superstitionem sive stultitiam alii interpretentur, meâ nihil refert. Certè nec hominum autoritate, nec scandalis ullis revocari me ab hac sententia patiar. Quod ad διαιρεσιν *De lib. arb.* attinet, æquissimis animis hìc accepta est. Tyrannis enim fuerit vetare quenquam in Ecclesia sententiam de religione dicere. Debet id esse omnibus liberrimum, modò nè privati adfectus admisceantur. Perplacuit tua moderatio, tametsi alicubi nigrum salem asperseris. Verum non est tam irritabilis *Lutherus*, ut devorare nihil possit. Proìde pollicetur se in respondendo pari usurum esse moderatione. Forsan autem multis profuerit, diligenter excuti locum *De lib. arb.* quorum si conscientiis servitur, quid attinet ad publicam causam privatos affectus adferre? Jam ubi iracundia animum transversum rapere cœperit, non video qui tanto negotio satis facere possit. Mihi *Lutheri* erga te benevolentia perspecta est, ea spem facit simpliciter responsurum esse. Vicissim officii est tui, mi *Erasme*, cavere nè qua majore invidiâ hæc causa per te gravetur, cui primum sacræ literæ suffragantur non obscurè: deinde, quam ipse nondum damnaris, ut contra conscientiam etiam facturus videare, si oppugnes vehementiùs: Postremò scis probandas esse non contemnendas prophetias. Apud me tutò depones, quicquid ad me scripseris. Malim enim emori quàm fidem fallere. Jam & hoc volo tibi persuadeas, religiosissimè te à nobis coli & amari. *Nesenum* hic amisimus, hominem fidum & tui valde amantem, quo casu vix aliud in vita mihi acerbius accidit. *Lutherus* te reverenter salutat. Nolui esse molestus tibi longiore epistola, alioqui plura scripturus. Vale felicissime. Pridie Calendas Octobr. Anno M.D.XXIV.

Utinam impetrari abs te possit, ut vertas *Aeschinis* & *Demosthenis* ἀντιπάλους λόγους.

Eras-

Erasmus Roterodamus Philippo Melanchthoni S. D.

Epist. 3. SI hìc adesses, mi *Philippe*, ac præsens spectares fabulam, tum magis dicas me non sine causa queri de moribus quorundam, qui tumultuantur Evangelii titulo. Nam quod in me sic promeritum, dictis, libellis, ac picturis debacchantur, æquissimo ferrem animo, si quod meæ famæ detrahitur, accederet Evangelico profectui: Nunc horum temeritas officit optimis studiis, & perdit causam Evangelii. Nec dubito, quin hujusmodi portentis indignetur *Lutherus*. Cæterùm hi *Lutheri* autoritatem fortiter negligunt, quoties videtur commodum. Et fit nescio quomodo in utraque parte; nemo gravius læsit causam Pontificis, quàm qui fortissimè digladiabantur pro Pontifice; Nulli magis offecerunt *Luthero*, quàm qui vehementer videri volunt *Lutherani*. Scio quantus sit artifex *Christus*, qui novit humanos tumultus in suum suorúmque bonum vertere. Eoq; lubens abstinuissem ab hac tragœdia, si licuisset. Equidem ut tumultûs autor esse nolo, ita, quantum invitabit proficiendi spes, non defuturus sum Evangelico negotio. Quid *Luthero* suus dictet spiritus, ipse viderit. Te non sum vehementer adhortatus ad palinodiam, vel ob id quod scirem me hoc operæ lusurum. Non sum judex alienæ conscientiæ, nec dominus alienę fidei. Certè optabam tuum ingenium, ut est natum bonis literis, ita iisdem perpetuò fuisse dicatum. Non defuissent actores isti tragœdiæ, quæ quò casura sit incertum est. Absit ut Evangelicæ doctrinæ succenseam, sed in doctrina *Lutheri* multa me offendunt: illud inprimis quòd quicquid suscepit defendendum, ibi impendio vehemens est, nec unquam facit finem, donec perferatur ad hyperbolen. Eam admonitus adeo non mitigat, ut omnia reddat ὑπερζηλωτέρα. Nam arrogantiam fortassis aliquis interpretabitur bonæ conscientiæ fiduciam, & amarulentiam nostris meritis imputabit: ac planè nè dicam dolo, sic undique corrupti mores Christianorum flagitabant immitem aliquem castigatorem. At ego libertatem ita malebam temperatam ut Pontifices etiam ac monarchas ad hujus negotii consortium pelliceremus. Hic semper fuit scopus meus, nec aliò specto nunc quoque; *Lutherus* quò spectet nescio. Admonui per literas *Hedionem*, sermone *Oecolampadium* & *Pellicanum*, idque non semel, ut ex communi consilio doctrinę suæ rationem redderent Card. *Campegio*, quo profectò nullus legatus optari poterat æquior aut humanior. Surdis cecini fabulam. Nec *Clementem* quidem opinor tam aversum ab Evangelii synceritate restituenda reperturi sumus, quàm existimant quidam. Nihil horum istis persuaderi potuit. Tantum hoc agunt, ut res quoquo pacto serpat, & egregium Evangelii profectum interpretantur, si pauci monachi sint exonerati cucullâ, inter quos utinam non sint multi quibus expediisset intra cancellos detineri; si sacerdotibus aliquot prospectum sit de uxore, si è duobus templis exactæ sint imagines. Ego sic cupiebam restitui sacerdotum religionem, ut nihil decederet autoritati: sic conjuli bonis ingeniis, quæ monachorum ceremoniis insepeliuntur, ut non aperiretur fenestra malis ad licentiùs peccandum: denique quæ longo jam usu inveteraverant, sic paulatim corrigi, ut non omnia tumultu miscerentur, úrque libertas Evangelica possit esse omnium gentium communis. *Lutherus* tantùm colligit è rebus quæ mala sunt, & ita pugnat tollere quod offendit, ut non satis caveat aliud malum gravius. Utcunque Deus aliquis vertat statum mundi, nunquam defutura sunt de quibus queraris. Hæc mitigari possunt, tolli penitus non possunt. Quantumvis amnium influit in mare, quantumvis decidit aquæ pluviæ, semper tamen ad nativum saporem redit; ut nè dicam interim nonnunquam remedia ipsis morbis esse atrociora. Quid hoc dissidio pestilentius? Quot locis quàm atroces tumultus exorti sunt? & expectamus his atrociores. An tanti videtur habere templum absque imaginibus, aut aliquid immutâsse de ritibus missæ? Jam ut largiamur esse vera quæ docet *Lutherus*, ut sunt ubique mali plurimi, quibus ad omne facinus nihil deest præter occasionem, quid inutilius ad Christianam pietatem, quàm hæc audire vulgus indoctum, hæc instillari auribus adolescentum, Pontificem esse Antichristum, Episcopos & sacerdotes esse larvas, constitutiones hominum esse hæreticas, confessionem esse pestiferam, opera, merita, conatus esse voces hæreticas, nullum esse liberum arbitrium, sed omnia necessitate geri, nihil referre qualia sint hominis opera? Hæc à nonnullis nuda circumferuntur, & ab improbis in pessimam partem rapiuntur. Hìc scio negabis imputanda *Luthero*, quę quorundam stultitiâ committuntur, quos tu meritò portenta vocas, & bipedum nequissimos. Verùm hæc portenta fovent, quos *Lutherus* ut Evangelicæ doctrinæ proceres amplectitur. Genuit olim Evangelium novum hominum genus mundo. Nunc quales gignat hoc Evangelium non libet referre. Fieri potest ut isthìc sint aliusmodi, certè quos hìc novi tales ferè sunt, ut malim cum Papistis habere commercium quàm cum illis, si quis contractus mihi pangendus esset. Postremò, quos olim novi optimos, quosq; dixissem virtuti natos, video factos deteriores. Qualis qualis rerum status est, periculosissima res est movere camarinam hujus mundi. *Plato* quum rempublicam philosophicam somniaret, vidit multitudinem absque mendaciis non posse gubernari. Absit à Christianis mendacium, attamen non expedit omnem veritatem quovis modo prodere vulgo. Utinam *Lutherus* tam posset Pontifices ac Principes ad Evangelicæ pietatis studium convertere, quàm fortiter in illorum vitia debacchatur. Quo animo sit in me non ita valde laboro: præsertim in hoc negotio, in quo non est fas multùm valere affectus privatos. Multa de me scripsit amicis suis, non satis referentia animum in me, quem tu prædicas. Quæ omnia me nè tantillum quidem cõmoverunt, quemadmodum nec tuum de me judicium effecit, ut minus amarem ingenium tuum. Quamvis atroces etiam contumelias laturus sum, modò floreat Evangelium *Christi*. *Carolstadius* hìc fuit, sed clàm: edidit sex libellos Germanicè scriptos, in quibus docet in Eucharistia nihil esse præter signum corporis & sanguinis Dominici. Ea res graves tumultus excitavit *Bernæ*. Hìc duo typographi qui excuderunt, pridie conceptæ Virginis conjecti sunt in carcerem. Suspicor enim hunc unum esse

eorum, quos tu vocas *Doctores ſanguinarios*. De *Sylvio* multos hic mecum fefellit ſuſpicio. *Albertus* ille cenſor *Eraſmi* iſthic agit ludi literarii magiſtrum, in oppido *Smach* opinor. *Oecolampadium* non annumero portentis illis nec huic ſimiles, etiamſi permulta ſint, quæ meritò de his queri poſſim. Hactenus de nemine magnificentiùs vel ſenſi, vel prædicavi quàm de *Oecolampadio*: tamen & hic profeſſus amicum candidiſſimum, non ſolùm dictis aliquot in colloquiis & in concionibus me perſtrinxit; verumetiam in libellis ſuis aliquoties attingit obliquè, idque adeo præter cauſam. Ais iſthic διατριβὴν meam æquiſſimis animis exceptam: At non itidem excepta eſt ab *Oecolampadio*, qui reſpondere cœpit priuſquam eſſet edita. Offenſus erat meâ exomologeſi, quaſi in hac notârim ipſius confeſſionem, quum illam nunquam legerim. Certè quum illa ſcriberem nè ſomniabam quidem de *Oecolampadio*. Poſſem hic alia multa commemorare, ſed ejuſmodi facilè contemno. Et in amicitiis ad multa connivendum, quanquam in his qui profitentur Evangelicam ſynceritatem oportebat hæc etiam abeſſe. Video te ſollicitum, ut mihi moderatè reſpondeat *Lutherus*. Imò patere illum ſuo reſpondere more. Quòd ego moderatè rem geſſi, neque præter morem meum, neque ſine certo conſilio feci. Ille ſi hic multum ſui diſſimilis fuerit, clamabunt ſycophantæ colludere nos, rem inter nos ex compoſito geri. Proinde malo illum ſervire cauſæ, quàm mihi. Si quid in diatriba nigri ſalis aſperſum eſt, quemadmodum tibi videtur, ad *Phallicos* & huic ſimiles pertinet, id quod etiam teſtor alicubi. Alioqui erant in aſſertione *Lutheri* quædam, quæ non immeritò magnis conviciis poteram exagitare, ſed malui cauſam agere ſuſceptam. In aliis argumentis nonnihil dedimus humanis affectibus, in hoc negotio nulla contumelia me depellet à recto. Videris autem ſollicitus, nè, ſi pergam, hæc cauſa majore gravata invidiâ, ſimul cum Evangelio pericliretur. Atqui *Lutherus* in literis ſuis exiſtimat, omnino nihil eſſe momenti, ſive adſim ſive adverſer. Illud polliceor, me nunquam ſcientem arma ſumpturum adverſus Evangelicam veritatem. Et ideo veritus ſim hactenus etiam illa labefactare, quæ diſplicebant in *Luthero*, nè ſimul ruerent & alia probata. Quin illud per omnem occaſionem molior, ut ex hoc amaro violentóque pharmaco, quod *Lutherus* mundo porrexit, naſcatur aliquid bonæ ſani atis in moribus Eccleſiæ. Forſaſſe noſtri mores meruerunt tam inclementem medicum, qui ſectionibus & uſturis curaret morbum. Hic ſeditioſi quidam vociferantur in meam inconſtantiam, quum nullus omnium poſſit, vel unum proferre locum in quo mihi non conſtem. Si piaculum exiſtimant alicubi diſſentire à *Luthero*, qui neſcio an ſibi ubique conſtet, cur ſibi permittunt ubicunque commodum fuerit à *Lutheri* dogmatibus diſſentire? Non hic in medium adferam colloquiorum & comportationum fabulas; nonne *Oecolampadius* apud *Sichinum* edidit libellum, in quo ſcribit non eſſe periculum, ſi quis Miſſam appellet ſacrificium? Id ſic execratur *Lutherus*, ut malit decies mori. Quo tumultu *Zuinglius* exegit divorum imagines? Adverſus hos, ut audio, libellum etiam acrem ſcripſit *Lutherus*. *Argentorati*, nec ibi tantùm, publicè docuerunt nec ullas diſciplinas nec linguas eſſe diſcendas, præter unam Hebraicam. Adverſus hos acerrimè ſcripſit *Lutherus*. Quid hîc commemorem de *Carolſtadio*, quum ſordidi quidam nobis reſpondeant, *Nos non ſervimus* Luthero, *ſed Evangelio*? Scripſit iſtud quidem, ſed ſcripſit humano ſpiritu, ſcripſit in gratiam *Melanchthonis*. In horum nonnullis, mi *Philippe*, video tam impotentes ſpiritus, ut ſi res illis ſucceſſerit, verear nè *Lutherus* etiam ipſe deſideraturus ſit Epiſcoporum ac Pontificum tyrannidem. Quis enim coerceat iſtos qui nec Pontificibus auſcultant, nec Principibus, nec magiſtratibus, nec ipſi denique *Luthero*? Unum Evangelium occinunt, ſed cujus ipſi volunt eſſe interpretes. Fortaſſe & hoc tolerabile, ſi quemadmodum à Veteribus diſſentiunt, ita inter ſe conſentirent. De tui animi ſynceritate nihil addubito, quin ſedulò facias quod facis. De *Lutheri* animo, multa ſunt quæ ſuadent ut dubitem; & ſi non auſim omninò meo judicio fidere, videor tamen mihi ex ſcriptis animum hominis non minùs deprehendere, quàm ex convictu. Eſt ardens ac vehemens ingenium *Lutheri*, agnoſcas ubiq; *Pelidæ* ſtomachum cedere neſcii. Neque tu neſcis quantus ſit artifex hoſtis humani generis. Accedit huc tantus negotii ſucceſſus, tantus favor, tantus applauſus theatri, quantus vel modeſtiſſimum ingenium poſſit corrumpere. Jam mihi vide, doctiſſime *Melanchthon*, ei navi, quæ ſe tali tempeſtati commiſit, quàm validis ancoris, quantâ faburrâ, quàm fido clavo ſit opus, nè depellatur à recto curſu. Hic oculis perſpicimus, quos ſpiritus tollant quidam ſi vel pauxillum ſucceſſerit. Si conſtet ratio conſcientiæ, nihil eſt quod mihi metuam, quamlibet ut iſti jactant puſillanimis. Senectutem ac valetudinem, nec Cæſar, nec Pontifex mihi poteſt adimere. Eſt unde alam hoc corpuſculum. Dignitates & opes nihilo magis ambio, quàm equus elumbis graves ſarcinas. Gloriæ jam olim ſum ſatur, ſi quid omnino eſt gloria. Nec defuerunt pericula, quæ vel θρασύκαρδον poſſent terrere. Et hæc omnia qui contemnit, dicitur meticuloſus. Tu non avelleris à ſententia tua, quam imbibiſti: & ego contra animi ſententiam ea profitebor, quæ mihi præter infamiam certiſſimum adferant exitium? Nihil mihi facilius quàm hanc vitam contemnere, quæ perpuſilla ſupereſt, eáque tot morbis obnoxia, ut mors poſſit eſſe in votis, ſi poſſim hanc conſcientiam probare *Chriſto*. Nec aliò ſpectavit mea vel contatio vel moderatio, quàm ut utrique parti prodeſſem. Odi ſeditionem, & à ſævitia ſemper & conſtanter dehortatus ſum principes. Si ſalvis hominibus queam jugulare vitia, videres quantus ſim futurus carnifex, ἀφ' ἑσίας ἀρξάμενος. De fide tua nihil addubito, tametſi jam toties deceptus ab his quibus vel decem vitas eram crediturus. Sed quicquid ſcribitur, vel γραμματοφόρων perfidiâ, vel alio quopiam caſu profertur: ſi colloqui licuiſſet, plura effudiſſem in ſinum tuum. Illud unicè cupio, ut apud vos religiosè & colatur & ametur Evangelium; de me non admodum laborabo. *Neſeni* mortem acerbiſſimè tuli. Erat amicus candidus & conſtans, etiamſi mihi minimè felix. Prædicatur apud omnes *Germanorum* fides, quo nomine *Britanni* non perinde bene audiunt: at hoc fuit fatorum meorum, ut apud *Britannos* mihi contigerint amici multò ſynceriſſimi,

ſynceriſſimi, apud *Germanos* longè diſſimiles aliquot : nec enim ex paucis æſtimo univerſos. De orationibus *Demoſthenis* & *Aeſchinis* latinè vertendis, demiror te mecum agere, quum nemo vivat opinor hodie, qui hoc magis præſtare poſſit quàm tu. Mihi nunc alia ſunt in manibus, & hæc provincia tuam ætatem magis decet. Bene vale. *Baſileæ* quarto Idus Decembr. Anno M. D. XXIV. Vereor ut legas has extemporarias notulas.

Eraſmus Roterodamus Henrico Stromero Aurbachio Medico S. D.

Epiſt. 4. RIſi ſalſiſſimam epiſtolam tuam, quanquam interim riſum ridens ſardonium. Refricuit mihi jocus tuus *Mori* mei dictum quoddam non illepidum. Nam editis libris *De Copia*; *Emiſit*, inquit, *Eraſmus utranque Copiam, quid itaque ſibi reliquum fecit præter ſummam inopiam* ? Ita profectò nunc habere deſii liberum arbitrium, poſteaquam emiſi in vulgus. Optabam eſſe ſpectator hujus fabulæ, non quòd Eccleſiæ negotio pro meo virili pigeret adeſſe, ſed quòd viderem eſſe rixam de paradoxis, neſcio quibus : tum autem divinabam futurum, ut ſi me admiſcerem actioni fabulæ, nihil aliud quàm rem exaſperarem, meo pariter & cauſæ malo. Poſtremò, conſiderans vitam Chriſtianorum undique corruptiſſimam, etiamſi peſſimè ſenſiſſem de *Luthero*, tamen propemodum judicabam illum *ἀναγκαῖον κακὸν εἶναι*, quod qui tolleret, tolleret id quod hoc ſtatu temporum eſſet optimum. Verùm illud erat in fatis meis, ut hoc ætatis ex muſico fierem retiarius. Deplorat *Laberius* mimographus quòd annos natus ſexaginta, *Cæſaris* autoritate protractus eſſet in ſcenam, ut qui domo egreſſus erat eques *Romanus*, rediret hirio. Ego idem fermè ætatis ex cultore Muſarum fio gladiator. *Veianius* qui ſemper verſatus fuerat in harena, excuſatione ſenectutis meruit miſſionem, & armis *Herculis* ad poſtem fixis latet abditus agro. Ego ſemper in campis Muſarum verſatus, in hanc cruentam pugnam protrudor, non aliter licuit. Clamitabant ſophiſtę, *Convenit inter Eraſmum & Lutherum, neuter alterum impetit.* Principum expectationem diutiùs fallere non erat tutum. Odioſè provocabant quidam *Lutheri* amici, ſed ipſi etiam *Luthero* infeliciſſimi, ut ſi me continuiſſem, viſus fuiſſem iſtorum minis territus ſiluiſſe. Quin & Epiſtola *Lutheri*, quam per *Joachimum* ad me miſerat, jam habebatur *Argentorati*, nec dubium quin brevi proditura. In ea pollicetur ſe non ſtricturum in me calamum, ſed hâc lege, ſi abſtineam à dogmatis ipſius ex profeſſo labefactandis, quemadmodum hactenus feceram. Hic nondum ſatis liquet, utrum mihi futurum fuerit turpius metu, an ex pacto quietem agere. Itaque jacta eſt alea, ſed ſic ut nè verbum quidem præter animi ſententiam ſcripſerim. Quòd ais me malè audire apud ſophiſtas, nihil novi nuncias, nec ullam unquam cum iſtis pacem vel ſpero vel ambio. Cæterùm quo *Lutherus* in me ſit animo, quum res agatur fidei, planè leviter æſtimo. Quàm autem non magnificè de me ſentiat, multis epiſtolis ad amicos ſcriptis declarat, in quibus facit me cæcum, miſerabilem, ignarum *Chriſti*, alienum ab intellectu rei Chriſtianæ, rudem ſpiritûs, adhuc affixum literæ. Sed mirum non eſt ſi ſic de me judicat, qui neminem Veterum non magnificè contemnit præ ſe. Utinam quod habere ſe profitetur, vertat ad Eccleſiæ tranquillitatem. Ego quod ſemper egi, non deſino perſequi, ut cum bonis literis floreat ſyncera pietas, nec hîc ulla mihi prætermittitur occaſio, ſi liceat proficere. Sed *Lutherana* pars indies magis ac magis exacerbat animos principum. Diverſa pars tantùm vulgaribus utitur remediis, carceribus, palinodiis, confiſcationibus, & faſciculis, quibus non video quid profecturi ſimus in hoc malo, quod tam latè pervagatum eſt, & indies ſe profert longiùs. Niſi ſcirem Deum moderari res humanas, ac frequenter fabulam à nobis peſſimè cœptam, in optimam ducere cataſtrophen, non divinarem alium exitum hujus rei quàm cruentiſſimum. *Carolſtadius* hîc fuit, ſed vix *Oecolampadio* ſalutato. Edidit ſex libellos, duo qui excuderunt, nudius tertiùs conjecti ſunt in carcerem, juſſu magiſtratus, ob id potiſſimùm quòd, ut audio, doceat in Euchariſtia non eſſe verum corpus Domini. Hoc nemo fert. Indignantur laici ſibi eripi Deum ſuum, quaſi nuſquam ſit Deus niſi ſub illo ſigno. Docti commoventur verbis Scripturæ ſacræ & Eccleſiæ decretis. Hæc res excitabit nobis magnam tragœdiam quum tragœdiarum pluſquam ſatis ſit. Perlongum fuerit, ſi hîc recenſeam quid hîc agatur. Scis *Tigurinos* omnes divos ejeciſſe è templis. *Vualſhutenſes* etiam è vitreis feneſtris privatarum ædium. *Phallicus* in monte *Bellicardi* regnat pro ſua libidine. Sed næ ego ineptus, qui hæc ad te, qui prius opinor hæc audis quàm hîc fiant. Bellus verò jocus iſtorum qui jactant me detractare martyrium, quaſi mihi multum hujus vitæ ſuperſit, aut quaſi calculus non tale malum ſit, ut quamvis mortem faciat optabilem : an martyrium detractat, qui ſyncerè quod ſentit profitetur ? Affirmas te mecum ſentire de libero arbitrio. Non ſtatim Evangelium eſt quicquid iſti docent, & non rarò docendi modus aut docentis mores excitant tumultus. Ego quum nihil ambiam in hac vita, ſic moderabor mea, ut proſim omnibus, quod quidem licebit, & principibus, & pontificibus, & phariſæis, & ſophiſtis quamlibet in me iniquis, & rabulis Evangelicis. Fortaſſe gratia quæ negatur vitæ, reddetur memoriæ, apud *Chriſtum* certè nihil officii perire poteſt. Quum hæc ſcriberem epiſtola tua ad manum non erat, proinde non miraberis ſi minùs ad omnia reſpondi. Bene vale vir optime. *Baſileæ* quarto Idus Decembr. Anno M. D. XXIV.

Priuſquam has obſignarem, fortè venit ad manum epiſtola tua. Feſtivum eſt quod narras de medico, nec multùm aberravit à ſcopo tua divinatio. Et tamen eſt hic Eccleſiaſtes, qui in ſingulis concionibus aliquid diſſerit contra libellũ meum apud promiſcuam multitudinem. Quàm vir ſit fortis *Lutherus* neſcio. Hic nobis hoc novum Evangelium gignit novum hominum genus, præfractos, impudentes, fucatos, maledicos, mendaces, ſycophantas, inter ſe diſcordes, nulli cõmodos, omnibus incommodos, ſeditioſos, furioſos, rabulas, qui mihi adeo diſplicent, ut ſi quam nôſſem civitatem ab hoc ge-

nere liberam, eò demigrarem. De libero arbitrio nihil ſcripſi præter animi ſententiam; in multis aliis à *Luthero* diſſentiebam, ſed verebar impugnare, nè fructus hujus tumultûs meâ periret operâ. Et iſti ſtolidi jactitant me ſentire cum *Luthero*, cæterùm metu diſſimulare. Egregius verò futurus ſim martyr, ſi in gratiam talium nebulonum mentiar in caput meum. Sunt apud noſtrates plurimi qui favent *Luthero*, quòd ſi præſciſſem hujuſmodi rabulas prodituros, ſtatim initio profeſſus fuiſſem me factionis hujus hoſtem. Utriuſque juvenis, à *Duba* & ab *Haubitz*, indoles mihi vehementer placuit, nec defuturus ſum officio meo, ſicubi queam illis eſſe commodo. Rurſum vale.

Eraſmus Rot. Bilibaldo S. D.

Epiſt. 5. NEc ego poteram ſecus de tuo prudenti candore ſuſpicari, mi *Bilibalde*, ſed erant qui me literis admonerent ut te placarem. Utinam Deus immittat animis principum orbi ſalutifera conſilia. Pudet me horum tumultuum. Dicas *Phaethontem* admotum currui ſolis. Et interim nobis videmur Chriſtiani, & agimus de *Rhodo*. *Stunicam* ſemper contempſi. Vellem autem quoſdam *Lutheranos* negotium Evangelicum tractare prudentiùs. Nunc in ſummo tumultu ſum, quòd inſtent nundinæ; poſt ſcribam copioſiùs. Bene valebis interim. *Baſileæ* ſexto Idûs *Januarii*, Anno M. D. XXII.

Joachimus Camerarius Eraſmo Roterodamo S. D.

Epiſt. 6. ETſi non putavi hactenus me quicquam ad te ſcribere oportere, quum meâ ipſius causâ, tum pulcherrimarum tuarum occupationum reſpectu; nè & ipſe meam infantiam de nihilo proderem, & quâ in parte minimè deberem, mei officii parùm rationem habuiſſe viderer: tamen poſteaquàm mihi *Philippus Melanchthon* duos locos è tua epiſtola, quam paucos ante dies abs te ſcriptam accepit, quòd in ea mei mentio habita eſſet, recitavit; mutavi ſententiam, & mei hac in parte curâ abjectâ, & humanitate tuâ animique facilitate fretus: quia non poſſe me ſalvâ fidei meæ exiſtimatione, tuáq; erga me benevolentiâ, ea in quibus mei memineras tacita præterire videbam, tibi meis literis (ſic enim eſt dicendum) obſtrepere ſtatui. Quod ipſum perquàm paucis à me eſt factum, ut vel hoc modo, ſi quid alioqui peccatum à me eſſet, corrigerem ac emendarem. Ego tibi vir clariſſime magnas ago gratias, quòd tanti me feceris, quem ex uno iſto congreſſu, nè quid de me acerbius dicam, contemnere certè poteras, ut nondum mei oblitus, ſalutem in literis optimi & eruditiſſimi viri, meique amantiſſimi adſcripſeris. Magni iſtud mihi beneficii inſtar eſt, neque minùs eo mihi placeo, quàm quod ad te confabulatum, & de quibus voluiſſem rebus communicatum nuper ſum admiſſus. Quo in ampliſſimo merito commemorando mirè intellexi te modeſtum fuiſſe, qui non dubitâris ſcribere, parùm te liberaliter nos accumulatè tractâſſe. Quid ergo potuit mihi abs te tuâ ſuaviſſimâ conſuetudine tribui gratius majuſve? Aut quid ego, etiam ſi improbum eſſe juvet, in te requirere poſſem, ínve iſto colloquio deſiderare, quàm uno *Sarmatâ* barone minùs fuiſſe, claro & magnifico illo quidem viro, ſed mihi tum parùm commodo? Itaque *Eraſme* hoc tibi perſuadeas, & tuam benignitatem quâ in me ſuſcipiendo & tractando es uſus, apud amicos ſuperbè oſtentâſſe, & nunc miſſam abs te ſalutem decoris & ornamenti loco jactare ſolere. Neque metus eſt fore ut mihi hoc nomine iraſcare, quum ad te prædicandum ac celebrandum non mediocriter hoc quoque pertineat, alios ex tuæ gloriæ ſplendore & lumine illuſtrari. Sic ergo mihi tuum præconium accommodo, ut & ego eo creſcam, & de ſumma tuarum laudum nihil tamen detrahatur, nonnihil fortaſſis accedat. Hęc, quia omninò ſcribendum ad te fuit, ſatis habui, ut vides attigiſſe, nè vel commemorando prolixiùs tibi moleſtus eſſem, aut prætermittendo difficilius meum tibi ſtudium & amorem erga te probarem. Nam ſi te non amem, ſuſpiciam, venerer, nimiùm malus ſim *Eraſme*. Hoc enim tua meretur eruditio, doctrina, bonitas. Si verò etiam odio proſequar, tuíq; nominis hoſtem agam, quantum flagitium deſignâſſe jure videri debeam? Ego verò conſcientiâ recti hac in re contentus, neque prædico (apud te præſertim) ſtudium & obſervantiam erga te meam, neque ſum anxius in omnium mortalium calumniis refellendis. Videóq; etiam ineptum futurum, ſi hoc facere velim: quaſi verò & tua plurimùm referat, quo quiſque extremæ claſſis homo in te animo ſit, aut hominum opinionibus ab ullo ſatisfieri poſſe confidam. Sed quorſum hæc, inquis, tam longè petita exordia? Eò nimirum *Eraſme*, quòd neſcio quid ſuſpicor, de tua erga me voluntate eſſe immutatum, quorundam pravè curioſorum ſiniſtræ diligentiæ vitio, & labore (veniam enim nunc ad rem) qui & *Lutheri* & tuam epiſtolam, quas ego utrique ſuam fideliſſimè allatam in manus dedi, evulgârunt, ipſo *Luthero* dolente, *Philippo* & me gementibus. Quid inquis ſuſpicare, aut quem me eſſe cenſes? Da veniam *Eraſme*,

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Quòd ſi temerè, quæ in epiſtola ad *Melanchthonem* de publicatis literis legi, ſtatim poſt mei nominis factam mentionem appoſita ſunt, tamen hâc meâ ſollicitudine amorem erga te meum fecero teſtatiorem. Si quâ in parte verò, id quod putare non lubet, metuere cogor, tua erga me benevolentia impulſa eſt, eam reſtituero ac confirmâro. Principio ſic exiſtima, *Eraſme*, meæq; fidei crede, quas tibi literas ſi *Baſileam* perveniſſem à *Martino Luthero* acceperam adferendas, primò omnium hominum adſpiciendas præſentem præſenti in manum, ut ſupra dixi, dediſſe: quæq; à te reſcriptæ fuere, eas *Luthero* fide optimâ reddidiſſe: neque nudam interim chartam tuoque modo termino inſignem, cuiquam, uno *Philippo* excepto, prius oſtendiſſe, quàm *Luthero* reverſus *Vuittenbergam* obtuliſſem. Nam ut fui ipſe cura eorum qui me à pueris educârunt, ſic inſtitutus, ut didicerim mentem, manus, oculos, ab alienis rebus continere; ita meapte naturâ à ſecretorum ſcriptorum inſpectione ſemper abhorrui: quod judicarem indignè facere eum, qui cognoſcere vel per ſummum nefas conaretur, à quibus chartarum complicatione, & ce-

ræ gemmæque admunitione tantopere ſummo-
verentur. Hujus quoque ſeculi licentiſſimam ve-
ſaniam, cum ob alios furores ſæpe ſum deteſta-
tus, tum ob hanc ſceleſtam petulantiam, quòd
jam nihil in ſeris ac ſcriniis reponi, nihil ami-
cis credi, nihil denique in animi penetralibus
verſari tutò poſſit, humanâ improbitate omnia
perquirente & eruente, quæ ſe potiſſimùm in ar-
canorum ſcriptorum exploratione noſtro tempo-
re occupat & fatigat. Proinde ut primùm ali-
qui nunc offenſos ſe læſoſque exiſtimant, non
ſolùm eorum à quibus læſi videntur literas ad ſe
miſſas proferunt, ac palam, id eſt, typis ex-
cuſas ſexcentis exemplis recitant: ſed etiam alio-
rum iſtâ offenſione interpoſitâ perveſtigant, un-
de ſuo inimico vel ex una litera odium apud eos
qui legant conflari poſſit, Homines, ut *Cicero* in-
quit, & humanitatis expertes, & vitæ communis
ignari. Qui igitur tali ſum ingenio ſenſúque præ-
ditus, ſuſtinui ſcilicet (fingam enim jam te ejus
facinoris me inſimulare) quæ meę fidei tradita
commiſſaque eſſent, per ſummam ignominiam
prodere, neque ipſe meæ conſcientiæ reprehenſio-
nem ſaltem vereri, nec orbis terrarum nè tua di-
cam judicia refugere volui? Quæ hæc ſit imma-
nis audacia ac perfidia, quam ego ſemiſſis homo in
animum meum ſim paſſus inſidere? Jam fac ab
omni honeſtatis intuitu averſum, tam obſtina-
tè dediſſe operam ut improbus eſſem, tu pro-
fectò potuiſti animadvertere: nec dubito quin
id factum abs te ſit, tamen etiam vano metu,
quod ſæpe repetere viſum eſt, infeſtor: potu-
iſti inquam animadvertere epiſtolæ *Lutheri*, de
qua ſcribis, ſignum dum tibi allata à nobis fuit,
ſalvum & integrum eſſe reliquum. De tua verò,
Nam & ejus ſimilem eſſe fortunam audio, id eſt in
multa exempla deſcriptam manibus vulgi teri: *Lu-
therum* idem perſpexiſſe νὴ τὰς μούσας jurejurando
ſanctiſſimo tibi affirmo. Niſi fortaſſis illas ποικίλας
ἅμα σφραγίδων λύσεις ex *Alexandri* arte didiciſſe me
cenſes. Jam fortaſſis non ignoro quorum aut cul-
pâ aut ſtultâ ſedulitate, quæ & ipſa profectò
culpa eſt, acciderit, ut iſtæ literæ nuper exie-
rint. Sed nec ſum tam mei defendendi cupi-
dus, ut excuſatione aliorum accuſationem com-
plecti velim: nec arbitror meæ ſimplicitatis eſſe,
quod compertum non habeam pro meo com-
modo ex hominum ſermone & rumuſculis qui-
buſdam formare. Quapropter, *Eraſme*, ſi hac
in cauſâ aliter nos in animum tuum induxiſti atque
nos ſumus, quod tamen ut ſæpe dixi, minimè ha-
beo pro certo, ſed timeo: peto abs te ut iſtam
cogitationum tuarum opinionem, ceu falſam,
veriſimilem tamen in hac hominum vanitate, cor-
rigas: mihique credas tuarum eſſe laudum, no-
minis, honoris ſtudioſiſſimum: neque unquam
velle committere, ut aliter de te ſentiam, lo-
quar, faciam, quàm tuæ dignitatis ratio ferat
ac exigat: Quam tamen rem, ut tuæ gloriæ
ponderis nihil adjicit, ſic à me, niſi omnis offi-
cii immemor ac deſertor perhiberi malim, mag-
nopere præſtari par eſt. Vale, vir clariſſime. *Vuit-
tenb.* pridie Cal. Decemb. Qui meas literas tibi
attulit genere nobilis eſt ex *Metſis*, olim *Moſel-
lani* ſectator, egregius juvenis. Eum tibi com-
mendarem, niſi arroganter & ſuperbè facere du-
cam, qui tantum juris mihi ſumam, ut aliis meâ
commendatione accedere apud te aliquid poſſe
ſperem. Quanquam & hic ipſe ſe ſuâ virtute pul-
cherrimè commendabit.

Eraſmus Roterodamus Joachimo Camerario. S. D.

ODI valetudinem hanc, non tam ob id *Epiſt. 7.*
quòd me diſcruciat, quàm quòd per eam
non licet erga amicos humanitatis obire mu-
nia: adeo durius eſt inhumanum fieri quàm in-
felicem. Ac frequenter accidit, neſcio quo fato,
ut complures ſimul inundent, ac propemodum ob-
ruant. Itaque fit non rarò, ut eodem tempore mi-
hi ſint literis onerandi, hic qui *Romam*, ille qui
Galliam, alius qui *Britanniam*, alius qui *Braban-
tiam*, alius qui *Germaniam* adeat. Porrò quum
tu adeſſes tam erat imbecilla valetudo, ut ægrè
ferrem laborem promendæ vocis: adeo ut non
ſolùm comiti *Polono* ad convivium vocanti excu-
ſarem, verumetiam ambientem cœnare mecum
repulerim. Proinde cogor hujus infelicitatis non
modò pigere, ſed pudere quoque. Quod autem
malum in vita durius accidere poteſt, quàm quod
habet cruciatum cum pudore conjunctum? Et ſunt
quidam, qui noſtram excuſationem, multò quàm
vellem juſtiorem, non recipiunt. Tu verò, mi
Joachime, quum te tam frigidè acceptum, tam
candidè interpreteris, nimirum probas mihi ſim-
plex tuum ac benignum ingenium. Jam verò
quando non ſolùm boni conſulis, quod à me fue-
rat excuſandum, verumetiam tam accuratè gra-
tias agis, pro brevi colloquio, pro ſalutatiuncula
literis ad *Melanchthonem* ſcriptis adjectâ, & hanc
ceu non vulgarem quandam humanitatem ingenii
tui, ut in te vehementer amo, ita doleo in tam
paucis inveniri nunc, ex eorum numero qui Muſa-
rum ſacra colunt. Non enim oportet Gratias à
Muſis abeſſe. At quoſdam his temporibus videre
eſt, qui pro tribus Gratiis treis Furias addidêre
Muſis. Tanta eſt morum barbaries, tanta ſcri-
ptorum amarulentia. Porrò, quemadmodum in
hac cauſa mihi declaras inſignem naturæ tuæ
bonitatem, ita dum literarum evulgatarum ſuſpi-
tionem abs te depellis, probas mihi quantum &
ingenii felicitate & dicendi facultate polleas. Ni-
hil enim abs te prætermiſſum eſt, quod bonus
orator ad talem cauſam adferre debuerit. Itaq;
ſcito, mi *Joachime*, hic te mihi nihil aliud perſua-
ſiſſe, quàm te cauſam etiam non optimam opti-
mè poſſe tueri. Nam mihi quidem priuſquam tu
verbum faceres, perſuaſum erat hìc nihil eſſe com-
miſſum tuâ culpâ, nec illa ſuſpitio culpæ quam tu
deprecaris οὐδὲ κατ' ὄναρ unquam venit in men-
tem *Eraſmo*. Et jam ſatis divino qui ſint illi, quo-
rum ſtultam ſedulitatem tu notas. Nec eram que-
ſturus hac de re apud *Melanchthonem*, niſi cauſa
quam illic agebam eguiſſet & hoc argumento.
Siquidem edidêre jam pridem epiſtolam *Lutheri*
ad *Pellicanum*, ediderunt judicium *Melanchtho-
nis*, quâ de re nemini verbo ſum queſtus. Qui
tuas reddidit, planè non eguit tuâ commendatio-
ne, nimirum ipsâ, quod ajunt, fronte præ ſe fe-
rens ingenium imaginibus dignum, ac præterea
propenſam quandam in me benevolentiam. *Ne-
ſenum* nobis præreptum doleo, ſed gaudeo te ena-
tâſſe, nam ajunt in communi fuiſſe periculo. Be-
ne vale. *Baſileæ* tertio Idus Decemb. Anno M.
D. XXIV.

A

Eraſmus Roterodamus Theobaldo Fettichio. S. D.

Epiſt. 8. QUo graviorem bonis literis calamitatem minitatur hoc ſeculum longè tumultuoſiſſimum, hoc impenſiùs adnitendum eſt iis, qui perſpectum compertumque habent, abſque linguarum ac politioris literaturæ conditurâ, frigidas, mutas, ac penè cæcas eſſe reliquas diſciplinas omnes, nec florere reſpublicas, nec liberalem eſſe vitam; breviter, vix hominem hominem eſſe. Accipio penes vos eſſe rarum veterum codicum theſaurum; quantopere verò vel tu, vel ornatiſſimus vir *Vuolphangus* ab *Affenſtein* faveatis ſtudiorum negociis, jampridem & famę præconiis & eruditorum hominum literis cognovi, tum quam propenſa ſit utriuſque erga ſtudiorum cultores humanitas. His rebus fretus & *Hieronymus Frobenius* non dubitavit iſthuc proficiſci, nec ego veritus ſum te meis literis appellare. Ac mihi quidem præſagit animus hanc vel audaciam, vel, ſi quis malit, fiduciam nobis feliciter eſſe ceſſuram. Nemini poteſt obſcurum eſſe, quot jam annos *Joannes Frobenius*, quantis vigiliis, laboribus, impendiis, ornârit eximios autores, idque longè majore ſuâ gloriâ quàm lucro. Habet domi virum utriuſque literaturæ doctiſſimum, parique fide præditum, quod ego ſanè non in poſtremis numero. Mihi præterea vel immori libebit huic negocio, tam utili, tamq; pio. Proinde meo judicio non alius dignior veſtro favore quàm *Frobenius*, nec per aliam officinam meliùs conſultum fuerit præclaris autoribus; denique, vix in alium æquè gratum memoremque collocaveritis veſtrum officium. Porrò,—*ſi quid mea ſcripta valebunt*, hactenus cum *Virgilio* licuit dicere, utinam & illud adjicere liceat, *Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.* Certè dabitur opera pro viribus nè poſteritas ignoret cui debeat hanc literaturæ vetuſtioris acceſſionem. Bene vale cum clariſſimo præfecto *Vuolphango* ab *Affenſtein*. Datum *Baſileæ* Nonis Decembr. Anno M. D. XXVI.

B C D E

Eraſmus Roterodamus Georgio Duci Saxoniæ S. D.

Epiſt. 9. SEreniſſime princeps, nec mihi vacabat ſcribere (minùs fortaſſe vacat Celſitudini tuæ prolixas epiſtolas legere) nec erat magnopere quod ſcriberem. Cæterùm, quoniam hunc nactus eram *Franciſcum Dilfum* juvenem apud ſuos non ſolùm claro & opulento, verumetiam honeſto genere prognatum, cujus ingenium ſyncerum veréque generoſum diutino convictu cognitum ac perſpectum habeo, viſum eſt per eum ſaltem illuſtriſſimæ Celſitudini tuæ ſalutem aſcribere. Quem ſi dignaberis tuo colloquio, poteris ex eo de rebus meis omnibus certior fieri, quas ille meliùs novit quàm ego ipſe, & eſt ſummæ fidei, minimeque vanus. Meo malo ſum expertus, quàm non ſit tutum omnia literis committere. Dominus ſervet felicem ac florentem illuſtriſſimam dominationem tuam, cui me totum offero. Datum *Baſileæ* Nonis Februarii, Anno M. D. XXVIII.

F G

Eraſmus Roterodamus Bernardo Epiſcopo Tridentino S. D.

Epiſt. 10. REverende præſul, ex ſuperioribus amplitudinis tuæ erga me officiis perſpexi ſingularem quandam naturæ bonitatem: ex proximis verò literis, quibus me tam amanter conſolaris, pietatem etiam erga me tuam agnovi. Utinam & tuis dotibus & meis laboribus contigiſſet ſeculum felicius. Non eram auſurus tuo nomini dicare *Irenæum*, quamvis probatum autorem: nec enim hoc officium omnibus perinde gratum eſt, neque quicquam magis fugere ſoleo quàm captatoris opinionem; niſi tantum apud me valeret *Joannis Fabri* tum judicium, tum autoritas, per quem nunc mitto librum, ſed rudem. Recentior enim eſt, quàm ut compingi poſſit. Si gratum eſt quod fecimus, erit quod mihi gratuler: ſin minus, mihi certè leviùs ſuccenſebis, qui tam inſignis amici voluntati morem geſſerim. Opto tibi felicitatem perpetuam, ornatiſſime Præſul. Hunc laconiſmum me docent immenſi ſtudiorum labores. Nunc enim quartùm mihi retexuntur annotationes in novum Teſtamentum. Datum *Baſileæ* die *Mercurii* ante *Michaelis*, Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Roterodamus clariſſimo viro Chriſtophoro à Schiidlovietz, &c. regni Poloniæ Cancellario S. D.

Epiſt. 11. LEntiùs inter nos commeant epiſtolæ, vir ornatiſſime, quanquam tua ſatis maturè pervenit, ſcripta ad Cal. Martias reddita eſt ante Idus Maias. Nam ſuſpicor vos novum annum auſpicari à Paſchali die. Dominus in Evangelio beatos pronunciat pacificos, quo in negocio, quoniam tu nunc optimi regis juſſu verſaris, præcor ut quod agis ſuccedat, multoſque tuâ prudentiâ reddas beatos: hac de re ſcripſi nonnihil & inclyto regi *Poloniæ Sigiſmundo*, jam ſemel atque iterum ornatiſſimi juvenis *Joannis à Laſco* literis provocatus. Id enim tanto ſtudio à me contendit, ut exiſtimem eum non ſine cauſa ſic eſſe animatum. Hæc ætas principes habet ferè juvenes, quo magis oro, ut Deus *Sigiſmundum* nobis diu ſervet incolumem, cujus pietas, animi magnitudo, ſingulariſq; prudentia, ac plurimus rerum uſus, ſalubribus conſiliis plurimùm prodeſſe poterit, & principum commodis, & reipublicæ tranquillitati. Munera tua planè tuo digna ſunt animo, ſed tamen in ratione tuorum in me meritorum, noviſſimam penè lineam occupant. *Antoninum* meum tibi charum eſſe gaudeo; nullum adhuc ingenium expertus ſum illo candidius, niſi talis eſſet *Joannes à Laſco* præpoſitus *Gneſnenſis*, ut nè fingi quidem poſſit quicquam amabilius, cujus equidem amicitiam in præcipua meæ felicitatis parte duco. Habes epiſtolam meâ manu, ſed vereor ut legas. Languebam adhuc à vehementiſſima diarrhœa. Dominus te ſervet incolumem. Datum *Baſileæ* XVII. Cal. Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Rot. Tielmanno à Foſſa S. D.

Epiſt. 12. FErreis xeniis ad amicitiam provocatus, chartaceis reſpondeo, non quidem æreis aurea, ſed tamen

tamen acceptа pensans deterioribus. Adeo verò non aspernatus sum hoc qualecunque munusculum, ut hinc etiam collegerim te syncerissimo animo de meis moribus quàm optimè sentire. Alioqui solent & qui preciosa mittunt multis verbis precari veniam, quòd meritis inferiora mittant. Itaq; munusculi tui vilitas, mihi precium ipsius auxit, & isti tam benevolo pectori me profiteor astrictissimum esse, id quod hoc epistolio, veluti syngraphâ legitimâ, singulis & universis contestatum esse volo. Opto tibi prosperam valetudinem. Datum *Basileæ* pridie Ascensionis, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. ornatissimo viro Joanni à Lasco præposito Gnesnensi S. D.

Epist. 13. QUÆ missimus bonâ fide reddita profectò valde gaudeo. Nam ea res habebat me sollicitum, ut nunc est incredibilis hominum perfidia, dum ubique de fide disputatur. Nonnihil etiam metuebam nè quid tibi tuisque secus quàm vellem accidisset. Enchiridion apud *Hispanos* vulgari sermone versum est & excusum ingenti monachorum tumultu, verùm is impegit in potentes *Erasmi* patronos, in quibus erat & *Cæsar*, cujus epistolam ni fallor ad te misi proximo mercatu. *Beato Rhenano* protinus tuas literas perferendas curavi. Nam agit *Seletstadii* profugus hinc & pestis & dissidiorum odio. Non dubito quin & hujus & *Glareani* libellum jam acceperis. *Glareanus* suum publicè prælegit. Regi, quando toties huc provocas, scripsi, sed exemplum ad verbum descriptum his incluси, ut si videatur premas: Difficile est enim Regibus scribere, veruntamen, quod te nescire nolim, hujus rei mentionem feci in literis ad *Christophorum* Cancellarium *Cracovien-sem*. Aliquot ex hostium numero perierunt; *Lovanii Ecmondanus* Carmelita vomitu præfocatus, quum ipse paulò ante publicè vociferatus esset in *Joannem Nevium*, quòd paralysi correptus, intra sex horas efflâsset animam. Periit & *Vincentius* Dominicanus, in quem est una mea Epistola, titulo pertinacissimi obtrectatoris; periit & *Rosemundus* vir melior quàm pro vulgari sorte Theologorum, perierat ante *Dorpius* noster. *Coloniæ* periit *Jacobus Hogheстratus* coryphæus hujus tragœdiæ, qui tamen in morte dicitur nonnullis verbis prodidisse parùm syncerам conscientiam. His omnibus precor Domini misericordiam. *Jacobus Faber* hinc honorificè revocatus est in *Galliam*, cesserat enim metu, & est regi charissimus. Is quoque quem *Bedda* destinârat holocautomati, vir bonus est ut audio, & regi cum primis charus, quem rex noluit vi subducere periculo, sed passus est causam agi, donec ipse veniret *Lutetiam*. Habes exemplum, quod nisi crebriùs edatur, insilient tenebriones in capita principum, fidei propugnandæ titulo. Utinam rex in cæteris omnibus perinde felix fuisset. Cur hunc amicum regis, absente principe, decreverint immolare, præcipua causa fuit, quòd Paraphrases, & alios aliquot libellos meos Gallicè versos, parâret edere: Sic enim sibi persuadent quidam pseudomonachi, Si *Erasmus* cœperit vulgo loqui, retegentur nostra mendacia, quibus illum apud mulierculas & idiotas hactenus invisum reddidimus. Res enim ipsa coarguet vanitatem nostram, declarans eum esse alium quàm nos depinxeramus. Itaque nihil arbitror esse conducibilius, vel ad illorum prodendam malitiam, vel ad meam innocentiam approbandam, quàm ut ea quæ scripsi, de rectè vivendo præsertim, versentur in populi manibus. Neque id fugit istos pharisaicos, eoq; magnâ conspiratione hoc agunt, nè quà id fiat. Verùm omnes istorum conatus penè videmus in diversum cadere. Quanquam istud tuum ingenium dignum est, quòd melioribus occupetur argumentis, etiamsi neminem arbitror id posse præstare feliciùs. Illud arguit mihi singularem quendam animi in me candorem, quòd, contemptâ omni invidiâ, cupis omnibus mortalibus esse notissimum quanti me facias, nec recusas discipuli titulum, modò talis habearis, qui *Erasmi* causâ nihil non sis tum passurus tum facturus. Ego verò, mi *Joannes*, nimis impudens fuero, si juvenem summis natum rebus, & jam nunc nullo non doctrinæ genere me superiorem, patiar credi meum discipulū: sed tamen homo sim insigniter ingratus, si tam amantem, tam constantem, tam candidum patronū patiar oblivionis tenebris obliterari. Refert enim hoc omnium, ut tam rarum benevolentię exemplū ad posteros transeat, præsertim his temporibus, quando nulla sunt amicorum juga, nisi quæ confœderavit conspiratio. Verùm utinam adesset is scriptis meis genius, ut quod tuis meritis dignum est possint efficere, vel in hunc usum optârim mihi temporariam *Ciceronianæ* felicitatis usuram. Certè deligetur argumentum per se plausibile, & addetur à nobis plusculum in expolienda dictione curæ, quo magis ad posteros transeat. Id quo minùs antehac sit factum, ut ingenuè dicam, religio quædam obstitit, quâ me per tuas literas liberatum esse gaudeo. *Glareanus* unus sustinet hic causam disciplinarum, frequenti auditorio profitetur tuum libellum; alii quamvis eruditi, vix habent sex auditores, nec id constanter; hic habet sexaginta, & indies crescit numerus. Arbitror hoc esse tui ingenii, nam omnino præter hujus academiæ morem est. Primum in hoc gratificaberis homini, si adolescentes aliquot, aliò fortassis literarum discendarum gratiâ profecturos, ad hunc mittas. Nam quoniam inhabitat collegium, pædagogum agat oportet annis aliquot. Miror in literis tuis nullam esse *Hieroslai à Lasco* mentionem, utrique tamen ex me salutem dices plurimam. Nam & *Stanislaum* isthìc adesse gaudeo è *Galliis* reducem. Cura valetudinem tuam diligenter. Datum *Basileæ* XVI. Calend. Junias, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Andreæ Critio Episcopo Plocensi S. D.

Epist. 14. ORnatissime præsul, Libellum tuum degustavi veriùs quàm perlegi, nec dubito quin totus sit placiturus ubi totum perlegero. Video strenuum propugnatorem Ecclesiæ, verùm non arbitror tuam istam prudentiam egere monitore: alioqui vel admonerem vel rogarem, sic depugnaret adversus hostes publicæ tranquillitatis, ut victoriæ gloria non hominibus cedat sed *Christo*. Nam quemadmodum in publico civitatis incendio multi solent esse, qui prædæ intenti, commune malum vertunt in privatum bonum: ita in hoc orbis fatali tumultu, non dubito quin videas plurimos in hoc intentos, ut ad se rapiant victoriam, uni *Christo* debitam. Ex hac tam violento pharmaco,

pharmaco, quod fortasse Deus corrigendis vitiis nostris immisit, tantóque motu concussit totum Ecclesiæ corpus, optárim aliquid bonæ sanitatis proficisci. Nunc quis erit fructus, si qui præsunt Ecclesiæ, quorum non pauci sunt tales, ut ipso propemodum mundo videantur mundaniores, eos habeamus aliquantò quàm ante hac fuerunt profaniores: si principes, præsertim hosce minutos, ex præda rerum Ecclesiasticarum ad luxum & aleam instructiores: si monachos, quorum tyrannidem jam olim suspirat orbis, posthac habeat ex victoriâ ferociores? Non quòd non arbitrer inter hos esse viros pios, prudentes & eruditos, sed inter eosdem nimis multos videmus, qui ventri suo serviunt, non *Jesu Christo*; & dum suo quisque ordini valde favet, negligitur ordo *Christi*. Accidit ut video tibi, quod & proverbio dici solet, Dedisti malum & accepisti, qui ἀλμυρὸν γεγόνημα, nihilo commodiore permutâsti. De libertate frustra tibi blandiris. Semel aulæ frenum momordisti, sessorem perferas oportet. Quanquam est istud è re publica, ut homines eruditi, ad publicam autoritatem functionemque pertrahantur. Dulce quidem est ocium studiorum, sed homo non sibi nascitur tantùm, verumetiam patriæ. Habes à *Lasco* miserabile spectaculum, quod iis qui *Erasmo* malè volunt, citiùs possit esse in deliciis quàm tibi, nisi fortè pictor vestris blanditus est affectibus. Nam istam imaginem inscio me suffuratus est. Utinam imago, quam lucubrationibus meis expressi, probetur tibi tuique similium judicio. Hæc ad literas tuas, quas tu vento commiseras, quemadmodum scribis, vix aliæ celeriùs pervenêre. Opto R. T. Amplitudini felicitatem in Domino perpetuam. Datum *Basileæ* XVI. Cal. Junias, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Leonardo Coxo Anglo. S. D.

Epist. 15. UTinam, mi *Coxe*, tam esset in proclivi rescribere omnibus, quàm est redamare quotquot nobis bene volunt. Verùm studiorum labores plusquam totum tempus sibi vindicant, in tantũ ut nec ęgrotare vacet, nec mederi corpusculo, tantum abest ut liceat omnium epistolis respondere. Epistola tua proximè scripta, fuit undique jucunda, præterquam duabus partibus quarum alterâ laudibus immensis oneras me veriùs quàm ornas, etiamsi hoc quoque molestiæ leniit animi tui candor, unde certum habeo quicquid istud est erroris proficisci: alterâ nuncias *Justi* nostri valetudinem adversam, cui viro ut promeretur, optarem omnia esse prosperrima. De fracto scapulæ osse, pridem ipse mihi scripserat. An aliud accesserit malum nescio, per hunc grammatophorum nullas ab eo literas accepi. Ecclesiastæ *Cassovienses* animum satis admirari non possum, censeo fortunam amplectendam, vel ob id quo pluribus prodesse queas, vel ob hoc nè pessimo cuique sis contemptui. Etsi qui dignitate præminent non possunt omnia corrigere, quæ geri conspiciunt vel à populo, vel à principibus, tamen non parùm malorum possunt excludere. Si nos invisat, reperiet nihil aliud, quàm pro thesauro carbones. *Joannis à Lasco* tale sum expertus ingenium, quotidiéq; experior, ut vel hoc uno amico mihi videar sat beatus. *Anianum* nostrum apud te vivere gaudio. Habes felicem materiam, artifex probus, quem quidem ἀκατάζου ἀπ' ἐμοῦ. *Critii*, jam commutato nomine *Plocensis* Episcopi literis respondi. Oportet istam Ecclesiam Deo charam esse, cui perpetuâ serie contigêre tres tales Episcopi, qualis unus vix multis annis cõtingere solet aliis. Copia ante menses sex rursus edita est, multis modis à me locupletata, quam editionem ad te mittam, si hic non gravabitur sarcinulam. De *Synere* quod quæris sic habet res: Ante annos fermè viginti quum *Senæ* fingerem ingenium *Alexandri* Archiepiscopi *S. Andreæ*, fratris hujus, qui nunc *Scotiæ* regnum tenet, nactus sum *Aulum Gellium* pervetustæ editionis, &, ni fallor, primæ. Mihi videbatur cæteris quas videram emendatior. Illic & Græcè & Latinè habebatur *Synere*. Quanquam autem ex interpretationes quæ initium habent ab Id est, non sunt *A. Gellii*, tamen ejusmodi videntur, ut arbitrer ipsum nihilo melius fuisse sua redditurum. Nunc etiam in *Aldina* editione video scripturam ut ranque mutatam, pro *Synere* repositum συηρῶν, & metri quidem constat ratio, verùm an germana sit lectio nescio. Ego suspicabar *Synar* talem esse vocem qualis est piper. Nihil tamen hactenus apud autores comperi quod mihi satis arrideat. Nam *cynnare* naturam non describit *Plinius*, nisi quòd hujus gustu cervum ait mederi sibi pabulis toxicis gustatis. *Hesychius* refert *cynarum*, quem alii κυνόσβατον appellant. Verùm hoc quoque ἀδήν πρὸς ἕπος. Proinde mihi videtur optimum eam vocem eradere, id quod editione novissimâ factum arbitror. *Zebridovio* tuo scribam, si quid omnino dabitur ocii. Datum *Basileæ* duodecimo Calendas Junias, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Antonino Medico. S. D.

UT tù candore temet usque superas, qui sic exaggeras tantilla mea in te officia, tua longè majora dissimulans. *Ursinus* aliquam partem suæ tragicocomœdiæ, seu potiùs comicotragœdiæ pridem ad nos perscripsit, bonam partem rejiciens in *Joannem Fabrum*, qui cum hactenus mihi non contigit colloqui. Nec interea scire potui, quò se contulerit. Nam videbatur ancipitis esse consilii. Res *Ungariæ* tam esse turbulentas, vel tuâ causâ doleo, cui cupio, sicuti mereris, fausta tranquillaq; esse omnia. Quoniam meum requiris consilium, dum res principum in ancipiti sunt, nulli me vehementer addicerem, certè neminem offenderem. Scribunt huc *Beddam* cum pseudomonachis aliquot gnaviter rem gerere. Quendam in ignem pertracturus erat, ni senatus ac Rex interfuissent. Verterat is quædam *Gallicè* ex meis lucubrationibus, adeo putant actum de majestate sua, si *Erasmus* loquatur linguâ vulgari. Nunc apud mulierculas, quas dementârunt, & apud idiotas blaterant quæcunque lubet. Quòd si vulgus legeret mea, perspiceret illorum insignem impudentiam. A *Turzone*, significas opinor *Alexium*, nihil accepi neque boni, neque mali, nisi quòd arbitror hominem meum studium boni consulere. Ab *Henkello* per hunc nullas accepi, nè in nundinis quidem proximis. Quòd Episcopen recusat, non dubito quin illi constet sui consilii ratio, tamen ut nunc res sunt mortalium, præstat esse subulcum quàm suem. Rogo quid erat seriæ rei, ut huc tanto itinere profectionem adornaretis? An ut *Erasmum* videretis morientem? Morior enim, mi *Antonine*, quotidie.

Epist. 16.

quotidie. In *Galeno*, etiamſi maximè poſſem quod cupis, non vacat. In arenam gladiatoriam retrahor. *Hippocratem* malè verſum non eſt quòd imputes *Calvo*. Nam is nihil aliud eſt quàm typographus, alioqui indoctus. *Martino Dobregaſto* precor omnia læta, cui ſi quid à me præſtari queat officii, non gravatè fecero. Fucatis amicis fidendum quidem non eſt, ſed tamen abutendum cenſet *Cicero*, ſaltem ut parciùs lædant. Nec omnino vanum eſt quod ſcripſit *Ovidius*,

Sæpe etiam verè cœpit ſimulator amare.

Andreæ Critii, mutato nomine, nunc *Plocenſis* Epiſcopi, libellum accepi, cum ipſius literis, tametſi brevibus. Optimæ conjugi tuæ felicitatem opto plurimam. Peſtis aliquot ex medicis noſtris abſumpſit, & in his *Sylverbergium*. Vale. M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Andreæ Zebridovio S. D.

Epiſt. 17. FAcit hoc tum amicitia non vulgaris, quæ mihi jampridem cum ornatiſſimo præſule *Andrea Critio*, mutuis conglutinata literis intercedit, tùm eximia quædam & tali digna avunculo indoles tua, quam mihi ſuis literis admodum graphicè depinxit *Leonardus Coxus* adoleſcentiæ tuæ formator, ut te vel ſalutare ſim auſus, vel ad optimorum ſtudiorum amorem incitare, licèt id quidem currentem, ut ajunt, ſi modo vera ſcribit *Coxus*, cujus apud me fides eſt graviſſima:

Nil opus admiſſo ſubdere calcar equo.

Verùm ut in iſto pulcherrimo ſtadio, *Zebridovi* chariſſime, ſemper teipſum alacritate ſuperes, habes permulta quæ debeant animum tuum accendere. Primùm enim iſta tam felix indoles nihil de te non eximium pollicetur: nonnihil etiam expectationi addit *Coxus* inſtitutor, hoc eſt probæ materiæ probus artifex. Addo jam quòd fortuna, quæ dum eſt iniqua, multorum generoſos conatus retardare ſolet, tuo ſubſervit ingenio, tum ampla, tum obvia. Sed illud in primis non te patietur ſegneſcere, quòd exemplar habes domeſticum tibi prælucens, in quo, velut in ſpeculo, virtutis & eruditionis abſolutiſſimam imaginem cernis expreſſam, *Andreas Andreæ*, nepos avunculo reſpondeas oportet. Exigit efflagitatq; hoc abs te genus tuum, expoſcit idem patria. Macte igitur animi *Zebridovi*, fac indefatigabili ſtudio contendas ad hujus laudis palmam. Aderit conanti Deus, qui in hoc ipſum te tantis naturæ fortunæq; commodis ornavit, ut opulentæ ſorti dignam induſtriâ tuâ jungeres uſuram. Memineris optimam ætatis portionem eſſe fugaciſſimam, nec unquam recurrere ſemel elapſam. In præſentia non licuit tecum pluribus. Bene vale. Datum *Baſileæ* duodecimo Calendas Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Franciſco Haſſeltenſi Franciſcano S. D.

Epiſt. 18. HOnorande in *Chriſto* frater, Audio te frequenter in tuis prælectionibus nomen meum perſtringere. Quod ſi verum eſt, moneo ut memineris quid ordine veſtro dignum ſit. Scis nec pontifici nec Cæſari probari tales inſectationes, quod uterque ſatis declaravit, etiam ſcripto. Scis inutiles eſſe hoc ſtatu rerum, quo meum caput pro negocio fidei tot expono periculis. Ego nullius ordinis ſum hoſtis, veſtræ verò congregationi, quoniam cæteris eſt incorruptior, ſemper unicè favi. Si quid ſcriptis admoneo, pro vobis facit non contra vos, qui talia non probatis. Quòd ſi cupitis priſtinum orbis favorem vobis inſtaurare, his rationibus id faciatis oportet, quibus eum primùm peperiſtis. Peperiſtis autem vitæ ſynceritate, non conſpirationibus aut obtrectationibus. Quos tumultus tui ſodales moverunt in *Hiſpania*? Quid profecerunt? Exacebârunt omnium odium. Idem accidit in *Polonia* & *Ungaria*. Ego, niſi *Chriſtum* haberem præ oculis, & ſi te fortaſſis non poſſum lædere, poſſem ordinem tuum lædere magis quàm credas. Ad quod tamen nunquam provocabor. Quo minùs decet vos adhoc laceſſere. Jampridem clancularii conſiliis libros meos emoviſtis è bibliothecis, in quibus locum habent aliorum virulentæ calumniæ. Hoc diſſimulavi, nec magni facio. Si pietatis negocium agetis ſyncerè, Dominus proſperabit quod agitis: ſin agetis technis & callidis conſpirationibus, omnia crede mihi recident in divertium. Dominus tecum. *Baſileæ* quintodecimo Calendas Junias, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Joanni Borſalo Decano Zandeburgenſi S. D.

AMoris in me tui, non extincti quidem, ſed tepidioris ſuſpitionem conceperam ex literis *Martini Dorpii*, & arbitror te ſcire, de quo ſentiam. Verùm ea ſuſpitio non deſcenderat altè in pectus meum, & homo quum ſim, iſtiuſmodi humanis affectibus facilè ignoſco. Certè voluptati eſt te convaluiſſe, vel revixiſſe potius. Scripſi *Maximiliano* ſicuti volebas, tametſi parùm certus, an is eſſet filius *Adolphi* principis *Veriani*. Opto te quàm proſperrimè valere. Datum *Baſileæ* nono Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII. *Epiſt.* 19.

Eraſmus Roterod. Henrico Caduceatori à Sthaffenburgio S. D.

SI medicus eſſem, mihi primùm eſſem, cui nunquam non res eſt cum immaniſſimo calculi malo. Quum legamus multos eruditiſſimos viros planè cæcos fuiſſe, demiror te levius incommodum tam impotenti animo ferre, quod non cernas niſi propius admota; quod vitium ſi verum eſt, comperi in pleriſque qui ingenio præcelluerunt, quanquam alii leviùs, alii magis obnoxii ſunt. *Alexander Jacobi Scotorum* Regis filius, quem opinor nôſſe te ex adagiis, adeo laboravit hoc malo, ut ni naſo contingeret librum, nihil cerneret. Proinde ſi naturæ vitium eſt, noli pugnare pharmacis, ſed adhibe vitrea conſpicilla in hoc attemperata, ut qui penè cæci ſunt, cernant etiam procul diſtita. Nec tamen omnia congruunt omnibus oculis. Eligenda ſunt è multis, quæ conveniant. Sin caſus adduxit vitium, leniri poteſt variis remediis, quæ nôrunt & Chirurgi. Sed præcipuum eſt fugacorum quæ lædunt oculos, inter quæ eſt ſtudium à cœna, & ad lucernam. Proderit aſſueviſſe, ut quum licet, auribus ſtudeas potius quàm oculis. Tantum nunc licuit ad tuas literas. Bene vale. *Baſileæ* poſtrid. Pentecoſtes, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo. *Epiſt.* 20.

Eraſmus

Eraſmus Roterodamus Friderico Nauſeæ Eccleſiaſtæ S. D.

Epiſt. 21. MIhi jam pridem exciderat datus annulus, quanquam non exciderat animo *Fridericus*. Næ tu dignus es maximis, qui ſic attollis minima, rectiſſimè judicans, ſi munuſculi precium animo utriuſque metiaris. Opto ut in omnium ſanctiſſimo negotio feliciter verſeris, nuſquam oculos à *Chriſto* dimovens, ut illi ſoli tota cedat victoria. Nec enim magni refert opprimi *Lutherum*, ſi victoriam intercipiant *Phariſaici* quidam, qui gloriæ ventríque ſuo ſerviunt, non *Jeſu Chriſto*. De *Roma* diri rumores adferuntur, qui ſive veri ſunt, ſive falſi, nullam video ſpem pacis inter monarchas. Sed *Chriſtus* omnia vertet in bonum exitum, utinam maturè. Hoc ſcripſi, nè diceres nihil eſſe reſcriptum. Non enim vacabat pluribus. Bene vale *Nauſea* chariſſime. *Baſileæ* poſtridie Pentecoſtes, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Ludovico Vivi S. D.

Epiſt. 22. VIdeo te factum ζῶον ἀμφίβιον, niſi mavis dici *Mercurius* ſuperis deorum gratus & imis. De ſilentio meo multas tu quidem cauſas rectè conjectas, unam addere debueras, quòd aliquoties data non redduntur. De colloquiis demiror tanto patrono vel in peſſima cauſa deeſſe rationes, nunc inter pueros talia diſputantur, & ὁ χωλὸς ſua pueris ſcripſiſſe videtur, tam ſcripſit pueriliter, poſtremò grandeſcunt pueri. Itaque jam adultis magis ſeria conveniebant. Verùm, ut ingenuè dicam, perdidimus liberum arbitrium. Illic mihi aliud dictabat animus, aliud ſcribebat calamus. Tua mihi valde probantur, maximè quæ de matrimonio. Sed affectas extemporalitatem, quæ tibi ſanè felicior eſt, quàm multis exactiſſima cura. Si tamen eum impetum velles moderari, magíſque ſervire judicio lectoris, cui agitur fabula, quædam eſſent molliora. In matrimonio durior videbaris in uxores, opinor in tuam te magis comem eſſe. Et de ſcabie nimis multa. Quod tuorum libenter facis mentionem, habes cum *Cicerone* commune, & ſanè pietatis eſt; ſed invidum eſt hominum ingenium, alienos laudari ferunt lubentiùs. Habes meum judicium, ſed de quo tibi viciſſim liberum eſt facere judicium; obſequium certè probes oportet, qui juſſeris. Per hunc reſcribes quæ voles. Bene vale, *Baſileæ* pridie Aſcenſionis, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Rot. Germano Brixio S. D.

Epiſt. 23. OFficium meum tibi tantopere probari ſanè majorem in modum gaudeo. Id enim non ſegnibus votis optabam, verùm haud ſine metu. Bene cecidiſſe volupe eſt. Commentarium in epiſtolam ad *Galatas* jam abſolvi, Addam fragmentum *Origenis*; neque plura licebit hiſce nundinis, eò quòd non parva temporis portio deciditur in abſolvendo *Hyperaſpiſta*. Obſtrinxi fidem meam, & hanc magnis convitiis efflagitant amici, non ferentes adverſariorum inſolentiſſimas inſultationes. Nonnihil etiam operæ dandum *Ambroſio*, qui nunc totus prodit emendatior. Veniet ad te *Bylas*, ſed Græcè loquens, ut per te diſcat Latinè. *Oecolampadius* ſatis novit Græcè, Romani ſermonis rudior, quanquam ille magis peccat indiligentiâ quam imperitiâ. Quod de illo tibi narravit *Lupſetus*, per alios quoſdam audaculos factum eſt, in uno duntaxat opere, cui titulus, *Commentarius in Matthæum imperfectus*, per hunc factum non eſſe compertiſſimum habeo. Hoc facinus per me traducetur, tacitis autoribus, nè ſimili fide tractent cæteros autores, quos multos excudunt. Iidem excuderunt *Prudentium*. Nunc adornant *Ciceronem*. Me quidem applauſorem habiturus es, non concertatorem. Ad id præſtandum in vertendis Græcis quod tu præſtas, etiamſi mihi non deeſſet eruditio, deeſt ocium, deſunt qui recognoſcant, qui hallucinantem admoneant. Miror in poſtremis tuis literis nullam eſſe *Laſcaris* mentionem. Si rectè valet, facilè ponam meam ſuſpicionem. Tantum in præſentia licuit, aliàs prolixiùs confabulabimur. Bene vale. Datum *Baſileæ*, poſtridie Pentecoſtes, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Antonio Epiſcopo Gurcenſi electo S. D.

Epiſt. 24. DUabus epiſtolis me dignata eſt tua humanitas, ornatiſſime juvenis, ad utramque reſpondi, non tamen feci paria. Nam prioribus literis & copioſis & elaboratis reſpondi Laconicè, alteris juſtis, λακωνικώτερον, quòd id temporis eſſem occupatiſſimus, tametſi nunquam non occupatus. Qui tuas poſteriores reddidit, pollicebatur ſe redditurum ad nos, ſed verba nobis dedit. Verùm eaſdem literas poſt pauculos dies famulus ajebat ſe tradidiſſe cuidam ſacrifico. Is ſi fefellit, nihil novæ rei accidit: hic ludus eſt quotidianus eorum qui novo Evangelio gloriantur. Si tertiò ad me ſcripſiſti, ſcito non eſſe redditas. In alteris ſuſpicabare me non ſatis intellexiſſe, quid ſibi vellet quod peteres hominem liberum. Dubitabam fateor, utrum cœlibem velles an ab his ſectis immunem, utrumque tamen divinabam. Sed antehac nunquam ſuſpicatus ſum hunc *Petrum* eſſe maritum. Vide quàm non ſim curioſus in republica aliena. *Albertus Pius* ante annum miſerat mihi librum, quem nunc edidit *Lutetiæ*. Secuta eſt paulò poſt *Romana* calamitas, nec ſcire licuit certum, ubinam ageret *Albertus*. Ita factum eſt, ut de reſpondendo non cogitarem. Vix tandem ex amicorum literis didici illum in *Galliis* agere. Admonui hominem epiſtolio, differret editionem donec accepiſſet meam reſponſionem; aut ſi id nollet, temperaret illa tam odioſè, ſed ſine cauſa, in me congeſta. Verum jam exierat liber antequam meæ literæ veniſſent *Lutetiam*, & huc liber ſerò perlatus eſt. Itaque relegendo libro & parandæ reſponſioni, quinque dierum opera data eſt. Audieram & antea rem ipſius *Marte* non eſſe geſtam, & *Lutetiæ* Theologorum auxilio adjecit teſtimonia Scripturarum. Id deprehenſum eſt ex collatione ejus codicis quem manu deſcriptum miſerat. Fortaſſe videbor judex parum integer, attamen niſi nihil omninò video, multùm abeſt hic liber ab ingenio doctrináque quam expectabam ab *Alberto*. Cum noſtra extemporali reſponſione mitto ſimul viduam *Chriſtianam*, quam rogatus dicavi *Mariæ Cæſaris* germanæ, quondam *Ungariæ* Reginæ. In hoc

hoc argumento mihi non admodum placeo, quòd A
nec simplex videatur, nec admodum congruens puellæ, quæ, ni fallor, alitur conjugio. Verbis tamen explevi chartas. Sed tuum expectabo judicium, si tamen non graveberis inter seria studia tua, nonnunquam adhæc velut avocamenta divertere. Mihi perquàm incommodè incidit hæc tempestas, quòd cujus ea sit corpusculi imbecillitas, ut nec amœnissimâ parte veris sim vinum, cubiculum, aut cœlum mutaturus absque summo B
vitæ periculo, nunc hyberno cœlo cogor nidum, cui jam annis ferè octo assuevi, deserere. Et cum hypocaustis nihilo melius mihi convenit, quàm cum morte; & tamen jacienda est alea, quicunque erit eventus. Verum hoc silere tutius arbitror plurimis de causis. Sunt & hic & foris, qui mihi minitentur. Onerâssem hunc qui reducit equum *Petri* tui pluribus libris, si certus fuissem illum non recusaturum sarcinam: id fiet aliàs, si tibi non ingratum esse sensero. Interim sopitet te cum tuis C
omnibus Dominus *Jesus*. Datum *Basileæ* sexto Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Bernardo Episcopo Tridentino S.

Epist.25. ORnatissime Præsul, Scio me jam meritò tibi videri importunum, qui vos tantis negotiorum molibus tantùm non obrutos, meis literis interpellem. Sed paucis expediam. Misi nuper D
Polyphemum quendam, non multò cordatiorem *Homerico Cyclope*, neque minùs bibacem, ut libellum *Mariæ* dicatum perferret in *Ungariam*. Hoc enim muneris sic ambiebat, sic imminebat, sic urgebat, ut existimem me duodecim illis aureis quos in viaticum dedi, parvo mihi redemisse quietem. Nunc mitto similem libellum Serenissimo Regi *Ferdinando*, cujus nonnulla ibi mentio, quem tua prudentia in tempore illi exhibebit, si modò judicârit in tantis negotiorum undis, ullum dari E
otium ad hæc respiciendi. Adfert autem libellum simul cum literis *Christophorus Carlevitzius*, juvenis genere nobilis, sed alienissimus ab omnibus vitiis, quibus hoc hominum genus ferè solet laborare. Est enim mihi illius ingenium domesticâ consuetudine penitus perspectum. Latini sermonis tam exactè peritus, ut me non pudeat illi palmam cedere, nec literaturæ Græcanicæ rudis, tum in prudentia juris non infeliciter versatus. Accedit his dotibus rara quædam morum sobrietas modestiáque. Non dubito quin plurimi ambiant sese inferere in famulitium Serenissimi Regis, sed hujus similes arbitror esse perpaucos. Hunc itaque si non F
graveberis pro tua solita humanitate tradere Regi, videberis mihi non minùs optimi Principis consuluisse commodis, quàm hujus juvenis. Sin aliter visum erit tuæ prudentiæ, nihil hâc meâ commendatione gravaris. Nos hîc valemus, non ut volumus, sed ut possumus. Utinam divina bonitas huic morbo remedium aliquod inveniat absque G
bello. Sunt enim interdum ejusmodi remedia ipso morbo graviora. Reliqua cognosces ex *Carlevitzio*, si dignaberis illum tuo colloquio. *Christi* spiritus adsit vestro concilio, nobísque per vos pro his tempestatibus tranquillitatem aliquam largiri dignetur. Bene vale. Datum *Basileæ* pridie Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Simoni Pistorio S. D.

MIseram nuncium ære proprio conductum, *Epist.26.* quem arbitror apud vos fuisse, nondum enim rediit. Nunc scribendi occasionem dedit *Christophorus Carlevitzius*, quem antea timidè commendâram illustrissimo Principi, semel atque iterum, nonnihil pudefactus meâ commendatione. Sed posteaquàm hunc domestico convictu propiùs inspexi, penitúsque cognovi, non dubitârim illum cuivis Principi meo periculo commendare. Latinè exactè callet Græcè mediocriter doctus, in Juris quoq; prudentia satis feliciter versatus, adhæc judicii sobrii, moribus commodis, nihil habens neq; fuci, neq; supercilii; in summa, *Thrasonis* illius dissimillimus est. Cogitur relictis Musis, quas unicè adamat ad aulicam vitam se conferre: Plurimum fiduciæ posuit in suo Principe *Georgio*, nec ego parum habeo spei, si modò tua humanitas dignabitur autoritate gratiáque suâ nostram adjuvare commendationem. Quod ut facias, te etiam atq; etiam rogo. Crede mihi penes juvenem dignum, gratum ac memorem collocaris istuc officii. Datum *Basileæ* prid. Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Balthasari Episcopo Hildesheimensi S.

JAm diu est, ornatissime Præsul, quòd amo tuam *Epist.27.* civilem benignitatem, non ignarus quantum illi pro singulari erga me favore debeam. Sed hactenus non est oblata occasio per quam tibi vicissim grati animi significationem darem. Nunc obtulit commodum sese juvenis hic majorum quidem imaginibus clarus, sed longè clarior eximiis animi dotibus. Is desiderat tibi notus esse, quem, si non graveberis cognoscere, incipies sat scio diligere. Ex hoc de statu rerum, tum publico tum meo privatim abundè cognosces, quando tutum non est quidvis literis committere. In me sic fremunt quidam his novis factionibus addicti, tum ex diversâ parte *Bedda* ac *Sutor*, Theologi simpliciter furiosi, postremò pseudomonachorum phalanges nihilo saniores, ut ni Principum favore sublever, non possim subsistere. Nullorum enim improbitas tantum apud me valebit, ut ab Ecclesiæ consortio recedam. Utinam quemadmodum Serenissimi Regis adventus bonos omnes in spem erexit, ita favente *Christi* spiritu, hanc rerum tempestatem vertat in tranquillitatem. Bene vale. Datum *Basileæ* Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Francisco Vergaræ S. D.

ONimium verum dictum, *Homo bulla*. Scri- *Epist.28.*
pseras alacer, rescribis ægrotus: satis rectè valens accepi tuas literas, nunc afflictus respondeo. Corripuit enim me tenacissima quædam pituita, nec sine febri, nec sine vitæ periculo; hoc pacto me salutavit Martius. Atque interim tamen molimur migrationem, cogimúrque è nido, cui tot annis assuevimus, evolare. Veremur enim nè quando exemplum in divos ac divas editum, in nos recidat: præterea stultissima quidem, sed mirè pertinax

tinax ſuſpicio quoſdam habet, mihi clanculum cum his ſectis convenire, quum ut quiſque eſt illis addictiſſimus, me oderit peſſimè. Capitis itaque diſcrimen capitis diſcrimine fugiendum eſt. Sed nè nihil ad tuam epiſtolam, *Franciſce* chariſſime, ſi miſſa epiſtola non aliter obſtringit accipientem quàm numerata pecunia, tu daniſta es, qui prior epiſtolâ tam prolixâ, tam eruditâ, tam amicâ provocaris. Ego verò quum uſuram quoque deberem, vix ſortis dimidium repoſui, nimirum pro bene Græca malè Latinam, hoc eſt, ἀντὶ χρυσῶν χιλίων reddidi. Quòd ſi hoc mecum qualecunque referendæ gratiæ ſtudium acceptum tulit tua humanitas, rurſus iſto quoq; nomine debeo. Tu tamen non ſolùm liberas debitorem, ſed ultrò etiam te mihi profiteris obligatum. Nihil erat quod excuſares, ſed ſi quid eſſet maximè, malim mihi eſſe quod jure tecum expoſtularem, quàm tibi tam bonam eſſe purgandi tui cauſam. Quis fuit ille morbus tam tenax, tam invidus, qui juvenem ſtudiis juvandis natum, ultra annum lecto affixum detinuit? Quanquam arbitror te jamdudum convaluiſſe. Tuas enim literas prid. Cal. Jul. *Madriti* ſcriptas, Martio demum accepi. Nos ſanè hìc vivimus, non ut volumus, ſed ut poſſumus, & vereor nè ſuccedant acerbiora, ſi ventum ad arma fuerit, quò videntur hactenus ſpectare proœmia. Utraque pars fidit ſuis viribus: ſed varius belli eventus. Utinam *Chriſtus* ἀπὸ μηχανῆς huic fabulæ lætam addat κατάστασιν. Poſthac, mi *Franciſce*, nec numerandis nec appendendis epiſtolis inter nos certabimus, ſed merâ animorum benevolentiâ, quæ ſi prolixa perpetuáque ſit, non ita magni referet, quàm breves aut raræ veniant literæ, quanquam hunc quoque fructum amicitiæ vehementer optamus accedere. Dominus te ſervet incolumem. Datum *Baſileæ* XVI. Calend. April. Anno M. D. XXIX.

Eraſmus Roterodamus Alfonſo Valdeſio S. D.

Epiſt. 29. DE *Pantalabo* ſerò monueras, aut ut melius dicam, ſerò mihi redditæ ſunt tuæ literæ, circa Nonas Martias, quum abſolutum eſſet quicquid ad *Francfordienſem* mercatum erat deportandum. Idem libellus clàm abſque typographi nomine excuſus *Lutetiæ*, per amicos ad me miſſus fuerat paucis ante diebus. Addiderant præfationem ad ejus ordinis principem Cardinalem, ſed ſuſtulerant quædam quæ ſciebant apud *Gallos* ipſis obſutura, mihi profutura, id quod ex *Hiſpanici* libelli collatione deprehendi. Ex meis ad Regem *Franciſcum* literis, quarum exemplar ad te mitto, tantum decerpſerant, mentitur iniquum Cæſarem. Hoc *Gallus* non intelligebat. Si dixiſſent iniquas conditiones, probaſſet etiam. Quod ſequebatur ex colloquio puerpera deſumptum, prorſus omiſerant, quoniam ſciebant *Gallorum* aures nullo pacto laturas. Illic ludens *Eutrapelus*, ut oſtendat Deum ſatis habere negotiorum etiamſi non obſtetricetur parturientibus, inter cæteros Principum tumultus dicit, *Cæſar novam totius orbis molitur monarchiam.* Tota calumnia eſt in voce, *nova*, quaſi fuerit unquam aliquis totius orbis monarcha præter Deum, quum hodie nondum totus orbis habeatur cognitus, nec ea pars quæ cognita eſt, unquam uni paruerit. Non hìc diſputo de Cæſaris monarchia, ſed ut intelligas quàm ſtolidis argumentis ille jus adferat Cæſaris. Quod ſol, inquit, eſt in cœlis, hoc Cæſar eſt in terris: Atqui Jureconſulti qui hanc inutilem contentionem cum aliis multis invexerunt, Pontificem faciunt ſolem, Cæſarem lunam. Equidem probarem exemplum, ſi quemadmodum ſol indefatigabili motu, univerſum terrarum orbem luſtrat, illuſtrat, & conſervat, ita unus homo poſſet ſingulis orbis nationibus proſpicere. Deinde, *Ariſtoteles*, inquit, præfert monarchiam ariſtocratiæ; Præfert ſi quis inveniatur omnium optimus ac ſapientiſſimus: ſed monarchiam appellat, non totius orbis, ſed ſuæ cujuſpiam ditionis; veluti *Cretenſium*, *Lacedæmoniorum*, *Athenienſium*, &c. Nec quicquam vetat, unius civitatis eſſe monarchiam. Nam quod ex *Homero* ſolent adferre,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,

De unius exercitûs imperatore loquitur, cujûs tamen poteſtas non erat abſoluta, niſi in prælio; quod ipſum indicat *Ariſtoteles*. Sed *Chriſtus* etiam, inquit, probavit autoritatem Cæſaris, *Date Cæſari, &c.* Si *Chriſtus* docuiſſet in *Sabaudia*, & ſimili occaſione fuiſſet illi exhibitum Ducis numiſma, dixiſſet, Date Duci quæ ſunt Ducis, &c. Vides acumen hominis, qui ſe jactat in Logica, Phyſica & Metaphyſica verſatum. Hoc, ut dixi, non de re, ſed de hominis inſigni ſtultitia. Neque verò miror inter tot hominum millia inveniri qui talia auſit ſcribere: illud magis admiror, hæc diverſis locis excudi à *Franciſcanis*, nec eos animadvertere, quàm ſe bonis ac doctis propinent deridendos. Unde liquet hoc genus aut inſigniter eſſe ſtupidum, aut peſſimè ſentire de genere mortalium. Quid quod toto opere fingit me hoſtem omnium religionum piarum, quod alicubi notem quorundam irreligioſam ſuperſtitionem aut impietatem. Docere aut monere apud illum eſt odiſſe, diſſentire eſt infamare. Dein, nunquam citat mea verba ut habent, ſed aut truncat, aut aliquid addit. Ad hæc, perpetuò quod dictum eſt in tres quatuórve malos, detorquet ad univerſos ordines. Toties repetit inſigne mendacium, quòd non diſtinguam bonos à malis, quum id vix uſquam non faciam. Hæc eſt illa mera ſimplicitas jactati ordinis qui fluxit è paradiſo. Videor mihi ſuſpicione colligere quis ſit autor libelli. Teſtatur enim ſe fuiſſe in *Anglia*, *Gallia*, *Germania* & *Hiſpania*, quum tamen ſtomachetur in mundivagos. Ante menſes complures adiit me *Franciſcanus* quidam, juvenis indole liberali, promptè loquens Latinè, nec omninò rudis Græcæ literaturæ, deinde nativâ quadam præditus facundiâ. Exponere cœpit, in *Gallia* quid molirentur Theologi, quid monachi, tandem & hortari ut in tempore proſpicerem, ſe eſſe unum ex his qui meis commodis impensè faverent. Hunc campum ingreſſum revocavi ad alia, partim quòd adeſſet *Guardianus* hujus loci, partim quòd ea quæ narrabat certiùs ex amicorum literis omnia cognoviſſem. Placuit tamen indoles, ac ſtatueram illi deferre domus meæ hoſpitium ad aliquot menſes, ſi fortè voluiſſet uti. Itaque ipſum ad prandium vocavi in diem poſterum, *Guardianum* non vocavi, quo liberiùs inter nos confabularemur. Venit, ſed comitem trahens *Thraſonem*, natu grandem, quem ſimulabat eſſe laicum, quum, ut poſt reſcivi, fuerit ſacerdos, nè mecum cogeretur loqui Latinè. Hujus inamœniſſimo

nissimo fastu adeo sum offensus, ut amor ille meus in juvenem refrixerit. Peracto prandio repetiit quod pridie fuerat orsus, indicans in animo esse peragratis regionibus, doctis innotescere. Nam attulit duas schedas commendatitias, alteras à *Badio*, alteras à *Budæo*, quas satis apparebat extortas esse. A me flagitabat, ut ipsum amicis meis omnibus commendarem, ac didicerat quos quibus in locis haberem, videbatúrque paratus quovis ire gentium, modò à me commendatus. Hic excudavi multa, sed præcipuè quod non esset consultum hominem ignotum talibus viris tradere, eam rem mihi non rarò parùm feliciter cessisse. Alleganti schedas commendatrices, recitavi eas, quæ testabantur hominem & ipsis ignotum esse. Instabat ut saltem duobus aut tribus præcipuis commendaretur. Negavi me id facturum. Tandem petiit aliquod epistolium velut ad ipsum manu meâ scriptum, quod circumferre posset. Id etiam cum stomacho negavi. Nam his artibus non semel delusus sum ab istis erronibus. Interea nunciat famulus duos adesse viros eruditos, quibus cum peragendum erat de nostro testamento, quod hic bene condere difficillimum est. Illis occurrentem interpellavit, ut saltem eleemosynulam, nam hoc usus est verbo, darem: ego alibi intentus, jam dedi, inquam, putans futurum ut ad me rediret tempore commodiore. Visus est post biduum in hac civitate, multa molitus est ad corradendum aliquid nummorum, sed ad me non rediit. Hic eo libello ultus est suum dolorem, nisi me fallit suspicio; Nam ordo ille vix habet alium, qui tantum possit Latinè. Nec est de genere *observantium* quos vocant, sed *coletarum*, id quod post ex *Franciscano* quodam cognovi. Est autem, ni fallor, *Brabantus* aut *Gelrius* genere, nec dubito quin nunc sit in *Italia*, aut in *Ungaria*, donec peragat suam periodum. Vidi quantum periculi sit quicquam illis negare. Quanquam hic unus est, quem absque viatico dimisi, tametsi frequenter sum à sordidissimis impeditus. Risi librum in crucem actum. Istis rationibus vincentur citiùs quàm apologiis. Sic *Lovanii Germanus* quidem *Lei* librum in me scriptum, quem in bibliotheca *Franciscanorum* reponendum locaverat, intus ac foris excrementis humanis oblevit atque incrustavit, ut dies aliquot tota fœteret bibliotheca: percontantibus qui ingrediebantur, quid esset hoc putoris, excussis omnibus angulis nihil repertum est. Tandem sagacior aliquis sequutus vim aromatis, reperit fontem. *Guardianus* voluit librum ostendere populo, voluit ferre cæcum fulmen in autorem: quanquam inscio me res tota peracta est, nec autorem novi, nisi huc reversus. *Hermannus* comes à *Nova Aquila*, indignè tulerat se notatum ab *Jacobo Hochstrato Dominicano*, is erat *Rabinus*, Prior monasterii quod *Coloniæ* sanè quàm magnificum est & opulentum. Non potuit hominem compescere, donec illius cognati denuntiárint *Dominicanis*, nè posthac colligerent caseos in ulla ditione vel Comitis vel cognatorum illius. Illi ratiminas esse inanes clàm tentárunt solito more venire ad ova & caseos. Factus est in illos impetus terribilis. Hoc damno totum annum mulctati sunt; itaque factum est, ut *Jacobus* à suis coactus pacis leges acceperit. Habeo illius palinodiam, in qua cum recitet verba plena contumeliæ quæ scripserat in Comitem, tamen affirmat ac propemodum dejerat, se semper de Comite præclarè sensisse. Bella palinodia, scurrâ quàm Theologo dignior. Illud in fatis meis esse video, mi *Valdesi*, à nullis graviùs lædor, quam ab iis qui favent sedulò magis quàm prudenter. Quidam *Lutetiæ* emisit epistolam ἀνώνυμον in mei patrocinium. Ea res excitavit *Beddam* simpliciter furiosum, ut in me bilem suam rursus evomeret. Itidem apud vos epistola nescio cujus excitavit pseudomonachos, qui *Pantalabum* oratorculum subornárunt. Nihil unquam erat mihi tragœdiæ futurum cum Theologis *Parisiensibus*, ni *Berquini* cujusdam vehementer, sed imprudenter amantis studium illos in me provocâsset, suo pariter ac meo malo. Ducitur fortissimis consiliis, sed infelicissimis. De colloquiis damnatis, scholasticus erat ludus. *Colineus* quidam excuderat, ut aiunt, ad vigintiquatuor millia colloquiorum in modum Enchiridii, sed eleganter. Id fecerat non studio mei, sed amore questûs. Quid multis? nihil erat in manibus præter colloquia. Præcesserat nescio quis rumor, fortè à typographo studiosè sparsus, fore ut hoc opus interdiceretur. Ea res acuit emptorum aviditatem. Itaque *Bedda* fortè nactus Rectorem suæ farinæ, & adhibitis aliquot conjuratis, curavit hoc edictum, quod propriè pertinet ad solennes collegiorum lectiones, per quas itur ad gradus scholasticos. Nam quòd in omnibus collegiis jam traditur Grammatica, questûs causâ factum est, sed magno studiorum detrimento. Hujusmodi technis ludunt frequenter. Edictum tamen nullam facit hæreseos mentionem. Fieri potest, ut displiceat illis oratio parum *Latina*, nolimque hoc studio lectu digniores autores è juventutis manibus excuti. Sed atrociorem rumorem pertulerant in *Saxoniã*, sex Episcopos designatos in *Gallia* ad pronunciandum de libris hæreticis, quorum princeps esset Archiepiscopus *Rothomagensis*. Per hos fuisse damnatos libros meos, & in publico exustos foro, precium autem supputatum ad 50. coronatorum millia. His technis stolidum monachorum genus sibi pollicetur victoriam. Nituntur alio stratagemate. In omnibus regionibus habent aliquot *Franciscanos observantes*, nam his adhuc nonnihil tribuitur ob qualemcúnq; speciem sanctimoniæ, qui in concionibus ac publicis prælectionibus subinde perstringant nomen *Erasmi*. *Lutetiæ* habent *Petrum Cornutum*, in *Sabaudia Joannem Gacchum*, qui tamen posteaquam Duci per literas de illo questus fueram, sanctè dejeravit mihi, respondens, se nunquam nominâsse *Erasmum* præceptorem suum, nisi sicut oportuit honorificentissimè. In *Anglia* habent *Joannem Standicium*, nunc Episcopum. *Lovanii Titelmannum* quendam juvenem mirè glorioſum, quod illius indicant *Progymnasmata*: utinam tantum possit quantum sibi tribuit. Sunt & in *Polonia* & in *Ungaria*, nec usquam proficiunt, nisi in pejus. Ubique decrescit illorum tyrannis. Quantò Christianiùs agerent, si converterentur ad studium veræ pietatis, & omitterent jam nimis notam hypocrisim? Triginta florenos accepi mense *Februario*. Scripseram enim ad *Bartholomæum Vuelzerum*, simulque monueram de ducentis ducatis. Respondit se nondum accepisse, sed bonâ fide curaturum simulatque acceperit. Circa Nonas Martias

venit fasciculus literarum, omnia geminis exemplaribus. Alteram syngraphan commisi *Hieronymo Frobenio*, qui *Francfordiæ* pecuniam recipiat. Hic me non fugit, quantum tibi debeam, *Alfonse* candidissime, cujus erga me pietas, nusquam non est sui similis. Archiepiscopi literæ tam amanter scriptæ non paulò fuere gratiores quàm ipsa pecunia. Gaudeo mihi scrupulū ademptum de dedicatione. Audebo illi hanc editionem nuncupare, quanquam hoc nec tu significas nec ille. Et arbitror consultius ut uni dicem quàm duobus, nisi tu aliud moneas. Mittam tibi volumina decem, hoc est unum corpus, alterum *Toletano*, tertium *Hispalensi*, quartum *Gattinario*, nisi tu secus jusseris. Opus absolvetur nundinis autumnalibus proximis. Mihi hinc migrandum, idque non sine præsenti vitæ periculo. Sed parendum fatis. Misi totam epistolam meam ad Regem *Franciscum*, unde *Pantalabus* sumpsit ansam calumniandi, quòd me autore Rex defecisset à pactis. Imò ibi consolor Regem ut moderatè ferat adversam fortunam & amplectatur concordiam. Quoniam autem non dubitabam, quin illæ conditiones Regi viderentur graves, hoc enim dico iniquas, ut consoler illius animum, supposui personam aliorum, quum ita loquor, *Quanquam autem nonnullis pax ista*, &c. & ostendo spem melioris fortunæ à *Christo*, qui solet res deploratas in tranquillum statum reponere, interdum etiam his quos amat immittens calamitates, quòd arcanis suis consiliis intelligat sic expedire, mox adhortor ad servandam concordiam: *Si Christianos monarchas*, &c. Et hic est locus unde probat tot *Romæ* circaque *Romam* clades mihi acceptas ferri oportere, quum eum casum nullus expectaret, nè Cæsar quidem ipse. Sed isti non vident quæ sit scribentis ratio: deinde quoniam vim Latini sermonis nesciunt, crebrò hinc nobis movent calumniam: velut hic putat iniquum nihil aliud significare quàm injustum, quum æquitas sit moderatio Juris ab humanitate proficiscens; & quod æquissimum est, id recedat potius à justitia; & quod justissimum est, parum sit æquum. Fortassis expedierit illam epistolam formis excudi, quo magis pudescant isti qui Principes habent pro fungis potius quàm hominibus. Commendâram tibi *Franciscum Dilsum*, qui, num istuc appulerit, nondum ex literis tuis certum potui cognoscere. Alteram syngraphan per *Hieronymum Frobenium* miseram *Francfordiam*, cum mea quietantia, ut vocant, ascripseram si ea non placeret, *Hieronymus* meo nomine scriberet qualem vellet: *Vuelzeri* procurator excusavit, esse syngraphæ genus, ut pecunia numerari non posset, nisi prius à me datis tribus syngraphis quietantiariis. Atqui eas poterat ab *Hieronymo* sumere, sed maluit pecuniam differre. Itaque scripsi *Augustam* ad *Bartholomæum Vuelzerum*, ut nobis, si posset, hac in re commodaret. Dicunt pecuniam non esse numeratam mensariis, sed cuidam negotiatori, qui hoc officii ab illis petit, sic ut illis liceat negare. Interim negotiator utitur pecunià. Memini me & olim in *Anglia* delusum simili genere syngraphæ. Vereor nè intra annum non sim recepturus obolum, quum ego jam plusquam totam illam summam partitus sim in eos qui libros ex variis bibliothecis investigârunt, & contulerunt atque enotârunt, quo mihi judicandi fieret potestas. Quòd bibliopolæ meâ causâ sic ades ex animo, gratiam habeo mi *Valdesi* maximam, quod beneficium uti perficias te plurimùm rogo. Queruntur tempus trium mensium esse perquàm angustum; Iter longum est, nec satis tutum, prius quàm merces suas perferant præterit dies, ac periclitantur. Nondum est manifestum bellum, & si esset, tamen studia digna sunt aliquo privilegio, nec ab his quicquam est metuendum. *Germani* sunt origine, nec aliud agunt quàm ut parent unde liberos & uxores alant. Scripsi eadem de re *D. Mercurino* Cancellario, cui reddes epistolam, si tibi videbitur expedire. Bene vale, duodecimo Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Joanni Valdesio S. D.

UT mihi permolestum fuit *Valdesium* meum tot molestiis ac periculis agitatum esse, ita magnam voluptatem attulit, quòd ex tuis literis cognovi te incolumem ex isto naufragio enatâsse. Jam non mediocriter me discruciat, vestram *Hispaniam* tot affligi malis. Utinam aliquando Deus monarcharum animos ad pacis amorem convertat. Nè posthac sollicitus sis quomodo mihi excuses, charissime juvenis, tuum silentium: Illud inter nos pactum esto, quotiescunque scripsero fratri tuo, tibi quoque scriptum esse: dein, quoties ille mihi responderit, à te quoque responsum esse, quandoquidem ego vos tam gemellos pro unico habeo non pro duobus. Quod epistolium sic neglectè scriptum, inter tua præcipua κειμήλια reponis, ego vicissim istum tam candidum & amicum animum pluris facio, mi *Joannes*, quàm ut inter gemmas meas velim reponere, sed in pectoris mei scriniolo reconditum usque servabo. Equidem non possum non gaudere tam multos existere istic, qui nobis ex animo bene velint. Sed rursus molestum est, regionem istam alioqui felicissimam tot habere σφῆκας crabronibus improbissimis differta, qui non mihi solùm sed amicis etiam omnibus tam odiosè facessant negotium, ut propè magis mihi doleat vestrum incommodum quàm meum. Tibi tuique similibus omnibus ex animo gratulor, qui studia conatusque vestros omnes in hoc confertis, ut cum elegantia literarum pietatis Christianæ synceritatem copuletis, quod apud *Italos* antehac à non ita multis tentatum videmus. Quid enim est eruditio si absit pietas? Bene vale, Datum *Basileæ* duodecimo Calendas Aprilis Anno M. D. XXIX. *Epist. 30.*

Erasmus Rot. Joanni Vergaræ S. D.

LIteras vestras tertio Calend. Julii scriptas, sub Calend. Martii demum accepi, geminis exemplis omnes, sed ab eodem *Melchiore*, & eodem die: quæ per se multò gratissimæ, hoc etiam nomine fuere gratiores, quòd jam desperatio quædam obrepere cœperat animo meo: non quòd de vestro erga me studio quicquam addubitarem, quòd, etiamsi mihi potuisset accidere, non patiebantur id *Valdesii* mei literæ, vestræ in nos non jam benevolentiæ, verùm pietatis assiduæ, locupletissimæ testes: sed quod suspicabar idem vos *Epist. 31.*

statuisse

ſtatuiſſe de reſcribendo literis meis. Quod ſignificas τοῖς δικασταῖς placere de edendo apologetico meo, quod ipſum augurabar futurum. nec mihi ſanè diſplicet conſilium. Non ſatis memini quod in eo libello τῆ δικαιάρχων majeſtatem imminuerim, nam de improbitate quorundam monachorum apud vos, qui ſe jactant Eccleſiæ nutantis *Atlantes*, dici ſatis, ut dignum eſt, non poteſt, nec apud nos apparet multò ſaniores. In hos illic deſtomachor. Abſit autem ut Judicum autoritatem verbo lædam. Nam in *Britannia Cutberto Tonſtallo* epiſcopo *Londonienſi*, totius hujus negotii ſumma, ut audio, delegata eſt, quo non alium magis habeo in ære meo. Itidem in *Galliis* hujuſmodi cauſarum cognitio ad aliquot ſummates viros delata eſt, alioqui *Beddarum*, *Sutorum* & pſeudomonachorum improbitas omnia commiſcuiſſet tumultibus. Libellus ille ſordidè fuit excuſus: ſi vobis ita videbitur, curabimus ut locupletior & nitidior rurſus exeat cum dignitate, mutatis his, quæ ut indicant amici, videntur offenſura judices. Præſulem tuum arbitror invidiâ majorem, non tantùm ob eximiam ampliſſimi muneris dignitatem, verùm multò magis ob ſingularem vitæ integritatem, ob eruditionem eâ fortunâ dignam, ob minimè vulgarem prudentiam, quæ illi apud Cæſarem & optimos quoſque hoc plus conciliant, tum autoritatis tum gratiæ, quòd hæ dotes majorum clariſsimis imaginibus commendantur. Excellentior itaque eſt ille, quàm ut quiſquam canis auſit allatrare. Tibi verò nolim ex me quicquam invidiæ accreſcere, ſi quâ fieri poſsit, quanquam ſcio te, quæ tui eſt animi magnitudo, non quorumlibet latratibus excitari: tum ingenii tui prudens dexteritas mihi bonam ſpem porrigit fore, ut ſi quæ forſitan malæ beſtiæ non vereantur obſibilare, nulla tamen auſit mordere, præſertim quum tantum habeas *Ajacem* ſub cujus clypeo lates. Poſtremò brevi futurum auguror, ut te tua virtus in faſtigium aliquod evehat, unde poſsis hoc reptilium genus impunè tutóque deſpicere. Ego hactenus, otii dulcedine ebrius, omnem fortunã rejeci, cujus animi nunc me ſerò pœnitet; non quòd diſpliceat humilitas, ſed quòd hoc ſeculo vix quiſquam tam ſordidus eſt & abjectus, quin audeat *Eraſmum* conſpuere, commingere, concacare, ſit honos auribus. Ab ea contumelia vindicâſſet mediocris fortunæ dignitas. Nunc ea eſt valetudo, ut ægrè vitam tuear, tantum abeſt ut dignitati ſuſtinendæ par eſſe queam. Malitioſa quædam operarum conſpiratio fuit impedimento, quo minus hoc verno mercatu prodierit *Auguſtinus*, decem magnis voluminibus abſolutus, in quibus nihil eſt quod non majuſculis formulis ſit excuſum, id quod ſcis in *Hieronymo* non eſſe factum. Id malum nobis bene vertit. Non enim auſurus eram hunc laborem dicare Præſuli *Toletano*, niſi certior factus hoc illi fore non ingratum. Nam eſſe ſcio nonnullos, qui ſolent hoc genus officiis offendi. Quanquam autem nè nunc quidem vel ex ipſius, vel tuis, vel *Valdeſii* literis, certum habeo reſponſum; tamen multæ res mihi fiduciam addunt, ut quod animo conceperam, audeam. Non eſt ingratum munus, quod cum ſtudioſis aliquot, qui in conferendis exemplaribus nonnihil operæ ſubſidiariæ præſtiterunt, partiar, imò jam bona ex parte præſumpſi; ſic enim interpretor, eam pecuniam *Auguſtino* datum eſſe, non *Eraſmo*. Heræſeon negotium à libellis venit ad arma, quantum video rerum procœmia. Rex *Ferdinandus* cum *Germaniæ* Principibus conſultat. Hìc medio brumæ frigore mirè caluit idolomachia, nè muſca quidem imaginum reliĉta eſt in templis, ſublata funditus Miſſâ, ritúſq; Eccleſiaſtici, niſi quod habetur interdum concio; deinde mulieres cum pueris canunt pſalmum germanicis rhythmis compoſitũ, & interdũ datur panis corporis Dominici ſymbolũ. Monachi ſimul & monachæ jubentur ponere ſacram veſtem, aut alìò demigrare. Hactenus tamen in nullius ædes privatas facta eſt irruptio, & à ſanguine temperatum eſt, quod utinam ſit perpetuũ. Tot enim *Germaniæ*, *Helvetiæ*que civitates in hoc fœdus dedère nomenut ſi res agatur ferro, malim abeſſe procul. Eſt quidem magna Principũ potentia, ſed ubi reperies militem pro ſacerdotũ jure pugnare paratum? Meâ ſententiâ res exiit hominũ poteſtatem, ad divina præſidia confugiendũ eſt. Ego interim non inſtrenuum militem præſtiti Eccleſiæ, ſi nihil aliud certè nunquam τῷ τάξιν λιπεῖν, & ingenuè profeſſus me ab Eccleſiæ conſortio digitum latũ nolle diſcedere: deinde tribus præliis cùm *Luthero* conflixi, idque in ea *Germaniæ* parte, quæ maximè tenebatur hoc novo fervore, quod ante me nullus eſt auſus, ut tibi *Thraſonem* è comœdia referam. Nam *Pariſienſes* extra telorum jactum poſiti mittunt fortes articulos, qui hìc tantùm ridentur. Porrò, quidam ĭic tuentur ſua dogmata ſcriptis & argumentis, ut præſtiterit illos omnino ſiluiſſe, meâ quidem ſententiâ. In *Brabantia* poteram tutò ſcribere, verùm illic mihi fuiſſet acrior pugna cum quibuſdam penes quos nunc eſt cognitionis autoritas. Adverſus horum odia tutus eſſe non poteram, niſi aulæ præſidio: aulam habere faventem non potui, niſi coluiſſem. At hæc valetudo non patitur, ut cuiquam hominum inſerviam. Interim tamen aliquò demigrandum, nec ſatis video quò. Adeo nuſquam affulget ſpes tranquillitatis. Itaque prorſus juxta *Græcorum* proverbium οὔτ' ἀνεμῶ, ὅτε μένειν, ὅτε πλεῖν ἐᾷ. Ob cubiculum mutatum, ob aliud vinum, ob veſtem mutatam ſubinde periclitor. Quid futurum cenſes ſi relicto nido, cui tot annis aſſuevi, relictis amicis quos habeo diutinâ conſuetudine perſpectos & exploratos, alii veluti mundo me commiſero? Sed tamen hoc tentandum eſt, quicunque ſequetur exitus. Nam hìc diu manere nihil aliud haberetur, quàm profiteri quod hìc geritur jam publicitùs, nec dubito quin rumor multum addat veris. Utrique germano tuo reſpondi. Ab *Heliſabetha* virgine ſalutem lubens accepi, quam illi multo cum fœnore viciſſim opto. Bellum eſt eum ſexum ad priſca exempla ſeſe poſtliminio recipere. Habemus *Angliæ* Reginam fœminam egregiè doctam, cujus filia *Maria* ſcribit bene Latinas epiſtolas. *Thomæ Mori* domus nihil aliud quàm Muſarum eſt domicilium. Cæſaris germana *Maria* Latinos codices habet in deliciis, cui nuper ſcripſi Viduam Chriſtianam. Id efflagitârat à me quidam Eccleſiaſtes illi chariſſimus. Scena rerum humanarum invertitur, monachi literas neſciunt, & fœminæ libris indulgent. Bene vale, Datum *Baſileæ* nono Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Alfonſus Fonſeca Archiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum Primas, &c. Des. Eraſmo Roterod. Theologo S. D.

QUòd literas tu meas, *Eraſme*, inter laborum & inſectationum quibus exerceris, ſolatia numeras, eſſet ſanè quòd ex animo gauderem, tum meâ tum nonnihil & tuâ cauſâ; ni viciſſim dolori eſſet, ita per quos minimè decebat tecum agi, ut id genus egeas lenimentis, homo recreandis demulcendiſque ſolido ac vero ſolatio animis natus & occupatus. Quanquam autem ſic rationes tuas inſtituiſſe te jamdiu arbitror, ut nec iſtiuſmodi caſibus magnopere quidem permoveri, nec eorum ſi urgeant, levamen aliunde quàm ex recta ſynceráque conſcientia petere ſoleas; tamen facis pro tua humanitate & animi gratitudine, dum amicorum ſtudia tanti apud te eſſe pateris, ut ea nominibus ejuſmodi cohoneſtes. Atque utinam aliis etiam officiorum generibus, non tantum literis moleſtia te prorſus iſta eximere liceret, *Eraſme*, crede mihi non ampliùs laborares: Quanquam alioqui cauſæ tuæ data eſt hactenus opera non uſque quaque pœnitenda, ut videatur jam exortâ ſuperiore anno procellâ non modò mitiùs ſævire, ſed paulatim etiam coſileſcere. Quod ſi omnino, uti ſpero, reſederit, eſt quòd juvet fuiſſe ſuſcitatam. Certè quod in hoc genere ſeditioſarum concertationum præcipuum eſt, ut intelligant adverſarii legitimo tibi judicio agendum, non vi & oppreſſione graſſandum: id tu hactenus videris abundè conſequutus. Defenſionem tuam legimus, ſed ut in aliis occupationibus tumultuariè. In ea jucundum imprimis fuit, eam te animi moderationem, magna quidem ex parte (nam ex omni non licet per quoſdam dicere) modeſtiámq; præſtitiſſe, quam ipſe uti abs te in hoc genere præſtaretur, tum optabam, tum & admoneri te curaveram. Reliquum non eſt quod judicem, ſemper ſui ſimilis eſt *Eraſmus*. Perge igitur, id quod facis, de Chriſtiana republica melius indies mereri, ſimulque tibi laudem parare immortalem; de quâ tantum abeſt ut aliquid ſit æmulorum improbitate delibatum, ut contra potiùs ejus fulgor hoc attritu nitidiùs ſplendeſcat. *Auguſtinianarum* lucubrationum repurgatio, cui te operam dare audio, provincia videtur planè te digna. Solus enim is autor ex claſſicis reliquus videbatur, qui nobis *Eraſmo* obſtetricante renaſceretur: quemq; adeo ipſe unum ex omnibus maximè reſtitutum cuperem, ob inſitum animi affectum, quo in ejus herois cultum & admirationem jam inde ab eunte ætate feror. Verùm in tot laboribus tuis, cur non ego ad id te pro virili mea horter, ad quod perficiendum ſcio te à multis jamdiu ſummâ contentione invitatum, quodque adeo tu ſponte jam tuâ & quidem feliciſſimè cœperis: ut cui in aſſerendis vindicandiſque Chriſtianis ſtudiis tantum adhuc operæ poſueris, tantundem poſthac in confutandis novis, aut antiquis potiùs, ſed denuò ſuboleſcentibus erroribus ponas; quos indies videmus ſeu noxias herbas plus nimio ſylveſcentes Dominicam vineam, in quâ tu pro viribus operam exerceas, infeſtare: adeóque jam gemmis ipſis palmitibúſque officere, ut periculum ſit, nè ſi amplius coaluerint, legitimas ſtirpes perurant vicio ſuo atque enecent. Feceris tu quidem rem iſtâ doctrinâ, iſtâ pietate dignam, tum *Germaniæ* tuæ tot ſectis infectæ, tot erroribus occupatæ, tot denique diſſidiis ac ſeditionibus labenti jam et inclinanti opem tuleris, ut ſi Chriſtianæ pietatis minimè ratio habeatur, (cujus alioqui ſcimus primum apud te eſſe calculum) tamen eximia Imperii iſtius majeſtas & pulchritudo, debeat non te modò, ſed optimum quenque civem ad occurrendum ei malo permovere: Quod ſi prævaleat, haud dubium quin rempublicam veſtram propediem habituri ſitis è florentiſſima omnium miſerrimam ac perditiſſimam. Fruſtra verò hìc tu mihi, vulgari illâ cauſificatione, virium & eruditionis tenuitatem excuſes: nemini non perſuaſum eſt, *Eraſmum* non modò eſſe, ſed unicum ex omnibus eſſe huic tanto negotio parem, non eloquentiæ modò doctrinæque præſidiis, quibus alioqui novit orbis quantum valeat, ſed fidei apud omnes & autoritatis: quâ plurimùm pollere in hac cauſa oportet hominem, qui nullis antehac optimatum beneficiis auctus, omni etiam in poſterum aditu ad ampliorem fortunam ſuâpte ſibi ſponte præcluſo, in id certaminis non adulandi morbo, non avaritiæ ambitionísve vitio illectus, ſed ſtudio pietatis adductus diſcendiſſe credendus ſit: quò vix alius quiſpiam ſit deſcenſurus, qui non vel ordinis ſui cauſam agere, vel paucorum potentiæ ſervire, atque illis demum vitiis indulgere putetur, quæ huic potiſſimùm incendio fomitem miniſtrárunt. At plenum periculi eſt negotium, plenum difficultatis, Aut enim optimatibus fœdè aſſentandum, aut eorum moribus convicium odioſè faciendum. Quid ergo? ob eam difficultatem veræ pietatis patrocinium deſeremus, & Eccleſiæ puritati hominum vitia fraudi eſſe patiemur, ut quod nos peccamus, illa luere videatur? Quin ita potiùs negotium temperare licebit, ut & adverſariorum falſa dogmata, & noſtrorum corrupti mores gemino induſtriæ fructu taxentur; ut his ad ſaniorem, illis ad ſanam omninò mentem redeuntibus, pace aliquando inter Principes firmatâ, incipiat tandem nullo tumultu, nullâ rerum perturbatione conſtitui, componíque Reſpublica. Sed quid hæc ego ad te, cui ea omnia multò teneas meliùs? Excuſationem tuam, quâ iter ad nos deprecaris, quando aliud fieri nequit, libenter accipimus: & alioqui ſat ſcio tam honeſti ocii rationem, multò tibi meliùs, quàm peregrinationis conſtaturam, tum ejus conſilii fructum ad plures permanaturum iſtâ ſtudiorum aſſiduitate. Cui aliqua ex parte juvandæ, ſyngrapham telonicam ad te mittendam curavimus: Dabitur aliquando occaſio benigniùs tecum agendi. Vale & nos ama. *Madriti* tertio Calend. Julias, Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Alfonſo Fonſecæ Archiepiſcopo Toletano S. D.

PAulus ille magnus Eccleſiæ propugnator, & divinitùs electum organum Evangelicæ philoſophiæ, ille inquam homine major, & cœleſtibus aſſuetus colloquiis, non rarò fatetur ingentẽ cordis dolorem ac triſtitiam uſque ad vitæ tædium, atque interdũ literas mittit lachrymis interlitas, requirit ex piorum colloquio ſolatium aliquod, precatúrq; levari moleſtiâ ſatanæ colaphiſtæ; quo minus

minùs mirum, ſi ego qui ad *Paulini* ſpiritus robur minùs ſum, quàm ad aquilam lumbricus humi reptilis, aliquid humanum ſentio, multò pluribus malis exercitus, quàm ut his commemorandis velim tanti Præſulis aures onerare. Sunt enim quædam minuta ſordidáque, quæ partim numero, partim improbitate graviùs interdum infeſtant hominem, quàm ingentia mala, veluti cimices, culices & pulices, qui quoſdam inſomnia nonnunquam ad vitæ tædium adigunt, nonnullis etiam mortem adferunt. Mentiar itaque, Præſul ampliſſime, ſi in tanta undiq; allatrantium, lapidantium, mordentium improbitate, dicam me perpetuò vacare omni ſenſûs ægrimoniâ: ſed tamen auxiliante *Chriſto*, & tentationum procellas gratiæ ſuæ afflatu temperante, nunquam eò valuit hęc carnis moleſtia, ut aut de loco deſerendo cogitárim, aut animum deſponderim, quin potius ſentio me ex his hominum inſultibus aliquid etiam roboris collegiſſe. Ita viſum eſt divinæ providentiæ, malorum improbitate aburi ad explorandam ſuorum ſyncritatem: contrà, bonorum charitate uti ad conſolationem eorum qui laborant afflictionibus, nè deficiant. Noſtrum autem eſt alterum patienter ferre, veluti flagellum à patre noſtræ ſalutis amantiſſimo adhibitum ad correctionem: alterum gratè amplecti, veluti ſolatium à propitio Deo immiſſum ad confirmandam imbecillitatem noſtram. Quanquam hic minima doloris pars eſt mea privata contumelia: quantulum enim detrimenti rebus humanis acceſſerit, ſi *Eraſmus* quantus eſt redigatur in nihilum apud homines? Sed illud ſeriò diſcruciat animum meum, tantum impiæ malitiæ deprehendi in pleriſque Chriſtianis, potiſſimùm in his per quos oportebat vulgarium condiri fatuitatem. Nec enim video ſpem ullam orbis ad Eccleſiaſticam redituri concordiam, niſi poſitis humanis affectibus, conſentientibus animis agamus *Chriſti* negotium. Quod ſi ſucceſſerit, meam ſortem facilè deplorare deſinam. Procellam iſtam ſævire jam mitiùs, ſanè gaudeo, neque non intelligo quantum debeam veſtræ tum pietati tum prudentiæ, quanquam iſti nec conſileſcent unquam, & ad quamvis occaſionem renovabunt tumultus. Habent *Lutetiæ* propugnatorem quemdam *Saulum*, hoc eſt, turbulentum, hominem adeo non doctum, ut ſenſu communi careat, ſed natum excitandis hujuſmodi tragœdiis. Apologiam meam non omninò diſplicuiſſe vehementer gaudeo. Moderationem mihi videbar vobis approbaturus, reputantibus quid iſtorum mereatur ſtoliditas. Quis unquam vidit tales articulos talibus viris proponi? *Auguſtinus* totus ſumma cum dignitate feliciter abſolutus, hiſce vernis nundinis prodiſſet in lucem, niſi pertinax quædam operarum conſpiratio remoram injeciſſet. Abſolvetur tamen intra menſes duos, curabitur ut in ſinum tuum quàprimùm veniat, non ſine cauſa tantopere ſemper abs te adamatus. Solus enim præſtat omnes Chriſtiani ſcriptoris dotes, in docendo ſedulus, in redarguendo nervoſus, in exhortando fervidus, in conſolando blandus, ubique pius & verè Chriſtianam ſpirans manſuetudinem. Reliqua tua epiſtola me multis argumentis hortatur vel urget potius nè deſim Eccleſiæ, tot ſectis atque opinionum diſſidiis periclitanti, præſertim apud *Germanos*, ubi conveniebat ſub Cæſareæ majeſtatis vexillis præcipuè florere pietatem Chriſtianam. Id quo facis vehementiùs, hoc magis & exoſculor iſtam animi tui pietatem, cui video, ſicut par eſt, tanto Præſuli dignitatem ac tranquillitatem Eccleſiæ ſeriò cordi eſſe: & non vulgarem in me benevolentiam agnoſco, quæ tibi perſuaſit, me ex omnibus præcipuè parem huic negotio, adeo ut jam nihil moreris vulgares illas cauſificationes de virum mearum defectu. Utinam quemadmodum videmus præſentaneum Eccleſiæ periculum, imò non jam periculum, ſed magna ex parte ruinam, ita paratum cerneremus efficax remedium. In his inauditis tumultibus mihi videor agnoſcere manum Dei, jámque res exiſſe videtur hominum poteſtatem: nec tamen ob id abjeci ſpem omnem, haudquaquam ignarus, opem numinis in rebus deploratiſſimis maximè ſolere exoriri: quam, ni fallor, brevi ſentiremus, ſi concordibus ſtudiis ad Domini miſericordiam confugeremus, conſiliáque *Chriſto* digna capeſſeremus. Nunc alius aliud molitur, vix ullum hic video qui de vita in melius mutanda cogitet, ſed plurimos fieri deteriores, ut nè commemorem tam tenaces Principum iras, præcipuum rei Chriſtianæ malum. Sed quod ad meas partes attinet, iſto nomine frequenter appellor etiam à magnis, quorum nonnullis reſpondi veriùs quàm ſatisfeci. At talis eſt hujus cauſæ ratio, ut omnia ſcripto committere, nec mihi ſit tutum, nec ipſi cauſæ expediat. Virium mearum defectum poſſem tibi multis ac magnis teſtibus approbare, *Stunicâ*, *Latomo*, *Beddâ*, *Sutore*, denique *Luthero* ipſo. Sed nolo cum heroe tanto pugnaciter agere. Sit fuerítve in me tantum eloquentiæ, doctrinæ, autoritatis & gratię, quantum hæc cauſa poſtulabat, mihi certè nunquam hoc perſuaderi potuit nec adhuc poteſt. Itaque quum primùm hoc malum cœpiſſet herbeſcere, magno ſanè orbis applauſu, ego primus, veluti præſagiens rem in atroces turbas exituram, abſtinui à negotio periculoſo, licèt tum mirè plauſibili, & quos habebam chariſſimos ab eodem deterrui. Mox quum paulò altiùs exereret caput, iis rationibus mecum egerunt monachi, per quos hujus fabulæ primæ partes actæ ſunt, ut me mallent in *Lutheri* caſtra protrudere, quam adverſus illum in acie ſtare. Hoc quale fuerit, explicare perlongum ſit. Proinde quum reputarem Eccleſiam magna ex parte ad phariſaiſmum eſſe collapſam, quem ipſum tamen huic rerum confuſioni antepoſuerim: quum dubitarem quid divina providentia per *Lutheri* ſpiritum vellet agere, adhùc enim videbatur vir bonus, cui viciis iratus pietatis zelo graſſaretur, impotentiùs quidem, ſed ut cohiberi poſſit: adhęc cum meam imbecillitatem conferrem cum tot millibus Theologorum, quos multorum annorum uſus in hac paleſtra reddiderat abſolutos, inter quos ſunt aliquot Eccleſiaſticâ dignitate præminentes: ut ingenuè dicam, religione quadam abſtinui, nè vel imprudens repugnarem divinæ voluntati, vel pietatis cauſam redderem deteriorem, ſi eam tot nominibus impar, ſuſcepiſſem. Ita tum mihi videbar, ac nunc etiam multò magis videor, nec puto me falli. Aliud eſt enim ſcribere ſcholia in *Hieronymum*, ſublevando lectori parùm erudito annotationes in contextum Novi Teſtamenti, rudibus ad qualemcunque ſcripturarum cognitionem alliciendis: aliud divinarum literarum præſidiis ea tueri dogmata, quibus ſtantibus cadentibúſve ſtat caditve Chriſtianæ Religionis negotium.

Attamen nè tempus omne rixis ac monachomachiis tereretur, *Baſileam* me contuli, ſaltem aliquid moliturus, quod publico vel literarum vel pietatis ſtudio conduceret, ubi me non ſemper indulſiſſe ſomno res ipſa clamitat. Nec tamen interim omninò mutum ſpectatorem huic me præbui fabulæ. Colloquiis, epiſtolis, publicatis etiam libris, multos aut revocavi aut deterrui, aut certè moderatus ſum. Deinde ex profeſſo manum cum *Luthero* conſerui, & illius toxica jacula pectore oppoſito excepi, próque viribus, aut repuli, aut in ipſum etiam retorſi. Idque ſum auſus in ea *Germaniæ* parte, quæ propenſior erat in *Lutherum*, quàm ipſa *Vuittenberga*, ubi mihi tutius fuiſſet cum illo congredi quàm hìc. Quantum profecerim neſcio, certè ut quiſque eſt hìc ſectis addictiſſimus, ita me attrociſſimo proſequitur odio; de his quoque loquor quos olim habui chariſſimos. Hoc æquiore ferrem animo, niſi interim pars altera nihilo mitiùs ſæviret in caput meum, imò aliquanto hoſtiliùs ageret, poſteaquàm in *Lutheranam* aciem ſemel atque iterum impreſſionem feci, quaſi hoc ipſum illos urat, quod in ipſorum gratiam hæreticus eſſe nolim. Tales habeo amicos pro quibus depugno, potiùs habent me deturbato, magis etiam periclitari navim, quàm per me incolumem, ſalvam in portum deduci. Accedit huc quod pleriſque non ſatis eſt excludi impia dogmata, niſi comprobetur albà, quod aiunt, amuſſi, quicquid hactenus ab ipſis invectum eſt: imò nè hoc quidem ſatis, extenditur funiculus in diverſum, & his quæ ultra modum exceſſerant, aliquid etiam adjungitur. Jam totum hoc genus ferè ſitum eſt in placitis quibuſdam Scholaſticorum, quæ totidem & iiſdem verbis à nobis flagitant quibus ipſi ſolent ea proloqui, cuum tamen in his quoque ſcholarum inter ipſas magna diſſenſio ſit. Videdam hìc libellos *Latomi*, *Hieronymi*, *Sutoris* & *Beddæ* nihil aliud quàm rideri, & animos etiam addere propenſis in in hæc nova dogmata; Quin & ipſius *Joannis* Epiſcopi *Roffenſis*, in quo viro nihil deſideres, libros prorſus negligi. Poſt hos ego quid aliud profeciſſem, niſi quòd irritàſſem crabrones? Quod meo periculo ſine cauſæ periculo potui, feci; clàm, palàm, publicè, privatim, dictis, ſcriptis, ac factis teſtatus ſum, me ab Eccleſiæ unitate culmum latum nolle diſcedere. Poſtremò, ſi maximè ſtringendus eſſet in illos calamus, id alio loco tentandum erat, nec abſque Theologorum ſubſidio poteram. Hìc ſolus eram, & ſi quid tale ſcripſiſſem, nemo typographus ſuſtinuiſſet excudere. Tantos fremitus excitàrat libellus *De Delectu ciborum* & *De Confeſſione*. Rediſſes, inquies, *Lovanium*. At hìc tenebar atque etiamnum captivus ſub immitiſſimo tyranno calculo, ut vix unquam domo liceat proferre pedem. Et ſi per calculum licuiſſet tam prolixum iter ſuſcipere, eadem cauſa deterrebat à repetenda *Brabantia*, quæ perſuaſerat relinquendam. Allegabis aulæ favorem adverſus inimicorum molimina. Sed tua prudentia vidit iſtìc quorundam ſordidorum improbitatem, nec Cæſareæ majeſtati, nec præſulum autoritati cedere. Et aliorum exemplis didici, quàm non tutum ſit illis quicquam fidere. Nec uſquam magis regnant quàm apud nos. Gratiæ quidem permultum, & autoritatis nonnihil mihi conciliàrant apud *Germanos* bonæ literæ, ſed protinus omnis illa gratia verſa eſt in odium, autoritas in contemptum, ſimulatq; palàm auſus ſum illorum inſtituto reclamare: & qui prius eram ſydus *Germaniæ*, ac ſyncera pietatis vindex, nunc verſo, ut aiunt, pollice, ſum *Balaam*, & doctor aſinus. Attamen nè nihil agnoſcam eorum quæ mihi tua tribuit ſublimitas, ab ambitione & privato ſtudio, reliquiſque vitiis, quæ ut huic orbis malo ſeminarium miniſtrârunt, ita videntur obſtare, quò minùs liceat adhibere remedia, puto me ſatis eſſe liberum: ac niſi mihi penitùs ignotus ſum, non dubitàrim hoc corpuſculum ignibus tradere, ſi perſuaſum habeam id magno Eccleſiæ bono futurum; nec eam jacturam mihi gravem duxerim. Primùm enim quid habet hæc vita mea quod magnopere ſit expetendum juxta carnis affectum? Deinde, ut habeat aliquid ſuave, quantulum obſecro jam ſupereſſe poteſt, etiamſi nullus abrumpat caſus? Sed eò res nunc provecta eſt, ut omnia videantur ad arma ſpectare; quod ſi fiat, tum verè futurum eſt quod ſcribis, ut *Germaniam* habeamus omnium miſerrimam & perditiſſimam: atque id nè brevi fiat, miſerè timeo, niſi me fallunt omnia. Et utraque pars tantum habet virium, ut incertum ſit utri ceſſura ſit victoria; quæ ut maximè contingat parti meliori, non continget abſque immenſa ſanguinis humani jactura. Quum ferro res geritur, nobis nihil eſt loci, niſi fortè peragendum ſit martyrium, quod ego non detrectàrim, ſi res ita poſtulet. Hoc nè glorioſiùs dictum videatur, accipe quod rideas, ſed tamen vero verius. Leviora puto paſſum *Stephanũ* lapidibus ſemel obrutum, aut *Sebaſtianum* ſemel jaculis confoſſum, quàm me qui tot annis eorum linguis confodior, qui venenũ aſpidum habent ſub labiis, qui lapidor undiq; convitiis. Tot contumeliis citiùs diſtraherer ab orthodoxorum fœdere, ſi ullis rationibus avelli poſſem à fide, quam ſemel dedi *Chriſti* ſponſæ Eccleſiæ. Quo in ſtatu nunc res hìc ſint, non dubito quin multò celeriùs rumor ad vos pertulerit, quàm hæ perventuræ ſint literæ. Mihi vertendum ſolùm, quod non abſque ſummo vitæ diſcrimine ſcio me facturum. Tot annis huic aſſuevi nido, ſed de eventu viderit *Chriſtus*. Nos quod homine orthodoxo dignum eſt faciemus, ut potior ſit pietatis quàm incolumitatis ratio, quandoquidem hìc manere, ubi nec ſacrificare licet, nec corpus Domini conficere, nihil aliud ſit quàm profiteri quod iſti profitentur. *Oecolampadius* obtinet omnes Eccleſias. Monachi monachæque jubentur aliò demigrare, aut ſacram veſtem ponere. Idem fit in multis aliis civitatibus. In templis nihil ſolitum geritur, niſi quod in nonnullis ſemel concionatur hujus profeſſionis Eccleſiaſtes: dein pueri cum mulierculis canunt pſalmum *Germanicis* rythmis compoſitum. Hæc ſunt proœmia. Ego miſerè metuo nè phariſaiſmo ſuccedat paganiſmus. *Lutherus* habet aliquot civitates, quæ de Euchariſtia propemodum ſentiunt cum Eccleſia: ſed altera pars habet plures, quæ huc rectà tendere videtur, ut totum ſacerdotium ac monachiſmum funditùs aboleant. Anabaptiſtæ, tametſi magno ſunt ubique numero, tamen nuſquam obtinuerunt propriam Eccleſiam. Hi vitæ innocentiâ præ cæteris commendantur, ſed à reliquis quoque ſectis opprimuntur, non ſolùm ab orthodoxis. Subolet mihi multos his tumultibus admiſceri Judæos ac paganos, quorum alteri *Chriſtum* oderunt, alteri nihil omninò credunt. Auguror illos meditari novam quandam democratiam,

cratiam, totáque res agitur callidissimis quorundam consiliis, quorum autores nullus adhuc satis agnoscit: atque ita succedit, ut dicas voluntatem numinis geri, cujus æternâ providentiâ solet interdum malorum improbitate ad suorum emendationem abuti. Id quoties fit, nullum præsentius remedium, quàm agnoscere manum Dei provocantis ad pœnitentiam, & commutatâ in melius vitâ, iram illius vertere in misericordiam. Sint illi locustæ, sint ranæ, sint cyniphes, sint pustulæ, tantùm nè nos simus *Pharaones* & *Ægyptii*. De ignotis non est meum judicare, hic nec inter sacerdotes, nec inter monachos quenquam vidi, quem tanta rerum tempestas reddiderit pilo castigatiorem. Tantum inhiamus vindictæ, quasi sit humanum quodagitur. Porrò, quòd dogmata separas à corruptis moribus, agnosco prudentiam verè Christianam. Id enim ni fiat, nulla erit opinionum constantia, quando nunquam tam bene cum rebus humanis actum fuit, nec agetur, ut non justissima querela futura sit de plurimorum moribus. Mutare rerum statum proclive est, mutare in melius difficillimum. Quis autem non exosculetur istam singularem veréque piam modestiam, qui nec tui ordinis hominum mores taxari recuses, & emendari, modò qui corruptis dogmatibus desciverunt ab Ecclesiæ contubernio, resipiscant, & ad sanam mentem redeant. De Episcopis non ita magna est querimonia, de *Romano* Pontifice déque his qui sub illius titulo regnant, longè major est; de monachis præsertim mendicantibus gravissima. Jam cor Regum in manu Dei est, quod ille flectet ad pacatiora consilia, simul atque nos illius misericordiam promeruerimus. Interim nos humiles, quod unum possumus, assiduis votis precibúsque fatigabimus Domini clementiam, ut hos inconditos rerum tumultus vertat in lætiorem exitum: nec tamen interim cessabit industria nostra, si quid Dominus per nos omnium infimos agere dignabitur. In hâc causâ mihi necesse fuit reticere quæ propemodum sunt præcipua; sed tamen arbitrabar hoc esse mei officii, tam amico præsuli, meum hac in re consilium, aliqua ex parte approbare: posthac efficiam, ut omnes intelligant mihi synceram mentem, ac propensam animi voluntatem non defuisse. Munus quod tua benignitas ultrò voluit *Augustino* renascenti largiri, cum his partiar, qui conferendis exemplaribus (quo labore nihil molestius) nostram industriam nonnihil adjuverunt. Dominus te nobis servet incolumem. Datum *Basileæ*, VIII. Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

A

F

Erasmus Roterodamus Scholasteri Besontino S. D.

Epist. 34. NEc erat opportunitas, nec argumentum ad te scribendi, vir clarissime, nisi quòd quum ex amicorum literis cognovissem te, ut es ipse literatissimus, honestissimis studiis humanissimum quendam & benignissimum præstare *Mecænatem*, mei officii ratus sum studiorum nomine gratias agere primùm, deinde etiam meo, quòd pro tuo candore de *Erasmo* sentias amantiùs quàm pro ipsius meritis. Quare hâc epistolâ veluti chirographo me tibi bifariam obstrictum habes, ut si quâ in re dignaberis meâ uti operâ, mihi non sit liberum quicquam recusare, quod modo per me præ-

G

stari queat: imò nihil accidere poterit gratius, quàm, si quo pacto liceat, tuo animo gratificari. Hunc animum si non respuis, fac *Erasmum* inter tuos saltem gregarios clientulos accenseas: & si quid dubitas, facito periculum. Non morabor te pluribus. Opto tibi læta omnia. *Basileæ* Calend. Aprilis M. D. XXIX.

Erasmus Roterodamus Leonardo Officiali Besontino S. D.

QUum hæc scriberem, auriga nunciavit vinum in propinquo esse, hodie, aut cras adfuturum. Ex epistola *Stephani* ad *Hieronymum Frobenium* intellexi nihil aurigæ numeratum isthic, quod factum gaudeo, pactum tamen fuisse vellem. Petit tres coronatos, eos lubens dabo. Si plus exegisset, dandum erat quantum illi libuisset. Animus iste tuus quem exprimis epistolâ licèt brevi, quovis vino mihi suavior est, tametsi gratissimum est & illud. Opinor tibi communicatas literas, quas ante paucos dies scripsi per famulum comitis cujusdam *Germani*. Eram antea tibi vehementer obligatus, vir humanissime; nunc habes *Erasmum* obligatissimum. Et si tu non porrexeris, tamen à me quæreretur occasio referendæ aliquâ saltem ex parte gratiæ, tam obviæ benignitati tuæ. Gratissimum autem fuerit si tu non gravaberis indicare, quâ ratione possim hic ingrati hominis notam effugere. Nunc mitto *Senecam* non illepidum confabulonem, si quando dabitur ocii nonnihil à tuis gravissimis occupationibus. *Augustinus* strenuè decurrit ad metam, nondum tamen absolutus est. Bene vale. *Basileæ* Calendas Aprilis, Anno M.D.XXIX. *Epist.* 35.

B

C

D

Erasmus Roterodamus Stephano Pratensi S. D.

PRo opera tam diligenter navata, mi *Stephane*, gratiam habeo ut debeo maximam. Utinam hoc adjecisses officii, significâsses quanti pactus esses cum auriga, nunc dandum erit quantum illi libebit petere. Petit autem coronatos tres; vasa nondum vidi. Mitto tibi libros quos petis ab *Hieronymo*, nam is nondum rediit ex *Francofordiensi* mercatu. Scripseram per famulum Comitis, eas literas video nondũ fuisse redditas, quum tu scriberes. Posthac *Stephanum* meum ascribam catalogo non vulgarium amicorum, nec ullum officium à me frustra requires, si quid erit in quo tibi queam gratificari. Bene vale. *Basileæ* Cal. Aprilis M. D. XXIX. *Epist.* 36.

E

F

Erasmus Roterodamus Antonio Fuggero S. D.

QUo minùs extat meorum erga te meritorum, vir clarissime, hoc magis debeo isti tam propenso in me animo, támque obviæ & expositæ benignitati, quam ego adeo non contemno, ut libens fatear me non minùs obstrictum tibi, quàm si quicquid offers accepissem. Jam enim me ingenti lucro auctum esse duco, quòd *Antonium Fuggerum*, virum omnium ore celebratum, mihi tam ex animo amicum esse intelligo. Satis ex multorum narratione compertum habebam, *Augustam* esse quæ vix ulli *Germaniæ* civitatum, splendore, opibus, humanitate cederet, & ante menses complures eodem me vocârat urbis vestræ præsul; *Epist.* 37.

ſul ; vir, ut ſcis, pietate juxta ac doctrinâ cum primis ornatus: quemadmodum inclytus Rex *Ferdinandus* ante *Viennam* invitârat, pollicitus quotannis florenos aureos quingentos, neque quicquam à me requirens officii: Quem Principem ut habeo meis commodis per omnia faventem, ita vehementer cuperem illi per omnia gratificari. Sed hoc corpuſculum ægrè tueor domi manens, ac medicè, quod aiunt, proinde miſerè, vivens : adeo ut veſte aut vino mutato ſtatim pericliter, tantum abeſt ut mihi tutum arbitrer illud longo itineri committere, etiamſi nihil à prædonibus eſſet diſcriminis. Huic nido jam multis annis aſſuevi, & vetulam arborem tranſplantare veramur etiam *Græcorum* Proverbio : itaque quando hìc manere non eſt integrum, non quòd quiſquam exigat, ſed quòd qui mihi malè volunt, & quavis ex occaſione ſtruunt calumniam, ſi hìc diutiùs hæream, interpretaturi ſint mihi probari quicquid hìc rerum geritur ; quod ſi facerem, poſſem hìc gratioſùs vivere his penes quos nunc rerum ſumma eſt: Cęterùm id inquam quoniam mihi nec per Deum, nec per Principes, quorum favore ſublevor, tutum aut integrum eſt, decrevi *Friburgum* proximum concedere, quò jam quod erat in ſupellectile mea chariſſimum præmiſi, atque ibi Senatus domum ſatis commodam, olim *Maximiliano* Cæſari cœptam extrui, deſignavit, omnem præterea favorem pollicens. Quin & ipſe Rex *Ferdinandus* literis amantiſſimè ſcriptis ei Senatui me commendavit. Ac jamdudum illic eſſem, niſi ſcelerata quædam pituita me fuiſſet remorata. Si hoc bene ceſſerit, audebimus fortaſſis longiùs provolare. Malim enim quando *Baſilea* relinquenda eſt, longiùs ab illa abeſſe. Quòd ſcribis iſtic fortiſſimi ſimul & prudentiſſimi Senatus vigilantiâ proſpectum eſſe, ut omnibus libertas manſerit incolumis, ſanè gratulor veſtræ reipublicæ, quanquam huc rumor attulerat iſthìc duas aut tres Eccleſias ceſſiſſe *Lutheranis*, totidem *Zuinglianis*, quinque relictas orthodoxis, qui civitatis ſtatus non poteſt abeſſe à periculo. Sed non rarò mentitur fama. Verùm ſpero Domini clementia per Principum vigilantiam dabit aliquando finem his malis. Non dubito quin meam excuſationem ſis in bonam partem accepturus, quæ juſtior eſt quàm vellemus utrique. Utinam quemadmodum offers viaticum, & annuam penſionem, ita poſſes & firmiorem dare valetudinem. Sed quod nunc non licet, fortaſſis aliquando dabit occaſio. Interim ſi quid erit, in quo tibi queam gratum facere, reperies *Eraſmum* ad omne obſequium tam promptum, quàſi jam tuâ benignitate fuiſſet uſus. Eſt enim grati animi acceptum ferre, quicquid aliquis ex animo dare voluit. Opto te cum tuis omnibus quàm proſperrimè valere. Datum *Baſileæ* quinto die Aprilis, Anno M. D. XXIX.

Eraſmus Roterodamus Lodovico Bero S. D.

Epiſt. 38. AMicorum in *Chriſto* ſynceriſſime, tibi quidem ex animo gratulamur, cui licet Dominicam Reſurrectionem ſpiritualibus, ut par eſt, celebrare gaudiis. Nos hìc noſtrum Paſcha agimus abſque alleluia, abſque victoriali convivio, licèt non ſine lactucis agreſtibus. Videmúrque nobis interim ſedere ad flumina *Babylonis*, ut non libeat cantare canticum Domini in terra aliena. Sed corpore duntaxat hìc hæremus, ſpiritu tecum ſumus. Sperabam me ante triumphalem Domini diem *Friburgi* futurum, ut hìc me quærentibus reſponderi poſſet, quod piis mulieribus reſponderunt Angeli, *Surrexit, non eſt hìc.* Verùm ſub Idus Martias, nullâ evidente causâ, corripuit me pituita quædam, multò tenaciſſima, non ſine febri, adeo ut noctibus aliquot vehementer periclitatus ſim, nè præfocarer viſcoſo phlegmate. Ex hoc malo vix dum ſatis convalui. Nunc quoniam indies expectamus *Hieronymi Frobenii* reditum ex *Francfordia*, viſum eſt conſultius tantiſper adhuc commorari : ſiquidem illius operâ tutiùs hinc demigrabimus, & fieri poteſt, ut ille literas adferat, vel ex aula Cæſaris *Brabantica*, vel è *Spirenſi* Concilio, quæ me cogant aliò proficiſci quàm *Friburgum*. Præſtat autem opinor ſemel quàm bis demigrare. Jamdudum tamen præmiſimus quæ in reculis noſtris præcipua ſunt, quæque potiſſimùm à furibus ac prædonibus expetuntur, primâ quâque occaſione cum reliqua ſupellectile ſequuturi. Interim cubiculum nobis pro templo eſt, donec cum *Hebræis* in deſerti libertatem reſtitutis licebit ſacrificare Domino, quod ſanè ſpero futurum propediem. Poſt has tempeſtates Domini clementia dabit lætiora, poſtquàm illius ira verſa fuerit in miſericordiam. Nam hujuſmodi rerum tumultus, quales hodie videmus, imò perpetimur, nullus opinor ab Eccleſiæ crepundiis ad hoc uſque temporis aut vidit, aut legit, aut audivit. Equidem agnoſco Divinam Providentiam : explorat electos ſuos, velut aurum igni, tentátque num verè fidant ipſi diligántque. Quid aliis accidat neſcio, me certè tot malorum procellæ adeo non labefactant, ut rediderint etiam aliquantò firmiorem : quâ quidem in re abſit ut quicquam tribuam meritis aut viribus meis, ſed agnoſco manum Excelſi, in mea imbecillitate ſuam exerentis potentiam : cujus voluntati quoniam me ſemel totum tradidi, confido illius clementiam mihi non defuturam uſque in finem. Ille miſericors *Samaritanus* infundit vinum, ut emordeat purulentiam criminum, infundit & oleum, faciens cum tentatione proventum, ut poſſim ſuſtinere. Id ni eſſet, qui tandem potuiſſet hoc corpuſculum, hæc animula, tot malorum aſſultibus eſſe par? Ut enim omittam ſenectutis per ſe quidem gravis, ſed multò graviſſimæ valetudinis incommoda, quid eſſe poteſt humano ſenſui durius, quàm omni ex parte ſic animis gladiatoriis impeti, idque nullo neque modo, neque fine ? Negatur *Hercules* unus duorum monſtrorum impetum ſuſtinuiſſe : At huic homuncioni cum tot *Antæis*, leonibus, cerberis, cancris & hydris digladiandum eſt aſſiduè. Nè commemorem iſta minuta, ſed interdum moleſtiora animalcula, viperas, cantharides, cimices, culices & pulices. Multi amiſsâ re confugiunt ad laqueum, at erectis & generoſis animis quantò preciſior eſt honeſta fama quàm pecunia? Scis ipſe quàm multos amicos, qui me tantum non adorabant, mihi quum alibi, tum apud *Germanos* pepererant bonæ literæ, quâ ſolâ poſſeſſione mihi videbar ſat beatus, qui nec opes, nec dignitates unquam ambii. Quis talem poſſeſſionem poneret æquo animo? At mihi non ſolùm ponenda fuit, verum-

verùm etiam illud devorandum, quòd quos habebam juratiſſimos amicos, atque ut priſcum uſurpem verbum συναποθνήσκοντας, id eſt, commorientes, eos ferè nunc habeam aut hoſtes atrociſſimos, aut clancularios inſidiatores. Grave malum, quod infligitur immerenti, gravius quod bene merito, graviſſimum verò vulnus quod venit ab amico. Quanquam interim à nullis atrociùs lædor, quàm ab his qui favent, ſedulò quidem ſed imprudenter. Quis finis undique provolantium libellorum quibus proſcindor? Quæ rabies iſtorum, quorum dentes arma ſunt & ſagittæ, & quibus venenum aſpidum ſub labiis, quorum lingua gladius acutus? Ubi ceſſat horum improbitas? Non in conviviis, non in privatis colloquiis, non in arcanis confeſſionibus, non in ſacris concionibus, non in publicis prælectionibus, non in aulis Principum, non in vehiculis ac navibus: & ab his intemperiis, nec pudor illos, nec conſcientia, nec Principum autoritas, nec toties in os ipſis regeſta vanitas poteſt cohibere. Imponunt ſimplicioribus, parùm bene volentes nobis, perpellunt in inſaniam, modeſtiores obruunt improbitate. Nuſquam non adſunt, loquuntur omnium linguis, utinam Dei magnalia, itaque vincunt, nimirum deſertâ, quod aiunt, cauſâ: quum ego tantum latinè loquar, & ſi centum haberem linguas, quid unus valeam adverſus tot conjuratas phalanges? præſertim quum mihi res ſit non ſolùm cum turmis hoſtium, verùm etiam cum his à quibus ſto. Nulla eſt ſecta, quæ me non capitaliter oderit, ſed horum præcipuè qui Dominicum corpus nobis auferre conantur, & tamen apud Epiſcopos quoſdam ac Principes inſimulor, quaſi cum illis colludam. Alii queruntur quod non ſtringam calamum in novorum dogmatum autores, aliis id videor parùm acriter facere, nec deſunt qui prædicent me his malis ſeminarium miniſtrâſſe. Ut rurſus ſileam minutos hoſtes, qui anſerum, cimicum, culicum & pulicum ritu, nuſquam non obganniunt, opputent, obſtrepunt & morſitant: qui tametſi venenum non habent, tamen improbitate frequenter adigunt hominem ad vitæ tædium, nonnunquam & ad mortem inſomnia. Hæc me tot annis perpeti, idque ſolum; nam amicos, ſi qui ſunt, ferè abſterret invidia: nonne tibi videtur durius quàm ſemel cum *Stephano* lapidibus obrui? aut ſemel cum *Sebaſtiano* configi jaculis? Ibi cruciatum mors corporis finit, hîc animus ſaucius in multas mortes ſupereſt. Quanquam nec ab iſtorum minis ſum liber, qui corporis interitum moliuntur. Jam nè quod genus malorum abeſſet, neſcio quis ſiniſter genius inter bonarum literarum cultores non minus atrox diſſidium concitavit, quàm eſt inter ſectas de fide digladiantes. Ob *Budæum Badio* collatum *Lutetiæ* lapidor grammaticorum verſiculis. Hæc lues primùm *Romæ* per *Ciceronianos* quoſdam excitata, nunc demigravit in *Galliam*. Ab his ut ſexagenarius de ponte dejicior, ſemelque quicquid hactenus habere viſus ſum vel ingenii, vel eruditionis, vel eloquentiæ, vel judicii, cogor deponere. Atqui plerique ſunt hoc animo, ut malint vitâ quam gloriâ decedere. Gloriam ſi qua eſt æquiſſimo animo poſuerim, at pro gloria, ab omnibus etiam abjectiſſimis conſpui, cædi colaphis, ac propemodum (ſit honos auribus) commingi, concacarique, nonne videtur durius morte? Nec in his malorum undis, ullus affulget portus huic ſenectuti quietus, jam ad nullum hominum convictum accomodæ, nedum aulis aptæ principalibus, niſi nomen dare velim alicui ſectarum; quod haud dubiè facerem, ſi mihi perſuadere poſſem eſſe pia quæ docent omnia. Id quoniam nullâ ratione nec hactenus potui, nec adhuc poſſum, ſatius duco vel cum ſexcentis hominum ſectis belligerari, quàm ab Eccleſiæ catholicæ contubernio diſcedere. Quis ſit harum turbarum futurus exitus, viderit Dominus; mihi perſuaſum eſt, eum perire non poſſe quiſquis in petra immobili pedem fixerit. Probabile eſt, Dominum his motibus & calamitatibus velle caſtigare mores noſtros, qui ſi verum fateri fas eſt, nimiùm nimiùm defluxerant à ſyncera pietate; præſertim in his qui videbantur Eccleſiæ columina: non tantùm ſi reſpicias ad Evangelici ſpiritus vigorem, verùm etiam ſi ſpectes veterum Pontificum conſtitutiones, de probitate ſacerdotum & clericorum editas, quas innumeras *Joannes Gerſonus* in quodam opuſculo commemorat. Quantùm porrò noſtrorum temporum mores, etiamà *Gerſoni* ſeculo receſſerunt? Olim Dominus per ranas, locuſtas, cyniphes, aliáſque peſtes invitavit *Aegyptios* ad pœnitentiam, verùm me divinâ ope fretum, nullus dolor aut vindictæ cupiditas huc perpellet, ut vel locuſta velim eſſe vel *Pharao*. Caſtiget ſponſus ſponſam ſuam ſuo arbitratu, novit enim quid illi expediat; nulla res vel tam blanda, vel tam atrox erit, quæ me diſtrahat ab unicæ columbæ conſortio. Hominum malitia rem auferre poteſt, famam auferre poteſt, vitam auferre poteſt, pietatem, quâ nihil melius, auferre non poteſt, niſi prodamus ipſi theſaurum noſtrum quem habemus ex ſponſi munificentia. Proinde tutiſſimum arbitror illi medico totos nos committere; novit plaſtes ſuum figmentum, novit figulus vaſculum luteum quod deformavit: fingat, refingat, frangat, comminuat, non poteſt in æternum perire, quod illius digitis concreditum eſt: Sive porrigit amarum abſinthium immiſſis triſtibus, ſive blandioribus fovet remediis; deniq; ſive ſecat, ſive urit, dubium non eſt, quin ut fidelis & amicus medicus, noſtræ ſalutis peragat negotium. Ille nimirum ſolus eſt, qui poteſt & ſolet etiam occidendo vivificare; verè juxta *Græcorum* vetus proverbium ἰατρὸς ὁ σφάξας, id eſt, benevolus mactator. Hic fortaſſe me rogabis, num qua titillatio ſollicitârit aliquando mentem meam, ut in aliquam factionem concederem. Equidem non gravabor me totum aperire, tam exploratæ fidei amico, meóſque affectus in tuum ſinum effundere. Interdum quum meo cum animo reputo, tam perverſam tamque pertinacem quorundam malitiam, tangor interdum humano quodam ſenſu, vindicandi cupiditate: ſed ea tam leviter perſtringit, ut ultra ſummam animi cutem nunquam penetret, pungátque tantùm, non vulneret. Mox enim carnis affectum reprehendit ſpiritus, hunc in modum; Quid ſibi vult tam impia cogitatio? Túne ut hominum malitiam vindices, impias manus mittes in matrem Eccleſiam, quæ te ſacro lavacro genuit *Chriſto*; quæ verbo Dei pavet, quæ tot ſacramentis fovet vegetátque? Túne ut improbos lædas, ipſe fies improbus: & ut temporariam injuriam ulciſcaris, animæ tuæ jacturam facies, nunquam recuperabilem: & dum hoſti nocere ſtudes, ipſe tibi quovis hoſte fies nocentior? Reſpice corpuſculum tuum, ſupputa quantulum

vitæ

vitæ tibi superſit. Quum portum teneas, ultro te in mare præcipitabis? Nulla vindicta ſpecioſior, quàm ut teipſum quotidie reddas meliorem. Totus hic tumultus temporarius eſt, urget quod æternum eſt. Hoc, hoc age. Hujuſmodi cogitationibus facillimè diſcutio carnis affectum, qui citra periculum occurrit interdum: ſed tamen efficit ut meliùs intelligam, quod accipio, *Arium, Tertullianum, Vuyclevum*, alioſque nonnullos, invidiâ clericorum & improbitate quorundam monachorum à Chriſtiani gregis communione receſſiſſe, privatúmque dolorem in publicum Eccleſiæ malum emiſiſſe. Ego citiùs & famam & vitam poſuerim, quàm ad facinus tam impium deſcendam. Qui ſic animatus eſt, opinor non facilè prolabitur in hæreſim. Atque utinam liceat his tantis Eccleſiæ malis, hujus vitæ diſpendio mederi. Nam quod nonnullis ſub obtentu zeli mea ſcripta falsò criminantibus liberè reſpondi, non vindictæ cupiditas huc me perpulit, ſed pietatis zelus adverſus malitiæ [illegible] Aliud eſt hæreticum errorem tueri, aliud hæreſeos calumniam depellere. Ad alia convitia obticeſcere fortaſſe lenitas eſt, verùm ad impietatis crimen eſſe mutum impietas eſt, ſi conſcientiam habeas à crimine liberam. *Paulus* jubet & ore fieri confeſſionem ad ſalutem, at negandi genus eſt non habere linguam adverſus intentatam hæreſim. Nec obſcurum eſt quàm frivolas ob cauſas iſti primùm in me coorti ſint. Provexi linguas ac politiores literas, magno rei Theologicæ bono, quibus nunc ſe fingunt favere, quum annis plus quadraginta nullum non lapidem moverint, ut eas profligarent ac ſuboleſcentes obruerent. Atque hoc eſt hujus tragœdiæ ſeminarium. Adhortatus ſum theologos, ut omiſſis quæſtiunculis quæ plus habent oſtentationis quàm pietatis, conferrent ſeſe ad ipſos ſcripturarum fontes, & ad veteres Eccleſiæ doctores. Cæterùm ſcholaſticam Theologiam non ſublatam, ſed puriorem magísque ſeriam eſſe volui. Hoc, niſi fallor, favere eſt, non lædere. Adhortatus ſum monachos, ut verè ſtudeant eſſe quod dicuntur, hoc eſt, mundo mortui; minùs fiderent exteris ceremoniis, magis amplecterentur veram animi pietatem. Utrum hoc eſt odiſſe monachos, an bene velle potiùs? Notavi quoſdam qui vota temerè ſuſcipiunt, item alios qui rudem ætatem artibus in naſſam illiciunt: iſtos qui ſine gravibus cauſis, ſine Pontificum autoritate deſerunt inſtitutum ſuum nunquam probavi; imò multos vacillantes vel conſolatus ſum, vel confirmavi. Traduxi præpoſtera judicia, unde ſcatet præcipua peſtis Chriſtianæ religionis. Hoc opinor eſt illam juvare non lædere. Sæpius optavi Pontifices, Cardinales, & Epiſcopos tales, ut in his reluceret apoſtolica pietas; nunquam mihi venit in mentem quenquam de ſuo gradu deturbandum eſſe. Nunquam contempſi neque contemnendas docui conſtitutiones ac ritus Eccleſiæ, ſed prætuli præcepta Dei, & commonſtravi à ceremoniis profectum ad meliora: & ſi quid in hiſce rebus irrepſiſſet hominum negligentiâ, indicavi quomodo poſſet corrigi, id quod non rarò fecit Eccleſia. Nullum Eccleſiæ ſacramentum non ſemper veneratus ſum, quanquam de Matrimonio veteres diverſa ſenſiſſe animadverto. De Confeſſione ſacramentali nunquam dubitavi, quin eam religioſè, velut à Chriſti ſpiritu traditam, putârim obſervandam; nec unquam auſus ſum aut auderem ad Chriſti menſam accedere, aut ex hac vita decedere, niſi ſacerdoti confeſſus quæ gravant conſcientiam: tantùm hæc qualis nunc in uſu eſt an ab ipſo *Chriſto* prodita fuerit dubitavi, ſed ita ut magnopere faveam, ſi quis hoc argumentis irrefutabilibus poſſit evincere. De Miſſa abroganda nunquam ſomniavi. De Euchariſtia nullum video argumentandi finem, tamen mihi nunquam perſuaderi potuit neque poterit, *Chriſtum* qui veritas eſt, qui charitas eſt, tamdiu paſſurum fuiſſe dilectam ſponſam ſuam hærere in errore tam abominando, ut cruſtulum farinaceum pro ipſo adoraret. De verbis quibus conſecramus aliquando deſideravi, fateor, pleniùs edoceri. Verùm in hujuſmodi ſcrupulis facilè ſoleo in Eccleſiæ catholicæ judicio acquieſcere. Dogma quo quidam cuivis tribuunt poteſtatem conſecrandi, abſolvendi & ordinandi, ſemper habui pro manifeſta inſania. A ſectis & ſchiſmatibus unicè ſemper abhorrui, nec hactenus ulli me addixi factioni, quum eò tot cauſæ protruderent; nec ullos mihi collegi diſcipulos, ſed ſi quos nactus ſum, *Chriſto* tradidi. Illud potiſſimùm me lædit apud quoſdam, quos & neſcire pudet & piget diſcere, quòd in annotationibus meis multa indico à doctoribus ſuperiorum temporum perperàm intellecta; quòd ad alliciendos ſegnes ad Chriſtianæ philoſophiæ ſtudium, novum teſtamentum ſermone paulò mundiore explanavi. Nam iſti quanquam ſibi videntur pulchrè latini, quod vitent ſolœciſmos manifeſtos, (tametſi nè hos quidam ſatis vitant) tamen à linguæ *Romanæ* deliciis plurimùm abſunt. Non agnoſcunt proprietatem & emphaſim vocum, non agnoſcunt tropos & alluſiones, quæ non parùm venuſtatis & gratiæ addunt orationi. Proinde ſæpenumero fit, ut cum idem dicam, quoniam non iiſdem verbis dicuntur quibus illi ſolent, ſua probent, mea reprehendant. Utinam autem in ſcholaſticis illis placitis, ad quæ nunc velut ad gnomones exigunt ſcripturarum intelligentiam, inter ſe ſcholæ conſentiant. Probetur ſanè illud dicendi genus, ſed in diatribis ſcholaſticis, ubi qualibuſcunque verbis rerum ſubtilitas explicanda eſt: in concionibus & in his libris qui parantur non ſolùm ad docendum, verum etiam ad excitandos affectus, dictu mirum, quàm illa frigeant; apud eos verò qui munditiem orationis requirunt, riſui ſunt etiam ac nauſeæ. Quòd ſi civiliter amplexi fuiſſent linguas & politiores literas, & ipſorum ſtudia rectiùs haberent, nec his tragœdiis fuiſſet concuſſus orbis. Porrò, quòd monachi quidam confidunt, iſtiuſmodi tumultibus omnem tyrannidem ſuam & veterem ſophiſticam ac barbariem ſimul cum ſuperſtitione poſſe reſtitui, multùm falluntur meâ quidem ſententiâ. Aut ſi credimus Pontificum & Cardinalium opibus & Epiſcoporum copiis hoc incendium reſtingui poſſe, vereor ut ſuccedat, & ſi ad tempus opprimatur, mox erupturum eſt. Nam quî fieri poteſt, ut his rebus medeamur morbo, quæ morbo dedêre cauſam? Suum quiſque trahit funiculum, unicum potiùs omnes trahamus funiculum, videlicet *Chriſti*. Non oportuit quenquam ob hominum improbos mores à piis Eccleſiæ dogmatibus recedere: ſed illud eſt prudentiæ Chriſtianæ ſtirpem ac radicem horum malorum ſemel excindere, nè facilè queant repullulaſcere. Meam quidem privatam calamitatem

tatem moderatiùs fero, quòd sciam eam non fore diuturnam. Jam enim delibor, & agnosco supremum vitæ diem haud procul abesse, sed profectò publicam Ecclesiæ ruinam non possum non acerbè ferre. Si tempestas hæc tantùm eos attingeret, qui dedêre causam, tolerabilior esset. Nunc quot pii sacerdotes, quot integri monachi, quot sanctæ virgines indignis tractantur modis? & si spectemus proœmia, videntur atrociora imminere, ni propitii numinis bonitas dignetur avertere, quam equidem spero nobis non defuturam, si synceris animis ad eam confugerimus. Ea consoletur cor tuum & afflictorum omnium, domine & amice in *Christo* charissime. Datum *Basil.* Calendas Aprilis, Anno M D XXIX.

A *Hispania*, frustra prohibente Cæsare, Archiepiscopo *Toletano*, & *Hispalensi* cum optimis quibusque, quidque moliantur *Beddaici* quidam *Lutetiæ*, non miraretur, quod aliquid desiderem in monachis ac Theologis quibusdam. Nec enim omnes insimulo. Certè multorum inconsulta improbitas plurimùm obfuit Ecclesiæ tranquillitati. Si Episcopi cum sacerdotibus, imò si omnes nos ex animo converteremus nos ad Dominum, intelligentes hanc esse manum Dei, ipse tolleret à nobis iram suam, & sua misericordia lætum exitum daret his tumultibus. Pium est votum malle mederi seductis quàm occidere: & timere, nè severitas Principum adferat gravius morbo malum, non est faventis hæresibus, sed Principibus ac reipublicæ metuentis. Hæc est affectus mei summa, quam obsecro ut tua illustrissima Celsitudo in bonam partem interpretetur; quæ si dignabitur meam epistolam relegere, fortasse rectiùs perspiciet quidsenserim. *Christophorum Carlevitium* illustrissimæ tuæ Celsitudini commendavi, spe quidem optimâ, sed tamen non absque metu, qui semel atque iterum hujusmodi commendationibus fueram pudefactus. Adero tamen juveni monitor & extimulator sedulus, ut & tuæ expectationi & meo testimonio respondeat, quod illum ut facturum confidam multis adducor argumentis. Is *Dolam* concessit, partim ob dissidia factionum, partim linguæ *Gallicæ* discendæ studio. Curabo tamen ut accipiat quæ misisti. Mitto exemplar epistolæ Cæsareæ, quam proximam ad me misit. Hæc raptim & ex tempore, quòd is qui fasciculum pertulit, mox accingebatur ad iter. Opto tuam Celsitudinem illustrissimam quàm optimè valere. Datum *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno M D XXVIII.

B

C

D

Erasmus Roterodamus Georgio Saxoniæ Duci S. D.

Epist. 39. TUa singularis humanitas, illustrissime Princeps, hanc me docuit fiduciam, ut ex tempore & incogitantiùs scribam ad tuam celsitudinem, quam video nonnihil offensam epistolâ meâ, quam scripseram III. Cal. Junias, M D XXVII, synceriſſimo quidem animo, sed, ut apparet, incircumspectiùs, quàm decuit ad talem tantumque Principem. Et tamen similia scripsi non semel Cæsari & *Ferdinando*, qui cognoscentes synceritatem animi mei, in bonam partem accipiunt meam simplicitatem. Cæsaris literas postremas ad te mitto. Absit ut ego Cæsarem aut *Ferdinandum* sævitiæ insimulem, quibus omnia debeo, & quorum favore subsisto adversùs insultus quorundam, qui miris cuniculis mihi jam olim moliuntur exitium. Quòd consiliis & incruentis rationibus malo sanari pestem hanc, quàm tot hominum millia occidi, mihi commune est cum *Augustino*, *Hieronymo*, breviter cum omnibus illis Christianæ fidei propugnatoribus. Nec hic ago negotium hæreticorum, sed Principum & orthodoxorum. Videmus quàm latè serpserit hæc lues. Si tantùm ferro res agatur, multos bonos ac pios involvet ea tempestas, & bellorum incertus est exitus. Si indulgerem humano affectui, hoc est, si tam malè vellem *Lutheranis*, quàm malè volunt mihi, exhortarer summis viribus Principes ad sævitiam, sed aliud suadet Christiana charitas, aliud consulit humanæ conditionis respectus. Non semper spectandum est, quid mereatur hæreticorum impietas, sed quid expediat reipublicæ Christianæ. Certè nostrum est semper ad meliora vocare consilia, nec ideò tamen minùs licet Principibus uti suo jure. *Augustinus* toties sollicitè interfuit nè occiderentur *Donatistæ* plusquam hæretici. Et tamen ea pestis non transierat *Africam*. Hic igitur nihil opus est, ut quisquam sævitiæ calumniam à Cæsare & *Ferdinando* depellat, quum in iisdem literis fatear hæreticorum improbitatem ad sævitiam provocare. Dignus igitur sævitiâ, qui huc provocat. De sævitia bellorum nihil sensi, quanquam, si fieri posset, optarem & Monarcharum animos jungeret Christiana concordia, & huc frequenter sum hortatus Cæsarem. Id si fieri non potest, illud precari non desinam, ut Cæsar ac *Ferdinandus* vincant quàm minimo sanguinis humani dispendio. Opto ut felicior sit exitus quàm polliceri videntur proœmia. Si sciret illustrissima tua Celsitudo quas turbas monachi concitârint in

E

F

G

Erasmus Roterodamus Hermano Phrysio S. D.

GRatulor tibi incolumem ex *Italia* reditum, gratulor felix conjugium, ut utrumque perpetuum sit vehementer optans. Dialogis meis de *Pronunciatione* & *Ciceroniano* adjeci orationem *Rodolphi Agricolæ Mediolani* sicuti videtur, habitam. Nihil ab illo viro proficiscitur, quod non divinitatem quandam spiret. Itaque nolim quicquam illius intercidere. Hoc studii, mi *Hermane*, debes vel patriæ, vel affinitati. Quare te rogo ut in hoc incumbas. Nulli magis congruit hoc munus quàm tibi. Opus de *Inventione Rhetorica* quidam oneravit Commentariis, juvenis ut apparet nec indoctus, nec infacundus; sed insunt multa ἀλόγως quædam etiam odiosiora, juveniliterque destomachata. Malim scholia docta, & ad rem facientia. Ni tot oneribus essem oppressus, non gravarer hanc suscipere provinciam, adeo faveo *Rodolphi* memoriæ. Hanc operam si sumpseris, simul & tuum nomen reddes illustrius. Feret hæc aliquam tibi famæ commoditatem. Socerum tuum *Pompeium Occonem* saluta meis verbis diligenter. Tu vale quàm optimè. Datum *Basil.* tredecimo Calend. Aprilis, Anno M D XXVIII

Erasmus Roterodamus Adriano Arivulo S. D.

SIluerunt epistolæ, at non siluit amor; interrupta est literarum vicissitudo, at non intermissa *Epist.* 41.

est

est tui memoria, cujus erga me pietatem pleniùs etiam ex *Franciſci Dilfi* prædicatione cognovi. Hujus convictu mihi fortunatus videbar, niſi neceſſitas illum diſtraxiſſet à nobis, vereor nè ſimul & à Muſis. Quæ hìc gerantur omnia cognoſces ex *Dilfo*, quo mihi licet eſſe breviorem. Si tuæ res ſecundis ventis ſuccedunt, eſt quod ſummopere gaudeam: certè meretur iſte mentis tuæ candor fortunam proſperrimam. Nuper *Oecolampadius* duxit uxorem, puellam non inelegantem. Vult opinor affligere carnem. Quidam appellant *Lutheranam* tragœdiam, mihi videtur eſſe comœdia. Semper enim in nuptias exeunt tumultus. Si quid habes bonæ rei, ſcribe per *Quirinum Taleſium* meum. Bene vale. *Baſileæ* duodecimo Calendas Aprilis, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Roterodamus Alfonſo Manrico Archiepiſcopo Hiſpalenſi S. D.

Epiſt. 42. ORnatiſſime Præſul, Teſtis eſt mihi Dominus, quòd magis ſollicitus fuerim, nè quid tumultùs monachorum improbitas apud vos excitaret, quàm de cauſa mea. Nam me quidem hæc Eccleſiæ diſſidia ſic diſcruciant, ut mihi propemodum optabilior mors ſit quàm vita. Si verè ſpectarent *Chriſti* gloriam, ac pietatis negotium, nequaquam ad iſtum modum publicam tranquillitatem inquietarent. At vereor nè complures iſtorum tranſverſos agat gloriæ ſitis, ac gulæ ventríſque negotium. Dolet minoris fieri quàm ſolent aut vellent, dolet minus licere quàm liberet, dolet pleroſque reſipiſcere, quorum ſimplicitas hactenus illis lucro fuit. Magis autem gaudere debebant de lucro pietatis déque gloria *Chriſti*. In hoc uno oportebat & gloriam, & opes, & autoritatem, & voluptatem omnem collocare, qui ſe mundo mortuos profitentur. Ago gratias Domino, qui per tuam autoritatem inconditos iſtorum tumultus mitigare dignatus eſt. Neque me clam eſt, quantum debeam abſolutiſſimo Theologo *Lodovico Coronello*. *Chriſtus* qui per vos hæc operatur, rependet vobis præmium, nunquam auferendum. Ego patienter omnia tolerans, quæ Dominus immittit, ſeu læta, ſeu triſtia, bonas literas, ac pietatem pro meâ virili provehere conabor, uſq; ad extremum animæ. Erupit in vulgus apologia noſtra, quam ego magnopere premi cupiebam, non tantùm eò quòd ſuſpicabar amplitudinem tuam id malle, verum etiam quòd meâ referret hoc negotium non ſpargi latiùs; quæ res & adverſarios plus ſatis irritatos acriùs exacerbaret, & mihi non mediocrem invidiam conflaret apud plurimos. Verùm hujus casùs veniam deprecor in priore præfatione, quam alteri præpoſui. Dominus amplitudinem tuam ſervet incolumem, eximie præſul, qui per te tuíque ſimiles Eccleſiæ ſuæ pacem ac tranquillitatem reſtituere dignetur. Datum *Baſileæ* duodecimo Calend. Aprilis, Anno M D XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Henrico Botteo S. D.

Epiſt. 43. SI hoc eſt temporis jacturam facere, utinam liceret perpetuò cum candidis amicis miſcendo ſermones bonas horas tranſigere. Nunc pluſquam dimidium temporis datur legendis ac ſcribendis epiſtolis, & multis & prolixis, & ferè inamœnis. Unde ſtatuarius iſte nactus ſit effigiem mei demiror, niſi fortaſſe habet eam quam *Quintinus Antuerpiæ* fudit ære. Pinxit me *Durerius*, ſed nihil ſimile. *Hiſpanienſes* monachi tantum improbitate valent, ut ipſi etiam Cæſari, quem orbis Monarcham eſſe volunt, ſint formidabiles, ſed apud eruditos nihil lucri referunt præter riſum & odium. Qui fuit hujus tumultûs anteſignanus ex nudipedum & funigerorum genere, cum primis damnavit quod in Enchiridio laudârim Apoſtolorum germanam Theologiam, quæ & Regum ſceptra, & Philoſophorum ſupercilium ſub *Chriſti* jugum miſerit, ſic interpretans, quaſi ſenſerim in ſola *Germania* eſſe veram Theologiam. Nuper alius monachus apud Archiepiſcopum Toletanum accuſavit me, quod non probarem eos, opinor *Cartuſianos*, qui ob eſum carnium negatum ſinant proximum venire in capitis periculum, interpretans capitis periculum, levem capitis dolorem. Ventres nec Græcè ſciunt, nec Latinè, & volunt eſſe judices ſcriptorum meorum. Apologia jam exiit. Nec minùs ſtolidè furit *Bedda* cum aliquot ſuis, diſſimulans quicquid illi reſponſum eſt. Nuper hac de re ſcripſi Senatui, & ſacratiſſimæ facultati. Si hæc non eſt fatalis inſania, neſcio quid ſit. Sed *Lutheri* monachorum, Theologorum tumultus minima pars eſt meorum malorum, clancularíæ inſidiæ longè magis excruciant. Verùm quando hæc aguntur arte divinâ, certum eſt omnia boni conſulere. Bene vale. *Baſileæ* quarto Cal. Aprilis, Anno milleſimo quingenteſimo viceſimo octavo.

Eraſmus Roterodamus Petro Decimario S. D.

Epiſt. 44. QUamdiu corpuſculum hoc ſuffecturum ſit laboribus, novit in cujus arbitrio ſunt res mortalium omnes. Qui jactant vires attritas ut ſcribis, aliquantò clementiùs me tractant illis, qui me ſolent quotannis bis efferre. Nunc gratiâ *Chriſti* valetudo paulò proſperior eſt quàm fuit annis ſuperioribus. Ventres ac mali πομφόλυγες nihil aliud lucrifaciunt quàm odium ac ludibrium, nec ſatis mirari poſſum hominum ſtoliditatem. Quum hanc tempeſtatem nobis immiſerit Dei manus, vitiis hominum exacerbati, culpam in alios rejicimus, & canum more lapidem projectum mordemus, non attendentes ad eum qui projecit. Dominus eſt qui nos omnes vocat ad vitæ correctionem, nec audimus admonentem, ſed frivolis cauſationibus ipſi nobis blandimur. *Guilelmum Carmelum* & *Stephanum Florimundum*, meo nomine viciſſim ſalutabis amanter. Cum ventribus non eſt admodùm verbis decertandum, modeſtiâ rectéque factis eos ulciſci pulcherrimum eſt. Mittam tibi duos libellos recèns excuſos, alterum *De recta Pronunciatione*, alterum *De phraſi Ciceroniana*; ſi modò negotiator non gravabitur hoc oneris ſuſcipere. Geminum tetraſticon non gravabimur addere *Copiæ*, aut ſimili libello. Proverbiis non item quadraret. Bene vale. *Baſileæ* quarto Calendas Aprilis, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Fortiſſimæ

Fortissimæ Elvetiorum Nationi in Concilio Badensi, Erasmus Rot. S. D.

Epist.45. QUum mihi non deesset animus unicè propensus ac promptus ad id quò me quum vestra omnium voluntas, quibus ex animo bene volo: præsertim eodem non minùs amanter quàm instanter vocante inclyto hujus urbis senatu, cui nihil non debeo, tum ipsius negotii pietas invitabat, domini & amici mihi semper observandi; tamen ut nihil aliud fuisset, hæc valetudo plusquam vitrea, & ad quamvis levem occasionem periclitans, justiorem quàm ipse vellem præbuit excusationem, quo minùs isti cœtui vestro liceret interesse. Quanquam absq; me spiritus *Jesu* suggeret cordibus vestris salutifera consilia, ut omnes sitis unanimes in sana doctrina Ecclesiæ Catholicæ. Unum tamen erat, de quo pietatem vestram p literas admonere visum est, videlicet, quòd ea res non minùs vestrâ omnium referat, quàm meâ. Sparsus est ante paucos dies libellus, cui titulus *Erasmi & Lutheri opinio de Cœna Domini*, de quo difficile sit pronunciare, utrum plus habeat stultitiæ, an malitiæ. Quum in singulis paginis iteretur nomen *Erasmi*, ipse qui scripsit nusquam est ausus apponere nomen suum, nisi quòd in calce subjicit nomen fictitium, quod ipsum statim argumentum est malæ conscientiæ. Deinde vehit me magnificis laudibus, hoc est, afficit honorificâ contumeliâ, sic laudans prudentiam & eruditionem meam, ut persuadere conetur, quasi faveam dogmati quod jam olim damnatum est ab Ecclesia Catholica, quasi societas erroris valeat adversus veritatem. Ac planè stultissimis argumentis conatur persuadere, me aliud celare in corde quàm velim profiteri, cujus rei causam vult videri timiditatem: præterea colligit è libris meis loca quædam impudentissimè depravata, & ad suspitionem detorta. Sed hujus scriptoris stultam insaniam brevi libello edito depingam, fortassis intra sex dies. Nunc nè quem in ruinam trahat nominis mei fumus, quem artifex iste conatus est oculis simplicium offundere, illud modò vobis, egregii domini, testatum esse volo, me non recusare quo minùs habear omnium hæreticorum princeps, si in meis lucubrationibus, quas scripsi plurimas, vel unus locus inveniri queat, qui de Eucharistia secus sentiat, quàm hactenus nobis præscripsit ex autoritate divinarum scripturarum Ecclesia Catholica; aut si quisquam mortalium audivit me probantem opinionem *Wyclevitarum*, quam nunc renovant quidam. Hoc mihi satis est apud homines. Testor autem Deum, qui solus novit corda hominum, atque hunc mihi precor iratum, si unquam desedit in animo meo sententia quæ pugnat cum eâ, quam hactenus magno consensu defendit Ecclesia Catholica. Quid aliis revelatum sit ipsi viderint; Mihi nullæ rationes hactenus persuadere potuerunt, ut discederem à præscripto Ecclesiæ. Nec hic metus est humanus, religio est, ac metus iræ divinæ. Isti impudenter objiciunt timiditatem, quum ipsi non audeant suis libellis nomen suum adscribere; & fortes sibi videntur, quòd famosis furiosisque libellis, ac subinde novis opinionibus miscent orbem dissidiis. Si dissentit, inquiunt, cur non scribit contra? Quasi consentiat quisquis non scribit in adversum, aut quasi desint qui scriptis repugnent. Sunt isthic in concilio qui viderunt quod exorsus eram scribere adversus opinionem *Carolstadii*, noverunt-que causam, quamobrem quod cœperam intermiserim; nec is ignorat causam, qui hujus libelli fuit, vel autor, vel instigator. Qui tales emittunt libellos plusquam famosos sine loci, typographi, autorisque vero titulo, nec famosus tantùm, verum etiam disidiorũ & hæresẽ disseminatores, etiam apud Ethnicos puniebantur capitis supplicio. Et quod apud illos erat capitale facinus, nunc quorundam ludus est, qui sibi videntur Evangelicæ doctrinæ propugnatores. Habetis, magnifici domini animi mei sententiam, bonâ fide declaratam. Proinde si quis ob sceleratum illum libellum impegerit, mihi non poterit imputare: Meo sum officio functus. Cæterùm vestræ justitiæ fuerit, curare nè levibus ac fatuis impune sit ad istum modum ludere cum periculo, tum vitæ, tum famæ alienæ, non sine pernicie reipublicæ. Precor ut Dominus *Jesus* bene fortunet quod agitis Domini mei semper amplectendi. Datum *Basileæ* Idus Maii, Anno M. D. XXVI.

Gulielmo Waramo Archiepiscopo Cantuariensi Erasmus Roterodamus S. D.

Epist.46. AMplissime præsul, ac benignissime studiorum meorum *Mæcenas*, erupit tandem in apertum vetus illa in me conjuratio Monachorum ac pseudotheologorum, hoc agentium ut libros meos excutiant è manibus hominum, sed mihe credi non habebit successum. Multis regionibus simul aggressi sunt hoc negotium, devotis animis; sed ubique repererunt potentes, qui conatibus illorum furiosis obsisterint. Habeo fermè quicquid notârunt in libris meis, & sane gaudeo non alia posse produci ab his, qui plusquam hostilibus animis ad calumniam detorquent omnia. Si vacabit legere libellum, cognosces quibus mendaciis & sycophantiis mecum agant. In hoc tumultu vetus ille tragœdiarum artifex velut *Androclides* fortem agit virum, oblitus suæ legationis, jidq; quũ non ignoret me *Archiepiscopo Toletano*, præter alios aliquot episcopos, multis Aulæ proceribus atq; ipsi etiam Cæsari non ingratum esse. Demus aliquid in libris meis esse, quod poterat dici circumspectiùs; certè nihil impium possunt ostendere. Quod autem exemplum hoc est, ex malitiosa conspiratione per universum orbem, clamoribus insanis, & furiosis libellis unum hominem aggredi? Hoc non est defendere fidem, quo titulo isti se venditant, sed novos tumultus excitare, quum turbarum undique sit plus satis. Excitavi plurimos ad bonarum literarum studium, quin & Theologorum studia tot lucubrationibus meis, vel excitavi, vel adjuvi. Si quid inest humani lapsus, poterat dari negotium aliquot integris ac doctis viris, ad quorum judicium corrigerentur ea quæ jure offenderent. Verùm non offenduntur erratis; aliud est quod illos urit. Ex linguis ac bonis literis undique feliciter efflorescentibus, vident suam opinionem apud omnes decrescere; nec mirum qui tot jam annis adversus optima studia summâ vi belligerantur, quæ si voluissent amplecti, nec aliorum dignitatem obscurâssent, & suam illustrâssent etiam; Nunc torquet illos invidia. Per omnes orbis nationes *Erasmi* qualiacunq; scripta teruntur manibus, *Sutorum* & *Beddarum* libri ridentur à pueris. Est

& aliud hulcus. In libris meis nonnunquam admoneo Theologos,ut omiſſis quæſtionibus ſophiſticis adeant fontes ſcripturarum, evolvant ſanctos Eccleſiæ doctores, & indico loca quædam in quibus lapſi ſunt ob linguarum ac vetuſtatis inſcitiam. Similiter & monachos admoneo,quibus in rebus ſita ſit vera religio. Id iſtos malè habet, malebunt antiquum Theologorum ac monachorum regnum manere, verùm hoc non expediebat populo Chriſtiano. Ex meis libris nec hæreſis, nec diſſidiũ ullum eſt natum,iſti ſuis clamoribus ſuſcitant hos tumultus. Sed intra paucos annos videbis ſcenam rerum humanarum inverſam,& eam moderationem quam perpetuò ſequutus ſum in ſcriptis meis amplectentur. Vociferantur iſthìc in *Colloquia* mea, quum vix alius liber ſit conducibilior ad eximendas animis hominum ſtultas de rebus opiniones. Erit autem illud prudentiæ Principum,hos tumultus inconditos autoritate ſuà compeſcere, alioqui in gravius incendium exituros quàm hactenus excitatum eſt à *Lutheranis*. Habent titulos honeſtos, quibus hoc faciant.Satis eſt turbarum in Eccleſia, etiamſi non quæramus novam turbationum materiam, & abundè eſt nobis negotii cũ iis,qui palam profitentur ac ſcriptis defendunt ea quæ docet *Lutherus*,etiamſi non faceſſamus negotium iis qui nobiſcum pugnant adverſus *Lutherum*. Deinde, quoniam Cæſar habet in animo quædam in Eccleſiam recepta in melius reſtituere,quod abſque frequentiſſimo Principum concilio fieri non poteſt,præſtat ſi quid eſt ejuſmodi rerum,in illud differre tempus. Nunc quantum licet paci ſtudendum eſt,& excludenda diſſidiorum materia. Poſtremò ſi maximè ſcriberem ſecus quàm oportet,non expedit iſtiuſmodi clamoribus, calumniis, conſpirationibus, libellis rabioſis,mederi lapſibus hominum. Nam talibus modis *Lutheranũ* negotium ex minimis initiis ad hoc incendium, quod nunc latè per orbem divagatur, exacerbatum eſt. Hujuſmodi titulis ſi Principes iſtorum impetus fregerint, mox conſiſcet eorũ tumultus ; Sin indulſerint illorum impotentibus odiis. res eò proficiet,ut quum Principes volent eos compeſcere non queant. Hi fatales orbis motus non abſque numine videntur orti,modiſq; non credendis huc uſque progreſſi. Arcanum eſt Dei conſilium,quid moliantur homines ſtudiis videmus,quid moliatur Deus nobis incertum : novit malitiam ac ſtultitiam mortalium in ſuam gloriam & in bonorum ſalutem vertere. Proinde mihi ſemper erit curæ,ut illi præſtem ſynceram conſcientiam; de exitu viderit ipſe. Si tua ſublimitas cupiet ampliùs de iis quæ hic geruntur cognoſcere, ex his quæ miſi *Bedyllo* ſecretario tuo licebit.Dedi negotiũ *Petro Aegidio* ut ad te mitteret divi *Hieronymi* volumina poſterioris editionis pulchrè cõcinnata,an fecerit neſcio. *Baſil.* Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Rot. Georgio Duci Saxoniæ S. D.

Epiſt. 47. ILluſtriſſime Princeps, lubens accepi libellum, lubentiùs tuæ Celſitudinis literas. Mitto nunc alterum librum *Hyperaſpiſtæ*, ſi quis erit qui tantum velit ſuſpicere ſarcinulæ. An pro ſuo merito tractaverim *Lutherum*, tuum eſto judicium. Illud poſſum verè dicere, mihi jamdiu nihil fuiſſe moleſtius, quàm iſtius hominis glorioſas nænias perlegere. Nam hoc tædium erat devorandum, ſi voluiſſem illi ſeriò reſpondere : neq; me clàm eſt,quos fremitus ille liber ſit excitaturus, quòd hæc auſim in ipſorum regno. Itaque ni me Principes ſuo favore ſublevent, vereor ut ſubſiſtam, non tantum ob *Lutheranos*, quantum ob quoſdam titulo *Antilutheranos*, re *Lutheraniſtimos*, qui victoriam *Chriſto* debitam conantur ad ſe trahere. Opto ſereniſſimę Celſitudini tuæ perpetuam felicitatem. Datũ *Baſileæ* Calend. Septem. Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Joanni Canio Canonico Curtracenſi S. D.

PRo tuo ſolito in me ſtudio gratiam habeo maximam.Quòd pecunia tamdiu manſit apud *M. Laurinum* mihi luculento damno fuit, quod tamen nulli poſſum imputare, niſi moribus aulæ. Si fuiſſet apud *Schetum*,ille curâſſet nè quid detrimenti caperem. *Petrum Barbirium* arbitror irato *Mercurio* natum,qui tot annos verſatus in aulis monarcharum, Cæſaris, *Romani* Pontificis,idq; apud *Hiſpanos*,ubi glebæ fluviique ferunt aurum,tamen nudus ad nos redierit. *Nicolaũ Barbirium* enatâſſe ſalvum non meâ tantùm causâ gaudeo. Nam ſcribis hoc meâ quoque referre. Tibi precor omnia tuis digna virtutibus.*Barbirius* mihi debet bonam pecuniam, optârim ut maturè diteſcat,quo poſſet ſolvere. Datum *Baſileæ* octavo Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII. *Epiſt.* 43.

Poſthac ſi commodè potes,nè cui des pecuniam, niſi cui juſſit *Eraſmus Schetus*. Is rectiùs curabit, ut quàm minimo diſpendio ad me perveniat homo non optimè latinus, ſed tamen optimæ fidei.

Eraſmus Rot. Joanni Cochleio S. D.

SCiebam errore factum de mutato editionis ordine, & ſi ſtudio factum eſſet, res levioris eſt momenti, quàm ut ob id minùs jucundus ſis amicus, tantum abeſt ut ſim offenſus. *Thomam Morum* tibi factum amicum gaudeo. Decet enim, ut ſi juxta proverbium amicorum communia ſunt omnia, ſint amicorum & ipſi communes amici. Quòd peninſulam *Cymbricam* cogitas, precor ut bene vertat. Iter perlongum eſt, & gens fera dicitur, & inſtat hyems, præterea Cæſar molitur generale Concilium. Habeo libellos quibus continentur omnia acta inter Cęſarem, *Gallum*, *Venetos*, & Pontificem, excuſa *Compluti* per *Cancellarium Mercurinum*. Verùm ſi te urget res & allicit bona ſpes,mitiùs feram tui deſiderium, quem tamen mallem abeſſe propiùs. Si epiſcopi pugnarent pro regno *Chriſti* non pro ſuo, alacrioribus animis capeſſeremus hanc militiam.Et tamen interim compeſcenda eſt improborum ſeditioſa temeritas, donec Deus affleat Principum animos. Horum tumultuum nullus unquam erit finis niſi quædam mutentur, ſed ea ſunt ejuſmodi ut nulla ſpes ſit fore, ut recipiant. Quare tibi nihil in iſto negotio poſſum conſulere, niſi ut ſpectes non hominum, ſed *Chriſti* negotium, magiſque ſis intentus ſervandis hominibus, quàm puniendis. Plura literis committere nec vacat nec tutum eſt. Bene vale frater & commilito in Domino chariſſime. Datum *Baſileæ* octavo Calendas Septembris, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Optimo *Nauſeæ* multam ex me ſalutem dicito.

Deſ.

Deſ. Eraſmus Roterodamus Bilibaldo Pirkhemero S. D.

Epiſt.50. VIR clariſſime, Opinor *Franciſcum Dilſum* apud te fuiſſe, talemque compertum, qualem depinxeram. Ab ejus abitu redditæ ſunt mihi tuæ literæ, ſatis & alacres & copioſæ, quæ mihi triſtitiam omnem abſtersêre, quam ex prioribus illis literis, quas aborta tibi paralyſis interruperat, conceperam. De fide amicorum etiam poſt illam meam querimoniam, talia comperi, ut totam ancoram ſacram & non ſacram fixerim in *Chriſto*, qui ſolus nec vult nec poteſt fallere. Homines mirum quàm interdum ſimulent & diſſimulent, & ſi qui ex animo bene volunt, immane quàm hoc eſt temporarium, quàm levi occaſione totus ille favor vertitur in odium? Ibi quàm tenax offenſæ memoria, quàm profunda beneficiorum omnium oblivio. Sunt qui prodeſſe ſi velint nihil poſſint, quũ lædere nemo non poſſit: Sunt qui dum imprudenter prodeſſe ſtudent, lædunt maximè. Cum talibus amicis nobis res eſt, quod quidem mihi tecũ commune eſſe doleo, moderatiùs laturus, ſi mihi proprium eſſet incommodum. Mones autem, & prudenter & amanter, ut horum mores boni conſulam, ni malim inſolitudinem aliquam demigrare. Humana vitia facillimè condono amicis, Capitales perfidias ab iis in quos fui cumulatiſſimè beneficus, devoro quidem, ſed non ſine tædio. Abſit autem ut tale quicquam de te ſuſpicer. Quanquam novi quoſdam huic rei natos, dirimendis bonorum amicitiis. Facilè boni conſulo quæ ſcribis de *Oecolampadiano* negotio, modò tu probes quòd in eo quietem ago. Fueram orſus, ſed ilicò ſenſi me nihil aliud profecturum, quàm ut hìc concitarem tumultum, rebus nimiũ ſuppuratis. Et jam nunc meditor fugam, nec video quò. In *Hiſpaniis* tantos tumultus excitârunt μοναχῶν παῦδες, ut nec Cæſaris, nec Archiepiſcoporũ autoritas poſſit eos compeſcere. *Lutetiæ* Theologi quidam duce *Beddâ* moliuntur extrema. *Lovanii* qui Princeps eſt hujus carnificinę mihi capitalis dicitur inimicus, ut eſt bonis omnibus. In *Anglia* invitat amantiſſimè, tum Rex tum Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, ſed plurima ſunt quæ me deterrent ab ea inſula. Verùm quorſum attinet hæc deliberatio? quum hæc valetudo non patiatur ullam profectionem, quum ægrè domi tuear vitam, ſi tamen hoc eſt vitam & non potiùs animam agere. An *Philippus* adfuerit *Luthero* adverſus *Diatribam* necnè, meâ quidem haud magni refert. Articulos rurſus hìc excuderunt. Videtur *Lutherus* nonnihil adulari ſuo Principi. Ubicunque regnat *Lutheraniſmus*, ibi literarũ eſt interitus. Et tamẽ hoc genus hominũ maximè literis alitur. Duo tantùm quærunt, cenſũ & uxorem. Cætera præſtat illis Evangeliũ, hoc eſt, poteſtatem vivendi ut volunt. Regis *Ferdinandi* res ſat pulchrè habent in *Ungaria*, ſi liceat per Turcam. *Urſinus Velius* jam conſcripſit librũ de rebus ab eo geſtis. *Anabaptiſtas* potiſſimùm ſuppliciis terret, qui tollere dicuntur omnem principatum. Calculus meus verſus eſt in calcem, cujus magnam vim quotidiè ejicio, ſed tolerabili cruciatu. Divino malum conceptũ ex vino & ſaccaro, quorum utrunque venefici calce opinor temperant. Utinam tibi pro iſta aqua quâ vitam quemadmodũ ſcribis ſuſtentas, contingat ambroſiæ ſuccus, qui te reddat immortalem, ut patriæ quàm diutiſſimè prodeſſe queas. *Dureri* vicem vehementur doleo. Arbitror te legiſſe locum in quo mentionem illius facio. Totum opus nunc abſolutum eſt. Fortaſſe dices eſſe coactius. Fateor, ſed non dabatur alia occaſio, & arbitror eum libellum qualis qualis eſt maximè volitaturum p manus hominum. *Clebergus* jampridem hinc abeſt, nec ſcio quid egerit. Me bis inviſit, abiens non ſalutavit. *Glareanus* hic nunc ſolus habet diſcipulos frequentes. Deeſt homini ſors, nunc cogitur in diem vivere. Hactenus ad tuas literas, quas decimoquarto Februarii ſcripſeras. *Dilphũ* apud te fuiſſe puto. Scire cupio quomodo tibi juvenis placuerit. Cæſaris epiſtolæ quam ad me dedit proximam, exemplum ad te mitto. Ex apologia quæ nunc prodit, cognoſces aliquam *Hiſpanicæ* tragœdiæ partem. Si *Lutherani* abſtinuiſſent ab Euchariſtiâ convellendâ, miſſâ abrogandâ, imaginibus tollendis, ac ſuos inprimis provocâſſent ad vitæ ſynceritatem, ſperari poterat lætior exitus. Nunc *Lutherus* tacet, *Melanchthon* mitigat, ſed *ſero*, ut ais, *ſapiunt Phryges*. Bene vale. *Baſileæ*, Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Lazaro Bayſio S. D.

ONerare laudibus immodicis ſi cui bene volunt, adeo doctis ſolenne eſt, mi *Bayſi*, ut refellere, ſit agnoſcentis. Itaq; ſtatui poſthac quicquid eſt iſtiuſmodi, ſilentio concoquere. Gratus tamen eſt mihi tuus candor, quẽ olim literis ſuis *Hermannus Phryſius* mihi depinxit. Quoniam recuſas quod abs te peto, recuſo viciſſim quod à me petis, ut in turbam eorum qui ſtudiorum meorum æmuli ſunt, recipiaris. Imò inter amicos primarios primas tenebit *Bayſius*. Nos noſtro ſeculo fabulæ partem egimus, nunc æquo animo cedimus felicioribus. Theologorum inconditos tumultus non queo ſatis admirari. Scripſi ſuper hac re ſenatui Parlamentari & ſacratiſſimæ facultati. Quòd aiunt, apud me *Chriſtum* damnare vota, nil mirum, quum *Bedda* tot evidentiſſima mendacia mentitus ſit in uno libello. Si mavis iſthìc edi libellum tuum *De vaſculis culinariis*, eo quòd adſis, & frons occipitio ſit prior, probo. Sin iſti ceſſant, curabimus hìc excudi, modò mittas exemplar abs te recognitum. De vaſculis amplector bonam voluntatem Reverendiſſimi Cardinalis. Cæterùm quæſtor obliviſcetur, accuſabit aurifices qui fefellerint. Hìc certè ſolent ἀνδιδεν βρασιλέως Principum famuli. Nè pilus quidem vaſculorum acceptus eſt. Scribam ubi recepero. *Michael Bentinus* præmiſsâ uxore, uxoris matre & hoſpite quodam, adhæc & puero, quum paucis diebus in ſolis ædibus verſaretur, eâdem peſtilentiâ ſublatus eſt. Sequutus eſt illum protinus, is qui in caſtigandi vices ſucceſſerat. Nos verò reliquit & *Joannes Frobenius* mœrore meo immedicabili, nam uxor jam alteri nupſit. Gratulor tuis ſtudiis iſtum *Mæcenatem*, non minùs benignum quàm potentem; quem mihi tecum communem eſſe factũm gaudeo. Tuum erit ſubmonere ſi quid erit in quo poſsim illi gratum facere. Bene vale. *Baſileæ* Calend. Martias, Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Alfonſo Verveſio S. D.

Epiſt. 51.

Epiſt. 52.

SI meâ causâ tantum laboris, tantũ invidiæ ſuſciperes, frater in Domino honorande, optimo jure

te plurimi facere deberem, ni vir essem insigniter vel excors qui non intelligerem, vel ingratus qui non agnoscerem tam singulare tuũ in me studiũ; nunc quum omnia tum facias tum patiaris, non tam mea causa, quàm studio pietatis ac veritatis, multò pluris te facio, mi *Vervesi* charissime, fateorque me tibi longè plus debere, quippe qui sic affectus sim in hoc negotio, ut malim pietatem vincere quàm *Erasmum*. Si *Christo* cesserit victoria, me victorem esse judicabo, posteaquàm vicerit ea pars cui toto pectore faveo. Itaq; gratias ago duplici nomine, cũ meo cui tam amicam navas operam, tũ pietatis cujus causam gnaviter ac dextrè propugnas. Quin & recreor tuo de me judicio, quòd falli, nè possim suspicari, vetat ista tua singularis vel integritas vel eruditio. Utinam ordinis tui modestiam imitarentur & cæteri, qui sibi persuadent, sese & Christianam religionem & existimationis suæ dignitatem improbis obtrectationibus, scurrilibus conviciis, ac seditiosis vociferationibus tueri posse, quasi non sedeat in cœlis qui talia mortalium consilia deridere soleat atq; subsannet. Ad articulos jam ante menses sex erat parata responsio, cujus aliquot exemplaria misimus amicis. Inimicos ut modestiâ quoq; superem, admones tu quidem amanter, ac mihi visus sum pulchrè moderatus stilum, primùm qui nullius ediderim nomen, deinde nusquam debaccher conviciis, nisi fortè convicium non est, quum illi nominatim impingunt quòd pugnem adversus divinitatem, dignitatem & gloriam *Christi*, & convicium est, quum eam appello impudentem calumniam. Istiusmodi portenta nihil omninò civilitatis merebantur. Quod datum est, datũ est partim amicorum affectibus, partim modestiæ Christianæ. Et tamen arbitror fururos, quibus hæc apologia videatur dentatior: Tantum honoris sibi deberi putant. A nominibus edendis & ipse abhorreo, nec me fugit quibusdam id optabile esse, quovis pacto innotescere. Sed interim impunè debacchantur in nomen meum in publicis prælectionibus, in quibus effutiunt tam inerudita, ut ab adolescentibus rideantur. Monui literis unum atq; alterum, sanctè dejerant à se nunquam nisi honorificè factam mei nominis mentionem. In hoc negotio sic vigilant in multis regionibus *Franciscani*, qui se vocant *Observantes*, ut satis appareat rem de composito geri. Nec tamen proficiunt, nisi quòd cordatis ac bonis indies redduntur magis invisi, non sine meo dolore, qui semper illorum integritati faverim. Hoc consilium videtur illis mirè callidum, Clanculum submovent libros meos è bibliothecis, etiam quos illis dono dederam clanculum obtrectant, in prælectionibus subinde perstringunt, à scriptis abstinent, scientes & mihi calamum esse. Nunc non est quâ illos ulciscar. Si urgeantur, negant se dixisse, aut aliter dixisse dejerant; quid illis facias? Postremò, qui non potest excusari, aliquò relegatur ubi dicat atrociora, nec ullum tamen illorum unquam offendi in vita. Ex multis malis quæ *Lutherus* invexit *Germaniæ*, saltem hoc decerpit boni, quòd hoc hominũ genus habet aliquantò moderatiùs. Quòd scribis *Hispaniam* à sectis immunem vivere sub *Romano Pontifice*, vehementer gratulor, & hoc magis quòd experiar quanta sit infelicitas tot opinionibus dissecari. Quòd si quemadmodum vos vivitis sub Pontifice, ita Pontifex cum suis viveret sub *Christo*, optarem omnibus eandem felicitatem. Nunc multa vident, qui *Christi* gloriam verè diligunt, ad quæ suspirent. Quid enim aliud nunc licet? *Enchiridion* ab Archidiacono *Alcorano* versum antehac ignorabam. Nec est scrupus eximendus. Idem ille sentit quod ego, licèt aliis utatur verbis. Fatetur eos fremere nè comperiantur mentiri de me, si *Hispanicè* loqui cœpero. Hoc est quod ego voco invidiam. Vellem idem factum in *Misericordia Domini*, in *Commentariis in Psalmos quatuor*, in *Matrimonio Christiano*, & in *Paraphrasibus* quæ non tractant contentiosa. *Declamationem in laudem Matrimonii* lusimus in exemplum generis Deliberativi. Quædam eruditis tantum scripsimus, quæ verti nolim; sed ipsi scripsimus Archidiacono. Hæc ad epistolam Id. Decemb. Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo scriptam.

Erasmus Rot. Archidiacono Alcorano S. D.

ETam longinquo non perferri quæ mittuntur, nihil miror vir ornatissime, quum frequenter intercipiantur, quæ mittuntur è proximo. Nullas abs te literas accepi præter has *Palentiæ* scriptas quinto Cal. Decem. anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo, quod certè meminerim: unum atq; alterum tuarum ad alios literarum exemplũ recepi, ex quibus abundè cognovi & quanto Christianæ pietatis amore flagrares & quàm candidè nobis faveres, quod idem tamen ex amicorum literis compluribus didiceram. Pietatis in te studium exosculor, pro singulari tua in me benevolentia gratiam habeo, ut par est maximam. Quòd si judicio facis, ut facere non dubito, bona spes est te perpetuò tui similem futurũ. *Enchiridion* nostrum perq; eleganter *Hispanicè* loqui multorum literis cognoveram, cujus operâ id factum esset nunc primùm didici. Nonnihil mihi hoc nomine placeo, quòd opusculum illud vir tantus tuâ curâ dignatus sis. Utinam autem tantum utilitatis adferret, quantũ optamus utriq;, non me pœniteret invidiæ, quæ semper bonarum rerum comes esse solet. Quòd si vera prædicant tuæ simul & amicorum literæ, non solùm non doleo, verùm etiam gaudeo tibiq; gratiam habeo, non pro celebritate mei nominis, cui studere te scribis, (malim enim omnium ignotissimus esse, quàm habere famam invidiæ fermento temperatam, & absque invidia, quanta sit sarcina gloria, si tamen hæc est gloria ac non potius celebritas, plus satis expertus sum:) sed ꝑ favore pietatis. Cæterùm quando bene successit, optârim juxta *Græcorũ* proverbium, quod monet, *Testudines aut non edendas esse aut edendas*, ut & alia quædam mea loquantur *Hispanicè*, duntaxat ea quæ conductura videntur ad pietatem. Quod genus opinor esse librum *De misericordia Domini*, *De matrimonio Christiano*, *Paraphrases*, *Commentariolos in quatuor Psalmos*, & si qua sunt hujusmodi, quæ, ꝑ commodum interpretem tractata, possunt conducere moribus hominũ. Nam hìc quoq; nonnihil habet momenti interpretis dexteritas. Quædam scripsimus excitandis studiis, nonnulla corrigendis vulgi judiciis, multa doctis tantũ legenda dedimus. De te nihil resciverã, nisi ꝙ modò dixi. Tamen rumor adferebatur & scriptis & voce quorũdã, istìc excudi *Colloquia*, & *Linguam*, & nescio quæ alia, in quibus ut nihil sit impiũ quemadmodũ arbitror non esse, tamen fuũ quæq; locũ ac tempus habent. Verisimũ est ꝙ ad amicũ quendã prudenter scribis, quosdam qui

Epist. 53.

qui victoriæ spem collocârunt in maledicentia, nolle *Erasmum* loqui vulgatâ linguâ, nè deprehendatur illorum vanitas, qui clanculum & apud idiotas facundi sunt. Et hinc illorum fremitus. Igitur in re consentimus, quanquam autorem versionis antehac non noveram. Et si novissem, non dubitâssem de studio. In *Gallia* quidam vir bonus, doctus & magnus idem tentavit, ac prorsus eodem, ni fallor, animo, sed parùm bene cessit tum illi tum mihi: Nam ille bis periclitatus est de capite, ac planè perierat monachorum clementiâ, ni rex illi subvenisset: ego adhuc cum Theologis, imò potius cum *Beddaicis* gladiaturam exerceo. In uno *Bedda* sunt tria monachorum millia. Nusquam non sunt improbi monachorum greges, nusquam tamen hoc potuerunt, quod potuerunt in *Hispaniis*. Quæ res facit, ut non liceat vobis absolutam gratulari felicitatem, cætera sat fortunatis. De exomologesi quod mones amanter, recipio me facturum primâ quâque occasione, quanquam id jam toties à me factum est, & priusquàm exiret ille libellus, & posteaquàm editus est. Non considerant homines quid illic susceperim tractandum, nec quibus, quo tempore, quâ regione scripserim. Quid autē ,pficiet appendix si non legetur, aut si studio calumniandi legetur? Quid istic agatur nescio, hîc plures sanavit ille libellus, quàm aliorum scripta qui sibi videntur impensissimè favere confessioni. Morem tamen geram tuo consilio. Dominus te sospitet in omnib⁹ vir clarissime. Datū *Basil.* Idus Mart. Anno M.D.XXVIII.

Erasmus Rot. Gratiano Hispano S. D.

Epist. 54. EOdem tempore duas epistolas tuas accepi, *Gratiane* gratissime, sed perbreves & eâdem fermè sententiâ. Altera diem habebat Calend. Decemb. altera v. Idus Januar. Duas illas priores scito mihi nondum esse redditas: Opinor venturas. Clarissimum virum *D. Joannem Emanuelem* jam pridem fama mihi commendavit, prudentiâ singulari præditum, suóque merito tum gratiâ tum autoritate plurimùm in aula Cæsarea valentem. Cujus in me favorem animumque propensum libenter amplector. Si quid erit in quo putabis me posse illi quicquam gratum facere, non gravaberis submonere, senties voluntatem certè paratam. Quod scire cupis de ætate, arbitror me nunc annum agere, in quo *M. Tullius* decessit. Valetudo mediocris esset, ni tot annis res esset cum calculo. In diem vivo, paratus de præsidio decedere, quandocunque vocârit Imperator. Herum tuum ex me salutabis & amanter & reverenter. Bene vale. *Basileæ.* Idus Mart. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Joanni Maldonato S. D.

Epist. 55. SCito tuam epistolam prolixam mense Septembri, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto scriptam, quâ rerum istic gestarum texis historiam, mihi redditam esse, ac fuisse multis nominibus gratissimam, cui responsum est à me copiosè. Verùm intelligo tibi querelam istam, de non perlatis quæ traduntur, cum multis esse communem. Misissem rursus exemplar, ni jam serùm esset, & fortasse jam recepisti. Mittam tamen si postulas. Depingis unum veteratorem, quales utinam essent pauciores, nunc hominum istiusmodi nusquam non abundant γάργαρα. Istud demiror, istîc illis tantum licere, quantum adhuc alibi nusquam licuit. Nos pietatis causam animo syncero peragemus usque ad extremum halitum, de exitu viderit *Christus*. Nos hinc adornamus sarcinas. *Jacobum Osorium* pariter redamare possum, quid præterea gratiæ possim reponere non video. Est autem non meo tantùm sed omnium amore dignissimus, qui majorum stemmatis, & literarum & pietatis studium adjunxerit, & his omnibus pulcherrimum imposuerit colophonem, gloriæ contemptum. Habes epistolam ἀυτόγραφον, pro utriusque nostrûm animo perbrevem, pro meis occupationibus satis prolixam. Bene vale. Datum *Basileæ* Idus Mart. Anno M. D. VIII.

Osorio amabili salutem ex me plurimam.

Erasmus Roterodamus Nicolao Vario Marvillano S. D.

NEgabas esse quod scriberes, imò multum est mihique gratissimum quod scribis istîc fausta feliciáque esse omnia, quodque summo consensu negotium literarum gnaviter agitis. De dissidio nihil est, neque delationis neque suspicionis, nisi quod ex vestris literis conceperam. Subvereor tamen nonnunquam, nè tua libertas quam tibi naturâ insitam esse video, præbeat aliquam offensionis ansam, iis quibus ad lædendum nihil deest præter occasionem, ut habet vetus proverbium. Audio & *Joannem Campestrem* simili candore præditum. Hîc eò sum timidior, quod toties expertus sum quantum malorum animi mei simplicitas, linguæque libertas mihi conflaverit. Cæterùm hanc meam solicitudinem vanam esse gaudeo. Evangelicos istos, quum aliis multis tum illo nomine præcipuè odi, quòd per eos ubique languent, frigent, jacent, intereunt bonæ literæ, sine quibus quid est hominum vita? Amant viaticum & uxorem, cætera pili non faciunt. Hos fucos longissimè arcendos censeo à vestro contubernio. Satis jam diu audivimus Evangelium, Evangelium, Evangelium, mores Evangelicos desideramus. Quàm istîc monachi muti sint nescio. In *Hispaniis* vocales sunt plus satis, nec desunt alibi qui blaterent, præcipuè nudipedes quidam; quid illos stimulet nescio. Sed sibi suo jumento accersunt malum. Bene vale. Datum *Basileæ* decimo quarto Cal. April. Anno M. D. XXVIII.

Epist. 56.

Saluta *Mierbekanum*, *Rescium* & *Campensem*, ipsum etiam *Goclenium* si fortè non vacabit scribere.

Erasmus Rot. Joanni Cochleio S. D.

QUod tuâ sedulitate curatū est abs te de *Tertulliano*, & *T. Livio*, studiū tuum & animi promptitudinem exosculor, quanquam jam de utroq; certum responsum acceperamus. Hinc enim colligo, quantâ cum alacritate sis obiturus si quid incideret ut tuo opus esset officio. *Emserus* mihi semper præstitit ingenuum amicum, in cujus locū quando succedis, confido fore ut in uno te *Emserū* & *Cochleum* habeam. Illustrissimi Principis erga me favorem non desines alere. Est enim ut humanissimus, ita judicii non vulgaris. Quoniam interdum ad moderationem invito, visus sum illi nonnunquam parùm fortiter *Anti-Lutheranus*. Verùm aliter sentiret, si penitùs nôsset consilii mei rationem. Et fortassis rerum exitus docebit me

Epist. 57.

Christi negotium animo sincero tractâsse, pro mea quidem sapientia. Si quid illinc ad me scribis, etiam atque etiam vide cui committas literas. Ab istis enim erronibus Evangelicis intercipitur quicquid ad me scribitur. Imò quidam fingunt se rectà ire *Basileam* ad *Erasmum*, & ultrò offerunt perferendi officium; mox acceptis literis abeunt in malam crucem. Proinde si quid est rei seriæ, ferè mitto famulum aut alium bene notum in hoc ære conductum. *Simoni Pistorio* viro pio, candido & amico multam ex me salutem dices. Bene vale frater & amice in Domino charissime. Datum *Basileæ* decimoquarto Calend. April. Anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Erasmus Roterodamus Georgio Duci Saxoniæ S. D.

Epist. 58. SEreniſſime Princeps, Librum *Hyperaspistæ* secundum unà cum literis redditum esse gaudeo, magis autem gaudeo tuæ illustrissimæ celsitudini non displicuisse. Nec laborum nec contumeliarum me tæderet, si viderem aliquem eximium fructum exoriri. Mihi sufficit *Christus* ad omnium compensationem, quæ possunt in hac vita accidere. Accepi *Lutheri* literas ad illustrissimam celsitudinem tuam, & illius ad illum Latinè versas. Rursus *Emseri* responsionem adversus *Lutherum* Latinè versam. Nullas accepi literas ad quas non responderim. Sed non omnia perferuntur, quæ traduntur: Id quod nimium sæpe experior, non sine gravi meo incommodo. Qui has reddidit, habebat epistolam tuæ celsitudinis ad *H. Eppendorpium*, cujus inscriptio habebat *Basileæ* nomen, quum ille jam annis aliquot agat *Argentorati*, nec unquam interim viderit *Basileam*, id quod te fugere demiror. *Emserum* nobis ereptum doleo, ad feliciora translatum gaudeo. Scripsimus ante paucos dies, sed paucis. Premit enim nos præter alia divus *Augustinus*, qui nunc totus excuditur cum summa dignitate. Nascuntur indies novæ tragœdiæ, quis sit exitus futurus nescio. Licet optima precari, nec quid aliud nobis superſit video, rebus undiquaque turbatissimis. Illustrissimam celsitudinem tuam cupio quam optimè valere, cui me totum addico dedicóque. Datum *Basileæ* decimo sexto die Januarii. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Hermanno Comiti à Novaquila S. D.

Epist. 59. QUàm malè timui nè re absorberet *Hispania*, tam vehementer gaudeo quod nobis redieris, non solùm incolumis, verumetiam prosperiore valetudine: sic enim accipio, quanquam quod accidit juxta *Caletium*, si tamen accidit, permolestum est. Libellum tuum à me diligenter lectum opinor tibi redditum unà cum literis meis. Nam tu quidem fueras ingressus iter, tamen famulus tuus aiebat se celeriter sequuturum. Non dubito quin apud *Hispanos* acceperis pseudomonachorum tragœdiam, de quâ scire cupio si quid habes. Per hunc poteris tutò scribere. Est enim à nobis propriè missus ut eat *Antuerpiam* & huc recurrat. Absit sinistrum omen, sed tamen quæ videmus hìc rerum præludia, nescio quid tempestatis minitantur. Nec video quò fugiam. Et Regis & Archiepiscopi literis amantissimè scriptis invitor in *Angliam*; sed illic non video mihi sedem commodam. Hoc vere fortassis vos invisam. Si fors aberis *Coloniâ*, cura ut illic tuas hic reperiat literas, neque enim diu commorabitur in *Brabantia*. Rex *Ferdinandus*, ut fertur, evulgavit edictum, non dicam injustum sed certè severum. Opto quidem ut optimo Principi sit felicissimum. Sed opto magis quàm spero. Bene vale vir clarissime. *Sobium* exoculatum valde doleo. *Basil.* tertio Nonas Jan. M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Georgio Episcopo Brixinensi S.

EX *Hieronymo Viromandi* doctis juxta ac humanis literis, Illustrissime Princeps *Georgi*, nec vulgarem nec simplicem cepi voluptatem. Primùm quòd intelligerem isti præclaræ indoli tuæ, rebus summis natæ, *Caroli* Cæsaris ac *Ferdinandi* Regis non tam favore quàm judicio, datam provinciam, in quâ proferres, exereres, explicares eximias ingenii naturæque tuæ dotes. Siquidem Magistratus, ut habet *Græcorum* proverbium, virum arguit, quemadmodum in bello dilucet boni ducis virtus, in tempestate nauclerì peritia. Quanquam nihil addubito quin ista mens tam excelsa, tam integra, tam pia majoribus sit destinata negotiis, idque decreto numinis res hominum æterno suo consilio moderantis. Sed istud indolis tuæ tyrocinium esse voluit, atque, ut ita loquar, ædilitatem, primum videlicet dignitatis gradum, in quo posteaquam egregium tuæ virtutis specimen dederis, mox ad præturam, hinc ad consulatum, hoc est, ad summæ dignitatis fastigium non modò Regum judicio, sed omnium consentientibus suffragiis eveharis. Interim gratulari libet, amplissime Præsul, quum tuæ celsitudini tum verò multò magis ipsi ditioni regiæ, cui in tantis procellis, tantâque rerum omnium tempestate contigerit egregius gubernator, qui non solùm autoritate, verùm etiam arte, prudentiâ, consilio, valeat inconditos horum temporum motus componere. Tum autem & privatim mihi gratulor, tibi gratiam habeo, qui de meis qualibuscumque scriptis tam amanter sentias, tam candidè feras suffragiũ, tam ingenuè patrocineris adversus zoilos, quorum hisce temporibus mira licentia est: denique tantum tribuas, ut mihi fortunarum quoque tuarum communionem deferas, si velim ad istam commigrare provinciam. Hìc agnosco prorsus exosculórque Cæsaris *Maximiliani* patris tui & benignitatem admirandam, & favorem propensissimum erga pietatis ac bonarum literarum cultores: in quorum numero tuus candor mihi videtur aliquem tribuere locum; ego præter sedulæ voluntatis promptique conatus laudem, si qua debetur, nihil agnosco. Verùm ut mihi nonnunquam placeo videórque felix qui tot Principum, Regum, Præsulum literis amantissimè simul & honorificentissimè scriptis toties ad haud quaquam aspernandas conditiones inviter: ita rursus fatum meum deploro interdum, simile quiddam patientes, quale *Tantalum* apud inferos perpeti narrant non ociosæ Poetarum fabulæ. Aiunt enim illi fame sitique cruciato amnem potabilem infernè labrum contingere, poma supernè ad os porrigi, sic tamen ut miserè cupienti, nec cibo nec potu frui detur. In causa est non tam ætas, quanquam & ipsa ingravescens, quàm valetudo plusquam vitrea, quæ tamen *Epist. 60.*

tamen hactenus moderante me magnis ſtudiorum laboribus ſufficit, quibus exhauriendis vix robuſtus juvenis par eſſe queat. Alioqui non abhorrebat animus ab hac civitate permutanda, cujus tamen hoſpitio non incommodè ſanè, multis annis ſum uſus, ſed optârim eſſe pauciores qui novis opinionibus ſeſe dedidiſſent. Quamobrem non omninò recuſo quod offert tua benignitas. Diſpiciam quid ipſa res nobis conſulat. Neque enim quodvis cœlum, neque quodvis vinum aut victus congruit huic corpuſculo. Alioqui ſub tam amico Principe vel meo ſumptu, quod vitæ reliquum erit peragere cupiam: eóque lubentiùs, quòd audiam non procul iſtinc abeſſe *Bernardum Epiſcopum Tridentinum*, cujus mirum quoddam erga me ſtudium jam non ſemel expertus ſum. Interim mihi non minùs gratus eſt animus tuus, clariſſime Princeps, quàm ſi ſuiſſem uſus quicquid offert tua benignitas, quandoquidem voluntate tuâ propensâ fruor. Deum Opt. Max. precor, ut quòd Eccleſiaſticam provinciam bonis avibus adiſti, id perpetuò velit eſſe fauſtum ac felix. Datum *Baſileæ*.

Eraſmus Roterodamus cuidam S. D.

Epiſt. 61. QUemadmodum natura nullum creavit venenum, quin appoſuerit remedium, vir clariſſime: ita Deus improborum conatibus ſemper objicit aliquem, per quem non ſtatim liceat illis quicquid libet. Sunt enim aliquot eo ingenio, ut non in aliud natos dicas, quam ut bonis faciant malè. Ex amici noſtri literis intellexi quàm amanter quámque prudenter adfueris meo negotio; quod officium ſi mihi tantùm præſtares, ingratiſſimus eſſem, ni tuam iſtam humanitatem & amplecterer & prædicarem. Nunc quum hoc operæ non tam mihi, quàm ſtudiis publicæque tranquillitati tribuas, etiam pietatem tuam exoſculor. Atque utinam contingat aliquando cum opportunitate facultas, ut tuis in me meritis aliquâ ex parte reſpondeam. Bene vale. Datum *Baſileæ*, quarto Cal. Mart. Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Joanni Card. Lotharingiæ S. D.

Epiſt. 62. NE ſublimitatem tuam præfatione morer, dum nos hìc pro viribus agimus ut extinctis diſſidiis Eccleſiæ ſua reſtituatur tranquillitas, *Natalis Bedda* novos molitur tumultus. Urit hominem primùm quòd liber quem in *Jacobum Fabrum* ſcripſerat, edicto regio ſuppreſſus eſt etiamſi non eſt ſuppreſſus: deinde quòd ego reſpondens & meam innocentiam & illius impudentiam ſic omnibus ob oculos poſui, ut in ſpeculo non poſſit evidentiùs. Itaque prorſus animo gladiatorio parat vindictam, non ſe purgans, quòd non poteſt, ſed eaſdem calumnias aliâ ſpecie rurſus ingerens. Habet in *Sorbonico* collegio quoſdam ipſi addictos, nuſquam enim non habent ſimiles labra lactucas; alii vel territantur minis, vel odio contentionis quieſcunt. Interim *Bedda* cum ſuis ſatellitibus rem gerit ex animi ſui ſententia. Agitur fabula, *Eraſmi* nomine non *Fabri*, quum uterque petatur. Habet ſexcentas propoſitiones è Paraphraſibus decerptas, quod opus non ob aliud ſic odit, niſi quia plurimos excitat ad pietatem. Eas ut narrant ad facultatem defert, & in aliquot jam audio pronunciatum. Sed quomodo proponit artifex? Omittit quæ rem explicant, quæ calumniam excludunt, addit de ſuo quę faciunt ad calumniam: proponit velut à me dicta hoc tempore, quæ dicuntur ab Evangeliſtis aut Apoſtolis, & ad Eccleſiæ primordia pertinent. Ita ſub meo nomine damnantur quæ *Chriſtus* & *Paulus* docuerunt. Nec immeritò. Nihil enim magis adverſatur *Beddæ* ſimilium ſtudiis, quàm Evangelicæ doctrinæ ſynceritas. His fucis imponi poteſt etiam eruditis & integris. Quumque ad pleraque reſponſum ſit evidentiſſimè, tamen ille ſic proponit, quaſi nihil omnino ſit reſponſum. His artibus ſperat futurum, ut excluſis libris meis, ipſe Deus habeatur. Hujus energia myſterii proficiſcitur à pſeudomonachis, qui bonas literas pejus oderunt, quàm ullam hæreſim aut magiam, utcunque diſſimulant. Ex his autem molitionibus, peſſimis è fontibus originem ducentibus, peſſimis artibus tractatis, quid aliud naſci poteſt, quàm ingens orbis malum? Qualis eſt arbor, tales ſint fructus oportet. Radix hujus arboris eſt peſſima, livor, odium, ulciſcendi rabies. Rami, improbitas, malitia, calumnia, impudentia, vanitas. Hi quos fructus porrigent, niſi venenatos? Id ut tutò faciat, admiſcere conatur ſuis intemperiis autoritatem collegii Theologici, quum ſaniſſima pars ejus collegii damnet & improbet hominis tumultuoſam impotentiam, ſi liberum cuique ſit quod ſentit dicere. Et ſi totum collegium talia judicia proferret qualia ſunt *Beddæ*, non ſine gravi autoritatis ſuæ jactura id faceret. Nec lubens elevarim ejus collegii dignitatem, ſed impietatis calumniam nemo pius debet perpeti. Proinde ſi Regia majeſtas iſtiuſmodi malitioſis conſpirationibus indicat ſilentium, ſimul rectè conſuluerit & regni ſui, & ſtudiorum & Eccleſiæ tranquillitati, quam non aliâ ratione melius tuebuntur, quam ſi proferant judicia doctiſsimis & optimis Theologis digna. Et ego ſanè malim bonas horas & operam, aliis in rebus collocare. Sudamus enim in *Auguſtino*, ut emaculatior juſtâque cum dignitate prodeat in manus hominum. Hoc officium ſi tua celſitudo præſtiterit, maximus tamen hujus beneficii fructus ad rempublicam pertinebit. Regia majeſtas ſic inſtrui poterit; nunc orbem undique diſidiis eſſe ſectum, etiamſi nihil accerſamus: Id potius agendum ut æquis rationibus hæc mala ſopiantur, quàm ut privatis affectibus excitentur novi tumultus; magiſque convenire ut tam celebris facultas vires ſuas expromat in profeſſos hoſtes, quàm in commilitones ſuos, & medeatur omnibus quibus poteſt, potiùs quàm ut ſanos alienet; & hujus autoritatem oportere ſervire *Chriſti* gloriæ, non *Beddarum* privatis affectibus. Id nulli magis expedire quàm ipſi facultati. Calumniandi nullum eſſe finem, præſertim ſi ira & livor adhibeantur in conſilium. Poſtremò, non ſtatim damnandũ librũ, in quo erroris aliquid inveniatur, quum in probatiſsimis Eccleſiæ doctoribus complures inveniantur. Ad quoſdam lapſus humanos præſtat connivere, ex quibus agitatis crebrò major lues naſcitur. Jure mihi ſuccenſeret tua ſublimitas, ſi meum privatũ negotiũ ageretur. Commodum publicum ſat ſcio non negliget tua ſingularis pietas, cui precor omnia proſpera. Si pleniùs ſuper hiſce rebus edoceri voles, ex *Gervaſio* Theologo poteris rem omnem cognoſcere, cui & doctrina non vulgaris & judiciũ integrũ adeſt. Dat. *Baſil. Natali Andreæ* apoſtoli, Anno M. D. XXVII.

Eraſmus

Eraſmus Roterodamus Georgio Saxoniæ Duci S. D.

Epiſt. 63. ILluſtriſſime Princeps, Nihil erat hoc tempore magnopere dignum de quo tuam Celſitudinem interpellarem, ſed ad ſcribendum invitavit opportunitas tabellarii, tum certi, tum huc mox recurſuri. Quæ commoditas nobis nimium rarò contingit, quò minùs amittendam exiſtimavi. Proximis autem nundinis miſimus Illuſtriſſimæ Celſitudini tuæ, ſecundum *Hyperaſpiſtæ* librum, unà cum literis, quæ an perlata ſint necne, nondum certò cognoſcere licuit. Vix enim dici poſſit quanta nunc ſit hominum in hujuſmodi negotiis tum improbitas, tum perfidia. Quare ſi tuæ Celſitudini non erit moleſtum, mihi magnopere gratum fuerit ſi dignabitur tribus verbis indicare, num reddita ſint quæ miſimus, deinde an probata ſint tuo judicio, quod apud me plurimùm habet ponderis. *Non* enim *ejuſdem eſt parere & judicare*, quemadmodum ait *Socrates* ille *Platonicus*. Hoc unum ſcio, nihil unquam mihi fuiſſe moleſtius, quàm tam prolixæ conviciorum & gloriarum rhapſodiæ reſpondere, cujus vel lectionem devorare, patientis erat ſtomachi. Hæc tam nova tempeſtas, deſiderat aliquem inſignem artificem, qui prudentiâ, autoritate & ingenio tantos componat motus. Qualem adhuc prodire neminem & miror & doleo. Theologi tot ſyllogiſmis, tot problematibus inſtructi, tantùm, ut apparet, intra ſcholæ parietes Theologi ſunt. Nunc certè ſi unquam aliàs tempus erat, reconditam illam & humanâ majorem ſapientiam proferre. Porrò, Epiſcopi quidam videntur aliud agere, Monachi plerique de ventre ſolliciti ſunt magis quàm de Evangelio. Cæſar & *Ferdinandus* videntur ad ſeveritatem velut ad ſacram ancoram ſpectare, & profectò huc provocant qui ſub Evangelii nomine quicquid libet, ſibi licere volunt; at vereor nè res cadat in deterius. Prædandi ſtudium multos excitabit etiam in immerentes, & quiſquis habet aliquid, affinis erit periculo. Qui nihil habent, his erit bene, nimirum ex malis alienis, ut fit in bello. Atque hinc exiſtet omnium rerum confuſio. Si malum ſubitò tolli nequit, ſaltem arte mitigandum eſt ad tempus, donec morbus admittet medicantis manum. Durum eſt ſectionibus & cauteriis uti, quum penè major corporis pars occupata morbo eſt. Damnoſa medicina eſt, quæ plures, perdit quàm ſervat. Si quod in utraque parte vitioſum eſt, prudenti moderatione tolleretur, autoritate conſenſúq; Principum, res opinor haberet minùs cruentum exitum. Oro ut is qui novit quid expediat generi mortalium, Principum animis inſpirare dignetur ea conſilia quæ nobis veram pietatem cum ſancta concordia reſtituant, quando præter vota, nihil aliud nobis ſupereſſe video. Agit hìc *Chriſtopherus Carlevitzius*, juvenis præter imaginum commendationem, & eruditionem non vulgari, & morum ſenili quadam maturitate ornatiſſimus, ut præter ætatem & faciem nihil habeat juvenile; ſic addictus honeſtiſſimis ſtudiis, ut quicquid voluptatis adoleſcentes alii ſolent ex conviviis, aleâ, & amoribus venari, hic totum ex libris petat. Quibus rebus, quoniam ſingularem quandam ſpem de ſe præbet, lubitum eſt tuæ ditioni gratulari. Ab hoc miſſus eſt, qui has perfert, per quem tua illuſtriſſima Celſitudo dignabitur ſignificare ſi quid me ſcire volet, quam incolumem ac florentem tueatur Deus. *Baſileæ* tertio Calend. Januar. Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterodamus Georgio Smotzero, I. V. *Doctori* S. D.

ORnatiſſime Doctor, Ut quod accidit non mediocriter doleo, ita gaudeo caſum incidiſſe per quem id quod accidit reſciſcerem. Scripſit ad ſuos veteres ſodales *Ruffus Guardianus Franciſcanorum*, apud *Rubeacum*, faſciculum literarum mearum, *Thannis*, in diverſorio publico repertum, eumque traditum in manus ſenatus ejus oppidi. Hoc cognito miſimus eò proprium nuncium. Per eum didicimus eas literas à ſenatu Præpoſito traditas, qui inſpiceret ſi quid ineſſet quod ad rempublicam attineret. Is Præpoſitus, nam hìc adeſt, fatetur nihil omninò in eis repertum quod ullo modo contingeret Principum negotia. Nihilo ſeciùs literas ad Concilium *Enſiſhenſe* fuiſſe miſſas; ſive hoc odio mei, ſive nimiâ quâdam diligentiâ, ſive inſcitiâ factum eſt, in præſentia non diſputo. Tot faſciculos epiſtolarum ac libellorum, & in *Angliam*, & in *Galliam*, & in *Hiſpaniam*, & in *Poloniam*, & in *Brabantiam* mitto quotidie, ac viciſſim accipio à Cæſare, qui me agnoſcit pro ſuo conſiliario jurato, à Rege *Ferdinando*, à Rege *Angliæ* ab Archiepiſcopis & Card. nunquam tamen incidit caſus tam inauſpicatus. Non enim ſoleo literis committere, quod ullo modo turbet reip. commoda. Proinde quando nec ignotus ipſe, nec ad ignotos ſcribo erat hoc civilitatis, ubi literas à me profectas vidiſſent, ad me remittere, non quibuſlibet inſpiciendas exhibere. Saltem quum ſingula excuſſiſſent, nihil erat opus ad vos mittere, non ſolùm cum injuriâ meâ, verumetiam eorum ad quos ſcribo. Res enim ejuſmodi ſunt, ut mea magnopere retulerit perlata fuiſſe ſcripta, nec ullum commodum hinc illis proficiſci poſſet, mihi verò ſummum eſſet incommodum, ſi per aliorum manus aberrarent. In mediis etiam bellis aliquid datur religioni literarum, præſertim ſi nihil eſt quod ad hoſtem pertineat. Sed utcunque hæc acta ſunt à *Thannenſibus*, te majorem in modum rogo, curet humanitas tua, nè hic nuncius iſthìc diutiùs hæreat, ſed quicquid eſt chartarum, diligenter obſignatum ad nos referat, ut per alium eò perveniant quò volo. Ex oratione Præpoſiti *Thannenſis*, non ſatis liquet quæ fuerint, ſed tamen conjicio eſſe faſciculum quem proximè commiſi cuidam *Antonio Bletz Elvetio*. In eo erat epiſtola una ad Senatum *Pariſienſem*, una ad facultatem Theologiæ, una ad *Natalem Beddam*, una ad *Theologum Hiſpanum Sorbonicum*, una ad *Gervaſium Theologum*, una ad *Card. Lotharingiæ*, una ad *Lodovicum* dominum *Berquinii*, una ad *Germanum Brixium*, una ad *Livinum* quondam famulum meum, una ad *Archiepiſcopum Cantuarienſem*: erat libellus typis excuſus ad *Archiepiſcopum Hiſpalenſem*. Erant duo codicilli eodem argumento, alter ad Senatum *Pariſienſem*, alter ad facultatem Theologicam, & aliquot exemplaria alienarum epiſtolarum, ſi rectè divino. Precor ut huc omnia redeant, ſaltem illud quod in manibus veſtris reſidet. Sin eſt aliud quippiam, quæſo ut huc remittatur, quando ſcio nihil à me ſcriptum quod ad vos pertineat. Hoc officio reddes me tibi devinctiſſimum. Et ſi quid inciderit in quo

Epiſt. 64.

tibi

tibi vicissim queam gratificari, senties hominem nec immemorem, nec ad referendum officium segnem. Hanc epistolam alteri addidi, quòd acceperam Præfectum istinc jam discessisse. Quod si verum est, confido rem tuâ dexteritate facilè perfectum iri, præsertim quòd, quantum ad vos attinet, nullius sit momenti. Bene vale. *Basileæ* Natali *Joannis Evangelistæ*, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Maximiliano à Burgundia S. D.

Epist. 65. CLarissimum Principem patrem tuum, *Maximiliane* charissime, admodum puerum & novi jam olim & amavi, eò quòd præ se ferret indolem eximiæ mansuetudinis, miniméque ferocis, ac vicissim illum semper expertus sum animo in me propenso. Ea benevolentia mutua unà cum annis accrevit in utroque nostrûm. Proinde mihi gratissimum erat, paterni erga me favoris memoriam tuis amantissimis literis refricari. Sed vehementiùs etiam gaudeo, quòd intelligo te patri etiamnum superstiti in hunc affectum successisse. Siquidem epistola tua neutiquam impolita, spirat non solùm benevolentiam erga me minimè vulgarem, verùm etiam pietatem quandam, qualem vel filius debet patri, vel discipulus præceptori. Hanc opinor ex utriusque parentis affectu traditam, nam & aviæ sui charissimus, auxit *Joannes Borsalus*, vir juxta morum integritate ac literaturâ commendabilis. Quo certè nomine mihi videre felicior etiam regibus nonnullis. Habes enim domi, unde duo quædam præcipua bona consequi possis: Pietatem erga Deum, quæ vel sola beatum reddit hominem, ac liberalem eruditionem in omnem usque vitam magno tum usui tum ornamento futuram, non tibi modò, verùm etiam genti tuæ licèt imaginibus clarissimæ, totíque patriæ. Non parum decoris addes generi tuo, si huc contenderis, ut pietate bonisque literis nobilior sis, quàm majorum stemmatis. Lucubrationes meas quibus oblectari te scribis, optârim esse tales, ut harum lectio tibi tantum adferat utiliratis, quantum ista tua meretur indoles. Certè hoc conatus sum, an assequutus nescio, ut rudem ætatem non minùs ad pietatem allicerem, quàm ad eruditionem. Sed quod meis lucubrationibus deest, hoc facilè exæquabit sarcietque doctissimi præceptoris industria. Precor autem *Christum* Opt. Max. ut istam generosam indolem tuam jam nunc velut in herba nihil mediocre pollicentem, omnibus dotibus Christiano Principe dignis instruat ac locupletet. Hoc interim habe mei in te amoris chirographum, quo me convenire possis si quid fefellero. Ubi scribes patri, quæso ut illi meo nomine salutem ascribas, & diligenter & amanter. Datum *Basileæ* decimo Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Maximiliano à Burgundia S. D.

Epist. 66. CLarissimum virum Principem *Verienſem* patrem tuum, *Maximiliane* charissime, dum adhuc inter nutricum sinus reperet & nôsse cœpi & amare. Jam tum enim in illo relucebat generosa quædam indoles, ac placidum miniméque ferox ingenium. Atque ille vicissim non obscuram benevolentis in me animi significationem dabat. Is affectus inter nos cum ætate semper accrevit. Non esse vanum quod narro satis, opinor, declarabit epistola puero scripta, quæ tot jam annis in hominum manibus versatur; nec dubito quin eam studiosè legeris, nec legeris modò, verùm etiam igniculos quósdam ad bonas literas ac pietatem ex ea conceperis. Quo mihi jucundius fuit ex optimi viri *Joannis Borsali*, tuæ pueritiæ formatoris, epistolâ cognoscere, te sic affectum tum erga literas honestissimas, tum erga me measque lucubrationes, ut videare non minùs in paterni erga me animi, quàm in paternæ ditionis hæreditatem successor esse paratus. Hoc certè nomine gratulor optimo Principi, gratulor tibi, gratulor optimis studiis, quæ claris ingeniis cordi esse cœperint, vicissim & vestras imagines illustraturæ, & illarum ornamentis illustrandæ. Nunc enim licebit eam sperare felicitatem, quam *Plato* solet optare, quum Principum filii, prius educantur philosophiæ quàm imperio. Precor ut *Christus* Op. Ma. istam egregiam tuam indolem servet illibatam, sempérque provehat ad feliciora. Scripseram ante complures menses, eæ literæ sinistro casu interciderunt nescio quorum perfidiâ. Quam jacturam audio te permoleste ferre. Accesit hoc infelicitatis quòd hic periit archetypum. Occupatissimus, itaque vix hæc ex tempore scripsi, superioris argumentum ex memoria retexens, brevi daturus copiosiorem epistolam si hanc velut arrabonem boni consulueris. Vide nè aulicæ deliciæ tibi studiorum & integritatis amorem excutiant. Bene vale. *Basileæ* prid. Nonas. Januar. Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Roterodamus Ricardo Pacæo S. D.

VIx me capio præ gaudio, vir ornatissime, quòd audio te ex turbulentissimis illis negotiorum undis, patriæ dulcissimæ, Musisque patriâ dulcioribus esse redditum. Gratulor autem pristinis tuis studiis & Hebraicas accessisse literas. Nunc te non morabor pluribus. Hunc *Quirinum* meum, quo nemo alius mihi servivit amantiùs, ob certa negotia emandavi in *Angliam*, quorum duo præcipua sunt: Alterum, ut sceleratissimi impostoris rapinis aliquando finem imponam; Alterum, ut quoniam *Archiepiscopus Cantuariensis* simulq; Regia majestas literis amantissimè scriptis me invitant in *Angliam*, dispiciat cum amicis, an id commodè fieri possit. Nam hinc fortassis migrandum erit velim nolim. Utrunque cognoscere poteris ex hujus juvenis narratione, quem tibi commendo, mi *Pacæe*, non ut famulum, sed ut filium mihi charissimum, si quâ fortè in re fuerit opus officio tuo. Opto tibi perpetuam felicitatem. Datum *Basileæ* decimo Calend. Mart. Anno M. D. XXVIII. *Epist. 67.*

Erasmus Roterodamus Joanni Ulatteno S. D.

QUòd pro Pronunciatione dicârim *Ciceronianum*, consilio factum est; id arbitror tibi probari: quòd autem separatim excusus non est, incuriâ typographorum factum est, sed nihil refert. Opinor enim hos libellos frequenter ab aliis excudendos, tum id poterit corrigi. Hoc studium *Epist. 68.*

nostrum

noſtrum tibi gratum eſſe ſummopere gaudeo. Sed quid eſt obſecro quod minitaris, te poſthac non fore pollicitis divitem? Quem quum totum amicitiæ jure poſſideam, pariter omnia mea eſſe duco, quæcunque domi poſſides. Ego, mi *Ulatte*ne, iſtum animum cuivis auro, gemmis omnibus antepono, quare non eſt quòd iſta te cura ſollicitum habeat. Mittam libellum ſi queam commodè. Sin minùs, facillimum erit unde libet parare quod commune eſt omnium. Humaniſſimis proceribus amicis tuis, ac per te meis fac me diligenter commendes. Tibi precor omnia læta fauſtáque. Datum *Baſileæ* 14. Calend. Aprilis Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Catarinæ Reginæ Angliæ S. D.

Epiſt. 69. GAudium & pacem à Domino noſtro *Jeſu Chriſto*, Regina clariſſima, multò tamen pietate, quam regni licèt ampliſſimi conſortio felicior, præclara quædam felicitas eſt apud homines ex nobiliſſimis ſimul & potentiſſimis Regibus prognatam eſſe, Regi florentiſſimo matrimonio junctam eſſe, verùm hæc nihil ſunt ſi ad eximias animi tui dotes conferantur. Illa contigêre non ſolùm multis, verùm interdum & malis. Hoc rariſſimum exemplum, fœminam in deliciis aulicis natam & educatam, eâ fortunæ indulgentiâ, quæ ſolet etiam bene inſtitutos mores corrumpere, ſpem omnem, omne ſolatium, in ſacris precationibus, in divinorum voluminum lectione reponere. Hæc ſunt verè clara ſtemmata: hoc diadema quod te glorioſam reddit coram angelis Dei. Utinam hoc exemplum à Regina petant ſaltem viduæ, quæ dum oblitæ præcepti *Paulini* in deliciis agunt, *viventes mortuæ ſunt*. Quid memoro viduas? Utinam imitentur virgines, quæ mundi pompis ac voluptatibus omnibus repudiatis, totas ſeſe *Chriſto* ſponſo dedicârunt. Utraque debes ei qui fons & autor eſt bonorum omnium, quique pro ſua ineffabili benignitate facit ut ea quæ nobis videntur mala, quia naturæ moleſta ſunt, juxta *Pauli* doctrinam cedant in bonum iis qui diligunt Deum, ſecundùm propoſitum illius vocati ſancti. Quin interdum & animorum vitia, quæ verè mala ſunt, divinâ quadam arte vertit vel in tutelam vel in argumentum pietatis. Quiſquis autem verè diligit Deum, ſpei totius ancoram fixit, non in ſterilibus rerum fluxarum arenis, ſed in ſolida nulliſque rerum undis mobili petrâ, qui eſt *Chriſtus Jeſus*, ſponſus piarum animarum, ſic communis omnium, ut nulli nuptæ ſuus ſponſus tam ſit proprius ac certus, quàm ille eſt proprius ac præſens ſingulis: in hujus ſinum quiſquis ſe plenâ fiduciâ conjecit, omnemque ſolicitudinem in illum unum tranſtulit, cui ſcit ſe curæ eſſe, is in mediis rerum tumultibus & quietus eſt, & deliciis fruitur: Deliciis, ad quas collata quæcunque mundus hic habet ſuavia, nautea mera eſt, ut ait ille. Igitur anima quæ ſe totam tradidit huic ſponſo, non minùs agit gratias in adverſis, quàm in proſperis. Quanquam ſi vera loqui velimus, quid eſt adverſum, niſi quod nobis obſtat ad æternam felicitatem properantibus? Quid proſperum, niſi quod eò conducit? *Chriſtus* nobis & ſponſus eſt, & dominus, & medicus. Sponſus, quia charitate noſtri pertractus in mortem, æterno fœdere nos ſibi, ſe nobis devinxit: Dominus, quia ſanguinis ſui precio nos aſſeruit à tyrannide ſatanæ: Medicus, quia ſervator eſt, & ſolus efficaciter medetur malis hominum, mortem depellens, vitæ reſtituens. Sæpe magis propitius eſt, quum immittit amara, quàm quum delinit dulcibus. Novit ille, quid expediat nobis, nec ceſſat nec dormit in cura ſuorum. Nos ſæpenumero proſpera judicamus, quæ ſunt adverſiſſima: pro adverſis ducimus, quæ ſunt proſperrima. Noſtrum eſt obſequium, ſponſi judicium. Omnis proſperitas ab hoc eſt, à quo niſi proficiſcitur, proſperitas dici non poteſt. Ab eodem piis venit adverſitas, hanc nobis vertit vel in remedium, vel in pietatis lucrum: illâ ſolatur infirmitatem noſtram ut poſſimus ſuſtinere, hâc explorat coronátque fidem noſtram. Humano quidem ſenſui blandior eſt proſperitas, ſed ſæpenumero ſalubrior eſt atq; etiam lucroſior adverſitas. Non eſt aditus ad cœleſtem gloriam niſi per crucem. Communis eſt omnium via: ſive Reges, ut ait poeta Lyricus; ſive inopes ſumus coloni. Sua cuique crux tollenda eſt. Hæc eò mihi ſcribuntur inclyta Regina, ut de his tibi magis gratuleris, quæ ut ſunt longè precioſiora, ita nec eripi poſſunt invitæ. Oportet virtutem ſibi notam eſſe. Quum enim omnis virtus ſit gratuitum Dei donum, quomodo tuebitur quod accepit, aut quomodo gratias aget divinæ benignitati, qui neſcit quid acceperit? Sponſus in *Canticis* minatur ſponſæ, ni ſe cognoverit. Non ſe cognoſcit anima, quæ ſibi tribuit quod non habet; non ſe cognoſcit, quæ ſuis aſcribit viribus, quod ſponſi liberalitati ferendum erat acceptum; non ſe cognoſcit, quæ ſe feliciorem putat hiſce commodis externis, quàm arcanis illis Spiritûs ſancti donis; quæque graviùs angitur ereptis opibus corporeis, quàm theſauri cœleſtis amiſſione. Sed quò dilabitur calamus? gratulari decreveram, & admonitor fio, quum ſciam ultrò currenti in pietatis ſtadio, & in ſacrarum literarum campis aſſiduè verſanti, nihil opus eſſe vel calcaribus, vel monitis. Si liber quem tuæ majeſtatis nomini dicavi, promeruit ut ipſum digneris auribus oculiſq; tuis, laboris hoc mihi feliciter ſuſceptum interpretabor. Sin eſt quod offendat, non gravabor hoc editione proximâ corrigere. Dominus *Jeſus* fons omnis lætitiæ perpetuo & incontaminabili gaudio ſerenet animum tuum, inclyta Regina, & unicum pietatis exemplum. Datum *Baſileæ*. Calend. Mart. Anno M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterodamus Franciſco Dilſo S. D.

Epiſt. 70. SI tua *Uliſſea* peregrinatio tibi feliciter ceſſit, quâ πολλῶν ἀνθρώπων ἴδες ἄστεα καὶ νόον ἔγνως, eſt quod tibi magnopere gratuler. Hiſtoriam omnem expecto per *Hieronymum Frobenium*, per quem tutò poteris quidvis. Certum eſt omnia tentare cum *Berckmanno* priùs quàm aggrediar extremam tragœdiam. Si dabitur opportunitas, hic exeras tuam rhetoricam, hominíque perſuadeas ut malit mecum officiis certare quàm malefactis. Nôſti locos & tractandi rationes. *Petrum Ægidium* ſalutabis meis verbis diligenter, nihil enim erat quod ſcriberem, præſertim quum tu multarum epiſtolarum inſtar eſſe poſſis. Reverſo meo *Quirino Taleſio* ad iter accingar. Expectabis hoſpitem, ſed minimè gravem. Matri, fratribus tuis ac ſororibus

bus precor læta omnia. Tu cura ſciam quid valeas. Datum *Baſil.* 15. Cal. April. An. M.D.XXVIII.

Eraſmo Scheto me diligenter commendabis. Ei dabis libellum *De Pronunciatione* meo nomine. Quod ſcriberem nihil erat.

Eraſmus Theologo cuidam Hiſpano Sorbonico S. D.

Epiſt. 71. RECta conſilia Deus ſuo favore proſperat; perverſas hominum molitiones plerunque vertit in capita molientium. Jam multi ſunt anni quòd monachi quidam titulo, quum re nihil ſint minùs, me ſibi fingunt hoſtem, non ob aliud, niſi quòd ex reſloreſcentibus bonis literis, éq; *Chriſtianiſmo* ſpirituali, priſtinum vigorem mediante, ſibi perſuadeant nonnihil decedere vel commodis ſuis vel autoritati, quum vix alii chariores ſint veri monachi, hoc eſt puriſſimi chriſtiani, quàm mihi. Iſti jam pridem mihi malè cogitabant, nec deerat juxta proverbiũ improbis aliud omnino quàm occaſio. Hanc illis porrexit apud *Hiſpanos*, ut ſignificant amicorum literæ, *Edvardus Leus*, illic Regis *Angliæ* nomine pacis legatione fungens, & præter ſui Regis animum excitavit exitioſiſſimum incendium. Idem olim egit *Lovanii*, totam illam, quod quidem in ipſo fuit, Academiam diſcordiæ veneno inficiens, re tam infeliciter geſtâ, ut nec meis inimicis placuerit, & ſuis etiam amiciſſimis ſupra modum diſplicuerit, exceptis pauculis idiotis, qui ſtudio non judicio ducebantur. Nec ad aliam rem ingenium illius natum, factum, ſculptúmque videtur, quàm ad ſerenda diſſidia. Quoniam autem meis apologiis neceſſariò declarârim hominis malitiam cum inſigni inſcitiâ conjunctam, annis aliquot ille preſſit dolorem, tamen interim moliens librum in me: non quo ſua defenderet, nec enim poteſt, ſed quo novas ingereret calumnias, idque adeo clàm, ut apud *Anglos* nunc nemo mihi credat hæc ſcribenti quæ gerat in *Hiſpania*. Nec dubito quin per *Gallias* iter faciens virus ſuum apud malitiæ ſocios ſparſerit. In *Hiſpania* verò quum reperiſſet monachos quoſdam mihi malè cogitantes, communicare cœpit librum ſycophanticum, multò ſtolidiorem quàm fuerat ille prior: & fingit ſe velle edere, quod nunquam tamen facturus eſt; optârim factum. Illic erant tituli terribiles, *contra ſacro-ſanctam Dei trinitatem, contra Chriſti divinitatem, dignitatem & gloriam, contra Spiritus ſancti divinitatem.* Erant indices rem miris præſtigiis ob oculos ponentes. His rebus monachi ſuſtulerunt animos. Et primus impetus factus eſt in aula Cæſaris per *Dominicanos*. Is autoritate procerum preſſus eſt. Rurſus *Salamancæ* per *Franciſcanos*, vitæ, ut habentur, probatioris renovatus, tanto tumultu, ut aut victuri, aut in pugna occubituri viderentur. Clamatum in concionibus, blateratum in privatis colloquiis, publicitùs affixi articuli, provocatum ad diſputationem nôſti ejuſmodi tragœdiarum actus. Is motus ægrè per Cæſarem & Archiepiſcopos aliquot temperatus eſt veriùs quàm cohibitus. Tandem extitit *Petrus Victorienſis Dominicanus*, qui *Burgis* præſidens ſuo ſodalitio concionatorem agit, ruus ut audio germanus. Is tantâ vehementiâ orſus eſt fabulam, ut clamarent, *hic non audiendos neque Cæſarem, neque præſules, ſed Deo obediendum potius quàm hominibus.* Quid multis? Res omninò ſpectabat ad ſeditionem. Itaque viſum eſt Cæſari ac præſulibus, ut vociferari deſinerent, articulos exhiberent, ſi quos haberent adverſantes fidei. Interim abſtinerent à publicis clamoribus. Ægrè obtemperatum, ſed illud ſilentium privatis obtrectationibus abundè penſabunt. Ibi conſpirant ſeptem monachorum genera. Exhibiti ſunt articuli, non ſolùm impudentes & vaniſſimi, verùm etiam tractatu periculoſi ob imbecilles, qui nec apud *Hiſpanos* deſunt, vel ob *Judaiſmum*, vel ob *Paganiſmum*. Res agi cœpit, ſed mox negotium in furioſum exiit tumultum, tandem peſtilentia ſubitò oborta diremit ſynodum. Nec tu mihi pilo minùs charus es, quòd habes fratrem hujus negotii ducem. Ex amicorum enim literis intelligo te virum eſſe ſingulari & doctrinâ & æquitate præditum, ſperóq; futurum, ut fratrem ad ſaniora conſilia revoces. Porrò, non dubito quin qui in *Hiſpania* hanc ordiuntur tragœdiam, iſtius collegii clam implorârint auxilia, quo conjunctis copiis vi opprimatur *Eraſmus*. Hoc conſilium inprimis quàm non ſit animi Chriſtiani perſpicit tua prudentia. Ac de me quidem levis fortaſſe jactura fuerit. At vereor nè hinc novum aliquod oriatur diſſidium, quum ego ſemper pacis concordiæque fuerim & patronus & hortator. *Sutor* & *Bedda* ſibi perſuadent *Eraſmum* hominem eſſe nihili. At is in omnibus regionibus habet ſibi plurimos etiam potentes ſtudiis ſuis devinctos. Ineptum quidem dictu, tamen dicendum, habeo ſcrinia plena Regum, Cæſaris, Card. Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ducum, Magnatum & eruditorum literis amantiſſimè ſcriptis. In *Hiſpania* verò quoſdam adeo fervidos patronos, ut coactus ſim illis ſcribere, nè contentione ſtudiorum moveant exitiale diſſidium, ſinant potius *Eraſmum* fluctibus dedi, fortaſſis à ceto quopiam excipiendum. Ex quantulis initiis, quanta videmus oriri incendia! In *Hiſpaniis* hactenus tranquilla res erat, & ſummo otio florebant ſtudia. Nunc hanc tempeſtatem per *Leum*, ut ſcribunt, invexit manachorum improbitas. Nec interim aliud ſuccrifaciunt quàm odium bonorum & riſum. Ex tam malis fontibus, quid boni poteſt oriri rei Chriſtianæ? *Leus* quovis pacto molitur vindictam. Idem eodem ſpiritu agit *Bedda*. Non reſpondet ad quæ oportuit, ſed ad eoſdem articulos aliter digeſtos redit, credens omnia fore proſpera, ſi veſtra cenſura damnârit aliquot: nec cogitat quàm parùm nunc orbis tribuat iſtiuſmodi cenſuris, multò minùs tributurus, ſi perſpexerit tam malitioſa judicia, quàm ſunt *Lei* & *Bedda*, cujus furori collegium veſtrum mederi decuit magis quàm inſervire. Quid enim illum pudet, qui talem librum dedit orbi legendum, non expectato Collegii judicio? Nec juſſus premere preſſit, ſed eluſit Regis edictum, curans ut in *Germaniam* ſpargeretur, & iſthic clam diſtraheretur. Ad hæc, quum meæ ſupputationes ob oculos omnium poſuerint hominis inſcitiam cum pari malitia conjunctam, non cogitat de purgando, ſed articulos aliquot decerptos ex acervo calumniarum & *Gallicè* verſos, miſit in aulam regiam, quos in hoc delegerat, ut proceres, mulierculas, denique totam *Galliam* in me concitaret, quemadmodum calumniatus antea fuerat titulum *Angliæ* Regi tributum. Nunc eoſdem articulos vobis ingerit, ſcilicet in ordinem digeſtos, ut novi videantur, perinde quaſi nihil ſit reſponſum. Hæc quum malitioſis artibus, ac perverſus

verſis animis gerantur, quid obſecro poſſunt gignere niſi magnum malum? Quod nè oriatur, ſedulò quidem enitar, certè illud efficiam nè mihi poſſit imputari. Non enim rependam malum malo, nec meum privatum dolorem, publico Eccleſiæ detrimento ulciſcar. Impietatis uti crimen non admittam, ita calumniam non feram. At finge me nec velle, nec poſſe quicquam contra niti; non deerunt tamen qui rem hanc rapturi ſint in occaſionem ac materiam contentionis. Quid autem eſt Chriſtianiſmus, ſi pax abſit? Ubi verò pax, ſi abſit charitas? Quæ porrò charitas, ubi cuncta tantis odiis, tantis conviciis, tam impudentibus & indoctis calumniis geruntur? Videmus ex quantulis initiis, quantæ tempeſtates exoriantur, quàm facilè jacens malum moveatur, quàm difficilè motum conſopiatur. Hoc graviſſimum *Lutheri* incendium unde natum, unde huc progreſſum, niſi ex *Beddaicis* intemperiis? *Martinus* propoſuerat Aphoriſmos diſputandos de Condonationibus Pontificiis. Eas non minùs impiè quàm impudenter deprædicabant ptochotyranni quidam, qui ſpe lucri nihil non audent. Horum intemperiis *Lutherus* oppoſuit ſua problemata. Indignabantur, quorum res agebatur. Miſſa ſunt ad *Leonem* X. Reſpondit *Sylveſter Prieras* tam feliciter, ut ipſe pontifex indixerit illi ſilentium. Succeſſêre quorundam monachorum vociferationes apud populum, nihil habentes in ore præter hæreſes, blaſphemias & ſchiſmata. Viſa narro. Nulla res magis conciliavit omnium favorem *Luthero*. Quòd ſi de Condonationibus ſobriè, ſicut erant propoſitæ diſputatum fuiſſet, nunquam hæc lues ſic occupâſſet orbem. Quid autem tam piè, tam circumſpectè ſcriptum eſt, à quoquam, quod non queat calumniari, qui mentem habeat qualem ſpirant ſcripta *Beddæ*? Nos ſcripſimus ſtilo non rhetorico, ſed paulo mundiore, non quod ſcholaſticum damnemus; habet & ille ſuum uſum; ſed ille nec ubivis congruit, nec omnibus arridet. Studuimus & politioris literaturæ ſtudioſos, velut eſcâ quapiam ad amorem ſacrarum literarum allicere. Jam *Bedda* talem phraſim non intelligit: Hoc ipſa res clamitat. Non eſt opus argumentis. Deinde in paraphraſi ſervamus decorum perſonæ loquentis, nec reſpicimus ad hæc tempora, ſed quod *Chriſtus*, aut Apoſtoli ſuis temporibus docuerunt, conamur explanatiùs dicere. *Bedda* quæ rhetoricè dicta ſunt examinat ad dogmata ſcholaſtica, imò *Sorbonica*, quæ illic quotidie naſcuntur nova; nec agnoſcit tropos, nec perſonas, nec tempora. Quid hoc calumniandi ſtudio perverſius? Sceleratius etiam eſt, quòd decerpit hinc atque hinc mea verba, prætermiſſis arte, quæ meam ſententiam explanant, & excludunt calumniam. Interdum pro meis verbis ſupponit ſua, prætermittit, addit, utcunque viſum eſt appoſitum ad calumniam. Verbi cauſâ, Divus *Hieronymus* exhortans clericos ad contemptum divitiarum, in hanc loquitur ſententiam: *Partem cum Domino non poteſt habere, qui aliquid poſſidet præter Dominum.* Si malignè quis interpretetur, nónne prorſus clericis omnibus adimit proprietatem? Rurſum, quid odioſius illo de matrimonio? *Quale bonum hoc eſt, quod comparatione deterioris probatur?* Quas hìc blaſphemias intonaret, ſi quid tale reperiretur in ſcriptis meis? Item quum *Baſilius* exhortans divites ad liberalitatem, ait, *illos rem alienam occupare*; quid ſeditioſius dici poterat, ſi hoc examines non ad exhortationis legem, ſed ad dogmatum vigorem? Hujus generis ſententias ter mille colligerem è probatis autoribus, ſi res ita poſtularet. Sed omnium impudentiſſimum eſt, quod impingit mihi, quæ nec ſcripſi nec ſomniavi. Et vides quàm ſint excitata mortalium judicia: periit illa populi ſimplicitas. Quondam ſatis erat, *ſic judicavit alma facultas*: Nunc utinam ſaltem rationibus & ſcripturis auſcultarent. Dices, cum talibus non argumentis, ſed faſciculis agendum. Fortaſſis iſtud dictat lex humana, ſed lex charitatis aliud dictat. Illa de nemine facilè deſperat. Multi ſimpliciter errant, multi ſic leviter afflati ſunt, ut facilè poſſint ſanari. Et ſi ducum nulla ſpes eſſet, tamen ob alios nondum deploratos expediret illos, certis & evidentibus argumentis, & ſcripturis efficacibus coargui. Equidem optarem *Romani pontificis* autoritatem plurimum habere ponderis ad ædificationem Eccleſiæ, ſed vides quo ſit prolapſa. Nec ulli magis offecerunt illius autoritati, quàm qui nimis impudenter illius autoritatem exaggerârunt. Idem dicere licet de monachis. Ipſi ſibi detraxerunt quod æquum erat, dum plus æquo tribui poſtulant. Ita juxta proverbium, *Rumpitur dum nimium tenditur funiculus.* A vobis mundus aliquid eximium & homine majus expectat. Eam opinionem omnibus impreſſit primum iſtius collegii celebritas, deinde tot annis in ſtudio philoſophiæ ſacriſque literis deſudati. Nunc verò, O viri divini, depromendum eſt illud eximium, & homine majus. Requirit hæc tempeſtas inſignes naucleros; poſcit hic morbus eximios medicos; nè in frivolis conſumatis operam veſtram. Iſta facultas *Chriſto* militare debet, non ſervire privatis hominum affectibus. Artem & autoritatem veſtram adverſus eos expromite, qui veſtræ dignitatis arcem ex profeſſo palàm oppugnant, & apud multos jam labefactârunt, qui veſtra dogmata libris editis deteſtantur: non in eum qui ſuis vulneribus pro virili tuetur eadem quæ vos, qui paratus eſt confodere, ſi quid verè impium in ſcriptis ipſius comperiatur. In bellis militi, ob bene navatam operam, præmium à ducibus eſſe ſolet: Mihi in hoc bello ob ſedulò navatam operam, à vobis qui hujus militiæ duces eſtis, hoc erit præmium, ut calumniis ac mendaciis *Sutorum* ac *Beddarum* opprimar? Evangelico gradu & ſpiritu *Chriſti* res hæc agenda eſt, non arte ſycophanticâ. Sapientia vincit malitiam. Malitia nihil aliud quàm propagat malitiam. Abſit autem ut veſtra autoritas cujuſquam malitiæ ſerviat adverſus piam ſedulitatem. Jam mundus & Principes magna ex parte intelligunt hunc eſſe pſeudomonachorûm tumultum, hoc agentium ut ſimul cum *Luthero* linguas ac bonas literas obruant, quas ut non didicerunt, ita & diſcere piget, & neſcire pudet. Etiam ſi pium ſit utrunque, tamen ad alterum ante tempus properant. Spirat adhuc ille, nè dicam regnat in animis plurimorum. Habet qui profiteantur, qui propugnent, qui veſtram autoritatem elevent, ac traducant apud omnes, nihil libentius amplectentes quam quod veſtris ſuffragiis damnatum eſt. In hos eſtote viri potius quam in *Eraſmum*, qui in caſtris veſtris ſub iiſdem ſignis militat, qui non ſine ſanguine cum his dimicat, quos vos pro capitalibus ducitis hoſtibus. Et tamen fieri poteſt, ut adverſus impietatem pugnans ipſe alicubi labar in impium dogma. Nam id uſu venit,

& *Hieronymo*, & *Cypriano*, & *Ambrosio*, & *Augustino*, si quis exactiùs exquirat. Tale si quid accidit, vel inscitiæ, vel imprudentiæ potest ascribi, malitiæ non potest. Id ego si quis commonstraverit docuerítque, veluti partum suppositititium, lubens jugulabo. Si quid parùm intellectum, interpretabor. Id fiet primùm inconvulsâ Christianâ charitate, deinde majore cum fructu, postremò cum vestri ordinis dignitate, cujus existimationem undequaque sartam tectam haberi prorsus est è re Christiana. Eam oportet rectis rationibus commendare, non odiis aut calumniis. Sunt qui fingant me parùm faventem dignitati ordinis Theologici, quòd alicubi revocem ab immodico studio quæstionum non necessariarum, quòd adhorter ad fontes divinorum voluminum, ad cognitionem linguarum, & *Bedda* scilicet consulit illius dignitati, qui talem librum emisit in lucem. Loquor enim propriè de libro quem in me scripsit, de cæteris alii judicent. Erat è dignitate vestri collegii, primùm in eo non esse *Beddas*, proximum non tantum valere. Quòd si decretum est illius omnia, seu rectè, seu perperàm facta, tueri, jam omnes intelligent studio non judicio rem geri; quod absit ut eveniat. Jurata est vobis concordia, sed in honestis. Jurata est mutua dignitatis defensio, sed istis rationibus maximè læditur vestra dignitas, quæ si tyrannica est, non Theologica, quidvis est potiùs, quàm dignitas. Ac fortasse res non est omnium communis, fama tamen erit communis omnium. Quo magis advigilandum integris, nè quid collegii nomine prodeat, quod illius parùm respondeat existimationi. Mihi quidem ignotus est istius collegii status, sed partim ex horum temporum habitu, partim ex aliis facilè conjecturam facio: In omni consessu semper fuerunt, qui studiis & improbitate rerum summam sibi vindicant, nec temerè fit, ut melior pars vincat. Per illos primùm res privatim decernitur, mox excluduntur integriores, adhibentur idonei, præfatio commendat concordiam, adduntur minæ, *hic*, inquiunt, *apparebit, qui sint Lutheranæ factionis*. Si quis dixerit aliquid æquius, mox audit à frementibus, *Luthero* pejor. Sunt ingenia modesta, quæ malunt quiescere quàm cum talibus contentionem suscipere: Sunt qui in gratiam privatam deflectant à sua sententia: Sunt qui metuant aut sperent aliquid, eóque premant quod judicant optimum: Sunt qui non intelligant, quod nudè proponitur: Sunt qui iisdem affectibus excæcati sunt, quibus *Bedda*: Sunt quos utcunque sanos clamor ac tumultus aliorum ita ut fit, agit in furias. Ita non fit, sed extorquetur senatus consultum. In quo prodendo rursus qui extorserunt admiscent affectus suos, aliis vel insciis, vel conniventibus. Et hoc dicitur collegii decretum. Hæc nequaquam ad te scriberem, nisi mihi doctorum hominum literis persuasum esset te virum esse magno rectóque judicio præditum, eóque curaturum, nè quid isthic geratur secus quàm oportet. In me certè nullum hominis Christiani desiderabitur officium. Malitiosas calumnias non feram, etiam si sex *Romani Pontifices* subscribant vestræ sententiæ. Nec enim Pontificum, nec vestra autoritas valere debet ad opprimendam veritatem & innocentiam. Idem ages apud *Petrum Victoriensem* fratrem tuum. Ita continget vobis speciosa victoria, si vincat *Christus*, si superet charitas, multóque melius mereberis déque collegio tuo, déque fratre, quàm de *Erasmo*. Spiritus cœlestis inspiret animis vestris quæcunque pia, quæcunque sancta, quæcunque ad Christianam amicitiam conducibilia. Bene vale. Datum *Basilea* pridie divi *Andreæ*, Anno M.D.XXVII.

Erasmus Rot. Martino Bucero S. D.

SAtis tu quidem rhetoricè causam agis *Capitonis*, verùm video te, licèt alioqui facundum causidicum, non satis instructum ad hoc patrocinium. Si conjecturarum & argumentorum aciem proferrem, intelligeres tibi meditandam aliam orationem. Verùm ego jam rixarum sum satur, & in eos quos ex animo dilexi, non facilè moveor. Quid eques glorioSus ausit aut non ausit ipse viderit, nisi quòd nimiùm subinde redit ad hunc ludum. *Capitonem* ei fabulæ non admiscebo, nisi seipsum rursus admiscuerit, nec arbitretur me tam stupidum ut non intelligam quid agatur. Sed his de rebus ipsi scripsimus. Porrò, quòd tuam vestræque Ecclesiæ causam agis, arbitror satius esse nihil respondere, quòd res, etiamsi vacaret discrimine, verbosissimam orationem desideret. Tantum ad quædam carptim & paucis accipe. Qui de linguis detulerat, is est, cujus fidem nè tu quidem contemneres, nec malè de te sentit. Verùm in te nihil unquam concepi siniStri animi, quod quidem attinet ad privatos affectus. Aguntisthic qui hic blaterabant, omnes disciplinas esse repertas à cacodæmonibus. Certè ubicunque regnat hoc hominum genus, quocunque nomine censendum, jacent, frigéntque studia omnia. *Norenbergæ* conducti sunt ex ærario civitatis qui profiteantur, non est qui audiat. Colligis tu quidem mille conjecturis, cur Ecclesiæ vestræ non dederim nomen. Verùm scito primum ac potissimum omnium quod me ab isto consortio revocavit fuisse conscientiam, cui si persuaderi potuisset à Deo proficisci quod agitur, jam olim in vestris castris militarem. Proximum est, quod videam in isto grege multos alienos ab omni synceritate Evangelica. Mitto rumores & suspitiones, de compertis experimento loquor, atque adeo meo malo compertis, nec in vulgo tantùm, verùm etiam in his qui videntur esse aliquid, nè dicam proceres. De ignotis non est meum judicare, mundus latè patet. Novi quosdam optimos, priusquam huic professioni sese addicerent, quales nunc sint nescio: certè aliquot comperi factos deteriores, nullum meliorem, quantum humano judicio perspici potest. Tertium quod animum meum deterruit, est ista tanta inter primores negotii dissentio. Ut enim omittam prophetas & Anabaptistas, quàm amarulentis libellis inter se conflictantur, *Zuinglius*, *Lutherus* & *Osiander*? Principum sævitiam nunquam probavi, sed hanc quorundam mores irritant, quum oportuerit sanctitate commoditatéq; meorum commendare Evangelium, si apud vos esset quod jactatis. Ut enim de aliis taceam, quorsum attinebat ut *Lutherus* ad eum modum scurraretur in *Anglia* Regem, quum negotium tam arduum susciperet favente mundo? Non cogitabat quam personâ sustineret, non reputabat totius orbis oculos in unum conjectos? Et hic est hujus negotii coryphæus, cui non admodum succenseo, quòd me tam scurriliter tractavit; quòd Evangelii causam prodidit, quòd Principes, Episcopos,

Epist. 72.

pſeudomonachos, pſeudotheologos in capita bonorum virorum immiſit, quòd ſervitutem, quæ jam erat intolerabilis, conduplicavit, id verò diſcruciat animum meum. Et videbor mihi videre ſeculum cruentum ac ſanguinarium, ſi pars irritata reſpirârit, quod planè nunc facit. Dices nullam eſſe turbam quæ non habeat admixtos malos. Certè procerum erat præcipuam de moribus curam agere, mendaces, perjuros, ebrioſos, ſcortatores, nec alloquio dignari. Nunc longè ſecùs fieri audio, ac propemodum video. Si maritus comperiſſet uxorem magis morigeram, ſi præceptor diſcipulum magis obſequentem, ſi magiſtratus civem magis tractabilem, ſi conductor operam fideliorem, ſi emptor venditorem minùs ſubdolum, erat magna Evangelii commendatio. Nunc quorundam mores faciunt, ut & qui primùm amore pietatis & odio phariſaiſmi favebant huic negotio, nunc frigeant, & Principes dum vident ſubnaſci populum ἄταξον, ex erronibus, profugis, decoctoribus, nudis, miſeris, pleriſque etiam malis collectum, execrantur, & ii qui initio bonam ſpem conceperant. Hæc non ſine gravi dolore commemoro, non ſolùm ob id quòd proſpiciam rem ſiniſtrè tractatam in pejus ceſſuram, verumetiam quòd hæc faba tandem in meum cudetur caput. Quidam enim iniquiores, meis imputant ſcriptis, quòd Theologi ſcholaſtici, quòd monachi nonnullis in locis minoris fiant quàm vellent, quòd jacent ceremoniæ, quòd negligitur regnum *Pontificis Romani*, quum non ſit obſcurum, quo fonte malum hoc proſilierit. Illi nimium tendebant funiculum, qui nunc rumpitur. Pontificis autoritatem propemodum anteponebant *Chriſto*, ceremoniis metiebantur totam pietatem, confeſſionem in immenſum arctabant, monachi regnabant impunè, jam manifeſtum phariſaiſmum meditantes. Evenit tandem ut juxta proverbium ruptum ſit τὸ χαλάδιον τρύμμον. Nec aliter evenire potuit. Ac miſerè metuo nè idem eveniat olim Principibus, ſi pergant & ipſi ſuum funiculum plus æquo tendere. Rurſus ut altera pars inſtituebat actionem ſuæ fabulæ, non potuit alius exitus eſſe, quàm videmus. Et utinam non videamus atrociora. Oportebat autem hujus negotii duces, ſi *Chriſtum* pro ſcopo haberent, non ſolùm à vitiis abſtinere, verumetiam ab omni ſpecie mali, nec ullum offendiculum dare Evangelio, & illa ſtudioſè vitantes, quæ, quanquam licent, non tamen expediunt. In primis ab omni ſeditione cavendum erat. Si rem ſyncerè ac moderatè tractâſſent, acceſſiſſet Principum & Epiſcoporum favor. Nec enim omnes deplorati ſunt. Nec erat quicquam temerè convellendum, niſi parato quod melius ſuccederet in locum deterioris. Nunc qui abjecerunt preces horarias, nihil orant. Multi qui poſuerunt veſtem phariſaicam, in cæteris deteriores ſunt quàm antea fuerant. Qui contemnunt conſtitutiones Epiſcoporum, nec Dei præceptis obtemperant. Qui negligunt delectum ciborum, gulæ ventríque indulgent. Longa tragœdia eſt, quam partim audimus quotidie, partim accipimus ab aliis. Miſſam abrogari mihi nunquam placuit, etiamſi ſordidum hoc & quæſtuarium ſacrificulorum genus ſemper diſplicuit. Et erant alia quæ citra tumultum mutari poterant. Nunc quibuſdam nihil omnino placet quod receptum eſt, quaſi ſubitò novus mundus condi poſſet. Semper erunt quæ ſint piis hominibus ferenda. Si quis ideo putet Miſſam in totum abrogandam, quòd complures hâc abutantur, tollenda eſt ſacra concio quam propè ſolam recipitis. Idem ſentio de Invocatione divorum, déque Imaginibus. Exigebat epiſtola tua prolixiorem reſponſionem, ſed hoc ipſum meis occupationibus perlongum eſt. Audio te præclaris dotibus præditum ad prædicandum Evangelii verbum, ac moribus etiam civilioribus quàm ſint multi. Quare velim tuam prudentiam vel nunc dare operam, ut conſtantiâ moderationéque doctrinæ, & morum integritate res utcunque cœpta perveniat ad exitum Evangelio dignum. Ad hoc habebitis me pro viribus adjutorem. Nunc tametſi machinis omnibus impetunt monachorum phalanges ac Theologi quidam, nulla tamen res efficiet, ut hujus animulæ jacturam ſciens faciam. Erit tuæ prudentiæ non ſpargere hanc epiſtolam, nè quid hinc tragœdiæ naſcatur. Si liceret coram, plura commentaremur. Bene vale. *Baſilea*, Natali divi *Martini*, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Rot. Senatui Pariſienſi S. D.

SI negotium hoc privatum ad me tantùm pertineret, ornatiſſimi Judices, jure fortaſſis alicui viderer improbus, qui & tantillus homunculus, & nullo officio vobis commendatus, Senatum ut multò omnium auguſtiſſimum, ità plurimis graviſſimiſque negotiis occupatiſſimum, non verear interpellare. Verùm quoniam arbitror & veſtram prudentiam facilè perſpectuaram, id de quo ſcripturus ſum magis ad publicam ſtudiorum ac religionis tranquillitatem, & ipſius Theologicæ facultatis dignitatem pertinere, quàm ad meam unius exiſtimationem, non arbitratus ſum aliò magis confugiendum eſſe, quàm ad veſtram autoritatem, velut ad ſacram ancoram, extremúmque juſtitiæ præſidium. Nè verò vos longiore morer procœmio, *Natalis Bedda* qui nuper & impotenter & infeliciter edito libro ſic debacchatus eſt in me, ut *Rex Chriſtianiſſimus*, mox ubi rem cognovit, vetuerit codices divendi, haud dubiè vetiturus excudi, ſi tempeſtivè monitus fuiſſet: majore etiam ut accipio impetu, ſed aliâ viâ cœpit agere malè auſpicatam fabulam, impotenter iratus quòd ad tam impudentes calumnias auſus ſim reſpondere: quaſi in illius gratiam debuerim agnoſcere opiniones & blaſphemias, quæ mihi nè per ſomnium quidem unquam venerunt in mentem, quum ſumma ſit impietas impietatis crimen agnoſcere, niſi culpam agnoſcas. Nec hìc tamen inſimulo facultatem, cujus permiſſu liber excuſus eſt: non enim dubito quin *Bedda* poſt inſciis illis ſuum ſtomachum admiſcuerit. Sic autem temperavi reſponſionem, ut ſciens nec verbum ullum protulerim adverſus meam conſcientiam. At ſi non potui meam tueri innocentiam, niſi illius in calumniando vanitatem & impudentiam aperirem, ſibi debebat imputare qui provocârit, non mihi cui liberum non erat obticeſcere: præſertim quum ego literis amantiſſimè ſcriptis hominem ad negotium Chriſtianâ modeſtiâ tranſigendum toties invitârim, omnia pollicens quæ ſunt viro pietatis & concordiæ ſtudioſo digna. Nunc quum

Epiſt. 73.

illius

illius calumniæ ſint evidentiores quàm ut diſſimulari queant, novâ viâ molitur vindictam, & hominem plus ſatis concitatum inſtigant quidam, ut hoc organo ſuum dolorem ulciſcantur. Congeſſit ingentem acervum articulorum, talium planè qualibus ſcatebat ille liber à Rege damnatus, quos non ipſe decerpſit è libris meis, ſed à magiſtellis aliquot decerptos accepit. Nam ipſe mea nunquam legit, quantum ſanè divinare licet. Eos ad facultatem Theologicam detulit condemnandos, & jam accipio periclitatos aliquot. Equidem hoc animo ſum, ut ſi quid impiè dictum comperiatur in ſcriptis meis, nolim mihi gratiam ejus erroris fieri. Verùm quid eſt tam circumſpectè ſcriptum, quod non depravare queat calumnia, dolis & odiis armata? Hæc felicitas nec *Auguſtino*, nec apoſtolis contigit. Porrò, niſi *Bedda* prorſus diffideret ſuæ cauſæ, reſponderet ſaltem ad quædam loca, tam impudenter calumnioſa vanáque, ut res manibus, quod aiunt, ſentiri poſſit. Nunc hoc omiſſo, quod in primis curatum oportuit, vim parat, concitat facultatem, ut articulorum turbâ, ſuffragiis & autoritate me opprimat. Nec tam malè vel de meipſo, vel de ſacratiſſimâ facultate ſentio, ut illius judicium pertimeſcam. Cur enim id facerem, quum hoc pridem ab illis flagitârim? Sed *Beddæ* judicia quàm cæca ſint odio, ſatis declaravit ipſe. Et is in eo conſeſſu habet multos ipſi addictos, quoſdam vel invidiæ metu, vel quietis amore obticeſcentes; ſi quis quid æquius adferat, mox audit, *Lutherano* pejor: nonnullos politioris literaturæ rudes, qui noſtra non intelligunt. Jam qui & integri ſunt, & docti, tamen falli poſſunt. Decerpitur ſententia nuda, quæ ſola videtur impia, cui ſi jungerentur quæ præcedunt ac ſequuntur, eſſet pia. Proponitur ſub nomine *Eraſmi*, quæ dicitur ſub perſona *Pauli* aut Evangeliſtæ; confertur ad hujus temporis Eccleſiam, quum congruat Eccleſiæ priſcæ. Exempli cauſâ, *Paulus* dicit de ſe & Chriſtianis, *Miſerabiliores ſumus omnibus hominibus*. Quid magis impium, ſi nihil addas? Verùm ſi addas, quod addit *Paulus*, *Si non eſt reſurrectio mortuorum*, pia vox eſt. Item *Paulus* dicit, *Eſca non commendat nos Deo*. Hoc piè dicebatur ab Apoſtolo illis temporibus, quibus Chriſtianis erat periculum à Judaico delectu ciborum, & quibus nondum Eccleſia ullum cibi genus interdixerat. Hanc ſententiam aliis verbis ſub perſona *Pauli* in Paraphraſi explanatam ſic interpretantur, quaſi nunc *Eraſmus* doceat, contemptis Eccleſiæ conſtitutionibus, cuivis licere veſci quibuſlibet, quod ego nè ſomniavi quidem hactenus. Hæc qui neſcit, damnabit eam ſententiam, quæ mea non eſt, ſed *Pauli*, ſimúlque pro me damnabit Apoſtolum. Ex hoc exemplo cætera conjiciet veſtra prudentia. Harum molitionum, quoniam fons ac ſeminarium eſt odium, ira, livor, & ulciſcendi cupiditas, quid aliud hinc naſci poterit, niſi tumultus ac diſſidia, quum horum malorum in orbe ſit jam plus ſatis: magiſque conveniret, ut me pro viribus tuentem Eccleſiæ concordiam ſuo favore ſublevarent, ejúſque collegii, quæ ſemper hactenus ſumma eſt habita autoritas, ſerviret gloriæ *Chriſti*, non affectibus *Beddarum*, *Sutorum*, & quorundam falsò nomine monachorum; qui quum in ſola improbitate fiduciam collocârint, nihil reſpondent ad ea, in quibus tam inſignis calumniæ redarguuntur, ſed improbis conſpirationibus ac tumultibus rem aggrediuntur, non ob aliud magis infenſi nobis, quàm quòd nolumus in caſtra *Lutheranorum* diſcedere? Quicquid hactenus per *Beddas* ac *Sutores* inſanitum eſt, non arbitratus ſum ad Theologicam facultatem pertinere, cujus autoritati ſemper detuli plurimum, ſempérque delaturus ſum, ſi modò liceat. Verùm ſi talibus modis pergant obruere, non dicam me, qui nihil ſum, ſed veritatem ac pietatem, qualibus olim *Judæi* oppreſſerunt *Jeſum*, efficiam ut mundus intelligat ea quæ, velut impia, damnantur ab iſtis, eſſe Chriſtianæ pietatis, & aut non fuiſſe intellecta, aut malitioſè depravata: ruſticanam ac ſimplicem veritatem ſic exponam oculis hominum, ut textoribus etiam ac textricibus ſit conſpicua. Quâ ex re quantum illis ſit acceſſurum gloriæ neſcio. Optarem negotium hujus eſſe generis, ut meam innocentiam ſalvâ illorum autoritate tueri poſſim. Impietatis crimen nemo pius debet agnoſcere. Etſi mihi liceret agnoſcere, non expedit aliis, quos hæc opinio vel in errorem illiceret, vel in errore confirmaret. Hìc igitur ſi veſtra autoritas, quâ major ſecundùm Regem in iſto regno non eſt, molitionibus iſtis tumultuoſis, ac malitioſis imponat ſilentium, primùm conſuluerit & ſtudiorum quieti, & religionis Chriſtianæ tranquillitati, denique Theologicæ facultatis dignitati, ſi veſtro hortatu ſe digna geſſerit. Jam quo minore negotio rem omnem cognoſcatis, mitto reſponſiunculas ad articulos aliquot, qui jam in conſeſſu *Sorbonico* dicuntur periclitari: ſimúlque mitto librum quo *Beddæ* calumniis reſpondeo, locis indicatis, quo magis ſint in promptu. Si veſtra autoritas incompoſitos tumultus cohibuerit, erit magnopere gratum. Sin & illam negligent, hujus calumniæ malitiam ſuis coloribus accuratiſſimè depingam, ac *Regi Chriſtianiſſimo* mittam. Nec dubito quin is, ut eſt veræ pietatis ſynceriſſimus amator, ac diſſidiorum oſor, ſit aliquâ ratione quietem indicturus iſtis, qui in gratiam quorundam ſtolidorum pſeudomonachorum, ſub titulo religionis ac pietatis veros hoſtes agunt religionis ac pietatis. Auguſtiſſimum veſtrum ſenatum incolumem florentémque ſemper tueatur ille *per quem Reges regnant, & Judices juſta decernunt*. Datum *Baſileæ* XVIII. Calend. Decemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Rot. Joanni à Laſco Præpoſito Gneſnenſi S. D.

AMO tuam iſtam prudentiam, vir ornatiſſime. Non mediocris eſt malis ingeniis bene uti, & ex noxiis animantibus utilitatem capere. Habeo quoſdam qui vehementer amant, interdum meo magno malo. Malim qui prudenter amant. De regia epiſtola gaudeo tuum conſilium mihi fuiſſe felix, uberiùs gaviſurus ſi felix fuerit & reipublicæ. Animus iſte tuus mihi tam addictus, non poteſt mihi non eſſe gratiſſimus, haud tamen deſinam te monere, videas nè quam tibi ſtudium mei vehementiùs conciliet invidiam. *Glareanum* exhilaravi commonſtratâ literarum tuarum parte. Saragit, ut nunquam aliàs æquè, proinde munus hoc non malè collocavit tua benignitas. De *Beato* nè ſis ſollicitus: Eſt quod dicitur, quanquam amoris *Epiſt.* 74.

erga se tui μνημόσυνον non aspernabitur. Libellum isthic excusum vix credit, adeò miserè cupit quod scribis esse verum. *Hieroslai* fortitudinem objurgarem, nisi jam serum esset. Congeminavit sollicitudinem meam tua quoque valetudo non satis prospera. Nec hanc positurus sum, donec tuis literis cognovero lætiora. Quemadmodum mihi gratissimus futurus est tuus conspectus, ita nonnihil sum sollicitus, quomodo te tractatura sit *Hispania*. Non paucos enim absorbet. Nec mirum videri debet, si tam preciosæ, tam charæ, tam raræ possessioni anxiè metuo. Nollem cum Rege improbius agi de munere, nè cui videar hoc venatus. Nam hoc intelligo quibusdam esse cordi. De ducentis florenis, facies quod tibi commodum judicabis. Ad me nihil dum perlatum est. Literas & isthic refrigescere doleo, quum apud *Brabantos* & apud *Hispanos* felicissimè floreant. Bellorum nullum video finem, adeo crudescunt Principum iræ. De *Roma* rursus captâ crudelis ad nos adfertur rumor. Opto vanum esse. Hic pestilentia rursus aliquot abripuit, mitior tamen quàm autumno proximo. *Joannem Frobenium* amicum incomparabilem paralysis nobis ademit. Primum dextri pedis gravissimo cruciatu diu torquebatur, sic ut nulla mors crudelior: eo per medicum audacem magis quàm eruditum consopito veriùs quàm profligato, cœpit esse feroculus, & amicis admonentibus, ut domi se contineret, vitaret frigus, arrisit non obtemperavit. Ita ex alto nescio quid tollere parantem morbus obortus in humum dejecit. Casus ipse ad mortem satis erat, post biduum ægrè alterum oculum sustulit, jam agens animam. Hujus viri decessus me non vulgariter affecit, præsertim quum *Augustinus* totus ferveat sub prælis non paucis. *Hosio* iubens bene faxim si quid queam. Nunc tamen non erat scribendi ocium. Opinor cæteros amicos ad te scripturos. Quæ nisi proximis nundinis, videntur ad te nondum perlata. Item quæ scripsi per *Severinum Olpeium*, qui se prædicabat istuc proficisci. Dicavi tuo patruo *Ambrosium*. An hìc mihi mens læva fuerit, ex te scire cupio. Nam diu fluctuabam anceps animi. Quam tragœdiam mihi quidam quavis viperâ nocentior, orsus sit in *Hispania*, cui præluserit *Bedda*, & nunc cupit catastrophen addere, disces ex epistolis & libello quem addo. Harum rerum nihil spargat tua prudentia ante tempus. Suaseram huic nuncio *Georgio* ut hìc maneret, verùm maluit isthuc recurrere, quàm hìc ociosus terere tempus. Bene vale, *Basileæ*, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Rot. Christophoro à Schydlovietz Palatino, & Capitaneo Cracovienſi, regni Poloniæ Cancellario S. D.

Epist. 75 NOn caret quidem egregia virtus vel laude, vel præmio suo, etiamsi præclaris conatibus non responderit eventus, qui soli Deo est in manu; nos tamen eramus feliciores futuri, nisi plus valuisset regnandi dulcedo, quàm æqua rectáq; consilia. Prorsus experimur esse verissimum, quod ante tot annorum millia scripsit *Homerus*, *Cibi, potus, cantionum, chorearum, & omnium rerum quamvis natura dulcium homini satietatem oboriri; solius belli, rei omnium tristissimæ, nullam esse satietatem.* Quid hoc aliud esse dicam, vir eximie, nisi Deum à nobis aversum, Principum quorundam animis insedabilem ardorem pugnandi immittere? Quid autem malorum abest huic sæculo? Quæ mundi regio non aut patitur bellum, aut parat? Vbi non sævit pestilentia? Ubi non laboratur inopiâ? Nec tamen tot afflicti modis agnoscimus Deum, flagellis ad resipiscentiam provocantem; sed perinde quasi rebus integris, epulamur, jungimus matrimonio, digladiamur, & de proferendis regni pomeriis contendimus: spero tamen operâ tuâ, ac tui similium, optimíque Regis *Sigismundi* dexteritate res humanas in tranquilliorem statum aliquando reponendas. Quod scribis epistolam meam, tum ipsi Regi, tum regiis proceribus omnibus magnopere placuisse, gaudeo sanè, nec *Joannis à Lasco* consilium, nec meum obsequium successu caruisse. De munere non est quod satagat tua benignitas. Jam dudum teneo quod captabam, si placuit, si pacis studium commendavit. Pro tuo erga *Antonium* meum studio gratiam habeo maximam. Sic enim is vir me suis virtutibus sibi devinxit, ut quod officii tua sublimitas in illum contulerit, lubens passurus sim imputari mihi. Dominus te servet incolumem, vir modis omnibus clarissime. Datum *Basileæ* prid. Id. Decemb. Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterodamus Antonio Medico S. D.

QUum animus iste tuus pluspquam *Pyladeus* superet omnia Regum munera, tamen tu non desinis novis subinde certare muneribus, & minitaris nescio quid tale tantúmque, ut à me contemni non possit. Hoc mihi credas velim, *Antoniæ*, istud tuum pectus mihi tribus regnis esse preciosius. *Georgius* bonâ fide reddit omnia. *Hieroslao à Lasco* precor ut felix sit sua fortitudo, cui tamen nonnihil metuo, nè in nervum. *Alexius Turzo* mihi abundè satisfecit, si provocationem meam æqui bonique consuluit. *Severinus Olpeius* hinc discessit mense Septembri, onustus meis literis, quanquam & per *Frobenium* scripseram in mercatum, quæ perlata sint nec nè nondum habeo certum. Regi cordatissimo non displicuisse literas, gaudeo; editas esse, nec probo, nec improbo. Opinor vobis constare consilii vestri rationem. Mallem præfationes & versiculos omissos, non ob aliud, nisi quòd laudant invidiosiùs. De munere extorquendo nolim agi. Videbor enim hoc aucupatus, quum nihil minus cogitârim. Hac in re sum obsequutus animo *Joannis à Lasco*, iterum atque iterum eadem ad me scribentis. *Joanni Henkello* nunc consulere serum est, superest precari ut quod factum est feliciter cedat. *Pauli Crescentii* nihil ad me pervenit, præter animum quem è tuis cognitum literis lubens amplector, sicut & *Samborkii* & *Hosii*, & *Georgii Vuerneri* & *Langi*, quorum nonnullos mihi commendavit *Lascanus*, quibus omnibus aliàs mutuum animum declarabo. Nunc nec vacabat, nec expediebat plura scribere; iter longum, nuncius nescio quàm certus. Vix credas, mi *Antoniæ*, quàm tibi gratuler tam benignum, tam candidum patronum, præsertim hoc rerum statu turbulentissimo. Ei scripsi tribus verbis, reclamante pudore meo. Impudentiæ causam in te transferas oportet. *Beddam* adeo non pudet suæ vesaniæ, ut ordiatur tragœdiam multò hac insaniorem. Nisi istos urget extremum fatum, nescio quid

Epist. 76

quid ſibi velint. *Joannis Leopolitani* candorem exoſculor, quem utinam plures imitarentur. De funere vertendo vereor nè non ſuccedat. Irritabuntur quos non poſſumus compeſcere. Quicquid eſt tragœdiarum, vel in *Gallis*, vel in *Hiſpanis*, hoc fonte nobis ſcatet. Quin & illud videndum, nè quid hinc diſcriminis ad eos redeat, quibus autoribus aut conſciis hoc procuratum eſt. Optimæ conjugi tuæ precor omnia læta. Lintheum dono miſſum auro gratius eſt, quod præter mittentis affectum, commendat etiam ipſa novitas. *Joſephum* tuum, ſi veniet, cupidiſſimè videbimus. Hic peſtis recruduit: reliquit nos nuper *Joannes Frobenius* paralyſi correptus. Dederat morbus quædam ſui præſagia, ſed puduit virum nimium fortem ægrotare. Bene vale mortalium chariſſime *Antonine*. *Baſileæ*, poſtridie conceptæ Virginis. Anno M. D. XXVII.

Eraſmus Roterod. Natali Beddæ. S. D.

Epiſt. 77. VEreor nè hoc operæ ſumam inaniter, tamen charitas quæ, juxta *Paulum*, omnia ſperat, hortata eſt, ut vel ſic experiar, an lucri-facere poſſim fratrem meum. Jam enim, mi *Bedda*, libet in te contemplari, non quòd tu factis ac ſcriptis expreſſiſti, ſed quod Chriſtianus frater es, quod ſacerdotio ac Theologiæ profeſſione collega. Obſecro te, quis ſpiritus agitat animum tuum, ut in gratiam *Lei*, qui ſimilem telam orſus eſt in *Hiſpania*, & in doloris tui vindictam, redeas ad veterem fabulam, & improbitate tuâ tuorúmq; etiam collegio tuo, quod ſemper hactenus habitum eſt venerandum gravéque, labores tuæ temeritatis labem affricare? Patent omnibus tot inſignes tuæ calumniæ, tot manifeſta mendacia, tot impudentes blaſphemiæ, quibus proximum tuum immerentem & ad amicitiam provocantem impetiſti. Et hujuſmodi floſculis ornatus incedis, nec te abdis, nec pudet in publicum prodire, nec cogitas de reconciliando fratre, & fortaſſis audes etiam cum iſto animo, horreſco referens, parricidiali, ad ſacroſanctam illam Euchariſtiam, ac ſynaxim accedere, & illo ore ſumere cœleſte ſymbolum pacis, qui tale ſuſcitas diſſidium. Qui convenit Euchariſtiæ cum tantâ maledicentiâ? Qui ſynaxi cum tam impotentibus odiis? Humanum eſt, inquit ille, peccare; quanquam ſic peccare, an humanum dici poſſit neſcio. Humanum eſt in mediocria prolabi mala. Hoc quod tu ſciens, prudens, perverſo & obſtinato animo facis, ſceleratius eſt homicidio, execrabilius eſt veneficio. Sed ſit humanum ſemel vel temulantiâ, vel furore, ſic in fratrem fuiſſe debacchatum, certè diabolicum eſt perſeverare. Jam mala malis addere, peſſima pejoribus aggerare, obſecro te per baptiſmum tuum, quo nomine donabimus? Si quid in te frontis eſſet, certè priùs à calumniis ac mendaciis te purgare debebas, notioribus quàm ut diſſimulari poſſint, quàm ad novas calumnias accingereris. Nunc adeo tibi non diſplices, ut ultrò etiam ſupremam poteſtatem, hoc eſt, regiam incuſes, per quam non liceat adminiſtrare juſtitiam. At ſi juſtitiam adminiſtraret tibi Rex, vir egregie, tu præmia ferres, quæ ſolent calumniatores & ſycophantæ, qui publicæ tranquillitatis hoſtes. Mi frater, miſerè timeo ſaluti animæ tuæ. Et quanquam me tibi fingis hoſtem, te certè pluſquam hoſtem experior; tamen ita me *Chriſtus* bene amet, hoſtis & talis me miſeret. Redi ad cor, mi frater, reſipiſce; præſtat recurrere, quàm decurrere in præcipitium. Si contemnis hominum de te judicia, ſi me ſpernis, de tua ſalute ſolicitum, ſaltem reverere Deum, cordium inſpectorem, & omnium perverſarum molitionum ultorem. Utinam mihi eſſet exorciſmus, aut incantatio quæpiam, quâ tibi iſtum ſpiritum deteſtabilem queam excantare. *Saulum* agitabat ſpiritus Domini malus, ſed ex intervallis, & incinente citharâ *David*, diſcedebat. Tu ſic perſeveras, ut ſemper ruas in deterius, ut metuam nè vel *Davidicâ* citherâ animi tui furor non poſſit deliniri. Certè optàrim mihi citharam inſigniter efficacem, ut iſti tanto malo tuo mederi queam. Video enim te in felle amaritudinis, & in obligatione iniquitatis eſſe. Quando unquam *Auguſtinus*, quem tu videris magnificere, ſic debacchatus eſt in *Donatiſtas*, aut *Circumcelliones*, ut tu debaccharis in *Eraſmum*, amicum, fratrem, denique ſui capitis periculo dimicantem adverſus eos quos ut hoſtes Eccleſiæ deteſtaris? In cujus ſcriptis nihil adhuc inveniri potuit, quod eſſet impium. Tantum de ratione loquendi, aut de verbis non intellectis, aut ex malitioſa depravatione calumnia eſt. Et hìc tibi placet exemplum *Lei*, qui primo ſuo favore nec meis inimicis placuit, & iis magnopere diſplicuit, quos habebat in *Anglia* amiciſſimos. Nec adhuc ſatis quiſquam credat apud *Anglos*, illum hoc agere quod agit in *Hiſpania*. Et eum vocas abſolutum Theologum, qui nunquam attigit limen Scholæ Theologicæ. Tantus eſt tibi, non ob aliud, niſi quia odit *Eraſmum*. Et ſuſpicor priorem illum librum bonâ ex parte fuiſſe tuum, quem *Pariſiis* excudit. Blandire tibi, voca quàm voles zelum fidei, crede mihi manifeſtus furor eſt, *Satanæ* eſt energia: *Chriſti* ſpiritus longè alia profert, charitatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, longanimitatem, manſuetudinem, fidem, modeſtiam. Quî poſſit ab hominis pectore tantum calumniarum, tantum mendaciorum, tantum blaſphemiarum proficiſci, niſi *Satanæ* ſpiritu eſſet occupatum? Tantum ad cor redi, mi *Bedda*, *Miſericors eſt Dominus, & multæ miſerationis*: ſi clames ad illum, impartiet tibi ſpiritum ſuum bonum, qui deducet te in terram rectam. Ego quod admiſſum eſt facilè condonabo, ſic interpretans tibi Dominum præcepiſſe, ut mihi malediceres, quemadmodum olim præceperat *Semei*, ut malediceret *David*. Sic fortaſſis illi viſum eſt purgare me. Et ſi quid fortè acerbius in te ſcripſi, non gravabor petere veniam, & ſarcire pro mea virili. Omnes boni uno ore profitentur, ſe ex nullo libro plus cepiſſe fructûs, quàm ex meis paraphraſibus. Id opus tu maximè impetis. An non ſentis hanc eſſe ſuggeſtionem illius Serpentis, qui invidet hominum ſaluti? Quin potiùs te præbes organum ſpiritui *Chriſti*? Jactas te propugnatorem Eccleſiæ. At quibus tandem modis poſſis vehementiùs Eccleſiam oppugnare, quàm eum calumniis opprimendo, quem adverſariæ factiones ducunt pro hoſte capitali, & nova diſſidia in orbe ſuſcitando? Scio quòd tibi blandiantur affectus tui. Sed crede mihi, nihil eſt mendacius odio, nihil vanius irâ, nihil fallacius invidiâ. Crede mihi inquam, mi *Bedda*, peſſimis conſultoribus auſcultas. Sobrius charitatem, & Chriſti ſpiritum

in conſilium adhibe, & perſpicies in quod barathrum te rapere laboret *Satanas*, falsâ pietatis imagine deludens animum tuum. Nonne vides quantum ſit in orbe diſſidiorum? Et tu quaſi parùm ſit tam atrocem ordiris tragœdiam. Si victus injuriis deficerem ad hoſtes Eccleſiæ, unde repeteret Deus hanc animulam niſi abs te? Quod hactenus perſtiti, non eſt mearum virium, ſed divini muneris: Et ejuſdem præſidio perſiſtam uſque in finem, uti ſpero. Quis autem tam atrocibus contumeliis támque perpetuis non delaſſaretur? Id ſi fieret, nonne vides quem tumultum excitare queam? Nec reputas quàm latè pateat hoc malum quod nunc ſuſcitas? Non eſt tam inops amicorum *Eraſmus*, quàm tu credis. Et ut maximè ſit imbecillis, non cogitas quàm ſit res potens & invicta veritas? Non perpendis quàm plerique ſint propenſi ad contemptum autoritatis & conciliorum *Romani* Pontificis & veſtræ? Quid iſti dicent, quum viderint prodire examen articulorum, ad quos jam reſpondi, perinde quaſi nihil ſit reſponſum? Quum videbunt argutationes de verbis, depravationes ac malitioſas ſuſpitiones? Equidem dabo operam, nè ſim cauſa tanti mali, ac nè occaſio quidem ſi queam. Eóque rurſus me offero ad omnia quæ Chriſtianæ lenitatis ſunt ac modeſtiæ. Quòd ſi ſurdus ad omnia monita pergis hoc incendium excitare, ego qui mihi nullius impietatis ſum conſcius, impietatis calumniam fortiter à me depellam. Eventus mihi non poterit imputari. Hæc epiſtola me liberabit, & apud Deum & apud homines. Orabo Dominum, ut det tibi mentem meliorem, qui ſi meas preces exaudierit, & illius bonitati gratias agam, & tibi gratulabor, nec libebit ſuperiorum malorum meminiſſe. Vale. Datum *Baſileæ* XVI. Calend. Decemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Roterod. Petro Tomitio Epiſcopo Cracovienſi S. D.

Epiſt. 78. NEc ocium, nec argumentum ad te ſcribendi ſuppetebat, ampliſſime Præſul, pudor etiam dehortabatur: Sed tuus *Antoninus* tam graphicè tantóque affectu mihi depinxit effigiem pectoris morúmque tuorum, ut ſi dicam te mihi ignotum eſſe, planè mentiar: ſim autem ab omni pietatis & humanitatis affectu alieniſſimus, ſi talem Præſulem non venerer, ſuſpiciam & amem ex animo. Cæterùm *Antonino* meo non minùs gratulor, quòd patronum nactus eſt, cujus auſpiciis poſſit in his rerum humanarum undis & honeſtam & tranquillam vitam degere. Sic enim amo pectus hominis longè candidiſſimi, ut magis hilareſcam ſi quid illi bonæ rei obtigerit, quàm ſi mihi obtigiſſet. Leve eſt, ſi jam gratuler tibi dignitatem iſtam, quam fortunæ tuæ non debes, ſed præclaris animi tui dotibus; nec te dicam hoc nomine felicem, quòd ſereniſſimo Regi ſis inter primos, & gratus & charus, quandoquidem hoc ille judicio facit potiùs quàm affectu. Seculo noſtro reíque publicæ Chriſtianæ gratulor, cui ſi tui ſimiles multi contingerent Epiſcopi, citiùs hæc rerum tempeſtas in ſerenitatem verteretur. Habet tua celſitudo epiſtolam pluſquam *Laconicam*, quam tamen fatereris eſſe prolixam, ſi nôſſes quibus diſtringar laboribus. Precor amplitudini tuæ R. proſpera fauſtáque omnia. Datum *Baſileæ* pridie Idus Decemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Rot. Thomæ Moro S. D.

IN tot moleſtiis quibus undique circumvallor, plurimum attulit ſolatii ſereniſſimi Regis epiſtola humaniſſimè ſcripta, quâ me invitat in *Angliam*, omnia pollicens benigniſſimo digna Principe. Admonet quòd olim ſcripſerim, in *Anglia* ſenectuti meæ ſedem delegiſſe. Nunc verò, mi *More*, res in eo ſunt ſtatu, ut mihi ſepulchri locus ſit circumſpiciendus, ubi vel mortuo liceat quietum eſſe, quando, ut video, non continget hoc unquam vivo. Omnes divinant magnos rerum motus imminere. Anabaptiſtarum hæreſis meditatur erumpere, quæ latiùs ſparſa eſt quàm quiſquam credat. Tragœdias meas cognoſces ex hoc *Quirino* meo juvene mihi perſpectæ fidei, quem, quoniam novit omnia mea, in *Angliam* præmittendum arbitratus ſum, ut per eum diſpiciam cum amicis quid fieri poſſit, aut quid expediat. Egiſſem gratias regiæ benignitati, ſed quoniam tot laboribus penè exanimato nihil erat ocii, malui ad tantum Principem nihil ſcribere quàm negligenter. Si videbitur, tu meliùs illi declarabis animum meum, nec ignarum, nec immemorem tam eximiæ benignitatis, quàm mihi toties offert, nihil promerito. Opto te cum tibi chariſſimis quàm belliſſimè valere. Datum *Baſileæ* pridie Calendas Martias, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo. *Epiſt. 79.*

Eraſmus Rot. Henrico Botteo LL. Doctori, officiali Burgenſi, S. D.

VIr in Domino chariſſime, quemadmodum de tam ſingulari veſtro in me amore gaudeo, ita vos inani mœrore contriſtatos doleo. Toties efferor, toties mihi ſuperſum, interim paratus ad utrunque quum Domino viſum fuerit. *Joannes Frobenius* vir ornandis ſtudiis natus, nos reliquit, non ſine dolore meo: ſed tamen dum morbi genus (erat enim paralyſis) dum hoc ſeculum turbulentiſsimum cogito, magis gratulari libet erepto, quàm deflere abreptum. Orſus erat ingenti ſumptu totum *Auguſtinum*, nec optabat longiorem vitam, quam donec abſolviſſet. Sed Deus illi, ut ſpero, melius aliquid providit quàm optabat. Officinæ tamen molem *Hieronymus* filius & ego ſuſtinemus. Non excidit liber *De ratione concionandi*, ſed ſemper aliquid tranſverſum incidit, quod aliò propellat animum. Et vix credi poteſt, quantum negocii nobis faceſſat *Auguſtinus*. Jam non ſolùm cum *Hiſpanicis* phalangibus mihi res eſt, verùm multò capitalius bellum cum aliis, *Bedda* nullum non movente lapidem, nè videatur vir bonus. Attamen admoneri me gaudeo. Te cum omnibus qui mihi bene volunt in *Chriſto* quàm optimè valere cupio. Datum *Baſileæ* poſtridie *Thomæ* Apoſtoli, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo. *Epiſt. 80.*

Jacobo

Jacobo Sadoleto Epiſcopo Carpentoractenſi Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 81. COmmentarium tuum *in Pſalmum quinquageſimum* nondum perlegi, ſed tantùm carptim deguſtavi; nec enim hactenus plus licuit per occupationes. Mox totum avidiſſimè devorabo. Primo ſtatim guſtu mirè me cepit candor ac facilitas ſimplicitáſque dictionis, cum ſumma pietate conjuncta. Nihil abs te prætermiſſum, quod ad eruendos explanandóſque Prophetæ ſenſus pertinet, qui *Græcos* etiam nonnunquam conſulis, interim & *Hebræos*. Si tales libellos nobis ſubinde mittat *Roma*, confido futurum, ut plerique mortales aliquanto melius ſentiant de veſtra urbe, in qua perſpiciant eſſe viros, qui libros arcanos non eloquenter ſolùm, verùm etiam ſanctè piéque tractare nôrint. Etenim qui iſthìc bonas literas profitentur, quanquam in ſuo genere ſtudiorum excellunt, tamen in hunc uſque diem ad rei Theologicæ cognitionem haud ita multum contulerunt. Geſtio libellum hìc typographis excudendum committere, quo latiùs per orbem ſparſus plures accendat ad ſtudium pietatis: ſed ſcrupulum injicit libello annexa excommunicatio, quam arbitror tamen nihil aliud ſentire, quàm ut iſthìc *Calvus* à damno vindicetur. Alioqui cuum officina *Calvi* non poſſit omnibus mundi regionibus ſuppeditare, videtur hoc non ſine gravi ſtudiorum jactura futurum, ſi liber magnam utilitatem allaturus ſit ab uno duntaxat *Romano* typographo petendus. Arbitror *Carolum* meum re feliciter geſtâ ſeſe ad reditum accingere. Hìc agitur miſera cruentáque fabula, cujus utinam Dominus det felicem cataſtrophen. Nos ſubitâ tempeſtate deprehenſi inter ſacrum & ſaxum, ut aiunt, hæremus, non ſine gravi diſcrimine. Utinam nunc liceret è *Tybri* bibere. Scurræ quidam monachi non deſinunt in me libellis rabioſis debacchari, quidam etiam anonymis. De penſione Cæſaris nulla ſpes eſt ni redeam in *Brabantiam*. Atqui hic ventus neque navigare ſinit, néque anchoram figere. Mihi bona ſpes in *Clementis* pietate. Bene valeat tua R.D. *Baſileæ*, poſtrid. Cal. Julias, Anno M. D. XXV.

Theologis Lovanienſibus Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 82. PRoſiliit tandem libellus *Vincentii*, quem jam pridem parturiens non permiſſus eſt per Vicarium eniti. Nihil proficit fictus titulus. Nemo potuiſſet tam inſulſum & indoctum librum ſcribere, niſi unus *Vincentius*. Abuſus eſt, ut aiunt, operâ cujuſdam Dominicani ex *Anglia* profugi. Ego ſanè libellum, quamvis atrociter in me deſcriptum, abſque riſu legere non potui, nec legi tamen niſi carptim. Deum immortalem, quantum ibi eſt manifeſtorum mendaciorum! Ego illic damno cultum divorum, quum duobus libellis editis aſſeram cultum & invocationem ſanctorum adverſus dogma *Lutheri*; & ſolum *Lutherum* adorari volo, qui collatis ſignis cum illo bellum gero: ego modis omnibus ſubvertere conor Confeſſionem, qui *De rectè confitendo* libellum edidi: & in *Colloquiis* palàm damno Confeſſionem, quum illic duplicem aſſeram Confeſſionem, unam quæ ſit Deo, alteram quæ ſit apud ſacerdotem, utramque probans: ego ſum magiſter *Lutheri*, ego damno cœlibatum, ego volo à ſubactionibus, ſic enim ille ſcurra loquitur, iri ad ſacrificandum. Jam quàm in toto libello nihil cohæret! Dicas in febre ſcriptum, cum affectatione eloquentiæ, nam & Poetas citat. Ad hæc quanta ſermonis ſpurcitia! Tum quàm impotens odium, quàm evidens invidentia! Tolerandum ſi tales qui ſunt, ſe ſolos exponerent omnium odio riſuíque. Nunc ob paucorum dementiam, infamatur ordo. Neque nulla mali pars, ſi permittitis me vera loqui, in vos recidit. Olim veſtrùm plerique conveniebant ad clamores Dominicalium. Carmelitam palàm inſanientem toleratis. Nec dubito quin hic libellus apud vos diſtrahatur, quum in titulo habeat cognomen *Theologi*, quum fiat mentio *Lovanii*. Noluit enim in totum *Vincentius* perdere hujus libelli gloriam, quum illic toties laudetur *Vincentius* ab *Haerlem* eximius Theologus, cum *Jacobo Latomo*. Bellum verò jugum Theologorum *Lovanienſium*, ut talem aliquis judicet *Latomum* qualis eſt *Vincentius*. Formica camelus, ut aiunt. Mundus adhuc habet multos doctos & cordatos viros, quorum tacita judicia non oportet contemnere. Quid iſtos cenſetis cogitare, quum tales legunt libellos? Hujuſmodi ſcurræ faciunt, ut paſſim nunc perdantur monaſteria, collabantur academiæ. Mundus diutius iſta portenta ferre non potuit. Et quod à paucis malis commiſſum eſt, confertur in univerſos, iniquiſſimo quidem judicio; ſed ſic ſunt hominum mores, ſuſpicantur vos illorum factis favere, quorum intemperias non cohibetis quum vobis in manu ſit. *Adrianus* Pontifex impoſuit ſilentium ſtolidis vociferationibus *Egmondani*, vos diſſimulatis. *Aleander* quum iſthìc adeſſem, meo admonitu indixit ſilentium *Laurentio Phryſio*, vos negligebatis. Cardinalium collegium ac tres Pontifices impoſuerunt ſilentium maledico *Stunicæ*, qui tamen doctiùs magíſque ſobriè debacchatur, quàm vel *Egmondanus*, vel *Vincentius*, vel *Phryſius* ille: Vos quàm ſitis ſecuri neſcio. Ego non mediocriter metuo, nè tempeſtas, quâ hìc laboramus, aliquando demigret ad vos. Quid autem ſtultius aut inſanius libro *Petri Sutoris* Theologi? Is an vobis diſpliceat neſcio, certè diſplicuit patribus ejus ordinis, non quòd illis curæ ſit *Eraſmus*, ſed quòd intelligant quantum ipſis ex unius hominis inſania tum dedecoris, tum periculi immineat. Sunt fortaſſis inter vos, qui putent me non poſſe ſi velim lædere. At longè diverſum ſentiretis, ſi mihi tantum eſſet perverſæ mentis, quantum iſti ſe declarant habere. Ego me ſedulò paro ad ſupremum illum diem, nec unquam committam ſciens, quod conſcientiam hinc demigrantis oneret. Oneratur collegium veſtrum indoctis quibuſdam ac ſtupidis. *Vincentius* attrahit *Vincentium*, Carmelita Carmelitam. Vereor nè quorum gaudetis conſortio, eorum metatis & meſſem. Optârim autem academiam veſtram & eruditis ac bonis viris, & omni ſtudiorum genere florentiſſimam eſſe. Nunc videmus paſſim diripi monaſteria, Theologiæ ſtudia prorſus extingui, academias collabi. Et ſerpit indies malum, fatali quodam ſucceſſu. Jam ſi quid in ſcriptis meis deprehenderetur incautiùs effuſum, quanto civilius atque etiam conſultius erat,

vel

vel admonere privatim ſcriptis literis, vel diſſimulare, quum non ignoretis quantum invidiæ, quantúmque periculi ſuſtineam, nè me jungam alicui factioni. At eum qui ſic tunditur ab una parte, rurſus ex altera lapidibus impetere, quid aliud eſt, quàm protrudere in hereſim? Quod tamen à me nullius improbitas impetrabit. Præfationem *Latomi* quam addidit libello in *Lutherum* ſcripto diſſimulavi. Neque me clàm fuit unquam, quæ dixerit in me in conviviis ac prælectionibus. Diſſimulavi. Nunc rurſus emiſit libellos, in quibus mirâ arte conatur, ut diſputationes quoque meas faciat hæreticas, novâque vafricie mea conjungit cum opinionibus *Lutheranis*. Libellos guſtavi tantum, nam recens allati ſunt. Rogo quorſum attinet iſta calumniandi diligentia? Quod ni ſatur eſſem talium contentionum, videret quàm mihi non deeſſet quod reſpondeam. Sunt qui totis viribus hoc agunt, ut opprimant linguas ac bonas literas. At res ipſa docebit iſtos, ſimul cum bonis literis & illa ſtudia collabi, quæ ſtudent ut ſola habeantur in precio. Quanto conſultius eſſet politiores literas comiter in veſtrum contubernium admittere, ornarent veſtram ſupellectilem, mihi credite, ac vobis multorum Principum favorem conciliarent. Audio exomologeſim meam quibuſdam diſplicere. At eadem magis diſplicuit *Oecolampadii* diſcipulis. Et pro ea mihi docti quidam gratias egerunt, etiam ex *Anglia*, quod confeſſionem jam nutantem reſtituerim. At non pronuncio illam à *Chriſto* eſſe inſtitutam. Id faciam ubi mihi planè perſuaſum fuerit. Agit hoc quidem *Henricus Angliæ* Rex probabilibus argumentis. Et ſequor hactenus ut probabilem opinionem. Quos autem tumultus excitâſſem, ſi & hoc & cætera pronunciaſſem tantùm, nec argumentis comprobâſſem? Comprobare etiamſi fuiſſet mearum virium, perlongum erat. Et aliud tum inſtitueram. Hoc tentavi quod ſperabam impetrari poſſe. Et videtis quo loco illa ſcripſerim, ſitus inter *Tigurum* & *Argentoratum*, & in civitate in quâ *Oecolampadius* publicè docet confeſſionem non eſſe neceſſariam, quidam arffirmant pernicioſam. Si hæc tam certa ſunt, ut mors ob horum profeſſionem ſit oppetenda, cur iſtorum nullus huc ſe confert, & fortiter docet quod ſentit? Si vobis eſſet cognitus harum regionum ſtatus, fateremini me pro rebus præſentibus ſatis audacter ſcripſiſſe, utinam æquè feliciter. De eruditione mea ſtatuetis quod voletis. Pacificum eſſe me ſatis declaravi: Moderatis delector. Qui ſuum jus mordicus tenent, fortaſſis rumpent funiculum dum nimium tendent. Mihi tumultus hi nunquam placuerunt, & ſemper dedi pacifica conſilia. Sed quid facias furioſis pſeudomonachis? Nihil non audent facinoris. Exempti ſunt ab omnibus bonis legibus, errones ſunt, nec ullo loco conſiſtunt. Nec ferri jam poterant, nec moderatis remediis corrigi. Huc iſti provocârunt. Quare veſtram prudentiam appello nominatim magnifice Decane, *Vianenſis*, *Roſemonde*, *Turenholte*, cæteríque quorum æquitas mihi perſpecta eſt, ut conſulatis tranquillitati ſtudiorum, conſulatis veſtræ dignitati, & iſtis ſeditioſis clamoribus aliquando finem imponatis. Me reperietis & Chriſtianæ concordiæ, & ſyncerè religionis ſtudioſum. Bene valete domini & præceptores honorandi. *Baſileæ* Calend. Julii. An. M. D. XXVIII.

Eraſmus Roterod. Natali Beddæ Theologo Pariſienſi S. D.

EGregie vir, Reſponderam epiſtolæ tuæ, miſeram *Argentoratum*, ut illinc tranſmitteretur ad vos, ſed quum nullus inveniretur idoneus, rediit ad me. Hunc nuncium privatim conduxi meâ pecuniâ, qui tuas Annotationes ad me perferat. *Epiſt. 83.* Libros *Auguſtini* quibus explicat ſermonem Domini in monte habitum ſciebam me legiſſe, quàm diligenter incertus. Ubi cœpiſſem tuo hortatu legere, comperi margines omnes notulis manus meæ plenas. Deinde in Annotationibus meis, quas ſcripſi in caput *Matthæi* quintum & ſextum, frequenter hinc cito teſtimonia. Unde miror unde ſuſpicatus ſis, mihi opus illud non fuiſſe lectum. Scripſit hos quidem libros eleganter & accuratè, ſed tantùm presbyter, nec adhuc perinde exercitatus in ſacris literis, quanquam feliciter jam meditans divinæ Scripturæ tractationem. Ex hoc opere multa corrigit ipſe, & reſident nonnulla, quæ lectorem candidum & æquum requirunt. Unde non ſum arbitratus anxiè mihi laborandum, nè nuſquam ab eo diſſentirem. Relegeram penè totum, nec animadverti quicquam periculoſi lapſus in meis. *Gerſon* non eſt in mea bibliotheca, ſed aut emam, aut alicunde rogabo. Videbis me ſatis docilem, ſi contingat monitor διδακλικὸς. Sunt variæ dotes hominum, nec eâdem viâ tendunt omnes ad ſcopum felicitatis. Ego me puto ſemper hoc egiſſe, quod vos agitis, licèt non eâdem ratione. Et niſi hæc fatalis tempeſtas fuiſſet exorta, non prorſus infeliciter conatus eram, ut refloreſcerent linguæ cum bonis literis, ſimúlque veteres orthodoxi cum divinæ Scripturæ fontibus revocarentur. His temporibus quoniam video nihil ſcribi poſſe, quod non offendat aliquos, decrevi quieſcere, totus in hoc, ut quæ vulgata ſunt nec revocari poſſunt, repurgentur, quo quantum fieri poteſt careant offendiculo. Ad hanc rem qui mihi dignabitur ferre ſuppetias, apud me ſummam inibit gratiam. Si parùm videbitur proximâ editione mutare quæ offendebant, non gravabor eſſe ſeverior judex in lucubrationes meas, quàm *Auguſtinus* fuerit in ſuas. Tantùm nè nodus quæratur in ſcyrpo, ſed ea duntaxat indicentur, quæ ſunt alicujus momenti. Nec agam tergiverſatorem in explicando, aut in defendendo, nec mihi indulgebo in corrigendo. Sunt dogmata quædam controverſa, quod genus eſt, *Pontificem eſſe ſuperiorem Concilio univerſali.* Sunt quædam obſcura & incognita, quale erat illud, *De non vertendis libris ſacris in linguam popularem.* Sunt quædam ejuſmodi, ut multis ſcrupulis torqueant ingenium, de his non videtur impium diſſerere, vel ut aliquod plenius & exactius inveniatur, vel ut ſubmotis offendiculis confirmentur quæ decreta ſunt. Ad hæc conſideranda eſt temporum ratio. Utinam non pigeret attentiùs legere meas lucubrationes, nec enim dubito quin id integer facturus ſis. Non potui hunc onerare graviore librorum ſarcinâ, tamen indicem omnium miſi. Tertiæ editioni novi Teſtamenti addidi apologias aliquot novas, quas facilè percurres. Reſpondi *Stunicæ* concluſionibus & articulis. Ego me catholicum eſſe puto, non tantum ob id quòd pacem habeam cum Pontifice, cum

cum *Cæsare*, cum *Ferdinando*, cum Episcopis meis, verumetiam quòd *Lutherana* factio neminem magis odit quàm *Erasmum*. Quod si id est in fatis meis ut utrinque lapider, tamen adnitar, ut *Christo* prober, in cujus diem me paro toto pectore. Is te servet incolumem domine & frater honorande. *Basileæ* Natali S. *Bartholomæi*, An. M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Hadriano Barlando S. D.

Epist. 84. *Orpium* studiis ereptum acerbissimè ferrem, si nostro dolore possit huc revocari. Nunc nos ad illum properamus, ille ad nos redibit nunquam. Mortuus est omnibus rebus bonis florens, & optimum putant esse tum mori quum dulcissimum est vivere. Erat futurus magnus si vixisset; verùm nunc feliciùs magnus est apud *Christum* uti spero. Solus propemodum erat æquus politioribus literis, quas quidam miro studio conantur opprimere, meâ sententiâ non satis rectè consulentes suis etiam studiis, quæ sola florere cupiunt. Siquidem ut res ipsa docebit illos, obrutis mansuetioribus literis, etiam illa collabentur, quibus sedulò magis, quàm prudenter prospiciunt. Res feliciùs succederet, si veterum studiorum proceres bonas literas veluti postliminiò sese recipientes in pristinum locum, comiter in hospitii contubernium reciperent: adferrent hospites aliquid bonæ rei, quid ab hostibus futurum sit nescio: ac viciſſim bonæ literæ sese civiliter in contubernium disciplinarum, quæ jam occupârunt scholas, insinuarent. Nunc quorundam improbitas facit, ut utrisque suus pereat fructus. Per universam *Germaniam* simul cum bonis literis omnia ferè studia collapsa sunt. Nulla Theologorum autoritas. Monachi & sacerdotes publico laborant odio. Faciunt enim mali, ut bonis etiam sit malè. Video res humanas ad *Turcicam* quandam barbariem tendere. Et fortasse sunt Principes, quibus hic status non displiceret. Agitur hic per rusticos cruenta fabula, quæ sit futura catastrophe nescio. Hanc epistolam extorsit *Adrianus* à *Rivo*, tui studiosus. Ex eo cognosces *Germaniæ* res omnes. Bene vale, *Barlande* charissime. Saluta *Joannem Borsalum* si adest. *Basileæ*, postridie Calend Julias. Anno M. D. XXV.

Erasmus Koterodamus Germano Brixio Antistodorensi S. D.

Epist. 85. *O*Te tèrque quatèrque felicem, *Brixi* charissime, qui te semper intra Musarum septa continueris, nec unquam attigeris spineta Theologorum. Quàm tibi inviderem istuc otium, ni sic mihi charus esses, ut tua commoda planè pro meis ducam. Hoc seculo nec bene scribere tutum est, nec malè, & mira est rabinorum conspiratio. *Lutherus* dum omnia conatur novare, subvertit omnia, & pro sinistrè tentata libertate conduplicavit nobis servitutem. Videor mihi non omninò lævâ mente fuisse, quum tot modis efflagitatus abstinerem à *Gallia*. Hunc exitum præsagiit animus. Jactantur hîc blandi rumores de adamantina Regum concordia, quos equidem optârim esse veros, verùm ut sint vereor, quoties mecum reputo τὸ ἀυτοκράτερον καὶ τὴν ἰσαυρίαν ingenium. Hic agitur fabula mirè cruenta, quam καταστροφὴν habitura nescio. Mihi res humanæ videntur tendere ad *Scythicam* quandam barbariem, & omnium liberalium disciplinarum παιδοκθορίαν. Mihi jam ὁ βίος ἐκτίλοξευται, vobis ætate florentibus τλὼ δ' ἀδουχίαν trado. Cadunt passim ὀι τῆδ' μετῶν σεμνοὶ, *Longolius Patavii*, cujus apud me est oratio mirè elaborata in *Lutherum*, *Romæ* nuper periit *Baptista Casalius*; In *Anglia Linacrus*, apud vos *Deloinus*, *Lovanii Dorpius*, qui favorem erga recta studia jam audebat profiteri: frementibus μισομόυσοις omnibus, ac fortassis ea res illi fuit exitio. *Deloini* mentionem fecimus in libello qui brevi perferetur ad vos, quanquam elegantissimo carmine tu quidem optimi viri memoriam immortalitati consecrâsti. Hunc γραμματοφόρον propriè mihi conduxi, ut istinc amicorum literas huc perferat. Per eum tutò scribas licebit. Bene vale, & quid agas fac ut sciam. *Basileæ*, postridie *Bartholomæi*. An. M. D. XXV. *Budæum* mihi salutabis diligenter, si fors mihi non vacabit illi scribere.

Erasmus Roterodamus Joanni Selvæ summo Præsidi Senatus Parisiensis S. D.

Epist. 86. *V*Ir clarissime, mitto libellum adversus rabiosam debacchationem *Petri Sutoris*. Eum ut tuo nomini dicarem *Nicolaus Beraldus* in causâ fuit, qui non semel in suis ad me literis eximias dotes tuas depingens, hortatus est ut id facerem. Profectò demiror tales libellos impunè excudi *Lutetiæ*, præsertim ex autoritate senatus & approbatione Theologorum, si tamen non mentitur præfatio. Verùm ita fit, talia per unum aut alterum geruntur, cæteri connivent, velut ad ipsos non pertineat. Quid sceleratius eo qui corrupit mea *Colloquia*? Dissimulatum est. Non obscurus est autor. *Dominicanus* est, nomine *Lambertus Campester*, qui excudit, dicitur *Petrus* à grandi morsu. Et impunitas invitat ad audendum majora. Prodiit *Antuerpiæ* libellus quorundam *Dominicanorum*, sed ficto titulo, quo nihil fingi potest insulsius, indoctius, mendacius, impudentius, insanius. Ob hujusmodi portenta totum monachorum genus venit in odium publicum. In *Germania* multa virginum ac monachorum monasteria crudeliter direpta sunt. Quidam magistratus agunt moderatiùs. Ejecerunt eos duntaxat, qui illic non essent professi, & vetuerunt novitios recipi; ademerunt illis curam virginum, & jus alibi concionandi quàm in suis monasteriis. Breviter, absque magistratus permissu nihil licet illis agere. Videntur huc spectare, ut ex monasteriis faciant parochias. Existimant enim has conjuratas phalangas & tot privilegiis armatas diutiùs ferri non posse. Plura scripturus eram, sed incertum erat an jam redisses ex *Hispaniensi* legatione. Commendo tibi causam bonarum literarum, & meam, si quid videor hisce studiis profuisse. Bene vale, *Basileæ*, postridie *Bartholomæi*. Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Lodovico Berquino S. D.

Epist. 87. *A*Rbitror te bono animo facere quod facis, *Berquine* eruditissime, sed interim me plus satis degravatum oneras magnâ invidiâ, libellos meos vertens in linguam vulgatam, & eos ad Theologorum cognitionem referens, inter quos scio multos

multos esse integros & candidos, sed paucorum morositas sæpenumerò vincit multorum modestiam. Equidem quum naturâ abhorream à contentionibus, nunc ob ætatem ac valetudinem magis desidero quietem, in eum diem me parans, qui jam longiùs abesse non potest. Video fatales orbis tumultus, video rem Theologorum & his adversantium in manifestam rabiem exisse. Proinde quando perspicio me nihil profecturum, quietus meum ipsius negotium ago, *Christo* commendans suam Ecclesiam, qui solus novit, & potest hominum inconsulta consilia in bonos exitus vertere. Fortasse tu rectiùs consulueris rebus tuis, mi *Berquine*, si concertationem semel sopitam non instaures. *Papilio* noster nos reliquit, & ante hunc *Deloinus*. Hic agitur sanguinaria fabula, quem exitum habitura nescio. Nos hìc hæremus inclusi, quàm tutò Deus novit. Arbitror sororem regiam jam in *Hispanias* profectam. Volitant rumores, aureum seculum pollicentes: At ego nondum video satis idonea proœmia, nec ausim scribere quod mihi præsagit animus. Nihil igitur expectabis eorum de quibus Epistolâ bene longâ mecum egeras, posteaquam scena rerum inversa est. Hunc juvenem meo ære conduxi; qui mea perferret, vestra huc referret. Si quid est quod meâ referat scire, scribe, ac bene vale vir optime. *Basileæ*, postridie *Bartholomæi*, Anno M. D. XXV.

Erasmus Roterodamus Francisco Sylvio S. D.

Epist. 88. JAm unis atque alteris literis me provocas, *Franciſce* charissime, iisque prolixis. Et jure desideras in me tam ampliter abs te prædicatam humanitatem, ni quod tibi nunc facio, nonnunquam facerem & Cardinalibus, non desidiâ, sed ocii penuriâ. Certè candorem istum tuum amo & exosculor. Quantum operâ meâ promoverint bonæ literæ nescio. Illud scio mihi per quosdam pessimam referri gratiã, id quod ego magna ex parte tumultibus hisce fatalibus imputo. Felices quibus interim licet spectatores agere; ego hac ætate cui conveniebat quies & tranquillitas, pertrahor in arenam gladiatoriam vel casurus vel occisurus, imò potiùs simul & jugulaturus & jugulandus. Mundus parturit miram rerum immutationem, in hoc confinium mea senectus parùm feliciter incidit. Quantum augurari licet, videntur omnia tendere ad *Scythicam* barbariem. Ego jam cursu defessus *Beraldo*, *Brixio*, tibi vestrique similibus trado lampada. *Deloinus* destituit bonas literas. Nuper & *Papilio* nos reliquit. Dices malè pensatam epistolam tuam, non ob id tantùm quòd pro copiosa recipis exilem, verumetiam quòd pro tam expolita simpliciter rudem. Si spectes scriptum, non respondi *Francisco*, sin animum, planè respondeo, semperque responsurus sum. Video fere fieri, ut iis qui ducuntur amore politioris literaturæ parum conveniat cum Theologis, ac vicissim Theologi non satis æqui sint melioribus studiis. Principum diutina dissidia tandem matrimonio quopiam componi solent: Utinam exoriretur aliqua nympha, quæ vos mutuâ benevolentiâ jungeret, magisque florerent utriusque gentis studia: nunc dum utrique alteris obstrepunt, collabuntur omnes disciplinæ. Bene vale. *Basileæ* Anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Erasmus Rot. Guilielmo Budæo S. D.

OTe superis charissimum *Budæe* doctissime, siquidem in hisce tumultibus fatalibus ocium tueri licet. Fabulæ partes per singulos obambulant. Prima turba erat de bonis literis. Hìc suas partes egit *Reuchlinus*, nonnihil etiam *Erasmus*. Mox ad fidei negotium devoluta est actio. Hìc primas egit *Lutherus*, non incruentæ fabulæ princeps. Saltârunt & Reges suam portionem. Rex *Danorum* exulat, vester, heu dolor, *Hispaniarum* est hospes. Nuper prodierunt in scenam nobiles & agricolæ. Actio fuit mirè sanguinaria. Ea nunc recrudescit, quæ sit futura catastrophe nescio. A *Gallia* non sine causa sic abhorrebat animus; aliquid præsagiebat magni mali futurum. Quanquam hìc hæremus non absque gravi periculo. Nec est quò fugiamus. Et si esset, hæc valetudo indicit ocium. Atque interim tamen, homo sexagenarius, cogor retiarium agere, & cum tot monstris congredi, vel casurus vel occisurus. Hic nuncius certissimus est, à me propriè conductus. Per eum scribe quid agas. De nobis ex *Beraldi* cognosces cætera. Bene vale. *Basileæ*, postridie *Bartholomæi*, Anno M. D. XXV. *Epist.* 89.

Erasmus Roterodamus Danieli Benedicto Mediolanensi S.

AMantem non redamare *Daniel* optime vir ferarum est. Amas *Erasmum* ex libris cognitum, ego redamo *Danielem* ex humanissimis modestissimisque literis non ignotum. Dictus est *Daniel* vir desideriorum, quid itaque mirum si desiderius *Desiderium* desideras? Sed quid narras? Cæteri quietis desiderio relinquunt Principum aulas, & tu velut è fluctibus temet in aulam venis in portum tranquillum contulisti? *Nauseæ* sui similis est, tantùm me faciens ubique suis laudibus, quantum esse me immodicè amanti persuasit amor. *Montini* lepidissimis literis nescio an vacet nunc respondere. Jocatur ille in crisim sanguinis, verùm ea crisis orco dedit agricolarum plus minus centum millia. Nunc remisit se paroxismus, & *Nauseæ* si venerit, reperiet malum aliquanto medicabilius. Bene vale, & noster esto, debes autem si *Nauseam* sic diligis. Datum *Basileæ*, sexto Idus Octobr. Anno M. D. XXV. *Epist.* 90.

Erasmus Rot. Natali Beddæ S. D.

NOn sum is vir optime, qui soleam de quoquam opinionem sinistram concipere, ni res ipsa palàm comperta cogat in diversam sententiam. Delationibus istis vulgaribus nihil moveor, suspitiones nihil moror, ac nè injuriis quidem mediocribus & humanis perturbor. Negligo, dissimulo, excuso, suspendo sententiam, donec manifesta pravitas sæpius deprehensa, compellat me dicere, *Non putâram*. Neque quicquam arbitror magis indecorum homini Christiano, quàm quum post temerè susceptam diúque fotam de proximo suspitionem, post impetitam multis conviciis innoxii famam, tandem expertus eum longè alium esse, quàm imaginatio finxerat, dicit *non putâram*. Itaque quanquam ante complures annos solitus sum à multis accipere literas parùm amicam de *Epist.* 91.

de te mentionem facientes, tamen nihil me commoverunt quo minùs *Beddam* bonum Theologum ac bonum virum judicarem. Eam opinionem auxerunt *Beraldi* mei literæ, cujus judicio sanè tribuo plurimum. Proinde quanquam in tuis literis erant aspersa quædam quæ subindicarent te non optimè sentire de me, tamen quoniam mihi persuasum est ista tibi scribi syncero puróque animo, nè tantulum quidem offenderunt, nec te mihi vel pilo reddunt ingratiorem. Toties in hac epistola sum tibi charissimus frater, nec tamen collegam agnoscis nisi sympresbyteron, συνθεολόγον non agnoscis, quum tamen hoc tituli mihi non inviderint, nec *Leo*, nec *Clemens*, ac nè *Adrianus* quidem, magnus sine controversia Theologus. Si non agnoscis collegam Theologum, nisi insigniter doctum, nè sympresbyteron quidem agnosces, nisi eximiè pium. At ego sanè longiùs absum à pietate, quàm ab eruditione, licèt in studium pietatis, quàm eruditionis propensior. Indoctos recipit Deus, impios non agnoscit. Sunt & alia quædam, quę videntur non carere figurâ, sed mihi persuasum est ingenium tuum ab hujusmodi strophis longissimè abesse: quod si secus habet, mea nimirum opinio plurimùm abest à vero. Alioqui si maximè affinis essem talibus cavillis, non arbitror tuam prudentiam his velle uti erga eum, qui simpliciter ac purè scripsisset, nec alium te velle præbere, quàm is te existimâsset. Videris autem tibi persuasisse, *Erasmum* esse quendam sitientem mundanæ gloriæ, ingenii pertinacis & indocilis, ad hæc scribendis libris inutilibus intentum, non satis cogitare de his quæ pertinent ad vitam futuram. Scis ipse vir egregie nihil esse difficilius, quàm judicare de spiritu alieno, quum *Paulus* non ausit etiam de seipso judicare. Verùm ista fortasse tibi persuasit delator aliquis, ut his temporibus ubique regnant malæ linguæ. Et fieri potest ut imprudens & inscius foveam aliquid istorum viciorum quæ mihi tribuis. Hoc igitur profectus attulit mihi tua reprehensio, ut ipse mihi cœperim esse suspectus, circumspiciens nuncubi laterent in me morbi tam pestiferi. Homo sum, & humani nihil alienum à me puto. Quod ad gloriam attinet, fateor olim juvenis pulchrum esse duxi laudari à viris laudatis; verùm ubi cognoscere cœpi quàm molestum onus esset fama nihil magis in votis habui, quàm eam si liceat totam abjicere, vel eò, ubi, quod aiunt, cervi deponunt sua cornua. Quid autem habet hoc gloriæ genus expetendum, tot calumniis, tot obtrectationibus, tot criminationibus fermentatum? Aut quod animal me vivit infelicius, si pro tot exhaustis laboribus nihil aliud mercedis refero, quàm famam in hoc seculo, quæ tanto plus aloes habet quàm mellis, si quid tamen omnino mellis habet? Nemo sui probus est judex, fateor. Mihi tamen quum alioqui scateam viciis, videor non insigniter affinis huic morbo, vel hoc argumento. Quum nondum exortus esset *Lutherus*, magnáque rerum tranquillitate florerent studia bonarum literarum, videbar mihi beatus amicitiis tot eruditorum hominum, ut ingenuè fatear quod res habet, laudibus nunquam sum magnopere delectatus, immodicis etiam offendebar. Quòd si valde delectâssent illi *Germanorum* applausus, si libens audissem *princeps literarum, antistes studiorum, vindex veræ Theologiæ, sydus ac decus Germaniæ*, nunc his detractis excruciarer. Nunc verò nequaquam mihi displiceo, quum illis ipsis nihil aliud sim quàm *Erasmus*, propemodum etiam gaudeo me ab invidiosis illis laudibus esse liberatum. Quin & rabiosos libellos quibus ab his impetor, quos pridem habebam laudum mearum immodicos præcones, videor hactenus sat moderatè tulisse. Quum scirem mihi nunquam fore pacem cum quibusdam malè auspicatis ingeniis, quæ me propter bonas literas habent invisum, tamen malui me prorsus exarmatum utrinque lapidandum exponere, quàm in hâc factione, quæ latissimè regiones & aulas occupavit, esse coryphæus & satrapes. & hactenus nec blanditiis, nec minis, nec convitiis utrinsque partis loco moveri potui. Fortassis hanc aliquis cautionem vocabit potiùs quàm constantiam. Imò videbam me tutiorem futurum fuisse, si me in *Lutheranam* factionem conjecissem, noveram enim quæ multi nesciunt. Hic conscientia me revocavit, non metus. Dignitates adeò non ambii, ut etiam ultrò oblatas constanter recusârim: & hic animus quem hactenus præstiti, tibi videtur sitire gloriam mundanam? Et tamen admonitionem tuam in optimam partem accipio, nec patiar me frustra monitum esse. Hortaris me ut legam *Gersonem*, & huic similes autores humiles, quo mihi vilescam. Ego quemadmodum nullum scriptorem soleo contemnere, ità in scholasticis istis quos vocant, præter orationis filum ferè nihil humile video, qui passim ostentant *Aristotelicam* & *Avetroicam* philosophiam, cui *Scotus* multum etiam addidit supercilii. *Gersonis* opuscula quædam legi juvenis, nec omnino displicuit. Cæterùm quum neotericos hos scriptores in manus sumo, nescio quo pacto minùs mihi displiceo, nec ulli libri magis dejiciunt ac pudefaciunt superbiam meam, quàm Evangelistarum ac Apostolorum. Scio magnum & arduum esse negotium domare spiritum hominis, & hoc sanè jam pridem molior, etiam si tu suspicaris mihi non esse vacuum colligere animum ad ea quæ sunt veræ pietatis, propterea quòd subinde novos libellos excudam. Nec mirum est ita tibi videri, qui fortasse stilum non perinde exercueris, eóque difficillimum & operosissimum esse credis, quod exercitato facillimum est. Ego verò jam hoc annos aliquot seriò totóque pectore ago, ut hanc conscientiam *Christo* judici approbem, méque pro viribus in eum diem paro, quem hæc ætas ac valetudo persuadent minimum abesse. Ac videor mihi nonnihil profeciſse auxiliante *Christi* gratiâ, quam in hoc implorare non desino. Nam indies expecto diem illum animo tranquilliore. Nec ulla colloquia mihi gratiora sunt, quàm quæ hoc studium meum vel promovent vel excitant. Itaque ferè versor in his argumentis, quæ juvant etiam hoc animi propositum, tantum abest ut impediant. Quod genus sunt, *De misericordia Domini*, *De modo orandi*, *De moderanda lingua*, quod nunc excuditur, & *Commentatiuncula in Psalmos aliquot*. Ac planè sic meditor subducere mentem à scribendis libris, quemadmodum veteranus athleta paulatim sese recipit in ocium, præcipuúmque studium huc confero, ut quod hactenus editum est repurgem ac dedolem, præsertim in his quæ pertinent ad fidem ac pietatem Christianam. Mihi certè semper fuit hic animus, ut excitarem bonarum studia literarum, eáque conciliarem studiis vestris: partim ut inciperent & bonæ literæ sonare

nare *Chriſtum*, quæ quàm apud *Italos* hactenus nihil aliud quàm paganiſmum crepent, ipſe non ignoras: partim ut ex acceſſione linguarum ac politioris literaturæ, nonnihil fructûs ac lucis adjungeretur ſtudiis hactenus in ſcholas receptis. Quà quidem in re meo judicio vehementer peccatum eſt utrinque, dum & qui bonas literas adamant, hoſtiliter inſectantur diverſa ſequentes: atque hi rurſum hoſpites bonas literas, unde poterant utilitatem capere, non recipiunt in conſortium, ſed inciviliter explodunt, damnant ac rejiciunt priuſquam noverint. Quod ad dogmata ſcholaſticorum attinet, ſemper quantum licuit ab his abſtinui, videlicet mihi conſcius quàm non eſſet meæ mediocritatis, in rebus arduis dogmatiſten profiteri meo pariter ac multorum periculo: quantum in iſto ſtudiorum genere valiturus fuerim neſcio, certè naturæ vis aliò rapuit. A factionibus ſic ſemper abhorrui, ut favorem ſuum profitentes aliquanto diligentiùs cohibuerim, quàm rejeci calumniantes. Ità factum eſt hactenus, ut ſi quid errat aut periclitatur, ſolus erret ac periclitetur *Eraſmus*. In Novo teſtamento nihil aliud propoſueram, quàm inſtaurare ſynceram lectionem, & additâ luce diſcutere quædam ad quæ videbam multos impingere. Neque quicquam minus erat in animo, quàm mutare vulgatam interpretationem: imò veterem tranſlationem addidiſſem *Græcis*, quamvis diſſidentem, ni me docti quidem amici conſiliis improbis veriùs quàm felicibus huc protruſiſſent reclamantem. Porrò quòd quædam obiter admoneo, Deum teſtor, ſimpliciter exiſtimabam me rem facere Deo gratam, ac rei Chriſtianæ neceſſariam. Atque hoc ipſum mihi viſus ſum eo temperamento feciſſe, nè quid hinc ſeditionis oriri poſſet: certè id conatus ſum ſedulò. Videbam multa eſſe prolapſa, & erant tempora tranquilla. Quis enim ſuſpicaturus erat hanc fatalem tempeſtatem exorituram in orbe? Proinde quàm tua charitas indicat mea ſcripta, ni corrigantur eſſe periculoſa religioni Chriſtianæ, tam judicabam eſſe periculoſum rei Chriſtianæ, ſi diſſimulâſſem illa quæ tum admonui. Si fuit error, in judicio fuit non affectu. Nec hic tamen unquam fiſus ſum meo ſenſui, nec me tranſverſum rapuit applauſus hominum. Et adeò non gravatus ſum me ſubmittere Deo, quod ut faciam amanter admones, ut etiam omnibus penè hominibus me ſubjecerim. Atque ea res mihi nonnullis in locis præbuit anſam erroris, in quem non impegiſſem, ſi meo judicio plus tribuiſſem quàm aliorum. Quem enim monitorem non eram auditurus, qui non ſolùm *Atenſem*, *Latomum* ac *Dorpium*, ſed *Leum* etiam, Theologiæ, quod poſt compertum eſt, planè rudem, obnixè rogârim, ut adeſſet mihi ſarcienti præcipitatam Novi Teſtamenti editionem, & hac de cauſa in intimam familiaritatem admiſerim; quæ ſanè res mihi parum feliciter ceſſit. Et interim videris in me ſuſpicari pervicaciam hoc argumento, quod à duobus viris non elinguibus, nec indoctis, nec ſtupidis, de multis non temerè admonitus, nuſquam tamen agnoſcam lapſum meum. *Stunicam* ac *Leum* elingues non eſſe fateor, imò profiteor eſſe linguaciſſimos: cæterùm quàm non ſunt ſtupidi aut indocti, ipſorum ſcripta te docebunt, ſi modò legas integer. At planè ſuſpicor te gravioribus rebus occupatum, ad iſta frivola non deſcendere. Atqui hoc facere erat tuæ modeſtiæ mi *Bedda*, priuſquam de nobis conciperes atrocem ſuſpicionem. Quis ſcurra ſcurrilior *Stunicâ*? Quot locis oſtendo illum neſcire quid loquatur? Et tamen non paucis in locis tali ſycophantæ gratias ago, quod admonuerit, tametſi nihil debetur gratiæ, nè rectè quidem monenti ſi id morbo facit non judicio. *Leus Stunica* tum indoctior eſt, tum virulentior, & tamen ubicunque bene monet agnoſco officium: quod ideo ſuſpicaris me nunquam feciſſe, quia noſtra non legiſti: aut ſi legiſti aliud agens legiſti. Atque ut ingenuè fatear, demiror tales ſcriptores vobis placere. Si quid aſperiùs ſcripſerunt, ais facilem eſſe veniam. An apud vos ſit facilis venia neſcio, apud Deum ſcio difficilem futuram iis, qui tot mendacia, tot calumnias, tot fumos, tot glorias effundunt in famam proximi. Doceo *Leum* in his quibus impetit me quædam aſſerere palàm hæretica. Nec habet quenquam tam amicum in *Anglia*, qui auſit hæc defendere. *Leo* ipſa *Anglia* impoſuit ſilentium, nec ullis magis diſplicuit illud opus, quàm qui illi tum naturâ tum benevolentiâ ſunt conjunctiſſimi. Quod ſi prodiſſet frigidus ille libellus, quem primum ſcripſerat, & clam vicies deſcriptum ſparſerat per amicos, quos ronchos, quas ſannas excitâſſet? Inerant illic manifeſtæ blaſphemiæ. Nam is quem edidit maximâ ex parte eſt aliorum. Dices me ſomniare. Imò librum illum habebam antequam mea reſponſio eſſet abſoluta. *Stunica* apud *Hiſpanos* habetur, ut eſt, pro homine ut glorioſo ità parum cordato, cujus ſycophantiæ quàm placuerint Pontifici, ſatis declarat quòd toties eſt illi impoſitum ſilentium, primùm à *Leone*, mox à cœtu Cardinalium, rurſum ab *Adriano*, iterum à Cardinalibus, poſtremò à *Clemente* ſeriò, ut ni quieviſſet, conjiciendus fuerit in vincula. Primùm nec *Stunica* nec *Leus* erat is, qui debuerit ſibi cenſuram in me ſumere. Quibus ſi non defuiſſet doctrina, tamen fide carebant, qui tam impotens odium præ ſe ferebant, qui tantum ſpirabant inanis gloriæ. Fateor obtemperandum eſſe monenti, ſed ei qui poſſit rectè monere, ſed ei qui commodè monet. Quis autem ſeſe credat chirurgo ferrum & ignem admoventi, ſi manifeſtis notis præ ſe ferat ſtudium occidendi ſi poſſit? Quis hauriat pharmacum à medico porrectum, qui præ ſe ferat animum perdendi ægrotum, non medendi? Multò verò ſit inſanior, qui ſe committat talem animum adferenti cum imperitia ſecandi aut medicandi. Multa laudata correxi ex me, quid facturus ſi quis doctus amicè monuiſſet? Et ut agnoſcas quantum abſim à pertinacia, quædam coactus ſum eradere, quæ monitore *Leo* mutaveram. Quem ſi ſecutus fuiſſem in omnibus, legeretur in libris meis quod palàm eſſet hæreticum: non loquor de dogmatibus ſcholaſticis, ſed de articulis fidei. Ac nè multa commemorem, hoc ipſum quod tu reprehendis, *Jeſum* nulli mortalium debuiſſe obedientiam, ex *Caranza Stunicâ*q; didici, quanquam illi multò idem inculcant odioſiùs. Et ſunt alia his magis impia, ſi vacabit illorum calumnias & noſtras Apologias legere. Et horum calumniæ pondus habent apud vos, quum tot Epiſcoporum, tot Theologorum atque etiam *Romani* Pontificis judicio, leve ſit pondus. Aliud eſt, inquis, probari ab amicis, aliud judicari ab inimicis, qui nodum etiam in ſcirpo quærunt. Cæcus quidem

quidem eſt amor vehemens, at multò cæcius odium: ſed ingenium hominis multò propenſius eſt in odium quàm in amorem. Qui mea probârunt quid erat cur tantopere cæcutirent amore mei, qui me non ob aliud diligunt quàm ob labores meos, nec ullis in rebus egent mei? His quum ſint in re Theologica doctiores ſexcentis *Leis* ac *Stunicis*, diffidam, & ſubjiciam me judicio iſtorum, qui veſanum & impotens odium in me præ ſe ferunt? Si Theologis credendum eſt, Theologi ſunt & illi. Verùm ex his quidam damnant inimici, quod probârant amici. Utrum igitur judicium apud me plùs valebit? Imò cur valeat apud quenquam talium judicium, qui cum affectu mutant ſententiam, & ex eodem ore frigidum efflant & calidum? Quum ederem primum Novum Teſtamentum, aderant aſſiduè *Capito* & *Oecolampadius*, quorum uterque tum videbatur & vir pius, & Theologus eruditus, utcunque nunc res mutatæ ſunt. *Berus* vicinus frequenter nos inviſebat, quem opinor & tu numeras inter Theologos. Cur hic qui haud indiligenter legit mea, non vidit iſta pernicioſa, quæ tuam ſollicitudinem exanimant? Eſt ille quidem amicus, ſed amicè liber, nec ignorat me liberis amicis delectari. Poſt primam editionem commigravi *Lovanium*, ultrò receptus ſum in amicitiam Theologorum, quum nihil minus ambirem. Carmelita *Ecmondanus* hoc opere prodito vociferatus fuerat me eſſe Antichriſtum: quum ventum eſſet in privatum colloquium, rogabam ut admoneret ſi quid eſſet corrigendum, nullum officium mihi fore gratius. Reſpondit ſibi opus nondum eſſe lectum. Obnixè rogavi *Atenſem* non ſemel, ut moneret ſi quid offenderet, nam mihi eſſe animum juvandi rem Chriſtianam non lædendi. Eadem rogavi *Latomum* & *Dorpium*. *Atenſis* recepit ſe facturum. Sub diſceſſum vocavit me ad cœnam. A cœna repeto veterem ſermonem. Ait ſe perlegiſſe totum opus, videri ſibi tum eruditum, tum pium. Rogabam ut liberè diceret quod ſentiret, me moneri malle quàm laudari: monitionem profuturam, laudes non item. Etiam atque etiam repetens confirmavit quod dixerat, & hortatus eſt ut *ſanctis meis laboribus*, ſic enim ille tum loquebatur, pergerem prodeſſe reipublicæ Chriſtianæ. Hoc ut excluderet, captionem adjecit, *quid ſcripturus ſis neſcio, quod hactenus ſcripſiſti perplacuit*. Reſpondi me daturum omnia meliora, quod quidem ni fallor præſtiti. Et hic erat illius Academiæ caput, ſive ſpectes autoritatem, ſive doctrinam. Reverſus ſum, peſti, ut putabant medici, obnoxius, certè tribus carbunculis inſignis. *Atenſis*, aliique Theologi vetante me accurrunt ad ſalutandum. Tranquilla omnia, donec *Leus* ordiretur ſuam tragœdiam. Ubi per morbum licuit, evocavi *Leum* ad colloquium, propoſui æquiſſimas conditiones, ut vel oſtenderet ſuas annotationes, vel mecum conferret, ſi quid diſſideret, vel ederet denique. Nihil horum illi placebat. Denique vel *Atenſem* mihi jam parùm æquum faceret Judicem. Nihil horum placuit. Decreverat eo fumo frui, quòd trecenta loca notâſſet, quæ premeret in gratiam meorum amicorum. Contuli privatim cum *Atenſi*, ut moneret ſi quid eſſet alicujus momenti. Nam opus meum nondum exiſſe totum, & me mutatis aliquot chartis malle pecuniæ diſpendium accipere quàm famæ. Idem egi cum *Dorpio*, *Latomóque*. Annotationes, hoc eſt, dimidium operis mecum advexeram è *Baſilea*, eas mox dedi *Dorpio* legendas. Perlegit & annotavit quædam, ſed quæ nihil ad fidem attinebant. Mox tradidi *Atenſi*. Nemo quicquam admonuit. Dum hæc aguntur, prodiit opus, quod diutiùs premi non poterat, ſine gravi jactura typographi. Interim increſcebat *Lei* tragœdia, & ut fit alius aliunde grunniebat. Ubi non eſſet finis obtrectandi, rurſus adii *Atenſem*, admonens ut daret negotium aliquot eruditis, *Dorpio*, aut *Latomo*, aut horum ſimilibus, qui notarent quæ jure offenderent. Nam meum non eſſe magni pendere, quid quivis magiſtellus arroderet. Factum eſt: notavit *Atenſis* quædam, ac *Dorpius* nonnulla: reſpondi, ſic enim convenerat. Satisfactum eſt illis in omnibus, hoc uno excepto, quod non addidiſſem, hanc confeſſionem inſtitutam à *Chriſto*. Reſpondi non eſſe meum affirmare quod probare non poſſem, ſubmittere tamen me meum judicium autoritati Eccleſiæ: Hoc interim mihi ſatis eſſe. Jam adornabatur editio tertia. Nullum non rogavi, cui crederem eſſe aliquid judicii, ut admoneret ſi quid offenderet, præſertim in decretis philoſophiæ Chriſtianæ. Comprobârunt multi, nemo monuit hactenus. *Adrianus* Cardinalis, per *Barbirium* ſuum denunciavit, ut idem facerem in Vetere Teſtamento quod feciſſem in Novo, nec meminit ullius tragœdiæ: non facturus opinor, ſi ſenſit de meis laboribus quod tu ſentire videris. Adornatur editio quarta, & paratus ſum à quovis admoneri, vel ſemidocto. Dices Theologorum eſſe judicium. Quæſo an *Joannes* Epiſcopus *Roffenſis* non videtur tibi Theologus? Equidem ut fateor veſtram Academiam eſſe præcipuam in re Theologica, ita credebam & in aliis eſſe Theologos. Jam *Lodovicus Berus*, *Ægidius Delphus*, & *Hermannus Lethmannus*, inter veſtræ ſcholæ proceres ſunt, cum his omnibus diligenter egi. Scripſi *Prieratı* indicaret quibus locis offenderetur, obmutuit. Et hic eſt animus quem tu putas præfractum & intractabilem. At *monitus*, inquis, *non agnoſcis culpam*. An poſtulas, ut à quovis admonitus, illicò clamem cum pueris vapulaturis, *Ignoſce, peccavi*? An vis me culpam agnoſcere ubi culpa non eſt? An is qui pro viribus ſtudet prodeſſe, videtur indignus quem doceat Theologus? Præcipua cauſa cur cuperem adire *Galliam* erat, ut cum aliquot veſtrûm privatim communicarem. Obſtabant quum alia multa, tum præcipuè bellum inter Cæſarem & *Gallum*, indies magis & magis increſcens. Vocabar ad amplam & paratam fortunam etiam regiis literis. At mihi ſubolebat me per occaſionem vocari ad contentionem, quantumvis alia prætexebantur. Contempſi fortunam amore tranquillitatis. Rixarum jam pridem ſum ſatur. *Berquinum* tantùm ex literis cognovi, ex his mihi videtur vir prudens ac modeſtus. Eum tamen nunquam deſii hortari, ut à contentionibus abſtineret. Si quid accidit Epiſcopo *Lodovienſi* triſtius, equidem vehementer doleo. Nam olim mihi talis viſus eſt, quales optarem multos eſſe præſules. Ego nullum adhuc Epiſcopum vel ullâ gravavi invidiâ, vel à recta ſemita deduxi. Quod mihi tua charitas metuit, nè quando ſim in eadem ſorte futurus, in qua *Faber*:

Ego magis vereor optime *Bedda*, nè quando vos ſitis in eadem ſorte futuri, in qua nunc ſunt Theologi *Germaniæ*, quorum tanta hiſce temporibus eſt autoritas, ut ſi quid reprehendant, ob hoc ipſum placeat, quòd ab illis damnatum eſt. Non hoc dico minitans: optârim omnia florere ſtudia, ſed præ cæteris Theologiæ. Nunc video miſerè collabi omnia, totámque rem Chriſtianam ad *Turcarum* barbariem tendere. Veriſſimum eſt Theologos apud pleroſque malè audire. Imò graviori odio laborat nomen Theologicum apud omnes quàm quiſquam credat. Nec tantùm apud vulgus, verumetiam apud Principes. Hujus mali quorundam moroſitas & improbitas cauſam dedit, ut liberè dicam quod ſentio. Fateor iniquiſſimum eſſe ex paucorum moribus æſtimare totum ordinem, ſed tamen ita fit vulgò. Et paucorum improbitas nonnunquam plus valet quàm cæteri omnes, quorum alii diſſimulant, alii rident, aliis non libet repugnare, alii favore privato adſunt, alii pertrahuntur in eandem inſaniam, veluti contagio quodam. Mihi nemo perſuaſurus erat inter Theologos eſſe tales vomicas, niſi re ipſa compertiſſimum haberem. Quis credidiſſet in *Standitio* tantum eſſe ſtultitiæ, quantum ipſe coram omnibus prodidit: accuſans me apud Regem & Reginam *Angliæ*, circumſtante procerum ac doctorum corona, ipſe flexis genibus ac ſublatis in cœlum manibus, quòd negâſſem reſurrectionem, quòd ſuſtuliſſem matrimonium, quòd perperam ſentirem de Euchariſtia? Quum urgeretur ad probandum quæ propoſuerat, meras inſanias effutivit, adeò ut ipſum Regem puduerit illius nomine. Deinde quàm furiosè clamatum ſit in locum, *In principio erat Sermo*, perſpicuum fuerit, ſi vacabit noſtram ea de re *Apologiam* legere, jam non ſemel editam. Jam olim ſine modo, ſine fine furit apud noſtros *Nicolaus* ab *Ecmonda* Carmelita. Quoties vociferatus eſt in publicis concionibus, nihil intereſſe inter *Eraſmum* & *Lutherum*, niſi quòd *Eraſmus* eſſet major hæreticus? Quoties apud populum & in publicis prælectionibus juſſit ut caverent ab hæreſi *Lutheri* & *Eraſmi*? Quoties juſſit orari pro nobis ut reſipiſceremus? Quoties in conviviis, in vehiculis, in navibus appellavit *Eraſmum* hæreticum, hæreſiarcham & falſarium? Quum apud rectorem Academiæ *Lovanienſis* flagitarem, ut nobis unum articulum proferret in *Luthero* damnatum, quem ego vel joco defendiſſem; protulit ex Epiſtola quadam ad *Moguntinum* Cardinalem, in qua ſcripſeram ipſum publicitùs damnâſſe quod non intellexerat. *Lutherus* enim ſcripſerat, *Non eſſe neceſſe confiteri, niſi manifeſta crimina*, ſentiens de his quæ ſine dubitatione ſunt capitalia, quod genus ſunt homicidium & adulterium: ille ſic interpretatus eſt, quaſi ſenſiſſet de facinoribus palàm admiſſis. Hoc non erat defendere *Lutherum*, ſed illius arguere præcipitem maledicentiam, qui pronunciaret priuſquam intelligeret. Scio quid poſteà *Lutherus* ſcripſerit de *Confeſſione*: Verùm id temporis non aliud ediderat. Quibus de rebus ſi plura libet cognoſcere, lege noſtram *Apologiam*, de reprehenſo loco *Pauli, Omnes quidem dormiemus*. Lege Catalogum poſterioris editionis. Nec deſinit quotidie ſtultitia, impudentia ac maledicentia ſuperans ſeipſum. *Adrianus* ſextus impoſuerat illi ſilentium miſſo diplomate. Ægrè ſiluit, ſed mox à morte Pontificis rediit ad ingenium. Nuper *Ferdinandus* ſcripſit amitæ diligenter, ut illi rabulæ obturaret os. Ridetur ab omnibus, habetur pro inſano, ut eſt, nec tamen reſipiſcit. Quum eſſem *Caletii* in conventu Principum, Dominicanus quidam *Lovanii* ſeſquimenſem debacchatus fuerat in nomen meum, pluſquam ſcurriliter è ſuo ſuggeſto. Quum is vix eſſet cohercitus per Rectorem, ſubornatus eſt alter qui præter omnem expectationem debaccharetur in templo divi *Petri*. A prandio quum quæreretur, jam aliò demigrârat. Reverſus ille prior quum eſſem *Lovanii*, manè fortiter debacchatus fuerat in me, pollicitus ſe plura dicturum à prandio: & dixiſſet, ni *Aleander*, qui tum aderat, per me admonitus, homini denunciâſſet ſilentium. Suffraganeus Epiſcopi *Tornacenſis* totas horas debacchatus fuerat in me *Brugis*, nomen meum conjungens cum *Luthero*, nos ſubinde clamitans eſſe grues & beſtias, in libris meis eſſe quædam hæretica. Quum digreſſum è ſuggeſto doctus quidam excepiſſet, rogans ut commonſtraret aliquem locum hæreticum: negavit ſe legiſſe libros meos, *Moriam* voluiſſe legere, verùm ſe metuere, nè ob ſtili ſublimitatem prolaberer in aliquam hæreſim. Tales ſcurræ ſunt in cauſa, ut populus malè ſentiat de Theologis. Qui boni ſunt, non probant quidem iſtorum inſaniam, ſed interim tales ferunt, aut etiam fovent, non animadvertentes interim invidiam in ipſos recidere. Eſt *Lovanii* quidem *Vincentius* ab *Haerlem*, Dominicanus, homo ſimpliciter ſtupidus, nullius judicii. Is quum digna atque indigna blateraret in me, conveni hominem, rogavi proferret quæ offenderent. Vix eblanditus ſum ut faceret. Deum immortalem! nulla ſcropha proferret ſtultiora quàm ille tum protulit. Nè unum quidem locum intellexerat omnium quæ carpſerat. Is nunc edidit libellum adverſum me ficto quidem titulo, ſed ita tamen ut nolit eam gloriam ſibi perire. Equidem antehac peſſimè ſentiebam de homine, ſed nemo perſuaſiſſet quenquam in toto ordine tam ſtultum, tam ſtupidum, tam indoctum, tam mendacem, tam impudentem eſſe, niſi ſuo libello nobis ipſe feciſſet fidem. Non dubito quin is libellus jam ad vos tranſvolârit. Quorſum autem attinebat *Latomum* in dialogis ſuis ſic obliquis ſtrophis in me ludere, ſcurræ quàm Theologo ſimiliorem? Et hæc quum ipſi deſignent, admirantur decreſcere gratiam & autoritatem Theologici nominis. Quod facinus non auderet is, qui iſthìc corrupit mea *colloquia*, addita præfatione mei nominis titulo? Qui rem nôrunt, confirmant eſſe quendam *Lambertum Campeſtrem* Dominicanum: excudit quidam cognomen habens à groſſo morſu, ſeu grandi bolo. Si non vacat inſpicere nugamentum, lege Catalogum meum poſterioris editionis, & demiraberis prodigioſam hominis dementiam. Et hæc fiunt in veſtra academia, ubi non licet excudere *Paraphraſes Eraſmi*. Jam hic libellus *Petri Sutoris* quàm præ ſe fert eſſe hominis, qui magis egeat exorciſtâ quàm medico. Et tamen ille vobis approbantibus excuſus eſt, niſi mentitur titulus. His parata eſt apud vos venia, quum in noſtris erratis, multi ex muſca faciant elephantem? An creditis tales libellos ad Academiæ veſtræ dignitatem nihil attinere?

Neque

Neque verò me clam eſt, quæ probra, quæ virulenta convitia jam olim jaculantur in me quidam veſtræ ſodalitatis; nihil opus edere nomina quæ nec te fugiunt, & multis nimium nota ſunt. Quid autem ſynceri judicii expectes ab iſtis, quos totos occupavit impotens odium? Quod ſi adferant ad Epiſtolas *Paulinas*, plura damnabunt in illis quàm in meis lucubrationibus. Tales non ferunt alienam ſuperbiam, quòd ipſi ſunt ſuperbiſſimi: & quemadmodum *Diogenes* pede premens culcitram *Platonis*, & dicens ſe calcare faſtum illius, audivit, *Calcas quidem, ſed alio faſtu*: ita iſti noſtram inſectantur ſuperbiam, ſed aliâ ſuperbiâ; noſtram pertinaciam, ſed aliâ pertinaciâ; noſtram præcipitantiam, ſed aliâ præcipitantiâ. Itaque quemadmodum nos ut homines labi poſſumus in ſcribendo, ita illi labi poſſunt in judicando; imò non poſſunt non labi qui odium habeant in conſilio. Sunt enim complures, præſertim jam provectioris ætatis, quibus nihil placere poteſt, quod ſapiat aliquid politioris literaturæ, quódque diſcrepet à ſaliva quam imbibere pueri, nec conſiderant verti ſeculum, cui par eſt ut nos accommodemus. Sunt qui naturâ moroſi, nec admodum felicis judicii, à caprilibus veniunt ad ludum, ac ob rei familiaris inopiam, deſtituti bonis autoribus & ocio, tantùm ea diſcunt quæ ſolent in ſcholis tradi, quorum permulta, quàm infeliciter traduntur, ipſe non ignoras: & inter pueros conſeneſcunt, apud quos regnant, & nutu & renutu imperant quòd volunt, non obtemperantes minis territant: itaque nemine reluctante, quicquid vo'unt rectum autumant, eóſque mores transferunt in vitam communem, alieni ab omni civilitate, ac propemodum etiam ſenſu communi carentes, ſemper imaginantes ſeſe inter pueros ac diſcipulos verſari. Tales igitur quum odium etiam ſecum adferant ad judicandum, quid unquam probaturi ſint? Præſertim quum tot ſint tituli reprehenſionis, hoc eſt, derogativum honori ſanctorum, hoc eſt, irreverentialiter dictum in magiſtros noſtros, hoc eſt, contra laudabilem conſuetudinem, hoc eſt, ſuſpectum de hæreſi *Valdenſium*, hoc eſt, vicinum errori pauperum de *Lugduno*. Quid omnes commemorem? Sexcenti ſunt, qui tot laqueos adfert ſecum, qui ingenium moroſum & calumnioſum, qui odium erga bonas literas & autorem, quis effugere poterit illius retia? Sæpenumerò ſeſe miſcet affectus humanus gloriæ, quoque videantur ingenioſi, carpunt etiam frivola, & depravant quod rectè dictum eſt. Quid multis? dum colligendi articulos nullus eſt neque modus, neque finis, res planè tandem exit in morbum articularem. Atqui iſthuc non eſt hæreſes excludere, ſed hæreticos facere. Sic cœpit *Arianum* incendium, ſic *Tertullianus* egreſſus eſt ab Eccleſia. Quas tragœdias excitârunt quidam ob libellum obſcurum *Capnionis*. Cum *Berquino* mihi nihil eſt rei, ſed tamen, ſi me pateris aliquam veri partem in ſinum tuum effundere, quid opus erat hoc inter articulos notare, quod ſcripſit à concionatoribus rectiùs invocari Spiritum ſanctum quàm *Mariam* virginem? Fit, inquis, injuriâ laudabili conſuetudini. Ut laudabilis ſit hodie, certè vereres hanc laudabilem conſuetudinem neſciêrunt. *Hieronymus* in ſingulis penè præfationibus commentariorum quos ſcripſit in Prophetas, meminit de invocando auxilio Spiritus divini, de invocanda *Maria* non meminit. Verùm ut donemus eſſe laudabilem, quid peccat qui oſtendit quod ſit laudabilius? Quale verò eſt ob hujuſmodi nænias virum talem in vitæ famæque diſcrimen vocare? Quanto præſtiterat ad talia connivere? Vos laboratis gravi odio penè apud omnes, & illi habent ſuos fautores: Itaque res tandem exit in factionem ac tumultum. Quòd ſi Pontifici placeret anxia talium inquiſitio, non impoſuiſſet ſilentium *Stunicis* & *Prieratibus*. Theologi *Lovanienſes* dum ferveret *Lei* tragœdia, varios articulos ex libris meis collectos miſerant *Adriano* tum Cardinali, mox Pontifici, nec dubito quin odioſè, quum in articulis etiam *Lutheri* quædam aliter recenſuiſſent quàm ille ſcripſerat: Et tamen vir ille, mihi tum non admodum æquus, judicavit eos eſſe momenti levioris quàm ut, hinc eſſet ſuſcitanda tragœdia. Sæpe fit, ut dum nimium tendimus funiculum, rumpamus. Aut ego planè fallor, aut civili modeſtiâ plus efficeretur. Nunc dum utraque pars nuſquam vult alteri de ſuo jure concedere, dum ſua quiſque tuetur mordicus, & atrociter impugnat aliena, tumultu miſcentur omnia. Ab articulorum cenſuris, à clamoribus ventum eſt ad bullas, ventum eſt ad incendia librorum, tandem ad exuſtiones hominum: Quæſo quid profectum eſt? Agitur hìc nunc cruenta fabula non ſine meo periculo. Quis exitus futurus ſit neſcio. Amo charitatem tuam quæ tam anxiè timet animæ meæ ſaluti. Ego verò nullum in animo ſentio ſcrupulum è ſcriptis meis, quod quidem ad mores ac fidei ſynceritatem attinet, in quibus adhuc nihil video vel obſcœnum, vel impium, vel ſeditioſum. Et tamen fieri poteſt, ut imprudens alicubi lapſus ſim. At ſi tam anxiè metuis illius ſaluti, qui quum ſimplici animo prodeſſe ſtudeat, alicubi labitur: cur non magis metuis illorum ſaluti, qui ſceleratis calumniis, qui manifeſtis mendaciis, qui virulentis conviciis ſic debacchantur in fratrem, à quo læſi non ſunt? Hanc diabolicam inſaniam tu leni verbo *zelum* vocas: Cur non eâdem lenitate interpretaris quod accidit mihi? Illos excuſas, quòd ſibi videantur propugnare veritatem: Cur non itidem excuſas nos, qui non paulò modeſtiùs pugnamus pro veritate quàm iſti faciunt? Quæſo *Sutoris* libellus quid aliud ſpirat quàm glorias, quàm faſtus, quàm pertinaciam, quàm hominem ſibi ſupra modum humanum placentem, quàm effrenem petulantiam? Cur non illum admones ut ſibi vileſcat, qui ſic totus turget? Quantum autem aberret à vero, fortaſſis aliàs docebitur. Cur huic collegæ tuo non præſtas eandem ſollicitudinem quam præſtas mihi? Quòd mihi præſtas, habeo gratiam: quòd de illo ſecurus es, demiror. Ego ſcribo libros infrugiferos Eccleſiæ, & ſine talibus libellis quales ſcribit *Sutor*, collaberetur domus Dei? Mihi metuis nè deſit ocium curandi cœleſtia, & hi qui talia ſcribunt, verſantur in tertio cœlo. Admiſces neſcio quid de his qui incumbunt Poetis, quòd ſcriba ſic depravârat, ut legi non poſſit. Adoleſcens adamavi Poeticen, quam ego puto vel præcipuam portionem liberalis eruditionis. Nec me pœnitet ejus animi. Utinam quod feci, feciſſem aliquanto feliciùs. Nunc me non incumbere Poetis, libri mei, ni fallor, ſatis declarant. Quòd ſi illis metuimus qui nonnihil ex politioribus literis

admiſcent ſtudiis ſuis, nè deſit ocium curandæ ſalutis: cur non magis idem metuimus iis, qui bonam ætatis partem, immo totam ætatem in *Ariſtotelicis* & *Averroicis*, in *Scoticis* labyrinthis, in ſophiſticis argutiis, in quæſtiunculis ſupervacaneis conterunt? Sed ſic eſt hominum ingenium, Suis quiſque ſtudiis blanditur, minimum tribuens his, in quibus intelligit ſibi nihil laudis eſſe ſperandum. Hunc affectum cæteris facilè ignoſcimus; an Theologos deceat neſcio, qui vel ipſo titulo neſcio quid divinum profitentur & majus humanis affectibus. Hortaris me ad exemplum divi *Auguſtini*. Nihil hìc dicam cujuſmodi ſint illius *Retractationes*, certè multa prætermiſit quæ non retractavit, quum ſint retractatione digna. Et tamen ultrò totus in hoc ſum, ad quod me hortaris. Nihil deeſt præter regulam ad quam mea caſtigem. Relegas me ad *Gerſonem*, *Gratianum*, reliquóſque doctores ſcholaſticos, quos ego ſanè nunquam in totum contempſi. Verùm in horum quoque libris non pauci deprehenduntur errores, ut jam maximè inter ſeſe conſentiant; quod diſſidium quum ſit inſigne, tamen abs te negligitur, ut leviculum quiddam. Nè dogmata quidem ſcholaſtica cenſeo contemnenda, præſertim quæ in Conciliis approbata ſunt. Nam quædam è ſcholaſticis contentionibus in Concilia rejecta ſunt: verùm non opinor his tantum eſſe deferendum, ut non liceat citra contentionem de iiſdem diſſerere, præſertim ſi incidat occaſio. Si de illis nemo diſputâſſet, non fuiſſet ſequuta comprobatio. Quid ſi exoriatur aliquis, qui circa eadem exploratius aliquid aut exactius adferat? Si modeſta eſt diſputatio, cur non videntur ferenda? fortaſſe diſcuſsâ re ſequetur approbatio. Loquor de his dogmatibus, quæ non ita multùm attinent ad negotium fidei. Si recentioribus quædam patefacta ſunt dono Spiritus, quæ tam multis ſeculis fugerant tot Eccleſiæ lumina, hoc eſt, ſi *Gerſon* aut *Occam* vidit, quod nec *Chryſoſtomus*, nec *Baſilius*, nec *Ambroſius*, nec *Auguſtinus*, nec *Hieronymus* vidit, quid obſtat quo minùs & hodie Spiritus idem ſuggerat huic aut illi quod hactenus fefellit? Cur non hìc ſervatur illa *Pauli* lex, ut ſi quid cuipiam alteri revelatum fuerit, prior taceat & auſcultet? Nunc velut ex inſidiis proferuntur ſcholaſtica dogmata, non aliter quàm *Tenedia* bipennis, nec quiſquam dignatur docere ſimpliciter errantem. Imò quum ſæpenumerò fiat ut qui carpitur, licèt aliis verbis idem extulerit quod habent dogmata, tamen à quibuſdam parum candidis Theologis vocetur in calumniam, quòd non iiſdem ac totidem vocibus dogma retulerit. Jam ſunt quidam uſque adeò moroſi, ut nihil omninò probare queant, niſi quod ipſi faciunt. *Petrus* de his quæ didicerat à *Chriſto* rationem reddidit cuilibet poſcenti, cum omni manſuetudine ac tremore: & Theologus dedignatur rationem reddere de ſcholaſticis dogmatibus, immò nec fert de his quamvis modeſtè diſputantem? Nulla gravior autoritas quàm Scripturæ canonicæ. Et tamen de hujus ſenſu, quum ſemper diſputatum ſit, tamen hodie quoque fas eſt diſputare. De hoc verò genere dogmatum non licebit hiſcere, quum tamen magni referat, à quibus, quo tempore, quâ occaſione ſint prodita? Sunt enim quædam inter hæc ejus generis, ut, in morem pharmacorum, expediat mutari pro tempore. Si ideo abſtinendum eſt à veterum lectione, quòd in his quædam inſperſa ſunt, quæ recentiorum accuratâ diſcuſſione reprobata ſunt, nec *Petrus Lombardus*, nec *Thomas*, nec *Scotus* deberent legi, quòd in his quoque poſteriores non pauca deprehenderunt errata. Et fortaſſe nos ſequutura ætas, nonnulla deprehendet in *Tartareti* aut *Sutoris* libris, quæ meritò damnet. An hìc ad ſcholaſticorum dogmata, velut ad ſacram ancoram confugiemus? Probarem, ſi ſibi conſtarent ea dogmata, nec cum ſuis ſectis ac ſeculis variarent. Regnavit aliquando *Alexander Halenſis*; ſucceſſit *Thomas*, ſucceſſit *Scotus*; *Albertus* habuit ſuum ſeculum, *Gerſon* ſuum; floruit aliquando factio *realium*, ut vocant: Nunc regnat ferè *nominalium*. Dices veteres legendos quidem, ſed cum judicio. Nec ego unquam aliter legi *Hieronymum*: At quid prohibet & veſtra dogmata legi cum judicio? Quæ ſi maximè nitantur autoritate Concilii, ut fas non ſit refellere, certè huc profecerit diſputatio, ut eruditi provocentur ad eorum confirmationem, ſemper excludo pertinacem ac ſeditioſam contentionem. Tyrannicum eſt prodere legem, cujus aut non poſſis, aut nolis reddere rationem, præſertim docili & diſcendi cupido. Quòd ſi Theologorum dogmata ſolida ſunt & inconvulſa, quorſum attinet eis tam anxiè timere, ut ad omnem ſuſpicionem commoveamur? At vereor, eruditiſſime *Bedda*, nihil enim celabo ſyncerum amicum, nè ſint in ſcholis, qui ſerviant labori ſui compendio, veriùs quàm metuant Eccleſiæ *Chriſti*. Nec enim pauci ſunt Theologi, præſertim ſeniores, qui adeò verſati non ſunt in priſcis doctoribus, ut nec *Petrum Lombardum*, nec Scripturas canonicas unquam totas evolverint. Et tamen hi potiſſimùm in ſcholis præſident: Ubi ſi juniores aliquid adferant ex *Auguſtino*, *Hieronymo*, aut *Cypriano*, aut etiam ex *Græcis* interpretibus, commoventur, quòd ſibi videantur non ſine periculo famæ vocari in alienam arenam, in qua tyrones habeantur, quum in ſua ſint exercitatiſſimi. Malunt itaque damnare quod non didicerunt, quàm videri hactenus neſciſſe quicquam quod dignum cognitu fuerat. Quoſdam autem non ſolùm pudet, verumetiam piget hæc diſcere, quæ noſtra ætas non dicam gignit nova, ſed refert vetera, quæ eſt rerum humanarum omnium viciſſitudo. Porrò qui hoc animo ſunt, iis optimo jure gratiſſimum eſt hoc compendium, ut explosis linguis, explosis bonis literis, neglectis priſcis ſcriptoribus, tantùm ea tradantur in ſcholis quæ ipſi didicerunt, ac docuerunt annis jam compluribus, nec aliunde fiat in ſcholis conflictatio, quàm ex receptis in ea ſchola dogmatibus. Ac meâ ſententiâ nihil neceſſe eſt idem fieri in ſcholis publicis, quod fit in luſu latrunculorum, chartarum, aut aleæ: Nam illic niſi conveniat de legibus, non erit luſus. In Diatribis literariis nihil eſt periculi ſi quis quid novi adferat quod non ſit indignum ſtudiis. Imò in hoc inſtituntur ſcholæ, ut ſemper aliquid compertius adferatur. Cæterùm ut à junioribus non debet contemni ſeniorum autoritas, nec oportet illos veluti ſexagenarios de ponte dejicere: ita non decet ſeniores juniorũ invidere profectui, non profectò magis quàm parentes moleſtè ferre, ſi viderint ſuos filios formâ & viribus antecellere. Sed ad noſtrum negotium redeamus: Si non eſt fidendum priſcis orthodoxis, nec medioximis, nec

nec his qui nunc ſcribunt, ad quam regulam emendabimus quod ſcriptum eſt? Primùm jubes ut deſinam ſcribere: Id quidem ſi nolim, ætas ac valetudo flagitat; nec abhorret animus ab ocio. Malim eſſe ſpectator actionis alienæ, quàm actor fabulæ. Et tamen interim appellor multorum flagitationibus, ut pergam in hoc ſtadio. Verùm hìc mihi canis propheticam cantionem, *Populo meus, qui te beatificant, hi te ſeducunt*, hoc enim habet tua epiſtola. Si populares eſſent qui me ad ſcribendum provocant, & pro libris editis gratias agunt, etiam ſi forent, ut ſunt, plurimi, tamen æquum eſſet paucorum judicium anteferre. Nunc non modò multi ſunt, verumetiam eruditi, probi, ac dignitate præminentes. Eruditorum epiſtolis habeo differta ſcrinia. *Paraphraſin* in *Matthæum* ſcripſi præter animi propoſitum hortatu Cardinalis *Sedunenſis*. Scripſit ad me non ſemel Cardinalis *Volaterranus*, excitans ſtudia mea, homo doctus. Scripſit frequenter Cardinalis *Eboracenſis*, eandem cantilenam canens. Scribit frequenter *Joannes* Epiſcopus *Lincolnienſis*, & *Cuthbertus* Epiſcopus *Londonienſis*, homo, præter ſummam vitæ ſanctimoniam, egregiè doctus & cordatus. Nihil interim loquor de ſummo illo *Mœcenate* meo Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, nec eo vulgariter erudito. Nuper allatæ ſunt literæ à Rege *Angliæ*, quæ efflagitant impensè ut aliquid ſcribam in *Pſalmos*; alteræ à Regina, quæ poſcit *Inſtitutionem Matrimonii*. Nec infrequenter ad me ſcribit Cardinalis *Campegius* nunc legatus, longè aliam cantionem occinens quàm tu. Nec ſemel huc provocatus ſum literis Pontificis, hujus inquam *Clementis*. Sed deſinam recenſere Principes, quum poſſim multò plures referre: Verùm haud ſcio an omnes cupiant in hac fabula nominari, & nihil neceſſe eſt. Tu ſcio flagitabis Theologos, alioqui non deſines occinere, *Populo meus*, & cætera. Poſſem hìc nominare complures Baccalaureos, ſed inſigniter doctos. Horum judicium rejicies, velut inferioris ſubſellii. Doctores haud libenter commemoro, quòd videam quoſdam tam impotenti odio, ut nec illos ferant, qui meliùs de me ſentiant quàm ipſi. Et tamen aliquot jam non admodum volens nominavi: *Joannes* Epiſcopus *Roffenſis* jam pridem à me flagitat libros *De ratione concionandi*, minitans, obteſtans, ac propemodum cogens. Et in hoc uno tres, ut ita loquar, perſonas habes, virum inſigniter integrum, pium Epiſcopum, ac Theologum haud vulgariter eruditum, ni fallor. Eaſdem perſonas nec tu negabis in *Adriano* Pontifice fuiſſe, niſi quod eruditione ac dignitate præcelluit. Is ut dixi ultrò adhortatus eſt Cardinalis, ut quod in novo Teſtamento feciſſem, idem facerem in veteri: & idem Pontifex, laborem *Arnobio* impenſum collaudavit, adhortans ad ſimilem induſtriam. Nullus adhuc mortalium extitit qui me juberet quieſcere, præter unum te. Nunc finge mihi eſſe ingenium modeſtiſſimum maximéque tractabile: utris auſcultare par eſt, tot egregiis viris atque etiam Theologis, an uni *Beddæ*, cujus ego ſanè judicium nequaquam contemno? At non arbitror te tuo ipſius judicio tantùm tribuere, ut unicum horum omnium ſuffragiis anteponi poſtules. Et tamen nè hoc quidem gravabor facere, ſi mihi rationibus perſuaſeris tuum conſilium eſſe utilius. Nam contemptis omnium judiciis, unius autoritati tam facilè cedere, levitati citiùs quàm modeſtiæ tribueretur. Hic fortaſſe dices eſſe communicandum vivâ voce cum Theologis. Id hactenus feci vir egregie, cum omnibus, quibuſcum licuit. Nec enim exiges opinor à me, ut ad *Stunicæ Lei*que regulam lucubrationes meas emendem quas nunquam non ſubmiſi judicio Eccleſiæ. Quis autem ſuſpicaturus erat *Sutorem* hactenus ignotum orbi, è ſuo antro tales latratus editurum? Gratum eſt quòd indicas locos in quibus videor tibi periculoſè ſcripſiſſe, *De cleri cœlibatu*, *De votis Monachorum*, *De jejuniis*, *& interdicto eſu carnium*, *De feſtorum obſervantia*, *De conſiliis evangelicis*, *De libris ſacris in vulgarem linguam transferendis*, *De legibus humanis*, *De horis canonicis*, *De fidelium divortio*, *De ſymbolis Eccleſiæ*, denique de horum ſimilibus non paucis. In his quid vos offendat nondum ſcio. Certè quum illa relego nihil video cujus me pœniteat, etiamſi mox mihi ſit emoriendum, ita me Deus bene amet. Imò torquet diverſus ſcrupulus animum meum, quòd in his quæ neceſſaria judicabam admonere, fuerim meticuloſior quàm res poſcebat. Quòd ſi candidus & integer noſtra legas, videbis me nuſquam contemnere ſcholaſticorum dogmata in his titulis, quos tua charitas recenſuit. Mundus prorſum indormiebat mandragoræ. Regnabat impunè phariſaiſmus, ſumma pietas habebatur quæſtus, pro religione regnabat ſuperſtitio: Monachorum improbitas eò proceſſerat, ut orbis diutiùs ferre non poſſet: nec mediocriter erant prolapſa ſtudia. De collegiis interim, de præſulibus, de iis qui curiæ *Romanæ* nomine celebrantur, nihil dicam, nec tua tamen prudentia neſcit quid ſuſpirem. Iſta fortaſſe poſcebant alium monitorem: Fateor. Sed quorum id maximè intererat, ad tantam Eccleſiæ perniciem conniventes, nè quid offenderent, maluerunt de *Salve Regina*, & *Regina cœli lætare*, ſuſcitare tragœdias. Et tamen in his ipſis mirum eſt ubique me moderationis meminiſſe, quum in aliis nullus eſſet modus impudentiæ. Epiſtolam ad Epiſcopum *Baſilienſem*, in qua tracto quædam ejus generis, *Lodovicus Berus* meo rogatu bis attentè perlegit antequam ederetur. Quod mutari juſſit, mutavi. Rogabam ut in cenſendo deponeret amicum, ſumeret cenſoris animum. Promiſit ſe facturum. Epiſcopus eſt vir integerrimæ vitæ, nec vulgariter doctus. Ejus juſſu excuſa eſt Epiſtola: Nam alioqui mihi non erat in animo id facere. Scripſeram enim non in hoc ut ab omnibus legeretur, ſed ut temperarem motus quoſdam, qui tum hic exoriebantur ab iſtis Evangelicis, ut vocant. De jurando quid *Faber* aut *Lutherus* ſcripſerit non obſervavi, nec ſatis habeo compertum quid damnârit *Conſtantienſe* Concilium, ego differens nihil aſſevero: Certè peccare quiſquis jurat, id à me nec ſcriptum eſt nec cogitatum: hoc ſcripſi, ubi neceſſitas eſt jurisjurandi, ibi eſſe infirmitatem humanam, quod ipſe ni fallor non negas. Si dignatus es legere *Stunicæ* blaſphemias, nè graveris legere noſtras *Apologias*. Extat de cœlibatu apologia. Mihi non conſtabat Eccleſiæ decreto vetitum, nè ſacri libri vertantur in linguam vulgarem. Quod ſi verum eſt, hactenus ubiq; peccatum eſt adverſus hoc decretum. Etenim me puero legebantur libri ſacri, verſi *Gallicè* ac *Germanicè*. Et arbitror hujuſmodi

constitutiones veluti pharmacum ad temporum rationem accommodandas. Edixit Pontifex nè quis legat libros *Lutheri*: & tamen leguntur à vobis. Quanquam ego nihil sacrorum verti in linguam vulgatam, neque quenquam hortatus sum ut faceret. Cæterùm quâ moderatione velim id fieri, satis declaro in appendice, quam præfixi *Paraphrasi in Matthæum*. Nam quod existimas hunc rusticorum tumultum ex hujusmodi libris esse natum, res mi *Bedda* longè secus habet. Natus est partim ex seditiosis quibusdam concionatoribus, sed multò magis ex quibusdam susurronibus ad movendos tumultus natis. Sunt & aliæ causæ graviores, quas literis committere non expedit. De *Cantico Canticorum* vertendo, aut *Ezechiele*, miror cur memineris, quum ipse quod quidem memini, nihil tale scripserim. Vereris autem nè mihi officiat *Berquini* studium. At quum ille me inscio verterit mea, non arbitror æquum, ut apud vos, quos oportet in judicando summam præstare moderationem, obsit mihi alterius odium. Quid autem opus erat ex aliena versione æstimare mea, quum ipsi libelli unde verterat extarent? Potuit enim fieri ut interpres aliquid addiderit de suo, quo me pertraheret in causæ consortium. Utinam quemadmodum vertit *Encomium Matrimonii*, vertisset & diversam partem à nobis editam, quæ dissuadet matrimonium. *In Precatione Dominica*, & *in Symbolo fidei*, non arbitror ullum esse verbum quo meritò quis offendatur. Et quemadmodum libuit illi vertere *Enchiridion militis Christiani*, utinam ita visum fuisset vertere *Diatribam* nostram *de libero arbitrio*, ac libellum *de modo orandi Deum*. *Enchiridion* primum editum est *Lovanii* ante annos viginti duos. Florebat id temporis illic *Adrianus*, ejus Academiæ princeps: Legit eum librum ac probavit. Neque quisquam exortus est, qui quicquam reprehenderet in eo libro, nisi quòd nuper apud *Hispanos*, quum quidam *Hispanicè* versum cuperent excudere, obstitit nescio quis Dominicanus, proferens duo loca, alterum in quo viderer negare ignem Purgatorii, alterum in quo scripsissem Monachismum non esse pietatem. Ad utrunque elegantissimè respondit *Lodovicus Coronellus*. Responsio est apud me. *De præfatione ad Volzium Abbatem*, audio quosdam nonnihil fuisse questos. Quum igitur *Encomium Matrimonii* nihil aliud sit quàm declamatio, quæstionem tractans circumstantiis implicitam, quum in cæteris meâ sententiâ nè verbum quidem sit quod quenquam possit offendere, demiror quænam sint ista, ad quæ gravissimus, ut scribis, vester consessus sic obstupuerit? Ais enim, *Obstupuere omnes*. Videtis opinor inter *Fabrum* & me plurimum esse discriminis. Ille fortiter asseverat, ego nihil aliud quàm disputo, judicium aliis ubique deferens. Quid faciam omnibus hominum suspicionibus? Tot sunt myriades articulorum damnatorum, tot dogmatum scholasticorum agmina, tot scandala, tot affinitates, tot suspitiones, tot mortalium sectæ, tot favores, tot odia, tot insana capita, ut impossibile sit omnibus placere. Hactenus animum syncerum præstiti. Hoc fatereris ipse si hìc adesses. Si tam essem inanis gloriæ cupidus quàm suspicantur quidam, imò nisi toto pectore odissem factiones & hæreses poteram vel tot blanditiis allici vel tot technis irretiri, vel tot minis ac furiosis libellis *Luthero* faventium perpelli, vel tot diversæ factionis odiis, calumniis, obtrectationibus, ac non minùs furiosis libellis protrudi in castra *Lutheranorum*. Quibus si me adjunxissem, res nunc essent in eo statu, ut Theologorum censuræ non essent habituræ multum ponderis. Scio dices hoc magnificentiùs à me dictum. Possim aliquid dicere magnificentiùs, & tamen verissimè. Nec me pœnitet hujus animi: Et spero Deum auxilio futurum, ut sit perpetuus. Si vos putatis hunc animum dignum, quem iniquis cavillationibus insectetur *Sutor* & hujus similes, incessant, ipsi videritis. Rem facietis ut multis eruditis viris, multis Episcopis atque etiam Principibus, & summo Pontifici vehementer ingratam, ita *Lutheranæ* factioni gratissimam, quàm verò commodam ordini vestro, declarabit exitus. Si maletis meminisse quid deceat Theologos universos, quàm quid flagitet paucorum morositas, polliceor *Erasmum* talem, in quo nihil hominis Christiani & pacifici queat desiderari. Loca quæ tua charitas indicavit releganda, nondum relegi, mox tamen id faciam. Et si dabitur spatium huic epistolæ subnectam quid ex his profecerim. Si quid mittes scriptorum, nè mittas, nisi per hominem egregiè certum. Nam in itinere resignantur atque etiam describuntur omnia. Epistola tua nullum habebat ceræ vestigium, aut signaculi. Et amanuenses qui describunt, evulgant exemplar. Hoc tibi cavendum erit, quandoquidem hæc res inter nos agitur syncerâ charitate. Si non contingit certus, ipse potius mittam meo sumptu, qui tuas annotationes huc adferat. Imò si se verterit horum temporum scena, ipse me conferam ad vos. Nam nulla res mihi magis cordi est, quàm ut meæ *lucubrationes*, quandoquidem premi non possunt, sic elimentur, ut cum fructu Christianæ religionis legi possint. Nullâ monendi libertate me poteris offendere. Tantùm illud cavendum, nè quid per discipulos & fautores tuos, ut est hominum ingenium, hinc nascatur tragœdiæ, priusquam uterque nostrùm velit: Nec integritatem, nec modestiam unquam in me desiderabis. *Sutores* non feram. Bene vale frater in *Christo* charissime. *Basileæ*, Festo corporis Dominici. Anno M. D. XXV.

Saluta, si commodum est, *Gervasium*. *Berus* rectè valet, si quisquam nostrûm rectè valet in hoc rerum statu.

Erasmus Rot. Francisco Archiepiscopo Ebredunensi S. D.

ANte dies non multos scripsi per *Conradum* bibliopolam *Germanum*, cui domum habet *Lutetiæ*, & tibi, & *Budæo*, & *Brixio*, & *Beraldo*. Omnes sibi vindicant laudem impetrati diplomatis regii, quod mihi certè fuit gratissimum, gratius tamen futurum, si Rex suâpte manu subscripsisset. Sed aiunt me nè sic quidem satis tutò istuc posse commigrare, quod dicant improbos, si quis forsitan in illorum manus incidat, nihil commoveri diplomatibus ullis, apud probos mihi non fore opus. Sed multa sunt quæ me hìc adhuc remorantur: primùm valetudo, quæ me *Constantiæ* mirè afflixit. Nam eò me contuleram, *Romam* profecturus si licuisset, multis affirmantibus in rem meam futurum, si me novo Pontifici exhibuissem: deinde isthinc adferebantur sævi rumores, omnia bellis

Epist. 92.

bellis ac peſte conflagrare undique. Tum nullum A
iter eſſe tutum. Poſt nactus vinum è *Burgundia*
cœpi melius habere, ut intelligas *Galliam* fato
quodam eſſe mihi ſalutiferam. Interim expecta-
mus aurulam aliquam pacis ex hoc Pontifice, ſta-
timque poſt brumam toti cum totis ſarcinis com-
migrabimus in *Galliam*. De penſione Cæſaris, quæ
jam tota hujus anni debetur excuſant, nec ulli ſua
penſio ſolvitur, adeo totos nos ad oſſa uſque de-
glubunt ſatrapæ, belli quàm pacis amantiores. B
De diplomate putabam me tantum debere *Budæo*
& tibi, nunc *Beraldus* & *Brixius* bonam hujus gra-
tiæ portionem ſibi vindicant. Poſtremò video
me Card. quoque *Lotharingo* debere, cui certè de-
beo libenter, ſed maximè Regi, qui gaudio geſti-
ens, dixerit *Budæo*, brevi in *Gallia* futurum *Eraſ-
mum*. Spero futurum, ut aliquando declarem vi-
ciſſim & meum animum erga tam benignum
Principem. Amplitudinis tuæ ſtudium erga hunc
homuncionem lubens amplector. Conabor pro C
mea virili, hominis ingrati crimen effugere. Red-
dita ſimul eſt & *Dionyſii Coronii* epiſtola tuæ be-
nignitatis alumni, pérque arguta ſanè & accura-
ta, ſic ut *Budæi* ſimium poſſis agnoſcere. Ei non
vacabat in præſentia reſpondere, variis laboribus
occupato. Celſitudini tuæ precor omnia læta
præſul ornatiſſime. *Baſileæ* prid. *Martii*. Anno
M. D. XXII.

Eraſmus Rot. Abbati cuidam S. D.

Epiſt. 93. NIſi mihi prædicata eſſet tua ſingularis huma- D
nitas reverende pater, veriturus eram nè me
protinus clamares impudentem, qui ignotus ad
ignotum, tantillus ad tantum ſcriberem, ſídque de
re quæ minimum ad me pertinet; ſed pietas fa-
cilè dabit veniam huic audaciæ, quam docuit
Chriſtiana charitas. *Ambroſius Syragrius* paro-
chus eccleſiæ *Riben.* periclitatur, nè ad famem ipſi
res redeat, adeo neſcio quorum delationibus in il- E
lum irritatus eſt reverendus pater *Andreas* abbas
Maris-ſtellæ. *Ambroſius* mihi coram ſatisfecit de
eo quòd delatus eſt in concione dixiſſe, in gene-
logia *Chriſti* eſſe peccatrices. Id *Hieronymus* ſcri-
ſſit in *Chriſti* gloriam & noſtri conſolationem.
Et habet teſtem populum, quòd hìc nihil impiè
dixerit, niſi impiè ſcripſit *Hieronymus*. Mi videtur
Ambroſius vir minimè malus. Non ſine ſumptu
nactus eſt hoc ſacerdotium, magno impendio il-
lic ædificavit, non poterit ſubmoveri, niſi intole- F
rabili diſpendio. Eſt gratioſus ſuo populo. Et qui
mutant, ut ſunt res humanæ, ferè mutant in dete-
rius. *Baticum* & vetus proverbium eſt, *Dedi ma-
lum & accepi:* nunc ferè licet dicere, *Dedi malum
& accepi pejorem*. Si quid hactenus geſtum eſt ab
Ambroſio ſecus quàm oportet, id veſtris monitis
facilè farciet. Quæ tua pietas eſt, debes hoc diſ-
ſidium inter *Ambroſium*, & R. P. *Maris-ſtellanum*,
velle componere: quæ tua autoritas eſt, facillimè
poteris. Non dubito quin *Ambroſius* ſit omnes G
concordiæ conditiones libenter amplexurus. Id
ad me recipio. Hac in re ſi tua humanitas noſtri
reſpectu ſublevârit *Ambroſium*, libenter ampli-
tudini tuæ ſum hoc nomine debiturus: ſin eſt cur
judices iniquum eſſe quod peto, tamen *Eraſmum*
numerabis inter eos, qui tuæ pietati cupiunt modis
omnibus gratificari, quam Dominus *Jeſus* diu no-
bis incolumem ſervet. *Baſileæ*, Idus Maiis, Anno
M. D. XXIV.

Eraſmus Rot. Chriſtophoro Truchſes Baroni in Walpurg. S. D.

CLariſſime juvenis, nihil mihi *Carolus* meus *Epiſt. 94.*
ſecum attulit ex *Italia* gratius, quàm quod
præter expectationem attulit. Attulit enim ima-
ginem tui quàm iſthìc è vivo deſumptam, ſic mi-
hi repræſentavit orationis velut penicillo, ut me
quoque perinde quaſi te coram intuitus eſſem, in
virtutum tuarum amorem ſimul & admirationem
rapuerit. Ut enim optimo jure ſapientum calcu-
lo damnantur, qui fortunæ beneficio divites, ani-
mum habent omnium bonarum rerum inopem,
qui corporis formâ conſpicui ſunt, quum mentem
habeant nullis virtutibus exornatam: & qui na-
talium ſtemmatis ſeſe venditant, quum alioqui ni-
hil habeant nobilitatis præter imagines, multò
juſtiùs autem damnantur qui veſtes ac domos ha-
bent opulenter ſplendidas, quum animus ignaviâ
acediáque ſqualeat: qui pulchro corpore, men-
tem circumferunt vitiis fœdam: qui majorum
imaginibus morum culpâ, labem ac tenebras of-
fundunt: Ita meritò laudantur hi qui ſeſe veris,
bonis ac perpetuis ornamentis ſic locupletârunt,
expoliérunt, & illuſtrârunt, ut ea minima ſit in
ipſis pars nobilitatis, quam vulgus totam eſſe no-
bilitatem exiſtimat. Precor ut is cui decet acce-
ptum ferri, quicquid veri boni nobis obtigit,
iſtum animum tibi ſervet, ſempérque in majus
provehat. Magnâ hodie invidiâ laborant bonæ li-
teræ, nuper etiam nobilitas cœpit hujus excetræ
malum ſentire. Verùm omnis hæc invidia ver-
tetur in favorem, ſi multi tui ſimiles extiterint.
Mediocris enim felicitas livori obnoxia eſt, cæte-
rùm juventus pudica, divitiæ ſine luxu, nobilitas
ſine ſupercilio, morum integritas cum eruditione
non vulgari conjuncta, ſuperat omnem invidiam.
Videmus quot egregiis viris ceu ſtellis luceat *Bri-
tannia*, quot exoriantur indies, qui majorum glo-
riam obſcuraturi videantur, niſi quod hoc eſt illu-
ſtrare veriùs quàm obſcurare. *Germaniæ* nondum
fortaſſis habemus quod magnopere gratulemur,
ſed tamen exorti floſculi quidam inſignes, miri-
ficam quandam pulcherrimi proventus ſpem polli-
centur. Iſtam mentem mi *Chriſtophore* tibi pro-
priè gratularer, niſi multos viderem *Germanicæ*
nobilitatis juvenes pari curſu tecum ad iſtam lau-
dem contendere, ut jam meritò toti *Germaniæ*
gratulari debeamus, & exemplum indies ad plu-
res dimanaturum confidimus. Erit profectò tum
verè clara, generoſa, illuſtris, ac ſuſpicienda nobi-
litas, quum pro chartis & aleâ tractabit optimos
veterum libros, pro ſcortis amplectetur virgines
camœnas, pro bellis ac latrociniis, ſanctiſſimæ
leges ac philoſophiæ decreta cordi erunt. Virtu-
te nihil amabilius, ſed neſcio quid illi decoris &
gratiæ accedit, ſi fortunæ quoque bonis multitudi-
ni commendetur. Libebat quidem pluribus exti-
mulare currentem licèt, ſed vix hoc etiam vaca-
vit ſcribere per ſtudiorum occupationes. Tu da
is operam, ut indies minùs egeas cujuſquam ex-
hortationibus, nóſque qui tuæ virtuti applandi-
mus, juſtiorem habeamus cauſam tibi gratulandi.
Bene vale. *Baſileæ*, Anno milleſimo quingente-
ſimo vigeſimo quarto.

Eraſmus

Eraſmus Rot. Conrado Pelicano S. D.

Epiſt. 95. EVangelii vigor non abolet morales virtutes, ſed perficit. Nec ignoras quantum abhorreat non dicam à virtute, ſed prorſus ab omni humanitate prodere amicitiæ arcanum, quandoquidem execramur etiam illos, qui poſt diremptam amicitiam efferunt quod amicis creditum erat, & qui generoſioris ingenii ſunt, nec illis quos maximè inviſos habent, ſuſtinent objicere, quòd ex amicitiæ priſtinæ fiducia cognoverunt. Ego te vel unum his moribus eſſe judicabam, ut tutò quidvis arcani poſſem committere, nec alium mihi delegeram cui conſcientiæ meæ ſecreta crederem. Quo magis admiror, quid acciderit ut ea de me ſparſeris, quæ nec dixi nec cogitavi unquam. Inſtillâras clanculum in aurem optimi juvenis, me de Euchariſtia idem ſentire quod tu ſentires. Hunc injectum aculeum ille ſecum ablaturus erat in ſuam patriam, ni fortè fortunâ caſus injeciſſet inter nos hujus rei mentionem. Et haud ſcio an nunc quoque ſuſpitionis nonnihil de me ſecum abſtulerit. Ac primum quidem quum illum audirem, ſuſpicabar te nihil aliud ſentire, quàm ſoles apud me profiteri. Damnabas eos qui auderent profiteri illic non eſſe niſi panem & vinum. Nec aliud opinatus ſum unquam de te, niſi proximo colloquio, quum velut afflatus & alius factus abſque fuco declarabas animi tui ſententiam. Eam quum jam palàm profitearis, ſpargis ac dictitas me tecum ſentire, ídque tam palàm facis, ut tuus ſermo genuerit etiam rumorem, cujus te autorem eſſe, jam nulli ferè obſcurum eſt. Nec dubito quin ſimilia ſcribas amicis. Ego verò nè in priore quidem ſententia tecum ſenſi: Cenſebas enim, profitendum in ſynaxi eſſe corpus Domini, cæterùm quomodo ſit illic Deo, qui novit omnia, committendum eſſe. Ego verò hoc tuæ ſententiæ adjiciebam, mihi iſtuc videri ſimplicius, quòd ita vitarentur varii difficultatum labyrinthi, ſi fas eſſet homini Chriſtiano ab eo diſſentire quod Conciliorum autoritas, quod omnium Eccleſiarum ac gentium conſenſus tot jam ſeculis comprobâſſet. Ad id ſemper negavi me poſſe animum inducere, præſertim quum Evangelicæ & Apoſtolicæ literæ tam evidenter nominant, corpus quod datur, & ſanguinem qui effunditur: quum hoc mirificè congruat ineffabili Dei erga genus humanum charitati, ut quos redemit ſanguine & corpore filii ſui, eos voluerit ejuſdam carne & ſanguine modo quodam ineffabili paſcere, & hac arcana filii præſentia ceu pignore conſolari, donec rediret glorioſus & omnibus conſpicuus. Hæc me redderent propenſiorem ad Eccleſiæ catholicæ ſententiam, etiamſi nihil eſſet definitum, nec in hanc partem nec in illam. Nunc quis furor eſſet, ſi ego non vererer pronunciare ibi nihil eſſe præter panem & vinum? Soleo cum amicis eruditis, maximè quum abſunt infirmi liberè commentari de quibuſlibet, inquirendi ſtudio, nonnunquam & tentandi cauſa, interim animi gratia, hac in re fortaſſe ſimplicior quàm par eſt. Sed agnoſcam etiam parricidii crimen, ſi quiſquam mortalium vel ſeriò vel joco audivit ex me hanc vocem, in euchariſtia nihil eſſe præter panem & vinum, aut non eſſe ibi verum corpus & ſanguinem Domini, quod nunc quidam libellis editis propugnant. Imò *Chriſtum* ipſum mihi precor parum propitium, ſi iſta ſententia unquam inſedit animo meo. Nam ſi quid volatilium cogitationum aliquando tetigit animum meum, facilè diſcuſſi, conſideratâ Dei erga nos inæſtimabili charitate, perpenſis divinæ Scripturæ verbis, quæ *Lutherum* etiam ipſum, quem vos omnibus ſcholis, Pontificibus, orthodoxis, & Conciliis antefertis, coegerunt profiteri, quod profitetur Eccleſia catholica, à qua tamen ſolet libenter diſſentire. Scio quàm levis ſit apud vos Conciliorum autoritas, ego verò nec Eccleſiam *Romanam* contemno, multò minùs quum illa habet ſibi conſentientes omnes Eccleſias. *Paulus* nec Angelum audiendum putat qui prædicet aliud evangelium. Eccleſia mihi perſuaſit evangelio credere: eâdem magiſtrâ didici Evangelii verba interpretari. Hactenus cum omnibus *Chriſtianis* adoravi *Chriſtum* pro me paſſum in Euchariſtia. Nec adhuc video quicquam cur debeam ab hac opinione recedere. Nullis humanis rationibus adduci potero à concordi ſententia *Chriſtiani* orbis. Plus enim apud me valent illa quinque verba, *In principio creavit Deus cœlum & terram*, quàm omnia *Ariſtotelis* cæterorúmque Philoſophorum argumenta quibus docent mundum carere initio. Quid autem adferunt iſti, cur tam impiam támque ſeditioſam ſententiam profitear? Rationes ſtupeæ ſunt, ſemel ſuſtulit carnem nè eſſet offendiculo, non admirati ſunt, non adoraverunt Apoſtoli. Jubemur eſſe ſpirituales, quaſi caro ſic exhibita officiat ſpiritui. Caro eſt, ſed nullis obnoxia ſenſibus, & tamen hoc ipſum pignus eſt divinæ erga nos charitatis, ſolatium eſt expectationis. Literæ divinæ pro nobis faciunt: habemus. *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur. Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effundetur.* Ubi legunt iſti, *Hoc non eſt corpus meum, ſed ſignum corporis mei? Hic non eſt ſanguis meus, ſed ſignum ſanguinis mei?* Quum maximè ſe torquent, ægrè docent ex aliis locis rei vocabulum accipi poſſe pro ſigno rei: quanquam nè hoc quidem ſimpliciter. De tabula dicimus, *Hic eſt Hector qui occidit Patroclum*, ſed nemo neſcit in pictura non eſſe verum *Hectorem*: Verum eſſe poteſt quicquid dixit *Chriſtus* eſſe. Jam ut evincant quid ponderis habet hæc ratiocinatio; *Sic accipi poſſunt hæc verba, igitur ſic accipienda ſunt?* Quorſum autem proficit illis tot veterum orthodoxorum citatio? Utcunque torquent, involvunt ac fucant illorum dicta, nullum locum adducunt qui palàm locuatur ibi non eſſe corpus & ſanguinem Domini. Hortantur ad ſpiritualem communicationem corporis & ſanguinis Domini, quid mirum ſi hoc commendant, quod in utriuſque ſumptione potius eſt, & quod niſi accedat, perniciem adfert ſumptio carnalis? Obſecro te quid hic eſt cur deficiam ab eo quod tot ſeculis docuit & uſurpavit Eccleſia catholica? Scis me in nullo dogmate per omnia ſentire cum *Luthero*, niſi quòd nimium verè taxat corruptos hominum mores: Et hic ob *Carolſtadium*, qui à ſuo ipſius dogmate jam deſcivit, recedam à communione Eccleſiæ catholicæ? Si tibi ſtuprum aut furtum confeſſus eſſem ut amico, quàm eſſet adverſus omnes amicitiæ leges, hoc cum amici periculo vel apud unum effutiſſe? Nunc quum apud omnes ſpargis crimen omnium capitaliſſimum, quod nec lingua mea unquam ſonuit, quamvis libera, nec animus unquam

quam concepit: quo tandem nomine donandum
est quod facis amice evangelice? An ad perſua-
dendum quòd nuper ipſe cœpiſti credere, viſum
est abuti nominis mei autoritate? Quæſo te per
Chriſtum, hoccine est evangelicum, tam impium,
tam atrox facinus comminiſci in amicum, quo
plures pelliceres in novam ſectam, quaſi jam ſe-
ctarum ſit parum? Si pium est quod aſſeveras,
non habes quo id perſuadeas, niſi vaniſſimo com-
mento, *Eraſmum* idem ſentire quod tu ſentis? Et
ſi tanti est apud vos mea autoritas, cur nihil valet
in tam multis in quibus à vobis diſſentio? Si tuus
animus vacillat ut ſolebas profiteri, qui nihil tri-
buis autoritati Pontificum & Conciliorum, me-
um animum hactenus confirmavit Eccleſiæ ca-
tholicæ conſenſus. Si tibi perſuaſum est in ſyna-
xi nihil esse præter panem & vinum, ego mem-
bratim diſcerpi malim, quàm idem profiteri quod
tu profiteris, & omnia perpeti malim, quàm tali
flagitio contra meam ipſius conſcientiam admiſ-
ſo, ex hac vita demigrare. Nec hìc juſtiſſimam ex-
poſtulationem verbis atrocibus exaggero: res ipſa
ſatis habet tragœdiæ. Si micam ullam habes evan-
gelici ſpiritus, ſanabis quos iſtis ſuſurris vaniſſi-
mis infeciſti. Patiar apud omnes effutire te, quic-
quid unquam in familiaribus colloquiis, vel ſobri-
us vel uvidus, vel joco vel ſeriò dixi; non patiar au-
tem ut iſtius dogmatis me vel autorem facias, vel
comitem, quod mihi nunquam fuit, nec in ore
nec in corde: Ita mihi contingat nunquam à
Chriſto ſejungi, Amen. *Baſileæ*, Anno milleſimo
quingenteſimo vigeſimo ſexto.

A *hæreticum eſſe*. *Lutherus* non diſſentit ab Eccleſiâ catholica? Quum videro aliam Eccleſiam hâc quam ſequor meliorem, deſinam eam vocare catholicam: At nondum video. Optabam ex hoc violento pharmaco aliquid naſci boni fructûs, ſed hunc proventum quem hactenus vidimus, probare non poſſum, nec placent remedia morbo duriora. Quantum ſanguinis humani jam fuſum est. In *Holandia* mirè fervet carnificina per quoſdam
B magis inſtructos ad exurendum quàm diſputandum, obambulatura per cæteras regiones. Et hæc tantùm præludia ſunt malorum. Cæſari pax erit cum *Gallis*. Nec ulla Principum coibit amicitia niſi hâc conditione, ut extinguatur factio *Lutherana*; & Cæſar ſibi non videtur eſſe Cæſar, ni id perficiat. Ego decem ambiguos articulos diſſimulare malim, quàm tantis malis præbere anſam. *Chriſto* non poſſum præſcribere quid debeat facere; ſi ſic illi viſum est punire noſtram impietatem,
C Dominus est, faciat quod vult. Me ſi vellet adjutorem aut organum, afflaret animum meum, quemadmodum olim excitavit *Pharaonem*, *Cyrum* & *Nabucodonoſorem*. Doles Epiſtolam ſparſam. Malim non factum, attamen moderatiùs fero quòd ea diluit rumorem per te ſparſum, id quod abs te ipſo factum oportuit, quanquam Epiſtola non habebat tuum nomen. Poſthac nè mecum agas loquacibus Epiſtolis. Scribe *Bero* ſi libet, aut
D ipſi *Luthero*. Coram audiam te jurgantem, minitantem conviciantem pro tuo arbitratu. Bene vale. M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Conrado Pelicano S.

Epiſt. 96. DEmiror quamobrem tibi viſum ſit iſtiuſmodi epiſtolis ociosè loquacibus, multáque ἀπρόσφορα congruentibus, & tuum perdere ocium, & mihi faceſſere negotium. Linguâ diſertus
E es, non calamo: Quare ſi quid habes, coràm poſthac agito. Poſueram dimidium ſuſpitionis, at tu totam eam renovas. Profiteris tibi placere ſententiam *Carolſtadii*, nec inficiari potes te dixiſſe *Polono* me tecum ſentire. Id ſi verum eſſet, queri poteram violatum amicitiæ jus; nunc quum ſit falſiſſimum, quæ poteſt eſſe injuria atrocior? Minitaris mihi calamum *Zuinglii*, quaſi metuam decem *Zuinglios*, ſi mihi res eſſet cordi. Quod autem dedecus mihi narras? An mihi dedecori
F futurum ſit, ſi verear oppedere decretis Eccleſiæ catholicæ? An vos mihi præſcribetis quid debeam ſcribere? An mihi non licet, quod licet *Luthero*, qui, niſi fallor, totis copiis vos adorietur? An creditis nullos hìc in vos ſtricturos calamum? Si quod agitis ex Deo est, confirmabitur oppugnando: ſi non est, pium est pugnare cum impietate. Quorſum autem attinent minæ? Apoſtoli perſuadebant, & vos vultis cogere ad evangelium veſtrum? Jam finge nihil me velle ſcribere,
G non poteras efficaciùs huc impellere, quàm ſpargendo rumorem me vobiſcum ſentire, & interminando nè ſcribam. Veſter *Pharellus* ſimile mendacium inſtillavit in aurem *Anglo* noſtro, me rectè ſentire, ſed non audere profiteri. Et hæc audet inſtillare auribus hominum, conſcius quàm acris mihi fuerit de omnibus ferè *Lutheri* dogmatibus cum ipſo contentio. Atqui quod *Pharellus* vocat *rectè ſentire*, Cæſares & Pontifices vocant

Eraſmus Rot. Natali Beddæ S. D.

EX literis quas *Petrus Richardus* ſcripſit ad *Ludovicum Berum*, intelligo neſcio quid ſiniſtri *Epiſt. 97.*
rumoris iſthuc delatum, de profectione mea *Bezontina*, cui videtur ille fidem habuiſſe. Id jam mihi novum non est, nec vobis certè debebat eſſe.
E Non tamen patiar illum quem virum bonum arbitror & ſimpliciter errare, diutiùs errore teneri. Hiſtoria profectionis *Bezontinæ* ſic habet, neque enim quicquam vel affingam vel detraham veris: *Fericus Carondiletus* frater archiepiſcopi *Panormitani*, & archidiaconus Eccleſiæ *Bezontinæ*, crebrò ſuis literis invitârat ut ipſum inviſerem, imò ſi videretur, ut totus ad ipſum commigrarem. Tandem cùm invitaret cœli amœnitas, & verna rerum facies, conſcenſis equis veni *Burentricum*, ut
F obiter ſalutarem venerandum illum ſenem, & totius virtutis exemplar, *Chriſtophorum* Epiſcopum *Baſilienſem*. Ejus affectui unum duntaxat diem dedi, qui me non erat dimiſſurus, niſi in reditu pollicitus fuiſſem moram longiorem: Pollicitus ſum, & indè profectus, comitantibus me præter meos famulos, *Theobaldo* paſtore *Burentrucenſi*, *Richardo* capellano *R. D. Nicolai* coadjutoris Epiſcopi, & *Ferioto* ejuſdem loci ſacerdote. Ex *Clara valle* comitatus est nos etiam hoſpes diver-
G ſorii publici. Quum jam non procul abeſſemus à *Bezontio*, occurrit nobis ſacerdos quidam, qui deductâ dominâ quàdam, nos item comitabatur. Hunc quum viderem velle præcedere, ſuſpicabar *Theobaldum* illi indicâſſe nomen meum. Juſſi revocari, & mandavimus, nè ſpargeret rumorem me adeſſe, priuſquam ipſe vellem hoc ſciri. Multis enim horis eo die ſederamus in equis, & erat æſtus vehemens, & novi concurſus illos moleſtos ſalutatorum.

ſalutatorum. Cupiebam eam noctem dare refocillando corpuſculo. Decubui nonnihil ante cœnam. Sub noctem appoſita eſt cœna. Inter cœnandrm ſupervenit officialis archidiaconi cum altero quodam ex archidiaconi familia. Gratulantur adventui, & indicant archidiaconum abeſſe in ſua abbatia. Cæterùm mandâſſe ſuis, ut ſi fortè venirem ipſo abſente, tota domus aperiretur mihi, donec ipſe accurreret. Miſſi ſunt qui archidiacono nunciarent me adeſſe. Miſsi ſunt & inſcio me qui nunciarent idem officiali *R. D.* archiepiſcopi *Bezontini*: nam aberat & ipſe. Poſtridie aderant duo, quorum alter erat Juris doctor, mihi quondam notus in aula Cæſaris, alter ejus civitatis magiſtratus, affinis archidiaconi. Diu hæſerant ante fores. Rogabam qui eſſent & quid vellent. Reſponſum eſt eos veniſſe ſalutandi gratiâ, ſed non audere compellare me nè quid adferant moleſtiæ. Juſsi eos accerſi, & ſalutatus reſalutavi. Mox audito ſacro adii domum officialis archidiaconi, ut ibi laterem, donec adveniret archidiaconus. Eò ſtatim venit *Franciſcus* ejus eccleſiæ theſaurarius, juvenis nobilis & magnificis dotibus præditus. Salutavit humaniſsimè, multam alacritatem præ ſe ferens. Illic juſsi parari prandiolum, ſed cum exceptione, nè quid præter pullum gallinaceum apponeretur, ut nè quis conviva admitteretur. Hæc feci conſulens valetudini meæ. Nemo venit præter *Theobaldum* comitem, & *Deſideratum* ejus eccleſiæ canonicum, virum pium & doctum. Cœnavimus apud theſaurum, officiali tantum & *Theobaldo* adhibitis. Cœnantibns ſupervenit ludi magiſter. Poſt cœnam ejus eccleſiæ cantor. Poſtridie vidimus aliquam civitatis partem, & pranſi ſumus apud *Antonium* archidiaconi procuratorem. Aderant, theſaurarius, officialis, *Theobaldus*, & unus ſacerdos mihi parum notus, videbatur tamen noſtri ſtudioſiſsimus. Interim venerat archidiaconus & item officialis archiepiſcopi. Archidiaconus conabatur me pertrahere ad cœnam officialis reverſi. Excuſavi laſsitudinem, & coegi archidiaconum cœnare mecum apud ſuum officialem. Jam rumor dimanârat ad omnes adeſſe *Eraſmum*. Magiſtratus miſit magnam vini & avenæ copiam, honoris gratiâ. Pranſi ſumus apud archidiaconum, frequentiore jam convivio: nam aderat uterque officialis: *Deſideratus*, & unus aut alter præterea ex canonicis, ſimúlque is magiſtratus qui me primùm ſalutârat. Sæpe miſſi ſunt piſces eximii, & vinum hippocraticum, nunc ab illo, nunc ab illo: xenia mihi inutilia. Sic duos aut tres dies egimus, ut nuſquam ageremus convivium, niſi vel apud archidiaconum, vel apud officialem archiepiſcopi proximè vicinum. Et quanquam ſedulò clamabam non eſſe mihi ſpem vitæ, niſi breviſſima eſſent & frugaliſſima convivia, tamen dum nonnihil obſequor affectibus illorum, ſenſi obrepentem pituitulam, malum mihi nimis notum. Magiſtratus cupiebat honoris mei gratiâ apparare ſplendidum convivium, & feciſſet, niſi clamâſſem me ſeriò periclitari. Canonici interim exhibebant quicquid poterant honoris. Exhibebant & promittebant perpetuò præbendam duplicem, & item domum, & ad hæc pecuniæ nonnihil. Magiſtratus offerebat centum coronatos annuos. Reſpondi me non minus debere illis, quàm ſi accepiſſem omnia quæ offerebant. Cæterùm me non alio conſilio veniſſe *Bezontium*, quàm ut inviſerem veterem amicum archidiaconum, quem ſi certò præſciſſem eſſe in abbatia, nè venturum quidem fuiſſem *Bezontium*. Et ſi maximè vivendum eſſet *Bezontii*, malle me illorum affectu frui, quàm uti beneficio, vel quòd eſſem contentus meâ fortunulâ, vel quòd charior eſſet mihi libertas, quàm pecunia. Adhibiti ſunt iterum atque iterum pueri phonaſci, cum cantoribus cæteris, qui nobis eſſent ſolatio. Interim morbus paulatim eò profecerat, ut ſi vellem vivere, abſtinendum fuerit ab omnibus conviviis. Tribus quatuórve diebus cibum ſumpſi in cubiculo, prandium erat unum ovum, aut paululum pullaſtræ contuſæ. Pro vino erat aqua cum ſaccaro decocta. Ipſum etiam archidiaconum excluſi à colloquio, ſic poſtulabat valetudo. Tandem ubi paroxyſmus febris, nam ea ſeſe adjunxerat, eſſet aliquantulum remiſſus, molitus ſum abitum, nè illic decumbens eſſem alienis moleſtus: ſciebam enim morbum fore lentum ut ſolet. Ergo quum jam utcunque ferrem colloquium, juſsi accerſi præcipuos amicos & egi gratias. Archidiaconum negotia quædam avocârant, mandârat tamen abiens diligenter, ut tota domus mihi pateret ſervirétque. Poſtridie mane, jubeo parari equos, ſimúlque mando ut vitetur turba deducentium. Egreſſo cubiculum adſunt tres aut quatuor ſalutatores, quorum unus erat Theologus *Franciſcanus*. Conſcendo equum, egreſſo portam domus adeſt præter alios aliquot *D. Antonius* decanus in monte *Bellicardi*, & idem canonicus *Bezontinus* ſalutat amantiſſimè. Dum prætereo domum officialis archiepiſcopi, adeſt ipſe in mũla, ſimúlque theſaurarius. Hi fruſtra recuſantem officium per mediam civitatem proſequentes ad duo millia paſſuum deduxerunt. Inſidebam equo parum magnifico, ſed mihi tamen commodo. Officialis diligenter egit mecum, ut conſcenderem mulam ſuam, ducerémque *Baſileam* uſque famulum comitem, qui mulam reduceret. Vix impetravi nè fieret. Ita perveni *Baſileam*, nec offenſus à quoquam, nec offenſo quoquam, niſi quòd valetudo fuerit in cauſa, ut & amicis fuerim moleſtus, quibus volebam eſſe voluptati, & mihi non licuerit frui conſuetudine eorum quorum gratiâ veneram. Habes totam rem ut eſt geſta, nè ſyllabam quidem affinximus, nè quid tamen videar ſuppreſsiſſe, ſubjiciam rumores conſequutos abitum meum. Quidam è monte *Bellicardi*, ſcripſerat *Theobaldo*, neſcio quos pertuliſſe rumorem, me cum peſsima omnium gratia diſceſsiſſe *Bezontio*. Demirans quid hoc eſſet monſtri, juſsi ut inquireret. Inquiſivit, & reperit aliquos errones *Lutheranos*, qui nuſquam non vagantur, fuiſſe *Bezontii* cum adeſſem: eos offenſos mihi ob *Spongiam*, recens tum editam adverſus *Huttenum* evangelii protectorem, nonnihil blaterâſſe in me. Erant autem *Germani*, per hos ſparſum vaniſsimum illum rumorem. Deinde *Theobaldus* idem venit *Baſileam*, expiſcatus ſum quid eſſet: reſpondit nihil eſſe, niſi blateramenta quorundam abjectiſsimorum hominum, qui inter ſordidos ea ſparſerant. Paulò poſt idem *Theobaldus* adiit *Bezontium*, & negocium quoddam citra difficultatem meâ commendatione impetravit ab archiepiſcopo. Reverſus eſt, interrogavi quid rei fuiſſet; reſpondit, nihil prorſus eſſe præter unius aut alterius *Lutherani* ſordidi blateramenta. Excuſi famulos & comites, ſi quid contentionis fuiſſet ipſis cum quoquam. Negabant

gabant ſibi quicquam fuiſſe verborum, niſi cum ſordidis illis erronibus *Lutheranis*. Atque ut nunc ſunt res humanæ, nuſquam proficiſcor, niſi rumor multos commoveat, nec diſcedo niſi magno concurſu, quâ re mihi nihil eſt moleſtius. Et in tam diverſis ſtudiis fieri non poteſt, quin ſint qui ſpargant aliquid ſiniſtri rumoris. Verùm hujuſmodi rumores ut de nihilo naſcuntur, ita mox evaneſcunt. Quid autem eſt malâ linguâ nocentius? Ea peſtis nullo ſeculo magis regnavit, quàm hiſce temporibus. Felix eſſet, qui morſus omnes poſſet effugere, hâc ætate nullus id poſſet, qui jam famâ celebris ſit. Hæc cùm veriſſima ſint, multiſque teſtibus comprobare queam, neſcio quid ſibi velint illa verba, quæ ipſi acciderunt *Beſontii*. Mihi nihil aliud accidit quàm dixi: Proinde hæc verba facilè declarant aliquem ſceleratæ linguæ hominem iſthuc pertuliſſe rumorem atrocem, ac mendacem. Id neque novum, neque mirum eſt. Certè Theologi non erat talibus commoveri, aut ſi quid commotus eſſet, mandare literis, veluti certum ac perſuaſum. Anno M. D. XXV.

Eraſmus Roterod. Maximiliano Tranſylvano Cæſaris Secretario S. D.

Epiſt. 98. ORnatiſſime *Maximiliane*, exemplar literarum quas ais te ex *Sylva* ducali miſiſſe redditum eſt, priores non recepi. Quoties exoſculor iſtud pectus in tuis literis tam amicum & candidum, mi *Maximiliane*? De penſione non ſum anxius. Scio quàm iſta ſemper eſuriat aula, verè pertuſum dolium. Quod tu ſuſpicaris factum, ego futurum ſciebam. Novi quæ ſint iſta portenta. Et me miſeret tum aulæ, tum Academiæ. Jam pridem hoc agunt quod agunt. Sciunt ipſi mihi nihil eſſe cum ulla factione, & hoc illos habet malè. Legerunt *Spongiam* meam ſatis liberam, legerunt liberum arbitrium. Et ſi hìc adeſſent, audirent amicas *Lutheranorum* de me voces, quanquam legerunt *Hutteni* & *Othonis* libellos, ſatis teſtantes quanti me faciant. Demùm hic ſi quid tumultus oriretur, primus impeterer. Verùm iſtos nullius facinoris neque pudet neque piget, modò lædant recta ſtudia. Video res humanas ceu fatorum impulſu tendere ad Scythicam barbariem, ego quoniam opitulari non poſſum, quod unum poſſum, conſcientiam hanc puram & integram approbabo *Chriſto*. Brevi mittam famulum proprium & inſigni fide, per eum ſcribam de ſingulis copioſiſſimè. Interim vivat *Maximilianus* meus ſuaviter ut dignus eſt. *Baſileæ*, VI. Idus Novemb. Anno M. D. XXV.

Eraſmus Rot. Joanni Heemſtedio Cartuſiano juxta Lovanium S. D.

Epiſt. 99. MOx à literis tuis redditis obtigit qui peteret *Brabantiam*, itaque mitto epitaphium, extempore quidem, ſed non abſque cura factum: quod nolim aſperneris, niſi *Conradus Goclenius* judicârit rejiciendum. Si diſplicet, mittetur aliud elaboratius. Nam *Dorpii* memoriam etiam habeo ſacroſanctam. Deplorarem mortem illius præproperam, quæ tot egregias dotes, tot ampliſſimas ſpes incidit; ſed nunc hujuſmodi ſeculum eſt, ut nulli bono bene eſſe poſſit, & ſi feliciſſimum eſſet ſeculum, nihil tamen felicius quàm vivere cum *Chriſto*. Ad optimi patris *Joannis Delphi* mentionem ſum vehementer exhilaratus. Ut ſemper floret quamvis in defecto corpore, purus & integer animus. Ei multam ex me ſalutem dices & amanter & diligenter. *Dorpii* memoriam non patiar intercidere, ſi quid mea ſcripta valebunt. Sancto tuo ſodalitio me commendabis, cui precor omnem in *Chriſto* felicitatem. Habes amice ſuaviſſime Epiſtolam epitaphio ſimilem, properabat tabellio. *Baſileæ*, VI. Idus Novemb. Anno M. D. XXV.

EPITAPHIUM.

Martinus ubi terras reliquit *Dorpius*,
Suum orba partum flet parens *Holandia*,
Theologus ordo luget extinctum decus,
Triſtes camœnæ candidis cum *Gratiis*
Tantum patronum lachrymis deſiderant,
Lovanienſis omnis opplorans ſchola
Sidus ſuum requirit, ô mors inquiens
Crudelis, atrox, ſæva, iniqua & invida,
Itan' ante tempus, floridam arborem ſecans,
Tot dotibus, tot ſpebus orbas, omnium
Suſpenſa vota? Premite voces impias,
Non periit ille, vivit, ac dotes ſuas
Nunc tutò habet, ſubductus ævo peſſimo.
Sors noſtra flenda eſt, gratulandum eſt *Dorpio*.
Hæc terra ſervat mentis hoſpitium piæ
Corpuſculum, quod ad canoræ buccinæ
Vocem, reſignans optimâ reddet fide.

Eraſmus Rot. Othoni Brunsfeldio S.

NÆ tu prodigioſum ſomnium animo concepiſti. *Petrus Sutor* quondam Theologus *Sorbonicus*, nunc Monachus *Cartuſianus*, in *Campania Galliæ* ſcripſit in me volumen rabioſiſſimum, vociferans omnes tranſlationes novas eſſe hæreticas & blaſphemas, linguas ac bonas literas eſſe fontem omnium malorum. Ei reſpondi, ſed ſic ut prætet unum illum neminem lædam; nè reſponſurus quidem, ni liber dicatus eſſet ſodalitati *Sorbonicæ*, & excuſus ex autoritate Theologorum *Lutetiæ*. In te verò adeò nihil meditamur, ut eruditum quendam ac facundum hominem, quem amici ſcribunt tuo in me libello reſpondere, crebris jam literis per omnia ſacra ſim obteſtatus, ut ſi non orſus eſſet, nè ordiretur; ſi eſſet, aboleret in gratiam meam, ſi me vellet amicum. Utinam hujuſmodi contentiones aniles, ut vocas, diſplicuiſſent tibi priuſquam libellum tuum ederes, ac potiùs in conſilium adhibuiſſes prudentiam, quàm quoſdam qui ex alienis incommodis ſua venantur commoda. Atque utinam *Huttenus* magis auſcultâſſet meis literis, quas non unas amanter ad illum ſcripſeram, nè tali libello edito, & utriuſque noſtrùm opinionem læderet, & ſtolidis quibuſdam, literarum hoſtibus ſpectaculum ederet gratiſſimum. Quòd mihi condonas omnia, quæ habes adverſum me, non video quid tibi debeam iſto ſanè nomine. Nam à me nunquam fueras læſus, & longè alium eſſe judicabam, priuſquam libello proderes animum tuum. Conſulueris rei tuæ, ſi iſtam animi ferociam vertas ad moderationem ac manſuetudinem *Chriſtianam*. Nam hæc ipſa tua conciliatrix epiſtola quantum habet minarum, nè conviciis quidem vacans, tantùm conceptâ *Epiſt.* 100

aliud poſſum, illud certè polliceor, animum memorem & gratum, qualem debet habere fidus clientulus erga dominum ac patronum optimè meritum. Bene vale. *Baſileæ* duodecimo Calendas Junii, Anno M. D. XXII.

Eraſmus Roterodamus Reverendo Guilielmo patri Cartuſiæ magnæ S. D.

Epiſt. 19. QUod tua pietas, ut audio, lectione dignatur meas lucubratiunculas, quo minus iſtuc promerentur, hoc magis prædicandus eſt animi tui candor, qui ſemper veræ probitatis comes eſſe ſolet. Multum quidem hoc nomine tibi debeo, ſed aliquanto plus, quod hunc homuncionem majora, quàm pro viribus molientem, precibus apud Deum tuis ſubleves. Plurimum verò debiturus, ſi non gravabitur tua charitas admonere, ſi quid in ſcriptis meis offendit animum tuum. Equidem non admodum ſoleo vel obtrectatorum convicis macreſcere, vel faventium applauſu pingueſcere, tamen olim undique meis auribus obſtrepens, illud οὖγε, quanquam non tantum valuit, ut me mihi excuteret, tamen aliquanto ſecuriorem minúſque vigilantem reddidit. Univerſum *Germaniæ* theatrum certatim applaudebat & bene dictis & malè dictis *Eraſmi*. Sed longè plus attuliſſent utilitatis duo trésve fidi monitores, quàm multa laudantium millia, quorum immodicus favor mihi præter invidiam non video quid fructus pepererit: niſi quod nunc inverſis rerum humanarum ſcenis, illi ipſi, quibus tum eram Deus, rabioſis libellis meum nomen proſcindunt: non ob aliud niſi quòd *Lutheranæ* factioni nomen dare noluerim, neque cum his ſentire qui ſic inter ſe diſſentiunt. Jam enim adornabant triumphum, ſi *Eraſmus* dux ipſorum caſtris acceſſiſſet: & quicquid malorum nunc patiuntur, mihi potiſſimum imputant, qui remoratus ſim Evangelii ſucceſſum: quum ego ſemper egerim quod nunc ago. ſi ſe det opportunitas, ut hæc rerum humanarum tempeſtas, quæ prope totam *Europam* concuſſit, *Chriſto* moderatore pariat nobis aliquid tranquillæ ſerenitatis. Novit enim omnipotens artifex noſtram dementiam in bonos exitus vertere. Interim temeritatis pœnas à meipſo exigo. In divo *Hieronymo* tantum impendi curæ, ut jam exiſtimem minimum eſſe, quod deſideret lector etiam parum candidus. Idem non ſemel jam præſtitimus in *Adagiis*, in *Paraphraſibus* exorſi ſumus, in cæteris item facturi. Quòd ſi mihi ſolùm hoc agere licuiſſet, tamen abundè multum erat negotii. Nunc Pontificum ac Regum autoritate protrudor in arenam gladiatoriam, hac ætate, cui velut emeritæ rudis dari ſolet. Nihil profuit tot cauſas allegâſſe, ſenectutem, valetudinem, vires impares, teſtabar me nihil aliud profecturum, quàm ut irritarem crabrones. Quid non? Fruſtra omnia. Sumendum erat rete, prodeundum in arenam, quamlibet aliis rebus nato. Sic auſpicatus ſum pugnam, ut civiliùs non poſſem, editâ *Diatribâ*. Quid profecerim, declarat *Lutheri* reſponſio, in quâ ſeipſum multo ſuperat intervallo; Nihil enim unquam ſcripſit amarulentius aut hoſtilius. Et apud diverſam partem adeo mihi non profuit, factionem quum armis, tum linguis & calamis formidabilem in meum caput provocâſſe, ut interim dum cum hoſtibus pro Theologis cominus manus conſero, ab iis quos defendo pernicioſiùs impetar, quàm ab illis quos oppugno. Verùm ut nulli minus fuit cauſæ, cur impeteret me, quàm *Petro Sutori*: ita nullus catholicæ profeſſionis impotentius in me debacchatus eſt. Nihil opus eſt pluribus verbis, ſi librum hominis legiſti. Conſilium erat non reſpondere. Senſi protinus ingenium gloriæ famelicum, cuique non in aliud quæſitum eſſet ocium veſtratis inſtituti. Et utinam hic animo meo paruiſſem potius, quàm conſilio cujuſdam, cujus eruditioni prudentiæque tantum tribuebam, ut nequaquam inducerem in animum, illum quicquam ſuaſurum, quod non magnopere, tum ad me privatim, tum ad religionem publicè pertineret. Vix abſolveram *Apologiam*, ita me cepit pœnitudo, quòd illum dignatus eſſem reſponſo, ut nunquam mihi fuerim ipſe magis iratus. Quis enim alicujus precii judiciive, dignatus fuiſſet talem librum ſuâ lectione, qui quum nihil doceret, tam ſcurrilem haberet loquacitatem? Nunc habet ille quod unum venabatur. Volitat per orbem *Petri Sutoris* nomen, quod antehac *Lutetiæ* quoque fuit obſcurum. Hoc quoniam ſucceſſit ex animi ſententia, ſcripſit antapologiam, adeo ſcurrilem ac rabioſam, ut in priore libro probus ac ſobrius videri queat. Nondum vidi totam, quatuor duntaxat quaterniones à typographo etiamnum excudente extortos, quidam amicus ad me miſit. Ex hoc guſtu ceu Leonem ab unguibus, ut aiunt, non difficile fuerit æſtimare. Multa præfatus, non ipſi vertendum eſſe vitio, ſi cauſam hanc verbis aſperioribus & riſu tractet, hoc eſt ſi ſcurram agat & ſycophantam, primum detrahit mihi laudem omnem eruditionis Theologicæ: quum ipſe diſputans apud viros doctiſſimos probatus ſit, ego, quod ſciat, nullum in ea profeſſione gradum ſim adeptus: quaſi qui me excuſſerunt, Theologi non ſint, aut quaſi ſoli Theologi nomen promereantur, qui juxta viam, ut vocant *nominalium* de difficultatibus quibuſdam, quæ ſolenniter in ſcholis agitantur, idque magis ad oſtentationem quàm ad pietatem, ſint exercitati: juxta quam regulam, nec *Cyprianus*, nec *Ambroſius* in hujus cognominis honorem recipietur, quanquàm ab ejuſmodi digladiationibus animi judicium me ſubduxit veriùs, quàm ingenii deterruit inopia. Sed tituli gloriam æquiſſimo animo poſuerim, qui mihi non ambitus, ſed obtruſus eſt. Certè *Sutori* debebam eſſe Theologus, qui tam multa docui, quæ fugerant iſtos ſubtiliſſimos, qui tot locis commonſtro lapſos veterum excellentiſſimos, *Auguſtinum* & *Ambroſium*, nè reliquos commemorem recentioris antiquitatis ſcriptores, *Thomam*, *Lyranum*, *Carenſem*, &c. Verùm hæc ludicra ſunt; aggreditur omnem fidem mihi detrahere, ſi quid de ipſo dicam malè, perinde quaſi liber quem evulgavit, vel tacente me, non ſatis declaret ingenium ac mores autoris. Id agit his argumentis, Ait *Eraſmum* eſſe blaſphemum hominem, non tantùm in omnia mortalium genera, verùm etiam in divos omnes, atque in ipſum adeo Deum. Nunc audi tam nefandi criminis probationem. *Moria*, nam hoc ulcus jam olim obductum refricat, alicubi jocatur Caſum, qui priſcis Deus erat, ſuiſſe repertorem artium: at ubi Caſus, ibi nulla ſapientia. Hinc colligit, ſibi magna ex parte deberi artium

artium inventionem. Ex hoc *Sutor* ita ratiocinatur, *Deus ſcientiarum dominus eſt, & Eraſmus harum inventionem tribuit Moriæ, blaſphemus igitur eſt in Deum.* Mox quicquid exaggerari poteſt in veram blaſphemiam detonat in me. Hic quàm multa ſunt inepta, præter hoc quod *cantici myſtici* verba detorquet ad artes humanas, quum ſenſus ſit Deo nihil occultum eſſe, nec quod illius ſcientiam fugiat. Blaſphemiam in Virginem matrem ſic arguit: Alicubi dixi, fuiſſe coitum quendam inter Deum & Virginem, & *Gabrielem* fuiſſe pronubum hujus conjugii. Primùm hic *Sutor* non intellexit mentem meam: neque enim loquor de conjunctione divinæ & humanæ naturæ in unam hypoſtaſim, neque de conjugio *Chriſti* ſponſi & ſponſæ Eccleſiæ: ſed id ſignifico quod ſubnotat *Hilarius*, Deum patrem denuo Filium ſuum quodam modo genuiſſe ex Virgine: hic *Gabrielem* adhibitum aio *paranymphum*, quem *latinè pronubum* appello: Spiritum ſanctum hoc muneris explêſſe, quod in aliis ſolet actus ſeminis. At clamat ille, coitum in ſacris literis non aliter uſurpari, quàm pro carnali congreſſu maris & fœminæ. Eſto, ſed nè quis poſſit imaginari vulgarem coitum, addo *quendam coitum*. Hanc ſtultam calumniam circunfert per omnes divos & omnem hominum conditionem. Tantum ad me delatum eſt: hæc exordia declarant, quæ dicturus ſit, poſtea quàm in operis progreſſu *Sutor* incanduerit. Nec tamen ſatis cauſæ video, cur hæc te ſcire velim. Etenim quod ad me quidem attinet, ſera querela eſt: quod autem ad vos, fruſtranea. Jam opus illius proſtat, nec autoritate veſtrâ permovebitur, qui Theologorum jam bis contempſit. *Natalis Bedda* conatus eſt illum in editione prioris libri ab intemperantia calami revocare, non quòd illi curæ ſit mea fama, ſed quòd intelligeret magno dedecori futurum, ſi mundus ſciret talem ſcriptorem è *Sorbona* prodiſſe. Quod de *Bedda* dico non ſomnio, ipſe literis ad me ſuis perſcripſit. Quanquam non ille ſolus eſt, cui diſplicet *Sutoris* ingenium; ſunt in Theologorum ordine plurimi, quibus vehementer diſplicet, quoſque pudet ejuſmodi ſodalis. Tales enim Theologi non medentur hæreſibus, ſed ex orthodoxis faciunt hæreticos, quod tamen illi nunquam in me licebit etiamſi ſexcentis libris in me debacchetur. An ille ceſſurus eſt autoritati veſtræ, quum ſic inſectetur opus, quod *Romano* Pontifice autore ſuſcepi, quod eodem approbante perfeci, pro quo mihi tot epiſcopi, tot Theologi gratias agunt? Et tamen hoc quicquid eſt rei, nolui te latere, ut ſi meo nomini conſulere non poteſtis, ſaltem aliquâ ratione, veſtra prudentia, vel ordinis honori, vel ipſius ſaluti proſpiciat. Me poſthac, quoniam perſpicio rem in manifeſtam exiſſe rabiem, mutum laceſſet. Bene vale, & hunc peccatorculum Domino clementiſſimo tuis precibus commenda. *Baſileæ* ſeptimo die Aprilis, Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Roterod. Lodovico Vivi S. D.

Epiſt. 20. QUid te felicius eruditiſſime *Vives*, qui gratiam ineas etiam maledicendo, quum nos & benedicendo nobis odium & invidiam conciliemus. Conati ſumus veræ pietatis ac religionis aperire fontes, adnixi ſumus rem Theologicam, plus ſatis prolapſam ad argutas magis quam neceſſarias quæſtiunculas, priſcæ majeſtati pro virili reſtituere, & ſic in me debacchantur monachi quidam, quaſi ſacrilegium admiſerim, quum tu tam gratos & commodos experiaris ſophiſtas, irritabile ut vulgus exiſtimat hominum genus. Proinde poſtea quàm res tibi tam feliciter ceſſit, perge quâ cœpiſti, ſtudiis ad meliora revocandis invigilare. *Pariſienſis* academiæ candorem ac civilitatem jam olim ſum admiratus, quæ tot annos *Fauſtum* tulerit, nec tulerit ſolùm, verùm etiam aluerit evexerítque. Cum *Fauſtum* dico, multa tibi ſuccurrunt, quæ nolim literis committere. Quâ petulantiâ ſolitus eſt ille in Theologorum ordinem debacchari? Quàm non caſta erat illius profeſſio? Neque cuiquam obſcurum erat, qualis eſſet vita. Tantum malorum *Galli* doctrinæ hominis condonabant, quæ tamen ultra mediocritatem non admodum erat progreſſa. Hujus academiæ proceres non ferunt trilingue collegium, gratis adjuvans publica omnium ſtudia, gratis ornans non ſolùm hanc ſcholam, verùm etiam univerſam Principis ditionem. Non ferunt profeſſores moribus inculpatiſſimis, profeſſione caſtâ, doctrinâ longè *Fauſtinæ* præferendâ. *Pariſienſis* Academia certè in hoc literarum genere quod ſibi propoſuit, ſemper primas tenuit, & tamen gaudet undecunque ſibi contingere literaturæ politioris acceſſionem. Datur locus quidvis quacunque mercede profitentibus. Hic *Guilhelmo Neſeno*, *Pomponii Melæ* geographiam profiteri gratis aggreſſo, nihilo remiſſioribus ſtudiis obſtiterunt, quàm ſi paràſſet totam hanc urbem incendio miſcere. Ante annos non ita multos frigebat hæc ſchola; nunc bonarum literarum commendatione facta celebrior, mirum quas criſtas erigit, quod attollit ſupercilium, quam meditatur tyrannidem. Sed hoc quicquid eſt tragœdiæ duobus aut tribus acceptum ferimus. Quos etiam ſi non queant miteſcere, tamen obruent tandem indies magis ac magis invaleſcentia rectiora ſtudia, præſertim ſi tu te in hoc bello *Camillum* quendam præbeas. De *Budæo* tametſi nihil novi prædicas, tamen hominis amiciſſimi veriſſimis laudibus ſum unicè delectatus. Ille verò nunquam *Eraſmum* ab ſe alienabit, etiamſi atroces invectivas in nos ſcripſerit; tantum abeſt, ut illa literarum velitatio queat animos Gratiarum nodis conjunctiſſimos divellere. Habes epiſtolam laconicam, ſic enim ſoleo pro *Lucullianis* cœnis *Diogenicum* reponere convivium. Verùm hoc non animo, ſed occupationibus imputabis. Bene vale. *Lovanii* Anno milleſimo quingenteſimo decimo nono.

Eraſmus Roterod. Petro Ægidio S. D.

JOannes *Frobenius* à fratre tuo numeravit mihi quadringentos coronatos aureos, præterea nihil, quæ quidem moneta hic damnoſa eſt, damnoſior futura ſi me aliò conferam. Sed nunc nulla pecunia transfertur, niſi lucro negotiatorum ac damno noſtro. De reliquo facies uti ſcribis tibi in animo eſſe. Non alio animo liberavi te depoſito *Petre* chariſſime, niſi ut te ſublevarem hac ſarcinâ, quam mihi ſemper viſus es gravatim ferre, nec alioqui ſatis callens id genus negotiorum: *Epiſt. 21.*

deinde ut noſtræ neceſſitudinis tranquillitati ſimul & perpetuitati conſulerem; non quòd magnopere metuerem nè per ullam occaſionem interiret, quanquam vitreæ ſunt res omnes mortalium, nihil autem amicitiâ fragilius: verùm non arbitratus ſum eſſe committendum, ut ulla nubecula noſtræ familiaritatis jucunditatem contriſtaret. Quare te rogo nè tu aliorſum interpreteris atque ego feci. Epiſtolam ſtratagematum à multis lectam eſſe doleo, nam ipſe diverſum mandâram. Nec erat exitura, qualis miſſa eſt. Ut maximè verò talis exiſſet, quam tandem infamiam aſperſiſſet, tibi ſi lector didiciſſet impoſitum fuiſſe naturæ tuæ bonitati ab eo, qui nulli non imponit? Quod negas tibi datum *Tertullianum*, niſi pro quo numeraris, planè fallit te memoria. Quum apud te pranderem mox *Baſileam* profecturus, *Pſeudochens* attulit ſcriniolum dulciariis refertum, & *Tertullianum* unum, diſſimulans de reliquis. Ejus habendi quum uterque videremini cupidi; nam aderat *Nicolaus Sylvaducenſis*, dolebam unum tantum allatum eſſe, quo minus liceret utrique gratificari. Tibi tamen donavi, niſi malletis codicem inter vos eſſe communem. Ejus generis ferè ſunt, quæ reſpondes ad cæteras querimonias. Quare te rogo mi *Petre*, ut omiſſis iſtiuſmodi næniis, ac profundæ oblivioni traditis, ea commentemur inter nos, quæ mutuam alant augeántque benevolentiam. Ego pro virili cavebo, nè quid admittam, cur mihi jure ſuccenſeas. Tu viciſſim omnes iſtas ſuſpitiunculas procul ejicias ex animo. Non obſto quo minus *Polydoro* ſis amicus: Nam mihi hactenus animum haud quaquam inimicum præſtat, tantùm νῦν γε μέμνησ' ἀπιστεῖν. Utcunque erunt fata noſtra, tu ſuaviter oblecta te cum tuis, quibus omnibus unà tecum precor felicitatem perpetuam. Datum *Baſileæ*, vigeſimoprimo April. Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Hadriano Barlando S. D.

Epiſt. 22. PAludani mortem duabus de cauſis fero moderatiùs eruditiſſime *Barlande*, vel quòd ad eam ætatem pervenerat, cui nihil jam in hac vita dulce poterat expectari, vel quòd huic ſeculo ſubductus eſt, in quo optimo cuique peſſimè eſt. Porrò quod in demortui locum ſuffectus es, non tam tibi gratulor iſtud quicquid eſt vel honoris, vel compendii, quàm ipſis ſtudiis, quibus opera *Paludani* jam olim haud ita multum accedebat, per te meliùs expolientur, huic rei natum. Eſt in quo velim operam tuam mihi commodes, nec tam ſtudium curámve requirit cauſa quàm fidem. Sunt *Lovanii* qui plurimum poſſunt apud epiſcopum cui ſcribo, cæterùm quàm amico in me ſint animo neſcio ob quoſdam illi familiares. Divinas opinor quos judicem. Hos velim celatum hoc negotium. Mitto literas apertas, ut ex his rem intelligas, Eas obſignatas reddes epiſcopo *Tornacenſi*, ſimúlque extimulabis, ut quàm primùm id fiat. Si quid erit, per quod me fieri voles, viciſſim impera. *Baſileæ* vigeſimo April. Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. cuidam S.

Epiſt. 23. FIli chariſſime, Biennium ferè eſt, quod mihi redditus eſt libellus *Hollandicè* ſcriptus abſque titulo, qui mihi ſuſpitionem injecit eſſe patris tui, cui conſulto non reſpondi, perſpiciens ex ea contentione nihil boni fructûs rediturum ad lectorem, ad me dedecoris nonnihil, ad patrem multo amplius. Ad hæc videbatur ineptum populi linguâ ſcribenti reſpondere *Latinè*, nihilóque minus ridiculum, quàm ſi quis accuſatus apud plebem, in ſenatu reſpondeat. Auſpicetur mecum amicitiam melioribus avibus, & inveniet *Eraſmum* ad omnia Gratiarum munia promptiſſimum. Hoc nomine mihi charior erit, quod amplectitur ut ſcribis *Græcas* literas. *Germano* tuo gratulor, gratulor & tibi, non tam ſacerdotium iſtud honorificum, quàm ingenium, quod ex epiſtola tua deprehendi, ſanum ſummæque ſpei. Patri tuo ſalutem ex me mutuam renunciabis. Bene vale. *Baſileæ*, tertio Calend. Maias, Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Nicolao Hiſpano S. D.

EGo verò clariſſime juvenis & tuum iſtum erga bonas literas amorem, & animum in me tam candidum, ſubens amplector atque exoſculor, etiam atque etiam exhortans, & currentem quod aiunt, extimulans, uti quâ cœpiſti pergas, & priſcam *Hiſpaniæ* tuæ gloriam inſtaurare, & clariſſimis majorum tuorum imaginibus literarum decus nunquam intermoriturum adjungere. *Pindarus* in *Dithyrambis* ſtudet elegantiâ carminum abolere probrum, quod vulgus in *Bœotos* jacere ſoler, φάγομὸν inquiens βοιωτίαν ὗν· quo facilius erit ingenii, doctrinæ, facundiæque laudem, quâ quondam *Hiſpania* non ceſſit *Italiæ*, poſtliminio revocare, & ſi quid ſtribiliginis invexit *Gotthorum* aut *Sarracenorum* incurſus, abſtergere. Iſtius regionis fertilitatem ac temperiem, vel ex *Plinio* licuit cognoſcere. Gentis humanitatem indies experior uberiùs. Sed animus quidem hic per omnes terras volitare poteſt, corpuſculum verò non ſolùm ſathiſcit, verumetiam collabitur. Et tamen homo ſexagenarius, tum hâc valetudine, cogor novus fieri gladiator, & falce ſumptâ in arena, vel cadere, vel occidere, Gratiis & Muſarum viretis natus potiùs quàm gladiatoriæ. Et utinam cum *Hutteno* aut *Lutheris* tantùm mihi res eſſet, nunc plus exhibet negotii pars e, cui me propugnatorem pro virili præbeo. Sunt enim qui vel incolumi *Luthero* vellent extinctas linguas ac politiores literas. Tam impio facinori prætexitur zelus tuendæ religionis *Chriſtianæ*. Tertiam ſectam nobis peperit *Italia*: Magnis contentionibus depugnant quidam, ſubmovendos ex albo doctorum omnes, qui non referunt phraſim *Ciceronianam*; quam ut fateor omnium optimam eſſe, ita non probo eos qui huic rei ſerviunt. Sanctiùs *Caranza* mihi copioſè prædicatus eſt ab *Alphonſo Ulmetano*: proinde quum me tam diligenter invitas ad hominis omnibus dotibus ornatiſſimi amicitiam, nè tu planè quod aiunt, τὸν ἵππον εἰς τὸ πεδίον. Sit igitur hæc epiſtola manu meâ deſcripta, pignus ac monumentum fœderis, auſpicio Gratiarum ac Muſarum inter nos initi, quod nullus unquam genius malus, aut hoc etiam nocentior mala lingua poterit dirimere. ——*Hic murus aheneus eſto.* *Caranzam* meo nomine ſalutabis & amanter & reverenter, blandéque monebis hominem, amet quam volet effuſè, ſed prædicet parciùs, ob linguas faſcinatrices. In hoc certamine non cedam. Saluta *Morillonum*, *Beatum Arnoldum*, *Joannem Almanum*,

manum, quibus nunc non vacat scribere. Bene vale *Nicolae* charissime. Datum *Basileæ*, tertio Calendas Maias, Anno M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Virgilio Polydoro S. D.

Epist. 25. IN excudendis ingenii tui monumentis non esse satisfactum animo tuo, vehementer dolet tum mihi, tum *Frobenio*. Id enim magnopere studebamus utrique. Literæ tuæ videbantur hoc præscribere, nè recederetur ab exemplari. Itaque diligenter hortatus sum, ut summâ fide versarentur in eo negotio, ac subinde in ipso operis progressu inculcavi eadem. Confirmabant id fieri, nisi ubi manifestarius esset calami lapsus: Præerat castigationi *Sigismundus Gelenius*, vir utriusque linguæ non vulgariter doctus, probæque fidei. Tuum exemplar asservari jussi. Mihi nihil mandâras: & religio erat in opere alieno vindicare tantum juris. Alioqui non piguisset hanc operam pro tanto amico sumere, etiam si quid fuisset gravius. *Basilea* mihi asylum? Monachorum ista vox est. At veniat huc ex istis quisquam, qui ausit in *Lutherum* quod ego audeo. Isti intra vallum tuti eminus convicia jaculantur in hostem, ego in ipsis hostium castris manus cum illis confero. Tua benignitas semper officia officiis accumulat, méque jam olim multis nominibus obæratum reddit obligatiorem. Dedisti quo paretur equus, utinam dare possis quo reparetur eques. Frequenter nos exhilaras, pollicens tuum adventum. Utinam quod promittis tuo commodo facias aliquando. Artificem illum nôsse satis est, nè possit imponere, sed interim possis abuti. Bene vale. Datum *Basileæ*, pridie Calend. Maias, Anno M. D. XXVI.

De pace frequens hîc rumor, sed neminem video gratulantem, ut aut vanus sit rumor, aut pax non admodum plausibilis.

Erasmus Roterodamus Roberto Aldrisio Anglo S. D.

Epist. 26. SI memor es nostræ pristinæ consuetudinis, & si mores antiquos obtines, unum officium mihi præstes velim, quod absque tuo sumptu præstare poteris. In collegio Regali sunt opera *Senecæ* descripta in membranis. Ex his multa subnotâram in codice meo. Editionem commendâram *Germano* cuidam quam habebam pro amico fidissimo; is absente me pessimâ fide se gessit in excudendo opere. Et nè deprehenderetur, optimam exemplaris partem sustulit. Hoc dedecus mihi sarciendum est. Quare te rogo charissime *Aldrisi*, sume volumen operum *Senecæ* à *Frobenio* excusi, & committe aliquibus bonæ fidei, qui denuò ascribant in margine quæ discrepant. Eum codicem sic notatum mittito ad *Thomam Morum*, ut per eum ad me veniat. Libros *naturalium quæstionum* scio editos. Eam collationem ego peragam. Dignus est *Seneca* hoc studio, debes tu quoque nonnihil studiis publicis; mihi præter mutuum amorem debes nihil. Reponam quicquid in hoc negotium impenderis vel ad assem, & insuper dabo operam nè prorsus in sterilem fundum istam officii sementem feciisse videaris. Magnopere velim istuc quàm primùm fieri. Saluta mihi veteres sodales, *Phaunum*, *Omfridum*, *Vachanum*, *Gerardum*, *Nicolaum* & *Joannem Siburgum* bibliopolas. Tibi sit pax & felicitas. Datum *Basileæ*, Natali *Jesu Christi*, Anno M. D. XXV.

Sunt istic pervetusta quædam exemplaria, præsertim in collegio divi *Petri*. Adjuva nos unà cum *Frobenio*, si quid potes, non lacesses ingratos officio.

Erasmus Roterodamus Reginaldo Polo Anglo S. D.

ORnatissime *Reginalde*, ex literis *Poloni* Comitis intelligo quod jam pridem ad me scripserit, tuásque literas suis adjunxerit. Magnâ felicitate me fraudavit, quisquis fuit ille malus genius, per quem stetit, quò minùs ad me perlatæ sint. Nihil enim isthinc allatum est, præter literas quas attulit *Carolus Harstus* à *Polono*, & has quas hodie recepi ab eodem scriptas Calendis Februarii. Si jam rediit *Lupsetus*, ei dices *Chrysostomum Græcum* esse redditum, sed titulo tantum *Chrysostomum*. Itaque sperato thesauro, juxta proverbium, carbones reperimus. Dices & illud, *Hieronymum* vix sub Calendas Martias fuisse absolutum, & ex illius literis videbatur *Lutetia* non tam diu commoraturus. Quare faciam quod volet, modò sciam ubi locorum degat. *Longolius* & *Leonicus* hic distrahuntur. Doleo *Longolium* immaturâ morte præreptum studiis, quanquam in me videtur iniquior, ídque sine causa. Excepi eum *Lovanii* quâ per occupationes & valetudinem licuit humanitate. Epistolam illius *Galliæ* Regis orator ad me miserat. Eam honoris ipsius gratiâ, ita me bene amet *Christus*, curâram edendam, tantum abest ut me offenderit. In his quæ prodierunt, apparet anxia *Ciceroniana* dictionis affectatio, sed interim frigentibus interdum sententiis, subolet juvenilis quidam amor gloriæ. Malueram prodisse commentarios illius, licèt minùs exprimentes phrasim *Ciceronis*. Id si tu curâris, non mediocrem mihi crede gratiam inibis apud Senatum populúmq; studiosorum. *Leonardum Casimbrotum* tibi commendo. Saluta rursum *Marmeducum* meum. Has literas vento commisi, mittens *Francfordiam*. Ubi dabitur certior aliquis scribam copiosiùs. Bene vale studiorum decus *Pole* charissime. *Lutherus* offensus meâ *Diatribâ* modestissimè disputante, scripsit in me magnum volumen, quale nemo scriberet in *Turcam*. Huic ex parte respondimus. Nam serò volumen illius nacti sumus. Ego ille pacis & quietis semper amantissimus, cogor esse retiarius, nec hoc satis, cogor θηριομαχεῖν. Sed de his aliàs. Datum *Basileæ*, postridie Nonas Martias, Anno à *Christo* nato M. D. XXVI.

Erasmus Rot. Martino Luthero S. D.

Epist. 27.

Epist. 28. SErò reddita est tua epistola, quæ si maximè venisset in tempore, nihil me commovisset. Non sum usque adeo puerilis ingenii, ut tot vulneribus inflictis plusquam capitalibus, placer unâ aut alterâ facetiolâ, palpóque deliniar. Cujus ingenii sis jam orbis novit, stilum verò sic temperâsti, ut hactenus in neminem scripseris rabiosiùs, immò quod est detestabilius, malitiosiùs. Hic videlicet tibi succurrit, te peccatorem infirmum esse, quum aliàs postules tantùm non pro Deo haberi. Es homo, ut scribis, vehementi præditus ingenio, & argumento

argumento tam insigni delectaris. Quin igitur istam admirabilem δείνωσιν jam pridem effundebas in Episcopum *Roffensem*, aut in *Cochleum*, qui te nominatim appellant & conviciis lacessunt, quum mea *Diatriba* civiliter disputârit? Quid autem faciunt ad argumentum tot scurrilia convicia, tot criminosa mendacia, me ἄθεον esse, me *Epicureum*, me Scepticum in his quæ sunt *Christianæ* professionis, me blasphemum esse, & quid non? præter alia multa quæ retices. Quæ quidem hoc leviùs fero, quod nihil horum est in quo me mea remordeat conscientia. Nisi *Christianè* de Deo déque divinis literis sentirem, non optârim vel in crastinum mihi proferri vitam. Si causam vehementiâ quâ soles egisses, citra furiosa convicia, pauciores in te provocâsses: nunc plusquam tertiam voluminis partem his occupare libuit, dum tuo morem geris animo. Quàm mihi cesseris, res ipsa loquitur, qui tot manifesta impingis crimina, quum *Diatriba* nec ea voluerit exagitare, quæ mundus ipse novit. Imaginaris opinor *Erasmo* nullos esse fautores. Sunt plures quàm credis. Atqui non refert adeo quid nobis duobus accidat, mihi præsertim hinc brevi migraturo, etiamsi mundus universus applauderet: illud mecum optimum quemque discruciat, quod tuo isto ingenio tam arroganti, procaci, seditioso, totum orbem exitiabili dissidio concutis, bonos viros, ac bonarum literarum amantes, objicis furiosis quibusdam Pharisæis, improbos ac novarum rerum avidos ad seditionem armas, breviter sic tractas evangelii causam, ut sacra prophanáque omnia commisceas, quasi studio tibi sit, nè tempestas hæc aliquando vertatur in lætum exitum, in cuam occasionem ego semper intentus fui. Quid tu mihi debeas, quid retuleris præmii, non excutio. Privatum est illud quicquid est, publica calamitas me discruciat, & omnium rerum immedicabilis confusio, quam nulli debemus, nisi tuo isti impotenti ingenio, bene consulentibus amicis intractabili, levibus quibusdam tenebrionibus ad quidvis flexili. Quos eripueris è potestate tenebrarum nescio, in hos tamen tam ingratos debebas calami tui mucronem stringere, potiùs quàm in moderatam dispurationem. Optarem tibi meliorem mentem, nisi tibi tua tam valde placeret. Mihi optabis quod voles, modò nè tuam mentem, nisi tibi Dominus istam mutaverit. *Basileæ*, undecimo die Aprilis, quo tuæ redditæ sunt literæ, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

A liberalibus studiis, vel ornandis vel provehendis. Quasi parùm sit in orbe factionum, revixit nova factio *Ciceronianorum*, nimirum quo *Budæum* & *Erasmum* submoveant ex albo doctorum, & è manibus hominum excutiant. Ut fateor *Ciceroni* primam in dicendo laudem deberi, ita puto ridiculum, totâ vitâ nihil aliud agere, quàm ut *Ciceronem* unum exprimas. Quanquam nec hi *Ciceroniani* sunt, qui neminem lectione dignantur nisi *Ciceronem*. *Faber Stapulensis* hàc iter faciens consternavit animum meum, nuncians *Budæum Galliarum* decus, & studiosorum delicias fato functum esse: quem rumorem esse vanum vel hinc conjicio, quòd *Nicolaus Episcopius* in literis ad me suis hujus mentionem faciens, de morte non meminit. Sit hæc epistola, quamvis brevis ac negligenter scripta, chirographum inter nos initi fœderis nunquam interrumpendi. Nam in præsentia nec plura licuit, nec aliter. Saluta mihi *Brixium*, *Beraldum*, & *Franciscum Sylvium*, *Cyprianum* & *Badium*. Mitto ad te præludium *Galeni*, qui totus *Græcus* prodiit ex *Aldi* officina, versum à nobis; conferes & judicabis nuncubi rectè divinaverimus. Nam planè divinandum erat: Nihil adhuc vidi depravatius. Bene vale. Datum *Basileæ* decimoseptimo Calend. Jun. Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Jacobo Tussano S. D.

Epist. 29. MAgnum officium est, eruditissime *Tussane*, rei bonæ admonuisse quempiam. Itaque gratiam non mediocrem iniit apud me *Nicolaus Episcopius*, juvenis mirè candidus, quod suis literis significavit, & eruditionem istam tuam *Budeanæ* proximam in utraque lingua, & candorem quendam propensúmque favorem erga nostra qualiacunque studia. Nam eruditionem his temporibus gratulari licet permultis, quum candorem animi non perinde probes in omnibus, quem certè in *Longolio* nonnunquam desidero, quum me semper habuerit eruditionis ingeniíque sui tum fautorem propensissimum, tum præconem haud quaquam malignum. Sed undecunque concepit ille hoc in me stomachi, doleo virum ante diem ereptum,

Erasmus Roterodamus Francisco Cigalino Medico S. D.

Epist. 30. EQuidem gratulor bonis literis ac sacris vo'u minibus, quòd medicis quoque cœperint esse curæ, atque isto sanè nomine mihi charior eris, cui locum haud postremum in amicorum catalogo destinavi. Cæterùm occupationes studiorum, quibus obruor, in causa sunt, ut ad tuam copiosam disputationem strictim ac λακωνικῶς respondeam. Primum non statim superioris receptæque translationis reprehensio est, si quid aliter à nobis vertitur, non profectò magis, quàm quum interpretes orthodoxi diversam adferunt lectionem, quod quidem faciunt non ratò, exponentes utranque, neutram re improbantes. Deinde susceperam illic vertendos *Græcos* codices non castigandos, nec paucis in locis præfero *Latinorum* translationem *Græcæ* lectioni. Fuissem autem impudens, si professus interpretem, aliud vertissem quàm haberet codex *Græcus*, præsertim exemplaribus consentientibus. Multò verò impudentior, si id feciſſem, quum è regione *Græca* posuerim, quæ me statim coarguerent, etiamsi *Græcorum* interpretatio non coargueret. Id quod accidit frequenter ei qui vertit commentarios in epistolas *Pauli* falsò *Athanasii* nomine, quum sint *Theophylacti*. Contextum enim vertit juxta vulgatam editionem *Latinorum*, cui sæpe non quadrat interpretatio. Atque hoc quidem loco fateor præpositionem ἐν, in nonnullis *Græcorum* codicibus non addi, quum in emendatioribus addatur. Atqui non poteram in versione nisi unicam lectionem reddere. E duabus igitur eam sequutus sum, quæ magis arridebat animo meo, quæque codicum emendatiorum & interpretum *Græcorum* enarratione commendabatur, quod supererat in annotationibus erat agendum. Quod si legisses ea quæ calumniantibus hunc locum ante annos quinque respondi, aut satisfactum fuisset tuæ quæstioni, aut habuisses uberiorem

riorem argumentandi materiam. Quæ ſcribis de pace piorum, cui comes eſt juſtitia, mihi tecum pax eſt; niſi quod *pacis* vocabulum in apoſtolicis literis ferè ſonat *reconciliationem*, & iis qui recipiebantur in Eccleſiæ communionem, dicebatur dari *pax*. Atque hunc in ſenſum interpretantur *Pauli* ſalutationes, gratiam & pacem ſubinde precantes. Si legeris meam in *Lucam* Paraphraſim, videbis me tibi jam tum ὁμόψηφον fuiſſe. Quoniam autem in cœlis non erat peccatum, quod dirimeret amicitiam, ſed tantùm laus & gratiarum actio, angeli canunt *Gloria in excelſis Deo:* cæterùm hominibus venerat ille qui pacificat omnia quæ in cœlis quæque in terris, abolîturus peccatum mundi, pax canitur in terris. Hactenus opinor mihi tecum convenit, reſtant duo ſcrupuli, de dictione quæ facit tres partes, è duabus, & de præpoſitione ἐν. Ex *Origene Latinè* verſo per interpretem parùm auſpicatum nihil evincis, niſi ex ipſa enarratione liqueat quid legerit. At tale nihil habet locus qui profertur primo libro *Origenis* contra *Celſum*. Locum enim quem refers ex *Origene*, neſcio unde hauſeris; nec enim quicquam habemus *Origenis* in decimum caput *Matthæi*. Nam Homiliæ quæ feruntur hujus nomine in *Lucam*, alterius cujuſdam eſſe videntur, & tamen ille locus hactenus pro me facit, quod legit *in hominibus* additâ præpoſitione, & quod ſemel appellat *pacem bonæ voluntatis*. Hoc vide ut memineris. Jam ex *Chryſoſtomo* utcunque verſo quid colligis? De diſtinctione nihil meminit, legis *hominibus bonæ voluntatis*. Imò ſcias hæc verba ab interprete fuiſſe addita. Sic enim habet codex *Græcus*, πῶς δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ἔλεγον, δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ὅτι γῆς εἰρήνη, πῶς δὲ οἱ προφῆται πάντες τοῦτο εὐηγγελίζοντο, &c. I nunc & crede libris in aliam linguam tranſlatis. Verùm quo perſpicuum faciam *Chryſoſtomum* legiſſe quemadmodum nos vertimus, adſcribam locum ex commentariis in epiſtolam ad *Coloſſenſes*, quo declarat hæc *Pauli* verba, *Sive quæ in terra, ſive quæ in cœlis*, διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντες λέγομεν, δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ὅτι γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. διὰ φησι καὶ ἄνθρωποι ἐφάνησαν εὐαρεστοῦντες. λοιπὸν, τί ὅτιν εὐδοκία; κατανόησον, ὡς ἔτι μύστοχόν ὅτιν ὁ ῥηθείς. Ad hæc *Theophylactus*, & legit, & interpretatur juxta noſtram ſententiam. Pacem enim hanc volens intelligi Dei Filium, de quo *Paulus Epheſ.* 2. *Ipſe eſt pax noſtra qui fecit ex utriſque unum*, ſubjicit hæc verba, ἄντη δὲ ἡ εἰρήνη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὅτι γῆς γέγονε, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις εὐδοκία τοῦτ' ἔστιν ἀνάπαυσις τῷ Θεῷ. Nec dubito quin plura teſtimonia proferre queam, ſi major eſſet *Græcorum* voluminum copia. Sed jam arbitror te placatum de lectione diſtinctionéque *Græcorum*, à quâ non oportebat fidum interpretem diſcedere, præſertim quum noſtra verſio non fugillet publicam *Latinorum* editionem. Reſtat ut ſi quid ſupereſt ſcrupulorum diſcutiamus. Qui factum eſt inquis, ut iſtam lectionem nemo veterum *Latinorum* attigerit? Equidem arbitror illos idem legiſſe, quod nos legimus, nec illorum ſententiam à noſtra diſcrepare, utcunque verbis diſſonant. Nihil hic adferam coactum aut detortum, ſenſus communis probabit quod dicam. Nec enim opus eſt commento quod adfers, ut εὐδοκία proferatur dandi caſu ut reſpondeat noſtro genitivo, qui vertitur in ablativum: quemadmodum dicimus, *mulier egregiâ formâ*, & *mulier egregia formæ:* nihil enim ſimile eſt apud *Græcos*, ſed *Græcorum* dativo, reſpondet noſter ablativus, quem quidam ſeptimum caſum eſſe volunt, per quem ſignificamus modum aut inſtrumentum, ut cum dicimus, ἐπετάξέ μοι ξίφει, id eſt, *percuſſit me gladio*, aut ἐδέξατό με μεγάλῃ εὐφροσύνῃ, id eſt, *excepit me ſummâ humanitate:* Proinde quod hîc adfers, nullo modo conſiſtit. Primùm docui hoc loco εὐδοκίαν eſſe non ἀγαθὸν θέλημα, ut non ad hominem, ſed ad Deum potiùs pertineat: quam vocem *Hieronymus* putat à ſeptuaginta novatam, quo commodius quod ſentiebant explicarent, videlicet gratuitum Dei favorem erga nos. Hanc *Latinus* interpres aliquando vertit beneplacitum, velut 1 *Corinth.* 10. Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός. Et Pſalmo 68. καιρὸς εὐδοκίας κύριε. Sed quid ego hæc, quum ſacri libri ſcateant hac dictione? Tres igitur particulæ ad eundem ſenſum pertinent: *Chriſto* in terris nato, venerat tempus quo Deus ſtatuerat ſibi per Filium reconciliare mundum: pro hac admirabili bonitate Dei, angeli canunt, *Gloria in excelſis:* nullâ enim re magis innotuit Dei benignitas, quàm quod Filium ſuum dederit pro nobis redimendis: Per cujus mortem quoniam abolenda erant gratis peccata mundi, addunt, *& in terra pax*, jam dirutâ maceriâ quæ ſeparabat cœlum à terra. Cæterùm nè quis exiſtimaret promitti pacem humanam, aut hominum meritis debitam addunt, *in hominibus bona voluntas:* ut hæc particula per appoſitionem referatur ad proximè præcedentem: perinde quaſi roganti cuipiam, Unde iſta nova pax terris? reſponſum eſſet, Non eſt pax vulgaris, nec hominum benefactis reddita, ſed nihil aliud eſt iſta pax abolens peccata, quàm gratuitus Dei favor, erga ſuos electos. *Chriſtus* autem ſic dicitur pax, quemadmodum dicitur juſtitia noſtra, & peccatum, pro eo quod erat, pacificator, juſtificator, victima pro peccato, quo tropo videntur *Hebræi* delectari, quanquam & *Latini* dicunt, *Hic eſt mea mors, Hic eſt mea vita.* Quod autem dixit *in hominibus*, non refertur ad pacem, ſed ad εὐδοκίαν, quaſi dicas *erga homines favor.* Sic alibi pater velut angelorum cantilenam explanans, *Hic eſt*, inquit, *Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, ἐν ᾧ εὐδόκησα· per illum enim cœpit εὐδοκεῖν, erga nos qui *Chriſto* per baptiſmum inſerimur, efficimúrque cum illo filii Dei, fratres *Jeſu Chriſti*. Et convenit ſermonis tropus, in quo complacitum eſt mihi, & in hominibus εὐδοκία. Oſtenſum eſt, diſtinctionem trium particularum eſſe apud *Græcos*, demonſtratum eſt addi præpoſitionem ἐν, quæ ſi abeſt, idem tamen eſſet ſenſus, licèt ſermo durior: declaratum eſt, pacem Dei diſtinctam à pace mundi: indicatum eſt eundem eſſe ſenſum, ſive legas *pacem bonæ voluntatis*, ſive *pacem bonam voluntatem*, quemadmodum dicimus *urbem Romam*, & *urbem Romæ*. Ex quibus probabiliter colligitur, orthodoxos *Latinos* idem legiſſe quod nos legimus, nec à *Græcis* ſenſu diſſidere, ſed verbis duntaxat. Hæc tam evidentia, tam multa, ſi nondum ſatisfaciunt vitilitigatoribus, ſequantur vulgatam lectionem, quam non fugillo, ſequantur *Bedæ Lyrani* & *Hugonis* interpretationem, qui ob *Græci* ſermonis imperitiam non intellexerunt quid ſibi vellet vox εὐδοκία, nec mihi poſtulent eſſe fraudi, ſi *Chryſoſtomi*, ſi *Theophylacti* piam ac probabilem opinionem communicavi, relinquens liberum ſuum cuique judicium. Tibi verò duplici nomine

nomine debere me fateor, primùm quòd tua disputatio me provocârit, ut rem attentiùs inspicerem, deinde quòd amicorum meorum numerum auxeris nomine nequaquam pœnitendo. Superest ut *Erasmi* quoque nomen inter eos ponas, quos ex animo tuos esse putas. Habes epistolam fortasse breviorem quàm velles, sed quàm fatearis prolixam si scias quanta mihi sit ocii penuria. Bene vale. *Basileæ* Idibus Martiis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Matthæo Giberto Episcopo Veronensi Datario Pontificis Erasmus Rot. S. D.

Epist. 31. AGnoscit trilingue collegium, quantum debeat amplitudini tuæ, cujus favore consequutum est quod optabat, & largiter & gratis. In hujus beneficii consortium me quoque recipit, cujus commendationem existimat non omninò frustraneam fuisse. Ego verò non invitus tibi & hoc nomine debeo, cui nihil non debeo. Jam me pudor hortabatur ut aliquando desinerem te flagitatricibus epistolis interpellare. Verùm unum quiddam adhuc abs te petere ut debeam suadet mea pietas, ut ausim tua invitat humanitas. Juvenis hic *Livinus* cognomento *Algotius*, cujus supplicatorium libellum mitto, inservivit mihi ferè septem annos, eo præditus ingenio, eóque progressus in bonis literis, ut spem haudquaquam vulgarem de se præbeat; honesto loco natus, sed in re tenui ob matris fœcunditatem, quem mihi jam olim in filii vicem adoptavi. Non ausim hoc flagitare ut gratis impetret, tametsi non gravarer hoc totum imputari mihi. Illud non dubito, quin libenter præstatura sit tua benignitas, ut res æquo precio transigatur cum his qui præsunt istius generis negotiis. Sub plumbo cupit expediri. Hæc est Pontificis Maximi *Clementis* felicitas, ut possit, bonitas, ut velit omnibus prodesse. Tandem inter monarchas sarta concordia est, quam utinam Deus pacis velit esse perpetuam. Altera pestis remissior est, partim quòd ipsi duces se vicissim bellis intestinis conficiunt, partim quòd Principes atque etiam magistratus, & optimi quique cives hac in re strenuam navant operam, non jam pietatis ergo tantum, verumetiam exemplo docti, quo spectârit fucatus ille titulus evangelicæ libertatis. Quid ego præstiterim ex aliis audire te malo, & si isthuc perlatus est *Lutheri* liber quem in me scripsit, poterit ex parte testis esse. Scio quas excetras in me provocârim. Id facilè negligerem, nisi pars altera haberet aliquot qui pertinacioribus studiis incumbant in meam perniciem, quàm quisquam diversæ factionis. Cum omnibus Monarchis, Principibus & Episcopis, mihi non modò pax est, verumetiam amicitia non vulgaris, id quod non tantùm literis amantissimè scriptis, verumetiam muneribus ultrò missis declarant: sed sunt aliquot jam olim devoti bonarum literarum hostes, præsertim ex antiqua gente monachorum ac Theologorum, qui hoc miris technis magnáque contentione agunt, ut elegantiores literas cum *Lutheri* negotio permisceant, simúlque privatis odiis, religionis prætextu serviant. Nimirum hoc erat hujus tragœdiæ proœmium, itaque ad caput redit fabula. Atqui meâ sententiâ magis expediebat huic negotio, non vocare in hujus causæ consortium Linguas ac politiores literas multis gratissimas, nec irritare calumniis innocentes, qui sic amant hæc studia, ut impietatem execrentur: denique nec impellere vacillantes, nec eos alienare, qui retineri in officio poterant. Abundè est eorum qui factiosa dogmata, palàm & ingennè profitentur, ut nihil opus sit falsis delationibus innoxiorum ac suspitiosis insimulationibus. *Lovanii* sic vivunt, ac profitentur Linguas ad id destinati, ut nec *Momus* habeat quod reprehendat. Atque id ipsum quosdam habet pessimè. Mallent illos *Lutherissare*, quo detur occasio culpam hominum in studia conferendi. Indignantur me pugnare adversus *Lutherum*, mallent pro *Luthero* scribere, ut sit telum quo me conficiant. *Lutheri* librum rabiosâ maledicentiâ plenum quem nuper in me sparsit, nemo *Lutheranorum* legit avidiùs, quàm quidam qui videri volunt Ecclesiæ nutantis atlantes, nec ullus scurra libellos edit tam famosos ac furiosos in me, quin illis probentur. A me nihil tam piè scribi potest, quod non calumnientur. Hi quibus Pontifex imposuerat silentium, sic agunt, quasi jusserit eos magis insanire quàm antea fecerant. Jactitant hujusmodi voces, *Scimus animum Pontificis, quicquid ille scribit.* Unde hæc illis fiducia nescio. Milit Cæsar edictum satis minax ac severum, quod amici me inscio impetraverunt. Tergiversantur, citiùs redituri in gratiam cum *Luthero* quàm mecum. Multa scripsi ante *Lutherum* notum, nullum adhuc dogma possunt ostendere, in quo cum *Luthero* consentiam. Suspitiones tantum adferunt, ac depravationes, plerunque verò manifestas calumnias. Quòd si quid etiam inesset incircumspectiùs dictum, præstiterat istiusmodi causationes in aliud tempus rejicere, & hoc quod nunc est in manibus agere. Non credas quanto odio laborent isti apud optimos quosque, à quibus sic timentur, ut ipsi magis timeant: nihil autem opus erat odium accersere vel ex infectatione mei, qui ut nullam habeo factionem, ita plurimos habeo faventes, præsertim magnates, vel ex insimulatione bonarum literarum, quas nemo non amat, nisi suilli generis, cui molestum est amaricinum. Arbitror has querimonias esse molestas auribus tuis. Sed quæ tibi molestum est audire, mihi longè molestius est perpeti, licèt vix centesimam partem commemorem eorum quæ isti designant. Equidem spero omnia rectè fore, attamen vereor nè incidant tempora, quæ serò fidem faciant; hic quoque vigilandum fuisse, nè privati quorundam mores & odia, publicum malum, cui mederi student, exasperent. Ego sanè per infamiam ac bonam famam, per ignominiam & gloriam, per vitam & mortem pergam *Christo* domino meo, & illius sponsæ Ecclesiæ, præstare synceram conscientiam. Successum & præmium ipse dabit, qui solus potest. R. amplitudinem tuam incolumem servet omnipotens ille custos. *Basileæ*, postridie Pentecostes. Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Francisco Cheregato Episcopo Interamnensi Erasmus Rot. S. D.

REdditæ sunt mihi literæ tuæ, quas è *Vaticano* miseras Idib. Januariis, sed resignatæ, quod nunc ferè fit in omnibus. Aiebant id factum ab *Hispanis*, opinor iis, qui juxta *Rhetos* nescio quid arcis occupârunt. Excusatio diutini silentii tui fuit *Epist.* 32.

fuit mihi longè gratissima, non quòd ullam officii partem interdiderarem, qui præter omne meritum hunc homunculum ultrò tot officiis oneras, sed quòd declararet singulare quoddam erga me studium ac benevolentiam, qui nec inter tot negotiorum undas excidere potuerim animo tuo. Publicæ orbis calamitates, quas tua deplorat pietas, neminem non discruciant, nisi planè sit impius, ac prorsus hominis sensum exuerit. Ac de pace quidem inter monarchas sarcienda jampridem bona spes est, sed nimium lenta torquet animum nostrum. At fieri video quod solet in corporibus exulceratis, ubi vomicam unam aut alteram utcunque sustuleris, erumpit aliunde malum. Sed de rebus monarcharum nec ego quicquam scribere possum, quod te fugiat, & si possim, non satis tutum arbitror. Perlongum est iter, fides nulla, hominum studia varia. Agricolarum motus ferè coerciti sunt, sed immiti remedio. Sic postulabat morbi magnitudo. Quanquam ea pestis, subinde meditatur recrudescere. Sed provisum opinor, nè rerum novarum avidis liceat quod licuit. Verùm altera lues quæ ferè jam *Europam* omnem pervasit, multo gravior est quàm bellorum rabies: quod hæc tantum grassetur in fortunas & corpora; illa violatâ pietate, sublatâ concordiâ, totum hominem demittit orco. Videtur tamen solito mitior, respiscunt multi, plerique favent frigidius: quâ quidem in re, nihil laudis mihi vindico, tametsi sic in me fremunt, qui vehementer addicti sunt huic factioni, quasi præcipuam quandam ad id navârim operam. Etenim ut de cæteris taceam, *Lutherus* nuper in me scripsit ingens volumen, diu multoque studio elaboratum, sed ita fermentatum amarulentiis, scommatibus, & calumniis, ut antehac in neminem scripserit hostiliùs. Meæ responsionis partem ad te mitto, mittam & ipsius volumen, si quem nactus ero, qui tantillum sarcinæ volet suscipere. Auget nobis spem finiendi mali, vehemens inter ipsos dissidium. *Lutherus* cum aliquot suis defendit in Eucharistia esse verum *Christi* corpus, alii plerique fortiter reclamant. Res agitur utrinque dentatis libellis: Apud *Elvetios* decreta est publica disputatio ad Pentecosten in oppido cui nomen à balneis, *Baden*. Quid ea nobis paritura sit nescio. Quo minus succedat res, in causa sunt quidam homines inauspicati, qui tamen sibi videntur totam ecclesiam suis humeris sustinere. Hi sub prætextu defendendæ pietatis suis affectibus morem gerunt. Quum enim linguas ac bonas literas multo pejus oderint quàm totum *Lutherum*, hoc miris technis agunt, ut quocunque modo lædant eos qui hoc studiorum genus provehunt. Interim dum ego cum factione potenti non absque capitis mei discrimine digladior, *Lovanii* quidam emisit in me tres libellos, sed suppresso meo nomine. Mox quatuor *Dominicani* scurræ, meo quidem expresso nomine, sed suis dissimulatis emiserunt librum undique scatentem criminosis mendaciis, & conviciis plusquam scurrilibus. Eo facinore patrato fugerunt alius aliò. *Lutetiæ* rursus *Dominicanus* quidam corrupit mea *Colloquia*, & addidit Præfationem meo nomine, in quâ damno meipsum. Is scurra *Lugduni* declaravit suam pietatem. Suffuratus ut scribunt *Mæcenati* suo trecentos coronatos aureos profugit. Deprehensus est suaviter potans inter aliquot scorta. Nuper ibidem *Petrus Suor* Theologus & *Carmelianus* emisit in me librum justæ magnitudinis, in quo nihil crepat nisi temeritates, hæreses & blasphemias, non ob aliud nisi quod verti Novum testamentum, in usum privatæ duntaxat lectionis. Idem nunc emittit librum, cujus initium duntaxat vidi, sed tale ut præ se ferat planè rabiosam maledicentiam. Et tamen nugacissimæ nugæ sunt, de quibus suscitat tantas tragœdias. Per hos mihi nullum relinquitur ocium agendi quod & mens optat animus, & vestra suadet pietas. Quanquam autem difficilimum est cum tam potenti factione bellum gerere, difficilius autem cum utraque acie depugnare unum & utrinque confodi, tamen mihi certum est citiùs immori malis, quàm ab Ecclesiæ consortio deficere. *Christus* dabit & vires, & præmium. Si coram liceret, plura effunderem in sinum tuum, quod utinam aliquando contingat. Totum hunc autumnum & hyemem cum pituita & calculo luctati sumus, sub ver cœpimus respirare. Tibi precor omnia, moribus istis candidissimis digna reverende Præsul, mihique cum primis colende. Datum *Basileæ*, ipso die Paschæ, Anno M. D. XXVI.

Thomæ Cardinali Angliæ Erasmus Roterodamus S. D.

ANimum meum inter tot rixas ac rabiosos libellos, qui virulentiores in me provolant ab iis, quorum partes defendo, quàm ab ipsis *Lutheranis*, nonnihil fathiscentem, erexerunt amplitudinis tuæ literæ tam amanter scriptæ, ut non solùm favorem ac studium mihi jam olim perspectum compertúmque, verùm etiam pietatem in me quandam præ se ferent. Arbitror isthuc jam perlatum *Lutheri* librum in meam *Diatribam* scriptum, sed sic ut hactenus in neminem scripserit hostiliùs. Scripseram nihil tam indomitum esse quod non domarent uxores. Multum hic me mea fefellit opino. In ipsis nuptiis hunc librum tam immitem scripsit, in quo sibi videtur adeo temperâsse calamum, ut protinus ab edito libro, literis ad me scriptis propemodum postulet, ut ipsi gratias agam, quod, amicitiæ nostræ respectu, tam multis in locis mihi pepercerit, dejerátque & mihi persuasissimum esse vult, *Lutherum* in *Erasmum* candido esse animo. Sic illum curavit uxor. Opinor & nostræ responsionis partem esse perlatam, quam tum ex tempore coactus sum effundere, nè gloriarentur impunè, prostratum esse *Erasmum*. Cum cæteris rem habet, quisquis cum hac factione dimicat. At mihi plus negotii est cum diversâ parte, cui Pontifex *Adrianus*, cui *Clemens* jam iterum indixit silentium, cui Cæsar severo ac minaci diplomate idem præcepit, sed frustra omnia. Audio isthic librum *Colloquiorum* distrahi vetitum, quod nec *Lovanii*, nec *Lutetiæ* quisquam attentavit, quum illic sint devotissimi bonarum literarum hostes, & ob has mei quoque. Quod omni remediorum genere occurritur pesti indies magis ac magis glisceni, vehementer probo. Verùm illud interim Principum autoritas prudentiáque curet oportet, nè dum evellimus lolium, lædatur triticum, dúmque corrupta secamus & urimus, offendatur quod syncerum est. Inter monachos ac Theologos qui sese ingerunt in hoc negotium, multi sunt stupidi, & adeo nullo judicio,

Epist. 33.

judicio, ut propemodum ſenſu careant communi. Et ſunt qui pejus oderunt bonas literas jam ubique feliciter efflorescentes, quàm totum *Lutherum*. Sunt qui quæſtum ac gloriam ex innocentium injuria non dubitent aucupari : ſunt qui livori & odio privato ſub plauſibili defendendæ religionis titulo ſerviunt. Hi quum penè publico mortalium odio laborent, ſuis moribus cauſæ quam agere ſe ſimulant officiunt. Nihil autem minus expedit ad hoc malum conſopiendum, quàm linguarum ac bonarum literarum cauſam involvere negotio *Lutherano*, quæ nulli non placent, niſi qui vacant hominis ſenſu : Quantum autem adferant, & utilitatis & ornamenti Reipublicæ jam ipſa res loquitur. Nimis magna eſt multitudo eorum qui *Luthero* dedere nomen, etiam ſi non protrudantur in illius caſtra innoxii. Plus ſatis eſt iſtorum, qui palam & ingenuè profitentur improbatam doctrinam, etiamſi non impellantur eò vacillantes, & alienentur qui ſanari poterant. Audivi provinciam hanc delegatam illi, cui tam valde diſplicet, *In principio erat Sermo* : quòd ſi à talium arbitrio pendebit res, nullus erit *Eraſmi* liber non dignus incendio, etiamſi ab *Auguſtino* ſcriptus titulum habeat *Eraſmi*. Ita futurum eſt, ut quicquid ad politiorem ſyncerioremque doctrinam attinet, eximatur uſui publico, ac rurſus nobis obtrudantur, *Ebrardus*, *Floriſta*, *Huguitio* & *Catholicon*, ni veſtra prudentia moderatióque, quæ talium operâ cogitur uti, impotentes illorum affectus coerceat. Si nihil eſſet in libris meis, quod nullo pacto poſſet reprehendi, nimirum eſſem omnibus *Hieronymis* & *Auguſtinis* felicior : præſertim quum iſti tot titulos, ceu laqueos habeant, quibus quotidie novos addunt, ut nihil tam piè tamque circumſpectè ſcribi poſſit, quod non aliquà pateat calumniæ, ſi diſplicuerit : diſplicebit autem quibuſdam vel hoc nomine, quod græcitatem habeat, vel phraſeos elegantiam. In Colloquiis meis nihil eſt, vel obſcœnum, vel impium, vel ſeditioſum. Plurima ſunt quæ refert juventutem ſcire, nè ſe temerè in vitæ genus præcipitent, unde ſeſe non queant explicare, nè curſitent *Compoſtellam*, domi relictâ uxore ac liberis, quos curare præſtiterat, aliáque innumera, quæ ipſi deberent in concionibus admonere populum. Fortaſſis quæ varietas eſt humanorum ingeniorum, tetrico cuipiam diſplacebit aliquid dictum amœnius, erit quod in ſuſpitionem rapiat moroſior, verùm adverſus talium calumnias nulla cautio eſt. Indecorum eſt, inquiet aliquis, ſeni ad iſtum nugari modum. Atqui laudantur vetuli literatores, qui ſe demittunt ad puerorum balbutiem, ut illos ad diſcendas literas alliciant. Committat amplitudo tua *Colloquiorum* libellum alicui perlegendum, qui *Latinè Græcèque* ſciat : non dicam *Thomæ Moro*, aut *Cuthberto Tonſtallo*, amici ſunt, quanquam uterque ſic eſt amicus *Eraſmo*, ut veritatem anteponat : ſed alii cuipiam, nec in odium, nec in favorem notabiliter propenſo. Si deprehendantur impia, me quoque ſuffragante eripiatur juventuti ; Sin offendunt leviora quædam, poterunt ex bonorum virorum judicio corrigi, quo penes juventutem maneat utilitas. Nuper *Dominicanus* quidam tergo importavit in *Angliam* libellos famoſos in me ſcriptos à quatuor ſcurris ejuſdem ordinis, ſed fictis nominibus, plenos impudentiſſimis mendaciis ; illi invenerunt emptorem, & mea *Colloquia* ejiciuntur è bibliopoliis. Venditur *Colloquiorum* meorum libellus per ſcurram *Lambertum Campeſtrem*, qui nuper compilato patrono ſuo fugit *Lugduno*, falſatus. Ad hæc convenient iſti, quid non facturi, niſi tua æquitas eorum audaciæ frenum injecerit ? Hoc autem non jam meâ tantùm refert, quantum ad cauſam quæ nunc agitur pertinet. De Euchariſtia librum exorſus intermiſi, non quòd mutarem propoſitum, ſed quòd matuam, nè per occaſionem recrudeſcat ille tumultus, quem anno ſuperiori vidimus. Habet *Oecolampadius* plebem maximâ ex parte faventem, in ſenatu non paucos. Equidem gratiam habeo maximam, quòd omnem benignitatem polliceris, ſi me reddam *Angliæ* ; verùm adeo vitreum eſt hoc corpuſculum, ut ob mutatum cubiculum, ob aurulam, aut quamvis levem occaſionem periclitetur. Alioqui permulta hortabantur, ut hinc me amolirer. *Adrianus* Pontifex magnis promiſſis invitabat in *Italiam*. In *Gallia* quoties parata etiam fortuna ſum invitatus, multis argumentis Regis ſingularem in me affectum teſtantibus ? Qui me invitant in *Hiſpaniam*, confirmant nullam eſſe regionem, in quâ nomen *Eraſmi* ſit favorabilius, vel apud monarchas, vel apud Eccleſiæ proceres, vel apud literarum antiſtites. Illuſtriſſimus Princeps *Ferdinandus*, cujus ingenium peculiari quodam affectu diligo, jam ſemel atque iterum literis humaniſſimis non ſine munere ab his periculis evocat in tutum. *Andreas Critius* Epiſcopus *Plocenſis*, vir eleganter doctus, ſcripſit ad me Regis & regni procerum nomine, magnísque promiſſis invitat ad otium huic ſenectuti debitum. Idem fecere *Poloni* quidam alii ſplendidis etiam muneribus honoris gratiâ miſſis. Hæc non ſcribo glorioſè, non enim jacto merita mea, ſed illorum humanitatem prædico, quorum propenſiſſimis in me ſtudiis per valetudinem frui non licet. Et tamen hinc aliquò vel prorependum eſt. Quod ſcripſi de libello *Colloquiorum*, fortaſſe *Carolus* meus perperam ad me detulit, & tamen nihil obſuerit celſitudinem tuam ſuper hac re fuiſſe monitam. Prorſus enim huc tendunt quorundam ſtudia, ut omnem politiorem literaturam involvant huic rerum incendio. Quicquid erit elegantius aut græcitate conditum, ſuſpectum appellabitur, & ad cognitores revocabitur, qui tempus extrahent & fruſtrabuntur venditorem pariter & emptorem. Sed adverſus iſtorum molitiones iſta tua ſingularis prudentia, vel nullo monente vigilabit : & humanitatis ſtudiis abundè magnum præſidium erit apud tuam humanitatem, quæ tam benignè ſeſe effundit in omnes, præſertim eruditione probitatéque commendatos, ut omnem invidiam, quæ ſemper magnæ felicitatis comes eſſe ſolet, bonitatis magnitudine ſuperaris. Deus te nobis quàm diutiſſimè ſervet incolumem. *Baſil.* Natali *Marci*, M. D. XXVI.

Eraſmus Roterod. Petro Mornyeo Abbati Sancti Sulpitii S. D.

DOlorem quem abitus hinc tuus nobis attulerat, tua non ſimplex utilitas abundè mitigavit. Primum quòd maturè felicitérque temet incendio ſubduxeris. Nam hîc peſtilentia nemini pepercit, diúque circumſiliit ædes noſtras, ac tantùm non inſiliit. Deinde quòd in celeberrimam

Epiſt. 35.

Epiſt. 3

Epiſt.

rimam Academiam te contuleris, omníque ſtudiorum genere florentem, neque dubito quin toto pectore diſciplinis optimis incumbens, abundè compenſaturus ſis, ſi quid antehac per ætatis incogitantiam ceſſatum eſt, ut ad tuos velut avidus negotiator, bonarum literarum mercibus locuples redeas. Habet iſta civitas ut Muſas, ita & Sirenas, quemadmodum audio. Hortarer te, ut obturatis adversùs Sirenum cantus auribus, Muſis virginibus adhæreres, ni mihi ſpectata eſſet tua ſingularis continentia. Hæc ſcripſi ſtudiis enectus, & in hoc tantum, ut ſcires te nobis nondum excidiſſe. *Baſileæ*, tertio Idus Januarii, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Rot. Leonardo Caſimbrotio S. D.

Epiſt. 35. OPinor te jam pridem effugiſſe τὴν βελμίαν, de qua proximis literis queſtus es. Certè minus erit tibi mœrenda, quum tempus ſit peponum ac melonum. Accepi epiſtolium quod ſcripſit *Baro Polonus* te nuncio, adeſſe qui huc adornaret iter. Alteras literas quas prædicat ſe miſiſſe non accepi. Qui has reddit eſt *Hieronymus Frobenii* filius, juvenis modeſtus & candidus. Venatur iſtic vetuſta exemplaria ſeu precio, ſeu precario, ſeu furto, ſeu rapto. Hac in re tu poteris illi bonam navare operam: quod ut facias, te majorem in modum rogo. Simul enim & ſtudia juveris, & officium penes homines neutiquam ingratos collocaris. Per hunc non literas, ſed volumen expecto. Ego totos menſes duos perdidi, dum epiſtolas recipio & reſcribo. Cupio ſcire quid agas. Si quis iſtic fortè eſt, qui petat *Poloniam*, committe illi hoc epiſtolium, haud magnâ jacturâ periturum, ſi forsita evenerit. Si juvat experiri quanta felicitas ſit verſari in officina typographica, habes qui cum agas. Bene vale *Leonarde* chariſſime. Saluta comitem *Germanum* cui ſcripſi per *Carolum*. *Baſileæ* Cal. Maias. Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Martino Davidi S. D.

Epiſt. 36. QUanquam aliis intentus, tamen hoc opellæ non gravatè dedi, vel tibi hoſpiti meo: ſolet enim apud priſcos hoſpitii jus vel inprimis eſſe ſanctum: vel optimi viri memoriæ, cujus animum ſemper expertus ſum unicè candidum, meorúmque commodorum percupidum. Si placet Epitaphium, bene habet: ſin minus, non gravabor recudere. Bene vale. *Lovanii*, An. M. D. XXVIII.

Philippus Haneton, clarus auro, his eſt eques
Regi *Philippo Cæſarique Carolo*
Cum laude geſſit audientiarium:
Sacer ordo, quem vellus decorat aureum,
Voluit eundem præeſſe theſauris ſuis.
Virtus in uno hoc vicit invidiam viro,
Tanta erat in omnes, & fides & comitas
Animíque candor, maximis & infimis
Deſideratus unicè, cœlum tenet.

Eraſmus Rot. Hieronymo Ricio S. D.

Epiſt. 37. QUòd me ſupra modum attollis, amori in me tuo parum, ut videtur, ſobrio facilè condono: quòd teipſum plus æquo dejicis, ſingularem tuam modeſtiam non poſſum non amare, *Ricii* chariſſime: nec eſt quòd hic humanitatem meam manſuetudinémque prædices, quum inhumaniſſimus futurus ſim, ſi doctum hominem, eúmque literis ad amicitiam provocantem non amplectar. Ego me inter doctos viros non annumero, ſed tamen eruditione præditos ſemper & amavi & veneratus ſum, præſertim ſi acceſſerit humanitatis & probitatis commendatio, quorum utrumque nobis arguunt tuæ literæ. Bene vale. Datum *Friburgæ* XXI. die Aprilis. An. M.D. XXIX.

Eraſmus Rot. Andreæ Alciato S. D.

Epiſt. 38. SI inter tot Bellonæ tumultus, incolumis eſt præſidio Muſarum *Alciatus*, eſt quod vehementer gaudeam. *Longolium* immaturâ morte præreptum ſanè doleo. Cupiebam illum vel ſtudiis promovendis ſupereſſe, utcunque in nos fuit animatus. Jacet enim in ſuis epiſtolis neſcio quas ſtomachi in me ſignificationes, nunc *Moriam* taxans, nunc in *Batavum* oratorem neſcio quid ἀστειόπλων, quaſi ipſe natus fuiſſet *Athenis*. Ego de hominis ingenio ſemper candidiſſimè ſenſi. Quum *Lovanii* nos inviſeret, hominem quanta per occupationes licuit, humanitate tractavi. Nec divinare poſſum unde hoc ſtomachi in me conceperit, niſi quod conjecto duas fuiſſe cauſas. Quum expetiſſet ſecretum colloquium, dedi. Exorſus prolixam fabulam quomodo *Romæ* in *Capitolio* cauſam dixerit, magno capitis periculo: hic opinor viſus ſum parum attentus, præſertim quum ſerio vultu ſubinde repeteret, admonens ut ejus facinoris alicubi meminiſſem in ſcriptis meis. Reſpondi, ut ſoleo in re quæ mihi leviter eſt cordi. Hoc illum opinor malè habuit. Deinde nonnihil expoſtulavit mecum de epiſtola quadam ipſius inter meas excuſa, in qua confert me cum *Budæo*, in qua mihi placebant omnia præter hoc quod addit juxta calcem epiſtolæ, Demirari ſe cur Rex exterum ſuo civi præferendum putârit. Verùm hoc quamvis præter cauſam dictum, non obſtitit, quo minus honoris illius gratiâ vulgarem epiſtolam. Quum oſtenderet quæ perperam eſſent excuſa, ſic mutavit quædam, ut meliora fuerint quæ videri volebat depravata. Et in hac re decreverat totum diem inſumere, niſi ego pertæſus, pro mea ſimplicitate ſermonem abrupiſſem. In te quoque torſit allegoriam ſatis mordacem. Sed rem ingenioſam fecit, injecto, quod aiunt, ſpiculo fugit. Prorſus in illo deſidero candorem. Nam gloriæ cupiditatem ignoſcerem ætati, niſi fuiſſet immodica, ſed hoc vicii vel correxiſſet vel certè mitigâſſet ætas. Toto triduo quo mecum egit, nunquam vidi hominem vel leviter ſubridentem, nè in conviviis quidem. Quæ res mihi ſanè non mediocri fuit admirationi. Et tamen in epiſtolis nonnunquam conatur eſſe feſtivus, nè parum videatur *Ciceronianus*, quanquam invitâ, ſicuti videtur, *Minervâ*. Exorta eſt nova ſecta *Ciceronianorum*, quæ mihi videtur non minùs fervere iſthic, quàm apud nos *Lutheranorum*. Poſthac non licebit Epiſcopos appellare patres reverendos, nec in calce literarum ſcribere annum à *Chriſto* nato, quòd id nuſquam faciat *Cicero*. Quid autem ineptius, quàm toto ſeculo novato, religione, imperiis, magiſtratibus, locorum vocabulis, ædificiis, cultu, moribus, non aliter audere loqui, quàm loquutus eſt *Cicero*? Si reviviſceret ipſe *Cicero*, rideret hoc *Ciceronianorum*

genus. Verùm de his aliàs ridebimus. Cupio ſcire quid agas, quod opinor ſcribes *Bonifacio*, tui nominis ſtudioſiſſimo. Bene vale. Datum *Baſileæ*, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Roterodamus Joanni Baptiſtæ Egnatio Veneto S. D.

Epiſt. 39. IN λαιδοφράγεις & *Senecitis* ſequutus ſum autoritatem tuam *Baptiſta*, vir non minùs optimè quàm doctiſſimè. Verti *Latinè* priores aliquot paginas in *Galeno*. Nihil comperi mendoſius, quæ res animum meum triplici nomine diſcruciat, & ſtudioſorum, & tanti autoris, denique & ipſius *Aſulani*, qui in hoc malè conſuluit rei ſuæ, ſi famam negligit. Qui præfuit emendationi, videtur vix ſatis tenuiſſe prima *Græci* ſermonis elementa. Pro humanitate quam *Baroni Polono*, meóque *Carolo* exhibuiſti, gratiam habeo maximam, quanquam dum in tuis ad me literis tantopere prædicas elegantiam *Caroli*, arbitror errorem eſſe perſonæ. *Polonus* erat expolitus, in *Carolo* meo nunquam animadverti ſermonis inſignem elegantiam. Qui has reddit *Hieronymus* eſt *Frobenius*, *Joannis Frobenii* filius. Præter aliam negotiationem cuperet huc ſecum avehere ſi quid iſtic eſſet veterum codicum, quos evulgari ſit in rem ſtudioſorum. Nolim te gravari officio, poteris tuo conſilio plurimum hac in re commodare juveni, nec inhumano nec ingrato. Doleo *Longolium* ereptum ſtudiis: quanquam in me videtur, habuiſſe neſcio quid ſtomachi, certè præter meum meritum, qui de illo ſemper optimè tum ſenſi, tum prædicavi. Videmus non eſſe prorſus anile ſomnium quod *Homerus* ſcripſit te *Litis* & *Ate*. Quantâ celeritate per capita Regum ac populorum cucurrit *Ate*, bellorum furiis miſcens totam penè *Europam*. Quam verò lentè procedit quod agunt *Litæ*? Quàm diu diſputatum eſt de fœderis conditionibus. Ed adhuc pendere videntur omnia. Audimus pacem, non videmus. *Lutheranæ* febris paroxyſmus remiſſior eſt, recrudeſcit alterius partis acceſſio. Una factio diducta eſt in quinque aut ſex. Utinam mihi licuiſſet in Muſarum viretis conſeneſcere, nunc ſexagenarius protrudor in arenam gladiatoriam, & pro lyra teneo rete. Bene vale. *Baſileæ* pridie Nonas Maias, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus Roterod. Franciſco Galliarum Regi hujus nominis primo S. D.

Epiſt. 40. QUo graviùs diutiúſque nos diſcruciavit ſuperiorum temporum calamitas *Franciſce* Regum *Chriſtianiſſime*, hoc magis exhilaravit nos tandem reddita ſerenitas. Meum quidem animum non ſimplex habebat moleſtia, nam & publicè dolebat, duos præcipuos *Chriſtianæ* ditionis monarchas inter ſeſe commiſſos eſſe, non ſine graviſſimo totius orbis malo, haud aliter quàm ubi luna cum ſole commiſſa periclitatur genus mortalium: & privatim angebar, ejus Regis cujus propenſum in me ſtudium multis argumentis cognitum ac perſpectum haberem, animo ſummiſque virtutibus fortunam non ſatis reſpondiſſe. Itaque quemadmodum erat non ſimplex dolor, ita nunc multiplici perfundor gaudio, quòd divino favore receperit *Gallia* Regem, orbis tranquillitatem, eruditorum ac bonorum chorus patronum. Merebatur quidem iſta tuæ naturæ benignitas, ingenii ſimplicitas, & animi verè regia celſitudo perpetuam in omnibus felicitam; nam tuæ Majeſtatis felicitas quum orbi publicè, tum privatim multis eruditis & optimis viris feliciratem attuliſſet. Quanquam autem nonnullis pax iſta ſeveris, nè dicam iniquis conditionibus videtur coiſſe, tamen confido futurum, ut ſummus ille rerum humanarum moderator, ſuis arcanis & inſcrutabilibus conſiliis omnia vertat in lætum exitum. Novit ille, & ſolus novit quid nobis expediat, ſolus artificio ſuo divino & poteſt & ſolet hominum inconſulta conſilia in eventus lætos ac bonos perducere. Si *Chriſtianos* monarchas firmâ junget concordiâ, minus audebunt *Turcæ*, & in ordinem cogentur, qui nunc huic Regi, nunc illi utcunque commodum fuerit blandientes, non aliâ re magis quàm veſtro diſſidio potentes ſunt. Hac ratione, ſimul & optimis ſtudiis & Eccleſiæ jamdudum malis intolerabilibus laboranti poteritis mederi. Nunc utraque pars habet aliquot cerebroſos, ac nullius judicii rabulas, qui clamoribus & furioſis libellis incendium hoc exagitant. Sunt *Pariſiis* aliquot inauſpicata ingenia, nata in odium bonarum literarum ac publicæ tranquillitatis, quorum præcipui ſunt *Natalis Bedda*, & *Petrus Sutor* monachus *Cartuſianus*. Hi ſcriptis non minùs indoctis, quàm virulentis propinant ſeipſos mundo deridendos, pluſquam ſcurrilibus conviciis debacchantes in *Jacobum Fabrum* & me. Ridentur à doctis & cordatis, ſed interim & apud imperitos ac ſimplices lædunt famam noſtram, & ſtudiorum fructum à nobis tot vigiliis expetitum intervertunt. *Faber* pro ſe reſpondebit. Quod ad me pertinet, in cenſuris *Beddæ* poſſum oſtendere centum manifeſta mendacia, calumniáſque tam inſignes, ut ſi res eſſet linguâ populari prodita, olitores & calcearii poſſint judicare, hominem non eſſe ſani cerebri. Mitto loca aliquot paucis notata: & iſti ſunt qui pronunciant de hæreſi, ad quorum delationem boni viri pertrahuntur in carcerem, & in ignem conjiciuntur, quos quocunque modo malunt extinctos, quàm ipſos convinci de calumnia. Si licebit illis tam manifeſtè mentiri de nobis, ídque libris editis: contra nobis non licebit depellere calumniam, quid erit illa quondam celebris academia niſi ſpelunca latronum? Hæc audacia ſi Phariſæis illis cedat impunè, nullus bonorum virorum futurus eſt in tuto. Prætexunt fidei titulum, ſed reverà aliud agunt, moliuntur tyrannidem, etiam in capita Principum; huc tendunt per cuniculos. Niſi Princeps ipſorum voluntati per omnia paruerit, dicetur fautor hæreticorum, & deſtitui poterit per Eccleſiam, hoc eſt, per aliquot conjuratos pſeudomonachos ac pſeudotheologos. Hoc illos moliri per cuniculos, ipſorum ſcripta declarant. Proinde conſultum fuerit initiis ſuccurrere. Non loquor de omnibus monachis ac Theologis, ſed de quibuſdam, quorum indocta improbitas plus valet, quàm aliorum docta modeſtia. Miſſi ſunt ad me articuli, per neſcio quos delegatos ex libris meis decerpti, quos verterat *Lodovicus Berquinus*, non ita multò ſaniores quàm ſint cenſuræ *Natalis Beddæ*. Ob hos vir optimus periclitatur. Periit *Papilio*, non ſine gravi ſuſpitione

spitione veneni, periit *Franciscus Molinius* ac *Dubletus*, periclitatus est *Michael Arantius*, bis impetierunt *Berquinum*: Nunc *Fabrum* & *Erasmum* aggrediuntur. In libris meis colligunt suspitiones & calumnias, nullum adhuc locum ostendere potuerunt qui dogma habeat pugnans cum fide *Christiana*. Pium est, seditiones & impia dogmata ab Ecclesia secludere. Sed impium est, hos in impietatis vocare crimen, qui pugnant pro pietate Evangelica, & eos in castra hostium propellere, quos vident pro ipsis adversus hostes dimicare. Sed istorum tyrannis quomodo coerceri poterit, aliàs demonstrabo, si tua *Christianissima* Majestas id clàm fieri volet. Nam ita res succedet feliciùs. Interim illud rogo, ut tuæ majestatis auctoritas aut coerceat furiosos *Sutores* & *Beddas*, nè talibus mendaciis infament bonos, aut efficiat ut patiantur nostras defensiones excudi legíque *Parisiis*. Iniquissimum enim fuerit, illis licere venena sua spargere, nobis non licere admovere antidota. Scripsi liberiùs edoctus à multis regiam celsitudinem tuam simplicibus miniméque fucatis delectari. Quod scripsi docebo verissimum esse, ac me quoque tacente res ipsa loquitur. *Christianissimam* Majestatem tuam incolumem ac florentem servet omnipotens. Datum *Basileæ* decimo sexto Calendas Julias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Roterod. Jo. Carondileto Archiepiscopo Panormitano S. D.

Epist. 41. FAteor me non minus debere tibi Reverende Præsul, quam si quicquid petebamus obtigisset. Si Cæsar pernòsset totius hujus negotii circumstantias, non solùm indignum me judicaret qui frauder pensione, verumetiam ultrò deferret ampliss ima præmia. Declarant hoc *Lutheranorum* fremitus, declarant eorum libelli, præcipuè *Lutherus* ipse, fatetur ingenuè, neminem magis fregisse spiritus & impotentiam hujus factionis quam hunc homunculum, senem & valetudinarium, idque in ea *Germaniæ* parte in quâ maximè regnat hæc conspiratio. Id non ignorant isti, sed tanta vis est livoris & odii, ut malint me secedere in castra *Lutheri*, videlicet telum captantes, quo me bonásque literas lædant. Atqui legimus ethnicos homines veterem simultatem tantisper potuisse, donec communi magistratu perfungerentur, nè privatum odium officeret Reipublicæ commodis. At isti me summo capitis mei periculo dimicantem cum instructissimis copiis, idque in ipsorum castris, à tergo confodiunt. Arbitror prudentiam tuam non fugere, quam non simplices sint N. & N. alioqui res ipsa cogeret me illos paucis depingere. Sed qualescunque sunt, in hoc tam periculoso negotio sudanti debebant auxilio esse quem nunc hostiliùs insequuntur, quàm ipsum *Lutherum*. Quid isti non calumniabuntur, qui loco ex Catalogo meo prolato conati sunt animum tuum à me avertere? Et dictis & picturis & libellis per totam *Germaniam* sparserant *Lutherani* me præmiis magnatum corruptum, in illorum gratiam scribere, & cauponari verbum Dei. Sic occupabant mihi detrahere fidem & autoritatem, si quid scriberem adversus *Lutheri* dogmata. Eam igitur famam coargui, non tam meâ privatim referebat, quam publicæ causæ Ecclesiæ. Quid enim profuisset adversus illos scribere, quibus persuasum fuisset me pecuniâ corruptum scribere? Nec insimulavi tuam amplitudinem avaritiæ. Nam quum esset necesse referre multos qui nihil dedissent, hoc pacto præfatus sum: *De Principibus illud mihi præfandum est, me quibusdam non minus debere qui nihil dederunt, quam qui dederunt*: & ad tui nominis mentionem statim subjicio, *Præstitit ille totum quod venabar, nempe favorem ac benevolentiam*. Num hæc videtur oratio suggillantis? Et tamen ut hæc dicerem coegit necessitas, Nec alio consilio feci mentionem Cardinalis *Leodiensis*. Tandem ut excluderem omnem suspitionem, subjicio, Non hæc commemoro quòd me pœniteat benignitatis Principum. Meis scriniis accreviss e credo, quicquid accessit honestis studiis. In horum profectum captavi Principum favorem. Non egit quidem monitore tua perspicacissima prudentia: sed tamen quoniam expertus sum quorundam in calumniando tum artificium incredibile, tum studium indefatigabile, visum est tibi vellere aurem. Si certa spes solvendæ pensionis fuisset ostensa, conatus fuissem adrepere. Nunc nihil certi promittitur. Et me jam piget istarum delationum: quarum istos nulla capit satietas. Si valeret corpusculum hoc, non deesset pensio. Nusquam non invitor à maximis orbis monarchis, missis etiam ultro munetibus, ceu promissorum arrabonibus. Ego tamen excusans omnibus, Cæsaris esse persevero, valetudinarius quidem & absens, sed ea tamen in re voluntati illius inserviens in qua & ego possum nonnihil, & ille cupit maximè. Dabit aliquando tempus occasionem, per quam hic animus pleniùs innotescet Cæsari, simúlque quorundam perversa studia, conantium Cæsaris in me benignitatem intervertere. Quòd si nè id quidem continget, nos tamen nihilo seciùs in officio persistemus *Christo* agnothetâ freti, qui precor ut te servet incolumem *Basileæ* pridie Calendas Maias, Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Roterodamus Joanni Episcopo Lincolniensi S. D.

Epist. 42. REverende Præsul. Quicquid tua benignitas largiri voluit, bonâ fide perlatum est, Decem angelatos accepi per *Merum*, rursus alteros decem anno proximo. Hoc constat ex literis tuis, quibus tamen annum non soles ascribere. Quod *Livino* datum est, recepi per quem miseram epistolas *Hieronymi*. Item quod proximè *Carolo*, videlicet libræ Sterl. quinque. Porrò quod aliquoties scripserim amplitudini tuæ, declarant & tuæ ad me literæ. Et tamen fieri potuit ut aliquot epistolæ meæ fuerint interceptæ, aut certè non redditæ. Id hisce temporibus novum non est. Bene habet quòd animum hunc gratum ac memorem nemo potest intercipere. Lubens misissem totum *Hieronymum*, verùm quum hic *Carolus Harstus* istuc proficisceretur opus nondùm erat absolutum, nec semper dantur idonei per quos talia mittam. Si legeris librum quem in me scripsit *Lutherus*, ac responsionis meæ partem, intelliges cum qualibus excetris mihi res sit. Sed intolerabilius, quòd dum pugno cum factione non solùm numero, gladiis, ac literis, verumetiam venenis instructissimâ, ab iis quorum partes

propugno à tergo confodior. Quanquam hoc quoque perpeterer, niſi vererer nè victoriam hanc *Chriſto* partam intercipiant mali monachi, qui veterem tyrannidem cupiunt inſtauratam. Quibus ſi res ſucceſſerit, væ bonis literis & harum cultoribus, ſed præcipuè *Eraſmo*. De *Colloquiis* quod admonet tua pietas, mihi gratiſſimum eſt. Sunt hominum variæ ſententiæ. Habet *Anglia* quoſdam amicos doctos juxta ac prudentes, quibus hoc opus vehementer arriſit, quod exiſtiment nonnihil & ad *Latini* ſermonis facultatem, & ad traducenda perverſa vulgi judicia conducere. Sunt alii rurſus ingenio tetrico, quibus nihil placet jocoſum. Si vacabit amplitudini tuæ perlegere libellum, ſentiet præter eruditionem plurima illic eſſe quæ pertinent ad rectam adoleſcentum inſtitutionem. Addita eſt voluptatis illecebra, ad ineſcandam ætatem, quæ dulcibus capitur citiùs quàm ſalutiferis. Nihil illic obſcœnum, nihil impium, nihil ſeditioſum. At luſus, inquiunt, non convenit huic ætati. Imò pietas eſt quum ſenes balbutiunt cum pueris, quo eos ad diſcendas literas allectent. Illud malè habet pſeudomonachos, quòd monentur adoleſcentes nè ſe ante tempus præcipitent in ejus vitæ labyrinthum, aliáque quæ non conducunt ad quæſtum pſeudomonachorum, ſed faciunt ad ſalutem juventutis. Et tamen tuo juſſu à *Colloquiis* deſinam, & ſi quid videbitur corrigendum, admonitus corrigam. Hoc tempore nihil ſcribi poteſt, quod non pateat calumniæ, nec rarò fit, ut dum agis circumſpectiſſimè, utramque partem offendas quum in utraque ſint qui pariter inſaniant. De *Ambroſio* nihil fiet hoc anno: Res ſtat non per me, ſed per ſocios *Frobenii*. Sed *Irenæum* illum vetuſtum dabimus, antehac nunquam excuſum, & alia quædam, ſi Deus donaverit vires. Servet te Dominus optime Præſul. Datum *Baſileæ* pridie Calendas Maias, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus Roterodamus Bernardo Epiſcopo Tridentino S. D.

Epiſt. 43. REverende Præſul. Quum exiſtimem me non minus debere tibi, quàm ſi omnia accepiſſem tenerémque, quæ multa pariter ac magna, tua benigniſſima voluntas ultrò nihil promerenti defert, quumque tu ſingularem iſtum erga me favorem indies novis cumules officiis, non magnopere ſollicitus ſum, quomodo tibi gratias agam. Id enim nimis eſt vulgare, malim occaſionem mihi dari, quâ ſpecimen aliquod edere liceat grati in te animi. Eam ſi neque tu dederis, neque fortuna objecerit, ipſe tamen alicunde accipiam, ídque ut ſpero brevi. Interim te rogo ut Illuſtriſſimi Principis erga me ſtudium ac benevolentiam alere non graveris, atque identidem excitare. Qui has reddit, juvenis eſt notæ ſpectatæque probitatis, cauſam habet juſtiſſimam, quo certior mihi ſpes eſt, tuam amplitudinem illi non defuturam. Quid rei ſit non prius audies quàm tibi narrâro fabulam, quam nuper apud *Senecam* haudquaquam peſſimæ fidei autorem legi; fortaſſis non in hac tantum cauſa profuerit meminiſſe. *Philippus Macedonum* Rex, *Alexandri* Magni pater, ſed veris animi dotibus utcunque laudato filio major, inter bonos Principes numeratur, ſed nullâ re celebrior, quàm æquitate civilitatéque morum: Is habebat militem manu fortem, ſed animo pravum, cujus in multis expeditionibus utilem expertus operam, ſubinde ex præda aliquid illi virtutis causâ donârat, & hominem venalis animæ crebris autoramentis accenderat ad rapinas, non aliter quàm ex fera canibus aliquid extortum objicitur, quo ſint acriores in venatu. Hunc militem fortè navi fractâ, in poſſeſſionem cujuſdam *Macedonis* tempeſtas impulerat. Quod ubi nunciatum eſt *Macedoni*, collegit hominem, refocillavit ſemianimem, multiſque diebus ſummâ cum humanitate tractavit; Poſtremò diſcedentem inſtruxit viatico. Interea miles crebrò dicebat hoſpiti ſuo, Referam tibi gratiam, videre tantum mihi contingat Imperatorem meum. Et quod pollicitus eſt, præſtitit, venit ad Regem, naufragium expoſuit, auxilium tacuit. Ac protinus petit à Rege prædium illius *Macedonis* à quo receptus, recreatus, ſanatus, & viatico adjutus fuerat; commentus eſt nonnihil cauſæ adverſus hominem benemeritum. Hoc erat referre gratiam promiſſam. Favebat Rex ſtrenuo militi, miſerebatur naufragi, credidit ingrato. Quid multa? Donavit quod petebatur. His modis peccant & æqui Principes præſertim in bello. Non abſolvam narrationem, niſi recitâro ſententias aliquot quas hoc loco interſerit *Seneca*. Multa, inquit, Reges, in bello præſertim, opertis oculis donant. Non ſufficit homo juſtus ea rmatis cupiditatibus. Non poteſt quiſquam eodem tempore & bonum virum & bonum ducem agere. Quomodo tot millia hominum inſatiabilia ſatiabuntur? Quid habebunt, ſi ſuum quiſque habuerit? Expuliſus *Macedo* non tulit tacitè hoſpitis ingratiſſimi perfidiam. Regi per literas breves, ſed liberas, rem omnem ſignificat. At Rex optimus id factum nihilo leviùs tulit, quàm is qui fuerat expulſus: nihilque moratus, *Pauſaniæ*, id erat militi nomen, mandat, ut è veſtigio reſtituat hominem in priſtinam poſſeſſionem. Quid præmii debebatur impio militi, ingrato hoſpiti, aviditſſimo naufrago, impudenti poſtulatori? Inſcribi oportuit fronti illius ſtigmata, ingratum hoſpitem teſtantia. Fortaſſis hoc exemplum non omninò ſimile eſt huic negotio, ſed tamen hinc admonendus eſt optimus Princeps *Ferdinandus* nè quis ad conſimilem modum ipſius bonitati imponat. Juſtiſſimum eſt animadverti in eos qui ſemet addixerunt impietati, quanquam qui leviter afflati ſunt, magis ſanandos cenſeo, quàm puniendos. Cæterùm hîc prudentia Principis vigilet oportet, nè ſub prætextu juſtitiæ, fiat injuria innocentibus, multi exorientur qui ſub titulo pietatis ſtudebunt ulciſci quibus malè volunt, plures inhiant prædæ, nec effugiet calumniam quiſquis habet aliquid. Tota *Baſilea* novit hunc juvenem perpetuò non ſolùm alienum fuiſſe ab his factionibus, quod tamen hîc rarum ac mirum eſt, ſed ſemper averſatum fuiſſe hoc hominum genus. Et tamen duobus feudis ſpoliatur. Reliqua ex ipſo cognoſces. Non metuit ſub quocunque judice cauſam ſuam dicere. Tanta eſt innocentis animi fiducia. Reliqua non gravaberis vel ex clariſſimo viro *Joanne Fabro*, vel ex ipſo cognoſcere. Amplitudinem tuam incolumem ſervet *Jeſus* Opt. Max. *Baſileæ* decimo ſexto die Aprilis, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus

Senatui Pariſienſi Eraſmus Rot. S. D.

Epiſt. 44. MAgnifici domini juſtitiæ principes, quæſo ut occupationes veſtras & graviſſimas & ſanctiſſimas patiamini paucis interpellari. Vivo adhuc *Franciſco Deloino Natalis Bedda* notârat ex mea in *Lucam* Paraphraſi loca quædam quibus offendebatur, quæ licèt mihi non communicâſſet, ſed apud alios ſparſiſſet, tamen pro officio gratias egi, precans ut in aliis idem faceret, me curaturum, ut nuſquam in me deſideraret officium hominis *Chriſtiani*. Deinde miſit alias aliquot, ſed nudas propoſitiones; egi gratias, ſperans fore ut res inter nos *Chriſtianâ* modeſtiâ tranſigeretur. Ad complures modeſtiſſimè reſponderam. Mox ut ex literis deprehendi animum hominis exulceratum: miſi reſponſiones meas ad ſacratiſſimam facultatem, ut viris nec odio nec invidiâ corruptis traderent eas legendas, & ſi judicarent illic eſſe, quæ ſynceritati doctrinæ *Chriſtianæ*, aut piis moribus officerent, admonerent fraternè, me vel correcturum vel explicatione curaturum, nè quis ad illa poſſet impingere. Quum autem mea reſponſio nihil habeat ſtomachi, *Bedda* hoc ipſo offenſus, quod auſus ſim vel privatim reſpondere, extorto aut ſimulato conſenſu facultatis emiſit librum in me & *Fabrum*. Qualis ſit *Fabri* cauſa neſcio, pro me reſpondeo, in cenſuris *Beddæ* quibus taxat meas *Paraphraſes* eſſe pluſquam centum mendacia calumniáſque tam manifeſtas, ut digitis quod aiunt, ſentiri poſſint, vel à calceariis & fabris. Saltem debebat expectare judicium ſui collegii, non præire. Sed odio præceps edidit ſuas calumnias, magno tam celebris Academię, magno Theologici nominis, magno demum ſuæ famæ dedecore, nec minore gaudio *Lutheranorum*, aut ſi qui ſunt *Lutheranis* pejores. Ego cum illis quos Theologi damnant, in acie ſtans depugnabam, libri teſtantur: & hoc agentem, ídque juſſu Cæſaris, Pontificis & aliorum Principum, non ſine capitis mei periculo, *Sutor* & *Bedda* furioſis libellis adoriuntur à tergo. Hoc eſt verè favere *Lutheranis*. Emiſeram unicam reſponſionis partem adverſus *Lutherum*, alteram adornabam, quæ nunc mihi vix perfici poterit ante nundinas proximas. Quid autem dicent *Lutherani*, ubi legerint *Beddæ* cenſuras undique ſcatentes impudentibus mendaciis, & *Sutoris* furias? Sunt iſti, inquient, Theologi, qui damnârunt *Lutheri* dogmata? Tales ſunt, quorum cenſuris homines adiguntur ad ignem? Talibus *Atlantibus* nititur Eccleſia *Romana?* Nam ut ſunt hominum mores, ex his qui libros emittunt, præſertim autoritate publicâ, ferè æſtimantur cæteri. Si zelo pietatis ducuntur, cur in me qui pro pietate depugno, longè virulentiùs debacchantur quàm in ipſum *Lutherum?* In meis libris aliquid erroris humani deprehendi poſſe non nego, nullus adhuc tamen errorem damnatum potuit oſtendere: & qui id hoſtili ſtudio conati ſunt, præter ſuſpitiones & calumnias nihil adferunt. Certè hunc animum ſemper præ me tuli, qui paratus eſſet corrigere, ſi quid excidiſſet, quod vel pietati, vel hominum moribus officeret. Idque hactenus feci ſedulò, ſi quis monuit, quod eſſet alicujus momenti. Ordinem Theologicum ſemper ſum veneratus, eos qui verè monachi ſunt, tum amo, tum ſuſpicio, nec apud ullos malim ætatem agere, niſi corpuſculi obſtaret imbecillitas. Admonui quædam in ſcriptis meis ad Theologos quoſdam ac monachos pertinentia, quæ judicavi tum ad ordinis dignitatem, tum ad omnium ſalutem pertinere. Et ob id quidam vociferantur ſchiſmata & ſcandala. Si mihi ſchiſmata placerent & factiones, non tanta perpeſſus eſſem ac perpeterer, nè eſſem talium rerum conſors. Malui namque ſolus ab utriuſque partis inſanioribus dilacerari, quàm eſſe tutus in parte damnata. Quid autem futurum eſt tandem, ſi tales libelli quales ſcribit *Sutor* & *Bedda*, excudentur *Lutetiæ*, excluſis aliorum ſcriptis? Illis licebit venenum effundere, nobis non licebit adhibere antidotum? Quid fructus referat juventus, quæ *Lutetiam* confluit ut eruditior ac melior domum redeat, ex iſtiuſmodi ſcriptis, in quibus nihil eſt, præter amarulentiam, & impudentes calumnias? Scio paucos eſſe *Lutetiæ* Theologos, quibus *Sutoris* & *Beddæ* placeat amarulentia. Quid autem inutilius ad victoriam, quàm eos in caſtra *Lutheri* protrudere, qui à *Luthero* diſſentiunt, & ſi conſentirent, poſſent totam renovare tragœdiam? Iſtiuſmodi odiis hæreſiarcha factus eſt *Arius*, ab eccleſia receſſit *Tertullianus*, hoſtis eccleſiæ cœpit eſſe *Wiclevus*. Theologorum eſt vel mederi vel coarguere hæreticos. At iſtud eſt hæreticos facere, non coarguere: nec hoc eſt ſopire excitatum per *Lutheranos* incendium, ſed injecto in caminum, ut aiunt, oleo magis excitare. Illud etiam magis arguit impotens odium *Beddæ*, quod quum ego privatim ad propoſitiones ab ipſo notatas reſponderim, eáſque legerit, ille tamen non expectato Theologorum judicio præcipitavit ſuas cenſuras: præſertim quum ad complures ita reſponderim, ut oſtenderem quædam à me correcta proximâ editione, quæ tamen typographorum errata fuerant, non mea; quædam ita refellerem, ut nihil illi ſupereſſet niſi manifeſta calumnia. Super his viſum eſt admonere veſtrum Auguſtiſſimum collegium, ut cognito periculo, veſtra prudentia, veſtráque tum autoritas, tum æquitas conſulere dignetur vel iſtius Academiæ, vel Theologici nominis dignitati, vel juventutis ſaluti, vel ſtudiorum tranquillitati. Satis hucuſque proceſſit maledicentiæ rabies, ſeditionum parens. Notavi loca quædam præcipua ex *Beddæ* cenſuris, quæ ſi manifeſtam habent & vanitatem & calumniam, ſicut habent, aut prohibete iſthic ſpargi venena, aut ſinite noſtra invehi antidota. Si veris argumentis volunt eos revincere qui defecerunt à ſynceritate *Chriſtiana*, habebunt me commilitonem, Sin odio cæci nihil aliud ſtudent quàm quovis pacto lædere, modeſtius eſſe duco, à ſenatu juris & æquitatis Principe flagitare præſidium, quàm rabire cum rabientibus. Hæc de *Beddis* & *Sutoribus* duntaxat loquor, non de cæteris Theologis. Venerabile veſtrum collegium ſervet Dominus *Jeſus*. Datum *Baſileæ*, poſtrid. Idus Junias. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus Rot. Joanni Fabro S. D.

Epiſt. 45. EQuidem non poſſum non boni conſulere, quod tantus amicus bono facit animo, & jam ſera fuerit expoſtulatio, fortaſſe tamen in futurum profuerit admonitio. Tu quidem pro tuo erga me ſtudio magnificè prædicas *Eraſmum*, & hoc nomine

mine territas novis hiſce factionibus ſtudentes: at interim duplex accerſis incommodum, ſimul & crabrones per ſe plus ſatis inſanientes irritans, & in me hominem nudum & inermem provocans potentem factionem, multis quidem aliis præſidiis inſtructam, ſed nullo formidabiliorem quàm maledicis libellis. Vides quàm hoſtiliter in me ſcripſerit *Lutherus*, nullo convicio laceſſitus, quid faceret irritatus? Eum librum ſtudio ſumma cura elucubravit, nè periret, ſimúlque cum illo viverent mea crimina. Is liber jam decies excuſus eſt variis locis. Scio dices eſſe negligendum, quicquid à talibus impingitur. Id quum nec magnates auſint eccleſiæ, juxta potentes ac felices, quomodo jubes hoc me facere, cui nec ea fortuna eſt, ut maledicum deterreat, nec ea vitæ ſanctimonia, ut nulla criminis ſuſpicio in me hæreat? Quid autem non audeat in me jacere *Lutherus* magis irritatus, quum placidus & ut videri vult amicus, non veritus ſit mihi toties ingerere, quòd cum *Luciano* non credam eſſe Deum, cum *Epicuro* credam Deo non eſſe curæ res mortalium, quòd irrideam ſacras literas, quòd hoſtis ſim *Chriſtianæ* religionis? Et tamen ipſe literis, quarum exemplar ad te mitto, ſic mecum agit, ut propemodum ſibi poſtulet agi gratias, quod præter morem naturámque ſuam ſic in me ſtilum temperârit. Quin & amici illius ſeriò mirantur *Lutherum* tam moderatè reſpondiſſe, quum eſſet tam atrociter laceſſitus, nimirum *Diatriba*, quæ nullum habet in quenquam convicium. Arbitror eſſe boni viri, etiam falſam infamiam metuere. Quid his ingeniis ſuavius? Nihil ab iſtis tam atrox confingi poterit, quod factio non ſit approbatura. Et ſunt artifices ut calumniam reddere poſſint probabilem. Nec unquam ſic eluuntur magna crimina, quin hæreat in animis hominum aliquod ſuſpitionis veſtigium, quóque gravius & impudentius eſt quod fingitur, hoc citiùs invenit fidem: cogitant enim multi, aliquid ſubſit oportet, quod auſus ſit illum de re tam atroci inſimulare. Verùm ut maximè vita propellat ſuſpitionem, quid dicit poſteritas, quæ calumniam leget, nos non noverit? Et vident rem in eo ſtatu eſſe, ut niſi perſtiterint, incolumes eſſe non poſſint, eóque nihil non facturi, nè loco depellantur. Porrò quanquam ipſi ſic rem gerunt, quaſi nolint vincere, tamen videmus hanc luem indies longiùs ac latiùs ſerpere, ut ſi mihi ſit hinc fugiendum, non videam uſquam tutum præſidium. Jam ut ſit qui corpus tueatur, adverſus libellos rabioſos omninò nullum eſt remedium. *Lutherus* decreverat diſſimulare meam *Diatribam*, quod & ipſe fatetur, ſed amici quorundam jactantiâ irritati, per literas extimulârunt hominem, ut me proſterneret, ſi vellet factionem ſubſiſtere. Inter hos fuit, ut ferunt, quidam olim tibi chariſſimus ac tuæ benignitatis alumnus. Et tamen ſi unius *Caris* jacturâ conſopiri poſſet hæc tempeſtas, non recuſarem meipſum Reipublicæ impendere, ac lucro ducerem ſi privato meo malo, mederi queam publico. Nunc mihi malum accerſitur, & adeo non medemur publico, ut magis exaſperetur. Nec alias ob cauſas ſcripſi *Diatribam*, niſi ut Principum voluntati morem gererem, deinde nè quem lateret, me à factione *Lutherana* eſſe alieniſſimum. Id enim referebat, tum meâ tum omnium. Alioqui ſciebam me nihil aliud profecturum, niſi ut *Lutheri* calamum laceſſerem, ad confirmationem impugnati dogmatis. Statim in initio clamabam Theologos ac monachos adjùvare cauſam *Lutheri*, non ſum auditus. Mox oſtendi viam finiendi mali, rejectum eſt conſilium. Egi tertiò per literas cum *Adriano* Pontifice, conjicio non placuiſſe conſilium, vel ex hoc quia nihil reſpondit. Et videmus quò res evaſerit. In *Gallia* gnaviter inſaniunt *Beddaici* quidam, cenſuris, articulis, carceribus, incendiis, libellis: optârim vel ſic poſſe cohiberi peſtem, ſed exitus rei docebit his modis nihil aliud quàm exaſperari malum. Factio his potiſſimùm præſidiis nititur: Concionibus alliciunt ac retinent populum, profeſſione linguarum ac bonarum literarum ſuam faciunt juventutem, eóſq; qui hoc genere ſtudiorum impensè delectantur: plebem inſcant amore libertatis; nec mediocre momentum eſt in typographis: ad omnia maximo illis adjumento eſt, odium penè publicum in quoſdam malos monachos & ſacerdotes, *Epicureos*, & Theologos cerebroſos. Nam de probis non loquor. Habent ex nobilitate præſertim inferiore, multos proniores, quod inhient facultatibus Eccleſiaſticorum: fortaſſis erunt & Principes aliquot, qui publicam hanc rerum tempeſtatem vertent in ſuum commodum, quemadmodum ſolent quidam ex naufragiis aut incendiis aliorum augere rem familiarem. Quòd ſi pergamus dentatis libellis, carceribus ac mortibus exacerbare malum, vereor nè tandem ſequatur rerum omnium miſeranda confuſio. Præludia vidimus. Pontifex cohibuit ſuos, nè pergerent ſtringere calamum in *Lutherum*. & ſapit. *Itali* ſinent nos inter nos digladiari, noſtráq; fruentur inſaniâ: tempus eſt ut ſapiamus & nos, ac ſepoſito privati commodi ſtudio, Reipublicæ negotium agamus ex animo, memores nos omnes in eadem eſſe navi, quæ perire ſine communi omnium exitio non poteſt. Et gravius eſt & latius patet malum quàm ut vulgaribus remediis ſanari queat. Si flagites quibus utendum cenſeam, res iſta majus ingenium meo requirit, & tamen meum conſilium quale quale eſt, ſi ſeriò poſtulent monarchæ non gravabor impartiri, modò id fiat occultè. Videmus qualibus libellis mundum impleant *Lutherani*. Neque multo ſaniora ſunt, quæ ſcribuntur contra à quibuſdam Theologis. Ex talium libellorum colliſione quid aliud quàm eliſcit incendium. Idem fit ex concionibus utriuſque partis, ſic ut rinque inſanitur conviciis, trahitúrque contentionis funiculus. Si ſubmoveantur è ludis factioſi, & ſuccedant qui probatas ac neceſſarias literas dedoceant, nihil agetur. Diſputandi nullus eſt finis. Concionatores improbarę partis eſſent ſubmovendi, præſertim aliquot præcipui, in horum locum ſuccederent integri viri, qui nihil attingerent contentioſorum dogmatum, ſed ea duntaxat traderentur quæ ſine controverſia facerent ad pietatem & ad bonos mores. Ludi literarii, & profeſſio linguarũ committeretur iis qui, liberi ab omni ſtudio partium, docerent utilia pueris. At nunc quidam dum impotenti odio feruntur in *Lutherum*, moliuntur exitium & optimis literis, & harum ſtudioſis, protrudentes in caſtra *Lutheri*, quos oportebat allicere. Interim ſævitur & in innoxios ſub titulo pietatis. In ſeditionis autores meritò ſæviendũ eſt, ſed ita ut quantũ fieri poteſt, nec lædantur innocentes, nec alienentur ſanabiles, & multitudini

multitudini parcatur. Et fortasse præstiterit à civitatibus ubi malum invaluit hoc impetrare, ut utriq; parti suus sit locus, & suæ quisq; conscientiæ relinquatur, donec tempus adferat occasionem concordiæ. Interea temporis parata sit atrox pœna seditionem tentantibus. Interim ipsi statim corrigamus quædam, unde hoc malũ pullulat, & reliqua concilio generali serventur. Sed de his aliàs copiosiùs vel coram potiùs, si videro tibi rem esse cordi. Interim hoc te rogo per nostram amicitiam, nè pergas istos crabrones in me irritare, ni velis *Erasmum* extinctum. Agnosco tuam in me benevolentiam, nec inficior me debere, verùm illud adjiciet prioribus tuis in me officiis tua prudentia, nè studium amici pectoris idem efficiat quod moliuntur inimici. Quidam mei parũ prudenter studiosi impetrârunt à Cæsare severũ ac minax interdictum adversus quosdam rabulas *Lovanienses*. Atqui nullâ repoterant magis in me provocari. Nec fieri potest ut subsistam, ni monarcharũ singulari perspicuóq; favore fulciar, quando cœpi prodire in arenam, nec res jam potest dissimulari. Dices, quid tibi fiet, qui recusas dignitates? Meritò recuso sarcinas homo tam imbecillis ut vix meipsum sustineam. Sed audi fabulam: *Ruffus* quidam ordinis *Senatorii*, quum jam inter cœnam incaluisset vino, imprecatus est *Augusto* Cæsari, nè rediret incolumis ex ea peregrinatione quam apparabat, & adjecit vocem ebrio dignam, Idem hoc optare tauros ac vitulos omnes. Servus qui illi stabat à pedibus, postridie monuit herum quæ dixisset inter pocula, suasit ut occuparet atque ipse se deferret. Occurrit descendenti Cæsari, fassus est se pridie malum in illum habuisse animum, nunc optare, ut quod illi precatus esset in ipsius caput & liberos recideret. Cæsar ut erat mirâ clementiâ, ignovit. Tum *Ruffus*, Atqui, inquit, nemo credet te mecum redisse in gratiam nisi aliquid dederis. Et petiit summam, quam vix à propitio crederes impetrandam. Cæsar dedit, & adjecit, Quod ad me attinet, dabo operam nè unquam tibi irascar. Nec hoc contentus, pro servo qui monuerat herum numeravit precium, ut manumitteretur. Ea quidem res feliciter successit *Ruffo*, cui Cæsar clementiam benignitate cumulavit. Proinde non opinor improbam fore spem, si à propitio Principe mihi promitterem aliquod favoris argumentum, cujus ostentatione fidem omnibus facerem, me *Ferdinando* charum esse. Nec dubito quin ille hoc pro suæ naturæ benignitate libenter facturus sit, si tu modò submonueris. Argumentum primum insigne sit oportet, deinde ejus generis, ut in usu quotidiano possit esse. Sunt apud me jam aliquot Principum donaria, quæ mihi chariſſima sunt non tam ob precium quàm ob id quòd testificantur Principum erga me studium, quibus placuisse non infimam laudem duco. Hic *Henricus* totus ex te pendet. Scio te curaturum nè spes illum fallat sua. Saluta *D. Lucam* & *Cantiunculam* si adest, & *Jacobum Spiegelium*. Illustrissimo Principi precor omnia digna ipsius dotibus. Bene vale. *Basileæ*, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Francisco Molinio S. D.

Epist. 46. DIscruciabar animo jam tum quum Regum optimus *Franciscus* sub hyemem peteret *Mediolanum*, videlicet magnum aliquod malum præsagiente. Cæterùm ubi nunciatus est exitus belli, non aliter dolui, quàm si meæ fortunæ meáque incolumitas cum illo periclitarentur. Paucos quidem video sibi pacem hanc gratulantes, opinor quod legibus durioribus coisse videatur, eóque verentur nè parum firma sit. At ego spero Deum admirabilem rerum humanarum moderatorem, omnia versurum in bonum exitum. Scit ille quid nobis expediat, & illius auspiciis frequenter prosperior nobis est calamitas quàm successus. Rex posthac tenacior erit pacis, nec facilè bellum admittet. Optârim tamen hanc mentem illi minoris constitisse. Certè bonitas illius erat perpetuâ felicitate dignissima, nisi quòd hæc quoque felix erit ut spero infelicitas. Gaudeo velut ἀπὸ μηχανῆς θεὸν extitisse, qui furiis quibusdam in exitium bonarum literarum, ac vigoris evangelici perniciem conspiratis, frenos injiciat. Nam *Pharisæis* istis ac *Romanensibus* nulla crudelitas satis esse posset. Mihi semper pacis avidissimo cum tot copiis uni congrediendum. Cum hostibus melioris literaturæ jam olim bellum gero, non incruentum, & hanc ob causam cum Monachis ac Theologis non paucis, qui putant lædi majestatem ipsorum, si quis quid sciat, quod ipsi nesciunt. *Lutherus* aliorum instinctu, qui tamen ab eo dissentiunt de Eucharistia, sic scribit in me, ut nullum amicitiæ locum reliquerit. Pars *Carolstadiana* primùm rumoribus, mox etiam libello *Germanicè* scripto insimulant me, quod cum *Carolstadio* sentiam: id si profitear contra conscientiam meam, hoc profitebor, quod mihi nondum ipse persuasi. Sin minus, & cum hac acie dimicandum erit. Inquisitionis summa apud *Anglos* commissa est *Standicio Franciscano*, tu conjicito cætera. *Lovanii Nicolao Montensi* Theologo, cui junctissimus est *Ecmondanus*, qui nec Pontificis edicto jam bis misso, nec Cæsaris diplomate diligenter scripto cohiberi potest, quo minus jaculetur in me convicia, sed levia, nimirum identidem hæreticum appellans. Nec mitior est excetra *Lutetia*. *Hispaniam* habeo satis propitiam exceptis monachis. *Roma* paganum illud eruditorum sodalitium jam pridem fremit in me, ducibus ut ferunt, *Aleandro* & *Alberto* quodam Principe *Carpensi*. Exhibitus est *Clementi* liber plenus furiarum in me, incerto autore, qui tamen mihi certissimus est, in quo quædam aperit mysteria, non projicienda porcis, ex adorabili *Talmud*. Et quum *Racha* ad eum fermè modum exponat quo ego sequutus *Augustini* & *Chrysostomi* autoritatem, nisi quod ille Nomen esse vult, quod illi vocant Interjectionem, expatiatur in locum communem: in quo dicit demirari se, quum *Germania* tot hominum millia trucidarit ob impietatem, *Erasmum* adhuc vivere, qui sic docuerim *Germaniam*. Ipsos *Lutheranos* nunc in me scribere quanquam impiissimos, quòd meam impietatem ferre non possint, qui *Mariam Jesu* matrem spoliârim suâ virginitate, Filium Dei suâ divinitate, quòd ausus sim sine *Talmud* exponere sacras literas, quòd *Romanum* Pontificem appellarim scortatorem, lenonem, & antichristum. Diceres hominem lymphatum, adeo blaterat quicquid illi dictavit splendida bilis. Ad hæc, exorta est nova secta *Ciceronianorum*, quæ non minus

incruduit

incruduit quàm *Lutheranorum*, vetus quidem, ſed per *Longolium* innovata. Tot acies mihi ſuſtinendæ ſunt, & uni, & inermi, quum ab aula ficulnum ut aiunt ſit præſidium. Jam alius quidam nuper in tribus libellis, in quibus pulchrè præſtruxit viam Theologicæ tyrannidi, eò deducit rem, ut dicat per baptiſmum omnes Reges veniſſe in jus eccleſiæ, & ab eccleſia, hoc eſt ab Epiſcopis & Monachis regno ſubmoveri poſſe, quod tamen in Pontifice quantumvis peſtilente fieri nolunt. Eò crevit iſtorum audacia. Et tamen quoniam utraque pars habet ſuas furias, magna cautio adhibenda eſt, nè dum altera coerceatur, alteri frena laxentur ultra quàm oportet. Bene vale. *Baſileæ* decimo ſeptimo Calend. Junii, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus Roterod. Franciſco Molinio S. D.

Epiſt. 47. EXtimulor quorundam literis, ut aliquo ſcripto gratuler *Chriſtianiſſimo* Regi incolumem ad ſuos reditum. Mihi quidem animus eſt promptiſſimus ad Regi tam amanter de me ſentienti quacunque occaſione gratificandum. Cæterùm nondum ſatis conſtat conſilii ratio, num expediat hoc argumentum attingere, quod vix tractari poterit, ſic ut neminem offendas: deinde ſubdubito quàm hoc meum officium ſit gratum futurum animo regio. Quòd ſi tua prudentia cenſet eſſe ſuſcipiendum, cautus incedam per ignes, ſuppoſitos cineri doloſo. Sed prius illud à vobis curatum velim ut vel epiſtolâ de ſumma rerum edocear. Non enim tutum eſt quod populi rumuſculis jactatur in literas mittere. Si iſthic adeſt *Hilarius Bertulphus*, poteris eum ad me mittere, relaturum ad vos libellum etiam formulis excuſum ſi videbitur. Nam id mihi promptius ac facilius, quam antigraphum parare manu deſcriptum. Hoc quo fiet maturius, futurum eſt gratius. Ignoſces, in præſentia non vacabat pluribus tecum agere, cui precor omnem felicitatem. Datum *Baſileæ* decimo ſeptimo Calend. Junii. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

Eraſmus Rot. Joanni Lotzero S. D.

Epiſt. 48. NOn eſt ejuſdem hominis pudere ſimul, & amare. Amor itaque ſtudiorum vir eximie nobis hanc ſuppeditat audaciam, ut licèt nullâ tibi conſuetudine noti, nullis officiis commendati, tamen non dubitaverimus petacibus literis te compellare. Auxit hanc fiduciam tua ſingularis humanitas, mihi quum à multis, tum præcipuè ab *Hieronymo Frobenio* prædicata. Quid ſit rei, paucis aperiam. Habemus varias eruditorum annotationes in *Quintilianum*, & accepimus tibi codicem eſſe pervetuſtum, cujus ſi nobis ad paucos dies voles facere copiam, ſperamus futurum, ut in autore tam probo ſtudioſi nihil ſint deſideraturi, & tuus theſaurus incolumis & illibatus ad te redibit cum fœnore. Ad hæc curabitur nè poſteritas etiam ignoret, cui hoc beneficii debeat, quemadmodum vides à nobis factum in præfatione caſtigati nuper *Senecæ*. Habes & *Marcellum* medicum, quem utinam adjungas *Quintiliano*. Prodibit cum tua ſumma laude, nec ex ullius officina poterit honeſtiùs quam ex *Frobeniana*. Si quid præterea deſiderabis à nobis officii, dabimus operam, ut intelligas tibi rem eſſe cum hominibus minimè ingratis. Bene vale medicorum eruditiſſime. *Baſileæ* poſtridie Nonas Martii, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Rot. Joanni Bryſgoico Theologiæ Profeſſori S. D.

Epiſt. 49. PRo ſingulari humanitate tua facis mihi horti tui copiam, in quo nonnunquam recreem corpus & animum ſtudiis curísque fatigatum: ego viciſſim pro mea gratitudine, facio tibi mei horti copiam in quo temet oblectes, ſi quando voles animum à ſtudiis ſeriis avocare ad literas amœniores. Tuo horto ſic fruar, ut per me quàm minimo fiat deterior. Nihil enim aliud quàm oculos paſcam. Tu in horto decerpes quæ voles, hoc potiore tuo, quod non minus vernat hybernis menſibus quàm æſtivis, ſi quid tamen omninò gignit bonæ aut amœnæ frugis. Suſpicabar te hanc editionem non habere, multo ſuperioribus locupletiorem. Malueram aliquid mittere gratius, ſi ſciſſem quid tibi magis arrideret. Bene vale. Ex meo muſæo pridie Nonas Maias. Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

Eraſmus Rot. Guilhelmo Budæo S. D.

Epiſt. 50. MAgnam profectò voluptatem mihi nunciârunt *Jacobi Toſſani* literæ, ex quibus cognovi te, quod ego ſemper ut faceres optavi tandem aggreſſum: videlicet in lucem dare *Græca Latinæq*; linguæ obſervationes, quæ tam accuratâ támque diutinâ probatiſſimorum autorum lectione collectæ, non dubito quin plurimum utilitatis allaturæ ſint utriuſque literaturæ ſtudioſis. Interim & *Joannem Laſcarem* iſtic adeſſe gaudeo, quem tamen optârim gratiore compede vinctum apud vos deteneri. Audio jam ad ſenium vergenti rem eſſe cum podagra. Emiſimus jam quartum Novum Teſtamentum cum annotationibus, in quibus relegendis comperi me locis compluribus honorificentiſſimam tui facere mentionem. Scio tibi plus deberi laudis, nec ignoro nihil opus noſtram lucernulam in tuæ gloriæ ſolem intuliſſe. Denique non inficiabor aliquid lucis acceſſiſſe meis lucubrationibus ex tui nominis ſplendore. Quare non eſt quod mutuum officium abs te reposcam, optarim tamen ut in tuis lucubrationibus, præſertim iis quas cum primis immortales maximéque manibus hominum terendas auguraris, admiſceas non tam laudem mei quàm benevolentiæ in *Eraſmum* animi ſignificationem. Non enim deſunt qui te parum candidè de nobis ſentire ſuſpicentur. Hanc ſuſpicionem penitus abolitam eſſe velim, non tantum noſtrâ causâ, ſed multo magis publico ſtudiorum nomine, ad quæ provehenda magnopere refert, ut qui huic negotio navant operam, inter ſeſe mutuâ benevolentiâ fœderentur. Audio *Chriſtianiſſimum* Regem impensè favere rectioribus ſtudiis quem ſi currentem, ut aiunt, exſtimuletis, confido rem feliciſſimè ceſſuram. Crede mihi non alia res magis offuſcat iſtius Academiæ gloriam, quàm quod juventus vix guſtatâ grammaticâ, rapitur ad ſophiſticen, eáſque diſciplinas, quibus armantur ad palæſtram ſcholaſticam. Sunt illæ quidem ad judicandum conducibiles, at linguarum cognitio ſimpliciter eſt neceſſaria.

necessaria. Absque dialectices peritia multi rectè judicant, citra sermonis cognitionem nemo potest vel intelligere quod audit aut legit. Initio reclamabunt nonnulli, verùm is tumultus mox consilescet. Juventutem omnem habemus pronam. Seniores qui publicitùs obstrepunt, clam affectant hanc accessionem studiorum. Declarant hoc *Hogheſtrati* libelli, qui prodeunt indies cultiores, testantur & *Sutoris* & *Beddæ* scripta. Quin & ipse *Clithoveus* aliquanto politiùs scribit solito. Neque negligit stili munditiam *Latomus*. *Longolius* ante diem nobis ereptus, præclaram opinionem reliquit apud *Italos*, quod fuerit *Ciceronianus*. Et tamen neminem ex illis prodire video, qui verè referat *Ciceronem*, nisi bracteo duntaxat orationis, ac verbulis aliquot selectis. Qui mihi totum *Cicerouis* pectus refert, is verè *Ciceronianus* est. Est *Romæ* chorus eruditorum, qui vix ferunt nomen *Germanorum* aut *Gallorum*. Habent coryphæum & incitatorem tibi non ignotum, cujus animo ut nulla satis est gloria, ita non fert præter ipsum laudari quenquam nec deorum nec hominum. Hos habeo ob hoc etiam iniquiores, quod in epistolis ad te meis alicubi scripserim, tibi certamen esse cum *Hermolais* & *Barbaris*, atque adeo *Pliniis*. Verùm hos quo minus habemus æquos, hoc arctioribus gratiarum vinculis inter nos jungi decet. Bene vale. *Basileæ* X. Calend. April. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Roterodamus Jacobo Fabro S. D.

Epist. 51. AUdio tibi tuóque *Gerardo Ruffo* datum negotium à Rege *Christianissimo*, ut *Chrysostomi* commentarios in *Acta Apostolorum Latinè* verteretis. At idem opus jampridem apud me est è *Venetia* deportatum, eleganter descriptum. Rursùm idem habetur in *Anglia*. Jam annus est quod cœperam illud vertere. Cæterùm quoniam subdubitabam de fide tituli, sepositi. Nunc quum ederem alia quædam *Chrysostomi* versa, adjunxi tres *Homilias* quas ante verteram, quo gustum darem eruditis, ex quorum judicio vel absolverem opus vel omitterem. Hoc quum esset jam factum, ex *Brixii* literis cognovi quod modò dixi: quæ si venissent uno mense citiùs, ad te misissem quod verteram, totámque provinciam vobis lubens cessissem; & nunc si libet hoc ipsum quod editum est vestrum facio, nè quid hic casus vos remoretur à bene cœptis. Præter *Homilias* quas edidi novas, habeo commentarios *Chrysostomi* in epistolam ad *Romanos*, in utramque ad *Corinthios*, in epistolam ad *Galatas*. Verùm hæc eo minus habitura sunt gratiæ, quod in *Theophylacto* totus ferè *Chrysostomus* est, exceptis digressionibus. Opto tuæ senectuti lætam tranquillitatem. *Ruffo* tuo plurimam ex me salutem dicito. Optimo Præsuli cupio esse quàm commendatissimus. *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno M. D. XXVII.

Erasmus Roterod. Virgilio Polydoro S. D.

Epist. 52. QUò non penetrant linguæ fascinatrices? Quas nos mi *Polydore* non aliâ ratione melius ulciscipossumus, quàm ut amicitiam quam isti rescissam vellent, vinculis quàm arctissimis astringamus. Videbis *Homilias* tibi dicatas, nunc rursus excusas cum dignitate quo magis etiam urantur quòs cruciat nostra concordia. Quod sedulò agis εἰρηνοποιὸν inter *Leum* & me, pro isthoc animo *Christus* tibi referet promissam beatitudinem. At præscribit ille parùm æquas pacis conditiones. Ostendat ille quæ perperam scripserim in ipsum, ego vicissim ostendam quæ ille perperàm scripsit in me. Tum post mutuam palinodiam coeat amicitia. Verùm hoc esset non sarcire gratiam, sed renovare simultatem. Optimum fuerit μὴ μνησικακῆσαι, sed illa *Græcorum* ἀμνηστία, prorsus omnium veterum injuriarum abolere memoriam, ac scripto quopiam amico testari positam esse simultatem, & animos *Christianâ* junctos concordiâ, quod factum est inter *Jacobum Fabrum* ac me. Quod mihi cum tot portentis dimicandum est, agnosco feróque fatum meum. Cum summis mihi pulchrè convenit. *Clemens* septimus bis jam misit ducentos florenos, nihil non pollicens. Cæsar nuper ad me scripsit amantissimè cum suo Cancellario. Regum, Cardinalium, Ducum, Episcoporum literis honorificentissimè scriptis habeo plena scrinia. A multis veniunt & munera nequaquam vulgaria. A tenebrionibus velut à cimicibus ac pediculis mordeor. Nam his nec Cæsar nec Pontifex potest imponere silentium. Tuti sunt suis tenebris. Sed nihil aliud efficiunt nisi quod traducunt seipsos. Nos rectum clavum tenebimus, usque ad extremum vitæ terminum: de eventu viderit *Christus*, hujus fabulæ choragus. De libello excudendo egi cum *Frobenio*, respondet se paratissimum, eâ lege quâ excudit *Adagia*. Bene vale patrone magne. *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Erasmus Rot. Valentino Furstero suo S. D.

SI præstas eum animum quem tua pollicetur epistola, *Valentine* charissime, & tibi & tuis omnibus consulueris. Memento nullam ætatem magis idoneam discendis optimis moribus ac disciplinis, per omnem vitam usui futuris, quàm istam quâ nunc flores. Verùm ut est optima, ita scito fugacissimam esse, nec semel elapsam unquam recurrere. Præcipuam studiorum partem impende historiographis & ethicis. Prioris generis sunt *T. Livius*, vitæ *Plutarchi*, *Cornelius Tacitus*: Posterioris, libri *Ciceronis De officiis*, *De amicitia*, *De senectute*, *De Tusculanis quæstionibus*, & *Plutarchi* libri *De moribus*. Ex his enim potissimùm ea prudentia colligitur quæ decet virum in Republica versantem. Et habet ea lectio non minus voluptatis, quàm utilitatis. Saluta mihi nostrum *Erasmium*, sodalem tuum. Bene vale *Basileæ* nono Calend. Aprilis, Anno M. D. XXVII. *Epist. 53.*

Erasmus Rot. Richardo Sperchefordo S. D.

EX *Linacri* syntaxi quam dono misisti, curabo ut fiam bene Grammaticus, tu cura ut ex *Chrysostomo* quem tibi vicissim dono mitto, fias bonus Ecclesiastes, & certemus inter nos mi *Richarde*, uter suo munere dexteriùs utatur, hac lege, ut is plus alteri debeat qui plus fructùs ex accepto munere tulerit. Bene vale in *Christo*, cui me tuis interpellationibus commenda. Datum *Basileæ* nono Calend. Septembris, Anno M. D. XXVII *Epist. 54.*

Erasmus

Eraſmus Rot. Roberto Aldriſio S. D.

Epiſt. 55. SUB quadrageſimam demum redditus eſt nobis tuus *Seneca*. Non erat neceſſe mittere codicem, poterant omnia deſcribi in ſchedis. Bibliophylaces collegii Regalis dederunt tibi verba. Habent in minore bibliotheca aliud volumen in membranis deſcriptum; ut agnoſcas, habebat ſententias per ordinem literarum digeſtas, & in medio ſententiam eandem diſticho, ſed indoctiſſimo comprehenſam. Inerant & initiales literæ coloribus & auro depictæ. Ex libro *De beata vita* plurimum emendâram. Si vacaret poſſes ex eo notare quæ diſſentiunt, notato per numerum verſu editionis *Frobenianæ*, & aſcriptâ lectione quam habet codex, reliqua per nos fierent. Doleo tibi tantum laboris ſuſceptum non magno fructu. Sciebam codicem qui habebat libros epiſtolarum nihil habere frugis. Non auſim ampliùs abuti tuâ bonitate, ſi tamen poſſes hoc tædium decoquere, faceres mihi rem magnopere gratam, nec penes ingratum hominem collocaris officium, ſi viam indicaris reponendæ gratiæ. *Thomæ Moro* te commendavi non indiligenter. De quorundam ingratitudine vetus eſt querela. *Regium eſt autem audire malè, quum feceris bene.* Poſteritas magis agnoſcet, quanquam nunc etiam agnoſcunt optimi quique, Cæſar, *Ferdinandus*, Pontifex, Card. Reges, Duces, Epiſcopi, & literis honorificentiſſimè ſcriptis, & muneribus opimis. Tenebriones modò quidam oblatrant, nihil profecturi, niſi quod ſibi malum accerſunt. Res alium habebit exitum quam credunt multi. Sed quicunque erit exitus, nos bonam ac fidei operam literis & *Chriſto* navabimus. Bene vale. *Baſileæ* nono Calend April. Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Roterodamus Joanni Carondileto Archiepiſcopo Panormitano S. D.

Epiſt. 56. REverende Præſul, jam pro tuo erga me ſtudio gratias egi, quas certè debeo maximas. Nunc non ago cauſam meam quam habeo pro direlicta, ſed ſtudiorum cauſam tibi commendo. *Mechliniæ* Carmelita quidam *Paſchaſius*, ut ex multorum literis accipio, publicitùs è ſuggeſto debacchatur in linguas ac bonas literas, & nominatim in collegium trilingue, quod inſtituit *Lovanii* vir omnium ſeculorum memoriâ dignus *Hieronymus Buſlidius*. Agant hoc quod habent in mandatis, pugnent adverſus hæreſes: at bellum gerere cum his literis, ſine quibus omnes reliquæ diſciplinæ mutæ ſunt, mancæ ſunt, cæcæ ſunt, plurimum abeſt ab animo tum Cæſaris tum Pontificis. At *Philippus Melanchthon*, inquiunt, & alii nonnulli *Græcè Hebraicè*que periti faverunt improbatæ factioni. Iſta non ſtudiorum eſt culpa, ſed hominum, ſed longè plures favent *Luthero* qui neque *Græcè* ſciunt neque *Latinè*. Multò plures his literis inſtructi pugnant cum *Luthero*. Certè *Lovanii* nullus eſt ex hoc genere non alieniſſimus à re *Lutherana*. Hæc res fortaſſe vobis levicula videtur: At periculum eſt nè, ſi monachis liceat impunè quicquid libet, res erumpat in majorem tumultum quàm quiſquam credat. Per univerſum terrarum orbem gratioſæ ſunt bonæ literæ, quarum utilitatem jam nemo non ſentit, habent magnos patronos. Sint igitur iſti ſuâ contenti victoriâ, nec optimas literas alienæ cauſæ involvant. Si ſubmovenda eſt profeſſio linguarum, quod his inſtructi quidam faverunt improbatæ ſectæ, eâdem ratione ſubmovenda eſt Theologiæ profeſſio, quòd multi Theologi propugnatores extiterunt & indies exiſtunt hujus factionis. Submovendus monachiſmus, quòd innumeri monachi ſtant à *Luthero*. Ut facillimum, ita fuerit optimum primos iſtorum impetus retundere. Quòd ſi facere non gravaberis, omnis ſtudiorum cultores tibi reddes addictiſſimos. Mitto ad te exemplaria poſtremarum Cæſaris ad me literarum, item *Mercurini* Cancellarii & Card. *Campegii*. In quem, inquies, uſum? ut intelligat tua prudentia, meam fidem & ſtudium in negotio pietatis, probari ſummis utriuſque ſtatus Principibus, nec vel tantulum commoveare quorundam impudentiſſimis blaterationibus. Et confido fore, ut aliquando magis perſpicuum fiat quâ ſynceritate verſatus ſim in hoc rerum tumultu. Servet amplitudinem tuam Dominus. *Baſileæ* tertio Calend. April. Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Eraſmus Rot. Stephano Gardinario S. D.

GRatiſſimum fuit mi chariſſime *Stephane* mihi per literas refricari tui memoriam, non opus erat tot indiciis, hærebat animo illa imago quam *Lutetiæ* videram, adeo ut nunc penè coloribus poſſim exprimere: Agnoſco nunc eandem ingenii dexteritatem & in literis & in gravioribus negotiis obeundis, quàm *Lutetiæ* præſtabas in œconomicis. Nec tuæ literæ minus recreârunt meum animum abs te ſcriptæ, quàm tum lactucæ delectabant palatum meum arte tuâ decoctæ. Gaudeo nobis patronum eſſe communem, & hoc magis tibi pariter ac mihi gratulor, quòd intelligo cum primis te apud illum eſſe gratioſum. Nunc erant onerandi literis qui peterent *Saxoniam*, *Poloniam*, *Hungariam*, *Italiam*, *Hiſpaniam*, *Brabantiam* & *Angliam*, quare paucis tecum agere oportuit. Quoniam autem vix paucis licebat ſcribere, onerabo te negotio ſalutandi omnes, *Franciſcum* medicum, *Toniſium Burbancum*, *Petrum* ab arenis, cum cæteris qui nobis bene volunt. Bene vale, & auſpicio tui nominis ad æterni præmii coronam emerendam enitere. *Baſileæ* tertio Nonas Septembris. Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto. *Epiſt. 57.*

Eraſmus Roterod. Alfonſo Valdeſio S. D.

VEnerunt ad me licèt ſerò cum aliis literæ Cæſareæ majeſtatis amantiſſimè ſcriptæ: nec minus humanitatis habentes, *Mercurini Gattinarii*, cujus prudenti juxta ac fideli conſilio certum eſt obtemperare. Tuum admirabilem in me favorem ac ſtudium ornatiſſimè juvenis tot jam argumentis habeo perſpectum & exploratum: quòd ſi mihi facultas eſſet par animo, ſentires te tantum officiorum haudquaquam penes hominem ingratum collocâſſe. Hoc tantum in præſentia ſcribere licuit. Patronis omnibus pro me gratias ut agas, te magnopere rogo. Bene vale. Datum *Baſileæ* pridie Calend. Aprilis, Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo. *Epiſt. 58.*

Eraſmus

Erasmus Roterod. Ferico Carondileto S. D.

Epist. 59. ORnatissime vir quàm propenso favore sit in me R. D. *Parnormitanus* frater tuus, ex complurium amicorum literis cognovi. Verùm plus illic valet quorundam dolosa improbitas quàm paucorum bonitas. Ex tuis literis amantissimè scriptis, multum accepi solatii. Sed hæc valetudo me reddit inutilem ad hominum convictum, & pudet etiam me quod tuis edibus ægrotatione meâ tantum attulerim molestiæ. Calculus versus est in aliud malum, sed immedicabilius. Nota mala leviùs feruntur, hoc est eo molestius quod ignotum. Deinde pistrino typographico sic alligatus sum, ut pedem discedere non liceat. *Frobenius* rursus orsus est Novum testamentum. Si quid ista bibliotheca haberet veterum exemplarium, præsertim in evangelicis & apostolicis epistolis, pergratum facies si miseris. Dabitur hoc pacto occasio, celebrandi & tui collegii & tui propriè nominis. Nunc illud quæso fac ut abs te impetrem. Habebam tria vasa vini *Bungundiaci*, ea rebar in hanc hyemem iuffectura, quorum unum unde bibo tendit ad vapam, alterum dum aperio comperio prorsus in vapam versum. Servabis *Erasmum* tuum, si huc vel pusillum vasculum miseris vini subrubri, non ardentis, sed generosi, veteris tamen. Hoc negotium dedi nostro *Bietricio*, qui meo sumptu curabit huc advehendum. Si quid erit in quo vicissim possim tibi gratificari, nihil sum recusaturus. Deus te servet incolumem. Datum *Basileæ* pridie natalis Virginis matris. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Erasmus Rot. Petro Ægideo S. D.

Epist. 60. JUvenis ille qui petiit abs te tuas ad me literas, ut rem certam nunciavit *Corneliam* tuam in fata concessisse. Non libuit illi credere, quantum libet affirmanti rem tam tristem. Si verum est non dubito quin repetiturus sis matrimonium, nec dissuadeo, illud tamen te rogo, si modò tantum permittis *Erasmo*, ut in hoc intervallo te serves alienum ab omnibus ineptiis adolescentiæ. Novi tuum ingenium, juvenis es fateor. Nondum ista magnopere dedecent ætatem istam, tametsi non ita multum abes ab anno quadragesimo, sed cogita, quàm multorum liberorum sis pater, & quos mores postulet ista muneris publici dignitas præsertim, cum ni fallor, Deus te majoribus negotiis destinârit. Hic ego nè quid dissimulem, meam quoque rem ago. Malim mihi dimidium mearum rerum perire quàm talem amicum. Et video quid acciderit. *N.* posteaquàm ex marito procus esse cœpit, sic immutatus est, ut non credas eundem esse, nec amicitiæ veteris, nec studiorum meminit. De *Hieronymi* libris concinnandis & Archiepiscopo *Cantuariensi* transmittendis opinor tibi fuisse curæ. Neque de linteis quæ mittit *Dilfus*, quæque tu mercatus es quicquam huc allatum est, expectamus nunc per fratrem & hæc & *Prudentium* & *Senecam*, & quod supererat ratiunculæ. Qui has reddit est is qui me pinxit, ejus commendatione te non gravabo, quanquam est insignis artifex. Si cupiet visere *Quintinum*, nec tibi vacabit hominem adducere, poteris per famulum commonstrare domum. Hic frigent artes, petit *Angliam* ut corradat aliquot Angelatos, per eum poteris quæ voles scribere. Bene vale. *Basileæ* quarto Calend. Septembris, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Saluta D. Cantorem.

Erasmus Rot. Francisco Asulano S. D.

NIhil jam diu accidit nobis *Francisce* charissime jucundius quàm quod totus *Galenus* ad vos venit, ex tua munificentia. Autor per se gratiosus est, mihi verò peculiari quodam vel sensu vel judicio adamatus: nec omninò falsum est, quod philosophus ille dixit: *Dulcissimam esse rem accipere*: tamen hic mihi plus voluptatis attulit animus in me tuus, etiam num memor veteris amicitiæ, quàm vel donum ipsum, vel autoris gratia. Aut me fallit animi præsagium, aut hæc editio conciliabit tibi non parum & nominis & compendii. Æmulos non est quod verearis, ut si hic qui velit, non est qui possit. Utinam detur occasio referendæ gratiæ, nam reponere malim quàm agere. Interim admitar, ut quicquid è tua prodit officina, quanquam nihil non est gratiosum apud viros eruditos, fiat gratiosius. Felix juventus quæ in hoc seculum incidit. Nam repubescendi votum mihi sit ἀνεμπόδιστον. Potes & meum nomen itthic reddere vendibilius, si lucubrationes meas aliquot pias præsertim, tuâ digneris officinâ. Quales sunt *De misericordia Domini*, *De modo orandi*, *Commentarioli in quatuor Psalmos*, *Paraphrases in Novum testamentum*. Paraphrases tamen te nolim attingere, nisi misero quædam loca castigata. Mittam autem simul atque cognovero tuum animum. Patri, fratri, reliquæque familiæ multum ex me salutem dices. Bene vale. *Basileæ* tertio Nonas Septembris. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Epist. 61.

Erasmus Rot. Hieroslao Alasco Palatino Syradiensi Polono S. D.

VIr clarissime, *Matrimonium Christianum*, extremam ingenioli nostri fœturam mitto, non fratri tuo, qui cœlibatum amplexus est, sed tibi qui das operam, nè pereat humanum genus: nec tam obid mitto, quod te doceam quomodo debeas uti matrimonio, nihil enim addubito quin in eo sanctissimè versaris: quàm ut nos admoneas, si quid illic prætermissum est, aut aliter tractatum quàm oportuit. Nam tibi fortassis non minus ineptire videbor, qui de matrimonio præcipiam, quàm philosophus ille visus est insanire *Hannibali*, qui de bello disputabat, quum bello nunquam interfuisset. Expectabimus igitur tuum judicium, priusquam adornemus alteram editionem. Diutius tecum fabulari cupientem revocant occupationes. Precor tibi tuisque perpetuam felicitatem Datum *Basileæ* postridie natalis *Mariæ* Virginis. Anno à *Christo* nato Millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Epist. 62.

Erasmus Rot. Christophoro à Schydlovietz regni Poloniæ Cancellario S. D.

NUnc demum mihi mea *Lingua* minus displicere cœpit, posteaquam video tibi tantopere placuisse. Quod quidem si vir omni virtutum & ornamentorum genere absolutus, tantummodò literis Epist. 63.

literis teſtificatus fuiſſes, erat abundè ſatisfactum votis meis: nunc non hoc fuit contenta tua ſingularis humanitas, epiſtolæ teſtimonium, munerum inſignium teſtimonio confirmavit. Redditum enim eſt bonâ fide, horologium aureum, cochleare aureum, & fuſcinula aurea; Mihi congruebant lutea, ſed hæc erant digna tuo verè aureo ingenio moribúſque candidiſſimis. Habeo quod oſtentem; nam erunt fortaſſis, qui cauſabuntur vulgare jam eſſe literis efferre quemlibet: at vulgare non eſt, talia mittere munera, pro quibus vir clariſſime, quum ut debeo, maximam habeam gratiam, tamen non minorem habeo, quòd autoritas tua nomen noſtrum adverſùs quorundam malè linguacium calumnias defenderit. Quo tamen officio non me ſolùm tibi devinxiſti, ſed omnes etiam bonarum literarum ſtudioſos. Adverſùs has belligerantur, qui malè volunt *Eraſmo*. Tuis auſpiciis *Lingua* noſtra fuit felix, *Frobenius* feliciſſimè vendidit, quum jam ter excuderit. Et interim à multis aliis fuit excuſa. Hoc non fuiſſet factum, niſi multis placuiſſet. Bene vale. Datum *Baſileæ* poſtridie Natalis Virginis matris. Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Andreæ Critio Epiſcopo Plocenſi S. D.

Epiſt. 64. ORnatiſſime Præſul, quum hic γραμματοφόρος, fortè fortunâ fuiſſet oblatus, relegi tuam epiſtolam & prolixam & αὐτόχειρον, non tam ut reſponderem, quum nihil daretur ocii, quàm ut eam voluptatem quam initio ex earum lectione cœperam, mihi renovarem, ſimul & in valetudinis, & laborum, & publicæ tempeſtatis ſolatium; ſunt enim eruditæ, & alacres, & candidæ. Sentias illic Muſas omnes conjunctas eſſe cum Gratiis. In carmine pariter atque in oratione ſoluta probari nec *Ciceroni* contigit. Tu ſic pangis carmen, quaſi nihil aliud agas: ſic texis orationem liberam, ut quanquam ad hiſtoricam ſublimitatem aſſurgis, nihil tamen obſtrepat poeticæ licentiæ. Quo verò magis deploras te à literis quibus tibi natus videris, ad Epiſcopi munus, reíque publicæ functiones pertractum: hoc nos impenſiùs gratulamur orbi *Chriſtiano*, cui nulli ſunt magis utiles, quàm qui reluctantes à Philoſophiæ dulciſſimis ſtudiis, ad patriæ conſulendum revocantur. Et tamen inter iſtas quoque negociorum undas, licebit aliquoties aliquid ocii tuis Muſis ſuccidere. Ad laudes quas tuus candor largiter nobis tribuit, nihil habeo quod reſpondeam, niſi me hoc plus debere tuo in me ſtudio, quò minùs agnoſco quæ prædicantur. Equidem adnixus ſum ut noſtra *Batavia* miteſceret commercio bonarum literarum: nec id ſolùm, verùm multò magis ut bonæ literæ, quas ſcis hactenus apud *Italos* ferè paganas fuiſſe, conſueſcerent de *Chriſto* loqui. Ea res quanquam mihi peperit gravem invidiam, tamen ſatis feliciter ſucceſſerat, niſi hæc tempeſtas fatalis incidiſſet, quæ nunc orbem *Chriſtianum* verſat agitátque. Ediderat *Diatribam*, quòd intelligerem me non aliâ ratione liberari poſſe, à tenaciſſima ſuſpicione quam iſti Principum animis infixerant: ſed diſputavi tantùm. *Lutherus* ſic reſpondit, ut antehac in neminem virulentiùs, & homo ſuavis poſt editum librum per literas deierat ſe in me eſſe animo candidiſſimo, ac propemodum poſtulat, ut ipſi gratias agam, quòd me tam civiliter tractárit, longè aliter ſcripturus, ſi cum hoſte fuiſſet res. Et interim cum tali gladiatore commiſſum, Theologi quidam, ſed præcipuè monachi, denſatis phalangibus me adoriuntur, animis tam devotis, ut *Luthero* favere cœperint, quòd ſic in me fuerit debacchatus. Et ut ſcias rem de compoſito geri, ſimul orſi ſunt fabulam in *Hiſpania*, in *Italia*, in *Anglia*, in *Brabantia*, in *Gallia*, in *Hungaria*, in *Polonia*. *Lutetiæ* quatuor libri ſunt in me prodiți, planè fortes, nè quid dicam gravius, vix à Rege poſſunt cohiberi. Eludunt edicta Cæſaris, eludunt edicta Regis ac Senatus. Nulla pudoris, nulla juris ratio, quod libuit ſanctum eſt: quorum intemperias niſi Principum autoritas coerceat, excitabunt orbi gravius incendium, quàm unquam excitavit *Lutherus*. Quòd me ab his *Germaniæ* fluctibus iſthuc velut in partum tranquillum amanter invitas, ut liceat per valetudinem, pérque leges arenæ gladiatoriæ, in qua nunc verſor novus *Mirmillo*, vereor nè iſthic non reperiam omnia tam tranquilla, quàm eſſe vel veſtrà cauſâ optárim. Et tamen optimo Regi ac Reginæ, quorum in me favorem & ex aliorum amicorum literis cognovi, non minùs me debere fateor, quàm ſi tota benignitate quam offerunt, eſſem uſus. Interim illud eſt moleſtiſſimum, quòd literariam quoque conſuetudinem nobis adimunt, partim terrarum ſpatia, quæ nos dirimunt, partim labores mei, qui *Milonem* etiam poſſint delaſſare. Quare te rogo vir optime nè meum erga te animum ex his inconditis ac frigidis literis velis æſtimare, cujus declarandi fortaſſis aliàs dabitur opportunitas. Interim mihi gratulor talem amicum ac patronum, tuáſque literas ceu pignus chariſſimum nunquam intermorituræ benevolentiæ, ſervo reconditas inter ea quæ mihi ſunt preciociſſima. Dominus *Jeſus* amplitudinem tuam ſervet incolumem, ſempérque in majus ac melius provehat. Datum *Baſileæ* poſtridie natalis beatæ *Mariæ*. Anno M. D. XXVI.

Eraſmus Rot. Jacobo Piſoni Præpoſito &c. Hungaro S. D.

Epiſt. 63. NÆ tu doctiſſime *Piſo* morem antiquum obtines candidus in amiculum, niſi miſericors appellari mavis. Accepi duas epiſtolas tuas, cum duobus nomiſmatibus, aureo *Gratiani* Cæſaris effigiem referente, argenteo *Herculis*. Gratum animi tui ſymbolum, ſed epiſtolis nihil accidere potuit ſuavius, jucundius, mellitius. Eas frequenter apud amiculos ac mecum relego, quoties libet tædium ex animo expuere, quod in tantis laboribus, tantóque rerum tumultu neceſſe eſt interdum obrepere, præſertim adverſâ valetudine, nè quid incuſem ſenectam. De tuo in me ſtudio nihil dubitabam, etiamſi nihil ſcribebas, non poteſt *Piſo* niſi *Piſonem* agere. Attamen gaudeo me doceri literis tuis quot quantíſque nominibus tibi debeam, cui debeo libenter. Objurgat me frequenter ſuis literis *Velius*, quòd ceſſem aliquid nuncupare Epiſcopo *Olmucenſi*, & poſt dicatum *Plinium* exigit libellum meo *Marte* confectum. Edidi nunc *Inſtitutionem Matrimonii*, verùm hoc argumentum ante annum à me ſtipulata fuerat Regina *Britanniæ*. Eſt animus in poſterum à talibus argumentis in totum abſtinere. Forſitan non conveniret

conveniret tam sancto Præsuli dicare profanum argumentum. Nactus sum aliquot libros *Chrysostomi Græcos*, ex his versos illi dicabo nonnullos, si *Velius* censuerit. *Irenæum* emisi, sed per *Joannem Fabrum* qui suppeditavit exemplar non licuit alii dicare quàm Episcopo *Tridentino*. Quare monebis *Velium*, ut me doceat quid existimet illi gratissimum, quo simul & ipsi toties me provocanti, & fratris optimi memoriæ satisfaciam, quod ego certè cupio vehementer. Quòd si tales libellos boni consulet, quales sunt *De modo orandi*, aut *De misericordiis Domini*, deligetur aliquod argumentum quàm minimè invidiosum. Sin *Græca* mavult, dabimus volumen mediocre. Doleo res apud vos esse turbatas, eóque sum brevior. Ad reliquas literarum tuarum partes ubi dabitur certus tabellio, simúlque cognovero ubi terrarum agas, respondebo. *Ursinum* amicum tui simillimum ex me salutabis diligenter. Et fortassis hæ nundinæ *Francfordienses* adferent à vobis aliquid literarum. Bene vale. *Basileæ*, quinto Idus Septembris. Anno M. D. XXVI.

D. ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLARUM LIBER XXII.

Erasmus Rot. Conrado à Dingen Episcopo Wirtzburggen. S.

Epist. 1.

RHetores quoties colorem non inveniunt quo crimen defendant, confugere solent ad statum translativum, ita factum agnoscentes, quoniam negari non potest, ut facti causam in alium rejiciant. Itidem ego qui & humilis & ignotus ad tantum Principem ultrò scribere non vereor, quoniam impudentiæ crimen aliâ ratione non possum effugere, hujus audaciæ causam in *Augustinum Marium* rejicere cogor: qui quum istuc adornaret iter, sub tuis signis ecclesiæ Dei militaturus, noluit absque meis literis discedere, mirâ facundiâ mihi depingens ingenii tui naturæque simulachrum, quod nemo pietatis amans non posset non tum amare tum suspicere. Rarum exemplum est hisce temporibus, summa dignitas cum egregia doctrina paríque morum integritate conjuncta: sed mihi præcipuè calcar ad audendum addidit mira quædam morum tuorum comitas. Quo nomine vehementer gratulor etiam ecclesiæ *Christi*, tot rerum undis, tot dissidiorum tumultibus undique fluctuanti. Magnos & eximios naucleros postulat hæc inaudita rerum humanarum tempestas. Videtur hactenus dormisse *Christus*, is ut spero piorum hominum precibus excitatus, imperabit tandem mari & ventis, & post has turbas succedet optata tranquillitas. Olim apostoli vellicârunt Dominum, ut expergisceretur: nunc idem, ut spero, facient hi qui in apostolorum vicem successerunt: modò populus ad Domini meritò in nos sævientis misericordiam confugiens, commutatâ in melius vitâ, dignum se præbeat pro quo piorum hominum clamorem exaudiat *Christus*. Hactenus quid monachorum ad plebem clamoribus, quid Theologorum articulis, quid carceribus, libellis, bullis, & incendiis profectum sit nescio. Clamatum est affatim, & clamatur hodie, sed perpaucos video qui clament ad *Christum*. Ad illum si syncero pectore clamaverimus, non aliò respicientes quàm ad illius gloriam, & gregis salutem, protinus expergiscetur, ac mari frementi dicet, Obtumesce, móxque sequetur magna tranquillitas. Non enim passus est hanc tempestatem exoriri, ut perdat suos, sed ut exploret, ut purget, ut glorioſiùs coronet. Solent prisci lætos rerum exitus ex avium occursu conjicere: mihi verò felix augurium videtur, quòd video locis aliquot episcopos exoriri, qui pietate morum, qui sacrâ doctrinâ, qui prudenti moderatione lætiora promittunt. Nam à graculorum, picarum & corvorum clamoribus nihil unquam boni ominis mihi promittere potui. Auspicatiss. aves arbitror R.P. *Alfonsum Fonsecam* archiepiscopum *Toletanum* in *Hispaniis*, *Joannem* episcopum *Roffensem* in *Anglia*, *Christophorum* episcopum *Augustanum* in *Germania*, aliósque complures, inter quos tua virtus non infimum promeretur locum. Habebit tua pietas strenuum ac fidelem συνεργὸν, in restituendis ecclesiæ collapsis rebus *Augustinum Marium*, quem tibi non commendo, quum sciam & pro suo merito, & pro tua humanitate tibi esse commendatissimum, quin potiùs opto & spero futurum, ut ego per illum tibi fiam commendatior. Qui si dignaberis hunc homunculum clientulorum tuorum numero ascribere, quod unum possum polliceor, voluntatem ad omne obsequium promptissimam. Amplitudinem tuam reverendam servet *Christus* Opt. Max. *Friburgi Brisgoæ*, festo Pentecostes. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Danieli Stibaro S.

Epist. 2.

BInas ad te literas dedi juvenis ornatiss. priores te *Lutetiæ* non offenderunt, in causa fuit grammatophori tarditas; Alteris quas in *Brabantiam* miseram idem accidisse ex *Gotenii* mei literis didici. Demirabar quo consilio *Brabantiam* adires, tam citò relictâ *Galliâ*, sed doleo nostram patriam tibi fuisse parum auspicatam. Vtcunque tamen revaluisse gaudeo. Volebas opinor tibi parare quandam *Ulyssean* prudentiam,

Qui mores hominum multorum novit & urbes,

sed hanc prudentiam, quæ malorum experientiâ comparatur, docti viri miseram appellant. Ex philosophiæ præceptis, ex cosmographia, ex historiis plus veræ sapientiæ tibi parabis uno anno, idque tutò, quàm *Ulysses* annis plus quàm viginti, vix credendis calamitatibus ac periculis agitatus, collegit: quem nisi *Mercurius* herbâ moly præmunisset adversùs *Circes* veneficia, nihil adhuc aliud esset quàm sus. Nusquam deerunt argumenta, in quibus virtutem vel explores vel exerceas, at non expedit accersere pericula. Quum incurrunt, tum oportet præstare virum & fortem & prudentem. Verùm, ut stultus est miles qui prodit in aciem inermis; ita tutum non est, cum malorum procellis congredi, nisi priùs animum sapientiæ decretis diligenter obarmaris. Audio te patriæ redditum, sed ita ut videaris aliò spectare; itaq; nolui literas

prolixiores vento committere, præſertim quùm id bis malè ceſſerit. Nunc quoniam *Auguſtinus Marius* commigrat ad vos, concionatorem tuæ præſtiturus eccleſiæ, tam amicum ac certum nactus hominem, mitto primæ epiſtolæ exemplar, miſſurus & poſterioris, ſi liceat nanciſci. Nam hæc demigratio permiſcuit univerſam ſupellectilem meam chartaceam, cujus ſcis me eſſe ditiſſimum. Ex *Rauracis* facti ſumus *Briſgoi*. Mirè abhorrebam à relinquendo nido, cui tot annis aſſueveram, ſed res longè feliciùs ceſſit quàm expectâram, præſertim quod ad valetudinem attinet. Alioqui ut multum commodorum reliqui *Baſileæ* diſcedens, ita non parum diſpendii mihi conciliavit hæc hoſpitii novitas. Sed pecuniæ jactura recuperabilis eſt, bona valetudo nullo pretio poteſt æſtimari. Uno nomine ſum felix, quòd nihil cuiquam debeo, crediti titulo; & ſi res defecerit, habeo, præter alios, ſatis opulentum amicum, inclitum *Ungariæ Bohemiæque* Regem *Ferdinandum*, cujus benignitas mihi nihil non offert. Honorificis literis evocavit me è *Baſilea*, nè qua remora profectionem meam impediret. Addidit diploma, per quod liceat per totam ditionem ipſius, & per univerſam Cæſaream, ire immunem. Hujus urbis magiſtratui me diligenter & amanter commendavit, qui ſuâ ſponte jampridem omnem detulerat humanitatem. Deſignavit ædes planè regias, conſalutationibus, xeniis, conviviis, cæteróq; officiorum genere proſequuturus, ni literis ad *Glareanum* miſſis ſignificâſſem mihi fore gratius, ſi à ſolennibus illis abſtinerent. Poſterioribus literis ſignificâram tibi de *Carolo Utenhovio*, qui cum *Andrea Zebridovio Venetiam* adiit, venans & ipſe prudentiam quandam *Ulyſſeam*, brevi, ut ſuſpicor, ducturus uxorem. Excuditur volumen epiſtolarum mearum cum dignitate, cum acceſſione grandi: hic curabo ut poſteritas quoque nôrit, inter *Eraſmum* & *Stibarum* amicitiam haud quaquam vulgarem interceſſiſſe. Bene vale. Datum *Friburgi Briſgoæ* pridie Idus Maias. Anno M. D. XXIX.

Eraſmus Roterodamus Petro Mornæo Abbati S. Sulpitii S.

Epiſt. 3. QUanquam fateor mihi gratiſſimas eſſe literas quæ redduntur à talibus amicis, tamen ex hoc officiorum genere nunquam æſtimavi benevolentiam eorum, quorum ſyncèritatem ſemel habui perſpectam & exploratam: qui, ſi ſcribunt, jucundiores mihi ſunt; ſi ſilent, minùs quidem jucundi ſunt, minùs chari non ſunt. Neque me clam eſt, quantis negotiis homo juvenis diſtringaris. Satis ſcripſit, qui conſtanter amavit, qui quoties neceſſitas poſtulat officium, bene nobis adeſt. Quod cum *Albano* noſtro tam benigniter egeris, expoſuit enim rem omnem ordine, vix credas quantum hinc meo in te amori acceſſerit. Confido futurum, ut experiaris hominem memorem & gratum. Antea cum illo mihi minimum fuit conſuetudinis, nunc mihi cœpit eſſe charior, poſteaquam video hominem tuâ benignitate ſingulari ſic ornatum. Inviſit nos *Friburgi*, reperit, ut ſolent novi hoſpites, ſatis irrequietum, nec aliud à me petiit, quàm ut tibi pro ſe gratias agerem. Libellum quem tibi dicavit nondum vidi: Quin & iſtum animum libenter exoſculor, quòd homines honeſtiſſimis ſtudiis deditos, favore ac liberalitate tuâ provehis, veluti *Hieronymum* literis ac liberalibus diſciplinis natum ut audio, quem iſthic aureâ compede feliciter vinctum tenes. Ea res arguit te virum bonum eſſe, qui quæ ſunt honeſta, ſic in aliis foves & amplecteris; pariétque tibi non ſolùm hoc noſtro ſeculo, verùm & apud poſteros claram vivacémq; memoriam. Epiſtola tua declarat cum *Græcanicis* etiam Muſis tibi eſſe commercium, quod ego majorem in modum probo. Plurimum enim & lucis & dignitatis adjungent eruditioni tuæ, & ea eſt ingenii tui felicitas, ut quamlibet variis ſtudiis ſufficere poſſit, ſi modò intenderis. Veriſſimum eſt quod ſcribis, *Jovem* apud *Germanos* nubilum ac triſtem eſſe, ſed vix alibi video ſerenitatem, ac metus eſt nè graviorem aliquam tempeſtatem nobis gignant hæc nubila. Conſulis *Meltingeri* vicem ex animo doleo, vir eſt de ſua republica frequenter optimè meritus, ſed tamen feliciter elapſum gaudeo. Meus animus nequaquam abhorret à *Gallia*, ſed iſthic nuſquam non plurimum licet picis & gracculis, ac *Beddaicis* quibuſdam, quorum improbitas longè gravius læſit eccleſiam *Chriſti*, quàm ulli *Lutherani*, utcunq; ſibi videntur eam humeris ſuſtinere. Exitus arguet me vera loqui. *Heroſtratos*, *Panes* ac *Midas* facilè contemnerem, niſi jam occupâſſent omnia, & venenum haberent præſentaneum. *Venenum aſpidis ſub labiis eorum, dentes eorum arma & ſagittæ, lingua eorum gladius acutus.* His rebus atque etiam numero ſunt & monarchis ipſis formidabiles. Malè audiunt & monarchæ, fateor; ſed facilè concedunt aliis ut liceat pro arbitrio loqui, modò ipſis liceat pro libidine facere. *Feriunt ſummos fulmina montes.* Ad hoc dictum, ut ingenuè fatear, riſum non tenui. *Ex muſca elephantem*, dicebant priſci: tu ex lumbrico montem facis, ex cicada *Apollinem*. Optimo parenti tuo, & gratiam habeo ſummam, & omnia cum fœnore precor, quæ mihi precatur. *Gemmæus* mihi multis nominibus charus eſt, vel quòd tibi placet, vel quòd toto pectore ſe diſciplinis honeſtiſſimis conſecravit, vel quòd in amando *Eraſmo* te patronum & *Glareanum* præceptorem refert. Dominus te ſervet incolumem, omniáq; ſtudia bene fortunet. Datum *Friburgi Briſgoæ*, Anno M. D. XXIX.

Eraſmus Rot. Petro Tomicio Epiſcopo Cracovienſi S.

ACcepi celſitudinis tuæ literas, vigeſimo die Aprilis ſcriptas, ex quibus intelligo, nec poſtremas literas meas, nec *Senecam* eſſe redditum. Nunc tamen id factum opinor, nam duobus commiſi, alteri in nundinis *Francfordienſibus*, alteri per *Viennam* iſthuc profecturo. Dici vix poſſit quantopere me tibi devinxeris iſtâ ſingulari benignitate, quâ noſtro *Antonio* in ſua miſerabili calamitate conſtanter adfuiſti: reponat tibi mercedem, qui multo cum fœnere penſat omnia beneſacta piorum omnium. Quo magis confido tuum iſtum in me favorem fore perpetuum. Ego grati hominis laudem non poſtulo, abundè eſt, ſi tuo judicio videor ingratitudinis notam effugiſſe. Agnatus tuus ſub hyemem proximam adiit *Lutetiam*, me nec ſuadente nec diſſuadente. Quanquam ille jam per aurigam ſarcinulas emiſerat, priuſquam me conſuleret. Tametſi jam diu divinabam illum aut hoc, aut ſimile quippiam moliri. Ea

Epiſt. 4.

res

res ad morum civilitatem non nihil contulerit. Nam & Regem salutavit, & cum eruditis compluribus congressus est. Cum hirundine revolavit ad nos, pristinâ mecum usurus consuetudine; verùm quum hìc magni rerum motus viderentur imminere, & fortè nactus esset commodum itineris comitem, qui cùm apud me mensam habuerat communem, *Venetiam* proficisci maluit, nec dubito quin eò pervenerit incolumis. Opto ut quod ille maluit, sit illi felicius. Quod per me præstari poterat, nunquam erat ei defuturum. Nos mense Aprili toti commigravimus *Friburgum Brisgoæ* oppidum ditionis *Ferdinandicæ*, eò tum rerum status compulit, tum inclyti Regis *Ferdinandi* voluntas invitavit. Feliciùs cecidit mutâsse nidum, quàm expectâram, & hoc cœlum experior meo corpusculo multò amicius. Et arbitror me hìc aliquanto tutiùs agere, nisi si qua bellorum procella subitò exorta permisceat omnia, quod ego miserè metuo: jam rumor est *Tigurinos* esse in armis, & ea pars *Helvetiorum* quæ pristinam religionem mutare non vult, dicitur inisse fœdus cum Rege *Ferdinando*. Quid ais eximie vir? Egóne possim meum in te mutare animum? Tum verò sim homo feris omnibus efferatior. Mutabo, sed in melius, si queam. Opto tuam celsitudinem quàm diutissimè incolumem, tum isti regno, tum ecclesiæ *Christianæ*. Datum *Friburgi Brisgoæ*, sexto Idus Jun. Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Erasmus Roterodamus Andreæ Critio Episcopo Plocensi S.

Epist. 5. ORnatissime Præsul, Autumno proximo duas epistolas ad te dedi, sed eodem ferme argumento. Rursus his vernis nundinis scripsi quod nunc opinor perlatum. *Zebridovii* res, ut spero, rectè habent, id cognosces ex meis ad episcopum *Cracoviensem* literis. Quid ego audio? Rursus isthic diem obiit *Erasmus?* O novam istorum crudelitatem, qui unum homunculum toties jugulant, quum *Christum* non nisi semel *Judæi* neci dederint! Atqui posteaquam *Friburgum* commigravi, cœpi quodammodo repubescere, tantam experior cœli clementiam, idque præter spem. Istas viperas abs te contemni nihil miror. Nam tua virtus, tuáque dignitas te extra invidiæ tela collocavit, me humi repens animalculum & pulices & cimices audent arrodere. Inclytus Rex *Sigismundus* & eximiis suis virtutibus, & tam obviâ benignitate me totum sic habet sibi devinctum, ut nihil mihi gratius sit futurum, quàm si detur occasio illi in re quapiam gratificandi. *Hungaricæ* res me nihil sollicitum habent, magis autem discruciarer, si quam orbis partem viderem à calamitatibus immunem. In conventu *Spirensi* propositum est de pecuniis in *Ferdinandi* Regis subsidium colligendis. Sed dictu mirum, quàm surdas habet aures *Germania*, quoties de dando fit mentio. Verùm interim fit ut dum alienas quisque calamitates spectat ociosus ac securus, incendium ad omnes pervagetur. Sed bona spes, æterni numinis favorem *Ferdinandi* Regis pietati non defuturum. De munere nolim te sollicitum esse. Mihi sat est scire quomodo se res habeat. Tua benignitas me ditiorem facere potest, devinctiorem, ac tui amantiorem non potest. Habes epistolam bis ingratam, hoc est, & brevem & inconditam. In causa fuit tabellio prorsus incertus. Itaq; vix spes est eam ad te venturam. Bene vale. *Friburgi Brisgoæ*, An. M.D.XXIX. VI. Id. Jun.

Erasmus Rot. Joan. Antonino Medico S. D.

PRo meo singulari in te amore, *Antonine* charissime, morbum tuum tuli non solùm acerbè, verumetiam impotenter. Scribebant enim amici malum ejus generis esse, ut mors esset præoptanda. Quódque minus erat spei, redituram sanitatem, hoc dolor meus erat inconsolabilior. Quod unum potui, summum illum medicum, cui in proclivi est & sepultos in vitam revocare, votis ardentissimis appellavi, ut in te suam illustraret misericordiam. Complures hic eodem malo miserabiliter diúque discruciati sunt, nonnulli & perierunt. Ex *Frobenii* familia, præter omnem spem aliquot revaluerunt, quum medicorum statio nihil adferret opis. Simili malo correptus est in *Italia Ricardus Pacæus*, vir perpetuâ valetudinis prosperitate, atque etiam immortalitate dignus. Desperantibus medicis repetiit suam *Britanniam*, ac serò quidem, sed totus revaluit, hoc meo majore gaudio quo magis præter spem. Nec ipse fui prorsus immunis ab hoc malo, subinde circa umbilicum sensi non cruciatum sed molestiam, quæ tamen alvo soluta mitigabatur, atque interim pestilentia nostras ædes undique circumsiliit, planéque, quod ait *Maro*, *Proximus ardebat Ucalegon*, meáque res agebatur, quum omni ex parte paries arderet proximus; attamen protectore Deo, nullus meorum attactus est. Quòd te conclamatum deseruere medici, tibi feliciter cessit. Siquidem ea res effecit, ut, humanis destitutus præsidiis, totum te converteres ad eum, qui solus percutit & sanat, occidit & vivificat. Piè tu quidem calamitatem imputas peccatis tuis. Nullus enim mortalium purus est ab omni crimine. Cæterùm istiusmodi mala, non semper Dominus infligit in vindictam scelerum, verùm aliquoties talibus modis explorat fidem & charitatem suorum, & in hoc objicit exercendæ pietatis materiam, ut vel amicos suos coronet glorioſiùs, vel aliis edat exemplum, in nullis omnino malis cuiquam esse desperandum, qui plenâ fiduciâ postulârit auxilium à Domino. Clamavit *Jonas* de ventre ceti, & redditus est luci. Tunc proximò est salus à Deo, quum ab humanis suppetiis spei minimum est. Ille servatus, cantico celebravit Dei misericordiam; tu quoque piè cogitas, dum non vis tacere magnificam in te tui Σωτῆς & misericordiam. Ille justificatus est in sermonibus suis, præstitit quod pollicitus est. Nam ipse loquutus est per *Johelem* Prophetam, *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit:* loquutus est per os Psalmographi, *Clamabit ad me, & exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.* Proinde in te mi *Antonine* charissime, adoramus Domini clementiam eximiam, eíque gratias agimus, quòd nobis amicum vitâ chariorem restituerit, atq; adeo quòd in te nos æquè periclitantes servârit. Reverendi præsulis *Cracovien.* constantem in te benignitatem sic amamus, ut si me donâsset opimo sacerdotio, leviùs obstrinxisset, quàm istâ in te pietate. O virum omnibus & publicè & privatim juvandis natum! Dominus omnis pietatis remunerator, & illi rependat

Epist. 6.

digna meritis præmia, & optimæ conjugi tuæ, quam nec morte crudelior morbus potuit à marito divellere, reddat pro toleratis moleſtiis, copioſum fœnus gaudiorum. Poſthac fac ſis animo læto vir amiciſſime, tempeſtas abiit auxilio numinis, ejuſdem benignitate ſuccedet jucunda tranquillitas. Tantùm abſtine à vehementioribus curis, ſtudióque vel intempeſtivo, vel immodico, donec valetudo priſtinum robur collegerit. Legimus quoſdam dolore occupatos, ſubito objecto gaudio, protinus efflâſſe animam. Ab hoc periculo non ita multum aberam, niſi *Joannes Henkellus* pridem literis ſuis nonnullam ſalutis tuæ ſpem oſtendiſſet, mox *Juſtus* noſter ſcripſiſſet, te prorſus morbo levatum, ſed nondum ad plenum recreatis viribus. Dominus qui te vitæ reddidit, confirmet ſuâ virtute in omni corporis & animi proſperitate. De nobis omnem ſollicitudinem deponas velim *Antonine* chariſſime. Fervebat quidem *Baſileæ* media bruma ingens incendium, vidimus armatas cohortes volitare per vias. Cæterùm nemo mortalium attactus eſt, nec cujuſquam violata domus. Tantum in ſtatuas divorum & imagines ſævitum eſt, uſque ad internicionem. *Seremienſis* epiſcopi literis reſcribam, ſi quid dabitur ocii, quanquam is cui hæc committimus, non aditurus eſt *Cracoviam*. Te Dominus *Jeſus* cum dulciſſima conjuge ſervet incolumem, amice cordi meo chariſſime. Datum *Friburgi Briſgoæ*, quinto Idus Junias. Anno M. D. XXIX.

A

B

C

D

Eraſmus Rot. Leonardo Rephano S.

Epiſt. 7. LUdovicus *Berus* præceptor ac patronus meus plurimùm obſervandus, multa apud me teſtificatus de propenſa animi in me tui benevolentia, ſalutem mihi tuis verbis annunciavit, juſſítque ut tibi tribus verbis viciſſim ſalutem aſcriberem. Id equidem feci perquàm lubens, non ſolùm quòd ille juſſit, cui nihil negare nec poſſum nec debeo; verumetiam tuus iſte candor promeretur ut te mutuò diligam, qui prior ad amicitiam provocaris. Huc ſi veneris, faciam tibi mei copiam, vel ad ſatietatem uſque, tantum abeſt, ut te gravatè ſim admiſſurus. Bene vale. Datum apud *Friburgum Briſgoæ* octavo Id. Jun. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono.

E

Eraſmus Rot. Chriſtophoro à Schydlovietz S.

Epiſt. 8. UT eventus non reſpondeat tuis conatibus, vir egregie, tamen iſti piæ voluntati non deerit apud *Chriſtum* ſua merces. Ego quid meis literis poſſim non video, qui tot jam annis cano ſurdis. Non eſt meum de monarcharum animis aut jure pronunciare; hunc orbis *Chriſtiani* ſtatum quis non deploret *Chriſtianus*? Quàm fœdum exemplum eſt duos potentiſſimos orbis monarchas ſic implacabilibus odiis inter ſe diſſidere, ídque tot jam annis, nec hic quicquam valere civitatum conſenſum, ſeniorum prudentiam, Abbatum, Epiſcoporum, Cardinalium, & ſummi Pontificis autoritatem, præſertim cum habeamus *Clementem*, qui ipſo nomine pollicetur pacis ſtudium: alioqui malis Pontificibus nihil minus expedit quàm ſummos Principes jungi concordiâ, quorum diſſidio non ſolùm Pontifices ſunt, verumetiam Reges Regum? Id quum multis jam ſeculis res ipſa docuerit, miror à Principibus non intellectum. Si intellectum eſt, miror illos non meminiſſe. At vereor nè ſint quorum oculos occupet ambitio, judicium depravet odium, nec philoſophiæ locum det animus voluptatum quàm reipub. ſtudioſior. Verùm Regibus ſi ſapiunt, non vacat ludere: quódque in privatis hominibus luxus & nequitia eſt, in Principe impietas eſt. Nulla res Principi deberet plus adferre voluptatis, quàm reip. tranquillitas, quàm civium emendati mores, quàm bonarum legum autoritas. Hæc meditari, hæc procurare, hæc tueri, Principum eſt alea luſus venatus & amores. Et ſi vacaret, ſublimior eſt Princeps quàm qui plebeiis iſtis ac ſordidis voluptatibus caperetur. An non numinis vice eſt inter homines, ad cujus nutum tot hominum millia ſtringunt ferrum, & in mortem ruunt? A cujus providentia pendent tot urbes, tot regna? Et huic vacat pernoctem ludere aleam, ridere *Moriones*, indulgere furtivis puellarum amoribus, & choreas ducere? Rex *Ferdinandus* ſciens nullam eſſe fidam regni ſocietatem, fortaſſis abhorret à fœdere, quod ut arbitror non recuſaret, ſi *Joannes* ſuâ priſtinâ dignitate contentus eſſet. In conventu *Spirenſi* actum eſt de ſubſidio pecuniæ, quæ bellorum eſt nervus. Verùm dictu mirum quàm ea poſtulatio non pronis *Germanorum* auribus excepta ſit, quaſi nihil ad nos attineat ſi *Turca* occupatâ *Ungariâ* & *Poloniâ* viam ſibi ſtruat progrediendi quò velit. Sed *Germani* magis aſſueverunt accipere quàm dare, & mundus toties deluſus hujuſmodi titulis, nè tum quidem credit, quum maximè eſt opus: certè *Ferdinandi* pietas omnium favorem promeretur. Ideo repertum eſt Imperatoris nomen, ut autoritate ſuâ cæterorum Principum motus cohibeat. Nunc ditionis amplitudo ad nihil aliud proficit, niſi ut belli calamitas latiùs ſe proferat. Si parum conveniret inter duces *Lotharingum* & *Sabaudum*, exiguo ſpatio circumſcriberetur malum. Nunc dum diſſident Cæſar & *Galliarum* Rex, quæ pars orbis quieta eſt? *Flandria* cum adjunctis regionibus florentiſſimis primùm orba eſt ſuo Principe quem genuit, & hactenus tot annis vexata à *Gelriis*, nec cum *Anglis* nec cum *Gallis* vicinis habet tuta commercia, magno quidem noſtro, ſed non minore *Gallorum* ac *Britannorum* malo. Jam exactiones ſupra modum graves, ſunt omnium communes: nobis autem hoc moleſtiores ſunt, quòd pecunia defertur in *Germaniam* & *Hiſpaniam*. Alioqui bos, ut aiunt agricolæ, depaſtus gramina, dum viciſſim ſtercorat agrum, ſarcit damnum quod attulit. Jam quid *Italiâ* florentiſſimâ dudum mundi portione afflictius? quæ tamen ipſa nulli tutò eſt pervia. Quid loquar de *Roma*, nationum omnium parente? *Turcus* occupavit præter alia *Rhodum*. Vexavit *Hungariam* occiſo Rege: rurſus illi imminet, & tot annis litigatur cum *Gallo*. Interim mundus impletur militum gregibus, qui nec amicis parcunt, nec hoſtibus. Horum magna pars fertur eſſe vel *Lutherana* vel *Judaica*. Ego magis arbitror his indignam cognominibus, quæ nihil omnino credit. Hujuſmodi portentis deditur orbis, deferuntur bona civium, nè quid commemorem de ſtudiorum exitio, déque religionis interitu. O gravem in nos iram juſti numinis! & tamen interim nullum omnino mortalem video de commutanda in meliùs vita cogitantem. Avertat autem clemens Dominus, quod tua prudentia, utinam falſò, vaticinatur, futurum

F

G

futurum ut *Turcus* & sectarum tumultus, & monachorum tyrannidem, & eorum audaciam, qui *Romani* Pontificis nomine faciunt quicquid collibuit, consopiat. Nolim tam immitem medicum, præstat nos incidere in manus Dei, quàm in manus hominum. Sed quicquid ferat hæc fatalis tempestas, non potest subverti quisquis in solida petra pedem fixerit. *Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ipsius.* Nos enim nescimus quid nobis expediat. Lubens recino tuum votum. Utinam spiritus Domini repleat orbem terrarum, ac Principes *Christiani* nominis in unitatem fidei congreget. Quòd mones ut te redamem, vir clarissime, sim mortalium ingratissimus ni id faciam; imò, si velim, non possum tuæ benignitatis non meminisse, quòd tuum horologium mihi semper est in oculis, dimetiens mea studia. Hæc ad epistolam quam tua sublimitas scripsit ex civitate *Vuarschoven.* VIII. Idus Febr. An. M. D. XXIX. Bene vale. Datum apud *Friburgum Brisgoæ.* V. Id. Jun. Anno M. D. XXIX.

Stephano Broderico Episcopo Pannonio electo, & quondam regni Hungariæ Cancellario, Erasmus Roterod. S.

Epist. 9. AD tam eruditas, tam amicas honorandi Præsulis literas, dubitavi utrùm satius esset nihil omnino respondere, an paucis rescribere, quum & grammatophorus esset incertus, & essem occupatissimus. Attamen inhumanum est visum, non saltem referre salutem. Ut magnificas laudes quas mihi tribuis non agnosco, ita candorem tui pectoris non amplector. Te virum esse singulari pietate doctrináque prædi tum vel hinc conjicio, quòd te R. Præsul *Cracoviensis* inter melioris notæ amicos complecti tur. Quare te non solùm in amicorum catalogum quod tuæ modestiæ satis esse video, sed in patronorum album cupidissimè transcribam. Hujus famæ jampridem me pœniter, quid de me sit judicatura posteritas, viderint superi. Theologorum vulgus Scripturam universam ad scholastica quædam dogmata velut ad gnomones examinat, minimum tribuit priscis Ecclesiæ Doctoribus. Nunc discimus *Christum* in negotio à Patre delegato, debuisse matri obedientiam. Eíque nunc in cœlis cum Patre regnanti, matrem pro sua autoritate posse imperare, juxta illud, *Monstra te esse matrem.* Discimus regnum cœlorum deberi nostris operibus etiam de condigno. Discimus continentiam esse rem facillimam, modò velit homo. Discimus ingens esse periculum Ecclesiæ, si in concionibus sacris pro virgine matre imploretur *Christus* aut Spiritus sanctus. Discimus *Christi* mortem deplorandam, ut deploramus mortem cujusvis hominis. Aliáque permulta. Utinam Dominus mittat nobis alterum *Esdram*, qui Templum & *Hierosolymam* restituat. Hoc tantum in præsentia licuit. Bene vale. Datum *Friburgi Brisgoæ*, An. M. D. XXIX. V. Idus Junias.

Erasmus Roterodamus Iodoco Justo Sigismundi Regis à Secretis S. D.

Epist. 10. HIc nuncius adeò parum erat certus, ut consultius fuerit nihil omninò per illum scribere. *Augustinus* absolutus est sat feliciter, exiturus mercatu proximo. Video tibi pietatem serio cordi esse, quo nomine mihi charissimus es, tuóque respondes nomini. Quæ *Lutherus* destomachatur in nostros, veriora sunt quàm vellem. De libero arbitrio, de bonis operibus, ac meritis, déque similibus, Themata sunt quæ cum fructu pietatis disputari possent inter eruditos, si abfit pervicacia veritatis inimica, & odium excæcans omne judicium. Et quæ *Lutherus* urget, si moderatè tractentur, meâ sententiâ, propiùs accedunt ad vigorem evangelicum. Quòd in imagines odiosè sævitum est, minimum faciebat ad pietatem, ad seditionem plurimum. Nec video cur missa debuerit in totum abrogari, etiamsi verum doceret *Oecolampadius.* Nam nec corpus nec anima *Christi* adoratur latriâ, quæ vocatur, divinitas autem illius, quæ adoratur, nusquam non adest. Verùm hìc, inquiunt, labitur vulgus. Nihil est facilius quàm docere populum, nullum omnino creatum adorandum esse latriâ. Alioqui nemo certus est hostiam esse ritè consecratam, nisi solus sacrificus. Sed tacita perpetuáque adorantis conditio liberat illum à periculo idolatriæ. Nisi me moveret tantus Ecclesiæ consensus, possim in *Oecolampadii* sententiam pedibus discedere, nunc in eo persisto, quod mihi tradidit Scripturarum interpres Ecclesia. Alioqui nullum reperio locum in Scripturis divinis, unde certò constet, Apostolos consecrâsse panem & vinum, in carnem & sanguinem Domini. Quod idem tu facis vehementer approbo: & saluti tuæ consulis. Tantum licuit in præsentia. Aliàs copiosiùs. Bene vale amicorum optime. *Friburgi Brisgoæ*, sexto Idus Junias. Anno M. D. XXIX.

Erasmus Rot. Francisco Medico S.

Epist. 11. QUod sacerdos est animis nostris, hoc medicus est corpusculis. Celare suum malum non debet, qui remedium expectat. Nec dubito quin tua prudentia soleat eam silentii fidem præstare, quam *Hippocrates* magnà religione exigit ab ejus artis professoribus. Jam annis aliquot me crudeliter tractavit calculus renum, nec erat parturiendi, pariendi, concipiendi finis, ut mirer hoc corpusculum tot cruciatibus suffecisse. Cruciatus frequenter extorquebat vomitum: postea stomachus sedecim totos dies, nullum omninò cibum recipiebat, præter sorbitiunculas. Et indies ingravescebat malum, tandem adeò exacerbatum, [illegible] desponderem animum, tam aeerbi fuerunt nixus. Deinde mutato vino, quod tenue quidem, sed levius, quàm hæc sunt vernacula, ad hæc dilutum aqua ex glycyrrhiza cocta, bibere cœperam, ídque modicè, menses aliquot eo cruciatu carui. Tandem in summa glande sentiebam quiddam quale solemus pueri, perflati vento, vulgò frigidam urinam appellant. Id suspicabar accidisse, quod diutius post solis occasum confabulatus essem sub dio. Ungebam oleo camamillarum ventrem subter umbilicũ. Nam id solet esse remedio. Nec præterea mali quicquam sentiebam. Tandem hilariter cœnatus cum amicis, extra ordinem bibi dimidiatum cyathum vini *Burgundiaci*, dilutum aquâ quâ dixi. Id erat pendulum, quod postea compertum est. A primo somno, reddidi lotium miro impetu, viisq; vehementer dilatatis, non sine cruciatu: cujus tamen sensus non erat in ilibus, ubi solet esse gravissimus, sed in vesica & virgæ musculis.

Sensi magnam vim calculorum ruderum ac materiæ cum lotio erumpere, non sine ruptura meatuum. Id factum est eâ nocte plus decies, nullo tamen stomachi dolore. Eam urinam non servavi, quod doleo, matutinam servavi, lacti similem admixtis calculorum fragmentis. Materia erat gypsacea. Interea sensus erat molestissimus in vesica. Accivi medicum, unum post alterum, ac tertium, quales hic quidem habemus. Ambigebant. Metuebam nè ea materia concresceret in vesica. Nam dolor aliquot dies durabat. Tandem cœpit mitescere, non ut discederet, sed ut esset tolerabilis. Itaque dimissis medicis, ad victus moderationem confugi, bibens vina *Burgundiaca*, sed parcè & vetera, quorum senium tempero multo saccaro & glycyrrhizâ decoctâ. Interea stomachus meliùs habet, atque item cerebrum, quod crebri vomitus vehementer fatigabant. Lotium autem huc usque manet veluti gypso turbidum, non sine calculis, sed qui non discruciant ut solent. Hanc perpetuam molestiam malo, quàm illos cruciatus intermissos, sed intolerabiles; nisi enim se mutâsset morbi genus, jampridem sepultus esset *Erasmus*. Aliàs est levior, aliàs gravior molestia: tempore nebuloso pejus habeo, nec licet à moderatione victus recedere, quin ilicò dem pœnas: assuevi crebro reddere lotium, metuens nè concrescat in vesica. Somnus primus est justus ac placidus, secundus interruptus, & frequenter insomniis irrequietus, quanquam non molestus. Non est gonorrhea, nec fluxus cerebri, nec medulla spinæ: hæc enim debilitarent, quum nunc sim vegetior. Originem morbi divino: jam annis plusquam viginti consuevi stans scribere: nec unquam ferè sedere, nisi vel prandens, vel cœnans, vel à prandio dormitans, quod interdum soleo, præsertim lassus negotiis. At interdum urgebant præla, maximè epistolæ, quas cogor innumeras scribere, ut statim à prandio fuerit accurrendum ad scribendum. Nam à cœna cogor ab intensione cessare: aut fabulor sine contentione, aut inambulans audio famulum aliquid prælegentem, quod mihi sit usui futurum. Quodam autem tempore quum essem occupatissimus, venit nuncius à quodam amico qui de vita periclitabatur. Ad huic opitulandum scripsi plurima, non habitâ ratione valetudinis, quod & antè sæpenumerò feceram. Rursus idem paucis pòst diebus misit alium nuncium. Huic quoque dum cupio gratificari, malum hoc obortum est quod exposui. Quoniam qui stans scribit, fieri non potest, quin stomacho sit aliquantulum inflexo, suspicor stomachum cibum semicoctum cœpisse dejicere, spiritibus aliò vocatis, itaque fieri, ut calculus non concrescat in magnitudinem. Fortassis natura rupit & vias aliquas, quo facilior sit transitus, sic habet morbus, quorsum evasurus novit Dominus. Vereor nè si accedat agitatio, aut aliud simile, vertatur in excoriationem vesicæ, quo malo nihil esse potest cruciabilius. Hoc cruciatu periisse narrant *Thomam Linacrum*. Habes rem omnem. Si quid habet tua ars quo malum hoc mitigari queat, nam tolli posse non arbitror, humanitate tuâ dignum facies, si communicâris. Nam quod ultrò miseris remedium, agnosco veterem tuam in me pietatem, quam hoc magis exosculor, quod nè levi quidem officio unquam te demeruerim, & utinam esset aliquid in quo declarare possim, & animum agnoscentem tua beneficia, & voluntatem reponendæ gratiæ cupidam. Vale.

Erasmus Roterodamus Francisco Cardinalis Eboracensis Medico S.

FRequenter & admirari & dolere soleo, qui fiat ut *Britannia* tot jam annis assiduâ pestilentiâ vexetur, præsertim sudore letali, quod malum penè videtur habere peculiare. Legimus civitatem à diutina pestilentia liberatam, consilio philosophi mutatis ædificiis. Aut me fallit animus, aut simili ratione liberari possit *Anglia*. Primum quam cœli partem spectent fenestræ ostiáve nihil habent pensi: deinde sic ferè constructa sunt conclavia, ut nequaquam sint perflabilia, quod inprimis admonet *Galenus*. Tum magnam parietis partem habent vitreis tessellis pellucidam, qui sic admittunt lumen, ut ventos excludant, & tamen per rimulas admittunt auram illam colatam, aliquanto pestilentiorem, ibi diu quiescentem. Tum sola ferè strata sunt argilla, tum scirpis palustribus, qui subinde sic renovantur, ut fundamentum maneat aliquoties annos viginti, sub se fovens sputa, vomitus, mictum canum & hominum, projectam cervisiam, & piscium reliquias, aliásque sordes non nominandas. Hinc mutato cœlo vapor quidam exhalatur, meâ sententiâ minimè salubris humano corpori. Adde quod *Anglia* non solùm undique circumfusa est mari, verumetiam multis in locis palustris est, salsisque fluminibus intersecta, nè quid dicam interim de salamentis, quibus vulgus mirum in modum delectatur. Confiderem insulam fore multo salubriorem si scirporum usus tolleretur, tum si sic extruerentur cubicula, ut duobus aut tribus lateribus paterent cœlo, fenestris omnibus vitreis ita confectis, ut toto possint aperiri, totæ claudi, & sic claudi, ut non pateat per hiantes rimas aditus ventis noxiis. Siquidem ut aliquando salutiferum est admittere cœlum, ita nonnunquam salutiferum est excludere. Ridet vulgus si quis offendatur cœlo nubiloso. Ego & ante annos triginta, si fuissem ingressus cubiculum in quo mensibus aliquot nemo versatus esset, ilicò incipiebam febricitari. Conferret huc, si vulgo parcior victus persuaderi posset, ac salsamentorum moderatior usus. Tum si publica cura demandaretur ædilibus, ut viæ mundiores essent à cœno mictúque. Curarentur & ea quæ civitati vicina sint. Scio ridebis ocium meum, qui his de rebus sollicitus sim. Faveo regioni, quæ mihi tam diu præbuit hospitium: & in qua libens finirem quod superest ævi, si liceat. Non dubito, quin tu hæc pro tua prudentia rectiùs nòris, libuit tamen admonere, ut si meum judicium cum tuo consentit, hæc viris Principibus persuadeas. Hæc enim olim regum cura consuevit esse. Scripsissem perlibenter Reverend. D. Card. sed nec ocium erat, nec argumentum, nec ignoro quibus ille negotiis distringatur. Bene vale vir humanissime, cui debeo plurimum. *Epist. 12*

Raphael Card. S. Georgii Erasmo Rot.

CLarissime vir, amice singularis salutem. Duo præcipuè tuis in literis exosculati sumus: priscam quandam planéque *Romani* candoris facundiam, sed eam nobis jampridem cognitam perspectámque, *Epist. 13*

spectámque, abundè quidem ex tuis eruditissimis colloquiis, sed multò uberiùs ex præclaris ingenii tui monumentis, quæ abs te & *Græca Latináque* literatura, & prosâ pariter atque carmine perpolita in lucem prodierunt: quæ ut nomen tuum seculorum æternæ memoriæ consecrabunt, ita *Britanniæ* multis rebus per se claræ, non parum splendoris adjunget alumnus *Erasmus*. Alterum non minus gratum fuit, quàm est novum. Significas enim te consultare de repetenda Urbe, quod quo vehementius optamus, hoc minus audemus nobis polliceri, nè nos ipsos conjiciamus in falsum gaudium. Utinam quod deliberas, semel statuisses. Vereor enim ut sunt volubiles hominum cogitationes, variæque rerum ac temporum occasiones, nè qua res aliò deflectat animum tuum, nec ad diem abs te præscriptum nos invisas. Tum quemadmodum inviti te dimisimus, nec alio nomine potuisti commeatum à nostris affectibus impetrare, nisi quòd dicebas te sereniſſimi Regis, Archiepiscopi *Cantuariensis, Guilhelmi Montjoii* crebris literis invitatum in *Britanniam*, ita non audemus te à tam eximiis Mœcenatibus improbis hortatibus avellere. Arbitror animum meum tibi non ignotum esse. Hoc tantùm admonemus prudentiam tuam, præsentem hujus urbis occasionem non esse negligendam, sive quæris emolumentum, sive dignitatem spectas, quorum neutrum censeo tibi contemnendum: Siquidem & imminenti senecluti maturè procurandum est viaticum, & dignitas te ab invidiæ, quæ semper egregiæ laudis comes esse solet, morsibus vindicabit. Quicuuque literis pollent, ad urbem hanc, velut ad theatrum convolant undique, ubi non solùm summis viris, id est, tui similibus, amplissima virtutis præmia parata sunt, verumetiam vulgaris notæ hominibus, non deest suus honos, quo provocentur ad altiorem gradum. Quid quod *Roma* te suo jure veluti suum reposcit, & quanquam hoc habet cum multis urbibus commune, quemadmodum *Homerum* septem urbes sibi certatim vendicabant, tamen hæc urbs in hoc certamine, nullius studio cessura videtur. Aliis alia patria est, *Roma* communis literatorum omnium & patria est, & altrix, & evectrix. Contristâsti nos discessu tuo, utinam reditu lætifices. Quòd divum *Hieronymum* emaculatum in lucem revocâsti, ad me nonnihil videtur attinere, qui sacerdotium cum illo commune in *Romana* Ecclesia obtineo. Næ tu præclarum illi monumentum erexisti, tui quoque nominis æternam memoriam servaturum. Proinde curabitur, ut quamprimùm illum nobis denuò comparemus, quo videlicet in eo uersantes, & sermonis elegantiâ delectemur, & salubertimis præceptis ad pietatem instruamur, quod utinam aliquando liceat tecum, qui mihi quum hìc ageres, ad dicendi facultatem tantum aperuisti lucis, quantum antehàc ab alio nemine fuit ostensum. Bene vale, die XVIII. Julii, Anno Domini M. D. XV.

Erasmus Rot. Hieronymo Viromando S.

Epist. 14. EPistola tua, *Viromande* charissime, mihi longè fuit gratissima, quippe quæ nihil haberet non lætum ac festivum. Hoc ipso statim nomine mihi jucundus esse cœpisti, quòd te *Hieronymi Busleidii* profiteris alumnum. Deinde non vulgariter me delectavit ipsa literarum elegantia, sanitas & argutia, sed multò magis amicus animus, quem in illis spirantem sensi. Sed multò jucundissimum fuit, quod ex his intelligo clarissimum juvenem, in quo *Maximiliani Cæsaris* erga studia favor ac liberalitas quodammodo superstes est, ad *Brixinensem* diœcesim esse designatum, præsertim quum eo sit in nos animo, quo tu mihi persuades esse. Qualis patronus utinam hic alicubi vicinus esset. Nam hinc jampridem cogito, quanquam hæc valetudo manere non suadet modò, verumetiam cogit propemodum. Hactenus hic fui utrique civium statui gratissimus, nunc sentio me quibusdam ad novas res nimiùm spectantibus obolere. Sed terret me primùm itineris longitudo, deinde locus nimiùm alpestris, quæ porro vina gignat nescio. Nam mihi cum acribus istis villis ob calculum pessimè convenit, *Burgundiacis* utor, iisque subrubris. Scripsi reverendo Præsuli, sed aliquantò seriùs. Tot enim labores, tot tragœdiæ intercederunt, ut ipse mihi penè excciderim. Cupio te quàm optimè valere. Datum *Basileæ*, postridie Purificationis, Anno M. D. XXVIII.

Erasmus Rot. Joanni Valdesio S.

ORnatissime juvenis, tantum officiorum in me contulit & confert germanus tuus *Alfonsus Valdesius*, ut amare debeam quicquid quocunque modo ad illum pertinet. Tu verò, ut audio, sic illum refers & corporis specie, & ingenii dexteritate, ut non duo gemelli, sed idem prorsus homo videri possitis. Itaque æquissimum arbitror; ut ambos pari prosequar amore. Audio te deditum liberalibus disciplinis, ut istam indolem virtuti natam omni genere ornamentorum expolias, ad quod sanè quid attinet hortari te, quum tuâ sponte curras in hoc pulchertimo stadio? Gratulari magis convenit & applaudere. Illud habeto pro certo, me nullius magis esse quàm germani tui, nec minùs esse tuum quàm illius. Bene vale. *Basileæ*, Calend. Martii, Anno M. D. XXVIII. *Epist.* 15.

Serenissimo Poloniæ Regi Sigismundo, ejus nominis primo, Erasmus Rot. S. D.

UT calamum in manus sumpsi, *Sigismunde* Rex, hujus ætatis Principum insigne decus, multa protinus occurrebant, quæ deterrerent à scribendo. Inprimis enim parum mei pudoris videbatur, si tantillus homuncio, tantum heroa, si ignotus, si ultrò, si nullo penè argumento compellarem. Et ut ex veterum annalibus tradit *Plinius*, *Tullo Hostilio* malè cessisse, quòd *Jovem* evocâsset; ita non semper tutum fuit appellâsse summos orbis Monarchas, quos oportet adire, non solùm in tempore, verumetiam religiosè. Ad hæc vix pium videbatur, Principem, tot, tam gravibus reipublicæ negotiis, sed inprimis sarciendæ regum concordiæ intentum, literis non necessariis appellare. Verùm has omnes remoras facilè discussit, vel insignis ista naturæ tuæ bonitas, qua, meo quidem animo, non minor es, quàm ipsâ regni magnitudine: vel ardor quidam in te meus, ac singularis quædam virtutum tuarum admiratio, quam non solùm ex famæ clarissima buccina, verumetiam ex ornatissimi viri, *Joannis à Lasko*, tum colloquio, tum literis concepi; Nunquam enim, *Epist.* 16.

enim, dum hic ageret, illi *Sigiſmundus* Rex non erat in ore, nec aliud crepant illius ad nos epiſtolæ, quàm *Sigiſmundi* laudes: vel harum denique orbis tempeſtatum tædium, & ingens tranquillitatis deſiderium, quod nos tam lentâ ſpe diſcruciat, nimium expertos non eſſe vanam fabulam, quâ *Homerus* depinxit *Aten*, & pedibus, & oculis celerem, *Lites* contrà luſcioſas & claudas. Lubens & alacer *Simeon* ille ſenex emigrabat è vita, poſteaquam vidiſſet *Chriſtum Domini*. Videor & ipſe mihi æquiore animo relicturus hunc mundum, ſi Dei benignitate, Principúmque conſiliis, publicus hic rerum tumultus ſedaretur. Ad hoc negotium tam pium, támque divinum, quoniam audio majeſtatem tuam ſummâ prudentiâ, paríque ſtudio conniti, tanto vehementiùs inſtigavit animus, ut auderem currentem, quod aiunt, incitare, quanquam tua pietas, divinitùs, ut opinor, afflata, non eget ullis hominum ſtimulis. Solet autem Deus plerunque in rebus deploratis, velut ex machina, ſubitò proferre quempiam ſingulari virtute præditum, qui res undique turbatas reducat in tranquillitatem. Sic *Romanis* eò redactis, ut auro ſalutem redimerent, repentè exortus eſt *Camillus*. Rurſus eorundem rebus ad extremam deſperationem ſpectantibus, extitit *Scipio Africanus*. Sic *Hebræis* intolerabili diutináque ſervitute preſſis apud *Ægyptios*, productus eſt *Moſes*. Sic periclitanti *Suſannæ*, præter omnium expectationem extitit *Daniel* innocentiæ vindex, ac malitioſi facinoris coargutor. Atque utinam mea vota rata faxit Deus Opt. Max. Utinam hanc bonam ſpem velit non eſſe vanam. Titillat enim animum meum neſcio quid læti ominis, Deum tandem, irâ versâ in miſericordiam, te deſignâſſe, Rex ſanctiſſime, qui tantas rerum undas, tuâ pietate, tuâ prudentiâ, tuâ autoritate componas. Hanc ſpem auget nobis, quòd in alio nemine perſpicimus tot dotes, ad tantum negotium conficiendum neceſſarias. Nam ut omittam regni vires, nè commemorem tot res arduas, velut aſpirante Deo, feliciſſimè geſtas, quibus nuper acceſſit inclyta de *Scythis* victoria: Tria potiſſimùm requiri videntur in eo, qui tantos rerum humanarum motus ſit compoſiturus; pietas, excelſus animus, & prudentia. Pietatis nomen duo complectitur, amorem patriæ, & ſtudium religionis. In utroque genere, ſumma tua laus eluxit. Siquidem in regni tui commodis procurandis, ſervandis, augendis, ornandis, & conſtabiliendis, tantâ vigilantiâ, ſtudio, curáque ſemper es uſus, ut præter ætatis rationem, nullum unquam laborem defugeris, qui vel juvenem deterrere potuiſſet. Olim optimè de republica meritis, deferebatur hic titulus, *Pater patriæ*: & habebat is titulus aliquid Regis aut Imperatoris nomine magnificentius. Hujus inſcriptionis honorem, tua majeſtas, multis, nominibus promeretur, ac poſſidet multò glorioſius impreſſum mentibus hominum, quàm ſi columnis aut ſtatuis eſſet expreſſus. Porrò non minorem tibi curam eſſe *Chriſtianæ* Religionis, declarat totius vitæ tuæ integritas. Ad hæc templa divorum ingenti munificentia ſtructâ, locupletata, ornatáque. Poſtremò *Pruſſia*, quoniam hæreſi corrumpi cœperat, in poteſtatem accepta, ac emendata. Tali animo non poſſunt non vehementer diſplicere, hæc Principum tanta diſſidia. Qui ſi tantum in ſe conflictarentur, eſſet tamen bellum, non dicam civile, ſed planè parricidiale. *Plato* civile bellum eſſe putat, quod *Græci* gerunt adversùs *Græcos*. At *Chriſtianus Chriſtiano* propiùs junctus eſt, quàm civis civi, quàm fratrer fratri. Nunc hæc Monarcharum inter ipſos conflictatio *Turcæ* viam aperuit, ut primùm *Rhodum*, nuper etiam *Ungariam* invaderet. Fuítque nimiùm felix crudelitas, altiùs etiam ad nos penetratura, niſi concordiâ junctis umbonibus obſtiterimus. Quem *Chriſtiani* pectoris hominem non iſta diſcrucient? Verùm iis etiam atrocius eſt, quod, dum Principes inter ſe diſſidiis tumultuantur, funditùs perit Religio *Chriſtiana*, laxatis etiam rerum compagibus, conſuſóque publici ſtatus ordine, ut qui parere debebant, poſtulent imperare majoribus. Nec hìc ſimplex diſcrimen eſt. Vtraque pars, ut habet quædam non aſpernanda, ita mixti ſunt etiam illis, qui ſub Eccleſiæ vexillis militare videntur, quos apparet victoriam *Chriſto* debitam ad ſe rapturos, niſi ſummorum Principum autoritas, & illorum inſanos tumultus coerceat, & rapinam prohibeat. Ita fieri poterit, ut ex hoc amaro pharmaco, quo torquetur mundus, aliquid bonæ ſanitatis conſequatur, ac victoria cedat non hominibus, ſed Eccleſiæ Principi *Chriſto*, cui debetur omnis gloria: qui fortaſſis ideo paſſus eſt has rerum humanarum procellas incidere, ut quoſdam mundanæ proſperitatis abundantia, velut ebrios, ad *Chriſtianæ* mentis ſobrietatem expergefaceret. Hujus animi dicitur & *Cæſar Carolus*, ut ex literis eorum qui ſunt illi proximi, cognovi. His de rebus plura literis committere, nec ſatis tutum arbitror, nec neceſſe. Quandoquidem ſingularis tua prudentia novit quid ſignificem. Hactenus de pietate. Animi verò celſitudo non tam elucet in fortiter gerendis bellis, aut proferendis regni finibus, quàm in his contemnendis, quæ nemo contemnit, niſi verè ſublimi ſit animo. Quiſque ſuperior eſt eo quod poteſt negligere, quoties id ſuadet utilitas reipub. Quem ira aut vindictæ cupiditas ad bellum urget, is inferior eſt affectu ſuo. Quem ambitio prolicit ad pugnam, inferior eſt eo quod ambit. Cæterùm qui publicam utilitatem anteponit hiis rebus omnibus, is demum verè ſublimi excelſóque eſt animo. In neceſſariis bellis, quæ multa cum *Valachis*, *Tartaris*, *Moſchis*, *Pruſſiiſque*, non minùs feliciter quàm fortiter geſſiſti, planè regiam animi celſitudinem declarâſti: ſed longè ſublimioris animi ſunt argumenta, quòd cum *Moſchis* toties debellatis, inducias habere, quàm armis regionem opulentiſſimam in ditionem tuam redigere maluiſti, quum id eſſet in proclivi, quúmque huc procerum cohortatio provocaret, quódque quoniam odio ſchiſmatici nominis pacem nonnulli negarent coire poſſe, non gravatus ſis induciarum facere prorogationem. Nec tua refert, quam in partem vulgus hoc tuum factum interpretetur. Prior eſt apud te publica regni tranquillitas, & *Chriſtiani* ſanguinis parcimonia, quàm vel armis paranda tantæ ditionis acceſſio, vel vulgi de te exiſtimatio. Nam, ut eleganter dixit ille, *Verè regium eſt*, hoc eſt, excelſiſſimi cujuſdam animi, *malè audire, quum bene feceris*. Nec recuſâſti cum *Turcis* inducias ſuſcipere, libenter etiam cum *Scythis* fœdus initurus, niſi ſeræ potiùs quàm homines, non deſinerent ſceleratis incurſionibus vexare ditionem tuam: quorum efferam

feram & intractabilem immanitatem, à tuorum fortunis ac cervicibus depellere, pietas eſt veriùs quàm bellum: & ſi bellum eſt, ejus eſt generis, ut quoniam vitari nullo modo poteſt, non abſque nefario ſcelere prætermitteretur. Ad hæc quum tibi toties adverſùs *Pruſſios* bellanti, feliciter ceciderit Martis alea, tamen amore pacis, maluiſti *Pruſſiæ* Duci nonnullam ejus provinciæ portionem concedere, quàm totam armis, quod tibi facillimum erat, tuo ſubjugare imperio. Ejuſdem celſitudinis erat & illud, quum *Germaniæ* Principes decem millia peditum, duo equitum millia miſiſſent Duci ſuppetias adverſùs *Polonos*, non paſſuſes tuos, longè numero ſuperiores (erant enim equitum ſexaginta millia) cum paucioribus congredi, tantum octingentis tuorum hoc negotii datum, ut quâ proficiſcerentur *Germani* milites, commeatum aut præriperent, aut interciperent. Ita factum eſt, ut & illi fame moniti, domum ſe reciperent, & tua clementia ſanguinis humani jacturam vitârit. Quid ego nunc commemorem, quod poſt *Chriſtiernum* Regem ditione pulſum, ultro delata *Norvegiæ Suetiæque* regna conſtanter recuſâſti, nè tuis, hac occaſione, belli materiam accerſeres? Non ſunt vetera quæ narro, ſed illud recentius, quod nuper extincto *Bohemiæ Hungariæque* Rege, qui tibi fuit ex fratre nepos, cùm ad te ſucceſſio propinquitatis etiam jure pertinere videretur, adeò non ambitti, ut miſſis Oratoribus, admonueris illos, eum ſibi regem aſciſcerent, quem ſuæ regioni maximè profuturum judicarent, te tuâ ſorte contentum eſſe. Nec hiis contentus, ſimul ut intellexeras res inter *Ferdinandum* & *Joannem*, qui regni titulum uſurpârat, ad arma ſpectare, miſſo Cancellario tuo, ſpectabili ac magnifico *Chriſtophoro à Schydlovietz*, caſtellano & capitaneo *Cracovienſi*, quem virum habes unum omnium & prudentiſſimum & integerrimum, effeciſti nè priùs bellum ſuſciperetur, quàm omnibus tentatis, quæ bellum poſſent excludere. Hæc arguunt animum verè ſublimem, & omnibus mortalium rebus excelſiorem. Quanquam ex iiſdem jam arbitror perſpici ſingularem quandam tuam prudentiam, quam in te, tum ætas, tum plurimarum rerum uſus abſolvit. *Dulce* quidem *bellum inexpertis*, ſed ille per tenebras ac procul cernit, qui pacem iniquam anteponit æquo bello. Quòd ſi Principes tuum exemplum ſequuti, contemptis privatis affectibus, velut è ſublimi quadam ſpecula deflecterent oculos ad pietatem, hoc eſt, ad *Chriſti* gloriam, & gregis *Chriſtiani* ſalutem, priúſque ducerent publicam orbis tranquillitatem, quàm, neſcio quæ, privata commoda, quæ & crebro fallunt, & ut non fallant, nimio emuntur: primùm ipſi concordiâ juncti multò feliciùs ac magnificentiùs regnarent, & *Turcam* facilè depellerent à *Chriſtianorum* cervicibus, & hoc exitiabile diſſidium eccleſiæ, bonis rationibus componerent. Nunc vereor, nè ſint, qui pietatis inopiâ, publicum malum conentur in ſuum privatum bonum vertere, aut ob animum veræ celſitudinis expertum, non poſſint publicæ tranquillitatis ſtudio quicquam de ſuo jure concedere, aut ob rerum imperitiam, malint bellum quàm pacem, quum bellum nunquam ſit ſuſcipiendum, niſi quum citra crimen impietatis vitari non poteſt. Quòd ſi Principes hæc ſinceris & *Chriſtianis* agerent animis, adeſſet ipſe *Chriſtus* A conſiliorum ac fœderum proſperator, darétque rebus lætiorem eventum quàm ipſi queant optare. Nunc ut pleraque bella, vel ira, vel ambitio, vel alius quiſpiam privatus affectus ſuadet potiùs, quàm pietatis, aut reipublicæ reſpectus: ita fœdera videmus infirma temporariáque, quódque gravius, ſæpenumero ſeminarium præbent bellis. Illud optare magis poſſum quàm ſperare, quod tamen arbitror ad conſervandas Principum amicitias, & rerum publicarum tranquillitatem cum B primis facere, ſi Principibus perſuaderi poſſit, ut ditiones procul diſſitas recuſent. Quantum enim calamitatum invexit *Gallis*, toties petitum ac repetitum *Mediolanum*? Quid eſſet eo regno florentius, ſi *Neapolin*, ſi *Longobardiam*, ſi *Inſubriam* olim neglexiſſet? Ut naves quædam majores ſunt, quàm ut gubernari poſſint, ita difficillimum eſt ditionem ultra modum latam feliciter adminiſtrare. Id verò multo difficilius, ſi ditionis portiones longis intervallis diſtractæ ſint. Jam au- C gendæ ditionis cupiditas finem non habet, ut nonnullis tale quiddam uſu venire videatur, quale ſolet iis quibus ſtudium eſt ſacerdotia ſacerdotiis accumulare. Quicquid enim emolumenti ex mediocribus corraſerunt, hoc in majus aliquod abſumunt, ac multorum fructus una epiſcopi dignitas abſorbet, & hujus quoque proventibus emitur Archiepiſcopi titulus. Demum Cardinalitii nominis gloria, quot dignitatum, quot abbatiarum D cenſus devorat! Hæc nimirum ſunt argumenta parum ſublimis animi, nullum poſſe pati ſe majorem. Ille demum magnus excelſúſque eſt, qui nec inferiores faſtidit, nec ſuperioribus invidet, hoc agens, non ut quàm latiſſimè regnet, quod ſceleratis etiam aliquando dedit fortuna, ſed ut quod ſortitus eſt regni, quàm optimè adminiſtret. Verùm quoniam nunc ſucceſſio regnorum, partim affinitate, partim cognatione tranſit ab aliis ad alios, optare, ut dixi, facilius eſt, quod arbitror optimum, quàm ſperare. Jam nec pium eſt, nec E animi mei, quem *Chriſtus* totius Eccleſiæ ſuæ præſidem eſſe voluit, ejus autoritati quicquam detrahere: tamen ſi verum fateri volumus, & ipſe feliciùs ageret, & ſummi Principes minùs frequenter hujuſmodi bellis inter ſe conflictarentur, ſi bona pace ipſius perſuaſus, cum nullo Monarcha fœdus iniret, ſed ex æquo ſe patrem præſtaret omnibus. Nunc ex hujuſmodi fœderibus, toties ictis, reſciſſis, repetitis, relictis, quantam vidimus ac videmus exoriri materiam, vel excitandi bella, vel a- F lendi? Quid hic attinet exempla ab annalibus repetere, quum his annis viginti, tam multa conſpexerimus oculis noſtris? Sed ego jamdudum abutens tuâ lenitate, Rex invictiſſime, ſepta, quod aiunt, tranſilio: itaque deſinam, hoc ardentiſſimis votis comprecans, ut Deus noſtri miſertus, tuis ſanctiſſimis conatibus det exitum, iſtâ pietate, iſtâ animi celſitudine, iſtâ prudentiâ dignum. Tuámque Reginam bonam optimo Regi jun- G ctam, diu felicem ſervet, & regno, & reipublicæ *Chriſtianæ*. Datum *Baſileæ*, Id. Maii. Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Sigiſmundus

Sigiſmundus Dei gratiâ Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, ac Maſoviæ &c. Dominus & hæres Eraſmo S.

Epiſt. 17. REdditæ nobis fuerunt literæ tuæ *Eraſme* doctiſsime, Calend. Juniis ſcriptæ, ex quibus facilè perſpeximus te verè eum eſſe, qui diceris, hoc eſt, virum præter ſummam eruditionem ac prudentiam, tum integerrimum, tum publicæ tranquillitatis concordiæque *Chriſtianæ* ſtudioſiſſimum; quod & ſi nobis dubium nunquam fuit, vehementer tamen apud nos confirmavit eam de te opinionem epiſtola hæc tua, in quâ planè agnoſcimus animum iſtum tuum verè *Chriſtianum*, nec dubitamus quin ubique ſis tui ſimilis, ſeu ludicra tractes ſeu ſeria. In primis verò tibi gratias agimus non vulgares, quod nos tali ornaveris elogio, quale veremur ut in nos tam plenè quam tu videri vis competat. Nam & ſi nobis maximè cordi eſt, ut & rempublicam *Chriſtianam* adeo inclinatam, pro virili noſtra juvemus, & regna noſtra tranquilla atque ab illa diſsidiorum lue, quâ nunc ſurſum ac deorſum fertur *Germania*, incontaminata ſervemus: tamen quod hactenus id nobis feliciter ceſſerit, Deo potiùs acceptum ferimus, quàm ut inde nobis laudem aliquam aut arrogemus aut petamus. Imò etiam hoc ardentioribus votis Domini miſericordiam imploramus, ut quemadmodum nos, regnáque noſtra hactenus integra illæſáque ſervavit, ita adhuc ſervet in poſterum, quouſque illius viſum fuerit voluntati: alioqui nobis fruſtra facturi videmur omnia, niſi ille cœpta noſtra fortunet. Non poteſt autem hoc tuum erga nos officium nobis non eſſe gratiſſimum, qui quum ſemper alioqui magnificè de te ſenſerimus, tum verò hac humanitate tuâ provocati, tanto etiam libentiùs tibi, ſi quo modo poſſimus, gratificabimur, quanto tu nos literis tuis feciſti apud omnes homines commendatiores: quod equidem præſtare poſſumus multo cumulatiùs, ſi fortè adduci poſſis ut te huc ad nos conferas: ſed quum ex tui ſtudioſis intelleximus, fruſtra idem tentâſſe alios Principes, qui magnis hactenus, tum precibus tum præmiis te ſibi adjungere cupiebant, veremur nè & nobis fruſtra ſumeretur hæc opera. Ut tamen interim habeas aliquod noſtræ ergate benevolentiæ gratíque animi argumentum, mittimus honorarium munus, quod in præſens grato animo ſuſcipias: deinceps uberiorem ex nobis fructum benevolentiæ & favoris noſtri habiturus. Vale. Datum in oppido noſtro *Pijotrcon* die XIX. Menſis Febr. Anno Dom. milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo. Regni noſtri vigeſimo ſecundo.

Eraſmus Roterodamus Sigiſmundo Poloniæ Regi S.

Epiſt. 18. IN tot ſudoribus quos præter valetudinis atque ætatis ſortem ſuſtinemus, in tot moleſtiis ac tædiis quibus hinc atque hinc tundimur, non mediocre ſolatium nobis attulit tuæ majeſtatis epiſtola *Sigiſmunde* Rex cum primis inclyte, tota ſpirans, & admirabilem quandam humanitatem & haud mediocrem erga nos favorem. Etenim, ut, autore *Solomone*, *Indignatio Regis nuncii mortis*; ita ſecundum ejuſdem ſententiam, *In hilaritate vultus Regis, vita*. Eum vultum hilarem ac benevolum, tuæ mihi literæ exhibuerunt. Quanquam autem in me nequaquam agnoſco dotes quæ tuo erga me favori reſpondeant, tamen, ut ingenuè fatear, juvat interim laudari à Rege laudatiſſimo, meæque qualis qualis eſt, induſtriæ ſtimulos addi. Equidem mihi videbar abundè magnum officii mei fructum recepturus, ſi tua majeſtas boni conſuluiſſet audaciàm noſtram: nunc eam video feliciſſimè ceſsiſſe, quippe per quam factum eſt, ut iſtam verè regiam tum humanitatem tum pietatem, quas multorum prædicatione cognoveram experimento comperirim: humanitatem quidem, qui tam amanter ſentias de *Eraſmo*, támque gravi teſtimonio noſtram mediocritatem ornare dignatus ſis, idque teſtimonium non modò literis amantiſſimè ſcriptis, verùm etiam ampliſsimo munere proditum & confirmatum eſſe volueris: Pietatem verò quod omnem regni tui felicitatem, nec viribus, nec conſiliis tuis arroges, ſed divinæ tribuas bonitati. Quis vocem tam piam, tam *Chriſtianam* non exoſculetur, à tanti Regis pectore profectam? Verè ſcripſit *Solomon*, *Cor Regis in manu Dei eſt, & quocunque voluerit inclinabit illud*: ſed ea demum vera laus bonorum Regum eſt, ſi ipſi viciſſim inclinent cor ſuum Deo, Regum omnium Regi, ſemper ab illius nutu pendentes, ſine cujus auſpiciis nihil efficit hominum conatus, & omnes actiones ſuas ita componentes, ut qui ſciant meminerintque ſeſe quicquid gerunt, coram illius oculis gerere, qui judex eſt non minus Regum quàm plebeiorum. Verùm iſta *Chriſtiana* tua modeſtia Rex inclyte, non perdis laudes tuas, ſed eas potiùs tibi facis proprias, perditurus, niſi agnoſceres cui debeatur omnis gloria. Nihil verè proſperum, nihil felix dici poteſt, quod non fortunârit ille totius felicitatis autor. Optimis avibus, ſecundiſſimis auſpiciis geritur, quicquid ad illius geritur præſcriptum, qui dixit, *Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam.* Dixit autem hoc æterna ſapientia, qui eſt Filius Dei. Quid autem præſcribit ſapientia Regibus? *Miſericordia*, inquit, *& veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus ejus.* Miſericordiam præſtat in ſublevandis oppreſſis, veritatem in integrè judicando, clementiam in temperanda legum ſeveritate. Ea prima Regum eſt functio, quam etiam jurejurando ſolent profiteri quum Principatui inaugurantur, opitulari viduis, ſuccurrere pupillis, & ab omnibus per injuriam oppreſsis vim depellere. Veritas autem duas habet comites, ſapientiam & conſtantiam. Sapientia illuminat oculos, quibus perſpicitur quid rectum ſit, quid ſecus, quid utile reipublicæ, quid contra. Conſtantia præſtat, ut animus omnibus ſuperior cupiditatibus, nec irâ, nec amore, nec odio dimoveatur ab honeſto. Clementia neceſſariam ſeveritatem lenitate temperat. Lex enim æqua præſcribit omnibus, at non omnibus omnia congruunt: hæc publici juris moderatio, quam æquitatem vocant, à pectore regio velut ab oraculo petitur. Siquidem rectè dictum eſt à ſapientibus viris, Regem eſſe vivam legem. Lex pauciloqua eſt, at infinitæ ſunt rerum & perſonarum circunſtantiæ. In his igitur Rex pro lege loquitur, nec aliud tamen pronuncians, quàm lex ipſa diceret ſi nobis

nobis ad omnia reſpondere poſſet. Clementia eſt non ſtatim bellum ſuſcipere, quum data eſt belli cauſa, ſed nullam rationem intentatam relinquere, ſi res abſque bello componi queat: Et interdum conſultius eſt diſſimulare injuriam, quàm armis perſequi. Clementia eſt, ſi bellum nullâ ratione vitari poſſit, ita gerere, ut & quàm minimo ſanguinis humani diſpendio fiat, & quàm celerrimè finiatur. Hanc ſapientiam quæ ſecum omnia bona defert, orabat *Solomon*, ut ſuo throno ſemper aſſiſteret, fidiſſima certiſſimáq; conſiliaria. Tale quiddam & à veteribus quaſi per nebulam, viſũ eſt. Legimus enim *Ægyptios* literis hieroglyphicis ita ſolere Regis imaginem exprimere, ut ſceptro adderent oculũ: ſceptro rectũ, integrum, & inflexum animum indicantes; oculo prudentiam, quæ commonſtrat quid honeſtum, quid contra. Eaſdem virtutes aliis ſymbolis commendabant, ſummo ſceptri faſtigio imponentes aquilam, imò hippopotamum: aquilâ perſpicientiam ac humilium rerum contemptum ſignificantes; hippopotamo ratione compreſſam iram ac feritatem. Eſt enim hoc animal indomitum ac ferum. Nec enim poteſt rectitudo conſiſtere, niſi adſit animus verè ſublimis, ac perſpicax, ſuperior omnibus humanis affectibus, qui rationi ſolent obſtrepere. Hæ dotes quum in te reluceant *Sigiſmunde* Rex invicte, ita demum verè tuæ ſunt, ſi eas, ut facis, Deo tranſcribas, unde fluit quicquid in nobis eſt boni. In corporalibus bonis noſtrum eſſe deſiit, quod alteri tranſcripſimus: in animi bonis contra fit, verè noſtrum incipit eſſe, quod Deo tribuimus. Sed longiùs feror, quàm epiſtolæ modus patitur. Supereſt orare *Chriſtum* Opt. Max. ut hæc ſua dona tueatur inte, ſempérque novis ſucceſſionibus augeat, cunctíſque principibus eandem mentem inſpiret: ut illis inter ſe concordibus & cœleſtis ſapientiæ conſilio, quæ reipublicæ ſalutifera, quæque *Chriſto* placita ſunt decernentibus, tandem hæc rerum humanarum tempeſtas aliquando vertatur in tranquillitatem. Favorem quem præter meum meritum tam beniginter offert tua clementia, lubens amplector, habeóque gratiam quantam poſſum maximam. Quid autem viciſſim pollicear non invenio, niſi animum memorem & gratum: & ſi quid ab infimo mancipio Regi potentiſſimo præſtari poteſt obſequii. Dominus *Jeſus* bene fortunet omnia tua conſilia. *Baſileæ* V. Calend. Septemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Roterod. Collegio Sorbonico S.

Epiſt. 19. EQuidem expertus novi quàm non ſit tutum rumoribus credere; celeberrimi patres, ſed pariter expertus novi, quàm non ſit tutum rumores ſubnaſcentes negligere. Erit igitur hoc æquitatis veſtræ ſi falſum eſt quod huc fama pertulit, existimetis hanc epiſtolam vobis ſcriptam non eſſe. Sin verum eſt, roganda eſt mihi veſtra ſyncéritas, ut ſepoſitis interim affectibus privatis, non gravemini ſcriptum hoc attentè legere: quod niſi me prorſus fallit animus, non tam ad me privatim pertinet, quàm ad veſtri collegii dignitatem, ac publicam etiam ſtudiorum religioníſq; tranquillitatem: Res adeo non eſt clam, ut vulgo quoque jactatam *Lutetiæ*, complures amici perſcribant, nonnulli iſthinc huc profecti voce referant, *Natalem Beddam* ingentem articulorum acervum ex omnibus meis lucubrationibus collectum ad veſtram cognitionem detuliſſe, quorum aliquot jam veſtrâ ſententiâ percuſſos ferunt. Primum illud teſtor coram Deo, qui ſcrutatur cordis humani ſinus, mihi inviſam eſſe omnem impietatem, & quicquid diſſcindit concordiam gregis *Chriſtiani*, totóque pectore abhorrere ab his qui ſibi contrahunt diſcipulos, quos non agnoſcit Eccleſia *Chriſti* ſponſa. Id & conſtanter & ſat idoneis argumentis arbitror me declarâſſe. Siquidem hoc ſeculo non defuiſſent mihi vel ſodales vel diſcipuli, niſi toto pectore deteſtarer omnem hæreſim ac ſchiſma. Jam ut nè commemorem quid operæ præſtiterim in hoc negotio privatim eccleſiæ catholicæ, nulli poteſt obſcurum eſſe, quod libris editis declaratum eſt, me ſyncerum & conſtantem militem præſtitiſſe negotio fidei. Clamitant hoc *Alberi*, *Othonis*, *Leopoldi*, & ipſius *Lutheri* libri in me virulentiſſimè ſcripti. Contra meus *De Euchariſtia* libellus, & duo libri *Hyperaſpiſtæ*. Qui demiror ſi vos lateant, quum proſtent & iſthic venales. Itaque jure quis miretur & illud, me factionum omnium adverſarum odium meruiſſe, ſi veſtrum favorem emereri nequeam. Adverſus malitiam calumniandi nihil eſt tutum, & fieri poteſt ut in ſcriptis meis aliquid impium exciderit. Certè animus vacat impietate, paratus jugulare quicquid officit ſyncéritati religionis. Proinde qui conſpirant in me devotis animis, in quem conſpirant niſi in commilitonem ſuum, & cauſæ quam tueri ſe prædicant propugnatorem? Cui gratificantur? niſi his quos ipſi judicant eccleſiæ perduelliones, cujus cauſam produnt privatis affectibus. Porrò, quum veſtra prudentia nôrit quanta ſit humanæ linguæ vanitas, quantúmque venenum, præſertim hiſce temporibus, magis credere debet ipſis factis, quàm delatorum ſuſurris; aut ſi teſtes quærit, eos potiùs audire, qui me propius nôrunt, quorum eſt *Lodovicus Berus*, mihi quidem non inimicus, qui nulli mortalium eſt inimicus, ſed veſtræ ſodalitati addictiſſimus: ad hæc vir doctus juxta ac pius. Is è propinquo novit, & quid agam, & quo ſim animo. Cæterùm quo gravior eſt iſtius ordinis autoritas, hoc oportet in judicando majorem eſſe tum æquitatem, tum manſuetudinem: miniméque decet, ut iſta dignitas ſerviat privatis hominum vel ſtultorum, vel improborum affectibus. Mihi cum nullo unquam ordine bellum fuit, nec ut ſpero, futurum eſt, tantum abeſt, ut adverſus eum ſenatum, cujus oraculis prima ſemper tributa eſt autoritas, arma moveam. Quod *Natali Beddæ* reſpondi, nunquam exiſtimavi ad veſtram ſodalitatem pertinere; verùm ita mihi perſuaſeram, & adhuc arbitror, illum utcunque extortâ edendi libri poteſtate, vobis inſciis ſuos affectus admiſcuiſſe. De cujus animo quid quærar? Primùm literis meis humaniſſimè provocatus, ut res inter nos *Chriſtianâ* moderatione tranſigeretur, emiſit librum plenum evidentibus calumniis, mendaciis & blaſphemiis: Res in aperto eſt, diſſimulari non poteſt. Jam hoc ipſum facinus quàm indecorum ei qui Theologi & cognitoris perſonam gereret? Quem ſi mea urit reſponſio, ſibi debebat imputare, qui nè monitus quidem atque etiam rogatus, à tali ſcribendi genere temperarit. Indocti, ſtupidi, fatui convitium ferram,

ram, impius niſi ſim, dici non patiar, nec adeo pati debeo, nè quis exemplo meo fiat impius. Verùm utcunque poterat hoc factum primo calori, ceu furori cuipiam condonari: ubi meâ reſponſione commonitus eſt, quantum aberrâſſet ab officio hominis *Chriſtiani*, quæſo num ullum pudoris aut pœnitentiæ ſignum dedit? num fratrem ſic traductum ſtuduit reconciliare? Qui cùm ſi vel levis offenſa intercederet, juberetur munus ante aram relinquere, ac priùs habere reditum in gratiam quàm ſacrificium. Nunc quum talibus libellis impetere proximum, nihilo levius ſit homicidio, & aliquot circumſtantiis etiam gravius, quum frequenter interim accedat ad ſacroſanctam Domini menſam, adeo non cogitat de reconciliando fratre, ut calumnias addat calumniis, veſtram etiam autoritatem in ſuarum intemperiarum conſortium pertrahere moliens, quaſi parum hactenus peccatum ſit, niſi ſuum dedecus aſpergat pluribus. Atqui veſtræ gravitatis eſt, ô viri præclari, talibus ingeniis mederi, non favere; niſi quòd hoc ipſum eſt verè favere, mederi. Quum igitur *Bedda* præceps feratur ulciſcendi ſtudio, videtis cujuſmodi ſit hujus negotii fons. Neque me clàm eſt, iſti camino unde addatur oleum. *Edvardus Leus* in *Hiſpania* ſparſit librum in me ſcriptum, multò indoctiorem magiſque ſycophanticum quàm fuit ille prior, quem *Lutetiæ* quondam edidit, non abſque *Beddæ* præſidio, ni fallor. Ea res addit animum monachis quibuſdam, qui me ſibi ſtultiſſimè fingunt hoſtem, quum ipſi ſibi ſint hoſtes acerrimi. Primùm orſi ſunt tragœdiam in aula Cæſaris. Is impetus facilè coercitus eſt. Rurſus eandem furioſis apud populum clamoribus inſtaurârunt *Salamancæ Franciſcani*. *Morus* hìc præſulum autoritate vix ſedatus eſt. Tandem extitit *Petrus à Victoria, Dominicanus*, qui *Burgis* concionatur, habet fratrem in veſtro collegio. Is tantum excitavit tumultum, ut ſe jactarent nec Cæſaris nec præſulum edictis obtemperaturos, illo fretos, Oportet obedire Deo magis quàm hominibus. Itaque Principes quum viderent rem ſpectare ad ſeditionem, nec aliter poſſe componi, permiſerunt ut archiepiſcopo *Hiſpalenſi* exhiberent articulos, per viros eruditos miniméque ſuſpectos diſcutiendos. Exhibiti ſunt aliquot ex libro *Lei* decerpti, ſed quibus nihil poteſt eſſe ſtultius aut malitioſius. Miſiſſem illos cum meis reſponſionibus, ni prorſus judicâſſem indignos veſtris auribus. Et hic eſt *Leus* quem *Bedda* pronunciat abſolutum Theologum, quum quod conſtat, nunquam pedem poſuerit in ſchola Theologica. Id nec ipſe *Leus* poteſt inficiari, & ſi inficietur, ſcripta ſatis arguunt. Hujus inſulſis conviciis, quæ me dehortante prodidit, quoniam reſpondi, licèt longè moderatiùs, quàm ille provocârat, hoc agit, ut quovis pacto dolorem ulciſcatur ſuum, non ſe purgans, quod non poteſt, ſed ad lapides provocans. Ingenium videtur concitandis diſſidiis natum. In primo tumultu quem excitavit *Lovanii*, nec meis inimicis placuit, & ſuis amicis apud *Anglos* vehementer diſplicuit. Talis fuit illius fabulæ cataſtropha. Hujus tumultus quis ſit exitus futurus neſcio, certè complures ex *Hiſpania* ſcribunt, monachos illos nihil aliud proficere, quàm quòd ſibi lucrifaciunt plurimum odii apud eruditos ac Principes, meúmque nomen reddunt celebrius & gratioſius: quanquam nec ego

A moror hanc celebritatem, & iſtos cuperem omnibus ſuo merito quàm gratioſiſſimos eſſe. Verùm ita viſum eſt illis, vi, clamoribus, improbitate, ſycophantiis, conſpirationibus rem gerere. Ego fiduciâ bonæ conſcientiæ ſecurus, tantum hoc doleo, me ſi non cauſam, certè occaſionem dare *Chriſtianorum* diſſidiis: quæ ſi meâ culpâ naſcerentur, gravi cum onere conſcientiæ diem ſupremum expectarem, qui non poteſt abeſſe longiùs, cui-

B que me quotidie paro. Nunc quum hæc me renitente pro viribus, aliorum vitio contingunt, non poſſum quidem non dolere malum publicum, ſed moderatiùs fero, reputans hæc ex Dei voluntate fieri, qui & me talibus modis purgari velit, & illorum improbitatem mundo innoteſcere, quo faciliùs liceat illis mederi. Interim ego quod Deo gratum eſſe judicabo præſtabo, eventum illius arbitrio committens. Non itaque dubito quin illorum autores tumultuum, *Beddam* & hujus ſodales inſtigent, ut ſuſceptam fabulam adjuvent. Vi-

C detis, ſapientiſſimi viri, fontem & ſeminarium hujus negotii, unde quid poteſt ſcatere dignum pietate *Chriſtianâ*? Atqui hactenus ea fuit iſtius fama collegii, ut mundus longè aliud expectet judicium, quàm *Leus* aut *Bedda* prodidit. Nec arbitror mihi tale quicquam à vobis metuendum, niſi prorſus me mea de vobis fallit exiſtimatio. At è diverſo dum reputo quale ſit hoc ſeculum, quantum nunc liceat audaciæ linguíſque maledicis: ad

D hæc quum probabiliter conjecto & in iſto ſenatu ſedere, qui *Beddæ* vel opinioni conſentiant, vel odio ſubſerviant; rurſus alios invidiæ metu, alios odio turbarum conquieſcere, itaque fieri frequenter, ut pars deterior vincat meliorem: non abs re viſum eſt his literis & veſtræ dignitati, & meæ quieti, quantum in me eſt, conſulere. Quòd ſi hic metus vanus eſt, tamen vobis ingratus eſſe non poteſt, ut qui partim ab odio diſſidiorum, partim ab ordinis iſtius reverentia proficiſcitur.

E Etiam atque etiam rogo, boni conſulat veſtra ſynceritas, ſi videor liberiùs quod ſentio proloqui. Veſtrum erit, hoc non arrogantiæ, ſed ſimplicitati bonæque conſcientiæ ſignum interpretari. Abſit hoc conſilium à tam gravi collegio, ut in gratiam *Beddarum*, *Sutorum*, aut pſeudomonachorum (nam probos unicè ſemper amavi) cogitetis me turba articulorum obruere, nec lectâ reſponſione meâ, nec expenſo loco, nec habitâ perſonæ quam loquentem facio ratione, nec collatis

F quæ præcedunt aut ſequuntur, nec ullâ redditâ ratione, quare videatur impium quod ſcriptum eſt. Non enim hoc judicium eſt eruditorum, ſed potiùs lapidationis genus. Et ſi id jus eſſet autoritatis veſtræ, longè tamen aliud eſt jus *Chriſtianæ* charitatis, quæ vaſculum confractum non comminuit, nec linum fumigans extinguit. Videtis quâ manſuetudine ſit uſus *Auguſtinus*, etiam in deploratos hæreſiarchas: in eos qui vel à majoribus traditum errorem acceperunt, vel arte in fraudem illecti, vel perſuaſione in impium dogma inducti

G ſunt, vult omnem exhiberi lenitatem, docendos arbitrans non objurgandos. In me verò qui pro meis viriculis ſtudui prodeſſe ſtudiis bonarum literarum, ac profectui religionis, qui conſtanter ab omnibus abſtinui factionibus, qui pro Catholica Eccleſia eos in me provocârim quos habebam addictiſſimos; qui corpuſculum hoc & animum hunc omnibus expoſui periculis, talibus debac-

chari

chari modis qualibus jam cœpit *Bedda*, aliíque nonnulli moliuntur, papè quantum abeſt ab exemplo *Chriſtianæ* lenitatis? quantum ab opinione quam hactenus orbis *Chriſtianus* habuit de veſtro collegio? Hujuſmodi tumultu divus *Auguſtinus* nec hæreſiarchas opprimi vult, nè ſe prædicent victos, non veritate convictos. Fortaſſe nihil facilius quàm *Eraſmum* obruere, nec hinc vobis continget admodum ſplendidus triumphus, ſi tot heroes conjuratis animis culicem unum oppreſſeritis, etiamſi non ſum uſque adeo deſtitutus amicis, quàm opinantur quidam: at res invicta eſt veritas, & inexpugnabilis *Chriſtus* veritatis patronus, adversùs quem ſtimulum jactare calces durum eſt. Iſta autoritas, iſta eruditio, iſte conſenſus in eos potiùs expromendus eſt, qui veſtra dogmata palàm deteſtantur, qui civitates & regiones vobis adimunt, ſibi adjungunt: à quibus demiror vobis eſſe tantum ocii, ut ſententiolis vel ambiguè prolatis, vel rectè propoſitis, niſi quòd aliter quàm ſolent hodie loqui ſcholaſtici, pleríſque depravatis etiam vacetis excutiendis. Imbecillis eſt *Eraſmus* fateor, ſed eſt potens veritas, contra quam abſit ut veſter conſenſus aliquid moliatur. Quod ſi fieret, majore periculo veſtræ exiſtimationis fieret quàm meæ. Etenim ſi ſexcenti Judices pronunciarent poculum eſſe æreum quod eſſet aureum, Judicum autoritas non efficeret ut aurum verteretur in æs, nec jacturam ſentiret poculi dominus, ſed ipſi Judices autoritatis ſuæ jacturam facerent. Nè quæſo commoveamini, non tam malè de vobis ſentio, ut exiſtimem adversùs evidentem veritatem prolaturos ſententiam. Quanquam ſunt in veſtro conſeſſu *Beddæ* ſimiles aliquot, qui vel imperitiâ ſermonis quod dictum eſt non intelligunt, vel odio corrupti credunt eſſe falſum quod eſt veriſſimum: ſed arbitror & integros & eruditos falli poſſe, ſi de nuda ſententia alicunde decerpta, ſine collatione locorum pronunciare conentur. Dabitur exemplum, Pro ſuo quiſque corporis affectu, veſcatur quibus velit modò, ſobriè parcéque, ſuper omnibus gratias agens Deo. Hanc ſententiam ſi quis ita proponat nudam, velut ex *Eraſmi* libris, Primùm imperitus *Latini* ſermonis offendetur, exiſtimans me *affectum corporis* dixiſſe *libidinem*, ut quiſque veſcatur, quod corpus appetit, quum ego affectum dicam habitum ac valetudinem corporis. Id eſſe verum declarat quod ſequitur, pro commoditate corporis. Ad hæc in eodem capite multis verbis excipio fratris offendiculum. Hoc ignorat ille qui de nuda ſententia pronunciat. Ad hæc non *Eraſmus* iſta dicit, ſed *Paulus*. Hoc qui neſcit, exiſtimat me damnare conſtitutiones Eccleſiæ de diſcrimine ciborum. Hic etiam quamlibet doctus, deceptus damnabit quod non intelligit. Atqui ea ſententia temporibus Apoſtolorum uſque ad ætatem *Auguſtini* piè dici poterat, quum, ut opinor, Eccleſia nullum eduliorum genus cuiquam interdiceret: Itaque quum lector intelliget ſub perſona *Pauli* dici, nec ad hæc tempora pertinere, quum videbit idem ab Apoſtolo locis compluribus tradi, quod ego explano, nonne dicet abſurdè mihi velut impium impingi, quod ab Apoſtolo piè dictum eſt, ac ſentiet æquum, ut aut abſolvar cum Apoſtolo, aut mecum damnetur Apoſtolus? Hoc autem quum tam craſſum ſit, ut etiam nauta poſſit intelligere, quid ſentient de illo judice? Quid?

A Niſi illum inſigniter aut indoctum fuiſſe, aut improbum. *Paulus* de ſe & *Chriſtianis* dicit, *Miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.* Idem ſcripſit, *Faciamus mala ut eveniant bona.* Rurſus: *Inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra.* Quid his vocibus magis impium, ſi ſeparatim proponantur, non habitâ ratione perſonarum, nec collatis his unde ea pendent? At nihilo verecundiùs quædam è meis ſcriptis decerpi jam evidentius eſt, quàm
B ut quiſquam ignoret. Et ſanè miror quid iſti cogitent. An credunt in mundo pro hominibus eſſe fungos, prorsúſq; periſſe mortalibus ſenſum communem? Non vident quale ſit hoc ſeculum? An putant omnes ilicò pro cœleſti oraculo habituros, ſi audierint, *Bedda* Theologus ſic judicavit? Fortaſſis ita cogitant, Vociferabimur omnes ſimul, & clamoribus obruemus homunculum. Monachorum genus non aliter per orbem ſparſum eſt, quàm humor per corpus humanum: hi publicè, privatim, clàm, palàm, fingent, obſtrepent, obtrectabunt: ille unus eſt, nec quicquam poteſt niſi *Latinè*, & ſi quid reſpondebit opprimemus, ſi quid
C legetur, à paucis legetur: Nos paucitate contemptâ, turbâ numeróq; ſuperabimus. At ego favente *Chriſto* efficiam, ut iſtam malitioſam iniquitatem etiam vulgus hominum pernoverit, ut jam nôſſe cœpit. Sed fingant oppreſſum *Eraſmum*, an putant neminem exoriturum, qui adversùs tam tyrannicam malitiam tueatur innocentiam? Ut ceſſent homines, non cogitant Deum hæc videre, qui
D malitioſa conſilia plerunque vertit in capita molientium? Abſit ut hujuſmodi cogitatio execrabilis corripiat ſacratiſſimam facultatem, tantùm admoneo, nè talia cogitantium affectibus ſerviens elevet autoritatem ſuam, quæ ad ædificationem valere debet non ad deſtructionem. Doctores eſtis, Theologi eſtis, nihil à vobis expectatur, niſi verè doctum ac Deo dignum. *Joan. Gerſonenſis* rectè monet *Romanum* Pontificem, nè paſſim, nè temerè
E vibret fulmen anathematis, nè duobus modis veniat in contemptum, vel aſſuetudine, ſi nimium crebro fulminet: vel judicio, ſi feriat immerentes. Hactenus multum ponderis habuit hæc vox, *Sic judicavit facultas Theologica Pariſienſis.* Verùm hæc autoritas gravitate æquitatéq; judiciorũ tuenda eſt, ídq; eo diligentiùs quo ſeculum hoc proclivius eſt ad autoritatis humanæ contemptum. Per me quidem ſi liceat, nihil decedet iſtius ſenatus majeſtati,
F malim aliquid accedere: qui ſi quid notabit quod verè ſit impium, ipſe confodiam errorem meum: Sin talia proferet judicia, qualia ſunt pleraq; *Beddæ*, indocta, iniqua, cæca, nihil ſpirantia, niſi odium impotens & deſtinatam lædendi malitiam, exiſtimabo non facultatis eſſe ſententiam, ſed *Beddaicorum*. Hæreticus eſſe non poſſim niſi velim. Porro quum nec ſim nec eſſe velim, enitar efficere nè habear, confidóq; *Chriſtum* adfuturum certiſſimum innocentiæ vindicem. Si junctis ſtudiis pariter
G negotium pietatis egerimus, favebit conatibus noſtris immortalis Eccleſiæ Sponſus. Sin mutuo contemptu, mutuis obtrectationibus, nos invicem laceraverimus, quid ſupereſt, niſi ut, juxta *Pauli* dictum, mutuis morſibus conſumamur? Abundè ſatis tumultuum eſt in orbe, ſatis diſſidiorum, & articulis calumnioſis plena ſunt omnia, adeo ut illa quoque veniant in contemptum quæ contemnere fas non erat. Quanto rectiùs verteremus nos ad *Chriſtianam* ſynceritatem, ſufferentes invicem,

& adjuvantes potiùs infirmos, quàm opprimentes? Quibuſdam hoc unicè ſtudio eſt, è meis decerpere lucubrationibus, ſi quid ad *Lutheri* dogmata queat detorqueri, ac perverſis artibus etiam illa depravant, quæ ex diametro pugnant cum illius dogmatibus: quantò fuerit utilius ad *Lutheranam* factionem extinguendam, ſi decerpant quæ palàm illius dogmatibus contradicunt, quorum ingens ubique turba in ſcriptis meis obvia eſt: tum ea quæ ſic dicta ſunt, ut ancipitem habeant ſpeciem, in diverſam interpretentur partem? Fortaſſis expediret ad quædam per incuriam elapſa connivere. Sunt quæ neglecta non lædunt, exagitata graves ſuſcitant tragœdias. Hoc ſi non putatis dandum meritis meis, ſaltem detis cauſæ quæ nunc agitur, detis autoritati veſtri ſenatus, detis hominum de vobis exiſtimationi, ut ſi fieri non poteſt quin iſtic ſedeant *Beddæ*, ſaltem fiat, ut mundus intelligat non omnes eſſe *Beddas*: quanquam & ipſum *Beddam* lubens recipiam in amicitiam *Chriſtianam*, ſi ſe conferat ad magis ſobria conſilia. Satis ſupérque hactenus datum odiis eſt, & gloriis. Quoniam igitur quæ peto, pertinent non ſolùm ad exiſtimationem meam, verumetiam ad publicam Eccleſiæ cauſam, & ad veſtræ facultatis autoritatem, non committetis ut plus apud vos valeant quorundam impotentes affectus, quàm ſyncera bonorum & eruditorum judicia. Quod autem peto hoc eſt, ut, ſi fieri poteſt, res inter nos privatis ac fraternis admonitionibus tranſigatur. Etenim ſi quid in ſcriptis meis ineſt erroris, nemo poterit efficaciùs mederi quàm ipſe, ſi fuero commonitus. Id ſi fieri non poteſt, ut in judicando abſint privati affectus, ſed *Chriſtiana* charitas adhibeatur in conſilium, veſtráque autoritas *Chriſto* ſerviat potiùs, quàm hominum odiis & compendiis. Nè gravemini legere locum unde decerpuntur quæ *Bedda* nimium articulifex defert. Nè pigeat circumſpicere, ad quod tempus, ad quam perſonam pertineant quæ dicuntur: deinde nè ſit moleſtum evolvere quæ reſpondimus, hoc eſt, cognoſcere penitus rem priuſquam edatis ſententiam, nè cæcum prodeat judicium, quod vobis majori dedecori ſit futurum quàm mihi. Si quid erit verè impium, habebit impietas me cum primis vindicem. Ita nec ego lædar, & cauſæ pietatis rectè conſuletur, nec veſtra autoritas exponetur linguis hominum. Videtis quàm rem non iniquam petam, haud petiturus, ſi veſtram contemnerem autoritatem, quemadmodum faciunt iſti qui favent novis dogmatibus. Rurſum non petiturus, niſi ſcirem quantum valeat, etiam inter probos, improborum pervicacia. Si monachis bene conſultum vultis, conſulite illis, ut omiſſis iſtis malitioſis molitionibus, conferant ſeſe ad eam vitæ ſynceritatem, quâ tantum orbis favorem promeruerunt. Nullâ re citiùs mitigabunt invidiam, quam iſtis tumultibus magis exaſperant. Si contemptis hominum judiciis rem gladiatoriâ vi gerere deſtinant, cogitent hujuſmodi conſilia nec monarchis fuiſſe proſpera. Miſi reſponſiunculas ad quoſdam articulos, quos audio jam veſtro judicio periclitatos, quo de cæteris certiùs judicetis. Eas legere non gravabimini. Miſi & libellum *Supputationum*, indicatis locis, quo vobis quæ rendi laborem adimerem. Precor ut Dominus *Jeſus* animis veſtris inſpiret ea conſilia, quæ & digna ſint iſto collegio ſacratiſſimo, & reipublicæ *Chriſtianæ* ſalutifera. Repetam quod initio dixeram. Si rumor vanus hæc pertulit, exiſtimetis hæc vobis ſcripta non eſſe. Officio meo non defui: ſi quid orietur tumultuum, aliis imputabitur. Datum *Baſileæ*, poſtridie Natalis *Martini*, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Sereniſſimo Principi Ferdinando Pannoniæ Bohemiæque Regi, &c. Eraſmus Roterodamus S. D.

SI Principis ſic de me meriti, ſic in me affecti ſucceſſibus non toto pectore gratularer, *Ferdinande* Rex inclyte, meritò dicar homo hominum ingratiſſimus: rurſus ſi illius proſperitas mihi non eſſet vehementer jucunda, à cujus felicitate magna ex parte pendet totius rei *Chriſtianæ* felicitas, plus quàm impius haberi debeam. Quanquam enim omnis humana felicitas ab autore Deo proficiſcitur, tamen plerunque per bonos Principes recreat, ſublevátque populum ſuum propitius, per malos affligit offenſus. Hic igitur nihil promereor laudis, ſi facio quod non feciſſe ſummũ celus ſit. Hoc mihi dolet, quòd celſitudini tuæ quid ultra vota, propenſámq; animi voluntatem præſtare queam, non videam, nimirum hâc ætate, atq; hac etiam valetudine, quæ per ſe onus eſſet intolerabile, etiamſi ſenectutis incommodum non accederet. Certè quicquid his ingenii viriúmque reliquiis præſtari poterit, id conſtanter ad extremum uſque vitæ diem præſtaturus ſum, opitulante Deo, qui pro ſua bonitate, & ſine nobis Majeſtatis tuæ reſtitutionéſque in *Chriſtianæ* ditionis commodum & Eccleſiæ concordiam proſperare dignabitur, id quod nos votis ardentiſſimis optare non deſinimus. Pro favore quem per literas amantiſſimè ſcriptas defers, quanquam tu quidem hic nihil facis novi, gratiam habeo maximam. *Baſileæ*, XVIII. Calend. Auguſti, Anno M. D. XXVII. *Epiſt. 20.*

Sereniſſimo Principi Ferdinando Pannoniæ Bohemiæque Regi, &c. Eraſmus Roterodamus S. D.

PRo mea in tuam Majeſtatem obſervantia, próque illius ampliſſimis erga me meritis, ſemper eam fortunam tibi precatus ſum, Regum decus *Ferdinande*, quæ quum iſtâ tuâ ſummâ nobilitate, longâ Cæſarum & opulentiſſimorum Regum ſerie porrectâ, tum iſtâ tuâ ſingulari pietate integritatéque digna foret. Nihil autem judicavi tanto Principi, tali indole prædito felicius poſſe contingere, quàm ſi ditionem ſuam citra ſanguinis humani jacturam, vel adipiſceretur, vel tueretur, vel proferret. Idem ſemper optavi invictiſſimo Cæſari *Carolo*, tuo germano, quem pari tecum religione ſemper, ut debui, veneratus ſum. Cæterùm quoniam prima illa mea vota video non valuiſſe, certè quod erat proximum, ſuperis res tuas proſperantibus, evenire gaudemus. Incredibilem enim cœpimus voluptatem ex rumore huc nuper allato, ſed multo ut certiorem, ita uberiorem ex amicorum literis, quæ nunciabant te, nec multâ ſtrage, nec magno ſanguinis humani diſpendio, *Pannoniorum Bohemorúm*que regna in ditionem tuam redegiſſe. Non enim mihi valde placent *Romanorum* triumphi, qui videbantur hoc eſſe ſplendidiores, *Epiſt. 21.*

splendidiores, quo plura hostium millia trucidata, plures exustæ civitates ac vici, plures orbi, orphani, viduæque factæ nunciabantur; denique quo major captivorum ac sauciorum turba ad invidiosum spectaculum producebatur, quasi parum esset esse prostratos, nisi accederet calamitatis exprobratio. Nulla potest esse victoria speciosior, quàm quæ quantum licet, cum pauciſſimorum exitio conjuncta est, quæque longissimè abest ab ea quam *Græci Cadmeam* appellant: tum ex qua victor majorem prudentiæ moderationisque laudem refert, quàm fortitudinis aut etiam felicitatis. Non admodum plausibilis felicitas est, quæ plurimorum emitur infelicitate. Quot cladibus interdum emitur unius oppiduli aut arcis expugnatio, ut non minùs fleat victor quàm victus? Quot mortibus constitit *Græcis Troja* capta, in cujus obsidione plures propemodum absumpsit pestilentia quàm gladius? Tu verò *Pannoniæ* regnum ampliſſimum pariter & opulentiſſimum, jam ab alio occupatum ac diſſidiis turbatum undique, tuorum minimo, hostium verò non ita magno dispendio vindicâsti. De *C. Cæsare*, ni fallor, scriptum est,

——*Secúmque deos in prælia ducit:*

Agnovit & ipse tuam felicitatem, *Veni* inquiens, *Vidi, Vici.* Quanto justiùs hæc in te dici possunt, Principem singulari pietate, sanctimoniáque præditum, qui nullo penè conflictu, solo adventu tuo, tantos *Pannoniæ* motus composueris, tantum regnum tibi asseruerit occupatore depulso? Quid hâc victoriâ plausibilius, adeo, non cruenta, ut ipsis etiam hostibus gratulari liceat, quòd in victorem tam clementem, támque cordatum inciderint? Nec dubito quin quotquot istic sapiunt, se victos esse gaudeant. Fit enim interdum, ut vinci sit beneficio affici. Quis non agnoscit his rebus tam feliciter gestis numen propitium præfuisse? Nam ea demum vera felicitas est, quum divinum favorem promeretur victoris integritas, religio ac mansuetudo. Pollicetur hoc ipse Deus optimus maximus in sacris literis, se propugnatorem fore suis, qui ipsius præsidio freti, non deflectunt à justitia. *Et omnia*, inquit, *quæcunque faciet prosperabuntur.* Magnifica sanè pollicitatio, sed ab illo profecta qui mentiri non potest, quum possit omnia. Siquidem illius auspiciis feliciter cedunt nobis etiam illa, quæ videntur infelicissima. Contrà, quum improbis quædam videntur secundo fortunæ flatu geri, non est prosperitas, sed insidiæ potiùs mali genii, velut esca pellicientis in exitium. Pro tanto itaque rerum successu, *Ferdinande* Rex inclyte, primùm Deo regum summo gratias agimus, deinde tuæ pietati, tuæ prudentiæ, tuæ moderationi clementiæque gratulamur, non dubitantes tibi cæteris in rebus parem prosperitatem polliceri, aut etiam majorem, si tu, quod futurum confido istas animi dotes, quæ te Deo gratum faciunt, constanter retinueris: nec tibi gratulor modò, verumetiam ipsi regno gratulor, quod perierat, nisi tu Princeps non minùs pius quàm magnus, divinitùs datus esses, qui & pro tua bonitate velles, & pro tua magnitudine posses tantas turbarum undas componere. Vides, *Ferdinande* Rex, quæ regnorum moles incumbant humeris tuis, quanto majores maneant. Vides horum temporum periculosissimos tumultus. In tanta rerum tempestate nauclero insigniter docto ac vigilante opus est, quem te nobis exhibitutum, & indoles ista, & rerum exordia promittunt. Quanto cum animi dolore vidimus duos præcipuos orbis monarchas tot annos inter se diſſidere, & interim exitiosæ factiones sub Evangelii prætextu indies latiùs agunt radices, malæ filicis in morem, orbem propè totum occupantes. Si quid ego prospicio in rebus humanis, hanc unam satis gravem causam arbitror cur & Principes compositis utcunque diſſidiis sibi fœderentur, ut junctis consiliis & autoritate, religio *Christiana* sic undique convulsa in bonum aliquem statum reponatur. Quamdiu ad hunc modum belligerantur monarchæ, dormitant Episcopi, sacerdotes tantùm quod habent mordicùs tenent, monachi pro suo regno satagunt, Theologi articulis ac salciculis frigidis rem gerunt, populo liberum est quod libet & credere & facere, nullum video malorum finem. Quod unum possumus precamur Deum, ut nostris commissis, quibus hæc mala commeruimus, aliquando factus propitius, ea consilia tum monarchis, tum religionis antistitibus immittat, quæ nobis veram pietatem cum pace concordiáque reducant. Prolixior fui quàm vel ego statueram, vel tuæ ferunt occupationes. Sed boni consulet tua mansuetudo; vehemens affectus modum nescit. Scio, solet excusari sera gratulatio, sed quum adest facultas animi protinus testificandi. Hic primus obtigit, per quem tutò quæ vellem scriberem. Inclytam Majestatem tuam Dominus *Jesus* publico orbis bono semper in majus provehat. Datum *Basileæ*, sexto Calendas Februarii, Anno M. D. XXIX.

Cutbertus Tonstallus Londinensis Ecclesiæ Minister Erasmo Rot. S. D.

DIci non potest, quantopere sim gavisus, lectis tuis literis, præsertim his cubus tum ad Regem tum ad Legatum scriptis, his te suspicionibus liberas, quas de libello à *Luthero* in Regem edito, tanquam aliquid inesset tuum, hic subortas esse nonnulli tibi retulerunt: non quòd animis hominum tam altè insederat hæc suspitio, ut tuis literis fuerit revellenda: quandoquidem sic totus liber contumeliis scatet, sic singulis pagellis *Lutherianum* virus spirat, ut ex qua officina prodierit, ille ipse lectus prodat, verùm eâ re sum lætatus vehementer, quòd ex his intellexi tibi cum *Lutherianis* malè convenire, téque à Pontifice Maximo rogatum, ut congrediendi cum *Luthero* provinciam susciperes, jam exoratum prope in procinctu esse. Id quod omnes amici tui magnopere & expectant & cupiunt, ut cum illo *Proteo*, imò veriùs *Atheo*, tandem congrediare. Cæterùm ex *Luthero*, inquis, & *Lutheranis* malè audiam. At non pejus, quàm Deus ipse, quem ille malitiæ omnis autorem facit, dum liberum tollit ab hominibus arbitrium, atque omnia statis necessitatis legibus fieri prorsus contendit, ut liberum cuiquam non sit, si velit bene facere. Et *Christi* causa injecta probra plus tibi laudis nimirum parient, quàm omnia omnium quantumvis elaborata encomia, quocirca nihil est, quòd eo nomine terreare. Mihi quidem videris hoc patriæ tuæ inprimis debere, quæ nisi quamprimum occurratus, pestilente hac contagione, sese latiùs sparsura, si nemo obviam prodit, infici periclitatur. *Epist.* 22.

Nemo unquam in ſacris eruditus literis eorum, qui hactenus fuerunt, ſuâ ætate pernicioſam ortam hæreſim vidit quam non impugnavit. Quo quæſo nomine tuus *Hieronymus* celebrior habetur, quàm quòd hæreſes ſui temporis acerrimè confutavit. Non illum ſacri *Moſeos* & Prophetarum libri ad *Hebraicam* veritatem reſtituti, non multiplices commentarii magnis deſudati laboribus clariorem reddiderunt, quàm quod adversùs *Helvidium*, *Jovinianum*, *Luciferianos*, *Vigilantium*, *Pelagianos* in arenam ſeſe dedit. Ubi major *Origenis* elucet eruditio, quàm contra *Celſum*? Ubi major *Baſilii*, quàm contra *Eunomium*? *Cyprianus* dum contra *Demetrianum*, *Novatianum* & *Novatum* acriùs invectus eſt, quantam laudem retulit? Quanta *Hilario* contigit *Conſtantium* impugnanti? Quæ verò *Auguſtinus* contra *Pelagium*, contra *Julianum*, contra *Arrianos*, contra *Manichæos*, contra *Gaudentium*, contra *Petilianum*, contra *Fauſtum*, contra *Fulgentium* ſcripſit: tantopere illius viri ſanctum ardorem exprimunt, ut neſciam, an ejus vel flagrans in Dei eccleſiam charitas, vel magna in ſacris literis eruditio, ex ullis aliis ſcriptis ſit dilucidior. Porrò, quis unquam in eccleſia paulo eruditior, poſt ortam novam hæreſim reticuit? Ea demum vera militia *Chriſtiana* eſt, hæreſes expugnare. An barbaros in fines noſtros irrumpentes, pauxillúmque abigentes, prædæ perſequi pulchrum putamus: hæreticos de religione atque aris nobiſcum decertantes, æquo animo ferimus? quando multo eſt præclarior de his quàm de illis victoria: quòd his devictis æternus in cœlis datur triumphus, illis ſummotis, brevis admodum in hac vita gloriola. Te verò vel maximè movere debet, quòd quàm multis lucubrationibus in Eccleſiæ utilitatem ſumptis, gloriam parâſti, præripere tibi *Lutherani* parant, dum in ſuorum numero falsò te recenſent. Adde, quòd æmuli, ſi qui ſunt, qui tuam corrodunt famam, quando non alio magis nomine tibi nocere poſſunt, in illam factionem te aſcribunt. Quantus autem accedit ſtimulus? quòd *Adrianus* ſummus Pontifex & tuus conterraneus, & de grege Domini tam ſolicitus, tantopere te invitat, ut eam provinciam deſumas, ad quam cum illius atque omnium judicio videris inprimis idoneus, tum etiam non rogatus ſponte nomen dare debes: cùm eas hæreſes ſuppullulare videas, quibus tandem adultis, tota ruet eccleſia. Neque enim una aut altera pernicioſa novitas ingeritur: ſed ad ingentem *Vuicleficarum* hæreſeωn catervam nova accedunt arma, nempe convitia, contumeliæ, probra, linguæ veneno tinctæ, ut planè videri poſſit venenum aſpidum ſub eorum labiis ebullire. His telis eccleſiam, quam aliâ ratione non poſſunt, expugnare parant. Quæ autem ab Apoſtolis inſtituta poſt *Chriſtum* incarnatum in Eccleſia catholica ſemper obſervata ſunt, iſtis univerſa diſplicent, traditiones ſanctorum Patrum, eccleſiæ ritus, ſacra omnia, in quorum locum quid ipſi ſtatuere velint, nondum inter eos convenit. Omnes namque *Chriſtianos* viros juxta ac fœminas ex æquo ſacerdotes eſſe, Stoicâ quâdam moroſophiâ, contendunt, omnes etiam ex æquo Reges: nam eò tendit libertas illa *Chriſtiana*, quam nullis hominum legibus aſſerunt obnoxiam. Quo quid aliud, quàm anarchiam parant: tametſi *Germaniæ* Principes nondum id perſentiunt. Tentatum id aliquando à *Vuicleſianis* in hoc regno fuit, coactúmque ab his conjuratorum exercitum, commiſſo prælio, vix tandem regiâ poteſtate fuſum fugatúmque annales noſtri teſtantur. *Lutherus De abroganda Miſſa*, quam nunquam intellexit, libellum eſt auſus edere. Quid tandem ſupereſt ampliùs? niſi ſi de abolendo *Chriſto* ſcribere deſtinavit: nam huc hominis inſania tendere videri poteſt: quandoquidem divam Virginem ab ejus ſequacibus jam exploſam audimus. Tantáne impietas ultra ſuſtinenda eſt? Per ego te *Chriſti* tot exhauſtos mortali corpore labores; per illum ſanguinem, quem in mundi pretium moribundus profudit; per illam gloriam, quam in cœlis decurſâ hâc vitâ expectas, te obſecro atque obteſtor, *Eraſme*, imò verò te orat atque obteſtatur eccleſia, ut cum hac hydrâ tandem congrediare. Aude tantum, & orbis ſpondet tibi victoriam. Quantum etenim tibi culpæ non abs re impingi poteſt, ſi tuæ patriæ periclitanti, ſi eccleſiæ collabenti quamprimum ſuccurſurus non advolas? tantum immortalis gloriæ te manebit, ſi abs te patriæ tuæ conſervata religio, ſi tuis lucubrationibus eccleſia ſuffulta erit. Denique, illi ipſi labores, quos in ſacris literis exornandis ſumpſiſti, non parùm te excitare debent: quando quas tu multis ſudoribus expolire curâſti, fœdis hæreſibus ab iſtis pollutas vides, qui non impoliti ſermone cupiunt ipſi videri. Quo ſit ut nitorem in ſacris literis pleriſq; inviſũ reddant. Quâ quæſo in re meliùs animam jam per ætatem ſenſim deficientem ponere potes, quàm dum *Cerberum* iſtum diro latratu in omnes eccleſiaſticos ordines inſultantem, gladio Spiritûs abactum in antrum ſuum coges? Id quod te facturum eò magis confidunt omnes, quòd ipſe nuper edito libello, expectationem jam omnium de ea re concitâſti. Vale. *Londini* Nonis Julii, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio.

Eraſmus Roterodamus Cutberto Tonſtallo Epiſcopo Londonienſi S. D.

ISTud tam pium ſtudium, tam flagrantem erga Eccleſiam Dei zelum non poſſum equidem non vehementer probare, præſul cum primis obſervande: nec dubito quin iſtum mentis impetum judicio ſuſceperis: at mihi meíque ſimilibus circumſpiciendum eſt, nè, quod ſcribit Apoſtolus, zelum habeamus, ſed non ſecundùm ſcientiam; ac, juxta *Parmenonis* Comici dictum, metuendum nè nimium calidum hoc ſit modo. Siquidem video quibuſdam uſu venire, ut dum majore ſtudio quàm judicio rem gerunt, non ſolùm unà cum zizaniis evellant triticum, quod *Chriſtus* in Evangelio fieri vetuit, verumetiam pro zizaniis evellant triticum; dum vel priùs damnant quàm intelligunt, vel quod piè dictum eſt interpretatione depravant: ídque videri volunt zelum religionis, & hæreſeωn odium, quum hæc præcipua ſit peſtis & pietatis & concordiæ. Sic qui vehementer amant quempiam, nihil in eo non laudant: qui vehementer oderunt, nihil non damnant. In *Lutheri* ſcriptis quædam audio reprobari, quæ, ſi ſobriâ collatione inter eruditos & integros diſputarentur, nonnihil conferrent ad ſpiritualem & Evangelicum vigorem, à quo mundus nimiùm

nimium profectò degeneravit : idque eorum operâ potiſſimum, qui apud *Italos* Jus Pontificium profeſſi ſunt, magnâ quidem cum laude, tum ingenii, tum induſtriæ, ſed utinam pari fructu veræ pietatis. Conſtitutiones hominum, quoniam imperitæ multitudini ferè parantur, hoc agunt, ut minùs peccetur : *Chriſti* philoſophia longè altiùs vocat, & aliis rationibus ingreditur. Fateor eſſe veriſſimum, quod tu non minùs eloquenter quàm eruditè diſſeris, priſcos Eccleſiæ proceres nuſquam magis declarâſſe quid ingenio, doctrinâ, facundiáque valuerint, quàm in conflictibus adversùs hæreticos, nec aliunde plus veræ laudis retuliſſe : & huc me provocas ſplendidis ſanè exemplis, *Origenis*, *Baſilii*, *Cypriani*, *Hieronymi*, *Auguſtini* : verùm ubi me cum his confero, me miſerum, protinus, ut *Homericè* dicam, Ἐξίμυσοι κάππεσον θυμὸς. Utinam eas vires quas mihi ſermone tribuunt multi, re itidem dare poſſint. Hoc unum polliceor, me pro mea qualicunque portione non defuturum Eccleſiæ negotio. Utinam de exitu rei tua te fallat divinatio, mihi non admodum ſagaci jamdudum idem ſubolet : quod ſi eveniat, vereor nè pro excuſſis Pontificibus, Epiſcopis & Principibus, ſordidos quoſdam dominos recipiamus multò illis inclementiores. Nam ἀναρχίαν jampridem muſſant ii quos Anabaptiſtas vocant : aluntur & alia dogmatum monſtra, quæ, ſi proruperint, efficient ut *Lutherus* propemodum orthodoxus videri poſſit. Muſſatur & illud, baptiſmum nec in adultis nec in parvulis eſſe neceſſarium. Quòd ſi perſuaterint id quod moliuntur quidam, in Euchariſtia nihil eſſe niſi panem & vinum, non video quid nobis reliquum faciant de ſacramentis eccleſiaſticis. Extitit aliud inſaniæ genus, Prophetæ volunt videri, ſed ridentur ab omnibus. Nulla quidem adhuc exorta eſt ſecta, quæ de *Chriſto* prædicet impiè : multis tamen hic opinionum tumultus addidit animos, ut auſint non ſolùm de *Chriſti* divina natura blaſphema loqui, verumetiam de Scripturæ totius autoritate dubitare. Ita fit, quoties ſemel effractis repagulis ſeſe in licentiæ campum effudit hominum temeritas, nullum facit inſaniendi finem, donec omnia ſecum involvat exitio. Iſtis, ut veriſſimè ſcribis, omnia diſplicent, ſed quidam è diverſo omnia mordicùs retinent, nec ea quidem mutari volentes quæ perperam irrepſerunt in Eccleſiam, & unde ſcatet præcipua *Chriſtiani* populi corruptela. Quúmque dicimus illis, vehementer iniquum eſſe ob hominum vitia convellere quæ recta ſunt, reſpondere ſolent, ut ſunt linguaces, eos quorum arbitrio gubernatur Eccleſia, nec Dei timore, nec Scripturarum admonitu, nec Principum autoritate, tot jam ſeculis hactenus corrigi potuiſſe, nec aliam eſſe viam medendi, niſi perturbatis omnibus. Utraque pars ad ſe trahit funiculum contentionis. Malum hoc immedicabilius reddit Principum pertinax diſcordia, quod ita velim radicitùs extirpari, nè ad tempus repreſſum, paulò pòſt majore exitio rebulliat. Reſtituendæ Eccleſiæ formam nobis depingit liber *Eſdræ*. Bona ſpes eſſet, ſi Dominus nobis talem Principem mittere dignaretur, qualis fuit *Eſdras*; talem Pontificem, qualis fuit *Joſue*; talem Prophetam, qualis fuit *Aggeus*; talem populum, ut dum reclamat impiis dogmatibus, correctâ malâ vitâ, bonis operibus ædificet civitatem ac domum Dei : ſic enim legimus, *Unâ manu faciebat opus, & alterâ tenebat gladium.* Ædificantium enim unuſquiſque gladio erat accinctus renes, & ædificabant, & clangebant buccinâ. Nunc ſi in clamoribus aliquot Theologorum ac monachorum parum ſobriis, ſi in armis & copiis Epiſcoporum & Cardinalium tota ſpes noſtra eſt, demirabor ſi per ea poterit ſanari malum, unde præcipua ſcatet occaſio mali. Sed nondum promeremur, ut afflatu ſpiritus expergiſcantur orbis primates. *In Domino confido, qui non iraſcitur in perpetuum* : & nunc meritò cum Pſalmographo dicere poſſumus, *Reppuliſti nos, & deſtruxiſti nos* : utinam liceat & illud accinere, *Iratus es, & miſertus es noſtri* : Illud certè licet, *Commoviſti terram, & conturbâſti eam, ſana contritiones ejus quoniam mota eſt.* Sed næ ego inſigniter impudens, qui hæc ad te. Dominus pietatem tuam ſoſpitet ac proſperet in ævum, præſul ornatiſſime. Datum *Baſileæ*, Anno M. D. XXV.

Eraſmus Rot. Quirino Taleſio ſuo S. D.

CUravimus ut has literas reperires apud *Marcum Laurinum* ex *Anglia* reverſus, in qua non dubito, quin eâ fide, ſtudio curáque rem geſſeris, ut & tui ſimilis fueris, *Quirine* chariſſime, & meæ de te fiduciæ reſponderis. Fallere præceptorem turpe eſt, ſed turpius fallere amicum fidentem. Scis ut tibi nihil unquam apud me, nec occluſum fuerit, nec obſignatum, nè earum quidem rerum, quas alii non unis clavibus à famulorum, imò non à famulorum tantùm, verumetiam à filiorum oculis ſubmovent. Facilè conjecto te diutiùs hæſiſſe apud *Britannos*, novi quàm ubique cantator ſit *Montjoius* meus, non tantùm in ſimilibus negotiis, & quam ægrè dimittat clientem ſummus ille purpuratus. ἀ δεῖ μὴν θεομαχεῖν. Verùm eam moram fac ut nunc celeritate farcias, niſi ſi quid extiterit novæ rei quod te remoretur in *Flandria*. Jamdudum enim & mea ſtudia, & domus in te inclinata recumbens, deſiderant tuam præſentiam. Nè tamen uſque adeò properes ad nos, ut non amanter ſimul, ac diligenter ſalutes amicorum meorum veteriſſimum *Antonium Clavam*, candidiſſimum *Guilielmum à Vala*, fortiſſimum patronum *Jacobum à Prato*, quem tamen ut opinor apud *Anglos* reperiſti. Paucioribus enim ſcripſi, partim quòd nihil rerum mearum te latet, partim quòd conſiderem te mihi apud amicos epiſtolæ quamlibet loquacis loco futurum. *Hollandiam* interea non ſecus ac littus Sirenum fugito. Difficile eſt lotum ſemel guſtatam relinquere. De penſione *Curtracenſi* diligenter explora rem omnem, & quodcunque conſilium tibi tempus & occaſio ſuggeſſerit, ſequitor. Negotii ſummam tuæ fidei prudentiæque permitto. Illud cave nè præter viaticum neceſſarium, quicquam pecuniarum, aut annulorum deferas per viam, ſed quo tutiùs ad nos redeas, deponito tuas quoque, ſi quas habebis, pecunias, apud eos quos deſignavi, niſi fortè mihi quoque diffidis. Non ſum *Trapezita*; recipies à nobis ſummam integram minimèque arroſam ſolitâ fide, tibíque jam ſæpenumero perſpecta. Bene vale. Datum *Baſileæ*, IV. Idus Martias, Anno M. D. XXVIII. *Epiſt.* 24.

Eraſmus Jacobo Sadoleto Epiſcopo Carpentoractenſi S.

Epiſt. 25. QUantas calamitates hæc rerum humanarum fatalis tempeſtas ſecum defert, ornatiſſime præſul? Quid deplorabimus, aut quem conſolabimur? Quam orbis partem immunem ab hac procella videre licet? Aut quis eſt bonorum, qui non ipſe pariter egeat conſolatore? Vidimus *Romam* crudeliùs captam quàm olim fuerit à *Gallis*, aut pòſt à *Gothis*. Vidimus Eccleſiæ principem *Clementem* inclementiſſimè tractatum, & adhuc videmus duos potentiſſimos orbis monarchas odiis immedicabilibus inter ſe diſſidere, &, ſi verus eſt rumor, invicem ad monomachiam provocare. In tanto rerum fragore, malè metuebamus tibi, & *Bembo*, in quibus præcipuè, ac pene ſolis mihi videtur priſcus ille candor, & erudita pietas illibata ſupereſſe. Utriuſque dotes eximias ſemper amavi. Tuas enim non ſolùm ex amicorum prædicatione, tuíſque ad nos literis cognovi, verumetiam ex abſolutiſſimo libello quem nunc ubique vix credibili ſtudio complectuntur omnes, quibus cordi eſt bonam mentem cum bonis literis conjungere. At *Bembum* impenſiùs tum amare, tum mirari cœpi, poſteaquam eas legi literas, quas *Longolius* veſtræ quondam benignitatis alumnus, evulgandas curavit. Videbam quantopere referret & ſtudiorum & *Chriſtianæ* religionis, tales animas incolumes eſſe ex hoc incendio. Ac de *Petro Bembo* nondum poſuimus ſollicitudinem, incerti quid agat. Tibi verò majorem in modum gratulamur, quem numen aliquod non tibi modò, ſed optimis etiam ſtudiis ac pietati *Chriſtianæ* propitium, imminenti procellæ ſubduxerit, atque utinam totum ſubduxiſſet. Magnam tui partem audio periſſe, videlicet bibliothecam utriuſque linguæ monumentis exquiſitiſſimis opulentam. Domi conjecturam facio, quàm tibi gravis acciderit iſta jactura, præſertim irreparabilis. O barbariem inauditam! Quæ fuit unquam tanta *Scytharum*, *Quadorum*, *Vuandalorum*, *Hunnorum*, *Gothorum* immanitas, ut non contenta quicquid erat opum diripere, in libros, rem ſacratiſſimam, ſæviret incendio? Atque hic non tam amici vicem dolemus, quàm noſtram. Nobis enim ac ſtudioſis omnibus ereptum eſſe ducimus, quicquid ibi periit. Quemadmodum urbis *Romæ* calamitas, omnium nationum calamitas fuit, quippe quæ non ſolùm arx erat *Chriſtianæ* religionis, & ingeniorum altrix, ac Muſarum ut ita dicam, tranquilliſſimum domicilium, verumetiam omnium gentium communis mater. Quem enim illa civitas, quamvis in alio mundo natum, non placido gremio excipiebat, fovebat, educabat? Quis illic, licèt ab extremo orbis angulo profectus, ſibi videbatur hoſpes? Imò quàm multis illa patriâ ſuâ fuit charior, dulcior, atque etiam felicior? Aut quod ingenium tam efferum fuit, quod illa ſuâ conſuetudine non mitius ac manſuetius nobis remiſerit? Aut quis illic aliquandiu vixit, qui non invitus diſceſſerit, qui non ejus repetendæ datam occaſionem libenter amplexus ſit, non datam captaverit. Nimirum orbis hoc excidium erat verius quàm urbis. Tot opinionum diſſidiis labefactata nutat *Chriſtiana* religio. *Bellonæ* furor nuſquam abeſt, & in tanto tumultuum fremitu, Muſæ liberaléſque diſciplinæ, aut prorſus jacent frigéntque, aut conterritæ ſilent. Et perinde quaſi parum ſit hìc calamitatis, adjungunt ſeſe peſtilentiæ, bulimiæ, & rerum omnium caritas. Nec in his rerum fluctibus, ullus bonæ ſpei portus aperit ſeſe; Cœlum undique & undique pontus. Quanquam arbitror futurum, ut Eccleſiæ Princeps *Clemens* in tam ſæva tempeſtate fortem & egregium nauclerum præſtet. Requirit hoc malum inſignem medicum, quem in illo nobis etiam medicis cognomen polliceri videtur: requirunt hi monarcharum animi, magnum aliquem conſultorem, qui illos nimium exacerbatos ad clementiam revocet. Et hìc arridet nobis lætum omen *Clementis* ſeptimi, cujus pietati non dubito quin adſutura ſint numinis præſidia, ſi modò populus *Chriſtianus*, agnoſcens Dei manum ad vitæ correctionem invitantis, ſua ſcelera confitens, non ficto pectore confugerit ad illius miſericordiam. Alioqui verendum eſt nè nobis eveniat quod evenit *Ægyptiis*, quos remediis tam multis, támque gravibus, inſanabiles tandem unda maris abſorbuit. Hæc Evangelica febris, ſic enim appellare libet, magna ex parte remittit ſeſe, bonámque ſpem redituræ ſanitatis præbet. Nam quæ nunc prodit *Lutherus*, ejus ferè generis ſunt, ut videatur παλιῳδεῖν· adeóque non placet ſuis diſcipulis, ut eum, ſi Deo placet, appellent hæreticum, affirmantes illum Evangelico ſpiritu deſtitutum, humano ſpiritu delirare. Nec pauci cives, imò civitates reſipiſcunt. At vereor nè per quoſdam recrudeſcat morbus. Per quos inquies? Per eoſdem quorum ſiniſtris conſiliis, & veſanis clamoribus, malum hoc & ortum eſt, & huc uſque progreſſum. Victoriam autem *Chriſto* debitam ad ſe rapere moliuntur, nec ſatis magnificum triumphum exiſtimant, niſi non ſolùm hæreſes proſtratas videant, ſed & bonas literas proculcatas. Siquidem harum cultores aliquanto vehementiùs impetunt, quàm ipſos hæreſiarchas. Sed adverſùs horum inſolentiam, confido ſummi Pontificis, Epiſcoporum ac Principum æquitatem bonis ac doctis viris auxilio futuram. Bene vale. *Baſileæ*, Anno M. D. XXVIII.

Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpent. Eraſmo Rot. S.

ACcepi literas tuas *Baſileâ* Calendis Octobris datas, in quibus erat manu tuâ adſcriptum, alteras te eodem exemplo ante dediſſe, quas non acceperam: ſed & hæ tardiùs huc allatæ ſunt, medio enim Novembri menſe mihi ſunt redditæ: Quas habui, mi *Eraſme* doctiſſime, omni ratione gratiſſimas: nam & effigiem tuæ eximiæ virtutis ſummæque humanitatis mihi ante oculos totam poſuerunt, quam ego ſoleo & mirari & amare, & tuæ erga me ſingularis benevolentiæ mihi fuerunt teſtes. Quod enim tantam de ſalute mea curam ſumpſeris, atque uſque eo fueris ſollicitus, quoad habueris certum quid de me factum eſſet, méque in meis locis conſtitiſſe cognoveris, amici nimirum animi & egregiè benevoli, hæc magna eſt ſignificatio: in qua nè vivam mi *Eraſme* ſi tibi concedo, ut in amando ſis ſuperior. Multas equidem tuas partes, atque haud ſcio an omnium plurimas, ingenii, eruditionis, copiæ dilexi ſemper & admiratus ſum, atque inprimis quòd tu *Epiſt.* 26.

iſta

iſta tanta doctrinæ ornamenta ad pietatis ſtudium, & ad *Chriſti* celebrandum nomen contuliſſes. Huic verò tuo tanto in me ipſum amori, & ſi animo ſum par, verbis tamen & literis ſatisfacere non queo: ita avidè cupio exprimere, quàm me iſta devinciant, in quo mihi ſtilus & oratio non ſuppetit, quod tu pro tua prudentia meliùs omninò concipies: ſanè quod ad me attinet, divino admirabili beneficio ſalus tum mihi & incolumitas fuit quæſita, cum viginti diebus ipſis antequam horribilis illa clades urbi *Romæ* incideret, ex urbe ſum illapſus itineris ad meam Eccleſiam faciendi cauſâ: quò proficiſci, & in ea reſidere quod vitæ reliquum eſſet, relictis cæteris rebus omnibus jam ante Deo me obſtrinxeram: quam bonam in me voluntatem arbitror unam tunc idoneam judicatam, propter quam ſalus mihi à Deo eſſet: nam mea quidem reliqua ejuſmodi ſunt, ut mihi miſericordia Dei magis quàm juſtitia ſit confidendum: ſed quo ego minùs meritus ſum, hoc ſummi ejuſdem Dei clementiæ & benignitati major à me debetur gratia. Meas quidem fortunas omnes illâ acerbâ direptione amiſi, ipſam etiam bibliothecam, quam *Græcis* & *Latinis* libris undique comparatis referſeram. Idque unum ſenſi in meis damnis detrimentum, quod & tu grave æſtimas, & ego agnoſco, ſed tamen omnia in bonam partem accipienda ſunt. De *Bembo* meo nihil eſt quod labores. Is vivo etiam tum *Leone*, morbo quodam compulſus, cœli mutandi cauſâ contulit ſe *Patavium*, ibidémque conſedit, & nunc quoque commoratur totus in literis & ſtudiis intentus, omnémque habens cum muſis rationem, quem ego arbitror pangere profectò aliquid, quod laudi ipſi atque famæ, aliis non mediocri utilitati ſit futurum. Urbis *Romæ* caſum non alterius arbitror eloquentia quàm tua ſatis dignè poſſe deplorari: incredibile eſt quantum calamitatis & damni in illius urbis ruina omni humano generi invectum ſit: in qua etſi vitia quoque nonnulla inerant, maximam tamen multo partem dominabatur virtus, domicilium certè humanitatis, hoſpitalitatis, omníſque prudentiæ & ſapientiæ ſemper civitas illa fuit: cujus excidio ſi qui lætati ſunt, ii non homines, ſed feræ potiùs immanes ſunt exiſtimandi, quanquam hoc paucis uſu arbitror contigiſſe, ut aut non doluerint nobiliſſimæ omnium & multo præſtantiſſimæ civitatis interitum, aut ſi furore quodam uſque eò perbacchati ſunt, ut hoc illi exitium optaverint & calamitatem, nunc ſaturatis odiis non aliquâ ſui furoris pœnitentiâ, & viciſſitudine rerum humanarum moveantur. Sed de his viderit Deus, quos tu quod ſcribis reſipiſcere jam videri, cupio equidem ut ita ſit, ídque precari Deum non deſinam: non enim odi illos, quin cupio reverti ad ſanitatem. Sed tamen Deus viderit. Ego quòd te habeo mecum ſocium hujus doloris, quem ex indigniſſimo caſu Principis terrarum Urbis ambo accepimus, neque parum me conſolor, & de tua optima mente atque natura præclarum judicium facio: Quod ut inam pacis & concordiæ communis aliqua ratio duceretur, aliquando eſſet quod meliùs nos conſolari & rectè ſperare de omni repub. poſſemus. Nunc & tu prudentiſſimè ſcribis, & ego intelligo, omni hâc ſpe, niſi Deo aliter ſtatutum ſit, penitus ſublatâ, nihil neque bonis literis, neque ſtudiis pietatis eſſe loci relictum. Nec tamen propterea deficere animo, neque defatigari debemus, quin cuncti qui artibus optimis imbuti & inſtituti ſumus, ſubveniamus pro ſua quiſque parte huic tanto damno jacturæque communi, & in libris navemus pacis & pietatis opera, ſi minùs in republica & in cœtu hominum poſſumus: in qua quidem actione, & ego elaboro, & te video tantam gloriam jamdudum conſecutum, ut vix jam ſit qui te audeat imitari, nedum ut quiſquam te aſſequi poſſe confidat. Quæ enim nos ſummo cum labore, multo cum tempore, miniméque apta & perfecta elucubramus: tu, nullo negotio, breviſſimo in tempore planè expedita abſolutáq; emittis, ut jam non curæ, ſed naturæ orationis tuæ nitor & affluentia illa eſſe videatur. Quo etiam minimè mirum tibi videri debet, multos eſſe tuæ laudis obtrectatores & invidos. Eſt enim edita in altum laus tua, neque omnes homines ejuſmodi, ut magis eos virtus tua ad amorem, quàm celebritas famæ ad malevolentiam commoveat: qui tamen abs te contemnendi ſunt, neque nauci faciendi: non enim digni ſunt, quorum propter improbitatem animus tuus, vel tantulum perturbetur. Ego ſicut & amor erga me tuus, & mea natura, & officia amicitiæ poſtulant, ſemper futurus ſum & tuarum clariſſimarum virtutum fautor, & dignitatis ac nominis præcipuus amator. Vale. *Carpentoracti*, duodecimo Calend. Decemb. Anno M. D. XXVIII.

Epiſtolæ fragmentum.

Germanus Brixius Eraſmo Rot. S. D.

VEnio ad epiſtolæ tuæ partem, quæ ad te magnopere pertinens, mihi tecum quodammodo communis eſt. Facere enim non poſſum pro neceſſitudinis noſtræ jure, quin ipſe ſtatim exiſtimationis iſtius tum commodi, tum incommodi particeps fiam. Equidem magnopere optârim *Eraſme* amiciſſime, ſanctius verbum uſurpare hic non poſſum, nullam nubeculam, hoc præſertim tempore, alioqui ſtudiis humanioribus ſatis infeſto, ſubortam fuiſſe, per quam amicitiæ cum *Budæo* tuæ ſplendor obſcurari poſſet. Eſt *Budæus*, quod tu non neſcis, noſtris omnibus ſic admirabilis, ut eum tanquam pro numine aliquo ſtudioſi omnes hìc colant. Hoc non ſolùm obtinuit hominis fides, probitas, autoritas, verumetiam ætas, ingenium, doctrina, quæ talis quidem eſt, ut nihil ſit quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit. Mihi certè id ille eſt, ſempérque fuit, quod *Plinio Ariſto* ſuus erat: nam quoties aliquid abditum quæro, mihi *Budæus* theſaurus eſt: & ut ſummatim dicam, talis eſt *Gallis* ſuis *Budæus*, qualis *Germanis* ſuis *Eraſmus*: quo major indignatio noſtrorum omnium animos ſubit, quod hac in opinione, juſta de cauſa, quum ſint, exiſtiment illum abs te non tantum *Badio* collatum, ſed & poſtpoſitum. Scio *Badium* non eſſe prorſus ἄμουσον. Verùm qualis qualis eſt, talem ſe certè hominibus noſtris hactenus probavit, ut quoties de doctis ſermo inter doctos incidit, de *Badio* planè ὑψηλὸς λόγος. Illi, quod non inficiaris, quæſtus tantum, non eloquentia ſcopus eſt. Mihi porrò epiſtolæ πρὸς τὸν δεῖνα tuæ exemplo opus non erat, ut ad cauſæ tuæ patrocinium inſtructior fierem. Nolim tamen

Epiſt. 27.

tamen multis de causis non lectam mihi epistolam. Sciunt nostri omnes quid statim aperto ore dixerim, quum apud me plerique gravissimè quererentur, post *Ciceroniani* editionem, ob multa in eo libello quæ non omnibus arriderent ; sed præsertim ob perstrictum, ita enim loquebantur, *Budæum:* qui iidem ut me secum sentientem faciliùs invenirent, quàm poterant invidiosissimum mihi reddebant *Nosoponi* tui latum de me judicium. Apagete inquam ego, non attenditis in *Ciceroniano* quod ante omnia attendendum fuerat, *Erasmum* diversum sentire quum *Nosoponus*, diversum item quum *Bulephorus* loquitur; præterea toto in opere autori unum hoc fuisse propositum, non quidem ut *Tullianam* eloquentiam vellicet (id enim factum planè insani hominis factum fuerit) sed ut superstitiosam quorundam *Tullianæ* dictionis affectationem, quam ipsam nemini antiquorum curæ fuisse videmus, rideat, detestetúrque ; quod argumentum feliciter, nisi me meum judicium fallit, atque adeò *Ciceroniane*, hoc est, magnâ arte, pari eloquentiâ, nec minore copiâ ab *Erasmo* tractatum inveniet, quisquis hactenus prudens, patiénsque fuerit, ut *Ciceronianum* ipsum priùs attentè totum legere, quàm de eo minimè lecto pronunciare maluerit. Nam quæ, malum, animi perversitas, aut judicii præposteritas illa est ? damnare non dico quæ minùs rectè intellexeris (id enim levius malum) sed quæ prorsus nunquam legeris, ac quæ nè in animo quidem unquam legere habeas ? memineram enim *Erasme* optime damnandis præsertim scriptis tuis aliis atque aliis antehac multos hâc eâdem temeritate transversos actos. Omnia porrò, quæ tum pro causæ tuæ tuitione à me in medium allata sunt, tibi hìc recensere nec possum, nec libet : sed tamen quod ad animi erga te mei significationem pertinuit, equidem retellendis à me illorum rationibus benevolentior tibi, quàm antea essem, nihilo sum factus, diligentior ad declarandam benevolentiam multò. Ego enim tametsi nihil videbatur ad meum erga te amorem addi posse, tamen tali inter nostros tumultu ob *Ciceroniani* editionem ~~obortο~~, non majore quidem studio, sed acriùs, apertiùs, significantiùs dignitatem defendi tuam, atque ita demum defendi, ut ipse ego jam defensore aliquo indigeam, qui causam apud illos meam tueatur. Vocor enim ab illis in jus, quod *Erasmo* plus æquo propensus sim. Hujus rei testis mihi locupletissimus apud te esse potest *Thomas Lupsetus* communis amicus, qui & ipse constanter unà mecum à partibus tuis stat, ægerrimè ferens existimationem tuam tali de causa in ejusmodi incommodum hìc incurrisse. Sed ut ad illorum sermones questúsque redeam, me certè illos audientem ut vetus nostra amicitia stimulabat, ut caverem nè cui suspitionem animi ex ea, quam dixi, *Nosoponi* tui de me sententia offensi, darem : sic tumultus idem, seu simultas potiùs, majorem mihi curam afferebat cavendi, nè quid cui de summo meo erga te amore detractum esse videretur : quum & alioqui tali ingenio præditum me agnoscerem, ut me intra me tantùm quæram, externarum laudum minimè sollicitus, ambitiosúsve. Meminimus enim quanto majore cum voluptate, ingenii ac doctrinæ fructus in conscientia, quàm in fama reponatur. Enimvero *Erasme* suavissime ut te à me apud alios defensum, apud te nonnihil accusem (facit autem tum παῤῥησία apud omnes mea, tum amor erga te meus, singularis ille quidem, & eximius, ut hoc mihi juris apud te sumam) ut ergo te apud temet nonnulla ex parte reum agam ; equidem quod tu mihi videris ad collationem eam, quâ de agitur, paulò inconsideratiùs descendisse, optârim vel existimationis meæ detrimento aliquo redemptum esse, te, vel *Budæi* nomen in *Ciceroniano* tuo prorsus suppressisse, vel de *Budæo* seorsum quid sentires enunciâsse, vel eundem cum alio quovis potiùs quàm cum *Badio* commisisse ; ea enim una commissura adeò nostris omnibus invidiosa est, ut multorum tibi benevolorum animos à tui studio abalienârit : ob id quod existimant *Budæum* cum *Badio* commissum perinde esse, ac si quis *Achillem* cum *Thersite* committeret. Talem illi de *Budæo*, talem item de *Badio* opinionem unanimes imbibere, quum tamen *Budæus* ipse mihi visus sit totam hanc fabulam, quum de ea primùm inter nos sermo incidisset, sùsque déque ferre : eâ est enim tum prudentiâ, tum animi magnitudine præditus *Budæus*, ut sua omnia ad conscientiam, non ad ostentationem referat; studiorúmque suorum non ex illius, vel illius sermone mercedem, sed ex ipsismet studiis petat. Non desunt tamen qui mihi narrant illius animum nunc hac de causa esse nonnihil offensum, sed quòd multis jam diebus hominem non viderim, id mihi planè compertum esse non potest. Proinde tametsi multorum affectum ut rectum judicium respiciendum haudquaquam puto, tamen non negaverim dandum esse aliquid hominum opinioni: præsertim qui videam vos magnos oratores solere solicitè operam dare, ut oratio vestra audientis vulgi animis sese gratiosa insinuet : desideraréque ut à populo plausum, acclamationem, nonnunquam & assentationem magis quàm exsibilationem ac cachinnum excipiatis. Itaque non parum de existimatione apud nostros tua bene merituram te opinor, si præstiteris, ut vel loco ad *Budæum* pertinente immutato, vel appendice ad opus attextâ, vel epistolâ aliquâ ad hunc, vel illum scriptâ, eáque postea editâ, id *Gallis* nostris probatum fiat, quod reverà omnibus probatum esse pervelim, quódque mihi, atque adeò, nisi fallor, *Budæo* ipsi, cujus unius causa agitur, abunde probatum est ; te videlicet neque *Budæi* gloriæ invidere, ut omninò non invidere mihi facilè persuasi : pares enim estis, qui autem invidet minor est : neque quum de *Budæo*, & *Badio* simul verba faceres, te id de doctrina, atque adeò eloquentia *Budæana* sensisse, quod sensisse multi falsò (malignè enim dicere nolim) interpretati sunt : ad tuam autem gloriam pertinet quàm maximum videri eum, quem exæquas. Hic mihi causæ totius status esse videtur. Tu videbis causa nè ea tibi in forum deducenda agendáque, an potiùs deferenda sit : nam ego hæc tibi à me simpliciter atque amicè scripta esse volui, quia æquum erat te pro amore mutuo, non solùm meam causæ tuæ defensionem, verumetiam consilium in causa tua meum cognoscere ; neque enim solùm studio erga te meo, verumetiam judicio de te meo satisfaciendum putavi : videbam enim non tam mihi considerandum esse, quid vir optimus in præsentia probares, quàm quid semper esses probaturus. Tuum nunc est *Erasme* optime eâdem simplicitate atque amicitiâ rescribere, consilium meum

meum sequi, an ab illo dissentire malis. Qui si tibi erroneus consultor esse videbor, amabò te erroris mei rationem ut explices: Quanquam enim autoritati tuæ cedere nulla non in re, nullo non in loco sum paratus; tamen in ea causa, in qua minus apud me affectus, quam apud te valere potest, rectius arbitrabor ratione abs te, quàm autoritate superari. Confido tamen omnino accessurum te sententiæ meæ, effecturúmque ut neque me consilii dati, neque te accepti pœniteat. Quod ad edictum, cujus postrema epistola tua meminit, pertinet, quidnam ego aliud dicere hìc possim, nisi quod edicto cautum esse hostes tui voluere, scripta tua senilia esse, non puerilia, posteaquam pueros solos ab illorum lectione summovendos sanxere? Sed extra jocum, quanquam jocus hic non est, miseret me profectò scriptorum seculi hujus, quibus haud satis esse video ad arcendum existimationis, nonnunquam & capitis periculum, quod sani ad scribendum accesserint, nisi & sanos ubique lectores nacti fuerint; planè enim alienæ vel malignitatis, vel delirationis, vel utriusque potius pœnas luunt. Hujus indignitatis recordatio in animum meum identidem influens, facit *Erasme* doctissime, ut qui alioqui assiduus meditor, si qua me quoque possim tollere humo, animo tamen nonnunquam despondeam, mihíque reliqua vita ad *Harpocratem* relegato silentium indicere perpetuũ proponam. Sed de hoc plura aliàs. Perturbat me magnopere adversa tua valetudo, in hoc maximè (auribus hìc ego tuis *Erasme* nequaquam blandior) quod mihi non unus homo, sed literæ ipsæ, omnésque bonæ artes in uno homine summum periculum adire videantur. Itaque oro te, & obtestor, ut tum animi mei perturbationi crebris literis consulas, tum valetudini curandæ diligentissimè, atque accuratissimè inservias. Erit tam hoc studiosis omnibus fructuosum, quàm animo meo jucundum. Sed jam finem facio, nè epistolæ modum, quem jam supergressus sum, supra modum excedam. Tu verò nisi æquè longam epistolam reddis, si modò id per valetudinem pores, non est quod postea nisi brevissimas expectes. Ex hortis nostris *Gentiliacis*, secundo Idus Augusti, millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

A pud *Italos* bellorum tumultibus conterritæ Musæ silent frigéntque. Ego verò tametsi naturâ plurimum absum ab istorum ingenio, qui sic addicti sunt huic aut illi nationi, ut cæteras propemodum oderint: tamen si in ullam nationem animo propensiore fui, semper in *Galliam* fui: cujus rei testes esse possunt, quum hi qui mecum familiariter vixerunt, tum meæ lucubrationes, in quibus libenter immoror *Gallicæ* gentis encomiis: nominatim autem Panegyricus quo principi *Philippo* ex *Hispaniis* reduci gratulor. Quo magis etiam me discruciat hoc fatale dissidium, quod duos orbis potentissimos monarchas tam diu dirimit. Quoniam autem videbam apud *Germanos*, aut extingui prorsus, aut miserè frigere liberalium disciplinarum studia, apud *Italos* inter armorum crepitus non audere caput exerere, gaudebam certè apud vos Musis esse sedem tranquillam & amœnam. At plurimum referebat, ut inter eos qui literas humaniores propugnant, esset studiorum & animorum consensus: quod exemplum vel ab hostibus literarum petendum erat, quos videmus miro syncretismo, junctísque phalangibus adversùs hæc studia dimicare. Nec hic ad calculum venire oportuit, sub quo quis cœlo natus esset. Cives inter se sunt ac symmystæ, quicunque studiis iisdem initiati sunt. Nunc quorsum attinebat ex causa tam frivola, tam seriam excitare tragœdiam, & his qui non minùs malè volunt nobis omnibus, quàm ipsis studiis, hoc longè gratissimum edere spectaculum, quo magis ac magis accendantur ad id, quod ultrò nimium agunt strenuè? Oleum, inquiunt, camino. Sed dedisti, inquient, causam. Quam obsecro causam? Nisi planè volumus nobis ipsis oculos obtegere, quid aliud agit ille libellus, quàm ut superstitiosam anxiam, ineptam, & imperfectam *Ciceronis* æmulationem traducat, atque ad veram ejus autoris imitationem provocet? Quis hoc doctus, quis sanus non probet? Quid autem ad veram eruditionem inutilius, quàm si juventus, contemptis omnibus qui à *Ciceronis* phrasi discrepant, uni sit addicta, cujus tamen nihil effingere conetur, nisi quod in illo minimi est momenti? Morbus hic primùm ex *Italia* duxit originem, nec ulli majores ibi tumultus concitârunt, quàm qui minimum habebant *Ciceronis*. Neque paucos nostrarium ea lues afflare cœperat, præsertim illos qui nobis ex *Italia* redierunt. Id quoniam perspiciebam vehementer inutile, vel eruditioni solidæ, vel *Christianæ* facundiæ, paucorum dierum opella mihi sumpta est, ut eam superstitionem ab animis juvenum depellerem, ab hoc ipso quod affectatur submoventem, dum & tot autores lectione dignos fastidiunt, nec eum, quem unum sibi proponunt, assequuntur. Nec enim tam sum cæcus, ut non videam *M. Tullium* sic eloquentiæ Principem esse, ut cæteri, quamlibet per se facundi, ad hunc compositi velut obtumescere videantur. Proinde non video cur illos offendat argumentum, ad quod suscipiendum literis hortatus sum *Guilielmum Budæum*, & ille significârat sibi in animo esse, per occasionem hoc genus hominum accipere. Quod si huic non displicuit argumentum, quid est quod fremunt isti, qui *Budæi* valde studiosi videri volunt? At fortassis non offendit argumentum, sed tractandi ratio, quoniam propemodum omnes submovet *Nosoponus* ab honore *Tulliani* cognominis? Atqui reputare

Epist. 28. ADmonueras pridem ornatissime *Brixi*, *Ciceronianum* editum mihi nonnullam isthic invidiam conflâsse, quod ego facilè augurabar fore, sed duntaxat apud eos qui tali superstitione tenerentur, qualem affingo *Nosopono*, sub unius persona mederi studens omnibus: At nihil minus expectabam, quàm ut ex eruditorum numero quisquam existeret, qui censeret libellum ad publicam studiorum utilitatem elaboratum, *Hipponacteus* epigrammatiis lapidandum, quod isthic fieri significant amici neutiquam leves, & in gustum miserunt tria quatuórve, non minus iniqua quàm indocta; nec tacuerunt quinam essent illorum autores. Frequenter deplorare soleo pietatem *Christianam* tam miserandâ dissidiorum lue nusquam gentium non periclitari. Sed vereor nè similis lues invadat politiora studia, quæ jampridem multis regionibus sat feliciter efflorurunt, quanquam non alibi feliciùs quàm in vestra *Gallia*. Nam a-

putare debebant, illic *Nosoponum* loqui non *Erasmum*, quanquam nè *Bulephori* quidem simplex est oratio, quippe qui se fingit eodem teneri morbo, ut alteri medeatur: eóque patitur probatissimis quibusq; scriptoribus hoc honoris negari, nè *Nosoponus* prorsus animum despondeat, si minus quod ambit assequatur. Itaque non illic suggillantur qui negantur esse *Tulliani*, præsertim ad regulam æstimationémque *Nosoponi*: quin potius illud erat propositum, ut persuaderem fuisse multos eâ doctrinâ facundiáque præditos, ut si non similibus, certè paribus dotibus cum *Tullio* certare possent, qui tamen ab illa *Ciceronianæ* phraseôs cute bracteáque, quam unam affectant quidam, longissimè absint. Adeo verò mihi non fuit animus ullius nomen perstringere, ut quanquam induco personam parum integri judicii, tamen hìc à decoro nonnihil deflexerim, neminem recensens, cui non suam laudem tribuerim, sanè quantum in transcursu καὶ ἐν παρέργῳ licuit. Nec enim illic susceperam censuras, aut encomia scriptorum omnium. Sufficiebant ad id quod agebam exempla decem. Sed à quibusdam arbitrabar me inirurum gratiam commemorati nominis, & sunt qui gratias egerunt: tum existimabam eam judiciorum varietatem non inutilem fore juvenibus, eruditæ facundiæ candidatis, quòd ipse prioribus ad me literis sentire visus es. Sed indignè ferunt quidam parum honorificè tractatum ibi *Budæum*. Qui sic? An quia *Nosoponus* nondum à superstitione liber, submovet illum ab albo *Ciceronianorum*? Hoc ipse *Budæus* ingenuè fatetur, qui nec affectat hoc quod requirit *Nosoponus*, atque damnat etiam quod unum ille miratur. Nec ideo quisquam submovetur ab eruditorum aut eloquentium ordine, quandoquidem in eodem dialogo doceo, fieri posse, ut existat aliquis *Cicerone* tum eruditior, tum etiam eloquentior, qui tamen illi in dicendi charactere sit dissimillimus. Ubinam igitur est hic illa in *Budæum* contumelia? Faciant illum *M. Tullio* doctiorem, non arcetur ab hac laude. faciant illum facundiorem, nihil obstat elogium *Nosoponi*. At paucis attingo laudes illius. Non enim patiebatur copiam argumenti susceptì ratio, verùm in Annotationibus novi Testamenti, in *Adagiis* non rarò quæsitus est campus in illius laudes expatiandi, si minus id factum est in epistolis: nisi forsitan hoc quoque contumeliam esse ducunt in *Budæum*, quòd ab *Erasmo* laudatur, quum frequenter, tum in argumentis seriis, atque haud scio, an seculis aliquot autori suo superfuturis. Utcunque de hoc judicant, certè à me honoris gratiâ factum est. Quanquam non eram nescius, nec illius modestiam desiderare mei calami testimonium, nec illius gloriam egere nostrâ commendatione, quippe qui domi habeat unde semet orbi charum clarúmque reddat, etiamsi nondum esset, ut est, celeberrimus. Sed hoc tum existimabam studiorum interesse, ac ut ingenuè dicam, mea quoque nonnihil. Tantum enim semper *Budæo* tribui, ut illius amicitiam mihi cum primis honorificam duxerim, ejúsque viri mentione veluti gemmis additis putârim aliquid dignitatis accedere libris meis. Quin & eas laudes quas tu illi in epistola tua cumulatissimè tribuis, magnâ cum animi voluptate legi, gaudens apud vos saltem haberi honorem egregiis meritis debitum, ac virum de rectissimis studiis & hactenus optimè meritum, & indies meliùs ac meliùs merentem pro numine coli. Hunc animum quum constanter erga *Budæum* gesserim, & adhuc geram, quid est quod isti livoris & odii suspitiones fingunt? Verùm illud prædicant crimen esse nullâ purgatione diluendum, quòd *Budæum* cum *Badio* contulerim. Primùm illic non jugatim commemorantur eruditorum nomina, quemadmodum *Quintilianus Græcos* cum *Latinis* committit, sed juxta regiones. *Budæus* autem & *Badius* fors simul occurrebant, quoniam uterque *Gallus*, uterque vivit *Lutetiæ*. Nisi forsitan hoc quoque putant non ferendum, si in eodem catalogo recensentur *Budæus* & *Badius*. Hoc qui sentiunt, longè dissentiunt ab animo *Budæi*, nisi prorsus totam illius naturam ignoro. Sed confers, inquiunt, alterum alteri, formicæ camelum. Imò *Nosoponus*, inquam, confert non ego. Sed age, nihil mihi patrocinetur personæ causatio, quod ad hunc sanè locum attinet; scripserit hoc *Erasmus*, & scripserit ex animi sui sententia: num ullo verbo læsa est *Budæi* existimatio? Confero, sed quâ tandem in re? Num in majorum imaginibus, num in opibus, num in dignitate, num in eruditione, aut eloquentia? Nequaquam. Tantum in cute bracteáque *Ciceronianæ* phraseos, quam ingenuè negligit *Budæus*, & ibi ex professo negligendam doceo, & à summis probatissimísque scriptoribus neglectam fuisse demonstro: nec aliter confero *Budæum* cum *Badio*, quàm *Leonardum Aretinum* contuli cum *Quintiliano*, *Philelphum* cum *Plinio*. Sed anteponis, inquiunt, propemodum *Badium*. Nimirum in eo præfero in quo præferendus est, in quo quamlibet prælatus nihil officit gloriæ *Budaicæ*. Siquidem hoc illic agitur, celeberrimos quosque scriptores fuisse *Ciceroni* dissimiles. Proinde quo magis antecellit eruditione facundiáque *Budæus*; quoque longiore intervallo à tergo relinquitur *Badius*, hoc exemplum est aptius ad id quod illic molior. Demiror isthic esse doctos qui hæc non videant, & si vident, magis etiam demiror esse qui vociferentur, qui maledicis versiculis rem dignam existiment. Postremò, nè quis improbus arriperet ansam calumniandi, de collatione dispari, subjicio, *quanquam Guilelmus Budæus aliis multis eximiisque dotibus suspiciendus est*. Quod hic verbum, quod non habeat emphasim eminentiæ? Tribuo illi *multas dotes*, non hoc satis erat animo meo, addo *ex muas*, nec dixi, *præditus est*, sed *suspiciendus est*, non jam illum *Badio* tantum præferens, sed universis penè scriptoribus anteponens: neque enim paulò sublimior est omnibus, quem suspiciunt omnes. Hæc cùm sint meridiano sole clariora, quænam ista judiciorum cæcitas, ut cùm ego tam honorificè tractârim *Budæum*, non aliter fremant, quàm si in faciem illius expuissem? Dicor, si musis placet, lacessere vivos & mortuos, quum illic neminem præterierim illaudatum, præter unum me. Atque adeo is ipse qui fertur hujusmodi versiculis ludere, satis honorificè commemoratur in eo dialogo, nec usquam alibi nomen illius attingo sine honoris præfatione. Alius succinit, *plus favet ille pari*. Hoc dictum mihi profectò nequaquam contumelioſum esse duco, sed haud scio an *Badius* æquo animo laturus sit *Erasmum* ipsi æquari. Aliis liberum erit de *Badio* judicare quod volunt, ego semper illum habui in eorum numero, quorum nec eruditionem,

eruditionem, nec ingenium, nec eloquentiam poſſis contemnere, tametſi non diſſimulo illum longè majorem fuiſſe futurum, ſi fortuna benignior ocium ac tranquillitatem ſtudiorum ſuppeditâſſet. Verùm hæc mihi dicuntur extra cauſam. Mea collatio ut *Budæo* eſt honorifica, ita nihil detrahit *Badio*. Et ubi ſunt hîc argumenta, *Budæi* laudibus invidentis? An livor impulit me, ut in lucubrationibus meis, nec ludicris, & ut ſpero victuris, toties tam amanter, tam honorificè de illo prædicem, quàm haud ſcio an quiſquam alius, etiam *Gallus*? Itáne iſtic vocor in invidiam æmulationis, quum *Romæ* gravem ſuſtinuerim invidiam, quòd in epiſtolis meis illum *Italis* etiam prætulerim? Ego mi *Germane* talibus viris, bonas literas non ſolùm provehentibus induſtriâ ſuâ, verumetiam dignitate ſuâ ornantibus, gratulari ſoleo, non invidere. Nec arbitror ingenium meum ab ullo vitio alienius quàm ab invidentia. Quis unquam ſenſit mihi motum ſtomachum, quod quamlibet etiam gregariis poſtponerer? Utinam à cæteris omnibus vitiis æquè purus ſim. Sumus olim inter nos epiſtolis velitati, dictionis exercendæ gratiâ, erat ille tum propenſior in *Jacobum Fabrum*, verùm hæc conflictatiuncula noſtram amicitiam confirmavit veriùs quàm diremit. Poſt dicebatur neſcio quid ſtomachi in me concepiſſe, quòd in ſcriptis meis alicubi videar attingere *Gallos*. Locus unus eſt in *Colloquiis*, ubi quidam pollicetur ſeſe commonſtraturum unde poſſet quantum vellet nummorum petere, ſive cuperet aureos ſive mallet argenteos, & avidam alterius expectationem fefellit, reſpondens, *Ex Aſſe Budæi*. Quid hoc joco poſſit eſſe magis innoxium? Aut quid hinc aliud admonetur lector, niſi *Budæum* diligenter ſcripſiſſe *De Aſſe*? An mihi meritò ſuccenſeat *Lazarus Bayfius*, ſi quis in colloquiis ita jocetur in hominem pannoſum, ut polliceatur ſe commonſtraturum unde poſſit gratis quodcunque vellet veſtium genus ſumere, & aventi ſcire unde, reſponderet, Ex veſtiario *Bayfi*? Tantum religionis vix arcanis defertur literis. Cætera quæ ferè ſunt hujus generis non repetam, nè fiam prolixior, præſertim quum hac de re per literas *Budæo* ſatisfecerim. An non licebit in quenquam *Gallum* aliquid ſub quacunque perſona vel joco dicere, niſi tota *Gallia* me reum agat læſæ majeſtatis? Quot igitur nationes mihi ſuccenſebunt, quarum mores notantur in Proverbiis? Sed quàm hîc animum habuerim ſyncerum, hinc perpendito. Nunquam crediturus eram *Budæum* hoc nomine ſubiratum eſſe, niſi ipſe literis ad me datis, pro ſua ingenuitate ſtomachum ſuum eſſet confeſſus, ſed quem facilè videbatur poſuiſſe. Nec arbitror ullas mortalium amicitias eſſe tam felices, ut non incidant aliquoties hujuſmodi nubeculæ. Atqui tales offenſiunculæ frequenter amoris integratio eſt. Denique, poſt editum *Ciceronianum*, literis amicorum admonitus ſum, ut apologiâ quapiam ad *Budæum* ſcriptâ, placarem illius animum, ſi quid fortè concepiſſet offenſionis, ad quod tuæ quoque literæ me videntur adhortari. Sed non occurrebat quid ſcriberem aut cui ſcriberem. Nam de *Budæi* probitate prudentiáque perſuaſionem habebam ejuſmodi, ut citiùs ſperarim ab illo gratiam ejus commemorationis, quàm offenſam metuerim. Cujus animi magnitudinem ſimul & humanitatem, quam tu verè prædicas, ita mihi videbar habere perſpectam, ut etiam ſi quid excidiſſet mihi minus circumſpectè dictum, putarem aut neglecturum, aut in bonam partem interpretaturum. Itaque quum mihi animus eſſet erga illum qui debet eſſe erga veterem amicum, & in re literaria coryphæum, & locus adeo nihil haberet κίβδηλον, ut paucis verbis plurimum illi laudis tribuerit, quì poteram inducere animum, ut crederem indignari *Budæum*? Scripſiſſem ad amicorum illius quempiam? Quemcunque delegiſſem, carbone notâſſem illius judicium vel de me, vel de *Budæo*, vel de utroque: De me, quaſi ſim tam petulans, ut talem virum, quem ſtudiorum nomine non poſſum non amare, etiamſi mihi cum illo nulla intercederet amicitia: dicam ampliùs ſed æquè verum, etiamſi de me parum honorificè tum ſentiret, tum loqueretur, nullâ laceſſitus injuriâ ſtilo peterem. De *Budæo*, qui tam moroſum exiſtimârit, ut pro candido officio reponeret indignationem. De utroque, qui vel me tam ignarum mei putârit, ut cum eo viro de gloria eruditionis contendere ſuſtineam, quem ſemper extra hujus ætatis aleam poſitum, cum priſcis illis heroibus ſoleam componere, vel *Budæum* tam humilis animi, ut mei ſimilem ſit vel conflictu dignaturus. Nec adhuc mihi quiſquam perſuaſurus eſt, *Budæum* pilo minùs amicum eſſe quàm ſolet, niſi ſtomachum ſuis literis profiteatur, quod illum facturum non arbitror. Jam qui tam ineptis verſiculis nugantur, utrius quæſo exiſtimationem magis lædunt? Meámne an *Budæi*? Me quidem ipſe locus abſolvit, itaque ſi quid hîc eſt reprehenſionis, in *Budæum* recidit, quem vocant in ſuſpitionem, vel quòd nulla de cauſa ſuccenſeat amico, vel quòd amicis tam ineptis delectetur, niſi fortè hæc ludunt illo inſcio. Tibi juſtior erat *Eraſmo* ſuccenſendi cauſa, mi *Brixi*, quem multò frigidiùs recenſeo quàm *Budæum*, & tamen abs te nihil omnino metui, jampridem habens perſpectam, & judicii tui rectitudinem, & ingenii ſuavitatem. Quantum autem abſunt à Gratiis & Muſis, qui te conati ſunt dictis atrocibus in me concitare, quem concitatum placare debuerant? Quid moribus tam inhumanis cum literis humanitatis? Hortaris tu quidem & prudenter & amanter, ut hîc ſuccurram exiſtimationi meæ. Valeat valeat omnis exiſtimatio, ſi hæc animorum lues invaſit melioris literaturæ cultores. Quo colore tractabo hoc argumentum, ut non lædam exiſtimationem eorum, qui ſic fremunt de re nihili? Contuli *Budæum* cum *Badio*. Quid ſi *Budæi* lagenam cum *Badii* lagena contuliſſem, clamarent læſam *Budæici* nominis majeſtatem? Neque enim hæc collatio magis *Budæi* gloriam lædit, quàm ſi lagenam lagenæ comparâſſem. Reſtat etiam illud, ſi ſuperis placet, ut me purgem, nè videar invidere *Budæo*. Quaſi tot locis operum meorum inſperſa nominis illius honorifica commemoratio, non ſatis declaret quàm illi invideam. Invidemus iis quos ſperamus nos aſſequi poſſe. *Budæum* tot ſtadiis præcurrentem, ſuſpicere miratíque ſoleo veriùs quàm æmulari. Nam quòd tuus candor *Budæum* & *Eraſmum* pares facit, hoc me prædicans eſſe *Germaniæ*, quod *Budæus* eſt ſuæ *Galliæ*, eleganter id quidem & ſatis rhetoricè, ſed in re nihilo leviùs peccas, quàm ſi ego ſimpliciter *Budæum* cum *Badio* contuliſſem. Magis enim impares ſumus quàm diſſimiles, *Eraſmus* & *Budæus*. Atque ut

grati

grati judicii est quod *Gallia* veneratur agnoscítque suum μισογέλωτα, ita non desunt *Germaniæ* quibus hoc honoris debetur potiùs quàm *Erasmo*. Summum, inquis, esse convenit, quem exæquas. Istud quo tandem laturi sunt animo qui me *Badio* parem faciunt, nisi fortè tribuunt eandem veniam amicorum præconiis, quam *Venus* tribuere dicitur amantium perjuriis? Sed ut ad invidiæ crimen redeam, obsecro quam syllabam reperiunt in libris meis, quæ spirat invidiam in *Budæum*? Aut quem omninò proferunt sive summum sive mediocrem, cujus industriæ non faverim? Aut quis unquam meo calamo lacessitus est, qui non prior molestè lacessiverit me? Indicas & remedium, si proximâ editione *Budæi* mentionem expungam, aut à *Badio* separem. Id quidem ut est perfacile, ita lubens fecero. Sed quid non calumniabuntur, qui hoc calumniati sunt? Si prætermisero, dicar invidisse: si correxero, repetent prioris collationis memoriam quæ jam animos occupavit. Faciam tamen quod mones, cujus consilium ut certò novi ab animo synceriſſimo proficiſci, ita spes est futurum etiam felix. Quanquam autem de tui erga me animi vel synceritate vel constantiâ, mi *Brixi* nunquam dubitavi, tamen non potest mihi non esse pergratum, hâc occasione factum, ut omnibus tuam erga me pietatem faceres testatiorem, modò nè quid tuo nomini concilietur invidiæ, cujus eruditio singularis & niveus quidam ingenii candor hoc promeretur, ut tibi faveant omnes, invideat nemo. Sed obsecro te, tantus patronus, quàm bonam, quámque vincibilem causam suscepisti? Atqui pessimæ quæque causæ ad optimos oratores deferri solent, quanquam istis bono medico magis opus esse suspicor quàm bono oratore. Quid aliud adferunt isti, nisi *Budæum Badio contulit*, & hanc cantionem subinde recinunt, *Budæum Badio contulit*. Atq; inter hos feruntur esse, qui priùs amici videbantur, quíque de nostris studiis non omnino pessimè sentiebant. Posteaquam *Budæum Badio* contuli, protinus abrogant mihi quicquid antè tribuebant, ingenium, eruditionem, eloquentiam, judicium, denique sensum etiam communem. Amicitia quæ desinere potuit, nunquam vera fuit. Qualem autem conjectandum est illam fuisse, quæ tam frivolis de causis transiit in simultatem? Imò quæ pro officio rependit contumeliam? Malis nihil opus est præter occasionem, ut habet proverbium. At pejores sunt qui benevolentiam rapiunt in occasionem malevolentiæ, & inde moliuntur vindictam, unde decuit gratias agere. Mores istos plusquam *Scythicos* immane quantum oportet abesse à studiis humanioribus. Fuit hoc infelicitatis meæ, quòd aliquot in me stili mucronem strinxerunt. Sed quis est unquam à me ob causam tam frivolam impetitus? Equidem arbitror non temerè repertum iri, in cujus libris tot reperias laudata nomina, quot in meis. Quin hoc ipso in libello, quum personam inducam sinistri judicii, quum ipsa res invitaret, ut de varietate dictionis differens, quid in singulis placeret aut displiceret indicarem, eam tamen in censuris tenui moderationem, ut nullus, ni fallor, æquus sit in me candorem desideraturus. Atqui ea res non mediocriter conducebat ad adolescentulorum profectum. Sed malui minùs prodesse omnibus, quàm quenquam offendere. Suspicor istic esse ἀλλοφύλους, quos intra sinum urit, quòd nego quicquam esse facundum, quod non est *Christianum*. Hi fortè suo dolori quem fateri pudet, prætexunt *Budæum* cum *Badio* collatum, ac dissidii semina jaciunt, quærentes quem protrudant ad sui doloris ultionem. Opinor te non latere, quid sibi velit hoc ænigma. Nasum habes. Verùm adversùs istos omni quod aiunt, pede standum est, qui moliuntur ut sub titulo nominéque bonarum literarum repullulascat paganitas. Si sumus ex animo *Christiani*, nihil nobis eruditum, elegans aut venustum videri debet, quod non spiret *Christum*, quoties materia postulat. Novi quosdam clancularios paganitatis fautores, qui si mihi stomachum moverint, accipientur ut digni sunt. Pro *Christo* sentient me non esse timidulum, in aliis non gravatè concedo quibuslibet. Sanè literas eas quas ad quendam scripseram, liberiùs in amici sinum effundens quod sentiebam, quanquam in illis non arbitror esse quod vel verum non sit, vel in *Budæi* nomen sit contumelioſum, tamen optârim in aliorum manus non venisse. Uni scripseram, cujus fidem habebam perspectam, nec tuâm prudentiam arbitrabar egere monitoris, quanquam posterioribus literis admonueram. Tantum enim abest, ut illas scripserim editurus, ut à duobus tantùm lectas voluerim. Quare te rogo nè latiùs serpat res, tametsi jam audio rumorem hujus ficti dissidii, ad *Christianissimi* Regis aures dimanâsse. Scilicet deerant illi negotia, nisi & talibus næniis cogeretur intendere. Scribunt Regi sciscitanti quid esset inter nos rei, quendam ex aulicis respondisse: *Budæum* molestè tulisse, quod in scriptis meis subinde debaccher in *Gallos*: me contra stomachum illius sic ulciscí voluisse, ut illum cum *Badio* commemorem. Quisquis hæc dixit, si modò verum est quod scribunt, nobis parum erat amicus. Nam & falso falsius est, me usquam debacchari in *Gallos*, etiamsi *Budæus* vehementi quodam patriæ studio nonnihil hinc vel suspitionis olim vel stomachi conceperat, nec hoc quicquid est rei ad præsentem causam attinet. Humanum est etiam inter amicissimos interdum oriri falsas suspitiones, & offensiuncularum ludibria, quæ mox, si propiùs inspicias, evanescunt. Hæc omnia secum defert humanæ vitæ comœdia. Ut finiam, semper ego judicavi *Budæum* invidiâ meâ majorem, etiamsi cui possim aut soleam invidere, ac virum meliorem judico, quàm ut istos ineptos tumultus probet: tum absurdissimum sit, me nunc illi *Badium* anteponere, quem soleo cum *Hermolais*, *Barbaris* & *Pliniis* committere. Nec arbitrabor justam rescindendæ amicitiæ causam, sicubi *Budæus* diversum sentit atque ego, modò morem antiquum obtinens à petulantia convitiorum temperet, ac vicissim patiatur me simili temperamento patrocinari causæ meæ, si fortè mihi videbor aliquid habere juris. De senilibus colloquiis næ tu falsissimè ludis: omnino volunt pueros semper esse pueros, nec aliud quàm lallare, adeóque tenere illis timent, ut malint illos legere *Pogii* facetias, quàm ex meis colloquiis de moribus ac pietate aliquid judicii syncerioris haurire. Utinam sim vanus augur, sed prospicio futurum, ut exoriatur tragœdia *Lutheranâ* atrocior, ni Principum autoritas quorundam tyrannidem temperet, qui jam nunc gladiatoriis animis & in bonas literas, & in horum cultores affectant viam.

viam, cæci in pugna, in victoria inſolentiſſimi. Optabam hujus miſerrimi conflictus exitum cedere in gloriam *Chriſti*, nunc vereor nè quod illi debebatur, ad ſe rapiant humanæ cupiditates, oriatúrque nobis bellum ex vetere novum, ex peſſimo pejus. Verùm hìc ultra vota, non video quid poſſimus? Nec eſt, eruditiſſime *Brixi*, quod hæc fatalis tempeſtas ingenium tuum à provehendis optimis ſtudiis deterreat. Nam quòd meis laboribus parum gratam vides hanc ætatem, erit fortaſſe minùs ingrata poſteritas: & hoc meis fatis potiùs imputa, qui videor habere quiddam cum *Hercule* commune, ut de re minima magnificè loquar, qui ſuis laboribus nihil aliud ſibi peperierit quàm invidiam, cuiq; cum excetra poſtremus erat conflictus multò duriſſimus. Tu benigniore natus ſydere, felicioribus auſpiciis rem geres, noſtro etiam exemplo cautior. Nihil eſt quod metuas, ſi te intra Muſarum vireta contineas. Quod utinam à me factum eſſet. *Lazarus Bayfius* dedit nobis elegantiſſimo libello genera veſtium, brevi daturus vaſa culinaria. In hæc argumenta nihil habent juris iſti qui cenſuris ſuis nunc τυφωνιάζειν, at politioribus ſtudiis plurimum adferunt & voluptatis & adjumenti. Valetudinem ſat fortiter fero vires addente *Chriſto*, qui me docet non horrere mortem, ſed optare magis. Animo meo vixi ſatis, & ſupra modum vitæ avidus ſit oportet, qui detractet hoc ſeculum undique turbulentum relinquere, quum bona ſpes ſit nos in feliciorem aliquam ſedem demigraturos. Sed quid audio vir præclare? Omnéſne bonæ artes meo unius interitu periclitabuntur? Ni mihi perſpectus eſſet animi tui candor, dicerem hìc te ἢ παίζειν ἢ ὑποφθέγγειν. Hic etiam ad pares epiſtolas provocas, dira minitans ni faciam. Quid enim crudelius minitari poteras quàm merè Laconicas poſthac epiſtolas? Non recuſo certamen, ſi modò des parem valetudinem, par ocium, & hortos Gentiliacos. Nondum ſcio an tuam æquaverim epiſtolam, numero verſuum duntaxat, nam elegantia quì poſſim? Adfertur huc rumor, inter monarchas ſartam concordiam. Sed huic eo minùs audeo credere, quo vehementiùs cupio verum eſſe. Quod ſi fiat, liberet ante ſupremum vitæ diem *Galliam* reviſere. Quàm me putas invidere tibi ſeceſſus iſtos, iſtos amicos, hortos, & ocium longè feliciſſimum? Ignoſceres livori meo, ſi ſcias in quo piſtrino verſer. Septem prælis ſuppeditem oportet quod excudant. Sed cum primis enecat *Auguſtinus*, quem totum emendo, quum in *Hieronymo* præter epiſtolas nihil mihi ſumpſerim. Hoc laboris mihi manibus pedibúſq; recuſanti obtruſit felicis memoriæ *Joannes Frobenius*, quem ſic amabam, ut pernegare nihil poſſem, etiamſi me in foro juſſiſſet reſtim ducere. Is operi immortuus eſt, quòd vereor nè me quoque abſorbeat, certè minimo minus exoculavit. Nullus voluminum modus aut finis, toties legenda ac relegenda eadem. Et materiarum obſcuritas, ſermonis argutia, frequenter in longum circumactæ periodi, requirunt attentum lectorem, nec ſinunt vel ad momentum temporis dormitare. Mendarum autem tantum comperi, ut nemo ſit crediturus niſi conferat, nec hac de re quenquam hactenus quæſtum eſſe mirum eſt. Nihil addidimus ſcholiorum, niſi ſicubi vocula quæpiam annotanda fuit nè rurſus depravetur. Tantum mendas ſuſtulimus non ſine veterum præſidio codicum, materias congruentes digeſſimus, notha paucis indicavimus, eâ fide eáque religione, quæ tam pio, tam erudito, tam eloquenti eccleſiæ propugnatori debetur. Nec vitam adjecimus, quod ab ipſo videmus occupatum. Maluit ſui hiſtoriographus eſſe. Proſpicimus quidem portum, ſed eminus; quod ſi dabitur huic operi ſupereſſe, tum æquum fuerit te non aliter *Eraſmo* gratulari, quàm ſolemus diu deſperatis amicis è longinqua periculoſáque navigatione proram in patrium littus impingentibus. Bene vale. Datum *Baſileæ*, poſtridie Nonas Septemb. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo.

Eraſmus Roterod. D. Jo. Gaccho, conſervo & commilitoni in Chriſto S. D.

ET crebris & talium virorum literis huc perſcribitur, ut omnino vanum credi non poſſit, te non ſolùm in conviviis, in conciliabulis & privatis colloquiis, verumetiam in publicis ac ſacris concionibus, ſubinde proſcindere nomen meum apud imperitam ac promiſcuam multitudinem. Scio non eſſe temerè fidem habendam rumoribus, præſertim ea nunciantibus, quæ faciunt ad dirimendam fratrum concordiam, verùm quoniam hoc idem nunciatur ab ordinis tui ſodalibus, & apud *Hiſpanos*, & apud *Polonos*, & apud *Ungaros*, & apud *Anglos*, & apud *Gallos* actitari cœptum, quod iſtic facere diceris, ſatis liquet rem de compoſito geri. Verùm hactenus illis nuſquam ſatis proſperè ſucceſſit, dum ubique inveniunt præpotentes & gratos homines, qui meis favent ſtudiis, quóſque mihi non ambitione, ſed meis ſudoribus, quos jam olim provehendis linguis, ac politioribus literis inſtaurandis, ac reſtituendis illuſtrium autorum monumentis impendo, demerui. Quanquam hi prædicant ſeſe favorem hunc non tam tribuere perſonæ quàm ipſis ſtudiis ac pietati *Chriſtianæ*. Quod ſi pergant iſti, vereor nè illis infeliciùs res cedat, quàm ipſe vellem, in quem videntur conſpirâſſe. Nam frequenter accidit iis qui contemnunt hoſtem, ut dum fragili quærunt illidere dentem, infringant ſolido. Quanquam me ſibi fingunt hoſtem, non habent. Etenim quum omnibus pietatis cultoribus impensè faveo, tum veſtro ſodalitio, quod cæteris vel collapſis ferè, vel ad mundum degenerantibus, apud vos purioris religionis veſtigia reſidere videantur, ſemper unicè favi: cujus rei teſtes eſſe poſſunt quotquot iſtius ordinis mecum egere conſuetudinem, quorum nullus opinor prodibit, qui dicet ſe verbo læſum ab *Eraſmo*; erunt aliquot qui non negabunt ſe meis officiolis, aut etiam pecuniolis adjutos, quanquam hæc commemorare ineptum eſt quæ pietati tribuuntur non hominibus. Porrò viros in quibus relucet ſyncera pietas, etiamſi velim, odiſſe non poſſum, hoc ingenio natus ſum. Nec unquam fui tam incivilis, ut ob paucorũ improbitatem deteſtarer ullum ordinem. Ea rerum humanarum natura eſt, ut nihil ſit ab omni parte beatum. Arca *Noæ* non habebat niſi octo homines, & tamen ex his unus extitit improbus. Quid *Abrahæ* familiâ ſanctius? Hinc ejicitur puer *Iſmahel* unà cum matre. *Iſaac* duos habuit gemellos: Horum alter placuit, alter diſplicuit Deo. Quid domo *Jacob* religioſius? & hæc habuit qui non vereretur inceſtare patris concubinam. *Davidis* Prophetæ pietas non effugit hanc infelicitatem;

Epiſt. 29.

cujus alter filius ſororem inceſto coitu conſtupravit, alter impiâ ſeditione patris exitium molitus eſt. Queritur & *Paulus* Apoſtolus ſibi negotium exhiberi à falſis fratribus. Poſtremò Dominus ipſe ex electo illo raróque numero, proditorem unum perpeſſus eſt. Itaque cùm veſter ordo tot habeat, nè dicam hominum, ſed monaſteriorum millia, quid iniquius eo, qui propter aliquot ſecus quàm oportet agentes, univerſum execretur ordinem, in quo tam multi extiterunt & pietate, & eruditione meritò celebres? Quin & te accipio, mi *Gacche*, præclaris dotibus inſtructum ad prædicationem verbi Dei, nec moribus præditum incivilibus, ut ſuſpicer te quod facis, alieno facere impulſu, potiùs quàm ex animo tuo. Atque hæc res præcipuè fecit, ut ad te ſcriberem, quem ſi talem judicàſſem quales novi nonnullos, haudquaquam ſumpſiſſem hoc operæ, non ſolùm inaniter laboraturus, verumetiam exacerbaturus malum inſanabile. Quinetiam optârim omnia vana eſſe, quæ vel rumor, vel amicorum literæ huc pertulerunt. Quod ſi fortè res ſecus habet quàm accepi, putabis hæc tibi ſcripta non eſſe. Sin verus rumor huc advolavit, tamen quoniam interpretari libet hæc abs te potiùs alieno fieri inſtinctu, quàm ex animi tui malitia, ſic temperabimus admonitionem, ut non minus pietatis & ordinis veſtri rem quàm noſtræ famæ videamur agere. Tuæ verò prudentiæ fuerit vir egregie, boni conſulere, ſi ſimpliciùs ac liberiùs quod cauſa poſtulat eloquemur. Primum enim illud tecum perpendito, mi frater, quàm ſit alienum à moribus & inſtituto modeſtiſſimi patris veſtri *Franciſci*, tantâ linguæ intemperantiâ publicè ſimul ac privatim abuti in proximi nomen, de quo non ſolùm nullus adhuc pronunciavit in ſiniſtram partem, verumetiam quem orbis & Eccleſiæ Principes honorificentiſſimis teſtimoniis ornârunt, ídque publicitùs. Ea res miror ſi vos latet, quum extent Cæſaris epiſtolæ, quum extent *Leonis* decimi & *Adriani* ſexti ad me diplomata typis excuſa. Certè complures qui me nôrunt, ſciunt, quia plerique viderunt, quantos habeam Epiſtolarum acervos, & ab hoc Pontifice *Clemente*, à multis Cardinalibus, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Regibus, Ducibus, & eruditiſſimis viris, multò aliud loquentium quàm tu de me diceris prædicare. Ac nè quis dicat, levius eſſe verborum teſtimonium ampliſſimis muneribus ultrò delatis, confirmant ſuam de me ſententiam. Quarum rerum ſi vel portionem aliquam hìc commemorem, videbor *Thraſonem* quempiam aut *Pyrgopolinicen* è comœdia referre, etiamſi longè fuerit infra verum mea prædicatio. Sed hæc miſſa faciamus, quo tandem merito meo iſta faciunt? An quia rem *Chriſtianam* tantis & vigiliis & impendiis meis adjuvare conor pro viribus, vel potiùs ſupra vires? Idem ago quod tu, licèt aliâ ratione. Sunt enim varia dona Spiritus, ſunt & variæ functiones, licèt eodem ſpectent omnia. Qui pelles caprinas conferebant, qui rudera comportabant ſternendo fundamento, juvabant ſtructuram templi Dominici, quemadmodum & hi qui aurum & lapides pretioſos dabant. Tua pietas unde haurit quæ docet populum? Nónne potiſſimum ex Evangelicis & Apoſtolicis literis, & ex ſacroſanctis Eccleſiæ doctoribus? Nónne divum *Hieronymum* miſerè depravatum vobis reſtitui? Nónne divum *Ambroſium* multò quàm antea caſtigatiorem dedi? Nónne ſanctum *Hilarium* ſummis laboribus emaculatum vobis tradidi? Nónne *Irenæum*, & *Arnobium* extinctos luci reddidi? Quod idem nunc molimur in omnibus *Auguſtini* lucubrationibus, in quibus tantum comperimus mendarum, ut nemo facilè creditu rus ſit. Nec arbitror temerè poſſe quenquam inveniri, qui tædium hoc fuerit devoraturus. Nónne multa *Chryſoſtomi* & *Athanaſii* veſtris auribus donavimus? Poſtremò, nónne fontem omnis *Chriſtianæ* Philoſophiæ Novum Teſtamentum contulimus, emaculavimus, & illuſtravimus? Quantum illic mendarum abſterſimus, quantum nodorum diſſolvimus, quantum caliginis diſpulimus? Jam quis æſtimet, quantis ſudoribus ac vigiliis, quanto valetudinis diſpendio hæc mihi conſtent? Quanquam hìc quicquid eſt laudis, fateor illi deberi, ſine quo nihil efficit humana induſtria. Agnoſcunt beneficii magnitudinem qui in his ſeriò verſantur, qui toto pectore in ſacrarum literarum fontibus, & orthodoxorum pratis deliciantur, non plebeii quilibet, ſed Epiſcopi, ſed Cardinales, ſed celebres Theologiæ doctores, denique ii qui libris editis, fortiter ac feliciter depugnant pro domo Dei. Et arbitror ſanè te, quod præcipuè te dignum eſt facere. Quid enim tibi, qui te mortuum huic mundo profiteris, charius eſſe debet iis libris, qui nobis inſpirant *Chriſti* ſpiritum? Quod ſi eſt, qui potes odiſſe illum, qui tanto ſtudio tibi parat hanc utilitatem? Si hæc tibi cordi non ſunt, nimirum res ipſa clamitat, te non pietatis amore, ſed affectu carnis ad iſtam commoveri petulantiam. Si quis dono mittat corbem piſcium, aut veſtem, aut caniſtrum onuſtum panibus, aut caſeos aliquot, adamatur, in cœlum tóllitur; & qui tanto meliora donat, omni genere conviciorum inceſſitur? Sed donemus vos hæc contemnere, quæ nemo verè pius contemnit, certè non oportebat eam utilitatem aliis invidere. Rectè monet Sapiens, nè quem vetemus benefacere, quin potiùs conemur & ipſi benefacere ſi poſſimus. Nulli benefacere fortaſſis ignaviæ ſit: benefacere conanti, negotium faceſſere, livoris: at alieni beneficii fructum tam multis intercipere velle, obſecro te quo nomine donabimus? An non deploratæ cujuſdam malitiæ eſt, nec ipſum cuiquam velle prodeſſe, nec alium ut proſit finere, nec pati ut ad avidam multitudinem fructus perveniat pietatis, quum contrà conveniat & populo gratulari, & laborantem, ſi non operâ certè applauſu, juvare? Ego tibi tuum talentum in Domini lucrum deponenti ſyncerè faveo, nec faveo ſolùm, verumetiam opitulor, cur mihi idem agenti obſtrepitur? Dices in libris meis eſſe quæ diſcrepant à rectitudine fidei. Hoc nullus adhuc docere potuit, quum aliquammulti conati ſint. Sed fingamus eſſe, quid magni ſi mihi accidiſſet quod accidit *Cypriano*, *Hilario*, *Hieronymo* & *Auguſtino*? Tot jam annis libri mei verſantur in manibus hominum, cur interea nemo veſtrùm admonuit, nemo docuit? Nunc poſt tantum temporis ſubitò clamatis apud imperitam plebem, quæ nec intelligit hæc, nec ut ſciat refert. Dices me monitum ab aliis. Verum, ſed ab hominibus ſycophanticis & rei Theologicæ prorſus imperitis. *Leum* ſua cohibuit *Anglia*, tam infeliciter ſe geſſerat. *Stunicam* ſua improbavit *Hiſpania*. *Roma* minis etiam coercuit. Nuper *Bedda* ſic ſe geſſit,

geſſit, ut nemo ſanus non habeat hominem pro furioſo. Quanquam non erat hoc monere, ſed invectivam ſcribere. His igitur quum & Cardinalium & Pontificum & Cæſaris & Regum autoritas impoſuerit ſilentium, quanto magis damnant iſtas apud populum vociferationes, unde præter ſimultates, odia, ſeditiones ac tumultus quid poteſt oriri? Illi tolerabiliùs inſaniebant, nec tolerati ſunt ab eccleſiæ Proceribus, & vos novum exemplum inducitis, ſic apud multitudinem promiſcuam in quemlibet debacchandi? Quoties ibi dictus *Eraſmus* hæreticus, quoties *Lutheri* magiſter & *Luthero* nocentior, quoties aliis conviciis nominatim denotatus? Et hoc tam improbum exemplum à vobis oritur, qui ſummam profitemini tolerantiam, ſummúmque mundi contemptum. Evangelicum eſt benedicere maledicentibus. & vos benemerentibus & maledicitis & malefacitis? Dum enim vos iſta clamatis in *Eraſmum*, ille non deſinit vobis ſuppeditare, quod omnibus caſeis & ovis melius eſt. Si Judices eſtis, cur non legitimo more cauſam cognoſcitis, ac deinde pronunciatis? Si non eſtis, unde iſtud exemplum debacchandi publicitùs in famam alienam? Si quis ſcurra paſſim in hominem non improbum deblateraret, ebrium, lurconem, ganeonem, furem, lenonem appellaret, nemo ferret impotentem linguæ licentiam; & vobis apoſtolicis viris ludus videtur quemlibet in publicis etiam concionibus hæreticum & hæreſiarcham appellare? Si agnoſcitis *Romani* Pontificis autoritatem in exemptionibus, privilegiis & indultis quæ faciunt in rem veſtram, cur hic eum apertè contemnitis, illi præjudicantes, cujus judicio mea ſemper ſubmiſi, imò cur eum audetis damnare publicè, quem ille publicè laudat? An quoties veſtris commodis ſervit Pontificum autoritas, ſacroſancta eſt, & plumbi pondus habet, ubi ſecus eſt, ibi levior eſt tipula? Et ubi interim iſta mirabilis obedientia, quam ſemper habetis in ore, ſi quoties commodum eſt, & Pontificum, & Epiſcoporum, & Principum edictis oppeditis? Atque hìc ſcilicet recinitur nobis vox Apoſtolica, *Oportet Deo obedire magis quàm hominibus*, quanquam hæc vox jam *Lutheranorum* eſt non minùs quàm veſtra. Sed ubinam hoc præcepit Deus, ut homines, contemptis Principum edictis ac juſſis, ſeditioſis clamoribus debacchentur in bene merentem de religione: hoc ſi nimium eſt, certè in nihil commeritum: ſi hoc quoque nimium eſt, ſaltem in eum, in cujus libris nullam adhuc ſententiam damnavit autoritas Eccleſiæ? Sed inſunt quædam, quorum occaſione decedit aliquid populari de vobis exiſtimationi. Dicam itaque ſummam eorum quæ libris meis ſemper egi. Fortiter in bella vociferor, quibus tot jam annis videmus concuti ditionem *Chriſtianam* penè totam. Theologiam nimium ad ſophiſticas argutias delapſam, ad fontes ac priſcam ſimplicitatem revocare conatus ſum: ſacros Eccleſiæ doctores, unde vividiùs hauriuntur, quæ quidam decerpta legunt nè dicam concerpta, ſuo nitori reddere ſtuduimus: bonas literas, ante propemodum paganas, docui ſonare *Chriſtum*: linguis reflorescentibus adfui, pro meâ quidem virili. Præpoſtera de rebus pleriſque mortalium judicia traduxi. Ad puriorem *Chriſtianiſmum*, orbem ceremoniis penè *Judaicis* indormientem expergefeci, ſic tamen ut Eccleſiæ ceremonias nuſquam improbârim, ſed quid potius ſit oſtenderim. Perlongum autem ſit, vir optime, declarare quàm hæc fuerint neceſſaria. Et tamen hoc eâ moderatione factum eſt à nobis, ut nec ordinem ullum, nec ullius nomen aut famam læſerim, nec factionem ullam contraxerim, aut ſeditionem excitârim: Adeo, ut niſi quidam pſeudomonachi *Dominicani* & *Carmelitæ* (nam tuus ordo tum erat mihi propitius) clamâſſent apud populum, extitiſſe qui corrigeret *Magnificat*, *Precationem Dominicam* & *Evangelium Joannis*, aliáque non minùs indocta, quàm ſeditioſa, nè muſca quidem tumultus fuiſſet. Sed aiunt quidam *Lutheranum* hoc incendium ex meis literis ortum: Prorſus hoc aiunt quidam, ſed impudentiſſimè mentientes, quum hactenus nemo fuerit qui vel unum dogmation improbatum proferre poſſit, quod mihi ſit cum *Luthero* commune. Poſtremò res ipſa declarat, quàm impudenter & illud mentiti fuerint, me cum *Luthero* colludere. Sic nimirum colludebat *Hector* cum *Achille*. Judicabis hoc ipſe ſi legeris meam *Diatribam*, & huic ſic reſpondentem *Lutherum*, ut in neminem ſcripſerit hoſtiliùs, & rurſus duos *Hyperaſpiſtæ* mei libros illi reſpondentes. Jam non me fugit eſſe qui prædicent meas lucubrationes monachorum ordinibus derogare. Ego ſanè puto rem *Chriſtianam* nihilo deteriùs habituram, ſi non eſſent tot cultuum, ciborum, ac titulorum diſcrimina, præſertim quum monachiſmus propemodum eò prolapſus ſit, ut ſi externa detrahas, ferè deteriores ſint cæteris. Bona verò pars monaſteriorum, adeò nullam habent religionis diſciplinam, ut nuſquam minùs liceat re igiotâm vitam agere: quanquam hoc à me nuſquam eſt ſcriptum antehac, & quid referebat ſcribere, quod nemo neſcit? Tantum admoneo quibus in rebus ſita ſit vera religio, taxans quoſdam, qui blanditiis, terriculamentis aliiſque non probandis artibus rudem ac ſimplicem, & ſui quoque nedum religionis ignaram ætatem pelliciunt in naſſam, unde ſe non poſſit explicare, peſſimè conſulentes & adoleſcentibus, & ordini ſuo, cui magis expediebat habere paucos ſynceros, quàm multos qualeſcunque. Hæc ſi non fiunt, non prorſus inutiliter monui nè fierent. Sin mundus horum exemplorum, quorum aliquot referre me pudeat, plenus eſt, fatebitur tua prudentia me non ſolùm utiliter, verumetiam neceſſariò monuiſſe. Non ille damnat matrimonium, qui monet nè quis temerè contrahat matrimonium, imò potiùs conſulit matrimonii dignitati. Sed alicubi taxo quoſdam, qui quum perditè vivant, ſibi perſuadent ſe tutos fore ab unguibus cacodæmonum, ſi veſte *Franciſcanâ* tecti deferantur in ſepulchrum. Hoc malo ſi nulli laborant, fruſtra monui: ſin innumeris exemplis compertum eſt, hanc ſuperſtitionem non tantùm habere ſimplices plurimos, verumetiam ab ordinis tui ſodalibus ali foverique, non conveniebat hoc à quoquam inculcari populo magis quàm à tui ſimilibus. Hæc enim vos reddunt inviſos doctis, cordatis veréque piis viris, utcunque conducunt temporario quæſtui. Quid? An protinus collabetur ordo veſter, ſi *Chriſtianis* perſuaſum fuerit, veſtem *Franciſcanam* minimum opis allaturam poſt hanc vitam, niſi quis *Franciſci* ſanctimoniam fuerit imitatus? Dices, quid opus erat

hæc admonere? Imò quid opus erat hæc fieri? Quid opus erat hujuſmodi facta tueri? Quòd ſi tam exactè ſartam tectam haberi vultis omnium ſodalium famam, cur tantâ licentiâ debacchamini nominatim in nomen ac famam alienam, non de veſte calumniantes, ſed hæreſeos crimen impingentes, quo nullum eſt atrocius, ídque falsò, quum de veſte nemo mortalium neſciat, ut quod à vobis fiat etiam ambitioſè. Quin hoc pene peculiare eſt iſtius ordinis pleriſque ſodalibus, cynicâ petulantiâ in epiſcopos, in ſacerdotes, in paſtores, in abbates, in poetas & rhetores detonare: nunc iidem tribus verbis attactam *Franciſcanam* veſtem, ferre non poteſtis: præſertim quum in tot *Franciſcanorum* populis nullius nomen edatur? Quòd ſi tam tenerè metuitis famæ veſtræ, illud curandum erat, nè per veſtros ſodales tot argumenta darentur fabulis populi, talibus ut aliquoties non ſine rubore audiam. Ex his adeo nihil unquam prodidi, quum multas habeam compertiſſimas, ut *Lutherum* & alios aliquot iſta meditantes in vulgus ſpargere dictis ac ſcriptis compeſcuerim. Pro hac mea civilitate, mi *G.* vide quàm malam nonnulli rependant gratiam, inter quos te numerant quidam. Fortaſſis hoc mandatum eſt à Patribus, ut hinc etiam obedientiæ laudem ſperes. Quid ſi Patres injungant, ut mihi porrigeres venenum? Faceres? Atqui quod quidam faciunt, aliquanto eſt ſceleratius. Venenum unius corpus interimit, iſtæ obtrectationes tot millium animos inficiunt. Sed finge me malè meritum de tui ſodalitii nonnullis, nulla eſt ratio vindicandi, niſi mendacibus obtrectationibus, & famoſis concionibus? Nullæ ſunt leges in orbe, nulli judices, nulli cognitores? Iſta vindicandi ratio militaris ac ſeditioſa eſt, non *Franciſcana*. Omnes vociferemur ſimul, clamoribus obruemus inſontem. Atqui tam ſancto tumultu *Chriſtus* oppreſſus eſt. An hoc exemplum vobis placet? Si placet, placeat & eventus. Qui gladium ſumit, gladio feritur. Qui vim infert, vim invitat. Nondum dormiunt omnes ruſtici, quanquam iſtis factis etiam Principibus, Epiſcopis, & orthodoxis inviſi reddimini, ſi tacita bonorum judicia contemnitis. Hoc quum per ſe ſit indigniſſimum iſtâ profeſſione, longè tamen ſceleratius eſt, ad tale facinus abuti evangelii, loci, *Franciſcani* nominis ac veſtis autoritate, & populi *Chriſtiani* religiosâ patientiâ. Scis ipſe nullam eſſe ſacratiorem functionem, quàm Evangelii prædicandi, nec ignoras quanta ei loco debeatur religio: nec te clam eſt quid illic expectet populus. Ad hoc munus, ad eum locum nemo deberet accedere, niſi intentiſſimâ deprecatione præparatus, ac velut afflatus numine. Quale eſt autem ex eo loco ſcurriliter inceſſere famam alterius, ídque manifeſtis mendaciis? Quòd ſi nunc, ut olim, mos eſſet, populum ſibilis ſupploſionibúſque ſignificare ſi quid parum placeat, vereor nè non ſibilis tantùm, ſed & ſaxis iſta rejicerentur. Hoc ſilentium, hanc patientiam pia multitudo tribuit Evangelii majeſtati, & honori loci, & tu rebus ſacratiſſimis ad rem ſceleratiſſimam abuteris? Quod perinde eſt, ac ſi quis per Euchariſtiam miniſtret aconitum. Eſt & iſtius nominis & cultus magna apud quoſdam reverentia, quibus oportuit magis ad populi commodum abuti, quàm ad impiam calumniam. Quid autem eſt, quod captatur iſtis clamoribus? Ut populus malè ſentiat de *Eraſmo*? Finge id eſſe perſuaſum. An ilicò bene ſentiet de vobis omnibus, ſi de me uno malè ſenſerit? Imò vereor, optime *G.* nè vociferationibus & obtrectationibus hujuſmodi, cum magna veſtri nominis invidia meum nomen reddatis illuſtrius. Id quod regionibus aliquot videmus uſu veniſſe, licèt interim me tacente. Si vultis odium excitatum ſopire, redeundum vobis eſt ad eam ſynceritatem, quâ vobis primum bonorum favorem conciliâſtis. Iſtâ viâ, mi chariſſime *G.* magis traducitis ordinem veſtrum quàm ego poſſim, quamlibet cruentum in vos ſtringens calamum, quod tamen à me nunquam eſt futurum. Hoc metu vos libero, verùm quid alii facturi ſint, mihi non eſt in manu. Ea veſtra cura eſt. Jam quì fit illud, ut quum frequentiùs ac liberiùs meæ lucubrationes attingant Principes, Reges, Cæſares, Pontifices, Cardinales, Epiſcopos, horum neminem habeam infenſum, vos ſoli, quos oportebat eſſe tolerantiſſimos, iſtiuſmodi tumultus movetis? An vos ſoli non egetis admonitore? An ſoli vacatis omni vitio? An veſtram tantùm famam oportet illibatam haberi? Utinam id primùm à vobis præſtetur. Porrò ut imperitis perſuadeatis ea quę de me prædicantur, quid dicent eruditi, qui in meis verſati lucubrationibus mox deprehendunt impudentiam calumniæ? Sed fortaſſe pollicemini vobis futurum, ut iſtis clamoribus etiam ſcripta mea conſopiatis. Vereor nè res vobis in diverſum cedat. Audio jam nunc bibliopolas jactitantes, ſe veſtris clamoribus debere, quod avidiùs emuntur libri mei, quàm ſoliti ſunt. Age, fingamus vobis licere quod libet, fingamus neminem exoriri qui meam tueatur innocentiam, veſtram retundat impudentiam, an non metuitis illum ultorem, cujus manus nemo mortalium effugit? An creditis ſtatim apud illum ſanctum habendum, quod vobis ſanctum eſſe veſtra perſuadet cupiditas? Longè alia ſunt, mihi crede, Dei judicia quàm hominum. Quòd ſi labor eorum qui ſynceriores literas ac puriorem Theologiam cum vera pietate conantur reſtituere, videatur veſtris officere commodis: quæſo ut tua pietas expendat, undenam id accidat. Etenim quum apoſtolicam vitam profiteamini, quì fieri poteſt, ut non feratis ad apoſtolicam ſimplicitatem invitantem? Quòd ſi quid humanum hìc eſt quod offendit, par eſt, ô vir benedicte, ut humana cedant divinis. Jam illud ſecum reputet tua prudentia, num hæc ſatis in tempore moliamini. Vides quantis diſſidiis undique mundus tumultuetur. Quid opus erat novos tumultus veteribus addere, fortaſſis in gravius erupturos incendium quàm creditis? Quoties vidimus ex leviſſimis initiis exoriri tempeſtates inſedabiles? *Lutheranum* incendium, quàm frivolis initiis huc uſque progreſſum eſt? Primùm jocus erat, & ludus. Reſcripſit *Prieras*, mox monachorum clamores ad populum, articuli, bullæ, edicta. Quid non? Quantum adhuc profectum ſit neſcio. Quanto igitur conſultius non addere malum malo, ſed potiùs id operam dare, ut eccleſia priſtinæ tranquillitati reſtituatur, etiam ſi quid eſſet in meis non indignum correctione; Eſt ſuum cuique rei tempus. Vos fortaſſe creditis *Lutherum* fractum proſtratúmque. Utinam eſſet extincta lues. Confoſſus eſt edictis & articulis, fateor, ſed regnat adhuc in animis hominum, quibus illum præcipuè commendavit

commendavit quorundam monachorum improbitas. Nec me fugerunt quorundam veſtrorum voces, Confecto *Luthero*, adoriemur *Eraſmum*. Conficite igitur *Lutherum*, ac tum, ſi videtur, adoriamini *Eraſmum*. Verùm quum impunè graſſaretur *Lutherus*, vos muſſabatis, cochlearum more intra teſtam latitantes. Ego juſſu Cæſaris, Pontificis, & aliorum Principum, cum *Luthero* manum conſerui, idque in ea regione in cujus confinio regnat maximè: Ubi meo *Marte*, meo periculo, meis vulneribus hoſtis redditus eſt fractior, vos ſubitò proſilientes à tergo aggredimini dimicantem, obſecro quid agentes? An invidetis Eccleſiæ catholicæ ſuam victoriam? An hoſti vultis ferre ſuppetias? Quid enim aliud facitis? Verbis ſævitis in hoſtem Eccleſiæ *Lutherum*, & factis hoc illi præſtatis, quod ſocii ſolent ſociis in bello. Etenim ſi quo peccato commeruiſſem odium veſtrum, tamen privatum affectum vincere debuerat publicæ ſalutis reſpectus, mihique non ſegniter pro caſtris Eccleſiæ dimicanti, certè temporarium præbere favorem par erat. Sunt quibus hoc unum eſt ſtudium, ex omnibus meis lucubrationibus, quas multas, ſed aliquot juvenis, rebúſq; pacatis, aliquot non ſeriò ſcripſi, colligere, quæ detorqueant ad ſuſpitionem *Lutheranorum* dogmatum. Quanquam hoc ipſum faciunt impudenter & calumniosè. Cæterùm quanto conſultius erat ea decerpere, quæ declararent me diſſentire à *Lutheri* paradoxis, ſi modò favent ex animo cauſæ Pontificis? Hæc quo minùs conſiderent nonnulli, obſtant affectus humani. Itaque te moneo *G.* frater in Domino, ut monitus viciſſim & tuos moneas ſodales, nè confidant iſtiuſmodi ſyncretiſmo, nè condenſatis phalangibus, nè vociferationibus indecoris, nè clancularíis obtrectationibus, vix homine dignis, nè ſimplicitate muliercularum acſtultitiæ populi, ſed in Domino, veráq; pietate figant ſpei ſuæ ancoram. Si favetis ordini veſtro, ſynceris moribus optimè id perficietis, me certè applauſore. Si favetis Eccleſiæ tranquillitati, habetis me commilitonem, ſi non fortiſſimum certè fidelem. Omiſſis privatis affectibus *Chriſti* negotiũ pariter agamus; & ſi ratio diverſa, ſi facultas impar eſt, ſit tamen idem ſcopus. Quòd ſi decretum eſt quà cœpiſtis pergere, mihi nihil poterat imputari. Hæc epiſtola me liberabit apud ſummum Judicem. Repetam, quod initio dixi: ſi rumor vanus huc advolavit, nè putes hoc tibi ſcribi, ſed aliis, quos certum habeo talia perpetrare. Dominus omnibus nobis impartiatur Spiritum ſuum, Amen.

Eraſmus Rot. Jo. Epiſcopo S. D.

Epiſt. 30. ORnatiſſime præſul, *Quirinus* meus reddidit abs te duas epiſtolas, quarum alterâ recinis veterem cantionem de querelis quorundam Theologorum, quam admonitionem ſcito mihi longè gratiſſimam fuiſſe, quippe quam perſpiciam ab amantiſſimo pectore proficiſci. Quòd me tua pietas hortatur ad exemplum *Auguſtini*, id jam pridem ultrò facio, delens aut corrigens quicquid deprehendero corrigendum, quum *Auguſtinus* poſt editas retractationes multa reliquerit ſimpliciter hæretica, ſi quis ea nunc velit tueri. Et ſunt tam varia mortalium judicia, ut vix invenias tres ejuſdem ſententiæ: quoſdam autem videas tam perverſo judicio, ut ſi illos in conſilium adhibeam, optima quæque & ad pietatem inprimis conducibilia ſim deleturus. Ad articulos, quos ab illis objici ſolitos recenſes, poſſem ſimpliciter reſpondere, nihil eſſe tale in *Colloquiis* meis, nec ullos pueros fieri deteriores illorum lectione. Sed iſta ſunt commenta quorundam, quos ad nihil aliud dicas natos quàm ad calumniandum. Quod tamen in ordinis contumeliam rapi nolim. Sed in rebus humanis nullum eſt corpus, quod non ſuas habeat vomicas. Hactenus exercuerunt tyrannidem in ætatem rudem ac ſimplices idiotas, nunc hoc urit eos, quòd juventus aliquid diſcit, quod ipſi neſciunt. Hinc illæ lachrymæ. In *Colloquiis* meis adeò nihil eſt obſcœnum aut laſcivum, ut caſtè tractent etiam illa quæ naturâ laſciva ſunt: velut in Colloquio *Proci & Puellæ*, *Scorti & Adoleſcentis*: & hoc arbitror ubique à me diligentiſſimè cautum, nè quid tenera pubes è ſcriptis meis hauriat laſciviæ. De peregrinationibus obſecro quid doceo, niſi ut in his ſuperſtitionem fugiant homines, quâ mundus undique plenus erat uſque ad inſaniam, majore lucro ædituorum quàm pietatis? Confeſſionem approbant *Colloquia*, frementibus iis qui ſe venditant Evangelii titulo. Ridetur ibi quidam miles, ſic adiens confeſſionem, ut ferè ſolet vulgus: nec aliud illos offendit, niſi quòd alicubi dico, confeſſionem quæ ſit Deo præcipuam eſſe: & ſubindicat adoleſcens, hanc ab hominibus inſtitutam, non tamen aſſeverat. Loquor autem de hac forma confeſſionis quæ nunc in uſu eſt, quam nuſquam non probo. Eam à *Chriſto* inſtitutam fuiſſe nec eſt veriſimile, nec quiſquam adhuc docere potuit: Si quis doceat, me quidem habiturus eſt applauſorem. Quam tamen interim ita doceo ſervandam, quaſi *Chriſtus* inſtituerit. In libello *De modo confitendi*, non hoc ago, nè confiteamur, ſed ut utiliter confiteamur. Id efficere non poteram, niſi propoſitis quibuſdam incommodis, quæ non aſcribo confeſſioni, ſed vitio confitentium & audientium. Jam quum totus mundus plenus ſit fabularum de flagitiis ac ſceleribus quæ ſub umbra confeſſionis admittuntur, indignantur mihi quòd moderatiſſimè quædam attigerim: nec reputant, quàm multa pudore *Chriſtiano* ſiluerim ejus generis, ut vel ſola commemoratio poſſet lectoris animum inficere. Verùm Monachi complures non amore pietatis urgent hanc confeſſionem, ſed quod hinc auferant luculentam meſſem, dum regnant in ædibus divitum quorum ſecreta nôrunt, dum adſunt morientibus, dum arrodunt teſtamenta. Conſiderent lernam malorum, quæ hactenus orta eſt ex confeſſionibus, & mirari deſinent, ſi quid admonui de rectè confitendo. Conſiderent item quanta fuerit ſuperſtitio in cultu divorum, quanta peſtis ex ceremoniis humanis, & videbunt noſtram admonitionem maximè neceſſariam fuiſſe. Gratiſſimus divis cultus eſt, ſi quis illorum vitam imitetur, tametſi à nullo certius exemplum vitæ petitur, quàm ab ipſo *Chriſto*. Ad verum cultum provoco. Sed ſuperſtitioſus cultus iſtis erat utilior, & hinc vociferatio. Eccleſiaſticas ceremonias, nec ibi nec uſquam damno, ſed quomodo illis utendum ſit indico, & ad meliora provoco. Hoc idem ſi docet *Chriſtus*, ſi beatus *Paulus*, ſi pium & ſanctum eſt, cur in me clamatur? At quidam clamant, Quis neſciebat in ceremoniis non eſſe conſtituendum finem pietatis? Imò quis neſcit totam